

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Quintam Partem MATTHÆI: et Sextam


Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



asa de Seuilla — de los Clerigos menores



VENETIIS, M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.



ALPHONSI TOSTATI

Epiſcopi Abulenſis

COMMENTARIORVM IN MATTHAEVM PARS QVINTA.

CAPITVLVM XVIII.

IN illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quiſputas, maior eſt in regno cęlorũ? Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum. Et qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit.

ar. 9. ıc. 9. ra 19.

Mar. 9. Luc. 17.

In illa hora. Deſcripta ſuperius fundatione Eccleſię in fide, hic ponitur eius fundatio in operatione. Dirigitur autem operatio noſtra per virtutem moralem: ideo ponuntur hic aliqua documenta Chriſti circa aliquas virtutes morales. Et quia virtutes non ſunt eædem omnium hominum, ſed ſecundùm varios ſtatus competunt diuerſę virtutes, ſicut iuxta Ariſto. non eſt eadem virtus boni viri, & boni ciuis: ita cùm in Eccleſia ſint tres ſtatus, ſcilicet, actiuorum, contemplatiuorum, & prę̨latorum, deſcribuntur primò virtutes actiuorum, ſecundò contemplatiuorum ſequẽti capitulo, tertiò virtutes prę̨latorum, infra 20. cap. Prima in duas, quia primò ponitur fundamẽtum virtutum: ſecundò ędificium deſuper conſtructum ibi. *Et qui ſuſceperit*.

In Eccleſia tres ſtatus.

An iſta ſint continuata ad præcedentia. *Quæſtio I.*

QVAERETVR, an iſta fuit continuata ad pręcedentia. Aliqui dicunt, quòd non: quia Mar. 9. cap. ponuntur iſta: & tamen non ponuntur poſt pręcedentia, ſed ambo ponunt iſta poſt illa, quę habentur ſupra de annunciatione mortis Chriſti: & tamen magis videtur ſtandum ordini duorum, quàm vnius. Dicendum, quòd hic eſt ordo continuus neceſſariò, quia litera oſtendit hoc. Nam dicitur in litera: In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum: ergo neceſſe eſt referri ad pręcedentia, ſcilicet, quòd in illa hora, in qua facta ſunt pręcedentia, facta ſunt hęc: ergo ordo eſt continuus, & etiam immediatus, ſcilicet, quòd non interciderint inter iſta, & pręcedentia aliqua, quę narrentur ab aliquo Euangeliſta. Quod autem dicitur de duobus Euangeliſtis contra vnum, non eſt argumentum. Si enim non apparet ex ratione literę aliquis ordo: magis prę̨ſumetur pro ordine, quem ponunt duo Euangeliſtę, quàm pro ordine, quem ponit vnus: & tamen ſi ex litera vnius oſtendatur, quòd ille voluerit deſignare, quòd ille ſit ordo, magis ſtabitur illi, quàm tribus: eo quòd ordo narrandi non innuit res tali ordine contigiſſe, quali narrantur: ſed quòd omnia illa, quæ narrantur acciderunt: & quia Matthęus oſtendit hic in litera, quòd fuerit iſte ordo rerum geſtarum, quem ipſe tenet, cùm dicit: In illa hora acceſſerunt: ergo tenendus eſt iſte ordo, & non Marci, & Lucæ. Amplius dicendum, quòd nõ repugnat ordo Matthęi ordini Lucę, & Marci, quia illi ponunt iſtud poſt denunciationẽ paſſionis Chriſti nullo interpoſito. Matthęus autem ponit etiam ſupra denunciationem paſſionis Chriſti: ſed in hoc differt, quia ipſe inter illã denunciationem, & hãc literam interpoſuit de ſolutione didrachmatis, qđ illi nõ fecerunt: ſed hoc nõ fuit quaſi vellẽt illud ponere in aliis locis librorũ ſuorũ, ſed quia ſimpliciter tacuerunt. Si aũt alicubi ponere voluiſſẽt, poſuiſſent hic tenentes eundẽ ordinẽ, que Matthęus.

Et ita quantum ad ea, quę expresserunt, tenuerunt eũdem ordinem omnes tres, sed Matt. interposuit id q̃d addidit, quia ille fuit ver⁹ ordo gestarum rerum: & ita omnes tres concordant in ordine. Circa primum dicitur. *In illa hora*. Idest, in illo tempore, aut paulopost, quàm gesta sunt præcedentia, vt dictum est præcedenti quæstione. *Accesserunt discipuli ad Iesum*. Scilicet, omnes duodecim Apostoli, quia de alijs septuaginta duo, non est nunc sermo. *Dicentes, quisputas*. Interrogatio est, & accipitur quisputas, idest, quis, & non, vt aliqui insipienter legunt, quòd sint duæ dictiones, & sit sensus: quis putas maior est? idest, quem de nobis putas maiorem esse? Nam hoc non quærerent discipuli à Christo: erat enim insania, & essent valde reprehensibiles, quia crederent, quòd Iesus nesciebat hoc determinatè, sed quòd coniecturare poterat, vel credere, & ita innuerent eum non esse Deum, quia nesciret omnia: & tamen ipse ostenderat immediatè ante cõtrarium reuelans Petro ea, quæ in corde habebat, scilicet, quòd ille petere volebat de didrachmate, & etiam dixit ei illa, quę absente eo gesta fuerunt. s. ꝙ exactores petiuerant ab eo didrachma. Prædixit etiam futura contingẽtia. s. ꝙ inueniretur stater in ore piscis primò ascendentis: per quæ sufficẽter ostendebat se scire oĩa occulta tam præterita, & præsentia, quàm futura: præterita, vt petitionem exactorum: præsentia, vt cogitationem Petri, quando volebat loqui de didrachmate: futura, vt de pisce ascensuro. Non ergo loquerentur nunc discipuli sic. Secundò, quia si putarent ipsi, quòd Christus nesciebat per certitudinem, sed credendo, nihil valeret sua diffinitio, & ita non curarẽt ipsi quęrere ab eo: ergo credebant, quòd ipse certè illud sciebat. Tertiò, quia Christus redarguisset eos, si taliter ab eo peterent: & tamen non arguit. De hoc enim, quòd vnus alteri se præponere volebat, arguit eos, monens ad oppositum. De hoc, quòd aliquẽ defectũ scientiæ posuerunt in eo non arguit eos: ergo non erant increpabiles, scilicet, quòd non errauerant in hoc. Quartò, quia ipsi putabãt, quòd in potestate Christi erat facere maiorem aliquem, vel minorem in regno cœlorum, sicut infra 20. petiuit mater filiorum Zebedei, quòd faceret Christus vnum filiorum suorum sedere ad dextram, & aliũ ad sinistrã in regno suo, quod vocatur regnum cœlorum: ergo non putabant Christum dubitare quis esset maior: & ita non accipitur quisputas, vt sint duę dictiones, sed vt sit vna dictio. i. quis, sed illa est adiectio, vt quisnam, & quispiam, & quisquam. Hoc autem fit, quia quis teneri potest relatiuè, interrogatiuè, infinitè, & ꝑ adiectiones istas determinatur ad vnũ istorum modorum. Nam quisputas, & quisnam, solũ tenentur interrogatiuè secundum conditionem dictionum, cum quibus componũtur, quispiam & quisquam tenentur infinitè solùm, & ita de alijs est: ideo hic, & vbicũque debet accipi quisputas pro quis interrogatiuè. *Maior est*. Scilicet, de nobis. Nam non quęrebant de alijs, cùm ista quæstio oriatur ex contentione, quæ præcesserat inter eos. *In regno cœlorum*. Idest, in regno tuo, quod vocatur regnum cœlorum. i. quis nostrum maior erit in eo? *Et aduocans Iesus*. Idest, ad se vocans: erat enim non longè ab illis paruulus quidam, quem ad se vocauit Iesus, & posuit in medio eorum. *Paruulum*. Scilicet, ætate. *Statuit eum*. Idest, posuit. Et est, statuit, præteritum de Sisto, is: quod est præsentare, vt dicitur, iudicio Sisti, & Luc. 2. dicitur: Vt sisterent eum domino, idest, præsentarent: & nõ est præteritum de statuo, quod significat fundare, iuxta illud. 1. Aeneidos: Vrbem, quã statuo vestra est. *In medio eorum*. Scilicet, omnium duodecim, vt melius illũ viderent. *Et dixit*. Dans nunc doctrinam postquam præsupposuerat sensibilem ostensionem ducẽdo puerum in medio. *Amen dico*. Idest, in veritate, vel certè, aut securè: modus enim affirmãdi est, & interdum iurandi. *Nisi conuersi fueritis*. Scilicet, ab elatione, quã tenetis. Est doctrina cum comminatione, qualem audire decebat viros rudes, qui non mouentur, nisi à forti impressione, idest, vos quæritis, quis vestrum maior est in regno cœlorum: ego autem dico vobis, quòd nisi deposueritis hanc superbiam stultam: non solùm non eritis ibi maiores, sed etiam neque intrabitis vnquam illuc. In quo ostendit, quòd elati nimis erant. Et verum est, quia superbia erat putare se maiores in regno cœlorum. *Et efficiamini, sicut paruuli*. Scilicet, humilitate, & non ætate: quia hoc erat impossibile. Neque etiam in prudentia: quia hoc erat detestabile, sed quantum ad elationem, quia paruuli nullam habent: non enim cognoscunt quid sit honor, ideo magna non ambiunt, neque aliquem statum, aut honorem cupiunt, & hoc euenit eis propter conditionem ætatis, scilicet, ignorantiam. Hoc autem debet nobis inesse propter conditionem virtutis, quæ comprimat motũ elationis. *Non intrabitis in regnum cœlorum*. Idest, in vitam æternam, quæ est regnum cęlorũ: eo ꝙ sancti, qui sunt in vita ęterna regnant: & tñ manent in cęlo: ideo regnum cęlorum dicitur, idest, ꝙ ĩ cęlo erit. *Quicunque ergo humiliauerit se*. Multa enim sunt, in quibus paruulis similes esse debemus, & in omnibus illis Christus volebat nos imitari illos: pręcipuum tamen in quo vult, quòd eos imitemur, est humilitas: ideo dicit, quòd humiliemur. *Sicut paruulus iste*. s. qui nec se aliquid magnum existimat, aut magno honore dignũ, sicut vos ęstimatis de vobis, neque aliquem honoris gradum ambit, sicut vos ad magna anhelatis, cũ quisq; velit esse maior in regno cœlorum: velle enim facere opera, quibus mereatur quis effici in regno cœlorũ maior virtutis est: velle tamen maiorem esse in regno cœlorum superbię est: ideo neque cum meritis, neq; sine meritis debet quis habere oculum ad hoc, vt sit maior in regno cœlorum, vel quòd pręcedat determinatè ad talem, vel talem: vtpotè ad Agatham, vel Catherinam, aut Hieronymum. Respectus iste non ex charitate, sed ex tumore mentis nascitur. *Hic est maior*. Idest, erit maior, scilicet, per istam humilitatem merebitur fieri maior in regno cœlorum.

In hoc ꝑterito efformando auctor Prisciani opinionem sequitur.

F G H I K

Quomodo est verum, quòd in illa hora accesserunt discipuli ad Christum. Quæstio II.

QVAERETVR circa hoc quod dicitur, in illa hora accesserunt: quomodo sit hoc verum. Dicendum, quòd accipitur hora hic largè non prout est determinata pars ꝑuli temporis: sed ꝓ paruo tpe: & ita quę eodem die gesta sunt, possunt dici facta eadẽ hora, & tamen pro ꝑsenti non est certum, an in eadem hora ꝑcise acta fuerint: poterat. n. esse, ꝙ in eadem hora, qua finitum est negocium didrachmatis, fuerit hoc. s. ꝙ q̃n Petrus veniret de soluẽdo didrachma dando staterem pro se, & Christo preced. cap. ꝯuenerint omnes discipuli ad Christum, & fuerit ibi ista collocutio. Nam oĩbus duodecim ꝑsentib⁹ factũ est hoc, vt dicitur Mar. 9. Sed dicendum, ꝙ Mat. omittit hic aliquid, narrans solùm finem rei. Nam antequam accederent nunc discipuli ad Christum, fuerat inter eos disceptatio de maioritate. Et ista quęstio fuit inter eos in via absente Christo, idest, quia fortè pręcedebat eos solus vadens, vel sequebatur. Et quando intrauerunt in Capharnaum, & fuerunt in domo, vocauit eos Christus, & dixit ea, quę habentur hic: sic dicitur Mar. 9. & venerunt Capharnaum, qui cùm domi essent interrogabat eos, quid in via tractabant, & illi tacebant: siquidem inter se in via disputauerant, quis esset illorum maior.

Est

Est autem dicendum, quòd ordo istorum talis fuit, qn̄ Christus erat in Galilæa dixit discipulis, quòd moriturus esset, & resurrecturus præcedenti capitulo, & post hoc veniebat in Capharnaū, quæ etiam est ciuitas Galilææ, & dum esset in via antequam intraret in vrbem, quærebant contendendo discipuli, quis eorum maior esset, cùm autem intrarent per vrbem Capharnaū antequam venirent in hospitium, occurrerunt eis collectores didrachmatis, qui tunc à casu per vicos discurrebant colligentes tributa, & accedentes ad Petrum dixerunt ei: magister vester non soluit didrachma, & cū intrassent domum, noluit loqui Christus de cōtentione, quæ fuerat in via, nè Petrus præoccuparet eum loquendo de didrachmate, cùm potius ipse vellet præuenire Petrum: quia hoc erat cōueniens propter causas positas præcedenti capitulo, dixit de didrachmate totum quod habetur pręcedenti capitulo, & misit Petrum ad soluendum, & antequam ipse rediret, de solutione, nihil dictum est à Christo, sed cùm venit Petrus proposuit Christus quæstionem, dicens: quid tractabatis in via? nam omnes duodecim simul erant, qn̄ ista Christus dixit Mar. 9. c. & dixit qd inter vos tractabatis in via, & ita ꝯtētio ista prius incepit, q̄ negociū didrachmatis: illud tn̄ prius fuit terminatū intercisa ꝯtentione illa: ideo Matthęus posuit prius totam narrationem didrachmatis: deinde adiecit de contentione.

Quomodo stat quod dicitur, quòd discipuli accesserunt ad Christum, quia videtur contradictio in Euangelistis. Quæstio III.

QVAERETVR, quomodo stat quod dicitur, quòd discipuli accesserunt ad Iesum: nam videtur non stare: non enim ipsi accesserunt, sed Christus eos vocauit: sic dicitur Mar. 9. & veniunt Capharnaū, qui cùm domi essent interrogabat eos, quid in via tractabatis. Item videtur in oppositum etiam, quòd non accesserint ipsi ad Christum quærendo aliquid, sed potius Christus viderit cogitationes eorum, vt dr̄ Luc. 9. intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior videretur: at Iesus videns corda illorū apprehendit puerum, & statuit in medio. Dicendum, quòd quantum ad veritatem sensus oēs tres Euangelistæ concordant, & tamen propter modum narrandi videtur varietas, & tamē veritas plana est iuxta narrationem Marci, qui nō habet aliquam suppletionem, & litera aliorum erit exponenda iuxta literam eius. Sic enim fuit, quòd qn̄ discipuli veniebant cū Christo, vt intrarent in Capharnaum, veniebat ipse seorsum, vel pręcedens, vel subsequens: fortè enim orabat, & discipuli veniebant seorsum omnes duodecim, & ibi cępit inter eos cōtentio, quis ipsorum maior esset, & in hoc altercabantur, quousque introierunt Capharnaum, cùm autem introierunt, occurrerūt in vico exactores didrachmatis Christo, & discipulis, & accedentes ad Petrum dixerunt ei: magister vester non soluit didrachma, & cùm intrarēt in domum illico Christus ad Petrum locutus est de didrachmate, & fecit, quòd solueretur stater, qui erat in ore piscis, vt dicitur pręced. cap. cū autem Petrus venisset à soluendo, erat Christus in domo cū omnibus discipulis, & tunc conuocans eos, dixit: quid tractabatis inter vos in via? & ipsi erubuerunt dicere, & tunc Christus aduocans paruulū statuit in medio eorum, dicens: nisi conuersi fueritis, &c. Hæc enim litera sic planè tenenda est, quia ista est veritas historiæ. Quòd autem dicit hic Matth. quòd accesserunt discipuli: in quo innui videtur, quòd non vocati fuerint, sed ipsi venerint, Dici potest vno modo, quòd verum est, ꝙ accesserint, non quidē, quòd ipsi accedere vellent ad aliquid quęrendum, sed quòd Christus vocauit eos ad se, vt interrogaret ipsos, & tunc ipsi accesserunt vocati ab eo. Secundò potest dici, quòd accesserunt nō quidem, quòd ipsi accederent, sed quòd cogitationes & discordię eorum accedebant ad Christum, quia ipse nouerat eas, & istæ pulsabant eum, vt deberet vocare eos, nè vltra procederet in eis ista contentio. Tertiò potest dici, quòd nullo mō accesserunt discipuli ad Christum. & tamen oportuit quòd Matth. talem ordinem, & modum narrationis faceret: eo quòd ipse voluit esse breuiloquius: nam cū Christus introducatur ponēs diffinitionem in ista contentione Apostolorum à Matth. necesse est, ꝙ aut introducatur ipse vocans illos ad hoc, ꝙ loquatur eis de hac re, aut ipsi accedentes ad eū, & proponentes quæstionem, vt habeat Christus in quo diffiniat. Si aūt primum modum teneret Matth. necesse erat, ꝙ enarraret contentionem, quæ fuit inter eos in via, & quomodo post introitum in Capharnaum ipse vocauerat eos, & dixit: quid inter vos tractabatis, ipsi verò tacerent, & Christus tunc introduceret paruulū, sicut enarrat Mar. Matt. tn̄ breuis esse vult: ideo, vt euitet totam enarrationē, introducit eos quærentes, vt statim ponatur determinatio Christi. Et non est in hoc contrarietas, quia intentio Euangelistarum est sn̄iam Christi fideliter ponere, & quia sentētia Christi est, per quam deprimuntur illi ab elatione, siue introducatur ista per viam quæstionis Apostolorū, siue ꝑ viam vocationis eorum factæ à Christo nō curant Euangelistę, qa hoc nō facit aliquid ad rē: & tn̄ hoc est, ꝙ q breuius narrare vult, necesse est, ꝙ teneat aliam viā introductionis materię, vt rem ipsam intelligibilē reddat. Sic solitus est facere sæpè Mat. patet. n. circa suscitationē filię principis synagogę: nam Mar. & Luc. referunt, ꝙ antequam puella moreretur, venit pater ad Christū, dicens: Domine filia mea in extremis est: veni & pone manū tuā super eam, & Christus assentiens precibus eius ibat cū eo, & cū iret, superuenerunt nuncij ad principem synagogæ, dicentes: filia tua mortua est, noli vexare illum, & Iesus ait: noli timere, crede tm̄ & salua erit. Mar. 5. & Luc. 8. Sed Matth. dixit, ꝙ princeps synagogæ, dixit: Dn̄e filia mea modo defuncta est: veni & pone manū tuam super eam. supra 9. & tn̄ nō dixit sic pater puellę: nam nō erat mortua, qn̄ ipse venit ad Christum. Nam si mortua esset non venisset putans, ꝙ non posset eam suscitare, sicut dixerunt superuenientes nuncii: puella mortua est, noli vexare illum: & tn̄ Mat. habuit necessariò dicere sic, quia ipse voluit euitare totam longitudinem narrationis, quō venerit pater puellę ante mortem eius, & petiuit, quòd Christus iret, & poneret manum suam super illam, & eo eunte, quòd venerint nūcii, dicentes eam esse mortuam, & quòd non vexaret Iesum faciendo venire, & totam reliquam narrationē: volens incipere ab eo loco, ex quo puella mortua scitur, & quoniam precibus patris Christus introducitur faciens miraculum cùm incipiat à puella iam mortua, necesse est, quòd introducat patrem rogātem pro filia defuncta, & nominantem, & ita dixit: filia mea modo defuncta est, sic dicit August. lib. de Concor. Euange. ita in præsenti, quia voluit euitare longam narrationē, quam posuit Mar. icepit à medio: & ideo necesse fuit, quòd introduceret discipulos accedētes ad Christum, cùm non dixerit, quòd ipse vocauerat illos. Et ista est vera causa. De vtraque tamen dicit Chrysostomus concordando hæc, scilicet, Matthæus dicit, quòd accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Non enim ab initio narrationem incipit, sed tacuit de intelligentia Saluatoris circa discipulorum cogitationes. Ponit aliam concordiam deinde, dicens: quamuis possit intelligi, quòd ea, quæ seorsum cogitabant, adducebāt ad eum, idest, quia omnia ita erant ei nota, ac si ei dicta fuissent.

Concordat in dictis Euangelistarū.

Ordo tenendus in his, q̄ breuiter narranda sūt.

Quartò aliqui dicũt, ꝙ potest esse vtrumq; verũ.s.discipuli Christi q̃sierunt ab eo: Quisputas maior est in regno cęlorũ?& ꝙ hoc tacuit Matthæus,& tunc ponent oĩa,q̃ ponit Mar.s.ꝙ in via ɔtenderant,& deinde in domo vocati sunt à Christo dicente:qd tractabatis in via? Et ipsi tunc q̃sierint à Christo,quis eorum maior esset in regno cęlorum,quod Matth.tacuit.Sed dicendum, quòd non stat ɔuenienter aliqua positio nisi tertia.De prima patet,quia dicebatur,ꝙ ipsi accesserunt,non tãquã ipsi ad eum euntes, sed quasi ab eo vocati: sed tũc diceretur solũ,ꝙ accesserunt, & non quòd interrogauerunt: & tamen hic ponitur, ꝙ interrogauerint.s.dicentes: Quisputas maior est in regno cęlorũ?ergo non innuit Matth.ꝙ accesserint quasi vocati: quia tunc audirent loquentẽ Christum, & nihil ipsi q̃rerent, sed ꝙ accesserint quasi venientes ad quærendũ ex intẽtione aliquid à Christo. Secunda positio non satis stat,quia multũ esset sensus extortus,quia dicerentur accessisse ad Christum dicentes hæc: quia hæc, quæ cogitabant nota erant Christo,ac si ipsi accedentes dicerẽt ea illi: nam sic semper nos diceremur accedere ad Christũ: quia omni tẽpore cognoscebat eorum cogitationes. Quarta etiam positio non est satis ɔueniens, quia designatur, quòd isti quæsierint hæc à Christo: & tamen Mar.9. ostenditur,ꝙ non solũ nihil q̃sierint, sed etiam ipsi interrogati erubuerint respondere ad quæsita.s.& interrogabat eos quid in via tractabatis? & illi tacebãt, & tunc sequitur quõ Christus eis tacentibus vocauerit paruulũ:ergo nõ est ɔcedendũ,ꝙ aliqd quęsierint,sed Matt.introduxit sic volẽs enarrationẽ longã effugere, vt dictum est,quia non poterat aliter facere.

Sed obijcietur, quia tunc poneretur falsum ab euangelistis:si enim discipuli nihil quęsierunt à Christo,& Matth.dicit,quòd quæsierint,falsum asserit.Dicendũ, quòd voces designant verum, vel falsum, secundùm quòd deseruiunt intellectui,& ita attendenda est intẽtio vtentium vocibus ad hoc, quòd dicatur, quòd falsum,aut verum dixerint: alioquin enim si rigor verborum attendatur,multa falsa essent,quę non iudicantur falsa: sic enim dicimus: Oculi Domini super iustos,& aures eius in preces eorum. Et tñ neque aures neque oculi Deo sunt. Sed non est scriptura illa falsa,q̃m intentio loquentis est aliud designare, & ita circa euangelistas est. Veritas enim,& falsitas in illis attendenda est circa ea,quæ sunt de intentione eorum. Est autem intentio eorũ ostendere facta,& dicta Christi: & ideo si circa illa aliquis variaret ab altero in substantia facti, falsum esset in altero eorum: modi tñ introductionis ad enarrandum illud factum, vel sententiam Christi, non est de intentione euangelistarum: ideo ẽt si circa illud vnus variet ab altero, nemo mentitur, quia licèt consideratis rebus, quæ narrantur absolutè falsum diceretur: tamen quia illa non sunt de intẽtione ꝑcipua euangelistarum: non dicitur esse verum,vel falsum in variatione illa,ita vt aliquis narratorũ rep̃hensibilis sit. Sic patet ĩ suscitatione puellæ filiæ archisynagogi,quia ibi intentio euangelistarum est ostendere, ꝙ Christus suscitauerit puellam illam ꝑcibus patris. Quòd autem pater venerit ante mortem puellæ,vel post,vel ꝙ talia, aut talia verba dixerit precando, non est de intentione principali Euangelistarum, & quòd vnus sic enarret, alius aliter non est discordare eos,vel mentiri. Etiam si alter eorum dixerit aliter,quàm res se habuerit,quia dixit rem aliter,quàm se habeat.s.rem,quæ non est de intentione referentis,& ideo non est error:& ita Matt. dixit ibi,quòd pater puellæ dixerit: Domine filia mea modo defuncta est: veni & pone manum tuam super eam,vt salua fit:& ita dicit Aug.lib.de Concor. Euan. & si iste modus exponendi non accipiatur, occurrent multę difficultates,quas impossibile erit soluere.

F *Qui erant isti discipuli, qui dicuntur nunc ad Christum accessisse? Quæstio IIII.*

QVAERETVR, qui erant isti discipuli,qui dicuntur nunc accessisse ad Christum. Aliqui putant,quòd fuerint omnes discipuli sui: eo quòd ponitur nomen discipulorum, quod est nomen generale. Pro quo sciẽdum, quòd discipulus à discendo dicitur, & quia omnes,qui veniebant ad Christum, saltem vt manerent cum eo,veniebant ad discendum: dicuntur omnes discipuli,& ita à principio dicuntur, seu vocabantur omnes,qui cùm Christo erant. Deinde autem voluit ipse specialiter separare duodecim ab alijs faciẽdo eos maioris dignitatis: & ideo dedit eis nomen speciale,vocãs eos Apostolos, Luc.6.s.vocauit discipulos G suos, & elegit duodecim ex ipsis,quos Apostolos nominauit: cœteri autem manẽtes vocati sunt discipuli. Et elegit Christus postea specialiter septuagintaduos, quos solùm nominauit discipulos. Luc.10.cap.& manet ista habitudo, quòd septuagintaduo semper vocantur discipuli,& non habent aliud nomen. Duodecim verò interdum vocantur Apostoli, & interdum discipuli,quia non perdiderunt nomen, neque conditionem discipulat⁹,licèt fuerint facti Apostoli,& ideo quando vocantur absolutè discipuli,est dubium,an intelligatur de solis septuaginta duobus,vel tã de septuaginta & duobus,quàm de duodecim,vel de solis duodecim. Et ideo aliqui dicunt, quòd intelligatur de omnibus tam Apostolis, quàm cœteris.

Apostoli cur discipuli vocẽtur.

H Dicendum tñ, quòd de solis Apostolis intelligitur. Primò, quia conditio quæstionis eorum hoc indicat. Contendebant enim inter se, quis eorum maior esset, vel vt dicit hic Matth.aliud.s.quis maior esset in regno cęlorum. Et tamen ista contentio non poterat pertinere ad septuaginta duos discipulos,quia isti fuerant à Christo constituti in inferiori gradu, & constituerat duodecim maiores illis, quos Apostolos nominauit, & ita nullus de septuaginta & duobus poterat esse æqualis alicui Apostolo: ergo nõ esset ista quæstio inter omnes discipulos,sed necesse erat,quòd esset inter solos Apostolos,quia de illis non fuerat apertè determinatũ quis maior esset. Secundò apparet, quia Mar.9. I apertè ponitur, quòd soli duodecim vocati fuerint à Christo ad auferendum istam contentionem eorum, scilicet,& residẽs vocauit duodecim,& ait illis. Siquis vult primus esse,&c. & tamẽ si alij septuaginta & duo contendissent in hoc,etiam vocasset eos ad increpandum, & erudiendum eos, ergo soli duodecim Apostoli contenderant de hoc.

Quomodo insurrexit cogitatio, & contentio inter discipulos Christi de maioritate. Quæst. V.

QVAERETVR, quomodo insurrexit cogitatio, & contentio inter discipulos Christi de maioritate. Dicendum,ꝙ aliquę causę extiterunt,ex quibus insurgere posset:& tñ illę non incitauerunt,sed dia-K bolus inuenta ista occasione, mouit corda eorum ad hanc cõtentionẽ:& maximè fit hoc circa viros bonos, vel q aliqualiter ꝓficiunt in virtute: nam diabolus nititur deijcere eos ab illo bono, & primò tentat eos de cõtonibus vitijs.s.carnalibus. Si aũt cõtra illos impetus superauerint, tentat eos de inani gloria, & desiderio principatus. Sic dicit Cyrillus.Insidiatur diabolus multimodè diligentibus optimam vitam. Et siquidem ꝑ carnales illecebras obsidere valeat alicuius mentẽ affectus voluptatum exacuit. Siquis autem hos effugerit laqueos,cupidinis gloriæ suscitat passionem. Est autẽ morbus inanis glorię ꝓprius virorum bonorũ, vel qui in virtute crescũt,quia in eis propriã materiam habet.

Quõ diabolus viros bonos tentat.

Nam mali non habent, de quo glorientur, sed de quo erubescant: & ideo non vexat eos malum hoc: boni verò, qui virtutibus pollent, honore digni efficiuntur, ideo diabolus illis ingerit hoc desiderium habita occasione: nunquam enim diabolo tentãdi occasio deest: & quãdo semel tentat, siue superet eum, siue ab eo superetur, rursus tentare nititur, si permittatur, & promptissimam tentandi occasionem inuenit. Nam si superãs diabolus hominem in vitia deiecerit, vlterius ad desperationem tentat, quasi vitia euadere non possit. Si autẽ ab homine superetur, tentat eum de inani gloria, quia ex hoc, quòd vitia superauit, honore dign⁹ est: & quoniam in Apostolis carnalia vitia locum non habebãt, tentauit eos diabolus de desiderio maioritatis: hoc enim est vitium eorum, qui prœeminent. Sic dicit Cyrillus: depascitur enim inanis gloriæ morb⁹, vt plurimum homines, qui præeminent alijs, & credẽdum est tentante dæmone incepisse hanc contentionem, quia etiã ad cetera vitia Apostolos incitabat. Sic enim interdum incitabat eos ad timorem, & desperationẽ, & incredulitatem, vt fuit tempore passionis. Sicut dicitur Luc. 22. ait dominus Simoni: Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribaret, sicut triticum: ego autẽ rogaui pro te, nè deficiat fides tua, &c.

Nũquam diabolo tẽtãdi occasio deest.

Inanis gloria, vt plurimum in viris magnis reperitur.

B

An ista tentatio de maioritate fuerit vnius, vel multorum Apostolorum, &c. Quæstio VI.

QVAERETVR, an ista tentatio de maioritate fuit vnius Apostoli, vel multorum. Dicendum putãt aliqui, quòd solùm fuit quorundam ista passio, vel vnius, de quo aliqui solùm Iudam culpare volunt, quia ille solus malus erat. Sic enim Christus ait Io. 6. ego elegi vos duodecim, & vnus ex vobis diabolus est. Et Io. 13. dicitur: Vos mundi estis, sed non omnes. Et vtrobique exprimit Euangelista, quòd de Iuda illud dicebatur. Sed dicendum, ꝙ hic fuerunt duo. s. contẽtio, & contentionis origo. Quantum ad cõtentionem dicendum, ꝙ omnes peccauerunt, aut plurimi eorũ: cõtentio namq; vnius ad seipsum esse non potest. Item quia erat contentio de maioritate: & tamen nemo est maior ad seipsum, sed ad alterũ, ideo iter multos erat. Item, quia Mar. 9. dicitur, ꝙ Christ⁹ interrogabat illos, quid inter vos in via tractabatis. Et sequitur: Siquidẽ in via disputauerãt quis eorum esset maior: ergo oẽs ĩ hoc disputabant, & quantum ad hoc omnes peccauerunt, quia contendere de maioritate vitium est. Et dato quòd aliquis eorũ solus dedisset originem huic rei incipiendo quæstionẽ: cęteri debuissent illam euitare: & tñ immiscuerunt se in ea: ideo oẽs contendebãt, & peccabant. De secundo posset dici, ꝙ vnus tantũ pręstaret originem huic rei, quia licèt non posset esse contentio in vnico, origo tamen contentionis poterat esse ex vnico. Et hunc volunt quidam esse Iudam, qui malus erat. Sed obijcietur, quia Luc. 9. dr̃: Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum esset maior: ergo non fuit cogitatio ista vnius tantũ, sed multorũ. Dicunt ad hoc quidam, ꝙ vnicus fuit, qui hoc cogitauit, & tractare incepit: & tamẽ ne Lucas videretur specialiter accusare vnum, dixit generaliter, quòd intrauit cogitatio ĩ eos. Sic dicit Cyrillus: Passio inanis gloriæ inuasit quendã discipulorũ: improbabile aũt puto oẽs discipulos hanc ægritudinem incurrisse, sed vno eam passo, nè crimen aliquod euangelista cõtra aliquem discipulorum machinari videretur, exprimit indeterminatè dicens: intrauit cogitatio in eos. Sed dicendum, quòd non cõstat an orta fuerit quæstio ex cogitatione vni⁹, vel multorum: & ideo teneri potest ad placitum: & tamen melius est accusare vnum, q̃ multos: potissimè, qñ de vno constat, quòd est aliàs malus, de ceteris verò non.

C

D

E

A *Vnde fuit occasio, vt oriretur contentio ista inter discipulos. Quæstio VII.*

QVAERETVR, vnde fuit occasio, vt oriretur contentio ista inter Apostolos. Aliqui dicunt, quòd fuit propter solutionem didrachmatis: nam cũ solueret Christus didrachma, Petrum solùm posuit, dicens: da eis pro me, & pro te, præcedenti capitulo: & inde putantes illi, quòd Petrus cœteris præferretur à Christo: contendere cœperunt. Sic dicit Hieron. quia discipuli viderant pro Petro, & pro Domino idẽ tributum redditum, ex æqualitate precij arbitrati sunt omnibus Apostolis Petrum esse prelatum. Vnde passi sunt aliquid humanum, quod euangelista designat, dicens: in illa hora accesserunt, &c. Secundò dicitur, ꝙ fuit propter curationem arrepticij, quem non potuerunt curare discipuli præcedenti capitulo: nam postea dixit illis Christus, quòd propter incredulitatem suam factum fuerat: & tunc ipsi in alterutrum volebãt culpam proijcere, quibusdam dicẽtibus non fuit propter culpam meam, sed tuam, & alijs è cõtrario, & inde vẽtum est ad hoc, quòd contenderetur de maioritate, &c. Sic dicit Theo. videtur autem hanc passionem ex hoc ortam fuisse, quia dęmoniacum curare non valuerũt: eis de hoc altercantibus: vno dicente, quòd non propter meam impotẽtiam, sed alterius curari non valuit, vt ex hoc accensa contentio fuerit, quis eorum maior esset. Tertiò dicitur, quòd fuit propter tres discipulos, qui ascenderant cũ Christo in monte, cœteris relictis, quando transfiguratus est, præcedenti capitulo: nam videbantur ceteris haberi in maiori honore. Quartò dicitur, quòd fuit propter Petrum cui Christ⁹ dixerat, quòd daret ei claues regni cœlorum. Sic dicit Beda: Inde autem videtur orta disputatio discipulorum de primatu, quia viderãt Petrum, Iacobum, & Ioannem seorsum ductos in montem: secretumque eis aliquòd esse creditum, sed & Petro secundùm Matthæum claues regni cœlorum esse promissas.

Sed dicendum, quòd prima causa non stat, quia secundùm illam necesse erit dici, ꝙ contentio hæc orta fuerit in Capharnaum. Nam didrachma in Capharnaum petitum est, & solutum, vt patet præcedẽti cap. ergo ibi orta esset quæstio: & tamen constat, ꝙ ante introitũ in Capharnaũ orta fuit contentio, dum discipuli venirent per viam ad intrãdum in Capharnaum. Sic patet Mar. 9. s. Et venerunt Capharnaum: qui cùm domi esset, interrogabat eos, qd in via tractabatis? & illi tacebant, siquidem in via disputauerant, quis esset illorum maior. Et ita non potuit oriri hæc contentio ex solutione didrachmatis. Sic dicit Beda. Sed prudens lector hãc inter eos q̃stionẽ ẽt ante didrachma redditũ ĩueniet fuisse versatã, & sumit ꝓbationem ex Marco, quam posuimus. De alijs causis pòt aliquo modo dici, ꝙ fuerint causæ, sed non habent oẽs verisimilitudinẽ. De secunda earum. i. curatione arrepticij patet, quia licèt posset accidentaliter insurgere ista quęstio: tñ non est satis verisimile, qa ibi nihil apparuit magnitudinis, propter qđ de potestate arguendũ esset, sed potius fuit aliquid, vnde omnes erubescerent. Item & efficacius, quia tunc quęstio ista pertineret ad nouem tm̃ discipulos: nam soli ipsi fuerunt in curatione arreptícij: nã tres fuerunt cũ dño in monte: ideo illi solùm disceptarent, ob cuius impotentiam euenerat, & ꝯsequenter qs maior esset: & tñ ista ꝯtentio fuit oĩum duodecim. Nam ipsos omnes Christus vocauit ad increpandũ, & emendandum de hac re, Mar. 9. ergo non orta fuit inde contentio. De tertia earũ. i. de ascẽsione trium cũ Christo in montem etiã non satis videtur, quia quantũ ad hoc tres sunt æquales, & ita, vel nemo est maior oĩbus, vel tres sunt maiores, & capita simpliciter: & tñ q̃stio fuit hic

hic quasi de vno, qui simpliciter omnib' maior esset, sicut dicitur hic: Quisputas maior est, & Mar. 9. dicit: siquidem in via disputauerãt, quis eorum maior esset, & Luc. 9. intrauit cogitatio in eos, quis eorum maior esset. Ergo oportet assumi occasionem huius rei ex aliquo, in quo vnus videretur cœteris præferri.

Dicendum ergo videretur, ꝙ fuerit quarta istarum positionum. s. quia Petro cõtulerat Christus claues regni cęlorum. supra 16. ibi enim Christus videtur honorasse Petrum ante cęteros, dicens eum solũ beatum. s. beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Quod de alijs non dixit. Etiam singulariter ad eum dixit: Tu es Petrus, & sup hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Licèt enim Ecclesia non ędificata fuerit super Petrum: laus tamẽ erat Petro, quòd super petram confessionis suę fundaretur. Etiam, quia dixit ei soli tunc: Tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cęlis, quod sonabat in eo magnã potestatem, & ei soli pro tunc traditum videbatur: ideo non immeritò cęteri poterãt putare Petrum fuisse eis prælatum, & ita contenderẽt. Hoc etiam cõsonat verbis quęstionis hui', quia dr̃ hic: Quisputas maior est in regno cęlorum? & ibi Christus dixit: Tibi dabo claues regni cęlorum, & per traditionem clauium cęlorũ videbatur ei concessa maioritas quædam in regno cęlorum: ergo hoc verisimilius est, quàm cœtera.

Quare discipuli dixerunt Christo: Quisputas maior est in regno. Quæstio VIII.

QVAERETVR, quomodo stat, quod dicitur hic, quòd discipuli dixerint Christo: Quisputas maior est in regno, & quare hoc dixerunt. Dicunt quidam, quòd dixerunt hoc Christo præ verecundia: nam dolebant, quòd Petrus fuisset eis pręhonoratus: & tñ erubuerũt dicere; quare magis honorasti Petrũ, quàm nos? & ideo dixerũt indeterminatè: Quisputas maior est? Sic dicit Hiero. verecundati siquidem passionem cõfiteri quam passi sunt, non dicũt manifestè: Petrum cur ꝑhonorasti nobis? sed indeterminatè interrogant: Quis maior est? Quãdo autem tres pręhonoratos viderunt. s. Petrum, & Iacobum, & Ioannẽ in transfiguratione, nihil tale passi sunt, quando verò in vnum solũ contulit honorem tunc doluerunt. Et ita Hiero. vult, quòd contentio orta sit, eo ꝙ viderint solutum didrachma ęqualiter, & simul pro Christo, & Petro, & ibi solus Petrus honoratus est, vt dr̃ supra q. 3. qñ viderunt tres simul honoratos, quia non ꝯstabat, quẽ illorum ꝑhonorarent, non doluerunt, sed non fuit illa occasio contentionis, quia pręcessit contentio ad solutionem didrachmatis, vt ostensum est eadem quæst. Alij dicunt, ꝙ discipuli dixerunt hoc Christo, non quidem excusantes ęmulationem, quam contra aliquem vnum haberent, sed aliqualiter honestare volentes cõtentionem. Nam ipsi contenderant inter se, quis eorum maior esset, Mar. 9. & Luc. 9. & quia ista maioritas videbatur intelligi de terrena maioritate, erubuerunt dicere se ꝯtendisse de hoc, & dixerunt: Quisputas maior est in regno cęlorum? quasi hoc honestius esset, & de hoc contendissent. Dicendum, quòd hoc non stat, quia istud ꝓsupponit, quòd discipuli respondẽrint aliquid dicẽte Christo: quid est, quod in via tractabatis? sed non est verum, quia Mar. 9. dicitur, quòd Christo dicente: quid est, quod in via tractabatis, illi tacebant: ergo nihil responderunt, & ita ponitur ibi. Siquidem inter se in via disputauerant, quis eorum maior esset: quasi ipsi nihil respondissent, & euangelista illud accipiat: ergo non est verum, quòd dixerint: Quisputas maior est in regno cęlorũ. Dicendum ergo est, sicut

F dictum est supra quæst. 3. quòd discipuli nihil Christo dixerunt: Matthæus tamen dixerat, quòd dixerant: Quisputas maior est, &c. non quasi volens innuere, ꝙ discipuli hoc dixerunt. sed volens introducere quæstionem istam decisam à Christo. Nam ipse volebat increpare eos de elatione, quia contendebant inter se, quis maior esset: ideo necesse fuit, quòd fieret mẽtio, quòd ista quæstio fuisset inter eos. Hoc tamen variè introduxerunt euangelistæ, quia modus introducendi non est de substãtia rei, vt dictum est supra quæst. 3. & ita Marcus introduxit referens simpliciter veritatẽ rei, scilicet, quòd acciderit contentio ista inter discipulos, & Christo quærente quid inter se tractassent, tacuerũt præ verecundia, & Christus increpuit eos proponens G eis id, quod ipsi tractauerant de maioritate. Matthæus autem introduxit quasi ipsi quæsiuerint quis maior esset, vt haberetur mentio de quæstione, & sic videretur. At Iesus videns corda illorum apprehendit puerum, & statuit eum in medio. Ad veritatem tamen dicendum, quòd nihil quæsierũt discipuli, sed factum est, sicut Marcus illud narrat: & tamen in hoc Lucas magis concordat Marco, quàm Matthæo, dicẽs, quòd intrauit cogitatio in eos, quis eorum maior esset. Et verum dicit, quia primò fuit cogitatio de hac maioritate in cordibus eorum: deinde fuit cõtentio vocalis, vt Marcus refert. Et tamen, vt breuius diceret, dixit solùm, quòd intrauit cogitatio, & subticuit cœtera: & ideo consequenter dicit, quòd Iesus videns corda eo- H rum statuit puerum secus se. Nam verum est, ꝙ non vidit solùm Iesus cogitationes eorum, sed etiam sciuit totam eorum contentionem, & quæsiuit ab eis, quid inter se tractauerant in via. Sed hoc non dixit Lucas, neque dicere debuit, quia dixerat supra, quòd intrauerat cogitatio in eos, ac si nihil aliud fuisset, nisi cogitatio, & quia cogitatio est actus cordis, cõuenienter subiunxit Iesus videns corda illorum. Et si diceret, quòd quęsiuit ab eis, non conuenienter diceret, quia pręsupposuerat quasi, quòd solùm fuerat cogitatio, & nõ aliqua contentio realis: ideo dixit, quòd vidit corda illorum: & ita apparet, quòd omnes tres Euangelistę cõcordant in ponendo redargutionem quãdam factam discipulis à Christo: sed super modo introducendi cõ- I tentionem, quæ fuerat inter eos variant, quia modus introducendi non est secundùm eos de substãtia rei, quam narrare intendunt, & vnus introducit sic, alius sic: sed veritas rei gestæ tam quantum ad rem narratam, quàm quantum ad modum narrandi est quam Marcus expressit.

Quid Matthæus per regnum cœlorum intellexerit. Quæstio IX.

QVAERETVR, cùm Matthæus dicat hic: Quisputas maior est in regno cœlorum: quid intellexit per regnum cęlorum. Aliqui dicunt, quòd solùm significat maioritatem in terra: nam Matthęus K voluit ponere eandem contentionem, quam ponunt Lucas & Marcus: quia omnes eandem rem narrant: & tamen Marcus & Lucas de maioritate terrena loquuntur, dicentes, quòd inter se disputauerant, quis esset illorum maior. Mar. 9. et Luc. 9. dicitur: Intrauit cogitatio in eos, quis esset illorum maior: et non dicitur aliquid de regno cœlorum, sed de maioritate simpliciter, quæ videtur esse maioritas terrena. Sed obijcietur, quia dicitur hic: Quisputas maior est in regno cęlorum? Ad hoc dicunt, ꝙ accipitur multipliciter regnum Dei, vel regnum cęlorum. s. quinq; vel sex modis, vt dictum est supra 12. c. q. 65. et vno modo accipit̃ ꝓ statu noui testamenti: et ita q̃rebant hic de maioritate, q̃ est in nouo testamẽto, et illa est maioritas in terra.

Sed

Sed obijcietur, quòd debeat necessariò intelligi de vita æterna: nam dicitur supra in litera, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū cœlorū: & tamen non potest ibi accipi pro statu noui testamenti, quia in illud intrant omnes tam humiles, quàm superbi. Item dicit Hiero. super illo verbo: tu autem considera primum, quòd nihil eorum, quæ sūt in terris, quærūt: deinde, quòd postea hanc passionem deposuerunt. Nos autem neque ad defectus eorum attingere possumus, neque enim quærimus quis maior est in regno cœlorum, sed quis maior est in regno terræ: ergo de regno cœlorum intelligenda est litera. Dicēdum, quòd litera Matthæi necessariò intelligitur de regno cęlorū. i. de vita ęterna, & tñ contentio, q̄ fuit de maioritate inter Apost. fuit de aliqua maioritate, q̄ putabant hic in terra se obtenturos, & est in hoc causa interrogationis. s. qa aliter discipuli interrogabāt, & aliter Christus respondebat, & nō iuxta illud, qđ ipsi petebant. Et ratio varietatis est, quia discipuli nesciebāt qd peterēt. infra 20. Nescitis quid petatis. Christus autem sciebat quid illis opus esset, & quid petituri essent, si veritatē rerū cognoscerent: ideo respondebat eis iuxta illud, & non iuxta id, quod ipsi petebant. Discipuli. n. cū manerent in familia Christi, non petebant aliā magnitudinē, nisi q̄ hr̄e possent manentes cū eo, qa non putabant alibi se futuros maiores, q̄ cū eo manētes: errabāt tñ, qa putabant, ꝙ status magnus Christi futurus esset in terra, & cōsequenter status ipsorū: nā Iesum Messiā credebant, & rursus credebant Iudęi tanq̄ cōem cōceptionem habentes, ꝙ Messias regnaturus esset temporaliter, saltem quantū ad vulgus, & ꝙ nunq̄ moriturus esset: ideo qñ Christus significauit se moriturū, admirati sunt Iudęi: Io. 12. dr̄: Respondit ei turba, nos audiuimus ex lege, ꝙ Christus manet in ęternū, & quō tu dicis, ꝙ oportet exaltari filiū hominis? Quis est iste filius hominis? & ita cupiebāt discipuli Christi habere statū aliquem magnum hic temporaliter: & ideo contendebant quis eorum habiturus esset istum statum maiorem hic apud Christū: & quia ista maioritas futura esset tēporalis, & in terra, contēdebant simpliciter, quis maior esset, & nō dicebant an in terra, vel in regno cęlorum: Christus aūt sciebat, ꝙ nullam talem temporalem magnitudinē qualem ipsi putabant habituri erāt, aliq̄ tñ habituri erant: ideo respondet eis de illa, vt non ꝯsentiat errori eorū: & apparet, ꝙ sic debeant accipi diuersimodè ꝯtentio Apostolorū, & responsio Christi: nam Mar. 9. dr̄, ꝙ Christ⁹ dixit: quid in via tractabatis? & sequitur: siquidem inter se in via disputauerāt, quis esset illorum maior: responsio tñ Christi ibi nō potest accipi de maioritate, q̄ est hic, sed de maioritate, q̄ est ī cęlo: nam ait: Siquis vult primus esse, erit oīum nouissimus, & oīum minister: & tñ qui maior est tēporaliter non est nouissimus, neque minister, sed dn̄s: & ita ēt in nouo testamēto in Ecclesia sunt maiores ipsi, qui præsunt, etiā si sint minoris meriti: & tñ illi nō sunt nouissimi, neq; ministri, sed dn̄i & principes: sed intelligitur de maioritate vitę ęternę, quia ad hoc, ꝙ quis sit maior in vita ęterna, debet esse maior in virtute, & qui maior est in virtute, est minimus oīum ꝑ humilitatē & patiētiam. Sic ēt dr̄ Luc. 9. intrauit cogitatio in eos quis eorum esset maior, quod intelligit̄ de maioritate, q̄ hoīes habent hic, cū dicat absolutè, qs eorū esset maior: & tñ Christus respōdit: Qui minor est inter oēs vos, hic maior est, & tñ minoritas nō facit maioritatē, nisi maioritatē vitę æternę: & ita apparet, ꝙ de alia maioritate cōtendebant Apostoli, & de alia Christus respōdebat eis. Matthæus aūt, qa non introducebat istā quęst. factā ab Apostolis, quasi ab eis facta eēt, sed vt haberet̄ occasio ad responsionē Christi, & ille loqtur de maioritate regni cęlorū: ideo posuit quæst. quasi esset facta de maio-

Iudæi tanquam cōmunē cōceptionē habebant ꝙ Messias regnatur⁹ esset temporaliter.

Quid requiritur ad hoc, quòd sit quis maior in vita æterna.

A ritatē regni celorū. s. Quis putas maior est in regno celorum? Quòd aūt Christus soleat interdū respondere alr̄ discipulis, q̄ ipsi petāt, patet, quia Act. 1. c. dr̄, ꝙ volente Christo ascendere in celū, dixerunt qdā de astantibus: Domine si in tp̄e hoc restitues regnū Israel? & manifestè apparet, ꝙ intelligebant de restitutione tēporali. s. si reduceret oēs tribus Israel ad terrā suā, colligens oēm dispsionē, & ꝯstituens regnū tp̄ale sup eos. Hoc. n. erat restituere regnū. i. reddere illud, sicut prius erat. Nam tp̄e Dauid & Salomonis erat regnū Iudęorū vnicū, & florentissimū existentibus oībus Iudęis in eadē regione: & non loquebant̄ de restitutione spirituali, qa illā fecerat Christus moriendo ꝑ nobis: nam tūc redemit nos in sanguine suo, & fecit nos Deo nr̄o regnū. Apo.
B 5. ca. Christus aūt rn̄dit de spirituali restitutione, vel vt verius dicat̄ de collatione noui regni, qđ nunq̄ datum fuerat, dicens: Non est vr̄m nosse tp̄a & momēta, quę pater posuit in potestate sua, in quo manifestum est, ꝙ non loquitur de restitutione tp̄ali, de qua Iudęi locuti fuerāt, qa illa nunq̄ facta est, neq; est aliqñ futura, & tñ ipse innuit, ꝙ id, de quo loquitur aliqñ futurū est, & tñ tp̄s eius est ignotū hoībus, sed soli Deo est certū. s. non est vr̄m nosse tp̄a, & momenta. i. illa tp̄a, & momenta, in quibus fiēt ea, q̄ ego dico: loquit̄ aūt de regno Israel nouo, qđ nunq̄ fuit: quod tñ dabitur generaliter oībus bonis in die iudicij: & dies ille, vel momentū apud homines ignoratur, qa pater. i. deitas beata posuit hæc in sua potestate. i. sibi soli scienda seruauit. Sic dr̄ infra 24.
C & Mar. 13. s. De die aūt illa nemo scit, neq; angeli celorū, neq; filius hoīs, sed tm̄ pr̄. Et ita apparet, ꝙ Christus respōdet interdū discipulis, & nō de eadē re, de qua illi q̄runt, & hoc qa illi non intelligunt quid petunt. infra 20. nam ibi ita putabant duo discipuli. i. Ioan. & Iacob⁹ futurū esse regnum Christi hic, & ideo petiuerunt, vt vnus sederet ad dexteram, & alius ad sinistram Christi in regno suo, & Christus ait: nescitis quid petatis.

Quare Christus statim voluit arguere discipulos de illa contentione inter se habita. Quæst. X.

QVAERETVR, quare Christus statim voluit arguere discipulos de contentione illa. Dicendū,
D ꝙ hoc fuit primò, vt non cresceret vlterius hoc malū: nam contentio incipit paulatim, & si non extinguatur subitò, perueniet ad grauia peccata. i. contumelias, lites, & verbera, & homicidia. Et quia nunc veniente Christo in Capharnaum cęperat ista contentio in via, voluit quādo venit in Capharnaum statim illā sopire. Secundò, quia facilius erat inchoantem contentionē auferre, quàm iam firmatam & inueteratam, & post susceptas vtrinq; contumelias. De hoc dicit Cyrillus: Dominus aūt, qui nouit saluos facere, videns in mentē discipulorum super hoc cogitationem exortam, velut quandam amaritudinis radicem, priusquam augmentum susciperet, radicitus eam euellit: cùm. n. inchoant passiones in nobis facile deuincuntur, sed auctæ diffi-
E cilè sunt mobiles. Tertiò fuit ad ostendendum, quòd nouerat secreta cordium, & ea, q̄ ipso absente fiebant. Quod voluit ostendere præcedenti capitulo, ad ꝓbandum, quòd filius Dei erat, & liber ab omni tributo: & ad hoc ibi aperuit ea, quæ Petrus in corde gerebat, cū præoccupauit loqui ea, quæ Petrus dicere volebat: & dixit ea, quæ absente eo dixerant collectores didrachmatis. Nunc ad confirmandum hoc addidit aliud, scilicet, quia dixerat ea, quæ absente eo dixerant discipuli in via contendentes, & ita non debuit differre dicere hoc, vt hæc simul dicta facerent ad probationem eiusdem rei, quod nō fieret si aliquanto tempore post hoc diceret: ideo omnia dixit in Capharnaum, & noluit differre ad alia tempora.

Quis erat puer iste, quem in medio Iesus statuit. Quæstio XI.

QVAERETVR, quis erat iste puer, quem Iesus statuit in medio. Aliqui dicunt, ꝙ fuit ipsemet, qui vocatur puer propter puritatem, quia ab omnibus passionibus liber erat, sicut puer. Sic dicit Chry. Mihi videtur valde paruulum in medio statuere à passionibus omnibus erutum: & specialiter vocatur paruulus propter humilitatem. Sic dicit Hiero. s. vel certè paruulum statuit in medio eorũ seipsum, qui non ministrari venerat, sed ministrare, vt eis humilitatis tribueret exemplũ. Alij dicunt, quòd vocatur paruulus Spiritus Sãctus, quem posuit in medio eorum. i. in cordibus Apostolorum. Sic dicit Hiero. Alij paruulum interpretantur Spiritum Sanctum, quẽ posuit in cordibus discipulorum, vt superbiam humilitate mutarẽt. Sed dicendum, quòd non stat prima positio. Primò, quia dicitur supra in litera, & aduocans Iesus paruulũ: & tamen seipsum vocare non poterat, sed alium: ergo debet puerum illum distinctum esse ab eo. Secundò, quia dicitur, quòd statuit eum, idest, posuit in medio illorum, quod ad seipsum non pertinet, sed distinctionem significat. Tertiò patet, quia Mar. 9. dicitur: Et accipiens puerum statuit eum in medio eorũ, sed seipsum non poterat accipere: ergo non erat ipse, q puer dicitur. Quartò, quia dicitur. eod. cap. quem cũ complexus esset, ait &c. & tamen non poterat Christus amplecti seipsum: ergo puer ille, quẽ amplectebatur aliꝰ erat à seipso. Quintò, quia dicitur Luc. 9. Apprehendens puerum, statuit illum penes se, & tamen ipse nõ poterat esse iuxta seipsum: ergo ille puer alius erat ab eo. Sextò, quia dicitur. eodem capitulo, quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: ergo distinguebatur puer ille ab eo.

Hom. 59. sup Matt.

Secunda etiam positio non stat: nam dicere paruulum Spiritum Sanctum, nulla ratio suadet: dicere autem Christum paruulum satis est verisimile, quia exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. ad Phi. 2. & factus est obediens patri vsque ad mortem. eodem capitulo. At Spiritus Sanctus non accepit humiliationem aliquam, sicut nec pater: ergo sicut nemo vocat patrem paruulum, ita neque Spiritum Sanctum vocare poterit. Secundò, quia non conuenit literæ. Primò, quia dicitur, quòd aduocauit eum, & posuit in medio: & tamen Spiritus Sanctus non poterat vocari, & poni in medio. Secundò, quia dicitur Mar. 9. accipiens puerum: & tamen non poterat accipere Spiritũ Sanctum, quia ista fuit acceptio manualis, quod magis innuitur Luc. 9. s. Apprehendens puerum: & tamen Spiritus Sanctus manualiter non tangitur, quia neque corpus est, neque corpus assumpsit: ideo non est ipse paruulus. Tertiò, quia dicitur Mar. 9. quem cũ complexus esset: & tamen nemo potest complecti Spiritũ Sanctum, quia non est corporeus. Quartò, quia dicitur Luc. 9. statuit illum penes se, & tamen Spiritus Sanctus non est iuxta aliquẽ, quia hoc pertinet ad corpora, quæ determinant sibi distinctos situs. Etiã, quia Spiritus Sanctus non est iuxta aliquid, sed replet omnia, Sapien. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Quintò, quia non conuenit literæ: nam dicitur: Quicunque recipit puerum istum, & ita ostendebat illum: & tamen Spiritus Sãctus infunditur cordibus nostris, & non videtur: ideo non erat ille, de quo loquebatur. Sextò, quia dicitur: Qui susceperit puerum istum in nomine meo, me suscipiet. In quo signat, quòd puer ille minor erat eo, cùm in nomine eius, idest, propter eum suscipi debet: & tamen Spiritus Sanctus non est minor filio. Nam si Christus accipiatur solùm quantum ad naturam diuinam, sunt æquales filius, & Spiri-

F tus Sanctus: si autem quantum ad naturam humanã, sicut est Christus minor patre Ioa. 14. ita & est minor Spiritu Sancto, cùm pater, & spiritus sanctus per omnia sint æquales. Septimò, quia discordat à litera. Nam dicitur supra, quòd Christus accepit paruulum, & statuit in medio: & tunc dixit, nisi conuersi fueritis, &c. & ita dedit eis doctrinam, quòd converterentur postquam posuit paruulum in medio eorum: & tamẽ si ponere paruulum sit Spiritum sanctum ponere in cordibus discipulorum, non indigerent postea cõuersione: quia hoc ipso, quòd spiritus sanctus esset in cordibus eorum essent rectificati, ita quòd non indigerẽt conuersione aliqua, sed iam essent conuersi: ergo nõ erat spiritus sanctus. Octauò, quia dicitur in litera:

G Quicunque humiliauerit se, sicut paruulus iste: & tamen spiritus sanctus non se humiliat ad aliquid: quia humiliatio est in natura assumpta, quod ad solũ Christum pertinet. Quòd autem Chry. & Hiero. posuerũt intelligi de ipsomet Christo, vel de spiritu sancto, Dicendum, quòd ipsi referunt diuersorum opiniones, & non immanent eis. Quod manifestè apparet quantũ ad Hiero. qui ponit Christum esse paruulum istum, & deinde ponit spiritum sanctum, & tamen nõ potest stare vtraque positio, quia aduersantur. Etiam, quia dicit: Alij paruulum interpretantur.

Dicendũ ergo, quòd iste paruulus fuit aliquis puer, qui erat in domo illa, in qua Christus loquebatur hæc cum discipulis in Capharnaum, & vocauit illum, &

H posuit in medio discipulorum. Et apparet hoc, quia Matthæus vocat eum hic paruulum. Marcus autem, & Lucas vocant eum puerum. De isto paruulo dicũt aliqui, quòd fuit Martialis, qui fuit postea discipulus Beati Petri, & missus ab eo in Galliam prædicauit Lemonicensibus, & factus est Episcopus eorum, vt dicit Historia Scholastica, & Nicolaus, & Bernardus in Glo. pœnultima in capitulo vnico de sacra vnctione. Sed de hoc non constat, quòd fuerit, ideo liberum est opinari: dum tamẽ dicatur, quòd verè fuerit aliquis puer iste, de quo hic dicitur.

Quare Christus vocauit istum paruulum, & posuit in medio Apostolorum. Quæst. XII.

I QVAERETVR, quare Christus vocauit istum paruulum, & posuit in medio Apostolorum. Dicendũ, quòd fuit propter Apostolos, quibus loquebatur: nam volebat eos nunc erudire, ideo eó modo fecit, quo conuenientius erudirentur, quod fieret præsente paruulo. Sic dicit Cyrillus, scilicet, Quòd autem puerum assumpsit, & posuit eum penes se, agebatur causa vtilitatis Apostolorum & nostri: vtilitas autem erat, quia Christus volebat instruere Apostolos circa humilitatem, & depositionem elationis, vt patet in litera: sed circa hoc magis erudirentur exemplo sensibili, quàm sola doctrina verbali, quia magis certificãt, quæ oculis subijciuntur, quàm quę auribus percipiun-

K tur: ideo puerum accipiens in medio posuit, vt eum cuncti præsentialius conspicerent: docti autem, vel doctrinæ assueti verbis erudiuntur: rudes verò sensibili exemplo ad intelligendũ manu ducuntur: tales enim erant Apostoli, vt dixit Christus supra decimo quinto: adhuc vos sine intellectu estis, & Io. 12. adhuc modicum lumen in vobis est: ideo exemplo sensibili erudiri eos decuit, & ob hoc, quia Iudæi erant rudes, vt communiter docebat eos Deus per sensibilia exempla, vt patet Esa. 20. quando fecit, quòd Esaias ambularet nudus, & discalciatus tribus diebus, dicens, quòd per hoc significabatur captiuitas triũ annorũ, scilicet, sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus, & discalciatus, trium annorum signum, & portẽtum erit super

Rudes sensibili exẽplo ad intelligẽdũ erudiunt: docti verò verbis.

Aegy-

Aegyptum,& super Aethiopiam: sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Aegypti,& transmutationem Aethiopiæ. Sic etiam Ieremiam erudiebat dominus per virgam vigilantem, & ollam cuius ebulitiones erant ab Aquilone, Ierem. 1. & per lumbare positum apud Iordanem, Iere. 13. & per catenas, quas portabat in collo Ieremias prænunciabat gētibus captiuitatem, quibus catenas mittebat. Iere. 27. & in multis alijs. Ipsi quoque falsi prophetæ hunc modum sequebantur: vt fuit Sedecias filius Chanaana, qui volens prædicere Ramoth Galaad capiendam à rege Achab, fecit sibi cornua ferrea dicens: in his ventilabis Syriam. 3. Reg. 22. & 2. Paralip. 18. Sic etiam Ananias propheta falsus, qui contra Ieremiam prophetauit. Nam abstulit catenam de collo Ieremiæ, & confregit eam, dicens: Hæc dicit dominus: sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis de collo omnium gentium post duos annos: & tamen hoc falsum erat, Iere. 26. ca. Mansit ergo aliqua sensibilis ostensio tempore Christi qua ipse vtebatur interdum in erudiendo Apostolos, quia adhuc rudes erant.

Quare Christus potius puerum, quàm virum vocauit ad ostensionem sensibilem in doctrinæ suæ.
Quæst. XIII.

QVAERETVR, cùm Christus vellet vocare aliquem ad ostensionem sensibilem doctrinæ suæ: quare potius puerum, quàm virum vocauit. Dicunt aliqui, quòd hoc fuit, quia Christus gaudebat videre paruulos, & applicare illos ad se: sic patet sequenti cap. cùm discipuli prohibebant accedere ad Christū paruulos, & ille ait: sinite paruulos venire ad me. Dicendum, quòd hoc non stat: quia Christus non faciebat aliquid sine causa, cùm esset in omnibus ordinatissimus, & non diligit potius paruulos, quàm adultos. nam pusillum, & magnum ipse fecit, & ęqua est ei cura de omnibus: Sap. 12. imò cæteris paribus potius deberet diligere viros, & adultos, quàm paruulos. Nam sicut magis diligit hominem, quàm pecus, quia maiorem gradum bonitatis homini contulit: ita cùm plura contulerit beneficia adultis, quàm paruulis, cęteris paribus, & vt communiter: potius dēret diligere adultos. Sed dicendum, ꝙ ideo vocauit paruulum, & non adultum, quia instruere volebat discipulos circa humilitatem: cui magis conueniebat paruulus, quàm vir, qui non extollitur, non ambit honores, non contendit de principatu. Sic dicit Chry. Etenim à vanagloria, & inuidia paruulus mundus existit, & à concupiscendo primatum, & non solùm quantum ad humilitatem, sed etiam quantum ad totius vitæ munditiam exemplum in paruulo ostendi conuenienter poterat. A cæteris. n. quibus viri, & oēs adulti implicari solent, paruuli immunes sunt. Sic dicit Hieron. sicut iste paruulus cuius vobis exemplum tribuo, non perseuerat in iracundia: læsus non meminit: videns pulchram mulierem non delectatur: non aliud cogitat, & aliud loquitur: sic & vos nisi talem habueritis innocentiam, & animi puritatem, regna cœlorum non poteritis intrare. Sic etiā dicit Cyrillus: Puer sinceram gerit mentem, immaculatum cor, & manet in simplicitate cogitationum: nō ambit honorem, nec nouit cuiussuis prærogatiuę modum, nec refugit videri in minus se habere: multam gerit serenitatem in mente, & corde. Puerum ergo debuit accipere, & non adultum. Sed obijcietur, quòd etiam in pueris peccata ista sint, & ideo non debuit puer ostendi potius, quàm vir: nam videtur, ꝙ omnia peccata præter ea, quę membris genitalibus admittuntur, sunt in pueris, vt furta, periuria, mendacia, & similia, vt patet, de extra delictis puerorum c. pueris. Dicendum, ꝙ illud verum est de pueris grandiusculis, vt quia iam sunt ad duodecimum annum, & vltra, & ita dicitur ibi, quòd pueris grandiusculis peccatum aliqui attribuere nolunt, & illorum opinio redarguitur ibi: pueri tamen paruuli, vt septenni, vel minores, quos potius infantes, quàm pueros dicimus, à peccatis omnibus immunes sunt, & talis erat puer, quem Christus accepit, & immitandum tradidit discipulis. Et ita licèt aliquando iste vocetur puer, vt Mar. 9. & Lucæ 9. eo modo quo omnes pusillos pueros vocamus, tamen accipiendum est, quòd erat paruus puer, & ita Matthæus semper vocat eum paruulum, scilicet, & vocans Iesus paruulum. Et iterum: Et efficiamini sicut paruuli.

Hom. 59. in Matth.

A B C D E

Quare Christus dixit: Efficiamini sicut paruuli.
Quæst. XIIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit: Efficiamini sicut paruuli. Dicendum, ꝙ non intelligitur hoc quantum ad ætatem: impossibile est enim senem effici ætate paruulum: licèt corporis habitudine, & qualitate Deus eum puerum efficere possit: annos tamen elapsos nō pertransisse impossibile est. 6. Ethic. nec etiam aliquis sic intelligere deberet: nā redarguit Christus Nicodemum sic intelligentem: cùm ille dixisset, ꝙ oportet hominem renasci denuo, & Nicodemus ait, ꝙ non potest senex introire in ventrem matris suæ, & denuo nasci. Ioan. 3. Christus autem dixit aliter accipiendum, & ita hic: potissimè, quia Christus non dixit, efficiamini paruuli: sed efficiamini sicut paruuli. Dicendum etiam, ꝙ non admonet omnino esse, sicut paruuli sunt, sed solùm quantum ad aliquid. Nam paruuli imprudentes sunt secundùm ætatem, & etiam adolescentes. 1. & 6. Ethic. nos autem admonemur prudentes esse. supra 10. cap. estote prudentes, sicut serpentes. Etiam paruuli faciliter credunt, & cito ab opinione trahuntur, quod magnæ imperfectionis est, quantum ad eos, qui in fide radicati manere debēt, & non trahi ad aliquam aliam doctrinam. Ad Ephe. 4. vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ. Sed accipiendum est de innocentia puerorum, quia vita immaculata est puerorum. Sic imitabimur viros, & paruulos. Viros quidem quantum ad perfectiones, quæ veniunt per ætatem, vt esse prudentem, & firmum in proposito. Paruulos verò imitabimur quantum ad perfectiones, quę non consequuntur ætatem adultam, sed potius tolluntur adueniente ętate per accidens, vt est munditia mentis, & innocentia. Sic dicit Apostolus: malitia paruuli estote, sensibus verò perfecti. Sciendum etiā, quòd licèt admoneamur habere innocentiam puerorum: non tamen eo modo, quo pueri illam habent: nam pueri illam habent imperfectione naturæ: nos verò habere debemus rationis rectitudine, pueri. n. non ambiunt honores, quia illos non nouerunt esse bonum aliquod. Læsi non perseuerant in ira, quia elabitur eis æstimatio offensæ, & ita de cæteris. Nos verò honorem ideo concupiscere debemus, quia alia maiora bona agnoscimus, in quibus fęlicitas reponitur, & ita de cæteris. Sic dicit Hieron. Non præcipitur Apostolis, vt ætatem habeant paruulorum: sed innocentiam: vt quod illi per annos possident, hi possideāt per industriam: vt malitia non sapientia paruuli sint. & ita exponitur: nisi conuersi fueritis ab hac elatione, & indignatione in qua modo estis, & efficiamini, scilicet, ita innocentes, & humiles per virtutem, sicut paruuli sunt per ætatem: non intrabitis in regnum cœlorum.

In quo homo debet iuxta Christi doctrinā paruulos imitari.

Quando

Quando Christus dixit: Nisi efficiamini sicut paruuli, &c. an intellexerit de sola humilitate, vel de alijs virtutibus. Quæst. XV.

QVAERETVR, quare Christus dixit: Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum, quod videtur specialiter pertinere ad humilitatem, & an soli humilitati competat hoc, vel sit idē in alijs. Dici potest vno modo, ꝙ non dicitur hoc de sola humilitate, sed de omni virtute, vel saltem de exclusione omnium vitiorum, quæ repugnāt omnibus virtutibus: nam non deducitur paruulus in medium propter solam humilitatem, sed propter innocentiā, quæ paruulis, idest, infantibus connata est, quandiu paruuli sunt non effecti grandiusculi: innocentia autem negat G omne vitium. Tales autem sunt, qui regnum cęlorū possidebunt: nemo enim potest habens vitiū aliquod intrare in regnum cęlorum, & ideo quicunque intrat in regnum cęlorum, intrat vt paruulus, idest nullum vitium habens, sicut nec paruuli habent. Sic dicitur Mar. 10. quisquis non receperit regnum Dei, vt paruulus, nunquam intrabit in illud. & ita non est specialius de humilitate, quàm de cæteris virtutibus. Aliter potest dici, ꝙ intelligitur de sola humilitate, s̄m quam imitari debemus paruulos, & tamen tunc non est sensus, ꝙ habentes solam humilitatem poterimus intrare in regnum Dei: quia multa alia necessaria sunt, vt charitas, fides, spes, & cæteræ virtutes, quarum actus consistit in quotidiana conuersatione: vt temperātia, H iustitia, & similes. Et sic etiam idem est de humilitate, & qualibet aliarum virtutum: quia sine illa non habebimus regnum cęlorum. Et considerandum, ꝙ Christus nō dixit hic, qui effectus fuerit sicut paruulus, habebit regnum cęlorum: sed qui non efficitur sicut paruulus, non habebit regnum cęlorum. In quo innuitur ꝙ sola humilitas, in qua paruulos imitamur, non sufficit nos introducere in regnum Dei: sed ꝙ sine illa nō possumus intrare in illud, & ita est de qualibet virtute. Licèt enim non requiratur operari secundum quamlibet virtutem ad habendum vitam æternam, quia sæpè materiæ quarundam non occurrunt, & etiam quia operari secundùm virtutem est de affirmatiuis præceptis, quæ non obligant ad omne tempus: tamen requiritur, ꝙ nunquā operemur contra aliquam virtutem, quia agere cōtra virtutem theologicam, vel moralem non est sine peccato. Etiam quia non operari contra virtutem est de præceptis negatiuis, quæ obligant ad semper, & pro semper: sicut igitur non intrat in regnum cęlorum, qui contra humilitatem facit: ita & qui contra temperantiam fornicando, vel crapulando, aut contra liberalitatem non dando pauperi, quando necesse est, aut familiæ suæ non prouidendo propter auaritiam, aut contra iustitiam communicando, vel distribuendo iniustè, aut contra fortitudinem cedendo persecutoribus fidei propter timorem, & ita de cæteris: & sic quantum ad hoc non magis priuat vita æterna agere contra humilitatem, quàm cōtra quamlibet aliarum. Dicitur tamen hic potius de humilitate, quàm de aliqua aliarum propter duo. Primò, & præcipuè, quia de nulla dicere erat ad propositum nisi de humilitate. Nam Apostoli deliquerant superbiendo appetendo primatum, & contendendo de illo: corrigere autem eos erat deducere in virtutem oppositā, & illa erat sola humilitas, per quam maiora non appetimus, sed paruis contenti de nobis minora profitemur. Si autem deliquissent nunc Apostoli circa libidinem, diceret eis Christus, ꝙ sine castitate non intrarent in regnū cęlorum: vel si contra iustitiam, eodem modo de sola iustitia diceret. Sic patet supra 5. capit. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum,

Sola humilitas non sufficit introducere nos in regnum cęlorum.

Quare Christus humilitate hic exēplum posuit.

F & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: de sola ergo humilitate dixit, quia contra illam solam deliquerant. Secundò fuit, quia etiam si de omnibus virtutibus dicere esset ad propositum: de humilitate tamen potius, quàm de aliqua alia diceretur: quia dicitur de introitu in regnum cęlorum, & tamen nullius virtutis oppositum vitium directius repellit à regno cęlorum, quàm humilitatis. Si enim per propriam actionem posset quis consequi regnum cęlorum merendo illud proprijs viribus, esset quælibet virtus promeritoria regni cęlorum in totum, vel in partem: & quanto aliqua virtus naturaliter esset perfectior, tanto intensius, & directius esset promeritoria vitæ æternæ, & consequenter vitium ei oppositum tanto directius repelleret à regno Dei: sed non est possibile homini per seipsum, aut proprijs viribus consequi vitam æternam, vt patet sequenti c. cùm dixerunt discipuli: Quis ergo poterit saluus esse? & Christus ait: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia sunt possibilia. ergo necesse est, ꝙ ita homo accipiat vitam æternam, inquantum illam à Deo habet, & consequenter per illas virtutes directius quis se habebit ad habendum vitam æternam, per quas magis adhæret Deo, & per vitia opposita eis magis repelletur à vita æterna: huiusmodi sunt duæ virtutes, scilicet charitas, & humilitas. Per charitatem enim volumus bonum ipsi Deo. per humilitatem autem subijcimus nos ei: sed homo inuitat valde hominem ad conferendum sibi beneficium per hoc, ꝙ ei se subijcit, ideo per humilitatem similiter Deo placebimus, vt nobis donare dignetur æterna bona, & consequenter nullum vitium erit, per quod magis ineptus fiat homo ad vitam æternam, quàm per superbiam, iuxta illud: Superbis Deus resistit, humilibus autem donat gratiam. sed hic dicebatur de ingressu ad vitam æternam: ideo potius dicendum fuit de humilitate, quàm de cæteris virtutibus, & tamen prima ratio melior est.

An humilitas sit virtus. Quæst. XVI.

QVONIAM autem de humilitate hic Christus agit eam laudando: est dubium an sit virtus. Ali- I qui dicunt, quòd non, quia virtus importat rationem boni: humilitas autem dicit malum pęnale: iuxta illud Psal. 108. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, idest incarcerauerunt: ergo non est virtus. Item virtus opponitur vitio: sed humilitas dicit vitium, Ecclesiastici 19. Est qui nequiter se humiliat, interiora autem eius plena sunt dolo. ergo &c. Item virtus est de numero honestorum: humiliare tamen interdum sonat in turpitudinem, vt Exod. 21. Non poterit eam vendere: quia humiliauit eam, idest polluit, vel deflorauit. ergo non est virtus humilitas. Item virtus non opponitur virtuti, & tamen humilitas opponitur magnanimitati, quæ tendit in magna: humilitas autem ipsa refugit: ergo &c. Item virtus est dispositio perfecti ad opti- K mum 7. Physi. & tamen humilitas videtur esse imperfectorum, quia non conuenit Deo humilitas, aut humiliari, eo quòd nulli subijci potest, ergo humilitas non est virtus. Item omnis virtus moralis est circa passiones, aut actiones. humilitas tamen non connumeratur ab Aristo. inter pertinentes ad passiones: neque rursus pertinet ad actiones: quia tunc esset pars iustitiæ, quod non videtur: neque etiam est de theologicis virtutibus: ergo non est virtus.

Rōnes in contrariū. *1. rō.* *2. rō.* *3. rō.* *4. rō.* *5. rō.* *6. rō.*

Dicendum, quod humilitas est virtus, & de magnis quidem: cùm de ea commendet se virgo benedicta, & est propriè virtus scripturarum sanctarum: nam apud scriptores Gentium, siue philosophos, siue oratores de ea non reperimus, vt dicetur in solutione vltimi

timi argumenti. Et considerandum, quod ista virtus partim pertinet ad passiones, & partim ad actiones, vnde sub vtroque genere locari potest, sed magis sub pertinentibus ad actiones: spes enim, & desperatio passiones sunt, & circa spem consistit humilitas. Bonum quippe arduum, quod est obiectum quarundam passionum, habet vnde alliciat appetitum, scilicet ipsam rationem boni, & habet vnde retrahat, scilicet ipsam difficultatem consequendi ipsum: ex primo insurgit motus spei, quæ est passio. ex secundo insurgit motus desperationis, scilicet est regula in moralibus, quod circa motum appetitus, qui se habet per modum allicientis, & impellentis oportet poni virtutem moralem firmantem in proposito, & impellentem ad agendum. Ideo circa appetitum boni ardui necesse est poni duplicem virtutem: vnam quidem, quæ temperet, & refrenet animum, ne immoderatè tendat in excelsa, & ista est humilitas, per quam quis non ambit immoderatè excelsa, sed se paruum considerans mediocribus contentus est. Aliam verò, quæ firmet animum in proposito boni, & impellat ipsum ad prosecutionem magnorum bonorum, quæ tamen moderata sunt secundùm rectam rationem. Et hoc ne deficiat, aut retrocedat propter difficultatem adipiscendi. Et hæc est magnanimitas, & ita humilitas virtus est circa magna bona, & habet moderari passionem spei, quæ est circa bonum arduum immoderatè. Et hoc modo humilitas est virtus circa passiones. Potest etiam poni humilitas circa actiones: solam enim iustitiam ponit Aristo. circa actiones. 5. Ethic. & ita humilitas erit sic pars iustitiæ. Et potest pertinere ad iustitiam legalem, vel ad particularem. Ad legalem quidem inquantum in communicatione politica varie subijcitur vnus alteri secundùm quòd lex disponit. Inquantum ergo sequitur quis omnem subiectionem, quæ à lege ordinata est, & inquantum est ordinata à lege, dicitur humilitas illa ad legalem iustitiam pertinere. Ad particularem autem iustitiam pertinet inquātum subijcimur alicui reddendo ei honorem quendam sibi debitum per humiliationem nostram, & inquantū aliquid debitum redditur pertinet ad iustitiam particularem. Et hoc modo humilitas, vt est virtus specialis, respicit præcipuè subiectionem hominis ad Deum, & si alijs quàm Deo homo se humiliat per virtutem illam, humiliat se propter Deum, & sic est propriè virtus ad Deum, iuxta illud. 1. Pet. 2. Subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præexcellenti, &c. Et quantum ad istum modum magis accipimus humilitatem, scilicet, vt est virtus specialis, & ideo potius dicimus illam pertinere ad actiones, quàm ad passiones. Ad primum dicendum, quod humilis secundùm suam primam significationem importat aliquid coniunctum tempore, vt dicit Isidorus: humilis, idest humi accliuis, idest humi inclinatus, vel adhærens: adhærere autem terræ dupliciter contingit. Vno modo naturaliter, vt cùm aliquid naturaliter est paruum, & ideo non potest multum à terra eleuari, & ita dicimus in eadem arbore aliquos ramos humiles, idest terræ propinquos, & alios excelsos. Alio modo à voluntate, & tunc dupliciter, quia aut à principio extrinseco, aut ab intrinseco. Si ab extrinseco, vt cùm ab alio deijcitur, dicitur humiliari, & tunc humilitas sonat in pœnam: sicut primo modo sonat in naturæ situm, vel habitudinem. Si autem à principio intrinseco potest fieri interdum benè, idest bono fine, & cùm debita ratione, vt cùm quis considerans suum defectum, tenet se in infimis secundùm suum modum: sicut dixit Abraam ad Deum: Gen. 18. Loquar ad dominum meum, cùm sim puluis, & cinis. Et sic humilitas virtus est, cùm naturaliter homines inclinen-

Hūilitas cōsistit circa spem.

Circa appetitū boni ardui duplex virtus ponit.

Ad 1. rōnē i cōtrariū.

A tur ad iudicandum de se maiora, quàm sint, & ad se immoderatè magnificandum: propriam autem tenere mensuram virtutis est. Quandoque autem humiliatio malè fit: puta cùm homo honorem suum non intelligens, qui naturaliter est ei debitus, facit se æqualem bestijs, vt Psal. 48. Homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis. Ad secundum dicendum, quòd humilitas vera semper est virtus, & nihil habet de vitio. Qui autem simulat, & non est, continet vitium: humilitas namque, vt virtus est, importat in ratione sui quandam laudabilem delectationem ad parua, quibus se conformat. Hæc autem delectatio quandoque fit solùm secundùm signa exteriora, & fictionem. B Et hæc est falsa humilitas, de qua August. dicit in quadam epistola, quòd est magna superbia: quia videtur tendere ad excellentiam gloriæ: qui enim sic humiliantur, ideo faciunt, vt se bonos ostentantes lucra quædam aucupentur, aut de ipsa humiliatione quandam sanctitatis opinionem conquirant, de qua nimiū gloriantur, & hoc est valde superbire. Quandoque autem delectatio circa parua fit secundùm motum interiorem animæ, & tunc humilitas est propriè virtus: quia virtus non consistit principaliter in exterioribus, sed in eleuatione mentis, vt patet 2. Ethicorum. Ad tertium dicendum, quòd humilitas semper dicit aliquid honestum inquantum est virtus: sed quia interdum humiliatio dicit pœnam, vt ab extrinseco est, & C contingit pœnam esse circa turpia, poterit esse humiliatio de turpi. & ita est ibi cùm mulier humiliatur, idest defloratur, vel inuoluntariè polluitur. Ad quartum dicendum, quòd non opponitur humilitas magnanimitati, quia humilitas reprimit appetitum, ne tendat in excelsa, & magna præter rationem: magnanimitas autem impellit animum ad prosequendum magna, quæ sunt secundùm rectam rationem: ideo non contrariantur, quia ambo sunt secundùm rationem rectam. Ad quintum dicendum, quòd humilitas est virtus, & est de numero perfectorum: non tamē est in Deo. Pro quo dicendum, quòd perfectum dicitur dupliciter, & illud est, in quo nulla imperfectio inuenitur, neque secundùm naturam suam, neque D per respectum ad aliquid: & sic solus Deus est perfectus, sicut solus ipse est bonus, vt Christus dixit sequenti capitulo, & ita humilitas non est aliquid perfectum, & consequenter non est in Deo, & non est speciale hoc circa humilitatem, sed etiam circa omnes. nulla enim moralis virtus est in Deo, neque etiam Theologica, quia illæ sunt habitus quidam. In essentia tamen diuina non est aliquid absolutum præter essentiam ipsam. Et si dicatur, quòd habet charitatem iuxta illud: Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus. Dicendum, quòd Deus non habet charitatem aliquam, quę sit vltra essentiam, & ideo conuenientius de Deo dicitur, quòd sit charitas, quàm quòd charitatem habeat: sic dicitur primæ Ioan. 4. Deus E charitas est, &c. Competit tamen Christo humilitas secundùm naturam assumptam, quia illa non est simpliciter perfecta, & ideo conueniebant eis virtutes tam morales, quàm theologicæ saltem aliquæ. Secundo modo potest dici perfectum secundùm quid, scilicet secundùm naturam suam, vel secundùm statum suum, aut tempus, & ita hominem virtuosum perfectum dicimus: cuius tamen perfectio ad Deum collata potius est imperfectio, iuxta illud: Esaię 40. capitu. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. & ita virtutes quælibet perfectiones sunt, & humilitatem dicimus de numero perfectorum. Ad sextum dicendum, quòd humilitas ad vtrumque modum virtutum pertinet: nam est circa passiones, quia est circa

Ad 2. rōnē

Hūilitas falsa q̄ sit.

Ad 3. rōnē

Ad 4. rōnē

Ad 5. rōnē

Nulla virtus moralis, aut theologica est in Deo.

Ad 6. rōnē

circa spem, quæ est de bono arduo, quod in ratione boni attrahit ad se prosequendum. Est etiam circa actiones, vt est pertinens ad iustitiam legalem, vel ad particularem, vt supra dictum est, & tamen magis solemus eam accipere, vt est virtus particularis hominis inquantum subijcitur Deo propter se, & alijs propter ipsum, & propter hoc propriè humilitas est virtus scripturarum, de qua in sacra scriptura agitur, & non in scriptis Gentilium: sicut neque de virtutibus Theologicis. Sic dicit Origenes exponens illud Lucæ primo. Quia respexit humilitatem ancillę suę, scilicet propriè in scripturis vna de virtutibus videtur humilitas: ait quippe Saluator: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & tanto perfectior erit, quãto magis eam scripturæ commendant, & Gentiles eam non inuenerunt.

An humilitas consistat in appetitu, vel in ratione iudicante. Quæst. XVII.

QVAERETVR, an humilitas consistat in appetitu, vel in ratione iudicante. Aliqui dicunt, quòd in ratione. 1. rõ. Humilitas enim superbiæ opponitur: sed superbia maximè consistit circa cognitionem: dicit enim Gregor. 34. Mora. quòd superbia cùm exterius vsque ad corpus extenditur, prius per oculos iudicatur: vnde & in Psalmo dicitur: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Oculi autem maximè seruiunt cognitioni: ergo humilitas maximè consistit circa cognitionem, qua quis se æstimat paruum. 2. rõ. Secundò, quia August. in libro de Virginitate dicit, quòd humilitas est penè tota disciplina christiana: ergo nihil contentum in disciplina christiana repugnat humilitati. sed in disciplina christiana monemur petere meliora. primę Cor. 14. æmulamini charismata meliora: non igitur pertinet ad humilitatem reprimere appetitum arduorum, 3. rõ. sed æstimationem. Tertiò, si humilitas esset circa appetitum non distingueretur à magnanimitate, & tamen distinguitur: ergo non est circa appetitum, sed circa rationem. Patet antecedens, quia ad eandem virtutem pertinet refrenare superfluum motum ad prosequendum, & firmare animum contra superfluam retractationem impellendo ad prosequendum quantum decet: sicut eadem fortitudo est, quæ refrenat, & comprimit audaciam tendentem ad excessum terribilium: & eadem firmat animum contra timorem facientem retrocedere à terribilibus, quibus secundùm rationem opponere se oportet: neque ponimus duas fortitudines, aut duas virtutes: quarum altera sit contra audaciam, & alia contra timorem: ita circa bonum arduum non oportet poni aliam virtutem, quæ distrahat à persecutione immoderata boni ardui, & aliam, quæ firmet contra retractationem boni ipsius inquantum est difficilis eius adeptio. Sed eadem virtus sufficiet: sed magnanimitas firmat animum circa bona ardua, ne deficiat in prosecutione eorum propter difficultatem: ergo etiam retrahet à superflua prosecutione, quæ non est secundùm rationem. Si autem humilitas refrenaret animum circa prosecutionem arduorum contra rationem, non distingueretur à magnanimitate: ergo non est humilitas circa repressionem appetitus in arduis, sed magis circa repressionem æstimationis magnorum. 4. rõ. Quartò, quia Andronicus ponit humilitatem circa exteriorem cultum dicens, quòd humilitas est habitus non superabundans sumptibus, & præparationibus: ergo non est circa appetitum, qui est aliquid interius.

F Dicendum, quòd humilitas circa omnia hæc est. Est enim circa rationem inquantum præsupponit regulam rationis. Est etiam circa exteriorem cultum, inquantum humilis moderatur exteriorem cultum quantum videtur decere secundùm suum statum. Est etiam circa appetitum inquantum verè est habitus essentialiter consistens in appetitu, & ideo actus virtutis huius est actus appetitus, scilicet eligere. Sic dicit August. libro de pœnitentia, quòd humilis est, qui eligit abijci in domo domini: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum: sed electio ad appetitum pertinet: ideo essentialiter habitus humilitatis est in appetitu: & tamen non est inconueniens, quòd ad humilitatem pertineat aliquis actus rationis. Nam G pertinet ad humilitatem, quòd quis reprimat seipsum, ne feratur in ea, quæ sunt supra se: ad hoc autem necesse est, vt cognoscat quis, quid est id, quod est supra se, & quid est æquale sibi, & quantum est, in quo deficit à proportione eius, quod suam virtutem excedit, & ideo cognitio proprij defectus pertinet ad humilitatem, non quidem, quòd habitus humilitatis cognoscat ista, sed ꝙ ista necessaria sunt, & debent præsupponi ad hoc, quòd habitus humilitatis eliciat actũ eligendi de humiliando se: parua amando, quæ sunt secundùm commensurationem virtutis suę, & status sui. Et sic est de prudentia respectu cuiuslibet moralis virtutis, sine qua nulla moralis potest existere. sexto Ethicorum. Nam illa iudicat quid moralis eligere H debeat, sicut per fortitudinem exponit se quis terribilibus quibus decet se exponere, & cedit terribilibus immoderatis, siue fugit illa, & tamen fortitudo cùm non sit virtus intellectus, nõ scit qualia sunt terribilia, quibus se debet exponere, & qualia, quæ debet fugere: sed prudentia hoc iudicat, fortitudo autem inclinat in illa, quæ iudicauit prudentia, & eligit illa: ita circa humilitatem est: ideo humilitas ponitur virtus essentialiter in appetitu, & non in iudicio: quia nihil cognoscit, aut iudicat, sed præsupponit hæc cognita à prudentia. Ad primum dicendum, quòd humilitas non est in cognitione, neque etiam superbia: & licèt tam superbia, quàm humilitas per signum quoddam manifestetur in oculis: tamen neque superbia, neque I humilitas est in oculis: quia nulla virtus neque vitium est in organicis partibus: extollentia tamẽ oculorum, est signum quoddam superbiæ, inquantum excludit reuerentiam, & timorem. Consueuerunt timentes, & verecundati oculos deprimere quasi non audentes se alijs comparare: non autem sequitur ex hoc, quòd humilitas sit in cognitione: nam tunc in oculis necessariò poneretur: quod falsum est, vt dictum fuit. Ad secundum dicendum, ꝙ tota disciplina christiana pertinet ad humilitatem: non quidem quasi in tota doctrina, & opere christianorum, nihil sit nisi actus humilitatis, cùm sint multi actus virtutum necessarij, & illi virtutum actus distinguuntur inter se, sed dicitur tota disciplina in humilitate, quia omnia cum humi- K litate agenda sunt. Vel aliter, & melius est tota disciplina christiana, scilicet quantum ad custodiam sola humilitas custodit alias virtutes, ne pereant. Nam etiam ipsis virtutibus diabolus insidiatur, vt per inanẽ gloriam pereant. Humilitas autem tollit inanem gloriam, & sic facit manere omnes virtutes meritorias. Cùm autem dicitur, ꝙ admonemur appetere maiora, quod repugnat humilitati, quæ de paruis est. Dicendum, ꝙ tendere in maiora nobis ex confidentia virium nostrarum humilitati repugnat: ꝙ tamen ex cõfidentia diuini auxilij in maiora tendat, non est contra humilitatem, præsertim cùm ex hoc homo magis per humilitatem Deo se subijcit: vnde August. in libro de penitentia: Aliud est leuare se ad Deũ: aliud est leuare se con-

Habitus hũilitatis in appetitu est.

Ad primã rõnem in contrariũ.

Nulla virtus neque vitiũ est in organicis partibus.

Ad 2. rõnẽ

se contra Deum: qui ante illum se proijcit, ab illo erigitur: qui aduersus illum se erigit, ab illo proijcitur. Ad tertium dicendum, ꝙ humilitas est ad reprimendum animum, ne immoderatè tendat in ardua bona, & magnanimitas est in confortando animum ad prosequēdum ardua, ne deficiat propter difficultatem prosecutionis, & adeptionis, & non sunt eadem virtus, sed duę. Cùm autem dicitur de fortitudine, ꝙ eadem frenat circa audacias animum, & firmat circa timorem impellendo. Dicendum, quòd verum est, & tamen alia ratio est circa fortitudinem, quàm circa humilitatem, & magnanimitatem. In fortitudine enim inuenitur eadem ratio, qua frenat audacias, & firmat animum contra timores mouendo ad prosequendum, vel ad sustinendum. Vtriusque enim ratio est ex hoc, quòd homo debet bonum rationis periculis mortis præferre, quæ sunt tam in aggrediendo, quam in sustinendo: sed circa refrenationem animi ad præsumptionem, vel spem immoderatam bonorum arduorum, quod pertinet ad humilitatem, & in firmando animum contra desperationem prouenientem ex difficultate ademptionis ardui boni, quod ad magnitudinem pertinet, est alia, & alia ratio: nam ratio firmandi animum contra desperationem est ademptio proprij boni, scilicet, ne homo desperando indignum se reddat bono, quod sibi cōpetebat, vel perdat illud. In refrenando autem præsumptionem spei, vel immoderatam spem non est ratio motiua consideratio proprij boni, sed solùm est reuerentia ad Deum: ex qua contingit, vt homo non sibi plus attribuat, quàm sibi competat sᵐ gradum, quem à Deo sortitus est. Vnde humilitas præcipuè videtur importare subiectionem hominis ad Deum. Et ita non est eadem ratio vtrobiq;, scilicet cōsideratio proprij boni, & reuerentia diuina. Patet etiam ex hoc, quod supra dicebatur, scilicet, ꝙ humilitas pertinet ad virtutes, quę sunt circa passiones, & ad virtutes, quæ sunt circa actiones, & tamen principalius pertinet ad actiones. Nam inquantum refrenat immoderatam spem boni, est circa passiones: inquantum verò per humilitatem subijcit se quis Deo, pertinet ad actiones: quia reddit debitum quoddam Deo: & tamen nō propter aliud refrenat se homo circa immoderatam spem bonorum, nisi quia vult subijci Deo, & non vult excedere gradum ab eo collatum: cùm tamen aliàs naturaliter homo dignificet se maioribus, quàm dignus sit: ideo humilitas est circa passiones, quia est prius circa actiones, idest, ideo refrenat immoderatam spem, quia hoc faciendo reddit Deo debitum subiectionis, & subijcere se ei est primus, & ꝓprius actus humilitatis: & ꝓpter hoc dicit Aug. in lib. de sermone Dei in monte: Humilitatem, quam intelligit per paupertatem spiritus attribuit dono timoris, quo homo reueretur Deum. Non.n. sunt magnanimitas, & humilitas eadem virtus, sicut fortitudo vnica virtus est, quæ repugnat ꝯtra audacias, & ꝯfortat ꝯtra timores. Et apparet amplius hoc, quia aliter se habet humilitas ad spem refrenando illam, q̄ fortitudo ad audaciam reprimendo: nam licèt fortitudo audaciam reprimat: plus tn̄ vtitur audacia, quàm reprimat. Est.n. homo, & quodlibet animal naturaliter magis inclinatum ad timorem, quo mala fugit, quàm ad audaciam, quæ mala inuadit ad destruendum illa: vnde circa istū motum potius est homo confortandus, q̄ reprimendus, cùm sit sibi naturale reprimi, & fugere: & ita fortitudo magis regulat audaciam vtendo ea, quàm deprimat illam. Vnde fortitudo magis famulatur excessui, quàm defectui: sicut est circa omnes virtutes, quæ habent intendere actus, qui naturaliter remissi sunt: humilitas autem è cōtrario ad fortitudinem se habet: quia plus reprimit spem, vel fiduciam de seipso, quàm

Ad 3. rōnē

Bonum rationis mortis periculis pferendum est.

Hūilitas qd propriè importat.

Primus, & proprius actus hūilitatis est subijci Deo.

A ea vtatur: vnde magis opponitur sibi superabundantia, quàm defectus, & ita licèt in confortando circa timores, & reprimendo audacias sufficiat vnica virtus, s. fortitudo: circa repressionem tamen superabundantię, & immoderatę spei, & confortationem animi desperantis circa adeptionem difficilem boni ardui, non sufficit aliqua vna virtus: sed requiritur duplex, s. magnanimitas, & humilitas. Ad quartum dicendum, ꝙ licèt humilitas moderetur exteriorem cultum faciendo ꝑparationes conuenientes, & tollendo superuacuas: tn̄ ipsa non est aliquis habitus consistens in aliquo exteriori, sed in appetitu est, & consequenter actus eius ꝓprius est eligere, & non præparatio exterior. Etiam pręparatio exterior non est actus directè proueniens ex B actu electiuo humilitatis, sed indirectè: nam actus humilitatis est eligere abijci, vel eligere nō transcendere proprium gradum, & mensuram, sed potius infra illā consistere: superabundantia autē in exterioribus sumptibus, & præparationibus solet ad quandam iactantiā fieri, quæ per humilitatem reprimitur. Et quantum ad hoc consistit secundariò humilitas in exterioribus apparatibus, & sumptibus, prout sunt signa interioris appetitus: ipsa tamen humilitas in appetitu consistit.

Ad 4. rōnē

An per humilitatem debeat homo subijcere se omnibus hominibus. Quæst. XVIII.

C QVAERETVR, an per humilitatem debeat homo subijcere se omnibus hominibus. Aliqui dicunt, ꝙ non: quia humilitas propriè consistit in subiectione hominis ad Deum, vt dictum est supra, & tn̄ ea, quæ debentur Deo, non impenduntur hominibus, vt patet in actibus latriæ: ergo per humilitatem nō debet homo se subijcere homini. Secūdò, quia vt dicit Aug. in lib. de Natura, & gratia: humilitas collocanda est in parte veritatis, & non in parte falsitatis, idest debet esse vera, & non falsa: sed aliqui sunt in supremo statu, qui si se subijcerent inferioribus non posset fieri sine falsitate, cùm verè sint superiores illis: ergo per humilitatem non debet homo omnibus se subijcere. Tertiò, quia nullus debet facere id, quod vertitur in detrimentum salutis alterius, & tamen aliqui sunt, quibus siquis D se subijciat vertetur in detrimentum salutis illorum, quia per hoc superbient, vel contemnent humiliatos. quod fieri non debet, vt ait Aug. in Regula, s. Ne dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas: ergo non debet homo per humilitatem subijcere se omnibus.

1. rō.

2. rō.

3. rō.

Dicendum, ꝙ per humilitatem, quilibet homo debet se subijcere alijs omnibus hominibꝰ: sic dr̄ ad Phili. 2. in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, idest quilibet debet alios arbitrari maiores, & ita inuicem quilibet est minor alijs sᵐ opinionem propriam, & est maior alijs sᵐ opinionem illorum. Sed pro hoc considerandū, ꝙ in homine duo sola consideramus, s. aliquid, quod est ipsius hominis, & aliquid qđ est Dei. E Hominis quidem est quidquid pertinet ad defectum: Dei autem est, quidquid pertinet ad salutem, & perfectionem, iuxta illud Oseæ 13. Perditio tua ex te Israel: tm̄modo in me auxilium tuū, i. ò Israel ex te perditio tua, i. perditio tua est à te, & tu solus es causa. tantūmodo in me auxilium tuum, i. liberatio à perditione non est in potestate tua, sed solùm est in me volente, & potente. Humilitas autem respicit propriè reuerentiam, qua homo subijcitur Deo, & propter illum subijcitur hominibus. 1. Pet. 2. Subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præexcellenti, &c. Ex his autem accipitur prima regula circa humilitatem, ꝙ non debet homo subijcere se quantum ad id, quod Dei est in eo alteri homini quantum ad id, quod est homi-

Hūilitati regulæ.

hominis, idest homo quantum ad id, quod perfectionis est in eo, siue sit gratis datum, siue gratia gratificãs, non oportet subijcere se alteri homini quantū ad id, quod est in illo hominis: quia illud defectus aliquis est. & hoc quia tunc bonum subijceretur malo, vel maius bonum minus bono, quod est inordinatum. Etiã quia hoc esset contra rationem humilitatis, per quam homo subijcitur Deo, & tamen subijciendo id, quod est Dei ei, quod est hominis, est subijcere Deum homini, quod est absurdum. Secunda regula, ꝙ non est necesse, ꝙ quilibet homo subijciat per humilitatem, id qđ est Dei in se, ei quod cognoscit esse Dei in altero, i. nõ oportet, ꝙ quilibet æstimet per humilitatẽ dona, quæ ipse à Deo accepit esse minora, quàm dona, quæ alij acceperunt: sed in his debet stari veritati. Si.n. maiora sunt dona, quę ego suscepi, quàm quæ alij acceperunt, debeo illa cognoscere tanquam maiora. Si verò minora fuerunt, debeo cognoscere illa, vt minora: & tamen si maiora fuerint, non debet homo ꝓpter hoc gloriari se iactando: qa alienū est, quod hẽt. Sic dr̄. 1. Co. 4. Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Imò nec debet quis immoderatè de bonis istis susceptis gaudere: nisi quatenus gaudiū resultat in Dei laudem. Vnde Christus increpat septuaginta duos discipulos Luc. 10. quia illi gaudebant, eo ꝙ demonia subijciebãtur eis in nomine Christi dicens: nolite in hoc gaudere, sed potius gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis. Potest tamẽ homo talia suscipiens in oratione sua, & contemplatione cõfiteri coram Deo dona abundantia, quæ ei dedit, vt dicat, ꝙ ei dedit maiorem potentiam, vel sapientiam, vel robur, vel spiritualia auxilia, quàm multis alijs hominibus. Et hoc quidem dicat nõ, vt quasi glorietur in oratione sua, sed vt Deo gratias agat de susceptis referendo hoc; quia aliàs esset reprehensibilis, sicut Lucæ 18. de Pharisæo, qui orans dixit: non sum sicut cæteri hominum: nam ibi dr̄, ꝙ iste aspernabatur ceteros. Potest etiam, qui talia beneficia suscepit confiteri illa coram hominibus, vt dicat se suscepisse à Deo maiora beneficia, quàm multi homines susceperunt (specificando (si velit) ipsa beneficiã. Et hoc non quasi per hoc suscepta melior iudicetur, cùm gratis donata fuerint, sed vt tanto vberiores Deo gratiarum actiones exsoluat, quanto maiora se suscepisse confitetur. Fundamentum horum est, quia quando præferimus dona, quæ in nobis sunt, donis, quæ sunt in altero: non nos preferimus illi, cùm non simus propter maiora dona meliores, sed ad reddendam rationem magis obligationis, sed ipsa dona Dei adinuicem præferimus, cum placuerit ei quædam esse maiora alijs. Etiam hoc possumus, quia dona Dei manifesta sunt eis, quibus conferuntur. 1. Cor. 3. vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis, ideo cùm in accipientibus dona illa ꝯstiterint: poterit quis absq; præiudicio humilitatis præferre dona, quæ accepit, donis, quæ alius accepit. Sic dicit Apost. ad Ephe. 3. quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis. Et ita Apostolus præferebat dona Dei in se, & alijs Apostolis ad dona, quæ cæteræ gentes susceperãt. Tertia regula est, ꝙ nõ est necesse, ꝙ quilibet per humilitatem subijciat se quantum ad id, quod suiipsius est cæteris hominib⁹ quantum ad id, quod ipsorum est, i. defectus suos defectibus aliorum, s. dicendo defectus suos esse maiores defectibus aliorum hominum, & ideo ipsum esse minorem, i. minoris valoris: quia tũc necesse esset, ꝙ quilibet confiteretur se magis peccatorem quolibet homine, quod est absurdum: nam humilitas non suadet mentiri: imò sine præiudicio humilitatis potest quis alium dicere magis peccatorem se. sic Apostolus, qui per omnia humilis est, dicit ad Gal. 2. nos natura Iudæi,

Mod⁹ manifestandi Dei beneficia, quæ in nobis sũt.

Sine ꝑiudicio hũilitatis ꝑt aliqs dicere aliũ esse magis se pc̄tórẽ.

F & non ex gentibus peccatores. Quarta regula est, ꝙ quilibet debet subiicere se quantum ad id, quod proprium est in ipso, cuilibet alteri quantum ad id, quod Dei est in illo: quia quidquid Dei est in aliquo homine, melius est, quàm quidquid hominis est in quocunque homine: cùm nostrum nõ sit nisi defectus, & hoc modo facilè est, ꝙ quilibet hominum subijciat se per humilitatem cuilibet alteri, quia nemo est tam perfectus in quo non sit aliquis defectus humanus, & nemo est tam miser in quo non sit aliquod donum Dei saltem gratis datum. Quinta regula est, ꝙ quilibet potest se subijcere alteri per humilitatem: siue quantum ad id, quod est Dei: siue quantum ad id, quod est propriū. De primo, vt considerando aliquid boni in alio, quod

G in se non inueniat. De secundo, vt considerando aliquod peccatum, vel defectum in se, quem in alio non videat. Quantum ad primum manifestū est, quia quilibet habet bonum aliquod à Deo, vt dr̄. 1. Cor. 7. vnusquisq; habet proprium donum. Et cùm nemo habeat omnia dona Dei: pòt quilibet in alio inuenire aliquid, quod in seipso non inuenerit: licèt ipse multa alia dona habeat, quæ alius non habet. Et quantum ad illud, quod non habet potest se subijcere per humilitatem, & ita quantum ad quemlibet hominem. Et dato, ꝙ illud donum, quod quis in se non inuenerit, non sit in alio, potest tamen putare esse in alio, dum tamen manifestè non constet, ꝙ non habet illud. Et tunc rationabiliter se illi subijciet: quia de se constat, ꝙ dono illo ca

H ret: de alio autem dubitat an habeat, & potest piè, vel sine errore credere, ꝙ habeat, & quantum ad hoc minorem se illo existimabit. De secundo patet, quia quilibet quantumcunque perfectus quandiu homo est, aliquos defectus incurrit. Et fortè illos defectus nõ cognoscit in alio, licèt illos habeat: quia delicta sunt abscondita, & ita minorem se existimabit. Etiam dato, ꝙ quis aperte videat, ꝙ alius graui⁹ peccauit, quàm ipse: potest verè se subijcere ei per humilitatem. Nam potest quis qui minus peccauit considerare, ꝙ Deus dedit ei multa adiutoria spiritualia, & fortem gratiã pulsatiuam ad non succumbendum tentationi: alii fortè parua auxilia contulit, & si illi ista magna auxilia, quæ ego habeo collata fuissent, nõ peccasset grauiter, sicut

I peccauit, & etiam neque leuiter, sicut ego peccaui. Et etiam cõsiderabo, ꝙ fortè si tanta opportunitas peccãdi mihi concessa fuisset quanta illi, & tam pauca auxilia contra tentationem habuissem, sicut ille, ꝙ in grauiora delicta incurrissem, quàm ille, & facilius, quàm ille. Hæc sunt potissima, quæ quis considerans subiicere potest se per humilitatem cuicunque homini. Non quidem fingendo se minorem, cùm tamẽ cõtrarium putet, sed verè putando se minorem: quia nemo scit quanta fuit tentatio, quæ alium ad peccandum impulit, & quanta erant ei auxilia contra tentationem: de seipso autem nouit hoc. Et sic quilibet quantumcunq; perfectus humiliare se poterit in corde suo cuilibet homini ſm veritatem. Mendacium namque, & superbia

K Deo non placent: sed veritas, quæ horum media est: ꝑ mendacium qdem humiliãtur, q imprudenter humiliantur, vt q dicit, ego peccaui plusq̃ omnes homines, vel deterior sum omnibus hoĩbus: superbia autem est cùm qs videns q̃dam bona in se, quę non videt in alio, vel q̃dam peccata in proximo, q̃ non videt in se, iudicat se meliorẽ ꝓximo, sicut Pharisæus, q dixit: non sum sicut cæteri hoĩes, Lucæ 18. Veritas autem media est, q̃ neq; mentitur, neque superbit, vt licèt qs videat plura bona in se, q̃ in alio: non ideo se meliorem iudicet, sed ꝯsideret aliquod bonum, quod sibi deesse videt, & illud est in alio, vel potest putare esse in alio, cùm non ꝯstet eo carere. Vel si viderit plura peccata commissa ab alio, q̃ à se, non ideo iudicet illum deteriorem: sed ꝯsideret

Quilibet homo q̃tũcunq; perfectus q̃diu hõ est aliquos defectus incurrit.

deret aliquod peccatum, quod ipse ꝯmisit, quod ꝓximus non ꝯmisit, vel saltem putet eum non ꝯmisisse illud. Humilitas.n.dona, & excellentiam propriam non negat, sed non ꝯsiderat. Et hoc non tanq̃ ignoret, sed quia ad illam attendere non expedit, ne inde glorieť. Humilitas etiam aliena peccata, quæ manifesta sunt ñ negat, sed non aduertit: vt pp ea proximum non iudicet, quia nõ expedit iudicare. Supra 7. ad humilitatē.n. pertinet in se peccata, & defectus solùm considerare. In proximo autem solam virtutem, & perfectionem, licèt in se aliqua bona sint, & in ꝓximo aliqua peccata.

Ad 1. rõnē ꝯ cõtrariũ. Ad primum, dicendum, ꝙ humilitas est directè hominis ad Deum qua se ei subijcit, & reueretur: non tñ debemus solùm reuereri Deo in seipso, sed etiam id, qđ eius reuereri debemus vbicunq; illud inuenerimus pp ipsum Deum: non tñ eodem modo reuerentiæ quo Deo reueremur: sicut nõ inuenitur Deus ita perfectè in donis suis, sicut in seipsis, & ita debemus nos per humilitatem subijcere proximis pp Deum: inquantum inuenitur in illis aliquid diuinum, & quia nemo est, in quo non inueniatur aliquid Dei, omnibus nos subijcere debemus. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni creaturæ pp Deum, idest omni homini. De latria autem secus est, quia exhibetur Deo pp seipsum solum, idest quãtum est dominus vñis cui tenemur ad illam seruitutem, & quia in seipso solùm reperitur ƒm hanc rationē, & nõ in rebus suis, sibi soli latriam exhibemus, & non hominibus pp Deum tãquam habentibus aliquam diuinorum participationem.

Ad 2. rõnē Ad secundum dicendum, ꝙ humilitas cum veritate est, & quæ cum falsitate est, non placet Deo, neq; est humilitas, vt siquis ei, quod est hominis in proximo id, quod est Dei in seipso subijciat. prælatio autem à Deo est. ad Ro. 13. Omnis potestas à domino Deo est. & sic est domum Dei prælatio: ergo inquantum prelatus habet aliquod donum, & si ꝯparetur ad non prælatum, ꝯparatur sicut hñs donũ Dei ad nõ habentem donum, vel sicut si ꝯparetur id, quod Dei est, ad id quod est hominis, & ita prælatus quantũ ad hoc maior est: prælatus ergo inquantum prælatus, non potest se humiliare subdito etiam in corde: quia hoc esset dicere, ꝙ ipse etiam inquantum prælatus est minor subdito suo, qui ꝯsideratur vt subditus, & hoc esset falsè humiliare, & cum præiudicio Dei: potest tñ prælatus non ꝯsiderando se vt prælatum, ꝯsiderare aliquos defectus in se, quos non inuenit in subdito, vel aliquas perfectiones in subdito, quas non inuenit in se, & quantũ ad hæc verè ꝯsiderabit se minorem illo, & ità prælat⁹ potest subijcere se per humilitatem cuicunq; subdito suo, & nõ præiudicatur prælationi, quæ est donum Dei. Vnde super illo verbo, ad Phili. 2. superiores inuicem arbitrantes, dicit Glo, non hoc ita debemus æstimare, vt nos æstimare fingamus: sed verè æstimemus esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, & si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse non sit occultum.

Prælatus quõ põt se subdito subijcere.

Ad 3. rõnē Ad tertum dicendum, ꝙ nemo debet sic humiliari, vt detrimentum salutis alterius faciat, & tñ potest quilibet humiliari cuicunq; alteri, sine damno salutis eius: humilitas. n. sicut & cæteræ virtutes ꝑcipuè in anima ꝯsistit, & ideo põt homo ƒm interiorē actum aĩæ alteri se humiliari sine hoc, ꝙ habeat occasionē aliq̃ detrimenti salutis aĩę suę: cùm ille non videat, ꝙ sibi quis se subijcit. Et hoc est, quod dicit Aug. in Regula. Timore corã Deo prælatus substract⁹ sit pedibus vestris. Corã Deo.n. fieri dr̃, quod secretè fit in cordibus nr̃is: quia ipse corda nr̃a scrutatur. Et est sensus, ꝙ ꝑlatus intra cor suum dēt se reputare minorē quolibet subditorũ suorum, & q̃tum ad hoc in corde suo oĩbus subditis se subijcit, quasi sit ꝓstratus ad pedes eorũ, & tñ in ꝯspectu hominum nõ debet seruari hęc humilitas: quia vt ait Aug. Ne, dũ nimis seruatur hu-

A militas, regēdi frãgatur auctoritas: imò quod plus est, non solũ non dēt sponte eis exterius subijci, sed etiã si interdum offendat eos iniustè puniendo: non tenetur petere veniam ab eis, quã teneretur petere ab alijs hoĩbus, ne vilescat auctoritas regendi, vt ait Aug. & hr̃ in decretis 86. dis. cap. qñ necessitas. In mente igitur quãtumcunq; qs se humilieť, prodest sibi, & nulli nocet. Exterius verò quandã oportet adhiberi cautelã circa humilitatē: sicut in actibus exteriorib⁹ cæterarũ virtutũ est, q̃dam moderõ adhibita, ne possint vrgere in detrimentum alterius, si tñ quis faciens, quod debet circa humilitatē, & cæteras virtutes operetur, & alij sumant ex hoc occasionem peccati, non imputatur agenti ƒm humilitatem, & alias virtutes, quia ille nõ scandalizat: B licèt alij ex actu eius scandalizantur, neq; est in potestate alicuius, ꝙ alij non scandalizentur ex actibus eius, dum tamen ipse tales actus, & taliter faciat, ꝙ rationabiliter nemo deberet ex eis scandalizari.

Prælat⁹ interdũ subditos iniustè punien do offēdēs non teheť ab eis petere veniam.

An humilitas sit pars modestiæ. Quæst. XIX.

QVAERETVR, an humilitas sit pars modestię, vel temperantiæ. Aliqui dñt, ꝙ non: qa humilitas ꝑcipuè respicit reuerentiã, qua qs Deo subijcitur, vt dictũ est supra, & tñ quod Deo exhibeť, pertinet ad virtutes theologicas, q̃ hñt Deum ꝓ obiecto: ergo pertinebit humilitas ad aliquam theologicã, & nõ ad mansuetudinem, modestiã, vel temperantiã. 1. rõ. q. 16. & 17. C Secundò, quia modestia, siue temperantia, non ponitur in eadē parte appetitus in qua humilitas: nã temperantia ponitur in ꝯcupiscibili, quia est circa delectationes, & tristitias: humilitas autē ponit̃ in irascibili: quia opponit̃ superbiæ: & ambæ ponunt̃ in irascibili: qa obiectũ eorũ est bonũ arduũ ad quod tendit spes. ergo humilitas, & tēperantia nõ pertinet ad idem. 2. rõ. Tertiò, quia humilitas, & magnanimitas ad idē pertinent, vt declaratũ fuit supra, licèt nõ sint eadē virtus: tñ magnanimitas nõ est pars tēpantiæ, aut modestiæ, sed magis fortitudinis: ergo nec hũilitas erit pars tēperantiæ. 3. rõ. Dicendũ, ꝙ humilitas virtus quędam est per se dictincta ab alijs hñs propriã materiam, & genus, & actum, & tñ quia in moralibus so- D lemus reducere omnes ad quatuor, quas cardinales appellamus, dicimus oẽs virtutes, quæ ad aliquam istarũ quatuor reducũtur esse partes illius. Et quia humilitas est virtus personalis, necesse est, ꝙ reducatur ad aliquã istarum quatuor: nisi dicamus eam non esse moralē, sed theologicam, est tamen moralis, ideo reducit̃. Est autem ꝯsiderandũ, ꝙ quædam virtutes reducuntur ad alias dupliciter, s. vel pp similitudinē generis, i. obiecti, vel actus, aut pp similitudinē modi se habendi. Vnde illæ virtutes, quæ similem modũ habent circa obiecta sua, ēt si non ꝑtineant ad idem genus obiecti, ad illã virtutem reducunt̃, cuius modũ tenent. Vnde si ꝯsidereť humilitas in seipsa est quædã virtus particularis: cuius materia est bonũ arduũ, circa quod refrenat, spem tol- E lendo immoderatã spem, & cohibendo aĩum ad propriam mensuram, s. vt desiderio magnorũ bonorũ ductus non se dignificet maioribus, q̃ dignus sit, neq; in illa tendat, sed teneat iuxta propriam mensurã, vel infra illam. Et ita humilitas, vel magnanimitas sunt duæ virtutes particulares circa eandem materiã, s. circa modum arduum bonum, licèt modo opposito: quia magnanimitas confortat animum circa prosecutionem boni ardui, ne deficiat propter difficultatem adipiscendi: humilitas autem retrahit animum ne immoderatè feratur circa arduum concupiscendo illud inquantum bonum, & appetibile est. Quantum ad reductionem autem humilitatis in q̃tum est virtus particularis, & debet reduci ad cõmunem, vel cardinalē.

Dicen-

Humilitas prout est virtus particularis ad quā virtutē cardinalem reducatur.

Dicendum, ꝙ aut consideratur similitudo generis, & actus, aut similitudo modi agendi: si primū reducetur humilitas ad iustitiā, si scd̄m reducet̄ ad temperantiā, vel modestiā, q̄ est pars tēperantiæ. De primò patet, quia actus humilitatis est subijcere aīum ad propriū gradū, vel infra. Et hoc pōt pertinere ad iustitiā legalē inquātum subiectio impendēda hoī ab hoīe variè ordinat̄ ꝑ legē. Et siquis per humilitatē obseruet istā subiectionem inq̄tum à lege imperata est, dicet̄ iustus legaliter. Sed hoc est accipere humilitatē generaliter, & nō iuxta conditionē determinati obiecti, & actus. Nā q̄tum ad hoc pertinet ad iustitiā cōmutatiuam, ſm quā rectè cōicamus dando cuiq; qđ suū est, & ei debitū. Deo aūt debita est subiectio q̄dā & reuerentia à nobis inq̄tum cognoscimus nos sub eo cōstitutos: iuxta illud 2. Mac. 9 Iustū est hoīem subiectū esse Deo: & mortalē nō paria Deo sentire. Reddendo aūt hoc, qđ debitū est opus iustitiæ facit: iō humilitas inq̄tum est virtus spālis maximè est pars iustitiæ: & ita ponimus latriā partē iustitiæ: quia ſm eā reddimus Deo quādam seruitutē, quā recognoscimus ei debitā esse inq̄tum est vl̄is dn̄s. De secundò patet, quia cōsiderando modū agendi humilitatis magis pertinebit ad temperantiā, vel modestiā q̄ ad aliquā aliā. Modus aūt temperantię ex quo illa maximè habet laudē, est refrēnatio, vel repressio impetus alicuius passionis. s. quia reprimit delectationes, quas superabundāter sequi naturaliter sumus inclinati: & sic actus suus nō est in incitando, sed in reprimendo, & iō oēs virtutes reprimentes impetus aliquarū affectionū, vel moderantes actionē, ponunt̄ partes tēperātię: sicut est māsuetudo, q̄ reprimit motū iræ: ita humilitas deprimit motū spei, qui est motus aī in magna tēdentis, iō sicut māsuetudo ponit̄ pars tēperantiæ: ita & humilitas. Vnde Arist. 4. Eth. qui ſm suū modū tēdit in parua. i. qui cum ſm statū suū, & mēsurā dignitatis posset tendere in maiora, & tn̄ tēdit in parua, q̄ sunt minora, eum dicit non esse magnanimū, sed temperatū, quem nos humilem possumus appellare: & ita nō concordat humilitas cū tēperantia in materia: quia temperantia est circa delectationes, & tristitias tactus, & gustus: humilitas aūt circa bonū arduū: sed in modo concordat, quia vtraq; agit per modū retrahentis aī motū. Et non solū ponit̄ humilitas pars temperantiæ, sed ēt pars sub parte temperantiæ: est. n. temperantiæ virtus multum generalis, cuius vna pars est modestia ratione modi: & sub modestia continet̄ humilitas eo modo, quo modestia accipit̄ à Tullio: nam humilitas nihil aliud est q̄ moderatio spiritus ad magna tendentis: sic dr̄ 1. Pet. 3. In incorruptibilitate quieti, atq; modesti spiritus: & tn̄ si absolutè quæratur cuius virtutis de cardinalibus est pars humilitas, melius rn̄detur, ꝙ est pars iustitię commutatiuæ, q̄ temperantiæ. Ad primum dicendū, ꝙ humilitas pōt pertinere ad virtutes theologicas, non tn̄ q̄tum ad similem generis, vel actus, sed q̄tum ad hoc ꝙ reducitur ad illas, vt ad principium: sunt virtutes theologicæ circa vltimum finē, qui ponitur vt principiū in appetibilibus, ad quæ sunt aliæ virtutes: ideo theologicæ sunt vt causæ oīum virtutū. Et q̄tum ad hoc oēs virtutes morales possent reduci ad quālibet theologicā: & tn̄ iste modus reductionis est cū pauca similitudine: ideo non ponimus sic vnam virtutē esse partē alterius. Magis aūt poterant oēs virtutes morales reduci ad charitatem tanq̄ ad dirigentē eas, quia ipsa ordinat oēs in finem suū, & facit eas meritorias: & tn̄ adhuc ſm istū modum non dr̄ aliqua virtus moralis esse pars charitatis: sed duo modi reductionis sunt. s. per similitudinem obiecti, & generis, aut per similitudinem modi. Et ita humilitas dicetur pars iustitiæ, vel temperantiæ: & nō dicetur pars alicuius virtutis theologicæ. Ad secundū dicendum, ꝙ licèt humilitas sit in irascibili, tn̄ assigna-

Humilitas quid sit.

Ad primā rationē in contrariū.

Virtutes theologicæ sūt quasi causæ omniū aliarū virtutū.

Ad secundā rationē

F tur, vt pars temperantiæ: quia virtutes particulares nō solùm assignantur partes alicuius virtutis, cū qua conueniunt in materia, aut subiecto: sed ēt illius, cum qua conueniunt in modo, quia modus est, vt aliquid formale in virtute: & iste est modus cōior assignandi partes: & ita licèt humilitas sit in irascibili, tn̄ ponitur pars temperantiæ, quæ est in concupiscibili: quia in modo magis concordat cum temperantia, quæ est in concupiscibili, q̄ cum fortitudine, quæ est in irascibili. Sic ēt humilitas, & magnanimitas sunt circa bonum arduū, & ambæ sunt in irascibili: magnanimitas tamen ponit̄ pars fortitudinis, quæ est in irascibili, & humilitas pars temperantię, quæ est in cōcupiscibili, & hoc quia magnanimitas mouet per modum impellentis, & cōfortantis animum ad arduum, ne deficiat in prosecutione

G propter difficultatem adipiscendi, & ita mouet fortitudo confortando animum contra timores: humilitas autem quia mouet refrēnando motum animi tendentis immoderatè ad ardua, sicut temperantia refrēnat animum ab impetu in delectationes, ponitur pars temperantiæ. Ad tertium dicendum sicut supra habitum est, ꝙ magnanimitas, & humilitas conueniunt in materia: tamen non in modo: quia magnanimitas intendit, & impellit: humilitas autem retrahit: ideo non ponuntur partes eiusdem virtutis. Nam & ipsa magnanimitas non ponitur sub fortitudine quasi conueniat cū ea in materia: nam non conuenit: cùm fortitudo sit circa audacias, & timores: magnanimitas aūt circa bonū

H arduum: sed in modo solo cōueniunt cū fortitudine.

Ad tertiā rationem.

An humilitas sit potior omnium virtutum. *Quæst. XX.*

QVAERETVR, an humilitas sit potior omniū virtutum. Aliqui dicunt, ꝙ sit melior omnibus. Dicit enim Chrysost. exponens illud Luc. 18. de Pharisæis, & Publicanis. s. ꝙ mixta delictis humilitas tam facilè currit, vt iustitiam superbię coniunctam transeat. Si iustitię coniunxeris eam, quò non ibit? assistet ipsi tribunali diuino in medio angelorum. Et sic patet ꝙ humilitas prefertur iustitię: & tamen iustitia, vel est omnis virtus (vt si sit legalis) vel est clarissima omniū virtutum. 5. Ethic. ergo humilitas erit maxima omniū

I virtutum. Secundò, quia dicit Aug. lib. de verbis domini: Cogitas magnam fabricam cōstruere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Ex quo patet ꝙ humilitas sit fundamentum omnium virtutum, & ita erit potior omnibus. Tertiò, quia maiori virtuti debetur maius pręmium: sed humilitati debetur maximum pręmium. s. exaltatio. Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur: ergo ipsa est maior alijs. Quartò, quia dicit Aug. lib. de vera religione: Tota vita Christi in terris per hominem, quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit: pręcipuè humilitatem suam imitandam proposuit dicēs supra 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et Greg. in Pastorali ait, ꝙ ad argumentum redemptionis nostrę inuenta est humilitas

K Dei. Ergo humilitas vr̄ esse maxima virtutum. Dicendum, ꝙ simpliciter loquendo non est humilitas maxima virtutum, quia maior est charitas: cùm sine ea cęterę perfectiones nihil sint. 1. Cor. 13. & ipsa sine alijs aliquid valeat. Pro quo sciendum, ꝙ bonum, quod est virtutis non est bonum corporale, neq; naturale, sed bonum ſm rationem, & in ipsa ratione: bonum autē rationis pręcipuè consistit in ordinando: ideò in tantū fieri aliquid ſm virtutem dr̄, inquantum fit ſm ordinem rationis: ordo autem rationis pręcipuè est in ipso fine, quia finis principalior est eis, quę ad finem: ideo illę virtutes erunt potiores, quę de fine sunt. Et propter hoc virtutes theologicę, quę habent Deum pro obiecto, qui est vltimus finis, sūt simpliciter meliores.

Et inter



Et inter istas, quia charitas specialius se habet ad Deũ quàm cæteræ, ipsa est simpliciter melior: ipsa enim nõ solùm habet Deum pro fine & obiecto sicut aliæ duæ theologicæ: sed etiam est in ipsum secundùm meliorem motum: & etiam cęteras in Deum dirigit: ipsa .n. omnibus moralibus imperat, & dirigit eas in Deum vt finem, & facit eas meritorias: & ideo Apostolus cũ posuit tres theologicas virtutes super omnia dona spiritualia, dicens: maneant autem in vobis spes, fides, charitas, tria hæc: præposuit charitatem alijs, dicens: Maior horum charitas. Ordo autem rationis attenditur secundario in eis, quæ sunt circa finem, prout secũdum ordinem finis considerantur ea, quæ ad finem. hæc autem ordinatio consistit essentialiter in ratione ordinante, idest in intellectu: & participatiuè in appetitu ordinato per rationem, vt recipit ordinationem factam à ratione. Ordinationem autem istã vniuersaliter facit iustitia legalis potissime: licèt etiam pertineat ad particularem, quę vt cõmunicetur appetitui, oportet vt bene eam suscipiat: & ad hoc disponit humilitas vniuersaliter. Nam sicut iustitia legalis vniuersaliter est de omni bono inquantum lex iubet actum omnis virtutis 5. Ethic. Ita & humilitas disponit vniuersaliter ad suscipiendum illam ordinationem, inquantum per humilitatem fit homo bene subditus quantum ad omnia, quæ ratio iubet. Per singulas autem virtutes morales fit homo bene subditus quantum ad materias speciales illarum virtutum, quia inclinant ad rectè agendum circa illas materias: & secundùm hoc est ordo in virtutibus. Prima simpliciter in perfectione est charitas, quia est magis circa finem quàm cęteræ. post eam sunt spes fides duo theologicæ, quia etiã dicunt ordinem circa ipsum finem. Post istas est prudentia, quia ista est in ratione essentialiter: in qua realiter est ordinatio eorũ, quæ ad finem respectu finis. Post illam vero est iustitia legalis, & particularis in appetitu volitiuo, & secundùm eas datur ordo omnib⁹, quę sunt in affectu: & dicũtur etiam iustitia legalis & particularis esse in ratione, inquãtum voluntas in qua est iustitia est potentia in essentia animæ rationalis. Humilitas autem & cæteræ dicuntur esse in appetitu affectiuo, quę non est vis, vel potentia existens in substantia animę rationalis. Inter istas autem illa, quæ magis subiicit appetitum rationi ad executionem ordinis traditi à ratione est humilitas, quia facit subditum habitare quãtum ad omnia determinata a ratione: iõ ipsa est melior omnibus existentibus in parte affectiua. & comparando ad istas poterit dici optima virtus non tamen simpliciter. Ad primum dicendum quòd maior est iustitia quàm humilitas. Et ad dictum Chrysosto. dicendum, quòd non præfert humilitatem iustitię simpliciter sumptæ: sed iustitiæ cui superbia adiungitur, quæ iam desinit esse virtus: sicut è contrario peccatum per humilitatem remittitur. Vnde dicitur Lucę decimo octauo, de publicano, quòd propter humilitatem descendit iustificatus in domum suam: & tamen iustitia per se maior est, quàm humilitas per se. sed humiitas cum peccato melior est, quàm iustitia cum peccato. Et ratio est, quia in Phariseo pręexistebat iustitia, cui aduenit superbia, quę multum illi ademit faciens non esse meritorium. In publicano autem pexistebat peccatum, cui adueniens humilitas adimit peccatum faciens illud remitti: cùm descenderit publicanus iustificatus in domum suam: ideo non immeritò humilitas cum peccato magnum aliquid est, iustitia vero cùm superbia fere nihil est. Et ita exponit ibi Chryso. dicens. Geminas bigas mihi accommodes: alteram quidem iustitiæ & superbiæ: alteram peccati & humilitatis: & videbis peccatum peruertens iustitiam non proprijs, sed humilita-

Omni in virtutibus

Ad 1. rõnẽ in contrarium.

A tis coniunctis viribus: aliud vero par videbis deuictum non fragilitate iustitiæ, sed morte & tumore iustitiæ. Ad secundum dicendum, quòd humilitas non est simpliciter maior omnibus virtutibus. Et quò d dicitur de fundamento virtutum. Dicendum quòd hoc dicitur in virtutibus translatiue ex eis, quæ sunt in ædificiis quibus competunt fundamenta. et dicitur fundamentum virtutis quod primum est: nam in ædificiis primum quod iacitur est fundamentum. prima ergo quæ in virtutibus acquiritur vocabitur fundamentũ. constat autem quòd virtutes omnes infunduntur à Deo: & infusio simul fit: Sed primum in acquisitione virtutis potest dupliciter accipi. Vno modo per modum remouentis prohibens: & sic humilitas tenet primum locum in virtutibus, scilicet inquantum expellit impedimentum omnium virtutum, scilicet superbiam cui Deus resistit, & efficit hominem Deo subditum: & supra patulum, idest apertum vt vas & dispositum ad suscipiendum influxum diuinę gratiæ: inquantum euacuat inflationem superbię vt dicitur Iacobus quarto, Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. & quantum ad hoc humilitas ponitur fundamentum spiritualis ædificij. Secundò modo vocatur primum in acquisitione vel ædificio virtutum id per quod primò ad Deũ acceditur. primus autem accessus ad Deum est per fidem, iuxta illud ad Hebræ. 11. accedentem ad Deum oportet credere quia est. & hoc modo ponitur fides prima virtutum vel illarum fundamentum. & iste modus accipiendi primum vel fundamentum in virtutibus est melior quàm primus & conuenientior: vnde & ipsa fides simpliciter melior est quàm humilitas, vt supra dictum est. Ad tertium dicendum quòd licèt humilitati soli promittitur exaltatio, non promeretur sola humilitas exaltationem, sed omnes merẽtur eã: & quęlibet secundum gradum suum magis aut min⁹ meretur de illa: & ideo ex hac parte non est humilitas melior omnibus, quod tamen esset si sola humilitas mereretur eam, & quęlibet secundùm gradum suum magis aut minus meretur de illa: & ideo ex hac parte non est humilitas melior omnibus: quod tamen eẽt si sola humilitas mereretur exaltationem, promittitur tamen soli humilianti, quia ei contraria est: & ita in aliis virtutibus vel beatitudinibus cuilibet promittitur id quod ei contrarium est, sicut ei, qui hic sitit, & esurit promittitur in futuro satietas, & ei qui luget promittitur consolatio. Supra quinto capitu. & tristato promittitur gaudium, Io. decimo sexto, tristitia vestra vertetur in gaudium, & cõtemnenti diuitias seculi promittuntur diuitiæ cęlestes, scilicet possidere regnum cœlorum. supra 5. quo nihil pręciosius est. Ita humilitati contraria est exaltatio. Ei igitur, qui hic propter reuerentiam Dei se humiliat refrenando cor suum ab immoderata spe arduorum, conuenienter promittitur exaltatio; & non quidem in temporalibus, sed in cœlestibus. Sic dicit August. lib. de pœnitentia; Non putes eum, qui se humiliat semper iacere: cùm dictum sit exaltabitur, & ne opineris eius exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corporales. Ad quartum dicendum, quòd Christus non commendauit nobis pręcipuè humilitatem, quasi ipsa sit maior omnibus virtutibus, sed quia per eam maximè remouetur impedimẽtum salutis humanæ: & nihil nobis tam necessarium est, ꝗ huiusmodi auferri impedimentum: cùm hoc non ablato, etiã si cętera bona adsint, non prosunt, vel verè adesse non possunt: consistit enim salus humana in hoc, ꝙ homo ad cœlestia, & spiritualia tendit: à quibus homo impeditur nè ad illa tendat dum in terrenis magnificari studet: & ideo Christus, vt impedimentum hoc auferret exteriorem

Qũo humilitas est prima in acquisitione virtutũ.

Ad 2. rõnem.

Ad 3. rationem.

Ad quartã rationem.

In quo cõsistat humana salus.

B

riorem celsitudinem contemnendam monstrauit perhumiliatis exēpla. Et ita humilitas est quasi quędam dispositio ad liberum accessum hominis ad spiritualia, & diuina bona. Sicut ergo perfectio intenta est melior dispositione, per quam inducitur illa perfectio: ita charitas, & omnes theologicæ virtutes quibus immediatè mouetur homo in Deum, sunt meliores humilitate inquantum humilitas disponit ad illas.

An bene assignentur duodecim gradus humilitatis, qui ponuntur in regula beati Benedicti.
Quæst. XXI.

QVAERETVR de gradibus humilitatis: solent enim assignari 12. gradus humilitatis, qui ponūtur in regula beati Benedicti an bene illi assignētur. Et sunt isti. Primus est corpore & corde semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus. Secundus vt pauca verba & rationabilia loquatur alijs & non clamorosa voce. Tertius vt non sit facilis seu ꝓmptus in risum. Quartus taciturnitas vsque ad interrogationem. Quintus tenere, quod tenet communis regula monasterij. Sextus credere, & pronunciare se omnibus viliorem. Septimus ad omnia se indignum & inutilem confiteri & credere. Octauus cōfessio peccatorum. Nonus pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti. Decimus vt cum obedientia se subdat maiori. Vndecimus vt voluntatem propriam non delectetur implere. Duodecimus vt Deum timeat, & memor sit omnium, quæ recepit.

Aliqui dicunt, quòd nō conuenienter enumerantur, quia hic ponuntur aliqua, quę pertinent ad alias virtutes sicut ad patientiam, & obedientiam: sicut nonus

1. ratio. in contr. & decimus gradus. Etiam continentur aliqua, quæ ꝑtinent ad falsam opinionem, quę nulli virtuti competere potest: vt sextus gradus, s. pronunciare & credere se omnibus viliorem. Quòd non poterit esse verum de quolibet homine, sed de vno tantùm, qui omnib⁹ deterior sit: & ille etiam fortassis nesciet se omnibus viliorem, ita vt cùm bona conscientia possit hoc credere & confiteri. Etiam septimus gradus, scilicet ad omnia se indignum & inutilem confiteri & credere: ergo non ponuntur conuenienter talia inter gradus humilitatis, cùm magis ad falsitatem pertineant.

2. ratio. Secundò quia humilitas ab interioribus ad exteriora ꝓcedit sicut cæterę virtutes. Nam virtus quęlibet moralis habitus electiu⁹ est, & cōuenienter actus eius primus est eligere: deinde proceditur in actum exteriorem quē interius elegimus: ergo in gradibus humilitatis debent pręmitti ea, q̄ pertinent ad interiorē actum humilitatis, et sequi ea, q̄ pertinent ad exteriorem, sed è contrario fit, quia primus gradus est de exteriorib⁹, scilicet corde & copore humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus: ergo non proceditur ordinatè in gradibus istis.

3. ratio. Septem gradus humilitatis secundum Ansel. Tertiò quia Anselmus in lib. de Similitudinibus ponit septem gradus solùm humilitatis, quorum primus est contemptibilem se esse ostendere. Secundus de hoc dolere. Tertius hoc confiteri. Quartus hoc persuadere, scilicet vt velit hoc credi. Quintus patienter tolerare hoc de ipso dici. Sextus vt patiatur contemptibiliter se tractari. Septimus vt hoc amet. Ergo videtur quòd duodecim illi assignati sint superflui.

4. ratio. Quartò patet, quia dicit Glo. perfecta humilitas tres gradus habet. Primus est subdere se maiori, et non præferre se æquali, qui est sufficiens ad salutem. Secundus est subdere se æquali, nec pręferre se minori, & iste dicitur abundans. Tertius est subesse minori, in quo est perfecta iustitia: ergo prędicti duodecim gradus superfluè ponuntur.

5. ratio. Quintò quia dicit Aug. lib. de Virginitate. Mensura

F humilitatis vnicuique ex mensura ipsius magnitudinis data est, cui est periculosa superbia, quæ ampli⁹ amplioribus insidiatur: sed mensura magnitudinis humanæ non potest sub certo modo graduum designari: ergo videtur, quòd nō possunt assignari certi gradus in humilitate.

Dicendum quòd gradus duodecim humilitatis supradicti conuenienter assignantur. Pro quo sciendum, quòd vt dictum fuit quęst. 18. & 19. humilitas ꝯsistit essentialiter in appetitu, quia est habitus quidam moralis dirigens appetitum, idest affectiuā partem, & actus suus est refrenare motum animi inordinatè tendentis in magna: regula tamē sua consistit in ratione, quæ iudicat quę sunt magna immoderatè, in

G qua non est tendendum: & quæ sunt bona iuxta mensuram propriam, in quæ licitè tendimus. Principium autem vtriusque, idest tam cognitionis quàm effectus est reuerentia, quam homo habet ad Deum: quia ex eo quòd homo reueretur Deo, vult propter honorem eius & cognitionem magnitudinis illi⁹ nō se extollere supra propriam mensuram: sed tenere se in illa vel citra illam: & consequenter vult considerare & agnoscere, quę sunt iuxta propriam mensuram, & quę vltra illam. Ex actu verò interiori humilitatis quo quis eligit tenere se iuxta propriam mensuram, procedunt quædam signa exteriora in gestis factis, & dictis, quę manifestant id quod interius latet, sicut in cæteris virtutibus accidit. Nam ex visu cognoscitur

H vir, & ab occursu faciei sensatus, Ecclesiastici 19. ideo inter prædictos gradus ponitur aliquid, quod pertinet ad humilitatis radicem, scilicet gradus duodecimus, q est vt Deum timeat, & memor sit omnium, quæ ꝑcepit. Hæc est enim radix humilitatis: nam ex eo ꝙ homo reueretur Deo, non vult se extollere vltra mensuram propriam, & cōsiderat quanta sit illa potentia. Etiam aliquid quod pertinet ad appetitum, in quo est humilitas, sed ne inordinatè tendat in excellētiam propriam: & hoc fit tripliciter. Vno modo, vt non sequatur homo propriam voluntatem. Nam ad excellentiam quandam pertinet prosequi propriam voluntatem, scilicet ad quęndam gradum libertatis. Et hoc pertinet ad vndecimum gradum, qui est vt voluntatē

I propriam non delectetur implere. Secundo modo, vt regulet eam secundùm superioris arbitrium. Nam hoc subiici quoddam est, quòd quis alienam voluntatem sequi teneatur, & hoc pertinet ad decimum gradum, qui est vt cum obidientia se subdat maiori. Tertiò modo, vt ad hoc non resistat propter aspera, & dura, quæ occurrūt vel imperantur, & hoc pertinet ad nonum gradum, qui est pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti. Homo recognoscit defectum suum tripliciter. Ponuntur etiam in prædictis gradibus quædam pertinentia ad æxistimationem hominis recognoscentis suum defectum: & hoc tripliciter. Primo modo quòd quis proprios defectus recognoscat, & confiteatur: quod pertinet ad octauū gradum, qui est confessio peccatorum. Se-

K cundò vt consideratione sui defectus insufficientem se existimet ad maiora, quod pertinet ad septimum gradum, qui est ad omnia se inutilem confiteri, & credere. Tertiò vt quantum ad hos sibi alios præferat, ꝙ pertinet ad sextum, qui est pronunciare & credere se omnibus viliorē. Ponuntur etiam quędam, quę sunt signa exterius humilitatis interioris, & vnum est in factis, scilicet vt homo non recedat in suis operationibus à via communi, quod pertinet ad quintum gradum, qui est tenere qđ tenet cōis regula monasterij. Alia duo sunt in verbis, vnum est, quòd homo præoccupet tempus loquendi, quod pertinet ad quartum gradum, qui est esse taciturnum vsque ad interrogationem. Aliud ne excedat modum in loquendo, ꝙ pertinet

pertinet ad secundũ gradum, qui est vt pauca verba, et rationabilia loquatur. Alia duo pertinẽt ad gestus exteriores: vnũ est in reprimẽdo extollentiam oculorũ, quod pertinet ad primum gradum. s. corde & corpore humilitatem ostendere defixis aspectibus in terrã. Aliud est in cohibẽdo exterius risum, & alia signa ineptę lætitiæ, quod pertinet ad tertium gradum, s. quod non sit facilis aut promptus ad risum. Et ita circa humilitatem sunt quatuor. s. radix humiliationis: & cõsideratio pręcedens de propria mensura vel gradu: & ipse humilitatis actus in appetitu: & signa exteriora ostendentia humilitatem. Ex quibus quatuor accipiũtur duodecim prædicti gradus humilitatis, s. ex primo vnus grad⁹: ex secundo tria: ex tertio alia tria: & ex quato quinque, vt descriptũ est. Et ita sunt duodecim gradus humilitatis, quibus opponũtur duodecim gradus vel conditiones superbię. Nam primo gradui, qui est corde & corpore humilitatem ostendere defixis aspectibus in terram, opponitur ex parte superbiæ curiositas, ꝑ quam aliquis curiosè, & inordinatè vbique circunspicit. Secundus est, vt pauca verba, & rationabilia quis loquatur, & non clamosa voce, cui opponitur ex parte superbiæ leuitas mentis, per quam homo superbè se habet in verbo: vel multa inordinatè dicendo, vel irrationabilia. Tertius gradus humilitatis est, vt non sit facilis aut promptus in risu, cui opponit̃ inepta lætitia, ꝑ quam exterius quis ostẽdit signa lætitiæ quando non expedit, aut plusquam expedit. Quartus gratus est taciturnitas vsque ad interrogationem, cui opponitur iactantia, ſm quã quis spontè loquitur non interrogatus ea quę ad magnitudinem suam pertinẽt. Quintus gradus est tenere, quòd cõis regula monasterij tenet, cui opponitur singularitas, per quam qs vult cæteris esse dissimilis faciendo quod illi non faciunt: aut non faciendo quod illi faciunt, et hoc vt melior, et superior aliis appareat. Sextus gradus est credere & pronunciare se omnibus viliorem: cui opponitur arrogantia, per quam quis sibi arrogat, vel scribit vltra ꝓpriam mensuram se aliis præferendo. Septimus est ad omnia se inutilem, & indignum confiteri, & credere: cui opponitur præsumptio, per quam aliquis se putat dignũ maioribus & sufficientem ad maiora q̃ sit: ẽt si illud non dicat, quod facit arrogans. Octauus est confessio peccatorum: cui opponitur defensio peccatorũ s. cùm quis factum confitetur, & tñ dicit illud non esse malum. Nonus gradus est in duris, & asperis patientiam amplecti, cui opponitur simulata confessio, per quam aliquis non vult subire pœnam pro peccatis, q̃ simulatè confitetur. Decimus gradus est obedientia cui opponitur rebellio. Vndecimus est, vt homo nõ delectet̃ facere propriam voluntatem, cui opponitur libertas, per quam homo delectat̃ libere facere quod vult: & tunc libertas sonat in malum, vt dicit detractationem iugi necessarij, quod subire tenemur: nã aliàs libertas bonum quoddam est. Duodecimus gradus est timor Dei, cui opponitur peccandi consuetudo, q̃ implicat Dei contemptum. Nam si timeret non assuesceret: ẽt si aliquando, & rarò ex passione, aut ignorantia peccaret. Ad primum dicendum, quòd humilitas nihil falsum habet, aut confitetur. Quod autem quis cõfiteatur & credat se omnibus viliorem, potest intelligi dupliciter. Vno modo simpliciter, scilicet quòd peccata illius sint plura quàm peccata cuiuslibet alterius hominis, & etiam grauiora: & hoc modo non est licitum: quia vnus solus est, qui est omnibus deterior: & ille fortassis nescit se talem esse: ideo neque securè asserere potest: & ita non confitetur quòd sit humilis. Alio modo, quòd quis cognoscat de se aliquas vilitates aut defectus, quos in alio nõ cognoscit: & hoc modo facile est, quia quilibet quantumcunque bonus co

Ad primã ratione in contrariũ.

A gnoscit in se aliquos secretos defectus: in alio verò nõ cognoscit secretos defectus, neque occultam bonitatem: ideo licèt quantum ad ea, quæ patent iste melior sit: tamen conferendo mala secreta, quæ de se nouit & non nouit de alio: & defectum bonitatis in se, quam forte bonitatem occultè in alio potest credere esse, licèt non appareat, cùm nondum constet contrarium & ita nemo est, qui non possit confiteri se esse viliorem quolibet alio homine, & tamen non intelligitur, quòd simpliciter sit magis peccator quàm quilibet alius homo. Sic dicit Aug. li. de virginitate: Existimate alios in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. Sic etiam, quòd quis confiteatur & credat se ad omnia indignum & insufficiẽtem,

B aut intelligitur simpliciter, idest quantum ad statum, in quo est, & tunc falsum est: & quia multa sunt, ad quæ digni sumus existentibus donis, quę Deus nobis donauit, siue naturaliter siue aliàs: quæ tamẽ actualiter habemus. Sic dicitur 2. Cor. 3. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Aut consideratur quantum ad dignitatem, quæ ex parte nostra non sit nisi defectus. Et sic verum est, quòd ad omnia sumus insufficientes, & inutiles etiam ad minimam rem. Nã non sumus digni pane, quo vescimur: neque sumus digni cælum videre: sed sicut dixit Iacob, minor sum omnibus miserationibus tuis, Gen. 32. Ideo si ad aliqd sufficiẽtes sumus, quantumcunque illud paruum sit, non est ex nobis sufficientia illa, sed à Deo 2. Cor. 3.

C Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et quia quod Dei est alienum: licèt nobis collatum sit: cùm non possimus de illo gloriari quasi de nostro 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? & si acecpisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? ideo licèt per dona nobis à Deo collata sufficientes sumus ad multa: possumus vere dicere quòd ad nihil sufficientes sumus, sed ad omnia inutiles. Sic Christus dici iussit licèt obseruaremus omnia mandata eius: quorum obseruatio est satis difficilis. Luc. 17. Cũ feceretis omnia, quę præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Cũ autẽ dicatur, ꝙ in istis gradibus humilitatis ponuntur multa, quę pertinent ad alias virtutes, concedendũ est:

D nec est inconueniens, quòd multa pertinẽtia ad alias virtutes ascribantur humilitati: quia sicut vnum vitiũ oritur ex alio vitio naturali ordine: ita actus vnius virtutis procedit ex actu alterius. Vnde interdum idem actus pertinet ad quatuor vel quinque virtutes: vt abstinere à venereis in religioso pertinet ad obedientiã, & castitatem, & temperantiam, & iustitiam legalem, & charitatem. Ad secundum dicendum, quòd licèt prius ponantur gradus pertinentes ad exteriora, est cõueniens ordo, ad humilitatem quippe peruenit homo per duo: primò per gratiæ donum, secundò per humanum studium. Quantum ad primum interiora pręcedunt exteriora: cùm prius recipiatur interius habitus infusus à Deo quàm appareat exterius aliqua eius operatio vel signum: & quantum ad hunc modum præ-

Ad 2. rationem.

E cedere debebant gradus, qui pertinent ad interiora: quantum ad secundum præcedunt exteriora, quia per humanum studium prius homo exteriora cohibet, deinde pertingit ad extirpãdum interiorem radicem mali, et secundùm hunc ordinem assignantur gradus humilitatis, et ita ꝯuenienter ordinantur. Ad tertium dicendum, quòd nullus gradus superfuit: quia oẽs gradus assignati ab Anselmo reducuntur ad gradus istos duodecim. Nam, vt sup. dictum fuit, quatuor sunt circa humilitatem, scilicet radix, et cognitio, et humiliatio ipsa in appetitu, et ostensio exterior in signis. Septem ãt grad⁹ Anselmi reducuntur ad tria horum, scilicet ad cognitionem, & manifestationem, & volũ tatem

Ad 3. rationem.

tatem propriç abiectionis circa proprium defectum. Primus pertinet ad ostensionem, s. contemptibilem se esse ostendere, sed quia vituperabile esset si quis proprium defectum amaret, excluditur hoc per s'm gradum Anselmi. s. de hoc dolere. i. licèt ostendat se contemptibilem: non tñ gaudere debet, quia talis est, vt contemni mereatur, sed potius, de hoc debet dolere. Ad manifestationem etiam proprij defectus pertinet tertius gradus Ans. s. hoc cõfiteri. i. ꝓprium defectum. Hoc debet intelligi de defectu in generali. s. ꝙ confiteatur hõ se miserum, & peccatorem: vel de defectu ĩ particulari si manifestus est, & non causat infamiam. De occultis autem non expedit confiteri illos, nisi in confessione sacramentali. Quartus gradus est, vt hoc persuadeat, & pertinet ad maiorem manifestationẽ, quia nõ satis est, quòd quis simpliciter cõfiteat̃ se peccasse vel ꝯtemptibilem esse, sed quòd persuadeat aliis sic esse, et pertinet hoc ad maiorem abiectionem. Alij tres gradus Anselmi pertinent ad appetitum propriæ abiectionis, qui exteriorem excellentiam non quærit, sed exteriorem abiectionem æquanimiter tolerat. Et de hoc est quintus gradus. s. quòd sustineat patienter hoc dici: licèt alij dicant eum contemptibilem, & miserum, toleret illud non respondendo: & hoc ad voluntatẽ abiectionis pertinet. & sicut in dictis patimur abiectionem, ita & in factis. Et de hoc est sextus gradus. s. quòd patiatur contemptibiliter se tractari. s. in factis. De hoc dicit Greg. in registro. Non gratia est nos humiles esse his, à quibus honoramur: quia & hoc seculares quilibet faciunt, sed illis maxime humiles esse debemus, à quibus aliqua patimur. & quãtum ad hæc humilitas concordat cum patientia. Vltima perfectio humilitatis adhuc superest. s. vt non solùm ista toleret, sed etiam illa fieri sibi cupiat. & quantum ad hoc est septimus gradus Anselmi. s. vt hoc amet. Isti aũt septem gradus Anselmi nõ sunt distincti à duodecim supra positis: sed coincidunt omnes hi, & reducuntur ad sextum, & septimum ibi positos: & tamen in istis septem gradibus positis ab Anselmo aperitur explicatius id, quod in sexto & septimo prædictis continetur: & ita non est varietas neque superfluitas. Ad quartum dicendum, quòd illa assignatio graduum non est propria. i. s'm naturam, vel actum humilitatis, sed s'm varietatem illorum in quib' est humilitas: quorum quidam sunt minores, alij maiores, alij æquales: assignatio autem duodecim graduum, vel septem est quãtũ ad naturam humilitatis. i. quãtum ad ea, quæ ad illam pertinẽt. Ad quintum etiam dicendum, quòd distinguere gradus humilitatis secundum mensuram propriam cuiusque hominis non est distinguere illos s'm naturam propriam humilitatis: sed s'm conditionem hominum, in quibus est: ideo non est inconueniens si hoc modo non sint gradus determinati.

Ad quartam rationem.

Ad quintam rationem.

Quomodo uerum est quod dicitur, qui se humiliauerit sicut paruulus iste. hic maior est in regno cçlorum.
Quæstio. XXII.

QVAERETVR, quomodo verum est quod dicitur: qui se humiliauerit sicut paruulus iste hic maior est in regno cœlorum: nam videtur, quòd non sit verum, quia propter merita datur prçmium: necesse est igitur, quòd quãto fuerint maiora merita, tanto sequatur maius præmium: & è ꝯtrario quanto est maius præmium, sequitur quòd præcesserunt maiora merita: ꝑmia aũt nostra sunt in cœlo: quia non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. ad Hebræ. 13. ergo q maiorem statum recipit in cçlo, magis hic meruit quàm cæteri, qui minorem statum accipiunt: & tamẽ qui humilior est fit maior in regno

F cœlorum: ergo actus humilitatis est meritorius super actus oĩum virtutum, & consequenter ipsa est potior oĩbus virtutibus. Sed falsum est, quia melior est charitas & multæ aliæ, vt ostensum est supra, ergo non est maior in regno cœlorum, q fuerit humilior. Aliq dicũt, quòd accipitur regnum cœlorum pro statu Ecclesiæ militantis: & tunc ꝯcedunt, quòd humilitas nõ est maxima virtutum. & tamen per eam meretur homo maximè exaltari in Ecclesia militanti. Et dicunt quòd verũ est quòd respectu æternæ beatitudinis, in qua sunt vera, & consummata præmia, meretur quis maius præmium per maiorem virtutem: & respectu illorum præmiorum magis meretur quis per aliquas alias virtutes quàm per humilitatem: & tamen respe-
G ctu status Ecclesiæ militantis non est inconueniens, quòd ꝑ minorem virtutem mereatur maiorẽ gradũ. Sed hoc nõ stat: primò quia non accipitur hic pro Ecclesia militanti, sed pro vita æterna. Nã Christus inuitabat hic discipulos ad humilitatem per desiderium maioritatis in regno cçlorum: & tñ non inuitabat eos ad ꝯcupiscendum magnitudinem in Ecclesia militanti: qa in ista nõ erant habituri maiorẽ gradum q̃ erant: nam Apostoli erant, & principes Ecclesiarum, & columnæ totius ædeficij. Secundò quia per istam humilitatẽ innuit, quòd vn' posset fieri maior altero: & tamen in Ecclesia militanti non fuit ista inæqualitas, neque futura erat ĩter eos: cùm omnes essent æquales dignitate, quia Apostoli erant: ergo non accipitur de
H Ecclesia militanti. Tertiò quia doctores sancti de vita æterna hic accipiunt vnde ait Remigius. Quãto est quis humilior, tanto efficitur maior in regno cœlorũ, idest in cognitione gratiæ vel in Ecclesiastica dignitate: vel certe in æterna beatitudine: ergo non stat illa expositio. Quartò quia dato, quòd vellemus accipere pro Ecclesia militanti, non est vera expositio, quia tũc quanto quis esset humilior, tanto ad maiores dignitates Ecclesiasticas sublimaretur, licèt præter intentionem suam, & tamen hoc non videmus regulariter fieri, licèt interdum Deus velit hoc ostendere ex aliquibus causis sibi notis. Dictum autem Christi est regula, ideo debet tenere verum, vt semper vel vt in plurimum, & non tenet sic accipiendo: ideo non potest sic
I intelligi.

Dicendum ergo quòd accipitur de vita çterna. Et pro hoc primò considerandum, quòd cùm dicitur, q se humiliauerit sicut paruulus iste, nõ est sensus, quòd in isto paruulo esset aliquis perfectissimus gradus humilitatis, sicut aliqui acceperunt: dicentes quòd ideo dicitur, quòd erit maior in regno cœlorum. s. si humiliaretur sicut ille paruulus, humilationes autem minorum graduum non mererent̃ fieri aliquem maiorem in regno cçlorum: quia cùm humilitas nõ sit potissimum oĩum virtutum, etiam maximus gradus humilitatis nõ erit æqualis gradibus maiorum virtutum, ideo per illos mereret̃ habens fieri maior, quàm si humiliaretur sicut parrulus: sed dicitur sicut paruul' iste ad ostendendam veram humilitatem, quç est sine ini
K quitate, & hypocrisi, iuxta illud Eccl. 19. est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. paruulus autem propter ignorantiã connatam ei s'm ætatem nescit fictè humiliari, sed verè humiliatur, qa honores nullos ambit, cùm illos nõ cognoscat: & de ista humilitate, in quocunque gradu sit (dum tamen sit vera) dr̃, ꝙ eã q habuerit, maior erit in regno cœlorũ, idest in æterna beatitudine non promeritoriè, sed dispositiuè, i. non merebitur per humilitatem fieri maior quàm per quamcunque aliã: & tñ per illã magis dispo netur, q̃ per q̃cunq; aliã: nã vt dictũ est, sup. humilitas est remouens prohibens ad profectum spiritualem. Sola enim humilitas opponit̃ superbiæ vel inani glo-

riæ,

riæ, qua existente omnes virtutes pereunt, quia efficiunt non meritoriæ, ideo ad custodiam virtutum per quas habetur regnum magis facit humilitas quã quæcunque alia virtus: ideo rectè dicitur, quòd per ipsam efficitur quis maior in regno cęlorum. Secundò põt dici, quòd licèt per quamlibet virtutem coniunctam charitati meremur vitam æternã operando per eam: & quanto virtus fuerit maior, tanto maior gradus erit, quem meremur: quia tamen maioritas dicit exaltationem: & illa opponitur soli humiliationi: ꝓmittitur illa pro sola humilitate, licèt non mereamur illam per solam charitatem: sicut dicitur Luc. 14. qui se humiliat exaltabitur. Et non permittitur alibi exaltatio pro aliis virtutibus. sic ẽt cũ beatitudines positæ à Christo, supra 5. cap. sunt operationes perfectissime, vt ibi declaratum est, pro qualibet earum debetur vita æterna, & tamen pro nulla promittitur ibi regnũ cęlorum nisi pauperibus spiritu. Et hoc quia paupertati repugnant diuitię: iõ pro paupertate sponte tolerata promittunt æternæ diuitiæ, & nulle maiores esse possunt quã possidere regnum cęlorũ: iõ promittitur illis regnum cęlorum. Tertiò potest dici ſm Nico. ꝙ humilitas non est maior oĩbus virtutibus, sed theologicæ sunt maiores oĩbus, & post eas prudentia: deinde iustitia: postea humilitas: sed quia humilitas est fundamentum, & ex magnitudine fundamenti colligitur magnitudo ædificij: iõ tota magnitudo præmij, quæ debetur oĩbus virtutibus attribuitur humiliati, quia illa est fundamentum oĩum. Et amplius dicit, ꝙ oẽs virtutes sunt inter se ꝯnexæ: & maximè virtutes infusæ, q̃ connexæ sunt in gratia, & charitate: iõ quantũ crescit vna virtus in eodem homine, tantũ crescit quælibet alia proportionaliter ſm illud, quod est formale ĩ virtute: sicut digiti manus æqualiter crescunt, licèt non sint inter se æquales: & ita, qui maiorem humilitatẽ habet, maior est in regno cęlorum: quia qui habet maiorem humilitatem, quàm alij, habet oẽs virtutes maiores quàm ille: & ꝯsequenter est maior in vita ęterna non ꝓpter humilitatem, sed propter alias virtutes humilitati connexas, quæ sunt maiores humilitate. Hoc quidem rectè dictũ est: & tñ oporteret dici, ꝙ qui habet maximum gradum humilitatis, esset maior in regno cęlorum, & non qui se humiliauerit sicut paruulus ille: quia fortè alius haberet maiorem humilitatẽ quã paruulus: nisi per humilitatem paruuli intelligas maximum gradum humilitatis, quo non sit dandus maior. Quartò, ergo dicendum, & melius ꝙ ista regula Christi non est quantum ad oẽs hoĩes, sed solũ quãtum ad Apostolos, qui præsentes erant; qñ ista dicebãtur: nã ꝯquęrebatur inter eos, quis eorum maior esset: & vt innuitur hic, dicebãt de maioritate in regno cęlorum. Et Christ⁹ rectissimè dixit, quòd qui humiliaret se sicut paruulus ille, esset maior eorum in regno cęlorum: quasi dicat, vos oẽs estis in peccato, quia contenditis de maioritate, & ita nemo vestrum meretur regnũ cęlorũ: iõ siquis vr̃m humiliauerit se sicut paruulus, erit maior in regno cęlorum. i. maior quàm cæteri vestrum: imò ipse solus erit in regno cęlorum: qa cæteri manentes in superba contentione non hẽbunt aliquid in cęlo: sic patet sup. in litera: Nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cælorum. i. nisi ꝯuersi fueritis ab hac elatione cessando ꝯtẽdere de alterna maioritate, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum: ergo nemo vr̃m erit ibi maior altero quandiu sic manseritis: cũ nemo illuc intrabit: sed siquis vestrum efficiatur humilis, sicut paruulus iste, qui non ꝯtendit de maioritate, manentibus cęteris in elatione, sicut nunc manetis, ille erit maior in regno cęlorũ: quia ille intrabit illuc, & cęteri non intrabunt. Et iste est verus sensus, & ad

A propositum literæ, & sine aliqua calumnia. Sic. n. solitus erat Christus rñdere ad similes qõnes, vt Luc. 22. qñ in cęna orta est disceptatio inter discipulos quis eorum maior videretur: & Christus ait: Qui voluerit esse maior, erit oĩum seruus. i. ille qui habuerit humilitatem subiicendo se oĩbus vobis, erit maior oĩum. s. qui nõ habent illã humilitatem, sed cõtendunt de maioritate, cũ non solũ nemo illorum sit maior, sed ẽt nemo taliũ habet aliquẽ gradum bonitatis: quia cũ superbia nulla virtus manet. *Et qui susceperit.* Posito sup. fundamento virtutum: ponitur hic ſm. s. ædificium desuper cõstructum. Et dr̃. *Et qui susceperit.* s. hospitio vel qualitercunq; benefecerit, quia de quocunq; beneficio impenso intelligitur hoc, cũ non sit specialibus in susceptione hospitalitatis, quàm in alijs: cùm etiam sint alia
B opera misericordiæ maiora. *Vnum paruulum.* Non solùm meremur recipiendo magnos, sed ẽt paruulos: ad oẽs. n. sunt opera misericordię exhibẽda. *Talem.* Ad ætatem refertur. i. ꝙ sit paruulus ætate sicut iste: non ãt ad qualitatem: quia fortè ille non habebat aliquem gradum sanctitatis. et si propter hoc mererẽt accipiendo tales neminem reciperemus, vel multos abijceremus. *In noĩe meo.* i. propter me, s. quia petit ĩ noĩe meo, vel etiam si ille non petit, tñ datur propter contemplationem Dei, & nõ alicuius terrenæ ꝯsiderationis. *Me suscipit.* i. idem est ac si me susciperet. Vel dicitur me suscipere, quia propter me illum suscipit, & non propter seipsum. Sic. n. dicitur inf. 25. Quodcunq; fecistis vni ex
C minimis meis, mihi fecistis. Et ita Christus ostendit se aliquibus quasi recepisse beneficia illa, quæ pauperib⁹ eius noĩe collata fuerant: sicut in legenda beati Martini apparuit Christus indutus ea parte clamidis, quàm Martinus pauperi in porta ambranensium dederat.

Quare Christus subdidit de paruulos suscipientibus, cùm hoc non videatur ad propositum. *Quæst.* XXIII.

QVAERETVR, cũ Christus dixisset supra de humilitate, in qua paruulos imitari debemus, quare subdidit de suscipientibus paruulos, quia non videtur esse ad propositum. Dicunt aliqui, ꝙ hoc fecerat, quia cæperat dicere de paruulis: iõ continuato ser-
D mone dixit de oĩbus, quæ ad paruulos pertinebãt. s. de suscipiendo eos, & de non scandalizando, & de nõ cõtemnendo: quæ continuato ordine ponuntur. Sed nõ stat, quia Christus non intẽdebat aliquam doctrinam dare circa paruulos, quæ nõ esset circa adultos, cũ doctrina sua generalis sit ad omnem hoĩem, & cuiuscunq; ætatis: cùm iusserit prædicari Euangelium suum oĩ creaturæ, Mar. 16. Etiam quia manifestum est, ꝙ non solùm, qui paruulos recipiunt propter Christum, merentur, sed etiam, qui adultos: & non solùm, qui scandalizat paruulos peccat, sed etiam qui viros: imò poti⁹ viros quã adolescentes vel pueros: & ita, qui contẽnit adultos durius peccat, quàm qui pueros. Secundo põt dici quòd dicitur dependenter ad præcedẽtia: quia su-
E pra dicebatur quòd per humilitatem efficit quis maior in regno cœlorum: ponitur hic alius modus habẽdi regnum cęlorum, & maioritatem. s. recipere pauperes pro Christi nomine. Sic dicit Beda, & qui susceperit &c. in quo simpliciter pauperes Christi ab his, qui velint esse maiores pro eis ostendit honores suspendendos. Tertio potest dici hoc continuando ad præcedentia, quod hoc dr̃ ad ostendẽdum dignitatẽ paruulorũ: quia dictum fuerat, ꝙ qui est sicut paruulus, maior est in regno cælorũ: hic ãt ostendit, ꝙ non solũ qui efficit sicut paruul⁹, intrat in regno cęlorũ: sed ẽt qui suscipit paruulũ est magnæ dignitatis, ita ꝙ Christum suscipere dicitur. Sic dicit Chryso. & qui suscipit &c. ac si dicat: non solùm si tales efficiamini mercedem accipitis:

tis: sed etiam & si alios tales propter me honorabitis, & honoris, qui est ad illos retributionem vobis determino regnum. Quartò potest dici, quòd Christus posuerat doctrinam de humilitate: & quia officium suũ erat docere, & circa omnia, quę ad mores necessarios pertinebant docturus erat, subdidit alia, scilicet de suscipiendis hospitibus, & de non scandalizando, & nõ contemnendo: & postea de remittendo: & nõ est necesse, quòd semper vna doctrina attineat ad aliam: qa cùm varia sint, quæ in doctrina traduntur, interdum non dependet manifeste vnum ex alio: & istud est rationabilius quàm duo præcedentia.

4. doct. respon. ad q̃situm.

F

Quare dicitur: Qui susceperit.
Quæst. XXIIII.

G

QVAERETVR, quare dicitur, qui susceperit. Dicendum, ꝙ litera videtur significare hospitalitatẽ: & tamen intelligi debent omnia opera misericordiæ tam corporalia quàm spiritualia: & maximè de corporalibus: licèt spiritualia sint interdum maioris meriti inquantum sunt de melioribus reb⁹. Et hoc intelligitur propter duo. Primò, quia qui suscipiunt aliquos hospitio, solent dare omnia necessaria quãdiu apud illos manent: talem.n. hospitium dabat Christus discipulis, dicens: In quamcunque domum intraueritis, manete ibi: edentes & bibentes, quæ apud illos sunt, Luc. 10. cap. & ideo potuerunt cętera opera corporalia misericordiæ intelligi per hoc. Secundò, quia eadem ratio est in oĩbus operibus misericordiæ: oĩa enim sunt meritoria, qñ propter Deum fiunt. Et licèt Christus non ponat de oĩbus satis est dixisse de vno ꝑ quod cætera intelliguntur: potissimè, quia infra 25. expresse de omnibus operibus misericordiæ locutus est. Tertiò, & præcipuè, quia suscipere fortè noluit Christus hic accipere per hospitalitatem exercere, sed pro fauorabiliter tractare: & hoc est suscipere vel assumere. Sic dicitur Luc. 1. suscepit Israel puerum suũ. Sed non est sensus, quòd receperit eum hospitio, sed benigne, & fauorabiliter Deus tractabat Israel plusquam alias gentes, Osee. 11. Puer Israel, & ego dilexi eum. Sic ad Roma. 14 Infirmum in fide assumite, idest infirmum tractate fauorabiliter, & blandè, & non in disceptationibus, vt ibi sequitur: & ita accipietur pro omni beneficio impenso, quia hoc est benigne tractare.

Opera sũt meritoria quando ꝑpter Deũ fiunt.

H

I

Quare dicitur, paruulum.

Quæstio XXV.

QVAERETVR, quare dicitur. Paruulum susceperit. Aliqui dicunt, quòd Christus voluit esse hoc speciale in paruulo. Sed dicendum, quòd non stat vt dictum est supra, quia etiam meretur, qui hospitio suscipit adultos: imò istud magis est ad adultos, quia tales paruuli quales Christus ostendit raro vagãtur, vt hospitio suscipi egeant, sed manent sub cura parentum aut tutorum. Dicendum ergo, quòd hoc de omnibus intelligitur siue paruulis siue adultis, q pro Christo suscipiantur. Et tamen dixit de paruulo, primò propter præsentiam eius: nam vt dictum fuit sup. Apostoli, quia adhuc rudes erant, magis admonebant sensibili ostensione quàm solis verbis, sicut erant in lege Moysi. ostẽdere ergo debuit Christus aliquem, de quo loqueretur: ad cuius exemplum de cęteris intelligeretur, & quia occurrit puerum adhuc præsentem esse, quem posuerat in medio ad loquendum supra de humilitate, continuato sermone dixit de illo puero. s. qui susceperit vnum puerum talem. Secundò fuit ad

K

tollendum dubium, & ostendendum magnum meritum esse benefacere alicui propter Deum, quia non solũ benefacere viris, sed etiã benefacere paruulis, qui parui valoris sunt, est apud Deum valde acceptum. Et dubium erat, quia dicitur supra 10. cap. qui accipit iustum, mercedem iusti accipiet. qui ergo acciperet puerum, mercedem pueri acciperet, quam nullius valoris aliquis fortè iudicaret: ideo vt videatur, quòd suscipere etiam paruulum magni meriti sit, dixit: Qui susceperit puerũ, me suscipit.

Quare dicitur puerum talem.

Quæstio. XXVI.

QVAERETVR, quare dicitur, puerum talem. Dicit Nicolaus talem, idest humilem, & fidelẽ. Et hoc videtur, quia Christus iam dixerat de humilitate huius pueri, qui se humiliauerit sicut paruulus iste. Sed dicendum, quòd non stat. Primò, quia præsupponitur, quòd iste puer erat humilis, & fidelis. de fide nihil constat, cũ non habeatur argumentum ex litera: nec poterit vocari fidelis, nisi fortè, quia erat filius alicuius Iudæi, qui fideles erant: nam paruuli aliam fidẽ quantum ad actum nõ habent, nisi fidem parentum: & adhuc non constat, an esset filius alicuius Iudæi: nã poterat esse filius alicuius gentilis, quia modo Christ⁹ erat Capharnaum, vt colligitur præced. cap. & Mar. 9. & tamen ibi Gentiles etiã erant. s. Romani: & ibi erat centurio ille gentilis, supra 8. & Luc. 7. De humilitate autem dicendum, quòd non erat humilis prout humilitas est virtus: sed erat humilis per naturam, inquantum ardua non cognoscebat, quæ appeteret: & ita oẽs paruuli sunt humiles: hoc tamen non est laudabile in eis, quia ita esset deliri, & amentes humiles sunt, quia nõ cognoscunt magna, quæ inordinate appetere possint. & ita esse sic humilem, vel fidelem non erat aliqua conditio, quare potius tales quàm alij suscipi deberent. Secundò, quia hoc dato Christus innueret, quòd deberemus benefacere bonis. s. humilibus, & fidelibus, & non malis. Sed falsum est, quia etiam malis benefacere suasit, supra 5. Estote misericordes sicut pater vester, qui solem facit oriri super bonos, & malos. Etiam infidelibus benefaciendum est, licèt magis fidelibus. ad Gal. 6. Dum tẽpus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, idest manentes in fide: non ergo est iste sensus. Tertiò, qa si hoc consideraretur, arctaretur via benefaciendi, cùm nesciremus, quis erat humilis, & bonus, & ita paucis, vel nullis benefaceremus. Quartò, quia si aliquibus benefaceremus, contingeret interdum benefacere malis, qui boni viderentur, & repellere bonos, de quibus notum non esset. Quintò, quia Chryso. arguit eos, qui talem distinctionem volunt facere inter recipiendos, dicens istam diabolicam, & superuacuam curiositatem 42. dist. cap. quiescamus. & dicit, quòd aliqui dum hospitalitatem ad omnes exercent, angelos hospitio susceperunt, sicut fuit Loth, qui si aliquos reciperet, & alios excluderet, contigisset fortè, quòd angelos repulisset. Sextò, quia ista distinctio facienda esset, si meritum esset bonos recipere: malos verò esset inutile recipere: & tamen cuicunq; benefacere bonum est, & vt dicit Chryso. in dicto cap. quiescamus: non est Deus retributurus nobis iuxta sanctitatem eorum, quos recipimus, sed iuxta benignitatem, & misericordiam, quàm exhibemus illis. Nam dum aliquis recipit eos, vt bonos, & pauperes Christi, recipiet mercedem à Christo etiam si illi non sint tales, vt dixit Christus, supra decimo capitulo, qui recepit prophetam in nomine prophe-

prophetæ mercedem prophetæ accipiet: & qui accipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet, idest etiam si non sit ille iustus vel propheta: si tamen vt iustum, & prophetam eum quis reciperet, mercedē accipiet, ac si ille verè esset iustus, & propheta. Septimò apparet, quia Christus dixit hic, qui susceperit paruulum talem in nomine meo: si tamen meritum esset in hoc, ꝙ recipitur talis esset.i.fidelis & humilis sicut dixit Nico. iam non multum differret accipi in nomine Christi, vel non esset necesse apponi: & tamen apponitur quasi totum meritum sit ex hoc, quòd pro Christo recipitur: ergo non est attendendum qualis sit, qui recipit ad hoc, ꝙ mereamur. Octauò, quia tota radix exponendi sic est: quia dicitur hic, qui susceperit vnū paruulum talem, & tamen non fuit intentio Christi ostendere per hoc qualitatem aliquam illius pueri laudabilem, sed solū ætatem. Et apparet, quia cæteri Euangelistæ non sic expresserunt: nam Mar. 9. dicitur. quisquis vnum ex huiusmodi pueris acceperit. i. ex his pueris, & Luc. 9. magis apertè dicitur, s. quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, & non dixit talem: sed quia omnes pueri sunt similes ætate, quia coætanæi sunt, dixit vnum talem puerum sicut istum, idest ita puerum ætate sicut iste est: & si nullam perfectionem habeant: nam pueri non habent aliquā adhuc sanctitatis perfectionem, cùm nihil mereantur: iō ex parte ipsorum non erat meritum recipienti: sed ex parte Christi, pro quo recipiuntur: an verò in recipiēdis hospitibus, & in dando eleemosynas sit facienda aliqua distinctio, & inquisitio inter pauperes, & susceptos, declaratum fuit supra 6. capit. & sup. 10. cap. & ibi multa de hac materia.

Quare dicitur in nomine meo.
Quæst. XXVII.

QVAERETVR, quare dicitur, in noīe meo. Dicendum, ꝙ hoc posuit ad tangendum radicē merendi: nam si quis benefaciat viris quantumcunq; bonis non habita cōsideratione ad Deum, sed ad humanum fauorem, aut ad aliud humanum bonū, vel motiuum, merces nulla erit, quia impossibile ē, ꝙ mereatur apud Deum, qui nihil facit propter Deum, & tamen, qui non recepit in nomine Christi, non facit ꝑꝑ Deum: iō non meretur. Et ista est ratio necessaria, quare virtutes morales nō possent esse meritoriꝫ sine charitate, quia nulla illarum agit ꝑꝑ Deū: habent.n.oēs illæ ꝓ obseruatione vel materia passiones vel actiones, ꝓ fine autem habent aliquod humanum bonum: ideo nō est possibile, vt virtus moralis per seipsam agat aliquid propter Deum: iō non est possibile eam per se esse meritoriam, sed necesse est, ꝙ si earum actus dēt esse meritorius, ꝙ fiat propter Deum: non pōt tamē ab eis dirigi in Deum: quia non habent Deum pro fine, ideo necesse est, ꝙ dirigatur ab alia virtute, cui sit ꝑ se habere Deū pro fine, sicut oē per accidēs reducitur ad aliqđ per se.i. si aliquid est per accidens calidum, necesse est, quòd fuerit calefactum ab aliquo quod est per se calidum formaliter vel virtualiter.i. ab igne, vel à sole: ita charitati, & omnibus theologicis naturale est, & per se habere Deū pro obseruatione & fine, iō charitas potest dirigere actum omnium virtutū moralium in Deū, & ita erunt meritoriæ virtutes morales cum charitate manentes. sine illa āt erit impossibile. Si tñ morales possent dirigere actum suum in Deū, i. facere aliquid propter Deum nō existente charitate, esset eis naturale esse meritorias sicut charitati. Et si obiiciatur, ꝙ fides est habens Deum pro fine: & tamē sine charitate non est meritoria, & ita de spe. Dicendum, quòd hoc accidit, quia mereri est inquantū De⁹

A acceptat actus nostros propter ipsum factos, & ista acceptatio est per gratiā gratum facientē, & illa licèt nō sit charitas, nunquam tñ est sine charitate: fides āt, & spes sine charitate esse possunt: ideo tūc actus earū nō sunt meritorij, quia non acceptantur. Secundò fuit hoc ad ostendendum magnitudinē retributionis pro hac receptione: nam si respiciat quis paruulos suscipit, videtur quasi nullius momenti esse opus factum. vt autem appareat magnum esse dicetur quòd fiat in noīe Dei: quia tantū est opus quantus est ille in cuius noīe fit. sic dr̄ sup. 10. c. qui recipit prophetam in noīe prophetꝫ mercedē prophetꝫ accipiet, q̄ accipit iustū ī noīe iusti mercedē iusti accipiet.i. quasi acciperet verè prophetam, vel iustum: ergo qui accipit aliquem
B in noīe Dei, mercedem Dei accipiet, sed qui suscipit paruulos (sicut Christus dicit) suscipit eos in nomine Christi: ergo mercedem Christi accipiet, idest quasi reciperet Christum: & ista est causa potissima. Tertiò fuit ad tollendum discipulis, & omnibus susceptis causam suscipiendi. Nam si propter se suscipi hospitio tanta esset retributio recipientibus: putarent se ex hoc magnos esse: ideo dicitur in nomine, quasi dicat totus iste honor impenditur vobis propter me: & etiā recipientes mercedem accipiunt, quia propter me susceperunt vos. Sic dicit Hieronymus: necùm delatū fuerit Apostolis, se putent honoratos, adiecit non suo illos merito, sed magistri honore suscipiendos.

C *Quare dicitur: Me recipit, & quomodo uerum sit.*
Quæst. XXVIII.

QVAERETVR quare dicitur: Me recipit, & quomodo sit verum. Dicendum, quòd Christū recipit talis non in seipso, quia ille in beatitudine æternitatis est, sed recipit eum in membris suis eū repræsentantibus: sic ipse dixit, infra 25. q̄ncunq; fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Itē q̄a ꝑꝑ vnū quodque tale, & illud magis, sed pauper recipitur propter solum Christū, ergo magis Christus recipitur quàm pauper. Ad aliud dicendum, quòd Christus hoc dixit ad ostendendum magnitudinem meriti recipientiū, & vt allicerent ad hoc faciendum: non enim potest
D aliquid maius esse quàm Christum recipere, & tamen qui pauperem recipit, Christum recipit: ergo magni meriti est pauperem recipere. Secundò dixit hoc propter cōsequentiam doctrinæ suæ: nam ex quibusdam ab eo supra dictis sequebatur hoc necessariò. supra 10. cap. dixerat, qui accipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: ergo qui accipit aliquem nomine Christi, Christum accipit, sed sic iussit paruulos recipi, scilicet in nomine suo: ergo qui illos recipit ipsum recipit. Tertiò dixit hoc ad tollendum nobis suspitionem de bono, vel malo, quia essent homines dubij in bono suo in susceptione hospitum, credentes, quòd interdum malos reciperent, & tunc nihil mererentur, tollit hoc Christus dicens, me suscipit, idest, si in nomine meo suscipiatur quis, siue bonus,
E siue malus sit, ego suscipior: & ita dicendum, quòd si quis recipiat propter Deum duos, & vnus sit sanctissimus, & alius nequissimus: dum tamen conditio vtriusque ignoretur: æqualiter meretur suscipiens circa vtrumque, si beneficia, quæ illis impendit æqualia sunt. Sic dicit Christus, me suscipit, quia vna, & eadem merces est honorantibus sanctos, siue forsan minimus sit, scilicet susceptus, siue præclarus honore, quia in eo Christus suscipitur.

Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vę mundo a scandalis: Necesse est enim, vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscide eum, & proijce abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te: bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habētem mitti in Gehennam ignis.

Qui autem scandalizauerit. Docuit supra Christus cōmunicationem charitatiuam ad proximum ex parte corporis: hic docet communicationem charitatiuā ex parte animæ, quia illud fuit de corporaliter benefaciendo, hic verò quantum ad animam. Et consistit in duobus. Primò ne proximo inferatur nocumentum. Secundò vt ei præbeatur beneficium, ibi. *Venit enim filius hominis*. Prima in duas, quia primò admonet, ne proximum scandalizemus. Secundò ne ipsum contemnamus, ibi. *Videte ne contemnatis*. Prima in duas, quia primò iubet vetare scandalum actiuum. Secundò scandalum passiuum, ibi. *Si autem manus tua*. Circa primū dicitur. *Qui autem scandalizauerit*. Idest occasionem ruinæ alteri præbuerit: scandalum enim est verbum, vel factum minus cautè dictum, quod cedit in alicuius subuersionem, idest quod dat alicui occasionem ruinæ. *Vnum de pusillis istis*. Idest aliquē talem vel quemcunque alium: quia siue adultum, siue paruulum scandalizemus, malum est. *Qui in me credunt*. De fidelibus loquitur, quos scandalizare graue est: potissimè quando scandalum est circa ea, quæ sunt fidei: & tamen non ideo putandum est, q̄ scandalizare infideles non sit peccatum: quia etiam peccatum est, & an sit maius, vel minus quàm scandalizare fideles dicetur. *Expedit ei*. Idest melius esset ei. Non est sensus, quòd postquam quis scandalizauerit aliquem expediat ei, quòd suspendatur ei mola ad collum eius, quia tūc non prodest, cùm per hoc non euitetur pęna debita pro peccato. Sed est sensus quòd expediret homini magis, quòd suspenderetur mola ad collum eius, quam quòd scandalizaret aliquem, quia pro scandalo facto dabitur pęna æterna, quę est grauior quàm quæcunque pæna temporalis. *Vt suspendatur*. Idest vt ligetur. *Mola asinaria*. Idest mola, quam solet trahere asinus: istæ sunt molę domesticę: quia in regione, vbi non sunt molendini in aqua, sunt molendini domestici: & asini trahunt rotas et molas, et ab illis asinis molæ asinariæ appellātur. Et est dicere suspendatur lapis magnus. *In collo eius*. Vt cogatur descendere ad profundum aquæ ne possit natare. *Et demergatur in profundum maris*. Vel in quācunque aquam, sed secundū consuetudinem terræ Chanaan locutus est. *Væ mundo a scandalis*. prænunciat hic Christus malum, quod sequitur mundo, idest mūdanis hominibus propter scandala, scilicet, q̄ faciunt,

Scandalū quid sit.

F quia non curant cauere à scandalis, quæ faciunt, quasi nihil esset scādalizare homines, sed valde malum est, ideo væ erit eis, idest pæna grauis erit illis, qui ista scandala faciunt. *Necesse est, vt veniant scandala*. Scilicet necessitate ꝯsequentiæ, non necessitate consequentis, cùm nemo nos cogat ad scandala suscitandum, vt immediate sequitur, cùm imponatur pœna scandalizāti alium. *Veruntamen uæ homini illi*. Idest licèt necesse sit, quòd veniant scandala, non est propterea inculpabilis, qui scandalum suscitauit, quia fortè aliquis putaret ex eo quòd necesse est scandala venire, & ea, quæ ex necessitate veniunt, nō sunt nobis imputanda, cū non sint in potestate nostra. *Per quem scandalum uenit*. Idest qui facit scandalum, quia ille facit
G scandalum actiuè: & per illum venit in alios scandalum passiuum. Vel dicitur, per quem scandalum venit, idest non solùm væ est facienti scandalum, sed etiā ei, per quem venit, idest qui aliqualiter præbuit occasionem directè, vel indirectè, vt hoc fieret.

Quare Christus dixit nunc de scandalo, & an attineat ad præcedentia. Quæstio XXIX.

QVAERETVR quare Christus dixit, nunc de scandalo, & an attinet ad præcedentia. Aliqui dicunt, quòd non attinet ad præcedentia immediatè: nam alij euangelistæ, qui hoc posuerunt, non ponunt illud immediatè post præcedentia de suscipiente par-
H uulum, quia Mar. nono, postquam dicitur de suscipiēte paruulos, subditur, quòd Ioannes dixit Christo: domine vidimus quendam eiicientem dęmonia in nomine tuo, & cæte. & finita ista collocutione sequitur, quòd Christus dixit, & quisquis scādalizauerit vnum de pusillis. Item magis apparet ex Luca, quia Lucę 9. ponitur hoc de recipiente paruulos: & tamen de scandalo ponitur Lu. 17. ergo non ponitur hic ordine cōuenienti. Dicendum vno modo, quòd potuit esse, q̄ Christus hoc sępe dixit: & ita quilibet trium euangelistarum retulit semel dictum: & retulit eo loco, quo dictum est: nam satis est verisimile, quòd cùm Christus tanto tempore prędicauerit, quòd aliqua sępe repeteret. Aliter potest dici, & rationabilius: quòd li-
I cèt Christus sępe hoc dixerit: Euangelistę retulerunt solum, vt semel dictum, & tamen quędam retulerūt in loco suo iuxa ordinem temporis, & historię alij verò non: & hoc ex aliis locis apparet, in quibus narratur eadem res semel tantùm à Christo facta, & tamen non enarratur secundùm idem tempus, sed alii pręponunt alij postponunt: ita ergo hic dicendū est, et maximè quantum ad beatum Lucam dicendum, quòd manifestè mutauit ordinem temporis: quia vbi hoc posuit non faciebat vllo modo ad propositum pręcedentium, neque sequentium. De Matthęo, et Marco est maius dubium: quia parum differt inter ordinem vtriusque: sed magis videtur dicendū, quòd Matthęus tenuerit hic ordinem rei gestæ, quàm Marcus, quia inceperat dicere supra de humilitate pusillorū,
K & deinde de recipiente pusillos, vel paruulos: & nunc dicit de scandalizante paruulos: & ita Marcus cùm loquitur de isto scandalo dicit, qui scandalizauerit vnū de pusillis istis: videtur ergo, quòd postquam Christus cæperat loqui de paruulis semper continuauerat sermonem, quia aliàs non diceret demonstrando ex pusillis istis, & tamen si interponatur, quod ponit Marcus, scilicet: Domine vidimus quādam eiicientem demonia, et cæt. non erit continuatus sermo de pusillis: ideo videtur quòd iste fuerit verus ordo rei gestæ, cū solus Matthæus continuet sermonem de pusillis nihil interponendo vsque ad finem eius.

Quare

Quare nunc Christus dicere voluit de scandalo.
Quæstio XXX.

QVAERETVR, quare nunc Christus dicere voluit de scandalo: & an sit aliqua dependentia secundùm rationem. Aliqui dicunt quòd causa fuit, quia cepat Christus dicere de paruulis: ideo voluit dicere omnia, quæ ad paruulos pertinebant.

Sed dicendum quòd non stat: quia Christus non intendit specialiter aliquid dicere de paruulis: quia ista doctrina sua tam adultis quàm paruulis conuenit: imò magis adultis quàm paruulis: grauius enim peccat qui scandalizat adultos, vel contemnit eos, quàm qui paruulos: cùm maius malum sequatur ex scandalo adultorum quàm paruulorum. Alij dicunt quòd dependet à præcedentibus: quia supra dixerat de honorantibus paruulos quòd Christum recipiunt: hic dicitur de non honorantibus sed offendentibus, quia pænam incurrunt: & isti sunt, qui paruulos scandalizant, idest præstant eis occasionem ruinæ, qđ est offendere eos. Sic dicit Chryso. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: ac si dicat, sicut, qui hos honorant ꝓpter me mercedem habent: ita & qui hos dehonorant vltimam sustinebunt vindictam. Aliter etiam potest dici, quòd non est necesse poni dependentiam istorum dictorũ: qa Christus volebat tradere doctrinā discipulis de omnibus pertinentibus ad mores: & interdum quędam pertinent ad alia dependentia quędam, & interdum non.

Quare dicitur: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis.
Quæst. XXXI.

QVAERETVR, quare dicitur, qui scandalizauerit. Dicendum quòd Christus voluit cohibere homines à male agendo, & hoc ostendendo eis pęnam quam per hoc incidunt, scilicet quòd expediret potius eis demergi in mare: & voluit quòd non solùm pro magnis malis, sed ēt pro paruis pęna esset: & quia maius malum est, quod directe quis intendit quàm quòd non intendit, sed sequitur ex factis suis & fortè per accidens, ostendit quæ pæna datur pro tali malo: vt a fortiori videatur quæ pæna datur pro maiori: tale autem malum est scandalum: quia scandalum non est malum, quod quis alicui intendat facere, sed quando ex opere alicuius accipit occasionem ad malum, siue factum illud fuerit malum, siue indifferens: siue forte bonum: nam interdum nobis bona agentibus scandalum sequitur. Pro quo etiam quadam pæna digni sum⁹, si nobis incautè aut imprudenter bonum facientibus aliquis scandalizetur: & de hoc Christus loquitur.

Scandalũ quō fit malum.

Quare dicitur unum de pussilis istis.
Quæstio. XXXII.

QVAERETVR quare dicitur, vnum de pusillis istis. Aliqui dicunt quòd Chistus solùm locutus est de paruulis, de quibus sermonem continuat. Sed falsum est, quia quemcunque scandalizare peccatum est. Dicendum vno modo, quòd Christus ex industria dixit, vnum de pusillis: quia loquitur de scandalo passiuo, & illud nunquam est nisi pusillorum: & non vocat pusillos ætate, sed animo, scilicet, qui in bono animum firmatum non habent: magni autē in fide, & moribus perfecti nunquam scandalizantur. Sic dicit Ierony. Nota autem, quòd qui scandalizatus est paruulus est, maiores enim scandala non recipiunt: Sed an scandalum passiuum solùm sit pusillorum, dicetur infra magis quæst. 47. Aliter potest dici ꝙ

A Christus accepit hic paruulos ætate, neque locutus est de solis paruulis, sed quia paruulus ille, quem in medio discipulorum posuerat ad ostendendum sensibiliter humilitatem, adhuc pusillus erat, & volebat Christus continuare sermonem demostrando paruulum dixit, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: & tamen per paruulos non magis accepit paruulos quàm adultos. Aliter potest dici, quòd hoc dixit de paruulis ętate: vt argueret à fortiori. Nam minus potest scādalum fieri paruulis quàm adultis, cùm paruuli non cognoscant, de quo scandalizentur, neque etiam adhæreāt alicui bono moraliter, à quo per scandalum recedant: ideo si paruulis facere scandalũ malũ est, à fortiori malum erit facere illud adultis. Quilibet isto-
B rumm odorum satis potest teneri.

Quare Christus dixit unum de pusillis istis, qui in me credunt.
Quæstio. XXXIII.

QVAERETVR, quare dixit vnũ de pusillis istis, qui in me credunt. Aliqui dicunt, quia paruulus ille, quem Christus ostendit credebat in eum. Sic innuit Nicolaus super illo verbo, qui susceperit vnum paruulum talem, exponit, idest humilem, & fidelē. Dicendum tamen quòd nō erat veresimile quòd iste paruulus crederet in Christum: nam erat puer ætate, & talis vt dicit Ieronymus, quia per naturam inerat ei humilitas, scilicet quia alta non cognoscebat, quæ
C appeteret: ideo talis non poterat credere in Christum, scilicet ipsum esse filium Dei, vel esse Messiam, quia istud credere non pertinebat nisi ad adultos. Item dato ꝙ ille puer crederet in Christum, non diceret ꝓpter hoc de his, qui in me credunt: cũ nō loqueretur de isto solo, sed aliquid speciale erat propter ꝙ istud verbum dixit. Alij dicunt, quòd dixit de his, qui in me credunt: quia Christus solùm voluit loqui de scādalo facto fidelibus, & non de scandalo infidelium. Sed dicendũ, ꝙ non stat, quia manifestũ est, ꝙ sicut fidelibus fit scandalũ: ita ēt infidelibus pōt fieri scandalũ, & nō est dubiũ quin scandalũ datũ infidelibus malũ sit. Primum patet, quia scandalum est dictum vel factum nostrum, ex quo prębetur proximo occasio rui-
D næ: sed hoc circa infideles accidit: nam sicut alio fideli per facta aut dicta mea occasionem præbeo, vt recedat à bono quod inceperat, vel nō veniat ad bonũ, quod intendebat: ita & ad infidelem fiet, vt si aliquis infidelis erat incitatus, vt ad fidem veniret: & ex dictis aut factis nostris occasionem sumit, vt non veniat, vel accipit exēplum faciendi malum aliquod, quod aliàs non faceret. Secundum patet, scilicet quòd scandalizare infideles malum sit: sunt enim infideles proximi nostri, cùm omnis homo quandiu viuit proximus noster sit, ideo illum tenemur diligere: ergo malum est illum scandalizare. Item manifestum est, quòd nocere infidelibus sine cā peccatum est, vt furādo vel rapiendo bona eorum, aut eos occidendo: & tamen scā-
E dalizare est quoddam malum illis facere, ideo peccatum est. Item patet, quia Apostolus ad Rom. 2. redarguit Iudæos, quia scandalizabāt Gentiles dicens, quid gloriaris in lege, & per præuaricationem legis Deum inhonoras? nomen enim Dei propter vos blasphematur inter gentes, idest vos præstatis occasionem, vt blasphement nomen Dei: & hoc erat scandalizare gentiles siue infideles: hoc autem fiebat, in quantum videbant gentiles, quòd Iudæi legem præuaricabantur, velut si aliquis infidelis videns legem bonam Christianorũ, & eos præuaricantes illam, & impunitos manere, diceret; vel isti non habent Deum, vel Deus eorum malus est, qui talia non detestatur, aut est multũ fauorabilis huic genti: hę enim blasphemię sunt, quas

de

de Deo facerent infideles: & hoc quia nos scandalizamus eos per nostra manifesta delicta. Non voluit ergo Christus asserere scandalum præstitum infidelibus non esse peccatum. Sed dicendum vno modo quòd Christus dixit de scandalo fidelium specialiter, quia illud maius est, quàm scandalum infidelium, & specialiter est hic de pusillis, de quibus dicitur in litera, scilicet qui sunt infirmi in fide: qui si fortè viderēt aliqua fieri apud eos, qui veteres sunt in fide, & periti, turbantur in animo suo, & recedunt à fide: istud est grauissimum scandalum: deterius enim valde est, quòd vnus de iam credentibus pereat à fide recedendo, vel manens in fide pereat peccando: quàm quòd mille de infidelibus non conuertantur: quia de illis nescimus an aliquando conuertendi essent: de isto aūt scimus quòd iam erat in via salutis, ideo Christus in oratione quam facit ad patrem Io. 17. non dicit quòd multos acquisiuit, sed quòd seruauit eos, quos dedit sibi pater: quasi magis sit necessarium acquisitos seruare, q̃ non acquisitos conari acquirere: & cōsequenter deterius est acquisitos perdere, q̃ nō acquisitos nō acquirere: & ob hoc etiam Christus valde arguit Phariseos, quia conuersos nouiter ad fidem suis prauis doctrinis peruertebant. infra 23. Vę vobis scribæ & Pharisęi Hypocritæ, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis proselytum vnū: & cùm factus fuerit, facitis eum filiū gehennæ duplo quàm vos. Facere proselytum est cōuertere aliquem ad fidem: quia proselyti apud Iudæos vocabantur conuersi: & in hoc laborabant valde pharisęi: & tamen postquam conuertissent eum, suis prauis doctrinis circa mores subuertebant eū: & ita scandalizabant pusillos in fide dantes eis occasionem vt fierent filij gehennæ. Secundò potest dici quòd hoc dixit Christus, quia specialiter loqui volebat contra Apostolos redarguēdo eos circa contentionem suā, nam cùm ipse posuisset eos doctores fidei, & illi, qui nouiter conuertebantur, viderent eos contendere de maioritate, quod erat contra rectitudinem morum, turbarentur & dubitarent, an doctrina Apostolorum bona esset: & taliter scādalizare pusillos, idest nouiter cōuersos graue peccatū erat: ideo Christus dissuadebat discipulis contēdere de maioritate, ne per hoc scādalizarent nouiter conuersos, qui erāt pusilli. Sic dicit Hiero. scilicet quamquā generalis possit esse ista sententia aduersus omnes, qui aliquem scandalizant: tamen iuxta consequentiam sermonis etiam contra Apostolos dictum intelligi potest, qui interrogādo quis maior esset in regno cælorum, videbantur inter se de dignitate contendere: & si in hoc vitio permāsissent, poterant eos, quos ad fidem vocabant, per suum scandalum perdere, dum Apostolos viderent inter se de honore pugnare. Et ista sententia est etiam multum conueniens.

Deterius est quòd vnus de credentibus in Christum pereat a fide, quā quod mille de infidelibus non conuertantur.

Quid sint Proseliti.

Quare dicitur, expedit ei, ut mola asinaria suspendatur &cæt. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR, quare dicitur, expedit ei, vt mola asinaria suspendatur, &cæt. Aliqui putant, q̄ dicitur, expedit ei, idest postquam quis scandalizauerit vnum pusillum expedit ei demergi in mare: quia hoc videtur dicere ordo literæ. Sed dicendum quòd non stat: quia postquam quis scandalizauerit proximum, non prodest ei demergi in mare: cùm per hoc non euitet pęnam æternam. Sed intelligitur antequā scandalizet proximum, scilicet quia tunc melius esset, vel non tam malum demergi in mare quàm scandalizare vnum paruulum. Similis modus loquēdi Christi est infra 26. Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei si natus non fuisset homo

F ille, idest melius fuisset ei, quòd natus non fuisset: q̄a si natus non fuisset non potuisset tradere filium hominis: & ita qui scandalizaturus erat proximum, bonū erat ei, quòd demergeretur in mare, vt non scandalizaret illum. Sic dicit Hiero. Dicitur expedit ei, quia multo melius est pro culpa breuem recipere pęnam quàm æternis seruare cruciatibus. Etiam Chryso. dicit, expedit eis hoc sustinere, q̄a alia eos grauior pęna expectat: & magis aperte patet ex verbo Christi Luc. 17. Væ homini illi, per quem scandala veniunt, vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. Quod autem dicitur de mola asinaria, dicēdum quòd illa est lapis magn9 ad molendum triticū:
G quia in terra Chanaan, in qua Christus erat, rara sunt flumina: & ideo rari sunt molendini in aqua: sed sunt molendini domestici, vbi artificio rotarū trahitur mola ad terendum grana, & quia mola illa solet trahi ab asinis, vocatur mola asinaria hic: & ita etiam vocatur Mar. 9. sed Lucas apertius dixit vocans lapidem molarem Luc. decimo septimo, idest rotam molendini lapideam siue trahatur ab asino, siue ab alio iumento, sed specialiter vocauerunt Matthæus, & Marcus molam asinariam ad significandum magnitudinem lapidis: nō enim sufficeret dicere molam: quia aliquæ molæ paruæ sunt in molendinis, quæ manu hominum trahuntur: quæ verò trahūtur ab asinis molæ magnæ sunt: & hanc magnitudinem exprimere voluerunt.
H Quia verò dicitur q̄ suspendatur mola in collo, & demergatur in mare: voluit Christus tangere magnitudinem pœnæ: in terra enim Chanaan siue Palestinæ, in qua Christus erat, consuetudo erat pro maximis criminibus reos sic demergi: ideo per hoc significauit q̄ pœna, quæ datur à Deo scandalizantibus proximos, maior est, quàm maxima pœnarū, quæ datur hic pro criminibus, & ita eos terret. Et hoc verū est, quia nulla pœna quantumcunq; magna huius seculi est æqualis pœnæ alicui alterius seculi: quia istæ sunt momentaneæ: futuræ verò in inferno sunt æternæ, in purgatorio autem sunt diuturnæ. Sic dicit Hier. quod dicitur, expedit ei vt suspendatur &c. secundùm ritum prouinciæ Palestinę loquitur, vbi apud veteros Iudęos malo-
I rum terminum ista pœna fuit, vt in profundum ligato saxo demergerētur. Et ideo dicit Beda. Sed dicetur, quare specialiter Christus istam pœnam nominauit? Dicendum, q̄ si Christus loqueretur secūdùm dependentiam sententiæ suæ superioris, aliam pœnā potuisset & debuisset ponere: nam dixerat supra, q̄ qui recipit paruulum, eum recipit, sed scandalizare est contrarium ad recipere: quia recipere est honorare, scandalizare autem est offendere: sed de recipientibus paruulos dixit, q̄ eum recipiebāt: ideo de non recipiētibus, sed scandalizantibus dicere debebat, q̄ eum non recipiebant, scilicet qui scandalizauerit vnum de pusillis istis me non suscipit: vel me repellit: & ista erat grauissima pœna: quia sicut nullum maius bonū est quàm
K habere Christum nobiscum habitantē in cordibus nostris; ita nullum maius malum est quàm eum non habere, vel eū repellere: quia tamen Apostoli adhuc rudes erant, & nesciebant qualis pœna esset non habere secum Christum spiritualiter habitantem: posuit pœnam illam temporalem, quę maximè eos mouere poterat, & illa erat de saxo ligato ad collum, quæ dabatur maximis facinorosis in terra Chanaan. Sic dicit Chrysost. consequens autem erat prioribus dicere me non suscipit, quod erat omni pœna amarius: sed quia grossi erant, & prædicta pœna eos non mouebat: comparatione exempli cogniti manifestauit præparatam pœnam: propter hoc enim dicit, expedit ei hoc sustinere: quoniam eos alia grauior pœna expectat.

Quare vocetur mola asinaria

Nulla pœna huius seculi quantumcunq; magna est æqualis alicui pœnæ alterius seculi.

Quare dicitur: væ mundo à scandalis.
Quæstio. XXXV.

QVAERETVR, quare dicitur: Væ mundo à scādalis. Aliqui dicunt, quòd accipitur hic mundus adiectiuè, & dicitur homo mūdus a scādalis, idest purgatus vel immunis ab eis, scilicet quia scandala nulla suscitat, & nulla patitur. Et dicunt hoc quia necesse est, vt veniant scandala, sicut in litera sequitur, ergo qui omnino nulla sustinet scandala, Væ illi est. Sed dicendum quòd non stat, quia isti errant in nomine: nam mundus substantiuè accipitur sicut ostendit ipsum Matthæi originale scriptum in Hebræo, in quo multum differt nomen mundi, idest vniuersitatis, & nomen munditiæ. Etiam quia omnes sacri doctores accipiunt substantiuè. Item dato quòd accipere vellemus adiectiuè, nō stat; esset enim sensus inconueniēs, quia mundatio à scandalis non est væ malum: sed potius bonum: scandalum quippe siue sit actiuum, siue passiuum malum est: quia scandalum actiuum mortale est aut saltem veniale: passiuū vero est etiam malum, vnde non scandalizātur nisi pusilli, & imperfecti vt ait Hieronymus & Beda. perfecti vero sine scandalo manent, ergo bonum est non scandalizare neque scādalizari, quòd perfectorum est: mundatis ergo à scandalis non est vę, sed potius bonum. Ratio autem istorum, scilicet quia cùm necesse sit venire scandala, malum est eis qui non participant in illis, non concludit, imò potius destruitur ex litera: quia dicitur, necesse est, vt veniant scandala: & tamen sequitur: Væ illi, per quem scandalum venit. Et si dicatur, quòd hoc est verum de scandalo actiuo, non tamen de passiuo. Dicendum quòd non stat, quia si pati scandala, idest scandalizari esset bonum aliquod, necessarium vę esset ei, qui non scandalizaretur sicut væ est omnibus hominibus, qui non cessant frui sæculo propter Deū: & tamen scandalum passiuum est aliqua imperfectio cùm soli pusilli scandalizentur, vt ait Hieronymus, & Beda: ergo non est væ eis, qui puri sunt à scandalo tā actiuo quàm passiuo. Dicendum ergo quòd mund⁹ accipitur substantiuè: & Christus prænunciauit væ mundo propter scandala: & tamen dicendum, quòd non accipitur mundus pro elementis, vel ipsa rerum vniuersitate, quia vniuersitas ipsa, & oīa inanimata irrationabilia, & generaliter omnia præter hominem mouentur quodam ordine certissimo: in quo non est error neque malum, scandalum tamen dicit malum: ideo scandalum non est in vniuersitate rerum, sed in solis hominibus, qui scandalizant, & scandalizantur: & accipitur mundus pro mundanis hominibus, idest, quorum tota conuersatio, & desideriū in mundo est: & ideo Christus notanter de mūdo dixit: & nō dixit de hominibus, q̃a noīe hominum omnes hoīes comprehenderentur tam boni quàm mali, sed in bonis, & perfectis non est scandalum: in malis autem est scandalum tam actiuum quàm passiuum: in bonis verò qui imperfecti sunt, & ex hac parte sunt mundani, scandalum passiuum est. Sic dicit Origenes: væ mūdo à scandalis: hoc nō de elementis mundi intelligimus, sed hic homines, qui sunt in mundo dicuntur mundus: non sunt autem discipuli Christi de hoc mundo, ideo non potest eis væ esse à scandalis: nam & si multa sint scandala, non tangunt tamen eum, qui non est de hoc mundo. Si autem adhuc est de mundo, quia diligit mundum, & ea quę sunt in eo, tanta scandala comprehendent eum, quantis fuerit obligatus in mūdo. Cùm autem dicitur, væ mundo à scandalis, prædixit Christus pęnam malis hominibus propter scandala. Nam scandalum malum est: siquis scandalizauerit aliquem de pusillis, expedit ei, vt demergatur in ꝑ

Scandalū siue actiue siue passiue sumatũ semper est malum.

Mundus q̄nque ꝑ mundanis hoībus sumitur.

A fundum maris, vt dicitur supra in litera: & tamen necesse est, vt veniant scandala, vt dicitur in litera: ideo necesse est vt malum mundo veniat propter scandala. Et sic est ista litera dependens necessario à præcedenti. Sic dicit Glosa: Dixerat dominus, ꝙ expedit ei, qui scandalizat, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, cuius rationem assignans dicit: væ mundo à scandalis. Si dicetur de quo scandalo Christus intelligit, Dicendum quòd tam de actiuo quàm de passiuo. De actiuo enim, quia væ est scandalizatoribus, cùm vt in plurib⁹ peccent mortaliter. De passiuo etiam væ est mundo, idest imperfectis hominibus, qui pusilli dicunt̄: quia scandalizātur à malis, & per hoc ipsi cadunt à bona intentione sua. Sed dicendum, quòd potius intelligitur de scandalo actiuo: quod patet ex præcedentib⁹

B & sequentibus. Nam supra dicitur, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: etiam & infra dicitur, necesse est vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit, idest qui causat illud, vel occasionem pręstat. Christus autem prędixit ista non solū, quia futura erant, sed comminando pœnas, vt exterreat, & à malo arceat: scilicet vt cùm dicit væ mundo, idest mundanis hominibus à scandalis, i. propter scandala, quæ faciunt, scilicet, quia erit eis pœna dura, timeat quilibet & caueat scandalizare proximū. Etiam potest hoc poni tanquam dubij responsiuum: quia cùm Christus dixisset supra, q̃ scandalizauerit vnum de pusillis, quòd melius est, qnòd demergatur

C in profundum, diceret aliquis ergo toti mundo malum erit, quia omnes homines scandalizant alios. Vel quia hoc videretur inconueniēs, quòd omnes homines propter hoc paterentur, putaret aliquis quòd omnibus remitteretur tanquam scandalizare non esset peccatum: ideo Christus tanquam tacitè respondens ait; væ mundo à scandalis, idest hominibus omnibus mundanis: ita quòd si omnes homines in hoc peccauerint omnes punientur. Hoc enim interest inter legem Dei, & legem humanam: quia lex humana non punit si tota ciuitas, vel regnum peccauerit: sed regulariter parcitur multitudini, eo quòd lex est propter politiam, & non è contrario: circa legem Dei est è contrario: quia si totus mundus peccauerit

D contra illam, totus mundus punietur, & nulli remitteretur: etiam si omnes homines oporteret condēnari nullo saluato: tantus enim fuit amor rectitudinis & constantia legis Dei, quòd vt Deus non ageret contra illam saluando homines, qui contra illam fecerant: voluit ipse pro ipsis mori, vt sic legi satisfaceret.

Quid discriminis sit inter legem Dei, & legē humanam.

Quomodo est verum, quòd necesse est, vt veniant scandala: & an sit ista necesitas propria & absoluta, vel conditionata ex Dei prædestinatione.
Quæstio XXXVI.

E QVAERETVR, quomodo est verum, quòd necesse est, vt veniant scandala: nam quod necessarium est non est peccatum: cū omne peccatum sit à libertate, & tamē scandalizare peccatū est, & graue quidem: ideo non erit necesse venire scandala. Aliqui dicunt quòd non intelligitur de scandalis propriè dictis, sed de quolibet malo: sic accipitur supra 13. cap. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, idest omnia mala. Sed dicendum ꝙ hoc non adiuuat: nam eadem ratio est de quibuslibet malis, & de scādalis: quia si aliquod malum est, quod necesse sit venire, iam illud cessat esse culpabile inquantum est necessarium, vel si est necessarium manet idem dubium, quod de scandalis. Alij dicunt, quòd necesse est, vt veniant scandala,

la, ideſt vtile eſt, quia interdum ponitur neceſſarium pro vtili, & hoc, quia ſcandala aliquo modo proſunt Eccleſiæ faciendo veritatem magis enitere: ſic dicitur prima Cor. 11. Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant: & tunc nulla difficultas eſt, quia non ponitur neceſſitas. Sic dicit Glo. ſcilicet neceſſe eſt, vt veniãt ſcandala: quia ſunt neceſſaria, ideſt vtilia, vt qui per hoc probati ſunt, manifeſti fiant. Sic etiã dicit Chryſo. ſcandala autem erigunt homines & acutiores eos faciunt: & eum qui cadit velociter erigunt, inquantum ſcilicet ingerunt ſolicitudinem. Sed hoc non ſtat, quia oportet poni propriè neceſſitatem: nã Luc. 17. dicitur impoſſibile eſt, vt nõ veniant ſcandala: & ibi non poteſt cauillari litera: quia non recipit aliã expoſitionẽ. Dicendum ergo quòd verè accipitur, & tamen non propter hoc euitatur peccatum, quia iſta neceſſitas non tollit libertatẽ arbitrij: eſt enim duplex neceſſitas, quędam abſoluta, quæ aliter vocatur neceſſitas conſequentis, & alia cõditionata, quæ vocatur neceſſitas cõſequentiæ. Primò mõ neceſſarium eſt Deũ eſſe, & hominem eſſe rationabilem. Secundò modo eſt neceſſariũ quòd ſi homo currit, quòd moueatur: & tamen abſolute neque eſt neceſſarium quòd currat, neque moueatur: ſed vtrunque eſt contingẽs. Dicit autem beatus Tho. de Aquino. 4. Sent. di. 38. ꝙ eſt iſta neceſſitas conditionata ſcandali ex tribus, ſcilicet ex Dei prędeſtinatione, ſicut dicimus, neceſſe eſt hoc eſſe, ſi illud Deus præuidit. Secundò ex inclinatione fomitis, ſicut etiam dicimus, quòd neceſſe eſt peccare venialiter, quamuis ſit poſſibile quòd ſingula peccata venialia vitemus. Tertiò ex vtilitate conſequente, quam Deus de ſcandalis elicit. Et ſic oĩa dicuntur neceſſaria, applicatio autẽ quantum ad primum erat hoc modo: ſcilicet Chriſtus præuidit ſcãdala ſicut hic dicitur: iõ neceſſe eſt illa venire: & ita licèt abſolutè nõ eſſet neceſſe venire ſcandala, quia tamen præuiſa ſunt neceſſe eſt quòd veniant. Sed tunc manet eadem difficultas, quę primò: quia tunc quęretur aut præuidit ſcãdala futura eſſe, aut non neceſſe eſt, quòd dicas quòd præuiſa ſunt, cùm Chriſtus dixerit hic, neceſſe eſt, vt veniant ſcandala. Et hoc voluit præfatus beatus Thomas: & tunc quia præuiſa ſunt, neceſſe eſt, quòd veniant: & hoc ſuppoſito, quòd iam præuiſa ſunt quęritur aut poſſunt euitari, quòd non veniant, aut non: ſi poſſunt euitari, & non venient: ergo aliquid eſt iam realiter præuiſum & non eueniet: & ita falleretur præuidentia Dei. Si dicas quòd non poſſunt euitari, ſequitur quòd homines non poſſunt cauere quin peccent: ſed neceſſe eſt quòd peccent. Et idem argumentum fit de prędeſtinatis & præſcitis, an poſſint prędeſtinati dãnari, vel præſciti ſaluari: et ſolet dici, ꝙ ĩ ſenſu diuiſo eſt verũ, ꝙ prædeſtinat⁹ põt dãnari, & præſcitus ſaluari. i. ille, qui eſt præſcit⁹, & ille, qui eſt prædeſtinatus: & tñ in ſenſu compoſito negant eas, i. præſcitus vt præſcitus eſt: & prædeſtinatus vt eſt prædeſtinatus. Sed iſta cauillatio parum prodeſt: quęretur enim de ſorte an poſſit ſaluari, & dicetur aut iſte ſortes eſt realiter prædeſtinatus nunc, quando viuit: aut eſt præſcit⁹: & licèt nos neſciamus quid illorum ſit, tamen concedetur coĩter quòd alterum illorum ſit: quia nemo dicet, quòd iſte nec eſt præſcitus, neque prędiſtinatus, maxime cùm dicat Apoſtolus: Elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati cũ eo: & tũc ſi ponatur, quòd ſortes realiter pręſcitus ſit, nunquam poterit ſaluari quidquid faciat: quia aliàs cũ detur, quòd iſte ſit iam realiter pręſcitus, ſi aliquando ſaluaretur, daretur quòd præſcientia fallebatur: & ſi ponatur prædeſtinatus realiter, nõ poterit damnari quidquid faciat: ne ponatur error in prædeſtinatione. Dicendum ergo, quòd tot⁹ error circa hoc eſt, ſi pona-

Solu. ad argumẽtum cõe in materia prædeſtinationis.

F mus, quòd aliquis homo viuens iam ſit prædeſtinatus pro aliquo nunc aſſignato: ita quòd reſpectu illius nunc prædeſtinatio ſua tranſierit in præteritum: quia hoc dato, impoſſibile eſt euitare inconuenientia, quia prędeſtinatio cũ iam ſit certa de iſto homine: neceſſe eſt, quòd iſte homo ſaluetur, ſicut prędeſtinatum eſt de eo, & non poſſit vllatenus perire, quod eſt tollere libertatem: aut non erit prædiſtinatio certa: quia cõtingit aliquid prędeſtinatum aliter enenire, q̃ p̃deſtinatum ſit. Sed dicendum eſt quòd accipiendo de rigore ſermonis non eſt concedendm de aliquo homine, ꝙ prædeſtinatus ſit aut præſcitus: quia prædeſtinatus & præſcitus ſunt participia præteriti: quę ſignificant rem ſuam, ideſt prædeſtinationem & pœnitentiam

G preteriuiſſe pro illo iſtanti, quo de aliquo aſſeritur quòd prædeſtinatus ſit aut preſcitus: & tamen falſum eſt, quia prædeſtinatio & præſcientia nihil dicunt in nobis, ſed ſolùm in diuina cognitione: & tamen in diuina cognitione nihil eſt pręteritũ pro iſto nũc nr̃o qa cognitio Dei hẽt eſſe æternitate ſicut eſſentia ſua, & ęternitati nihil elabiť qđ pręteritum ſit: iõ illa cognitio, qua Deus aliquẽ dr̃ prędeſtinare, vel pręſcire non eſt pręterita pro iſto nunc: ideo de rigore ſermonis non eſt verum, quòd iſte ſit prædeſtinatus, aut præſcitus, & ſicut nunc non eſt verum, neque etiam erit verum aliquo tempore vitæ huius hominis, cùm æternitati nihil prętereat: ideo ante mortẽ huius nunquam erit verũ dicere, quòd iſte eſt p̃deſtinat⁹ vel pręſcitus:

H & tñ tota cã quare nos putamus aut dubitamus quòd p̃deſtinatio & pręſciẽita imponant neceſſitatem operationibus noſtris, vel ipſæ in ſe non ſint certæ cognitiones, eſt quia pręſupponimus quòd iſte ab ęterno. i. anteq̃ naſceretur ſit prædeſtinatus aut pręſcitus: iõ cum conſtet ꝙ non præcedat prędeſtinatio aut præſcientia mortem noſtram, apparebit manifeſtè, quòd nullam neceſſitatem operationib⁹ noſtris poterit imponere: & tunc manent omnia ſine inconuenienti: nam prædeſtinationem & p̃ſcientiam nõ negamus: quia verè Deus aliquos prædeſtinat & aliquos præſcit, & illa infallibilis eſt, ita ꝙ impoſſibile eſt prædeſtinationẽ aut præſcientiã mutari. Etiã libertas arbitrii nõ tollitť inq̃tũ p̃deſtinatio & præſciẽtia non pręcedunt ad operationes noſtras neque ad mortem, ideo omnia manent li-

I bera. Sed dicet aliquis, ſi prædeſtinatio & pręſciẽtia aliquid ſunt, & non ſunt ante operationes noſtras, neque ante mortem noſtram, ergo eſt poſt mortem prædeſtinatio, & præſciẽtia: quod falſum eſt, quia eſt cõtra rationem nõis quod ſignificat præceſſionem. Dicendũ ꝙ ſicut prædeſtinatio, & præſcientia nõ ſunt ante operationes noſtras & mortem, ita neq̃ ſunt poſtea, quia vtrunque repugnat ex natura ęternitatis: nã ſicut ſi prædeſtinatio eſſet ante actus noſtros eſſet præteriret aliqd in ęternitate & eſſe deſineret, quod falſum eſt: ita ſi prædeſtinatio eſſet poſt mortem noſtrã & nõ ante, eſſet nunc verum quòd p̃ſcientia vel prædeſtinatio eſſet futura: & hoc etiam eſt contra naturam æter-

K nitatis, quia illi non aduenit aliquid quod prius non fuerit, ergo prędeſtinatio verè aliquid eſt: ſed neq; eſt ante actus nr̃os, & mortem, neq; poſt actus nr̃os, neq; tũc dum agimus, ita quòd prædeſtinatus eſt, & tñ nõ eſt præterita, neque eſt futura, neque eſt in iſto iſtanti in quo ſumus, quia ſicut eſſe pręteritam eſt præteriiſſe, & iam non eſſe: & eſſe futurã eſt nondum eſſe, quorum vtrunque Deo repugnat, ita eſſe in iſto nunc noſtro eſt non fuiſſe ante hoc: neq; poſt hoc futurum eſſe: & hoc etiam repugnat æternitati: prædeſtinatio ergo, quia eſt cognitio entis æterni, eſt verè, non eſt tamẽ præterita, neque futura, neque præſens in noſtro nunc: quia tũc aliqñ eſſet præterita, & aliqñ fuiſſet futura, ſed eſt in nunc æternitatis. quod coexiſtit omni

Quare p̃deſtinatio non imponit neceſſitatem rebus.

nunc

nunc nostro: cũ sit verum, ꝙ semper est non coexistit A tñ per modũ coextensi sicut coextendunt duo quãta æqualia: qa taliũ coextensorũ est dare partes quarũ q̃dam non semper sunt, sed coexistit æquiuocè: qa nr̃m nunc non est manens, sed fluxu suo causat infinita nũc realiter distincta, & separata: & causat ẽt totũ tp̃s, qđ est extensum: & ita nr̃m nũc semper durat nõ per manere, sed per fluere: nunc aũt Dei semper durat, non ꝑ fluere, sed per sẽper manere idẽ. Et sicut in aliquo nr̃o nunc signato, nõ est dare partes, neq; p̃teritũ, neq; futurũ, sed qdquid est totũ simul est: ita duratio Dei est tota vnũ nũc durãs: cuius nõ est pars & pars, neq; aliqd illi effluxit, neq; adueniet, sed totũ simul est, & illud vnitum nunc Dei coexistit oĩbus nũc nr̃is, non ꝑ modũ effluxus, & multiplicationis, aut successionis, sed ꝑ mo B dum entis p̃sentarij, ꝙ alterius generis est q̃ nunc nr̃m: p̃destinatio aũt & p̃scientia cũ sint cognitio qdã Dei, q̃ ab essentia sua nõ distinguunt̃ realiter, sunt in illo nũc æternitatis p̃sentario, iõ non est p̃destinatio ante opera nr̃a & mortẽ: qa sic esset p̃terita: neq; est post operationes, & mortẽ: qa esset nobis verè futura: sed p̃destinatio, & p̃scientia semper sunt: necessitatẽ tñ nullã imponunt, imò neq; imponere pñt, qa non p̃cedunt: tota ergo dubitatio prouenit in his, qa hoĩes cõiter ignorant modũ cognoscendi Dei, sed ponunt in illo cognitiones effluentes sicut in nobis, qđ falsum est, & imperfectio maxima. De p̃destinatione, & p̃scientia, & de æternitate, super qua fundat̃ cognitio harũ difficultatũ dicentur Deo dãte aliqua, ad Rom. 8. & 9. Ita ergo ad ꝑpositum si diceremus: necesse esse, vt scãdala veniant, C qa p̃destinata sunt tanq̃ iã p̃destinata essent: non possemus euitare laqueũ, vt supra arguebat̃: iõ si ponat̃ scandala p̃destinata intelligemus, vt declaratũ est supra, ꝙ aliquid sit p̃destinatũ, vel p̃scitum. De secundò. s. ex inclinatione fomitis nõ est sic intelligendũ: qa tunc esset sensus, ꝙ licèt scandala in seipsis non sint necessaria, vt veniant, tñ qa nos habemus talẽ fomitẽ necesse est vt scandala faciamus: & tunc sequeret̃, ꝙ cùm scandalizare sit vt in plurimũ pc̃m mortale, necesse esset nos peccare mortaliter, qđ erroneũ est. Sed est intelligẽdum, ꝙ si aliqua scandala, aut mala facimus, vt cõiter proueniunt ex fomite velut ex incentiuo: non tñ ꝙ necesse sit nobis talẽ fomitẽ hñtibus in hæc mala incidere, vel D in aliqua eorũ: sed ꝙ si cõtingit nos in aliqua incidere, ex fomite prouenit. Quod tñ scandala euenire dicatur necessariũ non prouenit ex fomite, licèt scandala proueniant ex fomite: sed vnde dicatur necessariũ ea euenire dicetur infra. De tertiò dicendũ, ꝙ nõ debet intelligi, ꝙ necessaria sint scãdala ꝑꝑ vtilitatẽ, qa tunc esset sensus, ꝙ Deus vellet & daret operã directè, vt aliqua scandala eueniant, inq̃tum ex illis sequetur aliqua vtilitas. Sed falsum est, ꝙ si eo modo Deꝰ vellet, nemo posset illa euitare: sicut Deus vult solem oriri, & nemo potest impedire: & ita nullũ scandalũ esset peccatũ, & tñ est graue pc̃m, vt patet in litera. Sed debet intelligi, ꝙ scãdala, vel mala eueniunt inq̃tum sunt vtilia. s. ꝙ Deꝰ permittit illa inq̃tum aliqua vtilitas sequitur ex eis: nã E cùm Deus sit rector vniuersi, & circa oĩa sufficienter prouideat: nõ permitteret aliqua mala euenire, nisi illa aliquo modo facerẽt ad bonũ: & ita malum reducit̃ ad naturã boni. Hoc aũt fit circa scandala, nã scãdala in seipsis mala sunt: sed qa ex eis sequitur aliqua vtilitas, permittit illa Deus: si aũt aliqđ scandalũ esset, qđ nullo modo esset vtile, non permitteret illud Deus, qa tunc illud esset purè malum non perueniẽs aliquatenus ad naturam boni, & sic maneret extra ordinem, & repugnaret prouidentiæ Dei. Et ita est q̃tum ad oĩa mala, quę accidunt: quia Deus illa permittit inq̃tum aliquo modo sunt vtilia, vel reducuntur ad bonum, sed hoc non est imponere illis aliquã necessitatem: qa permittens non est causa, neq; confert rei aliqd vigoris plusq̃ in natura sua illa habeat: vnde si res s̃m naturam suã erat contingens, manet cõtingens: sed scandala prout à nobis sunt, contingentia sunt: iõ prout à Deo ꝑmittuntur, non accipiunt aliquã necessitatẽ: & ita ista tria dicta nõ sunt tres causæ, vt necessariò veniant scãdala: sed tria s̃m q̃ scandala veniãt, vel euenire permittunt̃. Dicit aũt Chrys. ꝙ necesse est, vt veniãt scandala: & tñ non imponit̃ aliqua necessitas, cũ ait: necesse est, non destrui libertatẽ arbitrij, nec necessitati aliquarũ rerũ supponit: sed ꝙ oĩno futurũ est p̃dicit. scandala quippe sunt prohibitiones rectæ viæ: non aũt p̃nunciatio Xp̃i: neq; .n. quia p̃dixit ꝑꝑ hoc futurũ, sed quia futurũ erat ꝑꝑ hoc p̃dixit. Sed dicetur, fortè hoĩes emẽdabuntur, & nulla scandala euenient. Dicendũ, ꝙ poterãt quidẽ emendari, & tñ nõ erãt hoc facturi, qa spontè hoc facere nollent: qđ liberè facere potuissent. Sic dicit Chrys. Sed dicet aliqs, si oẽs corrigunt̃: & nullus est, qui scandala afferat: nõne mendacij arguet̃ hic sermo? Rñdet nequaq̃: quia. n. ꝓuidit inemẽdatos futuros hoĩes esse, ꝑꝑ hoc dixit, necesse est, vt veniant scandala. i. oĩno venient, si aũt corrigendi essent nõ dixisset: & ita Xp̃s noluit ponere necessitatẽ eueniendi ex parte causæ quasi nihil aliud, vel ꝯtrarium agere posset, sed voluit ponere certitudinem. s. ꝙ verè ita euenturum esset, ꝙ scandala fierent. Vnde aũt est ista certitudo, vel necessitas eueniendi? Dicendum, ꝙ potest esse necessitas consequentiæ. s. necesse est scandala venire: qa quilibet vult viuere s̃m libitum suum. Et iste est verus sensus literę: est. n. inclinatio hoĩs naturaliter ad malum s̃m statum naturæ lapsæ. Gen. 8. Oĩs ætas ab adolescẽtia sua prona est ad malum, & licèt rarò possit emendari coercendo desideria affectus nostri: tñ tolli oĩno ista desideria est impossibile ex conditione naturę: si igitur hoĩes volũt viuere s̃m ista desideria, necesse est, ꝙ veniant scãdala, quia s̃m talia desideria concupiscit quis quod malum est: ideo necesse est venire scandala. Qđ tñ hoĩes viuãt s̃m passiones affectus volũtarium est: dato tñ ꝙ velint sic viuere necessarium est scandala venire, & tamẽ sic volunt viuere, ergo necesse est ꝙ veniãt scãdala. Sic. n. accipit Theophilatus dicens: quęrunt aliqui: si necesse est, vt veniant scandala, cur dñs arguit scandalorum auctores: quidquid. n. parit necessitas, veniale est. Rñdit, sed attendendũ ꝙ necessitas ista ex libero arbitrio sortitur originem; videns. n. dñs qualiter hoĩes innituntur malo, neq; proponunt aliquid boni, dixit, ꝙ quantum est ex consequentia eorum, q̃ videntur, necesse est cõtingere scandala, sicut medicus videns quemquã mala dieta vtentem, dicit necesse est hunc ægrotare.

Quæ scandala sunt ista, quæ Christus prædixerat futura.
Quæstio XXXVII.

SED QVAERETVR, q̃ scãdala sunt ista, q̃ Xp̃s p̃dixerat futura. Dicunt quidã, ꝙ intelligitur de scãdalo mortis suæ, qa necesse erat eum mori, & tñ mors sua erat scandalum; sic dr̃ Luc. 2. Hic positus in ruinã, & tñ scãdalum est occasio ruinę. & sic dr̃ 1. Cor. 1. Nos p̃dicamus Xp̃m crucifixũ, Iudęis qdem scãdalum, gentibus autẽ improperium; & ita erit sensus: necesse est, vt veniãt scandala. i. necesse est vt ego moriar, q̃ mors scãdalum erit. Sed tunc dicetur quõ consonat p̃cedenti literæ. s. Væ mundo à scandalis; & tñ mors Xp̃i non fuit malum mũdo, imò nunq̃ maius bonum fuit vnq̃ in mundo, q̃ mors Xp̃i. Dicendum, ꝙ mors Xp̃i per se non fuit scãdalum. i. malum alicui, sed qa ꝑꝑ mortem Xp̃i qdã scandalizati sunt, ita ꝙ eũ recipere noluerunt in Deum, & Messiã, fuit eis malum; qa non potest esse maius malum q̃ non recipere Xp̃m; est. n. ad mortem æternã. Sic dicit Hilarius; Humilitas passionis scandalum

Nota vnde prouenit tota dubitatio & difficultas in materia p̃destinationis.

lum mundo est, quod sub difformitate crucis æternæ gloriæ dnm noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum quam non recepisse Christum? iõ verè necesse ait, venire scandala: quia ad sacramētum reddendæ nobis æternitatis oīs in eo passionis humilitas esset explēda. Aliter pōt dici, quod intelligitur de quibusdā scandalis futuris ꝯtra fidem. s. quod multi nollēt recipere verbū Apostolo. sed potius eis repugnarent, & concitarent plebē, & hoc est graue scandalum: quia est contra Deum. Et pōt intelligi hoc, quia dr̄ sup. in litera, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, i. qui scandalizauerit eos quantum ad fidē. Sic dicit Theophilatas: Necesse est venire scādala. i. emergere multa prædicationis, & veritatis obstacula, sicut Pharisæi impediebāt Christi prædicationem. Tertiò pōt dici, quod intelligatur de scandalis, quæ sunt contra proximos: vt detractiones, murmurationes, et huiusmodi, et tñ meliꝰ dicendū est, quod intelligatur de vtrisq; scandalis: quia quōcunq; quis scādalizet proximum, peccatum est. Vnde pōt litera ista & Marc. 9. vbi de scandalo, dr̄ ad vtrunq; scandalum applicari: & tñ Luc. 17. vbi ēt dr̄ de scandalo, magis litera applicatur ad scādala, quæ sunt purè inter proximos, & non pertinēt ad fidē. Sic dicit Chry. ibidem. s. sunt aūt duplicia scandala, quorum hęc quidem diuinæ gloriæ refragantur: hæc verò prodeūt solū ad irrogandum proximis impedimentum: nā excogitationes hęresum, & quęcunq; ꝯtra veritatē fit sermo diuinæ glīæ refragat: non tñ ad pręsens memorari videntur hmōdi scandala, sed magis ea, quæ ꝯtingunt inter amicos & fratres, sicut iurgia, detractationes, & hmōi.

Quare dicitur: Væ homini illi, per quem scandalum venit. Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR, quare dr̄: Vę homini illi, per quem scandalū venit. Dicēdum, quod ponitur primo ad tollēdum errorē: cùm. n. Christus dixisset sup. necesse est, vt veniant scandala: & quæ necessariò eueniunt nō pertinent ad culpā nostram, putaret aliquis, quod qui scandala facit nō peccaret: iõ subiungit, væ homini illi. i. licèt necessarium sit scandala euenire: qui tñ illa causat, non erit impunitus. Et quod dicatur ad hanc intentionem patet, quia dicitur, verūtamē væ hoī illi: & tñ veruntamē est dictio aduersatiua: & ponit necessario ad respondendum: ideo necesse est, quod sit sensus pcedens. Secundò pōt dici, quod dr̄ hoc ad ꝯfirmandū sententiā superiorem, & cohercendum hoīes à scādalis: dixerat. n. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit vt demergat &c. hic cōfirmat dicens, væ homini. p quem scandalū venit. Tertiò pōt dici, quod refertur specialiter ad Iudā: nam scandala ista poterant intelligi de morte Christi, vt dictū est præced. quæst. & est sensus: necesse est, vt veniāt scandala. i. vt mors mea sequatur, quæ erit multis in scādalum, & tñ vę homini illi i. Iudæ per quem scandalum venit. i. per quē mors mea tractabitur. Similis sniā est inf. 26. filius hominis vadit sicut scriptum ē de illo. i. necesse erat, quod iret. s. ad mortem, quia scriptum erat sic de eo, & sequitur: væ āt hoī illi, per quē tradet: bonum esset ei si natus non fuisset hō ille: & tamen primus sensus est melior. *Si aūt manus tua.* Hic ponitur de scandalo passiuo, qđ hō patitur inquantum à bono recedit, vel impedit, ne aggrediatur illud: & istud interdum ꝓuenit ab alio, sicut pusilli scādalizant ab aliquo, vt sup. dicitur siquis scādalizauerit vnū de pusillis istis: & de isto scandalo nō loquit hic. Aliud est, qđ prouenit homini à seipso, vt per oculos, vel manus, vel alias partes corporis, & de isto loquitur hic, licèt possit intelligi aliquo mō de alio. Et dicitur, *Si aūt manus tua.* Potest verè intelligi de manu si interdum ex illa accipimus occasionem ad malum, vel

F per manum intelligitur aliquid quod nobis ita coniunctum est, vt manus, vt infra dicetur. *Vel pes tuus.* Idest ipse pes corporalis, vel aliquid quod loco pedis habes: vel sicut pedum tuum diligis. *Scandalizat te.* Idest dat tibi occasionem ad malum. *Abscinde eum.* Idest pedem, & idem de manu accipiendum est. Sed quō abscindantur membra dicet inf. *Et proijce abs te.* Idest à te: quia abs solet poni pro ab. iuxta illud Psal. 72. perdes oēs, qui fornicantur abs te. i. qui recedunt à te: & commiscētur aliis diis. i. proiice pedem, & manum de corpore tuo: sed proiectio accipienda erit sicut abscisio. *Bonum est tibi.* Idest melius est. Ponitur positiuus p comparatiuo, quod declarat illud aduerbiū, quàm: quod semper comparatiuè, vel electiuè tenetur.
G Sic accipitur. inf. 26. bonum esset ei, si natus non fuisset hō. i. melius fuisset non nasci quàm nasci. Sic Psalm. 117. Bonum est cōfidere in domino quàm in homine. i. melius est. et ista est cā dicti præce. Diceret. n. aliquis, quomodo ego abscindā, & proiiciam pedē, vel manum: quia mihi chara valde sunt? Respondit, quia licèt chara sint, melius est carere illis quàm perdere vitam æternam, iuxta illud Cato.

Quæ nocitura tenes, quamuis sint chara relinque.

Ad vitam ingredi. Idest ad vitam æternam: quia illa sola vocatur vita absolutè. hæc. n. potius vmbra vitæ quàm vita, vel est mors quædā, iuxta illud. Greg. in homilia: Præsens vita æternæ vitæ comparata mors est potius dicenda quā vita: ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quàm quædam prolixitas mortis. Sola vita æterna vocatur vita.
H Patet etiam, quia dicitur ingredi ad vitā: et tñ si de vita tpali eiiceret, nō diceretur ingredi: qa iam ī eā ingressi sumꝰ nascendo. *Debilem.* i. mancū. s. manu carentē. Ex hoc apparet, quod non intelligatur de vera abscisione manus: quia etiam si eam abscinderemus hic, & intraremus postea in vitam æternam, non intramus sine manu, quia in resurrectione nemo erit mutilatus: sed oīa erunt integra potissimè in beatis, cùm sanctis dicendum fuerit: capillus de capite vestro non peribit Luc. 21. *Vel claudum.* Idest carentem pede, quem abscindisset. Quomodo sine pede, & manu intremus in vitam æternam, inf. dicetur. *Quā duas manus, vel duos pedes habentem.* Scilicet si non abscidit manum neque pedem.
I *Mitti in ignem æternum.* Idest in inferno, vbi est ignis ęternus, idest perpetuus, qui paratus est diabolo, & angelus eius, inf. 25. s. siquis scādalizatus est à manu sua, vel pede, & abscindere noluit, peccauit, & manent ei duo manus & duo pedes: cum illis tamē ibit in infernum: ideo melius fuisset ei cum altera manu & altero pede tantùm ingredi vitam æternam. *Et si oculus tuus.* Licèt oculus sit membrum valde dilectum: quia vt dicitur primo Metaph. ca. 1. sensum visus plus diligimus, quia plures nobis rerum differentias ostendit: tamen ei nō est parcendum: & per hæc intelligentur cætera membra. *Scandalizat te.* Incitando ad malum. *Erue eum.* Idest eradica. *Et proijce abs te.* Idest de corpore tuo. *Bonum est tibi.* Idest melius. *Vnum oculum habentem.* Idest vnū tan-
K tùm: quia alterum erueris, qui te scandalizabat. *In vitā intrare.* Idest in æternam. *Quàm duos oculos habentem.* Scilicet nullo eruto licèt scandalizaret, in quo male fecisti: & ideo peribis. *Mitti.* Scilicet per angelos malos, vel per bonos, vt dicitur supra 13. mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, et eos, qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis. *In Gehennem ignis.* Idest in terram profundam, in qua est ignis. & est illic locus inferni: & addit Marcus in omnibus his. Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur, Marc. 9. quod verum est: quia ignis inferni nunquam extinguitur, vt dicetur fortè infra 25. cap.

Quare

Quare Christus non dixit de scandalo, quod ab extra hō patitur. Quæst. XXXIX.

QVAERETVR, cùm hic Christus inceperit dicere de scandalo quasi volens totam eius doctrinam tradere: & illud sit duplex. s. actiuum, & passiuum: & de actiuo dixerit supra: & passiuum sit duplex. s. qđdam, qđ hō à seipso patitur: aliud vero quod ab extra. Et de passiuo quod à seipso. i. à partib⁹ corporis sui qs patitur dixerit nunc in litera: quare non dicit de illo, qđ ab extra patitur. Dici pōt vno mō, ꝙ Christus non dixit hic de scandalo, nisi vt daret remedium contra illud: quia ipse est doctor moralis, cōtra scandalum aūt actiuum respectu eius, qui facit scandalum est remedium aliquod. s. admonere ne fiat cōminando pęnas: quia per has magis retrahuntur à malo quā aliter, & hoc Christus fecit dicens. si quis scandalizauerit vnū de pusillis istis: expedit, vt suspendatur ei mola &c. & illud: Væ hoī, per quē scandalum venit. i. ei qui suscitat scandala. Contra scandalum aūt passiuum, quod à nobis ipsis patimur est remediū aliquod. s. abscindere partes illas, q̄ nos scandalizant. i. tollere actus earū: & hoc innuit dicens esse pedem abscindendum, & manum, & oculum eruendum. Contra scandalum autē passiuū quod ab extra infertur, ꝓut est in patiente, nullū est remediū: quia non est in potestate patientis, vt nō patiatur: & qa nulla doctrina erat circa illud, cū necesse sit scandalum pati, q̄ ab aliis fiunt: non curauit Christus de hoc dicere. & ita est multum conueniens rō. Secundò potest dic, ꝙ ēt dixit de scandalo quod ab altero irrogatur: nam dixit sup. siquis scandalizauerit vnum de pusillis istis: & sic passionem scandalizatorū tetigit. Etiam dixit, necesse est, vt veniant scandala. s. ꝑ quæ aliqui scandalizentur, & ita de omni scandalo dixit. Tertiò potest dici, ꝙ Christus dixit de illo scandalo aliquid per hæc. s. si manus tua &c. nam scandalum passiuum, qđ ab altero est, dupliciter fit: quoddā est, quod nobis irrogatur ab eis, cū quibus sponte cōicamus: & ipsa conuersatio præstat occasionem scandalo: aliquod irrogatur ab illis, cū quibus non conuersamur: vel saltem ipsa conuersatio non præstat occasionem scandalo. Primum scandalū licèt sit ab altero, quodammodo a nobis est, inquantum est in potestate nostra tollere occasionem huius scandali. Secundū verò totaliter est ab extra, ita ꝙ nos non conferim⁹ ad illud: iō circa primū pōt dari doctrina de vitando illud quasi vitando conuersationem cum illis, ex quibus scādalum sequitur. Et hanc doctrinam tradit hic Christus, cū dicit, si manus tua aut pes tuus. Nam non solū refertur hoc ad membra nostra, siue actus membrorum, qui abscindendi sunt si scandalizant: sed ēt ad ꝓximos nostros, quos ita vt membra istā diligimus, vt inf. dicetur. Et qm̄ talia scandala vitare in potestate nostra est, tradidit nobis doctrinā circa istud: Circa aliud verò, qđ infertur ad his, qui nobiscū conuersantur, vel non est causa ipsa conuersatio, cū circa illud nos nihil agam⁹, neque sit in potestate nostra euitare illud: nulla ponitur doctrina, quia nec poni potest. Et iste etiā sensus est conueniens sicut primus: secundus aūt minus habet de apparentia.

Cum Christus tradiderit superius de scandalo quare repetiuit hic illud. Quæst. XL.

QVAERETVR, cùm Christus tradidit supra 5. de scandalo, quare repetiuit hic illud. Aliqui dicunt, ꝙ Christus non repetiuit, sed semel dixit: Matthæus tñ illud bis scripsit. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia multum repugnaret hoc intentioni Euangelistarum, quæ est compendiosum tractatū dare de Christi doctrina, q̄ magna fuit: iō non cōpetit eis idem repete-

A re, sed potius multa omittere. Hoc enim oēs Euangelistæ faciunt, quia nemo eorum scripsit oīa, q̄ Christus egit, & docuit. Quod patet, quia quilibet eorū ponit aliqđ de Christo, qđ cæteri non ponunt: & iō qlibet habet canonē decimū in quo ꝓpria: si tñ aliquis eorū oīa facta, & dicta Christi scripsisset, non hērent cæteri aliquid ꝓprium, qa ille ꝯcordaret cū quolibet ī eo qđ ille vellet habere tanq̄ propriū: ergo manifestū est, ꝙ null⁹ eorū oīa scripsit: sed qlibet omisit aliquid: & nō solū aliquid. i. pauca, sed multa valde. s. plura q̄ inscripserit: sic dr̄ Io. 20. multa quidē, & alia signa fecit Iesus in cōspectu &c. q̄ in hoc libro scripta non sunt: & ca. 21. sunt & multa alia, q̄ fecit Iesus, quę si scribātꝑ singula, nec ipsum mundū capere posse arbitror eos, q̄ scribēdi

B sunt libros. Non ergo repetiuit Matthæus dicens bis id, quod Christus semel dixerat: sed potius dicendum è contrario, ꝙ multa Christus repetebat, q̄ Euangelistæ nunq̄ repetunt. Nam Christus prædicauit in diuersis locis, & coram diuersis personis, iō necesse erat ꝙ aliqua, q̄ alibi dixerat nouiter repeteret ꝑꝑ audientes, qui nunq̄ illa audierant: Euangelistis aūt non fuit necesse aliquid repetere: quia tradiderūt doctrinā in scriptis: & cū scriptum semper maneat, sufficit idem semel dixisse. Dicendū ergo, ꝙ Matthæus bis posuit de scandalo, qa nō fuit hoc repetere: Nā propriè repetere est cū eadem nunc dñr, quæ prius dicta erant, & tñ circa scandala multa addunt hic: nam sup. 5. solū dr̄ si manus aut pes scandalizat &c. hic verò ponitur de scā-

C dalizante pusillos, & quæ sit pœna eius. s. ꝙ demergat in mare, & quòd necesse est venire scandala: ideo cōueniens fuit repeti: sic etiam fuit circa libellum repudij: quia de illo dictum est sup. 5. & tamen sequenti cap. dr̄ iterū de libello repudij addendo multa alia.

Quomodo intelligitur quod dicitur hic de oculo eruendo, & pede abscindendo. Quæstio. XLI.

QVAERETVR circa hoc, qđ dr̄ oculum eruēdum, manū & pedem pręcidendos si scādalizāt, qūo accipiatur. Dicendum ꝙ non pōt accipi sic ad literam. Primò, quia tunc liceret alicui seipsum occidere, nam abscidendo pedē & manum, & cętera mēbra,

D q̄ scandalizāt morietur quis: potissimè quia nihil magis scandalizat volentem rectè viuere q̄ motus libidinis, vt ait Aug. lib. de Agone Christiano, ꝙ inter cętamina Christianorum bella castitatis sunt duriora, sed scandala ista non possunt tolli, nisi tollendo vitā: ergo non intelligitur sic. Secundò, quia hoc esset expresse cōtra intentionē Christi: nā propriè dicit ista abscindēda ad tollendum scandala, & tñ ēt si realiter præcidant non tolluntur scandala, quia manēt adhuc desideria, in quibus ēt sine executione peccatū causatur. Tertiò patet ēt cōtra intentionē Christi, quia dr̄, si scādalizat manus, esse eā abscindēdam: & dicit de vna manu tantū, & vno pede, & vno oculo, cū dicatur melius esse ingredi ad vitam cū vno pede, & vna manu, & vno ocu-

E lo, quàm cum duobus ire in Gehennam: & tamen si oculus scandalizat ambo simul scandalizant: quia ambobus simul videmus: ideo ambo essent eruendi, nā sine altero non facit scandalum: idem de pedibus, quia vnus pes non gradit̄ sine altero, & si vnus scandalizat, ambo scandalizant: ideo ambo ꝑcidendi essent: et tñ vnus ꝑcidi iubetur, alio reseruato: ergo non intelligit̄ materialiter de mēbris nr̄is. Quartò patet, qa dr̄, melius est intrare ad vitā cū vno pede, q̄ cū duobus ire in Gehennā: et tñ si de mēbris intelligeret̄ nō iret qs cū vno pede ad vitā æternā, quia in resurrectione oīa integra erūt: potissimè q̄tū ad electos, in quib⁹ erit oīs pulchritudo, ergo de aliquo alio itelligit̄. Dicēdū ergo ꝙ de mēbrorū abscisione nō ꝑt intelligi, sed pōt expōi

octo

octo modis, vt late expoſuimus ſup. 5. c. vbi de ſcãdalo tangit, et ibi dr̃ qd ſit manus, pes, et oculus, et qualiter iſta abſcidant̃, et illud vide: et tñ q̃tũ ad pñs, quia ibi nõ fuit tactũ, dñt aliqui, ꝙ ꝑ manus intelliguntur diaconi Eccłæ: per oculos ſacerdotes: ꝑ pedẽ populus: qa ſicut oculus videt, q̃ agenda ſunt, & q̃ oculus viderit man⁹ exequit̃ & pes, ita q̃ ſacerdotes iudicauerit̃ exequit̃ diaconus, & obedit populus, & ſi iſti Eccleſiã ſcãdalizãt, abſcindẽdi ſunt. Sic dicit Origenes: ſacerdotes rõnabiliter poſſunt dici Eccłiæ oculus: qm̃ ſpeculatores habent̃: diaconi ãt cęterique manus, qa per eos opera ſpiritualia gerunt̃: populus ãt ſunt pedes Eccłiæ quibus oĩbus parcere nõ oportet ſi ſcandalũ Eccleſiæ fuerint facti. Sed dicẽdũ ꝙ licèt poſſet aliqualiter ſtare iſte sẽſus: tñ nõ eſt multũ ꝯueniẽs: qa tũc nemo abſcidit mẽbra iſta niſi Eccleſia, cui⁹ iſtæ ſint partes ei⁹: & tñ Xp̃s loquit̃ hic de quolibet hoĩe ſpãliter, nã toti Eccleſiæ nõ ꝯpetit ire ad vitã æternã, neq; ẽt ad Gehennã ſicut hic dr̃ de illo, q̃ p̃cidit mẽbra. Dicendũ ergo ꝙ accipit̃ de quolibet hoĩe ſpãliter, q̃ ſcãdalizari põt: & vocatur manus pedes, & oculus ipſi actus mẽbrorũ: ꝯtigit. n. interdũ ꝑ actum iſtorũ mẽbrorum & aliorum hoĩem ſcãdalizari: vt ꝑ oculos videndo mulierẽ ad ꝯcupiſcẽtiã, Męchat̃. n. ã in corde ſuo. ſup. 5. ꝑ manus, vt tãgendo, & attentãdo mollia: ꝑ pedes, vt eũdo ad loca inhoneſta, & ita ꝑ ſingula alia mẽbra p̃t hõ peccandi occaſionem accipe: & tunc membra eũ ſcandalizãt: & iſta p̃cidunt̃ qñ ab iſtis actibus membrorum ꝑ quos ſcandalizamur abſtinemus oĩno, & tali mõ Chriſt⁹ accipit p̃ciſionem: vñ ſiquis oĩno caueat à venereis: licèt genitalia ĩtegra ĩ ſe ꝯſeruet, dr̃ ſe caſtrauiſſe. i. abſcidiſſe virilia. Sic dr̃ ſeq. cap. ſunt q̃dam eunuchi, q̃ ſic nati ſunt: & ſunt qui ab hoĩbus facti ſunt eunuchi: & ſunt eunuchi, q̃ ſeipſos caſtrauerit̃ ꝑꝑ regnum cęlorũ: ita ergo hic ꝯuenienter accipitur ꝑ abſtinentia ab actibus mẽbrorum, q̃bus ſcandalizamur. Sic dicit Origenes act⁹ aĩę peccans manus intelligitur, & inceſſus aĩæ peccãs pes: & viſus aĩę peccans oculus, quos oportet p̃cidere ſi ſcandalum p̄beant: frequenter. n. ipſa opa mẽbrorũ ꝑ membris in ſcriptura ponuntur. Aliter p̃t accipi pro pſonis ꝯiũctis nobis ſiue cognatione, ſiue amicitia, vel neceſſitate quadã & vtilitate: qa illi ſi ꝑ cõuerſationẽ ſuã nos ſcandalizent abſcindendi ſunt priuando eos cõuerſatione nr̃a, licèt hoc faciendo nobis ipſis dãna grauia inferam⁹. & ſi accipiat̃ ꝑ ꝯſanguineis, et amicis, vocant̃ aliq oculus. i. quia diligimus illos ſicut oculos nr̃os, & alios diligimus ſicut manus nr̃as, & pedes noſtros, q̃ oĩa membra valde diligimus. Si ãt accipiamus pro perſonis nobis cõiunctis, tunc eſt planior applicatio, qa illi ſunt nobis oculus, qui ſunt ꝯſiliarij noſtri: nã ſicut oculus indicat, ita cõſiliarius quid agendũ ſit diſcernit: manus verò, qa eſt organũ maxime opatiuum illos ſignat, qui negociorũ nr̃orum executores ſunt: pes ãt curſor eſt, q̃m ad aliqd tractandum mittim⁹, & iſtæ pſonæ ſunt nobis nimis neceſſariæ ad rẽ familiarẽ & ad cuſtodiam totius vitę: & tñ ſi aliquis eorũ ſcandalizet nos praua cõuerſatione trahens ad malũ abſcidẽdus eſt. i. à cõuerſatione nr̃a ſeparãdus, ſicut dr̃ De. 13. dicitur q̃ ſi filius tuus, aut filia, aut vxor tua, q̃ eſt in ſinu tuo, aut amicus tuus quem diligis vt aĩam tuam dixerit tibi: eamus, et ſeruiamus diis alienis, nõ miſereberis, ſed ſtatim interficies eũ. Sic dicit Hiero. igitur oĩs truncatur affectus: vniuerſa propinquitas amputatur, ne per occaſionem pietatis vnuſquiſq; credentium à ſcandalis pereat. Si inquit ita eſt tibi coniunctus, vt manus pes oculus, & eſt ſolicitus et acutus ad proſpiciendum & vtilis: ſcandalum autem tibi faciat, & propter morum diſſonantiam te pertrahat in Gehennam: melius eſt vt propinquitate eius careas, &c.

F *Quomodo intelligitur, ꝙ melius eſt ingredi ad vitam cum vno oculo quã cum duobus in Gehennam. Quæſt. XLII.*

QVAERETVR, q̃uo intelligit̃, ꝙ melius eſt ingredi ad vitã cum vno oculo q̃ cum duobus in Gehennã, & ita de pede & manu. Dicendũ, ꝙ ſm̃ q̃m libet modũ expoſitionis oportet accipi ꝯſequentiã dictorũ, accipiendo ãt ꝑ illas octo expõnes, quę hñr ſup. 5. c. ibi apparet mod⁹ applicãdi. Si ãt accipiatur ꝑ abſciſione ſacerdotũ, diaconorũ, & populi, nõ eſt ſatis cõueniens applicatio, qa Eccleſia ſi iſtos abſcindit, hoc eſt ꝑ excõicationem, & alias pęnas iuris: & tñ ꝑ has non ſeſequit̃ ꝙ Eccleſia intret in vitam æternã ſine illis mẽbris, quia iſtæ pęnæ medicinales ſunt, & nõ excludũt

G à vita æterna: ſed potius hic infligunt̃ ne pctõres impuniti manentes æternaliter puniantur, vt dr̃ 1. Cor. 5. decreui eum, qui hmõi eſt tradere Sathanæ ad interitum carnis, vt ſaluus ſit ſpũs eius in die dñi. Accipiẽdo ãt de cognatis, & amicis & neceſſariis operationibus rerum nr̃arum eſt ſenſus, ꝙ melius eſt intrare ad vitã vnũ oculũ habentem, q̃ cum duobus mitti in Gehennã. i. melius eſt, ꝙ careamus hic amico illo, qui ſcandalizat, qđ eſt eruere vnum oculũ: & illo ablato ĩtrare ad vitã non peccãdo, q̃ vt non amputemus illum à conuerſatione nr̃a, ꝯſentire peccatis eius, ꝑꝑ q̃ nos demergamur in Gehennã: & nõ eſt ſenſus, ꝙ nos ſine illo intremus in vitã æternã, quia ꝙ eum nr̃a conuerſatione priuemus, nõ eſt ꝙ ille non intret in vitã: nã ſaluari p̃t

H ẽt nr̃a cõuerſatione priuatus, ſed ꝙ nos non hẽndo eũ hic intremus in vitã æternã. Sic dicit Hie. ſi inquit tibi cõiunctus eſt, vt manus et pes, et ꝑꝑ morũ diſſonantiã te ꝑtrahat in Gehennã: melius eſt tibi, vt propinq̃tate eius careas, et emolumẽtis carnalibus q̃ dũ vis lucrifacere cognatos, et neceſſarios cãm habeas ruinarũ: nouit ãt vnuſquiſq; credentium qd ſibi noceat, vel ĩ quo ſolicitet̃ aĩus, ac ſæpe tentetur: melius eſt. n. vitã ſolitariã ducere, q̃ ob vitę p̃ntis neceſſaria vitã ęternã ꝑdere. De abſciſione ãt mẽbrorum an liceat cuiq̃ hoc facere ex aliqua cã, et ꝙ non deceat neq; liceat ex decẽ motiuis: et an abſciſſis voluntarie, vel ab aliis aliq̃ñ liceat ad ſacros ordines aſcendere, vel in iam habitis miniſtrare, latè declaratum eſt ſupra 5. cap. quæſt. 248.

I *Quid ſit ſcandalum, & an diffinitio eius ſit bona. Quæſtio. XLIII.*

QVoniam de ſcãdalo dicere cępimus, vt magis aperiatur cognitio, aliqua ſunt dubia diffinienda. Et primũ eſt quid ſit ſcãdalum, et qm̃ ſolet dici ꝙ ſcãdalum ſit dictum, vel factum minus rectum p̄bens occaſionẽ ruinæ. Eſt dubium an ſit bona diffinitio. Aliq dicunt, ꝙ nõ ſit recta: quia ſcandalũ pctm̃ eſt, vt colligitur in litera: et tñ pctm̃ non diſtinguitur ſufficienter ꝑ dictum aut factum: nã Augu. cõtra Fauſtũ dicit peccatum eſſe dctm̃, vel factum, vel cõcupitum cõtra legẽ Dei. ergo inſufficiẽs ẽ diffinitio ſcãdali, qa p̃termittit cõcupitum. Scd̃o, quia dr̃ dictum min⁹ rectum: nã Rõnes in contrariũ. Prima rõ.

K cũ inter actus rectos, vel virtuoſos vnus ſit rectior altero, ille ſolus nõ eſt minus rectus, qui eſt rectiſſim⁹: cũ quilibet alius ſit minus rectus eo: et tñ ſcandalum eſt dictum, vel factum minus rectum; ergo quilibet act⁹ virtuoſus p̃ter optimũ eſt ſcandalũ qđ eſt incõueniẽs. 2. ratio.

Tertiò, quia dr̃ occaſionẽ p̄bẽs: occaſio. n. noĩat cãm ꝑ accidẽs, ſed id qđ eſt per accidens non dẽt poni in diffinitione, qa non dat ſpẽm ꝙ eſt extra ſubſtantiam: ideo inconuenienter ponitur occaſio in hac diffinitione. 3. ratio.

Quartò, quia tunc non ſolũ malum, ſed etiam bonum erit ſcandalum: nam ex quolibet facto alterius p̃t quis ſcandalizari ſumendo ex eo occaſionẽ ruinæ, qa cãæ ꝑ accidẽs ſunt indeterminatæ: ideo q̃dlibet op⁹ ſiue bonũ ſiue malum eſſe poterit ſcandalũ qđ eſt abſurdũ, 4. ratio.

Quintò

5.rō. Quintò, quia occasio ruinæ datur proximo, qñ offenditur, vel infirmatur: scandalum tñ distinguitur cōtra infirmitatem, & offensionem: quia dr̄ ad Rom. 14. Bonum est carnem nō comedere, & vinum non bibere: neque in quo frater tuus offenditur, scandalizatur, aut infirmatur: ergo non conuertitur, ꝙ scandalum sit, qñ præbetur occasio ruinæ. Sextò, quia vt distinguit Glo. 6.rō. supra, scandalum distinguitur per actiuum, & passiuū: & tñ ista diffinitio non conuenit scandalo passiuo, sed soli actiuo, ergo non est ꝯueniens diffinitio: nam præbere occasionem ruinæ est actiuæ scandalizare. Septi- 7.rō. mò, quia Glo. Num. 31. super illo verbo, vlciscere prius filios Israel, dicit, ꝙ scandalum est, qñ rectè ambulanti deceptio paratur: ergo non est bona diffinitio data de 8.rō. scandalo. Octauo, quia de Christo dr̄ Isa. 8. ꝙ erit in lapidem offensionis, & in petram scandali: sed in Christo nihil est minus rectum.

Dicendum, ꝙ illa diffinitio conueniens est: hoc.n. Quid significat scandalum. sonant omnia dicta sanctorum. Sic.n. dicit Hier. super Matt. super illo verbo, Scis ꝙ Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt, s. Quia crebro cernitur in ecclesiasticis scripturis scādalum, breuiter dicendum, qđ significat: scandalum nos offendiculum, vel ruinam, & impactionem pedis possumus dicere: qñcunque ergo legimus, qui scandalizauerit; hoc intelligimus, qui dicto, vel facto occasionem ruinæ dederit. Sic etiā dicit Rabanus: scandalū quippe sermo græcus est, quod nos offendiculum, vel ruinam, & impactionem pedis dicere possumus: ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto, factove minus recto occasionem ruinæ dederit, & ita scandalum propriè accipitur in corporalibus: transumptiuè autem potest accipi in spiritualibus, s. ꝙ scandalū spirituale sit simile impactioni pedis corporaliter, & hęc impactio nō fit nisi ambulanti in via aliquid objiciatur, vel obiectum maneat, quod ei fit occasio cadēdi, etiam si non cadat: ita id, quod objicitur alicui in via spirituali, per quod cadit à bono, aut cadendi occasionem habet, scādalum dr̄: nihil autem est, quod de se sit natum præstare impedimentum ambulāti in via Dei, nisi sit minus rectum, i. declinans aliqualiter à rectitudine, cùm via Dei recta sit, & istud non potest esse nisi aliquid minus rectum procedens in notitiam eius, cui impedimentum præstatur verbo, vel facto: ideo rectè dictum est: quia scādalum sit verbum, vel factum minus rectum præbens alicui occasionem ruinæ. Ad pri- Ad primā rationē in contrariū. mum dicendum, ꝙ licèt peccatum ꝯsistat in verbo, facto, & cogitatione: scandalum tñ non potest ꝯsistere nisi in opere, & verbo, quia illud est occasio ruendi ꝓximo, & tñ ꝓximus ignorat ea, quæ sunt in corde meo donec illud aperuero, sed non aperitur nisi verbo, vel facto: ergo scandalum non potest esse nisi verbo, & opere, & non in cogitatione. Ad s̄m dicendum, ꝙ scan- Ad secundā rationē ī cōtrariū. dalū est in malo, vel in eo, qđ similitudinem aliꝗ cum malo habet · vnde non vocatur hic minus rectum id, quod ab altero in rectitudine exceditur, sed id, quod habet aliquem defectum rectitudinis: vnde non ponitur minus comparatiuè, vt dicat minoritatem: sed ponitur negatiuè ꝓ non taliter non rectum, vel minus rectum est duplex, s. ꝙ s̄m se malum est, vt peccata, vel ꝙ habet effigiem mali, sicut cùm quis recūbit in idolo: quamuis.n. hoc s̄m se non sit peccatum siquis hoc nō corrupta intētione faciat, s. vescendo de cibis ꝯsecratis idolo etiam intra templum idolorum: quia tñ hoc habet quandam speciem mali, s. venerationis idoli, quia qui sic facit putatur hoc facere ad honorem idoli, pōt alicui prębere occasionem ruinæ, & ob hoc, licèt in se malum nō sit cauendum est. 1. Thessa. 5. Ab omni spē mali vos abstinete: non ergo oportuit dici, ꝙ scandalū est malum verbum, vel factum: quia tunc intelligeret̄ solùm id, quod verè malum est: sed dr̄ minus rectum,

A vt ꝯprehēdatur tam malū, quàm mali speciem hñs. Ad tertium dicendum, ꝙ conuenienter ponitur occa- Ad3 rōnē. sio in diffinitione scādali, & non causa: qa cā dicit rem perfectam in dando esse, occasio autem imperfectam causalitatem nominat, & ita est quantum ad spiritualia: nihil.n. potest esse homini sufficiēs causa, quod est spiritualis ruina nisi propria voluntas: ideo dicta, vel facta alterius hominis possunt esse causa imperfecta aliqualiter inducens ad ruinam, sed non causans illā: sed dans occasionē, quod est causa imperfecta, & non ꝑ se, sed interdū ꝑ accidens. Quòd dr̄, id quod est per accidens nō poni in diffinitione, ꝯcedēdum est, & tñ occasio licèt sit causa ꝑ accidens ꝯparando ad causas, tñ respectu scandali nō est aliquid ꝑ accidens, sed per se, B nec est incōueniēs id, qđ est accidentale vni, esse essentiale alteri: sicut causa per accidens aliquid ꝑ accidens dicit, & tñ causa ꝑ accidens ponitur in diffinitione fortunę. 2. Phisy. quia essentiale est fortunę esse causam ꝑ accidens, ita esse occasionē ruinę est essentiale scandalo. Ad quartum dicendum, ꝙ malo operi ꝯuenit esse Ad 4. rōnē scandalo: bono autē operi non nisi multum ꝑ accidens inquantum scandalum passiuum est sine actiuo. Pro quo sciendum, ꝙ dictum, vel factum vnius hominis potest esse alteri causa ad aliquid dupl̄r: vno modo per se: alio modo per accidens. Per se quidem, qñ aliqs suo malo verbo, vel opere intendit alium inducere ad peccādum: siue sic agere iubeat: siue ideo agat, vt alius eum imitetur, vel etiam siquis non intendat alium in- C ducere ad peccandum: factum tñ suum est tale, vt de sui ratione habeat inducere ad peccandum: vt siquis publicè committit peccatum, vel aliquid quod vr̄ esse peccatum, licèt non sit, & sic qui aliquid prædictorum facit, directè præstat alteri occasionem ruinæ. Et istud vocatur scandalū actiuum. Per accidens verò p̄bet quis alteri causā, qñ aliquod verbū, vel factū vnius est alteri causa peccandi, s. ꝙ non intendebat agens deducere aliquē ad peccandū, nec ēt opus de se tale erat, ꝙ ad hoc induceret: sed aliquis male dispositus ex tali verbo, vel facto inducitur ad peccādum: sicut cùm quis est æmulus alteri, si videt eum bona agere, dolet de hoc inuidēdo illi, & ita iste habuit occasionē ruendi in peccatū inuidiæ ꝑ bona, quę ille fecit, & tñ nō fuit intentio faciē- D tis, ꝙ iste æmulus inuideret, & periret spiritual̄r, sed ipse causam sumit q̄ alius nō p̄stitit: iuxta illud ad Ro. 7. occasione accepta per mādatū peccatū causauit in me oēm ꝯcupiscentiā, & tñ lex nō data est ad hunc finē, ꝙ abundaret ꝯcupiscentia: sed potius ad eam extinguendum: cùm illā prohibeat, nec lex tale est, quæ de se directè habeat suscitare ꝯcupiscentiā: sed ipsa ꝯcupiscentia per mandatum habuit occasionē, vt maior fieret inquantū indomita esse vult, & quanto magis prohibetur, tāto magis resistit: qñ autem sic scandalizatur aliquis, est scandalū passiuū sine actiuo, s. aliquis scandalizatur, licèt nemo eū scandalizet: quia qui rectè agit q̄tum in se est, non dat occasionē ruinæ q̄ alter patitur. Contingit ergo scandalū tripl̄r, s. interdum actiuū, & Scādalum tripl̄r contingit. E passiuum simul in diuersis: secundo modo passiuū sine actiuo: tertio actiuum sine passiuo. De primo, vt si quis peccat intendens inducere alios ad peccandū: vel actus est de se malus, licèt peccans neminem intendat ad peccandum inducere. nā actiuum est ibi in peccante, & passiuū in eo, qui exemplo illius ad peccandum mouetur. De secundo, vt qñ quis non agit malum, sed bonū, & ꝑ illud non intendit quemquā ad malū inducere: tñ aliquis inducitur, vt dictum est de inuidente. De tertio, vt quando quis malū facit intendens mouere alios ad sic agendū, & tamē nemo sequitur factum eius: ipse quippe quantum in se fuit, scandalum præbuit, & tamen nullus illud passus est, quia oēs videntes fortè erant viri boni, qui ad talia non mouerentur.

Ad 5. rõné Ad quintum dicendum, ꝙ scandalum, offensio, & infirmitas distincta sunt, & concurrunt cum scandalo, licèt interdum sint sine scandalo, & scãdalum sine illis. Infirmitas enim dicit facilitatem alicuius ad cadendũ, quia debile viribus est, & ita scandalum valde habet locum in illo. Offensio dicit indignationem eius, qui alium peccare videt contra ipsum peccantem: vel contra eum de quo male iudicat, licèt ille fortè non peccet. Scandalum autem est ipsa impactio pedis, idest, id in quod pes impingit, vel impingere potest, licèt non impingat, & est ipsum factum, vel dictum minus rectum. Contingit autem esse infirmitatem sine offensione, & sine scandalo: vt cùm quis de se est debile ad cadendum si quis præstaret ei occasionem: nemo tamen illam præstat, & ita non est ibi scandalum. Etiam non est ibi offensio: quia iste nõ potest indignari cum nihil sit de quo indignetur. Interdum est scandalum sine offensione, & infirmitate, & istud est scandalum solùm actiuum, vt siquis faciat opus malum ad intentionem scandalizandi aliquem, vel tale saltim, de quo scandalizari possent iustè videntes, & tamen nemo infirmus istud videt: sed viri perfecti, qui nõ infirmãtur: etiam fortè non indignantur, sed potius miserentur misero peccanti: quia peccatum languor quidam animæ est. Interdum est offensio sine infirmitate, & scandalo: vt siquis non infirmus videat aliquod opus bonũ alterius, & quia nõ diligenter cogitauit circa illud, putauit esse malum, & indignatur contra agentem: non tamen inducitur per hoc ipse ad malum agendum: est ibi offensio, sed non infirmitas, nec etiam scandalum actiuum: nec passiuum. Aliquando est infirmitas, & scandalum, sed non offensio. sicut cùm quis malum facit coram viris imperfectis: nam ipse scandalizat eos inquantum malum facit, & est scandalum actiuum: illi etiam infirmi sunt, & scandalizantur: quia ad malũ inducuntur, & est scandalum passiuum: & tamen offensio non est ibi, quia fortè iste infirmus non indignatus fuit contra peccantem: sed potius amplexatus est factum eius ex ignorantia, vel debilitate. Interdum est scãdalum, & offensio sine infirmitate, vt si quis malum fecit coram viris perfectis: illi enim non infirmãtur, est tamen ibi scandalum, s. actiuum: quia iste quãtum in se fuit scandalizauit eos malum faciendo: non est tamen scandalum passiuum: quia ipsi non mouentur à rectitudine sua per hoc, sed potius firmi manent, indignantur tamen contra peccantem: Apostolus autem voluit distinguere omnia hæc, & fuit conueniens poni, quia passiuè posuit illa, s. infirmatur, scandalizat, offenditur, & contingit esse distincta: infirmatur quidem, quando qui infirmus est viso aliquo scandalizatur, s. mouetur ad malum, & tamen nec operans intendit scandalizare: nec tale quid egit, de quo debet iustè scandalizari: ideo licèt scandalizetur, quia hoc solùm prouenit ex sola infirmitate sua, vocauit istud Apostolus infirmari potius, quàm scandalizare, & valde propriè dictum est. Scandalizatur autem proximus, quando operans malum intendit scandalizare, vel licèt non intenderit erat tale opus, ex quo deberet sequi scandalum, & ex illo verè proximus scandalizatur, & est tunc scandalum actiuum, & passiuum simul. Offenditur autem, quando operans malum fecit, & tamen qui vidit perfectus erat, & ex hoc non accepit occasionem ad malum, licèt peccans eam præstaret: sed indignatur contra peccantem, & ita est ibi scandalum actiuum sine passiuo. Quod Apostolus rectissimè appellauit offensionem, & ita nihil est istorum agendum, s. nec ex quo proximus infirmetur, nec ex quo scandalizetur, nec ex quo offendatur: non tollitur tamen quin scandalum sit rectè diffinitum. Ad sextum dicendum, ꝙ sic in corporali impactione est duo considerare, s. ipsam impactionem, idest id ad quod impingitur, & dispositionem cadentis ad cadendum, s. quia debilis viribus erat, vel ipsam eius passionem, quam impingit ad id, quod obiectum erat. Illud verò, ad quod fit impactio, dicitur obex: quia ambulanti obijcitur: ita in spirituali ruina accidit, & vtrumq; accipit nomen scandali, licèt non vniuocè: sicut fides dicitur de re credita, & de actu credendi, & de habitu, quo creditur ipsa: ergo spiritualis impactio, qua quis ad casum spiritualem disponitur dicitur scãdalum passiuum: ipse autem obex spiritualis, ad quem quis impingit, dicitur scandalum actiuum: & hoc modo propriè diffinitur hic scandalũ, vt est actiuum, ꝙ sit factum, vel dictum minus rectum præbens occasionem ruinæ: nam scandalum passiuũ, non propriè dicitur scandalum: ideo non conuenit ei diffinitio scandali, sed soli scandalo actiuo, quod est ipse scandalum. Ad septimum dicendum, ꝙ vtraq; diffinitio competit scandalo: tunc enim aliquis propriè peccatum facit, quando ex intentione operatur, & nõ quando accidit malum præter intentionem, sicut in homicidio casuali: & ideo tunc propriè aliquis scandalum causat, quando ruinam proximi procurare intendit: quicunque autem ad peccandum inducitur, decipitur, quia omnis malus ignorans est. 3. Ethicor. Et ita vbicunque est dictum, vel factum minus rectum, est deceptio quædam inquantum per illud retrahitur quis à bono, vel inducitur ad malum, quod nemo eligeret nisi tunc ignorans, & hoc est scandalum: ideo scandalum est dictum, vel factum minus rectum, & etiam est deceptio: nam dictum, vel factum minus rectum non præbet alicui occasionem ruinæ nisi inquãtum ille decipitur: ideo idem est dicere esse occasionẽ ruinæ, vel parari deceptionem rectè ambulanti. Ad octauum dicendum, ꝙ Christus vocatur lapis scandali, vel petra offensionis non ꝙ ipse egerit aliquid intendens scandalizare, nec etiam facta sua erant talia, de quibus aliquis deberet rationabiliter scandalizari: sed Iudæi voluerũt sumere scandalum ex factis eius, & ita ipsi scandalizati sunt, licèt ipse nõ scandalizauerit eos, & sic erat scandalum passiuum sine actiuo.

Marginal notes: Interdum fit scandalũ sine offensione alicuius. — Infirmari quid sit. — Offendi quid sit. — Ad 6. rõné — Ad 7. rõné — Ad 8. rõné

An scandalum sit peccatum.

Quæst. XLIIII.

QVAERETVR, an scandalum sit peccatum? Aliqui dicunt, ꝙ non sit semper peccatum: nam peccata nõ eueniunt ex necessitate, sed ab arbitrio nostro: scandala tamen necessariò eueniunt, supra in litera, s. necesse est, vt veniant scandala, & Luc. 17. impossibile est, vt non veniant scandala: ergo non est scandalũ semper peccatum. Secundò, quia peccata nunquam proueniunt ex pietate, sed ex fomite, vel ex diaboli incentiuo: scandalum tamẽ interdum ex pietatis affectu prouenit, vt dicit Hieron. super Matth. super illo verbo Christi ad Petrum, vade retro me satana: scandalum enim mihi es. Sed error Apostoli de pietatis affectu proueniens, nequaquam incentiuum vr̃ esse diaboli, ergo non omne scandalum est peccatum. Tertiò, quia scandalum est impactio pedis, & non omnis, qui impingit cadit, sed peccatũ est ruina spiritualis, ergo non est semper scandalum peccatum. Quartò, quia dicit Hier. ꝙ parum distat in vitio scandalizare, & scandalizari, & tamen scandalum passiuum videtur posse esse sine peccato, sicut impactio pedis est interdum sine casu: ergo scandalum non est semper peccatum.

Marginal notes: Rõnes in contrariũ. 1. rõ. — 2. rõ. — 3. rõ. — 4. rõ.

Aliqui dicunt, ꝙ semper est scandalum peccatum, cùm sit scãdalum dictum, vel factum minus rectum, & tamen dictum, vel factum minus rectum semper est peccatum: ergo scandalum semper est peccatum. Secundò, quia Num. 31. in Glo. dicitur: longè grauius est peccati causam dare, quàm peccare, & tamen qui scandalizat, peccati causam dat, ergo semper peccat.

Dicen-

Dicendum, ꝙ scandalum est duplex actiuum, & passiuum. Actiuum est facere aliquod malum intendendo aliquem incitare ad peccandum, vel facere saltem malum publicè, aut manifestè, ex quo possunt videntes ad peccandum induci: licèt agens non intenderit quẽquam ad peccandum inducere. Scandalum passiuum est spiritualis ruina, s. cùm quis cadit à bono, quod agebat motus malo exemplo alicuius. De scandalo passiuo dicendum, ꝙ semper est peccatum in eo, qui patitur: quia non scandalizatur nisi, qui aliqualiter ruit speciali ruina, quæ est peccatum, & hoc est si quis in via Dei gradiebatur, & exemplo alterius duct⁹ recedit ab illa, & hoc mortale est, & ita scandalum passiuum est mortale: interdum autem est veniale, vt si quis tendebat ad pfectionem, & scandalizatus deficit ab illa, vel ꝯmittit aliquod leue malum, quod veniale dicimus: vnde necesse est sp esse, aut mortale, aut veniale: quia scãdalum ruina spiritualis est, & tñ ruina spiritualis nõ est nisi peccatũ, & illud est veniale, aut mortale: ergo semper erit veniale aut mortale peccatum scandalũ passiuum in patiente. De scandalo actiuo etiam dicendum, ꝙ semper est peccatum mortale, vel veniale saltem: nã scandalum actiuum est in eo, qui intendit aliũ inducere ad peccandũ, & hoc semper est mortale, vel in eo, qui talia facit, ex quibus alij iustè scandalizari possint, & hoc est mortale, vel veniale saltem: quia illa, q̃ facit, aut erunt verè mala, aut habentia speciem mali. Primo modo, qui illa agit peccat mortaliter. Secundo modo interdum mortaliter interdum venialiter: quia quæ speciem mali hñt, licèt mala non sint, dimittenda sunt pp salutem proximi, quam tenemur procurare, cùm vnicuiq; mandauerit Deus de ꝓximo suo, & ꝯtraria facientes ꝯtra charitatem militamus: sic Apostolus suadet talia dimitti ad Ro. 14. & 1. Cor. 8. Si caro scandalizat fratrem meũ, nõ manducabo carnẽ in æternũ. Et ita de manducantibus idolothyta, i. cibos ꝯsecratos idolis. Nam non est malum aliquod per se comedere illa: cùm idolum nihil sit, & cibi sic ꝯsecrati nihil ꝯtrahant ex ꝯsecratione ipsa: & tñ quia videntes putabunt honorem ꝑ hoc impendi idolis, obligamur ista euitare coram infirmis. 1. Cor. 8. & 11. & ita scandalum actiuum in agente sp est peccatum, & scandalum passiuũ in patiente sp est peccatum: scandalum tñ actiuum ex parte patientis non est sp peccatum, vt qñ aliquis facit talia de quibus alij deberent, aut possent scãdalizari, & tñ nemo scandalizatur, quia solus agens peccat: & scãdalum ẽt passiuum ex parte agentis est interdum sine peccato, vt qñ quis scãdalizatur de his, quæ alius benefacit, vt patet in inuido. Et ita erat, qñ scandalizabãtur Pharisæi de actibus Christi: nã ipsi scandalũ patiebant ruentes spiritualiter in peccatum, & tamẽ Christus nõ ꝑstabat causam scandali, iõ ex parte sua non erat peccatum. Ad primum dicendũ, ꝙ scandala non sunt necessaria: sed liberè eueniũt tam actiuum, q̃ passiuum. De actiuo manifestum est, quia nemo cogit agẽtẽ agere. De passiuo eodẽ modo: nã scandalizari non est mala pati, aut mala videre, quia vtrunq; necessarium est: sed scandalizari est à bono cadere pp exemplum alterius, cadere tñ à bono actu nemo cogitur. Ad auctoritatẽ literæ dicendum, ꝙ non est necessitas simpľr, sed ex ꝓsuppositione, s. si homines malè viuere volũt iuxta desideria sua, sicut viuunt, necesse est euenire scãdala: & tñ non est necessarium, ꝙ homines malè viuant sequẽdo desideria sua: iõ nec est necessariũ euenire scãdala, vt declaratum fuit sup. q. 36. Ad secundum dicẽdum, ꝙ Petrus nõ fecit ꝓpriè scandalum Christo: sed largè accipiendo: nã Petrus nõ intendebat Christũ retrahere à bono: nec ẽt ea, q̃ Petrus fecit, erant manifestè mala, i. saltem ipse Petrus nõ putabat ea esse mala. Etiam Christus ex dictis Petri non cecidit à ꝓposito suo bono, ideo non fuit ibi scandalum actiuum, neq; passiuũ propriè dictum, sed fuit scandalum largè sumẽdo ꝓut quodlibet impedimentum ad bonum vocatur scãdalum, & ita Petrus ex quodam pietatis affectu errans volebat impedire passionem Christi. An tamen Petrus scandalizando peccauerit, & in quo peccauerit, & an grauiter, declaratum fuit supra 16. c. q. 110. Ad tertium dicendum, ꝙ in spiritualibus non est impingere casu, aut retardatione cùm magis significet in spiritualibus, q̃ corporaliter impingere: cadere autem spiritualiter est peccatum mortale, retardari autem est peccatum veniale: ideo licèt non sp cadat, qui scandalizatur passiue, sp tñ peccat. Ad quartum dicendũ, ꝙ per se loquendo scandalum actiuum est maius peccatum, quã passiuum, quia in vnoquoq; genere causa est potior effectu: interdum tñ per accidens potest esse maius peccatum scandalum passiuum, q̃ actiuum: vt qñ passiuè scandalizatus sumit maiorem occasionem ruinæ, quã sibi detur: sicut etiam ꝯtingit interdum esse scandalũ passiuum, vbi nullum est actiuum, vt supra dictum est. Quòd autem dicit Hier. parum differre scandalizare, & scandalizari: verum est cõiter quantũ ad genus peccati, quia scandalizatus sequitur exemplũ scandalizantis in opere: non est tñ verum quantum ad quantitatẽ reatus: quia magis peccat vnus, quàm alius, licèt nõ sit hoc determinatum. Cùm autem dr̃, ꝙ scandalum passiuum põt esse sine peccato, falsum est: quia vt dictum est, vel est casus, vel retardatio in via Dei: primum est mortale, s̃m est veniale. Et si dicat̃, ꝙ nõ sit peccatum: quia est passiuum, & non est in potestate patientis nõ pati. Dicendum, ꝙ falsum est, quia scandalum passiuũ quantum ad originẽ suam est necessarium, i. inquantũ ab alio causatur exemplum mali, & tñ quantum ad ꝯsummationem suam est liberum: quia in potestate nostra est sequi exempla peccantium, vel non sequi, cùm ab extra non possit esse causa sufficiens peccati, & ita vtrumq; scandalum est peccatum, quia vtrumq; est quædam actio: sed primum nõ habet originẽ ab alio, ideo vocatur actiuum: s̃m verò habet originem ab altero, ideo dr̃ passiuum. Ad duo argumenta in ꝯtrariũ dicendum, ꝙ illa procedunt de scandalo actiuo, & verum est, ꝙ illud semper est peccatum q̃tum ad scandalizantem, licèt interdum in patiente non sequatur scandalum: vt quando videntes sunt viri boni, & non scandalizantur.

Scãdalum actiuũ ex parte patiẽtis non est semper peccatum

Ad 1. rõnẽ.

Ad 2. rõnẽ

Ad 3. rõnẽ.

Ad 4. rõnẽ

Ad duas rationes.

A B C D E

An scandalũ sit aliqua species peccati distincta ab alijs peccatis. Quæst. XLV.

QVAERETVR, an scandalum sit aliqua species peccati, vel sit generale quod coincidat cum quilibet specie peccati. Aliqui dicunt, ꝙ non est speciale peccatum: quia iuxta Aristo. 5. Ethicor. Omnis specialis iustificatio inuenitur aliquando separata ab alijs iustificationibus: sed scandalum nunquã inuenit̃ separatum ab alijs peccatis, cùm illud sit factum, vel dictum minus tectum, & tñ factum, vel dictum minus rectum est peccatum: non pertinet tamen ad aliq̃ speciem determinatã peccati: iõ neq; scandalum. Secundò, quia ĩ quolibet genere peccati est dictum aliquod, vel factum minus rectum præbẽs occasionem ruinæ, & tamen diffinitio scandali est ista, ergo scandalum cõuertitur cum omni peccato, vel accidit in quolibet genere peccati. Tertiò, quia quicunque peccat coram alijs, scandalum facit: siue illi coram quibus agit scandalizentur, siue non: cùm iam iste fecerit id de quo illi possent scandalizari, & tñ agere coram alijs nõ addit aliquã differentiã peccati ad id, quod fit, sed solũ circũstantiã q̃dã: sicut est publicè, vel occultè peccare, ergo scandalũ non dicit speciem distinctã ab alijs peccatis.

Quartò, quia agens proportionatur passo: si ergo scandalum actiuum esset speciale peccatum, etiam scandalum passiuum esset speciale peccatum, & tñ scandalū passiuū non est speciale peccatum: quia in quodcunq; peccatum quis ruat exemplo alterius, scandalum pati dr̄: ergo scandalum passiuum non est species peccati, & consequenter neq; actiuum. Alij dicunt, ꝙ sit scandalū species determinata peccati, quia speciali virtuti non opponitur nisi speciale peccatum, & tñ scandalū opponitur speciali virtuti, s. charitati ad Rom. 14. Si ꝓpter cibum tuum frater tuus contristatur, iam non s̄m charitatem ambulas: ergo scandalum erit speciale peccatum, sicut charitas, cui opponitur est specialis virtus.

Rōnes in contrariū.

2. rō. Secundò, quia peccatum distinguitur per esse ɔtra se, aut ɔtra Deum, aut ɔtra proximum: sed scādalum pertinet ad aliquem modum istorum, s. esse contra proximū: ergo est speciale peccatum.

3. rō. Tertiò, quia malum vocatur ipsum peccatum, quia nocet: ergo vbi innuet̄ specialis ratio nocumenti, innuetur specialis rō peccati, vel mali: & tñ scandalum dicit specialem modū nocumenti, s. nocere per exemplum: ergo est species certa peccati. Dicendum, ꝙ scandalum duplex est, s. actiuū & passiuum, vt dictum fuit: scandalum passiuum, licèt semper sit peccatum, non pertinet tñ ad aliq̄ speciem determinatam peccati, sed potest inueniri in qualibet specie peccati: scandalum verò actiuum vno modo est speciale peccatum, alio modo non. Primum patet, qa scandalū passiuū est, qñ quis ex dicto, vel facto alterius īcitat⁹ īcidit in aliquod peccatum, & tñ ex dicto, vel facto alterius ɔtingit ruere in quodcunq; genus peccati, s̄m ꝙ agens p̄t dare malum exemplū circa q̄libet speciem peccati: ergo non est scandalū istius alicuius speciei: nā ꝙ quis exēplo alterius ductus peccet, vel à nullo inductus non ɔstituit specialē rōnem peccati: quia nō importat specialē deformitatem speciali virtuti oppositam: sic. n. cognoscuntur peccata ꝑtinere ad determinatā spēm: nam cùm peccatum non dicat positiuū aliquid, sed priuationem, debet accipi rō specialis peccati iuxta specialē modum priuationis, & qm̄ priuatio est non ens, non p̄t inueniri specialis rō priuationis nisi per ɔparationē ad determinatā entitatē, q̄ priuat: quia rectus est iudex sui, & obliqui 5. Phy. ita habitus est iudex sui, & priuationis: cùm ergo peccatum dicat priuationem, q̄ est deformitas q̄dam, cùm sit priuatio cuiusdam boni debiti, inesse diceretur specialis priuatio, vel deformitas, q̄ opponitur speciali virtuti: nec erat possibile saltem cogitare quid esset specialis deformitas, vel priuatio, nisi cogitetur prius specialis q̄dam pulchritudo, vel entitas cuius sit illa priuatio, & tunc dicetur illa priuatio, vel deformitas speciale, nō ꝙ sit in se aliquid speciale, sed qa specialis entitatis, vel pulchritudinis est priuatio, & sic rō specialis peccati, i. habitus peccati, vel actus accipit̄ ꝑ habitudinē, vel ɔparationē ad determinatā virtutē cui opponit̄, & si illa non inueniatur, non erit speciale peccatum. Sic. n. est in scādalo passiuo, qa nō dicit specialē deformitatē oppositā speciali virtuti: ideo nō est speciale peccatū. De scandalo aūt actiuo dicendum, ꝙ se p̄ōt hr̄e dupl̄r, s. per se, & per accidens: ꝑ accidens quidē qñ q̄s ex facto suo aliquem scādalizat, & tñ non intendebat eū scandalizare: sed solùm satisfacere suæ voluntati, & sic scandalū actiuè non est determinatæ speciei, quia qđ ꝑ accidēs est nō dat spēm, sed est illi⁹ speciei cuius est actus, ꝑ quē scandalizat proximū. Per se aūt ɔsiderat̄, vt qñ quis ex intentione egit, vt aliū scādalizaret, & tunc ex intentione spāli faciētis sortit̄ rōnem specialis peccati, qa finis dat spēm actui ī moralib⁹: vnde sicut furtū, & homicidiū sunt specialia peccata ꝑꝑ speciale nocumentū, quod intendit, ita scādalū, ꝙ intendit est spāle nocumētū ꝓximi: nō est spāle peccatū, & opponitur correctioni fraternæ, ꝑ q̄ itendit̄

F specialis nocumenti remotio. Prædicta apparent, qa in moralibus sit interdū specificatio ex obiecto, vel materia, & interdū ex fine. Ex parte obi, sicut sensus accipit spēm in eo, quod est circa delectabilia tact⁹, & hęc terminatio est materialis, & ꝑtinet ad habitus operatiuos: sp. n. specificant̄ habitus in moralibus ex obiecto, & nunq̄ ex fine cùm non possit habitus respicere finē, sed solùm actus, q est spōte elicitus: & hoc est verū q̄tū ad habitus elicientes, secus autem quantum ad habitus imperantes, idest respectu actuū imperatorum, & nō elicitorū ab eis. Alio modo specificatio fit ex parte finis, & ista est specificatio formalis, & hoc pertinet ad hītus imperātes: qa imperiū fit respectu alicuius finis, ɔtingit aūt, ꝙ interdū actus accipiat spēm eādē ex vtraque parte, vt qñ act⁹ ab eodē hītu elicit̄, & imperatur:

G sicut siquis fornicatur ꝑꝑ delectationē: est. n. delectatio obiectū, & finis, & hītus intemperantię mouet ad percipiendā illā delectationem. Qn̄que autem idem act⁹ determinantur ad diuersas species ab vtraque parte, & hoc est qñ actus est à duob⁹ habitibus, s. ab vno elicit̄, & ab alio imperatur: sicut qñ quis fornicatur ꝑꝑ lucrū: determinatur. n. iste actus ad speciem luxuriæ ex obiecto: quia est circa delectabilia, & ad speciem auaritiæ ex fine, & tñ non sunt ibi duo peccata, sed vnum peccatum, quia vnicus actus est, sed est duplicis speciei. Et si dicatur, ꝙ idem indiuiduum non potest esse in duabus speciebus. Dicendum, ꝙ in naturalibus vbi rō speciei est perfecta, & determinata, nō potest inueniri vnū

H indiuiduū in duabus speciebus, quia naturalia habent vnum modum determinatum essendi, q non variatur ꝑꝑ considerationem nostrā: in moralibus autē, & dialecticis secus est: non. n. reperitur ibi ita perfectè, & determinatè rō speciei, eo ꝙ plurimū accipiunt ista modum sui esse ex ɔsideratione: & ita idem actus quantū ad vnum poterit esse in vna specie, qui quantū ad alterum erit in alia, & ita actus fornicandi si absolutè consideretur est solùm in specie intemperantiæ, vel incōtinentiæ, & sic habet vnicam speciē: si autem consideretur, vt fit ꝑꝑ lucrum, est in specie auaritiæ solùm, & non in specie intemperantię: vnde ita dicit Arist. ꝙ qui fornicatur ꝑꝑ lucrum non est mœchus, sed iniustus, vel auarus, & ita quocunq; modo consideretur actus sem

I per erit in vnica specie, & tamen idem actus numero ad alia, & alia sumptus poterit esse in duabus speciebus moris, quod non accidit in aliquo indiuiduo naturali: contingit etiam interdum, ꝙ aliquis non determinet̄ ad speciem ex parte obiecti, sed solùm ex parte finis, eo ꝙ habet determinatum habitū, à quo imperetur, sed nō habet determinatum habitum à quo eliciatur, sicut ædificare proximum: nam non habet habitum determinatè elicientem: quia charitas non elicit hunc actum, cùm non eliciat nisi interiores, s. diligere: & tamen per interiores nemo ædificatur, sed charitas imperat istum actum, & ab alijs virtutibus elicitur materialiter, non determinatè ab aliqua, sed ab omnibus, cùm charitas omnibus imperare possit: & quia scan-

K dalum actiuum est peccatum oppositum ædificationi proximi, vel correctioni eius: ideo loquendo materialiter ex parte habituum elicientium non est speciale peccatum: sed solùm formaliter loquendo ex parte finis, & habitus imperantis, qui est habitus charitati oppositus, s. vitium odij: ideo quando aliquis dicit, aut facit aliquid minus rectum intendens præstare ꝓximo occasionem ruinæ, speciale peccatum ɔmittit. Si autē præter intentionem suā accidat scandalum, etiā si talis esset actus de quo posset rationabiliter scādalizari, nō est scandalum speciale peccatum, quia nō est ab habitu eliciente determinato, & etiā non est ab aliquo imperante habitu determinato: erit tñ scandalum istud actiuum speciale circunstātia actui dans deformitatē.

Ad

Ad 1. rõnē Ad primum dicendum, ꝙ scandalum actiuum interdum dicit speciem determinatam peccati distinctam ab alijs, & ideo ꝯtingit inueniri scandalum in actu exteriori sine aliquo alio peccato, vt qñ quis agit aliquid quod aliàs non esset peccatum, & tñ efficitur peccatū inquantum intendit scandalizare, vel scandalizat, & iā præter intentionem, vt est de se natum dare occasionē ruinæ: inquantum habet speciē mali, sicut est manducare cibos consecratos idolo, & ob hoc dicitur in diffinitione scandali, ꝙ est dictum, vel factum minus rectum, & nō dr̄, ꝙ est factum, vel dictum malum, & ita licèt aliàs non sit malum, poterit esse causa scandali, & erit ibi inuenire actum peccati scandali, sine actu alterius peccati. Ad 2. rõnē Ad secundum dicendum, ꝙ scandalum actiuum quantū est ex parte materiæ, i. actus, per quos scandalizatur, & ex parte habitus elicientis non distinguitur: sed coincidit cum quolibet genere peccati, sed non ex parte habitus imperantis: nam imperans habitus est vitium odij, quod opponitur correctioni, vel ædificationi ꝓximi, fm̄ quem mouetur quis cum intentione trahendi proximum in peccatum, & hoc ad vnicum habitum pertinet: ideo est speciale vitiū. Ad tertiā rationem. Ad tertium dicendum, ꝙ hæc circunstantia, quæ est corā alio agere, non addit peccato aliquam nouam speciem ex sui ratione, sed solùm ex fine, ad quem ordinatur: nam siquis scandalizet proximum agens malum corā alijs, non intendat tñ per hoc scandalizare, nō pertinebit ille actus ad determinatam speciem: quia non est ibi ꝯsideratio finis neq; determinatus habitus imperans, & sic ēt peccare in occulto non trahit peccatum in aliam speciem, q̄ de se habeat: eo ꝙ non ordinat in specialē finem, neq; est habitus specialis imperās occulte fieri. Ad 4. rõnē Ad quartum dicendum, ꝙ scandalum passiuum. licèt peccatum sit, nunq̄ pertinet ad speciale peccatum: scādalum verò actiuum interdū pertinet ad speciale peccatum. Nec est eadem rō de vtroque: nam in scandalo passiuo est actio, & passio: passio quidem inquantum suscipit occasionem ruinæ ex actu alterius: actio verò inquantum illi occasioni assentiens ꝯmittit malum: actio autem in scandalo passiuo nō pertinet ad genus scandali: quia si pertineret ad istud genus, vocaret̄ fm̄ eum scandalum actiuum, & non passiuum: ideo non ꝑtinet ad genus scandali, sed ad quodcunq; genus peccati cuius sit illud, quod ꝯmittit scandalizatus: sola aūt passio pertinet ad genus scandali, & fm̄ eum vocatur scandalum passiuum speciale peccatum. Secus de scādalo actiuo: quia illud q̄tum ad actionem pertinet ad genus scandali, & actio ꝑtinet ad peccatum si est mala, ideo scandalum actiuum peccatum erit speciale inquantum est à determinato habitu, vt supra fuit ostensum. Ad primā rationē in contrariū. Ad argumentum in contrarium dicendum, ꝙ inquantum procedunt de scandalo actiuo concedenda sunt: quia illud est speciale peccatū: licèt non semper. Et est dicēdum ad primum, ꝙ quicunque peccat, agit contra charitatem: sed potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ non ambulat fm̄ charitatem: quia committendo peccatum mortale per quod scandalizat proximum perdit charitatem, & sic non ambulat fm̄ charitatem etiam si iste peccans non intenderit scandalizare proximum, & tunc scandalum non est speciale peccatum. Et si dicatur, ꝙ opponitur charitati, quæ est specialis virtus. Dicendum, ꝙ non opponitur ei sub speciali ratione, sed sub generali inquantum tollitur per omne peccatum mortale. Si autem peccans egit sub intentione scandalizandi, est peccatum speciale: quia tunc opponitur charitati, vt est specialis virtus: quia ex vitio odij mouetur scandalizans. Ad secundā rationē Ad secundum dicendum, ꝙ esse contra Deum, contra se, & contra proximum non sunt differentiæ, quæ specialiter constituāt species peccati: cùm peccata eius speciei cōmittat quis

A interdum contra Deum qualia contra proximum. Dicendum tamen, ꝙ omne scandalum est contra proximum: quia seipsum nemo scandalizat, & tamen cōtingit hoc esse per accidens, idest, non intentum, s. ꝙ contra proximum sit: vt qñ quis malum agit non intendens scandalizare: nam tunc non est speciale peccatum, quia quod est per accidens non dat speciem. Si autem peccans intendat contra proximum agere mouendo eum ad peccandum, est scandalū speciale peccatum. Ad tertium dicendum, ꝙ est in scandalo specialis ratio nocumenti inquantum habitus specialis, s. odium mouet ad nocendum, & tunc est scandalum speciale peccatum, secus autem inquantum in scandalo nocetur per exemplum, quia hoc non dat specialē Ad 3. rõnē.
B rationem peccati ipsi actui: eo ꝙ in qualibet specie peccati post noceri alteri per exemplū: sed dicit quandam circunstantiam actus, quæ grauitatem quandam addit.

An scandalum sit semper peccatum mortale. Quæst. XLVI.

QVAERETVR, an scandalum sit semper peccatum mortale. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia omne peccatum, quod charitati cōtrariatur, est mortale: sed scandalum opponitur charitati, vt dictum est præced. quæst. ergo est mortale. Secundò, nulli peccato debetur pęna æterna nisi mortali, & tamen scandalo debetur pęna ęterna. Nam super illo verbo, supra in litera, s. Rõnes in contratiū. 1. rõ. 2. rõ.
C expedit, vt ei suspendatur mola asinaria, & demergat̄ in profundum. dicit Hier. Multo melius est pro culpa breuem recipere pęnam: quàm æternis seruari cruciaribus: ergo scandalum est mortale peccatum. Tertiò, omne peccatum, quod in Deum committitur est peccatum mortale: quia solùm peccatum mortale auertit hominem à Deo: scandalum tamen est peccatū in Deum. 1. Cor. 8. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmā in Christum peccant. ergo scandalum semper erit peccatum mortale. Quartò, quia vita spiritualis est melior, quàm corporalis, & tamē qui subtrahit alteri vitam corporalem peccat mortaliter: ergo a fortiori, qui subtrahit vitā spiritualem: & hoc facit, qui scandalizat, quia dat alte- 3. rõ. 4 rõ.
D ri occasionem ruendi in mortem spiritualem: ergo peccat mortaliter.

Dicendum, ꝙ scandalum est duplex, s. actiuum, & passiuum, vt supra ostensum est: de scādalo passiuo dicendum, ꝙ interdum est peccatū mortale, & interdū veniale: qñ. n. quis ex facto alterius incitatus ruit in peccatum mortale scandalum passiuum est peccat mortale: siue actus, q fuit sibi occasio esset per se bonus, siue per se malus, siue indifferens, siue parum malus, i. veniale peccatum. Est autē scandalū peccatum veniale, qñ ex actu alterius incidit quis in peccatum veniale: quod est disponi ad ruinam, & non oīno cadere: licèt etiam veniale posset dici casus. Scandalum autem actiuum potest dupl'r accipi. Vno modo inquantum est
E speciale peccatum, quia inquantum scandalizans intendit dare occasionem ruinæ. Alio modo inquantū non est peccatum speciale, i. non intendit dare occasionē. Si primo modo, aut intēdit deducere proximū ad peccandū mortal'r, aut ad peccandū venial'r: si mortal'r peccat mortal'r. Et hoc siue intēdat deducere aliū ad peccādum ꝑ aliquem actum suum, qui in se sit peccatum mortale, siue per actum, q in se sit peccatum veniale: nam intentio est peccatum mortale. Si intendat deducere ad peccādum venial'r quantū est ex genere scandali ꝑ se deberet esse peccatū veniale, & tñ dicendum, ꝙ aut vult deducere illum ad peccādum venial'r ꝑ aliquē actum, qui est venialis, & est peccatum veniale, aut ꝑ actum mortalē, & tunc est peccatū mortale.

Si autem accipiatur ſcandalum ſecundo modo, vt non eſt intentum, & tunc, quia non pertinet per ſe ad gen⁹ ſcandali, neq; eſt ſpeciale peccatum: idem erit iudicandum de ſcandalo, & de actu, per quem aliquos ſcandalizat. Si enim ille actus ſit in ſe peccatum mortale, iudicabitur ſcandalum peccatum mortale. Si verò actus eſt venialis, erit ſcandalum veniale peccatum: interdum tamen actus eſt indifferens de ſe, & inquantum habet quandam ſpem mali eſt ſcandaloſus, & de ſe nõ erat peccatum etiam veniale, & tamen poterit ſcandalum illud eſſe interdum veniale, vt ſi committatur cũ aliqua leui indiſcretione ſecundùm quam proximus offenditur: interdum autem mortale, vt quando contemnit quis ſalutem proximi: ita ꝙ pro ea obſeruanda non omittit facere id, quod ſibi libuerit: etiam ſi illud aliàs non eſſet malum, & tamen ſcit proximos ſcandalizandos ſi hoc agatur: nam licèt iſte non intendat ſcandalizare: tamen quia ſcit proximos ſcandalizãdos, & non cauet, peccat mortaliter: licèt actus aliàs non eſſet malus etiam venialiter, vt manducare cibos conſecratos idolo. Ad primum dicendum, ꝙ ſcandalum, ſiue actiuum, ſiue paſſiuum, ſemper repugnat charitati. Scandalum quippe de ſe paſſiuum, id eſt quantum eſt de genere ſcandali, nunquam repugnat charitati, ſ. inquantum eſt paſſiuum ſolùm: quia inquantum eſt paſſiuum non eſt peccatum, neque mortale, neque veniale: cùm non ſit in poteſtate noſtra non pati ab alijs, ſcilicet ſuſcipiendo occaſionem ruinæ: inquantum verò in ſcandalo paſſiuo eſt quædam actio, ſcilicet, qua ſcandalizatus aſſentit adhærere prauo exemplo alterius: non pertinet ad genus ſcandali, vt oſtenſum eſt præced. quæſt. ſed eſt hoc omnino per accidens ad ſcãdalum paſſiuum. Et de hoc dicendum, ꝙ interdum ſcandalizatus committit mortale, & interdum veniale, & ita interdum ſcandalum paſſiuum erit peccatum mortale, & hoc eſt per accidens. De ſcandalo actiuo dicendum, ꝙ etiam non repugnat ſemper charitati: cùm interdum ſcandalizet quis alterum per actum venialem, & non intendat eum in aliquo ſcandalizare, & tunc non erit peccatum mortale, neque contra charitatem, & ita de alijs caſibus, de quibus dictum fuit ſupra in hac quæſtio. Ad ſecundum dicendum, ꝙ ibi Chriſtus loquitur de ſcandalo actiuo, ſcilicet, quando quis intendit inducere proximum ad peccatum mortale: vel etiam ſi non intendat eum inducere committit tamen mortale, per quod inducatur, vel induci poſſit proximus, vel quando committit aliquid, quod nõ eſt de ſe peccatum mortale, neque veniale: ſcit tamen, ꝙ proximi infirmi ſcandalizabuntur, etiam ſi non intendat ſcandalizare eos: cùm tamen non velit omittere ſeruire propriè voluntati etiam ſi proximos ſcandalizet, peccat mortaliter: ſicut eſt de illo, qui manducat cibos conſecratos idolo. Ad tertium dicendum, ꝙ ſcandalum non eſt ſemper peccatum contra Deum: nam quando quis per actum peccati venialis deducit proximum ad veniale, ſiue intendit deducere, ſiue nõ, eſt peccatum mortale, & ita non eſt contra Deum, quia non auertitur homo à Deo. Ad quartum dicendum, ꝙ quicunq; ſubtrahit alteri vitam corporalem, peccat mortaliter: ſi hoc intendiſſet, vel in culpa fuiſſet faciendo ea, per quę proximum poſſet occidere iniuſtè: & tamen qui ſcandalizat non ſemper ſubtrahit vitam ſpiritualem, cùm per ſcandalum non perdatur ſemper charitas, vel gratia, quæ eſt vita ſpiritualis, vt qñ ſcandalizatus ſolùm peccat venialiter: etiam quia qui ſubtrahit vitam corporalem occidendo proximum dat ei ſufficientem cauſam mortis ſpiritualis: quia mori poteſt in peccato mortali, per quod æternaliter peribit.

Ad 1. rõnẽ ĩ cõtrariũ. Scandalizatus ĩterdũ peccat mortaliter interdum veniales. Ad 2. rõnẽ Ad 3. rõnẽ Ad 4. rõnẽ

F *An ſcandalizari paſſiuè pertineat ad omnes tam perfectos, quã imperfectos. Quæſt. XLVII.*

QVAERETVR, an ſcandalizari paſſiuè pertineat ad omnes tam perfectos, quàm imperfectos, vel ſolùm ſit puſillorum. Aliqui dicunt, ꝙ non ſoli puſilli, vel imperfecti, ſed etiam viri perfecti ſcandalizantur paſſiuè: Chriſtus enim non erat puſillus, ſed perfectiſſimus: imò ꝑfectionis caput, ipſe tamen ſcandalizatus fuit à Petro, ſupra 16. Vade retro me ſatana, ſcandalum enim mihi es: ergo cadit in viros perfectos. Secundò, quia ſicut nemo poteſt amare niſi aliquis ametur: ita nemo poteſt ſcandalizare niſi alius ſcandalizetur: ſed ille, qui coram perfectis viris peccat mortaliter, ſcãdalizat, & tñ neminem ſcãdalizat niſi eos, qui
G præſentes ſunt, ſ. perfectos. ergo perfecti ſcandalizantur, & non ſoli puſilli. Tertiò, quia ſcandalum importat impedimentum, quod alicui ponitur in vita ſpirituali: ſed etiam perfecti impediuntur interdum in proceſſu vitæ ſpiritualis. Præterea dicitur. 1. Theſſa 2. Voluimus quidem venire ad vos ego Paulus ſemel, & iterum, ſed impediuit nos ſatanas: ergo viri perfecti poſſunt ſcandala pati. Quartò, quia in viris perfectis inueniuntur peccata venialia. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus: & intelligitur de veniali ſaltem: ſcandalum tamen paſſiuũ non eſt ſemper mortale, ſed interdum veniale: ergo poteſt cadere ſcandalum paſſiuum in viros perfectos.
H Aliqui dicunt, ꝙ ſolùm in imperfectis: quia ſupra in litera: cùm Chriſtus de ſcandalo loquitur, non facit mẽtionem, niſi de puſillis, ſ. qui ſcandalizauerit vnum de puſillis: ergo illi ſoli ſcandalizantur paſſiuè. Secundò, quia Apoſtolus ad Rom. 14. de ſcandalizatis loquens ait, conſcientia eorum cum ſit infirma polluitur: perfecti tamen non habent cõſcientiam infirmam, ideo non ſcandalizantur. Dicendum, ꝙ propriè accipiendo ſcandalum paſſiuũ in ſolis in imperfectis eſt: largè tñ etiam eſt in perfectis. Patet hoc, quia ſcandalum paſſiuum importat quandam commotionem animi à bono in eo, qui ſcandalum patitur: nullus autem cõmouetur, qui rei immobili firmiter adhæret: viri aũt perfecti quos maiores propriè dicimus, ſoli Deo inhęrẽt,
I cuius eſt immobilis bonitas: nam ſi inhærent prælatis ſuis, qui homines ſunt: non tñ inhærent eis niſi inquãtum illi inhærent Chriſto: iuxta illud. 1. Cor. 4. imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. vnde quantũcunq; videant alios inordinate ſe habere dictis, vel factis etiã prælatos ſuos: ipſi tñ à ſua rectitudine qua Chriſto inhærent non mouentur, iuxta illud Pſal. 124. Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion: nõ commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem: ideo in eis, qui perfectè Deo per amorem inhærent, ſcandalum nullũ eſt, Pſal. 118. Pax multa diligẽtibus legem tuam, & nõ eſt illis ſcandalum. Dicẽdum tñ, ꝙ ſcandalum paſſiuũ dupliciter accidit. Vno modo, cùm quadã electione, vt cùm quis videns alium peccantem incitatur ad pec-
K candũ, & eligit ſic facere, ſicut ille: taliter aũt nõ cadit ſcandalũ paſſiuũ in viros perfectos quorũ mẽs Chriſto adhęrens à ꝓceptis eius nõ flectitur. Alio modo accipitur ſcandalum paſſiuum, vt eſt ſine electione, ſ. qñ quis videns alium peccãtem ꝯcipit quẽdam appetitũ ſimiliter agendi, qui ei ſubrepit, vel triſtitiã quandam, aut irę motũ, vel indignationis: nõ tñ eligit peccare, & tale ſcandalum cadit in viros ꝑfectos: quia tñ principale in ſcandalo eſt eſſe peccatum, & hic non eſt aliquid cum nõ ſequitur electio: nõ ſolemus vocare ſcandalũ talem paſſionẽ factã in viro perfecto: & ita verum eſt, ꝙ ſcandalum paſſiuum ſolùm eſt puſillorum: ſic dicit Hieronym. Nota, ꝙ qui ſcandalizatur paruulus eſt: maiores enim ſcandala non recipiunt.

Rõnes in contrariũ. 1. rõ. 2. rõ. 3. rõ. 4. rõ. Rñ. ad q̃ſitũ qõnis.

Ad

Ad primã rationẽ in contrariũ.

Ad primum dicendũ vno modo, ꝙ licèt Petrus quantum erat in se scandalizaret, quamuis hoc ageret ex errore, tñ Christus non scandalizatus est: nam Petrus volebat ei dissuadere subire mortem, & nihilominus mortem subiuit, & ita non fuit in eo scandalũ passiuũ.

Aliter ad 1. rõnem.

Aliter potest dici, ꝙ nec Christus scandalizatus est, nec etiam Petrus propriè eum scandalizauit: sed accipitur ibi largè scandalum, i. impedimentum, vt dictum est sup. q. 44.

Ad secundã rationẽ.

Ad secundum dicendum, ꝙ loquendo grãmaticè, vel dialecticè omne actiuũ conuertitur in passiuum: quia grammaticus considerat solùm modum significandi verbi, & non substantiam actionis:

Verbum actiuũ qd propriè significet.

omne autem verbum actiuum ex suo modo significandi significat actionem, vt in alium transeuntem: sed ꝯsiderando substantiam actionis aliquando actio egreditur ab agente, & non pertingit vsq;, vt patiens: quia patiẽs habet interdum in sua potestate recipere effectũ agentis, vel non, ꝑꝑ aliquod impedimentum superueniens, ꝑꝑ quod non pertingat effectus actionis ad patiens, & ideo loquẽdo realiter in omnibus actionibus, quæ terminantur ad aliquid, extra quod verè extra manet, nõ semper ꝯuertitur actiua ĩ passiuam: sicut est percutere, occidere, scandalizare, & alia huiusmodi, s. quia illum motum realiter, quem quis facit quando aliquem percutit, potest facere, qñ non percutit, vt quis conetur alterũ percutere, & ille effugiat actũ: materialiter ergo, & realiter iste percutit, licèt nullum percutiat: nã nulla alia res erat, per quam iste ꝑcuteret eum, quẽ volebat ꝑcutere, nisi illud, quod fecit: ergo realiter percussit, i. fecit rem illã, quæ materialiter est percussio, licèt formaliter non ꝯceditur, ꝙ iste percutiat nisi aliquis sit ꝑcussus. In actibus verò interioribus animæ, vt amare, intelligere, ꝯcupiscere, & similibus. Dicendum, ꝙ cõuertitur semper actiua in passiuam, eo ꝙ semper actio pertingit ad terminum illũ, ad quem est. Et rõ est, quia tales actus nõ progrediuntur ad rem extra, i. ad passum nisi ſm, ꝙ passum est aliquo modo in ipso agẽte: nam inquantum quis amat alium nõ sequitur aliquid reale exterius in ipso amato, quod procedat ab amãte: cùm contingat amare eos, q à nobis remotissimi sunt: sed terminatur actus amantis, aut desiderantis, ꝯcupiscentis, & intelligentis ad terminum inquantum est ille intra agentem per quãdam ꝯceptionem, & imaginem: ideo in istis nunquam potest esse actio, quin pertingat ad passum: cùm non possit esse impedimentum aliqđ ad hoc, nec possit patiens facere, ꝙ effectus actionis nõ recipiatur in eo, & ita semper in his ꝯuertitur actiua in passiuã: scandalizare autem requirit terminũ extra, & ideo potest esse actio realiter sine passione: vnde potest aliquis scandalizare, i. scandalum facere, & tñ ꝙ nullus scandalizetur patiendo illud scandalum, & ita qui corã viris perfectis peccat, scandalizat quidẽ, sed nemo scandalizatur.

Ad tertiã rationem.

Ad tertium dicendum, ꝙ quantum ad exteriores act⁹ bonos possunt viri perfecti impediri ꝑ alios, ne illos faciant, & tamen quantum ad interiorem electionẽ, & desideria sua non possunt impediri, quo minus tendant in Deum cui firmiter inhærẽt. iuxta illud ad Ro. 8. Cert⁹ sum, ꝙ nec mors, neq; vita poterit nos separare à charitate, quæ est in Christo, & tñ scandalũ dicit commotionem aĩ in eo, qui scandalum patitur, ideo tale impedimentum præstitũ in solis actibus exterioribus nõ vocaẽ scandalũ, & ita non cadet in viros ꝑfectos: licèt cadant impedimenta exteriora.

Ad 4. rõnẽ

Ad quartum dicendũ, ꝙ viri perfecti incidunt interdum in peccata venialia: non tñ patiuntur scandalũ, quia nõ incidunt in illa ex dictis, vel factis aliorũ incitati (quod est scandalizari) sed ex infirmitate carnis. Ex dictis autem, & factis aliorum non sequitur in eis scandalum secundùm veram rationem scandali, sed appropinquant aliquo modo ad scandalum: iuxta illud Psal. 72. Mei au-

A tem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei: appropinquare autem ad scandalum est, quòd potest in eis ex dictis, vel factis aliorum suboriri quædam indignatio, aut ira, aut affectus quidam peccandi: ex quo facilè est sequi peccatum: ideo appropinquãt scandalo passiuo: non tñ proueniunt ad perfectam rationem scandali inquantum ex tali passione causata in eis non incidunt in aliquod veniale saltem.

An scandalizare actiuè conueniat interdum viris perfectis. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR, an scandalizare actiuè ꝯueniat interdum viris perfectis, i. an illi scandalizẽt alios.
B Aliqui dicunt, ꝙ sic: nam Christus perfectissimus fuit: ipse tñ scandalizauit actiuè: nam Luc. 2. dr̃, hic positus in ruinam multorum, i. in scãdalum multorum, ergo perfecti scandalizant alios. 1. rõ. Secundò, quia passio est effectus actionis: sed ex dictis, vel factis perfectorum aliqui passiuè scandalizanẽ, vt sup. 15. dr̃. scis, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt, i. verbo Christi: 2. rõ. ergo Christus scandalizauit eos actiuè. Tertiò, quia Petrus post aduentum Spiritus Sancti confirmatus positus erat in statu perfectorũ, & tñ postea scandalizabat ꝯuersos de Gentilitate. ad Gal. 2. s. cùm vidissent, ꝙ nõ rectè ambularent ad veritatem Euãgelij dixi Cephe, i. Petro corã oĩbus, si tu cùm Iudæus sis gentiliter, & nõ Iudaicè viuis, quomodo cogis gentes Iudaizare? ergo 3. rõ.
C scãdalum actiuũ fit interdum à viris perfectis. Quartò, 4. rõ. quia scandalum actiuũ peccatum veniale est interdũ, vt ostensum est sup. q. 46. sed venialia cadunt in viros ꝑfectos: ergo ꝑfecti pñt scandalizare actiuè. Alij dicunt, ꝙ nunq̃ ꝑfecti scandalizant alios, quia non pertinet ad eundẽ ꝓuocare exẽplis suis ad bonũ, & scandalizare ꝓuocãdo ad malum, & tñ ꝑfectorum est ad bonum ꝓuocare. Supra 5. c. sic luceat lux vr̃a corã hominibus, vt videãt vestra opera bona, & glorificent pr̃em vr̃m: ergo non cõtingit, ꝙ ꝑfecti aliquos scandalizent. Secundò, quia plus repugnat perfectioni scãdalum actiuum, quàm passiuum: cùm deterius sit mala agere, q̃ mala pati: in viris tamen perfectis non est scandalum passiuum, vt dictum est præced. quæst. ergo à fortiori non
D est scandalum actiuum. Dici potest vno modo, ꝙ scãdalum actiuum quandoque est mortale, quandoque veniale, vt dictum est supra q. 46. scandalum, quod est mortale non conuenit perfectis, i. non accidit fieri per eos, sicut neque ipsi committunt mortale aliquod: inquantum verò est peccatum veniale, contingit fieri ab eis ſm ꝙ contingit eos peccare venialiter. Et hoc est satis conuenienter dictum, ſm ꝙ scandalum potest accipi strictissimè, s. vt quis potest scandalizari de culpa alterius etiam de leuissima, & tamen tali modo non contingit aliquos rationabiliter scandalizari. Dici potest ergo aliter, ꝙ scandalum actiuum propriè est, cùm aliquis tale aliquid dicit, aut facit, quod de se tale est, vt natum sit alterum deducere ad ruinam: hoc autem
E solùm est illud, quod inordinatè dicitur, aut fit, ad perfectos autem pertinent omnia, quæ agunt secundùm rationis regulam ordinare, iuxta illud. 1. Cor. 14. Omnia honestè, & ſm ordinem fiant in vobis, & præcipuè hanc cautelam ordinatè procedendi adhibent in his, in quibus non solùm ipsi offenderent, sed etiam alijs offensionem pararent, & hoc, quia de salute proximorum magna solicitudo illis est: & si interdum aliquid de factis, aut dictis eorum ab hac moderatione deficit, hoc est ex infirmitate humana, secundùm quàm à perfectione deficiunt, & ita non sunt perfecti illi, qui in aliquo possunt alios scandalizare. Et tamen accipiendo perfectos illos, in quibus adhuc aliqua carnis infirmitas est, quæ nunquam prorsus tollitur in via.

Dicendum, ꝙ si quid de dictis, aut factis illorum deficit aliqualiter à moderatione, non intantum deficiũt, ꝙ multum à rationis ordine recedatur, sed modicum, & leuiter, quod non est tam magnum, vt ex illo verisimiliter, aut rationabiliter possit accipi occasio peccandi: ideo perfecti neminem scandalizant. Si tamen velimus dicere, ꝙ scandalizare possunt alios leuiter, scilicet venialiter, non est inconueniens: rationabilius tamen est, quod nunc dictum fuit. Ad primum dicendum, ꝙ Christus nullos vnquam scãdalizauit: licèt aliqui ex dictis, aut factis eius ruinæ occasionem acceperunt: sicut potest etiam quis scandalizari de bono alterius s'm omnem moderationem rationis factum, s. ille, qui inuidet bono alterius, & est ibi scandalum passiuũ sine actiuo: & ita dicitur Christus esse petra scandali, vel lapis offensionis, Esa. 8. & positus in ruinam, Luc. 2 Non quidem, ꝙ ipse alicui ruinæ occasionem (saltem leuissimam) dederit: sed quòd aliqui ex dictis, aut factis eius occasionem sibi sumpserit, & ita innuitur Lucæ 2. nam cùm dicatur, ꝙ positus fuerit in ruinam, adiungitur, & in signum cui contradicetur, idest, quòd ruina illa non fuit, quam Christus illis dederit: sed illi acceperunt illam sibi, quia cõtradixerunt Christo, qui erat signum, & ita ipsi fecerunt sibiipsis scandalum: & ideo in scriptura nunquam legitur, ꝙ Christus aliquos scandalizauerit: sed ꝙ aliqui ex dictis, aut factis eius scandalizati sunt. Ad secundum dicendum, ꝙ scandalum passiuũ semper causatur ab actiuo, & tamen non est necesse, ꝙ causetur semper ab aliquo scandalo actiuo agentis, idest alterius, qui scandalizet: sed interdum ab ipsius, qui patitur, scandalo, eo ꝙ ipse, qui patitur sibiipsi scandalum facit: & ita audito verbo Christi, in quo nulla occasio erat ruinæ, ipsi Pharisæi sibiipsis occasionem assumpserunt, & sic ipsimet scandalum fecerunt, & ipsi passi sunt. Ad tertium dicendum, quòd communiter solet responderi, ꝙ Petrus quidem peccauit, & repræhensibilis fuit secundùm sententiam Aug. & ipsius Pauli subtrahens se à Gentilibus, vt vitaret scandalum Iudæorum: quia hoc incautè aliqualiter faciebat: ita ꝙ ex hoc Gentiles ad Christum conuersi scandalizabantur: non tamen factum Petri erat tam graue peccatum, ꝙ meritò possent alij scandalizari: vnde patiebantur scandalum passiuum: non erat tamen in Petro scandalum actiuum: an tamen Petrus peccauit, vel Paulus redarguens eum, & in quo, & an esset scandalum, dicetur ad Galat. 2. vbi de hoc. Ad quartum dicendum, ꝙ perfecti committunt peccata venialia interdum, & tamen illa, vt communiter sunt circa motus interiores, qui non bene subditi sunt: sed isti motus occulti sunt, & repugnãtia eorum: ideo circa talia nullum scandalizant. Si autem circa exteriora facta, aut dicta committunt aliqua peccata venialia, tam leuia illa sunt, vt neminem rationabiliter scandalizare possint, & scandalum actiuum non est in eis.

Ad 1. rõnẽ

Ad 2. rõnẽ

Ad 3. rõnẽ

Ad 4. rõnẽ

Argumenta in contrarium concedenda sunt, quia probant, ꝙ perfecti neminem scandalizant. Si tamen teneatur, quòd possunt scandalizare aliquem venialiter. Dicetur ad primum, quòd incitare homines ad bonum est perfectorum, & non incitare ad malum: quia talis est intentio eorum, cùm valde soliciti sint de salute proximorum: etiam conuenit eis inquãtum perfecti sunt: quia tamen nondum est in eis absorpta infirmitas carnis, ex illa possunt peccare leuiter, per quod aliquis scandalizabitur. Ad secundum dicendum, quòd scandalum passiuum nõ est perfectorum. Et cùm dicitur, quòd magis repugnat perfectioni scandalum actiuum, quàm passiuum. Dicendum, quòd non est simpliciter vera propositio: nam si accipiatur scandalum actiuum prout est ex intentione agentis, grauius est de se scandalizare, quàm scandali-

Ad 1. rõnẽ i cõtrariũ.

Ad 2. rõnẽ

F zari: etiam quando per factum malum quis alium scãdalizat cæteris paribus grauius est scandalizare, quàm scandalizari: licèt interdum grauius peccat scandalizatus, quàm scandalizans, inquãtum ex minori peccato assumpsit sibi occasionem ad maius: quando tamen scandalizatur quis ex leuissimo opere alterius, idest veniale, etiam si solùm committat scandalizatus veniale, peius est scandalizari, q̃ scandalizare: quia male dispositus est, qui ex tam leui malo occasionem peccandi accepit: maximè cùm rationabiliter nemo ex tali facto occasionem mali sumere posset: tale autem est scandalum actiuum perfectorum, si quod in eis inuenitur: ideo potest in eis esse scandalum actiuum, & nõ passiuum, quia maiorem imperfectionem diceret G scandalum passiuum.

An verum sit, ꝙ solis perfectis conueniat scandalizare actiuè. Quæst. XLIX.

QVAERETVR, quia aliqui dicunt, ꝙ scandalizare actiuè non conueniat imperfectis, sed solis perfectis, an verum sit. Aliqui dicunt, quòd sic, quia contrarijs competunt contrariæ passiones: scandalum tamen passiuum competit solis imperfectis, vt dictum est supra quæst. 47. ergo scandalum actiuum solis perfectis conueniet. 1. rõ. Secundò, quia ille solus scandalizat alios, qui exemplo suo illos prouocat ad peccandum, 2. rõ. hoc autem solùm pertinet ad illos, quorum vita posi-
H ta est in exemplum aliorum, quales sunt prælati, & religiosi, & tamen isti sunt perfecti, vel pertinet ad eos sequi viam perfectionis: ergo ad solos perfectos pertinet scandalizare. Aliqui dicunt in contrarium, quia Petrus ante passionem Christi imperfectus erat, sicut & omnes Apostoli: ipse tamen quantum in se fuit præstitit scandalum actiuum. supra 16. scandalum mihi es: ergo etiam imperfecti scandalizant actiuè.

Dicendum, ꝙ scandalum actiuum præstatur tam ab imperfectis, quàm ab alijs, idest ab illis, ad quorum statum non pertinet perfectio tanquam aliquid annexum, quàm à perfectis, idest ab eis, ad quorum statum perfectio pertinet, licèt non sint perfecti: licèt magis scandalizare possunt illi, ad quorum statum pertinet
I perfectio. Vnde dicendum, ꝙ imperfecti scandalizant, & scandalizantur, verè autem perfecti neq; scandalizant, neque scandalizantur: illi verò, ad quos perfectio pertinet, si tales non sunt, scandalizantur, & grauiter scandalizant. Primum patet, quia scandalum actiuum duplex est, s. per se, i. quando quis intendit alium incitare ad malum, & per accidens, idest, quando non intendens incitare quemquam talia facit, ex quibus aliqui rationabiliter scandalizantur. Primo modo scandalum actiuum potest esse in imperfectis: quia manifestum est, ꝙ interdum intendunt aliquos incitare ad malũ, vt qñ realiter verbis persuadent. Secundo modo magis etiam accidit. Nã imperfecti sæpè peccant mortaliter, & tamen per quodlibet mortale factum in cõ-
K spectu aliquorum causatur scandalum, vel causari natum est, ergo imperfectis conuenit scandalizare. De secundis, s. de perfectis patet: nam ad illos non ꝯuenit scãdalum passiuum, quod in solis imperfectis accidit, vt ostensum est sup. q. 47. Nec etiam ꝯuenit scandalũ actiuum, cùm sint actus eorũ valde ordinati. sup. q. 48. De tertio, s. de illis, ad quos pertinet perfectio, & non sunt perfecti: nam sunt imperfecti, & ideo accidit illis scandalizari passiue tanquam pusillis, & imperfectis. Etiam actiuè scandalizant, quia cùm imperfecti sint, peccant sępe mortaliter, & ex talibus actibus causatur scandalum, & isti maximè scandalizant, quia q̃to vita eorum pp statum magis imitabilis ponitur alijs: tanto grauius scandalizant si ipsi corruperint rectitudinem.

Ad

Ad 1. rationem. Ad primum dicendum, quòd scandalum actiuum, & passiuum benè acccidunt imperfectis: nam licèt actiuum, & passiuum, vt sic sint opposita: tamen inquantum dicitur scandalum actiuum, & passiuum nō sunt penitus opposita, quia radix vtriusque est eadem. s. pręuaricatio quædam cùm vtrumque ex imperfectione eius, in quo est proueniat: nam sicut scandalum actiuum prouenit ex hoc, quòd quis habet mentem inordinatam ad malè agendum: ita passiuum scandalum nascitẽ ex hoc, quòd mens deordinata est ad praua aliorum exempla sequendum. Cùm ergo ex radice imperfectionis vtrumque proueniat ambo conueniunt imperfectis. Ad 2. rationem. Ad secundum dicendum, quòd nō soli, qui in statu sunt, ad quem perfectio pertinet, alios scādalizant, sed etiam imperfecti: grauius tamen cęteris paribus scādalizant illi, quàm imperfecti, quorū statui non est annexa perfectio. Et cùm dicitur, quòd vita imperfectorum non est trahenda in exemplum, ideo non scandalizat. Dicendum, quòd scandalum actiuum non consistit in hoc tantùm, quòd aliquis exemplo suo prouocet alios ad peccādum, sed in hoc, quòd det occasionem ruinæ alteri quocunque modo: constat autem, quòd imperfecti possunt scādalizare actiuè tam perfectos, quàm imperfectos: perfectos quidem tam suadēdo eis mala verbo tenus, quàm iniustis persecutionibus eos ad impatientiā prouocando. De imperfectis manifestius est, quia facilius est eos scandalizare, quàm perfectos, & quidam malè deprauāt alios, vt deteriores efficiantur. Etiam quod dicitur. s. imperfectus non scandalizat exemplo, falsum est: nam quilibet tenetur proximum suum bono exemplo ædificare: iuxta illud Eccl. 17. vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo: & ita exemplo eorum, qui non sunt in statu perfectionis multi ad peccandum incitantur: quorumcunque enim exempla ad bonum, aut ad malum nata sunt mouere. Ad rationē in contrarium. Argumentum in cōtrarium concedendum est: licèt enim Petrus non scandalizauerit actiuè, vt dictum est supra quęst. 44. manifestum est tamen, quòd poterat scandalizare cū adhuc imperfectus esset pro tunc ante aduentum Spiritus Sancti.

An veritas sit propter scandalum dimittenda. *Quæstio L.*

1. ratio. QVAERETVR, an veritas sit propter scandalum dimittenda. Aliqui dicunt, quòd sic, quia Augustinus in parabola de Zizania. supra 13. cap. dicit: Cùm multitudo est in causa, vel princeps detrahendū est veritati, sed non nisi propter scandalum: ergo veritas iustitiæ propter scandalum est dimittenda. 2. ratio. Secundò patet, quòd veritas vitæ sit dimittenda propter scandalum, quia vitatio cuiuslibet pecccati pertinet ad veritatem vitæ: & tamen homo ad euitandum scandalum proximi debet committere peccatum veniale, quia plus debet cauere damnum æternum proximi, quod incurrit per peccatum veniale: ergo veritas vitę dimittenda est propter scandalum. 3. ratio. Tertiò patet de veritate doctrinæ: nam aliquando subtrahitur prædicatio propter scandalum generale: & tamen prędicatio pertinet ad veritatem doctrinæ: ergo veritas doctrinę relinquenda est propter scandalum: & ita omnino veritas, idest, iustitiæ, vitæ, & doctrinę, propter scandalum dimittenda erit. Aliorum rationes in contrariū. 1. ratio. Alij dicunt, quòd non est dimittenda veritas propter scandalum, quia vt ait Grego. & habetur extra de Regu. iuris. cap. qui scandalizauerit: si de veritate scandalum nascitur vtilius scandalum nasci ꝑmittitur, quàm quòd veritas relinquitur: ergo non est veritas propter scandalum dimittenda. 2. ratio. Secundò, quia nemo debet peccare, vt alterius peccatum euitet, sed qui dimittit veritatem peccat, ergo non est veritas propter scandalum dimittenda.

A Dicendum, q cùm quæritur, an veritas relinquenda sit propter scandalum, aut quæritur de scandalo actiuo, aut de passiuo. Dicendum, quòd non debet intelligi de actiuo: nam scandalum actiuum nunquā agēdum est, semper enim scandalum actiuum est peccatū ipsius facientis: sed nulla causa est, propter quam quis debeat inclinari ad peccandum: ideo nihil est, propter quod debeat scandalizare quemquam: sed semper est vitandum scandalum actiuum. Etiam patet ex intētione questionis, quòd non intelligatur de actiuo, quia dicitur, an dimittenda sit veritas propter scandalum. i. vt non sequatur scandalum: & tamen cùm scādalum actiuum sit in potestate agentis, non oportet, quòd aliquid dimittat, vt non scandalizet: quia potest non scādalizare etiam si nullam veritatem omittat; B imò nunquam poterit sequi scandalum actiuum sequendo veritatem, cùm scandalum actiuum sit dictum, aut factū minus rectum: & tamen sequi veritatem semper est rectum, cùm sequendo veritatem nemo peccet. Vnde quando q̃ritur, an veritas sit dimittenda propter scandalum, intelligitur de passiuo: scandalizatur autē passiuè, qui propter factum alteri⁹ ruit in malum sumpta inde occasione. Vnde nihil est aliud quærere, quā an aliquid sit dimittendū, nè alius peccet, & quid sit illud. Ad quod dicēdum, quòd cùm homo circa spiritualia bona teneatur magis seipsum diligere, quàm quemcunque alium: nullo modo tenetur peccare, vt peccatum alterius euitet: quicunque autem veritatem relinquit, C peccat: veritas consistit in hoc, quòd homo in dictis, aut factis suis rectitudinem diuinæ legis, siue diuinæ regulæ seruet, & illi se conformet, sicut cōformari tenetur. Et ista veritas partim consistit in hijs, quę ad cognitionem pertinent, & illa vocatur veritas doctrinæ: partim autem consistit in hiis, quę pertinent ad actiones, & tunc dupliciter, quia aut circa ea, quæ ipse ꝑ se agere debet, & ista est veritas vitę, aut circa ea, q̃ aliis agenda promulgare debet, aut cogere alios ad agendum, & ista est veritas iustitiæ. Circa hoc considerandum, quòd licèt veritas sit in conformando se circa omnia diuinæ regulæ, vel legi: non est tamen necesse, quòd cōformet se homo in omnibus in quibus potest illi, quia aliqua conformitas esse potest, qua omissa nō D agitur contra veritatem, vel legem Dei, sed adhuc veritas manet: vnde sicut non obligatur homo ad quodlibet bonum agendum, obligatur tamen ad nunquam agendum malum: ita non obligatur ad conformandum se diuinæ regulæ in omnibus, in quibus potest: & tamen nunquam debet quis agere contra diuinam regulam, vel legem, potest quis enim conformare se diuinæ regulæ per opera consiliorum, sed non peccat nō se conformando huic regulæ, quia non sequendo regulam consiliorum potest se conformare regulæ pręceptorum, quæ est diuina: tunc autem dicitur relinqui veritas, quando veritas nullo modo manet, idest, non manet homo conformatus aliquo modo diuinę legi: taliter autem dimittere veritatem est semper peccatū E mortale, quia est agere contra legem Dei: ideo ꝓpriè loquendo veritas nunquam dimittenda est propter scādalum passiuum, cùm dimitti sic veritatem sit peccatum mortale. Et nunquam committendum est mortale, vt caueamus scandalum proximi. Ad 1. rationem. Ad primum dicendum, quòd veritas iustitiæ non potest dimitti propter scandalum totaliter: aliquid tamen potest dimitti, quod licèt aliàs videbatur esse iustum dato casu scandali non est iustum fieri, & ita propriè accipiendo non dimittitur veritas iustitiæ. Dupliciter redditur quod suū est cuicunque. Pro quo sciendum, quòd iustitiæ actus dst reddere vnicuique quod suum est: dupliciter autē redditur alicui quod suū est. Vno modo quod suum est, idest, particulariter eius, & est sibi bonum vtile directè tanquam bonum suū priuatum,

uatum, vt cùm alicui ſit debitum aurum, vel argentũ, aut ſeruitus, vel honor, & ſi̇̃lia, quę ei ſine peccato non poſſunt denegari, & circa talia ſemper iudex debet tenere veritatem iuſtitię, faciendo reddi illi, quod ſuum eſt; & ob hoc non debet ceſſare propter ſcandalum quãtumcumque poſſit ſequi: & hoc verum eſt, quantum ad hoc, quòd iudici nõ liceat contrarium agere. i. diffinire non eſſe debitum, quod debitum eſt, vel adiudicare alteri quod huic debitum eſt: quia hoc nunquã licet iudici, licet tamen ei interdum propter ſcandalũ ceſſare ab adiudicando alicui, quòd ei debitum eſt, differendo adiudicationem, non autem prorſus tollẽdo, licèt in differendo ſententiã aliqualiter grauetur pars: tale enim grauamen iuſtè poteſt iudex inferre parti ſi graue ſcandalum timet adiudicando rem partim quãdocunque, vel quamprimum conſtiterit ei eſſe debitum. Secundo modo redditur alicui quod ſuum eſt, quando illud quod per diffinitionem iudicis erat ſententiandum, non cedit directè in bonum petentis, ſed potius in bonum reipublicę, ſicut eſt in illatione pęnarum peccantibus, per quas cœteri à flagitijs arceantur, & cõſeruatur pax publica. Vnde cùm talis iudex, aut ille ſupremus, qui gerit curam reipublicæ videt ex inflictione pœnæ debitæ ſecundùm legem ſequi maius incommodum reipublicæ, quàm ſequatur bonum in fligendo illam, poteſt pœnam omnino remittere, vel mitigare aliqualiter, & hoc ſi ſit talis iudex, cui liceat diſpenſaſe circa legem, vel eſt caſus diſpenſabilis: aliàs pertinebit ad eum cui ſuprema cura reipublicæ commiſſa eſt. Nam ille poterit diſpenſare in omnibus legibus reipublicæ cùm poſſit eas ſoluere, & tunc mitigando pœnam, vel prorſus auferendo, nulli facit iniuriam, cùm potius vtilitas infligendarum pęnarum pertineat tam ad rem publicam, quàm ad priuatos. tenetur tamen iudex, vel qui præeſt politiæ prouidere reipublicæ ex officio ſuo: ideo tenebitur tunc mitigare, vel auferre pœnam, & hoc eſt, vt cùm quis accuſat aliquem de illis criminibus, quorum accuſatio pertinet ad quemlibet de populo. Nam licèt debitum ſit accuſatori, quòd conſtito de crimine iudex adiudicet reum pœnæ ſtatutæ à lege: tamen ſi iudex videat propter ſcandala exurgentia maius damnum reipublicæ dari, quàm vtilitas ſit in puniendo, poterit abſoluere, vel non punire nocentes: & tunc non agit iniuſtum, quia non agit directè contra ius litigatoris, ſed potius contra bonum publicum: & ſi quod bonum, vel ius eſt litigatori, hoc eſt inquantum ipſe eſt pars reipublicę, non autem inquantum eſt priuatus quidam. Sed tunc eſt dubium ſiquis accuſet delinquentem ad pęnam legis proſequens vindictam ſuſceptę iniuriæ, an propter ſcandalum poſſit iudex ceſſare ab illatione pœnarum ſtatutarum. Dicendum, quòd cùm iſte magis proſequatur ius priuatum, quàm publicum, non videtur, quòd poſſit iudex ceſſare ab inflictione pœnæ propter ſcandalum, licèt interdum conſiderata magnitudine ſcandali quod poteſt ſequi ex conditione iniuriæ, quæ fortè non fuit magna, poterit ceſſare ab illatione pęnę, vel commutare in pecuniariam, quia non eſt alicui ita directè debita vindicta per pęnas iniuriatoris, ſicut eſt debitum aurum, vel argentum, aut ſeruitus, vel ſimilia, quæ ciuiliter petuntur: ideo circa iſta nunquam ceſſatur à iuſtitia propter ſcandalum. In pęnarum aũt illatione (etiam pro iniuria propria) poterit ceſſari interdum: maximè autem circa illationem pœnarum, quarum vtilitas directè eſt reipublicæ, & non litigãtis, vt dictum eſt: & ſicut hoc dicimus quando quis accuſat, vel denunciat crimina alterius: ita etiam quando iudex ex officio ſuo procedere debet per inquiſitionẽ ad cognoſcendum, & puniendum, vel quando notorietas patrati ſceleris eſt talis, quòd clamore accuſato-

Quando iudex poteſt ceſſare de adminiſtratione iuſtitiæ.

F ris non eget. Nam tunc regulariter debet punire delinquentes ſecundùm pœnas à lege ſtatutas. Si autem oriatur interdum ſcãdalum ex punitione, faciet iudex, ſicut magis reipublicæ expedierit, & hoc præcipuè qñ princeps, vel multitudo eſt in culpa, aut aliquis de cuius punitione timetur futurum ſchiſma. Multitudini enim ſecundùm iura ſolet remitti, vel attenuari pęna: ideo dicit Auguſtinus, quòd cum multitudine agendum eſt magis monendo, quàm minando, ſeueritas exercenda eſt in peccata paucorum: ſed hoc intelligẽdum eſt, quando ex diſſimulatione peccati principis, vel multitudinis maius periculum nõ timetur, quàm ex pęna. Vnde ſi ex impunitate principis, vel multitudinis fides, & doctrinæ veritas & boni mores corrumG puntur, non eſt parcendum principi, neque multitudini: quod contingit quando peccantes ſuum peccatum auctoritate, & poteſtate defendere moliunt: quia tunc grauius punienda eſt multitudo, quàm pauci: vnde Iſidorus dicit: Hi qui neque à vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipſum delictum quod committunt vindicare quadam ſuperſticioſa auctoritate nituntur, neque gradus honoris, neque gratiam recipiant communionis. Ad ſecundum concedendum, quòd ad veritatem vitæ pertinet vitare quodcunque peccatum etiam venialia. Et dicendum, quòd nemo tenetur committere peccatum veniale, vt alius euitet mortale, neque etiam debet, aut licet hoc fieri, quia reprehenſibilis eſt, & melius eſt, quòd quis permittat proximum ruere in quæcunque peccata mortalia, ſi H aliter eum eruere non poteſt, quàm committere veniale, nè ille ruat, quia ad vitandum peccatum non debemus principaliter inclinari ex damno proprio quod incurrimus peccando: quia hoc eſſet deſiſtere à peccando timore pœnæ, ſed inclinari debemus ad hoc ex amore. ſ. nè Deum offendamus, quem etiam offendimus per veniale peccatum: quamuis non ita grauiter, ſicut per mortale: nullus autem debet offendere Deũ ſaltem parum, vt alius non offendat multum, quia homo debet in infinitum plus diligere Deum, quàm proximum, & ideo nullus debet facere peccatum veniale ad vitandum qualecunque ſcandalum proximorum quamdiu ille actus manet peccatum veniale, quia aliI quid eſt, quod de ſe eſt peccatum veniale, quod factũ ad vitandum ſcandalum proximorum, vel propter aliam cauſam bonam non erit veniale, ſed potius bonus actus. Sicut de verbo otioſo, quod aliàs otioſum eſt & eſt veniale, propter aliquam cauſam poterit eſſe vtile: & iam non erit veniale: quamdiu tamen manet in genere peccati venialis, nunquam licet illud fieri pro conſeruanda ſalute ſpirituali proximi, vel vitando ſcandalo eius: eſt enim oppoſitio in adiecto, quòd aliquis teneatur, aut debeat peccare, vel liceat ei, aut quòd bonum faciat peccando. Ad tertium dicendum, quòd propriè accipiendo, nunquam eſt ceſſandum à veritate doctrinæ propriè accipiendo ceſſare pro ſcandalo aliquo, ſed pro hoc conſiderandum, quòd in doctrina K duo inueniuntur. ſ. actus docentis, & ipſa res, quæ docetur. ſ. concluſiones, vel regulæ doctrinæ: actus verò docentis non pertinet directè ad veritatem doctrinæ, ſed ad veritatem vitæ, ſicut cœteri actus miſericordiæ ſpiritualis, de quibus vnus eſt docere. Sunt enim quidam ad quorum officium pertinet docere, ſiue ex ſtatu, ſiue ex profeſſione, vel quõlibet aliàs. Quòd autẽ talis exerceat actum doctrinę pertinet ad veritatem vitæ, ſicut obſeruare pręcepta legis Chriſti, quorum obſeruatio competit nobis omnibus ex profeſſione Chriſtiana. Omittere ergo actum doctrinę in talibus, non eſt relinquere veritatem doctrinę, ſed vitę, cùm per hoc non pręiudicetur eis, quę docenda ſunt, ſed eis, quę agenda ſunt: & quoniã multi alij actus boni poſſunt omitti ad

Ad 2. rationem.

Ad 3. rationem.

ad tempus propter scandalum, qui pertinebant ad veritatem vitæ: ita poterit cessari à doctrina ad tempus, & tunc neque relinquitur veritas vitæ, neque veritas doctrinæ. Secundum verò. s. res, quæ docetur pertinet ad veritatem doctrinæ, cùm veritas doctrinæ sit in doctrina, & non in actu docentis, & isti veritati non præiudicatur directè per hoc, quòd doctrina tacetur, sed p hoc, quòd ad doctrinæ preiudicium aliquod generat. Hoc autem fit dupliciter. Vno modo ex contraria doctrina, & hoc est per se. Alio modo ex quorundam taciturnitate: & hoc per accidens. De primo patet, vt si quis asserit aliquid contra sacram doctrinam, vel permittat, quòd alij asserant: dum tamen ad officium, vel statum suum pertineat prohibere, vel occurrere: & hoc verè est agere contra veritatem doctrinæ, vel deserere veritatem doctrinæ. Et dicendum, φ ppter nullum scãdalum licet dimittere veritatem doctrinæ sacre, cũ sit peccatũ mortale deserere illam, & grauius alijs peccatis: & omnes sancti martyres pro defensione huius veritatis nulla scandala timuerunt, sed seipsos morti exposuerunt, & sicut non debet quis asserere falsum contra sacram doctrinam: ita neque debet pmittere, quòd alius asserat, etiam si ex reprehensione sequatur grauissimum scandalum. Licèt in hoc modus adhibendus est, cùm interdum possit quis errantẽ corrigere, vel reprehendere seruando honorem sacræ doctrinæ, & cauendo scandalum, & tamen quia nescit adhibere modum scandalizat, & tunc culpa est redarguentis: si tamen nullo modo potest fieri redargutio sine scandalo, aut damno, vel periculo redarguentis: & oporteat, vel sacram doctrinam pati dedecus, vel scandalum suscitari, & redarguentem mala pati: melius est omnia mala pati, & quæcunque scandala suscitari, quàm veritatem sacram relinqui indefensam, & sine honore. Accipiendo secundo modo fit contra veritatem doctrinæ per accidens ex taciturnitate aliquorum, & hoc, vt si in persecutione nemo audeat ɔfiteri veritatem fidei, aut si aliquis tyrannus infidelium preualens contra aliquam gentem Christianorum proponeret eis, quòd defenderent fidem suam si putabãt eam veram, & scirent ipsi, quòd etiam si eam benè defenderent, paterentur: & ob hoc non auderent defendere fidem, licèt eam non negarent, faciebant contra veritatem fidei: & ideo in persecutionibus illi, quibus fugientibus, aut se occultantibus fides patitur detrimẽtum in cordibus infirmorum, tenentur non fugere, neque se occultare, sed quesiti fidem publicè cõfiteri. Et hoc verum est, nisi ipsi specialiter quærantur, & magis sit ibi odium personale, quàm fidei: quia tunc licet eis se subtrahere, & ad alia se tempora reseruare, vt magis prosint Ecclesiæ. De quo latius dictum est supra 10. cap. quæst. 112. Etiam proposita à tyranno tali forma, vt Christiani defendant rationibus fidem suam: dato quòd sciant se passuros etiam benè defendendo, non debent se occultare, nec tacere, sed offerre se palã ad defensionem illi quos Deus eruditos scientia, & sermone fecit. Qui si non fuerint, vel si hoc onus recusauerint ex humana infirmitate, vel ex malitia. non timeant se opponere huic rei, qui minus sapientes sunt, aut nulla sapiebant ante hoc: tantùm credant, quia (si fidem habuerint) necesse est, quòd ipsa loquatur, & Spiritus Sanctus abundantissimè per ora eorum, cui non possint resistere omnes aduersarij eorum: non. n. magis eruditi erant illi, quibus Christus dixit supra 10. cap. Nolite cogitare qualiter respondeatis: dabitur. n. vobis in ea hora, quid loquamini. Et licèt quando Ecclesia est extra omnem necessitatem, nemo debeat talia præsumere: quando tamen fuerit in necessitate, nemo (quantumcumque paruus, & insipiens in Ecclesia) desperet sibi dandam subitò tantam sapiẽtiam,

Quid agẽdum in psecutione pro fidei Dei defensione.

A cui totus mundus resistere nõ possit: dabit etiam gratiam miraculorum, & quidquid aliud conueniens sit ad defensionem doctrinæ, quia solicitudo potissima sibi incumbit: nos autem ministri sumus, & faciemus quod nobis in mentem dederit. Si ergo talis proponatur ab infidelibus concertatio, non debent eam recusare fideles, quia si recusant, deserunt veritatem fidei per accidens, quoniam ipsi infideles, & etiam, qui infirmi sunt in fide hoc videntes putabunt, aut non esse veram doctrinam istam, aut saltem esse dubiã, & ita perit auctoritas, & honor sacræ doctrinæ: ideo peccãt mortaliter, qui taliter veritatem istam deserunt, & sic pro nullo scandalo dimittenda est veritas. Argumenta in oppositum concedenda sunt, sed cùm dicitur, quòd si nascitur scandalum de veritate, non debet curari de B scandalo. Dicendum, quòd verum est quantum ad hoc, quòd veritas totaliter taceatur, vel ad hoc, quòd aliquid contra veritatem asseratur: quia hoc nũquam faciendum propter scandalum: & tamen quantum ad hoc, quòd predicatio veritatis aliquãtulum differatur, vel cessetur ab ea: maximè si sit scandalum pusillorũ: non est inconueniens, quòd cessetur aliquando à prædicatione propter scãdalum. Hæc autem omnia, quæ de veritate doctrinæ dicuntur, accipienda sunt de doctrina sacra: secus autem de doctrinis humanis, quia pro veritate illarum defendenda, non oportet subire aliquod scandalum, cùm veritas earum non pertineat ad salutem animæ. Ad secundum dicendum, quòd C nemo debet peccare neque etiam venialiter, vt euitet peccatum alterius: & ideo dimittere veritatem nemo debet eo modo, quo dicitur dimitti veritas. s. agendo contra aliquam veritatem. s. vitæ, doctrinæ, aut iustitie, vt euitet scandalum: licèt possit cessare ab aliquibus operationibus secundùm has veritates, quæ non sunt operationes necessariæ, vel quibus omissis non dicitur agi contra veritatem, aut non preiudicatur ei, vt ostensum est supra.

Ad 1. ratione in contrarium.

Ad 2. rationem.

An ab operibus consiliorum, & alijs bonis spiritualibus non necessarijs sit propter scandalum cessandum.

Quæstio LI.

D QVAERETVR, an ab operibus consiliorum, & alijs bonis spiritualibus non necessarijs sit propter scandalum cessandum. Aliqui dicunt, quòd sic, quia dicit Hiero. quòd ad vitandum scandalum dimittendum est quidquid potest omitti salua triplici veritate. s. vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, sed impletio consiliorum, vel largitio eleemosynarum potest sæpe omitti salua triplici veritate, quia aliàs peccarent omnes, qui talia omittunt, quod videtur absurdum. Nam tunc semper peccaremus, cùm in qualibet parte temporis occurrat nobis opportunitas ad aliquid horum faciendum, ergo possunt ista propter scandalum omitti. Secundò, quia votum religionis cadit sub consilio: homo tamen (vt videtur) debet dimittere ingressum re- E ligionis propter scandalum parentum, vt honor debitus eis impendatur: ergo consilia propter scandalum possunt dimitti. Tertiò, quia opera misericordiæ interdum conuenienter dimittuntur propter scandalũ, nè credantur fieri intentione inanis gloriæ: opera tamen misericordiæ, vel sunt sub præcepto, vel sub consilio: quando sunt sub præcepto non sunt dimittẽda, quia est mortale peccatum illa omittere, ergo dimittenda sunt interdum, quãdo sunt sub consilio propter scandalum. Quartò, quia punitio peccatorum pertinet ad spiritualia bona, & tamen dimittenda est interdum propter scandalum, vt dicit Augustin. lib. contra Epistolam Parmeniani. s. vbi schismatis periculum timetur. à punitione cessandum est peccatorum, & tamen

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

men punitio peccatorum est quoddam spirituale bonum cùm sit actus iustitiæ: ergo bonum iustitiæ est propter scandalum dimittendum. 5.ratio. Quintò, quia sacra doctrina est aliquid spirituale, sed ab ea cessandum est propter scandalum. supra 7. cap. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras aspergatis ante porcos, nè conuersi disrumpant vos: ergo dimittendum est bonum spirituale propter scandalum. 6.ratio. Sextò, quia correctio fraterna est spirituale bonum, sed interdum dimittitur ex charitate ad vitandum scandalum aliorum, vt dicit August. 1. de Ciui. Dei: ergo à consilijs, & spiritualibus bonis propter scandalum est interdum cessandum.

Alij dicunt, quòd non sunt dimittenda consilia, & alia opera spiritualia propter scandalum, quia scandalum est dictum, aut factum minus rectum: consilia tamen sunt de maioribus bonis: ergo non sunt propter scandalum dimittenda. Secundò, quia Hieron. ad Heliodorum ait: licèt paruulus in collo pendeat nepos, licèt sparso crine & scissis vestibus vbera sua ostendat mater, licèt in limine pater iaceat, per calcatū perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola: solum gen' pietatis est in hac re esse crudelē: loquitur autem de ingressu religionis. Ergo propter scandalū etiam propinquissimorum non sunt dimittēda opera consiliorum, quale est ingredi religionem.

Dicendum, quòd scandalum est duplex actiuum, & passiuum. De scandalo actiuo non intelligitur ista quæstio, quia propter illud nihil ēst dimittēdum, cùm in potestate nostra sit non scandalizare, sed intelligitur de scandalo passiuo, vt declaratum est præced. quæst. Et vt videatur quid dimittendum sit, dicendum, quòd quædam opera spiritualia sunt de necessitate, vt obseruatio præceptorum, quædam verò sunt sub consilio. De primis dicendum, quòd nunquam dimittenda sūt propter scandalum, quia dimittere illa esset peccare mortaliter, & pro nulla causa debet quis peccare mortaliter. De secundis dicendum, quòd non est de necessitate talia facere, cùm non cadāt sub præcepto, sed sunt consilia. Est tamen sciendum, quòd consilia interdum efficiuntur necessaria sine respectu personarū, vt quantum ad illos, qui vouerūt statum perfectionis, vel viuere secundùm regulam dirigentē ad perfectionem, aut ad illos, quibus ex statu competit perfectio: nam in istis obseruatio quorundam consiliorum est necessaria, & ita consilia efficiuntur illis præcepta. Et tunc iudicandum de consiliis, sicut de præceptis. s. ꝙ non sunt dimittenda propter scandalum aliquod, vt monachus pro nullo scandalo debet dimittere obseruantiam paupertatis & castitatis. Quando autem cōsilia manent in genere consiliorum. i. ꝙ non est necessaria eorum obseruatio. Dicendum, quòd scandalum quod oritur aliquibus ex hoc, quòd alii obseruant illa consilia, aut prouenit ex malitia, aut ex infirmitate, vel ex ignorantia. De primò, vt quando aliquibus est intentio impediendi bona spiritualia aliorum, siuę propter inuidiam, siue propter aliam causam, & ad hoc, quòd impediant suscitant scandalum, vt illa non fiant, & tale solet vocari scandalum Pharisæorum: eo quòd Pharisæi taliter scandalizabantur de factis Christi: licèt enim viderent illa bona esse, volebant impedire, nè fierent. Tale autem scandalum contemnendum est, neque est dimittendum aliquod bonum spirituale etiam non necessarium propter scandalum. Sic Christus docuit supra 15. capit. cùm Petrus dixit Christo. Scis, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt, & Christus ait, sinite illos, quia cęci sunt, & duces cęcorum. i. non est curandum de illis etiam si scandalizentur: si enim aliqua opera bona etiam non necessaria dimittenda essent propter tale scandalum, tunc

F mali, qui inuident operibus bonorum, impedirent eos ab omni profectu spirituali concitando scandalū contra quælibet opera, & ita directè repugnaretur Spiritui Sancto, quia boni viri non possent aliquid agere secundùm instinctum Spiritus Sancti: & hoc est maximum inconueniens, & ideo tale scandalum contemnēdum est. De secundo, vt quando aliqui ignorantes, quę bona sunt scandalizantur si fieri videant ea, quæ sunt perfectionis, & dicitur istud scandalum pusillorum secundùm Bernardum: eo quòd ad pusillos pertinet ignorare, & ex infirmitate moueri, & de tali scandalo dicitur supra 17. vt non scandalizemus eos, vade & solue pro te & pro me: erat enim scandalum ex ignorātia, & ita erat pusillorum, quia licèt Christus esset filius re-

G gis, & consequenter liber à tributis, nesciebant tamen qui colligebant didrachma, an hoc esset verum, & ita scandalizarentur, si Christus non solueret tributum: ad tollendum autem hoc scandalum soluit. De tali scandalo dicendum, quòd propter illud ab operibus consiliorum ad tempus cessandū est, vel occultè agenda sunt opera, nè ignorantes quorum mēs infirma est, turbentur: & hoc fieri debet quousque reddita ratione de operibus consiliorum, & ostēso, quòd bona sint, cesset scandalum, quod ex ignorantia insurgebat. Si autem reddita ratione non cessauerit scandalum, iam non est vocandum scandalum ex ignorātia, sed ex malitia, & tale contemnendum est, neque cessandum est ab aliquibus bonis propter illud: & tamen circa talia,

H quæ in particularibus consistunt, non potest plena regula dari: ideo relinquitur plurimum discretioni operantis, vt consideret quantitatem scandali, & quantitatem boni, quod fit cum scandalo, & iuxta hoc poterit videre quando consilium, vel operatio cuiuscunque boni spiritualis dimittenda sit propter scandalum, vel quando scandalum contemnēdum est, vt fiat bonum spirituale. Nam si maius malum ex scandalo sequitur, quàm sit bonum, quod fit stante scandalo, cessandum est à bono, vt non nascatur scandalum: si autem maius sit bonum spirituale, quàm malum quod ex scandalo sequitur, contemnendum est scandalum, vt bonum fiat. Ad primum dici potest vno modo, ꝙ vera est litera Hieron. & tamen ad veritatem vitæ pertinet Ad 1. rationem.

I operatio consiliorum, cùm non solùm sunt de veritate vitę ea, quæ sunt de necessitate salutis, sed etiam ea, quæ sunt de perfectione salutis, & ita non omittetur operatio consiliorum propter scandalum cùm sit de veritate vitæ. Alio modo potest dici, & melius, quòd verbū Hieron. intelligitur de indifferentibus, quia illa non pertinent vllo modo ad veritatem vitæ, iustitiæ, aut doctrinæ: & ideo licèt aliàs sit nobis liberum illa facere, adueniente scandalo non licebit illa facere, & quantumcumque sit paruum scandalum, abstinendū erit ab eis, & hoc semper intelligendo de scandalo pusillorum: nam scandalum Pharisæorum semper contemnendum est. Ad secundum dicendum, quòd an quis rectè agat intrando religionem relictis parentib', Ad 2. rationem.

K vel melius faciat ministrando eis quamdiu viuunt, vel quamdiu eis placet, dictum est supra latè. 4. cap. quęst. 113. & supra cap. 8. quæst. 67. & tamen quantum ad p̄sens attinet, dicendum, quòd aut ille, qui voluit intrare vouit iam intrare religionem, aut nondum: si iam vouit, aut vouit vsque ad certum tempus intrare, aut nō: si verò vsque ad certum tempus nullum scandalum parentum, aut quorumcumque aliorum debet attendere, quia iam cadit illud sub necessitate, & esset illud peccatum mortale transgredi. Si autem vouit, & tamen non ad certum tempus: si videat magnum damnum, aut periculum secuturum parentibus, si ipse non manet aliquanto cum eis, debet manere quousque cesset causa illa, & postea ingredi, neque debet nimis

differre,

differre, quia fortè postea suboriretur aliquod impedimentum, vt nequaquam posset intrare religionem, & tunc ipse esset in culpa, qui differendo, & procrastinando deuenit in illum statum: si autem non vouit intrare, sed desiderat vouere, aut parêtes sunt in aliqua necessitate, aut non: sed ex sola affectione, qua tenentur ad eum, vt ad filium, volunt eum impedire. Si secundo modo non debet curare de scandalo, quia non est iustum motiuum. Si primo modo, aut ille, qui vult intrare religionem, timet verisimiliter aliqua spiritualia mala ventura sibi, si in sęculo maneat aliquantulū, aut non: si timet, debet illico intrare, quia potius debet curare salutem suam spiritualem, quàm bonum temporale parentum: si non timet mala talia verisimiliter euentura, debet manere aliquantulum in sęculo, vt parentibus ministret: ita tamen, quòd manendo non hebetetur intentio sua circa spirituale bonum, quod con ceperat. Si autem videt sanctum propositum hebetari, debet omnia velut noxias curas contemnere, vt Christum sequatur in religione. Ad tertium dicendum, quòd argumentum illud procedit, ac si aliqua opera consiliorum relinquenda essent propter scandalum actiuum: nam diffinitio illa solum scandalū actiuum comprehendit: & tamen propter illud nullum opus dimittendum est, sed propter scandalum passiuum, vt dictum est præcedenti questione: propter passiuum autem aliqua dimittenda sunt, & aliqua non, vt ostensum est hic, & præcedenti quæstione. Ad quartum dicendum, vt dictum fuit præcedenti quæstione, in solutione primi argumenti: sunt enim pęnę peccatorum, tanquam medicinæ. 2. Aethic. medicina autem datur, vt prosit: ita inflictio pœnarum est, vt profit ad emendationem peccatorum: sed côtingit interdum, quòd puniendo aliquos peccantes maius malum sequitur, quàm vtilitas ex punitione, & tunc cessandum est à punitione: quādo autem maius bonum sequitur ex peccatorum punitione, quàm sit malum ex scandalo, quod est in puniendo, debet iudex punire delinquentem. Ad quintum dicendum, sicut supra pręcedenti quæst. in responsione ad secundum argumentum. s. ꝙ in doctrina duo considerantur. s. res, quæ docetur. i. conclusio, vel regula doctrinæ, & ipse actus docendi. Primum pertinet propriè ad veritatem doctrinæ, & illud est de necessitate salutis. s. vt nihil contrariū illi doctrinæ prædicetur, aut doceatur, sed illud quod continet illa doctrina secundùm congruentiam locorum, temporum, & personarum proponat, vel prædicet ille, cui docendi officium competit, & propter nullum scandalum, vel periculum aliquod debet quis côtra veritatem doctrinæ illius docere. De secundo. s. de actu docendi dicendum, quòd per se non competit veritati doctrinæ, sed pertinet ad veritatem vitæ cùm côputetur inter actus eleemosynæ, vel misericordiæ spiritualis: & sicut illi actus interdum omittūtur propter scandalum, ita & actus docendi. Ad sextum dicendum, quod correctio fraterna est spirituale bonum, & ordinatur ad emendationem proximi: & ideo intantum debet iudicari actus iste correctionis ex parte corrigentis esse bonus, inquantū ex eo potest sequi emendatio fratris, quod non fit si ex correctione ista sequatur scandalum, potissimè in eo, qui corrigitur: ideo si videat manifestè scandalum nasciturum ex correctione, non debet corrigere: vnde nullum opus spirituale est, quod potius dimittendum sit propter scandalum, quàm fraterna correctio, quia tunc correctio vertitur in peccatum. Et hoc verum est, quando fit ista correctio principaliter propter ipsum, qui peccauit: secus quando fit principaliter propter alios, nè exemplo isti⁹ corruant in peccatum, quia tunc etiā si timeatur scandalum, interdum facienda est, si sine scandalo fieri nō potest, vt si frater nō receperit eam procedatur in ipsa correctione, vt dicitur infra in litera. Ad primum in contratrium dicendum, quòd consilia respectu quorundam sunt necessaria, siue ex professione, siue propter statum, vt dictum est supra: interdum verò ratione temporis, & loci sunt etiam necessaria cuilibet, vt dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate: & tunc iudicandum est, sicut de præceptis, quòd non licet illa omittere propter scandalum. Si autem maneant in genere consiliorum, etiam dicendum, quòd non sunt dimittenda propter scandalum: nam aut erit scandalum Pharisæorum, aut pusillorum. Si Pharisæorum, nunquam sunt dimittenda. Si autem pusillorum sunt differenda, vel occultanda ad tempus opera consiliorum, non tamen sunt dimittenda simpliciter: sed ostenso, quòd illa opera bona sint per rationem, vel doctrinam, siue cesset scandalum, siue nō, erit iam licitum illa fieri, quia si scandalum adhuc durat nō est scandalum pusillorum, sed Pharisæorum, vt supra dictum est. Ad tertium dicendum, quòd Hieronymus de illo loquitur, qui vult ingredi religionem, & irrationabiliter detinetur à parentibus. Nam tunc non est curandum de eorum scandalo: quando autem erit irrationale scandalum apparet per ea, quæ dicta sunt supra in solutione tertij argumenti. s. quando volens intrare vouit ad certum tempus intrare, vel sine præfinitione temporis, & timet impedimenta affutura, si maneat in sęculo, vel si parentes in sola carnali affectione filium volunt detinere: nam in his per calcatum patrem vexillum crucis sequitur, contemnendo quoslibet parentum clamores, & gemitus.

Ad 3. ratio nem.

Ad 4. ratio nem.

Pęnæ peccatorum sunt tanq. medicinę.

Ad 5. rationem.

Ad 6. ratio nem.

Quando correctio fraterna vertitur in peccatū.

Ad 1. ratio nē in contrarium. Quando aliqua cōsilia sunt necessaria cuilibet Christiano.

An propter scandalum vitandum sint temporalia dimittenda. Quæstio LII.

QVAERETVR, an propter scandalum vitandum sint temporalia dimittēda. s. vt omittat quis vti iure suo, vel petere, quę ad ipsum pertinent, vel perdere, quæ possidet, vt euitet scandalum proximorum, si qđ peti posset in petendo debita, vel vtendo iure suo, aut defendendo possessa. Aliqui dicunt, ꝙ temporalia dimittenda sunt, nè sequatur scandalum: Apostolo enim debebantur temporalia ab his, quibus spiritualia seminabat. 1. Corin. 9. si vobis spiritualia seminamus, non est magnum si temporalia vestra metamus: & tamen hoc iure vti omisit, vt auferret scandalum. s. occasionē alijs prædicandi propter questum. eod. capitulo, & Act. 20. ergo propter scandala dimittenda sunt iura nostra temporalia. Secundò patet, quia tenetur quis dare rem suam pauperi posito in extrema necessitate ad euitandum mortem temporalē, magis tamen euitare debemus mortem spiritualem, quàm temporalē, sed spiritualis mors causatur per peccatum mortale, quod incurrit quis quando scandalizatur passiuè: ergo potius debemus dare proximo omnes res nostras si petat, vel auferre velit, quàm permittere eum scandalizari. Tertiò patet, quia inter omnia temporalia cibus est maximè necessarius corpori, cùm per illum directè, & immediatè conseruetur vita, & tamen cibus dimittendus est propter scandalum. 1. Corin. 8. si caro scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. i. nunquam, & ad Corī. 14. Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est: ergo à fortiori cœtera temporalia dimittenda sunt, vt non sequatur scandalum. Quartò patet, quia ipsa temporalia non possumus conuenientiori modo seruare, aut exigere, quàm per iudicium: & tamen non licet contendere in iudicio, & maximè quando est scandalum, vt dicitur supra 5. capit. qui vult tecum contendere in iudicio, & auferre à te tunicam tuam, da ei & palliū. s.

1. ratio.

2. ratio.

Vñ causat spiritualis mors.

3. ratio.

4. ratio.

nè eum scandalizes: ergo dimittenda sunt ꝓpter scandalum non solùm quæ nondum possidentur, & exiguntur, sed etiam, quę iam possidentur pacificè, siquis illa tollere velit.

5. ratio. Quintò, quia contendere in iudicio peccatum esse videtur, de quo Apostolus ad Corinth. arguit eos: & tamen melius est omnia perdere, quàm peccare: ergo non est contendendum iudicio super rebus nostris, nè scandalizemus proximos, sed permittendæ sunt illis res, quas tollere volunt. 1. Corin. 6. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

6. ratio. Sextò, quia sicut spiritualia sunt meliora corporalibus, & ob hoc dimittenda potius temporalia, quàm spiritualia: ita quanto temporalia fuerint magis propinqua spiritualibus, tanto minus dimittenda erunt propter scandalum. Decimæ tamen sunt annexę spiritualibus. s. cultui Dei, quia pro ministerio quod Deo exhibetur dat ipse illas ministris: Num. 18. Et tamen istæ dimittuntur propter scandalum: nam in quibusdam terris Ecclesia nō exigit decimas, vt scandalum vitet, sicut in Italia. Ergo à fortiori dimittenda erunt alia bona temporalia, vt vitetur scandalum, cùm illa non sint ita annexa spiritualibus.

7. ratio. Septimò, quia secundum ordinem charitatis magis debemus amare animam proximi, & salutē eius spiritualem, quàm bona nostra temporalia: & tamen salus proximi perit per scandalum, in quo peccat mortaliter: ergo potius debemus temporalia nostra perdere, quàm permittere, quòd proximus scandalizetur, si non dederimus ei petenti, vel auferre volenti.

8. ratio. Octauò, quia iuxta regulam Hiero. omnia, quæ possūt dimitti (salua triplici veritate) sunt dimittenda ad euitandum scandalum, sed temporalia bona possunt dimitti salua triplici veritate, quia tenere illa non pertinet ad veritatem vitę, cùm sine illis perfectius viuatur, quàm cum eis, vt in monachis, qui omnibus abrenunciauerunt, & tenent statum perfectiorem. Nec ad veritatem iustitię, cùm sine eis possit iudex cogere homines ad rectè viuendum, puniendo delinquentes, & omnes per legem gubernando. Neque ad veritatem doctrinæ, cùm sine illis liberius doctrinæ vacari possit, sicut Philosophus ille, qui cùm Athenas Philosophaturus pergeret, magnum auri pondus proiecit in mare, putans se non posse simul diuitias, & Philosophiam possidere, vt Hieronymus ait: ergo dimittenda sunt omnia hæc, vt non sequatur scandalum.

Dicendum, quòd circa abiectionem rerum temporalium contingit se habere dupliciter. Vno modo dimittendo quod non habemus, & tamen nobis debitū est, & hoc est non petere illud iudicialiter. Alio modo abijciendo quod possidemus. Et hoc fit dupliciter: vno modo permittendo capi, rapi, aut tolli bona nostra, aut illa dando volentibus auferre: alio modo non vtendo iure nostro, quod quasi possidemus, vt seruitute nobis debita, vel honore competēti, quo nobis aliàs licet vt, quando volumus, vel secundùm tempora determinata. Si consideretur quantum ad bona, q̄ actualiter possidemus, Dicendum, quòd aut intelligitur de scandalo actiuo, aut de passiuo. De actiuo quidem, vt si sequi oporteat scandalum actiuum, nisi quis rem suam dederit. s. si interdum ego teneor dare rem meā proximo, vtpotè, quia est in extrema necessitate, vel ex alia causa, & non dando, vel iniustè denegando scādalizem actiuè proximos, teneor dare, quia scādalum istud actiuum esset peccatum mortale in me, & poti⁹ debeo omnia ꝑdere, vel abijcere, quàm peccare mortaliter: & ita generaliter est verum, quòd omnia temporalia dimittenda sunt propter scandalum. i. vt nō faciamus scandalum. Si autem intelligatur de scandalo passiuo. i. ꝙ si non dederimus, scandalizabuntur proxi-

F mi: tunc dicendum, quòd aut sunt nostra. i. ad nos ptinentia, aut sunt nobis commissa, sicut bona Ecclesiarum sunt commissa prælatis, aut alijs administratorib⁹ custodienda, & certo modo dispensanda, & bona pupillorum tutoribus, & curatoribus, & bona deposita committuntur depositarijs. Si secundo modo, dicendum, quòd non tenemur dimittere. i. abijcere, vel perdere dimittendo indefensam rem, quæ sic ad nos pertinet, quantumcumque proximi scandalizentur, quia peccatum mortale est ista non custodire: sed pro nullo scandalo vitando, est peccatum mortale committendum: ergo non sunt ista abiicienda propter scandalū. Et patet quantum ad res Ecclesiæ: nam imperator Theodosius petiuit ab Ambrosio tradi sibi quandam

G basilicam. i. domum ad Ecclesiam pertinentem, & ille dare noluit, sed cum scandalo restitit armatis sup hoc superuenientibus. 23. quęst. 8. cap. conuenior. s. si petat quod meum est aurum, argentum, & agros, respondi non me refragaturum: licèt omnia, quæ mea esse possunt, pauperum sint: verum quæ diuina sunt, imperatoriæ potestati non esse subiecta. Vnde dixit ibi Ambrosius, quòd poti⁹ permitteret se occidi, quàm illam basilicam traderet. Similiter Thomas Cantuariensis Episcopus cum magno scandalo defendit iura, & bona Ecclesiæ; ita vt omnes cognati eius incarcerarentur, & ipse exulare cogeretur, & tandem indigna conficeretur morte. Extra de homicidia. sicut dignum: ideo quantum ad ista nullum scandalum considerandum est, sed omnia contemnenda. Idem quantum ad

H deposita custodienda. nam Onias summus sacerdos cū magno scandalo defendit pecunias à priuatis depositas in templo cōtra Heliodorum, qui illas ex mandato regis occupare volebat. 2. Macha. 3. Si primo modo. s. quòd res sunt totaliter nostræ, & tunc dicēdum, quòd aut is, à quo res petitur scit, quòd ille, qui occupare vult, malè vtetur ea peccando mortaliter: tunc dicendum, quòd non debet dare propter scandalum, quia deterius est peccatum mortale, quod ille, qui accipit, incurrit in vsu rei, quàm sit scandalum, quod poterit sequi non dando rem, si non est certū, quod accipiens taliter vtetur re. Dicendum, quòd aut scandalum, qđ sequitur non tradendo rem est surgens ex malitia, aut

I ex ignorantia. Si ex malitia nō debemus res nostras ꝑdere, vel abiicere ꝓpter scandalum, quia hoc dato non liceret alicui quicquam possidere, quia alius peteret, vel inuaderet illam rem: & si non daretur faceret scādalum, & si scirent iniqui, quòd propter scandalum euitandum boni traderent res, omnia peterent, vel inuaderent, quæ boni possident, & nihil liceret eis possidere, quod est absurdum. Etiam periret sic respublica, quæ consistit ex bonis priuatorum, si data hac posset quilibet spoliari bonis suis: licèt tamen nō obligetur quidem dare rem suam ad euitandum tale scandalum, potest ex consilio dare, vt euitet scandalum proximi, & hæc est superabundans charitas: & verum est, nisi dans crederet, quòd accipiens ex hoc efficere-

K tur deterior. s. prouocatus ad sic petēdum ab alijs, aliàs concitando scandala: quia tunc non liceret dare rem, vt vitaretur scandalum, sed potius oportebat sustinere scandalum. Si autem procederet scandalum ex ignorantia, aut vergit in detrimentum fidei dare, vel non. Si primo modo, melius est non dare, quàm dare, nè foueatur petens in errore suo dato ei ipso, quod petit. Sicut sunt quidam hæretici asserentes, quòd quilibet tenetur bona sua dare pauperibus petentibus, etiam extra extremam necessitatem, & istis non est dādum, licèt scandalizentur, si non demus, quia per hoc, quòd non damus abiicimus errorē eorum, & possumus eos instruere in veritate. Si autem nō vergit in damnum fidei, neque is, qui rem petit, creditur ea malè vsurus;

non tenemur ad vitandum ſcãdalum tradere rem noſtram. Si tamen velimus, charitas eſt. Si autem nolumus rem tradere, tenemur repellere proximũ oſtendendo, quòd non iuſtè petit: & ita ceſſabit ſcandalum data ratione: quod ſi non ceſſat iam non eſt ex ignorantia, ſed ex malitia, cui non eſt aſſentiendum. Sic dicit Aug. lib. de Sermone Domini in monte: Dandum eſt, quod neque tibi, neque alteri noceat, quantum ab homine credi poteſt, & cùm negaueris ei, quod petit indicanda eſt ei iuſtitia, & melius ei aliquid dabis, cùm petentẽ iuſtè correxeris. Et quod dictum eſt de abijciendis rebus poſſeſſis, idem per omnia dicendum eſt de vſu iuris, quod alicui competit: quod non ceſſare debeat ab vſu eius propter ſcandalum: nam vſus iuris & honoris ſunt nobis vtilia, ſicut res poſſeſſæ, & ceſſare ab vſu eorũ eſt iactura noſtra, ſicut perdere, vel abiicere res poſſeſſas: & etiam iura & honores dicuntur poſſideri, vel quaſi poſſideri, ſicut bona, quæ poſſidemus. Si autem quæratur de repetendo, vel exigendo bona, quæ ad nos pertinent: & tamen illa non poſſidemus: vtpotè, quia ſpoliati ſumus, vel quia de nouo cõpetere incipiunt, & nunquam fuerunt in poſſeſſione noſtra, licèt eorum proprietas ad nos pertineat. Et de iſtis videretur eſſe idem, quod de præcedentibus: & tamen non eſt penitus idem, quia difficilius eſt perdere quod poſſidemus, quàm quod non poſſidemus. Sed vt magis aperiatur, dicendum, quòd aut loquimur de ſcandalo actiuo, aut de paſſiuo. Si de actiuo dicendum, quòd dimittenda ſunt omnia, vt neminem ſcandalizemus, quia hoc eſt peccare mortaliter: & hoc nõ contingit in petente, niſi aut cùm iniuſtum petit ſcienter, aut immoderatè, vel inordinatè petit, & non dico inordinatè .i. per ineptum libellum, vel non ſeruatis cęremoniis iuris: quia hoc non eſt peccatum mortale, neque veniale: potiſſimè cùm defectus in his ſecum trahat pœnam de iure. Sed dico inordinatè .i. modo illicito .i. per vias non debitas, quia dictum eſt, iuſtè ꝙ iuſtum eſt perſequeris. Deuter. 16. Error ergo in vtroque peccatum eſt, & potius quis debet carere omnibꝰ rebus, quàm ſic petere in iudicio, aut extra iudicium. Si autem ſit ſcandalum paſſiuum, dicẽdum, quòd aut eſt res aliena nobis commiſſa, aut noſtra. Si aliena, aut eſt res Eccleſiarum ad Prælatos, & pupillorum ad tutores, & curatores, & procuratorum ad dominos, & depoſitarios pertinens. Pro depoſitoribus nõ ſolùm non poſſunt iſti ceſſare ab exigendo, ſed etiam peccãt mortaliter ſi ceſſauerint propter quodcunque ſcandalum, cùm obligentur res iſtas ſibi commiſſas fideliter tractare. Et hoc verum eſt, niſi de permiſſione eorũ, quorum res tractant, aut ſi tale ſcandalum credatur veriſimiliter naſciturum, cuius ſit maius damnum, vel nocumentum, quàm damnum in non exigendo rem ſibi commendatam, quia tunc ſaltem differenda eſt petitio quouſq; ceſſet iſtud ſcandalum, & poſſit libere peti. Si autem ſint res noſtræ, aut ſcandalum quod timetur procedit ex malitia, aut ex ignorantia: ſi ex malitia non tenemur ceſſare à petitione rerum noſtrarũ: quia tunc occuparent mali omnia, quæ ſunt aliorum, & ſi repeterentur ab eis ſcandalizarentur: & ita manerent boni ſpoliati omnibus bonis ſuis, ſi deberent aduertere omnia ſcandala, quæ iniqui pati velint, aut concitarent habita occaſione ex repetitione bonorum inuaſorum. Etiam, quia ſic deperiret res publica pereuntibus bonis particularibus, ex quibus illa conſiſtit, & daretur occaſio malis, vt deteriores fierent detinendo bona aliena: & ſic manerent ſemper in peccato mortali. Si tamen quis velit ceſſare à repetitione rerum ſuarum propter tale ſcandalum malitioſum vitãdum, conſilium eſt, & ſuperabundans charitas, & hoc niſi credat deteriores futuros eos, qui volunt illa detinere

Non eſt ceſsãdũ à repetitiõe rerũ ſuarũ ꝓpter ſcã-

A dando occaſionem illis ad hoc, quòd aliorum bona detineant, cùm viderint, quòd propter ſcandalum qđ faciunt non exiguntur ab eis bona. Nã tunc illicitum eſt non exigere, quia eſt fouere eos in ſua iniquitate. Sic dicit Greg. in Moralibꝰ: Quidam dum temporalia nobis rapiunt ſolummodo, ſunt tolerandi, quidam verò ſeruata æquitate prohibendi; non ſola cura ne noſtra ſubtrahant, ſed ne rapientes non ſua ſemetipſos perdant. Si autem ſit ſcandalum ex ignorantia, non oportet ceſſare à repetitione rerum noſtrarum: ſed ſi voluerimus ceſſare charitas quędam eſt: interdum tamen melius eſt repetere, nè demus occaſionem ipſis ignorantibus detinendi res alienas. Si tamen velimus repetere, oportet, quòd oſtendamus eis, quòd iuſtè petimus, & aperiamus cauſam quare iniuſtè ſcandalizantur: quod interdum melius eis eſt, quàm permittere eis res quas volunt, vt dicit Aug. lib. de Sermone Domini in monte, vt ſupra dictum eſt. & ſi oſtenſa cauſa quare iſti non debeant ſcandalizari nobis petentibus, voluerint adhuc ſcandalizari: iam non eſt iudicãdum ſcandalum ex ignorantia, ſed ex malitia, & non obſtãte hoc ſcandalo petendæ ſunt res noſtræ. Ad primum dici poteſt vno modo, quòd Apoſtolo licebat petere temporalia ab eis, quibus ſeminabat ſpiritualia, vt ipſe oſtendit 1. Corin. 9. & ad Rom. 15. & tamen ceſſauit ex ſolo deſiderio perfectionis, & non tanquam peccaret petendo, ſicut nos ceſſamus à multis, quæ nobis de iure competunt, & ſi Apoſtolus exigiſſet, non peccauiſſet. Nam & interdum accipiebat ab aliis Eccleſiis, ſed non ab Eccleſia Corinthiorum accipere voluit, & hoc fecit (vt quidam dicunt,) vt ſubtraheret occaſionem, & colorem pſeudo Apoſtolis, qui ſola lucra quęrentes prædicabant, qui ſi vidiſſent Paulum talia exigentem, licèt ille moderatè acciperet, haberent illi ve lamen ad immoderatè accipiendum. Alio modo poteſt dici, quòd fecit ſpecialiter hoc in Eccleſia Corinthiorum, quia erant Corinthii auari, & moleſtè ferrẽt ſi peterentur pecuniæ ab eis ad expenſas Apoſtoli, & aliorum, qui cum ipſo erant, & ipſe cognoſcẽs eorum conditionem, noluit eos moleſtare, & ita nihil accipiebat ab eis. Tertio modo dicunt alii, quòd hoc fuit ad vitandum ſcandalum puſillorum. [quia Gentiles quibus prædicabatur verbum, & alii erant ignorantes, & infirmi: & ſi exigerentur ab eis pecuniæ ad ſuſtẽtationem prædicantiũ, fortè turbarentur putantes hoc fieri ad quęſtum: ideo Apoſtolus non petebat ab eis ſuſtẽtationem quouſque agnoſcerent eum abundantius, & non eſſet eis ſcandalum, ꝙ prędicator peteret ſuſtẽtationem. Dicendum autem, quòd duo primi modi veri ſunt: nam non erat ꝯſuetudo generalis Apoſtolo, non accipere pecuniam ab Eccleſiis, quibus p̃dicabat, ſed interdum accipiebat eam, & tamẽ à Corinthiis nõ accepit, quia tenaces erant, & quia inter eos erant plures pſeudo prædicatores, quàm in aliis Eccleſiis, quibꝰ amputare voluit occaſionem quęſtus, vt patet 2. Corĩ. 11. c. ſ. nunquid peccatum feci meipſum humilians, vt vos exaltemini? quoniã gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis, alias Eccleſias ſpoliaui accipiens ſtipendum ad miniſterium veſtrum: & cũ eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui: nam quod mihi deerat ſuppleuerunt fratres, qui venerunt à Macedonia, & in omnibus me vobis ſine onere ſeruaui, & ſeruabo: hęc autem gloria non infringetur in me in regionibus Achaiæ: hoc autem facio & faciam, vt amputem occaſionem eorum, vt in quo gloriantur tales inueniãtur, vt nos. Ad ſecundum dicendum, quòd licèt magis ſit agendum ꝓ ſalute ſpirituali ꝓximi, quàm temporali: tamen non eſt ſimile de conſtituto in extrema neceſſitate, & de eo, qui ſcandalizatur. Nam ꝯſtitutus in hac neceſsitate non habet in poteſtate ſua incurrere temporalem

dalum tna iniquium vitãdum.

Ad 1. rationẽ in contrarium.

Ad 2. rationem.

(Section letters in the margin of the text: B at "timus, & aperiamus"; C at "uiſſet. Nam & interdum"; D at "bus prædicabatur verbum"; E at "vos exaltemini".)

poralem mortem, aut non incurrere, sed necessariò incurrit propter penuriam rei temporalis, ideo qui rem illam sibi denegat cū dare possit, directè mortis ei⁹ est causa: sed ille, qui scandalizatur potest scãdalum suum vitare, ideo non est simile. Nam qui scandalizatur ꝑꝑ rem temporalem alterius, aut ex malitia, aut ex ignorantia scãdalizatur: si ex malitia, manifestum est, quòd potest euitare illud, cū ipse scandalum faciat. Si aũt ex ignorantia, potest tolli hoc scandalum nō data re, vt si ostendatur ei, quòd iniustè petit, aut detinet rē alienã: ideo non est necesse dare ei rem nostram ne scandalizetur, sicut necesse est dare ei, qui est in extrema necessitate, quia aliter morietur.

Ad 3. rationem.

Ad tertium dicẽdum vno modo, quòd vesci cibo est de necessitate salutis: ideo manducando nemo scandalizat̄ de alio, & dato ꝙ quis scandalizari vellet de alio, quia manducabat, non esset cessandum: quia hoc esset sibi mortem inferre: quòd tñ homo caueat ab aliquo vno cibo corporali, non est contra salutem corporis, & ita si cibus ille scãdalizaret quemquam rationabiliter, abstinendum esset ab eo saltem ad tp̄s publicè, quousq; cessaret scandalum: & ita locutus est Apost. ad Ro. 14. de solis cibis legalibus, vel de vetitis ĩ lege, & dato quòd abstineretur quibusdam erat locus comedendi de alijs, & 1. Corin. 8. specialiter de carne locutus est, dicens: Si caro scãdalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Aliter potest dici, quòd aut cibus aliquis comestus habet speciem mali, aut non. Si primo modo, est de necessitate abstinere ab illo propter scandalum. s. coram alijs, vt in cibo consecrato idolis, quem idolothytum vocamus: nam siquis coram pusillis comedat illum mẽs eorum cū infirma sit scandalizatur. 1. Corin. 8. s. quia putat, ꝙ iste comedens facit hoc in honorem idoli, & ꝙ cibus ille contraxerit virtutem aliquam per cõsecrationem factam sub nomine idoli: & ideo siquis non existẽs in necessitate. i. habẽs alios cibos, si talem cibum coram infirmis comedat, peccat, quia scandalizat eos actiuè: non enim solum illi scandalizantur, qui vident, sed ẽt ille verè eos scandalizat cùm talia faciat, quæ nata sunt actiuè scandalizare: & hoc mai⁹ periculum est, quàm mors corporalis, quia sancti⁹ est fame mori, quàm idolothytis vesci. s. sine necessitate, & cū scãdalo aliquorū. Si autem quis sit in extrema necessitate. i. nullos alios cibos habeat, non debet seipsum permitti fame mori, vt non vescatur idolothytis cū scandalo aliorum, sed quantumcumque scandalizentur manducare debet, quia si comedere nollet, esset hoc sibi man⁹ inferre ad mortem, & tunc esset malū culpæ. i. seipsum occidere potius autem debet eligere sequi quodcunq; scandalum, quã hoc facere.

Quando licet vesci cibis idolothytis sine peccato.

Si autem sit cibus, qui de se non habeat speciem mali, etiam siquis scandalizetur nobis comedentibus illum, non obligamur cessare à comestione, sed est distinguendum de scandalo, sicut supra. Quòd aũt oritur scandalū ex malitia, & ꝯtemnendum est, & licebit vesci cibo. Aut ex ignorantia oritur, vel infirmitate: vt si quædam gẽtes ex ꝯsuetudine sua euitent quosdam cibos, & alij de aliis gentibus coram eis manducent illos: nam tunc scandalizantur, vel horrẽt illos: & tunc si ex solo errore sequatur scandalum, perfectio est abstinere, nè scandalizetur frater, sed nō obligamur. Si aũt est ignorantia potius, quàm error, vt in quibusdam gentibus, qui certis diebus euitant quosdam cibos, & putant alios obligatos ad hoc faciẽdum: & si nō faciãt scandalizantur, sicut de comestione carnis in sabbatho apud quasdam gentes, cùm apud alias reputetur abusio: tunc. n. pusilli, qui veritatem nesciũt scandalizantur putantes cęteras gentes obligari ad abstinendum à carnibus, sicut ipsi abstinent: talibus autẽ ostendendum est, ꝙ non sit peccatum carnibus vesci, & tunc cessabit scandalum. Si quis tñ circa talia sciret

F paruulos scandalizari, quia ipse carnibus vescebatur, debebat prius ostendere, quòd licebat ei: & tunc sine scandalo manducaret: & tamen ante redditam rationem abstinere deberet: talis fuit ergo quęstio conuersorum de Iudaismo ad Christum cum conuersis de gentilitate: putabant enim legalia obligare tempore Euangelij, & quòd deberent abstinere omnes cõuersi ad Christum à cibis, quos lex Moysi iudicabat immūdos: & ob hoc scandalizabantur, quando videbant conuersos de Gentilitate manducare cibos vetitos. Et quantum ad hoc loquitur Apostolus ad Roma. 14. quòd non debeat quis in suo cibo scandalizare infirmos, qui pauca sapiunt, & putabãt adhuc manere obligationem legalium, & ita coram illos nemo debebat G manducare vetita quousque esset diffinitum, quòd licitum erat illa manducare, & iam non possent rationabiliter scandalizari.

Ad 4. rationem.

Ad quartum dicendum, quòd regulariter licitum est nobis repetere, vel defendere res nostras in iudicio. Et dictum illud, da ei pallium, magis est consilium, quàm præceptum, sicut illud Lucæ sexto: Quæ tua sunt ne repetas. interdum tamen efficitur, sed quid liceat petere iudicio, & quid non, & quibus, declaratum est supra 5. ca. q. 338.

Ad 5. rationem.

Ad quintum idem dici potest, licèt litera Apostoli non hoc sonat, quod quibusdam videtur: nam cùm dicitur: Nam quidem oĩno delictum est in vobis, quòd iudicia habetis: est sensus, quòd peccatum est in iudicio contendere, sed quòd necesse est aliquod peccatum esse inter Co- H rinthios cū iudicia habeant. Nam cùm vnus petat, & alius respõdeat, necesse est, ꝙ aut vnus iniustè petat, aut alius iniustè detineat, & quodcūq; horum peccatū est. Simile dixit Christus supra 5. de iuramento loquens: quod amplius est à malo est: & tamen non dixit malum est: & ita sequitur, quòd cū iuramentum fit, aliqđ peccatū sit, vel p̄cesserit, propter quod homines increduli effecti, sine iuramento non credunt asserentibus, & tamen ipsum iuramentum non est peccatum, nisi indebitè fiat. Sed vt nunc aliquid videatur, dicendum, quòd quidam dicunt, quòd imperfectis licet repetere res in iudicio etiam cū scãdalo proximorum: perfectis autem non licet. Sed hoc non est verū, quia aut intelligitur de perfectis quãtum ad statum, aut quantum ad I charitatẽ. Dicuntur primo mō p̄fecti, quibus ex statu professionis cõpetit perfectio, sicut monachi, qui perfecti esse debent, vel ad perfectionem tendere. Secũdo modo perfecti dicũtur, quibus ex statu charitatis accidit perfectio. s. quia charitatem in gradu tam excellẽti habent, quòd non solùm boni, sed etiam perfecti, vel excellentes appellãtur. De neutris autem potest accipi. De primis patet, quia idem iudicium est de istis, & de cęteris hominibus, nisi quatenus ex voto tenentur nõ habere proprium, & ita nemo potest eorum in iudicio petere, aut defendere res suas cū nullas habeat: monachus tñ eodẽ iure, & ratione pōt petere in iudicio res monasterii sui ex mandato pręlati, vel monasterij: quo iure potest secularis petere res proprias: & ita non repu- K gnat perfectioni monachali litigare, licèt repugnet ei proprium habere.

Non repugnat perfectioni monachorũ litigare.

Si loquamur de perfectis secundo mō, dicendū, ꝙ status ille excellens charitatis inducit eos ad seruandum ꝯsilia: non aũt obligat eos ad seruandum: nam & si non seruarent, non peccarent: & tamẽ derogatur in aliquo perfectioni eorum: & ideo eis nō ꝯuenit: & tñ nō peccant ꝑpter hoc, quia sicut non obligantur tenere perfectionẽ: ita si aliquid fecerint, ꝙ deroget soli p̄fectioni, non peccabunt, & sic intelligenda est Glo. illa. 1. Corin. 6. super illo verbo, quare non magis fraudem patimini? scilicet, quòd perfectis licet repetere sua simpliciter. s. sine lite, sine iudicio, sed nō cõuenit eis inde mouere causam ante iudicẽ. i. non cõuenit perfectioni eorum, quia aliqualiter derogatur ei.

Nam

Nam perfecti inquantum huiusmodi curam habent de proficiendo in gradibus ipsius perfectionis: iō id, per quod minuuntur gradus perfectionis, non conuenit eis. Sic est litigare: quia per hoc, etiam si iuste petant, concitant aliqualiter animos eorum, quos in litē trahunt: & tamen ad perfectos magis pertinet incitare quoscunque ad charitatem quàm ad iram, vel ad aliquam passionem. Etiam quia ipsi litigando intendūt rebus istis perituris plusquam intendere oporteat secundùm statum perfectionis: & ita aliqualiter hebetatur in eis feruor charitatis per hoc, ꝙ coguntur nimis soliciti esse de rebus quas petunt, & circa illas nimis intendere. Vnde ideo lites vocantur negocia, idest negantes ocium, vt ait Isidorus, & extra de verbo. significa. cap. forus. magis ergo conuenit cuilibet perfecto, & ad perfectionem anhelanti non repetere res in iudicio quàm repetere: & tamen si repetat non peccat, cùm non obligetur seruare gradum aliquem perfectionis. Et non est verum, quòd aliqui putabant, scilicèt, quòd intelligatur illa Glos. de perfectis secundū statum perfectionis. s. de monachis, & non de pfectis sm statum charitatis: quia aut intelligitur, ꝙ nō liceat eis repetere res suas. i. pprias, aut suas, idest sui monasterij, vel capituli. Si primò modo nihil dicitur, quia monachus nihil proprium habere potest: ideo nihil pōt petere. Etiam non potest sic intelligi Glo. quia dicit, quòd non licet petere cum lite, & iudicio: sed licet sine iudicio, & lite & causa: & tamen monacho nullo modo licet aliquid proprium petere, cùm nullo modo possit habere: ideo neque in iudicio, neque extra petere poterit. Si secundo modo falsum est, quia monacho licet petere res monasterij iudicialiter nomine monasterij, vel capituli sui sicut cuilibet alteri: imò magis licet eis quàm perfectis secundùm statum charitatis: quia illi habent propria, quæ libere possunt deserere: & non petendo illa non peccant: monacho āt potest iniungi sub obedientiæ debito, ꝙ petat res monasterij: & tunc non solùm licebit, sed etiam tenebitur petere: & dato ꝙ nulli iniungeretur tenerent omnes monachi eiusdem monasterij procurare, ne pereant bona monasterij: ideo petere nō erit illicitum, sed valde bonum: & tamen hoc non obstante derogatur aliquid perfectioni, petendo cum causa, lite, & iudicio: quia petens cogitur vacare mundanis, per quod in eo hebetatur ardor charitatis, & impeditur pfectus ascēdendi: & est locus aliquibus imperfectionibus occasionaliter. De omnibus ergo perfectis verum est, ꝙ licitum est eis petere res suas iudicialiter: sed non conuenit eis. Sciendum tamen quòd perfectis licitum est contendere coram iudice in quibusdam casibus, etiā sine detrimento perfectionis: & tunc licet & conuenit. Primus quando oritur cōtentio de re spirituali. Vnde Actu. decimoquinto. cùm esset orta contentio de obseruatione legalium, Paulus introduxit istam quæstionem ad iudicium Apostolorum: & per sentētiam totius cōcilij diffinitū extitit, eo. ca. & de simili materia ad Gal. 2. cōtendit publicè propter falsos fratres, q subintroierant explorare libertatem, q̄ hēmus in Christo, & ita si aliquis foueat hæresim nouā, vel veterem, licitum est, & valde ɔueniens viris perfectis cōtendere iudicialiter cū illo ad cōdemnationē hæresis. Secūdus est, qn̄ oritur cōtentio de eo, quod pōt vergere in detrimentum rei spiritualis, licèt illa res, de qua agitur non sit spiritualis, sed p eam impedietur, vel cessabit bonū spirituale: & ita Paulus act. 25. ne traderetur Iudæis appellauit Cęsarem, agens cām suam iudicialiter prius corā Fęlice, & Festo pręsidibus: & nō appellauit quasi recusaret mortē, cū ipse potius diceret: cupio dissolui, & esse cum Christo, ad Phili. 1. sed quia videbat impediri pdicationem verbi Dei, & profectum spūalē

Quæ sit cura perfectorum.

voluit superuiuere, & ad hoc Cęsarem appellauit iudicialiter agens. Tertius casus est, qn̄ est contentio de eo, quod vergit in damnum temporale alterius, & maximè pauperum: quia tunc licet viro perfecto litigare, vt non pereat res illorum: & ita prælatis cōuenit pro rebus Ecclesiarum, & ēt aliis quibus non est cura principaliter; nam de illis, quibus commissa est manifestum est, ꝙ tenentur ad hoc, & bonum est illud facere. Quartus est qn̄ est contentio de eo, quod vergit in spirituale dānum illius, qui rem alterius detinet tēporalem iniustè. Nam tunc petenda est res iudicialiter, non præcipuè vt nos illā non perdamus, sed ne ille eam iniustè possidendo seipsum in æternum perdat. Sic dicit Græ. vt habetur supra: Quidam dum nobis tēporalia solummō rapiunt tolerandi sunt: quidam verò seruata æquitate prohibendi non sola cura, ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua semetipsos pdant. Quintus est, qn̄ vertit in multorum corruptionem, vt si mali raperent res bonorum, et non repeterent eas, vt nō litigarent: cresceret oībus malis audacia rapiendi quidquid boni possident, scientes ꝙ repetendum non erat: iuxta illud Eccl. 8. Quia non cito profertur cōtra malos sentētia, absq; vllo timore filij hoīum perpetrant mala: vt ergo nō detur occasio tantæ corruptioni. i. ꝙ mali hoīes efficiantur deteriores, cōuenit ēt viris perfectis iudicialiter repetere sua non detracto aliquo de perfectione sua. Ad sextū dicendum, ꝙ decimæ sunt annexę spiritualibus: et tn̄ Ecclesia in quibusdam regionibus cessat à repetitione earum pp scādalum. Nam non fuit ibi consuetum decimas solui: iō scandalizarentur nimis, si nunc de nouo peterētur, et timor istius magni scandali detinet Ecclesiam, ne petat, ne fortè scissura aliqua fiat in Ecclesia: potissimè quia si in talibus regionibus nunq̄ suscepta fuit lex Ecclesiæ de soluendis decimis, fortè non obligabant. De quo magis tangetur inf. 23. capit. vel Luc. 18. et ita generale scandalum est ibi in causa, et totius Ecclesiæ permissio. Nam princeps Ecclesiæ, i. Papa videt, et tolerat, et tolerantia sua aliquid operatur in hoc. Secus autem esset quātum ad aliquem prælatum specialem si homines suę dioecesis nollent decimas soluere, & scandalizarentur, si ille repeteret eas: an istud scandalū esset ei causa sufficiens cessandi à repetitione. Et dicendum, ꝙ sine cōsensu, & auctoritate summi Pontificis nō liceret ei cessare totaliter à repetitione horū, quantumcunque scandalum sequeretur: quia ita posset subuerti totus status Ecclesiasticus. Sic fuit de sancto Thoma Cantaurien. qui occurrit damno Ecclesiæ sustinendo scandalum publicum à rege, et ab omnibus complicibus, vt non sequeretur maius damnū, scilicet subuersio Ecclesiasticę libertatis. Ad septimū dicendum, ꝙ plus debet homo amare animam proximi quàm propriam substātiam, siue possessionem: & tamen non ideo debemus cessare à repetitione rerum nostrarum, ne illos scandalizemus: imò dum ppria repetimus, plus saluti illorum consulimus, vt nō sit eis occasio manendi in peccato: quia si scandalizatur quis, quia ab eo repetitur: aut ex malitia insurgit scandalum, aut ex ignorantia. Si ex malitia melius est repetere q̄ cessare: quia si nō repetat, dabit occasio malis, vt deteriores fiāt, cū sciāt ꝙ nō repeterent ab eis ea, quæ abstulerint: inuaderent enim, et raperēt quęcunque occurrētia. Si ex ignorantia ēt melius est repetere ostendendo, ꝙ iustè petatur, & is à quo repetitur non habet cām detinendi: quā non repetatur, et detur occasio proximo detinendi aliena, et ita bonum est repetere, licèt pximus scandalizetur, quia magis sic cōsulit saluti detētatorum q̄ non repetendo. Et ita dicit Gre. ꝙ qdā prohibendi sunt tollere nostra, non vt nr̄a non subtrahāt: sed ne retinentes nō sua, semetipsos pdāt.

Ad 6. rōnem.

Ad 7. rōnem.



Ad octauum dicendum, ꝙ licèt quilibet posset id, qđ proprium est non repetere stante veritate triplici quã tum ad seipsum: non tñ fit sine præiudicio veritatis q̃tum ad bonum publicum, quia si non repetit aliquis bona sua: non solùm peribunt bona istius hominis, sed etiam bonum publicum, quod cõstat ex bonis priuatorum: cũ ita quilibet debet conseruare bonum publicum quantum in ipso est: ideo non consonat veritati vitæ, ꝙ quilibet cesset à repetitione rerum suarũ: etiam si scandalizetur ille, à quo petitur res.

Docetur hic pusillos nõ esse contẽnendos.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cælis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam, quæ errauit? Et si contingerit vt inueniat eam. amen dico vobis, quia gaudet super eam magis q̃ super nonagintanouem quæ non errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

Videte ne contemnatis. Supra ostendit pusillos non esse scandalizandos: hic docet non esse cõtemnendos, & dicit. *Videte.* Idest diligenter aduertite. *Ne contemnatis.* s. pro nihilo reputando, & ita non curando an eos scandalizemus, vel non. *vnum ex istis pusillis.* Loquitur de pusillis ætate, de quibus continuauit sermonem. Et potest etiam intelligi de quibuscunque aliis pusillis, siue in fide, siue in existimatione hominum: nullus.n. contemnendus est, quem Deus creauerit. *Dico enim vobis.* Ista est causa, quare non debeant contemni. *Quia angeli eorum.* Idest angeli assignati ad custodiam eorum a Deo. *In cœlis.* Idest in cęlo manens. *Semper vident faciem patris mei.* Idest semper vident diuinã essentiam. Et dicitur de facie: non quòd Deus faciẽ habeat, sed quia per eam est certissima cognitio, quæ habẽt de homine, ideo intelligitur cognitio clarior, & perfectior, q̃ de Deo haberi potest. & est sensus, non credatis, quòd paruuli isti contemptibiles sint: quia Deus illos valde appreciatur, vel magnipendit: ideo, & vos magnipendere, & honorare debetis cũ ille magis sciat, quid honorandum sit quàm vos. Quod autẽ Deus illos honoret, apparet quia ad custodiam cuilibet eorum constituit angelum, & illi angeli sunt tantæ perfectionis, ꝙ vident semper faciem Dei, quę est maximà felicitas. *Qui in cœlis est.* Idest Dei, vt videatur, ꝙ non loquitur de aliquo patre, quem habeat super terram: quoniam plurimi putabant esse Ioseph. Luc. 3. & ideo quando loquitur de patre suo solet semper addere, qui in cęlis est, vt supra quinto, & septimo capitu. & tamen non est per hoc intelligendum, ꝙ sit in cęlis, ita quòd non sit in terra, sed vbique est: vel propriè loquendo in nullo loco est, scilicet neque in cęlo, neque in terra. Sed Christus loquitur eo modo, quo homines accipere solent: putantes, ꝙ Deus habitet specialiter in cęlo: & tamen cęlũ, & cęli cęlorum non capiunt eum. 3. Regum 8. & 2. Paralip. 2.

F *Ad quid Christus dixit hic nunc non esse contẽnendos paruulos. Quæstio. LVIIII.*

QVAERETVR, ad qđ Christus dixit hic, nunc non esse contemnendos paruulos. Dicendum quod istud ponitur hic, vt dependens ex superiori sententia. Dixerat enim supra pusillos non scandalizandos, hic autem dicit eos non contemnendos: & potest istud poni quasi temperatiuum quoddam sentẽtię superioris positæ contra scandalizantes. Sic dicit Hierony. scilicet: Supra dixerat dominus per manum, pedem, & oculum omnes propinquitates, & necessitudines, quæ scandalum facere possunt amputandas: austeritatem itaque subiecto præcepto temperauit, dicens
G videte ne contemnatis, ac si dicat: quantum est in vobis nolite contemnere: sed post vestram salutem illorum quærite sanitatem. Secundò potest ista esse eadem sententia, quæ supra per alia verba dicta, & corroborata alia ratione: ita quod scandalizare, & contemnere accipiantur pro eodem: & tunc dicetur, quod replicatur sententia ista ad magis roborandum eam: nã supra ostenderat non esse scandalizandos paruulos cõminatione pęnarum, scilicet quia melius erat demergi in mare. Hic autem ostendit non esse scandalizãdos, quia magnæ dignitatis sunt: cùm angeli eorum semper videant Deum. Et est sensus: videte ne contẽnatis, idest ne scandalizetis vnum de pusillis istis, s. qa iniustum est vos scandalizare illos, quos Deus tantum
H diligit, vt angelos suos illis custodes tribuat. Tertiò potest accipi, quia hoc ponatur non tanquam sententia eadem replicata: sed quòd solùm sit instructio quędam circa præcedentem sententiam, scilicet dictum fuerat, ne scandalizemus pusillos: & quia scandalum prouenit ex radice contemptus, instruimur hic non contemnere: nam quando quis contemnit aliũ nullo bono eum dignum existimans, non curat an eum scandalizet. Si autem eum magno bono dignum reputat, non scandalizat: ita dicitur 2. Retho. aliàs quòd paruitas est causa iracundiæ, idest ex hoc, ꝙ quis aliũ paruum, & contemptibilem iudicat, non curat an eũ prouocet ad iram: ideo dr̃ ꝙ non contemnamus pusillos: & ita non scandalizabimus eos. Quartò potest
I accipi, ꝙ hic Christus admoneat nos honorare paruulos, & intelligetur non contemnatis, idest honorate. Et tunc est consequens ad præcedentia: quia supra vetuit mala facere scandalizando: hic iubet bona facere honorando. Sic dicit Hyerony. Supra docuit scandalizantium abscindere amicitias: hic autem docet exhibere sanctis honorem, & procurationem. Quintò potest accipi, quòd sit doctrina pendens ex præcedenti. s. quia tanta pęna posita est scandalizantibus: cauẽdum est etiam, ne pusillos contemnamus. Sic dicit Glo. quia tantum malum prouenit ex scandalizatis fratribus, videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Sextò potest dici (& fortè melius) quòd ista sit sententia alia à præcedenti, & tamen sit conueniens illi: nam
K scandalizare malum quoddam graue est: contemnere autem malum est, sed minus: vetuit autem supra scandalizare, hic autem vetat contemnere quasi dicat, non solùm exterius non debemus inferre malũ pusillis scandalizando eos, sed etiam neque interius contemnendo eos intra cor nostrum, quod est nullo bono eos dignos arbitrari; & hæc est aptior sententia: & ideo supra, cùm de scãdalo diceret, posuit grauem pęnam scandalizantibus: hic autem nullam pęnam apposuit, sed per solam rationem suasit non esse paruulos contemnendos.

Qui

Qui sunt pusilli isti, qui non sunt contemnendi: & quare dicitur de pusillis. *Quæst. LIIII.*

QVAERETVR, qui sunt pusilli isti, qui non sunt contemnendi, et quare dicitur de pusillis. Dicendum quòd Christus verè de paruulis ętate locutus est: nam verè paruulus erat, quem statuit in medio discipulorum: vnde vocatur puer. & colligitur supra in litera & Mar. 9. & Luc. 9, & postea cōtinuato sermone semper de paruulis loquitur. & tamen non ad solos paruulos ætate sententia ista extēditur: cū nemo ꝯtēnendus est, neq; paruul⁹, neq; adultus, neque decrepitus. Alij dicunt, quòd paruuli vocantur noui in fide, qui ad Christum nouiter conuersi sunt: & istos vocamus paruulos i. nouos & infirmos. Sic dicit Origenes: pusilli autem sunt, qui nuper in Christo sunt nati. Secundò modo vocantur pusilli non noui, sed qui nihil in fide profecerunt, licèt. n. iam diu ad Christum sint conuersi, ita tñ manent imperfecti moribus, & rudes circa intelligentiam fidei, sicut paruuli circa ætatem, & vires nihil profecerunt. Et hos conuenientius vocamus infirmos vel imperfectos in fide De his etiam Origenes ait: pusilli sunt, qui manent sine profectu quasi nuper nati. Tertiò dicunt quidam, quòd accipitur pro viris perfectis, qui pusilli sunt. i. se pusillos faciunt, vt magni fiant apud Deum. Idem dicit Origenes, scilicet, Aut forte dicit hic pusillū perfectum, ſm ꝙ alibi ait, qui minimus fuerit in vobis hic erit maior. Vel fortè, quia apud mundanos perfecti extimantur pusilli, cùm illi mundum contempserunt. Et ita dicit Chry. Perfecti paruuli extimantur apud multos, scilicet pauperes, & ꝯtemptibiles. Dicendum, ꝙ hæc vera sunt, & tamen hic nō potest accipi pusillus. i. perfectus, quia repugnat literę p̄cedēti. s. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: & tñ perfecti non scandalizantur passiue, sed soli imperfecti: ita dicit Hiero. & ostensum fuit supra. Sic dicit Origenes, s. sed huic expositioni conuenire non videtur, siquis scandalizauerit vnū de pusillis istis &c. perfectus enim nō scandalizatur neque perit: sed qui hanc expositionem æstimat veram, dicit quòd iusti hominis anima vertibilis est, & scandalizatur aliquando, etsi non facile: ideo dicendum, ꝙ pusilli vocantur hic vel ætate paruuli, vel perfectione. Cùm autem dicitur quare dixit de paruulis, dicēdum ꝙ de oībus intelligitur. Nam si nefas est paruulum cōtemni, grauius erit contemni perfectum: cùm mai⁹ bonum Dei contemnāt in illo quā in paruulis. Dixit autē de paruulis, quia hoc facilius & verisimilius erat: paruulos enim siue ætate, siue perfectione contemnimus: quasi nullo bono dignos: perfectos autem nemo contemnit, imò impossibile est, ꝙ quis contemnat perfectum, quem perfectum ęstimat. Potest enim quis odisse perfectos aut eis iniuriam inferre: contemnere tamen est impossibile, quia includit contradictionem; nam contemnere est nullo aut paruo bono aliquem dignum extimare: sed considerare aliquem vt perfectum, est æstimare eum dignum magnis bonis, & multis probitatibus abundantem: ideo perfectū nemo contemnit, sed pusillum: & ita non fuit necesse ꝙ Christus diceret, non contemnatis perfectos, quia illos nemo ꝯtemnit: sed non cōtemnatis pusillos, quos faciliter quisque contemnit. Sic dicit Origenes: non habuit necesse Christus mandare de perfectioribus fidelibus non contemnendis: sed de pusillis, sicut supra dixerat, siquis scandalizauerit vnum de pusillis istis.

Perfectos nemo contemnit.

Quare dicitur, angeli eorum, & qui sunt isti angeli. *Quæst. LV.*

QVAERETVR, quare dr̄ angeli eorum, & qui sunt isti angeli. Aliqui dicunt, ꝙ vocantur an-

A geli eorum, i. conciues eorum: quia conciues sunt, & futuri sunt in vita æterna conciues hominum beatorum. Sic accipit Aug. 22. de Ciuita. Dei. s. angeli nostri dicuntur, qui sunt angeli Dei: Dei sunt, quia Deum non reliquerunt: nostri sunt, quia suos conciues nos habere cęperunt. Sed dicendum, ꝙ hæc expositio nō conuenit huic literæ: licèt dictum Augustini aliàs verum sit: nam tunc non magis vocarent angeli eorū q̄ angeli aliorū hoīum, cū alij p̄ter paruulos futuri sint ciues æterni: & iō dicerent angeli hoīum, vel angeli absolutè: & nō angeli eorū. Secundò, qa p̄supponit, ꝙ paruuli habituri sint vitā æternā. Sed hoc nō ꝯstat, qa licèt quidā paruuli illuc eāt, alij nō eūt: qa postea adulti facti peccant, & pereunt. Et intelligendo de paruu-

B lis. i. nouis in fide, vel parū proficientibus apertius est: qa multi illorum pereunt. Tertiò & efficatius, quia tunc ista probatio Christi non faceret ad propositum; ipse. n. dixit paruulos non contemnendos, & addit rationem. s. quia angeli eorum vident faciem Dei: & tñ si isti angeli non pertineant specialiter ad eos, non notatur aliqua perfectio specialis in paruulis: iō necesse est dici, ꝙ pertinent specialiter ad eos. Dicendum ergo ꝙ intelligitur de illis angelis deputatis ad custodiam: quia cuilibet hoī specialiter deputatur vnus angelus ad custodiam. Et hoc fit p̄ Deum. paruulis aūt singuli angeli assignant̄, & illi angeli sunt magnæ excellentiæ, ergo paruuli quibus assignantur, magnæ dignitatis apud Deū deputantur. & ita procedit tūc probatio

C Christi. Sic dicit Hieron. Magna est dignitas animarū: vt vnaqueq; earum habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatū. Sed dicetur ꝙ ista nō est aliqua p̄fectio pusillorum, cùm oībus hoībus conueniat. Dicendum, ꝙ licèt nō sit specialis perfectio, qua excedant alios: est tñ magna perfectio, sicut magna p̄fectio est hoīem esse rōnalē: & tñ oībus hoīb⁹ est cōe. & hoc sufficit ad intentionem Christi, quia nolebat Christus ostendere pusillos esse p̄fectiores aut digniores alijs hoīb⁹: sed eos esse alicuius dignitatis: ita ꝙ cōtemni non debeant, quia quidam vidētes pusillos, q̄tum ad ea q̄ apparent, nullo dignos, contemnebāt eos: Christus autem ostendit, ꝙ non debeant contemni; quia tantæ dignitatis sunt, vt habeant à Deo singulos

D angelos deputatos ad sui custodiam.

An angeli homines custodiant. *Quæst. LVI.*

QVoniam aūt dr̄ hic de angelis paruulorum, i. custodibus eorum: videndum est de custodia angelorum, & habitudine ipsorum circa nos. Et primū dubiū est, an angeli custodiant hoīes. Aliqui dicūt, ꝙ non; quia Deus est custos hoīum Iob. 7. Quid faciam tibi, ò custos hoīum? sed p̄fectior custos est, qui p̄ eū sufficit ad custodiendum q̄, qui custodit mediantibus alijs: sed oē qđ perfectissimum est Deo attribuēdum est, vt ait Diony. ergo attribuetur Deo, ꝙ custodiat, & non p̄ angelos, sed per seipsum: & ita non erunt angeli deputati ad custodiam hoīum. Secundò, quia custodia hoīum à Deo fit per gratiam, quam eis cōfert: sed gratiam non dat Deus per angelos, sed per seipsum: ergo non custodiunt nos angeli, sed solus Deus. Tertiò, quia vnus effectus custodiæ angelicæ ponitur, ꝙ orationes nostras deferant ad Deum. sed istud videtur omnino superfluum, cū Deus per se omnia sciat: ergo vanum erit deputare angelos custodes. Quartò, quia custos deputatur alicui aut p̄pter imbecillitatem, vt iuuetur, & defendatur: aut propter ignorantiam, vt instruatur: sicut est de mulieribus, & pueris, quibus dantur in custodes doctores, & pedagogi: homo tamē per seipsum potest cognoscere ea, q̄ sibi facienda sunt per legem naturalē cordi impressā.

Rōnes in contrariū.

E 2. ratio.

3. ratio.

4. rōnem.

Potest etiam facere illa per liberum arbitrium: ergo non indiget hō custodia propter ignorantiam, aut ꝑ infirmitatem; & ita nō habet aliquam custodiam angelorum. 5.ratio. Quintò, quia officium custodis est retrahere custoditam rem ab his, quę ei mala sunt: angeli tñ non faciunt, cùm videamus multos labi in peccatum mortale: ergo angeli non custodiunt nos. 6.ratio. Sextò, quia cū custos soleat dari propter aliquā ignorantiam eius, qui custoditur, debet instruere ex officio suo custoditum ſm modum, quo custoditus instrui potest: sed via cognoscendi in hoīe est accipere cognitionem à sensibus: ergo si angeli custodes nostri essent, visibilibus apparitionibus deberent nos instruere. Hoc autē non faciunt nisi raro: ergo videtur, ꝙ non est eorum officium nos custodire, aut malè custodiunt: qđ de angelis bonis non est dicendum. 7.ratio. Septimò, quia vbi est fortior custodia, superuacuum est ponere minorem: sed Deus custodit nos, cui⁹ custodia efficacissima est. Psal. 120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel: ergo angeli non custodiunt nos. 8.ratio. Octauò, quia perditio custoditi pertinet ad culpam custodientis, quia anima eius debet esse pro anima illius: sicut dicitur, & de speculatore Ecclesiæ, Ezechi. tertio. Sanguinem eius de manu tua requiram, & tertio Regum. 20. capitu. dicitur cuidam: custodi virum istum, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima eius. sed multi quotidie pereunt æternaliter, quos si angeli custodirent, possent eruere ne inciderent in hāc damnationem apparendo eis, & docendo ne inciderent in peccata: ergo cū hoc nō faciant, vr̄ ꝙ non custodiunt angeli nos. Dicendum, ꝙ non est dubium, quin angeli custodes hominum sint: sic dr̄ Psalm. 90. Angelis suis Deus mādauit de te, vt custodiant te in oībus viis tuis. & idem supra 4. cap. Etiam, quia Deus pronior est ad miserendum, & adiuuandum nos quàm ad puniēdum: & tñ dęmones posuit ad exercitium, & pęnam quandam nostram dum viuimus. ad Ephe. 6. non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus rectores tenebrarum harum, & spiritalia nequitiæ in cęlestib⁹. i. cōtra dęmones, qui sunt rectores tenebrarum. i. rectores mundanorum hominū, & morantur in tenebris aeris caliginosi: & vocantur spiritalia nequitię, i. spiritus nequam: contra, hos inquit pugna est: ergo à fortiori daret Deus angelos ad nos custodiendum quàm dęmones ad impugnandū. Pro hoc autem considerandum, quòd Deus habet prouidentiam de oībus rebus, vt ostensum est supra ca. 10. quæst. 112. & istam prouidentiam ipse solus, & per seipsum habet; executionem tñ huius ꝓuidentiæ non facit per seipsum semp, sed vt cōiter per alias causas: & iō ea, quæ Deus circa hoīem prouidit, exequitur per causas aliquas. Regula aūt prouidentiæ hæc est, quòd mortalia, & variabilia per immobilia, & inuariabilia mouentur, & regulantur: sicut oīa corporalia per substantias spirituales, & immobilia, & corpora inferiora per corpora superiora, quæ sunt inuariabilia ſm substantiam: hoīes autem variabiles sunt circa conclusiones, in quibus possumus variè opinari, & regulantur ꝑ principia, quorum veritatem inuariabiliter tenemus: ita igitur cùm in rebus agendis cognitio, & affect⁹ hominis multipliciter variari possit, & deficere à bono, necesse fuit ad debitam executionem prouidentię, ꝙ daretur hominibus aliquid, per quod regulentur, et moueantur ad bonum, cū in operationibus oīo deficiant: et hoc pertinet ad diuinam bonitatem, quia licèt Deus omnium rerum prouidentiam habeat: specialiter tamen substantiæ rationales suæ prouidentiæ subduntur, inquātum altiori modo prę ceteris finem diuinæ bonitatis natæ sunt ꝯsequi: qa ergo inter Deū, & hoīes media est natura angelica, et ſm legem sapiē-

F tiæ suę hoc est ordinatum, vt inferioribus per superiora prouideat: ideo angeli exequuntur diuinam ꝓuidētiam circa homines adiuuando ad tendēdum in finē, et liberādo ab his, quæ impediunt ꝓcessum in finē: et ista executio diuinæ prouidentię facta circa homines per angelos vocatur custodia angelorum: est aūt ministerium quoddam, qđ circa nos exercēt, et ad illud a Deo mittuntur. ad Hebre. 1. Sunt administratorij spiritus in ministerium missi. 1.ratio. in contr. Ad primum dicendum, ꝙ Deus est custos hominum, et oīum rerum: & est custos primus, & præcipuus cui alij non cōnumerantur; & tamen nō obstante hoc sunt alij custodes, scilicet angeli, & nō pertinet ad imperfectionem Dei, quòd alii custodes sint: nam circa prouidentiam rerum ipse G solus est, Prouidentia in Deo quid dicat quia prouidentia nominat ipsam rōnem, vel regulam agendarū rerum, quæ in Deo est: & nō cōmunicatur alij, vt ab ipso solo totum regimen dependeat: executionem autem rerum ꝓuisarum etiā ipse solus facere posset, cum sit omnipotens: sed nō facit, imò cōmittit causis sub se positis. Et hoc, quia omnino periret vniuersi ordo, et essent plurimæ partes vniuersi superuacuæ, si Deus per se oīa exequeretur: nā ꝓuidentia Dei est de aliqua re, ꝙ exuratur. Si autem Deus exequæretur prouisa: tunc ipse per se rem illam exureret, et nō cremaret eam ignis. Et ita cùm præuiderit generandum hominem siue producendum, ipse per se illum produceret, & nō gigneret hō hominē. Et hoc mō tolleretur tota actio oīum rerū, et cau- H salitas naturalis: et esset vnū de duobus, quia aut istæ res nō essent, et tunc nō esset vniuersum; cùm nō sit aliqua res in tota natura, cui non cōpetat aliqua actio, nisi sit prima materia, qa vbicunq; est forma est actio; omnia tñ habent formam nisi materia prima cōsiderata, vt sic: et iō tolleretur quicquid est in vniuerso, si tolleretur omne agēs, aut essent omnia otiosa: et hoc est contra naturam ordinis: quia cū omnibus rebus sit data virtus actiua, ꝙ maneant in perpetuū otiosę, multum repugnat rōni, et ordini. Vt ergo maneat vniuersum sicut cōditum est, et non auferatur tanta pulchritudo quāta relucet in habitudine causatorum ad causas, fuit necesse ꝙ Deus nō faceret per se oīa: sed executionē cōmitteret causis sub se positis. Et ista est cā po- I tissima quare oportuit ꝙ Deus nō exequeretur per se oīa, sicut ꝓuidet ꝑ se omnia. Etiam nō posset ostendi tam abundāter diuina bonitas causando tot res, et tot modos agendi: Si Deus per se oīa exequeretur nō posset ostendi tā abundanter eius bonitas vt modo fit. nam modi agendi, et ordo causę, et causati ad perfectionem vniuersi pertinet. et hęc omnia tollerentur si Deus exequeretur per se omnia pręuisa, iō non debuit ipse omnia exequi: sed committere causis sub se cōstitutis, et quanto plures causas ad hoc constituit et plures modos causandi, et agendi dedit: tanto perfectior ipse ostēditur, cùm plus communicauerit bonitatem suam, et ostendat nobis illam communicatam in rebus quas condidit. Ita ergo de custodia angelorum: licèt Deus homines custodiat: non pertinet ad imperfectionem, sed magis ad ostensionem perfectionis, et Principatus sui, quòd angelos K etiam constituerit custodes illorum: potissimè, quia hoc conuenit tam angelis custodientibus quàm hominibus custoditis. De angelis patet: quia cùm natura superiores sint hominibus, nō dēt eis negari ista dignitas, quòd sint duces, et rectores hominum, et reducant homines in Deum, et in hoc cooperenē Deo in reductione hominum in finem. Conuenit etiam ex parte hominum, qui quandiu viuunt sunt in statu imperfectionis: quem statum Apost. cōparat pueritię 1. Corin. 13. scilicet: Cū essem paruulus, sapiebam vt paruulus & cęt. et sequitur, quando venerit quod perfectum est, idest vita ęterna, euacuabitur, quod ex parte est, i. status imperfectus, qui non habet integritatē,

quę

quæ est totalitas, sed est sicut pars: sed pueris quandiu manent in pueritia assignantur custodes, & pedagogi: ad Gala. 8. donec sint ætatis perfectæ: ergo hoĩbus, qui nunc in statu imperfectionis manent, competunt custodes: cùm autem fuerint in patria, quia euacuatum erit quod ex parte est, idest imperfectio, non erunt aliqui custodes. Ad secũdum dicendum, quòd

Ad 2. rõnem.

custodia hominum est, quòd ipsi homines custoditi deducãtur ad gratiam, & gloriam, & ideo ille, qui dat gloriam, & gratiam est verus, & præcipuus custos: qui autem non dat disponit tamen ad hoc, custos est, licèt

Exemplũ.

non præcipuus. Sic enim est in artificialibus, in quibus instrumenta quodammodo disponunt ad formam, vt ignis mollificando ferrum, & martellus dilatãdo: sed forma gladij inducitur ab artifice per similitudinem artis, quem habet in mente sua. Ita Deus, qui est primus custos inducit vltimam perfectionẽ coniungentem frui, & per hoc conseruantem. s. gratiam, & gloriam: angeli autem non possunt hoc deducere: quia non sunt principale agens, sed præparant ad hoc per illuminationes, & alia, quæ circa nos exercent. Ad

Ad 3. rationem.

tertium dicendum, ꝙ Angeli non dicuntur deferre orationes nostras ad Deum quasi notificent ei, quod nos oramus ad ipsum: cùm ipse melius nouerit quid oramus, & ipse per se exaudit orationes nostras: & nõ solùm quando oramus nouit quid oramus, sed etiam antequam oremus scit desiderium nostrum ad orandum, & acceptat illud. Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dñs, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. i. antequam orent dum se parant ad orandũ nouit De⁹, & exaudit deprecationes nostras, quas fundere volumus: sed dicuntur deferre orationes nostras Deo. i. orare pro nobis. Vel magis propriè orant, vt orationes nostræ exaudiantur: & ita etiam sacerdos dicitur offerre Deo orationem populi inquantum sua intercessione impetrat exaudiri orationes populi, & ita dixit Raphael ad Thobiam, Quãdo tu orabas cũ lachrimis, ego obtuli orationem tuam domino. Thobi. 12. cap. Ad quartum, ꝙ hominibus fuit conueniẽs

Quõ angeli dicantur deferre orationes nr̃as ad Deum.

Ad quartã rationem.

custodia angelorum tam propter ignorantiam quàm propter infirmitatem: lumen. n. naturale hominũ imperfectum est: & præcipue ad dirigendum illa, quæ naturam excedunt: potestas etiam eius potest ad malum flecti multis occasionibus: ideo quantum ad vtrũque fuit conueniens præsidium angelorum. Cùm ãt dr̃, quòd homo sufficit ad cognitionem boni, & legis naturalis, & ad exequendum sufficit per liberum arbitrium. Dicendum, ꝙ non plenè sufficiunt: per liberum. n. arbitrium potest hõ aliqualiter malum vitare, sed non sufficienter: quia infirmãt circa affectum boni pp̃ multiplices aĩæ passiones. similiter cognitio vniuersalis legis naturalis, q̃ hoĩ inest naturaliter, aliqualiter dirigit hoĩem ad bonũ, sed non sufficienter, q̃a in applicando vniuersalia principia iuris naturalis ad particularia opera cõtingit hoĩem multipliciter deficere. vnde dr̃ Sap. 9. Cogitationes mortalium timidę, & incertæ, puidentię eorũ. i. non rectè coniectant de reb⁹: iõ fuit necessaria angelorum custodia, qui nobis circa hoc in aliquo subuenirẽt. Ad quintũ dicendum, ꝙ homines custoditi ab angelis interdũ incidũt in mala, ne q; tñ sequitur nõ esse custodiã, vel male custodiri homines: sed ipsis agentibus quantum ad officiũ custodiæ eis à Deo limitatũ manet locus peccandi: nã sicut Deus p̃ prouidentiam suam intẽdit malũ auferre de rebus, nõ tamen oĩno aufert, sed solùm f̃m cõditionẽ naturę nostræ. i. ita ꝙ ablato malo possit manere cõditio humana. s. libertas arbitrij, qua possum⁹ libere velle bonum, & malũ: ita custodia angelica eripit nos à malis, & reducit ad bonum f̃m conditionem naturæ nostrę. s. quòd ad bonum non trahit inuitos: neque à

Ad 5. rõnem.

A malo distrahit violenter: sed taliter mouent nos angeli, quòd adhuc maneat nobis libertas ad bonum & ad malum eligendum, & ita, quia liberum arbitrium defectibile est, contingit etiam custodientibus angelis nos ad malum conuerti, & à bono auerti: sed hoc non est defectus custodię angelicę: quia totum agunt quod ad officium suum pertinet. Ad sextum dicendum, quòd angeli nos instruunt eo modo, quo conuenit, & non est necesse, neq; conueniens, ꝙ visionibus corporalibus nos erudiant: quia sua custodia mouet nos ad bonũ, & a malo flectit, scd̃m cõditionẽ naturę nostrę, idest vt non præiudicetur libertati, et tamen apparitiones illæ quodammodo præiudicant libertati: ideo non fiunt communiter. Patet hoc, quia

Ad 6. rõnem.

B apparitiones visibiles angelorum sunt supra cursum communem naturæ: iõ stuporem quendã incutiunt, & quodammodo violenter inducunt ad ꝯsensum eorum, q̃ suadent, in quo perit aliquod bonũ hoĩs quantum ad ꝯditionem hoĩs, quod est inquisitio rõnis, & non violenter vel ex necessitate assentire: & ideo apparitiones istæ non fiunt omnibus, sed aliquibus factę sunt ad confirmationẽ fidei multorum: & non oportet, ꝙ cuilibet fiant ad confirmationem fidei illius: sicut miracula non fiunt coram omnibus, sed coram quibusdam facta sunt, vt per illa confirmaretur fides, quam omnes tenemus: & tamẽ licèt non fiat ista apparitio visibilis: prodest nobis valde spiritualis custodia angelorum: quia suo modo nos instruunt illustrãdo phantasmata nostra, & confortando lumen intel-

C lectus, & excitando aĩum ad aliquid rectè considerandum. De modo autem agendi, quem habent angeli, & dęmones, & Deus super phantasiam, & intellectum, & voluntatem, declaratũ est supra 8. cap. quæst. 112. Putant autem aliqui, quòd custodia angelorum, vel non sit vel non prosit: quia non experimur, ꝙ aliquid boni nobis faciant. Dicendũ tñ, quòd isti errant: necesse est tamen poni custodiri homines ab angelis: cùm scriptura hoc asserat, & hoc dato necesse est illã esse vtilem, quia Deus non instituisset illam nisi esset vtilis nobis. Nos tamen non experimur vtilitatem ex ea: quia modus quo angeli custodes nobis proficiunt est purè spiritualis. s. purè illustrando phantasmata, &

D cõfortando lumen intellectus: & incitãdo ad bona cogitandum. ista autem sunt interiores immutationes sine aliquo signo sensibili: nos tamen non possumus aliquid cognoscere nisi sit in sensu: vel per id quod est in sensu: ideo non experimur in nobis quid faciat angelorum custodia. Multum. n. prodesset, ꝙ possemus cognoscere, si illam nobis De⁹ omnino subtraheret: nam videremus experimento ita nos esse deficientes ad recta cognoscendum, & infirmos ad bona volendum, ꝙ sciremus multum nobis nũc illã cõferre. Nec est hoc incõueniens, ꝙ nõ experiamur istam custodiã angelicam; nam nihil notius est, q̃ nos habere aĩam, & tamen non experimur in nobis aĩam nostram, cũ nullo sensu æque percipiamus. Ad septimum dicendũ, ꝙ

Quõ angeli custodes hoĩb⁹ proficiãt.

E vbi est fortior custos, superuacuus est minus fortis, si ille fortis velit per seipsum agere, quod agunt inferiores custodes: sed hoc nõ facit Deus, quia aliquid facit per se, & alia nõ, quæ aliis potius cõmittit: vt dictum fuit supra: iõ stante hoc, necessarij sunt custodes minores. Pro quo sciẽdum, quod tota custodia hominum est, vt à fine suo non errent, sed in illum perueniant: ad ipsum autẽ per bona opera peruenitur, ideo qui facit inuariabiliter bonum operari custodit hoĩem pfectè. Ad bonum autem operandũ duo requiruntur. Primò quidem vt affectus inclinetur ad bonum: & hoc quidem fit in nobis per habitum virtutis moralis, q̃ inclinat in bonum per modum naturæ, vt colligit 7. Ethi. Secundò, quòd ratio inueniat congruas vias ad perficiendum

Ad 7. rõnem.

ciendum bonum virtutis, quod quidem Aristoteles attribuit prudentiæ, quæ est vniuersalitér directiua de his quę ad totam vitam pertinent. 6. Ethi. Quantum ad primum horum Deus per seipsum immediatè custodit hominem infundendo ei gratiam, & virtutes gratuitas, & ideo quantum ad hoc ipse solus custodit hominem & non angeli: quia ipsi non cooperantur in infusione gratiæ & virtutum. Quantum ad secundum Deus non instruit hominē immediatè per seipsum, sed per multa media: vñ interdum instruit vnum hominem per alterum hominem: interdum verò per angelos: interdum per creaturas minores homine, vt per formicā, iuxta illud Prou. 6. Vade ad formicā, ò piger, & addisce prudentiam. & per volatilia cæli & fęnum agri, supra 6. capit. respicite volatilia cœli, & cæt. & Ideo quantum ad hoc præcipua custodia hominum fit per angelos, quia ipsi eos instruunt, licèt non sensibiliter, sed illustrando phantasmata, aut confortādo lumen intellectuale, & per alios modos, vt supra dictum est. Ad octauum dicendum, quòd perire custoditum pertinet ad culpā custodientis, si eo non faciente oīa, quæ pertinebant ad officium custodiæ, ille pereat: in angelis autem nō est sic, quia licèt hoīes custoditi pereant, non est culpa angelorum, cū omnia faciant, quæ eis imposita sunt pro custodia hominum: custodiunt aūt eos, vt dictum est deducendo ad bonū, & retrahendo à malo: & hoc ſm conditionem naturę humanæ s. nihil tollendo de libertate. Et ob hoc contingit, ꝙ angelis suadentibus bonū quantum possunt circa coactionem consensus homo repugnet suasionibus eorum per libertatem: & ita peccat, & perit: sic. n. videmus in nobisipsis quantū ad aīam. Est nāq; in nobis instinctus naturalis ad bonum: quia ratio deprecatur ad optima. 1. Ethico. sed discedunt hoīes ab appetitu boni per fortem passionem: ita accidit circa instructionem angelorum. Nam quidquid angeli circa nos faciunt instruendo, vel solicitādo ad bonum, fit inuisibiliter per solum modum interiorem, sicut appetitus naturalis ad bonum inuisibiliter nos stimulat. Sicut igitur ab illo declinamus per libertatem inclinante passione: ita & à suasione bona, & instructione recta angelorum: ideo quòd homines pereant peccādo non est imputandum negligentiæ vel indebitæ custodiæ angelorum, quia totum faciunt, quod fieri decet: sed malitię suæ, qua sponte recedunt à suasione & instructione angelorum: quare autem angeli non apparent nobis, vt fortius, & manifestius instruant, posita fuit supra causa.

Qđo Des per mlta media homines instruat.

Ad 8. rationem.

Ad quos angelos pertinet homines custodire.
Quæstio. LVII.

QVAERETVR, ad quos angelos ptinet custodire hoīes, an ptineat ad oēs spūs angelicos, an solū ad tres ordines in fine hierarchiæ: an ad solū ordinē infimum angelorū, quos angelos specialiter appellamus. Et qm̄ quidam solent dicere, ꝙ ad solum infimū ordinem pertineat custodire, videtur quòd non ad solum istum ordinem, sed etiam ad omnes tres ordines hierarchiæ in fine: quia vt dicit Diony. tertiæ hierarchiæ est proprium diuinum lumen accipere per cōsequentiā nrę hierarchiæ, idest lumen quod ipsi accipiunt est proportionatū ad immediatè trāsfundendū in nos: sed ille angel⁹ dr̄ custos hoīs, qui ipsum immediatè illuminat: ergo videtur ꝙ ad oēs tres ordines tertiæ hierarchiæ pertineat custodire homines. Secundò quia angeli custodes defendunt hominē ab impugnatione inuisibilis hostis, sed arcere dęmones ſm Greg. pertinet ad potestates: ergo illi ordini conueniet custodire hoīes. Tertiò, quia homines custodiuntur, &

Nonnullorū rōnes incontra. 1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

F conseruantur interdū à malis per miraculosam operationē, sed mirabilia operari pertinet ad virtutes: ergo ad ordinem illum pertinebit custodia hoīum. Quartò vr̄, ꝙ angeli quinque ordinum inferiorum custodiāt hoīes, quia mitti ordinatur ad custodiam. & tñ angeli quinq; ordinum mittuntur; ergo oēs illi custodiunt homines. Patet quia ad Hebrę. 1. dicitur sunt administratorij spirit⁹ in ministerium missi: ergo qnq; ordines inferiores, qui ponunt̄ mitti erunt ad custodiā. Quintò videtur, ꝙ angeli omnium ordinum custodiāt homines, qa in hominibus inueniūtur diuersa officia, sed ſm diuersa officia inueniuntur diuersi ordines angelorum distincti: quorum officiorum similitudines inueniuntur in aliquibus officiis humanis, vt dicit Gręgo. ostendens qualiter hoīes ad ordines angelorū assumantur: ergo videtur ꝙ ad omnes ordines pertinet custodia hoīum. Sextò, quia si non pertineret ad oēs ordines, hoc esset maximè, qa ad superiores ordines non pertineret; & tamen ad illos etiam videtur pertinere, quia super illo verbo literę. s. angeli eorum semper vident faciem & c. dicit Chry. ꝙ intelligitur non de quibuscunque angelis, sed de sublimioribus, vel supereminentibus: ergo supremi angeli custodiunt hoīes.

4. ratio.

5. ratio.

G

6. ratio.

Dicendum, ꝙ custodia hoīum sola sumpta ad solos spiritus imfimi ordinis, qui angeli vocantur, pertinet. Sic dicitur Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te. & tamen angeli propriè dicuntur illi, qui sunt in ordine infimo, vt dicit Dion. ergo ipsi soli custodiunt. Item quia Grægo. dicit, ꝙ angeli sunt, q minima nunciant, & tamen minima sunt, quę ad statum personarum singularium pertinēt: ergo ad solos angelos pertinet custodire homines. Pro quo sciendum, ꝙ illi spiritus dicuntur custodire homines, qui immediatè eos illuminant, & habent actus limitatos circa humana officija, & procurant quæ ad ipsos specialiter pertinent: totum hoc requiritur ad custodiā. Et ex hoc apparet, qui ordines custodiunt hominem. Ex hoc. n. quod dr̄, ꝙ illuminant, immediatè excludūtur à custodia angeli assistētes, qui sunt in quatuor ordinibus supremis; nam illi non illuminant homines immediatè, cum ad eos nunquam mittantur: sed illuminant eos mediatè inquantum ipsi illuminant angelos inferiores, & illi illuminant hoīes: inquantum dr̄ & habent actus limitatos circa humana officia, excluditur media hierarchia; nam licèt spiritus de hac hierarchia habeant, ꝙ mittantur, & interdū illuminent homines, & procurent aliqua negocia humana; tamē non est actus eorum limitatus circa hoc solum, cùm de aliis maiorib⁹ negociis cura eis sit interdum: inquātum verò per custodiā istam procurantur ea, quæ ptinent ad determinatos hoīes (quod est minimū, & vltimum in actibus angelorum) excluduntur ab ista custodia oēs spiritus ordinum aliorū etiā infimę Hierarchiæ nisi primus ordo, qui angelorum dr̄. Ad hos. n. solos ptinet custodire singulos hoīes: hoc, qđ dr̄ intelligit̄ de custodia in particulari. s. cuiuslibet hoīs per se. Ideo dicēdū, ꝙ est duplex custodia. s. particularis, secūdū ꝙ singulis hoībus singuli angeli deputantur, & talis custodia pertinet ad solùm infimum ordinem angelorum quorū ſm Greg. est minima nunciare. Hoc autē vr̄ esse minimum in officiis angelorum. s. procurare ea, quę pertinent ad vnius hoīs tantùm salutem. Alia est custodia vniuersalis: & ista non est determinati ordinis, sed multiplicatur secundùm diuersos ordines. Nā quāto agens fuerit vniuersalius, tanto est superius. Sic igitur custodia totius speciei humanæ ptinet ad ordinem Principatuum, qui per excellentiam Principes dicuntur. Vel ſm alios pertinet ad Archangelos, qui sunt principes angelorum. vnde Michael, quem vocamus Archangelū, vocamus vnus de principibus.

H

I

K

Daniel

Daniel 10. cap. idest de principibus humanę multitudinis: licèt non totius speciei, super omnes verò naturas corporales habent custodiam Potestates: & vlterius etiam super spiritus bonos habent custodiā Principatus, vel Dñationes, vt ait Greg. Ad primum dicēdum, ꝙ omnes angeli non solùm primę hierarchiæ. i. infimæ custodiūt hoīes, sed etiam ad oēs quinq; ordines, qui mittuntur, pertinet custodire: quia missio est ad aliquam administrationem, sed differt de custodia particulari, vel generali. Nam custodia vniuersalis ad oēs quinq; ordines pertinet, custodia particularis solū pertinet ad ordinem infimum infimæ hierarchię. s. ad angelos. De tota tñ hierarchia infima dicendum, ꝙ angeli illius habent lumen proportionatū lumini nostro: ita vt immediatè possunt transfundere quod nouerunt in nos: & tñ differt, quia angeli primi ordinis. i. infimi transfundunt in nos lumen suum limitando se circa negocia personarum singularum, angeli verò secundi, & tertij ordinis primæ hierarchiæ. i. infimæ habent lumen suum proportionatum nobis: ita vt sine medio possint nos reducere in cognitionem aliquarum rerum, & tñ non reducunt singulos, sed multos: iō non habēt custodiam singularium hominum, sed multitudinis. i. vnius prouinciæ regni vel vrbis.

Ad 1. rō-nem.

Ad 2. rō-nem. Ad secundum dicendum, ꝙ ad Potestates pertinet arcere dęmones, & illi nō custodiunt homines singulariter, sed illi, qui arcent dęmones ab hominibus custoditis, sunt angeli inferiores, qui ipsos homines custodiunt: sed hoc faciunt in virtute Potestatum: nam angeli inferiores participant virtutem superiorum inquātum ab eis illuminantur, vt ait Diony. & ita dicit, quòd Angelus infimi ordinis purgauit Isaiam per ignem: tamen fecit hoc in virtute Seraphim: & ideo dicitur fecisse istud Seraphim, licèt non fuerit Seraphim: Item cùm angeli inferiores participauerint virtutem Potestatum per illuminationem receptam ab eis, arcebunt dęmones ab hominibus, quos custodierint, sicut facerent Potestates, & poterit dici, quòd Potestates illos arcent, cū faciant angeli in virtute Potestatum.

Ad 3. ratio nem. Ad tertium dicendum, ꝙ operatio miraculorum. i. rerum mirabilium facit interdum ad custodiam hominum, & facere hæc pertinet ad Virtutes, & tñ angeli infimi ordinis poterunt ista facere inquantū participāt virtutem Virtutum per illuminationem ab eis receptam, & sunt sicut executores virtutis illorū: & vocabuntur tunc Virtutes.

Ad quartā rationem. Ad quartum dicendum vno modo, ꝙ omnes angeli custodes mittuntur, sed non omnes, qui mittuntur custodes sunt: sed soli infimi propriè custodes sunt: quia superiores exequuntur ea, quæ ad multos pertinent: & quanto ad plures tanto est ordo superior: & ideo Virtutes sunt supremi spiritus inter exequentes mysteria: quia eorum actus se extendit non solùm ad res humanas, sed etiam ad res naturales: vt patet in operatione signorum. Et post Virtutes sunt Potestates: quorum actus nō tantùm ad homines, sed etiam ad dęmones se extendit. Postea sunt Principatꝰ, quorum actus est circa humanā multitudinem. i. ad totam speciem, vel ad magnas multitudines. Angeli verò infimi sunt, & isti solùm se extēdunt ad negocia singularum personarum. Archangeli autem, qui sunt medij inter Potestates, & Angelos, participant aliquid commune cum vtrisque: & ita pręsunt multitudini.

Aliter ad 4. rōnem. Aliter potest dici, ꝙ ista duo ꝯuertūtur. s. mitti & custodire: sed est custodia vniuersalis, & particularis. Quatuor ordines, qui mittuntur incipiendo à supremis custodiunt vniuersaliter: infimus verò, idest quintus custodit personas singulares, vt ostensū est.

Ad 5. rō-nem. Ad quintum dicendum, ꝙ licèt multa officia sint in hoībus: non oportet ꝙ custodiantur hoīes istorum officiorum à spiritibus multorum ordinum, quia aut A ista officia pertinent ad hoīes inquantum sunt priuatę personæ; aut inquantum præsunt multitudini. Si primo modo, dicendum ꝙ oīa officia humana pertinentia ad singulares personas, cùm habeant cum quibuscunq; ordinibus similitudinem, diriguntur, per angelos infimi ordinis, inquantum illi participāt virtutem superiorum ordinum ꝑ illuminationes susceptas. Si secundo modo, dicendum ꝙ oīa talia officia, quia ad multitudinem ꝑtinēt dirigunt per angelos, q pręsunt multitudini. s. per Archāgelos, aut per Principatus: & iō quilibet hō ꝯstitutus in prælatione habet duos spiritus directores. Inquantum. n. est persona priuata quātum ad negocia sua dirigitur per angelum custodem infimi ordinis, qui est illi personæ deputatus: inquan- B tum verò est persona cōis dirigitur ab Archangelo, vel Principatu, qui habet commissam specialiter illā multitudinem: cū iste gerat vices totius cōmunitatis.

Non ꝙ quilibet hō ī prælatione constitutꝰ duos angelos directores habet.

Ad 6. rō-nem. Ad sextum dicendum, ꝙ spiritus supremi. i. supremæ Hierarchiæ non custodiunt, cùm non mittātur. Quod verò dicit Chry. de supereminentibus accipi litteram istam: dicendum ꝙ non accipitur de supereminentibus respectu oīum ordinum, i. ꝙ sint in suprema Hierarchia, sed respectu ordinis infimi. Nam s'm Diony. in quolibet ordine distinguuntur primi medij & vltimi. & ita in ordine angelorum sunt quidam, qui eminentes vocantur. Est. n. verisimile, ꝙ circa custodes priuatarum personarum Deus constituat angelos excellentiores istius ordinis ad custodiam eorum, qui in maio- C ri gradu gloriæ futuri sunt: & quia isti paruuli, de quibus Christus loquebatur, fortè futuri erant in magno gradu gloriæ, dixit Chry. quòd angeli eorum erant angeli supereminentes.

An vnus Angelus custodit vnum hominem, vel vnus Angelus deputatur multis hominibus. Quæst. LVIII.

QVAERETVR, cùm sit custodia hoīum per angelos, an vnus angelus custodiat vnum hominem, vel vnus angelus deputetur multis hoībus. Aliq dicunt, ꝙ non deputatur cuilibet homini vnus angelus: quia angeli sunt maiores virtutis quā hoīes: & tñ D vnus hō sufficit ad regendum multos hoīes, & ita nō deputabitur cuilibet vnus. Secundò, quia videtur potius, ꝙ vnus angelus custodiat oēs homines, qa inferiora reducuntur in Deū à substantiis superioribus ꝑ media, vt dicit Hierony. sed cū omnes angeli sint inter se inæquales, quia nō est vnus, qui sit æqualis alteri: quia sunt diuersæ speciei: necesse est, ꝙ solus vnus angelus sit, inter quem & homines nō sit mediū, & ille est minimus oīum angelorum: ergo ille solꝰ erit, qui immediatè custodiat hoīes. Tertiò, quia non videtur conueniens varios homines à diuersis angelis custodiri, qui angeli non sunt inter se æquales, vt dicit Diony. imò nullus est æqualis alteri: & tñ maiores angeli deputantur maioribus officiis: sed custodire hoīes æqua- E le est (quemcunq; hoīem quis custodiat) cū omnes hoīes sint ęquales s'm speciem: ergo non deputabitur cuilibet homini vnus angelus, quia tunc æqualibus officiis deputarētur inæquales angeli: qđ nō est ꝯueniēs.

Dicendum, ꝙ cuilibet homini assignatur vnus angelus in custodiā. Sic. n. dicit Hiero. sup Matt. magna est dignitas aīarū, vt vnaqueq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiā sui angelum delegatū. Hoc aūt sic persuadetur: quia custodia angelorum est qđam executio diuinæ prouidentię circa homines: prouidentia āt Dei aliter se habet ad homines, & aliter ad alias corruptibiles creaturas; & hoc quia custodia est, vt res non pereat, perit autem, quando corrumpitur: & ita corruptio repugnat intentioni custodiæ; vnde illa, q̄ non possunt

Prouidentia Dei aliter se hēt ad hoīes aliter ad alias creaturas.

possunt effici aliquo modo incorruptibilia, non custodiuntur, et consequenter secundùm ꝙ varie se habẽt res ad incorruptibilitatem ita variè custodiuntur. Cæteræ enim res licèt quãtum ad speciem sint incorruptibiles: cùm nulla species pereat, eo quòd conseruatur in indiuiduis: ipsa tamen indiuidua quantũ ad ꝓprias formas pereunt: ideo custodia in eis directè est respectu speciei, & non indiuiduorum: homines autẽ non solũ sunt incorruptibiles quantum ad speciem, sed etiam quãtum ad proprias formas singulorum, quę sunt animæ rationales, ideo necesse est, quòd prouidentia Dei magis sit circa homines, quàm circa cæteras res: nam circa cætera, quæ corrumpuntur nõ est prouidentia Dei, nisi inquantũ ordinantur ad ea, quæ non corrumpuntur. s. ad species, quæ per successionẽ indiuiduorum conseruantur. necesse est igitur, quòd ita comparetur prouidentia Dei ad singulos homines sicut ad quaslibet spẽs aliarũ rerũ corruptibilium: cũ quilibet homo sit incorruptibilis, sicut quælibet species rerum aliarum: ergo probabile est, quòd sicut diuersis generibus deputantur diuersi ordines, vt potestates ad arcendos dęmones: virtutes ad facienda miracula in rebus corporeis: ita diuersis speciebus rerum diuersi angeli eiusdẽ ordinis præficiantur. consequenter ergo rationabile est, ꝙ singulis hoĩbus singuli angeli deputentur, & ita est doctrina communis: & hoc Christus voluit innuere hic, quia dixit de pusillis, angeli eorum semper vident: & nõ dixit angelus eorum, quasi pro quolibet pusillo esset vnus angelus: & idem colligitur Actu. 12. quando Petrus solutus de carcere pulsauit portam hospitij: & qui intra domum erant, dixerunt: Petrus est. Alij dixerunt non est: sed angelus eius est. & ita innuebãt quòd Petrus vnum angelũ habebat, qui specialiter suꝰ erat: quod de quolibet alio sentiri necesse erat: quia non fuit causa specialis credẽdi hoc de Petro potius quàm de quolibet alio, & apꝓbatur ista sententia ibi: ideo ita tenendũ est, ꝙ quilibet vnum angelum specialiter sibi delegatum habeat ad custodiam. Ad primum dicendum, ꝙ angelus virtuosior est hoĩe, & tñ cuilibet homini deputatur vnus angelus, licèt vnus homo regat multos homines. Et põt dici vno modo, quòd quando vnus homo regit multos hoĩes non est sufficiens regimen: sed necesse est sic fieri, vt homines habeant caput aliquod: & detur aliquis modus communicationis, quia cõicatio non est nisi in vnitate: ideo oportuit multitudinem communicantium reduci ad vnitatem, & hoc est per vnitatẽ rectoris: & ita ẽt si insufficienter regat, necesse est, ꝙ vnus pręficiatur multis: custodia angeli, quia est regimen datum à Deo, oportet ꝙ sit sufficiens, & in nullo deficiens, sicut fit in naturalibus, quia nunquam ordo eorum deficit: & ad hoc fortè fuit necesse, ꝙ cuilibet homini daretur vnus angelus. Aliter dicẽdum, quòd custodia siue principatus angelicus ordinatus est: interdum. n. vnus angelus custodit vnicum hominẽ, interdum verò multos. Et pro hoc sciendum, quòd homini adhibetur custos dupliciter. Vno mõ inquantũ est homo singularis, & sic vni homini debetur vnus custos, & interdum plures, sed hoc est per accidens. Alio modo inquantum homo est pars collegij, & tũc sicut vni collegio, vel communitati quantumcunque magnæ vnus homo præficitur, ad quem pertinet videre de omnibus, quæ pertinent ad illud collegiũ inquantum est collegium vel cõitas: ita & illi communitati præponitur vnus angelus, qui habet disponere ea, quę pertinẽt ad illum hominem, q præest communitati in ordine ad communitatẽ totam, & non quantum ad ipsum particulariter: sicut sunt ea, quæ exteriꝰ aguntur de quibus aliqui ædificantur, & aliqui scandalizantur; est autem ratio, ꝙ non præponatur vnus

Ad primã rationẽ in contrariũ.

Aliter ad 1. rõnem

F angelus multis hominibus: nec est similitudo de homine, qui multis hominibus præficitur, quia qñ vnus ꝑponitur multis, ꝑponitur sub rõne vnius, & nõ multorum, quia rector cõ tatis nõ habet videre de eis, q̃ pertinent ad singulos de communitate, sed ad ipsam cõmunitatem solùm; quia aliàs deberet prouidere cuilibet de communitate de omnibus necessariis ad vitã. Angelus autem, qui pręest homini, vel custodit illũ, habet curare de hominibus, quæ pertinẽt ad salutem, & conseruationem hominis siue de exterioribus siue de interioribus, & ita satis est, quòd vnus angelus custodiat vnum hominem: non est enim similis modꝰ custodiendi vnum, & alterum hominem: cùm alia & alia sint necessaria huic & illi homini: quando autem
G angelus pręficitur multitudini, habet vnum modum prouidẽdi, quia non curat de singulis, sed de communitate, & habet dirigere personam, quę præest cõmunitati in ordine ad ipsam communitatem, & tunc vnꝰ angelus præest multis, sicut vnus homo multis: & tamẽ perfectius præest vnus angelus multis quàm vnus homo propter abundantius lumen rationis. Ad secũdum dicendum, quòd ad hoc, ꝙ angelus custodiat hominem, necesse est q̃ eum illuminet immediatè, vt dictum est præcedenti quæstione, & ideo concedẽdum est, quòd licèt vnicus angelus est, qui secundùm ordinem perfectionis est immediatus speciei humanæ: eo quòd inter ipsum & speciem humanam nulla est substantia media: tamen multi angeli sunt, qui immedia
H tè illuminant homines, licèt illi non sint immediati hominibus secũdùm ordinem perfectionis. Pro quo sciendum, quòd omnes angeli supremę Hierarchiæ, quantum ad aliquid illuminantur immediatè a Deo: quidam verò sunt, in quibus soli supremi illuminantur immediatè à Deo; & ipsi reuelant ea inferioribus, & quantum ad spiritus ordinum inferiorum est dicẽdum, quòd aliqua sunt in quibus angeli infimi ordinis illuminantur immediatè à supremo angelo maximi ordinis: & aliqua sunt, in quibus quilibet angelus inferior illuminatur ab illo angelo, qui ei immediatè ꝑest. Idem etiam erit de hominibus respectu angelorum, & ita aliquis homo erit, qui illuminatur, & custoditur immediatè ab ipso angelo, q est immediatus speciei
I humanæ: & alius homo erit, qui immediatè illuminatur & custodit̃ ab aliquo angelo: qui tamen habet sub se alios angelos, quos illuminat: vnde licèt vnicus sit angelus, qui speciei humanæ immediatus sit, multi erunt angeli, qui custodiunt homines. Ad tertium dicendum, quòd angelis inæqualibus semper dantur inæqualia officia. Et cùm dicitur, ꝙ custodire homines est æquale, negandum est: nõ enim sunt homines ęquales, quia licèt sint ęquales secundùm speciẽ: sunt inęquales ex diuina prouidentia, inquantũ Deus quosdam ad maiora pręordinauit: alios verò ad minora, iuxta illud Ecclesia. 33. In multitudine disciplinę domini separauit eos, & immutauit vias eorum, & ex ipsis benedixit, et exaltauit; et ex ipsis sanctificauit, & applicuit sibi: & ex ipsis maledixit, et humiliauit:
K & ideo secundùm ꝙ Deus præordinauit maiora de vno homine quàm de alio, ita est processus eius diuersus quàm alterius, qui ad minora ordinatus est: vndè dicitur, & immutauit vias eorum, idest sicut separauit eos pręstituendo illis diuersos fines: ita immutauit vias eorum, i. dedit eis diuersas vias perueniendi ad pręuisos fines: & quanto maiora pręuisa sunt, tanto est maior difficultas perueniendi: & consequenter dirigere ꝑ illa media pertinet ad maiorem virtutem; et ita non est ęquale custodire vnum hominem, et alterum. Consequenter autem dicendum quòd angeli infimi ordinis, qui assignati sunt ad custodiam ꝑsonarum priuatarum, quanto fuerint excellentiores,

Ad 2. rõnem.

Ad 3. rõnem.

tanto

tanto delegabuntur hominibus, quos Deus prouidit A
ad maiora deducere sm statum salutis spiritualis, et
interdum secundùm sæculi mutabilem prosperitatē,
Et cùm quantum ad hoc homines sint inter se omnes inæquales: ita angeli (licèt inęquales sint) habebūt aliquos quos custodiant proportionaliter secundùm magnitudinem suę virtutis.

An cuilibet homini sit assignatus aliquis angelus, vel sit aliquis, cui nullus angelus sit deputatus.
Quæst. LIX.

QVAERETVR, dato quòd non custodiantur omnes homines ab eodem angelo, sed singuli à singulis: an cuilibet homini sit assignatus aliquis ange B
lus, vel sit aliquis cui nullus angelus deputatus sit. Aliqui dicunt, quòd non, quia aliqui sunt, qui non habent custodem. Sic videtur de Adam: erat enim ille homo, & tamen non videtur habuisse custodem angelum in statu innocētiæ: custodia enim angelorum datur hominibus ad euitanda pericula, & ad instruendum propter ignorantiam: sed in statu inocentiæ fuit Adam liber à periculis: quia neque ignis vreret, neque gladius secaret. Etiam ab ignorantia erat liber cùm haberet plenam cognitionem: ideo non fuit tunc necessaria custodia angeli. Secundò quia sanctificati in vtero non videtur, quòd habeant angelos custodes: gratia nāque, est confirmata ī illis, in quibus ex hoc efficit, vt mortaliter peccare nō possint sed custo- C
dia angelorum ordinatur contra impedimentum salutis, quod per peccatum homo incurrit: ergo videtur quòd sanctificati in vtero non habeant angelum custodem.

Rōnes in contrariū.

Dicendum quòd quilibet homo habet angelum custodem, sic dicit Iero. super Matthæum: magna est dignitas animarum, vt vnaquęque habeat angelum in sui custodia delegatum. Et dicendum, quòd est cuilibet homini necessaria ista custodia propter multa pericula huius vitæ tam ab intra quàm ab extra, iuxta illud Psalmi 141. In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Et ideo sicut hominibus viam non tutam ambulantibus necessarij sunt custodes: ita cuilibet homini viuēti sunt multi la- D
quei. vt ait Augu. in sermone. quorum iter dæmonum occulta infestatio, velut latronum obsidet multitudo: quibus per omnes vias supplantatores inuisi laqueos tendunt inumerabilium animarum mortibus expauescendos. Durat autem ista custodia in quolibet homine vsque ad mortem. Nam custodia est executio diuinę prouidentiæ circa homines: prouidentia autem est ad conferendum ea, quæ promouent in finem, & ad remouendum ea, quæ impediunt à fine. Vltimum autem in his adiutorijs est, quòd immediatè cōiungit fini, quòd a solo Deo est, ideo ab angelis custodibus, q exequūtur diuinam prouidentiā, sunt quędam pręparationes iuuantes ad cōsequendum finem vltimum, præparatio autem non habet operationē nisi circa rē, E
q̃ est ordinata ad finem ante finis consecutionem: & quia in morte cōstituitur quilibet in termino suo siue mali siue boni: ideo post mortē custodia nulla est, sed q̃ pereunt habent dæmonē punientem: quia eum habet in pęnis tortorem, quem habuit in vitium incentorem. Boni verò in purgatorio non habent custodem angelum, quia ibi nulla pericula eueniri possunt, neq; variari status hominis ad malum: neque pænæ erūt plures quàm De⁹ inferre decreuerit: ideo angeli custodes non impediunt illas, sed cōsolantur interdum animas quas hic custodierunt: vt leui⁹ ferant quod necessario sustinent: boni autem in vita æterna habebunt angelos custodes, vt in socios, vel in corregnantes: Neque tamen est intelligendum quòd æqualis gloriæ futuræ erunt animæ custoditæ & angeli custodes: sed interdū contingit custoditum maioris gloriæ effici quàm sit angelus custos: sicut Virgo domina nostra angelum custodē habuit: & tñ ipsa exaltata ē ea sup oēs choros angelorū ad cęlestia regna; iō angelus minor ea: sic de multis viris sanctis, vt de Petro, & Paulo, & de multis aliis. Nam omnes angeli custodes sunt de imfimo ordine angelorum, vt dictum est supra quæst. 57. & tamē de istis sāctis communiter opinamur, quòd sint supra primum ordinem, idest infimum angelorum: & è cōtrario multi beati de custoditis sunt minoris gloriæ, q̃ angeli custodiētes & maxime patet in paruulis decedētib⁹ quorū parua est gloria, qa nulla merita praua extiterunt. Ad primum dicendum quòd Adam indigebat angelo custode, & habuit illum tam propter impotentiam quàm propter ignorantiam. De impotentia patet, quia licèt Adam nullum periculum posset timere ab exterioribus nociuis corporaliter, & etiam non inerat ei periculum incidendi in peccatum ex parte carnis instigantis, in qua non erat incentiuum mali: erat tamen periculum ex potentia peccandi: quia non erat adhuc confirmatus: sed erat potens peccare & potens non peccare: & erat periculum ex dæmone instigante: ideo indigebat custodia angeli: ne ex parte potentiæ suæ laberetur, aut sugerente dæmone, sicut factum est. Erat etiam ignorantia non quidem defectus aliquis, sed conditio naturæ: erat quippe debilioris luminis quàm angelus, & ideo angelus malus poterat eum fallere, & angelus bonus poterat instruere, & propter hoc fuit conueniens quòd custodem angelum haberet. Ad secundum dicendum quòd licèt sanctificati in vtero non possint peccare saltem mortaliter, tamē possunt proficere ad maius bonum, & potest impediri profectus eorū per dæmones vel malos homines: ideo indigent custodia angelorum, vt eos ad illa bona incitent, & caueant impedimenta profectus ipsorum. Imò dicendum, q sanctificati indigent valde custodia angelorum: & magnis quidem angelis custodientibus: quia certum est quòd si quem Deus in vtero sanctificat, intendit illum exaltare ad magnum statum meritorum & gloriæ: qa aliàs frustra erat tam mirabile principium in eo ostendere per ipsius solius Dei operationem, si non esset extollendus ad maiorem statum quàm cæteri homines communiter: & tamen quanto Deus præuidit aliquē ad maiora exaltare, tanto dat ei vias difficiliores perueniendi, vt ostensum est pręcedenti quęst. sed ad istas indigetur maiori consilio & directione: ergo maior angelus est sibi necessarius ad custodiam, scilicet de supremis angelis infimi ordinis angelorum, qui solus ad singularium hominum custodiam deputatus est: & si talem angelum non haberent, nunquam possent incedere per vias tam perfectas, vt peruenirent ad illum tam excellentem finē, & sic frustraretur in illis diuina prouidentia, ideo valde necessaria est santificatis custodia angelorum, & magnorum quidem.

Ad 1. rōnem in cōtrarium. Adam in paradiso custodem angeliū habuit.

Ad 2. rationem.

Sanctificatis in vtero valde necessaria est custodia angelorū.

An virgo Domina nostra angelum custodem habuerit.
Quæst. LX.

QVAERETVR, an virgo domina nostra habuerit angelum custodem. Aliqui dicunt q non, quia angeli custodes adiuuāt custoditos inquantum sunt perfectiores eis tam ex parte intellectus quàm ex parte affectus: & supplent, quod deest custoditis p modum suum, sed virgo erat perfectior angelis: quod patuit ex magnitudine meritorum quibus digna habita est, vt exaltaretur super choros angelorum. ergo non habuit angelum custodem. Secundò, quia si ei debuis

set dari aliquis angelus in custodiam: non esset de infimis angelis, quia hoc nihil esset, cùm ipsa esset tam ꝑfecta: sed esset de supmis, scilicet de Cherubim, aut Seraphim, illi tamen neminem custodiunt, quia soli habẽt officium custodiendi qui mittuntur, & tamẽ quatuor ordines supremi nunquam mittuntur: ergo neminem custodiũt & ita Domina nostra à nullo custodiretur. Tertiò, quia custoditus subditus est angelo custodienti: quia ille deputatur sibi in principem, & rectorem: & tamen virgo non subdebatur angelis: sed erat maior angelis, cùm esset mater Christi: & illi reuerebantur ei: ergo non habuit aliquem angelum custodem.

ratio.

Dicendum quòd Virgo habuit angelum custodẽ, & hoc non est dubium: nam maior est custodia cuiuscunque angeli etiam minimi quàm cuiuslibet hominis etiam maximi: & tamen Virgo indiguit custodia humana, & data fuit ei: quia Christus in cruce moriẽs matrem suam benedictam Ioanni commendauit: Io. 19. ergo a fortiori angelorũ custodia indigeret. Item maior santificatio fuit in virgine postquam fuit mater Christi quàm prius, & ideo magis indigebat custode antequam esset mater Christi quàm post: & tamen postquam fuit mater Christi, datus est ei Ioannes in custodem: ergo à fortiori antequam mater esset indiguit custodia, & ita habuit angelum custodientem. Fuit ãt sibi custodia angeli necessaria ꝓp quatuor. Primò ꝓp ꝓfectũ meritorum: nã licèt virgo non poterat peccare mortaliter, neq; venialiter propter abũdantẽ sanctificationem: tamen ad merendum, & proficiendum in actibus perfectionis indiguit magnis auxiliis, quorum quidam fuerunt intra eam, scilicet magnitudo gratiæ, & excellẽtia virtutum: alia vero extrinseca, scilicet angelica custodia suadendo, illuminando, & incitando ad bonum: sicut in nobis, licèt sit appetitus naturalis boni & virtutis, adhuc necessaria est custodia angelica ad magis mouendum. Secundò propter impedimenta tollenda: nam licèt quis sit confirmatus in gratia, ita ꝙ instigatus à passione sua in aliquo peccare non possit: tamen potest impediri circa profectũ spiritualem, & ad hoc indiget quilibet adiutore. Bonum enim hominis principaliter consistit in actu interiori electionis: & secundario in actu exteriori: interiores actus impediri non possunt, exteriores aũt possunt partim ab hominib⁹ & partim a dæmonibus: & hæc impedimanta per seipsum non potest euitare homo quantumlibet virtuosus, adiutus autem per angleum euitat illa ac ipsemet angelus illa tollit homine nil agente. Tertiò propter ignorantiam: nam quantumcunque sit aliquis homo sanct⁹, adhuc circa multa potest ignorare in quibus per angelum instruitur. Et hæc duo patent in virgine. nã ipsa faciebat multa opera perfectionis, in quibus dæmones, qui insidiantur omni perfectioni, & alij homines poterant eã impedire: angelus verò eius tolleret impedimẽta hęc, vt ipsa exequeretur quod eligebat. De secundò horũ patet: quia licèt virgo esset perfectior angelis: tamen adhuc lumen intellectus eius dum erat in via erat minus quàm lumen angeli: nam magnitudo perfectionis attenditur ex magnitudine charitatis, & non ex ꝑfectione naturali per quam nèmo meretur: & quia hõ est minor angelo, minim⁹ angelorũ hẽbat intellectũ excellentiorem, & viuacius lumen ꝗ quilibet homo: & ita ad illuminandũ phantasiam Dominę, & confortandum naturale lumen intellectus eius, vt melius cõsiliari sciret, quæ sibi opportuna essent, erat sibi valde conueniens angeli custodia. Quartò ad euadendum exteriora pericula: nã domina nostra multa pericula, & aduersitates incurrit: maxime postquã ꝯcepit Christũ, in quibus ipsa neq; sciret, neque posset euadere aut

Minimus angel⁹ habet excellentiorem intellectũ quolibet homine.

F ꝓuidere, nisi angelus eam erueret, aut instrueret: & ita nato Christo angelus admonuit Mariam, & Ioseph fugere de Iudęa in Aegyptum, supra 2. ca. & cessante ꝑsecutione, idest mortuo Herode Ascalonita, angelus iussit redire de Aegypto. eo. c. & quia adhuc regnabat Archelaus, qui successerat Herodi patri suo, iussit iterũ angelus ire in terram Israel & nõ in Iudęam. eo. c. hæc non potuisset virgo per se scire quantumcũque esset ꝑfectæ charitatis: ideo angelus fuit sibi necessarius in custodiam. Et dicendum, ꝙ duos habuit angelos custodes virgo: vnum tanquam persona priuata: alium verò tanquam persona, ex qua dependebat bonum commune. Prim⁹ erat de infimo ordine angelorum: quia de illo ordine dantur solùm custodes priuatis G ꝑsonis: & fortè iste erat perfectissim⁹ omnium spiritũ istius ordinis: & iste custodiebat eã, curam gerens de omnibus, quę pertinebant ad personam illius, vt erat vna mulier: & iste solus custodiebat eam ante conceptionem Christi: quia tunc ipsa erat solùm vt persona priuata, cùm actus eius non pertinerent ad aliquam communitatem, neque depẽderet ex ea status alicui⁹ communitatis. Secundus erat spiritus altioris ordinis, scilicet de Archangelis: & iste custodiebat eam in quãtum ex ea pendebat mediatè tota salus humana, idest à Christo immediatè, qui de ea nasciturus erat: iõ quãtum ad omnia, quæ ipsa factura erat circa Christum, dirigebat eam Archangelus, qui præerat multitudini humanę quantum ad ministrandum, quæ pertinebãt H ad istud negocium: & quia primus actus, quem virgo egit respectu Christi, & in quo inciperet ex ea pendere generis humani salus, fuit consensus de cõcipiendo Christum: quantum ad istum actum venit ad eam visibiliter angelus ille. i. Gabriel. Luc. 1. missus est Gabriel angelus, qui tamen Archangelus est. idest de secundo ordine, licèt scriptura large eum vocet angelum, sicut vocat omnes spiritus omnium nouem ordinum angelos: & istemet direxit eam quãtum ad oĩa, quæ respectu Christi factura erat, non vt Christus erat persona priuata, sed caput & salus totius speciei humanę. Et iste archangelus aliqñ ei suadebat aliquid visibiliter: aliqñ aũt solùm spiritualiter. Nobis enim angeli custodes solùm spiritualiter suadent aliquid, vel dissua I dent: ita & virgini, vt communiter: interdum tamen vbi erat maior certificatio necessaria, visibiliter, vel in somnis loquebatur angelus suadẽs quid agendũ esset: sic fuit prima apparitio. s. ad concipiendum Luc. 1. & quia Maria erat vxor Ioseph, & vir est caput mulieris, angelus qui debebat apparere Mariæ iubens aliquid apparebat Ioseph: vt quãdo in somnis dixit ei, ne timeret accipere Mariam coniugem suam, supra primo c. & postea quando fugiẽdum fuit in Aegyptum: & qñ reuertendum, & quando eundum in terram Israel, supra 2. cap. semper enim apparuit Ioseph quasi appareret Mariæ. Iste angelus fuit custos Mariæ a conceptione Christi vsque ad passionem eius: postea verò, quia consummata erat salus nostra, & totũ quod virgo er K ga Christum factura erat: cessauit custodia huius angeli, qui eam custodiebat solùm inquantum pẽdebat ex ea salus generis humani: mansit autem tunc custodia angeli primi, qui eam vt personam priuatam custodiebat: & ista durauit vsque ad mortem virginis sicut in cæteris hominibus. Fuit ergo virgini necessarius angelus custos. Ad primum dicendum vno modo, quod virgo erat perfectior angelis ex statu charitatis, non tamen ex perfectione naturæ: nam lumen intellectuale minimi angeli erat excellentius lumine virginis: & sciret prudentius consiliari de his, quæ sibi opportuna essent quàm illa: & ideo quãtum ad hoc erat ei necessaria custodia angeli. Et etiam si minimus de infimo ordine daretur ei in custodem, esset vtilis custodia:

Virgo Maria duos ãgelos custodes habuit.

1. ratio. in contr.

stodia:

stodia: quia etiam ille esset acutius intelligens agenda A quàm illa. Aliter potest dici, quòd etiam si illa esset perfectior angelis, custodiretur tamen ab Angelis: nam custodia Angeli non est solùm ad cauendum peccata, vel promouendum in bonum: sed etiam ad tollendum impedimenta profectus spiritualis, & ad eruendum à periculis, & exterioribus malis: & tamen hoc fit per magnitudinem potestatis, & intellectus, & non per excellentiam meritorum, ideo licèt esset ipsa perfectior angelis, erat ei conueniens custodiri ab aliquo eorum. Ad secundum dicendum, quòd non fuit datus virgini de Seraphim aut Cherubim, sed de infimo ordine: quia soli spiritus huius ordinis dantur in custodiam personis priuatis: erat tamen ille fortè supremus omnium istius ordinis. Et ita audacter B dici potest, quòd erat maximus angelorum propriè sumptorum, quia vt dictum est præcedēti quęst. & supra quęst. 58. quanto aliquis à Deo præuidetur venturus ad maiorem statum bonorum, tanto excellentior angelus datur sibi in custodem: quia maior difficultas est tunc custodire illū, & dirigere: & tamen inter omnes creaturas Virgo fuit preordinata ad excellentiorē gradum gloriæ: ergo maximus de ordine infimo angelorum daretur ei in custodem. Et licèt esset de ordine isto, participaret virtutē Cherubim & Seraphim per illuminationes receptas ab eis. Sicut dicit Diony. ꝙ ille spiritus, qui purgauit Isaiam per ignem fuit de primo ordine, idest imfimo: & tamen vocauit eum scriptura Seraphim: quia per virtutem receptam à Sera- C phim fecit illam purgationem. Nunc tamen dicendum est, quòd propter excellentiam Virginis deberet custos eius esse de supremis órdinibus: quia tunc angelus, qui exequebatur ministeria redemptionis nostræ, quem vocamus angelum Christi, & virginis esset valde maior. & tamen ille erat solùm de Archangelis, scilicet Gabriel. Luc. 1. qui ministrauit in his, vt dictū est supra: ergo qui custos erat Virginis, vt persone priuatæ, non erat de supremo ordine: neque etiam erat Archangelus, sed solùm angelus: quia personæ priuatæ præerat: esset tamen maximus huius ordinis. Ad tertium dicēdum, quòd Virgo erat aliquo modo subdita angelo, & aliquo modo angelus ei, neque erat inconueniens. Pro quo sciendum, quòd angelus ad ho D minem consideratur tripliciter, scilicet vt custos, vt conciuis, vt persona priuata habens certum gradum gratiæ & gloriæ. Quantum ad primum angelus est maior quolibet custodito: quia quantum ad hoc dirigit & adiuuat illum supplendo quæ illi desunt. Et necesse est, quòd sint maiores nobis: quia vt sic sunt mediatores Dei & nostri, cùm offerant orationes nostras illi. Tobi. 12 cap. Quantum ad secundùm, idest vt conciues sunt, angeli siue custodes sunt æquales nobis, & vocant̄ ꝯciues nostri vel ꝯserui: & non patiūtur ꝙ aliquem honorē per modū subiectionis illis impēdam⁹. Apoca. 19. & 24. cùm voluit Ioannes incuruare se coram angelo reuelante mysteria, ait ad eum ille: vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum. Quantum ad tertium dicendum, quòd interdū E est homo maior angelis, interdum angelus homine, quia multi homines in vita æterna exaltabūtur in statu gloriæ super quosdam angelos: & de hoc nō datur certitudo. De Virgine dicendum, ꝙ quantum ad secundùm erat æqualis angelis: quia erat conciuis illorum sicut quilibet beatus. Quantum ad primū erat minor angelo custodiente: quantum ad tertium erat maior eo. De primò patet, quia angelus, vt custos illustrabat phantasmata Virginis: & confortabat lumen intellectuale eius: & suadebat ei aliqua agere, quæ ei vtilia erant: & illa secundùm lumen suum naturale non sufficeret ad illa inueniendum. Etiam tollebat impedimenta, quæ ab aliis ponebantur, quæ ipsa per se non posset euitare: & liberabat eam à periculis: siue per consilium, siue per potestatem, quod illa facere non posset. sed recipiens minor est agente: ergo ipsa erat quantum ad hæc Angelo custode minor, ideo subdita erat ei vt custodi. De tertio patet, quia ipsa fuit excellentioris sanctitatis omnibus creaturis, & præordinata ad rem altiorem cùm exaltata fuerit in gloria super omnes choros angelorum, ideo quantū ad hoc non erat minor Angelo custode, sed maior quolibet angelo: & iō etiam ei viuenti reuerebantur angeli tanquam Dominæ suæ. Sic apparet de Angelo custode eius inquantum erat ex ea pēdens salus humana: nam ille erat custos salutis eius, vt ostensum fuit supra, & tamen ille loquebatur ad eam humiliter & cum reuerentia dicens: Aue gratia plena. Luc. 1. à fortiori Angelus, qui erat custos eius inquantum persona priuata: nam ille erat minor, ideo magis ei subiiceret. Sic est de rege, qui subditur consiliariis suis, idest sequitur eorum consilium: & quantum ad hoc illi sunt maiores, qui dant, ipse verò minor, qui recipit: & tamen simpliciter rex maior est quàm consiliarij sui: vnde ipsi obediunt ei, & in omnibus subiiciuntur.

Ad 2. rōnem. (margin)

Ad 3. rōnem. (margin)

An Christus habuerit Angelum custodem.

Quæst. LXI.

QVAERETVR, an Christus habuit angelum custodem. Aliqui dicunt quòd sic: & quia ad Phili. 2 dicitur de eo: Ad similitudinem hominum fact⁹, & habitu inuentus vt homo: sed hominibus deputant̄ angeli ad custodiam, ergo ad similitudinem cęterorū hominum deputatus fuit ei Angelus custos. Secundò quia dicit Diony. de Angelo. Hierar ca. 4. quòd Christus subdebatur paternis dispositionibus mediantib⁹ angelis; sed custodia angelorum est executio diuinæ dispositionis de eis, idest de hominibus factæ: ergo videtur quòd habuit Christus Angelum custodem. Tertiò, quia Luc. 11. dicitur, quod apparuit Angelus Domini confortans eum: sed confortare est vnus de actibus Angeli custodis: ergo habuit Christus custodem Angelum.

Nonnul. Rōnes in contrariū. 1. ratio. 2. ratio. 3. ratio. (margin)

Dicendum quòd propriè loquendo Christus non habuit Angelum custodem: Angelus enim custos, vel est ad conseruandum ne peccet custoditus, vel ad adiuuandum, vt in bono proficiat: vel ad eruendum à periculis exterioribus: vel ad tollendum impedimēta spiritualis profectus: nullum autem istorum actuū poterat angelus facere circa Christum, ideo non habebat custodem. De primò patet: quia Christus non poterat peccare, quia erat Deus: ideo neque indigebat adiutore, vt non peccaret. De secundò patet, quia Christus non poterat proficere in merito: nam erat Christus comprehensor, & semper fuit comprehensor ab instanti conceptionis suæ. Comprehensores autem non proficiunt in merito, quia tunc proficerent in gradu gloriæ: cùm ista se consequantur: & tamen falsum est, quia qui semel gloriam consequitur, nunquam proficit in ea: quia iā est in termino, & ideo non poterat habere custodem ex hac parte. Virgo autem poterat quātum ad hoc habere custodem: quia quantumcunque excellentis meriti esset, tamen viatrix erat purè: ideo proficiebat quotidie in meritis. De tertiò patet, quia cùm Christus non posset proficere, neque proficeret in vita spirituali: non poterant esse aliqua impedimenta profectus eius: & consequēter neque poterat quis auferre impedimenta hæc. Sed accipiendo largè profectum pro omni actu Christi, per quem nos proficiamus, scilicet prędicationem,

&

& quæcunque alia opera: verum est, quòd talia opera inquantum erant exteriora, poterant impediri per dæmones aut per homines: & consequenter poterant tolli per aliquem impedimenta ista. Sed tunc dicendum, quòd non erat conueniens Christo angelus custos quantum ad hoc: quia quæcunque impedimenta posset tollere angel⁹ custos, posset tollere meli⁹ Christus per seipsum sine angelo custode. & tamen angel⁹ custos datur quantum ad ea in quibus homo non sufficit: q̃a in illis in quibus homo sufficit, superuacuum est dari custodem. De quarto, idest de liberatione a periculis. Dicendum quòd Christus quantum ad carnem erat passibilis, & poterat caro sua incurrere in quæcunque mala ab extra inflicta, in quę nos incurrimus: & tamen ad liberandum se ab his non egebat angelo custode, quia ipse per seipsum melius poterat se liberare quàm eum angelus liberaret. Item apparet hoc generaliter, quia quidquid agit anglus custos aut est per modum intellectus, aut per modum potestatis. nam in voluntatem non agit immediatè angelus, sed solus Deus: sed actio sua directa est illustrando phantasmata, vel confortando lumen naturale intellectus: & ita suggerit homini quædam agenda, quæ homo p̱ seipsum intelligere non posset. Alio modo per potestatem, quia angelus eruit hominem a multis realiter inuadentibus eum, a quibus ipse non posset se eruere: etiam angelus custos scit quas insidias moliatur cõtra nos dæmon, & quas insidias alij homines, & nos eas nescimus, ideo ille potest occurere illis etiam per solã viam consilij, quod nos nesciremus. Nihil horum poterat angelus facere erga Christum: nam nihil est, ꝙ ipsum latere possit cùm Deus sit: imò angeli per eum sciunt quidquid sciunt. De potestate manifestius est, quia ipse est omnipotens, cùm faceret miracula, ideo non egebat auxilio angelorum, vt eum de aliquo piculo liberarent. Item quia in Christo erat persona verbi, & anima, & caro, & nihil amplius: si ergo egeret angelo custode, quantum ad aliquid horum trium esset: non quantum ad deitatem, quia ipsa potius custodit angelos in esse suo: non quantum ad animam, quia illa ab instanti conceptionis fuit vnita verbo, & cognitio sua erat perfectior quàm omnium creaturarum simul: ideo potius ipsa posset instruere angelos, & sicut intelligendo, ita & in volendo regulabatur immediatè à verbo, cui vnita erat: ideo aliena custodia non egebat. Quantum ad carnem autem erat Christus passibilis, quia assumpsit defectus nostros ad nos redimẽdum: & in hoc licèt caro secundùm seipsam in multis deficeret, & pati posset: tamen non egebat auxilio alieno, quia ipse cuius erat caro prouideret ei, in quo vellet: & licèt interdum vellet, quòd prouideretur carni suæ in necessariis per angelum: non esset ille angelus vt custos, sed potius vt minister: quia illa ageret ad imperium Christi. sic dicitur supra 4. cap. quando Christus esuriuit quòd accedentes angeli ministrabant ei: & ita propriè loquendo non habuit Christus angelum custodem: large tamen potest dici habere angelum custodem, scilicet illum, qui specialiter ministrat circa ea, quæ ipse facturus erat pro nobis: & ita dicetur idem angelus custos Christi, & virginis, idest ille, de quo dictum est præcedenti quæstione, quòd erat Angel⁹ custos inquantum ex ea pendebat salus humana, scilicet Gabriel esset custos Christi, idest ministrans in eis quæ circa Christum fieri debebant, scilicet ille nunciauit virgini, quòd illum conciperet, & ille nunciauit Ioseph, quòd non dimitteret Mariam, quando conceperat Christum: & ipse nunciauit Ioseph, quòd cũ Christo, & matre ei⁹ fugeret in Aegyptum: & postea, quòd rediret, supra secundo cap. & tamen iste magis vocabitur custos virginis, quàm Christi. Vnde absolutè loquendo non est concedendum, quòd Christ⁹ habuerit Angelum custodem: & tamen si concedat̃ aliqualiter ꝙ habuerit Angelũ custodẽ: magis ꝯcedendũ est hoc, q̃n erat infans quàm, q̃n erat adultus: eo quòd tunc fiebat per parentes eius circa corpus suum id, quod Deus iubebat fieri, & illud iubebat per specialem angelum, scilicet Gabrielem; & ita quia ille habebat specialiter curam huius negocij, potest vocari tunc custos pueri Christi; cùm verò fuit adultus, nihil parentes faciebant circa eum, sed ipse faciebat quod volebat, et ideo nullus angelus reuelabat id, quod faciendum esset circa eum, et consequenter nullus iam videbatur custos eius: sed potius ministrabant ei, q̃n ipse iubebat. Ad primum dicendum quòd Christus fuit verus homo, & similis aliis hominibus quantum ad veritatem naturæ: non autem quantum ad communem imperfectionem hominum ex parte animæ: nam ex parte animæ nullum defectum accepit, sed solùm ex parte carnis non potuit nec debuit Christus habere custodem angelum, sicut cæteri homines, quia ipsi non habent custodes quia homines sunt: quia tũc post resurrectionem cùm essent veri homines haberent etiam custodes, quod falsum est, sed habent custodes inquantum sunt imperfecti ex parte intellectus & potestatis: & id quod eis deest suppletur per angelum custodem, vt dictũ est: in Christo autem nihil deerat, vt ostensum fuit: iõ nõ habuit angelum custodem, q̃a custos non datur homini omni, sed ei qui aliquo indiget, & adhuc proficere potest. Primum dicitur propter beatos: quia illi nullo indigent: ideo licèt cum angelis maneant, angelos custodes non habent. Secundùm dicitur propter damnatos: quia illi multis egent, imò omni bono, quia nullum habent: nullum tamen iam habere possunt: ideo angelos custodes non habent, sed solos dæmones tortores. Ad secundum dicendum quòd Christus non habebat angelum custodẽ: quia oĩbus angelis maior erat tam potestate q̃ intellectu. Etiam erat verus cõprehensor à ꝯceptione sua: & anima sua, quæ vnita erat verbo immediatè regebatur ab eo, neque indigebat cuiusquam alterius custodia, aut auxilio. Dicebatur tamen subdi paternis dispositionibus per angelos quodammodo indirectè: inquantum angeli instruebant Mariam, & Ioseph de his, quę circa puerum Iesum agenda erant quamdiu puer erat: ipsum tamen neque dirigebant neque instruebant: sed ipse puer existens angelis imperabat, & mittebat eos vt reuelarent parentib⁹ suis quid circa ipsum fieri debebat. Ad tertium dicendum, quòd circa cõfortationem Christo factam ab angelo variè opinantur, vt dicetur Luc. 22. & tamen quantum ad præsens dicẽdum, quòd cùm Christus esset verus homo, & assumpsisset pænalitates nostras, vere tristabatur sicut & nos. Et maximè illa fuit vera, & intensa tristitia, ita vt guttas sanguinis exsudauerit: angelus autem præstitit ei consolationem veram: non quòd illa Christus egeret ab extra: quia deitas sua poterat eum abundantius consolari: sed stãte decreto deitatis quòd Christus pateretur secundum conditionem humanæ naturæ poterat recipere consolationem ab angelo: hoc tamen non fuit per hoc quòd angelus imprimeret aliquod in Christo dando ei robur aliquod ad tolerandũ angustias futuras: sed consolatus est per modum ministerii astando ei eo modo, quo naturaliter homines consolantur ad præsentiam amicorum: etiam si nihil aliud eis conferant: sed propter hoc adhuc non habent angelum custodem, quia angelus custos non datur nisi ei, qui eo indiget, & sibi prouidere non potest: Christus tamen potuisset sine angelo magis seipsum confortare, quàm eum angelus confortauerit: ergo potius dicetur angelus ministrans quàm custos eius.

Rõnes in contrariũ.

Ad 2. rõnem.

Ad 3. rõnem.

Q̃o intelligit̃ ꝙ Angelus Christũ in passione confortauit.

An

An Antichristus habebit angelum custodem. Quæstio. LXII.

QVAERETVR, an Antichristus habebit angelum custodem. Aliqui dicunt quòd non, quia 2. Thessa. 2. dicitur quòd omnis operatio Antichristi erit per operationes Satanæ in signis, & prodigijs mēdacibus: custodia tamen angelorum ordinatur præcipue contra insidias dæmonum, & ad arcendum eos: & tamen semper operabitur Antichristus per Satanam: ergo non proderit neque prodesse poterit ei custodia angelica, & ita non dabitur.

Dicendūq; Antichristus habebit angelum custodē, quia sicut non deficit ordo naturæ in necessariis & vtilibus: ita à fortiori non deficit ordo spiritualis gubernationis Dei: diligentius quippe Deus gubernat spiritualem creaturam, quàm purè corporalem. Antichristo tamen potest prodesse custodia angelica in aliquo: ergo debet ei dari. certum est quòd maius est lumen intellectus angelici quàm Antichristi, qui erit purus homo: ideo per illud lumen poterit dirigi in quibusdam ad quę ipse suo naturali lumine peruenire nō potest. etiam potestas sua operatiua est minor quàm angelorum: ideo poterit adiuuari per angelos ad euadendum pericula aliqua. subtrahere autem ei hoc esset deficere ordinem Dei circa Antichristum. Item & potissimè quia Antichristus ver⁹ homo erit, & principium omnis mali sui erit ignorantia sua: sicut omnis malus est ignorans 3. Ethi. licèt ista ignorantia plus habeat de malitia quàm in cæteris hominibus. & ob hoc ipse deterior illis est, ideo conueniens est, quòd ipse habeant custodem angelum ad dissuadendum ei mala. Item quia cùm Antichristus sit homo, & omnis homo de se sit inclinatus ad malum. Gen. 8. omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum: erit ad malū inclinatus: si autem Deus subtrahat ei remedium angeli custodis, videbitur facere eum inculpabilem quā tum ad omnia mala, quæ fecerit, cum subtraxerit ei ordinarium remedium & auxilium: vel saltem erit minus culpabilis peccando quàm cæteri homines: & consequenter pœna ea danda pro malis esset minus iusta: hoc tamen valde repugnat diuinę bonitati & ordini, ideo Deus nō subrahet Antichristo aliquod de remediis & auxilis ad bonum, quæ præstat cæteris hominibus: etiam si ei profutura non sint. Et dicendum quòd propter quatuor principaliter datur custos angelus Antichristo. Primum est, vt non rumpatur in eo ordo à Deo institutus de prouidendo cuilibet indigenti de angelo custode: cùm ille indigeat sicut cæteri. Secundò vt non videatur Antichristus inculpabilis in malis, quę egerit, quasi destitut⁹ auxilio ordinario, & consequenter videatur iniustè pati pro malis, & De⁹ iniustè eum punire, & indebitè eum priuasse communi auxilio angeli custodis. Tertiò & præcipuè, quia licèt Antichristus nunquam assentiret angelo custodi ad hoc quòd bonum agat: aut ad hoc quòd malum caueat saltem in desiderio: impediet tamen angelus custos Antichristi Satanam, ne ad tanta mala solicitet Antichristum immittendo ei prauas cogitationes & incendendo ad malum: & dato quòd interdum permittat istas cogitationes immitti: nō permittet eas executioni tradi. Nam vnus de actibus præcipuis angeli custodis est in arcendo dęmonum insidias circa custoditum: & ita adhuc non erit sine actu angelus custos Antichristi. Etiam ipsi Antichristo indirectè proderit custodia angeli, quia suadente diabolo plura mala committeret Antichristus, nisi custos angelus impediret Satanam, vt dictum est: & tamen quanto pauciora fuerint peccata eius, tanto minus punietur. Si autē sine angelo custode relinqueretur, committeret plu-

Propter quatuor datur angelus Antichristo.

A ra mala, & puniretur grauius. Quartò fiet propter diuinam prouidentiam: mala enim quæ faciet Antichristus redundabunt in Ecclesiam Christi, & in electos eius: ipse autem non vult, quòd ipsa mala efficiantur intolerabilia, quia tunc perirent electi, ideo ipse breuiabit tribulationem Antichristi, vel quantum ad durationē temporalem, vel quātum ad acerbitatem malorum, vel quantum ad vtrunque, vt dicitur infra 24. cap. Et erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo: nec vnquam fiet. Et nisi breuiati essent dies illi, nō fieret salua oīs caro: sed pp electos breuiabunt dies illi. Quòd de Antichristo cōmuniter accipitur: & tamen si nullus esset angelus prohibens versutias satanę, ne immittat prauas cogitationes Anti

B christo, aut saltē ne exequatur quidquid cogitauerit, quia fierent intolerabilia mala Ecclesiæ: ideo ad prouidentiam Dei pertinet dare Antichristo angelum custodem. Ad argumentum dicendum quòd licèt Antichristus in omnibus mouebitur secundum operationem Satanæ: tamen non ideo subtrahendus est angelus custos, quia lex communis nō debet immutari propter vnum. Etiam non est frustra custodia angeli circa Antichristum: quia licèt propter eum nunquam suadeatur ad bonum agendum, saltem impedietur à multis malis, quia diabolus non poterit ei immittere tot malas cogitationes angelo arcente Satanam. Et dato quòd immittat cogitationes non permittet angelus custos effectum, & ita minus peccabit, & conse

C quenter minus punietur, vt dictum est. Habebit ergo angelum.

An sint dati angeli custodes præscitis, & obduratis in peccato. Quæst. LXIII.

QVAERETVR, an sint dati angeli custodes præscitis, & obduratis in peccato. Aliqui dicūt, quòd non: quia angeli dantur, vt in aliquo prosit eorū custodia: quia aliàs esset inordinatum dare custodiā, quæ nihil profutura esset: & de pręscitis manifestum est, quòd nunquam conuertentur: ergo non dabitur eis angelus custos.

Dicendum quòd præsciti ita habent angelos custo-

D des sicut prædestinati: neque est aliqua differentia in hoc. Quod patet primò, quia totum motiuum eorū, qui putant præscitis non dari angelos, est, quia frustra videtur dari illos: cùm præscitos necesse sit condēnari. Sed falsum est, quia non est aliquis homo, qui quandiu viuit non sit liber, quòd saluetur, aut pereat: cùm non tollatur libertas arbitrij per prædestinationem, & præscientiam: ex eo quòd ista non pręcedunt ad actus nostros, vt ostensum est supra quæst. 36. sed si nulla esset pręsciētia, aut prædestinatio, maneret libertas cuilibet indubitata: & certum esset, quòd custodia angeli prodesset custoditis: ideo cum præscientia non tollat libertatem, vtilis erit custodia angelica. Secundò, quia omnes effectus custodiæ angelicæ,

E qui inueniuntur in bonis, inueniuntur etiam in malis, & pręscitis: ideo debet dari pręscitis angelus custos. Primus effectus est, ad bonum inducere: quòd fit in præscitis: nam pręsciti sępe bonum faciunt: & ex hereditate & meritoriè: cùm ad esse pręscitum nihil requiratur, nisi finalis impęnitentia. Vnde contingit sępe quòd pręsciti plura bona faciant quàm prædestinati: cùm semper male operans, & in bono finiēs prædestinatus sit: & è contrario agens est pręscitus: ad angelum autem custodem non pertinet facere, quòd homo in bono finiat: quia hoc solius Dei est, qui mortem immittit quando vult: sed angeli custodis actus est suadere ad bonum: vtilitas autem custodiæ est assentire illi suasioni: & tamen præsciti hoc sępe faciunt

ergo

ergo actus primus custodiæ angelicę inuenitur in præ F
scitis. Et si dicas non prodest hoc, quia isti in malo finient, dicendum quòd ad aliquid prosunt illa bona opera, etiam si non ad consequendum vitam æternam: & quomodocunque prosint, non est inutilis custodia: quia saltem est laus Dei, quòd isti bona agant, de quibus Deus laudetur, dum illa agunt licèt postea pereant. Secundus effectus est retrahere à malo: & hoc etiam faciunt angeli in præscitis: quia sæpe passione insurgente facturi erant malum, & dissuadentibus angelis retrahuntur ab eo: cùm contingat præscitos interdum esse viros prouectos in virtutibus. Tertius effectus est tollere impedimenta profectus spiritualis. & hoc etiam conuenit præscitis: nam sæpe proficiunt ad magnam virtutem: & cùm dæmones nesciant quis G
scit præscit⁹ aut prædestinatus: omnes tendentes ad spiritualem profectum impediunt quantum possunt: angeli autem custodes tollunt ista impedimenta siue à dæmonibus siue ab hominibus data, ideo vtiles sunt angeli ad hoc. Quartus effectus est liberare ab exterioribus periculis. nam quicũque potest incidere quotidie in mille pericula nisi liberetur: ideo angelus custos necessarius est tam bonis quàm malis saltem ad liberandum eos: & ideo necessarius est angelus custos bonis & præscitis: quia omnes effectus custodiæ inueniuntur in præscitis. Tertiò quia perinet ad diuinam bonitatem hoc facere. nam si prædestinatis darentur angeli custodes & non prescitis: hoc ipso videretur Deus damnare præscitos dum viuerent, destituendo H
eos auxiliis ordinarijs: & ita peccando non essent culpabiles, vel parum culpabiles, & consequenter pœnæ irrogarentur eis iniustè, quod est inconueniens. Dat ergo Deus eis angelos custodes, vt cùm circa eos egerint quidquid fieri bonum erat, & ipsi perierint, nulla maneat eis quærelæ occasio: sed dicat: Quid vltra facere debui vineę meæ, & non feci. Esa. 5. Quartò, quia hoc pertinet ad diuinam prouidentiam: nam si non essent angeli custodes etiam malorum, possent dæmones inuadere illos, quos præsidio destitutos inuenirēt, & occiderent illos: & hoc perflueret ad deordinationem vniuersi: quia non facti sunt, vt sic perirent: ergo debent eis dari custodes angeli. Quintò vt non multiplicentur peccata vltra condecentiam: Deus enim, I
qui est vniuersalis rector vniuersi, excludit malum de vniuerso, nisi inquantum malum non facit ad bonũ: si tamen permitteretur hominibus facere omnia mala, quæ vellent: tot fierent quòd aliqua eorum non essent reducibilia ad bonum: talia autem Deus per ꝓuidentiam tollit de vniuerso: sed executio prouidentiæ circa homines fit per custodiam angelicam: ideo debent dari malis angeli custodes ad hoc, quòd ipsi angeli non permittant eos exequi omnia mala, quę cogitauerint tollendo opportunitates, vel infatuando consilia: & hoc modo datus fuit Antichristo angelus custos, vt dictum est præce. quęst. Ad argumentum dicendum, quòd licèt prescitì in malo finituri sint: est eis vtilis custodia angelorũ propter omnia prædicta: ma- K
ximè quia custodia angelica est auxiliũ ordinarium, quod nulli subtrahendum est: nam sicut pręscitis De⁹ non subtrahit lumen naturale, quo dirigantur ad bonum, & appetitum boni, licèt ad vltimum ista non profutura sunt eis, eo quòd ista naturalia sunt: ita & custodia angelorum, quæ est quasi naturale bonum, cùm sit aliquid ordinarium secundùm legem conseruationis vniuersi non tollitur eis: maximè quia in multis prodest ista custodia præscitis, vt dictum est.

An infidelibus dentur angeli custodes.
Quæst. LXIIII.

QVAERETVR, an infidelibus dentur angeli custodes. Aliqui dicunt quòd non: quia isti nõ pertinent ad Deum secundùm ordinem, & regimen spirituale: sed solùm secundum regimen naturale: inquantum facit super eos oriri solem suum & pluit super illos. quinto capi. custodia tamen angelorum est ordinata ad bonum spirituale, idest vt perueniat homo ad vitam ęternam: sed infideles non cõmunicant in bono spirituali: ergo non datur eis angelus custos. Secundò quia quidam dicunt ꝙ angelus custos datur in baptismo, infideles tamen non sunt baptizati: ideo non habent angelum custodem.

Dicendum quòd non est dubitum quin infideles habeant angelum custodem. Primò, quia infideles non sunt peiores Antichristo, & tamen illi datur angelus custos. supra quæst. 62. ergo & infidelibus. Secundò, quia præsciti magis distant à fine custodiæ angelicæ quàm infideles. nam præsciti nunquam saluabuntur licèt non necessariò condemnẽtur: infidelium autem multi saluabuntur: quia multi conuertentur: ideo angelos custodes habent, cùm præscitis demus angelos custodes. prę. quæst. Tertiò, quia in infidelib⁹ inueniuntur omnes effectus quatuor custodię angelicæ, vt patet ex applicatione facta præcedenti quæst. quia sicut applicatur ad præscitos, ita applicabitur & ad infideles. Quartò propter rationem diuinæ prouidentiæ: vt tollatur multiplicatio malorum, vt declaratur præcedenti quæst. in 4. & 5. rationibus. Quintò qa videtur, quòd adhuc magis necessarius sit angelus custos infideli, quia multi infidelium conuertendi sunt: & illi quanto magis distant à bono, ad quòd peruenturi sunt: tanto magis indigent incitatiuo ad illud bonum: sed angelus custos est, qui maximè suadet ad bonũ. ideo infidelibus est necessarius angelus custos.
Ad primum dicendum, quòd infideles non solùm pertinent ad Deum quantum ad regimen naturale, sed etiam quantum ad spirituale: quantum ad naturale solùm communicant ea, in quibus nihil aliud est nisi naturale bonum, scilicet pecora, & quęcunque ratione carentia: regimine autem spirituali participant omnia, quę rationem habẽt, neque peruenerunt in terminum suum: nam quę in terminum peruenerunt non subduntur regulę illi: cùm regimen dicat regulam qua aliquid ordinate deducitur ad finẽ, & ob hoc dæmones, & damnati non participant isto regimine, quia nõ sunt beatificabiles, cùm sint effecti miseri in termino: infideles quandiu viuunt beatificabiles sunt, & non sunt in termino, potissimè quia multi eorum realiter beatificabuntur, quia conuertuntur, ideo non excluduntur à regimine spirituali. Cùm autem dicitur, quòd infideles non participant rebus spiritualibus. Dicendum quòd verum est, quòd non participant gratia neque causatiuis gratiæ, scilicet sacramentis: participant tamen spirituali bono quod est regimen spirituale quo à Deo diriguntur per se, & ꝑ angelos, ad hoc quòd perueniant ad participandum istis spiritualibus, idest gratiam, & gloriã: & sic habent angelum custodem. Ad secundum non est cõcedendum assumptum: quia non datur tunc angelus custos, vt sequen. quæst. dicetur.

Ad 1. rónem.

Ad 2. rónem.

Quando datur homini angelus in custodiã: an in vtero, uel extra.

Quæst. LXV

QVAERETVR, quando datur homini angelus in custodiam. Aliqui dicunt, quòd non detur

tur homini à natiuitate, sed post baptismum: aut post quam peruenerit ad ætatem discretionis. Et patet primò, quia angeli custodes mittũtur propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis. ad Hebr. primo, & tamẽ homo non incipit hęreditare, vel hęreditatem capere ante baptismum: quia tunc aperitur vita ęterna paruulo: ergo ante baptismum non datur angelus custos.
2. ratio. Secundò patet, quia etiam immediatè post baptismum non detur angelus: quia custodit angelus hominem, inquantum eum illuminat illustrando phantasmata, vel confortando lumen intellectus: sed hæc in paruulo non fiunt, quia non potest doceri in tam parua ętate propter inexperientiam: & saltem
3. ratio. communiter non docetur. ergo non datur angelus. Tertiò quia si paruulis ante ætatem discretionis daretur angelus custos, hoc fieret, quia habent animam: nam actus aliquos non habent ad quorum directionem datur custos: & tunc cùm fætus animatus in vtero habeat animam, haberet etiam custodem angelum: sed falsum est: ideo nec dabitur puero ante ę-
4. ratio. tatem discretionis. Quartò patet idem, quia angeli suadent hominibus maximè opera sacramentalia, cùm per ea fit salus: & tamen ante exitum de vtero non potest quis participare sacramentis: ergo non habet angelum custodem.

Dicendum quòd circa temp⁹ dationis custodię est opinio duplex. Quidam dixerunt quòd datur puero mox baptizato: & dicunt causam esse, quia non est verisimile, quòd Deus det tale bonum nondum baptizato, & infideli. Alij dicunt quòd datur custos à natiuitate etiam nondum baptizatis. Ambas opiniones tangit Orige. super Mat. dicens. Quidam volunt ex eo dari hominibus angelum adiutorem, ex quo ꝑ lauacrum regenerationis nati sũt infantes in Christo: dicentes non esse credibile incredulis, & errantibus ꝑesse angelum sanctum: sed tempore infidelitatis & peccatorum est homo sub angelis Satanæ. Alij autẽ volunt mox cùm quis fuerit natus eorum qui pręcogniti sunt à Deo accipere propositum sibi angelum. Sed dicendum quòd vtraque opinio inquantum recitat eam Orige. aliquid falsi continet. De prima patet: primò quia dicit quòd non est verisimile dari angelum incredulis: nam tunc sequeretur, quòd infideles cùm nunquam baptizentur, nunquam habeant angelos custodes: sed falsum est, vt ostensum est pc. q. Rationes ibi patent, & supra quæst. 63. Secundò patet, quia quod dicit, nõ esse verisimile &c. falsum est imò verisimile est dari: nam eorum quę dantur à Deo quędam sunt ꝑ modum naturæ, quædam sunt gratuita. Prima dantur omnibus bonis, & malis. supra 5. qui facit solem suum oriri super bonos, & malos; & pluit sup iustos, & peccatores. De secundis dicendũ, ꝙ q̃dã sunt gratuita, & non gratificantia: alia sũt gratificãtia formaliter, vel effectiuè. Prima dantur à Deo infidelibus & fidelibus, vt robur, sanitas: & in spiritualibus ꝓphetia, & interdum genera linguarum & curatio ęgretudinum, vel operatio miraculorum, vt patet supra 7. de illis, qui dicunt ista se fecisse & Christus dicit eis, ꝙ nunquam nouit illos: & tamen qui nunquam noti fuerunt a Christo, nunquam fuerunt boni. Secunda nunquam dantur nisi bonis, aut saltem fidelibus, scilicet gratia, Charitas, Sacramenta &, Virtutes infusæ, & omnia hæc incipiunt cum baptismo: cætera vero prius dari possunt: Custodia autem angelica datur homini à Deo tanquam bonum aliquod naturale, qa sicut dare solem & pluuias ad conseruationem terræ nascentium pertinet naturaliter ad prouidentiam: & dantur ista super omnes homines, inquantum sunt animalia: quia etiam dantur super bestias in locis, vbi

A nulli homines habitant: ita & ad prouidentiam rerũ rationabilium est naturale inferiores spiritus custodiri per superiores: ideo Deus nulli homini hoc negat: sed hoc incipit in hoc mundo esse per natiuitatem: ideò tunc datur angelus custos. Tertiò patet, quia hoc dato, non solùm infideles, & non baptizati non haberent angelum custodem; sed etiam neque peccatores quandiu manerent in peccato: quia dicitur non esse credibile incredulis & errantibus præesse angelum sanctum: sed tempore incredulitatis & peccatorum est homo sub angelis Satanę: ergo quandocunque homo est in peccato mortali, non habet angelum custodem, & ita pauco tempore haberet hõ angelũ custodẽ, q̃d est absurdum. Quartò, quia hoc 4. ratio.
B repugnat custodiæ angelicæ quæ data est nobis in auxilium, vt suppleat quod nobis deest incitando, & adiuuando: & tamen quanto est quis magis in peccato mortali, tãto magis eget custodia angelica tã ad suadendum exire de peccato quàm proficere in virtute: ergo existentibus in peccato non aufertur custodia angeli. Quintò, quia significatur in litera illa, quòd quandiu quis habet angelos malos, non habet angelum bonum, scilicet tempore infidelitatis, & peccatorum 5. ratio.
est homo sub angelis Satanæ: & tunc deberet dici, ꝙ quando quis habet angelum bonum non habet malum: & quando habet malum non habet angelum: sed falsum est, & contra communem doctrinam, scilicet, quia datur angelus vnus bonus cuilibet
C ad custodiam: & vnus malus ad impugnationem, & ita ambo simul sunt. Sextò patet, quia necesse est dari hominibus malis, & incredulis angelum custodem: nam si personis singularibus infidelibus 6. ratio.
non darentur custodes angeli, non daretur communitati infidelium custos archangelus, quia magis necessarij sunt angeli custodes priuatorum, quàm communitatis, eo quòd priuati angeli respiciunt salutem spiritualem priuatorum, quos custodiunt principaliter: archangelus verò custos communitatis respicit bonum commune, non vt est illius, vel illius: sed vt publicum: & illud non est principaliter bonum animæ: quia communitas, & omnia corpora sunt magis inanimata: & ita debetur eis directè
D bonum spirituale, & ideo minus necessaria est talis custodia quàm priuatorum: & tamen communitati infidelium, & idolatrarum Deus dat Archãgelum custodem: vt patet Dan. 10. cap. de Arcangelo principe Persarum contra quem pugnauit Gabriel princeps Iudęorum viginti vno diebus pro salute populi Iudæorum. Sicut ergo Persæ qui erant infideles & idolatræ habebant custodem gẽtis suæ: ita haberent Chaldæi, Medi, Indi, Aegyptij, & cęteræ gentes. à fortiori ergo infideles haberent in particulari angelos custodes: & ita non est verum, ꝙ angeli custodes dantur post baptismum, sicut dicit prima positio. De secunda positione dicẽdum, quòd quantum ad tempus vera est, scilicet ꝙ detur angelus custos homini mox nato, quia tunc inci-
E pit indigere auxilijs angelicæ custodiæ saltem quantũ ad liberationem ab exterioribus periculis: & ita confirmat eam Hiero. sup Mat. dicens: Magna est dignitas animarum, vt vnaquęque à sui natiuitate habeat ad custodiam angelum delegatum. Sed errat positio illa, inquantum refertur ab Orig. Dicit enim: alij volunt mox vt quis fuerit natus eorum qui præcogniti sunt à Deo habere sibi prępositum angelum. Et ita vult solos prædestinatos habere angelos custodes: sed falsum est, quia etiam præscitis dantur angeli custodes, vt ostensum est supra quęstione 63. Sed obijcetur, quia sacra scrip. videtur solis prędestinatis dare angelos custodes ad Hebr. primo. Sunt administrato-

rij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: & tamen presciti nunquam capient hæreditatem salutis: ideo nō habent angelos costodes.

Dicendum, quòd causa finalis quare angeli dantur ad custodiam hominum est peruenire ad hæreditatem salutis: & tamen non solis illis, qui perueniūt dantur angeli, sed omnibus, qui puenire possunt: nam si darentur angeli post peruentionem ad hæreditatē, darentur eis solis, qui peruenissent ad illam: dantur tamen, vt perueniat homo ad hęreditatem: quia post peruentionem cessabit custodia angelorum: ergo dabitur hominibus illis, qui peruenire possunt: sed null⁹ homo est, qui dum viuit saluari non possit, cùm cuilibet libertas arbitrij intemerata maneat, & potentia ad bonum & malum: & prædestinatio & prę scientia nullam necessitatem operibus & operantibus imponunt, vt supra ostensum est quæstione trigesima sexta; ergo cuilibet homini quandiu viuit dabitur angelus custos. Et ita dicit Hieronymus: Magna est dignitas animarum, vt vnaqueque ad sui custodiam habeat angelum delegatum.

1. Rō in contrariū. Ad primum in contrarium dicendum, quòd datur angelus in custodiam propter hæreditatem salutis non quidem quam habeat, sed quàm habere potest, & ideo antequam habuerit eam, vel sit in dispositione propinqua ad habendum debet dari angelus custos: per baptismum autem efficitur homo dispositus dispositione propinqua ad hæreditatem illam: quia per gratiam in baptismo datam meretur iam illam hæreditatem. & tamen mox, vt natus potest habere: licèt non sit dispositus ad illam dispositione propinqua: eo quòd mox possunt fieri circa eum aliqua, per quæ mereatur habere: ideo statim debet habere angelum, vt ille dirigat ad ea, p quæ natus possit habere hæreditatem illam: maximè quia angelus datur homini vt per eum disponatur ad habendū illam hæreditatem: & vt non impediatur à consequēdo: & vtrunque est valde necessarium: & quia mox vt paruulus natus est possunt dari impedimenta aliqua, vt paruulus nunquam consequatur hæreditatem illam, scilicet faciendo quòd nunquam baptizetur, vel occidendo eum antequam baptizetur, vt sic pereat æternaliter: ideo est nimis necessari⁹ angelus custos paruulo ante baptismū: & ita dabitur sibi à natiuitate sua, quia ibi incipiunt esse pericula paruuli. Et si dicatur, quòd ēt intra vterum potest habere eadem pericula cū possit dæmon occidere conceptum, vel disponere vt pereat.

Dicendum quòd etiam ibi custodia non deest: & tamen non oportet poni ibi angelum specialiter pro fætu formato vel informi.

Responsio Ad 2. rōnem. Ad secundum dicendum ꝙ datur angelus paruulo ante ætatem discretionis. & dicendum quòd adhuc tunc possunt angeli operari aliquid interius, sicut apparet in paruulis, qui ante ætatem discretionis, faciunt aliquid discretionis. Sic Ioannes exultauit in vtero, viso Christo. Lucæ primo: & tamen an talia per angelos fieri possint, an solus Deus illa faciat fortè tangetur ibi, Lucæ primo. Sed dato quòd angeli possint talia facere, rarò faciunt hæc in paruulis: ideo non ordinatur custodia angelorum in paruulis ad faciendum hæc, sed sunt alij effectus custodiæ, quę ad pueros pertinent: vt custodire eos à periculis corporalibus, & tollere impedimenta profectus futuri: vt si dęmon vellet trāsferre puerum ante ætatem discretionis ad tales gentes cùm quibus nunquam audiret rectam doctrinam, sed sēper sectam mahometicam, vel aliorum paganorum, & ibi quasi necessario teneret ritum gentium, & ita non saluaretur: nam talia impedimenta profectus euitant angeli: & ista sunt magis necessaria paruulis quā adultis: quia maius est periculum eorum ablatis opportunitatibus proficiendi ante ętatem discretionis: Ideo est necessari⁹ pueris illo tempore angelus custos, & fortè magis quàm post discretionem: quia tunc lumen naturale & appetitus boni cùm rationabiliter de pręcetur ad optima, 1. Ethicorum, adiuuant adultos. ante discretionem vero nihil est quod adiuuet nisi Dei pūidentia, & angelica custodia: iō tunc est magis necessaria quàm in adultis.

Ad 3. rationem. Ad tertium dicendum circa fętum in vtero, quòd aut est formatus, idest animatus, aut non. Si est informis, manifestum est, quòd non habet angelum custodem, quia non est homo. Si autem formatus est, homo est: & tamen dicendum quòd non habet angelum custodem, quia fętus in vtero est pars viscerum, quia non est separatus à matre, sed quodam retinaculo ei colligatus est: sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris. Et ideo dicendū quòd angelus, qui custodit matrem custodit paruulum. Aliqui autem dicunt quòd puer in vtero nullum habet angelum custodem, quia custodia angelica in nullo est ei necessaria, & ideo neque proprius neque maternus angelus eum custodit.

Sed falsum est, quia indiget custodia angelica, & potest illa participare. Est enim vnus de effectibus custodię angelicæ liberare à periculis exterioribus. Multa autem pericula sunt circa fætum formatum grauissima: vt si mater patiatur aborsum, & emittat fętum mortuum. Vel si dæmon procuret occidere fætum in vtero: quia si interdum occiditur, & longo tempore maneat postea per modum partus emittitur corpus formatum putridum: nam talia pericula sunt grauissima fætus inquantum perit æternaliter, quia moritur ante baptismum: ideo est valde necessaria custodia angeli fætui: sed non datur ei custos specialis, sed angelus maternus, eo quòd quandiu in vtero est, pars matris est: & custodire illum est custodire matrem: etiam quia non potest accidere periculum aliquod fętui in vtero quin accidat matri, quia colligata sunt: & tamen ad angelum maternum pertinet custodire matrem ab omnibus periculis: ergo ēt pertinebit custodire fętum formatum.

Ad quartam rationem. Ad quartum dicendum, quòd quāuis non illuminentur paruuli in vtero ab angelis, neque incitent eos ad actus sacramentorum: tamen habent custodiam in vtero, quia in multis alijs possunt eis angeli prodesse, & satis est ad ponendum custodem angelum, quòd ille in aliquo posset prodesse custodiæ: sed prosunt liberando à periculis, et morte siue industria dęmonum siue occasionaliter eueniente: vt dictum est. Etiam dæmon potest nocere in vtero talia faciendo, per quæ fętus malam complexionem consequantur, secundùm quam sit pronus ad peccandum.

Hęc autem omnia mala euitat angelus custos, ideo est ei necessarius custos siue proprius siue maternus. Quidam enim volunt ꝙ proprius angelus detur custos à cōceptione in vtero, quos non redarguo si proteruire velint; et tamen rationabilius est, quòd detur angelus custos à natiuitate, vt dictum est supra, & ista est positio communior, quam confirmat Hieronymus dicens, quòd vnaqueque anima habeat angelum à natiuitate ad sui custodiam deputatum.

An Angeli diligenter custodiant omnes, quos custodiunt.
Quæstio LXVI.

QVAERETVR, an Angeli diligenter custodiant omnes, quos custodiunt. Aliqui dicunt, quòd non: nam quando quis scit nullum fructum prouenturum ex labore suo, vel non laborat, vel non attento animo: quidam tamen sunt circa quos custodia angelica non proficiet, vt sunt præsciti: ergo circa tales remissè habebunt se in custodiendo illos.

Dicendum, quòd omnes homines custodiunt diligenter angeli, siue bonos, siue malos: nam solicitè agent ad ea, quæ cupiunt: ipsi enim sciunt, quòd per custodiam suam possunt homines ad bonum deduci, & ipsi cupiunt bonum nostrum, quia amant omnes nos ex charitate: ideo solicitè agent pro omnibus. Item, quia negligenter agere in quacunque re culpam nominat: & tamen in angelis bonis nulla culpa est, ideo nunquam agunt negligenter circa nostram custodiam. Item, quia tunc negligenter agerent angeli circa custodiam hominum, quando minus agerent, quàm à Deo illis constituatur ad agendum circa nos, sed deficere à mandato Dei est peccatum, quod non cadit in angelos bonos: ideo neminem custodiunt negligenter, sed omnes diligenter. Dicendum tamen quòd negligenter agere potest referri ad effectum, vel ad opus. Ad effectum quidem, vt siquis agat omnia, quæ agenda sunt: & tamen agat animo remisso, & quasi desperato, sicut illi, qui operantur circa ægrum, quem moriturum credunt. Circa opus negligentia est, vt si non omnia fiant, quæ ratio, vel rei
1. modo. conditio exposcit. Primo modo non agunt angeli remissè, eo quòd ex charitate agunt, quia omnes nos indifferenter diligunt tanquam proximos, quia proximi eorum sumus quamdiu viuimus, & etiam conseruos nostros se vocant Apocalipsis decimo nono, &
2. modo. & vigesimo secundo. Accipiendo secundo modo potest dupliciter accipi: vno modo absolutè, alio modo per comparationem ad aliquid. Primo modo dicitur angelus custos agere diligenter: si omnia, quæ videat sibi incumbere ex conditione custodis, vt significantur sibi per Diuinam Prouidentiam, expleat: & sic circa omnes habent se angeli custodes diligenter, siue circa bonos, siue circa malos. Secundo modo potest dici circa aliquem agi negligenter, quia non aguntur quæcunque aguntur pro custodia alterius: & sic accipiendo, certum est, quòd circa quosdam agitur negligenter, idest, circa quosdam alios agitur diligentius, quàm circa ipsos, licèt hoc propriè non sit agere negligenter, quod vitium nominat: & sic circa malos agitur negligenter, quia plura faciũt angeli circa custodiam bonorum, quàm malorum, & etiam circa quosdam bonos posset dici sic negligenter agi, inquantum circa alios bonos plura fiunt ad custodiam pertinentia: nam non præordinati sunt omnes boni, vt veniant ad æqualem gradum meritorum, neque gloriæ: & secundùm quòd maior gradus præstituitur, ita via est difficilior ad perueniendum, & sunt necessariæ plures operationes angeli custodis: & quia vnus electorum est, qui ad maximum peruenit gradum meritorum, & gloriæ, per comparationem ad illum circa cœteros potest dici negligenter agi: erit ergo regula, quòd quanto alicui datur angelus maior ad custodiam, tanto circa eum diligentius agitur:
quæst. 58. 59. & 60. nam, vt dictum fuit supra, omnes angeli de infimo ordine deputantur ad custodiam personarum priuatarum, & illi angeli sunt inter se inæquales, quia nullus est æqualis alteri, & est ordo inter eos, quòd quanto Deus constituit exaltare aliquem ad maiorem gradum gratiæ, & gloriæ: tanto maiorem angelum ei

A dat custodem, quia fortè minor angelus non sufficeret per lumen suum dirigere in omnibus, quæ necessaria sunt illi peruenturo ad tam magnum statum, sicut Deus præuidit, vt si angelus minimus ordinis infimi datus fuisset Virgini ad custodiam, non sufficeret ille dirigere eam ad omnia, quæ agenda erant, vt perueniret ad illum statum meritorum, & gradum gloriæ, quem Deus destinauerit pro illa: sed datus est ei maximus angelus huius ordinis angelorum. Ad argumentum dicendum, quòd diligenter se habent angeli circa omnes, quos custodiunt, vt ostensum est. Ad rationē in contrarium. Et cùm dicitur, quòd quia sciunt non posse proficere labores suos, remissè agunt. Dicendum, quòd hoc angeli nesciunt: nam nesciunt quis prædestinatus est,
B aut quis præscitus: sed cùm sit liberum omni homini benè agere, & peruenire ad beatitudinem: ita omnes custodes, ac si omnes peruenturi essent illuc, qui nesciunt, qui peruenitur: solus enim Deus hoc sibi reseruauit, nisi alicui hoc interdum reuelet. Etiam non est sufficiens ad hoc aliqua coniectura, cùm interdum, qui nunquam secuti sunt virtutem, benè consumentur, & qui in virtute diu profecerant interdum malè pereant. Dæmones quoque nesciunt, qui condemnabuntur, aut saluabuntur: nam si scirent aliquos certissimè saluandos, & hoc esse ineuitabile, non niterentur illos tentare scientes inutilem esse laborem suum: sed dæmones ita se habent in tentando, tanquam omnis homo possit damnari, quia po-
C test peccare, & ideo quanto aliqui magis, anhelant ad profectum virtutis: tanto magis dæmones tentant eos, quia magis recedunt à possibilitate damnationis: tam ergo angeli diligenter omnes custodiunt, quàm dæmones tentant diligenter omnes, quia nec angeli sciunt, qui condemnandi sunt, nec dæmones, qui sunt saluandi.

Liberum est hoī benè agere, & ad beatitudinem peruenire. Angeli, & etiam dæmones nesciunt, qui homines sint saluandi, aut dānandi.

An Angelus custos deserat interdum, quem custodiat.
Quæstio LXVII.

QVAERETVR, an Angelus custos deserat interdum quem custodit. Aliqui dicunt, quòd 1. ratio. sic: quia dicitur Ieremiæ quinquagesimo primo ex
D persona angelorum custodientium: Curauimus Babylonem, & non est curata: derelinquamus ergo eam: sed vt dicit ibi Glossa: hoc dicitur ex persona angelorum: ergo angeli custodes deserunt custoditos, quando non corriguntur à peccatis. Secundò, 2. ratio. quia Isaia quinto: dicitur auferam sepem eius, & erit in direptione. Et dicit Glossa auferam custodiam angelorum: ergo illi deserunt interdum custoditos. Tertiò, quia Deus custodit principalius, & efficacius 3. ratio. hominem, quàm angelus: & tamen Deus derelinquit interdum hominem, Psalmo vigesimo primo: Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? ergo à fortiori angelus deserit hominem. Quartò, quia Zachariæ primo dicitur Reuersus est angelus, 4. ratio.
E qui loquebatur ad me, & Danielis decimo capitulo dicitur de Daniele, quòd loquebatur ei Gabriel dicēs: Nunquid scis, quare venerim ad te, & nunc reuertar aduersum Principem Persarum? sed non potest reuerti, nisi qui recedit: ergo angelus custos non manet semper cum custodito, sed interdum eum deserit. Quintò, quia angeli sunt aliquando in cœlo empyreo, 5. ratio. & tamen quando sunt nobiscum non sunt in cœlo, vt dicit Damascenus: ergo deserunt interdum custoditum. Sextò, quia medicus sapiens deserit infirmum 6. ratio. desperatum, sed angeli vident interdum homines obstinatos in peccatis, & per reuelationem possunt de aliquibus scire, quòd præsciti sunt: ergo illos deserunt, & ita custoditi deseruntur aliquando.

Aliorum Rationes in contrarium. 1. ratio. Alij dicunt, quòd custoditi nunquam deseruntur ab angelis, quia angeli boni proniores sunt ad adiuuandum, quàm dæmones ad infestandum: & tamen dæmones nunquam ab infestatione hominis cessant vsque mortem: ergo neque angeli custodes cessant aliquando à custodia hominum. 2. ratio. Secundò, quia de nullo homine desperandum est quamdiu est in via: & tamen medicus nunquam deserit ægrum quousq; sit desperatus: ergo angeli custodes nũquam deserunt hominem quamdiu viuit.

Dicendum, quòd propriè loquendo angeli custodes nunquam deserunt custoditos, quia deserere est totaliter abijcere, sed non abijciuntur totaliter, qui custodiuntur. Pro quo sciendum, quòd custodia angelica, vt sæpè dictum est, est executio Diuinæ Prouidentiæ circa homines: ideo ita dicendum est de custodia hominum, sicut de prouidentia circa eos: Homo nũquam totaliter deseritur Diuina Prouidentia. homo autem nunquam totaliter deseritur à Diuina Prouidentia, quia nullum entium deseritur ab eo omnino: nam tunc omnino cederet in non ens, sed quæcunque sunt manent sub eius prouidentia, & consequenter custodiuntur suo modo per alias causas à Deo ordinatas ad prouidentiæ executionem. Sic ergo cùm Deus nunquam deserat à prouidentia sua hominem, non deseretur ab executione prouidentiæ, quæ est custodia angelica: & ita angeli custodes nunquam hominem deserunt: dicitur tamen aliquid deseri à Deo inquantum permittit illud aliquid pati, vel aliqualiter deficere: & sic homo deseritur à Deo inquãtũ illum permittit pati aliquid pœnale, vel incidere in aliquam culpam: & hoc modo angelus dicitur dimittere, vel deserere custoditum, inquantum subtrahit, vel non impendit effectum aliquem custodiæ, quem posset impendere non liberando à tribulatione, à qua posset liberare, vel non tollendo impedimenta profectus spiritualis, quæ posset tollere, aut non adiuuando ad non incidendum in peccatum, quod poterat facere: Nemo est nec fuit quem Deꝰ non ꝑmitteret incidere in aliquos defectus. & quia nemo vnquam fuit quem Deus secundùm altam prouidentiam suam, non permittat incidere in aliquos defectus pœnæ, vel culpæ: nemo est de custoditis, quem interdum angeli non deserant non impendendo aliquod auxilium quod impendere poterant: omnes ergo deseruntur aliquando, & secundum hoc dicuntur quidam magis deseri, quàm alij inquantum in plura mala, saltem culpæ, permittuntur cadere, quàm alij, vel in plura mala inutilia eis: bonos enim, idest, prædestinatos hoc modo deserunt raro angeli, quia Diuina Prouidentia, ita benè eis prouidit, quòd etiam mala cooperantur in bonum eis. ad Romanos octauo: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundùm propositum vocati sunt sancti: malos autem Dei prouidentia deserit permittendo interdum cadere in peccata, quæ eis non proderunt: & ita etiam angeli eos deserunt non adiuuando ad non incidendum, vel non tollendo opportunitates ad peccandum: & tamen adhuc pro illo tempore, quo angeli dicuntur tales deserere non pęnitus eos deserunt, quin aliquem effectum custodiæ exhibeant circa eos: nam licèt à peccato non liberẽt, liberant à periculis exterioribus: dæmon namque ita inuidet homini, & odit ipsum, quòd si ad punctum inueniret pœnitus desertum angelico præsidio, occideret eum: nunquam ergo angeli deserunt hominem custoditum quantumcumque malus sit, & in quantacumque mala eum cadere permittat, quia in valde plura incurreret, nisi angelus eum custodiret. De angelis tamen quare interdum deserant hominem subtrahendo aliqua auxilia, & interdum non. Dicendum, quod est causa, quia sic à Deo recipiunt fieri debere: nam custodia angelica est executio Di-F uinæ Prouidentiæ, necesse est ergo, quòd quidquid angeli custodes circa custoditos exercuerint prouisum sit à Deo, quia aliàs non esset custodia executio prouidentiæ, sed quædam alia dispositio per se: & ita oportet, quòd quando Deus committit alicui angelo custodiam alicuius hominis, reuelet ei omnia in quibus auxilietur custodito, & in quibus eum desereret, & quando hęc erunt, vel ꝙ per singulos dies adueniente opportunitate Deus reuelet angelo custodi quid facturus sit circa custoditum suum: & ita angelus exequitur omnia, quæ Deus de homine prouiderit, & in nullo errabit. Ad primum dicendum vno modo, quòd angeli deserunt custoditum, & quando cessat hora custodiendi illa est in homine Ad 1. rationem. G hora mortis: nam vsque ad mortem semper potest homo liberari à malo, post verò constituitur in termino, & ideo mali in morte deseruntur ab angelis, quia in malo decedunt, & amplius non possunt custodiri: & tamen ante mortem nunquam deseruntur. Aliter potest dici, quòd intelligitur deseri secundùm quid, & non simpliciter, quia quantum ad aliquid custodiens permittit custoditum cadere in aliquas aduersitates: non tamen omnino deserit, quia periret omnino desertus. Et iste est melior sensus: nam Ieremias vult ostendere ibi pœnam Babylonis propter peccata in quibus erant obstinati Babylonij: & ideo permiserunt angeli custodes cadere Babylonem in manus hostium, quasi nullus esset H defensor: & ita hominem custoditum deserit interdum angelus propter peccata aliqua incidere in aduersitates, à quibus eum non eripit: & maximè quando est obstinatus in aliquo peccato. Ad secundum Ad 2. rationem. idem dicendum est, quia loquitur ibi Deus toti genti Iudæorum, quos auxilio suo priuauit tradens in manus Babyloniorum propter peccata frequentata. Ad tertium dicendum, quòd ibi accipitur derelinquere, idest, permittere pati aliquam afflictionem: Ad 3. rationem. & hoc modo tam bonos, quàm malos derelinquit sæpe Deus: sic ibi Christus est, qui loquitur dicens se derelictum, quia innocens patiebatur infra vigesimo septimo: Deus Deus meus cur me dereliquisti: & sic etiam angeli custodes pro tunc deserunt, non I adiuuantes ad euadendum persecutionem: sic dixit Christus infra vigesimo sexto, quando Petrus percussit gladio Iudæum, scilicet, an putas, quòd non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? quasi dicat: possem, & illi venirent: sed quia sic faciendo non implerentur scripturæ, & oportet fieri sicut scriptum est: ideo non veniunt aliqui angeli ad me liberandum. Ad quartum dicendum vno modo, quòd angelus recessit ibi quantum ad aliquem Ad 4. rationem. effectum custodiæ, idest, quia eum non illuminauerat de aliquibus futuris, de quibus sermo inceptus erat, & postea illuminauit: non tamen ręcessit quantum ad effectum custodiæ: nam interim eum quantum ad cœteros custodiæ effectus custodiebat. K Alio modo potest dici, quòd recesserat angelus localiter à Zacharia: nam prius erat cum eo, & loquebatur, deinde cessauit loqui, iterum autem venit ad loquendum: & tamen toto illo tempore non deserebat eum quantum ad custodiam. Ad quintum dicendum vno modo, quòd angelus semper custodit: Ad 5. rationem. licèt non semper assistat homini, sed aliquando sit in cœlo, & verum est, quòd quando ibi est, non est nobiscum, quia hoc soli Deo competit, qui est incircumscriptibilis, & indiffinibilis: sed tunc dicitur, ꝙ angelus ẽt absens custodit hominẽ, & ita semꝑ custoditur homo ab angelo, siue pſente, siue absẽte angelo: hoc autem, quia per ea, quæ agit angelus circa hominem

nem quando manet cùm eo dicitur custodiri quando est angelus absens, eo quòd impressio illa durat aliquanto tempore. Fortes enim impressiones aliquanto tempore manent, postquam factæ sunt, sicut patet in motibus violentis: nam mouetur lapis pulsus per impressionem factam quando emittitur de manu: & tamen postea diu durat impressio, & mouetur nullo tangente. Sic & in spiritualibus per impressionem factam ad bonum ab angelo semel, manet homo aliquanto tempore inclinatus ad bonum. Sicut siquis concipit nunc ab aliquo agente feruorem ad deuotè orandum, durat homo aliquot diebus deuotè orans ex illo feruore: & tamen quamdiu durat impressio facta in passo, per quam ipsum mouetur dicitur agere agens, quod causauit illã impressionem: & ita angelus B absens custodit hominem, quia per impressionem ab eo factam, quando erat præsens regitur homo in eius absentia. Aliter potest dici, quòd angelus quando est in cęlo nõ custodit hominem, quia nullum effectum custodiæ circa eum actualiter exercet: & tamen non deserit hominem quantum ad custodiam, sed solùm quantum ad præsentiam: nam non est deserere nihil operari, sed tunc cessare ab operatione, quando operatio est necessaria: & tamen interdum sic est, quòd homo non indiget aliquo actu custodię: ideo quòd tunc non custodiatur non est deseri à custode. Patet hoc, quia actus custodis angeli sunt quatuor, sub quibus cęteri includuntur, scilicet, ad bonum incitari, à peccato distrahere, impedimenta profectus spiritualis tollere, C à periculis exterioribus liberare: est autem aliquod tempus, in quo homo non indiget aliquo horum, vt quando homo est in statu perfectionis ei à Deo prouisæ, & exercet se quantum ad actus illius feruenter, non oportet, quòd ad bonum aliquod incitetur, cùm non sit ei maius bonum prouisum. Etiam quando quis dormit, aut deditus est totaliter alijs actionibus, non est tempus incitandi eum ad aliquid. De secundò magis patet: nam dissuadere à peccando non est, nisi quando homini insurgit tentatio aliqua ad malum, vel offert se opportunitas ad illud volendum: & tamen hoc non se offert omni tempore: ideo nec est necessarius iste actus angeli semper. De tertiò patet, quia auferre impedimenta non est, nisi quando po D nuntur impedimenta boni ab hominibus, vel à dæmone, sed sæpe homo non impeditur ab homine, neque à dæmone ad bonum, sed currit sine offensa: ergo non indiget tunc actu custodis ad hoc. De quartò patet, quia aliquod tempus est, in quo nullum periculum homini imminet, & licèt sæpe pericula imminneant, quæ homo non videt: tamen interdum sic est, quòd ex nulla parte est periculum aliquod, etiam si homo hoc nesciat, & tunc non est necessarium, quòd angelus liberet à periculis: aliquod ergo tempus est, in quo non est necessarius aliquis actus custodiæ angelicæ homini, & tunc potest angelus esse in cœlo, non custodiendo hominem, neque est aliquod inconueniens, cùm nulla custodia sit homini necessaria. E Et si dum angelus est in cęlo, accidit circa hominē aliquid, in quo sit ei necessaria custodia angelica, potest subitò angelus sibi adesse & aderit, quia ipse scit per diuinam reuelationem semper quid agitur circa suum clientulũ, & quid agi oporteat ex parte angeli, & tunc subitò de cœlo aderit in quocunque loco, vbi fuerit custoditus: & ita ille nullum detrimentum incurrit ex absentia angeli. Patet primum, nam cùm Deus committat angelis executionē prouidentiæ suæ circa homines, & nihil circa hominem fiat, quod non sit prouisum, oportet, quòd omnia, quæ circa homines fieri debuerint Deus reuelet angelis custodibus: quia aliàs non possent exequi prouisa à Deo: ergo

A quandocunque aliquid agendum fuerit circa hominem, necesse est, quòd tunc angelus eius sciat illud, aut prius sciuisset futurum esse illo tempore. Secundum patet, quia angelus existens in cœlo non indiget ipse ad veniendum vsque ad terram, quia cùm non sit corpus, neque corpori alligatus, non mouetur per cõtinuum: ideo neque per tempus, sed subitò fit transitus eius de cœlo in terram. Ad sextum dicendum, quòd angeli nesciunt homines esse pręscitos, aut prędestinatos, quia solus Deus hoc nouit, vt dictum est præcedenti quæstione: ideo omnes custodiunt diligenter, tanquam potẽtes peruenire ad beatitudinem. Sed dato, quòd ex reuelatione sciret angelus custos aliquem præscitum, adhuc non cessaret à custodia eius, quia ad multa prodest custodia etiam circa tales. Sicut de Antichristo certum est, quòd damnabitur: tamen angelus custos dabitur ei, vt ostensum est supra quæstione sexagesima secunda. Duo argumenta in contrarium concedi possunt, quia concludunt non deseri custoditos ab angelis, quod verum est, quia nunquam penitus deseruntur: & tamen interdum quantum ad aliquos actus deseruntur, quos exercere possent angeli custodiendo eos. Et ad primum, cùm dicitur, quòd proniores sunt angeli ad adiuuandum, quàm dæmones ad infestandum. Dicendum, quòd satis intensum desiderium est vtrorumq;, angelorum quidem ex charitate ad nos: dæmonum verò ex odio & iniquitate: & tamen dæmones saltem quantum ad desiderium nunquã cessant nos infestare, eo quòd appetitus suus totaliter deprauatus nulli rationi subditur: angeli verò interdum ex proposito cessant nos adiuuare, & hoc non propter se, sed quia sic suadet regula Diuinæ Prouidentiæ, cuius ipsi sunt executores: & ita dæmones quantum ad desiderium magis nos infestant, quàm angeli nos adiuuent: considerando tamen ipsam rem, quæ fit dicendũ, quòd plus nos adiuuant angeli custodes, quàm infestant dæmones: nam plura mala sunt, quæ euadimus tam à dæmonibus, quàm à malis hominibus, & alijs rebus exterioribus per custodiam angelorum, quàm mala, quæ inferuntur nobis à dæmonibus, siue sint pœnæ, siue peccata: nam nemo dubitat, quòd si dæmon libere permitteretur agere contra nos, quòd plusquam in duplo plura mala faceret, quàm facit, & tamen omnia, quæ non facit euadimus per custodiam angelorum, qui eos arcent: ergo plus confert custodia angelorum, quàm nocet infestatio dæmonum, nisi per accidens inquantum dæmone suadente incidit quis in peccatum, in quo moritur, & pro illo æternaliter damnatur, sed quòd finiat quis in peccato per accidens est ad magnitudinem peccati. Ad secundum dicendum, quòd verum est, quòd angeli nunquam deserunt nos velut desperatos quamdiu viuimus, quia hoc est totaliter deserere, sed deserunt ad tempus subtrahẽdo aliquem actum custodiæ propter peccata nostra, aut propter regulam Diuinæ Prouidentiæ, sic ostendentem debere fieri.

Ad 6. rationem. — *Ad 1. rationē in contrarium.* — *Ad 2. rationem.*

An Angeli Custodes doleant de perditione custoditorum, quando damnantur.

Quæstio LXVIII.

QVAERETVR, an Angeli Custodes doleant de perditione custoditorum quando damnãtur. Aliqui dicunt, quòd sic: quia luctus est signum doloris exterioris: angeli tamen lugent de perditione custoditorum: Isa. 33. Angeli pacis amarè flebunt: ergo dolent de perditis. Secundò, quia amicorum est mu-

Nonnullorum rationes. 1. ratio. 2. ratio.

tuo compati in necessitatibus, sed angeli feruētissima charitate nos diligunt: ergo tristantur de damnatione nostra. Tertiò, quia ad sapientem pertinet dolere de his, per quæ gaudium, aut bonum suum minuitur, sed per damnationem hominum minuitur gaudium angelorum, quod esset de hominum conuersione si nō periret. Lucæ decimo quinto, gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente: ergo tristantur de eorum perditione. Quartò, quia omne quod est repugnans volito, & contrarium fini, est contristās: quia iuxta Augustinum dolor, aut tristitia est de his, quæ nobis nolentibus accidunt, sed damnatio custoditorum est contraria saluti eorum, quam volunt angeli ex officio custodiæ: ideo dolent de eorum damnatione. Quintò, quia angeli reddituri sunt rationē, & trahentur in iudicium propter eos, quos custodiūt, vt dicit Origines super librum Numerorum, super illo verbo, quidquid offerunt primitiarum, & cœtera: trahuntur angeli in iudicium vtrum ex eorum negligentia, aut hominum ignauia lapsi sunt, sed quilibet rationabiliter dolet propter illa, pro quibus in iudicium trahitur: ergo dolebunt de damnatione custoditorum.

3. ratio. 4. ratio. 5. ratio. Cap. 18.

Dicendum, quòd non dolebunt de perditione custoditorum, quia in vita æterna, quæ est cœlestis Ierusalem, non est luctus, neque dolor, neque clamor: Apocalipsi vigesimo primo capitulo: angeli tamen sunt ciues illius vrbis: ergo nunquam de aliquo dolebunt. Item, quia vera beatitudo non compatitur secum miseriam, aut aliquid pertinens ad miseriam: dolor tamen & tristitia ad miseriam pertinent: ideo angeli, qui perfectè beati sunt, de nullo poterunt dolere. Considerandum tamē, quòd dolor accipitur propriè, aut largè. Propriè dolor & tristitia sunt motus quidam in parte affectiua, & sunt in sensu: vbi ergo non est sensus, non est dolor, neque tristitia: angeli autem sunt incorporei: ideo tristitiam habere nō possunt: vnde neque dęmones isto modo tristantur, licèt sint in pœnis acerrimis, eo ꝙ incorporei sunt. Largè accipiendo sunt actus voluntatis renuentis malum, qđ non potest fugere, & in hoc consistit pœna grauis: tali modo est dolor & tristitia in dæmonibus & animis separatis. Sed isto modo etiam dicendum, quòd nullus dolor, vel tristitia esse potest in angelis de perditione custoditorum, aut de alia re. Et ratio est, quia tunc dolerent si aliquid contra voluntatem eorum fieret, quod ipsi vt malum reputarent: sed nihil potest fieri contra voluntatem angelorum, aut beatorum, sicut neque contra voluntatem Dei, ideo non possunt dolere: vnde non dolent de peccatis hominum, neque de pœnis eorum: voluntas enim beatorum totaliter inhæret ordini diuinæ iustitiæ, & ipsi diuinę voluntati: nihil autem in mundo fit, nisi per diuinam iustitiam factum, aut permissum: ideo simpliciter loquendo, nihil fit in mundo contra voluntatem angelorum, & beatorum: & ita nihil habent, de quo doleant: sicut neque Deus de aliquo dolet, sed de omnibus gaudet, siue de pœnis, siue de peccatis: non quidem inquantum talia sunt, sed inquantū diuino ordini congruunt faciendo, aut permittendo. Et si dicat quis quomodo possunt beati tam crudeles esse, vt de pœnis damnatorum gaudeant, qui eorum cognati fortassis sunt.

Dolor qualis fit in dęmonibus, & animabus separatis.

Dicendum, quòd istud est voluntarium mixtum, quod simpliciter quidem est voluntarium, secundùm quid inuoluntarium. Tale autem est secundùm Aristotilem tertio Ethicorum, quādo aliquid consideratum in particulari respectu omnium circūstantiarum suarum, in quibus est, opus est voluntarium: si consideraretur tamen in vniuersali, non considerando circunstantias illas, non esset voluntarium, sicut proijcerę

Voluntarium mixtum qd sit.

F merces in mare, aut abscindere membrum putridū: nam cùm quis videt se in periculo credens se periturum, nisi proijciat merces, præeligit merces perdere, & hoc est tunc simpliciter voluntarium, quia consideratis istis partibus circunstantijs, idest, tempore & periculo eligimus proijcere merces. Si autem consideretur in vniuersali proiicere merces, idest, non cōsiderato, ꝙ esset homo in periculo, nemo eligeret proiicere merces, & propter hoc vocatur, non voluntarium secundùm quid. Vocatur autem simpliciter voluntarium, quia de operatione ista, quæ nunc occurrit iudicatur, an sit voluntaria, vel non: operatio tamen cōsistit in particulari, & non in vniuersali, cùm nulla operatio sit sine circunstantiis: ideo illa operatio, quæ cō-
G sideratis circunstantiis in particulari vocatur voluntaria: dicetur simpliciter voluntaria, & ita est de abscisione membri putridi, per quod cętera inficerentur. Si enim consideremus pœnas damnatorum, & perditionem custoditorum in vniuersali, non referendo ad quid essent inuoluntaria: considerando tamen in particulari istas pœnas, & istam perditionem, vt sunt diuinæ iustitiæ, & voluntati concordantia, eligunt simpliciter illa beati, qui per omnia conformantur diuinæ voluntati, & ita erunt simpliciter voluntaria, & gaudebunt de illis.

Ad primum dicendum, quòd litera illa non intelligitur de angelis custodibus secundùm sensum literalem, quem intendit propheta, sed angeli vocantur nūcii, & dicuntur angeli pacis, qui erant nūcii ad pacem
H petendā, & intelligitur de nūciis, quos misit Ezechias, vt impetraret pacem à Sennacherib rege Assyriorum, & illi auditis verbis Rabsacis, quem miserat Sennacherib, & blasphemauit contra Deum, fleuerunt. De quo tangitur. 4. Reg. 19. & Isa. 27. nam scissis tunc vestibus fleuerunt. Allegoricè autem Glossa exponit ibi de Apostolis, & Prædicatoribus, qui sunt Angeli pacis. i. annunciant nobis bonum, & illi flent propter peccata nostra. Anagogicè potest accipi de angelis custodibus, & tunc erit metaphorica locutio. Primò, quia in angelis non potest esse dolor, aut fletus propriè sumptus. Secundò, quia etiam largè sumendo fletum, vel dolorem pro aliqua repugnātia voluntatis, non est
I verè in angelis, cùm simpliciter voluntaria est in eis malorum damnatio, licèt eos custodiant inquantum consonat illa diuinę iustitię, & voluntati: sed largè possunt dici nolle illam inquantum in vniuersali consideratam damnationem aliquorum hominum, non vt consonat diuinæ iustitiæ, non acceptarent angeli, neque beati: sed ex litera illa non sumitur efficax argumentū, cùm non intendat hoc auctor literæ. Ad secundum dicendum, quòd compati est amicorum, qui pati possunt, qui autem impassibilis est, non potest compati: angeli autem, quia beati sunt, impassibiles sunt, ideo non possunt compati miseriis nostris recipiendo verè in se aliquem dolorem, sed semper gaudent, siue bona, siue mala nobis eueniant. Ad tertium, quòd non
K minuitur bonum aliquod angelorum, aut cęterorum beatorum per damnationem custoditorum, & hoc, quia licèt quidam custoditi pereant, electorum numerus nunquam minuitur. Aliter etiam dicunt quidam, quòd angeli custodes semper gaudent de bonis operibus, quæ aliquando custoditi fecerunt, licèt ipsi pereant, inquantum illa opera fuerūt ad laudem Dei, vel etiam si custoditi nulla bona meritoria vnquā egerint: ipsi tn̄ angeli custodes fecerunt circa eos multa bona opera custodiæ, & de illis gaudent. Sed dicendū, quòd hoc non satisfacit: nam dicitur Luc. 15. quòd gaudiū est Angelis in Cęlo super vno peccatore pęnitentiam agente, sed istud gaudium non poterunt habere angeli circa eos, qui damnantur, & non pęnituerunt.

Ad 1. rationem. Quo intelligatur dictum Isa. 33. s. angeli pacis amare flebunt.

Ad 2. rationem.

Ad 3. rationem.

Dicen-

Dicendum, quòd verum est, & tamen non ideo minuitur aliquid de gaudio, vel bono ipsorum, neque consequenter dolent: nam qui iusti sunt in vita æterna, & non sunt virgines, non habent aureolam seruatæ virginitatis, quam habuissent seruando virginitatē: non tamen dolent, quia non habent illam, neque minuitur gaudium eorum; quia aliàs non essent beati: & tamen istud est bonum, quod ipsismet poterat aduenire. Quòd autem pœniterent, & conuerterentur homines, est gaudium de bono alieno, quod minus ad nos pertinet, aut ad angelos: ideo non minuitur gaudium angelorum, quia illi non cōuertuntur: nam minui non est aduenire, quod aduenire poterat, quia tunc nemo esset beatus, cùm potuisset esse beatior, sed non aduenire, quod aduenire debebat, quia quod debitum est de bonis nostris est, & si non adueniat deficere dicitur, & contristationem facit. Aliter etiam potest dici, quòd angeli gaudent super peccatore, qui conuertitur, & gaudent super peccatore, qui damnatur. Primum ex genere rei, quia bona est. Secundum ex conformitate ad diuinam iustitiam, & volūtatem: & tamen angeli, & beati, quia omnino adhærent ordini diuino, magis est eis ratio gaudendi ipse ordo diuinus, quàm conditio rei: magis ergo gaudent de dānatione custoditorum, inquantum consonat diuinæ iustitię, quàm gauderent de eorum penitentia absolutè accipiendo, & non inquantum concordat diuinæ iustitiæ. Considerandum etiam, quòd istud voluntarium simpliciter non est in angelis, sicut in nobis: nam quando sunt ista voluntaria mixta, vt proijcere merces tempore periculi, & abscindere membrum putridum: licèt simpliciter voluntarium sit proijcere merces, & membrum abscindere, quia ista eligimus exigentibus circunstantijs particularibus, tamen cùm quodam gemitu, & anxietate proijcimus merces, & abscindimus membrum: angeli autem non sic eligunt nostram damnationem, vel pœnas, quia gemitus, vel anxietas tolleret eorum beatitudinem: sed ita gaudent de his, ac si malum nullum esset. Ratio diuersitatis in hoc est, quia quando proijcit quis merces in mare, licèt iudicet melius esse proijcere, & viuere, quàm non proijciendo mori: & ideo proijcere eligat: non potest tamen tollere, quin proijcere malum sit, & fuisset melius non incidere in hanc perplexitatem, vt vel mori, vel proijcere oporteat, & quia non potuit ambo bona simul consequi, quæ aliquando contingit consequi, dolet: in angelis autem, & beatis secus est: nam summum bonum eis Deus est: in quo omnis ratio boni inuenitur, & nihil extra illum iuenitur, quod conuertatur cum ipso ad hoc, quòd augeat rationem boni: totum autem bonum quod beati in Deo inueniunt, est eius voluntati, & ordini firmiter adhærere: ideo extra hoc nullum bonum inuenire possūt, quod coniunctum cum hoc habeat rationem boni, vt considerentur tanquam duo bona, & ideo consequendo voluntatem Dei nullum bonum eis deficit, cùm nullum bonum connumeretur illi, tanquam extra existens: ideo nihil est, quod deficere videatur beatis, quando voluntati diuinæ conformantur: & ita nihil est, de quo doleant. Secus autem in nobis, quia vitam seruare bonum quoddam est: diuitias seruare est aliud bonum separatum ab illo, & vnum deest alteri: ideo maius bonum illorum eligimus: dolemus tamē de carentia alterius minoris, quod perdimus consequendo maius, cùm vnum non includatur in altero, quia neutrum est bonum: secus in vita æterna, in qua inuenitur vnum bonum plenum, extra quod nihil est quod desiderari queat, vt ait Boetius. Ad quartum dicendum, quòd quidquid volunt angeli ex officio custodiæ, volunt voluntate antecedente. Quod autem

Ad 4. rationem.

A volunt secundùm conformitatem ad diuinam voluntatem, volunt voluntate consequente: quod quis vult voluntate antecedente, non vult simpliciter, idest, in particulari, sed in vniuersali: ideo est volitum secundùm quid: quod volumus voluntate consequente volumus in particulari, & illud est simpliciter voluntarium: ita angeli inquantum custodiunt homines volunt saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & hoc inquantum custodia quam angeli exercent ordinatur ad salutem hominum, & tamen si accidat illos homines in malo decedere, quia consonum est diuinæ iustitiæ illos perire, volunt etiam angeli custodes illos damnari voluntate consequente, & hoc est simpliciter volitum, & ita non est ibi tristitia aliqua, vt supra dictum est. B Ad quintum dicendum, quòd angeli ducuntur in iudicium pro peccatis hominum non tanquam rei, sed tanquam testes contra homines: an ignauia illorum acciderint peccata, vel ex qua causa: & ideo nihil est dolendum angelis de damnatione hominum custoditorum, quia pro hac non punientur angeli.

Ad 5. rationem.

An quando angeli occupantur in custodia hominum retardantur, vel impediuntur à diuina visione.

Quæstio LXIX.

C QVONIAM autem in litera dicitur, angeli eorum semper vident faciem patris mei, idest, diuinam essentiam, erat videre de visione, & cognitione angelorum: circa quod multa dubia sunt, & tamen à proposito relinquantur: solùm autem est nunc quærendum, an quando angeli occupantur in custodia hominum, retardantur, vel impediuntur à diuina visione. Aliqui dicunt, quòd sic, quia vt dicitur Thobię decimo secundo, angelus qui erat ministrans in custodia Tobiæ expleto ministerio dixit: tempus est, vt reuertar ad eum, sed angelus non reuertitur, nisi per contemplationem: nam localiter non reuertitur, cùm vbique sit Deus: ergo cessauerat aliquando à contemplatione diuina propter ministerium, & tunc, D quia expletum erat ministeriū, dicebat se velle reuerti ad contemplationem. Secundò, quia potentia finita non potest simul in opera multa, sicut intellectus non potest simul multa intelligere. tertio Topicorū: & tamen potentia angeli est finita: ergo non potest simul contemplari Deum, & ministrare homini. Tertiò, quia vt dictum est, per intellectum creatū non contingit simul plura intelligi: & tamen angelus, quādo ministrat custodiendo, considerat illa, quæ facit: ergo non potest simul ministrare, & contēplari Deū. Quartò, quia locus determinatus ad cōtemplationem est cœlum empyreum: & tamen angeli, quando custodiunt sunt hic: & quando sunt hic non sunt in cœlo empyreo, vt ait Damascenus: ergo non possunt simul custodire, & contemplari Deum.

Rationes in contrarium. 1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

E Dicendum, quòd angeli non retardantur à contemplatione per custodiam hominum: quod colligitur principaliter ex hac auctoritate domini in litera. Dicit enim: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, idest, angeli deputati istis pusillis ad custodiam semper vident diuinam essentiam: & tamen aliquando ministrant cum sint angeli custodes, ergo custodia nunquam impedit contemplationem, quia aliàs cessarent aliquando videre faciem patris. Item patet hoc, quia Gregorius ait, quòd angeli sic ad exteriora prodeunt, quòd ab intimis nunquā recedunt: ergo semp contemplantur, quia hoc est manere semp in intimis. Item Angeli Custodes beati sūt, & beatitudo eorū nō

minuitur ex eorũ ministerio, quia tũc seruientes Deo essent deterioris conditionis: & tamen tota beatitudo consistit in cõtemplatione, quia visio est tota merces: ergo non cessant contemplari per ministrationem. Istud autem sic ostenditur, quia si impediretur contẽplatio angelorum, quando ministrãt, aut hoc fieret ex cõditione loci.i. quia sunt extra locum ꝯtemplationis, aut ex conditione actionis.s. quia non potest vtrique, vel multis simul angelus intendere. Non obstat locus, quia non requiritur determinatio distãtiæ, aut propinquitatis ad istam cognitionem, quia hoc fit in potẽtijs sensitiuis. Intellectus autem non requirit determinationem loci. Etiam, quia dato, quòd requireret præsentiam loci: posset angelus semper cõtemplari, quia Deus vbique est: & ideo vbique cognosci potest, dum tamen potentia cognitiua sit disposita, & sufficiens ad cognoscendum. Etiam non obstat diuersitas actionis: nam si essent actiones diuersę non habentes habitudinem dependentiæ, impediret vna alteram: & tamen redeunt in idem: ideo benè se compatiuntur simul: angeli namque beati non habent aliquam operationem, quæ nõ sit essentialis beatitudini, vel in quã non dirigantur per operationem beatitudinis: nam si est operatio intellectus, & volũtatis circa Deum, & ea, quæ Dei sunt: est ipsa operatio fœlicitatis. Si autem sit aliqua operatio, vel executio ad extra, dirigitur illa ab operatione beatitudinis, idest, à contemplatione, quæ est beatitudo: & ideo non potest esse in angelis operatio aliqua, quæ impediat beatitudinem. Contemplatio enim angelorũ habet se ad ministeria, quæ exequuntur, sicut in artifice consideratio regularum artis ad executionem operis. Hoc patet, quia Deus est finis omnium operum angelorum custodiendo, & faciendo cęteros actus Hierarchicos. A fine autem sumitur ratio, vel species operis cuiuslibet, sicut ratio cõclusionis accipitur à principio, quia ita se habet finis ad operabilia, sicut principium ad spectabilia.2.Physi. quia ergo beatitudo est in contemplatione Dei, & custodia fit propter Deum, non impediet vna operatio alteram, sed vna erit ratio, vel regula alterius: sed sic est in artifice, quòd simul considerat rationẽ artis, & exequitur opus, eo quòd ars est principium operis, & hęc considerari, & exequi non se impediunt, sed potius se adiuuant, quia vnum est regula alterius: ita quia Deus est finis custodię angelicę circa homines, est Deus regula custodiæ, sed consideratio Dei, idest, de Deo est ipsa beatitudo: ergo executio custodiæ, quæ est quasi effectus quidam Diuinæ Prouidentiæ, non impeditur per custodiam, sed potius non potest angelus custodire, nisi respiciat regulam Diuinæ Prouidẽtiæ, cùm custodia sit executio Diuinæ Prouidẽtiæ circa homines: & tamen respicere Diuinam Prouidentiam est actus felicitatis, quia est contemplari Deum: ergo non impeditur contemplatio per executionem. Impediretur tamen si non penderet executio custodiæ à contẽplatione de Deo.

Exemplũ pulchrum

Ad 1. rationẽ in contrarium.

Ad primum dicendum, quòd angeli custodes, vel ministrantes dicunẽ recedere à Deo largè accipiendo: non enim recedunt loco, quia vbicunque sunt Deum ibi pręsentem habent, iuxta illud: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam. Psal. 138. etiam non recedunt per contemplationem: nam si semel angeli contemplentur necesse est, quòd semper contemplentur, nisi aut efficiatur eis hoc impossibile, aut illud fastidiant. Non primum, quia potentia intellectiua angelorum semper manet æqualiter disposita cùm non sit potentia materialis, vel materiæ alligata, vt alteretur. Fastidire autem non potest angelus contemplationem diuinam, quia nihil melius cogitari potest: Quia ergo necesse est, quòd semper contempletur, hoc modo ostenditur, quòd beatitudo

F sit perpetua, & sit vnus actus continuus, qui nunquam interrumpatur, vt dictum fuit supra 5.cap. quæstio.57. & ita angeli semper contemplantur Deum quocunq; mittantur. Sic dicit Beda: angeli quocunque mittantur intra Deum currunt, idest, semper eum vident, ac si corporaliter intra eum essent: non ergo recedunt à Deo per contemplationem, sed per aliquid nouum factum in angelis, scilicet, quia ab inuisibilitate recedunt visibiles effecti, sicut dicitur de filio, Ioannis decimo sexto: Exiui à patre, & veni in mundũ, scilicet, visibilis apparendo, qui prius eram inuisibilis: sic etiam dicuntur angeli redire ad Deum, quando deposita specie visibili in pristinam inuisibilitatem reuertuntur. Sciendum autem, quòd licèt angeli sæpe vadant ad cu-

G stoditos, vt circa ipsos aliqua opera exerceant, & postea finitis eis in cœlum eant: non dicuntur venire, & reuerti, sed solùm quando nobis visibiles apparent: nam quando veniunt ad ministrandum inuisibiliter, quia nos non videmus, hoc iudicamus, ac si non venirent, & nulla penitus mutatio fieret: quando autem visibiliter apparent, quia ante hoc non apparebant, dicuntur venire ad nos, idest, tales efficiuntur, sicut nos capientes visibilem speciem: quando autem expleto ministerio deponunt speciem visibilem, dicuntur recedere à nobis, quia cessant à nobis videri, etiã si apud nos maneant, vel cessant esse similes nobis, quia neque corporei manent, neque speciem corpoream habentes, & dicuntur reuerti ad Deum, quia incipiunt

H tales esse, sicut Deus, idest, inuisibiles: vel incipiunt esse tales quales solus Deus cognoscat, idest, non nos. Vel potest accipi, quòd angeli veniunt ad nos, idest, erant prius in cœlo empyreo, in quo ordinarie manent, & tamen ad custodiendum nos deserunt cœlum, & realiter veniunt ad nos, quia nõ possunt esse hic, & ibi, cùm sint diffiniti, & completis ministerijs reuertuntur in cœlum, vt ibi maneant. Et vtroque modo potest dici de angelo Thobiæ, quòd reuersus est, scilicet, deposita visibili specie, quàm prius semper gesserat, dum ministrabat Thobiæ, vel quia ante hoc manebat inferius, & nunc redijt in cœlum.

Ad 2. rationem.

Ad secundum dici potest vno modo, quòd non sunt plures actiones simul in angelo: nam contemplatio, in qua est fœli-

I citas cùm se habeat per modum receptionis, magis est passio, quàm actio: & ita bene stat cum custodia, quæ est actio: sicut enim luna simul illuminatur à sole, & receptum lumen mittit ad nos illuminando inferiora: ita angeli simul, & semel illuminantur per diuinam contemplationem, & illuminant nos custodiendo, & exequendo ea secundùm quæ illuminantur, idest, quæ illuminatio illa suadet eis circa nos facienda. Aliter potest dici, quòd quando sunt multæ actiones, quæ non dependent ab inuicem, non potest agens duas simul habere: & tamen quando vna est regula alterius, habẽdo vnã potest haberi alia, sicut dictum fuit supra, & quia contemplatio Dei habet se ad custodiam, quæ est executio prouidentiæ, sicut re-

K gula artis ad opus: ideo considerando Deum potest angelus custodire hominem.

Ad 3. rationem.

Ad tertium dicendum, quòd aliud est multa ĩtelligere simul, aliud multas intellectiones habere. Dicendum, quòd simul habere multas intellectiones est impossibile cuicunque intellectui tam finito, quàm infinito: imò intellectus infinitus magis est vnus in suo actu, quàm intellectus finitus. Si dicatur aliud, idest, intelligere simul multa. Dicendum, ꝙ aut illa multa habent vnicam speciem, & est species, vel ratio multorum: vel non habent vnã speciẽ, sed quodlibet habet vnã suam speciẽ nõ concordantẽ cũ alia in ratione vna. Si secũdo modo dicẽdũ, ꝙ non põt aliquis simul multa intelligere, quia tũc esset necesse multas intellectiones hẽre, cũ quælibet species

per

per ſe moueat: non poteſt autem intellectus diuerſis ſimilitudinibus, vel ſpeciebus ſimul effigiari, ſicut non poteſt idem corpus ſimul diuerſis figuris figurari. Si autem primo modo, poſſumus ſimul multa intelligere, ſicut per ſpeciem hominis multos homines ſimul, quia eadem eſt ſpecies repræſentans eos. Etiam, quia non eſt ratio vna multorum, ſed vnum eſt ratio alterius, vel principium: ſicut in diuina eſſentia cognoſcit beatus omnia, quæ ſunt, & præterierunt vnico intuitu: non quidem per diſtinctas ſpecies, quia tunc eſſent neceſſariò multæ cognitiones, neque etiam omnia habent vnam ſpeciem, cùm ſint diuerſarum rationum, ſed quia vnum eſt ratio omnium illorũ.ſ.diuina eſſentia: ideo illam intelligendo intelligit beatus omnia eo intuitu, quo diuinam eſſentiam cognoſcit: ita angelus cognoſcendo diuinam eſſentiam cognoſcit omnia, quę agenda ſunt circa cuſtodienda, & quęcũq; alia intelligit inquantum diuina eſſentia eſt vna ratio oĩum illorũ, & illa cognita cognoſcuntur omnia hæc.

Ad 4. rationem.

Ad quartum dicendum, quòd cœlum empyreum eſt locus contemplationis non ſecundùm neceſſitatẽ.i.ꝙ alibi non poſſit eſſe contemplatio, ſed ſecundùm congruentiam, ideſt, magis congruit ibi eſſe beatitudinẽ, quàm alibi, quia nõ eſt aliquis alius locus vniuerſi, vel pars eius, quę non ſit ad aliquem actum ſpecialem deputata de his, quæ conueniunt ad generationẽ, & corruptionẽ: & ideo cœteræ partes ſunt mobiles, vel ſitu, vel alteratione: cœlum autem empyreum non habet aliquam operationem cognitam ad generationem, & corruptionem, ſed deputatur ſpecialiter ad requiem beatorum: ideo dicitur eſſe locus contemplationis, & tamen quantum ad veritatem, ita poteſt eſſe contemplatio beatorũ in terra, ſicut in aqua, aut igne, vel quacunque parte vniuerſi, aut in ipſo inferno cùm ibi fuerit aliquando paradiſus, vt quando Chriſtus dixit Latroni: Hodie mecum eris in Paradiſo: Luc.23. & tamẽ manifeſtum eſt, quòd illa die anima Chriſti apud inferos fuit: nam deſcẽdit ad inferos poſt mortem, & eduxit inde patres: ergo locus ille inferni paradiſus fuit, ſed nullus eſt locus magis inept⁹ ad beatitudinem, quàm locus æternæ miſeriæ: & tamen ibi fuit aliquando paradiſus: ergo poterit eſſe in quacunque parte vniuerſi: angeli ergo quando apud nos manent, licèt nõ ſint in cœlo empyreo, nihil de fœlicitatis actu perdunt. circa viſionem angelorum in qua eſt eorum beatitudo erãt quærenda alia. & tamẽ de beatitudine angelorũ dictũ fuit ſupra 5. cap. quæſt. 72. & q. 73. ideo ibi videantur.

Infernus quãdoque fuit paradiſus.

Venit autem. In præcedentibus oſtenſo, ꝙ non eſt ꝓximis nocumentum inferendum ex parte, hic oſtenditur, quod eſt ei beneficium impendẽdum, & primò in affectu: ſecundo in effectu ibi. *Si autem peccauerit.* Primum inducitur exemplo ſaluatoris, qui tam benignum affectum circa nos habuit, quòd venit ſaluare eos, qui perierant. Et dicitur: *Venit enim filius hominis.* Ideſt, ego qui ſum filius hominis. Tali modo de ſe loquitur ſupra 9. & 11. & 12. & 16. & in multis locis. *Saluare quod perierat.* Ideſt, ad hoc veni de cœlo homines ſaluaturus, & iſti perierant, quia ex peccato Adæ omnes incurrerant in peccatum originale, de quo nemo poterat ſeipſum ſaluare, niſi veniret Chriſtus: ideo venit ad hoc. Et eſt ſenſus: ſi ego me humiliaui, vt de cœlo deſcenderem ad benefaciendum hominib⁹, qui perierãt: à fortiori vnus debet benefacere alteri, in quo potuerit, quia nemo poteſt ſe tãtum humiliare ꝓ alio, quantum ego me humiliaui pro omnib⁹, qui veni ſaluare quod perierat, & ad intelligentiam huius inducit exemplum palpabile de eo, qui habet centum oues, & vnam earum perditam requirit dimittens alias, & poſtea gaudet de inuentione perditæ: nam ita Chriſtus feciſſe videtur pro hominibus, qui erant ouis perdita.

A *Quid vobis videtur.* Refertur ad finem parabolæ: nam hoc eſt quęrere ſententias aliorum de re, de qua agitur ſi aliqualiter vertatur in dubium, & in principio parabolæ refertur caſus, & non eſt ſententia aliqua, & in fine dicitur: & ſi inuenerit eam, amen dico vobis, quia gaudebit magis ſuper ea, quàm ſuper nonaginta nouem, quæ non errauerant. Et quia hoc poterat eſſe dubium, quærit de hoc aliorum ſententiam, dicens: quid vobis videtur: quaſi dicat, nunquid non videtur vobis ſic, quòd gaudebit magis ſuper illa, quàm ſuper nonaginta nouem, quæ non errauerant. Aliter etiam poterat introduci, quòd Chriſtus non quęrat approbationem ſententiæ ſuæ, ſed quærat ſententiam, quaſi nulla præceſſerit, intelligendo quòd ponatur parabola B de eo, qui perdita vna oue de centum, & relictis nonaginta nouem iuit, vt quæreret eam, quæ perierat, & inuenit. Quid vobis videtur quid faciet iſte, quando illam deperditam inuenerit? Et tunc quaſi alijs tacentibus ſubdit Chriſtus ſentẽtiam veram, quam quilibet diceret, ſi loqueretur inquẽs: Amen dico vobis, quia gaudebit magis ſuper eam, quàm ſuper nonaginta nouem. *Si fuerint alicui centum oues.* Ideſt, ſi habuerit eas, & eſt modus antiquus locutionis non conueniens noſtræ conſuetudini. *Et errauerit vna ex eis.* Errare eſt extra viam ire, & per hoc diſponitur ouis ad pereũdum, iuxta illud Pſal. 118. Erraui ſicut ouis, quæ perijt. Dixit de vna ad oſtendendum, quòd magnum aliquid eſt pro vna quærenda nonaginta nouem relinquere.

C *Nonne relinquit.* Quaſi dicat: ita faciet, quia illę non pereunt, etiam ſi relinquantur, quia & ſi relinquuntur, non tamen deſeruntur: ſcit enim paſtor eorum, quòd errare non poſſunt, quia ſub conuenienti cuſtodia eas dimittit. Illa autem, quæ errauit, peribit, ſi non requiratur. *Nonaginta nouem.* Ideſt, omnes alias, quas habebat, quia quòd fuerint centum, vel mille non differt, cùm omnes propter vnicam q̄rendam relinquantur: ſed quãto fuerit maior numerus relictarum, ſignificatur maior amor cuſtodis, qui cùm ſit ita diues, vnicam, quæ errauerat, tam diligenter inquirit, vt cęteras dimittat illam quæſiturus. *In montibus.* Scilicet, in locis, vbi cuſtodiebantur oues: talia enim ſunt loca terræ Iſrael in quibus cuſtodiuntur pecora: & ita dicitur D primo Regum vigeſimo quinto, quòd Nabal tondebat gregem ſuum in monte Carmeli: & Lucæ decimoqninto, dicitur, quòd reliquit eas in deſerto, & idem eſt, quia terra deſerta in terra Iudæorum eſt mõtuoſa, vt colligitur Ioſue decimo quinto, vbi aſſignantur ciuitates Iudæ, quæ erãt in deſertis, & in montanis. *Et vadit quærere eam, quæ errauit.* Ideſt, receſſit à grege. *Et ſi contingerit, vt inueniat eam.* Loquitur ſecundum ꝯſuetudinem rerum, quæ quæruntur: nam interdum inueniuntur, & interdum nõ: & ita contingens eſt inueniri, vel non inueniri: inquantum autem ad Chriſtũ applicatur, non erat contingens inuenire, ſed neceſſe erat, quòd inueniret, quod quærebat, cũ oues ſuas nemo poſſit tollere de manu eius: Io. decimo capitulo.

E *Amen dico vobis.* Ideſt, firmiter, vel in veritate, interdũ eſt modus iurandi, vt dicitur extra de iure iurando. capitulo, & ſi Chriſtus: interdum eſt aduerbium affirmandi, vt ſi dicatur: certiſſimè dico vobis. *Quia gaudebit magis ſuper eam.* Iſta eſt ſententia domini, quam ipſe ſciebat eſſe communem omnibus auditoribus. *Quàm ſuper nonaginta nouem.* Quas relinquit in mõtibus. *Quæ non errauerunt.* Ideſt, quarum nulla à grege errauerat: gaudet.n. paſtor tũc de illa plus, quàm de alijs, quia illam perdiderat, & non alias. *Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum.* Ideſt, ſicut paſtor non vult, quòd pereat vna ouis, ſed relictis cęteris inquirit eam: ſic & pater veſter.i. Deus non vult, quòd pereat aliquis paruulus, & dicitur, non eſt voluntas ante patrem veſtrũ.i. nõ vult.

Est enim consuetudo aliena loquendi, vel est sensus, quòd non solùm ipse non vult, ꝙ non pereant pusilli: sed etiam non placet ei de illo, qui vult, quòd pusilli pereant: nam voluntas illa, non est accepta ante Deũ. Vnde dicitur, non est voluntas ante patrem vestrum .i. non est accepta ante patrem vestrum volũtas illa, quæ vult perire paruulos: & loquitur contra scandalizatores, & contemptores pusillorum: quia isti volũt, quòd pusilli pereant dando eis occasionem ad hoc. *Qui in cœlis est.* Vt ostẽdat se loqui de Deo, quoniam homines putant esse solùm in cœlo, tanquam in domo sua, & ex ipso loco omnia gubernare. *Vt pereat.* Scilicet, vt damnetur æternaliter per peccatum, quia hoc est verè perire: & hoc fit per scandalum, quia datur eis occasio peccandi, quando scandalizantur passiuè. *Vnus de pusillis istis.* Loquitur de paruulis ætate, quia paruulum ante se habebat, & per hoc intelligit omnes alios paruulos fide, aut discretione, aut reputatione hoĩum: nam ẽt istos nõ vult perire Christus: quãto magis eos, qui magni sunt: licèt tales non aberrant à grege.

Quare Christus dixit hic, filius hominis venit, & cætera, quæ sequuntur. Quæstio LXX.

QVAERETVR, quare Christus dixit hic: Filius hominis venit, & cœtera, quæ sequuntur. Dici potest vno modo secundùm Nicolaum, ꝙ supra Christus ostenderat non esse pusillis nocendum: hic autem ostẽdit illis esse benefaciendum exemplo suo, qui venit saluare quod perierat: & ad hoc inducit exẽplum de habente centum oues, quarum vna aberrat: & ita continuatum fuit supra. Aliter potest dici, & melius, quòd ista est confirmatio præcedentium per vlteriores rationes: nam dictum fuerat supra non esse paruulos scandalizandos, neque contemnendos: qui enim scandalizat eos, vel contemnit perdit illos, idest, dat occasionem pereundi, quia scandalizati peccant mortaliter, per quod pereunt: hoc autem non est faciendum ab his, qui sequũtur doctrinam Christi, cùm sit contra intentionem eius: nam non venit ipse ad perdendum aliquem: sed potius ideo venit, vt saluaret quod perierat: & ita dicitur hic: venit filius hominis saluare quod perierat: quasi dicat: quia ad hoc ipse venit, non debet quis perdere fratrem suum scandalizando pusillos. Simile patet Luc. 9. quando Iacobus, & Ioannes volebant petere de cœlo ignem super quãdam ciuitatem Samaritanorum, & Christus vetuit, dicens: Nescitis cuius spiritus estis: filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare: idest, nescitis, quem spiritum habere debetis, & quam doctrinã sequi: nam intentio mea, quam sequi debetis, non est perdere homines, sed saluare: & ita hic venit saluare, & consequenter non perdere per scandalum, & contemptum paruulorum. Quod autem sequitur de centum ouibus pertinet ad idem: dixerat enim, quòd venit ad saluandum quod perierat: ideo posuit exemplũ de illo, qui habebat centum oues, & aberrante vna reliquit nonaginta nouem, & iuit, vt saluaret errantem quærendo illam: ita est de Christo, qui cùm haberet centum oues, idest, homines, & angelos: & homines errauissent peccando, reliquit angelos in cœlo veniẽs in terram, vt hominem perditum saluaret: & quia ille, qui inuenit vnam ouem errantẽ gaudet super ea plusquam super eis, quæ non errauerunt: ita filius hominis, idest Christus gaudet de saluatione hominum: & si ita est, quòd plus gaudet de homine pereunte saluato, quàm de angelis, qui non errauerunt, manifestum est, quòd non volet, quòd aliquis homo pereat: ideo q dat alicui occasionem pereundi, contra voluntatem Christi facit. Et ita concluditur in litera: sic non est

F volũtas ante patrem vestrum, vt pereat vnus de pusillis istis.i. sicut qui habet centum oues dimittit nonaginta nouem, vt vnicam errantem saluet, & hoc, quia non vult, ꝙ aliqua pereat: ita non est voluntas Dei, ꝙ aliqs de pusillis pereat, & ideo nemo debeat eum scandalizare, aut contemnere, quia per hoc pusillus periret incidendo in peccatum mortale: & ita apparet necessariò, ꝙ sic debeat intelligi litera, cũ in fine eius Christus applicuerit ad propositum suum, dicens: sic non est voluntas, & cœtera, & iste est verus sensus.

An ista parabola de centum ouibus sit eadem cum illa, quæ ponitur Luc. 15. cap. Quæstio LXXI.

G QVAERETVR, an ista parabola de centum ouibus sit eadem cum illa, quæ ponitur Luc. 15. cap. Aliqui dicunt, quòd sit eadem, quia hic dicitur de centum ouibus, & ibi etiam. Et dicitur de vna aberrante, & nonaginta nouem saluatis, & multa alia similia hic, & ibi. Alij dicunt, quòd non sit eadem parabola, quia aliqua ponuntur hic, quæ nõ ponuntur ibi, & è contrario: quia hic dicitur: sic non est voluntas ante patrem, &c. & ibi non ponitur. Etiam dicitur ibi, quòd si inuenerit eam imponit humeris suis: hic autem non. Etiam dicitur, quòd conuocat amicos, dicens: congratulamini mihi, quia inueni ouem: & hic non dicitur. Etiam dicitur ibi, quòd gaudium est in cęlo super vno peccatore, &c. & hic non dicitur. H Etiam dicitur hic, quòd reliquit nonaginta nouem in montibus, & ibi dicitur, quòd reliquit eas in deserto.

Dicendum, quòd aut quæritur, an sit eadem parabola, vel an sit eadem narratio hic, & ibi, dato quòd parabola esset eadem. De primo dicendum, quòd certum est esse eandem parabolam: nam idem factum narratur, scilicet, de centum ouibus, & vna aberrante, & reperta, & gaudio super ea. De secundo dicendum, quòd non fuit eadẽ narratio, aut prædicatio ista & illa: sed Christus istam parabolam sæpe dixit, sicut quædã alia sæpe dicebat prædicãdo in diuersis locis, & coram varijs auditoribus, & ita fuit in præsenti: nam quando nunc Christus dixit parabolam de centum ouibus, solis discipulis prædicabat, coram quibus statuerat par-
I uulum, vt colligitur ex tota litera præcedenti, & maximè nunc ex fine literæ, cùm concluditur post parabolam centum ouium sic: non est voluntas ante patrem vestrum, vt pereat vnus de pusillis istis, & ita adhuc pusillus erat coram Christo, quem supra in medio statuerat. Id autem quod dicitur Luc. 15. fuit dictum Pharisæis, & publicanis, vt patet ibidem, scilicet, Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, vt audirent illũ, & murmurabant scribæ, & Pharisæi dicentes: hic peccatores recipit, & manducat cũ illis: & ait ad illos parabolam istam: quis ex vobis homo habet centum oues, &c. Secundò patet, quia non fuerat eadem narratio: nam ista parabola ad fines multos distinctos inducitur hic, & ibi, quia hic inducitur
K ad ostendendum, quòd non debeamus scandalizare, aut contemnere paruulos, per quod pereunt, quia filius hominis venit ad saluãdum quod perierat, & ideo non vult, quòd aliquis paruulorum pereat: sed Luc. 15. inducitur ad ostendendum, quòd benè agebat Christus communicando cum publicanis, & peccatoribus in cibo, & potu, & alloquijs, vt sic eos conuerteret ad pœnitentiam, quia maius gaudium est de pęnitentia peccatorum, quàm de iustis, qui non indigent pœnitentia: sicut gaudet inueniens ouem plus de ea, quæ perijt, quàm de nonaginta nouem, quę non errauerant: & ideo necesse est diuersis temporibus dictum esse hoc, & illud: et ita est eadem parabola repetita varijs temporibus, et locis, et coram diuersis personis.

Quòd autem obijcitur, ꝙ non esset eadem parabola: quia dicitur hic, sic non est voluntas, &c. dicendum, ꝙ licèt sit eadem parabola, tamen ad diuersum finē hic, & ibi inducebatur: ideo cùm hic vellet concludere nō esse paruulos contemnendos, per quod perirent scandalizati, dixit: sic nō est voluntas ante patrem, vt pereat vnus de pusillis istis: & tamen Luc. 15. nō loquebatur de pusillis, sed de publicanorum conuersatione, ideo non posuit eandem conclusionem, licèt esset eadem probatio. Ad secundum quod dicitur, ꝙ ibi dr̄, ꝙ imponitur humeris ouis inuenta, & hic non. Dici potest vno modo, ꝙ vtrobique Christus hoc dixit, & tamen vnus Euāgelista illud subticuit, & alius expressit, sicut circa multa alia accidit, quæ semel tantùm acciderunt, & ita idem narrant ibi Euangelistæ, & tamen vnus subticet, quod alius exprimit. Alio modo potest dici, ꝙ vterque Euangelista plenè retulit verba Christi: quia tamen non fuit eadem narratio hic, & ibi, potuit esse, ꝙ pluribus verbis vteretur, quādo dixit parabolam coram Pharisæis, & scribis, quàm cùm dixit coram Apostolis, & ita Matthæus nihil tacuit, & etiam Lucas: hoc est satis verisimile. Causa autem quare pluribus verbis vsus fuit Christus coram Pharisæis, & scribis, quàm coram discipulis vr̄ esse, quia volebat efficacius suadere, & quia illi, quibus loquebatur non sponte recipiebant verbum eius, & contra tales efficacioribus argumentis opus est: Vt igitur Christus ostēderet quantū Deus volebat reducere peccatores ad se per pœnitentiam: ostendit diligentiam, & magnitudinem gaudij illius, qui ouem errantem inuenit, s. quia præ gaudio imponit eam humeris suis, & etiam gaudium suum solus non sustinens vocat amicos, & vicinos, & dicit eis: cōgratulamini mihi, idest gaudete mecum propter ouē inuentam: non fuit autem tanta suasio circa Apostolos, qui simplici verbo Christi crederent postquam illud intelligerent.

Quare dicitur de centum ouibus.
Quæst. LXXII.

QVAERETVR, quare dicitur de centum ouibus. Dicendum, ꝙ accipiendo parabolam in cortice non fuit maior ratio dicendi centum, quàm mille, vel ducentas: quia intentio Christi fuit ostendere magnitudinem amoris pastoris ad saluādum, quod perierat: quia quamuis esset vnica errans, reliquit plures propter illam, & tamē siue centum essent, siue ducentæ vel amplius, multæ relinquebātur propter vnā: Accipiendo autem quantum ad sensum intentum à Christo, dicendum, ꝙ non ponuntur centum oues ꝓpter aliquod mysterium, quod importet iste numerus potius, quàm quilibet alius: sed ponitur centenarius, quia est numerus perfectus constans ex decem decadibus. Sic dicit Greg. Quia centenarius numerus perfectus est, ipse cētum oues habuit cùm angelorum substantiam, & hominum creauit. Et Cyrillus ait, ꝙ centenarius numerus perfectus est ex decem decadibus constans, & tamen attendendo multi alij numeri perfecti sunt, siue in genere quadratorum, siue cuborum, idest solidorum numerorum. Et patet, ꝙ non intenderet specialiter centenarium numerum: quia Luc. 15 mox vt Christus posuit parabolam de cētum ouibus, ad confirmandum idem, subdidit aliam de decem drachmis, & vna perdita, & inuenta: & concluditur ibi gaudium de inuentione drachmæ perditæ, sicut ouis perditæ, & inuentæ, & ita nihil interest dici de centū ouibus, & vna perdita, aut de decem, & vna perdita: fuit tamen conuenientius quantum ad corticem parabolæ dici de centum ouibus, quàm de decem. Primò, quia non est verisimile, ꝙ quis decem tantū oues

A habens ambularet cum eis in montibus: non enim faceret eas solas greges: sed adiungeret alteri multitudini ne decem oues vno pastore indigerent: centum autem possunt vnum pastorem exigere. Secundò ad ostendendum pastoris amorem circa ouem perditā: nā si essent decem tātùm oues, & periret vna, satis magna pars earum, idest decima peribat: ideo verisimile erat pastorem iactura rerum suarum commotum illam inquirere: quando tamen de centum vna peribat, parua pars gregis peribat: ideò non erat tunc ita verisimile pastorem ex damno rerum incitari ad quærendam ouem: sed quia amabat ouem, & quia nihil vult perire quod conueniebat proposito: nam propter amorem descendit, vt nos saluaret, non autem propter damnū B rerum suarum: nam etiam si omnes homines pereāt, imò & simul oēs angeli, nullo dāno efficitur cùm de bonis eius nihil desit: ipse enim est sibi totum bonum, quod autem extra ipsum est, non est bonum eius nisi æquiuocè, vel amphibologicè, scilicet bonum eius, i. bonum ab eo creatum, & possessum: non tamen bonum eius, idest, ꝙ sit bonum ei hoc modo ipse solus sibi bonum est.

Quare dicitur, si errauerit vna, & non ponuntur plures.
Quæst. LXXIII.

QVAERETVR, quare dr̄: si errauerit vna, & non ponuntur plures. Dicendum, ꝙ aliquę rationes C sumuntur ad hoc ex cortice parabolæ: aliç verò ex conditione significationis. Prima est ad ostendendum amorem pastoris. Nam si essent centum oues, & errarent viginti, iam magno damno rerum suarum moueretur pastor, vt illas quęreret: cùm autem de cētum vna perit, quasi nullum damnum est, vt propter illud tantos labores pastor subire debeat quærendo ouem illam per deserta, & ita potius agit ex amore, vt non pereat quidquam. Secundò, vt sit casus verisimilior: nam de centum possunt quidem violenter auferri viginti, aut plures. errare tamen non possunt: quia illa ouis errat, quæ non vidente pastore à grege recedit: non fiet autem circa viginti oues in grege centum ouium: quia illas videbit pastor à cæteris segregari, & ita D non errabunt: posuit ergo vnam errantem, vt rem verisimilem tangeret. Tertiò fuit, quia vt dicitur Lucę 15. Ad ostendēdum amorem pastoris imponitur ouis perdita humeris, & ad gregem reducitur, quod in vna oue fieri potest: si autem multæ errarent, non poterat inueniēs eas humeris imponere, & ita non cōsonaret fini ad quem Christus inducit parabolam. Quartò, quia designatur magnum gaudium de inuenta oue hic, & Lucæ 15. Si tamen oberrassent triginta oues de centum, nō erat mirum si eis inuentis valde gauderet: quia tertiam partem quasi gregis suę perdiderat, & ita non gaudet ex amore rei inuentæ: sed propter lucrum vel propter euitationem damni, quod incurrerat: cùm autem inuenta vnica oue tanta est eius lætitia, vt plus E de illa, quàm de omnibus, quę nō errauerant gaudeat, ex amore inuentæ ouis, vt non periret agere videtur, & non ex cupiditate rei. Quintò, & pertinet ad radicē significationis, fuit hoc ad significandum valorem hominum: nam per centum oues tota possessio Dei intelligitur, per errantem ouem homo perditus per peccatum accipitur, qui est quasi cētesima pars totius possessionis Dei. Sic dicit Ambro. super Lucam. Diues pastor cuius oēs nos centesima portio sumus, vt per hoc nō superbiemus quasi nos simus totum bonū, quod Deus possidet. Sextò, vt aliqui volunt, ad designandū causam perditionis: nam ideo res perit, quia imperfecta efficitur, & ob hoc tam in parabola de decē drachmis, quàm in parabola de centum ouibus vna deficit,

quia

quia ablata vnitate ab vtroque istorum numerorum tollitur perfectio eorum. Sic dicit Rabanus. Nota verò, ꝙ vnum deest ad nouem, vt decem sint, & ad nonaginta nouem, vt centum sint: variari ergo per breuitatem, & magnitudinem numeri possunt quibus vnū deest, vt perficiantur: ipsum verò vnum sine varietate in se manens cùm accesserit cæteros perficit. Si autem tollerentur plures vnitates, posset accidere, ꝙ numer⁹ maneret perfectus, vt ablatis decem, & nouem de centum manerent octoginta, & vnus: qui etiam perfect⁹ numerus est: cùm sit quadratus ex nouem consurgēs: ablata autem vnitate null⁹ numerus maneret hic perfectus. Etiam quia vnitas est minimum per quod tollitur perfectio. Septimò fit ad ostendendum principalē causam, s. ꝙ Christus venerit ad nos redimendum ex solo amore, & non propter aliquam suam vtilitatem: nam si nos fuissemus maior pars possessionis suæ, videbatur verisimile, ꝙ vellet venire ad nos saluandum: eramus tamen centesima portio gregis sui: ideo quasi nullum damnum rerum suarum esset, ꝙ nos periremus. Quòd igitur venerit ad nos saluandum, ex amore fecit, & sic valde ei tenemur, quia propter nos egit.

Quomodo dicitur hic, ꝙ reliquit nonaginta nouem in montibus, cum Luc. 15. dicatur, ꝙ reliquit eas in deserto.
Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ reliquit nonaginta nouem in montibus, cùm Lucę 15. dicatur, ꝙ reliquit eas in deserto. Dici potest vno modo, ꝙ non est incōueniens: nam istæ sunt duæ narrationes, licèt sit eadem parabola narrata, & ita potuit vnus Euangelista vti vno nomine, & alius alio. Aliter dicitur, & melius, ꝙ nulla diuersitas est in significatione: nam deseri in montibus, & in deserto idem est, eo ꝙ in terra Iudeæ est quædam pars regionis, quæ vocatur desertum, & vocatur montana, quia est montuosa, & ideo oues relictæ in montibus in deserto relinquuntur: hoc colligitur Iosue 15. & erat ista regio, in qua habitabat Zacharias pater Ioannis Baptistæ. Vnde vocatur illa aliquando desertum, & aliquando montana. De Natiuitate Ioannis apparet, quia quando natus est dicitur Luc. 1. ꝙ diuulgabatur verbum istud super omnia montana Iudeæ, & eodem cap. dicitur de virgine, quando iuit ad Elisabeth matrem Ioannis antequam pareret, ꝙ ascendit cum festinatione in montana, & intrauit in domum Zachariæ: & tamen quando Ioannes prædicabat, dr̄ ꝙ erant prædicans in deserto Iudeæ circa Iordanem, supra 3. cap. & Mar. 1. & Lucæ 3. & tamen prædicabat in regione illa, in qua natus fuerat, & ita terra montana, & desertum idem sunt, & ita idem expressit vterq; Euangelista dicens ſm conditionem terræ Iudæorum.

Quomodo inuenta oue gaudet pastor de illa, quia plus de reliquis deberet gaudere.
Quæst. LXXV.

QVAERETVR, quomodo inuenta oue gaudet pastor de illa plusquam de nonaginta & nouem, quæ non errauerunt: nam plus gaudere deberet de non perditis. Dicendum, quòd non est intelligendum, quòd gaudet plus de illa, idest magis placet sibi possidere illam, quàm nonaginta & nouem, quæ non errauerant: quia tunc oporteret, ꝙ ista sola ouis esset sibi preciosior, & vtilior, quàm nonaginta nouē, quæ non aberrauerant, quod falsum est, cùm sit portio centesima gregis. Sed est sensus, ꝙ habet pastor quoddam gaudium nouum de ista oue inuenta, quod non habet de nonaginta nouem; nam illæ semper manserunt in

F rebus eius cùm non aberrauerint, ideo quia de nouo non acquirit eas, non habet aliquam causam gaudendi de eis nouiter: illam autem ouem, quæ aberrauit, putauit pastor deperditam, & iam deesse illam rebus eius: nunc verò quando inuenta est, accepit eam, quasi de nouo acquisiuisset, & ideo de illa gaudet specialiter, & non de nonaginta nouem: sic accipitur Luc. 15. in parabola filij prodigi. Nam quando ille redijt, fecit illi pater magnum festum: & conquestus est senior, quia semper seruiens patri nunquam ab eo acceperat aliquid ad gaudendum cum amicis suis: pater autem dixit: fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est: quasi
G dicat: ego magis diligo te quàm illum, quia omnia bona mea tua sunt, & non illius: & tamen non habeo aliquam causam specialiter, & nouiter nunc gaudendi tecum, quia tu semper manes mecum, & nunquam te perdidi, sed de fratre tuo oportuit me nunc nouiter gaudere, & epulari: quia mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est: idest habebam eum tāquam mortuum, quoniam non credebam me amplius visurum, & nunc inueni eum: ita de ouibus, quæ non errauerūt nulla erat causa noua gaudendi, quia semper manserant in bonis pastoris: ouis autem perdita putabatur deesse bonis illius: cùm igitur inuenta fuerit, gaudebitur de ea, ac si nouiter accrescat bonis eius.

H *De applicatione istius parabolæ ad intentionem Christi.*
Quæst. LXXVI.

QVAERETVR, de applicatione istius parabolæ ad intentionem Christi. Dicendum, ꝙ hic Christus intendit de redemptione generis humani pditi: nam dr̄ in principio: venit filius hominis saluare, quod perierat, sed quod perierat non erat nisi genus humanum: nam licèt quædam pars angelorum perierit, non venit Christus ad saluandum illam, neque saluauit: neq; etiam intelligūtur illi angeli nomine ouis perditæ: quia ouis perdita reducta est ad gregem, & tamen angeli præuaricatores non reducti fuerunt ad ordines, & statum aliorum angelorum: cùm ergo dr̄, ꝙ
I homo quidam habebat centum oues: per hominem intelligitur ibi Deus, idest tota Trinitas, quia istud nomen homo est multum commune, & transfertur ad multa in scriptura: nam interdum dęmon vocatur homo. supra 13. Inimicus homo superseminauit zizania, & ibi subditur in expositione, ꝙ iste est diabolus, qui seminauit zizania. etiā Deus pater vocatur homo. Io. 8. cùm Christus ait, ꝙ in ore duorum hominum est verum testimonium, & inducit hoc ad probandum, ꝙ opera sua vera sunt, quia ipse solus non est, sed etiam pater, qui misit eum cum eo, & subditur, quòd in ore duorum hominum est testimonium verum, & ita se, & patrem vocat duos homines. Tota ergo Trinitas est homo iste: quia Trinitas Beata est vnus possessor, &
K dominus omnium rerum. Centum oues possunt intelligi omnia creata, quia omnia illa Deus fecit, & oīa eius sunt, Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo, & tamē melius ad propositum accipiuntur centum oues pro omnibus creaturis rationalibus, quia isti sunt, qui perire possunt per actum proprium. Sic dicit Greg. super illo verbo si fuerint alicui centum oues. Hoc ad Christum creatorem hominum pertinet: quia enim centenarius perfectus est numerus: ipse centum oues habuit, cùm angelorum substātiam, & hominum creauit. Et idem dicit Cyrillus. Sed quare specialiter centum vocentur oues, & non plures, neque pauciores, dictum est supra quæst. 72. De his centum ouibus vna errauit,

Hoc nomē hō in scriptura ad multa transfert.

Quid per cētū oues in parabola intelligatur.

Qd totum genus humanū per vnā ouem denotatur in parabola. errauit, idest genus humanum, quia vno homine peccante totum genus perijt, & ita errauit ab vnitate gregis dominici, qui gloriam possidebat, aut possidere debebat. Est autem vna ouis: quia licèt multi homines sunt velut multæ oues, Psal. 94. Nos autem populus eius, & oues pascuę eius, & Io. 19. c. Habeo alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili: tamen quia vno homine errante omnes perierunt, sunt omnes, sicut vna ouis perdita. Vel quia nos collati ad cætera, quæ Deus possidet, sumus sicut vnitas ad centum. Sic dicit Ambro. Diues pastor, cuius nos omnes portio cētesima sum⁹. De hoc etiam Hila. Ouis autem vna homo vnus intelligendus est, & sub homine vno vniuersitas sentienda est: in vnius enim Adę errore omne hominum genus oberrauit. Et Greg. ait, Vna ouis perijt, quando peccādo homo pascualia vitæ dereliquit: dr̄ autem pastor reliquisse nonaginta nouem, idest omnes angelos bonos, vt veniret ad quærēdum ouem, quæ perierat, idest hominem: non autem reliquit verè cùm ipse vbique sit, ideo necesse est angelos, & quæcunque sunt ei præsentia fore: sed reliquit esse per nouitatem, quā fecit, secundùm quam cepit esse similis nobis, & dissimilis angelis: nam ad hoc, ꝙ Deus pastor quæreret hominē perditum induit humanam carnem, & visibilis factus est: in quo nobis similis est, & angelis dissimilis, & ita illos reliquit: sicut de Christo dicitur, ꝙ exiuit à patre, & venit in mundum, idest assumpsit carnem, per quā assumptionem est dissimilis patri, qui carnem nullam assumpsit, & per hoc exiuit à patre, idest recessit ab eo per distantiam similitudinis, & non loci aut præsentię: & venit in mundum, idest factus est similis rebus mundanis, quæ corporeæ sunt, & visibiles. Dicitur autem, ꝙ reliquit oues illas in montibus, idest in locis excelsis, quia angeli boni in cœlo manent, quos Christus reliquisse dr̄, vt veniret ad quærendum hominem perditum. Sic dicit Greg. Dicit Euangelista eas relictas in montibus, vt significet in excelsis, quia nimirum oues, quę non perierant, in sublimibus stabant. Sed Luc. 15. dr̄, ꝙ reliquit eas in deserto, quia desertum, & mons idem sunt, vt supra dictum est: & tamen quantum ad rationem significationis angeli, qui erant nonaginta nouem, dicuntur manere in deserto, idest in cœlo. desertum enim cœlum est: quia homo illud deseruit cū peccauit. Vel quia desertum significat locum deficiētem bonis multis, & quia tam angelica, quàm humana natura condita erat, vt cœlum possideret, cùm homo cęlum perdiderit, cepit ipsum cęlum deficere habitatoribus suis, & quodammodo esse desertum. Sic dicit Greg. Vadit autem quærere eam, quę errauit, i. in assumpta carne prædicauit, & passus est, & cætera opera fecit, quæ ad nostram redemptionem pertinent, per quæ homo perditus quærebatur, & redemptus est.

Quomodo dicitur, quòd pastor reliquit nonaginta nouem in montibus, vel in deserto.
Quæst. LXXVII.

QVAERETVR, quomodo dixit, ꝙ pastor reliquit nonaginta nouem in montibus, vel in deserto, vt vadat quærere eam, quę errauerat. Videtur enim hoc ad imprudētiam pertinere, tot oues exponere periculo, vt vnica errans quæratur. Aliquis dicet, ꝙ hoc non est inconueniens: quia illam vnicam plusquam cęteras diligit, cùm dicatur, ꝙ si inuenerit eam, gaudet super eam plusquam super nonagintanouem, quæ nō errauerunt: sed quod minus diligitur, exponitur periculo pro eo, quod magis amatur. Dicendum, ꝙ non stat, quia plus amat pastor nonaginta nouem, quàm vnam: nec hoc litera asserit. Itē quia dato, ꝙ plus amaA ret illam vnicam, quàm cæteras, tamen non exponeret periculo nonagintanouem pro vna: quia qui quærit ouem errantem, non est certus, ꝙ eam inueniet: & dimittendo alias, vt errantem quærat, poterit esse, ꝙ cæteras perdat: & ita etiam si magis dilecta sit illa vnica, non exponerentur pro ea cæteræ.

Sed dicendum, ꝙ quantum ad corticem parabolæ non est inconueniens: nam pastor, qui vult quærere ouem errantem, nō deserit cæteras sine custode: quia hoc dementia esset: nam errare possent omnes, aut bestiarum morsibus laniari: sed dimittit eas sub custode alio, & ipse dominus vadit inquisiturus errantem ouē. Quantum ad significationem etiam non est inconueniens, quia angeli dicuntur relinqui in deserto, idest in B cœlo non quasi subtracta eis penitus diuina cura, & ꝓuidentia: quia nō taliter dimittuntur, vt perire possint: sed dimittuntur solùm inquantum cessat Christus esse eis similis quantum ad carnē assumptam: sed nihilominus ipsi firmiter manent, ita vt perire nō possint: quia si possent deficere, non dimitteret illos, vt hominem quęreret, quia tunc esset crudelis ad omnes, vt misereretur vnius. Sic dicit Cyrillus: Nunquid autem sęuiens in reliquas motus est pietate vnius? Nequaquam: Sunt enim illæ in tuto circunsepiente illas potentissimo, sed magis misereri oportebat pereuntis, ne imperfecta videretur residua multitudo: vna enim reducta sortitur centenarius propriam speciem.

C

Quomodo est verum, quòd magis gaudet quærens super oue inuenta, quàm super non errantibus, cùm potius contrarium videatur.
Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, ꝙ magis gaudet quærens super oue inuenta, quàm super non errantibus: per quod innuitur, ꝙ magis gaudet Deus super peccatore vno pęnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis: nam magis videtur gaudendum de vno iusto, quàm de vno peccatore: quanto magis de nonagintanouem iustis. Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur de iustis præsumptuosis, idest, qui seipsos iustos arbitrantur: quia non faciunt peccata communia, quæ alij committunt, & tamen committunt alia D peccata spiritualia, quæ grauiora sunt, vt superbiam, præsumptionem, hypocrisim, & de talibus manifestū est, ꝙ magis Deus gaudet in vno peccatore agente pęnitentiam, quàm in mille, vel decem millibus iustorū talium, quia illi non sunt verè iusti: nec gaudet Deus in illis, sed potius detestatur eos: sic patet Lucæ 18. Vbi Christus loquitur contra Pharisæum, qui se iustificabat dicens, ꝙ non erat, sicut cæteri homines, & ait, ꝙ publicanus, qui confessus fuit se peccatorem iustificatus fuit potius, quàm Pharisæus, & sic potest intelligi istud de gaudio Dei super peccatore pœnitente plusquam super iustis: quia istud ponitur Lucæ 15. Et ibi Christus loquebatur contra Pharisæos, & Scribas, qui E arguebant eum, ꝙ manducaret cū publicanis, & Christus defendit se, ꝙ faciebat hoc quærens salutem eorū tanquam oues perditas: & vt ostēdatur, ꝙ melius erat manducare cum illis peccatoribus, quàm cùm Pharisæis, & Scribis, qui se iustos iactabant. Dicit, ꝙ Deus magis gaudet de vno illorum peccatorum, qui per talem conuersationem faciebant pœnitentiam, quàm de multis falsis iustis, quales erant Pharisæi, & isti tales iusti vocantur oues relictæ in deserto, quia imperfecti sunt, cùm eis desit vnitas. Sic dicit Augu. lib. de Quæstionibus Euang. illas nonagintanouem, quas in deserto reliquit dicit superbos designans, tanquam solicitudinem gerentes in animo dum solos se videri volunt, quibus ad perfectionem vnitas deest: cùm autem quilibet

libet à vera vnitate diuellitur superbè diuellitur: suæ quippe potestatis esse cupiens, non sequitur vnum, quod Deus est: vnitati autem deputat omnes per pœnitentiam reconciliatos, quæ humilitate obtinetur. Et Beda ait: Per nonagintanouem oues, quas in montibus dereliquit, superbos significat, quibus ad perfectionē vnitas deest: cùm ergo inuenerit peccatorem magis super eum gaudere facit, quàm super iustos falsos. Sed dicendum, quòd licèt iste sensus sit coloratus: adhuc tamen non stat, quia Lucæ 15. dicitur, quòd maius gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia: & tamen tales iusti, quales erant Pharisæi pœnitentia indigebant: cùm verò mali essent, & quibus non erat locus in vita æterna. supra 5. capit. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Pharisæorum, & Scribarum, non intrabitis in regnum cœlorum. Ideo dicendum, quòd intelligitur de veris iustis, qui pœnitentia non indigent, quia non committunt de quibus pœnitendum sit. Sed tunc dicunt quidam, quòd intelligitur de veris iustis, qui tamen non proficiunt vlterius: sed solùm manent in statu virtutum, quas semel induerunt, & nullum illicitum committunt: qui autem commiserunt illicita, & compuncti pœnitent, interdum valde nituntur ad perfectum, & tales necesse est, vt Deus magis diligat, quàm iustos, qui non proficiunt in gradu meritorum, licèt illicita non committant: quia illum magis Deus diligit, qui in maiori charitate est. Sic dicit Greg. Considerandum quare Deus maius gaudium esse fateatur de conuersis peccatoribus, quàm de stantibus iustis: quia, scilicet, stantes plerunque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, qui valde sibi securi sunt, quòd nulla commiserint mala grauiora: at contra nonnunquam hi, qui se aliqua illicitè egisse meminerunt ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorem Dei, & quia se errasse à Deo considerant, damna præcedentia lucris subsequentibus recompensant: sic & dux in bello plus eum militem diligit, qui post fugam conuersus hostem fortiter premit, quàm eum, qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliter fortiter fecit.

Secundò dicunt quidam, quòd gaudium istud non est ipsius Dei, sed bonorum: sed dicitur esse maius gaudium, idest præstatur maior gaudij materia in conuersione peccatorum, quàm in iustis manentibus. Et ita dicit Beda: Ouem dominus inuenit quando hominem restaurauit, & super eam inuentam maius gaudium est in cęlis, quàm super nonagintanouem iustis: quia maior materia diuinæ laudis est in restauratione hominum, quàm in creatione angelorum: mirabiliter enim angelos creauit, sed mirabilius homines restaurauit.

Tertiò dicendum, & melius, quòd est maius gaudium super pœnitentia peccatoris vnius, quàm super nonagintanouem iustis: imò plusquam super nonaginta millibus, quia gaudium nominat passionem quandam de nouo veniētem, qua anima exhilaratur: circa peccatores autem, qui conuertuntur est noua ratio gaudendi, quia ante hoc perierant: nunc verò per pœnitentiam cęperunt esse de grege Dei, & ita tanquam de re nouiter habita gaudium est. De iustis autem inquantum huiusmodi nulla ratio est gaudendi de nouo: cùm non superueniat in eis aliqua nouitas: sed sicut nunc iusti sunt, ita ante iusti erant, ideo non solùm maius est gaudium super peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis: imò nullum gaudium est de nouo super iustis. Et patet, quòd iste est sensus ex cortice parabolæ: nam qui quęrit ouem errantem, & dimittit nonagintanouem in deserto, nullum gaudium de nouo habet super nona-

F gintanouem, eo quòd illæ non accrescunt de nouo domino suo: ouis autem errans de nouo acquiritur domino, quia cùm errasset iam censebatur perdita, & si inuenitur censetur de nouo accrescere rebus eius, ideo de ea sola gaudetur, & ita maius gaudium est super illa, quàm super nonagintanouem: quia de illa est gaudium magnum de nouo, & nullum gaudium est de nouo super nonagintanouem. Sic quantum ad peccatorem conuersum Christus de illo gaudet, quia cōuertitur ad eum de nouo: super iustis autem, qui non recesserant ab eo, & ideo neque conuerti poterant ad eum de nouo, non est aliquod gaudium nouum, quia sicut nunc ad Christum pertinent, ita & ante hoc pertinebant. Et iste est verus sensus, sicut apparet ex comparatione ad illud, quod dicitur Lucæ 15. de filio prodigo redeunte ad patrem, pro quo pater lætatus solēnitatem agebat, & cùm de hoc indignaretur senior filius, quòd nunquam ei talis solennitas exhibita fuerat, dixit pater: tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, idest non oportuit pro te nouum aliquod gaudium facere, quia tu semper mecum mansisti: frater autem tuus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus est: ideo epulari, & gaudere nunc decebat.

G Iste autem sensus melius stat, quàm primus horum trium: quia illo modo intelligendo necesse erat accipi de solis iustis, qui desides sunt, & non proficiunt in virtute: sed solùm cauent peccatum. Etiam de peccatoribus, qui conuersi proficiunt ad magnam virtutem, & tamen multi iusti sunt, qui proficiunt semper ad maiorem gradum, & multi pœnitentes, qui de peccato dolent, sed ad arduum non proficiunt, & ita nunc plus gaudebit Deus de vno iusto, quàm de multis peccatoribus conuersis. Sic dicit Gregor. Sunt quidam iusti, de quibus tantum gaudium est, vt eis nullus pœnitens præponi possit, qui & si non sint sibi malorum conscij: tamen etiam licita quędam respuunt, in omnibus se humiliant. Quantum ergo gaudium est si humiliter plangat iustus: cùm gaudium sit, si quod male gessit damnat iniustus, & ita non poterat absolutè poni dictum istud Christi, sed limitari oportebat ad certum casum, quia aliter non esset verum, & tamen Christus posuit istud absolutè tanquam regulam, & vniuersaliter verum, ideo necesse est intelligi, sicut supra diximus: quia tunc, siue iusti proficiant, siue non, & peccatores conuersi proficiant, vel non proficiant, erit semper verum, quòd magis gaudet super peccatore conuerso, quàm super nonagintanouem iustis. Etiam secundus sensus supra positus non conuenit, sicut iste: quia non est verum, quòd sit Deo maior materia laudis de conuersione cuiuslibet peccatoris, quàm de iustis stantibus: eo quòd periculum est iustos manere in sua iustitia propter varia tentamenta, quibus Deus subuenit adiuuando, vt permaneant. Etiam iusti aliqui tantum proficiunt, quòd magis laudatur Deus in operibus, quæ illi faciunt, quàm in conuersione peccatoris, & nos etiam magis illum laudamus. Nam nos laudamus Deum in hominibus, secundùm quòd videmus eos bona operari, quę scimus non potuisset nisi Deo suadente fieri: sic dicitur supra 5. cap. Vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Maior ergo materia diuinæ laudis præstatur ex operibus excellentibus iustorum, quàm ex conuersione peccatoris, & Deus magis de illis gaudet eo modo quo Deum gaudere dicimus. Sic dicit Gregorius: vt habetur supra, quòd sunt quidam iusti, de quibus est tantum gaudium, vt eis nullus pœnitens præponi possit: oportet ergo accipi sensum istum vltimum.

Approbō tertiæ expositionis & cōfutō primæ.

H I K Confu. 2. expōnis.

Si autem

Luc.17. Dist 25. c. sed illud. 2. Cor.15. 24.q.1.c.i omnibus.

A Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

Si autem peccauerit. Hic ostenditur, ꝙ debeamus be-
nefacere proximo ex parte animæ in effectu. Et hoc
dupliciter. Primò defectus eius charitatiuè corrigen-
do. Secundò offensam9 misericorditer remittendo. ibi.
Iterum dico vobis. Circa primum dr̃. *Si peccauerit.* De
mortalibus intelligitur: quia circa venialia, & leuia nō
est necessaria ista correctio. *In te.* Ideſt, contra te,
vel in te, ideſt nesciente, vt quidam dicunt, sed infra de-
clarabitur. *Frater tuus.* Quilibet vocatur frater: quia
omnes nos fratres sumus, infra 23. *Vade, & corripe eum.*
Ista correptio non fit per pęnæ impositionem: sed per
admonitionem ad bonum, & cessandum à malo. *Inter
te & ipsum solum.* Ideſt, nullo alio præsente, qui audi-
re possit, aut scire quid est, de quo admonetur, ne infa-
metur quandiu faciliter corrigibilis est. *Si te audierit.*
Ideſt exaudierit: nam certum est, ꝙ audit ipsum cùm
loquitur ei soli: sed est dubiū, an velit assentire admo-
nenti, & hoc est exaudire. *Lucratus eris fratrem tuum.*
Ideſt, lucraberis animam eius. Vel propius conserua-
bis eum ne perdat animam per peccatum, in quo erat,
de quo recedere admonetur. *Si te non audierit.* Ideſt, si
te solum monentem non exaudierit assentiendo mo-
nitis tuis. *Adhibe tecum.* Ideſt, adiunge. *Unum, vel
duos testes.* Vt isti videant, ꝙ tu mones eum, & de quo
mones, & sic magis erubescat. *Vt in ore duorum, vel trium
testium stet omne verbum.* Alludit Christus modo lo-
quendi legis Moysi, Deut. 19. & Num. 35. Ad vnius di-
ctum nemo condemnabitur: sed in ore duorum, vel
trium testium stat omne verbum: ideſt stabitur omni
verbo, quod dixerint duo, vel tres, quasi verum sit: nā
eo ipso, ꝙ duo, vel tres iurati asserunt aliquid, censetur
verum esse, nisi appareat in contrarium efficacior pro-
batio. *Quòd si non audierit eos.* Ideſt, si non exaudierit
te admonentem ipsum coram eis. Vel non audierit
eos, ideſt ipsos etiam admonentes illum tecum. *Dic ec-
clesiæ.* Ideſt, denuncia ecclesiæ, ideſt iudici ecclesiasti-
co, vel ipsi multitudini, quę est ecclesia, vel ecclesię ge-
nerali in aliquo casu, quando ad ipsam vniuersalem ec
clesiam recurritur. *Si autem ecclesiam non audierit.* Ideſt,
non exaudierit cessando à delicto monitus coram ec-
clesia, siue per eam, vel per ipsum iudicem ecclesiasti-
cum. *Sit tibi.* Ideſt, admonenti, qui eum prius corri-
puit. *Sicut ethnicus.* Ideſt, sicut Gentilis, qui colit ido-
la, & non pertinet ad legem Christi, & cui nō ꝯmuni-
catur. *Et publicanus.* Ideſt, notorius peccator, scilicet per
censuram Ecclesię debet separari à cęteris per excom-
municationem. Vel ipse admonens debet ipsum vita-
re etiam si non excommunicetur per Ecclesiam.

Quomodo ista pertinent ad præcedentia.
Quæst. LXXIX.

QVAERETVR, quomodo pertinent ista ad
præcedentia. Dicendum, ꝙ licèt non sit ne-
cesse continuari quæcunq; dicuntur per modum de-
pendentiæ cuiusdam, tamen continuatur sic: supra
dictum fuerat de his, qui scandalizant, & contemnunt
pusillos, & quia illud peccatum est, & de peccato est
homo corrigendus, ne in peccato pereat, subditur hic
de correctione peccantium, s. ꝙ scandalizati, & con-
tempti, in quos peccauerunt scandalizantes, & contē-
nentes, corrigant scandalizatores ipsos, & contempto-
B res: vnde dicitur, si peccauerit in te, ideſt, contra te, s.
tibi nocendo, scandalizando, vel contemnendo. Se-
cundò potest continuari sic, ꝙ Christus vult hic aufer-
re peccatum scandalizantis, & scandalizati, & dat mo-
dum correctionis, per quam vtrumque tollitur: nam
si scandalizatores, & cōtemptores nunquam corripe-
rentur, putarent se non peccare, vel esse sibi remitten-
dum, & ita facilius mouerentur ad scandala faciendū.
Ipsi quoque scandalizati si non corrigerent scandaliza
tores contemnerent quod factum erat, & ita vtrique
peccarent. Scandalizatores quidem per superbiam,
scandalizati autem per negligentiam: datur ergo cor-
rectio ista per quam scandalizatores à peccato cessant,
scandalizati verò non negligunt salutem spiritualem
C illorum, cùm moneant eos recedere à peccatis. Sic di-
cit Chry. scilicet, Quia superius vehementiorem ser-
monem aduersus scandalizantes proposuit vndique
eos terrens, ne rursus hi quibus scandala inferuntur,
sic fiant resupini, vt totum contemnentes in aliud vi-
tium incidant, s. negligentię, & scandalizantes per om-
nia sibi parci volentes in elationem incidant: hic do-
minus eos comprimit, & redargutionem fieri iubet,
dicens: si peccauerit in te frater tuus. Tertiò potest
continuari ad literam immediatè præcedentem, s. nō
est voluntas ante patrem vestrum, vt pereat vnus de
pusillis istis, & quia homines pereunt per peccatum ni
si pœnitendo ab illo recedant, ponit modum cessandi
à peccato, s. per correctionem, vel admonitionem fra-
D ternam: vnde subditur, si peccauerit in te frater tuus.
Et simile Lucæ 15. Quia postquam ponitur ibi de
scandalis subditur. Si peccauerit in te frater tuus.

An fraterna correctio sit opus veritatis, vel charitatis.
Quæst. LXXX.

CIRCA literam istam de correctione fraterna
sunt aliqua dubia. Et primum est cuius virtutis
sit opus correctio fraterna, & an sit charitatis. Aliqui
dicunt, ꝙ non sit actus charitatis, sed iustitię: quia Glo. 1.rō.
super isto verbo: Si peccauerit, &c. dicit: frater est ar-
guendus ex zelo iustitiæ: sed iustitia est virtus distincta
à charitate: ergo fraterna correctio non est actus cha-
E ritatis, sed iustitiæ. Secundò videtur, ꝙ pertinet ad pru- 2.rō.
dentiam: quia correctio fit per secretam admonitio-
nem, sed admonitio est cōsilium quoddam, quod per-
tinet ad prudentiam, quia prudentia est esse bene con-
siliatiuum. 6. Ethicor. Ergo fraterna correctio non est
opus charitatis, sed prudentiæ. Tertiò patet, quia 3.rō.
contrarij actus non pertinent ad eandem virtutem, &
tamen supportare peccantem, & corripere eum sunt
actus contrarij, & ad charitatem pertinet supportare:
ad Gala. 6. Alter alterius onera portate, ideſt suppor-
tate, & sic adimplebitis legem Christi, quæ est lex
charitatis: ergo corripere peccantem, quod est con-
trarium supportationi non erit actus pietatis, seu
charitatis.

Dicen-

Dicendum, ꝙ est actus charitatis: quia corrigere delinquentem est quædam spiritualis eleemosyna, & tamen eleemosyna est actus charitatis: ergo correctio fraterna. Pro quo sciendum, ꝙ correctio fraterna est remedium quoddam, quod debet adhiberi cōtra peccatum alicuius. Dupliciter autem potest considerari peccatum alicuius. Vno modo inquantum est nociuum peccanti. Alio modo inquantum vergit in nocumentum aliorum, qui ex facto peccantis læduntur, & hoc inquantum personas aliquas scandalizat, vel inquantum infert nocumentum bono publico: & quoniam correctio ordinatur ad tollendum malum, quod peccatum inducit: secundùm ꝙ malum infertur dupliciter per peccatum: ita erit modus duplex correctionis. Vnus modus est inquantum adhibetur remediū contra peccatum inquantum peccatum est malum ipsius peccantis, & ista est propriè fraterna correctio, quæ ordinatur ad emendationem delinquentis solū: tollere autem malum alicuius, & procurare bonum eius sunt eiusdem rationis, cùm remouere malum sit bonum conferre: sed bonum conferre, vel procurare bonum fratris est actus charitatis, per quam bonum volumus amico, & bonum ei conferimus: erit ergo fraterna correctio actus charitatis: quia per eam repellimus malum fratris, idest peccatum: remotio autem huius mali magis pertinet ad charitatem, quàm remotio mali exterioris, vel nocumenti corporalis: inquantum istud spirituale malum opponitur maiori bono, quàm malum in rebus, vel nocumentum coporale, eo ꝙ spiritualia bona sunt maiora, quàm corporalia, & bonum spirituale magis concordat in similitudine naturæ cum charitate, quàm bonum corporale: ideo correctio fraterna magis est actus charitatis, quàm curatio infirmitatis corporalis, vel subuentio, per quam excluditur exterior egestas, & generaliter magis, quā quæcunque eleemosyna corporalis. Alia est via adhibendi remedium contra peccatum inqnantum peccatum delinquentis vergit in nocumentum aliorum, & potissimè boni publici, & talis correctio, vel emendatio est magis actus iustitiæ, quàm charitatis inquantū ad iustitiam pertinet obseruare, quod debitum est inter vnum, & alterum: siue ad priuatos, siue ad bonum publicum, & ista emendatio non vocatur fraterna: sed paterna, & ita correctio fraterna actus charitatis est.

Duplex mod⁹ correctionis.

Ad 2. rōnē Ad primam dici potest vno modo, ꝙ Glo. illa loquitur de correctione peccati inquantum illud tendit in malum aliorum, & ista non est actus charitatis, sed iustitiæ, & ita fit ex zelo iustitiæ. Alio modo potest dici, ꝙ accipit de correctione fraterna propriè dicta: prout intendimus adhibere remedium contra peccatum inquantum est nociuum peccanti, & tunc actus charitatis est: sed dicitur actus iustitiæ, vt iustitia est generalis virtus, & comprehendit omnem virtutem, & sic actus temperantiæ, & charitatis, & fortitudinis est act⁹ iustitiæ, & actus fidei est actus iustitiæ: sic accipitur Gen. 15. & ad Rom. 10. c. Corde creditur ad iustitiam, & illud: credidit Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam, idest per hoc reputatus est iustus, & tamē credere est actus fidei: ideo actus fidei vocatur iustitiæ: & hoc modo omne peccatum vocatur iniustitia, vel iniquitas, & ita accipitur. 1. Ioan. 3. quia inęqualitas est, idest contra iustitiam, quæ æqualitas existit, & tunc correctio dicitur, ꝙ debet procedere ex zelo iustitiæ, idest ex charitate, & non ex odio, vel inuidia, aut ira.

Ad 1. rōnē Ad secundum dicendum, ꝙ correctio fraterna nō est actus prudentiæ, & tamen cùm illa cōcurrit actus prudentiæ, & hoc generale est quantum ad omnes virtutes morales, quia omnis virtus moralis est directiua. 2. Ethico. ad electionem autem præcedit consilium, & diffinitio, quæ sunt actus prudentiæ. 3. & 6. Ethic. non tamen propter hoc coincidit prudentia cum aliqua virtute morali: sed concurrit cum qualibet, quia ipsa sola est intellectiua inter morales, & iudicat ipsa sola quidquid cæteræ eligunt. Aliæ autem non concurrunt inter se: quia sunt electiuæ, & ideo habent diuersas materias, circa quas sunt ipsæ virtutes habitus electiui: ideo facilius est distinguere quamlibet moralem ab alia, quàm prudentiam ab aliqua: cùm in quolibet actu virtutis necesse sit concurrere prudentiam cum qualibet, quia non est virtus moralis sine prudentia. 6. Ethic. Alias verò, idest morales non est possibile concurrere ad aliquem vnum actum secūdùm rationem vnam, i. ꝙ à multis eliciatur idem actus, licèt s̄m vniuersam rationem concurrere possunt: prudentia tamen distinguitur à qualibet morali: quia prudentia solùm iudicat, s. inquirendo, & diffiniendo: moralis verò solùm eligit, & ita in correctione fraterna præcedit actus prudentiæ, s. consiliari, quando, & quomodo sit corrigendus frater, & tunc sequitur actus charitatis, s. ipsa correctio, vel admonitio, & iste non est actus prudentiæ: quia non est actus rationis, sed magis electionis. Sed obijcietur, ꝙ hic non solùm actus præcedens est actus prudentiæ: sed etiam ipse actus executionis, s. corrigere fratrem, quia illud corrigere est admonere, vel consulere, sed isti actus realiter sunt ipsius prudentiæ. Dicendum vno modo, ꝙ verum est, ꝙ correctio fraterna est admonitio quædam, vel consilium, & tamen consilium non est actus prudentiæ, nisi vt descēdit de consiliari: non autem, vt descendit de consulere. Nam consiliari inuestigatio quædam est. 3. Ethicor. & ita per prudentiam dicuntur aliqui benè consiliatiui, idest inueniunt benè, & faciliter media ad finem. 6. Ethic. Et tale consilium non est in fraterna correctione: consilium autem vt venit de consulere significat admonitionem ad agendum aliquid, vel cessandum, & tunc consilium est actus charitatis: cùm consulere sit eleemosyna spiritualis, iuxta illud.

Consule, castiga, solare, remitte, &c.

Et eleemosyna est actus charitatis: & ista multum distinguuntur, quia consiliari nunquam est nisi hominis in se ipso, cùm sit actus rationis inuestigantis. Consulere autem nunquam est nisi ad alterum: sibi autem propriè nemo consulit: quando autem dicimus, quòd correctio fraterna est admonitio fraterna, quę est consilium, accipitur consilium, idest consulere, & non ꝯsiliari: & ita correctio fraterna actus charitatis est, quia consulere est actus charitatis: Aliter potest dici, ꝙ ēt si admonitio illa sit aliquo modo actus prudentiæ, vel rationis inquantum ratio ordinat verba illa, quæ proximo dicimus: tamen non vocatur illa admonitio act⁹ prudentiæ: quia quandocunque aliquid per prudentiam, vel rationem agimus ad finem alicuius virtutis moralis, vt temperantiæ, vel fortitudinis: non dicitur ille actus prudentiæ, sed illius virtutis ad cuius finem ordinatur: quia ergo admonitio, quæ fit in correctione fraterna, fit ad tollendum peccatum alicuius, quod pertinet ad charitatem manifestum est: ille actus erit principaliter charitatis tanquam imperantis: ipsius verò prudentiæ, tanquam exequentis, & dirigentis actū: erit ipse actus minus principaliter, & tamen quando dr̄, ꝙ id, quod facit prudentia ad finem alicuius virtutis, ꝙ non est principaliter actus prudentiæ: sed illius virtutis moralis ad cuius finem fit: sic debet intelligi de illo actu, qui non est verè ipsius prudentię, idest, nō est ab ea verè elicitus, quia aliàs nunquam esset vllus actus, qui esset principaliter, & propriè ipsius prudentiæ, quod falsum est. Patet primum: nam cùm prudentia sit consiliatiua, & diffinitiua, & hoc fiat ad eligendum aliquid, quod per moralem virtutem eligimus, sequeretur, ꝙ illud cōsiliari, & diffinire fuit illius virtutis

Prudētiā cū qualibet virtute morali concurrit licèt à qualibet distinguatur.

F G H I K

virtutis moralis, ad quam pertinebat eligere, & non prudentiæ, & quia nunquam est consiliari nisi ad eligere. 3. Ethic. Sequeretur, ꝙ nunquam haberet prudentia actum aliquem, qui propriè, & principaliter esset suus. Secundum patet, ſ. ꝙ hoc sit falsum: nam prudentia habitus est, vt colligitur. 6. Ethic. ergo competit ei actus aliquis determinatus, qui non competit alteri habitui: ille autem vocabitur actus prudentiæ propriè, & principaliter: etiam si ipsa agat propter alteras virtutes: nam licèt prudentia consilietur propter quālibet virtutem moralem: nulla moralis dr̄ consiliari, sed sola prudentia, quæ non est moralis, sed intellectualis: intelligetur ergo dictum illud de actu prudētię, qui est ab ea directiuè, & non elicitiuè: quia talis actus non est in potētia, in qua est prudentia, sed in alia. Et ad hoc sciendum, ꝙ prudentia habet actum elicitum, & actū directum, vel regulatum. Actus elicitus est solius prudentiæ, & principaliter eius, idest actus principalis ei⁹. Actus regulatus à prudentia, non est à prudentia elicitiuè, sed directiuè, & ideo talis dicitur esse actus virtutis moralis, & non prudentiæ. Pro quo planius videndo sciendum, ꝙ circa quamlibet operationem completam moralem sunt quatuor actus. Primò, est actus elicitus prudentiæ. Secundò, est actus elicitus virtutis moralis. Tertiò, est actus directus prudentiæ, siue per quem prudentia dirigit exteriorem actum. Quartò, ponitur ipsa executio, vel actus exterior, cum quo est directio prudentiæ, & hoc est verum, quando est completa actio moralis, idest peruenit ad exteriorem executionem Patet exemplum in fortitudine, vel in liberalitate: nam primus actus est prudentiæ vtrum fieri debeat nunc aliquis actus fortitudinis, & vbi, & quomodo, & cur: & antequam præcedat istam actionem, non sequitur electio, cùm non ferat voluntas in ignota, & iste actus pręcedens est elicitus à prudentia, & est ipsius solius: & sunt duo actus, ſ. consiliari, quod est inuestigare, & diffinire: deinde sequitur actus fortitudinis, idest electio de agendo aliquid durum, quod prudentia diffiniuit eo modo, quo illa diffiniuit: & iste est actus virtutis moralis solius: deinde sequitur executio exterior, & ista est partim à virtute fortitudinis, quæ mouet ad eam: partim verò à prudentia, quæ dirigit. Nam sicut prudentia diffiniuit quid agendum esset, antequam sequeretur electio, ita postquam incipit executio dirigit prudentia modum, & tempus, & locum, & cætera in actione: quia aliàs non posset homo ordinatè exequi, quod ordinatè cogitauit, nisi illa virtus, quæ direxit in consiliando, & diffiniendo dirigeret in exequendo: & ita prudentia ibi dirigit, & tamen ille actus executionis cùm sit volitus à virtute morali, & directus à prudentia, magis vocatur actus virtutis, quàm prudentię, & ita intelligi debet regula supra data. Ita dicendum est circa admonitionem, quæ est in correctione fraterna: nam ibi sunt omnes isti actus: p̄cedit enim actus elicitus à prudentia, ſ. consiliari, & diffinire: nam quando proximus peccauit, consiliamur an bonum sit corrigere eum fraternaliter, & quando, & vbi, & quomodo: cum sit necessaria magna moderatio in his, & diffinitio per prudentiam: de omnibus his sequitur actus secundus, qui est virtutis, ſ. eligere corrigere proximum admonendo: post hūc sequitur tertius, & quartus actus simul, ſ. executio correctionis, & directio illius: nam correctio fit per admonitionē, & ista admonitio dum fit dirigitur per prudentiam dictantem, quæ verba dicantur, & quomodo: & sicut antequam voluntas quidquam eligeret, prudētia diffiniuit quid esset, & qualiter eligendum, ſ. quibus verbis admonendum, & vbi, & quo vultu, & accentu verborum: ita postquam electum hoc fuerit, & debet tradi executioni: necesse est, ꝙ voluntas dirigat actum

Qūo in correctione fraterna sunt quatuor actus, sicut ī qualibet actione morali cōpleta.

A dum fit: cùm voluntas, & morales virtutes dirigere nesciant, & tamē illa admonitio, quæ est illa correctio fraterna non dr̄ actus prudentiæ: licèt sit ab ea directa, sed est actus virtutis charitatis, qui ab ea imperatur, & ad finem eius fit, & ita est circa cæteros actus, quia act⁹ directus à prudentia nunquam est actus eius: cùm quā tum ad hoc sit prudentia virtus generalis, sed actus elicitus ab ea, & quātum ad hoc est ipsa spiritualis virtus. simile inuenitur in scientijs communibus, vt in Metaphisica, & Dialectica: nam formare syllogismum ad solam Dialecticam pertinet, quia ipsius solius est negociari circa artem formandi syllogismos, & tamen non est omnis syllogismus dialecticus: sed aliqui sunt geometrici, aliqui sunt philosophici secundum con-
B ditionem materiæ in qua formantur, & quamquam ars formandi syllogismum in quacunque materia p̄ueniat a sola Dialectica, nō dr̄ actus dialecticus formatio cuiuslibet syllogismi, sed magis artis, vel facultatis ipsius, in cuius materia syllogizamus. Nam dialecticus nesciret in aliqua arte speciali syllogizare benè nisi habeat cognitionem illius artis, licèt ars nuda de modo syllogizandi ad solùm dialecticum pertineat: pertinet igitur fraterna correctio ad charitatem tanquam actus eius, & non ad prudentiam: licèt illa dirigat actū illum, sicut virtus generalis. Ad tertium dicendum, ꝙ eadem virtus non est ad opposita, & tamen correctio fraterna non opponitur supportationi infirmorum: Ad 3. rōnē.
sed magis ex ea sequitur. In tantum enim aliquis
C supportat peccantem, inquantum contra eum non turbatur, sed beniuolentiam ad eum seruat, quod ad charitatem pertinet, & eadem beneuolentia mouet ad corrigendum illum ne per peccatum pereat: & ita correctio fraterna actus charitatis est.

Quare vocatur correctio ista fraterna.
Quæst. LXXXI.

QVAERETVR, quare vocatur correctio ista fraterna. Dicendum, ꝙ vocatur primò fraterna ex causa verborum quibus Christus vsus est loquens de ista correctione. Nam ait: Si peccauerit in te frater tuus corripe eum: si autem dictum fuisset: Si peccaue-
D rit in te proximus tuus, diceretur correctio proximi. Secundò vocatur sic propter personam corrigentem: nam illa nō habet aliam habitudinem ad correctum, nisi ꝙ frater illius est: nam iste non corrigit, vt iudex, sed vt persona priuata non puniens, sed admonens, & ideo vocatur fraterna, vt distinguitur contra iudicialē, idest correctio pertinens ad personas priuatas, quæ inter se fratres vocantur, & non habent aliud nomen p̄lationis, & subiectionis, infra 23. Oēs vos fratres estis. Tertiò vocatur sic propter ea, quæ in ea fiunt: nam nō est ista correctio delictorum per pęnarum impositionem, sed per admonitionem. Hoc autem est fratrum, quia frater ex amore non punit fratrem, sed admonet dulci verbo a malo recedere: in iudiciali autem
E correctione proceditur per pęnas: infligere autem pęnas non est fraternum, sed pertinet ad iudicem, vel ad dominum: ideo illa non dicitur fraterna, sed iudicialis: hæc autem, quæ sine pœna fit fraterna dicitur. Quartò vocatur fraterna propter finem: nam vt dictum est præcedenti quæst. correctio fit ad tollendum malum, quod inducit peccatum: ipsum autem peccatum nocet peccanti inquantum priuat eum gratia, & gloria: nocet etiam alijs, siue scandalizando, siue lędendo in rebus, aut in bonis: ideo correctio peccati potest fieri ad tollendum malum, quod inducitur in peccante ex ipso peccato: vel ad tollendum nocumentum, quod alijs irrogatur. Primo modo intendimus bonum proximi, siue fratris nostri: iō vocatur fraterna correctio.

Secundo

Secundo modo non intenditur bonum proximi, sed reipublicæ, vel aliarum personarum priuatarum: ideo non vocatur fraterna, sed publica, vel iudicialis, eo quòd ad iudicem pertinet prouidere bono publico, & distribuere iustitiam hominibus. 5. Ethicorum, & 3. Politicorum.

An ista correctio intelligatur de solis mortalibus peccatis, vel de mortalibus, & venialibus.
Quæst. LXXXII.

QVAERETVR, de quibus peccatis hoc intelligatur, & est dubium, an de solis mortalibus: vel de mortalibus, & venialibus. Dicendum, ꝙ accipiendo totam istam formam correctionis, quæ hic ponit: necesse est accipi de solis mortalibus. Et patet primò, quia si non audiuit ecclesiam admonentem, iubetur haberi vt ethnicus, & publicanus, idest excommunicari & tamen pro veniali peccato Ecclesia, non infligit talem pęnam, sed pro mortali, in quo quis contumaciter manet: ideo mortale erit istud de quo corrigi iubetur proximus. Secundò, quia iubetur, ꝙ primò corrigatur frater sine testibus, & hoc vt non nudentur peccata sua, ne per hoc infametur, & tamen venialia ita sunt leuia, ꝙ nullus per ea incurrit infamiam aliquam: ergo de mortalibus intelligitur. Tertiò, quia correctio ista ideo fit, vt peccans non pereat per peccatum: vt innuit August. lib. de Verbis domini, & tamen per peccatum veniale nemo perit, cùm per venialia non tollatur charitas, ideo non intelligitur de his. Quartò, quia correctio fraterna est interdum sub præcepto, & qui non corrigit tunc fratrem peccat mortaliter: sed non est peccatum mortale omissio emendandi venialia: iō de mortalibus intelligitur. Quintò patet, quia nemo cogitur recedere à peccato veniali, vel non peccare venialiter, cùm per hæc non efficiatur alienus a Christo, & tamen cogimur recedere de illis peccatis, super quibus corrigimur fraternè: cùm dicatur hic. Si te non audierit, adhibe tecum vnum, aut duos testes, & si illos non audierit dic Ecclesiæ: & ista fiunt, vt ille recedat saltem inuitus: ergo non sunt hæc peccata venialia. Sextò patet, quia dicitur, ꝙ si te audierit lucratus eris fratrem tuum: ergo videtur, ꝙ si ille non exaudit corrigentem, perit æternaliter: sed hoc non fit nisi pro mortali: ergo intelligitur de mortalibus. Septimò, quia dicitur, si non audit Ecclesiam, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, idest, sicut Gentilis, & peccator publicus, idest iudica illum talem, quales isti sunt: sed isti sunt in peccato mortali: ergo intelligitur hoc de peccato mortali. Dicendum tamen, ꝙ licèt obseruatio totius istius formæ correctionis non competit nisi in peccato mortali: tamen etiam circa peccatum veniale est vtilis interdum correctio fraterna, licèt non sit necessaria neq; cadat sub præcepto, vt si ex aliquo veniali disponatur homo ad mortale, vt est mendacium iocosum, & alia. Vel si illud sit causa scandali aliquibus, siue propter conditionem personę peccantis: siue quia aliqui putant esse mortale, quod veniale est. Vel fortè ꝑ illud arguunt alia deteriora latere, & sic grauiter scandalizantur: sicut interdū ex hebetudine, & indeuotione, vel omissione aliquarū cęremoniarū circa cultum, vel modum colendi Deum, arguitur contra aliquem, ꝙ non rectè de fide sentiat: etiam si ex negligentia, idest inaduertentia, & non ex contemptu ista omiserit, quod veniale est. Etiam interdum ex iocosis verbis, quæ sunt veniale peccatum, arguitur contra aliquem esse adulterum, vel incidere in alia deteriora peccata carnis: sicut cōtra illam virginem Deæ Vestæ arguebatur, ꝙ viuens infoderetur humi tanquam violatæ virginitatis rea: ꝗa dixerat: Fęlices nuptæ, moriar

F si non nubere dulce est: vt inducit Seneca in declamationibus: & tamen contra virginem illam nulla alia suspitio erat, nisi cùm dixisset fęlices nuptas, & dulce esse nubere, idest carnaliter copulari, arguebatur, ꝙ ipsa experta esset complexus venereos: quasi aliter talia dicere nesciuisset: & a talibus, etiam si non sint peccatum veniale, cauendum est, cùm per ea scandalum sequatur, & siquis talia dicat, vel faciat ex quibus alij scādalizantur, siue sint peccatum veniale, siue non, corrigi debet, & admoneri, vt cesset, ne aliqui scandalizent: quidquid enim scādalizat pusillos malum est, & ideo etiam si alia mala non essent talia erunt vitanda cum per scandalum efficiantur venialia, aut mortalia, quæ prius non erant etiam venialia: sicut comedere cibos

G consecratos idolo de se non est malum aliquod, neq; veniale, neque mortale: vt siquis nullo vidente eos comedat, etiam sine necessitate: dum tamē rectè credat nullam sanctificationem, aut execrationem, vel aliqd aliud bonum, aut malum accessisse cibis illis per consecrationem factam idolo: siquis tamen comedat tales cibos corā infirmis in fide, aut ignorantibus sciens, ꝙ illi ex hoc poterunt scandalizari, aut verisimiliter credens, ꝙ scandalizabūtur, peccat mortaliter si extra necessitatem illos comedit. Circa tale autem cùm iā efficiatur mortale propter scādalum, necessarium erit admonere fraternè. Si tamen aliqua sint aliqualiter scandalosa, quæ tamen adhuc maneant in genere venialium, bonum est circa talia corrigere fraternè, sed

H non est necesse: & si fiat correctio in talibus non tenebitur tota forma: sed solùm admonebit homo proximum suum cauere a talibus: si tamen non exaudierit, non est necesse adhibere testes, & postea dicere Ecclesiæ: imò non est bonum dicere Ecclesiæ, quia ideo dicitur Ecclesiæ, vt illa coerceat peccantem cogens recedere a peccato, & tamen non potest quis cogi per Ecclesiam recedere a peccato veniali. Etiam quia dr̄, ꝙ non audita Ecclesia habeatur ille tanquam ethnic⁹, & publicanus, idest, non communicemus illi, & tamē pro peccato veniali non debemus aliquem priuare communione nostra: imò accipiendo totam istam formam, vt eam Christus tradidit, solùm intelligitur de mortalibus.

I

An intelligatur de omnibus mortalibus ista correctio fraterna.
Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR, dato ꝙ intelligatur de mortalibus, an intelligatur de omnibus mortalibus. Dicendum, ꝙ non debet intelligi de omnibus mortalibus, sed solùm de manentibus aliquo modo: peccata autem, quę semel facta nullo modo manent, non pertinent ad hanc correctionem. Pro quo sciendum, quòd peccatum postquam factum est, semper manet: nisi per pœnitentiam deleatur. Manet autem dupliciter peccatum, scilicet quantum ad actum, & quantū ad reatum. Reatus dicitur manere, quando actus pec- *Peccatum postquam factum est dupliciter manet.*

K cati non iteratur, & tamen manet peccatum, quia peccator non doluit de eo: vt siquis fornicatus est, neque iterat, neque etiam proponit amplius fornicari, & tamen non dolet, ꝙ fornicatus fuerit: iste dicitur manere in peccato mortali, & in hoc transiuit actus, & mansit reatus, idest macula peccati, & obligatio ad pœnam æternam propter non deletum esse peccatum. Quantum ad actum manet peccatum dupliciter, s. per iterationem, & per continuationem, vel durationem eiusdem actus. De primo, vt siquis fornicetur semel, & postea sæpè iteret: nam licèt transierit primus actus, continuatur per frequentationem similium actuum. De secundo, vt siquis accipiat concubinam animo tenendi eam ad fornicandum, & semel cognoscat, &

postea

postea teneat per annum non cognoscens: dum tamen non cessauerit prior intentio, dicitur iste manere actualiter in peccato mortali: quia istud tenere concubinam est actus quidam, & est peccatum mortale, & pertinet ad speciem fornicationis. Et sic etiam si quis rapuit, aut furatus est alienam rem, & non restituit, dicitur manere actualiter in peccato mortali, & non solùm quantum ad reatum. Nam quòd iste rapuerit rem alienam fuit actus peccati, & transit, licèt mansit reatus in quantum iste non doluit de peccato, & tamen est alius actus peccati manens, scilicet detentio rei alienæ, quæ est peccatum. Et etiam pertinet ad rapinæ speciem, & manet iste actus, quandiu iste non restituit rem ablatam: ideo manet actualiter in peccato mortali. Peccatum autem, quod transit dupliciter transit, scilicet quantum ad maculam, aut quantum ad totum reatum pœnæ. Primo modo transit quodlibet peccatum per contritionem, etiam si nihil vltra sequatur: nam macula deletur, & reatus mortis æternæ: manet tamen reatus alicuius pœnæ. Secundo modo transit peccatum, quando dolet peccator, & satisfacit plenè non solùm quantum ad iniunctam satisfactionem: sed etiam quantum ad totum debitum pœnæ peccati: cùm pœnitentia a sacerdote iniuncta, vt communiter minor est, quàm pęna debita pro peccato. Facta autem tali satisfactione plenè transiuit peccatum quantum ad reatum totius pęnæ, & tunc non manet in homine aliquid de peccato.

Dicendum, quòd de peccato mortali formaliter transeunte non est locus correctioni fraternę: nam correctio fit de peccato: in talibus autem peccatum nullum est, ideo postquam quis voluit de peccato, & plenè satisfecit, vel saltem tantum quantum Ecclesia iudicat satisfaciendum, non debet de illo peccato admoneri, aut corrigi quantumcunque illud fuerit, & peccaret, qui corrigere vellet talem, qui se iam correxit plenè si transeat. Primo modo solùm, scilicet quantum ad maculam, & non quantum ad totum reatum pœnæ, aliqui putant quòd in talibus possit esse, aut debeat correctio, cùm videatur aliquo modo manere peccatum. Sed falsum est, quia talis non manet in peccato aliquo mortali, aut veniali: nam non satisfecisse plenè pro peccato non est peccatum: cùm non dicat maculam aliquam, aut culpam, vel deformitatem: nam non est præuaricatio rectitudinis debitæ in esse: ergo non est de quo iste corrigatur. Secundò, quia per istam correctionem cogitur quis recedere a peccato, de quo corrigitur, & tamen non potest cogi quis ad complendum satisfactionem pro peccato in hac vita, cùm non complendo eam nō sit periculum: quia manet locus complendi eam in alio sæculo. Tertiò apparet, quia Ecclesia circa peccatum nihil agit nisi imponere pœnitentiam arbitrariam confitenti: sed manifestum est, quòd per talem pœnitentiam nō deletur reatus totius pœnæ: ideo non cogit Ecclesia ad complēdum satisfactionem debitam peccato hic, ergo non corrigetur quis de peccato, in quo transiuit macula, & mansit reatus alicuius pœnæ. Si autem dicatur de peccatis manentibus, aut dicitur de manentibus reatu, & transeuntibus actu, aut de manentibus actu. Si de manentibus reatu solùm: aliqui putant, ꝙ correctio habeat ibi locum. Et tamen non est verum. Primò, quia ad hoc, quòd quis alterum corrigat, oportet, quòd nouerit peccatum eius, de quo eum admonet, & tamen quando manet peccatum quantum ad reatum solùm, & nō quantum ad actum nemo nouit nisi peccans, an in peccato maneat: quia potest esse, quòd doluerit in corde de peccato, qui dolor secretus est, & subitò fit: ideo nō potest quis talem

A admonere. Secundò, quia hoc de quo quis corrigitur, debet dici coram testibus, quando solitarium non audiuit, vt illi sciant, & videant peccatum, & tamen peccatum, quod solum manet quantum ad reatum, non possunt illi videre neque Ecclesia: ideo de hoc non est correctio. Tertiò patet, quia dicitur, si te audierit, & si te non audierit: in quo præsupponitur, quòd corrigens scire potest aperte, an peccans exaudiat monitioni, an nō: & tamen si intelligatur de peccato manente quantum ad reatum solùm, si dicat peccans, placet mihi corrigere me: etiam si de illo non doleat, nescit corrigens, an peccator se correxit, vel non: ideo oportet intelligi de aliquibus peccatis, in quibus planum sit videre, an peccator se corrigat, vel non: & B talia non sunt peccata manentia solùm quantum ad reatum: quia hæc solùm manent in animo.

Dicendum igitur, ꝙ dictum Christi de correctione fraterna intelligitur propriè, & verè de peccatis manentibus actu. Et hoc, siue per frequentationem, siue per continuationem eiusdem actus manentis. De primo, vt si quis fornicatur sępe, vel mentitur, aut infamat proximos, aut maledicus est: admoneri debet, vt desistat ab his. De secundo, vt si quis habet concubinam etiam si non constet, ꝙ illam cognoscit: quia tamen manet in isto actu peccati, scilicet tenere concubinam, monendus est, vt eam abijciat. Sic etiam, qui rapuit, & non restituit monendus est restituere: quia manet in actu continuo peccati, scilicet detentio- C nis rei alienę, & in talibus tenenda est forma, quòd primò quis moneat peccatorem recedere de peccato, & si ille dixerit, quòd non placet, poterit statim monere adhibitis duobus testibus, & si tunc etiam dixerit, ꝙ non placet, potest statim dici Ecclesiæ. Si autem peccator sigillatim admonitus, dixerit quòd placet emendare, & tamen corrigens viderit eum relabi in idem postea, vel manere in eodem, vt si concubinam non abijcit, vel ablatum, & detentum non restituit, debet adhibere testes, & sic quousque dicat Ecclesiæ, & tunc qui sic admonitus non se correxit, est habendus, vt ethnicus, & publicanus. Ex hoc sequitur, quòd si quis semel fornicatus est, & ipsam non iterat, vel contumeliam semel dixerit, aut iniuriam intulit, siue occidit hominem, non est admonendus fra- D ternaliter: quia non manet peccatum istud actu, sed vel nullo modo manet, vel manet solùm reatu. Sed obijcietur, quòd circa iniuriam illatam etiam si præterierit, fit fraterna correctio. Nam sic dicit August. libro de Verbis domini: Amando corripe: si neglexeris corripere peior effectus es, quàm ille: ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui seipsum vulnere percussit. Et ita vult admoneri eum, qui intulit iniuriā, quæ iam præterijt. Sic etiam dicit Chrysost. Ideo pręcepit arguere ei, qui passus est iniuriam, &c. Dicendum, ꝙ non debet fieri correctio in peccato transeunte: peccatum autem iniuriatoris manet aliquo modo, & quantum ad illud habet locum correctio. Vno E modo intelligendo, quòd iniuriam intulit, & non cessat inferre, & tunc est peccatum manens per frequentationem. Alio modo, quòd maneat iniuria, vt si iniuriando accepit rem alienam, & illam detinet, manet in peccato: ideo admonendus est. Tertio modo si non repetit peccatum, & tamen iniuriam passus petit satisfactionem iniuriæ, & iniuriator dare noluit: tunc enim manet actualiter in peccato, sicut detentās rem alienam, & habet locum fraterna correctio. Si tamen nihil istorum sit, pro iniuria quę totaliter transiuit, non habet locum correctio fraterna.

Modus faciendi correctionē fraternā.

Quare dicitur si peccauerit in te.
Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR, quare dicitur, si peccauerit in te. Dicendum, quod (vt quidam volunt) accipitur. Peccauit in te, idest contra te. Contra aliquem verò esse, vel fieri dicitur, quod in eius damnum, vel iniuriam cedit, & ita videtur istud dictum Christi esse contra iniuriatores aliquorum: ita videntur exponere omnes antiqui Sancti doctores. Vnde August. libro de Verbis domini ait: Si neglexeris peior eo effectus es: ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui seipsum vulnere percussit: tu vulnus fratris contemnis, peior es tacendo, quàm ille conuitiando, & ita de iniurijs & conuitijs accepit hoc dictum esse. Chrysost. etiam dicit: Ideo præcepit arguere ei, qui iniuriam passus est. Hieronymus etiam dicit. Sciendum, quòd si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, &c. in quo voluit intelligi tam de damno, quàm de iniuria. Alij exponunt si peccauerit in te, idest te sciente, & ista expositio videtur esse introducta ne putetur solùm fieri correctionem debere ab eo, qui passus est iniuriam: nam tunc in alijs peccatis, quæ non sunt contra nos, non haberet locum ista correctio, quod videtur inconueniens. Istam autem expositionem videtur approbare August. libro de Verbis domini dicens: Quid est, peccauit in te? tu scis, quia peccauit. Et ita solet dupliciter exponi litera, scilicet peccauit in te, idest contra te: vel in te, idest te sciente. Sed dicendum, ꝙ ista expositio est extorta, peccauit in te, idest te sciente: quia ponitur ibi, in, pro, contra: sic accipitur Lucæ 15. Pater peccaui in cœlum, & coram te, idest peccaui contra cœlum, idest contra Deum, qui est in cœlo. Sic etiam accipitur primo Regum 3. capitulo. Si peccauerit vir in virum, placari poterit ei Deus: si autem peccauerit in Deum quis orabit pro eo? idest, si peccauerit contra virum, vel peccauerit contra Deum. Etiam istum modum exponendi sequuntur omnes Doctores, scilicet August. Chrysost. & Hieron. Exponentes de iniuriatore, & in iniuriam passo, & licèt dixerit August. quid est, peccauit in te? tu scis, quia peccauit: non innuit per hoc, quòd dicere peccauit in te, sit dicere peccauit te sciente: sed peccauit contra te: & quia contra te fuit, tu illud scis: quia non potes illud ignorare: benè dicit: Quid est in te peccauit? tu scis, quia peccauit: quia enim secretum fuit, quando in te peccauit: quare cùm corrigis eum, qui peccauit, secretè non corrigis? nam si solus nosti, quia peccauit in te, &c. Et sic non accipitur peccare in te, idest te sciente: quia tunc frustra, & inordinatè diceretur, solus nosti, quia peccauit: sed solùm diceretur, peccauit in te: ideo oportet accipi peccauit in te, idest contra te, & tu solus nosti hoc peccatum, quod fecit contra te. Et hoc magis apparet: quia si acciperetur, peccauit in te, idest sciente te, & non contra te, sequeretur, quòd etiam si non peccasset contra te posses eum admonere arguendo, vt hic: & tamen falsum est. Dicit enim Chrysost. Ideo enim præcepit arguere ei, qui iniuriam passus est, & non alij, &c. & sic solus, qui iniuriam passus est, potest corrigere fraternaliter, & sic accipietur propriè in te, idest contra te. Sed tunc obijcietur, quòd tunc haberet locum ista correctio fraterna, quando damnum, vel iniuria facta est alicui, & non in peccatis, quæ fiunt contra Deum: cùm in illis non inferatur nobis damnum neque iniuria, sed Deo. Etiam rarò fiet ista correctio, cùm non pertineat facere illam nisi ad eum, qui iniuriam passus est: cæteri verò videntes iniuriam proximo illatam, vel damnum datum, non poterunt corrigere fraternali-

F ter, & hoc est contra positionem communem, quæ tenetur, quòd omnes tenentur ad hanc correctionem faciendam. Dicendum, quòd ista correctio solùm fit, quando aliquis peccat in nos, & solùm ab illo, contra quem peccauit: & tamen hoc dato adhuc poterit fieri de quolibet mortali peccato, in quo quis manet actualiter, & per quemlibet hominem: nam peccat in nos, idest contra nos quantumcunque aliquod malum nobis facit, & tamen quicunque peccat coram nobis, vel nobis scientibus malum nobis infert, scilicet scandalizat nos, quantum in se est, & istud est graue malum: quia est malum spirituale, cùm inducat nos ad peccandum mortaliter, quod nobis peius est, quàm perdere omnia, quæ possidemus: & hoc modo illa expositio est conueniens:

G peccauerit in te, idest te sciente: non quidem quasi alia expositio sit peccare in te, idest contra te, & alia in te, idest te sciente, sed quòd ista conuertuntur peccare contra te, & peccare te sciente: & ita accipit August. libro de Verbis domini dicens: Quid est, peccauit in te? tu scis, quia peccauit, si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis corrigere coram omnibus, non es corrector, sed proditor: peccauit ergo in te frater tuus: sed si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit: nam si multis videntibus fecit iniuriam, etiam in illos peccauit, quos testes suæ iniquitatis efficit: & ita peccat contra illos, quibus scientibus peccat, scilicet, quia per hoc eos scandalizat, & ita, siue sit peccatum directè contra

H Deum, siue contra proximum, si fit nobis scientibus fit contra nos, cùm nos scandalizet: & sic de omni peccato mortali manenti poterit esse correctio fraterna. Etiam poterit fieri à quolibet homine. Nam licèt non fiat nisi ab eo, qui passus est: cùm quilibet sciens peccatum alterius patiatur ab eo scandalum: dicetur passus ab eo, & poterit corrigere: solus ergo ab hac correctione excluditur ille, qui nullo modo nouit peccatum proximi, scilicet neque vidit, neque audiuit per certitudinem: & verum est, quòd talis non debet corrigere proximum admonendo: quia nescit de quo admoneat, & etiam iste nihil passus est, cùm non viderit, aut cognouerit aliquid in proximo, de quo

I scandalizari possit. Sed adhuc dicetur contra: quia August. Hieronym. & Chrysost. Ponunt exemplum correctionis huius solùm in iniurijs.

Dicendum, quòd accipitur largè iniuria pro omni, quod contra nos fit: siue sit damnum, siue iniuria, vel quodcunque nocumentum. Sic dicit Hieronymus, scilicet. Sciendum tamen, quòd si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, idest in qualibet re, & tamen qui scandalizat alium, lædit eum grauiter, scilicet spiritualiter: ideo in quolibet peccato proximi, quod fit nobis scientibus, siue sit directè contra nos, siue non, dicimur iniuriam pati, & sic accipiendum est, si pec-

K cauerit in te, idest contra te, offendens te per peccatum suum.

Quid intelligatur nomine fratris.
Quæst. LXXXV.

QVAERETVR, cùm dicitur frater tuus, quid intelligitur nomine fratris. Dicendum, quòd ex hac litera ostenditur, quòd omnis homo, qui peccauerit corrigi poterit: imò debeat per hunc modum correctionis, quia dicitur frater tuus, & tamen omnis homo est frater ad alterum, infra 23. Omnes vos fratres estis: & patrem nolite vocare vobis super terram: ergo

ergo quilibet peccans poterit corrigi hac correctione. Secundò patet, ex fine huius mandati: nam hoc fit, vt peccans oblitus ſuę ſalutis non maneat ſemper in peccato, & pereat, quod fiet ſi admoneatur ab alio: & tamen quilibet homo ex fragilitate humana peccare poteſt, & obliuiſci ſalutis ſuæ: indigebit ergo correctione fraterna, vt ad bonum reducatur. Tertiò patet ex conditione actus: nã correctio fraterna eſt actus charitatis, vt oſtenſum eſt ſupra: ſed charitatem ad omnes extendere debemus: ergo correctio fraterna paſſiuè ad omnes pertinet.

An prælati debeant corrigi fraternaliter.

Quæſt. LXXXVI.

QVAERETVR tamen ſpecialiter circa pręlatos, quia illi ſunt pluſquam fratres propter gradum ſuum. Aliqui dicunt, quòd ſubditus non debet corrigere prælatum fraternaliter: quia Exodi 19. dicitur: Beſtia, quæ tetigerit montem lapidabitur, & 2. Regum 6. dicitur, quòd Oza percuſſus fuit a domino, quia tetigit arcam: ſed per montem, & arcam teſtamenti ſignificatur prælatus: ergo prælati non ſunt corrigendi à ſubditis, quod eſt eos tangere. Secundò patet, quia ad Gala. 2. ſuper illo verbo, reſtiti ei in faciem. dicit Glo. reſtitit quaſi par, ſed ſubditus non eſt par prælato: ergo non poteſt eum corrigere. Tertiò, quia dicit Gregorius: Sanctorum vitam nemo corrigat niſi, qui de ſe meliora ſentit: ſed nec debet meliora de ſe ſentire, quàm de prælato ſuo ſentiat: ergo ſubditus non poteſt corrigere prælatum.

Dicendum, ꝙ etiam prælati corrigendi ſunt correctione fraterna. Sic dicit Auguſt. Non ſolùm veſtri: ſed ipſius, ideſt prælati miſeremini, qui inter vos quãto in loco ſuperiori, tanto in periculo maiore verſatur: ſed correctio fraterna eſt opus miſericordiæ, ſcilicet, conſule, caſtiga: ergo prælatus corrigendus eſt a ſubditis fraternaliter. Sed circa hoc notandum, quòd vt dictum eſt ſupra, correctio tendit ad emendationem delicti, vt tollatur malum, quod per illud inducitur, & quia inducitur malum tam peccanti, quàm alijs per peccatum: eſt interdum correctio ad tollendum nocumentum, quod facit ſibi peccans, & iſta vocatur correctio fraterna: interdum eſt ad tollendum, quod infertur alijs, & iſta eſt correctio iudicialis, & non eſt actus charitatis, ſed iuſtitiæ. Secunda correctio non poteſt fieri a ſubditis circa prælatum, quia illi non ſunt prælati ſui. Prima correctio cùm non ſit actus iuriſdictionis, ſed charitatis, poteſt fieri a ſubditis circa pręlatum, ſicut circa quemlibet alium: nam actus charitatis eſt ad omnes, ad quos charitatem habere obligamur: quia charitas non proficit proximo niſi per actum, quem circa ipſum exercemus, & tamen charitatem habere debemus erga omnes homines, ſiue ſint prælati, ſiue non: ergo actum charitatis ad omnes extendemus: ſed correctio fraterna eſt actus charitatis circa illa, in quæ aliquid corrigendum inuenitur: ergo ſi peccauerit in aliquo prælatus corrigendus eſt fraternaliter: actus enim habitus alicuius, vel potentiæ extendit ſe ad omnia, quæ compræhenduntur ſub obiecto illius potentiæ, vel habitus, ſicut viſio ſe extendit ad omnia, quæ continentur ſub obiecto viſus: & tamẽ in correctione prælatorum debent procedere ſubditi multum moderatè, & prudenter, & in correctione omnium aliorum, ſed potius in correctione prælatorum: correctio enim iſta actus virtutis eſt: ideo debet eſſe moderatus debitis circunſtantijs. Modus autem, qui adhiberi debet in correctione, qua ſubditus

Mod⁹ quo corrigẽdi ſunt ꝑlati à ſubditis.

A corrigit prælatum eſt, vt non cum ſuperbia, & duritia, ſed cum humilitate, manſuetudine, & reuerentia corrigat: ſic dicit Apoſtolus. primo Thim. 5. Seniorem ne increpueris, ſed obſecra, vt patrem: & vocatur ſenior quilibet prælatus, & ideo Dionyſius in Epiſtola ad Hemophilum redarguit Hemophilum monachum, quia ſacerdotem quendam irreuerenter correxerat, percutiens eum, & de Eccleſia eijciens: obſeruata autem debita moderatione neceſſaria eſt iſta correctio circa prælatos, quando peccauerint, & magis circa eos, quàm circa ſubditos, cùm peccata eorum magis trahantur in exemplum, quàm peccata minorum.

Ad primum dicendum, quòd argumentum illud B non procedit ex litera, ſed ex myſtico ſenſu. Et tunc dicendum, quòd procedit de contactu inordinato: hoc autem eſt, quando prælatus irreuerenter arguitur, ſcilicet verbis duris, aut ſuperbis, vel etiam quando ei detrahitur, aut maledicitur: nam tunc beſtia tangit montem, & lapidatur, ideſt punitur: quando dicitur reuerenter admonetur, & non dicitur tangere beſtia montem.

Ad ſecundum dicendum, quòd a pari, & etiam à minori poteſt fieri correctio fraterna. Et cùm dicitur, quòd facta eſt à pari non adiuuat argumentum: quia aut iſta correctio fuit fraterna, aut fuit iudicialis correctio: non fraterna, quia tunc non fieret publicè: nam prius admoneret eũ ſecundùm formam hic tra- C ditam: & tamen non fuit ſic, quia dicitur, quòd reſtitit ei in faciem, ſcilicet antequam aliquid aliud faceret. Si autem eſſet iudicialis, non ſufficiebat, quòd eſſet par, ſed oportebat, quòd eſſet maior: ideo neutra videtur fuiſſe. Dicendum, quòd illa non fuit correctio, ſed fuit reſiſtentia, & ideo non indiguit aliqua forma proceſſus, ſicut indiget tam fraterna, quàm iudicialis. Et patet, quia dicitur reſtiti ei: reſiſtentia autem fit à pari, & ita Petrus, & Paulus erant pares ſaltem in defenſione, & prædicatione fidei, & vbi agebatur de periculo fidei, reſtitit Paulus Petro palam: ſecus autem eſt de correctione fraterna, quæ eſt admonitio facta in ſecreto: nam iſtam poteſt facere ſubditus prælato: vnde Apoſtolus ad Colo. 4. dicit Coloſſenſi- D bus, vt prælatum ſuum admoneant agere ea, quæ ad officium ſuum pertinent: quia fortè circa illa erat negligens, cùm ait: dicito Archippo, officium tuum imple: erat autem Archippus Epiſcopus Coloſſenſiũ. Hoc ergo regulariter poſſunt ſubditi ad prælatum, ſicut ad omnes alios homines: vbi tamen ſpecialiter imminet periculum fidei, niſi prælati publicè arguantur, poſſunt ſubditi, imò debent arguere prælatos ſuos. vnde Paulus etiam ſi eſſet ſubditus Petro (vt communiter aſſeritur) propter eminens periculum ſcandali circa fidem arguit Petrum publicè, & ita dicit Glo. Auguſt. ad Gala. ſecundo. Ipſe Petrus exemplum maioribus præbuit, vt ſicubi fortè rectum tramitem reliquiſſent, non dedignentur etiam à poſterioribus E corrigi.

Quæ correctio fuit illa qua Paulus Petrũ arguit.

Ad tertium dicendum, quòd prælati vocantur ſancti, quia Sanctorum locum tenent, vel quia ſancti eſſe debent, & tamen illorum vitam licet ſubditis corrigere, & poſſunt ipſi præſumere ſe meliores prælatis. Sed in hoc dicendum, quòd poteſt dupliciter aliquis ſe meliorem prælato putare. Vno modo ſimpliciter: alio modo quantum ad aliquid. Primo modo nemo debet ſe putare meliorem prælato ſuo: imò neque alio homine, quia ſicut quilibet habet defectus aliquos occultos, ita & habere poteſt aliquas perfectiones, vel bona occulta, quibus collatis ad bonum noſtrum fortè melior erit.

Aliquis ſe ꝑlato meliorẽ putare põt dupliciter cõtingere.

Secundò modo poteſt quis putare ſe eſſe meliorem altero, quia quædam ſunt, quæ negari, aut diſſimulari non poſſunt: ſicut enim aliquis eſt manifeſtè ſapientior altero, aut robuſtior, ita quis circa actum vnius virtutis excedit alium, ita vt negari non poſſit, maximè quando quis habet actum vnius virtutis, & alius caret illo: & ita ſubditus poteſt putare, & credere ſe eſſe meliorem prælato ſpecialiter circa aliquid: vt ſi prælatus peccat circa aliquid, in quo ſubditus non peccat, eſt manifeſtè melior ſubditus, quàm prælatus: & tunc conuenienter præſumit ſubditus corrigere prælatum admonendo eum charitatiuè, & hoc non eſt maiorem ſe illo putare, ſed auxilium impendere charitatiuum. Nam etiam ſi prælatus ſit melior, quàm ſubditus, indiget auxilijs ſubditorum: quia quanto eſt in loco excelſiori, tanto in maiori periculo verſatur, vt ſupra dictum eſt. F G

An Papa à ſubditis fraternaliter poſſit corrigi.
Quæſt. LXXXVII.

QVAERETVR ſpecialiter circa Papam, an à ſubditis poſſit corrigi fraternaliter, & videtur aliqua ratio dubitandi de eo, quia ipſe eſt maior quolibet homine, & nullus ei præeſt: ſed ſingulis alijs hominibus præeſt aliquis homo. Dicendum, quòd non eſt dubium quin debeat fraternaliter corrigi, & admoneri: nam dictum eſt præcedenti quæſtione, quòd H prælati a ſubditis corriguntur fraternaliter: Papa autem prælatus eſt, ſed in hoc differt, quòd alijs maior eſt, cùm ſit vocatus in plenitudinem poteſtatis: cæteri autem in partem ſolicitudinis: ideo ipſe ſicut cæteri corrigetur per admonitionem. Secundò, quia correctio iſta eſt actus charitatis, vt dictum eſt ſupra: ſed In q̃. 80. ad Papam debem' habere charitatem, ſicut ad quemlibet alium hominem: ergo erit ad ipſum fraterna correctio. Tertiò patet, quia correctio fraterna eſt ad eos, qui fratres ſunt, & tamen frater noſter eſt, cùm ſit propinquus, & dicitur infra vigeſimo tertio capitulo. Omnes vos fratres eſtis, & patrem nolite vobis vocare ſuper terram: ergo ad ipſum eſt correctio fraterna. Quartò patet, quia correctio iudicialis eſt grauior, I quàm fraterna: ideo qui poteſt corrigi iudicialiter, poterit fraternaliter: ſed Papa poteſt corrigi, ideſt puniri iudicialiter, ſaltem quando depræhenditur a fide deuius 40. diſtin. capitulo: ſi Papa. ergo poterit admoneri fraternaliter. Dicendum ergo, quòd non eſt dubium, quin ipſe corrigi debeat hac correctione, ſicut cæteri: imò magis ipſe indiget ea, quàm cæteri: nam vt dictum eſt præcedenti capitulo, prælati indigent correctione iſta a ſubditis: quia quanto ſunt in ſtatu ſublimiori, tanto in periculo maiori verſantur, & tamen Papa verſatur in maiori periculo, quàm cæteri prælati: ergo magis indiget auxilijs alienis, quæ ſunt per admonitionem eorum, in quibus deliquerit, & iſta eſt correctio fraterna. Etiam dicendum, quòd K hæc correctio pertinet ad quemlibet hominem: quicunque enim nouerit peccatum Papæ, poterit eum corrigere fraternè, quia in eum peccauit cum per peccatum ſuum eum ſcandalizauit. Sed dicendum, ꝙ tantum iſta correctio cum maiori moderamine, & reuerentia fieri debet: quanto is, qui corrigitur celſior eſt: quomodo autem admonito Papa, & non deſiſtente dicitur peccatum ſuum Eccleſiæ, & cui Eccleſiæ, dicetur infra quæſt. 108.

Quicunq; peccatum Papæ cognouerit eũ fraternę corripere poterit.

Quis eſt iſte, qui debet alium corripere, & an pertineat ad omnes generaliter.
Quæſt. LXXXVIII.

QVAERETVR, quia dicitur in litera, corripe eum, quis eſt iſte, qui debet alium corripere, & an pertineat ad omnes generaliter corrigere peccatorem, vel ad aliquos, & ad quos. Aliqui dicunt, quòd ad ſolos prælatos pertinet corrigere fraternaliter: dicit enim Hieronymus: Sacerdotes ſtudeant illud Euangelicum implere: ſi peccauerit in te frater tuus: ſed nomine ſacerdotum ſolent intelligi prælati, qui habent curam aliorum, & qui in ſtatu ſupremi ſunt, ſicut ſacerdos in ordine: ergo ad ſolos prælatos pertinet. Secundò patet, quia correctio fraterna eſt quædam eleemoſyna ſpiritualis, cùm ponatur primum opus miſericordiæ ſpiritualis, ſcilicet. Conſule, caſtiga: ſed corporalem eleemoſynam facere pertinet ad ditiores in bonis corporalibus: ergo fraterna correctio, quæ eſt ſpiritualis eleemoſyna, pertinet ad eos, qui ſunt maiores in ſpiritualibus, & iſti ſunt prælati: ergo ad eos ſolos pertinebit. Tertiò patet, quia ille, qui corrigit fraternaliter, mouet alium ad meliora: ſed in rebus naturalibus inferiora mouentur per ſuperiora: cùm ergo virtutes, & prudentiæ ſequatur ordinem naturæ, qui eſt rectiſſimus, fiet correctio fraterna, per quam mouetur homo ad meliora ſolùm per ſuperiores, i. prælatos.

Dicendum, ſicut ſupra, quòd in correctione peccantis aliquando intenditur principaliter bonum peccantis auferendo nocumentum, quod ei inferebat peccatum, & iſta vocatur correctio fraterna, quæ eſt actus charitatis. Alia eſt, quæ tendit principaliter ad bonum communitatis, vel aliarum perſonarum priuatarum tollendo nocumentum, quod eis inferebatur per delictum peccantis: & iſta eſt correctio iudicialis, & eſt actus iuſtitiæ: prima fit per quemlibet: ſecunda autem fit per ſolos iudices, vel prælatos: ergo correctio fraterna, de qua loquimur, non pertinet ad ſolos prælatos, ſed ad omnes. Et patet hoc primò, quia ſicut omnes corriguntur hac correctione, qui fratres ſunt, vt dictum eſt ſupra queſtio. 86. ita & omnes corrigent peccatorem, qui fratres ſunt: cùm ob hoc vocetur fraterna, & tamen omnes ſunt fratrès, infra vigeſimo tertio capitulo, ergo ad omnes pertinebit corrigere peccatorem, & non ad ſolos prælatos. Secundò patet, quia correctio fraterna eſt actus charitatis, vt oſtenſum eſt ſupra, ergo pertinebit ad omnes, ad quos charitas, & tamen habere charitatem pertinet ad omnes homines: ergo ad omnes pertinebit corrigere peccantem. Tertiò patet, quia corrigere pertinet ad paſſum offenſam: vt dicit Chryſoſt. Et litera hoc ait, ſcilicet, ſi peccauerit in te, ideſt contra te, &c. & tamen contra quemlibet hominem poteſt peccare aliquis alius: ergo quilibet poterit corrigere fraternaliter. Quartò patet, quia Anacletus Papa ait: & habetur 24. quæſtio. 3. capitulo, tam ſacerdotes, quòd tam ſacerdotes, quàm cæteri fideles omnes ſummam debent habere curam de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut ſi incorrigibiles appareant, ab Eccleſia ſeparentur. Licèt Glo. ibi contrarium teneat dicens: alij fideles, i. prelati, & ſubdit, ꝙ ibi non eſt argumētum illud ſi peccauerit pertinens ad oẽs, & tñ non videtur rectè dictum, ſed potius extorſio. Nam quòd ad omnes pertineat, apparet ex rationibus ſupra inductis, & ex teſtimonio Auguſt. infra inducendo.

Correctio q̃ eſt actus charitatis fieri poteſt & debet.

Quod autem litera illa de omnibus fidelibus intelligi debeat, & non de prælatis solis, apparet: quia si cùm dicitur: quàm reliqui fideles, intelligerentur soli prælati, prius poneretur de prelatis, quàm de sacerdotibus: quia maior est prælatus, quàm simplex sacerdos: potissimè quantum ad actum corrigendi: etiam quia videtur valde irrationabile, ꝙ volēs litera vocare prælatos, appellauit eos solùm fideles non tangens dignitatem aliquam eorum, sed solùm id, in quo cum omnibus communicant. Item quia tales extorsiones literæ fieri solent, quando litera, vt iacet non potest saluari, & tamen accipiendo illam literam de omnibus fidelibus est vera: cùm ad omnes pertineat ista correctio, vt dictum est: ergo irrationabile est, sic sensum extorquere. Motiuum autem Glo. fortè est, quia dicitur in litera, aut corrigantur, aut si incorrigibiles appareant ab Ecclesia separentur, & tamen separare est act⁹ iurisdictionis, & non pertinet nisi ad iudices, siue prælatos, ideo voluit intelligere de prælatis. Sed dicendum, quòd hoc non probat: quia licèt ille, qui corripit fraternaliter, non possit separare quemquam ab Ecclesia. Si tamen denunciauerit Ecclesiæ, & peccans non audierit illam, ipsa Ecclesia abijciet eum faciens haberi ipsum, vt ethnicum, & publicanum: ideo debet intelligi litera illa, quòd ad omnes fideles pertineat corrigere peccantem fraternaliter. Dicendum tamen, ꝙ licèt ad omnes pertineat corrigere fratrem, pertinet tamen specialius ad prælatos, ad quos duplici iure pertinet. Sic dicit August. 1. de Ciuitate Dei: Lōgè autem grauiorem habent causam Ecclesiarum præpositi, qui in Ecclesijs constituti sunt, vt non parcant obiurgando peccata: neque ideo tamen ob huiuscemodi culpam penitus alienus est quilibet, qui præpositus non sit: in eis tamen quibus vitæ huius necessitate coniungitur, multa monenda, vel arguenda nouit.

Duplici iure ad prælatos corrigere pertinet.

Ad primum dicendum, quòd ratio illa non probat ad solos sacerdotes pertinere, cùm alios non excludat: sed ad illos, & prælatos magis, quàm ad cæteros pertinere, vt dictum est per August. Et cùm dicitur de prælatis intelligitur respectu suorum subditorum: nam ad alios non vocantur prælati, & licèt ad illos teneantur vinculo charitatis, & ideo illos quoque fraternaliter debeant admonere: non tñ tamen prælati, sed priuati vocabuntur: cùm autem subditos suos corrigunt dicuntur prælati, & istos magis tenentur corrigere fraternaliter, quàm cæteros vltra correctionem iudicialem, quæ ad eos solos pertinet. Et patet, quia sicut temporalia bona potius debet aliquis exhibere illis quorum curam temporalem gerit, quàm alijs: ita & spiritualia bona potius ministrabit illis quorum gerit curam spiritualem, & tamen prælati curam habent spiritualem de subditis: ergo specialiter tenentur eos corrigere etiam fraternaliter. Dictum autem Hieronymi non significat solos sacerdotes teneri ad correctionem fraternam, sed illos specialiter teneri.

Ad secundum dicendum, quòd in eleemosynis corporalibus non tenentur soli diuites, sed etiam qui non sunt diuites: dum tamen habeant vnde dent: ita in spiritualibus, licèt non sit quis excellens iuxta gradum bonorum gratuitorum: tenebitur operari ad ædificationem proximorum, & ita non soli prælati, sed etiam quicunque tenebitur. Aliter potest dici, quod eleemosyna corporalis datur a solis diuitibus, ita & spiritualis: sed corporaliter diues vocatur, qui habet aliquid vnde det: nam licèt simpliciter non vocetur diues, tamen quantum ad illud diues vocari potest. Ita in spiritualibus quicunque habet sanum iudicium rationis, per quod delictum alterius potest corrigere, quantum ad hoc diues est, & superior illo habendus est, & competet ad eum corrigere fratrem.

Ad tertium dicendum, ꝙ in naturalibus est duplex modus agentium, vel habitudo: vno modo agunt superiora in inferiora, scilicet cœlestia in elementata, & iste ordo nunquam conuertitur, eo ꝙ elementa, vel elementata nunquam agunt in corpora cœlestia, & ista habitudo similatur correctioni iudiciali, quam exercent prælati, id est superiores in subditos, & subditi nunquam illam exercent in prælatos. Secunda habitudo est omnium elementorum inter se, secundùm quam vnum patitur ab alio, & rursus agit in illud: ista autem habitudo conuertitur, quia nihil est, quod agat, quod interdum non patiatur, & nihil est, quod patiatur, quod interdum agere non contingat. Et ratio huius est, quia quodlibet istorum est aliquo modo superius, vel maius ad aliud, inquantum quodlibet est in potentia ad alterum: & ita quodlibet est aliquo modo in actu, & aliquo modo in potentia: inquantum enim res est in potentia est minor quacunque re, quæ est in actu: inquantum verò est in actu est maior quacunque re existente in potentia, & quia inter elementa & elementata nihil est, quod non sit in actu aliquo modo, & aliquo modo in potentia: nihil est, quòd non sit superius aliquo modo ad alterum, & aliquo modo inferius: & cùm agens sit semper maius patiente, necesse est, quòd cùm quodlibet ad alterum sit aliquo modo maius, siue superius, & aliquo modo minus, vel inferius: quia quodlibet potest aliquando agere in alterum, & aliquando pati ab illo: ita inter homines ille, qui habet sanum iudicium rationis, est velut in actu respectu ei⁹, qui non habet sanum iudicium: & quia quilibet est natus aliquando & quantum ad aliqua habere rectum iudicium, & aliquando & quantum ad alia declinare a rectitudine: quilibet erit maior alio, & minor eo, scilicet tunc quando rectum iudicium habet, & in his, in quibus habet illud est maior omnibus non habentibus rectum iudicium, & tamen quilibet potest hoc interdum habere, & interdum per passionem, vel aliàs ab illo deflectere: ideo quilibet est aliquando maior alio, & aliquando minor eo, & ideo correctio fraterna est huiusmodi, quę semper fit a maioribus in minores, & tamen potest fieri a quolibet homine in alterum: eo ꝙ ista maioritas, & minoritas vicissitudinem habet.

Oĩs res in quantũ est in actu est maior qua cunq; alia re, q est in potentia.

An corrigere delinquentem fraternaliter pertineat ad peccatorē.

Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR, an corrigere delinquentem fraternaliter pertineat ad peccatorem. Aliqui dicunt, quòd sic: quia nullus excusatur ab obseruationem præcepti propter peccatum, quod commisit: quia tunc esset melior conditio peccatorum, quàm iustorum cum iusti obligentur ad seruandam legem, & non peccatores. Etiam quia non posset aliquis committere nisi vnum peccatum mortale antequam rediret ad virtutem: nam peccatum non est nisi dictum, factum, aut concupitum contra legem domini: vt ait August. si ergo peccando absolueretur a lege, absolueret per primum peccatum, & ita quidquid postea ageret non esset peccatum, cùm non esset contra legem Dei: quia fieret ab illo, qui esset absolutus a lege: ergo per peccatum non absoluitur quis ab obligatione legis, sed lex posita est de correctione fraterna: ergo etiam peccatores tenebuntur ad illam.

Quid sit peccatum

Secundò patet, quia eleemosyna spiritualis est magis necessaria, quàm corporalis, & est maior, & tamen existenti in peccato mortali non est licitum abstinere ab eleemosynarum largitione: sed tenetur interdum ad eleemosynam: ergo à fortiori in spirituali: talis autem est correctio fraterna: ergo licebit peccatori corrigere delinquentē: imò & aliquando tenebitur ad hoc. Tertiò, quia si propter peccatum non liceret homini corrigere delinquentem: nulli liceret corrigere illum, neque haberet vnquam locum istud præceptum, cùm omnes sint peccatores. primę Ioan. primo: si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus: & tamen hoc est falsum, quia Christus posuit præceptum istud, vt illud exequeremur: ergo etiam peccatori licet corrigere fratrem. Quartò patet, quia esset contra Christi regulam excludere peccatorem: nam dicitur si peccauerit in te frater tuus, idest contra te, & tamen contingit interdum, quòd peccator peccet contra alium peccatorem: ergo licebit peccatori corripere delinquentem. Quintò, quia ista vocatur correctio fraterna, & fit a fratre in fratrem: sed omnes sumus fratres: infra vigesimo tertio capitulo, & per peccatum mortale non desinimus esse fratres: ergo semper pertinet correctio fraterna ad peccatorem. Patet hoc, quia si per peccatum mortale desineret fraternitas: nemo deberet corrigere peccantem, eo ꝙ iā ille desijt esse frater, & consequenter ista correctio nō esset fraterna.

Aliqui dicunt, quòd non liceat hoc peccatori, quia fraterna correctio est actus charitatis, vt ostensum est supra, & tamen qui est in peccato mortali non habet charitatem, ergo non potest corrigere fraternaliter. Secundò, quia dicit Isidorus libro de Summo bono: non debet vitia aliorum corrigere, qui est vitijs subiectus: sed peccator est subiectus alicui vitio: ergo non potest corrigere delinquentem. Tertiò, quia dicitur ad Rom. secundo. In quo alium iudicas te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas. & tamen nemo debet se condemnare: ergo non debet peccator corrigere delinquentem ne per hoc se condemnet.

Dicendum, quòd ad peccatorem pertinet in aliquo casu corrigere delinquentem, & tamen regulariter non pertinet, sed efficitur correctio sua indebita. Primum patet, quia correctio peccantis pertinet ad illum, in quo est rectum iudicium rationis, ita vt cognoscat quid malum sit, & corrigendum, & moueatur ad corrigendum illud, quia quantum ad hoc est superior quolibet non habente istud iudicium, & tamen per peccatum quodlibet mortale non extinguitur in homine tota recta existimatio de agibili: sed solùm circa illam materiam, in qua peccat, & tunc quando peccat, vt colligitur 6. & 3. Ethicorum, & experimur illud in nobis, qui sæpè incidimus in mortalia, & tamen manet nobis adhuc iudicium rectum rationis circa multa agibilia, & etiam manet quidam zelus rectitudinis, quo detestamur aliorum peccata, licèt nosipsi peccemus: ideo poterimus manentes in peccato mortali corrigere aliquando delinquētem, idest non aufertur nobis id, per quod potentes sumus corrigere illos. Secundum patet, scilicet, quòd non pertineat regulariter correctio: ista ad peccatores, & quòd efficiatur in eis indebita quia per peccatum pręcedens ipsorum affertur impedimentum huic correctioni in tribus. Primò quidem, quia ex peccato præcedenti indignus redditur, vt alium corrigat, & præcipuè si commisit peccatum grauius, non est dignus corrigere alium de peccato minori, & leuiori: vnde super illo verbo: quid vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem, quæ in oculo tuo est non consideras? supra se-

Peccator in aliquo casu peccatorem corrigere potest.

Per peccatū pcedēs peccatorū affert ipedimentū fraternæ correctionis ī trib⁹.

F ptimo capitulo, dicit Hieronymus: de his loquitur, qui cùm mortali crimine detineantur obnoxij, peccata minora fratribus non concedunt. Secunda est indebita correctio propter scandalum, quod ex ea sequitur, si peccatum corrigentis sit manifestum: quia videntis, quòd ille, qui corrigit non corrigat ex charitate: nam tunc potius sibi misereretur, sed ex ostentatione: vnde supra septimo capitulo, super illo verbo, quid dicis fratri tuo, sine vt eiiciam, &c. Dicit Chrysost. in quo proposito puta ex charitate, vt salues proximum tuum: non quia teipsum ante saluares: vis ergo non alios sanare: sed per bonam doctrinam malos actus celare, & scientiæ laudem ab hominibus quærere. Tertio modo propter superbiam

G corripientis, inquantum aliquis propria peccata parui pendens seipsum proximo suo præfert in corde suo, peccata eius austera seueritate dijudicans, ac si ipse esset iustus. Vnde August. libro de Sermo. domini in monte dicit: Accusare vitia officium est bonorum, quod cùm mali faciunt alienas partes agunt. Et tamen dicendum, ꝙ mali possunt interdum corrigere delinquentes, non incidendo in maiorem damnationem: vt si cum humilitate agant, & cum dolore peccatorum, quę ipsi commiserunt. Sic dicit Aug. vbi supra: cogitemus cùm aliquem repręhendere nos necessitas coegerit, vtrum tale sit vitium, quod nunquam habuimus, & tunc cogitemus nos homines esse, & habere potuisse: vel tale, quod habuimus, & iam non habe-

H mus, & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illam correctionem non odium, sed misericordia præcedat. Si autem inuenimus nos in eodem vitio esse, nō obiurgemus: sed congemiscamus, & ad ęqualiter curandum inuitemus: & ita siue quis sit sibi conscius peccati, quod ab alijs ignoratur: siue quod ab alijs scitur: dum tñ doleat de illo, per quod iam non est in eo, nō est dānabilis si corrigat delinquentē. Si aūt quis in manifesto peccato existens, & non dolens de peccato arguat alium peccantem, vt communiter peccat: quia non ex charitate, sed ad ostentationem facit: & tamen potest quis in peccato existens interdum moueri ad corrigendum alium bono desiderio nondum dolens de peccato suo, & tunc non est necesse, quòd

I mortaliter peccet. De quo dictum est supra septimo capitulo, quæstione 6. & ibi vide de hoc.

Accusare vitia est bonorum.

Ad primum dicendum, quòd peccatores non absoluuntur ab obligatione alicuius præcepti: etiam si fuerint interdum inepti ad executionem quorūdam præceptorum: quia illa in exequentibus requirunt certam formam. Et tamen dicendum, quòd in quibusdam etiam peccator tenetur corrigere fraternaliter, vt si videat imminere periculum fidei, si non corrigat. Aliter potest dici, quòd supposito, quòd non posset corrigere proximum, qui est in peccato, non absolueretur ab isto præcepto, qui est in peccato: cùm ille teneatur esse in charitate, ita vt aptus sit corrigere fratrem.

K Ad secundum dicendum vno modo, ꝙ licèt eleemosyna spiritualis sit melior, quàm corporalis, tamen magis necessaria est corporalis: nam existente aliquo in necessitate extrema, si non detur ei eleemosyna, oportet ꝙ pereat corporaliter, & tamen si quis est in peccato mortali, non est necesse, quòd pereat etiam si non corrigatur fraternaliter: nam aut accipitur perire, idest cadere a gratia, aut perdere gloriam. Primo modo iam perijt, qui in peccato mortali est. Si secundo modo, nondum perijt: neque ideo necesse est perire, licèt maneat in peccato mortali aliquanto tēpore: quia nemo sic perijt vsque ad mortem. Etiam ꝙ plus est, quia si quis est in extrema necessitate, & sibi datur eleemosyna, certum est, quòd non peribit.

Si

Si autem est in peccato mortali, & corrigitur ab aliquo, non est certum, quòd emendabitur: imò magis est necessaria eleemosyna corporalis in casu, quàm spiritualis, & ideo licèt teneatur peccator ad illam non tenebitur indistinctè ad spiritualem. Aliter potest dici, quòd etiam si spiritualis esset magis necessaria, quàm corporalis: tamen non teneretur peccator ita ad spiritualem, sicut ad corporalem, quia corporalis eleemosyna solùm consideratur ex parte rei: datur enim eleemosyna propter bonum eius cui confertur: bonum autem illius consistit ex re data, & non ex persona dantis: vnde circa eleemosynam corporalem, ita prodest pauperi eleemosyna peccatoris, sicut viri sancti, si æquales in re sint: eleemosyna autem spiritualis consideratur ex parte personæ facientis, & non parte rei factæ, & tamen peccator, qui est in peccato manifesto nullius auctoritatis est: ideo correctio ex ore eius contemptibilis est, & ita non recipietur: sed magis faciet vilipendi verbum bonum, quod profert, de quo Deus conqueritur Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? ideo non obligatur ita ad correctionem fraternam, sicut ad eleemosynam corporalem, & tamen si interdum putet peccator, quod sequatur periculum fidei, aut magnum scandalum si ipse non corrigit admonendo delinquentē, cùm fortè nemo alius sit, qui hoc facit: non solùm licèt ei corrigere, imò etiam tenetur ad hoc.

Ad tertium dicendum, quod etiam si non liceret peccatori corrigere fratrem: esset tamen qui corrigeret: quia multi sunt, qui actualiter non manent in peccato, & quod dicitur prima Ioan. 1. intelligitur de peccato veniali: nam sine mortali multi sunt: peccatum tamen, quod indignum reddit hominem ad corrigendum fratrem est peccatū mortale, & ita multi possunt hoc præceptum exequi.

Ad quartum dicendum, quod non excluditur peccator quin possit petere aliquid à fratre peccante in ipsum, regulariter tamen nō potest eum corrigere. Et quando dicitur, quòd vnus peccator delinquit interdum in alium peccatorem. Dicendum, quòd aut delinquit inferendo ei realiter damnum, vel iniuriam: aut solùm scandalizando eum per peccata sua. Si primo modo, aut vult iste offensus, siue damnum passus petere restitutionem inquantum vult tollere proprium nocumentum. Et tunc dicendum, quòd potest: nam nulli quantumcunque pessimo denegatur iustitia: & debitum omnibus soluendum est: sed hoc magis pertinet ad iudicialem contemptionem, quàm ad fraternam correctionem, & dato quòd nolit petere coram iudice, sed tacite ab ipso, qui damnum dedit, aut iniuriam intulit, non est correctio fraterna, quia in correctione fraterna intenditur principaliter bonum eius, qui corrigitur: iste tamen non intendit bonum peccantis, idest, vt a peccato cesset, sed proprium bonum, idest non pati damna rerum suarum. Si autem peccator non admonet delinquentem, vt ipse consequatur ablata: sed principaliter, vt consulat saluti raptoris, vel damnum, aut iniuriam dantis, pertinet hoc ad correctionem fraternam, & tamen indignus est peccator talem correctionem facere: quia cùm non sit propriè salutis memor: non est verisimile, quod hac intentione alium arguat. Si autem secundo modo. Dicendum, quod iste est valde indignus corrigere alium: nam non debet scandalizari de peccatis alienis, qui talia committit, vt cæteri de eis iustè scandalizari possint, & ita propriè peccatori non competit regulariter corrigere fratrem.

Nulli quantumcunque pessimo deneganda est iustitia.

Ad quintum dicendum, quòd ista correctio vocatur fraterna, non quidem quia competit omni fratri: sed quia nulli competit nisi fratri: ad corrigendum, tamen necesse est aliquid plus esse, quàm fratrem, scilicet talem esse, cuius sermo debeat acceptari, & in quo non perierit tota rectitudo iudicij: quidam enim sunt adeo peccatis dediti, quòd in eis tota rectitudo rationis extincta est, vel quasi, & in talibus non est solùm indignum, quòd alios corrigant: sed etiam non possunt corrigere, quia deficit in illo per quod corrigere possunt alios.

Ad primā rationē in contrariū.

Argumenta autem in contrarium aliquo modo concedenda sunt, & tamen non in totum, & tamen aliquo modo, licet peccatoribus corrigere proximos delinquentes, vt dictum est supra.

Correctio fraterna licèt sit actus charitatis: pōt tñ fieri ab eo, qui non est in charitate.

Dicendum ergo, quòd correctio fraterna est actus charitatis, & tamen potest fieri ab eo, qui non est in charitate: nam sicut in moralibus tales sunt actus, per quos quis efficitur iustus, quales illi, quos iustus existens facit, & ita circa omnes habitus sunt actus præcedentes habitum, tales quales illi, qui sequuntur, quantum ad charitatem: ergo erit sic, quòd non habens charitatem potest talia facere, qualia existens in charitate facit, & ex eodem desiderio, licèt non ex eodem habitu: ita igitur erit de correctione fraterna, quòd est actus charitatis ab ea imperatus: & tamen non habens charitatem poterit corrigere fratrem, licèt non habeat habitum charitatis, nec est inconueniens, quia potentia operatiua sufficit ad eliciendum istos actus, non existente habitu, licèt non meritorij, sicut existente habitu.

Ad secundum dicendum, quòd ex dicto Isidori probatur non pertinere debitè correctionem ad peccatores: maximè quando sunt in eisdem peccatis de quibus alios arguunt, & tamen non tollitur quin interdum licita sit eis, imò necessaria, vt ostensum est.

Ad tertium dicendum, quòd siquis existens in peccato arguat alium de eodem peccato condemnat seipsum, idest, condemnatum, vel condemnabilem ostendit: non tamen sequitur, quòd maiorem condemnationem, idest vlteriorem incurrat condemnando, & arguendo delinquentem, si bono animo, vel blande hoc faciat gemendo potius, quàm obiurgando, & tunc licèt condemnet se, idest condemnatum, vel condemnabilem ostendat ex actu præterito, idest ex peccato, quod ante commisit: non tamen condemnat seipsum in actu, quem nunc facit, scilicet corrigendo fratrem.

Aliter potest dici, quòd litera Apostoli intelligitur de illis, quorum manifesta sunt peccata, & non erubescentes ipsi de peccatis suis, quasi nulla, aut praua sint redarguunt alios de eisdem, vel minoribus: nam isti peccant alios arguendo: quia ad ostentationem faciūt, vel ex superbia.

An corrigere fratres pertineat ad infideles.

Quæst. XC.

QVAERETVR, an corrigere fratres pertineat ad infideles. Aliqui dicunt, quòd sic: quia præcepta Christi ad omnes pertinent, & omnes obligant: Mar. decimo sexto, & infra vigesimo octauo. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Et illud: Docete omnes gentes. Secundò, quia actus charitatis habere pertinet ad omnes, ad quos pertinet habere charitatem, & tamen omnes obligantur ad charitatem, cùm sine illa non posset esse saluus: ergo etiam obligabuntur omnes ad actum charitatis: correctio autem fraterna est actus charitatis: ergo omnes obligabuntur ad illam etiam infideles.

Dicendum tamen, ꝙ non est verum: nō enim obligantur infideles ex hoc precepto ad correctionem fraternam, neque peccant quando omittunt corrigere: nam istud præceptum est legis Christi: & ideo non extenditur nisi ad eos, qui sunt sub lege Christi, sub qua non sunt infideles: vnde peccant infideles adulterãdo, furando, homicidia committendo: non tamen peccãt omittendo correctionem fraternam: nam sub lege naturali sunt, ad quam pertinent illa præcepta: non autem sunt sub lege Christi, ad quam pertinet præceptum de correctione fraterna: & licèt verum sit, ꝙ infideles sint in peccato mortali continuo, quia non accipiunt legem Christi: non tamen peccant mortaliter quandocunque agunt contra aliquod de præceptis legis Christi: sicut nos peccamus (nisi illud sit præceptũ legis naturalis) nam tunc non peccat quasi agens contra legem Christi, sed contra legem naturalem. Secundò patet, quia si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, & tamen nos non sumus fratres infidelium, qui non ducunt idem iugum nobiscum. Sic patet 1. Corinthio. 7. Vbi Apostolus vocat fratres, & sorores ipsos fideles solùm dicens, ꝙ si infidelis discedit discedat: non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi: idest fidelis habens vxorem infidelem non est obligatus manere sine coniuge, si illa non vult cohabitare: quia fideles non sunt subiecti seruituti infidelium: ergo non tenentur infideles corrigere nos, & ipsi mutuo non tenentur se corrigere: quia neque sunt fratres ad nos neque ad seipsos. Tertiò patet, quia qui corrigit debet dicere Ecclesię, quando admonitus non vult assentire, & tamen infideles nihil dicerent Ecclesiæ, cùm ipsi non credant eam alicuius virtutis: ergo non pertinet ad eos hoc. Quartò patet, quia dicit, ꝙ si non audit Ecclesiam admonitus debet eum admonitor habere tanquam ethnicum, & publicanũ, & tamen infidelis non potest aliquem habere tanquã ethnicum, cùm ipse sit ethnicus, ergo non loquitur Christus ad infideles, neque potest eis conuenire: sed sed solis fidelibus. Quintò patet, quia Anacletus 24. quæstio. 3. cap. Tam sacerdotes. dicit, quòd tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione corrigantur: ergo non pertinet ad infideles. Sextò, quia etiam nullo modo facere possunt, dato quòd vellent: quia correctio fraterna est quantum ad omnia peccata mortalia, in quibus quid manet, actualiter, vt ostensum est supra, & tamen quandocunque egit quis contra legem Christi, peccat mortaliter. Infidelis autem non credit esse peccatum agere contra legem Christi: ideo non potest ipse corrigere quẽquam: quia nescit de quo est corrigendus, cùm quædam detestetur, quæ bona sunt, & quædam approbet, quæ mala sunt. Ideo dicendum, quòd ad correctionem fraternam, eo modo quo illam Christus ponit, non obligantur infideles, neque peccant omittendo illam: tenentur tamen de iure naturæ proximis consulere in eo, quod bonum, & necessarium est. Et si quis aliquem consilio indigentem, & peccantem viderit contra aliquid, quod est de iure naturæ, quantum in ipso est tenetur illum reducere admonendo: quia vnicuique mandauit Deus de proximo suo: Ecclesiastici 17. Sed in tali correctione non est aliqua forma determinata.

Ad primum dicendum, quòd præcepta Christi obligant omnes, idest obligantur, vt se subdant legi eius, in qua sunt præcepta illa, vt per illa postea regantur: & tamen antequam illam suscipiant, non peccant in omissione, aut transgressione cuiuslibet, idest non committunt tot peccata, quot omissiones, & transgressiones faciunt: sed vnicum peccatum eorum est

F contra legem Christi, scilicet, quia illam suscipere nolunt: quia non obligat per se quodlibet præceptum, quia non sunt aliquid per se: sed omnia sunt partes eiusdem legislationis: & ideo directè est obligatio ad suscipiendum illam vnicam, & consequenter omissio impletionis huius obligationis est vnica: & ita est vnicum peccatum mortale, quod ipsi committunt contra legem Christi, scilicet, nolle illam suscipere, & non committunt vnum peccatum in omissione cuiuslibet præcepti, aut in commissione contra quodlibet.

Ad secundum dicendum, quòd habere charitatem pertinet ad omnes, idest omnes obligantur habere illam ad hoc, ꝙ saluentur, & tamen impossibile est infidelibus habere charitatem: quandiu enim infideles

G sunt, fidem non habent: sed sine fide non potest haberi charitas: quia tunc posset aliquis placere Deo sine fide: nam per charitatem placet homo Deo, & amicus eius est, & tamen ad Hebræ. 11. dicitur: Sine fide impossibile est placere Deo: ideo sicut infidelis non potest habere charitatem, ita neque poterit habere hunc actum charitatis, qui est correctio fraterna quandiu manserit infidelis: sed obligatur infidelis non esse infidelem, per quod possit habere charitatem, & correctionem fraternam.

An infideles debeamus hac correctione corrigere.

Quæst. XC.

H

QVAERETVR, an infideles debeamus hac correctione corrigere: dato enim quòd infideles non possint actiuè corrigere fraternaliter delinquentes: poterit esse, quòd fidelis debeat infidelem corrigere: nam per infidelem non sanctificatur aliquando fidelis, & tamen per fidelem sanctificatur infidelis, scilicet per virum fidelem mulier infidelis, & per mulierem fidelem vir infidelis. 1. Cor. 7. Ita ergo, licèt non possit corrigi, fortè debebit corrigi. Aliqui dicunt, ꝙ extendatur ad infideles. Et primò, quia correctio fraterna est actus charitatis, & ad omnes, ad quos extẽditur charitas debet extendi actus charitatis: sed etiã infideles debemus diligere ex charitate: ergo

I eos debemus corrigere fraternaliter. Secundò, quia infidelibus prædicamus, & erudimus eos circa fidem, vt ad illam conuertantur, quod est eis salubre, & facimus hoc optantes salutem animarum suarum: & tamen corrigere fraternaliter est admonere ad bonum: ergo etiam debebimus eos admonere, sicut debemus eis prædicare.

Dicendum, ꝙ non debemus corrigere infideles fraternaliter. Primò patet, quia dicitur hic, si peccauerit in te frater tuus, & ita ille, qui peccat, & corrigendus est, debet esse frater: sed infidelis non est frater, sed soli fideles, vt dictum est præcedenti quæstione: ergo non sunt illi admonendi. Secundò patet, quia ad hoc ꝙ aliquis corripiatur, debet posse cognoscere se pec-

K care: infideles tamen quandiu manent infideles, non possunt cognoscere ea, in quibus peccant: quia facere contra Christi legem peccatum est: hoc tamen ipsi ignorant: ergo non possunt corrigi.

Tertiò patet, quia contra intentionem præcepti huius esse videtur, quòd infideles includantur in eo: nam dicitur: Corripe eum inter te & ipsum solùm, & postea dicitur, quòd adhibeat vnum, vel duos testes. In quo innuitur, quòd ista correctio est quantum ad illa peccata, quę communiter non sunt nota, & ideo solus manens admonetur, nè apud alios infametur: esse tamen aliquos infideles est manifestum, cùm pro talib⁹ se notoriè gerant: ideo nō intelligitur de hoc. Quartò patet, quia dicitur: Dic Ecclesiæ, quòd si illam non audierit,

dicit, &c. in quo innuitur, quòd isti, qui sic corriguntur obedient Ecclesiæ, & verisimile est etiam potius, quòd obedient, quàm quòd non obedient: quia aliàs non diceretur si manifestum esset, quòd non obedituri essent ei, & tamen manifestum est, quòd infideles non curant, quòd peccata eorum dicantur Ecclesiæ, cùm non sint subditi ei: ideo non intelligitur de infidelibus. Quintò patet, quia dicitur, quòd si Ecclesiā non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus: ergo ille, qui corrigitur, præsupponitur quòd ante hoc non erat ethnicus, sed ꝙ nūc habendus sit, vt ethnicus: & tamen infideles ethnici sunt. Ergo non dicitur de eis, sed solū de fidelibus, q possunt haberi sicut ethnici, quando non audierint Ecclesiam ꝑcidendo eos à cō-
B munione fidelium, sicut ethnici, non pertinent ad cōmunionem fidelium saltem in spiritualibus: non ergo extenditur correctio ista ad infideles secundùm totā formam, quæ hic traditur. Possumus tamen corrigere infideles admonendo eos recedere ab infidelitate, & alijs vitijs, in qbus manent: potissimè quando illa sunt contra legem naturæ, in quibus etiam non stante lege Christi peccarent.

Ad primum dicendum, quòd verum est, quòd ad quemcunque charitas extenditur, debet extendi actus charitatis. s. elicitus, & iste est diligere ex charitate optādo eis vitam æternam: & tamen nō est necesse, quòd extendatur actus imperatus à charitate, quia actus charitatis imperati sunt actus aliarum virtutum subditarū
C charitati, & actus aliquarum illarum non pertinet ad infideles. i. non possunt ad illos extēdi tales actus: sicut ex charitate damus alicui sacramenta, per quæ est salus: & tamen istum actum charitatis non exercemus ad infideles, quibus nulla sacramenta damus: ita correctio fraterna est actus imperatus à charitate: ideo nō est inconueniens, quòd non extendatur ad infideles: maximè secundùm formam à Christo datam.

Ad secundum dicendum, quòd conuenienter prędicamus infidelibus, & tamen nō corrigimus eos fraternaliter, quia prædicatio est, vt conuertantur, & non prædicamus eis quasi fratribus, sed vt fratres fiant: correctio autem fraterna non potest fieri, nisi in fratribus existentibus, cùm præsupponatur, quòd sint subditi
D Ecclesiæ, & legi, contra quam peccant, & secundùm quam corriguntur: ideo non possunt infideles corrigi hac forma correctionis.

Quare dicitur hic: Vade & corripe eum, & non dixit: Dimitte illi peccatum.

Quæst. XCII.

QVAERETVR, quare dr̄ hic: Vade & corripe eum. Nam videtur, quòd nō deberet corripere, sed potius remittere peccatum: sic enim ipse iussit, ꝙ siquis percusserit in vna maxilla adhibeamus ei alterā, supra quinto: corripere autem reddere est retributio-
E nem: ideo non deberet esse correctio aliqua fraterna. Secundò patet, quia dato quòd deberet esse correctio, non deberet ire qui passus est iniuriam ad delinquentem, sed potius delinquens deberet venire petens remitti sibi. Tertiò, quia videtur hoc repugnare alteri dicto Christi supra quinto capitulo, quia si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid contra te, vade & recōciliare ei: & ita ibi, qui offendit vadit ad offensum: hic autem fit è contrario.

Dicendum, quòd offensus debet ire ad offendentē, quia hic Christus imponit actum virtutis ipsi offenso, qui est corrigere: ipse enim, qui peccauit nō corrigit, sed corrigitur, & ideo ire non pertinet ad eum, sed ad
A offensum: repugnat enim correctioni fraternę, quòd offendens veniat ad offensum: nam si venit iam cognoscit delictum suum, & petere vult veniam: sed in talibus nō est necessaria, neque possibilis fraterna correctio, cùm illa sit admonitio quædam ad recedēdum de peccato: ille tamen recedit de peccato nullo admonente, sed à seipso motus: ergo non est necessaria circa eum monitio, sed solùm remissio, quā ille petit. Ad hoc ergo quòd sit fraterna correctio, præsupponitur quòd delinquens maneat in vitio, non intendens dimittere illud: & quia cùm tali proposito nunquam ipse veniret ad offensum, necesse est, vt offensus vadat ad eum, & admoneat derelinquere peccatum: ideo dicitur, vade, & corripe. i. vade ad illum, quia ille ad te
B venturus non est. Pro quo sciendum, quòd Christus, vt daret perfectam viam liberationis à peccato, dedit tres modos circa peccata, quæ homines in alterum committunt. Vnus est, vt qui offensus est remittat offendenti ex toto corde, vt patet infra in litera. Secundus est, vt offendens petat remissionem, & reconcilietur offenso. supra quinto: Si offers munus tuum ad altare, &c. Tertius est, vt offensus corrigat offendentem fraternaliter. De his tribus dicit Chryso. Considerandum autem, quòd quandoque dominus eum, qui cōtristauit, ad eum qui contristatus est ducit, sicut cùm dicit: si recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersus te, vade & reconciliare fratri tuo: quandoque autem eum, qui iniusta passus est, iubet dimit-
C tere proximo, sicut ibi: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hic autem alium excogitat modum: eum enim, qui contristatus est ducit ad eum, qui contristauit dicens: Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe. Intelligendū tamen, quòd isti non sunt modi diuersi se habendi, quorum si vnus eligatur, sufficiat ad perfectam remissionem peccati, sed omnes tres necessarij sunt simul ad hoc, quòd tam offendēs, quàm offensus euitet peccatum: offendens enim ante omnia, etiam non requisitus, tenetur dimittere rancorem offenso. i. nō habere voluntatem nocendi, & non solùm debet dimittere, sed tenetur nunquam habere rancorem: nam si aliquando habuit, iam peccauit mortaliter, & de hoc in- Quid debet primo facere, qui ab aliquo offenditur
D telligitur illud supra sexto. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & infra in litera. Sic faciet vobis pater meus cœlestis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Secundus modus est necessarius ex parte offendentis: nam ipse tenetur per se, aut per alium petere reconciliationem ab offenso, & offerre, vel polliceri congruam, aut possibilem satisfactionem, & si hoc non facit habita opportunitate peccat mortaliter. Quod autem dicitur supra quinto. Si offers munus tuum ad altare, nō dicitur ad hoc, quòd satisfaciamus proximo, sicut tenemur ex necessitate, sed ad hoc, quòd opera nostra interim facta sint accepta Deo, quia alias non erunt accepta, & ideo illud est consilium, vt ostensum est supra capit. 5. quæstio. 161.
E & ideo omittendo non peccamus mortaliter, sed perdimus fructum operum nostrorum, quæ aliàs essent fructuosa. Tertius modus est necessarius ex parte offensi: nam non solùm tenetur remittere rancorem, quod est auferre de seipso peccatum, vel nō dare ei locum, sed etiam tenetur quantum potest prouidere, nè proximus peccet, aut quòd in peccato non pereat. Et quia quidam postquam peccauerunt, non intendunt auerti à peccato, & nunquam auerterentur nisi ab aliis traherentur: tenentur proximi agere quantum est in eis, vt illos auertant: & ad hoc datur hoc præceptum de correctione fraterna, scilicet, si peccauerit, &c.

Ad primum dicendum, quòd præceptum de remittendo

mittendo non obuiat præcepto de correctione fraterna: imò adiuuant se, quia vtrumque est tam propter offensum, quàm propter offendentem: nam præceptum de remittendo est propter offensum, vt ipse nõ peccet mortaliter reseruando rancorem. Est etiam propter offendentem, vt non noceat ei offensus retribuendo malum pro malo. Pręceptum autem de correctione fraterna est etiam propter offendentem, vt liberetur à peccato: nam aliqui manerent semper in peccato, nisi ab alijs ad contrarium impellerentur. Et ad hoc prodest correctio fraterna, vt admoneatur, & compellatur exire de peccato, qui in illo libenter dormiret. Est etiam propter offensum: nam tenetur ipse curare de salute proximi quantum potuerit. Si ergo vult ille manere in peccato ipse tenetur admonere, vt exeat de illo, quod si non faceret omitteret necessaria, & peccaret: ideo ad hoc est correctio fraterna, per quã fratrem admonemus peccata dimittere. Sic dicit August. lib. de verbis Domini: Si neglexeris fratrem tuũ corrigere, peior eo effectus es; ille iniuriam fecit, & faciendo graui se vulnere percussit: tu vulnus fratris cõtemnis, peior factus es tacendo, quàm ille conuitiãdo. Non est ergo concedendum, quòd correctio fraterna sit retributio quædam siue vindicta, quia non fit ꝓpter offensam siue vindictam, aut propter bonum offensi principaliter, sed principaliter propter bonum offendentis: imò si intenderetur vindicta iam non esset correctio. Sic dicit August. vbi supra: Debemus amando corripere non nocendi cupiditate, sed studio corrigendi, & non solùm nõ petitur vindicta, sed neque aliqua retributio, quia tunc esset correctio iudicialis, & non fraterna.

Correctio fraterna ē bonum offendentis, & etiã offensi.

Ad secundum dicendum, quòd non vadit offendẽs ad offensum, sed è contrario, quia si offendens iret ad offensum, iam non esset correctio fraterna, quia ille iret petens indulgeri sibi quod peccauerat, & sic non indigeret admonitione ad exeũdum de peccato, cùm ipse seipsum moneret: & tamen correctio fraterna est admonitio quædam facta delinquenti, vt exeat de peccato: ergo necesse est, quòd peccans non intendat exire de peccato, vel saltẽ sic putetur, vt tunc necesse credatur, quòd offensus eat ad offendentem. Sic dicit Chryso. Rememora sibi peccatum: ipse enim ira & verecundia detinetur ebrius factus quasi graui somno: vnde oportet te, qui sanus es, ad illũ, qui ægrotat abire. Secundò, quia offendens verecundatur ire ad offensũ: ideo debet offensus ad illum ire. Sic dicit Chrysosto. quia enim ille, qui iniusta fecit, non facile veniret ad excusationem verecundatus hunc, qui passus est, ad illum trahit, vt corrigat quod factum est: & tamen prima causa est præcipua. Tum quia secunda solùm loquitur in iniuria illata, & damno dato specialiter alicui: & tamẽ correctio fraterna in omnibus peccatis habet locum. Tum quia qui propter verecundiam cessat petere remissionem, iam non manet in peccato: & tamen qui corrigitur fraternè, manet in peccato, & admonetur exire de eo: ideo prima ratio est melior.

Ad tertium dicendum, quòd hoc non repugnat illi præcepto, sed potius illud datum est in supplemẽtum illius. Christus enim dedit perfectam viam liberationis à peccato, & quia in peccato secuto ex iniuria illata, aut damno dato potest esse peccatum tam ex parte passi, quàm ex parte agentis, prouidit pro vtroque: ex parte passi si rancorem teneat, aut si proximum peccãtem quantum potest à peccato non auertit: ex parte offendentis si ab offensa, vel peccato non cesset: ideo ex parte offensi dedit duo præcepta, & vnum ex parte offendentis. Ex parte offensi primum est, quòd rancorem remittat, vel non teneat: secundum est, quòd offensum à peccato cessare admoneat. Ex parte of- F fendentis, vt remissionem & reconciliationem petat, & ordo istorum præceptorum est, quòd ante omnia offensus tenetur remittere rancorem, vel non tenere illum, deinde offendens tenetur cessando ab offensa petere remissionem, & reconciliationem oblata satisfactione congrua, & si non facit, peccat: & tamen si non fecerit tenetur tunc offensus corrigere eum fraternaliter admonendo à peccato recedere. Si autem offendens mox remissionem petat cessans à peccato, non est necessaria correctio fraterna, & ita præceptum de correctione est in supplementum præcepti illius: si offers munus, &c. Nam si vnus dimittat facere id ad quod tenetur, vult Christus, quòd alius non omittat.

G *An ad eum solum pertineat correctio, qui passus est offensam. Quæstio XCIII.*

QVAERETVR, cùm dicatur corripe eum, & loquatur Christus ad eum, qui passus est offensam: an ad ipsum solum pertineat correctio, vel possit alius fraternaliter corrigere. Dicendum, quòd non pertinet correctio nisi ad eũ, qui passus est offensam: cùm Christus dicat, corripe eum, & conuenienter nõ est correctio, nisi præcesserit offensa homini facta: & tamen non est ob hoc putandum, quòd in peccatis factis contra Deum non possit esse correctio, quasi illa peccata non sint contra nos, & quòd non possint omnes circa quodlibet peccatum corrigere delinqnentẽ: H nam tam in peccatis, quæ fiunt contra Deum, quàm in illis, quæ contra hominem fiunt est necessaria correctio ista: & tantomagis necessaria est in peccatis, quæ fiunt contra Deum, quanto illa grauiora sunt, quàm peccata, quæ fiunt contra hominẽ. Etiam circa quodlibet peccatum potest quilibet corrigere delinquentem. De primò patet, quia in peccatis nostris magis possumus remittere illa, quàm in peccatis Dei: ideo siue quantum ad pęnam inferendam, siue quantum ad correctionem faciendam, magis obligamur in peccatis factis cõtra Deum, quàm in peccatis factis contra hominem. Sic dicit Hiero. Sciendum, quòd si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, imò necessi- I tatem qua præcipitur, vt debitoribus nostris debita remittamus. Si autem in Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij: nos autem è contrario in Dei iniurijs benigni sumus, in nostris contumelijs exercemus odia. Secundum patet, quia ista differentia est inter iudicialem, & fraternam correctionem, quia iudicialem non potest facere nisi iudex: fraternã verò facere potest quilibet, qui charitatem habet, aut habere tenetur cuius est frater ipse delinquens, & hoc est generale ad omnes fideles, sicut dicit Anacletus 24. quęst. 3. cap. tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes curã habeant de his, qui pereunt, vt eorum redargutione corrigantur: ergo ad quemlibet pertinet correctionem fratrum facere. Sed quomodo ista stent dicendum, K quòd quandocunque aliquis peccat, siue in Deũ, siue in aliquem hominem, peccat in quemcunque hominem: ideo quilibet potest corrigere delinquentem, tanquam in eum peccauerit: iuxta dictum Christi: si peccauerit in te. Et patet: peccans mortaliter in quẽcunque peccet, offendit omnes videntes, & audientes eum peccasse, quia vel illi realiter scandalizantur, vel saltem iste agit talia, de quibus illi possent rationabiliter scandalizari, licèt non scandalizentur. Hoc autem est peccare in aliquem, & quia quanto maius est peccatum, tanto maius scandalum inde sequitur: tanto grauius peccat delinquens in omnes scientes peccatũ eius, & quia peccata facta in Deum, cœteris paribus, sunt maiora, indiget acriori correctione delinquens,

Correctio iudicialis, & fraterna inter se differunt.

& est magis necessaria, vt ab illo peccato recedat delinquens; & istud peccatum est contra omnes scientes, quia omnes de eo scandalizantur, aut rationabiliter scandalizari possunt. Si autem sit peccatum contra aliquam personam, idest, damnum ei datum, vel illata iniuria, est peccatum contra illum inquantum ille dānificatur, vel iniuriā patitur, & est contra omnes scientes illud peccatum inquantum omnes scandalizātur: de quolibet ergo illorum poterit dici, quòd peccauerit in eum frater ei9, & ita cuilibet competet correctio fraterna circa quodlibet peccatum, quasi contra se factum: solus ergo à correctione fraterna excluditur, qui peccatum alicuius penitus ignorat, i. neque fieri vidit, neque aliquo modo ad notitiam eius peruenit: nam non peccatur contra istum, eo quòd non potest iste scandalizari de eo, quod ignorat, & consequenter non competit ei correctio, quia in eum nō peccatum est: imò etiam si vellet corrigere non posset, quia correctio est admonitio facta delinquēti, vt à peccato cesset: sed qui peccatū alterius ignorat, non habet de quo admoneat: ideo non potest corrigere fraternaliter: ad omnes autem, qui aliquo modo peccatum sciunt, pertinet correctio fraterna. Sed obijcietur, quòd correctio fraterna solùm pertinet ad eum, qui realiter passus est iniuriam, & non ad alium. Sic vult Chrysosto. causam huius ostendens, cùm ait: Ideo autem præcepit arguere ei, qui passus est iniuriam & non alij, quia ille, qui fecit iniuriam ab eo mansuetius sustinet, maximè cùm solus eum corripiat, cùm enim, qui vindictā expetere debebat, hic salutis eius videt diligentiā habere, maximè hoc eum potest propitium facere. Dicendum, quòd si solùm fieret correctio fraterna de iniuria illata, vel damno dato alicui, poterat hoc aliqualiter stare: & tamen de quolibet peccato mortali manente fit correctio, vt ostensum est supra: ideo non pertinet ad solum passum offensam. Et tamen adhuc dicendum, quòd circa iniuriam alicui illatam non solùm pertinet correctio fraterna ad passum, sed etiā ad quemlibet alium. Sed tamen sciendum, quòd aut offendens cessauit facere iniuriam, aut non. Si non cessauit, quia est peccatum manens, pertinet ad quemlibet corrigere delinquentem. Si autem cessat iniuria, aut manet aliquod damnum datum, ad cuius æstimationem teneatur irrogans, aut non. Si primo modo, quia est peccatum manēs quousque satisfaciat pertinet correctio ad quemlibet. Si secundo modo non est propriè correctio fraterna, nisi petat læsus satisfactionem aliquā: hanc autem petere nō pertinet ad læsum, quia ei soli facienda est, & tamen istam petendo non est correctio fraterna, sed magis pertinet ad iudicialē, cùm non prosequatur bonum delinquentis, sed proprium: nam qui iniuriam personalem intulit, etiam si non satisfaciat in pena corporis, aut pecunia, non est in peccato mortali, cùm doluerit de peccato. Qui autē damnū intulit, vel aliena abstulit, est in peccato mortali quousque restituerit: etiam si non petatur ab eo restitutio: ideo qui admonet detentatorem restituere rem detentatam, potest prosequi principaliter bonum detentatoris, cùm ille non possit saluari quamdiu fuerit detētator. Qui autem admonet satisfacere de iniuria personali in pœna corporali, vel in pecunia, principaliter quærit bonum proprium: ideo non est correctio fraterna. Sic dicit August. lib. de verbis Domini: Quare proximum corripis? quia tu doles, quia peccauit in te? absit: si amore tui id facis, nil facis: si amore illius facis, optimè facis. Loquendo ergo propriè de correctione fraterna ad quemlibet pertinet illam facere pro quolibet peccato, cuius notitia ad eum peruenit: & tamen verum est, quòd per quasdam personas aptius fit, quàm per alias: & ita est in p̄senti, quòd

Ille solus à fraterna correctione excluditur, qui peccatum proximi ignorat.

A si ex offensa facta maneat quis actualiter in peccato, de quo fraternaliter corrigi possit, quòd licèt per quemlibet corrigi possit, quod melius corrigetur per eum, qui iniuriam ipsam, vel damnum passus est propter causas, quas allegat Chrysosto. s. quia mansuetius sustinebit offendens ipsum offensum corrigentem, & magis mouebitur, quando viderit, quòd ille, qui vindictā expetere debebat, quærit salutem offendentis.

An pœna aliqua sit infligenda in correctione fraterna, & quæ pœna. Quæstio XCIIII.

QVAERETVR qualiter, & per quid exercenda sit ista correctio, idest, an pœna aliqua sit in-
B fligenda, & quæ. Dicendum, quòd non est infligenda aliqua pœna, sed solis verbis agendum est. Sic dicit Chrysosto. non autem dicit accusa eum, neque increpa, neque vindictas expete, sed argue. i. rememora sibi peccatum: dic ei, quæ ab eo passus es. Item ex litera patet hoc, quia dicitur: corripe eū inter te & ipsum solum, quòd si te non audierit adhibe tecum vnum, vel duos testes, quòd si nec illos audierit, dic Ecclesiæ: & tamen si pœna infligeretur à corrigente in hac correctione, posset coercere corrigens ipsum delinquētem ad cessandum à peccato, & tamen non potest cogere, cùm adhibeat postea secum testes, & postea dicat Ecclesiæ: ergo nulla pena fuit, sed solùm admonitio verbalis. Tertiò patet, quia dicitur, quòd si Ecclesiā non
C audierit, sit tibi quasi ethnicus, & publicanus, & illa est pœna: ergo videtur, quòd ante hoc nulla pena ponebatur, cùm in fine adijciatur pœna. Quartò patet, quia dicitur, corripe eū inter te & ipsum, & sequitur, quòd si te non audierit. Et adhibitis testibus etiam dicitur, quòd si illos non audierit, & sic videtur, quòd nihil est in correctione illa nisi audire, vel non audire: & tamen si pœna imponeretur, vel infligeretur à corrigente diceretur, quòd si punitus non assenserit, fac hoc, vel illud: & tamen dicitur semper, quòd si non audierit: ergo videtur, quod non est aliquid in correctione fraterna nisi, q̄ audiuntur, vel non audiuntur cū nō obeditur eis. Quintò patet, quia corrigere fraternaliter circa quodlibet peccatum competit cuicunque ho-
D mini, vt ostensum est præcedenti quæstione: & tamē imponere pœnas alteri non pertinet ad quemcūque, cùm non sit hoc, nisi habentis iurisdictionem: ergo correctio fraterna non imponit pœnam. Sextò patet, quia correctio fraterna, & iudicialis distinguuntur, cū fraterna pertineat ad quemcunque hominem, iudicialis autem ad solum iudicem. Etiam iudicialis, quia est contentiosa pœnam imponit, cùm non fiat principaliter propter bonum delinquentis, sed propter bonum eorum, quos per suum delictum offendit: fraterna autem fit principaliter propter bonum ei9, qui corrigitur, & non corrigentis, vt dicit August. lib. de verbis Domini: ideo non debet fieri per impositionem pœnarum, sed per dulcem admonitionem.

E Sed obijcietur, quod non debeat fieri correctio ista sine pœna, quia tunc manerēt delicta impunita, quod est inconueniens, & derogat bono publico. Secundò, quia tunc facilitas veniæ daret incentiuum malorum, quod faciendum non est, quia nemo debet præstare proximo suo occasionem mali: ergo non fiet correctio ista sine pœna.

Dicendum, quod correctio fraterna sine pœna fit sola admonitione, vt dictum est: quia hoc pertinet ad rationem suam, cùm ipsa sit distincta à iudiciali correctione.

Dicendum ad primum, quòd si circa delicta non esset aliqua correctio nisi fraterna: manerent delicta impunita, & tamen restat correctio iudicialis, per quam de

de omnibus delictis conueniens vindicta sumi potest, sed illud non pertinet ad correctionem: & tamen cũ Christus imposuit præceptum de correctione fraterna, non vetuit correctionem iudicialem, sed indicauit singulis quid debeāt agere: ad iudicem enim pertinet peccata puniendo corrigere: ad proximum autem admonendo à malo distrahere: & ita circa idem factum constituit Christus diuersos modos procedendi diuersis personis: sic enim circa iniurias iubet passo remittere, & admonere offendẽtem eundo ad illum, & ipsi offendenti iubet ire ad petendũ remissionẽ, & reconciliationem ab offenso. supra quinto, & sexto, & infra in litera: & hoc, vt quilibet agat, quod ad eũ pertinet. Ad secundum dicendum, quòd istud non militat contra præceptum de correctione fraterna, sed contra pręceptum de remittendo peccanti: quia si faciliter dimittitur, efficitur pronus ad delictum peccans: correctio autem fraterna non est ad remittendum peccatum, sed ad incitandum peccatorem exire de peccato, & in ista correctione non præsupponitur, quod remittatur pœna, quia poterit esse, quòd postquam admonitus quis destiterit à peccato, petatur satisfactio pro peccato, & ita non erit facilis remissio. Aliter potest dici, quòd sicut ad correctionem fraternam pertinet fieri sine pœnarum inflictione, & ad iudicantem cum rigore pœnarum: ita pertinet ad corrigentem fraternaliter remittere faciliter, ad corrigentem autem iudicialiter nõ remittere sine pœna, & ita non erit simplex facilitas veniæ, cùm sit quidam motus procedendi, in quo nõ est venia facilis, sed cum pœnarum rigore peccatum remittitur.

An correctio cadat supra præcepto.
Quæstio XCV.

QVAERETVR, an correctio fraterna cadat sub præcepto. Aliqui dicunt, quòd non, quia nihil impossibile cadit sub præcepto: iuxta illud Hieronymi: Maledictus est, qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse: sed Ecclesiastici septimo, dicitur: Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit: ergo fraterna correctio non est sub præcepto. Secundò, quia omnia præcepta legis diuinæ reducuntur ad præcepta decalogi, cùm illa sint quidam cardo omnium præceptorum: sed correctio fraterna non cadit sub aliquo præcepto decalogi, neque potest directè reduci ad aliquod illorum, vt patet discutienti singula: ergo non cadit sub præcepto. Tertiò, quia omissio præcepti diuini est peccatum mortale, quod in viris sanctis non inuenitur, sed in viris sanctis inuenitur interdum omissio fraternæ correctionis: Sic dicit Augustinus primo de Ciuitate Dei, quòd non solùm inferiores verumetiam hi, qui superiorem gradum vitæ tenent, ab aliorum reprehensione se abstinent propter quædam cupiditatis vincula non propter officia charitatis: ergo correctio fraterna non est in præcepto. Quartò, quia illud quod cadit sub præcepto habet rationem debiti. Si ergo fraterna correctio caderet sub præcepto, hoc fratribus deberemus, quòd eos corrigeremus, sed qui tenetur alicui ad debitum corporale, puta ad pecuniam, non debet esse contentus, quòd ei occurrat creditor, sed debet eum quærere, vt debitum reddat: oporteret ergo, ꝙ quisq; quæreret indigentes ad hoc, quòd eos corrigeret, si est debitor correctionis fraternæ, quod est inconueniens. Tum quia multitudo peccantium est, ad quorum correctionem nemo sufficit, cùm etiam multi simul non sufficiant. Tum quia etiam oporteret, quòd religiosi exirent de claustris ad quærendum quos corrigerent,

F quod est inconueniens. Quintò, quia vniuersalior est correctio fraterna, quàm punitio iudicialis: & tamen iudex non omittit corrigere delinquentem, licèt non emendetur: imò etiam si sciat, quòd non emendabitur, vel licèt ex pœna fiet deterior: ergo si sub præcepto esset correctio fraterna, non deberet quis omittere correctionem, licèt sciret, quòd correctus contemneret, vel scandalizaretur: & tamen hoc est falsum, quia in tali casu cessandum est à correctione: ergo nõ cadit sub præcepto. Sextò, quia correctio delinquentium est impossibilis, ergo non cadit sub præcepto. Est autem impossibilis propter duo. Primò, quia infiniti sunt delinquẽtes. Ecclesiastes primo. Stultorum infinitus est numerus. & infinitum nunquam pertransitur.
G Secundò, quia quilibet delinquens in se habet difficultatem quandam ad correctionem. Ecclesiastes primo. Stulti difficile corriguntur: ergo non cadit sub præcepto. Septimò, quia omittens, vel transgrediens præceptum, mortaliter peccat, licèt non agat immediatè contra charitatem, sicut dicit Bernardus, quòd in Petro negãte Christum, non fuit charitas extincta. Si ergo esset correctio fraterna sub præcepto, omittens peccaret, licèt non ageret ex contemptu, quod esset directè agere contra charitatem, cùm ageret contra præceptum: & tamen hoc videtur inconueniens: ergo non cadit sub præcepto. Octauò, quia ea, quæ cadunt sub pręcepto Dei, sunt efficacia ad consequendum finem, quia aliàs essent vana, & inutilia,
H cùm vanum sit, quod non attingit ad finem: & tamen præcepta Dei non sunt inutilia: ergo attingunt finem: correctio autem fraterna est ad emendationem delinquentis, sed non sufficit ad hunc finem, cùm illa fiat per solam admonitionem, & sermo non est efficax ad emendationem peccatorum decimo Ethicorum, & illud Ecclesiastes primo. Stulti difficile corriguntur: ergo non est correctio sub præcepto. Nonò, quia nemo se debet intromittere de his, quæ non sunt arbitrij eius, & tamen, vt ait Hieronymus super Matthæũ: Si peccauerit homo in Deum, non est nostri arbitrij: ergo nemo debet corrigere eum, qui peccauerit contra Deum: & ita saltem correctio quantum ad ista, quæ contra Deum fiunt non habet locum. Decimò,
I quia nemo acquirit damnationem ex præcepto Dei: & tamen quidam corrigendo fratres acquirunt damnationem, vt si ipsi sint in peccato: ad Roma. secundo. In quo alium iudicas, teipsum condemnas: eadem enim iudicas, quæ agis: ergo non est sub præcepto. Vndecimò, quia non excusatur quis ab obseruantia præcepti diuini propter peccatum, sed peccator non debet alium corrigere, vt ait Isidorus de summo bono. Non debet vitia aliorum corrigere, qui vitijs est subiectus: ergo non est sub præcepto, cùm excusetur ab eo peccator. Duodecimò, quia si sub præcepto esset correctio, cùm sit actus charitatis, pertineret ad omnes: sed falsum est, quia nemo debet vsurpare quod est alieni officij, vel potestatis. secundæ Corin-
K thio. decimo capitulo, non in immensum gloriamur, sed secundùm regulam mensuræ, qua mensus est nobis Deus, sed corripere videtur officium superiorum, quia est mouere ad bonum, sed in naturalibus mouentur inferiora per superiora: ergo in correctione fraterna erit sic, quòd soli superiores, idest, prælati corrigendi officium habeant, & ita non erit sub pręcepto. Tertiodecimò, quia quod ex debito charitatis, vel pręcepti est impendendum omnibus est, cùm charitas ad omnes debeat haberi: & tamen non debent omnes delinquentes corrigi, sed superiores, vel prælati, aut seniores. primæ Timothæi quinto. Seniorem ne increpaueris: & dicit ibi Glossa. Ratio est, nè indigne ferens se à minori corripi exasperetur. Et ita Dionysius

in

in Epistola ad Demophilum increpat Demophilum monachum, quia sacerdotem redarguit, qui maior erat monachis: ergo non cadit sub præceptò. Decimoquartò, quia præcepta Dei ordinantur ad pacem, & charitatem. primæ Timothæi primo: finis præcepti est charitas. sed per fraternam correctionem turbatur interdum pax, & amittitur charitas, ergo non cadit sub præcepto.

Dicendum, quòd correctio fraterna cadit sub præcepto. Sic dicit Augustinus libro verbis Domini: Admonet dominus noster non negligere inuicem peccata nostra: non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas: debemus enim amando corrigere non nocendi auiditate, sed studio corrigendi: si neglexeris peior eo factus es: ille iniuriam facit, & iniuriam faciendo seipsum graui vulnere percussit: tu vulnus illius contemnis, peior es tacendo, quàm ille vitiando. Item super illo verbo. Si peccauerit: dicit Glossa: Ita peccat, qui videns fratrem suum peccare tacet, sicut si peccanti non indulget: sed qui non indulget peccanti, peccat mortaliter: ergo etiam, qui non corrigit: & consequenter est sub præcepto. Item, quia debemus conformari Deo implendo præcepta. Ephesio. quinto: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: Deus tamen castigat quos diligit: Prouerbiorum tertio, & Hebræorum decimo secundo: Omnem filium, quem suscipit, castigat: nos tamen tenemur diligere ex præcepto: ergo tenemur corrigere fraternaliter ex præcepto.

Correctio fraterna cadit sub præcepto. Circa hoc tamen considerandum, quòd correctio fraterna cadit sub præcepto. Ratio autem huius est, quia ex præcepto tenemur ad dilectionem proximi: dilectio autem in se includit, vt homo velit ei bonum, quem diligit: hoc est enim amare, velle alicui bonum, vt dicitur secundo Metaphisicæ, & quia carere malo habet rationem boni, quinto Ethicorum, inde est, quod ad rationem dilectionis pertinet, nè velimus mala dilectis nostris inesse: voluntas autem efficax non est, neque vera si opere non impletur. Vnde etiam ad rationem dilectionis pertinet, vt ad amicos bona operentur, & mala eorum impediamus, vt dicitur nono Ethicorum, & primæ Ioannis tertio dicitur: Non diligamus verbo, & lingua, sed opere, & veritate, idest, dilectio, quæ est in solo verbo, & lingua, & non sequitur aliquod opus, non est vera dilectio: opus autem amicorum est bona ipsis facere, & mala eorum impedire. Triplex autem est homini bonum, & triplex malum ei oppositum: est enim quoddam hominis bonum in exterioribus consistens, quod est minimum bonum: & in hoc tenetur homo homini subuenire per eleemosynam corporalem, quæ multis modis fit. primæ Ioannis tertio: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo est charitas Dei in illo? Et sicut tenetur bonum facere circa illud primum genus boni: ita tenetur impedire mala opposita, scilicet, mala, quæ eueniunt in rebus: sic dicitur Marci vigesimo tertio: Si videris bouem aut ouem fratris tui errantem, non præteribis, sed reduces fratri tuo. Secundum genus bonorum est in corpore, & solent vocari delectabilia, vel naturalia, vt alij vocant, scilicet, incolumitas, & cœtera bona, quæ ad bonam habitudinem corporis pertinent: & in hoc etiam debet homo hominem adiuuare, vt hoc bonum consequatur, vt possideat si tenet: & adiuuare contra impedientia, siue sint naturalia, vt in ægritudine, siue violenta, vt in incarceratione, & qualibet alia iniusta captione, aut detentione: sic dicitur Prouerbiorum vigesimo quarto: Erue eos, qui ducũtur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.

Quid sit amicorũ opus.

Triplex est hoĩ bonũ & triplex etiam malum.

A Tertium genus boni humani est virtus, cui opponitur malum peccati. Ad hoc autem bonum consequendum, aut possidendum, & ad eius oppositum vitandum, tantomagis tenetur homo ex charitate proximis auxilium præstare, quantomagis pertinet ad rationem, quare aliquis ex charitate diligitur. Vnde Aristoteles nono Ethicorum dicit, quòd tanto magis debet homo ferre auxilium amicis ad vitanda vitia, quàm ad vitandum damnum pecuniæ, quanto virtus affinior est amicitiæ, quàm pecunia. Et ideo tenetur homo ex præcepto dilectionis, vt proximo auxilium ferat ad virtutem consequendam dando ei auxilium, & consilium ad benè agendum. Isaiæ trigesimo quinto: Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis, confortamini, & nolite timere. Propter hoc etiam ex præcepto dilectionis tenetur homo fratrem in peccato existentem à peccato retrahere corrigẽdo, iuxta illud primo Thessalonic. vltimo: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes. Et hinc est verbum Christi hic: Si peccauerit in te frater tuus corripe eum: & ita est sub præcepto. Sed considerandum, quòd per præcepta affirmatiua legis præcipiuntur actus virtutum, per præcepta negatiua vetantur actus vitiorum. Illud autem quod est secundùm se malum, & peccatum, qualitercunque fiat est malum, quia malum non accidit ei ex congregatione multorum simul, sed ex defectibus singularibus: & tamen quandocunque fit, accidit ei aliquis defectus: ideo semper est ibi malum, sed malum nunquam licet facere: ideo quod est malum, nullo fine, & nullo tempore, nullo loco, & nullo modo fieri licet, & qualitercunque talia fiant mala sunt: eo quòd mox nominata malitia sunt conuoluta. secundo Ethicorum: ideo præcepta negatiua obligant semper, & ad semper: actus autem virtutum non quolibet modo fieri debent, sed obseruatis debitis circunstantijs. Nam licèt malum proueniat ex defectibus singularibus, idest, ex defectu cuiuslibet circunstantiæ debitæ in esse, vt ait Dionysius quarto capitulo de Diuinis nominibus, non efficitur bonum ex assistentia cuiuslibet bonæ circunstantiæ, sed bonum requirit totam, & integram causam. eodem capitulo: & ideo bonum non efficitur quolibet modo bonum, sed determinato modo bonum: sic est de honore parentum, qui cadit sub præcepto affirmatiuo, aut est exhibendus quolibet loco, aut quolibet tempore, aut quolibet modo, sed seruatis debitis circunstantijs. Ita correctio fraterna cadit sub præcepto: non quidem quolibet loco, modo, & tempore, sed cum debitis circunstantijs concurrentibus. Quando autem omnes illæ concurrerint, est sub præcepto corrigere fratrem. Deficiente autem aliqua earum, non est sub præcepto, sed quæ sint illæ, non est possibile eas diffinire sermone dando regulam generalem, sed earum iudicium consistit in singularibus, & pertinet ad prudentiam experimento, & tempore quæsitam, vel magis ad infusam. primæ Ioannis secundo: vnctio, quam habetis docet vos de omnibus. Sed considerandum, quòd licèt ad bonum requiratur concursus omnium circunstantiarum: non tamen oportet statim dicere opus malum propter qualemcunque defectum in eo inuentum: dum tamen maneat potissima circunstantiarum, quæ est finis: nam omnis operatio moralis est ad finem boni. primo Ethicorum. dispositio autem eorum, quæ ad finem, attenditur per rationem finis in circunstantijs actus virtuosi. Vnde præcipue attendenda est ratio finis, quæ est bonum virtutis. Si ergo sit aliqua talis omissio alicuius circunstantiæ circa virtuosum actum, quæ totaliter tollat bonum virtutis, hoc cõtrariatur præcepto.

Si

Si autem sit defectus alicuius circunstantiæ, quæ non totaliter tollat virtutis bonum, licèt non perfectè contingat ad bonum virtutis, non est contra præceptum. Vnde dicit Philosophus secundo Ethicorum, quòd si parum disceditur à medio, non est contra virtutem: si autem multum, corrumpitur virtus in suo actu: correctio autem fraterna ordinatur ad emendationem fratris delinquentis: & ideo hoc modo cadit sub præcepto, secundùm quòd est necessaria ad istum finem, & putatur manifestè, quòd erit vtilis: non autem, quòd quolibet loco, & tempore teneamur delinquentem corrigere, qui occurrit nobis corrigendus.

Parumper à medio declinare, non est cõtra virtutem.

Ad primum dicendum, quòd correctio delinquentis eo modo quo cadit sub præcepto, scilicet, cum certis circunstantijs non est impossibilis, sed satis possibilis. Cùm autem dicitur, quòd nemo potest corrigere quem Deus despexerit. Dicendum, quòd licèt Deo deserente hominem, non ideo cogatur homo ad malum simpliciter, cùm non tollatur ei libertas, quæ naturalis est: tamen quia secundùm se, idest, secundùm ea, quæ homini insunt ex parte sensitiua inclinatur ad malum. Genesis octauo: Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum. & inquantum homo est ex se potens deficere cùm sit ex nihilo: certissimè operabitur malum, licèt non necessariò, & si in malo fuerit, nunquam recedet ab eo, & tunc correctio humana est inutilis. Nam ad emendationem requiritur actus rationis iudicantis malum esse quod agit, & bonum esse recedere ab illo, & actus voluntatis detestantis statum, & actum suum, & eligentis oppositum: & ita anima debet moueri: & tamen sermo noster non pertingit ad animam alicuius: ideo de se non est efficax: solus autem Deus est, qui mouet animam hominis quando à malo in bonum, vel ab vno desiderio in alterum tendit. Prouerbiorum vigesimo primo. Sicut diuisiones aquarum: ita cor regis in manu Domini, & quocunque voluerit vertet illud. & Prouerbiorum decimo quinto: Infernus & perditio in manu Domini: quantomagis corda filiorum hominum? Et hoc modo mouet Deus quando vult hominem à malo in bonum, vel ab vno bono in aliud maius bonum. Et dicitur sic erudire eum solùm tangendo cor eius, & nihil loquendo, vt patet Iob trigesimo tertio capitulo: Per somnium & in visione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his, quæ fecit, & liberet eum à superbia eruens animam eius à corruptione, & vitam illius, vt non transeat in gladium. Et propter hoc immutatio à Deo est efficax, quæ aliquãdo vocatur verbum eius, vel sermo, quia secretè loquitur ad cor nostrum. Sic dicitur ad Hebræos quarto: Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, atq; spiritus, cõpagũ & medullarũ. Si igitur Deus cessauerit mouere cor hoĩs ad bonũ, nunquam admonitio nostra erit efficax ad mouendum ipsum ad bonum: & tunc nemo potest corrigere quem Deus despexerit, idest, quem deseruerit non mouendo cor eius ad bonum; nõ quod sit impossibile illum moueri ad bonũ, aut necesse sit manere in malo: sed quia non poterit homo sufficienter mouere cor alterius: eo quòd iste motus fit pertingendo ad ipsum spiritum eo modo, quo tangitur, vel pertingitur ad eum: sed hoc non potest homo facere, sed Deus potest facere: ideo verum est, quòd nemo potest corrigere, quem ille despexerit: non tamen ideo sequitur, quòd circa aliquem hominem, quantumcumque malus sit, cessandum sit à correctione fraterna, quia neminem Deus totaliter deserit nisi eos, quos præscitos vocamus, qui non deseruntur, quia præsciti sunt, sed quia ex operibus suis deseri meruerunt: istos tamen nos non cognoscimus: ideo circa omnes debemus conari, vt corrigamus eos concurrentibus debitis circunstantijs. Maximè, quia cuilibet viuenti liberum est adhuc habere vitam æternam. Sic dicit Augustinus libro de correctione & gratia. Nescientes quis pertineat ad prædestinatorum numerum, & quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri: & ideo debemus omnibus fraternæ correctionis debitum impendere sub spe diuini auxilij, quòd mouebit cor illorum ad deserendum peccata.

Nemo potest corrigere quem Deus despexerit: quomodo hoc intelligatur.

F (margin)

G Ad secundum dicendum, quòd correctio fraterna reducitur ad aliquod præceptum decalogi, scilicet, ad præceptum de honorando parentes: quia honor non importat solùm exhibere reuerentiam in assurgendo eis: sed omnia beneficia, quæ parentibus exhibere tenemur: & ideo per hæc intelliguntur omnia beneficia, quæ tenentur impendere quibuscunque: expressit tamen Deus solũ de honore parentum: quia hoc apparet statutum cuique magis habere rationem debiti, quod in cœteris non apparet: & tamen in decalogo per Deum dato solùm ipse ponere voluit ea, in quibus manifestè apparebat ratio debiti ad illa seruanda, vt declaratum est Exo. 20. cap. circa beneficia alijs
H impendenda, non apparet tam manifestè ratio debiti: ideo illa non expressa sunt.

Ad tertium dicendum, quòd correctio fraterna sub præcepto cadit: & ideo omissio culpabilis est. Et tamen tripliciter potest omitti ista correctio. Vno modo propter bonum delinquentis, vt si putetur, quòd alio tempore opportunius corrigetur, vel quòd nunc non reciperet. Secundo modo propter affectum carnis, scilicet, timorem rerum ne pereant, aut rumpatur familiaritas, quam ad aliquem habemus, & potius tũc volumus, quòd frater maneat in peccato, etiam si posset per nostram admonitionem liberari, quàm quòd nos incurramus in hęc mala. Tertio modo quando non omittimus penitus correctionem fraternam, sed
I amor rerum istarum facit nos tardiores ad exequendum, quod non faceremus, si non essent nobis ista terrenarum rerum vincula. Primo modo omittitur meritoriè correctio, quia cùm finis correctionis sit emendatio fratris, quantomagis ad illam oculum habemus, tantomagis meremur: ideo sicut meremur corrigendo quando oportet, ita meremur differendo correctionem quando corrigi non expedit, vt alio tẽpore opportunius fiat. Secundo modo est peccatum mortale, quia directè ibi omittitur pręcepti impletio propter amorem rerum caducarum. Tertio modo peccatur venialiter: nam non totaliter omittitur pręceptum, sed tardiores efficimur in eius impletione. De primò dicit Augus. libro primo de Ciuitate Dei.
K Si autem propterea quisque obiurgandis, & corrigendis malè agentibus parcit, quia opportunius tempus inquiritur, vel eisdem ipsis metuit, nè deteriores efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam erudiendos impediant alios infirmos, & premant, atque auertant à fide, nõ videtur cupiditatis esse occasio, sed consilium charitatis. De secundò dicit Augustinus, ibidem, scilicet, plerumque enim à malis coercendis admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis malè dissimulatur, vel cùm laboris piget, vel cùm eorum inimicitias deuitamus, nè impediant, & noceant in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci nostra adhuc cupiditas appetit, siue quas amittere formidat infirmitas: & dicit, quòd malè dissimulatur, idest, cum peccato

Tripliciter potest omitti correctio fraterna.

Si correctio fraterna timore omittitur peccatum mortale.

peccato mortali, ficut alibi dicit malè diſſimulari, quãdo formidatur humanus dies, aut vulgi iudicium, vel carnis excruciatio ſiue peremptio. Iſta autem omiſſio licèt in prælatis, quibus competit ex officio correctio fraterna, ſit grauius peccatum: tamen etiam in alijs priuatis eſt peccatum mortale. Sic dicit Auguſtinus, vbi ſupra. Longè autem habent grauiorem cauſam Eccleſiarum præpoſiti, qui in Eccleſijs conſtituti ſunt, vt non parcant obiurgando peccata: nec tamen ideo ab huiuſcemodi culpa penitus alienus eſt, qui licèt præpoſitus non ſit in eis, tamen quibus vitæ huius neceſſitate coniungitur multa monenda, & arguenda nouit & negligit, & deuitans eorum defenſiones, quibus in hac vita, non indebitè vtitur, ſed pluſquam debuit delectatur. De tertiò idem Auguſtinus ſuper Epiſtolam ad Corinth. & in Decretis 25. diſtinct. cap. vnum. § alias eadem, vbi ponuntur peccata venialia dicitur, quòd quotiens aliquid tardius agimus, quàm agere deberemus, veniale eſt: ideo q non ceſſat à correctione fraterna penitus, ſed tardius, & remiſſius agit propter humanarum rerum amorem, venialiter peccat, & tamen iſti non omittunt correctionem pœnitus propter amorem, vel timorem rerum pereuntium, quia ſi conſtaret eis, quòd proximus ex eorum admonitione liberaretur à peccato, ipſi tamẽ paterentur in bonis, quæ amant: potius pati eligerent, quàm à correctione ceſſare, cùm charitatem fraternam præponant rebus, quas poſſident: & tali modo viri ſancti interdum remiſſius agunt circa fraternam correctionem, & tamen non ideo omittunt eam omnino, & ſic peccant venialiter, quod ſatis ſtat in viris perfectis, ſed non mortaliter.

Quotiens aliquid tardius agit, quàm agere debeamus veniale eſt.

Ad quartum dicendum, quòd in correctione fraterna, quanquam ex debito charitatis ſimus obligati, non tenemur inquirere quos corrigamus, ſed expectare, quòd ipſi nobis occurrant. Dicendum autem, quòd quando eſt aliquod debitum, quod eſt debitum certæ perſonæ, & certo modo, ſiue ſit temporale, ſiue ſpirituale, tenetur debitor quærere creditorem, ſiue eũ cuius eſt debitor, vt ſoluat: & de hoc debet habere ſolicitudinem. De temporali debito, vt in debitore, cui pecunia credita eſt patet: nam ſi tempus ſtatutum fuerit ad ſoluendum, non expectat debitor creditorẽ, vt pecuniam petat, ſed ipſe diligenter illum inquirit, quia dies ſtatuta interpellat pro homine. De ſpirituali debito patet, vt ſi cui incumbat ſpiritualis cura alicuius perſonæ, vel perſonarum determinatarum, vt erudiat illas in fide & moribus, vel corrigat de peccatis, non debet expectare, quòd illæ petant correctionem, vel eruditionem iſtam, ſed ipſe tenetur eas quærere ad impendendum debitum officij ſui, etiam ſi ipſę ſe ſubtrahant correctioni ſubterfugientes. Et hoc verum eſt, niſi in debito quod efficitur debitum petendo: nã licèt ſit debitum certæ perſonæ, non tenetur debitor quærere eum, cui debet offerendo debitum: ſic eſt in debito coniugali: nam certæ perſonę eſt debitum, ſcilicet, ſoli coniugi: & tamen non tenetur vnus coniugum offerre alteri, ſed exactus reddere: & hoc, quia in hoc debito eſt aliquid ſpeciale, ſcilicet, quòd petendo efficitur debitum, & non aliter: ideo non obligatur debitor offerre aliquid, ſed expectare petitionem, quia ante illam non eſt debitor determinatè. Beneficia autem, quæ ſunt debita certis perſonis, ſiue ſint ſpiritualia, ſiue temporalia, non ſunt impendenda quouſque occurrat nobis ille, cui debentur, licèt non petat. De corporali debito, vt in eleemoſyna corporali, quæ debita eſt omnibus pauperibus. Dicendum, quòd nõ oportet, quòd illos quæramus ad dandum eleemoſynam, ſed quòd demus occurrentibus nobis. De ſpirituali debito, vt de correctione fraterna, quam tene-

Vnus coniugum nõ tenetur alteri debitũ offerre, ſed exactus reddere debet.

A mur impendere omnibus fratribus peccantibus: non enim oportet, quòd inquiramus quos corrigamus, ſed hi, qui nobis occurrerint, corrigendi ſunt: dicuntur autem nobis occurrere illi, quibus viuendi ſorte coniungimur. Sic dicit Auguſt. libro de Ciuitate Dei. ſ. Non eſt tamẽ ab huiuſcemodi culpa alienus, qui licèt præpoſitus non ſit in eis: tamen quibus vitę huius neceſſitate coniungitur, multa monenda, & arguenda nouit, & negligit deuitans eorum defenſiones, quibus in hac vita non indebitè vtitur, ſed pluſquam debuit delectatur. In hoc autem tenendus eſt modus, ſcilicet, vt non ſimus tam ſoliciti, quòd quæramus quos arguamus, & inquiramus crimina, quæ non nouimus: neque rurſus tam negligentes ſimus, vt nemini impẽ-

Quis modus tenendus eſt inquirendo quos corrigamus.

B damus correctionem niſi petenti. De primo patet, quia dicit Auguſtinus libro de verbis Domini: Admonet nos dominus noſter non negligere inuicem peccata noſtra, non quærendo quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas: ideſt, non oportet, quòd nos inquiramus, an frater noſter habeat peccata, de quibus eum corrigamus, ſed quando viderimus peccata eius, tunc corrigamus: aliàs enim oporteret nos fieri inquiſitores vitæ alienæ, quod eſt inconueniens, & cõtra illud Prouerbiorum vigeſimo quarto. Nè quæras impietatem in domo iuſti, & non vaſtes requiem eius: & ita non ſequitur, quod dicebatur, quòd oporteret religioſis exire de clauſtris ad quærendum quos corrigerent, ſed ſi qui intra clauſtra eorum occurrerint eis

C corrigendi, illos corrigent. Secundum patet, quia eſſet contra rationem correctionis fraternæ, quòd expectaret quis delinquentem, vt ipſe peteret correctionem, quia iam non indigeret correctione, ſed ipſe ſe correxiſſet: poteſt enim quis veniam petere ab eo, quem offendit: correctionem autem petere non eſt poſſibile, quia correctio non eſt aliud, quàm emendatio, ſed emendatio non pertinet ad illum, qui de peccato dolet, & ceſſat ab eo. hoc autem per ſeipſum quis facit, & non recipit ab alio: ideo nemo ab alio petit correctionem, ſed modus eſt, vt quos viderit quis correctione egentes corrigat: etiam ſi ipſi correctionem non petant: imò & ſi illam detractent aliqualiter. Sed obijcietur, quòd non debeat quis corrigere ali-

D quem niſi petat, quia correctio fraterna eſt quoddam debitum ſpirituale incertæ perſonæ, ſicut eleemoſyna corporalis: ſed non tenetur quis dare, niſi pauperibus petentibus, ergo neque corrigere niſi petentes. Dicendum, quòd correctio fraterna non petenti debet impendi: ita enim neceſſe eſt: nam peti non poteſt, vt dictum eſt. Cùm autem dicitur de eleemoſyna corporali. Dicendum vno modo, quòd non eſt verum, quia etiam non petenti tenemur dare, quia ſæpè quis tanta tenetur verecundia, quòd potius mala ſuſtinebit, quàm cum rubore petat. Alij ſunt, qui egent: & tamen in tali loco fortè conſtituti ſunt, quòd petere non poſſunt, vt qui in carceribus detinentur. Aliter poteſt dici, quòd etiam ſi in paupere petitio commu-

Eleemoſyna faciẽda et non petẽtibus.

E niter attendatur ad dandum eleemoſynam: hoc tamen fit, quia per petitionem innoteſcit nobis eius paupertas, cùm aliquis ſit, qui ex habitu pauper putatur, qui non eſt, & alius, qui non iudicatur ex habitu, in veritate tamen pauper eſt, & ideo in iſtis expectatur petitio, quæ eſt manifeſtatiua indigentiæ: conſtituto autem in indigentia non eſt opus petitione. In correctione autem fraterna indigentia eſt permanſio in peccato, ideo poſtquam conſtat nobis, quòd aliquis manet in peccato, non eſt nobis opus amplius, vt petat correctionem. Tertiò, & præcipuè, quia cum paupertate corporali ſtat petitio. Nam etiam ſi pauper petat, non tollitur paupertas, & tamen cum petitione correctionis non ſtat indigẽtia correctionis: qui enim corre-

correctionem petit, iam correctione nõ indiget, cùm recesserit à peccato, vt ostensum est supra: & ideo correctio non potest dari petẽti, sed necesse est, quòd corrigens se offerat delinquenti: & ita dixit Christus: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: & ita corripiens ire tenetur. In eleemosyna autem corporali non dicitur, quòd eat, quia satis est dare petenti, vel ei, quem viderimus manifestè indigentem.

Ad quintum dicendum, quòd correctio cadit sub præcepto: & tamen non fit, quando sequitur scandalum: correctio autem iudicialis nõ omittitur propter scandalum. Ratio differentiæ est, quia iudicialis correctio fit ad bonum publicum, & ideo etiam si ille, qui corrigitur, efficiatur deterior, cùm vtile sit communitati illum puniri punietur: correctio autem fraterna fit propter bonum fratris, scilicet, vt à peccato emendentur, & intantum est sub præcepto inquantũ per eam creditur, quòd emendabitur frater. Quando autem creditur, quòd non emendabitur, non est sub præcepto: imò si scandalum creditur secuturum, & deterior futurus, qui corrigitur, potius est sub præcepto, quòd non corrigamus talem, quia per hoc læderemus charitatem, quam nos conseruare quantum possumus in proximo tenemur.

Iudicialis correctio ꝓpter scãdalum nõ dimitti debet.

Ad sextum dicendum, quòd non est verum, quòd stulti sint infiniti, quia omnes homines simul nõ sunt infiniti: ergo à fortiori mali non sunt infiniti, sed vocantur infiniti, idest multi. Et cùm dicitur, quòd stulti difficile corriguntur. Dicendum, quòd verum est, quantum ad illos, qui in peccatis obstinati sunt, & potissimè illi, quos Deus despexerit, vt dictum est supra in solutione primi argumenti: tales autem magis per iudicialem censuram, quàm per fraternam correctionem emendantur. Accipiendo tamen de alijs, qui non difficiliter corriguntur, etiam si non sint infiniti. Dicendum, quòd correctio omnium illorum nõ pertinet ad vnum aliquem, quia nemo est vbique, & non obligatur discurrere ad quærendum quos corrigat, sed eos, qui sibi occurrerint, quos viderit corrigendos debet corrigere, illi verò dicuntur nobis occurrere, qui forte viuendi nobis coniuncti sunt, vt ait Augustinus libro de Verbis Domini: & hoc modo facilis est, aut saltem possibilis correctio delinquentium.

Ad septimum dicendum, quòd sub præcepto est correctio, & omittens peccat mortaliter, & interdum licèt non agat ex contemptu. Nam tribus modis omittitur correctio, & secundus eorum est peccatum mortale, vt dictum est supra in solutione tertij argumenti: & tamen ibi non fit ex contemptu, sed ex cupiditate, amore, vel timore circa ista caduca. Et dicendum, quòd quicunque peccat mortaliter, agit contra charitatem immediatè, cùm peccando faciat id, quod est contrarium charitati: & tamen loquendo propriè non semper peccans mortaliter, agit directè contra charitatem, sed tunc solùm, quando intendit contra charitatem agere, vt contingit in his, qui peccant ex malitia, & sic qui ex contemptu agit, agit immediatè contra charitatem, & directè cõtra illam, qui verò ex passione aliqua, vel ex ignorantia, quæ tamen non excusat, peccat, agit immediatè contra charitatem, non tamen directè contra illam, cùm non peccet ex malitia.

Non semꝑ peccans mortaliter agit cõtra charitatem.

Ad octauum dicẽdum vno modo, quòd correctio fraterna, quæ fit per sola verba est efficax circa illos, pro quibus est, datur quippè pro illis, qui non sunt duri: tales enim benè suadentur sermone, qui verò duri sunt, non verbo ducuntur, sed verbere coercendi sunt, & contra tales est conueniens correctio iudicialis, quę etiam sine Dei auxilio non sufficit vitia extirpare.

F Aliter potest dici, quòd præcepta Dei sunt sufficientia ad deducendum ad finem intentum: & tamen non oportet, quòd per quodlibet præceptum sufficienter deducatur finis intentus. Nam si esset vnicum præceptum Dei, oporteret per illud deduci ad finem intentum, aliàs esset superuacuum: & tamen sunt multa præcepta: ideo licèt non deducatur finis per quodlibet, dum tamen deducatur per omnia, singulis sufficiens est: ita in proposito ad emendationem delicti sũt duæ correctiones, scilicet, fraterna, & iudicialis: si enĩ sola fraterna esset, & non sufficeret tollere vitia, esset inconuenienter factum, est tamen vltra eam iudicialis correctio, & quæ non corriguntur fraterna correctione, cogentur emendari iudiciali punitione: & ita ambæ simul sufficiunt, licèt vna tantùm non sufficiat.

G Aliter potest dici, & adhuc cõuenientius, quòd quodlibet præceptum Dei est sufficiens ad deducendum ad finem intentum: & tamen, quòd non deducat, non est defectus in eo, sed in nobis. Nam præcepta dantur nobis secundùm conditionem nostram, idest, seruando libertatem arbitrij, non enim ponit Deus necessitatem absolutam ad hoc, quòd boni simus, sed ponit regulas, per quas boni efficiamur, quæ non cogunt nos bonos fieri: non tamen vocatur lex insufficiens, quia non cogit hominem bonum fieri, sed quia non tradit sufficientem viam, & doctrinam, per quam homo regulatus bonus efficiatur. Pręcepta autem Christi, ita sunt ordinatè, & completè tradita, quòd volenti

H viuere per ea, nihil perfectionis deerit: & tamen nolentem non cogunt: & ita est de correctione fraterna, quia si sequi vellent eam delinquentes, erat sufficiens remedium ad tollenda omnia vitia. Si autem sequi nolunt, non prodest eis, & ita possunt mali totam legẽ inutiliter facere, quia eos inuitos non facit bonos.

Ad nonum dicendum, quòd correctio fraterna est sub præcepto quantum ad omnia peccata, siue quantum ad ea, quæ sunt contra nos, siue contra Deum: imò tanto magis corrigere debemus delinquentem contra Deum, quàm contra nos, quanto maius peccatum est contra Deum, quàm contra hominem, & magis læditur charitas, & salus delinquentis in illo.

I Ad auctoritatem Hieronymi, dicendum, quòd non sunt peccata contra Deum nostri arbitrij ad dimittendum ea peccantibus, sed hoc pertinet ad Deum, contra quem facta sunt: dimittere autem peccata, quæ contra nos facta sunt, est nostri arbitrij, idest, potestatis, sed arbitrij nostri est corrigere fratrem de peccato, quod facit contra Deum, & punire si fuerimus iudices. Sic intelligit Hieronymus, vt patet ex verbis eius, scilicet: Sciẽdum, quòd si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, imò necessitatem, qua præcipitur, vt debitoribus nostris debita dimittamus. Si autem quis in Deum peccauerit, non est nostri arbitrij, idest, non habemus potestatem dimittendi, & sequitur: Nos autem è contrario in Dei iniurijs benigni sumus,

K in nostris contumelijs exercemus odia. Sed obijcietur, quòd ad peccata facta contra Deum, non se extendat correctio fraterna, quia dicitur: Si peccauerit in te frater tuus: & tamen quando peccat in Deum, non peccat in nos, cùm sint distincta peccata, quæ fiunt contra Deum, & contra homines. Dicendum, quòd peccata secundùm se distincta sunt: & tamen siquis peccat in Deum vidente alio, scandalizat eum, & quia scandalum est offensio quædam: ad Romanos decimo quarto: Vbi scandalum & offensio ponuntur pro eodem: ideo, qui sic peccat in Deum sciente proximo, iam peccat in proximum, cùm eum offenderit, & ita illud est peccatum contra Deum, & contra hominem: contra Deum quidem inquantum est contra

hono-

honorem eius: contra hominem verò inquantum offendit eum: & ideo circa talia peccata competit correctio fraterna: ſiquis verò ita peccauerit in Deum, quòd nemo nouerit, non eſt ibi fraterna correctio, quia contra neminem peccat, cùm nemo illud nouerit.

Ad decimum dicendum, quòd qui corrigit alium exiſtens in peccato mortali ſemper quodammodo condemnat ſeipſum, ideſt ſemper condemnationem ſuam pronunciat: non tamen ſemper damnationem accumulat, ideſt qui in peccato exiſtens corrigit alterum: corrigendo oſtendit ſemper ſe peccaſſe, de quo meretur quandam damnationem: non tamen ſemper peccat corrigendo. Et eſt verum, q' non peccat corrigendo, ſi ipſe eſt in minori peccato, B & corrigit delinquentem de maiori: vel cùm eſt in peccato occulto, & arguit de peccato publico delinquentem: vel cùm eſt etiam ipſe in peccato publico, ſicut alius, vel in peccato æquali: & arguendo alium non contemnit eum: neque etim peccata propria cõtemnit quaſi nulla ſint: & peccata aliena arguit quaſi magna: ſed congemiſcit inuitando ſe, & illum ad idẽ genus ſatisfactionis, & talis correctio eſt ſine peccato: quia vt dicit Greg. 5. Mora. ꝙ cum homo teneatur diligere proximum ſicut ſeipſum, ita tenetur peccata illius corrigere ſicut propria. Si autem exiſtens in peccato æquali, vel in publico arguat cum ſuperbia quaſi contemnens peccata propria, & arguens aliena: tunc acquirit damnationem, ideſt peccat mortaliter, C quia ex odio agit aut ad oſtentationem: ſic dicitur ſupra ſeptimo cap. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quę in oculo tuo eſt, non vides: hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo: & ita dãnatur ibi de hyprocriſi, qui talia facit: & tamen agere ex hypocriſi eſt vt ſæpe peccatum mortale: ideo iſte acquirit condemnationem, etiam quando quis eſt in peccato manifeſto, & alium vult corrigere: & credit, quòd ſequetur ſcandalum corrigendo: ſi corrigat acquirit damnationem propter ſcandalum actiuum.

Ad vndecimum dicendum, quòd peccatum mortale non abſoluit quemquam à debito obſeruantiæ præcepti Dei: ſed inquantum corrigere eſt aliquid honoris, redditur indignus ad alium corrigendum, qui D ſeipſum non corrigit: non tamen eſt ibi proplexitas, quaſi ſit aliquis obligatus ad faciendum aliquid quod faciendo peccet mortaliter, quia qui eſt in peccato mortali obligatur corrigere fratrem, quia obligatur deponere peccatum mortale: & tunc poterit digne corrigere fratrem, iuxta illud, ſupra ſeptimo capitu. Eiice primum trabem de oculo tuo, & tũc videbis eiicere feſtucam, quæ eſt in oculo fratris tui.

Ad duodecimum dicendum, quòd argumentum non tenet, ſcilicet, ſi ſub pręcepto eſt, ad omnes pertinet, quia aliqua ſunt pręcepta Dei, quæ pertinent ad ſolum vnum ſtatum hominum: ſicut tam in noua, quàm in veteri lege dantur quędam præcepta ſacerdotibus, & Epiſcopis, quę non obligant alios homi- E nes: & quędam ſeruis, alia dominis, alia filiis, alia parentibus, vt ad Ephe. ſexto cap. & quæ ſunt ad quoſdam non ſunt ad alios: ita poterat eſſe de correctione fraterna, quòd pertineret ad quendam ſtatum hominum, & non ad omnes. Et tamen dicendum quòd correctio pertinet ad omnes. Et cùm dicitur, quòd ad ſolos pręlatos pertinet: dicendum, ꝙ correctio iudicialis pertinet ad ſolos pręlatos, ideſt ad eos, qui pręſunt aliis, quales ſunt omnes iudices: correctio autem fraterna ad oẽs pertinet: & tamen magis ad pręlatos quàm ad cęteros, vt dicit Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei. Et cùm dicitur, quòd in natura A inferiora mouentur per ſuperiora. Dicendum, quòd ita etiam eſt in moralibus: & tamen quilibet homo eſt quodam modo maior alio, & quodam modo minor: nam qui non eſt in peccato, eſt maior eo, qui eſt in peccato: & ita nemo eſt, qui interdum corrigi non poſſit: & nemo cui interdum corrigere alterum non competat.

Ad tertiumdecimum dicendum, quòd omnibus impendendum eſt debitum correctionis, quos ſciuerimus delinquentes, & putauerimus per noſtram ad monitionem poſſe emendari: & ita ſubditi corrigent prælatos. Et cùm dicitur: ſeniorem ne increpaueris: non prohibetur correctio fraterna circa prælatos: ſed dicitur quòd non fiat cũ duricie aut ſuperbia vel obiurgatione, quod eſt increpare: ſed fiat reuerenter & cum manſuetudine, quod apoſtolus dicit faciendum, ſcilicet, ſeniorem ne increpaueris, ſed obſecra tanquam patrem: & tunc qui ſuperior eſt non poterit exaſperari, quia non tractatur irreuerenter. Demophilus autem monachus increpatur à Dionyſio, quia durè corripuit ſacerdotem percutiens eum, & de eccleſia eiiciens.

Ad quartumdecimum dicendum, quòd ex correctione fraterna non ſequitur pacis turbatio: ſed ſicut ordinatur ad charitatem, ita procuratur charitas fratris perdita per correctionem: & pax nullo modo turbatur, ſi correctio fiat obſeruatis debitis circumſtantiis: & tunc ſolùm eſt actus virtutis: & conſequenter ſub prę cepto: quando autem non concurrunt debitæ circunſtantię, non eſt actus virtutis: ideo tunc non eſt ſub prę cepto: ſed magis contra præceptum cùm ſciamus ex tali actu mala ſecutura.

An ſit ceßandum à corretione propter timorem.

Quæſt. XCVI.

QVAERETVR, an ceſſandum ſit à corectione propter timorem ne correctus efficiatur deterior, aut propter timorem ſcandali alicuius.

Aliqui dicunt quòd non, quia peccatum eſt quædam infirmitas vel languor animarum: vt Boetius ait, & illud Pſa 6. Miſerere mei dñe, q̃m infirmus ſũ ſ. infirmitate peccati: & tamen in corporali ægritudine ille, cui imminet cura de ęgri curatione, non debet ceſſare à correctione eius, licèt ille contradicat, quia tunc eſſet maius periculum: ſicut in furioſis, qui curari non volunt: ergo à fortiori in peccato non debet ceſſari à corectione delinquentis: licèt ille ex hoc exaſpereret. Secundò, quia vt ait Hiero. & etiam Grego. vtilius ſcãdalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur: tamen obſeruatio præceptorum Dei pertinet ad veritatem vitæ: ideo non eſt dimittenda executio propter ſcãdalum in illis: ſed correctio fraterna cadit ſub præcepto, vt dictum eſt præcedenti quæſt. ergo non eſt ceſſandum ab ea propter ſcandalum. Tertiò, quia, vt ait apoſtolus ad Romanos tertio, non ſunt facienda mala, , vt veniant bona: ita non ſunt dimittenda bona, ne veniant mala: ſed correctio fraterna bonum quoddam eſt, ergo non eſt dimittenda propter timorem, ne veniant mala, ideſt ne caſtigatus efficiatur deterior. Quartò, quia debemus imitari Deum in operibus noſtris. ad Ephæſios quinto. Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſſimi: & tamen Deus non ceſſat infundere animam corpori, licèt ex coniunctione eorum ſequatur infectio damnabilis: ergo nec nos debemus ceſſare à correctione fraterna, licèt correctus efficiatur deterior. Quintò, quia Ezechie. tertio dicitur: Si annun-

annunciaueris impio, & non fuerit conuersus, in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuam liberasti: ergo vt nos liberemus animas nostras, non est cessandum à correctione fraterna, etiam si correctus deterior efficiatur, & moriatur in iniquitate sua. Sextò, quia vniuersalior est correctio fraterna quàm iudicialis: & tamen à correctione iudiciali non cessat iudex, etiam si correctus efficiatur deterior: ergo neq; cessandum est à correctione fraterna, licèt efficiatur deterior correctus.

Dicendum, quòd correctio fraterna dimittenda est si malum ex ea sequitur. Pro quo sciendum, quòd duplex ex correctio, vna iudicialis pertinens ad prælatos, & iudices: alia autem fraterna pertinens ad omnes: finis primæ correctionis est bonum commune: G finis autem secundæ est bonum delinquentis. Prima etiam habet vim coactiuam: & ista non est omittenda propter turbationem eius, qui corripitur. Primò, quia aliquis punitur, vt non peccet, & licèt quis habens animum seruilem vitiis deditum non emendetur sponte, emendabitur per pęnas, si per eas cogetur dimittere peccatum: quia maius malum erit ei tristitia illata per pœnam, quàm sit delectatio consequens ex actu peccati: & ideo non est cessandum, cùm iste possit effici bonus. Secundò, quia dato, ꝙ sit incorrigibilis etiam per pęnas: prouidetur tamen bono publico, cùm seruatur ordo iustitiæ in isto retribuendo ei pęnam pro peccato. Etiam, quia exemplo istius publicè puniti deterrentur alij ne peccent. & insuper H ille qui est incorrigibilis pręciditur de republica, vel per mortem, vel per exilium, vel per perpetuam incarcerationem: et iam nemini nocere potest: quod est vtile reipublicæ: ideo iudex non dimittit ferre sententiam condemnationis in peccantem propter timorem turbationis eius, vel amicorum ipsius. Correctio autem fraterna non habet vim coactiuam, sed solis verbis admonitoriis vtitur. Et hoc propter duo. Primò, quia pertinet ad quemlibet corrigere fraternaliter: & tamen potestas puniendi non est cuilibet tribuenda, quia hoc esset turbare omnia: quod non esset faciendum. Secundò, quia correctio fraterna fit solùm propter bonum delinquentis, & non propter bonum publicum: & tamen dare vim coactiuã I non proficeret ad vtilitatem delinquentis. Nam pęna non est via ad virtutem, ideo pęna non est in correctione fraterna: & tamen præcedens ratio melior est: ideo cùm sola causa correctionis fraternæ sit emendatio delinquentis, si probabiliter crederetur, quòd aliquis ex correctione scandalizaretur, & deterior efficeretur, cessandum esset ab admonitione, et correctione, cùm tunc cesset causa admonitionis: imò esset contra præceptum admonere tunc: nam recuperatio charitatis est causa correctionis, ergo si magis lęditur ex correctione, obligamur ex præcepto nõ corrigere.

Ad primum dicendum, siquis in furiam versus curari nolit, vel timens dolores curationis eligat non curari: medicus vtitur contra hunc violentia quadã, K quia constat illum mala velle: & ista coactio assimilatur correctioni iudiciali, quæ habet vim coactiuam, & non correctioni fraternæ, quæ neminem coercet. Sed dicetur, quare non apponitur violentia in curatione spirituali sicut in corporali, cùm sit magis necessaria spiritualis curatio.

Dicendum quòd ratio est, quia in curatione corporali potest quis inuitus curari, & sanabitur inuitus: in spirituali autem curatione non accidit. Nam nemo inuitus potest esse bonus: cùm bonitas proueniat ex principio electiuo, quod liberum est a correctione; ideo siquis conetur aliquem inuitum facere bo- F num, poterit eum facere deteriorem, sed non faciet bonum: ideo non est coactio apponenda in his. Si autem inuitus posset quis effici bonus, maior coactio apponeretur quàm circa curationem corporalem. Sed tunc dicetur: si nemo potest effici bonus inuitus, cur infliguntur penæ peccantibus?

Dicendum, quòd magis infliguntur in ordine ad bonum publicum quàm ad bonum peccantis, scilicet quia licèt pęna non det bonitatem neque auferat iniquitatem animæ: cogit tamen cessare per timorem ab actibus malis exterioribus: & hoc prodest reipublicæ: licèt nõ reddat bonum ipsum cessantem à malo exteriori.

Ad secundum dicendum, quòd correctio fraterna cadit sub præcepto, & pertinet ad veritatem vitæ secundùm quòd est actus virtutis: sed hoc non accidit nisi cum debitis circunstantiis, secundùm quas concordat fini, propter quem fit, scilicet ad emendationem fratris: cùm autem non concurrunt istæ circunstantię, neque concordat fini, sed magis ipsa correctio est impeditiua finis, non est actus virtutis, sed magis contra virtutem: ideo non cadit sub præcepto, sed est contra præceptum tunc corrigere: & ideo quandiu correctio fraterna est sub præcepto, non cessatur ab ea propter scandalum: sicut neque ab actuali alicuius præcepti: sed quia si scandalum sequatur, iam non est emendatio, sed potius deterioratio eius, qui scandalizatur: & ita cessat causa, propter quam correctio fraterna pręcipitur: & consequenter illa cessat esse sub præcepto: & ideo cessamus nos ab illa quando fit cum scandalo, non quia fit sic cum scandalo, sed quia non est sub præcepto, sed potius contra pręceptum.

Ad tertium dici potest vno modo, quòd non est simile de malo & de bono: nam malum semper habet rationem mali, ideo nunquam est faciendum siue sequatur inde bonum siue non, quia cauere malũ est de necessitate salutis: ideo pro nulla re debet fieri malum, imò neque consentire malo, vt Augustinus ait, quia melius est omnia mala pati, quàm malo, consentire. & Aristot. tertio Ethicorum, Ad quædam autem fortassis non est cogi, sed magis mori patientem durissima. De bono sec⁹ est, quia facere bonum non cadit sub necessitate, sicut cauere malum; nam omne peccatum euitare obligamur, & tamen non obligamur ad omnem actum virtutis: ideo quædam bona omittimus non peccando, etiam si pro nulla causa omittamus; nisi quia agere noluimus sicut sunt opera consiliorum. Secundò potest dici, quòd etiam circa bona, quæ sunt aliàs necessaria, est cessandum ab illis, si malum inde sequatur directè. Nam qui directè dat causam mali, ipse videtur facere malũ. et tamen malum cauendum est omnibus modis; ideo non est faciendum illis bonum, ex quo directè sequitur malum. Tertiò dicendum, & magis in particulari, ꝙ circa correctionem fraternam si sequatur scandalum, vel deterioratio eius qui corrigitur, si cessemus ab ea, non cessamus à bono, sed magis à malo, q̃a correctio cùm deterioratione nõ habet rationem alicuius boni: cùm directè sit hoc contra finem correctionis, qui est emendatio fratris: & ideo non solùm est licitum cessare tunc à correctione, sed est necessarium: secus autem est de quibusdam aliis rebus, quæ bona sunt: licèt indirectè, vel per accidens sequatur malum ex illis: quia tunc bonum faciendo, malum sequitur: sed hic non sequitur malum ex bono, sed ex malo, quia iam patet correctionem illam esse malam: cùm repugnet fratri suo, à quo bonitatem accipere debebat.

Ad quartum dicendum, quòd imitari debemus

mus Deum inquantum possumus: & ipse imitari nobis eum iussit. Et cùm dicitur de infusione animæ. Dicendum, quòd nō debemus nos in moralibus imitari Deum agentem circa naturalia, quia naturalia, & moralia non sunt eiusdem generis: ideo non est inter illa similitudo omnimoda: moralia enim præsupponuntur naturalia, sicut esse præsupponitur ad operari: ideo naturalia nunquam sunt omittenda propter malum, quod sequitur in moralibus, quæ posteriora sunt: licèt vnum morale omittendum sit ꝓpter aliud: sicut nemo debet subtrahere sibi cibum ad abbreuiandum vitam, ne incidat in peccata, quæ incidere timet diu viuendo. Non est enim vita, quæ est aliquid naturale, auferenda propter quodcunque malum morale quod in ea timeatur: & tamen in moralibus vnum bonum omittitur, vt non sequatur malum. Infusio autem animę est aliquid naturale, quia est principium totius esse naturalis humani: ideo licèt sequatur inde malum morale, idest infectio damnabilis: non cessat Deus ab illa infusione. Correctio est bonum aliquod morale: ideo si timetur inde malū aliquod morale euenturum, rationabiliter cessari potest, & debet à correctione.

Ad quintum dicendum, quòd illud intelligitur de prædicatione, & non de correctione fraterna. Est autem prædicatio necessaria, quia est officium prælatorum. & dato quòd ipsi sciant, ꝙ populus non proficiat ex doctrina eorum: nihilominus tenetur prædicare, vt ipse agat officium suum: & etiam vt non tollatur profectus, qui sequi poterat prędicando: quia licèt quidam non proficiant, alij tamen proficient. Etiam quia prędicatio in prælato est spirituale debitū determinatum: ideo reddendum est, etiam si non videatur profectus ex illo: maximè quia non dicit Ezechiel, quòd annunciandum sit: imò etiam in casu, in quo ex annunciatione deterior efficiatur: nam aliud est, ꝙ non proficiat: aliud ꝙ deterior efficiatur. Nam si probabiliter quis sciret, quòd ex prędicatione sua deteriores fierent aliqui: cessandum erat à prędicatione nisi forte esset scandalum pharisęorum, scilicet quia videntes bona opera alicuius inuiderent, & per hoc peccarent mortaliter: nam tale scandalū contemnendum est. De correctione autem non dicitur, quòd cesset quis ab ea, quando videt, quòd non proficit, sed quando non solùm non proficit, sed etiam efficitur deterior correctus: nam aliàs cùm non efficitur deterior neque exasperatur: etiam si nondum proficiat spes est de profectu, & non est tunc cessandum à correctione.

Ad sextum dicendum, quòd vniuersalior est correctio fraterna quàm iudicialis, & tamen iudicialis magis determinatè cadit sub pręcepto quàm fraterna: & hoc quia iudicialis fit propter bonum publicum: fraterna autem propter bonum delinquentis. Contingit autem sępe ex correctione sequi malum in correcto: ideo tunc non debet esse fraterna. Ex iudiciali autem correctione nunquam, vt communiter, sequitur malum publicum, sed potius ex omissione eius: ideo etiam si turbetur, qui corrigitur, non est cessandum à correctione. Accidit tamen interdum, quòd ex punitione iudiciali alicuius peccati sequitur scandalum, & malum in republica: & tunc qui pręest reipublicæ cessare debet à correctione: licèt fortè bonum esset ipsi delinquenti ꝙ puniretur, quia qui præest non attendit bonum, vel malum delinquentis, sed reipublicę.

A *An ordo correctionis cadat sub præcepto, scilicet fratrem secretè corripere. Quæst. XCVII.*

QVAERETVR, nunc circa ordinem, qui tenetur in correctione. nam dicitur corripe eum inter te, & ipsum solum: quod significat secretam admonitionem: & est dubium an cadat sub præcepto tenere istum ordinem in correctione: sicut cadit sub præcepto corrigere delinquentem: & potissimè, quia dicitur, quòd corrigatur secretè per secretam admonitionem præcedentem. Aliqui dicunt, quòd non cadit sub præcepto iste ordo: in operibus enim virtutum præcipuè in charitate imitari debem⁹ Deū. Ad Ephe. quinto, imitatores Dei estote sicut filij cha- B rissimi, & ambulate in dilectione. Sed Deus interdum punit hominem pro peccato, non præcedente secreta admonitione ad denunciationem: ergo ita licèt nobis facere. Secundò, quia dicitur primo ad Timo. quinto. Peccantem coram omnibus argue: ergo non debet præcedere admonitio in secreto. Sed dicunt aliqui, quòd hoc est, quia prius debet admoneri: deinde denunciari, & argui coram omnibus. Hoc tamen videtur non stare, quia si dicimus in secreto, quia peccatum occultum est, videtur quòd etiam si non corrigatur debeat taceri delictum, quia aliàs magis esset iste peccatoris proditor quàm corrector, quod Augustinus damnat: ergo si Ecclesiæ aliquid dicendum est, videtur saltem quòd non sit hoc in pec- C catis occultis: & ita iste ordo correctionis non habebit locum in peccatis occultis. Tertiò, quia dicit Augustinus lib. Contra mendacium, quòd ex gestis sanctorū potest intelligi qualiter sint præcepta sacræ scripturæ intelligenda, sed in gestis sanctorum inuenitur facta publica denunciatio sine aliqua secreta admonitione præcedente, ergo nobis licebit sic facere. Patet hoc de Petro, qui Act. quinto publicauit peccatum Ananiæ & Saphiræ, qui occulte fraudauerant de præcio agri, dicens illud coram omnibus nulla secreta admonitione præcedente: ergo non est de necessitate præcepti pręcedere admonitionem. Quartò, quia omnis actio Christi est instructio nostra. Ioan. decimo tertio, Exemplum enim dedi vobis, D vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis: sed Christus non legitur admonuisse Iudam secretè antequā peccatum eius publicè denunciaret: ergo neque nos obligabimur præmittere secretam admonitionem. Quintò, quia Ioseph fuit vir sanctus, ipse tamen peccatum fratrum suorum publicauit denuncians patri: & non legimus pręcessisse admonitionem secretam: vt patet Gene. trigesimo septimo: ergo & nobis idem facere licebit. Sextò, quia accusatio est grauior quàm denunciatio, quæ fit iudici, vel Ecclesiæ: & tamen ad accusationem non oportet, ꝙ præcedat aliqua admonitio secreta, sed solùm præcedere debet inscriptio. extra de iudic. capitu. qualiter, & quando: ergo denunciatio fieri poterit sine E secreta admonitione. Septimò, quia quodlibet pręterire in omni casu non cadit sub præcepto, & tamen in quolibet casu videtur, quod liceat homini omittere secretam admonitionem, quia in quolibet peccato potest quis intendere commune bonum, & sic procedere ad accusationem sine præcedente denunciatione, ergo non cadit sub præcepto præcedere secretam admonitionem. Octauò, quia non videtur probabile, quòd id, quod habet communis consuetudo religionum, sit peccatum, sed talis est communis in omnibus religionibus, quòd in capitulis proclamant aliqui culpas aliorum non præcedente admonitione secreta, ergo non videtur esse de necessitate pręcedere illam.

Nonò quia, vt dicit Augustinus quarto, de Doctrina F Christiana: eadem rotunditas est in paruo disco, et in magno disco: ita eadem ratio est iustitiæ in magnis rebus, & in paruis rebus. Si igitur, vt aliqui volunt, nō requireretur in paruis peccatis admonitio præcedens: ergo neque in magnis, vel in omnibus requireretur: & tamen in paruis non requiritur, vt habet consuetudo religionum: ergo in nullis peccatis requiritur precedere admonitionem secretam. Decimò, quia si deberet secreta admonitio præcedere ad denunciationem: oporteret, quòd intercideret aliquanta mora inter vtrunque: sed interdum talis mora est ita periculosa, quòd non potest postea sufficiēs remedium adhiberi: vt si quis tractauerit de perditione ciuitatis cum hostibus, vel si sit aliquis hæreticus in grege do- G mini seducens alios à fide, ergo videtur quòd non debeat præcedere secreta admonitio. Vndecimò, quia triplex est agens, scilicet naturale, artificiale, & per gratiam siue per charitatem: agens autem naturale agit meliori modo quo potest, similiter & artificiale: ideo sic etiam faciet agens ex charitate; sic est corripiens fratrem, ergo facit melius quod potest: sed melius est, quòd faciat publicè, quia magis proderit sic multitudini, eo quòd exemplo illius castigati alij corripientur: bonum aut publicum est magis, & diuinius quàm priuatum, primo Ethicorum: ergo melius est quòd statim arguatur quis, vt peccauerit, & hoc publicè denunciando, quàm præmittere admonitionē secretam. Duodecimò, quia ita est peccator in Eccle- H sia, sicut membrum putridum in corpore: & tamen non refert qualiter medicus præcidat putridum mēbrum: dum tamen præcidat illud ne sequatur corruptio in corpore: ergo dum corripiatur peccans ne alios inficiat non refert, an publicè vel occultè fiat. Tertiodecimò, quia subditi tenentur obedire suis prelatis: maximè illi, qui expresse obedientiam vouerunt, sicut religiosi, & tamen prælati sui dicunt eis interdum in communi, vel alicui in speciali, quòd dicant sibi peccata aliquorum, vel si quid sciunt corrigēdum circa illos, ergo tenebuntur dicere, & ibi præcederet denunciatio ad secretam admonitionem, quia nulla præcessit: ita ergo nobis licebit. Quartodecimò, quia Glosa super illo verbo, corripe eum I & cæt. dicit, quòd arguendus est quis zelo iustitię, idest sicut iustitię conuenit: & tamen iustitia est virtus pręclarissima tanquam lucifer aut hesperus. quinto Ethicorum: ergo clarissimè, & non in secreto proximus arguendus est. Quintodecimò, quia ad iustitiam pertinet retribuere pro meritis, & tamen qui peccauit factus est ex hoc ipso inglorius apud Deum, ergo meretur quòd ei auferatur gloria, idest fama coram hominibus, quod fit per publicam denunciationem delicti eius sine alia admonitione. Sextodecimò, quia preceptum Christi non contrariatur alicui alteri pręcepto eius, vel consilio: & tamen Luc. 6. dicitur: Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas: & tamen interdum non potest fieri correctio, et admonitio sine repetitione: vt cùm quis rapuit alteri bona sua, & detinet K illa, & qui passus est damnum admonet raptorem: ergo non debet semper præcedere monitio, quia aliàs repugnaret illi præcepto. Decimo septimò, quia omni tpe licet reddere bonum pro malo, & omni loco, & omni mō: & tn̄ corripere delinquentes, est reddere eis bonum pro malo, vt dicit Augustinus lib. tertio de Libero Arbitrio: Cùm corripiuntur inquieti, redditur eis bonum pro malo. ergo licebit illos corrigere omni modo, idest siue præcedente admonitione secreta, siue non. Decimo octauò, quia leges fiunt ad ea, quæ sæpe accidunt: non ad ea, quę vt rarò. ff. de legibus. nam ad ea. & tamen rarò accidit, quòd propter hoc quòd alicui auferatur fama detegendo peccatum illius, efficiatur deterior: sed vt communiter efficitur melior, qui infamatur, vt auferat maculam infamiæ: ergo non est sub præcepto, quòd præcedat admonitio. Decimo nonò, quia dicit Hieronymus, quòd si peccauerit quis in Deum, non est nostri arbitri, ergo saltem quantum ad peccata, quæ fiunt in Deum non tenebitur ista forma correctionis. Vicesimò quia Christus dixit: si te audierit lucratus eris fratrem tuum. sed non est adhuc corrigens lucratus delinquentem, si solùm audiat, idest exaudiat peccans corrigentem recedendo à peccato, si multa grauia peccata commiserat: sed multa alia requiruntur ad hoc quòd peccans perueniat ad salutem, quod est lucratum esse fratrem; ergo non sufficit iste ordo circa grauia peccata: & ita tenebitur alius ordo. Vicesimo primò, quia dicitur Eccle. decimo nono. Audisti verbum aduersus prximum tuum? commoriatur in te, fidens quòd te non dirumpet: non est ergo peccatum alicuius denunciandum aliis: & ita non tenebitur ordo, qui tenebitur hic.

Dicendum, quòd ordo correctionis fraternæ accidit sub præcepto in casu, in quo ipsa correctio est sub præcepto: nam vt dictum est, scilicet quæst. 95. interdum correctio fraterna cadit sub præcepto, & interdum non: imò magis est contra pręceptum corrigere fratrem, vt cùm efficitur deterior: & quando nō est corrigendus nullus ordo manet, cùm ille ordo sit cōditio actus, qui actus nunc non est. Quando autem est correctio sub præcepto, est etiam sub præcepto obseruare ordinem traditum hic à Christo: & maxime quantum ad secretam admonitionem præcedentem. Dicit enim August. lib. de Verbis Domini. exponens illud, corripe eum inter te, & ipsum solum, ait: studēs, scilicet correctioni, parcens pudori: fortè enim prę verecundia incipiet defendere peccatum suum, & quē vis facere meliorem, facies peiorem. Et tamen tenemur ad hoc ex præcepto charitatis, vt caueamus quātum est in nobis, ne proximus efficiatur deterior: ergo ordo correctionis huius cadit sub pręcepto. Item quia Glosa super illo verbo, si peccauerit, dicit: hoc ordine scandala vitare debemus: & tamen vitare scandala cadit sub præcepto, supra in litera, & ad Roma. 14. ergo tenemur sub præcepto ad hunc ordinem correctionis. Sed quia dubium est hoc principaliter: an debeat pręcedere secreta monitio ad publicam denūciationem.

Dicendum, quòd aut peccata sunt publica, aut occulta. Si sint publica; non est solùm curandum de bono delinquentis: sed magis est adhibendum remedium aliis in quorum notitiam deuenit peccatum, vt non scandalizentur: & ideo talia peccata sunt publicè arguenda, iuxta illud primę Timot. quinto. Peccantem coram omnibus argue, idest si quis peccauerit coram omnibus, est arguendus coram omnib⁹. Et sequitur: vt cęteri timorem habeant, idest vt non audeant exemplo illius peccantis committere similia. Et hoc est prouidere scandalo multitudinis: nam quando peccatum publicè fit, & non punitur, scandalizantur quidam, idest offenduntur, vel indignantur. Alij autem ad peccandum incitantur putantes sibi dādam impunitatem: alij qui pauca sapiunt putant esse licitum talia facere, cùm non coerceantur peccantes, & ideo talibus conuenienter prouidetur per publicā redargutionem: sed hanc facere non pertinet ad quēlibet, sed ad prçlatum: quia arguere coram omnibus est inferre pęnam: & tn̄ pęnam imponere non pertinet ad priuatos, sed ad solū iudicem. Si autem sint peccata occulta, tūc videtur habere locū regula data à Christo: si peccauerit in te frater tuus: et tunc offen

Peccās coram omnibus est arguendus coram omnib⁹.

dit

dit te, idest solum te, quia tu solus offenderis: cũ fortè tu solus noueris peccatum, et sic tu solus scãdalizaris. Si autem te offendit coram aliis iam non solum te offendit: sed etiam alios coram quibus te offendit, & ideo in omnes illos peccat. Quia tamen in occultis peccatis potest interdum parari offensa proximis: est distinguendum, quia quędam peccata occulta sunt, quæ sunt in nocumentum proximorum corporale, vel spirituale: vt siquis tractet cum hostibus de proditione vrbis, vel si hęretic⁹ aliquis est, qui priuatim homines seducit auertens eos à fide: iste non solùm peccat in te, qui nosti hæc: sed et in oẽs alios, quos auertit à fide, & in alios quos auertere potest: ideo hic statim procedendum est ad denunciationem faciẽdam illi, qui possit ista mala impedire non præmissa occulta siue secreta admonitione. Quædam verò peccata sunt, in quibus solùm læditur peccans, & ille, in quem peccatur, idest cui damnum seu iniuria infertur, & ille qui nouit peccatum istud & scandalizatur de eo: & in talibus solùm curandum est, vt subueniatur fratri peccanti: & hic propriè locum habet correctio fraterna: & ideo voluit Christus hoc ordine fieri correctionem fraternam, sm̃ quòd congruit ad emendationẽ, & salutem fratris, quem volumus liberare à peccato. Duplex autem periculum imminet ex peccato, scilicet circa conscientiam, & circa famam: hæc autem duo, idest conscientia, & fama sic se habẽt, quòd conscientia est præferenda famæ: quia testimonium conscientiæ est in conspectu Dei: sed testimonium famæ pertinet ad intuitum humanum: differunt tamen, quia fama est homini necessaria propter se, & propter proximos: bona autem conscientia est necessaria propter seipsum. Est enim fama bona homini necessaria quantum ad se propter duo. Primò, quia fama bona est præcipuum inter omnia bona exteriora, iuxta illud Prouerbiorum 22. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. & hoc ideo, quia bonitas famæ reddit hominem idoneum ad exequendum officia humana, quæ sunt in conuersatione humana: ideo dicitur Eccl. 41. curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quàm thesauri multi, magni, & præciosi. Sicut ergo peccaret, qui absque necessitate ingereret alicui dispendium diuitiarùm multarum: ita à fortitiori peccat, qui absque necessitate ingerit alicui dispendium famæ suæ. Secundò, quia homo propter obseruationem famæ frequenter abstinet à peccatis: & ideo quando aliquis videt se iam famam perdidisse, pro nihilo habet peccare, iuxta illud Hierem. 3. Frons meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere. Vnde Hieronym. super Matthæum super illo verbo, inter te: & ipsum solum ait: corripiendus est frater seorsum, ne si semel pudorem amiserit, aut verecundiam permaneat in peccato. Est enim homini fama necessaria propter alios dupliciter: Primò, quia homines audientes peccatum alicuius scandalizantur, & contemnunt non solùm peccantem, sed etiam multos alios innocentes. Vnde August. in Epistola ad plebem Hipponensem ait, ꝙ cùm de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis, vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instanter satagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur. Secundò, quia ex peccato vnius publicato multi prouocantur ad peccandum, iuxta illud primę Cor. quinto. Modicum fermenti totam massam corrumpit. Est enim fama necessaria: & tamen rectitudo conscientiæ est magis necessaria. Hoc ergo ordine voluit Christus fieri correctionem fratris: vt primò quidem si possibile est, ita prouideatur conscientię, quòd in nullo fama lędatur. & hoc est per secretam admonitionem. Deinde, quia conscientia est famę preferenda, si emendatio aliter fieri non potest quàm cum dispendio famæ, ordinauit Christus, quòd finaliter hoc publicè denuncietur, vt obiurgatio, quæ fit à pluribus sit efficatius remedium ad salutem. Si autem statim procederetur ad publicam denunciationem, pateretur frater dispendium famæ suæ, quod vitandum est: cùm fama sit valde bona, vt dictum est: & tamen ex debito præcepti obligamur non lędere proximum in aliquo: ergo sub præcepto cadit nõ procedere statim ad denunciationem, quia aliàs damnaremus famam proximi, quando possemus illam conseruare sine eius animæ detrimento. Et hoc verum est, quando propriè est correctio fraterna: ita ꝙ solùm vel principaliter intenditur bonum peccantis: secus in aliis casibus, vt supra dictum est.

Bona fama est hoĩ necessaria quantũ ad se pp duo.

Conscientia est famæ præferenda.

A

B

C

D

E

Ad primum dicendum, quòd nos debemus imitari Deum: & tamen in iudicio non possumus omnino: nam regula eadem iudicãdi est apud nos, & apud Deum, scilicet quia Deus non admonet circa ea, quæ nota sunt sibi, sicut & in iudicio humano in notoriis non seruatur ordo iuris: & in talibus non est admonitio secreta necessaria, neque etiam in aliis manifestis, aut publicis, quę notoria de iure non dicuntur: in rebus tamen, de quibus iudicatur, non est idem modus vel habitudo in iudicio humano, & diuino, quia in iudicio diuino omnia nota sunt, quia omnia nuda sunt, & aperta oculis eius, neque est ei inuisibilis vlla creatura. ad Hebræ. quarto, & ideo non requiritur, quòd in iudicio suo præcedat aliqua admonitio: ideo neq; fit aliqua denunciatio publica: sed solùm executioni traditur sententia, cùm Deo nota sint omnia, & non oportet, quòd quis aliquid denũciet, neque ipse alteri. In humano autem iudicio quædam sunt manifesta, & quędam occulta: ideo locum habet secreta admonitio circa illa, quæ sunt occulta. Dicendum tamen, quòd ad superabundantiam vt magis prouideatur saluti nostrę, Deus secretam admonitionem pręmittit, & illa est, quę fit per interiorem inspirationem, & per remorsum conscientię. & hoc tam in dormiendo, q̃ vigilando, iuxta illud Iob 33. Per somnum in visione nocturna quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his, quę fecit, & vitam eius ne transeat in gladium.

Ad secundum dicendum, quòd illud dictum Apostoli intelligitur de peccatis manifestis, et illa redargutio fit à pręlato, vt dictum est supra. Quod autem dicitur quòd non habeat locum in occultis. Dicendum, quòd imò in occultis hàbet locum ista forma correctionis. Et cùm dicitur, quòd non sunt secreta publicanda.

Dicendum, quòd quandiu potest sperari de emendatione fratris per secretã admonitionem, non est ꝓcedendum ad publicandum: cùm autem non speratur, oportet procedi ad denunciationem publicam, quia magis est standum conscientię quàm famæ: & curandum de salute animę quàm famæ.

Ad tertium dicendum, quòd Petrus publicauit peccatum Ananię, et Saphiræ sine secreta admonitione, quia non cognouit illud peccatum modo humano, sed diuino reuelante Spiritu sancto, et quia in iudicio Dei non procedit secreta admonitio, non premisit illam Petrus.

Et patet, quia Petrus agnouit factum istud, quod secretè tractauerant solus Ananias, & Saphira de retinendo partem præcij. Etiam quia pędixit eis statim pęnam futuram, scilicet quòd statim subitò morerentur, quod et factum est. Actu. quinto. Etiam quia dixit Petrus Ananię.

Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto? non enim mentitus es homini, ſed Deo. Et ideo Petrus tãquam propheta inſpiratus à Deo circa occultum peccatum Ananiæ, & Saphirę publicauit illud impellente ad hoc Spiritu ſancto: ſicut impulit ad prænunciandum mortem, de qua apparet, ꝙ non poterat prænunciare niſi inſpirante Deo: ideo non eſt trahendum illud ad conſequentiam quantum ad peccata occulta proximorum, quæ nos humano modo cognoſcimus.

Ad quartum dicendum vno modo, ꝙ Chriſtus nõ nouerat peccatum Iudæ modo humano: ſed inquantum Deus videns quomodo Satanas mouebat cor Iudę: & ideo poterat procedere ſtatim ad publicationẽ. Aliter poteſt dici, ꝙ etiam ſi diuino mõ nouerit non G proceſſit ad publicandum, neque publicauit: ſed obſcuris verbis peccatum contra ſe factum denunciauit: ita vt Apoſtoli non potuerint intelligere, an de Iuda loqueretur, vt colligitur Ioan. 13. Imò iſta fuit quædã cauta admonitio: nam Iudas potuit intelligere de ſe eſſe dictum, & poterat dolere, & conuerti ſi vellet: & non totum eum Satan poſſediſſet: & cęteri non intelligerent, de quo loqueretur, vt patet ibidem. Quod autem Chriſtus Iudam in ſecreto admoneret nõ fuit conueniens: quia non proderat ad ſalutem eius, ſed ad maiorem ſubuerſionem. Cauſæ tangentur Ioan. 13. vbi de hoc tractabitur. Aliqui dicunt, quòd Chriſtus non erat obligatus huic legi, cùm ipſe eam dediſſet, & iõ licèt ipſe non ſeruaret eam, tenemur nos ſeruare. H Dicendum, ꝙ verum eſt, quòd Chriſtus cùm eſſet verus Deus, non poterat eſſe obligatus ad aliqd: quia id quod obligat, maius eſt eo, qui obligatur: & tamen licèt Chriſtus non obligaretur ad aliquam legẽ, obſeruauit omnem legem quam dedit: potiſſimè eas quæ erant de iure naturali; talis autem eſt ordo correctionis fraternæ quantum ad ſecretam admonitionem præcedentem: quia pendet ex debito charitatis, quo tenemur non nocere proximo lædendo famam eius: maximè, quia ipſe præbuit ſe nobis imitabilem in operationibus. Ioan. 13. Quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ideo dicendum, ꝙ omnes leges ſeruabat ad vnguem: & ex operibus ſuis trahenda eſt cõſequentia ad opera noſtra: niſi quatenus proceſſit vt I Deus, ſicut in operatione miraculorum, vel in ieiunio quadraginta dierum, quia in his non poſſumus eum imitari.

In quibus Chriſtum imitari debemus.

Ad quintum putant quidam, ꝙ fuit neceſſaria admonitio in facto Ioſeph, quia ipſe non denunciauit, ſed accuſauit: quia Gene. 37. dicitur, quòd accuſauit fratres ſuos: & tamen in accuſatione nõ procedit admonitio, ſed ſolùm inſcriptio, ideo non debuit admonere. Dicendum, ꝙ non ſtat. Primò, quia non accipitur ibi proprie accuſatio: quia non agebat ad pęnã criminis infligendam, quę erat capitalis, cùm eſſet crimen peſſimum Gene. 37. Item quia Iacob pater eorũ non erat iudex competens, coram quo criminaliter accuſari poſſent filij eius. Aliter ergo dicendum, ꝙ accipitur accuſatio pro ſimplici denunciatione: ſed vo K catur accuſatio, quia talia denunciauit, de quibus illi accuſari poſſent, & capitaliter puniri. Sed dicendum, quòd non peccauit Ioſeph. Vno modo, quia licèt nõ ſcriptum ſit, ꝙ admonuerit ſecretè: tamen admonuerat, & non receperant eius admonitionem. Secundo modo, ꝙ non erat neceſſaria admonitio ſecreta, quia iſtud peccatum erat notum apud omnes fratres Ioſeph: cùm omnes ipſe accuſauerit: cùm dicatur, quòd accuſauit fratres ſuos de crimine peſſimo: & ita tanquam in manifeſto nõ erat neceſſaria admonitio, ſed denunciatio. Tertiò poteſt dici, ꝙ forte ceſſauit Ioſeph hoc dicere fratribus ſuis, ne mala ei inferrent: qa F moleſtè ferrent ſe ab iſto puero corrigi: ſicut accidit circa alia, pro quibus eum exoſum habentes occidere voluerunt: & tandem vendiderunt. Gen. 37. & ob hoc nõ dixit fratribus, ſed denunciauit patri: & iſta eſt cauſa multum rationabilis. Quartò, quia Ioſeph nõ publicauit peccatum fratrum ſuorum multis: imò non dixit alicui, apud quem infamarentur: ſed dixit patri, qui famam filiorum amabat ſicut propriam: & ita dixit ei, qui multum poterat prodeſſe, & nihil poterat nocere: & ſic conſultè fecit. Credidit enim Ioſeph, ꝙ reuelato crimine filiorum patri, ſi ipſe obiurgaret eos, vel exhortaretur, ceſſarent à delicto: & ita ſi quis ſciat peccatum alicuius, & credat, ꝙ ſi ipſe admoneat eum non proderit, ſi verò alius admonuerit credit veriſimiliter ꝙ emendabitur, poteſt ſecretè dicere illi, vt ipſe ſecretè admoneat delinquentem, quia hoc nõ eſt agere contra formam à Chriſto datam: quia non publicatur peccatum fratris: & tamen quando quis dubitat an per eius admonitionẽ corrigetur peccans, non debet dicere alteri ad hoc, ꝙ ille admoneat; licèt credat veriſimiliter, ꝙ per admonitionem illius emẽdabitur delinquens. Etiam ſi ſciat, ꝙ non emendabitur per admonitionem ſuam, & dubitet an emendabitur per admonitionem alterius, non debet illi reuelare ad hoc, quòd admoneat peccantem quouſque ipſe admonuerit, & nõ auditus fuerit, quia tunc poteſt adiungere vnum vel duos teſtes.

Ad ſextum dicendum, quòd nõ eſt eadem ratio in accuſatione, & denunciatione, quia accuſatio fit ad bonum publicum, ſcilicet vt delinquens puniatur, in quo eſt bonum communitatis, quia ſeruatur ordo iuſtitiæ, & quia alij arceantur à criminibus tali pęna; & ad cõſequendum iſtud bonum publicum non eſt neceſſaria admonitio, cùm ſine illa habeatur: in denunciatione intenditur bonum delinquentis: iõ taliter debet fieri, vt ei proſit, & quia magis prodeſt delinquẽti admoneri in ſecreto ante denunciationem, vt ſi fieri poteſt, ꝙ ſine detrimento famæ emendetur, tenetur denuncians primò admonere.

Ad ſeptimum dicendum, ꝙ nõ poteſt omitti admonitio in omni caſu, quia neque licet circa quodlibet peccatum procedere ad accuſationem ſecundùm legem Chriſti; ſed ſolùm ſecundùm illa peccata, in quibus in promptu eſt, vt veniat periculum multitudini, niſi ſtatim denuncientur; & ibi ſtatim denunciari poſſunt, quia vtilitas publica præfert ibi priuatæ.

Ad octauum dicendum, quòd in capitulis religioſorum nõ eſt conſuetudo proclamari magnas culpas, ſed paruas, quæ ſunt peccata venialia, ſicut ſunt quędam negligentiæ, vel omiſſiones, aut paruæ tranſgreſſiones, de quibus nulla infamia ſequitur: culpæ autem magnę mortales ibi non proclamantur. Et dicendum, quòd hoc non eſt contra ordinem datum à Chriſto: nam in capitulis illis debet quilibet religioſus dicere culpas ſuas leues, & ſi aliquas omittit ex ignorantia alij proclamant eas: non quidẽ quaſi accuſantes eos de illis, vel denunciantes, ſed reducentes eos ad memoriam culparum ſuarum, quas ipſe dicere tenetur: ideo non eſt contra charitatem, ſed magis eſt adiutorium ad charitatem: in magnis autem culpis ſecus eſt, quia non licet alicui illas ibi proclamare. Nam peccaret mortaliter faciendo hoc, quia contra pręceptum Chriſti faceret, neque pręlati ad talia cogunt.

Ad nonum dicendum, ꝙ eadem ratio iuſtitię eſt in magnis, & in paruis, ideſt iuſtitia, quę eſt ratio, ideſt regula ad diffiniendum, & dirigendum in magnis: ipſa eadem eſt regula ad dirigendum in paruis: & tamen non eſt ſenſus quòd idem, quod ſecundùm iuſtitiam diſponitur circa magna, ſit conſtitutũ, vel obſeruandum

Eadem rõ iuſtitiæ eſt in magnis & paruis.

seruandum circa parua. & est similis modus loquendi Deuterono. primo, ita magnum iudicabis, vt paruum: quia domini iudicium est: & tamen non est sensus, quòd eadem pęna dabitur magno, & paruo. Nam etiã in eodem delicto iura non constituunt candem pęnam hominibus diuersi status, & dignitatis, & professionis: sed est sensus, ita magnum iudicabis, vt paruum, idest sicut nihil debes facere contra iustitiam intuitu pauperis, vel parui: quia pauper vel paruus est, Exod. vigesimo tertio dicitur: Pauperis quoque non misereberis in negocio, idest in iudicio: ita nihil debes facere contra iustitiam in fauorem magnæ personæ. Et patet, quòd iste sit sensus: quia dicitur: Ita magnum iudicabis vt paruum: neque accipies cuiusquam personam: idest nihil facies per acceptionem personarum; & tamen non accipiendo personas damus diuersas pęnas, & præmia magno, & paruo pro eodem opere: quia ita iure cautum est. Sic ergo circa correctionem fraternam, licèt tam circa magna, quàm circa parua debeat seruari iustitia: tamen in magnis pręmittere admonitionem secretam est iustitia, & necessitas: in paruis autem non. Ratio diuersitatis est, quia ex publicatione paruorum peccatorũ: sicut sunt venalia nulla infamia oritur. ex publicatione autem magnorum peccatorum oritur infamia: Christus autem voluit, quòd seruaretur illęsa fama nostra inquãtum posset, ideo voluit fieri secretam admonitionem in peccatis illis, quibus publicatis sequeretur infamia: in illis verò, ex quibus non sequitur infamia, frustra fieret admonitio, ideo non oportet ibi præcedere admonitionem.

Ad decimum dicendum, ꝙ in illis, in quibus periculum est in mora, non debet expectari admonitio: sed statim procedendum est ad denunciationem: nec est hoc contra præceptum istud propter duo. Primò, quia hic dicitur: si peccauerit in te. Istud autem peccatum non est solùm contra te, idest contra solum scientem, sed contra totam vrbem: ideo potest denũciari statim ei, cui est cura de prouidendo vrbi. & ita non videtur includi sub hac lege. Secundò, & præcipuè, quia dominus non loquitur de culpa futura cauenda, quæ nunquam fuit, sed futura est: sed de emẽdatione culpæ pręteritę, in qua adhuc delinquens manet. & iō in futura culpa non est necesse admoneri: qa non cadit sub hoc præcepto: præcipue vbi est periculum in monendo propter moram.

Ad vndecimum dicendum, quòd non est bonum ciuitati quodlibet peccatum publicari, quia per publicationem infamatur peccans: & fama est homini necessaria propter se, & alios, vt dictum est supra: ideo malum est etiam aliis infamari hominem. vtilius autem est communitati, quòd manente fama integra emendetur peccans, quàm postquã fuerit infamatus. Nam sic cõtingeret infamari omnes de ciuitate, cùm nemo sit, qui non peccet. 3. Regum. 8. & infamatis oĩbus esset ipsa ciuitas vilior effecta; ideo tam ad bonum peccantis quam publicum pertinet, ꝙ correctio fiat præcedente admonitione secreta.

Ad duodecimum dicendum, ꝙ licèt medicus debet magis intendere saluti totius corporis, quàm conseruationi vnius membri: non tñ debet statim vt mẽbrum viderit corruptum, abscindere illud: & ita licèt debeat secare illud si opus est: tamen multum differt taliter aut taliter, vel tali aut tali tempore secare. Nam si statim vt videt membrum morbidum secaret illud, contingeret quòd abscideret aliquod membrum quod pseruari potuisset; ideo si medicus sapiẽs fuerit, à leuioribus remediis incipiet, & quando apparuerit membrum esse insanabile: tunc præcidet illud, & ita in correctione fraterna est faciendum, quòd in-

A tendat corrigens ad emendationem peccantis, & si potuerit emendare illum saluata fama, debet eam cõseruare, quod est corrigere per admonitionem fraternam secretam, & cùm viderit, ꝙ non potest sic corrigere: debet procedere ad denunciandum.

Ad decimumtertium dicendum, quòd prelato nemo tenetur obedire contra pręceptum Dei, cùm potestas prelati depẽdeat à Deo, quia oĩs potestas à Deo est, ad Rom. 13. & ideo habet prelatus potestatem in his, quæ sunt ſm Deum, vel saltem non contra Deũ: in illis verò, quæ contra Deum sunt, non habet potestatem: sic dicitur 2. Cor. 13. ꝙ data est eis potestas in constructionem, & non in destructionem: est autem in destructionem quando præcipiunt contra ea, quæ

B Deus pręcepit: ideo tunc obediendum est Deo, & nõ prelato, Actu. 5. obedire oportet Deo magis quã hominibus: ideo quando prelatus pręcipit alicui specialiter, vel omnibus de communitate, ꝙ dicant sibi qdquid sciunt corrigendum esse circa omnes personas communitatis, vel specialiter circa aliquam: intelligẽdum est dictum suum sanè. s. eo modo quo potest stare non agendo contra præceptum Christi de correctione fraterna; & ideo obediendum est sibi, si tamẽ expresse pręciperet aliquid prelatus cõtra pręceptum istud, ipse peccaret pręcipiendo; & non teneretur ei aliquis obedire, & qui obediret peccaret: vt si prelatꝰ quęreret ab aliquo subdito pręcipiens circa alium subditum de quo nulla alia infamia etiam parua pręcesserat, vt diceret ei, si ille commiserat adulterium vel furtum: nam tunc non debet respondete subditus: quia peccaret contra formam correctionis fraternæ: non est enim prelatus iudex occultorum, sed solus Deus, ideo super occultis nihil potest pręcipere, neque inquirere: nisi inquantum per aliqua indicia manifestãtur, vtputa per infamiam, vel per suspitiones aliquas. Nam tunc potest prelatus pręcipere religioso, vt sibi dicat veritatem: & est generale, quòd in omni casu, in quo iudex secularis, vel Ecclesiasticus in foro contentioso potest per iuramentum cogere aliquos ad dicendam veritatem, siue per viam inquisitionis siue denunciationis, siue accusationis: potest prelatus mandare religioso, quòd dicat sibi veritatem circa ea, quę petit: quia ille non est minoris potestatis circa subditos.

Aduerte cõtra multos prælatos ſcios maximè ligiosos.

C

D

Ad decimumquartum dicendum, quòd iustitia est virtus clarissima non propter manifestationem in lucem, quia nulla virtus habet talem claritatem: cùm hoc ad corpora pertineat; sed est clarissima propter nitorem, & decorem sui ordinis; & tamen ad istum ordinem pertinet hęc rectitudo, scilicet quòd peccans prius secretè admoneatur, quàm peccatum eius publicetur.

Ad quintumdecimum dicendum, quòd qui peccat occultè, meretur famam perdere: & tamen non licèt cuilibet auferre ei famam: sicut qui furatur meretur suspendi, & tamen non licèt cuilibet suspendere illum, sed habenti iurisditionem; & tamen nobis

E non est data potestas priuandi peccatorem fama nisi determinato modo, scilicet quando secretò admonitus non se correxerit; ideo non licet nobis aliter auferre famam. Et ratio est, quia etiam siquis peccet; et tamen non infamatur de peccato nisi manifestato peccato: sed peccatũ occultum nõ est nobis manifestum: ideo licèt alicui constet, non potest de iure infamare illum: sed solùm illi licet, qui est iudex occultorum, s. Deo. nos autem sumus iudices manifestorum, et non possumus licitè pro occultis infamare, 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.

Ad decimum ſextum dicendum, ꝙ non repetere ablata eſt præceptum; intelligendo ſm̄ præparationē animi, vt exponit Aug. tenetur enim homo paratus eſſe nō repetere ſua in caſu, in quo hoc exigat neceſſitas fidei, aut debitum charitatis, in quo caſu etiam ſua, qui poſſidet tenetur dare de nouo: ſed extra hunc caſum non repetere ablata eſt conſilium, & pertinet ad ſuperabundantem charitatem: ſicut etiam dare ſua extra tempus neceſſitatis ſeruatis debitis circūſtantiis eſt conſilium. Et dicendum, ꝙ correctio fraterna nō repugnat huic præcepto, aut conſilio. Primò, quia admonendo ſecretè poteſt petere ablata, & non repugnat illi conſilio: cùm licitum ſit repetere, imò interdum ſit malum non repetere: vt ſi ex non repetitione putetur veriſimiliter, quòd iſte aſſumit audaciam ad magis rapiendum. Secundò, quia etiam admonēs eum, qui ſua rapiuit poteſt eum admonere, vt recedat de peccato non repetendo ablata: vt ſi dicat ei, quòd pęniteat de peccato, & ſit paratus ſatisfacere, & ꝓ hoc non petit: quia fortè iſte habet intentionem remittēdi & remittet, ſi viderit expedire: & tamen dato, ꝙ habeat iſtam intentionem, debet admonere illum, ꝙ habeat intentionem ſatisfaciendi, quia iſta intentio neceſſaria eſt ad ſalutem. Nam etiam quando quis actualiter remittit raptori ablata: neceſſe eſt, ꝙ ille habeat intentionem ſatisfaciendi, ſi ei non remitteretur: vnde ſi raptor petit ſibi remitti ablata, & remittuntur ei: & tamen habet intentionem, ꝙ ſi nō remitterentur, ꝙ non reſtitueret, manet in peccato mortali: etiam poſt remiſſionem factam: & ita qui raptorem ſuorū ſecretò admonet, debet admonere eū, quòd habeat intentionem reſtituendi, & animum ſuum paret ad hoc: dato ꝙ ipſe velit remittere illi ſtatim ablata.

Ad decimum ſeptimum, ꝙ omni tempore, & modo, & loco licitum eſt reddere bonum pro malo: & ita corrigere aliquem obſeruato ordine debito, et aliis circunſtantiis, cùm ſit licitum, erit omni tempore, & loco: & tamen corrigere prætermiſſis debitis circunſtantiis eſt malum: ideo in nullo loco aut tempore licet hoc facere, quia eſſet reddere malum pro malo.

Ad decimumoctauum dicendum, ꝙ pluries videtur accidere, ꝙ publicato peccato alicuius abſtineat ipſe à malis, quā quòd abundantius peccet, & tamen interdum accidet, quòd peccet effrenatius, qui ſemel infamatus eſt: nos autem debemus cauere omnia mala: ideo non debemus publicare peccatum alicuius, ſine neceſſitate: etiam ſi accidere poſſit ex hoc illum fieri meliorem.

Ad decimumnonum dicendū, ꝙ non eſt noſtri arbitrij, ſ. ad remittendum peccata, quæ contra Deum fiūt, ſicut in peccatis commiſſis contra nos, in quibus poſſumus remittere iniuriam factam nobis, & damnum: & tamē arbitrij noſtri eſt ad corrigendum, imò ſub neceſſitate cadit talia delicta corrigere, & ideo qn̄ correxerimus in eis delinquētes fraternaliter, tenere cogimur ordinem poſitum hic à Chriſto.

Ad viceſimum dicendum, quòd ſi peccans audierit corrigentem, quantumcunque grauia delicta comiſerit, lucratus erit fratrem ſuum: & tamen nō dicit̄ peccans audire corrigentem, quando ceſſat ab opere peccati: & facit alia, quæ facienda ſunt pro ſalute, ſ. confitendo, & ſatisfaciēdo ſecundùm quòd ei iniungitur: nam ad vitam æternam non requiruntur plura.

Ad vigeſimumprimum dicendum, quòd verbum, quod aduerſus fratrem audimus, debet commori in nobis: ita ꝙ non procedat vnquam in damnum eius: & tamen dicere illud ad vtilitatem eius non eſt vetitum, imò eſt interdum neceſſarium.

F *An ſi quis ſciat peccatum proximi, & ſtatim referat prælato non admonens proximum peccet mortaliter.*

Quæſt. XCVIII.

QVAERETVR, circa præcedentium declarationem, ſi quis ſciat peccatum proximi, & ſtatim referat prælato non admonens proximum an peccet mortaliter. Aliqui dicunt, quòd ſemper peccat, eo ꝙ agit contra pręceptum Chriſti datum hic de ordine corrigendi: & tamen iſtud præceptum obligat. Alij dicunt, quòd non peccat: quia multi religioſi & viri boni hoc faciunt, de quibus non eſt dicendū, quòd peccent.

Dicendum ꝙ in hoc non poteſt dari aliqua certa
G regula: ſed pendet cognitio huius ex cognitione particularium circunſtantiarum. ſ. prælati, cui crimen reuelatur: & ſubditi cuius peccatum denunciatur. Et pro hoc dicendum, ꝙ cùm ego cognouerò peccatū alterius, & volo denunciare prælato: aut volo illi denunciare ſicut prælato, & habenti poteſtatem puniendi ordinariè: aut vt priuatæ perſonæ, quæ fortè poteſt prodeſſe. Si primo modo, dicendum quòd aut eſt peccatum veniale, aut mortale. Si veniale non pertinet ad correctionem fraternam, vt oſtenſum eſt ſupra: & In q̄ſt. 1? cùm ex denunciatione aut publicatione talium non ſequatur infamia, non peccabit mortaliter, qui illud denunciauerit prælato: nam & in capitulis religioſorum proclamant quidam culpas veniales aliorū, ſed
H non mortales, vt dictum eſt præcedenti quæſtione, Ad octauum.
& hoc verum eſt niſi hoc malo animo faceret: quia tunc etiam denunciādo veniale peccaret mortaliter: vt ſi ex odio ageret. Si autem mortale velit denunciare, dicendum, ꝙ quacunque intentione denunciet: dum tamen denunciet prælato vt iudici potenti punire pro delicto, peccat mortaliter, quia agit manifeſtè cōtra ordinem datum hic à Chriſto. nam dicere prælato eſt dicere Eccleſiæ: & tamen non debet dici Eccleſiæ quouſque pręceſſerit admonitio ſecreta, & deinde fuerint teſtes adhibiti. Si autem velit dicere ꝓlato vt priuatæ perſonæ, quæ poteſt proficere, & non nocere. Dicendum, quòd aut ego credo veriſimiliter, ꝙ frater meus poterit per me corrigi, aut non: ſi
I credo non debeo denunciare prælato: quia quando poteſt peccatum alicuius emendari conſeruata totaliter fama, debet ſeruari: & tamen cuicunque neſciēti dicere eſt partim infamare delinquentem, ſcilicet apud illum ſaltem, cui reuelatur. Si autem credo, ꝙ nullo modo per me poterit corrigi: vt fortè, quia per me expertus ſum, vel ꝑ alias cauſas: aut credo, ꝙ poterit corrigi per ſecretā admonitionē ꝑlati aut non: ſi credo ꝙ nō poterit non debeo ei ſtatim reuelare, ſed prius ego admonebo, vt poſtea poſſim procedere ad denunciandum prælato. & hoc quando credidero, ꝙ licèt non corrigatur, non deteriorabitur: nam ſi credo veriſimiliter, quòd deteriorabitur, non habet locum correctio fraterna, ſed totaliter tacendum eſt, niſi fortè ſit peccatum, quòd vergeret in peccatum aliorum:
K quia tunc poterit denunciari prælato etiam non præmiſſa ſecreta admonitione, vt dictum eſt ſupra præcedenti quæſtione. Si autem credo, quòd per prælatum poterit in ſecreto admonitus corrigi: dicendū quod ſi prælatus eſt prudens, & vir ſpiritualis, & eſt præſens, & talis, qui non habet odium ad ſubditum, & cuius verba ſubditus audiet non valde moleſtè, poteſt ſtatim dici prelato, vt ille cautius, & vtilius in ſecreto admoneat: quia tamen interdum ſubditus ita confunditur audire verba prælati ſui, quòd vellet potius pęnam grauem tolerare quàm peccatum eius cognoſci à prælato, & fortè non recepit bene verba illius: non eſt dicendum tunc prælato.

Et

Et quia propter varias conditiones prçlatorum & subditorum non est idem modus se habendi, non potest dari certa regula, quando liceat dici statim prælato & quando non: quia omnia hęc propter charitatem fiunt, debet esse charitas regula horum: & ideo si prudens iudicauerit melius ad salutem proximi esse denũciare statim peccatum eius prælato, licebit denunciare: cùm verò è contrario, aget è contrario: vbi fuerit dubium potius debet cessare denunciare prælato ꝯformando se ordini tradito à Christo descretè admonẽdo: & in his omnibus debet intelligi quòd dicens prçlato peccatum alterius, dicat bono animo. Nam si ex malitia dicat, vt proximus confundatur, & erubescat in conspectu prælati, etiam si ex hoc credatur futura magna vtilitas peccat mortaliter, qui sic denunciat prçlato peccatum alterius.

Ad primum dicendum, quòd non agitur semper contra ordinem traditum hic à Christo dicendo prælato statim: cùm sæpe hoc prosit ad salutem fratris, & ea intentione dicatur. Ad secundum dicendum ꝙ boni viri sæpe hoc faciunt, scilicet quando credunt quòd peccans vtiliter corrigetur per secretam admonitionem prælati, qui aliàs non posset corrigi: & tamẽ non faciunt hoc in omni casu.

An peccet mortaliter ille, qui peccatum vnius dicit alteri non seruando istum ordinem à Christo traditum.

Quæst. XCIX.

QVAERETVR, an peccet mortaliter ille, ꝗ peccatum vnius dicit alteri non seruando istum ordinem. Dicendum quòd aut dicit, quando cogitur dicere, aut quando non cogitur. Si primo modo, dico quòd est duplex necessitas vel coactio, vna iuris, alia facti. Necessitas iuris est, vt si cogatur testis à iudice dicere, quæ nouit in casu illo, ĩ quo potest de iure cogi: nam tunc dicit præter ordinem istum, sed non peccat: vel quando quis scit peccatum alicuius, quod vergit in graue dispendium multorum sicut in proditore vrbis, & in hæretico occultè seducente. Nam statim sine admonitione aliqua tenetur dicere ista prçlato, qui nouit: vt possit prouidere: nisi forte putauerit verimisiliter, ꝙ secretè admonitus statim cessabit. Si autem credit quòd non cessabit, vel dubitat, non debet admonere secretè, sed dicere statim prçlato, vel ei qui possit huic dispẽdio obuiare. Coactio de facto est, vt si verberibus vel damnorum datione cogatur quis ad dicendum damnum, vel peccatum alterius: & in hoc non potest dari certa regula propter varietatem peccatorum, quæ occultantur, & personarum, quæ commiserunt illa: & propter varietatem malorum, quę cogitur sustinere, qui reuelare non vult. Nam interdum ex reuelatione peccati alicuius sequi poterat destructio alicuius vrbis, vel multorum, vel damnũ fidei: & quia talia tenetur quilibet defendere etiam patiendo durissima, melius est pati quæcunque quàm reuelare peccatum, vel peccatorem. Interdum autẽ paruum malum sequitur ex reuelatione peccati, & magna mala cogetur sustinere, si tacere voluerit: & tũc non oportet, quòd dicamus reuelantem peccare in aliquo: sed circa hæc prudens iudicium necessarium est. Si autem sponte quis dicat: aut dicit prælato aut aliis. Si dicit prælato, aut dicit intentione correctionis fraternæ, vt ille corrigat secretò delinquentem: velut eũ tanquam prælatus puniat: & tunc dicendum est sicut diximus pręcedenti quæst. Si autem dicatur prælato non illa intentione, idem erit de ꝑlato, & de quocunquè alio homine. Si alteri homini dicatur, dicendũ quòd aut refertur peccatum quod est notorium: & ita ille, cui dicitur scit illud: vel etiam si nesciat, vel

A quia est insipiens: est tamen factum notorium, aut non est notorium, neque valde manifestum. Si primo modo: aut est peccatum mortuorum, qui à longissimis temporibus mortui sunt: vel non. Si primo modo dicendum, quòd non est peccatum: sicut referre peccata Aegyptiorum, vel Sodomorum, vel aliarum gentium quarum peccata descripta sunt in sacra scriptura vel in historia gentium: aut quæ manent in memoria sine scriptis: nam in talibus nulla infamia est referre, cùm de nouo nullam infamiam acquirant aut incurrant. Etiam contra tales non mouemur malo animo, quia cùm non nouerimus eos, neque boni aut mali quicquam ab eis recepimus, non seruamus illis odium: sed potius relatio peccati illorum est nobis B doctrinalis ad aliquid. Nam propter hoc in sacra scriptura fuerunt hæc scripta. Sic dicitur ad Roma. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ergo bonũ est, & meritorium talia referre inquantum referens concordat intentioni sacræ scripturę, scilicet, quia ex relatione horum erudiuntur homines ad bonum. Si aũt sint peccata viuentium, vel eorum qui à pauco tempore mortui sunt. Dicendum quòd aut illi, quorum peccata referimus, sunt aliquo modo cogniti à nobis, siue ab illis quibus referimus peccata, aut non: si non sunt vllo modo noti, non est peccatum referre peccata illorum: vt si referat quis peccatum alicuius hominis, qui moratur in regione longinqua à nobis, & non cognoscimus eum deter- C minatè ex visu aut ex nomine: ita quòd quando nominamus nescimus esse distinctam personam ab omnibus aliis, nec scimus, quæ illa sit. Et tunc dico, ꝙ referre peccata talium ignotorum siue viuant, siue mortui sint, non est peccatum: quia causa peccandi referẽdo peccatum proximi omisso ordine euangelico est, quia ex tali relatione infamatur ille, cuius referuntur peccata: & tamen qui ignoti sunt, infamari non possunt: ideo peccatum non est referre peccata talium, sicut facto delicto in aliqua ciuitate, de quo constet: & tamen non constet de persona agente, nemo infamatur, quia non cognoscitur agens: ita quando dicitur delictum de persona determinata, ꝗ nos non nouimꝰ determinatè, non est infamata apud nos persona illa: D & non dicitur persona esse nota, licèt sciatur nomen eius, vt si dicatur, quidam Petrꝰ de tali vrbe commisit tale delictum: nam per hoc non est nobis persona nota: quia nesciemus eam per hoc distinguere à cæteris. Neque tamen requiritur cognitio per visum: quia sine hoc poterit esse nota persona, vt si dicatur, rex Angliæ, qui nunc est, commisit tale crimen: nam tunc qui est apud Italiam & nunquam vidit regem Angliæ cognoscit iam determinatè personam peccantis, quia rex Anglię vnicus est. Si autem persona, cuius peccatum refertur, nota sit siue apud referentem siue apud eos, quibus refert: dicendum, quòd aut viuit, aut decessit. Si decessit regulariter dicendum est, quòd delicta taliũ taceri debent omnino: quia ex relatione cri- E minum talium non euenit bonum. Nam relato crimine viuentis potest bonum inde sequi, scilicet ipsiꝰ pecantis, si agatur ad correctionem fraternam, & referatur alicui, qui possit commode admonere in secreto: vel refertur testibus adhibitis, præmissa secreta admonitione: vel bonum communitatis: vt si publicet peccatum per viam accusationis, vel denuncietur iudici: ideo peccata viuentium referre interdum est vtile: peccata autem mortuorum non prosunt ad hoc: nam non potest corrigi fraternaliter mortuus, quia non manet nobiscum, neque etiam iudicialiter emẽdabitur, quia non potest de illo sumi pæna. Etiam similiter secundùm iura crimina mortui extinguuntur quantum ad ipsam personam peccantis; referre autẽ potest

Referre pcã mortuorũ aut viuẽtium, qui nõ sũt nobis noti peccatum nullum est

Peccata mortuorũ qui nobis noti sunt referri nõ debent.



potest obesse inquantum mortui possunt infamari: nam mortui habēt esse quoddam licèt leue in opinione nostra, vt dicitur primo Ethic. caplr. pronepotum autem fortunas. Et secundùm esse quod habent, potest ei bonum honoris, vel malum infamiæ accidere. Etiam quia infamato defuncto perit quidam honor eis, de quorum est familia & progenie: & ita ex reuelatione criminis defunctorum malum euenit & non bonum: sed ex præcepto charitatis tenentur cauere ea, quę proximis obsunt & nunquam prosunt: ideo tenemur totaliter cauere relationem criminum defunctorum: illorum defunctorum dico, qui nobis noti fuerint, vel eis, quibus crimina eorum referimus: nam de mortuis omnino ignotis secus est, cùm nulla infamia inde sequatur alicui: potest tamen accidere, quòd interdum referamus crimen alicuius mortui taliter, vt eum non infamem⁹, neque familiam aut progeniem eius, & sit vtile alicui hoc referre: & tunc pertinebit ad charitatem: & tunc non est illicitum: sed quando hoc erit non potest determinari sermone, sed prudēs colliget ex particularibus circunstantiis. Si autem sint viuentes, quorum crimina referimus, &c. & sunt noti: siue sint in longinquis regionibus à nobis, siue nobiscum conuersentur, regulariter non licet crimina eorū alijs dicere: quia ex hoc infamia sequitur, aut sequi potest. Et tamen dicendum quòd aut iste qui refert, dicit hoc ex odio personę cuius crimina refert, quia vult quòd confundatur eius opinio & fama: & peccat mortaliter quomodocunque dicat aut cuicunque. Aut non ex odio, sed alia intentione. Tunc aut dirigitur intentio referentis ad correctionem fraternam, aut non. Si dirigitur, vtpote, quia vellet sciens peccatum alterius, quod ille corrigeretur: & quia credit, quòd per ipsum non poterit corrigi, & cōfidit quòd poterit per alterum corrigi: & ideo refert illi peccatum fratris: & tunc non peccat, qa ex charitate agit, & ad correctionem fraternam pertinet. Si autem non propter correctionem, aut intēdit aliquem bonum finem aut non: vtpote si referendo istud crimen intendit prodesse ei, cui refert, non intendendo nocere ei cuius crimen est, & tunc non est necesse, quòd ponatur iste peccare mortaliter, nisi fortè verisimiliter ex tali relatione criminis sequi posset malum siue peccanti, siue alteri. Si autem quis incaute dixit crimen alterius, scilicet non respiciens quid diceret: & lapsu linguæ incidit in relationem criminis alterius, aliqua culpa est: sed non mortalis: vel non oportet poni semper talem esse mortalem. Si verò quis non incautè, sed ex intentione dixit: non tamen voluntate nocendi, sed solatiandi: quia solent homines gaudere referendo aliena facta, magis est propinqua peccato mortali. & tamen non oportet poni semper esse peccatum mortale: sed secundùm conditionem eius q̄ refertur, & iudicabitur mortale, aut veniale. Vnde p̄ omnibus præcedentibus considerandum est, quòd peccatum, quod refertur, aut est manifestum aut nō; si est manifestum omnibus, aut saltem illis omnibus quib⁹ refertur, leuior culpa est: & ideo si hoc sciat referens esse illis manifestum, dum tamen non intendat infamare magis peccantem referendo peccatū, nō est necesse, quòd peccet mortaliter: neque tamen excusatur semper a mortali. Si autem sit occultum, & hoc putet referens: videtur esse peccatum mortale illud referre ex intentione: etiam solùm causa delectationis: secus si lapsu linguæ & incautè: quia tunc non semper oportet poni esse peccatum mortale.

Accidere potest q̄n que, q̄ referre peccata mortuorum, q nobis noti sunt charitatis sit actus.

Ex solatio aliena peccata referre nō semper est peccatū mortale.

F *An sit maius peccatum denunciare peccata viuentium, quam mortuorum. Quæstio. C.*

SED CVM denudando peccata occulta proximorum delinquamus: est dubium an maius sit denudare peccata viuentium quàm mortuorum.

Dicendum quòd aut comparatur in eodem delicto, aut in diuersis. Si in diuersis, non potest esse comparatio certa, cùm interdum vnum sit maius alio. Si in eodem, dicendum quòd aliquid est quod facit videri maius esse delictum denudare peccata mortuorum. Primò quia quanto magis aliquis caret defensione, tā to minus est eum impugnare, & ideo grauius est offendere G pupillos, orphanos, aduenas, & viduas quàm cæteros homines: Exo. 22. eo quòd isti magis sunt destituti subsidio quàm cæteri: mortui tamen magis carēt defensione quàm quicunque homines quantumcunque miserabiles, ideo grauius est infamare eos denudando eorum delicta occulta. Secundò quia leges humanæ dicunt crimina morte extingui: & contra defunctos nullam fieri de criminibus mentionem: ꝯtra viuentes autē permittunt preponi crimina, & agi aduersus eos: ideo indicant peius esse mortuorū delicta quàm viuorum denudari.

In contrarium videtur, quia denudatio criminis magis nocet viuenti quàm mortuo, ideo peius est denudare peccata viuentium quàm mortuorum.

Dicendum quòd licèt diuersis considerationibus videatur H peius esse nudare peccata mortuorum, & alio respectu sit peius nudare peccata viuentium: tamen simpliciter loquendo respectu eiusdem peccati & personarum ęqualium peius est reuelare peccata viuentium quàm mortuorum. Et dico eiusdem peccati, vt si sit in vtroque fornicatio, vel furtum, & huiusmodi. Et dico personarum æqualium: quia si mortuus erat persona magni status, cuius fama adhuc post mortem prodest ad aliquid, vt in eis, qui viuentes fecerunt aliqua bona, quę adhuc manent & incitant viuentes ad bonum: siue in opere doctrinę, siue in alijs bonis: si aliqua peccata istorum nudarentur post mortem, quæ fuerant occulta dum viuerent, minueretur auctoritas bonorum factorum ab eis, & I cōsequenter minus mouebunt viuentes ad bonū: qđ valde derogat auctoritati, & charitati, & ædificationi proximorum: ideo circa tales poterit accidere quòd deterius sit reuelare peccatum vnius morientis quàm reuelare idem peccatum in decem viuentibus, aut pluribus, qui nullius auctoritatis aut status sunt: sed personis existentibus æqualibus deterius est reuelare peccata viuentium. Et primò patet, quia malum est denudare peccata alicuius, inquantum per hoc ei nocemus: & tamen maius nocumentum inferimus viuēti. Nam mortui non habent esse, nisi debile secundum quòd manent in opinione nostra: & ideo non potest magnum malum eis euenire quia malum destruit bonum: bonum autem est in esse. vbi autem K modicum est de esse, modicum est de bono: & ꝯsequenter paucum bonum potest ibi perdi: & ita parū nocumentum inferri poterit. Viuentes autem habēt verum esse & integrum iuxta conditionem speciei: iō potest inferri eius maius nocumentum.

Secundò, quia reuelare peccata non est malum, nisi inquantum sequitur inde infamia. & ista est sola causa quare Christ⁹ iussit in fraterna correctione fieri admonitionem secretam, scilicet vt quādiu potest emēdari sine infamia emēdēt, vt ait Hieronymus, & Aug. & tamen ex reuelatione peccati maior infamia consequitur viuentem quàm mortuum. ideo peius est reuelare peccata viuentium. Patet hoc primò, quia infamati de crimine erubescunt, & ista est grauis pena: mortui

mortui autem erubescere non possunt, quia nobiscũ non manent: ideo deterius est infamari in viuentibus. Secundò quia fama est homini bona propter se vt efficiatur aptus ad tractandum humana negocia, quæ sunt in conuersatione ad alterum, & qui infamatur ineptus fit ad hoc: mortui autem non possunt tractare aliquid humanum, quia non conuersantur nobiscum: & ideo non nocet eis infamia ex hac parte, sed nocet viuentibus, qui possunt tractare humana. Tertiò qa fama est bona, eo quòd homines desiderio ei⁹, & vt eam seruent, operantur interdum virtuosè, quod aliàs non essent facturi: & perdita fama quidam pro nihilo ducunt peccare, sed in omnia peccata effrenatè labuntur: hoc autem non accidit mortuis, quia iam peccare non possunt: ideo neque fama adiuuat eos ad bene agendum, neque infamia facit ad malum procliues: in viuis autem vtrunque accidit: ideo fama est magis necessaria viuentibus: & infamia magis eis nocet. Quartò quia propter famam bonam eueniunt homini bona multa huius sæculi tam honoris quàm lucri quàm iucunditatis, eo quòd de homine bonæ famæ multi confidunt, nemo eum molestat: & eo ipso iudicatur dignus multis bonis: qui autem infamatur, omnia habet ex opposito: ideo infamari magnum damnum est homini: quia per hoc caret omnibus bonis, quæ accidunt ei ab aliis: mortuis autem nullũ bonum istorum conuenit, quia neque lucrum, neque honor, neque quieta conuersatio est eis possibilis: cũ non cõuersentur nobiscum: ideo infamia minus eis nocet. Quintò quia publicato peccato vnius multi incitantur ad peccandum, & ita infamia facit contra charitatem: & tamen magis incitant ad peccandum peccata viuentium, quàm mortuorum: nam si mortui peccauerunt, videntur iam pro peccato puniti inquãtum ablati sunt de terra, & peccatum quando consideratur cum pœna, non mouet ad imitationem, sed magis nos distrahit metus pœnæ: peccata autem viuentium, quia non habent pęnam adiunctam magis mouent ad prosequendum, quasi donata impunitate: iõ infamia peior est in viuentibus quàm in mortuis: & ita, cæteris paribus, magis delinquunt reuelantes peccata viuorum quàm mortuorum. Et ex hoc etiam patet, quòd cæteris paribus grauius est reuelare peccata eorum, qui sunt magis noti, quàm eorum, qui minus noti, vel ad quos minor conuersatio est: vt siquis reuelet peccatum alterius manentis in eadem vrbe vel collegio, etiam si ille notus sit apud illos, quibus reuelatur peccatum eius. Et hoc quia omnia mala, quæ sequuntur ex infamia, grauius consequuntur eũ, qui manet inter eos, inter quos infamatus est: quã si maneat inter alios, apud quos nõ est læsa eius opinio: pauca enim damna consequuntur absentem infamatum apud illos, apud quos non est conuersaturus.

Ad primam rationem factam pro parte mortuorũ dicendum, quòd non habere defensionem est aliquid aggrauans peccatum: & cæteris paribus deterius est nocere destituto subsidiis, quàm habenti: & tamẽ nõ ideo est simpliciter maius, sicut si quis auferat pupillo vnum denarium, & auferat diuiti, & potenti decem millia: nam magis peccat auferendo à diuite, quia res est maior. Si tamen vnum denarium tollat à diuite, & alium à paupere magis peccat auferendo à paupere: ita est circa reuelationem peccatorum: nam si æquale malum prouenenirer mortuis, & viuentibus ex reuelatione peccatorum: peius esset reuelare peccata mortuorum, quia illi essent auxiliati: & tamen valde maius malum infamię sequitur reuelando peccata viuorum quàm mortuorum: ergo peius est reuelare peccata viuorum.

Ad secundum ꝙ crimina morte extingũtur quantum ad hoc ꝙ agatur de delicto contra mortuum, eo ꝙ ille pertinet ad alium forum, scilicet ad diuinum. Etiam quia non potest suscipere pęnam legis pro delicto: viuentes autem puniri possunt, & emendari: iõ agitur de delicto contra eos: hoc autem est de reuelatione ordinaria & iuridica peccati, scilicet quado peccatum alicuius reuelatur per iudicialem accusationẽ: hic autem agitur de reuelatione non iuridica, scilicet quando aliquis non corrigendo fraternaliter, neque denunciando iudici, neque accusando reuelat peccatum proximi aliquibus, apud quos reuelatum nocere potest, & nocet realiter propter infamiam insurgentem: & non potest prodesse nisi per accidens: & quantum ad hoc grauius fit reuelando peccata viuentium quàm mortuorum.

Ad quid Christus iussit vnum, vel duos testes adhiberi, quando singulariter admonitus non corrigitur. Quæst. CI.

QVAERETVR, cùm Christus iubeat adhiberi vnum vel duos testes, quando singulariter admonitus non corrigitur, ad quid hoc iussit.

Dicẽdum quòd quidam volunt hoc fieri, vt illi sint testes, quod frater admonens fecit quantum in se erat. Et ita dicit Chrysosto. & intelligitur sic, scilicet quòd primus admonens adhibitis testibus coram delinquente dicat, ego te sępe admonui solus, vt a peccato cessares, & noluisti: nunc dico tibi coram his: & ita ꝑ hoc cum delinquens tacuerit vel non repugnauerit verbo corrigentis apparebit eum dixisse vera, scilicet quòd admonuerit iam secrete. Secundò debent quidam testes adhiberi ad conuincendum de actu iterato ipsum peccatorem si peccatum iteretur. & hoc tenet Augustinus in regula, & intelligitur sic: si postquam admonitus coram testibus peccauerit rursus: & ob hoc denuncietur ecclesiæ: poterit probari, quòd iste iam iterum hoc commiserit, si neget, cum coram eis pro crimine ante hoc commisso fuerit admonitus: & si tunc destitisset non denunciaretur nunc ecclesiæ.

Sed dicendum quòd primus sensus non multum conuenit, quia si deberet corrigens habere testes, quia fecit quod in se erat: ita aut hoc esset conueniens pro defensione sua coram Deo: aut coram Ecclesia: non corã Deo, quia testibus non indiget, cũ omnia sine teste nouerit. imò ipse est iudex & testis. Iere. 39. non etiam coram ecclesia: quia non exigit à nobis rationem ecclesia an egerimus circa correctionem proximorum quidquid poteramus vel non: cũ istam rationem solus Deus exigat. Secundus ẽt sensus nõ multũ stat, primò quia nõ est necesse conuinci peccatorem de actu iterato: nam hoc esset, si ecclesia inferret pœnam directè pro peccato commisso: & tunc ad pœnam imponendam oportebat probari delictum sicut fit in denunciationibus iudicialibus, in quibus iudex ex officio suo procedit contra eum, de quo est denunciatum crimen, quod testibus conuincitur: & tũc imponit iudex pęnam delinquenti, licèt non talem qualem si procederetur contra eum per viam accusationis: & tamen in denunciatione, quæ est in fraterna correctione non intenditur pęna aliqua, sed solùm, vt cesset delinquens à peccato. Quod patet, quia dicitur si non audit Ecclesiam, debet esse sicut ethnicus, & publicanus: & tamen si audit Ecclesiam cessando à peccato non dicitur, ꝙ Ecclesia non inferat aliquam pęnam; & tamen si in hac denunciatione, quæ fit Ecclesiæ intenderetur, ꝙ Ecclesia corrigeret puniendo delinquentem; semper imponeret pęnam, siue audiret Ecclesiam, siue non, & tñ non imponitur pęna, nisi quan-

si quando non audit: ideo non intenditur pena aliqua F delinquentis in denunciatione, quę fit Ecclesiæ: & sic non erunt testes necessarij ad probandum delictū. Secundò patet, quia dato quòd vellet probari crimen, vt constaret coram ecclesia, non adhibentur testes sic: sed sufficiebat, ꝙ postquam admonuisset quis delinquentem secretè, & non correctus iteraret peccatum, vocaret corrigens aliquos, qui viderent quomodo ille committebat peccatum, & ita probaretur quando denunciaretur ecclesiæ: & non oportet adhiberi illos, vt loquerentur peccanti: & tamen adhibentur sic, qa dicitur adhibe tecum vnum vel duos testes. & sequitur, ꝙ si illos non audierit. Et ita isti loquuntur ei, & tamen facilius erat aliter fieri, si solùm testimonium, & probatio criminis intenderetur. Tertiò & efficacius, G quia imò iste modus non conuenit huic fini: nā ad sciendum an delinquens peccet, non debent testes eis loqui, quia quando ipsi loquuntur ei, non peccat ille, sed in absentia eorum: & tamen iubetur quòd adhibeantur testes, & loquantur: ergo non sunt ad hunc finem sed ad alium.

Dicendum ergo tertiò, & melius ꝙ isti testes non adhibentur ad probandum delictum, sed ad quandam verecundiam ingerendam peccanti: nam à principio solus corrigens loquitur, vt si potest sine dispendio famę emendari emendetur; si autem non, emendetur sic, debet peccatum eius aliquibus publicari licèt cum eius infamia, vt quando à multis peccatum eius fuerit cognitum magis peccator erubescat: vult H tñ Christus ꝙ iste infametur quanto minus infamari potuerit, & ideo iubet adhiberi paucos, quibus peccatum reueletur, & ipsi increpent delinquentem de peccato. Et hoc patet, quia dicitur, adhibe tecum vnum vel duos: & postea sequitur, quòd si illos non audierit. in quo significatur ꝙ ille debet admoneri per testes adhibitos, & si cessat peccare, audit testes: si autem non cessat non audit eos. Et causa vera, quare adhibentur est, quia peccans erubescet peccare, cùm multi eum increpuerint. Et istum etiam sensum ponit Hieronymus dicens, quòd admonitione, & pudore corrigatur.

Quartò potest dici, quòd testes accipiantur ad probandum quod delictum sit illud, quod frater agit, vt si- I quis peccat, & ab alio secretè correctus dicit non esse peccatum id, quod agit: debent adhiberi testes ad hoc, quòd asserant peccatum esse illud, quod agit: & iste sensus etiam valde conuenit: nam vocantur ꝓpriè testes isti, quia ad testificandum an sit peccatum id, quod agitur, adhibentur: tunc etiam conuenit alia litera, scilicet, quòd si illos non audierit: quia non audire est non credere, quod illi asserunt, scilicet esse peccatum, qđ facit. Et istud tenet Glo. dicens: si dixerit non esse peccatum, vt probent illud non esse peccatū. & iste sensus est conueniens: & tamen iste solus non sufficit, quia tunc sequeretur, quòd si peccans confiteretur se peccare secretè admonitus: & tamen non se emendaret: siue quia promittit, & non facit: siue K quia non vult corrigi, nō deberet iste adhibere testes, sed procedere ad denunciandum ecclesiæ: cùm non esset ibi opportunum adhiberi testes ad probandum esse peccatum, quia delinquens hoc confitetur: & tñ semper debent adhiberi testes antequam denuncietur ecclesiæ: ideo oportet accipi istos testes interdum ad conuincendum peccātem ꝙ peccet: interdum ad admonendum eum vt magis erubescat quā si singulariter admoneatur.

An isti testes sint simul adhibendi, vel primò vnus, deinde alius. Quæst. C I I.

QVAERETVR de modo adhibendi istos testes, scilicet an sint simul adhibendi, vel primò vnus, deinde alius. Aliqui dicunt quòd successiuè: & hoc quia Christus dedit istum ordinem ad hoc ꝙ peccans infamaretur min⁹ quàm infamari poterit: nā propter hoc primò admonetur secretè: & tamen si admoneatur corā vno, & deinde corā alio, minus infamatur, q̄ si coram duobus, vel tribus simul admoneatur, ideo debet teneri iste ordo.

Sed dicendum, quòd non stat: primò quia non excusatur sic infamia neque extenuatur: nam infamia ex hoc prouenit quòd multi sciant delictum alicuius. Quòd ergo tres sciant delictum alicuius, siue simul sciant, siue successiuè, non est differentia vlla: & ita nō ꝯsequit̄ magis de intento hac via q̄ alia via. Secundò, quia minus prodest admonitio sic facta q̄ aliter: nam si quis adhibeat secum tres simul qui admoneant aliquem de peccato suo: magis erubescet quàm si adhibeat vnum, & postea alium, & deinde alium: & tñ intentio Christi est, quòd iste erubescat, vt Hieronym⁹ dicit: ideo non venient testes successiuè.

Quis modus testes adhibendi est in correctione fraterna.

Dicendum ergo quòd manent duo modi. Vnus est ꝙ testes adhibeantur simul: siue sit vnus, siue duo. Alius modus est quòd adhibeat corrigens prius vnū testem secum: & si illum audierit, bene quidem. & si non, adhibeat duos simul: siue duos de nouo: siue illum, quem adhibuit, & alium de nouo: & iste modus magis ꝯuenit intētioni Christi: quia sic minus infamabitur peccans: quia poterit esse quòd adhibito primo teste statim corrigatur, & non sit necesse adhiberi alterum. Si autem simul adhiberentur in prima vice, magis infamaretur. Item sic magis erubescet admonitus, eo quod pluries admonetur: cùm semel admoneatur coram vno, & postea coram duobus. Etiam quiá tot sunt hic simul sicut ibi: quia in secunda admonitione sunt tres simul, scilicet duo testes adhibiti: & ipse principalis admonens. Et istum modum tenet Hieronymus dicens: si te audire noluerit, adhibeatur vnus frater tantùm: quòd si neque illum audierit adhibeatur & tertius. Dicendum tamen quòd hoc nō cadit sub necessitate ordinis: vnde statim vt quis secreto admonitus non vult emendari: potest corrigens adhibere simul duos testes: & tamen si vult tenere præcedentem modum ille est conuenientior.

An corrigens possit adhibere plures quam duos testes. Quæst. C I I I.

QVAERETVR, an possit corrigens adhibere plures quàm duos testes. Dicendum quòd nō licet plures adhibere: primò quia si liceret multos adhibere, quot vellet ipse corrigens: nihil differret adhiberi testes, & dici ecclesiæ: cùm dici ecclesię secundum vnam expositionem sit dici multitudini: & tamē distinxit istos modos, ideo differre debent: & sic non debet multis testibus dici. Secundò quia nos obligamur seruare famam fratris. inquantum possumus seruata rectitudine cōscientiæ eius, & tamē possumus admonere eum & facere cessare à peccato admonendo coram duobus, ergo contra charitatem facimus, si eū coram pluribus admoneamus. Tertiò & principaliter, quia Christus designauit certum numerum, scilicet adhibere duos testes: ergo non licet adhiberi plures. Quartò quia apparet, quòd intentio Christi erat reuelari peccatum paucioribus quàm reuelari poterat: cùm dixerit adhibe vnum vel duos testes quasi dicat, si videris ꝙ vnus testis sufficit, corā quo admoneas,

nō adhibeas duos, ſi nō ſufficit adhibe duos: & tñ duo ſufficiunt. Quintò quia Chriſtus non ſolū deſignauit numerum teſtium, ſed etiam dedit cauſam quare tot eſſent dicens, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum: ergo noluit plures eſſe, & ita non licet plures adhiberi.

Quare dicitur: Vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum.

Quæſt. CIIII.

QVAERETVR quare dicitur. In ore duorū vel trium ſtet omne verbum. Nam non videtur conuenire expoſitioni datę de teſtibus, ſcilicet ꝙ illi adhibentur ad hoc, quòd peccans magis erubeſcat admonitus coram duobus quàm ſecretè.

Dicendum ꝙ neceſſe eſt accipi hic teſtes propriè, qui aliquid aſſerunt vel teſtificantur, & ita trahitur illud quod dicitur Deuter. 19. quòd in ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum, ideſt quodcunque verbū teſtificati fuerint duo, vel tres, reputabitur eſſe verū: ſunt autem iſti adhibiti teſtes, non quidem ad teſtificandum quòd peccans egerit tale, vel tale; cùm non ſit probādum delictum coram aliquo iudice, vt dictū eſt ſupra queſt. 100. ſed ad aſſerendum ipſi peccanti, quòd illud, quod ipſe agit ſit peccatum, & ita teſtificātur de iure, & non de facto: & eſt ſenſus, in ore duorū vel trium ſtet omne verbum, ideſt quicquid iudicabūt non eſſe peccatum, debet haberi vt non peccatum.

Quomodo dicitur, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: quia non debent adhiberi niſi duo.

Quæſt. CV.

SED QVAERETVR, quomodo dicitur: Vt in ore duorum vel triū teſtium ſtet oē verbum. Aliqui dicunt ꝙ poſſent adhiberi duo vel tres teſtes, & ita in ore duorum, vel trium ſtabit verbum. Et cū dicitur, adhibe vnum vel duos teſtes, dicūt per hoc nō negari, qui poſſint plures adhiberi, & ita tres ſaltem poterint adhiberi.

Sed dicendum quòd non ſtat: primò quia non cōcordat literę: quia ſatis apparet intentio Chriſti ꝙ pauciores, qui ſufficerent adhibeantur: cùm non dixerit adhibe duos, ſed vnum vel duos, quaſi dicat adhibe vnū, & ad plus duos; ergo non licet extendere ad tres. Secundò & efficacius, quia dato quòd liceret adhiberi tres, aut multo plures: tamen hic non poterat dici in ore duorum, vel trium teſtium. Et ratio eſt, quia iſtud ponitur vt cauſa precedentis dicti. Et patet, quia dicitur: Vt in ore &, vt, ponitur prò, Quia, & eſt redditiuum cauſæ. & tamen ſupra ponitur: adhibe tecum vnum vel duos: ergo non poteſt intelligi hoc niſi de vno aut duobus adhibitis.

Doctoris reſpon. ad quæſitum.

Dicendum ꝙ verum eſt, quòd poteſt adhiberi niſi vnus aut duo ad plus: & tamen adhibitis eis verum eſt quod verbum ſtat in ore duorum vel trium quia ille q admonet eſt vnus, & ipſe ſimul cum teſtibus adhibitis admonent peccantem quòd emendetur, & aſſerūt peccatum eſſe quod facit: vnde ſi corrigens adhibeat vnum teſtem, ſtat tunc verbum in ore duorum, ſcilicet corrigentis, & teſtis adhibiti. Si autem adhibeat duos ſtat verbum in ore trium, ſcilicet corrigentis & duorum teſtium adhibitorum; & ita ſtat litera, ſcilicet, adhibe tecum vnum, vel duos: vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. ideſt in ore tuo, & ipſorum adhibitorum. Et tunc eſt verum iſtud redditiuū cauſæ: nam pro vtraque parte cauſam reddit, ſcilicet adhibe vnum, & tunc in ore duorum ſtat verbum, vel adhibe duos, & tunc in ore triū ſtat verbum. Ex hoc etiam apparet id, quod dictum eſt ſupra, ſcilicet quòd non licet adhiberi plures quàm duos teſtes; quia tam in dicto quàm in redditiuo cauſæ ſolùm expreſſit de duobus adhibitis. Sed dicet aliquis, quòd non ſtat, qa hoc poſſet ſtare ſi diceretur in ore duorum, vel trium ſtat oē verbum, & non adderetur teſtiū: & tñ dicit teſtiū: ergo oportet accipi de adhibitis: qa illi ſunt teſtes: & non ille, qui eos adhibet. Dicendum ꝙ tā adhibens quàm adhibiti ſunt teſtes: nam ſi eſſet cauſa fori contentioſi, ille, qui adhiberet teſtes non eſſet teſtis: ſed eſt correctiò fraterna, quæ fit ſine rigore: ideo omnes quotquot acceſſerint vocātur teſtes: & maximè quia hic non accipiuntur teſtes de facto, ſcilicet an delinquens commiſerit tale vel tale: ſed an id, quod facit ſic peccatum vel non: & in hoc ita poteſt aſſerere ille, qui admonet ſicut illi, quos adhibet: & ita omnes ſunt teſtes, & iſte eſt verus ſenſus.

An neceßario debeant adhiberi teſtes ante denunciationem quæ fit eccleſiæ. Quæſtio. CVI.

QVAERETVR circa teſtes, qui adhibentur, an neceſſariò debeat hoc fieri ante denunciationem, quæ fit eccleſię. Aliqui dicunt quòd non, imò quòd non deberent teſtes induci: peccata enim occulta non ſunt aliis manifeſtanda: quia ſic homo magis eſſet proditor criminis quàm corrector fratris, vt dicit Augu. ſed qui inducit teſtes, manifeſtat peccatum fratris, quod erat abſconditum; ergo non debent induci teſtes in correctione peccati occulti. Secundò quia homo debet diligere proximum ſuum ſicut ſeipſum: ſed nullus ad manifeſtandum peccatum ſuum occultum, vel ad emendandum illud inducit teſtes: ergo neque debet illos inducere ad manifeſtandūm vel corrigendum peccatum fratris. Tertiò quia videtur, ꝙ fruſtra inducantur hic teſtes, quia teſtes ſunt ad ꝓbandum aliquid: & tamen in occultis non poteſt fieri probatio per teſtes, qualia ſunt peccata, in quibus fit correctio fraterna: ergo non ſunt adhibendi teſtes. Quartò quia dato quòd debeant adhiberi, videtur quòd non adhibeantur antequam denuncietur eccleſię ſed poſt: quia dicit Aug. in regula quòd peccatum fratris prius debet oſtendi prępoſito quàm teſtibus, & tamen dicere pręlato ſiue præpoſito eſt dicere eccleſię: ergo prius eccleſię denunciatio fiet quàm adhibeantur teſtes. Quintò patet, quia in denunciationibus ita fit: quia prius denunciatur crimen iudici: & poſtea adhibentur teſtes ad probandum crimina denunciata, & tamē dicere eccleſię eſt denunciare crimen: ergo prius dicetur eccleſiæ, & poſtea adhibebuntur teſtes.

Dicendum quòd ordo correctionis fraternę eſt ille, qui à Chriſto aſſignat[9] eſt: in quo Chriſt[9] voluit ſaluari tam conſcientiam, quàm famam fratris delinquentis: ſi vtrunque ſaluari poteſt; & ſi non poteſt, quia maius eſt bonum conſcientię quàm famę, debet ſaluari bonum conſcientię: ideo à principio debet correctio fratris eſſe occulta admonendo in ſecreto: & ſi ſecretò admonitus noluerit corrigi, non eſt publicandum peccatum: ſi autem non potuerit debet publicari: & tamen quia iſta ſunt extrema, ſcilicet ſciri ab vno tantum, & ſciri ab omnibus, quod eſt dicere eccleſiæ: poſuit Chriſtus medium, ſcilicet adhiberi vnum, vel duos teſtes. nam principium correctionis occultum eſt, ideſt ab vno corigi: finis autem eſt omnino publicus, ſcilicet dici eccleſię, ſiue accipiatur pro iudice ſiue pro multitudine: medium autem eſt dici paucis, quia minus infamabitur delinquens reuelato delicto ſuo paucis, & iſti ſunt vnus, vel duo teſtes: quia non debent plures adhiberi, vt dictum eſt ſupra queſtione

Debem' inquantū possumus famam fratrum conseruare.

stione 103. & adhibentur ad seruandam famam fratris quandiu potest seruari: nam si eoipso quòd quis non vult emendari secretè admonitus deberet dici ecclesię peccatum eius, infamaretur ille: qui fortè poterat sine hac infamia emendari: nam licet non emendatus fuerit per secretam admonitionem: fortè erubescet admonitus corā duobus, vel tribus, & emēdabitur reseruata adhuc sibi fama. Et q̄a debem' inquantum cō possumus seruare famam fratrum, debuit poni adhibitio vnius vel duorum testium post secretam admonitionem ante denunciationem ecclesię: & isti testes simul cum ipso adhibente debent affirmare coram delinquente quòd illud quod facit sit peccatum, & hortari vt desistat.

Ad primum dicendum, quod in occultis peccatis habet locum iste ordo correctionis. Pro quo sciendum, quòd aliqui dixerunt, quòd ordo correctionis fraternæ est, quòd primò peccans in occulto admoneatur: si emendauerit bene quidem: si autem peccatum sit omnino ocultum, idest quòd non veniat in notitiam aliorum, sed solùm ipsius corrigentis, deberet cessare corrigens à corectione permittendo delinquentem arbitrio suo, vel diuino iudicio. Si autem peccatum erat manifestum, vel incipiebat venire in cognitionem aliorum aliquibus indiciis, debebat tenere ordinem positum in litera. Sed dicendum quòd non est verum: dicit enim Aug. in regula: Si frater tu' vulnus habet in corpore, quod vult occultari, dum timet secari: nonne à te crudeliter sileretur, & misericorditer indicaretur? quanto ergo magis non debet occultari peccatum, ne deterius putrescat vulnus in corde? ideo etiam si sit valde occultum, postquam quis totiens admonuerit delinquentē, & non fuerit correctus, quòd desperet de emendatione per singularem correctionem: debet procedere ad testium adhibitionem, & postea ad denunciandum ecclesiæ: & hoc nisi quis tantam videat peccantis pertinaciam, quòd admonitus coram testibus, & postea coram ecclesia putetur verisimiliter non emendandus, sed potius quòd efficietur deterior: quia tunc non est procedendum vlterius: cùm hoc sit contra intentionem correctionis fraternę, quæ fit propter emendationem peccantis: ergo non est procedendum vlterius quando pręsumitur quòd fieret deterior is qui corrigitur, quia contra charitatem esset hoc.

Ordo correctionis fraternæ secundum quosdam.

Ad secundum dicendum, quòd in peccato proprio emendando nemo indiget testibus: imò non potest illos ducere ad se emendandum: quia aut quis vult emendari de peccato aut non: si vult emendari, eo ipso emendatus est, quia non indiget actione aliena ad emendationem: sed per hoc quod vult à peccato cessare cessat: & hoc est emendatum esse. Si non vult emendari non inducet testes: quia implicat quòd quis nolit emendari, & velit quòd aliquis eum emendet. In delicto alieno secus est, quia licèt quis non desideret emēdari, alius sciens peccatum eius poterit eum secretè admonere, vt emendetur: & si noluerit, poterit adhibere alios, vt magis erubescat, & sic emendetur, & ita ad peccatum fratris emendandum bene conuenit interdum adhibere testes.

Ad tertium dicendum, quòd testes inducuntur ad duo, vt dictum est supra, scilicet ad admonendum delinquentem, vt emendetur, & ipse erubescens emendetur, & ad asserendum, et testificandum ipsi delinquenti, quòd id quod facit est peccatum, si de hoc dubitauerit, & hoc fieri poterit in occultis: ideo prodest ibi testium adhibitio. secus autem si acciperentur isti ad probandum delictum coram iudice, quia tunc nō possent probare, si esset occultum.

Ad quartum dicendum, quòd Aug. vult prius dici

F prælato quàm testibus inquantum prælatus est quædam persona priuata, quæ potest prodesse & non obesse: non autem vt est persona publica: & tamen p̄latus non dicitur ecclesia nisi inquantum est persona publicata sedens in loco iudicij. Et hoc modo non debet dici prelato prius quàm testibus, ideo verum est, quòd prius dicetur testibus quàm Ecclesiæ.

Ad quintum dicendum, quòd in iudiciali denunciatione adhibentur testes post denunciatum crimen iudici: eo quòd ibi intenditur punitio delicti facienda à iudice: & tamen in correctione fraterna quando denunciatur Ecclesiæ non intenditur, quòd iudex puniat pro peccato præterito: sed ꝙ admoneat, & iubeat de cætero cauere, & si delinquens obedierit, non

G imponitur pęna aliqua. Si autem non obedierit, excommunicatur: & ideo non sunt hic testes necessarij ad probationem criminis: cùm non intendatur pæna, & consequnter non adhibebuntur testes post denunciationem factam, sed prius: & non quidem ad probandum delictum factum esse, sed ad monendum recedere de peccato, & ad cōuincendum esse delictum id, quod facit deliquens: ideo isti sunt adhibendi, antequam fiat denunciatio Ecclesiæ, vt minus infametur, quàm si statim omnibus publicetur, quod fit dicendo Ecclesię.

An ordo iste procedendi sit conueniens in fraterna correctione.

H

Quæst. CVII.

QVAERETVR, an iste ordo procedenti sit conueniens in fraterna correctione. Aliqui dicunt quòd non, quia innuitur quòd postquam quis secreto admonitus non obedierit, sit dicendum peccatum eius coram testibus, & deinde Ecclesię: sed hoc non videtur conueniens: quia mitius se debet quis habere circa hominem fratrem delinquentē in alijs criminibus quàm in hęresi: eo quòd hęresis est grauius crimen: & potissimè quia est periculosum, cùm sit infectiuum cæterorum: & tamen circa hæresim admonetur aliquis saltem bis. ad Titum 3. Hæreticum hominem post vnam & alteram admonitionem deuita:

I ergo à fortiori circa alia peccata.

Dicendum quòd in correctione fraterna Christus voluit teneri istum ordinem, vt primò secretè admoneretur, & postea coram testibus, & deinde coram tota Ecclesia, vt non infamaretur delinquens, vt si cū leuioribus remedijs ex quibus non insurgit infamia posset emendari, non procederetur ad maiora, quæ infamant: ex quo sequitur, quòd imposuit nobis onus, quòd quanto possemus euitare infamiam fratris euitaremus: & ideo non solùm debemus conari euitare eam procedendo per istam viā assignatam à Christo: sed etiam in quolibet remedio leuiori insistendo quātum potuerimus, vt non procedamus ad aliud quod est grauius: & ita quando quis secretè admonet, non

K dicitur statim post primam admonitionem procedere ad testes, sed totiens admonere quandiu putauerit per talem admonitionem secretam posse corrigi: cùm autem putauerit verisimiliter quòd non poterit emendari delinquens per talem modum, potest procedere ad testes adhibendos: & tamen quotiens debeat dicere in secreto non est determinatum: sed quotiens viderit expedire: & ita adhibitis testibus duobus si non audierit illos, non statim debet procedere ad dicendum Ecclesiæ, neque etiam adhibebit plures: cū non sit licitum adhiberi vltra duos, vt ostensum est supra: sed illos eosdem adhibebit sæpe quousq; verisimiliter putet corrigens, quòd etiam per admonitionem testium non corrigetur: tunc enim dicet Ecclesiæ: nisi ve-

ſi veriſimiliter putet, quòd dicendo Eccleſiæ etiam non corrigetur, ſed deteriorabitur: quia tunc magis ceſſandum eſt à correctione: quia iam incipit militare contra charitatem.

Ad argumentum dicendum, quòd ex maiori rigore proceditur contra Hæreticos quàm contra alios ꝑpter cōionē periculoſam: & iō dicendum, ꝙ magis ꝯceditur admonitio in aliis criminibus quā in Hæreſi: nam in hæreſi ſolùm bis admonetur quis, ſcilicet: poſt vnam & alteram admonitionem deuita. In aliis vero neceſſe eſt ſaltem ter admoneri, qa primò admonetur ſecretè: deinde coram teſtibus: tertiò coram Eccleſia, vel potius ab ipſa Eccleſia admonetur: ideo etiam ſi quęlibet iſtarum admonitionum eſſet ſola, eſſent tres. Aliter etiam dicendum, quòd quælibet iſtarum eſt multiplex: nam qui ſecretò admonet, ſepe admonere debet quouſque videat nō eſſe corrigibilem peccatorem per iſtam viam: & poſtea coram teſtibus ſępe admonetur: Eccleſia quoque, ſæpe admonet, quia ad excōmunicationē trina præmittitur admonitio: & tamen excommunicatio videtur eſſe pæna, quæ hic infligitur: ideo plus admonetur in aliis criminibus q̃ Hæreſi antequam à communione alienum habeam° ipſum peccatorem: & ita conueniens ordo eſt correctionis iſte, qui ponitur hic.

Quæ ſit Eccleſia iſta de qua hic dicitur, quòd dicatur Eccleſiæ.

Quæſtio. CVIII.

Eccleſia multimodè ſumitur.

QVAERETVR, quę ſit Eccleſia iſta, de qua hic dicitur, quòd dicatur Eccleſiæ. Dicendum, quod Eccleſia multipliciter accipitur, vno mō ꝑ qualibet multitudine, vel congregatione ad aliquid. Sic dicit Ariſto. 2. Politicorum cap. de politia Calcedoniorum, quòd Calcedonii Eccleſiam nō faciunt, ideſt non faciunt congregationem ſiue conſilium ad determinandum de factis cōibus. Et inde dicitur Eccleſiaſtes, ideſt cōcionator vel ad multitudinem loquēs: & ſic liber vnus Salomonis Eccleſiaſtes, ideſt concionator dicitur, vt ait Hieronymus: quia ad Eccleſiam, ideſt ad multitudinem loquitur: & inde etiam Eccleſiaſticus liber dicitur ille ſapientialis liber, qui ordinat mores multitudinis: & ab iſto modo deriuantur alij modi accipiendi Eccleſiam. Secundò modo accipitur pro pręlato ſpirituali. Et ita dicitur extra de ſentētia excommunicationis in cap. à nobis. quòd eccleſia fallit & fallitur, ideſt pręlatus Eccleſię. Nam ibi agitur de ſententia excommunicationis lata cōtra aliquē pro cauſa non vera, quam putat prælatus eſſe veram: & illa ſententia non fertur ab Eccleſia, quæ eſt multitudo: ſed à iudice, qui eſt prælatus. Tertiò modo accipitur pro aliqua ſpirituali multitudine vel congregatione, quę tamen eſt particularis: & vocamus eam Eccleſiam particularem. ſic dicimus Eccleſiam Toletanam, vel Salamantinam: ſic accipitur primæ Corin. 1. & 2. Corinth. 1. ſcilicet Paulus, & Soſthenes Eccleſię Dei, quæ eſt Corinthi ſantificatis in Chriſto Ieſu vocatis ſanctis. Et ſic nō pōt accipi ibi pro domo aliqua, cū dicatur ibi ſanctificatis: & Eccleſia, & ſanctificati, idem ſunt: vt patet ibi ex litera. Etiam non poteſt accipi pro prælato: cùm dicatur ſanctificatis, & vocatis ſanctis. & ita neceſſe eſt, quòd multi ſint illi, ad quos loquitur, & quos vocat Eccleſiam. Etiam non poteſt accipi pro quacunque multitudine prophana, vel ſeculari: ſed pro multitudine ꝯgregata ad aliquid ſanctum, ſcilicet in nomine Ieſu: cùm dicatur, ſanctificatis in Chriſto Ieſu. Etiam non poteſt accipi pro omni multitudine, ideſt vniuerſitate hominum, cùm dica-

Eccleſiaſticus quid importat.

A tur Eccleſię Dei, quæ eſt Corinthi. & ita accipitur ibi Eccleſia pro congregatione particulari aliquorum hominum congregatorum in nomine Chriſti & cultu eius. Quartò accipitur pro loco vel domo, vbi cōuenit talis multitudo, & ſic accipimus Eccleſias ſancti Petri, & Ioannis, & aliorum ſanctorum, ideſt domus orationis fabricatas in honorem iſtorum, & ſub inuocatione eorum. Sic accipitur primę Corin. vndecimo: Nunquid domos non habetis, quia Eccleſiam Dei contemnitis? Et loquitur contra Corinthios, quia quando die cænæ domini vel alio tempore communicaturi erant corpore & ſanguine, ferebant omnes cibos ſuos in Eccleſiam: & poſtquam abundanter comediſſent ſumebant corpus domini: quod vituperat

B apoſtolus, dicens quòd hoc fieret quaſi non haberent domos, in quibus manducarent: vel quia contemnebant Eccleſiam Dei, ideſt domum orationis, putantes eam nullo honore dignam. Quintò accipitur Eccleſia pro tota multitudine omniū hominum in Chriſtum credentium, quam vocamus nos Eccleſiā vniuerſalem: ſic accipitur ad Ephe. cùm dicit apoſtolus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam. Et neceſſe eſt accipi ibi pro vniuerſali: quia non dilexit ſpecialiter Chriſtus Eccleſiam Toletanā, aut Hiſpanam, aut Corinthiorum, ſed omnes homines ad ipſum conuerſos, & qui conuertendi erant: & ita apparet eodem ca. cùm de matrimonio loquitur, dicens illud eſſe magnum ſacramentum, & ſubdidit

C ego autem dico in Chriſto & eccleſia: & tamen non eſt matrimonium inter Chriſtum, & aliquam particularem Eccleſiam, quia tunc homines aliarum Eccleſiarum non redemiſſet, neque pertinerent ad eum: & tamen omnes redemit: ideo accipitur neceſſe pro Eccleſia vniuerſali, ideſt tota vniuerſitate credētium, quę dicitur ſponſa Chriſti. & ſic accipitur Actu. 20. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos ſpiritusſanctus regere eccleſiam Chriſti, quam acquiſiuit ſanguine ſuo: vnde non dixit eccleſiam Epheſiorum, vel Macedonum, aut Romanorum, ſed Chriſti, vt nullam ſpecialem deſignaret.

Dicendum autem quòd omnes iſti modi accipiendi Eccleſiam deſcendunt à primo: quia eccleſia ſecū

D dùm ſuam originem deſignat multitudinem congregatam ad aliquid quæcunque illa ſit. Et inde deſcendit ſecundus modus, ſcilicet quòd prælatus vocetur eccleſia, non quòd ipſe ſit eccleſia, ideſt multitudo, ſed quia pręeſt multitudini. Et inde etiam eſt tertius modus pro multitudine particulari cōgregata in Chriſti nomine, & ſic magis propriè vocatur eccleſia, quia eſt verè multitudo ꝯgregata. Inde eſt etiam quartus modus: nam domus orationis vocatur eccleſia, ideſt quia illuc conuenit, vel congregatur ibi eccleſia, ideſt multitudo: nam domus non eſt multitudo. Etiam quintus modus inde deſcendit, quia eſt ibi congregatio multorum, ideſt omnium credentium. Nunc vero dicendum, quòd accipi poteſt hic

E in omnibus modis iſtis pręterquam in quarto: quia nihil poteſt dici eccleſię, ideſt domui orationis: in omnibus autem alijs poteſt aliquid dici eccleſię. Sed ſolet communiter exponi: dic eccleſiæ, ideſt pręlato, qui pręeſt eccleſię, quia illi facile eſt dici: & ille poteſt corrigere delinquentem: & bene ſtat: & tamen etiam aliis modis poteſt accipi. Vnde pro qualibet multitudine poterit accipi, ſcilicet crimen dicitur ſingulariter ab vno: & quando delinquens non corrigit ſic dicitur coram teſtibus, vt magis erubeſcat, & illi firmius ſibi aſſerere poſſint, quod ſit peccatum id, quod ille agit. Si autem non emendatur per hoc, dicitur eccleſię, ideſt multitudini ſiue multis ſimul: vel omnibus,

nibus, quotquot cõuenire voluerint, vt sic erubescat omnino. Sic accipit Hieronymus dicens: porro si neque illos, idest testes adhibitos audire voluerit: tunc multis dicendum est, vt detestationi eum habeant, vt qui nō potuit pudore saluari, saluetur vel opprobriis. Secundò modo, scilicet pro prelato solet accipi communiter, & ita ēt accipit Chryso. dicens, dic ecclesiæ. i. his, qui ecclesiæ præsunt. Tertiò etiam modo potest accipi: quia ecclesia sic est multitudo, coram qua denunciatur confunditur, & erubescit. Etiam quia illa habet auctoritatem diffiniēdi quid sit bonum, vel malum: & tamen propter hoc remittitur delinquens vltimò ad ecclesiam: vt si quando vnus admonet non credit, & etiam duobus testibus adhibitis non credit: postea tota multitudine alicuius ecclesiæ asserente, necessariò credere debeat, quia post talium assertionem nihil dubitandum est, & sic accipit Glos. dicens: dic toti ecclesiæ, vt maiorem erubescentiam patiatur: & post hęc omnia sequatur excommunicatio, quę fieri debet per os ecclesię, idest per sacerdotem, quo excõmunicante tota ecclesia cum eo operatur. Quartò etiam modo potest accipi dic ecclesię, idest ecclesiæ vniuersali: nam quędam sunt, quæ non possunt dici sufficienter alicui particulari ecclesiæ: quia determinatio ecclesiæ illius nō sufficit: vt circa fidem: dato enim quòd aliqua particularis ecclesia diffiniat aliquid esse credendum, potest errare: sicut interdum legimus aliquas errasse: vt aliquando tota ecclesia græcorum errauit, & nunc multæ ecclesię particulares in ecclesia orientali, quę olim fuerant ortodoxæ: errant, vt Iacobini Armeni, & alij, inter quos sunt hæretici Nestoriani, & multa genera hæreticorum. Etiam, quia quædam personę sunt, quarum delicta non sufficit denunciari alicui ecclesię particulari, sicut sunt delicta Papæ: nam ille est maior qualibet ecclesia particulari: ideo nulla particularis ecclesia potest iudicare de eo, etiam quantum ad hæresim: sed necesse est recurri ad ecclesiam vniuersalem, cui⁹ Papa est filius, licèt sit præcipuus filiorum: nam in ea regnat, & in sacramentis, quæ intra ipsam sunt iustificatur & proficit. Et tamen quia ecclesia vniuersalis dicit ipsam congregationem omnium fidelium, quę nunquam fit, neque fieri potest opere humano: nullus actus competit ecclesię vniuersali, neque aliquid potest ei dici ad hoc, quòd ipsa admoneat aliquem: sed accipitur ecclesia vniuersalis per repræsentationem: & ista est ipsum Concilium generale. Vnde quodlibet Cōcilium generale vocat se repręsentatiuum ecclesiæ vniuersalis: cùm ait: Sacrosancta synodus talis vel talis in Spūsancto legitimè congregata, vniuersalem ecclesiam reprę̄sentans. & ad istam ecclesiam defertur per denunciationem crimen Papæ, si admonitus secretè, & deinde coram testibus se emē dare noluerit. Et si illa synodo eum admonente non se emendauerit, habetur tanquam ethnicus, & publicanus: & maximè in crimine, quod est maximè periculosum in pontifice summo: nam pro illo deponitur de Papatu. 40. distinctio capit. si Papa. & tamen nemo est, qui hoc facere possit nisi Cōcilium generale, quod vicem habet totius ecclesiæ: & non solùm in crimine hęresis, sed etiam in spectantibus ad mores denunciatur crimen Papę concilio generali tanquam ecclesię vniuersali: & admonet Papam cessare à peccato. De his late dixim⁹ in nostro libello defensorio trium conclusionum per sex capitula. Quod enim circa Papam locum habeat fraterna corectio nemini, dubium esse debet: cùm fiat ad bonum peccantis, & tamen debemus ex charitate velle & procurare salutem spiritualem illius, sicut & cęterorum, imò magis

Concilium vniuersale repræsentat ecclesiā vniuersalem.

F quàm aliorum, inquantum illo malè se habente, multi se malè habebunt.

Quid sit dicere: Sit tibi quasi ethnicus, & publicanus.

Quæst. CIX.

QVAERETVR, quid sit dicere: Sit tibi quasi etnicus, & publicanus. Dicendum, quòd Christus voluit fratrem corrigi a nobis per admonitiones quandiu potest emendari: quando autem putatur inemendabilis, iubemur eum deserere Deo curandum: & quia ex eius conuersatione infectio criminis ad alios transire posset: & iam non
G solus ille periret, sed etiam alij: iussit Christus abstinendum esse à conuersatione: & hoc est fieri sicut ethnicus, & publicanus. Ethnicus enim gentilis est: publicanus autem publicus peccator, & trahitur hoc à publicanis, qui negociationes publicas exercent quęrentes lucra vndecunque, quia tales solent grauiter peccare. Sic dicit Hieronymus: Qđ autem dicit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm hi qui apertè gentiles sunt: publicani enim vocantur, qui solùm lucra sectantur, & exigunt vectigalia per negociationes, & per fraudes atque furta, scelera, atque periuria: & est sensus, sicut ethnicos, & publicanos
H iudicamus manifeste peccatores, ita debemus istos iudicare.

Quid ethnicus, quid publicus intelligi[...]

Et sic aliqui intelligunt: sed hoc nòn sufficit, quia etiam antequam dicatur Ecclesiæ peccatum alicuius, si admonitus in secreto non se corrigit, iudicandus est peccator. Ideo dicendum, quòd habetur vt ethnicus, & publicanus, idest euitamus eum a communicatione nostra sicut ethnicum, & publicanum: quia his non communicamus, quasi peccatoribus: quia licèt in aliquo communicemus eis, non recipimus tamen eos ad omnem communicationem, sicut facimus ad infideles, & ita intelligitur communiter, quòd qui sic admonitus ab Ecclesia non desistit à peccato excommunicandus
I est, ita enim consueuit facere ecclesia, quia quemlibet contumacem excommunicat, quia ter admonitus non assentit. Sic dicit Glosa: Dic toti ecclesię, ut maiorem erubescentiam patiatur: & post hęc omnia solet sequi excommunicatio, quę fieri debet per os ecclesię, idest per sacerdotem.

Quare ei, qui admonitus ab ecclesia si non cessat à peccato non imponitur pæna.

Quæst. CX.

SED QVAERETVR, quare ei, qui admonitus ab ecclesia, si non cesset à peccato non imponitur pena, quia sic poterit quilibet manere in pec
K catis suis impunitis delictis.

Dici potest vno modo, quòd iste est processus fraternę correctionis, & non tendit ad pęnam: sed solùm ad emendationem delinquentis: ideo etiam si non obediat non imponitur ei pęna; sicut admonens in secreto nullam pęnam imponit delinquenti non obedienti. Et patet, quòd hoc intendat, quia tunc si intenderet pęnam quando constat ecclesię de delicto alicuius per denunciationem, etiā si cessaret à peccato, deberet ei imponi pęna; et tamen si audit ecclesiam nulla pęna ponitur huic nec aliquid, quod videatur simile pœnę.

Secun-

Secundò potest dici, quòd ponitur pęna.s.excommunicatio inquantum dicitur, quòd sit sicut ethnicus, & publicanus, & tamē excommunicatio pęna est.s.inter homines viuere, & eorum carere consortio. Tertiò potest dici, quòd Ecclesia imponit criminum pœnas: & ideo peccātibus, siue cessent, siue non, imponit pro delictis pęnas: sed Christus non diffiniuit, quæ pœnæ imponerentur pro singulis criminibus, imò circa nullum crimen: quia non ordinauit foralia in nouo testamento, sicut in veteri, sed omnia dimisit disponenda per eos, qui Ecclesiæ præsunt: & ita hic nullam pœnā posuit: & tamen prælatus Ecclesiæ potest punire delinquentem, quando constat sibi de delicto per denūciationem etiam secundùm formam correctionis fraternæ: & maximè quando peccans non vult cessare à peccato, sed Christus de hoc: nihil dixit. Quod verò dicitur, sit sicut ethnicus, & publicanus, non est pęna, quę imponitur à iudice, quamuis possit intelligi excōmunicatio, quam iudices imponunt in pœnam: & tamen Christus non intellexit de pęna imposita à iudice, quia dicit sit tibi sicut ethnicus: si enim dixisset: sit sicut ethnicus, posset intelligi, quòd hoc fieret per iudicem: & tamē dicitur sit tibi: ideo intelligitur de illo, qui admonet: qui tamen est persona priuata, & est sensus postquam tu aliquem admonueris secretè, & per testes, & postea coram Ecclesia, & nō cessauerit à peccato: etiam si Ecclesia non puniat illud: tu tamen habeas illum sicut ethnicum .i. ita caueas conuersationē illius, sicut ethnici, & publicani: & hoc facit quilibet auctoritate propria, sine sententijs iudicis: & ita intelligitur illud ad Titum.3. Hæreticum hominem post vnam, & alteram admonitionem deuita .i. tu quis scis illum Hæreticum & bis admonuisti, neque cessauit, deuita illum, & nō est opus, quòd iudex illum excommunicet, quia antequam excommunicet, poteris illū propria auctoritate deuitare. Sed obijcietur, quia pęnam imponere iurisdictionis est, & non pertinet ad aliquem priuatorum: & tamē priuare communione est imponere pęnam: ideo nemo poterit hoc facere sine iudicis auctoritate. Dici potest vno modo, quòd vitare quantum ad communicationem non est pœna, sed cautela: nam siquis imponeret sententiam priuationis à communione contra aliquem, esset eum punire: quòd tamen quis cesset à communione alicuius, non est eum punire, quia nō subtrahit ei aliquid quod esset illi aliàs debitum, sed ad cautelam pertinet, quia putat fortè iste bonum sibi esse cauere à communione illius: primum facit solus iudex, secundum facit quilibet priuatus. Secundò potest dici, quòd dato quod esset pęna ista priuatio cōicationis singularis personæ, qui se subtrahit à cōicatione peccātis, tñ potest inferre eam, quia non agit auctoritate priuata, sed auctoritate legis diuinæ, quæ hoc iubet: & tamen primum est verius.s.quòd non est directè pęna, sed indirectè.

Christus nullam pęnam ordinauit in nouo testamento.

Ad quid iubetur, quòd ille, qui admonitus ab Ecclesia non se correxerit, habeatur vt Ethnicus, & Publicanus.

Quæstio CXI.

QVAERETVR, ad quid iubetur, quòd ille, q admonitus ab Ecclesia, non se correxerit, habeatur, vt ethnicus, & publicanus. Dici potest vno modo, quòd iubetur hoc in pęnam, vt sic ille se corrigat p pœnam, qui per admonitionem non se correxit: & ita est de excommunicatione, quia contumax excommunicatur, vt tædio affectus veniat responsurus: ita ille, qui viderit, quòd priuatur communione hominum propter peccatum, per pœnam emendabitur, & quia Christus volebat istos emendari pęnam imposuit, per quam emendentur. Secundò potest dici, & melius,

A quòd fit hoc, vt consulatur non peccantibus: Christus enim voluit, quòd nos ex charitate succurrerem⁹ peccantibus reducendo eos ad bonum, & quia non possumus hoc facere, nisi communicando cum eis, oportet, quòd cū eis conuersemur, & suadeamus eis emendari, & tamdiu hoc faciamus quādiu putauerimus eos posse corrigi. Cùm autem viderimus non posse per nos corrigi, cessandum est: & tamen nemo debet desperare de emendatione alicuius, quamdiu manet aliquis modus prouidendi, ideo posuit Christus omnes modos cōuenientes.s. primò, vt secretè admoneatur: secundò, vt coram testibus: tertiò, vt coram Ecclesia. Cùm autem quis non obedierit Ecclesiæ, non est aliquid, per quod eum inducamus ad bonum: ideo tunc
B cessandum est ab admonitione: quia licèt quantum ad Dei operationem ille possit corrigi, si Deus mouerit cor eius, tamen quantum ad hominum operationem, non est per quid emendetur, ideo cessatur: & quia tales non solū non corrigūtur, sed etiam ad suam nequitiam alios trahere possint, cùm illis prouidere iam nō possimus, vt boni fiant, prouidere debemus nobis, nè mali efficiamur, & hoc est cessando à conuersatione illorum, quia conuersatio trahit ad delicta. 1. Corin.5. Corrumpunt bonos mores eloquia mala: & quia licèt ex bona intentione conuersetur quis cū aliquo malo, vt eum conuertat, potest ipse subuerti ab eo, ad Gal.6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo peccato, vos q spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,
C prouidens ne & tu tenteris.s.volendo alterū instruere. Ab his ergo cessandum est, qñ corrigi nolunt, nè alios inficiant. Sed obijcietur, quòd non sit cessandū ab eis, quia de nullo desperandum est quādiu viuit, quia De⁹ potest illustrare cor ei⁹, cùm sit cor hominis in manu Domini, & quocunq; voluerit vertet illud: Prouer.21. Et tamen cessare ab eo est desperare de salute illius: ideo non est cessandum. Dicendum, quòd licèt aliqs nolit corrigi admonitus coram Ecclesia, nondum desperamus de salute illius, scientes, quòd Deus poterit eum ad se conuertere: & tamen desperamus eū posse conuerti per hominem, quia modo humano non est aliquid maius, quàm Ecclesia, quam ille non audit: & ideo modo humano cessamus ab eo, scilicet, non
D communicando ei, neque admonendo ei de cœtero, & tamen quantum possumus orare debemus, vt Deus illustret mentem illius, & conuertat illum ad se, & ex charitate illum diligemus. Sic dicit Augustinus libro de Verbis Domini: Sit tibi quasi ethnicus, & publicanus, idest, noli illum iam deputare in numero fratrum tuorum: nec sic tamen salus eius negligenda est: nam & ipsos ethnicos, idest, Gentiles, & Paganos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper inquirimus.

Conuersatio trahit ad delicta.

Amen dico. Posita superius sententia Christi circa correctionem fraternam, ponitur hic cōfirmatio eius respondendo ad dubium, quod posset occultè suboriri de potestate prælatorum imponentium pęnas, vel
E indicantium aliquid esse bonum, vel malum, agendū, vel vitandum, & dicitur. *Amen dico vobis*. Idest, certè, vel fideliter, vt Aquila interpetratur, aut in veritate, & est modus affirmandi: interdum autem est modus iurandi. *Quæcunque alligaueritis super terram*. Idest, quidquid ligaueritis vos manentes super terram. *Erunt ligata, & in cælo*. Idest, ego qui in cęlo sum approbo ea, & iudico esse ligata. *Et quæcunque solueritis super terram*. Idest, vos manentes super terram solueritis. *Erunt soluta, & in cælo*. Idest, ego qui in cęlo sum laudo, & approbo solutionem per vos factam, tanquam vera sit.

Ad quid dixit hic Christus quæcunque ligaueritis, &c.
Quæstio CXII.

QVAERETVR, ad quid dixit hoc hic Chriſtus. Dicendum, quòd ad tria. Primò ad tollēdum dubium: nam per hoc, quòd dixit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, diceret quis, ego non curo: interdum enim Eccleſia cōdemnat aliquem pro aliqua re aſſerens peccatum eſſe, & delinquens ait: non eſt peccatum, ideo ſententia, quam fers me condemnando, & priuando communione, nihil valet, quia ſicut tu condemnas me, ita ego condēno te: & ſi tu habes me vt ethnicum, ego etiam te vt ethnicum, quia non video vnde hoc poſſis facere: Chriſtus autem reſpōdit, huic dubio, oſtendens poteſtatem Eccleſiæ, qua prælati Eccleſiæ poſſunt aliquos condēnare, & abſoluere, & quòd illa poteſtas eſt à Deo, cùm ait: Quæcunque ſolueritis erunt ſoluta, & quęcunque ligaueritis erunt ligata. Sic dicit Hieronym. ſ. Quia dixerat, ſi Eccleſiā non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, & poterit contemptoris fratris hæc eſſe reſponſio, vel tacita cogitatio: ſi me deſpicis, & ego te deſpicio: ſi me condemnas, & mea ſententia condemnaberis, poteſtatem tribuit Apoſtolis, vt ſciant, quia qui à talibus condemnantur per humanam ſententiam diuina ſententia corroborari, vnde ait: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis, & cœtera. Secundò fuit hoc ad oſtendendum magnitudinem pœnæ, nè contemnatur: nam diceret, peccans: nolo corrigi: nam quòd habeat tanquam ethnicus, & publicanus, nihil nocet, quia neque corpus tangit, neque ſubſtantiam temporalem diminuit: ideo Chriſtus oſtendit, quòd pœna poſita hic ab Eccleſia magna ſit, cùm etiam ad aliam vitam pertineat, & Deus dicatur illam ponere. Nam in cœlo ligantur, & ſoluuntur. Tertiò, & præcipuè fit ad oſtendendum poteſtatem ad imponendum pęnam extraordinariam, cùm enim Chriſtus non ordinauerit aliquid circa foralia, reliquit poteſtatem prælatis eſſe ordinandi de illis: & ideo circa ſingula crimina poſſunt imponere pœnas, ſiue dando de hoc leges, ſiue particulariter puniendo, ſicut viderint pro quolibet: & ita quando aliquis delinquens admonitus per Eccleſiam non ceſſaret, & vltra hoc, quòd haberetur tanquam ethnicus, imponeret ei prælatus aliam pœnam, quam vellet, diceret delinquens, tu non potes imponere hanc pœnam, quia Chriſtus non ſtatuit talem pœnam, ſed ſolùm, quòd habeatur delinquens tanquam ethnicus: ideo Chriſtus oſtendit hic, quòd dat poteſtatem ad imponendum quaſcunque pęnas, etiam quas non expreſſit hic, & ita quæcunque pœna imponatur peccanti à prælato Eccleſiæ, non poterit dicere peccans, quòd non poteſt prælatus hoc agere, cùm Chriſtus hic concedat prælatis abſoluere, & ligare, ideſt, imponere quamcumque pœnam, & ab impoſita liberare. Et iſte ſenſus eſt valde conueniens: nam quantum ad primum ſenſum, nō erat magnum dubium, quia ſi Eccleſia iudicet aliquem, tanquam ethnicum, & publicanum, quia non vult admonitus ceſſare à peccato, non habet ille cauſam dubitādi quātum ad hanc ſententiam, vel pœnam, cùm Chriſtus eam impoſuerit, ſed ſi aliquam imponat iudex Eccleſiæ, quàm Chriſtus non expreſſit, erat ibi ratio dubitandi & de hac dicitur, quòd quæcunque ſoluerint, vel ligauerint, erunt ligata, vel ſoluta: ideo confidenter poſſunt prælati imponere peccantibus quamcunque pœnam viderint imponendam, & ipſi quibus imponitur debent illam putare, tāquam à Deo poſitam, & non tanquam ab homine: & ita non eſt contemnenda pœna à prælato impoſita. Et huic ſententiæ conſonat Chryſoſtomus ſuper iſto verbo, dicens:

F Vide autem qualiter incorrigibilem duplicibus colligauit neceſſitatibus, ſcilicet, pœna, quæ eſt hic, & proiectione ab Eccleſia: & ita hic dicitur, de aliqua pęna vltra illam, quæ ſupra poſita fuerat, ſcilicet, ſit tibi ſicut Ethnicus.

Cùm Chriſtus dicit hic, quæcunque ligaueritis, quid concedit.
Quæstio CXIII.

QVAERETVR, cùm Chriſtus dicit hic: Quæcunque ligaueritis, & cœtera, quid concedit. Dicendum videtur, quòd hic concedit Chriſtus Eccleſiæ totam poteſtatem quam habet in miniſtris ſuis, quia non inuenitur alibi expreſſius ab ipſo dictum de
G aliqua poteſtate tradita Eccleſiæ, quàm dicatur hic: quia tamen poteſtas habet actum, vel exercitium, nominauit hic Chriſtus exercitium iſtius poteſtatis: & eſt duplex, ſcilicet, ſoluere, & ligare: iſti autem ſunt actus clauium. Nam dicitur ſupra decimo ſexto: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis, & quodcunque ligaueris erit ligatum: & ita exercitium clauis dixit, ibi eſſe ſoluere, & ligare: ideo cùm hic dederit poteſtatem ligandi, & ſoluendi: apparet, quòd dedit hic poteſtatem clauium: & ita tenēdum eſt, quia quamcunque poteſtatem traderet, neceſſe erat, quòd diceremus, quòd dabat poteſtatem clauium, quia in Eccleſia nulla poteſtas eſt, quæ non ſit poteſtas cla-
H uium quia clauis materialis: habet exercitium claudendi, & aperiendi: cui aſſimilatur ligare, & ſoluere: quia ſoluere eſt quoddam aperire, ligare eſt quoddā claudere, ideo per metaphoram vocauit Chriſtus poteſtatem iſtam claues, de quo magis dictum eſt ſupra decimo ſexto capitulo, quæſtione ſeptuageſimaſexta. Et iſtam poteſtatem videtur hic tradidiſſe. Et tamen, vt magis videatur quid tradiderit, dicendum, quòd poteſtas clauis eſt duplex, ſcilicet, ordinis, & iuriſdictionis. Clauis ordinis eſt poteſtas per ſacramentum ordinis ſacerdotalis collata, indelebili charactere inſignita ad conficiendum corpus Chriſti verum, cui annexa eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi corpus Chriſti myſticum. Clauis autem iuriſdictionis eſt pote-
I ſtas data alicui ſecundùm quam reſpicit corpus Chriſti myſticum modo non ſacramentali, de quibus magis ſupra decimo ſecundo capitulo dictum eſt. De poteſtate iuriſdictionis manifeſtè apparet, quòd fuit hic data, aut declaratur iam fuiſſe data, cùm hic dicatur de ligando, & ſoluendo, & maximè, quia iſtud ligare, & ſoluere de quo hic dicitur, eſt principaliter extra forum pœnitentialem, cùm dicatur ſupra de eo, qui admonitus per Eccleſiam ceſſare à peccato, & nō ceſſat, quòd habeatur vt ethnicus, & illi pœna imponitur, de qua Chriſtus hic loquitur. Et tamen manifeſtum eſt, quòd tam denuntiatio, quæ fit Eccleſiæ de crimine illius, quàm admonitio Eccleſiæ, quàm pœnæ impoſitio ſunt extra forum pęnitentialem, quia in
K manifeſto ſunt, ideo pertinent hæc ad clauem iuriſdictionis. Et de iſta ſatis poteſt dici, quòd data fuerit hic. De claue autem ordinis dicendum, quòd ſub his verbis includitur, quia licèt clauis ordinis, & character ſacerdotalis ſint idem in ſubſtantia, vt dictum eſt ſupra decimo ſecundo capitulo: tamen inquantum eſt poteſtas conficiendi: vocatur character, & nō clauis quia character dicit configurationem, & ſecundùm illam poteſtatem cōfiguramur Chriſto, quia eſt poteſtas ad conficiēdum corpus Chriſti verum. Clauis autem ex ratione ſua dicit exercitium aperiendi, & claudendi, quale exercitium non habemus ad corpus Chriſti verum: ideo poteſtas illa, ſecundùm q̃ ad corpus Chriſti verum ſe habet quis, vocatur character, & non clauis.

Actus cl uiũ eſt ſo uere, & l gare.

Clauis or dinis, & clauis iu riſdictiō quid ſit.

In q. 78.

Quō diffe rant chara cter, & cla uis, & quō ſint idem.

Poteſtas

Potestas autem, secundùm quam se habet ad corpus mysticum vocatur clauis, & non character, quia secundùm illam potestatem non cõfiguratur quis Christo, sed magis ipsi populo, ad quem est: & tamen secundũ illam potestatem habet exercitium soluendi, & ligandi super populum: ideo clauis, & non character dicitur. Et sic licèt eadem potestas secundùm essentiam, & rem sit potestas conficiendi, & potestas ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali sacramentaliter: tamen inquantum est potestas ad conficiendum vocatur character, & non clauis, & inquantum est ad soluendum, & ligandum sacramentaliter vocatur clauis, & nõ character: quoniam ergo ad clauem ordinis pertinet soluere, & ligare sacramẽtaliter: & hic ponuntur isti duo actus, satis poterat dici, quòd tradita fuerit hic clauis ordinis. Sed obijcietur, quia clauis sacramentalis non datur, nisi in collatione ordinis sacerdotalis, cùm sit ipse character sacerdotalis, quantum ad substantiam, vt patet ex dictis: & tamen Apostoli, & illi, ad quos Christus loquebatur nunc, non fuerunt nunc promoti ab eo in sacerdotes, ideo non fuit eis data nunc clauis sacramentalis, siue clauis ordinis, ordo quippè sacerdotalis collatus fuit eis die cœnæ, quando dedit eis potestatem conficiendi corpus suum. infra vigesimo sexto, & Lucæ vigesimo secundo: ideo tunc data fuit clauis sacramentalis, siue ordinis. Dicendum, quòd verum est, quòd non fuerit nunc data clauis ordinis, sed solùm clauis iurisdictionis potuit dari: ideo dicendum est, quòd per ista verba, aut Christus innuit solam clauem iurisdictionis, de qua magis litera consonat, aut ipsam clauem ordinis non dedit nunc, sed promisit, vel ostendit se daturum, vt innueret quid illa clauis esset: & hoc oportet accipi, quia ponitur hic ligare, & soluere, qui sunt propriè actus clauis sacramentalis: & ita vult accipi Hilarius super isto verbo, dicẽs: Per hoc tamen ad terrorem maximi metus, quoad præsens omnes continentur immobile Apostolicæ seueritatis iudicium demonstrauit, vt quos in terris ligauerint, idest, peccatorum nodis innexos reliquerint, & quos soluerint, concessionem scilicet veniæ acceperint in salutem: hi in cœlis ligati sunt, vel soluti: & tamen ligare in peccatis, & cõcedere veniam in eis pertinet ad clauem sacramentalem: ideo intellexit hoc Hilarius de claue sacramentali, quæ hic promittitur: licèt non detur, sed designatur qualis sit, quæ an data fuisset quando hoc dictum est, vel danda adhuc esset, dicetur infra quæst. 115.

Quibus dederit Christus potestatem istam, quæ habetur hic. Quæstio CXIIII.

QVAERETVR, quibus dederit Christus potestatem istam, quæ habetur hic. Aliqui dicũt, quòd omnibus credentibus. Et patet primò, quia doctrina Christi est generalis, & intelligitur quantum ad omnes: cùm ergo non ponatur hic, quòd loqueretur Christus specialiter ad aliquem: erit intelligendum quantum ad omnes. Secundò istud est redditiuum causæ superioris dicti: & tamen supra dicebatur, quòd sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & hoc ad quemlibet pertinet, cùm quilibet possit corrigere fratrem suum: ergo ostenditur hic potestas data cuilibet ad condemnandum delinquentem, qui non vult emendari. Tertiò patet, quia apparet ex præcedentibus, quòd ista dicantur ad Ecclesiam: nam dicitur supra: dic Ecclesiæ, quòd si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: & sequitur confirmatio hic, scilicet: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, & cœtera: ergo ad quemlibet de Ecclesia pertinebit, cùm dicatur, ligaueritis: nam

A non pertinet ad Ecclesiam, vt vniuersitatem, sed ad Ecclesiam, vt singulos, vel multos. Quartò patet, quia dicitur immediatè, iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quãcunque petierint fiet illis à patre meo, & ibi dirigitur sermo ad eosdem, ad quos dirigitur hic, cùm dicatur, iterum dico vobis, & cœtera: & tamen certum est, quòd istud intelligitur quantum ad quoscunque homines, qui orant, & conueniunt in nomine Christi, siue sint sacerdotes, siue non, ergo istud. s. Amen dico vobis ad omnes dirigitur, & cuilibet erunt datæ istæ claues. Dicendum, quòd hic conceditur potestas ligandi, & soluendi: ista autem potest largè accipi, aut propriè. Accipiendo propriè, siue sit potestas clauis iurisdictionis,

Quæ potestas ligãdi atque soluendi omnibus fidelibus data sit.

B siue ordinis, non data est omnibus à Christo, sed aliquibus: & ita nunc, non habent eam omnes, qui sunt in Ecclesia. Accipiendo largè, vocatur potestas ligandi, idest, potestas habendi aliquem vt ethnicum, & publicanum subtrahendo ei cõmunionem: potestas soluendi est potestas recipiendi aliquem ad cõmunionẽ, qua fuerat priuatus: vt siquis Ecclesiam non audiuit, efficitur vt ethnicus, & publicanus. Si autem postea rediens ad cor, doleat de peccato suo, & cesset, debet reduci ad communionem, & illi, qui eum vt ethnicũ habuerunt, recipient eum, & tunc dicuntur illum absoluere, & ita accipit Augustinus libro de Verbis Domini, dicens: Cœpisti fratrem tuum habere tanquam publicanum: ligas eum ĩ terra, sed vt iustè alliges, vide:

C cùm autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra, cùm solueris in terra, solutus erit in cœlo. Hoc modo accipiendo soluere, & ligare, dico quòd omnibus competit de Ecclesia, siue clericis, siue laicis, cùm omnibus competat corrigere fratrem delinquentem. Accipiendo propriè claues, vt communiter exponitur litera ista à Sanctis Doctoribus, dicendum, quòd non datæ fuerunt istæ claues Ecclesiæ hic non pro seipsa, sed pro membris suis ministerialibus, per quæ exercet actus virtutis suæ: & ita omnibus Apostolis, qui erant membra ministerialia, & præcipua Ecclesiæ datæ fuerunt hic claues, & per eos descendunt in omnia alia membra ministerialia Ecclesiæ, claues quidem ordinis in solos sacerdotes,

D claues verò iurisdictionis in multos etiam alios non sacerdotes, dum tamen sint clerici. Quòd autem in pręsenti non locutus fuerit Christus ad omnes sed ad apostolos, patet ex assertione communi doctorum. Sic dixit Hieronymus: quia dixerat, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & poterat contemptoris fratris hæc esse responsio, vel tacita cogitatio: si me despicis, & ego te despicio, si me condemnas, & mea sententia cõdemnaberis, potestatem tribuit Apostolis, vt sciant, qui à talibus condemnantur humanam sententiã diuina sententia corroborari. Sic etiam dicit Hilarius, ibid. s. Per hæc ad terrorẽ maximi metus, quoad præsens oẽs continẽtur immobile seueritatis Apostolicæ iudicium demõstrauit, vt quos

E ligauerint sint ligati. Et idem dicit Chrysostom⁹, ibid. ideo dicẽdum, ꝙ Christus loquitur hic ad Apostolos, & successores eorum, & omnes ministros ab eis, & eorum successoribus, ordinatos tam in ordinatione, quã in iurisdictione, & non ad singulos de Ecclesia.

Ad primũ dicendũ, ꝙ doctrina Christi generalis est, ideo vbicunque agitur de instructione in moribus, ad omnes pertinet, quia illud est doctrina: vbi autem agitur de collatione potestatis, non pertinet ad omnes, quia illud nõ est docere, sed Ecclesiam per mẽbra, & partes potestatem habẽtes, & subiectas diuidere, & ordinare. Vnde sicut nõ fecit omnes Apostolos, sed duodecim solos quos ex omnibus elegit: Luc. 6. & cùm discipulos ordinaret, quos mitteret binos ante faciem suam,

non omnes, sed solos septuaginta duos instituit Lucæ F
decimo: ita & nunc tradens potestatem clauium, non omnibus eam dedit, sed illis, quibus dictum est supra.

Ad secundum dicendum, quòd potest intelligi sic vno modo, vt Augustinus exponit libro de verbis Domini, & supra positum est: & tamen tunc ligare, & soluere nō sunt actus clauis iurisdictionis, vel ordinis, sed solùm subtrahere communicationem, & recipere ad communicationem iam subtractam: & tamen expositio communior est, quòd ligare, & soluere sit hic actus clauis ordinis, vel iurisdictionis, & tunc non loquitur Christus ad quoslibet, sed ad Apostolos, vt dictum est, & verum est, quòd ad Apostolos loquebatur Christus ista, & non ad turbas.

Ad tertium dicendum, quòd ad Ecclesiam ista di- G
cuntur, & claues in Ecclesia sunt, inquantum extra Ecclesiam nemo habet actum clauium, scilicet, postquā ab ea recedit: & ipsamet Ecclesia habet claues, habet tamen eas in suis ministerialibus partibus, & per illas exercet actum clauium, sed singuli, qui sunt in Ecclesia, non sunt partes ministeriales, sed illi soli, quibus committūtur aliqui actus, ideo non competunt claues istę omnibus de Ecclesia: ipsi etiam Ecclesiæ per seipsam competunt claues, quarum actus per seipsam exercet: hoc tamen non est quantum ad clauem ordinis, quæ est clauis sacramentalis, sed quantum ad clauem iurisdictionis. Et patet, quia Concilia generalia excommunicant, absoluunt, suspendunt, interdicunt, deponunt, causas audiunt, diffiniunt, indulgentias conce- H
dunt, quæ omnia pertinent ad clauem iurisdictionis, & hæc omnia faciunt ipsa Cōcilia per se, quia quodlibet generale Concilium reputatur Ecclesia vniuersalis, & non fiunt ista per aliquos, qui sint in ipsis Concilijs, quasi per potestatem, quam ipsi habeāt, cū multi faciant ibi hæc ex nomine Concilij, quorum nulli habent aliàs per seipsos auctoritatem aliquam: & ita Concilium facit ista. Et licèt prolationes sententiarū, & cęteri actus sint aliquid reale, quod non potest esse nisi in particularibus: Concilium autem non est aliqua persona naturæ, sed iuris: ideo proferre sententias, quod est agere quoddam quod est ens naturale, non potest esse nisi in persona naturæ, idest, in aliquo homine, & ita per particulares homines ista traduntur I
executioni: potestas tamen faciendi, quæ non est accidens naturæ, sed iuris, nō est in indiuiduo naturę, idest, homine aliquo, sed in ipso Concilio, quod est indiuiduum iuris, siue corpus. De claue ordinis certum est, quòd non est in Ecclesia, vel Cōcilio realiter, quia ista clauis secundùm essentiam est ipse character sacerdotalis, vt dictum est præcedenti quæstione: ideo nō potest esse, nisi in eo, cui confertur ordo, sed non potest ordinari, nisi homo: ideo concilium quod non est homo, aut ipsa Ecclesia, non habet clauem sacramentalem, & consequenter non potest Cōcilium absoluere aliquē in foro pęnitentiali, potest dare tñ indulgentias plenarias, & cōmittere alicui, qui aliàs sit sacerdos absoluendi potestatē quamcūque in foro pęnitentiali. K

Qui sunt actus clauis iurisdictionis.

Cōcilium non est aliqua psona particularis naturæ sed iuris.

Clauis ordinis realiter non est in cōcilio, vel Ecclēsia, sed est in eo cui confertur ordo.

Ad quartum dicendum, quòd illud intelligitur de oratione, & impetratione: non autem de potestate faciendi aliquid: orare autem, & impetrare ad quemlibet pertinet, qui cùm fide petit, & in nomine Christi: ideo de omnibus intelligitur: hic autem agitur de potestatis traditione, & sic non extenditur ad omnes. Si aūt intelligat illud de potestate agendi aliquid, non intelligitur de potestate ordinis, sed iurisdictionis, & non de potestate data singulis, sed Ecclesiæ, quam ipsi faciunt per hoc, quòd conueniunt, vt ibi dicetur.

Quomodo Christus tradidit hic claues cum supra videatur eas tradidisse.
Quæst. CXV.

QVAERETVR, quomodo Christus tradidit hic claues: nam supra eas tradiderat 16. capitulo. Aliqui dicunt, quòd ibi non fuerunt datæ claues, sed solùm promissæ: nam dixit Christus Petro: Tibi dabo claues regni cęlorum: hic autem dicitur, quęcunq; alligaueritis, &c. in quo ponitur actus clauium, & ita videntur datæ. Alij dicunt, quòd ibi dedit claues, & hic etiam dedit: & tamen ibi dedit soli Petro, cùm dicatur: tibi dabo claues regni cœlorum: hic autem dedit alijs Apostolis, cùm pluraliter dicatur quæcunque ligaueritis. Alij dicunt, quòd non sunt eædem claues, quæ dantur hic, & ibi: vnde quidam dicunt perfectiores esse claues, quæ ibi datæ fuerunt Petro, quàm quæ dantur hic, eo quòd ibi vocantur claues regni cœlorum, & hic non. Etiam, quia ibi dicitur, quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis: hic autem dicitur, singulariter erit solutum & in cœlo. Alij dicunt, quòd claues, quæ traduntur hic sunt meliores, quàm quæ traduntur ibi, quia ibi dicitur, singulariter quodcunque solueris: hic autem dicitur, pluraliter quæcunque solueritis, & quæcunque ligaueritis.

Dicendum, quòd tam hic, quàm supra decimo sexto capitulo agitur de clauibus. Est autem duplex clauis, scilicet, ordinis, & iurisdictionis, & ab origine vtraque fuit data à Deo Ecclesiæ in membris suis ministerialibus, & quia non dependet vna clauis ab altera, sed sæpè inueniuntur disiunctæ, potuit dari vna vno tempore, & alia alio. Clauis autem iurisdictionis cùm detur sine ordine, potest dari omni tempore: & ideo potuit dari discipulis nunc, vel ante hoc, vel post resurrectionem Christi. De claue ordinis dicendum, quòd cùm illa sit essentialis ipse character sacerdotalis, & non datur character nisi in ordinatione sacerdotali, non data fuit nunc Apostolis clauis ordinis, sed tunc quando in cœna fecit eos Christus sacerdotes, tradens potestatem conficiendi, & tunc omnibus Apostolis dedit simul clauem ordinis. De prima opinione dicendum, quòd non est vera. Primò, quia licèt dicatur ibi, tibi dabo, non sequitur, quòd non dederit tūc, sed dicitur, tibi dabo, quia licèt clauem quantum ad substantiam reciperent Petrus, & cęteri: tamen executionem tunc non receperunt, quia clauis iurisdictionis est, quę tunc potuit dari, & actus huius exerciturus erat Petrus, & cœteri Apostoli post mortem Christi inchoante nouo testamento, & quando iam Christo mortuo, & in cœlis ablato manebat illis totum Ecclesiæ regimen, & quia tunc videtur aliquis habere potestatem, quādo in actum illius exit, cùm prius nihil sit, per quod cognoscatur, videbatur quòd Petrus non haberet clauem, quamdiu Christus viuebat: eo quòd tunc non exercebat actum illius, quia Christus omnia faciebat, & non erant ipsi tunc, vt principes Ecclesiæ: ideo melius dicitur, quod danda erat clauis, quā quòd data, licèt tunc daretur. Secundò, quia ista ratio non tenet: nam si ob hoc, quòd de futuro dicitur, dabo, putaretur, quòd ibi non fuerit data clauis, etiam diceretur, quòd non data fuerit hic, cùm dicatur, quæcunque solueritis, quod etiam est de futuro. Tertiò, quia etiam videretur, quòd non fuerit nunc data clauis, sed post Christi mortem, quia dicitur Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & sic videtur, quòd tunc data fuit realiter, cùm dicatur, accipite: & ita non fuit data hic: & ideo tam hic, q̃ ibi dari potuit clauis iurisdictionis, & nō est inconueniens quocunq; tempore dicamus eam datā:

Clauis iurisdictionis omni tempore dari potest.

Nam

Nam non est necesse, quòd quandocunque fit mentio à Christo de clauibus, quòd tunc datæ fuerint, quia tunc cùm supra decimo sexto, & hic, & Ioannis vigesimo, de clauibus dicatur: oporteret dici, quòd ter clauis data esset, & tamen clauis eadem non potest nisi semel dari, nisi ablata fuerit. Et ideo dicendum, quòd in aliqua vice harum data fuerit clauis, & non in omnibus, aut fortè non data fuit in aliqua vice harum, sed tunc quando nulla de hoc mentio fit, sicut apparet manifestè de claue ordinis, quia certum est, quòd illa data fuit in promotione ad sacerdotium, scilicet, in cœna vltima, & tunc nulla fit mentio de claue, aut de actu eius, & post resurrectionem quando Christus apparuit Apostolis, dixit: Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata remissa erunt, &c. & isti sunt actus clauis ordinis: & tamen tunc non dedit eis clauem ordinis, cùm iam data esset. Sed tunc dicetur, ad quid ergo totiens ponitur de clauibus, cùm non tradantur totiens? Dicendum, quòd hoc fit ad notificādum ipsam potestatem quid sit, & vt sciant Apostoli se habere illam: & ideo tunc Christus de claue loquitur, quando ea, de quibus agitur, suadent hoc dici: de claue enim ordinis sic factum est: nam data fuit in cœna Christi, & nihil de ea apertè tunc dictum est: ideo postea Christus, dixit: Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis retenta erunt: nam in hoc indicauit quis esset actus clauis. Etiam fuit conueniens tempus ad dicendum tunc, quia iam incipiebat opportunitas vtendi claue sacramentali, cùm Christus ascendens in cœlum committeret Ecclesiam regēdam Apostolis, & alijs ministris: dum autem ipse maneret inter homines, nō erat vsus clauium in Apostolis, licèt haberent ipsam potestatē: ideo non fuit tanta opportunitas dicendi hoc. De claue iurisdictionis, quæ magis aperte designatur per illud dictum Petro supra 16. dicēdum, quòd potuit dari tunc, vel hic, aut alio tempore: & tamen his duobus temporibus fuit conueniens dici. De prima vice qn̄ dictum est Petro: Tibi dabo claues, fuit conueniens tunc dici propter Petri confessionem, & alia, de quibus dictum est supra decimo sexto capitulo, quæst. 62. vbi Christus de tota potestate Ecclesiæ locutus est, scilicet, iurisdictionis, & ordinis: constat tamen, quòd tūc non fuerit data potestas, vel clauis ordinis, vt dictū est, sed potuit tradi potestas iurisdictionis: & ita intelligendum est quandocunque dicitur, quòd tunc dedit Christus Petro claues. De secunda vice quantum ad hoc quod hic dicitur. Dicendum, quòd superiora coegerunt hoc dici: nam dicebatur supra de peccante, qui non vult corrigi, & quia tali imponit prælatus Ecclesiæ pœnam, quam hic Christus non expressit, & ille dicere posset, quòd non poterat sibi imponi talis pœna, de qua Christus, nihil dixisset: subditur hic potestas generalis ad imponendas quascunque pœnas, & absoluendum ab eis, scilicet, quæcunque alligaueritis, &cęt. & sic nulla pœna est, quæ sub hac potestate non cadat, quæ pęna non sit aliàs contra legem Christi, vel statuta ipsius Ecclesiæ vtentis hac potestate. Sed tunc dicetur, ad quid repetitur hic ista potestas? nam supra posita fuerat decimo sexto capitulo. Dicendum, quòd fuit primò, quia licèt Christ⁹ ibi potestatem, aut dederit, aut dandam innuerit omnibus Apostolis, & ministris Ecclesiæ: litera tamen de solo Petro loquitur, & ita aliqui putarent solo Petro datam: hic autem ostendit consequenter communiter omnibus datam, cùm dicat, quæcunque alligaueritis, & hoc fuit valde cōueniens, vt videatur, quòd claues sunt in Ecclesia, & non in Petro solo, & supra decimo sexto, quando ad solum Petrum locutus est, non dedit ei soli claues, sed vt ostē-

Christo viuente Apostoli vsum clauiū non habuerūt.

A deret, quòd vsus clauium ab illis rectè tenetur, q̄ intra Ecclesiæ vnitatem manent, vni. s. Petro locutus est, vt ad Ecclesiæ vnitatem loqui intelligeretur. Secundò, quia voluit apertius ostendere potestatem iudicum ad imponendum pęnas peccantibus: nam licèt ibi data fuerit potestas generaliter, dubitarent aliqui, an extenderetur ad hunc casum, & vigore illius potestatis posset prælatus imponere quamcunque pęnam peccanti: ideo hic specialiter posuit, dicens: Quæcunque alligaueritis, &c. De secunda opinione dicendū, quòd falsum est, quia non fuit data potestas illa clauium soli Petro ibi, sed omnibus data est: & tamen locutus fuit Christus specialiter ad Petrum propter causas expressas supra 16. ca. & maximè ad ostendendam vnitatem *Quęst. 62.*

B Ecclesiæ: & ideo quod hic dicitur, non solùm dictum est ad alios, sed etiam ad Petrum. Et etiam Ioannis 20. quando Christus dixit: Accipite Spiritum Sanctum, non solùm dixit ad alios, sed & ad Petrum. Et apparet, quòd non fuerint tunc datæ Petro claues, quasi ei soli datæ fuerint tunc, & non alijs, quia tunc innueretur, quòd tunc Christus ei dedit claues, quæ designantur verbis illis. s. Tibi dabo claues regni cęlorum, & postea nihil ei dederit, sed falsum est: nam in verbis illis designatur tā clauis ordinis, q̄ iurisdictionis, quia ponitur ibi soluere, & ligare, & tamen est, quòd non fuerit tūc data Petro clauis ordinis, cùm non fuerit tunc factus sacerdos, sed postea in die cœnæ: ideo non possunt sic distingui istæ literę, quasi illa designet claues, quę datę

C fuerint Petro, & ista claues, quæ fuerunt datæ cœteris, sed vtrobique designatur potestas, quæ omnibus datur: ibi tamen dictum est ad solum Petrum ad significandum vnitatem Ecclesiæ: hic autem dicitur ad omnes, vt innuatur, quòd quilibet prælatus Ecclesiæ possit imponere pœnam delinquenti non se emendanti. De tertia opinione dicendum, quòd præsupponit falsum, & etiam dicit falsum: nam præsupponit alias esse claues Petri, & alias cœterorum. Sed falsum est, primò, quia clauis in Ecclesia militante est duplex, scilicet, ordinis, & iurisdictionis, vtramque habuit Petrus, & etiam quilibet Apostolorum. Etiam potestas, vel clauis ordinis non est maior in vno, quā in alio: potestas autem iurisdictionis licèt fortè esset

D maior in aliquo Apostolo, quàm in alio, de quo nunc nihil asseritur, tamen non erat alia & alia. Secundò, quia verba posita hic, & ibi ostendunt esse eandem potestatem: nam potestas est ad actum, & cognoscitur per actum, & tamen idem actus ponitur hic, & ibi, cùm ibi dicatur, quodcunque solueris, & quodcumque ligaueris: & hic etiam ponatur ligare, & soluere: ideo eadem potestas est hic, & ibi. Item præsupponitur, quòd ibi datæ fuerint claues Petro, & nunc datæ fuerint cęteris Apostolis. Sed hoc falsum est, vt ostensum est supra. Quòd autem dicitur esse perfectiores claues Petri, falsum est: nam etiam si non datæ essent claues Petro quando alijs, non essent perfectiores claues Petri, quàm aliorum:

Clauius ordinis nō est maior ī vno, quā ī alio. de claue iurisdictionis hic nihil asseritur ex iure diuio, sed vide in suo lib. de dist. & Origine iurisditionum.

E quia si perfectiores essent, hoc deberet constare ex litera: & tamen non apparet, quia quod dicitur ibi, erit solutum in cęlis, & hic, solutum in cęlo, non est alia, & alia sententia, quia per hoc nihil importatur nisi sententia, quæ datur hic à prelato Ecclesiæ, approbatur à Deo, qui in cęlo est: & ideo siue in cęlo, siue in cęlis dicatur, nihil omnino differt, quia cuiuscunq; rectè vtentis claue Deus sententiam approbat. Habet autem ortum iste error ex quodam dicto Origenis super locum istum: ait enim. Non dixit in cęlis, sicut Petro, sed in cęlo vno, quia non sunt tantæ perfectionis, sicut Petrus. Potest autem sanè accipi verbum Origenis, quòd alij, scilicet, Apostoli non sunt ita perfecti, sicut Petrus in vita: & tamen in clauibus non differūt.

Origo erroris. 3. opinionis.

Expositio verbi Originis.

Vel potest dici, quòd in claue iurisdictionis Petrus inquantum summus Pontifex excesserit alios, licèt de hoc non contendamus nunc: & tamen etiam si hoc esset, non est iste sensus literæ, quia certum est, quòd hic Christus locutus est tam ad Petrum, quàm ad alios: nam aliàs non haberet Petrus potestatem puniendi delinquentes, quod apertius hic ostenditur, quàm alibi. Quòd autem dicitur, quòd claues datæ Petro vocantur claues regni cœlorum, & non istæ. Dicendum, quòd cùm eædem claues sint istæ, & illæ, si illæ sunt claues regni cœlorum: nam esse claues regni cœlorum est esse ad claudendum, & aperiendum regnum cœlorum: claudere autem, & aperire illud est ligare, & soluere. Vnde ibi non ponuntur alij actus, nisi ligare & soluere: & tamen hic ponuntur idem actus, ideo sunt istæ claues regni cœlorum. Sed dicendum, quòd ibi vocantur regni cœlorum, quia exprimuntur claues, & quia putaret quis esse aliquid materiale, vel mundanum, dixit, quòd erant claues regni cœlorum, idest, vitæ æternæ. Vel regni cęlorum, idest, Ecclesiæ militantis, quæ regnum cœlorum vocatur, vt ait Gregorius. Hic autem ponitur actus clauium, scilicet, soluere, & ligare: non exprimitur tamen nomen clauium: ideo non potuit dici, quòd essent regni cœlorum, vel cuius essent: si tamen nomen clauium exprimeretur: etiam diceretur, quòd essent regni cœlorum. De quarta opinione dicendum, quòd etiam falsum supponit, scilicet, quòd fuerint aliæ claues datæ hic, & aliæ supra decimo sexto: nam eædem sunt, vt supra ostensum est. Quòd autem dicitur, quòd istæ sunt perfectiores. Dicendum, quòd etiam si essent aliæ claues, quæ dantur ibi, & aliæ, quæ dantur hic: non sequeretur, quòd istæ essent perfectiores, quia quòd dicatur hic quæcunque solueritis pluraliter, & ibi quodcunque non differt: nam qui soluit quodcunque, nihil est quod non soluat, & ita soluit quæcunque, vnde idem significant omnino, sed solùm differt in modo locutionis, sicut supra dicebatur, quòd idem erat dicere, soluta erunt in cœlo, vel in cœlis. Sunt ergo eædem claues Petri & aliorum, & eodem tempore omnibus datæ, siue datæ fuerint nunc, siue prius, siue post: & eædem sunt claues, de quibus agitur hic, & supra decimo sexto capitulo, & etiam Ioannis vigesimo, licèt ibi magis ad claues sacramentales referatur: licèt possit extendi etiam ad claues iurisdictionis.

Quid est esse clauis regni cœlorum.

Ecclesia militãs regnum cœlorum dici potest.

Cõfutatio quartę opinionis.

Quare dicitur hic: Quæcunque alligaueritis, vel quodcunque ligaueritis, & non dicitur determinatè, quid sacerdos ligare debeat.

Quæstio CXVI.

QVAERETVR, quare dicitur hic quæcunque alligaueritis, vel quodcunque ligaueritis supra decimo sexto capitulo, & non determinatur quid sacerdos ligare debeat. Dicendum, quòd fuit primò ad dandum regulam generalem: nam necesse erat, quòd aut Christus traderet particulariter doctrinas circa quodlibet peccatum, pro quo deberet sacerdos ligare peccatorem, & qua pœna eum astringeret, & deinde à quo deberet absoluere: hoc autem non decuit. Primò, quia oportebat infinitam tradi doctrinam circa omnes casus. Secundò, quia nulla scriptura posset sufficere. Nam licèt Christus, qui Deus erat, sciret omnia, quæ accidere possunt, & quo remedio circa quodlibet vti decet: tamen quia infinitis modis variantur ista, non erat possibile,
F quòd nos tantam doctrinam susciperemus, quia supra humanam conditionem hoc esset: nam si ista scriberentur, arbitror mundum capere non posse eos, qui scribendi essent libros, vt dicit Ioan. vigesimo primo. Et tanta nemo posset portare, iuxta illud Ioannis 16. Multa habeo vobis dicere, quæ nõ potestis modo portare, idest, non potestis illa accipere, etiam si vobis dicere vellem sine infusione spiritus, qui nõ est pro quolibet homine: & ideo etiam si talia possent scribi, cùm nemo ea capere posset, fieret doctrina inutilis. Tertiò, quia dato, quòd scribi possent omnia, & mente teneri à nobis, vt si essent pauca: tamen non expediebat dari à Christo talem doctrinam: nam doctrina, quæ à Christo daretur non esset mutabilis, neque dispensa-
G bilis, sed teneri deberet ad vnguem, sicut traderetur: & tamen non conueniebat omnibus gentibus idem modus puniendi peccata: quia quædam gentes maioribus pœnis castigantur, quàm aliæ, & aliqui bene tolerant iugum: aliæ autem non: & ita non debuit tradi regula eadem pro omnibus. Et ista fuit causa vna, & de potissimis, quare Deus in nouo testamento nõ dedit leges particulares, siue circa cęremonialia, siue circa foralia, sicut tradidit in veteri testamento. Et fuit causa, quia in veteri testamentd dabatur lex vni soli genti, quæ parua erat, quæ eisdem moribus vtebatur: ideo sicut nunc vni regioni conueniunt eædem leges forales propter similitudinem conuersationis incolarum: ita & populo Iudæorum conueniebant eædem
H leges iudiciales, & idem ritus cœremoniarum: lex aũt Christi data fuit toti mundo infra 18. & Mar. 16. in quo sunt diuersi modi gentium, quasi in nullo cũ alijs cõmunicantium, & quod his est bonum, non est bonum aliis: ideo circa particularia non dedit leges. Quartò non debuit dari particularis doctrina de soluendo, & ligando, quia tunc oporteret, quòd Christus scriberet omnes species peccatorum possibiles, & istud esset nobis occasio ruinæ, quia multa sunt, in quibus quidã non peccant, quia illa nesciunt, quæ si scirent sibi esse vetita, Satan instigaret eos ad peccãdum in illis, & peccarent. Propter hoc ergo, & multa alia non debuit dare Christus particulares doctrinas de soluendo, & ligando, ideo oportuit, quòd daret generalem regulam: & ita dixit, quodcunque, vel quæcunque ligaue-
I ris, idest, poteris ligare in quibuscunque, & soluere in quibuscunque. Secundò quantum ad principale quęsitum dico, quòd fuit hoc dictum ad magis certificandum ipsum vtentem claue, quia cùm iste actus nõ subijciatur oculis, neque etiam effectus deduct⁹ ex exercitio clauis, sed est aliquid spirituale, & inuisibile, nesciret sacerdos, an verè ligaret, aut absolueret: dato enim quòd Christus dixisset, quodcunque poteris ligare, & soluere, posset dubitare sacerdos, an accidisset aliquis error ei in absoluendo, & ligando, propter quem non sequeretur effectus clauium: ideo ad certificandum eum, quòd quandocunque ille ligat, aut soluit sequitur effectus clauium: non dixit, poteris ligare quod-
K cunque & soluere, sed quodcunque ligaueris erit ligatum in cœlo, & quæcunque solueris erunt soluta in cœlo: idest, certus sis, quòd quandocunque tu ligas, ego qui in cęlis sum tecum ligo: & quandocunque tu soluis: ego etiam soluo. De hoc dicit Chrysostomus. Notandum ꝙ non dixit primati Ecclesiæ, liga talẽ, vel talẽ, sed si ligaueris indissolubilia erunt ligamina, quasi hoc eius iudicio dimittens: & ideo Christus non solũ per hæc tradidit potestatem ligandi, & soluendi, sed ẽt potestatem condendi leges, secundùm quas iudicaret quis esset ligandus, & quis soluendus, & pro qua causa.

An quidquid sacerdos ligat, & soluit sit ligatum, & solutum in cœlo. Quæst. CXVII.

SED quæretur, nunquid quando sacerdos ligat, & soluit, sit ligatum, & solutum. Dicendum, quòd Christus vniuersalem potestatem dedit, & promisit certitudinem actus, scilicet, quòd quandocunque ligarent sacerdotes, vel soluerent, ipse ligaret, & solueret: & tamen hoc non obstante potest ligans, & soluens errare, & tunc nihil faciet. Primò si excedat super facultatem sibi datam. Secundò si exerceat actũ super non materiam. De primo licèt dicatur generaliter, quæcunque solueritis, & ligaueritis: intelligitur tamen, quòd non faciat contra legem committentis hanc potestatem, quia in promissione tali intelligi- B tur excepta persona loquens, & id quod ad eam pertinet: vt siquis promittat, aut iuret adiuuare alterum contra quemcunque hominem, non tenetur adiuuare eum contra seipsum, licèt ex modo locutionis comprehenderetur, vt patet extra de iure iurando. capitulo petitio: vbi ille, qui promisit nunquam esse contra alium, potest esse contra eum in causis proprijs, & Ecclesiæ suæ: & ita Christus dedit potestatem generalem soluendi, & ligandi quodcunque: non tamen, quòd ligarent, & soluerent contra legem ab eo datã: & ita Apostolus dicit. 2. Corinth. 10. & 13. datam esse sibi potestatem non in destructionem, sed in constructionem: idest, potestas data Prælatis Ecclesiæ, non extenditur ad faciendum contra ea, quæ Christus statuit, C quod esset destruere constructa, sed ad constructionem, idest, ad adiuuandum, quòd statuta à Christo ponantur in executione, & ita nos sumus adiutores Christi. Sic enim dicit Apostolus. 2. Corinth. 3. Dei enim adiutores sumus. Et ita minister Ecclesiæ potest soluere, & ligare in omnibus, quæ Christi lege nõ vetantur: & ideo quilibet sacerdos posset vti claue ordinis ligando, & soluendo quantum ad omnes homines, & in omni peccato, cùm lex Christi non vetaret hoc: & tamen ipsa Ecclesia immutauit potestatem istam tam quãtum ad subditos, quàm ad ea, in quibus est ligare & absoluere: ideo non extenditur clauis ad plures, vel ad maiora, quàm ad ea, quæ per Ecclesiam diffiniuntur: & hoc potuit facere Ecclesia, quia sicut D tradidit Christus Ecclesiæ potestatem soluendi, & ligandi, ita dedit potestatem diffiniendi, in quibus deberet soluere, & ligare: quia aliàs cùm Christus non expresserit, in quo ligarent, & soluerent, & quomodo: nesciret hoc Ecclesia. Et ita nesciret quando ligat, & soluit, an esset ligatum, & solutum, & dubitaret de quolibet actu: quod est inconueniens: & ideo Ecclesia potuit quibusdam dare maiorem potestatem, alijs minorem, vel quibusdam magis arctare potestatem, alijs verò minus. Secundum erat materia, & si quis velit operari super non materiam, non sequetur operatio, quia materiam determinat sibi quodlibet agens. Et materia in vsu clauium est duplex, scilicet id, de quo absoluitur quis, vel in quo ligatur, & ille, E qui absoluitur, & ligatur: neutrum autem determinauit Christus, sed dixit, quodcunque solueris erit solutum, & quodcunque ligaueris erit ligatum, idest, de quocunque peccato absolueris aliquem tenebit absolutio, & ad quamcunque pœnam ligaueris aliquem tenebitur astrictus, etiam quemcumque ligaueris erit ligatus, & quemcumque solueris erit solutus. Ecclesia autem determinauit vtrumque dando inferioribus prælatis certos subditos, & certos casus, in quibus absoluant: solus autem Papa est indeterminatæ potestatis, quia potest absoluere quemlibet, & in quolibet casu: & ideo ipse solus dicitur vocatus in plenitudinem potestatis: cœteri verò in partem solicitudi-

Papa est indeterminatę potestatis, & potest absoluere quemlibet in quolibet casu.

A nis. Et hoc verum in vita, quando articulus necessitatis non subest: quia tunc quilibet sacerdos est summus: nam sicut Christus non arctauit clauem alicuius: ita Ecclesia reliquit illam tunc illimitatam: & qa ipsa de se non determinatur ad certos homines, neque ad certa peccata, sed ad quæcunque: manet potestas sacerdoti super omnes, & quantum ad omnes casus: stantibus autem his, quòd sacerdos non transcendat facultatem sibi traditam, neque transeat ad materiam alienam, quidquid ligat est ligatum: quia tunc clauis non errat: & tamen clauis semper habet effectum, nisi erret.

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacunque petierint: fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Iterum dico vobis. Ostendit supra, quòd debemus fratrem corrigere: hic ostendit, quòd debemus etiam offensam dimittere. Et diuiditur in duo, quia primò facit quod dictum est. Secundò ostendit quotiens offensa dimittenda sit, ibi. *Tunc accedens.* Circa primũ dicitur. *Iterum dico vobis.* Idest, iterum etiam dico, quia non ponitur hic iterum, vt significans replicationem, cùm sententiam istam non posuisset supra, & solet poni iste modus loquendi à Christo, vbi posuit aliquam sententiam, & subdit alias pertinentes ad eandem materiam, licèt non sint eædem rationes: sic patet supra decimo tertio, vbi posuit aliquas comparationes de regno cœlorum, & postea subdit. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori. Et iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare. *Quia si duo ex vobis consenserint.* Nicolaus exponit hoc solùm de oratione iuxta continuationem literæ positam, scilicet, si consenserint remittendo sibi inuicem iniurias, aut rancorem. *Super terram.* Idest, quando viuunt. *De omni re quam petierint, fiet illis.* Idest, concedetur eis à Deo quidquid petiuerint si remiserint rancorem, quia oratio non exauditur quando orans est in rancore proximi. *A patre meo.* Idest, à Deo. *Vbi enim duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo.* Idest, in charitate orantes. *In medio eorum sum.* Idest, ad concedendum quæ petunt promptus.

Dicendum autem, quòd licèt de oratione posset exponi: tamen sensus principalis literæ non est de oratione, sed de potestate faciendi aliquid. Et apparet primò, quia accipiendo de oratione non concordat literæ præcedenti, quia ibi agebatur de pœna imponenda peccatori, qui non se emendat admonitus ab Ecclesia, & secutum est de potestate ad imponendum pœnam, scilicet: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis, & cœtera: ideo oportet, quòd etiam ista litera de potestate ad imponendum pœnam, vel absoluendum intelligatur. Secundò, quia litera manifestè ostendit, quòd pertineat ad sententiam superiorem, cùm dicatur: iterum dico vobis, idest, etiam dico: illa tamen non est de oratione, sed de potestate aliquid faciendi. Tertiò patet, quia si intelligeretur de oratione, frustra diceretur, si duo ex vobis consenserint. Nam ad hoc, quòd orans impetret, non oportet, quòd multi consentiant inter se, quia quilibet per seipsum potest exaudiri, & verè exaudietur si dispositus est. Et si dicas, quòd dicitur consenserint propter remissionem rancoris, non stat, quia non est necesse, quòd duo consen-

consentiant ad dimissionem rancoris, cùm ego possim in corde meo remittere alteri rancorem: etiam si in nullo consentiant, neque loquantur sibi vnquam. Nisi fortè intelligere debeas, quòd mutuo debeant sibi remittere rancorem, vt Nicolaus exponit: & tamē hoc non est necessarium, quia satis est mihi, quòd ego remittam rancorem alteri ad hoc, quòd ego sim in charitate. Quartò patet, quia non est vera expositio: nam etiam si aliqui inuicem sibi remittant offensas, non ideo exaudiuntur, cū possit extra charitatem esse, qui offensam remittit. Et multa alia exigūtur ad hoc, quòd quis exaudiatur orās vltra remissionē offensarū. Quintò patet, quia postea cū redditur causa dicti pręcedentis, sequitur: Vbi duo, vel tres fuerint: & ita Christus vult, quòd actus iste, de quo hic agitur, non pertineat ad vnum, sed ad multos congregatos non est tñ huiusmodi orare. Est ergo dicendū, ꝙ litera intelligitur de potestate ad imponēdum pęnas delinquenti, qui se nō corrigat, vel ad absoluendum eum à pœna imposita: & licèt ista pęna, vel relaxatio pęnæ possit fieri per Ecclesię Prelatum: tñ dicitur de multis consentientibus, quia supra dictum fuerat in correctione fraterna, ꝙ si Ecclesiam nō audierit, sit tibi quasi ethnicus & publicanus: hoc autem erat pęnam quandam imponere, & præter istam poterūt imponi aliæ pęnæ per Ecclesiam ipsam, quæ Ecclesia est multitudo. Vnde dicitur supra, quæcunq; alligaueritis super terram, quod ad multos dirigitur. Hic autem subdidit, dico vobis, ꝙ si duo ex vobis consenserint. i. si aliqui agant, vt Ecclesia, q̄ non repręsentatur nisi in multis, ꝙ fiet à Deo quidquid illi fieri volunt, & hoc est quod dicebatur supra. s. q̄cunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cęlo, quia quod in cęlo ligatur, vel absoluitur, à patre ligatur, vel absoluitur, & secūdū hoc potest exponi litera, scilicet. *Iterum dico vobis.* Idest, etiam dico vobis quod sequitur ad magis ostendendum potestatem Ecclesiæ, de qua supra loquebatur. *Quòd si duo ex vobis.* Idest, aliquot homines, etiam si non sint nisi duo, vel tres. *Consenserint.* i. concordes fuerint ponendo pœnam, vel absoluendo, & inquantum dicitur consenserint significatur vnitas, & quòd isti non agunt vt personæ singulares, sed vt Ecclesia, cui dicitur peccatum delinquentis. Et ita exponit Glossa, dicens: Non solùm autem de excōmunicatione fiet, sed de omni petitione, quæ fit à consentientibus in vnitate Ecclesiæ, dat confirmationem cū subdit: si duo ex vobis, & in hoc continuat Glossa, istud ad pręcedentia, quia dictum fuerat supra, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, quod est excōmunicare: & hic dicit ostendi, ꝙ non solū excommunicationem imponere possunt: sed etiam quamcunque pœnam, quia à Deo cōceditur quidquid Ecclesia in hoc facere vult. *Super terram.* Idest, quādiu viuitis: nam post mortem, neque peccat quis, neque admonitione opus est *De omni re.* Idest, quidquid facere voluerint, siue imponendo pęnam, siue impositā relaxando, si peccator pęniteat. Et hoc est quod supra dicitur, quęcunque alligaueritis, & quæcunq; solueritis, quod hic dr̄ de oī re. Et ita exponit Glo. dicens: Si duo ex vobis consenserint, vel pęnitentē recipiendo, vel superbū abijciendo, vel de alia re, quæ non est contraria Ecclesiæ vnitati. *Fiet illis à patre meo.* Idest, Deus cooperabitur illis sentētiam, quàm ipsi posuerint, siue condemnationis, siue absolutionis approbabit pater meus, & hoc est quod supra dicitur, erūt soluta in cęlo, & erunt ligata in cęlo. *Vbi enim sunt duo, vel tres.* Confirmat hic dictum pręcedens ostēdens causam eius, & dicit: Duo vel tres, idest, etiam si non sint plures. *Congregati in nomine meo.* Idest, in vnitate Ecclesiæ, & tanquam Ecclesia, & intendentes vti potestate data à Christo Ecclesiæ. *Ibi sum in medio eorum.* Idest, non miretur quis, quòd opera, q̄ fiunt

F à vobis fiant à me, quia si in nomine meo congregati estis, non sum longè à vobis, sed inter vos: & ideo statim facio quod vos vultis.

An ista præcedens expositio sit conueniens. Quæst. CXVIII.

QVAERETVR, an expositio ista præcedens sit conueniens. Aliqui dicunt, quòd non: sed ꝙ sit necesse exponi de oratione. Primò, quia dicitur in litera, de omni re quamcunque petierint: & tamē petere orare est: vti autem potestate non est orare. Secundò, quia dicitur, fiet illis à patre meo, quod ad orationem pertinet, in qua exaudimur quando Deus facit, quod nos oramus: imponere autem pœnam, vel

G absoluere est aliquid quod fit à nobis: ideo non intelligitur nisi de oratione. Dicendum, quòd potest intelligi ista litera per adaptionem ad orationem, & tamen principalis sensus est de potestate puniendi, & absoluendi delinquētes, vt supra ostensum est. Et istum sensum tenet Cyprianus, & Glo. & iste conuenit omnino literæ, vt dictum est in applicatione.

Ad primum argumentum dicendum vno modo, quòd dicitur de omni re quam petierint: eo quòd licèt impositio pœnæ, aut absolutio sit vsus potestatis: tamen fit per modum orationis, & ponuntur aliqua verba orationis ad Deum in talibus, quod manifestum est in absolutione sacramentali. Nam est ille vsus cla-

H uium, & actus potestatis: & tamen ponuntur ibi verba orationis, quia dicimus: Misereatur tui omnipotens Deus, &c. ita ergo hic imponendo pœnam, & absoluendo potest simile fieri: ideo dicitur aliquid peti à Deo. Secundò, quia benedicere, & maledicere est actus potestatis, & iurisdictionis, quia subditus benedicitur à prælato, & minor à maiore: ad Hebræ. octauo: & tamen benedictio fit per verba imprecatoria boni; & fit inuocando nomen Dei. Numeri sexto, cū Deus dixit sacerdotibus, sic benedicetis filijs Israel: Benedicat tibi Dominus, & misereatur tui: ostendat tibi vultum suum, &c. ita nunc licèt impositio pœnæ, & absolutio sit actus potestatis, interdum fit per verba imprecatoria: & sic dicitur peti à Deo.

I Ad secundum dicendum, quòd dicuntur ista fieri à Deo, non sicut in concessione rei, quam orando petimus, quia in illa nihil nos efficimus, neque principaliter, neque ministerialiter, sed fiunt ab eo, tanquam à principale agente: sicut est in actibus omnium sacramentorum, quæ requirunt certum ministrum, vt in Pœnitentia & Eucharistia: nam remissio peccatorū, & etiam pęnarum, siue Inferni, siue Purgatorij à Deo verè fit, tanquam ab efficienti principali: sacerdos autem solùm est minister applicans vsum clauium. Sic & in consecratione solus Deus est, qui vinum, & panē in corpus suum, & sanguinem vertit: & tamen sacerdos aliquid agit, vt minister proferens verba. Ita in impositione pœnæ delinquenti, vel in absolutione Deus

K agit principaliter, quia effectus, qui ibi intenditur est spiritualis, quem homines non possunt per se immediatè inducere: ideo à Deo inducitur, & homines sūt ministri: & hoc est à Deo fieri: & ideo rectè dicitur, quòd fiet illis à patre meo. Secundò, quia potest accipi fieri per approbationem, scilicet, quidquid vos feceritis imponendo pœnam, vel absoluendo, approbat Deus: & hoc est quod dicitur supra, quæcunque ligaueritis in terra, ligata erunt in cœlo, idest, Deus in cęlo existens ligat, quos vos ligatis, idest, approbat, & habet eos tanquam verè ligatos.

Ad

Ad quid positum fuit istud, scilicet si duo ex vobis, &c. quia videtur superfluum.
Quæst. CXIX.

QVAERETVR, ad quid positum fuit istud hic exponendo isto modo: quia tunc est eadem sententia ista cum pręcedenti, s. de traditione potestatis ad absoluendum, & imponendum pęnas. Dicendum, ꝙ fuit conueniens dici. Primò ad magis manifestandum: & ratio est, quia in rebus occultis, quas non est facilè videre, egemus magna confirmatione, & instructione: tale autem est hic, quia operationes nostrę sunt aliquid apparens: potestas autem, secundùm quam operari debemus, est aliquid spirituale, & effectus ipse, quem desideramus inducere est aliquid spirituale: B ideo vt appareat quomodo talis potestas sit in nobis, & sequatur effectus, quem volumus: egemus aperta manuductione: ideo circa talia magis Christus immoratur ostendens multa, quæ faciant rem verisimilem. Secundò, quia hic declarantur aliqua, quæ supra non tanguntur: nam dicebatur, quęcunque ligaueritis, &c. quod tam ad singulares personas, quæ habent administrationem, aut ordinem in Ecclesia, quàm ad ipsam Ecclesiam pertinet: hic autem manifestè ostenditur de ipsa Ecclesia, vt videatur consonare literæ superiori, s. dic Ecclesiæ, & quia Ecclesia est multitudo. Dicitur hic de duobus, vel tribus, & non singulariter de duobus, vel tribus: sed consentientibus, vel congregatis, quod est nominare vnitatem Ecclesiæ inquantum dicitur in nomine meo, & ista litera tollit hoc dubiũ, an cùm peccatum delinquentis dicitur Ecclesiæ, quæ est multitudo: an pœna imposita delinquenti per illã multitudinem teneat, & dr̃, ꝙ sic, quia Deꝰ facit, quod illi volunt. Tertiò, quia tolleret dubium: diceret enim aliquis quomodo cùm Ecclesia imponit alicui pœnã, vel absolutionem facit, quæ tendit ad spiritum, valet aliquid quod fit: cùm ipsa operatio fiat per homines, quorum operatio non pertingit ad spiritum, & ad hoc respondetur cùm dicitur: Fiet illis a patre meo, idest non est mirum, ꝙ sequantur effectus spirituales per operationem Ecclesiæ: quia pater meus facit hoc concurrendo cum Ecclesia, s. ille facit interius, quod illa exterius facere videtur. Quartò, & principaliter est ad tollendum dubium: nam interdum postquam delinquens admonitus coram testibus non vult emendare se, dicitur peccatum Ecclesiæ. Et non quidem prælato, sed ipsi multitudini congregatę in nomine Christi, in qua sunt pauci, vt septem, vel octo soli, & illi condemnant delinquentem habendo eum vt ethnicum, & publicanum, & postea si pęnitet, reconciliant eum reducentes ad communicationem: est dubium an isti pauci, quorum nemo prælatus est possint hoc facere, & teneat factum: & ad hoc respondetur in litera, ꝙ etiam si pauciores sint, idest solùm duo, vel tres: si tamen consentiant, idest conueniant, & sint concordes in condemnando, vel absoluendo, valet quod faciunt, quia congregati sunt in nomine Christi in vnitate Ecclesiæ. Quintò, ponitur ad ostendendum facilitatem faciendi hoc: quia statim vt Ecclesia absoluit aliquem, est absolutus, & statim vt condemnat, est condemnatus. Diceretur ergo, quomodo fit hoc ita faciliter? Respondetur ex litera, scilicet: quia Deus est in medio istorum, qui conueniunt in nomine eius ad aliquid faciendum, ideo non est diu expectandum ad hoc, quòd Deus approbet factum illorum, sed statim approbat, vt illi faciunt.

A *Quomodo verum sit, ꝙ de quacunque re consenserint duo, fiet illis a Deo. Quæst. CXX.*

QVAERETVR, quomodo verum sit, ꝙ de quacunque re consenserint duo, fiet illis a Deo: nam non videtur esse verum. Aliqui dicunt, ꝙ accipitur de oratione, s. ꝙ quando aliqui in charitate, & cõcordia fraternitatis manentes orant aliquid, ꝙ exaudiuntur a Deo, & recipiunt quod petunt. Sed dicendum, ꝙ etiam istud non est verum, vt dicetur sequenti quæstione, & tamen etiam si verum esset, non est ad propositum: quia vt expositum fuit supra, ista litera intelligitur de actu potestatis imponendo pęnam delinquenti condemnando eum, vel absoluendo. Dicendum igitur, ꝙ isti duo, vel tres, siue pauci, aut sunt Ecclesia, aut non, & dico Ecclesiam non quidem particularem aliquam Ecclesiam, sed vniuersalem: nam particularis Ecclesia, licèt multa possit, non tamen potest omnia: cùm quælibet particularis Ecclesia subijciatur alicui superiori, qui potest facta illius approbare, & reprobare: & multa sunt, quæ non potest Ecclesia particularis: vt non potest facere articulum aliquem fidei, neque declarare, neque indulgentiam plenariam dare, & alia multa, quæ ad solum Papam spectant, vel ad Concilium generale: si sit Ecclesia vniuersalis non quidem verè, sed per reprę sentationem, quia ipsa vniuersalis nunquam potest congregari, & concurrere in aliquem vnum actum, & est illa concilium C generale. Dicendum, ꝙ omnia potest, quia ibi est supremum tribunal, quod Christus posuit: ista ergo Ecclesia, quæ est tota Ecclesia per reprę sentationem, potest omnia siue fidei, siue operationis: quia potest circa fidem diffinire faciendo articulos, & declarando, & damnando de hæresi, vel absoluendo. Potest etiam circa operationes dare quascunque regulas, & tollere illas, & omnia alia, quæ non sunt contra legem Christi, & ibi licèt sint duo, vel tres, idest valde pauci, dum tamen consentiant, idest concorditer inter se agant, velut vnum corpus, & Ecclesia, fit illis a Deo: quia ipse approbat omnia facta per illam congregationem: & de his etiam rectè dicitur, ꝙ in medio eorum est Christus tanquam cooperans eis: quia ita illa congregatio D profitetur, s. Sacrosancta Synodus talis, vel talis in Spiritu Sancto legitimè congregata: & etiam Spiritum Sanctum assistentem habent, & ex nomine illius proferunt diffinitiones: sicut factũ est in illo magno Concilio Apostolorum Actu. 15. Vbi erat Consilium generale, & in diffinitione Synodi dicitur, placuit Spiritui Sancto, & nobis congregatis in vnum. eodem cap. De hac Ecclesia certum est, ꝙ omnia potest etiam si pauci in ea conueniant, dum tamen verum Conciliũ generale, sit legitimè congregatum, & continuatum. Si autem non sit Ecclesia, sed personæ alię, dicunt quidam, ꝙ aut isti sunt prælati, aut non: si prælati, dicunt, ꝙ possunt facere omnia: quia vnus prælatus potest facere opera iurisdictionis: quanto magis duo, vel tres? E Et ita dicunt quidam intelligendum hoc, quia isti, ad quos loquebatur erant prælati, scilicet Apostoli. Sed dicendum, ꝙ non stat. Primò, quia non est verum, ꝙ prælati possint omnia, quia omnes illi sunt vocati in partem solicitudinis præter summum eorum, qui assumptus est in plenitudinem potestatis. Secundò, quia tunc superuacuum est dici, si fuerint duo, vel tres: vel si duo consenserint: quia si prælati æquales sunt, tantũ potest vnus, sicut tres, vel multi: ideo non diceretur de congregatione, & tamen tota sententia ista fundatur super consensu, idest concordia, & super congregationem. Alij dicunt, ꝙ de Apostolis solis intelligitur, quia ad illos loquebatur Christus, & quilibet illorum poterat omnia; cùm Christus commisisset illis plenã pote-

potestatem. Dicendum, quòd licèt quando ista loquebatur Christus fortè soli Apostoli erant præsentes: tamen non intelliguntur verba ad illos solos dicta, cùm omnes sacri Doctores trahant ea ad nos. Secundò, quia dicitur: Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo: & non dixit, vbi duo, vel tres ex vobis: ideo intelligitur de omnibus. Si ergo prælati sunt, non possunt facere omnia: sed possunt facere multa secundùm conditionem graduum suorum. Si autem non sunt prælati, sed priuatæ personæ: aut conueniunt, vt Ecclesia, vel multitudo in Christi nomine congregata: aut vt singuli, & personæ priuatæ. Si secundo modo nihil possunt efficiendo, sed solùm orando. Si primo modo: possunt aliqua, scilicet admonere delinquentem, & imponere pœnam excommunicationis, scilicet, subtrahendo communicationem, vel imprecando maledictionem: aut absoluēdo eum a malo, quod imposuerant, si de peccato pœnitet reconciliando eum, & reddendo illi communionem, quam subtraxerant. Alia autem, quæ sunt, aut ordinis, aut iurisdictionis non possunt, cùm nec sint Ecclesia neque ministri Ecclesiarum, qui præsint alicui ministrationi. Et iste est sensus verus literæ: nam Christus supra egerat de imponendo pœnam delinquenti, qui non se emendat admonitus, & quia id cui vltimo dicitur peccatum delinquentis est Ecclesia, & Ecclesia accipitur interdum pro aliquali multitudine fidelium conuenientium in nomine Christi: potest illa Ecclesia subtrahere communionem, & reddere si opus sit, & quamcunque aliam pœnam imponere, vt maledictionis, vel imprecationis aliquorum malorum, & quidquid isti imprecati fuerint eueniet: & si peccatore pœnitente, isti vt Ecclesia, idest multitudo congregata in Christi nomine, petiuerint auferri mala, quæ imprecati fuerant, auferentur. Sed obijcietur, quia dicitur in litera, de omni re quam petierint fiet illis: ergo ad omnia erit potestas illorum, de quibus hic dicitur. Dicendum, quòd ista signa Omnis, Quilibet, non semper distribuunt in Sacra Scriptura, sicut apud dialecticos: sed ponitur Omnis, idest multus: sicut sæpè alibi inuenitur, vt illud: Omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum. Gene. 41. & tamen paucæ veniebant. Et illud: Omnis caro ad te veniet, & tamen falsum est, quia loquitur de reditu in Ierusalem, & non venerunt illuc omnes homines. Aliter potest dici, ꝙ tenetur distributiuè: sed non pro omnibus simpliciter, sed pro omnibus, de quibus est sermo: nam sermo erat de imponendo pœnam delinquenti, & de absoluendo eum: & tunc est sensus, ꝙ de omni re, quam super hoc petierint, fiet eis, idest quamcunque pœnam imponere voluerint, poterunt, & à quacunque absoluere voluerint, poterunt, quia Deus concurrit. Et patet hoc, quia sic intelligendo consonat literæ superiori, scilicet, quæcunque alligaueritis, & quæcunque solueritis, &c. & ita exponit Glo. dicens: Non solùm autem de excommunicatione, sed & de omni petitione, quæ fit a consentientibus in vnitate Ecclesiæ. Vnde subdit: si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re: siue pœnitentem recipiendo, vel superbum abijciendo, & hoc satis est, ꝙ de omni re, quæ ad propositum est accipiant potestatem.

Quomodo, si intelligitur hoc de oratione, est verum, quòd quando duo consenserint obtinebunt, cum sæpè non obtineant.

Quæst. CXXI.

QVAERETVR, si intelligatur hoc de oratione, quomodo est verum, ꝙ quando consenserint duo obtinebunt: cùm sæpe videamus, ꝙ non obtineāt,

F Dicunt, ꝙ hoc intelligitur quando consentiunt duo, idest quando corpus, & anima concordant, obtinemus, quæ petimus: quia si concordat corpus animæ, petimus sola spiritualia, & illa Deus semper concedit. Sic dicit Hieronymus: vbi corpus anima, & spiritus intra se consenserint, & non habuerint bellum diuersarum voluntatum, de omni re, quam petierint, impetrabunt a patre: nulli enim dubium est, quin bonorū rerum postulatio sit vbi corpus vult habere ea, quæ spiritus. Sed dicendum, ꝙ iste sensus non est literalis: sed spiritualis, vt ipse Hieronymus dicit. Item quia tunc solùm diceretur de consensu duorum, idest corporis, & animæ: Christus tamen dicit de duobus, vel tribus: ideo oportet accipi de hominibus. Item quia
G dicitur: si duo ex vobis, & ideo intelligitur de illis hominibus, ad quos loquebatur: si enim de corpore, & anima intelligendum foret: diceretur. si duo consenserint, & non diceretur ex vobis.

Dicendum ergo, quòd de hominibus intelligitur, & verum est, ꝙ quandocunque duo concordant inter se, & petunt aliquid a Deo, ꝙ Deus concedit ea, quæ petuntur, si aliæ conditiones ad hoc requisitæ affuerint: multa enim impediunt hominem exaudiri, scilicet, quia indignus est, vel quia non remittit debitoribus, quod est concordare illis, vel quia petit pro illis, qui indigni sunt. Sic dicit Chrysost. Quomodo non vbique consentientes consequuntur, quod petunt? Hom. 61. i Matt. 18.
Et respondit, s. primò quidem, quia non expedientia
H petunt. Secundò, quia indigni sunt exaudiri, qui petunt: nec quidquam boni a seipsis offerunt. Vnde dicitur, si duo ex vobis, s. qui conuersationem Euangelicam ostendunt consenserint. Tertiò, quia aduersus eos, qui sibi dolorem intulerunt, orant, vindictam quærentes. Quartò, quia petunt misericordiam peccantibus, qui non pœnituerunt. Sic etiam dicit Origenes, ꝙ non exaudimur orantes: quia non consentimus doctrina, & conuersatione, cùm ait: non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram: neque dogmate, neque conuersatione; sicut enim in musicis nisi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem: sic in Ecclesia nisi fuerit consensus non delectatur Deus in ea: neque audit voces
I eorum. Sed dicendum, ꝙ in oratione non differt ad hoc, ꝙ exaudiatur, ꝙ sit vnius, vel multorum, nisi ꝙ facilius Deus exaudiet multos simul orantes, quàm vnum: ad hoc autem, ꝙ vnus orando exaudiatur, oportet, ꝙ oret piè, & pro, & perseueranter: cùm his. n. conditionibus semper exauditur oratio, vt ostensum est supra 7. capit. quæst. 17. & 18. & 19. Si autem multi orent, oportet ꝙ habeant easdem conditiones, & insuper ꝙ concordent, quia in vno non est concordia, & non est sensus, ꝙ nunquam exaudiatur oratio sine illis tribus: quia interdum exauditur, vbi illa non interueniunt, vt si quis oret pro alio, & exaudiatur: sicut sæpe fit etiam interdum ad primam vocem exauditur quis, & tamen ibi non est perseuerantia, sed est sensus,
K quòd quando illa tria venerint infallibiliter quis auditur. Quibus cōditionibus exauditur oratio

Quomodo dicuntur aliqui congregati in nomine Christi.

Quæst. CXXII.

QVAERETVR, quomodo dicuntur aliqui congregati in nomine Christi. Dicendum, quòd vno modo dicuntur congregati in nomine Christi, quando illi actus, ad quem aliqui congregantur, expectantur a Christo, & ita dicitur de quolibet Concilio generali, quod cōgregatur in nomine Christi: vt dicitur in superscriptionibus, s. Sacra Synodus talis,

lis, vel talis in Spiritu Sancto legitimè congregata, & hoc, quia actus, qui ibi geruntur dicuntur principaliter dirigi à Spiritu Sancto, & loquuntur ex nomine Spiritus Sancti, vt patet in Concilio Apostolorum Actu. 15. Placuit Spiritui sancto, & nobis congregatis in vnum. & illo modo, qui congregantur ad conferendum, vel recipiendum sacramentum aliquod, dicuntur congregari in nomine Christi: quia effectus sacramenti non fit ab homine, sed à Christo principaliter, & effectiuè. Secundò dicuntur congregari in nomine Christi, quando in operatione, quæ fieri debet, inuocatur nomen Christi tanquam in auxilium operantium, & ita est sensus, quòd aliqua operatio incipiat in nomine Christi, idest cum adiutorio eius, quem inuocamus: & ita inuocandus est Christus in exordijs operum nostrorum, & tunc illa fiunt in gloriam Dei: vt dicitur primę Corin. 10. Tertiò dicitur congregatio aliqua in nomine Christi, quando congregati sunt aliqui ad faciendum aliquid quod ad Christum pertinet: omne autem bonum ad Christum pertinet, sicut & omne verum: ideo quandocunque congregantur aliqui ad faciendum aliquod bonum, & bono animo, dicuntur congregati in nomine Christi: etiam si actualiter eum non inuocarent. Soli autem illi dicuntur non congregari in nomine Christi, qui aut in ipsum non credunt, aut ad malum faciendum adueniunt: etiam si Christum in adiutorium malæ voluntatis suæ inuocarent: cùm ipse non sit volens iniquitatem. Psalmo quinto.

Quomodo Christus sit in medio eorum, qui congregantur in nomine eius. Quæst. CXXIII.

QVAERETVR, quomodo Christus sit in medio eorum, qui congregantur in nomine ei⁹. Dicendum, ꝙ secundùm veritatem Deus vbique est: ideo non solùm inter inuocantes eum, sed etiam inter blasphemantes est: quia in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos. Prouerbio. 15. Et non solùm est in medio hominum, imò intra quemlibet hominem, & quantum ad istum modum non loquitur Christus hic: quia non est differentia inter bonos, & malos homines, & lapides, & pecora: quia in omnibus Deus est, cùm omnia participent perfectionem aliquam eius, & conseruentur ab eo, sed eo modo dicitur Deus esse in medio nostri, vel iuxta nos, inquantum propitium eum habemus ad complendum desideria nostra ad benefaciendum nobis: etiam nobis non potentibus, & tunc quando Deus non exaudit nos, est longè a nobis, & quando benefacit est propè, & quia malos non exaudit. Ioan. 9. scilicet. Scimus, ꝙ Deus peccatores non exaudit: dicitur longè esse a malis: Psalmo 118. Longè a peccatoribus salus, idest Deus, qui est salus nostra, & quia bonos exaudit, dicitur esse iuxta eos. Psalmo 114. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate: & inde est, ꝙ quando Deus est promptus ad aliquid faciendum, siue bonum, siue pœnale: dicitur eis esse propè, quibus illud facit: sicut dicitur Psalmo 33. Iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde. & Ierem. 12. Propè es tu ori eorum, & longè a renibus eorum: idest das ei cibum, & ad hoc es promptus, & non percutis eos virga, aut flagello in dorso: Ita hic cùm Christus vellet ostendere, ꝙ ipse erat valde promptus ad faciendum omnia, quæ petunt, qui congregantur in nomine eius dixit se esse in medio, & noluit dicere, ꝙ erat propè, sed ꝙ erat in medio eorum: quia non poterat esse maior promptitudo, quàm esse in medio, scilicet, statim vt petiuerint exaudientur. Et si aliquid fecerint statim concurret cum eis, & tunc consonat ista sententia

A præcedenti, quia dictum fuerat supra, scilicet, de omni re, quam petieritis fiet vobis à patre meo: hic autem ostenditur quomodo fiet hoc, & dicit ꝙ fit, quia ipse præsens est eis, & ideo poterit statim concurrere cum eis. Vel potest intelligi, in medio eorum sum, scilicet incitando eos ad faciendum: quia non solùm Deus cooperatur nobis adiuuando nos ad operandum, sed etiam ipse incitat ad operandum, quia sine eius incitatione non possumus aliquid facere: Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere, s. nihil boni ad quod ego non vos incitauerim.

B Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Lucæ 17. de Pęn. di. 3. c. septies

Hic ponitur secundum, scilicet quoties sit remittendum, & diuiditur in duo, quia primò ostenditur, quod dictum est. secundò confirmatur per exemplũ ibi. *Ideo assimiliatur.* Circa primum dicitur. *Tunc.* Scilicet, quando Christus dicebat, omnia præcedentia discipulis. *Accedens ad eum Petrus.* Dicitur accessisse

C ad interrogandum. *Dixit Domine.* Tota ista litera debet legi cum interrogatione vsque ad illum locum: Non dico tibi. *Quoties peccabit.* Idest, nunquid quoties peccauerit dimittam ei vsque septies? *In me.* Idest, contra me, & non accipitur in me, idest, me vidente, vel sciente: sicut accipitur supra, scilicet si peccauerit in te frater tuus: quia ibi non solùm, quando contra me, idest faciendo mihi iniuriam, vel damnum inferendo peccat: sed etiam quando me sciente peccat, dicitur peccare in me, & habet locum correctio fraterna, de qua dicitur. Hic autem accipitur strictius, quia si quis peccauit me sciente, licèt per hoc peccauit contra me: inquantum per actum suum me scandalizauit, vel scandalizare potuit: tamen non est necesse

D peti à me remissionẽ offensæ: quia nõ fuit facta offensa specialiter contra me: & tamen hic dicitur de peccato, in quo est necessaria remissio: ideo oportet intelligi, quòd peccauerit contra me, idest in inferendo iniuriam, vel damnum. *Frater meus.* Omnes proximi vocantur fratres, & maximè qui in Christum credebant. infra 23. Omnes vos fratres estis, & patrem nolite vocare vobis super terram. *Dimittam ei?* Idest, nunquid dimittam ei? *Vsque septies.* Hic finitur interrogatio, idest nunquid vsque ad septimam vicem dimittam? Et ita videtur, ꝙ Petrus dubitabat, an vsque ad septimam vicem remittere teneretur offensam. Nam post septimam vicem non dubitabat, ꝙ non esset remittendum. *Dixit ei Iesus.* Respondit increpando

E Petrum in eo, ꝙ falsum præsupponebat, scilicet. *Non dico tibi septies.* Idest, tu quæris, an vsque ad septimam vicem sit remittendum qualibet vice: in quo præsupponis, quòd post septimam vicem non sit dimittendum: & hoc videtur imputare doctrinæ meæ, & ideo erras: quia ego non dico, ꝙ solùm vsque ad septies sit dimittendum. *Sed vsque septuagies septies.* Idest, toties quoties peccauerit dimittendum est, quod designauit per istum numerum determinatum: licèt non sit aliquis numerus determinatus vsque ad quem debeat solùm remissio.

Nunquid

Nunquid istud sit continuatum ad præcedentia, & quare ponatur hic. Quæst. CXXIIII.

QVAERETVR, an istud sit continuatum ad præcedentia, & quare ponatur hic. Dicendum ad primum, ꝙ ordo continuus est: quia dicitur hic, tunc accedens, & ita videtur, ꝙ cùm fierent præcedentia factum fuit hoc, quod dicitur hic de Petro. Ad secundum dicendum, ꝙ ponitur hic. Primò, quia ordo poscebat vt poneretur, cùm eodem tempore factum fuerit, quo cætera, quæ hic ponuntur. Secundò, quia istud pertinet ad doctrinam, scilicet de remissione peccantium, quod est valde necessarium, ideo fuit conueniens scribi. Tertiò, quia faciebat ad propositum præcedentium de corripiendo fratrem peccantem.

Quare dixit nunc Petrus Christo ista, quæ habentur hic. Quæst. CXXV.

QVAERETVR, quare dixit nunc Petrus Christo ista, quæ habentur hic. Dicendum, ꝙ quia faciebat ad propositum præcedentium: nam dictum fuerat supra de fratre peccante in nos, scilicet, si peccauerit in te frater tuus, & quòd peccanti remittendum, quæsiuit nunc Petrus quotiens remittendum esset. Sed dicetur, ꝙ non faciebat ad popositum quęstio ista, quia ibi non dictum est de remittendo fratri peccanti de corrigendo eum, ideo non erat occasio quærendi nunc de hoc. Aliqui dicunt, ꝙ occasio quærendi non suborta est ex solo hoc, quod dicitur: si peccauerit in te frater tuus, sed ex ipso simul cum eo, quod dicitur: si duo ex vobis consenserint: nam accipiunt ibi consentire, idest mutuo sibi offensas remittere, & ideo Petrus voluit quærere de remissione offensarum. Sic dicit Hieronymus continuando istam literam ad prædecētem, scilicet supra dixerat dominus: videte ne contemnatis vnum de pusillis istis, & adiecerat: si peccauerit in te frater tuus, &c. & præmium repromiserat dicens: si duo ex vobis cōsenserint, &c. vnde prouocatus Apost. Petrus interrogat dicēs: domine quotiens peccauerit in me, &c. Dicendum, ꝙ licèt litera præcedens posset aliquo modo exponi de concordia fratrum remittendo offensas, & de consensu, aut congregatione eorum ad orandum: tamen non est ille sensus, quem principaliter intendit litera, vt ibi declaratum est: ideo tenendo sensum, qui literæ conuenit, dicetur, ꝙ ibi non agebatur de remissione offensarum, sed de vsu potestatis, vt fuit ibi declaratum, & tamen Petrus accepit sufficiētem occasionem ad quærendum hoc ex eo, ꝙ supra dictum fuerat: si peccauerit in te frater tuus: nam fratri peccanti in nos sciebat Petrus remittendum esse ex doctrina Christi, supra 6. scilicet. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & ideo tanquam præsupposita veritate doctrinæ illius: non manebat sibi dubium nisi de quoties erat parcendum peccanti. Et quia intercidit supra sermo de fratre peccante in nos, scilicet, si peccauerit in te frater tuus: fuit sufficiens occasio Petro ad quærendum de eo, quod dubitabat, scilicet quoties remittendum esset. Cùm autem obijcitur, ꝙ ibi, scilicet, si peccauerit, magis agitur de puniendo, quàm de remittendo, cùm dicatur, corripe eum. Dicendum, ꝙ non facit in contrarium, imò valde ad propositum. Nam correctio fraterna non exercetur per pœnas aliquas, sed per admonitiones, vt patet supra. Etiam in admonitionibus, & correctione illa non intendit offensus vindictam, aut satisfactionem vllam: sed solùm bonum ipsius peccantis, scilicet, vt emendetur, & ita cùm ex amore illius moueantur corrigentes ad corrigendum, ex eodem mouebuntur ad remittendum ei offensam, &

Rñ. ad obiectionē.

F hoc ad bonum peccantis est, siue spiritualiter, siue temporaliter: correctio enim, quæ ibi fit, non est impositio pœnæ, vel prosecutio rancoris, aut vindictæ, quæ ibi remittitur, & ideo ista benè consonant inter se. Siquis tamen vellet tenere, ꝙ litera præcedens intelligatur de oratione, & consensu, qui est remittendo inuicem offensas: sicut aliqui exponunt, dicere debet, ꝙ supra dixerat Christus, ꝙ qui inter se consentiunt remittendo offensas, & congregantur ad orandum, quidquid petierint super terram, exauditur a Deo, & cōceditur. Desiderans Petrus tantum bonum, quod est exaudiri semper orationem suam, voluit circa hoc plenè informari, scilicet, si remittendum est peccanti quoties remittendum sit.

G

Quare Petrus dicitur nunc ad Christum accessisse. Quæst. CXXVI.

QVAERETVR, quare Petrus dicitur nunc accessisse ad Christum. Aliqui dicunt, ꝙ voluit quærere ab eo in secretò, & ideo accessit ad eum: sic enim interdum in secreto quærebatur aliquid a Christo, & quærentes dicebantur tunc ad eum accedere, vt supra 17. cap. scilicet. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt: quare nos nō potuimus, &c. Sed dicendum, ꝙ non est hoc satis verisimile. Primò, quia litera dicit, ꝙ accessit, & non dicit, ꝙ secretò, & tamē si secretò accederet exprimeret hoc litera, sicut
H exprimit supra 17. capit. in verbo allegato. Secundò, quia non videbatur nunc esse aliqua causa quęrendi in secretò, quia istud est, quando quæritur de aliqua re occulta, quam non est honestum ab omnibus audiri, vel quæ non pertinet ad omnes: sed solùm ad ipsum quærentem, & tamen non erat ita nunc, quia res ista non erat aliquid tacendum. Etiam non pertinebat ad solum Petrum, sed doctrina in ea erat valde necessaria omnibus discipulis. Tertiò, quia Petrus quæreret in secretò, si fortè essent aliqui extranei, qui non essent de collegio Apostolorum, quos latere vellet quæstionem suam, & tamen nunc erant soli Apostoli, vel illi soli, qui erant de familia Christi, & istis nihil erat occultandum; imò siquis eorum vellet aliquid in secre-
I tò petere a Christo, cæteri aliquo modo scandalizarentur: & istud est valde rationabile: nam supra 17. vbi dicitur, ꝙ discipuli accesserunt secretò ad Christum fuit hoc, quia Christus erat ibi coram turbis, & increpuerat eos coram turbis, vt patet ex litera, scilicet. O generatio incredula, & peruersa, &c. Vt ergo non erubescerent accesserunt in secreto ad Christum non coram turbis: & tamen quādo soli discipuli erant, nemo in secreto interrogabat, hic autem erant soli, ideo Petrus non accessit, vt quæreret in secreto. Quartò, quia ex circunstantia literæ colligitur, ꝙ Petrus coram alijs hoc quæsiuit: nam si Petrus quæreret in secreto, responderet ei Christus in secreto, vel litera exprimeret, ꝙ aduocauerit alios ad respondendum coram eis, &
K tamen in litera nihil istorum ostenditur: sed mox vt Petrus quæsiuit subiungitur responsio Christi: ex quo apparet, ꝙ totaliter facta fuit Christi responsio, qualiter Petri quæstio, s. vtraque in secreto, vel vtraque in publico, & tamen constat, quòd responsio ad quæstionem Petri fuit facta a Christo coram omnibus discipulis, cùm in fine istius parabolæ, quam posuit ad respondendum, concludatur: sic faciet pater meus cœlestis vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo. Ergo ad multos loquebatur, & consequenter quæstio Petri coram multis facta fuerat, & ita non accessit ad quærendum in secreto.

Dicendum ergo, quòd accedere ad Christum nihil aliud fuit, quàm interrogare, & ideo sufficiebat dici: tunc

tunc Petrus dixit, & tamen Euangelista cautè locutus est, ante hoc enim de Petro nulla fiebat mentio vbi esset, vel quantum distaret a Christo localiter: nunc autem introducitur quærens ab eo, & quia non potest quærere nisi, qui alteri loco coniunctus est: dixit quòd tunc accessit Petrus. Vnde etiam si Petrus non moueretur localiter ad interrogãdum Christum, sed maneret in eodem loco, in quo erat antequam interrogaret, conuenienter debuit dicere Euangelista, ꝙ accessit Petrus, vt videamus quomodo potuerit interrogare: & istud pertinet ad artificium locutionis, vt tacitè reddatur ratio de singulis, quæ possent quæri ab eo, qui legit historiam: & iste est verus sensus: vnde inuenietur hoc quasi semper, ꝙ quandocunque dicitur de aliquo, ꝙ quæsierit aliquid a Christo, semper præmittit, ꝙ accesserit ad eum: nisi in narratione ipsa iam appareat, ꝙ ille erat simul cum Christo: quia tunc non oportet dici, ꝙ accedit, quia accedere non potest, qui coniunctus est: sic patet supra 13. cap. s. Tunc dimissis turbis venit in domum, & accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, edissere nobis parabolam, & supra 15. dicitur, tunc accedentes discipuli eius dixerunt: scis qa Pharisæi scandalizati sunt: sic etiam præcedenti capit. Accesserunt ad eum secretò quærentes, cur non potuissent eijcere dæmonium, & supra in litera dicitur: in illa hora accesserunt discipuli eius ad Iesum dicentes, &c. & ita generaliter quandocunque quærunt: dicitur ꝙ accedunt, vt sciatur quomodo potuerunt quærere, & ita fuit hic.

Quare Petrus quæsiuit, an remitteret fratri peccanti vsq; septies. Quæst. CXXVII.

QVAERETVR, quare Petrus quæsiuit, an remitteret fratri peccanti vsque septies. Dicendum, quòd Petrus credebat, ꝙ remittenda erat offensa peccati: quia ita Christus docuerat in forma orandi. supra 6. dimitte nobis debita nostra: siquidem & nos dimittimus debitoribus nostris, & tamen quoties dimittendum esset nesciebat: putauit tamen, ꝙ vltra septies non esset semper remittendum, & hoc quæsiuit. Et tunc sunt duo dubia. Primum quare Petrus credidit, ꝙ vltra septies non obligaretur remittere. Secundum quare dubitauit, an vsque ad septies esset remittendum potius, quàm ad alium numerum. Ad primum dicendum, ꝙ putauit potius aliquid magnum esse remittere vsque septies, ideo vlterius non esse remittendum. Sic dicit Chrysost. Putauit quidem Petrus se aliquid magni dicere: sed quid amator hominum Iesus responderit subditur, s. Non dico tibi vsque septies. Sed dicendum, ꝙ istud est causa, sed in generali, & non magis cur vltra septies, quàm vltra alium numerum. Ideo dicendum, ꝙ Petrus putauit de septenario potius, quàm de alio numero, quia putabat, ꝙ Deus est magis promptus ad remittendum peccata contra se facta, quàm sit homo ad remittendum alteri homini, & tamẽ putauit, ꝙ Deus vltra septenarium non remittit offensam, & hoc credidit, quia peccata remittuntur nobis per expiationes, quæ fiunt de peccatis, cùm expiatio, & propitiatio pro eodem accipiant, & propitiatio est remissio, & tamen expiationes pro quolibet peccato fiebant septies: nam sanguis dabatur pro peccato animæ: Leuit. 17, Deuter. 12. Et quandocunque offerebatur sacrificium pro peccato aliquo, siue esset totius populi, siue summi sacerdotis, siue principis terræ, siue personæ priuatæ aspergebatur septies de sanguine contra dominum Leuit. 4. & etiã in emundatione, quæ fiebat pro peccatis totius populi in die propitiationis, septies aspergebatur de sanguine

De numero septenario.

A contra dominum Leuit. 16. & in expiationibus omnibus per aquas lustrationis etiam septies expiabatur: quia de sanguine vitulæ ruffæ aspergebatur septies cõtra templum. Numeri 19. & sicut erat in remissione culparum, quę fiebat per septenarium: ita in punitione pro culpis non remissis dabatur pœna per septenariũ. Sic dicitur Leuit. 26. capit. Si autem non obedieritis mihi addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra. Et iterum, si ambulaueritis ex aduerso mihi, addam plagas vestras in septuplum. Et sæpe repetit idem ibidem. Etiam peccatum videtur remissibile vsque septies, & non amplius: quia vltra non videtur Deus liberare hominem de peccato neque de periculo Prouerbiorum 24. Septies cadet iustus, & resurget. B Ex quo videtur, ꝙ vltra septies non resurgit, & tamen quandiu peccatum remittitur dicitur resurgere, qui peccauit: ideo videtur, ꝙ vltra septies peccatum non dimittitur, & ita Petrus putauit, ꝙ vltra septies nõ esset remittendum fratri peccanti, cùm Deus amplius non remittat: ista motiua aliqualia erant saltem pro peccato: licèt ex his non concludatur necessariò, cùm verum nõ sit: sed septenarius in omnibus illis propter aliam causam ponitur, vt in locis suis declaratum est. Ad secundum dicendum, quòd dubitauit Petrus cùm vsq; ad septenarium perueniendum esset remittendo: quia cùm Deus vsque ad septenarium putetur remittere peccata, idest septies idem peccatum cõmissum contra hominem, & homo non sit tam misericors, sicut C Deus: credebat ꝙ non teneretur homo vsque ad septies remittere, & de hoc dubitabat.

Quare dixit, quoties in me peccauerit frater meus dimittam ei? Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR, quare dixit quoties in me peccauerit frater meus dimittam ei? idest nunquid dimittam? nam videtur, ꝙ sufficiebat dicere si peccauerit in me frater meus, nunquid dimittam ei vsque septies? Dicendum, quòd quæstio Petri poterat intelligi tripliciter. Vno modo, an computatis omnibus offensis quas commisit contra alterum, si perue- D niatur vsque ad septem, si est remittendum, ita quòd si omnes offensæ simul computatæ peruenerint ad septem non sit iam remittendum. Secundo modo, ꝙ non computentur omnes offensæ, sed solæ illæ, quæ sunt circa idem genus peccati: ita ꝙ etiam si vigesies offenderit, dum tamen in eodem genere delicti non peruenerit ad septies, ꝙ sit remittendum. Tertio modo, ꝙ non respiciatur ad offensas circa idem genus delicti: ita ꝙ etiam si plusquam septies in eodem delicto offenderit: dum tamen nõ eodem tempore, ꝙ remitti possit: sed dubium sit, siue de offensis circa idem genus delicti, siue circa diuersa: dum tamen in eodem tẽpore, quasi continuo offendere non cesset, an taliter offendendo perueniendum sit ad remittendum vsq; E septies. Isti tres modi sunt, quantum ad sensum, qui potest capi ex dicto Petri: non autem quantum ad sensum, quem ipsa verba faciunt: nam cùm dicatur, quoties peccauerit, &c. esset sensus, an in quacunque vice peccaret, esset remittendum vsque septies, & tunc locutio ista implicat: quia in vna vice non potest peccari, nisi vna vice, & ideo non septies. Vnde dicendum, ꝙ si non poneretur ista dictio quoties posset stare primus modus, scilicet, ꝙ intelligeretur de omnibus offensis simul computatis si peruenirent vsque septem, an remittendum tunc esset: stante tamen dictione ista, vel si aliquid operatur, non potest stare primus sensus, sed solus secundus, vel tertius, s. quoties peccauerit, i. in quocunque genere delicti peccauerit, an in illo sit remittendum

mittendum vſque ſepties. Vel quoties, ideſt in quacunque continuatione, vel actu continuato iniuriandi peccauerit, an vſque ſepties ſit remittendum, & huic ſenſui conſonat, quod dicitur Lucæ 17. Si peccauerit in te frater tuus increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi, & ſi ſepties in die peccauerit, & ſepties conuerſus fuerit dicens, pœnitet me, dimitte illi, quæ tamen in eodem die fiunt quaſi cōtinuato actu fiunt, & ita poteſt intelligi quæſtio Petri.

Quare potius quæſiuit hoc Petrus, quàm alius de Apoſtolis. Quæſt. CXXIX.

QVAERETVR, quare potius quæſiuit hoc Petrus, quàm alius de Apoſtolis. Aliqui dicunt, quòd ipſe ſolus erat ſolitus quærere aliquid a Chriſto: ita quòd vel omnes quærebant, vel ipſo ſolus. Sed dicendum, ꝙ non ſtat: quia interdum inueniuntur alij quærentes, & loquentes ad Chriſtum: nam Ioannes loquitur ad Chriſtum Lucæ 9. & Mar. 9. ſcilicet. Præceptor vidimus quendam eijcientem dęmonia in nomine tuo, &c. & Iacobus, & Ioannes ſimul loquuntur ad Chriſtum, quando volebant petere ignem de cęlo, Lucæ 9. Philippus quoque ad Chriſtum loquitur de panibus ducentorum denariorum. Io. 6. & ipſe etiam petiuit a Chriſto oſtendi ſibi patrem Ioan. 14. Andreas quoque de panibus locutus eſt, Ioan. 6. Non ergo ſolus Petrus. Dicendum ergo, ꝙ hoc factum eſt, Primò, quia fortè non occurrit alteri iſtud dubium de numero remiſſionum: ideo ipſe ſolus quæſiuit: Ita occurrebant alia alijs diſcipulis, quæ ipſi quærebant a Chriſto, quando Petrus nihil quærebat, ſicut quando Philippus petiuit oſtendi patrem, & ita de alijs, vt ſupra dictum eſt. Secundò, quia Petrus cùm eſſet cæteris feruentior, & vbique præcipuus, & os totius collegij, audacior erat in inquirendo, vt dicit Chryſoſtom. Sciendum autem, ꝙ diſcipuli omnes inueniuntur quærere ſæpe aliquid a Chriſto, aut reſpondere aliquid ei: vnus autem particulariter raro quærit, aut reſpondit, & q̄n vnus loquitur pluries Petrus loquitur, quàm alij. Primum apparet, ſi quis quærat ſeriem Euangeliorum, quia dicuntur quæſiuiſſe diſcipuli, & reſpondiſſe diſcipuli, & cauſa huius eſt, quia ſiue vnus quęreret, aut reſponderet, ſiue omnes, aut multi hoc facerent: dum t̄n cauſa eſſet communis, ideſt, non eſſet aliquid, quod ſpecialiter pertineret ad vnum eorū, vel de quo dubitaret vnus ſolus: dicitur, ꝙ quæſierunt diſcipuli, vel reſponderunt diſcipuli, & quia id de quo quęrebatur, aut reſpondebatur, vt communiter pertinebat ad omnes, dicitur, ꝙ diſcipuli dixerunt Chriſto, ꝙ omnes loquerentur: ſed vnus loquebatur pro omnibus, vel id, quod vnus quęrebat pertinebat ad omnes etiam ſi cęteri nō iuſſiſſent illud quæri, & quia raro pertinebat cauſa ad vnum ſolum, raro loquitur vnus, ideſt, dicitur vnus loqui particulariter, quod eſt ſecundum. Tetium patet, quia quando vnus loquitur pluries loquitur Petrus, quàm quilibet aliorum, quia feruentior, & audacior cæteris, vt dicit Chryſoſt.

Quare dicitur, non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Quæſt. CXXX.

QVAERETVR, quare dicitur: non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Dicendum, ꝙ Petrus præſupponebat, ꝙ vltra ſepties peccatum nō erat dimittendum: ſed an vſque ad ſepties deberet dimitti dubitabat: Chriſtus autem voluit auferre falſam Petri opinionem, dicens: Non dico tibi ſepties, ideſt non aſſero ego, ꝙ vltra ſepties non ſit dimittendum,

F ſicut tu putas: ſed vſque ſeptuagies ſepties. Et tunc dicunt alij, ꝙ dixit tot, quia voluit criminum remiſſionem eſſe in ſeptuagies ſepties, & non vltra: nam dixit vſque ſeptuagies ſepties. Sed hoc non ſtat: quia tunc ſiquis offenderet alium ſeptuagies octies, iam nō teneretur remittere, ſed poſſet retinere rancorem, & vindictam appetere: hoc tamen eſt contra charitatē: nam vbi eſt odium eſt rancor, & vbi eſt odium non eſt charitas, & ſic liceret nobis aliquando manere ſine charitate, & odio habere inimicos, quod falſum eſt: quia inimicos diligere tenemur. ſupra 5. capitu. & qui non diligit in morte manet, ideſt in peccato mortali. 1. Ioan. 3. & qui odit fratrem ſuum homicida eſt. 1. Ioan. eodem capitulo. Ideo quoties peccauerit quis

G in nos etiam ſi decies millies, tenemur ei remittere, i. non reſeruare rancorem neque appetitū vindictæ.

Dicendum igitur, ꝙ ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato: ſicut eſt in modo loquēdi, vt ſiquis dicat alteri quoties ibo ad quærendum talem rem: & dicat dominus vade milleſies, ideſt totiēs & tandiu vade quouſque inuenias illam: ita hic vſque ſeptuagies ſepties, ideſt totiens quoties peccauerit proximus in te, & talis etiam eſt modus ſcripturæ, vt illud Numeri 14. Tentauerunt me per decem vices: ideſt ſæpe. ita dicit Auguſt. libro de Verbis domini: Audeo dicere, & ſi ſeptuagies octies peccauerit ignoſcas, & ſi centies, & omnino quoties peccauerit ignoſce. Si. n. Chriſtus millia peccatorum inuenit, & tamen omnia

H donauit, noli ſubducere miſericordiam: ait Apoſtolus: Donantes vobiſmetipſis, ſiquis aduerſus aliquem habet quærelam, ſicut donauit vobis. Sic etiam ait Chryſoſtomus, cùm dicit ſeptuagies ſepties, non numerum determinatum ponit, vt numero concludat remiſſionem: ſed quod continuè, & ſemper eſt ſignificauit, ideſt ſignificauit, ꝙ ſemper remittere debeamus. Aliqui tamen dicunt, ꝙ dicitur ſeptuagies ſeptie, quod vtrumque per ſeptem eſt: quia ſeptem ſignificat quietem: ſex autem ſignificat laborem, & operationem, & eſt ſenſus, ꝙ remiſſio peccatorum fieri poterit, quamdiu ſumus circa ſeptem, ſ. in hac vita: cùm autem tranſitur ad aliam, in qua eſt tempus quietis, nulli dimittitur peccatum. Sic dicit Origenes: Nu

I merus ſex videtur eſſe operis, & laboris: ſeptimus remunerationis, dicit remiſſionem fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus, & ſecundùm res huius mundi peccantibus. Siquis autem vltra ea peccauerit, iam non habebit remiſſionem. Sed dicendum, ꝙ iſte ſenſus non eſt literalis, ſed myſticus, & ideo oportet alterum ſenſum haberi. Secundò patet, quia Chriſtus nolebat hic tradere doctrinam quamdiu poteſt peccatum homini remitti, ſed quamdiu teneretur vnus alteri remittere: ſuperuacuum autem eſſet dici, ꝙ poſt hanc vitam non remitteremus offenſas, ſed in hac vita. Tertiò, & præcipuè, quia ſi ſenſus acciperetur ex ſignificatione numeri ſenarij, & ſeptenarij, vt accipit Origenes: non redargueret Chriſtus Petrum, quia

K cùm per ſeptem ſignificetur requies, verum eſſet, ꝙ poſt ſepties non remitteretur peccatum, quia illud eſſet remitti poſt hanc vitam, & tamen Chriſtus increpuit Petrum dicentem, vel præſupponentem vltra ſepties, dicens: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: ergo non eſt iſte ſenſus literæ: ſed ille, qui ſupra poſitus eſt. Sciendum autem, ꝙ ſeptuagies ſepties poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, ideſt ſeptuaginta ſeptem vicibus. Alio modo pro ſepties ſeptuaginta, quæ ſunt quadringenta, & nonaginta, & tunc eſt maior numerus, & vtroque modo ponitur numerus determinatus pro indeterminato & tamen accipiendo ſecundo modo eſt ſenſus: quia toties debem⁹ remittere, quoties ille peccauerit, & ponitur iſte

magnus

magnus numerus, quia non eſt veriſimile, ꝙ aliquis toties alium offendat: vt ſi diceretur, remittendũ eſt peccanti vſq; decies millies: nam non eſt credibile, quòd quis toties alterum offendere poſſit, ideſt plꝰ tu debes eſſe paratus remittere, quàm ille poſſit offendere. Sic dicit Hieronymus: intelligendũ eſt ſeptuagies ſepties, ideſt quadringentis nonaginta vicibus, vt toties peccanti fratri dimitteret, quoties ille peccare non poſſet.

Quare Chriſtus potius dixit ſeptuagies ſepties, quàm alium numerum. Quæſt. CXXXI.

Nonnullorũ rñſio ad q̃ſitum q̃ſtionis.

QVAERETVR, dato ꝙ ponatur hic numerus determinatus pro indeterminato: quare Chriſtus potius dixit ſeptuagies ſepties, quàm alium numerum. Dicunt quidam, ꝙ Chriſtus voluit per iſtum numerum ſignificari remiſſionem omnium peccatorũ, ideſt quoties quis offenderit alterũ, toties eſſe remittendum: & congruit iſte numerus, quia omne peccatum eſt contra legem Dei: cùm peccatum ſit dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei: lex autem per decem ſignificatur, eo ꝙ decalogus in decem pręceptis continetur, ad quæ vniuerſitas pręceptorum reducitur: peccatum autem ſignificatur per vndecim, eo ꝙ vndecim eſt primus numerus tranſgrediens denarium, & peccatum eſt tranſgreſſio legis Dei, quæ per denarium præceptorum innuitur: ſeptem autem vniuerſitatem notat, & ita eſt ſenſus, ꝙ cùm ſeptuagies ſepties ſit numerus ductus ex vndecim in ſeptem, ꝙ ſignificetur remiſſio vniuerſitatis peccatorum, vel offenſarum. Sic dicit Augu. lib. de Verbis domini: Non ſine cauſa dominus ſeptuagies ſepties dixit. Nam lex in decem præceptis commendatur: lex enim per decem, peccatum verò per vndecim ſignificatur: quia tranſgreſſio denarij eſt: ſeptem autem ſolet pro toto computari: quia ſeptem diebus voluitur tempus. duæ autem ſepties vndecim fiunt ſeptuagies ſepties: omnia ergo peccata dimitti voluit: quia ea ſeptuageſimo ſeptimo numero deſignauit. Dicendum, ꝙ iſta adaptatio ſatis eſt artificioſa, & tamen non videtur iſta fuiſſe de intẽtione Chriſti: quia Chriſtus loquebatur eo modo, quo intelligi poſſet: niſi vbi apertè parabolas vellet ponere: hic autem ad Apoſtolos loquebatur, coram quibus non vtebatur parabolis, ſed palam loquebatur ei: & tamen certum eſt, ꝙ Apoſtoli non nouerãt proportiones numerorum, & myſticas eorum ſignificationes, vt ex hoc acciperent iſtum ſenſum: ideo non fuit iſta cauſa ponendi hunc numerum. Secundò patet, quia ſi per ſignificationes numerorum hoc vellet innuere, benè dixiſſet Petrus, ꝙ fieret vſque ſepties, & non vltra: cùm per ſeptem deſignetur vniuerſitas, & remitti vſq; ſepties ſit dimitti omnia peccata: & tamẽ Chriſtus dixit, ꝙ non dicit vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: ergo non eſt iſta cauſa determinata, quare poſuerit hunc numerum. Eſt ergo dicendum, ꝙ quicunq; numerus hic poneretur a Chriſto, neceſſe erat, ꝙ poneretur pro indeterminato: nam nullus numerus eſt vſque ad quem ſolum debeat fieri remiſſio, vt dictum eſt præcedenti quæſt. Et rurſus ſi ſolùm vellet ponere Chriſtus aliquem numerum determinatũ, per quem deſignetur indeterminatus, non differret poni magnum, vel paruum: ſicut ponitur Leuit. 26. ſeptem pro numero indeterminato, ſ. addam ſeptuplũ ſuper correptiones, vel plagas veſtras, ideſt ſæpe puniã vos. Et decem ponitur pro indeterminato Num. 14. ſcilicet. Tentauerunt me per decem vices, ideſt frequenter. Et quatuor ponitur pro indeterminato Amos 1. Super tribus ſceleribus, & ſuper quarto non ↄuertam eum. Hic tamen noluit Chriſtus ponere paruum numerum pro indeterminato: quia tunc ſuffe-

Quid per decē & vndecim ſignificatur.

A ciſſet poni ſeptem, qui ſolet poni pro indeterminato: Leuit. 26. & maximè, quia deſignat vniuerſitatẽ, & cõueniret remiſſioni peccatorum: & tamen Chriſtus noluit poni hunc numerum: quia cùm dixiſſet Petrus, vſque ſepties? dixit Chriſtus, non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Voluit ergo ponere numerum magnum pro indeterminato: cùm dixerit, ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Et ratio eſt: quia voluit innuere, ꝙ ſemper eſſet remittenda offenſa, quamdiu fieret: imò ꝙ offenſam paſſus eſſet magis paratus ad remittendum, quàm offendens ad offendendum: & ideo poſuit tantum numerum, in quo non ſit veriſimile, ꝙ aliquis offendat alium, & ita eſt de ſeptuagies ſepties: quis nõ eſt veriſimile, ꝙ aliquis toties offendat alium: B quia illud non eſſet humanum, ſed plus quàm diabolicum. Et ita tenet Hieronymus dicens: intelligendum eſt ſeptuagies ſepties, ideſt quadringentis, & nonaginta vicibus, vt toties peccatum fratri dimitteret, quoties ille peccare non poſſet: & iſta eſt vera cauſa.

Sed tunc dicetur, cùm etiam ſint alij numeri magni cur non poſuit aliquem aliorum, vt ſi diceret, remittẽtendum eſſe vſq; centies nonageſies: ſed accepit ſpecialiter ſeptuagies ſepties. Aliqui allegabunt adaptationem illam Auguſtini, quæ ponitur ſupra. Sed illa non conſonat intentioni Chriſti. Dici ergo poteſt vno modo, ꝙ Chriſtus intendebat hic duo, ſcilicet ponere numerum determinatum pro indeterminato, & ꝙ ille eſſet magnus, & cuicunque numero competeret C hoc poſſet ille conuenienter nominari: ſunt autẽ multi huiuſmodi: ideo non differt quis illorum nominaretur, & vnus eſt ſeptuagies ſepties: ideo nominare illum conueniens fuit: ſed eadem ratione potuiſſet nominare centies, vel ducenties: & tamen quia vnicum nominaturus erat, nominauit hunc: non ꝙ iſte numerus magis, quàm cæteri cõueniret ad propoſitum, ſed quia ſatis iſte cõueniebat, & iſtud accidit ſpecialiter in præfixione terminorum, & in quacunq; aſſignatione numerorum: quia vt communiter nõ poteſt dari cauſa ſufficiens, ſed ſolùm per adaptationem, aut eſt purè voluntaria. Secundò poteſt dici, ꝙ poſuit hunc numerum, vt reſponderet numero quem Petrus poſuerat: ipſe .n. dixerat vſque ſepties, & quia erat numerus par- D uus: poſuit Chriſtus maiorem, qui conſtaret totus ex ſeptem, dicens: Septuagies ſepties. Et ſic ſolemus nos interdum facere indignãtes aſſignationem paruã numeri ab alijs factam, vt ſiquis dicat domino ſuo, faciã hoc tribus vicibus: & ille indignatus cùm pluries fieri velit dicat, imò centum, & tribus vicibus: licèt determinatè non intendat toties fieri: ſed voluit numero illius alludere. Simile potuit eſſe hic: quia Chriſtus vr̃ quaſi indignatus: quia Petrus charitatem tantum arctaret dicens, vſque ſepties ſolùm remittendum. vnde per ſeptem reſpondit dicens: vſque ſeptuagies ſepties. Tertiò poteſt dici, & valde melius, ꝙ Chriſtus ſpecialiter poſuit iſtum numerum, quia erat vſitatus modus loquendi inter Iudæos, & in ſacra ſcriptura, vt qñ po- E neretur ſepties ſubderetur ſeptuagies ſepties: ſic patet Gen. 4. vbi Lamech loquit̃ ad vxores ſuas de vindicta, quæ daretur de Lamech, & de Cain, ſ. Audite me vxores Lamech, ſeptuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech autem ſeptuagies ſepties, & voluit ſignificare, ꝙ daretur vindicta maior de Lamech, quã de Cain, & ad hoc ſuper ſeptẽ ad augendum dixit ſeptuagies ſepties, & ita Chriſtus hic, cùm iudicaret paruum eſſe numerum aſſignatum a Petro, qui ſeptem dixerat: volens dicere pluries eſſe remittendum, cùm etiam non vellet ponere numerum determinatum, ſecutus modũ loquendi Hebraicum dixit: nõ ſolùm vſq; ſepties, ſed etiam vſque ſeptuagies ſepties: & iſta eſt vera cauſa dicti huius, & non aliqua alia.

Quomodo

Quomodo potest stare ista litera: quia id quod habetur Lucæ 17. videtur repugnare huic literæ. Quæst. CXXXII.

QVAERETVR, quomodo potest stare ista litera: quia id quod habetur Lucæ 17. videtur repugnare huic literæ. Nam hic Petrus quæsiuit, an vsq; septies esset remittendũ, & præsupposuit nõ esse vltra remittendum, & ob hoc a Christo redarguitur, s. non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagies septies: & tñ Lucæ 17. ipse Christus ponit vsq; septies remittendũ, nõ ponẽs maiorem numerum, s. si peccauerit in te frater tuus increpa illum, & si pœnitentiam egerit dimitte illi, & si septies in die peccauerit, & septies in die ꝯuersus fuerit ad te, & dixerit, pœnitet me, dimitte illi. Aliqui dicunt, ꝙ illud Lucæ 17. Intelligitur de peccantibus, qui pœnitent, & veniam petunt: cùm dicatur, & conuersus fuerit. Istud autem intelligitur de illis, qui non pœnitent: cùm nõ exprimatur de pœnitentia, & ita non est inconueniens. Sed non stat. Primò, quia tunc esset melioris conditionis non pœnitens, & obstinatus in peccato, quàm pœnitens: cùm pœnitenti solùm deberet remitti vsq; septies: non pœnitenti autem vsq; septuagies septies, quod est absurdum. Secundò, quia vtraq; pars præsupponit determinatũ numerum, vsq; ad quem fiat remissio, s. in vno vsque septies, & in alio vsq; septuagies septies, & tñ non potest poni terminus aliquis vsq; ad quem solum fiet remissio: quia tunc vltra illum liceret patienti iniuriam retinere rancorem, & manere extra charitatẽ, quod falsum est: ergo neq; statur in septies, neq; in septuagies septies. Tertiò, quia hoc vr̃ esse contra intentionem Christi, Luc. 17. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiã egerit, dimitte illi. Et sic innuitur, ꝙ si non egerit pœnitentiam, non remittatur ei vllo modo: ergo neq; vsq; septies. Alij dicunt, ꝙ intelligitur per septem requies, quæ est post hanc vitã, per omnes præcedentes numeros significatur quidquid in hac vita est, in qua remissio offensarum locum habet: post mortem autẽ peccata nõ remittuntur. Sic dicit Ambrosius super Lucã: Quia septima die requieuit dominus ab operationibꝰ post hebdomadã istius mundi requies nobis diuturna promittitur, vt quemadmodum istius mũdi opera cessabunt: ita etiam vindictæ seueritas compescat. Sed dicendum, ꝙ iste est sensus mysticus: ideo debet dari aliꝰ sensus, qui sit verè literalis. Secundò, quia manifestè apparet, ꝙ non conueniat literę: quia tunc septenarius signaret diem, & septies dimittere non esset vsq; ad finem diei offensas semper remittere, & tñ Christus accepit septies pro qualibet die: cùm dicat, & si septies in die conuersus fuerit ad te, &c. ergo non est ille sensus literæ. Dicendum ergo, ꝙ tam per septies, quod ponit Lucæ 17. quàm per septuagies septies, quod hic ponitur, nõ intelligitur aliquis numerus determinatus vsq; ad quem solum debeat remitti peccanti, siue pœnitenti, siue non: sed vterque ponitur pro indeterminato: & ponitur per Lucam septies, quia per septem designat vniuersitas peccatorum, vel omne tempus, in quo remitti debeat, idest, ꝙ semper debeat remitti peccatũ. Sic dicit Beda super Lucam, s. Septenario numero nõ veniæ dandæ terminus ponitur: sed vel omnia peccata dimittenda, vel semper pœnitenti dimittendum præcipitur: solet enim sæpe per septem vniuscuiusq; rei, aut temporis vniuersitas designari. Sed dicetur, ꝙ adhuc manet difficultas, quia per septies, quæ dixit Petrus, poterat ita vniuersitas peccatorum, vel omne tempus ad remittendum signare, & tñ hic Christus increpuit Petrum dicentem vsq; septies, & ipse dixit Luc. 17. remittendum vsq; septies. Dicendum, ꝙ Petrus non increpatur, quasi asseruerit remittendum vsque septies, sed

F quia præsupposuit nõ esse remittendum vltra septies. Dici autem potest, ꝙ est remittendum vsq; septies verum est, quia si est remittendũ vsq; septuagies septies, ergo est remittendum vsq; septies: dici autem, ꝙ non est remittendum vltra septies error est, & ideo Christus increpuit Petrum dicens: Non dico tibi septies, i. vsq; ad septies solùm, sicut tu putas. Christus autem cũ dixit Luc. 17. remittendum esse septies: non dixit, ꝙ vltra septies non esset remittendum, & ideo illud stat ꝯuenienter, quia nõ ponitur ibi numerus aliquis certus remissionum. Secundò dici potest, & etiam magis ad propositum, ꝙ Christus non voluit ponere numerum determinatum remissionum, quia nullꝰ est: sed posuit numerum determinatum pro indeterminato, & hũc G non quemcunq;, sed talem, ad quem non esset verisimile, ꝙ quis perueniret offendendo alterum: & quia hic non nominauit tempus offensionis, vel duratione, sed offensionem absolutè: dixit remittẽdum esse vsq; septuagies septies: quia non est verisimile, ꝙ in eodem genere delicti quis offendat alium vsq; septuagies septies, vel in eodem actu, aut cõtinuatione offendendi, & fortè in tota vita: maximè accipiendo septuagies septies, idest septuaginta septies, quę sunt quadringenta & nonaginta, & toties non est verisimile, ꝙ quis offendat alterum etiam in tota vita. Sic dicit Hieronymus, s. Infligendum est septuagies septies, idest quadringentis nonaginta vicibus, vt toties peccanti fratri dimitteret quoties ille peccare nõ posset. Sed Luc. 17. ponitur H tempus determinatum ad remittendum, s. dies, s. si septies in die peccauerit, & septies in die conuersus fuerit ad te, & dixerit pœnitet me, dimitte illi: & tamen in eodem die nõ erat verisimile, ꝙ quis septies peccaret, & septies peteret veniam: quia qui pœnitet non intendit vltra offendere, & consequenter non redibit ita citò ad offendendum, & ita satis erat dici septies pro eodem die: ideo quia Christus nolebat ponere quod penitus erat superfluum, non dixit nisi septies, s. & si septies in die peccauerit, idest etiam si septies, quasi dicat: non est verisimile, ꝙ toties in eodem die quis offenderet, & veniam peteret, & tamen si contingeret remittendum esset.

I Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini: qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cùm cępisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cùm autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. K Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille; inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Et tenens suffocabat eum, dicens: Redde, quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem,

De iure ran. c. admo.

rem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius, quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam omne, debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

Ideo assimilatum. Hic ponitur secundum, in quo manifestatur res per exemplum. Et dicitur. *Ideo assimilatum est.* Scilicet, quia in Ecclesia, & sub lege Christi oportet remitti offensam peccanti. *Regnum cœlorum.* Idest, status Ecclesiæ militantis, scilicet, talis est status Ecclesiæ militantis, qualis fuit rex, de quo subditur, ꝙ ille non remisit debitum suo debitori, sed repetiuit debitum, quod iam remiserat offendentibus: sic non remittet ei Deus, & hoc est, quia obligatur homo remittere offendenti, vt dictum est supra: ideo verum est, ꝙ regnum cęlorum, idest status Ecclesiæ militantis, scilicet modus viuendi in hac Ecclesia, est similis homini regi, & sequitur ista consequentia ex præcedentibus, scilicet, quia ibi iussum est remitti debitori. *Homini regi.* Idest, cuidam homini, qui erat rex, vel cuidam regi. Licèt accipiant aliqui hominem regem, idest Christum, qui est rex: tamen non esset verum, ꝙ regnum cœlorum, idest, Ecclesia assimilaretur ei: quia assimilatio fit ad distincta: cùm idem non sit sibi simile, & tamen Christus non est aliquid separatum ab Ecclesia, quia est caput illius, ad Ephe. 4. & 1. Corin. 12. Ideo non accipitur pro eo secundùm literam: sed pro aliquo rege cui prædicta acciderint, vel accidere potuerint. *Qui voluit rationem ponere.* Idest, de facto illam posuit: nam si non fuisset posita ratio: non inuenisset aliquem esse debitorem: nam per redditionem rationum innueretur quis sit debitor, & in quanto: & vocatur ratio calculus ipse, sed dicitur ratio, quia calculando redditur ratio de singulis administratis, & ideo istę calculationes vocantur de iure ratiocinia, idest actiones rationum: sic dicitur, ꝙ obligati ad ratiocinia ordinari non debent: & ita dicitur. 4. Ethicorum, capitulo, De magnificentia, ꝙ diligentia ratiocinij paruifica, idest ponere rationem exactissimam cum administratoribus proprię facultatis nõ pertinet ad magnificum, imò valde derogat ei: sed pertinet ad paruificum, qui opponitur magnifico, eodem capitulo. *Cum seruis.* Idest, cùm seruitoribus administratoribus facultatis suæ, quos Christus vocat villicos Lucæ 15. vbi loquitur de villico iniquitatis. Apostolus vocat eos dispensatores. primæ Corin. 4. hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur: & non dicuntur serui, qui emptitij sunt, & non sunt liberi, sed seruitores, & iste est modus loquendi scripturæ. *Et cùm cępisset rationem ponere.* Idest, recipere rationem de administratis. *Oblatus est ei vnus.* Dicitur oblatus, scilicet ab alijs tractus, vel venire compulsus: quia cùm sciret se debitorem, & condemnandum, recusabat subire ratiocinia: ideo non dicitur, ꝙ venit, sed ꝙ oblatus est,

A scilicet ab alijs ministris regis. *Qui debebat decem millia*
talenta. Non constabat, ꝙ debebat ista talenta ante-
quam offerret ad reddendam rationem: quia si hoc
constitisset prius, non oporteret poni rationem aliquã
cum eo: & tamen oblatus est, vt rationem redderet:
ergo per positionem rationum constitit de quantitate
debiti. De talento quantum pondus sit non constat:
quia apud quasdam gẽtes est maius, quàm apud alias:
potissimè, quia apud eandem gentem tempore varia-
tur pondus, & mensura. *Cùm autem non haberet.* Idest,
quia non habebat, & ponitur cùm causaliter. *Vnde red-*
deret. Dissipauerat enim facultates domini sui luxurio-
se viuendo, sicut dicitur de filio prodigo Lucæ 15. vel
comedendo, & inebriando, nunquam putans a se ra-
B tionem exigendam: sicut dicitur de illo dispensatore
Lucæ 12. & ita nunc non habebat vnde solueret. *Iussit*
eum dominus venundari. Prius enim erat recursus ad bo-
na, & ideo illa fecit rex vendi, vel iubebat hoc fieri: sed
quia illa non sufficiebant iussit etiam eum vendi. *Et*
vxorem eius, & filios. Quia erat magnum debitum, &
ipse venditus non sufficiebat ad satisfactionem. *Et om-*
nia, quæ habebat. Scilicet, bona mobilia, & immobilia.
Et reddi. Idest, precium omnium istorum reddi sibi
pro decem millibus talentorum, quæ ille debebat.
Procidens autem. Vidit, ꝙ non erat alia via liberationis:
ideo petiuit misericordiam, & ad hoc procidit, idest,
seipsum prostrauit: quia talis habitudo mouet ad mi-
sericordiam. *Seruus ille.* Idest, debitor decem mil-
C lium talentorum. *Rogabat eum.* Idest regem: quia ex
iustitia cõtendere non poterat humiliter supplicabat.
Patientiam habe in me. Idest, erga me habe patientiam,
scilicet, noli exequi contra me quidquid mali mereor,
sed patienter expecta. Ad expectationem enim pa-
tientia requiritur. ad Rom. 8. Per patientiam expecta-
mus. *Et omnia reddam tibi.* Idest, non perdes aliquid si
expectaueris: quia ego potero interim aliunde habe-
re, vnde soluam totum debitum. Fuit autem conue-
niens modus petendi: quia non petiuit remissionem
debiti. Nam fortè ad hoc difficulter moueretur rex,
& fortè non concederet petiuit autem solam expe-
ctationem, & tunc rex flexus ad remittendum totum
debitum. *Misertus autem dominus.* Scilicet rex, quia
D nobilis erat, potuit cito misereri. *Serui illius.* Quem
viderat humi iacentem. *Dimisit eum.* Idest, soluit a
vinculis: nam præsupponendum est, ꝙ cùm inuentus
est iste per ratiocinia debitor decem millium talento-
rum, & non habebat vnde solueret, quia timebatur
de fuga eius, fecit eum dominus teneri in vinculis
donec sententia traderetur executioni, s. ꝙ venderetur
ipse, & vxor eius, & filij, & omnia eius. *Et debitum dimi-*
sit ei. Scilicet, totum debitum decem millium talen-
torum: licèt ille obtulerat se omnia redditurum. Vn-
de rex nobilis plus remisit, quàm ille petijt. *Egressus au-*
tem seruus ille. Scilicet, a facie domini de loco illo in
quo rationem reddiderat de administratione sua. *In-*
uenit vnum de conseruis suis. Idest, de ministris regis. Di-
E cuntur. n. conserui, quia ambo erant serui eiusdem do-
mini, quia fortè ille administrabat regalem substantiã,
quia in domibus regum sunt diuersi dispensatores, &
quia solent ab inuicem recipere pecuniam, potuit iste
debere aliquid alteri. Et innuitur, ꝙ primus esset de
maximis dispensatoribus: non. n. poterat esse debitor
decem millium talentorum in mala administratione,
nisi magnarum rerum administratio cõmissa fuisset:
alius autem ꝯseruus eius erat de paruis dispensatoribus:
vnde paruum erat debitum eius, s. centum denariorũ:
etiam quia ille tenens illum suffocabat eum, & posuit
in carcere, & ita valde minor eo erat, quem ita inde-
center, & iniuriose tractare debebat. *Qui debebat.* Sci-
licet, ei tanquam maiori dispensatori. *Centum denarios.*

Denarius vnde dicatur.

ex consuetudine nostra denarius accipitur pro qualibet moneta, & tamen secundùm suam originem significat monetam aliquanti valoris, quæ sub se habebat decem minuta æra, quibus æqualet, & a decem denarius dicitur: quanti tamen sit valoris ignoratur, cùm nesciatur, quod genus numismatis sit. *Et tenens*. Scilicet violenter appræhendens ne fugeret. *Suffocabat eum*. Ex iniquitate hoc faciebat. Indignationem. n. quandam conceperat, ꝙ rex iussisset vendi eum, & filios, & vxorem: & licèt remisisset pœnam, & debitum: iste quia peruersi cordis erat, non solutus fuit ab indignatione: sed nũc vindictam exposcebat puniens istũ: quia si quis iratus sit contra aliquem, & puniat alium, cessat, vel mitigatur per hoc ira, & iste est vnus de modis cessationis iræ, vt dicitur 2. Retho. Aristo. & ostensum est supra 5. cap. quæst. 150. *Dicens redde, quod debes*. Cum iniuria repetebat debitum, & magis erat animus vindictæ, quàm petitionis debiti. *Et procidens conseruus eius*. Fortè iste sciebat quomodo rex remiserat totum debitum procidenti, & dicenti verba hæc: ideo ipse voluit eadem facere, putans ꝙ sibi similiter ille remitteret. Vel fortè nesciebat quod gestum fuerat, & tamen procidit, & petiuit sic: quia non fuit alius modus ei promptior ad euadendum. Maximè, quia ille non solùm petebat debitum, sed etiam inferebat iniuriam stringens guttura, & ideo etiam si ille esset statim soluturus: quia tamen non erat paratus cum facco, oportebat, ꝙ permitteret eum ire in domum suam, vt soluere posset, & sic necesse fuit, ꝙ procideret non quidem petens remissionem debiti, sed cessationẽ ab hac molestia. *Rogabat eum*. Exponatur sicut supra. *Ille autem noluit*. Idest, noluit habere patientiam, dilationem cõcedendo, & a molestia cessando. Et in hoc dissimilis fuit regi, qui non solùm expectationem petitam: sed etiam debiti remissionem concessit: iste verò neutrum. *Sed abyt*. Scilicet, de loco, in quo inuenit conseruum. *Et misit eum in carcere*. Donec solueret, ne fugeret. *Donec redderet vniuersum debitum*. Idest, centum denarios. *Videntes autem conserui eius*. Scilicet, conserui vtriusque, qui erant etiam seruitores regis, & fortè administratores domus eius, sicut isti duo. *Quæ fiebant*. Scilicet, quomodo tenens suffocabat illum, & procidente eo, non misertus est: sed posuit eum in carcere. *Contristati sunt valde*. Scilicet, quia videbant iniustè, & crudeliter tractari debitorem: etiam quia videbant magnam ingratitudinem, & iniquitatem eius, cùm decem millia talentorum remissa fuerant, & ipse saltem expectationem non concessit ei, qui solos centum denarios debebat. *Et venerunt*. Scilicet, in domum regis: quia hæc extra domum regis acciderant, cùm dicatur supra, egressus autem seruus ille. *Et narrauerunt domino suo*. Scilicet, regi, & hoc, vt puniret illum, qui tam ingratus fuerat. *Omnia, quæ facta fuerant*. Idest, quomodo iste tenens suffocabat illum, & misereri noluit, sed in carcerem misit. *Tunc*. Scilicet, auditis his. *Vocauit eum*. Scilicet dispensatorem, cui remissa fuerant decem millia talentorum: vocauit autem eum ad puniendum pro hac ingratitudine, quam commiserat. *Et ait illi*. Licèt intenderet rex illum punire, quia non poterat habere aliquam iustam excusationẽ in hoc facto: tamen vt ille videret, quàm iustè eum condemnaret, voluit eum prius obiurgari. Etiam quia ista obiurgatio erat pars pœnæ: quia erat ad magnam confusionem eius, ꝙ publicè de crimine argueretur. *Serue nequam*. Idest pessimè, nequam dicitur, quia ex iniquitate cordis agebat, cùm in eadem hora tam abundantem in seipso misericordiam recepisset, tam detestabilem crudelitatem committebat: neque potuisset talia committere nisi ille, in quo nihil boni inueniretur. *Omne debitum*. Idest, non solam expe-

F ctationem, quam tu petebas, sed etiam totum debitum dimisi. *Quia rogasti me*. Idest, non ob aliam causam, scilicet, nullam aliam recipiens recompensationem: quasi dicat, ita tu debuisses roganti acquiescere. *Nonne ergo*. Benè ponitur, vt consequentia: quasi dicat, cùm ego misertus fuissem tibi in magna re, sequebatur, ꝙ tu misereri debuisses saltem in parua re. *Oportuit & te*. Idest, necessarium fuit necessitate bonitatis. Dicitur, & te, idest etiam te: quasi dicat, sicut ego ita & tu facere debuisti. *Misereri conserui tui*. Scilicet, concedendo saltem expectationem. *Sicut ego misertus sum tui*. Scilicet, totum debitum remittendo, & ista dictio, sicut, non dicit hic omnimodam similitudinem: quia noluit rex seruum obligare ad tantæ bo-

G nitatis opus, sicut ipse egerat: sed ad aliquid, scilicet saltem ad concedendum expectationem. *Et iratus dominus eius*. Iustè iratus est inuenta tanta iniquitate. *Tradidit eum tortoribus*. Scilicet, custodibus carcerum, vel tortoribus, idest tormenta infligentibus, qui aliquod genus tormenti inferrent ei, donec solueret debitum. *Quousque redderet vniuersum debitum*. Idest, decem millia talentorum: prius enim omnia remiserat, nunc autem non solùm debitum non remittit: sed &̃ expectationem non concedit, cùm iubeat eum tradi tortoribus. *Sic & pater meus cœlestis*. Hic applicat exemplum, vt ostendatur quomodo simile sit regnum cœlorum homini regi, vt dicitur supra, vocatur pater cœlestis Deus, quia dicimus: Pater noster, qui es in cœlis,

H supra 6. c. & vocauit patrem suum cœlestem, vt non putetur aliquem terrenum habere, qui hæc faceret. Vel saltem, vt illi, qui putabant eum patrem habere hominem, idest Ioseph, Lucæ 3. Vt putabatur filius Ioseph, crederent, ꝙ non de Ioseph loqueretur: quia ille nihil tale poterat, cùm purus homo esset. *Faciet vobis*. Scilicet, non remittendo peccata vestra, si vos non remittitis proximis, & etiam ea, quæ dimisit repetet, & etiã puniet in vobis. *Si non remiseritis*. Scilicet offensas vnusquisque: ad omnes homines extenditur ista lex. *Fratri suo*. Idest, cuilibet proximo. *De cordibus suis*. Idest, verè non solo ore: quia solo ore remittere retinendo rancorem in animo nihil prodest: quia Deꝰ intuetur cor, & non, quæ foris patent. 1. Reg. 16. cap. & ita dicitur. 1.

I Ioan. 6. Non diligamus verbo, & lingua: sed opere, & veritate.

Quare Christus posuit nunc istam parabolam.
Quæst. CXXXIII.

Parabola & exemplum quomodo differunt.

QVAERETVR, quare Christus posuit nunc istam parabolam. Dicendum, ꝙ ista non est propriè parabola: sed est exemplum: nam parabolæ sunt illæ, quæ ponuntur supra 13. & multum differt parabola ab exemplo, quia in parabolis nunquam est idem sensus, quem foris verba faciunt, vt patet in omnibus, quæ habentur supra 13. & infra 25. De fatuis virginibꝰ. In exemplis autem idem est sensus, qui in verbis appa-

K ret, sicut hic: quia ita intelligenda sunt ista verba, sicut sonant, & ita Christus ea intelligi voluit. Secundò differunt, quia parabolæ habent sensum per se, qui non adducitur in confirmationem, vel concordiam alterius, vt patet supra 13. in omnibus parabolis ibi positis: exempla autem non habent sensum per se, sed semper trahuntur in concordationem, & confirmationem alterius sententiæ, quæ intenditur: & ita fit hic in fine, scilicet, sic faciet vobis pater meus cœlestis: & ideo non est parabola, sed exemplum: licèt interdum accipiatur vnum pro alio, & ita accipit hic Hieronymus vocans istam comparationem parabolam.

An

An istud exemplum, & similia sint vera.

Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR, an istud exemplum, & similia sint vera, idest, ꝙ ita realiter acciderit, sicut in eis narratur. Dicendum, ꝙ cùm ista exempla non inducantur tanquam partes per se intentę in narratione: siue sint vera, siue non, non differt: quia etiam si non acciderit sic, sicut in eis refertur: non erit aliquod falsum in scriptura: secus tamen si essent tanquam partes per se intentæ in scriptura, in qua etiam minima mendacia officiosa non sunt concedenda esse, vt dicit Augustinus in Epistola ad Hieronymum, & in decretis dist. 9. c. Si ad sacras: inducuntur autem in confirmatiõnem, ideo necesse est, ꝙ saltẽ fuerint verisimilia: cùm ex eis iudicetur de alijs ad quorum propositum inducuntur, an benè, vel male se habeant, & ideo cùm necesse sit ista esse verisimilia, & non constet ea esse falsa, rationabiliter est concedi, ꝙ sunt vera, & ita ꝯfitemur, ꝙ verum est, ꝙ aliquis rex tales ministros habuerit, quales dicitur hic. Sic etiam de cena magna, quam fecit rex, infra 22. & de multis huiusmodi.

Ad quid voluit Christus istud exemplum hic nunc ponere.

Quæst. CXXXV.

QVAERETVR, ad quid voluit Christus istud exemplum hic nunc ponere. Dicendum, ꝙ propter multa. Primò, quia per hoc ostendebat ea, quæ dixit: nam ex præcedentibus significabatur, ꝙ remittere debemus offensas, & ꝙ si non dimitteremus Deus nõ dimitteret nobis supra 6. & quia alicui videretur hoc durum, cõfirmat illud Christus exemplo humano de rege, & seruis suis. Sic dicit Chrysostomus: Ne aliquis existimaret magnum quid, & graue dominum iniunxisse, cùm dixit dimittendum vsq; septuagies septies, adiecit parabolam. Secundò fuit, quia iste modus loquendi conuenit genti illi: Christus enim inter Palæsthinos, & Syros loquebatur: quia Iudæa Palæsthina vocatur ab auctoribus, & tamen tam Syris, quàm Palæsthinis vsitatum est frequentibus exempli vti. Vnde non solùm hic, sed etiam in multis alijs locis Christus vtitur exemplis. Sic dicit Hieronymus: Familiare. n. est Syris, & maximè Palæsthinis ad omnem sermonẽ suum parabolam iungere, vt quod per simplex præceptum ab auditoribus retineri non potest, per similitudinem exemplũque teneatur. Tertiò fuit ad magis hoc manifestandum, & valde infigendum memoriæ: volebat enim Christus præceptum istud de remittendo offendentibus valde imprimere desiderio nostro, tam ingerendo nobis amorem implendi illud, quàm perfectam intelligentiam de eo tribuendo: fortassis autem per verbum simplex hoc nõ haberetur: ideo adiecit exemplum, quod cùm applicatum fuerit ad propositum intentum, magis intelligitur id, ad quod dicebatur, quàm ꝙ eadem res bis dicatur: etiam quia apertius dicitur in exemplo, quàm in simplici verbo, vel pręcepto, & propter hoc in via doctrinæ semper ponimus exempla eorum, quæ dicimus: quia exempla reddunt manifestum id, de quo dicitur. Quartò, & præcipuè fuit ad ostendendum pęnam non remittentium: nam ex præcedenti verbo Christi apparebat dimittendum offendenti, & ꝙ vsque septuagies septies, idest semper esset dimittendum: quæ tamen pęna infligeretur, non remittentibus nondum expressum fuerat, & quia pœnæ mouent magis animos imperfectorum, quàm præcepta, ponitur exemplum, in quo pœna ponitur, scilicet, ꝙ rex ille totum debitum, quod sponte remiserat, durè repetiuit tradendo seruum nequam tortoribus: & ita concludit Christus futurum esse omnibus non remittentibus, scilicet, quia non solùm non remittet eis Deus, quæ nondum dimissa sunt, sed quòd etiam ea, quæ iam dimiserat, repetet vsque ad minuta.

Familiare est Syris & Palæsthinis cũ parabolis loqui.

Circa applicationem istius parabolæ talentorum, an rectè, & quomodo applicetur.

Quæst. CXXXVI.

QVAERETVR, circa applicationem exempli istius. Dicendum est, ꝙ exemplum debet intelligi, ita vt iacet, & ita Christus voluit intelligi: quia tamen Christus inducit exemplum in confirmationem eorum, quæ intendit: necesse est applicari exemplum his, de quibus intenditur, cùm ipse hoc incipiat facere dicens, ideo assimiliatum est regnum cœlorum. Volunt autem aliqui accipere pro vita æterna, quæ in cœlo dicitur, vbi cum Christo regnant sancti: Apoc. 20. Facit enim nos hic agnus Deo nostro sacerdotes, & regnum. Apoc. 5. Et tamen non potest sic accipi ibi, quia in cœlo non erit locus remittendi offensas: quia nullæ ibi fieri poterunt, quæ remittantur, & si aliqua manserunt non remissæ ex hoc sęculo, manent ibi semper non remissæ, cùm de malis damnatis in æternum pœna exigatur pro omni commisso prauo. Etiam quia in cœlo nemo traditur tortoribus: ideo accipiendum est pro Ecclesia militanti, sicut dicit Gregorius, quòd sæpe in sacra scriptura regnum cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur. Et vocatur regnum cœlorum: quia per statum Ecclesiæ huius peruenitur ad cœlum: neque aliquis potest illuc peruenire, qui in Ecclesia non fuerit: quia extra Ecclesiã nemo saluatur. extra de summa Trinita. cap. Firmiter. Vel dicitur regnum cœlorum, quia in ea nihil nisi virtutes regnare debent, & quæ in ea sunt portare debent imaginem cœlestem, & non terrestrem: quia conuersatio nostra in cœlis est. ad Philip. 3. Et ita dicit Origenes: Regnum quidem non alicuius eorum, quæ sunt deorsum: sed omnium, quæ sunt sursum: in quorum sensibus iustitiæ, & cæteræ virtutes regnant, qui facti sunt cœli per hoc, quòd portant cœlestis imaginem. Hoc ergo est regnum cœlorum: Sic etiam dicit Remigius: Regnum cœlorum congrue Sancta Ecclesia intelligitur, in qua dominus operatur, quod in istis parabola loquetur. Homo rex vocatur hic Christus solus, vt aliqui volunt: eo quod ipse solus est homo de omnibus personis diuinis. Sed dicendum, quòd falsum est, quia licèt secundùm veritatem solus filius sit homo: tamen scriptura vocat homines alios, qui non sunt homines: diabolus enim vocatur homo supra 13. Inimicus homo superseminauit zizania, idest diabolus. Etiam Deus pater vocatur aliquañdo homo: Ioan. 8. Et si ego iudico iudicium meum verum est: quia non sum solus, sed ego, & qui misit me pater, & in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est: ego sum, qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me pater. Et ita se, & patrem suum vocat duos homines: ergo poterit hic vocari homo rex ipse pater, vel tota Trinitas: quia est vt quidã homo rex, licèt verè rex dicatur, quia omnia regit. Sic dicit Remigius: Nomine autem hominis aliquando designatur pater, sicut ibi: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: aliquando autem designatur filius. Hic autem vtrumque accipi potest, & pater, & filius, qui sunt vnus Deus. Dicitur autem rex, quia cuncta, quæ creauit, regit gubernando. Serui autem

Extra Ecclesiã nemo saluat.

Pr̃ cęlestis quãq; scriptura homo vocat.

autem regis huius, qui administrant bona eius, cum quibus ratio ponenda est (vt quidam volunt) sunt soli prædicatores verbi Dei: quia hi ministrant bona Dei. Sic dicit Origenes: Serui autem hi soli sunt quantum ad has parabolas, qui dispensatores verbi sunt, & quibus hoc est commissum, vt negocientur, & fœnerent. Sed dicendum, ꝙ non accipitur de illis, sed de omnibus hominibus. Et patet, quia istud exemptum inducitur ad ostendendum, ꝙ remittendum est peccantibus, & tamen istud pertinet ad omnes cùm quilibet teneatur seruare charitatem ad proximum: ergo omnes homines hic intelliguntur. Item patet, quia dicit in fine literæ: sic faciet vobis pater meus cœlestis, si nō remiseritis vnusquisque fratri suo. Ergo ad omnes se extendit, & omnes dicuntur rectè dispensatores: quia quilibet habet aliquod bonum tam naturale, quàm gratuitū, & fortunę, & quia omnia bona sunt a Deo, quilibet est dispēsator Dei: ideo omnes reddituri sunt ei aliquando rationem. Sic dicit Remigius: Per seruos huius regis designantur omnes homines, quos ad laudandum se creauit, quia quibusque naturæ legem dedit. Rationem autem ponere est iudicare de singulis hominibus, qualiter expenderint bona eis a Deo concessa, quia ipse vult seruari bona, quę tribuit, & insuper augeri, quia vsuram petit de bonis concessis. Sic patet infra 25. distribuens seruis suis talenta, petiuit ab eis vsuras: vnde qui vnum talentum accepit, & illud sine vsuris reddidit arguitur a domino, infra 25. c. & ita hic. Dicitur autem incipere ponere rationem, quãdo post mortem redditur ratio de omnibus gestis: quia ibi ꝯsummata est administratio, & ideo siue in morte, siue in generali iudicio ratio redditur, & tamen in iudicio generali sententia totaliter executioni traditur: quia ibi in corpore, & anima recipimus, quod viuentes gessimus. Sic dicit Remigius: Cùm seruis rationē ponit, quando vitam, & mors, & actus singulorum discutit, vt vnicuiq; sm̄ quod gessit tribuat. Origenes etiam dicit: Omnis autem vitæ nostræ ratio ponēda est a rege: quando omnes nos præsentari oportet ante tribunal Christi. Dicitur autem, ꝙ oblatus est vnus, quia nō venit sponte, sed adductus est: nam qui sibi conscius est malæ administrationis, recusat rationem reddere: sed cogitur reddere, ideo offertur, & non venit ipse, & ita terribile erit damnatis venire ad iudicium, & tñ omnes cogentur. Dr̄, qui debebat decem millia talentorum, idest, qui commiserat multa peccata. Aliquãdo enim talentum significat ipsum donum datum ad administrandum: sic accipitur infra 25. ca. cùm vni dedit dominus quinque, alij duo, alij vnum, aliqñ accipitur pro iniquitate: sic patet Zach. 5. Vbi super mulierem, quæ vocatur iniquitas, ponitur talentum plumbi. Hic autem potest stare pro peccatis, s. quia multa peccata commisit, & erat debitor illorum, idest pro illis tenebatur ad pœnam. Vel pro dono accipitur, & tunc magis consonat literæ, vt dicatur debitorem decem millium talentorum, qui tot bona sibi concessa, siue naturalia, siue fortuita, aut gratuita consummauit inutiliter, & eis abusus est, vel in vsu bonorum sibi concessorum decies millies, vel sæpe præuaricatus est. Sic dicit Origenes: Oblatus est debitor talentorum, qui, s. multa fecerat damna, & magna quidem ei erant iniuncta, & nullum attulit lucrum, & ideo talentorum multorum factus est debitor, quoniam fortè secutus est mulierem super talentum plumbi sedentem, cuius nomen est iniquitas. Sed quomodo iste dicatur debitor decem millium talentorum, non potest dari ratio in particulari: sed ponitur numerus determinatus pro indeterminato, sicut ponitur supra, cùm dicitur remittendum vsque septuagies septies, & ponitur magnus numerus ad significandum totam vniuersitatem pec-

Quid per rationē ponere i illo exēplo intelligatur.

Quid talentū significat i scriptura.

F catorum. Dicunt autem quidam, ꝙ decem millia dicuntur: quia decem significat legem, quæ decem pręceptis continetur, & quodcunque peccatum est transgressio legis. Sic dicit Augustinus lib. de Verbis domini, s. ideo dicendum est, quia lex in decem pręceptis commendatur, ille debebat decem millia talentorū, per quæ, omnia peccata significantur: quia omnia fiunt contra legem Dei. Aliqui autem dicunt, ꝙ iste seruus, qui debebat decem millia talentorum est diabolus, quem Deus vendi iussit, & filios eius, & vxorē, idest insipientiam, & prauas cogitationes. Et tamen non stat, quia de isto seruo dicitur, ꝙ rex ei dimiserit, quia procidens misericordiam implorauit, quæ diabolo nunquam competunt: quia neque ille misericor-
G diam unquam petit, neque Deus ei quidquam remisit. Sic dicit Hieronymus: Scio quosdam illum, qui debebat decem millia talenta diabolum interpretari, cuius vxorem, & filios venundandos perseuerante illo in malitia, insipientia, & malas cogitationes intelligi volunt: sicut enim vxor iusti sapiētia, sic etiam iniusti, & peccatoris insipientia: sed quomodo dimittat illi Deus decem millia talentorum, & ille nobis conseruis suis centum denarios non dimiserit, neque Ecclesiasticæ interpretationis est, neque a prudentibus viris recipienda. Dicitur autem cùm non haberet vnde solueret, quia qui est debitor in reddenda ratione est, qui peccator inuenitur, cuius peccata hic dimissa non fuerant, & non habet vnde soluat, quia non habet per
H quid se liberet: potest enim homo per seipsum cadere: sed nemo per se ipsum potest a peccatis resurgere, sed gratia indiget suscitante. Sic dicit Remigius: Sua sponte peccans suo conatu nullo modo surgere valet, & non habet vnde reddat: quia nihil per se, & in se inuenit per quod se à peccatis absoluat, iussit autem vendi dominus seruum nō habentem vnde solueret, & vxorem, & filios: quia quando peccator in Dei iudicio de peccatis condemnatur, nō in se habet per quod se à peccatis liberet, iubetur pati pœnas pro illis, quod est eum vendi: nam sicut, qui venditur efficitur iuris alieni: ita qui pœnis æternis adiudicabitur, punietur aliter, quàm ipse voluerit. Vxor autem peccatorum est insipientia: vt ait Hieronymus, vel ipsa cupiditas,
I & voluptas carnalis: quas peccator sibi matrimonialiter, & indissolubiliter copulauit, cùm in peccatis semper maneat. Filij dicuntur prauę cogitationes, quæ ex stultitia, quasi quidam filij ex vxore procreantur. Vel dicuntur filij, & vxor omnia peccata, quæ sic vocantur: quia peccator diligit peccata, vt vxorem, & filios. Dicuntur autem vendi vxor, & filij, & quando peccator pro peccatis cruciandus adiudicatur inferno: quia tunc precium accipit eorum, quæ commisit. Sic dicit Remigius: Vxor quidem stulti est stultitia, & carnis voluptas, & cupiditas. Et Augustinus libro de Quæstionibus Euangelicis ait: Per hoc significatur transgressorem decalogi pro cupiditate, & prauis operationibus tanquam vxore, & filijs pœnas soluere debuisse, quod est precium eius: precium enim
K venditi est supplicium damnati. Dicitur autem, quòd procidit seruus condemnatus: quia peccator videns se pro peccatis obligatum ad mortem æternam, quam per se euadere non valet, procidit coram domino per humiliationem cordis contriti. Psal. 50. Cor contritum, & humiliatum non despicies. Dicit autem, patientiam habe in me, inquantum cōfitemur peccata nostra postea in ore, & petimus a Deo, ꝙ expectationem nobis concedat, in qua efficiamur meliores. Et omnia reddam tibi, scilicet diu viuendo dona à Deo concessa in bono expendam, & tibi vsuram de illis reddam, & per bona opera sequentia recompensabo damna præteriti temporis. Sic dicit Remigius: His

Homo p seipsū in pecca cadere: nemo p seipsum peccatis resurgere potest.

Vxor ... quid significatur.

Quid ... seruum coram ... procidisse.

His verbis humiliatio, & satisfactio peccatoris demõstratur dum dicitur, procidens. In hoc verò, quod dicitur, patientiam habe in me, vox exprimitur peccatoris poscentis tempus viuendi, & spacium corrigendi. Dicitur autem, ꝙ misertus est dominus serui illius, & omne debitum dimisit, idest absoluit ab omnibus peccatis: Deus enim nunquam dat dimidiam veniam, sed totum remittit, aut nihil: & hoc fecit ex misericordia, quia seruus nihil domino dedit æquiualens in toto, aut in parte, sed totaliter ex benignitate processit.

Qđ dicat misertus ẽ dñs serui illi⁹, & oẽ debitũ dimisit.

Sic dicit Chrysostomus: Vide autem domini amorem superabundantem: petit seruus solius temporis dilationem, ipse autem maius eo, quod petijt, dedit concessionem, & dimissionem totius mutui: volebat autem, & a principio dare: sed nolebat solùm esse suum donum, sed & supplicationis illius, vt non incoronatus abscedat, ideo antequam rationem poneret, debitum non dimisit: quia docere voluit a quantis debitis eum liberat, vel saltem ita ad conseruos mansuetior fieret. Quod autem dicitur, egressus seruus ille, scilicet egressus est, idest cessauit ab eis, quæ prius faciebat: nam prius constabat, peccatum cognoscebat, veniam petebat, emendationem spondebat: nunc verò egressus est, quia ab omnibus his cessauit rediens ad vomitum, vt alia grauiora peccata committeret.

Quid significat seui egress⁹.

Sic dicit Chrysostomus, & quidem vsque ad hæc, quę præmissa sunt acceptabilis fuit: etenim confessus est, & promisit se reddere debitum, & procidens rogauit, & debiti magnitudinem recognouit, sed quæ postea fecit indigna fuere prioribus: dicitur enim, egressus autem, &c. Quod autem alium conseruum suum inuenit, est conuersationem ad alium habere: omnes enim conserui sumus, scilicet Dei serui, sicut dixit Angelus ad Ioannem conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum: Apoc. 19. & 22. Iste autem debebat alteri aliquid, idest commiserat offensam in eum, vel damna intulerat: quia debitor nemo vocatur nisi pro peccato. Dicitur autem debitor centum denariorum, quia peccata, quæ committit homo in hominem centum denarij vocantur, & hoc quia cõtra legem fiunt, quæ per decem significatur. Centum autem ex decem surgit, & ita idem est dicere de decem millia talentorum, & centum denarios, quia in vtroque significatur præuaricatio facta contra legem, quæ per denarium intelligitur. Sic dicit Augustinus libro de Verbis domini, scilicet. Quod autem dicitur, quòd debebat ei centum denarios, ab eodem numero, scilicet decem sumitur, qui est numerus legis: nam & centum centies fiunt decem millia, & decies deni fiunt centum, & illa decem millia talentorum, & illi decies deni a legitimo numero non recedunt: in quo vtroque inuenies peccata: vtrique est debitor, vtrique veniæ precator: omnis enim homo debitor est Dei, & debitorem habet fratrem suum. Dicendum tamen, ꝙ licèt per vtrunque numerum significentur peccata vnus tamen ponitur magnus, idest decem millia talentorum: vt per hunc significetur ille, qui magna crimina commisit: alius autem paruus, idest centum denariorum, vt per hunc significentur minora peccata. Sic dicit Remigius: Sic ergo per debitorem decem millium talentorum designatur ille, qui maiora crimina committit: per debitorem autem centum denariorum, qui minora committit: vocantur autem peccata maiora, quæ committuntur in Deum: minora verò quæ committuntur in proximum: vnde ille, qui erat debitor domini, debebat decem millia talentorum: qui verò debitor conserui centum denarios: sunt autem maiora peccata in Deum, quàm in proximum, quia ille maior est, & quia maior est ingratitudo, & qa plura in Deum committimus. Sic dicit Chrysosto.

Qđ dicat debitor cẽtum denariorum.

A Tanta autem est differentia peccatorum, quæ committuntur in hominem, & quæ committuntur in Deum quanta est differentia decem millia talentorũ, & centum denariorum: magis autem, & multo plus. Quod patet ex differentia personarum, & paucitate peccantium: homine enim vidente desistimus, & piget peccare. Deo autem vidente secundùm vnumquemque diem non desistimus: sed agimus informidabiliter omnia, & loquimur. Non hinc autem solùm grauiora apparent peccata in Deum: sed etiam a beneficio, quo sumus potiti ab ipso: fecit nos enim esse, & omnia propter nos operatus est: animam rationalem nobis inspirauit, filium suum misit, cœlum nobis aperuit, & nos filios suos fecit: nunquam ergo si

B vnaquaque die moreremur pro eo, retribueremus ei aliquid dignum, nequaquam: sed hæc rursus ad vtilitatem nostram pertinent: nos autem è contrario in legibus eius offendimus. Dicitur, qui tenens eum suffocabat, idest acriter insistebat, vt vindictam ab eo exigeret, vt dicit Remigius: Et hoc est quandocunque pro paruo peccato contra se commisso crudeliter mouetur quis contra proximum. Procidens autem conseruus dicitur, quando pro peccato commisso contra proximum humiliter veniam petit. Dicit autem, patientiam habe in me, &c. quando satisfactionem pollicetur, vel se emendaturum ait, vbi satisfactionem alteri non est locus. Sed conseruus noluit, quia ingratus existens illa verba contempsit, per quæ

Qđ dicat ꝙ tenens eum suffocabat.

C saluatus est: vt ait Chrysostomus. Vel nolle est retinere in animo rancorem, idest vindictæ desiderium. Sic ait Augustinus libro de Quæstio. Euang. Noluit: idest tenuit contra eum hunc argumentum, vt supplicia illi vellet. Mittere in carcerem, donec soluat debitum, est remittere nolle rancorem, sed tandiu seruare odium, & vindictæ desiderium, quousque realiter punierint offendentes: & licèt impotentes sint ad nocendum potentioribus proximis, eos tamen in carcere tenere dicuntur, quandiu seruant eis iram ad aliquã diu puniendum, quando facultas fuerit: tales enim sunt difficiles, & amari, qui sunt duæ species iracundorum. 4. Ethicorum, capitulo, De mansuetudine, qui difficulter soluuntur ab ira, vel non soluuntur

D quousque retribuerint: in quo magna ingratitudo serui huius ostenditur, vt dicit Chrysostomus, scilicet. Vide domini charitatem, & serui crudelitatem: hic pro decem millibus talentis, hic autem pro centum denarijs: hic conseruum, hic autem dominum rogabat: hic autem totalem absolutionem accepit, ille autem solam dilationem petebat, neque tamen hic dedit. Dicitur autem, quòd videntes conserui eius, scilicet vtriusque ea, quæ facta sunt tristati sunt. Conserui possunt vocari cæteri homines, vel angeli: quia omnes sumus conserui, cùm simus simul serui Christi. Tristantur autem boni cùm vident tantam iniquitatem: nam charitas non gaudet super iniquitate, sed potius tristatur. primæ Corin. decimo tertio, &

E etiam sancti angeli tristantur eo modo, quo tristari dicuntur, vel tristitia est de perditione huius serui: nam per hanc ingratitudinem, quam committit, redit in priora debita, & æternaliter perit. Sic dicit Remigius: Conserui fortè angeli sunt intelligendi, aut prædicatores Sanctæ Ecclesiæ, vel alij fideles, qui videntes aliquem fratrem peccatorum remissionem adeptum non velle misereri conserui sui, contristantur de eius perditione. Vel vt ait Augustinus: per cõseruos intelligitur Ecclesia, quæ illum ligat, & soluit: nam cùm hæc absoluerit aliquem a peccatis: postea per hoc, ꝙ crudeliter se habet ad fratrem suum, videt eũ incidere in maiorem damnationem: dolet de eius perditione. Dicuntur isti conserui venire, & narrare

domino: non quidem quòd corpore veniant: quia ad Deum nemo vadit, cùm ipse vbique sit: sed cordis affectu: narramus autem quæ fiunt, quando de malis, quæ proximi patiuntur condolemus, & petimus talia non manere inulta: sicut clamant sancti: quare non vindicas sanguinem nostrum? Apoc. 6. quod petere non licet ex odio, vt mala proximo cupiamus, sed vt Dei iustitiam ad honorem eius, & releuationem patientium exoptemus. Sic dicit Remigius: Veniunt quidem non corpore, sed corde. Domino autem narrare, est dolores, & contritiones cordis in suo affectu demonstrare. Quod autem dicitur, ꝙ dominus vocauit tunc seruum. De vocatione mortis intelligitur: quia cùm is cui tanta remissa fuerant, in sua iniquitate perseuerat, & circa proximos crudelis exactor efficitur, adducit Deus terminum vitæ illius, & sic multarum iniquitatum reum ad iudicium adducit. Sic dicit Remigius: Vocauit quidem dominus suus eum: vocauit enim per sententiam mortis, & ab hoc sęculo migrare iussit: dominus autem ponens rationem cum seruo impio in morte, vocat eum seruum nequam, non quidem quòd Deus aliquid realiter improperet: sed quia iniquitates suæ eum nequam seruum esse ostendent: in quo ostenditur grauitas peccati eius: cui cùm remissa peccata à Deo clementer extiterint: erga proximos crudelis efficitur. Sic dicit Chrysostomus, & quando quidem decem millia talenta debebat non vocauit eum nequam conuitiatus ei: sed misertus est. Quando autem contra conseruum ingratus est effectus, tunc dicitur ei: Serue nequam. Sed sciendum, quòd iste seruus, licèt increpetur a domino, nihil nunc respondet excusando neque misericordiam petit, vt prius petiuerat: quia hic locus misericordiæ, & conuersionis est: post mortem verò tempus iusti iudicij. Etiam qui tam ingratus extiterat, velamen iniquitatis non habet, accusante eum cogitatione, & testimonium reddente conscientiam: quod fiet in die, qua iudicabit dominus ad Roma. 2. Sic dicit Remigius: Sciendum, quòd seruus iste nullum responsum legitur domino dedisse, in quo demostratur, quòd in die iudicij, & statim post hominis vitam omne argumentum excusationis cessabit. Iubet autem dominus tradi seruum istum tortoribus, quia cùm peccator in morte damnatus fuerit, dæmonibus traditur, qui tortores sunt, & gaudent in pœnis damnatorum. Sic dicit Chrysostomus: Non autem simpliciter dixit tradidit, sed iratus, quod non posuit, quando iussit eum vendi: non enim hoc erat iræ, sed magis amoris ad correctionem: nunc autem hæc est sententia iudicij, & pœnæ. Sic etiam dicit Remigius: Tunc enim dicitur irasci, quando aduersus peccatores vindicat. Tortores autem dicuntur dæmones: quia semper ad hoc parati sunt, vt perditas animas suscipiant, & in pœna æternæ damnationis eas torqueant. Quod autem dicitur tradi tortoribus quousque soluat vniuersum debitum ad historiam exempli refertur: quia licèt seruo illi nequam nihil dominus remitteret: poterat tamen aliquando soluere: ideo non adiudicauit eum dominus carceri perpetuò, sed quousque solueret: quia pro debito principaliter, & non pro crimine incarcerabatur, licèt si non incurrisset ingratitudinem iam debitum remissum maneret: peccatores autē, qui in morte a domino iudicantur, tortoribus quidem traduntur, sed non est eis vlla expectatio neque terminus ponitur liberationis: neq; aliquid est per quod euadant manus tortorum. Dicitur tamen, donec soluant vniuersum debitum, idest æternaliter, quia iste est modus circunlocutionis: sicut dicitur supra, quòd remittenda est offensa vsque septuagies septies, idest semper, vel vsque in æternum. Alio modo dicitur

Qđ dicat iubet autē dominus tradi seruum istum tortoribus.

F donec soluat quia verum est, quòd peccatores detruduntur in inferno, quia debitores sunt, & donec soluant, ibi manent, & tamen quia nunquam soluent manebunt ibi in æternum: & non solùm nunquam persoluent totum debitum: sed etiam nunquam incipient soluere minimam partem debiti. Et apparet, primò, quia si aliquantam partem soluere posset peccator in inferno de debito peccatorum suorum: necesse erat, quòd in longo tempore tota res solueretur: quia in eadem proportione, in qua se habet parua pars peccati ad aliquam pœnam, vel ad aliquod tempus: in eadem se habet residuum de peccatis ad aliam pœnam, & tempus, & ita in aliquo tempore finito finiretur tota pœna damnatorum, & omnes damnati libe-
G rarentur de inferno, quod falsum est: ideo dicendum, quòd sicut pro toto debito nunquam soluunt: ita neque pro aliqua parte, & consequenter nunquam incipiunt soluere: sed semper manet debitum integrum. Secundò, quia soluere debitum peccatorum est satisfacere Deo, in quem peccauimus, & ad satisfaciendum Deo oportet, quòd ille acceptet ea, quæ offeruntur, sed Deus non acceptat aliquid factum, vel toleratum a peccatore, quia extra charitatem est: ergo nunquam poterit satisfacere, neque incipere satisfacere: sed manebit semper debitum integrum, & pœna erit æterna. Sic dicit Remigius: Nunquid autem postquam aliquis demersus fuerit in æternam damnationem, poterit inuenire aditum, & spacium se corrigen-
H di, aut aditum exeundi? Et respondet, non: sed quousque ponitur pro infinito, & est sensus semper soluet, & nunquam persoluet, sed semper pœnam luet.

Sic etiam dicit Chrysostomus: Per hoc, quòd dicitur quousque. ostenditur, quòd continue, idest æternaliter punietur, & non reddet aliquando. Cùm autem dicit: Sic faciet vobis pater meus cœlestis, ostendit ad quid posuerit exemplum, scilicet, vt nos remittamus debitoribus, quia aliter reuocabuntur debita, quæ nobis Deus dimiserat. Dixit autem de cordibus vestris, quod intelligitur vno modo, idest, vt non fictè remittamus reseruantes rancorem in corde. Sic dicit Augustinus libro de Verbis domini: melius est enim, vt clames ore, & dimittas in corde: quàm vt sis blādus in
I ore, & crudelis in corde. Secundò potest intelligi remissio in corde, idest, vt licèt pœnam aliquam imponamus, non sit illa ex odio, sed ex charitate: vt interdum aliquibus offendentibus dimittimus, quos aliqualiter puniri volumus, vt meliores fiant, & talibus ex corde remittimus potius, quàm si eis totam pœnam dimittamus: cùm per hoc bonum eorum procuremus. Sic dicit Augustinus, vbi supra: Ideo enim dominus subdidit, ex cordibus vestris, vt si per charitatem imponimus disciplinam, de corde lenitas non recedat: quid enim tam pium, sicut medicus ferens ferramentum? sæuit in vulnus, vt homo sanetur: quia si vulnus palpatur, homo perditur, & tamen communior est sensus primus. Sic dicit Hieronymus: ideo
K etiam dominus addidit de cordibus vestris, vt omnem simulationem fictæ pacis auerteret. Tota autem intentio Christi in exemplo isto est inducere nos ad remittendum offensas proximis, & hoc per duo.

Primò exemplo sui, quia ipse nobis maiora dimittit, quia quilibet homo se habet ad ipsum, sicut debitor decem millium talentorum ad regem; homo autem ad proximum offendentem, sicut conseruus ad debitorem centum denariorum.

Secundò per comminationem pœnarum. De primo dicit Hieronymus: Præcepit dominus Petro, sub comparatione regis domini, & serui, qui debitor decem millium talentorum a domino rogans veniam impetrauerat, vt ipse quoque dimittat conseruis suis

Pecca[…] res non solu[…]ēt p[…] tē minim[…] debiti i[…] inferno.

minora

minora peccantibus. Sic etiam Origenes ait: Vult docere nos faciles esse ad indulgendum eis, qui nocuerunt nobis: maximè si satisfaciant, & deprecentur sibi veniam dari. De secundo patet in litera, scilicet, sic faciet pater meus cœlestis vobis: & quia magis mouentur communiter homines terrore, quàm amore, & ratione: ideo hoc magis Christus expressit: & iste licèt sit sensus tropologicus ad hanc literam, tamen per applicationem efficitur principalis, & quasi literalis. Potest tamen exponi allegoricè de populo Iudaico, & Gentilibus ad Christum conuersis. Sic dicit Rabbanus allegoricè: Seruus iste, qui decem millia talenta debuit, populus Iudaicus est decalogo legis ascriptus, cui dominus sæpe dimisit debita, quando in angustijs constituti illius misericordiam deprecabantur: sed liberati omnes debitores atrociter repetebant, & à Gentili populo, quasi sibi obnoxio circuncisionem, & cæremonias legis expetiuit, & prophetas, & Apostolos crudeliter trucidarunt: vnde tradidit eos dominus in manus Romanorum, vel malignorum spirituum, qui in æternum cruciatibus eos punirent.

An erat licitum uxorem debitoris, & filios, & ipsum debitorum venundari. *Quæst.* *CXXXVII.*

QVAERETVR, cùm dicatur in litera, ꝙ dominus iussit venundari vxorem debitoris, & filios, & ipsum debitorem. Nam videtur hoc esse iniustum, quia homo pro debito nõ venditur, maximè illi, qui non contraxerunt debitum. Aliqui dicunt, ꝙ licitum erat homines vendi pro debito, & non solùm ipsum debitorem, sed etiam eos, in quos transit successio, scilicet filios, & hoc maximè secundùm consuetudinem, quæ erat inter Iudæos: sic patet 4. Regum 4. de muliere, quę clamauit ad Elisæum, cuius vir mortuus obligatus erat creditoribus pro mutuo, & soluere non poterat, pro quo filios suos timebat vendendos esse: vnde ait, ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi: ergo illi serui effici debebant pro debito contracto a patre. Dicendum, ꝙ inter Iudæos non erat talis consuetudo. Hoc enim speciale erat inter Iudæos, quod nunc non est, ꝙ vir sui iuris posset seipsum vendere alteri Iudæo, & licèt se simpliciter venderet, non durabat seruitus, nisi vsque ad annum remissionis, qui erat annus septimus. Exod. 21. & Leuit. 25. & Deuter. 15. Anno autem illo liberabatur: nisi pro certa causa eligeret manere seruus semper, & permitteret sibi aurem perforari, quia tunc non liberabatur vsque ad Iubilæum: Exod. 21. & Leuit. 25. inuitus tamen nemo vendebatur pro debito: nisi fortè debitum descendebat ex delicto, vt siquis furabatur, tenebatur ad restitutionem in forma certa, & si non haberet vnde solueret, venundari debebat, Exod. 22. quando tamen descendit ex mutuo, vel aliàs non ex delicto, non venundabatur debitor: & tamen debitum prophetæ mortui erat ex mutuo, cùm dicatur. 4. Regum 4. Ecce creditor venit, idest, qui pecuniam mutuauit: ergo pro illo debito non erat quis vendendus: maximè, quia etiam siquis vendendus esset pro debito, erat verum quãtum ad ipsum debitorem, non autem quantum ad successores, qui non contraxerunt debitum, & sic nullum delictum in eis est: ideo non poterant tolli filij prophetæ, vt venderentur. Sed dicendum, quòd tollebatur ad seruiendum non quidem, vt serui essent, sed vt seruirent, idest operas suas præstarent creditori vsque ad satisfactionem pro debito, & ita est de iure humano, quod debitor, qui non habet vnde soluat, cogatur præstare operas suas creditori, & tempore, quo præstantur operæ potest

A teneri debitor: vt habent iura quarundam gentium: ita ergo illi duo filij prophetę poterant tolli ad seruiendum: non ergo poterat iste dispensator regis secundùm consuetudinem Iudæorum vendi. Primò, quia pro debito nemo venditur nisi descendat ex crimine: hic autem non apparet crimen. Secundò, quia etiam si aliquod crimen esset, solùm esset quantum ad istum dispensatorem regis, ideo ipse solus deberet vendi, & non filij, & tamen filij iubentur vendi. Tertiò, quia iubetur etiam vendi vxor, & istud est magis exorbitans: nam pro debito, vel crimine patris, quòd filius aliquid patiatur, vel vendatur habet aliquem colorem: eo quòd filius est aliquid, quod est patris. 5. Ethicorum, & 8. vxor autem non est aliquid mariti nisi

B quantum ad actum coniugalem, in quo pares sunt: cùm vir non habeat potestatem sui corporis, sed mulier, & è contrario. primæ Corin. 7. Ideo, quòd ista pro debito, aut delicto mariti vendatur absurdum est: vnde 4. Regum 4. capitulo. Timebat mater, quòd tollerentur filij eius pro debitis patris eorum: non tamen timuit, quòd ipsa tolleretur ad seruiendum. Nam dixit, ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi: non ergo poterat fieri venditio ista ex consuetudine Iudæorum. Alij dicunt, quòd poterat fieri venditio, quia non fiebat pro debito, sed pro crimine. Dicendum, quòd non stat, primò, quia non apparet hic crimen aliquod, sed solùm, quòd iste inuentus est debitor domini sui: nisi fortè

C quis dicat, quòd dilacerauerat facultates domini, & pro hoc infligitur pœna. Sed non stat, quia hic non apparet dilaceratio expressè, sed fortè accepit dispensator pecuniam domini sui ad conuertendum in lucra sua, vt aliquando redderet domino, & accidit, quòd perderet omnia negociando, sicut interdum accidit. Etiam quia dato quòd dilacerasset bona domini abutendo, non erat crimen, pro quo deberet puniri si soluendo esset: & ideo non est crimen, pro quo infligatur pœna. Secundò, quia dato quòd esset crimen aliquod, satis apparet, quòd dominus non procedebat in his ad punitionem criminis, sed ad recuperationem debiti, cùm iussit venundari seruum hunc, & vxorem, & filios, & reddi sibi debitum: vt patet in

D litera. Tertiò, quia dato quòd esset crimen aliquod hic, & pro illo deberet venundari seruus iste non habens vnde solueret. Exod. 21. tamen non deberet vendi vxor, & filij, & tamen iubentur isti vendi: ideo non erat pro hoc licita venditio. Alij dicũt, quòd vendi poterant isti, quia erant serui: erat enim seruus administrator ille, & vxor eius, & filij erant etiam serui, ideo poterat eos iustè rex vendere. Dicendum, quòd non stat, quia si serui essent, poterat illos vendere etiam non existente debito, aut crimine, quia seruus est pecunia domini sui, Exod. 21. vel possessio domini, siue organum eius. 8. Ethicorum, & primo Politicorum, & tamen hic iussit vendi pro crimine, vel debito, vt patet ex litera, ergo non erant serui. Secundò, quia

E etiam non prodesset hoc domino: quia pro illis daretur quantum illi valerent, & tamen habendo eos habebat quantum valebant, ideo non esset ei aliqua vtilitas vendere eos pro debito: quia nihil acquirebat vendendo illos. Tertiò, quia innuitur ex litera, ꝙ ex pecunia illa solueretur debitum: nam dicitur, ꝙ iussit vendi, & reddi: & tamen ex illa pecunia nihil poterat solui domino: quia illa pecunia erat domini, cùm ipse seruus sit domini pecunia, Exo. 21. ergo non erant serui. Quartò patet, quia dicitur, cùm non haberet vnde solueret, in quo innuitur, ꝙ habere poterat, licèt de facto non habebat: & tamen seruus habere non potest aliquid, cùm ipse non sit sui iuris, sed quidquid acquirit, domino acquirit, ergo non stat.

I 4 Quintò,

Quintò, quia dicitur, ꝙ iussit vendi omnia, quæ habebat, & sic nō erat seruus cùm aliquid haberet propriū. Sextò, quia ille dixit, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, idest soluam, & tamen seruus non potest aliquid soluere cùm nihil possit habere. Septimò, quia ille habebat ad magnam pœnam, ꝙ venderetur, & tamen si esset verè seruus non esset hoc pœnale: nā per venditionem non transit in vlteriorem seruitutē. Octauò, quia ad vltimum dominus iussit eum tradi tortoribus quousque redderet vniuersum debitum, & sic non erat seruus, qui soluere aliquid poterat, & sic non stat hoc. Alij dicunt, ꝙ non erat iustum hoc fieri, sed erat aliqua patria barbarorum in qua ipsum iniustum, & absurdum pro iusto accipitur, quales dicit Arist. leges esse eorum, qui saluati sunt ex corruptionib⁹, qui vxores pro ferro vendi concedebant. 2. Politicorū. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia Christus inducit istud tanquam exemplum, & concludit: sic faciet vobis pater meus cœlestis: & tamen Deus non facit aliquid iniustum: ergo non erat malum, aut iniustum, quod hic dicitur de venditione filiorum, & vxoris.

Dicendum, ꝙ vendi iustum debitorem, & vxorem, & filios pro debito non erat iustum, neque rex hoc facturus erat etiam si debitor non rogasset eum, sed dixit hoc ad incutiendum ei timorem: erat enim benignus rex, & videns debitum, & impotentiam illius ad soluendum remittere voluit, & tamen noluit remittere sic simpliciter, sed voluit, ꝙ debitor hoc rogaret, vt haberet causam hoc faciendi: & vt debitor magis impelleretur ad rogandum, ei incussit timorem, ꝙ vellet eum, & vxorem, & filios vendi, vt sic ille necessitate coactus procideret rogans dominum, & ille remitteret. Sic dicit Chrysost. Vide diuini amoris superabundantiam, petit seruus solius temporis dilationem: ipse autem maius cōcessit, totius, s. mutui dimissionem: volebat autem & a principio dare, sed nolebat solùm esse suum donum, sed supplicationis illius, vt non incoronatus abscedat: ideo antequam rationem ponat, debitum non dimisit, quia docere voluit a quantis debitis eum liberat. Et super illo verbo: Iussit vendi vxorem eius, & filios dicit. At hoc non ex crudelitate iussit, sed ex ineffabili affectione: voluit enim eum terrere per has minas, vt supplicet, & non vt vendatur, quod & factum ostenditur.

Quare posuit hic Christus de venundatione debitoris vxoris, & filiorum: cùm hæc iniusta videantur.

Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR, cùm non esset iustum vendi debitorem, & filios, & vxorem pro debito: quare posuit illud Christus hic, cùm non ponat nisi ea, quæ bona, & iusta sunt: maximè, quia videtur esse inconueniens, quia in fine dicitur: sic faciet pater meus cęlestis, & tamen Deus non agit iniustum. Dicendum, ꝙ illud sic non refertur ad omnia narrata in exemplo: sed solùm ad ea, quæ ponuntur in fine de incarceratione vsque ad solutionem debiti. Et patet hoc, quia dicitur: sic faciet vobis pater meus cęlestis, idest sic faciet, sicut fecit rex seruo suo, & tamen non vendidit vxorē eius, & filios, & ipsum, sed solùm incarcerauit eum, donec redderet vniuersum debitum. Hoc ergo est, quod Deus faciet, & ad hoc inducitur similitudo exēpli, & illud iustum est. Sed dicetur, si hoc neque erat iustum, neque ponitur imitabile, quare ponitur, & recitatur à Christo in exemplo isto? Dicendum, ꝙ primò fuit, quia fortè pertinebat ad ītegritatem historię: nam istud de dispensatore, & domino fortassis sic realiter accidit, & pars illius fuit, ꝙ dominus dixerit dispensatori, ꝙ eum faceret vendi, & filios, & vxorem: F ideo etiam si non faceret ad propositum ista particula enarrata est, quia ad integritatem historiæ pertinebat: sic sæpe facimus in doctrina, & in communi locutione: quia inducimus aliquas integras historias ad confirmationem dictorum istorum, & illarum breues solæ particulæ faciunt ad propositum nostrum, & tamē integras referimus: quia si solas illas particulas velim⁹ referre, fiet res non intelligibilis. Secundò, & principalius, quia Christus voluit rem verisimilem reddere: nam ad artificiosum eloquium pertinet, ꝙ ex ipsa narratione colligantur causæ narrationis, & appareat res, quæ refertur verisimilis auditoribus. Si enim inuento, ꝙ dispensator ille debebat decem millia talentorum, G non subderetur, ꝙ dominus fecisset ei aliquas comminationes, sed solùm simplici verbo peteret reddi sibi debitum: non esset verisimile, ꝙ debitor procideret ad pedes eius dicens, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi: quia nihil esset pro quo hoc faceret, & sic vel deberet subticeri totum, quod sequitur in historia, & habet originem ex eo, ꝙ ille procidens petiuit debiti soluendi expectationem dari, quam dominus concessit, vel si poneretur non esset res verisimilis sublatis comminationibus istis: ideo cùm Christus vellet enarrare istud exemplum ad concludendum illud, sic faciet vobis pater meus, &c. debuit ponere comminationes aliquas quas fecerit rex, pro quibus seruus timēs procidit ad pedes, & quia illę erant de vendendo vxorem, & filios, & ipsum, voluit potius illas ponere, quā H rem fictam adiungere.

Quare rex non fecit debitorem, & eius vxorem, & filios vendi post ingratitudinem, quam in conuersum commisit.

Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR, cùm seruus iste nequam per ingratitudinem, quam commisit meruerit incidere in omnes pœnas, quas dominus ei remiserat, cùm nunc esset deterior, quàm cum inuentus fuit debitor decem millium talentorum, & tamen tunc iussit eum vendi, & vxorem, & filios: quare ergo nunc I non fecit illos vendi? Dici potest vno modo, quòd dominus intendebat recuperare debitum sibi, & quia tenendo illum in vinculis credebat se posse habere solutionem, iussit solùm incarcerari eum, dicens, quòd traderetur tortoribus, idest custodibus carceris, qui solent homines torquere, quousque solueret vniuersum debitum: & tamen si putaret, quòd non posset sic recuperare debitum, non diceret, quoadusque reddat vniuersum debitum: sed diceret, ꝙ traderetur tortoribus mansurus in carcere in perpetuum. Et hoc etiam apparet ex dictis serui, quando iubebat eum dominus venundari: nam dixit. Omnia reddam tibi, patientiam habe, idest da mihi aliquantam expectationem, & soluam totum debitum: & tamen si ille non crede- K ret hoc posse facere, & rem esse verisimilem alijs, scilicet, quòd ipse soluere posset: non diceret omnia reddam tibi. Secundò, vt aliqui volunt, fuit quia dominus intendens recuperare debitum, & putans non posse illum soluere dixerat, quòd venderetur ille, & vxor, & filij: postea ille dixit, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, idest si aliquantulam expectationem dederis, etiam si non vendas me, & filios, & vxorem potero tibi vniuersa reddere, & tunc dominus inueniens, quòd posset soluere debitum, noluit eum vendere, licèt fuerit ingratus, sed incarcerari iussit quousque omnia solueret. Istud satis est verisimile, scilicet, quòd præsupponitur, quòd dominus à principio verè intenderit vendere seruum,

&

& filios, & vxorem eius ad recuperandum debitum: & tamen falsum est, quia non hoc intendebat, sed solùm erat comminatio, vt ostensum est supra quæst. 37. & ideo magis stat præcedens dictum. Tertiò & melius adhuc dici potest, quòd dominus nunquam intenderat vendere dispēsatorem, & filios, & vxorem, siue soluere posset, siue non, sed hoc dixit comminando, vt dictum est supra quæst. 127. & ideo quando deuentum est ad executionē non vendidit illum, & vxorem, & filios, quia comminatio erat, sed solùm incarcerauit eum vsque ad debiti solutionem.

An peccata semel dimißa redeant.
Quæst. CXL.

QVAERETVR, circa ea, quæ dicuntur hic, est dubium: nam dicitur, sic faciet vobis pater meᵘ cœlestis, si non remiseritis, scilicet, sicut fecit dominus dispensatori: & tamen peccata, & debita dimissa repetiuit: ergo Deus repetet in nobis peccata præterita, & faciet illa redire, si postquam ipse remiserit nobis, nos noluerimus remittere proximis: est ergo dubium, an peccata semel dimissa redeant. Aliqui dicunt, quòd sic, quia ex litera ista manifestè colligi videtur. Nam aliter non faceret nobis Deus, sicut rex dispensatori: sed debita iam illi dimissa redierunt, quia non dimisit conseruo suo, ergo peccata nostra, quę sunt debita nostra, redibunt si non remiserimus proximis. Secundò patet, quia dicit Leo Papa: Quæ Diuina Misericordia solidauit, in ea reuoluit prurigo: quoniā iterata iniquitas misericordiā concessam exinaniuit. i. euacuauit: ergo videtur, quòd redeant peccata priora in eo, qui post remissionem illorum peccat. Tertiò, quia amoto operimento manet nudum & patēs quod operiebatur, sed charitas operit multitudinem peccatorum. primæ Petri quarto: ergo amota charitate manebunt nuda, & apparentia peccata, quæ operiebantur, sed per omne peccatum mortale tollitur charitas: ergo per esse mortale redibunt omnia mortalia præterita, quia aliàs non apparerent, cùm apparere sit illa imputari ad pœnam: tegi autem sit illa remitti. Psal. 31. Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: & sic pro eodem accepit remitti, & tegi. Quartò, quia Ezec. 18. dicitur: Si auerterit se iustᵘ à iustitia sua, omnes iustitiæ quas fecerat non recordabuntur: ergo in eodem statu est, vt si nullam iustitiam fecisset, sed si non fecisset iustitiam pœnitentiæ non essent ei peccata dimissa: ergo dimissio illa peccatorum annihilatur, quia hoc est non esse in memoria Dei. i. ad bonum, vel ad malū non imputari, & sic peccata dimissa redibunt, quia erunt, sicut quando nondum de illis peccator pęnituerat. Quintò, quia magis peccat, qui offendit Deum, quàm qui hominem, quia longè grauius est æternam, quàm temporalem lædere maiestatem: extra de Hæreticis capitulo Vergentis. Sic seruus, qui ab aliquo domino manumissus est, si offendat eum, reducitur iterum in seruitutem: ergo à fortiori siquis per Diuinam gratiam liberatur à seruitute peccatorum, si rursus peccet, redibit in pristinam seruitutem peccatorum, & ita peccata dimissa redeunt. Sextò patet, quia siquis post contritionem de peccatis præteritis cadat in aliud, & moriatur statim, constat quòd descēdit in infernum, & ibi punietur pro peccatis dimissis per contritionem, cùm non fuerit dimissa tota pœna illorum, & quia in inferno nulla pœna est, nisi æterna, punietur æternaliter pro peccatis dimissis: & tamen nō plus puniretur, si peccata ista nunquā fuissent dimissa: ergo per recidiuationem in peccatum redeunt omnia dimissa, & redeunt æqualiter, sicut prius. Septimo, A quia sicut per pœnitentiam remittuntur peccata, ita p actuale peccatum mortificantur merita præterita: sed per pœnitentiam, quia peccatum destruit, reuiuiscunt priora merita iam mortificata: ergo per peccatum, qđ pœnitentiam destruit, per quam dimittebatur peccatum, reuiuiscent peccata præterita, & hoc est illa redire ergo redeunt. Octauò patet, quia August. libro de Verbis Domini ait: Dominus dicit, dimittite, & dimittetur vobis: si ergo prior dimisi: dimittite: vel postea: nam si non dimiseris reuocabo te, & quidquid tibi remiseram replicabo tibi: non enim fallit, aut fallitur Christus, qui ait, sic faciet vobis pater meus cœlestis, si non remiseritis peccata: ergo redeunt peccata.

Dicendum, quòd accipiendo propriè redire peccatum, B idest, quòd quātum ad seipsum redeat, falsum est, quia peccatum, quod semel dimissum est, si rediret, aut rediret quantum ad actum, aut quantum ad culpam, aut quantum ad maculam, aut quantum ad reatum, aut quantum ad pęnam. Nam in peccato non sunt plura, & quęcunque alia ponuntur reducuntur ad hæc, vt tenebra, & offensą: & tamen quantum ad aliquid illorum non redit peccatum, ergo nullo modo redit. De actu patet, quia non potest redire actus, nisi repetatur, & tamen non repetitur actus per hoc, quòd quis incidat in alia peccata de nouo, quia non cōmittit eundem actum numero: eundē enim actum numero redire postquam omnino desierit esse, est impossibile, quia illius substantia. i. esse totaliter perijt. De culpa C eodem modo patet: nam culpa non est nisi priuatio debitæ rectitudinis in actu, quando caret debitis circūstantijs: priuatio autem fundatur in actu illo, sed actus iam perijt, & non potest redire: ergo includit contradictionem redire, sicut quòd destructis oculis maneat cęcitas. i. pereūte homine, qui habebat oculos sine potentia visiua. De macula patet, quia macula est deformitas animæ inquantum est imago Dei, quæ debet habere pulchritudinem, vel ornamentum debitum, & istud est gratia, & cùm caret illa, est deformata per carētiam: illa autem macula non redit, quia deleta est per pęnitentiam: nam quando dolet peccator de peccato, datur gratia, per quam tollitur macula, quæ erat priuatio gratiæ: & ideo nō potest iam esse seu manere D priuatio cū habitu, sicut non potest manere cęcitas cū potentia visiua, sed alia macula postea sequitur, quādo de nouo incidit in peccatum mortale, quæ non potest esse eadem macula, cū non inducatur per idem peccatum. Etiam, quia illa prior macula pęnitus desijt esse, cùm esset priuatio, & quod omnino annihilatur non redit. De reatu etiam dicendum est, quòd non redeat, quia ille reatus perijt: incurrit enim peccator per peccatum in reatum mortis æternæ, à quo per contritionem liberatur: manet autem tunc reatus ad pęnam temporalem, vel purgatoriam, & illa potest per satisfactionem deleri hic, & ita desinit esse totus reatus: hūc autem redire cū esse desierit est impossibile, sed reatus nouus ad pęnam ęternam causatur per nouum pecca- E tum. De pęna dicendum, ꝙ illa non redit, quia aut accipitur pęna pro seipsa, aut pro obligatione ad illam. Si primo modo, manifestum est, quòd pęna non redit, quia non potest redire quod nunquam fuit, & tamen per hoc, quòd quis peccat non incidit in aliquam pęnam actualem, sed solùm in obligationem ad illam, vt toleret illam post mortem, siue in inferno, siue in purgatorio: ergo pęna sic nunquam redit. Si accipiatur pro reatu pęnę, certum est, quòd non redit reatus pręcedens, vt supra dictū est, sed de nouo causatur reatus: ideo non redit peccatū. Quātum ad aliquid verò hoc idem probatur, quia dicit August. in lib. de responsionibus Prosperi, Qui recedit à Christo, & alienatus à gr̄a viuit hanc vitam, quò nisi in perditionem vadit? sed

Peccatum dimissum nō potest redire quā tū ad culpam.

Peccatum dimissum non potest redire quā tū ad reatum.

sed non in id, quod est dimissum redit, neque originali peccato damnabitur: ergo non redeunt peccata dimissa, quia tunc ita rediret originale, sicut cœtera peccata. Item, quia committendo peccatum æquale, non fit vnus homo deterior alio, quia aliàs non poneretur peccatum in eis esse æquale, sed contingit innocentẽ, qui nunquam peccauit, & pœnitentem, qui nunc est in gratia peccare, & tamen ante hoc potuit committere idem peccatum: ergo per illud non fit deterior pœnitens, quàm innocens: & tamen si peccata priora redirent, efficeretur deterior pœnitens, quia redirent omnia, quæ prius commiserat: ergo non redeunt. Est tamen dicendum, quòd licèt non propriè redeant peccata iam dimissa, vt ostensum est supra: non potest tamen omnino negari illa redire, cùm auctoritates tã Sacræ Scripturæ, quàm Sanctorum hoc videantur sonare. Et tamen qualiter redeant est inquirendum.

Aliqui dicunt, quòd peccatum redit quãtum ad pœnam, quia pœna, quæ aliàs erat debita pro peccato, & pœnitenti remissa, redit postea. Et quando obijcitur contra istos, quòd tunc pro eodem peccato bis aliquis puniretur. Dicunt, quòd non punitur, quia non egit satisfactionem integram, cùm non perseuerauerit: debuit enim iugem peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed ad cauendum. Debuit enim cogitare omnes retributiones Dei, quæ tot sunt, quot sunt remissiones peccatorum: tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot peccata sua, ac pro illis vsque in finem gratias agere: vt dicit Magister 4. Senten. distinct. 22. Sed dicendum, quòd non stat, quia pro quolibet peccato respondit pœna quædam determinatè, pro qua potest homo satisfacere in hac vita, & quando pro illa satisfecerit, nihil pęnitus manet de peccato, neque obligatur recordari illius: & ideo si pro illo postea puniretur, bis puniretur in idipsum, & insurgeret duplex tribulatio, & insurgit ista positio ex alia falsa positione, scilicet, quòd non sit vera pœnitentia, quæ aliquando cessaret: & quòd non sit vera charitas, quę aliquando amittitur. Et tamen vtrumque est falsum, quia vera pœnitentia est, etiam si non semper duret: dum tamẽ tunc verè de omnibus doleamus, vt ostenditur 4. Sentent. dist. 14. & vera charitas est, quæ aliquando amittitur, vt ostenditur 3. Sentent. dist. 31.

Alij autem dicunt, quòd peccata dimissa non redeunt quantum ad maculam, neque reatum, neque pęnam, sed redeunt quantum ad impediendũ à consecutione gratiæ, sicut enim postquam quis peccauit, antequam pœniteret per illa peccata impediebatur habere gratiam: ita postquam rursus incidit in peccatum post pęnitentiam de peccatis præteritis, incipiunt illa impedire ad recipiendum gratiam, sicut prius impediebant. Sed dicendum, quòd non stat, quia poni impedimentum ad recipiendum gratiam est, sicut poni impedimentum ad non recipiendum lucem, quod est causare tenebras, & ad hoc sufficit alterum duorum per se, scilicet, indispositio ex parte recipientis, & interpositio obstaculi: & tamen ad amouendum tenebras, oportet vtrumque amoueri, scilicet, indispositionem tolli, & obstaculum remoueri. Et ita cùm pęnitentia tolleret tenebras peccatorum, non solùm tollebat indispositionem ex parte animæ ad recipiendum gratiam, sed etiam obstaculum præcedentis peccati: non quidem faciendo, quòd actus ille non præcesserit, & non impedierit aliquando, quia hoc, cũ pręteritum sit, non potest non esse præteritum, nec etiam quantũ ad hoc, quòd fecerit actum non esse, quia actus per seipsum esse desijt, etiam si nulla esset pœnitentia, sed quãtum ad hoc quod facit, quòd actus ille iam nõ retineat vim impediendi consecutionem gratiæ, sicut prius impediebat. Nam licèt actus peccati transisset, impediebatur homo semper consequi gratiam propter illum quousque pœniteret, & ita pœnitentia abstulit sibi istam vim, sed ista vis semel perdita non restituitur, nisi ipsemet actus reiteretur, quod est impossibile: ideo non habet vim impediendi gratiæ consecutionem peccatum, quod per pœnitentiam deletum est, licèt incidamus in alia.

F

Alij ideo dicunt, quòd peccata dimissa non redeũt, nisi per commissionem quatuor peccatorum, scilicet, odij fratrum, apostasiæ, contemptus pęnitentiæ, & huius qd est dolere, quòd de peccato pęnitentiam egerimus: in cœteris autem per culpam sequentem dicũt non redire peccata præterita: vnde versus.

Fratres odit, apostata fit, spernitq́, fateri.
Pœnituisse piget, pristina culpa redit. G

Sed dicendum, quòd ista positio est irrationabilis. Primò, quia dicunt peccata redire, & non assignant modum redeundi, idest, quantum ad quid redeunt, cùm de hoc sit tota difficultas. Secundò, quia ponunt speciale esse in his quatuor peccatis, & tamen non est, cùm alia reperiantur æqualia, & maiora: nam deberent tunc peccata præterita redire per omnia peccata commissa in Spiritum Sanctum, & tamen non ponũtur omnia hic. Sed mouentur isti quibusdam auctoritatibus peruersè intellectis & quibusdam friuolis rationibus: est enim fundamentum eorum, quòd peccata remittuntur homini sub conditione euitandi ista quatuor peccata, & ita si in aliquod istorum quatuor quis incidat, quòd redeant omnia præterita: eo quòd non erant dimissa. Sed non stat: primò, quia non potest fieri remissio sub conditione, quia faciendo sic sub conditione, aut verè remittuntur peccata, aut non. Si verè remittantur, non stat vlla conditio: quia tunc expectaretur euentus conditionis, & illa cõditio semper pendet vsque ad mortem: quia etiam si quis caueat illa peccata, quia tamen quamdiu viuit adhuc semper potest incidere in illa, manebit vsque ad mortem, quòd non sint remissa, vel si ante remittuntur non stat conditio. Si autem non remittantur, sed expectetur conditio, oportet manere omnia peccata sine remissione vsque ad mortem, cùm vsque ad mortem posset quis peccare in illis quatuor, & tunc, aut manent peccata non remissa quantum ad maculam, vel reatum pœnæ æternæ, aut quantum ad reatum pœnæ temporalis. Primo modo non constat, quia cui manet macula, vel reatus pœnæ æternę, manet priuatio gratiæ, & est sine charitate: quod est absurdum, scilicet, quòd conteratur quis verè de peccato, & non sit in charitate, neque restituatur sibi per hoc. Si quantum ad reatum pęnę temporalis est inconueniens, quia omnis talis pœna potest tolli per satisfactionem temporalem, cùm sit finita: ideo si illam hic homo egerit, erit remissa pœna illa, & non manebunt peccata sine remissione, & ita non potest dici, quòd fiat remissio cũ conditione. Nisi fortè diceretur, quòd peccata totaliter remittuntur: & tamen si inciderit peccator in aliquod istorum quatuor vult Deus omnem pęnam debitam pro peccatis præteritis rursus infligere, sed hoc non est inconueniens cùm satisfactio perfecta à Deo accepta præcesserit, & quod semel solutum est, amplius non repetitur. Secundò, quia causa sufficiens statim inducit effectum suum, & non expectatur in futurum: causa tamen remissionis peccatorum est ipsa gratia, & Christi passio à qua accipiunt omnia sacramenta efficaciã, & sunt ista sufficientia ad delendum omne peccatum, ideo statim illud delent, & non expectatur effectus sub conditione. Tertiò, quia non est aliqua causa, dato quòd posset fieri remissio sub conditione vitandi ista, quare potius fieret, quàm sub conditione vitandi alia, cùm

H

I

K

cùm omne peccatum repugnet gratiæ, per quam fit remissio peccatorum: & ideo in nullo peccato fit remissio sub conditione, & ita peccata non possunt sic redire.

Dicendum igitur, quòd peccata redire dicuntur: non quidem quantum ad se, quod est redire quãtum ad actum, culpam, maculam, reatum, aut pęnam, quia omnia ista sunt aliquid in peccato: sed redeunt peccata dimissa quantum ad effectum suum, quia ex peccatis commissis relinquitur aliquid in sequentibus peccatis etiã postquàm illa remissa fuerint: ex eo enim, quòd homo per peccatum offendit Deum, postquam remissionem præcedẽtium peccatorum accepit, actus sequens peccati incurrit quandam deformitatem ingratitudinis, quia grauius reputatur peccatum quod quis facit, postquam accepit remissionem, quã prius: sicut grauius peccat, qui offendit illum, à quo beneficia suscepit, quàm si offendat eum, à quo nulla vnquã beneficia susceperit, & quia remissio peccatorum est beneficium quoddam, quod à Deo recepimus vltra cętera beneficia, magis ingratus est, qui post remissionem peccatorum peccat, quàm prius. Et ista deformitas ingratitudinis addit aliquam magnitudinem peccato, & quantum ad hoc redeunt peccata dimissa, quia nisi illa præcessissent, non esset ista magnitudo peccati.

Ad primum dici potest vno modo, quòd ex ista litera non significatur, quòd peccata redeant, quia dicitur: Sic faciet vobis pater meus cœlestis, si non remiseritis, & cœtera, idest, sicut rex tradidit dispensatorem tortoribus, donec solueret vniuersum debitum: ita Deus tradet vos in pœnas æternas, si non remiseritis: & tamen non sequitur inde, quòd peccata redeãt, cùm hoc Christus non exprimat. Et si dicas, quòd in dispẽsatore istud fuit, quia debita dimissa redierunt. Dicendum, quòd non oportet applicari omnes partes illius exempli: quia tunc oporteret dici, quòd filij, & vxor peccatoris vendantur, quod non est necessarium, cùm etiam in ipso dispensatore hoc non factum fuerit. Item, quia si applicaretur exemplum omnino, sicut iacet, cùm debita remissa dispensatori totaliter redierint, ac si nunquam ei fuissent remissa: oporteret, quòd peccata remissa per culpam sequẽtem redirent, ac si nunquam fuissent dimissa, vel saltem tota pœna debita pro eis rediret, quod nemo verum putat: ideo satis est applicari aliquam partem, scilicet, quantum ad pœnam æternam, quæ dabitur non remittentibus offensas: non autem quantum ad reditum peccatorum remissorum. Aliter potest dici, quòd verum est, quòd peccata voluit Christus redire, sicut redierunt debita dispensatoris: non tamen quòd redeant in seipsis, sed quantum ad deformitatem ingratitudinis, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd misericordia Dei exinanitur in peccante rursus quantum ad aliquid: Misericordia enim Dei per quam dimittuntur peccata, ad duo facit. Primum est ipsa remissio peccatorum, quam non ex debito, sed ex Dei misericordia consequimur. Secundum est vita æterna, qua efficimur digni per gratiam nobis à Deo datam. Quantum ad primum non exinanitur misericordia, quia remissio semel facta semper manet. Sed quantum ad secundum exinanitur, quia cùm incidit quis in peccata de nouo, ita est indispositus ad habendum vitam æternam, sicut si nunquam habuisset remissionem de peccatis præteritis.

Ad tertium dicendum, quòd peccata dicuntur operta, non quidem respectu Dei, quia ipse omnia videt: & ideo siue peccata remittantur, siue non, semper videt illa, scilicet, quòd sint, vel quòd fuerint, &

A iam non sint, sed sunt remissa: & ideo charitas non operit peccata Deo, sed destruit illa, non quidem faciens, quòd nunc non sint, quia de se cessauerunt esse, neque quòd non fuerint, quia hoc non est possibile, quia cùm semel fuerint necesse est fuisse: sed faciens, quòd non habeant aliquam vim impediendi gratiæ consecutionem, sicut impediebant ante aduentum charitatis: dicuntur ergo operiri per charitatem, idest, destrui. Vel si accipiatur propriè operiri, debet dici, quòd non operiuntur quantum ad Deum, qui omnia videt, neque etiam quantum ad homines: quia si ante aduentum charitatis homines nouerant peccata alicuius, propter superuenientem charitatem, non cessat cognitio eorum: sed est sensus, quòd sicut B peccata, quæ operta sunt in conspectu hominum, iudicantur ab eis non esse, & non insurgit ex eis aliqua infamia, ita si charitas superueniat post peccata, non reputantur illa in conspectu Dei, ac si nunquam fuissent, quia non infert pęnam pro illis.

Quõ charitas operiat multitudinem peccatorũ

Ad quartum dicendum, quòd iustitiæ eius, qui decessit in peccato mortali, non rememorabuntur quantum ad effectum habendi determinatum gradum glorię pro eis in vita æterna, quia ad illum statum non perueniet: & ita etiam pœnitentiæ iustificatio, quæ per peccata sequentia mortificata est, non faciet peruenire ad regnum: rememorabitur tamen quantum ad hoc, quod est facere præteritas culpas esse deletas, & pęnas aliquas peccatorum. Vnde aliter iudi- C cabitur in die iudicij de peccatore, qui per pœnitentiã priora peccata abluit, & postea in vno decessit, quàm de illo, qui peccans in multis nnnquam pęnituit.

Ad quintum dicendum, quòd manumissus, qui propter ingratitudinem reuocatur in seruitutem, non redit in eandem seruitutem numero, sed in aliam pœnitus sibi æqualem: nam prima seruitus interrupta est per quod esse eius cessauit: & ideo eandem redire est impossibile, & obligatio extincta non reuiuiscit eadẽ: ita peccata eadem redire est impossibile. Si autem accipiatur largè esse eandem seruitutem, quia iste est seruus nunc, sicut prius. Dicendum, quòd non est seruus ex eadem causa, ex qua prius, quia prius erat seruus ex iure gentium, scilicet, quia in bello captus est, D vel quia emptus est: nunc verò est seruus ex iure ciuili, scilicet, quia rex reducit eum in seruitutem: non quia captus fuit in bello, sed quia ingratus extitit patrono suo: ita qui peccat post remissionem peccatorum, redit in seruitutem peccati, in qua prius erat, non tamen redit ex eadem causa, idest, nõ ex actibus peccatorum, quæ prius fecerat, sed ex nouo peccato, & ingratitudine, & ita non redeunt peccata dimissa.

Ad sextum dicũt quidam, quòd pro illa parte pęnę, quæ mansit hic explenda, punietur peccator in inferno æternaliter: non quidem ratione ipsius pęnę, quia ipsa non est in se æterna, sed ratione fori, in quo punitur, cùm in inferno non sit pœna aliqua, nisi æterna: sicut est de peccatis venialibus: nam peccato veniali E secundùm se, non debetur pęna æterna, neque locus inferni: & tamen si quis in venialibus, & mortalibus simul decedat, punietur in inferno tam pro venialibus, quàm mortalibus: & etiam pęna ipsorum venialium erit æterna, & hoc per accidens. Sed dicendum, quòd non stat, nam pro veniali benè datur pęna æterna in inferno, eo quòd moriens in veniali, & mortali, nunquam habet remissionem alicuius peccati, cùm venialia nunquam tollantur sine mortalibus: & ita manent semper venialia in inferno, & tamen quamdiu peccatum manet, semper competit pęna pro illo, ideo pro peccato veniali dabitur pęna æterna. De pęna autem residua hic secus est, quia pęna non habet secum culpam aliquam: ideo eo quòd soluitur

Peccato veniali secundum se nõ debetur pęna æterna, neque locus iferni, sed p accidẽs.

expiatur

expiatur tolerando eam finitur, & non habet causam manendi semper. Et ideo dicendum, quòd pro pœna cuius est aliquid debitor post pœnitentiam inceptam, & non finitam remisso iam peccato, non punietur peccator æternaliter in inferno, sed temporaliter: & non sequitur aliquod inconueniens, quia non est ideo redemptio: nam licèt illa pœna finiatur, non finitur vnquam pœna debita pro mortali, in quo quis decessit: etiam non est inconueniens, quòd finita pęna illa minuatur pœna alicuius damnati, scilicet, prius tolerabat pœnam pro peccatis, in quibus decessit, & pro pœna inexpleta hic. Cùm autem pœna hic non expleta fuerit ibi finita, manebit solùm pœna pro peccatis, in quibus decessit peccator: sed non est inconueniens, saltem vsque ad diem iudicij, quia vsque illuc contingit augeri, & minui.

G

Ad septimum dicendum, quòd peccatum mortale sequens, non mortificabat merita præcedentia, quin in se essent viua: vnde in gloriam electorum cedebāt, sed mortificabantur solùm quantum ad illum, cuius erant, qui impediebatur à consecutione effectus ipsorum: & ideo remoto impedimento manent in sua efficacia, etiam quantum ad istum. De peccato autem quod per pœnitentiam mortificatur secus est, quia non solùm mortificatur, sed etiam moritur: bona opera autem per peccatum sequens non moriuntur, sed mortificantur: nam si morerentur, nunquam reuiuiscerent: peccatum autem quod per pœnitentiam moritur, non solùm mortificatur quantum ad peccantem, sed etiam in seipso, & ita nullo modo manet: & sic magis potens est pęnitentia in destruendo omnia peccata, quàm peccata in mortificando bona opera præcedentia, & in impediendo gratiam. Ratio diuersitatis est, quia remissio peccatorum est principaliter opus Dei: mortificatio autem meritorum præcedentium est opus hominis: homo autem sua actione non potest euacuare totaliter opus Dei, quamuis possit facere, vt sibi non prosit impediendo: & ideo homo per peccatum sequens non potest annihilare remissionem peccatorum præcedentem: potest autem per suam actionem euacuare aliquid, quod per ipsum factum est: & ideo potest mortificationem meritorum suorum præcedentium, quæ ab ipso facta fuit, per merita sequentia pęnitus annihilare, & hoc maximè, quia merita sequentia, non sunt pœnitus humanum opus, sed maximè diuinum.

H

Ad octauum dicendum, quòd Augustinus dicit: Deum reuocare priora peccata, & replicare illa: non quidem faciendo, quòd illa in seipsis redeant, quod est impossibile, vt supra ostensum est. Neque etiam, quòd tota pœna, quæ prius erat pro eis debita, & remissa, detur nunc, quia est absurdum, sed redeunt quantum ad deformitatem ingratitudinis in peccatis sequentibus, vt declaratum fuit. Et hoc modo potest responderi ad omnes auctoritates, quæ de ista replicatione, & reditu loquuntur. Sic dicit Ambrosius super Epistolam ad Ephesios. Donate inuicem si alter in alterum peccet, alioquin Deus repetit remissa: si enim in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiā, per quam misericordiam dederat, sicut in Euangelio de Seruo nequā legitur dicitur, repetere remissa, non quidem debitam pœnam pro remissis, si illa fuerat remissa, vel soluta, sed inquantum pro remissis sequitur aliqua grauitas in peccato sequēte, quæ non esset, si Deus non remisisset peccata, & pro illa grauitate peccati, respondebit quædam pęna, & quantum ad illa repetuntur dimissa, & reuocatur sententia. Alia est auctoritas Rabani, scilicet, neque seruum tradidit dominus tortoribus, quousque red-

I

K

F

deret vniuersum debitum, quia non solùm peccata, quæ homo post Baptismum egit, reputabuntur ei ad pœnam, sed etiam peccata originalia. Quòd enim de alijs peccatis dicit reputari ad pœnam, est intelligendum, vt supra, quòd si aliqua pœna manebat inexpleta per pœnitentiam, illa etiam manet: & tamen illa non dicitur redire: quia semper mansit: si autem tota expleta est, non redibit nunc aliqua, sed imputatur pœna quantum ad deformitatem ingratitudinis, vt dictum est. Quòd verò de originalibus dicit, non est intelligendum, quòd eiusdem hominis sint multa originalia, quæ redeant, quia cùm originale non fiat per actum, sed contrahatur per originem, cùm cuiuslibet sit vnica origo, erit vnicum originale, sed vocantur originalia respectu multorum hominum, quia quilibet vnum contraxit. Quòd verò dicitur, quòd replicantur, vel redeunt: est intelligendum non quantum ad maculam, vel reatum pœnæ damni, quæ debetur pro originali, sed redit originale quantum ad deformitatem ingratitudinis: nam remitti nobis originale peccatum fuit quoddam diuinum beneficiū, & post illud peccare ad ingratitudinem pertinet, & tamen inquantum originale est minus quàm actuale, & debetur ei minor pęna, erit eius remissio minus beneficium, & peccare post remissionem talem erit minor ingratitudo, quàm peccare post remissionem actualium. Alia est auctoritas Beati Gregorij, scilicet: Ex dictis Euangelicis constat, quòd si non ex corde dimittimus, quod in nos delinquitur, hoc rursus exigitur, quod dimissum nobis per pęnitentiam gaudebamus. Dicendum, quòd non exigitur quantum ad hoc, quòd pęna, quę soluta est rursus soluatur, sed quantum ad grauitatem, quæ fit in sequentibus peccatis ex ingratitudine remissionis præteritæ. Alia est auctoritas Augustini in quadam Homilia. Qui diuini officij oblitus suas vult vindicare iniurias, non solùm de futuris pęnis veniam non merebitur: sed etiam præterita, quæ iam sibi dimissa credebat, ad vindictam replicabuntur. Et dicendum, quòd verè peccata dimissa sunt, siquis pęnitentiam sufficientem hic expleuerit, & non replicantur ad vindictam peccata præterita, idest, quòd pęna pro illis toleretur, sed inquantum omnis pęna peccati vindicta vocatur, & quia quędam grauitas est in peccatis sequentibus propter præterita dimissa, & quia pro illa grauitate, respōdet illud augmentum in pęna, quod non esset, nisi esset illa grauitas, & nisi essent peccata præterita remissa: ideo illud augmentum pęnę quodammodo datur pro peccatis præteritis: & ita quodammodo peccata præterita redeunt, & aliæ multæ sunt similes auctoritates, quæ prædicto modo intelligendæ sunt.

Peccatum originale non fit per actum, sed contrahitur per originem.

Quomodo se habeat ista ingratitudo, & an sit peccatum speciale.

Quæstio CXLI.

QVAERETVR, cùm dictum fuerit redire peccatum quantum ad ingratitudinem, quomodo se habeat ista ingratitudo: & an sit speciale peccatum. Aliqui dicunt, quòd non, quia quod inuenitur in omni peccato, nō est speciale peccatum, sed ingratitudinem incurrit homo per quodlibet peccatum: quia Deum, qui est maximè beneficus nobis, offendimus in quolibet peccato, ergo ingratitudo nō est speciale vitium. Item omne peccatum speciale opponitur alicui virtuti speciali: sed non est assignare aliquam virtutem specialem, cui opponatur ingrati-

gratitudo, cùm sit contra omnes virtutes, quia omnes à Deo ex gratia conferuntur: ergo non est speciale peccatum.

Dicendum, quòd ingratitudo aliquando accipitur, vt peccatum speciale. Aliquando autem, vt deformitas annexa omni peccato. Pro quo sciendum, quòd ingratitudo, idest, non gratitudo dicit priuationem actionis gratiarum, idest, quòd gratias debitas non soluit: actio verò gratiarum respicit rationem, quia non fiunt gratiæ, nisi danti: est autem datio duplex, quæ respicit debitum, alia non. Et prima dupliciter, quia prima respicit debitum existens, sicut cùm quis offert alteri, quod ei debet. Secunda respicit debitum futurum, scilicet, quia quis dat aliquid, vt faciat aliquam rem esse sibi debitam, quæ non erat prius debita, sicut in emptione dat emptor precium, vt res empta fiat sibi debita, vtraque autem datio pertinet ad iustitiam, siue commutatiuam, siue distributiuam. Alia est datio, quæ non respicit debitum aliquo modo: & hæc dicitur donatio, eo quòd liberalitatem respicit, & quia ad hanc dationem nihil inclinat, nisi voluntas dandi: ideo gratuita dicitur, & tali dationi propriè competit gratiarum actio: & hoc est, vt quilibet pro gratia sibi facta retributionem faciat secundùm suum modum, & quia ista gratiarum actio est debita, vbi præcessit gratuita donatio: si cesset quis à gratiarum actione, est ibi priuatio actionis gratiarũ: & talem vocamus ingratitudinem, & ingratum eum, qui cessat à gratiarum actione: & quia contingit magis, & minus teneri ad gratiarum actiones, & ab illis magis, & minus discedere: quantomagis discesserit quis ab ista gratiarum actione, est magis ingratus. Vnde in ipsa ingratitudine assignantur gradus. Primus est, quando quis in effectu attribuere aliquid pro susceptis beneficijs negligit, licèt beneficia agnoscat, & æstimet esse beneficia. Secundus est, quando quis beneficia in affectu contemnit. Tertius est, quando beneficia obliuiscitur. Quartus, & vltimus est, vt contra beneficiantem aliquid operetur indebitè. Habent se isti gradus per ordinem, quia sequens præsupponit præcedentem, & est grauior illo: nam contemnere beneficia est grauius, quàm nihil retribuere, quia aliqui sunt, qui nihil retribuunt fortè ex auaritia, aut vt non cogantur laborare in hoc, & tamen æstimant beneficia collata sibi magna esse, in quo honorem quendam exhibent donatori, qui verò contemnit in animo, non retribuit quidquam, & insuper quodammodo negat data beneficia, vel partem eorum, cùm minuat æstimationem illorum contemnendo ea. Tertius modus est grauior, scilicet, cùm quis obliuiscitur: nam obliuisci magis est, quàm contemnere, quia qui contemnit, tenet beneficia in aliqua reputatione, licèt in pauca, qui obliuiscitur in nulla tenet, & consequenter, neque retribuere quidquam potest pro eo quod esse nescit. Quartus est omnibus deterior, quia tres primi cessant à gratiarum actione, quartus verò non solùm cessat, sed etiam malum infert. Dicendum autem, quòd ingratitudo quantum ad primos tres modos est semper peccatum speciale, sed quantum ad quartum est deformitas annexa peccato. Primò patet, quia primi tres modi sunt tres modi cessationis à gratiarum actione: nam quidam cessant non retribuendo: alij non retribuendo, & contemnendo, alij obliuiscendo: & ista tria opponuntur gratiarum actioni, cùm gratiarum actio circa beneficium dicat recordari illius, & magnipendere illud: & iuxta possibilitatem pro illo aliquid retribuere, cessare ab aliquo istorum est incurrere in aliquo istorum trium modorum dictorum cessationis a gratiarum actione, & quia actio gratiarum est actus iustitiæ: non inquantum communicamus legaliter, sed moraliter: ingratitudo opponitur iustitiæ inquantum cessamus à solutione eius, quod moraliter, & naturaliter debitum erat: & isti tres modi sunt eiusdem vitij, & opponuntur eidem virtuti iustitiæ. Secundum patet, quia ingratitudo sic est facere aliquid indebitum contra benefacientem: inquantum enim ponitur fieri aliquid indebitè ponitur esse peccatum, quia omne peccatum dicit indebitum: & ista est ratio communis peccati, & non tangitur aliquid speciale: inquantum verò dicitur contra benefacientem, additur circunstãtia aggrauans, & quantum ad hoc dicitur ingratitudo, scilicet, quia est contra benefactorem, & concordat aliqualiter cum alijs modis ingratitudinis, necesse est autem istam ingratitudinem esse in quolibet peccato, quia quodlibet peccatum est contra Deum, licèt quædam sint solùm contra Deum, alia contra Deum, & proximum: & quia quodlibet peccatum est malum: facimus aliquod malum contra Deum in quolibet peccato: & quia Deus est maximè beneficus nobis, necesse est, quòd in quolibet peccato offendamus nostrum benefactorem, & ita in quolibet peccato est ingratitudo, vt circunstantia consequens istum, & aggrauans: & isto etiam modo quodlibet peccatum post remissionem præcedentium peccatorum ingratitudinem habet annexam: & ita ingratitudo illa, secundùm quam dicuntur redire peccata, non est speciale peccatum, quia pertinet ad quartum modum, scilicet, quia qui peccat post remissionem peccatorum facit malum contra Deum, qui benefecit ei remittendo priora peccata: & ita est ibi ingratitudo secundùm quam aggrauatur peccatum. Sed obijcietur, quòd ista ingratitudo secundùm quam peccata redire dicuntur; non solùm est quando quis peccat post remissionem peccatorum, sed etiam in primo peccato: nam ille, qui peccat, ante hoc receperat à Deo beneficia multa: licèt non remissionem peccatorum, & peccando facit malum contra ipsum, qui sibi benefecerat, & ita incidit in ingratitudinem: ergo non magis diceretur redire peccata post remissionem, quàm prius, cùm etiam in primo peccato sit ingratitudo. Dicendum, quòd vbique est ingratitudo, & tamen ante remissionem peccatorum nullum peccatum redire potest, quia redire peccatum est, quòd prius fuerit, & esse cessauerit, & deinde sit: & tamen siue quis committat vnicum peccatum, siue plurima ante remissionem peccatorum non redeunt, quia adhuc omnia manent, neque esse desierunt: postquam autem remissa sunt, cùm cessauerint tunc esse, poterit dici, quòd iterum redeant, si aliquo modo incipiant imputari, & tamen imputantur quantum ad grauitatem deformitatis ingratitudinis, vt dictum est præcedenti quæstione: ideo peccata præterita redeunt per sequentem culpam in eo cui remissa sunt: non autem in eo cui non fuerant remissa.

Ad primum dicendum, quòd ingratitudo non est peccatum generale, sed speciale quantum ad tres modos. Quantum verò ad quartum modum, etiam dicit rationem specialem priuationis actionis gratiarum, & tamen est circunstantia consequens omne peccatum: sed non sub ratione communi, sed sub ratione speciali priuationis gratiarum actionis, & tamen istam circunstantiam esse contingit in omni peccato. Cùm verò dicitur, quòd sit generale peccatum, quia inuenitur in omni peccato. Dicendum, quòd non sufficit, quia ad esse generale peccatum non solùm requiritur, quòd inueniatur in omni peccato, sed etiam quòd nunquam inueniatur sine illis per se: nam si aliquando inuenitur per se:

tunc

In ingratitudine quatuor assignãtur gradus.

Ratio, q̄ ingratitudo nō sit peccatum speciale.

Quodlibet peccatum est cōtra Deum.

Deus est nobis maximè beneficus.

Ad 1. rationem opin. in principio positę.

tunc oportet, quòd habeat rationem ſpecialem, & tunc licèt inueniatur in alijs, non erit aliquid commune, ſed inuenietur in illis ſecundùm rationem particularem, quam accidit inueniri in multis: & ita eſt de ingratitudine. Nam per accidens inuenitur in quolibet peccato: non eſt enim ingratitudo in quolibet peccato ſecundùm rationem peccati, ſed ſecundùm accidens, ideſt, inquantum peccamus contra Deum, quem accidit eſſe beneficum nobis quantum ad hoc, quod eſt peccare in ipſum. Inquantum autem peccatum eſt contra hominem, interdum inuenitur in illo iſta circunſtantia ingratitudinis, & interdum non.

Ad ſecundum dicendum, quòd ingratitudo eſt ſpeciale vitium, & opponitur ſpeciali virtuti: nam quantum ad tres modos primos ingratitudinis inuenitur per ſe ſemper ingratitudo, & non eſt circunſtantia annexa alicui alteri vitio: vt autem eſt quartus modus, dicit etiam rationem ſpecialis vitij, & tamen accidit inueniri in quolibet vitio, vt illud eſt contra Deum. Et dicendum, quòd ſpeciali virtuti, ideſt, iuſtitiæ opponitur, quia ingratitudo, vt dictum eſt, tollit gratiarum actionem, qui eſt actus iuſtitiæ: quia ille, qui prius donauit, conſtituit ſibi debitorem illum, qui retribuit, quamuis debitum iſtud cauſare non intenderet, quia aliàs non eſſet gratuita donatio, quæ primò fuit. Cùm autem dicitur, quòd opponitur ingratitudo omnibus virtutibus, quæ ex gratia Dei donantur. Dicendum, quòd ex hac radice, non ſolùm non opponitur omnibus, imò nulli opponi poteſt, quia virtutes non accipiuntur tunc, vt habitus, ſed vt res donatæ: res autem donatæ ſunt materia virtutis liberalitatis, vel magnificentiæ: materiæ autem virtutis non opponitur aliquis habitus bonus, aut malus, ſed circa illam eſt: ſed habitus opponitur habitu, & actus actui, & ita ingratitudo, non opponitur virtutibus gratis datis, quia tunc etiam opponeretur denarijs, vel pulchritudini gratis datis, quod ridiculum eſt: ſed opponitur gratitudini, ideſt, iuſtitiæ per quam reditiui ſumus gratiarum actiones ſecundùm quòd obligamur.

An magis ingratus ſit innocens peccando, vel pœnitens, cui aliquando peccata remiſſa ſunt,

Quæstio CXLII.

QVAERETVR, cùm in quolibet peccato ſit annexa circunſtantia ingratitudinis, vt dictum eſt præcedenti quæſtione, quis ſit magis ingratus, an innocens peccando, an pœnitens, cui aliquando peccata dimiſſa ſunt. Aliqui dicunt, quòd ſit magis ingratus innocens: ille enim fit magis ingratus per offenſam, qui tenetur ad maiores gratiarum actiones, ſed innocens magis tenetur, quàm pœnitens inquantum nobilius donum accepit à Deo: ergo magis ingratus eſt peccando. Secundò videtur, quòd ſaltem non ſit minus ingratus, quia ſicut homo per Dei gratiam releuatur à caſu, ita per gratiam tenetur, nè cadat, ſed ingratitudo importat contemptum gratiæ: ergo non minus erit ingratus innocens contemnendo gratiam ſuſtentantem, quàm pœnitens contemnendo gratiam releuantem. Alij dicunt, quòd magis eſt ingratus pœnitens, quàm innocens, quia qui magis tenetur ad gratiarum actiones, ſi peccat, eſt magis ingratus, ſed ille ad plura tenetur, cui plura dimiſſa ſunt, ſicut dixit Chriſtus Lucæ ſeptimo: approbando ſententiam Simonis, quòd plus diligit, ideſt, plus diligere obligatur ille, cui plura dimiſſa ſunt, ſed plura dimiſſa ſunt pœnitenti, quàm innocenti, ergo pœnitens

F ſi poſtea peccat magis ingratus eſt, quàm innocens. Dicendum autem, quòd tam innocenti, quàm pœnitenti aliquid remiſſum eſt: nam non eſt innocens, niſi qui in nullo peccato eſt: & tamen omnis talis fuit aliquando in peccato, ſcilicet, originali, quod remiſſum eſt ad hoc, quòd innocens fieret, & ideo quilibet tam pœnitens, quàm innocens habuit iam aliquam remiſſionem peccati, ſed innocentem vocamus eum, qui nullum peccatum fecit, licèt aliquod contraxerit: pœnitentem, autem eum, qui aliqua peccata fecit, quæ ei dimiſſa ſunt per actum pœnitentiæ. Et tunc ſtat dubium, & dicendum, quòd ſolutio pendet ex hoc, quòd ſciatur quis magis tenetur Deo: nam qui magis tenetur, ſi contemnat, eſt magis ingratus: &

G quia homo tenetur Deo pro bonis ſuſceptis ab eo, eſt videndum, quæ ſunt maiora dona, an innocentis, vel pœnitentis. Et dicendum, quòd aut comparantur abſolutè innocens, & pœnitens quantum ad omnia dona, quæ habent, vel receperunt, vel ſolùm quantum ad donum, quod eſt eſſe innocentem, & donum, quod eſt eſſe pœnitentem. Accipiendo primo modo non poteſt dari aliqua certa regula, quia interdum ſunt plura dona innocentis, & aliquando pœnitentis. De primò, vt Domina noſtra fuit innocens: & tamen dona ei collata erant maiora, quàm dona data decem millibus pœnitentibus. De ſecundo, Petrus fuit pœnitens, & Magdalena: maiora tamen fuerunt dona eis data, quàm decem millibus puerorum manen-

H tium in innocentia: & tali modo nulla comparatio certa haberi poteſt. Accipiendo ſecundo modo, eſt certa comparatio, quia conſideratur ſolùm hoc donum, quod eſt eſſe innocentem, quod à Deo eſt, & hoc donum quod eſt pœnitere de peccatis. Eſt enim donum innocentiæ, quòd conſeruatus fuerit homo, nè in peccata inciderit quod per ſe non poterat: donum autem pœnitentiæ eſt, quòd de peccatis reſurgat. Accipiendo igitur hoc modo, dicendum, quòd quantum ad aliquid eſt maius donum innocentis, quàm pœnitentis, & quantum ad aliquid eſt è contrario: ipſa enim gratiarum actio reſpicit donum, non ſolùm quantum ad quantitatem eius in ſe, ſed etiam quantum ad modum gratuitæ donationis, & ex ambobus accipit magnitudinem, vt dicatur vnum do-

Donum innocentiæ quid ſit, quidve donum pœnitentiæ.

I num maius, vel minus alio, & ita tam maiori dono in ſe, quàm magis gratis dato debetur maior gratiarum actio: conſiderando ergo quantitatem doni in ſe maius eſt donum innocentiæ, quàm pœnitentiæ, quia eſt honorabilius, quia maius iudicatur, quòd quis nō permittat alium cadere, qui aliàs neceſſariò caſurus eſſet, quàm quòd eum, quem tenere poterat, non curet tenere: ſed poſtquam corruerit, eleuet eum, qui ſe aliàs eleuare non poſſet. Conſiderando tamen modum gratuitæ dationis, magis tenetur pœnitens, quàm innocens: nam quanto quis eſt magis elongatus à debito recipiendi: tanto donatio ei facta magis gratis fit, ſaltem ex parte eius, qui recipit: licèt ipſe dans æquali

Quò magis Deo pœnitens quā innocens teneatur.

K liberalitate ſe omnibus communicet: magis autem elongatus eſt pœnitens à debito recipiendi remiſſionem peccatorum, quàm innocens à debito recipiendi conſeruationem innocentiæ: quia licèt Deus nulli teneatur, cùm nemo ſibi prius aliquid dederit, quàm reciperet ab eo, vt Deus teneretur retribuere. Iſaiæ quadrageſimo: tamen magis elongatus eſt, qui ex parte ſua maiorem indiſpoſitionem ad recipiendum habet: pœnitens enim quando recipit à Deo donum pœnitentiæ, eſt in peccato, & ita ex ſe eſt indiſpoſitus ad bonum, cùm potius mereatur malum: innocens autem recipit donum conſeruationis poſtquam innocens eſt, & poſtquam innocens manet: nam quando fit innocens, ideſt, liberatur de peccato originali, non

recipit

recipit conseruationem innocentię, sed innocentiam, vel remissionem peccati originalis: non ergo recipit conseruationem innocentiæ, nisi postquam effectus est innocens: & quamdiu manet innocens: & tamen tunc non est aliqua indispositio ex parte eius, quia bonus est, ideo magis elongatus est peccator à debito recipiendi remissionem peccatorum, & donum pœnitentiæ, quàm innocentia à debito recipiendi conseruationem innocentiæ: & ideo ex parte doni in se maius est donum innocentiæ conseruatæ: sed ex parte gratuitæ donationis maius est donum pœnitentiæ: & ideo aliquo modo tenetur magis innocens, & aliquo modo tenetur magis pœnitens: & consequenter aliquo modo erit magis ingratus innocens, & aliquo modo pœnitens: & tamen si absolutè comparetur, quid sit maius simpliciter donum seruatæ innocentiæ, vel remissio peccatorum, siue gratia pœnitentiæ, videtur maius esse donum conseruatæ innocentiæ, & ita potest ad vtraque responderi.

Ad primum dicendum, quòd nobilius donum est innocentis, quàm pęnitentis: & tamen non sequitur, quòd sit maius, quia donum non accipit magnitudinem ex sola quantitate rei donatæ, sed etiam ex grata donatione: & quia licèt res donata innocenti sit in se maior: res tamen donata pœnitenti est magis gratuitè data: potest vocari vtrumque maius altero diuersa ratione, cũ vtrumq; det magnitudinem dono.

Ad secundum dicendum, quòd vterque contemnit gratiam, & ideo vterque est ingratus: & tamen ex hoc non apparet quis magis contemnit quousque appareat, cui maius donatum est, vt supra apparet.

Ad argumentum alterius partis dicendum, quòd magis tenetur diligere ille, cui plura remissa sunt: quando vtrique aliquid remissum est: quia hic Christus loquitur de duobus debitoribus, quorum vnus debebat quinquaginta, & alius quingentos, & vtrique remissum est totum debitum, & concluditur, quòd magis tenetur diligere ille, cui plura remissa sunt: & tamen quando alicui remissum est debitum, & alter nihil est remissum, sed aliquid est donatum, non potest esse ista comparatio inter eos, sed est quasi comparatio æquiuoca, quæ tamen potest reduci ad vniuocum: vt siquis remisit debitori decem, & alteri, nihil debenti donauit tria: maius est beneficium remissionis, quàm donationis: si tamen donauit duodecim, maius est beneficium donationis, quàm remissionis: ita est inter innocentem, & pœnitentem, quia innocenti nihil dimittitur conseruando eius innocentiam, sed donatur: pœnitenti autem remittitur debitum peccatorum: & ideo licèt multa remittantur pœnitenti, & nihil remittatur innocenti: poterit esse maior obligatio, & maius beneficium innocentis. Sed dicetur, quòd etiam innocenti remittitur peccatum: quia nemo est innocens, qui prius de lege communi non fuerit in originali, & illud dimittitur ei, antequã efficiatur innocens. Dicendum, quòd verum est: & tamen non est illud, in quo comparantur innocens, & pœnitens: sed innocens comparatur pœnitenti in dono conseruatæ innocentiæ, quæ non est remittere peccatum, sed conseruare, nè cadat in peccatum postquam factus est innocens. Si autem velimus accipere innocentem, vt remittitur sibi peccatum. Dicendum, quòd tunc non est innocens, sed fit innocens: & quando datur ei donum, non datur innocenti, sed peccatori, vt fiat innocens, & tamen non vocatur adhuc pœnitens, quia licèt remittatur ei peccatum, non concurrit ibi proprius actus, qui est necessarius in pœnitente, vt dicatur pœnitens, ideo innocenti, nihil remittitur, sed pœnitenti.

A *An ingratitudo faciat tantum reatum pœnæ quantum omnia peccata dimissa antequam dimitterentur.*

Quæstio CXLIII.

QVAERETVR, cùm peccata remissa dicantur redire per ingratitudinem, vt dictum est supra quæst. 140. an illa ingratitudo faciat tantum reatum pœnæ quantum omnia peccata dimissa, antequã dimitterentur. Aliqui dicunt, quòd sic: quia quantum est beneficium præstitum, tanta est ingratitudo contemnentis. Sed quantum est peccatum commissum, tantum est beneficium remissionis: ergo tanta B est ingratitudo quantum fuit peccatum præcedens, & ita tantus erit reatus pęnæ eius, qui recidiuat in peccatum, quantus fuit antequam remitterẽtur peccata. Secundò patet, quia non possunt aliqua commensurari, nisi secundùm quantitatem quam habent, sed reatus recidiuantis in peccatum mensuratur secundùm quantitatem peccatorum dimissorum, quia quanto plura, & maiora peccata sunt alicui dimissa, tanto efficitur magis ingratus contemnendo: ergo reatus totus peccatorum præcedentium redit per recidiuationem. Dicendum, quòd aliqui voluerunt, quòd per peccatũ recidiuantis rediret tantus reatus pœnæ quantus erat omnium peccatorum præcedentium remissorum, idest, tantam pœnam toleraturus sit pro hoc peccato, C quantam pro omnibus, quæ commiserat prius, & dimissa erant. Sed dicendum, quòd non stat, quia quãtitas reatus sequitur quantitatem pœnę: est enim reatus obligatio ad pœnam: & quia pœna directè datur pro peccato, quantum est peccatum, tanta est obligatio ad pęnam: quantitas autem peccati, per quod quis recidiuat, est valde minor, quàm omnium peccatorũ remissorum, & hoc interdum ex genere suo, vt si cõmiserit quis multa peccata: quorum quodlibet sit magnum ex genere, vt homicidium, vel adulterium: & ista remissa sint, & postea committat vnum, quod sit minus ex genere quolibet illorum. Interdum autem peccatum sequens est minus, quàm præcedentia, ex magnitudine aggregationis: & quia licèt pecca- D tum sequens sit interdum maius ex genere quolibet peccato de remissis: tamen si illa erant multa valde, necesse est, quòd illis simul correspondeat maior pęna, quàm illi vni, quod est maius ex genere: & ita cum peccatum sequens, non sit æquale peccatis remissis, non erit reatus consurgens æqualis reatui pęnę omnium peccatorum remissorum. Nisi fortè dicatur, quòd circunstantia ingratitudinis addita peccato isti faciat illud maius omnibus præcedentibus. Sed hoc non stat: quia ingratitudo ista in peccato isto est ex hoc, quòd iste facit aliquid indebitè contra Deum, qui est beneficus huic homini: erit ergo mensura ingratitudinis secundùm mensuram indebiti: nam si fieret debitè, etiam si contra Deum E fieret, non esset peccatum, si stare posset, quòd aliquid faceremus contra Deum, & non fieret indebitè: mensura autem indebiti in opere accipitur ex genere operis, cùm ex genere suo accipiat esse indebitum: ideo quantitas peccati, quam habet actus ex suo genere dat quantitatem ingratitudinis, vnde quantitas ingratitudinis non potest esse maior, quàm sit quantitas ipsius peccati per se: non quidem, quòd quantitas ingratitudinis, nihil addat ad quantitatem peccati per se, sed quòd illa ingratitudo addita peccato, non facit maiorem quantitatem mali, vel indebiti, quàm sit quantitas peccati in se, non accipiendo ingratitudinem, ita quòd cum ingratitudine comparatum non est duplum ad seipsum assumptum

sine

sine ingratitudine. Dicendum ergo, quòd reatus peccati hominis recidiuantis, non surgit tantus secundùm quantitatem absolutam, quantus erat reatus peccatorum remissorum: sed redit æqualis secundùm proportionantem, scilicet, quòd quanto fuerunt maiora peccata, quæ dimissa fuerunt: tanto fuit beneficium remissionis maius: & quanto fuit beneficium maius, tanto fuit ingratitudo maior, & sic aliquo modo quantitas peccatorum remissorum manet in ingratitudine recidiui, sed non secundùm quantitatem absolutam: ita quòd tantus sit reatus istius peccati, per quod quis nunc recidiuat, quantus fuit omnium peccatorum remissorum simul sumptorum. Et hoc patet, quia etiam peccatum, & beneficium remissionis, non sunt æqualia in quantitate absoluta: quia maius est beneficium remissionis, quàm fuerit peccatum: quia spiritualia facilius construuntur, quàm destruantur: facere autem peccatum est construere quoddam malum, remittere autem est destruere illud: & ita maius est remittere, quàm peccare: & ideo non est eadem quantitas beneficij remissionis, & peccati remissi: & ita etiam ingratitudo non est æqualis peccato remisso secundùm quantitatem absolutam: vnde non potest inde inferri, quòd reatus insurgens ex peccato sequenti, sit tantus, quantus reatus omnium peccatorum remissorum: cùm tamen dicitur, quòd proportionaliter secundùm magnitudinem peccatorum est magnitudo reatus peccati sequentis post remissionem, non est verum quantum ad totum reatum peccati: sed solùm quantum ad magnitudinem, quam facit in reatu circunstantia ingratitudinis. Nam si duobus dimissa sunt peccata omnino æqualia, non est necesse, quòd peccatum, quod eorum vterque fecerit, sit æqualis reatus: quia si peccata aliàs in se sunt inæqualia ex genere suo, reatus inde consurgentes erunt inæquales. Et eodem modo si cui dimissa fuerint plura peccata, quàm alteri, non est necesse, quòd peccatum illius post remissionem sit maioris reatus, quàm peccatum alterius, cuius pauciora, & minora peccata dimissa sunt: cùm possit esse è contrario: vt si ille, cui pauciora dimissa sunt, committat nunc homicidium, vel apostasiam à fide, & ille cui dimissa sunt maiora, comittat solùm peccatum iræ leuis, vel mendacij parum perniciosi: nam certum est, quòd totus reatus insurgens ex peccato isto apostasiæ, vel homicidij, cui est annexa pauca ingratitudo est maior, quàm totus reatus iræ, vel mendacij cum circunstantia magnæ ingratitudinis, cùm ista ingratitudo non sit quanta fuerunt peccata remissa, neque etiam tanta quantum est ipsum peccatum, cuius est circunstantia, vt ostensum est: sed existentibus æqualibus ex genere, & aliàs peccatis, quæ committunt duo homines, necesse est, quòd illud habeat maiorem reatum pęnæ, quod commissum est post remissionem plurium, aut maiorum peccatorum: quia ibi est maior ingratitudo, quæ aggrauat, & addit in reatu pęnæ peccati. Sciendum etiam, quòd peccata remissa dicuntur redire, non solùm quando quis peccat in primo peccato post remissionem peccatorum: sed etiam omnibus alijs vicibus possunt dici redire largè: quia iste reditus non est, nisi quantum ad circunstantiam ingratitudinis, vt ostensum est supra quæst. 140. & tamen non solùm in primo peccato post remissionem committit ingratitudinem, qui peccat: sed etiam in omnibus alijs: ideo possent in quolibet peccato dici redire, quia tanta ingratitudo est in secundo peccato post remissionem, quanta in primo: & ita de alijs. Et ideo id propter quod dicuntur peccata redire, ita in secundo, & ter- F tio, & sequentibus peccatis, sicut in primo peccato: & tamen non dicimus propriè tunc redire peccata, sed solùm in prima vice: quia ad hoc, quòd peccata redeant, oportet quòd aliquando fuerint, & desinant esse, scilicet, recedendo: & tamen postquam quis peccat post remissionem peccatorum redeunt peccata prius dimissa: & iam non recedunt quousque remittantur: ideo in secundo, & tertio, & sequentibus peccatis, quæ fiunt non interueniente remissione, non diceretur redire peccata dimissa: licèt in quolibet eorum committatur de nouo talis ingratitudo, qualis commissa est in primo peccato post remissionem peccatorum, & si postea interueniant aliæ remissiones peccatorum, & post illas sequatur peccatum: non solùm redibunt peccata, quæ G immediatè ante hoc facta fuerant: sed etiam omnia peccata, quæ facta sunt à principio vitæ, etiam si millesies fuerint remissa: sed quotiens de nouo peccatur, totiens peccata prius remissa per totam vitam redeunt.

Spiritualia facilius cōstruuntur, quàm destruantur.

Ad primum dicendum, quòd falsum est: quia non est tanta ingratitudo secundùm quantitatem absolutam, quanta fuit remissio, neque quantum fuit peccatum remissum: sed solùm secundùm proportionem, vt declaratum est: ideo consurgit tantus reatus proportionaliter, sed non secundùm quantitatem absolutam.

Ad secundum dicendum, quòd reatus peccati hoH minis recidiuantis quantum ad ipsum peccatum, consideratur ex genere peccati, quantum verò ad circunstantiam ingratitudinis pro qua respondit aliquid in pęna, commensuratur secundùm peccatorum dimissorum quantitatem: non tamen secundùm quātitatem absolutam eorum, quod esset fieri illis æqualem, sed secundùm quantitatem proportionis: idest, quòd quanto plura, aut maiora fuerint peccata remissa: tātò est maior reatus peccati sequentis quantum ad grauitatem ingratitudinis.

An peccata venialia redeant sicut mortalia.
Quæstio CXLIIII.

I QVAERETVR, an peccata venialia redeant sicut mortalia. Aliqui dicunt, quòd non: quia peccata mortalia redire dicuntur: quia non solùm ipsa redeunt, sed etiam alia redire faciunt: & tamen venialia non faciunt redire alia, quia tunc omni die redirent peccata, cùm omni die peccemus venialiter: ergo neque ipsa venialia redibunt. Secundò, quia peccatum dicitur redire per ingratitudinem, inquantum maiorem ingratitudinem facit: & tamen venialia nullam ingratitudinem faciunt: ergo non redeunt. Primum patet, quia peccata dimissa dicūtur redire per aliquod peccatum, quod de nouo facimus post remissionem peccatorum, & illud peccatum in se importat aliquā ingratitudinē: etiam si non præcessisset remissio aliorum K peccatorum, cùm alia multa beneficia recepimus etiam præter remissionem peccatorum, & vltra istam ingratitudinem propriam peccati addit aliquid de ingratitudine remissio peccatorum præteritorum, & quantum ad illud redire dicuntur. Nam si nihil adderent de ingratitudine, nihil esset per quod redire dicerentur. Secundum patet, scilicet, quòd venialia nō addunt ingratitudinem: nam peccatum grauius est, quando non est remissum, quàm postquam est remissum, & dicitur redire: & tamen veniale quando fit nō causat aliquam ingratitudinem, quia non tollit charitatem: & tamen ingratitudo tollit charitatem: ergo à fortiori post remissionem redeundo, nō faceret ingratitudinem, & consequenter non dicitur redire.

Dicen-

Dicendum, quòd venialia peccata redeunt, ſicut & A mortalia, quia reditus peccati eſt ſolùm per ingratitudinem inquantum contemnitur beneficium remiſſionis, & facimus contra illum, qui nobis benefecit: & tamen certum eſt, quòd beneficium quoddam eſt remiſſio peccati venialis, ſicut & mortalis: licèt non ſit æquale beneficium: ideo redibunt peccata venialia: ſed non quantùm ad tantam ingratitudinem. Etiam, quia peccata venialia inter debita computantur in oratione, cùm illa ſpecialiter valeat contra venialia, & tamen ab eo, qui peccat exigitur vniuerſum debitum, vt innuitur in litera, & auctoritates ſanctorum hoc dicunt, ideo etiam venialia redeunt. Sed eſt tunc dubium, an venialia redeant ſolùm quando committuntur alia venialia, vel quando committũtur tam B venialia, quàm mortalia. Dicendum, quòd quando committuntur mortalia, redeunt omnia peccata dimiſſa tam mortalia, quàm venialia: quando tamen cõmittuntur ſola venialia non veniunt venialia, neque mortalia. Et ratio eſt, quia peccatum veniale tollitur per gratiam ſuperuenientem: non tamen poteſt ipſum tollere gratiam: & ita veniale non cauſat ingratitudinem: mortale autem tollitur per gratiam ſuperuenientem: & etiam ipſum ſuperueniens ad gratiam tollit illam, & ita peccatum mortale cauſat ingratitudinem: ſed peccata dicuntur redire quantum ad ingratitudinem, ideo ſolùm illud peccatum quod cauſat ingratitudinem facit alia redire, ideo peccatum mortale facit alia redire, & etiam ipſum redit. Veniale C autem non cauſat ingratitudinem, ideo non poteſt facere, quòd peccata aliqua redeant, & ideo neque facit redire venialia, neque mortalia: & tamen ipſum redit, quia redire eſt incidere in ingratitudinem pro remiſſione peccatorum: & tamen venialia dimiſſa fuerunt ſicut & mortalia, & dimiſſio illorum fuit beneficiũ: ideo ingratitudo pro contemptu illius beneficij redit: & ita peccatum veniale redit quando committitur mortale poſt remiſſionem venialium, vel mortalium. Vnde ſiquis commiſerit venialia, & remiſſionem illorum acceperit, cùm nulla adhuc mortalia commiſiſſet, & committat primum mortale redeunt tunc ſola venialia, quia mortale nullum habet quod redire poſſet.

Ad primum dicendum, quòd peccata non redeunt D omni die, ſed ſolùm quando committimus mortale aliquod. Et dicendum, quòd licèt venialia non faciant redire alia peccata: tamen ipſa redeunt: ratio differentiæ aſſignata fuit ſupra.

Ad ſecundum dicendum, quòd veniale non tollit gratiam, ideo non cauſat ingratitudinem, vt quis ſimpliciter vocetur ingratus, ideſt gratia carens, ſed eſt aliquo modo ingratus inquantum ceſſat aliqualiter à gratiarum actione, quia ſi homo aduerteret ad Dei beneficia, nunquam eum offenderet venialiter, neque mortaliter. Aliter poteſt dici, quòd eſt ingratus peccans venialiter: non quòd gratiam per peccatum iſtud tollat: ſed quòd ad tollendum iſtud peccatum E indigeat beneficio gratiæ: nam venialia ſine gratia non tolluntur: & inquantum gratia indigent pro remiſſione dicitur ingratitudinem addere veniale ſuper mortalia, quia magis contemnit ille, qui poſt remiſſa mortalia, & venialia peccat, quàm ille, qui poſt remiſſionem mortalium ſolùm, quia contemnit gratiam remiſſionis mortalium, & venialium: & ita verum eſt, quòd addit ingratitudinem quando redit, licèt q̃n committitur non facit ingratitudinem.

Venialia peccata ſine gratia non tollũtur.

An peccatum originale redeat, ſicut cætera peccata. Quæſt. CXLV.

QVAERETVR, an peccatum originale redeat, ſicut cætera peccata. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia ſi morbus redit debet redire medela: quia aliàs eſſet morbus inſanabilis: medicina tamen contra originale eſt baptiſmus, ſed baptiſmus non poteſt iterari, ideo Neque redibit originale. Secundò, quia peccatum, quod incurrimus per actum eſt actuale, & tamen originale non eſt actuale: ergo per peccata noſtra actualia nunquam diceretur redire originale.

Dicendum, ꝙ ſicut confitemur redire alia peccata, ita oportet dici, ꝙ redeat originale. Sic dicit Rabban[9]: Nequam ſeruum tradit dominus tortoribus quoadusque redderet vniuerſum debitum, quia non ſolùm peccata, quæ homo egit poſt baptiſmum reputabuntur ei ad pœnam, ſed etiam peccata originalia, quæ in baptiſmo ſunt dimiſſa, & iſtud non habet aliquod dubium, quia vt oſtenſum fuit ſupra quæſt. 140. non redeunt peccata in ſeipſis, ſed in aliquo effectu, ſ. ingratitudine, & iſta ingratitudo eſt inquantum cõtemnitur Dei beneficium, ideſt gratia remiſſionis: ſed certum eſt, ꝙ peccatum originale ita dimiſſum eſt per gratiã, ſicut cætera peccata, ideo quandocunque quis peccauerit, non ſolùm erit ingratus pro remiſſione aliorum peccatorum, ſed etiam pro peccato originali, ideo peccatum originale ita redibit, ſicut cætera.

Ad primum dicendum, ꝙ baptiſmus eſt ſpecialiter medela contra originale, vt ipſum eſt contractum ſine actu noſtro, & ita per ſacramentum ſine actu noſtro ſaluamur, & ideo ſi originale rediret quantum ad ſeipſum, ideſt quantum ad maculam quam faciebat in anima, & carentiam charitatis, quam quis habet quandiu manet in originale, repeteretur baptiſmus: & tamen non redit originale quantum ad ſeipſum, neq; etiam aliquod peccatum hoc modo redit, ſed redit eo modo originale, quo actualia, ſcilicet quantum ad ingratitudinem: ideo non oportet, quòd repetatur ſpecialis medicina eius, ſcilicet baptiſmus, ſed quòd remittatur illa grauitas ingratitudinis eo modo, quo remittitur ingratitudo quam incurrimus pro remiſſione actualium: imò non incurrimus in diuerſas ingratitudines in eodem peccato: licèt committendo illud faciamus contra omnes remiſſiones nobis factas: contemnendo illas, quæ plures fuerũt: quia tamen contemnuntur omnes, in eodem actu non erunt ingratitudines multæ, ſed vna, quæ eſt circunſtantia annexa illi actui, & aggrauans illum: eſt enim illa ingratitudo tanto maior quanto plures, & maiores contemnuntur remiſſiones.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſi peccando in vno poſt remiſſionem incideremus in peccata præterita, non poſſemus incidere niſi in illa, quæ per actum noſtrum committuntur, & etiam in illa incidere non poſſumus, quia per vnum actum nemo poteſt incurrere niſi in vnum peccatum, & ideo ſic accipiendo, neque incurrimus in actualia mortalia neque in originale, & tamen dato quod poſſemus incurrere in actualia non incurreremus in originale, & tamen peccata non redeunt quaſi ipſa veniant per ſe, ſicut quando fiunt ſunt in ſeipſis, ſed ſolùm quantum ad ingratitudinem, quantum ad quam ita poteſt redire originale, ſicut cætera: imò redire neceſſe eſt, ideo originale redit per culpam ſequentem.

An per illa quatuor peccata, de quibus communiter dicitur, potius redeant peccata remissa quàm per alia.
Quæst. CXLVI.

QVAERETVR, an per illa peccata quatuor, de quibus communiter dicitur, redeant potius peccata remissa quàm per alia. s. apostasiam à fide, odium fraternum, contemptum confessionis siue pęnitentiæ, doloremq; quod de peccato pęnituerit. Aliq dicunt, ꝙ non magis redeunt peccata dimissa per ista quatuor quã per alia: quia aliquis est Deo ingratus ꝑ hoc, quòd contra Deum facit: & tamen sicut per ista quatuor peccata facimus contra Deum, ita etiam per alia: ergo etiam in aliis incidimus per ingratitudinẽ: sed per ingratitudinem redeunt peccata: ergo tam ꝑ alia quã per ista redeunt peccata. Secundò, quia peccatum in Spiritum sanctum est grauius cęteris peccatis, quia illud dicitur ad mortem: ergo potius debet dici, quòd per illud redeunt peccata quàm quòd nominentur specialiter ista quatuor: & ita nõ redeunt peccata specialiter per ista quatuor.

Dicendum, quòd per quodlibet peccatum mortale commissum post remissionem peccatorum redeũt omnia dimissa: ex eo quòd in commissione cuiuslibet est ingratitudo omnium remissionum factarum, & tamen peccata quædam sunt, per quę directius redeunt peccata remissa quàm alia: non quidem quasi cæteris maiora sint, sed quia magis repugnẽt remedio remissionis, sicut dicitur de peccato in Spiritum sanctum, quod est irremissibile: non quidem quòd non possit remitti, sed quia magis repugnat principio remissionis quã cętera peccata, licèt quædam alia sint grauiora quibusdam peccatis in Spiritum sanctum, & illa non dicuntur irremissibilia, quia non repugnant ita directè principio remissionis, vt ostẽsum est supra 12. ca. vbi de peccato in Spiritũ sanctum actum est: ita nunc licèt omnia peccata sint cõtra Deum, qui est remittens illa: quædam tamen sunt, quæ non solũ sunt contra remittentem, sed etiam contra remedium per quod fit remissio: & hoc non est in omnibus. Remissio enim peccatorum attribuitur primò fidei: quia q non credit iã iudicatus est, & non potest placere Deo, & hoc quia ipsum est principium iustificationis, scilicet, credidit Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam. Gen. decimo quinto, & ad Rom. decimo. Secundò attribuitur charitati, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Tertiò attribuitur pęnitentię, quæ est immediatum remedium ad remissionem peccatorum, ideo peccata, quæ sunt contra ista remedia, dicuntur specialiter facere redire alia inquantũ tollunt viam remittendi. Contra fidem autem est apostasia à fide, ideo ista ponitur prima. Contra charitatem est odium fraternum. Contra pęnitentiam sunt alia duo, scilicet contemptus pęnitentiæ faciendę, & dolere, quòd pęnitentiam fecerimus aliquando; & sic ista quatuor videntur habere specialem rationem, vt per ipsa redeant peccata, licèt non redeãt per ipsa sola, sed per omnia mortalia, & etiam non faciunt ista grauius redire peccata præterita, quam quæcunque alia. Pro quo sciendum quòd aliud est committere maiorem ingratitudinem: aliud est redire magis aut grauius peccata quantum ad ingratitudinem. Primum contingit ex duobus, scilicet ex magnitudine beneficiorum præteritorum, & ex magnitudine peccati, per quod incidimus in istam ingratitudinem. Vnde interdum duobus peccantibus cõtra benefactorem peccat magis ille, qui pauca beneficia recepit, & grauem offensam cõmittit: vt mutilando vel vulnerando, quàm ille, qui valde multa recepit & paruam offensionem committit: interdum à con-

F trario, vt si ille, qui multa beneficia recepit incussit maligno animo benefactori vnum vulnus, qui verò vnicum beneficium, & paruum recepit, intulit duo vulnera æqualia, manifestum est, quòd magis ingratus est, qui minus læsit, & maiora beneficia receperat: & in hoc non potest dari certa regula quando sit maior ingratitudo ex vna parte, & quando ex alia: sed iudicium est in particulari per prudentiam. Secundum verò, scilicet, redire magis, aut grauius peccata dimissa contingit, quando fuerint peccata remissa maiora: nam illud secundùm quod redire dicuntur peccata, non est, nisi ingratitudo ex contemptu dimissionis præteritorum, & tamen quanto plura, aut maiora dimissa fuerunt, tanto maius beneficium contemnitur,
G & consequenter maior ingratitudo est ex cõtemptu. Ista ergo quanto plura, aut maiora fuerint dimissa, tanto maius, & grauius dicuntur redire dimissa, siue illud, per quod redeunt magnum sit, siue paruum. Ista tamen quatuor dicuntur facere specialiter redire peccata propter causam dictam, & ita sunt auctoritates sanctorum communius de istis quatuor peccatis, quàm de alijs, & ita dicitur in versu.

Fratres odit, apostata fit, contemnitq; fateri.
Pœnituiße piget, pristina culpa redit.

Ad primum dicendum, quòd in commissione cuiuslibet peccati mortalis est homo Deo ingratus, & per quodlibet peccatum mortale redire dicuntur om-
H nia peccata remissa: & tamen specialius dicuntur redire per ista quatuor, quàm per alia: quia magis directè repugnant remedio, per quod peccata remittuntur, vt declaratum est.

Ad secundum, quòd ad grauitatem non solùm peccatũ in Spiritum Sanctum, sed etiam quædam alia dicuntur grauiora istis, aut aliquo istorum quatuor: & tamen non repugnant illa ita directè remedio, per qđ peccata remittuntur, sicut ista quatuor, sicut de peccatis in Spiritum Sanctum dicitur, quòd sunt irremissibilia, & tamen aliqua sunt peccata, quæ non sunt in Spiritum Sanctum, quę sunt grauiora, quibusdam peccatis in spũm sanctũ, sed illa non dicunt irremissibilia, sicut peccata in Spiritum Sanctum, eo quòd illa spe-
I cialiter repugnant principio remissionis: quod non fit in alijs peccatis, quantumcumque grauibus.

An teneatur recidiuans confiteri peccata, de quibus iam confessus fuerat, quæ recidiuando redierunt.
Quæstio CXLVII.

QVAERETVR, cùm peccata in eo, qui recidiuat redeant, an teneatur recidiuans confiteri peccata, de quibus iam confessus fuerat, quæ recidiuando redierunt. Aliqui dicunt, quòd teneatur confiteri rursus, quia quodlibet peccatũ mortale, de quo quis memoriam habet, tenetur specialiter confiteri:
K ingratitudo est peccatum grauissimum, cùm faciat redire omnia peccata dimissa: ergo tenetur illud confiteri peccator, sed non potest illud confiteri, nisi confiteatur omnia peccata dimissa: ex quorum remissione factus est nunc ingratus recidiuando: ergo tenetur omnia illa confiteri. Secundò, quia per confessionem debet manifestari sacerdoti quantitas culpæ: & tamen quantitas peccatorum omnium dimissorum quodammodo manet in peccato nunc cõmisso, vt dictũ est supra quæst. 143. & quantitas istius peccati accipitur ex quantitate peccatorum dimissorum, vt ibi dictum est: ergo tenetur confiteri omnia dimissa ad hoc, ꝙ innotescat quãtitas istius commissi.

Tertio,

Tertiò, quia secundum Gregorium, vnum peccatum disponit ad aliud, & sic vnum peccatum est causa alterius: sed morbo non potest sufficiēter dari remedium nisi causa cognita morbi, confessio tamen ad hoc fit, vt detur remediū peccanti: ergo videtur, ꝙ recidiuans teneatur confiteri oīa peccata iam dimissa, quæ nunc redeunt, & fuerunt causa huius morbi, & peccati per quod redierunt. Quartò, quia contingit aliquem post confessionem peccatorum ante peractam pœnitentiam incidere in aliud peccatum: constat autem quòd post quam de recidiuo egerit pœnitentiam tenetur satisfacere de præteritis iā dimissis: ergo videtur quòd saltem in hoc casu teneatur confiteri peccata dimissa, quæ redeunt.

B Aliqui dicunt, ꝙ non teneatur de illis repetere confessionē, quia non iudicat Deus bis in idipsum. Naum 1. ca. & tamen si teneretur peccator confiteri peccata post recidiuū, iudicaretur bis de eisdem peccatis, imò sæpius, ergo non tenetur. Secundò, quia dicitur de pœnit. dist. 1. c. in secunda: non est necesse, vt qui semel sacerdotibus confessi sumus, denuo cōfiteamur, sed lingua cordis, & non carnis apud verum iudicem ea confiteri debemus: ergo de remissis non tenebimur post recidiuum confiteri, quia illa iam confessi fueramus.

C Dicendum, ꝙ determinatio huius dubij pendet ex modo reditus peccatorum; omnes enim dicunt peccata dimissa per sequentem mortalem culpam redire, sed in modo redditus non concordant. Quidam enim dicebant, quòd redibant peccata verè: & secundùm istam opinionem necesse erat dici, quòd deberemus denuo confiteri: nam prius tenemur confiteri peccata mortalia, quia manent in nobis quantùm ad maculam, & reatum mortis æternæ, quæ duo nō delentur, aut tolluntur, nisi per actus pœnitentiæ: ergo si sæpè peccata taliter redeant, tenebimur ea confiteri, quandocunque taliter redierint. Sed ista positio falsa est, vt ostensum fuit supra q. 139. Sed dicendum, ꝙ peccata non redeunt per sequentem culpam, nisi quātum ad ingratitudinem, & hoc stante est duplex opinio. Quidam dicunt, quòd si recidiuans confitetur eidem sacerdoti, cui prius fuerat confessus, & sacerdos teneat plenam memoriam omnium peccatorum, quæ recidiuans fuerat sibi confessus, non tenetur nunc repetere ei priora peccata nisi in generali, vt se accuset de ingratitudine recidiui dicēs, ego peccaueram ante hoc in multis, quæ remissa credebam: & per peccatum quod de nouo commisi incidi in ingratitudinem beneficij remissionis mihi gratis concessi. Et dicunt hoc esse verum, si antequam recidiuaret satisfecerat plenè de peccatis prioribus iuxta pœnitentiam impositam: alioquin dicunt quòd tenetur omnia repetere in confessione, vt nūc pro illis satisfactionis certam formam à sacerdote accipiat. Si autem sacerdos oblitus fuerit peccatorum in confessione dictorum, vel si confiteatur nunc alteri sacerdoti quàm prius, dicunt quòd tenetur in speciali confiteri omnia peccata siue satisfactionem plenam, quę imposita fuerat, egerit, siue nō, saltem vt confessor agnoscat vultum peccatoris sui, quod non posset facere nisi mores peccatoris huiusmodi ipsi sacerdoti innotescerent per eius confessionem. Sed dicendum, quod ista positio non est rationabilis: quia ex quo peccata priora simpliciter sunt dimissa, & non redeunt in seipsis non est necesse illa cōfiteri adducendo illa in iudicio sacerdotis: nam ideo facimus, ꝙ sacerdos iudicet de peccatis nostris proponendo illa ei, vt Deus non iudicet de illis in morte, vel in iudicio generali, & tamen de talibus peccatis Deus non iudicat: ergo neque est necesse, quòd deducamus ea in iudicium sacerdotis. nam siquis post confessionem, & remissionem peccatorum suorum incidat in aliud, & moriatur inconfessus, non damnatur, nisi pro illo vno, & hoc siue satisfecerit plenè pro alijs, siue non. Nam si satisfecerit non adiudicabitur ad pœnas æternas nisi pro vno. Et etiam non tolerabit ibi nisi pœnam illius: quia de reliquis nihil manebat tolerandum, cùm præsupponatur fuisse expletum dum viueret. Si autem non erat pęnitentia, siue satisfactio debita expleta: non condemnabitur moriens ad pęnam inferni, nisi pro illo vno peccato quod de nouo commisit, quia ad pęnam æternam nemo damnatur nisi pro culpa: & tamen hic nulla culpa est nisi vna, neque macula succedens culpæ: pro satisfactione autem inexpleta peccatorum priorum non damnabitur: quia pœna finita debebatur pro illis, quæ poterant tolerari in purgatorio à moriēte. Etiam quia debitum pœnæ non constituit aliquem extra charitatē, & tamen non damnatur quis nisi qui extra charitatem manet, ideo pro satisfactione inexpleta non damnatur, sed solùm pro illo vno peccato de nouo commisso: & tamē pro satisfactione illa punietur in inferno: licèt pro ea non adiudicetur illuc, & non punietur in æternum pro ea, quia non est ipsa pœna æterna, vt ostensum est supra q. 140. Etiam si recidiuans non satisfecerat ante recidiuum de prioribus, non videtur de prioribus quòd debeat confiteri in speciali, quia per recidiuum nō est mutatus status illorum peccatorum: sicut enim siquis nunquam recidiuaret, manifestum est, ꝙ nunquam teneretur repetere confessionem cùm peccata dimissa essent: ita cùm per recidiuum non redeat reatus præcedentium peccatorum, non est aliqua causa quare iterum ea debeat confiteri: & si maneat satisfactio inexpleta post recidiuū, tenetur peccator confiteri peccatum quod nouiter egit, & facere satisfactionē, quā omiserat: sed non tenetur ad aliquam maiorem satisfactionem, cùm per recidiuum non crescat reatus pręcedentium peccatorum, qui deletus est, sed solùm fiat maior reatus istius noui peccati, quàm aliàs fieret si non præcessisset aliqua remissio peccatorum præcedentium. Ratio autem, quæ solet allegari pro ista positione non tenet, scilicet quòd cōfiteatur denuo, vt cognoscatur quantitas ingratitudinis, nam non oportet ꝙ illam ingratitudinem ita aperiamus, ꝙ teneamur referre omnia peccata præterita: quia cùm nō solùm sit homo ingratus Deo peccando contra ipsum, quia contemnit beneficium remissionis præteritæ: sed etiam quia contemnit omnia alia beneficia ab eo præstita, siue communia, siue specialia, siue naturalia, siue gratuita, siue fortuita: teneretur etiam referre omnia beneficia collata à Deo, quod est falsum. Etiam nemo posset omnia referre, quia infinitæ sunt miserationes super nos omni hora. Alia ratio similiter non tenet, scilicet quòd debeat repetere omnia peccata cōmissa, vt cognoscat sacerdos mores, & statum confitentis, quia non est necesse: satis enim est quod agnoscat vultum pecoris sui quantum ad ea, de quibus ab eo iudicandus est: aliàs non solum teneretur quis confiteri peccata, sed etiā alia præter peccata. Vnde si innocens, qui in nullo mortali peccauit confiteretur, teneretur non solùm confiteri venialia, quæ solum habet ad satisfaciendum ecclesiæ, sed etiam omnes pronitates, quas habet ad peccandum: cùm status peccatoris magis consistat ex pronitatibus ad peccandum quam ex peccatis: & ita quilibet quando confitetur teneretur omnes istas dispositiones exprimere: quod falsum est: cum nemo hoc asserat neq; faciat, cùm materia confessionis solū sit peccatum, & non pronitas ad peccandū. Alij dicunt, ꝙ recidiuans non tenetur confiteri peccata dimissa, neq; in generali, neq; in speciali: quia ingratitudo, ratione cuius peccata redire dicuntur, est quædam peccati circunstantia, quæ aliqualiter aggrauat;

D

E

grauat: neque tamen trahit in aliud genus peccati, circunstantias tamen, quę non mutant speciem nō tenemur (vt communiter dicitur) ex necessitate confiteri: ideo neque tenebimur confiteri peccata dimissa, quæ redeunt quantum ad ingratitudinem.

Sed dicendum, quòd ista opinio tenet verum de rigore, quòd recidiuans non teneatur confiteri peccata priora. & tamen hoc modo nō relinquitur via, qua remedium adhibeatur morbo recidiuantis: multa enim sunt necessaria ad salutem spiritualem recidiuātium, quæ non sunt necessaria innocenti, vel semel tātùm peccanti, scilicet vt circa eum maior cautela adhibeatur. Ideo distinguendum est, quòd in confessione aliquid dicatur dupliciter. Vno modo directè, & sic dicitur illud in confessione cuius abolitio per confessionem quęritur: & sic peccata dimissa non tenetur recidiuans confiteri: quia non quæritur nūc eorum abolitio: cùm fuerint plenè abolita per contritionem, & confessionem: & iam illorum reatus non redeat: & tamen peccatum, cuius abolitio quæritur aliquo modo in se manet: sed dimissa non manent licèt dicantur redire: ideo non quæritur illorum remissio: & consequenter neque est necessaria confessio: siue fuerit expleta satisfactio pro illis siue non. Nam dato opposito sequeretur, quòd quicunque confitetur, teneretur qualibet vice confiteri omnia peccata, quę tota vita egit: cùm per recidiuationem redeant omnia peccata dimissa. Alio mō exponitur in confessione aliquid indirectè: & illud est sine quo sciri non potest debitum satisfaciendi: satisfactio tamen in proposito est de necessitate salutis: nam per contritionē tolluntur peccata, vt contritio includit votum confitēdi, & satisfaciendi: ideo cùm satisfactio fit necessaria, tenetur confitens exponere sacerdoti omnia illa, per quę ille scire possit modum imponēdæ satisfactionis congruæ. Sicut interdum peccator confitetur se esse corpore infirmum, vt sacerdos non imponat ei ieiunium: & per hunc modum tenetur peccator confiteri peccata iam dimissa: vt per hoc sciatur quis modus satisfactionis ei congruit, quia tamen non confitetur illa, vt habeat remissionem de illis, cùm iam habuerit, sed solùm, vt sciatur modus imponendi satisfactionem: non oportet quòd confiteatur omnia, sed tot, & talia, per quę sciri possit conueniens modus satisfactionis suę: vt si quis lapsus est secundùm carnem: & hoc confiteretur semel se fecisse, & tamen aliàs sæpe inciderat aut incidere solitus erat: quod alteri sacerdoti confessus fuerat: est autem conueniens quòd non solùm dicat peccator nūc sacerdoti semel se lapsum: quod fuit post dimissionem præcedentem: sed etiam dicat se alias sępe lapsum & consuetum esse ad cadendū in hoc vitium, quia alius modus satisfactionis conueniet ei, qui sępe labitur, quàm ei, qui solùm semel. Etiam quia notificando se lapsum sępe sciet sacerdos, vnde proueniat hoc perquirēdo illud à peccatore, abscindere poterit occasionem huius lapsus per satisfactionem, quam imponet: quod non faciet si non cōfiteatur peccata dimissa, & ita est de aliis peccatis, ad K quæ quis assuetus est, sicut de lapsu carnis: ideo conueniens est illa rursus confiteri: sed in quibusdam sufficit confiteri in generali, idest dicere se peccasse sæpe per iram, aut inuidiam, aut huiusmodi: in quibusdam verò conueniens erit descendere ad particularia, vt sic accipiatur iudicium de imponenda satisfactione: & tamen quando aut quantum ad particularia descendi oportet, nō est possibile determinari sermone vniuersali, sed sicut videbitur opportunū confitendi: & ideo non cadit sub præcepto repetere peccata iam dimissa in recidiuante: sed solùm expedit ad salutem confitentis, quam ipse tenetur procurare.

Alius satisfactionis modus cōuenit ei qui sæpe labitur ī peccatum quā ei, qui tm̄ semel.

F Ad primum dicēdum, quòd quodlibet peccatum tenetur confiteri: & tamen circūstantias non tenetur confiteri, nisi quando tales sunt, quæ mutant speciē: ingratitudo autem, quæ hic accipitur non est per se peccatum: quia non dicit per se actum aliquem, aut omissionem: sed est circunstantia peccati, & non est de illis, quæ mutant speciem, quia cùm accidat omni peccato, non potest mutare speciē: quia tūc nullum peccatum maneret in sua specie, qđ intelligi non potest: ideo consequenter non oportet confiteri omnia peccata, per quæ sciri posset magnitudo huius ingratitudinis: imò neque oportet confiteri se fuisse Deo ingratum per hoc, quòd ipso iure cōstat, quòd ingratus est quicunque peccat cùm agat in
G debitè contra benefacientem.

Ad secundum dicendum, quòd quantitas culpæ, quæ est peccatum ex genere suo, vel specie, debet exponi sacerdoti: & hoc est nominare ipsum peccatū, & circunstantiam per quam transit ad aliam speciem, si qua est; quantitatem tamen culpę, quæ accidit sibi ex aliis circunstantiis non oportet exponi, quia infinitę sunt, & nemo posset explicare: & ita peccata dimissa faciunt ad quantitatem, quæ accidit culpæ ex circūstantiis, & non quæ prouenit ex specie, ideo non tenetur ad cōfessionem peccatorū dimissorum peccator.

Ad tertium dici potest vno modo, quòd vnū peccatum est dispositio ad aliud, non quidem quòd directè vnum peccatum sequatur ex alio, sed quia cùm
H homo magis perseuerauerit in malo, fit pigrior ad bonum, & ad malum pronior: vnde ipse Greg. dicit, ꝙ peccatum, quod per pęnitētiam nō deletur, mox suo pondere ad aliud trahit tales: autem dispositiones sūt multum per accidens, & non oportet eas confiteri. Aliter potest dici, quòd etiam causas vel occasiones peccatorum siue consistāt in interiori pronitate, siue in exteriori conuersatione, non oportet confiteri de necessitate confessionis: quia materia confessionis non est nisi peccatum, ista autem non sunt peccatum: ideo non oportet ea confiteri nisi inquantum aliqua eorum faciunt ad hoc, quòd sacerdos sciat quē modum satisfactionis imponere debeat confitenti.

Homo perseuerās in malo pigrior fit ad bonum.

Ad quartum dicendum, quòd etiam neque in casu
I illo tenetur quis peccata iam dimissa repetere: sed satis est, quòd post confessionem sequentem expleat satisfactionem sibi iniunctā, vt in charitate agat, & non confitebitur peccata, quæ prius confessus fuerat. Ad duas rationes in contrarium dicendum, quòd verum concludunt, quòd de necessitate confessionis non est repetere confessionem factam, sed ad sciendum congruum modum satisfactionis imponendę est conueniens repetere cōfessionem, vel saltem aliqua de peccatis aliàs factis, vt supra dictum est.

CAPITVLVM XIX.



T factum est, cùm consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes. Si licet

Mar.

licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Et factum. Posita fuit in præcedentibus doctrinalis instructio: hic ponitur doctrinæ cōfirmatio, quæ fit per miracula. Et diuiditur in duo, quia primò qđ dictum est ponitur: secundò doctrina alia subiungitur, ibi. *Et accesserunt*.

An ista sint continuata ad præcedentia.

Quæst. I.

QVAERETVR, an hic sit ordo continuatus ad præcedentia. Dicendum, ꝙ non potest hic assignari aliqua anticipatio, vel recapitulatio, cùm litera ostendat fuisse cōtinuatum ordinem. cùm dicitur: & factum est cum consumasset Iesus sermones, migrauit à Galilæa, & statim post præcedentia, secutū fuit hoc: imò ista non sunt propriè continuata, si accipiatur litera ista, quæ est in principio cap. quia non est cōtinuata: cùm non narretur hic factum aliquod, aut dubium, de quo sit dubium an sit continuatum ad præcedentia: sed potius est ista litera continuatio præcedentium, & sequentium. Vnde dicendum, quòd ab illo loco infra in litera, vbi dicitur: & venit in fines Galilææ, ea quæ narrantur, sunt continuata literæ præcedentis cap. ea verò, quæ ponuntur hic in principio sunt continuatio istorum, & illorum. Circa primum dicitur. *Et factum est*: Consuetudo Hebraica loquendi est: ponitur enim pro postquam, idest post quam fuerunt præcedentia, fuit quod sequitur: iuxta illud Threno. primo, & factum est postquam in captiuitatem ductus est Israel. & secundo Regum vndecimo, factum est eo tempore, quo solent reges ad bella procedere. *Et consummasset Iesus sermones istos*. Idest statim vt compleuit eos. *Migrauit à Galilæa*. Idest recessit: iuxta illud Threno. primo, Migrauit Iuda propter afflictionem suam, idest recessit de terra sua. Et dicitur à Galilæa, quia erat Christus in Galilæa quando loquebatur ista. *Et venit in fines Iudææ*. Idest ad terminos Iudææ, & Galilææ. Accipitur Iudæa quadrupliciter: vno modo pro tota terra, in qua Hebræi habitant. & sic accipitur Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Ponitur enim Iudæa, & Israel pro eodem: & est replicatio sententiæ sicut fit in carminibus, iuxta illud: Quæ nobis pars in Dauid: & quæ hæreditas in filio Isai? tertio Regum secundo, & tamen Dauid & filius Isai: & pars & hæreditas idem sunt. Secundò modo accipitur pro terra, in qua habitabant subditi regum Iuda, & ita distinguebantur reges Iuda, & Israel, & omnes, qui habitabant in terra subdita regibus Iuda, dicebantur habitare in Iudæa, & quia duæ tribus, scilicet Iuda, & Beniamin subditæ erant regibus Iuda tertio Regum vndecimo, & duodecimo, terra istarum duarum tribuum vocabatur Iudæa: & distinguitur tunc Iudæa contra terram Israel, vel decem tribuum. Tertiò modo ac-

A cipitur Iudæa pro terra, in qua habitabat sola tribus Iuda, & ista est propria acceptio, quia Iudęa à Iuda dicitur, & ita tota illa terra, quæ describitur Iosue decimo quinto, est Iudæa, quia est sors Iuda: preter paucas ciuitates, quę ablatę sunt de ipsa sorte, quę erat magna, & traditę fuerunt tribui Simeon: Iosue decimonono. Et ista acceptio licèt sit sola propria, tamē non inuenitur in scriptura sicut alię. Quartò modo accipitur Iudęa magis strictè, vt est prouincia distincta contra alias prouincias terrę Iudęorum. & sic distinguitur contra Galilęam, & Abilinam, & Trachonitidem: istę enim quatuor regiones distinctę fuerunt in tota terra, in qua manebant Iudęi tempore Christi, & pauloante: sic enim distinguuntur istæ tetrarchię,

B & quatuor principes harum prouinciarum, quos tetrarchas vocamus. Luc. tertio, & isto modo accipitur Galilęa quandocunque euangelistę de ea loquuntur. Aliqui autem volunt istum modum coincidere cum secundo, ita quòd terra tota in qua Iuda, & Beniamin solebant habitare, vocetur nunc Iudęa. Et tamen hoc non constat: si tamen quis hoc tenere velit non resistimus.

Trans Iordanem. Idest citra Iordanem, scilicet ad partem occidentalem Iordanis. Accipitur enim equiuoce aliquando pro vltra Iordanem, & aliquando pro citra. Hic autem accipitur pro citra, idest parte occidentali: nam ad partem orientalem eius erat Christus ante hoc, & venit ad occidentalem, qa

C veniebat versus Ierusalem: & illa est magis occidentalis quàm Iordanis. Sed obiicietur, quòd sit terra ista, de qua est sermo ad orientalem partem Iordanis, scilicet vltra Iordanem. Et patet, quia Mar. 10. vbi expresse dicitur: & inde exurgens venit in fines Iudæę vltra Iordanem.

Dicendum, quòd non erat ad orientalem partem Iordanis, sed ad occidentalem, quia ista erat terra Iudęę: & tamen non extenditur sors Iuda vltra Iordanē, sed terminus sortis istius ab oriente est Iordanis: Iosue decimo quinto, et terminus sortis Beniamin, quę etiam vocatur Iudęa est Iordanis: Iosue decimo octauo: dicitur tamen vltra Iordanem, quia vltra, et citra

D variè accipiuntur: nam qui est ad orientem, et respicit occidentem dicit occidentalia esse vltra se, et qui est ad occidentē dicit ea, quę sunt ad orientem esse vltra. et ita Marcus accepit vltra Iordanem ea, quę ad occidentalem partem eius erant: sed de hoc dicetur infra questione quinta, vbi ponitur veritas. *Et secutæ sunt eum turbę multę, quę veniebant cum eo de Galilęa in Iudęam, & curauit eos ibi*. Scilicet, in finibus Iudęę circa Iordanem.

Quomodo dicitur, quòd cum consumasset Christus sermones istos migrauit à Galilęa, & venit in fines Iudæę.

Quæst. II.

E QVAERETVR, quomodo dicitur, quòd cū consumasset Christus sermones istos, migrauit à Galilęa, et venit in fines Iudęę. Dicendum, ꝙ in hoc innuitur, ꝙ quando fiebant precedentia, Christus erat in Galilęa, et non in Iudęa: nunc autem voluit venire in Iudęam. Pro quo presupponenda est distinctio de Iudea, quę habita est supra. et accipitur hic Iudęa quarto modo, vt ibi dictum est, licèt possit accipi secundo modo: quia vt aliqui volunt secundus et quartus sunt idem: et licèt hoc non constet satis, tñ potest teneri. Sic tenet Remigius, scilicet: Sciendum est autem, quòd omnis illa Israelitarum prouincia generaliter Iudæa dicebatur ad comparationem aliarū gentium. Verumtamen meridiana eius plaga, in qua

habitabat tribus Iuda, et tribus Beniamin specialiter dicebatur Iudęa ad distinctionem aliarum regionū, quæ in ipsa prouincia continebantur, idest Samaria, Galilæa, & decapolis, & reliquæ alię, & hoc satis tenendum est. Et idem dicit Beda. Ponitur ergo hic Iudęa, vt distinguitur à Galilęa, & sic dicitur, quòd venit de Galilęa in fines Iudęę. Sciendum autem, quòd de Galilęa nunc venit, quia omnia pręcedentia à principio pręedicationis Christi vsque nunc facta sunt in Galilęa: in Iudęa autem nihil adhuc prędicauerat, sed nunc venit ad illam. Et patet hoc, quia prędicatio Christi cępit in Galilęa in finib⁹ Zabulō, & Nephtali in vrbe Capharnaum, supra quarto cap. nam statim vt Iesus descendit de monte post ieiunium, cępit prędicare per synagogas Galilæę. Luc. quarto cap. & postea nunquam venit in terram Iuda, vt patet ex toto discursu euangelii, quia nulla eius leguntur gesta, quæ fecerit in Iudæa: nunc verò incipiunt gesta sua in Iudęa. Sic dicit Beda: Hucusque narrauit Matthęus ea, q̄ dominus in Galilæa fecit & docuit: hic autem incipit enarrare ea, quæ in Iudæa fecit, docuit, et passus est. Et idem dicit Rabanus: et sciēdum ꝙ ea, quę nunc proximè facta sunt, fuerunt in vrbe Capharnaum, quæ est est in Galilæa. Et patet, qa supra decimo septimo capi. dicitur, conuersantibus illis in Galilæa &c. et immediatè sequitur, & cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui petebant didrachma: & postea continuantur omnes doctrinę positæ præcedenti capi. nulla interpositione facta. Et sic videtur quòd omnia, quę habentur pręcedenti capit. dicta fuerint in Capharnaum. Et idē colligitur Mar. nono, et decimo cap. est autem Chapharnaum in Galilęa, quia est metropolis Galilęę: ideo nunc cùm dictis præcedentibus veniret de Capharnaum in terrā Iuda, dicebatur venire de Galilęa in Iudæam.

Quare Christus venit nunc de Galilæa in Iudæam.

Quæstio III.

QVAERETVR, quare Christus venit nunc de Galilęa in Iudęam. Dicendum, ꝙ Christus venerat in mundum ad nos docendum, & deinde ad moriendum pro salute nostra: mors autem sua certo loco futura erat, scilicet in Ierusalem, et non alibi: sic ipse dixit Luc. decimotertio capit. Non capit prophetam perire extra Ierusalem. et quia tempus passionis suæ appropinquabat, oportebat, quòd ipse veniret in Ierusalem, et quia Ierusalem est in Iudæa, venit nunc in Iudęam. dicit Chry. Dominus prius Iudęam relinquens propter illorum ęmulationem, nunc ibidem iam immoratur, quia passio in proximo futura erat ei. Idē dicit Theophi. Sed dicetur, quomodo dicit Chrysostomus, dominus prius Iudæam relinquēs: ex quo innuitur, quòd prius fuerit in Iudæa, et deinde iuerit in Galilæam: et nunc redeat in Iudęam: et tamen præcedenti q̄st. dictum est, quòd in Iudæa nihil adhuc ꝑdicauerat, sed omnia facta sua fuerant in Galilæa.

Dicendum, ꝙ vtrunque verum est, nam verum est, quòd dominus reliquit Iudæam propter ęmulationē Iudæorum, et specialiter Pharisæorum: nam Ioan. 4. dicitur quòd cū audiuit Iesus, quòd Pharisęi dicebāt, quòd ipse plures discipulos faciebat quàm Ioannes, et plures baptizabat, reliquit Iudęam, et venit in Galilęam. Et hoc dicit Chrysostomus. Etiam verum est, quòd tota prędicatio Christi vsque nunc fuerat in Galilęa: et omnia gesta, quę habentur supra: nam in toto isto libro Matthęi vsque nūc nihil scribitur quod in Iudęa factum fuerat, nisi Christi natiuitas, et adoratio Magorum, quę fuerunt in Bethlehem, supra 2. ca.

F et tamen aliquo tempore stetit Christus in Iudęa, scilicet quando venit semel ad Pascha. Ioan. 2. et mansit ibi aliquandiu, sed non prædicabat publicè, neque baptizabat quemq̄: sed discipuli eius baptizabāt multos. Io. 3. & 4. & tunc facta est æmulatio Pharisæorum cōtra Christum: & ipse cedens illis recessit de Iudæa in Galilæam. Io. quarto, & in Galilæa facta est tota prędicatio sua, quæ fuit vsque nunc, & ita vtrunque est verum. Sed dicetur, quare non venit ante hoc Christus in Iudęam? Dicendum, ꝙ omnia ab eo ordinatissimè facta sunt, voluit enim mori determinato tempore, & prędicare certo tempore, & quia si cępisset prædicare Christus in Iudæa, & ibi perseuerasset, Legisperiti, & Pharisæi, qui erat in Ierusalem cępissent illū statim persequi, & non posset tanto tempore prædicare,

G nisi se diuinitus conseruaret, quod facere non intendebat, voluit prędicare in Galilęa, in qua securus erat, quia ibi nemo eum persequebatur, & inde perueniret fama sua in Ierusalem, & cū postea esset tempus moriendi ipse veniret in Ierusalem: interim autem se auferret ab æmulis: sic enim cùm Herodes quęrebat eū occidere, fugit in Aegyptum, supra secundo capitu. in Galilęa autem erat securus, quia eum nemo persequebatur: & dato ꝙ aliquis persequeretur eum, quandiu ibi maneret, non poterat mala pati, quia non erat ille locus, neque tempus, in quo Deus traderet Christum hominem in manus impiorum. sic patet Luc. 13. vbi cùm dixissent Pharisæi sibi, exi, & vade hinc, quia Herodes vult occidere te, & dixit: ite & dicite vulpi illi:

H ecce eiicio dęmonia, & sanitates perficio hodie & cras & sequenti die oportet me ambulare; quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. In quo innuit, ꝙ etiam si in Galilęa vbi erat Herodes prædicaret, & vellet eum occidere Herodes, non posset, quia nō capit, idest non est possibile prophetam, idest Messiam, qui est maximus prophetarum perire extra Ierusalem, idest occidi. A principio ergo in Galilęa prædicauit: nūc verò appropinquante tempore passionis venit ad locum: nam si ipse non veniret, non potuissent eum Iudęi alibi tenere, & tamen non venit statim, vel subito in Ierusalem, sed paulatim: & postea non mansit semper vsque ad mortem in Iudęa, cùm aliquanto tēpore prędicasset, incipientibus eum persequi Iudęis fugit de Iudęa: non enim audebat ibi palam ambulare.

I Io. septimo cap. sed recessit in regionem propinquam deserto, scilicet in vrbem Ephrem. Ioan. vndecimo, & postea tempore passionis rediit in Ierusalem ad Pascha, & prędicta vera sunt, ꝙ vsque nunc semper mansit in Galilæa: & nunquam veniebat in Iudęam nisi in festiuitatibus, in quibus Iudęi soliti erant ascendere ad templum in Ierusalem, & maxime in festo Azymorum, et tunc prędicabat, et faciebat miracula aliqua, de quibus nihil ponit hic Matthæus, sed tangitur Ioan. 2. et 3. et 5.

Quare dicitur, quòd venit Christus in fines Iudææ.
Quæstio. IIII.

K SED QVAERETVR, quare dicitur, quòd venit Christus in fines Iudæę. Aliqui dicunt, quòd fuit, quia ita accidit: nam ad hoc quod venerit in Iudæam necesse erat, ꝙ primò veniret in fines Iudęę. Sed dicendum, ꝙ non est ista causa, quia tunc eadem ratione ponerentur omnes partes itineris, per quas venit: sed falsum est. Dicendum ergo ꝙ hoc fuit, quia scriptura solet vt communiter, quando enarrat facta, aut dicta Christi, designare loca, in quibus illa acciderint: et quia ipso veniente de Galilęa, vt intraret in Iudęam, iuxta ipsos fines Iudęę acciderunt ipsa, quę sequuntur, de quęstione Pharisęorum cum Christo

Christo circa libellū repudij: patet in litera, et Mar. 10. Alij autem dicunt, ꝙ hoc fuit, quia Christus non veniebat velociter in Ierusalem, sed paulatim, ideo morabatur in medio itineris manendo in singulis locis: nam mansit in finibus, & mansit circa Iericho: & ita circa alia loca: vt patet ex discursu istius cap. & sequētis: nam hic agitur de accessu ad fines Iudææ, & infra 21. in principio dicitur de introitu Christi in Ierusalē. Et dicunt, quòd hoc faciebat Christus vt erudiret gentes illas, quæ bono aīo erant, & doctrinam eius deuote suscipiebant: nam illi, qui erant in medio, bono aīo audiebant, qui verò in Ierusalem persequerentur eū, & ideo non statim illuc iuit, sed morabatur in itinere. Sic dicit Theophilus: visitat nunc regionem Iudęorum, quā sæpe propter ęmulationem reliquerat, quia passio erat: non tamen ascendit tunc Iesus Ierosolymam, sed Iudæę confinia, vt turbæ non malitiosæ proficeret: Ierosolyma enim erat operatrix omnis nequitiæ propter malitiam Iudęorum. Et idem dicit Chrysostomus. Dicendum tamen, ꝙ aut quæritur quare Christus venit in fines Iudææ, aut quare hoc exprimitur, licèt fuerit, aut quare morabatur veniendo. Si primum dicendum, ꝙ erat necessarium: nam si Christus intraturus erat in Iudęam, necesse erat, ꝙ veniret in fines Iudææ antequam intraret in illam, ideo ista quæstio nulla est. Si quęritur secundum, dicendum, ꝙ expressum fuit de finibus Iudæę: quia in illis accidit qđ infra dicitur. s. ꝙ accesserunt Pharisæi ad Christum q̃rentes de libello repudij: C sicut infra in litera fit mētio de Iericho, quia circa illam illuminatus est cęcus. Si autem in finibus Iudæę nihil à Christo factum specialiter accidisset, non exprimeretur, quia venit Christus in fines Iudęę: licèt in illos verè venerit: sicut & omnia alia loca, per quæ Christus transibat subticentur: quia in illis Christus nihil agebat, expressis illis solis, in quibus aliquid notabile factum, aut prędicatum est. Si quæritur tertium, dicendum ꝙ ideo morabatur, vt prædicaret, & curaret, & ad inquisita responderet: hęc enim tria Christus faciebat semper: & quia in itinere omnia ista opportunè facere potuit: ideo fecit illa, vt patet ex principio huius vsque ad 21. cap. vbi habetur de introitu in Ierusalem.

Ad quam partem Iordanis erat Christus.

Quæst. V.

QVAERETVR, de istis finibus Iudęę, qui erant, & est dubium, quia dicitur in fines Iudęę trans Iordanem, ad quam partem Iordanis erat. Aliqui dicunt, ꝙ erat ad Occidentalem partem Iordanis, quorum opinio posita est supra in expositione literę. Dicendum tamen, ꝙ hoc non potest plenè patere: sed potius videtur, ꝙ fuerit ad Orientalem partem Iordanis: hoc enim magis conuenit sacrę scripturę, scilicet Mar. 10. cùm dicitur, venit in fines Iudæę vltra Iordanem: sed vltra est pars Orientalis. Item expresse dicunt illud doctores: nam Rabanus dicit: Hic incipit narrare, quæ in Iudæa fecit, & docuit & passus est: & primò quidem trans Iordanem ad Orientem, deinde citra Iordanem, quando venit Iericho, Bethphage, & Ierosolymam: & idem dicit Beda. Cùm autem obiicitur, quia dicitur, quòd venit in fines Iudææ, et tamen Iudęa non extenditur vltra Iordanem ad orientem, sed Iordanis est Orientalis terminus eius: Iosue 15. Ideo ad occidentem Iordanis esset dicendum, ꝙ fines limitantur per indiuisibile: quia terminus rei diuisibilis nō potest esse aliquid nisi indiuisibile, & ideo in finibus nemo est propriè, quia nihil capitur indiuisibili, sed dicuntur esse in finibus, quæ sunt circa fines, A & ideo quod est ex vtraque parte est in finibus: sicut Hispania, & Gallia copulantur ad terminum communem: & ille terminus est Hispaniæ, & est Galliæ: & ideo qui est iuxta terminum illum: siue sit ex parte Galliæ: siue ex parte Hispaniæ, dicetur esse in terminis Hispaniæ, vel in terminis Galliæ. neque potest dici ibi esse in termino Galliæ quin dicatur esse in termino Hispaniæ, & è contrario: quia idem omnino est terminus vtriusque. Ita erat hic idem terminus Galilææ, & Iudęę, scilicet Iordanis fluuius, ad cuius occidentem erat Iudæa: ad orientem verò Galilęa. Quod ergo erat iuxta Iordanem, poterat dici esse in finibus Iudęę, & in finibus Galilææ: quia idem erat termin⁹, scilicet Iordanis, & ideo siue esset ex parte occidentali B Iordanis, siue orientali: dum tamen iuxta Iordanē esset, poterat dici esse in finibus Iudæę, & etiam in finibus Galilææ: & sic intelligeretur de parte orientali, idest nondum transierat Iordanem, quando acciderunt, quę dicuntur hic. Si tamen quis vellet tenere, quòd fuit ad occidentalem partem Iordanis, non est inconueniens, & non obstat quod dicitur Marc. decimo cap. quòd erat vltra Iordanem, quia, vltra, ita notat Occidentem sicut Orientem, vt ibi dictum est: qa tamen Rabanus, & Beda expressè dicunt, ꝙ fuerit ad Orientem Iordanis, magis est hoc tenendum.

Quare dicitur hic, quòd secutæ sunt eum turbæ: & quare sequebantur eum.

Quæst. VI.

QVAERETVR, quare dicitur hic, quòd secutæ sunt eum turbę, & quare sequebantur eum. Dicunt aliqui, quòd hoc exprimitur, quia ita erat: nam turbæ semper eum sequebantur.

Dicendum, quòd non est verum. Primò, quia nō est verum, quòd turbę ante hoc essent cum Christo. sed nunc nouiter aduenerunt. Sic patet Marc. 10. vbi istud ponitur, scilicet, egressus inde venit in fines Iudęę vltra Iordanem: & conuenerunt ad eum iterum turbæ. Ex quo patet quòd turbę ante hoc non erant cum eo, sed nunc de nouo conuenerunt: et loco hu-D ius dixit Matthæus, secutæ sunt eum turbæ, idest nūc secutæ sunt, et immediatè ante hoc non sequebantur. Secundò patet, quia dato, quòd ita fuisset, quòd turbæ eum sequerentur: non exprimeretur hoc nisi aliqua noua causa subesset exprimendi: sicut multa alia Christus faciebat, quę subticentur. Est ergo verū quòd turbę ante hoc non erant cum Christo, sed nūc ad eum conuenerunt. Et patet hoc, quia totus iste sermo continuus, qui habetur pręcedenti cap. fuit factus ad discipulos in Capharnaum, dum essent in domo: vt innuitur supra decimo septimo, et Marc. nono: et tunc non stabat pręsens turba extraneorum: sed egressus est inde Iesus, vt veniret in Iudęam: Et tunc conuenit ad eū turba multa, scilicet quia omnibus se maE nifestum tunc exhibuit: quod non faciebat cùm maneret in domo, et istam congregationem vocat Marcus iteratam, scilicet conuenerunt ad eum turbę iterum, quia hoc refert ad aliam congregationem turbarum, quę habetur supra decimo septimo, & Marc. nono, quando descendit Christus de monte, in quo transfiguratus fuit, quia post illam non apparet alia ex litera. Modus autem conueniendi erat, quia turbæ veniebant ad Christum, vt audirent eum, & non poterant manere cum eo continue sicut discipuli sui, sed manebant per duos, vel tres dies: et tunc reuertebantur, supra decimoquinto. Misereor super turbam, quia triduo me sustinent, & non habent quid manducent, & interim veniebant

alij. & ita Christus vel semper habebat turbas, vel rarò erat sine illis. Et hoc ad paucum tempus: & quando ipse volebat fugere turbas, sicut interdum faciebat propter recreationem corporalem suam, & discipulorum: quia tot erant, quæ ibant & redibant, quòd neque spacium comedēdi habebant. Mar. 6. vnde sic fiebat, quòd interdum pauci erant cum Christo: interdum autem subito congregabantur multi, & ita factū est nunc: & sic dicitur quòd secutę sunt eum turbæ, idest nunc conuenerunt ad eum: vt dixit Marcus. Cū autem quęritur quare exprimitur, quòd requirerent eum, vel congregatę fuerint.

Dicendum quòd fuit propter tria. Primò ad faciendum rem verisimilem, quæ hic traditur, scilicet ꝙ accesserunt Pharisęi ad quęrendum de libello repudij: & quia diceret aliquis, quomodo accedebant Pharisæi? respondetur, quòd turbæ multę conuenerunt, & ita inter illas Pharisæi venire possent, & hoc est pręcipuum. Secundò ad dandum testes huius rei: nam Pharisęi quęrebant à Christo de libello repudij: & vt innuatur qui erant testes dictorum, dicit euangelista quòd multę turbę sequebantur eum: & ita omnes illę essent testes huius rei. Tertiò vt ostendatur differentia inter animos turbarū & Pharisęorum ad Christum: nam Pharisęi nitebantur turbare Christum & persequi saltem cauilationibus: turbę autem audiebant libenter quę ille dicebat. Sic dicit Beda. Notanda est mentium distantia in turbis & Pharisęis hę ꝯueniunt vt doceantur, & vt sui sanentur infirmi: illi accedunt vt saluatorem tentando decipiant. Cùm verò quęritur, ad quid sequebantur turbę Christum? Dicendum quòd principaliter propter sanitatem recipiendam. sic dicitur Io. 6. quòd conuenit ad Christū multitudo copiosa, quia videbant signa quæ faciebat super his, qui infirmabātur: & ista fuit causa hic: nam dicitur quòd sanauit eos ibi: etiam conueniebant ad audiendam doctrinam eius, quę dulcis erat, sicut dixit Petrus Io. 6. Domine ad quē ibimus? verba. n. vitę ęternę habes. Etiam erant alię causę: nam sex vel septem causę erant, propter quas sequebantur turbę Christum: vt declaratū est supra 4. cap. quęst. vltima.

Quomodo dicitur hic quòd secutæ sunt turbæ Christum, & curauit eos: quia etiam videtur contrarietas in euangelistis. Quæst. VII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd secutę sunt turbę Christum, & curauit eos ibi: nam Mar. 10. cap. dicitur: & docebat eas sicut consueuerat. Aliqui dicunt, quòd non sit idem factum, qđ narratur hic, & ita hic fuit curatio, & ibi pręedicatio.

Dicendum, quòd non stat, quia necesse est esse idem, scilicet aduentus Christi in fines Iudææ iuxta Iordanem & cætera, quæ sequuntur hic, de quæstione Pharisęorum ad Christum cum his, quę ponuntur ibi, ideo non potest dici esse aliud factum.

Sed dicēdum ꝙ est idem factum, & non est aduersitas: vtrunque enim Christus fecit. s. docere turbas, & curare eas, quia ista erant duo opa, quę Christus ita solitus erat facere, sicut comedere, & bibere: euangelistę aūt scribunt multum cautè, & breui: & qa Matthęus tetigit hic solùm de curatione, & tacuit de pdicatione expressit Marcus solam pręedicationem, quam tacuit Matthęus, & tacuit curationem, q̄ expressit Matthęus. Et ita ex ambobus colligitur vna perfecta narratio, sicut solent sępe facere euangelistę. Matthęus autem tacuit hic de pręedicatione exprimendo solam curationem: Primò, quia turbę magis intendebant curationem quàm pręedicationem: sic ponitur ista sola cùm Ioan. secundo conuenerunt turbę ad Chri-

F stum, scilicet, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur: quasi vel ista esset sola causa, vel præcipua veniendi ad ipsum. Secundò, quia subticuit id quod notum esse videbatur: nam conuenientibus turbis ad Christum certum est, ꝙ doceret eas, quia istud erat officium eius: & si istud non faceret, nihil faceret. Et ita innuitur Mar. 10. Accesserunt turbæ iterum ad eum, & docebat eas, sicut consueuerat. De curatione secus erat: nam interdum conueniebant aliqui ad Christum, qui nō curabantur, vt quia infirmus nemo ibi erat, & tamen nunquam conueniebant aliqui ad Christum, quin docerentur. Etiam quia doctrinam Christus faciebat propter se tāquam id, ad quod ipse venerat: curationem autem non faciebat nisi pro- *Ad Christum conueniebant doceri.*

G pter indigentiam humanam. s. quando accedebāt aliqui, qui curatione indigerent. Etiā erat curatio, & tota miraculorum operatio ad confirmationem doctrinæ, & non è contrario, ideo potius debuit subticere pdicationem quàm curationem; Marcus autem illam expressit, vt nihil ambiguum relinqueret. De his dicit Chrys. Considerandum, ꝙ neq; doctrinæ verborum, neq; operationi continuæ dominus insistit. Sed nunc quidem hoc, nunc quidem illud facit, vt à signis credibilis appareret in his, quæ dicebat, & sermonum vtilitas, quæ erat in signis ostenderetur.

Quare Christus in finibus Iudææ, & Galilææ iuxta Iordanem curauit nunc turbas, & eis prædicauit. Quæstio VIII.

H QVAERETVR, quare Christus in finibus Iudææ, & Galilęæ iuxta Iordanem curauit nunc turbas, & prædicauit eis. Aliqui dicūt, ꝙ fuit hoc iuxta Iordanem, quia in Iordane fuit inchoatus baptismus, in quo omnia peccata tollūtur, ideo apud Iordanem turbas curari decuit. Sic dicit Origenes: Sanauit autē dominus turbas trans Iordanem, vbi baptismus dabatur: verè enim omnes à spiritualibus infirmitatibus sanantur in baptismo. Dicūt autem, ꝙ fuit in finibus Iudęæ, & Galilææ, quia per Galilæam significantur gentiles: per Iudæam significantur ipsi Iudæi: vt innuatur ꝙ salus, quæ ventura erat ex Iudæis, vt dicit Christus Ioā. 4.

I transitura esset ad gentiles. Sic dicit Raba. curat etiam Galilęos in Iudęæ finibus, vt peccata gentium in eam veniam quę Iudęæ parabatur admitteret.

Sed dicendum, ꝙ istę sunt causę mysticę, & non literales, cùm accipiantur ex significatione terminorū. Causa autem vera est, quia Christus pręedicabat turbis vbicunq; & quandocunq; conuenirent ad eum: vnde etiam si tempore importuno, & loco venirent pręedicabat & curabat, ita vt aliquando venirent tēpore, quo ipse sedere vellet ad mēsam, & surgebat relictis cibis, & ibat, & pręedicabat eis. Mar. 3 vnde ob hoc die quadā cùm sic ageret, surrexerunt discipuli tenere eum dicētes, quoniam in furorem versus est. eo. c. & quia nunc accidit turbas venire ad Christum iuxta terminos Iudęę, & Galilęę, non moratus est vltra, sed ibi eis pręedicauit: quia sic consueuerat. Marc. 10. Conuenerunt ad

K eum iterum turbę, & docebat eos sicut consueuerat, idest, quia consuetus erat docere eas, quandocunque ad eum conuenirent: curabat autem omnes, qui curatione indigebant. & hoc semper faciebat, etiā quando deducebantur ad eum languentes, vt patet in vtraque saturatione turbarum, supra 14 & 15. & ibi etiam sicut hic docebat, & postea sanabat languidos. Sed Matthęus etiam ibi subticuit pręedicationem exprimens solam curationem, supra 14. Marcus autem expressit solam pręedicationem subticens curationem. Marci sexto. & ita fecerunt hic ambo cùm Matthęus ponat solam curationem. & Marcus solam doctrinam.

Si autem in alio loco conuenissent turbæ, & non iuxta Iordanem in finibus Iudææ, alibi eas doceret, & curaret: & ita locus non confert causam ad ea, q̃ Christ⁹ faciebat: sed solùm concursus turbarum.

Et accesserunt. Hic ponitur secundum, scilicet alia doctrina, & ponuntur hic virtutes contemplatiuorũ siue religiosorum. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur continentia: secundò obedientia ibi. *Tunc oblati sunt ei.* Tertiò paupertas voluntaria, ibi. *Et ecce vnus.* In istis enim consistit tota perfectio religiosorum: & istæ tres ponuntur in voto expresse. Prima in duas, quia primò ostendit Christus, quæ continentia sit necessitatis, scilicet continentia coniugalis. Secundò ostendit continentiam, quæ est perfectionis, scilicet continentia virginalis, vel quæ est totaliter abstinere à venereis, postquam quis sumpserit propositum abstinendi, ibi. *Dicunt ei discipuli.* Prima in duas, quia primò circa hoc ponitur Pharisæorum dolosa interrogatio. Secundò Christi vera responsio ibi. *Qui respondens.* Circa primum dicitur. *Et accesserunt ad eum.* Quia isti interrogare volebant: Pharisæi isti nitebantur euertere Christi doctrinam confundẽdo eum. *Tentantes eum.* In quæstione ista tentabant eum, quia intendebant deducere ad aliquod inconueniens, vt infra dicetur. *Et dicentes, si licet.* Idest nũquid licitum est. *Homini dimittere vxorem suam.* Idest dare libellum repudij, quod erat dimittere vxorem: cùm ipsa transiret ad alias nuptias, & ille pariter. *Quacunque ex causa.* In hoc stat totum dubium quæstionis: nam an dimittere liceret certum est: cũ concessus fuerit libellus repudij Iudæis. Deutero. 24. sed an ex quacunq; causa quantumcunque volũtaria liceret dimittere vxorem, vel solùm ex aliqua determinata, vtpote causa fornicationis, erat dubium.

Quomodo nunc Pharisæi venerunt ad Christum. Quæstio. IX.

QVAERETVR, quomodo nunc Pharisæi venerunt ad Christum. Dicendum, quòd satis verisimile erat conuenire Pharisæos aliquos nunc ad Christum: conuenerat enim turba copiosa ad ipsum, & inter turbas erant isti Pharisæi: sæpe enim solebãt Pharisei, & doctores legis venire ad audiendum Christum. Luc. quinto. Factum est in vna dierum & ipse sedebat docens, & erant Pharisæi sedentes & legis doctores, qui venerant ex omni castello Iudeæ, & Galilææ. Aliqui autem Pharisæorum veniebant ad Christum bono animo, sed pauci erant: nam Nicodemus erat Phariseus, imò de principibus Pharisæorum. Ioã. 3. & ille veniebat ad Christum bono animo ad audiẽdum doctrinam eius: vnde per noctem venit ad eum. Ioan. 3. & de baptismo cum eo Christus locutus est, & iste fouebat partem Christi: nam cæteri Pharisæi dixerunt ei, cùm semel defenderet partem Christi, nunquid & tu Galilæus es? Ioan. 7. Sic etiam Gamaliel erat quidam princeps Pharisæorum honorabilis valde: Actu. 5. & ille fauebat valde discipulis Christi. eo. cap. Rari tamen istorum erant: ceteri enim vt communiter oderant Christum, & nitebantur eum confundere: vnde veniebant ad audiendum doctrinam eius, vt caperẽt eum in sermone. Ita. n. aliqñ qõnes cauillosas faciebant, vt caperẽt eũ in sermone, sic dr̃ inf. 22. capit. Tunc Pharisæi consilium inierunt, vt caperent eum in sermone: & quæsierunt de tributo, an esset reddendum Cęsari. Etiam quando miracula faciebat, aduertebant si quid esset, de quo eum possent accusare: sic dicitur Luc. 6. & supra 12. capit. obseruabant scribæ, & Pharisęi an sabbatho curaret, vt inueni rent vnde accusarent eum. Et quando aliquid dice-

Nicodem⁹ fuit de principib⁹ Pharisæorum.

A bat interpetrabantur in malum, & dicebant, ꝙ blasphemabat: sicut supra nono, & Luc. quinto, quando dixit, dimittuntur tibi peccata tua: & dixerunt scribę, & Pharisæi hic blasphemat. Et ita nunc malo animo accesserunt, scilicet tentando eum, quia dicitur accesserunt tentantes.

Ad quid Phaisęi accesserunt ad Christum. Quæst. X.

QVAERETVR, dato quòd Pharisæi venerint, ad quid dicitur, ꝙ accesserunt ad eum. Aliqui dicunt, quia hoc fecerunt, quia honorem desiderabant: sic enim dixit Christus infra 23. quòd Pharisęi B volunt primos accubitus in cęnis, & primas cathedras in synagogis, & vocari ab omnibus Rabbi: & quia Christus erat in magno honore apud turbas, siquis ei loco proximus esset, magnę dignitatis videretur: ideo vt ipsi honorabiles reputarentur à turbis, accesserunt ad Iesum, vt loco proximi existerent. Alij dicunt, ꝙ fecerunt ex superbia, vt viderentur ęquales Christo: nam Christus erat magister, & ipsi etiam doctores legis vocabãt, & cupiebant vocari Rabbi ab omnibus. infra 23. ideo voluerunt esse iuxta Christum, vt pares in honore ei viderentur.

Sed dicendum, quòd hęc non sunt verisimilia, qa sic dicitur de Apostolis, quòd accedebãt ad Iesum, supra 13. & 17. & de Petro dicitur pręcedenti cap. quòd C accessit ad Iesum. & tamen nihil horum intendebat: sic dicitur de eis, quòd accesserunt ad ostendendũ, ꝙ interrogare potuerint: nã oportebat eos p̃sentes esse ad hoc, ꝙ aliquid interrogarent: & tamẽ ante hoc non fit mentio, quòd Pharisæi præsentes essent. Ideo debuit dici, ꝙ accesserunt, quia aliàs non appareret quomodo interrogare possent: nam ex ordine narrationis non constaret hoc. Et ita dicitur sępe de discipulis, & quibuscunque quærentibus aliquid à Christo, quòd accedunt ad eum, vt dicitur sequenti cap. accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Et quandocũque aliqui nouiter loquuntur ad Christum, de quibus ex serie literæ non constat, quòd ante hoc loquebantur, vel erant præsentes: dicit Euangelista, quod acce D dunt ad Christum: sic fuit declaratum præcedenti capit. quæst. 126.

Quomodo tentauerunt Pharisæi Christum, & quare tentabant.

Quæst. XI.

QVAERETVR, quomodo tentauerunt Pharisæi Christum, & quare tentabant. Dicendum primò, quòd tentare est experimentum de re capere: & ita Pharisęi per istas interrogationes volebant habere experimentum de Christo, an possent eum superare argumentis, vel an aliquando obliuisceretur dictorum suorum, & diceret contraria, vt sic eum tenerẽt E in contradictione: & hoc erat velle capere eum in sermone, vt dicitur infra 22. et hoc tandiu durauit quousque Pharisæi viderunt, ꝙ semp̃ superabantur à Christo, et non ausi sunt vltra interrogare eum, sicut dicitur infra 22. Neque ausus fuit ex illa die quisquam eũ amplius interrogare. Nunc autem nundum tantam experientiam de ipso acceperant: ideo adhuc tentabant eum.

Ad secundum dicendum, ꝙ tẽtabant vt eum confunderent, et auerterent populum ab eo, si aliquo modo possent ostendere eum falsa dicere, aut in aliquo errare: et ideo tam dictis quàm miraculis eius insidiabantur: et quando ratione eum superare non potuerunt, non passi sunt eum viuere dicentes: quid facim⁹

quia

quia homo iste multa signa facit? si dimittimus eũ F
sic, totus mundus credet in eum. Io. 11.

Qualiter tentabant Christum Pharisæi dicentes, si licet homini dimittere vxorem.
Quæstio. XII.

QVAERETVR, qualiter tentabant illum dicẽtes, si licet homini dimittere vxorem. Dicendum quòd hoc erat, quia videbatur esse dubia responsio, & quidquid responderet videretur inconueniens: nam si diceret dimittendam esse vxorem ex quacunque causa, dabat locum libidini: neque videretur differre matrimonium à concubinatu aut meretricio. Si autem diceret non esse dimittendam vllo modo, G vel saltem non ex omni causa: videretur dicere contra Moysen, qui dixit: si acceperit homo vxorem, & nõ inuenerit gratiam in oculis eius propter aliquam fæditatem, scriberet ei libellum repudij. Sic dicit Hiero. Sic arguunt, vt quasi cornuto eum teneant syllogismo: & quodcunque respondeat, pateat captioni: si dixerit dimittendam vxorem qualibet ex causa, & ducendum aliam, pudicitiæ prædicator sibi videbitur contraria dicere: si autem responderit, non omnem ob causam debere dimitti, quasi sacrilegij reus tenebitur, & aduersus doctrinam Moysi & Dei facere

Quare potius tentarunt Christum dicẽtes hoc quã aliquid aliud.
Quæst. XIII.

QVAERETVR, quare potius tentauerunt eum dicentes hoc quàm aliquid aliud. Dici potest vno modo, quòd istud dixerunt, quia putauerũt istam quæstionem difficile solubilem: tales enim quęstiones solebant à Christo quęrere, vt non videretur ei manere locus respondendi: cùm quælibet pars habeat inconueniens: sic patet infra 22. cùm quæsierunt an liceret dari censum Cæsari: & ipse etiam ad eludendum eorum cauillationes similes interdum quæstiones faciebat, vt cùm quæsiuit an baptismus Ioannis esset de cęlo, vel ab hominibus, & illi non ausi sunt respondere: quia vtraque pars contradictionis erat inconueniens infra 21. ita erat ista, quia erat vt I syllogismus cornutus, vt dictum est præce. quæst. ideo istam inuenerunt. Alij dicunt quòd Christus de hac materia nunc prædicauerat, licèt euangelista istud nõ exprimat, & ideo fuit occasio quærendi istud. Sed istud non consonat: quia in materia illa, quam ipse prædicaret, crederent eũ preuidisse multa, & ita non possent eũ faciliter in illa capere: ideo potius quærerent in alia, quam nunc non tractaret. Et hoc consonat dicto Chriso. Intuere enim ex mõ interrogationis malitiam: dominus enim supra de lege hac disputauerat: ipsi aut quasi iam nullo dicto interrogant, scilicet &c. opinantes quòd oblitus esset eorum, quæ dixerat: & ita innuit quòd nunc nõ dixerat de libello repudij, sed multo ante hoc, scilicet supra 5. cap. ita quòd puta K bant eum iam obliuisci potuisse dictorum suorum. Alij autem dicunt quòd de hoc quęrebant, quia non poterant negare ea, quæ erant in cordibus suis: ex abũdantia enim cordis os loquitur. supra 12. & Lu. 6. & qa erant luxuriosi isti Pharisæi: & caro maxime gaudeat assiduis mutationibus, quærebant de repudiatione vxorum. Sic dicit Chry. Sicut autem si vides hominẽ assiduè amicitias medicorum colentẽ: intelligis ꝙ assiduè infirmus est: sic cùm videas virum siue mulierem de dimittendis vxoribus aut viris interrogantes, agnosce, quia vir ille lasciuus est: mulier illa meretrix est.

Sed dicendum quòd hoc non multum stat, primò, quia non est verisimile quòd hoc animo Pharisæi quęrerent: nam ipsi erant valde religiosi in habitu & quãtum ad exteriora ostendebant omnem sanctitatem: & tamen nihil est, quod magis exteriori sanctitati obuiare videatur quàm effrenata, & patens libido: ideo nõ quęrerent ipsi aliquid in quo talis appareret intentio. Secundò, quia non videtur hoc esse vitium Pharisæorum: multa enim vitia Pharisæorum & Scribarum Christus improperat eis infra vigesimo tertio, & tamen inter illa nihil de petulantia, aut luxuria tetigit. Tertiò, quia hoc videtur repugnare literæ: nam stante isto sensu, ideo quærerent, quia animus eorum libidini deditus eos talia loqui inducebat: & tunc non dicerent ad alium finem nisi ex inclinatione: & tamen dicitur in litera, quòd dixerũt hoc tentantes eum. ergo causa dicendi hoc fuit specialiter ad eum tentandum: & sic ideo istam quæstionẽ fecerunt: quia perplexa eis videbatur, & putabant tenere Christum velut cornuto syllogismo, vt in principio dictum est.

Quare dixerunt, an liceat dimittere quacunque ex causa vxorẽ.
Quest. XIIII.

QVAERETVR, quare dixerunt, an liceat dimittere quacunque ex causa. Dicendum quòd in hoc erat totum dubium: nã ꝙ dimittere liceret ex aliqua causa, apparebat ex lege Moysi, cui Christus nõ contradiceret: & tamen an esset causa determinata secundùm quam liceret, vel ex quacunque, non erat manifestum: ideo hoc quærunt: & dato quòd Pharisęi putarent esse vnam aut paucas causas determinatas propter quas solas liceret dari repudium, noluerunt illas aperire, vt magis illis maneret locus arguendi ↄtra Christum: & etiam vt quæstio efficeretur magis ambigua. Et etiam quia si illi vellent exprimere causas, fortè in positione q̃stionis aliquid præsupponerent, in quo Christus eos posset redarguere, & vt hoc euitarent, noluerunt descendere ad particularia, sed dixerunt, an liceret ex quacunque causa dimittere. Sic dicit Chryso. Sciebant aũt, quoniam nullam causam idoneã habebãt circa dimittẽdas vxores pręter solam turpitudinẽ, & alias atq; alias sibi iniungebant: timuerũt aũt interrogare ex quib⁹ causis, ne seipsos infra angustias certarum causarum astringerẽt: sed interrogauerunt si ex omnibus causis licet dimittere: sciẽtes q̃ modum nescit neque infra terminos vnius coniugij capitur libido: sed quanto magis exercetur magis accenditur.

Qui respondens. Hic ponitur Christi responsio, & diuiditur in duo: quia primò ponitur dicta responsio: secundò remouetur quędam sibi facta obiectio ibi. *Dicunt illi.* Circa primum dicitur. *Qui respondens.* Licèt putarent Pharisæi insolubilem esse quæstionem, nisi incidendo inconueniens: Christus tamen faciliter respondit. *Non legistis.* Modus increpationis est, quasi dicat, non deberetis in hoc dubitare, quia si legissetis, & intelligeretis scripturam, soluta esset vobis ista quęstio. *Quia qui fecit.* Scilicet Deus qui omnia creauit. *Ab initio.* Idest in principio sæculi in creatione rerum. *Masculum & feminam fecit eos.* Idest non fecit solam fęminam aut solum virum, sed masculum & fęminam fecit eos. Gen. 1. in quo innuitur, quòd ad consortiũ fecit eos commixtionis sexuum, quæ ad matrimonium pertinet: & est decurtata locutio: quia necesse est deficere vnum accusatiuum: nam si dicatur sic pũctuando: Qui fecit ab initio masculum, & feminam: sequitur postea: Fecit eos, & non est aliqua sententia. Si verò dicatur masculum & fæminam fecit eos: est sententia perfecta: sed prima est imperfecta, scilicet qui

qui fecit à principio: ideo debet suppleri vnus accusatiuus: scilicet: Qui fecit hominem ab initio, fecit eos masculum & fœminam: talis sententia ponitur Gen. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, masculum & fæminam creauit eos. Et est sensus quòd sicut eos creauit simul, ita voluit consortium eorum manere. *Et dixit.* Scilicet Deus. *Propter hoc.* Idest propter opus propagationis: dicitur enim Gen. 2. propter hanc, idest quòd vir dimittet patrem & matrem propter hanc, idest propter mulierē, vt cohabitet ei, & vacent proli. Et ita idem sensus est: nam non dimittitur pater, & mater propter vxorem nisi inquantum vxor est ad hoc, idest ad propagationem. *Dimittet homo.* Accipitur communis generis pro masculo, & fœmina: quia de vtroque intelligitur quòd dimittet patrem & matrem: nam sicut masculus dimittit patrem & matrem, vt adhęreat vxori suę: ita fœmina dimittit patrem & matrem, vt adhæreat viro suo. *Patrem & matrem.* Scilicet quantum ad cohabitationem: nam ante coniugiū manent filij in potestate parentum, & in eadem domo: post matrimoniū autem cessant filij habitare cum parentibus, vt maneant cum vxoribus suis. *Et adhærebit vxori suæ.* Scilicet per cohabitationem vel per copulam carnalem. *Et erunt duo in carne vna.* Idest duo erūt vna caro. Alij exponunt, quòd erūt duo in carne vna, idest ad vnam carnem perducendam: sicut communiter exponitur. Et nos etiam tenentes viam communem ita solemus exponere: & tamen melior est sensus præcedens, vt infra dicetur. *Itaque iam non sunt duo.* Idest non sunt vt duę personę sed vt vna persona: & ideo sicut vna persona non diuiditur: ita neque vir & vxor debent separari. *Sed una caro.* Et vnum corpus, vel vna persona. *Quod ergo Deus coniunxit.* Aliqui dicunt, quos, & tamen euangelista dicit, quod: & ita etiam dicitur Mar. 10. & eadem sententia est. Et dicitur, quod, idest matrimonium, vel coniunctio, scilicet matrimoniū quod Deus fecit causando coniunctionem inter virū & mulierē, non debet aliquis separare. *Homo non separet.* Idest non debet separare neq; potest, quia quod fit à superiori, non potest reuocari per inferiorē. Et est sensus Deus dat vires matrimonio: ergo non potest per hominem fieri diuortium: & tamen qui dat libellum repudij, separat de facto, vel rumpit vinculū, quod Deus fecit, ideo male facit: & ideo non licet repudiare vxorem.

Quare Christus voluit Pharisęis respondere cum malo animo quęrerent. Questio. XV.

QVAERETVR, cū Pharisęi malo animo quærerent tentantes eum: quare respōdere voluit, erant enim indigni responsione.

Dicendum quod fecit primò propter seipsum, vt non viderentur præualere Pharisæi, hoc enim est, quod volebant Pharisæi, scilicet vt aliquo mō confunderent Christum, vel appareret ꝙ eum confunderent in conspectu plebis. Si autē Christus nihil vellet respondere, videretur non potuisse propter difficultatem quæstionis: ideo ne videretur Pharisęi superasse eum debuit respōdere. Secundò debuit respondere pp turbam astantem, vt appareret Christi excellentia, scilicet quando in ea quęstione, quam putabant Pharisęi insolubilem, ipse statim faciliter, & sine inconueniēti responderet: vnde cùm ipsi Pharisęi prębuerunt materiam laudis Christo offerendo ei difficilem quęstionem, debuit respondere, vt ex hoc magis ꝯfunderet illos, & extolleret nomen eius à populo gaudente de doctrina eius. Sic fuit Luc. 13. vbi cum Christus sanasset mulierem sabbatho, increpuit eum archi-
A synagogus indirectè dicens: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini, & nō in die sabbathi: Christus autem ostendit ibi sufficienter, quòd licitum erat, imò laudabile sanare infirmos die sabbathi: & cùm nesciret respondere archisynagogus, sequitur: Cùm hęc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quę gloriosè fiebant ab eo: ideo debuit nūc respondere ad confundendum Pharisęos, & extollendum nomen suum coram plebe. Tertiò propter vtilitatem doctrinæ: nam hic Christus ostendit non esse repudiandam vxorem, & ista doctrina erat noua & necessaria ad mores, & Christus introducturus erat eam etiam nullo quærente, ideo cùm acciderit nunc
B Pharisęos de hoc quęrere, debuit respondere ad aperiendum veritatem. Quartò, quia si Pharisęi bono animo quęrerent, erat iustum, quòd eis responderet: & tamen quòd malo animo quęrerent, non erat diminuens aliquid de debito responsionis Christi: ideo debuit respondere, siue illi essent digni siue indigni: nam qui indignus est, promeretur, vt ea, quę ad ipsum pertinent, non dentur ei: quę tamen non sunt ad eius vtilitatem, non sunt propter eum subrahenda: ita erat hic, quia Pharisęi non quærebant istud propter vtilitatem aliquam, quam capere vellent ex responsione vera ad quæstionem: sed solùm vt confunderent Christum: ideo non debuit cessare Christus respondere propter eorum indignitatem: imò neq;
C indigni esse poterant ad id quod propter eos non fiebat, neque cedebat in eorum vtilitatem: vnde non solùm responsionē subrahere non debuit, sed potius etiam ipsis nolentibus respondere, postquam semel quæsiuissent, sicut Deus ipsis indignis, & signa nolentibus, signa dat inuitis: quia ad laudem Dei illa dare pertinet. sic patet Esa. 7. vbi Deus dixit ad Achaz ꝙ peteret sibi signum: & ille noluit dicens, non petā, & nō tentabo dn̄m: & tunc Isaias dixit: Propter hoc dabit ipse dominus vobis signum, idest quia vos non petitis imò non vultis: ipse Dominus, idest ipse a seipso nemine petente dabit signum. Ita ergo hic debuit ipse respondere, licèt ipsi Pharisæi non desiderarent responsionem, postquam semel quęsiuissent.

D

Quare Christus respondit Pharisæis, cùm posset non respondendo euadere. Quest. XVI.

SED QVAERETVR, cùm Pharisęi essent indigni responsione, & Christus posset non respondendo euadere, quare respondit: Ita. n. aliquando faciebat interdum non respondendo directè: vt quando dixerunt; quousque tollis animas nostras? si tu es Christus, dic nobis palam: Ioan. 10. & ille noluit dicere palam: sed dixit: opera, quę ego facio, testimoniū perhibent de me. Et aliquando nihil respondebat, sed cogebat cessare quęrentes a responsione. Sicut infra 21. & Marc. 11. quando dixerunt Iudęi Christo, in
E qua potestate facis? & quis tibi dedit hanc potestatē? Et ille ait: interrogo & ego vos aliam quęstionem: baptismus Ioannis de cęlo erat, an ex hominibus? & illi videntes se perplexos dixerunt: nescimus. Tunc Christus ait: neque ego dico vobis, in qua potestate hoc facio: ita potuisset nunc similem quęstionem facere, vt ipsi cogerentur cessare confusi a sua petitione, & non responderet eis.

Dicendum quod quando Christus interrogabatur, siue essent quęstiones bono animo siue tentatiuo factæ: & siue essent digni, siue indigni, qui quærebant, semper respondebat directè, nisi ex apertione veritatis sequeretur malum. De quęstionibus bono animo factis apparet, vt de quęstionibus discipulorum: quia

semper

semper respondebat eis: & tamen quando quæsiuerũt Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Actu.1. noluit respondere dicẽs: non est vestrum nosse tempora & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Etiam quando infra 24. & Mar.13. quæsiuerunt dicentes: Quando hæc erunt? & quod est signũ aduentus tui? Noluit plenè respondere, sed ait: De die illa & hora nemo scit neque angeli cælorum, nisi pater solus: quasi dicat, neque vobis reuelandum est. De quæstionibus, quæ fiebant tentatoriè velut syllogismo cornuto vtendo etiam patet: quia quando quæsierunt Pharisæi an liceret dari cẽsum Cæsari tentatoriè fiebat: & ad vtramque partem concludere videbatur inconueniens: & tamen respondit, vt patet infra 22. Etiam quando adduxerunt ad eum mulierem deprehensam in adulterio quærentes, an deberet lapidari: quidquid responderet videbatur inconueniens, & tamen respondit: Io.8. solùm autem quando sequebatur inconueniens ex responsione non respondebat: & ita quando discipuli quæsierunt: Domine an in tempore hoc restitues regnum Israel? sequebatur inconueniens si tẽpora determinata, in quibus aliquid Deus diffiniuit facere, scirentur ab hominibus: ideo non respondit, sed dixit, quòd erat eorum hoc scire. sic enim quando Iudæi quæsierunt in qua potestate hoc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem: non erat conueniens, quòd Christus responderet. Nam oportebat quòd exprimeret se esse Deum. Si enim ex eis, quæ ipsi videbant, non informabantur de potestate Christi, oportebat quòd apertè diceret se esse Deum. & tunc erat inconueniens, quia cùm erant maliuoli, qui hoc quærebant dicerent eum blasphemasse, & peterent illum ad mortem: sicut in passione quando ipse dixit: a modo videbitis filium hominis & cæt. nam dixerunt, audistis blasphemiam infra 26. & Mar. 14. Non ergo debuit respondere: & ob hoc quæsiuit viã euadendi: nunc autem nullum inconueniens erat respondere, cùm esset bona doctrina, & sine scandalo, quam nunc dedit: ideo non debuit tacere, sed respõdere. Secundò, quia non solum non sequebatur inconueniens respondendo, sed potius erat bonum: nã ex responsione resultat bona doctrina, & necessaria: & ideo si Pharisæi non quæsiuissent de hoc. ipse aliquando hoc diceret: melius tamen erat dicere istud respondendo quàm simpliciter docendo: nam si simpliciter doceret, non diceret nisi veritatem rei: quia non verteretur tunc res in contentionem, & loqueretur ad auditores credulos: nunc vero res deducta fuit in contentionem: ideo oportebat eam magis discuti, & ita factum est: quia Christus non solùm veritatem asseruit: sed etiam confirmationes apposuit, & insuper ad obiectiones sibi factas respondit: quando autem docendo sine interrogatione dixit pauca vel aperuit, vt patet supra qninto: ergo conueniens fuit quod Christus responderet ad quæstionem Pharisæorum.

Quare ponitur hic de libello repudii, cùm supra hoc positum fuerit. Quæstio. XVII.

QVAERETVR, quare ponitur hic de libello repudii, quia de hoc Christus docuerat supra. 5.cap. Dicunt quidam quòd Christus dixit hoc bis, iõ Matthæus bis scripsit. Sed non stat, quia tunc aliquid esset quòd decies aut pluries scriberetur: cùm aliqua sint quæ Christus prædicando sæpe dixerit: sed hoc absurdum est. Etiam quia euangelistæ non scripserũt omnia quę Christus dixit & fecit. Ioan.20. à fortiori ergo non scriberent eandem rem toties quoties ille diceret.

F Dicendum autem quòd istud ponitur hic, & nõ fit repetitio, quia supra 5. ponitur doctrina à Christo data: hic autem ponitur quæstio & responsio facta circa eandem materiam. Sed adhuc dicendum quòd si nihil hic adderetur supra id quod ponitur supra quinto, non repeteretur: quia tamen multa adduntur, quæ ad doctrinam pertinent, fuit conueniens repeti hic. Sed dicetur, dato quòd Matthæus vellet istud ponere propter doctrinam, quę hic de nouo superadditur, non debuisset ponere id, quod habetur supra 5. cùm ibi nihil dicatur de repudiãdo vxorẽ, quod non dicatur hic: & ita istud debuisset exprimi, & illud subticeri.

G Dicendum quòd vtrunque fuit conueniens poni: istud quidem quia additur hic doctrina, quæ valde vtilis est: illud verò ad complendum tractatum inceptũ: nam ibi Christus voluit ostendere differẽtias inter antiquam legem secundùm quòd intelligebatur à Iudæis, & legẽ suam, quam nunc ponebat: & posuit ibi multa: vnum autem de illis erat quantum ad libellũ repudij, ideo dixit ibi de hoc: & quia omnia illa tradebat doctrinaliter, & non disputatiuè, & loquebatur ad turbas credulas, non posuit confirmationes & confutationes, sed nudam veritatem asseruit.

Quomodo ratio, quæ ponitur hic a Christo faciet ad propositum Christi. Quæst. XVIII.

H QVAERETVR, de ista ratione tota Christi, quæ ponit litera: quomodo facit ad propositum suum.

Dicendum quòd Christus intendit hic dicere quòd repudiare vxorem sit malũ & non liceat: et quia res ista vertebatur in contentionem, voluit adducere ad hoc probationes. Pharisæi enim quærebant de hoc, & non credebant illi Christo nisi quatenus probaret: ideo testimonijs vti debuit efficacibus. Sic dicit Hiero. Sic autem responsionem temperat, vt decipulam transeat, scripturam sanctam adducens in testimonium. Secundò quia voluit vitare scandalum Pharisæorum: nã Christus volebat dicere, quòd nullo modo licebat repudiare vxorem. I Si autem hoc in primo verbo responderet Christus Pharisæis, scandalizarentur, & non possent patienter audire: ideo præposuit probationes, per quas paulisper deducerentur ad assentiendum, vel saltem ad non reclamandum. Sic dicit Chryso. Vide sapientiam doctoris: interrogatus enim si licet vxorem dimittere, non confestim dixit non licet, vt nõ turbarentur, sed per probationes hoc constituit. Ad hoc ergo vsus est probatione naturali siue ex conditione creationis & probatione ex lege. Sic dicit Hieronymus: Sic responsionem temperat, vt decipulam transeat, scripturam sanctam adducens in testimonium, & naturalẽ legem, primamque Dei sententiam. Sic etiam dicit Chryso. Non solum ex
K modo creationis, sed ex modo legislationis monstrauit, quoniam vnum oportet vni coniungi, & nunquã rescindi. Intelligi potest vno modo quod tota litera sit vna probatio tãtùm: & tunc principium literæ non est nisi naratio gestorum ad inducendum inde conclusionem, scilicet Deus fecit à principio masculum & fœminam: & tunc dixit, q̃ pp fœmina, vel pp copulã carnalem, quę est maris & fœminę, dimitteret homo patrem & matrem, et adhæreret vir vxori suæ, et essent duo in carne vna, idest ambo essent vna caro. hoc totum ponitur pro antecedente: et inde sequit̃ conclusio, scilicet itaque non sunt duo, sed vna caro, idest quia Deus iussit; quòd adhæreret vir vxori, et essent duo in carne vna: voluit quòd essent vna caro: et ita non

non sunt separandi, quia Deus coniunxit illos faciendo eos vnam carnem. A Alio modo potest accipi ꝙ sint hic duę probationes, & istud magis consonat dictis sanctorum: nam dicit Hiero. supra, quòd scripturã sanctam adducit in testimonium & naturalem legẽ. Et Chryso. dicit, quòd non solùm ex modo legislationis, sed ex modo etiã creationis monstrat, quòd oportet vnum vni coniungi, & nunquam rescindi. Et hoc modo quidam assumunt tres probationes ex litera. Vna est illud, scilicet, non legistis, qa qui fecit ab initio masculum & fæminam fecit eos, & est sensus ꝙ ex modo creationis ostenditur matrimonium: quia qui fecit hominem non fecit solum masculum aut fęminam, sed masculum & fęminam simul, vt ex modo creationis ostenderetur, quòd deberent esse simul: B & consequenter, non deberent separari, quod facit libellus repudij. Secunda est in litera sequen. scilicet, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, idest dicendo hoc ostendit quòd deberet esse matrimoniũ coniunctio maris & fæminæ: propter quam coniunctionem dimitteret homo patrem & matrem, idest cessaret cohabitare eis, & essent duo in carne vna, scilicet quia adhæreret vxori, & per hoc efficerentur vna caro. Et tunc sequitur conlusio literæ: itaque iam non sunt duo, sed vna caro, scilicet quia Deus coniunxit illos, non sunt duo, sed vna caro, idest vna persona. Tertium est ibi. Quos Deus ꝯiungit homo non separet, idest Deus iussit coniungi marem, & fęminam: ideo nemo debet sociatos sic separare, C sed qui dat libellum repudii separat sic coniunctos: ergo malè facit. Alij ponunt solùm duas ꝓbationes: & istud est melius dictum. Primò, quia consonat dictis sanctorum, cùm dicat Hiero. hic induci legem naturalem, & diuinam. & Chryso. dicit ex modo creationis, & etiam ex modo legislationis probari. Secundò, quia tertia probatio inducta in pręcedentibus non potest dici quòd sit aliqua probatio per se, sed est conclusio præcedentium duarum probationum. Et apparet ex modo verborum: nam dicitur, quos ergo Deus coniũxit, homo non separet. Et sic ponitur ibi, ergo, quod est signum illationis. Etiam quia certum est, quia ista sunt verba Christi: ipse tamẽ non poterat assumere probationem ex dictis suis, quia D ei non crederent Pharisæi: sicut dicitur Io. 8. Tu de teipso testimonium perhibes: & testimonium tuum non est verum: ideo assumit testimonium ex factis, & dictis Dei, cùm ait: non legistis &c. sed ista sũt verba Christi, scilicet, quod ergo Deus coniunxit: non est ergo per se probatio distincta à præcedentibus, sed est conclusio duarum probationum præcedentium, & debet cum qualibet resumi. Prima igitur probatio est illa: non legistis, quia qui fecit hominẽ ab initio masculum & fęminam fecit eos, idest Deus qui creauit hominem, non creauit tantum masculum, sed simul masculum & fęminam. Ex quo manifeste apparet, quòd voluit fieri commixtionem sexuum. nam alias solus masculus crearetur: & E ita etiam si Deus nihil dixisset, per modum istum creationis coniungebat masculum & fæminam: & tunc sumatur conclusio, quæ ponitur in fine, scilicet, qđ Deus coniungit, homo non separet, idest quia Deus intentionem suam ostendit creando quòd volebat eos esse simul: ergo non licet alicui separare quod Deus coniunxit: & ita non debet esse diuortium, vel repudium: Et ista est prima probatio, quam vocat Hierony. legem naturalem, & Chryso. vocat modũ creationis, quod idem est: sed apertius dixit Chryso. q̃ Hieron. potest tñ vocari probatio ex lege naturali, i. ex inclinatione data masculo, & fæminę per creationem, inquantum Deus creauit eos vnũ ad alterum.

Secunda probatio est ex lege Dei, i. ex verbis eius, quæ vocantur lex inquantum obligant sicut lex: & ista est, quia dicitur, & dixit, ꝓ hoc. i. ꝓ matrimoniũ vel coniunctionem maris & fæminæ, dimittet homo patrem & matrem, exponendo sicut supra. & sequitur: itaque iam non sunt duo, sed vna caro, idest quia Deus coniunxit illos creando, & coniunxit iubendo expresse: sed per coniunctionem efficiuntur vnũ, iō nō sunt iã duo, i. duę ꝑsonæ, sed vna caro, i, vna ꝑsona: & tũc sequit̃ cõclusio, quod Deus cõiunxit, hō non separet, idest non est iustum, quòd separet: imò neque separare potest de iure, licèt de facto nitatur facere. Et iste est verus sensus, Sic innuit Chryso. dicens: vlteri⁹ induxit Deum dicens, quod Deus coniunxit, homo non separet. Demonstrans, ꝙ & præter naturam, & præter legem est vxorem dimittere: præter naturam quidem, quia vna caro diuiditur: pręter legem ãt, quia Deo copulante & iubente nō diuidi, vxor dimittitur.

Quare dicitur, non legistis.
Quæstio. XIX.

QVAERETVR, quare dicitur, non legistis. Dicendum quòd non accipitur affirmatiuè, qa non esset litera vera: certum est enim quòd Iudæi sępe hoc legerant, cùm sit principium Gen. imò si nũquam legissent, non allegaret Christus contra eos auctoritatem: quia probatio debet procedere ex notis respondenti, vel quę ille habet tanquam nota: sed legendum est interogatiuè, idest nunquid non legistis? & non solùm est interrogatio, sed etiam admiratio, idest mirum est quomodo vos de hac re interrogatis, quia notum vobis esse debuisset, cùm sæpius legistis, aut legere potuistis scripturam, ex qua habetur determinatio quęstionis huius. Et tali modo solet Christus mordere Pharisæos, quando quęrunt aut arguunt contra ipsum: eo quod ipsi procedunt iniquo animo, & ad confundẽdum Christum: ideo iustum est, vt ex verbis suis ab ipso confundantur. Sic patet supra 9. Euntes discite, quid est: Misericordiam volo & non sacrificium, idest eatis ad addiscendum quid est: Misericordiam volo &c. quasi dicat non intelligitis, ideo addiscatis: & tunc poteritis arguere vel increpare. & supra. 12. ca. dixit eis: Si autem sciretis quid est, misericordiam volo & non sacrificium: nunquam ꝯdẽnassetis innocẽtes, quasi dicat, si intelligeretis scripturam, non faceretis hoc: sed quia nihil intelligitis, condemnatis insipienter innocentes. Et maxime Christus mordet eos circa intellectum scripturæ: & hoc propter quatuor. Primò quia volebat eis auferre occasionem gloriandi, & punire eos propter malitiã suam, ideo volebat in eo illos confundere, in quo ipsi gloriabantur: & tamen ipsi gloriabantur se esse doctores scripturę, cùm dicatur infra 23. cap. quòd super cathedram Moysi sederunt scribę & Pharisæi: nulla aũt maior confusio est doctori q̃ ignorare ea, in quib⁹ doctorem se profitetur: ideo ostẽdebat Christus eos non intelligere scripturas. Secundò quia Pharisęi iactabant se de maiori zelo legis, & de strictiori obseruatione eius, et quia qui legem non intelligit non potest eam obseruare: ostendit eos non intelligere legem, vt sic appareat quòd neque vere legem zelabant, aut obseruabant: sed solùm traditiones datas à seipsis, & senioribus suis: sic improperauit eis Christus supra. 15. Irritum fecistis verbum Dei propter traditiones vestras. Tertiò, et pręcipuè quantum ad pręsens: quia Pharisæi assumebant nunc contra Christum argumentum ex lege: nam dicitur infra: Dicunt illi, quid ergo Moyses mandauit libellum repudij? ostendit ergo Christus eos non intelligere legem, vt sic appareat

quòd

quòd omnia argumenta eorum procedunt ex errore. Quartò vt ostendat se mirabilem esse. Sciebant enim Iudei, ꝙ Christus nunquam didicerat: vt dicitur Io. 7. Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? cùm autem nō solum scripturam allegaret: sed etiam eos, qui doctores scripturæ erant, s. Phariseos infra 23. ostē deret non intelligere scripturam: apparebat ipsum diuinitus habere intellectum scripturę: sic ipse dixit Io. 7. quando Iudei dixerunt quomodo literas scit, doctrina mea non est mea, sed eius, qui misit me: & ita conueniens erat, ꝙ confunderet Phariseos ostendendo, quòd non intelligebant scripturam.

An ista probatio sit conueniens, scilicet qui fecit ab initio masculum, &c. Quæst. XX.

QVAERETVR, an ista probatio sit cōueniens, scilicet, qui fecit ab initio masculum & cætera, nam ibi nihil exprimitur quod Deus dixerit aut voluerit. Aliqui dicunt, quòd non videtur sufficiens propter causam dictam. Secundò, quia dato quòd prodesset, non probaretur ex ea nō debere dari libellum, sed solùm ꝙ esset matrimonium: & tamen Christus de libello repudij nunc agit.

Dicendum, ꝙ est conueniens probatio, cùm sit argumentum Christi, quod est insolubile, & demonstratiuum. Et dicendum ad primum, ꝙ ex factis Dei ita sumit argumentum efficax sicut ex dictis: sicut solemus dicere de Christo, quòd non solū prębuit se nobis imitabilem in dictis, sed etiam in factis: & sunt facta sua nobis quędam regulę: sicut ipse dixit Ioan. 13. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Sic in factis Dei: nā verba Dei non sunt nobis lex nisi inquantum per ea constat nobis de diuina voluntate, cui nos tenemur obedire. Si ergo per facta potest nobis constare de diuina voluntate: ita stabitur factis sicut dictis: nam sicut si aliquid Deus vult fieri, fit illud: ita si scimus Deum velle aliquid fieri per nos, obligamur illud agere: & tñ per facta constat interdum de voluntate Dei: ideo sumitur tunc argumentum efficax ex factis eius sicut ex dictis, ita est nunc: nam creauit hominem & non creauit solum masculum: sed masculum & fœminam. In quo apparet, quòd voluit esse commixtionem sexuum inter illos: nam sexuū distinctio ad nihil aliud est, nisi ad commixtionem: nam si commixtionem esse noluisset: solùm masculum creasset, vt omnes essent masculi, cùm perfectior sit masculus quàm fęmina: & tamen fecit simul masculum & fęminam: ergo voluit commixtionem. Ideo sicut si dixisset, sit commixtio, apparebat homines obligatos ad commixtionem: ita cùm fecit masculum & fęminam, quorum distinctio ad nihil prodest: apparet ꝙ voluerit cōmixtionem, & ita est conueniens argumentum ēt nihil exprimendo. Ad secundum dicendum, ꝙ non solū probatur ꝙ debeat esse matrimonium ex mō creationis, sed etiam ꝙ non sit repudiandum: nam ex hac ratione constat, quòd Deus cōiunxit masculum & fęminam ex modo creationis, & ita apparet ꝙ coniunctos eos esse voluerit, & tunc sequitur verbum Christi. s. quod Deus coniunxit, homo non separet. i. non est iustū, ꝙ illud, qđ coniunxit Deus, dissoluat hō, qa neq; facere poterit: ipse tñ coniunxit masculum & fęminā in matrimonio: ergo non est matrimonium dissolubile nisi per Deum. Qui tñ dat libellum repudij dissoluit illud de facto: ergo non licet alicui dare libellum repudij, & ita totum apparet ex hac probatione. Itē quia si obiiceretur contra istam probationem, etiam obiiceretur contra sequentem: nam etiam in illa non constat expresse de inseparabilitate: cùm non dicatur

Masculus fęmina ꝑfectior est.

F nisi ꝙ adhęrebit homo vxori suę, & erunt duo in carne vna: & tamen contra illam probationem nō obiicitur, quòd insufficiens sit; ergo etiam non est obiiciendum contra istam, sed cum vtraque resumitur illud dictum Christi, scilicet, quod Deus cōiunxit &c. & ita fit plenum argumentum.

Quomodo dicitur hic quòd Deus dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, quia Adam hoc dixit, & non Deus. Quæst. XXI.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic quòd Deus dixit, propter hoc dimittet homo patrē & matrem &c. nam non dixit hoc Deus, sed Adam:
G vt patet Gen. 2. Dicunt aliqui quòd dicta fuerunt illa verba sæpe: & aliquando dixit illa Deus: & aliquando Adam: & ita vtrunque stat. Sed non stat, primò, quia si aliquando Deus loqueretur ista per se, idest per angelum suum: ipse diceret illa prius quàm Adam: & ita scriberetur, quòd dixerit illa Deus, & non Adam. Secundò quia etiam si Adam illa dixisset prius quàm Deus, scriberetur: & tamen solum scribitur de Adam quod protulerit ea: ergo non est illud verum. Tertiò, quia ex forma verborum videtur quòd non dixerit illa Deus sed Adam: quia dicitur, hæc nunc caro ex carne mea, & os de ossibus meis: quod ad Adam refertur: ipse ergo solus dixit hoc. Quartò, quia dato ꝙ Deus aliquando hoc dixisset, & etiam Adam:
H cùm scriptura solùm scripserit, quādo dixit illud Adā, non allegaret illud Christus, quod non est scriptum tacens quod scriptum est. & tamen dixit Deum dixisse hoc, & non Adam, ergo non stat illa solutio.

Dicendum ergo aliter, scilicet, quòd dicta fuerūt illa verba semel tantùm cùm non esset aliqua causa sæpe dicendi: & tunc dicta sunt per Adā, vt dictū fuit. & apparet ex litera: & tñ dicente ea Adā, dr̄ ea Deus dixisse: & iō alligantur quasi verba Dei, ac si eadem prolatione dixerit ea Deus & Adam. & tunc dicendū quòd dicitur dixisse Deꝰ ista verba, quia inspirauit aīo Adæ vt ea diceret: & illa sunt præcipuè Dei q̄ Adę: sicut verba prophetarum inspiratorum à Deo dicuntur esse verba Dei potius quam ipsorum. Sic dicit
I Aug. Hęc tamen verba cùm primi homines tantum scriptura fuisse testetur: dominus declarat hic hæc Deum dixisse: vt hinc intelligamus propter extasim quę præcesserat in Adam hæc diuinitus tanquam prophetam dicere potuisse. Sed tunc est dubium, in quo posset esse propheta Adam dicendo hæc verba. Dicunt aliqui: quod hoc fuit, quia in sopore ostendit ei Deus, ad quē vsū facta fuerit mulier: & ad ostendendum vsum illum locutus est Adā precedentia. Sic dicit magister. 4. Senten. dist. 26. in principio. Sed non satis stat, quia ad intelligendum, ad quem vsum facta erat mulier, non oportebat eum prophetice inspirari, sed naturaliter hoc sciret: pecora quidem nullo docente sciunt ad quem vsum sit fæmella spe-
K ciei ipsorum: ergo homo à fortiori sciret. Item ipsa natura docet & experientia: vnde etiam siquis nūquā viderit fęminam, et de nouo videat, si est potentis ętatis nouit vsum, cùm intra se habeat quod eum ad illum vsum inclinat: imo quodammodo cogit.

Sed dicendū, ꝙ ista verba dixit Adam inspiratus, qa in eis expressit de formatione mulieris ꝙ esset de carne eius, i. hęc nunc caro de carne mea, et os de ossibus meis. Et tamen Adam non viderat formari Heuam, quia sopor immissus fuerat ei diuinitus in quo nihil sensit passionis ablata costa de qua formata est Heua, et postquam euigilauit non inuenit in se aliquem defectum vel signum, per quod cognosceret in se factā mutationē, & sumptam fæminam de carne sua: & tamen

men dixit illud. Ideo dicẽdum ꝙ Deo inspirante dixit, quia aliter scire non poterat, neque dicere, & dixit: hæc nũc caro &c. idest ante hoc nulla fœmella de adductis ad me erat mihi conueniens, quia non erat mihi similis in conditione speciei: & tñ nunc, idest ista vice hæc quam præsentasti mihi, est caro de carne mea, idest est mihi similis in specie: iō hanc accipiam. & ꝑꝑ hanc dimittet homo patrem & matrem: nam Gen. 2. dicitur ꝙ oīa animalia creata Deus adduxit ante Adã, vt videret quid vocaret ea: Adæ aũt nõ inueniebatur adiutorium simile sibi, idest non potuit eligere aliquã femellam de sibi oblatis: quia non erant sibi similes: vnde impositis nominibus dimittebat ea: cùm vero adducta fuit Heua dixit: hęc nunc, idest ista vice addu xisti rem mihi similem: & hoc expressit, quia nõ solũ dixit hanc esse de specie sua: sed etiã dixit quòd erat pars corporis eius, scilicet caro de carne mea, & os de ossibus meis.

Quare Christus dixit ista verba potius fuisse dicta à Deo quam ab Adam. Quæst. XXII.

QVAERETVR, cùm ista verba dixerit Adã & non Deus proferendo illa, & scriptura ita asserat: dato quòd posset dici ea dicta esse ab Adam & à Deo vt declaratum est præced. quęst. quare potius Christus dixit dicta esse à Deo quàm ab Adam.

Dicendum ꝙ primò fuit, quia maioris auctoritatis erat Deus: ideo cùm à Deo, & Adam possint esse dicta, cõueniens est dici ea a Deo fuisse dicta. Secundò & principaliter, quia hoc ꝯuenit proposito suo: nam dici illa esse dicta ab Adam nihil proderat: quia Christus volebat ex his verbis ostẽdere quòd Deus voluerit manere societatem maris & fœminæ. Si tamen dicantur esse ista verba Adę: non sunt sufficientis auctoritatis ad nos ligandum: ideo debuit dici ꝙ erant Dei: vt ita appareat expressum Dei præceptum de matrimonij firmitate, quam intendebat probare contra libellum repudij.

Quare dicitur propter hanc vel propter hoc dimittet homo patrem vel matrem. Quæst. XXIII.

QVAERETVR, quare dicitur propter hanc vel propter hoc dimittet homo patrẽ vel matrẽ.

Dicendum ꝙ in hoc voluit Deus designare coniũctionem matrimonialẽ, in qua non solùm debet esse coniunctio corporum, sed etiam cohabitatio: in omnibus autem animalibus natura prouidet: vt sicut ingenerat coitum ad generationem: ita dat modũ nutriendi fætum genitũ, & quando sola fæmella sufficit ad nutriendum natos, nõ manent masculus & fæmella aliquãto tempore, neque est vlla societas inter eos, sed solùm conueniunt tempore coitus: sicut est in plurimis animalium, vt in boue, asino, ariete, capra, cane, & similibus: in quibus aũt non sufficit cura fæmellæ nutriendis natis, dedit natura quandam societatem inter marem & fæminam non solùm tempore coitus, sed ẽt tpe toto, quo vtriusque cura est necessaria, sicut in pluribus auibus apparet: et etiam in aliquibus bestiis: nutritis autem natis nullorum animalium societas manet. In hominibus autem secus est: quia sicut ad generationem oportet marem & fęminam aliquãdo conuenire: ita oportet manere per totam vitam: quia educatio natorum hoc exposcit, quæ est magis necessaria, & de intentione naturę quàm ipse coitus: & ideo sicut est naturale ꝙ vir & fęmina carnaliter misceantur ad simile tertium derelinquere: ita est naturale ꝙ cohabitent sibi per totam vitam, vt infra magis ostendetur: ideo sicut exprimendo conditionem

A matrimonij vel ꝯiũctionis ipsorum debet oñdi ꝙ carnaliter conueniant: ita debet exprimi, ꝙ commaneãt, vel cohabitent: & quia cohabitare est aliquorum, ꝙ communicant sibi opera. i. ꝙ id, quod facit vnus est ꝓ se & ꝓ altero: & quod facit alius est pro alio vicissim, necesse est illos solos cohabitare, quorum opera com municantur inter se: & quia ista cohabitatio fit propter educationem natorum communium, in qua nõ potest communicare pater filio, aut filię neque mater illis, sed solùm communicat vir vxori, & vxor viro, solũ est cohabitatio viri & vxoris cessante alia coha bitatione. Et hoc exprimitur hic, s. Propter hanc dimittet homo patrem & matrem, idest cessabit homo cohabitare patri & matri. Ante enĩ q̃ vir accipiat vxo-
B rem, cohabitat patri & matri: qa est ibi cõicatio operum. s. quia ea, quæ faciunt pater & mater sunt pro filiis: & q̃ filii acquirunt sunt pro patribus, eo ꝙ nihil aliud est, pro quo acquirere debeant. postquam autẽ vir accipit vxorem, intendit ad generationem filiorũ, quos educare oportet, & ideo tunc soli vir & vxor cõicabunt sibi opera: quia soli tenentur ad educationem cùm soli generent, sed non est cohabitatio nisi eorũ, quorum est cõicatio operũ: ergo postquam vir accipit vxorem, non cohabitat patri & matri, sed vxori: & hanc cohabitationem tanquam necessariam in matrimonio expressit Deus per os Adæ. s. propter hãc dimittet hõ patrẽ & matrem, i. cessabit vir cohabitare patri et matri, vt cohabitet vxori, & vxor cessabit coha
C bitare patri, & mr̃i, vt cohabitet viro. Et intelligit̃ hoc dupliciter. vno modo ꝙ antequam vir accipiat vxorẽ manẽt vir et fæmina sub potestate parentum, et cohabitant illis: postquam verò matrimonialiter conueniunt, debet cessare vir cohabitare parentibus, vt coha bitet vxori, et è contrario. Alio modo intelligitur, ꝙ postquam vir accipit vxorem, nulli debet cohabitare nisi vxori, ipsi enim soli communicabũt sibi inuicem opera. Et apparet, quia si vir alicui pręter vxorem coha habitare posset, potius esset pater aut mater q̃ aliquis alius: sed his non debet cohabitare: sed vxori, cũ dicatur propter hanc dimittet homo patrem & matrem: ergo à fortiori nulli alteri cohabitabit.

Aliqui dicunt, ꝙ hic designat̃ materia conueniens
D matrimonij, quæ sunt personæ legitimę: & quia quædam personę sunt, quę non sunt legitimæ, scilicet pater & filia, mater & filius, exclusit illas, cùm dicit: dimittet homo patrem, & matrem. homo est communis generis, & accipitur pro mare, & fęmina, & referuntur singula singulis, scilicet homo. i. vir dimittet matrẽ. i. non accipiet eam in vxorem. & hõ. i. fęmina dimittet patrem. i. non accipiet eum in maritum, sed alium. sic exponit Nic. Sed dicendum, ꝙ non conuenit iste sensus literæ. Primò, quia ista verba Christi secundùm ꝙ ipse dicit, sunt verba Dei, quę habent̃ Gen. 2. ibi aũt dr̃, ꝑꝑ hanc dimittet homo, idest ꝑpter fęminam. Et sic non potest accipi de mare, & fęmina simul, sed solùm de mare, & ita non designatur ma
E teria conueniens matrimonij, sed solùm cessatio cohabitationis ad parentes, & cohabitatio viri ad vxorẽ. Secundò, quia dr̃ dimittet homo, vel relinquet: quod aũt dimittitur, vel relinquitur aliquãdo habitum fuit: & tamen nunq̃ filius habuit matrem in vxorem aut pater filiam: ergo non dimittit aut relinquit: sed deberet dici: ꝑꝑ hanc non accipiet hõ patrẽ, & matrẽ: ergo refertur ad cohabitationẽ: qa anteq̃ vir accipiat vxorẽ cohabitat parẽtibus: & accipiẽdo vxorẽ cessat coha bitare parẽtib9, vt cohabitet vxori: & ita dimittit vel relinquit patrem, vel matrẽ. Tertiò, quia si de copula matrimoniali acciperetur: nõ diceretur dimittet patrem & matrẽ, & adhærebit vxori, sed adhęrebit alteri. Nã vt vult Nicolaus est sensus, ꝙ excluduntur hic

pater

pater, & mater respectu filiorum tanquam illegitimæ personæ à matrimonio, ita quòd aliis dēret quilibet ꝯiungi, & non istis personis: iō ad exprimendum istum sensum deberet dici dimittet patrem & matrē, & adhærebit alteri, & nō illis matrimonialiter. Dicitur tñ & adhęrebit vxori: iō nō abiicit hic patrē & matrem à matrimonio: sed à cohabitatione postquā factū est matrimonium ad aliam personā. Quartò patet, quia tenendo istum sensum, oportet intelligi, ꝙ pr̄ & mr̄ sint illegitimę ꝑsonę.s.pr̄ respectu filię et mr̄ respectu filij: et accipiet hō provtroq;.s.hō dimittet patrē.i.filia non accipiet patrē in virum: et hō dimittet matrem.i. filius non accipiet matrem: & tñ non pōt accipi ibi hō nisi pro masculo, cùm dicatur: dimittet patrem et matrem, et adhęrebit vxori: quia idem est, qui dimittit patrem, et matrem, et qui adhęret vxori: et tñ solus vir adhæret vxori: ergo de solo viro intelligitur litera. Dicitur tamen ꝙ dimittet patrem et matrem, et tamen non potest vir dimittere patrem et matrem quantum ad matrimonium, cū non possit cōtrahere cū patre: ergo necesse est accipi de cohabitatione qñ dicit: Dimittet patrem et matrem.s.cessando cohabitare eis, vt cohabitet vxori. Et tunc propriè dicitur, quòd dimittit patrem: quia magis cohabitat filius patri quàm matri: eo quòd magis manet sub potestate patris quàm matris: ergo non accipitur de ostensione personarum, quæ sunt legitimę ad contrahendum matrimonium, et quæ non, sed de cohabitatione.

Quare Christus dixit hic: Propter hoc dimittet, cum scriptura dicat propter hanc. Quæst. VXIIII.

QVAERETVR, cū Christus allegat hic verba scripturæ tanquam dicta à scriptura, et in illa dicatur, propter hanc dimittet homo &c. quare ipse dixit hic ꝑꝑ hoc dimittet. Dicendū quòd primò fuit, quia ibi ꝑꝑ continuationem literæ necesse erat dici ꝓpter hanc: nam dr̄: hęc nunc caro de carne mea, & os de ossibus meis: propter hanc dimittet hō et cę. Christus autem non posuit hic, hæc nūc caro et cęt. in quo innuatur, ꝙ de fęmina dr̄: ideo potuit dicere propter hoc.i. propter matrimonium, siue copulam carnalē. Secundò, quia in allegationibus, quas Christus facit, et Euangelistę, vel Apostoli rarò seruatur identitas literæ: sed seruatur eadē sententia: ita hic, si dicatur propter hanc, refertur ad fęminam. Si propter hoc, refert ad matrimonium, et idem est: imò melius dicitur propter hoc q̄ propter hanc: nam si fęmina accipitur propter copulā accipitur, quę est matrimonialis: et iō potius propter matrimonium dimittet homo patrem, et matrem quàm propter mulierem.

Quare dicitur: Et adhęrebit uxori suæ. Quæst. XXV.

QVAERETVR, quare dicitur et adhærebit vxori suæ. Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur de copula carnali: cū sequatur: erunt duo in carne vna, et tñ effectus copulæ est duos fieri vnam carnem. Sed dicendū, ꝙ nō stat: imò necesse est accipi de cohabitatione, quę est assiduitas commanendi. Et apparet, quia dicitur supra: dimittet hō patrē et matrem, et adhærebit vxori. Et ita vnum dependet ab alio. s.dimittēdo patrem et matrem adhęret vxori: et tñ ad adhærendum carnaliter non oportet dimittere patrem et matrem. Ad cohabitandum autē vxori oportet cessare à cohabitatione patris et matris: ideo intelligitur de cohabitatione. Et ponuntur istæ duæ clausulæ ad signandum cohabitationem, quia cū hō antequam accipiat vxorem sit in potestate alicuius, cui cohabitat, non potest nouam cohabitationem incipere nisi cesset à priori, et quia il-

F la erat cum parentibus, sub quorum potestate manemus quandiu parui sumus: dr̄ quòd dimittet patrem et matrē.s.cessando cohabitare illis, et adhęrebit vxori suę.i.cohabitabit ei. Quod āt dicebatur supra, quòd vir cessare debet à cohabitatione parentum, vt cohabitet vxori: et consequenter à cohabitatione omnium aliorum, debet intelligi de cohabitatione illa, per quā impeditur cohabitatio ad vxorem: nā viri et vxoris est cōmixtio, et est cōicatio operum, quod dicit perfectā cohabitationem. Quod verò vir cohabitet alteri non obuiando huic cohabitationi non prohibet, sed dicit quòd dimittet patrem et matrem.i.nō hētad eos plenam cohabitationem sicut prius. et ita ad nullam aliā personam potest habere cohabitationem plenam ha-
G bendo cohabitationem ad vxorem.

Quare Deus non facit nunc de eodem vtero ac conceptu marem, & fęminam nasci sicut quando in principio creauit eos. Quæst. XXVI.

ALIQVI quęrunt, cùm domin⁹ à principio creauit simul marem & fæminam ad ostendendum copulam matrimonialem: quare non facit nunc de eodem vtero, & eodem conceptu marem & fęminā nasci. Dicendum ꝙ hoc aliquando factum refertur, scilicet in filiis Adę: pariebat enim simul marem, & fęminam eodem partu: & isti postea in matrimonio iungebantur: nunc tamen fieri nō expedit. Primò qa
H si sic nascerentur masculus & fęmina, signaretur ꝙ illi duo nascebantur ad hoc ꝙ inuicem copularentur, & tñ Deus non vult homines in tali gradu copulari, neque licuit hoc nisi illo tempore, quo non poterat cōmixtio aliter fieri propter defectum mulierū: vt quando Adam & Eua soli erant: nam necesse erat: ꝙ filij eorum inter se copularentur: postea extensa posteritate humana non copulati sunt in eisdem gradibus: ergo neque debent nunc regulariter taliter nasci mares & fęminę. Secundò quia Deus creauit masculum & fæminam simul, idest non plures masculos aut plures fęminas simul: vt ostenderet marem, & fœminam commisceri debere. Si autem nunc sic nascerentur simul, ostenderetur ꝙ Deus volebat semper esse cōmi-
I xtionem maris & fęminæ: & tñ Deus non incitat nūc ad copulam, sed potius ad castitatem: cùm dicat Paul. 1. Cor. 7. volo vos omnes esset sicut & ego sum.i.quēlibet manere sine vxore. Sequitur tñ ibi: sed vnusquisque proprium donum habet.i.non pōt quilibet hoc. & ita dicitur infra in litera ꝙ non omnes capiunt hoc: iō non debet dare hominibus exemplo incitandi eos ad coniugia, sed potius ad celibatum: ideo non nascūtur simul masculi, & fęminę, sed rarius: & ita habet q̄libet quid imitetur: nam qui vult coniugium imitet simultatem creationis.i. coniunctionē factam à Deo in creatione: qui autem vult cælibatum imitetur modum nascendi, qui nunc est. Sic dicit Chry. Ad hoc Deus marem & fęminam creauit ex vno, vt sint vnū.
K Quare de cętero vir et mulier non ex eodem vtero nascuntur sicut et volatilia quędam. Et respondet, scilicet quia Deus masculum quidem et fæminam creauit propter necessitatem filiorum generandorum, tñ semper fuit castitatis amator, et continentiæ auctor: ideo illum typum non seruauit in omnibus: vt si quidem vult homo nubere s̄m primā dispositionē creationis humanæ inteligat, qd est vir et vxor. Si āt noluerit nubere, nō habet necessitatē nubēdi propter ꝯiunctionē natiuitatis: ne forte videatur per suam continentiā alterū, q nolebat esse continens: sicut domin⁹ post coniunctum matrimonium iubet ne alter altero nolente se separet.

Quare

Quare dicitur: Et erunt duo in carne vna.

Quæstio XXVII.

QVAERETVR, quare dicitur: Et erunt duo in carne vna. Dicendum, ꝙ communiter solet exponi, ꝙ per hoc intelligatur actus matrimonialis.f. erunt duo in carne vna.i. duo erunt ad vnam carnem producendã. Sic exponit Hiero. f. Erunt duo in carne vna: præmium enim nuptiarum est ex duobus vnam carnem.f.prolis fieri. Et sic etiam dicit Glo.erunt duo in carne vna.i. in carnali copula. Alij autem exponũt in carne vna.i. ambo sunt vna caro, quia de vna carne veniunt. Nam fœmina de viro formata est. Sic dicit Augustinus: Vnum dicuntur, vel propter coniunctionem, vel propter originem fœminæ, quæ de masculi latere creata est. Alio modo exponitur erunt duo in carne.i. duo erunt vna caro.f. vna persona. Et iste est verus sensus, & nõ præcedentes. Primò, quia consonat modo loquẽdi: sic enim dicitur. 2.Reg.7. Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium, idest: ego ero pater eius, & ipse erit filius meus. Et illud: Ego ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.i.ego ero Deus eorum, & ipsi populus meus. Ita hic, erunt duo in carne vna.i. vna caro: dicere autem erunt in carne vna.i. ad procreandum vnam carnem videtur esse aliqualis extorsio: & non habetur similis modus loquendi ex scriptura. Secundò, quia ista expositio consonat sententiæ sequenti.f.itaq; iam non sunt duo, sed vna caro: ergo cùm dicitur erunt duo in carne vna, est sensus, quòd duo erunt vna caro: & non quòd erunt ad procreationem vnius carnis. Tertiò, quia accipiendo illam expositionem, nihil facit litera ad propositum Christi: ipse enim vult probare hic, quòd matrimonium viri & vxoris non est separandum: & hoc, quia iam non sunt duo, sed vnum, & in vnitate non est distinctio, sed solùm violenta sectio: & illud procedet si coniuges non dicantur esse duo, sed vna caro: & tamen accipiendo expositionem aliam, nihil est ad propositum: quia tunc non sunt coniuges vnum, sed sunt duo ad producendum vnam carnẽ: & tamen necesse est facere auctoritatem illam ad propositum Christi: ideo necesse est exponi, quòd erunt duo in carne vna, idest, vna caro. Et iste modus est loquendi iuris humani.extra de conuer.coniug.cap. ad Apostolicam.f. Postquam vir & vxor per copulam coniugalem sunt vna caro effecti: non potest vna pars ad Deum conuerti, altera in sęculo remanente: & ita non sunt duo ad procreandam vnam carnem, sed ipsi sunt vna caro. Et hoc apparet, quia ponit eos velut vnum corpus, cuius pars quædam sit vir, & altera sit vxor: cùm dicat vnam partem non posse conuerti remanẽte altera in sęculo. Ita ergo tertia expositio est vera, & debet teneri, & tunc stat auctoritas ad propositũ Christi, quòd vir & vxor sint vna caro, & dicuntur vna caro, idest, vna persona: solet enim scriptura accipere partes pro toto: & ita anima accipitur aliquando pro homine, vt illud: Septuaginta animæ egressæ sunt de femore Iacob. Gen.46. & Exo.1. & illud: Anima si obtulerit sacrificium.i. homo. Leui.2. aliquando caro pro ipso composito accipitur, siue pro homine, siue pro animali, vt illud: Omnis caro corruperat viam suã, idest, omnis homo. Gen.6. Et ibi: Omnis caro videbit salutare Dei, idest, omnis homo. Et illud: Omnis caro ad te veniet, idest, omnis homo. Psal.64. Et ibi: Omne animal diligit sibi simile, & omnis caro ad similem sibi coniungitur. Eccl.13. idest: Omne animal. Ita hic sunt duo vna caro, idest, vna persona: vocantur autem caro, quia ex parte carnis, vel actus carnalis est ista vnitas, & non ex parte animæ: sicut enim quando aliqua efficiũtur vnum circa spiritualia, vocantur vna anima, vel vnus spiritus: ita quando efficiuntur vnum per actum carnalem vocantur vna caro. De primò patet, quia prima Corin.6. dicitur: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cũ eo. & Act.4. dicitur: Quia multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.f. quia communicabant in spiritualibus. De secundò patet, vt hic, ꝙ per actũ coniugalẽ vir & vxor sunt vna caro effecti. Sic dicit Chry. sicut.n.q spiritualiter se diligunt, vna aĩa esse dicuntur: scriptura dicente, ꝙ oĩum credentium erat cor vnum, & anima vna: sic vir, & vxor, qui carnaliter se diligunt, vna caro esse dicuntur. Sed aduertendum, quòd dicuntur esse vna caro non veritate naturæ, sed fictione iuris, sicut testator & hæres censentur esse eadem persona, & dominus & procurator, & multa alia, quæ vera non sunt: & tamen ius ista fingit propter aliquas rationabiles causas, secundùm quas videntur retinere quandam vnionem, aut vnitatem: & ideo sicut ea, quæ verè vnum sunt, non sunt diuidenda, quia fit naturæ iniuria secare vnitatem: ita ea, quæ sunt vnum vnitate iuris, non possunt sine iuris iniuria secari: sed ius dixit vxorem, & virum esse vnam carnem, & quod maius est, Deus hoc dixit; ergo contra ius est, & contra Deum diuidere illos. Et hoc concludit Christus dicens; Quod Deus coniunxit, homo non separet, idest, Deus coniunxit illos efficiendo vnã carnem; ideo homo nõ potest separare illos sine iniuria Dei; & tamen per libellum repudij separantur; ergo non debet esse repudium. Sic dicit Chrysosto. Demonstrat in his, quòd præter naturam, & pręter legem est vxorem dimittere, præter naturam quidem, quòd vna caro diuiditur, præter legem, quia Deo copulante, & iubente non diuidi, vxor dimittitur.

Quid nuptiarũ pręmium sit.

Scriptura quãq; solet partẽ pro toto sumere.

Quæ quæ vnum efficiuntur in spirituali-bus vna anima dicuntur.

Qua vnitate vir, & vxor sit vna caro.

A B C D E

An matrimonium sit de lege naturali.

Quæst. XXVIII.

CIRCA prædicta manent aliqua dubia iuxta matrimonium, quæ resultant ex litera. Et quia prima probatio Christi est ex conditione creationis, vt dicit Chryso. vel ex lege naturæ vt dicit Hierony. Est dubium an matrimonium sit de lege naturali siue de iure naturæ. Aliqui dicunt, quòd non, quia ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: sed matrimonium non est in omnibus animalibus: cùm in quibusdam sit coniunctio maris & fęminæ sine matrimonio: ergo non est de iure naturali. Secundò, quia quod est de iure naturali, inuenitur in oĩbus hoĩbus f̃m eorum quemlibet statum: matrimonium tñ non fuit in quolibet statu: quia sicut dicit Tullius in libro Rethoricorum in principio, homines à principio syluestres erant: & tunc nemo sciuit proprios liberos neque certas nuptias, in quibus tamen consistit matrimonium, quod fit determinata vxor ad virũ: ergo tunc non fuit matrimonium: & tunc consequenter non est de iure naturali. Tertiò, quia naturalia sunt eadem apud omnes: & tñ matrimonium non est eodem modo apud omnes, quia f̃m diuersas leges hominum diuersimode contrahitur. vt extra de sponsa cap. de Francia. ergo non est de iure naturali. Quarto, quia ea, sine quibus conseruatur natura, non sunt naturalia, cũ naturalia sint optime ordinata 12. Metafi. & iõ nihil est in eis superfluũ: & tñ per actũ matrimonialem intenditur conseruatio speciei, quę tamen haberi potest per concubitum non matrimonialem, vt ex concubinis: ergo non est matrimonium aliquid de iure naturæ. Dicendum, ꝙ matrimonium est de iure naturæ: sic enim accipiunt iura humana: vt in principio digestorum dicitur, quod ius naturale est maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appella-

pellamus: ergo est de iure naturali. Etiam quia id, quod fit à principio naturali est naturale: & tñ homo contrahit matrimonium natura inclinante: ergo est naturale. Patet hoc, quia Aristoteles octauo Eticorum dicit, quòd homo est naturaliter magis animal coniugale quàm politicum: & tamen homo est naturaliter animal politicum, vt ipse dicit ibidem: ergo est naturaliter animal coniugale: ergo vti vel manere in coniugio, scilicet in matrimonio, est sibi naturale, & ita erit matrimonium ipsum naturale, idest de iure naturæ. Circa hoc tamen considerandum, quòd aliquid dicitur naturale dupliciter. Vno modo sicut ex principiis naturæ ex necessitate causatum: vt moueri deorsum est naturale lapidi: & hoc modo matrimonium non est naturale, neque aliquid eorum, quæ ex libero arbitrio procedunt, vel per ipsum consumantur. Secundo modo dicitur naturale id, ad quod natura inclinat, & tamen mediante libero arbitrio completur: & ita virtutes dicuntur homini naturaliter inesse: non quidem quòd inueniantur in nobis aliqui habitus perfecti per naturam, sed insunt natis nobis suscipere illas: perfectis verò per operationem, vt dicitur secundo Ethicorum capit. primo, idest inclinari ad eas innatum est homini: & tamen habere eas perfectè genitas non competit alicui homini naturaliter: sed per assuefactionem ad operationes. Ita est de matrimonio. Est enim naturale siue de iure naturali quãtum ad inclinationem: non tamen inuenitur in nobis tanquam aliquid completè productum à natura: sed per rationem, & voluntatem consumatur. Sed ex sola inclinatione ad illud vocatur naturale. Accipitur autem ista inclinatio respectu finis matrimonij: sunt autem multi fines eius, vt ostenditur quarto Sententiarum distinctione 32. & tamen duo sunt præcipui fines: vnus est propagatio & continuatio speciei: alius est mutuum obsequium, vel cõmunicatio operum. Ex parte primi finis oportet esse matrimoniũ inter homines, & natura inclinat ad illud: non enim vocamus matrimonium ipsam sexuum commixtionem, quia hæc reperitur etiam in pecoribus: sed habitudo certa, quæ est necessaria inter eos, qui conueniunt carnaliter, vocatur matrimonium: non enim quocunque modo conueniendum est carnaliter inter homines: sed certo modo tam secundùm naturæ designationem quàm secundùm rationis iudicium: non enim debet esse commixtio nisi maris ad fæminam, quod & natura docet: quia finis commixtionis est generatio, quæ non inuenitur, nisi fuerit sexus diuersitas. Secundò non debet esse commixtio ad multas fęminas, sed ad vnam solam, quod partim natura docet, & partim ratio: vt infra dicetur questione 30. Tertiò non debet esse commixtio ad quamlibet mulierem: sed aliqui debent excludi à commixtione, quos naturæ reuerentia & rationis respectus non patitur commisceri. Et hoc specialiter est in hominibus, qui debita personarum sciunt: pecora autem, quæ ignorant attinentias, et rationem debiti personæ ad personam, non excludunt aliquam fęmellam à commixtione: & tamen aliqua pecora, in quibus reseruatur cognitio parentum adhuc abstinent à commixtione eorum. Quartò non debet esse habitudo viri, & fęminæ solum tempore conuentus carnalis, sed tempore educationis fętus, quia natura magis intendit educationem, & perfectionem genitorum quàm generationem: ideo sicut inclinat marem & fęminam ad commixtionem propter sibi simile gignere: ita inclinat eos ad certo modo se habendum ad hoc, quòd natos possint educare. Habitudo ergo maris & fęminæ carnaliter cõuenientium secundùm quàm conseruantur, aut conseruari de-

Naturale aliquid dupliciter dicitur.

Duo sunt pcipui fines ipsius matrimonij.

Quid proprie matrimoniũ sit.

F bent hoc vocatur matrimonium. Vnde solet matrimonium diffiniri, quòd sit coniunctio maris & fęminæ inter legitimas personas indiuiduę vitæ consuetudinem retinens. Dicitur enim coniunctio, quæ non significat commixtionem, nam ipse actus matrimonium non est, sed actus matrimonij, quia cùm commixtio transeat, & desinat esse, transiret & desineret esse matrimonium, quod falsum est. Etiam, quia cùm actus ille iteretur inter easdẽ personas, iteraretur matrimoniũ, sed falsum est quia earundẽ personarũ vnicum est matrimonium: sed vocatur coniunctio ipsũ vinculum vel habitudo, secundùm quàm vir & fœmina referuntur, quæ habitudo includit mutua iura, idest quòd vir habeat potestatem fęminę ad commixtionem, & fęmina habeat potestatem in corpore viri.

Matrimonij ... tio ac ... latum ... uum ... mixtionis ... nodatio.

G Dicitur maris & fęminæ, quia & si contingat esse fędam commixtionem viri ad non fęminam, non vocatur matrimonium, sed potius naturæ deturpatio. Dicitur autem inter legitimas personas, quia legitimę personæ vocantur, quibus ratio & iura contrahere permittunt. Illæ verò dicuntur illegitimæ, quibus hoc vetitum est: cùm non liceat indifferenter cuilibet commisceri: etiam si sit vna tantùm; & si ad talem sit commixtio, non vocamus matrimonium, sed incestum. Dicitur autem, indiuiduæ vitæ consuetudinem retinens, idest quòd sit inter eos cohabitatio, quàm consuetudinem vocamus, & vita indiuidua, idest indiuisibilis, scilicet quòd non duret habi-

H tudo illa pauco tempore, sed longo, siue ad totam vitam: sed vt dicetur infra, inclinari autem ad talem habitudinem maris et fęminæ est inclinari ad matrimonium. Vnde si natura inclinat ad talem habitudinem, dicetur, quòd matrimonium est de iure naturali, idest naturali inclinatione. Et hoc verum est, quia quantũ ad duos fines præcipuos matrimonij inclinat natura ad matrimonium. Primus est bonum prolis. Et nõ vocatur hic bonum prolis ipsa commixtio, per quam habetur proles: neque etiam ipsa proles, sed educatio eius; non enim solùm intendit natura generationem prolis, sed etiam educationem eius, & promotionem vsque ad perfectum statum hominis: inquantum homo est, qui est status virtutis; sic enim

Natura n... solùm in... tendit ge... neratione ... sed etiam prolis edu... cationem.

I dicitur octauo Ethicorum, quòd tria a parentibus recipimus, scilicet esse, nutrimentum, et doctrinã. Filius autem non posset educari à parentibus nisi haberet determinatos parentes: fęmina enim non sufficit ad educationem filiorum, sed requiritur etiam diligentia patris; & ideo oportet esse parentes determinatos: & ob hoc sequitur, quòd de inclinatione naturali est, quòd matrimonium sit vnius ad vnam, & non vnius ad omnes: sicut in politia Socratica, et Platonica. vt patet secundo Politicorum in principio. Etiam requiritur, quòd isti determinati parentes habeant obligationem aliquam, per quam conuenienter efficiatur educatio prolis: et illa obligatio, vel habitudo dicitur matrimonium: ideo matrimonium ex parte educationis fœtus est aliquid naturale. Secundus fi-

K nis matrimonij est mutuum obsequium à coniugibus sibi inuicem in rebus domesticis impendendum: sicut enim naturalis ratio inclinat, vt homines cohabitent: quia nemo sibi sufficit in omnibus, quæ sunt ad vitam: ita enim hominem animal politicum naturaliter vocamus, quia adiacet vnicuique particula boni alterius, vt dicitur tertio Politicorum. Sic enim in operibus, quæ pertinent ad conseruationem vitæ, quædam sunt opera, quæ conuenienter fiunt per viros, quædam per mulieres: ideo associatio ipsorum etiam quantum ad mutuam impensionem operum est de inclinatione naturali, et tamen sociatio viri ad mulierem est matrimonium: ideo matrimonium

Nemo sibi sufficit omnibus, quę sunt ad vitam necessaria.

ex his duabus causis est de inclinatione naturali: & ita Aristote. ponit 8. Ethicorum istas duas causas, scilicet procreationem, & communicationem operum ad hoc, quòd vir & fęmina associentur, quod matrimonium vocamus.

Ad primum dicendum, quòd matrimonium est de iure naturali, cùm sit de naturali inclinatione: non tamen docuit natura istud in omnibus animalibus, quia non accipitur ius commune prout consequitur omnem naturam animalis, sed solam naturam humanã. Pro quo sciendum, quòd natura hominis inclinat ad aliquid dupliciter. Vno modo, quia est conueniens naturæ generis: & hoc est commune omnibus animalibus. Alio modo quod est conueniens naturæ differentiæ, qua species humana abundat à genere: B & sic est naturale homini actum prudentiæ, vel temperantiæ habere inquantum est animal commune, & sicut est sibi naturalis esse rationale, ita est naturale habere actum rationis, quod ad prudentiam, & virtutes pertinet: & sicut natura generis quamuis sit vna in omnibus animalibus, tamen non est in omnibus, scilicet, eodem modo, sed secundùm quòd vnicuique competit: ita inclinare ad propagationem est commune omnibus animalibus perfectis, quæ per propagationem gignuntur: modus tamen propagandi, ad quem inclinat natura, non est omnibus animalibus idem, sed vnicuique secundùm suam speciem: & quia humana species viget ratione, competit sibi propagatio secundùm rationem: hoc C autem est, vt taliter iungantur qualiter ad conuenientem educationem prolis, & ipsorum conuenientium bonum statum competat, & quia ad hoc requiritur vnitas viri, & vxoris, & personæ legitimæ, & commanentes longo tempore secundùm aliquam obligationem ad commanendum, debuit esse talis modus conuentionis maris & fœminæ: sed talem conuentum vocamus matrimonium: ideo est matrimonium de inclinatione naturali consequenti naturam humanam, & non naturam communem animalium: & hoc est loquendo de totali inclinatione ad matrimonium, & tamen ad aliquid matrimoniale est inclinatio ex natura communi generis: & hoc quantum ad primum finem matrimonij, scilicet, procreationem D liberorum, cùm in omnibus perfectis animalibus sit ista inclinatio. Sed educatio non reperitur eadem in omnibus, cùm in quibusdam sufficiat sola fœmella: in alijs filij nati statim possunt cibum quærere: & ita non indigent aliqua educatione parentum. Alia sunt, in quibus & si masculorum cura sit aliquantulum necessaria, tñ pauco tempore: in hominibus autẽ est necessaria cura vtriusque parentis educando, & longo tempore: ideo est maior determinatio necessaria ad commanendum. Et ista cohabitatio non solùm competit homini ex parte differentiæ inquantum est ratione vtentis, sed etiam ex natura generis, cùm sit commune omnibus animalibus, quod tamdiu commaneant, quamdiu est necessaria ad educationem eorum commoratio: & ita quantum ad aliquid est matrimoniũ de inclinatione naturali consequente omne E animal: completè tamen est de inclinatione humana quantum est ex ratione differentiæ.

Ad secundum dicendum, quòd in statu omni fuit matrimonium inter homines. Nam primi fuerunt Adam & Eua, inter quos fuit matrimonium, vt Christus inducit hic in litera: & postea in tota posteritate similiter matrimonium continuatum est. Ad verbum Tulij potest dici, quòd ipsi & alij sapientes Gentilium errauerunt circa præterita sæcula propter non habere historias temporum præteritorum. Nam ante Ninum regem Babylonis historiæ gẽtium

A nihil referunt, vt dicit Augustinus, & Paulus Orosius: & quia videbant paulatim mores humanos extolli, qui prius erant valde rudes: putauerunt, quòd aliquod tempus fuerit, in quo homines nullo matrimonio vtebantur, & tamen non fuit sic.

Aliter potest dici, quòd verum fuerit verbum Tulij, non quidem quantum ad omnes homines, sed specialiter circa aliquas gentes Barbaras, sicut & nunc aliqui Barbari sunt, qui in multis agunt contra naturalem inclinationem: & hoc, quia principia naturalis educationis non deducuntur in eis ad effectum: eo quòd ratio ipsorum est offuscata, siue propter indispositionem naturæ, siue propter prauam consuetudinem.

Ad tertium dicendum, quòd natura humana non est immobilis, sicut diuina, vt dicitur septimo Ethicorum, & ideo ea, quæ sunt secundùm rationem naturalem, non reperiuntur omnino eadem apud omnes saltem quantum ad conclusiones particulares: secus autem quantum ad principia multum vniuersalia. Vnde non est inconueniens, quòd secundũ diuersos status, & conditiones gentium varietur matrimonium, non solùm quantum ad cœremonialia, sicut dicitur extra de spōsali. cap. de Francia: sed etiam quantum ad substantialia, vt quòd aliqua gens ponat in matrimonio pluralitatem, & alia vnitatem, & quidam ponant indisolubilitatem: alij verò concedant repudium.

Ad quartum dicendum, quòd in matrimonio non intenditur solùm proles: sed etiam educatio, & perductio ad perfectionem, vt dictum est. Ex coitu autem fornicario benè potest sequi proles: sed non potest dari ibi conueniens modus educationis, cùm inter parentes non sit aliqua obligatio ad commanendũ, & communicandum opera, vt sic prouideant natis educando, & erudiendo: ideo matrimonium, quod omnia ista dicit, est de inclinatione naturæ.

An contractus matrimonij sit de necessitate, & obliget omnes.

Quæst. XXIX.

QVAERETVR, an contractus matrimonij sit de necessitate, & obliget omnes. Aliqui dicunt, quod sic, quia ea, quæ sunt naturalia obligant omnes: matrimonium autem est de iure naturali, vt dictum est præcedenti quæstione: ergo omnes obligantur ad matrimonium. Secundò, quia præceptum semper obligat quamdiu non reuocatur: sed Deus dedit præceptum de actu matrimoniali, Genesis primo: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: ergo semper remanet præceptum: & ita omnes obligabuntur. Tertiò, quia bonum speciei melius est, quàm bonum indiuidui: quia diuinius est, & melius quod genti, & ciuitatibus, quàm quod vni homini. primo Ethicorum: sed præceptum datum homini de comedendo ad conseruationem indiuidui semper manet: ergo præceptum datum de actu procreandi, per quem conseruatur species, magis manebit. Et dato, quòd nullum esset præceptum, certum est, quòd obligatur quilibet sumere cibum, & agere quod potest ad conseruationem indiuidui: ergo obligabitur à fortiori ad conseruandum speciem per actum matrimonij. Quarto patet, quia vbi manet eadem ratio obligationis, ibi manet eadem obligatio; & tamen in exordio sæculi obligabantur omnes ad dandam operam proli, nè cessaret multiplicatio generis humani: sed nunc cessaret

ſaret multiplicatio ſi nunc liberum eſſet cuilibet abſtinere à coitu: ergo obligantur omnes ad actum matrimonialem. F

Dicendum, ꝙ non obligatur nunc aliquis ad contrahendum matrimonium, cùm non obligetur quis ceſſare à maiori bono, vt teneat minus, & tamen maius bonum eſt virginitas, quàm cõiugalis actus. 1. Cor. 7. Qui tradit virginem ſuam nuptui bene facit: qui autem non iungit matrimonio virginem ſuam melius facit: ergo non eſt matrimonium ſub præcepto: idem oſtendit Chriſtus infra in litera: cùm Petrus dixit, ſi ſic eſt cauſa hominis cum vxore ſua, non expedit homini nubere: & Chriſtus dixit, non omnes hoc capiunt, ſed quib⁹ datum eſt à Deo: & ita innuitur melius eſſe manere in virginitate, quàm nubere: ſed non poſſunt oẽs continere, quia eſt donum Dei ſpeciale, vt dr̃ Sapi. 8. G

Caſtitas donũ Dei eſt ſpãle.

Item nulli debetur præmium pro tranſgreſſione præcepti: virginibus tñ debetur ſpeciale præmium, quod aureola dr̃: ergo non eſt ſub præcepto nubere. Vnde dicendum, ꝙ vacare proli nunquam fuit neceſſarium alicui homini ex lege naturę: ſiue quando erant pauci homines, ſiue quãdo multi, niſi præſcriptum aliquod ſpecialiter datum fuiſſet de nubendo.

Natura ad aliqd dupliciter inclinat.

Et ratio huius eſt, quia natura inclinat ad aliquid dupliciter. Vno modo, ſicut ad id, quod eſt neceſſarium ad perfectionem vnius per ſe, & in ſeipſo, & non in ordine ad alios, & talis inclinatio obligat omnes, quia naturales pfectiones omnibus ſunt communes, & ita quilibet obligat̃ vacare conſeruationi ſuipſius, ſiue per cibum, & potum, ſiue abſtinendo à nociuis, quia cõſeruatio eſt ad H bonum, quod eſt eius particulariter velut vnius. Alio modo inclinat natura ad aliquid, quod eſt neceſſariũ ad perfectionem multitudinis, & in talibus nemo obligatur determinatè. Et ratio eſt, quia ad id obligatur quis determinatè, qđ ſi ipſe nõ egerit, ſequitur malum aliquod: & tamen ſi vnus homo non egerit illud, poterit ſuppleri per alterum, ita ꝙ malum nullum ſequatur, ideo non obligatur ille determinatè, & conſequẽter neque aliquis: ſicut colere terram eſt neceſſarium ad conſeruationẽ ciuitatis, & eſſe alios carnifices, alios cerdones, alios piſtores, & ita de cæteris, & tamen nemo eſt in ciuitate, qui obligetur ad aliquid iſtorum. Secundo, quia bona communia, ad quæ natura inclinat, ſunt multa, & mutuo ſe impediunt, vt patet in I dictis: nam omnia illa ſunt neceſſaria, & tamen ſi quis velit vacare vni, non poterit vacare alteri, & tamen nemo obligatur ad incompoſſibilia, vel ad ea, quæ ſe impediunt: ergo nemo ad iſta obligatur. Ita eſt de actu matrimoniali, quia ille non eſt neceſſarius ad bonum indiuidui, ſed ad bonum multitudinis, vt non deſit continuatio ſpeciei, & ſtatus politiæ: ideo non ordinanatur quilibet ad hoc, neque aliquis determinatè: cùm etiam ipſa natura inclinet ad aliquod bonum commune, quod impeditur per actum matrimonialem. Nam bonum communitatis eſt habere viros ſapientes, qui literis vacent. Sed vacatio literarum impeditur maximè per venereorum vſum. Vnde Theophra- K

Sapiẽti nõ expedit nubere.

ſtus Philoſophus probauit, ꝙ ſapienti non expediat nubere: ergo non obligatur quis ad actum matrimonialem: ſed quia multitudo per aliquem regitur, ad illum pertinet ordinare, qui debeant quibus officijs vacare: nam ſicut dicitur primo Ethicorum capitu. 3. Ad politicam, ideſt ad ſcientiam legiſlatiuam pertinet ordinare, quæ ſcientiæ, vel artes legantur in ciuitate, & quanto tempore, & qui debeant vacare eis: ita & circa mechanicas artes, quæ ſunt neceſſariæ conſeruationi ciuitatis, ipſe legiſlator, vel rector vrbis debet diffinire, quę artes ſint, & q, & quot exerceãt illas: & tũc obligabuntur illi, quos rector per pręceptũ ſuum obligauerit: cõmuniter tñ rectores non obligant aliquos

F ad exercenda determinata officia, eo quòd homines amore lucri moti ſpontè ſubeunt iſtas adminiſtrationes mechanicas: ſi quando tamen deficiant miniſtri, vel non ſint tales, quales habere expedit ciuitati, ipſe rector debet eligere, quos viderit expedire, & illis iniũget adminiſtrationes harum artium: ſic eſt de vacatione ad prolem: quia eſt multum neceſſaria reipublicæ: rector tamen non obligat aliquos ad hoc, quia ſpontè homines proli vacant nullo iubente: ſi tamen interdum tantus eſſet defectus ciuium raris volentibus vacare proli: certum eſt ad rectorem vrbis pertinere, quòd inducat homines ad hoc agendũ: ſic enim aliquando tantus defectus virorum fuit Romæ propter clades bellicas, quòd decreto publico proletarij G deſignati ſunt. Et vocantur proletarij, quibus officiũ vacandi proli aſſignatum erat de publico decreto. Nunc verò fortaſſis non rectè fieret: nam ſi eſſet magnus defectus ciuium, ſiue bello, ſiue peſte proueniẽs, & vellet rector cogere aliquos ad vacandum proli, qui aliàs volebant pro amore Chriſti abſtinere à venereis, non poſſet rector tales cogere, quia præcipua cura eſſe debet de anima, & nullum mandatum hominis valet, quod militet contra charitatem.

Ad primum dicendum, ſicut ſupra, quòd præcepta de iure naturæ obligant omnes ſi concernunt bonum alicuius, vt vnius, quæ verò bonum multitudinis non obligant quemlibet determinatè: imò neminem, niſi eum, quem rector communitatis obligauerit il- H lum deſignando, & quia inclinatio ad vacandum proli eſt huiuſmodi: nemo obligatur ad hoc, niſi determinetur per rectorem multitudinis: & ob hoc ab exordio ſeculi ipſe Deus, qui erat rector totius creaturæ iuſſit hominibus, quòd vacarent proli dicens eis: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Geneſis primo, & nono; Et quia nunc non imponuntur talia præcepta à rectoribus, nemo obligatur ad hoc. Aliter poteſt dici, quòd matrimonium eſt de iure naturali, ideſt, matrimonium eſſe tale quale eſt de iure naturali, quòd tamen homines matrimoniali actui vacent, non eſt de iure naturali: & ideo non obligantur. Sed dicendum, quòd prima ſolutio eſt verior.

Ad ſecundum dicendum, quòd præceptum illud I non eſt à Deo reuocatum, quia intelligeretur tunc, quòd Deus vetabat omnem commixtionem ſexuũ: & tamen non ob hoc obligat illud præceptum nunc: nam ſecundùm naturam non obligatur aliquis vacare proli: illud autem præceptum ſolùm datum eſt ad ſupplendum paucitatem, & ideo erat quaſi temporale præceptum, ſcilicet, quòd tamdiu durauit quamdiu paucitas hominum erat, ſcilicet, quòd non vacantibus omnibus proli; putaretur nunquam multiplicandum humanum genus, vel cito deſiturum: quãdo erat iam multiplicatio aliquanta, ita vt etiam ſi quilibet non vacaret proli, non ceſſaret genus humanum, vel non deſineret eſſe multiplicatum, ceſſauit obligare præceptum. Quanta autem eſſet illa multitudo hominum, K vſque ad quam habendam obligaret præceptum, non poteſt dici, neque à Deo fuit diffinitum. Et ratio eſt, quia ſciebat, ꝙ contra iſtud præceptũ nemo peccaret, cùm interior impulſus, ſine aliquo pręcepto ſufficienter moueret: & apparent prædicta vera eſſe, quia bis dedit Deus iſtud præceptum. l. Gen. 1. & 9. Ex quo apparent duo. Primum, quia iſtud præceptum non dabatur, neque obligabat, niſi quando erat magna paucitas hominum. Nam prima vice dictum eſt, quando erant ſoli Adam, & Eua: & tunc erat opus vacare proli: ſecunda vice dictum eſt, quando erant ſoli quatuor viri, & quatuor fœminæ: iſtæ enim ſolæ animæ ſaluatę fuerant per aquã. 2. Pet. 2. & his egreſſis de arca dixit dominus, creſcite, & multiplicamini, Gen. nono.

Secun-

Secundum est, quòd illud præceptum cessabat aliquando obligare: nam si postquam datum est Adæ & Euæ durasset semper in prima ætate, oportuisset, quòd Deus denuo illud daret post diluuium, sicut quælibet lex postquam semel data est obligat semper quousque tollatur, ergo cessauit aliquando in prima ætate, scilicet, postquam homines multiplicati fuerunt: & quia in principio secundæ ætatis fuit etiam notabilis paucitas hominum, scilicet, quatuor viri, & totidem fœminæ, repetita est lex de vacando proli: nunc verò si aliquando talis defectus accideret, vt quinque, vel sex soli viri, & totidem fœminæ relinquerentur in vniuerso, adhuc non obligaremur vacare proli. Et ratio est, primò, quia ad prolem procreandum nemo obligatur de lege naturæ, vt dictum est supra: sed solùm quando Deus iubet vacare: & tamen mandatum de vacando proli iam expirauit: nam est temporale, & solùm obligat vsquequo perueniatur ad aliquantam multiplicationem: sed ad illam iam peruentum fuit, sicut & nunc est: ideo expirauit præceptum illud, & nunquam reincipiet obligare, licèt deueniatur ad magnam paucitatem, nisi repetatur præceptum: & tamen non repetitur, ideo nemo obligaretur ad vacandum proli. Secundò, quia non est nunc eadem causa, quæ à principio: nam intantum est multiplicatum genus humanum per totum orbem, quòd non posset venire ad tantam paucitatem, nisi Deus vellet facere consummationem, & tunc non oporteret succurrere pereunti sæculo, cùm illud Deus claudere intenderet: secus autem in principio primæ, & secundæ ætatis, quia tunc Deus volebat continuare genus humanum vsque ad consummationem numeri electorum, ideo cùm tunc appareret, quòd non vellet facere consummationem, vacandum erat proli ad continuationem speciei.

Si nūc oēs hoies morte obirent vt quinq; vel sex solum relinquerent & totidē fœminę adhuc nō obligaremur pli vacare.

Ad tertium dicendum, quòd licèt maius, & melius sit bonum commune, quàm priuatum inquantum ad multos pertinet: tamen non obligabatur quilibet ad bonum commune, sicut ad priuatum: nam si ad commune obligaretur quilibet, cùm sint multa bona communia, quæ se impediunt: obligaretur eadem ratione ad omnia, & tamen hoc esset impossibile: ideo non obligatur quilibet ad bonum commune, licèt sit maius, quàm particulare, & istud est quamdiu bonum commune manet vt commune: & est obligatio ad illud solùm ex inclinatione naturali. Si autem aliqua persona ex lege, aut ex speciali commissione sibi facta, vel promissione, aut iuramento facto per eam constituatur debens respicere ad bonum commune, secus est: quia poterit esse, quòd tunc aliqui magis teneantur prouidere bono publico, quàm priuato, eo quòd bonum commune est proprium ipsorum inquantum tales sunt, scilicet, quia constituti sunt rectores, aut principes communitum, vel etiam si non sint præcipui, & rectores debetur eis aliquis modus administrationis boni publici, quia etiam istorum est bonum commune, tanquam priuatum bonum: vel si nullam determinatè habent administrationem, sed sunt partes communitatis, vel collegij: & ex lege communitatis, vel iuramento specialiter præstito, aut promissione tenentur certo modo respicere ad bonum commune: poterit esse, quòd tales interdum magis teneantur ad commune, quàm ad priuatum: ex inclinatione tamen naturæ nemo tenetur determinatè ad bonum commune obligatus: sed quando debeat quis magis curare, vel præponere commune priuato, vel priuatum communi bono non est nunc diffiniendum per singula, quia quod ad propositum attinet dictum est.

Rectores ciuitatum habēt pro bono proprio bonū cōmune.

A Ad quartum dicendum, quòd si omnes homines vellent vacare castitati, nunc cessaret successio generis humani: & tamen neque cessabit sic successio, neque obligatur quis ad vacandum proli: eo quòd sine aliqua obligatione homines spontè subeunt vacationem istam: & hoc est, quia natura humana ad diuersos actus, & officia inclinat in communi, vt dictum est: sed quia illa inuenitur diuersimodè in diuersis hominibus, secundùm quòd variè in illis indiuiduatur: inclinat magis vnum hominem ad vnum illorum actuum, vel officiorum, quàm alium: & ex hac diuersitate inclinationis simul cum Diuina Prouidentia, quæ vniuersi curam gerit, & faciet continuari successionem hominum quamdiu voluerit:
B contingit, quòd ad omnia sufficiens prouisio datur, cùm quidam eligat vnum officium, & alius aliud: ita quòd nihil maneat de inclinatione naturali, quod per aliquos non expleatur: & ita aliqui vacant proli quantum sufficiens est, etiam si nemo illos obliget, & sic non sequitur aliquod periculum.

Aliter potest dici, quòd non manet eadem ratio obligationis nunc, & à principio sæculi ad vacandum proli, quia tunc obligabantur homines ad hoc ex præcepto dato, scilicet, crescite, & multiplicamini. Istud autem præceptum iam cessauit obligare, vt supra dictum est: ideo nunc non obligat, nisi Deus illud repeteret, sicut in diluuio repetiuit, cùm prius illud dedisset in creatione orbis. Secundò, quia etiam
C si non fuisset datum præceptum illud, crescite, & multiplicamini tunc; neque nunc magis obligarentur homines tunc, quàm nunc ad vacandum proli: eo quòd tunc mundus erat incipiens, & apparebat, quòd Deus volebat illum perducere ad maiora per continuationem successionum: nunc autem diu est, quòd scriptura dicit esse vltimos dies, & horam nouissimam, & quòd in nos fines sæculorum deuenerunt: & ideo non expedit nunc ipsi mundo continuatio sicut, & tunc: & consequenter nos minus obligamur ad dandum operam procreationi, quàm priores: etiam si sæculum ad tantum defectum hominum deduceretur, quòd non manerent plures, quàm fuerunt in diluuio saluati, vt dictum fuit supra.

D

An in matrimonio necesse sit de iure naturæ esse vnicum, & vnicam simul: ita quòd naturæ repugnet habere plures vxores simul.

Quæstio XXX.

QVAERETVR circa præcedentia, an in matrimonio necesse sit de iure naturę esse vnicum, & vnicam simul: ita quòd repugnet naturæ bigamia simultanea. Aliqui dicunt, quòd habere multas vxores simul non sit contra ius naturale: consuetudo enī non tollit legem naturæ, neque præiudicat illi: & tamen habere multas vxores quando consuetudo erat, peccatum non erat, vt dicit Augustinus: ideo non est
E contra legem naturæ. Secundò, quia quicunque facit contra legem naturæ, facit contra aliquod præceptum: eo quòd lex naturæ præcepta habet, sicut lex scripta: & tamen habere plures vxores, vt Augustinus ait, non erat contra præceptum: quia nulla lege vetitum erat: ergo habere multas vxores non erat contra ius naturale. Tertiò, quia matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem, & tamen pluralitas vxorum non impedit procreationem prolis, sed potius ad eam adiuuat: ergo non est contra legem naturæ, cùm possit vnus homo ex pluribus mulieribus filios gignere. Etiam, quia interdum vna sterilis est, ex qua non potest gignere; & habendo multas gignet ex aliqua earum.

Quartò, quia ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: & tamen non docuit natura omnia animalia, quòd vna fœmella iungatur vno masculo, cùm in multis inueniamus vnum masculum iungi multis fœminis: ergo non est hoc de lege naturæ. Quintò, quia vt dicit Aristoteles decimoquinto de Animalibus: in generatione masculus se habet ad fœminam, vt agens, & vt artifex ad materiam. Non est tamen contra ordinem naturæ, quòd vnum agēs agat in multa patientia, & artifex operetur ex diuersis materijs: neque est contra legem naturæ, quòd vnus vir habeat multas vxores.

Alij dicunt, quòd sit contra legem naturæ, quia contra legem naturæ est, quòd homo se obliget ad impossibile, & quòd id, quod vni in solidum datum est, detur alteri in solidum: & tamen homo contrahens cum vna tradit ei potestatem sui corporis, ita quòd necesse sit reddere debitum, quando illa petiuerit: ergo contra legem naturæ est, quòd potestatem corporis sui alteri tradat: quia non posset facere ad quod se obligat, scilicet, reddere vtrique debitum si ambæ peterent pro eodem tempore. Secundò, quia de lege naturæ est, quod tibi non vis, alteri nè feceris, & tamen vir nollet, quòd mulier alium virum haberet: ergo non debet ipse alias vxores accipere. Tertiò, quia quidquid est contra naturale desiderium, est contra legem naturæ, sed zelus viri ad vxorem, & vxoris ad virum naturalis est, quia in omnibus inuenitur: cùm ergo zelus sit amor priuatus nolens habere consortium in amato, videtur, quòd contra legem naturæ sit habere multas vxores.

Dicendum, quòd habere multas vxores aliquo modo est contra ius naturale, & aliquo modo non: licèt accipiendo esse contra naturam, vel contra ius naturale, vt communiter accipimus, non est contra ius naturale. Pro quo sciendum, quomodo accipiatur naturale, siue lex naturalis: & dicendum quòd omnibus rebus naturaliter insunt quædam principia, quibus non solùm operationes proprias efficere possunt: sed etiam quibus eas fini suo conuenientes facere possunt: quia natura, cùm sit optimè instituta, vt dicitur decimo secundo Metaphysicæ in fine, non solùm prouidet rebus, vt agant: sed etiam, vt conuenienter agant: & quidquid à natura datur naturale est: & dicetur, quòd principia in quibuslibet rebus ad reddendum operationes suas conuenientes suo fini sunt naturalia, & reddere opera conuenientia suo fini fit eis naturale. Et hoc est generaliter, siue quantum ad actiones, quæ consequuntur rem aliquam ex natura sui generis, siue quantum ad eas, quæ consequuntur ex natura speciei: sicut magneti competit ferri deorsum ex natura sui generis, scilicet, inquantum est lapis, & consequenter grauius, & competit ei attrahere ferrum ex natura suæ speciei, & ad vtramque actionem est principium aliquod naturale. Sicut autem in rebus agentibus ex necessitate naturæ sunt principia actionum ipsæ formæ à quibus operationes propriæ prodeunt conuenientes fini, ita in his, quæ cognitionem participant principia agendi sunt cognitio, & appetitus: & quia naturale est rei habenti cognitionem agere ex his principijs: necesse est dici ista duo esse ei principia naturalia, & consequenter necesse est dari, quòd ista naturaliter agant: vnde non solùm poneretur vis cognitiua, & appetitiua esse naturaliter in cognoscente, sed etiam esse in eis aliquos actus naturales: & ita in vi cognoscitiua necesse erit poni naturalem conceptionem: & in vi appetitiua naturalem inclinationem, quia hoc est in appetitu inclinari, quod in vi cognitiua cognoscere, & per istos actus poterit reddi ope-

F ratio conueniens fini rei cognoscentis, siue sit operatio, quæ conuenit cognoscenti ex conditione generis, siue ex natura speciei suæ: in hoc tamen est differentia inter hominem, & cœtera agentia per cognitionem: nam licèt omnium illorum sit aliquis determinatus, & proprius finis, & contingat consequi illum finem: tamen non cognoscunt rationem finis, neque proportionem operis ad finem, idest, habent finem, quem aliquando consequuntur, & illum consequuntur per operationem propriam conuenientem speciei, vel generi ipsorum: & tamen nesciunt esse finem suum eum, quem consequuntur. Etiam nesciunt quis sit modus veniendi in finem, vel deriuandi: quod est non cognoscere rationem finis, & proportionem operis ad finem, licèt ipsum finem cognoscant: homo autem, quia ratione vtitur, habet hoc specialiter, quòd cognoscit finem, sicut cętera cognitiua, & insuper cognoscit rationem finis, & proportionem operis ad finem, & ideo licèt tam in eo, quàm in omnibus animantibus sit naturalis conceptio, & inclinatio: tamen conceptio naturalis indita homini, qua dirigitur ad operandum conuenienter in finem, dicitur lex naturalis, vel ius naturale: in brutis autem illa naturalis conceptio vocatur naturalis existimatio. Ratio differentiæ est, quia lex nominat regulam ad aliquid agendum: & non competit nisi illis, quæ ad regulam aspicere possunt, & secundùm eam componere actiones: hoc autem solùm est eorum, quæ actionum suarum libertatem habent, & dominium: bruta autem non habent dominium actionum suarum, sed ex vi insita naturæ mouentur magis ad conuenienter exercendum actiones, quasi impulsa, quàm regulentur quasi agentia ex proprio arbitrio: ideo conceptio naturalis, qua impelluntur ad appetendum aliquid, non vocatur in eis lex naturalis, vel ius naturale, sed existimatio naturalis: in hominibus autem solis est ius naturale, vel lex naturalis, quæ nihil aliud est, quàm conceptio quædam naturaliter homini indita, qua dirigitur ad agendum in actionibus proprijs, siue competat ei ex natura generis, vt comedere, & gignere, siue ex conditione speciei, vt rationari, & similia. Ex quo sequitur, quòd cùm lex naturalis sit, qua dirigitur homo in operatione propria, quæ est ad finem, quòd omne illud, quod reddit actionem non conuenientem fini, quem natura intendit in aliquo opere est contra legem naturæ. Potest autem actio non esse conueniens fini, vel principali, vel secundario, & vtroque modo contingit hoc fieri dupliciter. Vno modo propter aliquid, quod omnino impedit finem, vt nimia superfluitas, aut notabilis defectus cibi impedit salutem, quæ est finis principalis cibationis, & etiam impedit bonam habitudinem in negocijs exercendis, qui est finis secundarius. Bona habitudo ad negocia est secundùm conditionem exercitij: nam in quibusdam exigitur robur, vt in agricolis, & bellatoribus: in alijs communis leuitas, vt in cursoribus: in alijs alia, & alia dispositio: quæ omnes inducuntur ex modo cibandi hominem, & cùm circa illum modum accidit notabilis excessus, aut defectus tollitur bona habitudo ad exercenda negocia, quam etiam tanquam finem ex cibo intendebamus. Alio modò redditur actio non conueniens fini per aliquid, quod non tollit finem; sed facit difficilem, aut minus decentem peruentionem ad illum, siue ad principalem, siue ad secundarium, sicut inordinata cibatio quantum ad tempus sumendi cibum: nam si sit inordinata quantum ad quantitatem tollit sanitatem, & bonam habitudinem. Si autem sit inordinata quantum ad tempus, non tollit sanita-

Quid sit discrimen inter hominem, & cętera agentia per cognitionem.

Bruta non habent dominiū suorum actionum.

Actio potest fini nō esse conueniens dupliciter.

G

H

I

K

ſanitatem omnino, ſed non ita peruenitur faciliter,
vel non conſeruatur per eam ita faciliter ſanitas, & bo
na habitudo gerendarum rerum. Eſt ergo regula in
actionibus humanis, quòd ſi aliquid ſit quod impe-
diat finem principalem actionis pœnitus illum tol-
lendo, eſt directè contra legem naturæ, & omnes ta-
les actiones ſunt de iure naturali prohibitæ per prima
pręcepta legis naturæ, quę ſunt reſpectu operabilium,
ſicut quædam communes conceptiones in ſpeculati-
uis. Alia regula eſt, quòd omnis operatio faciens
peruentionem ad finem, quem intendit natura in ope
ratione difficilem, aut minus decentem, & contra le-
gem naturæ, etiam prohibetur præceptis ſecundarijs
legis naturæ, & non primis: quæ ſecundaria præcepta
deriuantur ex primis, ſicut concluſiones in ſpeculati-
uis accipiunt fidem ex principijs per ſe notis. Et hoc
eſt quando finis principalis non tollitur omnino, ſed
aliquo modo impeditur faciendo difficilem peruen-
tionem ad ipſum. Tertia regula eſt, quòd quando-
cunque tollit operatio omnino, vel impedit finem ſe-
cundarium faciendo difficilem, vel indecentem per-
uentionem ad ipſum, eſt illa contra legem naturæ, &
prohibetur per ſecũdaria præcepta, de quibus dictum
eſt. Et iſta ſuut documenta generalia quantum ad
omnem materiam, in qua dicatur aliquid agi contra
legem naturalem. Applicando ad propoſitum di-
cendum, quòd matrimonium habet pro fine princi-
pali procreationem prolis, & educationem, qui qui-
dem finis competit homini ex conditione ſui generis,
cùm omnibus animalib⁹ perfectis cõpetat procreare,
& filios educare eo tempore, quo educatione paren-
tum indigent: & ideo Ariſtoteles octauo Ethicorum
iſtam cauſam aſſociationis maris & fœminæ aſſignat
omnibus animalibus communem: & quantum ad
hoc ponitur primum bonum matrimonij, quod eſt
proles. Finis ſecundarius matrimonij, vt dicitur octa-
uo Ethicorum, eſt communicatio operum maris &
fœminæ, quæ ſunt neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ,
& quantum ad hoc ponitur ſecundum bonum ma-
trimonij, quod eſt fides. Debent enim ſibi inuicem
fidem, cùm omnia opera communicent. Habet au-
tem alium finem, & tertium ipſum matrimonium
quantum ad ſolos fideles, ſcilicet, ſignificationem ha-
bitudinis Chriſti ad Eccleſiam, & ad naturam aſſum-
ptam, & quantum ad hoc competit matrimonio ter-
tium bonum, quod dicitur ſacramentum. Vnde pri-
mus finis reſpondet matrimonio hominis inquãtum
eſt animal, ſecundus inquantum eſt homo, tertius in-
quantum eſt fidelis. De pluralitate autem vxorum
nunc dicendum eſt, quòd non tolleret in totum pri-
mum finem matrimonij, ideſt, prolem, quia ex pluri-
bus vxoribus poteſt vnus vir prolem gignere. Etiam
non impedit, quia habere multas vxores, non impedit
procreationem, imò adiuuat aliquo modo, quia poſt-
quam vir fęcundauerit vnam, poteſt impregnare aliã,
& non expendetur coitus inutiliter ad eam, quæ præ-
gnans eſt. Etiam, quia accidit eſſe vnam ſterilem, &
ex alia poterit gignere, vnde experimento didicimus
gentem illam valde pullulare, in qua licet viro multas
habere vxores, ſicut faciunt Mahometiſtæ. Etiam
non impedit finem hunc quantum ad educationem,
quia vnus vir poteſt educare filios ſuſceptos ex multis
mulieribus. De ſecundo fine dicendum, quòd non
omnino tollitur per pluralitatem vxorum, quia po-
teſt vir communicare opera cum omnibus illis: &
tamen impedit aliquo modo, vel facit difficilem, aut
indecentem peruentionem ad finem, quia non facile
poteſt eſſe pax in familia, vbi eidem viro multæ fœ-
minæ iunguntur propter zelum ipſarum, quæ ſe pel-
lices reputant. Etiam, quia idem vir non poteſt ſuf-

Omne qđ impedit principalẽ intentũ in humanis actionib⁹ eſt directè contra legẽ naturę.

Prolis procreatio, ac educatio à matrimo. nio ꝓ fine principali habentur.

Quid dicendum ſit de vxorũ pluralitate.

A ficere multis vxoribus in redditione debiti non ſolùm
ad votum, ſed etiam in redditione competenti: & ex
hoc eſt magnus dolor. Etiam difficile eſt pacem eſſe
inter communicantes in eodem officio, & ita ſimili-
tudo eſt eis cauſa litis, ſicut figuli ad figulum, vt dici-
tur octauo Ethicorum in principio: & potiſſimè quã-
do communicatio multum impedit, ſicut in vno vi-
ro reſpectu multarum vxorum: quia quidquid om-
nes habent, vni ſubtrahitur: quia ei reddi poterat ſi
ſola eſſet. Tertium autem finem matrimonij to-
taliter tollit pluralitas vxorum: quia ſicut Chriſtus eſt
vnus, ita Eccleſia vna, & natura humana aſſumpta
vna, quam vnitatem non poteſt reprę ſentare plurali-
tas vxorum. Ex hoc apparet, an pluralitas vxorum
B ſit contra naturam, & quantum ſit contra legem na-
turæ, vnde dicendum, quòd parum eſt contra legem
naturę: & accipiendo ſtrictè legem naturę, ſicut com-
muniter accipimus, non eſt contra illam, ſiue contra
ius naturale.

Difficile ẽẽ pacem inter communicantes in eodẽ officio.

Ad primum dicendum, quòd peccatum non erat
plures vxores habere quando mos erat, & iſta conſue-
tudo tantum operabatur, quòd redderet licitum id,
quod aliàs eſſet illicitum. Cùm autem dicitur, quòd
conſuetudo non præiudicat iuri naturali. Dicendum,
quòd verum eſt, quantum ad prima præcepta eius,
ſed benè quantum ad ſecunda: diſtinguimus enim
prima, & ſecunda præcepta iuris naturalis eo modo,
quo diſtinguimus in ſpeculatiuis principia prima,
C ſiue primas animi conceptiones, & concluſiones ex
eis deductas, quæ concluſiones non habent aliquam
certitudinem, aut notorietatem, niſi inquantum de-
ducuntur ex primis principijs. Ita in lege naturali,
quæ dicit naturalem conceptionem, qua dirigimur
in agendis, ſunt quædam primò nota, quæ ex ſeipſis
habent notorietatem, quòd bona, & æqua ſint: &
ita ab omnibus æſtimatur, vel æſtimari poteſt: &
iſta vocamus prima præcepta iuris naturalis. Alia
ſunt, quæ recta iudicantur ſecundùm illam natura-
lem conceptionem: quorum tamen rectitudo, vel
bonitas non apparet per ſeipſam, ſed inquantum
deducuntur ex illis primò notis in lege, vel æſtima-
tione naturali: & illas vocamus ſecundas regulas, vel
D præcepta. Quantum ad prima præcepta iſtorum,
dicendum quòd non tolluntur per conſuetudinem,
neque poteſt contra illa præſcribi, vt innuitur extra
de conſuetudinibus capitulo vltimo, & in Decretis,
diſtinctione nona: Et ita iuriſtæ, & nos in communi
locutione, quando loquimur de lege, vel de iure na-
turali accipimus quantum ad prima præcepta, quæ
per conſuetudinem non tolluntur. Et ſi contra illa
fiat longo tempore, non excuſatur peccatum, ſed po-
tius augmentatur, vt dicitur extra de conſuetudinibus
capitulo, cùm tanto, ſcilicet. Cùm tanto grauiora ſint
peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent
alligatam, nemo ſanæ mentis intelligit iuri naturali,
cuius tranſgreſſio animæ periculum inducit quacun-
E que conſuetudine, quæ verius dicendũ eſt corruptela,
poſſe aliquatenus derogari. Sed quantum ad ſecun-
da præcepta iuris naturalis, dicendum quòd conſuetu-
do magnas vires habet, & per eam poteſt aliquid addi,
& aliquid ſubtrahi, vt dicit Tullius ſecundo Rheto-
ricorum: & ita eſt pluralitas vxorum: quia non eſt
contra prima præcepta, ſed contra ſecunda, cùm per
pluralitatem iſtam non tollatur, neque impediatur
finis primus matrimonij. Et ſecundarius etiam non
tollitur, ſed ſolùm impeditur aliqualiter, vt oſten-
ſum eſt ſupra: ideo poterat conſuetudo præiudicare
huic præcepto, & facere licitam eſſe pluralitatem
vxorum.

Quæ ſint prima præcepta iuris naturalis.

Conſuetudo nõ tollit prima pcepta iuris naturalis.

Ad secundum dici potest vno modo, quòd pluralitas vxorum erat contra præceptum, quia erat contra vnum de secundarijs præceptis naturæ, vt dictum est, ideo contra legem naturæ erat: sed dicitur, quòd non erat contra præceptum aliquod expressum positiuum legis diuinæ, aut humanæ. Alio modo potest dici, quòd pluralitas vxorum, licèt esset contra legem naturæ, non vetabatur, quia ea, quæ sunt de lege naturali quātum ad prima præcepta, etiam sine aliqua lege positiua diuina, aut humana confirmante illa seruantur: quæ autem pertinent ad secunda præcepta, non habēt vim coactiuam, neque aliquis iudex coget hominem ad seruandum illa, nisi lege humana, aut diuina confirmata fuerint. Sic enim dicit Tullius secundo Rhetoricorū: Res à natura profectas, & à consuetudine approbatas, legum virtus, & religio sanxit, idest, firmauit: sed à natura non dicuntur esse aliqua profecta, nisi quæ aliquo modo sunt de iure naturali: ergo apparet, quòd aliqua sunt de iure naturali, quæ indigent consuetudine, & lege approbari ad hoc, quòd vires habeāt obligandi, quod est sancita esse, idest, firma: & ita est dicendum, quòd ea, quæ sunt de iure naturali secundo modo, non obligant hominem, neque peccat mortaliter contra faciens, nisi talia lege diuina, aut humana, aut consuetudine firmata fuerint. Et istud faciebat, quòd non peccaret, qui multas vxores habebant à principio, quia licèt non esset contra præceptum iuris naturalis, erat contra præceptum de secundis, & illud non erat firmatum lege aliqua diuina, aut humana. Et ita dicit Augustinus, quòd non peccabant, & quòd non faciebant contra præceptum aliquod, scilicet, quòd necesse erat aliquod præceptum esse ad hoc, quòd illi obligarētur cauere multitudinem vxorum, & illud non erat: ideo non erat tunc peccatum. Nunc autem præceptum ad hoc est.

Ad tertium dicendum, quòd non est pluralitas vxorum contra legem naturæ in matrimonio, tanquam tollens, vel impediens primum finem matrimonij, sed tanquam faciens difficilem peruentionem ad finē secundarium, & tali modo non dicitur absolutè esse contra legem naturæ, quia non est contra prima præcepta iuris naturalis.

Ad quartum dicendum, quòd vnitas vxoris in matrimonio est de iure naturæ, sed non de illo, quod natura docuit omnia animalia. Pro quo sciendum, quòd ius naturale tripliciter accipitur. Vno modo pro eo, quod est à principio naturali: secundò pro eo, quod est à principio extrinseco diuino: tertio pro eo, quod non solùm est à principio naturali, sed etiam à natura. Primo modo est ius naturale illud, quod est ex principio, quod à natura est inditum. Istud principium est ratio in homine, quia non acquisita fuit homini, sed innata: quidquid ergo directè descendit de dictamine rationis sine aliqua lege positiua, vocatur ius naturale hoc primo modo, siue illud sit de rationibus pertinentibus ad homines solùm inquantum sunt homines, vel etiam inquantum sunt animalia. Secundo modo dicitur ius naturale, quod est diuinum positiuum: & dicitur ad similitudinem modi præcedentis, scilicet, quia est quasi ex principio naturali. Nam etiā in rebus naturalibus, dicuntur aliqui motus naturales, non quòd sint à principio intrinseco, sed quia sunt à principio extrinseco superiori mouente, sicut motus, qui sunt in elementis ex impressione corporum supra cœlestium. Dicuntur naturales, vt dicit commentator tertio de cœlo, & mundo: ideo ea, quæ sunt de iure diuino, dicuntur esse de iure naturali, cùm sint ex infusione, & impressione superioris principij, scilicet, Dei. Et sic accipitur ab Isidoro, qui ait, quòd ius naturale est, quod in lege, & Euangelio continetur.

Ea quę sūt de iure diuino dicūtur esse de iure naturali.

F Sed iste modus accipiendi rarus est: concordat tamen in hoc cum iure naturali propriè, & strictè dicto, quia est istud imprescriptibile, sicut illud, neque adiuuat consuetudo quantumcumque longæua contra ius diuinum. Etiam non potest mutari per hominem, sicut neque ius naturale. Tertio modo accipitur ius naturale strictè pro eo, quòd non solùm est à principio naturali, sed etiam ab ipsa natura. Dicitur autem hoc, quia principium naturale in homine respectu actuum suorum est ratio, & ideo quidquid est de dictamine rationis, est de iure naturali: prout est ius naturale à principio naturali: & ita accipitur supra in primo modo. Dicitur autem ius naturale ab ipsa natura, prout natura distinguitur contra rationem, & naturalia contra ea, quæ sunt secundùm rationem: & ita ius naturale est à natura, & de rebus naturalibus: ideo accipiendo strictissimè ius naturale, dicitur esse solùm, quod est de rebus pertinētibus ad hominem, non inquantum est homo, quia secundùm hoc est rationalis, & ratio distinguitur contra naturam, sed inquantum est animal. Vnde ea, quæ pertinent ad hominem, secundùm quòd est homo: etiam si sint de dictamine rationis, non dicuntur strictè de iure naturali, sed solùm illa, quæ ratio naturalis dictat. De his, quæ pertinent ad hominem, & cœtera animalia dicuntur esse de iure naturali. Et isto modo diffinierunt iuristæ, dicentes: ius naturale esse, quod natura omnia animalia docuit. Pluralitas vxorum in matrimonio

Quidquid est de dictamine rationis homini est de iure naturali.

G

H non est contra ius naturale: tertio modo accipiendo, sed est contra ius naturale secundo modo, cum lege diuina videatur vetari, vt dicetur sequenti quæstione. Etiam est contra ius naturale primo modo sumptum, licèt non tollat finem principalem matrimonij, sed faciat indecentem, & difficilem peruentionem ad illum, vt dictum est. Etiam aliquo modo natura docuit animalia vnitatem vxoris in matrimonio, secundum modum conuenientem suæ speciei. Nam in animalibus non requiritur tanta cura parentum in educando, sed in quibusdam nulla requiritur educatio: in alijs autē pauca: & tamen in illis, in quibus requiritur cura amborum in educando, eo tempore, quo ambo conueniunt ad educandum, non accedit masculus ad aliam

I fœmellam, neque illa ad alium masculum, & quantum ad hoc seruatur in eis vnitas vxoris in matrimonio: quia matrimonium largè loquendo, non durat interdum inter eos, nisi quamdiu educant prolem: ideo in illis omnibus secundùm conuenientiam suæ speciei seruatur vnitas vxoris, & quanto maior sollicitudo, & cohabitatio inuenitur: tanto apparet magis vnitas vxoris in animalibus, vt in turturibus, quę vnitatem seruant, & in similibus.

Ad argumenta in contrarium etiam est respondendum, quia illa simpliciter probant esse contra ius naturale pluralitatem vxorum, & quia non est verum, limitanda sunt.

K Ad primum dicendum, quòd non se obligat ad impossibile vir, qui accipit multas fœminas in vxores, quia obligat se reddere debitum eis, sed hoc non est impossibile, quia matrimonium ordinatur ad prolem procreandam quantum ad finem suum principalem, & ideo obligatio ad reddendū debitū, non se extendit plus, quàm inquantum ipsum debitū redditū proficit ad procreationem, & amplius non est aliquid debitū, & quia postquam mulier est impregnata, coitus non prodest ad procreationem, imò nocet: non obligatur vir amplius ad copulam: & hoc modo cū possit idem vir sufficere ad impregnandum multas, & petitio debiti quantum ad hæc non se impedit in illis: non repugnat matrimonio quantum ad finem præcipuum habere vxores plures: est autem finis secundarius ad remedium

medium morbi, vt tollatur occasio fornicandi, & quantum ad hoc necesse est reddi debitum quandocunque petitum fuerit: tunc autem impedit se vxorũ pluritas, quia concurrerent in petendo debitum, ideo vxorum pluritas repugnat matrimonio quantum ad hunc finem: sed non est propter hoc contra ius naturale, cùm non sit contra principalem finem.

Quô intelligitur, qđ tibi nõ vis alteri ne feceris.

Ad secundum dicendum, quòd istud præceptum, quod tibi non vis, &c. affirmatiuè, & negatiuè sumptum, vt Christus ponit illud supra 7. cap. Non debet sic intelligi materialiter: sed debet intelligi de eo, quod iustè volumus, vel iustè nolumus seruata proportione, & iuribus personarum. Nam si ego vellem, quòd cæteri darent mihi omnia, quæ possident, non obligor dare eis omnia, quæ possideo: eo quòd ego non volo iustè, quòd alij dent mihi, quæ possident. Ita si desidero vindictam de hoste, vel vxorem proximi, non oportet, quòd velim, quòd hostis sumat de me vindictam, & quòd vxor mea detur alijs, quia neutrum illorum iustè volui. Etiam requiritur insuper, quòd seruetur habitudo in iuribus personarum: nam prælatus iustè vult, quòd obediant sibi subditi, & tamen non oportet, quòd ipse velit obedire subditis, neque quòd subditi velint, quòd eis obediat prælatus: ita nunc licèt vir iustè velit, quòd mulier sua non accipiatur a viro altero: non oportet, quòd velit non accipere ipse aliam vxorem, eo quòd alia est habitudo viri ad vxorem, quàm è contrario: nam non est inconueniens eundem virum habere multas vxores, & tamen est inconueniens eandem esse vxorem multorum virorum, vt dicetur infra quæst. 36.

Ad tertium dicendum, quòd zelus est tam in viro, quàm in muliere, secundùm quem quilibet refugit consortium in amato, & tamen zelus viri est naturalis, zelus autem mulieris est parum naturalis: est enim zelus iste pertinens ad appetitum, quia est inclinatio, & inclinatio naturalis sequitur conceptionem naturalem, & tamen etiam contra conceptionem naturalem sensitiuam non est, ita ꝙ vir habeat plures vxores, sicut ꝙ vxor habeat plures viros: neque existimatur naturaliter esse æquale malum: ideo affectus in fœmina non refugit naturaliter tantum, quòd habeat consortem in viro: sicut refugit vir habere consortem in muliere. Et hoc non solùm est in hominibus, sed etiam in cæteris animalibus: quia masculi durè pugnant pro fœmella, quando sunt competitores: fœmellæ autem non ita grauantur quando sunt pellices: ideo non sunt contra ius naturale, idest contra prima præcepta eius, sed contra secunda, quæ vigorem non habent obligandi determinatè, & cogendi nisi quando per legem positiuam, aut per consuetudinem confirmantur, & determinantur: eo ꝙ non habent ista tantam certitudinem, ꝙ apud omnes iudicetur ratio debiti, & obligationis in eis: & tamen non est rationabile dici aliquid obligare de iure naturæ, cuius æstimatio non sit communis, aut esse possit verisimiliter apud omnes, aut plures rectè sentientes. De quo magis dicetur infra quæst. 33.

An vnitas vxoris sit de iure diuino, ita quòd sit contra ius diuinum pluralitas vxorum.

Quæst. XXXI.

QVAERETVR, an vnitas vxoris sit de iure diuino, ita ꝙ sit contra ius diuinum pluritas vxorum. Dicendum, ꝙ contra ius diuinum sit vxorum pluritas. Distinguitur autem ius diuinum contra naturale, quia ius diuinum est positiuum, naturale autẽ est innatum: & tñ quia ius diuinum nihil aliud est nisi

A regula data nobis a Deo circa actiones dirigendas: datur autem nobis regula ab eo illo modo, quo nobis volũtatem suam aperit. Sed constat nobis de voluntate Dei dupliciter: vno modo per opera, alio modo per dicta, ideo vtroque modo ponitur nobis ius diuinum. Et patet hoc in litera: quia Christus sumit argumentũ ad probandam coniunctionem viri & fœminæ esse indissolubilem tam ex factis, quàm ex dictis. Vnde primum argumentum suum est, quia Deus creauit marem & fœminam, & vnum formauit de altero, & ita dicit marem & fœminam a Deo coniunctos, & ex his ipse concludit postea ius, s. non esse separandos cõiuges. Ita ergo circa alia, cũ ex factis constiterit voluntas Dei, etiam sine dictis per illa causabitur ius diuinũ,

B cùm necessariò stabimus circa hoc. Ergo apparet de iure diuino vnitatem vxoris & viri: quia Deus nõ creauit simul multas fœminas, & multos viros, vel multas fœminas, & vnum virum, vt innueret, ꝙ societas duorum deberet solùm esse. Secundò apparet ex verbis Dei, quæ etiam sunt Adæ, s. propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & ita singulariter dixit vxori, & non vxoribus. Ita dicit Hieronymus, ꝙ per hoc innuatur, ꝙ debet esse vnitas vxoris. Et idem Chry. ait, s. non solùm ex modo creationis: sed etiam ex modo legislationis monstrauit, quòd oportet vnum vni coniungi. Et ita etiam confirmatur præcedens ratio, s. ꝙ ex modo creationis maris & fœminæ ostenderit Deus vnitatem viri & vxoris: &

C talis modus arguendi accipitur ab Apostolo ad Gal. 3. nam dicitur Gen. 12. ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. & Apostolus ait, ꝙ non dixit, in seminibus quasi in multis, sed in semine tuo, quasi in vno, quod est Christus. Tertiò patet, quia dicitur Gen. ibidem 2. & hic in litera: Et erunt duo in carne vna, idest duo erunt vna caro: & non dixit erunt tres, vel quatuor, aut saltem multi erunt in carne vna: sed determinatè dixit, ꝙ duo erunt in carne vna, i. vna caro, & tamen illa verba dicta fuerunt in institutione primi matrimonij: ergo innuit, ꝙ in matrimonio soli duo esse deberent. Istas rationes allegat Alexander Tertius extra de diuor. cap. gaudemus. ad ostendendũ, ꝙ contra ius diuinum sit pluritas vxorum dicens: Ab-

D sonum videtur, & inimicum fidei Christianæ, s. pluritas vxorum, cùm ab initio vna costa in vnam mulierẽ sit conuersa, & scriptura diuina testetur, quòd propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Non dicit tres, vel plures, sed duo: non dicit adhærebit vxoribus, sed vxori. Quartò patet, quia expressè Christus innuit, ꝙ non liceat plures habere: nam dixit infra in litera, & supra 5. cap. quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam superduxerit, mœchatur: ergo accipiendo secundam abiecta prima adulterium est, & consequenter nõ est matrimonium: a fortiori ergo erit adulterium retenta prima accipere secundam. Eandem rationem ponit Alexander in allegato cap. gaudemus, s. Sane veridica

E sententia hæc probatur testimonio veritatis dicentis in Euangelio: quicunque dimiserit vxorem suam, & aliã duxerit mœchatur. Si ergo dimissa vxore alia de iure duci non potest, multo fortius, & ipsa retenta: per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu in matrimonio reprobandam. Quintò apparet expressè primæ Cor. 7. His qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego sed dominus, vxorem a viro non discedere, ꝙ si discesserit manere præcipio innuptam, aut viro suo reconciliari: & tamen si liceret esse multitudinem vxorum in matrimonio, liceret viro dimissa vxore, & non reconciliata accipere alteram, & tamen debet manere innuptus, ergo non licèt accipere plures simul in matrimonium. Sed dicet aliquis, ꝙ Apostolus

stolus dixit ibi de muliere, & non de viro, & est magna differentia: quia non est contra ius naturale, ꝙ vir habeat multas vxores, & tamen est contra ius naturale, ꝙ mulier habeat multos viros. Dicendum, ꝙ non obstat, ꝙ licèt Apostolus posuit exemplum in muliere, intelligitur etiam de viro, cùm vir & vxor ad paria iudicentur. extra de diuortijs capit. gaudemus. imò ista causa inducitur ibi, ꝙ vitanda est pluralitas in matrimonio in vtroque sexu: cùm vir & vxor ad paria iudicentur. Ideo dicendum, ꝙ contra ius diuinum est pluralitas vxorum, & maximè contra nouum testamentum. Sic dicitur in allegato capitulo, gaudemus, scilicet: Absonum videtur, & inimicum fidei Christianæ.

An licuit in veteri testamento habere plures vxores simul. quæst. XXXII.

QVAERETVR, an licuit in veteri testamento habere plures vxores. Aliqui dicunt, ꝙ non: quia est contra ius diuinum, vt ostensum est præcedenti quæstione, & tamen lex vetus est ius diuinum, & vnū ius diuinum non repugnat alteri: cùm Deus non sit spiritus contradictionis: ergo non licebat plures habere in veteri testamento. Secundò, quia dicit Alexander Tertius extra de diuor. ca. gaudemus, ꝙ nunquam vlli licuit habere plures vxores, sine Dei reuelatione, scilicet, nisi cui fuerit diuina reuelatione concessum: reuelatio autem est aliquid speciale, quod etiam faceret nunc alicui licitè habere plures vxores, quia quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: & tamen nunc absolutè dicimus, ꝙ non licet habere plures vxores: ergo etiam dicetur, idem in lege veteri: cùm nulli tūc liceret, nisi ex reuelatione ei esset concessum. Tertiò, quia aliqui arguuntur in lege veteri, ꝙ habuerunt vxores plures, sicut Salomon. 3. Reg. 11. Ergo illicita erat tunc vxorum pluralitas.

Dicendum, ꝙ in lege veteri licitum fuit plures vxores habere. Primò apparet hoc, quia Deus videbatur illud concedere quasi ex lege: Deuter. 21. Si habuerit homo vxores duas vnam dilectam, & aliam odiosam, non poterit filium dilectæ facere primogenitum: & ita loquitur indistinctè de quolibet, quasi cuilibet liceret habere plures vxores. Secundò, quia leguntur plurimi viri sancti tempore legis habuisse vxores multas, s. sex ad minus 2. Regum 3. & 5. & 1. Paralip. 3. & de patre Samuelis, s. Elcana legitur, quòd haberet vxores duas Annam, & Phenennam. 1. Regum 1. Et tamen ille laudatur ibi, sicut vir sanctus, & dedit illi Deus miraculosè Samuelem in filium ex Anna sterili, eodem capit. ergo licitum erat habere multas. Tertiò patet, quia Deut. 17. dicitur: Non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant animum eius: ex quo apparet, quòd licebat habere simul plures, quàm vnā. Primò, quia si non liceret habere nisi vnam, non diceretur, ꝙ non haberet vxores plurimas: sicut neque nunc de aliquo homine dicitur, ꝙ non habeat vxores multas: quia nulli licet pluralitas. Secundò, quia dicitur, non habebit rex, & tamen si esset simpliciter vetitum vxores multas, non solùm diceretur hoc de regibus, sed de omnibus hominibus. Tertiò, quia dixit plurimas, & ex hoc magis apparet, ꝙ pluralitas vxorum licita erat: sed habere plurimas non licebat, quia plurimæ dicunt multitudinem effrę natam: sicut Salomon habuit plures, quàm mille. Quartò, quia dixit, quæ alliciant animum eius, & ita videtur concessisse tot vxores, quot ad propagationem vtiles erant, vetuisse autē superfluas, quæ non ad propagationem, sed ad irritationem veneris faciunt, quæ vocatur allicere animum. Et patet, quia ex eodem motiuo prohibentur ibi alia duo regi, s. non

Rex non debet hře auri, & ar-

F habebit rex argenti immensa pondera, & tamen certum est, ꝙ non vetabatur regi habere argentum, & aurum, quia necessarium erat ei: sed habere pondera immensa, idest multitudinem innumerabilem. Et hoc propter duo. Primò ne propter auaritiam imponat grauia tributa populo: cùm enim scierit rex non licere sibi habere multum de argento, & auro: non grauabit populum exigendo immoderatè, vt dicetur: quod faceret si liceret ei. Secundò, vt non premat populum per superbiam. Nam si rex fuerit valde diues poterit opprimere subditos suos inducendo exercitum extra regnum suum, & ita subijciet suos ad quę cunque onera voluerit. Si autem non fuerit valde diues non poterit fouere bella contra suos regnicolas, sed necesse erit concordare eis. Tertium etiam vetabatur ibi, s. multiplicatio equorum, s. cùm rex fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos: certum est tamen, ꝙ licebat regi habere equos, sed prohibetur ibi effrę nata multitudo, & hoc ne sit ei locus exercendi tyrannidem prę cōfidentia equorum: sicut ibi dicitur, non multiplicabit sibi equos, neq; reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus: & ita apparet, ꝙ in his tribus, scilicet argento, equis, & vxoribus non prohibetur regi habere aliquantam multitudinem, sed effrę natam, vt non sit ei materia superbiendi, & peccandi. Quartò, quantum ad principale patet, quia si vxorum pluralitas esset vetita, & consequenter illicita, non computaret Deus vxores multas quas dedit alicui, quia non esset hoc dare ei bonum, sed dare malum, & tamen dicit se dedisse bona, & etiam promittit plures tanquam per hoc hominem exaltet: sic patet 2. Regum 12. cùm Deus improperat Dauid beneficia collata sibi, quia peccauerat contra ipsum tollendo vxorem Vriæ, & occidendo ipsum, s. Hæc dicit dominus: ego vnxi te regem super Israel, & erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Saul, & vxores domini tui in sinu tuo, & si parua sunt ista adijciam tibi maiora. Ergo apparet, ꝙ non erat tunc malum habere plures vxores: quia Deus illas dabat tanquam aliquod bonum. Quintò patet, quia prophetæ multi fuerunt tempore regum Israel, & Iuda, qui acriter obiurgabāt omnia peccata Iudæorum, vt patet tam ex libris Regum, & Paralip. & Iudicum, quàm ex libris ipsorum prophetarum, & tamen nunquam reperitur, ꝙ arguerint quemquam de pluritate vxorū: cùm tamen multi essent tunc, qui habebant multas vxores: ergo reputabatur esse licitum habere multas vxores apud Hebræos.

gentis im mēsa pondera, & quare.

Ad primum dicēdum, ꝙ lex vetus ius diuinum est: quia a Deo data est, & ab eodem Deo, qui dedit nouū testamentum. ad Hebræ. 1. cap. s. Multipharie loquens olim Deus patribus in prophetis: nouissimè locutus est nobis diebus istis in filio, idest per filium suum. Licèt Manichæi dicant nouum testamentum a bono Deo datum: vetus autem testamentum a malo Deo, quod est insania cogitare. Et dicendum, ꝙ vnum ius diuinum non repugnat alteri quandiu manet, quia contradictio pro eodem tempore esse debet: sed stat benè, ꝙ aliquid Deus mandauerit, quod postea reuocet statuendo contrarium: nō quidem faciendo hoc, sicut legislatores, qui condunt aliquas leges tanquam bonas, & æquas, & exercitatio secundùm eas ostendit ipsas postea inutiles, & iniquas, & tunc ablatis illis condunt alias: sed ipse nouerat illas leges non esse simpliciter bonas: quia tamen populus imperfectus non poterat alias tolerare, dabat illas intelligens, ꝙ durarēt ad tempus: sic patet Hier. 31. vbi promisit dare Deus aliud testamentum nouum, quod melius esset, & ipsemet vocauit legem veterem legem non bonam, s. imperfectam: Ezech. 20. Dedi eis præcepta non bona, &

& iudicia in quibus non viuent: & ob hoc aliquo tempore cessatura erant hæc, & non solùm cessatura, sed etiam expressa præcepta fuerunt posita in nouo testamento contra quędam, quę erant in veteri, s. de vsuris, & de libello repudij, & de vindicta sumenda, & similibus. Ita fuit circa multitudinem vxorum: nam tunc fuit licita, quia Deus nō vetuit eam, & habebat aliquē bonum respectum: nunc autem expresè vetuit illam Christus, quod magis aperit in libello repudij, quem a Moyse dicit datum, & tamen ipse illum nunc tollit. Et sic est de pluralitate vxorum, quam tunc Deus nō vetuit, sed quasi licitam permisit, vel per suam permissionem fecit eam licitam, vt alij volunt.

Ad secundum dicendum, quòd licuit Iudæis per legem, siue generaliter multas habere vxores: quomodo autem sit verum de cōcessione per reuelationem dicetur sequenti quæstione, & infra trigesima quarta quæstione.

Ad tertium dicendum, ꝙ arguuntur aliqui de multitudine vxorum non quidem, quia multas habuerūt, sed quia effręnatissimam multitudinem habuerunt, vt Salomon. Habuit enim vxores quasi reginas septingentas, & trecentas concubinas. 3. Regum 11. Manifestum est autem, ꝙ talis multitudo non prodest ad prolem: sed potius impedit prolem illiciendo ad plures, & valde effęminando hominem. Vnde Salamon, qui tot vxores habuit, nō legitur habuisse nisi vnum filiū, scilicet Roboam, & illum habuit antequam multiplicaret sibi mulieres. Et patet non esse vetitam simpliciter multitudinem vxorum, quia dicitur Deuter. 17. Nō habebit rex vxores plurimas, & sic permisit plures habere, idest duas, vel tres: sed non plurimas, idest tot quot Salomon: vnde Dauid habuit multas, s. inter vxores, & concubinas habuit plures, quàm viginti: nam decem concubinas eius cognouit Absolom. 2. Reg. 16. & vxores, & concubinas multas habere eum patet 2. Regum 3. & 5. & 1. Paralip. 3. & tamen non increpatur de hac multitudine: eo ꝙ non erat effręnata: sed tanta quanta prodesse poterat ad propagationem prolis. Etiam quia Salomon non arguitur simpliciter propter habere multas mulieres: sed quia illę auerterunt cor eius a Deo, vt coleret idola. 3. Regum 11. c. s. Et auerterunt mulieres cor eius: cùmque iam esset senex, deprauatum est per mulieres cor eius, vt sequeretur Deos alienos. Et sic adhuc ipsa effręnata multitudo mulierum non arguitur in eo, sed ꝙ per eas auersus fuerit a Deo: & ita Deut. 17. quando vetatur multitudo effręnata vxorum regibus, dicitur: non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant animum eius. & ita nō erat illicita vxorum pluralitas in veteri testamento, dumtamen non esset tanta, quæ verisimiliter non prodesset ad prolem, sed obesset.

An ante legem Moysi datam licuit in matrimonio vxorum pluralitas. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR, an ante legem Moysi datam licuit in matrimonio vxorum pluralitas. Aliqui dicunt, ꝙ non: quia vxorum pluralitas est contra legē naturæ, & tamen tunc erat status legis naturę: ergo nō licuit ista pluralitas. Secundò, quia Deus ostenderat debere esse vnitatem per modum creationis: ideo obligabat ad non accipiendum pluralitatem. Tertio, quia ipse hoc expresserat in creatione, & despensatione, cum dicitur: adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, vt ostensum est supra quæst. 31. in quibus innuitur vnitas vxoris. Quartò, quia dicitur extra de diuortijs capit. gaudemus, ꝙ nulli vnquam licuit plures habere vxores: nisi cui ex diuina reuelatione concessum est: ergo non erat tunc licitum, quia aliàs non es-

A set necessaria aliqua reuelatio, si quasi ex lege hoc esset licitū. Dicendum, ꝙ erat tūc licita vxorum pluralitas, etiam erat consuetudo accipiendi plures. Primum patet, quia non erat aliqua causa tollens pluralitatē, ergo erat licita. Nam tempore veteris testamenti erat licita ista pluralitas, vt ostensum est præcedenti quæst. ergo a fortiori esset licita prius. Et hoc patet primò, quia si aliquid esset illicitum ante legem Moysi: illud esset illicitum quasi contra legem naturæ esset, sed qđ contra legem naturæ est, omni tempore est malum; tempore tamen legis Moysi erat licitum: ergo non erat contra legem naturæ, & consequenter non erat illicitum ante legem datam. Secundò patet, quia lex Moysi obligauit homines ad aliquid, ad quod prius B non erant obligati, & non absoluit ab aliquo eorum, ad quæ erant obligati: ergo ad plura essent obligati, qui tunc erant, q̃ qui prius, & tñ qui tunc erāt, nō erant obligati ad vnitatem vxoris: ergo a fortiori ante legē datam licita erat vxorum pluralitas. Secundum patet, scilicet, ꝙ erat illa consueta: nam in prima ætate, s. ante diluuium legimus, ꝙ Lamech haberet duas vxores. Gen. 4. & sicut ille habebat, ita de alijs multis maximè de stirpe Cain credendum est, ꝙ plures vxores habuerint: quia non auderet ille solus hac nouitate vti, si cæteris malum istud, & detestabile videretur. Etiam post diluuium fuit vxorum pluritas nō solùm in Gentilibus, sed etiam in viris sanctis, de quibus deriuatus est populus Dei. Patet de viris sanctis, quia Abraham C habuit simul duas vxores Saram, & Agar. Gene. 16. & Iacob habuit quatuor, s. Rachel, Zelpham, Liam, & Balam: Gene. 29. & 30. De Gentilibus patet eodem modo, quia Labam dedit duas filias Iacob in vxores in duabus hebdomadis. Gen. 29. scilicet: Imple hebdomadam huius copulæ, & hanc quoque tibi dabo: & tamen si non esset consuetudo apud Gentiles, ꝙ idem vir acciperet duas, aut plures vxores, non traderet Labam duas filias suas in vxores Iacob. Imò apparet, ꝙ erat cōsuetudo accipiēdi plures vxores apud Gentiles: nam idem Labā petiuit a Iacob, ꝙ viuentibus filiabus suis, non superinduceret alias vxores eis quas simul haberet, & iurauit illud Iacob Gen. 31. & tamē si non esset consuetudo circa hoc, non exigeret Labam D iuramentum a Iacob.

Consuetū erat ante legē Moysi datā plures accipere vxores.

Dicendum ergo, ꝙ licitum fuit omnibus ante legē Christi accipere multas vxores, quia non erat contra ius naturale propriè dictum: neque contra aliquam rationem, vt ostensum est supra quæstio. 30. imò erat causa satis rationabilis ad accipiendum plures, quia naturale desiderium in homine est ad conseruandū speciem per propagationem: contingit autem sæpe, ꝙ nō possit ex vnica gignere, vt si sit sterilis: ideo iustum erit accipi plures. Etiā quia non videtur sequi aliqua inhonestas datis multis vxoribus eidem viro, sicut sequitur dando multos viros eidem fœminæ: solùm autem videbatur esse vnum paruum grauamen, s. vxori primo ductæ: quia non posset ita integre ei reddi debi- E tum, sicut si sola esset, vel quia fortè superueniente noua vxore vir diligeret eam plusquam pręcedentem, & & illa ex hoc affligeretur: sicut fuit in Iacob, qui accepit prius Liam, & post hebdomadam accepit Rachelem, & amorē illius amori prioris præposuit. Gen. 29. capit. Et ob hoc illi, qui erant viri religiosi postquam accepissent vnam, non accipiebant aliam sine consensu primæ, sicut fecit Abraham: nam longo tempore Saram habuit, & cum sterilis esset, & putarentur, ppter eam perituræ promissiones factæ Abrahæ a Deo: ipsa orauit, vt acciperet Agar, & accepit: Gen. 6. & aliàs nō facturus erat hoc Abraham. Sic etiam fecit Iacob; nam accepit Liam, & Rachelem quasi ex quadam necessitate: ipse enim intendebat accipere Rachelem solam,

solam, & illam solam desponsauit, sed per noctem imposita fuit Lia: Gen. 29. & tunc fuit quasi necessarium saltem ex honestate sumere vtramq; Liam quidem, quia eam cognouerat, & ne maneret delusa. Rachelem autem, quia ipsam prius desponsauerat. deinde accepit duas vxores alias, s. Zelpham ad preces Liæ, & Balam ad preces Rachelis: Gene. 30. & tamen adhuc istud non videbatur verè esse grauamen: licèt vxor prima affligeretur, cùm vir acciperet secundam, & sequentes: quia in hoc vir vtebatur iure suo, & ideo nemini faciebat iniuriam: & tamen ad tollendum istud ius ille, qui dabat filiam suam alteri, firmabat cum eo pactum, ꝙ non superduceret aliam ipsa viuente; & per hoc pactum renunciabat vir iuri suo, & iam non poterat aliam cum ea accipere. Sic Labam fecit pactum cum Iacob ne vltra filias suas alias vxores superduceret Gen. 21.

Ad primum dicendum, ꝙ non erat contra legem naturæ pluralitas vxorum accipiendo strictè ius naturæ, vt dictum est supra quæst. 30. & etiam accipiendo largius non est contra ius naturæ, idest contra prima præcepta iuris naturæ, sed solùm contra secunda, & illa non habent vim cogendi, & obligandi determinatè: nisi quando, vel lege diuina, vel humana, vel consuetudine sancita sunt: & quia tunc non erat lex apertè hoc prohibens, & consuetudo potius adiuuabat, quæ recipiebat pluralitatem vxorum: non erat peccatum pluralitas vxorum, & ita dicit August. ꝙ peccatum nō erat quando mos erat, idest consuetudo.

Ad secundum dicendum, quòd illud argumentū non procedit nisi contra eos, qui nouerant scripturas, & tamen scriptura de hoc non erat ante Moysen, qui Genesim propheticè scripsit: ideo non obligabantur ex hoc. Maximè, quia postquam scriptura fuit, non obligati fuerunt homines ad vnitatem vxoris: cùm ostensum sit præcedenti quæstione, ꝙ tempore legis Moysi erat licita vxorum pluralitas.

Ad tertium eodem modo dicendum, quòd cùm de illis non constaret, nisi scientibus scripturam non obligabantur ad vitandum pluralitatem vxorum omnes. Sed quomodo scientibus scripturam non obligarentur ad vitandum illam pluralitatem: dicetur infra quæst. 40.

Ad quartum aliqui dicunt simpliciter esse verum, ꝙ nunquam licuerit pluralitas vxorum sine dispensatione Dei, scilicet, quia lex de vnitate vxoris non est aliquid humanitus positum, sed diuinitus datum, & non in literis, sed in corde impressum, sicut & alia, quæ ad legem naturalem pertinent, & ideo dispēsatio in hac lege esse non potest nisi per Deum, & ita fuisse factam patribus dicunt, & ad eorum exemplum alij fecerunt in tempore, quo cultus Dei per propagationem deriuandus, & extendendus erat.

An licuerit, & potuerit alicui dispensari, quòd habuerit plures vxores simul.
Quæst. XXXIIII.

SED contra hoc obijciunt aliqui, ꝙ nunquam licuerit hoc, siue per dispensationem, siue aliàs, quia ius naturale semper, & vbique habet eandem potentiam. 5. Ethicorum, & tamen pluralitas vxorum est contra ius naturale, ergo nunquam licet. Secundò, quia Deus non dispensat in eis, quæ sunt iuris naturalis: dicit enim August. Deus cùm sit naturæ conditor, non facit aliquid contra rationes, quas naturę inseruit: cùm ergo naturæ nostræ Deus inseruerit, ꝙ sit vna vnius: videtur, quòd non dispenset vnquam in hoc. Tertiò, quia si aliquid est licitum ex dispensatione nō

F licet nisi illis, cum quibus dispensatur, & tamen nunquam facta fuit aliqua dispensatio communis in lege veteri, sed tunc licebat communiter omnibus plures vxores accipere, vt ostensum est præcedenti quæstione: ergo non licebat ex dispensatione. Quartò, quia vbi est causa eadem dispensationis est dispensatio eadem: sed causa dispensationis non ponitur alia nisi multiplicatio prolis ad cultum Dei, quæ etiā nunc est necessaria, & ita duraret hodie, sed non durat, ergo neque fuit ista causa dispensationis in veteri testamento. Quintò, quia dispensatio in lege propter aliquod bonum fit, & nunquam debet in ea ad hoc, ꝙ rectè dispensetur, præponi minus bonum maiori bono, sed fides, & sacramentum, quæ non videntur posse seruari in matrimonio, vbi sunt plures vxores, sunt

G meliora, quàm prolis multiplicatio: ergo non deberet omitti ista propter prolem multiplicandam, & consequenter non deberent dispensari. Qui tenent ex dispensatione licere, respondent ad argumenta hæc, & quia primum non solùm militat contra prædicta, sed etiam probat nunquam licuisse pluralitatem vxorum esse: cuius contrarium dictum est supra.

Dicendum est, ꝙ iura naturalia non mutantur regulariter, & tamen accidit aliquid mutari ex aliquo speciali motiuo, sicut & ipsa naturalia, quæ sunt in essendo habent se vniformiter, & tamen contingit illa mutari: vt dicitur. 5. Ethicorum, ꝙ naturale est homini habere dextram, & sinistram, & tamen contingit

H ambidextros fieri. Sed dicendum, ꝙ hoc verum est circa iura naturalia primo, & secundo modo dictis supra quæst. 30. non autem tertio modo ibi dicto. Etiā non accidit mutari iura naturalia quantum ad prima præcepta: contingit tamen mutari circa secunda, quia illa eliciuntur ex primis, & in illis multum potest opinio: quia quanto magis accedunt ad particularia, de quibus incertum est iudicium, magis contingit illa variari. Prima autem præcepta legis naturæ, quia sunt multum vniuersalia propter multum distare a particularibus, in quibus est variatio, non mutantur aliquando. Et ita est de entibus secundùm naturam, quia ea, quæ sunt penitus naturalia, manent totaliter immota, sicut dicitur. 5. Ethicorum, ꝙ ignis ardet hic, & in Per-

I sis, & illud nunquam mutatur. Alia sunt naturalia partim adiuta ex consuetudine, quæ licèt habeant motum naturale, non tamen habent determinationem omnimodam in natura: sicut esse dextrum, & sinistrū; & ideo contingit aliquos fieri ambidextros, & quia vnitas vxoris est de præceptis iuris naturalis, quæ maximè appropinquant ad opinionem: ideo habet locum in illo humana opinio, & licet contra facere, nisi lege diuina, aut humana, vel consuetudine confirmetur, & ita non solùm ex dispensatione, vt isti dicunt, sed etiā sine dispensatione licuit contrafacere semper quousque per legem Christi prohibitum est. Ad secundū dicunt, ꝙ etiam si Deus dispenset in iure naturali, non datur illa dispensatio contra rationes, quas Deus natu-

K ræ inseruit, sed facit præter illas: quia rationes illæ non sunt ordinatæ ad semper, sed vt in pluribus esse: sicut non est contra naturam, sed præter naturam, quando aliqua accidunt in rebus naturalibus miraculosè contra consuetudinem eorum, quæ accidere solent. Ad tertium dicunt, ꝙ qualis est lex, talis debet esse dispensatio in ea: ideo si est lex scripta, debet esse dispensatio scripta: sit autem sit indita debet esse dispensatio inspirata, & quia lex naturalis non est scripta, sed cordibus innata non debuit esse dispensatio scripta, sed impressa cordi, & ita est circa istud de pluralitate vxorum: cùm sit præceptum iuris naturalis vxoris vnitas: sed ista solutio non sufficit, vt infra dicetur. Ad quartum dicunt, ꝙ non manet nunc eadem causa dispen-

dispensationis, quæ in veteri testamento, quia venien
te Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ, per quam
Dei cultus in omnes gentes spirituali propagatione
multiplicationem accipiebat, & conseruationem: cũ
non in plures gentes diffunderetur, sed in ea, in qua cę
perat continuaretur. Et istud etiam nobis est necessa-
rium respondere non timentibus ex dispensatione fa
ctum esse. Quia diceret aliquis, quare in nouo testa-
mento Christus astrinxit nos ad vnitatē vxoris, cùm
in veteri liceret pluralitas vxorum? Et est dicendum,
ꝙ iustè fuit factum, & ista est vna causa. s. quia non ex-
tendebat se lex illa ad multas gẽtes, sed in illa sola cui
data erat manebat, & ideo oportebat eam conseruari
eo modo, quo gens illa conseruabatur. s. per propaga-
tionem: ideo vacandum erat propagationi: lex au-
tem noua diffunditur in omnes gentes per spiritualē
propagationem .i. prædicationem verbi: ideo per illũ
modum debuit continuari, & non per carnalem deri-
uationem: & sic conuenienter restricta fuit vxorum
pluralitas ad vnitatem. Ad quintum dicunt, ꝙ non tol
litur maius bonum per dispensationem illā: quia bo-
num prolis est maius quàm bonum fidei, quod dicũt
non seruari: quia proles, vt est bonum matrimonij di-
cit, & includit fidem seruandam ad Deum: cùm non
solùm accipiatur proles pro filijs, sed pro ipsa prole e-
ducanda in cultum Dei: qui autem Deum colit seruat
ei fidē: & quia fides vt est bonum matrimonij est fi-
des, quæ seruatur ad vxorem: & fides, quæ seruatur ad
Deum est maior quàm illa, quæ est ad vxorē, est ma-
ius bonum prolis quàm fidei: & potest omitti bonũ
fidei pro bono prolis: potissimè, quia in veteri testa-
mento proles specialiter quærebatur ad augendũ po-
pulum Dei, & cultum eius. Aliter etiam dicendum,
ꝙ nō omittitur fides in matrimonio, in quo sunt mul
tæ vxores: nam ibi aliqua fides obseruatur: cùm vir so
lis vxoribus suis cōmiscetur, & non alijs, & illæ ei soli.
De sacramento dicendum, ꝙ non penitus tollitur,
quia licèt non significetur vnio Christi ad ecclesiā in
matrimonio, in quo est pluralitas, perfectè, significatᷓ
aliquo modo. Nam non significatur vt est vnio Chri-
sti, qui est vnus ad ecclesiam, quæ est vna, sed significa
tur distinctio graduũ in ecclesia Christo vnita: & hoc
est tam in ecclesia militante, quàm in triumphante,
ideo non omnino tollebantur tria bona matrimonij
de illo matrimonio, in quo erat vxorum pluralitas. Et
iste est modus respondendi eorum, qui dicunt nunq̄
fuisse licitam pluralitatem vxorum sine dispēsatione.
Alij quasi similiter ad hos dicunt, ꝙ licèt esset vnitas
vxoris de iure naturæ, tamē Deus permisit Iudæis plu
ralitatem, sicut permisit eis multa, quæ in nouo testa-
mento prohibuit, vt vsuras concessit Deuter. 23. quas
vetuit Luc. 6. & libellum repudij concessit Deut. 24.
quem prohibuit hic, & Mar. 10, & vindictam quęrere
etiam de innocentibus pmisit Num. 35. & Deut. 19.
& tñ vetuit eā nunc iubēs diligere, & remittere. sup. 5.
& 6. & præced. c. sic etiā purgationem vulgarem per-
misit Num. 5. contra mulierem suspectam de adulte-
rio: & tamen nũc omnis modus vulgaris purgationis
vetitus est: & hæc omnia permittebat illis ad duritiē
cordis, vt dicitur infra in litera, nunc autem nihil per-
mittitur. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia non rectè di-
cuntur permissa hęc, quia in veteri testamento sole-
mus dicere illa fuisse permissa quęcunque secundùm
se aliquid mali continebant: & tamen ex Dei permit-
tentis auctoritate licita fiebant vtentibus: sicut vsurę
secundùm se sunt illicitæ: quia dicitur 4 Ethic. vsuram
ad turpe lucrũ pertinere. De libello repudij, & de pro-
secutione vindictę, quę tollit charitatem, & de purga-
tione vulgari, & cęteris idem apparet. De pluralitate
verò vxorum non videtur idem, quia non habet in se

A aliquam rationem turpitudinis, neq; mali, sicut cęte-
ra, ideo nō videtur permissa, vt permissio dicit aliquid
illicitum cōcedi. Item & principaliter, quia si permis-
sa esset sicut cętera, quę dicimus permissa, oporteret
quòd lege exprimeretur sicut de alijs: non enim asse-
rimus aliquid permissum, nisi quod in lege scriptum
inuenimus. Qui autem dicebant nunquā licuisse plu-
ralitatem vxorum, nisi ex dispensatione, & licuisse Iu
dęis ex dispensatione, nō satis firmiter dicunt. Primò,
quia non constat de hac dispensatione, ad quod tenē-
tes positionem istam dixerunt supra, quòd qualis est
lex, talis debet esse modus dispensationis: & quia vni-
tas vxoris est de iure naturali, quod non est scriptum,
sed cordibus innatum, non debuit esse dispensatio
B scripta, sed cordibus impressa. Sed istud non stat.
Primò, quia falsum est, ꝙ in præceptis naturalibus si
debeat esse dispensatio, quòd fiat per impressionem:
nam furari sine necessitate, & non restituere commo
datum sunt contra ius naturale, in quo Deus dispen-
sauit cum Iudæis circa Aegyptios iubens eis contra
facere, & tamen istam dispensationem per expressum
mandatum habuerunt, & non per inspirationem, vt
patet Exod. 3. Sic etiam repudiare vxorem est contra
ius naturale eo modo, quo est pluralitas vxoris: imò
directius repugnat matrimonio solubilitas eius, quā
pluralitas vxorum, quia solubilitas repugnat bono p-
lis quantum ad educationē, quæ est primus finis ma-
trimonij: pluralitas autem repugnat quantum ad finē
C secundarium: non quidem tollendo penitus, sed im-
pediendo, vt ostensum est supra. Et tamen de libello
repudij data est expressa lex: ergo si per viam dispensa
tionis fieret, necesse erat scribi illam. Secundò, quia
cùm transgressio iuris naturalis sit peccatum. extra de
consuetudine cap. cùm tanto. non debet quis temere
sibi vsurpare facere contra ius naturale, nisi sit certifi-
catus sibi licere per aliquam viam: & tamen si esset di
spensatio solùm cordi impressa, non esset certitudo:
cùm interdum credat homo se agi à Deo, & agitur
à dæmone: neque sit credendum omni spiritui. Sic
dicit Innocentius Tertius cuidam Episcopo, qui re-
nunciare volebat Episcopatui: extra de renun. cap. ni-
si cùm pridem, §. Tu quoq; quomodo scis, quòd inspi-
D ratio diuina sit illa, quæ mouet te? in quo innuit, ꝙ dif-
ficilè est hoc scire, & ideo non est credendum omni
spiritui. Et sic ad hoc, ꝙ aliquis confidenter agere
posset contra ea, quæ putaret esse de iure naturali, ne-
cesse esset, ꝙ haberet aliquam certitudinem, & hoc
maximè fieret per legem datam in scriptis, ideo si di-
spensatio aliqua fuit, debuerat esse scripta. Secundò
quantum ad principale: quia si ex dispensatione hoc
liceret, non esset licitum nisi illis, cùm quibus dispen-
saretur: & quia ista causa, quam ponunt, s. multiplica-
tio prolis ad cultum diuinum solis Iudæis cōpetebat,
qui erant populus Dei, videtur, quòd alijs hominibus
non licebat, & tamen nō licuit solis Iudęis, sed etiam
ante legem sancti patres habuerunt multas vxores, vt
E Abraham, & Iacob: Gen. 16. & 29. & 30. Etiam Gen-
tiles tempore legis Moysi, & ante illam habuerunt
multas vxores, & non fuit in eis peccatum: ideo non
fuit ex dispensatione. Et patet hoc, quia valde irratio-
nabile est, quòd dicatur aliquis peccare in illo, quod
vitare nescit, & scire non potest. Sic autem est de plu-
ralitate vxorum. Nam non erat à Deo posita aliqua
lex de vnitate vxoris, quæ esset hominibus diuulgata.
Etiam ratio naturalis sufficienter non ostendit hoc
esse malum: cùm potius ad multa videatur esse vtile,
& non videtur pluribus hominum neque sapientio-
ribus malam esse, & contra rationem pluralitatem
vxorum: ideo non peccabant Gentiles accipiendo plu
res vxores, & tamen certum est, quòd in illis non erat
dispen-

Nō peccatur in eo, quod vitare nescim⁹ nec scire possumus

dispensatio aliqua: quia iam non esset dispensatio, sed lex communis, cùm extēderetur ad omnes homines: ergo non erat ex dispensatione licita vxorum pluralitas, sed ex alia causa. Tertiò, & principaliter, quia id quod videtur arctare aliqualiter ad ponendum dispensationem istam, est illud dictum Innocentij Tertij: extra de diuortijs cap. gaudemus: Nulli vnquam licuit plures vxores accipere, nisi cui ex diuina reuelatione concessum est: & tamen ponere dispensationem non sufficit ad satisfaciendum illi dicto sic planè accepto: non enim solùm requirebatur dispensatio, sed etiam reuelatio, vt innuatur, ꝙ non fuit data aliqua dispensatio generalis, quæ ad plures extenderetur: sed ex reuelatione licebat, & tamen reuelatio fit particulariter: ergo non licebat nisi ei, cui hoc reuelabatur, & quia certum est, ꝙ reuelatio circa hoc valde paucis fieret, quia non fit nisi prophetis: cùm prophetas, & Deos vocemus illos, ad quos sermo Dei factus est: Ioan. 10. cap. ergo paucissimis liceret, & tamen omnibus Iudeis licebat, vt ostensum est præcedenti quæstione: ergo non erat ex sola reuelatione licita pluralitas vxorum. Ad hoc dicunt, qui tenent dispensationem, & reuelationem, ꝙ patribus sanctis facta fuit principaliter ista reuelatio, vel inspiratio, & ad eorum exemplum licuit alijs. Sed hoc non stat, quia cæteri, qui imitabantur sanctos patres accipiendo plures vxores, aut hoc faciebant, quia putabant esse licitum, eo ꝙ illi, qui erant viri sancti istud faciebant: aut quia per illos reuelatum erat eis licere sibi. Non primo modo, quia iam illud traheretur in regulam, & eadem ratione omni homini licitum iudicaretur, cùm quilibet bene agat, vel saltem non peccet imitando sanctorum exempla in moribus: & ita Gentilibus etiam liceret acciperet plures vxores, cùm illi non essent repræhensibiles imitando gesta sanctorum patrum veteris testamenti, & tunc non est verum, ꝙ liceret ex reuelatione, sed simpliciter esse licita. Etiam non stat secundus modus, quia tunc aut illi sancti patres dicerent licere sibi accipere plures vxores, quia reuelatum erat eis à Deo, quia ipsis, & alijs certis personis esset licita vxorum pluralitas: aut dicerent sibi reuelatum, ꝙ toti stirpi Iudæorum licita esset ista pluralitas. Si primo modo non stat: quia tunc non liceret omnibus Iudæis, & omni tempore accipere plures vxores: sed aliquibus determinatis, de quibus per reuelationem constaret, & tunc peccarent cæteri accipiendo plures vxores: sed licebat omnibus Iudæis generaliter, vt ostensum est præcedenti quæstione: ergo non stat iste modus. Non etiam secundo modo, quia iam esset lex communis, & non consonat tunc verbo Innocētij, scilicet, quòd nulli vnquam fuit licitum nisi ei, cui per reuelationem diuinam concessum est. Et iste modus loquendi ponit personas speciales, & non regulam communem, & ideo non potest saluari verbum Innocentij per illam viam. Secundò, quia non videtur verum, ꝙ etiam sancti patres acciperent vxores multas inspiratione moti. Nam Abraham non accepit Agar nisi mouente eum Sara: orauit enim illa, quòd ingrederetur ad Agar: & ita illam accepit: Gene. 16. Si autem ex inspiratione moueretur, non oporteret, quòd oraret hoc Sara: sed Abraham hoc faceret, illa non petente. Etiam patet hoc, quia Sara orauit Abraham, vt acciperet Agar in vxorem: ergo putabat hoc licitum esse, quia aliàs non oraret illud, cùm esset religiosa mulier. Etiam Iacob non accepit vxores multas ex inspiratione, sed duas primas accepit, quasi ex necessitate: cùm intenderet vnicam, vt ostensum est supra, aliàs duas accepit precibus principalium vxorum, alias non accepturus esset illas: Gene. 30. Ergo non accipiebant sancti patres vxores plures ex inspiratione. Dicendum ergo videtur,

Rñsio opinionis improbatæ.

F quòd ante legem datam tam sancti patres, quàm cæteri homines licitè accipiebant plures vxores, & hoc quia non erat prohibitum aliqua lege diuina positiua: neque etiam apertè repugnabat iuri naturali, sed solùm erat de illis præceptis secundis iuris naturalis, quæ non habent vim determinatè obligandi ad peccatum, nisi cùm lege diuina, aut humana, aut consuetudine sancita sunt. Et hoc apertè tenent Ambrosius, & Augustinus. Dicit Augustinus: Antiquis iustis non fuit peccatum, quòd pluribus fœminis vtebantur: neque enim contra naturam hoc faciebant: cùm non lasciuiendi causa, sed generandi facerent: neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant: neque contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum.

G Et idem Augustinus super Genes. ait: Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quòd quando mos erat, peccatum non erat. Ambrosius etiam libro de Patriarchis ait: dixit Sara ad Abraham: ecce conclusit me dominus, vt non pariam: intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex ea. Et sequitur: Considera primum, quòd Abraham ante legem Moysi, & ante Euangelium fuit. Non ergo commisit Abraham in legem, sed legem præuenit. Nondum enim interdictum videbatur. Et ita vult Ambrosius, quòd ante legem, & Euangelium non erat peccatum accipere plures vxores, & tamen ante hoc erat ius naturale: ideo vult, quòd illud non habebat vim determinatè obligandi, vt supra dictum est, & hoc idem durauit vsque ad legem Christi saltem.

H Ad dictum Innocentij dicendum, quòd non licuit alicui sine reuelatione vnquam accipere plures vxores simul, scilicet de illis, quibus constabat esse contra ius naturale, & contra ius diuinum expressum verbo, & opere ostensum: vt apparet in probationibus illis, quas inducit idem Innocentius extra de diuor. capitulo, gaudemus. Siquis tamen illas ignoraret: cùm non esset datum aliquod præceptum expressum de hoc: neque lex naturalis determinatè ad hoc cogebat, non peccabat accipiendo plures vxores.

An infideles, qui nunc sunt, peccent habendo plures vxores. Quæst. XXXV.

I QVAERETVR, an infideles, qui nunc sunt, peccent habendo plures vxores. Aliqui dicunt, quòd sic: quia agunt contra ius naturale: cuius transgressio inducit peccatum mortale: extra de consuetu. capitulo, cùm tanto. Secundò, quia agunt contra legem Christi, quæ vetat vxorum pluralitatem, & tamen agere contra illam est peccatum. Tertiò, quia si non esset peccatum eis habere plures vxores, non cogerentur dimittere illas, quando conuertuntur ad fidem: cùm nihil tunc cogantur dimittere nisi peccata, sicut dicit extra de diuortijs capitulo gaudemus, quòd baptismus matrimonia non soluit, sed peccata

K abluit, & tamen cogitur conuersus de infidelitate dimittere omnes vxores præter primam, eodem capitulo gaudemus: ergo peccatum fuit plures accipere. Alij dicunt, quòd non est peccatum, quia ab orbe condito vsque ad Christi legem non fuit peccatum accipere plures vxores, vt ostensum est præcedenti quæstione: ergo eodem modo eis, qui non sunt sub lege Christi, non est peccatum accipere plures vxores.

Dici potest sine præiudicio melioris sententiæ, quòd potest vtraque pars teneri, neque videtur inconueniens, quòd infideles non peccent nunc habendo plures vxores simul: dum tamen illas non desiderio libidinis explendæ, sed procreandæ prolis causa susci-

ſuſcipiant. Sic enim dicunt Ambroſius, & Auguſtinus, quando excuſant pluralitatem vxorum Abrahæ, & Iacob, ſcilicet, quòd non peccabant, quia non faciebant contra præceptum aliquod expreſsè poſitum, & quia non accipiebant eas cauſa libidinis, ſed prolis. Etiam non faciunt iſti contra præcepta iuris, quæ determinatè obligent. Nam licèt ſit vnitas vxoris de iure naturali, eſt de talibus præceptis, quæ non habent vim obligandi determinatè, niſi per aliam legem poſitiuam, aut conſuetudinem confirmentur. Tenendo hoc poterit dici ad primum, ꝙ agunt iſti contra ius naturale, non quidem accipiendo ſtrictè in tertio modo iuris naturalis, vt dictum eſt ſupra, quia contra tale ius agere ſemper eſt peccatum mortale: neque etiam eſt contra prima præcepta iuris naturalis accipiendo largè ius naturale, ſcilicet primo modo ibi accepto: ſed eſt contra ſecunda præcepta, quæ ſunt quædam concluſiones iuris naturalis, quæ determinatè non obligant, niſi confirmentur per legem poſitiuam, aut conſuetudinem.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ lex Chriſti obligat omnes homines ad tenendum eam, & quicunq; non vult eam tenere, eſt continuè in peccato mortali, & tamen non eſt neceſſe, ꝙ quandocunque infidelis agit contra aliquod præceptum Chriſti, peccet mortaliter. Fidelis autem quandocunque agit contra aliquod præceptum legis Chriſti, peccat mortaliter, quia inobedientiam committit: infidelis autem nondum ſuſcepit legem Chriſti: ideo non poteſt eſſe inobediens ad illam quantum ad ſingula mandata illius, ſed ſolùm eſt inobediens vni mandato Chriſti de ſuſcipiendo eam, quia iuſſit, ꝙ omnes homines illam ſuſciperent ſub pœna damnationis æternæ: Mar. 16. vnde non eſt dicendum, quòd infidelis toties peccet, quoties omittit agere id, quod in lege Chriſti iubetur, vel committit contra id, quod in ea iubetur: ſed eſt ſemper in hoc peccato mortali, quia non accipit legem Chriſti, quã accipere tenetur. De omiſſione præceptornm illius dicendum, quòd nunquam peccat infidelis omittendo quæcunque præcipiantur in lege Chriſti, niſi illa præcepta eſſent talia, quæ etiam de iure naturali obligarent non exiſtente lege Chriſti. De commiſſione contra aliqua præcepta legis Chriſti, idem dicendum, ſcilicet, quòd non peccat infidelis contrafaciendo: niſi agendo contra illa, agat contra ius naturale. Nam ſi Chriſtus iuberet ieiunari certis diebus, vel fieri certã orationem, nunquam peccaret infidelis omittendo hæc, ſed ſolùm peccat, quia non vult ſuſcipere legem Chriſti, in qua hæc præcipiuntur. De vnitate vxoris ita videtur, quia non eſt de primis præceptis iuris naturalis, quibus obligantur omnes homines determinatè, ſed de ſecundis: & ita licèt in lege Chriſti tradatur, non videtur obligare infideles, niſi ſecundùm quod prius, & tamen ante legem Chriſti, non peccabant in pluralitate vxorum, ergo neque nunc peccant.

Ad tertium poteſt dici, quod non coguntur dimittere vxores illas, quia peccauerint illas accipiendo: ſed quia peccarent eas tenendo nunc: nam vt dicitur extra de diuor. cap. gaudemus: abſurdum eſt, & inimicum fidei Chriſtianæ multas vxores habere, & quia illi, qui tranſeunt ad fidem Chriſti, coguntur obſeruare omnia præcepta eius, coguntur illi dimittere omnes præter primam. Sed obijcietur, ꝙ non ſit propter hoc, quia illi, qui conuertuntur ad fidem Chriſti, non coguntur retractare omnia prius facta: licèt eſſent cõtra legem Chriſti. Nam non licèt nobis contrahere matrimonia vſque vltra quartum gradum, & tamen conuerſi ad Chriſtum, ſi teneant vxores in ſecundo gradu conſanguinitatis, non coguntur dimittere illas: imò non licèt dimittere illas ſi ipſe etiam conuertantur: ex-

A tra de diuor. c. gaudemus. Dici poteſt, ꝙ nõ eſt ſimile. Primò, quia vnitas vxoris eſt de lege Chriſti, vt oſtenſum eſt ſupra: determinatio autem graduum conſanguinitatis ad contrahendum eſt de lege humana. Secundò, quia lex data à Chriſto non eſt diſpenſabilis: ideo neceſſe eſt, ꝙ quilibet ad Chriſtum conuerſus illam ſeruet: lex autem de gradibus eſt diſpenſabilis: ideo vt non ſoluantur matrimonia permittit Eccleſia manere conuerſos de infidelitate in illo gradu.

Dicendum autem, ꝙ licèt iſta poſitio ſit ſatis tolerabilis: ſecurior tamen eſt, ꝙ peccent infideles poſt datam legem à Chriſto contrahendo cum multis, & ꝙ non ſit matrimonium verum cum omnibus illis, & hoc conſonat magis intentioni Innocentij: extra de

B diuor. cap. gaudemus. vbi ponitur non eſſe matrimonium niſi ad primam, cum qua contrahit infidelis. Et tunc manent argumenta firma, quæ fiebant in principio. Et ad ſolutiones eſt dicendum quantum ad primam, ꝙ licèt argumentum non eſſet efficax, eo ꝙ nõ ſit vnitas vxoris de iure talis naturę, quod per ſe īducat determinatam obligationem, quia eſt de ſecundis prę ceptis: inquantum tamen iam illud pręceptum eſt cõfirmatum per aliud præceptum legis diuinæ expreſſum, in quo prohibetur vxorum pluralitas, obligat. Ita enim dictum eſt ſupra, ꝙ iſta præcepta iuris naturalis per ſe non habent vim cogendi, niſi quando ſic confirmantur, & ita iam infideles ligabuntur. Contra ſecundam ſolutionem dicendum, ꝙ licèt infideles nõ In q.30.

C peccent in omiſſione, aut cõmiſſione contra aliquod præceptum legis Chriſti, quando eſt purè poſitiuum: tamen quando præceptum Chriſti eſt de iure naturali, vel declaratiuum alicuius præcepti iuris naturalis, peccant infideles contra faciendo, & ita peccat infidelis ſi oderit inimicum, licèt antiquis dictum eſſet, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ſupra 5. cap. Sic autem eſt præceptum iſtud de non accipiendo plures vxores. Nam eſt de iure naturali: licèt ſit de ſecundis præceptis. Etiam ante hoc erat præceptum diuinum: licèt non eſſet expreſſum, quod apparuit ex modo creationis, & ex verbis diſpenſationis Adæ, & Heuæ, vt oſtenſum eſt ſupra: ideo cùm hoc Chriſtus declarauerit etiam ipſis infidelibus, obligabit

D omnes. Contra tertiam ſolutionem dicendum, ꝙ nõ iubentur dimitti vxores, quando multæ ſunt: quia habere multas ſit nunc contra legem Chriſti ſolùm. Nã In q.31. licèt hoc verum ſit, tamen cauſa pręcipua non eſt hęc: ſed quia inter eos iudicatur nunquam fuiſſe verum matrimonium, vt colligitur ex rationibus allegatis extra de diuor. cap. gaudemus. Secundò, quia ſi potuiſſet verum matrimonium eſſe inter infidelem ad multas vxores, maneret poſt conuerſionem: nam dicitur eodem ca. gaudemus. ꝙ per baptiſmum matrimonia non ſoluuntur: ſed peccata dimittuntur, & tamen nõ manet, vt indicat Eccleſia eodem capitulo. Et ſi dicatur, ꝙ non manet matrimonium: non quidem quaſi à principio non tenuerit, ſed quia non permittitur

E in lege Chriſti talis coniunctio. Non ſtat, quia tunc cũ æqualiter teneret coniunctio ad vnam, quàm ad aliã, ſolueretur matrimonium ad omnes vxores, & non teneret cum aliqua eorum, niſi de nouo contraheretur, & tamen falſum eſt, ideo non tenuit matrimonium à principio, quando contrahebatur inter infideles. Tertiò quantum ad principale, quia ſi matrimonium teneret a principio cũ omnibus, & poſtea oporteret manere ſolùm ad vnam: eſſet in poteſtate viri accipere quam vellet: tamen non eſt, ſed cogitur manere cum prima, vt colligitur extra eodem capitulo, gaudemus. & ex dictis doctorum ibi: ergo non tenuit matrimonium niſi cum prima: cæteræ autem ſunt adulteræ, & & tamen adulterium eſt peccatum: ideo peccant accipiendo

cipiendo plures vxores. Quod autem dicitur de infideli conuerſo, ꝙ tenebit primam, & non alias, Quid ſi mortua eſt prima dum maneret in infidelitate? quam aliarum accipiet? Aliqui dicunt, ꝙ ſequentem poſt primam: quia illa ſuccedit in iure primæ, & ita conſequenter de alijs ſm ordinem temporis.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat: quia cùm prima poteſt manere poſt conuerſionem, eo ꝙ illa eſt vera vxor: cęteræ autem non poſſunt eſſe verę vxores viuente illa, & non potius vna, quàm alia, ſed omnes ſunt æqualiter adulteræ: per mortem autem primę, ſicut non poſſunt effici omnes aliæ ſimul vxores: ita nec poteſt effici vna illarum niſi per nouum conſenſum ſpecialiter in eam conſenſerit, vt in coniugem. Si autem manet antiquus conſenſus, nulla earum erit vxor per illum conſenſum. Idem dicendum, ꝙ ſi mortua vxore prima infidelis, qui multas ſimul habet, conuerti vult, poteſt eligere quam voluerit, vt ſit ſibi vxor de nouo, vel dimittere omnes ſi vult: cùm nulla earum ſit vera vxor. Si autem prima viuat, non poteſt aliam accipere: neque etiam poteſt omnes dimittere: ſed cogitur tenere primam ſi illa conuerti voluerit, vel manere cum eo ſine contumelia Creatoris. Quod autem dicebatur de contractu in gradibus vetitis, quia non retractatur poſt conuerſionem ad Chriſtum dicendum, ꝙ partim eſt propter cauſam ſupra aſſignatam, ſcilicet, quia eſt diſpenſabilis Eccleſiæ: ſed principalius fit, quia etiam de rigore tenet matrimonium tale, & ſine diſpenſatione aliqua tenebit. Et cauſa eſt, quia quando contractum fuit illud matrimonium erat verum: cū inter infideles ſit verum matrimonium. Etiam erat in gradibus licitis: quia apud infideles erant gradus illi liciti, ideo tenuit tunc: ſed matrimonium, quod ſemel tenet nunquam poteſt irritari ſecundùm legem Chriſti: ideo non poteſt matrimonium ſic contractum inter infideles etiam de rigore irritari, quando conuertuntur: ſic dicitur eodem cap. gaudemus, ꝙ ſi infideles contraxerunt in gradibus licitis apud eos, cùm conſtitutionibus canonicis non arctentur. Ad argumentum in contrarium dicendum, ꝙ licèt ab orbe condito vſque ad tempus Chriſti, non peccarent homines in vxorum pluralitate: poſtea peccauerunt, eo ꝙ ipſe vetuit vxorum pluralitatem, vt oſtenſum eſt ſupra, & declarauit ius diuinum præcedens, quod hoc volebat. Etiam quia ius naturale de vnitate vxoris cōfirmatum fuit tunc per illam legem poſitiuam, & incepit habere vim obligandi determinatè, quam prius non habebat, eo ꝙ erat de ſecundis pręceptis iuris naturalis: quia aliter non habent vim coactiuam, vt oſtenſum eſt ſupra, & ita peccabunt nunc pagani in pluritate vxorum. In q. 30.

An poſsit circa pluralitatem vxorum diſpenſari per Eccleſiam generaliter, ſiue ſpecialiter circa aliquas perſonas. Quæſt. XXXVI.

QVAERETVR, an poſſit circa pluralitatem vxorum diſpenſari per Eccleſiam, ſiue ſpecialiter circa aliquas perſonas, ſiue dando regulam cōmunem pro omnibus. Aliqui dicunt, ꝙ ſic: quia Eccleſiæ commiſſa eſt plena poteſtas: ſicut dixit Chriſtus Io. 20. Sicut miſit me pater, ita ego mitto vos: id eſt in eadem poteſtate, in qua me miſit, in eadem mitto vos: ergo poteſt circa iſtud ordinare, quod videbitur. Secundò, quia circa regulationem morum plenè ſtatuit Eccleſia, quod vult: & tamen iſtud pertinet ad mores: ideo poterit circa illum prouidere diſpenſando, vel aliter ſtatuendo.

Dicendum, ꝙ non poteſt per Eccleſiam diſpenſari circa pluralitatem vxorum: nunquam. n. per aliquod mandatum, vel diſpenſationem, aut approbationem

F Eccleſiæ licebit alicui manenti ſub lege Chriſti habere plures vxores ſimul. Et patet primò, quia Innoc. Tertius extra de diuor. c. gaudemus: dicit eſſe inimicū fidei Chriſtianæ, & abſonum habere vxorum pluralitatem: nō tamen poteſt quis facere eſſe licitum, quod eſt inimicum fidei Chriſtianę: quia ſic poſſet illam deſtruere introducendo ea, quæ ſunt ei contraria, & pęnitus nociua, quod falſum eſt: ergo nemini licet ſic diſpenſare. Secundò, quia dicit ibidem Innocentius, quòd nulli vnquam licuit habere plures vxores, niſi cui reuelatione diuina conceſſum eſt: ergo Eccleſiæ diſpenſatio non faceret hoc licitum, cùm illa non ſit diuina reuelatio. Tertiò & principaliter, quia eſt contra legem Chriſti, cùm expreſsè vetuerit Chriſtus o-

G ſtendens, ꝙ deberet eſſe vna, vt patet infra in litera, & oſtenſum eſt ſupra, & inducit Innoc. eo. c. gaudemus. In q. 31.

Quartò, quia etiam Chriſto non vetante vxorum pluralitatem erat vxoris vnitas de iure diuino, vt Chriſtus inducit hic in litera, & inducit Innoc. eo. c. gaudemus. Ius autem diuinum omnes obligat, & eſt indiſpenſabile, ſicut & lex expreſsè à Chriſto poſita eſt indiſpenſabilis: & tamen vxorum pluralitas eſt tam contra ius diuinum primæuum, quàm contra legem Chriſti: ideo non poteſt fieri per Eccleſiam diſpenſatio in eo. Quintò patet, quia ſi Eccleſia poſſet in hoc, diſpenſaret in fauorem fidei cum eis, qui habendo multas vxores vellent conuerti, & abijciendo illas nollent conuerti, & tamen non diſpenſat. Et patet eo. c. gaudemus: vbi

H de conuerſis ad Chriſtum, qui in infidelitate exiſtētes acceperant vxores in gradibus, qui apud nos ſunt prohibiti, permittit Eccleſia, ꝙ maneant cum vxoribus illis. Et dicitur ibi, quòd hoc fit in fauorem fidei. Et tamē dicitur ibi, quòd non diſpenſat cum paganis, qui in multas vxores diuidunt affectum coniugalem, ꝙ omnes retineant cùm conuertuntur: ſed omnes coguntur dimittere præter primam: & ad hoc introducuntur ibi rationes multæ. ſ. ꝙ hoc ſit inimicum fidei Chriſtianæ, & multa alia. Ergo non poteſt diſpenſare cum illis. Eſſet tamen fauor fidei diſpenſare cum illis ſi fieri poſſet: quia ſicut eo. cap. gaudemus. dicitur, ꝙ aliqui pagani reuocarentur à propoſito quod concepiſſent de fide Chriſtiana, ſi oporteret eos deſeri ab

I vxoribus, quas in gradibus vetitis acceperunt: & ideo ibi permittitur. Ita certum eſt, ꝙ pagani diligunt vxores illas, quas acceperunt: & ſi cogantur eas dimittere, fortè diſtraherentur a propoſito fidei Chriſtianæ; & ſi permittantur manere cum eis, ducerentur facilius ad fidem: & tñ Eccleſia nullo modo propter quantumcunque fauorem fidei permittit: ergo non pōt diſpenſare in hoc. Et verum eſt, ꝙ non poteſt diſpenſari niſi per Deum, cùm ſit expreſſe contra legem Chriſti.

Ad primum dicendum, ꝙ Eccleſiæ commiſſa eſt à Chriſto plena poteſtas in cōſtructionem quidem, ſed non in deſtructionē 2. Corin. 10. & 13. & ita in deſtructionem nihil poteſt Eccleſia. Eſt autem deſtructio facta contra ea, quæ Chriſtus poſuit, quæ ſunt funda-

K menta: ideo contra ea, quę Chriſtus poſuit aut contra aliquid eorum, ſiue ſint doctrinæ fidei, ſiue morum, nihil omnino poteſt Eccleſia: ſed ſolùm cogitur venerari illa tanquam fundamenta ſua. Quantum ad cętera verò, quæ Chriſtus non expreſſit de regula morum, & potiſſimè circa particularia morum, ſiue iudicialia foralia, ſiue cæremonialia cultus, manet Eccleſiæ plena poteſtas ordinandi: dum tamen nihil agat directè, aut indirectè contra ea, quæ à Chriſto inſtituta ſunt: & circa ea, quæ ſic Eccleſia inſtituerit, poterit diſpenſare: vel ea prorſus mutare, ſi viderit expedire: vnitas verò vxoris eſt expreſſe de lege Chriſti, vt oſtenſum eſt ſupra: ideo nō poteſt Eccleſia diſpenſare circa hoc, quia iam haberet poteſtatem in deſtructionem. In q. 3

Ad

Quæ sit Ecclesiæ potestas circa fidē.

Ad secundum dicendum, quod circa mores, & etiam circa fidem habet Ecclesia potestatem, sed diuerso modo. Nam circa fidem, quia sunt fundamenta certa determinata, non potest Ecclesia aliquid diffinire, quod penitus sit alienum ab eis, quæ iam pertinent ad fidē, sed ea, quæ sunt declarat, & ex existentibus aliquid elicit: & ita aliquando dicitur facere articulum nouum: non tamen statuit Ecclesia aliquid credēdum sub necessitate, tanquam articulum quod nō sit de articulis iam dictis, neque declaratio eorum, neque sequēs aliquo modo ex illis. Hoc enim esset variare aliquo modo identitatem fidei: & adhuc istæ declarationes circa fidem non possunt fieri per singulos prælatos Ecclesiæ, sed per Ecclesiam generalem, scilicet, per Cōciliū congregatum, cuius proprium est de fide diffinire: aut per summum Pontificem in modo certo, quia ad sedem Petri maiores causæ deferendæ sunt, & sunt maiores causæ ipse causæ fidei, & illæ ad sedem Apostolicam deferuntur. extra de baptismo, & eius effectu. c. maiores. ad cæteros nō pertinet aliquid diffinire circa fidem sed inniti diffinitis iam. Circa mores Ecclesia habet maiorem potestatem, quia non solùm circa ea, quæ statuta sunt, & quæ ex eis resultant, & circa declarationem eorum habet Ecclesia potestatem: sed etiā circa omnia alia quæcunque omnino disparata ab eis, quæ tradita sunt, & potest generaliter statuere, & diffinire quidquid sibi videbitur: dum tamen non sit directè, aut indirectè contra ea, quæ Christus statuit, aut contra ea, quæ colliguntur ex illis. Et circa hæc non solùm princeps Ecclesiæ, sed etiam minores prælati statuere, & diffinire possunt in suis subditis, & territorijs: & ideo magis propriè habet Ecclesia potestatem circa mores, quàm circa fidem, quia circa fidem nihil est mutabile, sed quod semel pro vero creditur verū est, & semper est credendum. circa mores autem licèt aliquid nunc iudicetur bonum, potest mutari per Ecclesiam, & aliud constitui. Circa pluralitatē tamen vxorum, licèt ad mores pertineat, Ecclesia non habet potestatem: eo quòd per Christū statuta est vnitas vxoris: & ita non potest in hoc Ecclesia cū aliquo dispensare, quòd plures vxores habeat.

Quā potestatē circa mores habeat Ecclesia.

Circa fidē nihil est mutabile.

An licuerit aliquando eidem mulieri habere plures maritos, sicut licuit eidem viro habere plures vxores simul.

Quæstio XXXVII.

QVAERETVR, an sicut licuit eidē viro multas vxores aliquando, vt ostensum est supra: ita licuerit aliquando eidem mulieri habere plures maritos. Aliqui dicunt, quòd sic. Primò, quia vir, & vxor in actu, & debito matrimoniali, & contractu ad paria iudicantur. extra de diuor. cap. gaudemus. & tamen licuit aliquando eidem viro plures vxores habere, vt dictum est: ergo licuit aliquando eidem mulieri habere multos viros. Secundò, quia vbi est communitas vxorum eadem mulier habet multos viros, & tamen communitas vxorum erat licita secundùm politiam Socratis, & Platonis. 2. Politi. cap. 1. & 2. ergo licuit eidem mulieri aliquando habere multos viros. Tertiò, quia coniunctio matrimonialis est principaliter ad prolem: contingit tamen interdum, quòd eadem fœmina habeat virum impotentem. i. frigidum, vel aliàs impeditum, & ipsa sit apta ad gignendum, vt ergo non impediatur ibi conceptus, & fœcunditas perdatur, videtur, quòd liceat mulieri illi accipere alium virum, & ita habebit eadem fœmina multos viros.

Dicendum, quòd nunc in matrimonio requiritur vnitas in vtroque sexu. extra de diuor. cap. gaudemus:

A Ideo neque eadem fœmina multos maritos, neque idem vir vxores multas habere potest. Et tamen olim licuit eidem viro multas habere vxores, vt dictum est. Eidem tamen mulieri nunquam licuit multos maritos habere, & ideo neque apud barbaros hoc inuenitur. Vnde licèt aliqua gens in tantum sit barbara, quod matrimonio non vtatur: sicut sunt Garamantes, & multæ aliæ gentes barbarorum, vt tradit Solinus in Polyhistor. nulla tamen gens vnquam fuit, quę matrimonio vtens permiserit eidem mulieri multos viros. Est omnino contra rationem naturalem, & ideo nemo tantum errare potuit, quod in eodem matrimonio multos viros eidem mulieri iungeret, ad quod multæ rationes sunt. Prima est dignitas sexus, quia vir est caput mulieris, & mulier non est caput viri. 1. Corin. 11. B Ideo multa permitti oportet viris, quæ fœminis permittenda non sunt, etiam si nulla alia causa subesset. Secunda, & principalis ratio est, quia quod eadem mulier habeat multos viros simul, repugnat intentioni naturæ: ingenerauit enim natura coitum, & diuina voluntas statuit, atque dictauit illum ratio humana, vt per coitum fieret generatio, & cōseruaretur species secundùm successionem indiuiduorum: sed si eadem mulier haberet plures viros, impediretur generatio. Mulier namque, quæ à pluribus cognoscitur in temporibus vicinis sibi, nunquam concipit, sicut patet in meretricibus, quæ cùm publicè expositæ ab omnibus cognoscantur, à nemine tamen concipiunt. Si autem mulier à diuersis viris diuersis atque distantibus tempori- C bus cognoscatur, potest concipere de vtroque: ita tamen, quod prius pariat fœtum, quem ab vno concepit, quàm ab alio concipiat: aliter enim fieri non potest, aut difficilè fit, licèt compertum est eandem mulierem a duobus viris concepisse, ita quod post conceptionē factam ab vno cognita ab alio concepit de eo, quia licèt communiter facta conceptione claudatur orificiū matricis, ita vt semen in loco generationis recipi non possit, & sic neque conceptio celebrari. Contingit tamen interdum, vt cōceptus fiat facto alio conceptu: vtpotè, quia aut mansit orificium matricis apertum: aut quia postea ex feruore libidinis apertum est, vt ait Solinus in Polyhistor. capitu. de his, quæ mirabilia fuerunt in homine, scilicet, quod Alcmena peperit Herculē, D & Isiclem fratrem suum, quos diuersis conceptibus edidit, quod pro tanto manifestatur, quia diuersis temporum interuallis nati sunt: vtpotè si vnus post alium vno mense ex eodem vtero natus sit: hoc autem raro accidit: ideo lex humana ad hoc adaptari non potuit. Si ergo eadem mulier haberet multos viros, & placeret eis accedere ad mulierem illam quasi eisdem temporibus, de nullo conciperet, quia à pluribus cognoscitur, vel si ab vno conciperet non posset ab aliquo aliorum concipere: ideo non fuit conueniens eidem mulieri esse multos viros quasi repugnans generationi. Quòd autem vir multas vxores habeat, non est inconueniens aliquod quantum ad hoc: nam siue in eo- E dem, siue diuersis temporibus illas cognoscat, poterit eas impregnare: sicut Loth in duabus sibi succedentibus noctibus duas filias suas virgines fęcundauit. Gen. 19. Ratio diuersitatis est, quia vir est emittens, fœmina verò recipiens: ideo non erat inconueniens viro dari multas fœminas: sed erat inconueniens fœminæ eidem dari multos viros. Tertia ratio secundùm Augustinum est, quia pluralitas virorum ad eandem mulierem repugnat sacramento matrimonij. Nam matrimonium est magnum sacramentū inter Christū, & Ecclesiam. Ephe. 6. c. In hoc autē sacramento vir, idest Christus totus est verè vnus: Ecclesia autem, quæ est vxor: licèt in se tota sit vna, tamen quodam modo est multiplex, vt dicit Aug. scilicet Quadruplex est ecclesia.

Garamantes nō vtūtur matrimonio.



Cōpertū est eisdem temporibus mulierē à duobus viris concepisse.

sia. Prima est Ecclesia contemplatiuorum signata per Rachelem. Secunda est Ecclesia actiuorum signata per Liam. Tertia est Ecclesia contemplatiuorum mercenariorum signata per Balam ancillam Rachelis. Quarta est Ecclesia actiuorum mercenariorum signata per Zelpham ancillam Liæ. sed ista causa ostēdit pluritatem esse vxorum contra rationem sacramēti: sed tamen non est contra ius naturale aut rationem politicam. Quarta ratio est, quia quòd eadem mulier habeat multos viros repugnat paci œconomicę: vir. n. & vxor non solùm accipiuntur propter communicationem naturalem, quæ est ad simile tertium derelinquere, quod est principale, vt dicitur 1. Politi. capit. 1. & 8. Ethi. sed etiam ad communicationem œconomicam, quæ est ad conseruationem indiuidui: pax autem œconomica consistit in bona habitudine rectoris œconomici ad subditos: rector autem est vir, subditi autem sunt vxor filij & serui. Si autem ponerentur plures viri eiusdem vxoris darentur plures rectores æquales eiusdem domus, ꝙ neque ratio neque natura patitur: quia omnis potestas consortem habere recusat. Sic dicit Lucanus lib. primo.

Ecclesia ē quadrupliciter secūdum Aug.

Oīs potestas cōsortem habere recusat.

Nulla fides regni sociis: omnis alta potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus vllis
Credite: nec longe factorum exempla petantur,
Fraterno primi maduere sanguine muri.
Et Statius in Thebaide ait,
Summo dulcius vnum
Stare loco, comes sociis discordia regni.

Item cùm isti viri regerent domum, & habeāt multa capita, necesse erat consequi diuersitatem aīorum: & ita interdum contraria mandarent, ex quo necessaria his sequeretur, & destructio œconomica, & consequēter destructio politiæ, quæ constat ex œconomiis: & tamē in qualibet œconomia, idest domo sic fieret, si permitteret mulieri habere multos viros. Item repugnat hoc ex parte subditorum: quia cùm diuersi viri diuersa fieri imperarent: vxor & filij & serui nescirent, cui obedirent, & tunc sequeretur quod dicit Christus supra 6. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alium contēnet. Item quia hoc dato perirent bona œconomica: quia nemo procuraret illa propter discordiam rectorum: non ergo sic esse debet, sed sicut natura docuit. Est enim regimen naturę optimum 12. Metaphy. ibi tamen est vnicus rector: ideo etiam in œconomiis vnicus debet esse rector. ista autem inconuenientia non sequuntur datis multis vxoribus eidem viro: quia mulier non est caput viri, sed vir mulieris 1. Cor. 11. & 1. Timo. 2. dicitur: Mulierem autem docere non permitto, neque dominari in virum. Datis ergo pluribus vxoribus eidē viro, non dantur multi rectores eiusdem œconomiæ, sed vnicus: sed dantur multi subditi ad eundem rectorem, ad quos non sequitur turbatio: quia datis multis subditis non dantur multa principia agendi, & monendi: quia subdit⁹ secundū quòd huiusmodi non habet in se principium sui motus, sed mouetur à prælato vel rectore: datis autem pluribus rectoribus dantur multa principia agendi: ideo sequitur turbatio œconomiæ: ideo non possunt dari plures viri eidem vxori. Et ista est causa maximè efficax, quòd non possint esse multi viri eiusdem vxoris. Nisi fortè quis diceret, ꝙ si inter virum & vxorem detur sola communicatio naturalis, & non œconomica, non erit aliquod incōueniens horum.

F Dicendum, quòd de ratione matrimonij est cohabitatio, & ad longum tempus. s. indiuiduę vitę consuetudinē retinens: & tn̄ cohabitatio ad comunicationē œconomicā pertinet. & etiam Arist. dicit 8. Ethi. ꝙ associatio viri, & mulieris est naturalis ad duo, scilicet ad procreationem, & ad communicationem operū: ideo non poterit esse matrimonium, in quo dentur multi viri eidem vxori, in quo non sequantur prædicta inconuenientia: ideo non potest dari tale matrimonium. Quinta ratio est, quia eidem viro interdum bona est pluralitas vxorū, vt si ex vna gignere nō potest, gignat saltem ex aliis: sicut fuit in Abraham, cui De⁹ promiserat multiplicitatem posteritatis, habebat Saram vxorem sterilem: ideo vt non perirent promissio

G nes factæ ad Abraham, orauit Sara Abraham vt acciperet Agar in vxorem, & genuit ex ea Ismahelem. Gen. 16. fæminæ autem licèt interdum hoc accidat respectu viri: tamen inhonestum est ei, quòd ipsa à multis viris accipiatur: sed non est inhonestum aut turpe, quòd idem vir multas vxores accipiat: ideo nō licet mulieri accipere multos viros. Sexta ratio est, qa si eidem feminę darentur plures viri: dato quòd ista fœmina conciperet quando isti viri ad eam, & quandocunque aliquis eorum eam cognosceret: tamen raro cognosceretur proles, cùm quilibet eorum accederet ad mulierem illam quandocunque vellet: & sic ex tempore natiuitatis fæt⁹ non posset plenè sciri, cui⁹ esset: hoc tamen est magnum inconueniens, quia

H patres valde desiderant agnoscere filios suos. Solæ enim matres tunc filios agnoscerent, viri autem non, quod erat eis tollere quādam magnam delectationē. Hoc autem non sequetur datis pluribus vxoribus eidem viro, quia tūc quilibet vir agnoscit filium suum: omnes enim natos de vxoribus suis agnosceret filios suos: veluti si vnicam vxorem haberet: & tamen cōtra ius naturale est tollere hoc naturale patribus de agnoscendo filios: ideo est contra ius naturale dare eidem mulieri multos viros. Septima ratio est, quia pluralitas virorum ad eandem vxorem repugnat intētioni naturę, & rectitudini finis, & determinati a ratione: natura enim & recta ratio volunt matrimoniū ad prolem: sed vna vxor ex vno viro sufficienter con-

I cipere potest: ergo si poneretur alius vir, ille non esset ad gignendum, sed ad deturpandum, & obstandum generationi. Satis enim notum est, quòd si vna mulier plures viros vellet, quòd non ad prolem, sed ad explendam libidinem illud faceret: iste autē finis est contra rationem: eundem vero virum plures habere vxores benè stat: non quidem ad libidinem, sed ad prolem. Nam ad saturandam exercendamque libidinem vna sufficit: ad prolem autem vna non sufficit: quia postquam conceperit, non potest iterum vsq; ad decem menses, vel quasi concipere: potest autem idem vir in eodem anno multos filios concipere ex pluribus vxoribus: sicut legitur de quodam rege barbaro, qui sexcentos filios genuit. Necesse autē erat huic, quòd in quolibet anno triginta, vel plures gi-

K gneret. & ita eidem viro non est inconueniens vxorū pluralitas, sed mulieri est inconueniens. Octaua ratio est, quia pluralitas virorum ad eandem mulierem repugnat paci politicæ, & œconomicæ, non quidem solum quantum ad regimen œconomicum, de quo supra dicebatur: sed etiam magis quantum ad petitionem debiti. Contingeret namque omnes simul ab eadem debitum petere; & quia impossibile esset omnibus simul debitum reddi, magna discordia, lites, & vulnera inter viros sequerentur: sicut in duobus tauris contendentibus de eadem fœmella, aut in aliis pecoribus. Fortius autem amor ille viris infigitur, quia cognoscunt quod amant.

Quod

Nullus labor magnus videtur amāti.

Quod autem magis cognoscitur magis diligitur: bestiæ autem non sic cognoscuntid, quod amant. Quod verò amor in quibusdam viris nimis fortis sit, patet, quia nullus labor magnus videtur amanti: ignes non timet, niues spernit, gladijs se opponit, omniaque pericula grata reputat, dum tamen consequatur amatum, vt ait Seneca Tragedia quarta, quæ dicitur Hippolytus, carmine quarto, cùm Phedra flagrans amore introducitur alloquens Hippolytum, & dicens.

Vel me sororem Hippolyte, vel famulam voca,
Famulamque potius: omne seruitium feram,
Non me per altas ire si iubeas niues,
Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis:
Non si per ignes & infesta agmina, cuncter
Paratum ensibus pectus dare mandata.
Recipe sceptra, me famulam accipe,
Sinu receptam supplicem ac seruam rege,
Miserere amantis.

Orpheus etiam, qui cętera suis cantibus superauerat, amorem fortem superare non potuit: sed quo potentius omnia inferni terræque monstra placaret, fortius in eo recrudescebat amor, vt ait Seneca Tragædia prima, quæ dicitur Hercules furens, carmine quarto, quod incipit.

Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos & voto supplici.

Idem Boetius de Consolatione lib. 3. metro vltimo' scilicet. Fęlix qui potuit. Tanta est enim amoris viuacitas & vulnerandi potentia, quòd non iniustè eum antiqua gentilitas sagittas & ardentes faces habere dixerit, vt ait Isidorus in Etymologiis, & Seneca Tragedia quarta, quæ dicitur Hippolytus carmine 4. ait.

Diua non miti generata ponto:
Quam vocat matrem geminus cupido,
Nulla par isti puero per orbem,
Spargit effusas agilis sagittas.
Tela quàm certa iaculatur arcu:
Non habet latam data plaga frontem,
Mouet hic æstus iuuenum feroces,
Concitat flammas senibusque fessis.

Sol⁹ amor viros fortes emollit.

Solus enim amor est, qui viros fortes emollit, & dura quæque confringit. Et non immeritò, quia fortis est vt mors dilectio: lampades eius lampades ignis: aquę multæ non poterunt extinguere, & flumina non obruent illam. Canti. 8. cap. quod satis apparet in Hercule, qui cùm omnia inferni, terrarumque monstra indomitis illis viribus domasset: solo amore Ioles filiæ regis Aetholiæ superatus, ad ancillaria ministeria deductus est: ita vt ea iubente fęmineam vestem indueret. De hoc Ouidius in libro Heroidum in epistola Deianiræ ad Herculem, quæ incipit.

Gratulor Aetholiam titulis succedere nostris,
Victorem victę succubuisse queror.

De hoc Seneca in Tragedia 4. carmine 3. ait.

Natus Alcmena posuit pharetras,
Et minas vasti spolium leonis:
Passus aptari digitis smaragdos,
Et dari legem rudibus capillis:
Crura distincto religauit auro,
Luteo plantas cohibente socco,
Et manu clauum modo qua gerebat,
Fila deduxit properante fuso.

A His autem insistendum non est, quia amatorij furoris magnitudo explicari non potest: & si quis simpliciter amare motus potest fortiter, quanto magis cum alius rem amatam impedierit? tunc enim magna vis increscit amoris. Sic ait Ouidius secundo libro de Remedio amoris.

Amatorij furoris magnitudo explicari non pōt.

Fortius Hermionem ideo dilexit Horestes,
Esse quòd alterius cęperat illa viri.

Sed dicet aliquis, quòd idem inconueniens erit dando plures vxores eidem viro. Nam cùm vir & vxor ad paria iudicentur. extra de diuortio gaudemus. et hoc maximè in actu coniugali: quia sicut mulier
B non habet potestatem corporis sui, sed vir: ita vir nō habet potestatem corporis sui, sed mulier, primę Corinth 7. continget, quòd plures vxores eiusdem viri petant simul debitum à viro, & cùm non possit omnibus pro eodem tempore reddere, sequetur turbatio, & lites, & confusio œconomiæ.

Dicendum, quòd non sequitur inconueniens, quia si duo viri ab eadem vxore simul debitum peterent, cùm ipsa non posset ambobus simul reddere, viri qui fortiores essent, pugnarent super hoc vsque ad vulnera & mortem: & cùm nullus esset super eos rector œconomiæ, nemo posset eos moderari. Si autem plures vxores simul ab eodem viro debitum petant, non sequitur hoc inconueniens, quia vir, qui earum rector
C est, earum tollet litigia: & cui volet prius debitū reddet: cui autem posterius, posterius: vel assignabit eis certa tempora ad reddendum debitum. sicut fecit Iacob, qui quatuor vxores habebat, & omnibus reddebat, debitum: & tamen vno tempore determinato manebat apud vnam, & alio tempore apud aliam: & sic non erat contentio inter illas. Iacob tamen multum se alligauerat subiiciens totam voluntatem suam voluntati vxorum, scilicet quòd quando venerat tempus accedendi ad vnam non tangebat aliam, etiam si hoc concupisceret: & quod plus erat, quòd si illa apud quam mansurus erat aliquanto tempore determinato reddendo debitum, vellet vendere ius suū alteri, poterat facere. Sic patet Gene. trigesimo, vbi
D cùm esset tempus, quo Iacob manere debebat apud Rachel reddendo debitum, & Rachel orasset Liam, vt daret ei de mandragoris filij eius Ruben, quas de agro tulerat: dixit ei Lia, parum tibi videtur, quòd præripueris mihi virum meum: nisi & mandragoras filij mei tuleris. dixitque ei Rachel: dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Cumque vtraque huic pacto consensisset, egressa est Lia in occursum Iacob reuertentis de agro ad vesperum, & ait: ad me inquit intrabis, quia mercede conduxi te pro mādragoris filij mei.

Nona causa est, quia sequeretur magna abominatio datis multis viris eidem vxori: cùm vnus vir sciret, quòd alius vir carnaliter cognosceret eam, quam
E ipse carnaliter cognoscebat: nam cùm sit iste actus turpis, & valde fœdatiuus, abhorreret quilibet à se fædatam ab alio fędari, & reduceret viros ad abominationem vxorum, vt eas cognoscere nollent. Et patet, quia non solùm abhorret quis eam, quæ ab alio fędata est: sed etiam interdum ipsam quam ipse cognouit: ex quo sequitur id, quod interdum videtur in amatoribus carnis: vt cùm aliquam fęminam antequam potiantur optatis, nimio amore dilexerint: postquam eam carnaliter cognouerint, parum appendant, iam non eam, sed aliam diligentes, & non solùm non magnipendunt: sed & fit sæpe vt eam, quam ante feruentissimo amoris studio cupierant, durissimo odio persequantur. hoc inter arden-

tissimos amatores visum est, vt patet in Amnon filio Dauid, qui ita vehementissime exarsit in Thamar sororem suam, vt deperiret in amorem illius: cùm autem viribus eam opprimens cognouisset, factum est vt maius esset odiū, quo eam postquam cognouit insecutus est, quàm vehemens amor, quo eam antequam cognosceret illam dilexerat, vt patet secundo Regum decimo tertio ca. si autem dentur plures vxores eidem viro, non sequitur istud incōueniens, quòd nihil magis de fęditate mulier in viro, qui aliam cognouit inueniet, quàm si nullā vnquam cognouisset. Diuersitatis ratio est, quia vir est emittens, fęmina vero recipiens: & ita licèt viris aliquando licuerit habere plures vxores, eidem tamen mulieri nunquam licuit habere multos viros tanquam contra naturam existens, & omne rationis dictamen: ideo nunquam vlla lege quantumcunque barbara alicuius gentis permissum est, nulla consuetudine approbatum est. De viris autem, quòd idem multas vxores haberet tam lege diuina Mosayca permissum, quàm consuetudine gentium frequentatum est, vt patet supra, & ita aliquando fuit licitum, quamuis nunc non liceat.

In q̃st. 30. & 33.33.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd vir & vxor ad paria iudicantur in petitione & redditione debiti: & ideo secundùm illam legem, quæ considerat istam æqualitatem solam vel præcipuè, sicut non licet fęminæ habere multos viros: ita neque viro multas vxores: ita inducit Innocentius tertius extra de diuor. capitu. gaudemus. ostendens pluritatem in vtroque sexu in matrimonio reprobandam: & dat causam, quia vir & vxor ad paria iudicantur: & tamen quia aliquando non considerata fuit ista causa præcipuè in matrimonio: sed alia, quæ se tenebat ex parte viri, licuit aliquid viro, quod non mulieri. Pro quo sciendum, quòd vt dicitur octauo Ethico. associatio mulieris ad virum est naturalis ad duo, scilicet ad procreationem, & ad communicationem operum, & ita isti duo fines erant olim pręcipui in matrimonio, quod consistit in associatione viri, & mulieris. Nunc autem præcipuè consideratur alius finis matrimonij, scilicet euitatio fornicationis: sicut. dicitur primæ Corinth. 7. Vnusquisq; vxorem suam habeat propter fornicationem, scilicet vitandam: quia melius est nubere quā vri. Et non dixit vnusquisque habeat suam propter prolem, vel propter cōmunicationem operum, aut cohabitationem œconomicam. Et huius ratio est, quia Christus magis intendit in nobis multiplicationem virtutum & euitationem vitiorum inquātum ipse est legislator spiritualis, quàm multiplicationem carnalem & politicam: & ideo principaliter dedit matrimonium ad euitandam fornicationem: cùm homini sit difficilè vitare omnem coitum abstinendo simpliciter. & tamen quilibet coitus præter matrimonialem est peccatum mortale: ideo dedit matrimonium principaliter ad euitandā fornicationem pp infirmitatem carnis nostrę: & quia ista infirmitas ita est in muliere, sicut in viro: & Deus vult auferre occasionem peccandi tam fęminæ quàm viro: cùm animæ sint preciosæ in conspectu eius: voluit dare remediū æqualiter mulieri & viro per matrimonium: & hoc est per redditionem debiti. Vnde dicitur primæ Corint. septimo, quòd vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: & mulier non habet potestatem sui corporis sed vir: & ita æqualiter debuit licere fæminæ & viro in petitione & redditione debiti, scilicet vt quandocunque petitum fuerit, reddatur. Hoc autem non esset, si vir haberet multas vxores: quia viro sufficienter redderetur debitum: vxoribus tamen non: cùm contingeret plures eodem tempore petere, & non posse sibi reddi: ideo in nouo testamento non debuit licere es-

Homini difficile ē oēm coitū euitare.

F se multas vxores eiusdem viri: sicut neque multos viros eiusdem vxoris. Et ita inducit Innocentius in allegato cap. gaudemus. sed ante Christi legem principaliter considerabantur duo suprà posita, scilicet procreatio, & communicatio operum; & quia quantum ad ista non est æqualitas ex parte viri & vxoris: licerent aliqua viro, quæ non licerent vxori. Nam ex parte procreationis conuenit viro habere posse multas vxores, quia ex multis potest gignere: fęmina autem non potest simul ex pluribus concipere: ideo aliquid licuit viro, quod non vxori. Ex parte etiam communicationis operum, quæ fit in communicatione œconomica, in qua rector est vir: vxor autem subiicitur, & quia est inconueniens esse multos rectores eiusdem œco-
G nomię vt inductum est supra, non licuit ex hac parte esse plures viros eiusdem vxoris. Fęminas autem esse plures eiusdem viri, cùm sint subditæ non est inconueniens aliquod: ideo licuit aliquando esse plures vxores eiusdem viri.

Ad secundum dicendum, quòd ex politia Socratis, & Platonis, in qua erat vxorum communitas non est arguendum, quia erat multum reprobabilis; vt ostendit latè Arist. secundo Politicorum capit. primo, & secundo, & à nulla vnquam gente recepta est nisi à quibusdam barbaris, qui sine lege viuunt. Aliter potest dici, quòd etiam stante politia Socratis, & Platonis non sequitur, quòd eadem mulier multos viros habeat: quia multitudo virorum ad eandem mulierē
H intelligitur per modum matrimonij; quia aliàs est meretricium. In politia autem Socratis non sunt multi viri ad eandem vxorem. Nam ibi est vxorum communitas: & existente communitate hac non est aliquod matrimonium, quia ad rationem matrimonij non sufficit coitus, quia tunc esset inter pecora, & fornicarii ad meretricem, sed debet esse associatio viri, & fęminæ ordinata ad procreationem, & operum communicationem: pro quo requiritur cohabitatio diuturna vel per totam vitam: & tamen in communitate vxorum non erat ordinatio maris, & fœminæ ad educandum, sed solæ fœminæ educabant filios, quia cum nullus virorum cognosceret quis erat filius suus, non poterat educare: imò ista erat intentio Socratis,
I & Platonis constituentium hunc ordinem politicum, quòd nemo proprios filios cognosceret: sed quilibet putaret omnes minores se esse filios suos, & omnes maiores se esse patres: & hoc ad faciendum communem amorem, vt dicitur secundo Politicorum. Item non erat ibi communicatio operum maris & fęminę: quia istud est quando specialiter conueniunt aliqui, q inter se volunt communicare lucra operum suorum: & tamen cùm quęlibet mulier in illa politia pertineret ad omnes de vrbe, vel communicaret opera cum omnibus, vel cum nullo: etiam quia in hac politia tollebatur proprietas possessionum: sed sicut fiebant vxores communes: ita & possessa omnia communia efficiebantur, vt dicitur secundo Politicorum: ideo non poterat esse ibi communicatio: et consequenter ne-
K que matrimonium. Item non erat ibi cohabitatio viri & vxoris, quia oportebat tunc quamlibet mulierem cohabitare omnibus de vrbe, & quemlibet virū omnibus mulieribus: quod erat impossibile: ideo ponebant non esse cohabitationem virorum et mulierum, & ita in communitate vxorum non erat matrimoniū aliquod: et consequenter non inueniebatur inconueniens, quod sequitur ad communicationem œconomicam datis eidem mulieri pluribus viris, qui cohabitent ei existente vero matrimonio: & ideo licèt turpis associatio sit in communitate vxorum: tamen adhuc tolerabilior erat quàm dando eidem mulieri multos viros: & ita nunquam illud licuit.

Ad

Ad tertium dicendũ, ꝙ generatio principaliter se tenet ex parte viri: cũ idẽ vir possit simul gignere ex multis fœminis. Eadem aũt fœmina non potest concipere simul ex multis viris, & ideo qñ vna fœmina erat sterilis, vel aliàs impedita ad concipiendum: erat olim remedium viro ipse libellus repudij vel accipere aliam cum ea: fœminæ autem, quia non erat principalis in generatione nunquam hoc licere debuit, neque licuit: maximè quia contra tale impedimentum gignendi non erat directum remedium accipere alium virum, sed repudiare eum, qui impotens erat: & tamen neutrum licuit aliquando mulieribus: quia sequebantur multa inconuenientia simul, quæ potius debuerunt euitari quàm permitti fœminam vacare proli indebitè: & ita apud nullam vnquam gentem licuit eidem fœminæ habere multos maritos, licèt viro licuerit habere multas vxores.

Deu. 24. Supra 5. Mar. 10. Mar. 10. Luc. 16.

Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur.

Dicunt illi. Hic excluditur Pharisæorum contra Christum facta obiectio: & dicitur. *Dicunt illi.* Idest Pharisęi Christo, quasi non contenti de eius responsione obiecerunt: *Quid ergo Moyses.* Idest quomodo potest stare quod dicis, quia Moyses mandauit, siue permisit dari libellum repudij? quasi dicat, falsum est quod dicis, aut quod dicit Moyses. *Mandauit.* Idest permisit. *Dari liblleum repudij.* Idest abiici vxorem & accipi alteram: & quando abiiciebatur dabatur ei parua carta, quæ libellus dicitur: in qua continebatur, quòd vir eam repudiaret. *Et dimittere.* Idest abiicere vxores dato illo libello: nam sine libello non poterat mulier abiici. *Ait illis.* Est responsio ad argumentum factum ex auctoritate Moysi. *Ad duritiam cordis vestri.* Idest propter duritiam. Est sensus, quòd Christus noluit negare libellum concessum fuisse à Moyse, quia verè concesserat, & tamen innuit, quòd non liceat iam vti illa permissione: quia Moyses non concessit libellum tanquam bonum, sed permisit tanquam malum. Et hoc est ad duritiam cordis concedere, quasi dicat, vos eratis duri corde, & ceruice, nolentes subiici bonæ legi, neq; potentes illam tolerare, & ideo permissum est vobis, quod malum erat, & sic iam non licet illud facere. *Permisit vobis.* Rectè dicitur permittere, quod ad mala pertinet: cùm interdũ minora mala permittantur, vt maiora euitentur. *Dimittere vxores vestras.* Idest abiicere penitus accipiendo alias: & tamen dimittere non debueratis, cùm essent vestræ vxores. *Ab initio autem non fuit sic.* Idest a principio sæculi non fuit libellus repudij, sed postea introductus est. Et in hoc probat non esse bonum, quia cùm sit in fauorem virorum, si bonus esset, à principio sęculi fuisset in vsu: & tamen non fuit: ideo signum est, quòd malus erat, & introductus fuit postea per iniquitatem hominum, sicut multa alia mala. *Dico autem vobis.* Hic aperit magis doctrinam istam ostendendo malum esse libellum repudij. *Quod quicunque dimiserit vxorem suam.*

A Intelligitur siue totaliter quantum ad vinculum, quæ dimissio est accipiendo aliam: vel quantum ad thorum solum priuando eam debito, scilicet peccat, & est litera decurtata. Debet enim repeti litera, vt dicatur. *Quicunque dimiserit vxorem nisi ob fornicationem.* Scilicet peccat. & tunc intelligitur de dimissione solum quantum ad thorum: & iterum qui dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit mœchatur. Et est sensus, quòd vxor potest dupliciter dimitti. Vno modo accipiendo aliam: & hoc est soluere vinculum, & hoc nunquam licet siue sit fornicatio, siue non. Alio modo dimittitur non accipiendo aliam: & tunc nunquam licet, nisi quando fornicata est vxor. Si autem tota litera coniungatur, vt fiat vnica sententia: vide-

B bitur esse sensus, quòd in nullo casu licet dimitti vxorem, & accipi aliam, nisi quando fornicata est: & tamen falsum est, quia etiam in hoc casu non licet, cùm vinculum non possit rumpi, quod causatum est. *Nisi ob fornicationem.* s. commissam post matrimoniũ contractum: nam per fornicationem prius commissam siue esset occulta, siue esset manifesta, non poterit vir obiicere vxori. extra de iureiuran. c. quemadmodum & idem est de vxore respectu viri si ille fornicatus sit quia illa poterit petere diuortium: siue quantum ad hoc ad paria iudicentur. *Et aliam duxerit.* Idest acceperit aliam vxorem, etiam si non accipiat aliam, peccat dimittendo vxorem nisi fecerit propter fornicationem: & tamen non mœchatur dimittens: Et quia

C repudians vxorem solebat accipere aliam, dicitur. *Et aliam superduxerit, mœchatur.* Idest adulter est, quia habet aliam vxorem, & accipit aliam: est enim adulter, qui cognoscit vxorem alienam, vel qui vxorem habens cognoscit eam, quæ non est vxor sua; etiam si nondum cognouerit carnaliter: dum tamen eam in vxorem accipiat est adulter. *Et qui dimissam duxerit.* Idest mulierem repudiatam acceperit in matrimonium, vel quomodocunque cognouerit. *Mœchatur.* Idest adulteratur, quia cognoscit mulierem alienam. Hic probat Christus duo. Primum est, quòd non est licita vxorum pluralitas eidẽ viro, sed vnicam habere potest. Secundum est, quòd illicitus est libellus repudij. Primum patet, quia si esset licita vxorum

D pluralita, posset quis accipere duas: & quia cum vxore nunquam vocatur coitus adulterium: etiam si non bene fiat neque bono fine, non dicetur adulter, qui cognoscit propriam vxorem: & si multas habere liceret, cum nulla committeretur adulterium; & tamen qui habet vxorẽ si dimittit illam & accipit aliam est adulter, vt dicitur in litera: ergo videtur, quòd ista secunda quam accipit non sit vxor sua, neque esse possit, qa aliàs non esset adulter cognoscendo illam: & hoc verum est. Nisi quis diceret, quòd iste non dicitur mæchari, quia superducit aliam: sed quia dimittit priorem.

Dicendum quòd non stat, quia aut vocabitur adulter, quia dimittit quam habebat solùm: aut quia di-

E mittit illam, & accipit aliam. Non primo modo, quia dimittere vxorem nihil aliud faciendo, non est adulterium, sed est iniustitia si dimittatur sine causa rationabili: vnde etiam nunc, quando vinculum matrimonij est tenacius, non dicimus, quòd sit adulter ille, qui dimittit vxorem abiiciendo vxorem si aliam non accipiat, neque illa alium, quia adulterium modum illiciti coitus nominat: ideo vbi non est coitus, neque contractus ordinatus ad copulam, non est adulterium. Si autem accipiatur secundo modo, idest ꝙ sit adulter, quia dimittit primam, & accipit secundam vxorem, verum est: & tamen tunc dimissio vxoris primæ non faciet ad adulterium, sed acceptio secundæ. Et si dicatur, quòd qui abiicit vnam, & accipit aliam adul-

Quid adulterium sit.

adulter est: a fortiori, qui retinet primam, & superinducit secundam erit magis proprie adulter, quia adulterium est crimen contra legem matrimonij factũ: & tamen magis est contra iura matrimonij tenere duas vxores simul, quàm exclusa vna accipere aliam: ergo videtur, quòd sicut adulter est, qui abiecta prima ducit secundam: ita erit adulter qui habens primã, accipit secundam: & tamen non esset adulter si posset esse matrimonium cum secunda, durante matrimonio cum prima: ergo manifeste ostendit Christus, quòd non stet cum matrimonio pluralitas vxorum. Secundum est, quòd ostendit non esse licitum libellũ repudij: & hoc apparet inquantum dixit Christus: & qui dimissam duxerit mœchatur: sed non mœchatur quis nisi cognoscendo mulierem, quæ alterius est: & tamen accipiens dimissam propter hoc, quòd accipit eam mœchatur: ergo videtur, quòd illa est vxor aliena, sed non esset vxor aliena, si per libellum repudii desiisset esse vxor repudiantis: quia tunc tanquã soluta à lege viri posset accipi à quocunq;: ergo libellus repudij nõ soluit matrimoniũ, & cõsequenter illicitus est. Etiam apparet ex illo dicto, s. qui dimiserit vxorem suã, & aliam superduxerit mæchatur: nam dato quòd in matrimonio deberet esse vnitas vxoris, si liceret dare libellum repudij, non esset adulter, qui dimitteret vxorem, & duceret aliam, quia dimittendo rumpebatur vinculum matrimonij, & poterat accipere iste vir aliã: & esset vnius tantùm vxoris vir, & non esset adulter, & tamen mœchatur accipiendo secundam: ergo libellus repudij non soluit nunc matrimonium, & consequenter est illicitus.

Non est licitum libellum repudij.

G

H

Quomodo possit stare narratio Mat. hic quia videtur contrarius Marco. Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR, quomodo potest stare narratio ista Matthæi, scilicet ꝙ interrogatus Iesus à Pharisæis an liceat dimittere vxorem ex quacunque causa, dixerit non esse dimittendam allegans omnes probationes, quæ habentur in litera. In quibus apparet, quòd Deus voluerit coniunctionem viri, & fœminę ratam manere, & ait: Quos Deus coniungit, homo non separet. Et tunc dicitur, quòd Pharisæi arguentes contra Christum dixerint: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? & Christus introducitur respondens, quòd hoc fuerit ad duritiam cordis. Nam Marcus opposito modo narrat, scilicet ꝙ interrogabant Pharisæi Christum, an liceat vxorem dimittere tentantes eum: & Christus ait: Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere. Quibus Christus ait: ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Et tunc subduntur ibi rationes illę, quæ prępo nuntur hic ad ostendendum, quòd matrimonium sit indissolubile. Dici potest vno modo, ꝙ est varietas in ordine narrationis istius apud Matthæum, & Marcũ: & tamen in sententia non, quia easdem penitus allegationes, & responsiones factas pro parte Christi ponit vterque euangelista. Est enim intentio vtriusque, ꝙ Iudæis quærentibus an liceret dare libellum repudij Christus ostenderit, quòd non, inducendo ad hoc probationes ex sacra scriptura, & excusando præceptum Moysi in quo libellus permittitur: & istud ex vtriusque narratione sufficienter colligitur. Quod autem Christus quæsiuerit à Pharisęis quid pręcepit vobis Moyses, & illi dixerunt, quòd præcepit dari libellum repudij: & Christus tunc dixerit esse factum ad duritiem cordis, sicut Marcus refert Marci decimo. Vel ꝙ Christus solùm dixerit non licere dimitti vxorem: & illi quasi arguentes induxerint dictum Moysi de li-

I

K

F bello: & Christus ad illud responderit sicut hic dicitur, non differt: quia vtraque est satis competens narratio: licèt verisimilior sit ista, quàm ponit Matthę⁹. Sed instabit aliquis, quòd non possit esse vtraque vera: quia Christus non potuit tenere vtrunque ordinẽ narrandi, cùm sint contrarij vel disparati: & ita tenuit vnum & non alterum: & sic alter euangelistarum nõ referret verum. Dicendum, quòd neuter euangelistarum falsum dicit, quia falsum, & verum consistũt circa narrationem, & non circa ordinem narrandi. Sic enim apparet in multis locis: nam euangelistę rarò referunt rem eodem ordine, sed vnus anticipat alius præposterat: & tamen cùm in sententia conueniãt, nemo dicit aliquem eorum falsum dicere. Ita & hic diuersitas ista, quæ est inter Matthæũ & Marcum, magis pertinet ad ordinem narrationis, quàm ad substantiam rerum narratarum: ideo licèt in ordine non concordent, vterque dicit verum, etiam si nemo eorũ teneret eundem ordinem narrationis, quem Christ⁹ tenuit: cùm veritas, & falsitas in eis nõn attendatur: sed circa rem narratam an verum fuerit, quod dictum est. De hoc dicit Augustinus libro de Concor. euãg. Nihil ad rerum veritatem pertinet: vtrum domino separationem prohibente, & sententiam suam de lege firmãti ipsi scribæ (vt Mat. narrat) intulerint quæstionem de libello repudij per eundem Moysen sibi permisso: an hoc quidem illi de præcepto Moysi interroganti eis responderint, vt Marc. dicit. Nam & voluntas eius ita se habebat, vt non eis redderet rationem cur illud Moyses permiserit, nisi ipsi illud prius commemorassent. cùm ergo voluntas loquentium, cui debent verba seruire ab euangelista vtroque demonstrata sit, nihil interest iam, licèt diuersus inter ambos narrandi fuerit modus. Aliter potest dici, & satis bene, quòd vterque euangelista non solùm veritatem, sed etiam competentem ordinem tenuit narrandi: licèt neuter expressit totam narrationem: sed ex ambobus in vnum collectis habetur perfecta narratio, ita quòd dicamus, quòd quando Pharisæi quæsierunt à Christo, an liceret dimittere vxorem, ipse dixerit: Quid pręcepit vobis Moyses? & illi dixerunt: Moyses permisit libellum repudij; & tunc Christus incepit ostendere, ꝙ indissolubilitas matrimonij est de iure diuino per rationes allegatas tam a Matt. quàm à Marc. & vsque huc narrat Matt. & postea ostensa indissolubilitate matrimonij, quasi esset hoc contra mãdatum Moysi, obiecerunt Pharisęi dicentes: quid ergo pręcepit Moyses & c. & tunc Christus dixit: ad duritiam cordis vestri & cęt. quę Matt. posuit. & sic vterque bene narrauit licèt incompletè: & hoc magis facit ad saluãdum veritatem literę quàm pręcedens solutio. Sic dicit August. libro de Concor. euange. s. Potest etiã hoc intelligi, ꝙ sicut dicit Marc. prius eos de vxore dimittenda interrogantes dñs vicissim eos interrogat quid eis pręceperit Moyses. Qui cũ respondissent Moysen ꝑmisisse libellũ repudij scribere, & dimittere: respondit ei de ipsa lege per Moysen data quomodo Deus instituerit coniugium masculi & feminę dicens, quę ponit Matt. quibus auditis illud, quod ei primò interroganti responderant repetiuerunt dicentes: quid ergo mãdauit Moyses & c. & ista est conueniens responsio, quia non patitur calumniam.

Quare dixerunt Pharisæi: Quid ergo Moyses mandauit. Quæst. XXXIX.

QVAERETVR, quare dixerunt Pharisęi quid ergo Moyses mandauit & c. Dicendum, quòd hoc fecerunt, quia volebant calumniari Christũ, nã dĩ supra

A supra in litera, ꝙ ista interrogauerunt tentantes Christũ: & tentatio erat, quia nitebantur eum perplexum reddere concludentes cornuto argumento: & quia Christus acceperat vnam partem, scilicet quòd non erat dandus libellus repudij, voluerunt eum confundere ex alia dicentes: Quid ergo Moyses &c. idest quo modo stare potest quod dicis: quia videtur expresse esse contra Moysen. Secundò potest dici, quòd fieret ex ignorantia. Nam licèt bono animo acciperent doctrinam Christi de non dando libellum, poterant dubitare quomodo stare poterat: quia videbatur Moysen dimittere. Tertiò potest dici, quòd hoc faciebãt ad seipsos defendendum, quia graue erat eis astringi ad non repudiandum vxores: cùm essent ad hoc assueti: nam & Petrus putauit hoc esse graue dicens. B Si ita est causa hominis cum vxore sua, nõ expedit homini nubere, vt patet in litera: vt ergo euaderent istã astrictionem, recurrerunt ad doctrinam Moysi. Sic dicit Chryso. Grauis est fornicariis interpretatio castitatis, sed contra responsionem respondere non possunt, veritati tamen credere non acquiescunt: conferunt ergo se ad patrocinium Moysi: sicut homines malam causam habentes confugiunt ad potentes, vt & si per iustitiam non possunt, vincant per personam.

Quomodo dicitur, quòd Moyses mandauit dare libellum repudij, cùm non mandauerit.
Quæst. XL.

QVAERETVR, quomodo dicitur, quòd Moyses mandauit dare libellum repudii: quia Moyses non mandauit: nam si mandasset obligaret homines ad illud faciendum.

C Dicendum ꝙ est mãdatum, & cõcessio, & permissio. Mandatum est de bonis necessariis ad agendum, vel de malis necessariis ad vitandum. Concessio est de bonis non necessariis ad agendum, sicut est in priuilegiis: nam quod in priuilegiis datur non præcipitur fieri, sed conceditur in fauorem eius, cui indulgetur: ideo licet ei vti priuilegio suo vel cessare vti illo. Permissio est de malis minoribus in respectu ad maiora mala: de libello repudij non est mandatum, quia est libellus aliquid malum, vt Christus ostendit: & dato D ꝙ esset aliquod bonum, non de necessariis ad agendũ: ideo non est mandatum de libello. Etiam non est cõcessio: quia illa est de bonis non necessariis, libellus aũt non est aliquid bonum, sed malum: iõ est permissio. sic Christus dixit. ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses vxores dimittere. Dicunt tamen aliqui, ꝙ dixerunt Pharisæi, mandauit Moyses ad roborãdum etiam causam suam, vt iustũ appareat quia sub præcepto cadit.

Sed dicendum ꝙ non stat, quia hoc manifeste erat falsum, & nõ auderent illud Pharisæi allegare, & si allegarẽt, sciebant ꝙ Christus statim eos cõfunderet tanq̃ mentitos. Item quia Christus respondit eis ad argumentum, & tñ si ipsi vellent roborare argumentum E suum tanq̃ hoc mandatum esset a Moyse: necesse erat ꝙ Christus diceret eis, quòd hoc erat falsum: quia aliàs non posset conuenienter eis respondere: iõ non accipitũ mãdauit ꝓpriè. Alii dicunt, ꝙ accipitur propriè mãdauit: nõ quidẽ referendo ad dimissionẽ, sed ad libellum repudii: nam abijcere vxorem erat in potestate viri. Si tñ abiicienda erat, necesse erat dare ei libellum, quia ille erat in fauorem mulierum: & ita quantum ad hoc præceptum erat. Dicendum ꝙ hoc verum est; & tñ non facit ad propositum, quia istud verbum mandauit ad vtrunque refertur: nã dicitur Moyses mandauit dari libellum repudii et dimittere: et ideo non potest stare mandauit propriè. Sed dicendum ꝙ accipitur large mandare, idest permittere: & ꝓuenit ex cõsuetudine locutionis, quia nõ multũ distincta sunt mandare & permittere: et ideo permutantur vocabula. Nam aliquando ponitur mandare et aliquãdo permittere: vnde dixerũt Pharisæi: quid ergo mãdauit Moyses: et Christ⁹ dixit: ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses: quasi non esset mandatũ sed permissio: et non stat, siquis putet ex industria dixisse Iudæos, Moyses mandauit, quia Mar. 10. vbi ponitur eadem sententia, ponuntur verba permutata, vbi Christus ponit mandare, et Pharisæi dicunt permittere, scilicet quid vobis præcepit Moyses: qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij: ideo accipitur hic mandauit, idest permisit.

Quomodo uerum sit quòd ad duritiem cordis datus est libellus repudii Iudæis, & quomodo hoc faciebat ad propositum Christi.
Quæst. XLI.

QVAERETVR, quomodo est verum, ꝙ ad duritiem cordis datus est libellus repudii Iudæis, & hoc quomodo faciebat ad propositũ Christi.

Dicendum ad primum, quòd dicitur ad duritiem, idest propter duritiem, scilicet non fuit datus libellus repudij tanquam bonus, sed tanquam malus: mala aũt propter se non dantur, sed propter aliquid peius euitãdum: et ista erant mala, quæ sequi poterant ex duritia cordis Iudæorum. Vocantur duri corde, qui passiones indomitas habent non subditas rõni et legi: sunt enim passiones in affectiua parte: et ipsum vulgariter dicimus esse in corde: et ideo desideria à corde esse dicimus. Qui igitur non flectitur ratione aut lege, durus corde est: ita erat in Iudæis, quia cùm essent viri imperfecti, qui passiones suas nondum ratione refrænare sciebant, non erant potentes tolerare bonam et rectam legem, iõ oportuit eis dari legem continentẽ aliquas imperfectiones, sicut circa vindictam expetendam. Nume. 35. et circa vsuras Deu. 23. et circa libellum repudij nunc. Et erat durities, quia nesciebant tolerare iram, quam aliquando conciperent contra vxores, qua durante affligerent eas valde aut occiderent, vt ergo euitaretur hoc, permissus est libellus repudij: et est ad duritiem cordis: nam si scirent passiones refrænare, non permitteretur eis libellus, sed manerent rata matrimonia, sicut et nunc. De hoc dixit Aug. contra Faustum: magna enim durities erat: quæ neque per libelli interpositionem, vbi suadendi locus iustis et prudẽtibus tribuebatũ solui, et flecti posset ad reuocandã coniugij charitatẽ. Etiã in hoc Christus eorũ imperfectionẽ ostendit, s. quòd tales ipsi erant, ꝙ meliorem legem recipere nõ potuerant. Nam si boni essent, legẽ totaliter bonã accepissent de retinẽdo semꝑ vxorem, et nõ de libello repudij, qui propter impatiẽtiam passionũ non possunt manere semꝑ cũ vxoribus quas semel acceperint. Sic dicit Chryso. Dicit ad duritiem cordis, quia si anima fuerit purgata desideriis, et ira, possibile est mulierem et nequissimam tolerare: multiplicatis autem in anima passionibus prædictis multa mala contingent circa odiosum connubium. Ad secundum dicendum, quòd facit ad propositũ Christi, quia ipse dixerat non esse repudiandas mulieres: et quia Moyses hoc videbatur concedere: dixit non tradidisse hoc Moysen tanquam rem bonam, sed tanquam malam. Si enim tanquam bonum traditum esset, liceret semper sic fieri, et esset imitandũ atque tenendum: quia tñ tanquam malũ permissum est, licuit aliquo tempore sic facere: nunc autem non licebat quando declarabatur esse malum, & erat tempus vtendi lege perfecta.

Quĩ vocẽtur duri corde.

Quare Christus dixit permisit, uobis Moyses. &c.
Quæst. XLII.

QVAERETVR, quare dixit, permisit vobis Moyses. Aliqui dicunt, quòd dicitur permisit Moyses, & non permisit Deus, quasi Moyses hoc fecerit, & non Deus. Sic dicit Hieronymus: Simul considera, ꝙ non dixit propter duriciem cordis vestri permisit vobis Deus, sed permisit Moyses: vt iuxta Apostolum, consilium esset hominis non imperium Dei. Sed dicendum, ꝙ non est intelligendum, quòd Moyses istud præceperit de corde suo, & Deus non dixerit illud: quia Moyses erat vir sanctus, & propheta à Spiritu sancto motus: & non auderet ponere saltem vnũ verbum, nisi ad quod Deus inspirasset eum: cùm ipse cõtestatus fuerit Iudæos ne adderent verbum vnum, neque diminuerẽt de eo, quod ipse loquebatur. Deu. 4. capit. Secundò, quia si illud à Moyse esset datum, & non à Deo: sicut Moyses non poterat Iudæos obligare ad aliquid, ita non poterat eis reddere licitum aliquid, quod aliàs esset illicitum, & tamen dare libellũ repudij erat aliàs malum: ideo per Moysi permissionem non fieret eis licitum, & tamẽ erat licitum: ideo non erat hoc datum à Moyse tanquam de corde suo, sine Deo inspirante, sed dedit hoc sicut totam legem dedit, quia ipse publicauit legem populo, quam ipse acceperat à Deo, vt daret populo. Maximè, quia 2. Pe. 1. cap. dicitur quòd non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines: & de illis fuit præcipuus Moyses: cùm dicatur Deu. 34. quòd non surrexit vltra talis propheta in Israel, quem nosset dominus facie ad faciem: ergo non dixit hoc a se, sed Deus illa dixit. Sed dicendum est vno modo, quòd Christus dixit, permisit Moyses: non quidem quasi solus Moyses hoc fecisset, sed voluit respondere Iudæis iuxta modum suum arguendi: ipsi enim dixerant, quid ergo mandauit Moyses dari libellum? ergo Christus respondens debuit conuenienter tenere modum locutionis eorum: & ita fecit dicens, Moyses permisit. Si enim illi dixissent. quid ergo Deus mandauit dari libellum. dixisset Christus. Deus permisit vobis &cę. sed quia illi dixerunt, Moyses dixit: etiam Christus dixit. Moyses permisit: & ista est veritas. Secundò potest dici, quòd tota lex est à Deo, quia ipse dedit illam: & tota est à Moyse, quia totam ipsi populo publicauit & docuit: intantum quòd etiam ipse Deus vocet esse legem Moysi. Mala. 4. c. Mementote legis Moysi serui mei: & ideo vbiq; poterat dici, quòd Deus illud pręcepit, vel Moyses illud præcepit nõ facta differentia: et tamen quando aliquid est bonum attribuitur Deo vel Moysi: quãdo verò aliquid est malum, vel imperfectum attribuitur Moysi: nõ quidem quasi euenerit ex defectu Moysi: sed quia defectus, qui in lege permittebãt erãt, quia lex dabatur hominibus, qui defectuosi & imperfecti erant habentes infirmitatem, in qua magis similabantur Moysi quàm Deo. simile patet Exo. 32. nam Iudei erant populus Dei: & tamen quando peccauerũt, dixit Deus ad Moysen. peccauit populus tuus, quasi dicat, tuus est iam, & non meus cùm peccauerit: & quia permissio libelli pertinet ad imperfectionem, cùm ad duriciem cordis dicat Christus eum fuisse datum: iõ cõuenienter dicitur, quòd Moyses hoc permiserit potius quã De⁹. Tertiò potest dici, quòd accipitur Moyses pro lege Moysi. & tunc est verum, quòd Moyses. i. lex Moysi hoc permisit: & illa eadẽ, quæ est lex Moysi est lex Dei, Et ita accipitur cùm dixerunt Pharisæi. Quid ergo mandauit Moyses libellum dari &c. idest lex Moysi hoc mandauit. Sic etiam accipitur inf. 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribę, et Pharisęi,

Ideo in lege Hebręorum multi defectus erant: qa populo iɱ̃fecto data est.

F idest super cathedram, in qua prædicatur lex Moysi. Nam Moyses nunquam super illam cathedram sederat ad hoc, quòd illa cathedra esset aliàs eius. Sic etiam accipitur Act. 15. cap. Moyses autem a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicẽt in Synagogis, vbi per omne sabbathum legitur: & tamen Moyses neque legitur neque prædicatur, sed lex Moysi: & ita accipitur necessariò pro lege. Sic etiam 2. Cor. 3. dicitur: Sed vsq; in hodiernum diem cùm legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum, & isto etiam modo potest hic accipi: & tamen adhuc primus modus videtur esse magis ad propositum.

Quare dicitur: Ab initio autem non fuit sic.
G *Quæst. XLIII.*

QVAERETVR, quare dicitur: Ab initio autem non fuit sic. Dicendum, quòd hoc dixit ad ostendendum, quod dixerat, scilicet esse datum libellum repudij ad duriciem cordis: & ideo quòd non deberet semper durare: & hoc ostendit, quia ab initio, scilicet sæculi non fuit sic, s. quia homines non repudiabant vxores, sed manebat matrimonium indissolubile: ideo non est inconueniens, quòd nunc redeat ad eundẽ statum, vt non detur libellus repudij: qa de facili res ad suam naturam reuertitur. Secundò potest intelligi sic: si dari libellum repudij cùm sit fauorabile viris, esset in se bonum, semper fuisset in vsu,
H & tamen à principio non fuit sic: ergo videtur, quòd non erat bonum dare libellum. Tertiò, quia lex optime obseruatur secundùm suam puritatem in suo initio, postea verò remissius fit: ideo in principio sęculi magis obseruaretur matrimonium secundùm puritatem, & singulę aliæ res pertinentes ad vsus humanos quàm postea: & tamen à principio obseruabatur matrimonium sine libello repudij. ergo bonum erat nõ dari libellum, & dare illum fuit ad duriciem cordis Iudæorum. Quartò, quia intelligatur, quòd Deus nõ dederit legem de libello quasi bonam, & quasi de intentione propria: quod tamen aliquis putaret, si isto modo se res semper habuisset: & ideo dicitur, ab initio autem non erat sic: & tamen ab initio taliter obser-
I uabatur, qualiter Deus mentibus hominum impressera: ideo illa erat bona obseruatio, & non ista.

Lex o[...] me ob[...] uatur [...] dum [...] puritat[...] ab initio

Quibus dixit Christus istud quod hic dicitur, scilicet, dico uobis quod quicunque dimiserit vxorem.

Quæst. XLIIII.

QVAERETVR, quibus dixit Christus istud, quod hic dicitur, scilicet dico vobis, quia quicunque dimiserit vxorem & cæ. Aliqui dicunt, quòd dixit Pharisæis, quia dicitur hic: dico autem vobis: et tamen manifestum est, quòd totus sermo præcedens dirigebatur ad Pharisæos: ergo etiam istud quod se-
K quitur. Alij dicunt, quòd non dicitur ad Phariseos, sed ad discipulos, quia Marc. decimo cap. vbi ponitur eadem sententia dicitur. Et iterum in domo discipuli interrogabant eum de eodem, & dixit: quicunque dimiserit vxorem & cæt. Et ita ad solos discipulos dictum est.

Dicendum, quòd verè dixit ista Christus discipulis, quod colligitur Mar. 10. vbi non solum dicitur dictũ esse discipulis: sed etiam quòd fuit alio tempore & in alio loco, cum dicatur. & iterum discipuli interrogabãt eum de eodem, & dixit. quicunque dimiserit &c. Secundò, quia etiam ex modo loquendi Matthæi apparet dictum discipulis: quia dicitur infra in litera. Dicunt ei discipuli eius, si ita est causa hominis cum vxo

re sua, non expedit homini nubere. Sed dicetur, quomodo ergo concordabunt euangelistæ? Dicendum vno modo quòd potuit dici bis: ita quòd semel diceretur Pharisæis, de quo meminit hic Matthæus: & iterū diceretur discipulis. De quo dicitur Mar. 10. cap. Sic dicit Chry. quòd autem dicit Matthæus hæc verba Pharisæis dixisse: Marcus vero discipulis, non est contrarium: contigit enim hæc & his, & illis fuisse dicta. Secundo pōt dici & meli⁹, ꝙ hęc verba semel tātū dicta sunt, & tunc dicta fuerunt discipulis & non Pharisæis quia fuit aliud tempus, & alius locus: vt dicitur Mar. 10. c. & Matthæus non dicit ista fuisse dicta Pharisæis, sed dixit: Dico autem vobis: & tamen illi, ad quos dirigebat sermonē non erant Pharisęi, sed apostoli. Sed in hoc Matthæus obscurè loquitur: quia cùm videatur continuatam facere narrationē nihil omittēdo omittit aliquid: debet enim suppleri, quòd cessauit loqui ad Pharisæos: & inceperunt quærere discipuli de hac re, & respondit illis quod sequitur. Causa quare tacuit hoc Mattheus fuit triplex: primò quia solùm volebat ostendere doctrinam Christi circa hoc, & quia doctrina non consistebat in quæstione, sed in responsione posuit responsionem Christi. Secundò, quia de hoc fuerat tota materia præcedens, ideo non oportebat resumere quæstionem, sed quasi ad eandē materiam pertinētem subiunxit doctrinam istam nihil interponendo. Marcus autem curiosius istud aperuit, dicens: Et iterum in domo discipuli interrogabant eum de eodem. Tertiò, quia ex sequentibus hoc colligitur, scilicet, dicūt ei discipuli eius: videtur enim quòd cum illis sermo iste verteretur, cū ipsi dixerint: si ita est causa hominis cum vxore sua & cæt. & ita tenendum est, quòd ad solos discipulos nunc dicta fuerint verba hæc.

An inseparabilitas matrimonij, quæ opponitur libello repudij sit de iure naturali. Quæst. XLV.

QVAERETVR, circa libellum repudij, qui tollit matrimonium, an sit cōtra ius naturale, & est quærere an inseparabilitas matrimonii q̄ opponitur libello repudij sit de iure naturali. Aliqui dicūt quod non, quia lex naturalis communis est apud oēs, & tamen nulla vnquàm lex siue diuina, siue alicuius gentis vetuit dimitti vxorem præter legem Christi: ergo non est inseparabilitas de lege naturali. Secundò quia sacramenta non sunt de lege naturæ, sed de diuina institutione, & tamen indissolubilitas matrimonij pertinet ad bonum sacramenti, vt assignatur in bonis matrimonii: ergo inseparabilitas nō est de iure naturę. Tertiò quia associatio maris & fęminæ in matrimonio est principaliter ad prolis procreationem, & educationem & instructionem: sed ista finiuntur aliquo tempore: ergo finitis his licebit viro recedere ab vxore sine aliquo præiudicio legis naturæ. Quartò, quia licet matrimonium ad multa sit, tamen principaliter est ad propagationem: potest tamen vnus vir procreare ex vna muliere, qui non potest ex alia, etiā si non sit sterilis, sed sit apta alteri viro: ergo non erit inseparabilitas de iure naturæ, sed magis contra ius naturæ, cum per eam impediatur principalis finis intentus à natura in matrimonio. Aliqui dicunt, quòd sit de iure naturali inseparabilitas, quia illud est de iure naturali, quod natura bene instituta accipit in sui principio, sed inseparabilitas fuit in matrimonio ab initio, cùm dicatur supra in litera, ab initio autem non fuit sic, id est nō fuit libellus repudij sicut in lege Moysi. ergo est de iure naturæ. Secundò, quia de lege naturæ est, ꝙ homo Deo non contrarietur, qui est naturæ conditor: & tamen esset homo quodammodo

A Deo contrarius, si ea, quæ ille coniunxerat separaret: & tamen dando libellum repudii separat homo, quæ Deus coniunxit: vt innuitur in litera: ergo est inseparabilitas de iure naturæ.

Dicendum, quòd veritas huius dubii dependet ex modo accipiendi ius naturale: fuit autem declaratum supra, quomodo accipiatur ius naturale diuersimodè, & quomodo aliquid sit de primis principijs legis naturæ, & aliquid de secundis: etiam quomodo accipiatur tribus modis ius naturale, & etiam qui sint fines matrimonij. His suppositis poterit dici, an sit inseparabilitas de iure naturali, & quomodo. Et dicendum, quòd accipiendo ius naturale secundo modo, prout est ius diuinum, est inseparabilitas de iure naturæ: quia Christus posuit hic legem, quòd non separetur matrimonium: etiam ante hoc erat de iure diuino inseparabilitas, vt patet ex rationibus, quas Christus allegauit in litera, sumptis tam ex conditione creationis, quàm ex parte legis. Accipiendo tertio modo ius naturale, qui est strictus modus, non est de iure naturali inseparabilitas, quia illo modo solùm dicuntur esse de iure naturali ea, quæ competunt homini non inquantum homo, sed inquantum animal, vt conuenit cum cœteris animalibus, non est de iure naturali. Accipiendo autem ius naturale primo modo pro eo, quod est de dictamine rationis sine aliqua lege positiua, potest dici esse inseparabilitas de iure naturæ. Et tamen tunc dicendū, quòd in matrimonio accipiuntur multi fines. s. procreatio, educatio, instructio, communicatio operum, vt ostensum est supra, præcipuus finis est procreatio: & ideo illa, quæ inueniuntur in matrimonio respectu procreationis, dicuntur esse simpliciter de iure naturali in matrimonio: sic autem non est inseparabilitas, quia cùm propagatio solùm fiat per actum cōmixtionis quousque fœmina impregnetur: & ad hoc non sit necessarium multum tempus, & finitur ista intentio naturę cōsummata impregnatione, nō oportet esse inseparabilitatem respectu huius finis: si accipiatur finis educationis, & instructionis, erit inseparabilitas de iure naturę: & tamen isti fines sunt multum necessarij, quia educatio est homini necessaria inquantum est animal: instructio autem inquantum homo, & tamen ad vtrumq; requiritur inseparabilitas. Quod patet, quia educatio, & instructio tanto tempore durare debent, quanto tempore non est per seipsum sufficiens natus procurare necessaria ad vitam, & gubernare seipsum per prudentiam: nō accidit autem posse habere ista homini ante annum vicesimum, vel quasi: ideo post partum oportet cohabitare parentes per annos viginti, vel quasi, vt sufficienter educent prolem, & quia ille, qui gignit est regulariter ad minus quasi annorum viginti, necesse est vsque ad annos quadraginta, vel quasi manere parentes, etiam si vnum filium gignerent, & quia dum illum educant nascuntur alij, pro quorum quolibet oportet tantumdem temporis impendere, oportet cohabitare parentes per totam vitam gratia educationis filiorum, quia aliter non possūt sufficienter prolem educare: & tamen matrimonium ordinatur ad educationem, ita principaliter, sicut ad procreationem, cùm nihil prosit procreatio sine educatione: ideo de iure naturæ est inseparabilitas matrimonij, cùm aliter non bene fiat educatio: maximè, quia ad educationem requiritur communicatio operum maris & fœminæ, quæ est etiam operatio coniugum, vt dicitur 8. Ethi. Et educatio fit dupliciter. s. realiter educando quamdiu indiguerint, & postea relinquendo aliqua, per quæ sustententur nati adulti decedentibus parentibus, quia ad parentes pertinet thesaurizare filijs. 2. Cor. 13. & thesaurizare est per hoc, quòd parentes relinquant filios hæredes rerum suarum: sed hoc

In. q. 30. (beside "supra, quomodo accipiatur ius naturale diuersimodè")

B (beside "stus posuit hic legem")

Quatu. fines matrimonij. (beside "cendū, quòd in matrimonio accipiuntur multi fines")

C (beside "procreatio, educatio, instructio")

In. q. 30. (beside "rum, vt ostensum est supra")

D (beside "& tamen ad vtrumq; requiritur inseparabilitas")

Tādiu educatio, & instructio filiorum durare debet quanto tēpore non sūt ꝑ seipsos nati sufficiētes necessaria vitæ ꝓcurarẽ.

E (beside "tam gratia educationis filiorum")

Educatio dupliciter fit.

Ad parentes ꝑtinet thesaurizare ꝓ filijs.

hoc non sit nisi parentes maneant in communicatione operum vsque ad finem vitæ, quando eis succedũt filij: ergo etiam ex hac parte sequitur, quòd debeant cohabitare vsque ad mortem. Brutis etiam natura hoc indidit, quòd simul maneant vsque ad educationem perfectam filiorum, & tamen in quibusdam filij mox nati possunt se educare, & ibi nullius parentis cura exigitur: in aliis sufficit cura matris ad educandũ, & ideo non commanent masculus & fœmina: in illis verò, in quibus maris & fęminæ solicitudo requiritur, ambo manent: & quia bruta indigent pauca educatione, manent pauco tempore masculus & fœmina. Homo autem longa indiget educatione, quia tardius perficitur: naturale tamen est omnibus animalibus tamdiu manere in educatione filiorum, quãtum necesse est ad hoc, quòd nati per se possint educari, & quia hoc non contingit in hominibus nisi masculus & fœmina per totam vitam maneant: ideo naturale est in matrimonio esse inseparabilitatem: & tamen non prouenit ista inseparabilitas de iure naturali. Tertiò modo, vt est commune homini, & pecori, quia quantum ad hoc sunt necessaria in matrimonio procreare & educare: & ideo solùm tamdiu manere necesse est, quamdiu completur educatio: & quia posset quis velle cessare ab actu procreandi nato vno filio, & illo sufficienter educato non est de iure naturæ commanere, sicut neque pecora commanent; & ita disiungeretur matrimonium. Vel dato quòd quis vacaret proli quandiu posset, & vltimum filium quẽ genuisset sufficienter educasset, posset statim dissolui matrimonium. Ideo dicendum, quòd tãdiu manere matrimonium quamdiu vacatur educationi liberorum est de iure naturæ strictè. Quòd tamen determinate maneat matrimonium vsque ad mortem, non est de iure naturę strictè, idest tertio modo: est tamen de iure naturali primo modo, vt venit de dictamine rationis sine aliqua lege positiua, quia non possunt bene fieri omnia, quę pertinent ad educationem filiorum, si aliquãdo dissolueretur matrimonium: nã si scirent parentes quòd tandiu cõmansuri essent quandiu proles sufficienter educaretur, nollent vacare proli quandiu possent, vt educatis quibusdam posset dissolui matrimonium: & indirectè militaret hoc cõtra procreationem, quæ directè intenditur per matrimonium. Etiam interdum non plene educaretur proles propter diuortium. Etiam non intenderent fideliter communicationi operum, si scirent, ꝙ aliquando diuortium futurum erat: & tamen communicatio operum est per se intenta in matrimonio: ideo cùm dicatur 8. Ethic. ꝙ associatio maris & fęminę, quã nos vocamus matrimonium fit ad propagationem, & communicationem operum. Etiam esset in damnum filiorum, quia parentes debent thesaurizare filiis 2. Corin. 13. si tamen fieret diuortium non peruenirent res tam integre ad filios, sicut manente matrimonio inseparabili, & sic de dictamine iuris naturalis est, quòd matrimonium sit indissolubile: quia ratio hoc dictat propter prędicta.

Matrimonium manere vsq; ad mortẽ non est de iure naturali strictè sumpto.

Ad primum dicendum, ꝙ separatio matrimonij est contra ius naturę: & tamen nulla lege humana neq; diuina vetabatur separatio ista ante legem Christi, qa licèt tam lex Moysi quam humanæ regularent hominem deducendo illum ad rectitudinem rationis, q̃ sequi est de iure naturali: nulla tamen lex ante legem Christi totaliter vetuit omnia, quæ erant contra ius naturale; eo quòd nulla perfectè ordinauit rationem nisi lex Christi prohibens omnia mala: cęterę autem aliqua mala permiserunt, in quo contra ius naturale faciunt: neque debuit esse aliqua lex humana aut diuina ante legem Christi, quę omnia mala prohiberet: eo quòd nulla dabat sufficiens remedium ad vitandum omnia peccata, scilicet gratiæ plenitudinẽ, quæ nunc datur: & ita nulla lex debuit auferre omnia, quæ erãt contra ius naturale prohibendo illa nisi lex Christi. Cùm autem dicitur, quòd lex naturalis est communis apud omnes gentes. Dicendum, quòd verum est accipiendo tertio mõ legem naturalem, s. pro eis, quę competũt homini non inquantũ est hõ sed inquantũ est animal, quia ista ab omnibus gẽtibus obseruantur: nisi sint valde barbaræ: sed accipiendo ius naturale primo mõ non est commune apud oẽs gẽtes: licèt enim omnes gentes debeant obseruare id, quod est de rectitudine dictaminis rationis: quia tamen variè æstimatur de rebus quantum ad illa, quæ non sunt naturaliter determinata, contingit circa conclusiones iuris naturalis, non idem omnes sentire: sed quod quibusdam videtur rectum, aliis videtur non rectum: talia autem sunt ea, quæ sunt de iure naturali primo modo: ideo ista non sunt eadem apud omnes gentes; tale autem est de inseparabilitate matrimonij: ideo non omnes iudicant debere esse inseparabile, sed aliqui sic, alij aliter.

Ad secundum dicendum, quòd inseparabilitas directè competit matrimonio, secundùm quòd est signum perpetuæ coniunctionis Christi ad Ecclesiam; competit etiam sibi secundùm quòd est in officium naturę ordinatum ad bonum prolis; sed quia separatio magis directè repugnat significationi quàm bono prolis, cui minus directè, & ex consequenti repugnat, vt supra ostensum est: inseparabilitas matrimonij magis intelligitur in bono sacramenti quàm in bono prolis, quamuis etiam intelligi potest aliquo modo in bono prolis; & secundum quod in bono prolis est inseparabilitas de iure naturæ secundum quod est in bono sacramenti non est de iure naturæ, sed de iure diuino; & ideo quando dicimus, quòd est de iure naturæ non accipimus eam nisi secundum quòd pertinet ad bonum prolis, scilicet ad educationem, & procreationem.

Ad tertium dicendum, quòd procreatio educatio & instructio tempore finiuntur: & ita ad hoc ꝙ fiant, non est necessaria inseparabilitas: ad hoc tamen quòd benè fiant est necessaria inseparabilitas, quia aliàs sequuntur inconuenientia aliqua, vt supra ostensum est: quidquid autem est necessarium ad hoc quòd procreatio, & educatio fiant, est de iure naturali tertio modo: quidquid autem est necessarium ad hoc quòd educatio, & procreatio bene fiant est de iure naturali primo modo, in quo minus strictè accipitur ius naturale, & ita inseparabilitas nõ est de iure naturali tertio modo, sed primo modo. Argumentum autem concludit de his, quę sunt de iure naturali tertio modo.

Ad quartum dicendum, ꝙ matrimonium ordinatur principaliter ad bonum commune ratione principalis finis, qui est bonum prolis: quamuis ratione finis secundarij ordinatur ad bonum cõtrahentis, prout per se est remedium concupiscentiæ: & ideo in legibus matrimonij magis attenditur quid omnibus expediat quàm quid vni competere possit: quamuis ergo matrimonij inseparabilitas impediat bonum prolis in aliquo homine, qui ex aliqua muliere gignere posset: tamen est conueniens ad bonum prolis communiter vel simpliciter cum plus vacetur proli per inseparabilitatem matrimonij quàm si separaretur: ideo magis conuenit rationi, & fini matrimonij illud esse inseparabile.

An aliquando licuerit dari libellum ripudij.
Questio. XLVI.

QVAERETVR, an aliquando licuerit dari libellum repudii. Dicendum, quòd in repudiãdo vxorem duo sunt. Primum est, quòd vxor abiiciatur, ita ꝙ vir iam nolit eam tenere quantum ad aliquē actum coniugalem, neque ad cohabitationem, sed abiicere eam, vt liceat cuicūque alteri illam accipere. Secundum est, quòd daretur ei libellus, idest instrumētum siue cartha, per quam constabat quòd vir repudiabat eam: & erat conueniens hoc secundum, & de secundo non est dubium. Nam si vxor abijceretur, nō solum licebat ei dare libellum, imò necesse erat, quòd libellus erit tunc in fauorem mulieris. Sed de primo est dubium, an liceret eam abijcere: quia tamen nos accipimus vnum pro alio non distinguētes dicimus dare libellum. i. abijcere, quod tunc est dubium an liceat dari libellum, idest repudiare vxorem.

Dicendum, quòd, cùm indissolubilitas matrimonij sit de iure naturali, vt ostensum est præcedenti quæstio. non licet regulariter dari libellum, sed oportet esse aliquid speciale per quod liceat. Et dicunt aliqui quòd licitum sit per dispensationem Dei. Sed contra hoc arguitur: illud enim, quod est in matrimonio contra bonum prolis, idest contra procreationem aut educationem, est contra prima pręcepta iuris naturæ, quæ sunt indispensabilia, vt dictum est supra. Sed dari libellum est contra hæc: quia impedit educationem, vt ostensum est præcedenti quęst. ergo nō potest dispensari in illo. Secundò patet: concubina et vxor in hoc principaliter differunt, quòd concubina separari potest, vxor autem non separatur: ergo non poterit etiam per dispensationem licitum esse dimittere vxorem. Tertiò, quia homines sunt ita modò capaces dispensationis & indigentes ea, sicut aliquando indiguerunt: & tamen non licet nunc alicui etiam per dispensationem dimittere vxorem: ergo nunquam licuit. Dicendum quòd libellus repudij fuit aliquando licitus ex dispensatione, cùm aliquando fuerit libell⁹ repudij sine peccato. Sed cuius sit dispensatio ista, & quomodo, est videndum. Et dicendum est, ꝙ cum ꝑ dispensationem recedatur à communi cursu legis illius, contra quam dispensatur: & inseparabilitas matrimonij, contra quam fit per libellum repudij, sit aliquo modo de lege naturali: necesse est, ꝙ dispensatio ista sit dispensatio in lege naturali: dispensatio autem in lege naturali est sicut mutatio cursus naturalis, quia vtrunque naturaliter se habet. Quot ergo modis cōtingit mutari cursum naturalem, tot modis contingit fieri dispensationem in lege naturali. Mutatur enim dupliciter cursus rei naturalis. Vno modo ex hoc, ꝙ aliqua causa naturalis per aliam causam naturalem impeditur à cursu suo, sicut est in illis, quæ vt in minori parte à cursu suo impediuntur, & q̄ in minori parte casualiter accidunt, sicut quòd homo habeat sex digitos in manu: vel quòd non sint membra in tali proportione formata qualia esse debeat secundùm intentionem naturæ: quia talia, vt raro variantur à cursu suo: & tamen quādo variant fit hoc, quia impediūtur per alias causas naturales: vt virtus formatiua, & regulatiua materiæ impeditur per multitudinem aut paucitatem materiæ aut per alios morbos, vt non possit illam regulare ad formandum taliter qualiter solet communiter formare: sed per istum modum non variatur cursus rerum naturalium, quæ sunt semper, sed earum, quæ sunt vt frequenter. Nam non impeditur sic aliquod astrum vel cælum vt tardius agat cursum suum, vt fiat dies maior vel minor, quàm esse [illegible]: quia nulla alia causa naturalis in hoc impedire po-

A test. Sic nunquam potest impediri ignis, quin sic calefaciat materiam combustibilem applicitam: quia ista sunt vt semper, & sunt quasi prima in esse naturali, quia sunt principia. Alio modo variatur res naturalis à cursu suo per causam penitus supernaturalem, vt accidit in miraculis, & hoc modo potest mutari cursus naturalis, non solùm qui naturaliter est ordinatus, vt sit frequenter: sicut diximus de modo formationis, & figurationis corporis, & similibus: sed etiam qui naturaliter est ordinatus, vt sit semper, sicut est circa habitudinem primorum corporum naturæ, scilicet cęlorum, astrorum, & elementorum, quia sicut ista quantum ad substantiam sunt prima in natura: ita quātum ad habitudinem agendi, & essendi sunt maxime
B inuacuabilia, & ideo dicimus illa esse, vt semper, idest semper tenere habitudinem, quam semel tenuerint: ista tamen possunt variari à cursu suo per causam penitus supernaturalem, vt patet in statione solis tēpore Iosue. Iosue. 10. cap. & in retrocessione eiusdem tēpore Ezechiæ 4. Reg. 20. & Isa. 38. & in ecclypsi miraculosa tempore passionis domini infra 27. & tamen nihil est in tota natura, cuius esse, & operatio, & motus vniformius & regularius se habeant quàm corporum cœlestium: de his, quæ sunt ordinata vt frequenter sint, manifestum est, quòd possint variari per agens supernaturale: cùm etiam per aliam causam naturalem impedientem quandoque mutentur. De dispensatione in iure naturali idem modus est, quia sunt du-
C plicia pręcepta iuris naturalis: quædam sunt prima, quædam secundaria. Prima præcepta sunt, quæ sunt velut principia naturalis cognitionis circa directionē actionum: & sunt talia, quòd sine aliqua deductione per se cognita sunt: vt nulli esse nocendum sine causa, non esse hominem occidendum, & similia, quæ mox audita quilibet approbat: licèt inter hæc quædam sint magis nota quàm alia, & magis vniuersalia, vt bonum esse eligendum, nullum malum esse faciendum: quia tamen omnia ista sunt per se nota: quę quilibet audiēs sine vlteriori doctrina approbat, dicuntur omnia talia esse in primo gradu præceptorum naturalium. Dicuntur secundaria præcepta illa, quæ sunt de dictamine rationis etiam nulla lege positiua existente: & tamen
D sunt talia, quæ non sunt per se nota, neque quilibet audiens statim ea approbabit: sed præsuppositis primis principiis iuris naturalis deducētur per actum rationis ab illis non sumendo vim probationis aliunde exteri⁹: sed solùm ab ipsa ratione, & quia ratio naturaliter nobis inest, quidquid est de solo dictamine rationis est naturale large accipiendo: ideo tales conclusiones sic deductę per actum rationis, dicuntur esse de iure naturali, & tamen dicuntur secundaria præcepta, quia non habent per se notorietatem, sed accipiunt à primis: & ideo prima præcepta iuris naturalis sunt vt semper existentia: secundaria verò sunt vt frequenter licèt aliquando & raro varientur. Dispensatio autem in istis fiet sicut variatio cursus in rebus naturalibus. Vnde si-
E cut cursus rerum naturalium, quæ sunt vt frequenter, potest variari per alias res naturales impedientes: ita dispensatio in secundariis pręceptis iuris naturæ fiet ꝑ causas inferiores, scilicet per homines. Et sicut variatio cursus in rebus naturalibus, quæ se habent vt semper, nō potest fieri nisi per causam penitus supernaturalē, ita dispēsatio in primis præceptis iuris naturalis, quæ sunt vt semper manentia, non potest fieri nisi per causam penitus supernaturalem, idest per Deum. Et quia in naturalibus tales mutationes non fiunt sæpe sed raro: & non vbique; sed propter aliquam specialem rem quam Deus intendit: ita dispensatio in primis præceptis iuris naturalis non fit aliquando quantum ad omnes neque vbique, sed specialiter quan[do]

ad

In quo differant concubina & vxor

ad aliquas personas: sicut patet circa homicidium in Abraham, quia dispensatum fuit cum eo, quòd occideret innocentem: licèt non fuerit dispensatio facta propter ipsum, sed propter aliquod mysterium quod ad Dei laudem pertinebat. Sic etiam specialiter dispensatum est in furto, & de non restituendo commodatum cũ Hebræis exeuntibus de Aegypto, ꝙ acciperent vasa aurea, & argentea, & vestes ab eis, q̃ specialiter nihil eis debebant saltẽ determinatè, ſ. ꝙ ei qui accipiebat ista commodata teneretur determinate accomodans ad tantam vel maiorem quantitatem debiti: & ita ille, cui nihil debebatur, accipiebat ab eo, qui nihil ei debebat: & ita fiebat furtum & contra legem commodati: & vtrunque est contra prima præcepta iuris naturalis, sed ex speciali dispensatione Dei licuit. Exo. 3. & 11. Tales dispensationes non fiunt circa omnes: sicut neque miracula, quæ fiunt contra cursum naturalem rerum, quæ semper sunt, non fiunt circa oẽs: sed circa aliquas personas, quas spãliter Deus vult.

De inseparabilitate ergo matrimonij dicendum, ꝙ si pertineret ad prima præcepta iuris naturalis, non esset possibilis dispensatio in ea nisi per Deum: & non fieret circa omnes, sed circa aliquas personas propter aliquam specialem causam. Si autem sit de secundis præceptis iuris naturalis, poterit fieri dispensatio per aliquem citra Deum: & illa dispensatio poterit extendi ad omnes. Est autem dicendum quòd ista inseparabilitas pertinet ad secunda præcepta, eo quòd non est inseparabilitas necessaria ad procreationem & educationem, quasi sine illa non possit fieri educatio & procreatio: sed ordinantur ad ista ad hoc quòd melius fiant. & tamen ablata inseparabilitate fit ꝓcreatio, & educatio: licèt non ita conuenienter, sicut existente inseparabilitate: & talia pertinent ad secunda præcepta iuris naturalis. Maximum autem ad quod prodest inseparabilitas est communicatio operum per totam vitam, vt filij succedant in bonis parentum, etiam postquam fuerint educati, cùm parentes debeant thesaurizare filiis 2. Corin. 13. cap. sed ista appropriatio bonorum non est de primæuo iure naturę, secundùm quod omnia sunt communia, ideo non pertinet inseparabilitas ad prima precepta: potissimè quia etiam non existente inseparabilitate possint succedere filij parentibus, licèt non ita conuenienter sicut existente inseparabilitate: & ideo pertinet ad secunda præcepta: & consequenter potest dispensari in illa per aliquem citra Deum. Et tamen dicendum, quòd non accipitur propriè dispensatio: quia inseparabilitas ista ante legem Christi non erat de aliquo iure nisi de iure naturæ: Tota autem lex naturę siue quãtum ad prima pręcepta, siue quantum ad secunda est à Deo, qui indidit illam cordibus nostris: & quia in lege non potest dispensari nisi per conditorem, vel per alium æqualem ei: non poterit dispensari propriè accipiendo dispensationem in lege naturę, siue quantum ad prima præcepta, siue quantum ad secunda nisi per Deum. Si autem des quòd per alium possit dispensari inconueniens est: quia dispensatio nominat potestatem: & tamen super legem nemo habet potestatem nisi conditor vel ęqualis ei cùm etiam interpretari nemo possit legem nisi conditor: & tamen minus est interpretari quàm dispensare: cùm dispensare directè notet potestatem: interpretari autem partim est auctoritatis, & partim prudentię, sed accipitur large dispensare, idest non obseruare, & non obseruando non peccare: Et accipitur ab hac proprietate, quia postquam lex condita est, omnes ad quos pertinet peccant non obseruando: per dispensationem autem fit quòd faciendo cõtra legem non fit peccatum: ideo si aliquando contingat fieri contra aliquam legem sine peccato: videtur

Tota naturæ lex à Deo est.

F hoc licere ꝑ dispensationẽ, quasi dispensatum esset cũ illis, qui hoc licitè faciunt. Et quia inseparabilitas cùm sit de iure naturæ, licèt sit de secundis præceptis obligat, quòd aliqui non seruando inseparabilitatem istam non peccent, videtur quòd accidit quòd dispensatum sit cum illis: Et quia tam gentiles quàm Iudęi repudiantes vxores faciebant cõtra inseparabilitatem & non peccabant, videtur quòd ex dispensatione hoc facerent. & tamen non erat dispensatio aliqua saltem cum gentilibus: cùm Iudæis autem secus est. Sed quia præcepta ista secundaria iuris naturę licèt sint de dictamine rationis, non sunt tamen per se nota, quòd sint bona, & recta: neque quisque audiens statim probat illa: est locus opinioni circa talia, & aliqui sic opinantur: alij autem contrarium, ideo cuicunque genti
G sic licet facere sicut opinatur quando nihil est, per quod conuincatur malè opinari: quia aliàs esset incõueniens, quòd peccaret quis in eo, in quo scire non potest an bene vel male agat: & ideo talia præcepta secundaria non obligant ad peccatum mortale quousque per legem diuinam aut positiuam aut consuetudinem confirmata fuerint: cùm ante hoc semper fit locus variè opinandi: & ideo licuit ante legem Christi dari libellum repudij: maxime gentilibus sine aliqua dispensatione propriè dicta, solùm per hoc quòd nesciebant se obligatos ad inseparabilitatem matrimonij.

Ad primum dicendum quòd inseparabilitas matri-
H monij non est de primis præceptis iuris naturæ, sed de secundis. Nam licèt ordinetur ad bonum prolis, non ordinatur ad id quod est necessarium ad bonum prolis, sed ad id quod est vtile, vel melius. Cùm enim propagatio & educatio sint de intentione prima naturæ in matrimonio: omne, sine quo nullo modo potest fieri vel regulariter non potest fieri propagatio & educatio, est in matrimonio de iure naturæ quantum ad prima præcepta: aliquid autem est sine quo fieri potest & satis conuenienter, & tamen valde melius fit cum illo: tale verò est de iure naturæ quantum ad secunda præcepta. Ita est de inseparabilitate: quia sine illa fit propagatio & educatio, & tamen melius, & sufficientius fit existente inseparabilitate, quia fit
I sic communicatio operum per totam vitam: & est locus filiis succedendi in bonis parentum: ideo non est de primis, sed de secundis ꝑceptis: ideo dispensari potest in illis, scilicet licitè potest agi contra istam inseparabilitatem per ignorantiam quando non constat determinatè esse bonum sic fieri, & malum esse oppositum.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile de concubina & vxore: nam concubinatus non solum est contra secunda præcepta naturæ: sed etiam contra prima, quia repugnat bono prolis quantum ad id, quod est necessarium: nam licèt in concubinatu possit proles procreari: tamen non potest educari existẽte conditione concubinatus: nam inter tales nullum
K est vinculum per quod obligentur manere simul saltem ad horam, & ita genito fœtu poterit vnus discedere ab alio, & ita non fiet conueniens educatio. In matrimonio autem licèt posset esse libellus repudij, tamen de primis præceptis naturæ est tam diu commanere coniuges, quousque proles sit sufficienter educata & instructa. Quòd autem postea commaneant, non est de necessitate boni prolis: ideo non pertinet ad prima, sed ad secunda præcepta iuris naturæ: & ita licèt inseparabilitas non sit de iure naturæ quantum ad prima præcepta: tamen dare libellum repudij quocunque tempore est contra prima præcepta iuris naturæ: dare autem libellum educata prole perfectè non est contra prima, sed contra secunda præcepta.

cepta. Concubinatus autem propriè dictus semper est contra prima præcepta iuris naturæ: ideo nūquam licuit: libellus autem repudij non est semper contra prima præcepta, ideo aliquando licuit. Sed dicetur quòd aliqui existentes in concubinatu possunt educare perfectè filios, cùm possint manere per totam vitā simul, ideo erit tunc licitus.

Dicendum, quòd concubinatus secundùm se dicit aliquid inordinatum, & contra intentionem naturæ: nam non importat vinculum aliquod, & ideo possunt quocunque tempore discedere etiā quando inchoatur educatio fætus. Quòd autem maneant longo tēpore vel per totam vitam est per accidens ad concubinatum: & ex eo quod est per accidens ad rem, non iudicatur aliquid bonum, vel malum ex eo quod est per se: inquantum autem concubinatus longo tempore manet in educatione natorum, non rem concubinatus, sed motrimonij agit: & tamen quia semper, qui sic iunguntur taliter manent, vt disiungi possent, illicitus est concubinatus de se, & contra intentionem naturę.

Ad tertium dicendum, quòd homines quantum ex se est: ita sunt nunc capaces dispensationis sicut antiquitus: & tamē ante legem Christi poterat dispensari: quia nulla lex diuina aut positiua hoc expresse vetuerat à qua confirmatur: nunc autem iam lex Christi hoc vetuit: ideo non potest dispensari per hominē aliquem, sed solùm per Deum. Et ratio diuersitatis est, quia inseparabilitas est de secunda intentione matrimonij, vt est ipsum in officium naturæ, eo quòd nō est necessaria totaliter ad propagationem & educationem, quę sunt de prima intentione matrimonij: & tamen matrimonium vt est sacramentum, idest aliquid significans, est inseparabilitas de prima eius intentione. Et quia ante Christi legem accipiebatur matrimonium in officium naturæ, erat dispensabile circa inseparabilitatem: nunc verò accipitur principaliter ad significationem inquantum est sacramentum, ideo nō dispensatur circa inseparabilitatem.

An fuerit aliquando in vsu libellus repudij.

Quest. XLVII.

QVAERETVR, an fuerit aliquando in vsu libellus repudij. Dicendum quòd sic: nam apud Iudęos fuit vsus libelli, & etiam apud gentiles. De Iudęis apparet, quia Deutero. vigesimo quarto, dicitur, quòd si acceperit homo vxorem, & non placuerit in oculis eius, dimittet eam, & scribet ei libellū repudij. Iudæi autem vtebantur hoc iure sibi concesso: & erat istud dispensatio quędam circa ius naturale. Nam de iure naturali erat inseparabilitas, vt ostensum est supra: vt ergo Iudęi licitè repudiare possent vxores, expressè fuit eis permissum: & erat permissio & priuilegium: & ideo interdum priuabantur quidam in pęnam ista permissione ne vterentur ea. Sicut ille, qui deflorabat puellam in agro, quæ non esset desponsata: cogebatur enim illam in vxorem accipere, & non poterat dimittere eam tota vita. Deutero. vigesimo secundo, & qui infamauerat propriam vxorem dicens: non inueni eam virginem: cogebatur tenere eam tota vita eod. capit & isti priuabantur iure repudiandi vxores propter delictum. Cæteris autem ex priuilegio permissum erat.

Qui priuabantur iure repudiādi vxores apud Hebræos.

De gentilibus apparet, quia leges humanæ expresse ponunt repudium & modum repudiandi: vt in fine ff. veteris titu. de diuor. & repudiis. & C. de repu. Et patet etiam hoc, quia Iudæis nunquam concessum

A fuisset repudiare vxores, nisi gentilibus esset consuetudo repudiare illas tempore, quo data est lex Moysi: quia si gentilibus non liceret neque haberent in consuetudinem repudiare, non putarent graue esse eis Iudęi, ꝙ non vterent̄ repudio. Quod tñ gentes vterent̄ libello & esset eis ablata potestas repudiādi erat eis graue. Sicut qa cęteræ gentes habebant reges, & Iudęi nō habebant regem: visum est eis difficile, & petiuerunt quòd daretur eis rex sicut cæteris gentibus, primo Regum octauo. Vnde dicendum quòd omnia mala, quæ permissa fuerunt Iudæis, erant apud gentiles: & qa putarent Iudæi sibi adēptam libertatem, si non liceret eis id, quod licebat gentibus: concessit Deus eis libellum & vsuras ad extraneos, & exquirere vindictā: B quæ omnia gentes exercent: licèt in his aliquid subtrahebat eis, scilicet quod non licebat dare ad vsuras proximis de gente sua, sed solis extraneis, qui non erant Iudęi: Deutero. vigesimo tertio, & ita circa aliam.

An verò liceret gentilibus repudiare vxores. Dicendum quòd vt ostensum est præcedenti quęst. inseparabilitas matrimonij non est de iure naturę quantum ad prima præcepta, sed solùm quantum ad secunda: & quia circa illa est locus opinioni, licet cuicunque gēti facere sicut putauerit: quousque per aliquam legem diuinam vel humanam aut contrariam consuetudinem confirmetur quid tenendum sit. Non erat ergo illicitum repudiare vxores ante legem Christi da- C tam: repudiare tamen vxorem quocunque tempore videtur esse contra prima præcepta iuris naturalis; quia posset repudiari vxor ante educationem prolis: & tamen ad educationem est necessaria solicitudo vtriusque parentis, & educatio est de iure naturæ quātum ad primam intentionem matrimonij: ideo repudiare quocunque tempore non licebat gentibus: sed tempore educationis consummatæ: licèt posset prouideri per legem gentium singularum repudiata vxore si filij communes sint apud quem alantur, & quanto tempore: & ita manebit dubium an per hoc efficiatur totaliter licitum repudiare quocunque tempore vxorem. De Iudæis aliud est, quia dispensatum fuit cum eis per Deum, qui potest quantum ad om- D nia præcepta iuris naturalis dispensare: & ideo quocūque tempore repudiarent vxores, satis videtur eis licitum, quamquam de hoc dicetur infra quęst. 48.

Quocunque tēpore repudiare vxorem est contra prima præcepta iuris naturalis.

Quare Deus posuit legem Iudæis de libello repudij.

Quæst. XLVIII.

QVAERETVR, quare Deus posuit legem Iudæis de libello repudij. Nam videtur, quòd non erat necesse poni illam, quia ponitur vt permissio: & tamen etiam non posita expressa permissione licebat Iudæis repudiare vxores, sicut licebat gentili- E bus, vt dictum est præcedenti quæstione, quibus non fuerat facta expressa permissio, vel dispensatio: ergo neque debuit poni expressa permissio Iudæis.

Dicendum, quod fuit conueniens, & quasi necessarium ponere expressam legem de repudiando vxores Iudæis. Primo, vt scirent sibi licitum esse hoc facere, quia cùm esset contra rationem naturalem repudiare vxorem: putarent forte non esse sibi licitum viuentibus sub lege Dei nisi ille expresse concederet: ideo expresse permisit. Secundo, quia repudiare vxorem est aliquando contra prima pręcepta iuris naturalis, & aliquando contra secunda. Si repudietur post perfectam educationem prolis, est contra secunda præcepta iuris naturalis. Si autem quocunque tempo-

tempore est contra prima precepta iuris naturalis, vt si inchoata educatione repudietur vxor: quia posset tunc ab vtroque parente deseri proles: sicut enim nō potest apud vtrunque educari facto diuortio, sed ab altero eorū necesse est deseri, ita potest deseri ab vtroque: & ita esset tollere educationem, quæ est de prima intentione naturæ: ideo est cōtra prima præcepta iuris naturalis repudiare vxorem quocunque tempore: & ita quamuis liceret gentilibus repudiare vxores completa educatione: non tamen quocunque tempore.

Ad hoc ergo fuit conueniens, quòd Deus expressam dispensationem faceret, per quam liceret Iudæis repudiare vxores quandoque. De gentilibus tamen satis potest dici, quòd non peccarent repudiando vxores ante legem Christi quocunque tempore eas repudiarent, idest siue completa educatione siue non: dū tamen prouiderent sufficienter per legem suam positiuam de conuenienti educatione prolis. Nam sic videtur fieri nunc: quia licèt non fiat repudium: fit tamen diuortium interdum: & tunc cessant coniuges cohabitare: & diuortium istud fit ab ecclesia quādocunque petitur per alterum coniugum ostensa fornicatione alterius: & licèt tunc habeant paruulum non educatum non impeditur diuortium, sed fit: prouidet tamen ius apud quem debeant filij educari, & quo & quanto tempore. vnde licèt cohabitatio coniugum sit de intentione naturæ in matrimonio ad educationem non fit contra intentionem naturæ si prouideatur conuenienter educationi natorum sine parentum cohabitatione: & ita non videtur quòd sit semper peccatum in gentilibus repudiantibus vxores quocunque tpe: dum tñ de educatione conuenienti prouiderent. Tertiò & principaliter fuit expressio de hoc non inquantum est permissio, sed inquantum est pręceptum: sunt & ideo duo circa repudiationem, scilicet abiicere vxorem & scribere ei libellum est præceptum si abiicere placuerit: & quia Deus non solum voluit concedere vel permittere abiectionem sed etiā pręcipere cōscriptionem libelli, debuit expresse poni de libello repudij. Quartò & etiam principaliter, quia dato quòd esset sola permissio de abiiciendo vxorem: tamen illa debebat abiici sub certa forma, vt seruaretur honestas viro & vxori. Istam autem formam debuit Deus exprimere, vt omnes repudiantes vxores tenerentur seruare illam formam: & istæ duæ sunt præcipuæ causæ quare fuit expressa lex de libello repudij.

An Iudæi vxores repudiando peccabant.

Quæstio. XLIX.

QVAERETVR, an Iudęi repudiando vxores peccabant. Aliqui dicunt quòd non peccabant vllo modo. Vnus enim modus consentiendi est non prohibere quādo prohibere quis potest, sed Moyses non prohibuit repudium: & non prohibendo non peccauit, quia lex sancta est ad Rom. septimo, ergo non erat peccatum tunc repudiare vxorem. Secundò quia prophetę locuti sunt Spiritu sancto inspirati: nunquam enim voluntate humana allata est prophetia, sed spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines. 2. Petri primo capit. sed quod spiritus sanctus dictat, bonum est: & Malach. 3. dicitur, si odio habueris dimitte eam. Ergo non erat malum dimittere vxorem repudiando. Tertiò quia dicit Chry. quòd sicut apostoli permiserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudij: & tamen secundæ

F nuptiæ licitæ sunt, ergo repudium licitum erat. Quartò quia lex iusta omne malum vetat. extra de constitu. capit. nam & concupiscentiam, scilicet: Item lex bona est, quia dum concupiscentiam prohibet omne malùm prohibet. lex tamen Moysi erat iusta, quia erat à Deo, & erat ordinatissima: sed permisit libellum nō solum non prohibendo, sed etiam expresse permittēdo: ergo erat licitum repudium. Quintò quia ita videtur esse contra bonum matrimonij pluritas vxorū sicut dissolutio eius: & tamen licuit sanctis patribus habere multas vxores, sicut patet de Abraham & Iacob: ergo etiam licuit dare libellum repudij. Sextò patet, quia Abraham repudiauit Agar eiiciēdo eam à se, & filium eius: & hoc licuit, Gen. vigesimo primo,
G ergo non erat peccatum repudiare vxorem.

Alqui dicunt quòd non licebat: quia dicitur supra in litera: ad duritiem cordis vestri libellus repudij datus est. & tamen durities cordis non excusat in malis: quia tunc quicunque ageret malum ex graui passione non peccaret, quod falsum est: ideo peccabant repudiando vxores. Secundò quia dicit Chryso. quòd Moyses dando libellum repudij iustitiam Dei non monstrauit: ergo dare libellum non erat iustum: & consequenter erat iniustum cum in actionibus voluntarie factis non detur aliquid indifferens.

Dicendum quòd circa hoc sunt duæ opiniones. Quidam dicunt quòd Iudæi peccabant repudiando vxores. Et quando obiicitur eis, quòd erat permis-
H sum in lege, ideò erat licitum, dicunt quòd non valet, quia non omnis permissio facit rem licitam, quæ permittitur. Et ob hoc distinguunt quatuor permissionis species.

Quat- sunt p- permiss- cies.

Prima est permissio per priuationem præceptionis: & ita quandocunque maius bonum non præcipitur minus bonum permissum dicitur. sicut Apostolus nō præcipiendo virginitatem, quæ est maius bonum: permisit matrimonium quod est minus bonum, primæ Corin. septimo cap. Secundo modo permittitur aliquid per priuationem prohibitionis, & sic dicuntur venialia permissa: quia non inueniuntur prohibita, cū iste sit modus arguendi, quòd id quod non inuenitur prohibitum, putetur esse concessum, licèt
I fallat argumentum. Tertius modus permissionis est per priuationem cohibitionis: & ita Deus dicitur permittere omnia mala: quia non cohibet aut impedit illa fieri, cùm posset impedire. Quartus modus permissionis est per priuationem punitionis: & ita omnia, quæ non puniuntur in lege, dicuntur permissa, licet in se sint illicita: ita dicunt fuisse permissum libellum repudij, quia non puniebatur repudians vxorē: & tamen malum erat repudiare illam.

Sic enim in lege non punitur simplex fornicatio: & tamen est peccatum mortale, licèt hoc modo sit permissa: potissime quia permissio libelli repudij non fuit propter aliquod maius bonum consequendum: sicut dispensatio circa pluritatem vxorum, quę erat
K ad magis augendum cultum diuinum per prolem multiplicatam: sed erat circa malum vitandum, vt tolleretur occisio vxoris: & ita isti dicunt vsurariā exactionē citra extraneos, q̄ Deus illis permiserat propter corruptionē concupiscibilis & purgationem, quæ fiebat per aquas maledictas ad sciendum, an vxor fornicata esset peccatum fuisse: & quia ista non poterant esse venialia, necesse erat secundum eos poni peccata mortalia.

Alij dicunt quòd non peccabant Iudęi dando libellum repudij, quia lex vetus licet gratiam non conferret, tamen ad hoc erat data, vt peccatum ostenderet, vt dicunt sancti doctores, vnde si repudiare vxorem esset peccatum, debuisset Iudæis hoc iudicare per legem

gem & prohetas, aut per aliquid eorum, sicut dicitur Isa. 58. Annuncia populo mea scelara eorum, & domui Israel peccata eorum. Et tamen non fuit eis ostensum hoc vt peccatum: ideo non erat peccatū. Esset enim valde inconueniens q̄ nesciret in quo peccarent, & tñ peccarent: & ita dicunt, q̄ licèt repudiare vxorem in se malum esset: tamen ex Dei permissione fiebat licitum, & non peccabant repudiantes. Et tamē aliqui sustinent positionem contrariam: & ideo secūdum illos posset responderi ad argumenta in contrarium.

Ad primum dicendum, quòd qui potest prohibere malum, non peccat si a prohibitione abstinet non sperans inde correctionem: sed credit, quòd ex prohibitione maius malum nascetur: & ita Moyses sciens, quòd in Iudæis maiora mala sequerentur prohibito libello repudij: ideo auctoritate diuina fretus, illū non prohibuit.

Ad secundum dicendum, quòd prophetæ inspirati a Spiritu sancto non dicebant dimittendam esse vxorem quasi hoc esset præceptum à Spiritu sancto: sed quasi permissum, ne existente prohibitione fierent deteriores, quibus hoc prohibebatur.

Ad tertium, quia non solùm ostendit permissione fieri licitum libellum repudij, sed etiam simpliciter, sicut secundæ nuptiæ sunt simpliciter licitę. Respondendum est etiam de intentione nostra. Nam licèt dicamus Iudæos non peccasse dando repudium, vt infra ostenditur: tamen repudiatio in se mala erat. Et ideo dicendum, quòd illud sicut in auctoritate Chryso. non dicit omnimodam similitudinem, sed aliqualem, scilicet quòd sicut licitè celebrantur nuptiæ secūdæ in lege euangelica, ita licitè celebrabantur in lege veteri repudia: sed non æqualiter licitè: quia nuptiæ secundæ sunt de permissione vel cōsilio respectu maioris boni. i. viduitatis: repudiū āt erat permissum respectu maioris mali. s. vxoricidij: & per hoc non iustificatur simpliciter. Nam licèt respectu vtentium permissione hac esset licitum: tamen simpliciter non erat iustum, cùm ex malo nihil possit iustificari: & tamen libellus repudij ad solum malum euitandum fiebat, & ipse erat in se malus: ideo non erat aliquid per quod bonū fieret. Si autem esset malum, et fieret ꝓ aliquod bonum: posset aliquo modo putari fieri bonum: & ideo semper manet malum in seipso. Alia tamen ratio est in hoc præcipua: quia secundæ nuptiæ non dicuntur propriè permissę, quia ipsæ in se bonæ sunt. Nam sunt propter bonum prolis sicut primæ, & consonant intentioni naturæ: & nihil in eis inuenitur, quod obstet bono: iō non est vlla cā quare eas malas appellemus: & ita non indigent aliqua dispensatione, vel permissione ad hoc, quod licitę sint. Libellus autem repudij in se malus est, quia est contra intentionem matrimonij in aliquo, & contra ius naturale, vt supra ostensum est: ideo ad hoc, quòd licitus esset necessaria erat dispensatio & permissio.

Secundæ nuptiæ licite celebrantur in lege euangeli.

Ad 4. rō.

Ad quartum dicendum, quod si concludatur, quòd ex hoc, quòd lex Dei bona erat non permitteret aliquid, nisi quod in se bonum esset, aut saltem non malum, negandum est. Si inferatur, quod cùm esset bona lex, non permitteret aliquid, quod postquam permissum esset, malum esset, & peccarent vtentes eo, concedendum est. Redeundo ad primum dicendum, quod non est verum simpliciter, quòd lex iustissima vetat omne malum accipiendo de lege humana, quia lex iustissima humana non vetat meretrices: imò si vetaret, non esset iusta. Quomodo autem lex Moysi possit vocari iustissima, & non vetat omne malum simpliciter, sed omne

A malum politiæ Iudaicæ: & quare leges humanæ non vetant omne malum, & cur lex euangelica debuit simpliciter prohibere omne malum, dictum est Deuteronomij vigesimo quarto, super libello repudii, & supra quinto cap.

Ad quintum dicendum, quòd tam pluralitas vxorum quàm libellus repudij nunc sunt illicita, quia prohibita à Christo: & vtrunque est aliquo modo contra matrimonium: & tamen libellus repudij directius est contra matrimonium quàm pluralitas vxorum. Repudium enim videtur esse contra substantiam matrimonij, quia dissoluit illud. Etiam est contra finem principalem, idest contra prolem: quia per repudium cessat procreatio prolis: & specialiter

Ad 5 rōnē in q. 176. & 178. & 179.

B educatio, si non sit perfecta quando fit repudium: pluralitas autem vxorum principaliter videtur esse contra significationem: quia tale matrimonium non significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam: cùm ille sit vnus ad vnam. Vnde repugnat matrimonio, quod est nunc: quia illud est sacramentum magnum inter Christum & Ecclesiam. ad Ephe. quinto capit. Item magis est illicitus libellus repudij, quia vxorum pluralitas fit ad prolem multiplicandam, quæ interdum quæritur solùm ad augendum cultum diuinum: sicut sancti patres quærebant prolem ex multis vxoribus ad augendum populum Dei. libellus autem repudij est solùm ad euitandum malum: ideo non est tam licitus libellus sicut vxorum pluralitas.

C Ad sextum dicendum, quòd non militat argumētum, quia illud fuit in Abraham, qui non fuit tempore legis: & ita non est dubium an occasione legis fieret licitum repudium: ipse enim fuit ante legem datam plus quàm quadringentis annis. ad Gala. tertio capitu. Sed dicendum, quòd non est dubium quin licuerit Abrahæ dimittere Agar abiiciendo eā, quia mandante Deo illud egit. Gen. vigesimo primo: ideo non solùm erat licitum, sed etiam necessarium. Sed dicendum, quòd aut argumenta ista sumuntur ad inducendum, quòd libellus repudij licitus esset in seipso, aut ad ostendendum, quod licebat Iudeis repudiare vxores, idest quòd non peccabant repudiando. Si primò modo, non sunt concedenda, quia

D non est verum, quòd libellus repudij in se bonus fuerit aliquando. Nam si bonus fuisset, non esset sub permissione: maximè quia dicitur permissus ad duritiem cordis: sed id, quod ad duritiem cordis permittitur, malum est. Si accipiantur secundò modo, concedendum est, quòd libellus repudij erat licitus postquam erat permissus, & non peccabant repudiantes vxores: & ita argumenta bene concludunt.

Quod ad duritiem cordis permittit malum est.

Et dicendum, quòd irrationabilis positio est illa, quæ tenet peccasse Iudæos repudiando vxores, cum vterentur priuilegio eis concesso. Et patet primò, quia dicit Chrysostomus: bene dicitur Moyses permisit, & non præcepit. quod enim præcipimus semper

E volumus: quod autem permittimus nolentes indulgemus: quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Permisit ergo nobis facere mala ne faceremus peiora: hoc nobis permittendo, non nobis Dei iustitiam demonstrauit, sed a peccato abstulit culpam peccandi: & tamen auferre culpam a peccato est, non esse peccatum cùm formale in peccato sit culpa: & peccatum materialiter est ipse actus: auferre ergo culpam à peccato nihil aliud est, quàm facere, quod id quod aliàs erat peccatum, iam non sit peccatum: & sequitur etiam in eadem auctoritate, scilicet vt quasi secundum legem agentibus nobis peccatum nostrum,

non

non videatur esse peccatum, ideſt ex hoc, quòd per legem permiſſum eſt repudium, quicunque repudiat vxorem agit ſecundũ legem, & ita peccatum ſuum non eſt peccatũ.i.actus ille, qui aliàs erat peccatũ, non eſt peccatum propter legem permittentem. Secundò patet, quia Deus expreſſe permiſit libellum repudij, & dedit formam de repudiando: & tamen ſi poſt permiſſionem maneret malum ipſum repudium, Deus poneret laqueum Iudæis ad peccandũ; nã ſi non permitteret expreſſe, putarent nõ eſſe malum repudium, vel dubitarent: & ita timerent repudiare, quia non haberent auctoritatem à Deo: cùm autem ipſe expreſsè permiſit, nemo eſt, qui non putaret eſſe licitum: & ita ipſe daret Iudeis occaſionem peccandi. Tertiò patet, quia hoc dato permiſſio Dei expreſſa nihil operaretur: nam ſi peccabant Iudęi repudiando vxores exiſtente lege Dei, ſi repudiarent ſine permiſſione facta, etiam peccarent, & ita nihil differret, quòd Deo permittente expreſsè, vel non permitente repudium darent: quod eſt inconueniens: quia tunc ad nihil omnino prodeſt expreſſa permiſſio ab eo facta: & tamen ipſe hihil facit fruſtra. Quartò, quia ſi peccarent Iudęi repudiãdo vxores poſt permiſſionem Dei, non eſſet magis permiſſum furari, & occidere & idola colere, quàm dare repudium: cùm in omnibus eis peccetur mortaliter: & ideo vel non dicetur permiſſus libellus repudij, vel erit permiſſum furtum, & homicidium, & idolatria: & tamen iſta non ſunt permiſſa niſi accipiendo permiſſionem pro priuatione cohibitionis. Sed quia Deus non cohibet neque impedit facientes cũ poſſit impedire: & hoc modo omnia peccata ſunt permiſſa: & ita non oportet poni expreſſam permiſsionem de aliquo: vel poni de omnibus: & tamen ponitur de libello repudij, & non de alijs: ergo oportet quòd ſpecialis modus permiſsionis fuerit, ſ. ꝙ vtentes permiſsione non peccarent.

Dicendum igitur quòd repudiare vxorem in ſe malum erat, & non licebat repudiare illam ſaltem omni tempore ſine diſpenſatione, vel permiſſione Dei. & iſtam fecit ipſe, vt auferret Iudæis occaſionem peccandi in grauioribus. ſ. in vxoricidio: & per iſtam permiſſionem fecit eſſe licitum id, quod aliàs erat illicitum: hoc enim Deus poteſt. Manifeſtum eſt enim, ꝙ magis illicitum erat occidere innocentem ſine iuriſdi tione, & cauſa, quàm repudiare vxorem: cùm ſit directè contra prima præcepta iuris naturalis, & tamen hoc licuit Abrahæ iubente Deo, cùm voluit occidere filium ſuum, & ex hoc meruit. Gene. 22. & ſi non feciſſet, peccaſſet: ſicut ille vir, cui dixit Michæas propheta in ſermone Dei, percute me: & quia noluit, percuſsit eum leo 3. Reg. 20. & tamen petebat percuti, ideſt vulnerari grauiter in capite. Sicut ergo præceptũ Dei faciebat illa licita: ita & permiſsio eius faceret licita alia, quæ minus mala erant: ſed hoc ſolus Deus poteſt. Cæteri autem non poſſunt diſpenſare directè contra ius naturale; ideo poſtquam Deus permiſit hoc conſcripta lege, nemo peccabat dimittens vxorem de Iudæis; licèt fortè peccabat in cauſa repudij, ſcilicet odiendo eam iniuſte, ex quo odio eam dimittebat: & tamen ipſum repudium licitum erat. Nam aliàs matrimonium primum maneret, & mulier ſcđo accepta nõ eſſet vxor, & filij eſſent illegitimi, & ſemper manerent in peccato mortali, & omnia turbarentur. Erat ergo licitum repudium: & non ſolùm Deus permittebat, ſed etiam interdum incitabat ad hoc: vt dicitur Malachię ſecundo: quòd non affligeret quis vxorem pubertatis ſuæ, vel adoleſcentiæ: & ſi odio haberet dimitteret illam. Cùm autem dicitur in poſitione contraria quòd per-

F miſſio non faciat licitum repudium, quia eſt iſta permiſſio per priuationem punitionis, non ſtat. Primò, quia non differret hoc à concubinatu, & meretricio. Nam lex vetus ſicut & lex humana non punit iſta: & tamen nõ ideo dicitur permiſſum meretricium in lege veteri, & dicitur permiſſus libellus repudij: ergo non eſt permiſſio per ſolam priuationem punitionis. Secundò, & efficacius, quia ſi iſto modo eſſet ſolùm permiſſum repudium, nõ ſcriberetur eius permiſſio: nam concubinatus, & meretricium nõ puniuntur in lege veteri, & ſic ſunt permiſſa per priuationem punitionis, & tamen non exprimitur de illis permiſſio aliqua neque de alijs: ſed ſolùm de libello repudij, & vſuris, & vindicta: ideo non ſunt permiſſa hęc, ideſt non

G punita. Tertiò, & adhuc efficacius, quia accipiendo permiſſionem, ideſt non puniri multa ſunt in lege ꝓhibita expreſsè, quæ dicentur permiſſa, cùm non exprimatur pœna aliqua pro illis, neque etiam infligebatur: ſicut tenere ſeruum Iudæum vltra ſeptem annos, & vendere ancillam quam dominus cognouiſſet, vel filius eius. Exo 21. & Deuteron. 21. & tamen hoc falſum eſt: quia quæ expreſsè vetantur non dicimus vllatenus permitti: ergo non eſt verum quòd ſic erat permiſſum repudium. Quartò, quia tunc dicemus duo oppoſita eodem modo eſſe permiſſa, quod eſt abſurdum: patet quia Deutero. 23. dicitur, quòd Iudæi non darent pecuniam ad vſuram Iudæis, ſed extraneis, & ita prohibitum erat illis dare ad vſuram Iudæis: erat

H autem permiſſum dare ad vſuram extraneis: & tamen dans ad vſuram Iudæis non puniebatur ſecundùm legem, cùm nulla pœna exprimatur: ergo diceretur, ꝙ vtrunque erat permiſſum, quia non puniebatur: ſed falſum eſt, quia vnum expreſsè prohibetur, & aliud expreſsè permittitur: ideo neceſſe eſt aliter accipi permiſſionem, ſcilicet vt eſt interpoſitio auctoritatis eius, qui legi præeſt ad hoc, quòd id, quod aliàs eſſet illicitum, poſſit fieri licitè. Et id quod dicitur de libello repudij, eſt dicendum de vſuris ad extraneos, & proſecutione vindictæ, quòd iſta faciendo non peccarent Iudæi, ſaltem in vſuris, & in libello.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd licèt fuerit datus propter duritiem cordis libellus repudij

I non erat illicitus: fieret quidem illicitè repudium ſi propter ſolam cordis duritiem fieret nullo alio interueniente: & tamen interueniebat diuina auctoritas, quæ reddebat licitum id, quod aliàs fieret illicitè: vnde iam non dicitur, quòd cauſa proxima repudiandi erat duritia cordis, ſed diuina permiſsio. Cauſa remota erat duritia cordis, ſcilicet quòd propter hoc Deus permiſit, quia Iudæi erant duri corde: & ita dixit hic Chriſtus, ſcilicet, ad duritiem cordis veſtri permiſit vobis Moyſes vxores dimittere, ideſt permiſſio facta eſt propter duritiem: & non dixit propter duritiam cordis dimittitis vxores veſtras: illa autem permiſſio facit opus licitum quod aliàs eſſet illicitum: ſiue fiat propter duritiem, ſiue propter quamcunque aliam

K cauſam. Et cùm dicitur, quòd ea, quæ facimus ex forti paſsione, facimus ex duritia cordis, & non excuſamur. Dicendum, quòd verum eſt, quando duritia cordis interuenit: quia illa non poteſt excuſare. Si tamen Deus permitteret per legem expreſſam ea, quæ fiunt ex forti paſsione, ſicut permiſit libellum repudij, nihil eorum quę facimus ex paſsione eſſet peccatum: & tamen nihil illorum permiſſum eſt.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ Chryſoſtomus dicit, ꝙ Moyſes permittendo libellum repudij non oſtendit iuſtitiam Dei, ideſt non oſtendit iſtud opus eſſe in ſe iuſtum, ſicut cætera, quæ à Deo mandantur ſunt in ſeipſis iuſta, & rationabilia: iſtud autem non fuit man-

datum,

A datum, sed permissum: ideò non ostenditur in eo Dei iustitia, & tamen post permissionem efficitur licitum, quod prius erat illicitum: cùm dicat ibidem Chrysostomus, ꝙ Deus à peccato abstulit culpam peccandi, idest fecit, quòd repudiando vxores non peccarent. Cùm autem dicebatur, ꝙ aut est iustum, aut iniustum repudium: concedendum est, ꝙ est iustum: non quidem quasi in se habens aliquam causam iustitiæ: sed quia per dispensationem, & permissionum factum est, ꝙ non esset contra aliquam legem, per quod efficeretur iniustum.

Quare Deus non posuit expresse quantum ad Iudæos permissionem pluralitatis vxorum.

Quæst. L.

B QVAERETVR, quare cùm Deus expresse posuerit permissionem in libello repudij: non posuit expresse quantum ad Iudæos permissionem pluralitatis vxorum: vtrumque enim eis licuit. Nam etiam licitè accipiebant multas vxores simul, vt ostensum est supra, & tamen vtrumque erat contra ius naturale, & indigebat dispensatione, aut permissione: ergo in vtroque debuit poni expressa dispensatio, vel in neutro. [In q. 32.] Dici potest vno modo, ꝙ etiam expresse posuit Deus de pluralitate vxorum quantum ad Iudæos, Deuter. 21. si habuerit homo vxores duas vnam dilectam, & aliam odiosam. & ita in vtroque est expressa permissio.

C Aliter potest dici, ꝙ posuit expresse de repudio, & non de pluralitate vxorum: quia repudium magis est contra ius naturale, quàm pluralitas vxorum: nam pluralitas vxorum est solùm contra secundaria præcepta iuris naturalis: vt ostensum est supra: libellus autem repudij est contra præcepta secunda, & interdum contra prima iuris naturalis: nam vt dictum est præcedenti quæstione, & quæst. 47. [In q. 30.] si detur libellus repudij completa educatione filiorum est, contra secunda præcepta iuris naturæ. Si autem quocunque tempore, idest non completa educatione, est contra prima præcepta iuris naturalis: sed id, quod est contra secunda præcepta, potest per opinionem hominum fieri licitum, nisi lex aliqua diuina, aut humana, aut consuetudo approbata in contrarium existat: contra prima præcepta iuris naturalis non potest licitè aliquid fieri per quamcunque hominum opinionem, aut dispensationem, sed solùm per diuinam dispensationem: ideo ad reddendum libellum repudij totaliter licitum, fuit potius necessaria dispensatio expressa, quàm circa pluralitatem vxorum. Tertiò, & præcipuè, quia expressa permissio posita fuit de libello repudij: vt dictum est supra, [In q. 47.] ad dandum formam repudiandi. Nam si repudiandæ erant vxores, oportebat teneri ad hoc certam formam, & non qualitercunque repudiare, & ista scribi debuit, & ob hoc expressum fuit de libello repudij: & fortè si sola permissio esse deberet, non exprimeretur: circa pluralitatem verò vxorum nulla erat forma necessaria: sed quòd acciperet quisque vxores suas, si vellet: ideo non fuit expressum circa hoc de permissione aliquid: quia tamen habendo plures vxores simul accideret fortè contentio, vel iniustitia in modo tradendi hæreditatem filijs diuersarum mulierum, dedit Deus legem de hoc Deutero. 21. si haberet quis duas vxores, quòd non posset filium dilectum facere primogenitum, auferendo filium odiosæ de gradu suo: circa libellum repudij multa oportebat exprimi: ideo de hoc fuit magis aperta permissio.

An vxori repudiatæ liceret accipere alterum virum, ita ꝙ non peccaret. Quæst. LI.

QVAERETVR, an vxori repudiatæ liceret accipere alterum virum: ita quòd non peccaret. Aliqui dicunt, quòd licebat: quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiantis, quàm mulieris repudiatę: cùm propter duritiem cordis permissus fuerit libellus repudij, supra in litera, & tamen vir repudians vxorem poterat accipere aliam. Deuteron. vigesimo quarto: ergo etiam vxor repudiata poterat accipere licitè alium virum. Secundò, quia dicit Augustinus circa pluralitatem vxorum, quòd quando mos erat peccatum non erat, & tamen circa repudium erat talis consuetudo in veteri testamento, quòd repudiata acciperet alium virum, vt patet Deuteron. vigesimo quarto, scilicet. Cùmque egressa virum alterum duxerit: ergo non peccabat mulier alium accipiendo. Tertiò, quia supra 5. capitulo, iustitiam noui testamenti ostendit Christus superabundantem ad iustitiam veteris testamenti, sed dicit ad iustitiam noui testamenti pertinere, quòd vxor repudiata non ducat alterum virum: ergo licebat in veteri testamento repudiatæ ducere alterum virum.

Alij dicunt, quòd repudiata peccabat accipiendo alterum virum: quia supra 5. capitulo, dicitur, qui dimissam duxerit mæchatur, & tamen mæchia nunquàm fuit licita in veteri testamento, cùm vetetur in decalogo, scilicet, noli mæchari, vel non mæchaberis: Exod. 20. & Deutero. 5. capitulo: Ergo non licebat repudiatæ accipere alterum virum. Secundò, quia Deuter. vigesimo quarto, dicitur, quòd mulier, quæ repudiata duceret alterum virum, polluta, & abominabilis facta erat coram domino, sed non iudicatur quis pollutus coram domino nisi per peccatum: ergo peccabat mulier repudiata accipiendo alterum virum.

D Dicendum, quòd determinatio huius dubij pendet ex dubio determinato supra quæstione 48. scilicet, an peccaret vir repudiando vxorem: erant ibi duæ opiniones: Quidam dicebant, ꝙ peccabat, & quòd permissio Dei solùm operabatur, quòd non puniretur repudians vxorem. Alij dicebant, quòd non peccabat repudians. Secundùm primam opinionem necesse est dici, quòd mulier repudiata peccaret accipiendo alterum virum: quia vir peccabat repudiando eam, & accipiendo aliam, quia in hoc adulterium committere videbatur, vel si non committeret adulterium eo tempore, quo licebat accipere plures vxores, saltem committebat iniustitiam repellendo vxorem suam: fœmina autem peccaret committendo adulterium, quia secundùm illam opinionem per repudium non soluitur matrimonium cùm esset illicitum, & tamen mulieri non licebat accipere plures viros: ergo cùm prior non desineret esse vir eius, non poterat alius esse vir

E suus, & ita cum quo commisceretur, committeret adulterium. Tenendo secundam opinionem dicendum, quòd non peccabat mulier accipiendo alium virum: quia licèt libellus repudij in seipso non esset licitus, tamen ex Dei dispensatione licitus efficiebatur, & ita per illum soluebatur vinculum matrimonij, & ideo iam licebat mulieri accipere alium virum. Et quia ista positio est vera, vt ostensum est supra. [In q. 48.] dicendum est indubitanter, quòd non peccabat mulier accipiendo alterum virum post repudium, quia ex permissione Dei fiebat licitus libellus repudij, & tamen per libellum repudij soluitur matrimonium quantum ad vinculum, vel essentiam suam, vt colligitur Deut. vigesimo quarto: ergo mulier non p[illegible]

ret accipiendo virum alium, quia sicut antequam virum haberet licebat sibi accipere, quē vellet: ita cùm dissolutum esset vinculum matrimonij inter eam & virum per repudium liceret ei accipere quem vellet: istam rationem ponit Apostolus ad Rom. 7. scilicet, quòd mortuo viro mulier soluta est à lege viri: ita quòd non erit adultera, si inueniatur cum alio: sed ita perfectè soluitur vinculum matrimonij per repudiū, sicut per mortem: ergo repudiatæ mulieri licebit accipere alium virum. Item patet, quia ex eadem permissione diuina, ex qua libellus repudij quantum ad virū repudiantem erat licitus, vt abijceret vnam, & acciperet aliam, fiebat licitum mulieri accipere alterum, & non solum alterum, sed quotiescunque fuerit mulier repudiata toties poterit accipere alium virum: quia dicitur Deutero. vigesimo quarto. Cùmque egressa alterum virum duxerit: & ita accipiebat secundum virum per primum repudium: sed ponitur, quòd iste posset eam repudiare si odisset illam, & consequenter tertius, & quartus: ergo licebat repudiatæ à secundò transire ad tertium, & ita deinceps. Item patet efficatius, quia si per libellum repudij non solueretur vinculum matrimonij, esset in peccato mortali tam vir, quàm mulier post repudium transeundo ad aliud matrimonium: & ideo licèt fortè Deus permitteret sic illos manere propter duritiem cordis Iudæorum, vt dicebat prima positio: tamen mortuo viro, ad quem transiuit vxor repudiata, vel ipso eam iterum repudiante, si vellet vir, qui repudiauit primò vxorem, non solùm liceret redire ad illam, sed etiam esset valde laudabile, quòd redirent ad verum matrimonium, quod adhuc non fuerat dissolutum: sed manebat ex principio, & tamen non licebat viro primo accipere iterum vxorem, quam repudiauerat Deutero. vigesimo quarto, scilicet. Cùmque egressa virum alterum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus habere eam vxorem: ergo videtur, quòd non manebat primum matrimonium, sed solutum fuerat, quia aliàs Deus impediret expresse prohibendo redire homines de peccato ad bonum, quod est absurdum: ergo dissolutum erat primum matrimonium, & consequenter cum non teneretur mulier viro in aliquo, non redibat ad eum, neque redire permittebatur. Etiam patet, quia dicitur ibi, nō poterit eam habere prior maritus: ergo videtur, quòd ille non erat iam maritus: sed aliquando fuerat, & iam esse desierat, & ita mulier licitè transibat ad alterum virum, & quandocunque repudiabatur poterat transire ad alium quemcunque: licèt essent quædam personæ, quibus non licebat accipere in vxores mulieres repudiatas, scilicet sacerdotes, & hoc non quasi ille non possent accipere viros: sed quia sacerdotes debebant habere mulieres honorabiles: ipsæ autem repudiatæ, quia abiectæ fuerant, erant inhonorabiles, ideo non accipiebant eas: sicut etiam non accipiebant viduas in vxores, neque meretrices Leui. vigesimo primo: Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem: neque eam, quæ repudiata est à marito. Et dicitur ibidem de sacerdote magno: virginem ducet vxorem. Viduam autem, & repudiatam, & sordidam atque meretricem non accipiet: & ita sacerdotes minores non accipiebant repudiatas, aut meretrices: pontifex autem non accipiebat viduam, sed solam virginem: & ita repudiatæ quantum ad se aptæ erant, vt acciperentur in vxores à quocunque, sicut cæteræ mulieres: licèt quædam personæ erant, quibus non licebat eas accipere, vt dictum est, & ita non peccabat repudiata accipiendo virum alterum. Argumenta tria prima in contrarium: prima probant non pecca-

In vet. test. sacerdotes non poterant accipere mulieres repudiatas in vxores neq; viduas neq; meretrices.

F re repudiatam accipiendo alium virum, ideo concedenda sunt. Ad duo in oppositum est respondendum.

Ad primum dicendum, quòd illud intelligitur quantum ad tempus legis nouæ: quia nunc est illicitum repudium, & ideo qui dimittit vxorem nunc, & ducit aliam, mæchatur: ita & si illa transeat ad alium mæchatur: tamen tempore legis veteris ex diuina dispensatione licitus erat libellus repudij: ideo tunc dimittens vxorem, & aliam accipiens non mœchabatur, & etiam ipsa transiens ad alium virum non mæchabatur. Secus autem est nunc: quia vterque mæchatur. Et ita intelligitur pro nunc verbum Chrysostomi, qui dicit, quòd repudians quatuor peccata committit: G primum: quia quantum ad Deum est homicida: occideret enim vxorem nisi eam dimitteret. Secundum, quia dimittit non fornicatam, in quo casu solùm lex Euangelij dimittere permittit. Tertium, quia facit eam adulteram. Quartum, quia facit adulterum eum, cui copulatur, & hoc est si repudiat vxorem non accipiendo aliam. Si autem aliam accipit committit alias duas iniquitates: vna est, quia ipse mæchatur: alia est, quia mæchari facit eam, quam accipit in vxorem: & sic sunt sex iniquitates.

Ad secundum dicendum, quòd non facit ad propositum: non enim dicitur, quòd polluta sit, id est quòd polluatur per peccatum accipiendo alium virum: nam litera permittit illi accipere alium virum cùm H repudiata est: sed dicitur, quòd non accipiat eam vir primus, quia polluta est: & tamen certum est, quòd si repudiare vxorem esset illicitum, & peccaret repudiata accipiens alterum virum, quòd non peccaret, imò iustè ageret redeundo ad primum virum, cuius adhuc maneret coniunx, & tamen dicitur, quòd non poterit illam accipere vir primus, quia polluta est: ergo non apparet ex hoc, quòd peccaret accipiendo aliquem alium virum: sed potius oppositum, cùm non liceat primo viro eam reducere ad se. Quòd autem vocatur mulier repudiata polluta dicit quædam Glossa, quòd vocatur polluta, id est abominabilis effecta, respectu illius, qui eam repudiauit, & quasi pollutam eam dimisit: sed non est simpliciter polluta. Vel, vt alij vo- I lunt, dicebātur legaliter, & non realiter, vel in anima: sicut dicebantur polluti illi, qui tangebant mortuum, vel leprosum, & ista erat irregularitas quædam legalis, & ita sacerdotibus non licebat accipere in vxores repudiatas ab alijs.

Sed dicendum, quòd prima expositio est melior. Nam si esset polluta legali pollutione, nemini liceret eam accipere: vnde si viro priori tanquam pollutam accipere non licebat, neque liceret accipere alicui alteri: quia qui erat pollutus respectu vnius, erat pollutus respectu omnium, sed dicitur polluta, id est iudicio viri prioris tanquam polluta habita: quia aliàs eam non abijceret, & ideo non debet reducere ad se eam, quam pollutam iudicauit. Dicitur abominabilis co- K ram domino, id est abominabilis viro suo coram toto populo. Nam repudiatio publicè fiebat: ita vt in notitiam omnium veniret, quæ autem publicè fiunt, dicuntur fieri coram domino: sic dicitur primo Regum 12. cùm ait, Samuel ad populum: Ecce præsto sum: loquimini de me coram domino, & coram Christo eius: id est loquimini publicè contra me coram toto populo, & coram rege. Non ergo peccabat mulier repudiata accipiendo alium virum.

An

An licebat mulieri repudiare virum, sicut licebat è contra.

Quæst. LII.

QVAERETVR, an licebat mulieri repudiare virum, sicut licebat viro illam repudiare. Dicendum, quòd aut accipitur secundùm conditionem veteris testamenti, aut secundùm leges gentium, aut secundùm statum legis Christi. Si primo modo dicendum, quòd non licebat mulieri repudiare virum: repudium enim erat contra legem naturæ, & ideo non licebat nisi ex dispensatione saltem Iudæis, vt fuit declaratum supra: dispensatio autem vel permissio fuit ea, quæ habetur Deuteron. vigesimo quarto: ideo non licebat plus, quàm ibi exprimitur: sed ibi solùm dicitur de viro, quòd si acceperit vxorem, & non placuerit in oculis eius, quòd dimittat eam, & det ei libellum repudij (In q.46.): ergo non licebat mulieri repudiare virum. Secundò, quia causa repudij non conueniebat mulieribus, quia, vt dicetur intra, causa repudij est odium, & timor de vxoricidio, quod ex odio sequitur, & sic dixit Christus in litera. Propter duritiem cordis libellus repudij datus est: & tamen in fœmina non erat periculosum odium contra virum: quia licèt odisset non timeretur occisio: quia est impotens, & viribus minor, & non est ita feruens ira eius: ideo mulieri non concessum est posse repudiare virum, & ita in veteri testamento viro licebat repudiare mulierem totaliter soluendo vinculum matrimonij, mulieri autem non licebat repudiare virum recedendo ab eo, & accipiendo alium: neque etiam recedere ab eo subtrahendo debitum carnale, & obsequia cohabitationis non accipiendo alium virum, quia nihil tale expressum erat. Et satis conueniens erat, quòd liceret viro repudiare vxorem, & non è contrario: quia etiam alia licebant viro in matrimonio, quæ non licebant fœminæ: sicut pluralitas vxorum ad eundem virum fuit licita tam Iudæis, quàm Gentilibus (In q.32. & 33.), vt ostensum est supra, pluralitas, tamen virorum ad eandem vxorem nunquam licuit (In q.36.), neque fuit apud aliquam gentem in consuetudine, vt ostensum est supra. Tertiò, & principaliter, quia mulieres sunt multum mutabiles, & cùm sint subditæ viris, & corrigantur ab eis, pro facili causa, & sæpissime irascuntur, & ita quotidie darent libellum repudij: & ista esset quædam confusio intolerabilis, quam lex non debuit permittere: viri autem constantiores sunt, & tenacioris propositi: & qui magis attendunt ad honorem suum, & quibus non offertur ita faciliter causa repudiandi, cùm vxor sit viro subdita, & ita non sequeretur tantum inconueniens permittendo viro repudiare vxorem: vnde hoc permisit lex, & non illud. Quartò, quia permittendo vxori repudiare virum sequeretur inconueniens, quod intendebat euitare lex permittendo repudium: quia causa repudij est, ne viri indignati contra vxores, quas inuiti tenere cogerentur occiderent eas, & tamen si viri repudiarentur ab vxoribus, magis indignarentur contra eas: quia per repudium contemnitur repudiata: sicut dicitur Deuteron. vigesimo quarto, quòd mulier repudiata polluta, & abominabilis facta est coram domino. Si ergo repudiaretur vir à fœmina, quæ est naturaliter minoris dignitatis, esset adhuc maior confusio, & verecundia, & ita viri non potentes tantam verecundiam tolerare, occiderent illas: & tamen ista erat causa, vt permitteretur repudium viris contra vxores: ergo non debuit permitti vxoribus, quòd repudiarent viros. Quintò, quia ista lex videretur ignominiosa viris, & ideo nollent eam tolerare, & tamen Deus hoc prin-

A cipaliter intendebat, quòd leges datę ab eo tales essent quas tolerare vellent Iudæi. Vnde ostendit eis mandata facilia esse ad obseruandum: Deutero. trigesimo capitulo: ergo non debuit concedere mulieribus repudiare viros. Si autem autem accipiatur secundùm ritum noui testamenti.

Dicendum, quòd aut loquimur propriè de repudio, aut de diuortio. Si de repudio, dicendum, quòd neque licet viris repudiare vxores, neque vxoribus viros: quia hoc Christus vetuit hic, & supra quinto capitulo: dicens, quòd męchatur, qui dimittit vxorem, & accipit aliam: & qui accipit dimissam etiam mechatur. Si loquamur de diuortio dicendum, quòd existente fornicatione, quæ sola ponitur causa diuortij, B licet viro diuertere ab vxore, & vxori etiam à viro: quia in hoc æquales sunt, licèt hoc non agunt auctoritate propria, sed Ecclesiæ: licèt Christus de solo viro dixerit, quòd propter fornicationem dimittere liceret ei vxorem: Ecclesia tamen iudicat eos ad æqualia: ideo tam viro, quàm fœminæ concedit diuortium facere, ostensa fornicatione alterius coniugis. Si autem accipiatur apud Gentiles.

Dicendum, quòd tam repudium, quàm diuortium competebat eis, & fit differentia secundùm leges humanas inter hæc, quia repudium vocant separationem sponsalium. Diuortium verò separationem matrimonij, & non erat apud Gentiles separatio quantum ad thorum, & mutua obsequia manente vinculo C matrimonij, sicut fit inter nos, quia cogerentur tunc ambo coniuges caste viuere, quod nunquam erat inter Gentiles: sed quandocunque fiebat inter eos separatio, fiebat quantum ad vinculum, & licebat post diuortium, vel repudium transire ad alterum matrimonium, & licebat viro repudiare vxorem, & vxori licebat repudiare virum, & generaliter mulieribus licebat viros repudiare, si erant liberæ. Si autem patronus acciperet libertam suam in vxorem, non poterat liberta repudiare patronum nisi ex causa fidei commissi manumissa esset: vt patet ff. de diuor. & repud. l. patrono, & per totum titulum ibi conceditur vxori repudiare virum. Etiam Cod. de repudijs per totum titulum conceditur mulieri, sicut & viro ius repudian- D di, & tamen assignantur certæ causæ ad repudiandum.

An viro repudianti vxorem liceret eam rursus accipere.

Quæst. LIII.

QVAERETVR, an viro repudianti vxorem liceret eam rursus accipere. Aliqui dicunt, quod sic, quia cuilibet licet corrigere, quod male fecit: vir tamen repudiando vxorem, malum faciebat, saltem quantum ad causam faciendi, quia ex odio faciebat: ideo licitum erat ei reducere ad se repu- E diatam. Secundò, quia melius est non repudiare vxorem, quàm repudiare, cùm non repudiare sit de iure naturali, repudiare autem erat de permissione, quæ ad duritiem cordis facta erat, vt dixit Christus supra in litera: melius tamen est non vti permissione, quàm vti: sed cùm repudians reducit ad se vxorem repudiatam, habetur ac si non repudiasset reintegrato matrimonio in priorem statum: ergo melius est reducere repudiatam, quàm non reducere, & consequenter licebat hoc fieri. Tertiò, quia semper fuit licitum parcere peccanti: est enim præceptum morale, quod semper manet, & tamen quando vir repudiabat vxorem, ideo fa-

ciebat quasi illa aliquid contra eum ageret, vel haberet: cùm autem reducit eam ad se, est parcere peccanti: ideo semper licuit reducere repudiatam.

Quartò, quia Deuter. 24. videtur poni causa quare vir non possit accipere vxorem repudiatam, scilicet, quia polluta est, & abominabilis: sed non videtur pollui repudiata antequam transeat ad alterum virum: ergo saltem antequam transiret ad alium licebat viro reuocare ad se repudiatam: quia non erat tunc polluta.

Dicendum, quòd postquam vir repudiaret vxorem, non licebat ei reuocare illam ad se: quia dicitur Deute. 24. Cùmque egressa alterum virum duxerit, aut ille quoque oderit eam, aut certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus eam habere, quia polluta est. Et considerandum, quòd circa repudium duo erant permissa, & duo præcepta. Primum permissum erat abijcere vxorem: secundum erat accipere aliam, & quòd illa alium virum acciperet. Primum mandatum erat libellum dare: quia non poterat repudians abijcere eam nisi daret libellum repudij in manu eius. Secundum erat, quia vir repudians non haberet eam postea: & quia contingebat à multis repudiari, de quolibet erat sic. quòd non poterat eam ad se reducere post repudium, quia eadem ratio erat de omnibus viris repudiantibus eam: & tamen non apparet an nullo modo posset repudians eam ad se reducere: quia litera exprimit duos modos solùm. Ideo videtur dicendum, quòd si mulier repudiata non acciperet virum alium, & repudians etiam pœniteret antequam acciperet aliam vxorem, quia erat quasi res integra, poterat reducere vxorem ad se. Vel dato, quòd vir duxerit aliam vxorem: si vxor repudiata non acceperit alium virum posset eam recipere. Si autem illa transisset ad alium virum, siue ille eam repudiaret, & ita maneret soluta, vel fortè moreretur, non poterat iam accipere eam primus vir: quia lex repugnat in his casibus, scilicet, cumque egressa alterum virum duxerit, & ille quoque oderit eam, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus habere eam vxorem. Alij autem volunt, quòd nullo modo licebat reducere repudiatam:

In quo casu vir vxorem repudiatá reassumere poterat in vet. testa.

etiam si neuter transisset ad alia vota. Sed isti non videntur loqui rationabiliter, cùm lex determinauerit solùm istos casus duos in quibus non posset reducere repudiatam. Nam si vellet nunquam posse repudiatam reduci ad virum repudiantem, diceretur: cumque egressa fuerit non poterit maritus, vel repudians iam habere in vxorem, sed non dicit hoc. Ideo videtur dicendum, quòd repudiata mulier, aut transibat ad alium, aut non: si transibat ad alium, non poterat reuocare eam prior maritus: etiam si repudians, & repudiata consentirent: quia cùm per repudium solutum fuisset matrimonium, & potuerit mulier alium virum accipere, fuit causatum matrimonium cum secundo, & ita illo viuente, & non repudiante non poterat ipsa transire ad alterum neque redire ad priorem: quia esset adultera dimittendo virum proprium, & transeundo ad alienum: & quia iste casus manifestus erat, nihil de eo locuta est lex: certum quippe erat, quòd vxor vnius non poterat transire ad alterum. Si autem mulier transiuit ad alium, qui etiam repudiauit eam, vel est mortuus: erat dubium an posset redire ad priorem, qui eam repudiauerat: eo quòd tunc soluta erat, ita quòd non impediretur ad eum, vel ad alium ire matrimonialiter, & in hoc casu voluit lex, quòd non posset eam recipere: & ideo, etiam si ambo consentirent, non poterat redire mulier ad alium virum. Et hunc casum expressit litera, vt dictum est. Si autem nondum transierat mulier repudiata ad alium virum, aut ipsa consentiebat redire ad eum, aut non. Si non con-

F sentiebat, non poterat eam vir reducere: etiam si ipse non accepisset aliam: quia matrimonium iam solutum fuerat per repudium: ideo non poterat eam habere nisi per nouum contractum matrimonij: sed in tali contractu requiritur ꝯsensus: ideo nō poterat eam reducere, nisi ea de nouo consentiret in eum. Si autem ipsa consentiebat redire ad eum, non videtur quare non posset, quia poterat illa contrahere cum quocunque non prohibito contrahere, & tamen non erat prohibitum expresè repudianti in hoc casu reducere ad se vxorem: ideo videtur, ꝙ poterat.

Ad primum dicendum, quòd licitum est corrigere cuilibet malum, quod fecit: quando illa correctio non redundat in præiudicium alicuius, sicut si quis in-
G cautè donauit res suas, non licet ei corrigere donationem malè factam: cùm quæsitum fuerit iam ius ei, cui res donata est. Etiam iudex, si malè pronunciauit, & constet ei postea, quòd malè pronunciauerit, non potest quando voluerit emendare errorem suum reuocando sententiam suam. Et maximè non licet alicui emendare factum suum, quando emendatio redundat in maius malum. Et ita erat in reuocatione vxoris repudiatæ: quia potius erat bonum non permittere reuocationem repudiatarum, quàm permittere: quia euitabatur per hoc occasio repudiandi, vt dicetur sequenti quæst.

Ad secundum dicendum, quòd licèt melius sit non repudiare, quàm repudiare, tamen non est me-
H lius reducere repudiatam, quàm non reducere: imò melius erat non reducere, quia concessa reductione repudiatarum, sequebantur mala, propter quæ euitanda concessum fuerat repudium, & non concedendo reductionem non sequebatur inconueniens.

Ad tertium dicendum vno modo, quòd semper licitum fuit parcere peccanti quantum ad rancorem, non tamen quantum ad pœnam taxatam à lege, vt à Deo: quia non possunt iudices tollere hanc pœnam quando a Deo taxata est, sicut in pœnis positis in lege Moysi, quæ a Deo taxatæ erant, & non solùm quantum ad iudices, qui sunt executores, & ministri legum: sed etiam quantum ad personas priuatas: sicut in quibusdam criminibus, vt in idolatria peccabat ille,
I qui occultabat peccantem, sed tenebatur eum prodere, etiam si esset filius, aut vxor, vel frater, aut soror. Deuteron. 13. & 17. Et quia Deus taxauerat hic pœnam, vel dederat certam determinationem, scilicet, ꝙ non reduceret repudians ad se repudiatam, ergo nō licebat reducere.

Aliter potest dici, quòd non erat hoc propriè parcere delinquenti, quia in repudio maior erat iniquitas repudiantis, quàm mulieris repudiatæ, & ita non erat parcere: sed velle vti iure priori. Et iustum erat, quòd priuaretur vir iure priori, qui fuerat in culpa repudiando vxorem, & ita non haberet ad eam recursum.

Ad quartum dicendum, quòd etiam si mulier non
K transisset ad alium virum, non licebat repudianti reducere eam ad se quasi iure suo: quia per diuortium, idest repudium solutum fuit matrimonium, & ita nullum ius manebat alteri in alterum ad hoc, quòd posset vir reuocare mulierem: sed oportebat, quòd de nouo contraherent si deberent iterum esse coniuges, & tamen hoc non fit sine nouo consensu: ideo non poterat eam ad se reducere nisi ipsa expressè consentiret in eum.

Quare

Quare non poterat vir reducere ad se vxorem repudiatam.
Quæst. LIIII.

QVAERETVR, quare non poterat vir reducere ad se vxorem repudiatam. Dicendum, quod primò fuit ad tollendum facilem occasionem repudij. Si enim repudianti liceret reducere ad se repudiatam, moueretur ex facili causa ad repudiandum, cùm esset ad eam recursus: si autem scirent viri interdictam esse eis potestatem reuocandi vxores repudiatas: scientes, quod fortè postea pœniteret eos abiecisse illas, & non esse amplius recursum, & ita torquerentur præ desiderio prioris conuersationis: non mouerentur faciliter ad repudiandum. Deus autem hoc volebat, quia cùm repudium malum esset, volebat dissuadere illud Iudæis quantum posset, & iste erat vnus modus dissuadendi. Secundò, & principaliter fuit propter timorem periculi: nam vir repudiauit vxorem, qui oderat eam: si autem reduceret eam, posset iterum concitari ad odium contra ipsam, & quia non esset licita secunda repudiatio moueretur ad occidendum eam: & quia hoc erat propter quod concessum erat repudium, non debuit concedi reuocatio ne sequeretur inconueniens, quod lex intenderat euitare per repudium: & ista causa exprimitur Deutero. 24. scilicet, Non poterit prior maritus habere eam: quia polluta, & abominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terram tuam: idest mulier reputata fuit à viro vt polluta, & abominabilis: & ita peccaret fortè concitatus in odium occidendo eam, hoc est ne peccare facias terram tuam, idest viros terræ tuæ, scilicet, quia si prior vir reduceret eam ad se: cùm iam abominatus esset illam, posset eam ex magno odio faciliter occidere: in quo committeretur magnum peccatum, & pollueretur terra sanguine innocente, quod valde displicet Deo. Numeri trigesimo quinto, & Deutero. decimo nono. Tertiò, quia iustum erat, quod vir propter culpam priuaretur iure communi, qui per culpam priuauerat se, & vxorem suam iure particulari: habebat enim vir potestatem in corpus mulieris, & mulier in corpus viri. 1. Corin. 7. & vir repudiando vxorem priuauit se potestate petendi debitum, & illam etiam priuauit hac potestate, & in hoc fuit in culpa: ideo aufertur ei in pœnam ius, quod omnibus alijs competit. Nam cum muliere soluta licet cuilibet contrahere, nisi sit in gradu prohibito, & ideo cùm repudiata sit soluta, & repudians non sit ad eam in gradu cognationis vetito, liceret ei, sicut & cæteris de populo contrahere cum illa: quia tamen ipse fuit in culpa repudiando, lex priuat eum hoc iure, quod cæteris competit, & eis competeret. Et iustum est hoc, quia aut vir repudiauit vxorem propter causam omnino iniustam, aut sine tali causa: si sine tali causa, ex hoc fuit in magna culpa, & meretur priuari iure reuocandi eam. Si autem fuit causa iusta, non deberet eam reuocare, vel si fortè etiam causa iusta repudiandi fuit: animus tamen viri recordatus præteritæ conuersationis flectitur ad amorem repudiatæ, in culpa est, quia debuit præcogitare an ipse flexibilis esset, & non ageret id, de quo pœniteret: & ita omnino est iustum, quòd non redeat ad repudiatam nisi in casu, in quo ipsa nondum transierat ad alium, & consentit ipsa redire ad eum, quia tunc non est inconueniens, vt dictum est præcedenti quæstione, cùm non sit contra literam. Siquis tamen velit tenere, quod etiam in hoc casu non poterat redire vxor ad repudiantem, ita quod in nullo casu rediret, non est inconueniens, neque resistimus: satis enim potest rationabiliter illud dici, cum videantur omnes tres causæ præcedentes manere, scilicet facili-

A tas repudiandi, & timor de vxoricidio, & iusta causa priuandi hoc iure, qui vxorem indebitè repudiauerat: & ideo vtrumque teneri potest satis rationabiliter.

An liceret ex omni causa repudiare, vel ex aliquibus determinatis, & quæ essent illæ.
Quæst. LV.

QVAERETVR de causis repudij, an liceret ex omni causa repudiare, vel ex aliquibus determinatis, & quæ essent illæ. Aliqui dicunt, quod odium esset causa repudij, quia dicitur Mala. 3. capitu. Si odio habueris dimitte eam, quod est repudiare. Secundò,
B quia Deutero. 24. dicitur: Si non inuenerit gratiam in oculis eius, & hoc erat odisse illam, ergo erat odium causa repudij. Tertiò, quia ex duritia cordis processit permisso, vt dicitur supra in litera, & tamen duritia cordis est odium, ergo odium erat causa repudij.

Aliqui dicunt, quòd non erat causa odium, sed aliquid aliud: nam per repudium soluitur matrimonium, & quia quodlibet soluitur ab eo, quod est sibi contrarium, erit dissolutio matrimonij per illa, quæ repugnant ei, & tamen fornicatio, & sterilitas, & similia magis repugnant matrimonio, quàm odium: ideo ista potius debent poni causa, quàm odium. Secundo, quia odium potest causari ex virtute eius, quem odio habemus: si ergo odium esset causa suffi-
C ciens repudiandi posset mulier repudiari propter aliquam virtutem, vel excellentiam virtutum: hoc autem est absurdum, ergo non est odium causa repudij. Tertiò, quia Deuteron. vigesimo secundo, dicitur de illo, qui oderat vxorem suam, & obiecit ei nomen pessimum, dicens: non inueni eam virginem, & succubuerit, quia verberabitur, & condemnabitur in centum siclis, & non poterit dimittere vxorem toto tempore vitæ suæ, & tamen iste oderat vxorem, & ex odio istud faciebat: ergo apparet, quòd odium non erat causa sufficiens repudij. Et apparet dupliciter, quia si esset causa sufficiens repudiandi, non oporteret, quod ad hoc, quod eam abijceret opponeret ei nomen pessimum, scilicet non inueni eam virgi-
D nem: sed poterat dimittere, si oderat. Secundò, quia postquam condemnabatur in centum siclis, & flagellabatur propter vxorem, certum est, quòd oderat eam, & tamen non licebat ei dimittere illam per totam vitam, ergo non erat odium causa sufficiens repudij.

Odiũ sufficiens repudij causa nõ esse.

Dicendum, quòd circa hoc est opinio quorundam, quod propter solam fornicationem dabatur libellus repudij, quia ita Christus asseruit respondens Iudæis, quando quæsierunt an ex quacunque causa liceret dimittere vxorem, & ille dixit, quòd propter solam fornicationem licebat dimittere. Item istam opinionem videntur tenere quidam Iudæorum. Abben Ezra, qui fuit peritus, & ingeniosus inter
E eos, voluit, quod propter solam fornicationem præsumptam posset vir repudiare vxorem: vt si fortè vir præsumit, quod vxor sua fornicata est, vel quia fortè vidit, & testibus probari non potest adulterium, repudiabit eam.

Sed dicendum, quòd non stat: quia necesse est poni multas causas repudij, vel omnem causam esse sufficientem. Et quando Christus dixit, quòd non licebat nisi propter solam fornicationem. Dicendum, quòd non facit ad propositum. Primo, quia Christus statuit ibi ius nouum, & non asseruit quid esset de iure antiquo, & ideo verum est, quod iam non liceret dimittere vxorem nisi propter fornicationem, &

Probatio pulchra huius contra hæresi fratrilē, q̄ asserit, ꝙ ecclesia sic faciendo male statuit. vide et infra, q. 64. litera c, & q. 75.

tamen in veteri testamento licebat ex multis causis. Secundò patet, quia si intelligeretur, ꝙ Christus hoc dicens declarabat quid seruandum fuisset in veteri testamento, oporteret sic seruari, vt ipse dixit. & tamen quando ipse dixit, ꝙ non licebat dimittere nisi propter fornicationem: nō intellexit de dimissione quantum ad vinculum, ꝙ soluatur matrimonium, & liceat transire ad alia vota, sed solùm de dimissione quantum ad thorum, & cohabitationem. Quod patet primò, ꝙ aliàs liceret repudiatæ transire ad alium virum, & repudianti accipere aliam vxorem, & tamen ipse dixit, ꝙ vir dimittens vxorem, & accipiens aliam mechatur, & qui accipit dimissam mechatur, vt patet supra 5. capitu. & supra in litera: ergo non intelligitur de dissolutione vinculi matrimonialis. Secundò, quia si sic intelligeretur, obseruaret illud sic Ecclesia, quæ tenet mandata Christi ad literam, & in verò intellectu eorū, & tamen Ecclesia pro nulla causa concedit dissolui matrimonium, quod semel fuit verum, etiam si postea interueniat adulterium. Et colligitur hoc 1. Corin. 7. scilicet, ꝙ vir, qui vxorem abiecerit reconciliet eam, vel maneat innuptus: ergo non intelligitur dictū Christi, ꝙ ex causa fornicationis liceret dissolui matrimonium, & tamen certum est, ꝙ quando repudiabatur vxor, soluebatur totaliter vinculum matrimonij, cùm permitteret Deus viro accipere aliam, & repudiatæ transire ad alium virum: Deutero. 24 cap. ergo non intelligitur dictum Christi de repudio eo modo, quo accipiebatur in veteri testamento, & consequenter neque causa ab eo expressa erat sola causa repudij illius quod fiebat in veteri testamento: sed sicut Christus nouum ius statuit, & de re nouat. scilicet de diuortio, quod non est repudium: ita posuit nouam causam illius diuortij, quæ non erat sola in repudio veteris testamenti. Tertiò patet, quia non obseruabatur sic apud Iudæos tempore Christi, neque sic obseruatum fuerat aliquando: nam quando Christus dixit, ꝙ non licebat dimittere vxorem nisi propter fornicationem, dixerunt discipuli: si ita est causa hominis cum vxore sua, non expedit homini nubere: & tamen si ante hoc fuisset ista lex ita obseruata inter Iudæos, sicut Christus dicebat, non putarent discipuli esse rem grauem: ideo videtur, ꝙ non seruabatur sic, ꝙ pro sola fornicatione repudiaretur vxor. Ad dictum Rabbi Auen Ezra dicendum, ꝙ non stat: nam si propter solam fornicationem veram, vel præsumptam fiebat repudium, non oportebat, ꝙ fieret repudium, quia erant alia remedia sufficientia: nam aut fornicatio erat talis, quam poterat vir probare, aut non. Si posset probare, accusaret vxorem, & lapidaretur. Leuit. 20. & etiam si fornicatio fuisset ante contractum matrimonij, occideretur mulier. Deutero. 22. Si autem esset occulta, quam non posset vir probare, vt quia testes desunt, vel fortè nescit, sed suspicatur, erat remedium de aquis probationis, quæ vocantur maledictæ, quas si biberet mulier, quę fornicata fuerat, rumpebatur femur eius. Num. 5. & ita propter fornicationem veram, vel presumptam, apertam, vel occultam non erat necesse dari libellum repudij. Secundò patet, quia si repudium fieret pro sola fornicatione vera, vel præsumpta: quandocunque aliqua mulier repudiaretur, iam sciretur, ꝙ propter fornicationem repudiabatur, & ita vel constaret de fornicatione, vel saltem esset mulier infamata de fornicatione. Vnde nemo vellet accipere in vxorem eam, quæ erat repudiata, & tamen accipiebātur repudiatæ a multis: ergo non erat ista sola causa repudiandi. Ideo dicendum, ꝙ vel ex quacunque causa voluntaria poterat repudium, vel non fiebat ex sola causa præsumptæ fornicationis. Et patet hoc, quia si repu-

F dium fieret propter præsumptam fornicationem, aut exprimeretur in repudio causa ista, aut non. Si exprimeretur, oportebat ꝙ vir probaret eam, & si succumberet in probatione, puniretur quia infamauit vxorē, vt separaret a se, & talis non poterat repudiare, sed si de facto repudiaret cogebatur reducere vxorem ad se, & insuper puniretur, sicut patet Deuter. 22 de illo, qui opposuit vxori suæ nomen pessimum dicens, non inueni eam virginem: nam verberabatur, & condemnabatur in pecunijs, & non poterat in tota vita sua repudiare vxorem. Si autem non exprimeretur fornicatio, sed tacitè subintelligeretur, & repudiaretur vxor, posset vir ex quacunque causa repudiare, cùm tacita causa repudij, non posset sciri an propter fornica-
G tionem, vel propter alias causas repudiaretur vxor. Quòd autem dictum est de expressa fornicatione, ꝙ oportebat eam probari: verum est si opponatur mulieri tanquam certa, & ad finem puniendi eam per legem: secus si ad finem quietandi animum suum, quando fornicatio non opponebatur, vt certa: sed quia suspecta erat mulier viro de fornicatione, & volebat cogere eam ad subeundum purgationem aquarum maledictarum, non erat sola fornicatio vera, vel præsumpta causa repudij. Aliqui Thalmudistæ dicunt, quòd non licebat ex omni causa repudiare, sed solùm propter fęditatem aliquam, & dicunt, ꝙ aut illa fęditas, vel causa venit ante matrimonium, vel post: si ante matrimonium, vel erat occulta, vel apparens: si occulta, di-
H cunt ꝙ poterat mulier repudiari: quia fuit fraus in contractu matrimonij, cùm non potuerit patere vitium vxoris, quod illa callidè abscondit, sicut qui vendunt iumenta morbosa suppressis vitijs eorum: si autem erat fęditas apparens, non poterat eam repudiare: sibi enim imputet, quia talis sibi ante placuit. Si autem post contractum matrimonium veniebat fęditas: dicunt ꝙ nunquam fiebat repudium, nisi propter fornicationem. Sed dicendum, ꝙ ista positio non stat. Primò, quia Iudæi erant duri corde, & poterant incidere in magna odia contra vxores pro alijs causis accidentibus post matrimonium præter fornicationem. Etiam pro causis existentibus ante matrimonium, quæ apertę erant: vt si mulier erat diues, vel pulchra,
I & haberet aliquam feditatem cognitam, vt si esset diues, & tamen turpis facie, aut ægra, vel ægrotatiua, aut si erat decora, & tamen manifestè erat prauorum morum, & concubina, & pulchritudinis, aut diuitiarum copia faceret non attendere, vel non curare alias fęditates, deinde consumato matrimonio incurreret vir in tam graue odium vxoris, ꝙ si non separarentur occideret vir eam, videtur ꝙ tunc separarentur, & ita non est vera distinctio data. Et patet de hoc Deuter. 21. vbi dicitur de illo, qui in medio captiuorum inuenit mulierem pulchram, quam non poterat carnaliter cognoscere nisi duceret in vxorem: & dicitur, quòd si postea nō placeret ei de ea, quòd non venderet illam, sed dimitteret liberam. Secundò patet, quia ista di-
K stinctio causarum data a Iudæis, & similes videntur procedere de quadam æquitate, & iure, & tamen in concedendo repudium non consideratur ius, sed duritia cordis: non enim concessum fuit repudium quasi bonum esset, quod est esse de iure, vel æquitate: sed permissum est propter duritiem cordis Iudæorum, scilicet ad duritiem cordis eorum, vt dicitur in litera, & tamen duritia cordis ex multis aliis causis nasci poterat, quàm ex dictis, quæ interdum ante matrimonium, & interdum post matrimonium euenirent: ideo non solùm ex istis, sed etiam ex alijs dabatur repudium.

Dicendum igitur, ꝙ causa immediata repudiandi

erat vna, idest causa quare Deus permisit repudium, & est timor de vxoricidio, & hoc Christus innuit, cùm dicit, ad duritiem cordis libellus repudii datus est: non quidem ꝙ ipsi dabant libellum repudii ex duritia cordis: sed ꝙ Deus permisit illum dari propter duritiem cordis, s. quia cùm essent duri corde, si nõ permitterentur abiicere vxores, quas odissent, occiderent eas. Causa autem ꝓximior homicidij erat odium, ex quo moueretur vir ad occidendum vxorem, & ideo odiũ est sola causa repudiandi. Et ita innuitur Mala. 2. Custodite spiritum vestrum, vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere: cùm odio habueris, dimitte. Et ita dat regulam, ꝙ pro quocunque odio eam abijciat, scilicet si est odium perseuerans, ita ꝙ manente vxore necesse sit despicere illam, aut affligere. Nam si odium leue est, & transiens, non oportet dimittere, sed melius est frænare animum cohibendo iram. Etiam apparet Deut. 24. vbi ponitur origo repudij, scilicet: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius: sed non inuenire gratiam est odisse mulierem: quia necesse est, ꝙ vir diligat vxorem suam, aut oderit, cùm habeat ad eam tantam conuersationem: si diligit inuenit gratiam, si ergo non inuenit gratiam, odit eam, & ita vbique ponitur odium pro causa repudij, & est ista causa immediata: odium tamẽ oritur ex alia causa semper. Et ideo circa hoc rursus quidam dicunt esse certas causas, ex quibus odium insurgeret ad repudiandum, & non ex omnibus. Et dicunt aliqui, ꝙ repudium non poterat fieri nisi propter causam aliquam superuenientem matrimonio, & non propter quamlibet talem: sed solùm propter illas, quæ impediunt bonum prolis: siue in corpore, vt sterilitas, aut lepra, vel similia: siue in anima, vt si esset malorum morum, quos filij inde nati imitarentur. Sed dicendum, ꝙ non sunt istæ causæ solæ: nam si causæ stantes ante matrimonium contractum sufficiebant ad occidendum vxorem, a fortiori sufficerent ad repudiandum, & tamen fornicatio commissa ante desponsationem, si obijceretur post desponsationem faciebat lapidari mulierem Deuter. 22. c. A fortiori ergo sufficeret ad repudiandum. Etiam quia cùm causa immediata repudij sit odium, vt dictum est, & ex multis alijs causis posset odiũ nasci: necesse est, ꝙ aliæ sint causæ remotæ repudij, & omnes istas intellexit Deus per fœditatem cùm ait, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem. Et illam fœditatem volunt aliqui esse solam fornicationem. Sed hoc non stat, vt supra ostensum est. Etiam patet manifestè ex ipsa litera. Nam si sola fornicatio vera, vel præsumpta esset causa repudij, esset vna causa remota, & tamen non stat, quia dicitur propter aliquam fœditatem: ergo videtur, ꝙ ista fœditas nõ sit aliquid vnum determinatum: quia tunc diceretur, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter fœditatem. Dixit tamen propter aliquam fœditatem: ergo videtur, ꝙ non sit aliqua vna res determinata illa, ꝓpter quam fiebat repudium, & ita non erat propter solam fornicationẽ; & ista est probatio necessaria. Est ergo dicendum, ꝙ non erat fornicatio sola causa repudij, sed multæ causæ. Quod etiam sancti doctores tenent: sic dicit August. & est Glo. Deuter. 24. Multæ erant in lege causæ dimittendi vxores: Christus solam fornicationem excepit: cæteras molestias iubet pro fide, & castitate coniugij sustineri. Et dicendum, quòd istæ causæ, non erant determinatæ: sed omnes quotquot possent mouere Iudæos ad odium vxorum. Et hoc apparet esse necessarium: nam si determinatæ dentur causæ, contingeret ex aliquibus alijs causari odium virorum cõtra mulieres, & tunc s. non liceret repudiare ex illis causis, cresceret odium, ita vt viri occiderent mulieres

Quæ fuit imediata causa repudij.

Causæ quibus Hebrei vxores repudiabant non erant determinatæ.

A propter duritiem cordis eorum, & tamen ad euitandum istud periculum, quod prouenit ex duritia cordis permissum est repudium: ergo omnes causæ ex quibus possunt talia odia prouenire, erant causæ repudij: sed istæ causæ non possunt esse determinatæ, cùm infinitis modis homo possit concipere odium contra vxorem, ideo non poterant esse determinatæ, sed quæcunque. Et ita est verum, quòd licebat dare repudiũ ex quacunque causa, sicut quæsiuerunt Pharisæi: quia negata aliqua quantumcunque esse leuis, posset inde tantum odium concipi in Iudæis, qui erant duri corde, quòd vxores occiderent: ideo ex quacunque causa quantumcunque voluntaria licebat dari bellum repudij, idest, quòd verè dirimebatur matrimonium, & li-

B cebat transiri ad aliud matrimonium: licèt illi, qui ex leuibus, & irrationabilibus causis repudiabant vxores peccabant, non quidem in ipso repudio, quia verè tenebat, sed in motiuo repudij. Et hoc consonat dictis Hieronymi, scilicet: Moyses cùm videret propter desiderium coniugum secundarum, quæ vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores essent, primas vxores interfici, & malam vitam ducere: maluit indulgere dissidiũ, quàm odia, & homicidia perseuerare: & tamen nulla causa leuior, aut irrationabilior esse poterat, quàm velle dimittere vxorem primam ad habendum aliam iuniorem, aut ditiorem, vel pulchriorem. Et propter talem causam dixit Hieronymus permitti repudium, vt non sequantur odia, & homicidia: ergo nulla causa

C quantumcunque leuis esse poterit, ex qua sequi possit odium viri ad vxorem, quæ non sit causa repudij, & ita ex omni causa licet dari libellum repudij. Ista vera sunt de repudio secundùm cõsuetudinem legis Moysi, secus secundùm leges humanas: nam certæ causæ erant ad hoc, quòd vir repudiaret vxorem, vel vxor virum. Et ponuntur C. de repudijs, l. consensu, & dicitur de viro, neque licebit ei, idest viro sine causis apertius designatis, ꝓpriam repudiare iugalem: neque vllo modo expellat nisi adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum violatricẽ, vel dissolutricem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum viro suo ignorante, vel nolente conuiuia ap-

D petentem, aut ipso inuito sine iusta, & probabili causa foris pernoctantem, theatralibus, vel arenarum spectaculis in ipsis locis, in quibus hæc assolent celebrari viro prohibente gaudentem, sibi veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem: aliquid machinantibus se consciam seu falsitatis seu criminum interimiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit ingerentem: tunc necessariam ei permittimus facultatem discedendi, & causas dissidij legibus comprobare, idest in iudicio. Si autem mulier velit repudiare virum, ponuntur causæ in eadem, l. scilicet. Si qua igitur maritum suum adulterum, vel homicidã, vel veneficum, vel contra nostrum imperium molientem, vel falsitatis crimine condemnatum inuene-

E rit: si sepulchrorum dissolutorem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, latronem, vel latronum susceptorem: abactorem, idest abigeum, siue furem pecorum, aut plagiarium, vel ad contemptum sui domus, ne ipsam inspicientem cum impudicis mulieribus (quod maximè castas exasperat) coeuntem: si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut simili modo insidiantem: si eam verberibus, quæ ab ingenuis aliena sunt afficientem probauerit: tunc repudij auxilio vti necessariam ei permittimus libertatem, & causas dissidij legibus comprobare, idest iudicialiter: Et ita laxiora frena repudij erant inter Iudæos, quàm postea fuerunt in legibus gentium: Et ratio differentiæ est; quia repudium in legibus gentium concessum quasi ex quadam

Causæ quibus vxor ꝑt maritũ repudiare.

æquitate procedere videbatur, & ideo solæ causæ, quæ erant aliqualiter rationabiles assignabantur: Iudæis verò ad duritiem cordis datus est libellus repudij ne odio afficerent, aut contemnerent vxores: ideo omnes causæ, quæ ad odium mouere poterāt erant eis necessariæ, & sufficientes causæ repudij: sed in hoc legibus gentium erat fauor mulieribus, quia ex eisdem causis poterant repudiare viros, ex quibus viri eas, & ita ad paria indicabantur: quod inter Iudæos nō fuit, quia vxoribus non licebat repudiare viros, vt dictum est supra.

Ad prima argumenta tria non est respondendum: sed concedenda sunt, ꝙ verum concludunt. Ad primum pro opposito potest dici, ꝙ sterilitas, & lepra, & similia non distinguuntur contra odia in causis repudij, quia odium est causa immediata repudiandi, & est vnica. Cæteræ causæ sunt mediatę inquantum prouocant ad odiū, & ita sterilitas, & lepra, & similes habent se, vt antecedentes ad odium, ideo nō condistinguuntur, sed tota causa repudij ponitur odium, quia ipsa sola est immediata.

Aliter potest dici, ꝙ etiam si odium, & sterilitas, lepra, & similia ponerentur causæ immediatæ repudij, esset causa principalior odium: quia libellus est datus propter duritiem cordis, vt Christus dixit: sed poterat esse aliquis, cui non displiceret sterilitas vxoris, neque moueretur ad repudiandum, & ex alia leui causa concepto odio vellet eam, aut occidere, aut abijcere: ideo odium est simpliciter causa repudij.

Virtus per se est amoris causa.

Ad secundum dicendum, ꝙ vxor non potest esse odiosa viro propter virtutem: nam virtus per se non potest esse causa odij, cùm sit causa amoris: quia bona est, & bonum omnia appetunt, & nō oderunt: sed per accidēs virtus alicuius repugnat alteri, & ita virtuosum potest quis odisse, & tamen primum fundamentum odij non potest esse virtus: sed quia fortè virtuosus aufert honorem, aut vtilitatem nobis, propter quod eū oderimus, etiam si iustè agat: & quia dum virtuosior fuerit fortè potentior erit ad nocendum nobis, vel impediendum, poterimus per accidens odisse virtutes illius, & tamen fundamentum, & origo odij nō potuit incipere ex virtutibus: ita nemo potest odisse propter illam, sed propter aliam causam, cui per accidēs potest adiungi virtus.

Ad tertium dicendum, ꝙ vir, qui infamauerat mulierem, puniebatur, & sicut verberabatur, & condemnabatur in centum siclis argenti: ita & dabatur sibi in pœnam, ꝙ non posset repudiare puellam in ęternum, & iustū erat, ꝙ ille qui iniustè abijcere voluerat vxorē occidi eam faciendo, condemnaretur, ꝙ nunquam eā posset repudiare, scilicet pro causa voluntaria. Nam si illa incideret postea in crimen fornicationis, non solùm repudiare, sed etiam accusare ad mortem ipsam poterat. Et cùm dicitur, ꝙ non poterat ex solo odio repudiare vxorem: quia aliàs iste, qui obijciebat ei nomen pessimum, cùm constet, ꝙ odisset eam, repudiaret illam, & non oporteret, ꝙ accusaret, & exponeret se periculo pœnæ si succumberet.

Dicendum, ꝙ odium sufficiebat ad repudiandum illam ex quacunque causa illud proueniret: neque oporteret causam illam exprimi, & tamen vir, qui infamauit vxorem dicens, non inueni eam virginem: non solùm intendebat abijcere vxorem, sed illam occidere faciens, ꝙ lapidaretur si constaret, quod dicebatur, & ad hoc oportebat eam accusare, & exprimere causam istam. Si autem intendisset solùm eam abijcere, non oportebat infamare illam, neque exprimere causam neque se subijcere periculo pœnæ. Cùm autem dicitur, quòd certum est, quòd iste vir odit mulierem illam postquam verberatus est pro ea, & cogitur redi-

F re ad eam, & tamen non potest repudiare eam. Dicendum, ꝙ verum est, quòd odium sufficit ad repudiandum ex quacunque causa prouenerit, & tamen iste specialiter priuatur iure illo propter causam dictā, sicut & verberatur, quod grauius est.

Quare mulieri repudiatæ dabatur libellus.

Quæst. LVI.

QVAERETVR, quare mulieri repudiatæ dabatur libellus. Dicendum, ꝙ libellus repudij non est ipsa repudiatio: sed quædam carta, in qua con-
G stat de repudio, & vocatur libellus, idest paruus liber, sicut petitiones iudiciales in scriptis traditas libellos vocamus, & isti libelli dabantur tam apud Iudæos, quam apud Gentiles, quando fiebat repudium. De Iudæis patet Deuter. 24. de Gentilibus patet C. de Repudijs, l. licèt libellus. est verum tamen, ꝙ traditio libelli non facit repudium, sed ostendit, & ideo ante dationem libelli erat repudium, vnde dicitur eadem, l. scilicet, licèt libellus repudij non fuerit traditus, vel cognitus marito, dissoluitur matrimonium. Et sciendum, quòd semper repudiatæ personæ dabatur libellus: & quia apud Gentiles, sicut licebat viro repudiare vxorem, ita & vxori licebat repudiare virum: dabatur libellus aliquando viro aliquando mulieri, sicut in
H prædicta, l. licèt libellus: mulier dedit libellum repudij marito. Apud Iudęos autem non licebat mulieribus repudiare viros, sed è contrario: ideo soli viri dabant libellum repudij vxoribus, vt dicitur Deute. 24. scilicet. Dabit libellum repudij in manu eius. Causa prima ad hoc erat, vt constaret de repudio per libellum, & non infamaretur mulier. Nam si non ostenso libello transiret mulier ad alium virum, putaretur adultera, ostenso autem libello apparebat non esse adulteram: quia soluta erat a lege viri. Secundò, vt mulier inueniret virum: quia præsupponitur Deuter. 24. quòd repudiata ab vno viro accipiebatur ab alio, scilicet: Cumque egressa alium virum duxerit: & tamen si non constaret de repudio, nemo eam vellet accipere in vxorē,
I ne condemnaretur de adulterio, ideo ęrat ad hoc ostendendum necessarius libellus. Tertiò erat ad hoc, ꝙ vir non posset repetere vltra mulierem reducendo ad se: nam si iret sine libello, poterat dicere vir, ꝙ non repudiauerat eam, & cùm fortè non constaret, posset eam reducere ad se, & quia ista erat quædam illusio dabatur libellus, vt quando ille appareret constaret, ꝙ nullum ius vir retinuerat sibi in vxore, & ita non cogeretur ad eum redire etiam si nondum accepisset aliū virum. Quartò erat ad hoc, ꝙ vir non posset eam accusare adulteratam. Nam aliquis vir exosus vxorem suam non solùm vellet abijcere à se vxorem suam, sed etiam vellet, quòd occideretur, & ad hoc repudiaret eam non dato libello, & cùm illa accederet ad alium
K virum, accusaret eam de adulterio, quasi non esset solutum matrimonium: cùm autem illa ostenderet libellum: constabat de repudio, & ita non poterat eam accusare. Erat igitur valde necessarius libellus vxori repudiatæ propter hoc, & similia. Et ideo cogebatur vir dare illum, & non poterat abijcere mulierem de domo, antequam daret ei libellum scriptum de repudio, & si vellet prius abijcere illam, non debebat recedere. Sic dicitur Deutero. vigesimo quarto: Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem scribet libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam de domo sua, & ita prius dabat ei libellum scriptum, quàm abijceret eam de domo.

Quintò,

Libellus repudij apud Hebræos non poterat scribi, nisi à sacerdotibus.

Quintò, vt aliqui volunt fiebat conscriptio libelli ad impediendum repudium: nolebat enim Deus faciliter repudiari vxorem: & ideo voluit dare vnam differentiam: hoc autem erat, quòd scriberetur libellus, q, vt dicitur, non poterat scribi, nisi à sacerdotibus: & dū hæc fierent fortè cessaret odium viri contra vxorem, & non repudiaret eam. Sic dicit August. lib. contra Faustum. s. Nolebat autem dimitti vxorem à viro, qui hanc interposuit moram, vt in dissidium animus præceps libelli inscriptione refractus absisteret, præsertim quia, vt perhibent, apud Hebræos scribere literas Hebræas nulli fas erat, nisi scribis solis. Ad hos igitur, quos oporteret prudentes legis esse interpretes, & iustos dissidij dissuasores, lex mittere voluit eum, quem iussit libellum dare repudij, si dimisisset vxorem: non enim poterat emere libellum, nisi ab ipsis, quem per hanc occasionem, & necessitatem venientem quodammodo in manus suas bono consilio regerent, atque inter ipsum, & vxorem pacificè agendo dilectionem concordiamque suaderent: quòd si in tātum inciderent odium, vt extingui emendarique non possit, tunc vtique scriberetur libellus, quia frustra nō dimitteret, quam sic odisset, vt ad debitam coniugio charitatem nulla prudentium suasione reuocaretur: & tamen causæ supra assignatæ sunt magis literales.

An causæ repudij scribebantur in libello.

Quæstio LVII.

1. ratio.

QVAERETVR de causis repudij, an scriberentur in libello. Aliqui dicunt, quòd scribebātur, quia per libellum repudij absoluebatur mulier repudiata à pœna legis, si alium acciperet: sed hoc videtur iniustum, nisi causæ sufficientes repudij assignarentur, ergo oportebat eas in libello scribi. Secundò patet, quia ad nihil aliud principaliter valere videbatur libellus ille repudij, nisi, vt causæ repudij exprimerentur: ergo videtur, quòd scribebantur.

2. ratio.

Apud Gentiles in libello repudij scribebātur causæ repudij.

Dicendum, quòd aliqui volunt causas repudij in libello conscribi, & ita tenet Magister 4. Sent. distin 33. dicens, quòd vir scribebat in libello causas repudij. Et tamen dicendum, quòd aut quærimus de libello repudij Iudæorum, aut Gentilium. Si de libello Gentilium dicendum, quòd causæ non solùm assignabantur, sed etiam iudicialiter probabantur, vt patet C. de repudi. l. consensu. vbi tam quando vir vxorem repudiat, quàm cùm vxor virum, causę debebant iudicialiter constare. De repudio Iudæorum dicendū, ꝙ non exprimebantur causæ vllæ, quia aut essent causæ illæ rationabiles, & sufficientes ad repudiandum, aut non: si sufficientes, præcludebatur via mulieri ad aliud matrimonium: maximè si exprimeretur ibi fornicatio nota, vel præsumpta, quia tunc nemo eam vellet ducere: & tamen Deus præsupponebat, quòd mulier repudiata ab vno accipiebatur ab alio, quia dicitur Deuterono. 24. cùmque egressa alterum virum duxerit: ergo non exprimebantur causæ sufficientes, non etiā insufficientes, quia tunc appareret iniustè mulierē repudiatam, ergo nullæ causæ apponebantur. Secundò, quia daretur ex hoc causa infamādi mulieres iniustè: nam si causę exprimendæ forent in libello, vt viri non viderentur iniustè abijcere mulieres: etiam si nullam causam repudiandi eas haberent, semper fingerent aliquas causas graues non veras: & non curarēt, quòd falsæ essent, cùm non tenerentur probare eas, sicut in libello gentilium, & tamen hoc erat inconueniens: ideo non debuerunt exprimi causæ. Tertiò, quia libellus repudij scribebatur in fauorem mulieris repudiatæ, cùm dicatur Deut. 24. Dabit libellum in manu eius, & dimittet eam: & tamen scribi causas repudij erat contra honorem mulieris, ideo non scribebātur.

Sententia magistri Historiæ scholasticæ.

Sed Magister in Historia Scholastica dicit, quòd in libello repudij scribebatur iuramentum de nunquam conueniendo cum ea matrimonialiter, & causa quare abijciebatur, & legebatur coram sacerdotibus. Et tamen non multum est curādum de illo, cùm nec ratio hoc suadeat, neque ex litera colligatur, neque Iosephus illud tetigerit. Sed dicendum, quòd conueniebat repudio Iudæorum causas eius taceri, quia in repudio Gentilium erant certæ causæ solùm ad repudiandum, & non licebat ex alijs repudium. C. de repu. l. consensu: & ideo debebat causa repudij tunc exprimi, & probari, quia aliàs cōtingeret, quòd quis ex alia causa repudiaret, quàm ex eis, quas lex voluit. In libello repudij Iudæorum non fuit conueniens ad aliquid causā exprimi, quia non sunt determinatę causæ ad repudiandum, sed ex quacunque causa licebat repudium. supra quæst. 54. & ideo expressio nihil proderat, neque probatio, quia ex quacunque causa repudiaret, licitum erat repudium. Et ita dicit Iosephus 4. libro Antiquitatum, quòd ex quacūque causa licebat vxorem dimitti. Item si exprimi deberent causæ aliquæ, necesse erat eas probari iudicialiter; sed nemo asserit istud in repudio Iudæorum: ergo neque oportebat eas exprimi. Et patet, quia si causæ exprimerentur, & non probarentur, esset locus, vt vir infamaret mulierem innocentem aliquo graui crimine: ergo neque exprimebantur causæ vllæ, neque probabātur. Aliqui dicunt, quòd causæ repudij scribebantur in libello in generali, sed non in speciali. Sed dicendum, quòd non stat, quia tunc non exprimeretur aliquod peccatum speciale vxoris, vel macula, sed diceretur, ꝙ dimittebat eam propter aliquas iustas causas, & istud non conuenit ad intentionem istorum, quia isti volebant exprimi causas in generali ad iustificandum repudium: & tamen illæ non iustificant illud, cùm nesciatur, quæ causæ sint, & tales esse possunt, quæ repudium non iustificent. Secundò, quia scribi causas in generalibus plus est, quàm nullas causas exprimi, quia etiam si nihil exprimatur, certum est, quòd pro aliqua causa repudiatur vxor, & tamen an illa sit causa iusta, vera, & sufficiens non apparet, sicut neque apparet exprimendo causas in generali: ideo non exprimebantur causæ vllo modo. Ad primum dicendum, ꝙ per libellum mulier repudiata ostendebatur libera à pœna legis si inueniretur cum alio viro: & tamen non oportebat ad hoc exprimi aliquas causas, quia hoc esset verum si ad dandum repudium essent solæ causæ iustæ: & tamen ex quacunque causa licebat dari repudium, vt dictum est, ideo non proderat ad aliquid exprimi causam. Ad secundum dicendum, quòd falsum est, quia ad multa proderat. s. ad quinque, quæ habentur præcedenti quæstione: etiam si non exprimerentur causæ, imò ad nihil prodesset expressis causis, cùm idem operetur expressio causarum, & non expressio, vt dictum est.

Ad 1. rationem.

Ad 2. rationem.

Quid scribebatur in libello repudij, & quæ erat forma repudiandi. Quæst. LVIII.

QVAERETVR, quid scribebatur in libello repudij, & quæ erat forma repudiandi. Dicendū, quod apud Gentiles forma repudiandi erat diuersa, quia aliter repudiabatur vxor, & aliter sponsa: nā vxor repudiabatur sub his verbis: Res tuas tibi habeto. Vel aliter: Res tuas tibi agito. Sponsa autem per hæc verba repudiabat. s. Conditione tua non vtar, & hęc erant siue vir vxorem, siue vxor virum repudiaret, quod licebat Gentilibus. Hæc verba ponuntur. ff. de diuor. & repu. l. diuortium. Apud Iudæos autem qualis esset forma

Verba quibus vxor.

& sponsa apud Gentiles, & Hebræos repudiabantur.

forma repudiandi, non constat plenè, cùm nō expresserit hoc scriptura. Dicit autem Magister in Historia Scholastica, quòd scribebatur in libello iuramentum de nunquam conueniendo cum ea matrimonialiter, & tunc forma repudiandi esset iurare de non conueniendo. Satis autem videtur dicendum, quòd in libello illo confitebatur vir, quòd abijciebat mulierem illam à se promittens de nunquam conueniendo cū ea matrimonialiter, & quòd nunquam de cętero eam haberet in vxorem; & quòd haberet eam quicunque vellet, & quòd dabat illi licentiam accipiendi virum, quem vellet, & quòd non accusaret eam tanquā adulteram. Sic dicit Iosephus 4. lib. Antiqui. ab vxore copulata sibi volens quisque disiungi propter quascunque causas, quæ multis modis hominibus prouenire noscuntur scripto, quòd nunquam cùm ea conueniat compromittat, sic habebit potestatem alij copulari: nam prius illa alteri iungi non potest.

An omni tempore repudiare liceret.

Quæstio LIX.

QVAERETVR, an liceret omni tempore repudiare. Dicendum, quòd repudium non est, nisi eorum, inter quos est vinculum. Est autem vinculum inter sponsos, & inter coniuges: & ideo secundum Gentiles inter vtrosque erat repudium: sic dicitur. ff. de repudijs, & diuor. l. diuortium. §. in sponsalibus quoque discutiendis placuit renunciationem interuenire oportere: in qua re hæc verba comprobata sunt: Conditione tua non vtar. Et ita siue inter sponsos, siue inter coniuges poterit esse repudium: Et hoc est secundùm gentium leges, sed secundū legem Iudæorum non licebat repudiari sponsā, siue esset de futuro, siue de præsenti: sed vxorem iam traductam, & cognitam. Et patet, quia dicitur Deutero. 24. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius. Vxorem enim accipere est ꝯtrahere cū ea de præsenti per quod fit vxor: habere eā est traducere in domum suam, & tenere, & commorari cū ea, & ponuntur ista duo: & tunc si non inueniebat gratiam abijciebat eam; ergo non poterat dari repudium, nisi post consummatum matrimonium: & est istud satis rationabile, quia repudium permissū est Iudæis ad duritiem cordis. i. vt non occiderent vxores ex graui odio quod cōtra eas conciperent, sed hoc non accidebat quamdiu non erat consummatum matrimonium: ideo non repudiabatur tunc mulier. Et hoc propter duo. Primò antequam mulier traduceretur in domum viri cōsummato matrimonio manebat puella in potestate parentum, & non poterat ei tunc vir nocere ex duritia cordis: ideo non erat causa repudiandi. Secundò, quia non erat verisimile tunc tam graue odium causari ad sponsam, cum qua parū conuersabatur, & quam potius charam haberet, quia nondum eam cognouerat: post consummatum verò matrimonium conuersabatur mulier cū viro, quia traducta erat iam in domum viri, & ex conuersatione solent causari odia: & etiam mulier iam non est tam ꝑciosa viro, cùm desiderio suo potitus sit: ideo tunc est occasio odiorum, & duritię cordis, ideo tunc concessum est dari libellum repudij, & non ante consummationem matrimonij.

Mulier nō repudiabatur ante cōsummationē matrimonij ꝓpter duo

An omnibus viris licebat repudiare vxores.

Quæstio LX.

QVAERETVR, an omnibus viris licebat repudiare vxores? Aliqui dicunt, quòd omnibus

F viris Iudæis licebat, quia causa repudij permissi erat communis omnibus. Nam ad duritiem cordis datus est libellus repudij, vt supra dicitur: & tamen omnibus viris erat cordis durities, vel inesse poterat feruens odium: ideo omnibus debuit licere. Secundò, quia lex posita est generaliter Deuter. 24. s. si acceperit homo vxorem. & cùm sit indifinita iuris æquipollet vniuersali.

Dicendum, quòd nō licebat omnibus viris Iudęis: duo enim excipiuntur ab omnibus. s. qui infamauit vxorem propriam dicens: non inueni eam virginem, & qui in agro apprehendens puellam nondum desposatam dormiuit cum ea. Deutero. 22. cap. De primo dicitur, quod si vir odio habens vxorem imposuit ei G nomen pessimum dicens: non inueni eam virginem: tenebantur parentes puellę ostendere signa virginitatis eius. s. expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis: eod. capit. & illud erat vestimentum, in quo dormierāt prima nocte, qua copulati sunt carnaliter: & ibi apparebāt signa virginitatis: & si appareret, quia constabat virum calumniatum, apprehendebant eum senes vrbis, & verberabant. s. dando quadragenas minus vna, vt dicit Iosephus. 4. Antiqui. & ista erat pœna communis, quia quadragenas nemo vna vice pati debebat Deutero. 25. & insuper condemnabatur cētum siclis argenti quos dabat patri puellæ, & non poterat dimittere eam omni tēpore vitæ suæ: & iste iustè puniebatur, quia sicut Deus permittebat viris repudiare H vxores, nè eas occiderent: ita & non ꝑmittebat, quòd feminę innocentes occiderentur. Et tamen si puella non probaret se fuisse virginem, quando cognita est primùm à viro suo, lapidanda erat: etiam si ante desponsationem solùm fuisset fornicata. Deuteron. 22. dato quod vir nihil probaret contra eam: quia ergo persequebatur eam ad mortem, & calumniabatur, vt non daretur locus calumniād., puniebatur calumniās. Et iustè imposuit sibi Deus illas pœnas: nam vir intenderat tradere vxorem innocentem morti, & pro hoc licèt ipse mereretur similia pati: tamen lex mitior erat ad ipsum faciens solùm verberari illum quadragenis minus vna: & quia voluerat iniustè abijcere à se vxorem suam, cogebatur tenere eam per totam vitā, I & in hoc priuabatur priuilegio communi de repudiando vxorem: & ita priuantur alij sæpe iure suo propter scelera, quæ committunt: quia verò infamauerat etiā parentes puellæ, cogebatur dare centum siclos argēti patri puellæ. Quòd autem dicitur, non poterat eam dimittere toto tempore vitæ: verum est ex causis voluntariis, vel per modum repudii: si tamen illa fornicaretur, & probari posset, accusaret eam vir, & lapidaretur. Le. 20. vel si incideret vir in suspitionem contra eam, quia fornicaretur, & non posset probare: poterat cogere illam ad purgationem per aquas maledictas. Num. 5. cap. si repudiare eam non poterat eo modo, quo alii repudiabant vxores nulla causa contra eam probata, neq; expressa, sed solū scripto libello repudii. K Alius etiam priuabatur iure repudiandi. s. qui inuenit puellam non desponsatam in agro, & apprehendens cognouit eam: cogetur eam accipere in vxorem, & dari patri eius quinquaginta siclos argenti, & non poterat dimittere eam tota vita Deuterono. 22 capit. iste minus peccauit, quàm præcedens, & ideo minus punitur: ille quippè infamauit vxorem propriā, & innocentem tradere morti conatus est: iste solus deflorauit nolentem, & ideo primus verberatur, & non secundus. Etiam ille condemnatur in centum siclis, & iste in quinquaginta: & tamen adhuc iste condemnatur in pecunia tradenda patri puellæ, quia deflorando filiā eius in agro, infamauit ipsum: & facit quod illa non possit accipere in virū, quē aliàs fortè accipere posset.

Vir qui posuerat nomē pessimū suę priuabatur repudio eam apud Hebræos

Et hoc est humiliare eam.i.minoris honoris,& dignitatis eam reddere. Cogitur etiam tenere eam tota vita.i. ꝙ non posset repudiare. Potest tamen accusare eo modo,quo supra diximꝰ de alio,& iustum est,quia accepit puellam nolentem. Debet ergo cogi, vt etiã nolens eam teneat. Sed dicendum quomodo in istis obuiabitur periculo,quia isti cũ cogantur tenere vxores,tantum odium fortè concipient contra eas,vt occiderent illas, tolerare non potentes odium. Et ista fuit causa,quare alijs permitteretur repudium:& ideo malè consultum erit mulieribus istis, si dimitti non possunt. Dici potest,quòd in fauorem mulierum,& præcipuè in odium virorum introductum fuit,vt non possent eas abijcere. Nam si pœnæ non darentur eis, esset occasio ad similia crimina: ideo lex in vtroque prouidere voluit. Circa mulieres dicendũ,quòd non erat periculum manendo apud tales viros semper: nã cũ isti condemnati essent ad tenendum illas in perpetuum,quidquid molestè inferret vxoribus apparebat, quòd ex odio faciebant, quia condemnati erant propter eas:& tunc esset actio contra illos,& sic timerent nocere illis.Et sic non erat periculum manere cũ illis. Dato tamen,quòd esset aliqua difficultas, vel periculum,tolerabat hoc potius lex, quàm quòd daret locũ viris audendi multa scelera: nec est inconueniens legem sustinere aliquod inconueniens: quia in actionibus humanis talis est conditio, quòd plenè prouideri non possit ad omnia incõuenientia per modum legis datæ: sed solùm per potestatem Dei circa singula prouidentis. Vnde non solùm cogebatur hic vir tenere vxorem nunquam repudiando, sed etiam qui nondũ acceperat vxorem tenebatur accipere in vxorem eã, quam in agro oppresserat: & hoc erat quodammodo contra naturam matrimonij, cũ illud per consensum mutuum, & liberum contrahatur: & tamen nolens cogebatur hic accipere vxorem,& tenere eam: & nõ poterat obijcere, quòd non essent coniuges quasi nõ consensisset, quia lex supplebat hunc defectum faciẽs esse matrimonium verum inter illos, quia aliàs tota vita manerent vt fornicatores,ad quod lex non cogit.

Ad primum dicendum, quòd omnibus viris poterat inesse cordis duritia, & tamen non concedebatur eis repudiare vxores in pœnam ipsorum. Quantum verò ad periculum vxorum manentium cum talibus viris dictum est supra.

Ad secundum dicendum, quòd lex posita est generaliter,& omnes intelligerẽtur gaudere permissione huius legis,nisi exciperentur: duo tamen prædicti expressè ab hac lege excluduntur prohibita eis repudiatione vxorum.

Quomodo stat responsio Christi de libello repudij: & an Iudæi peccabant dando libellum repudij.

Quæstio LXI.

QVAERETVR, quomodo stat responsio Christi data de libello repudij: & an Iudæi peccabant dando libellum repudij. Nam Christus ostẽdit hic,nullo modo esse repudiandam vxorem: & tamen Iudæi repudiabant illas. Dicendum,quòd Iudęi non peccabant repudiando vxores, quia lege permittente hoc faciebant,quæ illud licitũ faciebat, vt ostensum est supra. Quòd autem Christus dicit,non licere repudiare vxorem constituit ius nouum,& non declarat ius antiquum. Nam certum erat, quòd lex permittebat repudiari vxorem: vndè si Christus dixisset licere,nõ repudiare vxorem ex omni causa,sed ex certis causis posset intelligi,quòd declararet ius antiquũ, quia non loqueretur expresè contra illud: & tamen auferendo omnino repudium,non declarat ius vetus, sed manifestè illud aufert, cũ Deus illud concessisset: ideo dicendum est,quòd ius nouum in hoc cõstituit. Et patet hoc, quia ipse Christus concedit repudium licuisse in lege veteri,dicens: Ad duritiem cordis permisit Moyses vobis dimittere vxores vestras. Ideo dicendum est,quòd est nouum mandatum,& est de illis,quæ Christus mutauit de lege veteri. Sic patet supra 5.cap. vbi Christus ostendit multam differentiam quorundam mandatorum,quæ erant antiquitus,& q̃ nunc dabat ipse.s.dictum est antiquis,&c. & sequitur: Ego autem dico:quasi dicat:Ego do aliquod mandatum nouum,& non illud, quod erat antiquitus, vel ꝙ esse putabatur à malè intelligentibus, & inter illa posuit de libello repudij,dicẽs: Dictum est antiquis,quicunque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij: ego autem dico vobis,quia omnis,qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis,facit eã mœchari. Et ita apparet, quòd istud erat nouum mãdatum nunc ab eo datum,& consequenter Iudæi ante hoc non obligabantur ad illud. Cùm autem dicitur, quòd Christus induxit probationes, quòd Deus coniugebat virum & vxorem,& nolebat eos separari. Dicendũ,quòd istæ probationes ostendunt,quòd non dare libellum est melius,quàm repudiare vxorem, & magis consonat intentioni Dei: & tamen,quia lex tã iusta non conueniebat Iudæis,non dedit illam, & ita non ligabantur ea,sed licebat eis vti permissione data de libello. Sed istæ rationes sunt conuenientes ad ostendendũ,quòd rationabiliter debuit statui id, quod Christus nunc statuit de non dando repudium, & ad hoc induxit eas,& non ad probandum, quòd Iudæis fuisset ante hoc illicitum repudiare vxores.

An statim post istam prædicationem Christi fuerant obligati Iudæi ad non repudiandum vxores.

Quæstio LXII.

QVAERETVR, an statim post prædicationẽ istam fuerant obligati Iudæi ad nõn repudiandũ vxores. Aliqui dicunt,quòd sic: quia Christus poterat statuere quidquid vellet, cùm esset Deus, & statutum obligat post suam publicationem: publicabatur autem hoc per suam prædicationem: ergo videtur, quòd statim obligauit. Dicendum,quòd de isto prę cepto, & de omnibus alijs à Christo datis est eadem sententia.s. ꝙ non obligauerunt vsque post mortem, & ascensionem suam facta publicatione Euangelii. Non enim erat iustum,quòd statim obligarent,vt prę dicauit ea Christus: quia oportebat, quòd prius constaret ipsum esse legislatorem, quàm obligarent præcepta eius. Hoc autem erat,quòd esset Deus,vel Messias: & tamen nondum plenè constabat, aut saltem nõdum creditum erat, licèt ipse talia fecisset, per quæ credi deberet: hoc autem constitit plenè post resurrectionem suam,ideo tunc obligare potuerunt. Secundò,quia non obligat lex quousque sit promulgata: & tamen per hoc, quòd Christus eam prædicabat, non perueniebat ad omnes: peruenit autem postea,quando Apostoli, & discipuli post Christi resurrectionem cœperunt prædicare per totam Iudæam, ideo vsque tunc non obligauerunt. Vnde dicendum,quòd non peccabant Iudæi repudiando vxores post prædicatum istud à Christo, etiam si hoc ipsi à Christo audissent, quia adhuc durabat lex Moysi, quæ libellum repudii permittebat, ideo poterant vti ea.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd non erat perfecta promulgatio legis per solam prædicationem à Christo factam, qualis requiritur ad hoc, ꝙ lex incipiat obligare:ideo nondum obligabat.

An Iudæi nunc peccent vxores repudiando. Quæstio LXIII.

QVAERETVR, an nunc Iudæi peccent vxores repudiando. Aliqui dicunt, quòd non, quia licèt lex Moysi, non sit iam licita ad obseruationem, non tamen oportet, quòd Iudæi peccent in quolibet actu obseruationis eius, sed peccant in hoc, quòd non accipiũt legem Christi: & ita poterit esse de repudio. Dicendum, quòd peccant si vxores repudient. Et patet primò, quia repudium est contra legem naturæ, vt ostensum est supra quæstio. 44. & hoc maximè repudiando omni tempore vxorẽ: & ideo non licebat hoc modo repudiare, nisi ex dispensatione. Deus autem dispensauit in lege veteri, sed status illius iam cessauit: ergo redijt res ad primum statum iuris naturalis. s. quod non liceat repudium. Secundò, & præcipuè, quia libellus repudij expresſè vetitus est à Christo hic, & supra 4. cap. Faciẽs autem contra preceptum eius peccat mortaliter: ideo quandocunque Iudæus repudiauerit vxorem, peccat mortaliter: nam mechatur, si accipit alteram, & facit vxorem dimissam mechari, vt dictum est supra 5. cap. & patet hic in litera.

Ad argumentum dicendum, quòd Iudæi peccant repudiando vxores: licèt non sit verum, quòd in quolibet actu obseruationis legis Moysi peccẽt. Pro quo sciendum, quòd eorum, quę in lege Moysi erant quędam erant ex permissione, quædam ex mandato. De primò, vt dare ad vsuram extraneis: vindictam prosequi. De secũdò, vt cęlebrare festiuitates, facere certa sacrificia, & huiusmodi faciendo aliquid. De primis peccant, quia illa secundùm se sunt contra ius naturale, & solùm erant licita Iudæis ex dispensatiua permissione: cessante autem statu legis cessauit omnis dispensatio, quæ ibi erat, & ita remanent illicita ea, quæ sine dispensatione erant illicita: ideo licèt dare ad vsuras, & petere vindictam esset licitum aliquo modo Iudęis ante promulgationem Euangelij: postea non sunt licita, sed in quolibet actu contrafaciendo peccant. De secundo dicendum, quòd quædam illorum sunt, quæ obseruando etiam durante statu legis Moysi esset peccatum, sicut facere sacrificia, quia illa requirebant vnicum locum determinatum in terra Chanaan, extra quem non fiebant licitè. Deute. 12. & Leui. 17. & ideo nunc faciendo illa peccarent Iudæi: & ideo nũquam talia faciunt, non quidem tanquam lex, quæ ad illud obligabat maneat nunc, sed quia Iudæi credunt adhuc manere legem illam, & ideo contra conscientiam agunt agendo contra illam. Si autem sunt talia, quæ vbique facere liceret, sicut abstinere à cibis discernendo eos, & obseruare sabbathũ, & cœteras festiuitates. Dicendum, quòd non peccant mortaliter in quolibet actu, quasi actus sit secundùm se malus: sed solùm inquantum ob amorem istorum nolunt venire ad fidẽ Christi, quæ est vera, & ad obseruationem legis eius, quæ sola bona est. Et hoc verum est, nisi aliqua de illis preceptis inuenirentur expresſè prohibita Iudæis à Christo, vel ab Ecclesia, quia tunc peccarent obseruando illa: Christus autem vetuit aliqua obseruari, sed non vetuit nisi ea, quæ ex dispensatione licebant, vt de vsuris. Luc. 6. & de petitione vindictæ. supra 5. capit. & ita est de libello repudij, quia ibi vetitus est ab eo, & ẽt hic. Si autem Ecclesia expresſè vetaret Iudæis cessare ab aliqua obseruatione legis, vt sabbathi, vel chalendarũ, vel azymorum peccarent iam contrafaciendo: & tamen Ecclesia, licèt suadeat Iudæis redire ad fidẽ Christi, non vetat eis obseruare cœremonias legis Moysi, quamdiu redire nolunt ad legem Christi: & ita non peccant obseruando sabbathum, & similia. Et patet etiam de contractu matrimoniali, quia nobis nõ licẽt

Iudæi peccant mortaliter mõ vsuras excẽdo, & vindictam psequẽdo

Ecclesia non vetat Iudæis vti cœremonijs legis

F contrahere intra quartum gradum, & secundùm legem Moysi contrahebatur etiam in secundo gradu: & ideo quando cõuertuntur Iudæi ad Christum permittuntur manere in tali gradu consanguinitatis coniuncti. extra de diuor. capit. gaudemus: ergo Ecclesia credit eos non peccasse contrahendo in secundo gradu, quia si peccassent, manerent actualiter in peccato mortali, quamdiu maneret ille contractus, & ita Ecclesia non permitteret eos sic manere, nè manerẽt in peccato mortali: sicut paganos conuersos ad Christũ, qui prius plures vxores habebant, non permittit cum pluritate vxorum, sed accipere tenetur quilibet primam, quam habuit, & cœteras abijcere: vt patet eod. cap. gaudemus. sic autem apparet de repudio. eod. ca. G quia non permittit Ecclesia manere repudium post conuersionem ad Christum. Nam siquis manens Iudæus repudiauit vxorem, & conuertatur ipse ad Christum, nũquam poterit accipere aliam vxorem quãdiu ipsa vixerit, & si illa vult conuerti, & cohabitare viro tenetur eam recipere, & etiam si conuerti non velit, sed vult cohabitare viro fideli sine contumelia creatoris, cogetur accipere illam. Si autem requisita non vult cohabitare ei, vel non sine contumelia creatoris, non tenetur eam recipere, sed põt contrahere cũ alia: & tunc non habebit alia recursum ad virum, quia dissoluitur matrimonium. Et ita apparet, quòd repudium inter Iudæos nunc factum, neque est licitũ, neque dissoluit matrimonium. Nam si dissolueret non cogeretur H fidelis recipere infidelẽ, quam repudiauerat, neque vetaretur ei aliam accipere ea viuente, & consequẽter peccant repudiando, & efficiuntur adulteri. Et tamen dicitur: eod. capit. gaudemus de diuortijs, quod istam fornicationem non potest obijcere vnus coniugum alteri post conuersionem ad fidẽ, quia licèt esset verum adulterium, vt Christus dicit hic, & supra 5. ca. tamen manentes in Iudaismo putabant sibi hoc licere sub colore legis Moysi, sub qua viuebant. Si tamen Ecclesia vetaret nunc expresſè Iudæis repudiare vxores, aut aliquid aliud, quod secundùm legem Moysi liceat, peccarent contra faciendo: nihil tamen vetat, quia de his, quæ foris sunt, vt Apostolus ait, quid ad nos iudicare. 1. Corin. 5. & causa est, quia Iudæi sunt in I statu damnabili, & si sic moriantur, pereunt quidquid faciant: ideo quidquid Ecclesia faceret circa eos sic manentes esset labor inutilis, vnde non facit aliud, nisi quòd hortatur eos venire ad fidem, per quam solam est salus, cœtera verò non prohibet eos: etiam si sint peccatum, vt libellum repudij, & appetitum vindictæ, nisi inquantum sunt contra statũ publicum illius politiæ, in qua manent, & ita Ecclesia non vetat eis, quæ distrahunt à Deo, sed quæ nocent proximis cũ quibus manent: si tamen expresſè eis aliquid vetaret Ecclesia, peccarent contra faciendo. Sed dicet aliquis, quod non peccarent, quia non obligantur obedire mandatis Ecclesiæ: extra de diuor. ca. gaudemus. s. Infideles canonicis constitutionibus non arctantur: potissimè, quia K vt ibidem allegat conditor canonis Innocentius, Apostolus ait; quid ad nos de eis, quæ foris sunt iudicare? Dicendum, quòd potest Ecclesia eos ligare constitutione sua. Quòd autem dicit Innocentius verum est de constitutionibus canonicis, quæ non expresſè dantur Iudæis, sed dantur generaliter, quia illis non arctantur, nisi fideles, & ideo non peccant infideles contra faciendo. Et ratio est, quia Ecclesia condendo constitutiones istas, non intendit ligare Iudæos, neque cõprehendere eos sub illis, & hoc quia, vt dictum est, etiam si obseruent Iudæi quidquid Ecclesia mandauerit, non proficit eis manentibus in statu illo: vnde nihil eis mandat, neque vetat: & ita in constitutione illa de non contrahendo intra quartum gradum, non

Mens... dio ... redire legis

Iudæi peccant faciendo contra illud quod Ecclesia eis vetat

Quo ... ligitur ... infideles ... arctantur ... cõstitutionibus canonicis

peccant infideles contra agentes, quia Ecclesia nō extendit eam ad illos, neque intendit eos ligare per eā. A Et cùm dicit Apostolus de his, qui foris sunt, &c. Dicendum, quòd Apostolus non abstulit Ecclesię potestatem iudicandi de his, qui foris sunt, sed solicitudinem: nam non dixit de his, qui foris sunt non possumus iudicare, sed ait: quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? idest, quæ vtilitas est mihi, vel quæ solicitudo imposita, vt iudicem, idest, vt legem viuendi ponam his, qui foris sunt, idest, extra Ecclesiam, vel fidem: quasi dicat: nulla vtilitas est, & ideo non iudico: & hoc est quod diximus .s. quia quidquid faciant est inutile quamdiu in infidelitate manserint: & tamen nemo debet assumere solicitudinem inutilem. Peccarent ergo facientes contra Ecclesiæ statutū expresse B factum de eis. Et patet magis, quia aliàs si factæ sint aliquæ leges bonæ ad communicationem politicam, in quibus dicatur, quòd obseruētur tam à Christianis, quàm à Iudæis illius politiæ, non peccarent Iudæi faciendo contra illas, & ideo liceret contra facere, & ita destruere politiam, quod est absurdum: ergo oporteret dici, quòd peccant contra faciendo: & ita obligantur legibus bonis datis, siue ab Ecclesia, siue à seculari potestate: à fortiori ergo ligarentur legibus Ecclesię datis ad salutem eorum: & ita peccarent contra faciēdo: & tamen Ecclesia nunquam tales leges condit propter causam dictam: vnde verum est, ꝙ canonicis constitutionibus non arctantur, scilicet, constitutionibus nunc existentibus, & communiter ęditis, in qui- C bus expressa mentio non habetur, quòd ad eorum obseruantiam Iudæi teneantur.

Quid sit diuortium, & an nunc liceat.
Quæstio LXIIII.

QVAERETVR circa diuortium: nam de repudio dictum est, quòd pertinebat ad legē Moysi, & non pertinebat ad legem Christi: nunc de diuortio quod ad legem Christi pertinet, est dicendum qd sit, & an liceat. Dicendum, ꝙ aliter accipiuntur ista nomina secundùm leges humanas, & aliter secundū nos. Secundū leges humanas tam diuortium, quàm repudium dicunt plenam separationem, & dissolutio- D nem vinculi: & tamen ista est differentia, quia repudium accipitur inter sponsos nondum consummato matrimonio: diuortium accipitur inter cōiuges post consummationem matrimonij, & tamen promiscue accipiunt, & interdum, vt vnum pro alio ponatur: sic patet ff. de verbo. significationibus. l. interdum. §. diuortium. & ita dicit Glo. 1. ff. de diuortijs, & repudijs: & hoc, quia apud gentiles oportebat dari libellum tā in separatione sponsorum, quàm coniugum, vt dicit eod. tit. l. diuortium: licèt alia verba essent in repudiādo sponsam, & alia in repudiando coniugem: & hoc modo repudium, dicitur quasi repullium, quia repellitur sponsa, vel vxor. Diuortium verò dicitur à diuertendo .i. recedendo, quia vnus coniugum ab alio E recedit. Vel diuortium à diuersitate mentium; quia non sint vnius mentis, vt commanere consentiant: sic dicitur eod. tit. l. diuortium. s. Diuortium autē à diuersitate mentium dictum est, vel quia in diuersas partes eunt, quæ distrahunt matrimonium: & hoc, quia totaliter requiritur diuersitas mentis in diuortio: ideo, qui leuiter dissentit, diuortium nondum facit, sed qui habet animum perpetuò recedendi à cōiuge vnde leuis iracundia diuortium non facit. Sic dicitur. eo. tit. in l. diuortium. s. Diuortium nō est, nisi verum quod animo constituendi perpetuam dissentionem fit. Ita quidquid calore iracundiæ dicitur, vel fit, non ante id ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit iudicium

Quid differ minis sit inter repudium, & diuortium.

Vnde dicatur repudiū, & diuortium.

animi fuisse: ideoq; per eum calorem misso repudio si in breui tempore reuersa est vxor, non diuertisse videatur. Sed dicendum, quòd non accipitur sic diuortium à nobis: nam tale diuortium causat dissolutionem matrimonij quantum ad vinculum, ita vt liceat ad aliud matrimonium transire: & tamen talia non licent in nouo testamento: ideo dicendum, ꝙ diuortium accipitur apud nos pro separatione coniugum quantum ad thorum, & cohabitationem: ita tamen quòd inter eos integrum maneat vinculum matrimonij: & hoc modo concedimus fieri diuortium in Ecclesia inter coniuges: & tamen repudium nunquam fit cū nunquam dissoluatur matrimonium, quod semel tenuit, vt infra magis declarabitur: & tali modo non accipitur diuortium apud leges humanas.

An propter fornicationem liceat alteri couingum alterum dimittere. *Quæst. LXV.*

QVAERETVR circa causam huius diuortij, & quia solet dici, ꝙ fornicatio sit causa diuortij: est dubium an propter fornicationem liceat alteri cōiugum alterum dimittere. Aliqui dicunt, quòd nō: non est enim malum pro malo reddendum, vt Apostolus dicit: sed alter coniugum dimittens alterum propter fornicationem videtur malum pro malo reddere: ergo non licet dimittere. Secundò, quia maius peccatum est, si ambo fornicantur, quàm si alter tantùm: & tamen si vterque fornicatur, non licet vni dimittere alterum propter fornicationē: ergo si vnus tantùm fornicetur, non licet alteri dimittere fornicantem. Tertiò, quia fornicatio spiritualis secundū quā anima recedit à Deo est grauior, quàm fornicatio carnalis, & multa etiam peccata sunt grauiora fornicatione: & tamen propter illa, non licet dimittere vxorē, nque fit separatio coniugum quantum ad thorū: ergo neque fiet propter fornicationem carnalem. Quartò, quia vitium cōtra naturam est magis remotū à bonis matrimonij, quàm fornicatio, cùm per fornicationē possit gigni proles, quam intendit matrimonium: & non per vitium contra naturam. Et ita magis repugnat matrimonio: ideo debuit esse potius causa diuortij, quàm fornicatio: & tamen illud non est causa diuortij: ergo neque fornicatio.

Solutionē istius argumēti vide in vltima responsione. q. 70.

Dicendum, quòd causa diuortij est fornicatio: imò in nouo testamento istam solam causam expressit Christus, sicut patet supra 5. c. s. Omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mechari: & supra in litera dicitur: Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur. Et in hoc est magna differentia inter legem Christi, & Moysi, quia ibi licebat pro quacunque causa dimitti vxorem, vt ostensum est supra quæst. 54. Christus autem astrinxit nos ad solam fornicationem. Sic dicit Aug. & est Glo. Deut. 24. Multæ erant in lege causæ dimittendi vxores: Christus solam fornicationem excipit: cęteras molestias iubet ꝑ fide, & castitate coniugij sustinere. Differt etiam in lege humana, in qua conceduntur duodecim, vel tredecim causæ viro ad diuertendum à muliere, & totidem mulieri ad diuertendum à viro, aut plures: quæ exprimuntur. C. de repu. l. consensu. & expressę fuerūt supra. Ratio autem quare Christus concessit repudium aliquando, & diuortium non concessit, nisi propter fornicationem, est; quia vt ipse ostendit supra in litera, matrimonium ex voto Dei est indissolubile, cū ipse cōiunxerit virum & fœminam, & voluerit, quod nemo eos separaret, vt dicitur in litera: & ita nullam fortè causā diuortij poneret si homines tolerare possent: & tamen sicut in lege Moysi ꝑmisit Deus repudium

Differētia inter legem Christi, & Moysi.

In. q. 54.

Matrimoniū ex voto Dei est indissolubile.

dium ex quacunque cauſa ad duritiem cordis Iudæorum: ita nunc conceſſit diuortium ex vna cauſa, quā putauit neminem poſſe tolerare. Si enim nulla eſſet cauſa diuortij, teneretur vir tenere vxorem etiam ſi illa fornicaretur cū quocunque vellet, & quandocunq; ipſa peteret debitum, teneretur vir ei reddere debitū: nemo tamen eſt, qui tolerare poſſit, quòd vxor in poteſtate eius manēs, & quam ipſe alit, cognoſcatur carnaliter à quocunque in eius confuſionem, & inſuper quòd quando ipſa petierit teneatur ipſe reddere ei debitum, quia talis patientia eſt vltra modum humanū: ideo conceſſit Chriſtus ex hac cauſa repelli vxorem: & tunc ſi vxor fornicetur, quando non manet in poteſtate viri, neque ipſe cogitur alere fornicariam, non eſt tanta difficultas viro, etiam ſi non accipiat aliam vxorem: omnium autem cauſarū repudij, vel diuortij aſſignatarum in legibus humanis iſta eſt prima, & præcipua: & ideo iſtam ſolam Chriſtus poſuit. Secundò, quia ratio ſuadet, ꝙ propter iſtam cauſam fiat diuortium, quia iſta repugnat directius bonis matrimonij, quàm cœteræ. Eſt enim de præcipuis bonis matrimonij fides, ſecundùm quam tenetur vterque coniugum alteri debitum petēti reddere: & nulli niſi illi commiſceri: qui autem fornicatur agit contra iſtam fidem: & tamen ius naturale eſt, quòd frangenti fidē frangatur fides. Extra de iureiuran. cap. peruenit. ergo ille, qui non fornicatus eſt, non tenetur iam ad fidem ſeruandam alteri. Fides autem conſtitit in duobus. ſ. in reddendo illi, & nulli alij. A primo poteſt abſolui in præiudicium fornicantis. ſ. ꝙ non reddat ei debitum, licèt ille petat. A ſecundo autem non poteſt abſolui. ſ. ꝙ nulli alteri reddat, quia aliàs poſſet licitè fornicari vnus coniugum, vel tranſire ad aliud matrimonium altero coniuge fornicato, ſed falſum eſt. Cauſa eſt, quia in fide coniugali aliud eſt, quod debetur coniugi, & principaliter ei: aliud eſt quod debetur coniugi, ſed non ei principaliter: imò principaliter Deo. Primum eſt, quòd coniux alteri coniugi petenti debitum reddat: ſecundum eſt, quòd nulli alteri commiſceatur. Patet hoc, quia antequam fieret contractus matrimonij inter iſtas duas perſonas, non tenebatur vna alteri reddere debitum: & tamen tenebatur quilibet earum nulli commiſceri ſi in nullo matrimonio erant: & ita propter Deum erat nulli commiſceri: licèt etiam ſit aliquo modo propter coniugem, quia grauiſſimus dolor eſt vni coniugum, ſi alius commiſceatur alteri extraneo. A primo ergo ab eo, quod eſt ſolùm propter coniuges, poteſt abſolui ille, qui non fornicatus eſt. ſ. vt non teneatur reddere debitum ei, qui fornicatus eſt. A ſecundo autem non abſoluitur, quia ad iſtud principaliter tenebatur homo Deo: & tamen ab obligatione, qua Deo tenemur nunquam abſoluimur propter illa, quæ faciunt contra nos proximi noſtri: ideo alter coniugum, qui non fornicatus eſt, licèt non teneatur reddere debitum fornicanti: tamen non poteſt licitè commiſceri alteri: & ita poteſt dimittere fornicantem coniugem, licèt non accipiat alium coniugem. Tertiò, quia ad charitatem videtur pertinere, vt caſtus fornicantem deſerat. Nam ſi vir retinet mulierem, fornicantem præſtat ei patrociniū ad fornicandum, vt dicit Chryſoſto. & extra de iureiuran. cap. quemadmodum. ſ. patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris: & tamen retinendo eam cęlat: quilibet tamen tenetur, præſtare proximo occaſionem ad non peccandū, & auferre offendiculū peccati. Ideo conueniens eſt, quòd caſtus abijciat fornicantē, & ſic facilius emendabitur fortè tędio affectus, qui fornicatur. Sic dicitur extra de diuor. cap. de illa. ſ. ꝙ quędam mulier ſubtraxit ſe à viro ſuo, qui in hæreſim inciderat, vt ſic ille tædio affectus rediret citius ad fidei

Fides in duobꝰ cōſiſtit in matrimonio.

Vide ſuperius de hac re. q. 54. & 75. Cōtra hæreticos cōtrarium aſſerentes.

F veritatem. Fuit ergo conueniens dimitti vxorem à viro propter fornicationem. Dicendum igitur, quòd poteſt eam dimittere quādocunque fornicata fuerit, ſed ſeptem caſus excipiuntur. Primus eſt, ſi etiam vir fornicatus eſt. Nam tunc non poteſt vir obijcere ꝗdquam fœminæ, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur. extra de adulte. cap. vlt. Vnde ſi petit vxorem ſeparari fornicatam, & ille fornicatus eſt, non ſeparabitur: & è contrario ſi mulier fornicata eſt: & poſtea vir eam à ſe ob hoc repulit, & ipſe deinde fornicatur, cogitur redire ad eā petente ipſa. extra de diuortijs. ca. ſignificaſti, & c. ex literis. Secūdus caſus eſt, quando vir dedit mulieri occaſionem fornicandi. Et hoc aliqui intelligunt quomodocunque dederit oc-

G caſionem. ſ. vel non ſoluēdo debitum, vel aliàs. Et ita replicabat mulier fornicata contra virum, qui eam repulerat, quòd præſtitiſſet ei occaſionem fornicandi. extra de diuor. cap. ſignificaſti. Sed dicendum, quòd non eſt verum, quòd ad hoc, quòd poſſit ſe tueri fornicata mulier contra virum repellentem eam oporteret, quòd ipſe tradiderit eam cognoſcendam, ſiue inuitam, ſiue volētem, vt dicitur extra de eo, qui cognouit conſangui. vxo. ſuæ. cap. diſcretionem. vbi vir non poteſt obijcere mulieri adulterium, quando ipſe eam tradidit inuitam cognoſcendam conſanguineo ſuo. Idem ſi volens ipſa fornicata ſit, dum tamen vir proſtituerit eam, vel fuerit mediator fornicationis: eo. ca. aliàs occaſio præſtita mulieri ad fornicandum non ex-

H cuſat eam, neque præſtat ſufficientem exceptionem contra virum, vt dicitur extra de diuor. cap. ſignificaſti in Glo. Tertius eſt, ſi virum ſuum probabiliter mortuum credens alteri nupſit. Nam tunc non reputatur adultera, ideo vir ſuus non poteſt eam repellere prætextu huius fornicationis, quia lex non iudicat iſtam eſſe fornicationem, vt patet. 34. q. 2 cap. cùm per bellicam: ſi autem redeunte viro ſtatim ad ipſum redierit recipienda eſt: ad tollendū tamen iſtud inconueniens ſtatuit Eccleſia, quòd mulier non tranſeat ad ſecūdas nuptias, quouſque ſit certificata de morte viri ſui: etiā ſi expectandum ſit ei per viginti annos. extra de ſponſali. cap. in præſentia. Si autem contraxerit cū ſecundo non plenè certificata de morte primi, vel ſi certificata

I erat, & poſtea incidit illi dubitationis ſcrupulus, non debet petere debitum à viro, ſed ſolùm reddere poſtulanti. extra de ſecundis nuptijs. cap. dominus: ſtatim tamen, vt ille redierit tenetur ad illum ire, vel mox, vt fuerit plenè certificata de vita illius, debet recedere à ſecundo. eod. cap. dominus. ſi autem nō redierit, iudicabitur adultera ex tempore illo, quo ſciuit virum primum viuere. 34. q. 2. capit. cùm per bellicam; & in allegato. cap. cùm dominus in Glo. Et quod dicitur de viro, idem de muliere ſi in captiuitate ducta eſt, & de eius vita dubitat: debet manere vir innuptus quouſq; illa redeat, vel de morte illius certificetur, cùm vir & vxor quantum ad matrimonium ad paria iudicentur. extra de diuor. cap. gaudemus: ideo ſi vir acceperit

K aliam putās priorem mortuam, tenetur redire ad illā. 34. q. 2. cap. cùm in captiuitate. Quartus eſt, ſi mulier ignoranter cognita eſt ab aliquo, qui non erat vir ſuꝰ: & putauit eſſe virum ſuū veriſimili errore decepta ſit. Dicitur illa non eſſe adultera, neque vitium aliquod commiſiſſe, quia inuincibilis eam ignorantia excuſat: vnde etiam ſi ſæpe cognoſcatur per hunc errorē, nunquam erit adultera, quouſque incipiat ſcire, & conſentire. Sic dicit Auguſt. libro de fide, & operibus, & 34. q. 2. cap. ſi virgo. ſ. ſi virgo neſciēs viro nupſerit alieno, hoc ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc erit adultera: ſi autē ſciat, iam ex hoc incipit eſſe adultera, ex quo cū alieno ſciēs cubuerit: ſicut in iure prædiorum tamdiu quiſque bonę fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur quamdiu

diu possidere ignorat alienum, cùm verò sciuerit, neque ab aliena possessione recesserint, tunc malę fidei perhibetur. Idem autem est de viro si putauit aliquã esse vxorem suam, & non erat verisimili errore duct⁹, & coit cũ ea, non potest repelli ab vxore ꝑtextu fornicationis huius: sicut si absente vxore alicuius intrauit per noctem mulier alia in lecto eius, & tetigit eam, ẽt si sit soror coniugis, non priuatur iure petendi debitũ. 34. q. 2. cap. in lectum. Quintus est si mulier fuit violenter cognita: nam culpa non est, quod necessitas intulit. 34. q. 2. cùm per bellicam. & non solùm mulier non peccat, sed etiam virgo sic deflorata virginitatis præmium non amittit, vt ostendit Augu. 1. de Ciuita. Dei: & tamen præiudicatur viro in hoc, quia cogitur reddere debitum mulieri sic cognitæ, & reddendo efficitur bigamus. Sextus est, si vir reconciliauit sibi vxorem fornicatam cognoscẽdo eam carnaliter postquã sciuit illam esse fornicatam. Nam iniuriarum actio tollitur per dissimulationem, vel per actus placidę cõuersationis, qui fuerint inter iniuriam passum, & iniuriantem: ita si vir sciens fornicatam esse mulierem, cognoscit eam carnaliter, remittit ei ius diuertendi ab ea: & ita non potest postea petere diuortium: secus si nesciebat postea eam fornicatam esse. Vnde si viro agente ad diuortium contra mulierem fornicatam, illa probet, ꝙ vir eam cognouerit carnaliter postquã eã sciuit fornicatam, repellet eum ab agendo. Septimus est, quando fornicatio fuit ante conuersionem ad fidem post repudiationem, vt si Iudæus repudiauit vxorem, & illa transiuit ad alium virum, fuit illud fornicatio, quia qui dimissam duxerit mechatur, & ipsa mæchatur, vt dicitur supra 5. cap. & supra in litera: & tamẽ si ipsa transeat ad fidem, & velit habere primum virũ, cogitur recipere eam, & non potest ei obijcere fornicationem illam: extra de diuortijs capit. gaudemus. Et ratio est, quia illa non putabatur esse fornicatio, & sicut ignorantia facti excusat. s. quando putabat quis cognoscere vxorem suam, & cognouit alienam non est fornicatio: ita illa est ignorantia iuris, quæ aliquo modo excusat, quia licèt nobis notum sit talem coitũ esse fornicationem, tamen Iudæis agentibus secundũ legem Moysi putatur esse matrimonialis coit⁹, & ideo non potest alter alteri obijcere illam fornicationem, de qua non constabat eis, quod erat fornicatio quando illam exercebant. In cœteris autem casibus, quandocunque mulier fornicata fuerit potest vir petere diuortium.

Quod necessitas intulit culpa non est.

Ad primum dicendum, quòd quantum ad forum exteriorem ex quacunque intentione dimittat vir vxorem fornicatam licet ei. Et tamen si quantum ad ꝯscientiam agitur. Dicendum, quòd aut dimittit vir vxorem fornicatam ad vindictam quasi per hoc retribuat ei pro fornicatione: est dare malum pro malo, & peccat, quia vindicta non est appetenda, neque recipienda: si verò ad euitandam infamiam prouenientẽ ex crimine vxoris, quasi ipse sit fautor, & patronus turpitudinis, non peccat, quia non reddit malum pro malo, sed euitat malum proprium. Si autem agat ad emendationem vxoris, vt illa tędio affecta corrigatur, benè agit, vt dicitur extra de diuor. cap. de illa: & tunc est opus charitatis, & redditur bonum pro malo.

Ad secundum dicendum, quòd maius peccatum est, quando ambo fornicati sunt, quàm si alter tantũ: & tamen non fit repudium propter esse maius peccatum: sed quia alter eorum petit, cùm diuortium sit introductum in fauorem eius, qui castè viuit, si vult absolui à debito eius, qui fornicatur: quando autem vterque fornicatus est, maius peccatum est: & tamen neutri competit ius contra alterum: eo quòd paria peccata tolluntur mutua cõpensatione. Vnde si age-

A ret alter eorum ad diuortium, posset repelli ab agẽdo. extra de diuortijs cap. significasti, & cap. ex literis. Hoc autem est, quia diuortium introductum est in fauorẽ castè viuentis: si autem esset præceptum iuris. s. vt propter fornicationem fieret diuortium, etiam nemine petente, dico, quòd à fortiori fieret si ambo fornicati sunt, quàm si alter tantùm: & tamen fit diuortium ad petitionem castè viuentis: vnde fornicato altero coniugum, si alius non petit diuortium, manet repetitio debiti, & ita non fornicatus potest recõciliare sibi fornicatum cognoscendo carnaliter post fornicationem ei notam.

Ad tertium dicendum, quòd licèt alia peccata sint multo maiora, quàm fornicatio, non fit diuortium

B propter illa, sed propter fornicationem. Sic dicitur extra de diuortijs cap. quæ fuit. s. ꝙ pro furto, aut alio crimine viri non potest mulier ab eo separari. Et ratio est, quia diuortium cùm sit cõtra matrimonij statum, non datur pro peccato simpliciter, sed pro peccato cõmisso contra matrimonium. Cętera autem peccata non sunt directè contra matrimonium, ideo pro illis non fit diuortium. Etiam, quia diuortium datur in fauorem coniugis viuentis castè, & in odium alterius agentis contra matrimonium, & contra coniugem: fornicatio autem est contra legem matrimonij, & est in præiudicium coniugis: ideo pro ea datur ius diuortij: cœtera autem vitia, licèt sint magna, sunt contra Deum, & non contra coniugem: ideo non datur di-

Ratio quare diuortium, non fiat ꝑ quolibet, sed pro fornicatione.

C uortium pro eis: pro fornicatione autem qualiscunq; sit potest peti diuortium: vnde si vir sit sodomita actiuè, si ad pecora coeat, si seipsum polluat, poterit vxor petere diuortium. Sic dicit Glo. 32. q. 7. capit. omnes causationes.

Quid autem si vir polluat mulierem extra claustra in vase indebito, vel omnino extra vas, sicut dicitur Gen. 38. de Onan filio Iudæ, quòd semen fundebat in terram, cùm ad vxorem suam accederet. Dicit Glo. ibidem, quòd petere potest diuortium. Et dicendũ, quòd verum est, quia istud est peccatum grauissimũ ex specie sua, quia agitur extra vas, siue fiat sine vase vllo, siue in vase indebito, licèt deterius sit in vase indebito, quàm sine vase: & tamen adhuc sine vase agere

D vocatur crimen pessimum, sicut dicitur Gen. 38 quòd occidit illum Deus, qui semen fundebat in terra, quia rem pessimam ageret. Etiam est vterq; modus istorum valde præiudicialis vxori. Primò, quia est contra intentionem matrimonij, cùm inde sit impossibilis generatio. Secundò contra intentionem vxoris, quia mulieres intendunt filios habere, sicut dicitur extra de frigi. & male. cap. accepisti. de muliere, quæ ait, mater esse volo, & filios generare: & dixit Rachel ad Iacob, da mihi liberos alioquin moriar. Gene. 30. capit. Tertiò est in iniuriam vxoris, quę extraordinariè polluitur indebitè effuso semine, & hoc est propriè illam pollui: nã quando recipitur semen in vase debito, non est pollui, quia ordine naturæ res agitur: cùm verò ex-

Cùm vir agit extra vas multipliciter prçiudicat vxori.

E tra illud, siue sine vase, siue in non debito vase, illa polluitur, & ad iniuriam ei cedit si non spontè patiatur. Quartò, & præcipuè, quia tollitur intentio principalis matrimonij. Nam actus coniugalis est nunc principaliter ad mitigandum fomitem, vt excusetur fornicatio, & hanc solam causam posuit Apost. 1. Corin. 7. vnusquisque vxorem suam habeat propter fornicationem euitandam, & tamen vxore polluta extraordinariè sine vase, vel in vase indebito: non mitigatur in ea fomes, sed potius accenditur flamma libidinis, cùm nihil ad hæc patiatur fœmina, ideo fit valde contra intentionem matrimonij: ideo pro tali pollutione qua vir fęminam inuitam polluat, potest eum abijcere per diuortium.

An

An per Sodomiam, vel bestialitatem causetur diuortium. Quæstio LXVII.

SED quid si Sodomita sit, vel ad pecora eat? Dicendum, quòd etiam fiet diuortium, quia fornicatio est, & grauis quidem, & valde in pręiudiciū vxoris: nam vir talia exercens nunquam gignet. Etiam, quia non reddit vxori debitum ista agendo, sed subtrahit illi, quidquid sic facit. Sed quid si seipsum polluat, quos Apostolus molles vocat? Dicendum, quòd sic, quia fornicatio est: nam męchiæ, vel fornicationis nomine omnis illicitus concubitus, & indebitus mēbrorum vsus continetur, vt ait August. super Deute. & 32.q.4.cap.meretrices. etiam, quia in præiudicium vxoris est, quia ita illa nunquam concipiet: etiam quia non satisfit vxori ad vitandam fornicationem, quia sic illa non cognoscitur à viro.

An Sodomia passiua causet diuortium. Quæstio LXVIII.

SED quid si sit Sodomita passiuè solùm. Dicendum, quòd quidam non faciunt differentiam, an actiuè, vel passiuè, sed quòd vtroque modo vxor posset repellere virum. Sic tenet Glo.32.q.7.cap.omnes causationes. Est tamen dicendum, quòd aliqua differentia est quantum ad præiudicium vxoris. Nam quantum ad conditionem criminis vtrumque est nephas, & etiam videtur culpabilius volens sodomiticè pati, quàm agere, vt declaratum est supra 5.cap.q.114. & tamen qui sodomiticè agit per hoc directè frangit fidē vxori, eo quòd carnaliter cognoscit aliquid aliud quàm illam: & tamen in fide coniugali duo includūtur, vt supra declaratum est.s. ei commisceri quando petiuerit, & nulli alteri: sed agens sodomiticè alteri cōmiscetur, qui verò patitur non commiscetur alteri, vt vir, sed vt fœmina: & ideo non p̄iudicat directè vxori. Secundò, quia sic faciens sodomiticè, ex vxore nūquā gignet, etiam nō reddet ei debitum, quia sodomiticè effundit quod debetur vxori: patiens autem neutrum istorum habet. Nam ex eo concipiet vxor, etiam reddet ei debitum ad euitandam fornicationem, cū nulli alteri commisceatur effundēs quod debet̄ vxori. Et tamen dicendum, quòd cùm non possit negari q̄n sodomiticè pati sit fornicatio: poterit eum mulier repellere cū propter fornicationem fiat diuortium.

Quid si vir non fuerit actu fornicatus, sed concupierit, an possit esse diuortium. Quæst. LXIX.

SED quid si vir non fuerit actu fornicatus, sed concupierit, an possit esse diuortium? Aliqui dicunt, quòd sic, quia desiderium fornicandi deliberatum est fornicatio. supra 5.cap.s. qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam męchatus est in corde suo; & 32.q.5.ca.qui viderit: & ita mulier aliqua dicitur corrupta antequam veniat ad suum corruptorem: quia iam animo fornicata est, vt ait August.2.lib.de Ciuita. Dei, & 32.q.5.cap.proposito. ita est fornicatio spiritualis, quam Deus peccatum mortale reputat. Dicendum, quòd ista vocatur fornicatio, & est peccatū mortale, licèt non sit ita graue, sicut fornicatio actu ꝯsummata per commixtionem carnis etiam quantum ad Deum, quantum ad forum autem contentiosum, in quo petitur repudium, talia non reputantur peccata. Nam talia, quæ in solo animo sunt, probari non possunt: dato tamen, quòd pateret de eis, adhuc non est de eis iudicium humanum exercendum, quia cogitatio sistens in terminis suis, quæ nullo modo ad extra prodijt, non habet pœnam de lege forali: potissimè,

Nonnullorum resp. ad q̄si. q.

Doct. resp. ad quæsi.

F quia diuortium datur in fauorē coniugis castè viuētis, & in odium eius, qui fornicatur inquantum ille præiudicat castè viuenti, & tamen per solùm desiderium fornicandi non præiudicatur alteri coniugum: ideo diuortium fieri non potest. Sic tenet Glo.32.q.7.cap. omnes causationes: dicens quòd hoc fit, quia Ecclesia de occultis non iudicat.32.distin.cap. erubescant: hæc autem omnia licèt sufficiant ad diuortium, omnia tñ etiam simul sumpta non sufficiunt ad soluendum vinculum, ita quòd liceat mulieri transire ad aliud matrimonium. Sic dicit Hiero.ad Damasum, & 32.q.7.c. omnes causationes. quamdiu viuit vir licèt adulter sit, licèt sodomita, licèt flagitijs omnibus opertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus est, maritus tamen est reputandus, cui alterum virum accipere non G licet: & ita propter ista dixit Hierony. licitum esse diuortium, sed non repudium.

An spiritualis fornicatio, vtputa hæresis, & alia peccata sint causa diuortij. Quæst. LXX.

DE spirituali autem fornicatione est dubiū, an sit causa diuortij. Dicendum, quòd accipiendo largè fornicationem spiritualem, omne peccatum mortale est fornicatio, quia sicut quandocunque sponsa, vel vxor recedit à viro, vel spōso, cuicunq; alteri adhęserit fornicatur: ita cùm Deus sit sponsus animarum nostrarum, quia est sponsus Ecclesiæ, ad Ephe. 5. cap. H quandocunque anima nostra recesserit ab eo, cuicunque alteri adhæserit fornicatur, sed per omne peccatum receditur à Deo, ideo per omne peccatum fornicatur anima. Et sic accipiendo non datur diuortiū pro omni fornicatione. Est enim diuortium spirituale.s. Dei, & animæ: non tamen est diuortium carnale vxoris à viro pro fornicatione, quam alter eorum committit in Deum, cū non committat eam in cōiugem: & ideo, quia fornicatio carnalis est directè contra matrimonium carnale, per istam fit diuortium ꝯiugum, & non per spiritualem largè sumptam: accipiendo autem specialiter vocatur fornicatio spiritualis hæresis, & per istam fit diuortium coniugum, sicut propter fornicationem carnalem. extra de diuortijs.c. I de illa, & c.quāto. Sed tunc dicetur, quomodo potest fieri diuortium per tale peccatum, quia Christus dixit non licere dimitti vxorem à viro, nisi excepta causa fornicationis? supra 5.cap.& supra in litera. Aliqui dicunt, quòd est duplex fornicatio.s. carnalis, & spiritualis: dicendo autem fornicationem generaliter vtramque intellexit: ideo pro vtraque est diuortium. Secus si dixisset de sola fornicatione carnali. Sed non stat, quia tunc cū omne peccatum sit fornicatio quædam à Deo, propter omne peccatum daretur diuortium, quod falsum est. Secundò, quia Ecclesia non potuit statuere contra legem Christi, quę solam causam fornicationis excepit: non ergo potuit addere causam hæresis. Tertiò, quia eadem ratione potuisset excipe K alias causas æquales.s. idolatriam. Est enim æquale vitium idolatriæ, & hæresis, quia vtrumque directè est contra Deum: imò & idolatria videtur deterius, quia pessimum quod facere potest hæreticus, est attribuere deitatem ei, qui non est Deus, cessando colere eum, qui est Deus: & tamen non ponitur idolatria causa diuortij: ideo neque hæresis. Quartò, quia isti volunt pertinere istum casum ad fornicationem, & esse casū additum ad illum, quem Christus excepit, sed manifestum est, quòd Christus non locutus est, nisi de fornicatione corporali, quę sola propriè vocatur fornicatio, & quando absolutè dicitur fornicatio, ipsa sola intelligitur. Potissimè, quia fornicatio sola carnalis directè repugnat matrimonio, quod tollitur quantum ad

Quid diuortiũ sit.

ad aliquid per diuortium: ideo non pōt addi alia causa diuortij.s. hæresis. Aliqui ergo dicunt propter hoc, quia pro hæresi non fit diuortium, sicut pro fornicatione, sed pro sola fornicatione: est enim diuortium separatio coniugum quantum ad thorum, & mutua obsequia, quæ sunt in cohabitatione: ita quòd solùm maneat vinculum matrimonij inter eos: & ita in fornicatione fit diuortium, quia nec redditur debitum fornicanti, neque cohabitatur ei. In hæresi dicitur, quòd non priuatur hæreticus debito quantum ad thorum, sed solùm quantum ad cohabitationem: & ita non est diuortium. Sed dicendum, quòd non stat: primò, quia non consonat iuri. Nam extra de diuor. cap. quæsiuit. fit separatio cōiugum propter hæresim: & ibi dicitur, quòd tamen maneat inter eos vinculũ matrimoniale: & sic videtur, quòd non manet inter eos copula: quia aliàs nō oporteret dubitari: quia copula est actus matrimonij, & manēte iure copulæ certum est manere matrimonium: & non oporteret dici, quòd separati semper essent coniuges, & non possent ad alia vota transire. Idem innuitur in c. quanto. Secundò patet, quòd fit contra intentionem iuris, qa frustra esset tollere cohabitationem, si nō tollatur ius petendi debitum: quia si quandocunque petierit vir reddit fœmina: erit indirectè cohabitatio quædam: & ita conceditur vno modo, quod alia via negatur, quod est contra ius. Tertiò, quia si fit diuortium propter hæresim in fauorem eius, qui rectè credit, quidquid mali cauere vult ius faciendo separationem quantum ad cohabitationem, fiet concedendo simultatē thori: ideo non conceditur vnum negato alio. Dicendum ergo est, quòd propter hæresim non fit diuortium inquantum est fornicatio spiritualis: quia tunc in omnibus peccatis fieret diuortium: sed quia cohabitatio est in præiudicium magnum rectè credentis: vnde si quis incidat in hæresim, & tamen non nitatur peruertere vxorem ad illum errorem, non fiet diuortium: si autem nititur peruertere eam, diuortium fiet. Sic patet extra de diuor. cap. quæsiuit. s. nos itaque taliter respōdem⁹, quòd mulier pro furto, vel alio crimine viri sui, (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet: verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficium traxerit, à viro poterit separari. Simile patet quantum ad cohabitationem infideliũ & fidelium conuersorum. Nam si conuertatur Iudæus ad Christum, & vxor nolit conuerti, velit tamen manere cum viro, tenetur eam secum habere, & maritali affectione tractare, si eidem cohabitare voluerit sine contumelia creatoris. extra de diuor. ca. gaudem⁹: & ita infidelitas non est sufficiens causa dirimendi matrimonium: sed contumelia creatoris soluit ius matrimonij. eod. tit. cap. quanto. ita ergo circa fideles, quorum alter in hæresim labitur, si manere velit, aut maneat hæreticus non pertrahens fidelem ad errorem, non erit causa diuortij: quia non est ibi contumelia creatoris, & patent ista eod. cap. quanto. vbi comparatur hæc. Sed aliquis dicet, quòd contumelia creatoris est, si alter coniugum manet in hæresi: etiam si aliũ non pertrahat ad hæresim: & ideo quocunque modo labatur vnus cōiugum in hęresim, poterit alius petere diuortium. Dicendum, quòd non, quia non vocatur contumelia creatoris respectu eius, qui est in peccato, sed respectu eius, qui cohabitat. s. si illa cohabitatio redundat in dedecus Dei: tunc enim in dedecus Dei redundat, quando qui in peccato est dicit blasphemiam aliquam contra Deum, per quam intēdit, vel alterum inclinare, vel tędio afficere. Et patet, quia aliàs cùm quilibet infidelis maneat actualiter in peccato mortali infidelitatis, non posset cohabitare sine contumelia creatoris cōiugi fideli: & tñ aliàs potest, quia aliàs iura

A non dicerent, quòd maneat si vult cohabitare sine cōtumelia creatoris: ergo ita erit hic, quòd non dicetur lapsus in hæresim cohabitare cũ iniuria Dei, quia ipse in peccato manet: sed quia alium nititur trahere ad errorem, vel in conspectu eius dicit aliqua, quę sunt in contumelia Dei, vt ipsum tædio afficiat: nemo tamē cogitur sustinere Dei cōtumeliam: ideo potest in talibus petere diuortium, sed non aliter. s. quando vir est hæreticus, & tacet: & ista est veritas. Et tunc dicendum, quòd non datur diuortium ad solam cohabitationem, sed ad thorum, & cohabitationem: quia dato thoro daretur indirectè cohabitatio. Secundò, quia sic posset vir magis allicere mulierem ad errorem suũ communicando in venereis: quia nihil est, quod magis corda peruertat, & alliciat, quàm venus: & ideo dixit Deus Deutero. 17. quòd reges non haberent vxores plurimas, quæ allicerent corda ipsorum: & ita dicitur de Salomone. 3. Reg. 11. quòd mulieres peruerterunt cor ei⁹ à Deo, vt coleret idola, & īmolabat thura dijs earum. A fortiori ergo moueretur mulier propter gaudia venereorum, & communicationem eorũ cum viro ad errorem eius: ideo debet separari ab eo quantum ad thorum. Vnde si posset cohabitare ei, & ꝙ non commisceretur, tolerabilius esset, quia min⁹ alliceret eam: quia tñ non pōt tolli cōmixtio cohabitantibus, fit diuortium quantum ad vtrumq;. Et tunc dicendum, ꝙ propter hæresim non datur diuortium, inquantũ illa est fornicatio spiritualis, neq; inquātum est graue peccatum, & directè contra Deum: sed solũ ad defensionē mulieris, quia auferendus est ei laque⁹ peccati: & tamen vir hæreticus si nititur peruertere mulierem, cui carnaliter cōmiscetur ad errorē, poterit faciliter agere, tam ex assiduitate conuersationis, quā ex conditione participationis. s. quia in venereis participant. Ideo vt tollatur hoc grauissimum periculum, si mulier petat diuortium, concedendũ est. & non est directè diuortium, sed mulieris tutela, quia nulli neganda est necessaria defensio animæ, & corporis. Sic enim si mulier machinaretur in mortem viri, & non posset ēe vir securus de malitia animi eius, fieret diuortium viro petente, & ostendente etiam, vt colligitur extra de diuor. cap. si qua mulier. & in glo. cap. sequē. eod. tit. sic etiam si tanta esset viri sęuitia contra vxorē, quòd non posset dari conueniens securitas: non solũ non debet restitui ei petenti restitutionem si recessit ab eo: sed etiā debet ab illo amoueri. Et ita diuortiũ propter sęuitiam fieri poterit, vt consulatur vitæ coniugis, vt patet extra de restit. spol. ca. literas. & tñ maior esse debet cura de anima, q̃ de corpore: ergo in casu, in quo alter coniugum alterum ad hæresim trahere nititur, diuortium petenti est cōcedendũ, & verũ est, quòd directè nō datur diuortiũ, nisi pro fornicatione: quia ibi datur in pęnam pro peccato. in hęresi autē, vel iusto timore mortis fit separatio, non ad priuādum directè debito coniugali, sed ad tutelam eius cui timendum est. Alij autem dicūt, quòd in hæresi specialiter conceditur diuortium, quia est hęresis specialiter contra bona matrimonij. Nam vnum de bonis est bonũ prolis. s. ꝙ proles gignatur, & religiosè educetur in cultu Dei: sed per hęresim destruitur totus cultus Dei: ideo licet fieri diuortium. Dicendũ, ꝙ non stat: quia eodē mō est contra bonũ prolis quodcũq; aliud peccatum parentũ: qa si sunt parētes vitiosi, erudiēt filios ad siña, & sicut imitantur eos in hęresi: ita & in cęteris imitabuntur; ergo in quolibet pctō esset eadē cā diuortij. Sed falsũ ē, qa ēt si oīa pctā cōmittat vir, ñ poterit ab eo separari mulier. extra de diuor. c. q̃siuit: iō ꝙ fiat spāliter in hęresi causa est, q̃ dicta fuit. s. nō qa est hęretic⁹; sed qa mulierē ad hęresim solicitat. Et hoc rñdebitur, qñ ostēdebat, ꝙ ꝑpter hęresim non fieret diuortium.

Nihil magis cor peruertit, & allicit ipsa venere.

Nulli est denegāda necessaria defensio animæ, & corporis.

Maior cura aīæ esse debet, quā corporis.

Ad primum dicendum, quòd verum est, quòd nō fit diuortium propter hæresim, quia est fornicatio spiritualis: sed inquantum hæreticus solicitat fidelem ad errorem.

Ad 2m dicendum, q verū est, q Ecclesia non potuit statuere contra Christum: & ideo cùm ille dixerit esse vnicam causam, concedendum est non esse alias causas diuortij, neque Ecclesia statuit alias addēdo illas: vnde pro hæresi non est diuortium: sed datur separatio ad defensionem coniugis fidelis: sicut quando timetur mors, aut vulnus inferri vni coniugi ab altero: quia est tunc tutelam necessariā dare & non diuortium facere: sed non potest aliter fieri securitas nisi per separationem: ideo fit diuortium per accidens: Christus autem locutus est de diuortio directè facto in pęnam criminis.

Ad tertium dicendum, quòd verum est, quòd si excepisset Ecclesia hæresim ad causandum diuortium inquantum est magnum crimē, posuisset etiam multa alia crimina æqualia & minora: sed non posuit hæresim nisi inquantum, qui hęreticus est solicitat coniugem orthodoxum ad errorem, vt dictum est. Sed tunc dicetur, quòd idem erit quantum ad alia crimina, si alter coniugum alterum solicitet.

Dicendum, quòd ista habent auctoritatem à iure, quia sunt positiua: ideo non possumus aliud asserere, vbi scriptum non inuenimus maximè in pęnalibus: & ideo licèt sit aliqua similitudo vel identitas rationis, non audemus idem asserere: potissimè cùm ius hoc videatur exprimere extra de diuor. cap. quæsiuit, scilicet mulier pro furto, vel alio crimine viri sui (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet. Verùm si coniugem suam ad infidelitatis maleficia traxerit, à viro poterit separari: & ita si in hoc crimine vir solicitat vxorem conceditur diuortium. Si in aliis autem solicitat, non conceditur. Ratio videtur, quia istud crimen est periculosius, cùm errare in fide sit errare in toto, quia fides est fundamentum. De cœteris ergo vitiis licèt vir solicitet mulierem ad illa, non conceditur diuortium, ne detur occasio faciliter dissoluendi omnia matrimonia.

Fides est fundamentum cęterarum virtutum.

Ad 4 rō. Ad quartum concedendum est, quòd Christus nō locutus est nisi de fornicatione corporali: & ideo nō fit diuortium pro hæresi, quasi sit fornicatio spiritualis, & includatur nomine fornicationis à Christo dictę: sed datur diuortium indirectè, & per accidens ad necessariam tutelam coniugis orthodoxi.

Ad 4. rationem quæstionis 65. secundum quosdam. Ad quartum argumentum principalis quæstionis, quæ erat sexagesima quinta, dicunt quidam, quòd pro peccato contra naturam potest procedi ad diuortium sicut pro fornicatione: & tamen non fit mentio de ipso, tum quia est fętidum vitium & innominabile; tum quia rarius accidit, tum quia non causat incertitudinem prolis sicut fornicatio. Sed dicendum, q pro vitio contra naturam quodcunque sit potest fieri diuortium, vt colligitur ex dictis Hieronymi ad Damasum & 32. quæst. 7. ca. omnes causationes, & Glo. ibi illud expresse tenet. Nā erit contra naturā, si coeat ad pecora, vel ad virū, vel seipsum polluat, vel fęminā ī vase indebito vel extra debitū polluat, vt ostēsum est de singulis supra, & vsq; ad 70. *In q. 65.* Et dicendum, quòd nō est causa addita ad eam quam Christus expressit: sed verè comprehenditur sub nomine fornicationis: quia *Quid sit fornicatio* fornicatio est omnis indebitus coitus, & omnis illicitus vsus membrorum generatiuorum: vt dicit Aug. in libro de quæst. Deutero. & 32. quæst. 4. cap. meretrices. & ideo pro omnibus modis illius vitij datur diuortiū, quia est quilibet illorum modorum fornicatio.

F *An teneatur vir eijcere mulierem fornicatam per diuortium. Quæstio LXXI.*

QVAERETVR, an teneatur vir eiicere mulierem fornicatam per diuortium. Aliqui dicunt, quòd sic, quia vir cùm sit caput mulieris, primæ Corinth. vndecimo. tenetur eam corrigere peccantē: & tamen separatio à thoro est inducta ad correctionem fornicantis coniugis: ergo tenetur vir eam abijcere, vt sic corrigatur. Secundò, quia qui consentit peccanti peccat mortaliter. ad Rom. primo ca. sed vir retinens vxorem fornicariam videtur consentire peccato eius: ergo tenetur eam eiicere à se. Tertiò, quia primæ Corinth. sexto, dicitur: Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur cum ea. Sed non potest quis si-G mul esse membrum Christi, & membrum meretricis. eod. cap. scilicet. Tolles membra Christi, & facies membra meritricis? Absit: quasi dicat, quādo efficitur membrum vnius, desinit esse membrum alterius: & tamen quilibet obligatur esse membrum Christi, qa aliter nemo saluatur, nisi Christo incorporatus: ergo obligatur non esse membrum meretricis: sed vxor fornicaria meretrix est: ergo obligatur vir non commisceri ei, vt non sit membrum meretricis: & ita tenebitur dimittere vxorem fornicatam. Quartò, quia sicut cognatio tollit vinculum matrimonij faciens, q nō sit matrimoniū: ita fornicatio separat à thoro causans diuortium: & tamen si vir sciat vxorem suam esse cognatam sibi in gradu prohibito, peccat mortali-H ter cognoscendo eam: imò etiam si Ecclesia per censuram excommunicationis compellat eum reddere debitum, debet potius sustinere sententiam excōmunicationis quàm reddere. extra de restitu. spo. cap. literas. & de sententia excommunica. cap. inquisitioni: ergo cùm vir sciuerit vxorem fornicatam, tenetur eam abijcere. Quintò, quia quilibet tenetur vitare maledictionem, impietatem & fatuitatem, quantū potest: & tamen qui retinet vxorem fornicariam est impius & fatuus: ergo tenetur eam dimittere. Sic dicit Hieronymus: Sola fornicatio est, quæ vxoris vincit affectum: imò cùm illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri ne virum quoque sub maledictione faciat dicen-I te scriptura, qui tenet adulteram stultus & impius est. Sextò, quia dicit Chryso. quòd sicut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit: sic & fatuus & iniquus est, qui retinet meretricem. Nam patronus est turpitudinis, qui crimen celat vxoris. Idem dicitur extra de iure iuran. cap. quemadmodum.

Dicendum, quòd non tenetur absolutè vir dimittere vxorem fornicatam: quia dimittere fornicantem est permissionis, & non præcepti: sic dicit Glo. 1. Corint. 6. q dominus permisit causa fornicationis vxorē dimittere: sed non tenemur ad permissiones, cū non sint præcepta, sed fiant in fauorem nostrum: ergo nemo obligatur dimittere vxorem fornicatam. Sic dicit Augustinus libro de Sermone domini in monte, & 28. quæst. primo ca. idolatria. scilicet: Dn̄s permisit K causa fornicationis vxorem dimittere: sed quia permisit non iussit. Itē quilibet potest dimittere alteri, quod in se peccauit: sed vxor fornicando peccat in virum: ergo vir potest ei remittere peccatum illud, inquantum est contra ipsum, vt non dimittat eam. Pro quo sciendum, quòd dimissio vxoris fornicantis introducta est ad corrigendum crimen vxoris per talē pęnam principaliter. Pęna autem corrigens non requiritur vbi emēdatio iam pręcessit: & ideo si mulier de fornicatione sua pęniteat, & non repetat eam: non tenetur vir eam dimittere. Si autem pœnitere nō vult cōtinuando fornicationem, tenetur vir illam dimittere, ne videatur consentire, & cooperari peccato eius

coni-

committendo debitam correctionem, quam imponere ad ipsum pertinet, qui mulieris curam habet. Sed hoc non sic simpliciter accipiendum est, quia aut qui vult dimittere vxorē habet testes fornicationis eius, aut non. Si non habet, non potest eam dimittere, etiā si non peniteat de fornicatione: quia dimissio fieri debet auctoritate ecclesiæ, vt dicetur sequen. quæst. quæ probata fornicatione profert diuortij sententiam: vnde nō existentibus testibus frustra petitur diuortium, seu diuortij sententia, & ideo sustinebit vir quousque fornicationis probationes habeat. Si habet testes, aut putat vir vxorem aliquando corrigibilem, licèt nondum se emendauerit, aut non. Si putat verisimiliter, quod suasionibus, & minis inducta aliquando se corriget non tenetur dimittere eam, sed melius facit retinendo. Si non putat eam corrigibilem, aut credit, quòd dimissa erit deterior aut non. Si credit, quòd dimissa a viro audacius fornicabitur, & inuerecundius, non tenetur vir eam dimittere: quia aliquo modo cōsulit saluti animæ eius tenendo illam. Si verò non credit deteriorem futurā: aut credit, quòd dimissio proderit ei ad correctionem, aut non. Si primo modo tenetur abijcere: quia aliàs omitteret imponere conuenientem correctionem. Si autem dubitat an melior, vel deterior erit: aut est occulta fornicatio, idest quòd non est mulier infamata publicè de fornicatione vel saltem apud multos, vel est infamata. Si non est infamata, videtur quòd in nullo casu teneatur eam dimittere, etiam si putet, quòd dimissa facilius emendabitur, quia nemo tenetur seipsum infamare, & tamen si vir petat aduersus vxorem diuortiū in iudicio, & probata fornicatione sententietur contra mulierem, vir infamat seipsum de facto, & graui quidem infamia: nemo tamen tenetur se infamare: ideo non tenetur eam dimittere. Si autem mulier est infamata de adulterio: si tamen adhuc non creditur communiter veram esse famam, incurreret vir maiorem infamiam probato crimine in iudicio: ideo adhuc non tenetur eam dimittere: ideo quandiucunque vir retinet vxorem fornicariam, vel sub spe correctionis, vel vt ipse non infametur, aut non infamet illam, non peccat retinendo: sed tunc videtur peccare, quando non speratur de emendatione mulieris, & est res manifesta, & putatur, quod vir foueat crimini tenendo illam, debet dimittere, vt non videatur auctoritatem præstare patrando sceleri: vnde rarò tenetur vir mulierem fornicatam abijcere. Sed idem dubium erit de coniuge lapso in hæresim, propter quod fit diuortium. extra de diuort. cap. quæsiuit, & cap. quanto, & cap. de illa. an teneatur orthodoxus dimittere errantem.

Dicendum, quòd presupponendum est, quòd alter coniugum nō solùm inciderit in hæresim: sed etiam solicitet alium ad illum errorem: quia aliàs non fit diuortium, vt patet in allegato ca. quæsiuit. & ostensum est præcedenti quæst. sic enim vult August. quod non dimittit vir vxorem vel vxor virum causa fornicationis spiritualis, idest hæresis vel idolatriæ commissæ ab illo, sed causa fornicationis huius vitandæ in se, scilicet, ne ille, qui fornicatur spiritualiter cogat alium, vel inducat ad fornicandum, & tunc propter suam fornicationem, scilicet vitandam petit diuortium, & non propter fornicationem commissam a coniuge, vt patet in libro de Sermone Domini in Monte: & vigesimaoctaua quæstione prima capit. idolatria, cùm ait: non enim fornicantem tantùm vxorem vir dimittere conceditur: sed quisquis eam quoque vxorem dimittit, a qua ipse cogitur fornicari. Causa vtique fornicationis dimittat, velut si aliquem cogat vxor sacrificare idolis, qui talem dimittit causa fornicationis dimittit: non tantùm illius sed etiam suæ: illius quia forni-

A catur, & sua ne fornicetur. Et hoc modo accipiendo possumus accipere id, quod dicebatur præceden. quæstio. scilicet, quòd sicut fornicatio corporalis est causa diuortij, ita & spiritualis: & tamen tunc non fit diuortium, quia fornicatur alter coniugum, sed quia alterum ad fornicandum spiritualiter trahit, vel cogit, & non datur directè diuortiū quasi in pœnam spiritualis fornicationis, sed in tutelam nō fornicantis, ne fornicari cogatur: sed hoc differt inter hæc, quia pro fornicatione carnali etiam semel tantùm facta potest alter coniugum petere diuortium. Pro spirituali autem fornicatione, idest, quia semel tātùm suasit ad malum non potest dimittere, sed quando sæpius suadet. Sic dicit August. lib. de Adulterinis coniugijs, & 28. quæ-

Pro fornicatione carnali ēt semel tñ facta pt alter cōiugū petere diuortiū p spūali aūt nō nisi pseueret.

B stio. prima ca. non solùm, scilicet: Non solùm mœchatio est illius, qui carnem suam coinquinat, sed etiam qui simulachrum facit, mœchatur, quòd si in his factis perseuerat, & penitentiam non agit, recede ab illa, & noli viuere cum illa: sin autem & tu particeps peccati illius eris. Sic dicit glos. 28. quæst. prima cap. idolatria, scilicet nota, quòd propter fornicationem corporalem semel commissam potest eam dimittere. 32. quæst. prima ca. dixit Dominus: sed propter spiritualem non nisi perseueret. Et tunc dicendum, quòd si perseuerat omnino debet petere diuortium alter coniugum, quia manendo non expectatur correctio peccantis: sed subuersio bene agentis: quia peccatum adhuc occultum manet. Si autem recedit, iam non

C poterit alter, qui peccat, peruertere non peccantem, & etiam ipse peccans tædio affectus dimittet facilius errorem suum, sicut extra de diuortijs. cap. de illa. dicitur de muliere, quæ recessit a viro suo lapso in hæresim: vt tædio affectus dimitteret hæresim: etiam quia publicato crimine peccatis timebit ille, & erubescet: & ita facilius castigabitur, & ideo facilius dimittēdus est coniunx in fide errans quàm in fornicatione corporali, quia errans in fide magis corrigitur per publicationem: fornicans autem magis corrigitur tolerando, & occultando saltem communiter: Quia tamen ista consistunt in particularibus, in quibus nō est semper vnus modus, est multum relinquendum prudentię coniugum, quando teneantur dimittere, & qñ nō.

D Ad primum dicendū, ꝙ tenetur vir corrigere vxorem suam fornicatam, & tñ non est solus modus correctionis per diuortium, sed ēt verbo & verbere: ideo si per talia expectetur correctio vxoris, non oportet ꝙ diuortium fiat. Ad secundùm dicendum, ꝙ qui consentit peccanti, peccat si consentiat per approbationē vel auctoritatis præstationem, aut cùm faciliter posset impedire, ne fieret peccatum, & non impedit: & maximè, qñ ad officium suū hoc pertinet impedire. Vir aut ēetiā si fornicantē non abijciat, non consentit peccato, sed dolet, & prohibet quantū pōt dissuadēdo, ne fiat verbo, & verbere. Maximè si dimittendo illam putat ꝙ efficietur deterior: sed tunc vir peccat qñ eā fornicantē neque verbo, neque verbere corrigit, & cùm

E putat, quod dimissa emendabitur, si eam non abijcit.

Ad tertium dicendum, ꝙ fieri membrum meretricis peccatum mortale est: vxor aūt quādiu fornicatur intentionem habens adhuc fornicādi meretrix est, & ideo tunc vir nō coniungetur ei, sed abijciet illā, quia non emendatur: sed si incipit velle emendari, iam nō est meretrix sed casta: ideo licite ei iungitur. Aliter potest dici, & melius, ꝙ licèt vxor maneat in proposito fornicandi, vir adhærens ei nō adhæret meretrici: quia illa meretrix est respectu alieni viri, cui adhæret, aut adhærere intendit: sed respectu mariti non est meretrix: quia vinculo matrimoniali ei astricta est, & ideo quandocunque eam tetigerit, licitè tangit, etiam si illa publicè testetur, quòd fornicari proponat.

Ad quartum dicendum, quòd non est simile de cognatione ad vinculum: & de fornicatione ad thorum: nam cognatio tollit vinculum matrimoniale, quod neque esse potuit illa stante; ideo quandocunq; constiterit alteri cõiugum de cognatione in gradu prohibito, non debet petere debitum, neque reddere: quia esset fornicatio cùm non sit ibi coniugium: fornicatio autem præstat viro ius diuortij ab vxore, non tamẽ imponit necessitatem diuertendi, & ideo licitè adhę rebit quandocunque adhæserit. Nam fornicatio non tollit vinculum matrimoniale sicut cognatio: & sic vxor est, licèt fornicata sit: non est igitur illicitum illã post fornicationem tangere: sed in hoc præiudicatur viro, quòd bigamus efficitur.

Ad quintum dicendum, ꝙ intelligitur de eo, qui retinet mulierem adulteram, quæ non vult emendari, & fortè emendaretur abiecta à viro: & maximè si vir retinendo eam aliquo mõ videtur præstare auctoritatem crimini.

Ad sextum dicendum, quòd est verum quando celando crimen vxoris non emẽdatur, & creditur, quòd emendaretur reuelato crimine, quia tunc patrociniũ quoddam est non reuelare illud: quando tamen occultatio fit ad euitãdam infamiam viri, & vxoris, & putatur quòd sic facilius corrigetur, nõ est patronus turpitudinis, sed emendator, qui celat crimen vxoris.

An vir vxorem fornicantem propria auctoritate abijcere possit. Quæst. LXXII.

QVAERETVR, an vir vxorem fornicantem propria auctoritate abiicere possit, vel requiratur alicuius decretum vel auctoritas. Aliqui dicunt, ꝙ propria auctoritate facere potest nõ requisito alicuius imperio, quia sententiam latam à iudice exiqui licet sine alio iudicio: quia aliàs receditur in infinitum, cùm sententiæ esset sententia: & ita sine termino: sed Deꝰ, qui est iustus iudex hanc protulit sententiam, ꝙ vxorem fornicatam abiicere liceat: ergo non requiritur aliud iudicium, sed vir propria auctoritate abiiciet eã. Secundò, quia dicitur sup. 1. capi. ꝙ Ioseph cũ esset vir iustus nolebat Mariam traducere, quam putauit fornicatam: sed putauit occultè dimittere: & ita videtur, ꝙ licebat ei hoc facere, quia iustus erat, & non faceret nisi quod bonum erat: maximè quia iõ hoc faciebat Ioseph, quia iustus erat, cùm dicatur: Ioseph cũ esset vir iustus: ergo ita licebat viro dimittere vxorem sine iudicio Ecclesiæ: quia quod occultè fit sine iudicio fit, cùm res per sententiam in iure efficiatur notoria. Tertiò, quia si vir teneretur expectare iudicium Ecclesiæ ad diuertendum ab vxore fornicaria, causaretur ei magnum præiudicium: nam si non posset propria auctoritate abiicere vxorem, quã scit esse fornicariam, sed expectaretur iudicium Ecclesiæ, interim si peteret mulier debitum, teneretur ille reddere: & reddendo perderet ius quod habet ad diuortium, cũ per carnalem illam copulam reconciliet eam sibi, & ita nunquam posset vir consequi diuortium contra mulierẽ fornicatam. Quartò, quia per hoc gigneretur ei aliud præiudicium, scilicet quia quandiu cum vxore maneret, teneretur ei reddere debitum: & quia illa est fornicata, si cognoscat eam post fornicationem efficitur bigamus: & tamen non potest hoc euitare, si non potest diuertere propria auctoritate: ergo poterit. Quinto, quia illud, quod non potest probari nõ potest ad iudicium Ecclesiæ adduci, sed fornicatio non potest ꝓbari, quia oculus adulteri obseruat caliginem. Iob 24. ergo non debet fieri diuortium iudicio Ecclesiæ, sed auctoritate propria. Sextò, quia si per iudicium Ecclesiæ fieret diuortium, oportebit accusari vxorem

F de fornicatione & probari: sed in accusatione debet præcedere inscriptio. extra de accusa. capit. qualiter & quando. & inscribens obligat se ad talionem: sed hoc est inconueniens: quia daretur locus fraudi: & vtroq; modo consequeretur vir intentionem suam. Nam si probaret fornicationem separaretur ipse à muliere: si non probaret separaretur mulier ab eo: quia est pęna contraria, sed hoc est absurdum: ergo non debet fieri iudicio Ecclesiæ. Septimò, quia plus tenetur vir vxori suæ quàm extraneæ: & tamen crimen extraneæ mulieris non debet deferre ad iudicium Ecclesiæ: nisi monitione præmissa iuxta formam correctionis fraternę præcedenti ca. ergo multominus debet deferre ad Ecclesiam crimen vxoris, nisi prius eam secretò monuerit: G & ita non poterit saltem pro prima fornicatione petere diuortium: cuius contrarium dicebatur præcedenti quæst.

Dicendum, quòd diuortium propriè dictum non potest fieri nisi per iudicium Ecclesię: & non propria auctoritate. Et patet, quia nemo potest sibi ius dicere, sed alius est iudex & alius actor: & tamen in diuortio maritus est actor, cùm pro offensa in se commissa per fornicationem vxoris vult illam à se separari. Si ãt à se ipsam abijceret, iam ipse esset iudex: ideo non debet iudicio proprio eam repellere. Item qa nemo potest pœnam imponere nisi iudex: quia imponere pęnam est iurisditionis 33. quæst. 2. capi. in hoc. & tamen maritus non est iudex vxoris: ideo nõ potest eam abijcere sine iudicio Ecclesiæ. H Sed sciendum, ꝙ vxor potest dupliciter dimitti. Vno modo quantum ad thorum solum. Alio modo quantum ad thorum, & cohabitationem. Quantum ad primum potest vir dimittere vxorem statim vt constat sibi de fornicatione nõ expectato iudicio Ecclesiæ: & nõ tenetur amplius reddere debitum petenti, nisi compelleretur per censurã Ecclesiasticam, & tunc si reddat obediendo Ecclesiæ nullum præiudicium sibi generatur. De secundo modo dicendum, ꝙ non poterit dimitti absq; iudicio Ecclesiæ: & si vir abiecerit mulierem absque iudicio Ecclesiæ, tenetur illam recipere mandante Ecclesia, si illa restitutionem petat: etiam si ille opponat fornicationem. Et hoc verum est, nisi obijciens fornicationem I offerat probationes in continenti paratas, sic colligitur in simili. extra de restitu. spolia. cap. literas: & si non paret mandatis excommunicatur. sic patet extra de diuor. cap. significasti: vbi vir eiecit vxorem à se, qª audiuit eam commisisse incestum, & illa petit restitui iubetur restitui: nisi quia illa postea fornicata est, & ita perdidit ius restitutionis, quia tamen maritus etiam interim fornicatus est compensatis ambobus criminibus iubetur illa restitui, ac si non fuisset fornicata, & intantum in hoc requiritur Ecclesiæ sententia, ꝙ etiã si notiora sit fornicatio: vt quia fuit in oculis totiꝰ populi, sicut de Absalone & concubinis patris eius, secundo Regum 16. adhuc non potest sine Ecclesiæ iudicio abiicere illam: & peccat abijciendo: & si illa K petat restitutionem est restituenda, etiam fornicatione notoria existente. extra de diuortio capitu. porro: & tũc poterit vir petere diuortium, & fiet ostensa fornicatione. Nam etiam si notorium sit, aliquos actus iudicis exigit, scilicet citationem, & sententiam, & probationem, quòd notorium sit, quia fortè erit notorium toti populo, vel maiori parti, & iudici non erit notorium, imò neque notum, & tunc oportebit probari coram eo, quòd notorium sit, vel quòd sit verum. Et quod dicitur de restitutione verum est nisi ille, qui abiecit vxorem pro fornicatione notoria offerat se daturum probationes in continenti; alioquin interim restituetur mulier, et discutietur veritas super periurio, & diffinietur.

Nemo sibi ius dicere.

Ita autem fit, quando mulier recedit à viro propria auctoritate, dicens, ſe eſſe cognatam eius, vel vir abijcit vxorem ex eadem cauſa. Nam ante omnia iubetur fieri reſtitutio. extra de diuor. cap. porro. & tamen eſt illud intelligendum ſm ea, quæ habentur extra de reſtitu. ſpolia. cap. literas. quia cũ mulier, quæ receſſit aſſerens ſe cognatã viri maximè in gradib⁹ diuina lege ꝓhibitis, offert probationes incõtinẽti paratas, aut nõ. Si offert, debet reſtitui ipſa viro quãtum ad cętera iura viri in mulierem, & bona eius, & ſolũ quantum ad debitum non reſtituit, & ideo non cohabitat ei quouſq; datis probationibus, & diſcuſſa cauſa videatur veritas: ſi non offert incõtinenti paratas ꝓbationes, ſed exigit aliquantam dilationem, debet mulier totaliter reſtitui viro, etiam quantum ad thorum. Sed mulier ſi habet conſcientiam certam de impedimento conſanguinitatis, non debet petere debitum, neq; reddere petenti: & tunc viro cõquerente compelletur illa per cenſurã Eccleſiaſticam reddere debitum, ſed ipſa non debet reddere, ſed potius excommunicationem tolerare: & ita manebit excõmunicata quouſq; diffiniatur cauſa: & ſi inuentum fuerit impedimentum, quod mulier aſſerebat, abſoluetur tũc tam à viro, quàm ab excommunicationis ſententia, q̃ vere incurrit mulier, licèt iniuſtè excõicaretur, cũ Eccleſia habuerit iuſtã cauſã ignorandi: & ideo medio tpe mulier abſtinere debet ab ingreſſu Eccleſiæ, & à cęteris, ſicut verè excõicata.

Vxor hñs certã conſciẽtiã de impedimẽto conſanguinitatis, nõ debet petere, neq; reddere debitum viro petẽti.

Prædicta vera ſunt, qñ putatur, ꝙ mulier manere poterit in domo viri, & non ꝯpellet eam abſolutè ad copulam inferendo minas: ſi autem vir tale eſt, de quo præſumitur, ꝙ muliere non conſentiente ſibi verberabit eam, non reſtituetur ſibi vſque ad finem cauſæ: ſed manebit interim in loco tuto, vt veritas diſcutiatur, vt patet in eod. cap. literas. Dicendum tamẽ, quod primus modus ſeparationis ab vxore non vocatur diuortium, ſed ſecundus: ideo verum eſt abſolutè, quòd diuortium non eſt ſine ſentẽtia Eccleſiæ. Sed dicetur: nunquid in diuortio, quod fit propter hereſim, requiratur iudicium Eccleſiæ. Dicendum, ꝙ cùm etiam ibi diuortium ſit pęna, non poteſt imponi niſi à iudice: & ideo ſi vxor dicat virum lapſum in hęreſim, & ſollicitaſſe ipſam ad hæreſim, poterit petere diuortium, & fiet ſi hoc probauerit. Si autem receſſerit illa à viro ſine iudicio Eccleſiæ prætextu hæreſis, & ille eam repetit, reſtituenda eſt etiam ſi obijciat hæreſim, & manebit in poteſtate viri quouſque probet hæreſim, & ſolicitationem: ſi tamen mulier ſine iudicio Eccleſię receſſerit à viro labente in hæreſim: ſi ille repetat eã reuerſus de hæreſi, reſtituitur ſibi. Si autem receſſit ab eo iudicio Eccleſiæ propter hæreſim: etiam ſi reuerſus de hæreſi petat illam, non reſtituetur. extra de diuor. cap. de illa, & cap. quãto. & ita videtur in carnali fornicatione, quòd ſi mulier iudicio Eccleſiæ ſeparetur à viro propter fornicationem viri, non cogetur vnquam redire ad eum in vita quantumcumque illa pęniteat: ſecus ſi propria auctoritate: quia tunc cogetur redire, ſiue ſit correctus, ſiue non: & manebit cum eo quouſque ipſa petente diuortium oſtenſa fornicatione fiat diuortium: & iam nunquam reſtituetur mulier viro, eo petente.

Ad primum dicendum, quòd dominus diffiniuit ſuper diuortio, non quidem per modum ſententiæ, ſed per modum legis. Differt enim in hoc lex à ſententia: quia lex eſt præceptum, & regula agendorum in vniuerſali, non applicata ad aliquem vnum caſum numero, ſed ad omnia ſimilia negocia extenditur. Sententia verò eſt diffinitio iudicis data in aliquo particulari negocio: & ita lex, & ſententiæ ſunt, vt vniuerſale, & particulare: vnde Ariſtoteles diſtinguit iuſtum legale, & ſententiale, quia non ſint idem, licèt

Lex & ſententia i quo differunt.

A vtrumque pertinet ad poſitiuum. Leges ergo ſemp indigent ſententijs, ſicut vniuerſale indiget applicari particulari, & ſicut in medicalibus eſt neceſſarius peritus medicus in applicatione præceptorum medicinæ ad iſtum hominem, & ad iſtum morbum: ita & in politicis eſt neceſſarius iudex in applicatione legum vniuerſaliter poſitarum ad negotia, quæ per ea diriguntur: & iſta applicatio eſt ſententia: ideo vltra leges ſunt neceſſe ſententiæ iudicum. Ita hic Chriſtus poſuit legem de diuortio, & quia illa eſt data generaliter quantum ad omnem fornicationem, & quantũ ad omnes coniuges, oportet, quòd ad hoc, quòd applicetur ad hanc, vel illam fornicationem, quæ eſt horũ, vel illorum ſit ſentẽtia, quæ eſt applicatio legis, & ſententia non eſt, niſi iudicis: ideo diuortium cùm ſit pęna eccleſiaſtica, neceſſe eſt, quòd inferatur per ſententiam Eccleſiæ. i. eccleſiaſtici iudicis. B

Leges ſemp per idigẽt ſententijs.

Ad ſecundum dicunt aliqui, quòd Ioſeph noluit dimittere Mariam ꝓpter ſuſpitionem fornicationis: ſed quia propter reuerentiam ſanctitatis eius timebat cohabitare ei. Sed hoc non ſtat, quia litera repugnat, cùm Angelus excuſet ibi Mariam, dicẽs: Quod in ea conceptum eſt, ex Spiritu Sancto eſt: & tunc accepit eam. Et tamen ſi propter reuerentiam ſanctitatis timeret cohabitare ei, magis timeret cohabitare poſtq̃ ſciret eam concepiſſe ex Spiritu Sancto: quod ante ille non cogitauerat: & ita non conuenienter ſuadet angelus Ioſeph per hæc verba accipere Mariam. Ideo dicendum, quòd verè ſuſpicabatur eam fornicatam: C quia pręgnantem videbat, & neſciebat vnde eſſet: & ideo cùm eſſet vir iuſtus, & reputaret peccatum eſſe cohabitare tali mulieri, & rurſus nollet eam accuſare, cogitauit eam dimittere occultè. Et dicendum, quòd Ioſeph licitè agebat, & ad bonum finem, occultè dimittere volens Mariã, quia vel oportebat eum tenere mulierem, quam adulteram putabat, & educare alienam prolem, vel accuſare eam ad mortem. Primum non poterat ſuſtinere, quia eſt grauiſſimus dolor potiſſimè educare alienum filium, quem hæredem inſtituere oporteat. Secundum agere nolebat, quia cùm eſſet benignus, nõ volebat eam accuſare ad mortem: ideo cogitauit eam occultè dimittere, & erat conuenienter factum: nobis autem non eſt talis perplexitas, D ideo non licet ſine iudicio Eccleſiæ dimittere vxores. Aliter poteſt dici, quòd eſſet alicui nunc talis perplexitas. ſ. ꝙ ſi fornicaretur vxor ſua, & concepiſſet de alio, non liceret ei dimittere eam quantum ad thorum, & cohabitationem ſimul ſine mandato Eccleſiæ: & ſi probare non poſſet, cogeretur ſuſtinere hoc malum: quòd ſi abijceret vxorem talem ꝓpria auctoritate, cogeretur ad eam redire per ſententiam excõicationis: extra de diuor. c. porro, & c. ſignificaſti, & cap. de illa: ſecus autem erat de Iudæis, quia eis plura licebant cõtra vxores, quàm nobis. Nam illis licebat repudiare, nobis autem non, ſed ſolùm diuortium facere: etiam illis licebat dare libellum repudij ſine auctoritate iudicis ſolùm propria voluntate nulla cauſa probata, E neque expreſſa. Nobis autem non licet ſine iudicio Eccleſiæ: ideo liceret Ioſeph occultè dimittere Mariam, & non licet nunc alicui viro dimittere occultè vxorem, ſed iudicio Eccleſiæ.

Ad tertium dicendum, quòd nõ ſequitur aliquod inconueniens, non faciendo diuortium ſine mandato Eccleſiæ: nam vt dictũ eſt ſupra, vna eſt ſeparatio viri ab vxore quantum ad thorum ſolùm, & alia quantum ad thorum, & cohabitationem. Primam poteſt facere vir propria auctoritate fornicante muliere quandocunque de fornicatione ſciuerit: & iſta non vocatur diuortium. Secundam non poteſt facere ſine iudicio Eccleſiæ, & iſta vocatur diuortium.

Duplex eſt ſeparatio viri.

Et ita non tenetur vir reddere debitum mulieri fornicantæ, cũ poſſit hoc ei propria auctoritate ſubtrahere. Et non erit inconueniens, quia non perdet ius petẽdi diuortium, neque dicetur ſibi eam reconciliaſſe: & tñ ſi mulier petat ſe reſtitui ad redditionem debiti, cogetur vir per cẽſuram eccleſiaſticam, niſi offerat ſtatim probationes paratas: ſi autem requiritur in probatione aliqualis dilatio, reſtituetur mulier cogendo virum ad redditionem debiti, donec ꝓbet fornicationẽ vxoris: & qñ ex præcepto Eccleſiæ reddit debitum, nõ p̃iudicat ei ad petitionem diuortij, quia nõ videtur per hoc eam ſibi reconciliare, cũ non ſpontè, ſed inuitus agat.

Ad quartum dicẽdum, quòd verum eſt, ꝙ incurrit bigamiam ſi cognoſcat eam, poſtq̃ fornicata eſt: & tñ iſtud inconueniens non accidit ex eo, ꝙ non fit diuortium ſine mandato Eccleſiæ: quia etiã ſi ignorans fornicatam vxorem cognoſcat eam efficitur bigamus: & tamen ſi ſciuerit vir qñ fornicata eſt vxor, poterat non incurrere bigamiã, q̃a ſtatim ſubtrahere poterit ei debitum etiam nõ mandante Eccleſia, & ſi cogatur per cenſuram excõicationis reddere debitum, poterit ſuſtinere excommunicationem, & non obedire: & ita non incurrere bigamiam. Nam qñ probauerit fornicationem abſoluetur ab excõicatione iuxta formam cap. literas de reſtit. ſpolia. Sed quid ſi ſcit vir verè fornicationem: & tñ non poteſt probare, & ita nũquam feretur ſententia diuortij, ſed compelletur ipſe ꝑ cenſuram reddere debitum, & ſi non reddiderit, manebit ſemper excõicatus: & ita manebit vſque ad mortem, ſi non obedierit, an debeat reddere debitũ, & ſi reddit an erit bigamus. Dicendum eſt, ꝙ ſi reddit debitum, vt euitet excõicationem, vel propter quamcunq; aliã cauſam efficitur bigamus, & ſuſtinendo excõicationẽ non peccat, quia iuſtam cauſam habet non obediẽdi. Nam ſi conſtaret Eccleſię de fornicatione vxoris, non cogeret virum ad debitũ reddendum, ſed ipſe vir hoc nouit: ideo non tenetur obedire Eccleſiæ, q̃ ex ignorãtia hoc præcepit: & ideo excõicatio illa eſt illi pęna, & non eſt culpa, quia non prouenit ex culpa, & ſuſtinendo illam, non eſt in culpa, quantocunq; tp̃e ſuſtineat: ſicut mulier, quæ ſciens cõſanguinitatẽ inter ſe & virum non vult reddere debitũ, ſed potius ſuſtinet ſententiam excõicationis. extra de reſtit. ſpo. ca. literas. Et etiam ſi mulier maneat ſic vſq; ad mortẽ, & moriatur, potius debet ſic mori, q̃ debitum reddere, & non peccat permittẽdo ſe excõicatam mori, licèt priuetur fructu quarundam orationum fidelium: ſic iſte non peccabit manẽdo ſemp̃ in excõicatione, vt nõ reddat debitum etiam ſi ſic moriat̃. Sed dicetur quid magis iſti expedit, an reddere debitum fornicatæ mulieri, an ſuſtinere excõicationem, & mori in illa. Dicẽdum, ꝙ qñ quis excõicatur, vt malum faciat, potiꝰ debet mori excõicatus, q̃ obedire. Cùm verò excõicatur, vt perdat aliquid de iure ſuo, potius debet perdere aliqd de iure ſuo, q̃ ſuſtinere excõicationem vſq; ad mortẽ, & velle mori in illa. De primò patet, vt in muliere, quæ nouit conſanguinitatem, q̃ probare non poteſt, & excõicat̃, vt reddat debitum: obligatur potius ſuſtinere excõicationem vſq; ad mortem, q̃ obedire Eccleſię, quia obediendo peccaret mortaliter: ideo eadem Eccleſia, quę excõmunicat, iubet non obediri ſibi, ſed ſuſtinere ſententiam excommunicationis. extra de reſtit. ſpol. cap. literas, & de ſenten. excommunicat. cap. inquiſitioni. De ſecundò patet, vt ſiquis eſſet debitor in centum, & ſoluit illa, & non apparet ſolutio, & conſtat de debito, & quia non vult ſoluere excommunicatur: licèt non peccet non obediendo iudici mandanti ſoluere, & ſuſtinendo excommunicationem: tamen ſi putat non poſſe vnquam probare ſolutionem, potius debet ſoluere indebitum, quàm ſuſtinere ſententiam excõ-

Vir excõmunicatꝰ, vt reddat debitũ fornicanti occultæ, an teneatur parere.

Cùm quis excommunicatur, vt malum faciat, potiꝰ debet mori excõmunicatꝰ, quàm malum facere.

F cationis vſq; ad mortem: tùm quia excõicatus priuat̃ ſuffragijs multis fidelium: tùm quia non cõicantur ei ſacramenta: tùm quia malè ædificat proximos ſcãdalizando eos, cùm videatur malè ſentire de fide pro re temporali ſuſtinẽdo excõicationem perpetuam: melius eſt enim indebitum ſoluere, quàm excõicationẽ ſuſtinere: ita hic vir reddendo debitũ vxori fornicatæ amittit ius aſcendendi ad ordines ſacros, & gaudendi priuilegio clericali, cũ efficiatur bigamus, ſed perdere hoc priuilegium nõ eſt peccatum, ſed ſolùm damnũ: ideo potius illud debet perdere, quã ſuſtinere diuturnam excõicationem, & potiſſimè vſque ad mortem.

Ad quintum dicendũ, ꝙ fornicatio non ita faciliter probatur, ſicut alia crimina, & poteſt probari, vt ſi vir
G habẽs mulierem ſuſpectam inſidietur ei poterit illam cũ teſtibus deprehendere: & ita ad accuſationem procedet: & dato quòd non conſtet per teſtes, ſufficient probationes violentæ, vt ſi inuentus eſt ſolus cũ ſola, & nudus cum nuda in locis, & temporibus ſuſpectis: ex talibus enim feretur ſententia diuortij.

Ad ſextum dicendum, ꝙ aut vir accuſat mulierem de fornicatione ſolũ ad ſeparationem, aut ad inflictionem pęnę adulterij. Si primo modo, petet corã iudice Eccleſiaſtico, ad quem pertinet cęlebrare diuortium: & tunc non oportet, ꝙ inſcriptio fiat ad pęnã talionis: & ita licèt ſuccumbat in probatione non erit talio .i. diuortiũ. Si ſecũdo modo, inſcribet ſe vir ad pęnã talionis: & tñ non eſt tũc talio ſeparatio, ſed capitalis pęna.
H Aliter poteſt dici, ꝙ ẽt ſi in iudicio petitionis diuortij deberet eſſe inſcriptio ad talionẽ: tñ non eſſet talio, q̃ ſepararetur mulier ab eo. Nam nõ eſſet hoc pęna, ſed optatũ: & ꝯſequenter non eſſet talio. Nã ſeparari mulierem à viro, & virũ à muliere idem eſt, neq; põt fieri vnum ſine altero, ideo non eſſet talio, ſed ſemper punire mulierẽ. Pęna ergo erit ex oppoſito .ſ. ꝙ qui mulierem voluit per diuortium dimittere, cogatur cũ ea firmius manere, & inſuper inferatur alia pęna extraordinaria. Sic in lege Moyſi, ille, qui impoſuit nomen peſſimum mulieri, per quod ſe ab ea voluit abſoluere, cogitur cũ ea ſemper manere, & cũ prius competeret ei ex lege poſſe repudiare, Deuter. 24. cogitur manere cũ ea in æternum Deutero. 22. & tamen in nouo teſta-
I mento non datur in pœnam manere indiſſolubiliter in matrimonio, cùm iſta ſit conditio matrimonij nũc: ideo ei, qui calumniatur petendo diuortium, dabitur alia pœna extraordinaria ad arbitrium iudicis.

Ad ſeptimum dicendum, ꝙ plus tenetur vxori, quã extraneæ: & tamen non eſt verum, ꝙ qñcunque quis vult deferre crimen alterius in conſpectu Eccleſię, debeat præmittere admonitionem in ſecreto: ſed hoc ſolùm eſt, quando procedit per viam denunciationis. Poteſt enim de crimine agi tripliciter, vt dicitur extra de accu. c. qualiter. & qñ. 1. ꝑ accuſationẽ, inquiſitionẽ, & denunciationẽ. Ad accuſationem debet pręcedere inſcriptio. Ad inquiſitionem debet p̃cedere clamoſa inſinuatio, quæ eſt loco accuſatoris. Ad denunciatio-
K nem debet præcedere fraterna correctio: Quando ergo per viam denunciationis agitur, debet præcedere admonitio, & ſeruari forma tradita à Chriſto præced. cap. & tamen non cogitur quis ſemper procedere in crimine per viam denunciationis, cùm liceat interdũ procedi per viam accuſationis: & tunc non præcedet admonitio. Vir autem quando petit diuortium, non procedit per viam denunciationis, ſed accuſationis: quia in denunciatione non intenditur principaliter niſi bonum peccantis, vt emendetur. In accuſatione non intenditur bonum delinquentis, ſed bonum publicum: ideo proceditur ad pœnam, quæ infligitur peccanti: & ita eſt in diuortio, quòd in pœnam datur fornicatæ mulieri.

De cri... extra ... triplic...

An

An sicut vir petit diuortium propter mulieris fornicationem : ita è contra possit vxor.
Quæst. LXXIII.

QVAERETVR, an sicut vir petit diuortium propter fornicationem mulieris, possit vxor petere fornicante viro suo diuortium, ita vt ad paria iudicentur. Aliqui dicunt, quòd non debent in hoc vir & vxor pares esse, quia diuortium in nouo testamento loco repudij successit, vt colligitur supra 5. capit. & supra in litera: & tamen in lege Moysi vir poterat repudiare vxorem, & non vxor virum: Deuterono. 24. ergo neque nunc poterit vxor petere diuortium fornicante viro. Secundò, quia magis est contra legem naturæ, quòd vna mulier multos viros habeat, quàm vnus vir multas mulieres, vt ostensum est supra, & ita videtur, ꝙ plus peccabit mulier in adulterio, quã vir: & consequenter non licebit æquale mulieri contra virum fornicantem, & viro contra mulierem, sed repellitur per diuortium mulier fornicata: ergo non dabitur contra virum diuortium. Tertiò, quia vbi est maius nocumẽtum proximi, est ibi maius peccatum; sed plus nocet vxor adultera viro, quàm vir adulter vxori propter incertitudinem prolis, & alia: ergo magis peccat mulier fornicando, q̃ vir: & consequenter debet magis puniri, vt contra eam detur diuortium, & non contra virum fornicantem. Quartò, quia diuortium datur ad corrigendum crimen adulterij: & tamen ad virum pertinet corrigere vxorem, quia est caput eius. 1. Corin. 11. & mulier cũ sit subdita, & non caput, non debet corrigere virum: ergo nõ debet dari diuortium contra eum, sicut contra vxorem. Quintò, quia diuortium facere matrimonij competit ex lege Christi, qui dixit non separari virum ab vxore, nisi ob causam fornicationis, & tunc concessit viro dimittere vxorem, sed ibi de solo viro dixit; & non quòd liceret vxori dimittere virum fornicantem: ergo non licet fieri diuortium contra virum. Alij dicunt, quòd iudicentur ad paria, imò quòd potius competat diuortium contra virum fornicantem, quàm contra vxorẽ fornicantem, quia videtur plus peccare vir fornicando, quia quanto est maior fragilitas, est maior venia peccanti: sed mulieres fragiliores sunt, & ex hoc faciliores ad peccandum: ideo competet eis contra viros diuortium. Secundò, quia vir ponitur caput mulieris, vt ipsam corrigat: ideo si in eodem crimine peccauerit, grauius peccat, quàm mulier: & ita maior pęna inferetur, quæ est diuortium, ei, quàm mulieri.

Dicendum, quòd hic sunt duo dubia. Primum est, an detur diuortium pro fornicatione viri, sicut pro fornicatione vxoris. Secundum quis magis peccet in fornicando. De primo dicendũ, quòd vir, & vxor quantum ad ea, quæ sunt matrimonij, ad paria iudicantur. extra de diuor. ca. gaudemus: & ideo dicitur ibi, quòd sicut non licet eidem mulieri habere plures viros, ita neque eidem viro plures vxores, & æqualiter est obligatus vir reddere debitum vxori, sicut vxor viro. 1. Corin. 7. ita ergo circa diuortium, quod datur in pœnam præuaricationis circa actum matrimonialem debet æqualis esse conditio eorum: vnde ita iura concedunt diuortium probante vxore fornicationem viri, sicut viro probãte fornicationem vxoris, vt extra de diuor. cap. quæsiuit. Vbi permittitur vxori diuertere à viro propter hæresim: à fortiori ergo propter fornicationem, cùm fornicatio carnalis ponatur directa causa diuortij à Christo: cœteræ autem .s. hæresis, & timor mortis per accidẽs, vt dictum est supra, imò si mulier iudicio Ecclesiæ fuerit à viro separata ꝓpter hæresim: non potest eam postea inuitam reconciliare. eod. tit. c. de illa, contra vtrumque ergo conceditur diuortium, (In q. 70.)

A & ex eadem causa: licèt fortior sit ista causa in vxore, quàm in viro. De secundo dicendum, quòd non potest absolutè dici quis plus peccet mulier, aut vir, quia aliquo modo peccat plùs vir, & aliquo modo fęmina. Pro quo sciendum, quòd aut quæritur de fornicatione simplici quis ibi plus peccet, aut de adulterio. Si de fornicatione simplici, dicendum quòd in duobus videtur mulier superare virum, quæ diminuunt peccatum. Primum est ducibilitas ex dispositione corporis: est enim in muliere valde plus de humore, quàm in viro: & ille agit ad coitum, ideo ducibiliores sunt, quàm viri. Secundus est defectus resistentiæ. Nam libido est passio irrationabilis, nisi inquantum velatur honestate matrimonij: & huic resistitur per rationẽ: (Ignobilitas fœminarum.)

B hæc est autem deficiens in mulieribus. Dicit enim Aristo. 7. Ethico. mulieres non vocari propriè incontinentes, sicut neque bestiæ: & hoc propter facilem inclinationem in concupiscentias: & ita non videntur habere opinionem vniuersalem, sed mouentur quasi violenter ab ipso delectabili particulari propter facilitatem nimiam: & ita est in bestijs, quibus non est incontinentia sequi concupiscentias, sed naturalis conditio: eo quòd non habent vniuersalem opinionem, sed æstimationem de particularibus, quæ sequuntur non quasi ex electione, sed quasi ex necessitate. in mulieribus non est omnino, sicut in bestijs, cũ habeant rationem, sed propter facilem inclinationem, & ducibilitatem à concupiscentijs, non est quasi eis omnino liberum sequi rationem: & ideo non vocantur propriè

C incontinentes, sicut viri: & ideo dixit Chryso. propriã passionem mulierum esse luxuriam. In viro autem licèt sint concupiscentię, habet aliquid, per quod magis resistat, quia habet firmius iudicium: & ideo non est ita ducibilis à passione. Vnde data æquali tentatione facilius est viro, quàm mulieri resistere: ideo ex hac parte videtur mulier minus peccare in fornicatione. Ex alia parte diminuitur peccatum in viris propter fortiores concupiscentias, quia viri sunt calidiores, & calor excitat ad venerea, & quanto ille fuerit fortior, tanto erit impetus intolerabilior, & qui à maiore passione superatur, minus peccat: ideo ex hac parte videtur esse minus peccatum virorum fornicantium, quã (Chryso. dicit propriã mulierum passionem esse luxuriam, ideo caue ab eis, tãquã à peste.)

D mulierum. Et tamen dicendum, quòd simpliciter considerando maius est peccatum viri fornicãtis simpliciter, quàm mulieris cęteris paribus. i. ꝙ sint similis conditionis, vel quasi, & quòd vterque sint integri iudicij secundùm conditionem sexus, quia aliàs poterit esse aliqua mulier, quæ in fornicatione simplici valde grauius peccet, quàm vir in simplici. Si autem quæratur de adulterio, dicendum, ꝙ consideratis diuersis rationibus potest dici, quòd vir magis peccat, & quod mulier etiam magis peccat: & tamen simpliciter, & absolutè accipiendo magis peccat vxor adulterando, quàm vir eius: in adulterio enim inuenitur id, quod ad fornicationem simplicem pertinet, cùm sit ibi accedere ad non suam, & quia in fornicatione simplici

E peccat grauius vir: est aliud in adulterio, in quo vir excedat fœminam, & tamen accipiendo adulterium secundùm rationẽ speciei, vt differt à fornicatione simplici, magis peccat vxor adultera, quàm vir. Et ratio est, quia adulterium est concubitus, in quo iura matrimonij violantur: ideo illud adulterium est grauius, in quo plura iura matrimonij violantur. Sunt enim tria bona coniugij, fides, proles, & sacramentũ. Contra bonum sacramenti non possunt facere adulteri, quia sacramentum nominat ipsam indissolubilitatem matrimonij: & tamen quantumcumque fornicentur ꝯiuges semper matrimoniũ manet indissolubile: ideo non præiudicatur bono sacramenti. Bono autem fidei ambo præiudicant, quia fides est coniugum, secũ-

dùm quã quilibet tenetur petitus ab alio reddere debitum, & tenetur nulli vnquam alteri commisceri: & in adulterando vterq; fidem frangit accedendo ad extraneum: & ab ista violatione iuris matrimonialis accepit nomen adulterium, idest, ad alterum cõmisceri, qui non est coniunx. Bono prolis præiudicat vxor, & non vir. Nam vxor adulterando facit incertã prolem viri, quia nescietur, quæ sit proles legitima, & quę adulterina. Hoc non facit vir adulterando, quia non reddit incertam prolem vxoris suæ: ideo contra plura bona matrimonij facit adultera mulier, quàm marit⁹ adulter. Prędterea facit aliud malum mulier reddendo incertam prolem, quia priuat virũ quodam naturali bono: quia viri desiderãt valde scire, qui sunt filij eius: & quia non potest hoc firmiter scire vir, sicut fęmina: diligit plus mater, quàm pater, vt dicitur 8. Ethicorũ: & tamen viri possunt habere aliquam notitiam, qui sunt sui: & in hoc valde gaudent: adulterium autem vxoris tollit istam notitiam, & gaudium, quia cùm sciuerit vir vxorem suam adulteratam aliquãdo, incipiet dubitare de oĩbus filijs suis, an sui, vel adulterini sint: in quo magno desiderio naturali frustratur. Secundò quod grauius reputatur, quia adultera dat viro vt hæredem eum, qui hæres non est: & istud est magnum præiudicium. s. ꝙ omnia bona viri tollat quasi ex legitima successione ille, qui ad eum nullo modo attinet, & fraudet hæreditate filios legitimos illius, & alios, quibus ab intestato hæreditas deberetur: hoc non facit vir adulter vxori suæ. Tertiò, quia magis præiudicatur viro quantum ad amorem, quem habet ad fœminam per adulterium eius, quàm è contrario. Nam vir vult vxorem mundam, & quia commixtio carnalis est actus fœdatiuus, horret quis à se fœdatã ab alio vitiari, etiam nullo vinculo existente inter personas, quasi fœditas illa perueniat ad virum, postea contingentem illam. Quòd autem vir tangat aliã mulierẽ, nihil fœditatis in eo relictum est, quam vxor sua horrere posset: & hoc, quia fęmina est recipiens alienam immunditiam; vir autem nihil recipit, sed emittit: & ideo zelus viri ad mulierem est naturaliter maior, quàm mulieris ad virum. Et ex hoc sequitur, quod videmus, quòd omnes viri accepturi vxores volũt eas accipere virgines, quòd si non eas tales inuenerint sequitur acerbus dolor, & ira, propter quam permittebatur Iudæis, quòd facerent lapidari vxores, quas virgines non inuenissent, si in habitu virginali eas receperent. Deuteronomij vigesimo secundo: fœminæ autem nihil omnino curant, an viri quos nouiter suscipiunt sunt virgines, vel alias mulieres cognouerint: dum tamen nunc alias non ament: ideo maius pręiudicium causatur viro ex adulterio vxoris, q̃ è cõtrario. Quartò, quia viri rationabiliter magis indignantur de adulterio vxoris, quàm è contrario, quia vir est caput mulieris, & mulier non est caput viri. 1. Corinth. 11. ideo in eadem re maiorem iniuriam facit vxor viro, quam vir vxori, sicut de prælato, & subdito. Et ita erit in adulterio, quòd valde maior iniuria erit viro, quàm mulieri. Quintò, quia vir alit vxorem, cùm teneatur supportare onera matrimonij, & illa non alit eum: ideo erit ei magna contumelia fornicatio vxoris: & vxori est parua iniuria adulterium viri: & ideo apparet, quòd valde magis peccat vxor adultera, quàm maritus adulter, nõ solùm contra legem humanam, & contra hominem, sed etiam contra Deum, & grauius punietur in inferno. Et patet, quia non potest quis peccare contra hominem, quin peccet cõtra Deum: licèt peccando contra Deum nõ semper peccat contra hominem: & tamẽ magis offendit mulier adultera virum, quàm vir mulierẽ: ideo grauius peccabit contra Deũ mulier adultera, quàm vir eius adul-

Vnde adulterium nomen sumpsit.

Vnde est, ꝙ oẽs homines volũt accipere vxores virgines.

Grauius punitur in inferno mulier adultera, quàm vir.

F terando: & hoc verum est comparando ad vxorẽ suã: secus autem respectu viri illius mulieris, cum qua fornicatur, quia tunc poterat esse interdum maius peccatum adulterium viri, quàm mulieris. Pro hoc sciendum, quòd aut adulter coit cũ coniugata alia, aut cum soluta: & coniugata aut coit cum soluto, aut cum alio coniugato. Si ponatur, quòd maritus coeat cũ aliqua soluta, & vxor eius cũ alio non coniugato: dicendum, quòd tam quantum ad Deum, quàm etiam ad homines magis peccat mulier: quia si vir adulterium committat cũ soluta, non committit præiudicium contra vxorem, nisi paruum. cõtra legem autem humanam nullum, cùm illa nõ puniat hoc, si mulier purè soluta est. s. neque viro alligata, neque professioni regulari, neque vinculo cognationis, aut affinitatis attinens ei,

G à quo cognoscitur. Si autem mulier adulterium cõmittat cũ alio coniugato, & vir cũ alia coniugata, aut quæritur de magnitudine peccati, vt est præiudicium ipsis, qui sunt in eodem matrimonio, aut in alio. i. maritus adulterans cum alia coniugata magis præiudicet vxori, quàm vxor adulterans cũ alio coniugato pręiudicet viro suo. Et tunc dicendũ, quòd semper magis præiudicat vxor viro suo fornicãdo, siue cum soluto, siue cum coniugato, quàm vir vxori, siue cum quacũque ille fornicetur, & nõ differt respectu viri sui, cum quo adulteretur vxor sua, siue cum soluto, siue cum coniugato, sicut neque respectu vxoris differt, cũ qua adulteretur vir suus, siue cum soluta, siue cum coniu-

H gata. Si autem consideretur respectu personarũ alterius matrimonij. s. quando vir coit cum alia cõiugata, & vxor cũ alio coniugato. Dicendum, quòd mulier adulterãs sic pręiudicat vxori illius cũ quo fornicatur, quia subtrahit ei virum suum: vir autem adulterans cũ coniugata præiudicat marito illius, & hic certũ est, quòd magis peccat coniugatus in coniugatum, quàm coniugata in coniugatam. & ideo in hoc casu lex humana ita punit adulterum, sicut adulteram.

Et ideo est tunc dubium quod istorum sit simpliciter maius peccatũ, an viri adulterantis cũ coniugata, vel vxoris adulterantis cũ alio coniugato. Dicunt quidam, quòd est ęquale peccatum, quia lex humana punit ęqualiter vtrumque, & pęna est argumentum ma-

I gnitudinis peccati. Dicendum, quod non est istud conueniens argumentum propter duo. Primò, quia æqualitas pœnæ in iudicio humano non arguit æqualitatem peccati: etiam si iudex sit iustissimus, & lex iustissima: sed in Dei iudicio æqualitas pœnæ arguit æqualitatem peccati. Cuius ratio est, quia dignum est, quòd secundùm proportionem peccatorum sit proportio pœnarum: & tñ lex humana non potest hoc. Primò, quia tot sunt delicta, & differentiæ eorum, ꝙ nemo potest sufficienter considerare æqualitatem, & inæqualitatẽ. Et dato, quòd sciantur esse aliqua inæqualia, non potest tamen sciri quãtitas excessus vnius ab altero in omnibus: ideo non est possibile constitui pęnas secundùm omnes differentias peccatorum. Se-

K cundò, quia dato, quòd scirentur proportiones, & excessus peccatorum inter se determinatè: non erat possibile determinari tot modos pęnarũ, quas paterentur homines, quot sunt modi peccatorum, quia vnũ peccatum est, cui debetur occisio pro pęna, & est aliud duplum illo in grauitate: & tamen nõ potest in homine inueniri maior pęna. Etiam si quis occidit vnũ hominem, est sibi pęna mors: si occidit mille homines est sibi pęna mors solùm: & ita tanta pœna est pro mille peccatis, sicut pro vno, quod est ęquale cuilibet illorũ. In iudicio autem diuino secus est: & primò, quia ipse cognoscit omnes differentias peccatorum, & proportiones excessus eorum: ideo potest inuenire proportionem in pęnis. Secundò, quia pęna, quæ à Deo infligitur,

An ma[...] peccet [...] cum cõ[...] gata ad[...] terans, [...] mulier c[...] cõiuga[...]

In iudi[...] diuino [...] proport[...] in pęnis

gitur, est in anima, vel in corpore & anima simul post resurrectionem, & tūc poterit recipi in homine pęna quantācūque quis velit. Nam assignata aliqua pęna, quæ sit. a. vel. b. poterit tolerare anima, vel homo resur gens duplo maiorem, imò & decies millecuplam, cū tam anima, q̃ homo resurgēs sit incorruptibilis: ideo ad diuinum iudicium pertinet dare æquales pœnas ꝓ æqualibus peccatis, & ibi tenet argumentum si duorū peccatorum sunt æquales pœnæ, ꝙ illa peccata sunt æqualia, & secūdùm proportionem pęnarū arguetur proportio peccatorum: sed non in lege humana, sicut nunc: sed quandocunque secundùm legem humanā dātur pęnę æquales pro duobus peccatis non est inde arguendum, ꝙ sint peccata æqualia: sed ꝙ quodlibet illorum peccatorum meretur illam pęnam: licèt vnū illorum meretur maiorem, quæ non datur, siue quia dari non potest, siue quia lex non facit tantā discussionem circa positionem pęnarum. Secundò quantum ad principale non tenet argumētum, quia etiam si lex imponat æqualem pęnam viro, & mulieri adulteris, quasi faciant æqualia dāna: non sequitur inde æquale peccatum. Et patet, nam licèt ambo concurrant ad istud damnum faciendum: tamen magis est mulier causa illorum malorum, quàm vir, cū ipsa causet viro suo incertitudinem prolis, & apponat ei alienum hæredem. Nam non ideo hæc fiūt, quia ille adulter coit cum ista muliere: quia etiam existente quocunq; alio adulterio idem erit: sed ideo causantur ista mala, quia ista, quæ est vxor istius hominis cognoscitur ab alio, quàm à viro suo: & ideo mulier se habet directè ad mala ista, tanquam causa: viri autem adulteri se habēt per accidens cùm nō plus faciat esse istum, quàm illū. Item, quia ideo grauius peccat mulier adulterando, quàm vir eius, quia magis tenetur vxor viro, quàm vir vxori, & consequenter facit ei maiorem iniuriam: & tamen vir adulterans cum vxore alterius, non tenetur ad aliquid ei cuius vxorem cognoscit: ideo non facit ei tantam iniuriam quantam vxor sua: & tamen lex humana, ideo punit duos adulteros, quia ambo præiudicant viro cuius mulier fornicatur: ergo æqualem pœnam ponit pro illo peccato, quod non reputat æquale. Vnde dicendum, quòd etiam secundùm legē humanam, non peccat tam grauiter vir adulter cognoscens vxorem alienam, sicut adultera secundùm Deum. Dicendum, quòd etiam in casu prædicto grauius peccat adultera, quàm adulter: quia congregatis omnibus, quæ faciunt grauitatem, maior est grauitas ex parte vxoris, cùm magis ipsa peccet contra virum suum, quàm adulter peccet contra eum: & ex hoc oritur grauitas contra Deum.

Mulier magis peccat adulterando.

Quomodo mulieribus fornicationibus semper datur pœna pro adulterio, & non sic semper viris.
Quæst. LXXIIII.

SED quæretur, quomodo mulieribus fornicantibus semper datur pœna pro adulterio, siue fornicentur cum soluto, siue cum coniugato, & viris adulteris non datur pęna secundùm legem humanam, nisi fornicentur cum coniugatis mulieribus. Aliqui dicunt, quòd adulterium non est nisi respectu mulieris, ideo si mulier ad quam quis accedit, sit coniugata, semper est adulterium: siue ille, qui adhæret ad eam sit solutus, siue coningatus, aut quicunque. Si autem mulier non sit coniugata, dicunt non esse adulterium cum illa, siue sit qui eam tangit coniugatus, siue non.

Sed dicendum, ꝙ non stat: quia adulterium est ille concubitus, per quem iura matrimonij violantur, & tamen siue coniugatus accedat ad non coniugatam,

A siue non coniugatus ad coniugatam, siue vnus coniugatus ad coniugatam, quæ non est sua, violantur iura matrimonij: ideo his tribus modis est adulterium. Et patet, quia coniugati tenentur sibi inuicem fidem seruare, & non solùm vxor viro, sed etiam vir vxori: si ergo coniugatus accedit ad non coniugatam, ille violat fidem, quam debet vxori, & ita est adulterium in primo modo. Si autem non coniugatus ad coniugatam accedat, frangit vxor fidem, quam debet viro, & est secundus modus adulterij. Si verò coniugatus ad coniugatam alteri, frangit vir fidem vxori, & vxor alterius viro suo. Vnde in primo, & secundo modo violantur solùm iura vnius matrimonij: in tertio autem violantur iura duorum matrimoniorum, & ideo est il-
B lud grauius adulterium: licèt ius humanum istas grauitates non distinguat: nam in primo modo ius humanum non ponit aliquam pœnam: in secundo, & tertio modo adulterij ponit pœnam æqualem ambobus adulteris, & tamen in omnibus modis est verum adulterium. Sic dicit August. lib. de bono coniugali, & 32. quæst. 5. ca. adulterium, scilicet: Adulterium committitur, cùm vel propriæ libidinis instinctu, vel alienæ cōsensu cum altera, vel altero contra pactum coniugale concubitur: etiam Isidorus super Exodum ait: & habetur 32. quæst. 5. ca. non mæchaberis. Adulterium facit, qui præter suam ad alteram accedit.

Dicendum, ꝙ isti tres modi sunt adulterini, & sunt peccatum apud Deum, & tamen lex humana, quæ ꝓ
C adulterio pœnam capitis posuit, non concessit hoc fęminis contra viros, sed viris cōtra vxores: & ideo quia in primo modo non est vxor aliqua: sed accedit coniugatus ad non coniugatam, non punitur istud secundùm legem humanam: in secundo, & tertio modo quia cognoscitur vxor aliena, dat lex humana pœnam vtrique adultero: hoc autem fecit lex humana in priuilegium virorum, concedit enim eis accusare vxores de adulterio: etiam sine inscriptione vsque ad certum tempus, postea autem non sine inscriptione: vxoribus autem nunquam concedit accusare viros. Vnde si coniugatus accedat ad non coniugatam, nemo eum accusat: quia ad nullum pertinet iniuria nisi ad vxorē, & ei non conceditur accusare. Si autem accedat con-
D iugatus ad aliam coniugatam potest accusari a marito, & ab alijs: sed a propria vxore non potest accusari. Tunc ergo manet dubium, quare nō punitur vir adulter, sicut mulier. Nam videtur, ꝙ potius debet puniri vir, quàm vxor, quia peccat grauiter: imò videtur grauius peccare, vt dicit August. lib. de decem cordis, & 32. quæst. 6. cap. non mæchaberis, s. Non mæchaberis, idest non ibis ad aliam aliquam præter vxorem tuam: tu autem exigis hoc ab vxore, & non vis reddere hoc vxori, & cùm debeas in virtute præcedere vxorem tuam, & tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorē tuam victricem esse: vis domum tuam capite pendere deorsum: caput enim mulieris est vir. Vbi autem melius viuit mulier, quàm vir, capite deorsum pendet
E domus. Si caput vir est, melius debet viuere vir, quàm mulier, & præcedere in omnibus bonis factis vxorem suam. Vnde non licet apud Christianos aliquid facere viro circa concubitum, quod non liceat vxori. Sic dicit Hieronymus in Epistola ad Oceanum, & 32. q. 5. capit. apud nos, s. Apud nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur: ideo non solùm in peccato videntur esse viri æquales vxoribus: sed etiam in pœna adulterij. Sic dicit August. lib. de adulterinis coniugijs, & 32. quæst. 6. cap. indignantur, s. Indignantur mariti si audiunt adulteros viros pendere, idest pati similes adulteris fœminis pęnas, cùm tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo

exemplo regere fęminas. Aliqui dicunt, ꝙ ideo viri nō accuſantur de adulterio: quia eorum crimina ſunt magis latentia, quàm fęminarum. Sic dicitur 32.q.5.c. Chriſtiana.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia licèt vxor non ita faciliter poſſit ſcire adulterium viri ſui, interdum tamē ſcire poteſt, & tunc permitteretur illum accuſare: ſed falſum eſt, quia nunquam permittitur. Alij dicunt, ꝙ non permittuntur vxores accuſare viros adulteros, quia non eſt iuſtum. Nam etiam ſic erat in lege Moyſi, quæ erat lex Dei.

Dicendum, ꝙ verum eſt, ꝙ liceret ibi viris accuſare mulieres adulteras, & tamen viros adulterantes cum mulieribus ſolutis non condemnabat lex: ſed eodem modo ſe habebat, ſicut lex humana, & tamen hoc nō probat iuſtum fuiſſe: quia multa alia erant in lege veteri, quæ in ſe mala erant, & tolerabantur, ſicut vſuræ, & repudium: ita iſtud tolerabatur non quidem permittendo expreſsè ſicut repudium, & vſuras: ſed non puniendo: ſicut lex Eccleſiaſtica nō punit meretrices, licèt peccent. Dicendum igitur, ꝙ non eſt cauſa huius quare non reputetur peccatum adulterium viri coniugati cum ſoluta: ſed quia non expedit. Sed ideo non putent viri ſe apud Deum impunes euaſuros. Sic dicit Ambroſius lib. de Patriar. & 32. quæſt. 4 cap. nemo, ſ. Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum, ideſt licèt ille non ponant pęnam, non credant ideo non eſſe peccatum. Et ſequitur: Omne enim ſtuprum adulterium eſt: neque viro licet, quod mulieri non licet: eadem enim a viro, quæ ab vxore debetur caſtimonia: quidquid in ea, quę non ſit legitima vxor commiſſum fuerit, adulterij crimine damnatur. Sed dicitur, ꝙ non expedit puniri viros ſic adulterantes. Primò, quia lex humana nō intendit punire omne crimen: ſed ſolùm illud, quod nocet ſtatui politico tollendo pacem illius. Nam lex datur politiæ, & eſt pro conſeruatione eius, & ideo non curat vltra ea, quæ ſunt de conſeruatione reipublicæ, & quia quædam peccata ſunt, quæ in nullo nocent ſtatui politico, non punit ea lex humana: & quia adulterium ex parte mulieris turbat maximè rempublicam, punit illud acriter lex humana, ex parte viri ſi non fornicetur cum alia coniugata, non nocet reipublicæ turbando pacem eius: ideo non punitur a lege.

I Secundò, quia lex humana non punit niſi peccata illa, quibus punitis poteſt ſtare reſpublica: vnde ſi aliqua peccata ſunt, quantumcunque magna ſint, quæ ſi punirentur, turbaretur pax politica, non puniuntur illa: quia ſicut ideo quædam peccata puniuntur, quia illis non punitis non ſeruaretur pax politica: ita punire alia ceſſabit: quæ ſi puniantur, tolletur pax politica. Sic eſt de adulterio virorum. Nam etiam ſi viri fornicando cùm ſolutis tantùm præiudicarent vxoribus, ſicut vxores viris, non punirentur viri pro hoc, ſicut vxores: quia viri non poſſent tolerare talem legem. Facilius enim eſt mulieribus continere, quàm viris: ideo communis opinio gentium nō imputabat viris in malum accedere ad quamcunque non coniugatam: ſed cuicumque fęminæ etiam ſolutæ ad malum imputabat cognoſci ab alio niſi matrimonialiter: nulla ergo politia permiſit vxoribus ſic accuſare viros, quaſi non eſſet talis lex tolerabilis, & crederent omnes ſe huius criminis futuros reos. Et aliquale motiuum huius eſt, quia maritus cognoſcens aliam mulierem parum offendit ſuam vxorem: vxor autem quaſi in immenſum offendit virum: & ob hoc tam leges humanæ omnes quotquot fuerunt, quàm etiam lex Moyſi, quæ Dei erat, punierunt adulteras mulieres ſemper: viros autē adulteros nunquam punierunt niſi cum coniugatis fornicarentur: quia tunc pręiudicabant maritis adulterarum, & non vt præiudicabant coniugibus ſuis. Et dicendum, ꝙ iuſtæ ſunt leges humanæ, quæ ſic mulieres puniunt, & non viros. Nam cùm lex ordinetur ad ſtatum politicum conſeruandum, vt ad finem, illa lex erit bona, & iuſta, quæ conuenienter ſe habet ad hanc conſeruationem: quæ verò non ſe habet conuenienter, eſt iniuſta, & mala: & quia lex volēs punire omnia peccata, eſſet intolerabilis a politia, & conſequenter repugnaret valde ſtatui politico, erit illa mala, & iniuſta: illa verò lex, quæ punit quædam mala, & non omnia, conſeruat pacem politicam: ideo illa eſt bona: talis autem eſt lex, quæ puniret viros adulterantes cum mulieribus ſolutis: quia illa non eſſet tolerabilis ab aliqua politia: ideo eſſet mala, & iniuſta, & eſſet inſipiens legiſlator, qui talem imponeret.

Lex humana nō punit niſi illa peccata, quibus punitis pōt ſtare reſpub.

G Cùm autem obijciebatur, ꝙ eſſet æquale, aut maius peccatum viri, quàm vxoris: dicendum, ꝙ non eſt verum. Et cùm dicit Auguſtinus, ꝙ debet vir præcedere in virtute, verum eſt, & ideo cæteris paribus, in quocunque peccato magis peccat vir, quàm mulier, & tamen in adulterio non ſunt omnia paria, ſed mulier multa mala committit contra virum: vir autem pauca cōmittit contra vxorem, vt oſtenſum eſt pręce. quęſt. ideo magis peccat fœmina adultera generaliter, ꝗ vir adulter generaliter: tamen peccat plus vir in fornicatione ſimplici, ꝗuàm mulier, vt et oſtenſum eſt ibid. quia in fornicatione ſimplici, nemo præiudicat alicui niſi Deo, & in hoc cœteris paribus magis peccat vir.

H Cùm autem dicebatur, ꝙ deberet puniri vir adulter æqualiter, ſicut mulier adultera, imò grauius: dicendum, ꝙ Auguſt. non loquitur ibi de adulterio primo modo, ſcilicet, quando coniugatus cognoſcit non cōiugatam: ſed de ſecundo, & tertio modo, ſ. ſi non coniugatus coniugatam, vel coniugatus aliam coniugatā cognoſcat. Et patet, ꝙ intelligatur ſic, quia ipſe refert geſtam rem, cùm ait: Indignantur mariti, ſi audiunt viros adulteros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas: & tamen certum eſt, ꝙ nullius vnquam gentis lex dedit pœnam viris adulteris, ſi cognoſcerent ſolutas: ideo loquitur de ſecundo, & tertio modo, in quo lex humana dat eandem pœnam viro, & fœminæ adulteris: & tamen adhuc de hoc indignabantur quidam volentes, quòd nunquam imponeretur viro adultero pœna in quocūque modo adulterij, vel quòd daretur minor, quàm fœminis. Prædicta autem vera ſunt ſecundùm legem humanam ſecularem: ſecus autem ſecundùm legem Dei. Nam cùm Chriſtus dixit eſſe peccatum ſiquis viderit mulierem ad concupiſcendum, ſupra 5. cap. à fortiori adulterium in quocunque modo iudicabit eſſe peccatum, & puniet in æternum viros adulteros in quocunque modo adulterij: & tamen magis puniet mulieres adulteras, quàm viros: quia, vt oſtenſum eſt, maius eſt ſimpliciter adulterium mulieris, quàm viri. De lege etiam humana Eccleſiaſtica dicendum, ꝙ ſecundum eam omne genus adulterij punitur, & æquali pœna. Nam pro adulterio non infert Eccleſia, niſi pœnā diuortij: & tamen iſtud infert tam vxoribus, quàm viris fornicatis, vt oſtenſum eſt ſupra, & hoc modo intelligitur 32.q.5. capit. Chriſtiana. ſ. Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu

K pari ratione condemnat, ſed viros ſuos mulieres, non facile de adulterio accuſant: & non habent latentia peccata vindictam: viri autē liberius vxores ſuas apud ſacerdotes accuſant: & ita de accuſatione ad diuortium agitur, quia ſi intelligeretur de accuſatione ad inferendum pœnam capitalem, non accuſarentur apud ſacerdotes, qui talem pœnam inferre non poſſunt, ſed apud iudices ſęculares: & concluditur, quòd eadem accuſatio fit contra virum ad diuortium, ſcilicet, vir vtique ſubmouebitur, ſi eius flagitium detegatur.

Ad

Respõ. ad rationes q. 72. Ad argumenta facta in quæstione 72. respondendũ est. Et dicendum ad primum, quòd nõ propriè datur diuortium loco repudij, cũ non detur ex eisdem causis neque eodem modo; nisi accipiatur sic, quòd in lege Moysi permittebatur repudium; in lege autem Christi non permittitur repudium, sed solùm diuortium. Et tunc dicendũ quòd repudium permittebatur non tanquam bonum & æquum, sed ad duritiem cordis virorum: scilicet quòd timebatur de occisione vxorum si eas tenere cogerentur inuiti: & quia non timebatur idem de vxoribus contra viros, cùm sint illæ fragiliores, permissum fuit repudium viris & non vxoribus. Diuortium autem datur tanquam bonum & æquũ. Cùm ergo sit par causa 32.q.35.cap. Christiana. debet esse eadem pęna: & hoc quia sic non est apud legem Christi, sicut apud leges hominum, quia in ea æqualia licerent viro & vxori circa concubitum, vt ait Hiero. ad Oceanum & 32.q.5.cap. apud nos, quod non licet fœminis ęquè non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur.

Ad secundum concedendum, quòd magis peccat vxor in adulterio quàm vir eius: & tamen non sequitur, quòd si diuortium datur contra fęminam, quòd non debeat dari contra virum. Sed contra vtrunque datur: & tamen ex maiori causa datur contra vxorẽ quàm contra virum: nam sicut ostensum est supra, si pęna detur æqualis apud legem humanam pro duobus peccatis, non est necesse, quòd sint æqualia inter se: etiam si pęna iustissimè infligatur: sed oportet, quòd vtrunque illorum mereatur illam pænam, etiam si alterum illorum maiorem pęnam mereretur: & ita est de diuortio, quod est eadẽ pæna, & datur pro inæqualibus peccatis: sed ita est, quòd adulterium viri meretur diuortiũ & datur pro illo: adulterium vxoris meretur diuortium, & aliquid plus: tamen datur solùm diuortium, quia non potest dari pro quolibet peccato determinatè tanta pœna, quantam ipsum meretur: licèt verum sit, quod maior solet infligi vxori. Nam post diuortium elapso certo tempore, vt dicetur sequenti quæsti. si vir eam non reconciliat sibi, includitur ad agendum pęnitentiam intra monasterium aliquod.

In q.71. Ad tertium dicendum sicut in præcedenti, quòd magis peccat vxor in adulterio quàm vir: & tamen vtrique datur diuortium in pænam.

Ad quartum dicendum, quòd vir est caput mulieris tanquam gubernator, & rector, sed non tanquã iudex habens simpliciter vim coactiuam & punitiuã circa crimina: & ideo ad ipsum pertinet corrigere mulierem, ne peccet; vel si peccauerit, emendabit eã leuiter: punitio tamen, quæ datur directè in retributionem pro peccato, non pertinet nisi ad iudicem: vir autem non est iudex vxoris: ideo non potest ipse inferre pęnam diuortij sed iudex: & ideo quantum ad hoc, in quo vir non præest vxori, tantum licebit vxori contra virum sicut viro contra vxorem.

Ad quintum dicendum, quòd licèt Christus non expressit de muliere, quòd recederet à viro per diuortium propter fornicationem: tamen hoc voluit. Et patet, quia Apostolus 1.Corin.7. illud expressit, scilicet. His, qui matrimonio coniuncti sunt, pręcipio nõ ego, sed dominus, vxorem non discedere à viro: quia si discesserit manere innuptam, aut reconciliari viro suo. Et quòd fuerit ista intentio Christi patet: quia dicit Apostolus. Pręcipio non ego, sed dominus, idest Christus hoc præcipit tacitè. Nam non expressum est hic, & supra 5.cap. Et forte fuit causa, quia voluit respondere Christus Iudæis conuenienter ad quęstionem eorum. ipsi enim quęsierant an liceret viro repudiare vxorem ex omni causa, & non quæsiuerunt

A an vxor aliquando posset virum repudiare: ideo respondit, quòd non licet viro dimittere vxorem, nisi causa fornicationis: & non dixit quando vxor posset dimittere virum: & propter hoc Apostolus dixit explicatius quomodo mulier potest dimittere virum quàm quomodo vir dimittat vxorem, tanquam supplẽs explicitè ea, quæ Christus reliquerat implicitè.

Argumenta autem duo in contrarium etiam non sunt concedenda simpliciter, cùm enim in vno probatur, quòd viri magis peccant quàm mulieres. Dicendum quòd verum est in fornicatione simplici: in adulterio tamen magis peccant vxores, vt ostensum est: & ideo cùm infertur, quòd fortius debet dari diuortium contra viros, non sequitur, quia datur diuortium pro adulterio, & non pro fornicatione simplici, B & in adulterio magis peccant vxores quàm viri. Etiã dato quòd magis peccarent viri, non sequitur, quòd fortius daretur contra viros, quia pro inęqualibus peccatis datur interdum eadem pęna in lege humana, vt ostensum est.

Ad secundum dicendum, quòd ex eo quod vir est rector mulieris, efficitur quodlibet peccatum eius cęteris paribus maius quàm peccatum mulieris: & ideo in fornicatione, quia cętera sunt paria.i.non inferũtur plura nocumenta ex parte viri quàm ex parte mulieris, peccat grauius vir quã mulier: in adulterio tñ non sunt omnia paria, si multa damna facit mulier adulterãs viro suo, quę non facit vir adulterans vxori suæ: ideo C grauius peccat vxor adultera quàm maritus: & consequenter non est ille magis dignus diuortio quàm illa, sed potius è contrario: & tamen æqualiter datur pro adulterio vtriusque, quia non est talis pœna, quæ possit intendi & remitti.

An facto diuortio iudicio Ecclesię possit vir reconciliare sibi vxorem retinendo illam.
Quæst. LXXV.

QVAERETVR, an facto diuortio iudicio Ecclesię possit vir recõciliare sibi vxorem retinendo illam, vel reducendo ad se si iam recesserit. Aliqui dicunt, quòd nõ potest eam reconciliare, nec etiã vxor virum, si ad petitionem vxoris pro fornicatione D viri lata est sententia diuortij. Quod enim semel benè diffinitum est, nulla debet iteratione retractari: sed iudicio Ecclesiæ diffinitum est, quòd debeant separari: ergo non poterunt vlterius reconciliari. Secundò patet, quia si posset esse reconciliatio, videtur quòd potissimè deberet esse post sententiam adulteræ vxoris aut uiri: & tamẽ non tenetur vir recipere vxorem adulteratam etiam post pęnitentiam, & emendationem: neque potest excipere mulier se esse emendatã, quia non admittetur talis exceptio in iudicio contra virum petentem diuortium: ergo nullo modo potest fieri reconciliatio. Tertiò, quia si reconciliatio fieri posset, fieret petente illo, qui castè vixit, & tunc si fornicata vxore proferretur contra ipsam sententiam di- E uortij, posset vir cogere illam ad se redire: & tamen facto diuortio non tenetur vxor redire ad virum, quia iam iudicio Ecclesiæ separati sunt: ergo non potest fieri reconciliatio. Quartò, quia si posset fieri reconciliatio, hoc maximè fieri deberet, quando facto diuortio pro fornicatione vxoris inuenitur vir post diuortium adulterium commisisse: & tamen etiã tunc non potest fieri reconciliatio nolente viro, quasi uxor possit compellere uirum ad se redire, quia aliquando celebratum fuit iuste diuortium: ergo nunquam potest fieri reconciliatio. Quintò, quia si uir adulteratus est occultè, quod mulier probare non potest: & ipse probet uxorem fornicatam, diuortium fit contra

tra ipsam, & tunc videtur iustè factum cum paria delicta compensari debuissent, & tamen etiam in hoc casu vir non tenetur reconciliare sibi uxorem, cùm illa non probet adulterium uiri: ergo à fortiori quando diuortium iustè factum est, non poterit fieri reconciliatio.

Dicendum, quòd reconciliatio fieri potest facto diuortio. Dicitur enim 1. Corint 7. quòd si mulier recesserit à viro aut reconciliare sibi virum aut manere innuptam: ergo in electione eius est quid facere voluerit. Item quia dimittere fornicantem, & reducere dimissum videtur esse eiusdem potestatis: & tamē potest vir non dimittere vxorem fornicatam: ergo potest dimissam reducere. Sed dicendum, quòd aut quæritur an possit fieri reconciliatio consentientibus ambobus, aut dissentiente altero ipsorum. Si consentientibus ambobus, dicendum ꝙ semper potest fieri reconciliatio, quandiu non mutauerint statum, idest si non transierit alter eorum ad religionem, quā professus iam fuerit: aliàs etiam post ingressum religionis, si ambo consentiant reconciliabuntur. Et ratio est, quia sententia diuortij non fertur de necessitate iuris, sed ad petitionem partis. Vnde etiam si notorium esset adulterium vxoris, nō fiet diuortium si vir non accusat illam petendo diuortium. Etiam patet, quia si propter delictum adulterij ex intentione iuris, & non petente parte fieret diuortium, potius fieret, quando ambo coniuges fornicati sunt, cùm sit grauius adulterium: & tamen tunc non fit diuortium: imò etiam si alter coniugum petat diuortium, non fiet si excipiatur de adulterio eius: extra de diuortiis cap. significasti. & capit. ex literis: ideo fit in fauorem castè viuentis, & ad petitionem eius: & consequenter si ambo cōuenerint inter se, poterit fieri reconciliatio quocunque tempore. Si autem non consentiant ambo in hoc, aut petit reconciliationem, qui fornicatus est, aut qui petiuit diuortiū: si ille, qui fornicatus est, non tenetur alius reconciliare eum ad se, cùm propter eū, & contra ipsum lata fuerit sententia diuortij: imò ēt si correctus iam fuerit, qui peccauerit & penitētiam egerit, non tenetur alius coniugum eum sibi reconciliare, vt colligitur extra de conuersi. coniu. cap. gaudemus. Si autem ille, qui petiuit diuortium, petat reconciliationem, aliqui putant, quòd non poterit aliū coniugem sibi inuitum reconciliare: quia iam facta est separatio auctoritate Ecclesiæ: & cū tenuerit sententia, tenet tam pro fœmina adulterata quàm pro viro, qui petiuit diuortium: & ideo dicunt ꝙ mulier iā poterit inuito viro transire ad monasterium. Sed dicēdum, ꝙ non stat, quia nemo cōsequitur priuilegium, vel immunitatem delinquendo: & tamen qui fornicatus est tenebatur ad debitum reddendum: ergo nō fuit absolutus ab hoc debito per sententiam diuortij: & ita potest esse reconciliatio illo inuito. Item innocens non priuatur iure suo per peccatum alterius, neque seruitute quàm habet in peccantem. C. de adult. authentica, sed hodie, sed qui fornicatus non fuit, habebat ante sententiam diuortij ius super fornicātem, vt ille teneretur ei ad debitum: ergo non perit ista seruitus. Item sententia condemnatoria afficit delinquentes: & ideo sententia diuortij cùm sit pœnalis, solùm afficit fornicantem: & tamen per diuortium tollitur ius petendi debitum: ideo solùm priuabitur hoc iure fornicans: sed alius ante hoc habebat ius petendi debitū, ergo illud manet sibi integrum, & ita poterit petere & tenebitur alius sibi reddere, sed hoc est reconciliare inuitum; ergo poterit reconciliare inuitum: per sententiam enim diuortij aufertur fornicatori ius petendi debitum: ei verò, qui non fornicatus est, non aufertur ius petendi, sed absoluitur à ser-

Sententia diuortij nō fertur de necessitate iuris, sed ad petitionē partis.

F uitute, qua tenebatur alteri, scilicet quia iam non tenebatur reddere debitum ei. Item quia si non posset vir castus reconciliare vxorem fornicatam post diuortiū, daretur occasio fornicandi mulieribus: quia aliquę desiderantes separari à viris suis, fornicarentur, vt fieret diuortium, & non tenerentur, neque possent posteà reduci ad illos: & tamen non debet dari occasio ad separandum coniuges, vt dicitur extra de diuortijs cap. quanto. vbi dicitur, ꝙ si per hæresim soluerentur matrimonia quantum ad vinculum, simularent aliqui viri hæresim, vt ab vxoribus suis separarentur: & ideò non conceditur, quòd ex hoc soluantur matrimonia. Reconciliari ergo potest inuitus, qui fornicatus est: & ob hoc dicitur, ꝙ sententia diuortij non trāsit in rem G iudicatam statim vt profertur: sed altero eorum profitente ordinem aliquem. Vnde dicendum, ꝙ quando pro adulterio lata est sententia diuortii, ille quo petente lata est, potest statim transire ad religionem: & alius non poterit impedire intrantem neque repetere ingressum: quia per fornicationem perdidit ius, quod habebat in eum: extra de conuer. coniu. cap. veniens. Et si vir non fornicatus est, sed mulier, poterit statim post sentētiam diuortij promoueri ad ordines sacros, dum nihil aliud obsistat: & non poterit illa repetere eum siue intrauerit in monasterium, siue effectus fuerit clericus sęcularis in sacris. eo. tit. c. constitutus. & tā manebit adhuc illa uxor ei⁹ vt prius, & tenebit cōtinere; & si illo viuēte cognita fuerit ab altero adulterat, vt H colligitur ibidem & cap. veniens. ille autem, contra quem lata est sententia diuortij: quia fornicatus est, non potest intrare monasterium statim: sed ex licentia alterius poterit intrare: & ad hoc ꝙ intret, prius debet peti ab alio coniuge, vt eum reconciliet: & si non vult tunc poterit, qui fornicatus est intrare monasterium. extra de conuers. coniugato cap. gaudemus. vbi dicitur, ꝙ si mulier fornicata fuerit: & propter hoc sētentia diuortij lata, debet Episcopus, hortari virum vt eam reconciliet sibi. Si autem ille non vult, debet eā Episcopus includere in monasteriū ad agendum pœnitentiam perpetuam: & tñ adhuc semper poterit vir eam reconciliare sibi quousque non fuerit professa: & tenebitur illa tunc exire de monasterio, quia ad- I huc uir non perdidit ius, quod in eam habebat. Si autem profitetur, non potest eam reducere ad se: & ita apparet, quod uir potest reconciliare quandocunque uoluerit uxorem fornicatam, etiam inuitam. Nam si nō posset inuitam reconciliare, non oporteret, quòd Episcopus hortaretur solicitè viros, vt reconciliarent sibi mulieres, sed possent statim introire monasteria. Et idem est si contra virum feratur sententia diuortij: quia poterit mulier eum inuitum reconciliare. Per diuortium.n. ille, qui fornicatus fuerat, perdit ius petendi debitū, & manet obligatus ad reddēdū, & q non fornicatus fuit, pōt petere debitū sed absoluit à seruitute reddendi: non tñ accipitur perdere ius propriè: quia si semel periret ius petendi debitum totali- K ter, nunquam rediret, nisi facto de nouo matrimonio: & tamen quando reconciliantur coniuges, habet vterque ius petendi debitum: ideo non perierat penitus à principio, sed solùm erat impeditum: & nunc tollitur impedimentum per voluntatem illius coniugis, in cuius fauorem inductum fuerat. Quando autē dicebatur, quòd data sententia diuortij, erat quæsitū ius etiam mulieri, vt iam non cogeretur redire ad virum: dicendum quod non stat, quia hoc esset si sententia lata esset æqualiter pro vtroque: & tamen lata fuit in fauore non fornicantis, & eo petente contra illum, qui fornicatus est: ideo nullum commodum reportat condemnatus de diuortio: & sic semper manebit obligatus ad reddendum debitum, & poterit

cum

eum reconciliari ſibi, qui non peccauit.

Ad primum dicendum, quòd ſententia diuortij tenuit, & nunquam retractatur, & tamen non retractata illa poteſt reconciliare coniugem, quando voluerit, qui non fornicatus fuit: quia in ſententia diuortij ſolùm condemnatur fornicans: & ille priuatur iure petendi debitum. Qui verò non fornicatus eſt, non priuatur iure petendi, neque cogitur diſcedere à fornicante, ſed abſolitur à ſeruitute reddendi illi debitum, qua prius tenebatur. Vnde quandocunque voluerit reconciliare fornicantem, poterit: quia fuit ſibi in priuilegium hoc conceſſum. Ideo ſicut habens priuilegium ſine caſſatione, vel retractione priuilegij poteſt ceſſare interdum vti illo: ita ſine reuocatione ſententiæ diuortij reconciliabit ſibi fornicantem: & tamen ſi ſemel reconciliauerit, non poterit amplius repellere prætextu diuortij facti, quia illi renunciauit reconciliando.

Ad ſecundum dicendum, quòd non cogitur vir reconciliare ſibi vxorem fornicatam, quia iam correcta eſt & ſufficienter pænituit: vt patet extra de conuerſione coniuga. cap. gaudemus. ſed eſt ſufficiens ad inducendum virum, vt reconciliet eam: ſi tamen non vult, non cogitur: ſed poſtquam diligenter admonuerit epiſcopus virum, vt emendatam mulierem ſibi reconciliet, & ille noluerit, debet eam intrudere in monaſterium ad agēdum pænitentiam perpetuā: & ideo ſi viro petente diuortium excipiat vxor, quòd iam de adulterio emendata eſt, non admittitur exceptio ad repellendum virum ab accuſatione: quia licèt peccatum tranſierit quantum ad actum, manet tamē quantum ad reatum pænæ temporalis, quam vir mulieri inferri vult petens diuortium.

Ad tertium dicendum, quòd licet iudicio Eccleſię ſeparati fuerint vir & vxor ſi mulier fornicata fuerat, & velit eam ſibi reconciliare vir, poterit quandocunque voluerit quouſque in monaſterio non ſit profeſſa de licentia viri: quia cùm fuerit ſententia iſta lata in fauorem viri, non debet nocere ei: & tamen noceret auferendo ei ius ſuum, ſi non poſſet illam reconciliare ſibi quandocunque vellet.

Ad quartum dicendum, quòd aut eſt factum diuortium auctoritate propria eius, qui non fornicatus eſt, aut auctoritate & iudicio Eccleſiæ: ſi primo modo vir non fornicatus expulit à ſe vxorem fornicatā, & illa petit reſtitui: & vir obiicit fornicationem & ꝓbat: non reſtituitur mulier, etiam ſi dicat, quòd vir dedit ſibi occaſionem fornicandi: extra de diuor. cap. ſignificaſti. Si tamen interim pendente quæſtione reſtitutionis vir qui repulerat vxorem fornicetur, & ꝓbet hoc mulier: reſtituetur mulier, & tenebitur vir eā ſibi reconciliare inuitus: quia compenſantur ibi delicta æqualia eod. cap. ſignificaſti. Et hoc verum eſt, quia nondum erat lata ibi ſententia diuortij: ſed ſolùm vir auctoritate propria diuortium fecerat. Si autem ſit diuortium factū auctoritate Eccleſiæ, & tunc vir fornicetur, dicunt quòd de rigore iuris vir nō cogetur redire ad vxorem: quia iam tenuit ſententia diuortij: & tamen ſecundùm æquitatem iuris vir debet cogi à iudice, vt redeat ad vxorem, vt caueat periculo animæ ſuæ & ſcandalo aliorum: & hoc facit iudex ex officio. Nam vxor non poteſt reconciliationem petere facto ſemel diuortio contra eam. Sed videtur eſſe contra, quia lata ſententia diuortij pro viro contra mulierem fornicatam: quia ille poſtea fornicatus eſt, cogitur redire ad mulierem, quæ ſententia Eccleſiæ fuerat ab eo ſeparata. extra de diuortiis cap. ex literis. vbi mulier confeſſa eſt in iudicio fornicationē, pro quo lata eſt ſententia diuortij, & mandatum eſt, quòd manerent ambo ſeparati & caſtè viuerent: ille

A vero furtim ſponſalia contraxit cum alia & nuptias celebrauit: & cogit illum Eccleſia redire ad priorem vxorem. Dici poteſt vno modo ſicut dictum eſt ſupra, quòd non facta fuit iſta reconciliatio petente vxore: ſed iudex ex officio ſuo egit. Nam in eod. cap. ex literis non apparet quòd mulier petiuerit reſtitui propter viri fornicationem, ſed Papa mandat quòd ſi ita eſt, ꝙ ille nuptias cum alia celebrauit, cogatur redire ad vxorem ſuam legitimam. Aliter poteſt dici quòd hoc factum fuit ad petitionem vxoris, eo quòd vir fecit contra mandatum Eccleſiæ: nam iniunctum fuerat ambobus quòd ſeperati manentes caſtè viuerent: ille aūt contempta ſententia tranſiuit ad alias nuptias, ideo non profuit ei ſentētia, & reſtituitur mulier aduerſus

B virum: ſecus autem ſi factum fuiſſet diuortium, & nō iniuncta fuiſſet vtrique continentia ſeruanda, quia licèt tacitè intelligeret̄, quòd vir deberet aut reconciliare ſibi vxorem aut manere innuptus, ideſt caſtè viuendo, vt dicitur pri. Corin. 7. quia tamen non expreſſum erat, non diceretur facere contra mandatum Eccleſiæ: & ita non reſtituitur mulier aduerſus ſententiam contra ſe latam: quia tamen vir fecit contra ſententiam fornicans poſt, & non mulier, pręiudicat ei & reſtituitur illa.

Ad quintum dicendum, quòd ſiue ſit adulterium viri occultum ſiue manifeſtum, quod probari poſſit, manet ſemper vxori ius agendi contra virum, ſi illa nō fornicata eſt: aut ius excipiendi ſi fuit illa fornicata, &

C ille petat diuortium: & tamen ſi non poteſt probare, non admittitur exceptio, quia deeſt vxori probatio iuris, licèt non deſit ius: ideo ſi vir fornicatus fuit occultè, peccat petendo diuortium contra mulierem fornicatam, licèt illa non poſſit probare adulterium viri, & ſi fuerit lata ſententia diuortij, tenetur vir reconciliare ſibi vxorem volentem, quia ſi conſtaret in iure de vtriuſque adulterio ante ſententiam diuortij, non ferretur ſententia diuortij. extra de diuortiis cap. ſignificaſti: Ideo cùm vir ſit conſcius fornicationis proprię, peccauit petendo diuortium, quia petiuit rem iniuſtam & peccat non reconciliando ſibi poſtea vxorem ſi illa vult. Vnde ſi illa petat poſtea debitum, tenetur ille reddere, aliàs peccat mortaliter.

D

An poſt diuortium celebratum poſſit vir alteri mulieri nubere, & mulier alteri viro.

Quæſtio LXXVI.

QVAERETVR, an poſt diuortium celebratū poſſit vir alteri mulieri nubere & mulier alteri viro. Aliqui dicunt, ꝙ ſic: quia nullus tenetur ad perpetuam continentiam niſi expreſſe vel tacitè voueat: quia res eſt voti, & non pręcepti continentia: ſed vir tenetur in aliquo caſu vxorem fornicantem à ſe ſeparare in perpetuum, vt patet ex dictis, ſcilicet quando eſt incorrigibilis, & putatur quòd deterior erit retenta quàm abiecta: ergo in tali caſu ad minus poterit

E alteram ducere. Secundò, quia peccanti non eſt danda maior cauſa peccandi: ſed ſi ei, qui propter culpam fornicationis dimittitur, non liceat aliam copulam quęrere, datur ſibi maior occaſio peccandi: quia non eſt probabile quòd qui in matrimonio non continuit poſtea non habens coniugem poſſit continere: ergo videtur quòd liceat ſibi ad aliam copulam tranſire. Tertiò quia vir non tenetur vxori neque vxor viro niſi ad reddendum debitum, & ad cohabitationem: & tamen per diuortium abſoluitur ab vtroque ille, quo petente lata eſt ſententia diuortij: ergo ſi feratur pro muliere, ſoluta erit pœnitus à lege viri: & ita poterit tranſire ad alium virum. & idem de viro ſi pro eo feratur ſententia, poterit ad aliam vxorem tranſire.

Iſta eſt ratio hæreticorum fratilium, & formāt eā ſic nullus debet puniri ꝑ culpa alteriꝰ: ſed vir cuiꝰ vxor fornicata eſt & dimiſſa ſi non poteſt contrahere punitur pro culpa vxoris: ergo Eccleſia ſic ſtatuendo errauit.

Quartò

Quartò, quia supra in litera dicitur ex verbis Christi, quòd qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis, & aliam superduxerit mœchatur: ergo quando dimissa fuerit vxor causa fornicationis, si vir superduxerit aliã non mechatur: & consequenter est verum matrimonium, cùm existente primo matrimonio, non possit accedere vir ad aliquam mulierem, quin committat adulterium. Quintò patet, quia diuortium datur in nouo testamẽto loco repudij, quod erat in veteri; sed differt, quia illud dabatur ex quacunque causa, istud autem solùm causa fornicationis: & tamen facto repudio, poterat transire vir ad aliam, & mulier repudiata ad alium: ergo facto diuortio licebit transiri ad aliud matrimonium.

Pro maiori huius intellectu vide supra quę. 54. & 64. Dicendum, quòd facto diuortio non licet alicui cõiugum. s. neque ei pro quo, neque ei, cõtra quem lata est sententia diuortij transire ad aliud matrimonium. Dicit enim Apost. 1. Corin. 7. his, qui matrimonio iuncti sunt precipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit manere innuptam: ergo recedentibus per diuortium recõciliari oportet, vel manere innuptos. i. non transire ad aliud matrimonium. Item non debet quis reportare commodum de peccato: & tamen si liceret post diuortium transire ad aliud matrimonium reportaret adultera commodum, quia fortè transiret ad aliud matrimonium magis desideratum. Item daretur occasio ad fornicandum in quocunque matrimonio, quia cùm pro fornicatione fiat diuortium, & per diuortium liceret trãsire ad alia vota, qui aliàs non fornicaturi erant fornicarentur, vt possent transire ad alia matrimonia: hoc tamen est inconueniens, & valde vitandum, cùm matrimonium sit fauorabile. extra de conditio. appositis. cap. si conditiones: & ita dicitur. extra de diuor. capit. quanto. pro hæresi non soluitur matrimonium quantum ad vinculum, licèt fiat diuortium, quia aliàs daretur causa, vt aliqui fingerent se hæreticos esse, vt matrimoniũ solueretur, & transirent ad alias nuptias. Dicendum ergo est, quòd matrimonium noui testamẽti cùm sit sacramentum, est indissolubile in allegato. ca. quanto. & ideo postquam fuit aliquod verum matrimonium non potest aliquid superuenire ei, quod ipsũ dissoluat: siue ergo hæresis, siue fornicatio, siue quæcunque alia impedimenta proueniant, quæ prius existentia impedirent contrahendum, & dirimerent iam contractum, non dissoluunt matrimonium, quod semel tenuit: & tamen stante matrimonio vno, non licet viro accipere vxorem aliam, neque vxori alium virum. extra de diuor. cap. gaudemus: quia pluralitas in vtroque sexu in matrimonio est reprobata, tanquam fidei inimica: ergo non licet post diuortium transire ad alia vota, vel matrimonia. Sic dicit August. lib. de bono coniugali, & 32. q. 7. cap. interueniente. s. interueniente diuortio, non aboletur confœderatio nuptialis: ita vt, sibi coniuges sint etiam separati, & August. lib. de Adulterinis coniugijs, & 32. q. 7. cap. licitè. s. Licitè dimittitur vxor etiam ob causam fornicationis, sed manet vinculum matrimonij prioris, propter quod fit reus adulterij, qui duxerit dimissam ob causam fornicationis. Idem in cap. Apost. & cap. placuit ibidem. Et sicut dicimus hoc de diuortio facto ob fornicationem carnalem, ita dicimus de diuortio propter hæresim: nam viro incidente in hæresim, & solicitante vxorẽ ad hoc, separatur vxor à viro. extra de diuor. ca. quæsiuit. s. verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficium traxerit, à viro poterit separari: ita quòd ei nubere alteri non licebit: quia licèt separentur, semper tamen coniuges erunt. Et idem dicitur in eod. tit. c. quanto. Cùm autem obijcitur, quòd si trãseat mulier de infidelitate ad fidem, & vir nolit tunc transire, neque

F velit cohabitare eidem sine iniuria creatoris, quòd potest illa transire ad aliud matrimonium, & tamen illa mulier est iam fidelis, & matrimonium est inter ipsam & virum suum: ergo fidelibus licet facto diuortio propter fidei diuersitatem transire ad aliud matrimoniũ. Dicendũ, quòd ista diuersitas soluitur. extra de diuor. cap. quãto. vbi dicitur, quòd in hoc casu licet ad aliud matrimonium transire: sed non quando sunt duo fideles, & alter eorum transit in hæresim, vel in gentilitatem, aut ad Iudæos, vel Sarracenos, & ponitur ibi ratio, quia inter fideles est matrimonium verum, & indissolubile: inter infideles verò est matrimonium verum, sed non est ratum; & quia si mulier transeat de Iudaismo ad Christum manẽte viro eius in Iudaismo,

Inter fideles est ratum, non inter infideles.

G non manet inter eos nisi vinculum illud, quod causatum est, quando contraxerunt, & tunc erant ambo infideles; sed matrimonium illud non erat tunc ratum cùm erat matrimonium infidelium, & posset esse ibi repudium, & non alteratũ est istud ad hoc, quòd desineret esse illud, & inciperet aliud, cùm baptismus matrimonia non soluat. ext. de diuor. c. gaudemus: ideo sicut erat tunc non ratum, ita & manet nunc non ratum, & consequenter potest mulier ex aliqua illarum duarum causarum transire ad aliud matrimonium: cùm autem ambo sunt fideles, quando contrahũt fit matrimonium inter eos indissolubile: ideo nihil potest superuenire quod dissoluat matrimonium illud: ergo si incidit in hæresim vir, & solicitat vxorem, fit

H diuortium, sed non transitur ad alia vota. Sed considerandum circa hoc, quia incidente viro in hæresim, aut mulier diuertit ab eo propria auctoritate, aut iudicio Ecclesiæ. Si propria auctoritate manet separata ab eo quamdiu ille manet in hæresi, vel paganismo. Si autem reuersus ad fidem petat vxorem restitui restituetur. Si autem iudicio Ecclesiæ diuertit: non cogetur redire ad eum reuersum de hæresi: etiam si illã repetat, vt patet extra de diuor. cap. de illa: & tamẽ videtur dicere gl. contrarium. eod. cap. & capit. quanto. Dicendum, quòd vtrumque est verum: si enim propria auctoritate mulier diuertit, cogitur redire ad eum reuersum etiam si religionem intrare vellet: imò etiam si ingressa esset monasterium reduceretur ad eum,

I cùm illa non potuerit diuertere ab eo: & ita cùm non haberet licentiam intrandi monasterium, poterit de illo educi. Nam neque vir licentiam intrandi dederat, neque Ecclesia, quæ diuortij sententiam non protulerat: & non solùm si ingressa fuerat, imò etiam si professa esset, cùm non valuerit professio, tenebitur redire ad virum petentem illam: & tamen non poterit iam illa petere debitum, sed solùm reddere, quia per votum abstulit sibi potestatem petendi, vel ligauit eã. Et etiam mortuo viro illo nõ poterit accipere alium. extra de conuersione coniugato. ca. quædam intrauit. Si autem iudicio Ecclesiæ diuertit à viro hæretico, nõ compellitur ad eum redire reuersum, & petẽtem eã: sed est in potestate eius intrare monasterium, si vult renitente viro. extra de conuer. coniuga. cap. mulier. s.

K Mulier, quæ in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesię separata, ad religionẽ libere conuolare. Si autem non vult transire ad religionem, cogitur redire ad virum, vt dicit glo. eod. cap. mulier. & in capit. de illa, & cap. quanto. extra de diuortijs. Et ita verum est, quod dicitur in capit. de illa. s. quòd non cogitur tunc redire ad virum. s. quia potest illo renitente trãsire ad monasterium: sed quando sine iudicio Ecclesiæ diuertit, cogitur redire ad virum, & non potest intrare monasterium illo renitente. In hoc autem differt fornicatio carnalis ab hæresi, quæ est spiritualis fornicatio: quia pro carnali fornicatione facto diuortio,

Quid [illegible]

non

non cogitur vnus coniugum redire ad alterum, ideſt qui non peccauit non cogitur reconciliare ſibi peccãtem etiam iam emendatum: vnde ſi pro fornicatione mulieris lata eſt ſententia diuortij, & poſtea pęnituerit ſufficienter, & fuerit emendata, adhuc non tenetur vir eam recipere: extra de couuerſi. coniuga. ca. gaudemus. In diuortio autem facto pro hæreſi tenetur, qui manſit in fide, recipere reuertentem iã emendatum vel tranſire ad religionem: ſed in fornicationis diuortio etiam non tranſeundo ad religionem, nõ tenetur is pro quo lata eſt ſententia recipere eum, cõtra quem lata eſt. Sed dicetur quare eſt grauius diuortium in fornicatione carnali quàm ſpirituali?

Dicendum vt vult Glo. extra de conuerſio. coniuga. cap. mulier. quòd hoc fit, quia ſi vir cognoſceret poſt fornicationem mulierem, non poteſt promoueri, quia efficitur bigamus. & ita præiudicatur ei. 34. diſt. cap. ſi laici. hoc non contingit in ſpirituali fornicatione, quia per pænitentiam purgata eſt, & ideo non præiudicatur viro, vt ſit defectus ſacramenti in eo. Alia ratio eſt, quia in carnali fornicatione anima, & corpus polluitur: in ſpirituali autem ſola anima. Tertia caſua eſt, quia per carnalem fornicationem relinquitur aliquid in corpore, & in anima, quòd diſpliceat viro: per ſpiritualem autem non relinquitur, niſi in anima, vnde magis ſcandalizatur, & offenditur vir, ex eo, quod fit in corpore & anima: quàm ex eo quod fit in ſola anima, ideo poſt carnis fornicationem non compellitur vnus coniugum reconciliare alterum, ſed poſt ſpiritualem fornicationem compellitur.

Dicendum autem, quòd duæ cauſæ primę harum modicum faciunt. Patet de prima, quia tunc vir non cogeretur recipere vxorem fornicatam etiam emendatam: quia pręiudicat ei cum efficiatur bigamus: & tamen illa cogeretur eum recipere iam emendatum cum non præiudicetur ei, quia non poteſt illa promoueri. Secunda etiam parum facit, quia licèt contaminet fornicatio corpus & animam: non ideo eſt grauior aliis culpis, & ideo vel fit hoc propter contaminationem animæ vel corporis: ſi propter contaminationem animę, multa alia magis contaminant animam, & tamen alia peccata ſunt, quę ſunt pluſquam duplo maiora ad fornicationem & adulterium. Et ita eſt hæreſis, & idolatria, & apoſtaſia a fide, & ſimilia: ergo illa eſſent cauſa maioris diuortij: quod falſum eſt. Si autem fuit hoc propter contaminationem corporis, aliæ ſunt contaminationes maiores, ſicut lepra perpetua, quam multi coniugum minus pati vellent in coniugibus ſuis quàm fornicationem vnicam vxoris: & tamen pro lepra non fit diuortium matrimonij. extra de coniugio leproſorum per totum: ergo nõ fit pro contaminatione corporis. Aliquis tamen dicet, quòd licet vno modo iudicetur maior contaminatio lepra quàm fornicatio: alio modo tamen iudicatur maior ipſa fornicatio.

Sed tunc dicendum, quòd quantum eſt ad coinquinationem corporis, tantum eſt quòd vxor cognoſcatur ab alio viro renitens aut ignorans, quantum quod volens cognoſcatur: & tamẽ etiam ſi millesies cognoſcatur ignorans vel coacta, non fiet diuortium: vt oſtẽſum eſt ſupra: ergo non fit propter pollutionem corporis principaliter.

Dicendum ergo quòd tertia ratio eſt conueniens, ſcilicet quod fornicatio eſt, quæ magis ſcandalizat cõiuges, & quam minus poſſunt in alterutrum tolerare: & etiam eſt directius contra bona matrimonij quàm alia peccata: ideo pro hac fit grauius diuortiũ: ideſt non recipiens neceſſariam reconciliationem, q̃ pro aliis cauſis. Et eſt ratio: ſi enim teneretur vir reconciliare ſibi vxorem fornicatam poſtquam eſt emẽdata, eſt occaſio ad ſępe fornicãdum, cùm ſic ſemper emendationẽ ſimularet, & rurſus fornicaretur: ideo non debuit concedi quòd reconciliet neceſſariò, qui non peccauit peccantem emendatum.

Ad primum dicendum, quòd licèt directè nemo obligetur ad continentiam perpetuam ſine voto, tamen per accidens bene obligatur: ſic enim ſi alter cõiugum incidat in morbum perpetuum talem, quo exiſtente impoſſibile ſit reddi debitum: tenetur alius ſemper continere quamdiu ille vixerit. Sic autem ſi vir repellat à ſe coniugem, quam reconciliare nolit, & tamen poſſit, ipſe ſe obligat ad continentiam: ſi aũt non poſſit, ideſt non debeat, obligabitur ad continentiam per accidens. Et non eſt iſtud inconueniens: ſic enim reſpondetur extra de diuor. ca. quanto. quando dicitur, quòd ſi tranſeunte altero coniugum in paganiſmum non liceret manenti in fide tranſire ad aliud matrimonium, puniretur quis ſine culpa: & dicitur ibi, quòd iſtud non eſt inconueniens. Nam ſi vir ſectus ſit ab hoſtibus, vel morbo perdiderit genitalia, tenebitur vxor in perpetuum continere, ſcilicet marito viuente.

Sed aliqui obiiciunt, quòd non teneatur in tali caſu abſtinere vir incidente muliere in talem ægritudinẽ, in qua non poſſit reddi debitum, ſed quòd poteſt accipere aliam vxorem, dum tamen prouideat primæ vxori de ſuſtentatione: ſic dicitur. 32. q. 7. cap. quod ꝓpoſuiſti, ſcilicet. Quod propoſuiſti, ſi mulier infirmitate correpta nõ valuerit debitum reddere viro, quid vir eius faciet: coniugalis bonum eſſet, ſi ſic maneret vt abſtinentiæ vacaret, ſed quia hoc magnorum eſt: ille, qui ſe non poterit continere, nubat magis: non tamen ei opem ſubſidij ſubtrahat. Idem autem videtur licere feminæ contra virum ſi ille inciderit in talem ægritudinem quòd non poſſit debitum reddere: cum vir & vxor circa redditionem debiti ad paria iudicentur. extra de diuortiis ca. gaudemus. Item dicunt aliqui, quòd generaliter licet viro, q̃n lata eſt ſentẽtia diuortij, accipere aliam vxorem. ſ. ſi contra vxorem lata eſt: non tamen licet vxori accipere alium virum: etiam ſi contra illum lata ſit diuortij ſententia. Sic dicit Ambroſius ſuper epiſtolam ad Corin. & 32. q. 7. cap. vxor, ſcilicet vxor non diſcedat a viro cauſa fornicationis: quod ſi diſceſſerit aut maneat innupta, aut recõcilietur viro ſuo: quod de vxore ꝑmiſit: quia viro licet ſumere aliam: & ita matrimoniũ diſſoluetur aliquando per diuortium.

Dicendum quòd exiſtente matrimonio inter aliquos nunquam licet alteri coniugum contingere carnaliter aliter alium extraneum: quia omnis coitus, q̃ fit à coniugatis extra matrimonium ſuum eſt adulterium, vt ait Auguſtinus lib. de bono coniugali. 32. q. 5. capi. adulterium. & quandiu viuunt coniuges ſemꝑ manet matrimonium quod inter eos contractum eſt ſemel. extra de diuor. cap. quanto. ergo quicunque coitus illorum ad extraneum eſt adulterium: ſed adulterium nunquam eſt licitum, quia eſt contra decalogũ & contra prima præcepta iuris naturæ: ideo nunquã licet alteri coniugum pro quacunque cauſa viuente alio accedere ad extraneum: ſiue ſit factum diuortium ſiue non. Cùm ergo dicitur primò, quòd propter ægritudinẽ licet accipere aliam vxorem, falſum eſt. Et ad illud dictum Gregorij iunioris dicendum, quòd eſt falſum, & non recipitur, quia non ſolùm eſt ꝯtra ſacros canones: ſed etiam contra doctrinam euãgelicam. Sic dicit Gratianus 32. quæſt. 7. in allegato cap. quod propoſuiſti. Si autem obiciatur, quòd omnia dicta Greg. iunioris ſunt approbata, quia Leo quartus approbat ea 20. diſt. cap. de libellis. Dici poteſt vno modo, quòd non approbauit ſimpliciter dicta

cta illius: sed in quibus benè dixit: & quia in hoc apertè male dixit, non recipitur. Aliter potest dici, ꝙ nō loquitur Gregorius iunior de matrimonio vero: sed de eo, quod contractum est per verba de præsenti, & tñ non tenuit, licèt putarēt tenere: eo ꝙ mulier non erat persona legitima: quia erat arcta ita vt a nullo cognosci posset: & cum talibus non tenet matrimonium, & hoc vocauit infirmitatem perpetuam: & propter hāc potest bene accipere aliam vxorem: & tñ tunc videtur inconueniens expositio, quia iubet prouideri mulieri isti: & tñ qñ matrimonium non tenet, nō tenetur vir mulieri ad aliquid: qa non est vxor eius: sed accipit libere aliā: ideo exponitur ꝙ prouidebit ei. i. dabit ei dotē suam, in qua sustentet̄. Sic exponit Glo. ponens vtrunque. eo. c. quod proposuisti & d. 20. c. de libellis. Et tamen verè expositio Glo. est extorta, & Gratianus dicit verum ꝙ non debet teneri dictum Grego. iunioris ibi, quia errauit. Et satis apparet, quia dicit ꝙ existente muliere in tali ægritudine, melius est abstinere seruando continentiam perpetuam: & tamen si inuentū esset impedimentum inter eos, ita ꝙ non valuerit matrimonium, non oportebat admoneri virum ad continēdum, quia liberè poterat ad aliam transire. Prædicta tñ positio falsa erat: quia neq; viro existente vxore in tali ægritudine licet accipere aliam vxorem: neque vxori existente viro ꝑpetuè impedito, vtpote si abscissa sunt ei virilia, vel casu ea perdidit, licet accipere alium virū: extra de diuor. capitulo quanto.

Error Gregorij iunioris.

Ad secundum dicendum ꝙ facto diuortio, etiam si fuit pro fornicatione vxoris: sicut non licet vxori accipere alium virum: ita neq; licet viro accipere aliā vxorem: quia matrimonium in nouo testamēto excludit pluralitatem vxorum sexu. i. ꝙ sicut mulier nō potest habere plures viros, ita neq; vir potest habere multas vxores. extra de diuor. c. gaudemus. & tñ matrimoniū est dissolubile in nouo testamento. eo. ti. c. quāto. ergo viuente vtroq; cōiuge impossibile est, ꝙ alter eorum verum matrimonium contrahat cū aliquo alio: & ita neq; viro neq; vxori post diuortium licebit trāsire ad aliud matrimonium. Quia autem dicitur, ꝙ liceat viro transire ad aliud matrimoniū, & non mulieri: istud est falsum, & irrationabile: nā in nouo testamento vir & vxor in matrimonio ad æqualia iudicantur in allegato capitu. gaudemus. & Hieronymus in epistola ad Oceanum & 32. q. 5 cap. apud nos. ait: Apud nos quod non licet fęminis, ęquè non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur. Quòd verò putatur hoc velle apostolum, falsum est: sed voluit idem licere vtrique: & tamen cùm de vno expresisset, de alio breuiter idem intelligi voluit. Dixit enim de muliere: His qui in coniugio iuncti sunt præcipio non ego, sed dominus, vxorem a viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam. Et subiunxit: Et vir vxorem nō dimittat. Intellexit ergo, quòd sicut vxori non licet dimittere virum, nisi quòd aut reconcilietur ei dimisso, aut maneat innupta: ita & viro nō licet dimittere vxorem, nisi quòd vel reconciliet̄ ei, vel maneat sine vxore. Et ita exponit Augustinus locum istum in epistola ad Corinth. & 32. quæstio. 7. capitulo, apostolus. & ita tenent omnes sancti doctores. Et hoc patet ex modo loquendi Apostoli, quia ait: His, qui matrimonio iuncti sunt pręcipio. Ergo videtur quòd non solis mulieribus præcepit illud, sed etiam viris: quia uir & uxor matrimonio iuncti sunt. Causa autem quare locutus est Apostolus decurtatè quando de mulieribus dixit, fuit quia voluit explanare præceptum domini & mentem eius. Vnde ait: Præcipio non ego, sed Dominus, & tñ hic dñs dixerat & sup. 5. c. ꝙ vir nō poterat dimittere vxorem, nisi propter fornicationem. & tunc, quòd non poterat eam omnino dimittere. s. accipien-

F do aliam. Vnde ait, & qui dimissam duxerit męchatur. i. etiam si dimittatur causa fornicationis, non licet mulieri transire ad alium virum, neque viro superducere aliam vxorem: quia tamen expresserat ibi Christus de solo viro, quòd posset dimittere vxorem causa fornicationis, & nihil expressit de vxore: putaretur, quòd vxor non posset dimittere virum fornicantem, & adulterantem: & tamen in nouo testamento eadē licere vxori, quæ viro, vt dictum est: ideo Apostolus expressit id, quod Dominus tacuit. s. de muliere. s. explicitè ponens. De viro autem dimittente vxorem, cùm Dominus latè posuisset non curauit Apostolus diffusè ponere: sed sub vno verbo conclusit, dicens. Et vir vxorem non dimittat. s. sicut illa non dimittit

G eum, ita neque ille eam, sed sit eadem conditio amborum. Cùm autem dicitur, quòd Ambrosius hoc dixit; dicendum, quòd non est dictum eius, sed à falsatoribus insertum est, & additum scripturis suis, sicut & factum est quibusdam alijs doctoribus. Sic dicit Gratianus. 32. quæst. 7. §. sed illud Ambrosij. capitulo. quod proposuisti: & ita est certa sententia, quòd post diuortium non licet alicui coniugum trāsire ad aliud matrimonium.

Ad secundum dicendum, quòd non est danda alicui occasio peccandi, & diuortium non datur vt occasio fornicandi, sed vt correctiua pęna fornicantis, quia ipsa confusio, & verecūdia, quam sustinet vir, aut mulier, cùm fertur contra eum sententia diuortij propter

H fornicationem eius, deberet esse causa sufficiens ad emendandum ipsum, vt abstineret, & ea intentione fit diuortium. Si autem non cohibetur à fornicatione per illam pœnam, etiam in matrimonio manens non cohiberetur; & tunc melius est, quòd pereat alter cōiugum solus, quàm quod alium etiam perire faciat per consensum, aut auctoritatem, vel negligentiam punitionis, cùm posset punire, vel corrigere.

Ad tertium dicendum, quòd in matrimonio non est aliud debitum, nisi copulæ carnalis, & mutuorum obsequiorum, quę impendūtur per cohabitationem: & ideo verum est, quòd per diuortium ab omni actu coniugali absoluitur ille, pro quó fertur sententia diuortij: non tamē sequitur, quòd desinat inter eos esse

I matrimonium, quia vltra actus cōiugales est vinculū matrimoniale, quo tenentur coniuges, nè alijs eadem faciant, quæ inter seipsos faciunt: & cùm illud maneat post diuortium, non liceat alteri cōiugum transire ad aliud matrimoniū: sed solùm potest ille, pro quo lata est sententia diuortij, transire immediatè ad religionē, cùm absolutus sit à debito alterius. Ille verò contra quem lata est, non poterit trāsire sine licentia alterius, vel quousque ille requisitus, ꝙ reconciliet sibi alium coniugem iam emendatum facere noluerit, qa tunc potest transire ad religionem. Sed adhuc tunc non absoluitur à debito illius, quousq; fuerit facta ꝓfessio, vt magis supra dictum est: sed cum transit ad religionem ille, pro quo lata est sententia diuortij, si ille, con-

K tra quem lata est, ostenderit postea deceptam esse Ecclesiam, quia sententia per falsos testes lata est, reducetur, qui ingressus religionem ad coniugalem statum, vt colligitur extra de conuersione coniug. capit. quidam intrauit, & cap. veniens. 2.

Ad quartum dicendum, ꝙ procedit argumentum ex falso literæ intellectu, licèt enim videatur esse tota vna clausula, debet intelligi sub duabus per replicationem. s. Qui dimiserit vxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit męchatur. i. qui dimiserit vxorem quocunque modo dimittat etiam non accipiendo aliam, nisi causa fornicationis, supple peccat: & qui dimiserit vxorem suā, siue ꝓpter fornicationē, siue propter aliam causam si aliam duxerit męchatur.

Qui

Qui autem faciunt totam vnam clausulam; errant, vt A manifeste ostēdit Apostolus, scilicet quòd etiam causa fornicationis facto diuortio non licet alicuit coniugum transire ad aliud matrimonium.

Diuortiū in nouo testa. non ex eisdē causis & eisdē personis quibus dabatur repudium in lege Moysi.

Ad quintum dicendum, quòd diuortium non datur in nouo testamēto loco repudij legis Moysi: quia non datur propter eandem causam, neque eisdem personis: nam repudium dabatur propter duritiem cordis, vt dicitur, supra in litera, & Mar. 10. cap. diuortium autem datur quasi suadente æquitate & propter emēdationem fornicantis. Secundò, quia non datur eisdem personis: nam repudium solùm dabatur viris cō tra fęminas, Deutero. 24. diuortium datur viro contra fęminam, & vxori contra virum: quia ad æqualia iudicantur. Tertiò, quia non datur ex tot motiuis: nam B repudium dabatur ex quacunque causa quantumcunque voluntaria, vt ostensum est supra quæst. 54. diuortium autem non fit nisi ob solam causam fornicationis, sup. 5. cap. & hic in litera. Quartò, quia non seruatur eadem regula, vel ordo in eis, quia facto repudio: si transibat mulier ad alium virum, non poterat redire ad primum, etiam si ille vellet, & secundus mortuus esset vel repudiaret eam: Deutero. 24. & tamen facto diuortio potest, qui non peccaui, reconciliare sibi peccantem quandocunque voluerit: nisi iam de licentia eius, vel eo nolente eum reconciliare, iam ille religionem intraret, vt supra dictum est. Quintò, quia vir dabat repudium propria auctoritate non expectata auctoritate alicuius iudicis. Cùm neque esset necessaria C expressio alicuius causæ aut probatio: diuortium aūt non sit sine auctoritate Ecclesiæ: & si fiat non tenet. extra de diuort. cap. porro. & capi. significasti. Sextò est ad propositum, quia facto repudio tam viro quàm vxori licebat transire ad alia matrimonia: Deuteron. 24. facto autem diuortio neque ei pro quo lata est sententia, neque ei, contra quem lata est, licèt transire ad aliud matrimoniū. extra de diuort. ca. quæsiuit. Et ratio differentiæ est, quia tam inter Iudæos quàm inter omnes infideles matrimonium licèt verum sit, non tamen est ratum, idest indissolubile, quia non est sacramentum: inter christianos autem est indissolubile. extra de diuor. cap. quanto: ideo cùm semel fuerit matrimonium verum inter christianos, etiam si fiat D diuortium, non potest alter coniugū transire ad aliud matrimonium: inter infideles, quia non est matrimonium ratum, facto repudio transitur ad aliud matrimonium. Alia causa ponitur à beato Hieronymo, quare facto diuortio nō transeatur ad aliud matrimonium, scilicet ne detur occasio viris falsam causam diuortij allegare, & vxoribus eandem recipere, vt vtrisque liceret ad alia matrimonia transire, cùm ait. Poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti vxori: & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret. Ideo sic priorem iubetur dimittere vxorem, vt secundam prima viuente non habeat: necnon, quia poterat euenire vt iuxta eandem legem vxor quoque marito daret repudium, eadem cautela E præcipitur, ne secundum accipiat virum: & quia meretrix, quæ etiam semel fuerat adultera opprobrium non timebat secundo non nubere præcipitur viro: quòd si talem duxerit sub adulterij crimine sit.

Cuiusdam causæ assignatio Hierony. quare facto diuortio nō transeatur ad aliud matrimonium.

Dicunt ei Discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum

est: sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cęlorum. Qui potest capere capiat.

Dicunt ei. Posita fuit superius continentia sufficiēs quæ erat continentia coniugalis: hic ponitur continentia excellens, quæ est virginalis: & est continentia eunuchorum, de quibus in litera dicitur. *Dicunt ei discipuli.* Iam cessauerant disputare Pharisæi super libello repudij: & incipiunt discipuli de illo loqui. *Si ita est causa hominis cum vxore.* Idest si talis est habitudo hominis ad vxorem suam qualem expressisti, scilicet quòd non possit repudiare eam, sed solùm diuortium fieri ex causa fornicationis, non transeundo ad aliam vxorem: & accipitur causa lagè pro negocio vel habitudine, sicut litigia vocamus causas, vt ait Isidorus in Etymologiis extra de verbo. signifi. cap. forus *Non expedit nubere.* Scilicet difficultas magna est tolerare vxorem, pro nulla causa dando ei libellum repudij ēt si mala sit. *Qui dixit eis.* Benignè respondit, quia discipuli eius erant, & bono animo loquebantur. *Non omnes capiunt verbum istud.* Idest licèt non expediat homini nubere absolutè loquendo: tamen expedit homini nubere quasi ex necesitate quadam inquantum C non possunt omnes continere. Et dixit: Non omnes, quasi dicat, quibusdam bonum est, quòd nō nubant, quia continere possunt: tñ non est hoc pro omnibus: cū non possint oēs ꝯtinere. Et dr̄ Verbum. i. res, scilicet non potest recipi in omnibus res ista, scilicet continentia. Sic accipitur sæpe verbum, idest res, vt primo Regum 3. Ego faciam verbum, quod quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. i. faciam rem mirabilem, & 2. Regum 1. Quod est verbum, quod factum est in castris, idest quid accidit in castris. *Sed quibus datum est.* Scilicet à Deo, idest posse continere non est homini promptum: neque prouenit ex dispositione naturæ, quæ potius ad cōtrarium inclinat: sed ad hoc, quòd contineri quis possit, oportet quòd cō- D cedatur ei à Deo. *Sunt enim eunuchi.* Quia Christus locutus fuerat de continentia, quam valde laudabat: cū assereret eam esse donum Dei: ostendit hic, quæ continentia sit illa, quæ tantum laudatur, quia aliqui sūt abstinentes à venereis, qui non laudantur ex hoc. Et vocat eunuchos omnes abstinentes a venereis: & hoc per translationem nominis: eunuchus enim propriè est castratus: & illi non possunt exercere venerea: & ideo translatum est nomen ad omnes illos, qui venerea non exercent, siue possent, siue non. Et ponit hic tres species istorum eunuchorum: & laudat solam tertiam, quia illa sola pertinet ad virtutem. *Qui de vtero matris sic nati sunt.* Idest, qui non acceperunt, vt essent eunuchi à voluntate propria E neque ab humana operatione, sed à natura, quia ea quæ ab vtero habemus, naturaliter consecuti sumus: & isti sunt, quos frigidos vocamus: qui neque possunt coire, neque forte appetunt. *Et sunt eunuchi.* Idest etiam sunt alij eunuchi: & ista est species secunda eorum. *Qui ab hominibus facti sunt.* i. quos hoïes fecerunt eunuchos castrando eos: vel alio modo, vt infra dicetur. *Et sunt eunuchi.* i. etiā alij eunuchi. i. cōtinētes. Et ista est tertia species eorum. *Qui se castrauerunt.* Idest seipsos. in hoc differunt isti à duobus primis, quia primi sic nati sunt, secundi ab hominibus facti sunt, idest ab aliis, i. non a seipsis: isti verò à seipsis facti sunt: & ideo est hoc virtutis, quia prouenit ex principio intrinseco humanorum operum, scilicet voluntate. Et

Quid propriè ē eunuchus.

Tres sunt species eunuchorū.

in hoc etiam ostenditur, quòd eunuchus propriè est
castratus: cùm isti tertij eunuchi, qui per similitudi-
nem dicuntur eunuchi, dicantur seipsos castrauisse:
ergo omnes alij castrati sunt: & tamen quidam castrã-
tur à natura parente, alij ab hominibus, alij à seipsis ca
strantur. Et dicitur: Castrauerunt se: non quidem vi-
rilia abscindendo, sed desideria carnalia amputando;
vel illis non consentiendo. *Propter regnum cęlorum.*
Idest propter vitam æternam: siue propter Deũ, quia
etiam alij sunt potentes coire & ipsum cupientes, sed
seipsos cohibẽt: non quidem propter Deum, sed pro-
pter alias causas: & illos non laudat Christus. *Qui po-
test capere capiat.* Idest licèt dicam de laude huius con
tinentiæ virginalis, quæ est omnino abstinere: non
suadeo tamen omnibus illud facere, neque præcipio:
sed qui potuerit illud facere, faciat: & ille est cui Deus
hoc donum concesserit.

Quomodo discipuli ausi sunt nunc Christo dicere hęc.

Quęst. LXXVII.

QVAERETVR, quomodo discipuli ausi sunt
nunc Christo dicere hæc, cùm arguissent cõtra
eum super hoc Pharisæi, & excussisset eos a se: & nũc
quærentibus discipulis de hac re scandalizaretur popu
lus quasi ipsi quoq; discipuli dubitarẽt sicut Pharisæi.
Dicendum, quòd quæstio præsupponit falsum, non
enim quærebant nunc discipuli coram Pharisæis, vel
populo: nam verum est, quòd cùm Christus repulis-
set iam Pharisęos disputantes de libello repudij: si sta-
tim de eadem re quærerent discipuli, esset inconue-
niens, quia aut viderentur increduli verbo magistri,
quòd tam apertę sententiæ eius nondum crederent,
aut putarentur insipientes, qui tam manifestã rationẽ
non intelligebant: sed in domo quæsierunt ista post-
quam Christus dimiserat Pharisęos, & turbam. Et pa
tet, quia hic non incipit alia quæstio: sed est continua
tus sermo discipulorum ex præcedentibus: nam ea, q̃
habentur supra, scilicet. Dico autem vobis &c. non
fuerunt dicta Pharisæis, sed solis discipulis in domo:
& hoc quia ipsi, quando steterunt cum Christo prę-
sentibus Pharisæis nihil quærere voluerunt propter p̃
dicta: cùm autem fuerunt in domo, cęperunt quęre-
re de repudio: & Christus respondit eis, quæ habẽtur
hic ab illo loco. Dico autem vobis &c. quibus dictis
ipsi dixerũt ea, quæ habentur hic. Hoc colligitur
Marc. 10. cap. scilicet. Et iterum in domo discipuli ei°
de eodem interrogabant eum: & dixit illis: quicun-
que dimiserit vxorem suam &c. & tamen verba, quæ
hic subiecerunt discipuli & Christus, tacuit Marcus.

*Ad quid dixerunt discipuli Christo: Si ita est non expedit ho-
mini nubere.* *Quæst.* LXXVIII.

QVAERETVR, ad quid dixerũt discipuli istud
Christo. Dicendum, ꝙ ipsi viderunt difficultatẽ
huius rei, & quia eis ad contrarium assuetis durũ val-
de videbatur, voluerunt remedium aliquod, & hoc si
ue contrahendo siue abstinendo: & iõ dixerunt non
expedit homini nubere: & hoc licèt non resisterent
legi, quam Christus dabat: admirabantur tamen de
tanta difficultate, & quis posset eam tolerare: quia in
lege Moysi licebat vxorem repudiare. Et fortè quære
bant an esset aliquis modus contrahendi vel accipien
di vxorem, quam repudiare liceret.

F *An peccauerunt Discipuli dicentes: Si ita est causa hominis cum
vxore &c.* *Quęst.* LXXIX

QVAERETVR, an peccauerunt Discipuli di-
centes: Si ita est causa hominis cum vxore.
Nam videbantur ponere dubitationem in sententia
domini, quàm ille tam coram Pharisæis quàm coram
ipsis asseruerat, an vera esset.

Dicendum, quòd non peccauerunt: nam si peccas-
sent, increpuisset eos Christus: potissimè cùm peccas
sent circa incredulitatem, de qua erat magna reprehẽ
sio, vt supra decimo septimo capi. o generatio incre-
dula & peruersa. Aliqui ergo dicunt, quòd non du-
bitauerunt an vxores possent repudiari, quia sciebant
G iã ex Christi sententia, ꝙ non licebat eas repudiari: &
tñ q̃rebãt ꝑ hoc an aliqua cautela posset teneri in acci-
piendo vxorem, quòd postea liceret repudiari illam:
& quia fortè aliqua talis esse poterat, & illam nescie-
bant, reliquerũt adhuc sub dubio an sic esset causa ho-
minis cum vxore sua. Aliter potest dici, & melius, ꝙ
non dixerunt discipuli hoc dubitando, sed admiran-
do: & ita solemus nos dicere quãdo aliquid valde du-
rum, & contrarium sententiæ nostræ occurrit: licèt vi
deamus manifestè veritatem illius, prę admirationem
quasi dubitantes dicimus: si ita est. & tamen non du-
bitamus an ita sit. Vel potest dici, quòd ponitur si ꝓ
quia, idest quia ita est: sicut etiam nos facimus. Et ta-
men magis videtur, quòd dixerint hoc præ admiratio
H ne de re dura: cùm in lege Moysi liceret dari repudiũ:
& hoc verius est, quàm quòd ponatur per modũ du-
bitationis. Nam si dubitatio fuisset, cùm Christus sta-
tim respondeat, necesse fuisset, quòd aut illos irratio-
nabiliter dubitantes quasi incredulos argueret: aut si
dubitatio iusta erat, ad ipsam responderet: & tamen
neutrum facit, sed respondet solum ad illud, quod di
xerunt. Non expedit homini nubere. ergo non di-
xerunt dubitando. Et istud tenet Hieronymus, dicẽs.
Graue pondus est vxor si excepta causa fornicationis
eam dimittere non licet. Videntes ergo Apostoli gra
ue vxorum iugum, proferunt votum animi sui. Et sic
non ponitur, Si ita est, ad dubitandum, sed ad difficul-
tatem, quæ ipsis videbatur ostendendum.

I

*Quare dixerunt Discipuli: Si ita est causa hominis
cum vxore sua non expedit nubere.*
Quęst. LXXX.

QVAERETVR, quare dixerunt discipuli: Si
ita est causa hominis cum vxore sua, non expe-
dit nubere. Dicendum, quòd solùm voluerunt osten
dere difficultatem, quæ est in supportando onera ma
trimonij non concessa potestate repudiandi: quibus
difficultatibus, & oneribus consideratis, melius vi-
detur tolerare vitam cęlibem quàm nubere. Et hoc
est non expedit nubere, quasi dicat, si ita non esset,
sed secundùm ritum legis Moysi, benè expediret nu-
K bere, quia ibi quomodocunque displiceret vxor in
oculis viri, abijciebat eam repudiando, & ita non co-
gebatur tolerare aliquam difficultatem cum illa, quã
poterat quandocunque vellet repudiare. Sed nunc
non licet dimittere vxorem nisi ob fornicationem:
ideo multa inconuenientia toleranda sunt tenendo
coniugem: nam etiam si leprosa est, teneri oportet
eam: quia non potest abijci propter lepram, si sit ma-
trimonium per verba de præsenti, siue sit consumma
tum siue non: secus si sint sponsalia de futuro, quia
tunc si contractis sponsalibus de futuro incurrat alter
sponsorum in lepram, non tenetur alius contrahe-
re de præsenti cum eo, & consummare matrimoniũ.
extra de coniugio leproso. cap. literas. Imò, quod plus
est,

est, tenetur qui non est leprosus reddere debitum leproso: & peccat subtrahendo. eod. tit. cap. quoniã nemini. Et si potest induci ad cohabitandum ei cũ ignominia sua exeundo de locis sanorum, & manendo in locis leprosorum, qui ſm generalem consuetudinẽ gentium coguntur habitare seorsum à cęteris: debet ad hoc admoneri solicitè. eod. tit. cap. peruenit. & non solum in lepra, sed etiam in quacunque alia ægritudine corporis quantumcunque horribili & graui tenetur vir manere cum vxore, & debitum reddere. eod. tit. cap. quoniam nemini. Et generaliter de quacunque ægritudine, vel deformitate idẽ est. Sic dicit Aug. & 32. q. 5. ca. si vxorẽ. s. si vxorẽ quis habet sterilẽ: siue corpore deformem, siue debilem membris, siue cæcam, aut surdam, aut claudam, vel si quid aliud, siue morbis, vel laboribus, doloribusque confectam, societate, & fide tolerandum est. Et si vir horrens accedere ad vxorem suam ob leprã, vel aliã causam, accedit ad aliquam aliam, adulterium est, vt ait August. lib. de Adulterinis coniugiis. & 32. q. 5. cap. p̃to christianũ. Et generaliter omnia mala toleranda sunt in vxore p̃ter fornicationem, vt ait Aug. lib. de Sermone domini in monte, & 32. q. 7. capi. dominus. s. dominus solã causam fornicationis excepit: cęteras verò vniuersas molestias, si quæ extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro castitate fortiter sustineri. De vxore ad virum idem est, quia non potest dimittere, quem semel acceperit quantumcunque sit malus, vt ait Ambrosius in Exameron & 32. q. 5. cap. horrendus. s. Horrendus, & incultus est vir, qui semel placuit, nunquid alius eligendus est? quasi dicat, non. Etiam quod grauissimum est, si vir talis efficiatur, vt debitum reddere non possit. s. quia sectus fuit ab hostibus, adhuc nõ potest vxor accipere aliquem alium eo viuente. extra de diuor. ca. quanto. Et de viro idem est, si efficiatur mulier patiẽs talem ægritudinem, ꝙ impossibile sit debitum reddere. Nam etiam tunc cogetur manere cum ea & cõtinere. Hæc autem omnia tolerare graue erat: ita vt videretur discipulis, quòd melius erat non nubere, quã supportare vxorem cum his. Et sic dicit Hieronymus: graue pondus vxor est si excepta causa fornicationis eam dimittere non licet. Quid enim si temulẽta fuerit, si iracunda, si malis moribus? tenenda erit. Videntes ergo Apostoli graue vxorum iugum, proferunt motum animi sui.

An verum erat quod dixerunt Apostoli, scilicet quòd non expediat nubere existente hoc de non repudiando vxorem.

Quæstio LXXXI.

QVAERENDVM est, an verum erat quod dixerunt, scilicet quod non expediat nubere existente difficultate ista de non repudiando vxorem. Aliqui dicunt, quòd verum est: quia non expedit nubere cùm grauius sit tolerare mala ex parte coniugis quàm ex parte concupiscentiæ. Sic ait Chryso. Leuius enim est contra concupiscentiam præliari quã contra mulierem malam. Et idem Chryso. ait: Non autem dixit dominus expedit: sed magis consensit, ꝙ nõ expedit: sed infirmitatem carnis considerauit. [Homi. 63. in Matth.]

Dicendum, ꝙ aut accipitur non expedit nubere. i. malum est nubere: aut non expedit, quia aliud est simpliciter melius quã nubere: aut non expedit, idest nõ conuenit homini, quia difficilius est quàm malum quod per matrimonium euitat. Accipiendo primo modo non est verum, quia nubere non est malum, cùm Deus coniunxerit masculum & fœminam in matrimonio, vt dicitur supra in litera. Accipiendo secundo modo verum est: quia certum est, quòd virginitas melior est q̃ matrimonialis actus: licèt matrimonium

A sit bonum. Sic dicitur prima Corin. 7. Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Accipiendo aũt tertio mõ, dicẽdum ꝙ non est verũ simpliciter, q̃a melius est nubere q̃ nõ nubere. Et in isto tertio modo acceperũt hic Apostoli: nam non acceperunt primo modo, quia tunc absolutè dicerent matrimonium malum esse, vel bonũ: & tamen non dixerunt hoc: sed quòd nõ expedit homini nubere. Etiam adhuc non simpliciter dixerũt: non expedit homini nubere: sed si sic est causa hominis cum vxore sua. Etiam accipiendo secundo modo, non dicerent, non expedit homini nubere, si sic est cã &c. s. non expedit homini nubere cum sanctius sit cõtinere quã nubere. Sed accipitur tertio modo. Et pa-
B tet quia dixerunt, si sic est causa hominis cum vxore, quasi dicat, si sic esset causa hominis cum vxore, sicut esse solebat in lege Moysi expediebat nubere: sed si sic est sicut nũc asseruisti, s. quia non põt dimitti vxor nisi propter fornicationem: & tunc etiam nõ potest alia duci, non expedit nubere. i. tanta est difficultas, ꝙ melius est nõ nubere q̃ nubere, idest pauciores & minores tolerantur labores. Sed hoc non est verum: q̃a tunc Christus assensisset sententiæ eorum: & tamen non assensit, sed potius dixit, non omnes capiunt hoc: ideo difficultas est. Secundò, quia difficilius est illud, quod pauci soli possunt tolerare, qui sunt cõstituti in magna virtute, quã quod tota communitas omnium imperfectorum sustinere potest: & tamen matrimo-
C nium sine repudio sustinent oẽs plebei, & vulgares: & non est eis magna difficultas, continere aũt totaliter non possent, nisi excellẽtissimi viri. ergo difficilius est non nubere. Tertiò, quia illud, quod non competit hominibus nisi ex dono Dei, tolerare difficilius est, quàm id qđ competit cuilibet homini ex dispositione naturali: & tamen tolerare matrimonij onera & vxoris, quæ repudiari nõ posset potest quilibet de vulgo. Continere autem oĩno non potest nisi ille, cui datum est à Deo, vt dicitur in litera: ergo difficilius est non nubere. Quartò patet ex inductione Apostoli 1. Corin. 7. cap. s. volo omnes hoĩes esse sicut meipsum, idest sine coniuge: bonum est autem illis, si sic maneant, sicut & ego: ꝙ si non continent se, nubant, idest
D si continere non possunt. Et sequitur causa: melius est nubere q̃ vri; ergo aliqui possunt tenere vxores nõ repudiando eas, qui continere non possunt, & ita difficilius est non nubere quã nubere. Etiam patet hoc, q̃a Apostolus. eod. capi. dat consilium, ꝙ vnusquisq; habeat vxorem suam propter fornicationem, i. ad remedium euitandi fornicationem: & ita ipse iubet, eo. ca. non dari repudium: ergo facilius iudicauit esse habere vxorem, & non dare repudiũ, quã continere ab omni muliere. Ad dictum Apostolorum dicendum, ꝙ dixerunt hoc ex turbatione quadam animi, & admiratione, quia durum eis videbatur, quod Christus iubebat non repudiari vnquam, neque fieri diuortium nisi ex causa fornicationis, & quia ipsi assueti erant in [Respõ. ad doct. Apo.]
E lege Moysi repudiare vxores, & sciebant quantas euadebant molestias repudiãdo vxores, quas necesse erat tolerare non repudiando, & nunc imponebatur eis p̃ceptum de nõ repudiando, visum est eis istud iugum intolerabile: & quod nihil esset ita graue. Difficultas autem, quæ est in continendo simpliciter non erat eis nota, quia non continebant, sed laxabant frena libidini ad saturandum eam, cùm haberent vxores plures, si vellent: & ideo quasi pro nihilo habuerunt difficultatem, quę est in nõ nubendo; & tñ est valde maior, quàm supportare mulierem non repudiando: & ita non dixerunt id, quod erat simpliciter verum: sed q̃d eis videbatur. Et ita dicit Hierony. Graue põdus vxor est si excepta causa fornicationis eã dimitti non licet:

videntes ergo Apostoli graue vxorum iugum protulerunt motum animi sui, idest non protulerunt quid verum erat, sed ad quid animus eorum mouebatur.

Quare dicitur, quòd non omnes hoc capiunt, Quest. LXXXII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd non oēs hoc capiunt: & quō est verum. Dicendū ad primum, ꝙ Apostoli dixerant, non expedit nubere: in quo signabatur omnis abstinentia à venereis, quæ ad virginitatem pertinet, vel ad perpetuam cōtinentiam respectu eorum, qui virginitatis florem perdiderunt. Hæc autem abstinentia valde laudabilis est, & melior quā nubere. Et ita crederetur quòd Christus deberet dicere, quòd simpliciter meli⁹ erat abstinere: ita quòd non expediret nubere. Istud tamen erat difficilè, & non conueniebat communitati hominum, qui perfecti non sunt: ideo dixit. Non omnes hoc capiunt. Et est modus conuenientissimus respondēdi, vt & veritatem dicat, & inconuenientia euitet. Si enim diceret, sicut dixerunt Apostoli, quòd non expedit nubere, falsum esset, cùm potius expediat nubere propter infirmitatem carnis nostrę, quàm aggredi altissimum propositum totaliter continendi. Si autem diceret, expedit nubere, quod verum erat: videretur abstulisse omnem laudem virginitatis & perpetuæ continentiæ subiicendo: & erat inconueniens. Dicendo autē, non expedit nubere etiam occasionem hominibus tradebat errandi tam circa fidem quàm circa opera. Circa fidem quidem, quia Christo dicente, non expedit nubere: putaretur, quòd malum erat matrimonium, vel saltem incipiebat iam esse malum in nouo testamento: sicut aliqui hæretici putauerunt: asserentes, quòd nemo potest saluari nisi virgines: quæ opinio hæretica damnatur. extra de Summa trini. capit. firmiter. §. virgines quoque. Circa operationem autem esset error, quia aliqui tanquam à Christo laudatum & velut solum bonum aggrederentur propositum perpetuo continendi nullas coniuges accipientes, quod postea sustinere non potentes inciderent in aliquas damnabiles copulas: nunc autem non sequitur aliquod incōueniens tenendo mediam viam: quia tollitur vtrunque. Nam virginitatem laudat valde, cùm ait: Non omnes hoc capiunt, idest simpliciter melius esset non nubere quàm nubere: & tamen non possunt omnes tolerare tantam difficultatem, quanta est in abstinendo: consequenter subdit de illis, qui se eunuchizauerunt siue castrauerunt propter regnum cęlorum, quāta sit eorum laus: & ait quòd hoc tantum bonum est, quod non potest homini inesse nisi à Deo. Etiā non est inconueniens secundum: quia cùm dixerit, non omnes hoc capiunt, ostēdit ꝙ saltem erat licitum matrimonium ex infirmitate nostra, vnde nemo posset damnare coniugatos. Item dixit hoc ad ostendendū ex qua causa matrimonium bonum sit, & necessariū, scilicet propter infirmitatem carnis nostræ: est enim matrimonium bonum ex intentione gignendi ꝓlem ad cultum Dei: quia iste est finis secundùm naturam intentus: & tamen non est necessarium ex hac parte, sed ex infirmitate carnis. Vnde non dixit, quòd expediebat nubere propter prolē: sed quòd bonum esset non nubere nisi inquantum nō capiebant omnes hoc: idest non poterant sustinere afflictiones à concupiscentiis. Et istum solum finem posuit Apostolus in matrimonio 1. Corin. 7. cap. Volo omnes homines esse sicut ego sum: bonum est illis, si sic maneant: ꝙ si non continent, nubant: melius est nubere quā vri. Et illud: Vnusquisque habeat vxorem suam propter fornicationem. s. euitandam: Et nō dixit, habeat suam

Opinio dānatquorundā hæreticorum opinantiū solos virgines saluari.

F propter prolem. Sed diceret aliquis: quomodo staret si omnes tanquam bonum eligerent continere.

Dicendum, ꝙ nunquam hoc volent homines: cùm sit difficultas magna, & non concedatur homini nisi ex dono Dei: & tamen Deus non intendit dare omnibus ista dona: ideo non oēs continebunt: & ita non cessabit ex hac parte propagatio. Sed tamen si omnes homines sumerent istum propositum firmum continendi in perpetuum, & sic facerent, adhuc non deesset mundo sua perfectio, neque numerus electorum, quem Deus prædestinauit minueretur: quia ipse prouideret illum sibi aliàs, & illud esset Deo magis gratū quàm ꝙ nos vacemus proli, & gignātur de nobis electi. Item dato ꝙ nos sciremus, quòd nobis nō vacan- G tibus proli, cessaret status speciei humanæ quantum ad propagationem: & etiam ꝙ non compleretur numerus electorum; non teneremur vacare proli: imò melius esset nobis manere in virginitate quā ex hac causa sola nubere: quia quòd finiatur propagatio, & compleatur numerus electorum non spectat ad nos, sed ad Deum, cuius est prouidere huic vniuerso: iō nihil nos obligamur cooperari sibi ad hoc, sed melius faciemus dando operam virginitati, aut perpetuæ cōtinentiæ quā adiuuare Deum ad consummationem numeri electorum; ideo Christus nihil expressit de hoc, sed solū dixit, ꝙ non omnes hoc capiunt. i. nō possunt, licèt absolutè melius esset non nubere, sed esset maior difficultas. Cū aūt dixit Chryso. ꝙ leuius est pu- H gnare contra cōcupiscentiam, & etiam cōtra seipsum quā ad mulierem malam: pōt intelligi leuius extensiuè, sed non intensiuè: nam ad mulierē malam multa incōuenientia sunt toleranda, si repudianda non est: cōtra concupiscentiam autem solū est vnicum bellū, & tn̄ intensiuè maius est istud, quia est quotidianum, & intraneum, qđ hō fugere non potest, neq; effugare, neq; artificiosè placare, nisi ei assentiamus: mulierem aūt malā aut metu, aut indulgentia, aut artificio quodam placare possumus, aut saltem ad tempus fugere: concupiscentiam aūt, quia intra nos est, neque possumus fugere, neq; fugare: & ideo istud solùm bellum intestinum inquietū & inexorabile grauius ē quàm oīa, quæ cum vxore tolerāda sunt. Vnde Aug. I lib. de Agone Christiano ait, ꝙ inter certamina Christianorum bella castitatis sunt grauiora. Vel potest intelligi, ꝙ leui⁹ pugnatur contra cōcupiscentiam, quā ꝯtra malam vxorem, quòd sit specialiter verū, quoad aliquos homines paucos, qui sic dispositi sunt: & tn̄ quantum ad totam multitudinem humanam contrarium est. Quod patet, quia nemine suadēte omnes accipiunt vxores, quas repudiare non liceat, & rarissimi subeunt propositum conseruandi virginitatem: quasi facilius inueniant sustinere inconuenientia malæ vxoris quàm difficultates concupiscentiæ libidinum. Secundum dictum Chryso. concedendum est: & tamē in hoc, ꝙ Christus propter infirmitatem carnis nostrę dixit, quòd nō omnes capiebāt hoc. s. manere sine vxo- K ribus: & non dixit de aliquo, ꝙ non poterat sustinere incōuenientia vxoris, q̄ nō repudiaret: ostendit ꝙ facilius erat tolerare vxorem quàm concupiscentiā: & iō non erat verum, quod dixerant Apostoli. s. nō expedit nubere: & ita patet rn̄sio ad dicta Chryso. præced. q̄st.

Quomodo est verum, quòd non omnes capiunt hoc, idest non possunt continere. Quest. LXXXIII.

QVAERETVR, de secundo, scilicet quō est verum, ꝙ non omnes capiunt hoc, idest nō possunt continere. Nam videtur, quòd quilibet possit: quia nemo cogitur carnaliter cōmisceri: ergo qlibet potest cōtinentiam seruare. Nā in seruando ꝯtinentiā istam sunt duo. s. ꝓpositū & mot⁹ organorū genitaliū,

scilicet

ſcilicet ſeruando illa cohibendo ab actibus venereis. Primum liberum eſt nobis, quia nihil magis eſt in poteſtate noſtra quàm actus voluntatis. Secundum etiã eſt in poteſtate noſtra, quia in nobis eſt mouere partes organicas ad actum, niſi forte dicat̃ de mulieribus, quibus poteſt inferri violentia. Sed de talibus dicendum, quòd continentiæ meritum non perdunt, quia, vt ait Aug. lib. Hebraicarum quæſtionum, & 32. quæſtio. 5. cap. corpus, ſcilicet. Corpus mulierum nõ vis maculat, ſed voluntas. & idem lib. de ſancta virginitate & 32. quæſt. 5. cap. ſicut nemo. Vnde dicit Iſidorus in Synonymis & 32. quæſt. 5. cap. non poteſt, ſcilicet. Non poteſt etiam corpus corrumpi niſi prius corruptus fuerit animus. Et ita ſi mulieres aliquę violenter opprimantur, non ſolùm non perdunt meritum, ſed etiam maioris meriti efficiuntut ſi carnis integritatẽ ſine intẽtione amittentes incorruptis virginibus ſe ex humilitate æquare nõ audeãt, vt dicit Leo Papa 32. q. 5. ca. ille aũt. Et ita eſt in poteſtate mulierum ſeruare virginitatem, vel perpetuam continentiam. De viris manifeſtius eſt, quia illis non poteſt inferri violentia quantum ad hoc, ꝙ ipſi, vt viri fęminas cognoſcant: quia agunt, & non poteſt cogi agens ſicut patiens: aliquo tamen modo poſſunt cogi quantum ad vſum organorum ſiue cum fœmina, ſiue ſine illa. Et iſtud eſt quod magis expauit primus eremita, & propter quod fugit in deſertum, vt Hieronymus refert in vita Pauli. Vidit enim ille in grauiſſima pſecutione Chriſtianorum quendam iuuenem variis ſuppliciis pro Chriſti confeſſione cruciatum, cùm tormentis inſuperat° maneret, in lecto molliſſimo poni roſis & odoramentis refecto, manibus tamen & pedibus vinctũ: & ita diſpoſitum vt nequaquam in alterũ latus ſe conuertere poſſet: ad quem ſpecioſa meretrix dirigitur, vt blandiciis ſubiugat, quẽ tormenta non mouerant, qui cùm fruſtra amatoriis delinitus verbis immobilis permaneret, nefas illa aggreſſa eſt: & ecce genitiua organa iuuenis impudica illa tractabat. Quid faceret? Neque à ſeipſam repellere poterat toto corpore religatus, neque carnis ſic atrectatę motus, & illecebras continere poſſibile erat: quoniam hic motus nõ ex animo, ſed ex natura eſt. Sed inuenit Dei ſtrennuus miles quid ageret, linguam dentibus abſciſſam in os impudiciſſimæ meretricis, quæ ſeipſam ſuper eum geſſerat velut ſupergreſſura expuit, quam ſic exterritam repulit, à ſe verò truncatæ partis dolor acerrimus bullientia iam veneris blandimenta amputauit: quo Paulus attonitus velut ſe tanto certamini imparem videns, inhumanæ perſecutionis remedium ſola eremi latibula concupiuit. Sed & ſi ſic cogatur quis pati reſolutionem ſeminis, & venerea experiri blandimenta, in quibus inuitum licèt delectari tamẽ neceſſe eſt: nihil continentiæ aut virginitati deperiit quantum ad meritũ: licet ipſa carnis integritas pereat, quæ ad meritum nihil facit: cùm & in ſomniis ſine vlla culpa in viris perire ſoleat: & ita in poteſtate viri & fęminæ eſt virginitatem aut perpetuam cõtinentiam cuſtodire: ergo omnes hoc capiunt.

Attende atrociſſimum bellum cuiuſdam militis Chriſti contra luxuriam.

In poteſtate viri & fęminę eſt virginitatem cuſtodire.

Dicendum, ꝙ poſſe accipitur dupliciter, vno modo vt opponitur impoſſibilitati. alio modo vt opponitur difficultati. Accipiendo primo modo verum eſt, quòd omnes poſſunt ſeruare virginitatem, vel continentiam perpetuam, quia nulli eſt hoc impoſſibile: cùm nemo poſſit ſufficienter cogi ad contrarium, & iſtud probant rationes in oppoſitum factæ, quæ hoc modo concedendæ ſunt. Secundò modo dicitur poſſe illud, quod ſine magna difficultate efficimus: & ſic vera eſt litera Chriſti, quòd non omnes capiunt iſtud, ſcilicet quia quibuſdam tanta eſt difficultas in ſeruando virginitatem, vel continentiam perpetuam, quòd

A dicũtur nullo modo poſſe ſeruare: & illi ſunt, de quibus Chriſtus dicit, quòd non capiunt hoc. Aliter poteſt dici, quòd poſſe aliquid poteſt accipi dupliciter, vno modo ex diſpoſitione noſtra naturali vel per noſtram applicationem ad rem ſine aliquo exteriori cooperatiuo: alio modo, quòd poſſumus non ex nobis, ſed ex adiutorio alieno. Accipiendo primo modo nemo poteſt continere in perpetuum, quia licèt non cogat nos aliquis ad coitum: tamen tantæ ſunt afflictiones interiores à concupiſcentia, quòd nemo poteſt reſiſtere quin flectat animum ad conſentiendum illis deſiderijs, niſi à Deo ſpecialiter vigorẽ animi acceperit ad reſiſtendum: ſicut Paulus clamabat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ad Rom. 7. & ſubdidit ibi: gratia Dei per Ieſum,
B ideſt nemo poteſt liberare hominem continere volẽtem à tentationibus carnis, ita quòd non aſſentiat illis, niſi gratia Dei, quæ nobis datur per Ieſum Chriſtum. & ita ipſe ait cùm Paulus ter rogaſſet eum, vt auferret ſtimulos carnis ait Chriſtus, Paule ſufficit tibi gratia mea, ideſt fortitudo animi, quã ego tibi gratis dabo, ſufficiet tibi ad reſiſtẽdum ſtimulis carnis. 2 Corinth. 12. & tamen virginitas, & continentia principaliter ſunt in anima: & nemo poteſt propoſitum firmum ſemper tenere cõtra omnes tentationes carnis niſi ex dono Dei ſpeciali: ideo nemo poteſt ex ſeipſo continens eſſe. Et ita non ſolùm non omnes capiũt virginitatem cuſtodire, imò nemo ex ſeipſo ſuffi-
C ciens eſt ad ſeruandam illam mente, & actu per totam vitam. Si autem accipiatur poſſe aliquid ex adiutorio alieno: poſſunt aliqui ſeruare virginitatem vel continentiam perpetuam, quia aliquibus datum eſt: ſed non poſſunt omnes, quia non omnibus datum eſt: & ideo rectè dicitur non omnes capiunt hoc, ideſt ſi aliqui poſſunt non tamen omnes: & oſtẽdit quòd nemo hoc poteſt niſi ille, cui hoc datum eſt à Deo: & tamen non datur omnibus. Sic dicitur prima Corinth. 7. cap. Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum, ideſt ſine coniuge. Et ſequitur: ſed vnuſquiſque proprium donum habet: alius quidem ſic, alius verò ſic: ideſt vellem omnes homines manere ſine coniuge, qa melior eſt virginitas vel continen-
D tia perpetua q̃ actus matrimonialis: & tñ non poſſunt hoc omnes facere, quia iſtud prouenit ex dono, & nõ habent omnes hoc donum, & hoc oſtendit cum ait: ſed vnuſquiſque proprium donum habet, alius quidẽ ſic, alius verò ſic. ſ. aliquis habet donũ continendi, & caret quibuſdam aliis donis: alius verò habet multa alia dona, & non habet donum continendi: & iõ non conueniebat dici, quòd omnes abſtinerent à cõiugio. Sed obiicietur, quòd omnes poſſint hoc, quia licèt nemo à ſepiſo poſſit hoc: tñ quilibet poterit habere, ſi petat à Deo: & quia eſt liberũ petere, eſt liberũ hẽre. Sic dicit Chryſo. Ideo ergo non oẽs capere poſſunt, quia non omnes volunt: quòd autem dicit, quibus datum eſt, oſtendit quòd niſi auxilium gratiæ volenti-
E bus non denegatur: dicit enim dominus, petite & accipietis. Dici poteſt vno modo, ꝙ oẽs poſſent habere ſi inſtanter peterent, & in ſuſtinendo labores apponerent: quia tamen etiam ſi velint cognoſcunt ſe infirmos ad tolerandum anguſtias concupiſcentiarum, ſubtrahunt ſe labori: & quia ſine illo non poſſunt virginitatem perpetuam ſeruare: dicuntur non poſſe vel non capere hoc. Sic dicit Chryſoſtomus vbi ſupra: Non omnes capere poſſunt, quia non omnes volunt. Palma propoſita eſt, qui cõcupiſcit gloriam non cogitet de labore: nemo vinceret ſi oẽs periculum timerent. Ex eo enim ꝙ quidam à ꝓpoſito cõtinẽtiæ cadunt, non dẽbus circa virtutẽ caſtitatis effici pigriores: ſic & qui in pugna cadunt non exanimãt ceteros.

Poſſe aliquid dupliciter ſumitur.

Nemo poteſt ex ſeipſo continẽs eſſe.

Melior eſt virginitas perpetua quã actus matrimonialis.

Aliter poteſt dici, quòd non omnes habent iſtud donum, neque etiā omnes habere poſſunt, licèt petunt, vt oſtendetur infra.

Quare dicitur: ſed quibus datum eſt.
Quæſt. LXXXIIII.

QVAERETVR, quare dicitur: ſed quibus datum eſt. Dicendum, ꝙ hoc fit ad oſtendendùm, quòd continere in perpetuum non prouenit homini ex facultate, vel diſpoſitione naturali, ita vt quilibet illud poſſit: ſed prouenit ab extrinſeco, quia dicitur quibus datum eſt, ideſt donatum: & non eſt iſtud ex aliqua fatali diſpoſitione, vel naturæ virtute, ſecundùm tempora natiuitatis, vel conceptionis ex aſpectu cęli: quia ea, quæ ſic eueniunt ex neceſſitate eueniunt, & illis non debetur laus neque præmium: & tamen virginitati & continentiæ debetur magna laus & pręmium, quia debetur locus optimus, vt dixit dominus per Iſaiam. ergo non prouenit ex natura, vel fatali diſpoſitione accipiendo fatum, vt accipiunt antiqui. Sed prouenit virginitas & continentia ex duobus, ſcilicet ex voluntate & dono. Ex voluntate quidem eſt, vt velimus continere, & labores, qui in continendo ſunt tolerare. Ex dono eſt, quòd id, quod volumus poſſumus efficere. Et primum ſine ſecundo nō ſufficit. Ex primo prouenit, quòd mereamur, cùm meritum ſit in actu voluntario bono. Ex ſecundo prouenit, quòd habeamus actum, & ſtatum excellentem quem non capiunt omnes. Iſta duo tetigit Chriſtus in litera. Primum, cùm dixit: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum inquātum dixit ſeipſos caſtrauerunt ſignificatur actus proprius, ſcilicet quòd ipſi aliquid agunt in continendo, & virginitatem ſeruando: & non eſt totum ab extra, ſed aliquid à principio intrinſeco, ſcilicet à ſeipſis. Secundum tetigit cùm dixit: non omnes hoc capiunt, ſed quibus datum eſt. Et non eſt donatio iſta à natura, vel fatali diſpoſitione, vel fortuna, ſed modo prædicto. Sic dicit Hieronymus. Nemo autem putet ſub hoc verbo, quod addit: ſed quibus datum eſt, vel fatum, vel fortunam iutroduci, quòd hi ſint virgines, quos ad hoc caſus adduxerit, ſed his datū eſt à Deo, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt.

Virginitas ꝓuenit ex duobus. ſ. ex voluntate, & dono.

Quare Chriſtus ſpecialiter dixit de continentia & virginitate, quòd illa quis non habeat, niſi cui Deus dat.
Quæſtio LXXXV.

QVAERETVR, quare Chriſtus ſpecialiter dixit de continentia & virginitate, quòd non habeat aliquis illam, niſi cui datum eſt à Deo, quia non ſolū eſt hoc verum de iſtis, ſed etiam de omni opere bono: ſicut dixit Chriſtus Ioan. 15. ſine me nihil poteſtis facere, ideſt nullum bonum meritorium: & non ſolùm opera bona facere non poſſumus, niſi Deo donante ab ipſo moueamur, ſed neque etiam velle facere poſſumus: neque etiam cogitare, cùm & velle bonum deliberatè, & cogitare de illo quædam pars boni, & non parua ſit, & tamen nullum bonum ſine Deo facere poſſumus. Et ſic dicit ſecunda Corinth. 3. Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum, non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt: ideo videtur ſuperuacuè dictum de hoc, quòd non poſſit quis continere niſi cui datum fuerit.

Nullū bonum ſine Deo facere poſſumus.

Dicēdum, quòd verum eſt, quòd omnia bona ſunt in nobis ex dono Dei, & mala in operatione ex defectu noſtro: & tamē de continentia & virginitate ſpe-
F cialiter ſcriptura dicit, quòd eſt ex dono Dei, & nō aliter. & hoc tam ſcriptura veteris quàm noui teſtamenti. Nam Sapien. 8. dicitur: Sciui quòd aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det. In nouo etiam teſtamento patet: vt hic, & Paulus idem ait ad Rom. 7. q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Et ſubdidit, gratia Dei per Ieſum Chriſtum, ideſt, quæ datur nobis ꝑ eum tanquam per mediatorem Dei & hominum: & ipſe aſſerit hoc 2. Corinth. 12. cap. Paulo petente a ſe auferri ſtimulum ſatanæ, qui erat ſtimulus carnis ſuę, ait Chriſtus: Paule ſufficit tibi gratia mea, ideſt tu non habes in te aliquid, per quod ſufficienter reſiſtas ſtimulo carnis: & tamen gratia mea, ideſt robur animi tibi datum à me ex gratia ſufficiet tibi ad hoc. Cauſa
G autem quare potius fit mentio de hoc quàm de aliis, quæ ex dono dantur, poteſt eſſe prima, quia eſt maior difficultas in obſeruatione perpetua virginitatis, aut continentiæ quàm in actibus aliarum virtutum: ſicut dixit Aug. lib. de Agone Chriſtiano. Inter certamina chriſtianorum bella caſtitatis ſunt duriora. & Ariſto. 2. Ethico. oſtendit difficilius eſſe pugnare contra hanc paſſionem quàm contra cęteras. Vnde ait difficilius eſſe pugnare contra concupiſcentiam quā contra iram, & tamen ira eſt de maximis paſſionibꝰ. Et iterum ait: difficile eſt conterere hanc paſſionem, ideſt concupiſcentiam velut connatiſſimam nobis à puero, & contemporaneam vitæ: & Paulus magis clamat pro difficultate iſtius paſſionis quàm aliarum. Vn
H de nullam petiuit à ſe remoueri, niſi iſtam 2. Corint. 12. cap. & iſtam ſolam vocauit mortē, & propter hanc ſolam dixit ſe infelicem ad Ro. 7. infęlix ergo homo. De difficultate huius latius dictum eſt libro noſtro de Amore & amicitia parte prima. Et quia quanto maior difficultas eſt circa aliquid, magis eſt ibi neceſſaria virtus, cum virtus, & ars & habitus ſint circa difficilia 2. Ethicor. & in continendo eſt maior difficultas quā circa cęterarum virtutum actus: fuit hic magis neceſſarium donum quàm circa alios actus: & ideo ſpecialiter dici debuit quòd virginitatem aut continentiam perpetuam ſeruare nemo poteſt, niſi cui datum fuerit, ſcilicet a Deo. Secunda cauſa eſt, quia ad cęteras virtutes eſt homo aliqualiter diſpoſitus ſecundum na-
I turam, quia inſunt nobis virtutum inclinationes ſiue principia naturaliter: conſummationes autem eorū ſunt per aſſuetudinem: ideo Ariſto. 6. Ethic. cap. vltimo ponit virtutes naturales, ideſt ipſas morales virtutes quantum ad eſſe per inclinationem, quod in nobis habent per naturam, ſecundùm quod virtus nō eſt perfecta: talis quidem, vt abſolutè vocatur virtus: & ideo virtus neque eſt naturalis, neque omnino præter naturam, ſicut dicitur 2. Ethic. ca. 1. ſcilicet. Neque igitur natura, neque præter naturam virtutes in nobis efficiuntur: ſed idonei quidem ad ipſas ſuſcipiendas ſumus natura. Suſcipimus autem ipſas atq; perficimus pro conſuetudinem. Et ita ad quamlibet virtutē eſt aliqua inclinatio ſecundùm naturam: licèt non habeat idem homo inclinationem optimam ad omnes:
K ita vt dicatur naturaliter habere omnes virtutes, vt dicitur ſexto Ethicorum cap. vltimo. Ad virginitatem tamen nemo habet inclinationem ſecundùm naturā: vnde neque ponitur virtus moralis: ſed potius eſt cōtra inclinationem naturæ, quia natura inclinat ad conſeruationem ſuam, quæ fit per propagationem, cui repugnat virginitas. Vnde cęteræ virtutes licèt non habeātur naturaliter quantum ad ſuum eſſe perfectum: tamen nulla earum repugnat intentioni naturæ, quia cùm qualibet illarū melius conſeruatur ſtatus humanus quā ſine illa: & tamen virginitas repugnat, quia illa exiſtente periret continuatio ſpeciei, & ꝯñter ipſa ſpecies: & tamen nihil magis deſiderat na-

Nemo ha- bet in- nationē naturali ad vir- tatem.

iura

tura quàm seipsam conseruare, idest impossibile est, A quod habeat inclinationē ad id, per quod destruitur: & ita ad cæteras virtutes est aliqua inclinatio naturalis, ad virginitatem autem nulla potest esse inclinatio. Et propter hoc etiam sequitur, quòd maior sit difficultas in obseruatione virginitatis quàm cæterarū virtutum: quia cùm ad cæteras sit aliqua naturalis inclinatio, & illa, ad quæ naturaliter inclinamur delectabiliter & faciliter agimus: sicut ea, quæ ex habitu fiunt 2. Ethi. ad virginitatem autem nulla sit inclinatio: sed potius sit contra inclinationem naturæ: necesse est, ꝙ sit magna difficultas in conseruatione virginitatis: & ideo ad virginitatem seruandam magis egemus dono Dei quàm ad alias, quia alię dantur aliquo modo à natura: virginitas autem non: ideo oportet ꝙ detur à B principio extrinseco, s. à Deo: ideo specialiter de dono isto mentio fit. Tertia causa est, quia Deus non deest nobis in necessariis, cùm regimē suum sit optimum: & sicut in regimine naturali non deest in necessariis, quia aliàs periret status naturæ: ita & in spirituali regimine, quod est excellentius cùm sit de rebus melioribus non deficit: & quia nos nihil boni à nobisipsis possumus, Ioan. 15. sed moti à Deo, necesse est, quòd dicamus, quòd ad bona necessaria ad salutem mox vt petiuerimus ea, vel fecerimus id, quod in nobis est, Deus concurrat nobis, & cōferat bona, quæ petimus; alioquin non possemus esse boni, etiam si vellemus. Et consequenter nulla culpa esset nobis, quòd mali essemus: cæteræ autem virtutes sunt nobis necessariæ, C vel ad operandum aliquando s̃m eas, vel saltem ad nūquam faciendum contra illas. Virginitas autem aut continentia perpetua non est alicui homini simpliciter necessaria ad seruandum eam: neque est peccatum facere quotidie contra eam, vt patet in actu coniugali: & ideo non est inconueniens, etiam si nobis petentibus virginitatem, vel continentiam perpetuā Deus non concurrat nobiscum, & conferat istud donum, cùm sine illo possimus saluari. Secus autem esset, si quis peteret charitatem, fidem, spem, patientiam, lōganimitatem, & cęteras virtutes, quę nobis necessarię sunt ad salutem: quia si istas nobis non daret petentibus, non possemus saluari, etiam si vellemus, quod est inconueniens. Ideo dicendum, quòd virginitas & cō- D tinentia perpetua propriè donum est, quia non datur omnibus; sed quibusdam: quod non est de cæteris bonis, quæ à Deo dantur ad salutem. & ideo Christus dixit: Non omnes capiunt, sed quibus datū est, idest non est datum omnibus, sed quibusdam. Et patet, ꝙ sit de intentione Christi, & Pauli quod non detur virginitas, vel continentia perpetua omnibus appetentibus, vel petentibus. Nam quando Apostoli putantes grauem esse legem de non repudiando vxores, dixerunt, non expedit homini nubere: appetebant non nubere, vt non tolerarent onera coniugum irrepudiabiliū. Si ergo propter appetere, & petere daretur statim virginitas, aut continentia perpetua: assensisset Christus verbo illorum, & tamen non assensit: ergo nō datur E donum istud omnibus petentibus. Item quia dixit, non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est: & nō dixit, non omnes hoc volunt: & tamen si omnibus volentibus, & petentibus daretur, non diceret Christus; non omnes hoc capiunt, idest possunt, sed non omnes hoc volunt, & tamen non dixit istud: ideo nō datur omnibus petentibus. Idem colligitur ex verbis Apostoli primæ Corinth. 7. cap. volo omnes homines esse sicut meipsum, idest sine coniuge, & continentes. Sed vnusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, alius verò sic, idest non possunt oēs hoc facere, quia non habent omnes donum continentiæ. Si tamen ex hoc, quod homines vellent hoc donum,

Continentia & virginitas nō omnibus petentib⁹, & appetētibus dat.

daretur eis, suaderet Apostolus omnibus continere, quia suaderet eis petere hoc donum, & ita illud haberent. Item quia si per hoc, quòd volumus, haberem⁹ statim dona, quæ petimus, quilibet haberent omnia dona: quia bona appetibilia sunt, & quilibet, qui cognoscit bona spiritualia vellet potius habere omnia q̃ vnum, vel pauca illorum: & tamen dicitur, ꝙ quidam habent vnum donum: alij verò non habent illud, sed aliud: ergo non habet quilibet dona, quæ petit & appetit: sed quædam dona sunt, quæ etiam si petamus non dantur nobis: sic autem est de dono virginitatis, & perpetuæ continentiæ: ideo non omnes capiunt istud donum. Causa autem, quare non habeant omnes istud donum, est Prima, quia non omnes illud appetunt: & consequenter neq; petunt. Quidam enim pro maximo bonorum reputantes voluptates, q̃ sunt in complexu corporum, nollent carere hoc bono: & ideo virginitatem & continentiam perpetuam, quę ei opponuntur, non appetunt: imò si Deus vellet eis tollere omnem appetitum venereorum, nollent sic manere, quòd carerent fruitione, quam ibi reputant, & isti sunt sicut illi, qui dixerunt Deo. Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, Iob 21. ca. vnde impossibile est, quòd isti donum illud habeant qđ fastidiunt. Secunda autem causa est (& ista est communior) scilicet, quia licèt multi illud donum appetant, & petant: tamē difficultates illius subire nolunt, in omnibus enim actibus virtutum est aliqua difficultas: & ideo requiritur habitus ad operationes ipsas, vt dicitur 2. Ethicorum, ꝙ virtus & habitus & ars sunt circa difficilia, & inter omnes nullius est tanta difficultas, & tam continua, quanta est in obseruanda virginitate. Nam & si actus fortitudinis sint difficiles, quia sunt circa vltimum terribilium: tamen non sunt continui, sed rarò accidunt: cohibitio autem delectationis venereorum resistendo concupiscentiis quotidiana est; ideo vocatur quotidiana vel iugis mortificatio corporis, vel crucifixio carnis: rari autem volunt sustinere tantas tristitias, etiam si possent; ideo licèt appetant, non datur eis hoc donum. Sic dicit Hieronymus. Non hi sunt virgines, quos ad hoc casus adduxit, sed hi, quibus datum est a Deo, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent laborauerunt. Et Chrysostomus ait, Palma proposita est, qui cōcupiscit gloriam non cogitet de labore. Tertia causa est, quia nō est voluntatis Dei dare hoc donum oībus hoībus. Et ista potissima causa; nam in cęteris bonis ita est, ꝙ nō solùm Deus adiuuat, vt bonum operemur: sed etiam præuenit vt velimus. Nam etiam bonum velle sine ipso auctore non possumus. In hoc autem non pręuenit, vt velimus saltem in omnibus, sed in valde paucis: sed mouet corda nostra ad illud. Nam sicut in aliis donis est, quæ Deus vult nobis conferre, quòd mouet corda nostra, & tollit difficultates, vel saltem cōfert robur animi ad tolerandum, vt erat in Apostolis, qui ibant ad pęnas sicut ad conuiuium: Actuum 5. Ibant E Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ita esset in virginitate, si Deus vellet illam nobis dare, qa incitaret cor nostrum ad illam, & licèt non auferret molestias, quæ sunt in tolerando concupiscentias venereorum, daret nobis robur animi, vt non infirmaretur propositum nostrum: sed permittit nos capi à concupiscentiis: iō non vult dare nobis illud donū generaliter licèt petamus, & ita non habemus illud. Causa autem quare Deus nō vult dare illud donum omnibus, sed paucis, est prima propter conseruationem speciei, quia cum ipse habeat prouidentiam in de reb⁹, pertinet ad eum facere, vt conseruetur species ad finem illum, ad quem ipse instituit: & quia hęc nō

Assignatio quarūdam causarum quare non habeant oēs illud donū virginitatis.

Non ē Dei voluntas omnibus dare donum virginitatis.

potest fieri nisi per propagationem: non inclinat omnes homines ad virginitatem, sed valde paucos: & si quando forte ex desiderio virginitatis velut ex quodam bono mouentur ad eam, non cooperatur Deus illis in tolerandis molestijs carnis: & ita cadunt ab intẽtione sua. Vnde aliquando fuit sub pcepto, ꝙ homines proli va carent: cùm Deus dixit: Crescite & multiplicamini. Gen. 1. & 9. cap. s. statim post creationẽ, & statim post diluuium. Nunc verò licèt expresse non præcepit, interius tamen inclinat, & ideo non inclinat ad virginitatem, cũ inclinet ad coniugium. Secunda causa est, quia Deus vult oẽm hominem saluum fieri, & venire ad agnitionem veritatis 1. Timot. 2. & ideo quantũ ad ea, quæ sunt de necessitate salutis Deus concurrit cum quolibet homine quantum satis est siue præueniendo, siue adiuuando. Ad illa verò, quæ sunt de perfectione salutis, & non de necessitate, non concurrit cũ quolibet, neq; dat cuilibet petenti: sicut patet de pfectione in actibus consiliorum: quia multi illam appetunt: & tamen paucissimi habent. Et tamen sancti viri illam habebant: nos autem cùm velimus ad hæc niti, inuenimus infirmitatem non solũ in corpore nostro, sed & etiam in animo, quæ est maior infirmitas: sicut interdum cupimus esse deuoti, & non possum⁹: sed patimur quandam hebetudinem mentis & euagationem, & licèt petamus deuotionem nõ datur nobis. Et tamen deuotio pertinet ad perfectionem vitæ. Interdum autem nobis non petentibus dat Deus nobis spũm compunctionis & lachrymarum: & ardorẽ quendam spiritus. In quo apparet ꝙ habere dona ista non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Idest non dantur volenti & laboranti pro his, sed cui Deus misertus dare voluerit. Et quando Deus nõ vult dare, si petimus, inuenimus in nobis infirmitatem spiritus, & corporis: & non est firmum desiderium, sed trepidum & vagum. In sanctis autem, quos Deus volebat eleuare ad perfectionem vitæ in aliquo dono, licèt esset infirmitas ex parte corporis, & non auferret eis molestias, quę erant in perueniendo ad perfectionem illius doni: dabat tamen cor ardentissimum ad opus: ita vt licèt molestias perferrent, & duritiem sentirent: contemnerent tamen vt peruenirent ad perfectionem: & hoc erat, quia Deus mouebat eos: & qa virginitas dicit statum valde perfectum, cùm debeatur ei fructus centesimus, vt ostensum est supra 13. ca. Nõ vult Deus oĩbus hominibus dare istam perfectionem: & ita non inclinat oẽs ad eam desiderandum. Et si aliqui inclinentur quasi à seipsis ex desiderio boni, nõ cõcurrit cũ eis efficaciter: & ita non consequuntur eam, quia non intendit eis illam dare. Et sic verum est, quòd non omnes capiunt hoc quod est non nubere, quia non est datum omnibus, sed illi soli capiunt, quibus datum est à Deo specialiter.

Quare Christus posuit istas tres species Eunuchorum hic.

Quæstio LXXXVI.

QVAERETVR, quare Christus posuit istas tres species Eunuchorum hic. Dicendum, ꝙ posuit tres species: quia sufficienter diuiduntur eunuchi in ista tria: nam qui continent a venereis, aut hoc faciunt, quia exercere venerea nolunt, aut quia non possunt. Primi sunt in tertio modo. s. qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, qui autem non possunt: aut nõ possunt prohibente natura aut violentia. Primi sunt, quos prius Christus nominauit. s. qui de matris vtero sic nati sunt. Secundi sunt, quos deinde nominat, s. qui ab hoĩbus facti sunt, idest castrati. Sic dicit Hilarius. In vno enim horum posuit naturam. s.

F in eo, qui nascitur: in altero necessitatem, scilicet in eo, qui ita factus est. In tertiò voluntatem, qui. s. spe regni cœlestis talis esse decreuerit. Sic etiam dicit Hieronymus: Triplex genus eunuchorum posuit, quorũ duo sunt carnales, tertij spirituales: alij sunt, qui de vtero matris sic nascunt: alij, quos vel captiuitas facit, vel deliciæ matronales: tertij sunt, qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum. Causa prima quare posuit distinctionem istam fuit ad respondendum tacitę quæstioni, & vt dictum suum verum ostenderet. Dixerant enim discipuli, quòd non expedit nubere: & Christus ait. Non omnes capiunt hoc, sed quibus datum est. Et sic innuit, quòd nemo potest continere se à venereis nisi ex dono Dei. Hoc autem videtur fal-
G sum, quia aliqui sunt, qui continent sine dono Dei, scilicet castrati, & frigidi: cùm natura & violentia fuerint istis causa sufficiens continendi: ideo Christus distinxit tria genera eunuchorum, idest continentium: vt ostendat de quibus verificatur verbum suum, scilicet non in primis neque secundis, quia non loquitur de illis, sed in tertiis, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum: cùm aliàs apti sint ad venerea: & de istis verum est, quòd nemo potest continentiam perpetuam seruare, nisi cui datum fuerit à Deo: & ista est propria causa quare distinctionem istam posuit: rarò enim Christus solet distinctione vti, quia hoc pertinet ad processum doctrinalem, & viros scholasticos, & non ad legislatores. Secunda causa est ad ostenden-
H dum differentiam in merito, quia duæ continentiæ primæ nihil merentur, eo quòd sunt necessariæ: tertia autem est meritoria, quia est spontanea, & propter bonum finem: & hoc innuitur cùm dicitur. Qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Sic dicit Chrysost. Sicut enim peccatum opus sine voluntate non facit: ita & iustitia ex opere nõ consummatur nisi & voluntas affuerit. illa est ergo gloriosa continẽtia, non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur volũtas sancti ppositi. Et sic etiam dicit Hieronymus. Tertij sunt, q seipsos castrauerunt propter regnum cęlorum, & qui cùm possent esse viri, propter Christum eunuchi fiũt. Istis promittitur præmium: superioribus autem, qui-
I bus necessitas castimonia est, non voluntas, nihil omnino debetur.

Quomodo accidat aliquos esse naturaliter eunuchos.

Quęst. LXXXVII.

QVAERETVR de primis eunuchis, quomodo accidat aliquos tales esse. Dicendum, quòd isti eunuchi sunt, quos natura ad venerea impotentes fecit, & hoc est vel quia organo carent, vel quia incentiua libidinum nulla habent. Carere organo contingit quibusdam, sicut & contingunt quædam aliæ mõstruositates circa corpora humana: aliqui namque
K efficiuntur hermaphroditi, qui interdum ad neutrius sexus opera apti sunt. Alij verò vix signa habent masculini sexus, cùm tamen hermaphroditi non sint: & istos vocamus impotentes ad coitum: sed non frigidos. Alij verò sunt, qui cùm masculinum sexum habeant, ad venerea non sunt apti, neque ea vnquam desiderant: quod prouenit ex magna frigiditate naturæ: nam calor est, qui ad venerea incitat, qui autem calore caret virili, venerea nunquam concupiscit: licèt in eo fieri posset generatio seminis. Tria enim ad coitum requiruntur in viro, scilicet calor, spiritus, & semen. Calor incitat, spiritus inflat: quia aliàs non fieret commixtio sexuum: deficiente aliquo horum non est coitus

con-

A conſummatus: eſt autem actus incontinentiæ: nam etiam ſine ſemine in motu organorum eſt incontinentia, quæ pertinet ad genus venereorum, & eſt peccatum mortale: ẽt ſine ſpiritu ſi calor & ſemen ſint, eſt actus venereorũ licèt nõ ſit ꝑmixtio ſexuum. Etiam ſine ſpiritum, & ſemine exiſtente calore adhuc eſt libido: vt patet in exhauſtis per coitum, in quibus in ſolo animo veneris incendia bulliunt; & in motu organorum ſine ſpiritu & ſemine erit peccatum. Solo autem calore deficiente etiam ſi alia duo inſint, non eſt actus venereorum aliquis: & quia calori frigiditas opponitur, eos quos impotentes ad venerea iudicamus, dicimus frigidos: quia accidit impotẽtia radicaliter ex defectu caloris: & iſta frigiditas impedit matrimonium contrahi, & dirimit iam contractũ B quia frigidi non ſunt perſonæ legitimę ad matrimoniũ, eo quòd in matrimonio tradit vir vxori poteſtatem corporis ſui obligando ſe per hoc ad redditionẽ debiti quando petatur: & tamen qui frigidus eſt, nequaquam poteſt coire: ideo non poteſt contrahere matrimonium, & tamen quia aliqui putantur eſſe frigidi, qui non ſunt: & hoc non poteſt patere niſi per tempus vacando fideliter operi carnis: ſtatuit Ecſia quòd vacent per triennium huic operi: & ſi poſt triennium non potuerint efficere, quod optabant ex defectu viri: iudicatur vir frigidus, & tunc ſi ambo conſentiunt cohabitare, manebunt non quidem vt coniuges ſed vt fratres, vt quam vir non potuit habere vxorem, habeat ſororem. C Si autem fęmina nõ vult ei cohabitare, ſed mater eẽ vult, & accipere alium ſi ambo iurauerint, quòd nũquã vna caro effecti ſunt per copulam carnalem. & idem quod iſti fatentur iurauerint ſeptem de cognatione eorum: vel de vicinis bonę famæ: dabitur licentia mulieri accipiendi alium virum. extra de frigi. & male. cap. laudabilem. Non enim ſunt perſonæ legitimæ ad matrimonium: quia ſicut infantes non poſſunt contrahere matrimoniũ: ita neque frigidi. eod. ti. cap. quod ſedem, ſcilicet ſicut pueri, qui non poſſunt reddere debitum, non ſunt apti coniugio: ſic impotentes minimè apti ad contrahendum matrimonium reputantur. Vnde ſi mulier non reclamet manent etiam ſi non ſint coniuges, cũ ſit tale impedimentum: D ſi tamen illa petat ab Eccleſia ſeparari, audietur ſicut illa, quæ dixit, mater eſſe volo & filios procreare: & ideo maritum accepere: ſed vir iſte, quem accepi frigidæ naturæ eſt, non poteſt facere ea, propter quæ illum accipi, vt Gregor. ait eod. tit. cap. accepiſti. Sicut autem in viro accidit frigiditas: in muliere accidit impedimentum naturale ad venerea non quidem ex parte frigiditatis: quia, cùm ipſa ſit patiens nihil nocet ſibi frigiditas, ſed ex parte organi, ſcilicet quòd tam arcta eſt, ꝙ à nullo cognoſci poſſit. Nam tunc cùm non poſſit reddere debitum natura impediente, non tenet matrimonium cum ea contractum: ideo ſi vir vult manere cum illa, licèt non ſit vxor, ſit ei ſorore. od. tit. c. conſultationi. Si autem non vult, ſed vult pater fieri, datur ſibi licentia acci- E piendi aliam eod. tit. cap. ex literis. Et hoc verum eſt quando illi impedimento ope medicorum nõ poteſt dari remedium. eod. capi. vel per inciſionem, quę fieri poſſit ſine diſpendio ſalutis. Si autem non poteſt ſanari, niſi miraculosè, vel per inciſionem, de qua periculum timeretur: iudicatur non tenere matrimonium. eod. tit. capit. fraternitatis. Et tamen ſi mulier ſit arcta, deinde cognoſcatur ab aliquo, & ſine periculo ſuo fuerint ſerę eius apertæ: reducetur ad primum virum: quia Eccleſia tunc ſe inueniet fuiſſe deceptam: quia iudicauit non eſſe matrimonium, quod verum erat: cùm illa eſſet apta ad copulam. Nam in matrimonio non tranſit ſententia in rem iudicatam: ſed quocunque tempore poteſt reparari vitium ſententiæ: quia non eſt vitium remiſſibile per partes. Idem autem eſt ſi vir iudicatus eſt eſſe frigidus: & ideo mulieri data eſt licentia contrahendi cum alio. Nam ſi poſtea inueniatur quòd ille cognouit aliquam aliam mulierem: apparebit Eccleſiam fuiſſe deceptã, quia ille non erat ſimpliciter frigidus: & ita reducetur ad eum vxor ſua.

Frigidi nõ ſunt perſonæ legitimę ad matrimoniũ quia coire nõ poſsũt.

Sed aliqui dicunt, quòd iſta impotentia in viris nõ debet vocari frigiditas: quia non ſolùm prouenit ex frigiditate, ſed etiam ex caliditate ſuperabundanti, quę tollit coitum cùm hominem exiccet, & ita tollat ſemen & ſpiritum.

Item quia omnes veterani frigidi ſunt, & tamen non eſt in eis frigiditas impedimentum matrimonij. Item quia contingit in aliquo eſſe ſiccitatẽ ſufficientẽ mouentem ad carnalẽ copulã cũ aliqua corrupta: non aũt cum aliqua virgine: quia cito talis euaporatur ꝑꝑ ſuam debilitatem: & non conſumatur defloratio, quæ requiritur ad permixtionem ſexuum. Item aliquis eſt frigidus reſpectu vnius mulieris, & non reſpectu alterius: quia in eo eſt caliditas ſufficienter mouens ad coeũdum cum pulchra: quia ipſa pulchritudo nimis mouet, & non mouet illa caliditas ad turpẽ: & tamen talis poteſt contrahere matrimonium, ergo frigiditas non eſt impedimentum matrimonij.

Ad primam rationem dicendum, quòd frigiditas eſt impedimentum matrimonij, ſi vera eſt. Vocatur vera, quando perpetua eſt. De caliditate non eſt ſic, ꝙ aliqui viri ſint exceſſiue calidi & ideo minus potentes ſpermatizate, cùm exuratur à calore totum humidum ſeminale vel multum de eo, accidit interdum: & iſti ſunt exceſſiuè appetentes, & parum potentes. Quod tamen totum omnino exuratur quod emittendum eſt: vel ipſe ſpiritus quo organum riget, & inflatur, vix accidit. Et ſi interdum accidat, erit ad tempus, non autem perpetuò: ſed temporalia impedimenta non tollunt veritatem matrimonij, & ideo caliditas non ponitur impedimentum matrimonij ſicut frigiditas. Si tamen interdum inueniatur talis caliditas perpetuo auferens potentiam coeundi: tolletur matrimonium ſicut per frigiditatem: & idem iudicium erit de illa. Nam per triennium experientia habebitur: in quo ſi ſemper ſit impotens vir, iudicabitur non tenere matrimonium. extra de frigidis. ca. laudabilem. Si tamen poſtea inueniatur, quòd ille aliquã poteſt cognoſcere: cùm ex hoc conſtet Eccleſiam fuiſſe deceptam: quia non erat impedimentum perpetuum, reintegrabitur primum matrimonium, & diſſoluetur ſecundum, ad quod forte mulier tranſiuerat. De caliditate tamen iura non dicunt, quòd ſit impedimentum: tum quia rarò accidit, vt dictum eſt: tum quia etiam ſi accidat magis impedit frigiditas q̃ caliditas, quia frigiditas non ſolùm tollit commixtionẽ corporum, & ſeminum, ſed etiam tollit ſpiritum quo fit rigor & inflatio organi, quæ eſt neceſſaria ad commixtionem ſexuum: & ideo omnis defectus naturalis ad coitum uocatur generali nomine frigiditas: licèt interdum ex alijs radicibus oriatur.

Ad j. rõnẽ

Ad ſecundum de ſenibus dicendum, quòd licèt ſint frigidi ex conditione ętatis reſpectu iuuenum, non tamen ſunt tam frigidi, quin per aliquod beneficium, & fomentum ſiue ciborum, ſiue aliàs poſſint moueri ad copulam, & exerceant illam: ideo ſenectus non eſt impedimentum contrahendi matrimonium. Alij tamen dicunt, quòd etiam ſi non eſſent ſenes potentes ad copulam, conceditur eis contrahere matrimonium: quia licèt non ſit in eis in officium naturæ, erit in ſolatium, vt dicitur vigeſimaſeptima quæſtio. 1. cap. nuptiarum, & patet in glo. extra de

In quacun[que] ætate ... nuptię cõceduntur.

de frigidit. cap. quòd sedem. Vnde ablatæ sunt leges antiquę. s. Papia, & Iulia, quę maiorem annis sexaginta masculum nubere vetabant. Sed in quacunque ętate vltra pubertatem nuptię conceduntur, vt patet. C. de nuptijs. l. sanctius.

Ad tertium dicendum, quòd si vir possit cognoscere corruptam, & non virginem non est impedimentum perpetuum: & ideo non soluitur matrimonium, quia impedimenta temporalia non soluunt matrimonium. Vnde poterit mulier virgo ab eodem viro aliquo modo, vel instrumẽto aperiri, & tunc ruptis claustris poterit faciliter ab eodem viro cognosci: rumpere autem, vel frangere taliter claustra non est peccatum: quia non fit ad delectationem illicitam, sed vt medicamentum, vt mulier cognosci possit: & ideo siue vir hoc faciat, siue mulier sibipsi manus inferat de voluntate viri, & ad hunc finem, non peccat.

Ad quartum dicendum, quòd esse mulierem pulchram, aut turpem nullas vires naturales apponit ad coitum, sed solùm pendet ex opinione, & phantasia, cuius magnę vires sunt super corpus: & tamen hoc impedimentum non est perpetuum, quia illa, quę fœda est, vrgente concupiscentia videbitur interdum pulchra, si diu quis abstinuerit ab omni copula: & ita non prętat hoc impedimentum, cùm sit temporale. Frigiditas ergo propriè dicta, est, vel defectus ex parte caloris tollens potentiam, & appetitum, aut defectus organi, & vtrumque à natiuitate prouenit: ideo Christus dixit, quòd sunt quidam eunuchi, qui de vtero matris nati sunt.

Quare Deus permittat aliquos tales eunuchos nasci de vtero matrum. Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR aliqui, quare Deus permittat, aut faciat aliquos tales nasci de vtero matrum. Dicunt quidam, quòd fit hoc ad hoc, quòd sint opera Dei in recordatione: quia si idem cursus esset in rebus naturalibus, quales eas Deus à principio constituit, & nunquam turbaretur, non esset recordatio de Deo. Sic dicit Chrysostomus: quòd autem aliqui sic nascũtur, idest, frigidi, vel impotentes ad copulam hac ratione fit, sicut & nascuntur sex digitos habentes, aut quatuor. Si enim Deus, sicut ab initio constituit vnamquamque naturam, sic dimitteret illam immutabiliter semper in suo ordine permanere, in obliuionem reduceretur coram hominibus operatio Dei: ideo ergo interdum natura conuertitur contra suam naturam, vt semper Deus naturarum opifex in memoriam reducatur. Et hoc probant isti: quia in cœco nato, in quo erat defectus naturę contra cursum communem quęrentibus discipulis, quare sic natus esset, & an peccasset ipse, vel parentes eius, dixit Christus, neque peccauit hic, neque parentes eius, vt cęcus nasceretur, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Ioannis nono capitulo: ergo ita erit circa alios defectus, & exorbitantias naturę, quod accidant, vt sit in memoria Dei operatio.

Hom. 63. in Matth.

Defectus naturę dẽducunt in memoriã Dei dupliciter.

Dicendum, quòd non multum stat: exorbitantiæ namque, vel defectus naturæ deducũt in memoriam Dei dupliciter. Vno modo inquantum tales sunt, quæ non nisi per Deum fieri possunt. Alio modo inquantum per solum Deum reparantur, licèt ab alio quàm ab ipso fieri possint. De primo, vt in variatione motus cœli, scilicet, solem stare, Iosue decimo ca. aut retrocedere. 4. Reg. 20. & Isa. 38. hæc enim erant exorbitantiæ a cursu communi naturæ: & non poterant fieri, nisi per Deum: ideo ostendebatur per eas operatio Dei, & ipse Deus manifestabatur: qui nõ manifestaretur manente semper cursu naturæ, quia ille

F ostendit naturalem potentiam, sed non diuinam. De secundo patet in cęco nato aut claudo, & similibus, quos interdum Deus sic nasci volebat, vt ipse eos curaret, in quo operatio eius ostẽdebatur: quia nemo poterat tales sanare nisi ipse: & hoc est, quod Christus dixit de cęco nato, quod non peccauit ille, neq; parentes eius, vt sic nasceretur: sed vt manifestarẽtur opera Dei in illo. Ista autem opera fuerunt, quòd ipse sanauit eũ immediate. Ioan. 9. c. aliter autem nõ reducitur Deus in memoriam, neque ostenduntur operationes eius per exorbitantias, vel defectus naturales. Quòd ergo aliqui nascantur frigidi, & impotentes coire, non pertinet ad memoriam operationum Dei, quia iste defectus accidit magis ex impotentia naturæ quàm ex potentia aliqua. Ideo non ostendit potentiam Dei agentem: etiam Deus non sanauit omnes istos: ideo nõ reducunt nobis Deum in memoriam. Sed dicendum, quod causa proxima quare ista sic fiant, est defectus naturę, & accidit hoc ex concursu multarum causarum agentium, quæ interdum se impediunt, & non potest natura particularis deducere quod intendit, sed errat in opere suo, siue deficiendo, siue agendo, siue variando: vt patet in varietate monstruositatum: Deus autem licèt istos defectus pręuideat, & uitare posset non uitat: quia vt ait Augustinus, ipse sic res cõditas administrat, ut eas proprios motus agere sinat: forte enim vitare uolendo istos defectus, tolleret multa alia bona. Quia tamen Deus prouidet vniuerso, & prouidentia tollit malum de vniuerso, necesse est, quòd ista mala siue defectus, qui accidunt ex errore & impotentia naturę particularis, tolleret ipse propter aliquod bonum, in quo ea ordinat; quia aliàs manerent ista solùm vt mala uel defectus, & non conueniret hoc ordini vniuersi, qui consistit per prouidentiam. Permittit hoc propter multa: primò propter punitionem peccatorum. Nam sicut hominibus integris existentibus inducit Deus interdum mutilationes membrorum, & alias pęnas propter peccata propria: ita & eis, qui nondum nati sunt, dat defectus aliquos in pęnam peccati, non quidem ipsorum, qui non poterant peccare, antequam formarentur: sed in pęnam peccati parentum suorum, sicut & filij paruuli, qui nondum peccauerunt, occiduntur interdum à Deo solùm propter peccata parentum, ut puniantur in eis inquãtum dolent de eorum defectu: & ita putabant accidere discipuli quãdo ad Christum de cęco nato locuti sunt, dicentes: Quis peccauit, hic, vel parentes eius, vt cęcus nasceretur? Et etiam Christus approbauit positionẽ eorum, dicens: Neque peccauit hic, neque parentes eius, ut cęcus nasceretur. Innuit enim quòd in cæco illo non acciderit cęcitas pro peccato illius vel parentum eius: & tamen quòd in alijs accidere poterat, & interdum accidebat: alioquin diceret, quod non possit nasci cęcus pro peccato parentum. Secundò accidunt tales defectus ex voluntate Dei ad euitanda mala ipsius, qui istos defectus patitur, qui malus efficeretur, si integer corpore fuisset: & ita est de frigiditate: quia aliquis est, qui si fuisset potens ad coitum, fortè grauiter peccaret, & periret: Deus autem misertus eius non dedit ei in natiuitate potentiã coeundi: in quo valde benefecit ei. Nam & si abstinendo non mereatur, tamen saltem euitat peccatum: & ita per alios defectus corporis interdum euitantur aliqua peccata. Tertiò fit, quia satis hoc conuenit decori vniuersi, quem Deus intendit, tanquam vniuersalis prouisor eius: vnde sicut fecit inter species inæqualitatem naturalem, quæ facit ad pulchritudinem vniuersi: ita & in eadem specie, quòd aliqua indiuidua sint integra, & aliqua deficientia aliquo modo facit ad pulchritudinem vniuersi, quam

G Doctoris sententia.

H

Homines monstruosi nascuntur pp multa.

I De cæco natiuitate quē Christus sanauit quare sic natus est.

K

quam Deus magis intendit, quàm bona alicuius rei particularis. Quartò & præcipuè, quia defectus naturæ tollendo tollerentur multa bona de vniuerso: nam fiunt isti defectus ex oppositione concurrentium causarum, quarum vna impedit aliam ex eo, quòd est fortior: & non sequitur finis, quem intendit vna illarum causarum: & iste est defectus naturæ: cùm non inducat id, quod inducere solet regulariter, hoc necesse est sequi: quia data concurrentia causarum in operibus naturæ, aut oportet omnia miraculosè fieri, aut subtrahi multarum causarum actiones ad hoc, quòd non cōcurrant cum alijs causis, aut sequatur defectus iste interdum: & tamen nō oportet poni miraculūin operationibus naturæ: quia tunc tolleretur operatio naturæ, & esset omnis operatio Dei: quod est inconueniens, cùm subtraherētur omnes operationes causarum naturalium, ex quibus consistit vniuersum, & consequenter multum periret de ostensione diuinæ bonitatis, & sapientię, quæ per ista creata ostenduntur: tolli etiam aliquas causas de concurrentibus esset tollere magnā partem perfectionis vniuersi, quod est inconueniens: ideo magis est ponendum tertium, scilicet, quòd concurrentibus causis, fiant isti defectus interdum. Patet consequentia, quia ista, quæ fiunt aut fient naturaliter, aut miraculosè: si ponamus fieri naturaliter, oportet quòd ponantur causæ naturales: & tunc si ponamus tot effectus sequi, quot sequuntur, necesse est poni causas tot, quot sint: nam ablatis quibusdam causis, necesse est auferri omnes effectus, qui ab eis sequuntur, & ita tollerentur multa de eis, quę nunc sunt in vniuerso, quod est inconueniens. Data autem tota multitudine causarum, quæ nunc sunt, necesse est interdum eas concurrere in actibus suis, & vnam per alteram impediri: cum maior impediat minorem, quando datur oppositio: ideo necesse est sequi interdum exorbitantias, & defectus in opere naturæ data tota multitudine causarū, quæ nunc sunt: manifestum tamen est, quòd plura bona auferrentur de vniuerso ablatis causis quibusdam: tum quia tolleretur continuitas in gradu perfectionis, & essendi tum quia plura bona sunt, quę tollerentur ablatis causis illis, quàm sint mala, quæ sequuntur existente concursu causarum: tum quia ista mala, quę sequuntur non sunt omnino mala: sed sunt quædam bona, in quibus est quidam defectus integritatis solitæ: certum est tamen, quòd melius est esse hominem claudum vel cęcum quàm nullo modo esse hominem: ideo melius est esse istos defectus & exorbitātias naturæ quàm nullo modo esse. De quibus dictū est supra decimo cap. quęst. 126. vbi quæritur, an prouidentia Dei debeat auferre omne malum de rebus: & ostenditur ibi, quòd non. Et ita nasci aliquos frigidos vel impotentes ad coitum bonum est: de quibus loquitur hic Christus, & Hieronymus ait: Eunuchi sunt ex matris vtero, qui frigidioris naturæ sunt, nec libidinum appetentes.

Si defect' naturę tollerent multa bona de vniuerso tollerētur.

Melius eē hominem claudū vel cęcum, q̃ nullo mō esse.

De Eunuchis, qui ab hominibus facti sunt quomodo fiant. Quęst. LXXXIX.

QVAERETVR de Eunuchis, qui ab hominibus facti sunt. Dicendum, quòd Hieronymus ponit tres modos istorum dicens: Alij Eunuchi sunt, qui ab hominibus fiunt: quos aut Physici faciunt, aut propter cultum idolorum emolluntur in fœminas, vel persuasione hæretica simulant castitatem, vt mentiantur religionis veritatem. De primis dicendum, quòd Physici faciunt aliquos Eunuchos, idest, medici: quia propter aliquas ægritudines, quæ putantur superuenturæ nisi abscissis genitalibus euitentur abscinduntur interdum. Sic patet extra de corpo. viti. c. ex parte. ibi quidam ex consilio medicorum fecit sibi virilia abscidi, ne leprę morbum incurreret & 55. dis. dicitur, quòd aliqui à medicis secantur: scilicet tam in virilibus, quàm in alijs partibus cap. siquis à medicis & siquis per ægritudinem, scilicet per ęgritudinē naturalia à medicis secta habuit: & ita interdum abscinduntur aliæ partes à medicis ad euitandum periculum morbi, aut corruptionem aliarum partium. eadem distinct. capit. siquis in infirmitate, scilicet siquis in infirmitate positus clericus in medicorum incisione claudus efficitur. De secundis potest intelligi vno modo, quòd effęminetur quis, idest fœmina efficiatur, vel modum fæminę accipiat, vt si vir cognoscatur sodomiticè ab alio viro ad modum fęminæ: & hoc fit interdum ad cultum idolorum: quia dęmones, qui in idolis coluntur, incitant homines ad omnem turpitudinem, vt magis damnentur, & conditio humana vilior fiat. Alio modo intelligitur effęminari aliquos, idest, fieri fęminas: distinguuntur enim masculus, & fœmina per sexum: ablato autem per incisionem sexu virili, vir efficitur fœmina, hoc autem interdum fiebat ad cultum idolorum. Nam in solemnitate Bericinthię matris deorum Sacerdotes eius abscindebant sibi virilia, & istos vocāt Gallos. quomodo autem & cur hoc facerent, declarat satis August. 2. & 7. de Ciuitate Dei.

De tertijs patet, vt hæretici interdum, & alij hypocritæ se incidunt, vt boni videantur, cum non sint: vel magis vt Hieronymus exprimit, quòd non verè se absciderint, sed castitatem simulant: quasi verè habeant secta virilia, & tamen neque illa secta habent neque à venereis abstinent: sed furtim fornicantur, cùm palam se continentes ostendant. Alij autem modi adhuc sunt Eunuchorum, qui ab hominibus fiunt. Vnus enim siquis à barbaris incidatur. Alius est si à domino suo existens in captiuitate: hostes enim interdum solebant hoc facere, sed quia istud non pertinebat ad vindictam hostilem, sed magis ad quandam feritatem non fiebat ab omnibus hostibus, sed solùm à barbaris, qui feri sunt, & crudelitatem pro ratione habent. Et ideo quando iura volunt dicere aliquem sectum esse in genitalibus ab hostibus, dicunt eum sectum à barbaris, vt quinquagesima quinta dis. capit. siquis à medicis. & capit. siquis per ægritudinem.

Interdum etiam quis à domino suo castratur: vt positi in captiuitate interdum castrabantur à dominis vt fierent custodes mulierum sine supitione: & hoc permittebant leges human: non tamen castrari deberet aliquis seruus ab alieno domino, quod si fieret ille, qui castrabat seruum alienum capite puniebatur: & locus, in quo fiebat confiscabatur. C. de eunuchis. l. prima de istis castratis patet in allegato capit. siquis à medicis et cap. siquis per ægritudinem.

Alij autem sunt, qui fiunt per insidias hominum: vt quādo aliquibus propter aliquam suspitionem fornicationis abscīdūtur virilia, vt quinquagesima quinta dis. eod. cap. eunuchus, scilicet: eunuchus si per insidias hominum factus est, vel in persecutione eius sunt amputata virilia, & cęt. Alij sunt Eunuchi ab hominibus facti, qui seipsos castrauerunt virilia abscindendo: nam isti nō pertinent ad tertium modum Eunuchorum, quos Christus laudat: sed ad secundum, vt infra ostendetur quæstione nonagesimatertia. de his quinquagesimaquinta distinctio. capitu. siquis infirmitate. Primus modus assignatus a Hieronymo, scilicet de Eunuchis factis a medicis pertinet ad propositum. Nam illis abscinduntur virilia, & ita coguntur continere etiam si nolint, & de talibus loquitur

quitur Christus. Secundus modus quantum ad illos, qui sodomiticè effęminantur, non pertinet ad propositum, quia illi non continent, sed turpissimam incontinentiam exercent Christus tamen loquitur de illis, qui continent etiam inuoluntariè. Tertius modus, qui est de secundo modo Hieronymi pertinet ad propositum: quia illi verè habent abscissa virilia, & ideo postea non possunt fornicari: dęmones tamē potius hoc volebant, quia integri manentes multas fornicationes exercerent, & super hoc damnabiliores efficerentur. Quartus modus, qui est tertius Ieronymi, quantum ad illos, qui se absciderunt vel abscidi fecerunt, vt ostenderēt sanctitatem, ad propositum pertinet: quia illi coguntur continere: & tamen quantum ad illos, qui simulant castitatem, quasi castrati sint, & non seruant illam, non pertinet ad propositum: quia illi non continent à venereis. Quintus modus de illis, qui castrantur à barbaris. Et sextus de illis, qui à dominis castrantur. Et septimus de castratis per inimicitias. Et octauus de illis, qui à seipsis castrantur, pertinet ad propositum: quia omnes isti cùm careant genitalibus, coguntur continere, etiam si non virtuose. Sed considerandum, quòd cum aliquibus abscinduntur genitalia, aut vtrūque organum abscinditur, aut soli testiculi. Si vtrunque, manent quidē desideria, sed non effectus aliquis exterior: nam cùm isti adhuc habeant potentiam generatiuam, quę non aufertur ablatis organis, & calorem incitantem ad venerea, & non desit in eis generatio spermatis, manet desiderium vt prius, & possunt isti peccare per illicita desideria, sed non per actus. Si autem soli testiculi absci si fuerint: non auferuntur desideria: imo sunt valde magna, in quibus peccare possunt. Etiam non tolluntur omnino actus. Possunt etiam qui tales sunt, facere commixtionem sexuum, sed non commixtionem seminum, testiculi enim adiuuant ad effusionē seminis extendendo vias ex pondere suo, vel aliàs, & ideo castrati, quibus virga manet, fortes tentationes patiuntur, quas non explent: sed possunt deflorare quancunque mulierem: nullam tamen impregnare: Dicitur sic Eccle. vigesimo. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam, idest deflorauit. Alius modus eunuchorum, qui ab hominibus fiunt est illorum, qui per maleficia impediuntur coire, quod interdum fit ab hominibus, & à dœmonibus: & tamen siue fiant à dœmonibus solum: siue ab hominibus solum, siue opere dęmonum: siue ab hominibus adiutis à dœmonibus, dicuntur tales eunuchi fieri ab hominibus: quia etiam diabolus in Sacra Scriptura vocatur homo, vt supra decimotertio capit. Inimicus homo superseminauit zizania. Et ibi dicit Christus, quòd ille erat diabolus. Isti enim coguntur continere, vt dicetur sequenti quæstione. omnes autem istos cautè vocauit Christus Eunuchos factos ab hominibus. Nam hoc verbum generale cōuenit omnibus nouem modis supra assignatis: & si poneret aliam connotationem specialiorem non conueniret omnibus, & ideo vel oporteret tunc fieri plura membra diuisionis, vel omitti aliqua, & esset insufficieus distinctio. Vtrunque autem inconueniens euitauit dicendo factos ab hominibus.

An sint aliqui Eunuchi, qui per maleficia cogantur continere: & quomodo fiant sic.
Quęstio. XC.

QVAERETVR circa istos vltimos Eunuchos, qui per maleficia coguntur continere, an sint, & quomodo sint. Aliqui dicunt, quòd nulla male-

F ficia esse possint, per quæ impediatur coitus: quia si talia essent, fierent per dœmones: & tn̄ dęmones nō pn̄t hoc. Nā si possent dęmones impedire actū generādi, possent ēt impedire gressum, & visum, & auditum, & omnes operationes humanas: & sic totum mundum destruerent: sed non possunt, ergo neque possunt impedire coitum. Secundò quia opus Dei est fortius quàm opus diaboli: sed maleficium est opus diaboli, copula carnalis ad generationem ordinata est opus Dei: quia ipse illam instituit & præcepit Gene. primo & nono. ergo non potest per maleficium coitus impediri. Tertiò quia dato quòd aliquod maleficium esset, non posset esse perpetuum, sed temporale, & consequenter non dissoluet matrimoniū, G quia matrimonium non soluitur, nisi per impedimenta perpetua. Patet antecedens, quia dęmones possunt aliquid in hominem propter peccatum, ideo ablato peccato cessat maleficium: vel per exorcismos Ecclesię, qui ordinati sunt ad arcendum potestatem dęmonis, tolletur maleficium: & ita non soluetur matrimonium. Quartò patet, quia non potest copula impediri nisi impedita potentia generandi, quæ est principium eius: & tamen potentia generatiua cuiuscunque viri ęqualiter se habet respectu omnium mulierum, in maleficio tamen, quod vocatur maleficium, est impeditus vir quantum ad vnam mulierem & nōquantum ad alias: ideo maleficium non potest esse, cùm vir non inueniatur impeditus respectu H omnium, nisi qui frigidus est. Dicendum, quòd putauerunt aliqui maleficium secundùm veritatem nihil esse, sed solùm in æstimatione hominum, qui putant esse quod non est: & hoc accidit quia euentus rerum naturales quorum causas ignotas habent, maleficijs imputant: & ita isti illud inpedimentum coitus, quod nos maleficium vocamus, vocant frigiditatem: quia ad frigiditatē reducitur omnis naturalis impotētia ad coitum: & tamen isti volunt omnia talia impedimenta naturaliter euenire, licet causas nesciamus. Sed hoc non stat, primò quia isti auferunt operationem dęmonum a rebus: habent enim dęmones potestatem operandi aliquid super corpora nisi arceantur à superiori potestate, vt concedit Aug. & omnes I sancti doctores: & ostendit Magister 2. Sen. dis. 7. & tamen maleficia sunt super corpus solum, ideo non est inconueniens dęmones hæc facere. Secundo, quia vt dicit Iob quadragesimo c. de dęmonibus, nō est potestas super terram, quæ comparetur eis. Et ita est maior potestas eorum quàm hominum: & tamen homo potest per potionem aliquam, aut castraturam tollere, vel impedire actum coeundi alteri homini: ergo poterit dęmon a fortiori. Tertiò quia iura confitentur maleficia esse, trigesimatertia quæstione prima cap. si per sortiarias, & maleficas artes coitus non sequitur, idest si per istas impeditur aliquis coire, sed maleficæ artes vocantur illę, quæ maleficia exercent: ergo maleficia aliqua sunt. Quartò patet ex diuersi- K tate eorum, quæ apparent in frigiditate, & maleficio. Nam qui frigidus est respectu vnius mulieris, frigidus est respectu omnium: cùm frigiditas nominet impotentiam naturalem, quæ si verè est in aliquo, respectu omnium est impotens. In maleficio autem est aliquis impotens respectu vnius, & non respectu aliarum. Istam differentiam ponit Gloss. extra de frigidita. & maleficiatis, capit. literæ.

Per quæ soluitur matrimonium

Quintò, quia apparet non fieri ex causa naturali, sed ex agente per voluntatem: natura enim agit vniformiter, & ideo etiam si posset quis naturaliter esse impeditus circa vnam mulierem, & non circa alias, esset tamen vniformiter, & tamen non est, quia scimus aliquos sic maleficiatos, qui appetunt quidem com-

A commiſceri mulieribus, & dirigūtur organa eorum, ita vt apta ſint ad permixtionem ſexuum, & cum tangere voluerint genitale muliebre laxantur organa ipſorum, & non poſſunt complere copulam, & iterum rigebunt organa, & ſi nitantur idipſum facere, denuo laxabuntur, & tamen ſi ex radice naturali hoc proueniret, ſi ſemel rigerent organa nō ſoluerentur ſtatim quouſque exſufflarentur vel conſumerentur ſpiritus inflantes organum, & tamen ſine actu aliquo illicito concidunt: ideo oportet poni ibi virtutem operatricem ſecretam, quæ non ſit naturalis, neque naturaliter operans.

Sextò quia apparet manifeſtius iſtud quādo maleficium tenet ſe ex parte fœminæ. Nam tunc vir potēs
B eſt, & non impediuntur organa eius, ſiue ad illam ſiue ad aliam: & tamen illa cùm vellet commiſceri viro, ſi videat, aut tangat genitale eius exhorreſcit, & nulla ratione permittit ſe cognoſci: & hoc quaſi ſint improportionabilia organa viri, quæ non poſſet ſine periculo pati: & tamen non eſt ſic. Apparet ergo quòd non accidat ex cauſa naturali ſed ex alia radice. Ideo dicendum quòd maleficia verè ſunt aliquid: & tamen iſti non conſentiunt illa, quia non bene ſentiunt de fide: oportet enim maleficia à dęmonibus fieri, vel ab hominibus cooperantibus ſibi dęmonibus: iſti autem non credunt eſſe dęmones: ideo non concedunt eſſe maleficia: & dicunt iſti quòd dęmones nihil ſunt, niſi in noſtra æſtimatione ſecundùm
C opinionem vulgi, ſcilicet quia vulgus imputat dęmonibus terrores, quos ipſe hō ſibimet facit, & dicit a dęmonibus terreri: & qn̄ ex vehementi imaginatione apparent tales figuræ in ſenſu quales homo cogitat, dicit vulgus, quòd videt dęmones: ſed iſti dicunt nō eſſe illos dęmones, ſed imagines quæ in nobis ſunt. Iſti tamen errant: quia certum eſt dęmones eſſe ſpiritus aliquos, cùm tota euangelica hiſtoria hoc tradat, ſcilicet quòd Chriſtus eijcīebat dęmonia de corporibus obſeſſorum: & illa clamabant & intrauerunt ſemel in porcos, ſupra octauo capit. & Mar. quinto, & Luc. octauo. & faciunt dęmones multa, quæ homines facere non poſſunt: & hoc tam quantum ad vires naturales quàm etiam ex ſubtilitate ingenij. De vi-
D ribus apparet: vt de illis dęmoniacis duobus, qui erāt in via, & nemo audebat trāſirė per viam pp ferocitatē illorū: quia inſiliebant in hoīes, ſupra octauo. Etiam ille, qui habebat peſſimum dęmonium adiuratus à duobus exorciſtis Iudæis inſiliit in eos: amboſque vulnerauit, & ſpoliauit veſtibus, Actuū decimonono. De ingenio etiam apparet: quia ſunt puri ſpiritus, & naturaliter ſunt perſpicaciores hominibus: cognoſcunt enim omnia ſecreta naturalia, & etiam propter longam rerum experientiam multa nouerunt, quæ homines neſciunt, & ita operantur in maleficijs aliqua, quæ homines neſcirent operari: & interdum faciūt ea per ſolum motum ſuum reprimendo organa noſtra violenter: vel applicando ſubito aliquid, quod
E naturaliter illud efficeret, ſi ſine dęmonum opere applicitum eſſet. Et ſciendum quòd aliquando accidit maleficium circa virum, & aliquando circa fęminam: quando eſt circa virum, poteſt eſſe circa vnam fęminam ſpecialiter, ſcilicet vt illam cognoſcere non poſſit, aut circa omnes. Verum eſt enim, quòd maleficia raró fiunt eidem homini, vt ad nullam fęminam poſſit accedere, ſed ad aliquam, & ideo ponit iſtā differentiam inter frigiditatem, & maleficium Glo. extra de frigi. & malefi. cap. literæ. quod frigidus circa vnam eſt frigidus circa omnes: qui verò maleficiatus eſt circa vnam, non eſt maleficiatus circa alias, & ita aſſeruit vir ille eod. cap. literæ, ſcilicet quòd illam mulierem cognoſcere non poterat, ſed poterat cognoſcere alias: & ideo Papa iuſſit ibi inquiri, an aliquem aliam mulierem ille vir cognouiſſet: in quo innuit, quòd poterat eſſe impeditus circa vnam, & quòd non eſſet impeditus circa omnes: & tamen non ſequitur ex hoc quin poſſit quis maleficiatus eſſe circa omnes fęminas, ita quòd nullam cognoſcere poſſit: licet verè ſit potens ad copulam: accidit autem communius, quòd circa vnam ſit quis maleficiatus: & tunc illi viro non deeſt deſiderium coeundi, ſicut frigidis, quibus calor deeſt, & ideo venerea non concupiſcunt. Etiam non deeſt rigor membrorum, neque humor ſeminalis ſed, cùm ad illā reſpectu cuius quis maleficiatus eſt accedere vult: aut ante omnem tactum ſoluitur humor, ita vt coitus non fiat: aut quod communius eſt laxantur membra, & concidunt quaſi deficiente ſpiritu, qui ea inflabat: & hoc fit quoties illam voluerit vir ille tangere. Si autem aliquam aliam cognoſcere velit nihil horum patitur. Interdum verò fęmina eſt maleficiata reſpectu alicuius viri ſpecialiter: & tunc ſi vir ille eam voluerit cognoſcere, viſo aut tacto organo eius horret, & pauens fugit: nolens ſuſtinere copulam illius, quaſi moritura eſſet ſi toleraret propter magnitudinem organi virilis: quemlibet autem alium virum ſuſtinet: & iſtos vocat vulgus ligatos: & ſatis propriè, quia membra eorum ligata ſunt, ita vt in actum copulæ exire non poſſint. Sed ſciendum, quòd maleficia circa virum ſunt per aliquam operationem realem: maleficia autem circa mulierem per opinionem. Primum patet, quia realiter impeditur, coire, cùm tamen ipſe illud optet, & ad illud naturaliter ſit aptus. Et poteſt fieri dupliciter. Vno modo per motum ſolius dœmonis ſine applicatione alterius alicuius rei: ipſe enim inuiſibiliter poteſt comprimere genitale viri cogens ſubito laxari, & concidere ipſo neſciente vnde fiat: & ad hoc nihil erit neceſſarium niſi motus localis per applicationē virtutis dęmonis ad genitale, ſicut applicat virtutem ſuam alicui rei quando illam vult portare, vel transferre de loco ad locum. Alio modo poteſt fieri per applicationem alicuius rei naturalis, ſcilicet quòd dęmon ponat intra organa genitalia aliquid quo poſito quaſi ſubito exſuffletur totus ſpiritus dirigens, & inflans genitale, quo deficiente neceſſe eſt illud concidere, vel ſolui ſemen ante contactum genitalis fœminæ: & hoc ſatis veriſimile eſt. Secundum patet quantum ad fęminam: nam illa horret genitale viri quaſi improportionalis magnitudinis: & tamen nihil tale eſt, ideo ſolum eſt deceptio in æſtimatione mulieris: ſed hæc deceptio prouenit ex opere dęmonis cauſantis ſpeciem in phantaſia mulieris de organo viri, vt appareat aliter quàm ſit: ſicut fit in præſtigijs quando videtur quæ non ſunt, & aliter quàm ſunt: de quibus dictum eſt ſatis ſupra octauo cap. talem ſpeciem cauſat dęmon in phantaſia mulieris: & ideo ipſa horret & pauet & ſuſtinere non vult quaſi rem difficilem, & periculoſam: & talia facilius fiunt. Nam aliqui viri per cœremonias ſatis turpes maleficiorum faciunt quòd genitale ſuum videatur cuicunque fęminæ valde magnę quantitatis: & etiam quòd fiant quaſi in eſtaſim prę magnitudine voluptatis quando cognoſcuntur ab eis, & non eſt in veritate illa magnitudo, neque etiam fęminę in veritate patiuntur tam excellentem voluptatem: quia magnitudo delectationis fit ex habitudine tangibilis ad organum tactus, quod fit per aliquam ueram naturalem caliditatem, quæ per maleficia non datur, quia illa non perficiunt naturam: ſed cauſatur in phantaſia iudicium quaſi de voluptate excellente: cum nō ſit uehementior quàm cœterę uenereę delectationes. Sciendum autem, quòd

Maleficia circa homines dupliciter fieri poſſunt.

Quō fiant maleficia circa mulieres, vt coire non poſſint.

In q. 115.

Modus operádi maleficia.

quòd malefici ista faciunt per aliquas obseruationes F rerum, quas ligant, uel exurunt, aut transfigunt, & terre infodiunt, uel pelago demergunt, & tamen nulla actio uel causalitas uera inde est ad ea, quę patitur vir aut fęmina maleficiati, quia illa non sunt talia, quibus secundum naturam suam competat illa operatio. Etiam quia dato quòd haberent talem virtutem agendi: tamen agere non poterant propter elongationem, cùm secundùm naturam impossibile sit esse actionem, nisi per contactum. Sed dicendum quòd dęmones ista maleficia exercent modis supra assignatis: volunt tamen hoc, quòd istæ obseruationes fiant, vt magis homines fallant: & fit eis modus conuersandi cum hominibus & subijciendi eos cultui suo. Si aũt obiiciatur: quòd inuentis maleficijs illis, quæ terræ G infossa erant, & euulsis de loco atque dispersis cessant vexationes maleficiorum. Nihil mouere debet, quia hoc dęmones faciunt, vt magis fallant: quasi aliqua virtus sit in rebus illis, quas homines fecerunt. Et motiuum est, vt dent dęmones hominibus de se maiorem confidentiam, & certitudinem. Nam si homines scirent quòd istæ obseruationes, quas ipsi faciunt nihil omnino valerent: sed tota operatio à dœmonibus fit, cùm ipsa sint agentia voluntaria: scirent homines, quòd nihil ipsi facerent seu possent, ita magis pro hoc distraherentur, cùm autem factis illis cœremonijs sequitur effectus, quem intendunt homines, putat ipsi quòd ab illis obseruationibus causetur: & quia illa facere est in potestate hominis, ęstimat homo in potestate sua esse talia facere, & per hoc gaudet & afficitur magis ad dęmones, qui sunt auctores horum: & istud ipsi intendunt, scilicet quòd homines ad eos afficiãtur; & ob hoc innuunt se posse cogi ab hominibus ad veniendum, cùm vocati fuerint: & ad respondendum, & ad faciẽdum quod iubetur. Quod tamen falsum sit patet: quia impossibile est, quòd minor potestas subijciat sibi maiorem: & tamen non est potestas super terram, quæ comparetur potestati dęmonum. Iob quadragesimo capitu. ideo non erit aliquid naturale, vel cęremoniale, per quod dęmones possint cogi ab homine, vt veniant & respondeant, aut aliquid operentur. Nisi obiicatur de Ecclesiasticis exorcismis. Sed tunc dicendum est, quòd coguntur ad aliquid, scilicet ad recedendum de corporibus obsessorum, vel ad non nocendum: sed hoc fit per Deum, inquantum ipse instituit id, quod ab Ecclesia fit: & est ibi virtus diuina latens operatrix: sicut est in operatione sacramentorum: & tamen in operibus maleficiorum, quibus dęmones cogere volunt, non operatur Deus, cùm potius sint contraria diuino honori: ideo non possunt malefici cogere dęmones ad aliquid: sed ipsi dęmones mentiuntur, & simulant se cogi: quia in hoc stat maxima virtus suasionis eorum. Nam si ipsi non possent cogi à nobis ad veniendum, aut respondendum, vel agendum aliquid: sed quidquid agerent voluntariè agerent, desperarent homines de eorum conuersatione, quasi nihil mediantibus eis possent: & ita K distraherentur ab eis: cùm verò illis simulantibus putant homines, quòd possunt cogere illos, afficiuntur nimis ad maleficia, quasi per hæc compotes efficiantur omnium, quę volunt: & hoc dęmones efficere cupiunt, vt per talem errorem & affectum catenatos sibi teneant animos hominum: & tamen verè non possunt dęmones cogi ab hominibus per maleficia; imò si cogi possent, non docerent ipsi hominibus modum quo eos cogerent: quia per hoc dœmones miseriores efficerentur si verè hominibus subiicerentur: fingunt ergo se subditos, vt fallant, cùm tamen non subdantur, sed ad tempus cum placuerit sponte

Dęmones cogi non possũt ab hoĩbus.

Vnde est, ꝙ dœmones simulant se cogi ab hominibus.

F seruiant: verè autem subdi hominibus pro nullo lucro dęmones vellent, & ita de maleficijs patet, quòd opere dęmonum fiant. Sed tũc manet dubium: quia aliqui dicunt, quòd maleficium nullum potest esse perpetuum: & ita non soluetur matrimonium per maleficium. Sed dicendum, quòd non stat: quia trigesimatertia quæstione prima capit. si per sortiarias. ostenditur, quòd possit esse perpetuum, cùm dicitur: si per sortiarias, & maleficas artes coitus non sequitur: si sanari non poterunt, separari volebunt, & ita innuit, quòd talia interdum addunt maleficia, quę non possunt sanari, & illa vocantur perpetua. Sed isti dicunt. ca. si per sortiarias. esse correctum.

G Dicendum, quòd non stat: licèt in fine contineat aliquid, quod non recipitur, in quo Gl. dicit ibi, quòd benè vocabatur ille Episcopus ignarus: tamen quantum ad impedimentum maleficiorum ponendum perpetuum non corrigitur, sed idem uolunt iura noua, ut extra de frigid. & malefi. cap. literæ. ubi de maleficio agitur, & non de frigiditate, cùm hortaretur ibi Papa quòd vir & vxor pęniterent de peccatis suis, quasi per hoc placeret Deo, ꝙ posset coitus sequi: & tamen si putaret Ecclesia esse naturalem impotentiã, non suaderet per orationes & pęnitentiã dari potentiam coeundi: sicut in aliis casibus frigiditatis eod. tit. non iubentur neque suadentur coniuges vacare orationi: sed quòd per triennium maneant vacantes fideliter operi carnis: quòd si expleto triennio non poterit perueniri ad coitum, separentur. cap. laudabilem H eod. cap. ex literis & cap. fraternitatis, in quibus de naturali impedimento maris & fęminæ agitur: ideo concedendum est quòd maleficium potest esse perpetuum. Et dicendum, ꝙ aut erit temporale maleficiũ, aut perpetuum: si temporale, non soluit matrimonium: si perpetuum dissoluit illud. An verò sit temporale vel perpetuum, potest cognosci ex cohabitatione diuturna: ideo sicut in frigidis assignauit Ecclesia triennium: intra quod cohabitantes si se cognoscere carnaliter nõ potuerint, iudicat vir frigidus eod. tit. cap. laudabilem. Ita & in maleficio datur triennium continuum, in quo si vacantes fideliter operi carnis explere non potuerint iudicatur maleficium I esse perpetuum: & tunc dissoluitur matrimonium. cap. literæ. & tamen differt inter frigiditatem & maleficium, quia qui frigidus est respectu vnius est frigidus ad omnes fęminas: qui viro maleficiatus est ad vnam non est semper maleficiatus ad omnes, sed potest cum alijs coire; ideo soluto matrimonio propter frigiditatem non datur viro licentia contrahendi cum alia quasi sit omnino ineptus ad matrimonium: imò si inueniatur postea, quòd ille aliquam mulierem cognoscit: apparet Ecclesiam fuisse deceptam: quia non erat ille frigidus sed ad tempus impeditus: & redire cogetur ad primum matrimonium etiam si illa transiuisset ad alterum matrimonium, vt in allegato capit. laudabilem. soluto autem matrimonio propter maleficium perpetuum datur vtrique licentia transeundi ad aliud matrimonium, in allegato capitulo literæ. Et dato, quòd qui maleficiatus erat, cognoscat istam ad quam transiuit: & prolem ex ea suscipiat, non cogetur transire ad primam: quia verè fuit dissolutum matrimonium: & adhuc censetur durare illud impedimentum. eod. cap. literæ. Verum est autem hoc quando maleficium venit ante contractum matrimonij: quia tunc cùm in contrahendo erant ipsæ personę illegitimæ ad contrahendum non tenuit contractus: secus autem si consummato matrimonio superueniret. Nam si aliquando vir cognouit vxorem suam, etiam si postea superueniat impedimentum maleficij, de quo constaret Ecclesię quod

erat perpetuum, non diſſolueret matrimonium, quia illud ſemel tenuit. Sed dicetur, quid ſi maleficium nō fuit ante contractum matrimonij, ſed ante conſummationem factum eſt: an diſſoluetur matrimonium? Dicendum quòd cum in deſponſatione de præſenti fuerint perſonæ contrahentes legitimæ, tenuit contractus, & ideo ſuperueniens maleficiū non dirimit illud: ſicut ſi lepra poſt iſta ſponſalia ſuperueniat: quæ tamen ſoluerent ſponſalia ſi eſſent de futuro. extra de coniugio leproſorum capit. literas: & tamen quia Eccleſiæ non poteſt conſtare, an ſuperuenit poſt deſponſationem vel ante: iudicat fuiſſe ante in fauorem iſtorum, vt poſſint tranſire ad aliud matrimonium, & etiam vt non puniantur ambo ſine culpa. Et patet, quia an iſte vir eſſet maleficiatus circa mulierem iſtā non poterat conſtare niſi per hoc, quòd nitebatur cognoſcere eam, & non poterat. Nam per hoc quòd aliàs ante hoc cognoſcebat, non oſtenditur quòd non eſſet maleficiatus, cùm poſſet eſſe maleficiatus ad vnam, & non ad aliam, & tamen antequam vellet iſte conſummare matrimonium poſt deſponſationē non aggreſſus eſt cognoſcere iſtam: ergo non poterat conſtare an maleficium fuiſſet ante deſponſationem vel poſt, & ideo Eccleſia iudicat fuiſſe ante deſponſationem, & conſequenter ſoluit matrimonium tanquam contractum eſſet inter perſonas illegitimas.

Ad primum dicendum, quòd per dęmones poſſunt maleficia fieri, & fiunt circa coitum: & verum eſt, ꝙ circa alios actus pn̄t maleficia exercere, videlicet priuare nos greſſu, aut voce, aut auditu aliquanto tempore, vel ad perpetuum, ſi permittantur &, verū eſt, quia & nos vidimus ad tempus aliquos mutos effectos ſiue elingues à dęmone comprimēte linguas eorum & infirmos redditos per maleficia quarundā vetularum, quę breuiter tamen durauerunt. Et ſi ꝑmitterentur à Deo non eſt dubium, quin deſtruere poſſent cito omnes homines ex iniquitate & inuidia, & quidquid ad homines pertinet. Et tamen angeli ſunt conſtituti à Deo ad arcendum poteſtatem dęmonum, & ita illi non poſſunt plus nocere quàm permittantur, & ita circa coitum coniugalem aliquando impedimentum ponunt, quando permittuntur. Circa fornicarium autem vel illicitum coitum raro ponunt impedimentum, cùm ipſi non ſint ſibi contrarij: & tamen coitus illicitus placet eis, & ipſi illum procurant. Dicendum tamen, quòd inter cętera, quæ Deus permittit interdum per dœmones maleficiari: nihil eſt, quod magis permittat quàm copulam carnalem, quia corruptio peccati, per quam homo ſeruus diaboli factus eſt, venit in nos per actum generatiuę virtutis: ideo in hoc actu maiorem poteſtatem concedit Deus diabolo quàm in cœteris actibus noſtris: & ideo pluries circa illum exercentur maleficia: ſicut & in ſerpentibus magis oſtenditur virtus maleficiorum, quàm in alijs animalibus: quia per ſerpentem diabolus mulierem tentauit & ſuperauit: & peccatum in orbem terrarum introiuit: & tamen quandocunque maleficia iſta ſunt diabolus Deo permittēte facit: quæ permiſſio ex iuſto iudicio ſuo fit, licèt nobis cauſa ſit occulta. Sic dicitur trigeſimatertia q. prima capit. ſi per ſortiarias, ſcilicet. Si per ſortiarias, & maleficas occulto ſed nunquam iniuſto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante concubitus non ſequitur, &c.

Quare Deus permittat operationes magis circa copulā carnalem maleficia operari, q̃ circa alios actus humanos.

Ad ſecundum dicendum, quòd copula coniugalis opus Dei eſt, & etiam omne opus Dei eſt fortius opere dęmonis: & ideo non poteſt impediri per illud, quaſi iſta duo ſibi aduerſentur: & illud quod potentius eſt impediat alterum, ſed opus dœmonis interdum impedit opus Dei ex permiſſione Dei: & ita impeditur concubitus coniugalis per maleficia iuſto Dei iudicio, licèt nobis occulto.

Ad tertium dicendum quòd maleficium poteſt eſſe perpetuum, ſcilicet quòd non poteſt tolli opere humano: licèt enim Deus poſſet tollere omnia maleficia, non dicuntur temporalia ob hoc: ſed perpetua ſunt ea, quę ex ſui conditione ſemper manſura ſunt, niſi Deus miraculosè hoc illis auferat, & ita vniuerſum eſt perperuum & corpora cęleſtia ſunt perpetua, licèt Deus poteſt ea adnihilare. Item etiam de iurę vocatur frigiditas impedimentum perpetuum, licèt per Deum poſſit tolli. Et etiam ſi mulier arcta eſt quòd ſine miraculo non poteſt eſſe apta ad copulam, iudicatur impedimentum perpetuum. extra de fri. & male. cap. fraternitatis. Et non ſolùm erunt perpetua iſto modo: ſed etiam ſi poſſunt tolli maleficia per alium quàm per Deum dicuntur perpetua, ſi per hominem tolli non poſſunt: certum eſt enim, ꝙ cum maleficia omnia fiant per dęmones, quòd poterunt tolli per dœmones: licèt non per quemlibet dęmonem: quia ſi fiant per dęmonem ſuperiorem, non poſſunt tolli per inferiores dœmones, qui minoris poteſtatis & ſapientiæ ſunt: ſaltem non poterunt ſemper tolli, licèt aliquando tollantur, & hoc quando dœmon ſuperior operatus fuerit ſecundùm totas vires ſuas, vel ſi ille non permiſerit inferiori dęmoni tollere illa, & ideo cùm per aliquos dęmones tolli poſſent, nō erant ſimpliciter perpetua, & tamen vocantur perpetua, quia per homines non poſſunt tolli. Item aſſerunt malefici, quòd quædam maleficia ſunt, quæ per alia maleficia non poſſunt deſtrui: ſed ſemel facta ſemper manent. Item dato quòd poſſent tolli maleficia omnia modo humano: ſi tamen opere dęmonis tolluntur, ideſt factis cœremonijs maleficorum dicuntur perpetua: quia illud vocatur nobis impoſſibile, quod benè facere non poſſumus, ſed potius toleranda ſunt quæcunque mala quàm recurramus ad maleficos, ideo illa maleficia, quæ non poſſunt tolli niſi per maleficos dicuntur ſimpliciter perpetua, & ita multa maleficia ſunt perpetua. Item aliqua maleficia ſunt, quæ bono modo poſſunt tolli per orationem & ieiunia, & tollerentur aliquando perſeuerantibus hominibus in his, & tamen maleficium quod in triennio non tollitur vocatur perpetuum, quia Eccleſia dat triennium maleficiato ad experiendum, an poſſit copulari carnaliter, quod ſi intra triennium nequiuerit: iudicatur maleficium perpetuum, & ſeparātur extra de fri. & male. ca. literę. Cùm autem dicitur, ꝙ poteſtas datur dęmoni ſuper hominem propter peccatū ideo ceſſante peccato ceſſat pęna.

Tolerāda ſunt potiꝰ mala quā ad maleficos recurrere, vt ab eis hoı̄es liberētur.

Dicendum, quod etiam ſi concederemus omnes patientes maleficia pati pro peccato (quod interdum non eſt verum ſicut eſt de ceteris generibus pęnarū) tn̄ etiā non eſt verum, quod mox vt quis doluerit de peccato, auferatur pęna: quia licèt non maneat tunc peccatum quantum ad actum, neque quantum ad maculā: tamen manet quantum ad reatum pęnæ, & quouſque ille manſerit poterit manere pęna, poſtea autem non manebit: & quia poſt quàm iſti maleficiati pęnituerint de peccato, non eſt ſemper ablatus totus reatus iſtius peccati pro peccato, pro quo maleficia patiuntur adhuc manent maleficia. De curatione autem bona maleficiorum dicendum, quod fit per orationes, & ieiunia, eleemoſynas, & cętera opera bona, & per quoſdam exorciſmos Eccleſiæ. Sic dicitur trigeſimatertia quæſtione prima capit. Si per ſortiarias, et maleficas occulto, ſed nunquam iniuſto Dei iudicio permittente, diabolo præparante concubitus

De bona curatione maleficiorum.

cubitus non sequitur, hortandi sunt quibus ista eueniunt, vt corde contrito & spiritu humiliato Deo & sacerdotibus de omnibus peccatis suis puram confessionem, & profusis lacrymis, & largioribus eleemosynis & orationibus atque ieiunijs domino satisfaciant, & per exorcismos ac cętera ecclesiasticę medicinæ suffragia ministri Ecclesię tales quantum annuerit dominus, qui Abimelech & domū eius Abraæ horationibus sanauit, sanare procurent. Et simile dr̃ extra de frigid. c. literæ. Non tñ semper sanantur maleficiati per hæc suffragia, cùm occulto Dei iudicio interdum bonum sit eis non sanari, & ideo dicitur in allegato cap. si per sortiarias, & ca. literæ. quòd si sic sanari non poterunt, separari valebunt. Intelligendo vt dicitur in cap. literæ. postquam per triennium vacauerit fideliter huic actui, & non potuerit copulari carnaliter. Etiam intelligendum est, quòd exorscimi dęmonum non sunt ad repellandas omnes molestias & pęnalitates, quas dęmones hominibus inferunt: sed solùm illas, ad quas repellendas ordinantur, & istæ sunt molestiæ, quas inferunt manendo in corporibus, & vexando illa: siue interius manendo, siue exterius obsidendo, & ista regulariter sanantur per exorcismos: maleficia autem dęmonum, & alia mala, quæ nobis inferunt, contra quæ non ordinantur directè exorcismi, non curantur per exercismos nisi rarò.

Ad quartum dicendum, quòd potest tolli actus copulæ non impedita potentia generatiua, & hoc potest fieri dupliciter. Vno modo per impedimentum organorum seruientium potentiæ generatiuę. Alio modo per impressionem factam in phantasia, siue imaginationem, quæ multum mouet partem inferiorem. Vnde si potentia generatiua in seipsa impeditur respectu vnius fęminæ eẽt impedita ad omnes, & tamen impediuntur organa per aliquem motum factum in eis ad tempus: ideo potest maleficiatus impediri respectu vnius fęminæ, & non aliarum. Ratio autem præcipua est, quia maleficium non fit per naturam, sed per dęmonem. Est autem dęmon agens voluntarium, ideo potest agere quando voluerit, & cessare quando voluerit. Natura enim agit vniformiter, ideo si vnus esset impeditus naturaliter ad coitū ad vnā fœminam, esset ad omnes impeditus: dęmon cùm agat voluntariè, & non vniformiter, potest impedire respectu vnius non impediendo respectu alterius, & hoc siue agat per impedimentum factum in genitali viri, vt fuit declaratum: siue per impressionem factam in imaginatione: quia sicut fœminæ imprimitur species viri de improportionali magnitudine genitalis vnius viri, & non alterius: vel imprimitur sibi conceptio de viro, vt abominetur vel fastidiat eum, ita & viro potest imprimi species abominabilis de quadam muliere & non de alia, secundùm quam non concupiscat tangere illam: sed potius abominetur, & fiat hoc respectu vnius, & non respectu omnium: poterit tamen dęmon, si voluerit maleficiare virum respectu omnium mulierum tam ex parte organi genitalis, quàm ex parte imaginationis & fęminam poterit maleficiare respectu omnium virorum: sed facilius est maleficiari respectu vnius.

[Margin: Tollit a ct' copulę nō impedita potētia generatiua dupliciter]

Qui sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum Cœlorum.
Quęst. XCI.

QVAERETVR de tertijs eunuchis, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, quos Christus laudat, quomodo se castrant.

F Dicendum, quòd non intelligitur de castratione, quæ est secundùm carnem: quia ista non est licita, id eo sicut neque propter alias causas est licita, vt, scilicet propter cultum idolorum, ita neque propter cultum Dei licet: quia primi incidunt in idolatriam, secundi in dementiam.

Primò quia sibiipsis violentiam inferunt, & sicut si alius abscinderet eis membra illa peccaret, ita ipsi abscindendo peccant: quia licèt non possint sibiipsis facere iniuriam, faciunt tamen iniustum simpliciter, sicut dicit Aristoteles 5. Ethic. de illo qui seipsum occidit.

Secundò quia fecit iniuriam Deo deturpando plasma eius: relucet enim aliquo modo in corpore no-

G stro bonitas, & bonitas dicit rationem integritatis: ideo nos auferendo aliquam partẽ earum, quas Deus condidit bonitati diuinæ, quæ in nobis relucet, iniuriam faciamus.

[Margin: Bo... cit... integ... tis.]

Tertiò quia præiudicatur ipsi naturæ: nam humana natura habet operationum perfectionem super alias species animalium, quæ pauciores & imperfectiores operationes habent: perfectio autem operationum manifestatur per organa operatiua: ideo qui abscindit aliquod illorum, naturę humanæ facit quandam iniuriam, quia eam deturpat.

Quartò quia præiudicat cōmunitati, cuius est pars: quia sicut qui seipsum occidit, non facit iniustum sibi, sed ciuitati, vt dicitur 5. Ethi. ita quancunque partem

H corporis sibi abscindat, cùm per hoc reddat seipsum inutiliorem, peccat contra politiam.

Quintò quia iste vsurpat potestatem quam non habet. Nam secundùm legem nemo est dominus membrorum suorum, & ideo nō potest illa abscindere pro libito suo, & ita abscindendo peccat contra legem: vnde qui seipsos abscindunt, homicidę vocantur quinquagesimaquinta distinct: Siquis abscinderit.

[Margin: Se... leg... mo... suor... bro...]

Septimò, quia imitantur idolatras, qui seipsos abscindunt in cultum idolorum, vt dicit Hieronymus.

Octauò, quia licèt se castrẽt aliqui propter Deum, dęcipiuntur: quia faciunt hoc, vt resistant concupiscentijs, & non exerceant venerea: sed per hoc non habetur remedium. Nam possunt se facere impo-

I tentes ad venerea exercendum: sed non ad illa volendum, & tamen in volendo peccatum est, etiamsi non sequatur effectus, quando sequi non potest. Nō est enim impetus concupiscentiarum in organis genitalibus, sed executio venereorum. Concupiscentia enim alibi originem habet, cum sperma interius gignatur, quod pulsat ad exitum & ideo si quis vult prorsus sibi abscindere omnem motum concupiscentiarum per abscissionem aliquarum partium, oportet, quod abscindat sibi totam vitam. Non enim est possibile diu viuere, & nihil concupiscere: nemo igitur optet, quod neque Deus concedit, neque natura patitur, auferre scilicet omnem concupiscentiam, sed optet concupiscentias regere

[Margin: Pecc... est... do... nonl... tur...]

K fręnando eas sub flagello rationis. Sic enim & Paulo petenti auferri sibi stimulum carnis Christus ait: Paule sufficit tibi gratia mea. secundę Corinth. duodecimo capitu. idest, non oportet, quòd auferantur a te concupiscentiæ ad hoc, quòd bonus sis, sed sufficit tibi, quòd dẽ tibi gratiam meam, per quam illis resistas. De his dicit Chrysostomus: Cùm dicit qui se castrauerunt: non dicit membrorum abscisionem, maledictioni enim obnoxius est, qui membrum abscindit: Etenim quæ homicidarum sunt talis prę sumit, & Manichæis, qui detrahunt creaturis, tribuit occasionem, & eadem cum gentilibus membra detruncantibus iniqua agit, abscindere enim membra dęmoniacę tentationis ęst: Cum

his

his, aut quæ dicta ſunt, neque concupiſcentia fit manſuetior, ſed moleſtior: aliunde enim fontes habet ſperma, quod in nobis eſt, & præcipuè à propoſito incontinenti, & mente negligente: & ſi ipſa ſobria fuerit, naturalium motuum nullum eſt nocumentum, nec ita abſciſio membri comprimit tentationes, & tranquillitatem facit, vt cogitationis frenum: & ideo nulli licet abſcindere ſibi virilia, vel aliam partem corporis quacunque intentione agat, niſi faciat de conſilio medicorum ad euadēdum aliquam grauem ægritudinem, quam aliàs non crederetur poſſe euadere. Sic dicitur extra de corpore vitia. cap. ex parte in preſbyteri. Ille enim, vt non incideret in morbum lepræ, de conſilio medicorum virilia ſibi amputauit: & idē dicitur 55. diſtinct. cap. ſiquis à medicis, & cap. ſiquis per ægritudinem. Ideo in omni alio caſu, qui abſciderit ſibi virilia, nō promouetur ad ordinem ſacrum, & hoc ſiue ex indignatione, ſiue ad cauendum fornicationem factum ſit. Sic dicitur in Concilio Apoſtolorum 55. diſtinct. ſiquis abſciderit ſemetipſum, ideſt, amputauerit ſibi virilia non fiat clericus: & ſi iam ſit in ordine ſacro, nō ordinabitur ad vlteriorem, neque permittetur miniſtrare in eo, quem habet. eodem capitulo. ſiquis abſciderit, & capit. ſiquis à medicis, & cap. ſiquis per ægritudinem: & hoc etiam ſi ideo agat, vt concupiſcentias euitet. eadem diſtinct. capit. hi, qui ſe, ſcilicet: Hi qui ſe carnali vitio repugnare neſciētes abſcindunt, ad clerū peruenire non poſſunt. Et hoc, quia non rectè exiſtimant, cùm concupiſcentia venereorum non tollatur abſciſione corporis, ſed freno cogitationis. eadem diſtinct. cap. ſiquis pro ægritudine, ſcilicet: Siquis autem ſanus non per diſciplinam religionis, & abſtinentiæ: ſed per abſciſionem à Deo plaſmati corporis exiſtimat poſſe à ſe carnales concupiſcentias amputari: & ideo ſe caſtrauerit: non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Et hoc verum eſt ex rigore: ex diſpenſatione autem interdum permittuntur tales miniſtrare in ordinibus ſuſceptis: licèt non promoueantur ad altiores, & non quidem in omnibus, ſed ſolùm in toto officio ſacerdotali, ſiue miniſterio altaris, vt patet extra de corpore vitia. cap. ſignificauit. De his, qui ſeipſos abſciderunt, in quo peccent, & quas pœnas incurrant magis dictum eſt ſupra 5. cap. quæſt. 248. & 249.

Canones Apoſt.

Concil. Arelat.

Quomodo ſe caſtrant hi, quos Chriſtus laudat.

Queſtio XCII.

QVAERETVR ergo, quomodo ergo ſe caſtrant iſti, quos Chriſtus laudat. Dicendum, quod accipitur caſtrare per metaphoram pro abſtinentia à venereis, quia ſicut illi, qui ſe caſtrant abſcindunt ſibi partes deſeruientes venereis: ita iſti, de quibus Chriſtus loquitur amputant de corde ſuo omnia venereorum deſideria illis non conſentiendo: & hoc modo Chriſtus loquitur, ſupra quinto capitulo, & precedenti capitulo, quando dicit oculum eruendum, & pedem, aut manum præcidendos, ſcilicet, actus iſtorum, & non membra: & hoc eſt quando per abſtinentiam macerando carnem, & per ſolicitudinem in vigilando ſuper concupiſcentias inſurgentes præcidimus eas: & ita dicitur 55. diſt. cap. ſiquis pro ægritudine. ſ. ſiquis ſanus non per diſciplinā religionis, & abſtinentiæ, ſed per abſciſionem corporis a Deo plaſmati exiſtimat poſſe carnales concupiſcentias amputari: quaſi dicat: non poſſunt per abſciſionem, ſed per diſciplinā religionis, & abſtinentiæ. Et dicuntur iſti caſtrare ſeipſos. i. voluntariè abſtinere; in quo diſtinguuntur ab

eunuchis per naturam, & eunuchis factis ab hominibus, qui coguntur abſtinere, quia venerea exercere nō poſſunt: licèt poſſint concupiſcere illa. Etiam diſtinguuntur ab illis, qui potentes exiſtētes ad venerea, coguntur non exercere illa ſublata eis omni opportunitate: iſti. n. caſtrati ſunt, ſed ſeipſos non caſtrant: imò dicuntur caſtrati ab hominibus. ſ. à quibus coguntur abſtinere. Etiam excluduntur ab his illi, qui ſeipſos realiter caſtrauerunt, quia licèt propter regnum cęlorum faciant. ſ. vt concupiſcentias euitent, per quas impeditur tranſitus ad regnum: tamen non ſeipſos caſtrant: ſed magis ab hominibus caſtrati dicuntur: quia iſti non continentiam voluntariè, ſed coguntur continere, cùm exercere venerea non poſſint. Dicitur autem propter regnum cęlorum. i. propter Deum, vel propter habere vitam ęternam, quia ad idem pertinet licèt melius ſit agere aliquid, vt placeamus Deo, quàm vt habeamus vitam æternam, & per hoc excluduntur illi, qui continent quidem ſponte, ſed non propter Deum, ſed propter lucrum, vel hypocriſim, aut honorem, vel alias cauſas mundanas: quia iſti acceperūt mercedem ſuā, & apud Deum nihil eis relinquitur. Sicut dicitur de orantibus, vel facientibus eleemoſynam, aut ieiunantibus propter homines. ſupra ſexto capitulo. Et quia iſti, qui omnino ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, qui nullo modo nubunt ſunt virgines, erat dicendum de virginitate: & tamen dicetur de eadem. infra vigeſimo quinto capitulo, vbi agitur de virginibus prudentibus, & fatuis.

Melius eſt agere aliquid, vt placeamus Deo, ꝗ vt habeamus vitam æternam.

Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cœlorum. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abijt inde.

Tunc oblati. In præcedentibus docuit Chriſtus de prima virtute contemplatiuorum, quæ eſt continentia: hic docet de ſecunda, quæ eſt obedientia, & oſtenditur per paruulos, qui ſunt humiles, & obedientes: & dicitur. *Tunc oblati ſunt ei paruuli.* Ideſt, quando finiuit prædicationem ad turbas, & diſputationem de repudio cum Phariſæis, illi, qui erant deuoti Chriſto obtulerunt ei paruulos ſuos quos ſecum portabant. *Vt manus eis imponerent.* Scilicet, benedicendo eis. *Et oraret.* Scilicet, pro illis. *Diſcipuli autem increpabant eos.* Ideſt, diſcipuli Chriſti, qui iuxta illum erant increpabant inferentes paruulos, nè tot inferrent, aut nè ad Chriſtum accederent. *Ieſus autem ait illis.* Videns, ꝙ non erat bonum, quòd qui deuotè accedebant, arcerentur, locutus eſt ad diſcipulos, nè arcerent accedentes. *Sinite paruulos.* Ideſt, permittite eos venire ad me. *Et nolite eos prohibere venire ad me.* Eadem ſententia videtur eſſe repetita. Vel poteſt intelligi ſinite paruulos, ideſt, ipſos paruulos, qui iam appropinquauerunt mihi ſinite, ſcilicet, non repellatis eos, & ipſos, qui nōdum acceſſerunt, ſed veniunt, nolite prohibere accedere ad me. *Talium eſt enim regnum cœlorum.* Ideſt, non ſunt contemnēdi iſti, neque repellendi, quia regnum cœlorum eſt talium, ideſt, ipſorum, & eorum, qui tales ſunt per virtutem quales iſti ſunt per ætatem. *Et cùm impoſuiſſet eis manus.* Scilicet, benedicendo, & orando: quia iſta duo petebant, qui paruulos offerebāt. *Abijt inde.* Ideſt, de loco illo, in quo prædicauerat, & reſponderat de libello repudij.

Ad quid poſitum eſt hic de oblatione puerorum.
Quęſtio XCIII.

QVAERETVR, ad quid poſitum eſt iſtud hic. Dicendum, quòd fuit primò, quia fuit ſecũdùm ordinem hoc coniunctum præcedentibus, vt oſtendetur quæſt. ſeq. Secundò, & pręcipuè ad oſtendendum affectum populi erga Chriſtum. Nam ante hoc dictum fuerat de Phariſęis incredulis, qui aduerſus Chriſtum diſputabant, & quia fortè putaret aliquis tales fuiſſe omnes turbas erga Chriſtum: & ita in nullo honore eſſet: oſtenditur qualem animum ad eum cœteri habebant præter Phariſæos, & quam opinionem de eo tenebant. Nam ita eum venerabantur, quòd paruulos ei benedicendos offerebant. Sic dicit Theophilatus: Oſtẽſa ſuperius nequitia Phariſæorum Chriſtum tentantium, nunc oſtenditur multa fides turbarum, quæ tantùm manuum impoſitione putabant Chriſtum benedicere paruulos, quos illi offerebant. Tertiò, vt erudiamur nos paruulos noſtros ſacerdotibus benedicendos offerre, quia quando illi benedicũt Chriſtus benedicit. Quarto, vt oſtendatur Chriſti humilitas, qui etiam paruulos ignaros, & nullius dignitatis ad ſe accedere ſinebat, & tam benigne eos recipiebat, quòd imponeret eis manus, & amplexaretur eos, vt dicitur. Mar. 10. ca. & oſtendit hoc, inquantum diſcipulis prohibentibus pueros accedere ipſe iuſſit illis, quòd accederent.

An hoc ſit continuatum ad præcedentia.
Quæſtio XCIIII.

QVAERETVR, an iſtud ſit continuatum ad præcedentia. Dicendum, quòd continuatum eſt ad præcedentia: quod oſtendit litera, cùm dicit, tunc oblati ſunt, ſcilicet, tunc quando præcedẽtia fiebant factum fuit hoc. Sed obijcietur, quòd non fuit ſtatim poſt illa. Nam iſta oblatio paruulorum fuit facta à turba, quæ audiuit prædicationem Chriſti: & ita mox cùm audirent ſermonem, antequam recederent ab eo offerrent ei paruulos: & tamen ea, quæ habentur ſupra, quæ fuerunt dicta diſcipulis, dicta fuerunt, poſtquam Chriſtus dimiſit turbas, & erant in domo: ergo non fuerunt iſta poſt illa. Dici poteſt vno modo, quòd fuit iſta oblatio paruulorum poſtquam Chriſtus locutus eſt ad diſcipulos in domo. Nam licèt Matthæus non aperiat tam clarè: tamen poſtquã Chriſtus locutus eſt cum Phariſæis de libello repudij, venit in domum recedens à turba, & tunc iterum quę ſiuerunt ab eo diſcipuli de libello repudij, vt patet Mar. 10. cap. & tunc dixit ad diſcipulos ea, quæ habentur ex loco illo, ſcilicet, dico autem vobis, vſque huc, vt colligitur Mar. 10. cap. & hic, & tunc erit litera continuata. Secundò, quia conueniet hoc tam ordini, quem ponit hic Matthæus, quàm ei, quem ponit Marcus. Nam licèt Mar. 10. dicatur, quòd poſtquam eſſent in domo diſcipuli, quæſiuerunt iterum à Chriſto de eodem, de quo quæſierant Phariſei: tamen oblationem paruulorum ponit etiam poſt quæſtionem diſcipulorum factam in domo, ſicut hic ponitur: & ita cum ambo concordent, videtur iſte eſſe ordo. Tertiò, quia dicitur ſupra in litera. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abijt inde: & ita poſtquam paruuli oblati ſunt, non manſit Chriſtus in eodem loco, ergo non quæſierũt in domo diſcipuli à Chriſto poſt oblationem paruulorum, ſed prius. Et idem ordo ponitur Mar. 10: nam poſita oblatione paruulorum dicĩt: Et cùm egreſſus eſſet in via: & ita non manſit in loco, in quo nũc fuit cũ turba poſt oblationem paruulorũ. Sed tunc dicetur, quomodo poteſt ſtare hoc: quia cer- F tum eſt, quòd turba offerret Chriſto paruulos, quando ſtarent coram eo finito ſermone: & tamen diſcipuli quæſierunt à Chriſto: & reſpondit eis illa, quę habentur ſupra poſtquam redijt in domum, vt patet Mar. decimo: ergo prius oblati fuerunt paruuli, quàm diceret Chriſtus diſcipulis ea, quæ habentur ſupra. Dici poteſt vno modo, quòd Chriſtus bis ſe exhibuit turbæ in eodem loco, & in prima vice prædicauit, & reſpondit Phariſæis quærentibus de repudio, & tunc redijt in domum, & interrogatus à diſcipulis de libello repudij dixit ea, quæ habentur ſupra ab illo loco. dico autem vobis, & poſt hæc iterum ſe exhibuit turbæ in eodem loco, & prædicauit, & tunc turba obtulit paruulos, & impoſitis manibus, receſſit inde Chri- G ſtus. Sed videtur, quòd hoc non ſatis conueniat. Primò, quia ſi bis Chriſtus ſe turbæ exhibuiſſet in eodem loco, poneretur quid prædicaſſet ſecunda vice, ſicut ponitur de prima, vel ſaltem diceretur, quòd prędicauerit: & tamen nihil dicitur: ideo non videtur, quòd ſe ſecundo exhibuerit. Secundò, quia dicitur Mar. 10. & cùm eſſet in domo, diſcipuli ei⁹ de eodem interrogabant: & tamen in loco illo, in quo nunc Chriſtus erat, non erant domus, neque populus, ſed campus, vel deſertum in finibus Iuda, & Galilæę vbi turba eum inuenerat: ideo non poterant in eodem loco duæ exhibitiones Chriſti, fieri quarum vna eſſet poſtquam Chriſtus redijſſet in domum.

Dicendum ergo videtur aliter, ſcilicet, quòd obla- H tio puerorum fuit facta Chriſto ſtatim, vt prædicauit in loco illo: & reſpondit Phariſæis de libello repudij, quia non moratus eſt ibi Chriſtus amplius. Poſtquã verò turba receſſiſſet à Chriſto oblatis paruulis declinauit Chriſtus ad aliquem locum cum diſcipulis, & ibi cùm eſſet in domo quæſierunt ab eo diſcipuli de libello repudij, de quo ſupra diſputauerat cum Phariſæis: & tamen tam Matthæus, quàm Marcus tenuerunt hic ordinem artificialem omiſſo naturali, quia illud quod quæſierunt diſcipuli à Chriſto, & quod ipſe reſpõdit pertinebat ad quæſtionem ſupra diſputatam cum Phariſæis, & declarabat illam: ideo conueniens fuit, vt ſimul cum illa ſcriberetur, vt magis conueniret modo doctrinali, & tales mutationes ordinis natura- I lis in artificialem neceſſe eſt ſæpe fieri tam in ſacris literis, quàm in hiſtorijs ſecularibus: quia aliter non poſſunt geſta intelligibiliter ſcribi. Et quando obijcitur, quòd dicitur hic, tunc oblati ſunt. Dicendum, quòd refertur non quidem ad iſta verba, quæ immediatè ante hoc ſcripta ſunt de eunuchis: ſed ad illud quod cum Phariſæis diſputauerat Chriſtus.

Quare turba offerebat Chriſto paruulos ad imponendum eis manus.
Quęſt. XCV.

QVAERETVR, quare turba offerebat Chri- K ſto paruulos ad imponendum eis manus. Dicendum, quòd hoc poterat fieri propter multa. Primò, vt aliqui dicunt fuit, quia Chriſtus ante hoc de caſtitate prædicauerat, ſcilicet, de virginali, & quia omnes pueri ſecundùm ætatem iſtam mũditiam virginalem tenent, offerebat illos turba, tanquã Chriſto placentes. Sic dicit Chryſoſtomus: Dominus de caſtitate ſermonem fecerat: audientes autem quidam obtulerunt infantes ei caſtitate mundiſſimos: putabant enim, quòd dominus corpore mundos tantùm laudaret. Sed hoc non multum ſtat. Primò, quia tũc præſupponendum eſſet, quòd prius dicta eſſent, quæ habentur ſupra de eunuchis, ꝙ eſſet oblatio paruulorũ & tamen falſum; eſt, vt oſtenſum eſt præced. quęſt.

Secundò,

Secundò, & efficacius, quia tunc oporteret, quòd ea, quæ dicta sunt de eunuchis, dicta essent coram turba, & auditis illis turba offerret paruulos, tanquam Christo gratos: & tamen ista non dicta fuerunt coram turba, sed coram solis discipulis, quia vt dicitur Mar. 10. cùm Christus esset in domo, interrogauerunt discipuli ista eum: ergo non potuerunt hac intentione offerre ei paruulos. Tertiò, quia litera videtur dare causam cùm ait, vt imponeret eis manus, & oraret: ergo non fiebat ex intentione, vt essent grati Christo. Alij dicunt, quòd hoc fecerunt Iudæi ex quadam consuetudine inter eos obseruata. Nam erat consuetum, quòd senioribus offerrent paruulos viris alicuius auctoritatis, vel sanctitatis, vt imponerent eis manus: & ita iuxta hanc consuetudinem petiuerunt à Christo, vt imponeret eis manus. Sic dicit Remigius: Consuetudo fuit apud veteres, vt paruuli offerrentur senioribus, quatenus eorum manu, vel ore benedicerentur, & iuxta hanc consuetudinem paruuli oblati sunt domino. Tertiò potest dici, & adhuc melius, quòd turbæ faciebant hoc credentes per istam impositionem manuum dari illis virtutem aliquam: videbant enim per manus Christi multa miracula fieri: quia mox, vt aliquid tangebat volens sanare sanabat, sicut imposuit manum leproso, & curatus est, supra octauo capitulo. Et non solùm quos ipse tangebat: sed etiam, qui eum tangebant curabantur à languoribus, vt patet de muliere fluente sanguine, supra nono, & Lucæ octauo: & ita multi rogabant Christum, vt permitteret eos tangere fimbriam vestimenti eius, & quotquot sic tetigerunt, sanati sunt, supra 14. capitulo, sed per tactum manus curare solebat, vt patet de puella mortua. Nam tetigit eam supra nono, & duos cęcos, quos illuminauit, tetigit. eodem capitulo. Et cecum, quem illuminauit Io. 9. tetigit. Et cùm suscitauit adolescentem, tetigit loculum, Luc. 7. Credentes ergo Iudæi, quòd illi, quos tangeret liberarentur ab incursibus dæmonum, & alijs malis: offerebant ei paruulos tangendos. Sic dicit Hieronymus: Iam enim ex præcedentibus virtutibus eius experti erant, quoniam per impositionem manuum eius, & orationem repelluntur mala: offerunt ergo ei pueros considerantes, quoniam impossibile est, vt postquam per tactum dominus dederit in eis diuinam virtutem, vt ruina, aut dæmonium aliquod tangere eos possit. & ista est vera positio.

An paruuli isti oblati Christo consecuti fuerint virtutem aliquam, aut bonum aliquod per tactum manuum Christi. Quæstio XCVI.

QVAERETVR, an paruuli isti oblati Christo consecuti fuerint virtutem aliquam, aut bonum per tactum manuum Christi. Dicendum, quòd potest quæri, an poterant recipere aliquid per impositionem manuum illius. Vel an de facto aliquid recipiebant. Ad primum dicendum, ꝙ certum est, quòd poterant aliquid recipere. Nam Christo tangente sanabantur leprosi. supra 8. cap. illuminabantur cœci. supra 9. & Ioan. 9. cap. suscitabantur mortui, supra 9. & Luc. 7. ideo certũ erat, ꝙ pueri possent nunc consequi bonum aliquod per tactum eius. Etiam minus erat tangere Christum, quàm tangi à Christo: & tamen ꝑ tangere Christum cõsequebantur infirmi sanitatem, supra 9. & 14. cap. ergo à fortiori per tangi à Christo possent homines consequi aliquid boni ab eo.

Ad secundum dicendũ, ꝙ non apparet quod bonũ inde consecuti fuerint: & tñ certum est, quòd aliquid fuerunt consecuti. Dicunt enim aliqui, ꝙ consequebantur sanitatem ab ægritudinibus, quas patiebantur. Innuit enim, ꝙ illi paruuli erant languentes, & offerebantur Christo, vt sanaret eos. Sed dicendum, ꝙ si verum esset, certum erat, ꝙ sanarentur à languoribꝰ: quia omnes oblati Christo, & tacti ab eo sanabantur: imò & qui tangebant eum furtim: ideo omnis turba quærebat tangere eum, quia virtus exibat de illo, & sanabat omnes. Luc. 6. ca. & tñ non est verisimile, quòd essent languentes. Primò, quia si isti paruuli essent languidi, nominaret eos scriptura sub nomine languidorum, & non sub nomine paruulorum: & tñ omnes nominat paruulos. Secundò, quia si offerrentur isti paruuli quasi essent languentes, non offerrentur soli paruuli, sed etiam adulti, & senes, masculi, & feminę: & tamen solos paruulos dicit oblatos: ergo non erãt languentes. Tertiò, quia si languentes essent, offerrentur ei sanandi. Et tamen Euangelista dixit, ꝙ oblati sunt ei paruuli, vt imponeret eis manus, & oraret: & Mar. 10. ca. dicitur, ꝙ oblati sunt, vt tangeret eos: ergo non offerebantur, tanquam languentes sanandi.

Dicendum ergo, quòd non erant paruuli languentes, neque offerebantur curandi, sed offerebantur, vt bonum aliquod susciperent. Et dicendum, quòd illud susceperunt, quod parentes, vel offerentes desiderabant consequi illos per hunc tactum, vel aliquid melius. Et patet primò, quia si nihil ꝯsequerentur inde, videretur quòd iste tactus Christi, quem ex proposito, & intentione faciebat, nihil proficeret: quod est inconueniens, & apparet sic: offerentes offerebant paruulos, vt aliquid per tactum Christi consequerentur, & Christus tangebat oblatos: ergo vel tunc Christus intendebat aliquid eis conferre per tactum, vel non: si nihil intendebat conferre, deludebat offerẽtes, quia videbatur precibus eorum, & intentioni acquiescere, cùm tangeret pueros ab eis oblatos: & tamen non intenderet conferre aliquid per tactum. Si autem intendebat aliquid conferre, necesse erat, vt sequeretur id, quod ipse volebat: ideo aliquid consequebantur. Secundò patet, quia aliàs daretur aliquis actus Christi, qui esset omnino inutilis, quod est absurdum. Patet antecedens hoc, quia cùm iste actus tangendi, non esset ordinatus ad aliud, nisi ad proficiendum paruulis: & si non proficeret, nihil omnino faceret: ergo esset inutilis, quod est falsum: ergo contulit aliquid pueris. Tertiò, quia offerentes ex deuotione, & fide offerebant: nam credebant aliquid eos posse consequi per tactum domini: quia aliàs non offerrent ei paruulos tangendos. Etiam deuotè faciebant, quia accedebant humiliter, & instanter: nam etiam si increparentur à discipulis sustinebant, & accedebant: ideo videtur, quòd aliquid eis proderat, quia nunquã aliquis accessit ad Christum cum fide, & deuotione, qui non consequeretur omnia, quę petebat abundanter. Quartò, quia videtur, quod Christus intendebat aliquid conferre: nam discipulis arcentibus pueros indignatus est, quia non permittebant pueros accedere ad eum. Si tamen nihil collaturus esset illis tangendo eos, sine causa indignaretur discipulis hoc prohibentibus, quia nullum bonum prohibebant, vel impediebant: ergo videtur, quod aliquod bonum conferebat illis tangendo eos, quod impediretur si discipuli prohiberent illos accedere ad Christum. Quod autem esset bonũ quod eis Christus inferebat tangendo eos, nemo sufficienter dicere potest: tum quia scriptura hoc non refert: tùm quia nemo scire potest quantæ virtutis esset tactus manus Saluatoris: vnde aliquibus magna, aliquibus minora conferrentur secundum, quod Christus eos ad inæqualia bona disposuerat peruenturos. Satis tamen videtur dicendum, quod omnes illi peruenirent ad bonum, ad quod offerentes eos offerebant, si tale erat, q̃d conueniens esset eos ꝯsequi:

Nemo scire pot quãtæ virtutis esset tactus manuum Saluatoris

nam quandocunq; aliqui petebant aliquid à Christo: F
si iustum esset, & cũ fide peterent, semper obtinebant: ideo cũ offerentes paruulos offerrent eos ex fide putantes, ꝙ Christus posset eis benefacere, & ex deuotione, quia ardenter accedebant, & humiliter obtinerent ea, quæ peterent, nisi talia peterent, qualia non esset decens concedi, & si non erant, conuenientia, & fortè ex simplicitate illa petebant concederet Deus eis alia maiora, & magis eis conuenientia. Quid autem peterent offerentes paruulos satis potest dici, quòd petebant, quòd dæmones non possent nocere pueris, neque accidentia mala, quæ mortem violentam inducunt. Sic dicit Hiero. Offerunt ei pueros considerantes, quoniam impossibile est, vt postquam per tactum dominus dederit in eis diuinam virtutem, vt G ruina, aut dæmonium aliquod tangere eos possit.

Quare turbę volebant, quòd Christus imponeret manum, & oraret pro pueris. Quæst. XCVII.

QVAERETVR, quare turbæ volebant, quòd Christus imponeret manum, & oraret: nam videtur, quòd malè sentiebãt de Christo, quia ad ipsum non pertinebat orare, cùm esset Deus, sed efficere qđ vellet mandando. Dici potest vno modo, quòd offerentes volebant, ꝙ Christus oraret pro pueris, quia putabãt Christum esse virum sanctum, & Deo acceptabilem, & quidquid ille peteret, Deus exaudiret: ideo volebãt, ꝙ oraret ꝓ paruulis, ꝙ eis benefaceret Deus, H quasi eo orante certum esset, ꝙ Deus faceret, qđ petebant orantes, & offerentes pueros. Et hoc non erat inconueniens, quia nondũ credebãt eum esse Deũ verũ, sed Prophetam sanctũ: sic.n.qñ suscitauit adolescentẽ filium viduæ in Naim dixit turba: Propheta magnus surrexit in nobis. Luc.7. & nondum eum Deum vocauerunt, licèt tanta miracula faceret. Aliter potest dici, ꝙ licèt putarẽt eum Deum esse, & hominẽ sicut verè erat, non errabant petentes, ꝙ oraret, quia ipse inquantum Deus poterat oĩa, & non oportebat, ꝙ oraret: & tamen quia inquantũ hõ erat minor patre. Io.14. conueniebat ei, vt oraret: & tñ licèt non errarent petẽtes, tamen si ipsi verè crederent esse Deũ, nequaq̃ peterẽt, ꝙ oraret, quia ꝙ ille interdum oraret, non faciebat ex I necessitate quasi oporteret, ꝙ ille oraret ad hoc, ꝙ cõsequeretur aliquid eorũ, q̃ petebat, sed faciebat ex alijs causis: & tñ Iudęi non errabant petentes ab eo, vt oraret cùm sępe viderent eũ orantẽ. Nam in suscitatione Lazari orauit, & sępe alias orabat. Nam qñ ibat in templum, sępe orabat, quia ibi non vacabat nisi, vel orationi, vel prędicationi, qñ iam ꝑdicare cęperat, vel si nondum cęperat prędicare audiebat & ipse intentus verbum Dei, sicut cęteri: vnde ipse increpuit eos, qui cõuerterant templum ad negociationem, dicens, quòd domus mea domus orationis vocabitur Ioa.2. Aliter potest dici, ꝙ turbę non petebant à Christo, quòd ipse oraret pro infantibus quasi solũ petendo pro eis bona à Deo, sed oraret.i. verba bona super eos proferret be- K nedicendo illis, quæ non pertinent solũ ad supplicationem, sed magis ad expressionem collationis bonorũ, quæ infundebantur pueris per impositionem manuũ Christi: & ita factum est: quia Christus non orabat ꝓ eis, quòd Deus illis benefaceret, sed magis prędicebat ex auctoritate bona eis futura, vnde potius benedicebat eis, quàm oraret pro illis. Sic patet Mar.10.capit. & imponens manus super eos benedicebat illos: & tamen licèt sic faceret Christus, veritas est, quòd Iudæi nondum agnoscentes eum esse Deum verum petebant ab eo, sicut à viro sancto, quòd oraret pro illis: quasi oratio eius esset efficax, & per tactum manuum eius consequerentur pueri aliquod bonum.

Quid instruimur ex loco isto Euangelij, scilicet, de oblatione paruulorum Christo. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR, quid instruimur ex loco isto. Dicendum, quòd principaliter instruimur, quòd paruulos nostros offeramus benedicendos sacerdotibus, qui locum Christi repręsentant, & tenent. Nam ex benedictione sacerdotum imponendo manus super paruulos magna bona consequuntur. Nam non sunt Illi, qui benedicunt, sed Deus, qui effectum benedictionis infundit sacerdotibus benedicentibus nos.i. bona petentibus: & ita dixit Deus sacerdotibus legis Moysi Numeri sexto, vbi Deus tradidit formam benedicendi, dicens Moysi: Loquere Aaron, & filijs eius, sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & cœtera, & sequitur, inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicã eis. Et tamen sacerdotes noui testamenti sunt multo excellentiores sacerdotibus veteris testamenti, sicut sacrificium nostrum est excellentius illo sacrificio vmbratili: ideo multo perfectius benedicere poterunt sacerdotes nostri, quàm sacerdotes veteris testamenti: & licèt omnis vir sanctus, & bonus inter nos benedicere possit: tamen sacerdotibus magis conuenit benedictio, quàm alijs. Nam in lege Moysi non dedit Deus auctoritatem benedicendi aliquibus nisi sacerdotibus: ergo & nunc per excellentiam, & ex officio nemini conuenit benedicere, & imponere manus nisi sacerdotibus. Ab istis autem possunt omnes benedici, sed maximè conuenit paruulis benedici per manuum impositionem, quia ipsi sunt in principio operationum suarum, & si principium bonum est cętera erunt meliora, vel saltem bonum aliquod à bono principio accipient: ideo conuenit eis, vt benedicantur, & sic à bono, quod per benedictionem infunditur omnes operationes eorum rectæ fiant: & ideo licèt Deus dedisset sacerdotibus veteris testamenti auctoritatem benedicendi omnes filios Israel cuiuscunque essent ætatis: tamen Iudæi solos paruulos nunc obtulerunt: ita & nos licèt omnes à sacerdotibus nostris benedici debeamus: maximè tamen conuenit, vt paruulos nostros eis benedicendos offeramus. De benedictione ista dicit Chrysostomus, Præsens locus instruit omnes parentes, vt filios suos sacerdotibus offerant: non enim sacerdos manus imponit: sed Christus in cuius nomine manus imponitur. si enim qui escas per orationem sanctificatas offert domino eas manducat: sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem, vt Apostolus dicit: quanto magis pueros offerri Deo, & sanctificari necessarium est. Causa autem sanctificandarum escarum hæc est, quoniam totus mundus in maligno positus est; vnde & res corporales, quæ sunt magna pars mundi in maligno positæ sunt; consequenter & infantes quando nascuntur, & ipsi in maligno positi sunt.

Paruuli sacerdotibus offerri debent benedicendi.

Quare discipuli prohibebant accedere ad Iesum pueros. Quęstio XCIX.

QVAERETVR, quare discipuli prohibebant accedere ad Iesum pueros. Aliqui putant, quòd quasi ex inuidia eos motos nolebant, quòd paruulis cõmunicaretur bonum, quod erat per impositionem manuum Christi. Sed falsum est, quia cuicunque inuidere malum est, & potissimè pueris, & maximè in bonis, quæ à Deo conferuntur; discipuli autem nõ erant edocti inuidere, sed ab omni vitio fieri immunes; ideo non auderent coràm Christo moueri ex inuidia repellendo paruulos. Sed dicendum, quòd fecerunt quasi Christo seruientes, nè comprimeretur à turbis, & fatigaretur ꝑ importunitatẽ aduenientium.

Tantus enim erat Chriſto feruor ad prædicandum, & benefaciendum turbis: & tanta erat deuotio turbarum erga Chriſtum, quòd fiebant importunę, vt omni tempore aduenirent. Et ita dupliciter eum fatigabant: primò, quia nullum tempus ei quietis dabant: ſecundò, quia quando aſtabant ei, comprimebant ipſum. De primo patet, quia aliquando veniebant qñ ipſe ſedere volebat ad capiendum cibum, & ſurgebat, vt prædicaret eis, ita vt ſemel eo ſic ſurgente exirent diſcipuli, & tenerent eum, dicentes, quòd in furorem verſus eſt. Mar. 3. cap. & aliquando tãta importunitate eum impediebant, quòd neque ſumere cibum poterat: & ideo ſępe ibat ad loca deſerta, vt parum requieſceret à concurſu turbarum. Sic dicitur Mar. 6. Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum: erant enim, qui veniebant, & redibant multi, neque manducandi ſpacium habebant. De ſecundo patet, quia interdum ita volebant appropinquare ad Chriſtum turbæ, quòd comprimebant illum. Sic dixit Petrus Chriſto, Luc. 8. Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, quis me tetigit. Et ratio accedẽdi ad eum erat, quia omnes quærebant eum tangere: quia virtus exibat de illo, & ſanabat, & aliquando ad cauendum iſtam compreſſionem recedebat paululũ à turba: ponens ſe ad locum, ad quem turba non poſſet accedere. Et ita quando interdum erat in littore maris, & prædicare volebat, vt circunfuſa turba non affligeret eum, aſcendebat in aliquam nauiculam, & de ipſa prædicabat ad turbam manentẽ in littore: ſic dicitur Luc. 5. Factum eſt autem, vt turbę irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat iuxta ſtagnum Geneſareth. Et ſequitur ibi, quomodo intrauit in nauiculam, & inde prædicauit: ad hoc ergo euitandum ſolebant diſcipuli eſſe in circuitu Chriſti, vt turbæ irruentes non poſſent eum comprimere. Nunc autem iſti, qui offerebant pueros multi erant, & fortè propter importunitatem, & impetum offerendi irruebant in Chriſtum, & non tractarent eum honeſtè; & indignabantur diſcipuli, & non ſolùm prohibebant accedere paruulos ad Chriſtum, vt dicitur hic: ſed etiã comminabantur offerentibus, vt dicitur Mar. 10. cap. Secundò, quia etiam ſi honeſtè, & reuerenter accederent: tamen tot erant, quòd putabant Chriſtum attædiari, & ideò arcebant illos à Chriſto. De primò dicit Ambroſius ſuper Lucam: Durum autem aliquibus videri poteſt, quòd diſcipuli Dominũ infantulos adire prohibebant, vbi vel myſterium intelligas, vel affectũ. Neque enim hoc inuidia in pueros mentis aſperitate faciebant: ſed ſedulę virtutis obſequia dño deferebãt, nè comprimeretur à turbis. De ſecundò dicit Hiero. non quòd nollent eis ſaluatoris manu, & voce benedici, ſed quòd nondum habentes pleniſſimam fidem, putarent eum in ſimilitudinem aliorum hominum offerentium importunitate laſſari. Tertiò, quia fortè diſcipuli faciebant hoc propter ſeipſos: nam dum offerebantur paruuli, tranſibat tempus ſumendi cibos: & ita affligebantur. Sic enim non ſolùm turbas arcerent, nè ad Chriſtum accederent, ſed etiam ipſum Chriſtum aliquando cogere volebant, vt deſiſteret ab occupationib⁹ turbarum, & ſederet ad cibos: ſicut quando turbis venientibus, ſurrexit, cùm vellet prandere, & diſcipuli exierunt tenere eum dicentes, quòd in furorem verſus eſt. Mar. 3. cap. Quartò faciebant hoc fortè propter Chriſti dignitatem, & indignitatem puerorum: nam pueri nullius reuerentiæ ſunt: Chriſtus autem erat maximæ auctoritatis: & ita videbatur quodammodo minui reuerentia ei debita applicando pueros ad eum. Sic dicit Chry. Diſcipuli expellebant pueros cauſa dignitatis Chriſti: & iſta ratio videtur magis conuenire literæ. Nam Chriſtus

A dans cauſam, quòd non deberent eos abijcere, ait: Nolite eos prohibere venire ad me: talium eſt enim regnum cœlorum; quaſi dicat: non putetis eos nullius dignitatis eſſe, ita vt ad me accedere non debeant, quia talium eſt regnum cœlorum, ſed non poteſt eſſe maior dignitas, vel honor, quàm poſſeſſio regni cœlorum: ideo magnæ dignitatis ſunt pueri, & non ſunt repellendi à Chriſto. Et apparet hoc ſatis, quia quando viri accedebant ad Chriſtum, vt tangeret eos, vel vt ipſi tangerent fimbriam veſtimenti eius, non prohibebant eos diſcipuli: nunc tamen quando pueros offerebant, prohibuerunt eos, quaſi eſſet minus honorabile Chriſto pueris ſingulis manus imponere.

B *An diſcipuli peccauerunt impediendo offerentes paruulos.*

Quęſtio C.

QVAERETVR, an diſcipuli peccauerunt impediendo offerentes paruulos. Aliqui dicunt, quòd ſic. Primò, quia aſpere ſe habebant: nam increpabant eos, vt dicitur hic: & etiam comminabantur, vt dicitur Mar. 10. & tamen comminari illicitum erat: etiam ſi aliquid iniuſtè paſſi fuiſſent. Sic dicitur 1. Pe. 2. Chriſtus paſſus eſt, pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Et ſequitur: Qui cùm malediceretur, non maledicebat, & cùm pa-
C teretur, non comminabatur: ergo neque iſtis comminari licebat. Secundò, quia Chriſtus redarguit eos prohibendo id, quod illi faciebant. ſ. Sinite paruulos venire ad me: ergo peccabant offerentes repellendo. Tertiò, quia Chriſtus non indignaretur niſi de peccato, & tamen indignatus eſt, quando repellebant pueros. Mar. 10. capit. ſ. Quos cùm videret Ieſus, indignè tulit, & ait: Sinite paruulos venire ad me. Quartò, quia rem iniuſtam faciebant: nam bonum erat paruulos præſentari Chriſto, ideo prohibens hoc, malum faciebat: apparet hoc cùm Chriſtus iuſſerit, quòd applicarentur ſibi. Quintò, quia etiam doctores aliquo modo videntur increpare diſcipulos in hoc. Sic dicit Chryſo. Caro, quia non delectatur in bono, facile obli-
D uiſcitur bonum: malum autem, quod ſemel audierit retinet ſemper: ante modicum autem Chriſtus accipiens puerum dixit: Niſi facti fueritis ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cœlorum: & ecce ſtatim obliti diſcipuli puerilis innocentiæ, vetabant pueros accedere ad Chriſtum.

Dicendum, quòd diſcipuli nõn peccauerunt repellendo pueros, quia bono animo faciebant: non quidem ex inuidia, vt ait Hierony. neque aſperitate animi, vt dicit Ambroſius; ſed vt ſeruarent Chriſto honorem debitum, & propter alias cauſas expreſſas præcedenti quæſtione, quæ omnes erant honeſtæ. Aliquo tamen modo poterant reprehendi, quia debuerant conſiderare, quòd Chriſto placerent paruuli. Nã
E ipſe paulo ante hoc loquens diſcipulis, vocauit paruulum, & poſuit in medio, & amplexatus eſt eum, præcedenti capitulo, & Mar. nono: & ita non repellerent illos, quos ipſe ad ſe applicabat: & tamen iſta inconſideratio, vel inaduertentia non erat in eis peccatum, cùm bono animo mouerentur.

Ad primum dicendum, quòd non fuit illud comminari quaſi mala ſe illis inflicturos promitterent, ſed verbo aliqualiter aſpero arcendo loquebantur; nam turbæ præ deuotione accedebant ad Chriſtum importunè, & ſi ſolùm blande eis diceretur, quòd non accederent, non facerent, ideo egebant duro verbo; & ita non faciebant contra conſuetudinem diſcipuli. Pro ſe enim inferentibus mala non comminarentur;

& tamen pro Christo comminari licebat, vt eum nõ comprimerent, vel tractarent inhonestè, aut irreuerẽter. Et ita ostiarijs dominorum licet aliqua facere arcendo populum, quod non licet alijs. Nam si arcẽdo populum immittat manum in clericum non dolosè, aut malignãdo, non incidit in canonem: si autem dolosè, & malignando, prętextu tamen officij sui clericũ percusserit, non est mittendus ad Sedem Apostolicã: licèt excommunicatus sit, sed ab Episcopo potest absolui. extra de senten. excom. si verò primò: & tamen si non esset ostiarius mitteretur ad Sedem Apostolicam. Ita discipuli erant nunc velut ostiarij, quia arcebant turbam, nè Christum comprimerent: ideo licebat eis verbo duro increpare turbas repellendo eas, nè Christum vexarent præ importunitate.

Ad secundum dicendum, ꝙ non prohibuit, quod illi faciebant quasi faciendo peccarent, sed quia non placebat ei factum, licèt intentio facientium placeret: imò discipuli crederent se malè agere, & non seruare honorem, & seruitium debitum Christo: si non arcerent turbas offerentes paruulos.

Ad tertium dicendum, ꝙ Christus indigne tulit, vt ostenderet virtutem, & benignitatem suam erga oẽs: & tamen aliud ipse, & aliud discipuli respiciebant, & vtrumque considerare rectum erat: nã sicut ad Christum pertinebat ex benignitate omnes recipere, ita ad discipulos, qui tenebantur sequi dominum, & magistrum suum, pertinebat repellere turbas, nè comprimerent ipsum, quousq; ille vetaret hoc fieri, sicut & sæpe nos non concordamus cum Deo in volito, & tamen non peccamus, quia talia velle ad nos pertinet.

Ad quartum dicẽdum, quòd bonum erat applicari paruulos Christo: & tñ nõ erat bonum necessarium: & in talibus bonis multa sunt, q̃ se inuicem impediũt. Vnde bonum erat paruulos applicari ad Christum, vt benedicerentur ab eo, & bonum eos non applicari, vt non comprimeretur Christus, & quia discipuli magis tenebantur ad bonũ, quod erat facere, nè comprimeretur Christus, quod cõpetebat eis ex officio, non peccabant impediendo bonum applicationis puerorũ ad Christum, cùm vnum non posset seruari stante alio.

Ad quintum dicendum, quòd aliqualis inaduertentia fuit discipulorum: non tamen talis, quæ induceret peccatum, cùm exercerent rem officij sui.

Quare Christus dixit, finite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Quęst. CI.

QVAERETVR, quare Christus dixit finite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Dicendum, quòd primò fuit, quia offerẽtes veniebant cum fide, & deuotione credentes, quòd paruuli consequerentur aliquid ex impositione manuũ Christi: & tamen Christus nunquam repellit eum, qui cũ fide accedit, quia si istos repellit, quos recipiet. Secundò, quia tota Christi intentio erat proficere exercendo officium suum, dum hic manebat. Sic dixit ipse Mar. 1. & Luc. 4. Eamus in proximos vicos, & villas, vt & ibi prædicem: ad hoc enim missus sum, & vt ista exerceret, sæpe cessabat à necessaria quiete, omittens tempora cibi, & recreationis. Sicut Mar. 3. capit. quando surrexit de mensa vadens ad turbas, quæ quærebant eum, & aliquando cibum sumere nolebat, vt prædicaret, sicut Io. 4. quando discipuli obtulerunt ei cibos, vt comederet, & ille noluit dicens: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Et hoc erat, quia expectabat quosdam, qui venturi erant ad eum immediatè de ciuitate, & illis ꝑdicaturus erat, & dixit: Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me; & tamen isti, q̃ offerebant paruulos, & ipsi paruuli

F oblati proficiebant in hoc, quia vtrisque aliquid boni conferebatur. s. offerentibus quidem ex merito fidei: paruulis autem ex impositione manuum, ideo iussit eos non prohiberi. Tertiò, quia Christus volebat ostendere humilitatem suam. Tantæ enim humilitatis erat, quòd neminem dedignabatur quantumcumque esset paruę conditionis: ideo & paruulos, qui propter ætatem nullius adhuc reuerentiæ sunt, non dedignabatur sibi applicari. Quartò, vt Christus instrueret discipulos fugere elationem, & de se humilia sentire, scilicet, quia cùm ipse nõ aspernaretur paruulos, neminem illi contemnere deberent. Sic dicit Chry. Discipuli prohibebant offerentes propter Christi dignitatem: saluator autem erudiens discipulos suos sapere moderata, & tumorem cõculcare mundanum,
G accipit pueros, & eis prænunciat regnum Dei. Quintò fecit Christus hoc, vt ostenderet, quòd nos debemus si maiores fuerimus condescendere vtilitatibus minorum, & propter illas aliquid tolerare, & non irridere eos, qui aliquem applicant cultui Dei qualiscũque ille sit. Sic dicit Origenes: Siquis ergo eorum, qui doctrinam Ecclesiasticam profitentur, videat aliquem offerentem aliquos stultos mundi, & ignobiles, & infirmos, qui propter hoc appellati sunt pueri, & infantes: non prohibeat quasi sine iudicio facientem eum, qui offert tales saluatori: Et post hoc exhortatur discipulos suos iam viros constitutos condescendere vtilitatibus puerorum, vt fiant pueris quasi pueri, vt pueros lucrentur: nam & ipse cum in forma Dei esset hu-
H milians se factus est puer. Sextò fecit hoc, quia iussu erat pueros non repelli à Christo: ille enim munditiam diligit, quæ in pueris est per ætatẽ. Vnde si istos non reciperet, nemo esset, quem non repelleret. Sic dicit Chry. Quis enim mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo simplex infans? ideo dixit nolite prohibere eos. Nam si sancti futuri sunt, quid vetatis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri sunt, vt quid sententiam condemnationis profertis, antequam culpam videatis?

Quare Christus dixit: Talium est regnum cœlorum. Quæstio CII.

I QVAERETVR, quare dixit Christus, talium est enim regnum cœlorum. Dicendum, quòd hoc fuit ad ostendendum, quòd pueri non debebant repelli ab eo. Discipuli namque eos repellebant, tanquam indignos accedere ad Christum. Christus ergo ostendit, quòd digni erant accedere. Non enim ponebat Christus dignitatem in rebus huius sæculi, cùm nullum emolumentum sit res huius sęculi possidere, si futurum sęculum non habetur: iuxta illud supra 16. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Et quia paruulis debetur regni cœlestis possessio, censentur maximę esse dignitatis: ideo ait: Nolite eos
K prohibere venire ad me, quia talium est regnum cœlorum, idest, tantæ dignitatis sunt, quòd eos non debetis contemnere, cùm ipsorum sit regnum cœlorũ, cuius possessione nulla est maior dignitas. Similem modum habet Christus præcedenti capitulo, dicens: Videte, nè contemnatis vnum de pusillis, qui in me credunt: dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui est in cœlis: & ita dignitatem eorum ostendit ibi per hoc, quòd erat angelos ipsorum videre semper Deum, & ideo non erant contemnendi: ita & hic dicit, non esse eos contemnendos, neque repellendos, cùm regnum cœlorum eis debeatur.

Nullum emolumentũ res huius sęculi possidere, si futurum sęculum non habetur.

Quare

Quare Christus non dixit: ipsorum est regnum cælorum, sed dixit, talium. Quest. CIII.

QVAERETVR, quare non dixit Christus, ipsorum est regnum cęlorum, sed dixit, talium est regnum cęlorum. Nam ipse intendebat hic ostendere dignitatem paruulorum: & tñ nihil magis posset dici, quàm quòd ipsorum est regnum cęlorũ, quod magis ad dignitatem pertinet, quã dicere, talium est regnum cęlorum: ergo sic videtur debuisse dici. Dicendũ vno modo, ꝙ hoc Christ⁹ dixit ad magis laudandũ pueros ſm ętatem suam: ideo non dixit, ꝙ istorum puerorũ solũ, qui oblati fuerãt ei, erat regnum cęlorum: sed ẽt oĩum puerorũ, & ideo dixit talium est. i. oĩum puerorum, qui tales sunt per ętatem. Et ita nulli paruuli prohibendi sunt venire ad me. B Secũdò potest dici, & melius: talium est. i. non solũ puerorũ, sed ẽt oĩum, qui tales sunt. Nam si diceretur, istorum est regnum cęlorũ: putaretur, ꝙ solis paruulis daretur, & tũc damnũ esset adoleuisse per ętatem. Vt ergo ad multos alios etiam extendatur, dicitur talium est regnum cęlorum. i. non solũ est puerorum ſm ætatem: sed ẽt oĩum, qui tales sunt: & hoc ẽt ad laudem puerorum pertinet, cũ propter esse similes pueris mereamur regnum cęlorum. Tertiò potest intelligi, ꝙ regnum cęlorum est taliũ. i. omnium, qui tales sunt per virtutẽ, quales isti sunt per ætatem. Et istam expositionem tenet Hiero. & Ambrosius, & omnes. Dicit Hier. Signanter autem dixit, talium est regnum cęlorum non istorum, vt ostenderet nõ ętatem regnare, sed mores, C & iis, qui similem haberent innocentiam, & simplicitatem pͣmium repromitti: & ista est sententia Christi: quia licèt adultus aliquis habeat vitam ęternam, non habet, vt adultus, sed vt paruulus. Sic dicitur Mar. 10. & Luc 18. Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei, vt paruulus non intrabit in illud. Et hoc ostendit ipse esse ꝑ similitudinem virtutis, sicut dixit pręced. cap. nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum. Multæ autem sunt probitates puerorum per ætatem, & præcipuè humilitas: & ideo hanc specialiter Christus laudauit in eis, dicens. Quod debemus paruulos in ea imitari. s. quicunque se humiliauerit, sicut paruulus hic, maior est in regno cœlorũ. D eod. cap. habent etiam paruuli innocentiam, simplicitatem, puritatem, facilitatem animi ad remittendum iniurias. Vnde Theophilus dixit: Non dixit horum est regnum cęlorum: sed talium. s. habentium studio, & labore innocentiam, & simplicitatem, quã habent pueri ex natura. Puer. n. neq; odit, neq; malitiosè aliquid operatẽ, neq; verberatus à matre discedit, sed & si eum vilibus induat vestimẽtis, prefert ea regalibus indumentis: sic & ille, qui viuit ſm virtutem esse matris suæ, nihil huic pręhonorat, neque reginam multorũ voluptatem. Etiam debemus imitari pueros ex parte fidei, per quam habetur regnum cęlorũ: pueri siquidẽ non disputant: sed suscipiunt quidquid eis dicitẽ: ita & nos in fide non arguendo, sed obediendo dicenti procedere debem⁹. E Sic dicit Beda: Regnum Dei. i. doctrinam Euangelij, sicut paruulus accipere iubemur, quia quõ paruulus in discendo nõ contradicit doctoribus: neque rationes, & verba componit eis resistens, sed fideliter suscipit, q̃ docet, & cũ metu obtẽperat, et discit: ita & nos obtẽperando simpliciter, & sine vlla ꝯtradictione verbum Dñi suscipere debemus. Sic ẽt Basilius dicit: Suscipiemus aũt regnum Dei, vt puer, si dispositi fuerimus erga doctrinam Dñi, vt puer ĩ disciplina nequaquã ꝯtradicens, neq; disputãs cũ magistris, sed eredibiliter, & obedienter ĩbibens documenta: & ob hoc illi, qui sine ratione argumẽtatiua fidem recipere noluerũt, à regno Dei excludunẽ: qꝛ nõ sunt, sicut puer.

A Sic dicit Theophilus: Gentilium sapientes quærentes sapientiam in mysterio, quod est regnum Dei, neque volentes hoc absque fide syllogisticę probationis admittere, meritò exclusi sunt ab hoc regno.

Quomodo Christus nunc permittebat ad se accedere turbas importunè, cùm alibi eas fugiat. Quest. CIIII.

QVAERETVR, quomodo Christus nunc ꝑmittebat ad se accedere turbas importunè, cùm alibi eas fugiat. Nam Mar. 6. dicitur, venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant, & redibant multi, neque spacium quidem manducandi habebant. Et ita ibi, vt fugeret turbas venit in desertum: B nunc verò non solùm non fugiebat turbas, sed etiam eos, qui repellebãtur admitti faciebat. Dici potest, ꝙ vtrumquę faciebat Christus secundùm diuersa tempora: nam interdum fugiebat turbas, & interdum exponebat se eis, vt venirẽt ad eũ: nam ipse ad docendũ omnes venerat, quia tamen ipse homo erat, & qui cum eo erant recreatione quadam indigebant, & ob hoc vt communius turbæ se exhibebat ad prædicandum, & sanandum omnes. Interdum autem se subtrahebat ad quietem, & tunc magis propter discipulos, quàm propter se. Vnde Mar. 6. in loco allegato, non dixit, requiescamus pusillum, sed requiescite pusillum quasi ꝓpter illos esset quies, & non propter eum: nunc autem fortè, non erat tempus recreationis, C sed magis operis: ideò sustinere voluit, ꝙ pͣsentarentur sibi paruuli, & imponeret eis manus. Aliter tamen potest etiam dici, quòd nullo tẽpore Christus abijciebat venientes ad se, licèt eos, qui nondum venerant interdum caueret antequam venirent. Nunquam enim Christus subtrahebat se turbæ post quàm veniebant ad eum, etiam si venirent hora importuna. Patet hoc, quia Mar. 3. dicitur, quod cũ Christus vellet sedere ad cibos, venerunt turbæ ad quærendum eum, & ipse exiuit ad illas, & discipuli indignati, quòd tali hora exiret ad turbas: exierunt tenere eum, dicentes, quòd in furorem versus esset: Quando autem turbæ nondum venerant, & ipse sciebat eas venturas, si erat tempus recreationis diuertebat interdum ad loca recreationis. D Et ita fecit Mar 6. & tamen si eo manente in recreatione superuenirent turbæ quærentes eum, statim exibat ad illas: etiam si impediretur recreatio ei & suis necessaria. Sic patet Mar. 3. capitu. desierat enim iam Christus prædicare turbæ, & intrauerat domum ad cibos sumendos, & cùm esset ibi, superuenerunt quidam quærentes eum, & antequam cibos caperet exiuit: sic etiam Mar. 6. dixerat discipulis: venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillũ. Et ita animo quiescendi diuertebat Christus cũ discipulis, sed antequam peruenirent in locum illum desertum, superuenerunt turbæ. Ibat enim Christus cũ discipulis per mare, & turbæ audientes hoc præcesserunt pedestres in locum, in quem venturus erat, & E nondum exierat de naui: & iam expectabant eum, & cùm exiuit statim cœpit docere eos multa, & curare ægros eorum, & durauit sermo iste vsque ad vesperũ; quando discipuli dixerant: desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, &c. Mar. 6. & supra 14. c. Et ita non quieuit ibi: licèt ad recreandum venisset: sed occurentibus turbis statim prædicauit. Nunc aũt fortè nõ erat hora recreationis: sed dato, ꝙ esset, cùm turba se circunfudisset Christo, nullo mõ repelleret eã quantumcumque attædiaretur: & ita paruulos non repulit, sed discipulos repellentes illos compescuit.

Respõs. ad quæsitũ q.

Alia resp. ad quæ. q.

Mar. 10.c. Luc. 18. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Mar. 10.c. Luc. 12. & 18. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me.

Et ecce vnus accedens. Supra docuit Christus obedientiam: hic docet paupertatem voluntariam, quæ est tertia virtus contemplatiuorum. Et diuiditur in duo: quia primò ponit illud quod est necessitatis. Secundò illud, quod est supererogationis, ibi. *Dixit adolescens.* Circa primum dicitur. *Et ecce vnus accedens.* Scilicet, postquam recessit de loco illo, in quo paruuli ei oblati fuerant. Et dicitur Mar. 10. quòd accessit, & genuflexit, quod hic tacuit Matthæus. *Ait illi.* Interrogando, quæ sequuntur. *Magister bone.* Laudare eum videtur: quia bonum eum vocat. *Quid boni faciam.* Idest, quod genus bonorum. *Vt habeam vitam æternam?* De ista vita Christus prædicabat: ideo quæsiuit iste bonum, quod faciendo iret illuc. *Qui dixit illi.* Respondit ei Christus de duobus. primò eum increpat, quia vocauit illum bonum: secundò soluit quæstionem. *Quid me interrogas de bono?* Idest, quare interrogando vocasti me bonum, scilicet, non benè facis. *Vnus est bonus Deus.* Idest, solus est Deus bonus, & nullus alius debet vocari bonus. *Si autem vis ad vitam ingredi.* Hic ponit solutionem ad quæstionem, & vocat vitam absolutè illam, quam quærens vocauit vitam æternam. Et ratio est, quia illa est absolutè vita, alia autem potius est mors dicenda, quàm vita. *Serua mandata.* Idest, seruando illa peruenies illuc. *Dicit illi: Quæ?* Putauit enim iste interrogans, quòd præcepta, quæ seruanda erant aliquid speciale essent, & non mandata illa communia: ideo dixit; Quæ? Nam ille præsupponebat, quòd aliquid obseruandum erat, cùm quæsierit: quid faciam boni, vt habeam vitam æternam? & tamen nesciebat quid esset illud, quod obseruandum erat. *Dixit illi Iesus.* Expressit mandata, quæ custodienda erant. *Non homicidium facies.* De hoc declaratum est supra quinto capitulo latè, quando de ira dicebatur. *Non adulterabis.* Quid sit adulteriũ. Non solùm adulterium, quod est quando violantur iura matrimonij, siue coniugatus cognoscendo alienam coniugem, siue non coniugatus coniugatam, sed etiam quicunque coitus præter matrimonialem, & illicitus, & vetitus per illud mandatum de peccato luxuriæ prohibetur. Quantum ad multa dubia eius latè dictum est supra quinto capitulo. *Non facies furtum.* Omnis contractatio indebita rei alienæ inuito domino nomine furti intelligitur, siue sit violenter, & palam, siue clam facta, vel dolosè, vel quomodocunque; dum tamen indebitè, vt intelligatur om- F nis extorsio, vt vsura, simonia, dolosus contractus. *Non falsum testimonium dices.* Siue iurando falsum in iudicio, siue extra iudicium falsum asserendo in damnum proximi. De iuramento, & periurio latè dictũ est supra quinto capitulo. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* De hoc dictum est Exodi vigesimo, & aliquid supra quinto capitulo. nomine huius honoris intelligitur omnis subuentio necessaria, vel opportuna, quæ his præstatur, & etiam quibuscunque proximis. vnde omnia opera misericordiæ spiritualia, & corporalia ad istud præceptum reducuntur. *Et diliges proximum tuum.* In hoc innuit omnia alia præcepta, quę ad proximum sunt, quia quæcunque illa sint ad dilectionem reducuntur. *Sicut teipsum.* Non æqualiter G quantum ad affectum, neque quantum ad effectum: sed diliges ad id ad quod teipsum, scilicet, ad vitam æternam, ad quam teipsum diligis. Vel sicut teipsum, idest, eadem volens illi, quæ tibi vis: licèt non tanta ꝓ illo cupias quanta pro te, neque tam ardenti affectu, neque tantum laboris pro illo apponas, sicut pro te: & tamen eadem pro illo voles, quæ ꝓ te vis, quia alias non vocabitur amicus, quia vt dicitur nono Ethicorum, amicabilia, quæ ad alterum venerunt ex amicabilibus, quæ ad seipsum.

Quando fuit facta ista questio Christo, & à quo.
Questio CV.

H QVAERETVR, quando fuit ista quæstio facta Christo. Aliqui dicunt, quòd quando offerebat turba paruulos aliquis illorum quæreret istud. Dicendum, quòd non stat, sed postquam de loco illo recessit, in quo paruuli oblati fuerant, fuit ista quæstio facta. Et patet, quia dicitur supra in litera, & cùm imposuisset eis manus abijt inde. Et ideo dicendum, quòd cùm recederet de loco illo aliquis accedisset ad eum in via, & quæsiuit. Sic dicitur, Mar. 10. f. Et cùm egressus esset in via procurrens quidam rogabat eum, & cœtera.

Quis erat iste interrogans, & quare interrogauit hoc.
Questio CVI.

I QVAERETVR, quis erat iste interrogans, & quare interrogauit hoc.

Ad primum dicendum, quòd Matthæus, & Marcus non expresserunt quis esset, aut cuius status, sed Lucæ decimo octauo, dicitur, quòd erat quidam princeps. Et cùm non vocetur ibi de quo principatu erat, potest intelligi, quòd erat de principibus populi, aut Phariseorum, aut sacerdotum, quia in omnibus his, inueniebantur principes.

Ad secundum dicendum, quòd ista quæstio videtur pendere ex præcedentibus dictis: nam dixerat, Christus de paruulis, quòd talium est regnum cœlorum: & regnum celorum, & vita æterna sunt idem: K ideo cùm Christus ibi dixisset, quòd talium est regnũ cœlorum: quod intelligebatur non de ætate, sed de conditione, & illæ conditiones essent in operibus aliquarum virtutum, quærere voluit iste, quæ essent virtutum opera, per quæ veniretur ad regnum cœlorũ: & ideo quæsiuit, quid boni faciam. Sic dicit Rabanus, & Beda: Audierat forsitan homo iste à Domino tantùm eos, qui volunt paruulis similes esse dignos introitu regni cœlestis: & ideo certior cupiens esse, non per parabolas, sed apertè postulat exponi quibus meritis vitam æternam consequi possit.

Qua intentione iste interrogabat, an bona vel tentatoria. Quæstio CVII.

QVAERETVR, qua intentione iste interrogabat, an bona vel tentatoria. Aliqui dicũt, quòd tentatoriè quæsiuit. Et patet primò, quia Christus arguit eum de bono: nam vocauerat eum magistrũ bonum. Et de hoc eum accusat dicens: Cur me dicis bonum? Mar. 10. & Luc. 18. c. & tamen de bono non potest quis iustè accusari, nisi bonum mala intentione agat vel dicat. Secundò patet, quia si verè interrogaret, reciperet responsum Christi, & tamen nõ recepit, sed cùm Christus dixerit, vade & vende &c. dicitur, quòd abijt tristis. Et ita innuitur, quòd nihil fecit eorũ, quæ Christus ei dixit.

Dicendum, quòd aliqui tenent istum venisse tentatoriè, & ita tenet Hierony. dicens: Iste, ꝙ superbus erat, & adolescens, & diues erat, & superbus, & non voto discentis sed tentantis interrogat. Quod ex eo probare possumus, quia dicẽte sibi domino: si vis ad vitam ingredi serua mandata, rursus fraudulenter interrogat, quæ sunt illa mandata: quasi non sciret ipse legem, aut dominus posset eidem de hoc iubere contraria. Idem tenet Ambrosius super Lucã dicẽs: Tentator iste princeps magistrum bonum dixit, qui Deum bonum dicere debuisset. Idem tenet Cyrillus dicens: Putauit autem se Christum capere, dum vituperaret mosaycum præceptum. Et sequitur quoniam ergo tentatiuè quærebat, qui apprehendit sapientes in astutia sua, respõdit ei conuenienter. Alij autem dicunt, ꝙ non tentatiuè, sed bono animo veniebat iuuenis ad quærendum. Et ista videtur vera positio. Primò quia humilitatem prętulit: nam genuflexo petiuit a Christo ista. Mar. 10. ca. & cùm egressus esset in via, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eũ. Et tamen tentatores sunt maligni, superbi, & subdoli, & non humiliãtur, quales erant Pharisæi, qui non poterant pacificè loqui. Secũdò, quia iste quæsiuit de re bona. i. de vita æterna, tentatores autem terreni erant, & de carnalibus quærebãt. sicut Pharisæi de repudio vxorum. Etiam quia tẽtatores semper eligunt aliquas quæstiones cauillosas, in q̃bus quidquid respondeatur, videatur inconueniens: quia quasi cornuto syllogismo, vtroque cornu ligant, & feriunt. Tertiò dicitur Mar. 10. ꝙ Christus intuitus est eum, & dilexit illum: & tamen, si tentator esset, nõ diligeret illum Christus, quia tentatores erant abominabiles: ideo bono animo quærebat. Quartò, quia si tẽtator esset, ostenderet Christus in verbis, vel in modo loquendi eum esse tentatorẽ. Sic infra 22. quãdo Pharisæi quæsierunt ab eo de tributo Cæsaris, & ait, quid me tentatis hypocritę? hic autem neque euangelista hoc ostendit, sicut supra ostẽderat de Pharisæis dicẽs, quòd accesserunt Pharisæi tentãtes eum, & dicentes: si licet homini dimittere vxorem. Neque Christus illud dixit, ergo non dictum est tentatoriè. Quintò quia iste erat vir bonus, qui a iuuentute sua custodierat pręcepta legis. Et hoc Christus asseruit dicens: vnum tibi deest, vade, vẽde quęcunque habes, & da pauperibus. q. d. non deest tibi nisi perfectio, quæ consistit in paupertate voluntaria. Et ita bonitatem necessariam iam iste habebat cùm non deesset sibi nisi perfectio: & tamen tentator nõ est bonus: sed multa ei desunt ad bonitatem necessariam: ergo non erat tentator. Et istam positionem tenet Chry. dicens. Ego autem auarum quidem eum & pecuniarum amatorem, nequaquam recuso dicere, quia & Christus talem esse redarguit: simulatorem autem esse nequaquam: quia non est securum de incertis iudicare, maximè accusando. Marcus autem hãc suspitionem destruit. Dicit enim quòd accurrens, & genu flexo rogabat eum; & quoniam in-

A spiciens eum Iesus, amauit eum. Si etiam tentans accessisset, demonstrasset hoc nobis euangelista, sicut & in alijs facit. Si autem & ipse siluisset, Christus nõ permisisset eum latere, sed redarguisset manifestè, aut occultè insinuasset, hoc autem non facit. Idem tenet Beda dicens: Nõ est putandus homo iste, vel voto tentãtis (vt quidam putauerũt) dominum interrogasse, vel de sua vita esse mentitus: sed simpliciter, vt vixerat esse cõfessus, quod patet ex eo quod dicitur, quòd Iesus dilexit eum intuitus eum. Si autem mẽdacij, aut simulationis noxa teneretur reus, nequaquam intuitus arcana cordis eius diligere eum diceretur Iesus.

Ad primum argumentum in cõtrarium dicendũ, quòd non arguitur, quasi simulatoriè iste vocauerit B Christum bonum, sed quasi errans per ignorantiam. Non enim bonum protulit sicut proferre debuisset, vt infra dicetur, & ita non vocauit eum bonum adulatoriè, vel tentatoriè, sed hoc intendendo, & tamen in illo etiam simplici corde loquendo errauit.

Ad secundum dicendum, ꝙ vero animo interrogabat, volens ire ad vitam ęternam, & ingredi uiam perfectionis, & tamen putauerat illã esse faciliorem uiã, quam posset sine dispendio rerum suarum consequi, cùm autẽ responsum est, debere vendi quidquid possidetur, quia difficilimum visum est, tristatus fuit: & tamen si non intendisset verè facere, quod a Christo petebat, non tristaretur audito uerbo, seu responso difficili, quia tentans non intendit nisi fallere. Tristitia au- C tem est de his, quæ nolentibus accidunt, quæ a nobis mala iudicantur: ergo voluerat iste adolescens posse attingere faciliter ad ea, quæ Christus dicebat, & quia difficile ei visum fuit, tristatus est.

Ad dictum autem Hiero. Ambrosij, & Cyrilli dicẽdum, ꝙ magis tenetur positio aliorum sanctorum doctorũ, quæ rationabiliter uidetur, licèt possunt isti intelligi in veritate, quòd iste quærens erat tentator, scilicet, quia non accessit animo perfecto ad Christum, quia si perfectus. i. radicatus esset animus eius, quidq̃d Christus ei dixisset pro consequendo vitam æternam egisset, & tamen non egit: ideo non erat verus amator vitæ ęternę, & quantum ad hoc potest vocari largè tẽtator. i. nõ accedens animo simplici, sed ad fallendum D Christum, vel ad calumniandum dicta eius eo modo, quo Pharisæi faciebant, vt patet ex dictis, ideo verius est, quòd non erat tentator, quàm quòd esset.

Quare iste adolescens quęrendo dixit magister bone. Quęstio CVIII.

QVAERETVR, quare iste adolescens quærẽdo dixit: Magister bone. Dicendũ, quòd aliquo modo pendet ista quæstio ex determinatione præcedentis, tenent enim quidam hunc iuuenem tentatoriè, & fallaciter ad Christum accessisse. s. Hiero. Ambrosius & Cyrillus. Et isti dicunt, quòd adulatoriè uocauit iste eum bonum, ut esset aptior tentandi uia. Sic E dicit Ambrosius super Lucam. Tẽtator iste princeps magistrum bonum dixit, qui Deũ bonum dicere debuisset. Ita aliquando tentatores dicebant aliqua verba adulatoria Christo, per quæ non uiderentur tentãtes, & aptius eum traherent ad id, quod volebãt, sicut Pharisæi uolentes Christum tentare de tributo dando Cæsari dixerunt, magister scimus quia verax es, & uerbum Dei in ueritate doces, & non est tibi cura de homine. infra 22. magna laus ista erat, & tamen ad tẽtandũ erat. Et proderat ad duo. primo, ut Christus uerborum mulcebris delinitus, uersutias eorum non respiceret. Secundò ut traherent eum ad respõdendum determinatè pro vna parte, quã ipsi volebant. Si enim Christus diceret, ꝙ non licebat dari censum Cæsari,

fieret odiosus Cęsari, & uberet illum occidi. Hoc autem cauillosè Iudæi deducere intendebãt, ideo cupiebant, vt diceret, non esse reddendum tributum Cęsari: & ad hoc dixerunt, & non est tibi cura de homine. i. licèt aliquis homo sit magnę potestatis, non omittis dicere veritatem, etiam si sit contra illum: & ita nunc licèt sit contra Cęsarem non reddi tributum: tamen si iustũ fuerit non reddi, scimus ꝙ diffinies non esse reddendum. & ita aliqualis adulatio erat dicere, magister bone. Sed dicendum, ꝙ cùm ex pręcedenti. q. patuerit non accessisse tentatoriè iuuenem hunc, ꝙ non dixit ad tentandum, vel adulandum, sed volens honorare Christum: quia sapiẽtibus honor quidam exhibendus est. 9. Ethic. & tamen Christus erat sapientissimus, & ita, vt à perito quęrebatur ab eo: ideo iustum erat vocari eum bonum, vel aliud nomen excellẽtiæ apponi; & non est credendum, ꝙ iste adolescens fuerit adulator: quia adulator, qui profert fictas laudes, quas non credit esse veras, dicit, vt alliciat, vel fallat: sed adolescens ille credebat Christum esse bonum magistrũ: ideo non dixit adulatoriè vocando eum magistrũ bonum: licèt satis potest dici, quòd vocauerit eum bonũ ad alliciendum, sicut interdum aliquorum veras laudes proferimus, vt eos nobis gratiores faciamus, & ad ea, quę petimus reddamus proniores. Et ita iste iuuenis fecisse putandus est. Et ex hac causa flexit genu coram Christo. Mar. 10. c. f. vt eum ad respõdendum inclinaret. Nam si adulatoriè & tẽtatoriè dictum sit, magister bone, magis tentatoriè, & adulatoriè factum esset, ꝙ coram eo genua flecteret: & tamen non fuit de illo à Christo redargutus: ideo nihil adulatoriè fecit.

Quare iuuenis iste petijt vitam ęternam. Quęstio C IX.

QVAERETVR, quare iste iuuenis petiuit vitam ęternam: nam ante hoc nemo eã petebat. Dicendum, ꝙ iste iuuenis petebat vitam beatam, quæ post mortem est. Nam cùm lex Moysi non promitteret apertè beatitudinem post mortẽ: & etiam prophetæ non expressè, sed sub integumentis de vita illa loquerentur, erat dubitatio magna inter Iudęos de statu animarum post mortem, an aliquid boni, vel mali haberent. Nam retributionem pro obseruata lege credebant plurimi eorũ esse in pręsenti, cùm in libris Moysi nihil apertè promittatur, nisi bona temporalia. Leuit. 27. & Deut. 28. Et ita Isa. 1. aperitur: Si audieritis me, & in mandatis meis ambuláueritis, bona terrę comedetis. Quidam ergo Iudęorum putabant non esse aliam vitam post mortem, in qua esset retributio pro bonis, & malis operibus, & hi erant Saducęi, qui negabãt resurrectionem esse, & spiritum, & angelum. Actu. 23. c. & ideo contra Christum arguebant asserentem resurrectionem. infra 22. & Luc. 20. c. Alij autem Iudæi credebant esse aliquem statum animarum post mortem, & esse resurrectionem, & hi erant Pharisęi. Actu. 23. Et tamen isti nesciebant qualis esset ille status siue in pęnis, siue in beatitudine, & an haberent postea vitam animalium sicut nunc comedendo, & bibendo, vel qualem. Vnde quidam credentes resurrectionem putabant, ꝙ cibis vsuri essent beati post resurrectionẽ. Sic patet Luc. 14. Vbi cùm Christus dixisset retribuetur tibi in resurrectione iustorum: dixit quidam, beatus homo, qui mãducabit panem in regno Dei. Christus autem fuit primus, qui apertè de his rebus locutus est dicens esse resurrectionem, & ponens cõditionem resurgentium. s. ꝙ illi non utentur cibis, & potibus, neque coniugijs. infra 22. & Luc. 20. in regno cęlorum neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei. i. sicut angeli nihil corporale exercent, cùm sint puri spiritus, ita homines beati post resurrectionẽ

F nihil agent nisi spirituale, & talis erit status beatitudinis. Et hunc statum vocat Christus interdum vitã ęternam, & interdum regnum cęlorum. Primum quidẽ propter durationẽ: quia illa vita non finitur sicut ista: sed semper manet. Secũdum propter locum: quia status beatorum in cęlo erit, vbi regnare dicent: quia nulli miseriæ vel coactioni subijcientur. Iste autem iuuenis erat bene dispositus secundùm legem & boni desiderij. Quod patet, quia dixit, quòd omnia mandata decalogi seruauerat à iuuentute sua: & dicebat verum vt Christus assensit, qui dilexit eũ intuitus illum. Mar. 10. c. ideo concupiuit illam vitam quam Christus prędicabat: & sic petiuit, quomodo illam vitam haberet. Dicit autem Theophilatus: Miror de hoc iuuene, qui
G omnibus alijs pro infirmitatibus ad Christum accedẽtibus hic vitæ ęternę possessionem postulat: cùm maligna sit passio auaritię, propter quam postmodũ contristatus est. Sed sciendum, quòd non est valde mirandum: quia iste iuuenis bene dispositus erat, & nõ erat auarus quasi alienorum raptor, aut cupidus: sed quasi suorum tenax possessor: & hoc non excludit prorsus a beatitudine: licèt aliquo modo impediat. Maximè q͂a quando iste petiuit vitam ęternam, non putauit abiectionem possessarum rerum esse necessariã, aut optimam ad habendam beatitudinem.

Quare dixit iste iuuenis, quid boni faciam, vt habeam vitam ęternam. Quęstio C X.

H QVAERETVR, quare dixit: Quid boni faciã, vt habeam vitam ęternam. Dicendũ, quòd hoc fuit, quia iste iuuenis credebat uitam ęternam non dari sine merito. Consistit autem meritum in operatione: ideo rectè quęsiuit quid boni faceret: est enim vita ęterna multo excellentior bonis temporalibus: & tamen temporalia bona non dabat Deus Iudeis, nisi in pręmium obseruatæ legis: ergo à fortiori uitam ęternam non daret, nisi pro merito: & recte dixit, quid boni faciam: nam per meritum obtinetur premium: sed meritum non est nisi actus bonus: ergo rectè dixit q͂d boni faceret. Nam malum faciendo nemo meretur, sed demeretur. Sed Mar. 10. & Luc. 18. non exprimit
I hoc, sed Marcus dixit: quid faciam, ut vitam ęternam perficiam? & Lucas dixit quid faciendo vitam ęternã possidebo? & tamen subintelligitur bonum, cum per malum nemo mereaт. Et hoc expressit hic Matthęus. Ratio quęrendi fuit, quia iuuenis iste sciebat, quòd faciendo bonum perueniret ad vitam æternam: sed nesciebat quod bonum. Et ratio est, quia in lege Moysi nõ promittebatur expresse uita æterna, sed bona temporalia. Leui. 27. & Deut. 28. & Isa. 1. dicitur: bona terræ comedetis, putauit ergo, quòd non essent eadem pręcepta uiuendi, per quę quis haberet vitam æternã, & per quæ haberet bona temporalia: & ita essent alia noua pręcepta ad habendam vitam ęternam: & de illis quęsiuit dicens, quid boni faciam.

K *Quare Christus dixit iuueni: Quid me interrogas de bono? Et quomodo potest stare litera ista Matthęi. Quęstio C X I.*

QVAERETVR, quare Christus dixit iuueni: Quid me interrogas de bono? & quomodo põt stare litera ista Matthęi: quia non dicunt sic Marcus & Lucas. Aliqui dicunt, quòd hoc dixit, quia iuuenis ille pręsupponebat, ꝙ posset aliquod bonum operari: & Christus voluit ostendere, quòd non poterat boni aliquod facere, & ideo quòd superuacuum erat quęrere quid boni faceret, cum nullum bonum facere posset. Sic dicit Origenes: Respondit sic Christus propter eum,

eum, qui dixit quid boni faciam? quando enim declinamus a malo, & facimus bonum. quantū ad opinionem cæterorum hominum dicitur bonum, quod facimus. quantum autem ad veritatem vnus solus est Deus: & consequenter ipse solus est bonum faciens. Secundò potest dici, & adhuc melius, ꝙ Christus dixit hoc ad reprehensionem interrogantis: nā ille non erat facturus bonum, quod ei Christus dicit: vt patet infra in litera: & in moralibus doctrina nō est propter se, sed propter opus: quia non addiscimus, vt sciamus, sed vt boni efficiamur. 2. Ethicorum. Ideo frustra erat interrogatio illa, & etiam responsio directa. Et ita dicit: Quid me interrogas de bono? idest, sine causa, vel inutiliter me interrogas de bono, quod facere nō intendis: vel non es dispositus ad faciendum, & non facies illud. Sic dicit Origenes: Dicere potest quis, quoniam sciens dominus propositum interrogantis non esse, vt faciat saltem humanum bonū dixit: quid me interrogas de bono? ac si dicat, cùm non sis paratus ad ea, quæ dicuntur, cur me interrogas de bono? Dicendum, ꝙ ista expositio secunda esset valde conueniens literę in cortice suo, nisi obstaret primò id, quod alij euangelistæ dixerunt: nam Marcus, & Lucas non dicunt: quid me interrogas de bono? sed, quid me dicis bonum? Et tamen omnes voluerunt ponere eandem sententiam: & non conuenit ista expositio literæ eorum. Secundò quia litera sequens non conuenit huic expositioni, scilicet, vnus est bonus Deus: & ista est ratio efficacior. Nam si Christus vellet redarguere istū iuuenem, quòd non esset paratus ad faciēdum bonū, nō diceret, vnus est bonus Deus. Et quantum ad hoc magis conueniret prima expositio literæ. Dicendum igitur, quòd est sensus, quid me interrogas de bono. i. cur me vocas bonum interrogādo me: & tunc est idē sensus cum eo, quod Marcus, & Lucas dixerunt, scilicet. Quid me dicis bonum? & iste videtur sensus verus. & tūc dicetur, ꝙ ista litera Matthæi est impropriè posita aliqualiter: quia quid me interrogas de bono, magis referri posset ad id, quod quærebatur, quàm ad ipsum Christum, quem bonum vocabat quærendo. Nam dum dr̄, magister bone, nondum erat interrogatio: sed cum dixit, quid boni faciā, est interrogatio.

Quomodo concordare possit inter se litera euangelistarum: quia videtur esse contrarietas. Questio CXII.

QVAERETVR, quomodo concordare possit inter se litera euāgelistarum, cùm dicat Matthæus, quid me interrogas de bono, & Marcus & Lucas dicunt: quid me dicis bonum? Dici potest vno modo, sicut dictum est pręcedenti. q. quòd sit eadem sententia, quam apertius posuerunt Marcus, & Lucas dicentes: quid me dicis bonum, & huic conuenit litera sequens. s. vnus est bonus Deus, idest, non debet vocari alius bonus nisi Deus, sed dixit: quid me interrogas de bono? idest, quid me vocas bonum interrogando me? Aliter potest dici, quòd Matthæus breuiter terigerit duas sententias. Prima est: quare me vocas bonum? & istam tacuit: sed solùm colligitur ex sequēti, scilicet, vnus solus bonus Deus: & tamen hoc non diceretur, si non præsuppoēretur, ꝙ dixisset Matthæus? quare me vocas bonum. Secunda sententia est, quare interrogas de bono: nam dixit iuuenis: Quid boni faciam: & Christus ait; quid me interrogas de bono? idest, superuacuè quæris, cùm non sis facturus bonum, de quo quęris, vt exponit Origenes. Et ideo dicēdum, quòd tenendo ꝙ Matthęus ponat vnicam sententiā, sicut ponūt Marcus, & Lucas: est sensus uerus, qui positus est in principio, & pręcedenti q. in fine: & tamē tenendo, quod sint duę sententiæ, est expositio conueniens ista, quæ nunc posita est. Et istud est satis conueniens: & tunc non erit extorsio literæ. s. Quid me interrogas de bono? i. quid me uocas bonum interrogando me? Et istū sensum tenet Augustinus libro de Cōcor. Euange. dicens, potest uideri distare, quod secundum Matthæum dicitur: quid me īterrogas de bono? secundum alios autem: quid me dicis bonum? Nam quid me interrogas de bono ad illud magis referri potest, quod ait ille quærens quid boni faciam: ibi enim & bonum nominauit, & interrogatio est: magister autem bone nondum est interrogatio. Commodissimè ergo intelligitur vtrunque dictum quid me dicis bonum, & interrogas me de bono. Et quoniā istam sententiam magis laudat Augustinus, rationabiliter tenēda est: & tunc dicetur quòd Mattheus locutus est decurtatè subticendo vnam sententiam. s. quid me dicis bonum, cum oporteat illam subintelligi in litera sua: cùm subijciat vnus bonus Deus. Causa autem quare potius Matthæus expressit istam sentētiam secundā, scilicet, quid me interrogas de bono, fuit quia etiā ipse ponit in quęstione iuuenis bonum, scilicet, quid boni faciam, Marcus autem, & Lucas non expresserunt bonum in quæstione iuuenis: sed dixerunt quid faciā: & ideo non habet locum apud eos secunda sententia sicut apud Matthæum.

Quare Christus redarguit iuuenem, quòd eum bonum vocauerit. Questio CXIII.

QVAERETVR, quare Christus redarguit iuuenem, quòd eum bonum vocauerit: nā Christus bonus erat, & vocando eum bonum, uerum dicebat, & bonum faciebat, ideo non debuerat increpari, sed approbari sententia eius, iuxta illud Io. 12. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis: sum etenim. Et ita etiam erat bonus & magister: ideo debuisset approbare sententiā iuuenis. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit quia adulatoriè hoc dixit, & ita redarguit nō de dicto, sed de animo dicendi. Dicendū ꝙ non stat, quia non dixit tentatoriè neque adulatoriè, sed bono animo, vt ostensum est supra. Secundò, quia non consonat litera: nam si ideo Christus eum redarguisset, quia dixerat hoc adulatoriè, non diceret, unus bonus Deus. Nam videtur, quòd ostendat non fuisse verum dictum iuuenis. Sed dicendum est, quòd Christus increpuit iuuenem, quia eum bonum vocabat cùm hominem putaret. Nam volebat Christus, quòd bonitas soli Deo attribueretur, ille autem putabat Christum esse purum hominem, & tamen eum bonum vocabat: ideo dixit non esse conuenienter dictum. Quia solus Deus est bonus. Sic dicit Hieron. Quia verò magistrum vocauerat bonum, & non Deum vel Dei filiū confessus erat, dixit: quemuis sanctum hominem cōparatione Dei non esse bonum, de quo dicitur: confitemini domino quoniam bonus. Sed dicetur etiam si iste iuuenis crederet esse Christum solum hominem, cum ita cæteri crederent, & secundum hominem aliquam bonitatē habebat: eo modo quo homines vocamus bonos, & omnia facta a Deo vocantur non solùm bona, sed etiam valde bona, cur increpatur quòd eum bonum vocauit? Dicendum, quòd non increpatur, quasi malè dixerit, sed quia imperfectè dixerit: nā cū Christus Deus esset, erat bonus absolutè: ideo bonus vocari poterat absolutè, & tamē cùm dicitur, magister bone, innuitur quòd non erat bonus simpliciter, sed bonus magister. i. non habebat bonitatem nisi in doctrina, & ista denominatio nō placebat Christo: vnde si solùm vocaretur magister, vel solū bonus absolutè, non cōquereretur, quia tamen eum magistrū bonū vocauit quasi nullam aliam haberet bonitatem

In quæst. 109.

conque-

conquęritur. Sic dicit Ambrosius super Lucã.s. Tentator princeps iste magistrum bonum dixit, qui Deũ bonum dicere debuisset. Nam licet in deitate bonitas sit, & in bonitate diuinitas: tamen addendo magister bone in portione bonum dixit non in vniuersitate. Vnde dicendum, quòd non dicitur istud principaliter intentione redarguendi iuuenem, sed dandi ei occasionem, vt eum intelligeret esse Deum. q.d. tu non putas me esse Deum: ideo nõ deberes me vocare bonũ, sed potius Deum me credere deberes, vt posses me rectè vocare bonum. Secundò fuit hoc, vt erudiret iuuenem, quòd quęrendo de veritate non intenderet adulationibus, vel eis, qui adulationem sapiũt: sed directè accedat ad quæstionem: & ita non oporteret dici magister bone. Tertiò quia, quando de veritate, quę ad Deum pertinet quærimus, non debemus ad aliquem respicere, nisi ad Deum: & hoc est ipsum solum bonũ esse.i. ab ipso solo radicem bonitatis esse. Sic dicit Hierony. Quæ vtilitas, vt sic responderet. reducit enim eũ paulatim, & erudit liberari ab omni adulatione, & ab his, quę sunt super terram eum abducens Deo adhęrere suadet, & futura quęrere, & nosse eum, qui verè est bonus, & radix, & fons vniuersorum bonorũ. Sic etiã dicit Theophilatus: voluit dominus p hęc verba mentem iuuenis facere altiorem, vt ipsum agnosceret tanquam Deum, sed & aliud quid innuit in his verbis, vt quando debes conferre cum aliquo, non adulando cũ eo conferas, sed respicias radicem bonitatis, & fontẽ Deum, & ei præstes honorem.

Quomodo est verum, quòd vnus est bonus Deus.
Quęstio CXIIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd vnus est bonus Deus.i. solus Deus, qui vnus est bonus est. Nam videtur quòd homines boni sint. Nã aliqui homines sunt sancti: ergo sunt boni. Item quia Genes.1.c. dicitur, quòd omnia, quæ Deus fecit, erant valde bona, homines autem sunt quędam portio diuini operis, ideo boni sunt. Dicendũ vno modo, quòd homines, & cęterę res vocantur boni cum limitatione.s. boni homines, vel bonæ res. bonum tamen absolutè non dicuntur: quia hoc non competit nisi ei, qui habet totam naturam bonitatis: & hoc est in Deo: quia sicut in eo est tota natura entitatis, ita & tota natura bonitatis: sicut ergo accipiendo propriè esse, nemo est nisi Deus. Exod.3. Ego sum qui sum. Et illud: Qui est misit me ad vos. quasi ipse solus sit: ita accipiendo bonum absolutè nemo est bonus nisi ipse. Et ita accipit hic bonus absolutè, ꝙ vnus est bonus Deus. i. ipse solus: accipiendo tamen limitatè uocatur homo, bonus homo, vel miles bonus, aut bonus geometra, & ita de alijs. Secundò potest intelligi, quia solus Deus est bonus.s.a seipso bonitatẽ suam habens, & non accipiens ab extrinseco. Cętera autem non habent bonitatem nisi communicatam eis a Deo: & ideo datur eis pars bonitatis, & non tota natura boni. Sed tunc dicetur. quomodo ergo stat redargutio iuuenis facta a Christo: nam ille vocauit Christũ magistrum bonũ, quod erat dare partem bonitatis, & non integram bonitatẽ quam daret, si vocaret eum bonum absolutè. & bonitas illa partialis conuenit hominibus: ideo nõ uidetur quòd sit ad propositum vnus bonus Deus: esset autẽ magis ad propositum si iuuenis uocasset Christũ absolutè bonum, & crederet eum hominem: quia tunc rectè diceretur vnus bonus Deus.i. solus ille & non homo. Dicendum, ꝙ ista redargutio nõ est directè, quia vocauit eum bonum, sed potius quare non eum vocauit bonum absolutè: cum ipsum magistrum bonum appellauerit. Nam volebat erigere eum ad cognoscen- F dum se esse Deum, & Deus est absolutè bonus: quia ipse solus bonus est, Et ita accipit Ambrosius sup Lucam dicẽs: Tentator iste princeps magistrum bonum dixit, qui Deum bonum dicere debuisset. Iuuenis autem putabat Christum esse magistrum bonum, sicut vnum de doctoribus Iudæorum, & ita eum magistrũ bonum vocauit. Sic dicit Chrys. Quia verò accesserat ad Christum, tanquam ad hominem, & ad vnum Iudaicorum doctorum: Christus tanquam homo respõdit: quid me dicis bonũ? nemo bonus nisi solus vnus Deus. Hęc dicens non excludit homines a bonitate, sed a comparatione diuinæ bonitatis. Sed adhuc dicetur, dato ꝙ solus Deus bonus sit, & iuuenis vocaret Christum absolutè bonum: non erat arguendus: quia G licèt illud competat soli Deo, ipse Deus erat, cui competeret bonum uocari. Dicendum, ꝙ non increpat eũ secundum veritatem, quasi non dixerit verum, sed ex suppositione fidei eius: nam Christum vocabat bonũ, & non credebat esse Deum, sed hominem purum, sicut vnũ de doctorib[9] Iudaicis, vt dicit Chrysostomus.

Tota natura bonitatis est in Deo, sicut natura entitatis.

Quomodo est verum, quòd vnus est bonus Deus, idest, solus: & quomodo concordant inter se euangelistę.
Quęstio CXV.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd vnus est bonus Deus.i. solus: quod significantius expressit Marcus dicẽs. Nemo bonus nisi unus Deus. H & Luc.18. dicit: Nemo bonus nisi solus Deus. & quomodo concordant inter se euangelistę. Dicendum, ꝙ euangelistæ inter se concordant in sententia: nã Mattheus dicens, vnus bonus Deus, intelligit unus.i. solus Deus est bonus. Et hoc Lucas exprimit dicens: nemo bonus, nisi solus Deus, & ita quod Matthæus & Marcus dicunt vnus: dicit Lucas solus, & ita necesse est accipi, quia si non teneretur unus pro solo, non esset ad propositum redargutio Christi ad iuuenem: quia tũc per hoc ꝙ Deus, qui est vnus, esset bonus: non excluderetur, quin cętera essent bona, & ita homo esset bonus, ideo Marcus & Lucas ostenderunt, quòd poneretur vnus exclusiuè.i. vnus est bonus Deus, scilicet, tantum Deus est bonus, cùm dixerunt nemo est bonus, I nisi solus Deus, vel vnus Deus. Cùm autem dicitur, nisi solus Deus, non excluditur aliqua persona diuina: quia de omnibus est istud verũ. Nam si dicatur secundum Marcum, nemo est bonus, nisi vnus Deus, bene competit omnibus tribus psonis, quę sunt vnus Deus. Si dicatur secundum Lucam, nemo est bonus, nisi solus Deus, etiã est verum, ꝙ omnes tres personæ sunt solus Deus: quia nulla alia persona, vel res communicat in deitate cum illis tribus, & ita scriptura quãlibet personarum per se vocat bonam, & omnes tres vocat vnum bonum, & vnum Deum. Sic dicit Beda. Vnus Deus bonus non pater solus intelligendus est, sed etiã filius, qui dicit, ego sum pastor bonus. Sed etiam Spiritussanctus: quia dicitur, pater de cęlo dabit spiritũ bo- K num petentibus se. ipsa enim una & indiuidua trinitas Pater Filius & Spiritussanctus solus, & vnus bonus est. Et idem dicit Hierony. & Ambrosius. Sed est dicendum, ꝙ locutio ista, scilicet, vnus bonus Deus, non habet modum exclusionis, nisi aliquis falsè acciperet.i. vnus bonus Deus.i. vnus deorũ, vel de dijs bonus est: quia si concederetur deitatis, aut deorũ pluralitas, dicendo unus bonus Deus, poterat intelligi, quod vnus tantùm illorum bonus erat, & tamen falsum est: quia non sunt plures deitates, neque plures dij, sed quidquid ad deitatem pertinet, vnus tantùm Deus est: ideo dicendo vnus Deus, non excluditur aliqua persona diuina: quia licèt filius sit alia psona diuina a patre: & Spiritussanctus alia persona diuina a patre, & filio, nõ est

alius

alius Deus filius a patre,& alius Deus Spiritus ſanctus a patre & filio: ſed vnus Deus idem Deus. Et ita non ſtat talis excluſio: im mo etiam ſi apertè fieret mentio de perſonis cum dictione habēte vim excluſionis, adhuc per talem dictionem non excluditur aliqua perſonarum reſpectu termini eſſentialis, vt eſſe bonum & ſapientē. Nam etiam ſi dicatur ſolus pater eſt ſapiens, non eſt ſenſus, ꝙ filius non ſit ſapiens & Spiritus ſanctus. Sic accipitur ſupra 11. c. Nemo nouit patrem niſi filius: & tamen Spiritus ſanctus nouit patrem: ſed verum eſt reſpectu termini notionalis, vt dicendo, tantū pater generat, vel tantùm filius gignitur. Sed cum dicitur nemo bonus, niſi vnus Deus, accipitur largè, nemo. i. nullus: quia nemo eſt nullus homo: & ita poneretur Deum eſſe hominem, & nullum hominem eſ- B ſe bonum niſi Deum, qui homo eſt. Sed hoc non intendebat Chriſtus, neque eſt verum: ideo accipitur nemo. i. nullus. ſ. nulla perſona. Et tamē adhuc, vt propriè accipiatur ſecundùm intentionem Chriſti deberet dici, ꝙ nihil eſt bonum, niſi ſolus Deus. Nam ſi de nulla perſona conceditur, quòd ſit bona, niſi Deus, a fortiori, nihil aliud erit bonū: quia perſona eſt melior, quā non perſona, cùm perſona dicat ſuppoſitum naturæ intellectualis, quæ eſt melior, quàm natura non intellectualis.

Quare Christus non arguit iuuenem, quia vocauit ipſum magiſtrum. Queſtio CXVI.

QVAERETVR, cùm Chriſtus arguerit iuuenem, quia eum vocauit bonum cùm non putaret eſſe Deum: quare non arguit eum, quia vocauit ipſum magiſtrum. Nam etiam magiſtrum verè eſſe ſoli Deo competit. Sic dicitur infra 23. Nolite vocari magiſtri: vnus eſt enim magiſter veſter. Dicēdum, quòd non redarguit Chriſtus iuuenem de magiſtro, ſicut de bono: licèt vtrūque iuuenis dixerat: dixit enim magiſter bone: & tamen magiſtrum non negauit ſe vocari. Et ratio eſt, quia Chriſtus ſecundùm veritatē magiſter erat & bonus: etiam accipiendo vtrunque: quia in maxima excellentia vtrūque erat, cùm eſſet Deus, & tamen ipſe arguit iuuenem ex ſuppoſitione ſua: nam iuuenis putabat Chriſtum verū hominem eſ- D ſe, ſicut vnum de doctoribus Iudæorū, vt dicit Chryſ. & quia hominibus competit vocari magiſtros, ſicut Iudæi vocabantur, non arguit illum, etiam ſi credēdo Chriſtum hominem purū vocaret ipſum magiſtrū. Quia tamen crederet eum hominem, & vocaret bonum redarguitur. Prima ratio eſt, quia Chriſtus de ſe aliquando concedebat, quòd magiſter erat, & approbabat hoc, vt Ioan. 13. Quando dixit Chriſtus: Vos vocatis me magiſter, & domine, & benè dicitis; ſum etenim. Et tamen non inuenitur, quòd aliquando ſe bonum abſolutè vocauerit, aut vocari permiſerit. Secundò, quia multum iſta differunt: nam bonus abſolutè accipiendo ſignat totam naturam boni, & perfectionis, quæ non eſt niſi in Deo: magiſter autē dicit perfe E ctionem limitatam. ſ. circa doctrinā, perfectiones autem limitatæ quę non includunt totam naturam boni, bene participātur hominibus, & alijs entibus: ideo bene vocatur aliquis magiſter, qui ſit homo, & tamen non vocatur bonus abſolutè. Sicut etiam aliquis homo poteſt vocari bonus magiſter, ſed non bonus abſolutè: qa vt air Ambroſius, bonus magiſter dicit bonum in portione: bonus abſolutè dicit bonum in vniuerſitate. Tertio, quia Chriſtus uidit, quòd iſtud nomen magiſter bene de eo dicebatur, etiamſi eſſet homo purus: & tamen iſtud nomen bonus non, ſi non eſſet Deus: & quia nóluit ſe vocari magiſtrum, niſi etiā Deus putaretur, redarguit iuuenem erigendo mentē A eius iuxta Theophilum. ſ. vt ſic bonum eum vocaret, ꝙ Deum ipſum crederet. Sic dicit Hierony. Saluator noſter bonitatis teſtimonium nō tenuit, ſed magiſtri abſque Deo excluſit errorem.

Ad argumentum dicendum, ꝙ magiſter conuenit Deo & hominibus, & verè hominibus conuenit, & tamen non excellenter. Deo autem cōuenit eſſe magiſtrum, quia non ſolùm magiſter eſt, ſed & magiſtros facit. Et tamen non conuenit nomen magiſterij Deo ſecundùm acceptionem noſtram, niſi in carne aſſumpta: quia Deus ſine carne non habet actum docendi exteriorem, a quo aliquos magiſtros vocamus, ſed ſolùm inſpirat interius, & ita erudit hominem. Iob 33. ſcilicet, Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo, tūc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. Chriſtus autem erat Deus in carne aſſumpta, ideo ei competebat docere exterius, & ita erat propriè magiſter. Vnde notanter non dixit, unus eſt magiſter veſter Deus, vel magiſter ueſter Deus eſt: ſed dixit unus eſt magiſter veſter, non exprimens, an ille unus magiſter eſſet Deus vel homo. Et tamen quando dixit, oēs vos fratres eſtis & patrē nolite vocare vobis ſuper terram, addidit: Vnus eſt enim pater ueſter, qui eſt in cęlis. In quo apparet, quòd ſolum Deum vocauit patrē, ſed non ſolum Deum vocauit magiſtrum: ideo de Chriſto ſicut credebatur homo purus conuenientius dicebatur, quòd eſſet magiſter, quàm quòd eſſet bo- C nus: ideo non dixit, cur me vocas magiſtrum.

Quare Christus dixit iuueni: Si vis ingredi ad vitam. Queſtio CXVII.

QVAERETVR, quare Chriſtus dixit, ſi vis ingredi ad vitam. Dicendum, quòd accepit ingredi ad vitam. i. accipere vitam vel habere. diuerſis enim modis eandem rem euangeliſtę expreſſerunt. Nam hic dicitur: quid faciam boni, ut habeam vitam æternam? apud Marcum dicitur: vt percipiam. Lucas uerò dixit: quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Hoc autē Chriſtus vocauit hic ingredi. Et patet quia Chriſtus reſpondet ad illud, quod petiuerat iuuenis. ſed ille dixit, quid faciam, vt habeam vitā? ergo quando Chriſtus dixit, ſi vis ingredi ad vitam, intellexit ſi vis habere vitam. Et tamen dixit ingredi propter duo. Primò, propter modum loquendi: nam quandocunque aliqs qui prius nihil agebat, aliquid agit, dicit egredi: & quādo rem non habebat illam accipit, dicitur ingredi. De primò patet, quia dicimus cōſuetè, ꝙ aliquis egreditur in talem, vel talem actum: & rectè quidem, quia actus procedit ab operāte, & ita etiam ſcriptura loquitur, vt Exo. 2. Egreſſus eſt vir de domo Leui, & accepit vxorem: & tamen illa egreſſio nihil fuit, niſi ꝙ prius non agebat hunc actum: & nūc cùm agere cęperit dicitur exiuiſſe in eum. De ſecundo apparet, quia ita loquūtur de eo, qui nouiter accepit beneficia, iſte ingreditur nunc ad beneficia: vel ingreditur ad ſcientiam: quia nunc accipit ſcientiam de nouo. Et ita dicetur ingredi ad uitam, qui accipit vitam ęternam. Secundò propter locum. Nam vita ęterna eſt in cęlo: quia vbicunque Deus clarè videtur, & permanenter eſt uita ęterna: ipſe autem non exhibet ſe uidendum, niſi in cęlo. Vnde vocatur uita æterna regnum cęlorum, & tamen nos ſumus extra cęlum, ideſt, extra illud corpus cęli, in quo ſe Deus videndum clarè exhibet, ideo ad hoc quod beatam uitam percipiamus, neceſſe eſt, ꝙ intremus in cęlum. ita Chriſtus dixit ſupra quinto, Non intrabitis in regnum cœlorum, & ita Apoſtolus ad Hebræos quarto dicit: Feſtinemus ingredi in illam requiem: ideo conuenienter dicitur, quòd ingrediamur

Vbicūque clarè & pmanenter Deus videtur ibi eſt uita æterna.

Ingredi, & egredi quomodo accipiatin scriptura.

mur ad vitam. Solet tamen accipi ingredi & egredi ex modo loquēdi scripturæ pro omni operatione nostra. Sic accipitur Nume. 27. Cum dixit Moyses Deo: prouideat Deus hominem, qui sit super multitudinē hanc, & possit intrare & exire ante eos, idest, possit facere omnia, quæ pertinent ad hanc multitudinem regendo illos: & iuxta hunc modum respondit Deus dicens, pro hoc, idest, pro Iosue, si quid agendum erit Eleazar sacerdos consulet dominum: & ad verbum eius egredietur, & ingredietur omnis multitudo, & omnes filij Israel, idest, mandante eo faciēt quidquid agendum fuerit omnes de populo, quod signatur per ingredi, & egredi. Sic etiam accipitur Actu. 1. c. oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit ante nos dominus Iesus incipiens a baptismo Ioānis vsque ad diem, qua assumptus est a nobis, testem fieri resurrectionis eius vnum ex istis, & ita omnes actus Christi, qui fuerunt a die, qua baptizatus est a Ioanne, vsque ad diem, qua ascendit in cęlum, vocauit ingredi, & egredi ex cōsuetudine locutionis. & ita accipere vitam æternam poterit signari conuenienter per ingredi, & tamen ratio præcipua est propter locum beatitudinis, quia ad illum est introitus.

Quomodo dicitur ingredi ad vitam iuuenis iste, cum tunc in vita esset. Quęstio CXVIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur ingredi ad vitam. Nā iuuenis ille in vita erat, quia viuebat: ideo non poterat ingredi ad vitam. Aliqui dicunt, quòd accipitur vita mysticè pro vita gratiæ, & tunc qui est in peccato est extra vitam, & ingreditur ad vitam quādo bona operatur: & conuenit tunc, quod dixit Christus, si vis ad vitam ingredi serua mādata: quia per obseruationem mandatorum est quis in gratia.
Secundò potest accipi, quòd vita dicatur ipsa vita æterna, & ita quicunque viuit hic, adhuc ad vitam non intrauit: cùm prius mortem gustaturus sit, quàm viuat immortalis effectus, & hoc modo iuuenis ille nondū ad vitam intrauerat. Sic dicit Origenes: Considera quoniam quasi adhuc extra vitam constituto respondit, si vis ad vitam ingredi. Secundùm enim vnum modum homo est extra vitam, qui est extra eum, qui dixit: ego sum vita. Aliàs autem omnis, qui super terram est, quamuis iustissimus, potest quidem in vmbra esse vitæ, non autem in ipsa vita, cùm sit corpore mortis circundatus, introibit autem quis in vitam abstinens se ab operibus mortuis, appetens autem opera viua. Sed prima expositio non est ad propositum: quia Christus non loquitur de vita gratiæ, sed de vita æterna. Primò patet, quia ipse respondet hic ad id, quod iuuenis quærebat, & tamen ille dixit, quid faciā vt habeam vitam æternam? ergo cùm dixit, si uis ingredi ad vitam, de vita æterna locutus est, de qua ille iuuenis quærebat, & ingredi in eam cupiebat.
Secundò, quia non conuenit literæ, scilicet, si uis ingredi ad vitam, serua mandata. Nam per obseruationem mandatorum non ingrederetur ad vitam, sed ipsa obseruatio mandatorum esset vita. Sed Christus vocauit hic vitam ęternam, vitam absolutè propter duo. Primò, quia sicut esse nostrum non uocatur esse simpliciter, quia ei succedit non esse, ita uita nostra non vocatur vita absolutè, quia ei succedit mors, sed illa vita beata, cui non succedit mors vocatur absolutè vita, quia (vt ait Gregorius) temporalis vita, æternę vitę comparata mors est potius dicenda, quàm vita. Sic dicit Augustinus libro de verbis Domini: Non dixit, si vis venire ad uitam æternam: sed si vis venire ad uitam, eam diffiniens vitam, quę fuerit æterna uita: ideo

F non fuit necesse vocari istam vitam æternam cum limitatione, sed satis est uocari eam vitam absolutè, cùm ipsa temporalis non debeat uocari uita absolutè, sed cum limitatione, scilicet, vt presens, uel temporalis dicatur. Secundò, quia etiam si uita ęterna non deberet uocari vita absolutè, tamen ex eis, quæ dicta erant constabat, de qua vita Christus loqueretur: nam dixerat iuuenis de uita ęterna, & Christus respondebat ei, ideo necesse erat, quòd de vita æterna loqueretur, & potissimè, quia erat sermo depensiuus: & ista est ratio principalior.

Quare Christus dixit iuueni, serua mandata: & quare non explicuit statim, quę mandata.
G *Quęstio CXIX.*

QVAERETVR, quare dixit Christus iuueni, serua mandata, & quare non explicuit statim, quę mandata. Dicendum ad primum, quòd uita ęterna nō datur, nisi laborāti in bonis operibus: quia aliàs omnes essent beati, & quia bona opera sunt ea, quæ per legem determinantur, quę in mandatis consistit, dixit Christus: serua mandata. Ad secundum, dicendum quòd Christus non explicuit statim mandata seruanda propter tria. Primò, vt iuueni esset occasio iterum quærendi, & per hoc appareret feruor eius. Secundò, vt Christus ostenderet, quòd ipse non intendebat ponere aliqua noua mandata ad habendum uitam ęternam, sed sufficiebant antiqua. H Tertiò, vt ostēderet patres antiquos potuisse habere uitam æternā: nam si determinata præcepta necessaria essent ad habendum vitam æternam, quæ ante hoc non fuissent data, non potuissent antiqui habere vitam æternam, cùm illa pręcepta non custodirent. Ponere ergo noluit nisi vetera, quæ ab omnibus a principio sęculi custodiri potuerunt, vt ostenderet, quòd ire poterant omnes ad vitam ęternam quolibet tempore ante hoc, si ad istud operam darent.

Quare Christo dicente, serua mandata, dixit iuuenis: quę. Quęstio CXX.

I QVAERETVR, quare Christo dicente, serua mandata, dixit iuuenis, quæ? Aliqui dicunt, quòd dixit hoc tentatoriè. Sic dicit Hieronymus: Iste qui interrogat, & adolescens, & diues erat, & superbus, & non uoto discentis, sed tentans interrogat: quod ex eo probare possumus, quòd dicēte sibi domino, si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Rursum fraudulenter interrogat, quæ sunt illa mandata: quasi non & ipse legere, aut dominus posset eidem de hoc iubere contraria. Sed dicendum, quòd non dicebat animo tentandi, sed bono animo, vt ostensum est supra, ideo dicendum, quòd quęsiuit quæ pręcepta essent ista, & hoc propter duo. Primò, quia in multis Christus mutabat statum antiquum, ut patet immediatè, supra de K libello repudij, qui dabatur in lege Moysi: & Christus uetuit illum dari. & supra quinto capitulo, in multis est differentia, cum dicitur: Dictum est antiquis, diliges amicum tuum &c. Ego autem dico &c. ita ergo circa uitam æternam potuit putare, quod non manerent præcepta priora. Secundò & pręcipuè, quia Christus annunciabat uitam æternam, quam nemo prius annunciauerat: ideo conueniens uidebatur, quòd noua præcepta introduceret ad perueniendum in eam. Nam obseruatoribus legis Moysi dabātur bona temporalia. Leui. 27. & Deut. 28. Quæ erant bona terrena. Isai. 1. Bona terræ comedetis. Vita autem æterna non est de bonis terrenis, sed aliquid ualde excellentius: ideo uidetur, quòd excellentiora, & altiora præcepta cllent,

essent, per quę illuc veniretur, & ita rationabiliter quę siuit, quę essent illa præcepta. Sic dicit Chrysost. Hoc autem non tentans dixit, sed ęstimans quædã alia pręcepta esse pręter legalia, quę vitę causa fierent.

Quare Christus posuit ista mandata, per quę veniretur ad vitam ęternam. *Quęstio* CXXI.

QVAERETVR, quare Christus posuit ista mandata, per quę veniretur ad vitam æternam. Dicendum, quòd primò fuit, quia Christus nolebat onerare homines rebus superfluis: & tamen pręcepta ista decalogi sufficiebant ad vitam ęternam: ideo noluit ponere alia: sufficiebant enim ad habendum vitã ęternam omnia, per quæ dirigitur homo secundùm rationem. Sufficienter autem dirigunt hominem ea, quę sunt de dictamine rationis naturaliter: omnia tamen talia ponuntur expresse in decalogo, vel dependent ex eis, quę ibi expresè ponũtur: ideo sufficiebat poni decalogum, vt hic posuit. Secundò, quia Christus voluit distinguere duos status, vnum in quo sunt ea, quæ sufficiunt ad salutem: alium, in quo sunt super erogationes ad perfectius habendum salutem. Primũ posuit, inquantum tetigit decalogum dicens: Non homicidium facies. q. d. ista est prima via, & planior. Secundùm ostendit inquantum dixit, si vis esse perfectus vade, & vende omnia, quę habes, quasi dicat, obseruando decalogum sufficiens es, sed non perfectus. Si autem vis tenere statum secundum, in quo sunt superogationes, vende vniuersa, quæ habes. Tertiò, quia Christus voluit ostendere, quòd homines in omni statu poterant saluari, quod est habere vitam æternam, & tamen nulla præcepta erant, quæ ab omnibus hominibus seruarentur, aut seruari possent nisi ea, quæ sunt de lege naturę, quę est indita mentibus omnium hominum: cętera vero positiua sunt, & non habent vim obligandi, nisi constituantur, & quia non contingit constitui aliquid vnum apud omnes gentes uniformiter, nisi sit de dictamine naturali, quod est apud omnes, sola pręcepta naturę sunt apud omnes homines, & illa sola sunt, per quæ poterant omnes saluari, ideo ista sola posuit. & ista est causa quare etiam si obseruatio legis Moysi ad vitam ęternam aliquid faceret, non posuit illam: quia lex illa non fuit apud antiquos, qui tamen potuerunt habere vitam ęternam.

An per pręcepta posita hic intelligantur alia, vel sufficiant ista ad habendam vitam ęternam. *Quęst.* CXXII.

QVAERETVR, cùm Christus ponendo hic pręcepta decalogi posuerit pręcepta, quę ordinant ad primum, & non quidem omnia, an per ista intelligantur alia, vel sufficiant ista. Dicendum est, certum esse, quòd per hęc intelligantur cętera: nam ista sola non sufficiunt ad vitam ęternam: quia siquis obseruauerit omnia hęc, & deliquerit in aliquo aliorũ, non habet vitam ęternam, sed potius factus est omnium reus: & potissimè quia ea, quę omittuntur, sunt talia, circa quę quotidie contingit operari, ideo vel bene, vel malè agetur, & ita erit necessaria obseruatio illorum, scilicet, de colendo Deum, & iuramento, & sabbatho, & de non concupiscendo vxorem, neq; res proximi. Sed dicendum, quòd Christus uoluit breuiter transire, & dictis quibusdam intellexit idem esse de cęteris.

Quare Christus specialiter ista pręcepta decalogi posuit & alia omisit. *Quęstio* CXXIII.

QVAERETVR, quare specialiter ista posuit, & omisit alia. Dicendum, ꝙ in decalogo quędã

A pręcepta ordinãt hominem in Deum, quæ vocamus pręcepta primę tabulę. Alia ordinant in proximũ, quę dicuntur pręcepta secundę tabulę. De primis nullum ponitur hic, cuius causa ponetur seq. q. De secũdis ponuntur hic aliqua: sunt enim pręcepta secundę tabulę septem, vnum affirmatiuum, & sex negatiua. Ponitur affirmatiuum. s. honora patrem tuum, negatiua autẽ ponuntur quatuor, scilicet, non furari, męchari, occidere, falsum testimonium dicere. Omittuntur autem duo. s. non concupiscere vxorem proximi, & non cõcupiscere rem proximi. Et dicẽdum, ꝙ sufficiens fuit poni aliqua pręcepta non ponendo omnia. Primò, quia pręcepta decalogi erant in numero certo. Exod. 20. & Deut. 5. Et ideo positis quibusdam eorum apparebat,

B ꝙ alia omittebantur, & omnia illa erant ęqualiter necessaria, cùm ab eodem Deo, & eodẽ contextu posita fuissent. Secundò, quia nullum pręceptum secundæ tabulę censetur hic deesse. Nam quędam ponunẽ explicitè, & alia implicitè, omnia enim pręcepta secundę tabulę ordinantur ad proximũ: quędam ad benefaciendum. s. affirmatiua, quorum est unũ. s. honora patrem tuum, alia ad cauendum malum. Et omnia ista sunt negatiua: sed omnia hęc sub dilectione proximi includuntur: quia qui proximum diligit, benefacit ei maximè in necessarijs: quia qui diligit, amicus est, & amicus facit ad amicum quę ad seipsum. 9. Ethicorũ: amicabilia, quę ad alterum uenerũt ex amicabilibus, quę ad seipsum. & tamen sibiipsi bene facit quisque,

C & cauet mala, quę potest, cùm nemo vnquam carnẽ suam odio habuerit, sed fouet illam, & nutrit ad Eph. 5. Ergo ita faciet ad proximum, qui illum dilexerit: & tamen post pręcepta ista dicitur: & diliges proximum tuum, sicut teipsum: ergo sufficienter includuntur ibi omnia pręcepta decalogi, quę ad proximum sunt, etiã si sola duo fuissent expressa. Imò etiã nullo expresso intelligerentur per hæc omnia pręcepta, quę ad proximum: sic enim Christus infra 22. dixit, quòd in his duobus, scilicet, diliges dominum Deum tuũ, & proximum tuum sicut teipsum, pendet lex, & prophetæ: & tamen ibi per primum istorum significauit omnia pręcepta, quæ dirigunt in Deum. per secundum, scilicet, & proximum tuum &c. intelliguntur omnia pręcepta, quæ ad proximum: a fortiori ergo potuerunt

D hic implicitè duo intelligi sub illo verbo, & proximũ tuum: cùm quinque pręcepta secundę tabulæ exprimantur. Tertiò, & magis in speciali: quia per ista quinque pręcepta, quę ad proximum intelligũtur omnia, quæ circa proximum accidunt. Nam aut ordinatur quis ad benefaciendum proximo, aut euitandum mala eius. Circa primum est vnicum pręceptum, de honorando parentes, sub quo intelligũtur omnia bona, quę proximis facimus, siue temporalia, siue spiritualia, siue parentibus, siue quibuscunq; alijs. Ponitur tamen de istis potius quàm de alijs proximis: quia est manifestior hic ratio debiti, quàm ad alias personas, quibus non ita naturaliter obligamur. Circa secundũ, aut

E agitur, quod est circa personam, aut circa rem: si de vitando malo, quod est circa personam: aut est circa personam propriam, aut circa coniunctã: si circa propriã, sic est, non homicidium facies. si circa personam coniunctam, sic est, non adulterabis: quia committitur ibi adulterium cũ uxore proximi, quę est ei persona coniunctissima, cùm effecti fuerint una caro per copulã carnalem. si circa rem proximi, aut circa rem possessam, aut circa famam. Si circa primum, sic est, non facies furtum: si circa secundum, sic est non falsum testimonium dices, & ita cùm non sint plures modi nocendi proximo, non oportet esse plura præcepta ordinantia in proximum, & si alia sunt, ista sunt pręcipua. Aliter etiã potest accipi ista sufficientia. s. per pręcepta decalogi

decalogi ordinantur vires nostræ.s.rationalis, concupiscibilis, & irascibilis. Rationalis autẽ ordinatur dupliciter.s.circa agenda, aut circa vitanda, circa agenda est preceptum de honorando parentes: circa vitanda, sic est præceptum de non dicendo falsum testimonium. Irascibilis ordinatur circa malum cauendũ, quod iratus infert: & istud est non homicidium facies. Concupiscibilis ordinatur dupliciter, quia aut circa delectabile, aut circa vtile. Circa primum est, nõ adulterabis. Circa secundum est, non furtum facies. Quartò fuit hoc, quia illa duo præcepta, quę omittunt minus principalia sunt circa proximos, & per se nõ sunt pręcepta, sed ordinantur ad ista iam dicta: nam vnum est, non concupisces vxorem proximi tui, quæ concupiscentia ad alterum ordinatur, & proximo nihil nocet, ꝙ vxor eius concupiscatur, dum tamen ab alio non cognoscatur. Aliud est, non concupisces rem proximi tui, quod ordinatur ad, non furtum facies. Nam proximo nihil nocet, ꝙ res eius concupiscatur, si a nemine surripiatur, & ideo cautè actum est, quia si aliqua præcepta omittenda erãt nullum omitti potuit rationabilius, quàm ista duo: sunt tamen ista præcepta, quia totum hominem voluit Deus esse ordinatũ, ideo non solùm actus exterior debuit esse ordinatus, sed etiam interior, qui est concupiscere. ideo circa proximum dirigimur per quinque præcepta, quæ actum exteriorem malum vetant, & bonũ pręcipiunt, & per duo quæ concupiscentiã prohibent: ideo cõuenienter ista duo omissa sunt.

Per præcepta decalogi ordinantur vires q in homine sunt, idest, rationalis, cõcupiscibilis, & irascibilis.

Quare Christus non posuit aliqua precepta pertinentia ad Deum, cum illa etiam sint necessaria ad habendam vitam ęternam. Questio CXXIIII.

QVAERETVR, quare cùm Christus poneret pręcepta necessaria ad habendam vitam æternã, non posuit aliqua pertinentia ad Deum, sed sola pręcepta dirigentia ad proximum, cùm tamen etiam in decalogo, quẽ Christus hic tangit, tria sint pręcepta, quę dirigunt in Deum. Aliqui dicunt, ꝙ sufficiunt præcepta ordinantia ad proximum, ad deducendum vitam ęternam: ideo illa sola tetigit. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia qui non obseruat præcepta, quę dirigunt in proximum peccat contra proximum, ita qui non seruat præcepta quę sunt in Deum peccat cõtra Deũ: sed maius est peccatum cõtra Deum, q̃ contra proximũ: sicut dixit Heli. 1. Re. 2. c. si peccauerit vir in virũ placari poterit Deus. Si autem peccauerit homo in Deum, qs orabit pro eo? q.d. nemo erit qui orare possit cõuenienter ad impetrandum placationem, ergo obseruatio præceptorum, quę dirigũt in Deum, est magis necessaria, quàm obseruatio præceptorum, quę sunt ad proximum, ergo non subticeretur ex hac causa. Secũdò patet, quia si pręcepta secundę tabulæ sufficerent ad vitam æternam, essent simpliciter superuacua pręcepta primæ tabulæ, cùm pręcepta ordinent hominẽ ad aliquid, & non sit aliquis finis vlterior, aut melior q̃ vita æterna, & tamen hoc est absurdum, quia tunc nõ essent de dictamine naturali rationis, cùm naturalis lex nihil superuacuum ponat, & hoc falsum est. Tertiò, quia sequeretur tunc, quòd præcepta primę tabulę non essent per se necessaria, sed data fuerint Iudæis in onus sicut præcepta iudicialia, & cęremonialia, quę propriè pertinent ad legem Moysi, cùm sine illis potuisset esse salus sicut erat de facto, antequam daretur lex Moysi, & tunc sequitur, quòd aliquãdo præcepta primę tabulæ cessarent, & aliquando incępissent, sicut lex Moysi aliquando cessauit cùm nunc nõ maneat. Sed hoc est absurdum: quia manent semper pręcepta primę tabulę sicut & secundę. Et etiam non incęperũt de nouo obligare, sicut cępit lex Moysi, postquã data

Nõ est aut melior aut vlterior finis vita ęterna.

F est: sed quandiu homines fuerunt semper fuit ista obligatio. Sicut etiam pręcepta secundę tabulę semp obligauerunt, quia aliàs non peccasset Cain occidendo Abel, & non peccassent, q idola colebant ante datã legem Moysi. quod est ridiculum, ergo semper obligauerunt præcepta primæ tabulæ, & sunt multum necessaria ad vitã æternã. Alij dicũt, ꝙ pręcepta primæ tabulę sunt totaliter necessaria ad pfectè habendum vitam æternam, & tñ ad habendum quoddam quasi principium illius sufficiunt præcepta secundæ tabulę: qa pcepta secundę tabulę regulant hoĩem in dilectione proximi, pcepta autẽ primæ tabulæ in dilectione Dei, & dilectio proximi est, quasi quidã gradus ad dilectionẽ Dei, & est velut introitus ad illã. & hoc videt voluisse G litera, qa non dixit, si vis habere vitam, serua mãdata: sed, si vis ingredi ad uitam.i. habere principium vitæ, quod est quasi introitus ad illã. Sic dicit Origenes: Forsitan ista præcepta sufficiũt vt principium, vt ita dicã, vitę ingrediatur quis, non aũt sufficiunt hęc, vel alia similia istis ad interiora uitæ introducere quemquam. Sed dicendũ, ꝙ non stat: quia qui teneret pcepta ista, si faceret contra aliquod de pceptis primæ tabulæ, reus esset, neq; posset hrẽ quicq̃ de vita ęterna, & ideo nec principium, neq; interiora habere posset. Sic dicit Origenes, vbi supra, Quanquã qui pterierit vnum mandatorum istorũ, neq; principium vitę intrauit. Secundò patet, quia Christus innuit ista pręcepta, quæ ponuntur hic, sufficienter introducere ad vitam æternam, & H non ad principium illius. Nã postquàm dixerat Christus iuueni, quòd obseruaret ista mandata, & ille dixisset, hęc omnia obseruaui a iuuentute mea. Christus ait, si vis esse perfectus &c. ergo videtur, quòd iam per ista præcepta hic posita habebat sufficientiam ad vitam æternam cùm perfectio nõ incipiat, nisi post sufficientiam: aliàs enim Christus non diceret sibi, si vis esse perfectus, sed daret adhuc alia præcepta, per quæ haberet complementum eorum, quæ sufficiunt. Tertiò, quia expositio illa fundatur super falsa acceptione ingressus, quasi ingressus signet principium, aut aliqd de re, & non totam. Sed non stat, quia Christus respõdet hic ad ea, quę iuuenis quęsiuerat, & ille non quæsiuit de introitu, vel de parte vitæ ęternæ, sed de perfe- I cta eius possessione: nam dixit. Quid faciam vt habeam vitam æternam, & apertius secũdum Lucam dicitur: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Sed accipitur ingressus respectu loci, quia vita æterna est in cœlo, in quo nondum sumus, ideo ad habendum illam oportet ingredi illuc, sicut dictum est supra quęst. 117. Ad dictum Origenis dicendum quòd principium, vel introitus vitæ æternæ, potest dupliciter accipi. Vno modo ex parte ipsius vitæ, scilicet, quòd principium, vel introitus sit aliqua pars eius, quæ non habet plenitudinem. Alio modo ex parte nostra, prout principium vel introitus dicatur quædam dispositio in nobis ad habendum vitam æternam, quę non est sufficiens dispositio, sed est gradus vel pars ad dispositio- K nem sufficientem ad habendum vitam æternam. Accipiendo primo modo falsum est, quia obseruantibus præcepta secundę tabulæ, si non obseruent pręcepta primę tabulę, non solùm non datur plenè vita ęterna, sed neque aliqua pars eius, aut principium, sed pęna ęterna. Accipiendo secundo modo, verum est, quòd obseruatio mandatorum secundæ tabulæ est quidam velut introitus ad vitam, quia est principium dispositionis ad habendum plenam dispositionem, vt introeamus in vitam ęternam: & tamen sic non est ad propositum, cùm Christus non loquatur de dispositione ad eundum ad vitam, sed de reali introitu ad illam. Alij ergo dicunt, quòd pręcepta primę tabulę necessaria sunt ad vitam, siue quantum ad principium,

Alij ergo dicunt, quòd præcepta primæ tabulæ necessaria sunt ad vitam: siue quantum ad principium, siue quantum ad plenitudinem eius. Et hoc etiam voluit Origenes destruens positionem illam quorundam quam referebat, cùm ait: quamquam qui præterierit vnum mandatorum istorum, neque principium vitę intrauerit. Sed dicunt quòd tacuit pręcepta primæ tabulę Christus, quia iste iuuenis erat exercitatus satis in dilectione Dei, & ita tanquam non necessaria non recitauit ei pręcepta primę tabulę: sed præcepta secundę tabulę, quę ad proximum sunt, quasi in illis opus eēt magis exercitari. Sic dicit Remigius: Quęrēdum est quare dominus tantùm secundę tabulę pręcepta cōmemorauit, & respondet, iccirco scilicet, quia forte iste studiosus erat in dilectione Dei. Sed dicendum, quòd non multum stat. Primò quia potius videtur iste fuisse exercitatus in pręceptis secundę tabulę. Nam cùm dn̄s retulerit illi pręcepta, ista dixit iuuenis: omnia ista custodiui a iuuentute mea: ergo etiā exercitatus erat in istis, & ita nō expressit præcepta secundæ tabulę, quasi non esset in istis exercitatus, tacitis præceptis primę tabulæ, in quibus magis videretur exercitatus. Secundò quia facilius est homini bene se habere ad proximum non nocendo ei: quàm proficere in amore Dei, cum ille profectus magis abstrahat hominum à terrenis, & ita si sufficiēter esset exercitatus in præceptis quę pertinent ad Deum, esset etiā sufficienter instructus in præceptis, quæ ad proximū: & non oporteret illa replicari. Tertiò quia non videtur verum quòd esset exercitatus sufficienter in præceptis primæ tabulę, quæ pertinent ad Dei dilectionem: quia tunc si diceretur sibi, quod aliquid faceret propter Deum, non esset sibi difficile, & tñ quando dictum est ei, quòd venderet omnia, quæ habebat, & daret pauperibus, noluit facere pro Deo, neque pro vita ęterna: ergo non erat multum exercitatus circa dilectionem Dei. Alij autem dicunt, quòd posita fuerunt pręcepta secundę tabulę solùm, quia Christus voluit ponere ordinem perueniendi ad vitam ęternā, ad quam pręuenitur per dilectionem Dei, & proximi, infra 22. in his pendent lex, & prophetę. Et quia dilectio proximi est prior secundùm progressum naturalem incipiendo à magis notis ponitur illa, vt gradus quidam: ergo peruenitur ad dilectionem Dei. Sic dicit Remigius, quòd ideo posuit solùm pręcepta secundę tabulę quę pertinent ad dilectionem proximi, quia dilectio proximi gradus est ascendendi ad dilectionē Dei. Sed dicendum, quòd hoc non sufficit: quia intentio Christi erat hic non solum ponere gradum aliquem perueniendi ad vitam æternam, sed & omnia necessaria, cùm iuuenis quęsiuerit de tota dispositione perueniendi dicens, quid faciam, vt habeam vitā ęternam? & tamen non sufficiunt mandata secundæ tabulę: ideo non posuit hac intentione. Secundo pater, & efficacius, quia si Christus intenderet ponere hic solùm gradum quendam ad vitam ęternam, & non omnia necessaria ad perueniendum, cùm relatis præceptis secundæ tabulæ à Christo diceret iuuenis, omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Christus diceret: desunt tibi adhuc pręcepta primę tabulę, & illa explicaret, & tamen non posuit ea, sed dixit: si vis esse perfectus, vade & vende &c. ergo nihil deerat iuueni, & ita subintelligebant præcepta primę tabulæ. Tertiò patet quia ad vitam ęternam sunt necessaria omnia præcepta decalogi, & quandiu aliquod eorum manet non obseruatum nō, habentur omnia necessaria veniendi ad vitam ęternā: ideo quando iuuenis dixit, quid adhuc mihi deest? si non subintellexisset supra Christus pręcepta primę tabulę necesse est, quòd diceret, quòd aliquid deerat: &

A tamen ostendit ꝙ nihil deerat: sed solùm dixit ei, qđ ageret ad consequendum perfectionem: ergo non intendit sola præcepta secundæ tabulę ponere quasi illa essent gradus quidam ad consequendum vitam æternam, sed perfectam doctrinam tradere voluit. Dicendum igitur, quòd licet exprimantur præcepta secundæ tabulæ: intelliguntur tamen esse expressa præcepta primæ tabulæ: sed Christus non curauit illa exprimere. Et causa est, quia sicut etiam præcepta secundæ tabulæ non omnia expressit, sed quædam, & per illa intellexit alia: ita & intellexit pręcepta primę tabulę, & causa est, quia pręcepta decalogi certa sunt: & expressis quibusdam subintelliguntur omnia alia: nā quibusdam expressis manifestum est, ꝙ subticeantur
B alia, & ita etiam si pauciora expressisset poterāt subintelligi omnia alia. Sed dicetur, sicut expressis quibusdam pręceptis secundę tabulę tacita fuerunt alia: quare nō factum est sic in pręceptis primę tabulę, quod saltem aliqua illorum subticerentur expressis aliis. Dicēdum, ꝙ fuit primò, qa in pręceptis secundę tabulę includuntur pręcepta primę tabulę. Et ratio est, qa secunda tabula pertinet ad dilectionem proximi: prima tabula ad dilectionē Dei: sed in dilectione proximi includitur dilectio Dei. Nam Deus diligitur ex charitate propter seipsum: proximus autem propter Deum: ergo non potest diligere proximum, qui non diligit Deum. Quod verum est de dilectione ex caritate, secus de dilectione naturali, vel carnali, aut vtili: &
C ita pręsupponuntur pręcepta primę tabulæ ad præcepta secundæ tabulę. Sic ergo posuit hic Christus præcepta secundæ tabulæ, quasi illa ponendo, omnia præcepta & totam legem posuisset, cùm omnia sint in dilectione proximi, vel præsupponātur ab ea. Sic dicitur ad Rom. decimotertio. Qui diligit proximum legem impleuit. Et iterum: Si quod aliud pręceptum est, in hoc verbo solo instauratur: diliges proximum tuū sicut teipsum, & ad Gal. 5. dicit: Omnis enim lex, idest tota in vno sermone impletur, diliges proximum tuū sicut teipsum. Hoc autem est, quia charitas proximi p̄supponit necessario charitatem Dei. Sed aliqui obijciunt, quod sit è contrario, cùm videatur præsupponi charitas proximi ante charitatem Dei: quia dicitur 1.
D Ioan. 4. Siquis dixerit, quia diligit Deus & fratrem suū odit, mendax est: qui enim non diligit fratrem, quem videt, quomodo Deū quem nō videt, diligere potest? Dicendum, ꝙ dilectio, quę non est formata neque est ex habitu charitatis, potest esse prius ad proximum q̄ ad Deum: cū ille videatur, & non Deus: dilectio tamē quę est ex charitate, nō est prius ad proximum quàm ad Deum: sed secundū tempus simul est, cùm ex eodem habitu charitatis sit dilectio Dei & proximi. Est tamen prior dilectio Dei ratione & natura inquantū secūdum ordinem charitatis diligitur proximus non propter se, sed propter Deum: & ideo Deus prius diligitur: & ita stat semꝑ ratio, ꝙ in dilectione proximi includitur dilectio Dei velut præsupposita: & ita ponen
E do præcepta secundæ tabulæ, implicitè ponuntur præcepta primæ tabulæ. Secundò potest dici, ꝙ Christus tacuit p̄cepta primę tabulę, qa voluit ostēdere illud, de quo poterat dubitari. Quod aūt per se planum erat, nō oportebat explicari. Posuit aūt p̄cepta secūdę tabulę, quæ omnia ordinant in proximum: Sed manifestum est, quòd magis necessarium est cauere offensionem Dei quàm proximi, & magis necessarium est honorare ipsum quàm proximum: cùm ergo tam diligenter Christus expresserit, quod necesse erat obseruare pręcepta secundę tabulę, quę ad proximum sunt. manifestum erat quod ad intrandum vitam ęternam magis necessarium esset obseruari præcepta primę tabulę, quę sunt ad Deum: ideo non fuit opus expri-

mere illa. Et ista est ratio vera: & ita tenet Nicolaus. Nam ratio pręcedens est legitima, sed est subtilis, & fortassis iuuenis non intelligeret eam: Christus tamē loquebatur iuxta capacitatem eius: quia aliàs non esset doctrina: ideo intellexit, vt dictum est, scilicet ꝙ etiam si non exprimeretur, per se notum erat, quòd deberent seruari ad habendum vitam ęternam.

Quare Christus sic ordinauit ista pręcepta, cùm non sic in decalogo ordinentur. Quęstio. CXXV.

QVAERETVR, quare Chistus sic ordinauit ista pręcepta: nam non est talis ordo eorum in decalogo, sed potius contrarius: quia honorare patrē ponitur primum in decalogo in præceptis, quæ ad ꝓximum dirigunt, & hic ponitur vltimum. Dicendum quòd istum ordinem tenuit Christus in loquendo, quod omnes euāgelistæ ostendunt: nam Marcus, & Lucas eundem ponunt ordinem constituentes in vltimo honorem parentum. Marc. decimo, & Luc. 18. Causa autem putatur esse à quibusdam: quia Christus solùm curabat hic de veritate, & non de ordine. ideo non referebat quid illorum poneretur primum vel vltimum. Sed magis videtur, quòd ex aliqua causa fecerit: non enim tantam faceret mutationem ordinis. Ideo potest dici primò ꝙ Christus ordinauit ista præcepta secundùm maiorem, & minorem necessitatem, scilicet ꝙ magis necessaria ponit in principio, magis autem necessarium est cauere ab inferendo malum alicui quàm bonum ei facere, & quia in præceptis negatiuis cauetur malum inferendum: in affirmatiuis autem præcipitur bonum faciendum: ponuntur prius omnia negatiua, & vltimo ponitur vnum affirmatiuum de honorando parentes. Secundò potest accipi ordo ex maioritate peccati, est. n. peccatum transgredi quodcunq; mandatum: illa ergo prius posuit, quorum transgressio est maius peccatum: maius est autem homicidium q̄ adulterium, & q̄ omnia mala, quæ inferuntur proximo: ideo istud præposuit in ordine: post homicidium est adulterium: quia illud est maius quàm furtum, & falsum testimoniū: quod patet ex pęna maiori quę dabatur ī lege Dei: quia pro adulterio semper infligebatur mors Leui. 20. & Deut. 22. pro furto autē nō, sed restitutio vt cōiter. Exo. 22. post adulterium ponitur furtum ante falsum testimoniū: quia licèt maius malum sit auferre homini famam, q̄ res possessas: tn̄ forte Iudæi, qui auari erant facilius tolerabant infamiam quàm depauperationem: ideo iuxta eos maius peccatū putaretur furtū, quàm falsum testimonium. Et vltimò ponitur de honore parentū: quia minus peccatum est cessare ab agendo bonum, quàm committere malum, cęteris paribus. Tertiò ordināt aliqui ista præcepta per facilitatem: ita ꝙ ea pręponantur, quorum sunt faciliores executiones: sed facilius est cessare à malo, quàm bonum agere: ideo ponūtur prius omnia præcepta negatiua, quàm affirmatiuum de honorando parentes. Sic dicit Titus: Sed videas in non agendo præcepta cōsistere, qm̄ si non męchatus fueris, castus es: & si non fureris, beneuolus: si falso non iures aut testeris, veridicus. Attende virtutem iam facilem per bonitatem statuentis: nam mali fugam ingerunt non boni exercitium: quęlibet autē quies quolibet est facilior opere. Quartò dicunt aliq, ꝙ magis grauia ponunt in fine, & ideo qa facere aliquid contra parentes est durius & rarius accidit: ponitur istud post omnia præcepta. Sic dicit Theophilus, s. sed, quia in parentes committere quicquam magnū, sit crimen, rarò tn̄ accidit, post omnia ponit. Sed dicendum, quòd transgressio præcepti affirmatiui de

Maius peccatū ē homicidiū, q̄ adulteriū, & adulteriū maius est furto, & falso testimonio,

F honorando parentes non est maius peccatum simpliciter, quàm transgressiones præceptorum negatiuorum: sed dicendum, quòd transgressio illius præcepti aut fiet omittendo, idest non faciendo ad quod obligamur, aut fiet committendo, s. aliquid mali faciēdo contra parentes. Accipiendo primo modo regulariter est grauius peccatum transgressio negatiuorum, q̄ affirmatiui. Accipiendo secundo modo, maius peccatum est trāsgressio huius affirmatiui: quia tunc nō solùm transgredimur affirmatiuum, sed etiam negatiuum, cùm vetitum sit quātum ad omnes homines mala illis inferre, & ita accipit Theophilus. Cùm dicebatur in tertia applicatione de facilitate exequendi. Dicendum, quòd verum est cōparando omnia negaG tiua simul ad affirmatiuum: & tn̄ comparando oīa negatiua inter se secus vr̄. Et tn̄ dicendū, ꝙ aut tunc accipitur adulterari pro solo adulterio, aut pro oī actu illicito mēbrorum generatiuorū. Accipiendo primo modo forte verū est, quia facile est euitare adulteriū, si ad quamcunq; aliam non coniugatam accedere liceat saltem ad simpliciter solutas. Accipiendo aūt secundo modo, nullum pręceptū difficilius obseruatur quàm illud: quia est contra inclinationem naturalē. Etiam accipiendo primo modo quibusdam est difficilius abstinere ab adulterio, cū inciderit eis amor coniugatarum, q̄ abstinere ab aliis vitiis oībus: ideo dicendum, quòd non debet cōparari negatiua inter se in facilitate, & difficultate, sed sola negatiua ad affirmaH tiuam, & tunc pōt esse verum & tn̄ adhuc circa quosdam est difficultas, quibus est facilius explere omnia, ad quæ tenentur parentibus, & aliis quibuscunque, q̄ abstinere à venereis, & ideo applicationes duæ primę sunt conuenientiores.

An pręcepta legis Moysi subintelligantur hic, ita quòd essent necessaria, ad ingrediendum ad vitam. Quæst. CXXVI.

QVAERETVR, an pręcepta legis Moysi subintelligantur hic, ita ꝙ necessaria essent ad ingrediendum ad vitam. Aliqui dicunt quòd sic, quia licèt non exprimantur subintelligerentur, sicut multa de I præceptis decalogi quę non exprimuntur: constat tamen, quòd omnia erant necessaria ad vitam æternā. Secundò, quia dicit Remigius: Demonstratur his verbis, quòd lex suis impletoribus non solùm temporalia bona dabat, sed & vitam ęternam. Et Beda dicit: Notandum, quòd iustitia legis suo tempore custodita nō solùm bona terræ, verum etiam suis cultoribus vitam conferebat ęternam, & tamen vitam conferebant ea, quæ dixit Christus agenda ad ingrediendū in vitam ęternam. ergo lex Moysi erat ad habendam vitam æternam, & illam voluit hic intelligi, licèt non expresserit. Dicendum, quòd non intelligitur lex Moysi in eis quę Christus dixit: non enim posuit ea in necessariis ad habendum vitam ęternam. Et patet quia si lex Moysi esset necessaria ad habendum vitā æterK nā, expressisset Christus ipsam legem in generali, vel aliquod de pręceptis eius, & tamen nihil expressit. Et patet quia licèt pręcepta decalogi non posuerit ad plenum, posuit tamen aliqua, sed de præceptis legalibus nullum posuit. Secundò fuit quia Christus posuit tanquam necessaria ad vitam ea, quę obseruata sunt meritoria vitę æternę: lex tamen custodita non dabat vitam æternam, sed bona temporalia. Leui. vigesimo septimo. & Deutero. vigesimo octauo. & Isa. primo. ideo non debuit poni hic. Tertiò, quia Christus posuit solùm ea, quæ necessaria erant simpliciter ad habendum vitam æternam: & tamen obseruatio legis Moysi non erat simpliciter necessaria ad vitam ęternam.

nam: quia tunc nemo posset habere vitam æternam sine obseruatione legis illius, quod falsum est. Quartò quia Christus voluit ostendere quòd ad vitam ęternam non solùm Iudæi, sed etiam antiqui patres peruenire potuerint: sic diciturLuc. decimotertio. Cũ videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei: vos autem expelli foras: & tamẽ illi non obseruauerũt legem Moysi, cùm nondum esset data: ergo sine illa peruenire potuerunt patres antiqui ad vitam æternam, & ita non debuit exprimi. pręcepta autem decalogi ab omnibus gentibus custodiri potuerunt à principio: quia naturaliter insunt de dictamine rationis: ideo illa fuit conueniens exprimi. Quintò & principaliter quia Christus dabat nunc viã, qua homines possent peruenire ad vitam æternam de cætero: & tamen ipse non intendebat obligare quẽquam ad obseruationem legis Moysi, cùm potius nũc obseruatio eius cessare deberet: ideo non expressit, neque debuit exprimere illam, neque subintelligitur: imò etiam si necessaria esset pro aliquo tempore ad habendum vitam ęternam, Christus non exprimeret eam, neque subintelligi vellet: quia tunc cum omnis doctrina ab eo data maneat in perpetuũ, & obliget omnes, maneremus obligati ad legem Moysi, quod falsum est, & ita Christus præcepta decalogi voluit eẽ necessaria ad vitã ęternã: sed nullo mõ legẽ Moysi.

Ois doctrina à Chr̃o data manet ĩ æternum.

Ad primum dicendum quod illud non probat, quod necesse sit subintelligi legem Moysi in verbis Christi licèt non expresserit: sed quòd non esset incõ ueniens eam subintelligi. Et tamen adhuc dicendum quòd non subintelligitur. Primò quia si Christs voluisset illam subintelligi expressisset aliquo modo eã: sicut est de præceptis decalogi, quę voluit Christus necessaria esse ad vitam æternam: nam licèt non expresserit omnia, expressit plurima, & tamen nullum præceptum legis Moysi expressit: ergo noluit subintelligi illam. Secundò quia non est simile vt de præceptis decalogi: quia illa sunt de lege naturę: & etiam si non imponeretur esset homo tacitè obligatus ad illa: sicut omnibus gentibus & omni tempore fuit obligatio obseruandi præcepta decalogi: & tamen nulli genti data fuerunt nisi Iudęis. Vnde etiam si non diceret nunc Christus illa esse necessariam ad vitã ęternam, intelligeretur quod essent necessaria, cum non posset quis agere contra illa sine peccato mortali: & tamẽ cum peccato nemo ingreditur in vitam ęternã. Secus est de lege Moysi, quia obseruatio illius non erat necessaria simpliciter, idest non omnibus, neque omni tempore: sed solùm obligabat Iudęos, quibus Deus imposuerat, & eo tempore obligabat, quo durabat, poterat aũt cessare statim obligatio ei⁹ qđ nõ est de pręceptis decalogi, a quorum obseruatione nemo potest absolui: ideo si non exprimerentur pręcepta legis Moysi non subintelligebantur, sicut pręcepta decalogi, quę p se inerant: imò eo ipso quòd non exprimebantur pręcepta legalia, innuitur, ꝙ non erãt necessaria ad vitam ęternam: quia ista vita de nouo annunciabatur: & p̄cepta Moysi obseruatoribus conferebant bona temporalia: ideo subintelligi iustum erat ꝙ non ꝑtinebant illa ad vitam ęternam. Ad secundũ potest dici vno mõ, ꝙ lex Moysi propriè sumpta prout consistit in cœremonialibus & iudicialibus nõ conferebat vitam æternam, sed solùm temporalia: quia illud ꝯfertur per legem quod per eã ꝓmittitur, & tñ obseruatoribus eius nõ ꝓmittuntur in ea nisi bona terrę: ergo ista sola conferebat. Est tñ dicẽdum quòd aut accipitur obseruatio legis Moysi quantum ad ipsum opus legis, idest opus operatum, aut quãtũ ad intentionem operantium. Si quantũ ad opus, dico ꝙ non conferebatur obseruatoribus vita æterna, sed solũ bo-

Qũo lex Moysi vitã æternã donabat cultorib. suis

A na temporalia, & ideo ipsę obseruationes legales quãtum ad literam, siue fierent ex timore Dei, siue amore, siue quocunque alio zelo, erant promeritoriæ bonorum temporalium. Si autem accipiatur obseruatio ex intentione obseruantium: poterat quis per obseruationem legis mereri vitam æternam, scilicet; si ex charitate illam obseruaret: & tunc meritum non est ex opere, sed ex charitate: nam eodem modo per quodcũque opus factum ex charitate meremur vitã ęternam: quia tamen simpliciter loquendo legis obseruatio non dicit nisi opus, & non intẽtionem operantis: verũ est ꝙ lex non dabat obseruatoribus vitam æternam, sed sola bona temporalia, & in hoc differũt sacramentalia noui testamenti ab operationibus legis
B Moysi: quia ille ex seipsis non conferebant nisi bona tẽporalia: sacramenta aũt nostra conferunt ex seipsis gratiam & vitam ęternam nisi suscipiens posuerit obicem, & ita verum est, ꝙ legalia non conferebant vitã æternam temporibus suis obseruata. Cùm aũt dicũt doctores, ꝙ conferebant vitam ęternam, potest intelligi ex operantis intentione, non autem ex opere operato. Secundò potest dici & melius, quòd doctores non accipiunt hic opera legis, idest ceremonialia & iudicialia, sed p̄cepta decalogi, quæ vocant largè lex, inquantum in lege Moysi scripta erant: licèt ipsa non sint legalia, idest positiua, sed ex iure naturæ. Et patet hoc ex dicto Remi. ait. n. Demonstratur his, ꝙ lex suis impletoribus non solùm temporalia bona dabat, sed
C & vitam æternam. Et ita non arguit ex subintellecto, sed ex verbis: ꝯstat tñ ꝙ Christus nulla verba præceptorum hic posuit nisi decalogi, ideo de illis intellexit Remi. Idem patet & apertius ex auctoritate Bedæ: dicit .n. Iustitia legis suo tẽpore custodita non solùm bona terræ, uerumetiam suis cultoribus uitam conferebat æternam. Vnde dominus de uita æterna quærenti cõsequenter dixit, præcepta nosti, ne adulteres, ne occidas, &c. & sic innuit, quòd ista erant præcepta legis, & tamen ista non sunt propriè de lege Moysi, sed sunt decalogus, & lex naturalis, & de istis verum est, quòd conferunt uitam ęternam.

In quo differunt sacramenta noui testamenti ab operationibus legis Mosi.



Quare Christus posuit decalogum ad vitam ęternam necessarium. Questio. CXXVII.

D QVAERETVR, quare Christus posuit decalogum ad vitam ęternam necessarium: nam etiã decalogus non magis confert vitam ęternam quã lex Moysi: quia si lex Moysi accipiatur ex intentione operãtis, ꝯfert vitam ęternam, vt dictũ est pręce. q. ex ope aũt operato non confert vitam ęternam. Et idem est de p̄ceptis decalogi: quia per illa ex solo opere operato non meretur quis vitam ęternam: vt si in peccato mortali existens obseruet totum decalogum. sed qui in charitate existens obseruat eũ meretur vitã ęternã, & tunc per charitatem meretur, & non ex operibus decalogi: iõ vel tam lex q̃ decalogus poni debuerant ad habendum vitã ęternam vel neutrum. Dicendũ, ꝙ
E aliud est dici, ꝙ per aliud mereamur uitam ęternam, & aliud, ꝙ aliquid sit necessarium ad habendum vitã ęternã. Accipiendo primum, dicẽdum, ꝙ nihil est meritorium nisi actus charitatis, vel actus alij, vt sunt imperati a charitate, & ita certũ est, quòd neq; lex Moysi, neque præcepta decalogi, neq; aliquę operationes ꝑ seipsas sunt meritorię: et ita neq; lex Moysi, neque decalogus pertinent ad vitam ęternam. Accipiendo secundo modo dicendum, ꝙ aliquę operationes sunt necessarię ad uitam ęternam, licèt non sint meritorię illius, & ita totus decalogus est necessarius ad uitam ęternam, quia nemo contra illum agendo potest habere uitam æternam: lex autem Moysi non est necessaria ad uitam ęternam: cum ad obseruationem eius

non obligemur, & ita pręcepta decalogi, licet non sint meritoria vitę ęternę sunt necessaria ad vitam ęternam: quia sine illis non habetur, uita ęterna. lex autē Moysi neque est aut fuit vnquam meritoria vitæ æternæ. Et non est necessaria ad vitam ęternam, cùm non obseruando illam perueniamus illuc: ideo nullo modo pertinet lex ad vitam æternam, & ita de decalogo Christus dixit, & non de lege Moysi.

An isti iuueni erat necessaria obseruatio legis Moysi ad vitam ęternam. Quęst. CXXVIII.

QVAERETVR, an isti iuueni erat necessaria obseruatio legis Moysi ad vitam ęternam. Aliqui dicunt, quòd non quia Christus non expressit hic nisi decalogum, & tamen si esset necessaria lex Moysi expressisset etiam illam. Sic etiam dicit Nicolaus, ꝙ per prædicta ostendit saluator, quòd obseruantia preceptorum cęremonialium, & iudicialiū non erant amplius necessaria ad salutem. Sed dicendum, ꝙ isti iuueni erat obseruantia legis Moysi neccessaria ad vitam ęternam, quam homo obligatur obseruare, quia sine illis non esset liber a peccato, & tamen iuuenis iste obligabatur ad legem Moysi, cùm eēt Iudęus, & lex illa adhuc obligabat, nō.n.cessauit obligatio legis Moysi statim vt Christus cępit prædicare: quia quousque scirent Iudæi se obligari ad legem Christi, non cessabat obligatio legis Moysi, & tñ hoc non patuit statim vt Christus cępit prędicare: ideo adhuc manebat lex Moysi in vigore suo, & sic iuuenis iste, qui Iudęus erat obligabatur ad illam: ideo ita erat necessaria ei obseruatio legis Moysi, sicut obseruatio decalogi. Sed dicetur, quare ergo Christus non dixit vtrunque, cùm vtrunque esset necessarium. Dicendum, quòd licèt lex Moysi esset necessaria iuueni, non dixit illud Christus: quia Christus non venerat prædicare legem Moysi: sed vt annunciaret Euangelium regni. supra 4. & 9. c. Vnde per taciturnitatem, & obseruationem suam approbabat Christus legem Moysi, & tamen verbo nunquam eam prædicabat, quia non venerat ad hoc. Secundo, & principalius, quia ea quæ Christus diceret nūc erāt doctrina perpetua, & ideo si diceret legem Moysi esse necessariam ad vitam æternam habendam, videretur nos obligasse ad seruādum legem illam: non ergo dicit de illa, licèt esset necessaria, sed solum dixit de decalogo, qui semper est necessarius & fuit. Sed dicetur, quòd ad hoc non sufficit hoc, quia iuuenis ille quærebat, quid esset sibi necessarium ad habendum vitam æternam. Dicendum autem, quòd erat necessarius decalogus cum etiam esset necessaria ex Moysi, non erat sufficiens doctrina, imò erat occasio fallendi. Dicendo, ꝙ licèt doctrina de habendo vitam æternam daretur nunc à Christo ad petitionem huius iuuenis: non tamen dabatur solùm pro isto iuuene, sed potius pro futuris, & tñ in futurum non erat necessaria obseruatio legis Moysi: ideo non debuit illam exprimere. Cum autem dicitur, quòd esset occasio fallendi iuuenem, dicendū est, ꝙ falsum est: quia antequam quæreret aliquid iuuenis a Christo, sciebat se obligatum esse ad legē Moysi & decalogum: per hoc autē, ꝙ Christus dixit, quòd decalogus erat necessarius, non absoluit iuuenem ab aliqua re, qua prius teneretur, sed solùm ostendebat ei, quid esset simpliciter necessarium ad vitā ęternā. Maneret ergo obligatus ad legem Moysi obseruandam, non quidem inquantum ipsa secundùm se esset necessaria ad vitam æternam: sed inquantum Deus illam imposuisset Iudæis vt onus. Decalogus autem est, qui secundùm se ad vitam æternam necessarius erat, ideo illum solum debuit exprimere, & non erat occasio fallendi.

F *An aliquid pręter decalogum erat necessarium ad vitam ęternam. Quæst. CXXIX.*

QVAERETVR, an aliquid pręter decalogum erat necessarium ad vitam æternam. Dicēdum, quòd aut quæritur an sit simpliciter necessarium aliquid ad vitam ęternā vltra decalogum vel an aliquid sit nobis vltra necessarium. Accipiendo secundum dicendum, quòd multa pręter decalogum sunt necessaria ad vitam æternam: quia omnia, quę obligamur seruare, & quorum transgressio aut omissio esset in nobis peccatum mortale, sunt necessaria ad vitā ęternam: quia ad vitam ęternam est necessarium euitare peccatum mortale: ergo omnia illa, quibus non obseruatis in peccatum incidimus sunt necessaria ad vi-
G tam æternam, & ita cęremonialia omnia, & foralia quæ obseruare tenemur, sunt, neccessaria ad vitam ęternam: multa enim instituit Ecclesia obseruāda, ad quę omnia tenemur, & domini & legislatores, in quorum districtu degimus: & si sint taglia, quæ sint ad regulandos mores transgressio eorum inducit peccatum mortale, & consequenter obseruatio eorum est necessaria ad vitam æternā: omnia enim, quę nos vouemus, siue quorum obligationes nosipsi super nos inducimus sunt, necessaria ad vitam ęternā: quod etiam Christus inducit obseruandum præter decalogum, vt nō repudiare vxorem, ad quod etiam tenemur. Apostoli quoque aliqua statuerunt obser-
H uanda, vt Paulus Corinthios ordinat quantum ad multa cęremonialia, & illa obligamur obseruare, & ita sunt necessaria ad vitam ęternam, sunt tamen vltra decalogum. Accipiendo primum modum, dicendum, quòd simpliciter est necessarius solus decalogus, & ea, quæ ad decalogum pertinent. Dicitur autem simpliciter necessarium illud sine cuius obseruatione nullo modo poterat haberi vitā ęternam, neque potuit vnquam, neque poterit. Et hoc consistit in decalogo, quia cæremonialia & iudicialia, quæ nos nūc obseruamus ex institutione Ecclesiæ, & principum sęculi non obligant nisi, quia instituta sunt, & possunt reuocari, si autem nunquam instituta fuissent, vel cassarentur, non essent necessaria ad vitam
I æternam: ideo non sunt simpliciter necessaria ad vitam æternam: necessaria sunt simpliciter illa, quæ etiam si non instituerentur obligarent: & postquam semel obligant, reuocari non possunt: talia sunt quæ naturaliter obligant, scilicet quæ sunt de iure naturali, quę omni tempore, & omnes homines obligauerunt, & ista vel sunt in decalogo, vel reducuntur ad illum: ideo decalogus est, qui simpliciter est necessarius ad vitam æternam. Est tamen sciendum, quòd in decalogo non ponuntur expresse omnia, quæ sunt de lege naturali, vt obseruentur. Et potissimè ea, quę consistunt in agendo: continet enim decalogus duo, scilicet ea, per quæ homo ordinatur in Deum, & per quæ ordinatur in proximum. Respectu Dei tenetur
K homo exhibere honorem debitum Deo, ut domino creatori, & gubernatori & beatificatori, & redemptori, & tenetur cauere offensionem illius. De hoc ponuntur tria præcepta in decalogo de cauendo offensionem duo, scilicet non colere alienos deos, & non iurare in vanum, & vnum de exhibendo honorem, scilicet colere vel sanctificare Sabbathum. Certum est tamen, quòd multa alia iudicat ratio naturalis nos debere facere propter Dei honorem vltra custodiam Sabbathi: omnia autem illa facere tenemur, & tamē illa intelliguntur sub custodia Sabbathi. Etiā in multis aliis possumus offendere directe Deū, ēt non offendendo proximū præter colere Deos alios, & iurare in vanū, & oēs offensiones Dei, quas rō dictat

dictat nobis esse offensiones tenemur euitare: ideo ad multa alia tenemur respectu Dei, & quæ sunt necessaria ad vitam æternam præter illa, quæ continentur in decalogo. Ad proximum autem ordinatur homo benefaciendo & nocumenta eius cauendo. Primum est per præcepta affirmatiua, & est vnicum, scilicet honorare parentes. Secundū est, ꝑ præcepta negatiua, quæ sunt sex. Certū est tñ, ꝙ plura mala sunt, q̃ vnus hō pōt alteri inferre q̃ sex vetita in decalogo: & tamen tenetur quilibet non inferre alteri nocumentum aliquod: maximè autem apparet hoc adhuc circa bonum, quod homo tenetur homini: nam ex obligatione naturali tenetur homo homini ad multa, saltem in necessitatibus temporalibus & spiritualib⁹: & tamen in decalogo vnicū est affirmatiuum præceptum. s. honorare parētes: ideo vltra decalogum sunt multa, in quibus obligatur homo Deo, & proximo de iure naturali: & illa sunt necessaria ad vitam æternam, cùm omnes gentes ad hæc obligentur per naturale dictamen, quod in eis est. Et ita dicendū, quòd vltra ea, quæ sunt in decalogo, sunt multa necessaria ad vitam æternam: & tamen omnia illa reducuntur ad decalogum. Et quia aliquis putaret, quòd ad sola illa obligabatur: adiunxit Christus aliud, quod non est præceptum speciale decalogi: sed includit in se omnia, quæ de iure naturæ seruanda sunt, scilicet diliges proximū tuum sicut teipsum: per hoc enim intelliguntur omnia, quę reducuntur ad decalogum, & quæ obseruanda sunt de iure naturę tam ad Deum quàm ad proximum. Et patet, quia istud est præceptum generale de dilectione proximi, sed in dilectione proximi includitur dilectio Dei, qui autem diligit non offendit, sed prodest: ideo qui diligit Deum, & proximum, facit omnia ad quę obligatur, qa sub dilectione includūtur oīa, ad quæ quis obligat. Et tñ ista, ad quę de iure naturali obligatur, & quę sunt simpliciter necessaria, ponuntur tripliciter: vno modo solùm in generali: secūdo modo omnino in particulari: tertiò modo per cōclusiones determinatas datas vniuersaliter, & non specialiter circa singula. De primo in Christo, qui diligit proximum legem. impleuit ad Rom. 13. & illud. tota lex in vno sermone instauratur, diliges proximum tuum. Et illud: diliges dominum Deum tuū: & proximum tuum sicut teipsum & infra 22. cap. De secundo non potest dari certa regula: nulla enim vnquam scriptura expressit, quæ & quot sunt in quibus tenemur Deo, & in quibus tenemur proximo: quia quotcunque datis adhuc plura possunt occurrere, in quibus teneamur: sed sola ratio est quę dictabit de his, quando euenerint in particulari. De tertio modo est descriptio in decalogo: nam ibi ponuntur decem præcepta quasi decem quæstiones generales de his in quibus tenemur Deo & proximo: non ponuntur ibi particulariter singula, in quibus tenemur, sed ad istas decem conclusiones reduci possunt quæcunque particularia, ad quæ teneamur: & ideo fuit conueniens valde quòd Deus assignaret istas decem conclusiones ꝑꝑ ignorantes, quasi decem regulas iuris naturalis, vt per has scirent faciliter applicare cætera, ad quæ tenentur, quod nescirent si non ponerentur istę conclusiones. & ista fuit causa, quare Deus dedit explicitè ista decem precepta Iudęis, quia etiam si non fuissent data obligabant. & ita Christus dixit hic, quod ista pręcepta decalogi erant necessaria ad vitam ęternam: non quidem innuens, quòd solùm ea, quæ continentur in eis sint necessaria, sed omnia, quæ sunt de iure naturali, quorum obligatio nunquam potest cessare. & illa non possunt singulariter exprimi: sed vel sunt in decalogo, vel reducuntur ad illum: sed eo modo, quo Deus per decalogum innuit Iudæis quòd ob-

Quō hō ad proximū ordinatur.

Vltra ea q̃ in decalogo sunt multa alia sunt ad vitā æternā necessaria.

A seruare debeant omnia, quæ sunt de iure naturali: ita & Christus nunc volens ostendere iuueni quòd ad vitam æternam erat necessaria obseruatio omnium eorum, quæ sunt de iure naturali: dixit ei de obseruatione decalogi: quasi ibi omnia includātur implicitè vel per reductionem.

Quomodo Marcus posuit aliud negatiuum preceptum, quod in decalogo non est, scilicet ne fraudem feceris, & an Christus hoc dixerit. Quæst. CXXX.

QVAERETVR, quomodo cùm Mattheus, & Lucas posuerunt hic solùm præcepta quatuor
B negatiua: Marcus posuit aliud negatiuū, quod in decalogo non est, scilicet ne fraudem feceris, & an Christus hoc dixerit. Dicendum, quòd quidquid asserat euangelistæ Christnm dixisse, est tenendum quòd illud dixerit, & ideo licèt omnes taceant aliquid, & vnus solus illud exprimat, magis dicendum est, quòd illud dixerit, quia ille solus illud asserit quàm credatur, ꝙ non dixerit, quia cęteri tacent: nam locus ab auctoritate negatiuè non tenet: maximè quia scimus, ꝙ nemo Euangelistarum omnia Christi gesta, & dicta conscripserit. Io. 20. Multa quidem, & alia fecit Iesus, quę in libro hoc scripta non sunt. Etiam, quia nemo Euangelistarum falsum dicit, & tamen si quis eorum aliquid asserit dictum, quod dictum fuisse negamus,
C aut factum, mendacem illū facimus: si verò quibusdam aut omnibus tacentibus asseramus aliquid dictū esse, aut factum, quod omnes subticeant, neminē facimus mendacem: cùm ergo Marcus illud scripserit, dicendum est, quòd Christus illud dixerit, & tamen Mattheus & Lucas illud tacuerūt. Christus autem dixit illud, sicut Marcus expressit ad magis notificandū: quia multa sunt, in quibus nocemus proximis fraudādo eos. Per fraudem enim intelligitur oīs illicitus cōtractus, aut rei alienæ cōtractatio indebita sine contractu: quæ tamen non est per violentiam aut secretam ablationem: & quia ista non intelliguntur plane sub nomine furti; voluit exprimere fraudem vltra furtum Mattheus autem & Lucas subticuerūt putantes suffi-
D cere decalogi expressionem: cùm nō facere fraudem non sit preceptum decalogi positum à domino in decalogo a principio. Etiam quia fraus ad furtum reduci potest: sicut & multa alia sunt, quę non exprimuntur, & necesse est illa reduci ad decalogum.

Fraude q̃ cōprehendantur.

Quare Christus addidit hic: Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Quæst. CXXXI.

QVAERETVR, quare Christus addidit hic, & diliges proximum tuum sicut teipsum: nam istud non ponitur in decalogo. Exo. vigesimo, nec Deuter. quinto. Aliqui dicunt, quòd Christus hoc nō dixit, sed ab aliquo additū est, & insertum literę Matthęi. Et motiuum ipsorum est: quia istud non inue-
E nitur apud Marcum, neque apud Lucam: sed apud solum Mattheum. Sic dicit Origenes, scilicet, aut quod ait, diliges proximum tuum, nō a domino positum est, sed ab aliquo additum: quia neque Marcus, neque Lucas hunc locum exponētes hoc addiderūt. Sed dicendum, quòd non stat, quia ista est periculosissima assertio: nam hoc dato totam scripturam poterimus ęquali ratione dicere esse vitiatā per aliquorum appositiones, & ita nulla fides ei dabitur, quo nihil deterius.

Dicendum ergo est, quòd illud a domino dictus est, sicut Matthæus refert. Dicunt tamen aliqui, quòd causa fuit, quia ponitur istud ad redarguen-

dum iuuenem, qui dicebat se compleuisse omnia præcepta legis: & tamen non compleuerat, quia non diligebat proximum suum, sicut seipsum: hoc enim in lege scriptum erat: sed ipse illud non faciebat, cùm non daret pauperibus eleemosynam: & hoc tangitur in euangelio, quod vocatur secundum Hebræos. Sic dicit Origenes: scilicet: Vel aliter scriptum est in Euangelio secũdum Hebreos, quòd cùm dominus dixisset ei: vade, & vende omnia, quę habes, cæpit diues scalpere caput suum, & non placuit ei: & dixit ad eum dominus, quomodo dicis impleui legem & prophetas: quoniam scriptum est in lege, diliges proximum tuũ sicut teipsum, & ecce multi fratres tui filij Abrahę amicti sunt stercore morientes præ fame: & domus tua plena multis bonis, & non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Sed dicetur quòd hoc non stat: primò quia istud euangelium secundum Hebræos est apocryphum, sicut & multa alia, de quibus facit mentionem Hiero. in quodam prologo super Matthęum qui incipit: Plures fuisse. Secundò quia non est rationabile dictũ: nam hoc supposito innueretur ꝙ Christus arguebat iuuenem, quasi non diceret verum asserendo omnia hęc seruaui a iuuentute mea: & tñ verum dixit cùm Christus videns iuuenem dilexerit illũ Mar. 10. quod tñ non faceret, si ille mentiretur in facie Christi ad fallendum illum: ergo non increparet eũ per hęc. Tertiò quia tunc poneretur istud. s. diliges proximũ &c. post rñsum iuuenis, scilicet omnia hæc custodiui à iuuentute mea, & tamen ponitur ante: ergo videtur quòd sit præceptum sicut precedentia & non redargutio. Est igitur dicendum, ꝙ Christus posuit istud tanq̃ mandatum, nõ quidem tanq̃ vnum de mandatis decalogi distinctum ab aliis, cùm non ponatur inter illa: sed ponitur vt clausula generalis ad includendum multa, quę non includuntur expresse in decalogo. Nam vt dictum est suprà, multa sunt, ad quę tenemur proximis præter ea, quæ expresśe ponuntur in decalogo: & illa includuntur sub dilectione proximi: ideo fuit valde conueniens: imò quasi necessariũ poni illam clausulam generalem, ne putaret quis ꝙ ad sola expressa in decalogo teneremur.

Quare non posita fuit hic causa generalis de dilectione Dei, sicut posita est de dilectione proximi.
Quæst. CXXXII.

QVAERETVR cùm ponatur hic clausula generalis de dilectione proximi ad comprehendendum oĩa, quæ ad proximum pertinent: quare nõ fuit posita clausula generalis de dilectione Dei, per q̃ intelligerentur omnia, quę ad Deum pertinent, sicut infra 22. cùm dicitur, diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Dicendum quòd non fuit factum: primò quia istud preceptum de dilectione proximi ponitur hic ad comprehendẽdũ ea, quæ apertè non videntur inclusa sub decalogo præceptorum proximi, & tamen hic non fuit expresśe positum aliquod preceptum de pertinẽtibus ad Deum, quæ sunt in decalogo: ideo neque debuit poni de dilectione Dei ad cõprehendendũ, quæ non expresśe haberentur in præceptis Dei, cùm nulla de eis ponatur. Secundò per istam clausulam de dilectione proximi intelligitur dilectio Dei, quia dilectio Dei præsupponit dilectionem proximi, vt dicitur. 1. Io. 4. cap. Qui non diligit proximum suum, quem videt: quomodo Deum, quem non videt diligere poterit? & ad Rom. vigesimo tertio, Qui proximum diligit legem impleuit; & tamen dilectio Dei ad legem

F pertinet, quia est principium, & maximum mandatum in lege. infra vigesimosecundo capit. ergo dilectio Dei intelligitur in dilectione proximi: & ita illa posita non oportuit poni clausulam aliquam de dilectione Dei: sicut & factum est quantum ad præcepta pertinentia ad Deum in speciali, quia nullum illorum expressum est, cùm expressa fuerint præcepta ad proximum. Tertiò & principaliter hoc fuit, quia Christus voluit ponere ea, de quibus aliquod dubium erat, & tamen de præceptis pertinentibus ad Deum nullũ erat dubium, sed magis de pertinentibus ad proximũ, cùm magis teneamur Deo quàm proximo: & tamen posuit præceptorum decalogi pertinentium ad proximum esse necessariam obseruationem: ideo à fortiori

G esset necessarium obseruare ea, quę ad Deum pertinebant, & ideo neque aliqua precepta de pertinentibus ad Deum posuit in speciali, neque in generali.

Dicit illi adolescens. Ostendit superius quid de obseruatione pręceptorum erat necessitatis: hic autem ostendit quid est supererogationis. & ista supererogatio est abiectio omnium temporalium per paupertatem voluntariam. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur paupertatis voluntariæ meritum. Secũdò vt ad eam alliciat, ostendit eius pręmium, ibi. *Tunc respondens Petrus.* Prima in duas, quia primò ostendit paupertatis voluntarię meritum. Secundò perfectionis huius retardatiuum, ibi. *Cùm autem audisset.* Circa primum dicitur. *Dicit illi adolescens.* Anhelabat

H ad perfectionem iste iuuenis putans cum parua aut nulla difficultate se illuc peruenturum: ideo statim vt Christus responderat rursus interrogauit. *Omnia hęc custodiui.* Scilicet omnia pręcepta, quæ narrasti: & nõ solum intellexit de narratis, sed etiam de eis, quæ includebantur sub narratis. *A iuuentute mea.* Idest à parua ętate, quam vocauit large iuuentutem, quasi dicat, non solùm custodio nunc ista: sed etiam diu est, quòd illa custodio & custodiui. *Quid adhuc mihi deest?* Idest nunquid deest aliquid mihi? Non enim dixit hoc iuuenis affirmatiuè, quia nesciebat an istud sibi deesset, cùm nesciret quid erat necessitatis, & quid supererogationis, & tamen quia desiderabat peruenire ad istã perfectionem quæsiuit an aliquid sibi deesset. *Ait illi*

I *Iesus.* Dans ei viam ad perfectionem. *Si vis esse perfectus.* Idest ad ea, quæ necessaria sunt nihil tibi deest, cùm omnia prędicta seruaueris: ideo iam non super est tibi nisi perfectio, & dixit, si vis, quasi dicat, non est necessitatis esse perfectum, sed voluntatis. *Vade.* Scilicet vade in domum tuam, & in alia loca, vbi habes bona tua. *Et vende omnia quę habes.* Non partem dixit, sed omnia: quia ad perfectam paupertatem, in qua homo Christum sequitur, oportet nihil sibi ipsi relinquere, quod fit omnia vendendo. *Et da pauperibus.* Scilicet pretia rerum venditarum, & non ipsas res: quia si res darentur non vẽderentur, sed distribuerentur. *Et habebis thesaurum in cęlo.* Idest non credes ꝙ ea, quę das perdis: sed cum lucro magno tibi reddentur: quia in cœlo datur thesaurus pro eis. *Et veni.*

K Scilicet postquam venderis & erogaueris res tuas. *Et sequere me.* Scilicet doctrinam meam tenendo & mecum discurrendo de loco in locum.

An adolescens verum dixerit, quando dixit omnia, hęc custodiui. *Quæstio. CXXXIII.*

QVAERETVR de isto adolescente, cùm dixit omnia hæc custodiui, an verum dixerit. Aliqui dicunt, quòd mentitus fuerit. sic enim patet, quia si verũ esset, quòd per omnia præcepta exercitatus esset cùm

cùm diceret ei Christus, quòd venderet quę habebat, obediret, & tamen non obediuit, sed abijt tristis: ergo non impleuerat mandata, quæ dirigunt ad proximum. Idem dicit Hier. s. Mentitur adolescens: si enim quod positum est in mandatis, diliges proximum tuũ sicut teipsum, operecompleſſet, quomodo postea audiens, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, tristis abscedit?

Dicendum, quòd iste iuuenis verè locutus fuit: fecerat enim omnia, quæ dixit hic. Et apparet primò, quia mentiri nihil ei nunc proderat, & Christo non officiebat: sicut qui mentitur in confessione peccatorum sibi nocet, quia peccatorum veniam non consequitur. Iste autem iuuenis petebat rem spiritualem, scilicet vitam æternam, ad quam non nisi per veritatem, & virtutes peruenitur: quòd ergo mentiretur erat seipsum impedire, ideo non est verisimile, quòd mentiretur. Secundò quia si iste iuuenis mentiretur, hoc est, quia haberet animum fallendi: & hoc siue vt ipse gloriaretur, siue vt Christum tentaret. Et quocunque horum dato non tristaretur, quando Christus dixit ei, vende omnia quæ habes: sed etiam si nõ esset facturus simularet se hilariter accipere, & sponte obediturum, etiam si non haberet animum faciẽdi, & per hoc gloriam quandam pro tunc coram aliis acciperet. Cùm autem tristis abiit, ostendit defectũ suum, & se impotentem ad ardua: ideo non mentiebatur vt gloriaretur, neque etiam vt tentaret: quia etiam tunc simularet se facturum quod dicebatur à Christo, vt tentationi suę esset opportunitas: tristem autem se ostendendo, neque gloriam venari poterat, neque tentationi locus erat: ideo videtur, quòd non mentiebatur, vt falleret. Tertiò quia si mentiretur nõdum habens primum gradum, scilicet ea, quæ sunt necessaria ad vitam æternam, licèt à peteret Christo quid adhuc mihi deest, non diceret ei Christus, si vis esse perfectus: quia hoc est quasi iam verè teneret primum gradum necessariroum: sed Christus qui veritatem nouerat eum tanquam mendacẽ argueret non dando sibi regulam de perfectione, & tamen non redarguit, sed regulam dedit: ergo non mentitus est iuuenis. Quartò, & efficacius quia Christus videns iuuenem ista dicentem, dilexit eum, vt dicitur Mar. 10. s. Hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum dilexit eum: Christus tamen mendaciũ nõ diligit, sed detestatur. Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mẽdacium. Ergo verè fecerat omnia, quæ dixerat. Sic dicit Beda. Non est putandus homo iste vel voto tentantis (vt quidam putauerunt) dominum interrogasse: vel de sua vita esse mentitus: sed simpliciter, vt vixerat, esse confessus: quod patet ex hoc quòd subditur. Iesus autem intuitus dilexit eum: si autem mẽdacij aut simulationis noxa reus teneretur, nequaquam intuitus archana cordis eius diligere eum diceretur. Idẽ tenet Origenes. Dicens de isto iuuene quãtum ad priora dignus erat amore, quæ legis sunt obseruans a iuuẽtute sua. Idem tenet Aug. dicens, Secundum historiã iste iuuenis laudabilis erat, quia non occidit, non adulteratus est: vituperabilis autem, quia tristatus est in verbis Domini. Et ita vult, ꝙ impleuerat præcepta, quæ asseruerat se impleuisse, sed ad perfectionem nõ ascẽdit. Ad dictum Hierony. dicendum, ꝙ istud pendet ex alio dubio, in quo varij sunt doctores, s. an simplici corde, vel animo tentantis iuuenis venerit, & ostensum est, quòd simplici corde supra Hiero. autem ibi contrarium tenens non multum tenetur: etiã quia argumentum suum nõ est efficax: nam licèt verè impleuisset omnia mandata legis, quæ Christus commemorauerat: poterat esse adhuc impotẽs ad statum per-

A fectionis: quia non parum inter ista differt: ideo iuuenis, qui ardẽs erat ad perfectionem, vero animo eã cupiens, eam consequeretur, audita ista re graui, tristis recessit.

Cum iuuenis dixit omnia hęc custodiui à iuuentute mea, quid intellexit per omnia. Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR, cùm iuuenis dixit, omnia hęc custodiui à iuuẽtute mea, quid intellexit ꝑ oĩa. Aliqui dicũt ꝙ solũ pręcepta, quę dirigũt ad proximũ: nã illa sola Christus expresserat in litera. Dicendum, quòd necesse est accipi de toto decalogo: tam ad præcepta Dei quàm proximi. Et patet primò, q̃a

B licèt sola quę ad proximum expresśe posita fuerint: tamen per illam clausulam generalem, scilicet & diliges proximum tuum sicut teipsum, intelligebantur tam præcepta quędam ad proximum omissa q̃ præcepta quæ ad Deum: vt ostensum est, supra ideo etiam illa compleret. Secundò quia maioris necessitatis erant pręcepta, quæ ad Deum, quàm quæ ad proximum: ideo etiam si de illis expresse nihil dictum esset, tamen iuuenis, qui ad vitam æternam anhelabat, putaret se omnino indignum ad illam, si illa præcepta nõ seruasset. Tertiò quia iuuenis quæsiuit quid adhuc sibi deesset, quasi dubitans, & nesciens, an aliquid sibi deesset: & tamen si pręcepta, quæ ad Deum sunt, quę sunt maximæ necessitatis, non obseruasset, manifestũ

C est, quod aliquid imò totum bonum sibi deesset: iõ non quæreret quid mihi deest, & tamẽ quęsiuit: ideo videtur quòd illa impleuerat. Quartò patet & efficacius, quia cùm iuuenis dixit, quid adhuc mihi deest? dixit Christus: si vis esse perfectus &c. Et ita ostendit quòd de necessariis nihil sibi deerat: imò iam non superat aliquid agendum, cùm ostenderet ei viam perfectionis, & tamen si nondum seruasset mandata, quæ ad Deum pertinẽt deesset sibi multum de necessariis: ideo Christus non diceret ei de perfectione: sed diceret, quòd faceret cætera, quæ ei deerant. Apparet autem hoc magis ex verbis Christi apud Marcum: dixit enim, vnum tibi deest: vade & vende omnia &c. idest hoc vnum solum deest: si tamen nondũ

D impleuisset mandata, quæ ad Deum, non solum deficeret illud vnum, sed & multa alia: ergo iuuenis impleuerat non solum ea, quæ Christus expressit: sed etiam omnia mandata, quæ ad proximum: quorum aliqua Christus tacuit, & omnia, quæ ad Deum, quorum nullum expressum est, & etiam ipsam legem Moysi implebat: nam cùm ad illam esset obligatus, si non impleret eam peccaret, & ita non esset dispositus ad vitam æternam: & ita per, Omnia hæc, intellexit iuuenis omnia, quæ erant de lege naturæ, & quę erant de lege Moysi, quæ omnia obseruauerat.

Quare iste adolescens dixit: Omnia obseruaui a iuuentute mea: & quomodo poterat esse verum. Quęst. CXXXVI.

E

QVAERETVR, quare dixit iste adolescens, omnia obseruaui à iuuentute mea: & quomodo hoc poterat esse: quia videtur implicare cõdictionem, cum nondum esset iuuenis, sed adolescens.

Ad primum dicendum, quod dixit illud ad ostendendum suam magnam dispositionem: Christus enim dixerat ei, quod seruaret mandata, ipse autem dixit quod à iuuẽtute sua custodiuerat ea: quasi dicat, non solùm nunc illa custodio: sed etiam semper custodiui: quia à iuuentute mea custodiui illa, & ita sufficientem dispositionem quantum ad hoc habeo. Secundò ad tollendum calumniam: quia si diceret iuuenis, ego custodio nunc ista præcepta, vel incipiã

custodire illa: posset dicere Christus quòd oportebat aliquanto tempore eum insistere huic custodiæ præceptorum, antequam darentur ei præcepta illa magna ad habendum vitam æternam, & ita posset eum à se abiicere. Dixit ergo, omnia hæc custodiui a iuuentute mea: ideo non oportet amplius me morari in his, sed possum ad maiora ascendere.

Quid adolescentia proprie sũpta.

Ad secundum dicendum, ꝙ iste ad quem Christus loquitur, adolescens erat, vt dicitur hic, scilicet, dicit ille adolescens, & infra in litera dicitur, cùm autem audisset adolescens: sed accipitur alterum istorum largè & fortè vtrunque: nam adolescentia propriè sumpta non excedit annum vicesimum primũ, aut secundùm alios vicesimum quintum: iste autem videtur fuisse maioris ætatis: nam dicitur Luc. 18. interrogauit eum quidam princeps: & tamen in tam parua ętate non esset princeps Pharisæorum neque populi. Etiam quia homines talis ætatis vix ad talia aspirãt, de iuuentute manifestius est, quòd accipiatur largè: nam secundùm ordinem ætatum adolescẽtia præcedit ad iuuentutẽ: ideo si adolescens erat, nondũ fuerat iuuenis: & ita non poterat custodiuisse omnia hęc aut aliquid eorum à iuuentute sua, quam nunquam habuerat.

Dicendum igitur, quòd adolescentia & iuuentus in sacra scriptura largè accipiuntur, & confusè non secundùm taxationem annorum, quam nos ponim⁹. De adolescientia enim dicendum, quòd interdum accipitur pro quacunque ætate quantuncunque parua: imo pro principio cuiuslibet ætatis, quæ non sit infantia: sic accipitur Gen. 8. Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum. Vnde siue accipiatur ibi ætas pro ætate: siue pro homine habente ætatem, , necesse est accipi adolescentiam largè: quia si accipiatur pro homine, quòd omnis ætas, idest, homo est pronus ad malum: certum est, quòd ista pronitas non incipit ab adolescentia: imò à principio pueritiæ: quia statim post infantiam homines incipiũt posse in aliquo peccare, scilicet in furtis, periurijs, mendacijs. extra de delictis puerorum capit. pueris. si accipiatur pro ætate hominis, certum est, quòd quælibet ętas præter infantiam à principio suo est prona ad malum. ita ergo in præsenti iuuentus & adolescientia accipiuntur largè: ita quòd adolescentia accipiatur pro iuuentute vel principio virilitatis: vt fortasse sis quia erat annorum triginta vel quasi. Iuuentus aũt accipitur pro parua ætate, scilicet pueritia, & est sensus, quòd iste homo dixerit, quòd mandata seruauerat semper: incipit autem obseruatio mandatorum eo tempore quo peccare posse quis incipit. & hoc est in principio pueritiæ. ideo ab eo tempore iste seruauerat mandata, in quo innuit aptitudinem suam ad vitã æternam: & ita accipitur iuuentus pro pueritia.

Peccata hominum post infantiã.

Quare post prędicta dixit Christus iuueni, si vis eſse perfectus. Quæst. CXXXVI.

QVAERETVR, quare post prædicta dixit Christus iuueni, si vis esse perfectus: quia istud non attinebat ad ea, quæ petebat: ille enim petebat vitam æternam, & ad illam sufficiebat obseruatio mandatorum: ideo non oportebat dici de perfectione.

Dicendum, quòd hoc fuit primò propter instantiã iuuenis: Christus enim dixerat ei quòd obseruaret decalogum ad habendum vitam ęternam, in quo monebat quòd non erat aliud necessarium: ipse tamen dixerat quòd semper seruauerat, & petebat siquid aliud deerat: ideo Christus dixit ei quid posset boni facere vltra decalogum. Et quia vltra obseruationem necessarium nihil restat nisi perfectio, dixit Christus, F Si vis esse perfectus: quasi dicat, cùm obseruaueris mandata, non restat nisi vt perfectus efficiaris si vis. Secundò fuit, quia aliquo modo facit ad propositum eorum, quæ iuuenis volebat: nam sicut contingit habere beatitudinem, ita contingit illã esse maiorẽ, vel minorẽ obseruatio aũt ꝑceptorum facit ad habẽdum perfectionem simpliciter: perfectio autem facit ad habendum illam in maiori gradu: ideo conueniens erat dici illi iuueni de perfectione, vt abundantius cõsequeretur gloriam. Tertiò quia videtur fuisse de intentione iuuenis non solùm habere vitam æternam, sed etiam habere perfectionẽ, cùm postquam Christus dixerat ei, quæ erant ei necessaria ad vitam ęternam, & ille dixerit se illa impleuisse adhuc quęsiuerit G an aliquid sibi deerat: ideo Christus de perfectione etiam respondit.

Quare Christus dixit, si vis esse perfectus. Quęstio. CXXXVII.

QVAERETVR, quare Christus dixit, si vis esse perfectus: quia poterat dicere statim, vade, & vende omnia quę habes, non faciendo mentionem aliquam de perfectione.

Dicendum, quòd hoc fuit ad distinguendum gradus, vel status, Sunt duo gradus: vnus, in quo obseruantur solùm ea, quæ sunt supererogationis. Primus vocatur abundans siue sufficiens iustitia. Secun-H dus vocatur supererogatio vel perfectio: & quia posuerat primum, inquantum dixit de obseruatione decalogi: ponit hic secundum: & vt videatur distinctus, posuit nomen eius dicens: Si vis esse perfectus. Sed tunc dicetur, dato quòd vellet nominare perfectionem, poterat dicere, vt efficiaris perfectus, vade & & vende, &c. & non diceret si vis.

Dicendum, quòd fuit primò ad ostendendum differentiam istius status à primo: quia primus status, qui vocatur sufficiens iustitia, est necessarius ad vitã æternam, secundus qui est perfectionis non est necessarius: ideo dixit, si vis: idest non est necessarium quòd sis perfectus, sicut est necesse, quòd serues decalogũ, & tamen si vis esse perfectus, facies quæ sequuntur. I Secundo fuit ad ostendẽdũ, quòd iuuenis non erat facturus istud, quod Christus dicebat, quasi dicat, tu vis aliud vltra iustitiam sufficientem, & scio quòd non facies illud: & tamen si vis illud facere, vende omnia quæ habes.

Quomodo stat, quòd dicit Mattheus hic: Si vis esse perfectus: quia est repugnantia in Euangelistis. Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR, quomodo stat quod dicit Matthæus hic: si vis esse perfectus. in quo innuit, quod perfectio non est de necessitate, sed spontanea: nam Lucas, & Marcus videntur illam ponere necessariam: nam Mar. 10. c. cùm dicitur, vnum tibi deest, va-K de & vende &c. & Luc. 18. dicitur, cùm iuuenis dixit, omnia hæc custodiui, quod Christus dixit adhuc vnum tibi deest, idest etiam existentibus prædictis, adhuc vnum deest: & tamen quæ desunt de necessitate sunt, quia si non essent de necessitate, non deessent, cùm haberè possent apponi, vel non apponi. ergo perfectio de necessitate est.

Dicẽdũ, ꝙ perfectio nõ est de necessitate: quia si de necessitate esset, perfectio nõ vocaret. Sed pot vocari necessaria: vel dici deesse non quidem simpliciter, sed ex suppositione: non est necesse quòd Sortes currat: & tamen si vult currere necesse est, quòd moueatur: tamen simpliciter non est necesse quod Sortes moueatur:

ueatur: sicut nec est necesse, quòd currat, absolutè loquendo perfectio non est necessaria: & tamen siquis vult habere beatitudinem in gradu excellenti, perfectio est necessaria. Iuuenis autem iste volebat gradum excellentem: quia non solùm vitam æternam, sed etiam in magno gradu, idest in maiori, quo habere posset habere volebat: ideo cùm haberet obseruationem præceptorum adhuc, deerat sibi perfectio. Vnde dicendum, quòd iuuenis iste perfectionem volebat. Quod patet, quia cùm Christus dixisset ei ea, q̃ sufficiebant sibi ad vitam æternam, scilicet obseruationem mandatorum, adhuc quæsiuit, si quid sibi deesset: & tñ ei, qui vult esse perfectus, & nondum est, necessaria est impletio consiliorum; sed quæ necessaria sunt, qñ non habentur, dicuntur deesse: ergo rectè dixerunt Marc⁹, & Lucas adhuc vnum tibi deest, s. qa vis esse perfectus, deest tibi aliquid, quod est vendere omnia, quæ habes: sine quo perfectus esse non potes. Hoc etiam patet, quia ista expositio cõuenit valde verbis Matthæi hic: nam dixit hic iuuenis, omnia hæc custodiui, quid adhuc mihi deest? ideo conuenienter Christus responderet, adhuc vnum tibi deest, scilicet ad perfectionem, quā desideras, sicut Marcus & Lucas dixerunt.

Quomodo potest stare, quia Mattheus dixit hic si vis esse perfectus vade, & vende omnia, quę habes. Marcus autem, & Lucas dixerunt adhuc vnum tibi deest, vade, & vende omnia, quę habes: & quid istorum dixit Christus.

Quest. CXXXIX.

SED quæretur, quomodo potest stare, quia Matthæus dixit hic, si vis esse perfectus vade, & vende omnia, quæ habes: Marcus autem & Lucas dixerunt, adhuc vnum tibi deest, vade, & vende omnia, quæ habes: & quid istorum dixit Christus.

Dicendum ad primum, quòd non repugnant, qa vt dictum est præced. quæst. perfectio simpliciter est voluntaria, quia res est voti, & non præcepti: & tamen est de necessitate ex suppositione: Matthæus autem accepit, si vis, vt est voluntaria simpliciter: Marcus verò & Lucas dixerunt esse illam necessariam, vel deesse, vt est necessitas suppositionis: licèt etiam voluntaria dicuntur illa, quæ sunt necessaria ad benè esse: sicut ipse finis primus, & vltimus necessarius est, cùm circa illum non contingat deliberare: sicut medicus non deliberat an sanabit, sed quomodo: & tamen circa ista ponitur hic voluntas, sicut dixit Christus supra in litera. Si vis ingredi ad vitam, serua mandata: & tamen ingredi ad vitam est finis vltimus, circa quē non est consilium neque electio.

Ad secundum posset dici vno modo, ꝙ Euangelistæ non intendunt principaliter narrare verba Christi, sed sententias: & quia in sententia concordant vt dictū est, non differt quid horum dixerit: imò etiam si neutrum dixerit: sed aliquid aliud quod in sententia esset idem cum istis. Secundò potest dici, & melius, quod vtrunque dixerit Christus, & tamen euangelistæ non plenè retulerunt. s. vt diceret, adhuc vnum tibi deest, si vis esse perfectus vade & vende, i. vt vadas & vendas: & hoc conuenit valde oībus euangelistis: nam collectis his apparet, ꝙ deesse, vel necessitas accipitur ex suppositione. Etiam competit valde literæ Matthæi: nam dixerat iuuenis hic. Hæc omnia custodiui à iuuētute mea: quid adhuc mihi deest? verisimile erat ergo, ꝙ Christus responderet eodem mō, scilicet vnū tibi deest. Quia tñ non deerat simpliciter, adiūgenda erat conditio. s. si vis esse perfectus: & ita cùm vtrunq; ponedum esset, alterum tantùm posuit Matthęus, & A alterum tantùm Lucas, & Marcus: & iungendo illa fit vna plena narratio.

An perfectio sit homini possibilis in hac vita.

Quest. CXL.

QVAERETVR, quomodo Christus dixit iuueni, si vis esse perfectus: cū videatur, ꝙ nemo possit esse pfectus maximè hic, & an perfectio sit hoī possibilis. Aliqui dicunt, ꝙ nemo potest esse pfectus in via, quia dr̄ 1. Cor. 13. Cùm venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Et tamen in vita ista non euacuat quod ex parte est, quia fides, & spes sunt ex parte: quæ tamen manent in via: ergo nullus est B hic perfectus. Secundò, quia perfectum dicitur, cui nihil deest. 3. Phisicorum, sed nemo est, cui in hac vita non desit aliquid. dr̄ enim Iaco. 5. ca. In multis offendimus omnes. & Psal. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui: ergo nullus in hac vita est perfectus. Tertiò, quia perfectio consistit in charitate, quæ sub se continet dilectionem Dei & proximi: sed quātum ad dilectionem Dei non potest quis in hac vita habere perfectam charitatem, quia dicit Greg. super Ezech. Amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cū ipsum, quē amat viderit, in amorem ipsius amplius ignescit. Etiā dilectio quantum ad proximos non potest esse perfecta hic, quia non possumus in hac vita omnes proximos actualiter diligere: etiam si eos habitualiter dili- C gamus, sed habitualis dilectio est imperfecta, cū actualis sit perfecta: ergo etiā dilectio proximi non est hic perfecta, & sic in hac vita nemo erit perfectus.

Dicendum, ꝙ potest hō esse perfectus, & non solū in patria, sed etiam in via: nam oīa mandata exhortationes, & suasiones sacræ scripturæ dantur pro statu viæ, quia in patria non est obseruare præcepta neque consilia, aut aliquid, quod in finem ordinet: sed immobiliter adhęrere fini. Et tamen sacra scriptura hortatur nos ad perfectionem, supra quinto capitu. Estote perfecti, sicut & pater vester cęlestis est perfectus. & Apostol⁹ dicit 1. Co. 14. sensibus perfecti estote, malicia autem paruuli. Etiam illud per quod efficimur ꝑfecti est in via: ideo contingit hominem in via esse ꝑ- D fectum: dicitur enim hic: si vis esse perfectus, vade & vende omnia, sed istud fit hic: ideo hic habetur perfectio. Pro quo sciendum, ꝙ perfectio dicit quādam totalitatem, quia vt dr̄ 3. Phyſi. totum & perfectum idē sunt. totalitas autem potest accipi dupliciter, vno modo simpliciter vel absolutè, & ita perfectum est, qđ est totum ens, & totum bonum. i. extra quod nihil est de natura entitatis & bonitatis. Hoc modo nihil est perfectum nisi Deus: & sic homo non potest esse perfectus nec hic neque in futuro: Deus enim totam naturam entitatis habet: imo non dicitur aliquid propriè esse nisi ipse, qui dixit, ego sum, qui sum. i. ego sū, qui habeo esse: cęteri verò non habent esse, sed quandam vmbrā essendi: & illud, qui est, misit me ad vos. i. E ille solus est: cetera verò non sunt, & si esse videantur. Exod. 3. cap. Etiam Deus continet totam naturam boni intantum quòd ipse solus vocatur bonus absolutè: sicut Christus dixit supra in litera, & Marc. 10. & Luc. 18. Quid me vocas bonū? nemo bonus nisi solus De⁹, cętera vero habent quasdam participationes essendi, & bonitatis ab eo, quod est totum ens & totum bonū: & ideo sunt entia limitata: quia limitatur, vel coarctatur in eis entitas, & bonitas secundùm modum recipiendi; & tamen in vita æterna non mutabitur natura hominis, quia nō desinet esse creatura, neque esse ab altero: & ēt erit recipiens in actu, quia ipsam beatitudinem, qua glorificabuntur, non à seipsis beati, sed à Deo participabunt; ideo non est possibile hoc mō esse

Totaliter dupliciter sumitur.

Deus totā entis naturā habet.

esse aliquem perfectum, nisi eum, qui naturaliter pfectus est, qui est solus Deus. Secundò modo potest accipi totalitas non simpliciter, sed respectu modi participationis. Nam hõ & singulæ res constituuntur in diuersis speciebus, secundum ꝙ sunt diuersi modi participationum diuinæ entitatis, & bonitatis in rebus, ab illa autem mensura entitatis & bonitatis contingit sæpe deficere res, ideo non est in eis tunc totalitas secundùm quam perfecta vocantur. Hæc autem perfectio, quia est quantum ad esse & naturam, non solũ cõtingit hoĩbus, sed etiam oĩbus aliis rebus. s. ꝙ in qualibet specie sit aliquid perfectum, & aliquid imperfectum ſm ꝙ aliquid sortitur totalitatem speciei illius & aliquid non. De ista perfectione quantum ad homines dicendum, ꝙ cõtingit aliquem esse perfectum ſm statum præsentis viæ: licèt non sit perfectio simpliciter, vt cũ sit alia perfectio hominis maior quantum ad esse in prima, quia tam quantum ad figurationem mẽbrorum quam ad virtutes corporis, erũt corpora meliora in patria quàm nunc: iõ tunc erunt simpliciter pfecta quantum ad conditionem esse humani: nunc ãt non loquimur de perfectione, quæ consistit in essendo, sed in operando: operatio enim, vt bona sit, multa requirit & concursus illorum facit quandam totalitatem operationis, & illa totalitas dicit perfectionem operationis. De hac perfectione agitur hic: & non de perfectione essendi. Quod patet primò, quia inuitamur in sacra scriptura ad perfectionem: & tñ non inuitamur ad ea, quæ sunt in potestate nostra, sed perfectio, quæ est in essendo nõ est in potestate nostra; iõ non agitur de illa. Secundò, quia perfecti merentur plusquam non perfecti: & tamen p ea, quę pertinent ad esse, non meremur, cũ non sint in potestate nostra: ergo non agitur de illa perfectione. Tertiò, quia Christus dixit: Si vis esse perfectus vade, & vende omnia: & tñ vendere actus noster est: ergo de perfectione, quæ in actu cõsistit dicitur hic: hanc perfectionem potest homo habere in via, cũ cõsistat in operationibus, quę sunt in nostra potestate: & ita Christus ad perfectionem istam inuitat, quia possibile est eam nobis habere. Ad argumenta in contrariũ respondebitur, infra 141. quæst.

An perfectio nostra consistat in charitate.
Quæst. CXLI.

QVAERETVR, cũ perfectio nostra consistat in actu, & actus ſm virtutem sit bonus, quæ est virtus in cuius actus consistit perfectio Christianæ vitæ? Et quia solet dici, ꝙ in actu charitatis consistit, est dubium, an consistat in illo. Aliqui dicunt, quòd nõ: dicit enim Apostolus primæ Cor. 14. Malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti: sed charitas non pertinet ad sensum. i. ad intellectũ, sed magis ad affectũ: ergo perfectio vitæ nostræ non consistit principaliter in charitate. Secundò patet, quia ad Ephe. 6. cap. dicitur: Accipite armaturã Dei, vt positis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Et ita pfectos nos vocat in armatura Dei, de quo ipse dicit: estote succinti lumbos vestros in veritate, & induite loricam iustitiæ in omnibus sumentes, scutum fidei; ergo pfectio nostra nõ solùm attenditur in charitate, sed ẽt in aliis virtutibus, scilicet charitate, iustitia, & fide, & aliis. Tertiò patet, quia virtutes apparent distinctè in spe per actus suos, & tamen Iaco. primo ca. dicitur: Patientia opus perfectum habet: ergo videtur, quòd status perfectionis magis attenditur secundùm patientiã quàm secundùm charitatem.

Respõ. ad quæsitum quæstionis

Dicendum, ꝙ perfectio nostra consistit in charitate. Sic dicit Apostolus ad Colossen. 3. ca. Super omnia
F charitatem habere, quæ est vinculum perfectionis. Vocatur autem vinculum perfectionis, idest vinciens vel ligans omnes virtutes in quandam perfectam vnitatem. Item patet hoc, quia vnumquodque dicitur esse perfectum inquantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio: charitas autem est, quæ vincit nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mẽtis, quia qui manet in charitate in Deo manet. 1. Ioã. 4. ergo secundum charitatem specialiter attenditur perfectio: cęteræ autem virtutes non coniungunt hominem fini suo, eo quòd nulla earum est directè de fine vitæ humanæ tanquam de obiecto, cùm morales non habeant Deum pro obiecto, theologicæ habent Deum pro obiecto, sed nulla tam perfectè sicut
G charitas; ideo per charitatem, cui est naturale esse in Deum, idest conuenit sibi ex natura habitus talis, cęterę virtutes, quibus accidit dirigi in Deum, dirigẽtur in ipsum: & ita in actu eius principaliter consistet perfectio.

Charit. vinculum perfectionis.

Ad primum dicendum, ꝙ in charitate consistit perfectio, & ad illã pertinent sensus: bonum enim intellectus est veritas, perfectio ergo sensuum, idest intellectuum, vel intellectionum consistit in hoc, ꝙ cõformantur veritati, & in ea sunt vnanimes. i. idem sentiẽtes. Iuxta illud primæ Cor. primo, Sitis perfecti in eodem sensu: & in eadem scientia. vnanimitas autẽ ista, & concordia in veritate fit per charitatem, quæ consensum in hominibus operatur: ideo perfectio sen-
H suum in charitate radicatur, & sic perfectio simpliciter nostra in charitate consistet.

Ad secundum dicendum, quod accipiendo perfectionem, vt competit homini, vel alteri rei, potest dici aliquis pfectus dupliciter, scilicet simpliciter aut ſm quid. Primo modo attenditur perfectio ſm id, quod pertinet ad rei naturam: vt si dicatur animal perfectũ, quando nihil ei deficit de dispositione membrorum, & aliis huiusmodi, quę requiruntur ad vitam aĩalis. Secundo modo attenditur perfectio secundùm aliquid exterius adiiciens, vt in albedine vel nigredine, aut colore aliquo, vel robore & similibus. Ita ergo in vita Christiana inuenitur pfectio simpliciter, & secundùm quid. Perfectio simpliciter est illa, secundùm q̃
I consistit vita Christiana in esse suo spirituali. Perfectio autem secundùm quid in eo, quod adiacet vitæ, & non pertinet ad esse vitę: est autem vita Christiana spiritualis, sicut dicitur ad Phili. 3. Conuersatio vestra in cœlis est: & sicut corpus per coniunctionem ad animam participat vitã naturalem: ita anima per coniunctionem ad Christum participat esse spirituale, quod est vita sua. Sic dicitur ad Colossen. 3. Mortui estis, & vita vestra abscõdita est cum Christo in Deo. Consistit autem ista vnio, per quam anima viuit, in dilectione: ideo qui non diligit mortuus est 1. Io. 4. Qui non diligit, in morte manet: ergo perfectio simpliciter vitæ Christianæ est in charitate, secũdùm quam dicimur viuere: perfectio secundùm quid est in eis,
K quę adiacent vitæ Christianæ: & istę sunt aliæ virtutes, quæ vitam nostram spiritualem non efficiunt, sed exornant: & quia illud quod est per se, est principiũ eius quod est per accidens, charitas erit perfectio vitę Christianę velut principiũ aliarum uirtutũ existens.

Ad tertium dicendum, quòd patientia non reddit vitam nostram perfectam simpliciter, neque opus eius est perfectum inquantum est opus patientiæ, sed in ordine ad charitatem, scilicet inquantum patientia procedit à charitate, scilicet ex abundantia charitatis, tolerat quis aduersa. iuxta illud ad Ro. 8. Quis nos separabit à charitate Dei? an tribulatio, an angustia? & ita propter charitatem angustias toleramus, ne à charitate recedamus, & non solum patietur, sed etiam libenter

benter iuxta illud Act. 5. Ibant apostoli gaudentes a cō A
spectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine
Iesu contumeliam pati.

An perfectio secundum charitatem possit esse in via.

Quęst. CXLII.

QVAERETVR, an talis perfectio qualis dicta
est s͠m charitatem possit esse in via. Dicēdum
ꝙ sic, cū Christ⁹ inuitet & hortetur nos ad perfectio-
nem: & tamen nulla alia perfectio est nisi ista, quę est
s͠m charitatem, quia tamen totum, & perfectum idē
sunt 3. Physicorum. perfectio nominat quandam to-
talitatem: erit perfectio in totalitate charitatis. Ista āt B
totalitas inuenitur tripliciter. prima est totalitas abso-
luta: non solùm prout consideratur ex parte diligen-
tis, i. vt diligat quantum diligere potest: sed etiam ex
parte diligibilis, scilicet vt Deus tantum diligatur,
quantum diligibilis est. Et ista prima perfectio non
est possibilis in homine: in via neque in patria, quia
nunquā poterit quis diligere Deum quantū diligibilis
est: cùm sit diligibilis in infinitum, quia est infinitè bo
nus. Angeli etiam non habent talem perfectionē cha
ritatis: cùm actus quoq; diligendi eorum sit finitus: so
lus enim Deus habet istam perfectionem charitatis,
quia ipse diligit quantum potest, & quantum diligibi
lis est, ꝙ potentia dilectiua est æqualis obiecto diligi-
bilis: cùm tanta sit in eo charitas quanta bonitas. Etiā C
creaturas diligit quantum diligibiles sunt, idest quan-
tum ipse eas diligibiles constituit. Secunda perfectio
est charitatis, quæ etiam attenditur s͠m totalitatem ab
solutam solū ex parte diligentis prout affectus s͠m suū
posse totum semper actualiter tendit in diligibile, sci-
licet in Deum, qui est obiectum primum & per se, &
primò, quia ideo diligitur inquantū potest semp̱ esse
in actu amādi, quia siquis cessaret ab oībus, alijs actib⁹
etiam eo tempore, quo consistit in actu amandi non
amat secundum totam intensionem possibilem in
actu, quia intensius amare posset si apponeret totum
conatum. Tertia perfectio est, quæ attenditur s͠m to-
talitatem, sed non absolutam: non est enim totalitas
ex parte diligentis, quia non oportet, quòd semper di- D
ligat actualiter neque ex toto conatu, neque etiam ex
parte diligibilis: quia non est necesse tantum dili-
gi quantum diligendum est, sed totalitas ista accipi-
tur quantum ad hoc, quòd excludantur totaliter om-
nia, quæ repugnant motui dilectionis in Deum, & p̱-
ximum: & hoc est tollendo principaliter cupiditatē,
& quasdam passiones. dicit enim August. lib. 83. quæ-
stionum, quòd venenum charitatis est cupiditas. Ista
perfectio charitatis habebitur in futuro, & etiam ha-
beri potest hic. Et hoc dupliciter: primò inquantum
ab effectu hominis excluditur omne illud quod cha-
ritati contrariatur, sicut est peccatum, s. mortale: & ta-
lis perfectio conuertitur cum charitate, quia nunquā
sine illa est charitas, & est ista de necessitate salutis: vn E
de communiter non solemus hanc vocare perfectio-
nem, nisi dicatur perfectio radicaliter vel originatiuè
quia iste gradus requiritur ad hoc, quòd inueniaț per
fectio ipsa dicta. Secundo modo inquantum ab effe-
ctu hominis excluditur non solū illud, quod charitati
est contrarium: sed etiam omne illud, quod impedit
ne affectus mentis totaliter dirigatur in Deum: & si-
ne ista perfectione potest charitas esse, sicut incipienti
bus & proficientibus, in quibus charitas est: & tamen
sunt in eis venialia, & affectiones aliquę rerum mun-
danarum, quæ impediunt ne totaliter dirigatur mens
in Deum: & ista secunda est perfectio, de qua in præ-
senti loquimur, ꝙ aliqui perfecti efficiantur in vita.

Triplex est totalitas,

Nunquam poterit tā-tum Deus diligi quā-tum diligibile est.

Perfectio charitatis potest haberi hic dupliciter.

Ad argumenta facta supra est nunc respondendum.
Et dicendum ad primum, quòd Apostolus loquitur
ibi de perfectione, quæ erit in patria, quia ibi verè eua
cuabitur quod ex parte est: & erit perfectio simplici-
ter in beatis in secundo modo dicta qualis in præsenti
esse non potest.

Ad secundum dicendum, ꝙ aliqui sunt perfecti in
præsenti: illi tamen offendunt Deum in aliquo, quia
committunt interdum venialia ex infirmitate carnis:
& ista infirmitas & commissio venialium detrahit per
fectioni patrię, neque potest stare cū illa: perfectioni
autem præsentis vitæ aliquid detrahit: & tamen stat
cum illa: & ideo non sunt homines in præsenti ita p̱
fecti sicut in futuro: & t͞n perfecti vocantur si tollant
quantum in eis est ea, per quæ mens impeditur tende
re in Deum, s. affectum rerum, qui & si illicitus nō sit,
impeditiuus tamen est.

Ad tertium dicendum, quòd in præsenti nemo po
test diligere omnes proximos actualiter: sed hoc non
tollit perfectionem: sicut enim non tollitur perfectio
dilectionis ad Deum in præsenti: licèt nō semper ho-
mo feratur ad Deum in actu per dilectionem: ita etiā
nō impedietur, licèt non feratur in omnes proximos
singillatim: sufficit enim, ꝙ habens perfectionem fe-
ratur in omnes proximos in vniuersali secundū actū:
in singulares autem habitualiter, & s͠m animi præpa-
rationem, idest quòd in animo sit promptus ad hoc,
quòd circa quemlibet assignatum exerceret actum di
lectionis si opus esset, tam eliciendo dilectionem quā
exhibendo executionē. Sed dicendū, ꝙ cū in charitate
sit p̱fectio nostra: erit in dilectione illius ad quē chari
tas esse dēat. Est aūt charitas directè ad Deū, quia ipse
p̱p se est diligibilis: ideo propriè perfectio n͞ra est in di
lectione Dei. Ad proximum etiam est charitas prop-
ter Deum inquantum communicat eo: ideo etiam
in dilectione proximi suo modo perfectio quædam
est. Potest autem circa dilectionem proximi attendi
dupliciter perfectio, sicut circa dilectionem Dei. Vna
quidem, sine qua charitas esse non potest: & hoc est,
vt homo nihil habeat in affectu, quod sit cōtrarium
dilectioni proximi, & sine ista non potest inueniri cha
ritas proximi. Secunda est, sine qua potest inueni-
ri charitas proximi, quæ quidem triplex attenditur. Pri
mò modo s͠m extensionem dilectionis, scilicet vt ho
mo diligat non solùm amicos & notos, sed etiā igno
tos, & vlterius etiam inimicos. Et hoc, quòd diligat
eos in actu: & vt dicit Augu. in Enchiridion. hoc est
perfectorum filiorum Dei. Secundò accipitur per-
fectio ista, quantum ad intentionem: & ista ostendi-
tur in opere, scilicet in eis, quæ homo contemnit p̱-
pter proximum: cùm vtait Grego. in homilia, proba
tio dilectionis exhibitio sit operis: & ista ostensio est
in bonis, quæ homo contemnit propter proximum:
quanto enim maiora contemnit: tanto magis diligit,
ita vt non solùm temporalia bona contemnat, sed ēt
corporales affectiones, & etiam mortem, iuxta illud
Ioan. decimo quinto. Maiorem charitatem nemo
habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis.
Hoc autem totum consistit in affectu, etiam si nondū
sequatur aliquid in effectu: vtpote, quia non est neces
se. Tertiò ostenditur perfectio quantum ad effectū
dilectionis, scilicet vt homo impendat non solùm tē-
poralia beneficia, sed etiam spiritualia, & vltimò seip-
sum, iuxta illud Apostoli secunda Corint. 12. Ego au-
tem libentissimè impendam, & superimpendar ipse
pro animabus vestris.

In præsenti vita nemo potest actualiter omnes p̱ximos diligere.

Charitas directè est ad Deum.

An perfectio, quam homo habet in via, conſiſtat in preceptis, vel in conſilijs.
Queſt. CXLIII.

QVAERETVR, an pfectio, de qua loquimur, quam habet homo in via, conſiſtat in præceptis, vel in conſilijs. Aliqui dicunt, ꝙ in conſilijs, quia ad obſeruantiam præceptorum omnes tenentur, cùm ſint de neceſſitate ſalutis: ſi ergo cōſiſteret perfectio in præceptis, ſequitur, ꝙ perfectio ſit de neceſſitate ſalutis, & ꝙ omnes ad eam teneantur, quod falſum eſt. Secundò, quia perfectio vitæ Chriſtianæ conſiſtit in charitate: vt dictum eſt ſupra, ſed perfectio charitatis non conſiſtit in obſeruantia præceptorum: nam ad pfectionem charitatis præcedit generatio eius, & nutritio & augmentum: & poſt hoc ſequitur perfectio ei⁹, vt Augu. exponit ſuper canonicam Ioannis. Sed non poteſt charitas gigni in homine ante obſeruantiam præceptorum, quia tunc daretur, ꝙ aliquis eſſet in charitate, qui non obſeruaret mandata Dei, quod falſum eſt, quia dicitur Ioan. 14. Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit: ergo poſt obſeruantiam præceptorum incipit perfectio: & ita non eſt in obſeruatione eorum: & tamen poſt præcepta nihil eſt niſi conſilia: ergo erit perfectio in conſilijs.

Dicendum, ꝙ perfectio cōſiſtit in aliquo, quod ſub præcepto eſt: nam cōſiſtit perfectio in charitate: dicit enim Aug. ꝙ perfectio vitæ Chriſtianæ ꝯſiſtit in hoc, quòd Deum toto animo diligamus, proximum autē ſicut noſipſos: ſed charitas ſub præcepto eſt non ſolū abſolutè, ſ. vt charitatem habeamus, ſed etiam charitas in hac magnitudine, ſcilicet vt ex toto corde, & tota fortitudine diligamus Deum & proximum ſicut noſipſos: ſic patet Deuterono. 6. ſ. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Leui. 19. dicitur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et Chriſtus oſtēdit iſta duo eſſe præcepta, & nō conſilia, infra 22. cùm ait, ꝙ in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ: ergo in actu poſito ſub præcepto ſtat perfectio vitæ. Sed conſiderandum, ꝙ perfectio dicitur ꝯſiſtere in aliquo dupliciter. ſ. vno modo ſecundùm ſe, & eſſentialiter. Alio modo ſecundariò & accidentaliter. Per ſe quidem & eſſentialiter conſiſtit perfectio vitæ Chriſtianæ in charitate principaliter ſm dilectionē Dei, & ſecundariò ſm dilectionē pximi, de quib⁹ dilectionibus dantur duo pcepta, quæ ſunt principalia in tota lege. ſ. diliges dn̄m Deum tuum &c. & proximum tuum ſicut teipſum: quæ Chriſtus vocauit maxima mandata, ex quibus tota lex, & pphetę pendent. Sed tunc poſſet aliquis dicere, ꝙ cùm aliud ſit habere charitatem aliud habere charitatem perfectam, quod eſt ſimpliciter eſſe perfectum in hac vita, erit charitas ſub præcepto, ſed perfectio charitatis ſub conſilio. Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia hoc eſſet ſi charitas prout cadit ſub præcepto haberet aliquam menſuram, ſ. ꝙ diligere Deum vſque ad determinatā menſuram eſſet de neceſſitate pręcepti: & ita diligere proximū vſque ad determinatam menſuram, & quicquid eſſet de dilectione pertineret ad conſilia. Sed falſum eſt, quia non ponitur menſura aliqua, vſque ad quā diligere ſit de pręcepto, & vltra diligere nō ſit de pręcepto: ſed quantumcunque dilectio Dei ſit, & proximi non ſolùm, quę ſit actu, ſed etiam quæ poſſibilis ſit ad pręceptum pertinet. Quod patet ex forma pręcepti, quia dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua. Nihil autem plus augeri poteſt in dilectione: nam cū ſecundū hęc omnia diligitur, nihil manet aliud ſecundùm quod diligatur, potiſſimè quia in quolibet ponitur totalitas, ſcilicet ex toto corde, tota mente, tota

F fortitudine: & tamen totum & perfectum idem ſunt, 3. Phyſicorum: ergo qui ex toto corde diligit, perfectionem dilectionis habet, & cōſequenter habebit perfectionem, cū perfectio vitę humanę conſiſtat in charitate, vt dictum eſt. De dilectione proximi eodē modo patet ex forma pręcepti, quia dicitur, & proximū tuū ſicut te ipſum: & tamen diligere ſicut ſeipſum eſt diligere maximè: quia ſeipſum quis maximè diligit. Vnde dicitur nono Ethic. ꝙ amicabilia, quę ad alterū prouenerunt ex amicabilibus, quę ad ſeipſum: ſed perfectio conſiſtit in eo, quod maximum eſt: ergo perfectio in dilectione proximi eſt ſi quis proximum dilexerit ſicut ſeipſum: & ita vtriuſque dilectionis perfectio ſub pręcepto eſt. Ratio autem huius eſt, quia finis

G legis & omnium pręceptorum eſt charitas. ſic dicitur primæ Timote. 1. Finis pręcepti eſt charitas de corde puro, & cōſcientia bona, & fide non ficta. Si enim charitas eſſet ſolùm pręcepti opus, & non finis pręcepti, conſiſteret obſeruatio eius in menſura certa: & tamē eſt ſimul pręcepti opus & præceptorum finis: ideo inquantum eſt finis non habet certam menſuram, in qua teneatur: ſed quantomagis teneatur melius eſt: cętera autem præcepta ſunt præcepta, & non finis pcepti: ideo obſeruatio illorum conſiſtit in menſura certa, quā extendi non oportet: charitatem autē extēdi quantumcunque poſſit, ſiue per intenſionem, ſiue extenſionem melius eſt, quia in fine non datur menſura, ſed in his, quę ad finem, vt dicit Ariſtoteles pri-

H mo Politicorum. vt medicus non adhibet menſuram in ſanitate, quam intendit inducere, quaſi velit inducere tantam ſanitatem, & non maiorem: ſed adhibet menſuram in medicina, quam apponit, & in dieta, qua vtitur ad ſanandum. Nam quanto maiorem ſanitatem induxerit, melius eſt: & tamen quanto maiorem dietam impoſuerit & plus de medicinæ quantitate adhibuerit, non eſt melius: ſed tanta erit quantitas dietæ & medicinę, quòd occidere poterit: ſed neceſſe eſt commenſurata eſſe: ſic & in cęteris finibus, & quę ad finem, quia nunquam eſt menſura in finibus, qui ſimpliciter accipiuntur vt fines: ſed in eis, quæ ad finem ſemper ponitur menſura: & ita cùm charitas ſit ſub præcepto, & in illa non debeat poni menſura:

I ſed quanto plus potuerimus erit perfectio in pręcepto: & ita dicit Augu. in lib. de perfectione iuſtitiæ, cū non præcipiatur homini iſta perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat. Sed tunc dicetur, cùm ea, quę ſunt ſub præcepto obligent omnes, & perfectio charitatis ſit in præcepto, obligabit omnes, & ita peccabit mortaliter, qui non eſt perfectus: quod falſum eſt, cùm & religioſi, & prælati non teneantur eſſe perfecti: ita quòd quocunque tempore non fuerint perfecti dicantur eſſe in peccato mortali.

Dicendum, quòd in præcepto charitatis ſpecialius eſt quàm in cęteris præceptis, quia cætera ſunt ſolum præcepta: præceptum autem charitatis, & eſt præceptum, & eſt etiam charitas finis præceptorum: & vtrunque connatum eſt in præcepto iſto: inquantum

K enim finis eſt, competit ſibi intendi ſine menſura: inquantum verò præceptum eſt competit obligare: & ita ponitur ibi, quòd Deum toto corde, & mente diligamus, quod eſt ſine menſura diligere: inquantum verò præceptum eſt per cuius obſeruationem venitur ad patriam vbi eſt bonum deſideratum, obligat omnes. Et ideo dicendum, quòd iſtud præceptum non obligat ad quantum dicit, & ratio eſt, quia aliqd ponitur ibi ad obligandum, ſcilicet inquantum præceptum eſt, & aliquid ponitur ad oſtendendum inquantum finis eſt: nam pręceptum dicit obligationē ad agendum: poſitio autem finis facit oſtenſionem, quò ſit tendendum; & ita dicendum, quòd inquantum

tum dicitur, diliges, dominum Deum tuum, ad præceptum pertinet, inquantum dicitur, ex toto corde tuo, & tota mente, & fortitudine, ad rationem finis pertinet, quia notat intenſionem amoris quanta ſit poſſibilis, & ita oſtenditur nobis ad quid conandum ſit. Et tamen non imponitur ſub neceſſitate quantum conemur: ſed quomodocunque reperiatur, quòd diligamus Deum & proximum facimus id, quod eſt de neceſſitate præcepti: quia tamen ordo eſt de neceſſitate in charitate, & iſte eſt, vt quidam prius, & magis amentur, non dicetur quis amare Deum per charitatem, niſi plus illum amet quàm quæcunque alia: etiã ſi nondum amet ex toto corde, & tota anima, qđ eſt ad perfectionem pertinens: & ad hunc gradum dilectionis Dei, ſcilicet eum ſuper omnia diligere omnes homines tenentur: ſed in quanto gradu eũ ſuper omnia diligant, non eſt ſub neceſſitate præcepti.

Sed dicendum eſt, quòd eſt æquiuocatio in ratione iſta: nam verũ eſt, quòd perfectio charitatis in præcepto eſt: cùm non ſit poſſibilis maior charitas, quàm illa, quæ eſt in præcepto: & tamen aliud eſt eſſe in pręcepto, ideſt ſub neceſſitate præcepti: & aliud ſub p̄cepto, ideſt oſtendi per præceptum aut verba illius. Primò modo charitas eſt ſub præcepto, & tenentur omnes ad charitatem: & tamen perfectio charitatis non eſt ſub præcepto, ideo nemo tenetur eſſe perfectus: ſed perfectio eſt ad votum, & non ad præceptũ pertinens. Secundo modo perfectio charitatis eſt in præcepto, ideſt oſtenſa vel declarata per verba præcepti, ſcilicet quantum eſt ad quod bonum eſt nos niti, vt diligendo perueniamus: & tamẽ non cadit ſub obligatione præcepti: neque tenetur quis ad totũ, quod oſtenditur per iſtud præceptum: Imò nemo poteſt in via explere totum, quod per iſtud præceptũ oſtenditur, dum viuit, etiam ſi velit, vt Augu. dicit. & ideo quantum ad illud non habet vim præcepti obligatiui, ſed magis vim doctrinæ, vel admonitionis. Et ratio eſt, quia ſi charitatis præceptum fuiſſet limitatum ad certam menſuram, putaretur quòd non ſolùm non expediret: imò quòd non eſſet bonum vltra facere, et quia in charitate quanto magis intenditur actus, melius eſt: non ſolùm poſitum eſt in verbis præcepti id, ad quod nos obligamur: ſed etiam id, quod bonum eſt nos facere ſi poſſimus, vel ſi velimus. Secundariò autem, & inſtrumentaliter conſiſtit perfectio in conſiliis: quæ differentia, ſicut & præcepta ordinatur ad charitatem, ſed aliter, & aliter, quia charitas ordinatur ad remouendum ea, quæ ſunt charitati contraria cum quibus charitas eſſe non poteſt: conſilia autem ordinantur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quæ tamen habitui charitatis non contrariantur, ſicut matrimonium, & occupatio negociorum ſęcularium, & poſſeſſio aliquorum bonorum mundanorum non opponuntur charitati, cùm poſſit ſtare charitas cum illis: & tamen iſta impediunt actus charitatis: & ideo bonum eſt ceſſare ab illis, vt magis poſſit quis attendere charitati: & ita tam præcepta quã conſilia ad finem, qui eſt charitas diriguntur. Sic dicit Aug. in Enchiridion. Quęcunque mandat Deus, de quibus vnum eſt non męchaberis, & quæcunque non iubentur, ſed ſpeciali conſilio monentur, ex quibus vnum, bonum eſt homini mulierem non tangere, tunc rectè fiunt, cùm referuntur ad Deum, & proximum diligendum propter Deum: & in hoc ſæculo & in futuro: & inde eſt, ꝙ in collectionibus patrum dixit Abbas Moyſes: ieiunia, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas atque priuatio omnium facultatũ non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt: qa non in illis conſiſtit diſciplinæ illius finis: ſed per illa perueniutur ad finem, & etiam pręmiſit ibi, ꝙ ad perfe-

Perfectio charitatis non cadit ſub præcepto.

A ctionem iſtis omnibus pręedictis quaſi quibuſdam gradibus conſcendere nitimur: & ita apparet qũo perfectio conſiſtat in præceptis, & qũo in conſiliis. Sed dicetur, quòd hoc eſt contra ea, quæ communiter aſſerimus, ſ. conſiſtere perfectionem in conſiliis, & non in præceptis, quia non perfectos vocamus populares, qui ſola præcepta obſeruant: ſed religioſos vel prælatos, qui etiam obſeruant conſilia.

Dicendum, ꝙ vtrunque verum eſt, ſed eſt diuerſus modus accipiendi: nam ſi accipiatur id, in quo eſſentialiter eſt perfectio, pertinet perfectio ad præcepta: qa eſſentialiter conſiſtit in charitate, quæ cadit ſub præcepto, licèt ipſa perfectio charitatis non cadit ſub obligatione præcepti: ſi autem accipiatur modus perue- B niendi ad perfectionem, dr̄ eſſe perfectio in conſiliis, quia obſeruatio conſiliorum tollit impedimenta perfectionis: & iō non eſt aliquis proximius perfectioni niſi per obſeruationem cõſiliorum: & ob hoc rõnabiliter dr̄, ꝙ conſiſtat perfectio in conſiliis, & non in præceptis. Alia etiam ratio eſt erroris, quia aut conſilia accipiuntur per ſe ſecluſis præceptis, aut præſuppoſitis præceptis. Accipiendo primo modo conſilia non faciunt perfectionem: imò non proficiunt ad vitam æternam, cùm obſeruatio præceptorum ſit neceſſaria ad vitam æternam: & iſto modo non ſolemus accipere conſilia. Accipiendo ſecundo mõ dicendũ, ꝙ in obſeruatione conſiliorum includitur obſeruatio p̄ceptorum, & totum bonũ, quod eſt ex obſeruatione C eorum, & additur aliquid plus: & ideo cùm in præceptis ſit perfectio, ſcilicet in duobus pręceptis charitatis oſtendatur modus charitatis, in quo eſt perfectio eius: & conſilia tollunt impedimenta, per quæ perueniatur ad habendum illum modum, vel menſuram charitatis, magis pertinet perfectio ad conſilia quàm ad præcepta quaſi ad gradum proximiorem, & ita dicimus cõmuniter ꝙ perfectio cõſiſtit in conſiliis, & non in præceptis: & tamen quantum ad id, qđ importatur eſt perfectio in pręceptis & non in conſilijs, quia per nullum cõſilium importatur actꝰ, in quo eſt perfectio: & per pręcepta, ſcilicet p duo pręcepta charitatis importatur id, in quo eſt perfectio.

Perfectio conſiſtit in conſiliis.

Ad primum dicendum, ꝙ ſicut Aug. dicit in lib. de D perfectione iuſtitię, pfectio charitatis homini in hac vita pręcipitur, quia rectè non curritur, ſi quò currendum eſt neſciatur: qũo aũt ſciretur ſi nullis pręceptis ſciretur, ſeu oſtenderetur: cũ aũt id, quod cadit ſub pręcepto diuerſimode poſſit impleri, non efficitur qs trãſgreſſor pręcepti ex hoc, ꝙ non optimo modo implet: ſed ſufficit, quòd quocunq; mõ impleat: dum tñ verè dicatur impleri, quod in pręcepto continetur: pfectio aũt dilectionis vniuerſaliter quidem. i. quantũ ad oẽm modum ſuum cadit ſub pręcepto: ita ꝙ perfectio gratię non excluditur ab illo pręcepto, vt dicit Aug. vbi ſupra, ſed tranſgreſſionem præcepti euadit, qui quocunque mõ perfectionem diuinę dilectionis attingit. Eſt aũt aliquis gradus dilectionis, qui non poteſt impleri E in via, vt oſtẽſum eſt pręc. quęſt. qui aũt deficit ab hac perfectione manifeſtum eſt, ꝙ non eſt tranſgreſſor diuini præcepti: etiam non eſt tranſgreſſor pręcepti, qui non attingit ad modos medios perfectionis: dum tñ attingat ad aliquem modum ſaltem ad infimum. Sed vt apertius videatur, põt dici dupliciter: vno mõ dicetur, ꝙ charitas cadit ſub pręcepto: & tamen perfectio charitatis non cadit ſub pręcepto. i. ſub obligatione p̄cepti; ſed ſolùm ſub oſtenſione; & ita quocunq; modo teneat quis charitatem ſatisfacit: ſed non poteſt minus teneri q̃ vt Deus ſuper oĩa diligatur, quia ſi aliquid plus quã Deus, aut ęqualiter Deo diligatur, non eſt charitas, ſed peccatum: & ita dicetur, ꝙ non cadit charitas ſub obligatione pręcepti. Aliter poteſt dici,

ꝙ per-

ꝙ perfectio charitatis cadit ſub pręcepto charitatis, & cadit quicunq; modus perfectionis ſub illo præcepto, & tñ non obligamur per illud pręceptum ad quēcunque modum perfectionis, ſed ſatis eſt tenere aliquem modum perfectionis: & ita erit verum, ꝙ perfectio cadit ſub præcepto, ſed non omnis modus, ſed ſufficit tenere aliquem modū perfectionis quicunque ille ſit. Fuerunt aũ præce. quæſt. diſtincti tres modi perfectionis charitatis. Primus illorum non eſt nobis poſſibilis hic, neq; in patria, ſed ſoli Deo. Secundus non eſt nobis poſſibilis hic, ſed eſt poſſibilis in patria. Tertius eſt poſſibilis hic, ſed ille ſubdiſtinguitur, quia aut per totalitatem dilectionis excluduntur ab effectu noſtro oĩa, quæ contrariantur charitati, aut tolluntur: non ſolùm illa, quæ contrariantur charitati, ſed etiam ea, quæ impediunt actum eius.

Accipiendo primo mō eſt perfectio charitatis, cùm dicat totalitatem eius: & eſt perfectio neceſſaria, cùm ſine hac perfectione non poſſit ſtare charitas: & talis perfectio cadit ſub præcepto. Accipiendo ſecũdo mō, non cadit ſub pręcepto, quia includitur ibi obſeruatio conſiliorum, per quæ tolluntur impedimenta perfectionis: & iſto ſecũdo modo nos accipimus perfectionē: & iō perfectio vt ſic nullo mō cadit ſub pręcepto.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ aliqua perfectio charitatis eſt, quæ ſubſequitur ad obſeruationem præceptorum, & aliqua eſt, quæ ſimul incipere pōt cũ obſeruatione præceptorum: licèt ēt obſeruatio præceptorum ſit interdũ ſine charitate: & ita nulla eſt ibi perfectio, quæ debet neceſſariò ſubſequi ad obſeruationē præceptorum: & non poteſt incipere cum illis, nec cadit ſub obligatione pręcepti. Quæ poteſt incipere ſimul cum obſeruatione pręceptorum cadit ſub ꝑcepto: illa perfectio, quæ pōt incipere ſimul cum obſeruatione præceptorum, eſt illa, ſ̃m quā excluduntur ab effectu noſtro oĩa, quæ charitati contrariantur: illa verò, quę ſequitur poſt ꝑceptorum obſeruationem eſt illa, ſ̃m quā excluduntur ab affectu noſtro ea, per quę impeditur actus charitatis. Et ita ſe habent iſtæ perfectiones, ſicut in hoĩe. Nam hō habet quandam perfectionē ſuæ naturæ, quā habet ſtatim cùm naſcitur: & iſta eſt inquantum habet rōnem: eſt aũt alia perfectio eius, ad quā per augmentum ætatis peruenit: & ita prima cōpetit ei ex ſpecie inquantum eſt homo: ſecunda autē ex ætate ſi ad illam perueniat. Ita eſt q̃dam perfectio charitatis, quæ competit ei ex ſpecie ſua inquãtum eſt charitas: & iſta eſt, ꝙ Deus ſuper oĩa ametur & nihil ꝯtra eum diligatur. ſecũda perfectio charitatis in hac vita eſt, ad quā peruenitur per aliquod augmentũ ſpũale, vt cũ hō etiā à rebus licitis abſtinet, vt liberius diuinis obſequiis vacet: & iſta eſt accidentalis charitati. Prima ergo perfectio charitatis eſt neceſſaria cuilibet homini: ſecunda autem non.

An quilibet, qui eſt perfectus, ſit in ſtatu perfectionis. Quæſt. CXLIIII.

QVAERETVR, an quilibet, qui eſt perfectus ſit in ſtatu perfectionis. Aliqui dicunt, ꝙ ſic, qa ſicut per augmentum corporale peruenitur ad perfectionem corporalē: ita per augmentum ſpirituale peruenitur ad perfectionem ſpiritualē: ſed poſt augmentum corporale dicitur eſſe quis in ſtatu corporali. ſ. in ſtatu perfectæ ætatis: ergo videtur, ꝙ poſt augmentū ſpirituale cū quis adeptus eſt iam perfectionem ſit in ſtatu perfectionis: & ita quilibet perfectionē habens erit in ſtatu perfectionis. Secundò, quia eadem ratione mouetur aliquis de cōtrario ad contrarium, & de minori ad maius, vt dicitur 5. Phyſi. ſed qñ aliquis tranſit de peccato ad gratiam dicitur mutare ſtatū: prout

F diſtinguitur ſtatus gratię, & ſtatus culpæ: ergo eadem ratione, quãdo aliquis creſcit de minori gratia ad maiorem quouſque adipiſcatur perfectionē. dr̃ mutare ſtatum: & ita erit poſt hoc in ſtatu perfectionis. Tertiò, quia dicitur adipiſci ſtatum, & mutare ſtatum, qui de ſeruitute tranſit ad libertatem: ſed per charitatem liberatur quis à ſeruitute peccati, cũ vniuerſa delicta operiat charitas Prouer. 10. ca. ſed perfectus dr̃ aliquis ſ̃m charitatem: ergo videtur ꝙ quicunq; habet perfectionem charitatis, habet ſtatum perfectionis.

Dicendum, ꝙ aliqui ſunt perfecti, qui non ſunt in ſtatu perfectionis, ſicut aliqui ſunt in ſtatu perfectionis, qui non ſunt perfecti. Nam religioſi, & pręlati ſũt in ſtatu perfectionis: & tñ multi eorum non ſunt perfecti: imò non ſunt boni, quod præſupponitur ad ꝑfectionē.
G Continget ergo ex oppoſito aliquos eſſe perfectos, qui non ſint in ſtatu perfectionis. Conſiderandum. n. in hoc, ꝙ ſtatus propriè pertinet ad conditionem libertatis, vel ſeruitutis: ſpiritualis autem libertas, aut ſeruitus poteſt in homine attendi dupliciter. Vno modo ſ̃m id, quod interius agitur. Alio modo ſ̃m id, quod foris oſtenditur, quia vt dr̃ 1. Reg. 16. cap. homines vident ea, quæ patent: Deus aũt intuetur cor. Inde ergo eſt, ꝙ ſ̃m interiorem hominis diſpōnē accipitur conditio ſpiritualis ſtatus in hoĩe per cōparationē ad diuinum iudicium: quãtum verò ad ea, quæ foris agũtur, vel oſtenduntur, accipitur ſpiritualis ſtatus in hoĩe per comparationem ad Eccleſiam. Accipiēdo primo
H mō. ſ. quantum ad Deum, quilibet, qui eſt perfectus, eſt in ſtatu perfectionis: quia tamen tā perfectio q̃ ſtatus accipitur ibi ſ̃m interiora, quæ nobis ſunt ignota: & de ignotis non loquimur, non conſueuimus accipere ſtatum perfectionis aliquando ſic: ſed accipimus ſtatum quantum ad Eccleſiam eo, ꝙ ſic ſtatus nominat aliquid manifeſtum: & nos diſtinguimus ſtatum perfectionis à ſtatu imperfectorum: fruſtra tamen eſſet diſtinguere ea, quę in notitiam noſtrā non veniunt: ideo accipimus ſtatum quantum ad ea, quę foris apparent ſiue quãtum ad Eccleſiam, & ita loquimur ſemper de ſtantibus inquantum ex diuerſitate ſtatuū conſurgit quędam pulchritudo in Eccleſia. Eſt autē conſiderandum, ꝙ quantum ad homines ad hoc, ꝙ
I aliquis conſequatur ſtatum ſeruitutis vel libertatis, requiritur primò quędam obligatio vel abſolutio. Secũdò requiritur quędam ſolennitas, quę interueniat cũ obligatione vel abſolutione. De primò patet, quia licèt ſeruus dicatur à ſeruiendo: non ideo eſt ſeruus q̃cunq; ſeruit alteri, ſed qui obligatur ad ſeruiendum: quia aliqui ſeruiunt, qui ſerui non ſunt. iuxta illud ad Gala. 5. cap. Per charitatem ſpũs ſeruite inuicem: nec etiam ex hoc, quòd aliquis deſinit ſeruire, deſinit eſſe ſeruus, vel liberatur à ſeruitute, ſicut de ſeruis fugitiuis patet: & ideo ſeruus aliquis efficitur per hoc ꝙ obligatur ad ſeruiendum, & per hoc liberatur à ſeruitute, quia abſoluitur ab obligatione. De ſecundo patet, quia oportet, quòd non ſolū ſit obligatio, vel abſolutio, ſed etiam, ꝙ fiat cum quadam ſolennitate: ſicut &
K cętera, quę inter homines fiunt, & obtinent firmitatē de iure, fiunt cum quadam ſolennitate vel cęremonia. Hoc mō accipiendo ſtatum perfectionis, dicitur aliquis eſſe in ſtatu perfectionis, non ex hoc quòd habet actum dilectionis perfectè: ſed ex hoc, ꝙ obligat ſe perpetuo, & cum aliqua ſolennitate ad ea, quę ſunt perfectionis, ſiue expreſsè, ſiuè tacitè ſe quis obligauerit. Expreſsè quidem religioſi ſe obligant cum cęremonia profeſſionis, vel ſolennitate. Tacitè autem, ideſt ſine expreſſa obligatione conſtituuntur prælati in ſtatu perfectionis ſuſcipiendo prælationem: & hoc cum ſolennitate conſecrationis, quę fit in eis; & tamē iſti licèt ſint in ſtatu perfectionis eo ipſo, quòd prouehuntur

tentur religionem, vel suscipiunt prelationem: tñ non sem p sunt pfecti, cũ sint aliq mali plati, & mali religiosi, qui non solũ non sunt perfecti: imò non sunt boni, qui est gradus necessarius præcedens ad religionem: & etiam aliqui boni religiosi sunt, & boni prælati, qui non sunt perfecti, quia non obligantur esse perfecti. Nam religiosi non obligauerunt se ad esse perfectos, sed ad tendendum ad perfectionem, s. ad obseruandũ illa, quæ sunt regulæ substantialia: quibus obseruatis tolluntur impedimenta actus charitatis: & ablatis illis tẽditur ad perfectionem. Aliàs enim peccarent religiosi mortaliter quandocunque cessarent à perfectione, vel non attingerent ad illam, quod falsum est. Et de prælatis simile est, quòd non obligantur pro quocunque tempore esse perfecti: licèt semper sint in statu perfectionis, & ita isti sunt in statu perfectionis, qui tamen perfecti non sunt: è cõtrario autem aliqui sunt perfecti, qui tamen non sunt in statu perfectionis: sicut illi, qui habent actum perfectum charitatis, vt cõtingit esse in via: & non sunt professi religionem, neque sunt prælati: & simile Christus dixit infra 22. cap. de duobus filiis eiusdem patris: quorum alteri dixit pater, vade operare in vineam: & ipse dixit nolo: & tamen pęnitẽtia motus iuit illuc. Alteri verò dixit: vade operare in vineam meam: & dixit, eo, & non iuit. Et ita quantum ad perfectionem aliqui nõ habentes statum perfectionis habent perfectionem: & aliqui existentes in statu perfectionis non habent perfectionẽ. Prædicta intelliguntur de perfectione, fm quã tolluntur ab affectu nostro omnia, per quæ impeditur actus charitatis. Nam accipiendo perfectionem vt excludit omnia, quæ repugnant charitati, quilibet obligatur ad perfectionem, & ita à fortiori prælati, & religiosi obligantur semper habere perfectionem.

Religiosi, & prælati non obligatur esse perfecti: sed tendere ad perfectionem.

Ad primum dicendum, ꝙ procedit argumentũ de statu perfectionis quantum ad interiora, quia sic quicunque habet perfectionem charitatis est in statu perfectionis, per augmentum enim corporale aliquis proficit in his, quæ pertinent ad naturam: & ideo adipiscitur naturæ statum: præsertim quia quod est fm naturam est quodammodo immutabile, inquantum natura determinatur ad vnum: & similiter per augmentum spirituale interius adipiscitur quis statum perfectionis quantum ad diuinum iudicium: secus autẽ est inquantum accipitur status perfectionis quantum ad Ecclesiam, quia non accipitur ibi status nisi per ea, quę exterius fiunt, scilicet per obligationem cum solennitate etiam si verè nulla sit charitatis perfectio, imo nulla charitas.

Ad secundum dicendum, quòd aut accipitur status quantum ad diuinum iudicium, aut quantum ad Ecclesiam: si quantum ad Ecclesiam, non constituitur quis in statu per hoc, quòd quis transit de minori ad maiorem gratiam, etiam si trãseat ad perfectissimam: sed per hoc, quòd se obligat ad statum perfectæ gratię cũ solennitate: accipiendo perfectionis statum quantum ad Deum: dico quòd non transit quis ad statum perfectionis per hoc, quòd transit de minori gratia ad quamcũque maiorem, cùm aliqua maior sit, quę non causat perfectionem, cũ non auferat impedimenta actus charitatis, ideo neque constituet in statu perfectionis.

Ad tertium dicendum, quòd non procedit secundum aliquem modum status: nam accipiendo statũ secundum Ecclesiam, cùm non sit status perfectionis per charitatis perfectionem: à fortiori non erit status perfectionis per habere charitatem solam: accipiendo autem statum perfectionis secundum interiora, dicendum, quòd non procedit etiam, quia licèt charitas variet statum, idest conditionem specialis liber-

A tatis, & seruitutis: tamen non facit augmentum spirituale: & tamen per augmentum peruenitur ad statum: & ita charitas augmentata requiritur ad faciendum statum perfectionis. Quod verum est accipiendo perfectionem, vt excludit omnia, quæ impediunt actum charitatis: in quo modo solemus accipere pfectionem: secus autem est accipiendo perfectionem, vt excludit omnia, quæ contrariantur charitati, quia tunc cùm per gratiam tollantur omnia contraria charitati, transitus de peccato ad gratiam constituit in statu perfectionis: & non accipimus sic perfectionem communiter.

An per hoc, quòd quis vendit ea, quę habet, efficiatur perfectus.

B *Quęst. CXLV.*

QVAERETVR, an per hoc, quòd quis vendit ea, quæ habet, efficiatur perfectus. Aliqui dicũt, quod sic, quia Christus dixit hic, si vis esse perfectus vade, & vende vniuersa quæ habes: ergo per hoc perfectus efficitur. Dicendum, quòd non efficitur quis perfectus per vendere omnia quæ habet, quia perfectio vitæ Christianæ consistit in actu charitatis, vt ostẽsum est supra, & tamen potest stare hoc sine charitate, ꝙ quis vendat bona, quæ habet: vt siquis vendat ad inanem gloriam sicut Philosophi, qui diuitias contẽpserunt: & tamen non erant perfecti eo modo, quo Christus loquitur de perfectione. Alij ergo dicunt, C quòd venditio rerum non facit aliquem perfectum, neque tribuit virtutem aliquam: & tamen qui vendit sua, & dat pauperibus, adiuuatur eorum orationibus, vt sit perfectus. Sic dicit Orig. Si perfectus est q habet omnes virtutes: quomodo perfectus est, qui vendidit omnia sua, & pauperibus dedit? ponamus aliquem ista fecisse, quomodo statim erit sine ira, sine concupiscẽtia, suscipiens omnes virtutes, & deponens malitiam vniuersam? & respondet, scilicet, sapienti videtur forsitan dicere, quoniam qui dedit pauperibus bona sua, ipsorum orationibus adiuuatur accipiens ad suam spiritualem inopiam illorum spiritualem abundantiam: & fit hoc modo perfectus quamuis aliquas humanas non habuerit passiones. Alij dicunt, quòd efficitur D perfectus, non quidem, quòd iste sit actus perficiens hominem: sed quòd ex eo, quòd istud pro Christo fecit, adiuuabitur ab eo ad actus omnium virtutum, & illos explendo erit perfectus. Sic dicit Orige. ibidem, scilicet. Aut ita iste, qui mutauit pro diuitiis paupertatem, vt fiat perfectus credens sermonibus Christi adiuuabitur, vt sapiens fiat in Christo iustus, & castus, & absque omni passione: non tamen sic, vt ipso tempore, quo tradiderit bona sua pauperibus fiat omnino perfectus, sed ex illa die incipiet speculatio Dei adducere eum ad omnes virtutes. Sed dicendum, quòd ista non stant. De prima positione patet, quia si illo modo dicatur aliquis perfectus fieri, quia accipit spiritualem abundantiam pro temporali subsidio, quod E pauperibus tribuit: poterit quis multa bona pauperibus conferens etiam non venditis bonis suis recipere spiritualem abundantiam, & ita dicetur perfectus nõ vendendo bona, quæ habet. Etiam poterit quis prodesse pauperibus conferendo spiritualia auxilia, s. eos erudiendo, aut liberando eos ab oppressionibus, aut aliis miserijs, nihil de suo conferendo, quod tamen in valore plus est, quàm conferre bona temporalia: sed iste non vendit omnia, quæ habet: & ita haberet perfectionem sine hoc. Secunda etiam positio non videtur stare, quia si ex merito huius boni, quod est vendere omnia, conferat Christus homini auxilium ad omnem virtutem, & per hoc ille efficiatur perfectus: ita & si alia opera æqualiter bona, vt orare, ieiunare, iusti-

ciam

ciam zelare, afflictiones pro Christo pati, & similia fecerit, adiuuabitur vt perfectus sit, non vendendo omnia, quę habet: & sic multi modi erunt perfectionis: & non vendendo, quæ quis habet, poterit esse perfectus.

Dicendum ergo aliter, quòd perfectio non consistit aliquo modo in venditione possessorum propriè loquendo, sed in actu charitatis, vt ostensum est supra: in actibus verò ɔsiliorum non consistit perfectio, sed perfectionis dispositio: pfectionis.n.instrumenta sunt consilia, quia per ea tolluntur impedimenta actus perfecti caritatis, sed in eis perfectio nō consistit. Sic dicit Abbas Moyses in Collationibus patrum. Ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas, atque priuatio omnium facultatum non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt, quia non in illis consistit disciplinæ illius finis, sed per illa peruenitur ad finem. Et iō qñ Christus dicit, si vis esse perfectus vade, & vende &c. debet intelligi, i. si vis esse dispositus ad perfectionem, vende quæ habes, quia venditis rebus, nō impedietur quis in actu charitatis per curam rerum familiarium, q̃ multum solent hoīes distrahere. Secūdò pōt dici, ꝙ Christus nō posuit perfectionem hic in vendēdo oīa, sed in sequendo ipsum. Nam nō dixit: si vis esse perfectus vende oīa, quæ habes solū: sed addidit, & sequere me. Et ita in sequendo est perfectio: sed præposuit vende omnia, quæ habes ad tollendum impedimentum, quia non posset quis sequi Christum quandiu haberet possessiones, quia oporteret, ꝙ aliquo tempore rediret ad procurandum illas: & ita pro tunc desereret Christum, vel saltem haberet curam de illis: ēt si alteri cōmitteret administrationem illius: & hoc repugnabat sequi Christum: ideo dixit prius vendenda esse oīa: & tñ qui vendidit oīa, nondū est perfectus, neque ex hoc habet partē perfectionis, sed est valde dispositus ad perfectionem per ablationem impedimētorū. Vnde dicit Hieron. hic: qa non sufficit oīa vendere aut relinquere, Petrus addidit quod perfectum est. s. & secuti sumus te. Et Ambr. super Lucam dicit: Sequi iubet non corporis gressu, sed mentis affectu: & hoc fit per charitatem, & ita ex modo loquendi Christi apparet, quòd tam in venditione rerum quàm in aliis consiliis non consistit perfectio, sed sunt perfectionis instrumenta: scilicet quòd habitis illis poterit quis peruenire ad perfectionem.

Perfectionis instrumenta.

Quare Christus dixit iuueni: Vade, & vende omnia, quę habes potius quàm aliquid aliud.
Quæst. CXLVI.

QVAERETVR, quare Christus volens deducere iuuenem istum ad perfectionem dixit ei: vade & vende omnia, quæ habes. Et quare hoc solū dixit: vel quare hoc potius quàm aliquid aliud dixit.

Dicendum, quòd vt constat ex præcedenti quæst. in venditione omnium rerum non stat perfectio, sed instrumentum vel dispositio ad perfectionem. Et tūc potest dupliciter accipi, quia aut dicetur, quòd vendere omnia sit sufficiēs dispositio ad perfectionem, quasi non sit necessarium aliud instrumētum: aut sit istud vnum de instrumentis. Si dicatur, ꝙ sit sufficiens dispositio, quasi in hoc inueniantur omnia instrumenta necessaria, satis stat ratio plana. s. quòd Christus dixit istud, quia istud solum disponebat sufficienter ad perfectionem auferendo omnia impedimenta perfectionis: & nullum aliud erat, quod solum existens tolleret omnia impedimenta: ideo de isto solo debuit potius mentio fieri quàm de alio. Sed tunc obiicietur, quòd non est solum istud quod tollat omnia impedimenta perfectionis: quia tunc istud solum esset consi-

F lium, quod falsum est, cùm multa sint consilia: & tamen consilia sunt ad tollendum impedimenta actus perfecti charitatis, vt ostensum est supra. Secundò, qa videmus multa alia impedimēta hominis esse ad actū charitatis præterquam ex cura rei familiaris, quæ aufertur vendendo omnia bona. Nam ex conuersatione vxoris, & filiorum impeditur actus charitatis, qui tollitur per vitam celibem, idest in virginitate, vel castitate: ergo multa alia sunt necessaria ad perfectionē præter venditionem omnium.

Ex con[...] tudine [...] xoris, & [...] liorum [...] pedietur actus c[...] ritatis.

Dicendum ergo est, quòd non est tota dispositio ad perfectionem vendere omnia, sed aliqua alia sunt necessaria: vt non vti matrimonio, & non habere conuersationem sęcularem: & tamen posuit Christus so-
G lùm de venditione omnium possessorum. Primò, quia istud est efficacius remedium, & potior dispositio inter omnes ad perfectionem. Non est enim aliqua tam extensa, & tam quotidiana solicitudo sicut cura bonorum possessorum, quæ totum hominē implicat: & ex hac nascitur tota fere negociorum controuersia, & ipsa sola magis distrahit hominem à perfectione impediendo actum charitatis quàm omnia alia impedimenta simul sumpta: & ita qui ab ista se abstinuit, faciliter poterit vacare perfectioni, quasi oīno sit dispositus. Secundò, quia quantum ad iuuenē illum nihil erat, quòd eum magis impediret peruenire ad perfectionem quàm cura possessionum. Nam erat diues & valde amans possessa: sic dicitur infra in
H litera, quòd erat multas possessiones habens: & multę possessiones requirunt multas solicitudines, potissimè, quia iste multum afficiebatur ad possessa. Quod patet, quia vt dictum est ei, quòd venderet omnia illa, tristatus est valde, & recessit à Christo: & ita istæ magnæ solicitudines impedirent eum, ne posset Christū sequi. Non erat autem aliquid aliud quod tantū impediret istum iuuenem: ideo hoc Christus tetigit tāquam magis necessarium iuueni. Tertiò, quia Christus volebat ponere perfectionem, ad quam homines sine nimia difficultate possent peruenire. Sunt autem duo impedimenta pręcipua. s. cura rei familiaris, & cōmunicatio ad vxorem in venereis, & vtrunque tollendum est ad hoc, quòd quis constituatur in statu perfe-
I ctionis: & tñ quia abstinens ab vxore debet abstinere omnino à venereis, eo quòd nullus vsus venereorum est licitus nisi cum vxore: & ista abstinentia est difficilis, vt Christus dixit supra in litera, s. non oēs hoc possunt, sed quibus datum est: iō nō dixit iuueni, ꝙ dimitteret vxorem, vel ꝙ non duceret vxorem: sed ꝙ venderet, quę possidebat quasi facilius sit oīa vendere, & dare pauperibus, cùm per hoc non careat homo sustentatione necessaria, quàm abstinentia omnimoda à venereis, per quā se abstrahit homo à naturali cōditione sua. Et hoc satis apparet, quia Christus iussit Apostolis nihil possidere: & non iussit penitus abstinere à venereis, sed vxores habebant. Quartò, & principaliter fuit, quia voluit Christus istū iuuenem incitare ad se-
K quendū eum corporaliter sicut Apl̄i, & Discipuli sequebantur, qui eum non deserebant: & iō voluit cōformare regulæ, q̃ illi seruabant: illi enim nihil possidebant, sed antequam ad Christum transirent, oīa relinquebant: sicut Petrus dixit infra in litera. s. Ecce nos relinquimus oīa, & secuti sumus te. Et satis patet, quia quando Petrus & Andreas vocati à Christo secuti sūt eum, reliquerunt nauem & retia, sup. 4. ca. & non solū oīa reliquerunt, sed ēt nihil postea poterant possidere, licèt eis darēt: quia neque sacculum neq; perā poterant neque aurum, neq; argentum secum habere, supra 10. cap. ergo huic regulæ se iuuenis conformare debebat: & ita oportebat, ꝙ oīa venderet, cùm multa possideret: vxorem autē dimittere non iubebat: quia etiam

Duo [...] præcipua [...] quæ Chri[...] stum [...] impedi[...]

Viuente Christo discipuli qui vxores habebant, et post mortem illas retinebant.

etiam apostoli Christi, illas nō dimittebant, sed viuente Christo habebant vxores, & post mortem, & resurrectionem suam illas retinebāt, & in prędicatione aliqui eorum eas secū ducebant: sicut colligit. 1. Cor. 9. Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut cęteri apostoli, & fratres domini, & Cephas. q.d. illi in prędicando ducunt per diuersa loca mulieres suas, quæ vocantur sorores: quia omnes christiani vocantur fratres, & sorores. 1. Cor. 7. c. & infra 22. c. Ideo Christus solùm iussit iuueni vendere omnia, quę habebat & non aliud. s. castè viuere.

Quare Christus non dixit, quòd qui vellent esse perfecti abstinerent penitus a venereis. Quęstio CXLVII.

QVAERETVR, cùm ad perfectionem pertineat tollere omnia impedimenta perfecti actus charitatis, in quo cōsistit perfectio: & Christus alliciat hic ad perfectionem: quare non allicit ad tollendum omnia impedimenta, quorum vnum est vxorem hr̄e, quod per castitatem tollitur virginalem, vel vidualē siue celibatum: quare non dixit, ꝙ qui vellent esse perfecti abstinerent, penitus a venereis, & dato ꝙ specialiter non diceret hoc iuueni, quare non dicebat omnibus volentibus perfectionem. Dicendum, ꝙ cùm perfectio consistat in charitate. s. in actu eius perfecto, & ille possit esse in eo, qui possidet temporalia, & qui vxorem habet: cùm sint aliqui vtentes matrimonio, quasi non vtantur, & alij possidentes temporalia quasi nihil possideant. 1. Corint. 7. ca. Non est simpliciter necessarium ad habendum perfectionem, ꝙ quis habeat hæc. i. vt abstineat a venereis, & possessa abijciat: sed quia non est ita facilè hr̄e perfectionem charitatis existente cura rei familiaris, & conuersatione ad vxorem, quia ista multum distrahunt: sicut non existentibus illis, qui liberius Deo volunt vacare, & magis dispositi esse ad perfectionem abstinent ab his: & ideo ad consilium pertinet abstinere ab his: & ideo cùm Christus vocaret discipulos suos ad statum perfectionis, induxit ad vnum istorum, scilicet, vt omnia venderent, & nihil possiderent: ad abstinendum autem a venereis penitus non induxit: ideo cùm iuuenis iste non vocaretur a Christo ad maiorem, neque perfectiorē statum quàm apostoli, non induxit eum ad abstinendum a venereis, sed solùm ad vendendum omnia: qui tamen nunc statum perfectionis vouent, vtrunque vouent. Nam omnia possessa abdicant: & etiam ad perpetuam continentiam se astringunt. Causa autem quare apostolos non induxit Christus ad abstinēdum simpliciter a venereis fuit duplex. Prima, propter magnam difficultatem: nam difficilius est abstinere omnino a venereis, quā omnia vendere: quia res possessæ sunt ad habendum sustentationem necessariam, vendendo autem omnia non tollitur sustentatio corporis, sed solùm dominium rerum, & delectatio quædam, quæ est in possidendo, & priuatio delectationis illius non multum vexat hominem, dum tamen necessaria ad vitam competēter habeat: abstinere autem prorsus a venereis est maxima difficultas: quia non est in nobis fortior passio, quàm concupiscentia venereorum, & abdicare illa a se est abnegare se penitus: facilius ergo fuit Christo, inducere apostolos ad omnia relinquendum, quàm ad prorsus abstinendum a venereis: & quia volebat Christus deducere aliquos ad sequendum ipsum per viam perfectionis, sicut alios per viam præceptorum, noluit statim suadere ad consilia maximè ardua, scilicet, ad abstinēdum a venereis, sed induxit ad minora, scilicet, ad vendendum omnia. Et patet, quod maiorem difficultatem Christus esse putauerit in abstinentia, quàm in abrenunciatione bo-

In hominibus nulla est fortior passio concupiscētia venereorum.

A norum. Nam de abrenunciando bonis Christus non posuit difficultatem ostendendo per aliqua verba, ꝙ esset istud difficile. Et tamen de abstinendo a venereis ostendit, quòd esset magna difficultas, supra in litera, scilicet. Non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est. Ideo sicut non fuit conueniens, quòd aliquo tempore esset abstinentia a venereis sub præcepto: ita in exordijs vitæ perfectæ, non fuit conueniens, quòd inducerentur homines venire ad ardua, quia nemo talia vellet amplecti, sed paulatim ad illa deuentum est. Secunda causa fuit, & potissima, quia Christus vocauit ad perfectionem apostolos, & plurimi eorum erant coniugati, quando vocati sunt ab eo. Si autem abstinere deberent, necesse erat quòd repudiarent vxores,

B vel quòd indiceretur vxoribus castitas perpetua. Primum non conueniebat, quia Christus vetuit repudium, quod erat in lege Moysi, vt patet supra in litera: ideo non erat permissurus, quòd apostoli repudiarent vxores, & ita non poterat eis suadere abstinentiam. Secundum etiam non cōueniebat, quia castitas est res voti, & non præcepti: ideo non erat imponenda abstinentia vxoribus, nisi illæ eam eligerent, maximè cùm Christus non vocaret mulieres ad consortium suum, quibus suaderet statum perfectionis, sicut accidebat viris, quos ad se vocabat: & ita cum maneret illis ius petendi debitum, non poterant apostoli seruare continentiam: & ideo Christus non hortatus est eos ad continentiam, sicut ad vendendum omnia. Sed dice-

Castitas ē res voti & non præcepti.

C tur, quomodo putabitur abstinentia a venereis pertinere ad consilia, & prodesse ad perfectionem, cū Christus dans doctrinam de perfectione, & consilijs nō locutus fuit de ea. Dicendum, ꝙ Christus locutus est de abstinentia venereorum, & ostendit illam esse consilium, & aliquid pertinens ad perfectionem, sed ita excellenter ad perfectionem pertinebat, ꝙ neq; eam seruari, vel teneri admonuit, sed solùm ostendit: quando enim discipuli dixerunt: Si ita est causa hominis cum vxore sua, non expedit nubere. Dixit Christus non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est. In quibus valde laudauit continentiam, ostendens illius difficultatem, inquantum dixit: Non omnes hoc capiunt, ostēdit autem eis perfectionem, inquantum dixit: sed qui

D bus datum est. s. a Deo, & ita excellens est abstinentia hæc, ꝙ nemo eam habere potest, nisi ei specialiter fuerit donata, quod de alijs non dicitur. Pro quo sciendū, ꝙ in eis quæ pertinent ad directionem vitæ, sunt tres gradus. Quædam enim pręcipiuntur, alia suadentur, alia solùm iudicantur. Prima sunt, quæ ad vitam æternā sunt necessaria, sine quibus non est salus. Ista sunt præcepta. Secunda sunt consilia, quæ tamen valde nō excedunt communem statum. Ista quidem non præcipiuntur, cùm sine illis possit esse salus, sed suadentur vt spontè ad illa homines veniant, quia venire possunt cum multum excedant mediocritatem. Tertia verò etiam ad consilia pertinent, sed sunt excellentia consilia, ad quæ difficile est peruenire, & ideo ad illa Chri-

In eis quæ ptinent ad vitæ directionē sūt tres gradus.

E stus non suadet, sed indicat bona esse, siquis fortè illa amplecti voluerit: & in isto tertio gradu ponitur omnimoda abstinentia a venereis: sic etiam Apostolus. 1. ad Corint. 7. cap. posuit hoc, vt consilium dicens: De virginibus pręceptum autem domini non habeo, consilium autem do. Et ita obseruare virginitatem in muliere est sub consilio, & in viro similiter. nam dixit. eo. c. Bonum est mulierem non tangere. Et iterum volo vos omnes esse, sicut ego sum, idest, manere sine coniugibus. Ostendit tamen ibi difficultatem dicens: sed vnusquisque proprium donū habet, alius sic, alius verò sic. i. non possunt omnes hoc facere, sed quibus dono concessum est a Deo: sicut Christus dixit. & ita sub consilio ponitur abstinentia a venereis.

An melius sit omnia simul vendere, & totum pauperibus dare, vel manere in seculo ministrando res possessas, & inde quotidie eleemosynas facere.
Quęst. CXLVIII.

QVAERETVR, cùm dicatur hic, vende omnia, quę habes, & da pauperibus: an melius sit oĩa simul vendere, & dare aliquando totum pauperibus, vel manere in sęculo ministrando res possessas, & inde quotidie eleemosynas facere. Aliqui dicunt, ꝙ meli⁹ est manere in sęculo, & quotidie dare, quia hic laudatur opus, quia datur eleemosyna pauperibus, sed maiora dantur, distribuendo quotidie redditus possessionum, quàm simul aliquando omnia dando: ideo melius est sic facere. Dicendum, ꝙ melius est dare semel oĩa simul, quia Christus inducens hoĩem hic ad perfectionem commendauit istud opus, & non quotidianam distributionem eleemosynarum, ideo melius est semel omnia simul dare. Secundò, quia qui semel oĩa dat, non solùm fructus rerum dat, sed & ipsas res seipsum expoliando, & pauperem efficiendo, & alium rerum suarum dominium constituendo, qui autẽ quotidianam distributionem eleemosynarum facit, fructus quidem rerum dat, ipsas autem possessiones sibi relinquit, quarum dñs manet, & in possidendo quædam adhuc delectatio manet, qua caret, qui omnia semel dedit, & etiã iste cùm se inopem non fecerit mendicare non cogitur, sicut primus. Valde ergo maius est omnia simul dare, quàm quotidie distribuere. Tertiò, quia qui omnia simul dat, ideo dat, vt ad aliũ statum perfectiorem transeat, in quo ista non possideat, sed excellentiora sunt, quę ibi aget, quàm quæ hic distribuendo quotidie sua: ideo melius est omnia simul dare. Licèt in hoc potest dupliciter dubitari. Vno modo, ei qui proposuit mutare statum suum trãseundo ad religionem, & ideo oportet vẽdere possessa, an sit melius paulatim & diuturnè vẽdendo plures, & maiores eleemosynas dare morãdo aliquantulum in sęculo, quàm cito vendendo, vt non moretur in sęculo malè vendere, & pauciores atque minores eleemosynas dare. Alio modo, an melius sit manere in sęculo, dando quotidie eleemosynas de proprijs facultatibus, vel citò dare omnia, & transire ad religionem. De primò dicendum, vt determinat Hieron. in epist. ad Paulinum. ca. 7. & ibi declaratum est, & magis sup. 4. c. q. 113. & supra 8. c. q. 68. & verum est, ꝙ melius est cito transire, etiam paruas eleemosynas faciendo, quã diu manendo magnas facere eleemosynas. De secundò dicẽdum, ꝙ valde melius est omnia simul dare, & transire ad alium statum, in quo nihil possidet; ꝙ̃ manere in sęculo, quotidie distribuendo eleemosynas de eo, quod possidetur. Sic dicit Hierony. in epistola contra Vigilantium: arguens contra illum. s. quòd autem Vigilantius asserit eos melius facere, qui vtãtur rebus suis, & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt: quàm eos qui possessionibus venundatis, semel omnia largiuntur, non a me ei, sed a Deo respondebitur, si vis esse perfectus vade, & vende omnia, quæ habes. Etiam de hoc Genadius in libro de Ecclesiasticis dogmatibus ait: Bonum est enim facultates cũ dispensatione pauperibus erogare: melius est pro intentione sequendi dominum simul donare, & absolutum solicitudine egere cum Christo.

Quartò, quantum ad principale apparet, quia etiam hic non ponit vendere oĩa, inquantum solùm est bonum in seipso, sed potius, ut tollit impedimenta actus perfecti charitatis absoluendæ a solicitudinibus ministrandi rem familiarem, quę solicitudines valde charitatẽ impediunt. Nã consilia non accipiunt, quasi in eis consistat perfectio, quæ in præceptis charitatis potius

F consistit: sed solùm vt sunt instrumenta quędam perueniendi ad perfectionẽ auferendo impedimenta, vt ostensum est supra, & tñ sic certum est, ꝙ magis expeditur, & absoluitur quis a solicitudinibus donando omnia simul, & trãseundo ad statum, in quo nihil possidetur, quàm possidendo, & administrando quotidie eleemosynas distribuere: ideo non pertinet ad perfectionem, & consilia manendo in sęculo distribuere eleemosynas, sed oĩa simul vendere ad sequendũ Christum. Et ita Augu. lib. contra Faustum, cõparat enim vnum veteri testõ, & aliud nouo, & vnum dicit esse vitam actiuã, & aliud cõtemplatiuam, & facit dñiam inter illam sicut inter legem & euangelium, & statum actiuũ & contẽplatiuum, sed manifestũ est euangeliũ
G excellentius esse lege, & contemplationem actione.

Quare in documento isto perfectionis singulę particulę sunt annotatę: & quare dictum est, vade &c.
Quęstio CXLIX.

SED quæretur, quare in documento isto perfectionis singulæ particulæ annotatę sunt: quare enim dictum est, vade & vende. Dicendum, ꝙ dixit Christus vade. Primò, ex modo loquendi, quia de non agente cùm incipit agere dicitur, ꝙ vadit quòd exit aut ingreditur ex consuetudine locutionis, & quia iuuenis ante hoc nihil horum faciebat, & nunc facturus erat, dixit vade. i. incipe facere. Secundò, dixit hoc specialiter
H referendo ad iuuenem: nam iuuenis iste erat nunc cũ Christo quærens ab eo de vita æterna & perfectione, & ad peruenięndum ad perfectionem, quam optabat, oportebat ꝙ venderet omnia: & tñ bona, quę possidebat non erant præsentia, qñ erat cum Christo: ideo oportebat, quòd iret in domum suam, vel in locum, in quo vendenda erant hæc. Tertiò, fuit ad instruendum omnes, qui transire volunt ad statum perfectionis, quos disponere prius oportet de rebus suis: quia non debent diu manere disponendo, vt bene vendãt: quia interim acciderent eis impedimenta, & cessarẽt a proposito principali: ita consulit Hieron. Paulino in epistola ad Paulinum. capitu. septimo. inducens multas rationes ad hoc: & ideo vt hanc velocitatem agen-
I di Christus ostenderet, non dixit solùm vende, quod poterat intelligi diu manendo, & pigritando, sed ait vade, & vende. q. d. statim vade, & vende, vt cito possis ad me redire.

Quare Christus dicit vende. Quęstio. CL.

QVAERETVR, quare dixit vende. Dicendũ, ꝙ intentio Christi erat, quòd iste iuuenis, & quilibet qui ad perfectionẽ anhelaret, abdicaret a se possessionem omnium rerum, ne solicitudinibus rerum possessarum detentus non ualeret attingere perfectionem, quasi per has impeditus: abdicare autẽ a se possessa poterat multipliciter fieri: quia saltem poterat fie-
K ri abiiciendo, vel pro derelicto habendo, & publicè exponendo cuicunque volenti tollere: quia tamẽ bona possessa sunt quædam bona a Deo nobis concessa, quibus bene vti possumus, & tenemur, voluit Christus, quòd non solùm nos ad perfectionem transeamus, sed etiã res, quas relinquimus bene disponamus: sicut & Ezechię regi morituro mandauit Deus dicẽs: dispone domui tuæ, morieris enim & nõ viues. 4. Re. 20. & Isa. 38. Et ita licèt ad aliud sęculum transiturus esset, noluit quòd contemneret rem familiarem, sed quòd de illa optimè disponeret. Ita & nunc transituris ad perfectionem iubetur de rebus suis bene disponere, & quia optimus modus, & magis Deo acceptus est dare pauperib⁹, qa ad istũ finẽ sunt diuitię, vt inde [illegible]
tentur

Ad hoc sunt [illegible]

tentur inopes, iussit dari pauperibus, & ad hoc posuit preparatoria. i. q̃ venderentur, & non contemnerent: quia posset quis velut cōtempto seculo, omnia possessa pro derelicto habere: ēt illa nulli tradendo, neq; ad aliquam vtilitatem applicando, sicut & aliqui philosophi, vt ostenderent se mundi contēptores, fecerunt: sicut Craton philosophus, de quo in legenda beati Ioannis euangelistæ: ille enim lapides preciosos, qui venditis omnibus facultatibus cōparati fuerant publicè fregit, & ita magnas diuitias subito disperdidit, toti mundo illas inutiles faciens. Quod beatus Ioannes redarguit. Sic etiam Socrates philosophus, vt ait Hierony. cùm Athenas ad philosophandum pergeret, magnū auri pondus proiecit in mare. Talia non placent Deo: imò sunt contra honorem eius. Primò, quia non iubet ipse, ita contemnere terrena, & possessa, quasi nihil boni habeant, sed pro desiderio magnorum bonorum, quibus ista sunt imparia, & eorum impeditiua contemnenda sunt. Nam omnino contemnere esset, sentire ista non habere gradum aliquem boni: quod Manicheis hæreticis valde consonat, qui omnia corporalia mala esse, & a Deo malo condita esse asseruerunt. Etiam consonat positioni quorundam philosophorum errantium, qui solum honestum bonum esse posuerunt: vt sentiunt Stoyci, & Tullius in paradoxa prima. s. quod honestum est, hoc solum bonum esse. Arist. autem rectius sentit tria genera bonorum distinguens, scilicet, vtile, delectabile, & honestum. 1. Ethico. Et hoc catholicę positioni congruit. Non ergo sunt ista simpliciter contemnenda, quasi nullum gradum bonitatis habeāt. Secundò, quia valde repugnat intentioni Dei, ipse enim fecit omnia: hęc ad vsum nostrū: facere ergo aliquid penitus inutile, quod Deus vtile fecit, repugnare Deo est: quia est subtrahere partem boni de vniuerso: sic enim fecit, qui diuitijs omnibus venditis lapides preciosos emit, & illos comminuit, per quod illos inutiles, & sine valore reddidit. Nō ergo sic possessa contemnenda sunt, sed vendenda, vt prodesse possint. Tertiò, quia voluit Christus vetare vsum indebitum diuitiarum in dimissione earum: qa cùm abijciendæ, vel dimittendæ essent, vt solicitudo earum non grauaret transituros ad perfectionem, vellet fortè aliquis eas in pauco tempore consumere deliciosè epulādo cum amicis & alijs: quia sic interdum victum longi temporis breuis hora consumit. extra de censibus. c. cum secundùm Apostolum. Hoc Christus prohibere voluit, quia trāsituris ad perfectionem non conuenit delicijs vacare ante transitum, quia hoc esset transire de extremo in extremum, sed potius antequam transeat, expedit quòd se in aliquibus duris exerceant, quæ ad perfectionem pertineant, & ideo dixit: vende, quia qui vendit alteri dat. Sic dicit Remigius. Notanda sunt ista verba, non enim ait dominus, vade, & manduca omnia, quæ habes: sed vade, & vende. Quartò, fecit vt auferret donationem, quia aliquis transiturus ad religionem, fortè vellet omnia sua donare alicui integrè, & exinde consequeretur quādam laudem. s. q̃ aliquem de sua paupertate ditasset. Hoc Christus noluit, sed pauperib⁹ erogari voluit: quia nullibi melius, quàm in eis diuitiæ nostræ collocantur: cū ipsi eas in cęlo portent, sicut dicit Laurentius: Thesauros ecclesię, quos requiris, manus pauperum in cęlestia deportauerunt.

Perimus diuitias contemnere est contra honorem Dei.

Quare Christus dixit, vende bona, cùm possint dari pauperibus bona, non vendendo illa. *Quæstio CLI.*

SED quęretur, cùm Christus velit dari pauperibus bona eorum, qui ad perfectionem transeant: quare dixit, vende bona omnia: quia poterant dari bona pauperibus, non vendendo illa. Dicendum, quòd fuit primò, quia pauperibus prouidendum est, iuxta cōditionem necessitatum suarum. Non enim eadem sunt opportuna omnibus pauperibus, sed quędam his, alia vero illis, nihil autem est, q̃ æqualeat omnibus nisi pecunia: quia ipsa est medium commutationis, & adhibet, vt fideiussor circa omnia, vt dicitur. 5. Ethic. & ita q̃ habet pecuniam, habet omnia. Qui autem habet aliquā aliarum rerum non habet oīa, donec reduxerit rem illam in pecuniā. Hoc autem fit per venditionē: ideo vēdenda sunt oīa, vt pecunia inde proueniens pauperib⁹ detur ad releuādum oīa genera necessitatis ipsorum. Secundò, & præcipuè fit, vt eleemosynę moderatè dentur pauperibus. Nam si non venderentur res, oporteret ea dari integras pauperibus. Quædam autē sunt magni valoris, ut domus, vel ager, aut possessio aliqua, vel seruus, q̄ dari alicui pauperi non esset conueniens: quia illud non esset dare eleemosynam ad releuādum eius inopiam, sed esset eum ditare. Vt ergo non dētur integræ, & sint moderatæ eleemosynæ, oportet reduci oīa in pecuniam, quę potest diuidi vsq; ad minima, & fient eleemosynæ moderatæ. Sed hoc fit per venditionem, ideo vendi oportet, vt pauperibus erogentur. Ex hoc autem apparet, qd sit melius. s. magnas, & paucas eleemosynas dare, aut multas & minutas & mediocres. Dicendum enim, q̃ in oībus quod moderatū est, bonum est, cùm virtus corrumpatur ab excessu, & defectu: eleemosyna autē datˉ pauperi ad releuandum inopiam eius, vel ad consolandum: non autem ad ditandum eum, quia dans eleemosynā non intendit facere pauperem non pauperem, sed sustētare eum manentem in paupertate. Per eleemosynas autē magnas tollitur paupertas, cùm ditetur, qui pauper erat: ideo non sunt illæ conuenientes. Non tamen est sensus, q̃ non sint conuenientes. i. q̃ sint malæ, & quòd peccet faciens, sed quòd melius est aliter facere quàm sic. Nā siquis det vni pauperi mille denarios, plus meretur, quàm si det vnicum eidem pauperi, & tamen melius est, quòd illos denarios diuideret inter multos pauperes, cùm omnium indigentias releuare posset, aliquo modo distribuendo per eos, quàm q̃ vnius tātùm indigentiam abundanter releuet, vel omnino tollat. Hęc autem vera sunt absolutè accipiēdo eleemosynā magnam, non quidē ex magnitudine rei datæ, sed ex habitudine ad indigentiā, pro qua datˉ: quia eleemosyna nōn datˉ omni hoī, sed indigenti: ergo iuxta quantitatē indigentię dicetˉ magna vel parua, ita q̃ alicui pauperi est parua eleemosyna illa, quæ alteri est magna. Aliquis. n. est in inopia cibi, cui ad tp̄s succurri non potest sufficienter, nisi dādo decem obolos ad hoc quòd exeat illam inopiam, quousq; alibi, aut aliunde possit ei prouideri: dare aūt huic est moderata eleemosyna: quia est quasi necessaria, cùm aliter non possit pręsentem euadere indigentiam. Alius verò tenetur ab hostibus, & fortassis occidetˉ, aut patietur alia detrimēta, nisi redimatur, eleemosyna est moderata in hoc dare tm̄ quantum constat redēptio: quia minori pretio dato non releuatˉ ille a miseria presenti, quam aliter non euadit, nisi redimatur: & ita in quibusdam alijs rebus magnæ impensæ pecuniarum non sunt magnæ eleemosynę, sed commensuratę: quia tāta est indigentia, vt minoribus non releuetur.

Quid sit melius an magnas vel paucas eleemosynas dare.

Eleemosyna non omni homini datˉ sed indigenti.

Sed tunc manet dubium, qd sit melius, an facere eleemosynas illas magnarū expensarum & paucas, an multas & paruas, ita q̃ tot pecuniæ, & ex ęquali charitate expendantur in magnis solùm, sicut in paruis. Dicendum, quòd ad hoc non potest dari certa regula: datur enim eleemosyna ad releuandum inopiam, & miseriam illam: ergo melius est releuare miseriā, quæ fuerit maior intēsiuè, & ideo siquis fuerit in extrema necessitate

cessitate siue famis, siue aliàs ex violētia hostium, vel quomodocunq; illius erit melior eleemosyna, siue sit magnarum, siue paruarum expensarum, & tñ quę est maior, & q̃ minor non pōt considerari solùm ex natura speciei, sed ex alijs particularibus accidentibus accipitur, prudentia autem est, q̃ de particularibus iudicat: ideo non potest dari regula vniuersalis, sed oblatis particularibus iudicabit prudēs, quę sit maior necessitas: siue ex conditione rei, siue personæ, siue loci, vel ex alijs circunstātijs, quę aliquid mutare possunt circa rē. De his dictum est magis supra sexto, vbi de eleemosyna multa dicta sunt.

Quare Christus dixit: Vende omnia. Quęstio CLII.

QVAERETVR, quare dixit Christus: Vende omnia. Dicendum, ꝙ non sufficiebat vēdere aliqua, sed oportebat omnia possessa vendi. Primò ex cōditione finis, ad quem Christus istud suadebat. Nam ideo volebat, ꝙ iuuenis vēderet omnia, quę habebat, vt sequeretur illum toto corde, non habens iam cor implicitum circa solicitudinem rerum possessarum, quę maximè distrahit ab actu perfecto charitatis, & tamen si aliqua venderet iuuenis relinquens alia sibi, adhuc circa illa oporteret esse solicitudinem, & non posset sequi Christum toto corde, quod pertinet ad perfectionem: ideo vel oportebat omnia vendi, vel nihil. Secundò, quia volebat Christus eleuare homines ad quandam perfectam confidentiam de Deo, quę ad perfectionem pertinet. Si enim aliquid de omnibꝰ reseruarent cęteris venditis, viderentur ponere spem in illo. s. ꝙ in necessitatibus ad illud recurrerent: Christus autem voluit, ꝙ totam spem in eo ponerent amouendo eam a rebus terrenis, & ideo nihil relinqui voluit, ad quod homines aduerterent, sed pęnitus in Deo sperarent: & ideo omnia vendere iussit: ob hoc enim iussit discipulis, ꝙ cùm irent per viam nihil ferrent secū: neque pecuniam, neque panem, neq; peram, aut sacculum, supra 10. c. & hoc vt confiderent, ꝙ quocunq; irent Deus eis daret sufficientiam necessariorū: & ob hoc Ananias, & Saphira accusantur: quia cùm vendito agro dare debuissent totum precium coram pedibus apostolorum, occultauerunt quandam partem eius, quam sibi retinebant. Actu. 5.

Quare dicitur: Quę habes, vende. Quæstio CLIII.

QVAERETVR, quare dicitur: Quæ habes, quia manifestum est, ꝙ non potest quis vēdere quod non habet. Dicendum, ꝙ Christus voluit dicere, vende omnia tua: quia aliàs non poterat ipse vendere omnia simpliciter, & ad hoc dixit, quę habes. Et dr̄ propter duo. Primò, vt non vendat quis aliena, quę habet, vel quę aliquo modo ad alium pertinent. Siquis enim aliena vsurpauit, & illa possidet: si ad religionē transire vult, non debet vendere illa, & dare pauperibus, sed restituere eis quibus debentur. Nam eleemosyna non potest fieri de alieno. Qui enim illā facit non meretur quicquam, & insuper manet semper obligatus ad restitutionem. Nō enim placet dn̄o sacrificium de rapina, & ita neque eleemosyna: & quia aliena licèt teneamus, non sumus iusti possessores, sed detentores iniusti, & non dicimur propriè illa habere. Et ideo dicitur vende omnia, quę habes, idest, quę tua sunt. Sic dicit Remigius, quæ habes, illa enim habemus, quæ iustè possidemus, illa ergo, quę iustè possidentur vendenda sunt, quæ verò iniustè sunt eroganda illis, quibus fuerunt ablata. Secundò, & principaliter dicitur hoc ad tollendum moras lōgi temporis, aliqua enim habemus, quæ possidemus pacificè: alia verò nostra

Eleemosina non potest fieri de alieno.

F sunt, quæ tamen ab alijs possidentur, qui illa extorserunt, aut fraude, aut quoquo modo illa detineat, quæ recuperare non possumus, nisi diu litigando: & tunc etiam dubium est, an recuperabimus, quia dubius est euentus litis, & de talibus non est curandum: quia si vellemus illa vēdere, prius litigandum erat vt obtineremus, & obtenta venderemus, & quia hoc diu nos teneret, & fortè impediret propositum conuersionis ad Deum, non sunt talia vendenda, sed abijcienda: ea verò, quę pacificè possidemus vendere possumus: & ideo dixit Christus, vende omnia, quæ habes, idest, ea quę actualiter possides: non autem ea, quę non possides, licèt tua sint. Sic dicit Hierony. in epistola ad Paulinum. capitulo septimo. Si habes rem tuam in pote-
G state vende: si non habes proijce: tollenti pallium & tunica relinquenda est.

Quare Christus dixit: Et da pauperibus, & an transiturus ad religionem debeat dare omnia sua pauperibus. &c. Quęstio CLIIII.

QVAERETVR, quare dixit, & da pauperibus: & an transiturus ad religionem debeat dare omnia sua pauperibus ex cōditione perfectionis, vel possit dare aliquibus alijs. Dicendum, ꝙ aut habet filios, aut non: si habet filios nō debet dare omnia bona sua pauperibus: quia non solùm non meretur, imò peccaret filios exhęredando, eo quòd de iure naturæ debe-
H tur filijs successio in bonis paternis, & tollendo eis successionem priuaret eos iure suo, quod pater non poterat facere sine causa: & ita si faceret peccaret. Secūdò, quia siquis transire velit ad religionem, & habeat aliqua aliena, non debet illa vēdere, & dare pauperibus: sed restituere eis, quibus debentur, vt dictum est pręcedenti cap. & tamen legitima in bonis paternis sunt debita filijs de iure naturę: ideo non potest eos priuare illa dando pauperibus: quia dat quasi æs alienum, licèt non sit penitus æs alienum, quia est patris ad possidendum, sed est filiorum ad succedendum: & ideo inquantum pater spoliat se illo, & vult transferre in alterum perpetuò, iam quasi æs alienum donat, & peccat. Tertiò, quia causa pauperum non est fauorabilior
I quàm causa ecclesiarum, potissimè cum causa ecclesiarum vocetur causa pauperum, vt ait Grego. in Registro. & extra de præscriptionib. c. nihil prodest. & tñ non sunt filij exhęredandi, vt bona transeant ad ecclesias, vt ait Augu. & habetur. 17. distin. q. 5. c. l. quicunq; exhęredatis filijs hęredem ecclesiam vult instituere, alium quærat, qui suscipiat, non Augustinum. Ergo non sunt filij exhęredandi, vt bona dentur pauperibꝰ. Quartò, quia Christus increpabat Phariseos, qui suadebant hominibus benefacere templo, & non parentib. s. ꝙ ea, quæ parentibus daturi erant, darent templo, supra 15. & Mar. 7. c. & tamen magis videtur agere contra naturalem inclinationem pater exhęredās filium, quàm filius patrem exhęredans, vel non prouidens ei:
K quia vt dicit. 2. Corint. 13. c. parentes debent thesaurizare filijs, & non filij parentibus: ergo increpandi sunt parentes, qui vellent dare sua pauperibus, vel ecclesiis exhæredatis liberis. Vnde dicendum, quòd si filios habet, qui transit ad religionem, non potest eos exhæredare. Sed tūc differt, quia aut illi sunt diuites, ita quòd sine paterna successione possint sufficienter viuere, aut sunt pauperes. Si sunt diuites, tenetur saltem legitimam debitam de iure naturæ, de bonis suis illis relinquere detracto ære alieno, quod in bonis patris non computatur: cætera verò pauperibus potest relinquere. Si tamen filijs relinquere voluerit, non peccat, licèt melius sit in tali casu pauperibus relinquere. Si autē filij sunt pauperes, non debet pater alijs pauperibus

Filijs & iure na... ię debet successio bonis paternis.

Nō filij ex... dandi ... ad Ecclesias.

peribus illa relinquere: quia magis tenetur istis, quàm A
alijs pauperibus, & non solùm ad hoc, quòd paruam
eleemosynam dando releuet eorum paupertatem ad
tps: sed tm̃ dando, ꝙ omnino eorum tollat pauperta-
tem: ita ꝙ non cogant̄ egere. Et hæc ēt vera sunt detra
cto eo, quod vult ille donare monasterio, ad quod se
trāsfert ad sustentationem suam, ne onerosus sit mo-
nasterio: nam illud potius dandum est monasterio, q̃
alijs pauperibus: quia ibi quod dat sibi dat, cùm ꝓ suis
necessitatibus det. Si autē non habet filios, non habet
aliquos hęredes legitimos, & tunc aut habet parentes,
aut non: si habet, aut sunt diuites, aut pauperes: si diui-
tes, non tenetur eis ad aliquid, sed potest bona sua pau
peribus relinquere, quia non est de parentibus, sicut
de filijs: quia filij de iure naturæ succedunt parētibus: B
ideo etiam si sint diuites filij non possunt parentes eos
priuare legitima, quę competit de iure naturæ: paren-
tes autem non succedunt filijs de iure naturæ, iuxta su
pradicta. s. filij non debent thesaurizare parētibus, sed
parentes filijs. Ideo non tenentur filij, tunc relinquere
aliquid parentibus. Si verò parentes sint pauperes, te-
nentur filij eis dare bona sua, potius quàm pauperi-
bus, siue tota, siue tantum de illis, quantum sufficiat ad
sustentationem parentum, cùm in alimento debent
valde prouidere filij parentibus, & magis quidem quā
sibiipsis, vt dicit Aristo. 9. Ethi. c. 2. Vnde & interdum
ad tempus impediūtur filij intrare religionem, vt pro-
uideant parentibus, vt ostensum est supra 4. ca. quæst.
113. & supra 8. c. quæst. 68. Si autem non habeant pa- C
rentes, aut illi sunt diuites, debet dare alijs pauperibus
habita discretione, quia potius cognatis, quàm nō co-
gnatis, si ęqualiter sint pauperes, & alijs conditionibus
obseruatis: nouem enim sunt conditiones, quę consi-
derantur in pauperibus, ex quibus quidam præponen
di sunt alijs, vt ostensum est supra 6. c. q. 68. De isto au-
tem iuuene dicēdum, ꝙ Christus dixit ei, quòd daret
omnia pauperibus: quia fortè filios non habebat. Po-
tissimè cùm dicatur, quòd erat adolescens: & etiā for-
tè non habebat parentes, vel si habebat parentes, erant
diuites, qui non indigebāt rebus filij, & ita poterat da-
re omnia bona sua pauperibus. Si autem dicamus, ꝙ
filios habebat, Dicendum, ꝙ Christus dixit, ꝙ daret o-
mnia, quę habebat pauperibus intelligendo, ꝙ subtra- D
heretur id, quod de iure prouenie bat filijs, siue legiti-
ma, quæ proueniebat de iure naturæ, siue toto illo, qđ
de positiuo iure competebat. Nam licèt apud omnes
gentes legitima competat filijs de iure naturæ: tamen
ipsa legitima non est ęqualis apud oēs, sed apud quas-
dam gentes est minor, & apud alias maior, sicut iura
positiua illarum taxant legitimā, & etiam de iure no-
uo non est eadem legitima, quę erat de iure veteri.

Filij in alimento magis debent prouidere parentib⁹, quàm sibi ipsis.

An transiturus ad religionem, si non habet filios, neque parentes, teneatur dare omnia pauperibus, vel possit dare alijs. *Quęstio CLV.*

QVAERETVR in casu, in quo transit urus ad E
religionem non habet filios, neque parentes, an
teneatur dare omnia pauperibus, vel possit dare alijs.
Dicendum quòd, aut quęritur, quid possit facere, ita
ꝙ non peccet, aut quid facere melius sit, vt consonet
perfectioni, ad quam iste transit. Accipiēdo primo mo
do, dicēdum, quòd quilibet potest dare sua, cui uolue-
rit: dum tamen non det in malos vsus, vt meretricib⁹,
histrionibus, & turpibus personis. Cùm autem dici-
mus sua, detrahitur æs alienum, quod non computat̄
in bonis alicuius, quia illud restituendum est. Et nomi
ne æris alieni venit legitima, in qua filij succedunt, in
qua pater non potest eos exhæredare sine causa. Idem
intelligitur, licet magis largè de subuentione, quam

A quis tenetur facere parentibus constitutis in inopia:
sed non existente aliquo istorum, potest dare quis bo-
na sua, cui voluerit siue diuitibus siue pauperibus, & in
hoc non peccat, & tamen dando diuitibus non mere-
tur: quia aut dat illis, quia expectat retributionem, aut
sine expectatione. Si primo modo, iam recepit merce
dem suam, & ita Christus admonet non esse benefa-
ciendum. Luc. 14. c. dicens, Cùm facis conuiuium, aut
cęnam, noli vocare amicos, neque fratres tuos, neque
cognatos, neque vicinos diuites, ne fortè, & ipsi reinui
tent te, & fiat tibi retributio: sed cùm facis cōuiuium,
voca pauperes, debiles, claudos, & cęcos, & beatus e-
ris: quia non habent, vnde retribuant tibi: retribuetur
enim in resurrectione iustorum. In his tm̃ verbis non
B damnauit talia cōuiuia, quasi malum sit ea facere, sed
admonuit nos, ꝙ siquis ex actibus talibus vellet a Deo
retributionē, quod est mereri, & inde a Deo pręmiū
expectare, non inuitet eos, qui retribuere possunt, &
potissimè cum intentione accipiēdi ab eis retributio-
nem, quia etiam si non recipiat, iam per hoc recepit
mercedem suam. Si autem quis benefaciat diuitibus
donando nō expectata inde retributione: videtur hoc
ad iactantiam pertinere, & ita vanum est. Nam habēti
dare, nihil aliud est quàm perdere, & ita licèt non sit
peccatum dare istis, non est tamen meritum aliquod,
sed vanum. Accipiendo secundo modo. s. quid melius
sit, vt consonet perfectioni, ad quam tendit. Dicendū,
quòd melius est dare pauperibus, quàm alijs: quia dan
C do pauperibus, meretur dando, alijs non: & tm̃ qui trā
sit ad perfectionem, debet facere omnia opera sua, vt
consonent perfectioni: ideo illis debet dare, & ob hoc
Christus dixit: vende omnia, & da pauperibus. Sed tūc
dicetur, nunquid ad merendum debent dari omnia
pauperibus, vel possunt distribui alijs locis? Dicēdum,
quòd transiens ad religionem potest dare bona sua o-
mnibus locis pijs, siue ecclesijs, siue monasterijs, siue
orphanotrophijs, siue specialiter pauperibus, eo quòd
nomine pauperum omnia hęc intelliguntur. nam cau
sæ ecclesiarum vocantur causæ pauperū, extra de præ
scrip. c. nihil prodest: quia ecclesię loca pia sunt, & om
nia talia comprehenduntur appellatione pauperum,
maximè quia bona clericorum pauperū sunt, vt Hie-
D rony. ait: & domus eorum communes fiant. 16. q. 2. c.
quoniam. Et istam causam dat Glo. in allegato. cap. ni
hil. quare causæ ecclesiarum vocentur causæ paupe-
rum, & in hoc interdum est melius dare pauperibus,
interdum ecclesijs, iuxta varias conditiones necessita-
tum, vt ostensum est supra ca. 6. q. 74. Christus autem
non nominauit hic templum, quod habebat tunc vi-
cem ecclesię, & hoc quia fortè nomine pauperum in-
tellexit omnes causas pias, in quibus aliquid solo intui
tu diuino erogatur. Vel fortè, quia tacitè voluit, ꝙ iu-
uenis iste benefaceret pauperibus, & non templo, nō
quasi per hoc alijs legem dans, vt templo non benefa-
ciant, cùm ipse laudauerit viduam pauperculam offe-
rentem in gazophylatio duo minima æra, dicēs, quòd
E illa plus omnibus obtulerat: Luc. 21. c. sed vt non daret
fauorem falsæ doctrinæ Pharisæorum: illi enim suade
bant hominibus non benefacere parentibus, sed quid
quid illis impensuri erant, tēplo offerrent, quod Chri
stus valde redarguit supra 15. cap. & Mar. 7. Et ita no-
luit hic approbare, quod ibi reprobauerat: ideo de tē-
plo nihil expressit: quia si diceret aliquid templo dan-
dum, iam per hoc faueret intentioni malignæ Phari-
sæorum: ideo licèt non vetuit dari aliquid templo, ta-
men non expressit, sed dixit omnia esse pauperibus dā
da, cùm etiam nomine pauperum templum intelligi
posset: & non faceret iuuenis aliquid contra conditio-
nem perfectionis, si omnia relicturus aliqua de illis
templo offerret.

Habēti dare nihil aliud est q̃ perdere.

Quid pauperum appellatione comprehēdatur.

Quare Christus dixit: Et habebis thesaurum in cęlo: & an sit aliquis thesaurus in cœlo. Questio CLVI.

QVAERETVR, quare Christus dixit, & habebis thesaurum in cœlo, & an sit aliquis thesaurus in cęlo. Dicendum, ꝙ thesaurus propriè accipiẽdo significat multitudinem auri reconditi, & ita dicitur a thesis, ꝙ est positio, & aurum. i. auri repositio. transfertur tñ ad omnem pecuniam repositã, quę sit in multitudine. Nam paucum aurum, aut pecunia recondita thesaurus non dr̃. Et exinde etiam trãsfertur ad significandum omnem magnitudinem rerum repositarũ, quę valorem aliquem habẽt, & ita dicimus thesauros tritici, & vini. sic dicit Hiere. 41. Decẽ viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel, noli nos occidere: qa habemus thesaurum in agro frumenti, & ordei, & olei, & mellis. Et est ista translatio, quia omnia ista reducuntur in pecuniam per commutationẽ, cum numisma sit medium, & fideiussor pro oĩbus. 5. Ethic. & quia habendo ista est quasi quis habeat pecuniam, dicuntur thesauri de istis rebus, sicut de pecunia. In cęlo autem hoc modo accipiendo nullus thesaurus est, qa neq; erit ibi aurum, & argentum, & pecunia, de quib⁹ propriè dr̃ thesaurus: neq; etiam erit ibi frumentum, ordeum, mel, & oleum, & similia, de quib⁹ fit thesaurus reducibilis in pecunias. Et ratio est, qa pecunia nõ ẽst. s̃m se necessaria, cùm non veniat immediatè in vsum humanum. s. qa nec comedimus, neq; bibimus illam, neq; induimur illa, sed immediatè pertinet ad vsum nostrum. s. inquãtum est medium, & fideiussor in omni cõmutatione, & ideo magis necessaria sunt ad vsum nostrum ea, quę commutãtur, quã pecunia: quia illis vtimur, vt frumento, vino & oleo: & tñ in cęlo non est vsus ciborum & potum, quę consistunt in diuitijs naturalibus, vt dicit. 1. Poli. Ergo a fortiori nõ erit in cęlo aliqs vsus pecuniarum ad hoc, ꝙ sit ibi thesaurus, sed accipitur largè thesaurus per metaphorã: quia sicut thesaurus nominat hic multitudinem auri, aut congestæ pecuniæ, vt Boetius dicit, ita & in cœlo est magnitudo premiorum: & quia aliquibus respondent parua prę́mia in cęlo: alijs verò magna: illi, quib⁹ magna respondent, dicuntur habere thesaurum in cęlo, & quia isti iuueni suadebat Christus venire ad perfectionem, in qua est magnitudo meritorum, quibus rñdent magna prę́mia, dixit illi, ꝙ si hoc faceret haberet thesaurum in cęlo. Sic accipitur supra 6. c. s. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ęrugo & tinea demolitur: thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neque ęrugo, neque tinea demolitur.

Vnde dictus sit thesaurus.

Pecunia ẽ mediũ, & fideiussor pro omnibus.

Pecunia non est secũdum se necessaria homini.

Quare Christus dixit, quòd si iuuenis daret omnia pauperibus, haberet thesaurum in cęlo, & non dixit hoc de alijs bonis operibus. Quæstio CLVII.

QVAERETVR, cùm accipiendo sic thesaurũ in cęlo, pro quolibet excellenti bono opere habeamus thesaurum in cęlo: quare Christus dixit, ꝙ si iuuenis venderet omnia, quę habebat & daret pauperibus, haberet thesaurum in cœlo, & non dicit hoc de alijs operibus bonis. Dicendum, ꝙ pro omnibus operibus bonis dantur prę́mia in cęlo, q̃ quando sunt magna uocantur thesaurus: Christus tamẽ nominat prę́mia per correspondentiam ad merita, & ideo illi, qui merentur per dare, prę́miantur per accipere: sic patet infra in litera, & Mar. 10. c. s. Omnis qui reliquerit domum, aut agros propter me, centuplum accipiet: & tamen pro oratione, ieiunio, & similibus operibus non dicitur, ꝙ accipiemus cẽtuplum, aut in aliqua proportione. Sic etiam patet supra 5. c. Vbi ponuntur beatitudines. Nã certum est, ꝙ pro omnibus beatitudinibus,

F quę sunt operationes virtutum perfectissimarũ debet vita ęterna, siue regnum cęlorum, cùm ẽt pro mediocribus operationibus in charitate factis debeat regnũ cęlorum, & tñ regnum cęlorum non promittitur ibi nisi pauperibus spiritu. s. ipsorum est enim regnum cęlorum, & hoc vt beatitudines habeant se ad prǽmia per correspondentiam. Sunt autem pauperes spiritu, qui sponte abrenunciauerunt rebus huius seculi, quas possidere poterant, faciendo se pauperes: ideo cùm cõtempserint regnum, & honorem mundanum, datur eis regnum cęlorum: ita & nunc iuueni isti Christus suadebat vendere omnia, & dare pauperibus: & quia ille multa possidebat, vt dicitur in litera, abdicabat a se terrenum thesaurum: ideo promittitur ei thesaurus

G in cęlo: & non promittitur seruãtibus castitatem, licèt sit difficilius seruare castitatem perpetuam, quàm omnia a se abdicare, vt Christus innuit supra in litera.

Qui pauperes spiritu.

Quare Christus dixit iuueni, veni & sequere me: quid erat in quo eum sequi debebat. Questio CLVIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit iuueni, veni, & sequere me: & quid erat in quo eum seq debebat. Dicendum, ꝙ suadebat Christus iuueni hic tẽdere ad perfectionem, cùm dixerit, si vis esse perfectus, & tñ perfectio non consistebat hic in vendendo omnia, & dando pauperibus, sed in sequẽdo Christũ, vt dictum est supra: quia vendere omnia non erat actus perfectionis, sed instrumentum ad perfectionẽ,

H sicut & obseruatio cõsiliorum cęterorũ, ideo debuit cõcludere, sequere me, quia ista erat perfectio, quę intendebatur. Cùm autem quęritur, in quo Christũ sequi debebat. Dicendum, ꝙ debebat eum sequi corporaliter, sicut apostoli, & discipuli sequebãtur eum corporaliter quocunq; iret, & illud sequi non erat per se actus perfectionis: sed eos, qui sic sequebant Christus instruebat opera perfectionis: sicut patet de doctrinis viuendi apostolorum, supra 10. c. & de doctrina viuendi. 72. discipulorum Luc. 10. c. & si iuuenis sequeretur Christum sequeretur vitam, quã apostoli, & discipuli tenebant, & ita fieret perfectus, ad quod eum Christus suadebat venire.

Quæst. 147.

I Cum audisset autem adolescens verbũ, abijt tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cęlorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramẽ acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit il-

K lis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.

Mar. 10. Luc. 18. Mar. 10. Luc. 18.

Cum autem audisset. Hic ponitur perfectionis retardatiuum. s. nimia dilectio terrenarũ possessionum, & dr̃. *Cum audisset adolescens.* Accipitur largè adolescens: quia plus erat q̃ adolescens, esset enim fortassis iuuenis, sed non erat maturę ętatis, quias aliàs non vocaret adolescens. *Verba hęc.* i. verba Christi, quibus suadebat ei vẽdere oĩa, q̃ habebat, & dare pauperib⁹. *Abijt tristis.* Erat. n. valdè ɔtra intẽtionem suã abdicare a se possessionẽ rerũ terrenarũ quas nimis amabat. Et ponit cã. s. *Erat enim habens multas possessiones.* i. si hẽret pauca, etiã si dimittenda essent non multum tristaretur. Vel si multa haberet,

haberet, & pauca dimittenda essent, habebat tñ multa, & iubebat Christus omnia dimittere, si volebat esse perfectus: ideo tristatus est. *Iesus autem dixit discipulis suis.* Cum vidit, ꝙ iuuenis recessit tristis, ostendit discipulis suis quantum impedimentum diuitiæ afferant possessoribus ad perfectionem. *Amen dico vobis.* i. certè, vel in veritate: quia Amen est interdum modus iurandi, & interdum modus affirmãdi, vt patet extra de iureiur. c. & si Christus. *Quia diues difficile intrabit.* Non dixit non intrabit, sed difficulter. Diuitiæ enim neque dant vitam æternam, neque illam auferunt, sed sunt tales, quibus possumus benè, vel malè vti, & tamen magis impediunt quàm adiuuent, eo quòd alliciunt animos ad seipsas, & est magna difficultas pugnare cõtra auaritiam illam. *In regnum cælorum.* Pro vita æterna accipitur, licèt multipliciter soleat accipi. *Et iterum dico vobis.* Ad confirmandum, vel exponendum præcedentem sententiam hoc adiunctum est. *Facilius est camelum per foramen acus transire.* Videtur ponere impossibilitatem introeundi in vitam æternam, quia camelo non solùm est difficile, imò est impossibile transire per foramen acus, sed an sit impossibile simpliciter, vel difficile diuiti illuc introire dicetur, infra. *Quã diuitem intrare in regnum cęlorum.* Scilicet, si in diuitijs sperauerit apponens illis totum cor suum. *Auditis autem his.* Scilicet, quę dixerat Christus contra diuites de difficultate intrandi in regnum cęlorum. *Mirabantur valde.* De difficultate eundi ad vitam æternam: quasi aliquo modo noceret eis ista difficultas perueniendi ad vitã æternam. *Dicentes, quis ergo poterit esse saluus.* Idest, si ita est, quis poterit saluari? q. d. si tanta difficultas est diuitibus intrandi ad vitam ęternam, ita etiam videtur esse difficultas quantum ad alios quoslibet, cùm etiam illi habeant aliqua impedimenta. *Aspiciens autem Iesus.* Scilicet, discipulos. *Dixit illis.* Ad tollendum dubitationem. *Apud homines quidem impossibile est.* Idest, quantum ad virtutem humanam. Nam homines sunt, qui ad vitam æternam perueniunt, sed non perueniunt viribus suis. *Apud Deum autem omnia possibilia sunt.* Idest, Deus facere potest, quòd homo saluetur, licèt homo ex opere suo, & potestate non possit saluari.

Quare iuuenis iste recessit tristis. *Quęstio* C L I X.

QVAERETVR, quare iuuenis iste recessit tristis. Nam videtur, ꝙ non debuerat tristari, quia ipse petiuerat quid faciendo haberet vitam æternam, & Christus respõderat, ꝙ faciendo mandata illa: tñ ipse custodiebat, vt dicitur, supra in litera, & ideo cùm sufficeret illud sibi ad beatitudinem, non debebat tristari. Dicendum, ꝙ tristatus est, quia non potuit implere, quæ Christus ei dicebat, ille enim suadebat vendere omnia, quod difficile erat iuueni, quia amor diuitiarum tenebat eum, ne faceret. Et tristabatur, ꝙ nõ posset facere hoc. Primò, quia erat sibi quædam verecundia, institerat enim valde apud Christum, vt diceret ei viam perfectionis, & vitę æternæ, & dixerat ei, ꝙ obseruaret mandata, & ipse quasi gloriatus in hoc dixit, ꝙ hęc omnia a iuuentute sua seruauerat, cùm autem nimis instaret, vt diceretur ei si quid adhuc deerat dixit, ꝙ venderet omnia, quę habebat, sed hoc iuuenis facere non poterat: ideo erubuit, quòd quęsiuisset quasi facturus id, quod facere non potuit. Nam tales ignominiam patiuntur, & illusionem a cæteris. Sic Christus dixit Luc. 14. quòd volens aliqd incipere, videat prius an possit, ne cum inceperit, & non compleuerit illudant ei videntes, dicẽtes, iste hõ cępit ædificare, & non potuit consũmare. Secũdò fuit, qa iuuenis iste desiderauit perfectionem, erat enim bene dispositus, vt appareret, quia semper mandata seruauerat, & cupiebat perfectionem, quasi esset aliquid, quod facile posset hr̃e: cùm autem nõ potuit, doluit, qa frustraretur fine suo. Cum aũt dicitur, quare tristabatur, quia poterat habere vitam æternam, quam petiuerat, etiam si non venderet omnia. Dicendum, ꝙ verum est, quia per solam obseruationem mandatorum potest quis habere uitam æternam, vt patet ex dictis, & tamen frustrabatur perfectione, quam non poterat habere, cùm non venderet omnia, ideo tristabatur.

An iste iuuenis peccauit recedendo a Christo. *Quęst.* C L X.

QVAERETVR, an iste iuuenis peccauit recedendo a Christo. Aliqui dicũt, ꝙ sic, quia nemo facit se ineptum regno Dei, nisi p peccatũ mortale: & tñ iste iuuenis recedendo a Christo videtur, ꝙ se ineptum fecerit ad regnum Dei, quia dr̃ Luc. 9. c. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei, & tñ iste misit manum ad aratrum, & respexit retrò recedens a Christo, ergo fecit se ineptũ regno Dei, & ita peccauit mortaliter. Secundò, quia Christus videtur eum arguere, & dicere esse ineptum ad regnum cęlorum: quia statim, vt ille recessit, dixit ad discipulos, amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cęlorum, & tñ hoc totum propter iuuenem illum dicebat: ideo peccauerat. Dicendum, ꝙ non peccauit iuuenis mortaliter, quia nemo peccat nisi vel faciendo, quod non debet, vel cessando ab eo quod tenetur, & tñ iuuenis neutrum istorũ fecit: non quidem primũ, quia non commisit aliqd, sed cessauit facere: non sm̃, quia nõ cessauit facere quod tenebat: nam non tenebat iuuenis iste ad perfectionẽ, & ideo licèt vellet niti ad illam, & postea cessaret nõ cessabat agere id, quod tenebat: ideo non peccabat. Verum est tñ, ꝙ iste iuuenis erat aliqualiter arguibilis: qa magno affectu venerat in publicum petiturus statũ perfectionis, & postea vt non dimitteret diuitias, quas amabat, cessauit ab illa. Erat aũt aliquo modo laudabilis, inquãtum iuuenis & diues existẽs præcepta semper seruauerat. Sic dicit Augu. sm̃ historiam erat iste iuuenis laudabilis quidẽ, & qa non occidit, non adulteratus est: vituperabilis aũt, quia contristatus est verbis Christi vocantibus eum ad pfectionem. Adolescẽs quippe erat sm̃ animam, & propterea relinquens Christum abijt. Ad primum argumentum potest dici vno modo, ꝙ mitti manum ad aratrum sit aggredi pcepta, p quę habetur vita ęterna, & q retrocedit. s. non obseruãdo illa non est aptus regno Dei, qa non habet vitã æternam. Sed vr̃ ꝙ non stat, quia tunc nõ solùm est mittere manum ad aratrũ, & retrocedere increpabile, sed ẽt nunquam misisse manũ, qa sicut qui cępit obseruare mandata, & non cõtinuauit non habet vitã ęternam, ita q nunquã cępit seruare illa, non habet vitam æternam: & tñ Christus solùm arguit, ibi mittentes manum ad aratrum, & retrocedentes. ergo nõ intelligit de obseruatione præceptorum. Dicendum, ꝙ intelligit de obseruatione consiliorum, & pfecta vita, in qua non mittere manum ad illam non est increpabile, cùm non sit perfectio de necessitate, sed misisse, & retrocedere vituperabile est, & illud Christus arguit. (Quid sit mitterẽ manum ad aratrum, & retrocedere.) Et patet quia ille, ad quem loquebatur ibi erat quidã, qui dixit Christo, dñe sequar te, sed permitte mihi prius renunciare his, qui domi sunt: & Christus ait: nemo mittens manum ad aratrum &c. ergo de statu perfectionis intelligitur, quòd renunciare omnibus, qui domi sunt ad sequendum Christum ad perfectionem pertinet, & non ad opera mandatorum. Sed dicendum, quòd vocatur hic regnum Dei, non quidem vita æterna, quæ haberi potest, p sola mandata, in obseruatione quorũ manebat ille, q dixit Christo, domine sequar te, etiam

antequã sequeretur eum, sed status perfectionis, per quem specialiter habetur regnum Dei.s.excellentiori modo, & de illo verũ est, ꝙ qui respicit retro nõ est aptus regno Dei. Nõ habere autem istud regnum Dei non est peccatum mortale, ideo iuuenis nõ peccabat, etiam si per hocꝙ retrocedebat, efficiebat se ineptum regno Dei. Ad secundùm dicendum, quòd Christus non redarguit adolescentem illum velut mala facientem, sed ostendit impedimentum eius ad vitam ęternam, scilicet, quòd diuitias haberet. Et apparet, quia non arguit eum, quia recesserit: sed dixit, quòd diues difficile intrat in regnum cęlorum, & tamen si Christus vellet redarguere iuuenem, nõ argueret eum, nisi quia abierit, de quo nihil dixit. Etiam si redargutio esset in verbis istis, non solùm Christus iuuenem argueret, sed omnes diuites, cùm dicat, quòd diues difficile intrabit in regnum cęlorum, & tamen certum est, ꝙ diuitem esse non est peccatum: ideo non ponitur hic increpatio, sed denunciatur, vel ostenditur impedimẽtum, quod omnes diuites habent ad vitam ęternam.s. ꝙ sicut iste adolescens, per diuitias fuit impeditus assequi perfectionem, ita alij impediuntur habere regnum cęlorum.

Quare dicitur, erat enim multas possessiones habens. *Questio* CLXI.

QVAERETVR, quare dicitur, erat enim multas possessiones habens. Dicendum, quòd hoc ponitur ad reddendum causam illorum duorum, scilicet, ꝙ tristis factus est & ꝙ abijt: & est sensus, quòd si non fuisset tam diues, non tristatus fuisset Christo dicente ei, ꝙ venderet omnia quę habebat, neq; etiam recederet ab eo, vt non faceret hoc. Sed tunc dicetur, quid differt habere multa, vel pauca: quia sicut diues habet substantiam suam in multis, ita & pauper habet illam in paucis, ergo sicut afficitur diues ad multa, quã sunt tota substãtia eius, ita & pauper afficietur ad pauca, quę possidet, & erit vtriq; ęquale abrenunciare omnibus, quę possidet. Dicendum, quòd non est verum, diuitię enim cupiditatem immittunt, qui autem multa possident magno ardore tenentur possessionum: qui verò pauca possidẽt minus ardent, & ideo facilius deserunt, quod paruo amore dilexerũt. Sic dicit Chrysost. non enim similiter detinentur, qui pauca habent, & qui multis abundãt: quoniam adiectio diuitiarum maiorem accendit flammam, & violẽtior fit cupido, & quia difficultas deserendi accidit ex magnitudine amoris, quo quis tenetur ad rem, quã deserere debet, difficilius deserit possessa, qui habet multa, quàm qui pauca possidet.

Quomodo poterat esse verum, quòd iste iuuenis seruabat omnia mandata, si detinebatur a suarum diuitiarum cupiditate. *Questio* CLVII.

SED quęretur, si iuuenis iste tanto diuitiarum tenebatur ardore, vt propter eas nõ posset ad perfectionem, quam cupiebat accedere, quomodo poterat esse verum, ꝙ seruabat omnia mandata a iuuẽtute sua: nam vnum eorum est, non concupisces rem proximi tui, & aliud est, nõ furaberis, per quod intelligitur omnis illicita contractatio rei alienę, & tamen qui tanta siti possidendarum rerum tenetur, cùm per hoc desinat esse sui iuris, necesse est, ꝙ aliena concupiscat, & cùm potuerit inuadat, & ita non poterit mandata seruare, quæ tamen iste adolescens asseruit obseruasse a iuuentute sua. Dicendum, ꝙ verè seruauerat mandata iuuenis iste, quia Christus videns eum, dilexit ipsum: Mar. 10. c. Et tñ si mentiretur ad se laudandum, Chri-

F stus qui cordis intima sciebat, nõ dilexisset eum: vt ait Beda: ideo verè custodierat omnia mandata a iuuentute sua, & non impediebatur per amorem diuitiarum custodire mandata, quia aliud est aliena cupere, aliud propria immoderatè amare, & in eis delectari. In pręceptis autem decalogi non vetatur amare propria, sed concupiscere aliena, & illa inuadere, quod per furtum fit, & hoc iuuenis faciebat, quia aliena nunquã rapuerat, sua tamen immoderatè amabat, hoc autem impediebat perfectionem. Considerandum tamen, quòd amare propria immoderatè semꝑ impedit perfectionem, obseruationem autem mandatorum non impedit: quia non repugnat eis nisi raro, & quasi per accidens. Primum patet, quia circa perfectionem aut con-

G sideratur ipsamet perfectio, aut instrumentum perfectionis. Si instrumẽtum, tunc obseruatio consiliorum est necessaria: quia sunt instrumẽta quædam, quorum pręcipuum est abrenunciare omnibus possessis, sed ad abrenunciandum nihil est, quod magis impediat, quã amor immoderatus possessorum, sicut fuit in isto iuuene, ideo iste amor impedit perfectionem, id est, instrumenra perfectionis, & consequenter ipsam perfectionem. Si consideretur ipsa perfectio in seipsa. Dicẽdum, quòd etiam illam impedit, quia consistit perfectio in charitate: & ut nos accipimus perfectionẽ consistit in actu excellẽti amoris. Sed ista est conditio animi nostri, quòd non potest ferri intensè ad multa, sed si ad vnum fertur intensè, fertur ad alia remissè: ergo

H siquis diligit Deum intensè dilectione excellenti, non potest diligere aliquam aliam rem intensè, & si aliqua alia res diligatur aliqualiter intensè, minuitur gradus aliquis intensionis amoris Dei. Sic dicit Augu. Domine minus te amat, qui cum alio te amat, ideo amor immoderatus diuitiarum semper impedit perfectionẽ. Secundum patet, quia illud obstat pręceptis, quod in pręceptis vetatur, & tamen amor ad res proprias non vetatur, sed cupiditas alienę rei: potest tamẽ interdum amor ad res possessas esse contra pręcepta: quia sicut est in pręcepto Deum diligere, ita & diligere eum super omnia nihil ei pręponendo, aut æquando: & tamẽ poterit quis ita ardẽter, & immoderatè amare possessa, quòd pręponat ea Deo, & magis ad illa afficiatur, &

I tunc amor rerum propriarum est contra mandata. Sed tunc dicetur, cùm iste iuuenis tam ardenter diligeret propria, videtur, quòd etiam contra mandata faciebat, & ita non est verum, quòd illa seruaret a iuuentute sua. Dicẽdum, ꝙ in amore possessarum rerum est triplex modus. Vnus est, ꝙ amentur possessa secundũ conditionẽ suam.s. inquantũ solùm sunt vtilia, & tunc nunquam est peccatum mortale in amore isto: quia vtilia ad vsum solùm sunt, & ideo qui ita solùm amat pecunias, nunquam constituit eas, vt finem: & tamen omne peccatum est in hoc, ꝙ fruimur vtendis, & vtimur fruendis, sed frui vtendis nunquam est, nisi qñ ea, quę sunt ad finem constituuntur, vt finis, ideo non est peccatum sic amare pecuniam. Etiam non est pecca-

K tum veniale in hoc: quia qñ vtimur re s̃m naturã suã, & gradũ, nulla pręuaricatio est, & consequenter nullũ genus peccati. Secundus modus est ꝙ amẽt, vt vtilia: & tñ ardentius inhęreamus eis, q̃ oportet, quasi faciendo ipsum, quod est vtile esse delectabile, non tñ cõstituendo illud vt finem, neq; pręponẽdo amori diuino, & tunc amor rerum possessarũ est pcm̃ veniale, quod potest esse maius, vel minus s̃m ꝙ ardẽtius, aut minus ardenter rebus istis inhęremus. Tertius modus est, quãdo toto animo ferimur in possessa, velut in finem præponendo diuino amori, & tunc etiam siquis non rapiat, neque concupiscat aliena, sed propria ita amet, peccat mortaliter: quia peruertit ordinem amoris, quia fruitur vtendis.

Anima nostra... non fertur... potest. [margin, partly cut off]

In amore rerum possessarum triplex modus. [margin, partly cut off]

Ad scien-

Ad sciendum tamen, quando quis ita amat possessa, vt peccet mortaliter: dicendum, quòd tunc solũ peccat, quando ita amat, vt potius vellet offendere Deũ, quàm carere illis, & committeret potius aliquod peccatum mortale, quàm priuari vellet rebus possessis: aliàs autem quantumcumque feruenter amet, si potius vellet eis carere, quàm Deum offendere, non peccat amando possessa mortaliter. De isto iuuene dici potest, quòd licèt ardenter amabat possessa: tamen non ita ardenter, ꝙ potius vellet Deum offendere, quàm illis carere: & ideo nõ peccabat mortaliter sic amãdo. Quòd autem potius vellet carere perfectione, quàm diuitijs, non erat præponere diuitias Deo, cùm Deus non iubeat perfectionem, sed suadeat ad illam: & ita adhuc non peccabat iste iuuenis recedẽdo à Christo, vt non careret possessis, vt dictum est supra. Sed diceretur, cùm iste iuuenis tam ardenter amabat possessa, vt non vellet illis carere: sed potius vellet non esse perfectus, & à Christo recedere, quomodo non ita ardenter cupiebat aliena, vt ea raperet? vel omnino ea concupisceret si non haberet, & ita peccaret?

Dicendum, quòd ardentius possessa amantur, quã non possessa cupiantur: quia quæ habentur, sunt quasi nobis incorporata, & illis priuari est magna difficultas. Non habita autem non acquirere, nihil est perdere: ideo non afficimur tanto studio amoris ad habendũ non habita, sicut ad non dimittendũ acquisita. Sic dicit August. Nescio an quomodo cùm superflua terrena diliguntur arctius adepta, quàm concupita constringunt. Nam vnde iuuenis iste tristis discessit, nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud est enim iã nolle incorporare, quæ desunt: aliud iam incorporata diuellere: illa enim velut extranea repudiantur: hæc velut membra præciduntur.

Quare Christus nunc locutus est discipulis post recessum illius iuuenis. Quæst. CLXIII.

QVAERETVR, quare Christus nunc locutus est discipulis post recessum iuuenis illius. Dicendum, quòd prima causa fuit mutatio notabilis, quæ apparuit in iuuene illo. Nam cùm locutus est ei Christus, tristatus est, & recessit. Sic dicitur Luc. 18. capit.
D Videns autem Iesus illum tristem factum dixit, quàm difficile est, &c. Sic etiam dicit Theophilus: Quoniam diues audita opum abiectione tristatus fuit: dominus admiranter loquitur. Secundò fuit ad redarguendũ auaritiam. Nam illa nunquam bona est, sed semper mala, quia vel ad peccatum impellit, vel à bono impedit, sicut hic impediebat à perfectione iuuenem, qui aliàs secutus fuisset Christum, sed non fecit, vt nõ cogeretur dimittere omnia, quæ possidebat. Tertiò ad confirmandum Apostolos, & discipulos in doctrina eis data. Nam docuerat eos omnia abijcere, & nihil possidere. Hic autem ostendit quomodo possessio diuitiarum multum impedit à consecutione vitæ æternæ: & ita allicerentur ad tenẽdum doctrinam eis datam, vt non cuperent redire ad ea, quæ dimiserant,
E neque vellent possidere, quæ non habebant. Quartò fuit ad tollendum verecundiam Apostolis, & discipulis. Fortassis enim ipsi erubescerent, quia nihil possidebant: & tamen pauperes in hoc sæculo despiciuntur: ideo ostendit, ꝙ non sit bonum possidere multa, sed melius sit nihil possidere, quia tanto quis liberior erit ad Dei cultum, quanto pauciora possideat. Sic dicit Chrysost. ꝙ quidem dixit non pecunijs detrahens, sed eis, qui detinentur ab ipsis: & discipulos pauperes existentes non verecundari ob inopiam.

Auaritia semp mala est.

A *Quare Christus dixit, quòd diues difficile introibit in regnum Dei. Quæstio CLXIIII.*

QVAERETVR, quare Christus dixit, ꝙ diues difficile introibit in regnum Dei. Aliqui dicũt, quòd ideo dictum est, quia pecunias tenere malũ est, vel ipsæ pecuniæ malæ sunt. Sed dicendum, quòd falsum est. Non enim sunt diuitiæ malæ, quia creaturæ Dei sunt: sed bonæ sunt inquantum ad bonum prosunt, idest, ad commutationem, sine qua non potest consistere communicatio politica: & tamen in communicatione necessaria est pecunia, tanquam mediũ, & fideiussor, vt dicitur 5. Ethi. etiam habere illam non est malum, quia cùm illa non sit mala, non erit malus
B vsus eius, nisi sit prohibitus: sed non vetatur possessio eius, neque vsus illius in sacra scriptura: ergo non est malum illam habere. Sic dicit Basilius. Non docet facultates vẽdere eo ꝙ sint naturaliter malę, quia alioquin Dei creatura non essent. Vnde eas nõ tanquam malas abijcere, sed disponere monuit, & condemnatur aliquis, non quòd eas possedit, sed qa eis abusus est. Secundò, quia si malę essent, vel malum esset eas custodire, non diceretur, ꝙ difficile erat eas possidentes habere vitam æternam, sed simpliciter impossibile, sicut peccãtes mortaliter, vt sic impossibile est saluari. Dicendum, ꝙ rectè Christus dixit, ꝙ diuites difficile intrabunt in regnum Dei. s. qui diuites sunt, & qui diuites effici volunt, & hoc, quia diuitiæ secundũ se non
C tollunt regnum Dei, sed impediunt. De his, qui volunt diuites fieri patet, quia oportet eos multa acquirere, vt diuites fiant, cùm non essent, & quia per viam iustam raro contingit velociter multa acquiri, oportet animum, & manus applicari iniustę acquisitioni: & ita solet dici, ꝙ omnis diues, aut iniustus, aut iniusti hæres. s. si ipse acquisiuit iniustus fuit in acquirendo: si non acqsiuit, sed possidenti successit, non ipse est iniustus, sed est iniusti hæres quasi possessio sine peccato esse possit: acquisitio autem non. Et ita dicit Apost. 1. Timo. 6. cap. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli, & in desideria multa, quæ mergũt animam in interitum. i. per hoc, ꝙ volunt diuities fieri applicant se iniquis modis acquirendi, vel conuersandi, quibus non se implicarent si non cuperent diuites fieri, & illi vocantur laquei diaboli, quia eis tenet animas ligatas dæmon, quas aliter fortè non posset tenere. Si autem iam diuites sunt, siue per se acquisierint, siue ab alijs acceperint, est difficultas in duobus. Primò, quia qui diuites sunt, vt non perdant quæ habent, cõmittunt quæcunque mala. Amant enim tam ardenter possessa, quòd etiam si aliena non ambiant, potius volunt quæcunque committere, quàm diuitijs spoliari, & ita committent quæcunque mortalia, vt semper possideant diuitias. Secundum est, quia impediuntur in tendendo ad bonum. Nam licèt non cupiant aliena, neque contra Deum pro possessorum ꝯseruatione faciant, tamen cessant ab aliquibus bonis, à quibus non impedirentur si diuitias non possiderẽt: sicut iste iuuenis dispositus erat ad perfectionem, & vt Christum sequeretur: & tamen, quia diuitias relinqui oportebat, cessauit Christum sequi, sed qui habẽt talia impedimenta, difficilius intrant in regnum Dei, quàm alij: ideo diuites difficile intrant in regnũ Dei.

An Christus dixit nunc, quòd diuites difficile intrant in regnum Dei propter iuuenem istum, vel propter alios diuites. Questio CLXV.

SED quæretur, quare Christus dixit nunc, ꝙ diuites difficile intrant in regnum Dei: nam ista dixit propter iuuenem, qui recesserat tristis, sed iste non im

pediebatur propter diuitias intrare in regnum Dei, quia non egerat contra mandata, sed cùm diues existeret, custodiebat omnia mandata à iuuentute sua, vt dicitur in litera, sed solùm impediebatur à perfectione, quæ non erat necessaria ad vitam ęternam, & ideo licèt impediretur à perfectione consequenda, nõ impediebatur à vita æterna: & ita non erat difficile eum intrare in regnum cœlorum. Dici potest vno modo, quòd non dicitur hoc cõtra iuuenem illum, licèt propter eum introductum est: quia enim ipse, qui diues erat recessit à Christo, fuit Christo occasio loquendi contra diuites, qui propter diuitias impediuntur à cõsecutione vitæ æternæ: licèt nõ impediretur sic iuuenis: & hoc, quia vt non priuentur possessis, quæcunque mala committunt, per quæ impediuntur à vita æterna. Vel quia diuites efficiuntur cupidiores, quàm cœteri homines, cũ diuitiæ sitim augeant: & ita non solùm propria immoderatè amant, sed etiam aliena concupiscunt, & inuadunt. Aliter potest dici, & melius, ꝙ tam de alijs diuitibus, quàm de iuuene isto intelligitur, quia valde inconueniens videretur, ꝙ Christus diceret ista propter iuuenem, & conuenirent alijs diuitibus, & non iuueni. Et est verum, ꝙ diues difficile intrat in regnum Dei, inquantum impeditur per pecunias, non inquantum eas possidet, sed inquãtum amat. Et licèt nunc iuuenis iste non fuerit impeditus à vita æterna, poterat statim per diuitias ab illa impediri, quia illę impediunt inquantum valde amantur: sed iste iuuenis ita ardenter amabat possessa, ꝙ audito verbo, ꝙ ea dimitteret, tristatus est, & recessit à Christo, quẽ ante hoc sequi dispositus erat: ergo existente tanto amore si accideret, ꝙ optaret priuari diuitijs, vel agere contra Deum, fortè ageret contra Deũ, vt non priuaretur illis: & ita impediretur penitus à vita æterna. Etiam qui tam ardenter amat, communicare nõ vult bona sua, sed interdum ad subueniendum proximis necesse est communicare bona nostra illis etiam in magna quantitate. 1. Io. 3. Qui habet substãtiam huius mundi, & videt fratrem suum necessitatem patiẽtem, & claudit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei est in illo? quasi dicat: non potest esse. Et qui non habet charitatem est in peccato mortali 1. Io. 3. Qui non diligit, in morte manet: & tamen amor nimi⁹ possessorum impedit communicationem istam bonorum, ideo diuites reducuntur difficiles ad vitam æternam habendam. Sic dicit Hilarius. Habere diuitias criminis non est: sed modus in habendo retinendus est. Nam quomodo communicandum est necessitatibus sanctorum, si communicandi materia nõ relinquitur? quasi dicat: diuitibus subtrahitur materia communicandi per nimium amorem possessorũ. Quòd autem iuuenis iste diues existens vsque nunc mandata custodiuisset, & non impediuissent eum diuitię: poterat accidere, quia fortè non à multo tẽpore diues erat, sed fortè nouiter successerat in bonorum possessione defunctis parentibus, quorum hęres erat: & ita non erat expertus mala diuitiarum, neque acciderant ei impedimenta aliqua, sed solùm ardorem illum possidẽdi patiebatur: vel etiam si longo tempore tenuisset, tamen quia in pace viuebat, non acciderat ei, quòd vel perditurus esset diuitias, aut peccaret: & tamen accidere poterat: & ita manebat impedimentum, quod diuitiæ præstare poterant, licèt nondum illud pstitissent: & tamen si accederet aliquid tale, fortè peccaret, vt non priuaretur diuitijs: & ita etiam nunc antequam illud accideret, erat difficile iuueni huic diuitias amanti intrare in vitam æternam: non quia diuitias possidebat, sed quia amabat: vnde siquis possideret non amans illas, nullum periculum esset ei ex diuitijs: & ita Apostolus suadet. 1. Corinth. 7. capitulo:

Qui non diligit in morte manet.

Diuitias possidens non amãs illas nullũ ex diuitijs periculum ei est.

F Tempus enim breue est, & reliquum est, vt qui habẽt vxores sint tanquam non habentes, & qui flent, tanq̃ non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo quasi non vtantur: quia tamen difficile est possidere, & possessa non amare, securius est non possidere, quia non possidere non ingerit difficultatem aliquam ad vitam æternam, & possidere facit difficultatem. Sic dicit Rabanus: inter pecunias habere, & pecunias amare nonnulla distantia est: tutius autem est, neque habere, neque amare diuitias.

Quare Christus dixit, quòd diuites intrant difficile in regnum Dei: quia hoc etiam accidit circa quęcunque possessa.

G *Quęstio CLXVI.*

SED quæretur, quare Christus dixit, ꝙ diuites intrant difficile in regnum Dei: quia hoc idem accidit circa quoscunque possidentes aliqua, vel cupiẽtes ea possidere. Dicendum, quòd possidentes aliqua, vel nulla possidentes, aut cupiunt diuites fieri, aut non. Si cupiunt diuites fieri, accidunt eis impedimenta ad vitam ęternam, & verum est de eis, ꝙ difficile est ipsos ingredi ad vitam æternam, quia vt dicitur. 1. Timo. 6. cap. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli. Si autem non cupiunt diuites fieri, aut nihil possident, aut pauca. Si nihil possident, non habent impedimentum ad vitam æternam, & ad talem statum Christus suadet dicens, ꝙ vendat iuuenis omnia, quæ

H habet, & sequatur ipsum. Si autem pauca possidet quis, & non cupit diues fieri, nõ incidit in difficultates quas habet diues. Primò quantum ad ambiendum aliena. Nam diuitiæ sitim quandam sui faciunt. Nam qui pauca possidet, pauca cupit, & interdum nulla. Qui verò multa, incitatur ardentius ad maiora cupiẽdum: quasi nihil sit quod habet, nisi maiora possiderit, & velut illa, quæ cupit necessaria iam sint ad conseruationem, & bonam habitudinem eorum, quæ possidentur: & ita sitis sitim facit: sed qui ardenter cupit, non dubitat aliena inuadere, vt siti suæ satisfaciat: ideo diuiti accidit periculum ex hac parte, & non pauperi. Secundum est, quia durius est perdere multa, q̃ pauca:

I etiam si tam possidens pauca, quàm multa afficiatur nimis ad possessa: ideo si acciderit aliquid, vt priuari oporteat possessis, aut peccare, facilius peccabit diues, quàm pauper, quia magis inclinabitur ad non perdendum, quæ possidet. Tertium est, quia si abijciendo possessa ascendat quis ad aliquam perfectionem magnam, est difficili⁹ hoc diuiti, quàm pauperi, quia pauper cùm pauca possideat, non multum dolet abijciẽdo: diues autem, qui multa possidet, difficulter ea à se abdicat: ideo est difficilius diuiti ascendere ad perfectionem, quàm pauperi: & ita ascensus ad regnũ Dei est ei difficilior. Sic accepit Christus, quia iste iuuenis impedit⁹ fuit propter diuitias multas, quas possidebat sequi Christum: Apostoli vero, qui pauca possidebãt

K faciliter illa reliquerunt: & ideo quãdo dixit de iuuene, quòd recessit tristis: dicitur, ꝙ erat habens multas possessiones: quasi dicat: multitudo impediuit eum: & nõ dixit solũ, ꝙ aliqua possidebat: sed etiam postea dixit, quòd diues difficile intrabit in regnũ cœlorum. Sed obijcietur, quòd hoc non solùm est verum de diuitibus, sed etiã de omnibus alijs, qui aliqua possident: quia Mar. 10. & Luc. 18. dicitur: Quàm difficile, qui pecunias habent regnum Dei introibunt. Dicendũ, quòd non locutus est Christus, nisi de diuitibus: accepit enim habere pecunias .i. diuitias. Nam ex modo loquendi, non dicimus aliquos possidere pecunias si paucas; sed multitudinem designamus per possessionem pecuniarum. Maximè, quia litera præcedens

ostendit

oſtendit multitudinem : nam dicitur tam Mar. 10. quàm Luc. 18. quòd erat habens poſſeſſiones multas. Lucas autem dixit : erat diues valde : & ideo ſecundùm illud accipiendum eſt poſſidere pecunias: qui.n. pauca poſſident, non habent difficultates, de quibus Chriſtus loquitur. Sed obijcietur, quòd tam pauca poſſidentes, quàm etiam nulla, difficile intrent in regnum cęlorum, quia multę alię difficultates ſunt pręter eas, quę ex diuitijs adueniunt. Item, quia dixerũt Apoſtoli auditis his; Quis poterit ſaluari? Et Chriſtus ait: Apud homines quidem impoſſibile eſt: apud Deũ autem omnia ſunt poſſibilia. Et ita non ſolùm eſt difficultas cuilibet homini, ſed etiam impoſſibilitas videtur tam pauperi, quàm diuiti. Dicendum, quòd verum eſt, quòd ſunt multæ difficultates præter ardorem diuitiarum; & tamen de illis non loquitur hic Chriſtus, neque negat difficultates illas, & tamen ponit iſtam in diuitijs, quam difficultatem habẽt diuites, & non alij homines, & inſuper diuites habent omnes difficultates, quas alij homines patiuntur. Sed tunc dicetur, quare Chriſtus poſuit de ſolis diuitibus, quòd difficile intrabunt in regnum cœlorum, cùm etiam alij homines difficultatem habeant ad hoc? Dicẽdum, quòd fuit primò, quia de diuitum difficultate erat ad propoſitum dicere: non autem de difficultatibus aliorum hominum: eo quòd iſte iuuenis, qui nunc deſijt ſequi Chriſtum, non impeditus fuit ex alio, niſi ex diuitijs, vt patet ex litera. Secundò, quia plures difficultates accidunt ex diuitijs, quàm ex alijs omnibus reb9 ſimul ſumptis, & iſtæ difficultates ſunt quotidianæ. Et ita quaſi iſta ſola eſſet difficultas, poſita fuit hic. Sic Apoſtolus de ſolis diuitijs dixit, ꝙ pararent laqueos. 1. Corin. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli, & in deſideria multa, quæ mergunt hominem in interitum.

Quomodo eſt verum, quòd facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Quæſt. CLXVII.

QVAERETVR, quomodo eſt verum, ꝙ facilius eſt camelum intrare per foramẽ acus, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum: nam camelum intrare per foramen acus eſt impoſſibile: & tamen diuitem intrare in cœlum poſſibile eſt, etiam ſi eſſet difficile. Aliqui dicunt, quòd per acũ intelligitur Chriſtus, & per camelum Gentilis populus, & per diuites Iudæi: & eſt ſenſus, ꝙ facilius conuertuntur Gentiles ad Chriſtum, quàm Iudæi. Sic dicit Chry. in Matt. ſ. Gentium animæ aſſimilatæ ſunt tortuoſis camelis in quibus erat gibbus idolatriæ: quoniam cognitio Dei erectio eſt animarum. Acus autem eſt filius Dei, cuius prima pars ſubtilis eſt ſecundùm diuinitatem: alia verò groſſior ſecundùm incarnationem eius: tota autem recta eſt, & nullam habet deflexionem, per cuius vulnus paſſionis gentes ingreſſæ ſunt in vitam ęternã: hac acu ꝯſuta eſt immortalitatis tunica. Ipſa eſt acus, quæ ſpiritui conſuit carnem. Hæc acus iudaicum populum iunxit, & gentium. Hæc acus amicitiam angelorum, & hominum copulauit. Facilius eſt ergo Gentiles intrare per foramen acus, quàm diuites Iudæos intrare in regnum cœlorum. Secundò exponunt quidam, quòd camelus ſit Chriſtus: diues quilibet ſuperbus, acus paſſio. Facilius eſt Chriſtum pro nobis pati, quàm elatum humiliari. Sic dicit Grego. 35. Mora. ſ. Nomine diuitis quemlibet elatum, cameli appellatione propriam condeſcenſionem ſignificat: camelus ergo per foramen acus tranſit, cùm redemptor noſter vſque ad ſuſceptionem mortis per paſſionis anguſtias intrauit, quæ paſſio velut acus extitit:

Cognitio Dei eſt animarũ erectio.

A quia dolore corpus pupugit. Facilius autem camelus foramen acus, quàm diues regnum cœlorum ingreditur, quia niſi ipſe prius per paſſionem ſuam formã nobis humilitatis oſtenderet, nequaquam ſe ad humilitatem ipſius ſuperba noſtra rigiditas inclinaret. Sed dicendũ, quòd iſtæ duæ expoſitiones, non faciunt ad propoſitum, quia non ſunt literales, ſed myſticæ: & tñ oportet dari literæ ſenſum literalem. Secundò, quia neceſſe eſt, ꝙ iſta verba poſita hic à Chriſto faciant ad propoſitum præcedentium. Loquebatur autẽ Chriſtus de diuitibus, quòd difficile perueniãt ad regnum Dei: ideo neceſſe eſt de hoc intelligi iſtud, & tamen intelligendo iuxta illas expoſitiones, nihil eſt ad propoſitum præcedentium. Nam ſupra ſignabatur difficultas intrandi in regnum cęlorum quantum ad diuites:

B hic autem ſignatur difficultas, ſiue impoſſibilitas intelligendo ſecundùm corticem literæ: ideo magis debet intelligi, vt iacet, quàm iuxta illas expoſitiones. Alij dicunt, quòd acus porta quædam erat in Ieruſalem. Sic dicit Glo. Dicitur, quòd Ieroſolymis quędam porta erat, quæ foramen acus dicebatur, per quã camelus, niſi depoſito onere, & flexis genibus trãſire non poterat, per quod ſignatur nõ poſſe tranſire viam arctam, quæ ducit ad vitam, niſi ſordibus peccatorum & diuitijs poſitis, ſaltem non amando. Sed dicendũ, quòd non eſt ſatis veriſimile. Primò, quia non eſt authenticum, quòd aliqua talis porta eſſet, cùm in nulla ſcriptura authentica inueniatur. Etiam, quia ſi talis

C porta eſſet tam humilis, & ſtricta: certum eſt, ꝙ nemo per illam camelos introduceret, vt onera deponeret, & genua eos flectere cogeret. Et ita non eſſet comparatio de introitu camelorum per illam portam, vt Chriſtus illam poneret. Secundò, quia hoc non eſſet mirandum. Nam ſi cameli per illam portã depoſitis oneribus, & flexis genibus intrare poſſent, certum eſt, quòd magis difficultas eſſet homini intrare in vitam æternam, quàm camelo per portam illã, quia ad hoc, quòd poſſit quis habere vitam æternam, oportet abnegare ſeipſum non ſequendo paſſiones ſuas: & tamẽ Chriſtus voluit hic oſtendere rem duram: ideo aliqd maius dicere voluit. Alij dicunt, ꝙ camelus eſt nomẽ æquiuocum ad animal, & rudentem. i. funem, quo li-

D gatur nauis, & hoc, quia nomẽ Græcum hic poſitum æquiuocum eſt ad animal, & rudẽtem, vt dicit Theo. Sed iſtud non tollit difficultatem, quia vtrumque eſt impoſſibile, ſiue pro animali, ſiue pro rudente accipiatur, quia neutrum eorũ poteſt capi per foramen acus.

Dicendum ergo, ꝙ accipitur planè, vt litera ſignat, quòd facilius ſit illud animal gibboſum, quod camelũ dicimus, intrare per foramen acus, in quo filum mittitur, quàm intrare diuitem in regnum cęlorũ. Et tunc manet ratio dubij, quia impoſſibile eſt camelum tranſire per foramen acus, & non eſt impoſſibile diuitem intrare in cœlum. Dicendum, ꝙ non intelligitur de omnibus diuitibus, ſed de ſolis illis, qui ponunt totam ſpem in diuitijs, quia iſtos impoſſibile eſt ſaluari. Nam

E iſti, vt ſic sũt in peccato mortali, cùm diuitias pluſquã Deum ament, & tales quãdiu ſic manſerint, non poſſunt ſaluari, ſed cùm depoſuerint iſtam intentionem. Sic patet, quia Mar. 10. cap. dicitur. Difficile eſt confidentes in pecunijs intrare in regnũ Dei. Confidentes autem ſunt, qui totam ſpem in eis ponunt, & eas, vt finem ſuum conſtituunt, & iſti non ſaluantur. Sic dicit Remigius; Dominus in Marco exponens huius loci ſenſum dixit; Difficile eſt confidentibus in diuitijs intrare in regnum cœlorum; illi enim in diuitijs confidunt, qui omnem ſuam ſpem in diuitijs collocant. Alij autem diuites ſunt, qui in diuitijs ſpẽ non ponũt, ſed ſunt, vt non habentes, & nõ vtentes eis. 1. Cor. 7. c. & tales non ſolũ poſſunt intrare in regnum cęlorum,

ſed

ſed etiam laudabiles valde ſunt. Sic dicitur Eccleſiaſtici.31.cap. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abijt, neque ſperauit in pecuniæ thæſauris. Et ſequitur: Quis eſt hic, & laudabimus eum? Et ita laudabilis eſt, & beatus vocatur.

Quomodo dixit Chriſtus, quòd eſt difficilius diuitem intrare in regnum cœlorum, quàm camelum tranſire per foramen acus, cùm vtrumque ſit impoſſibile. *Quęſt.* CLXVIII.

SED quæretur, quomodo dixit Chriſtus, quòd eſt difficilius intrare diuitem in regnum cœlorum: quia accipiendo pro diuite, qui cõfidit in pecunijs, impoſſibile eſt, quòd diues intret in regnum cœlorum: G & camelum etiam intrare per foramen acus impoſſibile eſt, ſed quomodo ſit magis impoſſibile vnum, q̃ alterum non apparet.

Dicendum, quòd impoſſibile dicit negationem, vel priuationem poſſibilitatis, & quãtum ad hoc vnũ impoſſibile non eſt maius altero, quia priuatio, & negatio conſiſtunt in indiuiſibili. Accipiendo autem impoſſibile prout elongatur à poſſibilitate, eſt vnum magis impoſſibile, quàm aliud, quia aliquod magis elongatur à poſſibilitate, quàm aliud: ſicut homo nõ poteſt portare mille libras ferri, neque decem millia librarum, & vtrumque eſt impoſſibile, ſed magis eſt impoſſibile portare decem millia, quamquam vtrũq; eſt ſimpliciter impoſſibile homini: ita eſt nunc im- H poſſibile tranſire camelum per foramen acus, quia nulla potentia rerũ ad hoc ſufficit. Idem de introitu diuitis confidentis in diuitijs in regnum cœlorum. Et tamen magis elongatum eſt à ratione potentiæ intrare diuitem in regnum Dei, quàm camelum per foramen acus, quia licèt camelus non poteſt per potentiam naturæ intrare per foramen acus, tamen per diuinam potentiam poteſt, & iſtud eſt per hoc, ꝙ partes perdant diſtinctionem ſitus ad tempus. ſ. ꝙ vna ſubintret aliam, & tunc corpus quãtumcumque magnum alicuius rei poteſt ſtare in loco paruo corporis alteri⁹, & à fortiori poterit eſſe in foramine acus qđ magis ē. Diuitem tamen confidentem in diuitijs, & per hoc exiſtentem in peccato mortali, intrare in regnum ce- I lorum eſt contra potentiam ordinatam Dei, contra q̃ ipſe nunquam agit, quia fidelis eſt, & ſeipſum negare non poteſt. 2. Timo. 2. cap. ſed introducere camelum per foramen acus, non eſt contra potentiam ordinatam Dei: ideo magis impoſſibile dicetur diuitem intrare in regnum cœlorum, & hoc modo vocamus vnum miraculum maius alio, quia licèt vtrumque requirat potentiam infinitam, tamen vnum ſecundùm naturam ſuam magis diſtat à poſſibilitate naturali, quàm alterum.

Quomodo poteſt ſtare litera iſta cum ſuperiori, quia videtur ei contraria. *Quęſt.* CLXIX.

K QVAERETVR, quomodo poteſt ſtare litera iſta, quia ſupra dixerat Chriſtus, quòd diues difficile intrabit in regnum cœlorum: nunc autem dicit, quòd difficilius eſt, quàm intrare camelum per foramen acus, in quo impoſſibilitatem notat.

Dicendum, quòd vtrumque verum eſt, ſed tetigit Chriſtus per hoc duas conditiones diuitum. Quidam enim diuites ſperant in pecunijs conſtituentes in eis finem ſuum, & iſtis eſt impoſſibile intrare in regnum Dei. Alij non ſperant in pecunijs, ſed vtuntur eis, & iſtis difficile eſt intrare, & tamen intrare poſſunt. De primò dicitur: facilius eſt intrare camelum per foramen acus, quàm diuitem in regnum cœlorum: ideſt,

Duę ſunt conditiones diuitum.

F impoſſibile eſt. De ſecundò dicitur, quòd diues difficile intrabit in regnum cœlorum. De primo patet, quia tales ſunt in peccato mortali, & ſic manentes impoſſibile eſt intrare in regnum cœlorum. De ſecundo patet, quia Chriſtus dixit difficile eſſe, & non impoſſibile. Et verum eſt, quòd etiam eis, qui non conſtituunt finem in diuitijs impedimentum prouenit ex illis, quia inflammant in amorem ſui, & impediunt à perfectione, quæ non poteſt interdum haberi, niſi abiectis eis; & interdum ad malum incitant, quod non fit in non habentibus. Sic dicit Rabanus: Inter pecunias habere, & pecunias amare nonnulla diſtantia eſt: tutius eſt enim, neque habere, neque amare diuitias. Sic etiam Hierony. ait: Quia verò diuitiæ habitæ G difficile contemnuntur: non dixit, impoſſibile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum, ſed difficile: vbi difficile ponitur, non impoſſibilitas oſtenditur, ſed raritas demonſtratur. Et tamen licèt iſta difficultas ſit in diuitiarum poſſeſſione, multi benè vtuntur diuitijs, qui in regnum cœlorum intrant, ſicut Abraham diues, quia dicitur Gen. 13. ꝙ Abraham, & Loth tam diuites erant, quòd non poterat eos capere terra, neq; poterant habitare communiter: & ideo receſſerũt ab inuicem: & tamen erat Abraham bonus, & perfect⁹. Gen. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus. Sic dicit Beda: quomodo Matthęus in Euãgelio, & Ioſeph in veteri teſtamento, & quamplurimi diuites intrauerunt in regnum Dei? niſi quia fortè, vel diuitias pro H nihilo haberent, vel ex toto relinquere domino inſpirante didicerunt. Alij autẽ dicunt, quòd diuites non poſſunt intrare in regnum Dei, ſicut neque camelus per foramen acus: qui tamen poſſidet diuitias poteſt intrare licèt cũ difficultate. Sic dicit Theophi. Porro attendas illud, quòd diuitem quidem impoſſibile dixit ſaluari: poſſidentem verò diuitias difficile: quaſi dicat: diues qui captus eſt à diuitijs, & famulatur eis non ſaluabitur. Habens verò illas. ſ. cũ eis dominatur vix ſaluabitur cauſa humanę fragilitatis: conatur enim nos diabolus ſupplantare quoaduſque poſſidemus diuitias, & difficile eſt effugere decipulas eius; ideoque bonum eſt paupertas, & quaſi tentatione carens. Sed dicendum, ꝙ ſiue accipiamus diuitem, ſiue poſſiden- I tem pecunias: dum tamen multa poſſideat, difficilè intrat in regnum Dei: ille autem modus loquendi accipitur ex eo quod habetur Mar. 10. & Luc. 18. vbi dicitur, quàm difficilè, qui pecunias habẽt, regnum Dei introibunt. De diuite dicitur: facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem introire in regnum Dei. Iſtud tamen non multum facit: quia Marcus, & Lucas ſic dixerunt. Matthæus tamen vtrobique diuitem poſuit dicens: diues difficilè intrabit in regnum cœlorum, & poſtea: facilius eſt camelum tranſire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum: & tamen ſi virtus ſententiæ conſiſteret in diſtinctione diuitis, & poſſidentis pecunias, omnes Euangeliſtæ hoc diſtinxiſſent, cùm in ve- K ritate ſententiarum non diſcordent: ideo non ſtat reſponſio in hoc. Sed dicendum, ꝙ ſiue vocetur diues, ſiue poſſidẽs diuitias, ſi in illis ponit finem ſuum, impoſſibile eſt illum intrare in regnum cęlorum. Si autem non ponit in illis ſpem ſuam, licèt habeat difficultatem, quia diuitiæ ſemper afferunt impedimenta, tamen ſaluari poteſt. Et quia illi, qui ponunt ſpem in pecunijs ſeruant eas, cùm eas propter ſeipſas ament: qui verò non ponunt ſpem expendunt eas moderatè, dicunt aliqui, ꝙ diues non ſaluatur, ſed œconomus. ſ. quia diues, tanquam ſua retinet: œconomus autem diſpenſat, quia non eſt poſitus ad poſſidendum, ſed ad expendendum. Sic dicit idem Theophi. ſ. Aliud eſt enim diues aliud œconomus. Nam diues eſt, qui ſibi

Di… diffic… effug… decip… diaboli

releruat

reseruat diuitias: œconomius verò, siue dispensator, qui ad opus aliorum eas tenet. Et ita etiam alij distinguunt, quòd diues, aut est dominus diuitiarum, aut famulus. Dominus est, qui dispensat: famulus qui seruat. Primum est licitum: secundum illicitum: ideo primum est difficile ad regnum Dei: secundum impossibile. Sic illud asserit Chrysosto.

Quomodo potest stare, quod dicitur Mar. 10. cap. s. filioli, quàm difficile est confidentes in pecunijs introire in regnum Dei: quia videtur esse contra supradicta.

Quæstio. CLXX.

QVAERETVR, quomodo potest stare, quod dicitur Mar. 10. cap. s. filioli, quàm difficile est cõfidentes in pecunijs introire in regnum Dei: quod videtur esse contra supradicta: nam confidentes in pecunijs nullo modo possunt intrare in regnum Dei. Nam isti constituunt finem suum in diuitijs, vt dicit Remigius. s. Illi confidũt in diuitijs, qui omnem suam spem in diuitijs collocant: & tamen sic facientes peccant mortaliter, cùm abutantur rebus, quia fruuntur vtendis, in quo est omnis peruersitas. Etiam, quia si omnem spem in eis ponunt: constat quòd plus in eis, quàm in Deo sperent: & tamen præponere aliquid Deo est peccatum mortale: ideo peccarent mortaliter: sed tales impossibile est intrare in vitam æternã: ergo non est verum, ꝙ difficilè intrãt in regnum Dei: quia quod cum difficultate fit, aliquando fieri potest: & tamẽ tales introire in regnum Dei impossibile est. Dici potest vno modo, ꝙ accipitur difficile pro impossibili: quia aliquando vtimur figura lyptote pauca dicentes, & magna significantes, sicut siquis dicat, possibile esse quod vult ostendere esse necessarium: & ita hic Christus, dicẽs, difficile, intelligere poterat impossibile, & sic illud statim significauit, dicẽs, facilius esse camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cœlorum: & tamen constat impossibile esse camelum intrare per foramen acus. Secundo modo potest dici, & melius, ꝙ difficile est, & nõ impossibile. Pro quo præsupponendum, ꝙ confidentes in diuitijs sunt in peccato mortali, & tunc, aut moriuntur in ista confidentia pecuniarum, aut non: si moriũtur in illa, est impossibile eos intrare in regnum cœlorum, & de hoc intelligitur, ꝙ facilius est camelũ, &c. quia vtrũq; est impossibile: licèt magis impossibile sit intrare tales in regnum cęlorum, vt ostensum est supra: Si non moriuntur in illa, sed adhuc viuunt, dicendum, ꝙ quia possibile est tales deponere hanc confidentiam diuitiarum, & cõuerti ad sanam vitam, & doctrinam, possibile est istos saluari: quia tamen difficile est eos, qui semel talem habuerunt confidentiam deponere eã: eo quòd amor diuitiarum valde inflammat, & captiuat affectum, & potissimè per assuetudinem: & dum magis tenditur ad senectutem, difficilè est tales saluari, quia difficile est conuerti: & ita rectè dictum est, ꝙ difficile est confidentes in diuitijs saluari, ẽt si adhuc viuant: & tamen si vt sic accipiuntur, non solùm est difficile, sed etiam impossibile.

Præponere aliq. i Deo est peccatum mortale.

Confidentes in diuitijs sunt in peccato mortali. In. q. 167.

Quare discipuli admirabantur valde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri?

Quęstio CLXXI.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd discipuli admirabantur valde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? nam videtur, quod nulla causa admirandi erat discipulis: quia Christus de diuitibus loquebatur, quod difficile esset eis intrare in regnum Dei: ipsi tñ diuites non erant, quia nihil possidebant: ideo timendum eis non erat. Aliqui dicunt, quòd discipuli non timebant pro seipsis, sed pro alijs: compatiebantur. n. alijs, q erant diuites, & consequenter videbatur, ꝙ non poterant saluari. Sic dicit Chryso. Discipuli inopes existentes turbantur pro salute aliorum dolentes, & doctorum iam viscera assumentes. Sed tunc dicetur, quomodo stat, quia dixerũt: Quis poterit saluus esse? In quo innuitur, quòd nullus poterat saluari de alijs: & tamen constat, ꝙ de alijs hominibus pauci erant diuites respectu ad totam multitudinem: & tñ Christus solùm posuit hic istam difficultatem, vel impossibilitatem diuitibus: ergo multi poterant saluari. Dici poterat, ꝙ diuites accepit hic Christus eos, qui realiter diuites sunt, etiam si non sperent in diuitijs, quia difficultatem habent ad vitam æternam: & eos, qui nihil habẽt si velint diuites fieri, quia isti incidũt in laqueos diaboli, vt dicitur. 1. Timo. 6. & eos, qui pauca habent, & in illis confidunt ponentes spem in illis, vel constituentes ea, vt finem. Primis, & secundis est difficultas eundi ad vitam æternam: tertijs est impossibilitas. Et quia ferè omnes homines includuntur sub istis trib⁹. i. sub aliquo eorum, quia licèt pauci diuites sint, plurimi tamen, & ferè omnes diuites effici volunt: omnibus hominibus est difficultas eundi ad vitam æternã. Et ita rectè dictum est: quis potest saluus fieri? Sic dicit August. lib. de quæst. Euang. Cùm autem pauci sint diuites in comparatione multitudinis pauperum, intelligendum est, ꝙ omnes, qui diuitias cupiunt, in diuitum numerum haberi discipuli animaduerterũt: & idem dicit Chryso. & Beda. Sed adhuc obijcietur, quòd accipiatur etiam de ipsismet discipulis, ꝙ dixerunt, quis potest saluus fieri? Nam non ita admirarentur si causa non attineret aliquo modo ad eos. Et istud patet, quia cùm illi dixerunt: quis potest saluus fieri? dixit Christus: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia sunt possibilia. Ergo videtur, quòd etiam tangebat ista impossibilitas discipulos, quia quod impossibile est apud homines, impossibile est apud Apostolos, qui erant homines: & tamen Christus respondit hic illud ad verbum illorũ: ergo de tali impossibilitate locutus est ipse de quali illi loquebantur: & tamen respondit Christus de impossibilitate, quæ erat tam apud discipulos, quã apud alios: ergo de tali loquebantur discipuli, dicẽtes: quis poterit saluus fieri? Sed tunc dicetur, quomodo conueniebat hoc discipulis: quia illi, neque diuites erant, neque diuites effici cupiebant, sed nihil habebant, & nihil cupiebant: imò & spontè oblata respuebant, cũ nihil deberent secum portare. s. neque aurum, neque argentum, neque pecuniam aliquam, neque sacculũ, neque peram. supra 10. & Mar. 6. cap. Dicendũ, ꝙ licèt Christus de solis diuitijs, & impedimento, qđ infertur ex possessionibus expresse dixerit: tñ Apostoli transtulerunt hoc ad oĩa impedimenta arguendo ex similitudine. s. si tam strictè nobiscũ agĩt, ꝙ illi, q diuitias possident, vel cupiunt, ẽt si aliena nõ cupiant, neq; rapiant, difficile intrant in regnũ cęlorũ propter impedimẽta quędã, q̃ ex amore istarum rerũ inferuntur: ita & circa alias passiones, vt. s. circa amorem coniugis, & liberorum, & honoris, & iram, & vindictã, & cęteras passiones erunt impedimẽta eundi ad vitam ęternam; & tñ nemo est, qui non patiatur multa istorum; ideo agendo tam strictè circa cętera, sicut circa amorem pecuniarum, videtur, ꝙ omnibus sit difficile, vel impossibile ire ad vitam æternam; & ita rectè dixerunt Apostoli de seipsis, & de alijs hominibus; quis poterit saluus fieri? quia ipsi licèt diuites non essent, neque esse cuperent; tñ alias in se passiones sentiebant, ꝑ quas putabant sibi esse difficile ire ad vitã ęternã. Siquis tñ vellet tenere ꝑcedentem expositionẽ. s. de alijs hoĩbus, & non de Apostolis, non est insistendum in cõtrarium.

Quare

Quare dicitur, quòd aspiciens Iesus respondit.
Questio CLXXII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd aspiciens Iesus respondit. Dicendum putant aliqui, ꝙ ideo dictum est, quia sic erat verum, & narratur factũ. Sed non stat, quia tunc superuacuum esset dici: certũ est enim, quòd quandocunque loquebatur Christus ad aliquos, respiciebat eos, & maximè, quando loquebatur ad discipulos quos diligebat: & tamen non dicitur, ꝙ Christus aspicit quandocunque loquitur ad aliquem: ideo non dicitur hoc solùm ad enarrandum gesta, sed ad aliquid aliud. Dicendum autem, quòd causa est, quia Christ⁹ habebat se semper cũ loquebat̃ ad modum oratoris. Ad oratorem enim, cuius finis est persuasio, vt Tullius dicit, pertinet disponere vultum iuxta conditionem rerum, de quibus loquitur, & illa dispositio vultus est quædam pars ingenij oratorij: & ideo Christus iuxta conditionem rerum, de quibus loquebatur, vel finis, quem inducere intendebat, disponebat vultum: quia tñ ad probationem rerum, quæ referuntur, dispositio vultus interdum non facit, idest, non facit ad intentionem Euangelistæ, licèt faceret ad intentionem Christi, non ponunt semper Euangelistæ, ꝙ Christus aspiceret eos, quibus loquebatur. Interdum autem confert ad declarationem, vel probationem eorum, quæ dicuntur: & ideo tunc Euangelistæ exprimunt, quòd Christus aspiceret eos, quibus loquebatur. Sic dicitur Mar. 10. capit. de isto iuuene, qui petebat ingredi ad vitam æternam, quòd Christus intuitus eum dilexit illum, vt innuatur, quòd illud aspicere erat cuiusdam benignitatis: eo quòd ille seruauerat omnia mandata, & tales Christus diligit: ita nunc discipuli erant admirati, & turbati de hac dura sentẽtia Christi. s. ꝙ facilius est intrare camelum per foramen acus, quàm diuitem in regnum cœlorum: ideo ipse volẽs eos consolari, dulciter eos intuitus est, & ad ostendendum istam benignitatem Christi erga eos Euangelista dixit, ꝙ aspexit illos, & Mar. 10. capit. dicitur, & intuens illos, &c. Sic dicit Chryso. Per hoc quod dicit aspiciens significat Euangelista, quòd mansueto oculo timidam eorum mentem mitigauit.

Oratoris finis psuasio est.

Quomodo est verum, quòd apud homines hoc est impossibile, quia tunc non esset in potestate hominis saluari.
Quest. CLXXIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd apud homines hoc est impossibile, quia supra dicebatur, quis poterit saluari? hic autem dicitur, apud homines est impossibile: ergo videtur, ꝙ nõ est in potestate hominis saluari: sed hoc videtur inconueniens, quia tunc daretur homini pœna pro eo quod euitare non potest, & tamen pœna non datur, nisi pro voluntario. 3. Ethic. cap. 1. Etiam vituperatur, qui condemnatur, & laudatur, qui saluatur: & tamen si condemnari nõ esset in potestate nostra, neque etiam saluari esset in potestate nostra: ideo iniustè laudaremus istum, & vituperaremus illum, quia laus, & vituperiũ fiunt pro voluntarijs. 3. Ethi. cap. 1. Dicunt quidam, ꝙ intelligitur istud solũ quantum ad difficultatem, quæ prouenit ex diuitijs, de quibus dictum fuerat, ꝙ facili⁹ erat introire camelum per foramen acus, quàm diuitem in regnum Dei. Et ideo dixerunt Apostoli: Quis poterit saluus fieri? Christus autem dicit, ꝙ apud homines impossibile est. i. ꝙ nõ sit in potestate hominis tollere istud impedimentum, vel non est in potestate eius, cum isto impedimento intrare in regnum cælorum: & tunc dicitur, apud Deum oĩa possibilia sunt. i. potest hominem dimittere introire in vitam æternã, F auferendo impedimẽtum, quod prouenit ex diuitijs. Non autem, ꝙ posset introducere illuc hominem habentem totam confidentiam in diuitijs, sed potest ei auferre istam confidentiam: & ita introducere in regnum cœlorum. Sic dicit Remigius. Non hoc est intelligẽdum, ꝙ possibile sit apud Deum, quòd diues, cupidus, auarus, & superbus intret in regnum cęlorũ, sed vt conuertatur, & sic intret. Idem dicit Augusti. lib. de quæst. Euang. & Beda. Et tunc dicẽdum, quòd non ponitur istud ad reddendum nos pigros, quasi nõ curemus ad bonum conari, velut non existens in potestate nostra, sed vt sciamus, quòd à nobis solis nõ est possibilitas bonorum, sed à Deo: & tamen quando recurrerimus ad illum concurret nobiscum, vt bona G possimus: & ita verbum istud multum hortatur nos ad Deum esse solicitos. Sic dicit Chry. s. Neque hoc ideo dicitur, vt resupinus iaceas, & sicut ab impossibilibus abstineas, sed vt magnitudinem iustitiæ considerans insilias Deum rogans. Sed non videtur omnino satisfacere quod dictum est, quia Apostoli dixerant, quis potest saluus esse? quod intelligebatur propter omnes difficultates, quæ proueniunt hominibus ex quibuscunque causis vltra diuitias: ideo necesse est, quòd intelligatur hoc de impossibilitate quantum ad omnia impedimenta. s. ꝙ ꝓpter omnia illa sit homini impossibile, sed apud Deum sit possibile. Et patet efficacius, quia si propter sola impedimenta ex parte diuitiarum est homini ex se impossibile habere vitam H æternam: à fortiori ex omnibus impedimentis, quæ homini accidere possunt erit homini difficilius habere illam. Sic autem accipiendo dicunt quidam, quòd apud homines est impossibile, apud Deum autem est possibile, quia homini ex conditione sua non est possibile: & tamen sequendo diuina consilia, & decreta est possibile, quod satis rectè dicitur. Sic dicit Theophi. Intelligendum est, quòd dicit, apud homines impossibile est, sed non apud Deum, quia cùm Deum audimus hoc fit possibile, cùm verò humana sapimus est impossibile. Sed adhuc dicendum, quòd saluatio hominis ex parte hominis nõ est possibilis. i. non sufficit homo ex propria operatione ad illam, sed apud Deũ possibilis est. i. per Deũ potest saluari. Et hoc primò, I quia saluari est habere vitam æternam, quæ consistit in diuina visione, & illam non potest homo habere naturaliter. Nam etiam si Deus non se occultet nobis, sed permittat homini agere secundùm totum conatum, non poterit homo manens in corpore, neque etiam anima separata ex viribus suis videre diuinam essentiam, sed indiget lumine gloriæ diuinitus dato, per quod eleuatur ad Deum videndum. Et ita verũ est, quòd simpliciter est homini impossibile, quia est supra vires naturæ eius: ita beatitudo est ei impossibilis, quia est vltra vires naturæ, sed sicut Deus si daret homini alas conueniẽtes magnitudini corporis eius, posset volare: ita si dederit ei limen gloriæ habitualiter poterit videre diuinam essentiam, & erit beatus, & K hoc modo plana est litera: Saluari apud homines est impossibile, sed apud Deum. i. per diuinam operationem est possibile. Secundò, quia vita æterna non datur nobis à Deo, nisi in pręmium meritoriæ operationis, & mereri non contingit sine gratia, cùm sine illa non sint opera nostra Deo accepta, sed gratia, & charitas non sunt à nobis, sed à Deo nobis infunduntur, ergo non sunt in potestate nostra, sed Dei, & consequenter non est possibilis saluatio apud homines ex seipsis, sed à Deo, qui gratiam dare potest: & ita dicitur. 2. Cor. 3. Non sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi à nobis, sed sufficientia nostra à Deo est. Tertiò, quia ad habendum vitam ęternam, necesse est vitare peccata, sed ex nobis non sumus sufficientes vitare

Gratia, & charitas à Deo nobis infunduntur.

tare omnia peccata, & tentationes, ſed indigemus di-
uino auxilio: ergo non eſt poſſibilis homini ſaluatio,
ſed à Deo ei prouenit, & iſta videtur vera expoſitio.

Ad rationem in contrarium dicēdum, quòd in no-
ſtra poteſtate eſſe dicuntur ea, quæ per alios facere
poſſumus, ſicut 3. Ethi. dicitur, quis poſſe ea, quæ per
amicos poteſt: & tamen poſſumus vitam æternam,
& gratiam, & charitatem habere per Deum quando-
cunque ad eum recurrerimus: licèt per operationem
noſtram habere non poſſimus: ideo dicimur poſſe
habere vitam æternam, vel damnationem, & conſe-
quenter poteſt aliquis euitare damnationem: & ideo
ſi non euitat, iuſtè datur ei pœna.

Ad ſecundum de laude, & vituperio dicendum, ꝙ
pro ſolis voluntarijs operationibus debetur: & tamen
habere vitam æternam, & damnari habetur à nobis
per voluntarias operationes, inquantum iſta ſunt ali-
quo modo in poteſtate noſtra, vt dictum eſt: ideo pro
iſtis laudamur, vel vituperamur.

An homo ſine gratia Dei poſſit aliquod bonum facere.
Quæſtio CLXXIIII.

AD declarationem prędictorum quęritur primò,
an homo ſine gratia Dei poſſit aliquod bonum
facere. Pertinet autem iſtud ad propoſitum, quia vi-
ta æterna habetur per bonas operationes: & ſi homo
ſine gratia poteſt facere bonum, poterit ex propria
operatione mereri vitam æternam. Aliqui dicunt,
quòd nemo poteſt facere bonum ſine gratia, quia Io.
15. dixit Chriſtus diſcipulis: Sine me nihil poteſtis fa-
cere: ſed Deus non habitat in hominibus niſi per gra-
tiam: ergo videtur, ꝙ ſine gratia, ſecundùm quam in
nobis ipſe eſt, nihil boni operari poſſimus. Secundò,
quia cogitatio, & deliberatio de bono præcedit ad o-
perationem ipſius, ſed vt dicitur. 2. Cor. 3. Non ſumus
ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis,
ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt: ergo à fortiori non
poterimus ſine gratia bonum facere, cùm etiam bo-
num cogitare non poſſimus ſine gratia. Tertiò, quia
vt dicit Auguſtin. ad Bonifacium: non poteſt homo
aliquod bonum facere, niſi iuuetur à Deo, qui malũ
velle nō poteſt, ſed adiutorium Dei, qui malum velle
non poteſt, eſt gratia ipſius: ergo ſine gratia Dei non
poſſumus bonum facere, neque velle. Quartò, quia
non poteſt aliquis homo bonus, & iuſtus eſſe ſine gra
tia: ſed in hoc, quòd aliquis iuſta, & bona operatur, iu-
ſtitia, & bonitas hominis attenditur: ergo homo ſine
gratia non poteſt bona facere. Quintò, quia nihil po-
teſt in effectum, qui eſt vltra ſuam perfectionem, ſed
boni actus excedunt bonitatem potentiarum natura-
lium, quia computantur inter bona magna, cùm ta-
men potentiæ inter bona media computentur: ergo
per ſolas potentias naturales ſine additione gratiæ, nō
poterit homo bonum actum facere.

Alij dicunt, quòd ſine gratia poſſit homo bonum
facere, quia nulli fit admonitio per præceptum de eo,
quod facere non poteſt, ſed quotidie admonentur ho
mines bona facere tam per ſacram legem, quàm per
humanas leges: ergo poteſt homo bonum facere ſine
gratia, quia alias fruſtra erat ad hoc monere. Secun-
do, quia, vt ait Damaſ. nulla res deſtituitur operatione
propria: ſed bona operatio eſt propria operatio ho-
minis. i. ſecundùm rationem ordinata, ſicut & malum
hominis eſt contra rationem eſſe, vt dicit Dionyſius.
4. cap. de di. no. ergo homo ex propria natura ſine gra-
tia adiuncta poterit bonum facere.

Dicendum, ꝙ homo ex propria conditione ſine ali
qua gratia adiuncta poteſt facere bonum quodcunq;
quod eſt bonum ex genere ſuo, vel malum oppoſitũ;
A & tamen non poteſt facere bonum meritorium ſine
gratia, quia non ſufficit ad hoc conditio naturæ eius. i.
facultas liberi arbitrij. Pro quo cōſiderandum, quòd
cùm operatio ſequatur virtutem operatiuam, & vir-
tus ſequatur naturam, oportet, ꝙ ſecundùm diuerſita
tem naturarum ſit diuerſa facultas ad operandum: &
ideo cùm homo nominet naturam, vel eſſentiam, ha
bet virtutem operatiuam, & operationem conſequē-
tem, virtus, vel principium in homine eſt liberum ar-
bitrium. Hoc enim conuenit homini ſecundùm na-
turam, & ipſi libero arbitrio competit actus. Sed circa
hoc quidam non ſufficienter attendentes errant con-
ſiderantes æqualiter eundem modum operationis li-
beri arbitrij, & rerum naturalium: & ideo dicunt, ꝙ
B ſicut lapis, qui naturam nominat, habet virtutem mo-
tiuam, ſecundùm quam debet ferri deorſum, & per
illam virtutem motiuam habet, ꝙ neceſſariò moueа-
tur deorſum niſi impediatur: ita dicunt de homine,
quòd habet naturam aliquam ſecundùm quam eſt
operatiuus, quæ eſt principium intrinſecum, & ſecun
dùm illam exercebit operationes ſuas neceſſariò, ſi-
cut lapis. Et quia in homine conſideratur duplex na-
tura. ſ. intellectualis, ex qua ineſt homini inclinatio ad
appetendum ea, q̄ ſunt per ſe deſiderabilia, & honeſta.
Alia eſt ſenſibilis ſecundùm quam pronus eſt ad con-
cupiſcendum ea, quę ſunt delectabilia ſecundùm ſen-
ſum: has duas naturas, vel principia hominis conſide-
rantes hæretici duas hæreſes contrarias ex eadē radice
C fecerunt. Quidam eorum. ſ. Iouiniani conſiderantes
naturam intellectualem hominis, quæ inclinat in bo-
num, quia iuxta Ariſt. 1. Ethi. ratio deprecatur ad opti-
ma, aſſerebāt, ꝙ neceſſe erat hominem benè operari,
& quòd non poterat peccare. Alij. i. Manichei reſpi-
cientes ad naturam ſenſitiuam, quā dicebant eſſe ſ'm
ſe malam, & à malo Deo cōditam. dixerunt, ꝙ homo
de neceſſitate peccat, neque poteſt bonum facere.
Vtriq; autem errant tollentes liberum arbitrium ver-
tibile, quia ſicut non poſſe agere niſi malum ex natu-
ra ſua tollit libertatem arbitrij: ita & neceſſe eſſe agere
bonum tollit arbitrij vertibilitatem: & tamen homo
ſecundùm naturam habet libertatem arbitrij, non eſ-
ſet autem liberi arbitrij, niſi pertineret ad eum deter-
D minatio ſui operis, vt ex proprio iudicio eligeret hoc,
vel illud: ideo error eſt, & contra naturam humanam
dicere, ꝙ neceſſe ſit eum facere bonum, vel neceſſe ſit
facere malum, & non habeat electionem ad hoc, vel
illud, ſed ſaluanda eſt in homine natura liberi arbitrij.
Et tamen alij volentes ſaluare liberum arbitrium, &
neſcientes tenere modum, lapſi ſunt in alium errorē:
iſti ſunt Pelagiani facultatem liberi arbitrij amplian-
tes. Dicunt enim, ꝙ liberum arbitrium de ſe non eſt
determinatum ad aliquod opus, ſed ex ipſo pendet
determinatio cuiuſcunque operis: ideo homo per li-
berum arbitrium poteſt in bonum opus ſine aliqua
gratia addita. Etiam dicunt, ꝙ poteſt in opus merito-
rium per ſe ſine gratia. Ponebant autem Pelagiani
E quatuor errores. Primus erat, ꝙ ſine gratia poterat
homo bonum facere, & poſſet legem Dei implere:
licèt per gratiam adiuuetur ad facilius agendum: &
tamen etiam illa non exiſtēte poterat homo bonum
facere ex ſeipſo, & totam legem Dei implere. Secun-
dus error erat, ꝙ non oportebat orari pro fidelibus, vt
eſſent boni, vel meliores, neque pro infidelibus, vt cō-
uerterētur, cùm ex ſeipſis habeant homines, ꝙ bonũ,
vel malum faciant, & nō ex alio. Tertius error, quòd
homo ex proprijs actibus gratiam Dei meretur. Quar
tus eſt, quòd aſſerunt hominem naſci ſine peccato ori
ginali. Primus autem iſtorum pertinet ad propoſitũ,
& de omnibus his habetur per Magiſtrum. 2. Sentent.
diſt. 28. Quòd autem dicũt poſſe hominem per liberũ
arbitrium

Pelagianorum hæreticorũ aſſignatio.

arbitrium solū facere quemcunque actum meritoriū: pro tanto dicunt, quia errant pro eodem accipientes genus operis, & meritorium, vel demeritorium: ita ꝙ ista sunt diuersa genera operum: genera enim actuū distinguuntur secundùm genera obiectorum, & quia liberum arbitrium ad nullum genus obiecti determinatum est, quodlibet gen⁹ actus ex seipso potest. i. determinare se ad eligendum illud genus actus, vt. s. facere fortia, vel iusta, aut liberalia, vel temperata: quod quidem verum est: putant tamen meritorium, & demeritorium pertinere ad genus actus sicut fortia, & temperata: & ideo liberum arbitrium, cùm non sit determinatū ad aliquid naturaliter posse per seipsum determinare se ad meritorium, vel demeritorium. Sed in hoc errant, quia meritorium, & demeritorium non dicunt genus actus, neque pertinent ad determinatum obiectum, sicut fortia, & mansueta, & temperata facere, quia facere fortia non pertinet ad idem genus, ad quod facere temperata. Etiam fortitudo consistit circa aliam rem. s. circa timores, & audacias moderando illas prout illæ sunt circa vltimum terribiliū: temperantia est circa delectationes, & tristitias gustus & tactus: meritorium autem, & demeritorium non dicunt diuersa genera actus, neque sunt circa easdem res. Nam circa quamcumque materiam assignatam contingit esse opus meritorium, vel demeritorium: & tamen non contingit circa quamcumq; materiam esse fortitudinem, aut mansuetudinem, sed circa determinatas: ideo meritorium, & demeritorium non dicunt genera operationum, ad quæ possit se determinare liberum arbitrium, cùm positis omnibus generibus obiectorum, & actuum adhuc posset esse, quòd neque esset ibi meritorium, nec demeritoriū: sed meritorium dicit efficaciam operis, & non genus eius: demeritorium verò dicit defectum efficaciæ illius. Dicitur enim meritorius actus, inquantum habet efficaciam excedētem naturalem virtutem, idest, inquantum est efficax ad consequendum illud præmium, quod facultatem naturæ excedit. i. vitam æternam, ad quam non sufficit virtus naturæ: libertas autem arbitrij est, quòd possit se determinare ad quodcumque genus operis, & ad quemcumque modum: facere autem opus meritorium non est facere hoc opus, vel illud, sed dare ipsi operi, ad quod se determinat, efficaciam, vt sit sufficiens ad consequendum præmium supernaturale: quod nō potest facere liberum arbitrium, quia ipsum est virtus naturalis, ideo non potest in supernaturalia: sed supernaturale est illud, per quod in supernaturalia possumus: illud autem est gratia, quæ est à Deo: ideo liberum arbitrium non potest facere actum esse meritorium, nisi subleuetur per habitum, qui naturæ facultatem excedit, qui gratia dicitur. Potest tamen velle liberum arbitrium ex seipso facere actum meritorium, quia sicut est in potestate ipsius determinare se ad genera actuum, & obiectorum: ita potest se determinare ad modos actus. Non potest tamen facere liberum arbitrium, quòd ille actus, quem vellet esse meritorium, sit meritorius, si non habeat gratiam adiunctam: quia liberi arbitrij est determinare se ad rem, non autem dare rei gen⁹, vel modum essendi. Nam potest determinare se ad opera iusta, vel fortia, vel temperata: non tamen potest facere, quòd ista opera sint fortia, vel temperata: sed hoc habent opera ex genere suo, idest, ex materia, & circunstantijs: ita potest determinare se ad volendum facere opus meritorium; quòd tamen opus sit opus meritorium, non prouenit ex libero arbitrio, sed ex gratia, quæ dat operi efficaciam, secundùm quam vocatur meritorium. Et ita Pelagiani errabant, quia nesciebant distinguere inter genus operis, & efficaciā

Cur dicitur actus meritori⁹.

Quid sit arbitrij libertas.

Liberum arbitrium de se non potest facere actū eē meritoriū nisi p gratiam.

F eius, & inter determinare se ad aliquid, vel efficere illud. Ideo fides catholica tenet mediam viam inter duas hæreses: secūdùm quam asserimus, quòd homo per liberum arbitrium bona, & mala quæcunque facere potest, non adiuncta aliqua gratia inquantū sunt bona, vel mala ex genere: non tamen potest facere, quòd illud opus quod facit, vel eligit sit meritorium, vel demeritorium: saltem quidem meritorium, quia demereri facile est, & hoc quilibet potest: sed meritorium facere non potest sine habitu gratiæ: sicut potest quilibet ex libero arbitrio statim facere talia opera materialiter, qualia iustus, temperatus, & fortis, inquantum ista pertinent ad determinatum genus obiecti, & fiunt secundùm determinatas circunstantias: G & tamen non potest statim facere illa taliter qualiter iustus temperatus, & fortis: quia isti inquantum operantur ex habitu operantur promptè, & delectabiliter, quia signum deliberati habitus est delectationem aduenire operibus. 2. Ethic. sed ille, qui eligit ista facere, non potest facere illa promptè, & delectabiliter, sed pigrè, & cùm quadam grauitate, vel tristitia propter non habere habitum: potest tamen eligere sic facere, licèt non possit sic facere: & hoc, quia sic facere non pertinet ad genus rei, ad quod se determinat liberum arbitrium, sed ad efficaciam agentis, quam non dat liberum arbitrium; cùm libertas non sit ad efficiendum, sed ad determinandum: & ita non est in libero arbitrio, quia per se non potest actum meritorium facere, sed solùm vt adiuuatur habitu gratiæ: H actum tamen cuiuscumque generis per seipsum potest, idest, sine adiutorio gratiæ: non tamen excluditur adiutorium Dei, vt ipsa est causa vniuersalis operans in omnibus. Sic dicitur Isa. 26. cap. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. sed solùm excludimus per hoc habitum creatum infusum, siue sit gratia, siue charitas.

Ad primum dicendum vno modo, quòd gratia dupliciter dicitur, scilicet, donum gratuitū, vel ipse Deus gratis dans: dona enim gratuita propriè dicuntur, quæ naturalibus superaddita sunt, sine quibus natura bona facere possumus, quæ sint bona ex genere suo, sed non meritoria, sine Deo tamen gratis donante, nihil facere possumus, cùm ipse sit causa vniuersalis, & I principium omnis boni, non solùm in hominibus, sed etiam in omnibus creaturis: & ita verū est, quòd sine me nihil potestis facere, scilicet, bonum ex genere: malum autem sine Deo fit, quia est non ens, & nō indiget causa efficiente, sed deficiente. Alio modo potest dici, quòd accipiatur sine me. i. sine gratia mea: Et iste est sensus verior, quia de primo nō erat dubiū, cùm Deus sit causa vniuersalis, non solùm in actione spirituali, sed etiam in tota natura, & entibus: Christus tamen voluit hic aliquod dubium determinare: ideo accepit sine me, idest, sine gratia mea. Quod patet ex comparationibus sequentibus, scilicet, de palmite manente in vite, qui facit fructum, & abscissus nullum K fructum facit: & ita Christus intelligi voluit, quòd manentes in eo fructū faciebant, & aliquid faciebant: tamen non manentes autem in eo, nihil faciebant: & tamen à Deo, vt est causa vniuersalis, nihil potest abscidi quādiu manet in natura entitatis: ideo intellexit Christus de abscisione per priuationem gratiæ, & tunc intelligitur, nihil potestis facere sine me. i. sine gratia mea. i. nihil meritorium.

Ad secundum dicendum, quòd potest intelligi, ꝙ nihil possumus cogitare à nobis, quasi ex nobis, idest, sine Dei cōcursu, nihil possemus cogitare, neq; agere, cùm ipse sit causa vniuersalis: & tñ multa possum⁹ cogitare, sine aliqua gratia eius, vel speciali illustratione, sicut apparet in multis, ꝗ nulla dona gratuita recipiūt.

Aliter

Aliter potest dici, & melius, quòd nihil possumus cogitare à nobis, scilicet de illis, quę pertinent ad fidem: quia ea, quæ ad fidem pertinent, non possunt sciri via naturali: cùm fides sit argumentum non apparentiũ, idest occultarum rerum. ad Hebræ. vndecimo cap. & talia per solam reuelationem sciuntur, vel per doctrinam ab illis receptam, qui à principio per reuelationem acceperunt. Et de his loquitur Apostolus: & patet, quia dicitur, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid quasi à nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui nos idoneos ministros fecit noui testamenti: & tamen idoneitas ministerij huius erat per sufficientem eruditionem in his, quæ pertinebant ad doctrinam noui testamenti, quæ consistunt in fide. Istorũ autem non poterat Paulus aliquid ex se sufficienter B cogitare, sed Deus illi reuelauerat: talia autem non sunt sine gratia, idest gratuita concessione: ideo verũ est, quòd à nobis non possumus sic aliquid cogitare.

Ad tertium dici potest vno modo, quòd non possumus aliquid boni sine adiutorio Dei facere: & tamen possumus sine gratia eius facere, quia Deus non solũ adiuuat nos ad bene agendum per habitum gratiæ, sed etiam interius operando in ipsa voluntate: sicut in alijs rebus, & exterius occasiones, & auxilia præbẽdo ad bene agendum: & sine his omnibus nemo potest facere aliquod bonum: Sicut enim motus difformes regulantur à motu vniformi: ita voluntates nostræ, quę in bonum, & malum flecti possunt, diriguntur ab illa voluntate, quę non nisi recta esse potest, & hoc verum est, quòd quicunque velit bonum aliquod, non C potest illud velle, nisi Deus per interiorem actionem moueat voluntatem illius: & non poterit bonum exequi nisi Deus exterius conferat opportunitates ad illud, quod est parare auxilia: & tamen certum est, ꝙ non omnes isti mouentur per gratiam: sicut patet de multis bonis, quæ facimus existentes in peccato: & tamen à Deo mouemur ad illa bona. Etiam gentiles faciebant multa opera bona, & laudabilia: qui tamẽ erant continuè in peccato mortali, cùm colerent idola. Aliter potest dici, quòd Augu. loquitur de bono meritorio, & illud non possumus facere sine speciali adiutorio gratię: sed bona non meritoria sine illa gratia facere possumus.

D Ad quartum dicendum, quòd potest quis iusta facere & iustus esse sine gratia. Est enim duplex iustitia, scilicet moralis siue ciuilis, & alia infusa: moralis per assuetudinem causatur: sicut generantur cęteri habitus morales. secundo Ethico. cap. 2. infusa est, quę sine actibus gignitur per solam infusionem. Prima iustitia potest esse sine gratia, vt est habitus supernaturaliter infusus, quia in gentilibus fuerunt virtutes morales, in quibus non erat gratia, & charitas quando colebant idola. Secunda non potest esse sine gratia: quia virtutes infusę simul infunduntur cum Charitate: et simul pereunt illa pereunte per peccatum: neutra tamen earum consistit in operando iusta, quia qui non est iustus potest operari iusta: sed iustũ esse facit operari iusta, & qualiter iust⁹. s. promptè & delectabiliter: E quod fit ex habitu 2. Ethic. Vnde etiam si iustitia ciuilis non posset haberi sine gratia, posset quis operari iusta sine gratia ex solo libero arbitrio.

Ad quintum est dicendum, quòd actus boni non excedunt totaliter naturalem efficaciam. Pro quo sciendum, quòd bonum opus dicitur dupliciter. Primum quod est pręcedẽs à virtute, & ea informatum. & hoc opus excedit facultatem naturæ, idest facultatem rationis, quæ est principium naturale operationum nostrarum siue illa virtus à qua procedit opus sit virtus moralis siue infusa, quia nulla illarum est naturalis nobis: & talis actus perfectus non potest elici à potentia, nisi sit informata virtute. Secundũ est opus, quod antecedit virtutem, & causat virtutem acquisitam vel moralem, vt dicitur 2. Ethi. & talis operatio disponit etiam ad virtutem infusam: & non fit istud opus, sicut fit à virtuoso, quia illud fit promptè, & delectabiliter, istud autem fit sine delectatione, quia nõ fit ex habitu: sicut qui operatur iusta vel fortia nõdũ existens iustus, & fortis, sed volẽs esse talis: & talis operatio non excedit facultatem naturalem rationis, quia tota rectitudo huius operis est s̃m solam regulam rationis nihil vltra addendo: nam in ratione sunt principia iuris naturalis, s̃m quæ regulari potest quilibet actus: & tales operationes non vocantur magna bona, sed media: & ponuntur in eodem gradu cum potentiis, quæ sunt naturales. Primæ operationes vocãtur magna bona: & poni non possunt in eodem gradu cum potentiis, quia fiunt per principium non naturale, sed additum ei: & tamen non propter hoc sequitur, quòd indigeant gratia, cùm alia principia sint excedẽtia naturam præter gratiam, scilicet omnes habitus acquisiti.

An possit homo sine gratia velle bonum.
Quest. CLXXV.

QVAERETVR, an possit homo sine gratia velle bonum. Aliqui dicunt, quòd sic: illud. n. est in potestate hominis, cuius ipse dominus est: & tñ homo est dominus actuum suorũ: & maximè huius, quod est velle: ergo poterit per seipsum sine aliquo auxilio gratię facere bonum. Secundò, quia quodlibet potest magis in id, quod est sibi s̃m naturam, q̃ in id, quod est pręter naturam: & tamen peccatum est pręter naturam. Opus autem virtutis est s̃m naturam, qa est s̃m rationem, quę est naturaliter hominis, & deprecat ad optima 1. Ethi. sed põt hõ per seipsum peccare sine alicuius auxilio: ergo poterit à fortiori p̄ seipsum bene agere. Tertiò, quia verum est bonum intellectus, vt patet 6. Ethic. & tamen intellectus potest per seipsum sine alterius auxilio intelligere verum: sicut quęlibet res potest suam operationem: ergo poterit homo per voluntatem sine aliquo auxilio velle bonũ. Alij dicunt, quòd nõ potest quis sine auxilio bonum velle, quia dicitur ad Rom. 9. non est currentis, neque volentis, sed Dei miserentis, idest non est volentis velle, neque currentis currere: sed Dei miserentis: ergo velle bonum per Dei auxiliũ est. Secundò, quia Aug. dicit in lib. de Correctione & gratia. quòd sine gratia nullum prorsus siue cogitando, siue volendo, & amãdo siue agendo faciunt homines bonum: ergo gratię auxilium est necessarium.

Dicendum, quòd ad bonum volendum est necessarium aliquod auxilium. Sed circa hoc dicendum, ꝙ natura hominis potest considerari dupliciter. Vno modo in sui integritate. Alio modo s̃m, quòd est corrupta post peccatum primi parentis. s̃m autem vtrunque statum natura humana indiget auxilio diuino ad faciendum quodcunque bonum, & volendum sicut primo mouente, & causa vniuersali sine qua impossibile est prorsus aliquam operationem esse: velle tamen aliquid est: ideo velle non est hoc modo sine Dei auxilio in quocunque statu naturæ siue integrę siue lapsę, siue reparatę, vt erit post resurrectionem. Sed in hoc differt inter statum naturę integrę, & naturę lapsę, quia in statu naturę integrę poterat homo sufficienter velle quodcunq; bonum proportionatum ipsi naturæ sine aliquo auxilio, quale est bonũ virtutis acquisitę. Hoc enim per sua naturalia poterat: secus autem de bono improportionato, vel excedente, quale erat bonum virtutis infusę: est aũt virtus acquisita oĩs virtus moralis inquantum p̄ assuetudinẽ, acquiritur:

Hoĩs differẽtia in statu naturæ integræ, & naturę lapsæ.

acquiritur: & ad actus istarum virtutum sufficienter se habebat homo in statu naturæ integræ: non quidē quòd haberet virtutes istas naturaliter insitas in statu illo: neque etiam, quòd sine habitu sufficeret homo in illo statu ad eliciendum taliter actus istos, qualiter iustus fortis & temperatus illos exercent: quia vtrunque est falsum. Primum patet, quia vt dicitur secūdo Ethico. virtutes insunt nobis natis suscipere illas: perfectis autem per assuefactionem: ergo prius debet esse assuefactio quàm virtutes habeantur in actu. Etiā quia hoc est contra conditionem virtutum istarum. Nam sunt morales, vel consuetudinales: ideo necesse erat illas tunc per consuetudinem operationum illas gigni, sed hoc differret inter statum illum & istum, quia tunc cū esset natura integra essent homines magis inclinati naturaliter ad virtutes quàm nunc. Nam Aristote. 6. Ethicorum capitu. vltimo. vocat aliquos benè natos, & optimè natos. Benè natus est, qui à natiuitate ad virtutes dispositus est, licèt illas non habeat actu: optimè natum vocat eum, qui ad omnes ex natiuitate dispositus est: & dicit quòd nemo est optimè natus ad omnes, idest dispositus ad omnes benè: sed ad quasdam apparet satis dispositus: ad alias verò vel non est dispositus, vel parum dispositus est, & non ita apparenter: sed in statu naturæ integræ nihil deficeret de perfecta dispositione naturali: quia ideo vocatur natura integra: ideo omnes essent optime nati ad omnes virtutes: quod nunc nunquam videmus aut rarissimè. Secundò differt, quia nunc licèt quis sit inclinatus ad virtutem, aut eligat illam habere, & secundùm illam operari, habet passiones, quæ impellunt ad contrarium, & hoc est quod verè facit homines non esse virtuosos. Et qui sunt, cum magna difficultate, & violentia quam sibi ingerunt virtuosi sunt. Tunc autem nulla passio istarum esset: quia non esset motus partis inferioris repugnantis rationi, quia iste motus insurrexit post peccatum: ideo in nullo homine esset ibi talis motus, quem passionem vocamus vel affectum: & consequenter omnes homines in statu illo statim vt pertingerent ad vsum liberi arbitrij haberent omnes virtutes morales, quas per paucos actus acquirerent: tum quia nullus eorum haberet impedimentum aliquod passionale, quod distraheret ab actu virtutis. Ista autem duo non habemus hic, quia est natura lapsa in nobis: ideo illi, qui essent in statu naturæ integrę, non nascerentur habentes virtutes: sed acquirerent illas modo prædicto. Secundū est, quòd existentes in statu naturæ integræ non operarentur sine habitu virtutum taliter, qualiter nunc operatur virtuosus: sed antequam haberent habitum acquisitū non operarentur promptè: habentes enim habitum virtutis operantur promptè, & delectabiliter, vt dicitur secundo Ethic. non habentes habitum operantur cum difficultate tarditate & tristitia, quia inueniunt in se indispositionem, & repugnantiam q̄dam ad virtutem: inquantum motus passionum impediunt. In statu autem naturę integrę homines nōdum habentes habitum, & volentes habere non operarentur cum tristitia inquantum non haberent passionem aliquam impedietem actum virtutis: sed operarentur cum difficultate, vel non promptè: quia facilitas, & promptitudo operationis prouenit ex habitu, vel dispositione, quæ est in operante, secundùm quam efficitur aptus ad agendum: ideo illi quando nondum haberent habitum virtutis, non operarentur promptè, sed cùm quadā difficultate: & ita non operarentur taliter qualiter virtuosus. Sed dictum fuit, quòd per naturalia sua sine adiutorio exteriori poterat sufficienter bona velle, & bona agere, quæ pertinebant ad virtutem acquisitam, quæ in statu naturæ in-

Quid bene natus quidve optime nati sibi velint.

In statu naturæ integræ fuissent homines optime nati.

F tegræ erat inquantum ad habendum virtutem acquisitam erat dispositus quilibet secundùm suam naturā: & nullum impedimentum erat ad virtutem illam acquirendam, per quam operaretur qualiter virtuosus. Nunc autem neque sumus ita dispositi naturaliter ex inclinatione, & cętera impedimenta passionum habemus, vt dictum est. Ad opera autem virtutis infusæ non sufficeret quis in statu naturæ integræ per naturalia propria, quia illa excedit simpliciter conditionem naturæ pro quacunque statu suo. Et tamen accipitur dupliciter virtus infusa.

Vno modo, quia habetur per infusionem, & nō fuit habita per acquisitionem: poterat tamen acquiri, et si non fuisset infusa. Secundo modo, quod virtus aliqua

G sit infusa, & nō possit haberi nisi per infusionem. De primo patet, quantum ad omnes morales virtutes, quia illæ habentur interdum per acquisitionem, & interdum per infusionem: nam in baptismo infunduntur omnes virtutes morales baptizato, vt tenet fides catholica, vt patet in Clementina vnica. de summa trinitate, & fide catho. Etiam quandocunque iustificatur impius, infunduntur cum gratia omnes virtutes morales, quas tunc gratuitas vocamus. Sed etiā si non infunderentur, possent omnes haberi per assuetudinem, & ad actum istarum licèt sint infusæ erant homines in statu naturæ integræ sufficienter dispositi. Accipiendo infusas secundo modo dicendum, q̄ Theologicę sunt infusę, quia habentur per infusionē,

H & non possunt haberi alio modo. Et ratio est, quia morales habent obiecta, quę non excedunt conditionem naturæ, sed circa quę est quotidianus actus, vt ad temperantiam, liberalitatem, mansuetudinem, iustitiam: & ideo possunt per assuetudinem acquiri sine infusione. rursus autem, quia sunt quædam perfectiones animæ, possunt infundi à Deo: & ita infunduntur quandocunque charitas infunditur: quia tunc est generalis iustificatio impij: Theologicæ autē virtutes non possunt esse per acquisitionem, quia sunt de obiecto excedente naturam, ad quē non est actus naturaliter secundùm actus, quos habent istę virtutes. Nam charitas eo modo Deum diligit qualiter natura non sufficit diligere. Fides etiam talia credit,

I quorum cognitio naturaliter haberi non potest. Spes quoque in tam ardua tendit, quòd eorum acquisitio excedit vires naturæ, scilicet habere beatitudinem in Dei visione: ideo cùm actus non sint naturaliter, non possunt gigni per assuefactionem, sicut gignūtur morales virtutes, sed per infusionem sicut in naturalibus potentiæ pręcedunt ad operationes proprias: & ita hic infunduntur habitus a Deo, deinde sequuntur actus earum. De statu naturę corruptę dicendum, quòd deficit homo in eo ab eo, quod est improportionatum naturę: sicut sunt actus virtutum infusarū, quia ab his deficit etiam in statu naturę integrę: ideo à fortiori deficiet in statu naturę lapsę vel corruptę. De actibus autem virtutum acquisitarum, qui sunt pro-

K portionati naturæ, dicendū, q̄ in statu naturæ integrę non deficeret homo ab eis, vt dictum est: & tamen in statu naturæ corruptę inquantum natura deficit à perfectione propria: deficit etiam à perfectione actuum conuenientium sibi, vt illos per sua naturalia non possit explere: sed quia natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, vt scilicet toto bono naturę priuetur: potest quidem etiam in statu naturæ corruptæ aliquod bonum particulare agere per virtutem naturæ suæ: sicut ædificare domos, & plantare vineas, & similia. Non tamen potest totum bonum connaturale sibi ita quòd in nullo deficiat: sicut homo infirmus potest per seipsum aliquē motum habere: non tamen perfectè potest mo-

Rō quia morales virtutes quia possunt acquiri sunt per exercitia

ri motu

ri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicinę. Ex quo patet, quòd in statu naturę integræ indiget homo virtute gratuita superaddita virtuti naturę ad vnū, scilicet ad volendum, & operandum bonum supernaturale: sed in statu naturæ corruptæ indiget virtute gratuita superaddita quantum ad duo, scilicet vt sanetur supplendo defectum naturæ respectu eorum, quę aliàs posset per sua naturalia. Aliud est vt bonum virtutis supernaturalis, idest infusæ, operetur, quod est bonum meritorium: vltra hęc tamen in vtroque naturæ statu indiget homo auxilio diuino ad hoc, quòd moueatur ad bonum agendum & volendum, & iste motus est, secundùm quem Deus interius mouet voluntatem ad volendum, vt causa vniuersalis: & insuper inquantum id, ad quod voluntas moueri debet bonum est: & tamen hoc sine gratia fit. Non enim oportet, quòd quicunque bonum vult, per gratiam velit, sed quicunq; bonum meritoriè vult, vt dictum est præcedenti quæst.

In oī statu homo indiget auxilio diuino ad hoc, quòd ad bonum moueatur.

Ad primum dicendum, quòd homo est dominus suorum actuum, & maximè volendi, & nolendi: & tamen non sequitur quin ad volendum aut nolendum, non moueatur ab alio. Duo enim sunt in actu liberi arbitrij, vnum est ipse actus deliberandi; aliud est, quod secundùm illud flectat se homo ad hoc vel ad illud. Quantum ad secundum est simpliciter homo dominus actus sui: quia quòd flectat se in istum actum, vel rem & non in illam, non est nisi per libertatem: & nō est quærenda alia causa, neque dependet quantum ad hoc liberum arbitrium ab aliquo, sed per naturam suam hoc potest. Quantum ad primū tamen dependet liberum arbitrium ab alio. Nam quod postquam ego habeo actum cogitandi, & deliberandi circa aliā materiam, flectam me ad hoc, vel ad illud, penitus est in potestate mea: quòd ego habeam istum actum cogitandi, non est ex conditione liberi arbitrij, quia illa non est nisi ad hoc, quòd propositis duobus flectat se homo ad vnum illorum. Ad hoc tamen, quòd habeat illam cogitationē, quæ non est flectere se ad hoc vel ad illud, neque est actus liberi arbitrij secundùm quòd est liberum. Nam non sufficit natura liberi arbitrij, cùm illa non sit nisi ad flectendum se ad hoc vel ad illud: ideo oportet, quòd causa huius cogitationis, in qua est flectere se ad hoc, vel ad illud, sit alius actus liberi arbitrij, per quem deliberauerit quis habere istū actū cogitandi, vel ponatur causa extrinseca mouens. Non potest autē dici, quòd causa huius sit alius actus præcedens liberi arbitrij: quia etiam quęretur causa illius, & ita illius & alterius, & consequenter ibitur in infinitum, quod est inconueniens: ideo oportet poni causam extrinsecam, quæ mouet liberum arbitrium, idest rationem ad cogitandum id, de quo deliberet: & istud oportet, quod sit superius ratione, & est Deus. Et hoc probat Aristo. lib. de bona fortuna. Et ideo Deo attribuit bonam fortunam, idest motib⁹ quibusdam, quos patitur mens nostra, qui sunt similes his, q̄ à Deo fiunt: & secundùm hoc mens hominis sani, idest existentis in statu naturæ integræ, non ita habet dominium sui actus, quin indigeat moueri à Deo. Et quia multomagis liberum arbitrium hominis est impeditum à bono per peccatum in statu naturæ corruptæ: ideo multomagis nunc indiget homo auxilio ad bonum volendum. Ex hoc autem apparet quomodo Deus habeat quandam potestatem super volitionem nostram non tollendo nobis libertatem, neque impediendo eam, iuxta illud Prouer. 21. Cor regis in manu domini, & quocunque voluerit, vertet illud. Facit autem hoc duobus modis. Primo, quia quædā sunt, quæ homo valde vellet, & ad quæ nimis afficeretur, si occurerent ei in mentem; & quia non occur-

Duo sunt in actu liberi arbitrij.

Dupliciter Deus hēt potestatē

A rit ei cogitare de illis, nunquam illa eligit. Et isto modo quando Deus vult, quod aliquis incidat in malum pęnale, facit quòd non veniat sibi in mentem cogitare de illa re, quam si cogitaret, caueret malum: & qa nō cogitat, non potest cauere, & incidit in illud: & isto modo Deus dicitur excæcare sapientes aliquos, vt nō rectè consilientur de agendis, & incidant in malum tale, quod homo pauca sciens potuisset cogitare: & hoc fuit, nō quidem faciendo insipientes illos vel auferēdo prudentiæ habitum vel astutiæ: sed faciendo, quod non occurrat eis cogitare de rebus illis bonum, vel malum. E contrario autem interdum cùm Deus vult aliquos liberare de malo, in quod aliàs inciderent, & non haberent viam naturalem ad euadere: dat in

super volitionem nostram non tollēdo nobis libertatem neque eam impediendo.

B mentem eorū, quòd cogitēt de rebus de quibus aliàs non cogitaturi essent, & mouet animos eorum ad eligendum aliquid, quod aliàs nescirent eligere: & ita malum euadunt. sic dicitur Iob 33. Per somnium, & in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures hominum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his, quæ fecit, & vitet eum à superbia, eruēs animam eius à corruptione, & vitam illius, ne transeat in gladium. Et quia non potest liberum arbitriū deliberare de his, quæ non cogitantur, faciendo quòd non occurrant in cogitationem, facit quòd non desiderentur, neque eligantur, quod est indirectè posse super liberum arbitrium: & non tollitur hic libertas,

C quia illa cōsistit in hoc, quòd propositis ambabus partibus contradictionis possit flectere se voluntas in hāc vel illam: sed quando non cogitatur aliquid, non potest se flectere in aliquid liberum arbitrium. Secundo modo fit, quando propositis ambabus partibus contradictionis Deus facit, quòd vna earum eligatur: nō quidem determinando liberum arbitrium ad hoc, & distrahendo ab illo, quia istud esset contra conditionem libertatis, & nihil relinqueretur libero arbitrio, per quod esset liberum: sed quia liberum arbitrium est facultas intellectus & voluntatis: & non potest voluntas aliquid eligere, vel determinare se ad aliquid nisi intellectus præcesserit ostendendo illud esse bonū si intellect⁹ potest deduci ad hoc, quòd putet aliquid

D esse bonum, poterit indirectè voluntas deduci ad se determinandum ad illud. Nam libertas voluntatis non est in hoc, quòd possit indifferenter determinare se ad bonum & malum. Nam cùm sit potentia quædam, necesse est, quòd habeat aliquam rationem obiecti, à quo moueatur, & non possit ab alio moueri. Est autem obiectum suum bonum: ideo non potest moueri in aliquid nisi in bonum, vel sub ratione boni saltem, quia æquale est quantum ad hoc esse bonum, vel putari bonum. In malum autem sub ratione mali, idest vt iudicatur malum, est impossibile moueri voluntatem, vel in aliquid, quod nondum iudicatum est esse bonum: neque detrahitur aliquid libertati voluntatis ex eo, quòd non potest

In malum sub rōne mali impossibile ē vt volūtas moueatur

E moueri in malum: sed est libertas sua, quòd propositis duob⁹ bonis æqualiter vel inæqualiter potest se determinare in quodcunque eorum voluerit: etiā non existente ratione aliqua quare potius ad hoc quàm ad illud se flectit: sed quia vult: quod in nulla alia potentia inuenitur: sed necesse est præsentato obiecto determinari ab illo recipiendo, vel agendo circa illud. Etiam proposito aliquo bono, vel multis simul potest voluntas nullum eorum eligere, sed omnia abiicere: etiam si omnia sub ratione bonorum præsentētur: quod nulla potentia alia facere potest. Et ista est propriè libertas. Ad malum tamen cognitū malum: vel ad bonum quod sub ratione mali præsentatur, & tale iudicatur, nō est possibile moueri vo-

luntas, non quòd ceſſet libertas, ſecundùm quā ſe determinare poteſt : ſed quia eſt contra naturā eius malum velle. Eandem tamen rem numero præſentatam vt bonum, poteſt voluntas eligere. Et ita cùm ad omnia genera entium & quodlibet ens particulariter ſumptum poſſit determinare ſe voluntas: dum tamē ibi inueniatur ratio obiecti ſui eſt ipſa ſola libera. In aliis enim nō eſt hoc: & quia poteſt intellectus à Deo moueri, vt iudicet aliquod bonum quodcunq; Deus voluerit iudicari bonum: & cùm iudicatum fuerit bonum, determinabit ſe voluntas ad illud: poteſt voluntas à Deo determinari indirectè ad actum ſuum : non quidem directè in eam agendo, ſed in cauſam ſuam, ideſt in intellectum : & tamen adhuc ſemper ceſſat ratio coactionis, quia volūtas non cogitur aliquid velle, ſed determinat ſe in illud, quod vult: nam etiam circa illam rem præſentatam vt bonum poterat ſuſpendere actionem ſuam non eligendo illam : & hoc ſufficit ad conſeruandam rationem libertatis, quòd poſſet non eligere illam, licèt eligat : & hoc planū eſt, quia res terrenę delectabiles mouent interdum intellectū, vt iudicentur eſſe bonæ, licèt non ſint ſimpliciter bonę: & ita eliguntur à voluntate licèt ſint contra bonū, & honeſtum. A fortiori autem poterit Deus de quacunque re voluerit oſtendere illam intellectui vt valde bonam, meliorem quidem quàm poſſet oſtendere ſenſus : & tunc determinabit ſe voluntas ad illam. Sed dicetur, quòd cùm poſſit voluntas ſe non determinare ad bonum præſentatum, poterit eſſe ꝙ Deus velit, quòd homo vellet aliquid, quod ille nolit.

Dicendum, quòd non accidit : certum eſt enim, ꝙ propoſito quocunque bono voluntati poteſt ſuſpendere actionem ſuam nō eligendo illud, quia licèt nō reſpuat illud vt malum, tamen non cogitur eligere, vt bonum : & tamen ſi Deus vult, quòd illud eligatur à voluntate, faciet illud repręſentari intellectui ſub tā perfecta ratione boni, quòd voluntas illud ſibi oblatū ſtatim amplectetur volens : & ita ſemper agens ſpontaneè id quod Deus illam agere voluerit, quia nō mouet eam per modum violentiæ, ſed per modum naturæ ſuæ: ſicut ſiquis det alicui quod ſummè deſiderat, trahet eum ad ſe volentem. Sed tunc dicetur, quòd trahetur interdum ſic anima ad peccandum per Deū, quod eſt inconueniens.

Dicendum, quòd non trahetur: verum eſt enim, quod ſi eas res, quæ vetitæ ſunt, & circa quas eſt peccare, vellet Deus oſtendere intellectui ſub tam perfecta ratione boni, peccaret voluntas, Deo decipiente eam: & tamen Deus nūquam repręſentat intellectui ſub tali modo niſi id, quod bonum eſt verè, vel id qđ non eſt malum culpæ, ſed trahat ad malum pęnę: quā pęnam interdum directè Deus vult inquantum bona eſt, ideſt iuſta : ad malum autem culpæ nunquam trahit : & hoc quia neminem tentat. Sic dicitur Iaco. primo cap. Nemo, cùm tentatur, dicat quòd à Deo tentatur : ipſe enim neminem tentat : ſed vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: & tamen oſtendere aliquid eſſe valde bonum, vt voluntas alliciatur & in illo committat peccatum tentare eſt. Vnde Deus hoc nunquam facit : & ita apparet quomodo Deus mouet voluntatem noſtram ſiue liberum arbitrium : licèt mouendo nunquam faciat contra libertatis conditionem, quia non determinat voluntatem ad hoc, vel ad illud directè.

Deus quādoque trahit homines nolentes ad malum pęnæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd magis poteſt res in id, quod eſt ſibi ſecundùm naturam, quàm in id, quod eſt præter naturam. Et tamen dicendum, quòd magis eſt naturale rei peccare quàm agere ſecundùm rationem. Nam peccare nihil aliud eſt quā deficere à bono, quod conuenit vnicuique rei ſecundùm ſuam

F naturam, inquantum vnaquaque res creata ſ͞m ſuam naturam eſſe non habet niſi ab alio, & in ſe conſiderata eſt nihil : iō ſicut à ſeipſa eſt non ens, ita cadet in nō eſſe niſi ab alio ꝯſeruet ſicut ab alio eſſe cępit. Qđ autē hō ſit rōnalis cępit ab alio : & ita licèt ſit naturale homini, eſt tamen naturale, non quòd à ſe habuerit, ſed quod ab alio accepit, vt ſic eſſet : non eſſe autē eſt naturale rei creatæ, quod per ſe habet, & non accepit ab alio : & ideo ſicut à nullo accepit illud, ita non indiget ab aliquo conſeruari. Eſſe autem ſecundùm certum modum accepit res ab alio: ideo indiget alio, vt conſeruetur in illo: & ita ſicut eſſe rationale eſt certum eſſe, quòd accepit res ab alio : ſic & ad hoc, quòd conſeruetur in operatione ſecundùm rationem, opor-

G tet quòd ab alio conſeruetur, à quo illud eſſe accepit, & quia facilius eſt manere in illo, quod non indiget conſeruatione: quā in eo, quod illa indiget, & cadere à ratione, quod eſt peccare non indiget aliqua conſeruatione : operari autem ſecundùm rationem, quod eſt bene agere indiget cōſeruatione : ideo facilius eſt peccare quā bene agere. Cùm autem dicitur, quòd peccare eſt contra naturam, & bene agere eſt naturale, dici poteſt, quòd vtrunque eſt naturale. Peccare q̄dem eſt naturale, & bene agere eſt naturale, ſed diuerſimodè : nam ſecundùm id, quod quis habet à ſe, qđ eſt non eſſe, eſt naturale peccare, quod eſt deficere ab eſſe : bene agere autem eſt naturale ſecundùm eſſe, quod accepit homo ab alio, & cōſeruatur in eo, quod

H eſt eſſe rationabile : ſed facili⁹ eſt manere in eo quod quis habet ex ſe, q̄ in eo quod ab alio accepit. Sed dicetur, ꝙ ſi naturale eſt homini deficere, & peccare, non poterit euitare illud, & ita non erit ei imputabile.

Dicendum, quòd deficere non eſt naturale homini, ideſt modus entitatis ſuæ, vel conditio eſſendi, ſed dicitur naturale, ideſt quod homo habet à ſeipſo, & quælibet res creata. Non enim habet aliud niſi non eſſe: ſi.n. non eſſe eſſet conditio eſſendi, vel pars quidditatis, neceſſe eſſet, quòd quandiu eſſet haberet non eſſe vel deficere : & tamen non eſt aliquid tale, ſed ſolùm habuit illa res à ſeipſa. Fortius eſt autem eſſe q̄ non eſſe: & ideo ſicut per eſſe communicatum exiuit res de ſuo non eſſe, quod erat ei à ſe : ita per conſerua-

I tionem eſſe ſuſcepti manet res in illo eſſe, & non redit in non eſſe, vel deficiet, quod conuenit ei ex ſeipſa, quando id, per quod accepit eſſe, & exiuit a ſuo non eſſe, deſierit illam conſeruare in eſſe, quod dedit. Et ideo quando res conſeruatur non ſolum non redit in non eſſe, quod eſt ei ex ſe: ſed etiam non poteſt redire. Si autem deſierit conſeruari, neceſſe eſt, quòd redeat: & quia facilius eſt non conſeruari quā conſeruari: cùm ad conſeruari requiratur aliquid, & ad non conſeruari nihil requiratur : dicimus quòd facilius eſt deficere & peccare, quā manere in eſſe vel bene agere. Sed tunc dicetur, quòd cùm conſeruari in eſſe ſit ſemper dum res eſt : deficere autem, quod rei competit à ſeipſa non contingit niſi ſemel, erit peccatum ra-

K rò, ſcilicet ſemel tantùm : & tamen hoc falſum eſt, quia ſępe contingit peccare. Dicendum, ꝙ deficere contingit pluries, & ſępe. Sicut enim res à ſeipſa non habet eſſe, neq; etiam aliquem gradum, vel modum entitatis: ita & priuari eſſe totaliter vel quocunq; mō vel gradu entitatis eſt deficere : & competit rei à ſe, & quia in hoīe, & qualibet alia re ſunt multæ ꝑfectiones, quæ ſunt gradus, vel modi eſſendi, carere quocūque illorum, vel priuari eſt deficere. Et quia non perdito toto eſſe contingit priuari aliqua perfectione vel gradu entitatis, contingit eidem rei ſępe deficere : Hō autem vltra cęteros gradus entitatis habet ꝙ ſit rōnalis, & agere potens & debens ſ͞m rōnem dicit multa: cū in quolibet agibili humano debeat homo agere, ſecun-

Qui[illegible] peccat.

ſecundùm rationem : & illa ſunt multa: ēt pro qualibet actione ad hoc, ꝙ ſit ſm rōnē multa requiruntur, ſcilicet obſeruaruatio omnium circūſtantiarum, quæ in quolibet actu multæ ſunt : & priuari aliqua illarum eſt carere aliqua perfectione, & deficere : contingit homini multis modis deficere : & tamen deficere in eis, quæ ad rōnem pertinent dicitur peccare: deficere āt in aliis non eſt peccare. Et ob hoc ſoli homines peccant, quia illi ſoli ſecundùm rationem agere debent : alia verò deficiunt, ſed non peccant. Etiam hō non peccat quandocunque deficit : cùm contingat eum deficere circa perfectiones corporis : ideo peccare ſępiſſime contingit : quia circa multa poſſumus deficere ſecundùm rationem : Sic dicitur 2. Ethic. ꝙ peccare infiniti eſt, ideſt infinitis modis contingit. Vnde cōmuniter pluries contingit hominem peccare quàm bene agere, niſi à Deo ſpecialiter conſeruetur. Conſiderandum etiam, quòd peccare, qđ eſt homini naturale, ideſt à ſe nō eſt ſecundùm aliquem certum modum, eo quòd non eſt per aliquid poſitiuū, quod homo habeat, ſed per hoc quod eſt non eſſe : & quia totū non eſſe eſt homini naturale : æqualiter eſt homo diſpoſitus ad peccādum vno mō, ſicut & alio, & hoc per illud quod ab ipſo eſt: ſecus autem per illud quod accepit, quia tunc vnus homo eſt magis diſpoſit⁹ per vnum genus peccati quàm per aliud ; ſicut vnus ad libidinem, alius ad iram, ad auaritiam alius diſpoſitus eſt. Sed iſtud non eſt à ſeipſo, quia iſta ſunt poſitiua: homo tamen non habet à ſeipſo niſi non eſſe : ſunt ergo iſta ab alio, quia ſunt gradus entitatis vel naturæ: ideo ſunt ab illo, qui naturam contulit : & ideo inclinatio, quæ eſt ad libidinem, ad iram, ad auaritiā inquātum ſunt entia, ſm certum modum naturalia ſunt ab ente poſitiuo dante naturam, ſed inquantū ſunt peccata non ſunt ab ente aliquo, ſed ſolùm ſunt per defectum rationis, ſcilicet inquantum taliter contingit exerceri actum venereum, ad quem natura inclinat, quòd ſit contra rationem : & tunc eſt peccatum : & idem de ira & auaritia: & ita apparet ex dictis, quòd facilius eſt homini peccare, quàm non peccare.

Ad tertium dicendum, quòd vt declarabitur ſequ. quæſt. verum non poteſt homo cognoſcere ſine Dei auxilio : & tamen magis eſt corrupta voluntas ꝑ peccatum quā intellectus, ideſt affectus totus quā cognitio; ideo magis indiget auxilio ad bonum volēdum, quàm ad intelligendum verum.

An homo poſſit aliquid verum intelligere ſine gratia.
Quæſt. CLXXVI.

QVAERETVR, an homo poſſit intelligere aliquod verum ſine gratia. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia ſuper illud verbum Apoſtoli, primæ Corin. duodecimo. Nemo poteſt dicere, dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto, dicit Glo. Ambro. Omne verum à quocunque dicatur à Spiritu ſancto eſt; ſed Spiritus ſanctus non habitat in nobis, niſi per gratiam : ergo non poſſumus veritatem cognoſcere ſine gratia. Secundò, quia reuelatio diuina non fit niſi per infuſionem alicuius luminis gratis dati; ſed ad Rom. primo: dicitur de Philoſophis, quòd Deus eis reuelauit ea, quæ cognouerunt naturaliter de Deo : quia ea, quæ Apoſtolus ibi ponit naturali cognitione habentur: ergo naturalia indigent lumine gratuito ad hoc, quòd cognoſcātur : ſed nulla ſunt, quæ magis intellectus poſſet per ſeipſum cognoſcere quàm ſint naturalia: ergo ad omnem veritatis cognitionem requiritur reuelatio : & ꝯñr nulla veritas pōt cognoſci ſine gratia. Tertiò quia facilior eſt via cognoſcendi aliquid per doctrinam, quàm per inuentionem : & tñ ſicut dicit

A Auguſt. in lib. de Magiſtro, nullus poteſt docere exterius niſi Deus interius doceat: & ita apparet, ꝙ non poteſt quis habere cognitionem, quę eſt per doctrinam ſine auxilio gratiæ interius operātis, a fortiori ergo nō poterit habere cognitionem veritatis, quę eſt per inuētionem, & conſequenter nullam veritatem poterit quis ſcire ſine ſpeciali auxilio gratiæ. Quartò, quia ſicut ſe habet lux corporalis ad viſum, ita ſe habet lux ſpiritualis ad intellectum : ſed non poteſt aliquid corporaliter videri ſine luce corporali per influxum eius, & pręcipuè rei maximè lucentis, qualis eſt ſol: ergo nihil poterit ītelligi ſine influxu lucis ſpiritualis a Deo, & hæc eſt gratia, ergo nihil poteſt ſine auxilio gratiæ intelligi. Sic dicit Augu. primo ſoliloquiorum, Diſci-

Nullus poteſt docere exterius niſi Deus īterius doceat.

B plinarum certiſſima, talia ſunt, qualia illa, quę a ſole illuminantur, vt videri poſſint: Deus autem ipſe eſt, qui illuſtrat. Ratio autem ita eſt in mentibus, vt in oculis aſpectus mentis, oculi autem ſunt ſenſus animæ, ſed oculus quantumcunq; ſit purus, non poteſt quicquā videre ſine illuſtratione corporali, ergo ratio quantūcumque perfecta, non poterit ratiocinando inuenire aliquam veritatem, niſi illuſtretur diuino lumine. Quintò, quia quęcunque ſunt in aliquo genere reducuntur, ſicut in cauſam in vnum primū, quod eſt maximum in genere illo, ſed primum in genere intellectiuorum eſt ipſe Deus, ergo ipſe eſt maximè intelligens, & cauſa intelligendi omnibus intelligentibus: ſed non cauſat in nobis aliquid, niſi aliquid in nobis

C influendo, ergo non poſſumus aliquid verum intelligere ſine infuſione gratiæ eius. Sextò, quia mens humana veritatem intelligere nō poteſt niſi cogitando, vt dicit Auguſt. 14. de Ciuit. Dei. ſed dicit Apoſtolus 2. Corint. 3. Quod non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, ergo non poſſumus per nos aliquid intelligere: ſed indigemus gratia ad intelligēdum, vt ſufficientia noſtra a Deo ſit.

Alij dicunt in contrarium, ꝙ ſine gratia poſſimus aliquid intelligere. dicit enim Auguſti. in primo Retracta. Non approbo, quod in oratione dixi: Deus, qui non niſi mundos veritatem ſcire voluiſti. reſponderi enim poteſt multos etiam immundos multa ſcire vera, ſed per gratiam efficitur homo mūdus, iuxta illud

D Pſal. 50. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritū rectum innoua in viſceribus meis, ergo ſine gratia poterit homo veritatem cognoſcere. Secundo, quia nihil deſtituitur propria operatione, ſed intelligere verum eſt propria operatio intellectus, ergo nulla gratia ſupaddita poterit intellectus per ſola naturalia ſua intelligere veritatem. Tertiò, quia non eſt impotentior intellectus in intelligendo quàm ſenſus in ſentiendo, ſed ſenſus ſine gratia poteſt ſentire ſenſibile : ergo intellectus ſine gratia poterit intelligere intelligibile.

Dicendū, ꝙ intellectus nunquā indiget gratia gratificante ad intelligendum aliquod verū, ſiue illud ſit naturæ proportionatum, ſiue non. Ad intelligendum tñ vera non proportionata indiget gratia gratis data:

E ad intelligēdum autem vera ſibi proportionata nullo dono gratię indiget, ſiue gratificantis, ſiue gratis datę. Pro quo ſciendum, quòd verorum quędam ſunt naturali ratione proportionata. Alia vero ſunt, quæ naturalem rationem excedūt. Illa autem naturalem rationem excedunt, quę nō poſſunt concludi ex principiis per ſe notis. Cùm enim prima principia ſint vt inſtrumenta intellectus agentis, vt dicit commentator 3. de anima. Oportet ea proportionata eſſe lumini eius, ſicut organa corporalia ſunt proportionata virtuti motiuæ : aliàs enim non poſſet intellectus per illa principia intelligere: ſicut non poteſt agens operari per inſtrumenta non proportionata : & ita ſi prima principia ſunt proportionata virtuti intellectus

Verorū duplicia ſunt genera.

neceſſe eſt, quòd ea, quæ non fuerint proportionata
primis principiis, non ſint proportionata lumini intel
lectus: vnde ea, quæ ex primis principiis concludi nō
poſſunt excedunt naturale lumen intellectus. Talia
autem ſunt, quæ ad fidem pertinent, & futura contin-
gentia & hmōi, & ideo cognitio iſtorum verorum
ſine lumine gratiæ gratis datæ cognoſci non poſſunt.
Sic eſt cognitio fidei, & prophetiæ: lumen enim fidei
gratis datum eſt per reuelationem, & dicitur lumen
fidei ipſa cognitio de rebus, quę creduntur, inquantū
per quamlibet cognitionem illuminatur intellectus.
Sic etiam lumē prophetiæ, ideſt cognitio prophetica,
quæ eſt vt plurimum de futuris contingentibus eſt ꝑ
reuelationem: & ideo per donum gratię gratis datæ:
ſed non eſt neceſſe quòd ſit gratia gratum faciens, cū
fidem quis habere poſſit, & etiam prophetiam ſine
charitate, vt patet 1. Corin. 13. Si autem loquamur
de veris, quę ſunt proportionata naturali lumini intel
lectus, ideſt quę poſſunt concludi ex primis principiis
inſitis, eſt circa hoc duplex opinio. Quidam enim
dicunt intellectum agentem eſſe vnum omnium ho
minum intellectum agentem Deum vocantes, & ta-
men intellectus agens ſe habet ſic ad intelligibilia
ſicut lucidum ad viſibilia: ideò volunt quòd ſicut non
poteſt videri aliquid viſibile niſi per emiſſionem radij
corporalis: ita non poſſit intelligi aliquod intelligibi-
le ſine noua emiſſione radij ſpiritualis, qui eſt gratia
gratis data. Sed hæc poſitio non eſt vera: quia intel-
lectus agens non eſt aliqua ſubſtātia ſeparata, vel Deus
vt aliqui Theologi putauerunt: vel intelligentia, vt
dixerunt aliqui Philoſophi: ſed eſt aliqua naturalis vir
tus ipſius rationalis animæ, & conſequenter non eſt
vnicus intellectus agens omnium ſicut illi putauerūt:
ſed cuiuslibet eſt ſuus intellectus agens. Item dato ad-
huc, ꝙ intellectus agens eſſet vnicus & eſſet ſubſtan-
tia ſeparata, vt Deus, non oporteret quòd pro quali-
bet intellectione fieret noua infuſio gratiæ, eo quòd
infuſio, vel emanatio donorum ſpiritualium non eſt
ſucceſſiua per modum motus, ſed eſt fixa & perma-
nens, vnde ſecundùm vnam irradiationem ſpiritua-
lem perficeretur intellectus poſſibilis ad omnia intel
ligibilia proportionata cognoſcenda. Alia poſitio eſt,
quòd intellectus agēs ſit potentia quædam, vel vis ani
mæ rationalis, & hoc tenendo, quod eſt verum, nō po
teſt dici rationabiliter, quòd oporteat ad cognitionē
veri ꝓportionali lumini naturali intellectus aliquod
lumen perfundi, quòd ad hoc intelligendum ſufficiūt
tria, ſcilicet ſpecies, intellectus, & faciēs ſpeciem intel
lectualem in actu, ſ. intellectus agens, & recipiens eā,
ſcilicet intellectus poſſibilis, & omnia iſta ſunt per vir
tutem naturalē animæ. Nam forte diceretur, quòd in-
tellectus agens eſt inſufficiens ad faciendum ſpeciem
eſſe intellectualem in actu. Sed hoc eſt inconueniēs,
quia tūc natura humana eēt imperfectior aliis rebus,
quia aliæ res ſufficiūt ſibiipſis ad naturales, & proprias
operationes per principia intrinſeca, & natura huma-
na non ſufficeret ſibiipſi ad actionem naturalem, &
propriā, quæ eſt intelligere, ſed indigeret auxilio ex-
trinſeco pro qualibet operatione. Dicendum igitur,
ꝙ huiuſmodi vera proportionata intellectui poteſt
intellectus ſine aliquo lumine gratię ſuperaddito per
lumen naturale intellectus agētis intelligere. Sed his
non obſtantibus in omni intellectione indiget homo
auxilio diuino, ut cauſæ vniuerſalis, quia ab eo depen-
det actus intelligendi inquantum eſt actus, & etiam
quantum ad formam à qua procedit, ideſt abſente in-
tellectiua, vel ſpecie intelligibili. cognoſcere. n. uerita
tem eſt actus, uel vſus intellectualis luminis, quia ſecū
dum Apoſtolum ad Ephe. 5. c. omne quod manifeſta-
tum lumen eſt: vſus autem quilibet importat quendā

Prima principalia ſūt ut inſtra intellectus agentis.

Nonnullorū j. opi. de intellectu agente

F motum largè accipiendo motum ſecundū ꝙ uelle &
intelligere motus dicuntur, vt patet ꝑ Ariſt. 3. de Ani.
videmus autē in corporalibus, quòd ad motum nō ſo
lum requiritur ipſa forma, quę eſt principium motus
vel actionis, ſed etiam requiritur motio primi mouen
tis. Primum autem mouēs in ordine corporalium eſt
corpus cęleſte: unde quantuncunq; ignis habeat perfe
ctum calorem, non alteraret aliquam rem coniunctā
ſibi niſi per motum corporis cęleſtis. Manifeſtum eſt
autem, ꝙ ſicut omnes motus corporales reducuntur
ī corpus cęleſte. i. motum ipſius ſicut in primum mo-
uens corporales, ita omnes motus tam corporales, q̄
ſpirituales reducuntur in primum mouens ſimplici-
ter, quod eſt Deus, & ideo quantuncunque aliqua na
G tura corporalis, vel ſpiritualis ponatur perfecta, nō po
teſt in ſuum actum procedere niſi moueatur à Deo,
quæ quidem motio fit ſecundùm rationem ſuæ pro-
uidentiæ, non autem ſecundùm neceſſitatem naturę:
ſicut corpus cęleſte mouetur: & eſt cauſa motus non
per rationem prouidentiæ, ſed per neceſſitatem: & ſi-
cut Deus eſt cauſa omnis intellectionis, vt eſt motio
ſpiritualis, & Deus eſt principium omnis motus ſim-
pliciter: ita eſt principium formæ per quam fit imme
diatè iſte actus, uel motio intelligendi, ſed eſt princi-
pium intellectionis, vt eſt primus motor ſimpliciter.
Eſt autem principium formæ inquantum eſt ipſe pri
mus actus, & ab ipſo effluit omnis actus vel perfectio.
Et ita intellectus cuiuſlibet hominis dependet a Deo
H quantum ad duo. Primo modo inquātum ab ipſo ha-
bet formam, per quam agit, ſ. ſpeciem intelligibilem,
vel vim intellectiuam. Alio modo inquantum ab ipſo
mouetur ad agendum, ſed quantum ad iſta duo depē
det intellectus a Deo, ut a cauſa vniuerſali, ſiue vt mo-
tor, ſiue ut actus primus, quod etiam reſpectu omniū
entium Deus habet: & ideo ſicut cuilibet rei eſt natu-
rale agere per principia propria, & intrinſeca ſua, ita
eſt ei naturale agere per concurſum Dei cum ea, &
iſte concurſus non dicitur aliquod donum gratis da-
tum ſuperadditum intellectui, quia illa vocamus gra-
tis data, quæ non pertinent ad inſtitutionem naturę,
& tamen ad naturę inſtitutionem pertinet Deum eſſe
cauſam vniuerſalem, & primū motorem, & hoc mo-
I do coagere omni rei. ergo iſta actio non dicitur ali-
quid gratis datum ſuperadditum intellectui.
Ad primum dicendū, ꝙ omne verum a quocunq;
dicatur a Spirituſancto eſt, ſicut ab infundente natu-
rale lumen intellectùs, per quod cognoſcitur uerum,
& ſicut a mouente intellectum ad intelligendum, &
ad loquendum veritatem: non eſt autem omne verū
a Spirituſancto ſicut ab inhabitante in eo, qui uerū in-
telligit per gratiam gratum facientem, uel ſicut a lar-
giente aliquod donum gratis datum naturę ſuperad-
ditum, ſed ſolū Spiritus ſanctus eſt in homine cogno-
ſcente vera quædam pertinentia ad fidem, & prophe-
tiam per donum gratuitum, illuſtrando eum in cogni
tione iſtorum: quia aliter nō potuit incipere cognitio
K eorum, licèt poſtquam cęperit poteſt extendi ad alios
ſine dono gratuito per doctrinam. Idem autem eſt ſi
cui Deus infuderit cognitionem rerum naturaliū ſine
ſtudio eius: ſicut Salomoni infudit cognitionem om-
nium rerum naturalium, & ibi erat donū gratis datū,
ſed non oportebat eſſe gratiam gratum facientem.
Ad ſecundùm dicēdū, ꝙ Deus dicitur reuelare Phi
loſophis ea, quę cognouerūt naturaliter de Deo, ſicut
ibi vr̄ in gl. pro tanto, quia eis naturalem rōnē dedit, &
creaturas cōdidit, in quibus maieſtas creatoris cogno-
ſci poterat: non autem, ꝙ iſta eis reuelauerit per ali-
quod lumen gratis datum additū lumini naturaliter,
quia nullo tali indigebant.
Ad tertium dicendum, quòd Deus docet hominē
interius

interius inquantum virtutem intelligendi dedit. Dicit enim Auguſt. I. de Doctrina chriſtiana, quòd ille, qui docet ſimilis eſt ei, qui mouet digitum ad aliquid oſtendendum alteri: vnde ſicut homo poteſt exteriꝰ mouére digitum, vt aliquid oſtendat: non autem poteſt conferre ei virtutem viſiuam, per quam ille, qui docetur doctrinam viſibilem aduertat: ita etiam poteſt homo exterius verba proferre, quæ ſunt ſigna veritatis: non tamen veri intelligendi virtutem præbere, quę à ſolo Deo eſt: & pro tanto dicitur Deus ſolus interius docere, quia ipſe ſolus nobis vim intelligendi, ideſt ipſum intellectum, & lumen eius contulit, per quod intelligere poſſumus, & virtutem quam ſemel dedit ſemper ſeruat, & continet: non tamen ſequitur ex hoc, ꝙ in qualibet cognitione nouum lumen gratuitum nobis infundat, per quod actu intelligamus, ſed ſatis eſt, quòd ſemel virtutem intellectiuam dederit, per quàm ſufficientes ſumus cognoſcere quodcũque verum proportionatum lumini noſtro naturali.

Ad quartum dicendum, verum eſſe, quòd non fit intellectio ſine irradiatione ſpirituali: & tamen dicendum, quòd ipſum lumen intellectus agentis quædam irradiatio eſt primæ lucis, ſcilicet diuinæ, vt ait Diony. 4. c. de Diuinis nominibus: dicit. n. quòd oẽs bonitates in creaturis participatæ, ſunt quidam radij diuinæ bonitatis: & ideo non oportet, quòd huic irradiationi aliud lumen ſuperaddatur ad actualem intellectionẽ: iſtud tamen non eſt aliquod lumen gratuitum ſuperadditum lumini naturali, ſed eſt ipſum lumen naturale, ideo ſine gratia poteſt homo intelligere verum.

Ad quintum dicendum, quòd Deus eſt cauſa cuiuſlibet cognitionis noſtræ: non tamen oportet, ꝙ hoc fiat per influxum doni gratuiti alicuius, ſed per influxum luminis naturalis, quod lumen ab ipſo participatum fuit nobis: & ſicut eſt cauſa omnis intellectionis, quarum quædam fit ſecundùm naturam, alia verò ſecũdùm aliquid, quod naturam excedit: ita oportet ipſum eſſe vtroque modo cauſam, ſ. primæ intellectionis erit cauſa naturalis inquantum, vt cauſa prima, & vniuerſalis infundet lumen naturale ſemel, per quod omnem intellectionem talem ſufficientes ſimus producere non addito alio lumine: erit autem cauſa intellectionis ſupernaturalis inquantum, vt cauſa ſupernaturalis dat donum gratuiti luminis, cui vult, & quãdo vult, addendo illud lumini naturali.

Ad ſextum dicẽdum vno modo, quòd intelligitur de intelligibilibus, quæ non ſunt proportionata lumini naturali intellectus, qualia ſunt, quæ ad fidem pertinent, quia ad hæc non ſufficimus per lumen naturale: ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt, ideſt illud ſolum poterimus intelligere, quod per lumen gratuitum nobis Deus reuelauerit: & ita Apoſtolus loquebatur ibi nõ de quacunque cogitatione, ſed earum rerum, quę ad fidem pertinent: cùm dixerit: qui idoneos fecerit nos miniſtros noui teſtamenti. Aliter poteſt dici, quòd intelligatur quantum ad omne cogitabile, & intelligibile: ſemper enim indigemus auxilio diuino ad cogitandum quodcunque inquantum ipſe mouet intellectum ad cogitandum. Nam ſi voluntas, quæ eſt libera potentia, non poteſt moueri ad deliberandum: ſed oportet eſſe aliquem motorem, ſcilicet Deum, vt oſtenſum eſt præcedenti quæſtione, à fortiori intellectus non poterit eſſe ſibiipſi principium omnis intellectionis ſuæ, ſed oportet dari principium extrinſecum, & iſtud eſt Deus, qui mouet ad intelligendum: & dicitur eſſe principium noſtræ cogitationis. Nam aliud eſt cogitare, aliud eſt intelligere: cogitare enim eſt vt motus: intelligere eſt, vt terminus, & quies: inquiſitio enim intellectus circa aliquid, cuius veritatẽ nondum percepit, neque adinuenit, motus quidam eſt ad

Deus mouet ad intelligendũ

A veritatem illam: & illud vocamus cogitare. Inuentio autem ipſius veritatis ſiue fit per doctrinam, ſiue per inueſtigationem, dicitur intelligere: quia intelligere eſt rem per intellectum percipere: & tamen priꝰ non percipiebatur, ſed quærebatur: ideo non intelligebatur, ſed cogitabatur: ideo magis adhuc eſt Deus principium cogitationis noſtræ quàm intellectionis. Nam intellectio habet aliquid prius in nobis, ſcilicet cogitationem: cogitatio autem nihil prius habet in nobis: ideo potius dandus eſt Deus, vt principium cogitationis quàm intellectionis: licèt intellectio ſit ꝑfectior quàm cogitatio: ſed quia cogitatio non poterit habere ſemper principium niſi poſuerimus Deum eſſe principium illius, ideo ita ponendus eſt: ſic enim B in voluntate eſt velle, ideſt actum volendi habere, & eſt per illum actum volendi ad hoc, vel illud ſe flectere. Primum non habet voluntas ſine Deo. Secundum autem habet ex conditione libertatis ſuę: & tamen perfectior eſt determinatio quàm ſimpliciter habere actum volendi: & tamen ad volendum oportet dari principium aliunde, quia non eſt voluntas ſibiipſi ſufficiens principium pro omni volitione: eſt tamen pro omni determinatione ad hoc, vel ad illud: ita & circa intellectum eſt principium Deus in cogitãdo potius quàm in intelligendo, licèt intelligere ſit ꝑfectius. Et tamen dicendum, quòd ad vtrunque indigemus diuino auxilio: ad cogitandum quidem indigemus Deo, vt motore, & à quo eſt principiũ operationis: C ad intelligendum autem indigemus eo vt coagente vniuerſaliter, quia ſine ipſo non eſt aliqua actio: & tamen intelligere actio eſt & perfecta quidẽ.

Differẽtia inter cogitare & intelligere.

An homo ex ſeipſo per ſola naturalia ſua ſine gratia poſſit Deum diligere ſuper omnia.
Quęſt. CLXXVII.

QVAERETVR, an homo ex ſeipſo per ſola naturalia ſua ſine gratia poſſit Deum diligere ſuper omnia. Aliqui dicunt, quòd non, quia diligere Deum ſuper omnia eſt proprius actus charitatis, ſed charitatem nemo habet ex ſuis naturalibus, ſed à Deo illam dante: ad Rom. quinto cap. Charitas Dei D diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. ergo ex puris & ſolis naturalibus nemo Deum ſuper omnia diligit. Secundò, quia nulla natura poteſt ſupra ſeipſam, ſed diligere aliquid ſupra ſe, eſt tendere in aliud ſupra ſeipſum. ergo nulla creatura poterit Deum diligere pluſquam ſeipſam ſine auxilio gratiæ. Tertiò, Deo cùm ſit ſummum bonum, debetur ſummus amor, qui eſt, vt ſuper omnia diligatur: ſed ad ſummum amorem Deò impendendum, qui à nobis debetur, homo non ſufficit ſine gratia, quia alioquin fruſtra addetur gratia: ergo non poteſt homo ex ſolis naturalibus diligere Deum ſuper omnia.

Dicendum, quòd poteſt homo in ſolis naturalibus E conſtitutus (dum tamen illa non ſint deprauara, vel diminuta) Deum diligere ſupra omnia: licèt ex charitate non diligat, quia nullum habitum infuſum habet. Et patet, quia primus homo in ſolis naturalibus conſtitutus erat (vt quibuſdam placet) in quo ſtatu manifeſtum eſt, quòd Deum aliquo modo diligebat, ſed non æqualiter ſibi vel minus quàm ſe, quia in hoc peccaſſet, quod falſum eſt, quia non fuiſſet tunc primum peccatum eius in cibo vetito: ergo dilexit Deum ſuper oĩa ex puris naturalibus ſine auxilio gr̃ę. Pro quo ſciendum, quòd homo poterat in ſtatu naturæ conditæ, vel integræ diligere Deum ſuper omnia ſine aliquo dono gratiæ gratis datę: & etiam ſine gratia gratum faciente: non tamen poterat hoc ſine au-

Homo in statu naturæ conditæ poterat Deum sup omnia diligere sine vlla gratia sibi collata licèt nō sine Dei auxilio.

xilio Dei mouenti eum ad hoc, quòd sic accipiendū est: homo in statu naturæ integræ poterat operari virtute naturæ suæ bonum sibi, connaturale absque additione gratuiti doni, quia aliàs esset priuare naturam omni operatione. Nam si priuamus eam operatione propria, & proportionata sibi priuabimus eam omni operatione, diligere autem Deum super oīa est cōnaturale homini, & cuilibet creaturæ nōn solū rationali, sed etiam irrationali, & inanimatæ s̄m modū amoris, qui naturę eius competere potest. Cuius ratio est, quia vnicuique rei naturale est, quòd appetat, & amet aliquid s̄m quòd aptum natum est esse. Sic enim agit vnumquodq; prout aptum est, vt dicitur 2. Physi. manifestum est autem, quòd bonū partis est propter bonum totius: vnde & naturali appetitu, vel amore vnaquæque res particularis amat bonum suum proprium propter bonum cōmune totius vniuersi, qđ est Deus. vnde & Diony. dicit lib. de diui. nomi. quòd Deus cōuertit oīa ad amorem sui ipsius: homo igitur in statu naturæ conditæ amorem suiipsius in amorem Dei referebat: cętera namq; Deum eo mō quo possunt plus quam seipsa amant irrationali quodam motu (vt ita dixerimus) bonū suum in diuinum bonū, qđ est bonū vniuersale dirigentes. Homini aūt cōpetit s̄m naturā agere s̄m rationem, & cognoscere quid agat, & propter quid, & referre actus adinuicem: vnde in eo non esset amare se propter Deū nisi amorem suū in amorem diuinum actualiter aliquando referendo dirigeret, quod erat Deum plusquam se diligere, vel supra oīa: & etiā amorem illarum rerum in Deū dirigebat: & ita Deum plusquam seipsum, & super oēs alias res diligebat, cùm illum constitueret finem amoris, quo seipsum, & alia diligebat: & in hoc nondum charitatem habebat homo: quia nullum donum gratuitum infusum habebat: sed ex puris naturalibus hoc facere sufficiens erat. Si autem consideretur hō in statu naturæ corruptæ, deficit ab hac dilectione Dei super oīa: ad hanc enim sufficiebat in statu naturæ integrę: quia nihil impediebat eum à sua rectitudine: nunc verò voluntas deficit ab hac perfectione & rectitudine, quia propter corruptionem naturæ sequitur bonū priuatum, nisi sanetur per gratiam Dei. Ex hoc autem sequitur, quòd homo in statu naturæ conditæ siue integræ non indigebat aliquo dono gratiæ gratis datæ, vel gratum facientis ad diligēdum Deum super omnia: indigebat tamen auxilio Dei mouentis ad hoc. Nā ad cętera bona Deus mouet voluntatem per interiorem quandam pulsationem, etiam non infundendo aliqđ donum gratuitum, quod in aīa maneat: ideo à fortiori pro isto tā excellenti bono necesse esset, quod Deus moueret hominem: & tunc quia natura erat recta, cū nondum corrupta fuisset, non indigebat aliquo directiuo vel adiutiuo, sed per se sufficiens erat hoc agere: dum tamē semel ad illud moueretur: sicut & homo naturaliter intelligere potest ea, quæ non excedūt lumen naturale intellectus: & tamen indiget Deo mouente ad cogitandum, vt dictum est præcedenti quæst. In statu autem naturæ corruptę indiget homo duobus ad diligendum Deum super omnia. s. ꝙ moueatur à Deo, & quòd detur ei donum gratuitum, ꝑ quod sanetur corruptio naturæ, vt non impediat hanc dilectionem: & ista est gratia, vel charitas, quæ naturę corruptionem sanat.

Ad primum dicendum, quòd ex puris naturalibus potest homo diligere Deum super omnia in statu naturę conditæ, sine aliquo gratuito dono: & tamen adhuc ista dilectio non est ita eminens, sicut quæ est charitatis. Nam natura integra diligit Deum super omnia inquantum Deus est principium & finis omnium; & specialiter ipsius hominis est principium

F tanquam causa esse tribuens, est finis tanquam continens totam naturam boni: & ad quod omnia particularia bona tendant secundùm naturalem habitudinem. Charitas autem diligit Deum super omnia inquantum homo habet quandam spirituałē societatem, scilicet vt ambo quodammodo pertinēt ad vnam naturam, & associationem, quæ in amicitiā redeunt: & ista est superior & perfectior ratio. Natura enim amat vt pars & effectus: charitas autem vt quodammodo æquale & amicum: insuper charitas addit quandam delectationem, & promptitudinem in amando, & hoc ex natura habitus, quia quilibet habitus facit ista duo, vt dicitur secundo Ethicorum, signum generati habitus est delectationem aduenire

G operibus: natura autem in puris suis naturalibus constituta, cùm non habeat aliquod donum gratuitum neque habitum ad hoc causatum, agit secundū suum conatum ex intentione finis, qui actus non est ita delectabilis, & delectatio facit quandam perfectionem in opere, ideo excellentior modus amandi est per charitatem quàm per naturam integram: licèt secundùm vtranque ametur Deus super omnia s̄m autem conditionem naturæ corruptæ neutro modo potest Deus amari super omnia, quia neque vt principium, & finis boni nostri naturalis: neque etiam vt consors naturę spiritualis, nisi detur donum gratuitū, sed infunditur nobis charitas per Spiritum sanctum, & per illam possumus Deum super omnia diligere.

Excellentior modus amandi Deum per charitatem quàm per naturam integram.

H Ad secundum dicendum, quòd ista propositio habet duos sensus, scilicet nulla natura potest ferri supra seipsam. Vno modo ex parte obiecti, idest quòd non possit per actum suum tendere in aliquod obiectum, quod sit perfectius ipsa natura. Secundo modo ex parte actus, idest non potest natura ferri in aliquid secundùm proportionem maioris virtutis quàm sit ipsa natura. Primus sensus non est verus. Certum est enim, quòd potentia potest ferri per actum suum naturalē in aliquid quod sit maius, & superius ea s̄m naturam, vt intellectus noster naturali cognitione potest aliqua cognoscere, quæ sunt supra seipsum, vt quando cognoscit Deum naturaliter. Secundus sensus est verus, scilicet quòd natura in agendo non potest excede

I re proportionem suę virtutis: hoc enim esset verè excedere seipsam: nam obiectum aliquid extrinsecum est, & vt motor. Quod autem tendat natura in aliud excellentius se nihil aliud est, nisi quòd moueatur ab obiecto perfectiori quàm sit ipsa res mota: & in hoc nulla difficultas est, quia natura nihil agit supra se: sed agitur, idest mouetur ab eo, quod est supra se: coactio autem prouenit a virtute agētis, magnitudo autem actionis ex magnitudine virtutis: ideo si excederet actio rei proportionem virtutis suæ, esset, quòd res verè seipsam excederet, idest quòd ageret plusquā posset: & hoc includit contradictionem: & ideo hoc modo natura non potest supra seipsam. Quod autem diligat homo Deum non est ferri supra seipsum: sed ibi aliquid est excellentius se: ideo potest

Natura nihil agit supra se...

K diligere Deum naturaliter. Sed obiicietur, quòd diligere Deum dicit ferri supra se quantum ad obiectū. Diligere tamen Deum super omnia, idest plusquam se, non pertinet ad rationem obiecti, sed ad conditionem actus: & ita videtur quod excedit seipsum s̄m proportionem virtutis in actione: quod falsum est.

Dicendum, quòd diligendo Deum super omnia, non est transcendere proportionem virtutis in actione, quia hoc esset si homo diligeret Deum plusquam diligere posset: & tñ diligendo Deū super omnia non est diligere Deum plusquam potest: sed tantum quantum naturaliter potest. Sufficit enim homo naturaliter ad istum gradū dilectionis: vnde non ꝑtinet hoc ad

ad conditionem actus, sed obiecti: scilicet homo dili- A
git Deum plusquam se, scilicet quia Deum videt esse diligibiliorem q̃ seipsum: ideo per eũ actum & gradũ dilectionis, quem potest naturaliter elicere diligit Deum intensius quàm seipsum. Et est sensus, quòd homo non elicit circa se actum intensissimum, quem potest, sed illum circa Deum elicit: & ita minus se q̃ Deum diligit: & tamen Deum non diligit plusquam potest: imò non tantum quantum potest: quia non tenetur quis habens charitatem elicere actum intensiorem quàm poterit dilectionis actus circa Deum: sed etiam si quis possit habere actum dilectionis intẽsum ad centum gradus, poterit ex charitate, & ordinate diligere Deum gradu sexagesimo: dum tamen nec
seipsum, nec aliam rem diligat in gradu sexagesimo: B
ergo diligendo Deum super omnia, non fertur natura supra seipsam, idest se excedendo.

Ad tertium dicendum, quòd possumus diligere Deum super omnia sine dono gratuito. Et dicendũ quòd non possumus amare Deum amore summo sine dono: amare autem super omnia non est summus amor. Dicitur autem amor Dei summus non solũ quantum ad gradum dilectionis, sed etiam quantum ad rationem diligendi, & modum diligendi. aliquid istorum tenet amor, quo diligitur Deus super omnia sine charitate in statu naturæ conditæ vel integræ: nõ tamen tenet omnia: ideo non vocatur amor summus simpliciter q ab homine esse potest: sed ille est amor,
quo secundum charitatem diligetur Deus, vt beatifi- C
cans: tunc enim amabitur super omnia, quia summũ bonum esse cognoscetur. Et etiam quantum ad modum summum, scilicet in gradu intensissimo, qui possibilis est homini, & semper secundùm totum conatum vniformiter: quorum neutrum contingit in vita: & amabitur vt beatificans, quæ est ratio summa diligendi. Nunc enim non possumus eum diligere vt beatificantem, sed solùm vt creatorem, gubernatorem, redemptorem, & alias rationes. Ratio tamen summa est esse beatificantem, cùm cætera ad hoc ordinentur, vt nos aliquando beatificet: ideo nunquam amabimus Deum summè, nisi in beatitudine. Et ita dicendum, quòd non solùm non possumus ex puris
naturalib⁹ amare Deum summè sine dono gratuito, D
sed etiam non possumus cum quotcunque donis gratuitis eum amare summè quousque habeamus summum donum beatificationis, vbi amor, & charitas cõsummatur in patria.

Quis sit amor summus quo Deũ diligimus.

An poßit homo sine gratia implere omnia pręcepta legis. *Quæstio* CLXXVIII.

QVAERETVR, an possit homo sine gratia implere omnia præcepta legis. Aliqui dicunt, ꝙ non: qui enim præcepta legis seruat, vitam ęternam meretur, vt dicitur supra in litera: Si vis ingredi ad vitam, serua mandata: sed vitam æternam mereri nemo
potest sine gratia: ergo nemo potest implere om- E
nia præcepta sine gratia. Secundò, quia charitas non potest sine gratia haberi, sed dilectio charitatis est in præcepto infra 22.c. Diliges dominum Deum tuum, &c. ergo non possunt præcepta impleri sine gratia. Tertio, quia vt August. ostendit virtutes in nobis solus Deus operatur, sed actus virtutum sunt in præcepto: ergo præcepta non possumus implere per nosipsos sine Dei gratia. Quartò, quia Actu. 15. dr̃: hoc est onus, qđ neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus, sed illud onus est præcepta legis: ergo non potest homo implere pręcepta legis sine Deo agente, scilicet, sine gratia eius. Quintò, quia nullus damnatur nisi pro peccato transgressionis vel omissionis, sed nullus omittut quicquam qui omnia præcepta legis implet. Si ergo possit homo pręcepta legis implere, cum etiam possit (vt dicetur seq. quæst.) peccatum vitare mortale, videtur, quòd possit homo totaliter euitare damnationẽ, sine gratia: sed quicunque non damnatur est in gloria: ergo poterit homo sine gratia Dei peruenire ad gloriam, quod est hæreticum. Sextò patet, qui dicit August. lib. de Quinquaginta hęresibus, quòd pertinet ad hæresim Pelagianorum, vt credant sine gratia posse hominem facere omnia mandata legis.

Alij dicunt, quòd sic: dicit enim Apostolus ad Roma. 2. Gentes, quę legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: sed illud, quod homo facit naturaliter potest facere absque gratia: ergo potest homo præcepta legis implere absque gratia. Secundò, quia dicit Hierony. in expositione fidei catholicę: Si quis dicit, Deum præcepisse aliquid impossibile homini, anathema sit: sed impossibile est homini, quod per seipsum implere non potest: ergo poterit per seipsum implere omnia pręcepta legis. Tertiò, quia inter omnia præcepta diuina maximum est: diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. infra 22. capi. & tamen illud potest implere sine gratia, cùm ex puris naturalibus possit homo diligere Deum super omnia, vt ostensum est præceden. quæst. ergo potest homo sine gratia implere omnia mandata diuina. Quartò quia Deus non est magis crudelis quàm homo: sed homini imputaretur in crudelitatem, si obligaret aliquem per pręceptum ad id, quod implere non posset: ergo hoc de Deo nullo modo est imputandum, & ita poterit homo omnia præcepta Dei per seipsum sine gratia implere.

Dicendum, quòd de præceptis legis contingit dupliciter loqui: aut quantum ad id, quod directè cadit in præcepto: aut quantum ad intentionem legislatoris. Directè autem cadit sub pręcepto actus virtutis quantum ad substantiam operis, idest ipsa res imperata in seipsa non considerando dispositionem, vel intentionem facientis, & ipsa res imperata, idest actus imperatus est actus virtutis, quia lex non imperat nisi bonum, & boni actus ad virtutem pertinent. Sic dicitur 5. Ethico. quia lex imperat actus omnium virtutum. Vltra substantiam autem operis est modus agendi, quem circa ipsum opus ponit virtus: hoc autẽ est, quod lex præcipit, s. nudam substantiam actus sicut in ipsa lege exprimitur sine quocunq; alio modo, quem virtus ponere potest circa actus: quia hoc directè alicui præcipitur, quod statim est in potestate eius, vt faciat illud, & istud est substantia operis, quia quilibet potest statim facere, quod lex iubet non expectata vlteriori dispositione: non est autem in potestate hominis, vt eo modo faciat actũ virtutis, quomodo facit virtuosus, priusquam virtutem habeat acquisitam, vel infusam. Nam virtuosus facit bonum promptè & delectabiliter, & inclinante ad hoc habitu virtutis, qui autem nondum est virtuosus, potest quidem facere idem opus, quod virtuosus: quia ad illud potest se determinare liberum arbitrium, & possunt organa deseruire illi operi, & tamen non potest facere promptè & delectabiliter, quia istæ sunt conditiones operis procedentis ex habitu, vt dicitur. 2. Ethy. sed faciet impeditè, & cum quadã difficicultate & tristitia. Etiam non faciet ex habitu inclinante, sed ex intẽtione finis. Intentio autem legislatoris est nõ solùm, vt opus fiat: sed etiam, vt taliter fiat qualiter virtuosus facit. Nam vt dicitur 2. Ethyco. intentio legislatoris est facere ciues bonos, & sectatores bonorum operum, & per assuefactionem operum præcipiũtur inducere se ad virtutem. Et huic consonat verbum Apostoli 1. Tim. 1. Finis pręcepti charitas de corde bono: ad hoc enim

Intẽtio legislatoris quæ sit in statuendis legibus.

data ſunt præcepta legis diuinæ, vt homines in dilectione Dei & proximi inſtituantur, & ita eſt intentio legiſlatoris, vt non ſolùm hęc opera fiant: ſed etiam vt omnia, quæ facimus ex charitate faciamus. Dicendum eſt ergo, quòd præcepta legis quantum ad id, quod directè ſub præcepto cadit poteſt homo implere per liberum arbitrium, ſcilicet quantum ad ſubſtãtiam operũ ſine dono gratiæ gratis datę vel gratũ facientis. Et hoc accipiendo gratiam pro aliquo habitu infuſo, & manente in nobis: ſecus autem ſine gratia Dei, ideſt ſine voluntate eius, quæ gratis & ſine merito nos mouet ad agendum bonum: quia ſine illa nihil poſſumus operari. Sed præcepta quantum ad intẽtionem legiſlatoris ſine gratia impleri non poſſunt: quia non poſſunt impleri ſine charitate, cũ legiſlator intendat nos inſtituere in charitate, & tamen charitatis donum nemo poteſt p ſeipſum habere, ſed à Deo infuſus eſt. Accipiendo tamen gratiam pro diuina voluntate gratis in nobis omnia operante, non poſſumus præcepta implere aliquo prædictorum modorũ ſine gratia. Nam non mouebimur ad faciendum aliquod bonum niſi Deus nos mouerit, & hoc ex gratia facit: quia nemo noſtrum meruit quòd moueret eũ Deus ad benefaciendum. Eſt autem differentia inter iſta: quia gratia, vt nominat habitum, dicit aliquid creatum, quod in nobis manet, & nos informat. Gratia autem, vt dicit diuinam voluntatem, non eſt aliqd creatum, neque manet in nobis: ſed in Deo eſt. Gratia enim quę eſt voluntas Dei, vocatur largè gratia, ſcilicet gratis operans: non enim poſſumus aliquid boni operari ſiue meritorium, ſiue non meritorium, niſi moti à Deo: quia intellectus, & voluntas in nobis non poſſunt eſſe ſibiipſis principium operationis, ſed ab alio mouentur, & illud eſt voluntas diuina, vt oſtẽſum eſt ſupra. Quod tamen Deus mouet nos ad bona cogitandum, vel volendum non meruimus: ideo mouet nos gratis, & ita ipſa voluntas eius, quę gratis nos mouet, gratia Dei vocatur: & quia ſine Deo mouente nos, & cooperante non poſſumus aliquid boni facere, dicitur quod ſine gratia Dei non poſſumus p̃cepta legis implere, imo nullum pręceptum poſſum⁹ implere etiam quantum ad ſubſtantiam operis: iſta autem gratia non facit niſi mouere hominem ad agẽdum: ſed vltra non confert ei in operatione, & ideo ſi nihil aliud apponatur, non ſufficiemus ad implendum pręcepta ſaltem eo modo, quo legiſlator vult ea impleri. Et etiã quantum ad ſubſtantiam operis erit difficile nobis implere illa, quia per illam gratiam nõ tollitur corruptio naturæ noſtrę, & ineptitudo quibus difficiles reddimur, & inepti ad mandata Dei implenda: gratia autem, quę eſt aliquid gratuitum nobis à Deo datum, manet in nobis, & non ſolùm inclinat ad agendum, ſed etiam reddit opus facile, & delectabile, quia illa eſt quidam habitus: & inſuper bonos reddit habentes, quia eſt forma inhęrens, & ſine iſta gratia quę eſt donum gratuitum ſiue ſit gratia gratis data, ſiue gratum faciens, poſſunt impleri præcepta legis ab homine ſaltem in ſtatu naturæ conditę quantum ad ſubſtantiam operis: ſine prima, quæ eſt voluntas Dei gratis nos mouens, non poſſumus implere aliqua præcepta: quia oportet pręuenire Deum, vt mouentem voluntatem noſtram ad volendum implere, & ad cogitandum de impletione antequam impleamus, & velimus implere. Et quantum ad hoc errauit Pelagius, qui totaliter putauit poſſe impleri præcepta legis ſine gratia Dei, ſcilicet excludendo omnium gratiam: ita quod neque erat neceſſarium donum gratuitum, neque voluntas Dei nos gratis mouens, ſed ſine omni motu ab extra homo per ſuum liberum arbitrium nudum poterat implere præcepta Dei. Et hoc eſt fal-

Præcepta legis quõ ſine gratia impleri non poſſunt.

In q. 174. & 175. & 165.

Sine Deo mouente nos, & cooperante nihil boni facere poſſumus.

F ſum, quia quantumcunque liberum arbitrium ſit liberum, non tollitur, quin Deus ſit cauſa vniuerſalis, & primus motor ſimpliciter tam in ſpiritualibus, quã in corporalibus motibus. Aliqui autem dixerunt, ꝙ implere mandata quantum ad ſubſtantiam operis poteſt homo exiſtens in ſtatu naturę cõditæ ſine omnia gratia, quę ſit donum gratuitũ, & poteſt implere ſingula, & omnia, quia aliàs non potuiſſet in ſtatu illo nõ peccare, cùm nihil aliud ſit peccatum quàm tranſgredi diuina mãdata, ſed dicunt, quòd in ſtatu naturę corruptę non poteſt homo implere omnia diuina mandata ſine gratia ſanante: in quo innuunt, quòd aliqua poteſt homo implere, ſed non omnia, ſcilicet, quodlibet ſignatum per ſe poterit implere, ſed omnia ſimul nõ poterit implere: ſicut dicitur, quòd homo po-
G teſt vitare quodlibet peccatum veniale determinatũ, ſed non omnia: implere autem mandata legis quantum ad intentionem legiſlatoris dicunt, quòd non contingit in ſtatu naturę integrę, neque corruptæ ſine gratia gratum faciente: quia impleri vult illa legiſlator ex charitate, ſed charitas non poteſt haberi ſine gratia gratum faciente: ſic tenet beatus Tho. de Aquino 1. 2. quæſt. 109. Quantum verò ad impletionem p̃ceptorum iuxta intentionem legiſlatoris verum eſt, quòd in vtroque ſtatu eſt neceſſaria gratia, & aliter non poterant præcepta impleri. De hoc Augu. lib. de correctione, & gratia cùm dixiſſet, quòd ſine gratia nullum prorſus bonum homines faciunt, ſubdit: nõ
H ſolùm vt miniſtrante ipſa quid faciẽdum ſit ſciant homines, verumetiam vt præſtante ipſa faciant cum dilectione quod faciunt. Quantum ad impletionẽ pręceptorum legis in ſtatu naturæ corruptæ cùm dicit S. Thomas, quod non poteſt homo omnia mandata legis implere quantum ad ſubſtantiam operis ſine dono gratuito, intelligendum eſt, quod non poteſt faciliter, vel non poteſt ſine magna difficultate, & tamẽ cum magna difficultate, & appoſito toto conatu poterit homo omnia illa implere, cùm poſſit liberũ arbitrium determinare ad ſeruanda illa mouẽte Deo ad ſingula, etiam non dando aliquem habitum gratuitum infuſum. Et non eſt eadem ratio de venialibus, & mortalibus: quia venialia ſunt innumerabilia,
I & vix poteſt quis illa omnia intelligere: immo nemo omnia intelligit: mortalia autem quæ grauiora ſunt, determinata ſunt, & cognoſci poſſunt, & conſequenter omnia poſſunt vitari, & ita omnia præcepta legis poteſt quilibet implere: quia liberum arbitrium poteſt ſe ad quodlibet illorum, & etiam ad omnia determinare cuſtodiendo illa.

Sed obiicietur, quòd non ſatisfaciat quis, nec dicatur adimplere mandata legis, implendo ſolùm quantum ad ſubſtantiam operis, niſi ex charitate illa obſeruet: quia qui ſeruat legem quantum ad literam, & agit contra voluntatem eius, dicitur facere in fraudem legis. ff. de legi. l. contra legem. Et dicitur etiam committere contra legem qui verba legis amplectẽs contra legis nititur voluntatem. extra de regu. iur. ca. cer-
K tum. Et tamen voluntas legis eſt voluntas legiſlatoris, quia lex nihil aliud intendit, quam qd legiſlator per eam deſignari voluit: ideo cùm ille intendat, ꝙ ſeruetur ex charitate, non ſatisfaciet legi, qui non ſeruauerit eam ex charitate. Dicendum, quòd verè quis implet omnia mandata legis quando implet illa, quãtum ad ſubſtantiam operis: etiam ſi ex charitate non agat: quia vt dictum eſt ſupra, illud cadit directè ſub p̃cepto, quod quis ſtatim facere poteſt: & tñ agere ex charitate, vel ex habitu non pot quis ſtatim ſi nondũ habet habitum. Facere tñ quod mandatur quantũ ad ſubſtãtiam operis poteſt quilibet ſtatim: ideo ad illud ſolum obligat pręceptũ. Ad rationem dicendũ, quòd

Opi. Tho. 1.2.q.109 ar.4.

voluntas legis eſt voluntas legiſlatoris. Sed voluntas
legiſlatoris eſt duplex. Vna eſt quam per legem expri-
mit, aut per legis verba intelligi vult. alia eſt, ad quã ꝑ
legis obſeruationem deducere vult. Prima eſt volun-
tas legis & legiſlatoris ſimul: quia hoc ille voluit, &
ita illud ſignificauit. Secunda eſt voluntas legiſlatoris
ſolùm: quia ipſe intendit hoc pro fine legis. Ipſa tamẽ
lex nihil huius expreſſit: iniuſtum tamen videtur obli
gare velle homines ad id, quod nequaquã lex expreſ-
ſit. Prima voluntas cadit ſub præcepto, ſcilicet in-
telligere legem quantum ad verba ſua, & ſecun-
dùm veram rationem accipiendi non faciendo frau-
dem legi. Nam quantum ad iſtam primam volunta-
tem dicitur fieri fraus legi obſeruando verba, & non
intentionem, & hoc etiam eſt niti contra voluntatem
legis, quod illicitum eſt. Secunda voluntas non eſt le-
gis, ſed legiſlatoris, ſcilicet ideo leges condidit, vt per
eas homines aſſuefacti boni fierent, & obſeruando po
liticam pacem ſeipſos diligerent: quia amorem inten
dit præcipue introducere legiſlator, quàm iuſtitiam,
vt dicitur 8. Ethyco. ca. 1. ad iſtam autem voluntatem
non tenentur, qui legem obſeruant: quia non præci-
pitur hęc res per legem: ſed ad hoc lex ponitur, vt ad
hunc finem perueniatur. & ſic etiam ſi nõ obſeruetur
non dicitur aliquid deeſſe de impletione legis, cùm
totum, quod ipſa lex vult obſeruetur: & illud eſt quod
ſub præcepto cadit, & non cadit ſub præcepto finis
præcepti. Sic eſt de charitate, quia finis legis eſt chari-
tas: & tamen per ſingula præcepta non præcipitur cha
ritas ſed aliqui alij actus: licẽt quodlibet pręceptum ſit
ad charitatem, vt ad finem: ideo ſi impleatur id, quod
iubetur quantum ad ſubſtantiam operis, etiam non
habendo charitatem ſatisfacimus legi, & voluntati le-
giſlatoris: alioquin quicunque obſeruaret aliquod p̄-
ceptum exiſtens ſine charitate peccaret obſeruando,
quia omitteret aliquid, ad qđ tenebatur, ſed falsũ eſt.

Duplex ē legiſlatoris voluntas in condendis legibus.

Finis legis eſt charitas.

Ad primum dicendum, ꝙ ſine gratia poſſumus ob
ſeruare pręcepta legis, & tamen obſeruando illa ſine
gratia non meremur vitam ęternam: aliud eſt .n. obſer
uare pręcepta ad hoc, ꝙ euitemus peccatum omiſſio-
nis, vel commiſſionis, & aliud ad hoc, ꝙ obſeruando il
la tanquã per opera bona mereamur vitam ęternam.
Quantum ad primum ſufficit illa obſeruari ſine cha-
ritate, quia quomodocunq; ſeruentur, dum tñ quic-
quid in eis eſt ſeruetur ſatisfacimus legi, & ideo non in
currimus peccatum commiſſionis neq; omiſſionis, &
ita intelligitur, ꝙ poſſumus obſeruare omnia præce-
pta ſine charitate, vel gratia quacunque gratuita, vel
gratum faciente. Quantum ad ſecundum non ſuf-
ficit ſeruare mandata quantum ad ſubſtantiam ope-
ris niſi ex charitate ſeruentur: quia ſola charitas eſt ra
dix merendi, & cęterarum virtutum actus non ſunt
meritorij, niſi vt fiunt ab habente charitatem, & diri
guntur ad Deum, vt imperati à charitate: & ſic ad me
rendum non ſufficiunt præcepta obſeruata quantum
ad ſubſtantiã operis, niſi etiam obſeruentur quantum
ad intentionem legiſlatoris.

Sola charitas eſt radix merendi.

Ad ſecũdum poſſet dici vno modo, quòd charitas
habet ſe ad actus virtutum dupliciter: ad quoſdam .n.
ſe habet elicitiuè ad alios imperatiuè: elicitiuè ſe habet
ad proprios actus, imperatiuè aũt ad actus aliarum vir
tutum: ideo actus cæterarum poſſunt fieri virtuoſe,
ideſt quomodo virtuoſus agit etiam ſi charitas non
adſit, cùm illi actus habeant ſpeciales habitus à quibus
producantur: actus autem eliciti à charitate ſunt act⁹
diligendi, & iſti quidem poſſunt fieri materialiter, &
quãtum ad ſubſtantiam operis ſine charitate, & tamẽ
non poſſunt fieri virtuoſe ſine illa, ſcilicet non ſolùm
non meritoriè, ſed neq; etiã virtuoſe, cũ non ſit aliqua
alia virtus, à qua eliciatur actus diligendi Deum præ-

Qui ſunt actus à charitate eliciti.

A ter charitatem, & ideo licet ad implendum præceptũ
illud, diliges dominum Deum &c. requireretur chari
tas, tñ quantum ad cœtera præcepta non requiritur.
Secundò poteſt dici, & melius ꝙ ad nullius præcępti
impletionem requiritur charitas. Vnde etiam in prę-
cepto illo, ſcilicet diliges &c. poteſt eſſe obſeruatio ſi-
ne charitate, quia obſeruabitur quantum ad ſubſtan-
tiam operis. poteſt tñ diligere quis Deum ſuper om-
nia, & proximum ſicut ſeipſum ex charitate ex puris
naturalibus, vt oſtenſum eſt preceden. quæſt. Nam tã
in præcepto illo quàm in aliis eſt generale, quod non
cadit ſub pręcepto niſi id, quod ſtatim poteſt quis face
re, & non requirit aliquam aliam diſpoſitionem ex
parte facientis, & tñ agere ex charitate diſpoſitionem
B dicit, ideo ad implendum præceptum illud ita quòd
euitemus peccatum omiſſionis, vel tranſgreſſionis,
ſufficit, ꝙ diligamus Deum ex puris naturalibus. Nam
ſic diligitur ſuper omnia, vt dictum eſt.

Ad tertium poteſt dici vno modo, ꝙ virtutes ſunt
in nobis à Deo, ſcilicet virtutes gratuitę, quæ haben-
tur per infuſionem ſimul cum gratia & charitate. Vir
tutes tamen morales, ideſt aſſuetudines poſſunt in no
bis cauſari ſine operatione ſpirituali Dei, & ita etiam
operationes eius poſſunt eſſe ſine aliquo dono gratui-
to. Aliter poteſt dici, quòd etiam ſi omnes virtutes
tam gratuitę, quàm aſſuetudinales eſſent a Deo, non
eſſet inconueniens, quia ad implendum præceptum
ſunt quidem neceſſarij actus uirtutum materialiter:
C ſed non, vt a virtute ſunt, quia non eſt in poteſtate cu
iuslibet hominis ſtatim facere aliquid ſicut uirtuoſus
facit, ideſt, promptè & delectabiliter, & ex habitu,
ſed poteſt facere illud, quod uirtuoſus facit, vt dictum
eſt. Et ita ſine gratia poſſunt fieri omnes actus virtutũ
materialiter, & hoc eſt implere omnia pręcepta.

Ad quartum dicendum, quòd non dicitur illud,
quaſi impletio pręcepti requirat ex ſe gratiam, vel cha
ritatem, ſed etiam quantum ad ſubſtãtiam operis erat
verum, ꝙ erat lex onus importabile, & hoc propter
multitudinem operum & præceptorum, & præcipuè
circa plurimas cœremonias: hæc autem licèt aliqui vi
ri boni ſpecialiter obſeruarent, multitudo tamen po-
puli nunquam illa ad plenum obſeruauerat, neque ſi-
D ne difficultate magna poterant obſeruari, & tamen
poterant cum difficultate obſeruari etiam ſine aliquo
dono gratuito à Deo conceſſo.

Ad quintum dicendum, quòd ſine gratia nemo
poteſt habere vitam ęternam, licèt poſſit implere prę
cepta ſine gratia: quia ad habendum vitam æternam
non ſufficit non tranſgredi, quod eſt per commiſſio-
nem, vel omiſſionem: ſed neceſſe eſt gratia, quia etiã
ſiquis nunquam tranſgrederetur legem committen-
do, vel omittendo, nihilominus peccato ſubditus eſ-
ſet originali, à quo non poterat liberari niſi per gratiã,
pro quo damnationẽ incurreret: per gratiã ergo à pę-
na æterna liberamur, etiam dato ꝙ non committeret
quis ſpecialiter contra aliquod præceptum legis, neq;
E omitteret: tñ veniens ad ætatẽ adultã omitteret, ſi nõ
præpararet quantũ in ſe eſſet ad gratiam ſuſcipiendã,
& ꝓ tali omiſſione puniretur: ſi autem præpararet ſe
faciendo quod in ſe eſt, ſine dubio gratiam conſeque
retur, per quam vitam ęternam acquireret. Ad formã
arguendi poteſt dici ꝙ primum eſt falſum, ſcilicet ne-
mo dãnatur niſi pro peccato commiſſionis, vel omiſ-
ſionis: cùm etiam pro peccato originali, quod non eſt
commiſſionis vel omiſſionis, ſed eſt contractum, &
non factum, damnetur quis. Etiam illud eſt falſum,
ꝙ nihil omittit, qui præcepta legis implet. Nã non eſt
aliquod præceptum legis, ꝙ homo ſe pręparet ad gra-
tiam, & tñ qui veniens ad ętatem adultam non ſe præ-
pararet ad gratiam, peccaret omittendo, vt dictum eſt.

Ad sextum dicendum, ꝙ verum eo modo, quo Pelagius intendebat, hæresim esse, posse sine Dei auxilio implere præcepta, & tamen sine gratia, vt est donum gratuitum nobis infusum possumus implere pcepta. Duo enim sunt quæ ex parte Dei sunt nobis necessaria ad implendum præcepta etiam quantum ad substantiam operis. Primum est quòd nos moueat. Secundum est, quòd cooperetur nobis. Primum est necessarium inquantum ipse est primũ mouens simpliciter quantum ad omnes motus, tam corporales, q̃ spirituales. Secundum est necessarium inquantum ad impletionem cuiuslibet præcepti determinati, sed est tale, quòd sine ipso non possunt omnia præcepta impleri. Patet hoc, quia interdum potest quis mouere seipsum ad vnum actum per alium actum: vt siquis nunc eligit, quòd de bono consideret an illud facere debet: istius enim cogitationis sufficiens principium motiuum fuit electio præcedens: neque oportet poni aliud principium, & tamen illius electionis oportet principium esse cogitationem præcedentem, & tunc illius cogitationis nescimus dare principium: & si dicamus, quòd illius est alia cogitatio principium, est inconueniens, quia ibitur in infinitum: ideo oportet poni Deum aliquando vt cogitationis & operationis principium, & ita potest homo aliquorum actuũ suorum esse principium simpliciter, & tamen non omnium: ergo licèt aliqua pręcepta diuina possit implere quis non motus à Deo, tamen non potest implere omnia. Secundum est, quòd Deus coadiuuet vt cã vniuersalis, & dicendum, ꝙ hoc modo auxilium Dei est necessarium in qualibet actione cuiuscunque creaturæ: quia sicut eo non conseruante nõ potest aliquid manere saltem ad punctum temporis: ita neque eo cessante cooperari potest aliqd operari. Ideo ista duo sunt necessaria nobis ad impletionem pręceptorum, & dicere sine tali auxilio posse impleri pcepta est hæresis pelagiana. Putabat enim ille, quòd sine motu, & cooperatione Dei per liberum arbitrium erat homo sufficiens principium omnium actuum suorũ, & quia mouere sic cooperari est ex voluntate Dei gratis mouente nos, est verum, quòd non possumus sine Dei gratia implere præcepta: accipiendo tamen gratiam pro dono gratuito Dei, siue sit gratis datum, siue gratum faciens: ita quòd sit aliquid creatum, & infusum nobis, possumus omnia pręcepta sine tali gratia implere: & quia gratia accipitur communiter pro dono infuso nobis habitualiter, asserimus simpliciter, ꝙ sine gratia possunt impleri omnia præcepta, licèt non sine Dei auxilio. Ad argumenta in contrarium etiam respondendum est.

Ad primum dicendum, quòd dicitur naturaliter vno modo ea, quæ legis sunt faciunt, idest faciunt ea, quæ pertinẽt ad legem naturalem. De lege autem positiua nihil dicitur an faciãt ea, & ita potest dici, quòd licèt naturaliter faciunt ea, quæ sunt de lege naturali, indigent adhuc gratia pro eis, quæ sunt de iure positiuo. Multa enim præceptorum diuinorum de iure positiuo sunt. Aliter potest dici, & melius, quòd licèt gẽtes faciant ea, quæ sunt legis naturaliter, non tollitur, quin agant ex Dei auxilio, & illo indigeant. Nã oportet, quòd moueantur a Deo ad illud cogitandum, & volendum, & etiam Deus cooperetur eis operãtibus, quia aliter nullum opus facere possent, vt supra dictũ est. & quantum ad hoc non differt inter ea, quæ pertinent ad legem naturalem & positiuam: sed solùm qa ad ea, quæ sunt de iure naturali, quia sunt insita rationi nostræ, non indigemus instructione aliqua, neque pręcepto: ad ea autem, quę sunt de iure positiuo, quia non sunt insita rõni naturali, indigemus exteriori instructione, scilicet lege data. Et hoc voluit Apostolus

F dicere, quòd gentes, quæ non habent legem, scilicet positiuam, faciunt naturaliter ea, quæ legis sunt, idest ex naturali dictamine rationis faciunt ea, quæ sunt de lege naturali, qualia solẽt mandari in lege positiua: sicut decalog⁹ est de lege naturali, & ponitur inter leges scriptas: quia magna pars iuris positiui est conclusio iuris naturalis, & per rationem naturalem fertur homo in illud, etiam antequam constituatur a conditoribus legum, & tamen ad implendum ea, quæ sunt de iure naturali indigemus Deo, vt motore, & cooperatore. Sic dicit Augst. lib. de spiritu & litera: Non moueat, quia naturaliter dixit, eos ea, quę legis sunt facere. Hoc enim facit spiritus gratiæ, vt imaginem Dei,
G qua naturaliter facti sumus, instauret nobis, & vocatur ibi spiritus gratię, idest voluntas Dei gratuitò in nobis spirans, & nos mouens, & non aliquis habitus infusus nobis a Deo, quo operemur.

Ad secundum dicendum, quòd omnia præcepta legis possumus implere, & ideo nihil Deus nobis mãdauit impossibile: licèt nullum de præceptis eius sine eo possumus implere, siue accipiatur implere quantum ad substantiam operis, siue quantum ad intentionem legislatoris. Nam primo modo requiritur auxilium Dei mouendo, & deinde cooperando. Secundò modo requiruntur prædicta duo, & insuper habitus infusus nobis gratuitus, & gratificans: quia tamẽ Deus non deest petentibus eum, & illa, quæ per alium possumus dicimur simpliciter posse, vt dicitur. 3. Ethycor.
H Quæ per amicos possumus, & per alios, dicimur posse: non erit nobis impossibile aliquod præceptum, & potissime quantum ad substantiam operis: Et ita stat libertas nostra ad implendum, & indigentia diuini auxilij: ita Hierony. ibidem confitetur sic nostrum esse liberum arbitrium, vt dicamus nos semper indigere diuino auxilio.

Ad tertium dicendum, quòd verum est, ꝙ illud mandatũ potest impleri sine charitate & gratia prout est habitus infusus, & hoc quãtum ad substantiam operis, & quantum sufficit ad satisfaciendum legi: tamen non vt est meritorium vitæ æternæ: & tamen non potest sine diuino auxilio impleri, vt est Deus mouens & coo-
I perans: quia idem est de omnibus aliis præceptis, & quibuscunque operibus bonis.

Ad quartum dicendum, quòd si Deus peteret à nobis, quod nõ possemus statim facere per nosipsos, vel alios, esset crudelis, & tñ omnia, quę ipse pręcipit, possumus facere saltem quantum ad substantiam operis, cùm ad hoc nõ indigeamus nisi generali auxilio eius, quod nulli subtrahit, sed etiam naturalibus rebus cõmunicat: ideo non est crudelis iubendo, etiam si iuberet, quòd haberemus charitatem, & gratiam, & virtutes, non esset crudelis: quia etiam hoc erat facile obtineri, cùm quicquid ab eo petierimus statim concedit: sic est de necessarijs ad salutem nostram.

An homo possit sine gratia peccatum euitare.

Quæst. CLXXXI.

K QVAERETVR, an homo possit sine gratia peccatum euitare. Aliqui dicunt, quod non posit euitare peccatũ sine gratia: quia dicit Magi. 2. Sentent. dist. 28. ꝙ hõ ante recuperationẽ gratiæ per liberum arbitrium non põt non peccare et mortaliter: ergo sine gratia non põt homo peccatũ vitare. Secundo, quia ꝑ peccatũ mutatũ est liberum arbitriũ in aliquo, sed in primo statu habuit hõ ꝙ bonum facere potterat, sed nõ meritorium, s. in primis naturalibus cõstitutus, & ante omne peccatũ: ergo post peccatũ in hoc immutatum est liberũ arbitriũ, ꝙ peccatum nõ vitare nõ possit. Nã si posset vitare illud, vt ꝙ in nullo differt

differunt status naturę lapsæ & integræ. Tertiò qui a dicit Aug. lib. de vera religione, quòd superbus necesse habet alij inuidere: eadem ratione, qui est in vno peccato necesse habet in aliud cadere: sed in pręsenti statu quilibet homo, aut est in peccato aut in statu gratię: ergo videtur, quòd si nō est in gratia, non possit vitare peccatū. Quartò quia habens pedem claudum non potest ambulare nisi claudicando: sed peccatum est sicut quędā curuitas voluntatis: ergo homo in statu peccati existēs non potest non peccare. Quintò quia mors ex peccato secuta est, vt dicitur ad Roma. 1. ergo vbi est necessitas moriendi, ibi est necessitas peccandi: sed in statu isto inest nobis necessitas moriendi. ergo inest necessitas peccandi. Sextò quia quicunque tētationi resistit, tentationē vincit: sed vincēti premium æternū promittitur Apo. 2. & 3. c. cùm ergo ad pręmium æternum nullus sine gratia venire possit: videtur quòd nec sine ea possit quis vitare peccatum. Septimò, quia dicit Aug. lib. de Perfectione iustitię: Quisquis negat nos orare debere, ne intremus in tētationem, negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratię adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem, ab auribus hominū remouendum, & ore omnium anathematizandum esse non dubito.

A

Alij dicunt, quòd possit homo sine gratia vitare peccatum: quia vt dicit Gregorius loquens de tentatione diaboli, per quam ad peccandum inducimur: Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem: sed quod est per voluntatem non est per necessitatem: ergo homo nō superatur necessariò à peccato: sed potest illud vincere: & ita potest illud euitare: Secundò quia vbicunque est necessitas agendi, ibi est virtus determinata ad vnū: sed hoc est contra rationem liberi arbitrij, quòd non sit determinatum ad vnum: quia non esset liberum: ergo hō etiam in peccato existens non habet necessitatem vitandi, sed potest peccatum vitare. Tertiò quia nemo peccat in eo quod vitare non potest, vt ait Augusti. lib. de Duabus animalibus, & de Libero arbitrio. Si ergo homo existens in peccato nō possit peccatum vitare, videtur quod peccando non peccet: quod est dare contradictoria. Quartò quia ad hoc homo corrigitur à peccato, vt non peccet, sicut Christus dixit mulieri adulteræ: vade, & amplius noli peccare. Io. 8. cap. Sed si homo in peccato mortali existens non possit non peccare, videtur quòd frustra correctio ei adhibeatur: quòd est inconueniens. Quintò quia Eccle. 15. dicitur: Ante hominē vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi: sed nemo peccando desinit esse homo: ergo adhuc est in potestate eius eligere bonum & malum, & ita potest homo peccatum vitare.

B

C

D

Dicendum, quòd aliqui posuerunt esse in homine quandam naturam, idest sensitiuam, quod Manichei astruxerunt, & dicunt, quòd ista natura necessario hominem ad peccandum impellit: iste tamen error excludit naturam liberi arbitrij, & naturā rationis & bonitatis. Vnde sicut repugnat fidei ita & philosophię: quia posita necessitate peccandi omnis doctrina est superuacua: & tamen philosophi multū negociati sunt circa mores humanos dirigendos. Alij autem volentes seruare naturam liberi arbitrij dicunt, quòd homo secundùm suam naturalem virtutem sic conditus est vt peccatum vitare posset: sed per peccatum sequens virtus illa intantum mutata est, quòd homo in peccato existens peccatum vitare non possit. sed in aliud peccatum pręcipitetur, nisi per gratiā liberetur. Et quia hoc modo videbantur ponere peccatū necessarium, quod ipsi non intēdunt, dicunt quòd homo in peccato mortali existens, potest quidem vitare hoc peccatum vel illud, non tamen omnia, sicut de peccatis venialibus dicimus. Dicunt etiam, quòd potest hō existens in peccato mortali manere ad tempus, vt non incidat in aliud peccatum mortale, & tamen non potest diu manere. Sed dicendum, quòd etiam ista positio est falsa. Primò inquantum dicunt quòd existens in peccato incidit in aliud necessariò, cùm enim peccatum non tollat naturam .i. bona naturalia, sed illa diminuat, & debilitet, illud quod ad naturam pertinet, non poterit homo per peccatum perdere, sed infirmabitur in ipso. Cùm igitur electio boni, vel fuga mali pertineat ad naturam liberi arbitrij, non potest esse quòd per peccatum subtrahatur homini potestas fugiendi peccatum, sed solùm, quòd minuatur .s. quòd illud peccatum, quod prius homo de facili vitare poterat, postmodum difficulter vitet. Secundum quod dicunt, scilicet quòd existēs in mortali potest vitare hoc, vel illud mortale, & quodlibet assignatum, sed non omnia, sicut est de venialibus, falsum est: non est enim simile de mortalibus, & venialibus. Primò quia fortè nemo scit omnia venialia. Secundò & pręcipue quia accidit hoc propter primos motus: cōsistunt enim peccata venialia circa primos motus, in quibus non est deliberatus consensus, sed sunt subitanei motus: & interdum dum homo nititur resistere vni motui, insurgit alius, & antequā se homo dispo suerit ad resistendū illi incidit in illum, eo quòd antequā consentiat, vel dissentiat in eum incidit in peccatum veniale, & ita quodcunque peccatum veniale voluerit quis specialiter vitare, poterit vitare constituendo mentem suam vigilem contra illum motum, ne insurgat, vel in ipso ortu reprimatur: & tamen quia nō est possibile, quòd simul & semel sit mens armata & vigilans contra omnes motus, dum nititur resistere vni motui, contra quem vigilabat mens, insurget alius, contra quem non uigilabat, & ita ante cōsensum incidet in peccatum illud veniale. Et ista est vera causa, quare nemo sufficit per seipsum sine speciali Dei priuilegio vitare omnia venialia, sed oportet incidere in aliqua: si autem nemo incideret in veniale nisi per consensum, posset homo per seipsum euitare sufficiēter singula venialia, & omnia simul. De mortalibus alius modus est: quia nemo incidit in mortale nisi per consensum, & contra oīa illa, in quę consentiendum est pōt mens esse intēta, & peruigil: quia etiam si quis sit nūc armatus, & peruigil contra aliquod peccatum cuius tentationem valde timet, & dum pugnat contra illā insurgat tentatio contra aliud peccatum mortale: nō incidet in illud quousque mēs conuertatur ad id, quod tentatio suggerit, & eligat consentire vel non: & ideo circa mortalia sicut est in potestate nostra euitare singula, ita etiam est euitare omnia simul. Tertiū quod dicunt est, quòd manens in peccato mortali pōt aliquanto tempore uitare peccatū aliud mortale, ne in illud incidat, sed nō diu. Sed istud non stat, quia si liberū arbitrium manens sub peccato potest aliquando resistere, poterit & semper resistere. Nam resistēdo non efficitur infirmum, sed fortius: & ita quanto plura mala vitauerit, tanto ad maiora euitanda potens, & aptū efficitur, & hoc communius tenetur. Ideo supposito hoc dicendum, quòd peccatum vitare potest dupliciter intelligi, scilicet aut peccatum iam commissum, aut peccatum committendum. Si accipitur de peccato commisso, dicendum, quòd homo in peccato mortali existens non potest uitare peccatum mortale sine gratia .i. non pōt exuere illud peccatum, in quo est, absoluēdo se ab illo quantū ad maculā neque quantū ad reatū pęnę ęternę sine grā liberante: nā macula nō tollitur nisi formaliter per gratiam, cū macula nō dicat nisi priuationē gratiæ, quę est pulchritudo aīæ, obligatio etiā ad pęnam ęternam semper est in homi

E

ne

ne quandiu est Deo inimicus, quod semper est quandiu non est in gratia eius. Et in hoc errabat Pelagius, qui putabat hominem sine gratia per propria opera posse a peccatis pręteritis se absoluere satisfaciendo pro illis: quod falsum est: quia sicut opera nostra non sunt meritoria vitæ æternæ sine gratia: ideo nullo modo à peccato pręterito potest quis liberari sine gratia. De peccato committendo dicendum, ꝙ potest homo vitare illud sine gratia, idest quantumcunque sit quis in peccato mortali graui, potest vitare quodcunque aliud peccatū mortale, ne in illud incidat, & hoc intelligendo per gratiam habitum infusum aliquem, quo anima formaliter grata redditur Deo: secus accipiendo pro voluntate Dei, quæ nos gratis ad bona mouet & cooperatur nobis ad illa, quia sine ista non possumus appetere aliquod bonum, neque vitare aliquod malum, cùm etiam alia opera indifferentia, vel quæ non sunt bona ex genere, non possumus facere nisi Deo cooperante. Ad quorum maiorem euidentiam dicendum, quòd de homine possumus dupliciter loqui, aut secundùm statum naturæ corruptæ, vel secundùm statum naturę integrę. In statu naturæ integrę poterat manens sine gratia habituali vitare omne peccatum, tam mortale, quàm veniale: qa peccare nihil aliud est nisi recedere ab eo, quod est secundùm naturam, quod vitare poterat homo manens in statu naturæ integræ, cùm peccatum ex defectu proueniat: non poterat tñ homo etiam in illo statu vitare peccatum sine auxilio diuinę conseruationis, sine qua non solùm à ratione deficeret, sed ēt ab esse naturali: & ista conseruatio dicitur etiam gratia, quia gratuito fit: non est tñ aliquid nobis habitualiter donatum. In statu autē naturę corruptę indiget homo gratia habituali sanante naturam ad vitandum omne peccatum, & ista sanatio per gratiam habitualem fit. Primò in appetitu rationali, secūdò in appetitu sensitiuo: in appetitu quidē rōnali potest fieri perfectus in hac vita ꝑ gratiā habitualē, in appetitu aūt sensitiuo nō fit hic perfectus, sed manet adhuc rebellio appetitus: & hæc distinguit Apostolus ad Rom. 7. cap. scilicet: Ego ipse mente seruio legi Dei, carne aūt legi peccati. & ideo in statu naturæ lapsæ saltem homo manens in gratia potest vitare omne peccatum mortale, quod est in ratione, idest causatur per consensum: non potest autem vitare quis omne peccatum mortale manens sine gratia, & etiam in gratia manens non potest omnia euitare, sed singula nisi ex priuilegio speciali, quod rarissimis cōceditur, & ratio est, quæ fuit supra assignata de peccato mortali & veniali. Sed circa peccatum mortale dicūt aliqui, ꝙ qui est in gratia potest vitare omnia peccata, & singula: sed postquā incidit quis in peccatum mortale potest quidem aliquandiu vitare peccatum quodlibet, sed non diu. Et dicunt, ꝙ ratio est, quia non est necesse, quòd homo semper peccet, cùm peccare sit actus, & nō est homo semper in actu: ideo nō peccat homo semper actualiter, ideo aliquandiu manet sine actu peccati mortalis, diu tamen sic manere non potest: quia vt ait Grego. super Ezechi. Peccatum, quod mox per pęnitentiā non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Et huius ratio est, quia sicut superiori rationi debet subdi inferior: ita superior debet subdi Deo: & in ipso constituere finē suæ voluntatis: per finem autem oportet, quòd regulentur omnes actus humani, sicut per iudicium rationis debēt regulari omnes motus inferioris appetitus. Sicut ergo inferiori appetitu non totaliter subiecto rationi non potest esse quin contingant motus inordinati in appetitu sensitiuo: ita in ratione hominis non subiecta Deo consequens est, vt contingant multę inordinationes in ipsis actibus rationis. Sed hoc videtur esse contra ea, quæ supra dicebantur, scilicet, ꝙ non solùm ad tempus, sed etiam ad semper possit homo vitare omnia peccata mortalia: licèt sit in peccato mortali, & hoc quia non infirmatur liberum arbitriū per tempus. Dicendum ꝙ non contingit diu manere sine peccato mortali eum qui semel in peccato mortali manet: sed rursus in aliud peccatum incidet, & post in alterum, nisi per gratiam à priori peccato fuerit sanatus. Et ratio est, quia cùm homo non habet cor suum firmatum in Deo, vt pro nullo bono consequendo, vel malo vitando à Deo separari velit, occurrunt multa, propter quæ consequenda homo recedit à Deo contemnendo præcepta ipsius, & ita peccat mortaliter. Hoc autem non accidit quando est homo in gratia: quia tunc est mens nostra subiecta Deo, & firmata ita, vt pro nullo bono acquirendo vel malo vitando velit ab eo recedere: Et manendo in ista stabilitate potest mens manere in ꝑpetuum sine peccato euitando omnia & singula. Sed quando quis manet in peccato mortali nondum sanatus per gratiam, est ratio deordinata: quia non est in ea fixum ꝙ non recedat a Deo propter bona aliqua consequenda, vel mala euitanda, & ideo adueniente tentatione aliqua ad concupiscendum bonum, vel fugiendum triste, cùm facilius sit hoc agere quam contrarium, faciet illud homo: nisi forte sit in eo aliquid, quod ad contrarium inclinet, & tamen non est: quia non est ibi gratia, quæ rationem ordinet in Deum: sed est deordinatio in anima, secundùm quam naturalius est ei moueri deordinatè ad bonum iudicatum in creatura: & iste motus est peccatum mortale, & sic manenti in peccato mortali est quasi naturale peccare mortaliter quousque sanetur per gratiam: facere autem bonum est difficile, idest quasi contra naturam. Secundo quia cū per peccatum mortale non sit ablatum totum bonū naturale, sed adhuc maneat libertas arbitrij, potest existens in peccato mortali eligere id, quod bonum est, cùm etiam peccatum mortale non abstulerit cognitionem illius, & tamen ad hoc oportet quod maneat homo semper cogitans, & peruigil, vt insurgente quacunque tentatione ex illa cogitatione, & actuali consideratione boni retrahatur a malo, quod tentatio suggerit, & moueatur ad bonum, quod ratio iudicat, sed manere talem cogitationem actualem semper non est possibile, sed interdum tentationes nos repentine occupant, & antequam contingat nos venire in cogitationem illam pręcipitamur in peccatum per consensum voluntatis, qui non fuisset, si pro illo tempore occurrisset nobis cogitatio peruigil de vero bono & malo: non existente autem tali consideratione operatur homo secundùm dispositionem, quam habet, quę quasi naturaliter inclinat: sed qui est in peccato mortali, est s̄m hoc inclinat⁹ & dispositus ad malū ꝑꝑ dispositionē deordinatę rōnis: ideo secundū eā mouetur anteq̄ multū præcogitauerit. Nam in repentinis mouetur hō secundum habitū, vel secundum finem iam præconceptum, vt dicit Aris. 3. Ethy. & ideo in repentinis cognoscit habitus, vt ibidem dr. Cū aūt aliqd fit ex magna deliberatione, pōt quis operari virtuosa, qui non est virtuosus, neq; habebat præconceptū virtutis opus facere: sed quia ex tempore iudicat sibi conueniens esse, vel ad euadendū mala, vel ad consequendū vtilia aut delectabilia facere aliquid virtuosum: eligit illud facere, ēt si difficile sit sibi talia operari. Si tñ subito offeratur homini aliquid agēdum, vel non sit locus magno consilio taliter quiq; aget qualibet habitū habuerit, vel qualē finem ante hoc pconceperat, & in aīo suo firmauerat, & iō vt dictū est Aristot. ponit vnum signū cognoscendi habitus cuiuscunque ex repētinis operationibus. 3. Ethy. & quia longi tempus

In statu naturę lapsæ indiget homo gratia habituali ad vitandum oē peccatum.

Pęnes peccatū mortale nōnullorū opin.

tempus deliberãdi nõ occurrit nobis semper siue pp magnitudinem passionis vrgentis, & valde impellentis, vt est passio venereorum, quæ quodammodo cogit, & vehemẽs ira quando inflammatur, vel propter instantia pericula sicut circa actum fortitudinis ad aggrediendum uel sustinendum, vbi vel statim oportet aggredi, vel sustinere accidit statim cedere, & fugere, & non est tempus longæ deliberationis: vel propter quancunque aliam conditionem rei exterioris, q̃ paruum tempus deliberandi concedit: vt si dicatur alicui: si statim feceris tale, vel tale dabuntur tibi tantę diuitię, ꝙ si non feceris statim, etiam si postea facias nihil tibi dabitur, & insuper perdes quidquid possides, in talibus enim aget quęlibet iuxta habitum, quem habet vel dispositionem vel iuxta finem iam præconceptum. Et ista est causa communior quare peccam⁹, scilicet, quia occurrunt nobis subitanea talia, quæ lõgum consilium non patiuntur, vt in venereis patet.

Cã cõmunis quare hoies peccant.

Nam licèt tempus ad deliberandum nobis non sit breue ex parte alicuius rei exterioris, quę cogat, vel statim agere vel statim cessare: tamen passio venereorum est ita vehemens, quòd statim mentem suffocabit, vel statim repellenda est, antequam magis inualescat & dominetur. Si autem non esset illa ita fortiter alliciens, sed tepidè, poterat suspendi consensus diu, & interim poterant occurrere multę cogitationes bonæ quę ad contrarium suaderent: sed quoniam ita vehemens est necesse est, vel statim eam eo animo repellere, vel statim consentire in eam, idest in actum, quem suadet vel in delectationẽ cogitationis de ea, quod est quoddam consentire in eam. Et hoc quidem est verum quantum ad actum rationis. Nam licèt non statim effugetur ipsa passio concupiscentiæ venereorum, prout est motus quidam in nobis factus: sed interdũ diu duret: tñ ratio aut statim cõsentit in actũ, aut delectationẽ, aut statim dissentit: & nõ est possibile longas eẽ inducias: qa non patiť hoc cõditio concupiscentiæ huius: & ita in his, qui statim non resistit, statim est superatus, & peccat. De passione iracundiæ idem est: quia illa est nimis impetuosa, & rationem non pfectè audit, vt dicitur 7. Ethi. & ita per deliberationẽ longam non resistimus ei: quia ipsa non concedit talẽ deliberationem, sed vel statim comprimitur, vel statim superamur existentes in aliquem actum, quem illa suadet. Ad resistendum ergo ei necessarius est habitus, vel præconceptio finis præstituti à nobis, quæ sunt dispositiones inexistentes, & insurgente quocũq; motu statim agimus ſm illa, quia in actu habemus. Si autem habitus mansuetudinis vel dispositio aliqua ad resistendum iræ, vel præconceptio finis de resistendo omni iræ propter aliquid non præcesserit: nunquam resistemus alicui iracundiæ per consilium & deliberationem, quia ipse motus impetuosè surgens, impedit fieri consilium, & deliberationem de nouo.

In cõcupiscentiis venereis qui statim non resistit, statim est superatus.

Idem autem est quandocunque ex conditione rei exterioris paruum tempus deliberationi conceditur: quia ibi si magnum tempus concederetur, aliqui fortè contemnerent diuitias oblatas, vt non facerent quod ab eis petitur: quia diuersa occurrerent ei cogitanti, quæ ab hoc dissuaderent: cùm aũt paruum deliberãdi tempus conceditur, diuitiæ vel res promissę multũ mouent, quę simul hñt totam suam vim impellendi: eo ꝙ totũ bonum earum notum est: ea verò quæ ab eis dissuadere debent, nõ cito occurrunt: ideo superatur propter breue tẽpus, q non superaretur cõcessis longis inducijs deliberandi. Et iste est modus, quo in peccata pręcipitamur: quia sit nobis breuis deliberatio ex aliqua parte: & iõ raro accidit posse resistere ex sola deliberatione: sed resistimus qñ habitum habemus contrarium, vel dispositionem aut præconce-

Mod' quo in peccata præcipitamur.

A ptionem finis, & hoc præcipuè est, quia anteq̃ insurgant passiones, non sunt in nobis præmeditationes. Nam siquis peruigil esset quasi timeret inuadi ab aliqua passione, & ante illius aduentum cogitare t an bonum esset facere, quod illa suadet, etiam sine habitu & præconceptione finis posset resistere per deliberationem, & tñ non contingit hominem esse peruigilẽ circa omnia: ideo cùm non maneat homo diu, quin surgat in eo aliquis motus appetitus ad rem, in qua peccare potest, & qui in peccato mortali manet, non habet in se aliquem habitum, vel dispositionem vel præconceptionem finis, cùm gratiam non habeat, aget secundùm deordinationẽ voluntatis suæ, & peccabit, & ideo qui in peccato mortali est, non potest diu manere, quin incidat in aliud mortale, nisi per gratiam reparetur: si enim ad gratiam redeat, tunc poterit manere semper sine peccato euitãdo oĩa mortalia.

B Cùm autem obiiciebatur, quòd si potest manere aliquando non incidendo in peccatum, qui semel est in mortali, poterit semper: quia liberum arbitrium resistẽdo non debilitatur. Dicendum, ꝙ non potest diu manere vitando peccata: ꝙ autem maneat ad paucũ tempus & non ad multum, non iõ fit, quasi aliquibus tẽtationibus resistere possit, & non oĩbus, uel nõ multis: sed quia nulli resistere aptus est. Nã cũ non habeat habitum neque dispositionem ad bonum, neque pręconceptionem finis: sed solùm deordinatum voluntatis per quam ad malum determinatur quandocunque inciderit tentatio peccabit: quia habet per quod

C determinatur ad malum, & non per quid flectatur in bonum: sed quia non insurgunt semper actualiter in homine motus tentationum, vel concupiscentiarum etiam si in peccato mortali maneat, non oportet, ꝙ semper peccet. Semper autem peccaret, si continue insurgerent concupiscentiæ ad mala. Quod autem diu non maneat sine peccato, in quod de nouo incidat: ideo fit, quia, non potest homo diu manere sine motibus concupiscentiarum, & occursu aliarum rerum, in quibus contingit peccare, & illis statim assentit, & ita ratio non tenet: quia illa pręsupponebat, ꝙ existens in peccato mortali posset euitare aliquando peccata, & postea non: quia tunc debilitaretur li-

D berum arbitrrum resistendo, quod falsum est quia non est virtus fatigabilis.

Sed tunc dicetur, qũo stare potest ista positio cum p̃cedente: quia ibi dicebatur, ꝙ existens in peccato mortali, cũ non perdat naturam liberi arbitrij, potest euitare omne peccatũ mortale & singula: hic aũt dicitur ꝙ nullum potest euitare. Dicendũ ꝙ veritas est, ꝙ existens in peccato mortali nullũ peccatũ mortale euitabit, cuius concupiscentia insurgat in eo, & tñ potest euitare singula, & oĩa ista sic sistant liberum.n. arbritrium habet de natura sua ꝙ possit se determinare ad hoc vel ad illud, & ista possibilitas nunq̃ tollitur, etiã existẽti in peccato mortali: vnde existẽte aliquo in peccato mortali circa venerea, vel iram si insurgat rursus motus libidinis, vel iracundiæ manet ei libertas ad eli-

Qũo existẽs in peccato mort. possit, vel non possit vitare peccata.

E gendum & determinandum se ad hoc ꝙ eligat nõ fornicari & non irasci: & tñ non determinabit se ad hæc: sed ad fornicari & irasci. Et rõ est, quia aliud est, ꝙ quis possit se determinare ad hoc vel ad illud, & aliud se determinet potius ad hoc q̃ ad illud. Nã ad vtrunq; potest se determinare, & tamen non se determinat nisi ad vnum, quia opposita nemo põt simul eligere. Ad hoc aũt ꝙ possit se determinare ad opposita nihil requritur nisi natura libera arbitrij, & non est alia causa ad hoc, ꝙ specialiter se determinet modo ad hoc & non ad aliud, vel è contrario, non sufficit natura liberi arbitrii, sed oportet poni aliquam causam .s. quia hoc videtur sibi melius q̃ illud, vel aliquid propter quod magis

placet

placet hoc q̃ illud: licèt istæ causę non sunt necessarię
ad determinandum: quia tunc tolleretur natura li-
beri arbitrij: sed tales sunt, ꝙ mouent aliquo modo,
sed nō cogunt, & possent abiici per liberū arbitrium.
Cāę quib⁹ mouet qs ad peccandam. Hoc modo videbitur quomodo, & quando mouebi-
tur quis ad peccandum, & quando ad bene agendum:
si quis sit in peccato mortali, & insurgat ei tentatio iræ
vel auaritiæ, habet quidem facultatem liberi arbritrij,
vt possit determinare se ad hoc vel ad illud, & tamē de-
terminabit se ad illud, ad quod fortius motiuum ha-
buerit. Ad peccandum aūt habet iste primum mo-
tiuum passionis, qui allicit mouendo sub ratione bo-
ni ad aliquid, quod vt bonum ostendit, & etiam est
motiuum propter fugere tristitiam: quia tolerando
passiones, vt illis non assentiamus, est magna afflictio,
& quilibet desiderat fugere tristitias. Tertium moti-
uum est deordinatio voluntatis, quę causata fuit per
peccatum mortale precedens: & ſm illam deordina-
tionem est sibi quasi naturale agere deordinatè. Ad
bene agendum autem nullum motiuum est in eo.
Nam non est habitus inclinans ad bonum, neque p̄-
conceptio finis non habitus: quia non habet gratiam
neque charitatem: quia per peccatum perierunt: etiā
non prę conceptio finis: quia qui peccauit mortaliter
conuertit se à creatore ad bonum commutabile: &
quandiu non redit ad gratiam, semper manet ista de-
ordinatio finis, s. quòd ad fruendum bono creato mo
ueatur: ideo non est aliquod motiuum ad bonum:
sunt autem tria motiua ad malum, & sic voluntas de-
terminabitur ad malum, idest ad iram & auaritiam,
& non in fugam istorū: quia non habet, per quid mo-
ueatur ad illud, & ita dicitur, ꝙ non poterit euitare
peccatū mortale qui est in peccato mortali, idest, non
habet aliquod motiuum ad euitandum, & ita nunquā
euitabit quandiu fuerit in peccato mortali: tamē non
cogitur peccare motaliter insurgente quacunq; ten-
tatione, cùm maneat liberum arbitrium.

Qūo pōt quis reduci ad gratiā quā p̄didit. Sed tunc dicetur, ꝙ hoc dato nunquam redibit ad
gratiam qui est in peccato mortali, cùm non habeat
per quid moueatur ad bonum. Dicendum, quòd po
test redire ad gratiam per duo, s. per impulsum diui-
nū: quia Deus semper impellit, aut tangit aliquo mo-
do cor nostrum pulsando ad bonum: iuxta illud Apo
cal. 3. c. Ego sto ad ostium, & pulso & per naturalem
quandam vim; quia licèt nemo possit seipsum redu-
cere ad gratiam quam perdidit: tñ potest facere aliqd
quod in se sit: & cùm illud fecerit, Deus concurrit, &
gratiam donat: sed cōmunius est, ꝙ existens in mor-
tali ad hoc, ꝙ liberetur, pulsatur a Deo ita efficaciter,
quòd se cognoscat esse in malo statu, & velit recedere
ab illo, & esse in bono, & cùm hoc voluerit faciendo
quod in se est, Deus dat illi formatum spiritum com
punctionis, & ita dat illi gratiam, qua gratus Deo il-
le efficitur. Ad argumenta vtriusque partis respon-
dendum est, eo ꝙ posse euitare peccatum accipitur
æquiuocè.

Peccare dupliciter accipitur. Ad primum dicendum, quòd sicut videre dicitur
dupliciter, scilicet habere visū & vti visu, scilicet actu
videndi: ita peccare accipitur dupliciter. s. pro habere
peccatū vel pro committere peccatum, cùm aūt di-
citur ꝙ homo existens in peccato mortali non potest
euitare peccatum, verum est accipiendo pro peccato
quod iam habet: quia ab illo non potest liberari nisi
per gratiam superuenientem: sed potest vitare pecca-
tum quod nondum commisit. Ita dicēdum ꝙ potest
non peccare. i. non committere peccatum: non ta-
men potest non peccare. i. non habere peccatum, cū
semel habuerit, quousque per gratiā tollatur. Et cùm
dicitur ꝙ potest euitare peccatum nō cōmissum, est
verum, i. ꝙ habet facultatem liberi arbitrij, i. ſm quā
F pōt se determinare ad euitandū, & tñ si insurrexerit
passio, nunq̃ euitabit peccatū, quandiu in peccato est,
vt fuit declaratum.

Ad secundum dicendum, ꝙ p peccatum non fue-
runt ablata hoī naturalia, sed in eis vulneratus est: libe
rum arbitrium autem est naturale hoī sicut esse aīal,
ideo p peccatum non perdidit illud, & iō quicquid po
terat ante peccatum, potest post peccatum, sed nō po
test illud ita bene, & faciliter. Nam ante peccatū non
erat passio incitans ad malum, & disturbans à bono,
ideo non erat vlla pugna neq; difficultas ad hoc, ꝙ bo
num vellet homo per liberum arbitrium: nunc verò
quia sunt motus passionum, nō eligit homo bonum
sine difficultate quadam: ideo post peccatum sine gra
G tia potest homo vitare peccatum mortale, i. habet fa-
cultatem arbitrii, qua existente nō potest cogi ad pec-
candum, & tñ nunquam vitabit peccatum mortale
ad quod passio insurrexerit, quandiu manserit in pec-
cato mortali.

Ad tertium dicendum, ꝙ verbum Aug. non intel-
ligitur de necessitate absoluta, sed de necessitate con-
ditionata, quæ est necessitas finis. Ad superbum. n. p-
tinet excellentiam propriam quærere, & illam singu-
lariter velle. Si autem isti fini adhærere vult: necesse
est vt inuideat excellentię aliorum, q̄rendo excellen-
tiam propriam, quia velle excellentiam non est velle
perfectionem simpliciter vel bonum, sed velle bonū,
in quo excedat alios, & tñ si alij sunt excellentes aut
H perfectionē habentes, ſm illas perfectiones iste nō po
test illos excedere, vel minus excedit q̃ vult: ideo con-
ditioni superbi repugnat pati aliorum excellētias, uel
probitates: ideo qui superbus esse vult, necesse est, ꝙ
sit inuidus, idest vt vellet, ꝙ alii nullam excellentiam,
aut perfectionem haberēt: & tamen qui semel est su-
perbus, non est necesse, quòd semper velit esse super-
bus, & ita non est necesse, ꝙ in actum superbię exeat:
potest. n. de vno vitio trāsire in aliud totaliter illud di-
mittendo, vel transire ad gr̄am siue ad bonū ex gene-
re: & ita non est necesse, ꝙ qui est semper superbus
semper superbiat, & consequenter neque inuideat: &
tñ si superbus manere vult, necesse est, quòd inuideat.

Ad quartum dicendum, ꝙ habens pedem claudū
I non potest ambulare nisi claudicando, & tñ existens
in peccato mortali potest agere aliquid nō peccando,
quia illa ratio tenet in illis, qui agunt ex necessitate na
turæ in quibus operatio sequitur de necessitate secun
dùm exigētiam perfectionis, vel formæ aut ſm defe-
ctū operantis: non autem tenet hoc in voluntariis, qa
homo habens virtutem pōt vti virtute, vel non uti il-
la: licèt illa sit habens determinans ad bonū, sed non
determinat sub necessitate, & è contrario habens ha-
bitum vitiosum potest non vti illo, & ita facere bonū.
Et ita est dr̄ia inter ista prima, quia habēs pedem clau-
dum nunquam ambulat, nisi claudicando, & tñ exi-
stens in peccato mortali aliqñ operatur aliquid non
peccando mortaliter: sicut quando nulla tentatio in-
K surgit. Secunda differentia est, quia ēt insurgente pas
sione qñ semp peccat existens in peccato mortali nō
est similitudo ad habentē claudū pedē: quia ille nō am
bulat aliqñ nisi claudicando, & non pōt ambulare nō
claudicando, & necesse est, ꝙ claudicet si ambulet: qui
verò est in peccato mortali, licèt insurgēte tentatione
semp peccet, vt supra dictū est: non est tñ necesse, ꝙ
peccet, qa liberū arbitrium habet, per quod posset se
determinare ad oppositum, licet non se determinet.

Ad quintum dicendum, quòd non tenet consequē
tia, quia tunc æqualiter cōcluderetur tam p existente
in gratia, quàm existente in peccato mortali. nam
omnes habent necessitatem moriendi, existentes
in gratia possunt vitare omnia peccata mortalia.

Secundo

A Secundò, quia sequeretur, ꝙ tunc semper esset homo in peccato mortali. Nam quamdiu homo viuit, semꝑ est subditus necessitati moriendi: ergo semper esset in peccato mortali: quod falsum est. Tertiò, quia transeunte peccato manet pęna interdum: ideo licèt maneat mors, nō est necesse manere peccatum. Quartò, quia peccatum est voluntarium, pęna tamen est inuoluntaria: ideo potest semper manere, vel diu pœna.i. mors, non manente peccato. Aliter dici potest, quòd mors & peccatum se consequuntur: & tamen mors non fuit data in pęnam pro quolibet peccato, sed correspondet soli primo peccato, ex quo tota natura infecta est. Et de hoc verum est, ꝙ sicut à necessitate moriendi nemo potest liberari, nisi per gratiam: ita & à necessitate subiacēdi illi peccato per originem à pa- B rentibus in posteros transfuso, nō potest quis liberari, nisi per gratiam.i. per speciale priuilegium, ꝙ non incidat in originali, vel postquam incidit, non potest nisi per gratiam ab illo liberari. De mortali actuali secus est, quia non est necesse incidere in illud.

Ad sextum dicunt aliqui, ꝙ potest quis sine gratia resistere peccato, sed nō potest victoriā habere de peccato, qa ista possunt differre. Dicunt, ꝙ quicunq; vitat peccatum, resistit peccato, & hoc potest fieri etiā sine gratia: & non oportet, ꝙ tunc hō resistendo peccato mereatur vitā æternā: sed ille propriè vincit peccatū, q potest pertingere ad hoc, contra quod est pugna peccati, & hoc est vita æterna, & istud non pōt esse nisi in eo, qui operat̄ opus meritoriū, & victoria taliū meret̄ C vitam æternā, & non fit sine gratia. Aliter potest dici, & melius, ꝙ existens in peccato mortali potest vitare quodcunque peccatū mortale.i. habet naturam liberi arbitrij, per quod se pōt determinare ad vitādum, quia non habet motiua ad vitandū illud, nisi per accidens. Sed in hoc sciendū, ꝙ non est sensus, ꝙ existens in peccato mortali, non possit euitare aliqđ peccatum mortale, ita ꝙ incidat in quodcunq;, cuius tentatio insurrexerit ab intra, vel ab extra: falsum enim est: quia sunt quædam peccata, quæ quis valde horret non inquantum sunt contra Deum, sed inquantum ipse naturaliter dispositus est ad illa fugiendum, cū & ipsa inter se sunt cōtraria: & etiam si sit in peccato mortali, & proponatur sibi, vt talia faciat, resistet illis. Manifestum est D enim quòd si alicui existenti in peccato mortali libidinis, vel gulæ suggerat dęmon, vel alius homo, ꝙ occidat patrem, vel seipsum, quod est peccatum mortale, non faciet illud, quia tunc, qui vnum malum faceret, omnia mala committeret: & ita de multis alijs peccatis mortalibus, & hoc, quia non habet motiuū ad illa. Nam licèt gratia careat, poterit resistere talibus per dispositionem naturę suæ, quia non perit tota rectitudo rationis per peccatum mortale: & ita iudicat ista valde mala: ideo mox, vt proposita fuerint, refugit illa, & horret, & illud est sufficiens principium ad illa vitandum sine gratia. Etiam, quia sunt quædam bonæ inclinationes naturales, quas vocamus virtutes naturales 6. Ethic. cap. vlt. & per tales fugimus multa mala: non E tamen vitamus peccatum mortale meritoriè sic: quia non agimus propter Deum, neque cū gratia, & charitate, sed per rectitudinem rationis, quę non perit tota, & per rectas inclinationes naturales, quæ non abolitæ fuerunt pœnitus per peccatum. Maximè quando nō incurrimus in peccatum contrariū illis: ideo existens in peccato mortali multis tentationibus potest resistere sine gratia. Sed intelligitur hoc quantum ad illa peccata, quæ sunt circa obiecta, quæ ab omnibus appetūtur, vt circa iram, libidinem, honoris, & diuitiarum desiderium, ad quæ in singulis hominibus adiuuat naturaliter inclinatio: tunc enim, qui est in peccato mortali, vt communiter vincitur à talibus tentationibus.

Qui est in peccato mortali faciliter ab ira, & libidine vincitur.

Nam non est dispositio naturalis contraria. non est ēt habitus contrarius, sed potius habitus vitij, non est ēt habitus gratuitus.i. gratia, vel charitas, cùm iste ponatur esse in peccato mortali, ideo non manet ei aliquid, per quod resistat: ideo communiter tales incidunt in peccatum insurgentibus huiusmodi tentationibus: maximè cùm iam sit deordinatio voluntatis, quę constituit finem in fruitione creaturarum auertendo se à Deo. Sed adhuc dicendum, ꝙ circa talia non superatur semper, qui est in peccato mortali: quia licèt sit in vno peccato mortali, potest esse, quòd habeat habitū fortem virtutis moralis circa obiectum illud circa qđ tentatur: & tunc etiam si gratiam non habeat, resistet peccato: licèt non meritoriè, & non quidem ex præmeditatione, sed ex habitu. Nam licèt omnes habitus gratuiti, qui infunduntur à Deo, pereāt per quodlibet peccatum mortale: morales tamen, qui per assuetudinem generati sunt, non pereunt, & ita fortiter mouent ad resistendum passioni inclinanti ad oppositum. Ideo istud maximè intelligendum est de peccatis illis, in quæ semel quis cecidit: vt siquis fornicatus est, vel concupiuit aliena, aut detraxit: quamdiu manet in peccato isto, si insurgat tētatio ad rursus fornicandum, vel cōcupiscendum aliena, non habet iste, per quod resistat: ideo præcipitatur in peccatum, quia neque habet inclinationem naturalem contrariam, neque habitum, neque gratiam, & est voluntas iam deordinata: ideo habet multa, per quæ se determinet ad peccandum, & nihil per quod determinet se ad fugiendum peccatum: ideo peccabit surgente passione. Et hoc verum est, nisi per accidens, vt si tali passione insurgente insurgat timor, aut verecundia, vel alia passio fortior, quæ impediat operari, etiam non habēdo respectum ad Deum, quia voluntas deordinata, quę iā se conuertit ad creaturam, non abstinet ab opere malo propter Deum, quādiu in peccato mortali manet: & ideo verum est, quòd existens in peccato mortali, non potest vitare omnia, & singula peccata mortalia, quamdiu sic manet, sed potest vitare aliqua, scilicet, ꝙ licèt aliqua possit euitare, tamen ad alia insurget tentatio, quibus non poterit resistere, quia quædam sunt, contra quæ non habemus naturalem inclinationem, sed potius ad illa inclinamur, vt ad iram, libidinem, & desiderium honoris, & laudis: & nō habemus habitū moralem acquisitum ad resistendum passionibus circa talia. Etiam nō habemus habitū gratuitū infusum. Etiam non sumus vigilantes, & præmeditati circa illa in talibus passionibus, si insurgant ei, qui est in peccato mortali, incidet sine dubio in peccatum, quia non habet aliquid in se, per quod resistat, nisi per accidens insurgat alia fortior passio, q̄ impediat ab illis, quia tunc efficimur vigiles circa talia propter passionem oppositam, quæ insurgit, quæ cogit ad sui cōsiderationem.

Habitus morales ꝑ assuetudinem generati nō pereunt per peccatum mortale.

Ad septimū dicendū, ꝙ Aug. dicit anathematizandos eos, q asserunt hominē posse peruenire quo tēdit sine gratia Dei, & verū est, qa tendit hō ad vitā æternā, quæ est finis noster, q̄ sine Dei gratia nemo meretur: non solū, vt est gratia voluntas Dei gratis oīa donans, sed etiam, vt est habitus gratuitus infusus animæ. Sed etiam accipiendo quātum ad euitationem peccati verum est, ꝙ qui putat posse euadere omnes tentationes sine Dei gratia anathematizandus est, quia eo faciente quædam non insurgunt, q̄ grauissimæ insurgerent, & eas, quæ insurgunt non possumus superare, nisi per gratiam, quia vel habebimus gratiam, quæ est habitus infusus, vel saltem gratiam, quæ est adiutorium diuinæ cooperationis, & cùm ipse, vt causa vniuersalis cōcurrat nobiscum in omnibus operationibus, & non sit possibile nos aliter facere quidquam: certum est, quòd non solùm superare, imo neque pugnare pote-

Cooperatio Dei, qua nos adiuuat, gratia dici poteſt.

rimus contra paſſiones, niſi Deo cooperante: & iſta cooperatio vocatur gratia Dei, quia Deus gratis nos adiuuat: & tamen interdum poſſumus euitare quædam peccata ſine gratia, quæ eſt habitus, ſed non omnia, neque diu, & hoc, quia non poteſt homo diu manere peruigil circa omnes paſſiones, neque diu homo manet, quin inſurgant ei aliquæ paſſiones tales, circa quas non vigilando præcipitetur: & ideo non poteſt diu manere vitando mortale, qui eſt in peccato mortali.

Argumenta autem in contrarium videntur probare, quòd homo per ſe ſine gratia poſſit vitare peccatum, quod non eſt verum: ideo ad illa reſpondendum eſt.

Quō eſt verum, quòd diabol⁹ nō poteſt vincere, niſi volentem.

Ad primum dicendum, quòd diabolus non poteſt vincere niſi volentem: & tamen non poteſt homo pœnitus vitare peccatum ſine gratia. Et verum eſt, quia dæmon non poteſt compellere hominē ad peccandum, aut ad aliquid agendum, quia liberum arbitrium etiam gratia deſtitutum compelli non poteſt, & non differt, quòd homo ſuperetur à dæmone, vel à carne non tentante demone, quia non fit præcipitatio in peccatum quātum ad eum, qui eſt in peccato mortali propter vehementiam tentationis, ſed quia eſt deſtitutus omni auxilio, & motiuo ad bonum, & nō habet per quod ſe determinet ad illud: vnde etiam per minimam tentationem poterit ſuperari: & tamen dato, quòd homo quandocunque ſuperetur à tentatione ſuperatur volens: tamen interdum non poteſt reſiſtere, ſcilicet, quia non habet aliquid, per quod determinetur ad volendum reſiſtere paſſioni, vt bonum ſequatur.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ vbi eſt ſimpliciter neceſſitas agendi, eſt determinatio ad vnum, & verum eſt, ꝙ vbi eſt liberum arbitrium, neque eſt neceſſitas agendi, neque determinatio ad vnum certum quid: prout neceſſitas dicit compulſionem, vel etiam ineuitabilitatem: & ita concedimus, ꝙ exiſtens in peccato mortali, non poteſt vitare omnia peccata: & tamen non cogitur committere aliquod illorum, neq; eſt ineuitabile, ꝙ committat illud, ſed ideo nō poteſt euadere, vel euitare illa, quia nō habet aliqua motiua ad determinandum volūtatem ad bonum: tñ ipſum liberum arbitrium adhuc liberum manet, & potens ſe determinare ad vtrumque.

Ad tertium dicendum, ꝙ nemo peccat in eo quod nullo modo poteſt vitare, ſcilicet, agendo quantum in ſe èſt, vt illud vitet, & hoc modo quilibet poteſt vitare omnia peccata, quia ſi homo agit quantum poteſt, habebit gratiam, & habendo illam poterit ſuperare omnia, & ſingula peccata mortalia: ſi autem ad gratiam non præparat ſe agendo quantum poteſt, nō excuſatur à peccatis, quæ committit etiam ſi ſine gratia peccata vitare non poſſet: & verum eſt, ꝙ ſine illa non poteſt vitare omnia, neque omni tempore, ſed aliqua, & aliquando: non autem longo tempore, vt dictum eſt.

Ad quartum dicendum, ꝙ licèt exiſtens in peccato mortali non poſſit vitare omnia peccata, vtilis eſt correctio, quia illa incitat eum, vel ſtimulat ad parandum ſe ad recipiendum gratiam, per quàm omnia peccata vitabit, ſed hoc eſt, quando ille, qui corrigitur eſt filius Dei, quem ipſe cognoſcere dignetur, alioquin ſuperuacua eſt correctio. Sic dicit Aug. lib. de Correctione, & gratia: Correctio vtilis eſt, vt ex dolore correctionis voluntas regenerationis oriatur: ſi tamen qui corripitur filius eſt promiſſionis, vt ſtrepitu correctionis inſonante, aut flagellante Deus intrinſecus in illo occulta inſpiratione operetur, & velle: ideo oībus peccantibus neceſſaria eſt correctio ad hoc, ꝙ boni fiant:

F quia præter Dei operationem neceſſaria eſt voluntas neceſſaria ad iuſtificationem noſtram, cùm nemo iuſtificetur niſi volens, & per correctionem ſtimulatur quis, vt velit: & tamen correctio licèt ſit neceſſaria, non eſt ſufficiens ſine Dei auxilio. Sic dicitur Eccle. 7. ca. Conſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit.

Ad quintum dicendum, ꝙ exiſtens in peccato mortali poteſt eligere bonū, vel malū, quod ſibi placuerit, cùm maneat ſibi liberum arbitrium: quia tamen non habet aliquid, per quod determinetur ad bonum non placet illud ſibi: & ita non eligit illud, ſed ſi haberet aliquid, per quod illud ſibi placeret eligeret illud.

Alij dicunt, ꝙ illa auctoritas intelligitur de homine

G in ſtatu naturę conditę, antequam eſſet ſeruus peccati, vt exponit Auguſt. in Impognoſticon. Vnde poterat tunc peccare, & non peccare. Et tamen veritas eſt, ꝙ ſiue tunc, ſiue nunc datur homini quod vult bonum, vel malum: ſed ꝙ bonū velit non eſt homo ſufficiēs à ſeipſo, ſed indiget auxilio gratię: non quidem ad hoc, ꝙ illud poſſit velle, quia iſtud per auxilium gratiæ habet, ſed ad hoc, ꝙ ſe determinet ad illud, ad quod non habet motiuum à ſeipſo, ſed indiget gratiæ auxilio.

An homo reſurgere poſſit à peccato ſine auxilio gratiæ.
Quæſtio CLXXX.

QVAERETVR, an poſſit homo reſurgere à

H peccato ſine auxilio gratiæ. Aliqui dicunt, ꝙ ſic, quia illud, quod præſupponitur ad gratiam, fit ſine gratia, ſed reſurgere à peccato requiritur ad illuminationem gratiæ, ad Ephe. 5. Surge, qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus: ergo reſurgere à peccato mortali poterit quis ſine gratia. Secundò, quia peccatū opponitur virtuti, ſicut morbus ſanitati, ſed homo per virtutem naturæ poteſt reſurgere de ægritudine ad ſanitatem ſine auxilio exterioris medicinæ: eo quòd intus manet principium vitæ, à quo procedit operatio naturalis: ergo ſimiliter poterit homo reparari per ſeipſum redeundo de ſtatu peccati ad ſtatum iuſtitiæ ſine auxilio gratiæ exterioris. Tertiò, quia quælibet res poſita aliqualiter extra conditionem, vel

I ſtatum naturæ ſuę poteſt redire per ſeipſam ad conuenientem ſtatum naturæ ſuæ: ſicut aqua calefacta redit per ſeipſam ad naturalem frigiditatē, & lapis ſurſum proiectus per ſeipſum redit ad ſuum naturalem motum deorſum: ſed peccatum eſt aliquid contra conditionem naturæ: ergo poterit homo per ſeipſum redire de peccato ad ſtatum iuſtitiæ.

Dicendum, ꝙ homo per ſeipſum non poteſt reſurgere de peccato, quod Apoſt. inducit ad Gala. 2. dicēs: Si data eſt lex, quę poſſet iuſtificare: ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. i. inutiliter, vel ſine cauſa: & ita innuit, quòd ad hoc, quòd Chriſtus vtiliter moreretur, oportebat, quòd mors ſua eſſet neceſſaria, & non poſſet hō aliter iuſtificari, niſi per illā: & tñ ſi homo per ſeipſum

K poſſet de peccato reſurgere: adhuc magis ſine cauſa mortuus eſſet Chriſtus: quia non ſolùm nō indigeret ad iuſtificationem ſuam morte Chriſti, ſed neque etiā iuſtificatione legis: & tñ hoc eſt maximum inconueniens, dici Chriſtū mortuū eſſe gratis. i. inutiliter: ergo non poteſt homo reſurgere à peccato ſine gratia iuſtificante, & non p ſeipſum, & in hoc nullum dubiū eſt. Pro quo ſciendū, quòd reſurgere à peccato poteſt dupliciter accipi: vno modo pro ceſſatione ab actu peccati: alio modo pro quadam reparatione, per quam homo redit ad omnia illa, quæ per peccatum amiſit. Accipiendo primo modo poteſt homo reſurgere à peccato ſine auxilio gratiæ, & hoc ſiue ceſſet ab actu continuo peccati, ſicut eſt detentio rei alienæ, quæ

ſemel

semel ablata est, & tamen quamdiu detinet eam, qui A accepit manet in actu peccati continuo: cessare autem ab illa detentione est cessare ab actu continuo peccati: licèt nondum adhuc cessatur à peccato. Vel cessare ab actu peccati interpollati: vt siquis consueuit fornicari, est actus non continuus, sed est frequens, & ab illo cessatur, quando non frequentatur, vel incipit esse animus non frequentandi, & vtroque modo potest quis à peccato cessare sine auxilio gratiæ exterioris: quod verum est accipiendo gratiam pro habitu infuso, secus pro gratia, quæ est voluntas Dei gratis nos mouens, & cooperās: nam sicut peccatum ex animo committitur: ita non cessatur ab eo, nisi ex animo, sed ad illum actum inquantum bonus est saltem ex genere, oportet quòd Deus nos moueat, vel B saltem concurrat cooperando, cùm impossibile sit aliquid fieri ipso non cooperante, quia est causa vniuersalis: gratia autem, quæ est habitus gratuitus non requiritur, cùm sæpe homo possit cessare à peccati actu, & non meritoriè, vt quia non propter Deum, sed ex alijs causis: & tamen istud potius vocatur cessare ab actu peccati, quàm resurgere à peccato, cùm resurgere à peccato propriè sit reparari ad omnia illa, quæ peccando quis amisit. Accipiendo secundo modo dicendum, quòd nemo potest resurgere de peccato, nisi per gratiam habitualem à Deo infusam. Apparet hoc: quia peccando amittit homo multa bona, & incurrit multa detrimenta: liberari autem ab illis detrimentis, & restitui sibi bona, quæ perdidit C est resurgere à peccato. Incurrit autem homo peccans multa detrimenta, quæ ad tria reducuntur, primum est macula, secundum est corruptio naturalis boni, tertium est reatus pœnæ. Et hæc quidem sunt detrimenta manentia: nam sunt alia transeuntia, sicut culpa, quæ manere non potest, sed cum actu transit, quia est priuatio debitæ rectitudinis in actu. Tria autem prædicta manent. Primum ipsorum, idest, maculam incurrit peccans inquantum priuatur decore anima nostra ex deformitate peccati. Secundum autem, idest, bonum naturale corrumpitur inquantum deordinatur natura hominis voluntate eius Deo non subiecta: est enim naturale omnibus entibus, inquantum sunt partes vniuersi, subordinari conditori, D & rectori vniuersi, & quodlibet subordinatur secundùm conditionem suæ naturæ: est autem homini naturale esse rationalem, & secundùm rationem agere: ideo subordinatur Deo secundùm actum rationis, vt ipsum finem suum constituat, & super omnia amet, & propter ipsum, & ad ipsum cuncta agat: quod est omnia sua in ipsum ordinare: ab hoc autem ordine homo auertitur, quando aliquod bonum creatum constituit finem suum, & in illud tendit desiderio fruendi, & propter illud vltimatè aliquid agit. Tunc enim voluntas Deo non subijcitur, sed illi rei, quam sibi vt finem, & vt optimum constituit. Hoc autem ordine sublato necesse est, quòd tota natura hominis secūdùm quòd homo est, & rationale, deordinata maneat, & iste ordo est bonum naturæ: natura E enim, idest, ratio hoc exigit, & etiam secundùm hūc ordinem natura perficitur, idest, beatificatur: & ita bonum suum habet. Tertium autem, idest, reatum pœnæ incurrit quis, quando peccat: quia per hoc, quod homo peccat mortaliter, meretur damnationē æternam. Manifestum est autem de singulis horū, quòd non potest homo reparari ad illa, nisi per Deum. De primò, scilicet, de macula, quæ est priuatio decoris patet: quia ille est decor animæ, quem habet per gratiā, & illam perdidit per peccatum, & iste decor gratiæ prouenit ex illustratione diuini luminis in anima: cùm ergo perierit non poterit recuperari, nisi denuo

Homo peccans in multa mala incidit.

Homo de se liberari non pōt à macula in quam per peccatum incurrit.

anima illustretur diuino lumine: ideo ad reparationem requiritur habituale donum manens in anima, & decorans eam, quod est gratiæ lumen: quod vocatur lumen, non solùm inquantum perficit intellectū, sed inquantum illustrat, & decorat totam animam, sicut res pulchræ habent colores viuidos, vel lucem quandam. Secundum autem, idest, ordo naturæ reparari non potest, nisi per Deum. Nam deordinatio ista fuit per hoc, quòd voluntas recessit à Deo desiens ei subdi, & debet reparari per hoc, quòd ei iterum subdatur, sed hoc fieri non potest, nisi Deus eam ad se trahat. Sic dicit Christus: Nemo potest ad me venire, nisi pater meus traxerit eum. Io. 5. cap. Tertium autem. i. reatus æternæ pœnæ non potest auferri, nisi per Deū, inquantum illa obligatio ad pœnam est per offensa commissa, quæ in eum commissa est, qui est iudex viuorum, & mortuorum. Act. 10. cap. ab ipso ergo solo auferri, vel remitti potest: & ideo nemo à peccato resurgere potest, quod est liberari ab his tribus, nisi per gratiam Dei auxiliantem tam infundendo gratiam, quæ est habitus, quàm mouendo voluntatem ad se, & remittendo pœnam æternam, ad quam quis est obnoxius.

Ordo naturæ, qui ī peccante conuersus est per peccatum nō potest, nisi per Deum reparari.

Ad primum dicendum, quòd resurgere à peccato vt dictum est, dicit liberari ab omnibus tribus detrimentis suprapositis. Et in hoc sunt duo, vnum est moueri ad liberationem istam, aliud est penitus liberari, & ambo tanguntur in auctoritate illa. Primum, cùm dicitur, surge, qui dormis, & exurge à mortuis. Secundum inquantū dicitur, illuminabit te Christus: primum fit per hominem, & non sine gratia: secundum fit totaliter per gratiam. Ordo autem est, quòd cùm quis est in peccato mortali Deus pulsat cor eius mouendo ipsum, vt cupiat deserere illum statum, & tunc ipse apponit conatum suum, vt dimittat illum, & cùm apposuerit infundit ei De⁹ gratiam, per quam iustificatur, & resurgit, vel liberatur totaliter à peccato. Primum enim fit per hominem, inquantum nihil aliud est, nisi apponere conatum nostri arbitrij ad resurgendum: & ideo nominauit Apostolus actū nostrum, dicēs: Surge qui dormis, exurge à mortuis. Et tamen iste motus noster, non est sine gratia, non quidem habituali, sed gratia, quæ est voluntas Dei gratis mouens nos ad bonum: quia tamen actus est noster, scilicet, appositio conatus liberi arbitrij ad bonum, licèt à Deo sit motiuum eius: nominat Apostolus illum actum nostrū, scilicet, exurge à mortuis. Secundum fit totaliter per gratiam Dei habitualem iustificantem: & ideo totum Deo attribuit Apostolus dicens: Et illuminabit te Christus. i. gratiam illuminantem, & decorantem animam infundet. Et ideo dicendum, quòd gratia requiritur ad exurgendum, neque est verum, quod exurrectio præcedat gratiam, nisi accipiendo primum, scilicet, appositionem conatus ad surgendum: & ista non est surrectio à peccato, quia non liberatur ibi homo à tribus malis supra positis, sed in illuminatione, quæ fit per Christum: & tamen adhuc ille conatus, qui fit per hominem, non fit sine gratia, sed gratia præcedit, idest, voluntas Dei gratis mouens animum.

Ordo ī resurgēdo à peccatis.

Ad secundum dicendum, quod non est simile de sanitate corporali, & spirituali, quia sanitatis naturalis principium est natura, quæ est immanens: & ideo sicut ipsa est ante ægritudinem, per quam conseruatur sanitas: ita postquam incipit animal ægrotare, ipsa est, per quam sanitas restauratur: secus de spirituali sanitate, quia licèt bonæ habitudinis moralis principium sit ratio, & ita ipsius reducendæ si aliquando perierit principium sit sufficiens ratio: tamē sanitatis spiritualis non est causa sufficiens ratio, sed gratia habitualis:

& ideo illius reducendę non potest esse principium nisi gratia: nam antequam quis peccaret, per gratiam quam tunc habebat, erat sanus spiritualiter, & non per habitus morales, si quos haberet: & ideo perdita gratia habitus morales manentes, vel ratio naturalis non sufficiunt ad reducendum sanitatem spiritualem, sed gratia perdita restituetur per quam sanabitur peccator, quia per illam iustificabitur, & quia gratia præcedens à Deo data erat, ita & gratia sequens à Deo infundetur: ideo sine gratia illius nō resurgit peccator, sicut corpus cœpit viuere per animam ei infusam: si autem illa abierit, erit corpus mortuum, quod viuere non poterit, nisi per Deum anima reducatur ad corpus, sicut ipse prius eam corpori infuderat.

Ad tertium dicendum, quòd non potest homo per seipsum reparare se reducendo se ad statū naturæ suæ. Quando enim natura aliqua est integra potest per seipsam reparare se reducendo se ad id, quod est conueniens, & proportionatum naturæ suæ; sed ad id, quod supra proportionem naturæ, licèt sit conueniens rei, nihil potest se reducere, sine auxilio exteriori. Ita autem natura humana deficiens à sua integritate per actum peccati habet duo impedimenta ad se reducendum. Primum est, quòd non est integra, quia est lapsa, vel corrupta: & ideo deficit in aliquibus, quæ posset existens integra. Secundum est, quòd bonum ei conueniens, scilicet spiritualis sanitas, quæ non est aliquid naturale, sed excedens proportionem naturæ: ideo ad illam non potest se reducere sine auxilio gratiæ, cùm etiam ad bonum naturale non sufficiat natura lapsa se reducere, vt ad originalem iustitiam, in qua creatus est, in qua per seipsum non potest homo redire.

An homo sine gratia poßit præparare se ad gratiam recipiendam. Quęst. CLXXXI.

QVAERETVR, an possit homo sine gratia præparare se ad gratiam recipiendam. Aliqui dicunt, quòd non potest: quia dicitur Iere. 5. capitulo. Non est in homine via eius, neque viri, vt dirigat gressus suos. sed nullus præparat se ad gratiam, nisi gressus eius dirigantur, & quærat viam salutis: ergo non potest quis se præparare ad gratiam sine gratia. Secundò, quia quod est in potestate hominis, non est necessarium vt homo ab alio quærat: & tamen quòd homo præparetur ad gratiam est petendum a Deo, vt patet, Psal. 85. Deduc me domine in via tua: & ingrediar in veritate tua. Ergo pręparatio hominis ad gratiam non est in potestate hominis, & consequēter fit per gratiam. Tertiò quia id, quod in quibusdam visibiliter factum est probabile est, quòd in alijs fiat inuisibiliter, quando gratiam consequuntur: sed quidam qui gratiæ resistebant, per speciale munus gratiæ ad gratiam præparati sunt: vt patet in Pauli conuersione, qui Christo resistebat, & ipse eum ad se conuertit per gratuita munera eum disponens ad gratiam suam suscipiendam. Ita ergo & alij, qui inuisibiliter disponuntur ad gratiam, non recipient illam saltem sine præparatione per gratiam gratis datam. Quartò, quia ad Hebrę. 11. dicitur: Accedentem ad Deum oportet credere quia est: sed fides haberi non potest, nisi per gratiā, & illa est donum Dei, vt dicitur ad Ephe. 2. Ergo cum nullus se ad gratiam præparet, nisi accedendo ad Deū, videtur, quòd sine dono gratię non potest quis se ad gratiam præparare. Quintò, quia Augu. dicit, quòd timor seruilis inducit charitatē sicut seta linum, sed timor seruilis est donum Spiritus sancti, ergo per gratiam gratis datam præparatur homo ad gratiam gratum facientem. Sextò, quia dicitur Io. 6. Nemo potest

D.Th. 1. 2. quęst. 109 artic. 6.

F ad me venire, nisi pater meus, q misit me, traxerit eū. Venire autem ad Deum est accedere, vel cōiungi per gratiam: trahi autem a patre est disponi ad illam gratiam: sed si homo per seipsum posset se præparare ad gratiam, non oporteret, ꝙ ab alio traheretur: ergo nemo potest sine gratia ad gratiam præparari.

Alij dicunt, ꝙ per seipsum potest se homo, & sine gratia præparare: quia dicitur Zacha. 1. c. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: sed conuersio, quæ nobis mandatur, non videtur esse aliquid aliud quàm prępαratio ad gratiam recipiendam: ergo prępαratio ista pręcedit ad gratiam, quę datur a Deo: quę designatur per hoc, quod dicitur, & ego conuertar ad vos: & sic sine gratia pręcedente prępαramur ad gratiam.

G Secundò quia, vt dicit Anselmus, ꝙ aliquis nō habeat gratiam, non est, ꝙ Deus nolit eam dare: sed ꝙ homo nolit eam accipere: ergo si homo accipere vult, Deus illam dabit: sed quod in voluntate hominis constitutum est, in potestate liberi arbitrij est: ergo in potestate hominis est se ad gratiā prępαrare, & non indiget gratia, vt ad gratiam præparetur. Tertiò, quia homo præparat se ad gratiam faciendo, quod in se est, sed faciendo quod in se est, Deus non denegat ei gratiam. supra septimo capitulo. Deus dat spiritum bonum petentibus se: sed illud est in nobis, quod est in potestate nostra, ergo in potestate hominis est, se ad gratiam prępαrare, & non per aliam gratiam. Quartò, quia si homo indigeret gratia, vt se ad gratiam præpararet, eadem ratione indigeret gratia ad parandum se ad illam, & ita

H consequenter de alijs, & sic iretur in infinitum, quod est inconueniens: ergo standum est in primo. s. ꝙ homo se præparet ad gratiam sine alia gratia. Quintò, quia Prouer. 16. c. dicitur: Hominis est præparare animum: sed prępαrare animum est parare se ad gratiam, sed illud est hominis, quod est in potestate eius, ergo in potestate hominis est præparare se ad gratiam: & ita non est necessaria gratia ad præparandum se ad gratiam.

Dicendum, ꝙ duplex est gratia, quædam est gratia consummata alia inchoata. Gratia cōsummata est gratia, quæ coincidit cum gloria, quia ibi perficitur gratia, in qua homo decedit, & illa postea non augetur: gratia non consummata est gratia hominis in via, eo ꝙ illa quotidie crescere potest, & sæpe crescit ad præparationem. Ad primam gratiam indigemus alia gratia,

Duplex gratia consummata & inchoata.

I quia nemo habebit gratiam consummatam gloriæ, qui non habuerit gratiam viæ: & ideo gratia gratum faciens in via est præparatio ad gratiam consummatā, quæ est gloriæ: ad gratiam secundam, quæ est viæ, non prępαratur quis per aliam gratiam gratum facientem, sed per gratis datam. Aliter ergo, & quantum ad eundem sensum dici potest, quòd duplex est præparatio voluntatis humanæ ad bonum. Vna quidem, qua prępαratur homo ad benefaciendum, & Deo fruendum. Alia qua præparatur ad consequendum gratiæ habitualis donum. Prima prępαratio, non potest fieri sine habituali dono gratiæ, quæ est gratia gratum faciens.

K Et patet, quia ad fruendum Deo est necessaria gratia consummata, quæ incidit cum gloria: & illa est solùm in patria, & non potest esse nisi in eo, in quo pręcesserit gratia vię quæ est inconsummata: est tamen gratia gratum faciens. Etiam ad bene agendum, nemo potest se sine gratia gratum faciente præparare: quia accipitur facere bonum, scilicet meritorium, & illius principium est charitas, quę sine gratia non est: & ab ipsa gratia efficitur opus gratum Deo: & cùm gratum fuerit, erit meritorium. Secundò modo præparatur voluntas ad consequendum donum gratiæ habitualis, idest, gratiam gratis datam, quæ est gratia viæ: & ad hoc nō oportet, quòd per aliam gratiam gratū facientem, siue habitualem se prępαret: quia sic procederetur

deretur in infinitum, sed oporteret præsupponi auxilium gratuitum Dei interius mouentis naturam, vel inspirantis ei bonum propositum. Et istud auxilium potest vocari gratia gratis data, quę non est aliquid habituale in nobis manēs, sed est pulsatio facta in anima nostra à Deo ad hoc, quòd ad gratiā accedat: sine isto auxilio Dei nemo se ad gratiam disponit, quod est pręparare se ad illam. Quod patet, quia omne agens agit propter finem, & omnis causa conuertit suos effectus in suum finem: & ideo cū secundùm ordinem agentium, siue mouentium sit ordo finium, necesse est, ꝙ ad vltimum finem cōuertatur homo per motionem primi mouētis: ad finem autem proximum per motionem alicuius mouētium inferiorum: sicut animus militis conuertitur ad quærendum victoriam, quę est vltimus finis belli ex motione ducis exercitus, quia ille totum exercitum disponit ad hoc, quòd victoriam consequi possit, quæ est totale bonum, & vltimum belli: consequi autem, vel capere vexillum alicuius aciei hostilis, nō est finis totalis belli, cùm sit pars quædam victorię: & ideo est finis proximus, quem intendit tribunus præpositus alicui aciei, cuius finis est superare oppositam aciem, & capere vexillum illius: ideo animus militis, qui est sub tribuno mouetur ad capiendum vexillum oppositæ aciei, quod est finis proximus ex motione tribuni, & non ducis exercitus: ita igitur cùm Deus sit primum mouens simpliciter, ex eius motione sola prouenit, quòd omnia entia cōuertantur in ipsum secundùm communem intentionem boni, per quam vnumquodque intendit similari Deo secundùm modum suum: eo quòd assimilari Deo est maxima perfectio cuiuslibet rei. Nam summum bonum suum participant: sic Deus enim simpliciter est summum bonum, eo quòd continet totā naturam bonitatis: & ideo omnia per participationē illius efficiuntur bona, & in gradu maximo competentis bonitatis sibi constituuntur, quem gradum cū attingerint dicuntur similari Deo, quia participant bonitatem eius. Et quoniam ista participatio est simpliciter vltimus finis omnium entium, necesse est, ꝙ ad istam participationem moueantur à solo primo motore simpliciter: ille autem est Deus, ideo à solo Deo mouentur omnia ad hoc. Vnde dicit Dionysi. lib. de diuinis nominibus, quòd Deus conuertit omnia ad seipsum, sed homines conuertit ad seipsum, sicut ad specialem finem, quem intendunt, & cui cupiunt adhærere, sicut primo bono, iuxta illud Psal. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est: ideo quòd homo conuertatur ad Deum nō potest esse, nisi Deo ipsum conuertente ad se, sed nihil aliud est conuertere se ad Deum, quàm præparare se ad gratiam: quia homo conuersus Deo gratiam recipit ab ipso: conuertere ergo se ad Deum est disponere se ad gratiam: sicut ille, qui habet oculum auersum à lumine solis, per hoc se præparat ad recipiendum lumen solis, quia conuertit visum ad solem: patet ergo, quòd homo non potest se præparare ad recipiendum lumen gratiæ, idest, gratiam gratum faciētem, nisi per auxilium gratiæ Dei interius mouentis, quod est per gratiam præparari ad gratiam, scilicet, per gratiam gratis datā disponi ad gratiam gratum facientem, sed illa gratis data non est aliquid habituale manens in anima, sed est pulsatio à Deo facta, quam ipse gratis facit, idest, sine meritis præcedentibus nostris. Ad hoc autem magis aperiendum dicendum est, quòd gratia potest dupliciter accipi. Vno modo pro ipsa diuina prouidentia, quæ gratia dicitur, eo quòd omnibus rebus gratis impendit ex sua bonitate, ea quæ ipsis conueniunt, & simul cum diuina prouidentia accipiendo omnia, quæ diuinæ subsunt prouidentiæ, per quæ effi-

Ois causa conuertit suos effectus ĩ suū finem.

Deus simpliciter est summum bonum.

Quid sit cōuertere se ad Deū.

A citur, quod prouisum est: dum tamen illa non sint aliquid manens habitualiter in anima. Alio modo gratia dicitur aliquod donum habituale in anima receptum, quod gratis à Deo confertur. Accipiendo primo modo non est dubium, quòd homo non se possit præparare ad gratiam gratum facientem sine gratia Dei: vt enim ostenditur octauo Physicorum, mutatio voluntatis non potest fieri sine aliquo mouente per modum excitantis: omne autem motum necesse est ab alio moueri, neque differt, quidquid sit illud, quod huius mutationis, vel variationis causam, vel occasionem præbeat voluntatem excitando, siue sit admonitio hominis, siue ægritudo corporis, siue timor ab extra incussus, siue accidens somniorum, siue lectio sacræ scripturæ, siue admonitio angelica, vel

B quidquid aliud sit: quæ omnia constat diuinæ prouidentiæ subiecta esse, & in bonum cōuerti electorum, quia ad illorum bonum Deus illa ordinauit: vnde quidquid illud sit, quod hominem excitauerit ad conuertendum se, vt gratiam gratum facientem accipiat, gratia gratis data dici potest: & ita accipiendo non potest homo se præparare ad gratiam gratum facientem sine gratia gratis data: in quibus etiam accipitur ipse motus liberi arbitrij, quem Deus in nobis facit pulsando nos, quo ad gratiam gratum faciētem præparamur: & ista pulsatio communius accidit, quàm cœtera excitantia voluntatem. Vnde rarò, & fortassis nunquam sine pulsatione ista pręparatur ho-

C mo ad gratiam gratum facientem. Accipiendo secundo modo gratiam pro aliquo dono habituali infuso animæ nostræ, est duplex opinio. Aliqui dicunt, quòd nullus potest se præparare ad gratiam gratum facientem, nisi per aliquod donum infusum animæ, habitualiter manens in ea, quod nō est gratia gratum faciens, sed est lumen diuinum menti infusum, & illud est gratia gratis data. Sed dicendum, quòd non stat ista positio. Primò, quia motiuum istorum est, eo quòd dispositionem, & formam volunt habere similitudinem quandam proportionis, & quia gratia gratum faciens, quam vt formam quærimus, est aliquid totaliter diuinum, & excedens naturam, volunt quòd dispositio immediata ad illam sit aliquid super-

D naturale: & ita ponunt illud lumen menti infusum à Deo, quod est aliquid diuinum, & supernaturale: licèt non sit gratia gratum faciens, quia per illud non est homo gratus Deo. Hoc tamen non est conueniens motiuum, quia præparatio non est ad gratiam non oportet, quòd fiat per actus, qui sint æquandi ipsi gratiæ æqualitate proportionis, sicut meritum æquatur præmio, non æqualitate quantitatis, sed ęqualitate proportionis. Vnde non est ibi ęqualitas quantitatis pręparationis ad ipsam, ad quam pręparamur, neque etiam ęqualitas proportionis. Et ratio diuersitatis est, quia meritum dicit commensurationem quandam, & facit rem debitam esse: & ideo inter meritum & pręmium oportet quòd sit aliqua ęqualitas, & erit

E proportionis: pręparatio autem ad aliquid non facit rem illam esse nobis debitam, ad quam pręparamur: ideo non oportet, quòd sit aliqua commēsuratio pręparationis, & gratię ad quam pręparamur etiam proportionis, sicut in releuatione pœnarum defunctorū, quę fit per suffragia. Aliud est.n. ꝙ quis meruerit releuari à pęna, & aliud ꝙ sit aptus, vel capax releuationis. Est enim capax releuationis pęnę, & suffragiorum quicunq; in charitate decesserit: & tñ non ob hoc meretur sibi fieri suffragia, vel releuari à pęna: nam si mereretur releuari, & nō releuaretur, fieret sibi in iustitia. Etiam peccarent viuentes, si non facerent suffragia pro quocunque mortuo decedente in charitate, quod falsum est. Ergo ille est capax suffragiorum, & rele-

Aduerte q̃ & quot sūt illa, q̃ excitant hoĩes ad bonū, quæ gratię gratis datæ dici possunt.

uationis pœnarum: & tamen non meretur releuari à pœnis, vel fieri pro eo suffragia. Etiam patet, ꝙ inter aptitudinem, & capacitatem non est aliqua æqualitas, vel commensuratio, sicut inter præmium, & meritũ. Nam per actum bonum factum in charitate meretur homo certum gradum gloriæ, & non maiorem, quia aliàs essent omnes æquales in vita æterna: & tameu ꝑ quantumcumque gradum paruum charitatis, in quo quis moriatur, est capax omnium suffragiorum, quæ tota Ecclesia, siue totus mundus facere potest: & non est magis capax ille, qui in maiori gradu charitatis est: & ideo nulla commensuratio saltem proportionis inuenitur inter capacitatẽ, siue aptitudinem, & id quod recipitur. Ita de præparatione ad gratiam, quia præparatio non est mereri gratiã, sed esse capacem, vt illã suscipiat, non requiritur æqualitas proportionis inter præparationem, & gratiam recipiendam: & ita non requiritur, ꝙ actus, quibus homo se ad gratiã recipiendam pręparat, sint excedẽtes naturam, sicut gratia naturam excedit. Sicut enim natura humana se habet in potẽtia naturali ad gratiam: ita actus virtutum naturalium se habent, vt dispositiones materiales ad ipsam: vnde non exigitur ad hoc, ꝙ homo se pręparet ad gratiam, aliquod lumen pręcedẽs habituale infusum animæ à Deo, quod sit supernaturale, & diuinũ, sicut gratia gratum faciens. Secundò, quia hoc obstante abiretur in infinitum. Nam licèt illud lumen non sit gratia gratum faciens: est tñ gratis datũ, & gratiæ gratis datæ manentes habitualiter nõ dantur alicui, nisi ad illas se præparet: aliàs omnibus darentur gratiæ gratis datę: quod falsum est. Et hoc nisi fortè accipiatur illud lumen pro naturali lumine rationis, & tunc verum est, quòd illud facit ad pręparationem ad gratiam: & tñ illud nõ est de nouo infusum, neque est supernaturale, sed est naturale: & ideo non pertinet ad bona gratuita, nisi accipiendo large gratuitum, quia datum est sine debito: nam tunc etiam bona naturalia vocantur gratuita, quia Deus illa nobis dedit, cùm non esset nobis alicuius rei debitor. Accipiendo autem lumen non pro lumine naturali, sed pro lumine infuso gratuito, indigebimus præparatione ad illud lumen. Et tunc manet dubium de ista secunda præparatione, an possit homo eam per seipsum, vel nòn: si non põt erit abire in infinitum, quod est inconueniens, vel erit deuenire ad aliquam gratiã, ad quam possit homo seipsum disponere: & tamen non erit causa efficacior, quare potius ad vnam gratiam, quàm ad aliam se possit homo præparare: ideo standum erit in prima, scilicet, ꝙ non indigeamus aliqua gratia, vel dono habituali infuso ad hoc, quòd disponamur ad gratiam.

D. Tho. 1. 2. qu. 109. ar. 6 i eor. Sotus de Nat. & gra. lib. 2. c 3.

Alia ergo positio est, & ista est vera. s. ꝙ ad habendũ gratiam gratum facientem potest homo se disponere per actũ liberi arbitrij sine aliquo munere gratiæ gratis datæ habitualiter manentis: nam faciendo qđ in se est consequitur homo statim gratiam à Deo, sed hoc solùm in nobis constitutum est in potestate liberi arbitrij: ideo per solum actum liberi arbitrij homo disponit seipsum ad gratiam: sed necesse est, quòd moueatur liberum arbitrium à Deo, siue interius pulsando, siue alio modo, vt supra dictum est. Et ita non potest se quisquam præparare ad gratiam sine gratiæ diuinæ auxilio: & tamen illa gratia non est habitualiter, sed solùm pulsatio, qua cor nostrum, vel liberum arbitrium mouetur à Deo ad bonum volendũ, ita sufficienter disponimur ad gratiam gratum facientem.

Ad primum dicendũ, quòd aliud potest esse de via aliud de directione gressuũ: nam via est ipse progress[9] proficiendo in statu spirituali, vt perueniatur ad beatitudinem, & iste progressus non est nisi per actus meritorios, qui esse non possunt, nisi ab existẽte in gratia,

F & charitate, & quia gratiam non habet quis à seipso, sed à Deo, est verum, quòd via hominis non est in potestate eius, totaliter accipiendo esse in potestate, idest, quòd per se possit, & non indigeat actu alterius: directio gressuum est præparatio ad gratiam suscipiendã: & ista magis est in potestate hominis, quàm via: & tñ non est totaliter in potestate hominis: quia licèt fiat præparatio per actum liberi arbitrij, qui est in potestate nostra: tamen non mouetur liberum arbitrium ad bonum, nisi pulsatum à Deo per aliquem de modis suprapositis: ideo verum est, ꝙ non est hominis, idest, totaliter ab homine dirigere gressus. i. parare se ad gratiam recipiendum, cùm principium sit à Deo: non tñ dando homini aliquam gratiam habitualem, quam G communius gratiam vocamus: & ita ad gratiam non præparamur per gratiam.

Liberum arbitrium hominis non mouetur ad bonum, nisi pulsatum à Deo.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ non potest homo se ad gratiam præparare, neq; aliud bonum facere sine Dei auxilio: & ideo rogandus est, vt nos ad se conuertat, & etiam alios: non tamen oportet, ꝙ illud auxilium semper sit per aliquem habitum infusum immanentem animæ, sed potest esse ꝑ multa, quæ exterius sunt occasio salutis excitando voluntatem ad bonum, & etiam per interiorem pulsationem voluntatis nostræ à Deo, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd in Pauli conuersione non fuit data aliqua gratia gratis data habitualis, qua præpararetur Pautus ad gratiam gratum facientem, H sed fuit quædam claritas, quæ circumfulsit Paulum, & fuit corporalis, quæ ipsum terrore concussit, & excitauit voluntatem illius ad cõuersionem: & ideo reducitur istud ad modos supra positos, quo aliquis ab extrinseco mouetur, vt ad gratiam se præparet: quia exteriora, & si voluntatem non tangant, sunt nata excitare illam, & ista lux circumfulgens excitauit voluntatem Pauli per modum excessiui terroris, vnde ad terram deiectus est pauens, & ad manus deductus est in Damascum perdito visu, & cùm esset in stuporem mentis effectus, excitatus fuit sufficienter, vt gratiam vellet, & ad Deum accedere, quod erat ad gratiam se præparare, & cùm hoc voluit, statim gratiam consecutus est: & tamen sicut fuit exterius lumen non fuit I aliquod lumen habituale infusum menti, per quod disponeretur, sed exterior lux per modum terroris fuit causa sufficiens motiua ad præparationem eius: vnde non dicitur, ꝙ fulsit in eo lumen, sed ꝙ circumfulsit eum, quasi exterius, & in circuitu hoc esset, interius verò nihil infunderetur: ita & in alijs, qui conuertuntur, & ad gratiam præparantur, non infunditur aliquod donum habituale, sed per exteriora mouentia, aut per interiorem Dei pulsationem mouentur.

Ad quartum dicendum, ꝙ ẽt ad fidem habendam se potest quis præparare sine gratia, ita ꝙ non oportet præcedere gratiam gratum facientem, neq; gratiam gratis datam habitualẽ, sed per naturalẽ rationẽ simul cũ pulsatione Dei interiori poterit se sufficiẽter dispo-K nere quis ad fidẽ: vnde siquis sit apud barbaras nationes natus, qui de fidei veritate, nihil audierit, si faciat quantum est in se, Deus sibi reuelabit id, quod ei ad salutem necessarium est: & hoc, vel inspirando, vel angelum ei mittendo, vel magistrum docentem præparando, vel vtrumque simul, sicut apparet de Cornelio, qui orationes, & eleemosynas faciebat, vt ei Deus ostenderet viam veritatis, & misit Deus angelum ad eum, qui dixit, vt iret ad Petrum, qui diceret ei omnia, quæ facere oportebat. Actu. 10. cap. & ille eum baptizauit, & in fide docuit. Vnde non oportet, quòd habitus fidei præcedat ad gratiam, & ad fidem præcedat alia præparatio, sed fides cum gratia gratum faciente simul infundentur, quia ambo habitualiter manent,

&

&ambo à Deo sunt: si autem fides ad gratiam precederet, verum esset, quòd aliquid habituale præcederet ad gratiam, per quod ad illam homo disponeretur, sed non præcedit: imò ambæ simul infunduntur: & eadem dispositio est ad ambas, quæ est conatus liberi arbitrij cum exterioribus motiuis, vt dictum est. Verum est tamen, quòd habita semel fide potest illa manere perdita gratia, & disponetur homo ad gratiam partim per fidem, quæ manet, & partim per alia motiua supra dicta.

Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis per timorem seruilem charitas inducatur, & tunc timor ille sit quędam præparatio ad charitatem: tamen non est necessarium, quòd quandocunque inducenda est charitas, præcedat timor seruilis, quia timor seruilis cũ peccato mortali est semper: multi tamen assequuntur charitatem, qui nunquam commiserunt peccatum mortale: ideo non oportet dari aliquid habituale, quod præcedat charitatem, tanquam dispositio.

Ad sextum dicẽdum, quòd nemo potest venire ad Deum, nisi trahat eum Deus, & istud trahere est præparatio quædam: & tamen non est aliquod habituale donum infusum, sed motio, vel excitatio quædam voluntatis ab extra facta, quæ fit interdum per res exteriores, interdum per interiorem Dei pulsationem: quidquid autem fiat, semper dicitur Deus trahere hominem, quia isti modi, & omnia, quæ sunt subsunt diuinæ prouidentiæ, & ordinata sunt à Deo ad salutem electorum: & ita verũ est, ꝙ omnis pręparatio ad gratiam est quędam attractio facta à Deo.

Argumenta in contrarium probant, quòd possit homo per seipsum solum se præparare ad gratiam, quod falsum est. Ideo dicendum ad primum, quòd cùm dicitur, conuertimini ad me, significatur pręparatio ad gratiam, & cùm dicitur, & ego conuertar ad vos, significatur infusio gratię: & quia primum est per actum liberi arbitrij, ponitur actus ex parte hominis. s. cõuertimini ad me: secundum verò est ex parte Dei, quia ipse solus infundit gratiam: ideo ponitur verbum in persona Dei. s. & ego ꝯuertar ad vos: & tamen non ideo sequitur, ꝙ homo per seipsum solũ possit se pręparare, quia indiget auxilio Dei per se mouentis, vel ꝑ exteriora, sed quia illud non est aliquid quod nobis infundat habitualiter, sed magis se tenet ex parte actus nostri, dicitur, conuertimini ad me.

Ad secundum dicendum, quòd verũ est: Quòd si homo vellet gratiam, ꝙ eam haberet, non quidem ꝙ ipse sibipsi possit eam dare, sed ꝙ in potestate sua est se disponere ad eam, & statim, vt se disposuerit, dabitur ei: & ideo ita imputatur homini, quando non habet gratiam quasi si eam habere nollet: & tamen ad se pręparandum ad illam, auxilio Dei indiget, sed quia illud auxilium omnibꝰ datur, & omni tempore, nemo est in cuius potestate non sit gratiam habere, vel ad gratiam se disponere.

Homo nihil facit, nisi à Deo motus.

Ad tertium dicendum, ꝙ cũ homo facit quod in se est, Deus dat ei gratiam: & tamen homo nihil facit, nisi motus à Deo, iuxta illud Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Et ideo dicimus, ꝙ in potestate hominis est facere quod in se est, quia p̄supponimus eum moueri à Deo: quia tamen iste motus est communis, ꝗa omnes mouet, & semper est quasi in nobis, & à nobis esset facere quod vellemus, parando nos ad gratiam, & tamen aliquo modo est à Deo: & ita est de conuersione ad Deum, quia ad hoc, quòd Deus conuertat se ad hominem, vt dicitur Zacharię primo, oportet, ꝙ homo se conuertat ad Deum, & tamẽ homo nunquã se conuerteret ad Deum, nisi Deus illum ad se cõuerteret, iuxta illud Hiere. 31. Conuerte me, & conuertar ad te: ꝗa tu es Deus meus. & Thren. vlt. dicitur: Conuerte nos Deus, & conuertemur.

Ad quartum dicendum, ꝙ argumentum procedit de gratia habituali. s. ꝙ non exigitur gratia gratum faciens ad pręparandum se ad gratiam habitualem gratum facientem recipiendam, neque etiam requiritur gratia gratis data habitualis, quia tũc procederetur in infinitum: secus autem accipiendo gratiam pro gratuita motione volũtatis à Deo facta: si autem ad gratiam gratum facientem requireretur gratia aliqua habitualis pręcedens, per quam esset pręparatio, eadem ratione ad illam esset alia pręparatio, quia gratia habitualis est forma, & omnis forma requirit susceptibile dispositum: pręparatio autem ad gratiam prout se tenet ex parte Dei, non est forma aliqua, sed motio, quę non manet in anima, ideo non pręexigit aliquam dispositionem, & hoc pręcipuè, quia à Deo mouetur. Nam si moueretur ab alio motore, pręsupponeret fortassis motionem aliquã alterius motoris: sed Deus est primum mouens, ideo motio illius non pręexigit aliam motionem, neque aliquam dispositionem in remota: & ita non est abire in infinitum, scilicet, quòd gratia gratum faciens, quę à Deo datur, quia est forma, vel habitus pręexigit dispositionem, vel pręparationem: & ista pręparatio est per Dei pulsationem: ista autem pręparatio non indiget alia pręparatione, quia nõ est forma, sed motio, & est à primo motore.

Ad quintum dicendum, quòd hominis est pręparare animum, quia hoc fit per actum liberi arbitrij, qui est in potestate nostra: & tamen non mouetur liberum arbitrium pręparãdo se ad gratiam, nisi à Deo motum, iuxta illud, nisi pater meus traxerit eum: ideo etiam pręparatio non fit totaliter sine Dei auxilio.

An ille, qui iam consecutus est gratiam possit per seipsum vitare peccatum sine alio auxilio gratiæ, & operari bonum. Quæst. CLXXXII.

QVAERETVR, an ille, qui iam consecutus est gratiam possit per seipsum, idest, per sua naturalia, & per bonum habitum gratię, quem recepit operari bonum, & vitare peccatum sine alio auxilio gratię. Aliqui dicunt, quòd sic, quia vnumquodque, aut est frustra, aut est imperfectum, aut implet illud, ad quod est, & datur: sed gratia ad hoc data est, vt possimus per eam bonum agere, & vitare peccatum: si ergo homo per gratiam non posset hoc sine alio auxilio gratię, videtur, ꝙ gratia esset frustra ei data, vel esset aliquid imperfectum, quorum vtrumque falsum est. Secundò, quia per gratiam habitat in nobis Spiritus Sanctus, iuxta illud. 1. Corin. 3. Nescitis, ꝙ templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Sed Spiritus Sanctus, cùm sit omnipotens, sufficiens est, vt nos inducat ad bene operandum, & vt à peccato custodiat: ergo qui consecutus est gratiam, per eã poterit vtrũq; facere sine alio auxilio gratię. Tertiò, quia si habens gratiam gratum facientem adhuc egeret auxilio gratię ad bonum agendum, & ad vitandum peccatum: eadem ratione, si illud auxilium consecuturus est, indigebat alio auxilio gratię: & ita ibitur in infinitum, quod est inconueniens: ergo qui est in gratia, non indiget aliquo auxilio gratię ad bene agendum, & vitandum peccatum.

Dicendum, ꝙ habens gratiam adhuc indiget auxilio gratiæ ad bonum agendum, & vitandum peccatũ. Dicit enim Aug. lib. de Natura, & gratia. ꝙ sicut oculus corporis plenissimè sanus, nisi candore lucis adiutus, non potest cernere: sic & homo perfectissimè et iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere, sed iustificatio fit per gratiam, iuxta illud ad Roma. 5. cap. Iustificati gratis per

gratiam ipsius: ergo homo etiam iam habens gratiā indiget auxilio gratiæ ad hoc, ꝙ rectè viuat. Ad quod sciendum, ꝙ homo ad rectè viuendum duplici auxilio indiget Dei. Vno quidē modo quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta sanatur: & etiam sanata eleuetur ad operādum opera meritoria vitæ æternæ, quæ excedunt proportionem naturæ. Alio modo indiget auxilio gratiæ, vt à Deo moueatur ad agendum ipsum quod bonū est, & conueniens: & ista differunt inter se: quia aliud est moueri realiter ad aliquid operandum, aliud verò est dispositum esse ad operādum aliquid, licèt ad illud operandum nondum moueatur: vtrumq; autem necessarium est homini. Per peccatum enim natura humana corrupta est, & ideo non solùm non agit illud, quod est conueniens ei respectu finis sui: sed etiā non est disposita ad agendum illa, sed potius ad opposita: sicut æger non solùm non exercet opera sani, sed etiā nō est dispositus ad illa, sed magis ad opposita propter turbationem, & debilitationem virtutis. Aliquis autem est, qui dispositus est, & tamen nondum operatur illa, sicut qui sapiens est, & non exercet opera sapientis: si enim homo mansisset in statu naturæ conditæ, natura non perdidisset virtutem suam, neque debilitata fuisset, & ita esset disposita ad faciendum id, quod ei conueniens esset, licèt nondum moueretur ad illa agenda, nisi ab alio moueretur: in statu autem naturę lapsæ natura corruit à sua perfectione, & integritate: & ideo secundùm eam iam non est homo aptus ad faciendum id, quod est sibi conueniens secundùm naturam suam: duobus ergo indiget nunc homo, scilicet, auxilio habituali, vt sanetur, & auxilio non habituali, vt iam sanatus moueatur. Primum est auxilium habituale, & istud est virtutum moralium, & theologicarum, quia per istas determinatur homo ad volendū bonum, & agendum quod secundùm naturam ei cōuenit: ad quod tamen natura corrupta, vel non inclinabatur iam, vel cum difficultate ad illud tendit. Et tamen inter bona cōuenientia homini quædam sunt, quæ non excedunt proportionem naturæ, & alia, quæ proportionem excedunt. Pro primis bonis sunt necessariæ virtutes morales, vt homo inclinetur faciliter in illa, vel non impediatur circa illa per contrarias inclinationes: & istud adiutorium non erat necessarium in statu naturæ integræ: quia tunc non erat in homine aliqua inclinatio contraria actibus conueniētibus ei secundùm naturam, quia illud est naturam esse corruptam: & tamen indigebat isto auxilio ad promptè, & delectabiliter agendum, quæ sunt conditiones habituati hominis. 2. Ethic. Vnde in statu naturæ conditæ, vel integræ etiam si illa esset inclinatio in nobis cōtraria actibus virtutum, nō exercere poterat promptè, & delectabiliter actus illos, sed inexpeditè, & non delectabiliter. Alia sunt, quæ excedunt proportionem naturæ nostræ, inquantum finis vltimus, ad quem naturali desiderio inclinamur, non potest sola naturali potestate haberi, sed indiget diuino auxilio: & ideo ad habendum illud requiruntur in nobis operationes excedentes proportionem naturæ, idest, quòd principium earum sit non naturale, sed diuinum: & ad hoc tam in statu naturæ integræ, quàm lapsæ indigemus auxilio gratiæ, & istud est etiam auxilium habituale. s. gratia gratum faciens, & charitas, per quam eleuatur homo ad actus, qui sunt vltra proportionem naturæ nostræ, & sunt meritorij vitæ æternæ, quam naturaliter nemo potest mereri, neque acquirere: & ideo dicebatur supra, quòd auxilium habituale est ad hoc, ꝙ sanetur natura, & ad hoc, quòd eleuetur. Sanatur quidem quantum ad ea, in quibus per corruptionem corruerat à sua perfectione, & integritate: eleuatur

Homo ad rectè viuē dum duplici Dei auxilio indiget.

Primū auxiliū quo indiget homo ad rectè operādum.

F autem quantum ad illa, in quibus minor est naturaliter, quàm illa bona, quibus indiget, scilicet, quia illa sunt vltra proportionem naturæ. Aliud autem est auxilium non habituale, quod est solùm ad mouendum hominem iam sanatum, & eleuatum, vt agat secundùm quòd iam dispositus est per habitus sanātes eum, sicut si quis moueat sapientem ad sapiēter loqui, vel agere. Aliquid est enim aliud, per quod sapiens redditur. s. habitus sapientiæ, & aliud per quod ad loquendum sapiēter mouetur. s. impulsus, vel excitatio exterior facta ab aliquo, quę non est aliquid habituale manens in eo. Ita & homo sanatus per habitum, & eleuatus ad bene agendum, & sufficienter ad hoc determinatus, & dispositus eget motiuo excitante ad a-
G gendum illa bona, ad quæ est dispositus, cùm nō semper homo agat iuxta id, quod dispositus est, & istud auxilium est gratiæ. i. gratuito factum. Non est tamen habituale, sed actuale, quo aliquid extra excitatur homo ad bonum, siue excitetur per creaturas, siue ꝑ Dei pulsationem interiorem, vt declaratum est præced. q. Istud autem auxilium est homini semper necessariū tam in statu naturæ integræ, quàm lapsæ, & potissimè in statu naturæ lapsæ. Et hoc propter duo. Primò quidem ratione generali, quia nulla res creata potest exire in quantumcumque paruum actum, nisi virtute motionis diuinæ, inquātum ille est primus motor, & causa vniuersalis: & ista causa competit tam pro statu naturæ conditæ, quàm naturæ lapsæ. Secundò, &
H in speciali propter conditionem naturę humanæ post lapsum, quia licèt per gratiam sanetur quantum ad mentem: remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, per quam seruit legi peccati, vt dicitur ad Rom. 7. Remanet etiam quædam ignorantiæ obscuritas in intellectu, secūdùm quam, vt dicitur ad Rom. 8. quid oremus nescimus. Et hoc propter varios rerum euentus, secundùm quos variatur quod bonum est, & non est semper idem bonum. Etiam, quia nosipsos non perfectè cognoscimus, & non possumus cognoscere quid nobis expediat, iuxta illud sapientiæ. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertę prouidentiæ nostræ: & ideo opus est nobis valde, vt à Deo dirigamur, & protegamur, qui omnia scit, pōt, &
I fecit: & ob hoc non solùm mali, qui volunt esse boni, sed etiam ipsi, qui iā effecti sunt filij Dei, opus habent, vt dicant ea, quæ in oratione dominica continentur. s. Et ne nos inducas in tentationem. Nam ibi patrem vocantes filios se profitentur, cuius filij sumus per adoptionem gratiæ: & tamen, qui patrem eum vocant, dicunt: Et ne nos inducas in tentationem: quod non dicerent, si hoc eis opus non esset: sed hoc pertinet ad euitationem peccatorum, in quæ inducimur ꝑ tentationes: ergo, qui iam gratiam habent habitualiter, indigent adhuc auxilio gratiæ ad bonum agendum, & vitandum peccatum: non quidem, quòd indigeāt alia gratia habituali, quia si prima non sufficit, neque sufficiet secunda, neque tertia: sed indigent auxilio di-
K uinæ motionis excitantis eos ad vitandum peccatum, vel ad bonum agendum: nam gratia habitualis, cùm sit immanens, licèt ex natura sua determinet ad bonū, & habilem faciat hominem: ad hoc tamen non mouet, quia non est actus; & ita manentem in gratia cōtingit nihil agere, sicut dormientem: motus autem ab extra esse debet, & quia ille est gratuitus, idest, ex gratia factus, & per illum adiuuamur ad bonum, quia mouemur ad illud, quod est magna pars boni operis; dicimus, ꝙ ad bene agendum, & peccata euitandum, non sufficit gratia habitualis gratum faciens, sed requiritur auxilium gratiæ alterius, idest, diuinæ pulsationis per se, vel per alias res, vt præcedenti quæstione declaratum est.

Secū[...] auxi[...] quo i[...] get h[...] ad be[...] gend[...]

Ad

Ad primum dicendum, quòd licèt vltra gratiā gratum facientem habitualem indigeamus auxilio gratiæ, non est superuacua, neque imperfecta gratia habitualis: quia donum gratiæ habitualis, non ad hoc datur nobis, vt ipsum habentes non indigeamus vltra diuino auxilio, sed vt per ipsum sanemur, & ad bonum determinemur: nullum siquidem bonum nobis datum a Deo, tantùm aut tale est, quòd postquàm suscepimus in nobis ipsis sufficientes simus ita, ꝙ vltra nō indigeamus conseruatione, quę a Deo est. Indiget. n. quęlibet creatura, vt a Deo cōseruetur in bono, quod accepit ab ipso: & etiam si post acceptam gratiam indigeat homo auxilio diuino, non sequitur, quòd gratia sit superuacua, vel imperfecta. Nam in prima erit gratia consummata, & perfecta: & tamē indigebit homo auxilio diuinę conseruationis. Aliter potest dici, ꝙ verum est, quòd gratia vię, licèt non sit superuacua, imò multum necessaria, non est perfecta, sed aliqualiter imperfecta: non solū respectu gratiæ patriæ, quā habens erit Deo coniunctus: sed etiam quia tunc non sanat in nobis omnem corruptionem: nam licèt per gratiam tollatur omnis inordinatio rationis: tamē nō tollitur corruptio carnis: quia in habentibus gratiam adhuc fomes inclinat ad malum, sed per hoc non soluitur argumentum: quia etiā si esset in nobis hic gratia consummata, adhuc indigeremus auxilio gratiæ, ad nos mouendum, vt supra dictum est. Cùm nullum donum Dei manens in nobis, constituat nos non egētes diuino auxilio & conseruatione.

Ad secundum dicendum, ꝙ per gratiam habitat in nobis Spiritus sanctus. i. habemus donum, quod ab eo est, & ei attribuit̄, & per ipsum gratos nos sibi reddit. & verum est, quòd Spiritus sanctus potest nos sufficienter inducere ad omne bonum, sed illud inducere, non est ipsa gratia habitualis nobis data ab eo, neque aliquis actus gratiæ ipsius: sed aliqua motio, qua Spiritus sanctus simul cum patre, & filio mouet nos ad bonum, vel ad euitādum malum. & ista motio vocatur auxilium gratiæ diuinę: & est, de qua nos dicimus, quod vltra gratiam habitualem indigemus auxilio diuinæ gratiæ.

Ad tertium dicendum, si gratia habitualis, & auxilium gratiæ essent eiusdem generis, habita gratia non indigeremus auxilio gratię. quia tunc iretur in infinitum, si post vnam gratiam habitualem indigeremus alia, vel vnum auxilium gratiæ per aliud quæreretur: & tamen gratia habitualis est forma manēs in nobis, & nos sanans, & determinans ad bonum. Auxilium verò gratię non est aliquid in nobis manens, neque aliquid habituale: sed est pulsatio a Deo facta per se, vel per alias res: ideo post gratiam habitualem, nō est inconueniens, quòd indigeamus auxilio gratię, quod est aliquid extrinsecum.

An homo constitutus in gratia, indigeat auxilio gratię ad perseuerandum in illa. Quęst. CLXXXIII.

D. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 10.

QVAERETVR, an homo constitutus in gratia, indigeat auxilio gratię ad perseuerandum in illa. Differt autem ista quęstio multum a pręcedenti q. quia ibi quęrebatur de operatione, hic autē de perseuerantia, sed perseuerare non est operari: ideo facilius est perseuerare in bono, quàm facere bonū, & ita est alia ratio dubitandi. Aliqui dicunt, ꝙ hō non indiget gratiæ auxilio ad perseuerandum: quia perseuerantia est aliquid minus, quàm virtus: sicut cōtinētia est minus, quàm virtus: quia non est habitus. 7. Ethi. Sed homo nō indiget aliquo auxilio gr̄ę ad habendum virtutes, postquam illas habet, & est iustificatus per gratiā: ergo multominus indiget auxilio gratię ad habēdum A perseuerantiam. Secundò, quia omnes virtutes infunduntur nobis simul cum gratia, sed perseuerantia ponitur esse quędam virtus, ergo infusis alijs cum gratia infundetur etiam & perseuerantia: ergo quandiu gratia manserit cum alijs virtutibus non indigebimus auxilio gratiæ. Tertiò, quia per donum Christi plus restitutum est homini, quàm amisit per peccatū actuale, vt dicitur ad Rom. 6. c. sed Adam accepit vnde posset perseuerare, ergo multo magis nobis per gratiam restituitur, vnde perseuerare possum⁹. Habebat enim Adam in statu innocētiæ, vnde posset in illo perseuerare, si voluisset: ergo accepta gratia non indigebimus aliquo auxilio gratiæ ad perseuerandum.

Cap. 2. & lib. de Corract. & gra. ca. 12.

Dicendum, quòd accepta gratia, adhuc egemus aliquo B auxilio diuinæ gratię ad perseuerādum in gratia, & virtutibus acceptis a Deo. Dicit enim Augu. libro de bono perseueran. Cur perseuerare poscitur a Deo, si non datur a Deo? an & ista irrisoria petitio est, cùm id ab ipso petitur, quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate? Sed perseuerātia petitur etiam ab illis, qui sunt per gratiam sanctificati: quod intelligimus quando dicimus, sanctificetur nomen tuum: vt ibi dicit August. per verba Cypriani, ergo homo etiam in gratia cōstitutus indiget, vt detur ei a Deo perseuerantia, & ita indiget auxilio diuinæ gratiæ ad perseuerandum. Ad quod sciendum, ꝙ perseuerantia tripliciter accipitur. Aliquādo enim significat quendam habitum mentis, per quam ipsa firC miter stat & manet, ne remoueatur ab eo, quod est secundùm virtutem per tristitias, & difficultates irruentes, &c. ita se habet perseuerantia, sicut continentia: nam continentia est, secundùm quam mens se continet in proposito suo, quod est secūdùm virtutem, ita vt ab eo nunquam egrediatur, neque moueatur propter prosequi delectationes: & sic continentia firmat animum circa omnem virtutē, ne pereat actus illius impediente contraria delectatione, perseuerantia autem firmat animum circa omnes virtutes, ne retrahatur a proposito, quod est secundùm virtutes propter fugere tristitias & difficultates, quæ se ingerunt in actibus virtutum. Secundo modo, dicitur perseuerantia habitus quidam, secundùm quem habet homo proD positum perseuerandi in bono, vsq; ad finem, & vtroque istorum modorum perseuerātia infunditur cum gratia, sicut & continentia, & omnes aliæ virtutes, & manet quandiu gratia manet: ideo pro tali perseuerātia non est necessarium auxilium gratiæ post consecutam gratiam, cùm necesse sit, ꝙ existente gratia semp̱ existat perseuerantia istis modis. Tertio modo, accipitur perseuerantia, pro continuatione quadam in bono opere vsque in finē: & differt iste modus a præcedentibns, quia duobus modis præcedentibus perseuerantia est habitus, isto modo nō est habitus, sed est duratio habituum manentium in homine. Et dicēdum, quòd ad habendam istam perseuerantiam ille, qui in gratia constitutus est, non indiget aliqua gratia, vel doE no habituali sed diuino auxilio ipsum dirigente contra tentationem impulsus, mouendo ipsum ad bene agendum, & dirigendo contra tentationes, ne in eas incidat, & peruigilem reddendo, ne inopinatus in tentationes aliquas præcipitetur. Perseuerantia prima, & secunda nō esset necesse, ꝙ petant̄ ab homine a Deo, postquam virtutes habuerit: quia necesse est, ꝙ siquis habuerit virtutes, & gratiam, habeat cum illis perseuerantiam illam, quæ est vnus de habitibus, quo homo firmatur in proposito virtutum, ne recedat ab eo, sed toleraret quęcunque tristia, potius quam recedere velit. Deus enim quando virtutes infundit, omnes simul infundit: & istam ideo cum illis tribuit. Secundā etiam perseuerantiam non oportet petere, siquis ma-

Perseuerātia accipit̄ tripliciter.

Cum De⁹ virtutes infundit omnes simul infundit.

neat

neat iam in virtutibus;quia cum virtutibus datur.Ne-
ceſſe eſt enim, quòd qui virtutes habet, cum illis ha-
beat propoſitum manendi in actu earum, vſque ad fi-
nem vitæ:quia aliàs aliquis haberet virtutem, qui ha-
beret propoſitum non manendi in virtute etiam nul-
la paſſione eum impellente ad contrarium, quod ab-
ſurdum eſt:quia tunc ſine paſſione aliqua,& errore ꝑ
ſolum deſiderium mali deſereret virtutes, qui mane-
ret in illis,quod etiam eſt abſurdum:ideo iſtas duas ꝑ-
ſeuerantias primas, tanquam natura inexiſtentes cui-
libet virtuoſo, quandiu manet virtuoſus, non oportet
petere a Deo,poſtquam habuerimus virtutem.De ter
tia perſeuerantia,quæ non dicit aliquem habitum,ne-
que propoſitum, ſed ſolam durationem in virtute vſ-
que ad finem vitæ, Dicendum,quòd non datur cum
virtutibus:quia nunquam eſt verum, ꝙ homo habeat
eam quouſque fuerit viuus, ꝙ vſque ad finem vitæ in
virtute perſeuerauerit:ſed nemo quamdiu viuit perſe
uerauit in virtute vſque ad finem vitę, cùm adhuc de
vita aliquid ſuperſit,in quo neſcitur,an iſte perſeuera-
bit in virtute: ideo non datur homini, quandiu viuit
perſeuerantia ipſa,neque eſt aliquod donum,quo exi-
ſtente neceſſe ſit perſeuerare vſq; ad finem vitæ; quia
nullum tale eſt,neque eſſe poteſt habitualiter datum
in via,ſed eſt actualis Dei pulſatio & directio,ſecundū
quam ſeruat hominem,ne decipiatur,& ne præcipite
tur in peccata,& ideo quantumcunque ſit aliquis iu-
ſtificatus, adhuc neceſſe habet petere a Deo ſemꝑ per
ſeuerantiam iſtam:& iſtud eſt, quod Chriſtus nos pe-
tere docet,dicens: Et ne nos inducas in tentationem,
ideſt,non permittas nos ſuperari a tentationibus,neq;
incidere in illas, licèt inſurgant: & ita petimus a Deo
quotidianam directionem mentis noſtrę.Nam pecca
tum mortale nunquam committitur,niſi per conſen
ſum:animus autem noſter interdum per errorem,in-
terdum magnitudine æſtimatę delectationis, vel op-
poſitarum triſtitiarum impellitur ad ſequendum id,
quod malum eſt,& in cuius electione conſiſtit pecca-
tum mortale:petimus ergo a Deo, vt cùm iſta,quæ a
nobis tentationes vocantur, quotidie accidant, ſemꝑ
dirigat mentem noſtram taliter, vt nunquam incida-
mus in illa:& ita nunquam cademus a gratia ſemel ſu
ſcepta,quod eſt perſeuerare:multis autem gratia dat̄,
quibus iſta perſeuerantia non conceditur:ſicut quoti-
die videmus iuſtificatos iterum peccare mortaliter,
quod non fieret, ſi efficaciter Deus dirigeret mentes
eorum circa omnes tentationes, non permittēdo eos
ſuperari ab illis:illud ergo,quod nunquam totū ſimul
cōceditur, ſed particulatim per dies,neceſſe eſt, quòd
quotidie petatur, & ita qui in gratia manet,nihil ma-
gis neceſſarium habet petere, quàm ne inducatur in
tentationem.i.vt perſeueret: imò iſtud ſolum eſt ne-
ceſſarium: nam ſi in virtute perſeuerat vſque ad mor-
tem,neceſſe eſt,ꝙ habeat vitam ęternam.Sed dicetur,
cùm habeat homo perſeuerantias duas primas, quæ
ſunt habituales,& illę neceſſario infundantur cum vir
tutibus,& maneant cum illis quandiu ipſę manent,ad
quid eſt neceſſaria alia perſeuerantia: quia per illas po
terit homo manere ſemper in actu virtutis, & ita non
oportebit peti aliam perſeuerantiā. Dicendum,ꝙ illæ
duę perſeuerantię non ſufficiunt,niſi perſeuerātia ter-
tia,quæ eſt duratio in bono opere, vſque ad finem vi-
tę adſit: & quia iſta non ſequitur neceſſariò ex aliqua
illarum duarum, oportet peti perſeuerantiam etiam
exiſtentibus alijs duabus perſeuerantijs, quoniam illæ
non perſeuerant,niſi per iſtam tertiam, ſecūdùm quā
dicitur homo formaliter perſeuerās in bono. Omnes
enim virtutes ex natura ſua habent aptitudinē ad per-
manendum:nam dicitur 1.Ethico.quòd virtutes ſunt
permanētiores diſciplinis:& etiam vt colligit̄.2.Ethi,

Multis datur gratia quibus nō datur perſeuerantia ī bono opere vſque in finē uitæ.

F de conditione cuiuſlibet virtutis ſunt iſta tria, ſcilicet
ſcire,& velle,& impermutabiliter operari:non quidē
ꝙ neceſſe ſit virtutem ſemel exiſtentem in ſubiecto
ſemper manere in eo,ſed quòd quęlibet virtus ex ſeip
ſa ſufficienter eſt determinatiua ſubiecti ad ſemper o-
perandum ſecundùm illam, & nunquam in contra-
rium:& ita diffiniuit iuriſconſultus iuſtitiam, ꝙ iuſti-
tia ſit perpetua, & conſtãns voluntas reddens vnicui-
que, quod ſuum eſt.i.habitus inclinās voluntatem ad
conſtanter, & perpetuò reddendum vnicuique quod
ſuum eſt.Quia autem non maneat quis conſtanter in
voluntate illa reddēdi,& ita de alijs operationibus vir-
tutum,nō prouenit ex defectu habituum virtutis, ſed
ex conditione ſubiecti.i.voluntatis,quæ poteſt abijce-
G re virtutem.virtus enim & gratia naturam perficiunt,
ſed non cogunt:& ideo cùm vertibile ſit liberum arbi
trium,poteſt velle agere ſecundùm virtutem,quā ha-
bet,vel agere contrarium ei, licèt ipſa ex ſe ſufficiēter
determinat hominem ad ſemper bene agendum, &
nunquam ad malum: & tamen nunquam poteſt co-
gere voluntatem ad eligēdum illud bonum, ad quod
virtus inclinat, & determinat: & ſic contingit haben-
tem virtutem agere contra virtutem.De perſeuerātia
autem primo & ſecundo modo non poteſt eſſe pluſ-
quàm de alijs habitibus virtutum: nam cęteri ex ſeip-
ſis permanſiui ſunt:& tamen voluntas poteſt eos abij-
cere eligendo facere contrarium:ita perſeuerātia pri-
mo, & ſecundo modo dantur cum alijs virtutibus ſi-
H mul,quando infunduntur:& per perſeuerantiam pri-
mam firmatur mens, ne remoueatur ab eo, quod eſt
ſecūdùm virtutes propter triſtitias,& difficultates o c-
currentes:& tamē quia voluntas eſt libera,poteſt abij-
cere iſtam firmitatem: cùm non ſit firmatio cogens,
ſed ſolùm determinans. Et ita abijcietur perſeuerātia
ſicut & cęterę virtutes. Secunda quoque perſeueran-
tia dat propoſitum perſeuerandi in bono vſque ad fi-
nem vitæ: & tamen quia illud propoſitum eſt liberi
arbitrij,quod eſt vertibile,poteſt abijcere propoſitum
illud & mutare: & ita peribit ſecunda perſeuerantia:
ideo iſtæ duæ perſeuerātiæ,licèt ex ſeipſis aptę ſint ad
faciendum permanere hominem ſemper in bono:tn̄
quia abijci poſſunt,pereunt interdū,& non ſufficiunt:
I ſed neceſſaria eſt tertia perſeuerantia, quę eſt actualis
duratio in bonis vſque ad mortem,quæ non prouenit
neque prouenire poteſt ex aliquo habitu dato nobis
hic:quia quilibet habitus manet in nobis hic ſecundū
conditionem ſubiecti:& tamen conditio ſubiecti hic
eſt eſſe vertibile: ideo ſemper poſſet verti ad cōtrariū,
& abijcere habitum,& illius inclinationem:ideo non
poteſt prouenire perſeuerātia iſta,niſi ex exteriori mo
tiuo per actualem motionem.ſ.ꝙ quando fuerit mēs
noſtra ad hunc articulum deducta,vt ad hoc,vel ad il-
lud verti debeat,illud agens moueat eam ad id, quod
bonum eſt: ſed nemo eſt, ad quem pertineat conuer-
tere hominem ad ſe,niſi ad Deum,vt oſtenſum eſt p̄-
cedenti quęſtione, ideo ab ipſo petenda eſt perſeuerā-
K tia:quam ille hoc modo dare poteſt nobis.ſ. ꝙ quādo
cunque tentatio aliqua inciderit,per quam mens no-
ſtra ad malum ellci, & flecti poſſit ſiue mora deſide-
rio fruendi delectationibus, ſiue fugiēdi triſtitias De⁹
actualiter pulſet mentem noſtram interius inclinādo
illam,vel excitando ad id,quod bonum eſt, vel offerē
do aliqua exteriora,per quę excitetur voluntas ad eli-
gendum id,quod bonum eſt, vt dicebatur pręcedenti
quæſtione,& hoc eſt liberari nos a tentationibus, a q-
bus ut nos liberemur a Deo ipſe Chriſtus iuſſit ſemꝑ
orari Deus a nobis: ideo ipſius eſt perſeuerantiam lar-
giri,& a tentationibus omnibus liberare.

Ad primum dicendum, ꝙ nō eget quis auxilio gra-
tiæ ad hoc, ꝙ virtutes habeat, prout habere dicit eſſe
infor-

informatum illis: secus vt dicit possidere illas per temporis durationem, quod est perseuerantia: ita ad habendum perseuerantiam, primo & secundo modo, quæ ponuntur habitus, vel dispositiones quedam, & infunduntur simul cum gratia, & alijs virtutibus, non indiget auxilio gratiæ, qui in gratia constitutus est: secus autem accipiendo perseuerātiam tertio modo, prout est actualis continuatio in bono: quia illa non infunditur cum virtutibus, neq; datur aliquo tempore simul, sed quotidie datur per partes, secundùm ꝙ a tentationibus quotidie liberamur, ne incidamus in peccatū, & non perdamus gratiam semel acceptam.

Ad secundum dicendum, ꝙ verum est de perseuerantia primo, & secundo modo: quia illę non ponuntur, vt habitus vel dispositiones, sed vt sunt a Deo habitus sunt, & infundūtur cum alijs virtutibus: sed perseuerantia tertia non potest infundi cum alijs virtutibus: quia non est habitus, sed datur partim per successiones, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit August. in libro de Natura & gratia, homo in primo statu accepit donum, per quod perseuerare posset: non accepit autem, quòd perseueraret: nunc verò per Christi gratiam recipiunt homines donum, per quod perseuerare possunt, & istud est gratia habitualis, & virtutes infusæ. accipiunt etiam multi, quòd perseuerent, & ita nō solùm est maius donum Christi, quàm delictum Adæ, sed etiam est maius quàm donum datum Adę. Nam ei non datum fuit ꝙ perseueraret, cùm actualiter non perseuerauerit: hoc tamen differt, quia per illud donum, quod tunc habebat Adam facilius poterat perseuerare, quàm nunc homo per donum gratię, quod à Christo accipit, licèt maius sit istud donum, q̄ illud, eo quòd tunc illa rebellio erat in carne humana ad spiritum, secundùm quam impelleretur homo ad cadendum in peccatum, & perdēdum donum, quod habebat: nunc verò magna rebellio est, eo quòd reparatio facta per Christum, licèt sit inchoata quātum ad mentem, non est tamen consummata quantū ad carnem, quę consummabitur in patria, vbi homo non solùm perseuerare poterit, sed etiam peccare non poterit: & ita cùm Adam nō receperit ꝙ perseueraret, sed vnde perseuerare posset, & ita etiam per gratiā nunc homines recipiant, vnde perseuerare possint, non fuit maius donum Adę, licèt non perseuerent nunc omnes, qui gratiam accipiunt.

Homines in statu naturæ lapsæ per Christi gratiam recipiunt donum per quod perseuerare possunt in bono.

An homo possit per seipsum sine gratia mereri vitam æternam. Quęstio CLXXXIIII.

QVAERETVR, an homo possit per seipsum sine gratia mereri vitam ęternam. Aliqui dicunt ꝙ sic: quia supra in litera dicitur, si vis ingredi ad uitā, serua mandata: & ita in voluntate hominis positum est ingredi ad vitam, sed id, quod in nostra voluntate constitutum, est per nosipsos possumus: ergo homo per seipsum poterit mereri vitam æternam. Secundò, quia vita ęterna est pręmium vel merces, quę redditur hominibus a Deo, iuxta illud supra quinto capitulo, merces vestra copiosa est in cęlis, sed merces, vel præmium redditur homini a Deo secundùm opera eius, iuxta illud Psalmi 61. tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Cum ergo homo sit dominus operum suorū, videtur quòd in potestate eius constitutum sit ingredi ad vitam, & ita per se merebitur vitam æternam. Tertiò, quia vita æterna est ultimus finis humanę vitę sed quælibet res naturalis per sua naturalia potest cōsequi finem suum, ergo a fortiori homo, qui est altioris naturæ, per sua naturalia poterit consequi finem suum, & ita poterit habere vitam æternam sine grā.

A Dicendum, quòd non potest homo per sua naturalia mereri vitam ęternam. Sic dicitur ad Roma. 6. Gratia Dei vita æterna. Vbi dicit Glo. hoc dictum esse, vt intelligamus Deum nos ad vitam ęternam pro sua miseratione perducere. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd actus perducentes ad finem debent esse proportionati fini: nullus autem actus excedit proportionem sui principij actiui, & ita in naturalibus videmus, quòd nulla res potest per suam operationem perficere effectum, qui excedit virtutem suam actiuā, sed solùm potest producere effectum proportionatū suę virtuti: vita autem æterna est finis excedēs proportionem naturę: & ideo homo per sua naturalia nō potest producere opera meritoria ꝓportionata vitæ ęternę: sed ad hoc exigitur altior virtus, quę est virtus gratię, quę excedit naturam: quia illam non habet homo a se, neque habere potest, sed oportet quòd a Deo accipiat. Et ita sine gratia non potest homo mereri vitā ęternam, sed solùm potest facere opera perducentia ad aliquod bonum homini connaturale, sicut colere agrum, bibere, mādu care, habere amicum, & similia, vt dicit Augu. contra Pelagianos.

B

Ad primum dicendum, ꝙ homo non potest facere opera meritoria vitę ęternę sine gratia: quia tamē habere gratiam est in potestate hominis, inquantum faciēdo id, quod in se est, statim Deus dabit ei gratiam, dr̄ ꝙ ingredi ad vitam est in voluntate eius cōstitutū.

Ad secundum dicendū, ꝙ vita ęterna datur, vt merces operibus nostris, sed non nisi operibus meritorijs, quę sunt facta in gratia, quæ sunt nostra inquantum sunt a nobis facta, sed non sunt nostra quantum ad id, per quod sunt meritoria. i. quantum ad gratiam: ideo licèt per opera nostra mereamur vitam æternā, non sequitur, ꝙ possimus per nos ipsos sine gratia Dei mereri vitam æternam.

C

Ad tertium dicendum, quòd argumentum procedat de fine, quæ est connaturalis rei. Natura autē humana habet finem aliquem, ad quem possit peruenire viribus naturæ suæ, sed inquantum ipsa est excellentior cęteris naturis habet, quòd possit auxilio gratiæ perduci ad altiorem finem, quàm ipsa viribus proprijs possit attingere: cæterę autem res non possunt per exterius auxilium perduci ad aliquem finem excellentiorem, quam ipsę naturaliter possint habere viribus suis, & in hoc non est homo minoris perfectionis quā cæterę res, sed potius maioris: quia si cęterę res haberent finem, ad quē proprijs viribus possent peruenire, homo autē nullum finem haberet, ad quem per sua naturalia posset peruenire, esset inconueniens: sed falsum est, quia aliquod bonū cōnaturale est homini ad quod homo ex operatione propria potest peruenire, vt supra dicebatur. Et supra illud est amplioris perfectionis natura humana, quæ virtute agentis exterioris potest eleuari ad finem aliquem excellentiorem, ad quem non potest peruenire viribus suis: & ita maior est sua capacitas, quàm sua actiuitas. Cęterę res propter suam imperfectionem non sunt capaces alicuius vlterioris boni quàm eius, quod per vires proprias habere possunt. Sic dicit Aristoteles secundo de cęlo & mundo, quòd ille est melius dispositus ad sanitatem, qui aliquibus auxilijs medicinę potest acquirere sanitatem, q̄ qui non potest per medicinā illā acquirere.

Ad tertiā rationem. Natura humana est excellentior cęteris naturis.

D

E

Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius Luc. 22. c.

hominis

hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duo-
Mar. 10.d. Luc. 18.e. decim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.
Mar. 10.d. Luc. 13.f. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Tunc respondens Petrus. Hic ostenditur paupertatis voluntariæ premium. & dicitur. *Tunc.* s. postquã Christus dixit de iuuene diuite, qui tristis abierat: & ꝙ diuites difficile intrant in regnum cęlorum. *Respondens Petrus.* Magis est quærere, quàm respondere, cùm petat: quid ergo erit nobis? Sed dicit respondens. i. adijciens verbum ad verba Christi, qui iam locutus fuerat. *Ecce nos.* Nomine omnium apostolorum loquebatur. *Reliquimus omnia.* Scilicet oĩa, quę possidebamus. *Et secuti sumus te.* Ad hoc reliquerant, vt sequerentur: quia nihil proderat relinquere nisi Christum sequerentur. *Quid ergo erit nobis?* Idest, quid habebimus boni propter hoc magnum bonum quod egimus. *Iesus autem dixit illis.* Idest, omnibus apostolis, sed solus Petrus quæsiuit: quia nomine omnium quærebat. *Amen dico vobis.* Idest certè, vel ĩ veritate dico. *Quia vos qui secuti estis me.* Idest, qui nunc sequimini, & vsque nunc secuti estis. *In regeneratione.* Non est determinatum huius verbi secuti estis, sed illius sedebitis: Nam in regeneratione nemo Christum sequitur: sed in regeneratione sedetur super sedes. Vocatur autem regeneratio resurrectio. Et vocatur largè regeneratio: quia sicut per generationem accipit homo esse: ita & per resurrectionem accipit esse: quia homo resolutus fuerat, & accipit esse: & ita vocatur baptismus renasci. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Vel regeneratio eo quod in baptismo accipit homo esse spirituale: & tamẽ largè vocatur regeneratio ipsa resurrectio: quia generatio dicit accipere esse de nouo: ita & regenerari est de nouo accipere esse. Et propter hoc quãdo homo de nouo accipit esse naturale, dicitur generari: qa ante hoc esse naturale non habebat homo esse humanum. Cùm autem baptizatur quis, dicitur regenerari vel renasci: eo ꝙ de nouo accipit esse spirituale. Siquis verò perdat esse totum spirituale, vt si perdat fidem & charitatem, & post ea recuperet: licèt detur sibi esse spirituale, quod non habebat: tñ nõ dicitur renasci vel regenerari: quia non accipit de nouo, cùm iterũ habuisset: ita quãtum ad esse naturale, cùm quis primò illud accipit dicitur generari. Cùm autem perditum esse recuperat per resurrectionem, cùm nõ accipiatur ibi de nouo, non dicetur propriè renasci, vel regenerari: sed largè vocatur hic regeneratio. *Cùm sederit filius hominis.* Idest ego, qui sum filius hominis. De se enim quasi de altero loquitur. *In sede maiestatis suę.* De tempore resurrectionis intelligitur. Nã tunc sedebit Christus in sede maiestatis suæ. i. in qua maiestatem ostendet: quia ad iudicandum veniet in nubibus cęli in potestate magna, & maiestate infra 24. c. *Sedebitis & uos.* Idest, nõ solùm ipse sedebit in sede maiestatis suę: sed etiam vos sedebitis cum illo partẽ huius honoris accipientes. *Super sedes duodecim.* Quia ipsi erant duodecim apostoli. *Iudicantes duodecim tribus Israel.* Vt detur eis honor iudiciarius. s. quòd sicut Christus iudicabit, ita & ipsi iudicabunt: & dicitur de duodecim tribub' Israel: quia erant duodecim tribus, & duodecim apostoli. Et ita singuli singulæ tribus iudicandæ correspondent.

In baptismo accipit homo esse spirituale.

F *Et omnis, qui reliquerit.* Posita fuerat supra excellentia duodecim apostolorum: & quia putaret aliquis quòd istis solis deberetur honor, ostendit Christus, ꝙ etiam omnibus alijs, qui secuti fuerint ipsum, erit magna retributio. *Domum.* Per domum intelliguntur oẽs possessiones vrbanæ: & etiam intelliguntur omnia mobilia: vt diuitiæ pecuniarum, etiã si nulla immobilia possideantur. *Vel fratres, vel sorores.* Relinquere istos est ab eorum consortio, & conuersatione recedere propter Christum, actualiter sequendo Christum. *Aut patrem aut matrẽ.* Siue filius familias sit, qui adhuc manet actu in familia patris, & potestate eius, & recedat deserendo eos propter Christum, siue sit emancipatus extra patriam potestatem constitutus, aut saltem non manens actu in familia patris, & sub custodia eius. G Vterque enim potest patrem, aut matrem deserere cessando ab eorum conuersatione, vt Christum sequeretur. *Aut vxorem.* Dimittendo illam, & non redeundo ad eam, vel non manendo cũ ea continuè sicut aliàs manebat. *Aut filios.* Cessando ab eorum conuersatione dulci. *Aut agros.* Omnia genera possessionum, vel rusticorum prędiorum nomine hoc accipiuntur, vt vineç, olиueta, horti, agri, seminarij, & quidq̃d aliud est. *Propter nomen meum.* Idest, propter me. s. vt sequatur me: nam qui propter iactãtiam mundani honoris, vel propter alias commoditates humanas faciunt, vt propter timorem, amorem: vt quia melius sibi iudicant esse relictis istis personis alibi viuere, non habent aliquid H prēmij, quia non propter Deum faciunt: ideo eũ non constituunt in aliquo debitorem. *Centuplum accipiet.* Idest, qui ista abijcit pro me, non putet se illa perdidisse, quia quilibet accipiet centuplum: quod quomodo accipiatur, infra dicetur. *Et vitam æternam possidebit.* Istud est sumum bonum: & datur sequentibus Christum, & custodientibus mandata eius. *Multi autem erũt nouißimi primi.* Idest, aliqui erunt hic nouissimi, & infimi in honore & statu & in iudicio: sed in uita æterna efficientur primi, idest, maximi in honore: & ita fiet ista mutatio secundùm differentiam meritorum. *Et primi nouissimi.* Idest, qui erant hic primi in honore, fortè in die iudicij, vel in statu resurrectionis erunt nouissimi, idest, abiecti vel minores in honore. s. quia, dum I viuerent non pręcesserunt cęteros meritis, sicut statu & honore præcedebant.

Quare Petrus nunc Christum interrogauit.
Quęstio CLXXXV.

QVAERETVR, quare Petrus nunc interrogauit Christum. Dicendum quòd, siue Petrus, siue aliquis alius apostolorum, siue omnes simul interrogaturi erant Christum ex causa, quæ tangitur sequẽti quęstione. Petrus tamen nunc specialiter interrogauit: non quidem quasi occurreret aliquid speciale sibi, de quo interrogare ad ipsum solum attineret: quia nomine omniũ interrogauit, vt dicitur in litera. s. ecce nos reliquimus omnia: sed quia Petrus audacior K erat siue confidentior apud Christum: ideo potius quã cęteri loquebatur. Secundò, quia fortassis videbat se cõstitutum in maiori honore apud Christum, quàm cęteri essent: & ita vt maior, & repręsentãs personam omnium pro oĩbus loquitur: & ob hoc nõ solùm nemine pulsante ipse pro omnibus petebat, sed etiã quę sito aliquo dubio ab omnibus respõdebat Petrus pro omnibus, sicut supra 16. ca. cùm Christus dixit ad oẽs discipulos. Vos autem quem me esse dicitis? ait solus Petrus, tu es Christus filius Dei uiui. Tertiò, quia Petrus erat ardentior, & solicitior ad ista quęrenda: ideo fortassis citius occurrit ei in mentem ista quęrere, quàm alicui aliorum.

Quare

Quare quęsitum fuit nunc iſtud nomine apoſtolorum.
Quęſtio CLXXXVI.

QVAERETVR, quare quæſitum fuit nunc iſtud nomine apoſtolorum.ſ. Ecce nos reliquimus. Dicendum, ꝙ hoc fuit, quia de re hac ſermo inciderat. Et primò ad tollēdum dubium. Dixerat enim Chriſtus ſupra, quòd facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum, & ꝙ qui pecunias habent difficilè intrant in regnum cęlorum. Quæſierunt ergo diſcipuli, cùm ipſi reliquiſſent omnia, an ſic eſſet eis futurum, ꝙ difficilè intrarent in regnum cęlorum. Chriſtus autem reſpondet, ꝙ non erit de eis ſic: ſed ꝙ habebunt vitam ęternam: quia diuitiæ non impedient eos, cùm illas propter Chriſtum dimiſerint. Secundò poteſt introduci, & adhuc melius, ꝙ audierant diſcipuli, quomodo iuuenis quærebat vitam æternam: & quia diuitias abijcere iuſſus eſt triſtis receſſit: in quo apoſtoli putabant rem magnam eſſe diuitias contemnere, cùm ille, qui omnia præcepta ſeruauerat a iuuentute ſua, & deſiderabat vitam æternam, neque propter deſiderij magnitudinem, neque per aſſuefactionem in pręceptis trahi potuerit, vt diuitias contemneret, ſed triſtis receſſit audito hoc: apoſtoli autem hoc fecerant omnia deſerentes, ideo rem magni meriti ſe feciſſe putantes quęſierunt, quid eis pro hac re daretur, cùm dixerunt: q̃d ergo erit nobis? Sic dicit Glo. quia iuuenis audito conſilio ſaluatoris de rerum dimiſſione triſtis abſceſſerat, Diſcipuli autem Chriſti præmiſſum conſilium iam adimpleuerant, ſolicitari cęperunt de pręmio, ęſtimātes magnum aliquid feciſſe, cùm iuuenis, qui præcepta legis impleuerat, hoc ſine triſtitia neq; audire potuerit: vnde & Petrus pro ſe, & alijs dominum interrogat. Ecce nos reliquimus &c.

Quomodo Petrus, dixit reliquimus omnia, & an ſit verum.
Quæſtio CLXXXVII.

QVAERETVR, quomodo Petrus dixit, reliquimus omnia: nam omnes iſti, de quibus loquebatur pauperes erant: quia quæ infirma, & ſtulta, & ignobilia ſunt huius mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes & potentes. 1. Corin. 1. c. i. elegit apoſtolos, & diſcipulos, pauperes, ignobiles, impotentes, illiteratos, vt per eorum prædicationem ſubijciendo ſibi totum orbem oſtenderet ſapientiam, potentiam, & nobilitatem humanam coram Deo nihil eſſe. Dicendum, quòd verum eſt, quòd pauperes erant, & tamen omnia dereliquerāt. Quod dupliciter intelligi poteſt. Vno modo, quòd dereliquerant omnia, ſcilicet, omnia quæ habebant: ideo & ſi pauca haberent, dum tamen de illis nihil ſibi reſeruarent, ſicut fecerant Ananias, & Saphira fraudando de parte precij agri, Actu. 5. c. dicebantur omnia dereliquiſſe. Secundò poteſt accipi, quia omnia dereliquerant. i. concupiſcentiam omnium: nam licèt pauca poſſiderent, multa poterāt concupiſcere, & multa ſperare: quia nemo tam infelix eſt, qui omnem ſibi ſpem detrahere debeat, ideo omnia relinquebant, quia omnia poterant concupiſcere. Cauſa autem ſic dicendi fuit affectio: nam ex magna affectione reliquerāt, quę poſſidebant, relicturi multo plura, ſi illa poſſediſſent: & ita opus ſuū magni meriti æſtimabant, & tanquam de magna re loquebantur dicentea, reliquimus omnia. Sic dicit Origenes: Petrus quia non facilè rem conſummauerat, fiducialiter quæſiuit, etſi n. minima cū fratre reliquit: ſed non minima ſunt æſtimanda apud Deum conſiderantem quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt. Vnde & ſi multas habuiſ-

A ſent poſſeſſiones, omnia reliquiſſent. Et puto, quòd magis Petrus confidens de affectu ſuo quàm de ipſa quantitate rerum relictarum, fiducialiter interrogauit, ecce nos reliquimus &c. Secundò fuit ad dandū fiduciam pauperibus de impletione iſtius conſilij. Dixerat enim Chriſtus iuueni diuiti, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Ideo pauperes cùm pauca aut nihil haberent, cùm non putarent ſe hæc implere quaſi non darent omnia: ideo Petrus, qui pauper erat ait. Ecce nos reliquimus omnia. Et ita qui pauca aut nulla poſſidet, poteſt omnia relinquere implens dominicum conſilium. Sic dicit Chryſo. Ecce nos reliquimus oīa, qualia omnia, ò beate Petre? arundinem, rete, nauigium. Omnia quidem hæc dicis non B propter munificentiam, ſed vt per interrogationem hanc inopem inducat plebem. Quia enim dominus dixerat: ſi vis eſſe perfectus vade, & vende omnia &c. ne dicat aliquis inopū: quid igitur, ſi non habuero nō poſſum eſſe perfectus? Interrogat Petrus, vt tu inops diſcas, quoniā in nullo hinc diminutus es. Qui enim claues regni cœlorum acceperat pro eis, qui illius ſunt, iam iam confidit, & pro orbe terrarum vniuerſa interrogat.

Quare dixit Petrus: Et ſecuti ſumus te.
Quęſt. CLXXXVIII.

QVAERETVR, quare dixit Petrus: Et ſecuti C ſumus te. Dicendum, quòd primò fuit ad oſtendendum perfectionem operis: nam relinquere omnia bonum erat, ſed non erat bonum in ſe, ſed ſolùm inquantum ordinabatur ad alterum. Et illud eſt ſequi Chriſtum: ideo enim omnia relinquebant, vt Chriſtum expedite ſequi poſſent: cùm igitur dixiſſet, quòd omnia reliquerant, addidit: & ſecuti ſumus te. Sic dicit Hieronymus, ſcilicet: Quia ergo non ſufficit tantùm relinquere, iungit quod perfectum eſt, & ſecuti ſumus te. Secundò fuit, quia Petrus volebat reſpondere iuxta ea, quę dixerat Chriſtus: ipſe enim dixerat iuueni diuiti: Vende omnia, quæ habes, & ſequere me: & ita duo mandabat: & q̃a nō fecit illa iuuenis, locutus eſt Chriſtus contra diuites: nunc ergo Pe D trus volens innuere, quòd Apoſtoli impleuerant omnia, quæ Chriſtus mandauerat: & ideo quòd nō deberet eis eſſe difficilis ingreſſus regni cęlorum, ſed ꝙ magna præmia eis danda eſſent: repetiuit illa duo, quę dixerat Chriſtus, & ait: ecce nos relinquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Sic dicit Origenes: Intuere autem qualiter reſpondet diligenter: ſicut Chriſtus inquiſiuit. Etenim Chriſtus à iuuene duo expetiit, dare pauperibus quæ habebat, & ſequi ſe. Propter hoc ipſe addidit, & ſecuti ſumus te. Sciendum autem, quòd licèt iſta duo Chriſtus præceperit, non præcipiebat ea æqualiter quaſi eſſent æqualiter bona, ſed vnum propter alterum: ſequi enim ſe directè tanquam bonum ſuadebat. dimittere autem omnia non ob aliam cau- E ſam iubebat: niſi quia poſſidens adhuc terrena, & illorum curis implicitus Chriſtum ſequi non poterat quocunque iret: ideo tanquam diſpoſitio ad ſequendum ſe fuit venditio omnium: & ideo quando Chriſtus ſuadebat diuiti ſequi ipſum, quod fieri non poterat niſi dimittendo omnia, & principium operis debet eſſe ad diſpoſitionem dixit: vade & vende vniuerſa: et ſubintulit, ſequere me. Quando autem de pręmio boni operis loquebatur, non poſuit iſta duo quaſi pro ambobus, velut pro operibus diſtinctis daretur præmium, ſed ſolùm alterum, vt ſupra dicitur, ſcilicet vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cùm ſederit filius hominis, ſedebitis & vos ſuper duodecim ſedes. Et non dixit, vos, qui reliquiſtis omnia & ſecuti

eſtis

Quomodo sit bonum omnia derelinquere.

estis me: quasi totum bonū huius operis sit in sequendo Christum, relinquere autem omnia non sit bonū nisi inquantum ordinatur ad sequendum Christum. Vnde si quis omnia reliquerit nō cum intentione sequendi Christum, nullum prēmiū habet: & illud multi philosophi fecerunt, quibus nullam laudem operis meritorij attribuimus. Sic dicit Hieronymus: Secuti estis me. Non dixit, qui reliquistis omnia: hoc enim & Socrates philosophus fecit, & multi alij diuitias contempserunt: sed qui secuti estis me, quod proprium est apostolorum atque credentium.

In quo secuti sunt apostoli Christum.
Quęstio CLXXXIX.

Respō. ad quæsitum quæstio. I. modo.

QVAERETVR, in quo secuti sunt apostoli Christum. Dicendū, quòd apostoli secuti sunt Christum in oībus. Primò in fide & virtutibus. In fide quidem, quia crediderunt in eum, & hoc erat maximum: quia cùm eum Deum suum crederent, facilè erat cętera eo iubente agere, & tolerare. In virtutibus etiam imitati sunt: quia doctrinam viuendi ab eo datā tenuerunt, & quantum ad hoc eos laudabat Christus dicens: vos amici mei estis si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Ioan. 15. ca. & generaliter quantum ad totius vitę puritatem se eis imitabilem prębuit, vt ita ipsi facerent. Ioan. 13. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et etiam in morte, sicut in vita exemplum dedit, vt nos libēter vel saltem patienter iniurias toleremus. prima Pet. 2. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit: neque inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur nō comminabatur. De his dicit Orige. Dici potest secundùm omnia, quæ pater reuelauit Petro esse filium suum, secuti sumus te: iustitiam, sanctificationem, & huiusmodi, propter quę quasi victor athleta interrogat, quę sunt prēmia certaminis. Secūdò secuti sunt apostoli Christum corporaliter euntes, quocunque ille ibat. Sed dicendum, quòd licèt de omni sequela intelligatur, & sequi corporaliter Christum, nisi virtutibus & fide cō sequamur, nihil valet, sed magis nocet: sicut Iudas Christum secutus est, qui manēs cum eo deterior effectus est, quę Christo dabantur furando, & tandē dominum vendendo, & prodendo: tamen principaliter intelligitur de sequela corporali. s. quia Christum sequerentur, quocunque iret adhęrendo ei inseparabiliter, multi quippe verbis eius credebant, & tamen eū non sequebantur: sed manebant in proprijs gaudētes, & mundo vtentes. soli autē apostoli, & discipuli Christum sequebantur non recedētes ab eo: & quia ista sequela magnam virtutem secum adiunctam habebat, valde laudatur: non enim solùm sequebantur corporaliter, qui eum sequebantur, sed multis virtutibus, & difficilibus operam dabant. Nam credebant in eum, sequebantur doctrinam viuendi ab eo traditam quātum ad virtutes necessarias, insuper omnia dimittebant, cum intētione nunquam redeundi ad illa: & dū cum Christo viuerent, etiam si aliquid acquirere possent, vel eis spontè daretur, nolebant illud possidere, quia non licebat eis accipere aurum, neq; argentum, neque saltem sacculum, aut peram portare in via ad cibos ferendos, neque vestem duplicem, neque calciamenta, supra decimo capitulo: sustinebant quotidie iniurias, & abiecti atque odiosi erāt hominibus, sicut Christus dixit: Mundus gaudebit, vos autem tristabimini. Io. 16. & illud. Eritis odio omnibus hominibus propter me, supra decimo capitulo. sequi ergo Christum corporaliter, ad quod comitabātur omnia hęc,

Qui Christū sequebātur multis virtutibus operā dabant, & corporaliter eum sequebātur.

F magnæ perfectionis erat, & ita pro illa ꝓmittitur prēmium. Et patet, quòd de ista sequela intelligatur: quia Christus dixit iuueni, vade, & vende vniuersa, quæ habes, & sequere me: & tamē si solùm deberet eum sequi quantum ad fidem, & virtutes, non oportebat vendi possessa: sed dicebat, ꝙ venderet possessa ad hoc quòd comitaretur Christum: quia non poterat eū sequi corporaliter, & inseparabiliter, quādiu possideret aliqua: quia oportebat, vt rediret ad procurādum res suas, & continuam illarum etiam cum Christo manens gereret solicitudinem, & ita de sequela corporali intelligebat, de qua loquitur, ad quam iubebat omnia vendi, & dari pauperibus, cū non possent cōmodè possideri.

G

Quare Christus direxit verbum suum ad omnes, cùm solus Petrus quęsiuisset nunc a Christo.
Quęstio CXC.

QVAERETVR, cùm solus Petrus quæsiuisset nunc a Christo, quare respōdendo direxit Christus verbum suum ad oēs. Dicendum ꝙ, vt ait Theophil. Petro tantùm interrogante dominus vniuersalē responsionem facit. Et hoc fuit primò, quia causa erat omnium: non enim solus Petrus reliquerat omnia, & secutus fuerat Christum, sed etiam cęteri: ideo etiam si ipse solus diceret, ego reliqui omnia, & secutus sum te, non responderet soli Petro, sed omnibus cùm esset causa communis. Secūdò fuit, quia licèt solus Petrus H loqueretur, non tamen solùm pro seipso loquebatur, sed expressè pro omnibus cum ait: ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: ideo Christus debuit respondere ad omnes: nam si Petro sic quærente responderet solùm Christus ei dicens: tu, qui reliquisti omnia, & secutus es me sedebis &c. putarent cæteri, ꝙ eis nihil prēmij daretur, sed soli Petro: vt ergo se putarent in prēmio participes, qui in laboribus erant cōsortes, ad omnes respondere debuit. Sed dicēdum, ꝙ cùm Petrus solus loqueretur, & non alij, licèt vice eorum loqueretur, poterat Christus respondere de eis in tertia persona dirigendo sermonem ad solum Petrum. s. isti, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt me sedebunt &c. Fuit tamen rationabilius dirigi sermonem ad eos: quia quando Petrus nomine illorum loquebatur, erant ipsi presentes, & quodammodo I videbantur contemni, si ad eos non loqueretur Christus: ideo dixit: vos, qui secuti estis me &c.

Quomodo accipiendum est, quod dicitur: Vos qui secuti estis me in regeneratione. Quęst. CXCI.

QVAERETVR, quomodo accipiendum est, quod dicitur: vos qui secuti estis me in regeneratione. Dicendum, quòd est causa dubitandi secundùm ꝙ variè potest constrni iste ablatiuus regeneratione: nam potest cōstrui cum isto verbo secuti estis me, vel cum illo verbo sedebitis. Accipiendo primo K modo, necesse est accipi regenerationem pro aliquo quod sit in vita: quia homo non potest sequi Deū nisi in vita. Et ideo accipiunt aliqui regenerationē pro baptismo. Nam in baptismo dicitur homo, regenerari vel renasci. Ioan. 3. Oportet vos renasci denuo. & iterū: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Sic accipit Hylarius dicens: Secuti sunt quidē discipuli Christum in regeneratione. i. in lauacro baptismi in fidei sanctificatione. hoc est enim illa regeneratio, q̄ apostoli sunt secuti, quam lex indulgere nō potuit. Et est sensus, vos qui secuti fuistis me in baptismo. i. qui baptizati fuistis, sicut & ego baptizatus sum: quia ille baptizatus fuerat a Ioanne, & apostoli a Christo baptizati fuerant. Vel secuti estis me in baptismo. i. accepistis

stis baptismum, quem ego ministraui vobis, & istum sensum etiam tenet Chrysost. Secundò potest accipi tenendo regenerationem, quæ fit in vita, quòd regeneratio sit accipere esse spirituale de nouo, quod est p fidem: ideo acceptio fidei vocatur regeneratio. Nam per fidem incipit homo esse filius Dei. Ioan. 1. Dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Et tunc est sensus, qui secuti estis me in regeneratione. i. qui secuti estis fidem, quam ego prędico accipiendo eam, per quam homines regenerantur. Sic dicit August. Sicut enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem, sic anima nostra regenerabitur per fidem. Tertio modo potest accipi construendo illum ablatiuum regeneratione, cum illo verbo sedebitis: & tunc est sensus: vos, qui secuti estis me. s. hic corporaliter mecum permanendo, & doctrinam meam sequendo, sedebitis in regeneratione. i. in die iudicij sup duodecim sedes. Et accipitur regeneratio pro resurrectione, quia sicut in generatione homo accipit esse: ita in resurrectione quodammodo esse accipit: quia perdiderat corpus esse, quod habebat ab anima, & in resurrectione illud recuperat. Et iste est verus sensus: Sic enim accipit Hieron. dicens: Aliter debet cõstrui. Vos, qui secuti estis me sedebitis in regeneratione, id est, quando mortui ex corruptione resurgent incorrupti, sedebitis vos in solijs iudicantium condemnantes duodecim tribus Israel.

Quare dicitur cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Quęstio CXCI.

QVAERETVR, quare dicitur, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Dicendum, ꝙ in hoc significauit tempus gloriæ sanctorum: dixit enim, ꝙ sedere deberent super duodecim sedes: & vt non putarent, quòd statim hoc futurum erat, ostendit per hoc quo tempore accideret & ait: cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Hoc autem dupliciter accipitur propter ęquiuocationem huius nominis regeneratio, vt dictum est pręcedenti quæstione. Accipiunt quidam pro baptismo, vel regeneratione in fide, & est sensus, vos sedebitis super duodecim sedes in regeneratione. i. tempore regenerationis. s. quādo fides Christi accipietur ab hominibus, & hoc erit, quando filius hominis sederit in sede maiestatis suæ. Et hoc fuit statim post Christi ascensionem ad cęlos: nam tunc Christus sedit in sede maiestatis: quia sedet a dextris Dei, Mar. 16. & sedet in throno, vt dicitur ad Hebrę. 1. cap. Tunc apostoli sedere cęperunt super sedes: quia cęperunt esse magistri totius orbis, q ad Christum conuertebatur. Sic accipit Chrysost. dicens. Per hoc, quòd dicit, in regeneratione, promittit Christus, tempus christianitatis futurum post ascēsionem suā: quando. s. homines regenerantur per baptismum, & illud est tempus, quando Christus sedet in sede maiestatis suæ: & vide, quia non de tempore iudicij futuri dicit, sed de vocatione gentium. Secundò potest accipi, pro tempore iudicij generalis. s. in resurrectione: vt cõcordet quęstioni pręcedenti: nam regeneratio pro resurrectione accipitur, & quando est regeneratio sedet filius hominis in sede maiestatis: ideo debet intelligi de aduentu Christi ad iudicādum. Nam tunc sedebit, vt rex magnus in solio suo, & tunc verum est, quod sedebunt apostoli ad iudicādum in duodecim sedibus. Sed istum sensum impugnat Chryso. dicens: Vide, ꝙ non de tempore futuri iudicij dicit, sed de vocatione gentium vniuersarum: non enim dixit, cùm venerit filius hominis, sedens super sedem maiestatis suę: sed cùm sederit in sede maiestatis suæ. Quod ex tunc fuit ex quo gentes credere cęperunt in Christum, secun-

A dū illud Psalmi. Regnabit dominus super gētes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Sed dicēdum, quòd melior est pręcedens sensus. s. ꝙ intelligatur de extremo iudicio. Primò, quia conuenit iste modus loquendi sacrę scripturę. Nam infra vigesimoquarto, vbi de iudicio agitur, dicitur. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa & maiestate, & infra 25. ca. dicitur: Cùm autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cū eo. Secundò, quia ita communiter exponitur, vt in die iudicij dicamus filium hominis, venire in maiestate. Tertiò, quia si non acciperetur pro tempore iudicij, cum eodem tempore, quo filius hominis sederit in sede maiestatis, debeāt sedere apostoli super duodecim B sedes, non manebit apostolis, ꝙ sedeant in die iudicij ad iudicandum cum Christo, & tamen communis, & vera assertio tenet, ꝙ in die iudicij sedebunt apostoli iudicantes simul cum Christo: ergo oportet accipi, ꝙ sedeat in sede maiestatis suę in die iudicij. Et iste est sensus verus, & ita tenet Hierony. vt supra dictum est. Dicitur autem Christus sedere, vel filius hominis, qa Christus, vt homo iudicabit. Sicut enim dicitur Io. 5. Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit facere filio, quia filius hominis est: & ita inquantum homo habebit istum honorem, quòd iudicabit. Causa est: quia sicut Christus inquātum homo iudicatus est ab hominibus, ita ipse in forma humana iudicabit omnes homines. Dicitur autem in sede, quia iudex sedere debet ad iudicandum: quia hoc pertinet ad auctoritatem iudicis, & ostendit quandam tranquillitatem animi, & ita Christus cùm iudicabit sedens erit. Dicit autem in sede maiestatis: quia maiestas, quasi maior status dicitur, & designat quendam exteriorem apparatum, siue quantum ad ornatum circumpositū corpori & loco, & quantum ad frequentiam assistētium. Sic ostenditur infra vigesimoquinto. s. cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cū eo, scilicet, illa assistentia angelorum faciet ad quandam maiestatem.

Quare Christ° vt homo iudicabit.

C

Maiestas quid dicat.

An aliquibus hominibus in generali iudicio competat iudicare. Quæstio CXCIII.

D

QVAERETVR, cùm dicatur hic de apostolis, ꝙ sedebunt super duodecim sedes iudicantes Israel, an aliquibus hominibus in generali iudicio cōpetat iudicare. Aliqui dicunt, ꝙ non: quia Ioan. 5. cap. dicitur, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: sed talis honor nulli competit, nisi Christo, qui est filius Dei & Deus: ideo non conceditur alteri iudicare, cùm alteri non competat talis honor. Secundò, quia quicunque iudicat habet auctoritatem super ea, de quibus iudicat: sed ea, de quibus oportet esse iudicium sunt pręmia, & merita humana, & pęnę, & demerita. Sed ista non sunt in potestate alicuius E hominis, sed solius Dei: ergo non competit alicui homini iudicare. Tertiò, quia iudicium finale secundùm veriorem, & probabiliorem sententiam nõ exercebitur vocaliter, sed mentaliter, vt quòd cordib° nostris notificentur peccata, & scelera nostra, sed solus Deus hoc potest: quia ipse scrutat̄ corda & renes, ideo ipse solus iudicabit. Dicendum, ꝙ non iudicabit Deus solus: sed etiam aliqui homines cum eo: quia dicitur supra in litera, sedebitis, & vos super duodecim sedes, idest, non solùm ego, quando venero in maiestate, sedebo ad iudicandum: sed etiam vos sedebitis iudicantes. Item Isa. 3. dicitur Dominus ad iudicādum veniet cum senioribus populi sui. s. dominus iudicabit, & cū eo etiam iudicabunt seniores populi: ergo aliqui homines

mines iudicabit: isti autem præcipuè erunt apostoli. Ad hoc tamen considerandum, quod iudicare accipitur multipliciter. **Iudicatur multipliciter accipitur.** Vno modo causaliter.i.causam iudicio præbere: & ita aliquid dicitur iudicare ex cuius comparatione alterum iudicatur bonum esse, vel malum. Secundò modo iudicare, quasi interpretatiuè: & ita omnes, qui iudicanti consentiunt iudicare dicuntur, quia de iure qui consentiunt facientibus dicuntur facere, & pœnam facientium recipiunt. ad Rom. 1. ca. Tertio modo dicitur iudicare, quandam iudicis habere similitudinem, & ita omnes, qui sedebunt in alto loco tempore iudicij, vocabuntur iudicātes, ad iudicem autem pertinet sedere, ad litigantes autem stare. Si autem aliqui in loco excelso sedere videantur, sicut iudices, dicuntur largè iudices per similitudinem quandam. Quarto modo dicuntur aliqui iudicare: quia continent decreta diuinæ iustitiæ, & ita quædam iudicabunt: quia in eis velut in libris canonum, vel legum decreta diuinæ iustitiæ continebuntur, ex quibus iudicabuntur homines: sicut & liber, in quo continetur lex, vel ipsa lex scripta hominem iudicare dicitur. Sic dicitur Apocal. 20. Vidi in conspectu mortuos magnos & pusillos: & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui dicitur vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundùm opera eorum. Quinto modo accipitur propriè, & verè iudicare, idest, ipsam sententiam proferre: quia iudicare importat actionem procedentem in alterum ad illius absolutionem, vel condemnationem: & hoc modo solus iudex, qui sententiam profert iudicare dicitur. Sexto modo accipitur iudicare, idest, sententiam alterius auctoritate latam in aliorum notitiam ducere: & hoc licèt nō sit sententiam facere, vel diffinire, est tamen sententiam pronunciare, idest, alijs annunciare: & hoc modo omnes illi iudicabunt, qui sententiam Dei alijs manifestabunt. De omnibus istis modis dicēdum, quòd solus quintus est proprius, & principalis, & ille soli Christo competit: nemo enim iudicabit nisi Deus. Et tamen adhuc iste modus distinguitur: quia iudicare verè, & principaliter contingit dupliciter. **Iudicare verè & principaliter contingit dupliciter** Vno modo per auctoritatem.i. quòd competat alicui per se sine alterius commissione, vel delegatione iudicare. Alio modo iudicare verè, sed non per auctoritatem, imò per executionem, scilicet, quòd verè sententiam faciat, & ius reddat: & tamē non habeat a se, sed ex commissione, vel delegatione. Primo modo istorum solus Deus, qui est beata trinitas, est iudex & iudicabit: quia cùm ipse creauerit homines, & legem dederit, per quam viuerent, secundùm quam iudicandi sunt factores legis, vel transgressores, & contra ipsum solùm sit tota offensio transgressionis, ad ipsum ex seipso competit potestas iudicandi: & ista vocatur auctoritas, inquantum ab alio non accepit istam potestatē, sed naturaliter eam habet, quia Deus est: & isto modo primo Christus vt homo non habet potestatem iudicandi, quia licèt eadem sit realiter persona, quæ est Deus, & quæ est homo: tamen alia ei competunt, vt Deus & alia vt homo. Nam vt homo competiuit ei potuisse mori, & verè passum esse. Secūdùm ꝙ Deus competiuit ei, nos ab omnibus peccatis integrè lauare: & carnem suam, quando voluit animæ reunire: ita & si eadem persona iudicabit secundùm auctoritatē, quia Deus verus est: quia tamen verus homo est, inquantum homo est, non competit ei iudicare per auctoritatem: quia humanitas nihil ex se habet, sed totū accepit ab alio. **Quod iudiciū Christo attribuendum est.** Secundo modo istorum iudicat Christus inquantum homo: nam ipse verè efficienter iudicabit omnes homines sententiam formando, & proferendo eo modo, quo ibi erit prolatio: & tamē hoc ex delegatione deitatis habebit, cui competit per aucto-

F ritatem: sic dicitur Ioā. 5. Pater non iudicat quenquā, sed omne iudicium dedit filio facere: quia filius hominis est. s. Christus inquantum est filius hominis, nō habet potestatem iudicandi: sed pater ei dedit. i. Trinitas beata, licèt Christus non sit filius Trinitatis, sed filius Dei patris, & omne quod per auctoritatem iudicandi habet tota Trinitas, contulit Christo per commissionem, vel delegationem. Et ita dicitur de Christo Actu. 10. ca. Quòd cōstitutus est a Deo patre iudex viuorum, & mortuorum. Istum etiam modum secūdum iudicandi, nemo habet, nisi Christus inquātum homo: quia nulli alteri delegat tota Trinitas per executionem, quod ipsa habet per auctoritatem: quia per talem delegationem acquiritur ipsi delegato quidā **G** honor diuinus, quem non est fas alicui dare, nisi Christo. sic dicitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit facere filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: & tamē honor patris est diuinus, qui nulli dandus est, nisi filio, qui est Deus, licèt non inquantum homo: ideo soli Christo contulit Deus inquantum homini istam potestatem iudicandi. Alij modi iudicādi largè accipiuntur, & illi competunt aliquibus hominibus. Primus modus est iudicare per comparationem, vt cōsiderata bonitate alicuius alius iudicetur malus: & istud iudicium comparationis fit de bono ad bonum, de malo ad malum, de bono ad malum. Primo modo iudicatur bonus ex bono, quando quis bonus est, & tamen imper**H**fectus, si adiungatur ei alius valde bonus, comparatus ad illum videbitur iam malus ille, qui bonus est: & ita iudicatur ex illo, & ita minus album comparatum ad valde album dicitur nigrum. Et hoc modo antiqui, qui erant viri imperfecti, licèt boni essent, non audebant se coniungere viris perfectis, quasi ex comparatione perfectionis eorum apparerent magis eorū imperfectiones: & ita punirentur a Deo. Sic patet 3. Re. 17. Quando postquam mansit Elias in domo viduæ Sareptanæ, mortuus est filius eius: nam dixit illa: Quid mihi & tibi vir Dei? Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meū. Quasi dicat, istud bonum habui ex ingressu tuo: quia ante hoc Deus non respiciebat iniquitates, & non me **I** puniebat: nunc verò postquā tu cœpisti manere in domo mea, ex comparatione iustitiæ tuę inceperunt apparere defectus mei: quod fuit illos memorari coram domino: & tunc me puniuit occidendo filium meū. Et tamen vidua Sareptana non iudicabatur peccatrix, sed digna magno beneficio. Sic ostēdit Christus Luc. 4. c. Dicens, ꝙ tempore famis, quę fuit sub Elia tribus annis & mensibus sex, multæ viduę erant in Israel: & tamen ad nullam earū missus est Elias, sed missus fuit ad viduā, quę erat in Sarepta Sidonię: quasi dicat, non inuenta fuit aliqua in tota terra Israel, quam Deus iudicaret digniorem hoc beneficio illa vidua Sareptana. & tamen illa in conspectu Eliæ iudicauit se puniri, & non ante, scilicet per comparationem defectiuę **K** bonitatis eius ad excellentem iustitiam Elię. Secundus modus comparationis est, de malo ad malum, quando considerata magnitudine mali unius iudicatur malū alterius quasi iustum: vel considerato paruo malo vnius iudicatur malum alterius valde malus. Sic accipitur Ezechi. 16. de comparatione Iudęæ ad Samariam, & Sodomam: omnes enim peccauerunt, & tamen collatis peccatis Iudęę ad Samariam, & Sodomā iudicantur Samaria, & Sodoma quasi iustę, cùm dicitur: Viuo ego, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa & filiæ eius, sicut tu & filię tuę: & Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis; Et tamen Sodoma, & Samaria non erant

erant iustæ, sed valdè peccatrices: & tamen collatæ ad iniquitates Iudeę, videbantur esse iustæ: Et ita accipit Christus supra vndecimo capitulo, vbi cōdemnat Corozaim & Bethsaidam in cōparatione ad Tyrum, & Sidonem: quia nō egerunt pęnitentiā, cùm tantis miraculis, & prędicatione Christi audita, pęnituissent tn̄ Tyrus & Sidō, si in eis facta fuissent miracula illa: vtręque tn̄ malę fuerunt, & condēnatę: dicit tamen Christus, ꝙ remissius erit Tyro & Sidoni in die iudicij. & idem comparando Sodomā & Capharnaum ibidem. Tertius modus est cōparationis boni ad malum, qn̄ considerata re bona, magis apparet iniquitas rei malę, & iudicatur per illam esse mala: quod ad legem oppositorum pertinet, vt dicitur 2. Elēchorū. vt iuxta se posita quæ magna, & quę parua, & quę meliora, & quæ deteriora sint videātur. Sic accepit Christus duodecimo capitulo, de regina Austri dicens, ꝙ surget in iudicio cum generatione ista, & cōdemnabit eam. Et hoc est propter aliquod bonum satis paruum. s. quia saltē venit audire sapientiam Salomonis a finibus terræ, & Iudæi Christum pręsentem audire nolebant. & ita per illud bonum, quod fecit regina Austri, iudicatur quātum malum fecerunt Iudęi, qui Christum pręsentem non solùm audire nolebant, sed & doctrinā eius condemnabāt, & loqui prohibebant, vt poterant. Sic etiā eodem capitulo dicit, ꝙ Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & cōdemnabunt eam: quia illi fecerunt pęnitentiam ad verbum Ionę. & tamē Iudæi prædicante Christo, qui erat maior Iona, non solùm non pęnituerunt, sed veteribus peccatis maiora addiderunt, ipsum affigentes ligno, qui remissionis peccatorum annunciator, & auctor erat. Et istum modum iudicij comparationis Iudęi habebant: nam peccator si cōstitueretur coram homine iusto iudicabat, se magis peccatorem, & timebat se puniendum a Deo: neq; audebat coram eo manere. Sic dicitur Luc. 5. quādo Christus intrauit in nauem Petri, & fecit miraculum de captura piscium; Petrus procidens ad genua Iesu, dixit: Exi a me Domine: quia homo peccator sum. i. non maneas mecum: quia periculum est mihi ex tua mansione: & non solùm ille timuit, sed etiam oēs alij, qui erant ibi. eo. c. s. stupor enim circundederat eum, & omnes, qui erant in captura piscium. Et dixit Christus Petro: Noli timere. & ita videtur, ꝙ malum sibi a Deo inferendū putabat ex præsentia tantę sanctitatis. De isto iudicio comparationis non est dubium, quin iudicent apostoli in iudicio generali: quia cùm Tyrus, & Sidon, & Sodoma, & regina Austri, & Niniuitę ibi iudicent, qui omnes fuerunt peccatores, vel saltem parum boni, a fortiori iudicabunt apostoli, qui erant ꝑfectissimi & primitias spiritus habentes, vt dicitur ad Rom. 8. c. Et tamen an istud sit priuilegium iudicādi, quod eis datur hic, dicendum ꝙ non est istud: quia nō esset priuilegium, & specialiter pro tam excellentibus meritis ipsorum dare eis, quod multis alijs etiam malis competit. De hoc tamen magis dicetur sequēti q. Circa secundum modum iudicandi, qui est per approbationem dicendum, ꝙ apostoli iudicabunt: quia Dei sententiam tanquam iustam collaudabunt, cum iam perfectè voluntati Dei voluntas eorum conformata erit, & tamen non est iste modus, qui datur hic in priuilegium: quia hoc videtur dari solis apostolis: & tamen iste modus iudicandi competet omnibus electis tam paruis quàm magnis: quia omnium voluntates erunt diuinæ voluntati concordes, & collaudabunt quod ille fecerit. sic dicitur Sapien. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, iudicabunt nationes. Istud autem dicitur de omnibus iustis: ergo quilibet iustorum iudicabit omnes nationes in iudicio generali, scilicet, approbando, & collaudando

Apostoli erunt etiā iudices in iudicio, ꝑ modū cō parationis.

A sententiam de omnibus illis a Deo latam: ideo alius modus est, qui specialis datur apostolis, qui sit excellentior. Tertius modus est per similitudinem, inquantum sedent aliqui in loco excelso, sicut iudex sedet, licèt iudices non sint, sed iudici assidentes, iste modus (vt multi volunt) est ille, qui competit apostolis, & concordat satis literę, inquantum dicitur: Cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos, idest, sicut ille sedebit, ita & vos sedebitis. Sed solet dici, ꝙ non conueniat iste modus solis apostolis. Primò, quia conuenit etiam alijs viris perfectis, licèt non sint æquales apostolis: quia ad Thessa. 4. c. dicitur: Rapiemur obuiam Christo in aera, in quo (vt communiter exponitur) innuitur, ꝙ mali in iudicio sedebunt B in terra, boni autem saltem perfecti rapiētur obuiam Christo in aera, vt ibi sint cum Christo iudicante, & tamē esse in aere est locus excelsus: ideo omnes quotquot in aere sederint, dicentur cum Christo sedere in sedibus, & ita non soli apostoli sedebunt in sedibus cum Christo, sed etiam alij per modum assessorum. Secundò quia isti, qui sic sedent solùm habent, quòd in loco excelso sedeant sicut iudices, tamen non habent aliquem actum alterum iudicis, apostolis tamē aliquis actus iudiciarius promittitur: quia dicitur, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel: ergo nō est iste modus, qui eis in priuilegiū datur. Quartus modus iudicandi est continere ea, ex quibus homines iudicantur: sicut ex libris iudica- C mur, in quibus legum, aut canonum continentur decreta. Et hoc modo dicitur, quòd specialiter iudicant apostoli, quia in mentibus eorum continetur omne illud, ex quo homines iudicantur. Et hoc conuenienter dictum est: quia homines per legem iudicantur, tanquam factores vel transgressores. Nam qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. ad Rō. 2. cap. & ita dicitur. Io. 3. c. Qui non credit, iam iudicatus est, idest, iudicio non indiget, idest, non credidit, ideo antequam moriatur iudicatus est: quia non est aliquid circa eum inquirēdum: circa eos verò, qui sub lege fuerunt, aliquid inquirēdum est, scilicet, an illam seruauerunt, vel transgressi sunt, & ideo illi iudicātur, qui sub lege fuerunt: & tamen lex per apostolos, tan- D quam per duodecim totius orbis magistros pronunciata & diuulgata est, ideo in eis continetur quasi in libris, vel vase id, ex quo totus mūdus iudicabitur, ideo quantum ad hoc ipsi specialius iudicabūt. Nam cęteri viri sancti, & prędicatores, & doctores quicqd de fidei doctrina ꝑdicauerunt, et docuerunt, ab illis duodecim transfusum habuerunt, & illi fuerūt velut capita & columnæ: ideo illis duodecim specialiter conuenit, ꝙ iudicent, velut continentes in mentibus suis decreta, ex quibus homines iudicabūtur. Et ita exponit Ricardus de sancto Victore illud Apocaly. 20. Aperti sunt libri, & iudicati sunt mortui ex eis, quæ erant in libris. Dicit enim, ꝙ diuinę contemplationi assistunt, qui in libro Sapientiæ quotidie legunt, veluti in cordium volumi- E nibus transcribunt, quidquid iam perspicua veritatis intelligentia comprehendunt, & ita quid aliud sunt iudicantium corda diuinitus in omnē veritatem edocta, nisi quædam canonum decreta? Quintus modus, vt supra declaratum fuit, nulli competit, nisi toti Trinitati, & Christo inquantum homo: & etiam non cōpetit, & non cōicatur apl̄is, qbus honor diuinus nō defert. Sextus modus est iudicare. i. snīam alterius auctoritate, & opere latā in aliorum notitiā deducere, & iste modus ꝯuenit viris ꝑfectis: qa alios ducēt in cognitionē diuinę iustitię, vt sciant, qd eis iustè pro meritis debeat, ita vt ipsa reuelatio iustitię iudicare dicatur. vnde dicit Ricardus de sancto Victore: Iudices coram iudicandis decretorum suorū libros aperire, est ad cor-

Modus ꝓprius quomodo apostoli in iudicio iudicabunt.

dium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet, visum admittere sensumque suum in his, quæ ad iudicium pertinent reuelare. Et iste modus concordat cum quarto, nisi inquantum isti non solùm opere intellectuali, sed etiam per locutionem iustitiam iudicantis, & sententiarum latarum ostēdunt. Quod etiam apostolis conuenit, vt sic iudices dicantur.

Ad primum dicendum, quòd iudices erunt apostoli, non quidem sententiam ferendo, quod solius Christi est, sed veritatem sententiæ, & iustitiam eius ostendendo: & in solijs excelsis, vt iudices sedendo: iudicium autē tale quale tota Trinitas tradidit Christo, inquantum est homo, nullus homo habet, nisi ipse Christus.

Ad secundum dicendum, quòd ista ratio procedit de iudicio quinto modo: & quantum ad primam partem sui, vt est iudicium auctoritatis, quod neque etiam Christo, inquantum homo est, competit, sed soli beatæ Trinitati: & tamen præter istum modum, sunt multi alij modi iudicādi, qui competere possunt apostolis, vt dictum est supra.

Ad tertium dicendum, quòd etiam si iudicium nō fiat per vocalem expressionem sententię, vel declarationem eius, non est inconueniens, quosdam sanctorum alijs reuelare quędam, siue per modum illuminationis, vt superiores angeli illuminant inferiores: siue per modum locutionis, vt quando inferiores loquuntur superioribus.

Quomodo datum fuit istud priuilegium apostolis de iudicando, quia hoc etiam videtur alijs datum esse. Quæstio CXCIIII.

QVAERETVR, quomodo datum fuit istud priuilegium apostolis: quia videtur, quòd non sit priuilegium: quia hoc idem competit reginæ Austri & Niniuitis: quia hic dicitur de apostolis, quòd sedebunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, & supra duodecimo capitulo. dixit Christus, quòd regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: & Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Dicendum, quòd multum differt inter iudicium reginæ Austri, & apostolorum: quia regina Austri, & Niniuitæ iudicabunt Iudæos comparatione, vt expressum est pręcedenti quæstione, & iste est minimus gradus iudicandi: apostolis autem competunt omnes modi iudicandi, pręter quintum: & illi sunt excellentiores. Secundò, quia de Niniuitis, & regina Austri dicitur supra duodecimo, quòd surgent in iudicio. Et ita non datur eis dignitas iudicandi verè, neque per similitudinem, sed conditio litigātium: quia surgunt, apostolis autem datur, ꝙ iudices sint: nam dicitur supra in litera, quòd sedebunt super duodecim sedes iudicantes Israel. De his dicit Chrysosto. Sed dicet aliquis, quid magnū promisit eis: si id, quod Niniuitæ habent, & regina Austri, hoc ipsi habebunt? Respōdet: Maxima quippe alia pręmia, & ante & post eis promittit, sed hic occultè īsinuat aliquid plus illis. De illis enim simpliciter dicit, quòd surgent, & condemnabunt generationem hanc: de his autem dicit: cùm sederit filius hominis, sedebitis & vos. Manifestum est ergo, ꝙ corregnabunt, & communicabūt in gloria illa: honorem enim, & gloriam ineffabilem significabit per thronos: sed non est negandum etiam, apostolos iudicaturos gentem Iudęorum iudicio cōparationis, sicut & Niniuitæ & regina Austri, vt dicetur infra quęst. 202. & tamen non solùm hoc iudicio iudicabunt, sed etiam alijs modis, & valde excedēt reginam Austri, & Niniuitas, licèt in hoc simularentur.

F *Quomodo impleri potuerit istud dictum Christi, scilicet, Sedebitis super duodecim sedes. Questio CXCV.*

QVAERETVR, qūo impleri poterit istud dictum Christi, scilicet. Sedebitis super duodecim sedes. Nam istud dicebatur ad duodecim apostolos. Dicendum vno modo, vt aliqui dicunt, quòd per istas duodecim sedes non solùm duodecim apostoli, sed vniuersi electi designantur, vt dicetur sequenti quęst. & ideo siue illi multi, siue pauci sint, propter rationē numeri per duodecim intelliguntur: & tunc nulla est instantia de Iuda, siue defecerit de illo numero, siue numerus efficeretur valde maior. Secundò potest dici, ꝙ accipiendo hoc dictum esse specialiter ad duodecim apostolos, qui semper fuerunt duodecim: Christus enim hunc numerum ex aliqua ratione speciali elegerat. Dixit enim Ioā. 6. Nonne ego elegi vos duodecim, & vnus ex vobis diabolus est, & rationem necessitatis huius numeri intellexerūt apostoli: ideo deficiente Iuda de numero, dixerunt necessarium esse, vt subrogaretur alius loco eius, ne numerus duodenarius esse diminutus. Actu. 1. ca. & cùm Matthias loco Iudę substitutus fuerit, ipse accepit sedem duodecimam, quam Iudas suscepturus erat: nō enim dictum fuit hoc specialiter ad personas, sed ad officium, & gradum apostolatus, scilicet, ad illos, qui gradum istum digne tenuerunt Christum sequendo: ideo nō solùm dicitur, vos sedebitis super duodecim sedes: sed dicitur vos, qui secuti estis me sedebitis. Sic dicit Chrysost. Quomodo promissio hęc cōpleta est? nunquid enim Iudas sedebit? nequaquam. lex enim a domino posita est per Ieremiam prophetam: Loquar super gentem & regnum, vt ędificem & plantem illud: sed si fecerit malum in conspectu meo, pęnitebo & ego de bonis, quę locutus sum, vt facerem eis. q. d. si indignos seipsos promissione faciant, non eis faciam quę promisi: indignum autem seipsum Iudas principatu ostendit: & propter hoc tunc loquens discipulis non simpliciter eis promisit, neq; enim dixit, vos sedebitis, sed adiecit, qui secuti estis me, vt hinc Iudam excludat, & eos qui post futuri erant, attraheret, non ad illos solos dictum est, neque ad Iudam iam indignum effectum.

An ista promißio de sedendo super sedes solis apostolis facta sit, vel extendatur ad alios. Quæstio CXCVI.

QVAERETVR, an ista promissio de sedendo super sedes solis apostolis facta sit, vel extendatur ad aliquos alios. Dicendum, ꝙ ista promissio quantum verba Christi sonant solis apostolis facta est: & tamen in multis alijs implebitur, quia multi alij sedebūt super sedes & iudicabunt. Primum patet, quia dicitur: vos, qui secuti estis me: & tamen si Christus non intēderet hoc specialiter dicere de solis apostolis, non diceret, vos qui secuti estis me: sed diceret, omnes qui secuti me fuerint, sedebunt: ideo de illis specialiter voluit intelligere. Secundò patet istud, & efficacius, quia dicitur, sedebitis super duodecim sedes: & tamen super duodecim sedes nō possunt sedere nisi duodecim homines: si enim de omnibus electis intelligeretur, diceretur sedebunt, vel sedebitis super sedes, & non exprimeretur numerus sedium. Secundum patet, quia nō soli apostoli, sed ēt alij sancti sedebunt ad iudicādum: nam vel oēs electi sedebunt, vel plurimi eorū. Et patet hoc primo, qa. 1. Thess. 4. c. dr̄, Nos qui residui sumus, rapiemur obuiam Christo in aera. Et ita illi qui rapiētur erunt cum Christo in aere, quandiu iudicauerit: & illud erit in sedib⁹ esse, qđ oībus electis cōpetit respcū reproborū, q manebūt in terra: iō nō soli apl̄i sedebūt.

Secundo

Secundò, quia si apostoli erunt in sedibus, videtur ꝙ omnes çquales eis erunt in sedibus: & a fortiori maiores eis erunt in sedibus, cùm sedere ad iudicandum sit honor quidã, sed Beata Virgo est sanctior, & dignior omnibus apostolis, ideo ipsa sedebit ad iudicandum: ergo plures quàm duodecim sedes erunt, & non sedebunt soli apostoli. Tertiò, quia si soli apostoli duodecim sederent, non esset locus Paulo, in quo sederet ad iudicãdum: nam ipse non est de duodecim apostolis, licèt habet aliud genus apostolatus: nã licèt Iudas cecidit de numero apostolorũ, subrogatus est Matthias, qui compleuit numerum: ideo Paulus, & Barnabas licet apostoli vocentur, non sunt de duodecim apostolis, sed Spiritus sanctus elegit eos in apostolos Actu. 11. cap. ideo illos oportet sedere cùm pertineãt ad honorẽ apostolatus, & tamen non possunt sedere in duodecim sedibus, ergo præter illos de duodecim sedibus multi alij sedebunt. Sic dicit Chrysost. Adiecit, qui secuti estis me: vt hinc Iudam excluderet, & eos qui postea futuri erant attraheret: non enim ad illos solos dictum est, neque ad Iudam iam indignum effectum. Augus. etiam 20. lib. de Ciuitate Dei ait: Ex loco addiscimus, cum suis discipulis iudicaturum Iesum. Vnde & alibi dixit Iudæis, ideo & iudices vestri erunt. Duodenario enim numero vniuersa quædam iudicãtium designata est multitudo: aliquin quoniam in locum Iudæ traditoris apostolum Matthiam legimus ordinatum, apostolus Paulus, qui plus omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat, non habebit: qui profectò cum alijs sanctis, ad numerũ iudicum se pertinere demõstrat, cùm dicit Nescitis, qa angelos iudicabimus?

Quare Christus solas duodecim sedes nominauit, cùm non soli apostoli sedere debeant ad iudicandum.
Quæstio CXCVII.

QVAERETVR, cùm non soli apostoli sedere debeant ad iudicandum, quare solas duodecim sedes nominauit, dicens: sedebitis super duodecim sedes. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit: quia per duodenarium numerum vniuersitas quædam designatur, eo quòd septenarius solet significare vniuersitatem, & duodenarius continet duas partes aliquotas sui, scilicet, tria & quatuor, ex quib⁹ copulatis septenarius redditur. Sic dicit Augustinus vigesimo de Ciuitate Dei, scilicet: Neque quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos homines cùm ipso iudicaturos putare debemus: duodenario quippe numero, vniuersa quædam significata est iudicantium multitudo, propter duas partes numeri septenarij, quo significatur plerunque vniuersitas, quç duç partes, idest, tres & quatuor, altera per alteram multiplicatæ duodecim faciunt. Sed dicendum, quòd licèt ista positio habeat aliqualem colorem, nõ est ista ratio pręcipua, neque pręcisa, quare duodecim sedes Christus nominauerit: nam si intenderet significare vniuersitatẽ electorum, qui sedes habituri sunt, non dixisset duodecim, sed septem sedes, cùm per septem potius significetur vniuersitas, quàm per duodecim: imò per duodecim, vt ipse August. vult non significetur vniuersitas, nisi secundùm comparationem ad septenariũ numerum. Dicendum ergo, ꝙ causa vera fuit, quia de duodecim apostolis locutus est: & quia illi erant duodecim personæ, quç in hoc numero manere debebãt etiam subrogato Matthia, non nominauit, nisi duodecim sedes. Cùm autem dicitur, ꝙ nõ soli apostoli, sed etiam multi alij sedes habituri erant, concedendũ est: & tamen Christus licèt illud non negauerit, nõ etiam expressit, non enim dixit, ꝙ soli duodecim sederẽt super duodecim sedes, sed dixit, ꝙ ipsi sederent super

A duodecim: quasi tunc non concesserit alicui alteri priuilegium istud, nisi illis duodecim. Vel saltem nõ expresserit de alijs, quibus concedebat, aut concedere aliquando intendebat.

Quare Christus non dixit de discipulis alijs, quòd sederent super sedes, sicut de apostolis expressit.
Quæstio CXCVIII.

QVAERETVR, cùm multi alij pręter apostolos super sedes deberent sedere in resurrectione, & nominauerit apostolos, quia voluit eorum priuilegium exprimere, eo ꝙ erant pręsentes: quare etiã non dixit de discipulis, ꝙ sederent super sedes. Nam etiam
B discipulos pręter apostolos habebat Christus, & videtur quòd ad consolationem eorum debuisset eis dicere, ꝙ sederent super sedes. Aliqui dicunt, ꝙ non nominauit Christus sedes discipulorum, quia apostoli erant in numero determinato. s. duodecim, & ideo illos potuit expresse dicere sessuros, discipuli autem non erãt in numero certo: ideo non expressit de sedibus eorũ. Sed dicendum, ꝙ hoc nõ stat. primò, quia falsum est: nam sicut apostoli erant certi. s. duodecim, ita & discipuli erant in numero certo. s. septuagintaduo Luc. 10. c. s. post hęc designauit dominus & alios septuagintaduos discipulos: ergo potuisset sedes eorum expresse poni. Secundò non stat, quia dato, ꝙ non ponerẽtur sedes in numero certo, poterat dici, ꝙ singuli sederẽt
C super singulas sedes. Aliter ergo potest dici, quòd nõ fuit mentio habita de discipulis: quia sedere super sedes, licèt competat omnibus electis, tñ modus iste, q hic ponitur est specialis, & solis apostolis competit: cũ dicatur, ꝙ sedebunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. discipulis autem non competebat tanta dignitas: ideo de eis non dixit, licèt ipsi sup sedes sessuri essent. Sed videtur, ꝙ non sit ista causa: qa tunc illi, qui æqualem gradum sedendi, vel maiorem cum apostolis habituri erant, exprimerẽtur hic, ꝙ sederent super sedes: & tñ Paulus & Barnabas, quos Spiritus sanctus in apostolos elegit, habituri erant çqualẽ gradum cum alijs: & non exprimũt sedes pro illis: beata virgo maiorem gradũ habitura erat quàm aposto-
D li, & etiam non exprimitur sedes eius: ideo non est illa causa, quare subticeatur de discipulis. Dicendum ergo & melius, ꝙ non dixit Christus de discipulis, sed solùm de apostolis, eo ꝙ discipuli non erant tunc cum Christo, sed iam recesserant ab eo. Nam postquã Christus elegit duodecim apostolos. Luc. 6. Et tradidit illis potestatem Luc. 9. Quia adhuc messis multa erat, & operarij pauci. Luc. 10. c. & supra 10. c. Elegit alios septuagintaduos, quos discipulos nominauit Luc. 10. c. Isti aũt manserunt aliquanto tpe cũ eo, & postea scandalizati de doctrina eius, & angustijs recesserũt ab eo, & manserunt soli duodecim apostoli. Nam qñ ipse di-
E xit, nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitã in vobis; multi discipulorũ eius dixerunt, durus est hic sermo: & qs poterit eũ audire? Io. 6. Et subditur ex hoc, multi discipulorũ eius abierunt retrorsum, & iam cum eo non ambulabãt: & apparet ꝙ tũc nemo de septuagintaduob⁹ mansit cum eo, sed soli duodecim apostoli. Quod patet, qa subdit ibi: dixit aũt Iesus ad duodecim: Nunqd & vos vultis abire? Et ita apparet, ꝙ nemo manebat cũ eo, nisi duodecim, ideo dixit: Nunquid & vos vultis abire? i. nunqd vultis vos recedere, sicut recesserunt cęteri? Et ita fuit vsq; ad tps passionis: qa soli duodecim manebant: ideo qñ dixit illud iam propinquus passionis, non erant cũ eo, nisi duodecim apostoli: nõ de sedibus istorũ solũ dixit, & ista est veritas. sic patet Luc. 22. c. vbi de cęna Dñi agit, & dr, & hora facta discubuerut

duodecim apoſtoli cũ eo,& poſtea Chriſtus incipiens loqui ad ipſos duodecim, qui manducabant ait: Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tẽtationibus meis. q. d. nulli alij permanſerunt niſi vos: quia diſcipuli cęteri abierant. Io. 6. & ꝙ propter hoc, ꝙ ſoli tunc manebãt eis ſolis dixerit, de ſedendo ſuper ſedes. Patet, quia ibidem Luc. 22. c. ſubditur: & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater regnum: vt edatis, & bibatis in regno meo ſuper menſam meam, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ergo quia ad ſolos duodecim loquebatur, qui ſoli cum eo manſerant, dixit de duodecim ſedibus, quaſi diceret, vos qui ſecuti eſtis me, vel permanſiſtis mecum, ſedebitis ſinguli ſuper thronos ſingulos iudicantes Iſrael, vel iudicantes totum Iſrael. Sed objicietur ꝙ diſcipuli manſerunt cum Chriſto, vſque ad paſſionẽ, & non ſoli duodecim apoſtoli: quia Chriſto aſcendente in cęlum erant vltra apoſtolos multi alij. Nam dicitur, ꝙ redeuntes de loco montis Oliueti, de quo dominus aſcendit in cęlum, aſcenderunt in ſuperiora cęnaculi, & manſerunt ibi: erant autem quaſi centũ & viginti. Actu. 1. capit. Dici poteſt, ꝙ iſti erant de credentibus in Chriſtum, qui non erant diſcipuli eius: nam diſcipuli erant ſoli, qui eum ſequebantur, qui verò audito verbo eius credebant, & manebant in domibus proprijs, credentes quidem vocabantur, ſed non diſcipuli: & licèt iſti, & multi alij eſſent credentes, tamen diſcipuli non mãſerant cum eo ante paſſionem, ſed ſoli apoſtoli.

Sed adhuc objicietur, quòd diſcipuli manebant pręter duodecim apoſtolos, quia Actu. 1. cap. in electione Matthię loco Iudæ dixit Petrus. Oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt cõgregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit dominus Ieſus incipiens a baptiſmate Ioannis vſq; ad diem, qua aſſumptus eſt teſtem reſurrectionis nobiſcum fieri vnum ex iſtis: ergo apparet, ꝙ aliqui de illis centum viginti qui congregati erant ibi, fuerant cum Chriſto ſemper a tempore, quo baptizatus fuit, quod fuit initium geſtorũ eius, & manifeſtationis ſuæ: ergo pręter duodecim apoſtolos mãſerant diſcipuli cum Ieſu. Dicendum, ꝙ ſeptuagintaduo diſcipuli a Chriſto receſſerãt. Ioan. 6. & non manſerunt cum eo firmiter aliqui, niſi duodecim, Lucæ 22. c. aliqui de diſcipulis, ſi manebant non manebant continuè, neque firmiter cum Chriſto: ſed aliquãdo accedebant & aliquando recedebãt, & ita verum eſt, ꝙ ſoli duodecim erant, qui manſerãt cum Chriſto in tribulationibus, & ob hoc eis ſolis dixit, ꝙ ſederent ſuper duodecim ſedes.

Quare Chriſtus non aſſignauit ſedem Paulo & Barnabę ſicut alijs: cùm ipſi eſſent diſcipuli electi per Spiritum ſanctun. Queſtio CXCIX.

QVAERETVR, cùm Paulus & Barnabas fuerint apoſtoli: quare non aſſignauit Chriſtus ſedem pro eis, ſicut pro alijs: ſunt autem iſti apoſtoli electi per Spiritum ſanctum Actu. 11. ſcilicet. Separate mihi Paulum, & Barnabam in miniſterium, ad quod aſſumpſi eos. Et nõ ſunt de duodecim: qa illi a Chriſto electi fuerant, Paulus autem, & Barnabas poſt Chriſti aſſumptionem ſegregati ſunt a Spiritu ſancto.

Dicendum, ꝙ hoc fuit, quia Chriſtus loquebatur ad pręſentes ſibi: tẽpore tamen quo iſta locutus eſt, non erant cum eo Paulus & Barnabas, ſed ſoli duodecim: ideo non dixit de ſedibus illorum. Secundò, quia ſi de ſedibus Pauli, & Barnabæ Chriſtus tunc locutus fuiſſet, ſiue eos nominans, ſiue ſine expreſſione nominũ ponens vltra duodecim duas ſedes, pro illis cùm nondum eſſent in comitatu Chriſti, neq; vnquam fuerint aut futuri erant: quia poſt mortẽ, & aſcẽſionem Chri-

F ſti fecit eos Spiritus ſanctus accipi in miniſteriũ. Hoc non intelligerẽt duodecim apoſtoli, de quibus loqueretur, neque intelligerent verbum Chriſti, & hoc nõ erat conueniens: ideo de ſolis pręſentibus locutus eſt. Tertiò, quia ſi de illis loqui vellet, qui accepturi erant ſedes, cùm ẽt multi alij ſedes habituri erant, de eis loqueretur, ponendo numerum ſedium omnium electorum, vel ſaltem omnium perfectorum, quod non fecit. Quartò, & pręcipuè fecit, quia iſta promiſſio ſedium facta eſt in pręmium boni operis pręteriti: quia dicitur ſupra in litera: vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper duodecim ſedes: & tñ Paulus, & Barnabas nondum Chriſtum ſecuti fuerant neq; ſequebantur: imo Paulus poſt hoc ſequẽtes Chriſtum ꝑſequebatur; er-
G go non debuit exprimi quicquam de ſedibus eorum, ne prius videantur habere ſedes quã meruerint: quia tunc putaretur a ſimplicibus, ꝙ pręmium ſine merito daretur, & iſta eſt veritas. Sic innuitur Luc. 22. c. quando Chriſtus locutus eſt iſtis duodecim dicẽs, vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: ideo ego diſpono vobis, ſcilicet, quia permãſiſtis mecum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Paulus autẽ, & Barnabas non manſerant cum Chriſto in aliquibus tribulationibus: ideo non debuerunt nunc eis aſſignari ſedes, licèt illas habituri eſſent. Quintò fuit, quia quando Chriſtus nunc iſta dixit, & potiſſimè qñ dixit ea iterum Luc. 22. cap.
H erat propinquus paſſioni, in qua turbanda erant apoſtolorum corda, & eum relicturi erant, & quod deterius erat fidem perdituri: Chriſtus ergo admonere eos voluit, vt manerent & non ſcandalizarentur propter eius afflictiones: & vt hoc libentius faciant, promiſit eis thronos in vita ęterna: & quia ſoli apoſtoli manſuri erant tempore paſſionis, ideſt non erãt alij cum eo: nam iſti ſoli comedebãt cum eo in die cęnę. Lucę 22. his ſolis promiſit ſedes duodecim. Sed objiciet, quia ſi ſolis eis, qui cum ipſo permanſerant, & permanebãt promiſit nunc ſedes, non potuit compleri verbũ Chriſti, quia Iudas erat vnus de duodecim, & tñ ipſe nõ habuit ſedem; quia damnatus eſt, & per ſubrogationem Mathiæ non potuit impleri verbũ: quia Chriſtus non
I loquebatur niſi eis, qui manſerant cum eo in tribulationibus, & tñ Mathias nondũ manſerat cum eo in tribulationib⁹, potiſſimè quia vt habet Luc. 22. c. cũ ipſe ſederet cum duodecim ad menſam dixit eis: vos eſtis, qui permanſiſtis mecũ in tribulationib⁹: & tñ conſtat ꝙ non erat ibi Matthias, neq; loquebatur ad illũ, ideo non intelligebat, ꝙ ipſe habitur⁹ erat aliq̃ de ſedib⁹ 12.

Dici põt vno modo, ꝙ verbum Chriſti referebatur ſolùm ad eos, qui audiebãt: & inter illos erat Iudas, & non erat ibi Matthias, q poſtea ſubrogatus eſt: & tñ Iudas non ſedit ſuper aliquã ſedem, & hoc qa licèt Chriſtus videret loqui ſimpliciter, loquebat ſub cõditione .ſ. vos q ſecuti eſtis me. i. quia ſecuti eſtis me & ſequimini: ſi ſequimini me oẽs duodecim habebitis duodecim ſedes, & dato ꝙ non exprimat conditio ſubintelli-
K git iuxta illud Iere. 18. ca. ſ. repente loquar de gente & regno &c. Sic exponit Chryſo. Et qa Iudas non ꝑmanſit in tribulationib⁹, ſed potius ipſe tribulationes adauxit Chr̃o, nõ erat habiturus ſedẽ: & hoc, vt ait Chryſo. ſatis innuit Luc. 22. ſ. vos eſtis, q ꝑmanſiſtis mecũ in tribulationib⁹: ideo ego diſpono vobis regnũ. Et ita quia ꝑmanſerunt dat eis regnum, & ſedere ſuꝑ duodecim thronos: & tñ permanſio non dr̃, niſi vſq; in finẽ quis ꝑmaneat: qa talib⁹ ſolis promittit pręmium. ſupra 10. c. q perſeuerauerit vſq; in finem ſaluus erit. Iudas autẽ non permanſit, quia in fine laqueo ſe ſuſpendit: ideo ex verbis Chriſti nõ debebatur ſedes Iudę. Nam dixit: vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuꝑ duodecim ſedes.

Iudas

Iudas tamen non ſecutus fuerat Chtiſtum: quia licèt A corporaliter eum ſequeretur, animo tamen multum ab eo receſſerat, ita vt eum Chriſtus multo ante hoc diabolum vocaret, dicens: Nōne ego duodecim elegi vos, & vnus ex vobis diabolus eſt: Ioan. 6. & euangeliſta eum furem vocat: eo ꝙ ea, quæ Chriſto dabantur, furabatur, & aſportabat. Ioan. 12. ca. Ergo iſti, qui non ſecutus fuerat Chriſtum, non promittebatur ex verbo Chriſti aliqua ſedes. Sed obijcietur, cùm Chriſtus loqueretur ad duodecim promittendo ſedem eis, qui ſecuti fuerant eum, & ſecuturi erant perſeuerando: & Iudas non ſecutus fuerat eum, neque ſecuturus erat: quare nominauit duodecim ſedes cùm ſolę vndecim eſſent pro alijs. Neque valet, ſi dicas, quòd completum eſt in Mathia, cui data eſt ſedes Iudæ, cui ſub- B rogatus eſt: Quia vt dictum eſt, Chriſtus locutus eſt ſolùm ad duodecim, qui pręſentes erant, de quibus non erat Mathias, vt patet pręcedenti q. Dicendum, ꝙ Iudas non habiturus erat ſedem, neque ex verbis Chriſti debebatur ei: & tamē duodecim ſedes expreſſit Chriſtus, quia ſi diceret vndecim ſedes oſtenderet, ꝙ vnus eorum damnandus erat, qui ſedem non haberet in vita ęterna: & hoc vel daret occaſionem fortem ſuſpicādi contra Iudam, de quo fortaſſis aliqualis erat iam ſuſpitio: vel omnibus ingereret triſtitiam magnam: quia quilibet de ſeipſo dubitaret, an eſſet ille, cui ſedes non daretur in cęlo, & ita non ſequerentur Chriſtum bono animo: ideo dixit, duodecim ſedes, licèt ſoli vndecim de tunc præſentibus habituri erant ſedes. Sed C dicetur, quòd hoc non obſtat, quia dicendo in generali de vndecim ſedibus, licèt vni deficeret ſedes, non appareret, quìs eſſet ille: & ita non eſſet inconueniens: nam in generali malum dicere de aliquo apoſtolorū non deſignando perſonam, non videbatur inconueniens, cùm grauiora iam Chriſtus dixiſſet: nam. Ioan. ſexto dixit duodecim: ego elegi vos & vnus ex vobis diabolus eſt, quod eſt deterius, quàm non habere ſedem. Etiam Chriſtus dixit: qui intingit mecum manum in paropſide hic me tradet; & ait, melius eſt ei ſi natus non fuiſſet, infra 26. & Luc. 22. cap. ita ergo poterat dicere de vndecim ſedibus. Dicendum, quòd deterius erat dicere de vndecim ſedibus quàm ea, quæ dixit. Et ratio eſt, quia dicendo, de vndecim ſedibus D oſtendebat, quòd vnus de apoſtolis damnandus eſſet certe, & hoc eſt peſſimum malum. dicendo, quòd vnus diabolus eſt: & quòd tradet eū, dicit malum peccati, ſed non damnationis, quia ille, qui nunc erat diabolus, ideſt, exercebat opera diaboli, poterat conuerti, & effici bonus, & habere ſedem in regno cęlorum. Etiam dato, ꝙ vnus traditurus eſſet eum, & iſta eſſet res peſſima, tamen peccatum erat, de quo agens poterat dolere: & ita aliquando haberet vitam æternam. Dicere tamen, ꝙ non haberet ſedem in vita ęterna, erat ei auferre totum bonum, & auferre ſpem boni, & animum benefaciendi: ideo fuit conueniens, quòd annunciaretnr Iudæ in generali malum, quod faciebat, vt illud caueret, quando poterat cauere: non tamē E erat conueniens, quòd annunciaretur ei ſua certa dānatio, quia hoc non proderat ad aliquod bonum, ſed prorſus ad deſperationem: ideo non debuit dici de vndecim ſedibus. Sed tunc dicetur, quomodo ſtat tunc verbum Chriſti in veritate de duodecim ſedibus quātum ad iſtas duodecim perſonas, cùm Iudas non habuerit ſedem. Dicendum, vt ſupra, quòd intelligitur ſub conditione, licèt nō appareat, & quòd omnes duodecim habituri erant ſedes duodecim, ſi impleretur in eis conditio, quæ non fuit impleta in Iuda: ideo verbo Chriſti exiſtente in veritate, non habuit ſedem aliquam. Secundo poteſt dici, quantum ad principale, quòd licèt verbum Chriſti, quantum ad id, quod expreſſe ſignificabat ſolùm intelligeretur de illis duodecim perſonis, ad quas tunc loquebatur: quia tamen ipſe ſciebat, quid futurum erat de eis ſubintellectè voluit referre vnam de iſtis ſedibus ad Mathiam, qui ſubrogatus fuit Iudæ, qui tunc pręſens erat, & ita accipit Chryſoſtomus.

Quare pro Beata Virgine non aſſignata fuit ſedes ad iudicandum. Quæſtio CC.

QVAERETVR, quare pro Beata Virgine nō aſſignata fuit ſedes, cùm ſedes pertineat ad honorem: & detur propter magnitudinem meritorum, & iſta fuerunt in virgine maiora, quàm in omnibus apo- B ſtolis. Dici poteſt primò, quòd hoc fuit, quia ſedere ad iudicandum ſuper thronos eſt quędam magna gloria, quę competit apoſtolis: gloria autem, quę competit Beatæ Virgini, eſt valde maior: ideo non connumeratur eius gloria apoſtolorum gloriæ, tanquam ad oſtendendum magnitudinem gloriæ Virginis dici deberet, ꝙ ipſa ſederet ſuper thronum ad iudicandum. Secundò poteſt dici, quòd non dicitur de ipſa, ꝙ iudicabit: quia hoc dixit Chriſtus ad conſolandum eos de anguſtijs, quas patiebantur cum Chriſto, & ad reddendum eos fortiores, quantum ad ſequentia tolleranda, cum fragiles eſſent: Beata autem Virgo tanta firmitate ſolidata erat, vt his promiſſionibus non indigeret, vt in fide firma maneret. Tertiò, quia non vide- C batur competere hoc virgini: Chriſtus enim promiſit apoſtolis ſedes: quia ſuſtulerant anguſtias, ſequendo eum corporaliter, & tenendo regulam eius, & eundo quò ille mittebat ad prędicandum, & quò miſſurus eſſet poſt aſcenſionem: Beata Virgo non ſequebatur Chriſtum diſcurrēdo cum eo: propter verecundiam enim ſexus non ibat quocunque Chriſtus: ſed rarò ibat cum eo, ſed veniebat aliquando ad viſitandum eum, vt colligitur ſupra decimo capitulo, ſcilicet. Ecce mater tua, & fratres tui ſtant foris, quęrentes loqui tibi. Et ideo illi non competebat pręmium iſtud ex cauſa iſta, quæ nunc expreſſa fuit apoſtolis. Quartò fuit, quia ipſa non erat præſens, quando Chriſtus iſta dixit apoſtolis, neque prębuit cauſam, vt hęc dicerentur: Chriſtus enim bis dixit apoſtolis, ꝙ ſederent ſu- D per thronos. Primò nunc aliquanto tempore ante paſſionem, quando occurrit iuuenis diues, qui volebat ingredi in vitam æternam. Secundò, quando in die cęnę vltimę ſedebant ad menſam. In prima vice cauſa fuit quęſtio Petri: quia ex his, quæ Chriſtus dixerat contra iuuenem diuitem, fuit Petro occaſio quærendi, ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis. Iſti autem ex quorum perſona dicebat, ecce nos reliquimus omnia, erant apoſtoli ſoli, qui præſentes erant Chriſto, vt oſtenſum eſt ſupra quęſtio. 195. & non erat ibi Beata Virgo, eo ꝙ illa non diſcurrebat cum eo prędicante: ideo tunc non reſponſum eſt, niſi de ſedibus duodecim, quę correſpondebant duodecim apoſtolis. In ſecunda vice cauſa verbi E Chriſti fuit diſceptatio apoſtolorum inter ſe: nam facta eſt diſceptatio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior: & Chriſtus poſtquam abſtulit eis occaſionem ſuperbiendi in alterutrum, & dominari volendi, oſtēdit omnium ipſorum in communi excellentiam, dicens: vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus: ideo ſedebitis ſuper duodecim thronos: ibi enim non erant contendentes, niſi apoſtoli duodecim: quia illi ſoli recumbebant ibi. Luc. 22. capitulo. & non erat ibi Beata Virgo, & ſi eſſet, non contenderet: ideo etiam tunc non dictum eſt de ea, & iſta eſt eadem cauſa, quare in iſtis duabus vicibus, non dictum eſt de ſedibus Pauli, & Barnabæ. ſ. quia præſentes non erant:

& quia non præbebant ipsi causam his promissionibus Christi, sicut duodecim apostoli.

Quomodo apostoli sedebunt super duodecim sedes, & quę erant istę sedes. Questio CCI.

QVAERETVR, quomodo apostoli sedebūt super duodecim sedes, & quę erant istę sedes. Aliqui volunt, quod istę non erunt solùm duodecim, sed ꝑ duodecim significatur tota multitudo sedium omnium, qui in iudicio sedebunt. sic tenet Augu. 20. de Ciuitate Dei, & dictum est supra questio. 198. Sed dicendum, quòd hoc non stat: quia licèt verum sit, quòd multi pręter apostolos duodecim sedebunt in die iudicij in sedibus: tamen Christus in pręsenti non fuit locutus nisi specialiter ad duodecim apostolos, vt ostensum est supra quęstio. 197. Sed tenendo, quòd intelligitur de duodecim apostolis, dicunt aliqui, quòd tota multitudo christianorum vocatur sedes, vt refertur ad duodecim apostolos, & distinguuntur istæ sedes duodecim iuxta duodecim virtutes, vel excellentias apostolorum singulorum: quia quilibet pręcellit in vna virtute specialiter, in qua non alius: sicut Petrus in fide, Ioannes in innocentia: & ita de singulis. Sic dicit Chrysost. Ex tunc. i. ex tempore ascensionis Christi, apostoli sederunt super thronos duodecim, idest, Christianis omnibus: omnis enim Christianus, qui suscipit verbum Petri, thronus est Petri, & sic de alijs apostolis: omnes autem christiani sunt quidem duodecim sedes apostolorū, sed vna sedes Christi: Christi enim omnes virtutes sunt, quasi vna sedes: quia in omni virtute æqualiter ipse solus perfectus est: vnusquisque etiam apostolorum in aliquo bono speciali est perfectior, vt Petrus in fide: & ideo Petrus requiescit in fide, Ioannes in innocentia, & sic de alijs. Sed dicendum, quòd hoc nō est ad propositum, quia Chrysostomus, vult quòd apostoli sedeant super thronos statim post Christi ascēsionem, & quilibet sedeat super omnes christianos, sed inquantum quilibet pręstat vnum modum doctrinę, quantum ad aliquam virtutem specialem, in qua excellit cęteros, dicatur sedere super vnam sedem: quia tamen vt ostensum est supra quęstio. 197. intelligitur istud de sedibus apostolorum in iudicio generali, aliter dicendum est, scilicet, quòd dicuntur habere duodecim sedes, qui sunt duodecim personę: & quia iudicabunt in iudicio, & iudices sedere solent, dicitur quod ipsi sedebunt: & qa in eadem sede non sedent multæ personæ, dicitur ꝙ singuli apostolorum super singulas sedes sedebunt, quasi singuli iudices. Et tamen, si quid erunt in veritate istę sedes, non erunt nisi aliquid de aere in loco honorabili iuxta Christum, quod iudicabitur velut tribunal excellens. Nam vt dicitur. 1. Thessal. 4. Omnes qui residui sumus occurremus obuiam Christo in aera, & sic cum Christo semper erimus.

Quomodo apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel: & an aliquos alios iudicabunt &c. Quest. CCII.

QVAERETVR, quomodo apostoli iudicabūt duodecim tribus Israel, & an iudicabunt alios, nisi duodecim tribus Israel: & quare istas duodecim tribus iudicabunt. Aliqui dicunt, ꝙ apostoli non solū iudicabunt duodecim tribus Israel, non quidem ꝙ illas solùm iudicabunt, sed & totum orbem iudicabūt, & tamen totus orbis significatur per duodecim trib⁹ propter numerum duodenarium, quia sicut per duodecim sedes innuitur vniuersitas iudicantium: ita per duodecim tribus Israel innuitur vniuersitas iudicandorum, vt ait Aug. 20. de Ciuit. Dei. Nam plures, quā

F duodecim iudicabunt sedes, sed sicut ex ratione numeri dixit significari totā multitudinem electorū iudicantiū. ita ex ratione numeri duodenarij per duodecim tribus dixit significari totā multitudinē iudicandorum, quę ex omnibus gentibus constat. Sed dicendum, ꝙ licèt verum sit, ꝙ multis pręter apostolos cōueniet iudicare, & in sedibus sedere in die iudicij: & etiam verum sit, ꝙ multi pręter duodecim trib⁹ Israel iudicabuntur, qa totus orbis iudicabitur: tamen Christus in pręsenti non locutus fuit de alijs iudicantibus, nisi de apostolis duodecim, vt ostensum est supra quęstio. 192. ita etiam licèt totus orbis iudicandus sit, non intelligit Christus nisi de duodecim tribubus Israel, quantum ad aliquid speciale, quod significare voluit.

G Alij dicunt, ꝙ per duodecim tribus Israel intelligūtur omnes christiani, qui diuiduntur in duodecim partes, sicut populus Israel in duodecim tribus. Et hoc propter duodecim virtutes signatas per duodecim nomina tribuum. Sic dicit Chrysost. Sedent apostoli in his thronis in duodecim partes distinctas secūdùm differentias animarum, & diuersitates cordium, quas solus Deus cognoscit. Sicut enim Iudęorum populus in duodecim tribus fuit diuisus: sic vniuersus populus christianus diuiditur in duodecim tribus: vt quędam animę sint de tribu Ruben, & similiter de alijs propter diuersas virtutes. Non enim omnes gratię in omnibus ęqualiter sunt, sed vnus pręcedit in ista alius in illa, & sic apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel,

H idest, omnes Iudęos per hoc, ꝙ verbum apostolorum a gentibus receptum est. Sed dicendum, quòd etiam istud non stat, quia si verè loquamur de iudicio generali, non solùm iudicabunt apostoli christianos, sed etiam omnes gentes & Iudęos, sicut dicitur Sapien. 4. cap. quòd iusti iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. sed Chrysosto. intelligit semper de iudicio, quod est per doctrinam & auctoritatem, & agitur in hoc sęculo, et incepit statim post ascensionē Christi. Et ita necesse est dici, quòd solos christianos iudicant: quia soli christiani tenent doctrinam apostolorum: & tamen vt ostensum est supra quæstione. 192. intelligitur istud de iudicio finali, quo iudicabūt duodecim apostoli: ideo non intelliguntur per duodecim

I tribus christiani specialiter. Sed est dicendum, quod per duodecim tribus Israel non intelliguntur nisi ipsæ tribus Israel, quæ comprehendunt progeniem Iudæorum: licèt enim totus orbis iudicādus sit per apostolos, & per singulos electos, quando collaudabunt Dei sententiam latam de omnibus hominibus, siue absoluendo, siue condemnando: tamen nominando duodecim tribus Israel non voluit intelligere, nisi ipsas tribus duodecim: quia sic solet sacra scriptura accipere, vt patet Apocaly. 7. c. vbi ponitur numerus signatorum, & de duodecim tribubus Israel ponitur specialiter numerus signatorum, & postea dicitur: post hoc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus tribubus, & linguis stantes

K ante thronum, & in cōspectu agni amicti stolis albis. Et sic per duodecim tribus Israel non intelliguntur aliæ gentes, sed specialiter ipsa gens Iudęorum: & ita nunc. Et ob hoc aliqui dicunt, quòd dixit Christus de duodecim tribubus ad specialem cōsolationem apostolorum: quia gaudium magnum est homini, quando in regione originis suę, vel inter suos honoribus magnis fungitur: & quia volunt duodecim apostolos esse de duodecim tribubus Israel, scilicet, quòd quilibet erat de sua tribu, dedit eis, vt super tribus duodecim præessent, scilicet, quòd quilibet iudicaret tribum illam, de qua ducebat originem.

Sed dicēdum, ꝙ non pręsupponitur verum. s. ꝙ singuli apostolorum de singulis tribub⁹ essent. Primò, quia hoc

hoc nullam habet auctoritatem neque motiuum, sed est dictum sine ratione: quod recipiendum non est. Secundo & efficacius, quia est manifestè falsum. Nã multi apostolorum erãt de eadem tribu. Petrus enim & Andreas fratres erant, ideo de eadem tribu erant: etiam Iacobus & Ioannes erant fratres, ideo de eadem tribu esse necesse est: etiam Philippus de eodem loco erat, de quo Petrus & Andreas, scilicet, de Bethsaida. Ioan. 1. capitulo. & ita non de diuersis tribubus, imò videtur, quòd omnes erant de eadem tribu: quia omnes erant de eadem regione, scilicet, de Galileça, vt dicitur Actu. 2. Nonne omnes hi qui loquuntur Galilei sunt? Et verum est, quòd omnes erant Galilæi: ideo vel omnes erant de eadem tribu, vel saltem non erant de multis. Sed dicendum, quòd B iudicabunt duodecim tribus Israel specialiter. Nam licèt totum orbem iudicabunt multis modis, vt ostensum est supra quęstio. 192. Iudæos speciali modo iudicabunt, scilicet, iudicio comparationis. Nam considerata solicitudine, & obedientia apostolorum ad Christum, qui Iudęi erant, & cæterorum Iudęorum contemptu & pertinacia & odio, iudicabuntur valde mali cęteri Iudæi, qui non crediderunt. Et iste est sensus conueniens: quia talem inducit Christus supra 12. capit. vbi Iudæi arguebant, vel calumniabantur Christum, quòd dęmones in Beelzebub eijceret: & Christus ait: si ego in Beelzebub eijcio dęmonia, filij vestri in quo eijciunt? idest, apostoli qui sunt discipuli mei, & sunt filij vestri, & eijciunt dæmonia; vnde subdi- C dit: Ideo ipsi iudices vestri erũt, scilicet, quia ipsi in me crediderunt, ita vt merito fidei dęmonia eijcere potuerunt, sicut ego: vos autem non solùm non credidistis, sed & me eijcientem dęmonia, quasi dęmonibus fauentem & colludentem accusastis. istud autem iudicium comparationis conuenientius facient apostoli super Iudæos quàm super alias gentes: tum quia erãt apostoli filij Iudæorum: tum quia Christus prędicauit Iudęis, & non alijs gentibus, vt illi essent magis reprehensibiles: tum quia apostoli, & Iudæi simul Christũ audierũt, & illi eum secuti sunt, isti verò persecuti. Et istum sensum etiam tenet Chrysost. Futurũ erat, vt in die iudicij responderent Iudęi: Domine non te cognouimus filium Dei in corpore constitutũ, quis hominum videre poterit thesaurum in terra absconditũ: D solem nube celatum? respondebunt ergo discipuli, & nos homines fuimus rustici, & obscuri in plebe, vos autem sacerdotes & scribę: sed in nobis bona voluntas facta est, quasi lucerna rusticitatis nostrę, in vobis autem malitia vestra facta est, quasi caligo scientiæ vestrę. Propter hoc autem non dixit, & iudicantes duodecim tribus Israel, & gentes, & orbem terrarum, sed solùm tribus Israel, quoniam in eisdem erant educati & legibus, & cõsuetudinibus discipuli & Iudæi. Cùm ergo dixerint Iudęi, quòd propter hoc non potuimus credere Christo, quia lex phibuit, discipuli in mediũ inducentur, qui eandem legem susceperunt. Et istum etiam sensum tenet Hierony. dicens: Sedebitis vos in E solijs iudicantium, condemnantes duodecim tribus Israel, quia vobis credentibus, illæ credere noluerunt, & iste est verus sensus. Aliter potest dici, quòd iudicabunt apostoli Iudæos, non solùm iudicio comparationis: quia sic etiam regina Austri & Niniuitæ illos condemnãt. supra 12. ca. sed alio superiori iudicio, vt dictũ est supra quęst. 192. & licèt totum orbem isto iudicio essent iudicaturi, dicitur specialiter de duodecim tribubus, quia cupiunt homines inter suos potius quàm inter alienos honorari. Et sic discipulis dedit potestatem iudicandi duodecim tribus Israel, vt viderentur constituti super illam gentem totam, de qua originẽ duxerant: & qa discipuli adhuc rudes erant, & qa carnales maius putarent esse iudicare duodecim tribus Israel, quàm totum orbem: ideo de istis solùm dixit. Ista positio satis est rationabilis: & tñ verior est precedens: quia licèt apostoli, qui rudes erant, putarent, aut vellẽt tanquam melius iudicare solùm duodecim tribus Israel, quàm iudicare totum orbem: reliquũ tamen magis vellent iudicare duodecim tribus, & insuper totũ orbem, quàm solas duodecim tribus. Cùm ergo in veritate, tam duodecim tribus, q̃ totum orbem iudicaturi essent; diceretur de duodecim tribubus, & de toto orbe. Dicitur tñ de solis duodecim tribubus. Ergo alia causa est, scilicet, quia iudicant iudicio comparationis, & hoc modo non iudicant nisi Iudęos, qui distinguuntur in duodecim tribus. Et istã causam dat Chrysosto. quare dicatur solùm de duodecim tribubus, vt patet supra, ideo ille est verior sensus. Aliter potest secũdùm quosdam dici, ꝙ Christus dixit de duodecim tribubus alludens apostolis: quia ipsi erant duodecim, & super duodecim thronos sedentes: ideo totidẽ res iudicandas eis tradere voluit: nihil autem occurrebat ita aptum in numero duodenario, sicut duodecim tribus: ideo dixit, ꝙ iudicarent duodecim tribus Israel. Sed dicendum, ꝙ hoc aliquale motiuum est, sed non est sufficiens. Nam magis ad hoc pręstaret causam, ꝙ vellent ibi honorari, vbi abiecti fuerant. Erant enim apostoli de gente Iudęorum: & inter illos erant ignobiles obscuri, & abiecti, quia erant pauperes: ꝙ ergo toti illi genti, in qua fuerant ipsi quasi extremi, profiterentur & iudicarent eam: magnus honor erat, & valde desiderabilis ab apostolis, & tamen adhuc istud nõ sufficiebat, vt dictum est supra, quia poterãt poni duodecim tribus, & insuper totus orbis, ideo a fortiori nõ sufficiet ista positio. Nam poterãt poni duodecim tribus, vt duodecim apostolis responderent duodecim tribus, & insuper totus orbis, qui augeret gloriam iudicantium, sed non ponuntur, nisi specialiter duodecim tribus: ideo primus sensus est verior, scilicet quòd iudicabunt iudicio comparationis.

Quomodo apostoli poterunt iudicare iudicio comparationis duodecim tribus, cùm non pertineant ad duodecim tribus. Quæstio CCIII.

SED quęretur, quomodo hoc poterit stare: quia apostoli non pertinebant ad duodecim tribus, ita vt iudicio comparationis eas condemnarent. Nam vt dicit Chrysost. Non iudicant apostoli omnes gentes iudicio cõparationis, sed solùm Iudęos, quia ad illos habebant aliquam causam comparationis, quam nõ habebant ad alias gentes.

Prima erat, quia erant de progenie eorum, & istam ponit Christus, supra duodecimo capitulo. Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt. Et apostoli secuti sunt Christum, Iudæi autem oderunt illum: & tamen istæ causæ non extenduntur ad omnes tribus duodecim Israel. De prima patet primò, quia omnes apostoli erant de vna tribu, & non de pluribus, vt ostensum est precedenti quæstione, & ita non erat comparatio ipsorum ad omnes duodecim tribus ad eas condemnãdum. Secundò, quia non manebant duodecim tribus Iudæorum in terra Israel tempore, quo Christus ista locutus est, sed decem tribus fuerant translatæ in Assyrios per Theglatphalasar, & Salmanasar cum rege suo Osee filio Hela. 4. Reg. 17. Manebant solæ duæ tribus, scilicet, Iuda & Beniamin, vt colligitur eo. c. ideo non poterat esse cõparatio ad duodecim tribus ipsorũ apostolorũ, sed solũ ad duas. De secunda causa patet, quia cũ decẽ trib⁹ translatę essent in terrã Medorũ tpe regis Ezechię, & ante captiuitatẽ Babylonis: & nũquã redie-

redierint illę tribus, sed manserunt semper in regionibus, ad quas translatę sunt, amplius quàm septingentis annis, antequam Christus diceret ista apostolis desierant esse tribus decem in terra Israel: & ita nunquam potuerunt audire verbum Christi, cùm ipse solùm prędicauerit in terra Israel: & etiam viuente eo nunquam extra terram illam prædicauerint apostoli, supra capitulo decimo, In viam gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed ite ad oues, quę perierunt domus Israel. Et ita non poterant apostoli iudicare duodecim tribus iudicio comparationis, sed solùm duas, scilicet, Iudā & Beniamin. Dici potest vno modo, quòd omnes duodecim tribus iudicabunt: quia licèt decem tribus non manerent in terra tempore, quo Christus ista dixit: tamen viuebāt eadem lege, qua cęteri iudęi: & prænūciatum erat de Messia eis sicut aliis: & pòstea ipsi audierunt vocem apostolorum prædicantium nomen Christi: quia in omnem terram exiuit sonus prędicationis apostolorum. ad Rom. capitulo decimo. & quia non conuersi fuerant, saltem magis culpabiles, quàm gentes fuerunt: & ideo magis condemnandi erant per apostolos iudicio comparationis quàm gentes, licèt magis erāt digni pęna illi, qui Christum viderunt, & audierunt, scilicet, duę tribus. Secundò potest dici, & melius, quòd omnes duodecim tribus condemnandæ erant quantum ad illos, qui non crediderunt: qui omnes audierunt Christum prędicantem, & viderunt. Nam licèt decem tribus translatæ fuerint in Assyrios, non fuerunt penitus translatę, ita quòd nemo maneret de illis in terra Israel: sed potiùs de qualibet tribu manserunt aliqui, qui transfugerunt ad regnum Iuda, quando per Salmanasar transferebantur cęteri in Assyrios, & isti manserunt postea semper mixti cum regno Iuda, cùm tribu Iuda, & Beniamin: & sic manebant in terra Israel, quando Christus prędicabat, & audierunt & conuerti noluerunt: & ideo de omnibus tribubus duodecim erunt multi, quos iudicabunt apostoli condemnantes illos. Et patet hoc. 2. Paralip. 30. cap. Vbi post translatas decem tribus in Assyrios misit Ezechias rex Iuda ad eos, qui manebant de illis tribubus, vt venirent ad faciendum Phase domino cum eo in Ierusalem, & iam fuerat facta translatio in captiuitatem: quia dicitur ibi ex ore nunciorum Ezechiæ ad ipsos Israelitas. Seruite domino Deo patrum vestrorum, & auertetur ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad dominum, fratres vestri, & filij vestri habebunt misericordiam coram dominis suis, qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terram hāc. Et subditur infra, quòd magna pars populi venit ad celebrandum Phase de tribu Ephraim & Manasse, & Isachar, & Zabulon. Ergo tam de istis quatuor tribubus, quàm de omnibus alijs sex, qui non nominantur, ibi manebant multi, qui non fuerant translati in Assyrios, & isti translati sunt simul in Babylonem cum alijs Iudæis de regno Iuda, & redierunt & manserunt in terra postea: & tempore Christi erant ibi. Quod patet, quia Luc. 2. dicitur de Anna filia Phanuel de tribu Asser, quæ erat in templo, quando ibi oblatus est Christus: & ita de tribu Asser adhuc manebant multi, & ita de omnibus alijs tribubus, licèt non exprimantur. Nam etiam tribus Asser non exprimitur secundo Paralip. 30. c. inter illas, quę venerunt ad Phase sub Ezechia, sed tunc erant in terra Israel. & iste est verus sensus; & sic poterāt apostoli iudicare omnes duodecim tribus: quia de omnibus erant aliqui, qui Christum prędicantem audierunt, & conuerti noluerunt.

F *An apostoli iudicabunt tribum Leui, quę non erat de duodecim. Quęstio CCIIII.*

QVAERETVR, cùm dicatur, quòd apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel, quomodo stat: quia videtur, ꝙ tunc nō iudicabunt tribum Leui: quia illa non est vna de duodecim, sed pręter illā erant duodecim tribus, vt patet Nume. 1. & 2. c. Et tamen videtur irrationabile, quòd cęteras tribus iudicent & nō Leui. Dicendum, quòd tam Leui, quam cęteras trib' iudicabunt: imò potius Leui quàm cęteras. Et ratio est: quia istud est iudicium comparationis, ergo apostoli comparati Iudęis condemnabunt eos, vt ostensum est supra, & tamen nulli sunt condemnatione di-
G gniores, quàm tribus Leui: quia sacerdotes erant, qui Christo viuenti magis insidiabantur, & inuidebant & auertebant ab eo populum simul cum Pharisęis: quorum consilio, & fauore simulatę religionis vtebātur. Etiam ipsi decreuerunt primò mortem Christi. Nam pontifices & Pharisęi, collegerunt consilium contra Christum, & primus qui diffiniunt, ꝙ debebat Christus mori, fuit Caiphas pontifex anni illius. Ioan. 11. c. Etiam pontifices petebant coram Pilato instanter crucifigi Christum: & ipsi suaserunt plebi semper clamare, vt occideretur Christus. infra 27. c. et Io. 18. et 19. & ita Pilatus asseruit dicens: gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Io. 18. c. & etiam pontifices iudicialiter condemnauerunt Christum, vt patet de Anna &
H Caipha. Io. 18. sed non ausi sunt proferre sententiam mortis contra eū: quia non licebat hoc, nisi Pilato prę sidi nomine Romanorum: sicut dixerunt ipsi, Nobis non licèt interficere quenquam Io. 18. Pontifices autem, & sacerdotes erant de progenie Leui: ideo tribus Leui fuit culpabilior in morte Christi, quàm cęteræ tribus: ideo grauius condemnabitur hoc iudicio cōparationis: Et etiam quia sacerdotes, & Leuitę erant sapientes, sicut Deus dixerat Aggęi. 2. Interroga sacerdotes legem. et Malac. 2. Dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam. Et ita potuerant isti clarius & facilius Christum cognoscere quàm cęteri: ꝙ ergo nō cognouerint, aut cognoscere noluerint prędicantem, digniores erant condemnatione quàm cæteri. Sed dici
I potest primò, quòd tam Leuitæ, quàm cęterę tribus iudicabuntur ab apostolis: & licèt non includātur Leuitę in duodecim tribubus, quarum nomina ponūtur Nume. 1. & 2. et 26. c. Tamen nominando duodecim tribus Israel volumus significare omnes personas de Israel, eo ꝙ non sunt nisi duodecim tribus in toto Israel: & nihil vltra manet, quod nomine tribus significari possit. Et ratio huius est, quia totam terram Israel fecit Deus diuidi in duodecim sortes, pro duodecim tribubus Nu. 18. & 26. et de illis sortibus nulla data est Leuitis. Nume. 18. & Iosue 13. c. Sed in sortibus singularum tribuum accipiebant ciuitates aliquas: quarum numerus, & nomina ponuntur Nu. 35. & Iosue 21. c. & ita Leuitę non retinebant nomen tribus, eo ꝙ non
K acceperunt possessionem aliquam separatam ab alijs Israelitis, sed tota terra diuisa fuit per alios, & ab illis accipiebant loca ad habitandum, agros verò & vineas non accipiebant aliquas, sed alij Israelitæ omnia hęc sibi retinebant, & ita cum essent dispersi per alias tribus nominatis, simul cū omnib' duodecim tribubus intelligebantur ēt omnes de stirpe Leui: cùm ergo apostoli iudicent duodecim tribus, iudicabunt oēs de Leui. Secundò potest dici, ꝙ cùm dr̄, iudicantes duodecim tribus Israel, intelligūtur Leuitę: non quidem nomine aliarum tribuum, quasi accessorij sint Leuitæ: sed quia sunt Leuitę vna de istis duodecim tribub'.

Sed quia obijcitur, ꝙ pręter Leuitas sunt duodecim tribus: et ideo non possunt Leuitæ computari hic, vt

vna

Caiphas primus Christi mori causa.

Tribus Leui in morte Christi culpabilior fuit quam ceteræ tribus.

vna tribus, niſi excludatur aliqua alia tribus, quod eſt inconueniens. Dicendum, ꝙ nulla tribu excluſa manebunt ſolùm duodecim tribus. Et ſciendum, ꝙ nunquam nominantur, niſi duodecim tribus Iſrael, neq; eſt aliquis locus in tota ſacra ſcriptura, in quo nominentur tredecim tribus: ſed in hoc eſt difficultas, quia tribus nominantur per filios Iacob, qui fuerunt duodecim: & ita ab illis poterant eſſe duodecim tribus: ſed Ioſeph diuiſus eſt in duas tribus, eo quòd voluit Iacob, ꝙ duo filij Ioſeph. ſ. Manaſſe, & Ephraim haberent duas ſortes, & nominarent duas tribus: Gen. 48. ſ. Duo filij tui, ſcilicet, Ephraim & Manaſſe, quos genuiſti antequam venirem ad te, ad terrã Aegypti, ſicut Ruben & Symeon reputabuntur mihi: reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. Diuiſo ergo Ioſeph erant tredecim viri, & poterant eſſe tredecim tribus: & tamen ſcriptura nunquam vocauit tredecim tribus, ſed duodecim: quod ſic fit quia aut res illa, de qua agitur eſt temporalis, ſcilicet, ad habendum temporalia emolumenta, vel poſſeſſiones: et tunc Leui non computatur in tribum, ſed Ioſeph diuiditur in duas tribus. ſ. Manaſſem, & Ephraim, & ſunt duodecim tribus. Et ratio eſt, quia Leuitis iuſſit dominus ne acciperent aliquam partem hæreditatis, inter Iſraelitas in terra eorum, quia ipſe erat ſors, & hęreditas eorum. Nume. 18. & Deute. 18. ſcilicet, quòd ea, quę dabantur Leuitis de iuribus Dei, erãt eis in ſortem. Ioſue 13. quę iura, tam ſacerdotum, quàm Leuitarum & Sacerdotis magni ponuntur Num. 18. c. Aut agebatur de re ſpirituali, ſiue ad bonum, ſiue ad malum: & tũc Leui erat tribus, & Manaſſes, & Ephraim non erant duę tribus, ſed efficiebatur vna tribus Ioſeph. Sic patet in benedictione & maledictione, pro confirmatione legis: quia ſex tribus ſedebant ad maledicendum tranſgreſſoribus legis in monte Hebal, & ſex tribus ad benedicendũ obſeruatoribus in monte Garizim. Deuter. 26. & Leui ponitur ibi vna tribus de benedicentibus. Sic etiam iuſſit Deus, poni in duo bus onychinis ſuperhumeralis, vel ephod duodecim nomina duodecim tribuum. Et in rationali in duodecim lapidibus iterum eadem duodecim nomina tribuum duodecim. Exod. 28. c. & ibi ponebatur nomẽ Leui: quia dixit, ꝙ ponerentur nomina duodecim filiorum Iſrael, iuxta ordinem natiuitatis ſuę. eod. c. eo ꝙ poni ibi erat ad rem ſpiritualem, ſcilicet, vt eſſent in memoriam coram domino. eo. c. Et ratio horum eſt, quia licèt emolumenta temporalia non eſſent communia Leuitis cum alijs tribubus: tamen ſpiritualia communia erant: ideo quando de re temporali agebatur nõ veniebat Leui in numerum tribuum: cùm autem de ſpirituali ageretur, veniebat Leui vt vna tribus: nunc autem de re ſpirituali agebatur, ſcilicet, de iudicio & condemnatione non credentium, quæ ita cõpetebat Leuitis vt alijs: ideo ſicut in cõfirmatione legis in benedicentibus, & maledicentibus Leui fuit vna de tribubus: ita nunc in iudicãdo duodecim trib⁹ dicetur Leui vna tribus: & Manaſſes & Ioſeph erunt vna de tribus, quæ vocetur tribus Ioſeph.

Alij autem dicunt, quòd ſint tribus tredecim Iſrael, quarum ſit tertiadecima tribus Leui: & licèt dicat̃ de duodecim tribubus, non excluditur tribus Leui: quia per duodecim tribus non ſignificantur pręcisè tribus duodecim, ſed tota multitudo iudicandorum. Ita dicit Auguſt. 20. de Ciuitate Dei, ſcilicet. Neque quoniam ſuper duodecim ſedes ſeſſuros eſſe ait, duodecim ſolos homines cum ipſo iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero vniuerſa quædam ſignificata eſt iudicantium multitudo. De ipſis quoque iudicandis in hoc numero duodenario ſimilis cauſa eſt: nõ enim quia dictum eſt, iudicantes duodecim tribus Iſrael, tribus Leui, quę tertiadecima eſt ab eis iudicanda non erit, aut ſolum illum populum, non gentes cęteras iudicabunt.

Sed dicendum, quòd licèt verè iudicaturi ſunt apoſtoli omnes gentes: Chriſtus non intendit hic deſignare, niſi quòd iudicarent duodecim tribus Iſrael, vt dictum eſt ſupra quæſtio. 201. ſicut non ſolùm apoſtoli, ſed etiam omnes electi, ſedebunt ad iudicãdum. & tamen de ſolis apoſtolis Chriſtus hic intellexit, ꝙ iudicarent, vt dictum eſt ſupra queſtio. 193. & quæſt. 202. Quia autem dicitur tribum Leui eſſe tribum tertiãdecimam, põt quidem largè dici: ſed ſacra ſcriptura nunquam recipit iſtam locutionẽ, quia licèt ſint tredecim nomina, a quibus poſſunt accipi tredecim tribus: nunquam tamen nominat tredecim, ſed duodecim: quia quando de ſpirituali re agitur, ponitur Leui vt tribus, & efficiunt̃ vna tribus Manaſſes & Ephraim, quæ vocatur tribus Ioſeph. Cum verò de re temporali agitur, non ponitur tribus Leui. Et ita in hoc loco Leui debet tribus vna de duodecim computari: quia de re ſpirituali agitur, & erit alia tribus Ioſeph. Contra iſtam regulam non inuenitur quod obſtet, niſi Apocalyp. ſeptimo capitulo. Vbi ponuntur ſignati de duodecim tribus, & quia erat illa res ſpiritualis, ſcilicet, numerus ſaluandorum, debebat eſſe tribus vna Leui de illis, & ita ponitur ibi ſeptima tribus Leui, & in hoc non agitur contra regulam. Etiam ſolę duodecim tribus ponuntur, ſed in hoc agitur contra illa: quia ponitur tribus Manaſſę & tribus Ioſeph, vt duæ tribus & excluditur tribus Dan: quę quare ſic fiant dicetur eodem ſeptimo capitulo. Inuenitur etiam Nu. 17. ca. vbi in inuenienda ſorte ſacerdotij agitur, ꝙ ponantur tredecim virgę, & tertiadecima ſit virga Leui, in qua erat nomen Aaron: quod multum videtur facere pro dicto Aug. vt dicat̃ tribus Leui tertiadecima. Et tamen dicendum, quòd neque ibi neque alibi vocantur vnquam tredecim tribus: quia dicitur potius, quòd ſunt duodecim: & cùm nominatur Leui, non dicitur tertiadecima tribus. Nam dicitur eodem cap. Loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, a cunctis principibus tribuũ virgas duodecim, & ita nõ nominauit niſi duodecim tribus. Et poſtea dicitur: Locutus eſt dominus ad filios Iſrael, & dederunt omnes principes ei virgas, per ſingulas tribus, fueruntq; virgę duodecim abſq; virga Aaron. Et ita ibi licèt ponatur Leui ſiue Aaron extra duodecim tribus, non vocantur tribus tredecim, ſed duodecim, & ideo ſcriptura non ſuſcipit iſtum modũ loquendi, quòd tredecim tribus ponamus.

Doctoris reſpon.

Cum apoſtolis & alijs danda ſit auctoritas iudiciaria: an ſit hoc ſolùm in pręmium voluntarię paupertatis, vel propter aliud. Quęſtio CCV.

QVAERETVR, cùm apoſtolis, & alijs danda ſit auctoritas iudiciaria. i. ꝙ ſedeãt ad iudicandũ in die iudicij: an ſit hoc ſolùm, vel ſpecialiter in præmium voluntariæ paupertatis, vel propter quid: nam ſolet dici, ꝙ propter paupertatem voluntariam detur iſta poteſtas. Aliqui dicunt, ꝙ non datur propter hoc: quia ſupra in litera de ſolis duodecim apoſtolis dicit̃, ꝙ ſedebunt iudicantes: & tamen multi alij ſunt voluntariè pauperes, qui non ſunt de duodecim apoſtolis: ergo videtur quòd nõ datur illa poteſtas propter eſſe volũtariè pauperes: ſed magis detur propter eſſe apoſtolos. Secundò, quia ſedere ad iudicandum eſt quædam magna excellentia, & datur pro excellenti meritò: ſed alia ſunt maiora merita, quàm voluntarię paupertatis, ſicut martyrium: quia magis eſt offerre ſacrificium

ficium Deo de proprio corpore, quàm de rebus exterioribus: & tamen martyres, & virgines offerunt sacrificium de corpore suo: martyres quidem moriẽdo: virgines autem quotidianam mortificationem in corpore suo portando: voluntarij autem pauperes solas res exteriores offerũt: ideo potius martyribus, & virginibus dabitur potestas iudicandi, quàm voluntarijs pauperibus. Tertiò, quia Io. 5. dicitur: Est, qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis, vbi Glo. dicit: Quia vocem eius nõ auditis, & Ioa. 12. dicitur: Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eũ in nouissimo die: ergo ex hoc, ꝙ aliquis proponit legem, vel verbum exhortationis ad instructionem morum, habet quòd iudicet contemnentes, sed hoc est officium doctorũ: ergo sedere ad iudicandum magis competit doctori- G bus, quã voluntarijs pauperibus. Quartò, quia Christus inquantum iniustè iudicatus fuit, meruit inquantum homo effici iudex omnium in natura humana. Vnde dicitur Ioa. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicum dedit filio facere, quia filius hominis est: sed qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, iniustè iudicantur: ergo potestas iudiciaria competit potius patientibus persecutionem propter Christum, quàm voluntariè pauperibus. Quintò, quia superior non iudicatur ab inferiori, sed multi diuites, qui licitè vsi fuerunt diuitijs, erunt maioris meriti multis voluntariè pauperibus: ergo non iudicabuntur ab illis, & consequenter illi voluntarij pauperes non iudicabũt, vel saltem diuites, qui maioris meriti extiterunt po- H tius iudicabunt. Alij dicunt, quòd voluntarię paupertati hæc competat potestas iudicandi, quia Iob 36. dr̃: Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuet. i. potestatem iudicandi: ergo potestas iudicandi pauperibus competet. Secundò, quia supra in litera dixit Petrus Christo: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? & Christus dicit: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes: & ita videtur, quòd per hoc, quòd spontè abrenunciauerũt omnibus, datur eis potestas iudicandi. Dicendum, quòd communiter asseritur, ꝙ voluntarię paupertati detur potestas iudiciaria. Et tamen pro hoc sciendũ, quòd iudicare in die iudicij multipliciter accipitur, vt osten-

Quæ. 192. sum est supra, & aliqui modi illorum sunt, qui compe- I tunt omnibus electis cuiuscumq; gradus, cùm etiam quibusdam damnatis cõpetat iudicare. Primò mõ. s. iudicio comparationis, vt ibidem dictum est. De secundo, & tertio modo certum est, ꝙ omnes electi iudicabunt. Nam secundus modus iudicandi est iudicare. i. iudicanti consentire sententiam approbando: & isto modo omnes electi Deo iudicanti consentiẽt, quia voluntas eorum erit diuinę voluntati per omnia conformis. Tertius modus est iudicare per similitudinem. s. sedere in solio excelso sicut iudex: & hoc etiã modo omnes electi iudicabunt, quia omnes occurrẽt obuiam dñ̃o in aera, & ibi erunt, dum iudicium fiet: & tunc non est quærendum pro qua virtute, vel merito detur potestas iudiciaria, cùm nullus sit habens meri- K tum aliquale, cui non competat ista potestas. Accipiendo autem magis strictè, & specialius potestatem iudiciariam, cõpetit quibusdã, & non omnibus electis. Et tunc manet dubium, quibus meritis, vel statui competat illa potestas iudicandi, & solet dici, ꝙ competat voluntarię paupertati propter tria. Primò ratione cõgruitatis, quia volũtaria paupertas est eorum, qui omnibus, quæ mundi sunt contemptis soli Christo inhærent: & ideo non est in eis aliquid, quod eorum iudicium à iustitia deflectat. Vnde idonei ad iudicandũ ex hoc redduntur: quasi veritatem iustitię prę omnibus diligentes. Secundò per modũ meriti, quia humilitati competit exaltatio. Luc. 14. Qui se humiliat exaltabĩt.

F Inter omnia autem, quæ in hoc mũdo hominem despectum reddunt, præcipuũ est paupertas, & ideo pauperibus talibus excellentia iudiciariæ potestatis pmittitur, vt sic q̃ se humiliat pro Christo, exaltetur. Tertiò ratione dispositionis, quia paupertas disponit ad prędictum modum iudicandi: ex hoc enim aliquis sanctorum iudicare dicetur, vt ex prędictis patet, quia cor doctũ habebit omni diuina veritate, qua potens erit alijs manifestare ingressum ad perfectionem: & tñ volẽti ingredi ad perfectionem, primum quod relinquendũ occurrit, sunt diuitiæ exteriores, quia istæ sunt vltimò acquisitæ inter omnes res, & quę sunt vltima in generatione sunt priora in destructione. Vnde inter beatitudines, quæ dicunt actus virtutum perfectarum, est secundùm eas progressus ad perfectionem, vel in ipsa perfectione ponitur prima paupertas. s. beati pauperes spiritu, supra 5. cap. & sic paupertati voluntarię potestas iudiciaria tribuitur, inquãtum ipsa est prima de dispositionibus proximis ad prædictam potestatem. Et ob hoc est, quòd non quibuscumque pauperibus etiam volũtarijs potestas ista repromittitur, sed illis solis, qui relinquentes omnia sequuntur Christum secundùm totam vitæ perfectionem: & ideo quando dicitur, ꝙ paupertati voluntariæ competit potestas iudiciaria, nõ est sensus, ꝙ habenti eam solam detur ista potestas, sed habenti vitę totalem perfectionem, cuius perfectionis principium in via incipiẽdi est vendere omnia, & darę pauperibus: & deinde sequuntur virtutes multę claris- H simæ, per quas homo imitatur Christum, perfectè sequendo eum illo modo, quo permittit humana fragilitas, sicut ipse dixit supra in litera: si vis esse perfect⁹ vade, & vende omnia, quæ habes, & sequere me: & ita siquis totam causam, quare datur potestas iudiciaria exprimere velit, non debet dicere, ꝙ est paupertas voluntaria, sed quòd est perfecta vita, vel quòd est perfecta vitæ imitatio, cuius principium quantum ad viam generationis est paupertas volũtaria, sed non dicit ipsa maximam perfectionem, pro qua detur ista potestas, cùm quælibet alia sequentia sint excellentiora.

Ad primum dicendum, ꝙ multi alij præter Apost. duodecim habebunt potestatem iudiciariam, quia sequũtur vitam illorum, & inuenitur in eis illa ratio, per I quam Apostoli istam honoris excellentiam meruerunt: Christus tamen solis duodecim Apostolis tunc promisit istam potestatem: non quidem negando eã alijs, sed quia nulla erat causa promittendi tũc alijs qñ Christus hoc loquebatur, vt ostensum est supra.

Ad secundum potest dici vno modo, ꝙ virginitas, & martyrium quamquam sint perfectiora, q̃ paupertas voluntaria: tamen non ita disponunt hominem ad tenendũ in corde decreta diuinæ iustitię, p q̃ homines iudicantur, sicut paupertas voluntaria, cùm paupertas valde disponat ad disciplinã, quia dicit ablationem curarum: è contrario aũt diuitię sęculi ppter multitudinem solicitudinis suffocant verbũ Dei. Luc. 8. ca. & ita sapientiam impediunt. Aliter potest dici, & melius, ꝙ K paupertas voluntaria per seipsam non est tantæ excellentię, sicut martyriũ p Christo susceptũ, & virginitas pro eo seruata: & ideo magis facit virginitas, & martyrium ad merendum sedem iudiciariam, quàm paupertas voluntaria: & tamen attribuitur volũtarię paupertati, quia ipsa est origo ad perfectionem per quam meretur quis sedem iudiciariam. De virginitate aũt & martyrio nõ est dubiũ, quin pertineant ad perfectionem, per quam habetur sedes iudiciaria: nam Christ⁹ dixit, sequere me, post abiectionem diuitiarum: ĩ qua sequela intelligũtur oẽs modi perfectarum virtutum, de quibus sunt virginitas, & martyriũ, & cętera opera excellentiæ: & ideo etiã per ista meretur quis sedem, sed non eo modo, quo per volũtariam paupertatem:

Volenti ingredi ad perfectionem quid opus sit facto.

Ad tertium dicendum, (vt quidam volunt,) ꝙ qui A docuit exhortando alios ad bonum, iudicabit solùm causaliter .i. dabit causam, vt alij iudicentur, quia per comparationem ad verba ab ipso proposita exhortando aliqui iudicabuntur, qui illa receperunt, vel contēpserunt: & hoc non est iudicare, sed iudicandi causam dare: & ita doctrinæ non respondet potestas iudiciaria, sicut voluntariæ paupertati. Alij autem dicunt, quòd neque voluntaria paupertas, neq; doctrina sufficiunt ad habendum potestatem iudiciariam. Sed tria requiruntur, primum est abiectio oīum tēporaliū curarum, nè impediatur aīus à sapientię perfectione. Secundum est habitus continens diuinam iustitiā scitā, & obseruatam. Tertiū est, ꝙ illam iustitiam alios docuerit: & ita doctrina ꝑtinebit ad iudiciariā potestatē, B tanꝗ perfectio complens meritū iudiciarię potestatis.

Ad quartum dicendum, ꝙ cōuenienter ex ratione meriti datur iudiciaria potestas, quæ est exaltatio quędam pro voluntaria humiliatione: & ideo, quia Christus inquantum homo se voluntariè humiliauit, ita vt iudicari posset iniquè, & iudicatus fuerit: meruit potestatem, & exaltationem iudiciariam, secūdùm quam omnia ei subijciuntur. ad Philip. 2. Deus dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur: & hoc, quia humiliauit seipsum factus obediens patri vsque ad mortem: Ita & nos meremur potestatem iudiciariam per voluntariam humiliationem: & quia nulla maior humiliatio inter homines inuenitur, quàm omnia terrena abijcere, cùm C nemo tam abiectus sit inter homines quantum ille, qui omnino pauper est: rectè dicitur, quòd pro voluntaria paupertate datur potestas iudiciaria.

Nulla maior humiliatio inter homines, quàm oīa terrena abijcere.

Ad quintum dicendum, ꝙ præsupponendum est, quòd iudicium consideratur in bonum, & in malum. Aliqui namque iudicantur, qui saluantur, sicut plurimi electorum. Alij iudicantur, & condemnantur, sicut oēs damnati, & tunc dicendum, ꝙ quidam electi per alios iudicabuntur: & non est inconueniens, quòd aliqui, qui sunt maioris meriti quātum ad præmium essentiale iudicentur per aliquos, qui in præmio accidētali sunt maiores, & in essentiali sunt minores: sicut aliqui existentes iudices ordinarij habēt subditos, quibus maiores sunt quasi naturaliter, & illi fiunt interdū D delegati iudicum superiorum, & iudicant tunc suos ordinarios, & efficiuntur maiores illis, quibus tamen simpliciter loquendo sunt minores: potestas autem iudiciaria in electis pertinet ad pręmium accidentale, quia omne gaudium, vel perfectio vitæ æternæ, quæ non cōsistit in visione, neque ex illa deriuatur, ad pręmium accidentale pertinet: vnde est iudiciaria potestas, sicut gaudium de seruata virginitate, & doctrina, & martyrio, quæ aureolæ vocantur, & ad accidentale pręmium pertinet: potestas autem iudiciaria cū ad accidentale pręmium pertineat, aureola non vocatur, qa non est aliquid permanens, sed cū ipso iudicio pertrāsibit: illa autem tria, quæ aureolas dicunt, permanētia sunt in vita æterna: & ita voluntarię paupertati com- E petet potestas iudiciaria: & licèt sint quidam diuites maioris meriti, & pręmij in vita æterna, non est inconueniens illos non habere potestatem iudiciariam, & quòd habeant eam alij minores, qui voluntariam paupertatem seruauerunt.

An soli homines aliqui cum Deo iudicabunt, vel etiam angeli. Quęstio CCVI.

QVAERETVR, cùm Apostolis promiserit Christus, quòd sedent iudicantes, & illi sint homines: an soli homines aliqui cum Deo iudicent, vel etiam angeli iudicent. Aliqui dicunt, quòd angeli etiam iudicabunt, quia infra 25. cap. dicitur: Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo. Et tamen ibi agitur de aduentu ad iudicium, vt ex litera apparet: ergo angeli ad iudicandū venient, & iudicabunt. Secundò, quia angeli sortiuntur nomina ex officio, quod exercent: cùm aliàs, neq; nomina habeant, neque illis indigeant: sed quidam ordo angelorum vocatur throni, quod ad iudiciarium actum pertinet, quia thronus est iudicis, solium regis, cathedra doctoris: ergo saltem angeli de ordine thronorū iudicabunt. Tertiò, quia hominibus post hanc vitam promittitur similitudo angelorum, infra 22. & æqualitas ad eos, Luc. 20. & hoc quasi pro magna excellentia: & tamen aliquibus hominibus cōpetit potestas iudiciaria, vt patet hic, cùm illam Christus Apostolis promiserit: ergo à fortiori competet angelis, vel aliquibus eorum saltem. Alij dicunt, quòd nulli angeli habebunt potestatem iudiciariam, quia omnis potestas iudicandi tradita est Christo homini. Ioan. 5. Pater nō iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit facere filio, quia filius hominis est. Et tamen angeli non communicant in aliquo cum Christo quantum ad humanitatem: ergo neque communicabitur eis aliquid de potestate iudiciaria. Secundò, quia non pertinet ad eundem iudicare, & esse ministrum iudicis, sed angeli erūt ministri in iudicio finali. supra 13. c. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ergo non erūt ipsi iudices. Dicendum, quòd verum est, quòd non dabitur angelis potestas iudiciaria aliquo modo, sicut hominibus quibusdam datur, quia licèt nullus hominum sit iudex quantum ad auctoritatē, sed sola Beata Trinitas: & quantum ad effectum proferendi sententiam nemo sit iudex, nisi Christus inquantum homo: tamen quantum ad multos alios modos multi hominum iudicabunt alios, vt ostensum est supra quęs. 192. quantum ad nullum autem illorum modorum dabitur potestas iudiciaria angelis. Nisi dicantur iudicare, qui iudicis sententiam approbant, quia hoc angelis cōpetit, cùm beati sint, & à Dei volito nequaquā discordent: & tamen non accedit hoc ad hoc, quòd dicantur iudices, vel iudicantes. Primò, quia verus, & solus iudex per sententiæ dictationem Christus homo erit: cœteri autem, qui aliquo mō iudicare dicentur, erunt vt assessores, sed assessores debent esse proportionabiles iudici: ipse aūt iudex erit hō, ideo assessores debent esse hoīes, angeli aūt sunt puri spiritus. Secùndò, quia iudicium magis fiet ad malorum cōdemnationem, ꝙ̄ ad bonorum præmiationem, pro qua non erat opus, nisi executione: mali autem, quia erunt ibi in corpore, & anima, non videbunt nisi quæ corporalia sunt: angeli verò sunt puri spiritus, qui videri non possunt: ideo ipsi non iudicabunt, quia non poterunt videri ab his, quos iudicarent. Et ista est ratio efficax: ista enim est causa, quare non iudicat Deus secundùm diuinam naturam, sed Christus ſm ꝙ hō. s. quia mali non poterunt videre Deum: intelligēt quidem Deum pręsentem esse, sicut vbique est, & specialiter ibi ad retribuēdum eis mala pro malis: & tamen eum non videbūt, quia Deus oculis corporalibus non potest ab aliquo videri. Per visionem autem intellectualem nō videbunt eum mali, sed illa visio, vel intuitio est, quę homines beatos efficit: ideo nullo modo poterunt mali videre diuinam naturam in iudicio, & ob hoc, quia non conuenienter iudicaret, qui non videretur, non iudicabit Deus in forma diuina, sed Christus ſm ꝙ homo iudicabit. Deus enim constituit eum iudicem viuorū, & mortuorum. Act. 10. cap. & hoc, quia ipse in natura humana conspici poterit, tam à bonis, quàm à malis, &

Thronus quid sit.

Ratio efficax, quare Deus in iudicio non iudicabit secundùm diuinā naturam.

& mali videntes torquebuntur nimis, ſicut dicitur Apoc.1.cap. quòd plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: angeli ergo ex eadem cauſa non iudicabũt: ſed ſoli homines, qui videri poterunt, & erit hoc ad gloriam ipſorum, & ad terrorem eorum, qui videbũt eos ſic connumeratos inter filios Dei, cùm illos aliquando in deriſum habuiſſent, & in ſimilitudinem improperij: Sap.5.cap. Tertiò, quia iſti, quibus Chriſtus promittit poteſtatem iudiciariam, dicitur, quòd ſedebunt iudicantes ſuper ſedes. Angeli autem non ſedent, quia ſedere corporis eſt habentis locum, & poſitionem: ipſi verò incorporei ſunt, cùm ſint puri ſpiritus, ideo non iudicabunt. Et hoc niſi quis diceret, quòd angeli, licèt non poſſint videri, neque ſedere ſecundùm propriam naturam, poſſunt ſedere aſſumpto G corpore, & videri, ſicut nobis quotidie faciunt. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia quælibet res habet perfectionem ſuam in eo, quod eſt ſibi ſecundùm naturam inexiſtẽs, vel quod ſibi naturaliter poteſt aduenire: in eo autem quod eſt penitus pręter naturã, nulla res perficitur: habere aũt corpus eſt oĩno extraneum angelis: ideo non põt aliqua perfectio eis aduenire per hoc, quod eſt corpus habere. Quòd autem corpora interdum aſſumant, non eſt propter eos, quaſi per iſtum modum recipiant aliq̃ perfectionẽ, q̃ aliter non poſſẽt participare, ſed eſt propter nos: ſunt.n. adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Ad Hebr.1.c. & ideo oportet, vt taliter ſe habeant, q̃ nobis adminiſtrare cõmodè poſ- H ſint, & tamen adminiſtratio extendit ſe ad hoc, q̃ aliquando nobis loquantur, & per corporalem apparitionem nos admoneant exterrendo, vel lętificãdo, & alia agendo, ad quę ſpiritualis, & incorporeus eſſendi modus non ſufficit: ideo interdum angeli corpora aſſumunt, & tamen ipſi in beatitudine exiſtentes corpora nunquam aſſumunt, cùm ibi nõ miniſtrent nobis, ſed ipſi percipiant pręmium ſuę beatitudinis. Iudicare aũt non pertinet ad adminiſtrationem, ſed ad præmium accidentale gloriæ, & ſi daretur angelis, daretur ꝑpter ſe, & non propter nos: ideo non daretur eis in corporibus aſſumptis, quæ ſunt propter nos, ſed in ſubſtantia naturæ ſuę: & tamen in ſubſtantia ſua ſimplici manẽtes non poſſunt iudicare. Ergo non iudicabunt aliqui I angeli, ſed ſoli homines aliqui cum Chriſto.

Quare angeli interdum corpora aſſumant.

Angeli in ipſa beatitudine exiſtentes nũquam corpora aſſumunt.

Ad primum dicendum, q̃, vt dicit Glo. infra 25. angeli non venient cum Chriſto, vt iudicẽt, ſed vt teſtes humanorum actuum, quos homines ſub eorum cuſtodia manentes benè, vel malè geſſerunt. Aliter poteſt dici, quòd angeli non venient ad teſtificandum, neque ad aliquem actum iudicialem, qui ibi exerceatur, ſed ad aſſociandum Chriſtum hominem. Nã ſunt ei ſubditi: ideo venerantur illum comitantes illum, & in hoc ſtabit magnitudo honoris Chriſti in iudicio, quòd multis angelis obſequentibus veniet comitatus: & hoc ſignificat litera, cùm dicit: Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua cum angelis ſuis.i. maieſtas ſua erit in hoc, quòd non ſolus veniet, ſed cum multo K apparatu angelorum: ſic rex dicitur habere maieſtatẽ, quia ſemper eſt in magno apparatu, qui ad magnitudinem ſtatus pertinet. Sic enim dicitur ſupra 16.c. filius enim hominis veniet in gloria patris ſui cum angelis ſuis: & ita gloria.i. maieſtas, in qua tunc Chriſtus venire dicitur ad reddendum vnicuique iuxta opera ſua, quod eſt iudicare, eſt venire cum angelis, qui ad magnam reuerentiam, & honorem eius faciunt.

Ad ſecundum dicendum, quòd aliqui angeli vocãtur throni, quod ad iudicium pertinet quantum ad illam rationem iudicij, quod Deus ſemper exercet omnia gubernando, & huius iudicij illi angeli, qui vocantur throni, ſunt quodãmodo executores, vel promulgatores: & ideo ſpecialiter illi ad rationem iudicij diuini pertinent, à quo nomẽ aſſumpſerunt. Iudicium tamen, de quo loquimur quod eſt finale, ſemel tantũ, & in aperto fiet, & illud non fiet per Deum in forma deitatis, ſed per Chriſtum hominem, vt dictum eſt ſupra: ideo tales erunt aſſeſſores, vel coniudicantes, quales ipſe.ſ. homines, qui videri poſſint, & non angeli.

Ad tertium dicendum, quòd intelligitur vno modo, quòd erunt homines æquales angelis Dei.ſ. in abſtractione ab operibus carnis, non quidem erũt in natura æquales, quia homines corpora habebunt, angeli verò non: ſed abſtrahentur homines in beatitudine ab actibus corporalibus, ac ſi eſſent puri ſpiritus, ſcilicet, quòd non comedent, non bibent, non dormient, non digerent, non expellẽt ſuperfluitates vllas de corporibus, quia nullæ tales erunt tunc, quas expellere neceſſe, aut conueniens ſit: & ideo ablatis his manebit homo, quaſi eſſet purus ſpirit⁹. Et iſte eſt verus ſenſus verbi Chriſti. Nam ipſe dixit hoc contra Saducæos excludendo errorem eorum, qui putabant in reſurrectione homines habere actus venereos, & guſtus, & tactus, & quòd ad vxores redirent: Chriſtus verò ait, quòd in reſurrectione non nubunt, neque nubentur, ſed ſunt ſicut angeli Dei, vel æquales angelis Dei.i. ſicut angeli non poſſunt venerea exercere, neque alios corporales actus: ita neque homines in reſurrectione, ideſt, in ſtatu beatitudinis, quæ eſt poſt reſurrectionẽ, non exercebunt venerea, neque experientur alias delectationes, quæ ſunt ſecundùm tactum, & guſtum, & tunc non agit iſtud ad æqualitatem, quæ eſt in pręmio, vt iſti, vel illi debeant iudicare. Secundò poteſt dici, quòd intelligatur de præmio, ſcilicet, quòd homines ſunt æquales angelis Dei, non quidem, quòd quilibet homo ſit æqualis alicui angelo, vel ſit aliqua certa proportio magnitudinis præmij hominum ad pręmium angelorum, ſed quòd homines poſſunt eſſe æquales angelis. Nam aliqui homines ſunt in vita æterna maiores quibuſdam angelis, & minores alijs. Alij ſunt maiores omnibus, vt beata virgo. Alij verò fortaſſis ſunt minores omnibus angelis: hoc tamen ſaltem eſt, quòd non prohibentur homines eſſe æquales angelis in præmio eſſentiali. De præmio autem accidentali non eſt inconueniens, quòd homines excellant angelos. Nam certum eſt, quòd aureolæ competunt hominibus, & non angelis, ſcilicet, aureola martyrij, & virginitatis, & doctrinę, quę in hominibus ſunt, & non poſſunt competere angelis, & tamen aureolæ ſunt præmium accidentale: ita ergo iudiciaria poteſtas, quę ad accidẽtale præmium pertinet, poterit competere hominibus, licèt non competat angelis.

Quõ intelligit, q̃ hoĩes in reſurrectiõe erunt ſicut angeli.

Quomodo domus, & agri relinquuntur ab aliquo propter Chriſtum. Queſtio CCVII.

QVAERETVR hic, cùm dicatur: Qui reliquerit domum, aut agros propter me, quomodo iſta relinquuntur. Dicendum, quòd iſta relinquuntur eodem modo, quo eadem, de quibus ſupra dictũ eſt diuiti iuueni. Cauſa autem quare Chriſtus iſta dixit, eſt illa, quæ dicetur ſequenti quæſtione. Relinqui verò domos, & agros pertinet ad illum modum quo Chriſtus diuiti iuueni locutus eſt, licèt tripliciter poteſt aliqua res poſſeſſa deſeri. Primò, vt parum ametur. Nam qui ardenter amat, & ab illo ardore ceſſat, quodammodo deſerit, quod amabat, quia licèt retineat animo deſerit, ſic dicitur.1. Corin.7. Qui vtũtur hoc mundo ſint quaſi non vtentes, & qui emũt quaſi non poſſidentes. Secundo modo deſeritur quantum ad animi præparationem, vt quando aliquis ſecũdùm charitatem ſic habet animum ordinatum, quòd licèt res

res suas non deserat est paratus illas deserere, nè in aliquo offendat Deum, vel si sic expediat saluti proximorum. Et ita exponit August. ea, quæ habentur supra quinto cap. de contendente super tunica, cui & pallium dandum est, & angariante mille passus. Quia licèt ista videantur esse perfectionis, debet homo secundùm animi præparationem illa facere, & differt iste modus à præcedenti, quia in illo res possessa non deseritur actu, sed animo: in isto autem est animus paratus ad actualiter deserendum, quando expedierit. Tertio modo deseritur res, quãdo quis ea, quæ habet, vendit & dat pauperibus, vt nudus, & sine curis sæculi Christum sequatur. Sic Christus iussit facere iuueni, si volebat perfectionem, scilicet: Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, supra in litera. Et ita fecerunt Apostoli ad hoc, ꝙ sequerentur Christum, supra in litera, scilicet: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et ita omnes, qui transituri erant ad famulatum Christi volentes eum sequi, deserebant sic prius omnia. Sic dicitur Luc. 9. cap. de illo, qui dixit Christo; Domine sequar te, sed prius permitte me renunciare his, q domi sunt. Primi duo modi possunt pertinere ad præceptum; tertius autem ad consilium. Nam quòd qui auarus erat, & diuitias plus quàm Deum amabat, cesset ab illo ardore amoris, & amet eas quantum licitè amari possunt diuitiæ, ad præceptum pertinet, quia sine ista ordinatione amoris charitas seruari non potest. Secundus etiam ad præceptum pertinet, quia tenetur quilibet habere animum paratum ad hoc, quòd si expediat diuitias abijcere, quòd abijciat, idest, quòd si nõ potest simul in aliquo casu Christum, & diuitias possidere, abijciat diuitias, vt Christum non perdat: nam si sic non tenet animum paratum potius volet Christum perdere, quàm diuitias, & iam charitatem non habet, quia non est ordinatus animus eius. Tertius modus, scilicet, abijcere oĩa sola intentione sequendi Christum semper est de consilio, cùm possit homo licitè vtendo possessis Christum amare, & colere: licèt duo primi modi etiam ad consilium interdum pertinere possunt, vt siquis diuitias actu possidens illas remissius amet, quàm licitè possit amare. Nam quanto minus illis animum suum applicuerit, tanto intensius Deo inhærebit, & istud ad perfectionem pertinet, quòd quis omittat vti licitis, vt magis Deo adhæreat. Etiam secundus modus poterit ad consilium pertinere, vt si non solùm quis habeat animum paratum ad deserendum res, si simul non possit illas & Christum tenere, sed & si expedit ad salutem proximorum, vel ad meliorem sui, vel illorum habitudinem. Nam hoc de perfectione est: & tamen isti duo modi regularius pertinent ad præceptum. Tertius autem semper ad perfectionem. Et de isto tertio loquitur Christus deserente domum, & agros, idest, ꝙ vendat, & det pauperibus, vt ipsum sequatur. Et patet, quia iste sensus est ad propositum præcedentis literæ, tam quantum ad ea, quæ dicta sunt iuueni diuiti, scilicet: Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et etiam quantum ad ea, quæ dixit Petrus nomine Apostolorum, scilicet: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Et ista veniunt dependenter ex illis. Primus, & secundus modus deserendi non faciunt ad propositum: quia isti, qui hic deserunt possessa, deserunt vt Christum libere possint sequi: tamen in duobus primis modis, non deseruntur diuitiæ actualiter, sed manent adhuc solicitudines sæculares, cum quibus nemo perfectè Christum sequitur: ideo de tertia desertione intelligendum est. Quòd autem dicitur, qui reliquerit domum, aut agros, ad eandem personam pertinet. Nam ambo sunt res possessæ, & qui pro Christo aliqua deserit, vt eum sequatur, omnia deserere debet, quia manente aliqua re possessa manent solicitudines circa illam, quæ aliqualiter impediunt sequi Christum, vel saltem faciunt non posse eum liberè sequi, & potissimè, quia si qui transirent ad sequendum Christum, non licebat eis quidquam possidere, neque secum portare pecuniam, neque sacculum, neque peram. supra 10. cap. & Mar. 6. etiam post Christi ascensionem in Ecclesia primitiua, qui conuertebatur ad Christum, non retinebat sibi quidquam. Vnde Ananias, & Saphira, qui occultè retinere sibi voluerunt partem precij agri, mortui sunt: Act. 5. cap. ideo siquis ad Christum transire vellet, vt sequeretur eum, si habebat solam domum, illam dimittebat, si solos agros illos deserebat, si vtrumque, oportebat vtrumque relinqui. Et nominauit Christus ista duo, quia per ista intelliguntur omnia genera rerum immobilium, quæ possidentur, vel quasi possidentur, vt siquis habeat seruitutes, vel annuos redditus, aut census, vel pensiones, aut quascunque obuentiones, quæ dicuntur quasi possideri, & sunt immobilia, etiam talia relinquenda sunt ad Christum sequendum: sed per domos omnia prædicta, vel possessiones vrbanas accepit: per agros verò omnes rusticas possessiones, vel prædia, aut quæcunque iura percipiendi aliquid de rebus mobilibus: & de pecunijs, & cęteris nihil hic dixit: nomine enim illorum intelliguntur.

Quare Christus dixit, & omnis, qui reliquerit domum.
Quęstio CCVIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit hic, & omnis, qui reliquerit domum, & cœtera.

Dicendum, quòd fecit propter tria. Primò ad tollendum dubium quantum ad personas. Nam dixerat ad duodecim Apostolos: vos, qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel: ex quo putaretur, quòd solis illis concessa erat potestas iudiciaria: & ita cœteri non crederent hunc honorem sibi deferendum, etiam si relictis omnibus Christum sequerẽtur, cùm solis duodecim promissus esset, & consequenter multi, qui sequebantur Christum cessarent sequi, & qui nondum sequebantur, nunquam sequerentur quasi præmium laboris non habituri: ideo ostendit, quòd etiam illi pręter duodecim Apostolos præmia sequelæ Christi acciperent. Et iste est pręcipuus sensus: quod patet ex litera, quia postquam dixit: Vos, qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes iudicantes Israel, subdidit: Et omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, & cętera: quasi dicat: nõ solùm duodecim Apostoli præmium habebunt, quia me secuti fuerint, sed etiam quicunq; alius me secutus fuerit relinquẽdo domos agros, &c. habebit præmium. Secundò fuit dictum ad tollendum, dubium quantum ad res dimittendas, & istud ẽt fuit necessarium, quia dixerat supra Christus iuueni: si vis esse perfectus, vade, & vende omnia: etiam dixerat Petrus nomine Apostolorum: ecce nos reliquimus omnia: dubium erat quid nomine omnium intelligeretur, & quid pro Christo relinquendum esset, & istud Christus explanat hic dicẽs: & omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, & cœtera: in quo innuit, quòd omnia hæc pro Christo, si oporteat, relinquenda sunt ad hoc, quod ipsum sequamur: nam Apostoli non solùm reliquerunt domos, & agros, sed etiam filios, fratres, parentes, vxores, & sorores, & omnia huiusmodi.

Quomodò

Quomodo fratres, sorores, parentes, & cætera relinquuntur, & quando relinqui oportet eas propter Christum.
Quæstio CCIX.

QVAERETVR, cùm Christus dixerit, qui reliquerit fratres, sorores, patrem, & matrem, vxores, & filios, quomodo iste personę relinquentur, & quando eas relinqui oporteat propter Christum. Dicendum, quòd potest dimitti tripliciter aliqua istarum personarum. Primò quantum ad conuersationem. Secundò quantum ad consolationem, & gaudium. Tertiò quantum ad necessitatem diuini cultus. Primum est, quòd aliquis habens aliquas istarum personarum dimitteret eas, vt sequeretur Christum, & hoc accidebat in omnibus, qui sequebantur Christum. Nam illi abiectis omnibus sequebantur eum quocunque iret de loco ad locum: & sicut vendebant omnia, quæ habebant, & dabant pauperibus, nè maneret solicitudo illorum, per quam impedirentur sequi Christum: ita & cùm conuersarentur cum patre, & matre, & fratribus, & sororibus, & cęteris personis, ad quas erat aliquod vinculum cognationis, vel affinitatis, relinquebant illos cessantes ab hac conuersatione, vt Christum sequerentur quocunque iret: & hoc magni meriti erat, scilicet, relinquere illorum conuersationē, in qua magna consistebat delectatio, vt Christum sequerentur per diuersa loca discurrentem. Secundo modo relinquitur aliqua istarum personarum quantum ad gaudium, & consolationem, & vtilitatē, quam quis ex illa percipit, quod coincidit cùm præcedenti aliqualiter, inquantum ista in conuersatione habentur, & hoc etiam nunc accidit, vt cùm quis propter Christum vult omnia abijcere, & introire religionem. Nam tunc non solùm quantum ad conuersationem relinquit personas istas, cum quibus non potest assiduè conuersari, sicut quando in sęculo manebat, & etiam si aliquando conuersetur, nunquam iam eodem modo, sicut quando erat sæcularis, quod facit differentia status, sed etiam perdit delectationem, & vtilitatem, quam ex eis percipiebat. De vtilitate manifestum est, quia ab illis poterat in sęculo manens recipere temporalia emolumenta: manens autem in religione non potest recipere, cùm nihil ei liceat possidere: etiam non recipit delectationem, quia aliquis de illustri, vel nobili prosapia existens, dum manet in sæculo potest gloriari aliqualiter de nobilitate prosapiæ suæ, non peccando mortaliter: cùm verò ad religionem transierit, iam non potest de his gloriari, quia transiens ad religionem contempsit omnia, & etiam seipsum, vt solum Christum lucrifaceret, & ei inhæreret: ideo iam non licet ei gaudere de quantumcumq; illustri, vel nobili prosapia. Tertiò relinquuntur personæ istæ quantum ad necessitatem diuini cultus, vt si aliqua istarum impedit nos distrahendo à veritate cultus diuini, relinquenda est resistendo ei, & si aliter non possumus cauere molestias illius, & suggestiones, recedendum omnino est ab ea, vt possimus verum Dei tenere cultum, & hoc omni tempore necessariū fuit.

vir nobilis religionē al q̄ ingressus non licet ei de nobilitate sua gloriari.

An liceat alicui dimittere parentes, sorores, & cætera, vel aliquam earum. Quæstio CCX.

QVAERETVR, an liceat alicui dimittere istas personas, vel aliquam earum. Dicendum, ꝙ hic ponuntur sex personæ, vel modi personarum, scilicet, fratres, sorores, pater, mater, vxor, filij, & non pertinent omnes istæ ad eandem habitudinē, quia quibusdam earum magis, alijs verò minus tenemur, & per has significantur omnes aliæ, ad quas est cognationis, aut affinitatis vinculum, quibus hō solet quodam amore, F & conuersatione coniungi: istas tñ Christus expressit solùm, quia istæ sunt magis coniunctæ, & dicendo, ꝙ istæ abijciendæ, & derelinquendæ sint interdum propter eum, intelligitur ꝙ à fortiori relinquendæ sunt illæ, ad quas minor amoris nexus, & cōuersationis est. Istarum primæ sunt frater, & soror, quæ in eodem gradu sunt, & æqualiter ad eas tenetur quis, & de his dicēdum est, ꝙ non solùm licitum erat relinqui illas propter Christum, sed etiam erat, & est laudabile siue relinquantur quantum ad conuersationem, siue quantum ad delectationem, siue quātum ad necessitatem diuini cultus. Primum enim, & secundum sunt laudabilia, & pertinent ad perfectionem. Tertium verò est de necessitate, & hoc in omni statu, & hoc verū est G quantum ad oēm statum. Nam in statu legis Moysi ante aduentum Christi, siquis relinqueret cognatos suos, vt arctiorem vitam in eremo, vel cum personis religiosis duceret, laudabilis erat: sic enim erant collegia prophetarum. i. non solùm eorum, quibus Deus dabat spiritum prophetiæ, sed etiam aliorum, qui sequebantur vitam illorum, vt patet. 1. Reg. 10. capitulo de grege prophetarum, qui erat cum Samuele. Et idē 1. Reg. 19. cap. & isti habitabant seorsum ab alijs, vt colligitur. 4. Reg. 6. cap. Etiam aliquæ personæ ducebant vitam religiosam manentes semper in locis desertis, sicut faciebat Elias, qui manebat in monte Carmeli, vt colligitur. 3. Reg. 18. & 19. & 4. Reg. 1. cap. Sic etiam Ioannes Baptista à tenera ætate habitauit in deserto Iu H dęæ segregatus ab hominibus vsque ad annum tricesimum, quando prædicare cępit. Luc. 1. & 3. capitulo, & aliquæ personæ manebant in tēplo segregatæ à populo ibi seruientes semper Deo, & nunquam recedentes de templo. Sic dicitur Luc. 2. de Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser, q̄ nunquam recedebat de templo manens die & nocte, Deo seruiens in ieiunijs, vigilijs, & orationibus: & omnes istæ personæ laudantur in Sacra Scriptura: & tñ relinquebant omnes cognatos, & affines, vt sic manerent: ergo bonum erat, & laudabile tunc relinquere omnes istas personas, & potissimè fratres, quia de oībus his sex personis nullæ sunt, ad quas minus teneamur, quā fratribus tenemur, quia non tenemur eis aliqua lege ad commanēdum, I neque etiam ad exhibendum aliqua obsequia, sed inquantum fratres communicāt in hoc, quod est ab eodem nasci: & ita habent sanguinem communem, & radicem, vt dicitur 8. Ethi. magis obligamur eis benefacere, quàm alijs extraneis cœteris paribus: & tñ non obligabātur antiqui manere in sęculo propter fratres, & sorores, ita vt non transirent ad arctiorem statum, siue manendo in eremo, siue in templo, siue in alijs locis religiosis. Quantum verò ad necessitatem cultus diuini manifestum est, quia cùm derelinqui efficit laudabile, tunc quando cultum Dei non impediat: à fortiori esset laudabilius illos deseri, quando impedirent cultum Dei. Vnde non erat solùm laudabile deseri, sed etiam erat necessarium, & non solùm deseri, K sed etiam interdum occidi. Nam si frater, & soror, aut quicunq; alij cognati suaderent alicui, ꝙ iret, & coleret Deos alienos, debebat eum ꝓdere, vt lapidaretur: & ipse primus debebat eum lapidare. Deute. 13. cap. s. Si tibi voluerit persuadere frater tu⁹ filius matris tuæ, aut filius tu⁹, vel filia, siue vxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animam tuam, clam dicens: Eamus, & seruiamus dijs alienis, nō acquiescas ei, neq; audias, neq; parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum, sed statim interficies, sit primum manus tua super eum, & postea omnis populus mittat manū, lapidibus obrutus necabitur. Similiter tēpore Christi licitū erat imò laudabile deseri fratres, & sorores quantum ad duo prima. i. conuersationem, & cōsolationē: imò

Fratres, sorores pter Ch stum si pediat cēdi

imò Chriſtus ſuadebat dimitti fratres, & ſorores, & cœteras perſonas in quocunque gradu cognationis, vel affinitatis, vt ſequerentur eum, & hoc innuitur ſupra 10. cap. ſ. cùm dicitur, qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus, & qui non baiulat crucem ſuam, & ſequitur me non eſt me dignus: & tamē qui amat plus Chriſtum, quàm filium, & filiam, patrem, & matrem, & cœteras perſonas, relinquit illas propter Chriſtum: & etiam cùm ſuaderet hominibus vendere omnia, & ſequi ipſum ſupra in litera, ſuadebat etiam deſerere cognatos: quia non poterat quis Chriſtum ſequi vagantem per diuerſa loca: & maximè tenendo regulam viuendi, quam ipſe tradiderat, qui non dimitteret omnes cognatos ceſſando ab eorum conuerſatione. Quantum autem ad tertium. ſ. ad neceſſitatem cultus diuini, erat tunc etiam neceſſarium: quia ſi impediretur quis ſequi Chriſtum per aliquos cognatos ſuos, vel affines, aut amicos debebat illos deſerere, vt non induceretur ad malum per eos: tempore enim Chriſti, cùm prædicaretur noua fides, & noua lex, & quidam crederent, & alij non crederēt, contingebat, quòd crederet filius, & non pater, vel è contrario, & vt crederet vxor, & non vir, & ita de alijs, & ſecundùm hoc diuidebantur inter ſe, & oportebat recedere localiter, vel erat amara eorum communicatio, & potiſſimè credentium, cùm eorum pars eſſet infirmior viribus, quia minor numero erat. Aliqui autem ſpontè crederent: quia tamen videbant ſibi amaram vitam futuram eſſe repugnando patri, matri, fratribus, vxori, & filijs, ceſſabant, vel diſtrahebantur à fide, & ad hoc Chriſtus ſuadet, quòd firmi maneant tolerantes talem duram conuerſationem, vel ſeparationem ab eis, quia de intentione eius erat facere hāc ſeparationē. Sic dicitur ſupra 10. cap. Nolite arbitrari, quòd veni mittere pacem in terra. Non veni mittere pacem, ſed gladium: ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius, & Luc. 12. cap. dicitur: Putatis, quòd pacem veni mittere in terra? non dico vobis, ſed ſeparationem: erunt autem quinque ex hoc in domo vna diuiſi, tres in duo, & duo in tres diuidentur, pater in filium, & filius in patrem ſuum, & mater in filiam, & filia in matrem: nurus in ſocrum ſuam, & ſocrus in nurum ſuam. Intantum autem procedebat iſta diſcordia, quòd non credentes accuſabant credentes, & faciebant eos interfici, intantum vt interdum pater faceret occidi filium, & aliquando filius patrem, vel matrem, & ſic de alijs: ſic dicitur ſupra decimo capit. Tradet autem frater fratrem ī mortem, & pater filiū, & inſurgent filij in parentes, & morte afficient eos, & eritis odio omnibus hominibus propter me. Ab his autem, quia dura erant, multi diſtrahebantur: & ideo Chriſtus ſuaſit perſeuerare in his dicens: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Mar. 13. & Luc. 21. In iſtis autem duobus caſibus intelligitur litera iſta Chriſti. ſ. ꝙ frater, & ſoror, & cęteræ perſonę pro Chriſto dimitterent carnales affectus, & delectabilium cōuerſationem, quam ad eos habemus dimittendo, vt Chriſtum ſequeremur quocunq; euntem: & conſonat tunc literæ præcedenti, & etiam eſt totus contextus ſub eadem ſentētia. ſ. ꝙ ſicut domus, & agri dimittebantur, vt Chriſtum ſequerentur poſſeſſores eorum eundo quocunq; ille iret, & tenendo doctrinā eius: ita & relinquerent fratres, & ſorores, & cœteras perſonas cognatas, vt ſequerentur illum non manendo in priori conuerſatione ad cognatos. Secundò ēt poteſt intelligi quantum ad neceſſitatem cultus. ſ. qñ cognati impediebant credere in Chriſtum, & tenere doctrinam illius, quia tunc ab illis recedendum erat.

A Sic quantum ad vtrumq; dicit Hiero. ꝙ dicit, & oīs, q reliquerit fratrem, &c. congruit illi ſententiæ qua dixerat, veni ſeparare hominem à patre ſuo, &c. Chryſ. quoque dicit: Videtur autem mihi perſecutionis tēpus occultè inſinuare: quia enim multi futuri erant filios ad impietatem trahentes, cùm hoc accidat, neque pro patribus, neque pro viris habeantur. Accipiendo etiam quātum ad tēpus iſtud in lege Chriſti verū eſt, ꝙ eſt laudabile dimittere fratres, & ſorores, & cęteros cognatos propter Chriſtū. i. vt intret quis religionem, vel teneat vitam arctiorē, q̄ ſit ſęcularis. Nam in veteri teſtamento erat hoc laudabile, vt oſtenſum eſt ſupra: ergo à fortiori nūc erit laudabilius, qñ eſt tempus maioris perfectionis, q̄ tunc. Accipiendo quantum ad ne-
B ceſſitatem cultus Dei, etiam non ſolùm eſt nunc laudabile recedere à cognatis, vt qñ ſolicitant hominē ad hæreſim, vel ad tranſeundum ad paganiſmum, vel ad quæcunque mala, q̄ ſunt contra legem Chriſti, ſed ēt eſt neceſſarium. Nam cùm ſit de neceſſitate ſalutis obſeruare legem Chriſti, erit ēt de neceſſitate ſalutis facere oīa illa, ſine quibus non poteſt homo legem ipſam obſeruare. Sed hoc differt, quia in vet. teſt. nō ſolū obligabatur quis nō aſſentire, & fugere ab eo, qui ſuadebat colere Deos alienos, ſed etiam tenebatur ꝓdere eos ad mortē, & ꝙ ipſe primū lapidem mitteret ꝯtra illos, etiam ſi eſſet filius, vel filia, vel vxor. Deut. 13. cap. nunc autem non obligatur quis accuſare alterum ad mortē, & potiſſimè non tenetur mittere lapidē ad oc-
C cidendū reos: erat. n. ſęuior lex illa, q̄ iſta, & nō iniuſtè, quia homines tunc erant valde proni ad idolatriam, & nihil erat, per quod diſtraherentur, niſi per pœnam. Nunc verò nō eſt talis inclinatio ad idolatriam, & homines poſſunt flecti ad bonum aliter, quàm per pęnā.

Neceſſariū eſt credēti ī Chriſtum recedere à parētibus ſolicitantib' ipſū ad hęreſim: de quo latius ſcripſit. Deut. 13. c quæſt. 3.

An liceat propter Chriſtum patrem, & matrem dimittere.
Quęſtio CCXI.

QVAERETVR circa duas alias perſonas, ideſt, circa patrem, & matrem, an liceat dimittere illas. Dicendū aūt ſicut pręc. q. ꝙ aut ꝯſideratur in vet. teſt. ante Chriſtū, aut tpe Chriſti, aut nunc. Dicendum de primo tpe, ꝙ aut patres erant in tali neceſſitate, in qua
D non poterat eis ꝓuideri ſine filijs, aut non. Etiam dicēdum, ꝙ aut eſt hoc deſerere patrē, & matrē quantū ad tria poſita præc. q. i. ꝯuerſationem, delectationē, & neceſſitatem cultus diuini, aut quantum ad obſequia, ad quæ eis tenemur. Omnes iſtę diſtinctiones præſupponendæ ſunt, vt hoc videatur. Si aūt ꝯſideretur quantū ad conuerſationē, & delectationē, cum iſta ſe teneant ex parte noſtra, nō ſolùm eſt licitum dimittere patrē, & matrem, ſed etiam laudabile erat in vet. teſt. illos dimittere, ſicut in illis, qui tranſibant ad eremū, vt Ioannes Baptiſta reliquit patrem, & matrem, & omnes cognatos, & Elias, qui eremicola erat, & illi, qui in tēplo, vel in alijs locis religioſis manebant dimittebant patrem, & matrem, & laudabantur: ſic enim, qui tranſi-
E bant ad gregem prophetarum, vt patet de Eliſęo, quē vnxit Elias in prophetam cùm araret, & dimiſit patrem, & matrem, quaſi nunquam rediturus ad eos, vt ſequeretur Eliam, ſic dicitur. 3. Reg. 19. ca. ſ. Cùmque veniſſet Elias ad Eliſæum, miſit pallium ſuum ſup eū, qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, & ait: Oſculer, oro te, patrem meum, & matrem meam: & ſic ſequar te. Dixitque ei: Vade, & reuertere, quod enim meum erat feci tibi: & tamen Eliſæus valde laudatur, quia relictis patre, & matre Eliam ſecutus eſt. Sed ſi accipiatur dimittere patrem, & matrem quantum ad neceſſitatem cultus diuini, non ſolùm erat laudabile dimittere, ſed etiam neceſſarium, ſi impediebant hominem à cultu Dei, & potiſſimè ſi ſuadebant

Ioa. Bapt. reliquit patrē, & matrē, & cognatos oēs in eremum tranſiens.

colere

colere Deos alienos, quia non solùm erant tunc dimittendi, sed etiam occidendi. Sed an filius deberet accusare patrem, & matrem solicitantes eum de hoc, & mittere primum lapidem contra eum, sicut contra filium, & filiam, vxorem, fratrem, sororem, & amicū declaratum est Deutero. 13. & 33. cap. Si verò accipiatur quantum ad obsequia debita, & honorem, est speciale, quàm in fratribus. Nam fratribus, & sororibus non tenemur ad aliquid impendendum inquantum tales sunt: eo quòd minores eis non sumus, sed æquales in gradu attinentiæ. Etiam, quia ab eis nihil accepimus, cùm non descendamus ab illis: & ideo per legem naturæ non tenemur eis ad aliquid, sicut patri, & matri, neque etiam per viam, aut legem cōtractus, sicut vir vxori, & è contrario. Parentibus autem ad multa tenentur filij propter multa, quæ ab eis receperunt, vt patet octauo, & nono Ethicorum: & ideo lex decalogi iussit patres honorare: quod Christus exposuit non solùm de verbali reuerentia, & inclinatione, & assurrectione, sed præcipuè de subuentione in necessarijs, vt patet supra 15. & Marc. septimo capitulo. Et quia ista sunt in fauorem parentum, non possumus recedere ab illis, quando indigent subuētione nostra. Sic dicit Aristot. 8. Ethico. cap. vltimo, quòd filius non potest abnegare patrem, neque recedere, quia semper tenetur: pater autem potest filium abnegare, & hoc, nisi fiat malitia patris intolerabilis, idest, si conaretur filium occidere, & non posset hoc filius euitare manendo cum patre, vel si eum solicitaret multum efficaciter ad malum, quòd putaret non posse euadere cū illo manendo. Et tamen an filius desiderans intrare religionem, vel Deo adhærere speciali modo, debeat manere in sæculo semper quamdiu parentes viuunt, vt illis succurrat, vel aliquanto tempore, & an postquā fuerit in religione ad subueniendum paupertati parentum exire possit de claustro, etiā sine licentia præsidentis, declaratū est supra 6. c. q. 79. & supra 8. c. q. 69. Accipiendo autem tempus, quo Christus prędicabat, dicendū, q quantum ad conuersationē, & delectationem, quę introducuntur solùm in fauorem filiorum, licebat filijs dimittere parētes, sicut supra dictum est, & hoc modo Christus incitabat eos, quibus prædicabat ad dimittendum patrem, & matrem, sicut & omnia, quæ possidebant, vt eum sequerentur, & de hoc intelligitur litera. s. & omnis, qui reliquerit patrem, aut matrem: pertinet autem ad perfectionem abdicare à se desideria delectationum naturalium, quibus homo potest licitè vti, & talis est conuersatio ad parentes, & cognatos. Si autem accipiatur quantum ad necessitatem cultus, dicēdum sicut supra. s. q dimittendi erant parentes, si impedirent acceptare cultum Dei. s. fidem Christi, & hoc modo Christus venit ad faciendum separationem inter filios, & parentes, & ponendum inter eos diuisionem, supra 10. cap. & Luc. 12. c. Si autem accipiatur quantum ad obsequia parentibus præstanda, quibus illi indigent. Dicendum sicut supra, quòd aliquādo tenebantur manere, & aliqñ non: & hoc nisi Christus expresse vocaret aliquos, sicut vocauit Matthæum, dicens: Sequere me. supra 9. cap. Nam si crederet vocatus esse Deum vocantem, tenebatur statim ire quantumcumque teneretur occupatus in obsequijs necessarijs parentum. Accipiendo nunc eadem pęnitus ratio est, quæ viuente Christo: nisi quòd magis est nunc manifesta veritas, & via perfectionis, quàm tunc, quia tunc incipiebat prædicari quod hominibus incognitum semper manserat: nunc verò omnibus iam patet, & manifestatur quotidie magis: & ita sciunt homines laudabilius sibi esse anhelare ad perfectionem, quàm tunc; cętera autem sunt, sicut supra dicta sunt.

F *An liceat vxorem dimittere. Quæst. CCXII.*

QVAERETVR, cùm dicat, qui dimiserit vxorem, an liceat dimittere vxorem. Dicendum, q aut agitur de tempore ante Christi prædicationem, aut postea. Si ante, licebat dimittere illam, quia poterat dari repudium: maximè autem, si quis ad perfectiorem vitam anhelans vellet dimittere vxorē, & seruire Deo in castitate perpetua. Nam tunc totaliter dissoluebatur matrimonium per repudium, & ille si vellet aliam poterat accipere, & illa alium, & non manebat matrimonium quantum ad actum, neque quantum ad vinculum. Si autem accipiatur post Christi prędicationem, dicendum, q non licet dimittere vxorem:
G quia ipse dixit supra in litera, & supra 5. c. q non liceat dare repudium: licet tamen coniugibus ex communi consensu cessare ab actu coniugali ad tempus, vt orationi vacent. 1. Corin. 7. cap. & etiam licet in perpetuū cessare, & seipsos absoluere introeundo simul in religionem, vel manente altero in sæculo, de quo non sit suspitio fornicationis, & altero profitente ex licentia eius, vel quando propter delictum vnius alius dat ei libellum repudij, quia potest, qui repudiat alterum sine illius consensu intrare religionem, & perpetuo continere: de quib[9] magis dictum est supra, cùm de diuortio actum est. Dixit autem Christus hic deserendam vxorem. s. quantum ad conuersationem, & delectationem. s. quia illa absoluente virum à debito, ille præ de-
H siderio perfectionis cessaret ab illecebris coniugalib[9], & relicta vxore Christum sequeretur. Nam sicut laudabile erat, q filij dimitterēt patres interdum, vt Christum sequerentur, vt dictum est præcedēti quęstione: ita & permittente vxore, cui vir alligatus est, laudabile erat viro sequi Christum: & sic aliqui discipulorū suorum eum secuti sunt, qui vxores habebant. Etiam intelligitur, q si aliquando vxor impediret virum à fide Christi recipienda, vel in ipsa iam recepta turbaret illum, q dimitteret illam recedendo, sicut & nūc fit de infidelibus coniugibus, quando alter eorum conuertitur altero manente in infidelitate, si non vult cohabitare alij sine contumelia saluatoris, dirimitur matrimonium. extra de diuor. cap. gaudemus: & ita tēpore
I Christi diuidebantur vir & vxor, & pater, & filij, & cęterę personæ, quæ in eadem domo manebant, quibusdam suscipientibus fidē, & alijs non, vt patet supra 10. & Luc. 12. cap. & tunc, qui nolebant credere erant deserendi à credentibus dupliciter. Primò quantum ad affectum. s. vt propter eorum affectū, & dulcem cōicationem non rumpendā, non cessarēt credere in Christum, & colere eum. Secūdò si opus esset, relinquēdi erant corporaliter. s. si non credentes persequerentur credentes cogere volētes eos à fide recedere. Ad tales enim nulla cōicatio habenda erat: sic dicit Chrysost. Cùm autem dicit: Qui reliquerit vxorem, nō hoc ait, vt simpliciter nuptiæ diuellantur, sed vt omnibus prę feramus Dei pietatem. Videtur autem mihi, & per-
K secutionis temp[9] occultè insinuare: quia enim multi futuri erāt filios ad impietatem trahentes, cū hoc accideret, neque pro patribus, neque pro viris habeantur.

An liceat propter Deum filios dimittere.
Quæstio CCXIII.

QVAERETVR, cùm dicatur: Dimiserit filios, an liceat dimittere filios.

Dicendum, quòd sicut ex prędecētibus colligitur, cuilibet homini ad cognatos est duplex habitudo. Vna qua ex illorum conuersatione delectationem, honorem, & emolumenta capit. Alia qua eis ad aliquid tenetur, quod non potest reddi nisi à cōicantib[9].

Quantum

Quantum ad primum generale est, quòd quilibet potest relinquere quoscunque cognatos in quocunque gradu ei attineant, vel distent ab eo: quia illud est in fauorem suum, potest homo renunciare ei, quod in fauorem suum introductum est. Quantum ad secundum dicendum, ꝙ quandiu quis tenetur alteri, non potest eum dimittere vel abnegare: sed qui non tenetur ad aliquid, potest abnegare alium, vt dicit Aristo. 8. Ethi. cap. vltimo. Circa filios autē an deseri possint hoc considerandum est, scilicet an illi sint adulti, quibus non sit necessaria cura paterna: vel adhuc paruuli sunt, qui sine materna aut paterna cura viuere nō possunt. Si primo modo, dicendum, quòd parentes nō tenentur filiis ad aliquid: sed possunt dimissis eis ire ad religionem, vel sequi Christum quomodolibet aliàs: cùm etiam manendo in sæculo possent eos de domo abiicere, vt alibi quærerent victum, cùm potētes ad hoc sunt. Si secundo modo dicendum, quòd non licet parentibus dimittere filios, vt intrent religionem, vel propter quodcunque aliud pium opus: quia hoc esset contra naturalem inclinationem, & debitum agere: nisi fortè prouiderent eis de sufficienti cura nutritionis, & educationis apud alios. De hoc tamen magis dictum est supra 8. cap. quest. 68. Dixit aūt Christus, qui dimiserit filios. Primò ad notandum opus perfectionis, scilicet quando aliquis habens filios quorum conuersatione delectabatur, qui tales erant, quòd sine cura paterna manere poterant, dimittebat illos, vt Christo adhęreret abdicans a se delectationē, quam ex eorum conuersatione capiebat, & ad istud opus perfectionis Christus incitabat. Secundo ad ostendendum opus necessitatis, quod tamen erat magni meriti, scilicet quando filiis credere nolentib⁹ credere volebant parentes: quamuis in hoc sustinerēt molestias à filiis, & oporteret interdum recedere ab illis, quòd durum erat, & ideo magnum præmiū pro eo promittitur.

Quare tale ordinem Christus tenuit in nominando ista, scilicet domos &c. Questio. CCXIIII.

QVAERETVR, quare talem ordinem Christus tenuit in nominando ista quę pro eo relinquenda erant: quia videtur quòd non tenuit conuenientem ordinem. Nam prius nominauit quod minus erat, scilicet relinquere domos, deinde quod grauius, & maius erat, scilicet parentes & vxores, & filios dimittere. Aliqui dicunt quòd Christus non tenuit istum ordinem in locutione sua: sed Matthæus mutauit ordinem verborum. Sed dicendum quòd non stat, quia istum eundem ordinem tenuit Marcus in verbis, & eundem Luc. Mar. 10. & Luc. 18. Cùm ergo omnes tres Euangelistę concordent in verbis, & in ordine verborum, non est dicēdum quòd mutauerit Matth. ordinem, sed ꝙ istum eundem loquendo Christus tenuerit ordinem. Alij dicunt, ꝙ fuit ordo rationabilis præponendo ea, quæ minora erant. Et hoc propter duo: primò quia licèt in veritate grauius sit dimittere filios, & vxores, & parētes q̄ res possessas: tamen Iudęis, qui erāt auari, videbatur esse molestius dimittere possessiones quàm cognatos. Sic. n. dicunt quidam contra tribum Gad, & Ruben, & dimidiam tribum Manasse, quæ petebāt partem possessionis ad orientem Iordanis. Nam dixerunt Moysi. caulas ouiū fabricauimus, & stabula iumentorum: paruulis quoque nostris vrbes munitas. Num. 32. cap. prius. n. oues, & iumenta nominauerunt, q̄ filios. quod dicunt illos dixisse, quia auari erant, & magis tristarentur de perditione rerum, quàm filiorum. Secundò quia via generationis est, vt a minoribus procedatur ad maiora:

A & ideo dimittere possessa, quod minus erat, pposuit. Sed dicendum quod neutrum istorum stat. Primum quia istud verbum Christi non dictum fuit specialiter ad Iudęos, sed ad omnes gentes, cùm non soli Iudęi cōuertendi essent ad Christum, sed potius gentes omnes, maximè quia Christus hoc ostendit, dicens: Et omnis, qui dimiserit domos, &c. Secundum quia si istum ordinem tenere voluisset, pręposuisset oīa, q̄ pertinent ad possessiones, & subiunxisset ea, quæ ad cognatos pertinet: sed falsum est, quia incipit in possessionibus, & finit in illis. Nam dicit, qui dimiserit domos, & in fine dicit: qui dimiserit agros. Dicendum ergo, ꝙ istum ordinem loquendi Christus tenuit, quē euangelista expressit, & non est artificiosus, nō quidē
B quasi Christus non aduerterit, cùm nihil inconsideratum dicere posset Dei sapientia, quæ Christus erat, sed quia intentio sua erat solùm in hoc exprimere res deserendas pro ipso, & hoc quocunque ordine exprimerentur, cùm non differret ad rem præferre hoc vel illud in locutione.

Quomodo Euangelistæ discordant exprimendo propter quid ista dimittenda essent. Quæstio. CCXV.

QVAERETVR, quomodo Euāgelistæ discordant exprimendo propter quid ista dimittenda essent: nam Matthæus dixit hic, qui reliquerit pp nomen meum. Marcus vero dixit: propter me, & ꝓpter
C Euangelium. Lucas dixit: pp regnum Dei. Dicendū, quod omnia ista ad eandem rationem redeunt. Nam veritas est, quòd ista propter Christū relinquēda sunt quando relinquuntur: ipse. n. causa totalis debet esse quare hoc fiat, alioquin non est meritorium quod fit, & hoc aliqualiter Marcus expressit, dicēs: pp me. Sed ipsi Euangelistæ, sub diuersis nominibus expresserunt quæ omnia eandem rem notant, licèt non sub eadem ratione immediata: dixit enim Mattheus, propter nomen meum, ac si dicat propter me: quia nomen rei nō accipitur, nisi pro ipsa re, quia alioquin inutile est. Vel potest dici propter nomen, idest ad euangelizandum nomen meum, & iste est verus sensus: ideo. n. Christus volebat, quòd homines non solū sequeren-
D tur eum quantum ad doctrinā fidei, & morum, sed ēt corporaliter discurrendo cum eo, vt mitteret eos, dū viueret, & post mortem suam ad prędicandum p orbem: sicut faciebat dum viueret. ad hoc enim elegit discipulos, & Apostolos sup. x. c. & Mar. 6. & Luc. 9. & 10. & quia sic discurrentes non poterant redire ad ꝓcurandum res suas. Vel etiam si dimitterent procuratores, & negociorū gestores pro rebus suis, tenerētur solicitudine illarum quocunq; irent, & desiderio quodam redeundi ad fruendum, & gaudendum in bonis suis. Oportuit ergo quòd ad hoc, quòd conuenienter exercerent officium pdicationis commissæ eis à Christo, abiicerent omnia, q̄ possidebant, ut iam nulla cura tenerentur, & expedite agerent, quod eis impositum erat. Et ista est vera & tota causa quare ad se ve-
E nientibus iubebat Christus omnia dimittere, & non quasi malum esset illa possidere: & qa cā proxima, & immediata erat pdicare fidē Christi, cā aūt remotior erat ipse Christus, cōuenienter dr̄ ꝓpter nomen meū: idest ad pdicādum nomen meū. Ita dr̄ Act. 8. c. q Philippus annūciauit Iesum eunucho reginę Ethiopum. Marcus autē expressit ambas causas. i. proximā & mediatam cùm dixit: propter me, & euangelium. Nam propter Christum tam hoc q̄ oīa alia bona fieri debēt. Cùm dixit Euangelium, tetigit cām immediatā, quia Euangelium dicit Euangelizationem. i. pdicationem. Et est sensus: qui dimiserit hęc vt eat ad Euangelizandum, quò ego mitto: cùm Lucas dixit propter regnum

gnum Dei, ideſt propter prędicationem regni Dei. Nam lex noua vocatur regnum Dei vel regnum celorum, & ita accipitur ſupra 4. & 9. cap. ſcilicet tranſibat prędicando euangelium regni, ideſt annunciabat fidem, & legem noui teſtamenti, & non dicitur propter regnum, ideſt vt habeat regnum Dei: quia tunc non concordaret ſententiæ Matthæi, & Marci: quib⁹ tamen concordare debet, cùm omnes tres eandem Chriſti ſententiam referebant. Etiam quia licèt aliquid facere liceat, vt habeamus regnũ cœlorum: nũquam tamen eſt ille finis præcipuus. Siquis enim ſolùm faceret aliquod opus bonum, vt habeat vitam ęternam, & non ageret propter Deum, nunquam haberet vitam ęternam: quia ſic non mereretur illam, eo quòd non poteſt quis mereri ſine charitate: & qui vult vitam æternam, licèt Deum velit cuius viſio eſt ſubſtantia beatitudinis, & ita propter Deum agat, ſcilicet vt ipſum attingat: tamen hoc eſt Deum concupiſcere, vt illum habeat velut bonum ſuum, quo fruẽdo perficiatur: ſed non amat illũ vt ei bonum ſit: quod eſt amare amore amicitiæ, & tamen charitas dicit amorem amicitiæ, & non concupiſcentiæ. Chriſtus ergo non dicit, quòd aliquid faciamus propter vitam ęternam, ſed propter ipſum: licèt faciendo dicit, ꝙ habebimus vitam ęternam. De hoc dicit Chryſoſtomus: Non autem differt dicere propter nomen meũ, aut propter Euangelium, vt Marcus dicit: aut propter regnum Dei, vt dicit Lucas: etenim nomen Chriſti virtus eſt Euangelij, & regni. Euangelium enim recipitur in nomine Ieſu Chriſti, & regnum Dei per nomen ipſius cognoſcitur, & venit.

Quẽ amorem dicit charitas.

Quid ſit iſtud centuplum, & an in vita vel poſt mortem recipiatur. Quæſt. CCXVI.

QVAERETVR, cùm dicatur, quòd qui dimiſerit iſta centuplum accipiet, quid ſit iſtud cẽtuplum, & quando recipiatur: an in vita, vel poſt mortem. Aliqui dicunt, quòd eſt centuplum quantum ad omnia, quæ quis dimiſerit, ſiue in poſſeſſionibus ſiue in cognatis. Et eſt iſte error quorundam Iudęorũ quos chiliaſtas, ideſt millenarios appellamus: quia dicunt quòd poſt reſurrectionem iuſtorum mille annis vacibimus delitiis carnis, & iucunditati rerum aliarum temporalium: & in tempore illo reſtituentur homini omnia hæc centuplicata. Sed hoc non ſtat. primo, quia nullum tempus erit, in quo poſt reſurrectionem delitiis temporalib⁹ & carnalibus vacemus: quia hoc Chriſtus excluſit inf. 22. & Luc. 20. dicens ꝙ in regno cœlorum neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei, ideſt quòd ſicut angeli Dei nõ fruuntur bonis corporalibus, quia ab hoc eos natura ſpiritualitatis prohibuit: ita & beati non fruentur his à quibus perfectio ſtatus eos diſtraheret. Secundò, ꝙ etiam concedendo illam poſitionem erroneam adhuc erunt hic aliqua impoſſibilia. Nam qui reliquit patrem & matrem non poteſt in hoc centuplum recipere, cùm vnicus ſit pater & vnica mater. Tertiò quia quædam ſunt turpiſſima: quia tunc qui relinqueret vxorem vnam reciperet ibi centum, quod neque audiẽdum eſt. De hoc dicit Hierony. & Beda. Quidam occaſione huius ſententiæ, qua dicitur centuplum accipiet, iudaicam mille annorum fabulam dogmatizant poſt reſurrectionem iuſtorum, q̃n omnia, quę dimiſimus multiplici ſunt nobis fęnore reddenda: & inſuper vita ęterna donanda, neque vident quòd ſi in cęteris digna ſit ꝓmiſſio, in vxoribus tñ centenis maxima appareat turpitudo: præſertim cũ dominus in reſurrectione nubendum non eſſe teſtetur. Dicendum aũt ꝙ totum dubium eſt vt ſciatur an hic vel in futuro

F iſtud centuplum reddatur. Nam ſi hic reddatur manifeſtum eſt, quòd in aliquibus bonis corporalibus reddetur: ſi verò in futuro, cùm ibi ſola ſpiritualia bona ſint: certum, eſt, ꝙ centuplum de bonis ſpiritualibus erit. Aliqui autem vidẽtur dicere, quòd erit iſtud centuplũ in vita ęterna, & tunc per centuplum ſignificabatur retributio, q̃ dabitur ĩ bonis ſpiritualibus, q̃ cõparata corporalibus centupla ad illa ſunt, valde excedẽtia. Sic dicit Hier. Centuplũ accipiebat, qui carnalia ꝓ Saluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet, q̃ comparatiõne, & merito ſui ſunt quaſi paruus numerus ſi centenario comparetur. Sic ẽt Orige. dicit: Agros multiplices, & domos intelligere in requie paradiſi, & in ciuitate Dei. Sed dicendum, ꝙ iſtud centuplum redG
ditur omni in vita præſenti. Et patet primò ex modo loquendi Matthæi hic: nam dicitur, centuplum accipiet, & vitã ęternam poſſidebit, & ita voluit eſſe iſta duo, ſ. centuplum accipere, & habere vitam ęternã: ſed omnia bona, quæ homini dantur poſt mortẽ pertinent ad vitam æternã: ideo non eſt centuplum poſt mortem. Secundò quia ſi per centuplũ vellemus intelligere aliquid, quod daretur poſt mortem, ſcilicet magnitudo præmii, quæ eſt centupla quaſi eſſet reſpectu meriti haberemus iſtud centuplum accipiendo vitam æternam, & tunc deberet dici vitam poſſidebit, & centuplum accipiet, & tñ dixit prius cẽtuplum accipiet, & ſubdidit vitam ęternam poſſidebit: ergo videtur quòd iſtud centuplum pręcedat, ita non detur
H in vita ęterna. Tertiò & apertius, quia hoc Marcus, & Lucas expreſſerunt. Dicitur enim Mar. 10. nemo eſt qui reliquerit domum &c. qui nõ accipiat centies tm̃ nunc in tempore, & in ſęculo futuro vitã ęternã, & Luc. 18. dr̃. Nemo eſt, qui reliquerit domũ, &c. qui non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſęculo venturo vitam ęternam. In quo aũt reddatur nobis hic iſtud centuplum dicendum, ꝙ in eo, in quo dedimus, vel quod reliquimus, ſ. domos, agros, fratres, ſorores, & ita de aliis. Patet quia Mar. 10. dr̃: Nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros ꝑꝑ me, qui non accipiet centies tm̃ nunc in tẽpore hoc domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, & Luc. 18. dr̃. qui nõ
I recipiat multo plura in hoc tꝑe, ſ. de his, quæ dimiſit. Sed dicendum quòd qui iſta dimittunt non accipient centuplum quantum ad poſſesſionem, vel proprietatem rerum, quia tunc non eſſet verbum Chr̃i, verum, cùm non videamus compleri iſtud in hoc ſęculo ſicut ipſe ꝓmiſit. Secundò quia repugnat intentioni dimittentium iſta pro Chriſto: ideo. n. dimittunt vt nunquã iſta, neque ſimilia habeant, cùm ad perfectionẽ anhelent. Tertiò, quia tunc omnis homo dimitteret quicquid habet pro Chriſto, vt ſine labore, vel quomodocunque centuplicatum illud in hoc mundo reciperet: & ita daret Deus cauſam auaritię, quod eſt inconueniens. Quartò & principaliter, quia repugnabat intentioni Chriſti ſuadẽtis homini dimittere, quæ poſſide-
K bat propter eum: ideo enim volebat quòd omnia dimitterent, vt nullam de rebus ſęculi habentes ſolicitudinem læto animo, & toto cordis vigore ſequerentur opus prędicationis: ſi tamen ipſe in hoc ſęculo redderet eis centuplum, creſcentibus rebus augeretur ſolicitudo ſęcularis, & ita Chriſtus ſeipſum implicaret, quod eſt abſurdum. Eſt ideo dicendum, quòd centuplũ habituri erant quantũ ad cõicationẽ, i. ꝙ ſiquis vnã domum dimiſit, in qua habitabat, inueniet centum domos: qa in omnibus domibus fidelium & ẽt infidelium colligetur, & habitabit Chriſto dante ei hoſpitiũ, & ponitur numerus centenarius pro indeterminato, ſcilicet pro multis, & qui dimiſit vnum agrum de cuius fructibus ſuſtentabatur, inueniet centum agros:

In quo redd… nobis centu…

quia

quia de fructibus omnium agrorũ fidelium recipiet sustentationem. Et ita qui vnum patrem, & vnam matrem reliquit pro Christo, inueniet omnes fideles habentes eadem viscera paterna, & materna. Et ita fratres inueniet quantum ad affectum & ad impensionem operũ. Vxores vero multas inueniet nõ quantũ ad opus carnis: quia qui ad perfectionem anhelat, dimittens omnia hæc pro Christo, vel opera carnis penitus deuitauit, sed quantũ ad obsequia omnes mulieres, vt vxores inueniet, & ita omnia hæc quantum ad vsum centuplicata redduntur: sed quantum ad proprietatem, & possessionem nihil redditur. Sic dicit Gregorius: Est quidem centies tantum merces secundum communicationem & non secundum possessionem, & hoc est, quia nihil possidendo participarent in omnibus, quæ alij possiderent, & sic nihil possidẽdo quasi omnia possiderent. Sicut dicitur 1. Corin. 7. ca. Quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Ita dicit Augustinus 20. de ciuitate Dei. Hoc quod dicitur cẽtuplum accipiet exponens quodammodo Apostolus ait, quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Centum enim pro ipsa vniuersitate ponuntur aliquando. Quomodo autem sit istud centuplum aperit magis Origenes dicentes: Sed & in hoc sæculo cẽtuplũ redditur: quia pro fratribus carnalibus multos inuenit fratres secundùm fidem: sic & parentes omnes episcopos, & presbyteros, & filios omnes ętatem filiorum habentes: sunt autẽ etiam angeli fratres, & sorores omnes, quæ exhibuerunt se Christo virgines castas tam istæ, quę nunc habentur in terris quàm illæ quæ iam viuunt in cœlis. De hoc etiam patet, vt Theophilus ait: vxor enim in domo circa cibũ viri negociatur & vestimenta: vide ergo & hoc in Apostolis: multę enim mulieres erant solicitę de eorum cibis, & vestimentis & ministrabant eis: similiter & patres, & matres plurimas Apostoli habuerunt, scilicet eos, qui ipsos diligebant: sed, & Petrus vnam relinquens domum postea omnium discipulorum domos habebat.

A vite ęternę: hoc autem centuplum quod in hac vita reddendum eẽ dixit, non posuit pro retributione operis, sed pro sustentatione laborantis. Causa autem quare Christus hoc posuit, fuit necessitas quædam. Nam suadebat hominibus dimittere omnia, & sequi ipsum, & nihil postea possidere: & quia ad sustentationem nostram sunt temporalia necessaria, putarent illi, qui nunquam talia fieri viderant, quòd dimissis omnibus non haberent vnde sustentarentur, & hoc multum distraheret eo ab eos, quod Christus suadebat, scilicet dimittere omnia: ideo Christus voluit certos reddere homines, quod nihil deesset eis in hoc sęculo, licèt oĩa dimitteret, qa oĩa inuenirent cẽtuplicata quantũ ad vsum & cõicationẽ: licèt nihil haberent quantum ad possessionem. Et ista est vera causa: & ita fecit supra 10. cap. quando iussit discipulis, quòd irent ad prædicandum non ferentes secum aurum neque argentum, neque peram, neque sacculum, neque calciamenta. Nam putarent quòd nihil istorum habendo non haberent vnde sustentarentur: ideo dixit eis: quòd in quamcunque domum intrarent comederent, & biberent, quæ apud illos sunt, quia dignus est operarius mercede sua: ideo & hic dixit, ꝙ nihil deficeret, sed redderetur centuplicandum, licèt omnia dimitterentur: hoc tamen centuplum noluit esse mercedem, vel retributionem propriè dictam, sed sustentationem, & ideo supra 10. cap. postquam Christus dixit, quòd deberent nihil portare secum, sed manducare & bibere ea, quę inuenirent apud hospites suos, addidit: dignus est operarius cibo suo: non dixit autem retributione, sed nomine cibi sola sustentatio intelligitur quantum ad vsum, & non recompẽsatio laboris: ideo noluit esse retributionem aliquàm in præsenti: licèt Luc. 10. cap. dicatur quòd dignus est mercede sua, licèt accipiatur large merces pro sustentatione necessaria: quia si merces esset, reciperet taxationem, & conuentionem, & non recipit.

Ad nostrã sustẽtationẽ sunt tẽporalia necessaria.

B

C

Quare Christus posuit hic de temporalibus retributionem. Quęstio. CCXVII.

D QVAERETVR, quare Christus posuit hic de temporalibus retributionem. Nam intentio Christi erat abstrahere homines à terrenis, & animas eorum cœlestibus inserere, sicut dixit Apostolus, quòd conuersatio nostra est in cœlis: quomodo ergo posuit retributionem de temporalibus. Inconueniens enim videtur primò, quia videtur repugnare intẽtioni eius. Secundò quia per hoc deduceret homines ad cupiendum terrena, cùm ipse terrena polliceretur. Tertiò quia hoc videtur esse contra conditionem noui testamenti: vnum enim in quo lex Moysi, & Christi differunt, esse asseritur, quòd lex Moysi sola temporalia expressè promittat obseruatoribus: lex autem Christi sola spiritualia. Hic autem temporalia promittit cùm istud centuplum reddatur in præsenti.

Quartò, quia istud centuplum, quod est retributio in præsenti præposuit, & postea adiunxit æternam retributionem dicens, & vitam ęternam possidebit: quod adhuc deterius est, quia dato, quod sint duæ retributiones, vna in pñti, & alia in futuro: ea q̃ in futuro deberet præponi cùm sit maior & appetibilior, & tñ ppõsuit retributionem, q̃ est in terrenis. Aliqui dicunt, quòd sunt duæ retributiones, vna temporalis, & alia æterna, & vtraque posuit hic Christus. Sed dicendum, quòd istud non est satis bene dictũ: quia tunc manerent omnes pręcedentes obiectiones. Sed dicatur quòd Christus vnam posuit retributionẽ

Quare Christus addidit hic, & vitam æternam possidebit. Quęst. CCXVIII.

QVAERETVR, quare Christus addidit hic, & vitam æternam possidebit: nam iam videtur, ꝙ erat promissa vita æterna. Dixerat enim Christus iuueni, quòd si volebat ingredi ad vitam seruaret mandata, & postea ad perfectionem hortatus, quòd venderet omnia quæ habebat: & tamen discipulis dicebat derelinquentibus omnia, quod ad magnã perfectionem pertinebat: ideo intelligebatur, quòd deberet eis dare vitam æternam, & non erat necesse exprimi. Dicendum vno modo, quòd verum est quòd ex pręcedentibus poterat colligi, quòd isti habituri erant vitam æternam, & tamen voluit Christus exprimere ad magis notificandum. Nam circa ea quę sunt potissima, & in quibus cõsistit totum bonum nostrum, non debet esse aliquod dubium: sed quòd sint certissima: talis autem est positio de fęlicitate vitę ęternæ: quia ibi est totum bonum nostrum: ideo vtile est de hac aperte loqui, quamuis concludi posset per rationem ex præcedentibus.

In vita ęterna est totũ nostrũ bonum.

E

Secundò, & præcipue fuit hoc ad tollendum dubium: nam dixerat Christus hic, quòd qui relinqueret aliquid haberet illud centuplicatum hic, & istud videbatur esse præmium pro operatione: quo dato putaret quis, quòd non erat aliud sperandum. vel quòd si daretur aliud esset illud paruum: quia multum receperamus recipiendo centuplũ: ideo dicit, ꝙ vitam ęternam possidebit, i. ẽt si recipiat centuplum habebit vitam æternam, in qua est retributio tota: &

& ideo dicit possidebit, idest firmiter tenebit, & sic significatur, quòd centuplum est solùm ad vsum, quia dicitur accipiet. Vita æterna est ad retributionem, quia dicitur possidebit.

An illi, de quibus hic dicitur, quòd reliquerint propter Christum domos, & fratres & cętera: habituri sint sedes ad iudicandum, & an ad istos extendatur ista promissio. Quęst. CCXIX.

QVAERETVR, an illi, de quibus hic dicitur, quòd reliquerunt propter Christum domos, fratres, sorores &c. habituri sint sedes ad iudicandum sicut Apostoli, & an extendatur promissio illa etiam ad istos. Aliqui dicunt quòd non. Primò quia Apostolis videtur specialiter facta promissio illa: vnde dicitur, sedebitis super duodecim sedes. Secundò, quia istis qui reliquerint agros, patrem, matrē, &c. propter Christum promittitur speciale præmium, scilicet centuplum hic, & deinde vita æterna: ideo non oportet poni aliud præmium, scilicet, quòd sedes habeant in iudicio. Dicendum, ꝙ licèt Deus retribuat homini vltra meritum considerādo operationes nostras in suo valore: tamen supposito quòd operationes nostræ tā ex charitate, in qua fiunt, quàm ex diuina acceptatione, quàm ex conditione sui generis aliquid valeant, Deus retribuit ęqualiter omnibus, qui ęqualia faciūt. Ipse autem promisit duodecim Apostolis duodecim sedes in iudicio ꝓ hoc, ꝙ oībus dimissis secuti fuerāt eum: ideo dicendum, ꝙ oēs illi, qui dimiserint omnia sicut Apostoli, & secuti fuerint Christum, sicut ipsi prædicando fidem, accipient sedes sicut illi. Si autem aliqui pauca reliquerint, habebunt aliquam retributionem: sed non oportet, quòd sedes accipiant, sicut Apostolis. Siquis ergo reliqui cognatos, sed non possessiones, vt qui propter fidem tenendā recessit à cognatis suis, quorum erat ei dulcis cōuersatio. & tamē non reliquit domos, & agros, sed possidet quidquid habuit, & postea habere potest, non recipiet sedē, qa non reliquit omnia. Nam ad recipiendum sedē in iudicio, oportet relinquere sicut Apostoli omnia reliquerunt: qui autem omnia relinquit, siue pauca, siue multa habeat de his, quæ nominantur, habebit sedē: cęteri verò secundùm conditionem operis recipient plus vel minus. Sic dicit Orig. Siquis reliquerit oīa, & secutus fuerit Christum, quæ promissa sunt Petro, & ipse recipiet. Si autem non omnia reliquit, sed q̄dā, quę specialiter referuntur hic, multiplicia recipiet, & vitam possidebit ęternam. Vnde dicendum, quòd ista litera potest dupliciter intelligi: vno modo, ꝙ nō solis Apostolis, sed ēt omnibus aliis, qui sequerentur Christum sicut ipsi, dentur sedes, & ad hoc ponatur ista litera, quia dicebatur ī litera solùm de duodecim sedibus, propter quod putaret aliquis, ꝙ solis Apostolis erat hoc concessum: ideo dictum fuit hic. & omnis qui reliquerit, idest non solū Apostoli percipient sedes, sed etiam omnis, qui reliquerit ista, quæ dicūtur hic propter Christum, i. vt sequatur eum, & maximè vt euangelizet: & ista est vna de causis quare fuit posita. Secunda fuit, vt notificaretur hic quę erant illa, quę pro Christo erant relinquenda: quia sup. fuerat in litera dictum, ꝙ Apostoli relinquerant omnia, & quòd iuuenis diues venderet oīa: vt autē sciretur, quę erant ista omnia, quæ relinquenda erant, expressa fuerunt hic, vt dictum est sup. Tertia causa fuit ad supplendū

In q.108 ea, quæ deerant sup. Dictum. n. fuerat iuueni, quòd relinqueret oīa, & quòd Apostoli iam reliquerāt, & nō dictum erat, quomodo prouideretur eis abiectis omnibus: ideo hic suppletur, s. centuplum accipiet, quod

In q.216. in præsentia accipitur, vt patet Mar. 10. & Luc. 18. &

F ostensum est supra. Et sic accipiendo ꝙ isti, qui relinquunt ea, quæ habentur hic, habeant vitam æternam, & sedes iudiciarias, quia relinquunt omnia sicut Apostoli, & sequuntur Christum. accipit Aug. lib. de pęn. s. In hoc ergo numero iudicantium omnes intelligūtur, qui ꝑꝑ euangelium sua omnia dimiserunt, & secuti sunt dominum. Greg. quoq; lib. 10. mora. dicit q̄squis. n. stimulo amoris diuini excitatus hic possessa reliquerit: illic proculdubio culmen iudiciarię potestatis obtinebit, vt simul tunc iudex cum iudice veniat: qui nunc consideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Aliter potest intelligi ista litera, s. isti, de quibus hic dicitur, non accipiant sedes iudiciarias sicut Apostoli, sed accipiant ista pręmia, de quibus dr̄

G in litera, s. centuplum & vitam æternam. Sed hoc nō est verum nisi de illis, qui non dimiserunt omnia, sed aliqua eorū, q̄ nominanť hic. Qui verò oīa pro Christo abiecerit, vt eū sequatur, sedē habebit sicut Apostoli. Et dicit Origenes. s. Qui reliquerit oīa, & secutus fuerit Chr̄m, quę promissa sunt Petro & ipse recipiet. Si aūt non oīa reliquit, sed quędā quę hic specialiter referuntur, hic multiplicia recipiet. Et tunc rō quare posita fuit ista litera, est. s. quia aliqui erant, qui relinquebant aliqua pro Christo, licèt non omnia, & putarent se nihil pro hoc recepturos, cùm id quod supra de sedibus dictum est, fuit dictum Apostolis, qui oīa reliquerant, & secuti fuerant Christū, & per hoc distraherentur a bono. Ideo Christus dicit hic, ꝙ etiam siquis

H non dimittat oīa, sed aliqua istorum, quæ hic nominantur, recipiet mercedem: quia centupla eorum, q̄ dimiserit recipiet, & insuper vitam æternam, siue pauca, siue multa reliquerit. Et tunc est ista causa quarta, quare ista Christus dixerit, & istū sensum tenet Chryso. dicens: Discipulis promittit futura, qa excelsiores erant iam, & nihil præsentium requirebant: aliis aūt quæ sunt hic repromittit, s. aliis qui non erant tā excelsi sicut Apostoli, quia nō reliquerant omnia, sicut illi promittitur centuplū, qđ est in p̄nti, & non sedes iudiciaria. Dicendum aūt, ꝙ vterq; sensus est satis rōnabilis: sed primus videtur esse verior, s. quòd illi, qui nominantur hic relinquentes hęc, accipiant sedes sicut Apostoli, quia certū est, ꝙ qui reliquerit oīa, vt sequať

I Christū, & maxime euangelizādo, sicut Apostoli, recipiet sedem sicut Apostoli, quia istud est, ꝓ quo illis dantur sedes. s. quia relinquerunt oīa, & secuti sunt Christum, vt patet supra in litera: & tamen isti, de q̄bus loquitur hic Christus, relinquunt ista ꝑꝑ ipsum ad euangelizādum. Quod patet, quia Mar. 10. c. dicit: nemo est, qui reliquerit domum &c. ꝑꝑ me, & ꝑpter euangelium: & tn̄ relinquere propter euangeliū est relinquere ad euangelizandū, necesse est, quòd omnia dimitteret, quia aliter non poterat cōueniēter euāgelizare, ut dictū ē sup. q. ead. iō istis ēt ꝓmittunť sedes, et extendiť ꝓmissio facta Apostolis ad istos. Et istud vr̄ verū, ꝙ ista ꝓmissio non differat ab illa, q̄ facta est Apostolis, sed potius ista addat ad illā supplēdo eam, &

K ita hic, qn̄ ꝓmittitur centuplū licèt, nō fiat mentio de Apostolis, ꝙ intelligitur de eis: ita. n. oēs doctores accipiunt ꝙ Apostoli vnā domum dimittentes centū domos inueniebant. i. domos omnium fidelium. Item quia dr̄ hic, & vitā æternā possidebit. Si tn̄ differret ista promissio ab illa de duodecim sedibus, innueretur, ꝙ illi, qui accipiunt sedes iudiciarias, non acciperent vitā æternam, quod falsum est: Et ita è contrario ista promissio implicat illam de duodecim sedibus in se. Nā sedes iudiciarię ad vitam ęternam pertinent, ideo promittendo vitam ęternā intelligitur de sedibus dādis: licèt non est verum, quòd omni eunti ad vitā ęternā dabuntur sedes, accipiendo sedē ad iudicandum oībus illis modis, q̄bus Apostoli iudicabūt, vt oñsum est sup.

Si

In q. 192. Si autem tota promissio explicitè poneretur, deberet dici, quòd ei, qui relinqueret omnia pro Christo vt eũ sequeretur & maxime ad euangelizandum, daretur vita æterna, & insuper sedere in iudicio super sedem ad iudicandum, & in præsenti daretur centuplum eorum, quę relinquerent.

Ad primum dicendum, quòd non fuit promissio facta Apostolis specialis, quasi illis solis conueniat id quod ibi promissum est: quia multi alij præter eos iudicabunt, vt ostensum est supra, sed eis solis dictum est quia soli erant præsentes, quando istud dixit, vt patet ibidem, & quęst. 197.

Ad secundum dicendum, quòd istis qui relinquũt patrem, & matrem, domos, &cęt. promisit Christus hoc, quod habetur hic in litera, & tamen istud nõ est præmium distinctum à promissione sediũ: sed aliquid explicatur hic addendo quod ibi tacebatur, s. centuplum, quod omnibus dimittentibus aliquid pro Christo promittitur, & aliquid ibi magis explicitum fuit quod hic breuius dicitur. Nam quod dicitur ibi de duodecim sedibus, intelligirur hic per hoc, quod dicitur: Et vitam ęternam possidebit. eo quòd sedes nõ dantur nisi euntibus ad vitam æternam: licèt non omnibus euntibus illuc, vt dictum est.

Quare dicitur multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. *Quęst.* CCXX.

QVAERETVR, quare dicitur: Multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Dicendũ, quod istud ponitur ad tollendum dubium dictorum. Et potest multipliciter intelligi: vno modo, quòd tacitè per hoc Christus hortetur nos ad perseuerantiam per hęc verba, scilicet quòd aliqui incipiunt opera perfectionis cum magno feruore, & tunc excedunt multos alios, qui prius, vel postea eadem tepidius incipiunt, & deinde labuntur. Putaretur autem quòd ex eo quòd cęperant opera excellentia, perciperent maiora munera quàm alij, qui non ita feruenter inceperant: dicitur hic, quòd non, scilicet quia non continuant, & per hoc licèt prius essent primi, efficiuntur nouissimi. Sic dicit Rabanus: Verum quia multi virtutum studia non eadem, qua incipiunt intentionis pietate consumant: sed vel tepescunt, vel accelerate labuntur, dicitur, multi autem erunt primi nouissimi & nouissimi primi: quotidie enim videmus multos in laico habitu constitutos magnis vitæ meritis excellere, & alios à prima ætate spirituali studio feruentes ad extremum otio torpente facescere, atque inerte stultitia quod spiritu cępere carne consummare. Secundò potest poni ad tollendum dubium, quia cùm ponantur ista pręmia eis, qui relinquũt omnia pro Christo, quia aliqui præcedunt alios tempore in faciendo hoc: putarent illi, qui posteriores sunt parui meriti se esse & non æquales cũ illis, qui prius cęperũt: & ideo dicitur, quòd non est verum, sed interdum illi, qui tẽpore sunt posteriores sunt dignitate maiores si merito sunt superiores, & hoc adiuuat eos, qui ad Christũ tarde conuertuntur, siue de paganis, siue de Iudæis: quia licèt tempore sunt vltimi & tardi, possunt esse merito maiores eis, qui à christianis proauis nati sunt. Sic dicit Origenes: Per hoc exhortatur eos, qui nuper accedunt ad verbum diuinum, vt festinent ad perfectum ascendere præ multis, qui videntur senuisse in fide. Potest etiam hic sensus destruere eos, qui gloriantur eo quòd à christianis parentibus sunt enutriti in ipsa christianitate, ne pusillanimes fiant, quia christianitatis dogmata nouissime receperunt. Et iste sensus est multum conueniens, quia sic dicitur sequen.

A cap. quando agitur de cultoribus vineæ quorum quidam venerunt in principio diei: alij ad vesperum: & tamen primi tempore non præcesserunt in magnitudine pretij eos, qui postremi venerunt: & cùm illi, qui primi venerunt conquerunt, quòd non acceperũt plusquam illi, qui fuerunt vltimi: dicitur eis, quòd erunt primi nouissimi & nouissimi primi. Tertiò potest intelligi, vt sit quædam comparatio gentilium & Israelitarum: fuerunt enim Israelitæ primi cultores Dei: ad extremum autem, scilicet Christo prædicante venerunt gentiles: & ideo posset aliquis credere, quòd omnes Iudæi essent potiores in præmio quàm Gentiles conuersi, & dicitur quòd non, sed, quòd multi nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. Sic
B dicit etiam Origen. scilicet: Habet & alium intellectũ, vt sint primi Israelitæ qui facti sunt nouissimi propter infidelitatem: gentes autem nouissimi primi. Quartò potest intelligi, vt sit comparatio iuuenis & Apostolorum: ille enim iuuenis diues, qui ad Christum nũc venerat, à iuuentute sua fuerat semper bonus, quia semper custodierat mandata, quæ Christus dixit esse necessaria ad habẽdam vitam æternam; aliqui autem Apostolorum non fuerant boni a iuuentute, sed mali, sicut Matthæus, qui auaritię lucris inhiabat sedens ad telonium: supra nono capitu. & ideo putaretur, quòd ille iuuenis esset potior in pręmio vitæ æternæ quàm aliqui Apostolorum, licèt ille noluerit dimittere diuitias propter Christum, sed tristis recesserit au-
C dito verbo, vt patet supra in litera. Christus autem dicit quòd non: quia multi erunt primi in tempore merendi, qui in quantitate meritorum, & pręmiorum erunt nouissimi. Sic dicit Remigius: Potest & speacialiter referri ad tristitiam diuitis, qui primus videbatur legis pręcepta implendo: sed quia terrenam substantiam pretulit Deo, nouissimus factus est: sancti verò Apostoli nouissimi videbantur, sed relinquendo opera per humilitatis gratiam facti sunt primi: & iste etiam sensus est valde conueniens. Quintò potest intelligi, quòd tollatur dubium: quia cùm dixerit Christus, quòd sederent Apostoli iudicantes duodecim tribus Israel, & Apostoli dum viuerent fuerunt viri humiliati, & abiecti inter gentem suam Iudęorũ,
D & summi sacerdotes, & principes, & Pharisę: præerant genti toti Iudæorum, & iudicabant illam. Mirarentur ergo Apostoli quomodo posset esse, quòd ipsi iudicarent duodecim tribus Israel, cùm in illis fuerunt viri sublimes, quibus subditi erant Apostoli dum viuerent. Dicit ergo Christus quòd hoc satis erat possibile: quia multi, qui erant primi, idest celsiores in dignitate & statu, dum viuerent, fient nouissimi, idest minimi, & abiecti post mortem, propter eorum vitã indignam habentes infimum locum, quia manebunt in tormẽtis: & ita erunt summi sacerdotes, & Pharisęi, qui tam Christum quam Apostolos dum viuerent iudicabant, & condemnabant: & aliqui, qui erant nouissimi, idest abiecti dum viuerent, sicut Apostoli, &
E alij sancti egentes & angustiati propter Christum, & quibus dignus non erat mundus. ad Heb. 11. in iudicio & semper post mortem erunt excellẽtes, & subiectos habebunt eos, qui videbantur aliquid esse in sęculo. Simile patet Sapi. 5. quando stulti videntes in iudicio sanctos dicent: hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinẽ improperij: nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, & finem sine honore: ecce quomodo nũc computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Et iste est valde conueniens sensus literæ, & præcedens & secundus. Et secundus est verus quem Christus intendit, vt patet sequen. cap.

CAPITVLVM XX.



SIMILE est Regnum Cęlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite, & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam, & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit: Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cùm sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi: Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus. At ille respondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

De pœn. d. 4. ca. si ex hono. Mar. 10. d.

Simile est. In præcedenti docuit Christus virtutes contemplatiuorum siue religiosorum. hic consequenter docet virtutes prælatorum. Vel, vt aliter continuetur, docuit in præcedenti Christus mutationem ordinis

F temporis, scilicet quòd non essent potiores in prẹmio qui erant priores in tempore in merendo: hic autem confirmat, quod dixit, ponendo exemplum de patrefamilias, & vineæ cultoribus. Et ista continuatio est continuando finem præcedentis cap. ad principium istius, & est vera continuatio. Sed tenendo præcedentem, eo quòd est communior, & potest extendi ad totum cap. dicendum, quòd agitur hic de virtutibus prælatorum. Sunt autem præcipuè quatuor virtutes prẹlatorum, scilicet Feruor ad continuè laborandum in agro dominico. Vigor ad se martyrio exponendum pro grege sibi commisso. Humilitatis tenor etiam in statu excelso. Pietatis dulcor subditis continue benefaciendo. Primum in principio. Secundum

G ibi. *Et ascendens Iesus Ierosolimam.* Tertium ibi. *Tunc accessit ad eum.* Quartum ibi. *Et egredientibus illis.*

Quatuor præcipuæ virtutes prælatorum.

An ista sint continuata ad præcedentia; & nunquid immediate facta. Quæstio. I.

QVAERETVR circa primum, an ista sint cõtinuata ad præcedentia, & an sint immediatè facta, vel interiecto aliquanto tempore. Dicendum ad primum, quòd est continuatio, & non est anticipatio neque recapitulatio ordinis. Et patet primò ex concordia ad alios euangelistas: nam Marcus, & Lu-

H cas referunt ea, quæ habentur in fine prẹce. cap. de his qui relinquunt domos, fratres, sorores &c. & referũt ea, quẹ habentur infra in litera: licèt subticeant hoc quod ponitur hic in principio. de vinea. Et ponunt ea quæ habentur prẹcedenti capit. in fine, vt patet Marc. decimo, & Luc. decimooctauo. Secundo patet ex ordine rerum gestarum: supra decimooctauo c. & decimoseptimo. fit mentio, quòd Christus maneret in Galilæa: volebat autem venire in Iudęam vt ascenderet in Ierusalem, quæ erat in Iudęa. Et prẹced. cap. in principio dicitur, quomodo venit, & mansit in finibus Galilęæ circa Iordanem: sed infra in litera dicitur, quomodo pergebat in Ierusalem, & quomodo venit in Ierico, qui est circa Iordanem, & occurrit

I venientibus de Galilea in Ierusalem, & ibi sanauit cęcos: ergo ea, quæ habentur præced. cap. necessariò præcesserunt ad ea, quæ habentur hic. Ad secundum dicendum quòd ea, quẹ habentur hic, fuerunt facta immediatè post ea, quæ habentur præce. cap. nam ea, quæ dicuntur hic in principio non fuerunt introducta nisi ad confirmationem eorum, quæ dicuntur in fine præcedentis cap. quia ibi dictum est, quod multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, & hoc ostendit hic per exemplum inductum de cultoribus vineæ. Et patet, quia in fine exempli concluditur intentio eius, scilicet, sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: sicut in fine præcedentis capit. dictum est: ergo principium cap. huius, scilicet id quod

K habetur de cultoribus vineæ, fuit dictum eodem tempore, & in eorum contextu, in quo dicta fuerunt ea, quæ habentur præcedent. capit. in fine, & ideo fuerunt hæc continuata ad illa, & in eodem tempore facta saltem principium eorum, quæ hic dicuntur.

Circa primum dicitur. *Simile est regnum cælorum.* Idest status Ecclesiæ militantis, in quo sunt diuersi gradus hominum laborantium pro vita æterna: & in diuerso gradu meritorum. Vel regnum cęlorum, i. status Ecclesię triumphãtis, s. vitę æternæ, vbi pro bonis operibus diuersa prẹmiorum reddũtur genera, & quantitatis. *Homini patrifamilias.* Ad parabolã pertinet: quia paterfamilias est, qui conducit operarios: sicut

ad

ad Ecclesiam triumphantem, & militantem homines vocantur, & conducuntur. *Qui exiit primo mane.* In aurora, quæ est prima pars diei: quia illa est hora conducendi operarios. *Conducere operarios in vineam suam.* Idest, vt irent ad colendum vineam suam. *Conuentione autem facta.* De taxatione pretij. Et sciendum, quòd licèt quinquies conduxerit operarios iste paterfamilias, non fecit conuentionem nisi cum primis. *Cum operariis.* Scilicet cum primis quos prima hora diei conduxit. *Ex denario diurno.* Idest pro vno denario pro tota die. Vocatur denarius diurnus, qui pro tota die redditur. Et ita isti tota illa die operaturi erant in vinea pro denario vno: qui quanti sit valoris ignoratur: quia nescitur cuius regionis moneta sit. *Misit eos in vineam suam.* Non iuit paterfamilias in vineam, sed misit illuc operarios: quia ipse mãsit in vrbe ad conducendum alios, cùm in omnibus horis diei conduxerit operarios, vt patet in litera. *Et egressus.* Scilicet ad forum, vbi conducuntur operarij. *Circa horam tertiam.* Ista est alia conductio operariorum. *Vidit alios.* Scilicet operarios, qui ad locandum operas suas ad forum venerunt. *Stantes in foro ociosos.* Istos dixit ociosos, & non primos: quia iam fere tres horæ diei elapsæ fuerant manentibus eis in foro & nihil facientibus: qui verò in prima hora cõducti fuerunt, nullo tempore manserant ociosi, quia illa erat hora conducendi operarios. *Et illis dixit.* Idest ẽt illis, quasi dicat, licèt non laborare possent die integro, voluit eos conducere. *Ite & vos in vineam meam.* Scilicet sicut alij iuerunt. *Et quod iustum fuerit dabo vobis.* Cùm istis non fecit pactum de certa pecunia: qa cum primis facta erat: sed dixit, quod iustum fuerit dabo vobis, scilicet considerata quantitate temporis dabo vobis secundum proportionem partem danarij. *Illi autem abierunt.* Non curantes de taxatione pretij: quia putauerunt esse iustam conuentionem istam. *Iterum autem.* Scilicet exiit in forum ad conducendum oparios. *Circa sextam.* Idest ad meridiem, & conduxit operarios, quos ociosos inuenit, dicens: Ite vos in vineã meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. *Et circa horam nonam.* Hoc fuit iterum, scilicet in quarta vice. *Et fecit similiter.* Scilicet conduxit, quos inuenit ociosos dicens: quod iustum fuerit, dabo vobis. *Circa vndecimam verò.* Ista fuit vltima conductio: iam enim non supererat nisi vna hora. *Exiit.* Scilicet ad forum. Et inuenit alios operarios, qui locare volebant operas suas. *Stantes.* Idest nihil facientes, sed solùm stantes. *Et dixit illis.* Scilicet increpatoriè, quod sequẽtia verba sonant. *Quid hic statis?* Idest ad quid manetis in foro tota die? idest quasi tota die: quia sola vna hora super erat diei cùm circa vndecimam horam hoc operariis dixit, & tamen modus increpantium, & cõquerentium est, vt rem deteriorẽ ostendant: ideo plus quàm sit rem aggrauant. *Ociosi.* Fuerant ociosi, quia per totum diem nihil fecerant. *Dicunt ei.* Responsio iusta est. *Quia nemo nos conduxit.* Idest nemo de conductione nobis locutus est: nam aliter non se defenderent conuenienter, vt si aliquis vellet eos conducere: & ipsi petendo plus iusto non stetissent taxationi. *Dixit eis.* Volens eos conducere. *Ite & vos.* Idest etiam vos licèt sitis extremi, & in fine diei, ite. *In vineam meam.* Ad colendum eam: istis non dixit, quod iustum fuerit dabo vobis: licèt iustum esset aliquid eis dari, quia aliquid laboraturi erãt. *Cum autem sero factum esset.* Scilicet occasus solis: tunc enim est aduentus operariorum de agris. Psal. 103. exiit homo ad opus suum, & ad operationem vsque ad vesperam. *Dixit dominus vineæ.* Scilicet paterfamilias, qui conduxit operarios in vineam. *Procuratori suo.* Idest negociorum gestori. quia non erat procurator ad lites, sed ad negocia. *Voca operarios.*

A Iam redierant de agro, & tamen nondùm erat eis datum laboris pretium, & ad dandum illud vocati fuerant. *Et redde illis mercedem suam.* Idest conuentam vel eis debitam incipiẽs a nouissimis, idest ab illis, qui venerunt hora vndecima in agrum. *Vsque ad primos.* Idest, quòd finiatur solutio in primis conuerso ordine, vt prius soluatur eis, qui in hora vndecima, deinde eis, qui in nona: postea eis qui sexta: deinde eis qui tertia: vltimò verò eis, qui prima hora diei iuerant in vineam. *Cùm venissent ergo.* Non est ergo hic illatiua, sed continuatiua. Et dicitur, cùm venissent, scilicet ad dispensatorem. Vel venissent, idest introissent ad locum, in quo solutio facienda erat. *Qui circa vndecimam horam venerant.* Idest iuerant in vineam: nam

B nunc quando venerunt, idest redierant de agro occasus solis erat. *Acceperunt singulos denarios.* Idest quilibet vnum. Et hoc erat admirandum: quia vix vndecimam partem denarij quilibet illorum meruerat: *Venientes autem primi.* Scilicet qui primo mane conducti fuerant. Venientes quidem, idest accedentes secundùm ordinem datum à patrefamilias ad dispensatorem, vt solueret pecuniam: postquam soluerat eis, qui circa Nonam, & eis qui circa Sextam, & Tertiam. *Arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi.* Idest plusquam denarium vnum singuli, vel plus, idest plusquam vltimi, qui venerunt hora vndecima: cùm viderent eis dari singulos denarios crediderunt sibi plus dandum. *Acceperunt autem & ipsi.* Idest etiam ipsi,

C quasi dicat. ita ipsi sicut alij. *Singulos denarios.* Sicut fuerat cum eis conuentum. *Et accipientes.* Idest dum acciperent. *Murmurabant.* Se iniustum pati asserentes. Et hoc dum acciperent, quia antequam acciperent etiam si suspicarentur solùm singulos denarios eis dandos, non auderent murmurare, ne prouocarent animum Domini, dum adhuc incertum erat quantum eis dandum esset. *Aduersus patremfamilias.* Idest non aduersus procuratorem: licèt enim procurator solueret pecuniam, quia tamen mandato domini dabat id, quod dabat, non murmurabant contra ipsum quasi ipse non faceret iniustum, sed dominus. *Dicentes.* Idest allegantes pro se ea, quæ sequuntur. *Hi nouissimi.* Scilicet qui venerunt circa horam

D vndecimam, qui fuerunt nouissimi, idest extremi in tempore laboris, & primi in ordine solutionis. Omnes enim tam, qui hora vndecima, quàm qui circa nonam, & qui circa sextam, & tertiam venerunt, acceperunt singulos denarios, & de singulis illorum poterant primi arguere. De illis tamen solis, qui circa vndecimam venerunt arguunt, vt sic efficacius argumentum eorum, quando magis sic grauentur, quàm si pares eis fierent, qui circa tertiam venerunt *Vna hora.* Idest, vna hora solùm, idest hora vndecima a principio eius vsque ad duodecimam, scilicet à principio duodecimæ quando pulsatur vndecima, vsque ad duodecimam, quando finitur ipsa duodecima, & est occasus solis. *Fecerunt.* Idest operati sunt parum in agro, ex quo apparet, quòd erat dies ille in

E ęquinoctio: quia duodecim horarum erat dies. Vel computantur horæ inæquales, de quibus in quolibet die, & in qualibet nocte facimus horas duodecim: sicut inquiruntur horæ ab astrologis per instrumenta. *Et pares illos nobis fecisti.* Idest dedisti singulis eorum singulos denarios, sicut & nobis: honestius, idest cum maiori colore arguerent, si dicerent pares nos fecisti illis: quia hoc prima facie signat depressionem à debito, quod semper est iniust um. Dicere aũt pares illos nobis fecisti signat largitionẽ supra condignum, quod ad liberalitatem, vel magnificentiam interdũ pertinet, quæ non est contra iustitiã, & tñ ad veritatẽ idem est considerato, ꝙ paterfamilias dedit primis, quan-

quantum cum eis conuenerat. *Qui portauimus pondus diei.* Pondus grauitatem notat, & eſt ſenſus: ſuſtinuimus pondus, vel laborem per totum diem. *Et æſtus.* In hoc apparet, quòd erat tempus vernale, vel finis tẽporis æſtiualis: quia dicitur, quòd erat æſtus: & hoc concordat ſuperiori literę, ſcilicet quòd dies ille duodecim horarum erat, hoc non accidit niſi in principio temporis vernalis, & in fine temporis æſtiualis, ſcilicet laborauimus per totum diem, & per totum æſtum, quod durum eſt: iſti autem laborauerunt in hora vndecima, quando ſol iam declinauit, & non eſt tanta difficultas tunc operari. *At ille.* Scilicet paterfamilias. *Reſpondens vni eorum.* Ideſt illorum, qui primo mane conducti fuerant, vni quidem reſpondit, quia fortè ille pro omnibus murmurabat, vel grauius quã cęteri, aut occurrit ſibi magis contra illum loqui. *Dixit, amice.* Licèt ille mordaciter fuiſſet locutus, quia murmurabat: tamẽ paterfamilias benignè loquitur, eum amicum vocans. *Non facio tibi iniuriam.* Iniuria accipitur hic pro iniuſto: & large accipitur, & non pro vt diſtinguitur contra damnum, & ideo extenditur tam ad detrimentum rerum, quàm ad offenſionem perſonæ. Iniuſtum ſiquidem eſt aliquid de alieno iure tollere: ſed paterfamilias nihil tollebat primis, licèt gratiam faceret aliis: ideo verum eſt, quòd non faciebat iniuriam. *Nonne ex denario.* Ideſt pro denario, & iſtum vocauit ſupra denarium diurnum: quia ꝓ labore totius diei dabatur. *Conueniſti mecum.* Quaſi dicat, tantum tibi dedi, quantum mecum ꝯueniſti, nullam ergo facio tibi iniuriam, & ita non habes ius querelæ. *Tolle quod tuum eſt.* Ideſt accipe denarium, qui tibi debetur: & non dixit, tolle, ideſt accipe quaſi non accepiſſet, quia iam acceperat, vt dicitur ſupra in litera, acceperunt autem, & ipſi ſingulos denarios, & accipientes murmurabant: ſed dicitur tolle, ideſt contentus eſto cum eo quod tuliſti. *Et vade.* Ideſt non murmures: incepit paterfamilias benignè reſpondere iuſtitiam ſuam oſtendendo, nunc acrius inuehitur in ęmulum eius murmurationem compeſcẽdo, & iniuſtam querelam oſtendendo. *Volo autem, & huic nouiſſimo.* Ideſt non ſolùm eis, qui circa ſextam, & nonam, de quibus magis videbatur, ſed etiam iſtis, qui ſunt nouiſſimi dare vnum denariũ per ſingulos. *Sicut & tibi.* Ideſt tantum quantum tibi: quia in hoc tibi non facio iniuriam, illi autem gratiam facio. *An non licet mihi quod volo facere.* Confirmat dictum ſuũ, dixerat, volo dare huic nouiſſimo tantum quantum tibi, & quia poſſet murmurator in hoc dicere: facis mihi iniuſtitiam dicit, vel ego poſſum facere, quod uolo: & tunc tu iniuſtè conquereris, & oculus tuus nequam eſt: vel non poſſum de meo dare cui voluero, & tunc abſurdum eſt: ideo querela nunquam eſt iuſta. Vel aliter legatur ſine diſiunctione ſolùm per modum interrogationis, ſcilicet. An non licet? ideſt nunquid non licet facere de meo id quod volo? dando illud cui voluero? quaſi dicat, licet, & non bene conquereris. *An oculus tuus nequam eſt.* Non ponitur interrogatiuè, & per modum alicuius dubitationis, ſed per modum aſſertionis, cùm ſubiungatur cauſa dicti, ſcilicet, ego bonus ſum, & tamen non diceretur, quia ego bonus ſum, niſi etiam aſſereretur, quòd oculus iſtius erat nequam, ideſt iniuſtus: dixit, oculum iniuſtum, ideſt hominem iniuſtum, quia oculus & aliæ partes corporis, neq; iuſtę, neque iniuſtæ ſunt: neque tamen de oculo dixit, notando conditionem vitij: iſte quidem inuidus erat, non enim dolebat de proprio damno, ſed de alieno lucro, & quia inuidis eſt grauis pœna aliorum videre fęlicitatem, vitium inuidiæ videtur eſſe in oculis: ideo iniuſtum oculum dixit, ſicut vocamus linguam iniuſtam in eo,

Inuidus non dolet de ꝓprio dãno, ſed de alieno lucro.

F qui mendax eſt, & ſeminator diſcordiæ ex verbis: licet lingua non ſit mala, ſed habens eam. *Quia ego bonus ſum.* Ideſt iuſtus, dando tibi, quod iuſtum eſt, & bonus ſum, ideſt liberalis dando nouiſſimis, & omnibus aliis vltra ea, quæ merentur. *Sic erunt.* Iſta ſunt verba Chriſti applicantis parabolam ad propoſitum ſuum, & dicitur, ſic, ideſt ſicut paterfamilias fecit nouiſſimos eſſe primos, i. ęquales primis in quantitate pretii. Vel fecit nouisſimos eẽ primos, i. primos in ordine ſolutionis, quia iusſit incipi ſolutionem a nouisſimis, ita erit in regno cęlorum. *Primi nouiſſimi.* Ideſt aliqui qui fuerunt primi in tempore colendi erunt nouisſimi in retributione. *Multi enim ſunt vocati.* Iſtud pertinet ad aliam ſententiam, ſcilicet, multi ſunt vocati ad colendum vineam Dei vario modo, & tamen non omnes recipient retributionem, quia non omnes bene colent eam, ſed retrocedent. *Pauci vero electi.* Non quòd pauci ſint electi, quia magnus eſt numerus eorum: ſed in comparatione ad eos, qui pereũnt pauci ſunt, qui de malis eliguntur cęteris relictis, & abiectis: vt feces, & ſtercora abiiciuntur, & paleę collectis granis.

Quare Chriſtus poſuit iſtam parabolam de cultoribus vineę. Queſt. II.

QVAERETVR, quare Chriſtus poſuit iſtam parabolam de cultoribus vineæ. Dicendum quòd vſus parabolarum multum conueniens erat Chriſto, & ſæpe eis vtebatur, vt dictum eſt ſupra decimotertio capitu. in præſenti autem fuit iſta parabola poſita ad confirmandum id, quod in fine pręcedẽ. cap. dictum eſt, ſcilicet, multi erunt primi nouiſſimi & nouisſimi primi: vt autem magis oſtenderet, quomodo fieret hoc, poſuit parabolam de cultoribus vineæ quorum vltimis ęqualis merces data eſt cum primis: immo vltimis primò data eſt merces. Quòd autem ad hoc ponatur parabola patet, quia in fine recitatur verbum, quod poſitum eſt in fine pręcedẽn. cap. ſcilicet. Sic erunt nouisſimi primi, & primi nouisſimi: taliter enim ſolet Chriſtus introducere parabolam: ſic patet ſup. 18. c. cùm dixit parcendũ eſſe ꝓximo, qñ peccaret, & ad confirmandum hoc ſtatim ſubiunxit parabolam de rege, qui poſuit rõnem cum ſeruo, & remiſit ei debitum oranti: ille aũt alteri conſeruo: remittere noluit ſed torquebat eum, & ideo dñs condemnauit eum: & cõcluditur ibi. ſic & pater meus cęleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo, ergo hic ad confirmationem præcedẽtis dicti introduxit Chriſtus iſtam parabolam. Sic dicit Remig. ſ. Quia dixerat dñs multi erunt primi nouiſſimi, & nouisſimi primi, vt hanc ſententiam confirmaret, ſubiunxit ſimilitudinem.

Quid vocatur hic regnum cęlorum. Queſt. III.

K QVEARETVR, cùm dicatur hic, ſimile eſt regnum cœlorũ, quid vocatur hic regnũ cœlorum. Dicendum, ꝙ regnũ cœlorum ꝓpriè dicitur vita æterna: qa ibi ſancti regnant cũ Chriſto Apoc. 5. c. & illa vita in cęlo eſt. Et tñ ſolet accipi multipliciter regnum Dei vel regnum cœlorum. Aliqñ ꝓ vita æterna vt dictum eſt. Aliqñ ꝓ Eccleſia militãti, iuxta illud ſup. 11. c. qui minor eſt ĩ regno cęlorũ, i. in nouo teſtõ maior eſt illo. i. Ioã. & ſup. 13. ca. mittet filiũs hoĩs angelos ſuos, & colligent de regno eius oĩa ſcandala. Et idẽ Greg. dicit. ſ. Sæpe in ſacro eloquio regnũ cęlorũ p̃ſentis temporis eccleſia dr̃. Aliquando accipitur pro intellectu ſacrę ſcripturę. inf. 21. c. auferetur à vobis regnum cęlorum, & dabitur genti facienti iuſtitiam eius, ideſt auferet à vobis intellectus Sacræ ſcripturæ. Aliquan-

Regnũ cœlorũ multipliciter accipitur.

Aliquando autem (vt quidam volunt) accipitur pro Christo: hic autem non accipitur pro Christo, neque pro intellectu sacræ scripturæ, qa nõ est ad propositũ: sed oportet accipi regnũ cęlorum pro aliquo statu, in quo hoĩes æquales efficiunt, q inęquales erant: & posteriores, qui erant primi: & iõ põt accipi tã pro vita æterna q̃ pro Ecclesia militanti: nam in vita æterna contingit, quòd homines accipiunt præmia æqualia, qui posteriores fuerunt in colendo Deum. De Ecclesia militanti apparet, quia in ea homines quasi vineã colunt obseruationi diuinorum mandatorum instando, & hic alij priores & alij posteriores sunt in hac obseruatione. Et ideo dicendum, q̄ magis accipitur regnum cęlorum pro vita æterna quã pro Ecclesia militanti, cùm de diuersitate præmiorum agatur, q̃ non dantur nisi in vita æterna: & tamen siquis totam parabolam applicare vellet, accipiet per regnum cęlorũ tam vitam æternam quã Ecclesiam militantem: cùm hic agatur de cultu vineæ, & diuersis temporibus colendi: sed hoc manifestum est esse in sola Ecclesia militanti, in qua Deum colimus, & mandata seruamus: in vita autem æterna nihil de his relinquitur, sed sola quies: quia verò ad vesperum dantur mercedes colonis, vita æterna significatur, vbi variè distribuitur pro meritis: ideo tam Ecclesia militans quàm vita æterna in hac parabola simul per regnum cęlorum accipiuntur.

In Ecclesia militãti Deũ colimus, & mandata seruamus.

Quomodo est verum, quòd sit similæ regnum cęlorum homini patrifamilias. Quæst. IIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd sit simile regnum cęlorum homini patri familias. Dicendum, quòd non est simile patri familias, sed actui huic, quem egit pater familias, scilicet quòd sicut pater familias conduxit varijs temporibus homines, & omnibus dedit mercedem eandem: ita & in Ecclesia militanti sunt labores varij temporis, & in vita ęterna quantum ad aliquid dantur omnibus præmia æqualia. Sed quis est pater familias: & quomodo dicitur conduxisse operarios: & quæ sit vinea, in quã conducit: & quæ domus, cuius est paterfamilias. Dicẽdum, quòd pater familias est, qui domui pręest: est enim caput vel princeps in communicatione œconomica: & ideo domum habet iste pater familias, q Deus est siue Christus, cuius domus est totus mũdus: familia autem eius sunt omnes creaturæ rationales, idest angeli, & homines. Sic dicit Chrysost. Homo pater familias Christus est: cui cęli, & terra quasi vna est domus; familia autem cęlestium, terrestrium, & infernarum creaturarum. De vinea dici potest, quòd sit virtutum congregatio, vel sit Ecclesia vniuersalis. Accipiendo primo modo constat ista vinea ex multis vitibus: sicut sunt diuersi modi virtutum, & species. Et tunc dicendum, quòd cultor huius vineæ est omnis homo, quia quilibet tenetur viuere secundùm virtutem. Sic accipit Chrysost. dicens: Vinea autẽ eius iustitia est, in qua diuersę species iustitiarum positæ sunt quasi vites: puta mansuetudo, castitas, patientia, & cęterę virtutes, quę omnes generaliter iustitiæ appellantur: homines autem vineę cultores ponuntur. Accipiẽdo secũdo mõ Ecclesia vniuersalis à principio seculi vinea est, quæ vna est tũc, & nunc per continuationem iustorum, extra quam nemo saluatur: cultores autem vineę sunt omnes homines, quia omnes tenentur esse intra Ecclesiam, & hoc est eam colere: nam qui extra eam fuerit non saluatur: extra de summa trinitate & fid. ca. cap. firmiter. Et illud est verum pro omni tempore, quia nunquam potuit aliquis saluari nisi intra Ecclesiam. De tempore post Christum

Quilibet tenetur se cundũ virtutem viuere.

Qui sunt vineę cultores.

A patet, quia iam, qui nõ crediderit, & baptizatus fuerit, peribit. Mar. 16. & infra 28. ca. Ante Christum autem tam Iudæi, quàm Gentiles poterant saluari, cùm lex Moysi non obligaret nisi solos Israelitas: & tamen nemo saluabatur nisi fide, quæ vna erat in omnibus bonis: sed in quibusdam implicitè in aliis explicitè: & iõ ad hanc Ecclesiam omnes homines mittuntur, vt saluari possint. Quod patet, quia pater familias omnes, quos inuenit quocunque tempore, misit ad vineam suam, & tunc cùm vinea sit Ecclesia, & homines cultores: id quod colit est, quod in ea laborando obseruatur, scilicet fidem tenendo, & iustitiam sequendo. Aliter potest dici, quòd vinea sit ipsa Ecclesia, & quia partes vineę sunt vites, vel palmites: homines, qui sũt B partes vineę, & per quorum successionem continuatur Ecclesia, vocabuntur palmites. Sic accipitur Isa. 5. cap. Vinea domini exercituum domus Israel est, & vir Iuda germẽ delectabile eius: & quia cultor, vel palmes, vel vitis non sunt idem, cùm homines generaliter sint vites, vel palmites, erunt cultores ipsi doctores Ecclesię, & prędicatores, qui doctrinam, & admonitionem quasi palmites, & vites excolunt, dum homines per doctrinam sacræ scripturæ ad meliorem vitam perducunt. Sic accipit Greg. in homilia, scilicet: Pater familias, est conditor noster, qui habet vineam, vniuersam scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel iusto vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. C Quod autem Christus vocet vitem non quemlibet hominem, sed seipsum solum, & quemlibet hominẽ palmitem Ioan. 15. alia longè differens comparatio est, vt infra dicetur.

Quid sit operarios istos conducere: & quare pater familias illos conduxit. Quæst. V.

QVAERETVR, quid sit operarios istos conducere, & quare pater familias illos conduxit. Dicendum, quòd pater familias non solùm conducit operarios, sed etiam (vt litera dicit) exiit ad conducẽdum. Si autem acciperetur pater familias pro Christo, dicitur exire ad conducendum eo modo, quo dicitur exiuisse à patre, & venisse in mundum per osten D sionem operationũ in humanitate assumpta, in qua prędicauit, & docuit, quod fuit operarios ad vineam noui testamenti mittere: quia tamen melius accipitur pater familias pro Deo, & quòd vinea sit a principio seculi: dicetur exiisse ad conducendum non per aliquam loci mutationem, sed per suę bonitatis diffusionem. Et quia operarij dupliciter dicuntur, scilicet vel omnes homines, vel soli doctores, & prędicatores, aut quicunque, qui aliquo modo alios ad bonũ mouent, dupliciter accipietur conducere. Accipiendo secundo modo conducuntur operarij per hoc, q̄ Deus dedit eis spiritum sapientiæ, & intellectus, & mandauit eis expresse ire ad prædicandum, aut ad denunciãdum aliquid. Sicut patet Isa. 6. & Ieremię 1. & Ionę 1. E ita de alis prophetis, quos Deus mittebat ad aliquas gentes, vel personas: aliquando autem per solam interiorem inspirationem mittebat impellendo interiꝰ, vt irent, & prędicarent. Necesse est autem, quòd q docet aliquo istorum modorum mittatur. Sic dicitur ad Rom. 10. cap. Quomodo predicabunt, nisi mittantur? Et quia per conductionem determinatur operarius ad certum opus, etiam obligatur iam illud facere, ita per missionem obligabantur missi ad eundũ, & ẽt determinabantur ad opus quod facturi erant. Accipiendo autem operarios primo modo pro omnibus hominibus: dicitur quòd conducuntur inquantum Deus illos obligat ad obseruantiam legis suę, & ad fidem

dem tenendam intra Ecclesiam: conducit autem illos inquantum illis ostendit obligationem ad hoc faciendum per sacram scripturam, vel per prædicatores. Vocantur autem omnes homines operarij, vel mercenarij, quia mercenariorum conditionem habere debent, scilicet quia mercenarius facit opus domini, & non suum: ita & nos laboramus in obseruando mandata Dei, & non voluntatem nostram: & sicut mercenarius paruo tempore manet in cibo, toto autem tempore in laborare: ita & nos circa curam nostram pauco tempore manere debemus: toto autem tempore in cultu Dei. Sic dicit Chryso. Scitote, q̄a mercenarij sumus conducti.

Quare oēs hoīes mercenarij vel operarij vocantur.

Sicut ergo nemo ideo conducit mercenarium, vt hoc solùm faciat, qđ manducat: sic & nos non ideo sumus vocati à Christo, vt hoc solùm operemur, ꝙ ad nostrum pertinet vsum, sed ad gloriā Dei, & sicut mercenarius prius aspicit opus, deinde quotidianum cibum: sic & nos prius debemus aspicere, quæ ad Dei gloriam pertinent, deinde quæ ad nostram vtilitatem, & sicut mercenarius totam diem circa domini opus impendit, vnam autem horam circa suum cibum: sic & nos omne tempus vitæ nostræ debemus impendere circa gloriam Dei: modicam autem partem circa vsus nostros terrenos. Et si mercenarius qua die opus non fecerit, erubescit intrare domum, & petere panem: quomodo tu non cōfunderis intrare in Ecclesiam, & stare in conspectu Dei, quando nihil boni in conspectu Dei gessisti? Cùm autem quæritur quare pater familias conduxisset operarios, cùm posset procurator eius eos cōducere, sicut soluit eis mercedem. Aliqui dicunt, quòd ideo fit hoc, quia Deus est, qui nos ad fidem, & obseruātiam legis suæ vocat siue pulsando mentem nostram, siue per sacram scripturam vocando: tangere autem mentem non pertinet ad aliquem nisi ad Deum: ideo ipse, qui est pater familias conducit operarios, & non procurator eius.

Dicendum, quòd hoc non stat: primò quia licèt pulsatio interior qua a Deo vocamur ad tenendum fidem, & obseruantiam legis sit à Deo, & non ab homine: tamen vt communiter fit vocatio ista per sacrā scripturam, & adhuc magis per homines, qui illam prædicant, & secundùm eam hortantur: isti autem, & etiā scriptura sunt velut procuratores Dei, vel negociorū eius gestores: ideo per procuratorem poterat dici, ꝙ pater familias conduxerit operarios. Secundò, & efficacius, quia per dationem mercedis factam operariis in sero significantur præmia vitæ ęternæ: certum est tamen, quòd vita æterna non datur alicui à Deo per ministros, sed perseipsum, quia beatitudo tota est in videndo Deum: & istam visionē concedit Deus cuilibet per seipsum. Etiam ipse disponit homines immediatè per seipsum ad illam dando eis habituale lumen gloriæ, vt videre possint diuinam essentiam: ideo merces non datur per procuratorem, sed per patrem familias, & tamen in litera dicitur, quòd mandauit pater familias procuratori dare mercedem operariis: ergo à fortiori poterat dicere, quòd procurator conduxerit operarios. Est ergo dicendum vno modo, quòd quandocunque ponitur aliqua parabola, non oportet applicare singulas partes parabolę ad rem signatam: sed satis est applicare illud, quod est ad propositum, & propter quod inducta est parabola. Non fuit autē inducta ista parabola nisi ad ostendendū, ꝙ multi erūt nouissimi primi, & primi nouissimi: & ideo satis est applicari illam partem, in qua dicitur, quòd vltimis data est primo merces, & æqualiter eis, & primis datū est: de cęteris autem non differt, sed ponuntur ad hoc, ꝙ possit fieri parabola verisimilis: sicut etiam fit in fabulis. Secundò potest dici, & ex eadem radice, & est

F ista veritas, quòd dictum est hoc ad conuenienter ponendum parabolam, vt esset verisimilis. Procurator enim non est nisi alicuius domini: & ideo ad hoc, ꝙ notitia aliqua de procuratore habeatur oportet haberi notitiam de domino: & ideo in principio parabolę cum nulla in præcedentibus pręcessisset relatio de patre familias, oportuit de illo fieri mentionem, vt ex eo cognosceretur procurator eius: & quia primus actus, qui ponitur in parabola, est conducere operarios, conueniens fuit, vt pater familias diceretur ꝯducere operarios, & non procurator eius.

Quare dicitur, quòd pater familias exijt primo mane conducere operarios. Quęst. VI.

G QVAERETVR, quare dicitur, quòd pater familias exiit primo mane conducere operarios. Dicendum, quòd omnes conductiones, quas facit pater familias in vno die sunt: quod patet ex assignatione horarum, de quibus in litera dicitur, s. primo mane, & tertia, sexta, nona, & vndecima hora. Quod potest dupliciter accipi, vno modo respectu mūdi. Alio modo respectu vnius hominis. Accipiendo ad eundem hominem significant ista tempora diuersas ætates eiusdem hominis, in quibus omnibus vocatur homo, vel conducitur ad vineam domini, idest ad tenendum rectam fidem, & bonam operationem: & aliqui conducuntur vna hora, alij verò alia, quia diuerso tempore vocati veniunt ad Deum, & omnibus datur eadem merces, idest denarius. Vocantur primo mane
H aliqui, i. in pueritia. Hora tertia significat iuuentutē quia sicut sol hora tertia incipit ascendere, & calorem ostendere: ita in iuuentute calor naturalis in homine crescit, & ascendit. Hora sexta significat ętatem virilem, quia tunc homo est in statu, & perfectione secundùm corpus, & vltra non ascendit: sicut in meridie sol est in maxima eleuatione in circulo meridiano: & tūc est tempus maioris caloris ex dispositione solis. Hora nona significat senectutem, in qua naturalis calor incipit refrigescere: sicut hora nonę sol declinat iam à meridiano versus occasum. Hora vndecima signat senium, quia tunc sol est iuxta occasum, & horizontem, sicut homo in senio est iuxta mortis occasum.
I Prima hora, vel primum mane dicitur pueritia, vel infantia, quia in illa homo incipit vocari à Deo, & consequenter vsq; ad finem vitæ nulla ætas est, in qua homo non vocetur à Deo: nam in infantia à primo die ęgressus ab vtero vocatur homo à Deo: quia licèt nō vocetur ad fidem, & opera, vocatur tamen ad fidei sacramenta, idest ad baptismum in quo iustificatur. Sed quia conductio nominat pactionem, quę non fit nisi inter vtentes ratione, & etiam qui conducitur ad laborem vocatur, qui non competit infantibus. Accipitur primum mane, idest pueritia circa cuius principiū est aliqualis vsus rationis. Sed obiicietur, quomodo stat in isto sensu, quòd aliqui vocentur primo mane
K alij hora tertia, & ita de alijs. Nam omni hora, & tēpore vocatur homo à Deo, quia Deus semper stat ad ostium, & pulsat. Apoc. 3. cap. Dicendum, quòd licèt homo omni tempore vocetur à Deo: tamen non respondet omni tempore, sed aliquando alij citius, alij tardius: & scriptura ponit tempus responsionis, & nō vocationis. Respondit autem in primo mane, qui à principio pueritię Deum colere incipit: & ita manet hora tertia, qui in principio iuuentutis Deo incipit adhęrere. Et ita de aliis, & sic diuersis horis conducūtur homines à Deo: ideo oportuit diuersas horas distingui. Secundò potest dici, quòd sunt diuersę horę vocationis, & quandocunque homo vocatur respondere: eo quòd est duplex vocatio, quędam leuis, quę

Nulla est ętas ī qua homo nō vocetur à Deo.

semper

semper Deus animum pulsat. Alia verò efficax, quia tunc pulsat quando vult. quando efficaciter pulsat sẽper mouetur homo ad eum: in leui autem pulsatione non: & quia illa efficax pulsatio circa quosdã fit primo mane, circa alios verò hora tertia, vt dictum est, fuit conueniens distingui diuersas horas cõductionis: leuis autem pulsatio non distinguit horas, neque vocatur ɔductio. Oĩbus autem his horis hoĩes vocãtur ad vineam, quia diuersis temporibus Deo vocanti assentiunt secundùm efficacem pulsationem quam tunc facit: sed oĩbus datur denarius diurn⁹, qui æqualis est, qa poterit esse gloria ęqualis eorum, qui tpe non ęqualiter Deum coluerunt: nam quod deest in tempore, potest augeri in feruore, & operum multitudine. Accipiendo autem totum diem respectu mundi, B distinguẽtur istæ horæ secundùm diuersas partes temporis in vocatione: & hoc verius est, quia istum modum exponendi tenent doctores: item quia magis conuenit literæ: nam paterfamilias vocat omni hora omnes, quos inuenit, & non quosdam vna hora, & alios alia. Et tunc quia pater familias potest dici Deus, aut Christus, erunt vocationes variæ. Sed melius dicitur, quòd Deus sit pater familias: & tunc prima conductio huius fuit, quando primò cæpit aliquos vocare ad eum colendum. Si Christus dicatur paterfamilias, erit prima vocatio tunc, quando ipse p̃dicabat: & postea fuerunt aliæ conductiones. Primũ verum est, & tunc iste dies, in quo fiunt istæ conductiones, est totius sæculi duratio vsque ad resurrectionem generalem. Sic dicit Origenes: Totum autem C hoc seculum præsens diem vnum dicere possumus, magnum quidem quantum ad nos: modicum autẽ quantum ad Dei vitam.

Quomodo distinguuntur istę quinque vocationes, vel conductiones, seu horæ. Quæstio VII.

SED quęretur, quomodo distinguuntur istæ quinque vocationes, vel conductiones. Dicendum, quòd istę diuidunt, & comprætendunt totum tempus ab exordio sæculi vsq; ad diem iudicij: toto enim tempore hoc operarij conducuntur, quia nullum tẽ- D pus est, in quo non mittat Deus operarios in vineam suam. Accipi enim possunt dupliciter operarij, vt supra dictum est. Accipiendo, quod omnis homo sit operarius: verum est, quòd omni tempore conducãtur operarij, cùm nullum tempus sit, in quo non sint homines, & omnes illi conducuntur ad vineam: ergo omni tempore vsque ad finem sęculi conducuntur. Accipiendo operarios pro doctoribus, & prædicatoribus, qui vineam colunt alium docẽdo, & exhortãdo: etiam omni tempore operarij conducuntur, quia nullum tempus est, in quo Deus non mittat aliquos doctores, & prædicatores in Ecclesiam suam: quia vt dicitur ad Ephe. 4. in Ecclesia sunt quidam Apostoli, alij Euangelistæ, alij prophetæ, alij doctores, & pastores, E & doctores, qui dati sunt in consummationem ministerij fidei, donec occurramus omnes in virum perfectum, idest compleatur corpus Christi mysticum fini to numero electorum. Et hoc non erit nisi in fine sęculi. vt Greg. dicit: ideo status pastorum, & doctorũ in Ecclesia durabit vsque ad finem sęculi: & omnes illos dicitur Christus mittere, vel dare: ideo omni tempore conducit operarios. Sic dicit Greg. in homili. Ad erudiendam autem dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam nullo tempore destitit operarios mittere: quia etiam prius per patres, postmodum verò per legis doctores, deinde per prophetas, ad extremum verò per Apostolos quasi per operarios

Status pastorum, & doctorum durabunt in ecclesia vsque ad finem sęculi.

in vineæ cultu laborauit: quamuis in quolibet modulo vel mensura quisquis cum fide recta bonę actionis extitit huius vineæ operarius fuit. Cùm autem quæritur de istis horis quid signent, dicendum iuxta Grego. in homilia, quòd prima fuit vel mane primum, vt ipse dicit ab Adam vsque ad Noe. Hora tertia fuit à Noe vsque ad Abraham. Sexta hora fuit ab Abrahã vsque ad Moysen. Nona fuit à Moyse vsque ad Aduẽtum Domini. Vndecima verò est ab Aduentu Domini vsque ad finem sęculi. In qualibet autem istarũ horarum cõduxit Deus multos, qui eum coluerunt, & specialiter aliquos, qui fuerunt præcipui, de quibus sacra scriptura loquitur. Nam primo mane conduxit viros sanctos, qui fuerunt in prima ætate sęculi, s. Adã, qui laudatur in sacra scriptura, Sapi. 10. & Seth, & Henoch, qui ambulauit coram Deo. Gen. 5. capi. & translatus est in Paradisum, Eccle. 45. cap. & alios viros iustos, qui fuerunt in progenie, & linea Seth. In secunda conductione. s. hora tertia fuerunt viri sancti, quos scriptura laudat, vt Noe, de quo dicitur Gene. 6. ꝙ fuit vir iustus in generationibus suis, qui etiam laudatur de fide in cathalogo patrum ad Hebręos vndecimo. Potest tamen Noe pertinere ad primam conductionem, quia sexcentorum annorum erat quando introiuit in arcam, Gen. 6. & incepit tunc secunda ętas, & ita poterit dici de sanctis primæ ætatis, de quibus etiam fuit Abel, quem Christus laudat iustum, infra 23. ca. Sed melius pertinet ad secundam ætatem, cùm in ea mortuus fuerit. Fuit etiam Sem, qui iustus fuit, & sacerdos Dei altissimi. Gen. 14. cap. ipse namque est, qui Melchisedech rex Salem dicitur. Fuit & Heber à quo Hebræorum genus aliqui ortum putant. Fuit nouissimus Abraham, qui etiam ad tertiam ætatem pertinere potest. In tertia conductione, s. hora sexta fuerunt viri sancti Abrahã, & Isaac, & Iacob, & duodecim Patriarchæ filij Iacob, de quibus omnibus scriptura loquitur. In quarta conductione, quæ fuit hora nona, fuerunt viri sancti, s. Moyses legislator, & Aaron summus sacerdos, & postea Iosue, & omnes iudices: deinde omnes prophetę, & multi sancti reges, & doctores legis: fuit enim diuturnior iste status, & plurimi sancti in eo fuerunt. Vltima conductio, quæ est in hora vndecima habet plurimos sanctos, scilicet Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, & omnes sanctos noui testamenti.

Ab Heber Hebræorũ ortum esse quidam arbitrantur.

Quare istas quinque conductiones distinxit scriptura. Quęst. VIII.

QVAERETVR, quare istas quinque conductiones distinxit scriptura: nam potius videtur, quod omni hora conducere deberet pater familias operarios, cùm per conductionem signetur vocatio hominis ad cultum Dei: & tamen omni hora Deus vocat hominem ad bonum, quia semper ipse stat ad ostium, & pulsat. Apoc. 3. ca. Secundò, quia si per ętates hominis distinguatur vocatio, erunt septem vocationes iuxta septem ętates hominis, vel saltem sex. Tertiò, quia si distinguamus ętates sęculi, vocationes erũt septem aut saltem sex, quia tot sunt sęculi ętates. Dicendum, quòd istas quinque vocationes distinxit Christus, quia referendo parabolam, tenuit veritatẽ rei: & ita fortè acciderat, quòd in illis quinque horis vocauit, & non in alijs.

Ad argumenta dicendum in generali, quòd in parabolis non est necesse applicari singulas partes, sed eas, quę sunt de intentione principali parabolę, & quia intẽtio principalis erat, quòd laborantes tempore inęquali possunt accipere prẽmia ęqualia, & quòd prius incipientes operari possunt vltimò, & posterius prę-

miari

miari: satis fuit applicari partes illas. Quod verò operarij tot, aut tot vicibus fuerunt per tot horas cõducti non differt, dum tamen simul non fuerint conducti: quia tunc non faceret parabola ad propositum, quæ inducitur ad ostendendum, quòd multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: & tamen facta conductione omnium in eadem hora nemo esset primus, neque nouissimus, quòd tamen in quatuor horis, vel quinque, vel septem fuerint conducti non differt.

Ad primum autem potest dici, quòd non concludit, ꝙ tunc non solùm in qualibet hora deberet vna conductio fieri, sed etiam in qualibet particula horę, quia nullum tempus est, in quo Deus non vocet hominem pulsando eum: & ita ad illam cõtinuam Dei vocationem designandum, non fuit conueniens fieri conductionem singulis horis, quia istæ quinque positæ signabant sufficienter vocationem, quæ fit toto tẽpore. Secundò non stat, quia non conueniret hoc parabolæ: nam oportet, quòd verisimile sit id, quod in parabola refertur. & tamen in singulis horis conductionem fieri non erat verisimile, quia tunc satis erat, quòd tota die occuparetur paterfamilias in conducendo operarios eundo, & redeundo ad forum. Tertiò, quia non erat verisimile, quòd in singulis horis superuenirent noui operarij in forum quos conducere posset: sed interiectis aliquantis interuallis: ideo interposita hora vel duabus horis, ibat ad conducendum operarios, s. de prima in tertiam, & sextam, & nonam, & vndecimam. Quartò, & præcipuè propter conclusionem intentam, vt ostendatur, quòd hi, qui temporibus inæqualibus laborauerunt, accipiunt interdum pmia æqualia: & tamen si singulis horis conducerentur operarij, vix videretur inæqualitas quasi propter continuitatem temporis. Cùm autem ponitur de prima in tertiam, & sextam, apparet inæqualitas propter aliquanta interualla: & ista fuit etiam causa, quare non multæ conductiones fieri debuerunt, idest septem, vel octo.

Nullum tẽpus est in quo Deus non vocet hominẽ.

Ad secundum, & tertium dici potest, quòd etiam si ad signandum ætates hominis, vel mundi ponerentur distinctæ conductiones, non oportebat, quòd ponerentur plures, idest sex vel septem, quia omnes ætates hominis, & etiam mundi non sunt ita determinatæ, & differentes inter se, quin ad paruum, vel magnũ numerum reduci possint: nam quidam ponunt septẽ, & alij sex solùm. Ita ergo sm aliquam rationem poterant reduci ad quinque, vel ad quatuor.

Quare dicitur, conuentione facta ex denario diurno.
Quæst. IX.

QVAERETVR, quare dicitur, conuentione facta ex denario diurno. Dicendum, ꝙ primò fuit hoc propter conuenientiã ad parabolam: nam intendebat Christus ostendere, quòd pretium æquale datum est omnibus operariis in retribuendo, & ꝙ pro hoc murmurauerunt primi. Et ad hoc oportuit nominari certam monetam, & quia fortè iustum pretium secundùm regionis illius modum, & cõductionis tempus erat denarius vnus: dicitur, quòd denarius conuentus est pro totius diei labore, quod est esse diurnum denarium: dicitur autem à decem, quia decem minuta æra in valore continebat. Sic dicit Remigius: Denarius enim dicitur, qui antiquitus pro decem nũmis imputabatur, & figuram regis habet. Secundò conuenit ad sensum parabolæ: nam nomine denarij intelligitur salus ęterna, pro qua est totus labor noster in vinea domini. Sic dicit Origenes: Salutis autem arbitror esse nomen denarium. Et hoc adhuc magis applicatur: quia totus labor noster est in obseruantia

F preceptorum diuinorum, quæ ad decem reducuntur propter decalogum. Sic dicit Remigius: Rectè per denarium designatur obseruati decalogi pretium, qa vnuquisque in agro sanctæ Ecclesiæ pro spe futuræ remunerationis laborat. Et tñ prima ratio melior est, & efficacior, quia est literalis. Nam verè pretium iustum, & conueniens regioni, & tempori erat denarius, quia aliàs non conuenissent operarij cum patre familias pro denario diurno. Etiam quia dato illis denario dixit pater familias, ꝙ nõ faciebat illis iniuriam: & ita iusta retributio erat illa pro labore.

Quare dicitur egreßus in forum circa horam tertiam.
Quæst. X.

G QVAERETVR, quare dicitur egressus in forum circa horam tertiam. Dicendum, quòd iuxta parabolam dicitur egressus paterfamilias, quia primo mane conductis operariis rediit in domum: & cùm postea hora tertia voluit conducere alios, oportuit quòd exiret: ad forum autem exiuit, quia in foro erat concursus publicus: & ibi conducebantur operarij: non enim dicitur hic forus locus exercendarum litium, sed rerum venalium tractandarum, ad quod genus etiam conductiones, & locationes operarũ pertinent. Circa parabolæ sensum paterfamilias exiit, qa Deus vocando aliquos ad se suam bonitatem diffundit: & dicitur exire ad forum, quia forus extra Ecclesiam est, qui enim conducuntur, vt in vineam vadant
H extra Dei cultum sunt: quidquid autem extra Ecclesiam est, forus est: & notat humanas conuersationes, quæ non sunt secundùm Deum, in quibus fraudem facimus, & patimur: iniurias inferimus & recipimus: sicut ementes, & vendentes in foro: qui autem vocatur in foro est, quia secundùm hominem viuit, & vocatur, vt viuat secundùm Deum. Sic dicit Origenes: Forum est quidquid est extra vineam, idest extra Ecclesiam Christi: in hoc enim mundo vendendo, & emendo viuunt homines, & inuicem sibi fraudem facientes vitam suam sustinent.

I *Quare dicitur, quòd paterfamilias dixit de conductis hora tertia, quòd inuenit eos otiosos.*
Quæst. XI.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd pater familias dixit de eis, quos conduxit hora tertiæ, ꝙ inuenit eos otiosos, & non dixit de eis, quos primo mane conduxit. Dicendum, quòd qui primo mane conducti sunt, non poterãt esse otiosi, quia nulla pars temporis transierat, in qua operari deberent: otiosus tamen est, qui ab opere cessat, quando operãdum est: ideo de primò conductis non poterat dici, quòd inuenit eos otiosos: secus de conductis hora tertia, cũ iam fuerat elapsa pars diei, in qua nihil egerant: & eadem ratione de omnibus alijs cõductis dicitur, quod
K steterant tota die otiosi, quia nihil vsque ad horam vndecimam egerant: & tamen de otiositate istorum dicetur magis sequenti quæstione. Circa sensum parabolæ vocantur otiosi illi, qui peccatores sunt, solis carnis voluptatib⁹ dediti: qui enim vocantur, peccatores sunt: nam qui iusti sunt, non vocantur, quia iam dudum conducti fuerunt: & ideo conducenti adhæserunt, sine quo iusti esse non poterant. Et ita ipse dixit: non veni vocare iustos, sed peccatores. supra nono ca. Sic dicit Grego. Qui sibi viuit, qui carnis voluptatib⁹ potitur, rectè otiosus redarguitur, quia fructum diuini operis non sectatur. Vel dicuntur otiosi non quidem illi, qui otiosi sunt, sed qui boni sunt: & tñ bonum non operantur quando possunt, sed pigritant.

Sic

Sic dicit Chryso. Otiosi sunt non peccatores: illi enim mortui dicuntur. Otiosus autem est, qui opus Dei nō operatur. Vis ergo non esse otiosus, non aliena tollas, & de tuis des: & operatus es in vinea donum misericordię vitem colens.

Quare paterfamilias iuit toties in forum ad conducendum operarios. Quæst. XII.

QVAERETVR, quare pater familias iuit totiens in forum ad conducendum operarios. Aliqui dicunt, quòd voluit habere operarios ad colendū sufficienter vineam suam, & quia non inuenit copiā eorum primo mane, exiuit & hora tertia, sexta, nona, & vndecima. Sed tunc obiicietur, quòd non est verisimile: primò, quia tunc omnes operarios quotquot primo mane inueniret, conduceret: & omnes quotquot hora tertia, sexta, & nona, cùm etiam hora vndecima conduxerit aliquos. Et hoc non est satis probabile. Secundò, & præcipuè, quia si sic faceret, non possent esse aliqui otiosi, cùm omnes, quotquot inueniret, ꝯduceret: & tamen dicitur, quòd inuenit aliquos otiosos hora tertia, & ita vsq; ad vndecimā. Alij dicūt, quòd primo mane exiuit, & conduxit tot quot putauit tunc conuenientes: hora autem tertia, & aliis non exiuit ad ꝯducendū operarios, sed ad aliquid aliud: qa tamen ibi inueniebat illos, conducebat eos. Sed obijcietur contra hoc, quia si non exiret intentione cōducendi operarios, non conduceret totiens: & tamen quandocunque exiuit conduxit operarios, & hoc qnquies: ideo ex intentione videbatur agere. Siquis teneat primam positionem, respondebit ad primum in contrarium, ꝙ non conduxit omnes operarios, quotquot inuenit, cùm etiam alij egerent operariis, & cōduxissent illos: & si ipse vellet omnes cōducere, oporteret superabundare in pretium vltra mensuram, qđ erat irrationabile: ideo etiam aliis horis quæsiuit operarios, quasi eos, quos non inuenerat primo mane inueniret pro rationabili pretio aliis horis.

Ad secundum dici potest, quòd erāt aliqui otiosi: & tamen non erant otiosi ex primo mane: sed quòd conduxit paterfamilias quos potuit primo mane, & cùm exiuit hora tertia inuenit aliquos, qui de nouo venerunt ad forum conduci quærentes: & non fuerūt ibi primo mane: & ideo non potuerat eos pater familias conducere primo mane: & ita alij venerunt hora sexta, qui nō fuerant primo mane neque hora tertia: & ita tunc eos nouiter inueniens conduxit. Et sic fecit hora sexta, & idem hora nona, & vndecima: & ita qualibet hora exiuit, vt operarios conduceret, quasi aliis horis non inuenisset adhuc tot quot erant necessarij. Sed tunc obiicietur, quòd adhuc isti erant non otiosi hoc modo, quia fortassis ipsa hora tertia, vel nona, aut vndecima isti venerant in forum, vt locarent operas suas: & ita non erant otiosi, sed scriptura vocat eos otiosos. Dici potest, quòd isti erant otiosi, quia licèt in foro non manserant ex primo mane expectātes locare operas, manserant in domo: & nunc nouiter in forum venerant; & ita tota die vsque ad illud tēpus manserant otiosi: licèt in foro non inuenerat eos pater familias ad conducendum eos. Sed adhuc dicetur, quòd non stat, quia tunc paterfamilias nesciret, an aliqui istorum essent otiosi, quia poterant isti aliquid fecisse in domo vsque ad illam horam, vel de nouo venisse in vrbem: & vellet tunc vsque ad noctem locare operas suas: & ita non essent otiosi, & dato ꝙ verè fuissent otiosi in domibus manentes, nesciret hoc paterfamilias, & ita non assereret illud scriptura, & tñ oēs asserit fuisse otiosos præter eos, q primo mane conducti fuerunt: ergo in foro erant oēs ex primo

A mane, & non venerant de nouo. Secundò, quia hoc dato nesciretur quis fuisset magis otiosus, quia cùm omnes de nouo venirent, poterat esse, quòd ille, qui venit hora vndecima fuisset minus otiosus quàm qui hora tertia: & tamen pater familias, non increpuit aliquos de otio nisi eos, qui fuerunt conducti hora vndecima: nam de cęteris dicitur, quòd erant otiosi. Istos autem ille increpuit dicens: quid statis tota die otiosi? ergo innuitur, ꝙ ille sciebat istos magis otiosos fuisse quàm cęteros: quod esse non poterat si illa hora, qua conducebantur singuli veniebant in forū. Tertiò, & efficacius apparet, quòd non veniebant de nouo, sed à primo mane vsque ad illud tempus manserant in foro, quia dicitur supra in litera: quid hic statis tota die otiosi? & dicitur hoc ad eos, qui hora vndecima conducti fuerunt: ergo illi tota die manserāt in

B loco illo, in quo fuerunt conducti, s. in foro. Etiam de conductis hora tertia dicitur: vidit alios stantes in foro otiosos: ergo otium eorum in foro erat. s. quia ibi stabant: ergo non venerant de nouo, sed steterant à primo mane vsque ad tertiam, & non fuerant conducti. Quartò patet, quia quādo dixit pater familias eis, quos inuenit hora vndecima in foro, quid statis hic tota die otiosi: illi excusantes dixerunt, quia nemo nos conduxit. Et tamen si nouiter venissent ad forum, potuissent melius dicere, non fuimus otiosi aliqua parte diei, quia nunc nouiter venimus: & ante hoc aliquid faciebamus alibi, & tamen dixerunt, nemo nos conduxit: ergo videtur, quòd in foro manebant vbi conduci

C volebant, & poterant: & ideo solùm ob hoc manserant, quia nemo eos conducere voluerat. Dicendum ergo videtur, quòd pater familias cōduxit primo mane, quos putauit necessarios, vel vtiles sibi ad op⁹ suū: & iam non erant sibi necessarij operarij: cùm autem exiuit circa horam tertiam, sextam, nonam, & vndecimam, non exibat ad cōducendum operarios: sed fortè ad solatium, vel ad aliam causam: & tamen quia inuenit ibi operarios conduxit eos. Et tunc poterant esse otiosi multi: & ille inuenit multos hora prima, quos potuerat conducere, & non conduxit quasi nō essent sibi vtiles, & illi manserunt vsque ad tertiam: tunc egrediēs est videns illos, cōduxit aliquos eorum

D partim misericordia motus, vt aliquid acquirere illi possent ad sustentationem. Alij multi manserunt, quos putauit fortassis conducendos similiter ab aliis: & cùm exiuit hora sexta inuenit aliquos de illis adhuc non conductos, & eorum quosdam conduxit alios relinquens: & ita fecit hora nona. Et cùm hora vndecima venisset, adhuc quosdam inuenit, qui nōdum conducti fuerant, & illorum aliquos conduxit. Confirmatur hoc primò, quia quādo exiuit in forum aliis vicibus non conduxit aliquos, statuens cum eis pretium. Sed dixit: ite & vos in vineā meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. In quo innuitur, quòd non erat desiderium suum magnum conducendi eos, sed quasi ex superabundantia eos mittebat. Secundò, qa dicitur, egressus circa horam tertiam, vidit alios stātes

E in foro: & tamen si iret in forum intentione conducendi operarios diceretur, inuenit alios, quia inuētio dicit occasum rei quæsitæ: quia verò dicitur, vidit, innuitur quasi quòd acciderit hoc. s. quòd non iret hac intentione, sed accidit, quòd vidit operarios, quos nō quęrebat. Cùm autem obiicitur, quòd si non iret intentione habendi operarios, non conduceret totiēs operarios. Dicendum, quòd conduxit primò ex quadam miseratione, quia illi perdebant diem nihil acqrentes, vt ergo saltem diurnum victum acquirerent, conducebat eos. Secundò, quia vtile erat ei: nam illi qui non conducti fuerant primo mane, pro paruo ꝑcio locarent operas suas secundùm proportionem ad

eos,

eos, qui primo mane conducti fuerant. Et hoc apparet, quia quando ille dixit: ite & vos in vineā meam, non expetiuerunt ab eo certam conuentionem; sed cùm ille dixit, ite vos &c. & quod iustum fuerit dabo vobis, statim iuerunt.

Quare paterfamilias cum operarijs, quos primo mane conduxit, conuenit ex denario diurno: & cum eis, quos postea conduxit, nihil certum statuit.
Quæst. XIII.

QVAERETVR, quare paterfamilias cū operarijs quos primo mane conduxit, conuenit ex denario diurno: & cum eis quos postea conduxit, nihil certum statuit. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia paterfamilias non intendebat tantū dare cęteris quantum eis, qui primo mane, quia non erat labor æqualis: sed quantum laborarēt eorum commisit iudicio, vt postea secundùm conditionem laboris eorum retribueret eis. Accidit autem quòd, qui hora tertia venerunt, tantum laborauerunt quantum hi, qui primo mane: ideo dedit eis denarium secundùm, quòd primis. Sic videtur dicere Origenes, s. Operarios tertiæ horæ non inuitauit ad totum opus: quidquid aūt potuerūt operari sui iudicio reseruauit: poterāt enim æquale opus facere in vinea eis, qui ex mane sunt operati: quicunque in tempore breui volebant operantē virtutem ad opus extendere, quę ante non fuerat operata. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia si propter equalem laborem dedisset æquale pretium, cùm non potuissent laborare æqualiter, neque laborauerunt omnes operarij: non dedisset omnibus æquale pretium: & tamen omnibus dedit æquale: non est ergo causa ista æqualitatis denarij, vt ostendetur infra. Secundò dicunt alij, quòd fuit, quia paterfamilias intendebat dare illis, quos secundò conduxit tantum sicut primis: & tamen non merebantur æquale. Si aūt fuisset taxatum pretium conductionis, taxaretur iuxta proportionem residui temporis vsque ad noctem: & ita minus conueniretur quàm cum primis: sed si minus conueniret, & daret denarium, primi cum quibus conuenerat ex denario, arbitrarentur rationabiliter dandum esse sibi plusquam denarius: & ideo non taxauit pretium. Sic dicit Chrysost. Istis autem non fecit pactum, quia tantum paratus est retribuere, quantum mercenarij recipere nō sperabant. Sed hoc non est satis verisimile, quia istud non conciperet, nisi ad aliquid inde ostendendum, vel significandum, quod non apparet: ideo quòd dederit denarium omnibus, non videtur factum pro eo, quòd prius conceperit sic facere, quando conducebat eos. Sed quia fortassis quando venerunt de vinea audiens, quòd diligenter, & efficaciter laborauerant, qui tardè venerāt, licèt nō tantum mererentur, quantum primi, motus est quadam liberalitate, vt omnibus æqualia daret. Tertiò dicunt alij, quòd cum primis conuentum est, quia cum Adam, & hominibus primæ ætatis Deus ꝯuenit pretium sui obsequij: ne postea declinantes à via Dei, dicerent se egisse, quia nesciebant quid eis ꝑ cultu Dei dandum erat. Sic dicit Chrysost. Nota, ꝙ primis solis conuenit specialiter dare denarium, alios autem sub incerto pacto conduxit, dicens: quod iustū fuerit, dabo vobis: sciens enim dominus, quia præuaricaturus fuerat Adam, & omnes postmodum in diluuio fuerant perituri, certum pactum fecit ad eum: ne quando dicat, ideo se neglexisse iustitiam, quia nesciebat, quæ premia fuerat recepturus. Sed istud non stat, quia non pertinet iste sensus ad parabolam: nam paterfamilias cui ista in veritate acciderunt, nō faciebat ista ad talem significationem, neque sciebat an factum

F suum aliquo tempore à Christo in parabolam deduceretur.

Dicēdum, quòd veritas huius est, quòd primis operariis conuenit paterfamilias dare denarium: cęteris autem nihil certum, & hoc quia qui conducti fuerūt primo mane, nihil de die expenderant: sed illa erat hora conductionis: ideo nollent sine taxatione pretij operari: qui verò postea conducti sunt, perdiderant partem diei, & non erat iam ita tempus aptum ad conductionem, neque etiam erat aliquis, qui eos conduceret: sicut dixerunt illi, quos hora vndecima inuenit paterfamilias, quibus dixit, quare erant tota die otiosi, & illi inquiunt, quia nemo nos conduxit. Et ideo quantumcunque paucum eis daretur saltem ad sustē-
G tationem, operaretur: vnde sine certa taxatione irent. Quod patet, quia dicente patrefamilias: ite vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis: statim iuerunt, non expectantes aliquam certam taxationem. Si tamen illi ire nollent nisi ꝯuento certo pretio, faceret hoc paterfamilias. Secundò, & principaliter fuit, quia ratio hoc suadebat: nam illi, qui primo mane conducti sunt, oportuit quòd ex taxato pretio conducerentur, quia nulli alij erant, per quos sciretur quantum isti mererentur: & ita ex denario conuentum est, cùm autem taxatum fuit pretium illorū, non oportuit taxari pretium cęterorum, quia per pretium primorum iuxta proportionem temporis poterat sciri quantum dari deberet. Et hoc apparet, quia ꝗ iue-
H runt tardè in quibuscunque horis non iuerunt sine conductione, licèt iuerint sine taxato pretio: nam nō dixit illis solùm paterfamilias: ite vos in vineā meā, & quòd illi statim iuerint: sed dixit eis, quod iustum fuerit dabo vobis, quæ iustitia erat ad minus ſm proportionem partium diei ad partes denarij, cùm toti diei responderet vnus denarius.

Quare de conductione facta in sexta, & nona dixit scriptura simul, de alijs autem per se.
Quæstio XIIII.

QVAERETVR, quare de conductione facta in sexta, & nona dixit scriptura simul: de aliis aūt
I per se. Nam de primo mane per se dixit, & de tertia per se, & vndecima per se. de sexta autem, & nona simul, scilicet egressus autem circa sextam, & nonā horam fecit similiter. Aliqui dicunt, quòd fuit, quia sexta, & nona horæ fuerunt pro eadem gente, scilicet pro Iudaico populo: ideo ponuntur simul: cęterę verò horę conductionem pro diuersis gentibus: ideo ponuntur distinctè. Sic dicit Chrysost. Ideo autem coniunxit sextam, & nonam, quia in sexta, & nona generatione vocauit Iudæos: & frequentauit cum hominibus disponere testamenta quasi definito salutis omni tꝑe iam propinquante. Sed non stat: primò etiam si pertineant ad eundem populū sexta, & nona; tamen non fuerunt istę conductiones simul factæ, sed distin-
K ctę sicut & cęterę: ideo ex hoc non est maior causa, quòd istæ duæ coniūgantur quàm aliæ. Secundò, quia etiam prima, & tertia ad eundem populum pertinere videtur, scilicet ad existentes in lege naturæ, & ideo poni deberent simul ex hac ratione: sed non ponūtur. Tertiò, quia (vt Greg. vult) omnes conductiones prę ter vndecimam pertinent ad populum Iudaicum: dicit enim, vndecima verò hora est ab Aduentu domini vsque in finem mundi: Operator verò mane, & tertia, & sexta, & nona antiquus ille Hebraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide studuit Deum colere, quasi non destitit in vineę cultura laborare: ideo omnes deberent hac ratione poni simul prçter vndecimā, quod nō fit.

Dicen-

Dicendum, quòd non fuit causa nisi artificiosa breuitas scripturæ. In sexta quippe, & nona nihil noui factum est quàm in tertia: ideo si per se ponerētur referentur eadem, quæ hora tertia facta fuisse relata sunt, quod superuacuum erat: vnde non solùm non distinxit sextam à nona de qualibet per se dicens: sed etiam de nulla earum, neque de ambabus simul dixit id, quod de aliqua aliarum, sed dicitur, quòd egressus circa sextam, & nonam horam fecit similiter, idest fecit sicut in hora tertia: & ita quia nona nihil addidit ad sextam dictum est simul de nona, & sexta, & quia in ambabus non est factum aliquid noui, quod non factum fuisset hora tertia, non dictum est expresse de istis: sed dicitur fecit similiter sicut in tertia fecerat, de cęteris horis necesse fuit poni distinctè. De prima patet, quia illa fuit prima cōductio distincta à cęteris, & per quam cęteræ cognoscuntur: ideo de illa plenè narrari debebat. De tertia etiam plenè, quia differebat à prima: nam in prima nemo fuit otiosus. In tertia autem dicitur, ꝙ vidit alios stantes otiosos. Etiam in prima conuentum est pro certo pretio cum operariis, idest ex denario diurno. In tertia autem nihil taxatum est, sed dictum fuit, quod iustum fuerit dabo vobis. De sexta, & nona, quia in nullo differebant à tertia, nihil expresſè, & distinctè positum est. De vndecima autem expresſè positum est, quia differebat à prima sicut tertia, sexta, & nona in illis duobus: differt autem ipsa à tertia, sexta, & nona. Primò, quia in hac non solùm inueniuntur otiosi in foro, sed etiam de otiositate increpantur. s. quid hic statis tota die otiosi? in aliis autem nemo increpatur. Secundò ex responsione operariorum: nam qui aliis horis conducuntur nihil respondent, qui verò hora vndecima dixerunt nemo nos conduxit: ideo de vndecima per se dicendum fuit.

Quare pater familias arguit de otiositate eos, quos conduxit hora vndecima, & non alios.
Quæst. XV.

QVAERETVR, quare paterfamilias arguit de otiositate eos, quos conduxit hora vndecima, & non alios: nam dixit eis. Quid hic statis tota die otiosi? Aliis autem nihil dixit. Dicendum, quòd maior causa fuit contra istos, quàm contra alios, quanto maiorem diei partem inutiliter expenderant.

Vnde cęteri partem diei expenderant, isti verò totum: nam dixit illis, quid hic statis tota die otiosi? Secundò potest dici, quòd fortassis paterfamilias etiā arguit cęteros, quos cōduxit præter quàm conductos primo mane: & tamen non expressit scriptura illorū redargutionem, sed istorum solùm, quia ad propositum Christi introducentis parabolam fortè faciebat increpatio istorum, & non aliorum.

Quare operarij isti, qui hora vndecima conducti sunt, dixerunt nemo nos conduxit.
Quæst. XVI.

QVAERETVR, quare isti operarij, qui hora vndecima conducti sunt, dixerunt nemo nos cōduxit. Alij autem non dixerunt hoc. Dici potest vno modo, quòd fortè paterfamilias quando alios conducebat, non redarguebat eos de otio dicens, quid statis otiosi? & ideo illi non respondebant aliquid. Secundò, quia fortè respondebant sicut & isti qui conducti fuerunt hora vndecima: nā si argueret eos de otiositate, certum est, quod aliquid respōderent. & hoc maxime esset, quia nemo eos conduxerat. Tertiò, quia fortè aliquis eos conducere voluit: & tamen minus

A obtulit quàm alij accipere vellent. Eos verò, qui circa vndecimam conducti sunt nemo cōduxerat, idest nemo conducere tentauerat, quia nemo illis quicꝗ obtulit. Sed dicendum, quòd quidquid sit: ideo non ponitur responsio cęterorum, quia non ponitur increpatio facta ad eos, & quia responsio non ponitur sine quæstione, cùm scriptura non posuerit aliquid ab eis quæsitum, non potuit ponere eorum responsionem. Causa verò quare istorum solum posita est respōsio, etiam si cęteri interrogati fuissent, & respondissent, fuit quia non conueniebat ad propositum Christi introducentis parabolam responsio aliorum: vndecima enim hora Gentilium populus vocatur ad fidem. Hi autem increpantur, quòd tota die otiosi manserunt,

B quia ante tempus illud, quod erat iam quasi quædam vespera senescentis, & inclinati ad occasum mūdi cultui Dei non vacabant: & hoc quia nemo eos conduxerat, idest nemo eos ad bonum agendum incitauerat exhortando, docendo, prædicando, neque laboris mercedem proposuerat annunciando eis vitam æternam: imò quando à principio eis annunciata est, admirabantur: sicut patet Act. 17. Paulo prædicante Athenis resurrectionem mortuorum, admirati philosophi Epicurei dixerunt eum annunciatorem esse nouorum dęmoniorum. Iudæi autem non poterant hoc dicere, quia Patriarchę, & Prophetæ eis prædicauerāt & docuerant, & legisperiti idem quotidie faciebant: ideo non poterant dicere, nemo nos conduxit. Sic di-

C cit Greg. Qui enim transacto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die otiosi stabant. Sed pensate quid inquisiti respondeant. Nemo nos conduxit: nullus quidem ad eos Patriarcha, nullus Propheta ad eos venerat. Et quid est dicere, nemo nos conduxit nisi vitę nobis nemo viam prædicauit. Et idem Chrysostomus ait: quę est enim conductio nostra, & conductionis merces promissio vitæ æternæ: gentes enim solæ neque Deum sciebant, neque Dei promissa.

Quare dicitur, cùm autem sero factum esset.
Quæst. XVII.

D QVAERETVR, quare dicitur, cùm autem sero factum esset. Dicendum, ꝙ hic agitur de retributione mercedis pro labore diurno. & ista retributio fit in sero, significat. n. sero solis occasū, vel tp̄s, qđ est statim post solis occasum: nam ante solis occasum semper est dies: & iō laboris est tēpus: occidente autem sole definit tempus laboris, & incipit quies: Psal. 103. Exit homo ad opus suum & ad operationē suam vsque ad vesperam. Ista autem est consuetudo apud omnes gentes redire de labore agri ad vesperum idest solis occasum. Gen. 30. c. dicitur: Redeuntiq; ad vesperam de agro Iacob occurit Lia. Et Iudi. 19. c. dicitur. Ecce apparuit homo senex reuertens de agro, & de opere suo vespere. Et ideo illud est tempus solu-

E tionis mercedis, i. post solis occasum, vel ante secundū consuetudinem gentis, & maxime si est pauper, vt possit sibi cibos emere, de quibus illa nocte viuat. Sic dicitur Deuterono. 24. cap. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam. Erat autem iste paterfamilias iustus, cùm dicatur, ego autem bonus sum. Et non solùm iustus, sed etiam liberalis: ideo vt iustū erat voluit eadem die reddere pretium laboris tempore debito, scilicet ad solis occasum: quod est cū sero factum esset. Quantum ad sensum parabolæ operarij vocantur in sero, quia sero finis diei est post occasum solis: & significat finem vitæ humanæ, vel consumma-

summationem sęculi, in vtroque sero redditur merces nobis: nam cuilibet bono post mortem merces redditur, & non ante: nam bona, quæ speramus non sunt carnalia, neque talia qualia in hoc sęculo sperentur. Psal. 126. Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas domini, idest quando boni, qui sunt dilecti à Deo, acceperint somnum, idest mortis dormitionem: tunc hæreditas domini eis conceditur, idest vita æterna. Etiam in sero, idest fine sęculi generaliter datur merces, quia finis sęculi, & iudicium generale, & resurrectio vniuersalis idem sunt: & tamen in resurrectione accipient homines complementum pręmij, quia dabitur omnibus beatis stola corporis, vt sit completa beatitudo.

Quare Dominus iussit procuratori vineę reddere mercedem operarijs. Quæst. XVIII.

QVAERETVR, quare Dominus iussit procuratori vineæ reddere mercedem operarijs, quia videtur esse inconueniens: nam merces non reddetur hominibus nisi per Deum, quia siue sit merces beatitudo animæ, quæ consistit in visione Dei, siue glorificatio corporis, per Deum solum fit. De visione apparet, quia illa est substātia beatitudinis, & est tota merces: & tamen nihil est, quod visum efficiat nos beatos, nisi diuina essentia. Etiam nihil est, quod constituat nos potentes, vel aptos videre diuinam essentiam, nisi Deus, quia ipse solus est, qui dat nobis habituale lumē gloriæ per quod sumus capaces visionis eius. Quantum ad glorificationem corporis idem est, quia dotes corporis, vel tota glorificatio eius dependet ab anima inquantum anima perfectè glorificata refluit in corpus: & consequenter, qui dat gloriam animę dat gloriam corporis. Etiam quantum ad dispositionem ad hanc gloriam, quę est resurrectio: nam illa per Deum fit, & non per aliquam creaturam. Aliqui ꝓpter hoc volunt, quod dare mercedem ad vesperum non pertinet nisi ad Deum: & ideo aliqui dicunt procuratorē esse Spiritum sanctum: dominum esse filium. Sic dicit Chryso. Dicit Dominus procuratori suo, filius spiritui sancto. Alij volunt, quòd procurator sit filius, & paterfamilias sit pater: & reddantur mercedes electis per filium. Sic dicit Glosa. Dicit paterfamilias procuratori suo, idest dicit pater filio, quia scilicet pater operatur per filium, & fili⁹ per Spiritum sanctum, non propter aliquam differentiam substantiæ, aut dignitatis. Sed non multum conueniunt istæ expositiones, quia non habēt apparentiam, quòd aliqua persona vocetur dominus, & alia vocetur procurator: cùm vna non imperet alteri, neque sit maior, aut minor: & ideo non est dictum hoc ad hunc sensum quasi vna persona dicat alteri, quod mercedem reddat, quia nō est vna maior, & alia minor: & vna ex commissione, vel delegatione alterius aliquid recipere possit: licèt Christus acceperit à patre potestatem iudicandi: Ioa. 5 Dedit ei iudicium facere. Et iterum: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio facere: sed hoc est inquantum Christus quantum ad humanitatem est minor qualibet persona diuina: & potest aliquid suscipere sicut humanitas Christi creata est. Et ita dixit beatus Ioan. dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est: inter personas, aut diuinas nō assignatur inæqualitas quasi vna persona possit recipere aliquid ab alia velut extraneum a se, & quòd non habeat ex persona sua inquantum est persona diuina. Secundò, quia etiam si vna persona non recipiat ab alia: tamen nō potest vna persona aliquid facere quātum ad extra quod alia persona non faciat: & ita si filius reddit mercedem, necesse est, quòd simul pater,

F & Spiritus sanctus mercedem reddant, quia Deus nō beatificat nos, vt per sona, sed vt essentia: & tñ quantū ad essentiam nulla omnino est differentia inter personas. Alij dicunt, quod iste paterfamilias est Christ⁹, & procurator eius est ipsemet: mercedem reddi iubet & reddit: sicut vocatur ostiarius, & ostium. Sic dicit Remigius: Dominus Iesus Christus ipse est pater familias, & vineæ procurator; sicut ipse est ostium, & ostiarius: ipse enim venturus est ad iudicium, vt vnicuique reddat secundùm quod gessit. Vocat ergo operarios, & reddit illis mercedem, quando oēs congregabuntur in iudicio, vt vnusquisque accipiat secundùm opera sua. Sed non multum conuenit, quia si intentio esset, quòd Christus esset paterfamilias, & ipse
G daret mercedem, non distingueretur de patrefamilias, & procuratore, ꝙ vocasset paterfamilias procuratorem ad reddēdum mercedem, præsertim quia hoc non erat necessarium ex conditione narrationis, quia ante hoc nulla de procuratore mentio habita fuerat. Alij dicunt, quòd procurator vocetur hic aliquis minister Dei, scilicet aliquis Angelus, vel multi angeli, qui mercedes tribuant: & tunc bene vocat paterfamilias procuratorem. Sic dicit Origenes. Dicit procuratori suo siue alicui angelorum, qui supra mercedes retribuēdas constitutus est, siue alicui ex multis ꝓcuratoribus secundùm, quòd scriptum est: sub curatoribus, & tutoribus esse hęredem eo tempore, quo paruulus est. Sed dicendum, quòd hoc non stat: pri-
H mò, quia nullus Angelus constitutus est ad reddēdas mercedes, quia vt ostensum est supra, Merces est beatitudo, quā nemo dare potest nisi Deus. Secundò, ꝙ dicitur de curatoribus, & actoribus non est ad propositum, quia illud intelligitur de paruulo post mortē patris, quia licèt sit Dominus omnium parum differt à seruo: sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad tēpus præfinitum à patre. Vel secundùm intentionem Apostoli intelligitur de differentia populi sub veteri testamento, & sub nouo, quia in veteri testamento constituti erant sub seruitute legis: sicut hæres paruulus constitutus sub tutoribus, & actoribus: nunc verò sumus in libertatem exēūtes ea libertate, qua donauit nos Christus: ad Christum autem in die iudicij non competit
I hoc quasi ipse sit sub actoribus, & curatoribus, & per illos aliquid agat.

Dicendum ergo videtur, ꝙ ista particula non est applicanda ad sensum parabolæ, sed est solùm ad reddēdum verisimilem rem: vt.n. sępe dicitur, non oportet singulas partes parabolarū applicare, sed satis est applicare illas, q̄ faciunt ad sensum ad quē inducitur parabola: & quia inducitur ad ostendendum æqualitatem præmij eorum, qui tempore inęquali laborauerunt, satis est illas particulas applicare: quod verò per dominum dentur mercedes, aut per procuratorem, dum tamen æquales reddantur, nihil differt. Sed dicitur, quòd Dominus iussit procuratori hoc facere ad reddendum rem verisimilem. Erat enim verisimilius ar-
K stribui merces per dispensatorem quàm per dominum: cum dominus non exerceat per se dispensationem rei familiaris. Si autem dicatur, quare paterfamilias per seipsum conduxit operarios? dicetur vt habitum fuit supra.

Quare dixit paterfamilias procuratori voca operarios, & redde illis mercedem suam. Quæst. XIX.

QVAERETVR, quare dixit paterfamilias ꝓcuratori, voca operarios, & redde sibi mercedē suam, in quo innuit, quod omnibus erat merces dāda: & cùm dicat incipiens à nouissimis vsque ad primos: & tamen non habebant omnes mercedem, sed soli primi,

Dicendum, quòd omnibus erat merces danda, & non solum danda, sed etiam erat iam certa. Quod patet quia non solùm dixit, redde eis mercedem: sed addidit mercedem suam, idest propriam, & commensuratam eis. Et tamen hoc differt inter primos, & cęteros, quia cum primis conuentum est pretium, & taxatum, cum cæteris autem non fuit taxatum, & tamē conducti sunt pro mercede, quia paterfamil. non solùm dixit eis: ite vos in vineam meam, sed addidit: Et quod iustum fuerit, dabo vobis. In quo obligauit se ad dandum pretium laboris, quod merces dicitur. Etiam illud pretium certum erat, licèt non fuerit expresse taxatum, inquantum dicitur: Et quod iustum fuerit dabo vobis, quia per hoc sciebatur quātum vnicuique dandum erat. Primi enim erant mensura aliorum: quia cum illis conuentum erat pro tota die dari denarium: & tantùm erat conueniens dari forte secundùm conditionem regionis & temporis: ideo cęteris, qui postea ad cultum vineæ venerunt, iustum erat dari denarij tantam partem quanta erat pars, in qua operabatur respectu totius diei, & quota diei pars esset, qua quilibet in vinea operabatur, notum erat quantum cuique dandum erat, licèt non exprimeretur pretium in conductione: rectè ergo dixit paterfamil. omnibus operariis reddendam esse mercedem suam.

Quare dando mercedem cœpit procurator a nouissimis ueniendo usque ad primos. Quęst. XX.

QVAERETVR, quare dando mercedem cępit procurator à nouissimis veniendo vsque ad primos. Aliqui dicunt, quòd fuit hoc ad ostēdendum, quòd licèt aliqui sancti præcedant alios tempore viuendo, non præcedent eos in retributione, sed erit retributio eorum simul: cùm in resurrectione omnes simul corpora resument, quod innuit Apostolus ad Hebr. vndecimo capit. scilicet: Deo pro nobis aliquid melius prouidente ne sine nobis consumarentur. Sic dicit Origenes: primi autem operarij testimonium habentes per fidem non acceperunt promissionem pro nobis prospiciente aliquid melius paterfamilias, vt non sine nobis perficiantur. Alij dicunt, quod illi sancti, qui fuerunt ante nos, idest ante Christi aduentum, acceperunt mercedem secundùm iustitiam nos vero secūdum misericordiam, ideo nos pręcedimus, qui secundum misericordiam sumus: vt videatur, quòd illi, qui sunt sub nouo testamento, & pertinent ad misericordiam, sint melioris conditionis quàm cęteri. Sic dicit Origenes: Et quia misericordiam consecuti sumus, primi mercedem speramus accipere, qui sumus Christi: post nos autem, qui post nos operati sunt. Sed hoc non multum stat, quia hoc aliqualiter teneret si aliqui acquirerent vitam ęternam ex iustitia operum, & alij ex sola gratia acceptantis Dei: nulli tamen ex operibus consecuti sunt vitam ęternam, sed ex gratia; ideo non stat illa distinctio, nisi forte accipiatur de iustitia fidei, idest iustificatione facta per fidem: nam fides ad iustitiam reputatur. Genes. decimoquinto. & ad Roman. decimo capitulo. Et ita accepit Origenes, dicens: Primi autem operarij testimonium habentes per fidem, sed tunc nemo accipit mercedem ex misericordia: sed omnes ex iustitia, cùm nemo illam accipiat sine fide aut sacramento fidei. Secundò, & manifestius, quia istud aliqualiter, staret si accipere mercedem à principio fuisset concessum solis his, qui hora vndecima cōducti sunt, qui signāt gentes ad Christum cōuersas, quæ ex misericordia habuerunt redemptionem, & vocationem, & participationem fructus condemnationis: Iudæis verò ex iusti-

A tia quadam promissionis deberi videbatur, nisi se indignos facerent: & tamen Iudæi, qui signantur per nonam, & sextam horam acceperunt etiam mercedem mutato ordine, scilicet prius quàm illi, qui prima, & tertia hora venerunt: ergo non factū est propter hoc. Dicendum ergo, quòd hoc factum est, vt ostenderet paterfamil. benignitatē, & liberalitatem suam operariis: quando enim iussit dari mercedem operariis, intendebat illis dare equaliter, quod erat vltra meritum. Si autem qui primo mane conducti fuerant, primò acciperent mercedem, quam conuenerant recederent fortassis statim, & non viderent qualiter paterfami. soluebat denarium posterioribus, in quo ostendebat liberalitatem suam: ideo voluit, quòd

B posterioribus prius solueretur, vt sic primi necessariò viderent liberalitatem patrisfamil. & ista est vera causa. Secundò, vt daretur locus responsioni patrisfam. iustificantis actum suum: nam cùm operarij primi viderent dari denarium his, qui hora vndecima venerant, arbitrarentur se plus accepturos. Et cùm solū daretur eis denarius, murmurarent: quod etiam fieret quātum ad remunerationem sanctorum, quia aliqui fortassis viuentes conquererentur, quòd illi, qui vltimò veniunt ad cultum Dei, sunt æquales prioribus in mercede, & vt illis iam satisfactio sit fuit conueniens, quòd responderetur ex verbis patrisfa. quod fieri non poterat, nisi prius solueretur posterioribus, vt priores illud viderent. Tertiò quantum ad sensum parabolę,

C & etiam quātum ad verisimilitudinem parabolæ fuit ad ostendēdum magnitudinem bonitatis. Quantum ad parabolam quidem, quia voluit paterfam. ostendere magnam liberalitatem suam circa eos, qui vltimi venerunt, ostendit ergo in omnibus, in quibus ostendi poterat. Sed poterat in duobus ostendi, scilicet in dando plus quàm mererentur, & in dando ante tempus debitum: ideo vtrumque egit, nam dedit eis denarium, quem non meruerant propter temporis, & laboris paruitatem: etiam debebat eis vltimo solui id, qđ deberetur, quia vltimi venerunt, & tamen vltimis fuit data prius merces. Et ita valde cōueniens fuit incipere ab vltimis ad hoc, quòd paterfa. ostenderet suam benignitatem, & liberalitatem. Quantum ad sensum

D parabolæ etiam fuit hoc conueniens: nam per mercedem operariorum signatur retributio vitę æternæ pro bonis operibus, in qua abundantius recipimus quàm meruerimus ex clementia Dei, & ad hoc significandum inducuntur ista de prioritate solutionis: quia sicut solui debitum ante tēpus ad liberalitatem soluentis pertinet, ita & in vita æterna multa dabuntur ex liberalitate, quæ homo nō meruerit. De his dicit Chryso. Semper libentius damus illis, quibus gratis aliquid donamus: quia pro solo honore nostro donamus: ergo omnibus sanctis Deus reddens mercedem iustus ostenditur, gentibus autem dans misericors, dicente Apostolo: Gētes autem super misericordia honorare Deum. Et ideo dicit: incipiens à nouissimis vsque ad

E primos. Aut certè, vt ostēdat Deus inestimabilem misericordiam suam, Primùm nouissimis, & indignioribus reddit mercedem, postea primis. Nimiam misericordia ordinem non aspexit, æquanocè enim liberalitas in retributione significatur per hoc, quod est à nouissimis incipere: nam non dabit Deus ex misericordia prius mercedem eis, qui posterius ad cultum eius venerunt, quantumcunque ad eos clementer se habeat, quia aut accipietur quantum ad retributionem, quæ est habitudo animæ, aut quantum ad gloriam datam corpori. Quantum ad primum non est ordo aliquis: nisi ille, qui prius in charitate decedit, & liberatur a penis Purgatorii, prius consequitur beatitudinem animæ, siue minus, siue plus meruerit.

Quantum verò ad secundum gloria dabitur omnibus simul, quia resurrectio omnium simul erit: ideo quantum ad hoc nulla est clementia, sed solùm quantum ad magnitudinem præmij, in qua ostendit liberalitatem suam Deus solùm quantum ad beatos: sed paterfamil. poterat ostendere in duobus, idest in prius soluendo, & vltra meritum dando: ideo in ambobus ostendit liberalitatem: sed duo præcedentes modi magis conueniunt ad veritatem, quare paterfami. tenuerit istum ordinem.

Quomodo tenuit hic paterfamilias talem ordinem in soluendo incipiendo à nouissimis. Quæst. XXI.

QVAERETVR, quomodo tenuit hic paterfami. talem ordinem in soluendo: quia videtur, quòd primò soluerit eis, qui venerunt circa vndecimam horam, & statim eis, qui primo mane, & cęteris postea, cùm dicatur: cùm venissent ergo, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios: veniẽtes autem & primi arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi.

Dicendum, quòd non fuit iste ordo: sed eis qui circa vndecimam horam venerant data est prius merces: & deinde eis qui circa nonam: deinde eis, qui circa sextam, & tertiam, & vltimò hjs, qui primo mane venerunt. Et hoc patet primo ex verbis Christi: dixit enim, quòd dominus vineæ dixit procuratori suo. voca operarios, & redde eis mercedem suam, incipiens a nouissimis vsque ad primos, & ita voluit terminum totius solutionis esse in primis, cùm dixit vsque ad primos: ergo aliis, qui circa nonam, sextam, & tertiã venerant, prius solutum est, quàm eis, qui primo mane venerant. Secundò, quia si ideo diceretur prius solutum fuisse primis quàm eis, qui circa nonam, sextã, & tertiam venerunt, eo quòd statim post eos, qui circa vndecimam venerunt subditur de primis, scilicet, venientes autem & primi: diceretur etiam, quòd eis, qui circa nonam, sextam, & tertiam venerunt nihil, solutum est: eo quòd non exprimitur, quòd eis aliquid fuerit solutum: sed hoc est falsum: quia certum est, quòd paterfamil. daret illis mercedem suam, cùm illos conduxisset: ergo debet intelligi, quòd inter eos, qui venerunt hora vndecima, & eos qui venerunt primo mane, soluta est merces eis, qui venerũt hora nona, sexta, & tertia. Causa autem, quare non fuit aliquid expressum de intermediis, fuit prima, ꝑpter verba patrisfamilias: dixit enim, voca operarios, & redde illis mercedem suam: incipiens à nouissimis, vsque ad primos. Et sic cùm nominauerit solos primos, & nouissimos fuit conueniens in solutione nominare solos primos, & nouissimos. Secunda causa fuit, quia expresso de solutione vltimorum qui venerant hora vndecima, quòd eis denarius solueretur: satis innuebatur, quòd intermediis soluenda erat merces: quia paterfamilias non solùm erat iustus, sed etiam liberalis dando vltra meritum, & tamen tenebatur soluere mercedem his, qui circa nonam, sextam, & tertiam horam venerunt: quia conduxerat eos dicens: quod iustum fuerit dabo vobis: ergo certum est, quòd solueret eis mercedem, & sic non fuit necesse exprimi, quòd solueretur. Tertia, quia solutio eorum, qui tarde venerant ponitur ad ostendendam liberalitatem patrisfamilias, & ad ostendendam causam murmurationis primorum, & tamen ad hoc sufficiebat solutio denarij facta eis, qui venerant circa vndecimam horam, quia illi erant, de quibus minus videbatur, quòd daretur denarius, & tamen datus est: ideo osten-

F debatur maior liberalitas circa istos, quàm circa quoscunque alios: ideo ad ostendendam liberalitatem patrisfamilias satis erat eos solos exprimere, qui circa vndecimam horam venerant. Ad innuendam causam etiam murmurationis primorum satis erat exprimere solutionem factam eis, qui circa vndecimam venerant: nam illi minus quàm cæteri laborauerant: ideo si illis daretur denarius, & eis, qui primo mane venerant non daretur nisi denarius, erat potior causa murmurationis quàm si aliis, qui circa tertiam, sextam, & nonam venerant daretur denarius: ideo de his solis, qui primo mane, & qui circa vndecimam horã venerant, mentio facta est.

G

Quare paterfamilias fecit dari denarium omnibus tam primis quam nouissimis & intermedijs. Quæst. XXII.

QVAERETVR, quare paterfamilias fecit dari
denarium omnibus tam primis quàm nouissimis, & intermediis. Solet dici communiter, ꝙ fecit
ad significationem parabolę: q̃a laborare in vinea est
in cultu domini, & mandatorum eius obseruantia
proficere, & permanere, & quia omnibus in hoc
laborantibus secundum quemlibet statum, & tempus dabitur vita ęterna: & nulli dabitur plusquam
vita æterna, & nulli minus quàm vita æterna: dicitur
H oĩbus dari denarius quasi ęqualis sit retributio omnibus colentibus Deum secundùm omne tẽpus, & ætatem. Sic dicit Gregor. Eundem denarium accipiunt,
qui laborauerunt ad vndecimam, quem expectauerunt toto desiderio, qui laborauerũt ad primam: quia
æqualem vitæ æternæ retributionem sortiti sunt cũ
his, qui ab initio mundi vocati fuerant, hi qui in fine
mundi ad Deum venerunt. Sed dicendum est, quòd
aliud est dicere quare paterfamil. iussit singulis dare
denarios singulos: aliud verò est, quomodo, vel in
quo applicatur metaphora ista quantum ad hoc ad
propositum Christi. Quantum ad primum dicendũ,
quòd intentio patrisfamilias non fuit ad significandũ
æqualitatem retributionis. Et patet primo, quia iste
I nesciebat an istud factum suum deduceretur aliquando in similitudinem à Christo ad aliquid significandum: si enim diceremus (vt aliqui falsò imaginantur) quòd ista similitudo, & similes non acciderunt
in veritate: sed Christus illas finxit ad significandum
id, quod ipse intendebat, posset aliqualiter stare, scilicet, quòd fingeret idem patremfamil. singulis dedisse
denarios singulos, vt innuatur æqualitas retributionis
vitæ ęternę. Et tamen verè ista acciderunt antequam
ea Christus enarraret, scilicet, quòd quidam paterfamil. operarios sic conduxerit, & soluerit. ergo non fuit
ista causa quare singulis dedit denarios singulos. Secundò patet, quia quando primi operarij arguerẽt cõtra patremfamil. quare vltimis dedisset denarios sin-
K gulos sicut eis, & ipse causam daret se defendendo:
aliam longe disparatam causam dedit dicens, quòd
licebat ei hoc facere: & quòd licebat ei de suo facere, quod volebat: ergo videtur, quòd non fuit ille finis dandi æqualiter, vt signaret̃ æqualitatem retributionis sed alius. Est ergo dicendum, quòd ideo paterfamil. voluit dari denarium tam extremis, quàm
primis, vt ostenderet liberalitatem suam. Primis
quidem dando debitum. Secundis verò & vltimis
vltra debitum liberaliter aliquid donando. Et hoc
innuit cum dixit: non licet mihi facere quod volo,
q.d. licitũ est mihi de meo donare cuilibet quantũ voluero. & addit, oculus tu⁹ neq̃ est, ego aũt bonus sum,
i. bonitatem, & liberalitatem ostendo sic faciendo.

Quantum

Quantùm ad secundum, scilicet in quo, vel quomodo ista similitudo facit ad propositum Christi. Dici posset vno modo, quòd ista particula non facit ad propositum: quia in applicatione metaphoræ non oportet singulas partes applicare: sed satis est applicare illas, quæ sunt ad intentionem inducentis metaphorã. Sic dicit Chrys. Non autem oportet ea, quę in parabolis sunt, secũdùm totum inuestigare, sed intẽtionem, propter quam composita est intelligere, & nihil vltra scrutari: sed ista parabola inducitur ad ostendendum, quòd non secundùm ordinem temporis erit ordo, vel gradus meritorum: sed vltimi possunt esse primi, vel potiores in meritis. Et patet ex conclusione Christi. Nam dixit: sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: Ideo partem istam de æqualitate denarij non oportet applicare ad sensum metaphorę. Secundo potest dici, & melius, quòd ista particula de æqualitate denarii pro singulis operariis est de intentione principali Christi inducentis metaphoram: & est vt ostendatur, ꝙ æqualis retributio est quantum ad hoc, quòd est recipere vitam ęternam omnibus colẽtibus Deum, & ꝙ in hoc non sunt potiores illi, qui pręcesserunt a principio sęculi, quàm illi, qui in fine mundi Deum colent. Et magis videtur facere ad propositũ Christi æqualitas denarij, quàm ordo pręcessionis in solutione, licèt vtrunque faciat ad propositum. Nam bonus status eorum, qui tardè venerunt ad cultum Dei est in hoc, quòd non sint minores in retributione eis, qui a principio venerunt. Et istud potest intelligi per hoc, quòd non posterius retributionem: aut per hoc, quòd non minorem. Primum quantum ad tempus non facit aliquem ordinem, vel differentiã inter istos & illos: quia non recipiunt omnes simul retributionem sed qui prius moritur de electis prius recipit vitam ęternam: nisi loquamur de retributione, quę est in accipiendo stolas corporum: quia istas accipient omnes simul: quia omnes resurgent in momẽto & in ictu oculi, & nouissima tuba. Secundum verò multum facit, s. ꝙ licèt isti sint posteriores, non recipiant minus de præmio. Sed primum posset aliqualiter adaptari ad ordinem solutionis: quia prius solutum est his quàm illis. Secundo vero ad ęqualitatem denarij: idest magis videtur esse ad propositum quòd acceperit singulos denarios: quàm quod primo solutum est his qui venerunt ad vndecimam, quam his qui ad primam. Nam & solutum fuisse prius pretium postremis non significat, quòd posteriores accipient prius tempore præmium in vita æterna, cum potius sit è contrario, sed quid aliud significatur, vt ostensum est supra.

An paterfamilias, dando nouissimis denarium sicut primis, conuenienter ostendat liberalitatem.

Quæst. XXIII.

QVAERETVR, cùm paterfamilias voluerit ostendere liberalitatem, dando nouissimis denarium, sicut primis, an conuenienter egerit: & non quæritur, an egerit conuenienter, idest iustè, vel saltẽ non iniustè, scilicet nulli præiudicãdo in hoc, quia de hoc dicetur infra, sed an egerit conuenienter, idest cõuenienter per hoc ostendatur liberalitas. Aliqui dicũt quod non factum est conuenienter: quia cũm ex liberalitate dederit denarium vltimis, qui illum non merebantur, quando primis debuerat dare eis, qui venerant hora nona, sexta, & tertia, plusquam denarium, qui plus meruerant quàm illi, qui hora vndecima, & exerceret in eis simul iustitiam, & liberalitatem. Dicendum, quòd non stat: non enim erat istud necessarium ad ostendendam liberalitatem: quia aut paterfamilias volebat hic ostendere opus iustitiæ, aut opus liberalitatis. Si opus iustitiæ, non erat necesse dari plusquam denariũ eis, qui hora nona, sexta, & tertia venerant, quia neq; adhuc denariũ meruerãt. Si aũt attendatur liberalitas, nõ oportebat dari certum quid: quia iustitia habet æqualitatem & proportionem: & ideo sequitur certam regulam. Liberalitas autem nõ recipit ęqualitatem, neq; proportionem, aut aliquid certum: sed gratuitam voluntatem non agentem cõtra rationem, & ideo quia non est taxatum quantum quis dare debeat ad hoc, quòd sit liberalis, sicut est taxatum quantum debet dare & acccipere ad hoc, ꝙ sit iustus, non fuit necesse dari vltra denarium: sed dando denarium satis erat. Secundò, quia si hoc modo facere deberet paterfami. ad hoc, quòd ostenderet liberalitatem, vt plus daret quam denarium eis, qui hora nona venerunt, quia operati sunt plus quam qui hora vndecima, quibus vnum denarium dedit: deberet etiam dare eis, qui circa sextam plus quàm eis, qui circa nonam, & plus eis, qui circa tertiam quàm eis, qui circa sextam, quod non intendebat ille. Nam videretur hoc ad iustitiam, & non ad liberalitatem pertinere, cùm attenderetur proportio laboris.

Liberalitas nõ req rit ęqualitatem aut proportionem aut certã mensuram.

Tertiò, quia si daretur plus eis, qui plus laborauerant proportionaliter, perueniretur ad hoc, quòd eis, qui prima hora venerant plus omnibus daretur, quia plus omnibus laborauerant, seruando in eis istã proportionem pretij sicut laboris: & tamen non intẽdebat hoc paterfamilias, neque putauit necessarium. Voluit enim in illis seruare iustitiã: in aliis autem liberalitatem: ideo non fuit necessarium dare alicui plusquam denarium ad ostendendum liberalitatem.

Dicendum autem, quòd poterat paterfamilias tripliciter ostẽdere hic liberalitatem. Vno modo dando omnibus supra debitum, scilicet quòd his, qui circa vndecimã daret denarium, & cęteris plusquam denarium, & his, qui prima hora etiam plusquam denariũ seruata proportione laboris. Et tunc aliqui acciperent tres denarios, aliqui quatuor, aliqui sex, vel plures secundùm proportionem laboris respectu temporis. Vel si vellet, quòd daret omnibus his supra debitum, & etiam his, qui primo mane, non seruando tamen proportionem aliquam. Secundo modo, quòd omnibus daret vltra debitum preterquam primis: non tamen seruata proportione laboris, & hoc siue dando quibusdam eorum plus aliis minus, sed nulli solũ debitum sed vltra. Tertiò modo quòd solis eis, qui hora vndecima venerant darèt vltra debitum dando denarium: aliis autem omnibus daret solùm debitum, scilicet eis, qui primo mane daret denarium sicut conuentum erat: eis verò qui circa sextam, tertiã, nonam daret secundum proportionem partium temporis ad partes denarij.

Primum noluit tenere paterfamilias, primò quia fortassis erat magnus sumptus. Nam si eis, qui circa vndecimam venerant datus est denarius, qui vna tantum hora operati fuerant: eis qui primo mane venerant cùm laborassent decem vel vndecim horis, darentur decem vel vndecim denarij.

Quare pꝯfami. tenuit istũ modũ liberalitatis.

Secundo, quia isto modo non conuenienter ostenderetur liberalitas: quia cum attenderetur proportio excessus laboris, & pretij, quę consideratio est iustitiæ, & non liberalitatis, putaretur quod ex aliqua causa iusta, quę ad hoc mouebat, faceret hoc paterfamil. & ita non laudaretur liberalitas eius, sed conuerteret in admiratione volentes inquirere, quæ causa iusta esset talis proportionis. Tertiò, quia si omnibus fuisset datum proportionaliter, secundùm laborem vltra debitum, non murmurassent illi qui prima hora venerant: nã propter hoc murmurauerunt,

quia cum tolerassent pondus diei & ęstus, facti sunt æquales eis, qui solū vna hora operati fuerant: Ista autem murmuratio faciebat multum ad commendationem operis patrisfamilias, vt esset occasio magis illud cognoscendi, & deducendi notitiam multorum. Quarto, quia opposita notificant se ad inuicem quando iuxta se ponuntur, vt magnum & paruum, vel aliqualiter disparata. 2. Elench. similia verò non se notificant: & quia opera iustitiæ, & liberalitatis habent quandam diuersitatem in modo, quia iustitia considerat æqualitatem, & debitum: liberalitas verò gratiam: magis notificatur opus liberalitatis positum iuxta opus iustitiæ: quàm si ponantur multa opera liberalitatis simul: ideo conueniens fuit, quòd poneretur hic aliquod opus iustitiæ, scilicet dando solum debitum eis, qui venerāt primo mane. Nam per id, quod iustum erat, sciretur magnitudo liberalitatis. Dabatur enim eis, qui primo mane venerant denarius quantum dari iustum erat. Et si cæteris daretur solùm secundùm iustitiam, daretur eis secundùm proportionem partium denarij ad partes laboris, & temporis, quo operati fuerant. Nunc autem dando singulis denarios singulos, apparebat quantum dabat cuilibet vltra debitum. quod ad liberalitatem pertinebat. Sed hoc non apparet nisi ponendo iustum quod erat mensura: ideo fuit conueniens, quòd aliquibus daretur solùm quantum iustum erat, & isti debuerunt esse illi, qui primo mane venerant: eo quòd cum illis solis taxatum, & expressum fuerat pretium. Sic etiam non dedit paterfamilias omnibus supra debitum, licèt nō seruata proportione ex omnibus causis, sup. assignatis, præter quàm ex secunda, quæ arguit de proportionalitate. Tertium modum tenere noluit paterfamilias: quia ostenderetur parua liberalitas, solum dādo vltra debitum eis, qui hora vndecima venerant. Maximè quia eadem ratio erat circa omnes, qui venerant tardè, scilicet tertia, sexta, nona, & vndecima hora. Cum solis enim illis, qui primo mane venerant conuenit quantum daret: & ideo illis cùm teneretur ex iustitia conuentionis ad certum quid, noluit vltra dare. Cum alijs autem, quia non erat determinatum pretium, & erat locus cauillationi, aut contentioni, quòd plus minusve dandum esset, voluit ostendere liberalitatem suam dando illis denarium, & ideo tenuit modum secundum, qui conueniens erat.

An conuenienter significetur, quòd retributio vitę æternæ erit omnibus æqualis per istam metaphoram.
Quæst. XXIIII.

QVAERETVR, cùm Christus induxerit istā similitudinem ad ostendendum, ꝙ retributio vitæ æternæ erit æqualis omnibus: tam his, qui cito, quā his, qui tardè ad Dei cultum venerunt, an conuenienter significetur hoc per istam metaphoram. Aliqui dicunt, quòd non, quia non est verum, quòd retributio vitæ æternæ sit æqualis, sed quibusdā plus alijs minus datur. Non est enim ęqualis gloria sanctorum.

Dicendum, quòd cōuenienter significatur retributio vitæ æternæ per istam parabolā. Primò quia Christus induxit hoc ad illud ostendendū: ergo conuenienter ostenditur hoc per illud. Secundò quia litera dicit: simile est regnum cęlorum homini patrifam. i. similis est status vitæ æternæ quantum ad retributionē solutionis mercedis, quam paterfam. fecit operarijs. Sed dicendum, quòd non est totalis similitudo inter hæc. Primò .n. differunt, quia circa operarios vineæ cū quibusdam actum est ex iustitia sola, cum aliis vero ex liberalitate vltra debitum iustitiæ, & tamē circa vitam ęternam aut cum omnibus agitur ex gratia, aut cum

F omnibus ex iustitia. Nam si accipiatur mereri vitam æternam de condigno: nemo eam vnquam mereri potest, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ad Ro. 8. cap. & tunc cum omnibus qui vitam æternā assequuuntur ex gratia agitur. Si accipiatur mereri de congruo, agitur de omnibus ex pura iustitia: quia nemo accipit vitam æternam tam æternam qui illam non meruerit. Secundò differt, quia cultores vineæ omnes æquale pretium receperunt, quocunque tempore laborarent, & quantumcunque: quia singuli denarios singulos: in vita æterna non recipiunt omnes æqualem gloriam, sed quidam plus alij minus, & ista est magna differentia. Tertiò, quia

G in retributione vitæ æternæ, licèt fiat nobis aliqua gratia, quia illud quod non poteramus mereri ex condigno datur nobis pro meritis ex congruo: tamen respectu istorum meritorū seruatur proportio: quia quanto quis plus meruit tanto magis ei de gloria datur: & sicut se habent merita quorūdam ad merita aliorum, ita se habent præmia in proportione. Et tamen in cultoribus vineæ fuit aliquid datum ex gratia, & aliquid ex merito, & tamen non fuit in eis proportio aliqua seruata: sed omnibus datus est denarius vnus & æqualis. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd in vita æterna datur retributio inæqualis: sed enim omnibus beatis detur visio essentię diuinæ per quam visionem sunt beati: non datur ęqualiter omnibus videre

H Deum, & delectari in eo visu, quamuis desideriū cuiuslibet impleatur. Magnitudo autē gloriæ datur pro magnitudine meritorum, & secūdum proportionē illorū datur ꝓportio glorię. Quòd aūt quis illos actus meritorios in senectute vel in iuuētute exercuerit, & ꝙ in pauco vel in magno tpe non differt: quia in breui tpe pōt quis tm̄ mereri sicut alius in tota vita. iuxta illud. Sap. 1. c. Cōsumatus in breui: expleuit tpa multa, i. in pauco tpe expleuit tempora multorum annorū. Et per hunc modum non fit maior gratia eis, qui cito inceperunt colere Deum quàm his, qui tardè, & nō maior his, qui pauco tpe coluerunt quàm his, qui magno. Pro quo sciendum, ꝙ aut per istas horas diuersas conductionis signantur ętates diuersæ sęculi, aut ęta-

I tes eiusdem hominis. Si enim ætates sęculi: manifestū est, ꝙ nihil differt fuisse in prima, vel media, aut vltima: tū quia illud quod nullo mō est in potestate hoīs, quòd in ista ætate, vel in illa natus fuerit: ideo nasci in vna vel in alia non facit ad magis, vel ad minus mereri: tum quia siue nascatur homo in ista ætate, vel in illa, potest tota vita sua Deum colere: ideo non differt plus in ista quàm in illa nasci. Secus autem est de conductionibus factis in eodem die: quia qui conducitur primo mane, potest toto die laborare: qui verò tertia, sexta, nona, aut aliis horis non potest toto die, sed parte diei operari: ideo secundū iustitiam plus debebat eis, qui primo mane conducti sunt q̄ eis qui hora tertia, sexta, nona, & vndecima: & tamen s'm iustitiam

K non plus debet̄ eis, qui in prima ętate coluerūt Deū q̄ eis, qui in secunda, vel aliis ętatibus sęculi: q̄a tātò tēpore poterat colere Deū ille, qui in secūda incepit quāto ille qui in prima, & iō in hoc magna dissimilitudo est inter solutionē operariorū, & retributionem vitę ęternę. Sic dicit Chrys. ꝙ æqualē retributionē habuerunt illi, qui in prima hora venerūt: & illi, q in vndecima, & nō iniustè. nā & qui in prima parte sęculi natus est, nō amplius vixit, q̄ statutū tp̄s vitę suę. Quid illi nocuit, si post illius exitū mundus stetit: Et qui circa finē nascūtur, non minus viuent q̄ dies, qui numerati sunt eis: Et qd illis prodest ad cōpendiū laboris, si cito mūdus finitur: cùm pensum vitæ suæ cōpleant ante mundū: Deinde non est in homine qn̄ nascatur prius aut postea:

sed

sed potestatis diuinę. Neq; ille quidem sibi priorem debet locum defendere, qui prius natus est: neq; ille contemptibilior debet esse, qui postea. Si autem per diuersas horas conductionis significantur diuersę ętates eiusdem hominis, poterat esse aliquale dubium: quia ille, qui in prima ætate cępit colere Deum, & cõtinuauit vsque ad mortem, plus videtur Deum coluisse, quàm qui in tertia, vel quarta ætate, aut qui in senectute. Et tamen dicendum, ꝙ non est difficultas: quia non est de actibus meritoriis sicut de cultura vineæ, quia cultura fit per continuationem eiusdem actus, qui talis est in principio sicut in fine, & partes ęquales secundùm quantitatem sunt æquales secundùm valorem, & vtilitatem. Actus autem meritorij non fiunt continuè, sed per interpollationem. Et dato quòd fieret continuè, non sunt æquales. Vnus enim actus meritorius factus in vna hora potest esse magis meritorius, quàm actus facti ab aliquo per totam vitam: & ita ille, qui incipit colere Deum in senectute, potest aliquando magis mereri quàm ille, qui cœpit in pueritia, & continuauit vsque ad mortem. Et ideo non solùm accipiet æqualem retributionem cum eo, qui incepit in pueritia, sed etiam maiorem. Et in hoc etiã differt retributio vitæ æternæ à solutione operariorum, quia eis, qui extremi venerunt, ex liberalitate datum est æqualiter cum primis, & non plus: sed in vita æterna sæpe eis, qui vltimò venerunt ad cultum Dei, datur ex iustitia plusquam eis, qui venerunt in pueritia. Et ita magna dissimilitudo est inter parabolam, & id, ad quod inducitur. Sed dicendum, quòd in hoc facit ad propositum: quia sicut omnibus operariis quocunq; tempore venerint datus est denarius: ita omnibus colentibus Deum quocunque tempore colant, & incipiant: dumtamen in cultu Dei finiant dies suos, datur vita æterna, idest visio diuinę essentiæ. Vnde siue sint magna merita, siue parua, omnibus correspondet visio Dei: & ita quantum ad hoc omnes æquales sunt, quia omnes Deum vident, sed quãtum ad gradum visionis, & glorię sunt inæquales, quod nõ accidit in operariorum solutione. Sic dicit Aug. Quia verò ipsa vita æterna pariter erit oĩbus sanctis ęqualis denarius omnibus est attributus, qui est hominum merces, quia verò in ipsa vita ęterna distinctè fulgebũt lumina meritorum, multæ mansiones sunt apud patrem, ac in denario quidem non impari non viuet alius alio prolixior: in multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius.

An paterfamilias conuenienter egit, dando nouissimo sicut primo. Quæst. XXV.

QVAERETVR, an paterfamil. conuenienter egit, idest non iniustè dando denarium nouissimo sicut & primo. Aliqui putant quòd sic: quia magis meruit primus quàm nouissimus. Dare ergo eis ęqualiter videbatur inconueniens: sed iustitia videbatur exigere, quia sicut fuit inęqualitas meritorum, ita esset inæqualitas pręmiorum. Secundò patet, quia propter hoc conquesti sunt operarij, & murmurabãt, ꝙ ęquales fierent illi eis, qui nouissimè venerant, & ita putauerunt sibi iniustum factum. Dicendum, ꝙ qñ quæritur, an egit conuenienter paterfa. aut quæritur an egit iustè aut non iniustè. Et dicendum, ꝙ non est verũ ꝙ egerit iustè neq; etiã fecit iniustè. Et ratio est, quia iustitia nominat ęqualitatẽ quãdã in dationibus, & acceptionibus: nõ tenuit aũt paterfami. ęqualitatẽ, sed dedit supra ęqualitatẽ: neq; ẽt fecit cõtra ęqualitatem: quia licèt nõ esset debitum dari nouissimis vnũ

A denarium, non tñ erat debitum non dari eis, i. nõ erat contra debitũ: quia tunc esset vetitum: & ita non erat hoc iustum neque iniustum, sed præter iustitiam erat. Pro quo sciendum, quòd aliud est facere pręter iustitiam. Distinguuntur aũt sic: quia cùm iustitia importet æqualitatem in actu, qui est ad alterum, tunc fit contra iustitiam, qñ ei subtrahitur, quod debetur, vel quod conditio sua exigit ei dari. Si autem detur alicui de bono plusquam debeatur, non est cõtra iustitiam: sed pręter iustitiam: si ille, qui dat, dederit de propriis: quia non est cõtra debitum dari plusquam debeatur. Et ita est in omnibus, qui liberaliter operantur. Dant enim plusquam debeatur, idest dant id, quod non est debitum, & non faciunt contra iustitiam, cùm faciũt

Contra iustitiã, & præter iustitiã qũo differunt.

B liberaliter: sed vna virtus non est contra alteram, vt dicitur 5. Ethy. pro eodem computatur minus de malo, & plus de bono: sicut liberaliter quis agit, dando plus de bono, quàm debeatur, & non agit contra iustitiam: ita clementer aut misericorditer agit, & etiam non contra iustitiam, qui minus de malo alicui infert q̃ inferre poterat secundùm iustitiam. Sed hoc est verum, qñ malum, & bonum sunt ipsius inferentis, secus de alienis. Et ob hoc aut ille, qui dat de bonis, & malis, aut est priuatus, aut iudex, aut Deus. Si est priuatus, aut dat de propriis, aut de alienis: si de alienis siue parum, siue malum det semper peccat: quia vsurpat quod dat. Si de propriis, quòd dando plus de bono quàm teneatur non agit contra iustitiam, sed liberaliter agit.

C Si dat minus de malis quàm possit, agit misericorditer, vt si pro peccato commisso in eum ab aliquo possit ei inferre determinatas pęnas, vel damna, & minus vult inferre, vel nihil infert. Si autem est iudex non potest dare plus de bono, quàm sit debitum, neq; minus de malo, quia peccaret, eo quòd non dat de suis, sed de alienis. Vnde sicut dando minus de bono quã sit debitum, vel plus de malo, est semper peccare: ita dãdo plus de bono quàm sit debitum alicui: necesse est, ꝙ id, quod vni superabundanter dat, tollat de eo, quod est alteri debitum: vt si duo litigãt, & debet vnus condemnari alteri ad aliquid, quod petitur: si iudex iubeat soluere alicui plus, quàm ei debeatur: necesse est, quod tollat condemnato aliquid de eo,

D quod proprium erat: & ad quod non tenebatur: quod iniustum est. Idem autem & si iudex det de bonis reipublicæ, dando alicui plus de honore, vel de lucro, q̃ debitum ei sit: si enim est honor qui de bonis publicis datur, & datur alicui plusquã meretur, necesse est lædi rempublicam, cuius bona inutiliter consumuntur & pereunt. Etiam quia grauantur aliæ partes reipublicę, idest alij homines, qui digni erant illum honorẽ suscipere. Nam cùm plures sint homines potentes suscipere honorem quàm honores aut gradus honorũ, necesse est, quòd cum alicui superabundanter honor tribuitur, alij honore merito, quem iuxta æqualitatem meriti accipere poterant, defraudentur. Et idem est de lucris, quæ dantur de publicis: sicut

Prælatus dando aliquibus beneficia plus q̃ mereantur, peccat

E quando prælatus dat beneficia, quæ non sunt eius, sed Ecclesię, dando indignis, vel dando aliquibus plus quam mereantur, peccat. Offendit enim Ecclesiam, & eos, qui in Ecclesia sunt, vel esse possunt. Nam beneficia dantur propter officium aliquod: datur autem alicui plus quàm mereatur, quando non est ipse sufficiens ad totum illud officium, vel onus, quod beneficia illa exigunt, in quo Ecclesia defraudatur officio, & fine optato. Etiam cùm plures sint potentes recipere beneficia quàm ipsa beneficia, non potest dari alicui beneficiũ vltra meritũ, quin grauentur alii, quibus dignè illa poterant dari, & pro quibus instituta sunt: ergo in dando plus de bono semp peccat iudex, siue prælatus, aut quicunq; habet administrationem

publicam, quia semp dat de alienis, & ita illa vsurpat. In dãdo quoq; minus de malo q̃ sit debitum semper peccat, quia de iure alieno subtrahit. Nam siquis eo ꝙ offendit alium, tenetur ſm legem ad certam pęnã, & iudex vult minuere illam, vel in totum auferre, præiudicat illi, cui offensa irrogata est, quia in fauorem illius, & quasi in vindicta datur pęna delinquenti. Qđ patet, quia ad petitionem illius infertur: etiam præiudicat legi, quia lex statuit certam pęnam, cuius iudex statutus est minister, & executor, & non vult illã exequi. Si autem obiiciatur, ꝙ interdum pęnæ nõ sunt taxatæ, sed sunt arbitrariæ, vel si sunt taxatæ, lex concedit iudici illas minuere.

Dicendum, ꝙ tunc iudex dans pęnã, vel minorẽ interdum, vel maiorẽ non peccat, quia non dat minus de pęna quã debeat, sed quantum debet, cũ lex dederit ei arbitrium, & quantum ipse rõnabiliter arbitrat⁹ fuerit, tantum est iustum. Si aũt sit Deus, qui dat plus de bono quã sit debitum, & minus de malo quã sit debitum, nunquam facit iniustum, sed semper est pter iustitiam, eo quod de propriis dat, & neminẽ grauat. De bonis manifestum est, quia oĩa sunt eius. Nam dñi est terra, & plenitudo eius: Psal. 23. Nos verò non sumus domini bonorum respectu eius, sed administratores, vel præcario possidentes: & ideo siue Deus det alicui plusquam mereatur de bonis, quæ nunquã fuerunt in vsum alicuius, siue de eis, quę fuerunt, & actualiter sunt in vsu alterius, nemini præiudicat de bonis non possessis. i. quæ possideri nõ possunt vt est gratia, & virtus, & bonũ desiderium, & sanitas, robur, viuacitas sensuum, pulchritudo corporis, & ingenij acumẽ, & sapientia, & quæcunq; huiusmodi sunt: siue gratificantia, siue naturalia bona qualitercunque det vni, nõ pręiudicat alteri. quia ista, quę vni dantur nunquã fuerunt alterius: imò neque esse possunt, quia non sunt bona nobis adiacentia, qualia sunt bona competibilia & circumpugnabilia, vt dicit Arist. 9. Ethic. quæ sunt bona fortunæ: sed sunt inhærentia, quæ aũt formaliter vni inhærent, non possunt alteri inesse, quia talia indiuiduantur per substantiam quibus inhærent. Si verò sunt bona fortunæ, quæ ab aliis possideri possunt, aut actualiter possidentur aut non, si non possidentur, sed Deus de nouo alicui dat, cùm nullus ea vnquã possederit, nemini præiudicat. Aut siquis ea aliquando possedit, & tamen nunc in nullius bonis sunt, sicut res habitæ pro derelictis, quæ etiam ſm humana iura occupantium efficiuntur: vel quod præ vetustate desiit possideri, licèt non fuerit habitum pro derelicto: sicut thesauri ab antiquo defossi humo, quia illorum iam nemo dominus est, nisi fortè quidam largissima fictione iuris, aut hominis. Vnde de talibus dando alicui nemini præiudicabit Deus. Si autem dat de illis, q̃ actualiter ab aliquo possidentur non præiudicat illi: tum quia propter peccata potest trasferre dominia in alios, cùm etiam de iure humano hoc fiat, sicut dicitur Eccle. 10. ca. Regnum transfertur à gente in gẽtem propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos: tum & principaliter, quia etiam si nõ peccauerit, põt Deus ei auferre, quod possidet, quia non est dominus, sed pręcario possidens: & ita de quibuscunq; bonis Deus det alicui plusquam mereatur, non facit iniustum: quia non præiudicat alicui, cùm Deus de propriis det. Dando etiam minus de malo quã possit iustè dare, non facit iniustum, quia nõ præiudicat alicui, cùm remittat pęnas pro malis commissis in eum, & non in alterum, & ita de suo dat. Nam quomocunque quis peccet, semper peccat in Deum. Interdum. n. peccat quis in Deum solum: vt in peccatis, quæ sunt contra pręcepta, quæ ad solum Deum ptinent, vt in idolatria, violatione festorũ, & ita de aliis.

Bona, quæ Deus sine pręiudicio dat.

Quocunq; qs peccat semper peccat in Deum.

F Interdum autem peccat contra Deum, & proximum, vt furando, occidendo, adulterando. In primis, quia peccatum est totaliter contra Deum, pęna est debita peccati solùm propter offensam cõmissam in eum: & ideo quidquid Deus de ea pœna remittat, etiam si totam auferat, tollit de suo: ideó nulli præiudicat. Si autem sit peccatum contra Deum, & proximum, debetur ei pęna pro peccato illo, inquãtum est commissum in Deum, & partem illius, qui totam remittere potest, & de suo remittere: imò pro toto peccato potest pęnam debitam remittere, quia licèt per peccata aliqua offendatur proximus: tamen tota rõ quare pęna sit debita, est, quia Deus offenditur. Nã præter hoc, ꝙ in illo peccato Deus offenditur inquantum legislator, quia ꝯtra legem ab eo datã agitur, & præter hoc,
G ꝙ honor eius alteri datur. s. ꝙ qui peccat mortaliter, auertitur à Deo, & cõuertitur ad creaturam cõstituendo eam finẽ operationis suæ: qui honor soli Deo debebatur, ꝙ ipse solus esset finis oĩum operationum nostrarum. Adhuc quidquid mali infertur hoĩ infertur Deo: sicut. n. seruus non est capax iniuriæ, sed dominus su⁹ recipit iniuriam, vel dãnum per ea, quæ seruo fiunt: ita cùm oẽs sint serui Dei, imò plusquam serui, quia sunt possessio eius, non inferretur eis iniuria, vel damnũ quin illud sit Deo illatum: & sicut seruus nõ põt remittere iniuriam in se cõmissam, quia in dñm cõmissa cẽsetur, sed dñs illam remittit: ita & pęnas debitas pro peccatis in nos commissis nõ possumus nos
H remittere, sed Deus. Vnde licèt quis remittat peccatũ ꝯtra se factum totaliter, imò etiam si nunquam voluerit reputare ad iniuriam, vel damnũ, nihilominus De⁹ exiget pęnam totam ab eo, q peccauit, ac si ille, contra quem peccatũ est, nihil remisisset: & ideo è ꝯtrario. s. nõ remittente eo, in quem cõmissum est peccatum, põt De⁹ remittere totam pęnam debitam pro peccato, & non p̃iudicat illi, qa pęna non est debita propter illum, sed pp Deum. Imò neq; peccatum ꝓpriè accipiendo est cõmissum ꝯtra hoĩem illum, sed ꝯtra Deũ. Nam licèt materialiter passus sit illud malum ille, qui recepit vulnera, vel cõtumelias, aut damna: tñ rõ peccati non est in isto actu pp illum, sed propter Deũ, qui rationem debiti, & iusti cõstituit inter hoĩes, vt sunt
I aliquid eius, & ad ipsum se habent: & ideo tota pęna est debita pp Deum, & consequenter ipse põt totam remittere non pręiudicando alicui. Et ita dando min⁹ de malo quàm dari possit alicui ſm iustitiam, non p̃iudicat Deus cuiquam. Considerandum vlterius circa hoc, ꝙ circa bonum, & malum in dationibus, & acceptionibus consistit iustum, & iniustum: sed qa tam circa bonum, quã circa malum contingit plus & minus, efficiuntur quatuor extrema, s. plus de malo, minus de bono: plus de bono, minus de malo. Circa prima duo semper est peccatum per quemcunq; fiunt: & est iniustum, siue per iudicem, siue per priuatos fiant, & ẽt si per Deum, vt si alicui detur de pęna, vel de damno plus quàm dari sibi mereatur: aut si de bono minus
K detur ei quàm debitum sibi sit. Circa duo secunda Deus, & priuati, qui de proprijs dant, nunquam committunt iniustum, sed pręter iustitiam. Nã licèt Deus non sit alicui obligatus simpliciter, quia non est ęqualitas alicuius ad eum: ex promisso tamen suo efficit se quodammodo debitorem, & ex lege à se condita, ipse autem legem dedit, quę à ratione sua exẽplata est, ſm quam competit pęna peccato, & pręmiũ merito, & determinato peccato determinata pęna, & determinato merito determinatum pręmiũ. Si ergo Deus daret alicui pro peccato maiorem pęnam quã exigeret peccatum, ageret contra rõnem iustitię suæ, ſm q̃ vniuersa distribui debent iuxta regulã sapientię suę. Et si alicui pro bono opere minorem retributionẽ daret

quàm

Deus nunquam dat minus de bono quã ſit debitũ neque pl⁹ de malo.

quàm exigat conditio operis, ageret cõtra regulas iuſtitiæ ſuę, ſm quas oĩa hæc immobiliter taxata ſunt: & ideo Deus nunquam facit neque faciet aliquid iſtorũ duorum .i. dare minus de bono, quàm ſit debitum, vel magis de malo: licèt non repugnet potentię ſuę abſolutę conſiderando iſta poſſe, quia ſub potentia ſimpliciter tam iuſta quàm iniuſta cadunt, licèt iniuſta nunquam faciat: & ob hoc Deus non põt damnare Petrũ & Catherinam, qui ſunt iam beati, quia daret eis magis de malo quã ſit eis debitum, & minus de bono q̃ debeatur: faceret .n. contra iuſtitiam. Circa duo alia .i. dare magis de bono, & minus de malo non põt facere Deus iniuſtũ: quia de ſuo dat qdqd dat, vel remittit: & nulli præiudicat. Et ita Deus poſſet abſoluere omnes damnatos, & beatificare eos, tamen non faceret cõtra iuſtitiam, quia non daret eis plus de malo neq; minus de bono quàm debeatur, qđ iniuſtum eſt: ſed dat eis magis de bono quã debeatur, quod eſt præter iuſtitiã, ſed non contra iuſtitiam, cũ de ſuo eis Deus det remittendo pęnas, quę propter ipſum ſunt illis debitæ: & de ſuo det dando eis beatitudinem, quã non merentur. Ex hoc autem apparet, ꝙ errant illi, qui ponũt ꝓ æquali inconuenienti, ꝙ Deus abſolueret Iudam, & quòd condemnaret Petrum. Nam damnare Petrum eſſet verè inconueniens, quia eſſet contra rõnem diuinę iuſtitiæ dando ei magis de malo, & minus de bono quã debeatur: abſoluere aũt Iudam, & beatificare non eſt inconueniens, neque eſt cõtra iuſtitiam: eo ꝙ non datur ei magis de malo, aut minus de bono, quã debeatur: ſed dat magis de bono, & minus de malo q̃ debeatur: & tñ neutrum Deus faciet, quia licèt beatificare Iudam non ſit contra iuſtitiam eſt cõtra rationem ſuæ præſcientiæ, & diſpoſitionis: ideo æqualiter manet vtrunque immobile: & tamen quantum ad rõnem iuſtitiæ facilius eſt oẽs damnatos abſoluere & beatificare, & etiam dęmones, quã etiam alicui exiſtenti in purgatorio dare vnam horam pęnę pluſquam debeatur, vel alicui ſancto, qui habiturus erat decem gradus gloriæ dare ſolũ nouem: quia primum non eſt iniuſtum, ſed pręter iuſtitiam: ſecundũ verò eſt iniuſtũ. Ex hoc etiam apparet, quòd in prædeſtinatione, & præſciẽtia, vel reprobatione non fit alicui preiudicium: etiam ſi alicui exiſtenti in peccato mortali datur gratia, per q̃ ſuſcitatur à peccato, & alteri non: neutri fit iniuſtum, ſed ei, qui liberatur à peccato fit gratia, & non fit ei iuſtum, ſed præter iuſtitiam. Quod autem alteri non detur gratia, neque liberetur à peccato, non fit iuſtitia. Neutri .n. horum eſt aliquid debitum: ideo ꝙ alicui detur gratia, fit pręter iuſtum, quia datur ei, quod nõ eſt ſibi debitum: ei verò, qui gratiam non recipit, non fit iniuſtum, quia non erat ſibi debita: ſed Deus ſiue dando, ſiue non dando liberè ſe habet: poſtquam verò data eſt gratia, & meruit quis per illam, ꝙ detur ſibi vita æterna, eſt iam debitum ſm Dei iuſtitiam: ideo ſi non daretur ei, vel ſi daretur ei minus de gloria quàm debetur, eſſet iniuſtum. Quòd verò ei cui debetur pęna non detur, non eſt iniuſtum: ſed eſt præter iuſtitiã, & eſt liberalitas, quia dat Deus ei de bono ſuo pluſquã debitum eſt, & remittit de malo, dando ei minus de illo quã debitum ſit. Circa patremfamilias ergo ita dicendum eſt, quòd dando eis, qui primo mane venerunt denarium iuſtè egit, quia tantum quantũ debitũ erat eis dedit. Dando aũt cęteris denarium, non erat iuſtum, quia non erat debitus denarius eis, neq; egit iniuſtè, quia nõ erat debitum, ꝙ non daretur eis denarius: ſed egit pręter iuſtitiam, quia dedit magis de bono quàm debitum eſſet, & dedit de propriis.

Ad primum dicendum, ꝙ magis meruit primus q̃ nouiſſimus: & tamen neutri facta eſt iniuſtitia: licèt ambobus daretur ęqualiter, quia ad primos ſeruata

A eſt ſola iuſtitia, ad cęteros aũt liberalitas. Dare autem nouiſſimis pluſquam eis deberetur non erat iniuſtũ, cùm primis datum fuerit quantum eis deberetur: teneret autem ratio ſi iſtis in ęqualibus meritis darẽtur inæqualia: & ei, qui minus meruit daretur ſolum quãtum meruit, quia tunc neceſſe erat eis, qui magis meruerant dari minus quàm mererentur, & tamen nõ factum eſt ſic.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ murmurauerunt, & tñ iniuſtè, cũ paterfamilias arguat eos dicens: ocul⁹ tuus neq̃ eſt, ego aũt bonus ſum. Iõ nõ facta eſt eis iniuria, ſicut dixit paterfamilias, amice non facio tibi iniuriã.

B *Quare, qui primo mane venerunt, arbitrati ſunt, quòd eſſent plus accepturi, quàm denarium.*

Quæſt. XXVI.

QVAERETVR, cur illi, qui venerunt primo mane, arbitrati ſunt, ꝙ eſſent plus accepturi, q̃ denarium: cùm ex ſolo denario diurno conuentum eſſet cum eis. Dicendum, ꝙ non putabant hoc quaſi crederent ſibi debitum eſſe accipere plus denario: ſed quia viderant, ꝙ paterfamilias dederat denarium eis, qui venerant hora vndecima: ipſi aũt valde plus illis laborauerant, ideo veriſimiliter credebant, ꝙ daret eis pluſquam denarium. Sed obiicitur, ꝙ non deberent hoc putare, qa illi, q venerant hora nona, ſexta,
C tertia, meruerant plus quã qui vndecima venerant, & non acceperant niſi denarium ſicut illi, qui hora vndecima venerant: ergo ita de ſeipſis putare deberent, ꝙ licèt meruiſſent plus quàm qui vndecima hora venerant, quòd non acciperent plus quàm illi. Aliqui dicunt, quòd fortè illi, qui venerunt hora nona, ſexta, & tertia, acceperunt plus quàm denarium, ſicut meruerant plus quàm qui venerant hora vndecima: & ideo ita putauerunt, ꝙ fieret circa eos proportionaliter. Sed dicendum, quòd non ſtat: primò, quia falſum eſt: oẽs enim operarij receperunt mercedẽ ęqualem .ſ. denarios ſingulos, vt colligitur ex litera, & aſſerunt omnes ſancti doctores. Secundo, quia ſi ita fuiſſet, allegaſſent illud primi operarij, cùm hoc eſſet eis
D cauſa murmurandi, & ſuſpicandi: & tamen tacuerunt dicentes ſolùm, ꝙ nouiſſimis daretur tantum quantũ eis. Tertiò, & efficacius, quia maius argumẽtum erat operariorum primorum contra patremfamilias, ꝙ eis, qui venerant hora nona, & laborauerant minus q̃ ipſi, daretur plus quàm eis, quàm ꝙ venientibus hora vndecima daretur tantum ſicut eis, quia dari minus laborantibus tantum quantum plus laborantibus videbatur pertinere ad gratiam eis factam: dari tamen minus laborantibus plus quã magis laborantibus, videbatur pertinere ad iniuriam, vel contemptũ primorum: & ideo de hoc iuſtius aut veriſimilius conquererentur: licèt vtrunq; poſſet ſine iniuſtitia fieri: ideo dicendum, quòd non fuit datum alicui de operariis vl-
E tra denarium. Alij ergo dicunt, ꝙ licèt nõ datum fuerit alicui vltra denarium: primi videntes datum denarium nouiſſimis, & neſcientes quantum fuiſſet datũ mediis, ſcilicet qui circa nonam, ſextam, & tertiam venerant: putauerunt illis datum vltra denarium, quia meruerant plus quàm nouiſſimi: & ideo putauerũt conſequenter ſibi aliquid vltra dandum proportionaliter.

Dicendum, quòd non ſtat, quia ſi hoc putaſſent, allegarent iſtud: & tamen non allegauerunt. Secundò, quia fortius de hoc conquererentur, quod facti eſſent minores mediocrib⁹, cùm eſſent primi, & maiores: quàm quòd facti eſſent ęquales minoribus, vt dictum eſt: ideo dicendum, ꝙ non putauerunt iſtud.

Est ergo dicendum, ꝙ affectio decipiebat istos: videbant enim quòd oibus æqualiter datus esset denarius, & cùm secum esset conuentum ex denario cogitare poterant, quòd non daretur nisi denarius: quia tamen videbant, quòd paterfamilias dederat omnibus vltra meritum: ita putauerunt, ꝙ daretur eis vltra meritū, & vltra conuentum, & ita vltra denarium daret.

Quare isti primi operarij murmurauerunt accipiendo denarios singulos, & an iustè murmurabant.
Quæstio XXVII.

QVAERETVR, quare isti primi operarij murmurauerunt accipiendo denarios singulos. Et an iustè murmurabant.

Ad primum dicendum, ꝙ viderunt se defraudatos spe sua: putauerant enim, ꝙ daretur eis vltra denariū, sicut dicitur in litera, s. arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi: qui autem fraudatur spe sua, indignatur, & contumelias dicit. Secundò, quia putabant se aliquo modo cōtemni. s. quòd ipsi, qui per totum diem laborauerant, non acciperent plus quā illi, qui vna hora tātum laborauerant, qui autē putant se contemni irascūtur, vt dicitur 7. Ethi. cap 8. imò causa totalis est ista ad quam reducuntur omnes aliæ causæ particulares irę. vt patet ex 2. Retho. cap. de ira.

Ad secundum dicendum, ꝙ iniustè conquerebantur, quia non fiebat eis aliquid iniustum, cùm cōuentum esset cum eis ex denario diurno. Quòd autem daretur aliis denarius erat gratia eis facta, qua volebat paterfamilias vti ad quosdam, & non ad alios. Nam iustè agere ad omnes tenemur, liberaliter tamen non tenemur, sed ex electione pendet.

Quomodo applicatur ad propositum Christi hoc, quod de murmuratione dicitur.
Quæst. XXVIII.

QVAERETVR, quomodo applicatur ad propositum Christi: nam ꝙ omnibus tam primis, q̃ extremis detur denari⁹, pertinet ad propositum Christi, s. quòd omnibus colentibus Christum quocunque tēpore dabitur visio dei duratura æqualiter omnibus, scilicet in æternum, & quantum ad hoc sunt ęquales, quòd tamen murmurent primi de æquali retributione posteriorum non videtur.

Dicendū, ꝙ verum est, ꝙ in vita æterna nullus murmurat de alteri⁹ fęlicitate, vbi est sūma charitas, & nulla inuidia. sic dicit Greg. Sed potest quæri quomodo murmurare dicti sunt, qui ad regnum vocantur cęlorum, quia nullus qui accipit murmurare potest. Sed potest dici vno modo, ꝙ in re gesta parabolæ sic accidit, ꝙ operarij murmurauerint: sed non oportet quòd applicetur hoc ad sensum parabolæ. Christus enim, vt rem integrā referret, totam rem gestam, vt accidit retulit, quia aliàs fieret narratio non verisimilis. Ad ꝓpositum tñ suum non applicantur singulæ particulę, sicut & in aliis parabolis accidit. Sic dicit Chryso. Nō aūt oportet ea, quę sunt in parabolis ꝭm totum quod dicitur inuestigare, sed intentionem, propter quā dicitur intelligere, & nihil vltra scrutari. Secundò potest dici (vt quidam volunt) dictum esse ad significandū superbiam Iudæorum, qui fuerunt priores gentilibus in vocatione, murmuratio autem ex superbia prouenit. Sic dicit Hilarius: Secundùm insolentiam populi iam sub Moyse contumacis hoc murmur operantiū est. Tertio potest intelligi, quòd non fuerit murmuratio inter sanctos alicuius temporis ad sanctos alteri⁹ temporis in retributione assumenda, sed ꝙ tāta excellentia est sanctorum noui testamenti super statum an-

F tiquorum sanctorum, ꝙ illi poterāt inuenire aliquid, de quo murmurarent, si in eo murmur cadere posset: & iste est conueniens sensus. Sic dicit Chry. Nō enim inducit hoc, vt ostendat aliquos inuidia morsos, sed vt ostendat hos tanto esse potitos honore, ꝙ etiam inuidiam aliis poterant generare. Et ista inuidia poterat esse circa multa, sed specialiter circa duo. Primum circa abundantiam gratiæ, quę non fuit in veteri testamento, qñ lex erat, & non gratia: quia lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christum facta est: Ioan. 1. cap. fuit autē in nouo, & de ista gratia possent inuidere. Sic dicit Hieronymus: Omnis retro vocatio Gentilibus inuidet, & in euangelij torquetur gratia. Secundum erat, quia sanctis ante nouum *Gloss. Matt.*
G testamentum quātumcunq; iustis non dabatur introitus ad vitam æternam statim post mortem, sed tenebantur in lymbo sanctorum. Sanctis verò post Christi mortem morientibus statim est aditus ad vitā æternam. Sic dicit Greg. ꝙ murmur erat, quia sancti patres vsque ad Aduentum Domini quantumlibet iusti vixerant ducti ad regnum non sunt: eorum hoc ipsum murmurasse est: nos aūt, qui ad vndecimam venimi⁹, quia post mediatoris aduentum in hoc mundo veniētes ducimur, mox vt de corpore eximus, post laborē non murmuramus. Alius etiam modus murmurationis erat, de quo dicetur infra.

Quare primi conquesti, & murmurantes solum locuti sunt de nouissimis, & non de alijs.
H *Quæst.* XXIX.

QVAERETVR, quare primi conquesti, & murmurantes solùm locuti sunt de nouissimis, qui hora vndecima venerant dicentes. Hi nouissimi &c. Dicunt quidam, quòd his solis fuerat solutū pretium ante primos: & ideo cū vidissent istos solos æquari eis, de his solis inuiderunt, & murmurauerunt. Hoc videtur colligi ex litera, s. cùm venissent, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios: venientes autem & primi, acceperunt & ipsi singulos denarios. Secundò, quia dixerunt: Hi nouissimi sola vna hora fecerunt. Et ita illos ostenderūt
I quasi præsentes essent, velut eis immediate ante hoc pretium solutum fuisset, & non aliis in medio. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia antequam solueretur pretiū primis, solutum fuit omnibus aliis conuerso ordine. s. primò nouissimis, deinde eis, qui circa horam nonā venerāt, & postea eis, qui circa tertiam, & sextam: deinde primis. Sic dixit paterfamilias procuratori: Voca operarios, & redde eis mercedem suam incipiens à nouissimis vsque ad primos: ergo in primis finita fuit totalis solutio: & ipsi viderunt solutionem omnium aliorum.

Ad primum dicendum, ꝙ non posuit litera nisi nouissimos, & primos, quia non erat cōueniens alios ex primi, cùm non fuerit circa eos alia solutio quā sicut
K primis, & nouissimis: & pręcipuè, quia ex pręcedenti mandato patrisfamilias apparebat, quòd aliis omnib⁹ danda erat merces ante primos.

Ad ꝭm dicendum, ꝙ nouissimi erant præsentes qñ primi ista dicebant murmurando, & tñ non fuerat eis solutum solis ante hoc, sed iā omnibus, & oēs alij præsentes erāt, vnde & ad illos potuissent loqui si vellent. Dicendum, ꝙ de oībus potuerant loqui murmurātes, quia ipsi laborauerant plus illis oībus, & fiebant æquales eis. & tamen locuti sunt de illis solis, in quibus argumentū suum erat efficacius. nulli autem minus meriti erant quā qui circa vndecimam venerant, qui vna hora tantùm operati fuerant, & fiebant eis ęquales: ideo de istis solis dicere conueniens fuit.

Quare

Quare dixerunt isti murmurantes, qui portauimus pondus diei, & æstus, & quomodo istud ad sensum parabolæ applicatur. Quæst. XXX.

QVAERETVR, quare dixerunt isti murmurantes, qui portauimus pondus diei & æstus, & quomodo istud ad sensum parabolę applicatur.

Ad primum dicendum, quòd primi laborauerant tota: die laborare pondus quoddam est, quia grauat hominem sicut graue pondus: ideo qui toto die laborat, pondus diei portare dicitur. Pondus ęstus dicuntur portare, quia laborare per ęstum difficilius est quàm in aliis partibus diei: ideo ad ostendendum specialiter magnitudinem laboris dicitur, qui portauimus pondus ęstus: qui verò circa vndecimam horam venerant, quando tepescit feruor diei qui fuit in meridie, non tantum laborem sumpserant: & specialiter hoc dicitur, quia regio Chanaam in qua Christus erat, & de qua istam parabolam retulit, calida nimis est, in qua per ęstum laborare difficultas magna est.

Ad secundum dicendum, quòd non oportet applicare istud ad sensum parabolę: nam murmurationem, vt dictum est supra, non oportet applicari ad
In q.29. sensum parabolæ, & tamen ista est causa reddita à murmurantibus pro se ipsis: ergo non poterit applicari ad propositum. Aliter potest dici, quòd applicari poterat, licèt non sit necesse applicari: sicut & murmuratio poterat applicari, vt dictum est supra. Sed tunc obiicietur, quòd non conueniat, quia in colentibus vineam habebat colorem murmuratio: eo quòd quidam tota die operati fuerant: alij verò vna hora tantùm, tamen applicãdo ad diuersas ætates omnes ęqualiter laborant. Nam siue in prima, siue in extrema quis venerit tota, vita sua Deum colore potest. Et ita non minus laborat quàm ille, qui in prima ętate natus est. Dici potest vno modo quòd pondus diei tolerauerunt illi, qui in primis ætatibus sæculi Deum coluerunt. Nam videbant sæculi finem longe futurum, & retributionis tempus: quod valde affligebat eos, & laborem intolerabiliorem faciebat: qui autem circa finem sæculi nascuntur, licèt tota vita laborent, quia finem sæculi propinquum nouerunt, de propinquitate tributionis gaudentes tolerabiliorem sibi laborem efficiunt. Secundò põt intelligi quantum ad d̃riam obseruationũ in istis ętatibus. Nã in veteri testamẽto erant multę obseruationes, quas durum erat custodire. In nouo autem testamento pauciora sunt mandata: vnde onus vel iugum importabile illud erat. Sic dicitur Actu. 15. cap. Hoc est iugum, quod neque patres nostri nec nos ferre potuimus. Nouum autem testamentum leue dicitur, sup. 11. c. iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue. Tertiò potest intelligi, quòd erat pondus laboris in veteri testamento, quia non dabatur ibi hominibus gratia alleuians per opera sacramentalia, sicut nunc datur abundantia gratiæ: & ita illi portabant pondus laboris, isti autem non. De istis dicit Chrysost. Si autem verum est, quod diximus, quod primi, & posteriores tempus suum vixerunt, & non amplius neque minus, & vnicuique mors sua est consummatio ipsius, quid est, quod dicunt, portauimus pondus diei & ęstus? quia, scilicet magna est nobis virtus ad faciendam iustitiam cognoscere prope esse finem mundi, vt & Christus nos armans dicebat, appropinquauit regnum cęlorum. Illis autem infirmatio erat scire mundi spacia esse longinqua. Quãtis ergo non per omne sęculum vixerint: tamen totius sęculi grauamina pertulisse videntur. Aut pondus totius diei dicit onerosa legis mandata: æstum autem vrentem erroris tentationem, quam conflabant spiritus maligni in eos, ad æmulationẽ eos gentium pro-

A uocãtes: à quibus omnibus gentiles liberi extiterunt Christo credentes, & per compendium gratię ad plenum saluati. Sed aliqui dicunt quòd possit hoc conuenientius intelligi referendo diuersas conductiones ad ætates eiusdem hominis, scilicet quòd aliqui incipiant colere Deum in iuuentute, alij in pueritia, alij in senectute, & cùm detur omnibus vita æterna, manet color querelę eis, qui pueritia incipientes durauerunt vsque ad mortem: quia isti tolerauerunt pondus diei & æstus: quod non fecerunt qui in senectute ceperunt adhærere Deo, qui vna hora tantùm fecisse videntur. Dicendum, quòd non stat, quia non datur in vita ęterna gloria æqualis: sed omnibus secundùm proportionem, & commensurationem meritorum.
B Vnde si magis meruit, qui incepit in pueritia, quàm qui in senectute, habebit abundantiorem gloriam, & è contrario: potest tamen qui in senectute cępit tantum mereri, quantum qui in iuuentute, aut pueritia, & ita non potest esse colorem querelę. Sed melius intelligitur, vt supra expositum est.

Quis erat iste vnus, quem allocutus est paterfamilias de murmuratoribus, & quomodo applicetur hoc ad sensum parabolæ. Quæst. XXXI.

QVAERETVR quis erat iste vnus, cui locutus est paterfamilias de murmuratoribus, aut qua
C re vni locutus est, cùm multi murmurarent, & quomodo applicetur hoc ad sensum parabolę.

Ad primum potest dici vno modo, quòd licèt omnes primi murmurarent, tamen inter eos fuit vnus, q magis clamabat: & contra illum solum locutus est paterfamilias: quia exclusa querela illius excluderetur à fortiori aliorum querela. Secundò potest dici, quod locutus est ad vnum quia, licèt omnes murmurarent, vnum tamen iuxta se inuenit, cui quasi viciniori potuit loqui cõuenientius. Et hoc colligitur, quia etiam non dixit de omnibus nouissimis, quòd volebat illis dare sicut primis, sed de vno dixit, scilicet volo huic nouissimo dare sicut & tibi. Et ita ille nouissimus erat ille, quem acciderat tũc iuxta eum inueniri, cùm
D dixerit, volo huic nouissimo. Ergo sicut de solo inuẽto nouissimo locutus est, ita & ad solum murmuratorem apud se inuentum fuit locutus. Tertiò potest dici, quòd paterfamilias fuit locutus generaliter ad omnes murmuratores: quia tamen erat ratio eadem de omnibus, omnes vocauit Christus per vnum, ad quem loqueretur paterfamilias. Ad secundum potest dici, quòd non oportet hoc applicari ad sensum parabolæ: quia istud est pars murmurationis, idest responsio ad illam, cùm murmurationem non sit necesse applicari ad sensum parabolę, ut dictum est sup. Applicando tamen si volumus ad sensum parabolę dicẽdum, quòd debent intelligi omnes sancti, qui fuerũt ante nouum testamentum, & qui conquerebantur se
E tolerasse pondus diei, & ęstus, vt dictum est sup. q. 29. Alij dicunt, quòd iste vnus intelligitur totus populus Iudaicus, qui contra cõuersos de gentilitate murmurabant, & eis respondetur, quòd non fiat eis iniuria. Sic dicit Remigius. Per hunc vnum pñt intelligi oẽs, qui ex Iudęis crediderunt, quos amicos propter fidẽ nominat. Alij dicunt, ꝙ iste vnus erat Adam, & satis hoc erat verisimile. Si. n. murmuratio aliqua, vel querela sanctorũ antiquorũ fuisset, esse potuisset contra Deũ pro gr̃a, & supererogationis noui testĩ: sic. n. nemo erat, cui magis vice omniũ cõpeteret aliquid petere, aut dicere q̃ Adam, qui caput erat, & pr̃oĩum veterum sanctorũ. Et sic dicit Origenes: Forsitam autẽ Adæ dicit, Amice, non facio tibi iniuriam.

Quare

Quare paterfamilias dixit: Amice, non facio tibi iniuriam, vocans eum amicum, cùm esset murmurator. Quest. XXXII.

QVAERETVR, quare paterfamilias dixit, amice non facio tibi iniuriam, vocans eum amicũ, cùm esset murmurator, & potius tanquam æmulus & maledicus deberet redargui. Dicendum, quòd ratio est, tã ex parte parabolę, quàm ex parte sensus eius. Quantum ad parabolã potest primò dici, quòd hoc fecit paterfamilias ad ostendendum benignitatẽ suã, & excellentiam virtutis. Sicut.n. erga immeritos operarios ostendit liberalitatem vltra meritum tribuendo: ita & circa murmuratores ostendit clementiam, benignitatem, & leuitatem eis blandè respondendo, cùm posset eos iustè increpare: & ita Christus fecit, quando Iudas venit ad tradẽdum eum Iudæis per osculum cũ posset eũ vocare hostem & proditorẽ, vocauit eum amicum, dicens: Amice, ad quid venisti? infra 26 cap. Secundò potest dici, quòd ponitur amicus per antiphrasim: sicut interdũ subditos nostros, quando redarguimus vocamus dominos: & quando eis grate loquimur minus quàm dominos appellamus: ita hic increpãdo amicum vocat quasi inimicum, vel iniustum vocet. Tertiò potest dici, & melius, ꝙ paterfamilias tenuit processum in verbis suis ordinatum contra illum murmuratorem. Primò ei loquitur blande, secundò iustè, tertio durè & increpatoriè: & conuenit iste processus ad hoc quòd ostendatur, quòd non mouebatur ex ira, sed ex ratione. Nam primò vocauit eum amicum, quod blandum est, & ad affectionem pertinet. Secundò defendit se rationabiliter contra eum, dicens: Non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tertiò durè loquitur vocando eum malum & iniustum, scilicet, oculus tuus nequam est, ego autem bonus sum. Quantum ad sensum parabolæ conueniebat vocare istum amicum: quia ista murmuratio transfertur ad sanctos: siue illã fecerint siue facere potuerint: iuxta illud quod declaratũ est supra quæst. 29. sancti autem amici Dei sunt Io. 16. Vos autem dixi amicos: quia omnia, quæ audiui à patre meo nota feci vobis: ideo vocat eum amicum. Aliter potest dici, quòd est ista murmuratio populi Iudęorum quantum ad conuersos ad Christum, qui conquerebantur pro gratia, quæ fiebat cõuersis de gentilitate, vt dicetur sequenti quæst. licèt tales possent increpari, qui nondum sancti erant: tamen quia ad fidem Christi conuersi erant amici vocãtur. Sic dicit Remigius: Per hũc possunt intelligi omnes qui de Iudęis crediderunt, quos amicos propter fidem nominat. Sed magis standum est in rationibus primis quæ sunt ex parte parabolæ: quia paterfamilias qui ista dixit? non putabat aliquo tempore traherẽtur ista ad significandum aliquid per Christum: ideo non ordinaret verba sua ad finem significandi aliquid: sed sic protulit propter rationes supra positas.

Quomodo est verum, quòd paterfamilias non faciebat iniuriam huic. Quest. XXXIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd paterfamilias non faciebat iniuriam huic. Dicendum, quòd siue accipiatur quantum ad parabolam: siue quantum ad sensum parabolæ: est verum quod nõ fiebat iniuria aliqua. De primo patet. nam paterfamilias poterat cum omnibus operariis habere se iustè solùm dando vnicuique quantum ei debitum erat. Et ita primis dedisset denarium: cęteris verò dedisset minus quàm denarium: singulis secundùm proportionem partium diei, quibus operati fuerant ad partes denarij. voluit autem nouissimis, & intermediis dare denarium faciendo eis beneficium: sicut potuisset

F etiam eis dare, si nihil in vinea fuissent operati. primis autem voluit quãtum iustum erat dare, & nihil vltra: ideo primis fecit beneficium, secundis, idest eis, qui venerant primo mane non fecit iniuriam. Et ita ostẽdit dicens: nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est: quasi dicat nihil plus cõuenisti mecum: ideo non teneor tibi aliquid vltra. Quantum ad sensum parabolæ etiam est verum, quòd Deus nõ faciebat eis iniuriam, idest sanctis primis, qui murmurasse dicuntur, quòd non acceperunt plusquam denarium. Nam illi acceperunt quantum cum eis conuentum erat, scilicet vitam æternam. Et de illa tantum gradum, quantum meruerant. Imò manifestius apparet hic, quàm in patrefam. nam paterfam.

G primis operariis dedit solum quod debitum erat, aliis vltra debitum: Deus autem in vita æterna omnibus dat solùm quantum meruerũt, & si aliquid dat vltra meritum sanctis noui testamenti in vita ætena, etiam dat sanctis veteris testamenti: cùm nõ sint condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Accipiendo autem mereri de congruo, nemo accipit plus in vita ęterna, quàm meruerit: Et quantum ad hoc non est aliquis fauor potius istis quàm illis: ideo est magna dissimilitudo: Et quantum ad hoc non potest esse color aliquis querelę sanctis antiquis. sicut fuit primis operariis contra patremfam. Accipiẽdo autem querelam eorum, quod tolerauerunt pondus diei, idest labores eorum fie-

H bant eis intolerabiliores quia, longe erat finis mundi, vt dictum est supra, non fiebat eis iniuria: quia hoc erat ꝙ cito nati essent, & tamen ꝙ Deus nos tali tempore aut tali nasci fecerit, non est iniuria: quia nõ erat alicui debitum, quòd tali tempore aut tali produceretur, ita quod faciendo eum nasci alio tempore iniuria ei fieret. Et si dicatur, quòd difficiliores erant eis operationes quàm nobis. Non perdiderunt mercedem suam, quia quãto essent difficiliores, essent magis meritoriæ cęteris paribus, i. supposito, quòd ab ęquali charitate fierent: & ita acciperent maiorem retributionem. Si autem sit querela, quòd sustinuerunt pondus diei, idest grauiora mandata quàm sancti, qui erãt in nouo testamento, non fit eis iniuria: quia licèt ve-

I tus testamentum quantum ad aliquid habebat grauiora mandata: tamen quantum ad aliquid nouum testamentum est difficilius obseruatione. Sed adhuc dato, quòd simpliciter vetus testamentum esset difficilioris obseruationis, non fieret eis iniuria, quia quanto maiora sustinerent, tanto abundantiorem acciperent retributionem. Si verò pondus diei & æstus sit ꝑ longa tempora sustinere labores: sicut dicit Gregor. pondus diei, & æstus ferre, est per lõgioris vitę tempora carnis siue calore fatigari. Et ita querela illorũ sit, quòd longiori tempore viuerent quam nos, & cum toto illo in cultu Dei manerent, videbatur iniuria, ꝙ non plus quàm eos reciperent qui breuiori tempore viuerent: non tamen erat iniustum, quia quantum

K plus laborarent tanto plus reciperent de retributione. Aliter potest dici, quod isti, qui conquerebantur non essent sancti, sed Iudæi ad Christum conuersi in Ecclesia primitiua, qui murmurabant de æqualitate conuersorum de gentilitate ad eos. In duobus enim conquerebantur conuersi de Iudaismo. Primum erat quia gentes vocabantur ad fidem Christi, & fiebant participes gratiarum spiritualium. Secundum erat, quòd in prælationibus, & dignitatibus spiritualibus ęquales fierent. De primo patet: nam Christus erat de semine Patriarcharum, & Iudęis promissus, & non gentilibus. Nulli enim gentili promisit Deus, quod mitteret Saluatorem mundi. Et ob hoc credebant Iudæi, quòd Gentiles non erant vocandi, neque reci-

piendi

piendi ad legem Christi, neque communicaret Deus eis gratiam redemptionis factę per Chr stum. Et ideo quando viderunt quòd Deus diffundebat gratiam suam in illos, faciendo quòd etiam illi loquerentur variis linguis, & caderet super eos Spiritussanctus, admirati sunt. Actu. 10. cap. Nam Petrus stans in estasi, quando audiuit vocem allatam ad se, quòd manducaret de animalibus, quæ erant in linteo, & erant immunda, horruit, & dixit: Absit domine, quoniam commune & immundum nunquam manducaui. Et dictum est ei, quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris: etiam intellligebatur de incorporatione Gētilium ad finem: & apparet ex sequentibus eo. cap. nā qñ iubente angelo iuit Petrus ad Cornelium, dixit ad eos, qui conuenerant: vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudęo coniungi aut accedere ad alienigenam: & tamen ostendit mihi dominus neminem cōmunem, aut immundum dicere hominem. Et propter istam ęqualitatem, quia Deus vocabat ad se gentiles sicut & Iudęos, & effundebat super illos spiritum sanctum sicut super Apostolos qui iudęi erant, murmurauerunt multi conuersi de Iudęis ad Christum contra Petrum. Cùm enim Petro prędicante coram Cornelio & aliis, cecidisset Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum Actu. 10. cap. dixit Petrus: nunquid & aquam prohibire quis potest, vt non Baptizentur hi, qui Spiritū Sanctum acceperunt, sicut & nos? cum verò rediisset in Hierusalem disceptabāt grauiter accusantes eum, qui erant ex circuncisione dicentes: quare introisti ad viros preputium habentes & manducasti cum illis? Petrus vero multis excusationibus indiguit, vt eos placatos redderet. Vehementer enim commoti erant, & enarrato toto processu conclusit: Cùm autem cępissem loqui, cecidit Spiritus super eos, sicut & in nos in initio. Si ergo eandem gratiam dedit Deus illis, sicut & in nobis, qui credidim⁹ in dñm Iesum Christum, ego quis eram qui posse̅ ꝓhibere Deum. Actu. 11. cap. & sequitur: His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes: Ergo & gentibus Deus pęnitentiam ad vitam dedit. Alia murmuratio erat circa temporalem dignitatem, vel habitudinem. Nam etiam si Gentiles vocarentur ad legem Christi, putabant Iudæi, ꝙ futuri essent minores, q̄ conuerti de Iudæis: sicut in veteri lege, qui conuertebantur de gentibus minores erant Iudęis in multis. Et aduenę vel proselyti vocabantur, & in populo nullum principatum exercebant, vt tactum est Deut. 23. cap. in lege autem Christi nulla fuit talis differentia, sed omnes erant ęquales: quia omnes iusserat Christus esse fratres, & vocari fratres, infra 23. ca. ideo murmurabant interdum conuersi de Iudęis. sicut inter Romanos erat cōtentio inter conuersos de Iudęis, & conuersos de Gentilibus: quibusdam se præponere aliis volentibus: quam contentionem Apostolus tollit per totam Epistolam ad Romanos, vtrosque ostendens imperfectos, & indiguisse gratia mediatoris: & tamen nihilominus conuersi de Iudaismo nitebātur se pręponere conuersis de gentilitate quasi honorabiliores existentes. Ita ꝙ interdū conuersi de Gentilibus nō potentes tolerare contenderent contra conuersos de Iudæis. Sic patet Act. 6. scilicet. In illo tempore crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Iudæos, eo ꝙ despicerent in ministerio quotidiano viduę eorum, idest non prouidebatur ita abundanter in cibo illis sicut conuersis de Iudæis, quasi illi essent digniores. Et secundùm hoc posset tota litera exponi ab illo loco, scilicet cùm sero factum esset, idest cum venisset tempus Christi quod vocatur sero, scilicet dies nouissimi. Isa. 2. & Micheæ 4. ca. & Ioannes dixit: Filioli hora nouissima hęc est. 1. Io. 2. cap. Apostolus quoque 2. ad Corin. 10. cap. dixit nos esse, in quos fines sæculorum deuenerunt. Dixit dominus, idest tota Trinitas procuratori suo, idest Christo inquantum homo: qui inquantum homo est minor tota trinitate. Voca operarios, idest voca Iudęos, & Gentes ad colendum vineam noui testamenti. Et redde eis mercedem suam Licèt n. merces propriè sit in vita æterna: tamen gratia, quæ hic datur, pōt vocari quædam merces inquantum gloria, quæ est propriè merces est quædam gratia cōsummata: sed gloriam meremur, gratiam aūt non, saltem primam gratiam. Da ergo eis mercedem, idest gratiam vel statum manendi in ecclesia. Cùm venissent aūt, qui circa vndecimam horam venerant, s. gen-
B tiles, qui conuertebantur ad Christum, acceperunt singulos denarios. i. gratias spirituales, quæ sunt quædam arrha futuræ glorię: quæ per denarium designatur. Venientes autem primi, idest Iudæi conuersi, qui fuerant primi, scilicet quia iam ēt in veteri testamento Deum coluerant, arbitrati sunt, ꝙ plus essent accepturi, scilicet ꝙ de gratiis spiritualibus, & de statu temporalia plus acciperent q̄ conuersi de gentilitate: acceperunt aūt & ipsi singulos denarios, idest tantum de spirituali gratia, & honore temporali solùm quantum conuersi de gentilibus, & accipientes murmurabant qui talem Ecclesiam suam instituerat. Sed dicendum quòd non fiebat iniuria aliqua eis. Nam etiam conuersis de Iudæis fecerat Christus gratiam: cùm eos ad
C legem suam vocasset: quia multi manserant increduli. Quod etiam effuderit in eos Spiritum Sanctum abundè, non fuit ex operibus iustitiæ, quæ fecissent Iudæi, sed ex misericordia Christi, vt Apostolus dicit. Quod ergo eandem misericordiam pręstaret gentib⁹ vocando eas ad pęnitentiam, sicut ipsos vocauerat Actu. 11. non faciebat eis iniuriam. De ęqualitate etiā status temporalis nulla fiebat iniuria conuersis de circuncisione: quia illi non meruerant aliquem honorem super gentiles, vt eis præferri deberent, vt ōdit Apostolus per totam epistolam ad Roma. potissimè quia lex Christi quæ docet omnem humilitatem, vitat istum modum voluntarię prelationis: potius monens subditos nos esse omni creaturę propter Deum 1. Pe.
D 2. cap. & Ro. 12. cap. honore vos inuicem pręuenientes: iō non querebantur iustè isti de Christo neque de Petro: & quantum ad murmurationem multum conuenit ista expositio: licet quantū ad ceteras partes literę magis cōuenit expositio quam sup. tradidimus.

Quare dixit paterfamilias: Volo, & huic nouissimo dare sicut & tibi. Et quis erat ille nouissimus.
Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR, quare dixit paterfamilias. Volo & huic nouissimo dare sicut & tibi. Et quis erat ille nouissimus.

Dicendum, quòd in hoc ostendit paterfamilias iustitiam suam, & iustitię causam. Ad hoc enim, quòd
E quis de suo det alteri, & non, iniustè non requiritur quòd præcedat aliqua causa meritoria, sed sola voluntas sufficit: ideo dixit volo idest non queras aliam causam à me, nisi quia volo, facere: quia sicut in opere iusto opus meritorium est causa eius quod datur: ita in opere liberali sola voluntas est sufficiens causa. Ita quātum ad vocationem ad fidem, & in collatione ad gratiam sola voluntas est causa: quia sine pęnitentia sunt gratia, & vocationes. ad Ro. 11. cap. & ita quòd Deus dirigat aliquem per viam vitæ æternæ, non est petenda causa, sed solùm, quòd ipse vult. Non enim potest aliquis ire per viam illam, nisi ipse traxerit eum. Ioā. 6. ca. Non potest aliquis ad me venire, nisi pater

meus

meus traxerit eum. Aug. autem super illo verbo dicit. Quare hunc trahat, & illum non trahat, dimitte quærere, si non vis errare. Et Gregorius dicit: Quia ipsa regni perceptio eius est bonitas voluntatis, rectè subiungitur: aut non licet mihi, quod volo facere? stulta est.n. qō hoīs contra Dei bonitatem murmurare. Conquerendū quippe, esset non si dat quod non debet: sed si non daret, quod deberet. Cùm autem q̄ritur quis ille erat nouissimus. Dicendum quantum ad parabolam ꝙ per vnum nouissimum intelliguntur omnes, & non erat ille aliquis designatus. Vel potest dici, ꝙ fortè erat aliquis, quem occurrit propinquiorē inueniri patrifamilias quādo loquebatur contra murmuratorem: & ideo in illo posuit exemplum. Quantum ad sensum parabolæ eodem modo dicendum, quòd per illum vnum designantur omnes sancti noui testamenti, qui nouissimi sunt, vt dictum est præceden. quæst. Aliqui autem volunt, ꝙ iste nouissimus sit Paulus, qui de seipso dixit: nouissimè tanquam abortiuo visus est mihi. 1. Corin. 15. cap. & iste non minus accepit quàm cęteri Apostoli, qui primò fuerāt: imò fortassis plusquam multi illorum, quia vt ipse ait: plus omnibus laborauit. Et hoc tenet Origenes dicēs: Non incredibiliter potest quis arbitrari hunc nouissimum esse Apostolum Paulum, qui vna hora operatus est, & excessit omnes, qui ante eum fuerunt.

Quomodo stat quod dicitur: Oculus tuus nequam est, ego autem bonus sum. Quæst. XXXV.

QVAERETVR, quomodo stat, quod dicitur Oculus tuus nequam est, ego autem bonus sū: nam non videtur conuenire parabolę.

Dicendum quòd quantum ad parabolam, planum est: nam primi, qui murmurabant eo quod paterfamilias dederat nouissimis denarium, inuidi erant. Nō enim dolebant, quòd eis daretur minus debito, sed quòd alijs plus debito daretur. Nam dixerunt, pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei. Sed inuidus habet oculum nequam: quia cupit videre mala proximorum: & non potest sustinere videre bona illorum: ideo rectè dictum est, quòd oculus eius esset nequam. Sic dicit Chrys. Non autem dolebant quasi fraudati de mercede: sed quòd illi amplius quàm merebantur acceperant. Sic enim dolent inuidi, quando aliquid alteri additur quasi eis subtrahatur. Ex quo patet, quòd ex vana Gloria nascitur inuidia: ideo enim dolet esse secundus, quia desiderat esse prior: de se aūt dixit paterfamilias: Ego bonus sum, idest liberalis, & iustus. Nam circa eos, qui primo mane venerunt iustus exstitit: circa alios verò liberalis. Circa sensum parabolę non oportebat istud applicari: nam sancti in vita æterna non sunt inuidi, sicut dicit Augustinus in homilia, quòd inuidere fas non est eis, qui ita perfecti sunt, vt à sponso recipiantur. Sed intelligendo murmurationem istam de Iudęis conuersis ad Christum, vt expositum est supra, satis stat, quòd oculi illorum nequam erant: quia contendebant, & ęmulabantur contra conuersos de Gentilitate: & ita oculi eorum erant nequam. Sic dicit Remigius. Per oculum enim vult intentionem intelligi: iudęi nequam oculum nequam habuerunt: idest intentionem malā: quia de salute gentium dolebant.

Quomodo dicitur: Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR, quomodo dicitur: Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Aliqui dicunt, quod refertur ad solutionis tempus. non solùm

F enim nouissimi acceperunt denarium sicut primi, in
quo erāt ęquales eis, sed etiā prius eis quàm primis so-
lutum est pretium. Nam à nouissimis vsque ad pri-
mos iussit incipi solutionem paterfamilias, vt patet
supra in litera. Sed dicendum, quòd non stat, quia
istud esset, si posset ista litera referri ad factum patrisfa-
milias quantum ad operarios: sed non potest quia nō
est pars parabolæ, sed est verbum Christi post finitam
parabolam, in quo ostendit ad quid induxerit parabo-
lam: cùm ergo non dixerit paterfamilias, sic erunt no-
uissimi primi, & primi nouissimi, sed Christus illud
dixit: non potest referri ad ad solutionem operario-
rum factam à patrefamilias: sed necesse est referri ad
regnum cęlorum. Alij ergo dicunt, quòd intelligi-
G tur de comparatione Iudęorum ad nos, qui putaue-
runt se futuros caput in nouo testamento, & nos pe-
des eorum. Factum est autem è contrario, vt nos ca-
put, & ipsi existant pedes. Sic dicit Remigius. Sic erūt
primi nouissimi, & nouissimi primi, co.s. quòd Iudęi
de capite vertantur in caudam, & nos de cauda muta-
mur in caput: non est tamen intelligendum de Iudę-
is, qui manēt extra fidem Christi, quia illi non solùm
facti sunt cauda, immo & scabellum pedum, & tamē
illi ad regnum cęlorum non pertinent: sed isti, de qui-
bus dicitur, quòd sunt nouissimi, & primi, pertinēt ad
regnum cęlorum: quia soluitur eis merces, & datur
retributio: ergo debet intelligi de Iudęis conuersis ad
Christum: sed illi quomodo efficiantur cauda, vel
H posteriora nō apparet: quia Christus nos æquales om-
nes constituit, qui fratres esse voluit. infra 23. cap. Dicē-
dū ergo aliter est, vno modo, quod primi tēpore sunt
nouissimi in retributione: non quidem in tempore ac-
cipiendi retributionem: quia qui prius decedit prius
retributionem accipit. Sed primi in tempore effi-
ciuntur nouissimi. i. minores in retributione: quia mi-
nus accipiunt de gradu vitę ęternę, eo quod sancti no-
ui testamenti fuerūt excelsiores meritis quàm sancti
antiqui, & nouissimi, idest sancti noui testamenti, q̄
posteriores tempore fuerunt. efficiuntur primi. i. ma-
ximi in retributione: Et iste sensus satis conuenit: li-
cèt in veritate non præstetur fauor alicui circa hoc:
sed ei, qui plus meruit maiora dātur: siue sit de sanctis
I antiquis siue de nouis. Aliter etiam potest dici, quòd
erunt primi nouissimi primi: non quidem, ꝙ primi
efficiantur nouissimi. i. minores eis, qui prius erāt no-
uissimi, & qui nouissimi erant efficiantur primi. i. prio-
res q̄ illi, qui ante fuerant primi. Sed efficiuntur pri-
mi nouissimi. i. similes nouissimis: vel sicut nouissimi.
s. non maiores eis: & nouissimi efficiuntur primi, idest
sicut primi, siue ęquales primis, & non maiores eis, sci-
licet quia omnes ęqualem retributionē accipere pos-
sunt, si ęqualiter laborauerunt: & non nocet his fuis-
se tempore posteriores ad merendum: neque alijs pro-
dest fuisse tempore priores: cū non tpis ordo, sed me-
ritorum proportio attendatur. Sic dicit Chry. Iō dicit
primos futuros nouissimos & nouissimos primos, nō
K vt nouissimi digniores sint q̄ primi: sed vt coęquētur,
& nulla sit inter eos differentia tpis causa. Et iste est
sensus conueniens: licèt alij sensus conuenientes assi-
gnati fuerint supra in expositione literę. Incitat āt ista
parabola eos, qui tota vita seruiētes vanitatibus sęculi
ad finem Deo adhærere volunt, ne desperēt se ex hoc
fructum consequi posse, quia eis, qui à principio iu-
uentutis colere cæperunt & permanserunt poterunt
æquales fieri: eos quoque iuuat, q aliqn̄ coluerunt, &
postea cadentes abierunt retrorsum. Nam si aliqn̄ re-
deant, nō est eis desperandum. Sic dicit Chry. Quod
dicit, erunt primi nouissimi, eos occultè insinuat, q à
principio claruerunt, & postea virtutem contempse-
runt: & rursus eos, qui à malitia reducti sunt, & mul-

tos

tos superexcesserunt. Composita est ergo hęc parabola, vt eos auidiores faceret, qui in vltima senectute conuertuntur, ne existimarent se minus aliquid habituros. Et licèt ista parabola omnes incitet ad cultum Dei: siue eos, qui nunquam vsque ad senectutē co-luerunt, sed vitiis dediti erant: qm̄ Deum nemo illis p̄dicauerat, aut sufficienter eos ad bonum induxerat: & in senectute colere eum volunt: siue eos, qui aliqñ colētes spōte abierunt retrorsum post sæculum, & concupiscentias: & volunt tandem saltem in extrema senectute redire. Nam etiam his non est neganda spes retributionis: facilius tñ cum illis fit, qui nunquā Deum agnouerant neque coluerunt. Sic dicit Origenes. Nō autem dicetur, quid statis tota die ociosi his, qui Spiritu incipientes, carne consumuntur: si postea regredi volunt vt iterum spiritu viuant: quod non dicimus dissuadentes, ne ad domum paternam reuertantur lasciui filij, qui viuendo luxuriosè euangelicæ doctrinę substātiam consumpserunt: sed qm̄ non similes sunt eis, qui peccauerunt in iuuentute sua, cùm nondum didicissent quæ fidei erant. Alij volunt intelligere, accipiendo per ista horas conductionis nō quidem diuersas ætates sęculi, sed diuersas ætates eiusdem hominis, in quibus fiunt vocationes ad gratiam: & tunc fiunt primi nouissimi, & nouissimi primi, qñ contingit, ꝙ illi, qui posterius vocati sint, moriantur prius, & accipiant prius retributionem, licèt non maiorem. Sic dicit Grego. Qui ergo vsque ad vltimam ætatem Deo viuere neglexerunt, vsque ad horā vndecimam ociosi steterunt: & tñ tales paterfamilias vocat, & plerunque ante remunerantur: quia prius de corpore ad regnum exeunt, quàm hi, qui in pueritia vocati esse videbantur. Iste sensus licet sit conueniēs quia tamen est de eo, quod est accidentale, magis conueniunt præcedentes sensus.

Quare dicitur, multi sunt vocati pauci vero electi. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR, quare dicitur, multi sunt vocati pauci verò electi. Aliqui dicunt, ꝙ ista sententia coincidit cum superiori, aut dependet ex illa. Dixerat.n. ꝙ illi, qui venerunt primo mane acceperunt solùm quantum illi qui venerunt in vndecima hora. Diceret aūt aliquis, quō isti, qui plus laborauerunt, nō acceperunt plus? Respondetur, quia pauci sunt electi: licèt multi sunt vocati, i. illi non fuerunt de electis: ideo licet vocati fuerunt, non acceperunt plusquam qui in vndecima hora venerunt. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia tunc pertineret hoc ad increpationē illorum, q primo mane venerant, quasi non bene laborassent: & tñ non increpantur de hoc, cùm potius illi se laudauerint, ꝙ sustinuerant pondus diei & ęstus: & paterfamilias non obiecerit ꝯtra hoc. Secundò qa non pertinet ad sensum parabolę. Nam oēs qui sunt in vita æterna, electi sunt, licèt quidā alijs beatiores: & tñ dicitur hic, ꝙ multi sunt, q nō sunt electi: ergo nō intelligitur de illis, q primo mane venerūt: cùm oēs dicantur recepisse mercedē. Tertiò, & principaliter, qa dicitur: multi sunt vocati, pauci vero electi, & ita de illa multitudine aliqui sunt boni, & alij non: tñ oēs, qui primo mane venerāt laborauerunt, & ęqualē mercedē acceperūt, & nemo de illis increpat̄: ergo non intelligitur de illis. Dicendū ergo, ꝙ ponit ad tollendum dubium: qa cū laudasset nouissimos, ꝙ reciperēt ęqualem mercedem cū primis: & isti nouissimi intelligebant oēs, q cōuertebantur tpe Christi, vel postea conuerterentur ad doctrinam eius: putaret aliquis, ꝙ omnes, q conuertebantur saluarentur eo ipso, ꝙ cōuertebantur: Christus autem dicit, ꝙ non: sed multi de conuersis perirent. Nam aliqui conuersi non viuerent s̄m veritatem Euangelicam, & isti perirent: & tamen isti vocati sunt. Nam nemo pōt conuerti ad fidē Christi nisi à Deo vocatus, qa cōuerti ad fidē est venire ad Christum: & tñ ipse dicit Io. 6. c. Nemo pōt ad me venire, nisi pater meus traxerit eum: istud aūt trahere est vocari, quia principium oīs boni est vocatio. Ideo verū est, ꝙ multi erāt vocati, q non erant electi, scilicet q vltimatę nō consequerentur beatitudinem. Secundò dr̄ hoc ad immittendū quādam solicitudinē credētibus, vt nō crederent, ꝙ eo ipso ꝙ ad Christū cōuersi erant, saluādi erāt, ēt si ab eo vocati essent, vt Apostoli vel discipuli eius: qa tūc fierent pigri ad operandū quasi certi de beatitudine sua, quod erat inconueniens. Nā tūc Iudam, q vocatus fuerat, cū eēt Apostolus, credere deberemus saluandū: ille aūt erat de vocatis, & nō de electis. Tertiò dicebatur, vt non videretur istud dictum suum discordare aliis præcedentibus dictis eius: nam dixerat ante hoc Io. 6. Ego duodecim elegi vos, & vnus ex vobis diabolus est: & tñ si oēs saluandi essent, nō esset aliquis eorum diabulus: ergo non erant oēs saluandi, qui vocati erant. Nam Iudas vocatus erat, & à Deo tractus ad Christū. sic patet Io. 16. cap. pater sancte serua eos, quos dedisti mihi in nomine tuo, cùm essem cū eis, seruabam illos, & nemo periit ex his nisi filius pditionis, idest Iudas, & ita ille datus erat Christo à Deo. & hoc erat eum esse vocatum. Si autem obiciatur quòd erat electus: quia dicitur Io. 6. ego duodecim elegi vos. electi autem non pereunt. Dicendum, ꝙ intelligitur de electione ad Apostolatum, quę est electio ex tempore quando ascendit in montem, & elegit quos voluit, & fecit vt essent duodecim, Luc. 6. ca. Alia vero est electio ad vitam æternam, quæ coincidit cum prędestinatione, & simul sunt. ad Ephe. 1. ca. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sācti & immaculati in conspectu eius in charitate, quādo prædestinauit nos in adoptionē filiorum per Iesū Christum in ipsum secūdum propositum voluntatis suę: electio autem Iudæ fuit ad Apostolatum, & nō ad beatitudinem. Nam dicitur Io. 6. ego duodecim elegi vos, idest duodecim Apostolos: nam electio ad beatitudinem multorum est, Iudas autem non erat electus ad beatitudinem, idest prædestinat⁹, vt dicitur Ioa. 13. Beati eritis, si feceritis. Et sequitur; non de omnibus hoc dico: ego scio, quos elegerim. Et ita videtur, quod non erant futuri beati omnes illi duodecim, ad quos loquebatur: & statim ostenditur ibi, ꝙ propter Iudam fiebat ista exceptio. Quartò potest hoc dictum esse ad propositum de iuuene diuite, qui ad Christum venerat petens vitam æternam præcedenti cap. Nam tota parabola ista introducta fuit ad confirmandum sententiam quandam, quæ posita fuerat in fine precedentis cap. scilicet multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et statim post istam adiuncta fuit ista parabola, scilicet. Simile est regnum cęlorum hoī patrifamilias &c. & tñ illa sententia fuerant introducta propter iuuenem diuitē, vt ibi ostensum est: ideo & ista, quę est conclusio istius parabolę, erit ad propositū de iuuene. s. multi sunt vocati, qui non sunt electi. Nam iuuenis ille vocatus fuerat à Deo: & ideo ardenter venerat ad Christum petens: quid faciendo vitam ęternam possideret: & tamē non erat electus: ideo retrocessit: & ita de multis alijs innuere volebat, quòd ad fidem conuerterentur: & tamen vel non permanerent in ea, vel non operarentur licèt, crederent: & isti non haberent vitam ęternam.

Quid sit ad fidē cōuerti.

Principiū oīs boni ē vocatio.

Et ascendens Iesus Ierosolimam, assumpsit duodecim Discipulos secreto, & ait illis.

lis: Ecce ascendimus Ierosolimam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

Et ascendens. Hic ponitur secundum huius capituli iuxta diuisionem supra factam .s. secunda virtus prælatorum, idest vigor ad tolerandũ martyrium si oportuerit pro grege sibi commisso. Et hoc docet per exẽplum sui, qui voluntariè iuit in Ierusalem ad sustinendum mortem pro salute mundi. Vnde Grego. super illud Io. 10. cap. scilicet ego sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis: de se & aliis prælatis dicit. in hoc ostensa est nobis via, quam sequamur: iuxta literam est continuatio secundum tempus, vt dicetur sequenti quęst. & dicitur. *Et ascendens Iesus*. Scilicet de loco, in quo erat iuxta Iordanem eundo versus Ierusalem erat ascendere. *Ierosolimam*. Nunc ibat illuc, vt cõsummarentur ibi de eo omnia quę scripta erant, vt colligitur statim in litera. Et dicitur Luc. 18. cap. *Assumpsit duodecim discipulos secreto*. Non intelligitur, quod eos assumpsit ad ambulandum in via: quia per viam multi alij ibant cum eo: & vocantur hic discipuli ipsi Apostoli. Nam discipuli plures erant quàm duodecim: & ibant cũ eo, & si qui de discipulis supererant, & etiam copiosa turba, quę circundabat eum, ita vt vix posset videri. Quod patet: quia quando nunc ibat per viam, & transiuit per Ierícho, vt dicitur infra in litera, voluit Zachęus, qui pusillus erat, videre eum: & non poterat prę turba: ideo ascendit in arborem sicomorum. Luc. 19. ca. Sed assumpsit illos, idest segregauit à turba ad loquendum eis secretè ea, quæ sequuntur, vt patet ex litera, s. assumpsit duodecim discipulos suos secretè, idest seorsum a turbis, vt nemo alius audiret nisi illi, quos ipse volebat scire rem. *Et ait illis*. Ea quæ sequuntur. *Ecce ascendimus*. Attentos eos reddit, quasi dicat, non putetis, quòd nunc in vanum, vel ex causa leui vadam in Ierusalem, vel vadam solùm ad prædicandum, sicut soleo discurrere per alia loca, sed vado illuc, vt fiant ista, quæ dico. *Ierosolimam*. Idem est quod Ierusalem, sed pertinet ad formam Latinę declinationis. Etiam venit ex alia compositione: nam locus ille vocatur interdum Solima iuxta illud.

Solima, Luza, Bethel, Ierosolima: Iebusque:
Vrbs sacra Ierusalem dicitur, atque Salem;

Vt declaratum est Gen. 12. & 28. capi. & dicitur de Ierusalem, quia non erant consumanda in alio loco ea, quæ pertinebant ad passionẽ Christi nisi in Ierusalem. sic ipse dixit Luc. decimotertio capit. Non capit propheta perire extra Ierusalem, idest non est possibile Messiam, qui est propheta magnus, perire extra Ierusalem, idest pati & occidi. *Et filius hominis tradetur*. Idest ego tradar. Seipsum enim vocat filium hominis: quia de seipso communiter loquitur quasi de altero. Et dicitur: tradetur, quia à discipulo traditus est: ipse enim eum vendidit, & opportunitatem quæsiuit, vt traderet eum: quia venditor debet tradere emptori possessionem rei venditæ. Sic dicitur infra 26. ca. & exinde quęrebat opportunitatem, vt eum traderet. *Principibus sacerdotum*. Vnus erat princeps sacerdotum, qui vocabatur summus sacerdos, vel Pontifex, vt colligitur Leu. 21. ca. & tamen interdum vocantur multi principes sacerdotum. De quo dicetur

Annas, & Caiphas fuere duo principes sacerdotũ in Christi passione.

F Luc. 3. cap. fuerunt enim in passione Christi saltem duo principes sacerdotum, scilicet Annas, & Caiphas. Io. 18. sed solus Cayphas erat Pontifex anni illius Io. 11. capitu. *Et scribis*. Vocantur scribæ doctores legis: erat enim officium eorum interpretari legem, & docere. Sic dicitur infra 23. cap. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi: quæcunque dixerint vobis, facite: & quæcunque docuerint. Et ideo vbi aliqui euangelistæ dicunt interdum scribas: alij dicunt doctores legis, vt patet supra 9. cap. vbi dixit Matthæus Scribas esse, qui dixerunt Christum blasphemasse: quando dixit: Remittuntur tibi peccata tua. Et Luc. 5. vocantur doctores legis: ideo dabatur istis magna auctoritas potissimè circa iudicia, & fidem. Et ita in morte
G Christi ipsi fuerunt de præcipuis, qui dixerunt eum dignum morte. *Et condemnabunt eum morte*. Nõ est sensus quòd cõdemnauerint eum ad mortem, idest iusserint eum occidi: quia hoc solus Pilatus fecit. infra 26. & Io. 19. cap. & Iudæis non licebat cõdemnare quemquam ad mortem: quia Romani hoc vetuerant. Sic ipsi dixerunt Io. 18. Nobis non licet interficere quemquam. sed intelligitur, quòd condemnauerunt eum morte, idest diffinierunt inter se eum esse reũ mortis: & tanquam talem tulerunt ad Pilatum, vt eum occideret. Sic patet infra 26. & Mar. 14. dicitur, quòd omnes cõdemnauerunt eum esse reum mortis. Ante istam. n. condemnationem inter eos habitam nequaquam ducerent ad Pilatum, vt occideret. Sed facta ista cõdem-
H natione, surrexit tota multitudo illorum, & duxit eũ ad Pilatum. Mar. 14. & Luc. 23. & ita Pilato quærente, quam accusationem afferrent aduersus eum, dixerũt: si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Io. 18. *Et tradent eum gentibus*. Scilicet post condemnationem, quàm Iudæi de Christo fecerunt inter se, tradiderunt eum gentibus, i. Pilato qui Gentilis erat, & præses nomine Romanorum, & ministris suis. Nã Pilatus tradidit eum ministris, s. Centurioni, qui congregauit vniuersam cohortem ad executionem mortis Christi. *Ad deludendum*. Non importat causam finalem ista dictio, Ad, hic, sed solũ consecutionem. Non enim tradebant Iudæi Christum Pilato, vt deluderetur, sed occideretur. Quod autem deluderetur nõ
I intendebant ipsi. Nam quicquid circa eum fieret, dũ tamen occideretur, non curabãt. Sed ita accidit, quòd tradito Christo gentibus per Iudęos delusus est. Istud fuit, quòd indueretur veste purpurea, & ponerẽt arundo in manu eius, & spinea corona in capite, & percuteretur dicendo Aue Rex Iudęorum. inf. 26. & Marc. 15. cap. *Et flagellandum*. Etiam non fuit traditus ad flagellandum: sed ita accidit, quòd flagellatus est. *Et crucifigendum*. Ad hoc enim tradiderunt eum, quia istud expresse petiuerunt sæpe clamantes, vt crucifigeretur. Ioann. decimonono capit. *Et tertia die resurget*. Scilicet omnia pręcedentia fient in eo: & cùm fuerit crucifixus, morietur. Et tamen non manebit diu mortuus, sed tertia die resurget, sicut & factum est. infra
K 28. capit.

An ista sint continuata ad præcedentia, & an statim post illa facta fuerint. Quęst. XXXVIII.

QVAERETVR, an ista sint cõtinuata ad pręcedentia: & an statim post illa facta fuerint, vel interposito aliquanto tempore.

Ad primum dicendum, quòd ordo continuus est. Quod patet, quia semper est credendum, quòd narrationes tenent ordines rerum gestarum: nisi cùm constiterit quòd deuiant ab illo. Hic tamen non constat de anticipatione, neque de recapitulatione, ideo cre-

credendum quod est ordo continuatus. Secundo, & præcipue quia Matthæus, Marcus, & Lucas, qui soli istud referunt, tenent istum ordinem: nam post præcedentia statim istud subiiciunt. Et tamen Marcus & Lucas aliqualiter à Matthæo deuiant, quia statim post illam sententiam, quæ habetur in fine præcedentis capitu. de eo, qui dimiserit patrem, & matrem, & agros & cętera, subiiciunt istam narrationem de Christo eũte Ierosolimam. Matthæus autem interposuit parabolam de cultoribus vineę. Et ratio est quia in veritate Christus postquam dixit, quod qui dimitteret patrẽ, & matrem, & agros &c. subdidit: multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. quod Matthæus & Mar. exprimunt: ad cõfirmationẽ autem illius sentẽtię subdidit istam parabolam de operariis vineę, quam Marcus & Lucas tacuerunt, & solus Matthęus expressit: ad exprimendum autem nullus fuit locus, in quo deberet poni nisi hic: ideo statim post illa addendũ fuit de ascensu in Ierusalem, vt teneret Matthæus eundem ordinem, quem cæteri euangelistæ. Nam si illi istam parabolam alicuibi inserere voluissent: in nulloloco posuissent nisi hic: & ita istud continuatum est ad pręcedentia.

Ad secundum dicendum, quòd istud fuit factum statim post pcedentia. Nam nunc qñ Christus istud fecit, veniebat de Galilęa, vt iret in Ierusalem. Sic enim dixerat de morte sua supra 17. cap. & ad illam consummandam veniebat de Galilęa in Ierusalem. Erant autem circa Iordanem nunc, vt patet supra pręce. ca. & ibi dixit omnia, & egit omnia, quę habentur pręc. cap. Et infra in litera dicitur, quòd venit in regionem Iericho: & tamen Iericho non longe distat à Iordane: ideo inter ista, quæ habentur hic, & supra in litera, non videntur aliqua fuisse interposita, pręcipuę qa omnes tres euangelistæ istud referentes nihil interponunt. Sic continuat ista Chry. dicẽs Dominus à Galilæa veniens non repente Ierosolimam ascendit: sed primũ miracula fecit: Phariseos confutauit: & discipulos de vitæ perfectione, & remuneratione instruxit. Nunc iam ascẽsurus Ierusalem rursus eis de passione loquitur.

Quare ascendit nunc in Ierusalem Christus.
Quæst. XXXIX.

QVAERETVR, quare ascendit nunc in Ierusalem. Dicendum, quòd Christus voluit complere mysteria passionis suę, & tamen extra Ierusalem non poterant illa consummari: ideo illuc debuit ire. Sic ipse dixit Luc. 13. ca. Non capit prophetam perire extra Ierusalem. i. non est possibile, quod occidatur Messias extra Ierusalẽ, qui est caput prophetarũ: ideo oportebat, quòd vel ipse iret illuc, vel ab alio traheretur, vt aliquando hæc consummarentur. Non decuit autem, quod traheretur ab alio. Primò quia secundũm veritatem ipse non poterat ab aliquo trahi, nisi sponte iret: quia erat Deus omnipotens. Secundò quia si traheretur, videtur quod per passionem suam nihil aut minus mereretur, quia inuitus tolerabat, & tamen debuit apparere magni meriti: cum ad redemptionem omnium suffecerit. Tertiò ad implendum scripturam: quia dicitur Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit: ideo ipse ad locum pęnę sponte ire debuit. Quarto ad ostendendum nobis diuitias bonitatis suæ, & vt nos sibi maioris amoris debito alligaret: cum sponte veniret ad locum tantæ pęnalitatis sciens omnia, quæ ventura erant super eum. Ioan. decimooctauo. Et illa etiam ipse prædixit, vt appareret, quòd illa sciebat. Nunc autem specialiter venire voluit. Nam ante hoc per terram Galilçæ discurrebat, scili-

A cet, quia tempus diffinitum à tota Trinitate ad explendum mysterium redemptionis nunc implebatur, voluit nunc ire in Ierusalem. Quinta causę potest adhuc addi ad prędictas. Nam Christus in Ierusalem passurus erat, & non alibi: ergo vel oportebat, quòd illuc traheretur, vel quòd ipse sponte iret: non poterat autem trahi: quia nunquam Iudæi curarent trahere eum in Ierusalem, nisi ipse sponte veniret, & eis occasionem daret mortis suæ: ergo necesse fuit, quòd ipse sponte iret.

Quare Christus secreto nunc discipulos assumpsit.
Quæst. XL.

B QVAERETVR, quare assumpsit nunc Christus discipulos secretò. Dicendum, quòd sicut dictum est in expositione literę assumpsit eos, non quidem ad secretè eundum cum illis, quia turba multa ibat cum eo, & iuit postea: ita vt præ turba non posset eum videre Zachęus, nisi ascenderet in arborem sicomorum. Lu. 19. sed assumpsi eos secretò, scilicet ad dicendum eis secretè hæc, quę in litera habentur. Causa autem quare in secreto dixit ista discipulis, fuit vt alij nescirent hæc. Primò quidem, quia res ista erat ardua: & talia nõ sunt publicanda, sed solis fidelissimis. Secũdò qa impediret fortassis passio, Chri: nã si populi audirẽt, quod Christus passurus esset in Ierusalẽ, & illuc iret, dissuaderent ei clamãdo vt illuc nõ iret: & si
C iret conarẽtur ipsi, qui aliqualem zelum bonũ habebãt, impedire ĩ Ierusalẽ, ne hęc fieret. Cũ verò nõ fuit prænunciatum, sed subitò, & quasi ex turbatione quadam mors eius tractata, & petita est, potuit obtinere: quod non potuisset modo humano, si ante hoc aliquanto tempore diuulgata fuisset res ista populis: hoc enim timebant Iudęi dicẽtes de morte Domini: Nõ in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. infra 26. Tertiò quia si hoc audirẽt populares, turbarentur valde, & trepidarent circa fidem: imò quando ipse propinquus suæ passioni dixit, quod oportebat exaltari filium hominis. Io. 12. cap. quod de morte intelligebatur, turbæ dubitauerunt dicentes: nos audiuimus ex lege, quia Chistus in æternum manet: & quomodo
D tu dicis quòd oportet exaltari filium hominis: Si ergo tunc quando non clarè audiebant de morte Christi scandalizabantur: quanto magis scandalizarentur, si apertè eis de morte loqueretur? non enim crederẽt eum esse Messiam, qui moriturus esset: & ita fidem perderent, quam habere cęperant: ideo melius fuit, quòd ignorarent illud. Nunc vero occultata eis re ista non scandalizabantur, & licèt quandiu Christus mortuus esset manserunt increduli etiam ipsi discipuli: tamen statim per apparitiones quas fecit resurgens, fidẽ perditam receperunt: quod non fieret, si viuens diceret publicè de morte sua populo, quia prius quàm moreretur, & crederent, recederent ab eo: & non esset eis postea cura reuertendi: sicut discipuli, quibus visũ
E est verbum durum de manducatione corporis eius: nam abierunt retrorsum: & iam non ambulabant cũ illo, nec apparet, quod redierint: ideo debuit nunc tacere ad non scandalizandum animos hominum in fide. Quartò fiebat propter fęminas, quæ ambulabant cũ Christo ministrantes eis in Galilæa. Mar. 15. & Luc. 8. cap. nam propter teneritudinem harum, si audissent de morte eius, aliquantulũ ante clamarent, & flerent importunè: in quo Christum valde molestarent, & impedirent passionem eius variis modis. De his dicit Chrysosto. Omnis salus hominum in Christi morte posita est: nec est aliquid, propter quod magis Deo gratias agere debeamus quã propter mortem ipsius: ideo duodecim Apostolis in secreto mortis suæ annun-

nunciauit mysteriũ: quia semper preciosior thesaurus in melioribus vasis includitur: si autem alij audissent passionem Christi, viri forsitan turbarentur propter infirmitatem fidei, & mulieres propter mollitiẽ suæ naturę: ex qua in tali negocio ad lachrymas excitãtur. Sciendum tñ quòd licet Christus non dixisset de morte sua aperte populo, tñ occultè, vel sub verbis velatis sæpe dixerat: iuxta illud Io.2. Soluite templum hoc, & in triduo reędificabo illud. Et vt ibi dicitur. loquebatur de templo corporis sui, idest de morte sua. Vnde & discipuli audientes non intelligebant tunc. Item dixit eis: Generatio hæc signum quęrit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionę prophetæ: sicut enim fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in corde ceti: ita erit filius hominis in corde terræ. supra 12. cap. Quod ẽt de morte sua & sepultura dixit. Et illud Io. 12. cap. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Et illud Io.3. sicut exaltauit Moyses serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis. Sed hæc omnia velata erant, ita vt de eis possit dubitari. Sic dicit Chryso. Dictum est quidem de passione & ad multos: tamen occultè: sicut ibi: Soluite templum hoc &c. & signum non dabitur ei nisi signum Ionę prophetę: discipulis autem manifestè exposuit.

An Christus reuelauit hoc duodecim discipulis suis secreto simul cum Iuda. Quęstio. XLI.

QVAERETVR, quomodo Christus reuelauit hoc duodecim discipulis suis secretò. Nam ex hoc apparet, quòd etiam Iudę reuelauerit. Nam sine illo non erant duodecim, & tñ videtur mirum, ꝙ illi voluerit hanc rem ostendere: tum quia ille tractator futurus erat passionis. tum quia indignus erat audire, quę non nisi dignis dicendi erant. Aliqui dicunt vno modo, ꝙ solis dignis dicta sũt: & tñ Iudas dignus erat: quia fortè nondum erat malus, qñ Christus ista dixit: Sic dicit Origenes. s. In duodecim adhuc erat & Iudas, adhuc enim forsitan dignus erat cum aliis seorsum audire, quæ passurus erat magister. Sed dicendum, quòd quę dignitas ad hoc audiendum requireretur nos nescimus: & tñ hoc saltem certum erat, ꝙ conueniens erat Iudam audire hoc. Nã si fuisset inconueniens nequaquam illa audisset: sed ꝙ Iudas tunc malus esset, certum est. Nam non solum Iudas fuit malus, qñ vendidit Christum, sed ẽt prius erat malus: quia erat auarus, & fur, & cùm loculos Christi haberet, omnia, quę dabantur Christo ad sustentandum, infideliter tractabat asportans ea clam in vsibus suis. Io. 12. cap. Fur erat & loculos habens, ea, quę mittebantur, asportabat: imò ex hoc incidit sibi occasio vendendi Christum: quia videns vnguentum effusum, quod poterat trecentis argenteis vendi: & si venderetur committerentur ei argentei, quos ille in vsus suos ferret: effuso aũt vnguento caruit optata pecunia, dolens vendidit saluatorẽ quasi recuperaturus pecuniam, qua se priuatum existimabat, vt colligitur Io. 12. & infra 29. cap. Et tñ à principio vocationis suæ Iudas malus erat. Nam Christus dixit Io.6. Nonne ego duodecim elegi vos, & vn⁹ ex vobis diabolus est? quod de Iuda dixit, vt patet ibidẽ ꝙ plus q̃ vno anno ante Chrsti mortem dictũ est: nam ea quæ hñtur Io.6. facta fuerunt paulo ante pascha: qa dicitur ibi, ꝙ erat ꝓximum pascha dies festus Iudęorũ. & Christus passus ęst in pascha. s. ad plus ĩ pascha sequẽtis anni: ideo inter illa verba dicta à Christo. s. & vnus ex vobis diabolus est, & mortẽ Christi non potuit minus de tempore esse q̃ vn⁹ annus. Et ita plusquam vno anno ante Christi mortem iam Iudas diabolus erat. Quod non est solum eẽ malum, sed abũdanter malũ, Hæc autem pauco tempore ante Christi mortem ac-

F cciderunt, quia nunc ascendebat Ierosolimam, vt pateretur. Etiam patet, quia illa verba dicta sunt à Christo de Iuda, qñ fecit saturationem turbarum. Io.6. & tamẽ saturatio illa fuit eadem cum illa, quę habetur supra 14. cap. & ibi declaratum est. Et illa saturatio multo tpe ante hoc facta est, vt apparet ex ordine literæ: ergo iam Iudas erat malus qñ Christus ista dixit. vnde non est verum ꝙ tanquam bonus existens dignus esset audire hęc in secreto cum aliis. Est ergo dicendum, ꝙ Iudas nunc malus erat, & nullo bono dignus: & tamẽ ad audiendum istud non requirebatur dignitas meritorum, vel gradus charitatis aliquis: sed ꝙ conueniẽs esset audire ei cui diceretur: conueniens aũt erat Iudæ istud audire: imò fortassis nulli tam conueniens erat.

G Nam licèt Iudas malus esset, & periturus: tñ Deus nõ desinebat circa eum agere, quæ ad salutem illius pertinebant: sicut circa eos, quos Deus nouit perituros nõ desinit exercere suæ gratiæ suffragia dando eis angelos custodes: & licèt Christus vtens potestate magna posset Iudam reuocare à malo suo, vt neque ipsum venderet, neque periret: tñ exercendo solitum modũ motionis, & pulsationis cordis quem ad alios habet, non poterat Iudas curari, quia nolebat. Christus ergo inquantũ homo, & magister, & prædicator quidquid honestè poterat agebat: omnem operam solicitam dãdo, ne ille periret, & cùm expresse monuisset non facere, & prædiceret, ne eum venderet: & ꝙ eum vendere cogitabat nisi quia ista non conueniebant, vt tã-

H getur infra 26. vel Io. 13. iõ cùm illud non conueniret, saltem bonum erat, vt in vniuersali diceret ei Christ⁹ de morte sua: quia hoc audiens fortassis cogitaret: & tunc quando incideret ei tentatio de vendẽdo ipsum, rediret ad seipsum, & non faceret: quod non ita faciliter occurreret sibi, si de morte Christi nunquam cum loqui audisset. Quod patet, quia non solùm generali, sed etiam magis in spirituali Christus de morte sua locutus est coram discipulis: & totũ hoc fiebat ꝓpter Iudã: vt qñ dixit: vnus ex vobis me traditurus est infra 26. & ita per hoc tangebat Iudã in corde: licèt expressè ei non diceret eum nominando. s. vt à malo, quod cõceperat abstineret: iam enim eum vendiderat quando Christus ista dixit, & surgere volebat, vt iret ad vocan-

I dum Iudęos, vt traderet Christum eis ipsa nocte, quẽ iam per diem vendiderat, vt colligitur infra. 26. & Io. 13. Etiam dixit aliud ad dissuadendum per viam timoris & prænunciationis pęnarum. Nam postquam dixerat, vnus ex vobis me traditurus est, adiunxit: filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset. Dixit etiam aliud, quod magis tangebat cor Iudæ, scilicet qui intingit mecum manũ in paropside, hic me tradet. Ex quo Iudas poterat non solùm cogitare de malo, quod faciebat, & redire ad cor: sed & credere poterat se deprehensum esse à Christo: & quod ille poterat euitare traditionem, quam ipse Iudas facere intendebat, & inferre ei ma-

K lum pro hoc, quod intendebat: & ita cessaret. Fuit etiam aliud maius: quia postquam omnes discipuli inceperunt dubitare quis esset, qui traditurus erat dominum: & ille quasi malè cõscius aut fortassis videns se designari à Christo, diceret: Nunquid ego sum? dixit Christus; tu dixisti: In quo rem dubiam reliquit: non enim dixit non es tu: & tamen cum Christus ostenderet se scire hoc, quod secretò tractabatur, & per quem tractaretur, dicente Iuda, nunquid ego sum. si Christus intenderet eum excusare diceret; non es tu, & tamen dixit: Tu dixisti, idest nõ assero ego hoc. q.d. licèt ita sit, ego non assero illud, iõ apertè videre debuerat Iudas se esse deprehensum, & cessare ab iniquitate, quia nihil aptius dici poterat

tuli

Nisi fortè diceret: tu me vēdidisti, & tradere me vis: quod non decebat, vt ostendetur infra 26. vel Ioan. 13. ideo postquā omnia hæc Christus dixit ad Iudæ monitionem, & noluit redire ad cor: neque erat iā via vlla honesta humanitus, per quam retrahi posset à malitia concepta, quia diabolus eum totum possidebat, qui introiuit post acceptam bucellam. Io. 13. cessauit Christus vltra circa eum agere quasi circa incorrigibilem: relinquēs eum dęmonibus, qui eum possidebāt: sed eum honestè à se expediuit dicens: Quod facis fac citius. & intelligitur de traditione facienda Iudæis. Io. 13. ille verò statim surgens iuit ad Iudæos: cùm ergo omnia hæc tam manifestè de morte sua dixisset Christus discipulis præsente Iuda, & omnia propter Iudā: à fortiori dicere poterat nunc in generali de morte sua præsente illo: & conueniens erat præsente illo dici, licèt malus esset Iudas.

Quare Christus prędixit discipulis suis, quòd occidendus esset à Iudæis. Quæst. XLII.

QVAERETVR, quare Christus prædixit discipulis suis, ꝙ occidendus esset à Iudæis. Dicēdum ꝙ propter multa. Primò vt ostenderet se ista pręscire: & consequenter ostendebat se esse Deum, qui futura contingentia pręuidebat, iuxta illud Isa. 41. cap. Annunciate nobis, quæ ventura sunt in futurum, & dicemus, quia dij estis vos. Christus autem nitebatur se ostendere esse Deum per multa signa, quę circa hoīes faciebat: ideo etiam, & hoc modo pręnunciando de passione sua futura voluit se ostēdere esse Deū. Sic patet Ioan. 13. ca. Cùm de Iuda, qui traditurus erat eum diceret, qui manducat panē meum leuabit cōtra me calcaneum suum, adiunxit: ammodo dico vobis priusquam fiat, vt cū factum fuerit, credatis, quia ego sum, idest quia ego sum Deus, qui prænunciaui vobis hoc. Sic dicit Chryso. Videte, quia volūtarie vado ad mortem: cū ergo videritis me in cruce pendentem, ne estimetis me hominem esse tantùm. Nam & si posse mori hominis est, vellę tamen hominis non est. Secundò fuit ad confirmandum fidem.

Nā si Christus de morte sua nihil prędixisset: & postea occideretur, putaretur ꝙ ipse nesciuerat se occidendum, quia aliàs euitasset mortem recedendo de regione illa: & tñ quia nesciuerat, euenit sibi mors inopinata: & ita putaretur, ꝙ sicut deceptus esset in hoc non putans se esse moriturum, & occisus fuerit, ita & circa oīa, quæ prędicauerat deceptus fuerit, vel sponte mentiri voluerit. Hoc aūt erat magnum incōueniēs: iō voluit illud vitare prædicens de morte sua, vt cùm accideret mors sua eo mō, quo ille dixerat, nihil circa dicta sua dubitari posset. Tertiò factum est, specialiter propter articulum de resurrectione, qui erat de maximis articulis: non enim poterat prędicare se resurrecturum, nisi diceret se moriturum: & quia mors sua non erat futura naturalis, sed violenta expressit, quod esset occidendus, & ꝙ resurrecturus esset. Si autem de morte sua nihil diceret: & consequenter neque de resurrectione, quando moreretur, & postea resurgeret nemo crederet eum surrexisse: sed putarent phantasma esse: cum nō haberent ex præcedentibus aliquod motiuum ad credendū. Quarto fuit ad ostendendū, ꝙ sponte moriebatur, sic enim scriptura de eo ꝑdixerat. Isa. 53. oblatus est, quia ipse voluit. Ipse vero debuit ostendere, ꝙ scripturas de se loquētes implebat: nam ita moriens dixit: cōsummatum est, infra 27. idest oīa, quæ de me scripta erant consummata sunt. & tamen si non prędixisset mortem suam putaretur, ꝙ nō sponte mortuus fuerat, sed nolens, & nesciens se occidendum: ideo debuit illā prędicere. Quinto fuit ad ostendendum passionem suam valde meritoriam: nam si non moreretur sponte, sed nesciens, minoris meriti reputaretur mors sua: & tñ debuit esse maximi meriti: quia totum mundum redemit: ideo debuit ostendere se voluntarium per hoc, ꝙ erat illam prædicere. De his dicit Theophylactus, ꝙ passionem reuelat, vt discipulorum corda firmaret, vt ostenderet, ꝙ voluntariè patitur: qui enim prænoscit, & potest fugere, & non fugit, manifestum est, ꝙ voluntariè seipsum passionibus tradit. Sic etiam dicit Cyrillus: Vt scirēt, quia passionem prenouit, & spontaneus ad eam accessit, ne dicerent qualiter in manus hominum incidit, qui nos promittebat saluare. Sextò fuit, vt tolerabilior res ista fieret discipulis: minus enim iacula feriunt, quæ pręuidentur. Si enim mors Christi incautos, & inopinatos animos discipulorum inuenisset: fregisset eos intolerabili dolore: nunc verò cum pręuisa erat sæpe eis illā annunciando non tanta afficiebantur angustia. Sic Theophylact⁹ dicit. s. Vt discipulorum corda firmaret: & cùm hęc audirent leuius postmodum sustinerent, & in repentinis non formidarent. Septimò fuit, vt nos sibi magis obligatos ostenderet, & acceptos inquantū pro nostra vtilitate sponte mortem subibat, quā ipse quęrebat: non enim solùm volens sustinebat, sed etiā vt sibi inferretur occasionem dabat: & ad locum mortis ipse spontaneus ibat: quod nemo crederet, nisi hoc constaret inde illud priusquam pateretur annunciauit. Octauò fuit ad tribuendum nobis imitationis exēplum, quia ipse moriens reliquit nobis exēplū moriendi si oporteat sponte. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius: & maxime prelatis relictum est hoc exemplum, vt pro grege sibi commisso, quando oportuerit morti se impendant: & ad hoc spontanei esse debent: ideo Christus exemplum hoc dedit ostendens, quòd sponte ad mortem ibat, quam ipse prenūciabat, & locum, & modum mortis. Sic dicit Origenes: Hoc ergo considerantes scire debemus quoniam frequenter ēt cognoscētes tentationes aliquas subituri sumus nosipsos offerre debemus.

Quare Christus totiens prædixit discipulis de morte sua. Quæst. XLIII.

QVAERETVR, quare Christus totiens prędixit discipulis de morte, iam enim supra de hoc dixerat, supra 17. ca. Aliqui debent, ꝙ Christus semel tantum hoc dixit: & tamen Mattheus illud repetiuit, ita vt sępe poneret.

Dicendum, ꝙ non stat: fieri enim potest, vt aliquid Christus sępe dixerit, quod Euangelista semel tātum dicat: ꝙ tamen aliquid dixerit Christus, & Euangelista repetat non est possibile, quia nulla esset talis repetitionis vtilitas: quia vna sententia sufficit eam semel dicendo. Sic dicit Origenes super eis, quę habentur supra 17. cap. vbi iterum Christus prenunciauit mortem suam. s. Videntur quidem hęc illis, quæ supra dixerat esse similia, vt facile quis dicat Dominum eadem ipsa repetere: quod non est ita. Est ergo dicendum, quod Christus sępe Discipulis de morte locut⁹ est antequā accideret. Primò locutus est postquam ostenderat se esse filium Dei viui, supra 16. ca. Nam dicitur: Exinde cepit ostēdere discipulis suis, ꝙ oportebat eum ire Ierusalem, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi. Iterum aūt dixit eis cū essent in Galilęa supra 17. capit. s. conuersantibus eis in Galilæa dixit illis Iesus: filius hominis tradēdus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Tertiò aūt dixit eis hoc nunc, quando ibant Ierosolimam circa Iordanem intra Iordanem, & Iericho.

Quartò dixit eis in ipsa nocte, qua tradendus erat, scilicet. Vnus ex vobis me traditurus est, infra 26. & Io. 13. cap. & forte pluries dixit. Euangelistæ tamen non referunt pluries dictum: & istæ sunt vices distinctę temporibus distinctis, & locis distinctis, & tenent se secundùm ordinem temporum sicut enarratæ sunt. Prima vice dictum est in regione Cesareæ Philippi, vbi Christus ostenderat discipulis se esse filium Dei, supra 16. c. Secunda vice dictum est in Galilęa circa Capharnaū. Sic dicitur supra 17. cap. s. conuersantibus illis in Galilæa. & statim sequitur ibi, quomodo venerint in Capharnaum discipuli cum Christo. Tertia vice dictum fuit cùm esset Christus inter Iordanem & Iericho, & ascēderet in Ierusalem. Quarta vice dictum est in Ierusalem ipsa nocte, qua vltimo cum discipulis cenauit. Et dicendum, quòd fuit cōueniens sæpe hoc dici. Et primo hoc fuit, quia non reuelauit prima vice totū, sed semper se habebat per additionem alicuius. Nam prima vice dixit, ꝙ oportebat eum multa pati: & tamen non dixit aliquid de traditione sua. s. Oportet eum ire in Ierusalem, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi. In secunda autem vice dicitur de traditione eius, supra 17. capi. scilicet Conuersantibus illis in Galilęa dixit Iesus: filius hominis tradendus est in manus peccatorum, & occident illum. Et istam differentiam ponit ibidem Origenes, dicens: Videntur quidem hæc illis, quæ supra dixerat similia esse: vt facile quis dicat Dominum eadem ipsa repetere, quod non est ita: tradendum enim eum superius non est dictum: hic autem non solùm tradendum, sed & in manus hominum tradendum audiuimus. Tertia vice dixit de morte, & de traditione: & tñ magis aperuit, quia dixit, ꝙ condemnandus erat à Iudæis, & tradendus gentibus ad occidendum. In quarta vice etiam magis apertum est, quia non solū dixit mortem, & traditionem, sed etiā ostendit, quòd vnus de discipulis suis eum traderet, & quasi quis ille esset aperuit, infra 26. & Ioan. 13. ideo conueniens erat sæpe dici, quia in vna vice nō aperiebatur tota res. & hoc innuitur supra 16. cap. s. Exinde cępit ostendere discipulis suis, ꝙ oporteret eum ire Ierusalem, & multa pati à senioribus. Et dr̄ cępit ostendere, quod duo significat. Primum est, quòd ante illud nihil de passione sua clarè locutus fuerat, quod vocetur ostensio: nam in figura Ionę iam locutus fuerat de morte, supra 12. ca. & in figura templi soluendi, Ioan. 2. cap. & in figura serpentis exaltati à Moyse, Io. 3. cap. ibi autem cępit clare dicere, quod fuit ostendere. Secundum est, ꝙ non dixit totam rem, sed partem, quia dicitur cępit: nam principium pars rei est, & non tota. Sextò fuit, quia ista res ita erat dura, quòd vix poterant concipere eam Apostoli, & ex quadam pietate mouebantur ad non credendum. Vnde si semel tantùm dixisset, non crederēt: & ita maneret res quasi nunquam dicta: sæpe ergo dici debuit. Sic patet supra 16. nam quando prima vice hoc Christus dixit, accedens Petrus ad Christum cępit illum increpare dicens: absit à te domine, non erit tibi hoc: & non solù in prima vice, sed etiam in secunda, qñ ista dixit, non intelligebant istud verbum discipuli, vt patet Luc. 9. cap. s. Ponite sermones istos in cordibus vestris. Filius hominis futurum est, vt tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, ita vt non sentirent illud: & timebant interrogare. Et idem patet Mar. 9. ideo erat necesse illud sæpe dici. Si enim semel tantū dictum fuisset, putaretur, ꝙ forte illud dixerat sub metaphora, vel ad terrorem, aut ad alium finem, & non quasi sic futurum esset, quia non est facile credibile, quod quis de malis proprijs loquatur: & ita quando moreretur Christ⁹, essent discipuli inopinati, & sequeF rentur omnia mala, quæ sequerentur, si non prædixisset mortem suam, vt dictum est præcedenti questio. Tertiò fuit ad hoc, quòd facilius tolerarent discipuli amaritudinem mortis Christi, & cętera inconuenientia, quę eis ex illa sequi poterant. Sæpe enim audiendo, ipsum dolorem de Christi morte per assuetudinē cogitandi veterem sibi facerent, & tolerabilius esset. Sic dicit Remigius: Sæpe dominus mysteria suæ passionis discipulis prędixerat, vt quando acciderent, leuius ea ferrent, quantomagis præcognita haberent. Quartò vt magis certitudinem scientiæ suæ ostenderet: nam si semel tantùm dixisset, putari posset, quòd non animo determinato hoc asserendi dixisset: & iō licèt postea accideret, non firmiter crederent, quòd G ipse hoc præsciuisset. cùm autem totiēs istud asseruit, manifestum erat, quòd ostendendebat se illud scire: & quando postea eueniret, sicut ille prędixerat, manifestè appareret, quòd ille sciebat. Quintò fuit, vt non posset res ista de memoria labi. Erat enim res ista memoratu digna: & ideo, vt non caderet de memoria, sępe repeti debuit. Sic dicit Ierony. Crebro autem de passione sua dixerat discipulis: sed quia multis in medio disputatis poterat labi de memoria, quod audierant: iturus Ierosolymam, & secum ducturus Apostolos ad tentationem eos parat, ne cùm veniat persecutio, & crucis ignominia scandalizarentur. Vnde omnibus istis vicibus conuenienter dictum est de Christi morte. De prima patet, quia tunc Christus ostendeH rat Apostolis se esse filium Dei viui: & postquam hoc crediderunt, cępit eis dicere, quòd moriturus erat. Nā si prius diceret se occidendum à Iudæis, non crederent eum postea esse filium Dei, quia Deus non moritur. Postquam ergo suaserat eis, quod fortius erat, scilicet se esse Deum: voluit ad minora declinare, scilicet se passurum esse prędicere. Secundò autem cōuenienter hoc dixit, quia aliquantum tēpus elapsum fuerat: & fortè à memoria exciderat: ideo illud repetiuit, vt firmaret magis in animo illorum. Nunc verò tertio conuenienter illud dixit, quia nunc appropinquabant Ierusalem euntes illuc recto gressu. cùm ante hoc Christus discurreret hincinde prędicando: & quasi nunc rei propinquiores essent, debuerūt admoneri efficacius: quia magis pericula mouent, quando I pręsentia sunt, quàm cum de longe expectantur: & ideo aliter hic locutus est quàm alijs vicibus dicens: ecce ascendimus Ierusalem, idest ecce res, quam sępe vobis dixeram in manibus est, & ante oculos, quia iam ascendimus Ierosolymam, vbi ista ꝯsummanda sunt, quę prędicebam. Quartò conuenienter dictum est, quia ipsa nocte incipiebat passio eius: & ita debuerūt admoneri: & pręcipuè, quia hoc factum est ad ostendendum per quem tradendus erat, quod ante hoc nūquam dixerat.

Quomodo Christus nunc scienter ibat in locum, in quo occidendus erat: cùm discipulis mandauerit fugere persecutionem.

K

Quæstio XLIIII.

QVAERETVR, quomodo Christus nunc sciēter ibat in locum, in quo occidendus erat: potissime sciens, quia extra Ierusalem nullum malum pati poterat: dixerat enim Luc. 13. Non capit prophetā perire extra Ierusalem, idest occidi & pati. Et tamen ipse dixerat discipulis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam. supra decimo capitu. ideo videtur, quòd potius debebat longe abire, ne intraret in Ierusalem. Dicendum vno modo, quòd illa regula moralis data à Christo non astringebat eū.

Sic

Sic enim & alia Christus iubebat discipulis seruare, q̄ ipse non seruabat: sicut illud. s. ꝙ iubebat discipulis nō habere aurum, neq; argentum neq; pecuniam aliquā in zonis suis, quando irent ad prædicandum, sup. 10. & Mar. 6. ca. & tñ ipse pecuniam accipiebat, de qua viuebat, & dispensatorem constituerat: ille enim habebat loculos Christi, & oīa, quę ei dabantur ipse accipiebat. Io. 12. ca. sed discipulis non licebat aliquid accipere licèt eis daretur. Secundò, quia non licebat discipulis portare secum in via sacculum neq; peram, sup. 10. & Luc. 9. & 10. Imò, neq; panem in via portare licebat Marc. sexto capi. Et tamen Christus portabat in via panē: & soliti erant discipuli eius portare panes in via, & quia semel obliti sunt accipere panes, vt portarent in via, putauerunt se à Christo redargui, supra 16. ca. & iterum qñ pauit turbas Christus in deserto. s. secunda vice quæsiuit à discipulis, quot panes habetis: & illi dixerunt, septem, & paucos pisciculos, supra 15. & ita secum portabant panes in via: quod non licebat discipulis. Tertiò, quia qñ discipuli ad prædicādum ibant, intrabant in domum, & comedebant, & bibebant, quæ apud hospites suos inueniebant quandiu apud illos erant, supra 10. & Luc. 10. ca. & tamen Christus non faciebat sic, sed de pecuniis, quę dabantur ei, quas Iudas dispensator suus recipiebat, faciebat sibi & suis parari cibos, vt patet infra 26. & Marc. 14. & Luca 22. nā discipuli dixerunt Christo, vbi volebat parari sibi māducare Pascha: & ipse misit eos ad certum locum, & ibi parauerunt ipsi pro Christo de expensis suis, & nō patrisfamilias domus: vnde & ipsa die facta cœna, cū Iudas exiret, putauerūt discipuli, ꝙ cùm, ipse haberet pecunias Christi, iret ad emēdum aliqua necessaria ad festum. Sic dicitur Ioan. 13. cap. s. & post bucellam introiuit in eum. i. in Iudam satanas. Dixit ei Iesus. Quod facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut vt egenis aliquid daret. Cùm autem accepisset buccellam, exiuit ille continuo. Non ergo seruabat Christus omnia, quę mandabat discipulis seruare: & ita hic licèt mandaret aliis fugere de ciuitate ī ciuitatē, qñ eos persequerent̄, non fecit ipse sic. Aliter potest dici, quod etiam Christus seruauit illam regulam. nam Christus fugit etiam interdum, & aliquando se obtulit: sicut & nos facere debemus. Nam semel eum persequebantur Nazareni volentes præcipitare ipsum de monte: ipse verò trāsiens per medium illorum recessit ab eis, & iuit in Capharnaū. Luc. 4. cap. etiam iterum in templo sumptis lapidibus voluerunt eum lapidare Iudæi: ipse vero abscondit se, & exiuit de templo. Io. 8. ca. & ita etiam aliquanto tempore ante passionem suam non audebat publicè ambulare in Iudæa. Io. 7. ca. s. post hęc autē ambulabat Iesus in Galilæa, non enim volebat in Iudæā ambulare, quia quęrebant eum Iudęi interficere: & iterum quando in porticu Salomonis dixerunt ei Iudæi: si tu es Christus dic nobis palam: quærebant eū interficere, & exiuit de manibus eorum, & iuit iterū trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum. Ioan. decimo ca. postea autem rediit in Bethaniam, quę est iuxta Ierusalem distans solum 15. stadiis. Ioan. vndecimo. Et hoc quando venit ad suscitandum Lazarum. eodem cap. sed quia tunc pontifices, & Pharisæi collegerunt conciliū contra Christum, vt eum occiderent, fugit de Bethania. Dicitur enim, quòd Iesus iam in palam non ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quę dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Nunc verò Ierosolymam iuit sponte ad locum passionis vadens. Et ita regulam illam seruauit

Situs Betaniæ.

A aliquando fugiens, & aliquando se offerens: quod etiā à nobis faciendum est: nam quando specialiter quæritur persona, & mors sua non est vtilis ad fidei exaltationem, neque conseruationem, fugere debet: quādo autem ex occultatione detrimentum fidei sequitur, nemo se occultare debet: de quo late fuit declaratum supra 10. ca. & quia nos nescimus semper qñ mors nostra est Deo accepta ad laudem eius, & fidei exaltationem, fugere est nobis communius quā expectare, vel nos offerre. Si quis tamen sciret, ꝙ voluntas Dei erat, ꝙ se exponeret persecutoribus, peccaret mortaliter, si fugeret, vel se absconderet: sicut quando Petro recedente de carcere ex licentia Comentariensis, occurrit ei Christus, & dixit Petrus Christo: Domine quò vadis? & ille dixit: Vado Romam iterum crucifigi. Et tunc Petrus agnita voluntate Dei rediit, & martyrio coronatus est. Si autem post hæc verba adhuc Petrus recederet, vt non toleraret mortem, peccaret mortaliter: quia contra voluntatem expressam Dei faciebat. Sic etiam de nobis esset: vel dato, quòd aliquis omnino putaret, quòd recedēte ipso de loco persecutionis fides irrideretur: vt si esset prælatus: & eo fugiente hostes fidei irriderent eam quasi nihil esset: vel si eo recedente grex dominicus maneret desolatus nullo confortante eum in verbo doctrinæ: si tunc prælatus recederet, & crederet ista mala secutura ex absentia sua peccaret mortaliter, etiam si non reuelaretur sibi specialiter, quòd manere deberet.

B

C ret. Christus autem sciebat voluntatē Dei: ipse enim Deus erat: & ad hoc solum carnem sumpserat, vt in natura assumpta moreretur pro nobis: & sciebat quādo, & vbi, & qualiter, & per quos, & qua de causa occidendus erat, & quid circa hoc Deus disposuerat: ideo conuenienter agebat se tunc offerendo: imò etiam se ingerendo. Nam si ipse non venisset, nemo eum quæreret: & tamē occidi non poterat, nec pati quicquam nisi in Ierusalem, Luc. decimo tertio cap. ergo debuit ipse illuc ire: & necesse erat, quòd illuc iret necessitate finis. s. quia nos redimere volebat per modū à Deo institutum. De hoc dicit Origenes: Sed quoniam supra dictum est, si quis vos persecutus fuerit in vna ciuitate, fugite in aliam: sapientię in Christo est, vt cognoscat quale tempus exigat declinationem: quale autem obuiationem periculorum.

D

Quare Christus dixit discipulis expressè, quę erat passurus illa referendo sigillatim.

Quæst. XLV.

QVAERETVR, quare Christus dixit discipulis expresè ea, quę passurus erat, illa referendo sigillatim: nam videtur, ꝙ sufficiebat, quòd diceret eis se occidendum, & resurrecturum tertia die: dixit tamen se tradendum, illudendum, flagellandum, occidendum.

E Dicendum, ꝙ fuit, primò ad ostendendum sapientiam suam, vt non solùm rem vniuersaliter, sed & particulariter diceret: nam ad minus sapientes pertinet rem dicere vniuersaliter propter defectum cognitionis. Sic dicit Ptolemeus de astrologis in Centiloquio propositione prima, scilicet: Astrologus non debet dicere rem specialiter, sed vniuersaliter: vt qui eminus videt rem aliquam: sicut facit qui cognoscit rem aliquam per materiam eius, & non peruenit ad certā cognitionē illius: vt ergo Christus ostenderet se hr̄e diuinam scientiā, & non astrologicam, fm̄ quā dicitur res in vniuersali, & non in particulari: voluit dicere de morte sua in particulari: vnde omnes circunstantias tetigit, quas non erat possibile sciri nisi diuinitus.

Dixit.n.se ꝯdēnandum à senioribus,& scribis,& prin-
cipibus sacerdotum,& gentib⁹ tradendum: & postea
illudendū,flagellandū,& occidendū,vt patet in litera.
Imò & plura dixit,quę non hñr in litera:cùm ēt Mar-
cus expresserit, ꝙ conspueretur. Mar.10.ca. Secundò
fuit ad magis infigendum hoc in cordibus discipulo-
rum, vt illud considerarent; nā si diceret illis solū, ꝙ
occidendus erat nihil vltra tangens,putarent fortè, ꝙ
ex aliquo leui motu dixisset: cùm verò tetigit oēs par
ticulares circunstantias magis, mouerētur discipuli ad
cōsiderandum circa hoc. Tertiò fuit ad radicandum
fidem in discipulis:nā si solùm diceret eis, ꝙ erat occi
dendus,& ita accideret. Si tñ nihil diceret de particula
ribus circa mortem suam: quidqd accideret putarēt
ab eo fuisse ignoratū. Quòd aūt occidendus esset po-
tuisset hoc dici ex quadam prudenti coniectura.s.sępe
videbat cōtra se insurgere Iudæos, & persequi illū ad
mortem,& bis illum lapidare conati erant.Io.8.& 10.
ca. & fugiebat,& occultabat se ab eis:satis ergo verisi-
mile erat,ꝙ aliqua die incideret in manus eorū,& oc-
ciderent illum:iō ꝙ prædiceret se occidendum non
imputarent ei ad diuinam sapiētiam, si nihil adderet.
cùm verò expressit singula in particulari. s.quæ pęnæ
inferrentur ei,& per quas personas,& quis ordo pro-
cessus teneretur in illis,manifestè apparebat,quòd nō
ex humana prudentia,aut coniectura hoc dicere pote
rat, sed ex Dei sapientia: & ita cū viderent oīa fieri, q̄
prædixerat,manerent firmi in fide.Quartò fuit,vt non
frangerentanimi discipulorū in Christi passione. Si
enim Christus prædixisset illis mortē,& aliquid tacuis
set eorum,quæ ventura erant circa eū:etiā si alia mul-
ta diceret: qñ eueniret illud,quod tacuisset, turbaren-
tur putantes, ꝙ Christus illud non sciuisset,neque ven
turum esse putasset: & ita circa cętera efficerentur du
bij: quod erat inconueniens. Sic dicit Chryso. Com-
memorat autem singula,quę passurus erat:ne si aliqd
prætermissum maneret,cernētes postmodū illud, su-
bito turbarentur.Quintò fuit,& præcipuè ad ostendē-
dum, ꝙ sponte mortē tolerabat. Nam si Christus prę-
diceret se moriturum, & nihil aliud diceret: etiam si
postea occideretur non appareret, ꝙ sponte mortem
subiisset:sed posset dici, quòd inuoluntariè tolerasset
illam quasi non potens eam euitare,quia diceretur, ꝙ
fortè fuerat ei reuelatum per Deum,aut per aliquam
humanam cognitionem sciebat se occidendum: sed
nesciebat,quando neque vbi, neque a quibus, neque
quali modo: & ideo nihil erat, quòd posset euitare:
sicut nos scimus nos morituros: sed nihil vltra sci-
mus: ideo nullum locum, aut personam curamus
euitare: imò aliqui soliciti de mortis euitatione incur
runt in illam. Sic dicit Seneca Tragedia quinta, quæ
dicitur Oedippus.

Fatis agimur, credite fatis,
Non solicitę possunt curę mutare,
Rati stamina fusi,
Quicquid patimur mortale genus
Quicquid facimus ex alto venit,
Itaque cuique ratus prece non vlla,
Mobilis ordo: multis ipsum timuisse nocet,
Multi ad fatum venere suum,
Dum fata timent.

Expressit ergo oēs circunstantias mortis suę. s.locū
dicens, ꝙ in Ierusalem futura erat. Vnde non solū di-
xit,ecce ascendimus Ierosolymam,sed etiam ꝙ oīa,q̄
ad mortem suam pertinebāt,ibi agenda erant.Sic Lu-
cas expressit:nam loco horū verborum Matthei dixit
Luc. Ecce ascēdimus Ierosolymam,& ꝯsummabunt
oīa,quæ scripta sunt p prophetas de filio hoīs. Tradet
enim gentibus.&c. Luc.18.ca. dixit etiam, qui mortē

F eius pcurarent,& exequerentur. Nā dixit se condem-
nandum à principibus sacerdotū, & scribis, & postea
gentibus traderent ad ocidendum: & ita cum hęc sci-
ret, & rei euentus vera fuisse postea ostenderit, appa-
ret ꝙ euitare poterat hæc. Nam cùm in Ierusalem oc-
cidendus esset,poterat nō ire in Ierusalē recedendo in
de longe. Extrà verò nō acciderent sibi hæc: imò nō
poterāt sibi accidere,quia licèt ad mortē quæreretur,
nemo eū poterat occidere extra Ierusalem. Sic patet
Luc.13.c. vbi dixerunt Iudæi quidā Christo existenti
in Galilæa: Exi hinc, quia Herodes q̄rit te interficere:
& Christus dixit, ꝙ non timebat neque volebat rece-
dere. Et adiunxit cām.s.Quia non capit prophetā peri-
re extra Ierusalē. Manifestum ergo erat, ꝙ poterat eui
G tare mortē,vt si nunq̄ intrare vellet in Ierusalē. Cùm
ergo ita esset, & ita ipse p̄dicaret: & tñ ire volebat in Ie
rosolymam,& dicebat se ire ad hoc, ꝙ pateretur, ma-
nifestum erat, ꝙ sponte ibat ad mortē: etiam cū sciret,
& prędiceret se ꝯdemnandum à principibus sacerdo
tum, & scribis: certum est, ꝙ poterat euitare mortē,
vt si oīno fugeret ꝯuersationem illorum hoīum: vel
si ꝯuersaret cū eis & tñ nollet eos offendere, sed ami-
cos illorum existere. Nā illi non cōdemnauerūt Chri-
stum,nisi quia cōtrarius erat operibus eorū, & contra
eos p̄dicabat,vt patet inf.23.c.Hoc āt poterat ipse eui-
tare,& noluit: ideo apparet, ꝙ sponte volebat subire
mortem. Sextò fuit,vt ostenderet nos magis sibi ob-
ligatos & amorem nimium quem erga nos habuit.
H Nam si Christus p̄dixisset se occidendum, & vellet
mortē subire: diceret aliquis, ꝙ fortè hoc faciebat,qa
putabat se leui morte ꝯsummandum:& si putaret du
ra se passurum non subiret mortē sponte. vt ergo hāc
calumniam tolleret,ipse expressit singula, q̄ passurus
erat.s. ꝙ traderent gentibns ad illudendum, conspuen
dum,flagellandū,& occidendum,vt dr̄ hic,& Mar.10.
c. & ita ipse sciebat quanta passurus erat: non ergo su-
bibat mortē,quasi decept⁹ pp leuitatem eorum, quæ
putabat se passurum. Septimò fuit specialiter,ēt vt nō
periret in discipulis fides resurrectionis in morte Chri
sti. Dixerat.n. ꝙ occideretur, & quòd tertia die resur-
geret. Si aūt dixisset solùm de morte,& non eexpressis
set circūstantias particulares, vel saltē aliquas tacuisset:
I qñ viderent discipuli illa circa mortem eius accidere,
turbarentur, & putarent Christum nesciuisse illa, vel
fuisse circa illa deceptum, & quòd ita potuisset deci-
pi circa id, quod prędixerat de resurrectione:vnde ef-
ficeretur res dubia,& periret fides. Cū ergo nunc p̄nū
ciatis sibi oībus circunstantiis particularibus, ex quib⁹
certificari poterant circa dicta eius,adhuc fidem de re
surrectione perdiderint:quāto fortius perdidissent, &
essent minus idonei ad redeundū in illam, si Christus
non prenunciasset particularia circa mortem suam?
Octauò fuit, vt Christus ostenderet qūo in eo imple-
bantur scripturæ. Nam Iudęi sperabant Messiam inq̄-
tum scripturæ illum promittebant: & circa eum illa
credebant, quæ Christus asserebat. Sed circa Messiā
K scriptura prænunciauerat multas passiones. Isa. 53. &
specialiter dixerat Isa.50.c.Corpus meū dedi percutiē
tibus,& genas meas vellentibus: faciem meam non
auerti ab increpantibus & conspuentib⁹ me. Ideo ista
debuit aliqualiter Christus exprimere. Et ita tetigit
hic adhuc magis aperiēdo q̄ Isa.dixerat. Quod autem
ad hunc finem diceret, vt putaretur ipse esse Messias,
& compleri in eo ea, quę per sacram scripturam erāt
pręnunciata, patet, qa Luc. 18. dicitur quòd Christus
dixit:Ecce ascendimus Ierosolymam,& consummā-
būtur oīa, quæ scripta sunt per prophetas de filio ho-
minis. decuit ergo,quod non solùm Christus mortē
suam prænūciaret: sed etiam omnia particularia, quę
ei inferri debebant,& accidere circa eum,prædicaret.

Quarè Christus hic non dixit, quòd vnus de discipulis suis eum traditurus erat, sicut postea expressit.

Quæst. XLVI.

QVAERETVR, cùm Christus hic prænunciauerit de morte sua particulariter, quare non dixit, ꝙ vnus de discipulis suis eum traditurus erat, sicut postea expressit infra 26. & Marc. 14. capit.

Dicendum, ꝙ illud fuit. Primò, quia illa verba dicta fuerunt principaliter ad tangendũ cor Iudæ, vt ipse cognosceret se esse depræhensum à Christo: & fortè desisteret ab iniquitate concepta. Hoc autem cõueniẽs fuit dici, quando res erat in fieri: eo quòd verba tunc multum mouent quando dicuntur. postquam verò dicta fuerint, elapso aliquanto tempore non mouent ita efficaciter. Sed quando dicta sunt ista nunc inter Iordanem & Iericho, nõ erat passio Christi ita in propinquo: ideo licèt nunc diceretur, fortè obliuioni traditum esset antequam Iudas traderet Christum Iudæis: & ita non mouerent eum ista verba: ideo non fuit nũc conueniens dici: sed tunc, qñ Iudas tradere volebat Christum Iudæis: & ita in illa nocte, qua eum tradidit dixit ei illa verba, infra 26. & Io. 13. ca. Secundò fuit, quia Christus noluit crimẽ detegere, antequam esset: quòd enim vnus discipulorum suorum eum traderet, nefas erat grauissimum: & tamen nunc nondum erat, quia istud peccatum non fuit antequã Iudas illud animo cogitaret, & facere decreuisset. Istud aũt fuit, quãdo vidit effundi vnguentum super pedes domini: de quo ipse Iudas conquestus est, quare non fuit venditum trecentis argenteis. Nam, quia videbat se ibi desiderio suo defraudari, fuit sibi occasio cogitandi de venditione Dñi, vt colligitur infra 26. & Ioan. 12. cap. Et tamen illud nondum fuerat qñ ista verba dicta sũt: ideo nõ fuit conueniens accusare discipulos de crimine, quod nondum erat in aliquo eorum. Cùm autem Christus hoc dixit. i. vnus ex vobis me traditurus est, iã peccatum erat in Iuda ex parte consummatum non solùm in cogitatione, sed etiam in actu. Nã ipsa die qua manducauerunt Pascha ad noctem super mensam dixit Christus ista discipulis. Iam autem Iudas cogitauerat vendere dominum. s. ex illo die, quo vnguentũ super pedes domini fusum est, vt colligitur infra 26. & statim iuit ad principes sacerdotum, & obtulit se traditurum dominum acceptis triginta argenteis. Et ita tunc vendidit dominum, & accepit pretium, & ex ipsa die quærebat opportunitatem, quando & vbi eũ traderet. Tandem cogitauit, quòd posset eum opportunè tradere in nocte, qua Pascha manducabat: iõ sic deliberauit. Sic colligitur Io. 13. ca. Vbi agit de cęna Domini, & dicitur. Et cęna facta, cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eũ Iudas Simonis Iscariothis. Etiam patet, quia eo. ca. dicitur postea, ꝙ Christus dixit Iudæ: quod facis, fac citius. Et tunc ille egressus est de conspectu Domini: & vocauit ministros Iudęorũ, quibus eum tradidit. Et ita apparet, ꝙ iam conceperat tunc ire ad eum tradendum, quia aliàs Christo loquente non iret Iudas ad eum tradendum, cum Iudas non putaret, ꝙ Christus mitteret eum ad hoc: imò putabat, ꝙ Christus nesciebat, quid ille cogitasset. Secundò, quia Christus dixit, quod facis fac citius: & ita videtur ꝙ iam Iudas istud faciebat, quia aliàs non diceret ei Christus quod facis fac citius. Et ita Christus opportuno tempore tunc dixit, quando peccatum perpetratum erat. Nunc verò non factum erat, imò neq; cogitatum erat: ideo non debuit dici, quia non poterat proficere ad correctionẽ Iudæ, quia non põt quis corrigi de peccato, quod nunq̃ commisit neq; cogitauit. Tertiò fuit, quia Christ⁹ noluit dare occasionem peccandi. Nunc enim Iudas non cogitauerat de venditio

A ne Domini, nec quisquã aliorũ: & fortassis si audiret verbum de traditione eius, incideret sibi cogitatio de hoc, & tentaretur ad faciendum quasi habita quadam occasione: quod nos quotidie experimur: multi enim modi peccatorum sunt, quos nunquam committimus neq; cõmittere desideram⁹, quia ignoti nobis sunt, cùm nobis nullus vnquam de illis dixerit, nec scriptum legerimus. Cùm aũt audimus talia peccata ab aliis perpetrata, vel saltem perpetrari posse, magno desiderio succendimur, vt illa cõmittamus. Et ob hoc à multorum verborum auditione abstinere oportet, quia, vt dicitur 1. Corin. 15. corrumpunt bonos mores eloquia praua. Et hoc mõ errant grauiter confessores indiscretè quęrẽtes de peccatorum modis: potissimè

B circa luxuriam, & auaritiam, quia dant modos nouos confitentibus, quos fortassis nunquam cogitauerant: & tunc satan vrget eos ad illa experienda. Christus ergo antequã peccatum cõmissum esset, nihil dicere voluit. Et hoc mõ aliqui domini errant qui indiscretè circa subditos vel familiares se suspectos ostendentes, p̃stant illis occasionem cõmittendi contra eos crimen, quod nũquam committere cogitauerãt. Quartò fuit propter periculum Iudę quantum ad corpus. Nam si Christus nunc diceret, vnus ex vobis me traditur⁹ est: & adderet illa, quę dixit in cęna. s. qui intingit manum in paropside hic me tradet: cogitarent inter se discipuli, quis ille esset. Nam scirẽt certum esse, quod Dominus dicebat: non. n. ille mentiretur, præsertim in tantã

C diffamationem discipulorum suorum: & quoniã res dura erat, non p̃terirent eam sub dissimulatione, sed veritatem rei inquirerent: possent aũt veritatem inuenire ex aliquibus coniecturis: potissimè, quia Christ⁹ hoc Ioanni dixit, quis esset, Ioã. 13. & hoc non sustinerent discipuli, sed inuento scelere occiderent eum: vel fieret scandalum aliquod graue: ideo non debuit dicere illud nunc, vel aliquanto tempore ante mortẽ suam: qñ aũt dixit in vltima cęna, nullum malũ inde sequi poterat, quia post verba ista dixit Christus Iudę. Quod facis, fac citius. Et ille surgens recessit de cõspectu Christi. Io. 13. cap. & non rediit quousq; secum duxit ministros Iudæorum ad tenendum Christũ. Quintò dicunt aliqui factum fuisse ad hoc, ꝙ Iudas compũ-

D geretur de malo, quod cogitauerat, & non traderet dominum: & consequenter impediretur passio eius. Sed dicendum, ꝙ non stat. Primò, quia Iudas non poterat compungi de peccato, qđ neq; fecerat, neq; cogitauerat: & tamen qñ nunc Christus ista dixit, non cogitauerat Iudas istud peccatum, vt supra ostẽsum est. Secundò, quia etiam si cogitasset, & audiret hoc, non compungeretur, quia iniquitas sua obscurabat mentem eius. Nã qñ Christus ista postea sibi dixit, & quasi ostendit eum dicens. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet: non compunctus est, sed statim vt ista audiuit, iuit ad tradẽdum Dñm. Io. 13. c. Dicendum ergo, ꝙ non fuit propter hoc, sed propter causas suprapositas, & conuenienti tpe Christus istud dixit Iudæ. s. tunc quando peccatum cõmissum erat:

E & ita neminem falsè infamabat, neque ad peccandũ incitabat: & quando ipse audiens compungi poterat, nisi eum malitia excæcaret: & quando nullum scandalum, neque periculum inde sequi poterat hoc audiendo.

Grauiter confessores errant quęrentes de peccatorũ modis.

Quare Christus dixit, tradetur principibus sacerdotum &c.

Quæstio XLVII.

QVAERETVR, quare dixit Christus, tradetur principibus sacerdum. & c.

Dicendum, quòd voluit totum ordinem rerũ gestatum

ſtarum prædicere pp cauſas dictas ſupra: principium aũt paſſionis Chriſti quantum ad effectum, fuit ꝙ Iudas venderet Chriſtum Iudæis promittens ſe eũ illis dare, & poſtea tradidit in manus eorum. Nam Iudęi Chriſtum occidere cupiebant, ſed modum capiendi eum neſciebant: tũ quia timebant, ꝙ effugeret de manibus eorum: ſicut qñ voluerunt eum lapidare, & abſcondit ſe, & exiuit de templo. Io. 8. Et qñ voluerunt eum pcipitare de mõte Nazareth. Luc. 4. Tum quia, ẽt ſi non fugeret de manibus eorũ timebãt ſcandalũ, & volebant eo mõ illum tenere, quo non fieret ſcandalum, inf. 26. c. conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent, & dixerunt: non in die feſto ne fortè tumultus fieret in populo. Hunc aũt tumultum poterat euitare, qui Chriſtum traderet in manus Iudæorum in loco ſecreto, & tpe ſecreto. Et ad hoc nemo erat aptus niſi aliquis de familia Chriſti, qui ſciret, qua hora, in quo loco maneret, & qñ eſſet maior opportunitas tradendi eũ. Hoc aũt fecit Iudas, qui erat de familia Domini: & iõ dederũt ei Iudæi pecuniam, quaſi conueniẽter hoc facere poſſet: & ille tradidit eũ hora ſecreta. ſ. nocte profunda, & in loco ſecreto. ſ. extra vrbem in horto, vbi dormire aliquando ſolebat: & erat ille modus ſatis aptus tradendi eum ad euitandũ ſcandalum populi in captione eius. Et quia iſtud fuit primum myſterium, à quo tota paſſio ortum habuit, non debuit omitti: iõ dicitur tradetur. Et ponitur hic duplex traditio: vna, qua principibus ſacerdotum traditus eſt. Alia, qua traditus fuit gentibus. Iudas autem non tradidit eum Gentibus, ſed ſacerdotibus, quia cũ Gentibus nihil conuenerat, neque Gentes quærebant Ieſum, ſed Iudæi. Dicitur tamen ꝙ tradiderit Ieſum Gentibus. ſ. ꝙ Scribæ, & Phariſæi, & Principes Sacerdotum tradiderint eũ: non tñ dr̃, quòd eum tradiderit Iudeis: & rõ eſt, quia Iudas tradidit eum principibus ſacerdotum: & tamen Chriſtus noluit nunc exprimere ſe tradẽdum eſſe ab aliquo diſcipulorum ſuorum: quia non conueniebat pp cauſas aſſignatas præced. q. ideo dixit ſolùm, quòd traderetur principibus ſacerdotum. Et hoc verum eſt, quia principes ſacerdotum, & ſcribę, & ſeniores conſilium faciebant contra Chriſtum, vt eum dolo tenerẽt, & occiderent, qñ Iudas venit dicẽs: quid vultis mihi dare, & vobis eum tradã? infra 26. cap. Et ipſiſmet. i. miniſtris eorum poſtea per noctem tradidit Ieſum comprehendendum.

Quare Chriſtus dicturus de morte ſua dixit, quòd principes ſacerdotum, & ſcribæ condemnabunt eum morte. Queſt. XLVIII.

QVAERETVR, quare Chriſtus dicturus de morte ſua dixit, ꝙ principes ſacerdotum, & ſcribæ condemnabunt eum morte, quia videtur hoc nõ pertinere ad mortem ſuã: eo ꝙ ꝯdemnatio principũ ſacerdotum nihil faciebat: ipſi. n. non poterant quemquam condemnare ad mortem. Sic. n. ipſi dixerunt coram Pilato. Io. 18. Nobis non licet interficere quẽq̃. Dicendum, ꝙ ad aliquid faciebat condẽnatio iſta ad mortẽ Chriſti: ſi. n. non faceret ad eam, non condemnaſſent eum principes ſacerdotum. Etiam Chriſt⁹ de morte ſua pnunciaturus non inſereret hoc: eſt ergo verũ, ꝙ Iudęis nõ licebat occidere quemq̃ ex quacũq; cã quãtũcunq; grauiſſima, & ꝯtra legẽ: ſed oẽ iudiciũ ſanguinis exercebatur tunc p Romanos, qui hoc ſibi reſeruauerant. Nã ſi Iudęi hoc potuiſſent, non petiuiſſent à Pilato, ꝙ crucifigeret Chriſtum: & tamen iſta ſententia principum ſacerdotum fuit quoddam pam bulum neceſſariũ ad mortẽ Chriſti. Non. n. fuit Chriſtus adiudicatus morti petente aliquo priuato viro de Iſraelitis, ſed toto populo ſimul, & principibus ſacer-

F dotum petentibus eum crucifigi: ſicut dixit Pilatus, gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Ioan. 18 ca. & tamen totus populus non peteret mortem alicuius ſimul, niſi iudicaretur apud populũ ille reus mortis: ideo debuit præcedere neceſſariò iſta cõdemnatio. Secundò fuit, quia iſta cõdẽnatio ſuppleuit locum multarum probationum. Ad hoc. n. ꝙ Chriſtus adiudicaretur morti ſm formam iuris oportebat, ꝙ vel ſponte confiteretur crimina obiecta in eum, quæ eſſent ſufficientia ad damnationem, vel conuinceretur apertè de illis. Ipſe tamen nullum crimen de ſe confeſſus fuit, quia nullum commiſerat: ideo licèt taceret clamantibus contra eum Iudæis non erat morti adiudicandus, ſed neceſſe erat, quòd conuinceretur de criminibus p G teſtes. Locum aũt iſtarum probationum ſuppleuit apud Pilatum licèt iniuſtè auctoritas pontificum, & totius populi. Dicente enim Pilato, quã accuſationem affertis aduerſus hoĩem hunc? dixerunt illi. Si non eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eũ. Io. 18. Hoc tamen non aſſereret totus populus, niſi prius eum dignum morte iudicarent: ideo eum prius condemnauerunt dicentes. Reus eſt mortis, infra 26. & Mar. 14. Luc. 22. Tertiò fecerunt hoc Iudæi. ſ. pontifices ad honeſtandum, vel colorãdum aliqualiter factum ſuum: non. n. mouebantur contra eum ex aliqua iuſta cauſa: & tamen, vt non penitus viderentur ex odio proceſſiſſe prætermiſſo omni ordine iuris, congregauerunt ꝯcilium, & teſtes adduxerunt contra eum, & tandẽ cõ H demnauerunt eum oẽs, dicentes: Reus eſt mortis. Et propter iſtas cauſas Iudęi condemnauerunt Chriſtũ: & ideo ipſe mentionem fecit, ꝙ condemnauerunt eũ principes ſacerdotum. Quartò fuit ad oſtendendum peccatum populi Iudęorum, quia non ſolùm petiuerunt Chriſtũ condemnari à Pilato, ſed etiam ipſi prius eum condemnauerunt.

Quare Chriſtus dixit, quòd reſurgeret: cùm hoc ad mortem non pertineret. Quæſt. XLIX.

QVAERETVR, quare Chriſtus dixit, quòd tertia die reſurgeret, quia hoc nõ pertinebat ad mortem. Dicendum, ꝙ fuit neceſſarium. Primò ad I confortandum diſcipulorum mentes: nam ſi diceret ſe occidendum, & nõ diceret ſe reſurrecturũ, ineffabili dolore tenerẽtur: ſed cũ dixit ſe reſurrecturum, erat aliqualis conſolatio, quia dolor erat momentaneus. Sicait Chryſoſt. Hoc huius gratia dixit, vt cùm triſtia viderint, reſurrectionem expectarent. Secundò fuit, quia magis neceſſe erat reſurrectionem prædicere, q̃ mortem. Nam etiam ſi mortem non pręnũciaret, viderent illam aliquando diſcipli. Si autem reſurrectionem non prædiceret, nunquam illam crederent, quia illa non erat ita patens. Tertiò fuit, vt videretur, quòd ipſe ſciebat oĩa, quę futura erant circa eum. Sic dicitur Io. 18. Sciens autem Ieſus omnia, quę ventura erant ſuper eum. Et quia reſurrectio erat vnum de præcipuis, K debuit illud prædicere. Quartò fuit, vt poſſet eſſe fides de illa. Nam ſi non prædixiſſet Chriſtus ſe reſurrecturum, etiam ſi reſurgeret, non crederetur, quia veriſimile erat, quòd ſi ſe reſurrecturum ſciret, pręnunciaret illud, cùm glorioſius eſſet reſurgere quàm mori: & tamen libentius de ſe homo dicit fęlicia, & lęta q̃ humilia & triſtia: licèt ergo poſt mortem reſurgens appareret, nõ crederetur eſſe ille, ſed eſſe phantaſma, cùm nihil de ſe prędixiſſet. Nam prędicendo ſępe vix credi potuit, quando poſtea apparuit: quanto magis ſi nihil prædixiſſet? Quintò fuit, vt eſſet argumentum aliquale contra Iudæos; & ideo non ſolũ in ſecreto dici debuit, ſed etiã aliqñ in manifeſto, vt Iudęis ꝯſtaret, ꝙ ille dixerat ſe reſurrecturum: nam ſi nihil vnquã de

hoc

hoc diceret, & postea Apostoli eũ resurgentem asserent, viderentur derideri, & falso laudare magistrũ, cũ ille de se talia asserere noluerit. Nunc aũt Iudæi audierant de resurrectione eius, & ob hoc dixerunt Pilato: Domine recordati sumus, quòd seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertiũ: ne forte veniant discipuli eius nocte, & furentur eum, & dicant plebi, quia surrexit à mortuis, inf. 27. c. Et ita qñ custoditus surrexit videntibus militibus, qui custodiebant sepulchrum, non potuit oĩno negari resurrectio, quia saltem ipsi principes sacerdotũ, & scribæ, & principes totius populi cognouerunt veritatem testificantibus militibus, qui custodiebant sepulchrum: & data pecunia multa militibus impetrauerunt ab eis, vt dicerent, ꝙ dormientibus eis venerant discipuli, & furati fuerãt corpus eius, infra 28. cap. & ita tam principes, quã milites, & multi de populo audientes veritatem à militibus cognouerunt, ꝙ verum esset. Si aũt non prædixisset Christus se resurrecturum: ita ꝙ aliqualiter perueniret ad notitiam Iudæorũ, non posuissent custodiam monumento: & licèt postea surgeret, non putarẽt, ꝙ resurrexisset: sed verisimiliter credere possent, ꝙ discipuli eius furati fuerant corpus eius nocte, vt dicerent plebi, ꝙ à mortuis surrexerat: & hoc multum militaret contra fidẽ resurrectionis: iõ fuit valde necessariũ, ꝙ Christus prædiceret de sua resurrectione nõ solùm discipulis in secreto, sed etiam taliter, vt ad publicum venire posset. Sextò fuit, vt tempore illo medio, quod fuit inter mortem, & publicatam resurrectionẽ, discipuli non perderent penitus fidem, & spẽ circa eum. Si enim dicẽs de morte nõ diceret de resurrectione, putarẽt, ꝙ non verè surrecturus esset: & satis rationabiliter. Nam cũ de morte prædiceret verisimile erat, ꝙ ẽt de resurrectione prænunciaret, & illam sciret si futura esset: si ergo non diceret de illa, putaretur ꝙ non esset resurrecturus. Magis enim putari adhuc posset de resurrectione, si neque mortem neq; resurrectionẽ prædiceret, quàm prædicens mortẽ nihil diceret de resurrectione, quia putaretur, ꝙ nihil euenturum erat, nisi qđ ille prædicebat. Si tñ moriente Christo nulla fides, neque opinio aliqualis maneret discipulis de resurrectione, penitus recederent ab inuicem, quasi oĩa, quæ ad magistrum suum pertinebant, iã consummata essent: & nõ esset de eo iam vlla spes: & hoc erat maximum inconueniens, quia si discipuli mortuo Christo nihil sperarent, & abinuicem recederent: etiã si Christus resurgeret non crederent. Et dato ꝙ crederent aliqui, quibus appareret, nemo eos rursus ꝯgregare posset sicut prius erant ad hoc, ꝙ irent ad prædicandũ, & expectarent simul Spiritum sanctum, & manerent velut vnus populus facti, in Ierusalem testimonium reddentes resurrectionis Iesu Christi, sicut fecerunt: nisi iterum veniret Christus, & corporaliter atque manifestè conuersaretur inter homines, & prædicando ad se congregaret eos, sicut prius, quod non decebat, qa post resurrectionem suam non dedit eum Deus notũ fieri omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Act. 10. c. ideo debuit prædicere de sua resurrectione.

Quare dixit se tertia die resurrecturum.

Quæst. L.

QVAERETVR, quare dixit se tertia die surrecturum. Dicendum, ꝙ eadem necessitas erat dicere, ꝙ tertia die resurgeret. Et fuit primò propter rei veritatem: nam ita futurum erat, quod tertia die resurgeret: ideo cũ de resurrectione dictum est, côueniens est, quod diceretur tertia die eum surrecturum. Secundò, quia si diceret se resurrecturum, & non diceret, quòd tertia die, vel qñ: nihil dicere videretur, quia etiam omnes hoĩes resurrecturi sunt: & ita Iudæi credebant saltem Pharisæi, & sapientes eorum. Actu. 23. cap. sic patet Io. 11. cap. qñ dixit Martha ad Iesum: Domine si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuᵘ. Dixit aũt Christus: resurget frater tuus. Et illa ait: scio ꝙ resurget in nouissimo die. Et tñ si dixisset Christus, resurget hodie frater tuus, vel cras, aut determinato tempore, non diceret Martha scio, ꝙ resurget in nouissimo die: ergo si Christus diceret se resurrecturum, & non qñ, crederetur, quòd in nouissimo die: debuit ergo designare tempus, & quia illud erat die tertia, dicit quòd tertia die resurgeret. Tertiò fuit, quia Christus dixit discipulis de resurrectione, vt non frangerentur animi eorum audita morte: & tamen si nullum tempus præsignaret resurrectionis, non consolarentur, quia putarent, quòd resurrecturus erat in nouissima die, vel tali tempore, quòd ipsi non essent superstites, aut non viderent eum resurgentem: iõ dixit, quòd tertia die resurgeret: & tunc magna consolatio erat, quòd pauco tempore manebant sine eo. Sic dicit Chrys. Neq; enim multum tempus dixit, quo maneret in morte: sed tertia die se dixit surrecturũ. Quartò fuit ad ostendendum sapientiã suam, & magis confirmandam fidem, quia ad sapientem pertinet cognoscere rem determinatè, & non solùm in vniuersali, sicut astrologus futura, vt dictum est supra: nihil autẽ particularius esse poterat q̃ determinare numerum dierum, quando surrecturus erat: ideo conueniebat, quòd terminum prædiceret. Quintò fuit ad magis ostendendam veritatem rei. Nam si diceret se surrecturum, & non præsignaret tempus, nesciretur quãdo fieret: & consequenter non attenderent discipuli ad inquirendum veritatem prænunciationis, quia poterat esse, quòd post multa tpa istud impleretur, & non possent esse omni tempore soliciti circa hoc: iõ penitus cessarent à reinquirenda. Cũ autem designauit eis diem tertium, quia terminus erat certus, & breuis, poterant vsque ad illud attingere, & inspicere, an verũ prænunciasset Christus, & ita fecerunt. Nam die tertio iuerunt ad monumentum, & inuenerunt eum surrexisse, sicut dixerunt illi duo discipuli, qui ibant in Emmaus. [?]nos sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israel: insuper tertia dies est hodie, ꝙ hæc facta sunt: sed & quædã mulieres ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem iuerunt ad monumentum: & nõ inuento corpore eius venerunt, dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eũ viuere: & abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum verò non inuenerunt: ideo conueniens erat designari diem, & propinquum quidem. Sextò fuit, vt esset argumentum efficax contra Iudæos, vt resurrectionis fides esset verisimilis. Nam per hoc multum comprobata est resurrectio, quia posuerunt Iudæi custodes ad monumentum, qui asseruerunt dominum surrexisse, & viderũt. Non tamen posuissent illos Iudæi si non asseruisset Christus se vsque ad certum diem resurrecturum, qa dicendo, quòd resurgeret sine præfinitione temporis, putarẽt, quòd vel in die nouissimo resurgeret, vel nesciretur tempus, ideo non custodiretur: & ita multũ adimeretur de fide Christi. Debuit ergo resurrectioni designari tempus. Septimò, vt ostenderet Christus, quòd implebat scripturas. De resurrectione enim sua scripturæ testantur, quòd tertia die futura esset, vt dicitur primo Corin. 15. capi. ergo debuit etiam designare diem certum ad resurgendum.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.

Tertia virtus quæ in prælatis eé debet ac eiusdem diuisio.

Tunc accessit. Hic ponitur tertium huius cap. s. humilitatis tenor, & est tertia virtus, quæ debet esse in prælatis. s. vt non optent præesse, sed prodesse. Quod Christus facit hic circa duos fratres petentes indebita. Et diuiditur in duo, quia primò ponitur humilitatis occasio. s. ipsa res, propter quam documenta datum est. Secundò subiungitur humilitatis instructio ibi. *Iesus autem vocauit eos.* Circa primum. *Tunc accessit.* Scilicet, statim post verba ista dicta discipulis. *Ad eum.* Idest, ad Christum. *Mater filiorum Zebedæi.* Idest, mater Ioannis, & Iacobi, qui erãt filij Zebedæi. Erat enim Zebedæus pater eorum, quem reliquerunt in naui, cũ mercennarijs, qñ vocauit Christus ad se eos. Mar. 1. ca. *Cum filijs suis.* Idest, cum Ioanne, & Iacobo, qui matrem comitabantur. *Adorans.* Scilicet, Christum. i. antequam peteret aliquid ab eo, adorauit eum, idest, exhibuit cœremoniam adorationis inclinans caput, vel genua flectens. *Et petens aliquid ab eo.* Scilicet, concedi sibi ab eo. Et petiuit hoc quod sequitur. Vel dicitur petens aliquid, idest, veniens in similitudine petentis: licèt nondum peteret. Et hoc, quia forte flexis genibus manebat coram Christo, qui erat habitus petentis: & tamen nihil adhuc verbo exprimebat: & ob hoc Christus ab ea quæsiuit, quid vis, idest, quid petis? *Ait illi.* Idest, mulier respondit Christo. *Dic.* Idest, iube: quasi dicat: si tu iusseris fiet, quia nemo potest euitare, quod tu fieri volueris. *Vt sedeant hi duo filij mei.* Scilicet, isti præsentes Ioannes, & Iacobus. *Vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram.* Idest, vnus in dextra, & alius in sinistra: petiuit eos fieri Christo propinquiores loco, & consequenter petiuit eos cœteris maiores fieri quantum ad omnia, quia conditio sedium hoc exigebat. *In regno tuo.* Idest, qñ tu regnaueris, siue de regno huius sæculi, siue futuri intelligat, vt infra dicetur. *Respondens autem Iesus.* Leuiter se expediuit de ista petitione, quia irrationabilis erat, & ex ignorantia habens originem. *Nescitis quid petatis.* Idest, insipientes estis in petendo hoc, quod petitis. Vel nescitis quid, aut quale est illud, quod petitis: & ideo adhuc insipientiores estis. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Idest, ad hoc quod petitis non potest perueniri, nisi bibendo calicem passionis, & totius amaritudinis: ideo cũ hunc honorem petatis, quæro à vobis, an calicem illum bibere possitis, & dixit, quem ego bibiturus sum. i. tolerare mortem, sicut ego tolerabo: quasi dicat: ego p mortẽ acquiro honorem: ideo vos si honorem hunc, aut similẽ vultis calicem mortis bibere debetis. *Dicunt ei.* Respon-

F derunt Iacobus, & Ioannes, & non mater, quia ad illos dixerat Christus verba. *Possumus.* Insipienter ẽt ipsi loquuntur, quia nesciebãt, an possent, sed honoris cupido inflãmauerat eos, vt sic dicerent. *Ait illis.* Replicat Christus. *Calicem quidem meum bibetis.* Idest, martyrij, vel passionis: ambo enim pro Christo multa passi sũt. *Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram.* Quod illi concesserant ipse acceptauit asserens, ꝙ verè biberent calicem eius patiendo ꝓ eo: & tñ quod petiuerant nõ aperte ꝯcedit: imò non ꝯcedit: quia non sunt ipsi, qui sedẽt ad dexteram, aut sinistram Christi. *Non est meum dare vobis.* i. non pertinet ad me eo modo, quo vos pertinere putatis: licèt verè ad ipsum pertineret facere quidquid vellet. *Sed quibus paratum est à patre meo.* Patrẽ
G vocat Deum. q. d. non putetis, ꝙ ista danda sint ex affectione carnalis cognationis, in qua vos confiditis, sed ſm dispositionem diuinã dantur, cui nemo cognatus est ſm carnẽ, quia ille spiritus est, sed oẽs sunt filij eius, & magis ad eum pertinet, qui ipsum magis colit.

An ista petitio mulieris, & c. sint continuata ad præcedentia, & an sint statim facta. Quæstio LI.

QVAERETVR, an ista petitio mulieris, & alia, quæ Christus dixit de instructione humilitatis, sint continuata ad præcedentia, & an sint facta statim.

Ad primum dicendum, ꝙ ordo continuatus est. Nam quando non apparet anticipatio, neque recapi-
H tulatio, credendum est esse ordinem cõtinuum semp in scripturis: & tamen hic non apparet anticipationis, neque recapitulationis ponendæ causa: ideo est tenendum, ꝙ sit ordo ꝯtinuus. Secundò patet, & efficacius: quia Matthæus, & Marcus soli istud referũt, & ambo concordant in isto ordine. Nam Mar. 10. cap. statim post præcedentia, in quibus prænunciauerat de morte, & resurrectione sua, subditur de petitione ista: ideo dicendum, quòd est ordo continuus.

Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ statim factũ est istud post p̄cedentia. Quod patet, qa dr̄ hic. Tunc accessit ad eũ. s. tunc qñ facta sunt p̄cedẽtia: & ita apparet, ꝙ inter Iordanem & Iericho ista facta sunt, dum Christus iret in via, vel diuerteret ad aliquem locum eundo Ierosoly-
I mam. Nam iam transiuerat Iordanem, vt dicitur præced. cap. in princ. nondum tamen peruenerat in Iericho, sed postea peruenit, vt colligitur infra in litera.

Quomodo potest stare, quòd mater filiorum Zebedæi accesserit ad Christum petens, quia videtur contrarietas in Euangelistis. Quæst. LII.

QVAERETVR, qũo potest stare, quod hic dicitur, ꝙ mater filiorum Zebedæi accesserit ad Christum petens: nam Mar. 10. c. dr̄, ꝙ accesserunt ad Iesum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, & tanta videt esse diuersitas, quòd Matthæus de matre loquitur hic: Marcus autem nõ solùm non introduxit matrem petentem, sed etiam omnino nullam de matre mẽtionẽ
K fecit, neque in petitione, neque in responsione, neq; ꝙ saltem assisteret. Aliqui dicunt, ꝙ non est idem hoc, & illud, sed diuersis temporibus factum est: & ita vna petitio potuit fieri per matrem, sicut hic dr̄: alia verò per filios, sicut Marcus posuit. Sed dicendum, ꝙ non stat, sed necesse est dici eandem rem esse. Nam idem peti ponunt ambo, idest, Matthæus, & Marcus: & idẽ responsum à domino datum. Secundò, quia non est verisimile, ꝙ bis petitũ fuerit: quia tunc postꝙ̃ repulsa esset mater pro filijs petens introducerentur alio tempore filij petentes pro seipsis, quod non stat: quia primò repulsi essent, quòd nescirent, quid peterent, quõ ergo auderent iterum idem petere nõ est verisimile. Tertiò,

Tertiò, quia si repulsi prima vice peterent idem secunda vice, grauius repellerentur secunda quàm prima: & tamen Matthęus, & Marcus ponētes repulsam eorum omnino eadem verba ponunt: ideo non fuit alia, & alia repulsa. Quartò, quia quando ponit hic Matthęus petitionem, & responsionem subdit, ꝙ indignati sunt decem de duobus fratribus. Item illi videntes indignationem eorum, non auderēt postea idem petere: potissimè quia Marcus eodem modo ponit indignatos decem, & ita non fuit alia petitio. Quintò, quia pręsupponitur, ꝙ primò mater petens repelleretur, quòd Matthæus ponit, & postea filij peterent & repellerentur, quod ponit Marcus. Sed non est verū, quia licèt Matthæus introducat hic matrem petentē: tamen responsio Christi non fit ad matrem, sed ad filios, & ipsi repelluntur. Et ita, tam apud Matthæum, quàm apud Marcum soli filij repelluntur. Non est ergo verum, quòd bis hoc actum fuerit, quia tunc filij bis repellerentur, quod non est verisimile.

Dicendum ergo, quòd vna & eadem petitio, & responsio fuit, quę apud Matthęum, & Marcum cōmemoratur. Et tamen fuit veritas, ꝙ mater non fuit mota ad petendum aliquid pro filijs: sed filij solicitauerūt matrem, vt peteret pro eis, & petiuit, quod habetur hic. Et quia verè illa petiuit, & non filij, licèt filij irent cū ea, dixit hic Matthęus, quòd accessit illa ad Iesum cum filijs suis petens ab eo. Et sic Matthæus puram, & nudam facti veritatem recensuit non curās originem vel causam. Marcus verò ad causam potius attendit: sciebat enim, quòd mater non a seipsa, sed a filijs mota est ad petendum, & ideo illi petere videbantur, qui peti pro se fecerant. Illos ergo petere dixit, & non matrem: sicut ille dicitur ędificare domum, qui ędificare iubet, & non domificatores, qui manibus suis illā construunt. Sic dicitur, ꝙ Salomon ædificauit, vel fundauit domum Domini. 3. Reg. 6. & tamē non posuit manum ad lapides, aut ligna, sed fabricatores. Quod vero Marcus dicit, accessisse Iacobum & Ioānem filios Zebedæi ad Christum, verum est quātum ad rem gestā. Nam etiam Matthęus dicit illos iuisse cum matre sua petente: sed quòd asserat illos petiuisse cùm mater petiuerit intelligendum est, vt dictum fuit. Sic dicit Augustinus libro de Concor. Euange. Quod autem hic per matrem dictum esse expressit Marcus, ipsos filios Zebedęi perhibet dixisse, cum illa eorum voluntatem attulisset ad Dominum. Vnde magis ipsos, quàm illā dixisse, quod dictum est, Marcus breuiter intimauit.

Quomodo Ioannes, & Iacobus potuerunt aliquid a Christo petere per matrem: quia ipsa non erat cum Christo. Questio LIII.

QVAERETVR, cùm Iacobus & Ioannes filij Zebedęi, vellent aliqd petere a Christo: quomodo potuerunt per matrem petere, quia ipsi discurrebant cum Christo: illa verò mulier erat, & non discurreret, sed maneret in vrbe sua Nazareth. De illa enim erat Dominus, & ibi habitabat mater eius, & sorores eius, & tota cognatio sororum eius, & familiæ ipsarum, vt testati sunt Nazareni, vt patet supra decimo tertio cap. & Mar. 6. ca. Ista autem petitio non fuit facta in Nazareth: ideo non posset hoc petere mater pro filijs. Aliqui dicunt, quòd fuit facta in Nazareth, & ideo mater petere potuit. Nam aliquando Christus ibat in patriam suam Nazareth, sicut patet Luc. 4. Cū petiuerunt, ꝙ faceret ibi signa, sicut in Capharnaum: & iterum iuit illuc & prędicauit: fecit tamē pauca miracula propter infidelitatem Nazarenorum. supra 16. & Mar. 6. Ita & nunc quādo istud accidit, poterat esse in Nazareth, & ita peteret ibi mater pro filijs.

Dicendum, ꝙ non stat: quia istud accidit extra Nazareth: est enim Nazareth in Galilæa, & ideo Christus, qui erat Nazarenus vocabatur Galilæus: & ita vocatur propheta a Nazareth Galilęę. c. sequenti. Simile patet Ioan. 1. & 7. Vbi ostenditur Nazareth de Galilęa esse: nunc tamē Christus erat extra Galilęam, quia de Galilęa venerat in Iudęam, & iam intrauerat in Iudęam: quia pręcedenti quęstione, in principio fit mentio, ꝙ venerit in fines Iudęę & Galilęę. Nunc autē aliquantum transiuerat, vadens versus Ierusalem, & ita in Iudęa erat, & verè erat in via inter Iordanem, & Iericho, cùm infra in litera fiat mentio, quòd venerint in regionem Iericho: non ergo erant in Nazareth. Est ergo verè dicēdum, ꝙ non factum est in Nazareth, sed in Iudęa, & tamen potuit esse ibi mater Iacobi, & Ioānis dupliciter. Vno modo, quòd casu venisset nunc ad visitandum Christum, aut filios suos. Secundo modo, ꝙ fortè iam ex toto sequeretur Dominum.

De primo patet, quia sic fuit de Virgine Domina nostra: illa enim non discurrebat cum Christo, quocunque ille ibat ad prędicandum, sed aliquādo veniebat ad visitādum eum, ex aliquibus causis ad loca, per quæ discurrebat. Sic patet supra duodecimo capitulo cùm dicitur: Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater sua, & fratres sui stabant foris, quęrentes loqui ei. Et dixit ei quidam: ecce mater tua, & fratres tui stant foris quęrentes te. Et ita apparet, quòd non discurrebant cum eo de loco in locum, sed nunc eo prędicante superuenerunt. Quia si cum eo ambularent, nunc non starent foris prędicante eo, neque vellent tunc loqui: & ita ergo poterat nunc venisse mater filiorū Zebedęi ad visitandum eos aut Christum. De secundò patet, quia fortè sequebatur mater istorum duorum Christum, sicut aliquę alię mulieres sequebantur, & maximè, quando nunc venit de Galilęa in Iudęam, secutę fuerant eum aliquę, & quando in Galilęa erat, sequebantur eum aliquæ, & ministrabant ei necessaria de expensis suis. Luc. 8. c. & ita nunc de Galilęa ascenderant multæ cum eo mulieres in Iudęam, & in Ierusalem. Mar. 15. et Luc. 23. Et isto modo venerat ista mater filiorum Zebedęi cum Christo de Galilęa vsq; in Ierusalem, & secuta fuit eum vsque ad mortem: & ipsa fuit vna de eis, quę ipsum vngere venerāt ad monumentum, infra 27. ca. f. Erant ibi mulieres multæ a longe, quę secutę fuerant eum a Galilęa ministrantes ei, inter quas erant Maria Magdalene, et Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedęi. Sed illa mater filiorum Zebedæi est, de qua hic dicitur. Ipsa ergo potuit esse in via inter Iordanem, & Iericho cū Christo, vbi ista acciderunt, vt peteret a Christo pro filijs suis ea, quæ habentur hic. Ista est, quæ vocatur Maria Salome, cuius nomen non posuit hic Matthæus, sed Marci. 16. ca. ponitur. Quomodo autem fuerit secuta Christū non patet. Aliqui dicunt, quòd sicut filij eius patrem dimiserant, vt Christum sequerentur, ita & illa virū reliquerat, vt sequeretur saluatorem. Alij volunt, ꝙ non reliquerit virum, sed post vocationem Iacobi, & Ioannis a Christo, quo tempore viuebat pater eorum Zebedæus, quem in naui cum mercenarijs reliquerunt Marc. 1. cùm mortuus fuerit Zebedæus, tunc vxor eius mater Iacobi, & Ioānis secuta fuit Christum, quem nunc sequebatur. De hoc dicit Chrysost. Hęc mater filiorum Zebedæi, & Salome, cuius apud alterum euangelistam ponitur nomen, verè pacifica, quæ verè filios genuit pacis: magna enim laus mulieris ex hoc loco colligitur: qa non solū filij reliquerunt patrem, sed & ipsa reliquerat virum suum, & secuta fuerat Christum: quia ille, idest, Zebedæus sine ista viuere poterat: ista autem sine Christo salua esse nō poterat: nisi fortè quis dicat, ꝙ inter tempus vocationis

apostо-

apostolorum, & passionis Christi mortuus est Zebedeus: & sic illa sexu fragilis, ætate defecta, Christi vestigia sequebatur: quia fides nunquam senescit, & religio fatigationem non sentit.

Ad quid Ioannes & Iacobus voluere matrem suam aliquid pro eis a Christo petere. Quest. LIIII.

QVAERETVR, dato ꝙ mater Iacobi, & Ioannis pro eis petere posset aliquid, ad quid ipsi voluerunt, quòd pro eis peteret, poterant enim ipsi pro seipsis petere. Dicendum, quòd matri suaserunt, vt peteret, quasi cōuenientius illa petere posset, quàm filij. Et hoc primò, quia facilius exaudiretur, eo quòd ipsa erat mulier, & viri solent maximè honorare matronas, potissimè cùm honestę sint, & ętate graudeuę, talis autem erat mater. Aut, vt Chryso. dicit. Quòd erat ætate defecta, & fęmina religiosa: ideo magis eam audiret quàm illos. Secundò, quia ipsi erant domestici Christi, & licèt quis familiares suos magis quàm extraneos diligat: extraneos tamen magis honorat. Vnde ad Iacobum, & Ioannem tanquam familiares & discipulos parum attenderet Christus, ad matrem verò eorum, quæ non erat ita familiaris magis attenderet: ideo illam summiserunt rogaturam. Nam circa honorem honestius auderent petere extranei, quàm domestici. Cùm enim Iacobus & Ioānes discipuli essent Christi, & familiares eius, non videbatur eis honestū, ꝙ ipsi peterent hunc grandem honorem. s. ꝙ sederet vnus ad dexteram, alius ad sinistrā: ideo honestius mater eorum pro eis peteret. Tertiò fuit, quia facilius cōcederet Christus matri, quàm filijs. Nam licèt tam matri, quam filijs esset Christus cognatus secundùm carnem, tamē ad matrem illorum se habebat, vt minor, ad illos verò vt æqualis: & ideo matri illorum, quæ erat soror matris suæ debebat quendam honorem, quia forte illa aliquando adiuuerat Dominam nostram sororem suam ad nutriendum Christum, sicut sorores inuicem faciunt: & ex hoc aliqualem honorem ei videbatur debere vt matri. Iacobus autem, & Ioannes erant cognati Christo in secundo gradu: & ita erāt in gradu æqualitatis, & ideo non debebat eis honorem, sed amorem, propter quod facilius exaudiret matrē eorum quàm illos. Quartò, quia ex alia ratione videbatur Christus debere honorem quendam isti mulieri: quia ista ministrabat ei expensas aliquas, vt dicitur infra vigesimoseptimo, erant autem mulieres a longè, quę secutę fuerant Iesum a Galilæa ministrātes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedęi: ideo magis exaudiret istius petitionem quam filiorum. Quintò fuit propter reprehensionem tollendam, & scandalū euitandum. Nam timebant Ioannes & Iacobus, quòd eis petentibus hunc singularem honorem turbarētur cęteri discipuli. Si autem mater pro eis peteret, nō esset, ita aperta causa turbationis, & ipsi essent excusabiliores. Sextò, quia ad quemcunque euentum videbatur esse melius, ꝙ mater peteret, quàm quòd filij: quia aut petitio ista iudicaretur a Christo reprehensibilis aut rationabilis, si reprehēsibilis minus redargueretur illa, tum quia erat mulier, tum quia mater. Si autem esset rationabilis, facilius impetraret mater quā filij. De his dicit Chryso. Si nos rogamus magistrum, forsitan cęterorum fratrum corda concutiemus. Si enim vinci a carne iam non possunt, quasi iam spiritua les: tamen percuti possunt, quasi adhuc carnales: ergo submittamus matrem nostram, vt suo nomine deprecetur pro nobis. Si enim reprehensibilis inuenta fuerit, facilè meretur veniam, ipse enim sexus excusat errorem. Si autem non fuerit importuna, facilius impe-

F trabit mater pro filijs suis rogans. s. si non iudicata fuerit petitio importuna, & irrationabilis, ipse enim Dominus, qui maternos animos filiorū miseratione impleuit, facilius exaudit maternum affectum.

Septimò fuit ad accumulationem, nō enim sic iuit ad petendum, ꝙ filij absentes essent: sed mater cum filijs iuit, & ita vt tam mater, quàm filij simul petere viderentur: vnde & Marcus filios petētes dicit, sed quod a pluribus petitur facilius impetratur: iuxta illud: Multiplicatis intercessoribus largiaris.

Quomodo ausa est mater filiorum Zebedęi petere hoc a Christo. Quæstio LV.

G QVAERETVR, quomodo mater istorum ausa est petere a Christo hoc. Dicendum, ꝙ primò mota est ex affectu materno: erant enim filij eius Iacobus & Ioānes, & fortassis nullos alios habebat: ideo tenebatur nimio affectu ad eos, & ita quidquid illis ad honorem, vel vtilitatem cederet, nō dubitaret mater petere, quæ illud ardenter cupiebat: hoc autem valde videbatur ad honorem eorū facere, quòd sederēt ad dextram & sinistram Christi: quod nunc posse obtineri putabant: ideo mater confidenter petijt. Sic enim dicit Chrysost. Audacem enim eam fecerat naturæ affectus. s. ꝙ mater esset. Secundò, fuit ipsa cōfidentia propinquitatis nimię in cognatione: dominus enim hūc honorem aliquibus collaturus erat. s. alicui, quòd sede-
H ret ad dextram, & alicui ad sinistrā, sicut principes terreni faciunt: non tamen videtur aliquis cui potius dare deberet quàm istis: quia isti erāt propinquiores cognatione: erant enim in secundo gradu ad Christum, & mater eorum erat soror matris Christi: ideo videt ei, ꝙ poterat petere sine spe repulsę. Tertio, quia ipsa ministrabat Christo in expensis, vt dictum est pręcedenti quæstione: ideo ex hoc aliquem honorem impenderet ei petenti.

Quare nunc potius quàm alio tempore mater, & filij hoc petiuerunt a Christo. Quæstio LVI.

QVAERETVR, quare nunc, potius quàm a-
I lio tēpore mater & filij hoc petiuerunt a Christo. Dicendum, ꝙ putauerunt nunc tempus aptissimum: ante hoc autē licèt fortassis hoc cuperent, non viderant aptitudinem petendi. Nunc verò viderunt rem de propinquo: nam Christus dixerat nunc ascendens Ierosolymam, ꝙ moriturus esset, & resurgeret tertia die: sed statim post resurrectionem putauerunt, ꝙ Christus esset in regno suo: quia iam nihil restaret agēdum, postquam semel occideretur, & resurgeret: ideo antequam alius hoc peteret, & concederetur ei, voluerunt ipsi anticipare, vt eis daretur. Et ob hoc statim, vt Christus dixit de morte, & resurrectione sua, secuta fuit hęc petitio. Et ita dicitur in litera: Tunc accessit ad eum. s. statim postquam mors & resurrectio
K prænunciata sunt. Est autem intelligēdum, ꝙ postquā Iacobus & Ioannes audierunt Christum loquentē de morte sua, & resurrectione iuerunt, & dixerunt matri suę, & suggesserunt ei, ꝙ illa ad petēdum pro eis iret. Nam ipsa non interfuerat, quando Christus de morte & resurrectione locutus est: cùm dicatur supra in litera, quòd assumpsit duodecim discipulos suos secretò: & ita oportet necessariò intelligi, ꝙ matri suæ illi statim hoc retulerunt, & illa non morata Christum petitura adijt. Sic dicit Hieron. Quia post omnia dixerat Dominus, & tertia die resurget: putauit mulier post resurrectionem illico regnaturum: & auiditate fœminea præsentia cupit immemor futurorum. Sic etiam dicit Chrysosto. Aestumo autem, ꝙ hi fratres cùm audissent

dissent Dominum de passione sua, & resurrectione A prophetârem, cęperunt dicere intra se, cùm essent fideles: ecce rex cœlestis descendit ad regna tartarea, vt regem mortis destruat: cùm autem victoria fuerit cõsummata, quid aliud restat, nisi vt regni gloria subsequatur? Ante hoc autem non fuerat tanta aptitudo ad petendum, quia aliquod tempus erat, in quo Iacobus & Ioannes non habebant secum matrem, vt peteret pro eis: sicut antequam illa inciperet ire cum Christo de Galilæa in Iudęam, & ideo tunc petere non auderent. Etiam aliquando erant ita noui apud Christum, ꝙ de regno eius futuro nihil credebant, neque audiuerant: ideo nihil erat quod petere possent. Aliquãdo autem licèt de regno Christi audissent, tamen longè illud esse putabant: ideo petere non curabant, sicut B postquam audierant iam bis, quòd Christus iturus esset in Ierusalẽ, & moriturus, & surrecturus. supra 16. c. & 17. c. Nunc verò omnia concurrebant in vnum. Nam matrem suam secum habebant, quæ de Galilæa cum Christo ascendebat in Iudęam & Ierusalem, vt colligitur infra vigesimoseptimo, etiã iam de Christo credebant, ꝙ regnaturus esset, tum quia eum filium Dei sciebant, eo ꝙ cum ille quæsiuit ab eis, vos autẽ quem me esse dicitis? respondit Petrus: tu es Christus filius Dei viui, supra decimosexto capitulo, & ista fuit confessio omnium, vt ibidem ostensum est. Etiam ipse dixerat eis se regnaturum. eodem cap. s. filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Etiam quod plus est sciebant, quòd hoc euenturum C erat in diebus eorum. Nam dixerat Christus eodem capitulo, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Etiam sciebant hoc nõ euenturum ante mortem eius: quia postquã ipse inciperet regnare, non cessaret regnum eius: cùm esset Messias & filiꝰ Dei. Et tamen dixerat se ante illud occidendum & resurrecturum, eodem capitulo: ergo intelligendum erat, ꝙ non inciperet regnũ eius vsque post resurrectionem suam: imò ꝙ ad hoc resurgeret, vt regnaret, & tamen nunc dixit: ecce ascendimus Ierusalem. Et vt retulit Luc. 18. cap dixit: & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Non erant tamen longè a Ierusalem: ideo nunc erat opti- D mum tempus petendi, & nunquam fuerat ante hoc: ideo nunc petiuerunt.

Quare dicitur accessit ad eum mater filiorum Zebedęi. Quæstio LVII.

QVAERETVR, quare dicitur, accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Dicendum, ꝙ voluit Matth notificare mulierem illam, quæ petebat: ideo notificanda erat per nomen suum, vel per aliquid adiunctum aut notius, nomen autem mulieris non erat notum: ideo per aliud erat notificanda. Potuit autem notificari per nomen viri, aut per nomen filiorũ: vtraque enim erant nota. Nam nomen Zebedæi notum, E vel vulgatũ est in scripturis. Ponitur enim supra quarto capi. vbi Ioannes & Iacobus in vocatione a Christo vocantur filij Zebedæi, & quòd erant cum Zebedæo patre suo, & idem Mar. 1. & ita ĩfra vigesimoseptimo. & sępe alibi nomen Zebedæi ponitur: & ita ex illo poterit cognosci mulier, quæ erat vxor eius: poterat etiã agnosci ex nomine filiorum: vocabantur autem Iacobus & Ioannes, & isti inter apostolos noti erant: ideo vocando eam matrem Iacobi, & Ioannis notificaretur. Sed tunc dicetur, cùm posset mulier ista notificari ex nomine viri, aut filiorum: quare nõ notificauit ex nominibus filiorum, vt diceretur, accessit ad eum mater Iacobi & Ioannis, sed notificauit ex nomine mariti, vt diceretur, mater filiorum Zebedęi. Dici potest vno modo, ꝙ res notificatur per id, quod de ea notius est, & tamen licèt nomina filiorum. s. Iacobus & Ioannes nota essent, notius erat nomẽ patris. s. Zebedæus: ideo per illud conueniẽtius poterat notificari mulier. Hoc patet, quia nomina Iacobi, & Ioannis notificãtur per nomen Zebedæi patris sui: ideo illud erat notius. Patet hoc, quia vt communiter vbi Matth. inducit nomina istorum fratrum, vocat eos filios Zebedæi, vel saltẽ nomen Iacobum, & per ipsum notificat Ioannem fratrem eius esse filium Zebedæi. Sic patet supra quarto capi. s. Procedens vidit alios duos fratres Iacobum Zebedęi, & Ioannem fratrem eius in naui, cùm Zebedęo patre eorum. & supra decimo cap. dicitur: nomina 12. apostolorum sunt hęc. Simon qui dicĩt Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus Zebedęi, & Ioannes frater eius. Aliquando autem notificantur non expressis nominibus eorum, solùm exprimendo nomẽ Zebedęi, vt infra vigesimosexto capitulo. Assumpto Petro, & duobus filijs Zebedęi, cępit contristari, & męstus esse: vbi Mar. 14. dicitur. Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem secum: ideo potius debuit notificari mulier ex nomine viri. s. Zebedæi. Secundò potest dici, quòd non notificatur solùm per nomen viri, sed etiam per nomen filiorum, vtrunque enim ponitur: Nam dicĩt accessit mater filiorum Zebedęi, & non dicitur accessit vxor Zebedæi, & tamen prima solutio est melior. Nam si ex nominibus filiorum notificaretur mulier, exprimerẽtur nomina eorum sine nomine Zebedęi, aut saltem cum illo, & tamen expresso illo non exprimitur aliquod de nominibus filiorum: ideo non notificatur per nomina filiorum, sed per nomen viri: imò & filij notificantur hic per patrem Zebedæum, & isto modo notificationis vtitur semper Matthęus. Sic etiã patet infra vigesimoseptimo c. s. inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Sed dicet aliquis, ꝙ cùm mulier notificetur hic per viri nomen, & non per nomen filiorum, & respectu viri non sit mater, sed vxor: quare non dicitur, accessit vxor Zebedæi, sed dicitur accessit mater filiorum Zebedęi. Dicendum, quòd cautè positum est, vt vtrunque intelligeretur. s. vxor & mater. Nam non sufficeret alterum eorum: si enim poneret solùm mater. s. vt diceretur mater Iacobi & Ioannis, fortassis non esset sufficiens notificatio, cùm & Ioannes & Iacobus per nomen patris sui soleant notificari, vt vocẽtur filij Zebedęi. Si autem poneretur solum nomen vxoris. s. vt diceretur, accessit vxor Zebedæi ad Iesum, non sufficienter, imò non conuenienter notificaretur, quia licèt Zebedæus esset notus, tamẽ poterat esse, ꝙ vxor sua non esset mater Iacobi & Ioãnis: licèt enim ille ex vxore sua genuisset Iacobum & Ioãnem, poterat esse, ꝙ non haberet nunc illam vxorem sed aliam, vtpote quia prior mortua esset, vel qa Zebedęus eam iam repudiasset secundùm cõsuetudinem legis Moysi, & tamen hic introducitur mulier ista, vt videatur, ꝙ ipsa orat ꝓ filijs, ideo debuit poni, ꝙ mulier ista erat vxor Zebedęi, & ꝙ esset mater Iacobi & Ioannis, & ita cautè Matthæus vtrunque expressit, & breuiter dicens: Accessit mater filiorum Zebedæi. Nam si mater filiorum Zebedæi erat, necessariò erat, vel fuerat vxor Zebedæi.

Ad quid filij cum matre ad Christum accesserunt, cùm pro filijs petitura esset mater. Quæst. LVIII.

QVAERETVR, cùm mater petitura erat pro filijs, ad quid filij cum ea accesserunt. Nam videtur fuisse honestius, ꝙ non irent cum ea. Primò, vt magis dissimularẽt petitæ rei desiderium. Nam si sola

mater

mater iuisset ad petendum, poterat aliquo modo putari, ꝙ filiis nihil dicentibus a seipsa mota fuisset pro honore filiorum. Cùm verò illi cum ea irent, apparebat, ꝙ vel ipsi eam ad petendum induxerant, vel saltē de conscientia eorum petebat. Secundò, quia ista res posset scandalizare cæteros apostolos videntes, ꝙ isti cùm essent cęteris ęquales, vellent esse eis maiores: & tamen si sola mater iuisset, posset credi, quòd filij hoc ignorauerant, & ita non scandalizarentur contra eos. Videntes autem, quòd illi ibant cum matre, & ideo erant conscij, vel incentores petitionis, indignarentur contra eos, sicut fecerunt, & tamen ipsi volentes hoc euitare, matrem submittebāt, vt dicit Chryso. s. Si nos rogamus magistrum, forsitan cęterorū fratrum corda concutiemus: etsi enim vinci a carne non possunt, quasi iam spirituales, tamen percuti possunt, quasi adhuc carnales: ergo submittamus matrem nostram, vt suo nomine deprecetur: & tamen non euitabant penitus istam suspitionem, si irent ipsi cum matre: ergo ire non debuerunt. Tertiò, vt verecundiam non sustinerent: si enim petitio visa esset domino importuna, argueret petentes sicut ipsos arguit dicens: nescitis qd petatis. Et tamen si non essent pręsentes, non argueret eos: ideo conuenientius erat, quòd non irent cum matre. Quartò, propter rem petitam, quia petebatur hic magnus honor eorum. s. ꝙ vnus sederet ad dexteram domini, & alius ad sinistram, quo honore fortassis non erant digni, imò verè tunc non erant digni, neque etiam illum acceperunt. sicut ergo indecens erat, quòd ipsi per se peterent, quia erubescerent talia petere, ita & non debebant interesse petenti pro eis: qa eòdem modo erubescerent, cùm pro se peteretur.

Dicendum, quòd conuenientius erat ad honorem Iacobi, & Ioannis, ꝙ illi non irent cum matre petitura, quàm quòd irent propter causas suprapositas, & tamen desiderium rei petitæ tantum eos alliciebat, ꝙ induxit eos ad hoc, vt. s. eo modo peterēt, quo facilius impetrarent: licèt non valde conueniret honestati eorum. Sed adhuc moti sunt ad eundum cum matre. Primò ex causa honesta. s. vt honorarent matrem, erat enim matrona honorabilis, vnde nō debuit sola ire ad Iesum. Nemo autem cum matre honestius ire poterat quàm filij, potissimè ad introducendam eam ad Christum: quia illa non erat ita familiaris Christo, sicut filij eius, qui erant discipuli eius: ideo ex hac parte conueniens erat ire cum ea. Secundò, fuit ad accumulationem, licèt enim matrem ad petendum submiserant, tamen & ipsi petere volebant, vnde & Marcus eos petiuisse introducit: vel saltem multiplicatis petētibus facilius impetraretur, quàm si sola mater peteret, aut soli filij. Tertiò fuit, & fortè pręcipuè ad tollendas excusationes, fortè enim Christus vellet ponere excusationes, quare hoc non faceret, aut ꝙ nō esset tempus faciendi, & quia mater non interfuerat verbis Domini, quando dixit, ꝙ ascendebat Ierosolymam, & consummarentur omnia, quæ scripta erant de eo. s. vt occideretur, & resurgeret tertia die, poterat Christus dissimulare verba ista, quasi non dicta essent, cùm in in secreto dicta essent, vel aliter intelligerentur: aut aliquid circa ea dicere, per quæ excluderet petitionem mulieris: & fortassis illa nesciret respondere, ideo filij ire voluerunt cum matre, vt si quid esset ad quod illa non sufficeret respondere ipsi responderent, aut si in aliquo illa remissior esset, ipsi peterēt agentes causam suam. Inconuenientia autem in contrarium allegata vera erant, & ideo honestius fuerat eis non ire cū matre, & tamen forsitan de impetratione confidentes non timuerunt aliquam verecundiam. Vel tanta cupido obtinendi petitam rem erat, quòd potius se submittere voluerunt dubio, & alicui inhonestati, quàm

F petitionem suam in aliquo reddere infirmiorem.

Quare mulier ista Christum adorauit, & qua adoratione. Questio LIX.

QVAERETVR, quare adorauit mulier hæc Christum, & qua adoratione. Ad primum dicendum, quòd adorauit eum primò, quia dignum erat, ꝙ eum adoraret propter suam excellentiam. Secundò, quia nūc accedebat ad eum: ideo in primordio locutionis conueniens erat, quòd adorationem pro honore ei exhiberet. Tertiò, & pręcipuè fuit hoc ad placandum & flectendum eum: quædam enim pars suasionis erat hæc facere. Nā naturaliter quilibet homo obsequijs flectitur, & suadetur, honor autem ma-
G gnum obsequiū est, potissimè ad animos natura præstantes, ideo multum inclinat hominem ad concedēdum, quod petitur ipse honor exhibitus: & ita mulier cautè egit prius adorans, & deinde petens, vt adoratio conferret aliquid ad exauditionem petitionis. Sic dicit Chrysost. Adorans & petens aliquid ab eo. i. reuerentia exhibita petit, vt quod petierit sibi detur. Ad secundum dicēdum, ꝙ Christo tam dulia, quàm latria poterat exhiberi: erat enim verus homo, & virtute pręditus, ideo ex hoc sibi dulia debebatur, imò excellēs dulia, propter excellentem virtutem, quę in eo refulgebat. Erat etiam verus Dens, & ideo latria sibi debebatur, & tamen quid istorum mulier præstiterit non apparet. Nam si mulier crederet eum Deum, certum est
H ꝙ latriam exhiberet. Si autem hominem putaret, impenderet duliam. Credebat autem mulier Christum esse hominē, quia hoc videbat, & etiam aliquid supra hominem, quia credebat eum esse Messiam: & ideo asserebat eum regnaturum postquam resurgeret: & ita pętebat pro filijs dextram & sinistram: & tamen an crederet eum esse Deum non apparet: quia Iudęi non credebant Messiam futurum esse Deum: licèt ex sacris scripturis hoc inferatur, & licèt mulier illa crederet illum esse Messiam, non erat necesse, ꝙ crederet eum esse Deum: sicut Iudęi existimabant: & hoc certius videtur. s. ꝙ illa solū crediderit eum hominem, & ideo adorationem duliæ impēderit flectendo genua, vel inclinando caput, & ita de alijs modis reuerentiæ.
I Sic enim dicit Chrysost. Adorans & petens aliquid ab eo, reuerētia exhibita petit, vt quod petierit sibi detur.

Honor exhibitus magnum hominem inclinat ad concedēdum quod petitur.

Quare Christus dixit mulieri? Quid vis? Quæstio LX.

QVAERETVR, quare Christus dixit mulieri: Quid uis? Nam cùm ipsa peteret, iam superuacuum videbatur dicere ei, qd vis. Aliqui dicunt, quòd adhuc mulier nihil petierat, sed petentis vultum ostēderat, inquantum venerat & adorauerat Dominum. Ipse ergo videns, quòd petere intendebat, & tamē adhuc non petebat, & fortassis hoc prę timore, aut verecundia faciebat, abstulit ei verecundiam: dicens, quid vis? Et hoc patet primò, quia dicitur? adorās & petens
K aliquid, & tamen si verè mulier petiuisset, non diceretur, & petens aliquid: sed poneretur quid est, quod ipsa petiuerit: quia verè aliquid in particulari peteret. Secundò, quia postquàm Christus dixit ei, quid vis? dixit ei, dic vt sedeant hi duo filij mei, & tamen nihil petiuit mulier, quam hoc, quod patet ex Christi responsione, qui non respondit nisi ad hoc: & tamen hoc petiuit mulier, postquam Christus dixit, dic vt sedeant, ergo videtur, ꝙ prius nihil petiuerat, sed dicitur petēs, idest, petentis vultum habens. Aliter tamen dicēdum est, & verius, scilicet, ꝙ mulier petiuit antequam Christus diceret ei, quid vis, & tamē non petiuit aliquid in speciali, sed in generali. s. petens, vt concederet ei id qđ postea exprimeret, & ideo tunc Christus debuit ei dicere

cere quid.i.quid petebat in speciali,& hoc cōsonat literæ,vt teneantur omnes termini in propria significatione.s.vt dicatur, petens.i.verè petens, & non petentis vultum habens. Et patet hoc,quia Mar.10.c.vbi Iacobus & Ioannes introducuntur petentes hoc, quod mater dicitur petiuisse: & dicitur accesserunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magister volumus,vt quodcunque petierimus, facias nobis: at ille dixit eis:Quid vultis,vt faciam vobis? & quia in veritate mater petiuit,& non filij, sed filij dicuntur petiuisse,quia matrem petere suaserunt,& compulerunt: vt dictum est supra. Illa verba, quæ Mar.10. dicuntur filij dixisse, verè dixit mater.s.Magister, vel Domine volo,vt quodcūque petiero,facias mihi: Et ille ait,qd vis? & tunc illa expressit petitionem.s.dic,vt hi duo filij mei &c. vsa fuit autem mulier isto modo petitionis,quasi ex generali petitione Christum teneret, & postea facta promissione non faceret contra verbum suum,in quo mulier decipiebatur.Nam verum est,ꝙ si Christus promitteret ei facere quodcunque illa peteret,ꝙ ita verè faceret,& tamē illa credidit,quòd generalem petitionem Christus non recusaret, quia fortè recusaret cōcedere in speciali,& hoc putabat, quia non credebat, ꝙ Christus sciret quid illa petere intenderet antequam peteret, sicut & nos facimus: vnde Christus non promisit facere quidquid illa peteret, & neque postea fecit.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ aliquid petiuit,sed non fuit illud speciale, quod petere intendebat, sed dixit volo, vt quodcunq; petiero concedas mihi. Ad secundum dicendum,quòd non est verum, ꝙ nihil petiuisset,nisi hoc.s.vt sedeant hi duo filij mei. Nam licèt,nihil aliud in speciali petierit,in generali tamen petiuit aliud,scilicet. Volo,vt quodcunque petiero,facias mihi.

Quomodo Christus dixit, quid vis,cùm ipse sciret quid ipsa uellet. Quæstio LXI.

QVAERETVR, ad quid,aut quomodo Christus dixit,quid vis. Nam videtur,ꝙ ipse sciebat quid illa vellet,& ideo non oportebat quærere. Dici potest dupliciter: vno modo,ꝙ Christus sciebat,quid illa petere vellet,cùm ipse scrutetur corda & renes,& tamen locutus est iuxta id, quod mulier de illo credebat:sic enim Christus sępe faciebat, ꝙ talem se hominibus exhiberet,qualis apud eos esset,sicut quando apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus die resurrectionis. Nam visus est eis peregrinus, & finxit se longius ire: non quidem, ꝙ aliquid verè finxerit, sed quia ipsi fidem Christi perdiderant, cùm dixerunt: nos autem sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israel,Luc.24.c. Apparuit eis tanquam peregrinus:qa verè ab animo erat per fidem peregrinus,& alienus erat.Etiam dicitur,ꝙ finxit se longius ire,quia verè longè ab eis erat. Sic dicit Grego. Nihil simplex veritas,p. duplicitatem fecit:sed talem se eis foris ostendit, qualis interius apud eos erat. Ita & nunc mulier ista putabat, ꝙ Christus nesciebat, quid ipsa vellet petere, & ideo dixit:volo,vt quodcunque petiero, des mihi, vt dictum est præcedenti quęstione, Christus ergo locutus est,ac si nesciret,quid illa vellet, dicens: Quid vis? Secūdò potest dici,& adhuc melius, ꝙ ideo Christus quęsiuit quid vis,vt ex responsione illius haberet occasionem loquendi, & ostenderet responsionem suam iustam:sciebat enim Christus,ꝙ volebat mulier petere,ꝙ duo filij eius sederent, vnus ad dextram, & alius ad sinistram,& hoc ille nolebat concedere. Et quia si muliere dicente,volo,vt concedas mihi quodcunque petiero,diceret Christus nolo concedere:non appareret alijs,an Christus iustè hoc negasset: quia licèt ipse sciret,quid illa petere vellet,nesciebant hoc alij, poterat autem esse, ꝙ sub illa generalitate vellet petere aliquid iustum,cui condescēdi deberet: & cùm illa esset soror matris Christi, & deuota nimis Christi sequens eum,& ministrās ei de facultatibus suis, videretur indignum, si negaret petitionem non apparente causa negationis:& tamen nisi illa aperiret,quid volebat,nō appareret,an iustè denegabat,debuit mulier ergo aperire petitionem,& tamen non aperiret eam,nisi Christus diceret ei quid vis: ideo debuit ei dicere, quid vis. Et ista est vera causa:sic aliquando Christus interrogabat aliqua, vt ex locutione haberet locum dicendi, vt illud supra 9.& Luc.8.s.Quis me tetigit? sciebat enim quis tetigisset eum,& tamen quęsiuit,vt ex responsione haberet occasionem loquendi.Nam dictum est ei, præceptor turbæ te comprimunt,& tu dicis, quis me tetigit: & ille ait, aliquis me tetigit. nam & ego sensi virtutem exiuisse de me: & tunc mulier videns se deprehensam confessa est,quomodo tetigerit:& tamen si Christus hoc non diceret,nunquam mulier confessa esset,quòd tetigisset Christum,& sanata esset: sic etiam Ioan. 11. quæsiuit: Vbi posuistis eum? vt ex hoc Iudęi confiterentur de morte Lazari, & tēpore mortis, & etiam esset eis occasio eundi cum eo ad suscitandum Lazarum,vt viderent miraculum. Si autem non quæreret cùm ipse sciret,poterat ipse per se ire ad monumentum,& suscitare eum: & tunc non viderēt Iudęi,quomodo eum suscitaret, & quid faceret eum suscitando:ideo conueniēs erat circa multa,quòd Christus de illis quæreret, licèt omnia sciret.

Quare mulier petiuit a Christo: dic ut sedeant hi duo filij mei &c. Quæstio LXII.

QVAERETVR, quare mulier petiuit a Christo: Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dextram,alius ad sinistram tuam. Dicendum, quòd mulier ista pro filijs suis maximum honorem petebat, quem habere poterant: Christum enim regnaturum credebat,quod verum erat:& ideo in domo, vel familia illius volebat, quòd filij sui maximū honorem haberent, quem exprimere voluit per hoc quod dixit: sedeat vnus ad dextram,& alius ad sinistram.

Quare honorem illum maximum petere uolendo mater Iacobi, & Ioannis dixit, ut sedeant hi &c. Quęstio LXIII.

SED quare honorem illum maximum petere volendo dixit, vt sedeant hi duo filij mei. Dicendum vno modo,quòd videbat mulier,quòd in regno temporali illi,qui iuxta reges sedēt,maximum honorem habent:ideo ipsa volens petere maximum honorem pro filijs suis apud Christum dixit, vt sedeant ad dextram,& ad sinistram. Sic dicit Origenes. Sicut enim in regno mundiali in honore esse videntur, qui sedēt cum rege,nihil fuit mirum, si mulier muliebri simplicitate,vel imperitia talia se debere petere ęstimauit,& ipsi fratres adhuc imperfecti,& nihil altius cogitantes de regno Christi talia arbitrati sunt de his,qui sedebāt cum Iesu. Alij volunt intelligere,quòd Christus erit in regno suo,quando subiecerit omnes potestates malignas sibi, & tunc qui propinquiores Christo erunt, a dextris erunt: qui verò inferiores erunt a sinistris: & ita tenet Origenes. Sed dicendum,quòd mulier non sentiebat hoc, volebat enim filios suos inter se æquales esse, vel quasi,ideo vnum a dextris ponere voluit, alium verò a sinistris. Aliter ergo dicendum & melius,quòd causa petēdi hoc determinatè fuit ex verbis Christi

Christi supra dictis. Nā sicut Iacobus & Ioannes nunc
petierunt ista potius quàm alio tempore propter ver-
ba Christi, quę supra dixerat. s. ecce ascendimus Iero- In quæst. 57.
solymam: vt dictum est supra ita: & determinatè peti-
uerunt istum honorem propter verba, quæ Christus
dixerat præcedenti capitulo. s. Vos, qui secuti estis me
in regeneratione, cùm sederit filius hominis, sedebi-
tis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim
tribus Israel. Et ita significatum est ibi, quòd Christus
sessurus esset in sede regni sui: & ꝙ omnes duodecim
apostoli, qui eum secuti fuerant, sederent super sedes
singulas, ex quo mulier iam credebat, quòd filij sui su
per sedes sessuri essent cum Christo: & tamē tunc ma-
nebat differentia, quia illi, qui propinquiores essent
Christo in sedendo essent honorabiliores, ideo petiuit
hunc honorem pro filijs suis, vt vnus ad dextrā, alius
ad sinistram sederet. Sic dicit Chryso. Videbant enim
seipsos præ alijs honoratos, & audierant, ꝙ super duo-
decim thronos sedebunt vnde primatum ipsius cathe
dræ petebant accipere.

An Iacobus & Ioannes confidebant se hoc, quod a Christo petebant accepturos. Quæst. LXIIII.

QVAERETVR, cùm Iacobus & Ioannes in-
duxerint matrem suam ad hoc petendum pro
eis: an confidebant se hoc accepturos, & vnde.

Dicendum, ꝙ confidebant se accepturos: quia aliàs
non peterent expectantes verecundiam, & nullam vti
litatem ex petitione. Ratio autem confidendi, prima
erat cognatio, erāt enim adhuc carnales, & sicut apud
homines solitū est, ꝙ plus cognatos suos, quàm alios
honorent, & eis magis beneficia pręstent, licèt minus
digni sint: ita & isti crediderunt, ꝙ cùm inter aposto-
los Christi nulli essent ita propinqui Christo sicut ip-
si: ꝙ potius eis quàm alijs cōcederet hunc honorem.
Secunda erat familiaritas precedens. Nam licèt mul-
tos haberet discipulos, & præcipuos duodecim apo-
stolos, tamen inter illos duodecim eos magis honora
bat: quia in rebus specialibus, non vocabat omnes, sed
tres solitus erat vocare. s. Petrum & Iacobum & Ioan-
nem. sic patet in suscitatione prima, quam fecit, quan
do suscitauit filiam archisynagogi, supra 9. & Mar. 5.
& Lucę. 8. Sic etiam in transfiguratione, quæ fuit res
altissima, & secretissima, eos solos vocauit, supra deci-
moseptimo capitulo, & post hoc in passione, quando
cępit pauere & tędere soli tres coram eo erant, infra
26. & Mar. 14. cap. ideo videntes, ꝙ ipse nō petitus de-
derat eis illam excellentiam inter cęteros, concederet
nunc, quòd sederet vnus ad dextram, & alius ad sini-
stram. Tertia erat, quia isti credebant, quòd Christus
istum honorem alicui donaturus erat, cùm reges ter-
reni sic faciant: & etiam ex verbis illius colligi putabāt
. s. ꝙ duodecim apostoli sedere deberent cum eo, & ta
men sedendo necesse erat, quòd aliqui duo propin-
quiores ei essent quàm cęteri, & illi dicerentur sedere
ad dextram, & sinistram: ideo de seipsis faciliter puta-
bant hoc concedendum.

Quare Iacobus, & Ioannes hoc petierunt, scilicet, sedere qi vnus ad dextram, & alter ad sinistram. Quæstio LV.

QVAERETVR, dato quòd confiderent Iaco
bus, & Ioannes hoc sibi dandum, si peterent, cur
petierunt: quia cùm causæ assignatæ præcedenti quę-
stione existerent, etiam eis non petētibus credere pos-
sent, quòd eis non petentibus Christus illis donaret,
& ita non oporteret petere. Dicendum, quòd putaue-
runt necessarium esse petere. Primò, propter benigni-
F tatem Domini: erat enim tam benignus, quòd cùm
hoc (vt ipsi credebant) alicui daturus esset, nulli dene-
garet, & ideo cùm nondum concessisset, primo peten
ti concederet: & ideo habita opportunitate, cùm ne-
mo adhuc istud petiuisset, putauerunt conueniens es-
se illud petere, ne siquis eos pręueniret posset illud im
petrare. Sic dicit Chryso. Quòd Iacobus & Ioannes di
xerunt de Christo. Qui autem seipsum donauit homi
nibus, quomodo regni sui societatem nō donabit? pe-
tentis negligentia reprehenditur, vbi dantis misericor
dia non dubitatur. Secundò, & principaliter fuit, quia
videbant se habere competitorem. s. Petrum, illum e-
nim Christus specialiter diligebat: nam ex parte eum
illis æquabat: quando enim aliquot pręsentes Christo
G futuri erant, Petrus erat vnus de eis, & ita in suscitatio-
ne puellæ, supra nono, Petrus fuit cum Iacobo & Ioan
ne, & in transfiguratione de tribus fuit vnus Petrus, su
pra duodecimo, aliquando autem præferri eis videba
tur, iuxta illud supra decimosexto, quando dixit: tu es
Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā:
& iterum ei dixit ibi, tibi dabo claues regni cęlorum,
quod nulli alteri dixit: ideo rationabiliter tenere pote
rant, quem aliquando eis ęquabat, & aliquando pręfi
ciebat, fortassis in regnando præficeret: ideo necessa-
rium putauerunt, ꝙ ipsi peterent, hoc antequam Pe-
trus peteret. Nam si prius peteret, putarent isti ꝙ dex-
tram concederet. Si verò isti qui ei æquales erant, pe-
tendo, præuenirent essent potiores iure, quia erāt prio
H res tempore, quod non expectarent, si præueniret eos
Petrus in petitione: ideo anticipauerunt petere pro-
pter Petrum, & tota ratio anticipationis fuit, quia ipsi
credebant, quia etiā si alius ante eos peteret, quod ipsi
haberet dextram, vel sinistram. Nam Christus nemi-
ne petente, sic eos honorabat ante mortem, quòd ad
secretissima vocabat eos, & Petrum: ideo videbatur ra
tionabiliter, quòd ad nullius instantiam vellet ipse tur
bare ordinem, quem ipse spontè induxerat: dato ergo
ꝙ alij peterēt, ante eos nulli concederet honorem su-
per eos, nisi Petro, qui eis æqualis erat, & si illi conce-
deret dextram, manebat sinistra pro altero eorum: qa
tamen duo fratres erant, & volebant esse ęquales, puta
uerunt, conueniens esse præoccupare, vt Petrus non
I peteret ante eos: & ita daretur eis dextra & sinistra: &
ipsi putabant, quòd Christus hoc vellet, vt eos parifica
ret, & ita Petrum eis minorem faceret, vt ipsi æquales
manerent. Et ad hoc necesse esset, quòd præcederent
Petrum in petitione. Sic dicit Chryso. Videbāt enim
seipsos honorari præ alijs, & audierāt, quòd super duo
decim thronos sedebitis: vnde primatum ipsius cathe
dræ petebant accipere, & quòd quidam plus honoris,
alijs apud Christum habebant non erant, timebāt ve-
rò Petrum sibi præferri.

Quomodo potuerunt credere Iacobus, et Ioannes, quòd Christus eis concederet sedere ad dextram, & ad sinistram: quia credere debebant, quòd Petrum poneret ad dextram: cùm ei prius claues dederit, & principem apostolorum constituerit. Quęstio LXVI.

K QVAERETVR, quomodo potuerunt Iaco-
bus & Ioannes quòd Christus eis concederet
sedere ad dextram, & ad sinistram; quia videtur, ꝙ Pe-
trum debuerat ponere ad dextram, & quòd ipsi sic cre
dere debuissent. Nam in omnibus, in quibus ipsi ho-
norabantur singulariter honorabatur Petrus cum eis:
ita vt tres essent, & vltra hoc solum Petrum Christus
honorauerat, dando ei claues regni cęlorum, supra de
cimosexto capitulo. Et etiam dicēdo ibi: tu es Petrus,
& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. In
quo

quo innuebatur, quòd ſuper eum fundaretur eccleſia,& non fit mentio de alijs: ideo veriſimile erat, ꝙ illum plus omnibus honoraret, & ita illi dáret dextrã, & conſequenter non daret dextram,& ſiniſtram duobus fratribus. Dici poteſt vno modo, ꝙ non putauerunt Iacobus,& Ioannes Petrum ſe maiorem, propter claues regni cęlorum ei promiſſas & traditas. Nam nõ credebant eum ſolum iſtas claues habere: ſed ꝙ omnibus datæ erant: quia ſupra 18.cap. dixit Chriſtus: Amen dico vobis, quòd quęcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlis: & quęcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cęlo. Et tamen ſoluere,& ligare eſt actus clauium, ergo claues dabantur omnibus illis, quibus iſta dicta ſunt,& tamẽ dicta fuerant omnibus apoſtolis: imò & pluribus, vt ibidem declaratum eſt: ideo non putabant Iacobus & Ioannes ſe minores Petro, quantum ad claues,& ita poſſe accipere dextram & ſiniſtram. Secundò poteſt dici, quòd etiam ſi ſoli Petro datę eſſent claues regni cęlorũ putarent Iacobus & Ioannes ſe poſſe fieri maiores in regno cęlorum,& ſedere ad dextram & ſiniſtram, quia crederent, ꝙ habere claues eſſet aliquod ſpeciale officium in regno cælorum,& tamen non eſſet maius: ſicut & clauigeri non ſunt præcipui in domibus dominorum: & ita Petro clauigero exiſtente poſſent ipſi eſſe maiores in regno cęlorum, vt ſederent ad dextram & ſiniſtram. Et patet, quia etiam collatis clauibꝰ regni cęlorum Petro, etiam antequam diceretur alijs apoſtolis, quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cęlis, ſupra decimooctauo capitulo, non credebant apoſtoli Petrum maiorẽ eis: ſed dubium erat inter eos de maioritate, & non ſolùm apud Iacobum & Ioãnem reſpectu Petri, ſed etiam inter omnes apoſtolos iſtud erat dubium: vnde in via inter ſe contendebant, quis eorum eſſet maior,& fuit hoc poſt collatas claues Petro,& poſt transfigurationem. Marc.9.& Luc.9.capit. Iſtud etiam maximè patet, quia Chriſtus oſtendit iſtam rem dubiam, non manifeſtans quis eſſet maior, ſed quaſi relinquens locum cuilibet, vt eſſe poſſet maior: quia ſupra decimo octauo capitulo. dicitur, ꝙ acceſſerunt diſcipuli ad Chriſtum dicentes: quis putas maior eſt in regno cœlorum?& Chriſtus non dixit, quis eſſet maior, ſed ait: qui voluerit primus eſſe, erit omnium nouiſſimus,& omnium miniſter. Mar.9.c.& ita non manebat ibi determinatum, quis eſſet maior, ſed poterat quilibet eſſe maior: ideo non obſtante excellentia Petro tradita, ꝙ eſſet clauiger, poterant Iacobus & Ioannes eſſe maiores. ſ. quòd ſederent ad dextram & ſiniſtram. Cùm autem obijciebatur, ꝙ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Dicendum, quòd hoc verè ſignificat magnam excellentiam,& ſi de Petro hoc diceretur, ipſe indubitanter maior eſſet omnibus, & tamen non fuit dictum de Petro, ſed de confeſſione, quã ipſe fecit. Dixit enim Petrus ad Chriſtum, tu es Chriſtus filius Dei viui:& quia iſta eſt pręcipua confeſſio fidei,& fides eſt fundamentum, vocauit Chriſtus iſtam cõfeſſionem petram, ſuper quam fundaretur eccleſia: quia ſuper vnitatem fidei eccleſia fundata eſt:& ab iſta confeſſione, quam Chriſtus dixit petram. i. ſolidam, quia nunquam periret, ipſum Petrum, qui prius non Petrus, ſed Simon vocabatur, Petrum appellauit a petra confeſſionis ſuæ, & ita nõ fundatur eccleſia ſuper Petrum, ſed ſupra petram. i. fidei confeſſionem, vt declaratum eſt ſupra decimoſexto capitulo:& ideo etiam ex hoc non confiteretur Iacobus & Ioannes Petrum maiorem ſe, cùm non dicatur ſupra eum, neque ſuper aliquem fundata eccleſia, ſed ſupra petram fidei: ideo poterant Iacobus & Ioannes confidere, quòd ipſi habere poſſent maximum honorem in regno cœlorum, & ſederent ad dextram, &

A ſiniſtram Chriſti non obſtante excellentia Petri.

Quale regnum mater, & filij putauerunt, in quo ad dextram & ſiniſtram ſederent. Quęſtio LXVII.

QVAERETVR, cùm mater petiuerit hic pro filijs ſuggerentibus filijs, quòd ſederent ad dextram, & ſiniſtram eius in regno ſuo: quale regnum tam mater, quam filij putauerint, in quo ad dextram, & ſiniſtram ſederent. Aliqui dicunt, quòd iſtud regnum erat cęleſte, ſiue vita æterna: qa regnum aliud Chriſtus non habuit: ita enim ipſe dixit Pilato Ioã. 18. cap. Regnum meum non eſt de hoc mundo: ergo de regno vitæ ęternę intelligebat. Secundò patet, quia illi, B qui loquebantur ad Chriſtum de regno eius, de tali regno loquebantur. Sic patet Luc.23.cap. Vbi vnus de latronibus cum Chriſto pendentibus dixit: Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum: & ille non loquebatur niſi de regno vitæ æternæ: quia latro videbat ſe ſtatim moriturum,& nõ expectabat in hoc ſęculo aliquid boni iam neque mali. Et patet etiam ex reſponſione Chriſti. Dixit enim ei ſtatim: Hodie mecum eris in paradiſo. Tertiò patet, quia Mar.10.ca. vbi ponitur petitio iſta ex nomine Iacobi & Ioannis, dicitur: Da nobis, vt vnus ad dextram tuam,& alius ad ſiniſtram ſedeamus in gloria tua, & tamen gloria eſt vita æterna, & ponitur ibi gloria, vbi dicitur hic in regno tuo: ergo intelligitur de vita ęterna,& non de tẽ- C porali regno. Quartò patet, quia cùm iſta eſſet mulier religioſa, non peteret pro filijs ſuis proſperitatem temporalem, ſed vitę ęternæ: ipſi quoque cùm pro Chriſto omnia abieciſſent, & ſpontaneè ſe pauperes effeciſſent, non erat veriſimile, quod diuites effici,& potẽtes in hoc ſęculo peterent. Quintò patet, quia idem videtur dicere Chryſo. ſ. Non dicimus, quòd rectè peteret hæc mulier: ſed dicimus, quia non terrena, ſed cęleſtia filijs ſuis optabat. Non enim ſentit ſicut cęterę matres, quæ corpora natorum, ſcilicet, amant, animas autem contemnunt. Deſiderant eos valere in ſæculo iſto,& non curant quid ſint paſſuri in alio, oſtenduntque quòd corporum ſunt parentes,& nõ animarum: ergo mater petebat nunc bonum pro filijs in vita æter- D na,& non hic. Sextò patet, quia mater petiuit pro filijs bonum, quod eſt poſt mortem, ſed illud nõ eſt bonum præſentis vitæ, ſed vitæ ęternę: ideo non petebãt bonum aliquod temporale. Et patet, quia Chriſtus dixit, quòd aſcenderet in Ieruſalem, & occideretur, & reſurgeret, & de regno, quod poſt reſurrectionẽ eius futurum erat loquebantur nunc Iacobus & Ioannes: imò propter hoc potius quàm alio tempore nunc petiuerunt iſtud, quia nunc de morte,& reſurrectione dixerat, poſt quam ſtatim credebant Chriſtum regnaturum, vt dictum eſt ſupra. Septimò patet, quia Chriſtus reſpõdens illis fratribus, dixit: Calicem meum bibetis, ſedere autem ad dextram, & ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibꝰ paratum eſt a patre meo, E ergo videtur, quòd aliqui deberent ſedere ad dextrã, & ſiniſtram Chriſti, licèt non iſti: & tamen in regno tẽporali, nemo ſeſſurus erat ad dextram, neque ad ſiniſtram Chriſti: cùm non eſſet habiturus regnum temporale: ergo videtur, ꝙ iſti loquebantur de regno ęterno, quia aliàs Chriſtus reſponderet iſtis dicens: Neſcitis quid petatis: quia ad dextram,& ſiniſtram nemo ſedebit, ſicut vos putatis: quia neque tale regnum aliquod erit, ſed ſolùm ſpirituale.

Gloria eſt vita ęterna.

Dicendum, ꝙ tam mater, quam filij intellexerunt de aliquo regno tẽporali Chriſti, & non de vita æterna. Sic dicit Chryſoſto. Putabant, ꝙ regnum Dei eſſet in ianuis. i. aliquid ſenſibile: vnde manifeſtum eſt, ꝙ nihil ſpirituale petebant, neque intelligentiam ſuperioris

rioris regni habebant. Secūdò patet, quia idem tenet Orige. dicens: Sicut enim in regno mundiali in honore esse videntur, qui sedēt cum rege: nihil fuit mirum si mulier muliebri simplicitate vel imperitia, talia se debere petere existimauit: & ipsi fratres adhuc imperfecti existentes, & nihil altius cogitātes de regno Christi, talia arbitrati sunt de his, qui sedebunt cum Iesu. Tertiò patet, quia mater, & filij nihil sciebāt de regno Christi in vita æterna, in quo animas beatificat: ideo non poterant petere quod ignorabant: sed putabant tam isti duo fratres, quàm cęteri Christi apostoli Christum temporaliter regnaturum. Nam eum Messiam credebant, de Messia autem erat creditum apud omnes Iudæos, ꝙ regnare deberet in terra, & cōgregaret omnes dispersos de Israel, vt esset tunc regnū Iudęorum florēs, & non solùm ante Christi resurrectionem & mortem, quando minus docti erant, sed etiam post resurrectionem hoc credebant. Nam ante mortem eius tenebant discipuli, ꝙ Christus cōgregaret dispersos Israel redimendo eos de seruitute omnium gentium. Vnde Luc. 24. ca. dixerunt duo illi discipuli: nos sperabamus, ꝙ ipse redempturus esset Israel, q.d. iam non speramus, eo quòd iam mortuus est, & nondum resurrexit: & tamen si sperarēt de redemptione a peccato ad reducendum in vitam æternam, nulla causa dubitandi erat de hoc: imò nunc erat efficacior causa credendi, ꝙ redemisset quia mortuus erat, & redemptio per mortem fieri debebat, & non per vitam. Item quia isti dixerunt, nos sperabamus, ꝙ redempturus esset Israel, & tamen si de redemptione spirituali a peccato intelligeretur, non solùm Israel redempturus esset, sed omnes gentes, & tamen dixerūt de solo Israel: ideo putabant de tali redemptione, quę fieret regnando temporaliter. ita etiam post resurrectionem: imò & tempore ascensionis crediderūt. Nam dicitur Act. primo ca. quòd a Christo ascendere volente in cęlum quæsierunt quidam de astantibus: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? In quo apparet, ꝙ de regno temporali intelligebāt. Nam aliàs non quęrerent specialiter de regno Israel, sed de toto mundo. Item quia si intelligerent de redemptione spirituali a peccato, & ab obligatione mortis ęternæ, aut quærerent de illa quantum ad solutionem precij, aut quantum ad efficientiam. Si quantum ad primum, iam redemptus erat Israel, & totus mundus, cùm Christus mortuus fuisset pro peccatis omnium. Si quantum ad secundùm, redemptionis participatio est, quādo quisque moritur, & recipitur ad vitam æternam, & de hac quęri non oportebat, quia non dabatur hominibus in aliquo tempore determinato, sed successiuè sicut per diuersa tempora moriuntur: ideo non quærebant de regno aliquo spirituali, sed temporali, & ista erat fides cōmunis omnium apostolorum ante aduentum Spiritus sancti, per quem ab omnibus erroribus purgati sunt, & imperfectiones tā intellectus, quàm affectus ablatæ sunt: vnde nunc mater & filij non intelligerent de aliquo regno spirituali sed temporali. Quartò patet, quia ad hoc aliqualis verisimilitudo accepta fuerat ex verbis Christi: ipse enim dixerat eis, cùm sederit filius hominis, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, præcedenti capitulo: & illa verba fuerunt eis occasio petendi, quod sederent ad dextram, & sinistram, vt dictum est supra. Ideo ex illis etiam aliqualiter putauerunt, quòd esset regnū temporale tum quia dictum est ibi, sedebitis & vos super duodecim sedes, & tamen sedere corporale est: tum quia dixit super sedes duodecim: & tamen in vita æterna non erant futuri soli apostoli, ideo etiam alij sederent super sedes, & tamen ibi solis duodecim hoc promissum est, & ipsi in se solis complendum puta-

In quæst. 63.

F bant: ideo de regno terreno credebant hoc dictum, in quo nō possunt omnes præsidere, sed pauci & multi subijci: tum quia dicitur iudicantes duodecim tribus Israel: & tamen in vita ęterna, vel iudicio non erūt solæ duodecim tribus Israel, sed totus mundus iudicabitur, & de toto mundo erunt ibi aliqui: ideo non intelligebāt de regno spirituali, sed quòd regnum Israel reparandum esset: ita vt esset tale sicut tempore Dauid, & Salomonis, qui super duodecim tribus principabantur: & credebant apostoli, quòd Christus reduceret omnes Iudæos dispersos per orbem sub quacunque gente essent ad Ierusalem, vt manerent omnes in terra sua sicut prius, & ibi regnaret super eos: quod & vsq; hodie Iudęi futurum expectant per eum, quem putant sibi Messiam venturum, qui nunquam veniet.

G & tunc apostoli credebant se cōstituendos velut duodecim principes super tribus duodecim, scilicet, quilibet super vnam tribum, ita enim Dauid & Salomon habuerant præpositos super tribus singulas: Habebat enim Dauid duodecim principes exercitus per menses duodecim, & habebat duodecim principes de duodecim tribubus, super illas. 1. Paralipo. 27. Sic etiam Salomon habebat principes duodecim super duodecim tribus. 3. Reg. 4. capi. ita & de Christo putauerunt, quòd constitueret principes duodecim super duodecim tribus: & quilibet apostolus esset princeps vnius tribus: & hoc esset eos sedere super duodecim tribus ad iudicandum duodecim tribus Israel: ideo apparet,

H quòd non intellexerant de regno Christi, idest, de vita æterna, sed de regno temporali. Quintò patet, quia si de regno vitę ætern intelligerēt, cùm illud non detur homini nisi post mortem, non petiuisset nunc specialiter mater pro filijs. Sed nunc credidit specialiter petendum: eo quòd statim post resurrectionem credidit Christum regnaturum, vt dictum est supra: ideo non petebat aliquid pro regno vitæ ęternę, sed pro regno temporali, quod credebāt Christum habiturum. Sextò patet, quia in vita æterna fęlicitas vnius non impedit magnitudinem fęlicitatis alterius: sed possunt esse multi æqualiter fęlices, & quòd fęlicitas vnius non impediatur per alterius fęlicitatē, sicut existente vno virtuoso possunt alij esse multum virtuosi, sine impe-

I dimento virtutis illius. Si ergo fęlicitatem vitæ æternæ peteret mater pro filijs, non curaret petere, quòd sederent ad dextram & ad sinistram, quia quicunque gradus & quantumcunque excellens beatitudinis significetur per sedere ad dextram & ad sinistram, posset communicari multis, & non oporteret specialiter peti pro istis, quasi alius non præferretur eis, & tamen ipsi non petierunt hoc nisi optantes, vt nemo eis præponeretur, cùm timerent præferri Petrum, vt dicit Chrysostomus: ergo non intellexerunt de vita ęterna, sed de temporali regno. Septimò patet, quia si de excellentia in vita æterna intelligerent filij & mater, cū regnum vitę ęternæ ęqualiter communicabile sit masculis & fęminis, & per dextram & sinistram signifi-

K cetur manere in bonis excellētioribus Dei: sicut Christus dicitur sedere a dextris Dei, Mar. decimosexto, & Act. septimo. Dicitur stans a dextris Dei. Erubesceret mater petere hoc pro filijs: quia rationabilius esset, quòd Christus matri suæ hoc concederet, quàm alicui alteri: ideo non auderet illud petere pro filijs suis: petiuit tamen, quia putauit regnum temporale, in quo fœminæ non assumuntur ad principatus vel administrationes, vt iuxta reges sedeant ad iubendum vel consulendum: quia hoc viris competit: & tunc non erat inconueniens peti pro Iacobo & Ioanne, quia nulli alij viri erant magis propinqui Christo in cognatione, quàm isti duo. Etiam quia si esset bonum in regno vitæ æternæ, potius peteret mater pro se quàm pro

pro filijs: quia nollet ipsa esse illis minor, & tamen petiuit pro illis, & nõ pro se: ergo innuitur, ꝙ erat regnũ temporale, in quo mulier illa partem se habituram non putabat eo modo, quo filij habere poterant.

Ad primum in contrarium dicẽdum, ꝙ verum est, ꝙ nõ erat aliud regnum Chr̃i, nisi spirituale: & tñ apostoli, qui nondum erant circa ea, q̃ ad Christum ꝑtinebant, perfectè eruditi, putabant regnum eius futurum tpale, & in tali regno petebant p̃sidere sedendo ad dextram, & sinistram. Nam etiã post Christi resurrectionem putauerunt regnum eius tale futurum, vt supra dictum est. Et ẽt circa multa alia errabant non cognoscentes ea, q̃ ad Christum pertinebant. Sic patet Io. 14. cùm Christus dixit apostolis. Tanto tpe vobiscũm sum, & non me cognouistis. Et tñ illud dixit Christus in vltima nocte post cœnã habitam cum discipulis, vt colligitur Io. 13. c. Ergo a fortiori quando istud petierant a Christo apostoli non cognoscerent eum: & ita non erat mirum, quòd peterent aliquid pertinens ad regnum temporale.

Ad 2m dicendum, ꝙ latro verè locutus est de regno vitæ æternæ, cùm non sperabat aliud: qa statim mori debebat, sed illud credidit, quia Deus dedit ei verã cognitionem, & fidem de Christo, & spm̃ compnnctionis & pretium: & sicut credidit Christum dñm vitæ æternę, ita petiuit ab eo ea, quę ad vitam ęternam pertinebant: alij autem loquebant̃ de regno Christi, qui non putabant eum regnaturum spiritualiter, sed tpaliter: & ita qñ quæsiuit ab eo Pilatus de regno, non q̃si uit de æterno, sed de temporali, & ideo Christus ei dixit, regnum meum non est de hoc mundo. Ioã. 18. Ita etiam illi, qui astabant Christo ascensuro in cęlum, de regno temporali quæsiuerunt ab eo dicentes. s. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel. Act. 1. c. ita ergo mater, & duo fratres non putabant regnum Christi esse spirituale, sed temporale super Israel, & de tali locuti sunt.

Gloria ꝑ honore qñ sumitur.

Ad tertium dicendum, quòd gloria ponitur ibi pro regno: quia gloria significat quãdam celebritatem nominis cum laude, & ꝑtinet ad illos, qui sunt in magno statu: quia tales sunt noti apud plurimos, & laudantur saltem de diuitijs, & potentia. Vnde scriptura sacra gloriam accipere solet pro honore magno, & dato hominibus in hac vita, iuxta illud: Gloria & honore coronasti eum. & illud. 1. Macha. 9. Absit vt inferamus crimẽ gloriæ nostrę. i. honori nostro, & maximè regibus solet dare gloriam, vt illud Hester. 1. c. Dicitur de Assuero, ꝙ fecit conuiuium multis diebus, vt ostenderet diuitias gloriæ regni eius. & Christus etiam sic loquitur supra 6. c. Salomõ in omni gloria sua non est indutus, sicut vnum ex his, & locutus est de gloria. i. splendore regni Salomonis, & pręcipuè in vestibus: ita hic dixerunt apostoli in gloria tua. i. in regno tuo, in quo eris gloriosus & excellens.

Ad quartum dicendum, ꝙ licèt esset mulier religiosa, petiuit honorem tpalem, & non erat inconueniẽs. Nam illud petebat nunc mulier, & filij eius: quod putabant Christum promisisse, quando dixit præced. ca. sedebitis suꝑ sedes duodecim iudicantes Israel, sed putabant illud esse temporale: ideo non errabant petendo tpalia bona. Nam non est malum desiderare & petere ea, quæ Deus nobis promittit: ipsi autem putabãt ꝙ Christus ista bona promiserat, sed in hoc decipiebãtur: quia bona, quæ ipse promittebat erant spiritualia, sed non erat inconueniens, quod hoc putarent, cùm non essent perfectè edocti, maximè quia Deus in veteri testamento bona temporalia promittebat: & regnũ Messiæ, quod prophetæ prænunciauerant, putabant Iudæi esse temporale: ideo rationabiliter petebãt temporalia bona, quantumcunque essent religiosi ipsi & mater. Cum autem dicitur, quòd isti, qui pro Christo abiecerant temporalia, & se pauperes effecerãt, quòd non erat verisimile quòd diuites, & potentes in hoc sęculo effici vellent: Dicendum, quòd non erat inconueniẽs: nemo enim, nisi insanus abijcit diuitias, honorem, & potentiam temporalem tãquam per se mala, cùm a Deo creata sint: & ipse dicat de se, quòd dat nobis bona, quando ista dat. Iuxta illud, quod Deus dixit Dauid: Feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra 2. Reg. 7. & 1. Parali. 17 Sed ideo ista aliquando abijcienda iudicamus, quia ad virtutẽ, & bonam habitudinem contraria illa nobis videmus, aut impeditiua. Vel qa illa dimittendo magis Deo placemus, volentes illi soli adhęrere: quando autem per ista non tollitur virtus, neque impeditur, neque magis placemus abijciendo, quàm tenendo, non est vlla causa abijciendi hæc: discipuli autem abiecerant omnia, quæ Christus iubebat: quia qui vellet eum sequi omnia dimitteret, vendendo & dando pauperibus, sicut dixit iuueni diuiti pręcedenti. c. post resurrectionẽ autem Christi, quando putabant eum temporaliter regnaturum, non credebãt, quòd ipse iuberet diuitias contemni & abijci: sed potius magnis fulgere honoribus, ad quos consequentes sunt diuitiæ: ideo non erat inconueniens quòd illi, qui Christo mandante diuitias abiecerant, vt ei placerent, illas, & honores appeterent temporaliter, quando ipse eas dare illis promitteret: ipsi tamen non petebãt hic aliud quàm id quod Christus promiserat, scilicet, sedebitis super duodecim sedes: cùm peterent sedere ad dextram & sinistrã: ideo non erat inconueniens, quòd hoc peterent. Sed in hoc solo errabant, quia id, quod Christus eis promiserat erat spirituale: ipsi verò putabant esse temporale.

Ad quintum dicendum, quòd Chrysostomus illud ponit sub dubio, sicut apparet ex continuatione literæ suæ. Nam ante hoc posuerat contrariam sententiam dicens: manifestum est, quòd nihil spirituale petebant: neque intelligentiam superioris regni habebant: & ideo illi sententiæ, quæ propriè est sua est standum. Potest tamen dici, quòd mater volebat bonum alterius sæculi pro filijs: quia volebat bonum in regno Messiæ, ad quod licèt putarent illud esse temporale, perueniebatur per operationes spirituales, abijciendo prius temporalia bona. Nam per tormẽta & mortem Christus ad illud regnum perueniebat: & similiter per afflictiones ad illa bona se sperabant peruenturos, & insuper illud regnum erat iustum: cętera autem dominia habent multum de iniustitia & tyrannide: & ita istud erat quasi spirituale respectu aliorum regnorum, & potentatuum. Sed prima solutio melior est.

Ad sextum dicendum, quòd non petiuerunt isti bonum post mortem, sed in vita. Nam licèt Christus moriturus esset, & resurrecturus, & post suam resurrectionem habiturus regnum: tamen isti non erant morituri statim. Credebant enim, quòd mors Christi statim secutura erat, sicut factum est, & sicut ipse dixerat, ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis, Lucæ 18. Ipsi autem superuiuerent, & possent eo resurgente participes fieri in gloria regni eius: & satis hoc credere debebant, & poterant: quia ipse dixerat supra 16. capit. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videãt filium hominis venientem in regno suo: & ita antequam illi morerentur, inciperet Christus regnare post resurrectionem suam. vnde non esset regnum post mortem istorum, sed in vita eorum.

Ad septimum dicendum, quòd Christus non erat regnaturus temporaliter, & consequenter nemo erat sessurus ad dextram eius, neque ad sinistram in tem-

in temporali regno eius: ipse tamen præsupposuit, quòd aliquis sederet ad dextram, & sinistram eius, sed nō isti, qui petebant: & tamen illud sedere nō erat in regno temporali, de quo isti putabant: sed in regno spirituali: & aliqualiter colligitur; quia dicitur, sedere autem ad dextram & sinistram nō est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Quod autem non loquatur Christus ad propositum eorum, non est inconueniens: quia oportebat, quòd sic Christus diceret, aut diceret, nemo sedebit ad dextram, neq; ad sinistram meam, neque habebo regnum temporale: hoc autē dici non expediebat, quia discipuli non erant adhuc dispositi vt caperent spiritualia: & si Christus diceret eis, quòd non erat regnaturus, cùm audissent supra de regno eius, turbarentur: ideo debuit eis dicere hoc modo. Potissimè quia hoc dicebant Apostoli per errorem, putantes esse regnum Christi futurum temporale, & per sedere ad dexteram, & sinistram innuere volebant communicationem maximorum bonorum, & honorem regni illius. In regno autem vitæ æternæ Christi aliqua sunt maxima bona, quæ vocari possunt sedere ad dextram, & sinistram. Sicut dicitur Mar. 16. quòd Christus sedet a dextris Dei. & de talibus bonis Christus respondit eis quantum ad intētionem suam licèt non ad verba petitionis. sic interdū Christus solitus facere est, vt respondeat ad ea, de quibus nō quæritur, vt Act. 1. c. quando dixerunt illi, qui astabant: Domine si in tempore hoc restitues regnū Israel. quod manifestè intelligitur de regno temporali, s. an reducturus esset omnes Iudęos qui erāt dispersi ꝑ orbem eo tempore in terrā Israel, vt esset vnum regnum: sicut tempore Dauid, & Salomonis, & quòd ipse Christus super eos regnaret. Hoc autem nunquam futurum erat, quia regnum Christi super totū mundum erat futurum sicut nunc est regnum Ecclesiæ: & non erat futurum super terram Israel, & Israelitas eo modo, quo erat tēpore Dauid: & tamen Christus respondit eis, non est vestrum nosse tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate: in quo videtur innui, quod regnum Israel aliquando restituendum erat, & tamen tempus non erat diffiniendum quærentibus: quia Deus reseruat sibi scire tempora, & momenta quando res fiant: tamen nunquam erat istud futurum, & tamen Christus sic respondit, quia talem opinionem illi habebant: quia videbatur colligi ex dictis prophetarum, & nondum erat tps tollendi eis istum errorem. Nam non poterant nunc recipere cognitionem verā quantum ad oīa, quę ad Christum pertinebant, & de eo erāt credenda, sicut ipse dixit eis Io. 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis modo portare: & tñ oportebat, ꝙ Christus aut nihil nunc rñderet, aut diceret veritatē quantum ad id, qđ quęrebat, aut loqueretur aliquid, qđ non quęrerent illi, sed videret simile, vel concordaret aliquo modo cum intentione eorum. Non rñdere, erat incōueniens: quia ex hoc esset mali suspitio, & tristitiā paterent illi, quos non dignabat rñsione, quod non decebat. Rñdere veritatem erat dicere, ꝙ nunq̃ erat restituēdum regnum Israel, & hoc magis turbaret Iudęos et apłos, quorum mens adhuc non erat illuminata, neq; erat aperta ad hoc capiendum. Dixit ergo aliud simile. s. de restitutione spirituali regni Israel, siue quantum ad ecclesiā militantem, siue quātum ad vitam æternam, quod fit per iudicium gñale: & quantum ad ista non erat istorum scire tpa, & momenta, qñ fierent: quia Deus sibi soli sciendā seruauerat. Ita ergo & hic respondit non de eo quod quærebatur: & ita dicendum ꝙ regnum, de quo intelligebant mater & filij, erat temporale.

F *An Iacobus & Ioannes peccauerunt suggerendo matri, vt peteret pro eis sedere ad dextram & sinistram.*
Quęstio LXVIII.

QVAERETVR, an Iacobus & Ioannes peccauerunt suggerēdo matri, vt peteret pro eis sedere ad dextram, & sinistram. Aliqui dicunt ꝙ non, quia petebāt hoc, quod Christus promiserat. Ipse enim dixerat, ꝙ sederent super duodecim sedes iudicātes Israel, præcedenti. c. & tamen sic sedendo, aliqui duo sederent necessariò magis coniuncti Christo, qui dicuntur sedere ad dextram & sinistram, ergo licitum erat petere. Secundò, quia si istud, quod isti petebant malum esset, nulli daretur: quia Deus non dat alicui malū
G in remuneratione, & tamen Deus dat hoc alicui: sic Christus dixit, sedere autem ad dextram, & sinistram non est meum dare vobis, sed quib⁹ paratum est a pr̄e meo: ergo bonum erat, & ꝯñr non peccabāt petendo. Dicēdum, ꝙ isti peccauerunt petendo istud, & suggerendo mr̄i, vt peteret, & postea instando corā Chr̄o, vt fieret. Et patet primò, q̱ ꝑ hoc scandalizauerunt alios apłos, vt dr̄ in litera. s. indignati sunt decem de duobus fratrib⁹: & tñ scādalizare proximos pc̄m est: potius. n. quis debet abstinere ab eo, qđ sibi licèt q̃ proximum scandalizare, iuxta illud. 1. Cor 8. c. Si caro scandalizat fratrem meum, non mādúcabo carnem in æternum. Secundò q̱a Chr̄s redarguit istos dicens, nescitis quid petatis: & tamē si nō peccassent, non redarguisset eos
H Chr̄s. Tertiò, quia si isti petendo non peccarent, cùm pro se peterent, & instanter, concederet̄ eis: & tñ non fuit ꝯcessum, quia dixit Christus? sedere autem ad dextram, vel sinistram nō est meum dare vobis, ergo peccabant. Fuit autem pc̄m eorum superbia quædam, q̱a concupierunt excellentiam indebitè. i. sine meritis, erat. n. ista excellentia maior, q̃ vt eis cōueniret: ideo nō fuit data licèt eam petiuerint, quia maiora merita ad hoc requirebantur. Secundò, quia fortè hoc volebāt isti in præiudicium aliorum, qui abundantius hoc merebātur. Nam fortassis Petrus maioris meriti erat, quā quilibet istorum, vel quàm ambo eorum: & tñ ambo volebant eum pręcedere, cùm vnus ad dextram alius ad sinistram sedere deberent. Tertiò, quia isti se ingerebant ad honores, & tamen ad honores, potissimè ad
I eos, qui aliquid spiritualitatis habent, nemo se debet ingerere, sed vocari ad Hebr. 5. Nemo sibi indifferenter assumat honorem, sed qui vocatus est a Deo, tanquam Aaron. Quartò, quia isti non putabāt se petere rem debitam, sed potius fauore impetrandam, & de qua non confidebant, an daretur eis vel approbaretur a Christo: ideo in occulto petiuerunt, & etiam non petiuerunt ipsi, sed matrem ad petendum submiserunt. An tñ fuerit pc̄m mortale, vel veniale non cōstat: magis tñ tenendum est, ꝙ esset veniale: q̱a sicut ī auaritia non q̄ii fit: ita & in inani gloria, & superbia: in auaritia non videbet cupiditas rerū est pc̄m mortale: ēt siquis cupiat vltra necessitatē & moderationem. Sed tunc qñ quis ap-
K petit cum ꝑiudicio alieno, vel cum tāta est cupiditas, ꝙ vt assequat̄ concupitā rem, non dubitabit agere aliqd contra legem Dei & amorem ꝓximi. Sic. n. cupiditas etiam sine exteriori actu est peccatum mortale: ita & de inani gloria, appetere laudem indebitam non est peccatum mortale: nisi cōstituat, quis in ea finem: vel tanto amore ad eam afficiatur, quòd non dubitet cōtra Deum agere, vt laudem, & gloriam humanam adipiscatur. Ita etiam est de appetitu honoris, & excellentiæ quod ad superbiam pertinet. Nam siquis appetat ardenter honorem, vel quantumlibet magnum honorem: si tamen non est dispositus ad agendum contra Deum, vel proximum, vt illum habeat, si aliter habere non potest, non peccat mortaliter.

Cupiditas cupido si peccatum mortale.

Si au-

Si autem contra Deum agere esset dispositus, quãdo non posset eum aliter habere, peccaret mortaliter cupiendo: etiam si nunquã assequatur illum, neq; faciat aliquid contra proximũ, aut contra Deum. Qui enim posset habere honorem, quem valde cupit faciendo aliquid contra legem Dei, & non vult habere, vt non agat contra legem: quamuis desiderauerit honorem, quem non mereatur, non peccat mortaliter. De istis tñ videtur dicendum. Nam quamuis fortè putarẽt se insufficientes meritis ad istum honorem: tamen, quia nullus est sufficiens, suppletur ex Christi benignitate, quod meritis deerat: non petebant etiam cum præiudicio alicuius proximi: qa licèt fortassis aliquis de apostolis esset ęqualis, vel maior istis duobus fratribus, & aptior ad istum honorem q̃ ipsi, tamen ipsi nesciebant alicui ius quęsitum esse ad illum, neq; in illo, & ita nemini præiudicabant illum petendo. Et etiam non putabant esse contra legem Dei petere istum honorem: quia non erat expresse in aliqua lege cautum, ne quis talem honorem peteret, aut appeteret. Est ergo dicẽdum, quòd venialiter videntur peccasse.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ non promiserat Christus alicui, ꝙ sederet ad dextram, aut ad sinistram suam: nam sedere super duodecim thronos ad iudicandum, vt ipsi putabãt de temporali regno poterat accipi, & ita non sederent cum Christo, sed seorsum ad iudicãdum duodecim tribus, sicut duodecim principes Dauid, & totidem Salomonis. 1. Paralip. 27. & 3. Re. 4. c. Aliter potest dici, quia etiam si alicui promissum esset sedere ad dextrã, vel ad sinistram: tñ non erat promissum istis duobus fratribus: ideo non petebant sibi promissum sed alienum, licèt ipsi nescirent esse alienum. Ad 2m dicendum, ꝙ isti non petebant malum, & tñ petitio sua mala erat. Sic enim qui accipit rem alienam, non accipit malum, quia illa res non est 2m se mala: nam si mala esset, non liceret eam alicui possidere, sed qui alienã rem accipit, acceptio mala est, licèt res bona sit. Et ita cùm iste honor esset maior quàm isti mererentur, & quia non veniebant ad illum ordine debito, non erat debita petitio, licèt res bona esset, sicut siquis vellet tenere in vita ęterna gradum gloriæ, quem tenet Beata Virgo cum paruis meritis, quæ hic habet.

An mater istorum peccauerit petendo honorem hunc pro filijs. Quæstio LXIX.

QVAERETVR, an mater istorum peccauerit, petendo istum honorem pro filijs. Aliquis dicet, ꝙ sic, & ꝙ istud sit manifestum, peccauerunt quidem filij, qui matrem petere suggesserunt, ergo peccauit mater, quæ illud petiuit. Dicẽdum, ꝙ vel mater nullo modo peccauit, vel minus peccauit quàm filij. Primò patet, quia multa licet homini petere, & appetere pro altero, quæ nõ licet pro se petere, & maximè ea, quę ad honorem pertinent. Nam nemo debet saltem in manifesto reputare se dignum honore, quod tñ requiritur ad hoc, ꝙ illum pro se petat: cùm autem quis pro alio petit honorem, nihil de seipso iudicat, sed de alio. Circa alios verò non est vituperabile bene iudicare, & ꝙ honore digni sint. de nobis autem non est conueniens hoc iudicare: quia nõ fit sine quadam præsumptione: ideo mater non peccaret, licèt filij peccarent. Secundò, quia in matre erat multum excusabile, quidquid pro filijs peteret: cùm naturaliter desideret honorem filiorum sicut suum, & fortassis plusquam suum. Sed ista ratio excusat a tanto, sed non a toto, quia aliud est. Quod si mater cupit ad honorem filij, erit peccatum mortale, vt si manifestè velit contra legẽ Dei, pręcedens autẽ ratio potest excusare a toto. Tertiò patet, quia Christus redarguit filios & non ma-

A trem, & tñ si mater peccasset in aliquo, etiam ipsa videretur redarguenda. Et tñ siquis dicat istam mulierem in aliquo peccasse: dum tamen minus peccauerit q̃ filij, non negamus, quia ꝙ non redarguatur, non plenè probat eam non peccasse, vt dicetur infra. Sed obijcitur, ꝙ non solùm non peccauit mulier, sed et laudabilis est. Dicit. n. Chrys. ĩ hoc loco: Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur. Sed dicendum, ꝙ nõ est laudabilis. Nam actus suus non est laudabilis, sed redarguit ipsa ex hoc, ꝙ non erit laudabilis. Patet quia Christus petitionem eius improbauit, licèt non in persona matris, sed filiorum, dicẽs. Nescitis quid petatis: & tñ mater hoc petiuerat: ideo non laudatur actus. Sic dicit Chryso. Non dicimus, ꝙ rectè peteret hęc mulier, sed
In quæst. 72.
B hoc dicimus, quòd cęlestia, & non terrena filijs suis optabat: imò & aliqui vituperãt istum actum, quasi fuerit quædam tentatio diaboli ad separãdum apostolos a Christo. Sic dicit Chryso. Ideo & forsitan res per mulierem agebatur, contulit enim se diabolus ad consueta arma mulierum: vt sicut Adam per mulierem spoliauerat, ita & istos per matrem, sed iam non poterat per mulierem perditio introire in sanctos, ex quo de muliere saluator cunctorum processit. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd magna laus mulieris colligitur ex illo loco, non quidem inquantum illud petiuit, sed inquantum dominum sequebatur oblita infirmitatis suę. Sic dicit Chryso. Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur, quia non solùm filij reliquerãt
C patrem, sed & ipsa reliquerat virum suũ, & secuta fuerat Christum: & ita semp manet, quòd in aliquo posset ista mulier redargui, quam nos in nullo arguimus: quia eam argutam non inuenimus sicut filios, sed si redarguere eam placet oportet, quòd dicamus, eam minus peccasse quàm filios.

Cùm mater pro filijs hoc a Christo petiuerit, quare Christus non respondit matri sed filijs. Quæstio LXX.

QVAERETVR, cùm mater petiuerit pro filijs: quare Christus non respõdit matri sed filijs, dicens eis: Nescitis quid petatis. Alij dicunt, ꝙ non respondit Christus filijs sed matri: & tamen dixit plura-
D liter, nescitis quid petatis, loquens vrbanè, sicut & nos consueuimus. Sed dicendum quòd non fuit, primò, quia non est consuetudo sacræ scripturæ, quòd ad aliquem loquatur in plurali quanticunque honoris sit: imò & quãdo loquuntur subditi dño suo loquuntur in singulari: nisi ꝙ quando vrbanitatem, aut facundiã tenere volunt, loquuntur in tertia persona, cùm deberent loq in secunda dicentes. Videat dominus noster, vel audiat, aut faciat tale vel tale. In plurali autem nunquam loquunt̃, & maximè hoc in Christi verbis inuenitur, in nullo enim loco habetur, quòd alicui locut⁹ fuerit in plurali: ideo neq; loqueretur mulieri isti. Secundò patet, quia ad eam locutus fuerat in singulari dicens: Quid vis? ideo non loqueretur postea in plurali: quia absurdum est, & indisciplinati hoĩs ad eundẽ
E loqui, aliquando pluraliter, aliquando singulariter. Tertiò patet, quia hoc repugnat intentioni eorum. s. quòd propter vrbanitatem loquatur in plurali. Nam vrbanitatem nullã seruat, cũ redargutorijs verbis vtatur, dicens. Nescitis quid petatis. Quartò patet ex verbis Christi sequentibus. s. potestis bibere calicem, quẽ bibiturus sum. Quod manifestum est, non dixisse ad matrem, quia illa non bibit calicẽ, neq; erat vlla cã dicendi ei hoc: qa ipsa ꝓ se nihil petebat. Quintò apparet ex r̃nsione ad verba Christi. nam cum ipse dixit: potestis bibere calicem, quẽ bibiturus sum: sequit̃. Dicunt ei, possumus. ergo nõ locuta est mater sed filij, & ꝓñr ista verba non dirigebantur ad matrem, sed ad filios.

Alij dicunt, quòd Christus locutus est ad matrem, & ad filios simul: ideo dixit, nescitis quid petatis.

Sed dicendum, quòd non stat: primò, quia dicitur statim: Potestis bibere calicem, quem bibiturus sum? & tamen ad matrem eorum, nihil tale diceret: quia non erat vlla causa dicendi. Nam calix propter honores petitos imponitur. Mater tamen pro se nihil petebat, sed pro filijs: ergo non diceret hoc Christus ad matrem, & filios, sed ad solos filios. Secundò patet, quia Christus dixit postea: calicem meum bibetis, & tamē certum est, quòd mater non bibit calicem, quod ad tolerationem martyrij pertinet. Tertiò patet, quia addidit Christus: Sedere autem ad dextram & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et tamen hoc non dicebat de matre cum filijs: quia mater non petiuerat pro se sedere ad dextram, vel sinistrā, sed pro solis filijs, ergo ad solos filios Christus loquebatur. Dicendum ergo, ꝙ licèt mater sola petiuit, respondit Christus solis filijs. Primò, quia volebat matrem honorare, vel non dirigere ad eam verba redargutionis, & tñ erant ista verba increpatoria. s. nescitis quid petatis: ideo noluit ad matrem, sed ad filios dirigere. Secundò, quia (vt aliqui volunt) non solùm mater petiuit, sed etiam filij cum ea petebant intãtum, vt Marcus dicat eos petiuisse hoc a Christo Mar. 10. c. Et ita increpari debebant ipsi, & non mater: & fuerunt directa verba ad eos. Tertiò, quia mater non fuit mota a seipsa ad petendum, sed filij eam impulerunt petere, & ideo si petitio esset importuna, ipsi filij merebantur increpationem & non mater. Quartò fuit, vt ostenderet Christus se scire, quomodo, & vnde ista prouenie bant. Nam volebant discipuli occultare a se istud petere, & matrem submittebant: ideo Christus ostendens se scire, quòd ab illis istud procederet, respondit eis, quasi ipsi peterent & non illa, & quia erat responsio cum increpatione, noluit dirigere ad illā, sed ad illos. Et hoc satis colligitur, quia a principio, quando illa petiuit in generali, dicens. Volo, vt quodcunq; petiero, facias. Nondum apparente in particulari iniquitate petitionis, direxit verba ad illam, dicēs. Quid vis? qa tunc sine increpatione erat responsio. Nunc quoq;, si sine increpatione esset respōsio, ad matrem dirigeret, sed quia facta in particulari petitione conueniens erat responsionem esse cum redargutione, quia petitio erat aliqualiter inconueniens, direxit Christus verba ad filios, dicens: Nescitis quid petatis.

Quomodo erat verum, quòd duo apostoli nesciebant quid peterent: & quare hoc dixit Christus.
Quæstio LXXI.

QVAERETVR, quomodo erat verum, ꝙ nesciebant, quid peterent, & quare hoc dixit.

Dicendum, ꝙ hoc dixit propter multa. Primò, quia adhuc de re, quam petebant non habebant cognitionem, & ista est fortis redargutio. Nam ꝙ quis petat, qñ non est tempus, vel plusquam meretur, vel vbi nō debet: dicit quidem aliquod inconueniens, sed nō excludit aliquam ꝯdecentiam, vel rationem. Quòd autē homo nesciat, quid est id, quod petit, dicit errorem generalem, & oīa ꝯfundit. Nam qui nescit, quid est illud qđ petit, nō poterit petere, qñ debet nec vbi debet: neque ad finem ꝯuenientem, neq; quãtum debet: quia cum oīa ista sint accidentia rei, dependet cognitio eorum ex cognitione rei. Qui ergo ignorat qd est id, qđ petit aut petere intendit, ignorat rem, & ideo non poterit cognoscere cętera. Hoc autē dixit Chr̄s, cùm ait: Nescitis quid petatis: ideo est dura increpatio, ꝙ diceret, non solùm non obseruatis rationem circa ea, q̄ pe F titis, & verè nesciebant qd peterent, quia ipsi petebant a Christo sedere ad dextram & sinistrā eius in regno temporali super filijs Israel, & tñ nullum tale regnum Christus habiturus erat. Dicitur ergo, ꝙ nesciūt quid petunt, non ꝙ non intelligant terminos suæ petitionis, quia benè intelligebant, quid esset temporaliter regnare Christum, sicut regnauerat Dauid & Salomon, & quid esset sedere eos ad dextram & sinistram eius, manendo in præcipuo fauore: sed ꝙ petunt rem, quæ nunquam erit: & tamen qui aliquid petit, præsupponit, quòd res illa sit aut esse possit, & in hoc isti errabāt: erat autem regnum Christi futurum spirituale non aūt terrenum. Sic dicit Chryso. Hoc dicit ostendens, ꝙ nihil spirituale petebāt. Theophy. quoq; dicit: G Nō est hoc, qđ creditis, ꝙ sim tpaliter in Ierusalem regnaturus, sed oīa hęc, q̄ ad regnum ptinēt supra intellectum sunt. Secundò dr̄ hoc (vt aliq uolunt) quia petebant, quod iam habebant: & ita nesciebant qd peterent. i. qūo se haberet id, quod petebant. Nam si illud habebant, & nesciebant an haberent, nesciebant quid peterent. Petebāt enim sedere ad dextram, & sinistrā, quod erat sedere cum Christo, & tamen iam illis promissum erat sedere cum Christo. s. sedere super duodecim sedes. Sic dicit Hilarius: Nesciunt quid petant, quia nihil de gloria apostolorum ambigendum erat: iudicaturos enim eos sermo superior exposuit. Tertiò dictum est (vt aliqui volunt) quia rem non conuenientem meritis suis petebant. Nam sedere ad dextrā, H & sinistram Christi maiora merita exigebat, quàm erant Iacobi, & Ioannis. Sic dicit Chryso. Hoc dicit, vt ostenderet, ꝙ nihil spirituale petebant: vel si nouissent quæ petebant, non ausi fuissent illud petere, quod superexcedit superiores virtutes. Et idem Theophylactus. s. Sedere ad dextram meam, tā magnum quid est, vt excellat ordinem angelorum. Et idem dicit Beda: Nesciunt quid petant, qui sedem gloriæ a domino, quam nondum merebantur, inquirunt. Quartò dictum est, quia inconuenientia tempori petebant. Nam licèt quis petat sibi rem debitam, debet petere eam tempore conuenienti: aliàs erit importunus, ita erat de apostolis, quia nunc Christus prædixerat eis, ꝙ ascendebat Ierosolymam, & consummarentur omnia, quæ scripta erant de eo quòd occideretur: & quia I istud in breui explēdum erat, iam tempus erat luctus & non gaudij, & ita neque de honoris adeptione agendum erat. Isti autem nunc honorem petunt, ideo inordinatè & imprudenter petunt, & ita nesciūt quid petant, idest, nesciunt conditiones requisitas ad conuenienter petendum. Sic dicit Chryso. Nescitis quid petatis: ac si dicat, vos de honore loquimini, ego verò de agonibus & sudoribus disputo. Non est enim hoc præmiorum tempus, sed occisionis, præliorum & periculorum. Quintò dicitur hoc, quia petebant honorem, & hoc non debebat petere aliquis de eis, qui Christum colebant, sed vocatus recipere: cùm ergo peterent, nesciebant quid peterent, id est, an id, quod K petebant competeret professioni suæ: cùm verè non conueniret: sicut quando isti duo Iacobus, & Ioannes dixerunt Christo, vis vt dicamus, quòd descendat ignis de cęlo, & consumat istos? scilicet, quandam ciuitatem Samaritanorum. Luc. 9. & sequitur. Et conuersus increpuit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. i. nescitis cuius professionis estis, vel quam intentionem, aut desiderium seruare vos oporteat ad concordandum professioni vestræ, & ostendit addens, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. i. non veni ad occidendum aliquem: sed ad viuificandum mortuos: Ita & professioni eorum, qui Christū colebant nō ꝯueniebat honorē petere, neq; appetere: sed contēnere & fugere. ad Heb. 5. Nemo indifferēter sibi

sibi assumat honorem, sed qui vocatus est a Deo si- A cut Aaron, isti petiuerunt honorem & magnum quidem: ideo nesciebant, quid peterent. i. an eis conueniret, quod petebant. Sextò quia dato, ꝙ honor petendus, vel appetendus esset, cùm non perueniatur ad istum honorem, nisi per labores, debebant prius quærere de laboribus, per quos acquirere possent honorem, & deinde illum petere: & tamen solum petiuerunt honorē nihil dicentes de labore: ideo nesciebant quid peterent. i. quę essent requisita ad illud quod petebant, quia aliàs vel non peterent honorem, vel si peterent apponerent simul requisita ad hoc, & de hoc videtur arguere eos Christus. Nam cùm dixit, nescitis quid petatis, subdidit, potestis bibere calicem, quē bibiturꝰ sum? q. d. ad hoc ꝙ honorem istum habeatis, B oportet quòd bibatis prius calicem passionis, sicut & ego. Septimò nesciebant quid peterent, quia dextrā, & sinistram petebant: & tñ apud Deum sola dextra petenda est, petendo autem sinistram nesciebāt quid peterent. Sinistra quippe in malum accipitur. Sic dicit Chryso. Nescitis quid petatis. q. d. Ego vos vocaui ad partem dextram, & vos vestro consilio de dextra curritis in sinistram. Sed dicendum, quòd primus modus est verior, & magis conueniens literę: quia verè sic nesciebant quid peterent, cùm putarent esse temporale, quod erat spirituale & æternum: & tamen si qs dicat discipulos etiam de spirituali, & æterna sessione accepisse, dicetur, ꝙ non intelligebant quid peterent: quia petebant ab eo, ad quem dare non ꝑtinebat. Nā Chri- C stus erat Deus & homo, & inquantum Deus pertinebat ad eum dare vitam æternam, & sedere in gloria, cui vellet: inquantum autem erat homo, non potest ista dare, quia minor est patre, & potius recipit: Iacobus tamen & Ioannes confidebant se ista accepturos, quia erant cognati Christi in gradu propinquissimo: & tamen non erant cognati nisi secundum carnem: & quātum ad istam non poterat Christus dare vitam æternam: ideo petebant ab eo, quæ dare non poterat, vel ex ea parte, ex qua potens non erat: & hoc apertè Christus ostendit dicens: calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dextram vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed eius qui misit me, vel quibꝰ paratum est a patre meo. Et tamen primus sensus est D melior: quia verè isti non intelligebant aliquid de sessione spirituali.

Quare Christus matrem filiorum Zebedęi non redarguit. Quæstio LXXII.

QVAERETVR, cùm Christus redargueritdiscipulos dicens, nescitis quid petatis: quare etiam matrem non redarguit aliqualiter, cum ipsa hoc petiuisset. Dicendum vno modo, quòd istud pendet ex eo quod dictum est, supra. s. an peccauerit ista mulier petendo hoc pro filijs. Si enim non peccauit aliqualiter (vt quidam putant) nulla increpatione digna erat, & quia fortè non peccauit, non fuit increpita. E Aliter potest dici, quòd fuit mulier ista redarguta. Primò, quia petitionem istam Christus redarguit dicens: nescitis quid petatis, ipsa tamen petiuerat hoc: ideo arguendo petitionem arguebatur ipsa; sed hoc differebat, quia arguit Christus petitionem, sed non in persona matris sed filiorum. Secundò, quia in præsentia eius dixit Christus ista verba increpatoria contra filios eius, ꝓpter actum illum, in quo mater cōicabat cum filijs, & ita satis arguebat mater, ꝙ pateretur in facie sua redargutionem filiorum. Hoc autem ꝯuenientius dr̄: nam oportet dici mulierē aliquo modo redargutam fuisse: qa dictum suum fuit redargutum, & in pn̄tia eius: & tñ fuit gradus in redargutione: quia

filij fuerunt expressè redarguti, cùm Christus ad eos verba direxerit. s. nescitis qd petatis. Mater autem non expressè. Hoc aūt fuit primò, quia filij peccauerant in hoc solicitantes matrem, vt ꝑ eis hoc peteret, ipsa verò solicitata vt mater, & minus intelligens vt mulier petiuit, & ideo vel nihil, vel minus peccauit. Secundò fuit ꝑꝑ reuerentiam. Nam eos quibꝰ reuerentia debet̄ non increpamus licèt peccent, sed obsecramus, vt patet. 1. Timot. 5. Seniorem ne increpueris, sed obsecra vt patrem. Mater aūt Iacobi & Ioannis respectu Chri habebat quandam reuerentiam. Primò, quia erat antiquior in ꝓgenie, ipsa. n. erat soror matris Christi: ideo sicut Christus inquantum homo debebat quendā honorem matri suæ, ita & debebat quendā honorem & sororibus matris suę, & alijs antiquioribus in ꝓgenie: ideo non increparet eā apertè. Secundò, quia illa ministrabat Christo de expensis suis, vt colligit̄ infra 27. c. & Mar. 15. c. Tenemur tñ benefactoribꝰ retribuere, & insuper eos honorare: ideo hanc honorare tenebatur, & consequenter nō debebat eam arguere. Iacobo autem & Ioāni non tenebat̄. Christus etiam f'm ꝙ homo impendere aliquem honorem: tum quia erant iuuenes sicut Christus, & æquales in cognationis gradu. s. filij duarum sororum. Etiam qa illi non p̄stabant ei aliquid, sed potius Christus eis, cùm essent discipuli eius. Præstabat enim eis temporalem sustētationem, & insuper spiritualem doctrinam, quæ maior erat: ipsos ergo licitè poterat redarguere, & non matrem ipsorum expressa redargutione.

Quid erat calix iste, de quo Christus dixit, potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum. Quæst. LXXIII.

QVAERETVR, qd erat iste calix, de quo Christus dixit, potestis bibere calicem, quē bibiturus sum. Dicendum, ꝙ per istum calicem intelligit̄ passio Dn̄i: cùm ipse dicat, quem ego bibiturus sum: & tñ ipse non erat bibiturus alium calicē nisi passionis, tenet. n. istum modum loquendi Chr̄s. Sic patet Io. 18. c. cū dixit: Calicem, quem dedit mihi pater non vis, vt bibā illum? i. non vis ꝙ tolerem mortem, quā p̄r mihi imposuit tolerādam? Nam ibi loquebat̄ Chr̄s Petro, qui nitebat̄ impedire passionē eius, realiter, eum defendēdo & percutiendo seruum pontificis. Et infra 26. orās dixit ad patrem: Pater, si fieri potest, trāseat a me calix iste. Et iterum ibidem: Pater, si non potest calix iste transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. i. si non est euitabilis ista mors, sed oportet me tolerare eā. Et ita etiam nos calicem bibimus, qn̄ tormēta patimur. Sic dicit Hieron. Calicem in scripturis diuinis passionem intelligimus, vt in Psal. Calicem salutaris accipiā. Statim infert qd sit iste calix. Preciosa in conspectu Dn̄i mors sanctorum eius. Cur aūt passionem calicem vocauerit, dicunt quidā ꝙ euenit ex ꝯsuetudine sermonis Hebraici. Nomen vasis est ibi multum generale, vt ad omnem rem trāsferat̄: & ita aliqn̄ instra musica vocantur vasa, iuxta illud Psalm. 70. Confitebor tibi in vasis Psalmi. i. in organis, in quibus psallimus: Aliquādo arma vocant̄ vasa, vt dr̄ aliquis in manu sua habere vasa belli, & ita ēt arma offensiua, qbus possumꝰ hoīes occidere vocant̄ vasa mortis. Psal. 7. Arcum suum tetendit, & parauit illud, & in eo parauit vasa mortis. i. sagittas, qa in arcu ponuntur sagittæ: quod statim declarat litera, dicens: Sagittas suas ardentibus effecit. Aliquando etiam transfertur ad signandum homines, iuxta illud Act. 9. Vbi Christus dixit Ananiæ de Paulo: Vas electionis mihi est. Et ēt hoīes mali & boni ḡnaliter vocant̄ vasa: sed boni dicunt̄ vasa in honorem: mali aūt vasa in contumeliā. ad Ro. 9. c. Calix autē est vas: ideo nomē calicis transfert̄ ad significandū q̄cunq; &

Quid per calicem significatur.

Quot modis hoc nomē vas sumat̄ apud Hebręos.

verum est, ꝙ nomē calicis generaliter accipiatur. Psal.
15. Dominus pars hęreditatis meæ, & calicis mei. Ra-
tio tamen in speciali, quare vocetur passio calix, est qa
in calice medicinalia dantur nobis ad bibendum ali-
qua valde amara, & prouocātia horrorem, & ideo est
difficile illa gustare: ita est de passione, & morte, quòd
difficile est eam tolerare: vnde & istum modum lo-
quendi nos vulgariter tenemus, ꝙ dicatur aliquis bi-
bere angustiam, vel dolorem, aut quamcunq; passio-
nem. Et apparet, quia calix accipitur hic a proprietate
continendi potum, cum dicatur. Potestis bibere cali-
cem, quem bibiturus ego sum?& infra 26. ca. Dicitur:
Calicem, quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam il-
lum? Et ita accipit Christus, vbicunq; calicem ponit.
Ita ergo nunc calicem accepit. s. potestis bibere cali-
cem, quem ego bibiturus sum? i. nunquid potestis to-
lerare passionem sicut ego? Accipitur tamē calix pro
amaritudine tentationum, & bibere calicem est tole-
rare illas. Sic dicit Chryso. Passionem, & calicem Do-
mini dicimus, non solùm persecutionem gentiliū: sed
oēm violentiam, quam patimur certantes contra pec
cata. Verum est autem, ꝙ de vtraq; in præsenti intelli-
gendum est, quia vnus calix. s. tentationum est neces-
sarius cuilibet homini: cùm tentationes insurgētes to
lerare obligemur. Alius autem non est necessarius: &
tamen si inciderit calix martyrij, ita ꝙ necesse sit cali-
cem martyrij bibere, aut fidem indefensam relinque-
re, vel abnegare, obligamur calicem martyrij bibere:
& tamen dictum Christi non erat, nisi de calice mar-
tyrij: licèt enim apostoli, vtrunque calicem paterētur:
Christus tamen non poterat, nisi vnum bibere, quia
in eo non erant passiones insurgentes, quibus resisten
do difficultatem aliquam toleraret: sed ipse dixit, quē
ego bibiturus sum: ergo necesse fuit accipi de calice
passionis. Etiam quia dixit quem bibiturus sum: & tn̄
si passiones aliquæ essent in Christo, & de illis intelli-
geretur calix, non diceretur, quem bibiturus sum, sed
quem quotidie bibo: quia sustinere molestias insurgē
tium passionum quotidianum est. De solo ergo pas-
sionis calice ipse dixit', & tamen apostoli vtrunque bi-
bituri erant.

Ad quid Christus dixit, potestis bibere calicem.
Quæstio LXXIIII.

QVAERETVR, ad quid Christus dixit eis, po-
testis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.
Nam si ad aliquid hoc prodest, videtur debuisse dici
ad ostendendum, ꝙ non poterant sedere ad dextram
& sinistram, nisi prius biberent calicem: & tamen ad
hoc non dicitur: quia isti calicem biberunt, sed non
sederunt ad dextram, & sinistram, sicut Christus eis di
xit: Calicem quidem mecum bibetis, sedere autem ad
dextram, & sinistram non est mecum dare vobis. Et
ita videtur dicendum, quòd non profuerit ad aliquid
istud dictum.

Dicendum, quòd fuit primò dictum ad ostenden-
dum, ꝙ non rectè petiuerant: sicut superius dixerat;
nescitis quid petatis. hoc autem erat, quia petiuerunt
honorem non præponendo difficultatem. Nam quę-
rere deberent prius, quid agere deberent ad hoc, ꝙ se-
dere deberent, vel possent ad dextrā & sinistram eius.
Hoc ergo qđ illi omiserunt, expressit Christus, dicēs:
Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? q.
d. hunc bibere necesse erat, si deberetis ad hunc hono
rem peruenire. Secundò dictum est ad ostēdendum,
ꝙ petitio eorum erat importuna respectu temporis.
Nam nunc instabat tempus passionis Christi: ideo ma
gis negociari deberent, quomodo ei compaterentur,
quàm qūo honores ab eo reciperent, & ideo ipse in-
F crepat eos, ꝙ talia tunc petāt dicens: nescitis qd petatis
.i. nescitis, vel non consideratis, qūo id, quod petitis
non consonat huic tempori: Et addidit ad declaratio-
nem horum, potestis bibere calicem, quem ego bibi-
turus sum? i. nunquid bibere potestis hunc calicē pas-
sionis. q.d. potius deberetis a me nunc petere, qūo mi
hi compateremini propter calicem, quem bibiturus
sum, quàm qūo honorē reciperetis. Sic dicit Chryso.
Potestis bibere calicem, ac si dicat vos de honore, &
coronis loquimini: ego de agonibus vobis & sudori-
bus. Non enim hoc est pręmiorum tempus. Tertiò di
ctum est ad ostendendum, quę sit via veniendi ad ho-
norem, quem isti appetebant. Nam licèt isti nō essent
habituri quod petebant, quamuis calicem biberent:
G tn̄ nemo alius, qui ad illum honorem venire deberet,
poterat venire, nisi calice bibito, & hoc satis ostendit,
cùm ait: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus
sum?& cùm illi dixerunt, possumus. Christus ait: Cali
cem meum bibetis, sedere autem ad dextram & sini-
stram non est meum dare vobis. Sic dicit Chrys. Ideo
Dominus interrogat, potestis bibere calicem, vt oēs
audiamus, quia nemo potest cū Christo regnare, nisi
passionem Christi fuerit imitatus. Quartò fuit hoc di
ctum, vt ex hac quęstione esset occasio Christo ad prę
nunciandum de statu istorum duorū discipulorum. i.
an pro Christo passuri essent. Nam cùm ille quęsiuit,
potestis bibere calicem: & illi dixerunt, possumus, ille
ait, calicem meum bibetis: Et non dixit solùm bibere
H potestis, sed certificauit, ꝙ illum bibituri essent.

Quare Christus quęsiuit a filijs Zebedęi, potestis bibere calicem,
quem ego bibiturus sum. Quęstio LXXV.

QVAERETVR, quare Christus quæsiuit ab
istis, potestis biber calicem, quem ego bibitur'
sum? quia certum erat, ꝙ bibere poterant: qa hoc non
est, nisi pati: & tamen quilibet potest pati quantum-
cunque grauia, quæ alius agat in eum. Dicendum, ꝙ
non accipitur potestis bibere calicem, solùm pro po-
tentia passiua ad tolerandum, sed pro dispositione ad
se exponendum, & tolerandum spontè illas pęnas: illa
enim toleranda erunt spontè: nam volenti abnegare
I nomen Christi, & legem eius nulla pœna inferetur:
sed confitentibus eum, qui in confessione persistere
voluerint: sed ad spontè tolerandum tormenta requi-
ritur magna fortitudo animi, quam pauci habēt: ideo
Christus rationabiliter quæsiuit an possent bibere ca-
licem, idest, haberent interiorem fortitudinem, per ij
possent sustinere, & vellēt spontè sustinere potius quā
negare nomen Christi. Sed dicendum, ꝙ adhuc ad
istud non erat opus quæri: quia Christus sciebat an isti
essent dispositi ad tolerandum spontè, vel non, pęnas
pro Christo. Dicendum est, quod verum est, quòd
Christus sciebat omnia: ideo ad hoc, ꝙ aliquid sciret
non erat opus, ꝙ q̄reret ab aliquo, & homo ei respon
deret: quia ipse sciebat qd hoìes in corde haberent, ip
K sis nihil dicentibus Io. 6. ca. Non erat opus illi, vt quis-
quam testimonium perhiberet de homine: ipse enim
sciebat, quid esset in homine; etiam non erat opus, ꝙ
quis eum interrogaret: quia ipse sciebat, quid volebat
quilibet petere ab eo, & antequam peteret ipse respō
debat, quando volebat. Ioan. 16. cap. quando dixerunt
apostoli Christo: Nūc scimus, quia scis omnia: & non
est opus, vt quis te interroget. q.d. antequam quis te
interroget tu dicis, quid est in corde hominis: & de
quo vult te interrogare, & tamen quęrebat Christus
aliqua interdum, ex aliquibus causis. Et ita fuit hic:
primò, vt induceret eos ad confitendum ore suo, quid
se posse credebāt: sicut & nos sępe aliqua nouimus, de
quibus quęrimus, vt appareat quid cōfiteantur respon
dentes.

dentes. Secundò fuit, vt haberet occasionem ponendi doctrinam de habendo honorem, quem isti petebant. Nam si ex eo ꝙ Christus sciebat, an isti possent bibere calicem non quęreret aliquid ab eis, non esset ei occasio dicendi, quę esset via perueniendi ad istum honorem. Cùm verò quæsiuit potestis bibere calicē ostendit, ꝙ bibendo calicem peruenturi essent ad honorem cęlestem, quicunque illuc peruenirent, vt dictum est pręced. q. Tertiò fuit occasio ad prenunciandum statum eorū circa passiones tolerandas pro Christo, inquantum dixit eis, calicem meum bibetis: quod non diceret, nisi prius dixisset, potestis bibere calicem: ideo conueniens fuit, quòd illud peteret Christus a discipulis duobus.

A

B

Quare dixerunt Iacobus & Ioannes, possumus: & quomodo sciebant an poßent. Quæstio LXXVI.

QVAERETVR, quare dixerunt Iacobus & Ioannes, possumus, & quomodo sciebant an possent. Aliqui dicunt, ꝙ dixerunt se posse, cùm bibere calicem, rem leuem putarent. Nam bibere calicē credebant esse bibere de aliquo vase materiali, & ista accidit propter illa, quæ dixit Mar. 10. ca. scilicet. Potestis bibere calicem, quē ego bibo? Aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? ita ꝙ dicat calix potum materialem, & baptismus nominet lotionem quandam, quam Iudęi faciebant antequam manducarent. Sic dicit Theophylatus. s. Qui non intelligētes, quod ille dixerat, responderunt, possumus. Credebant enim, ꝙ de calice sensibili, & baptismate quo Iudęi baptizari solebant, lauantes. s. se antequā comederent, loqueretur. Sed dicendum, ꝙ nō stat iste sensus. Primò, quia Christus ponebat istud tanquā meritum, & viam perueniēdi ad honorem cęlestem: & tn̄ bibere non est meritorium, quia non est actus, qui de se importet aliquā excellentiam. Etiam baptizari. i. lauare corpora non erat dispositiuum ad vitam ęternam. Nam sicut corporales sordes non coinquinant animam, vt Christus ostēdit supra 15. ita & corporalis munditia non purificat animam, neq; reddit nos dignos aliquo bono vitæ æternæ, quę sunt bona spiritualia. Secundò & efficacius patet, quia Christus dixit, potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum, & tamen si de calice materiali loqueretur diceret de pręsenti, quia quotidie Christus aliquid bibebat: ergo de passione, quę futura erat intelligitur, quam nondum tolerando biberat. Si autem obijcias, ꝙ intelligitur de quotidiano calice: Quod patet, quia Mar. 10. ca. dicit. Potestis bibere calicem, quē ego bibo, & baptizari baptismate, quo ego baptizor. Dicendum, ꝙ res ista futura erat: & patet, quia Matthęus hic expressit futurum dicens, quem ego bibiturus sum. Quia verò Marcus dixerit, quem ego bibo, intellexit futurum esse, sed quia propinquum erat, iam videbatur. Nam dixit, ecce ascendimus Ierosolymā. i. nunc ascendimus. i. nunc complebuntur omnia, quæ futura sunt circa me. Tertiò, quia inquantum dixit potestis notauit aliquam difficultatem bibendi calicem, & tamen si sit calix materialis, nulla esset difficultas, ideo aliquid durum erat. Quartò, quia si esset calix materialis, non diceret, potestis bibere calicem: nam quotidie bibebant, & comedebant apostoli cum Christo: & ita de eodem calice bibebāt: ergo cum calix importet hic aliquid, quod nondum biberant, sed bibere poterant, oportet quod non intelligatur de calice materiali. Quintò patet, ex responsione eorum, quia ipsi dixerunt possumus: & tamen si de calice materiali diceretur, non dicerent possumus, sed quotidie bibimus. Sexto, quia dixit Christus, calicem meum bibetis, & ita nominauit nondum factum esse: ideo ad passionē

C

D

E

pertinet, & non ad rem materialē. Septimò, quia quantum ad baptismum, de quo Christus dixit, non poterant intelligere discipuli de lotione quam Iudæi faciebant, quia Mar. 10. Dicitur & baptizari baptismo quo ego baptizor: & tamen Christus non baptizabatur baptismo Iudæorum: quia illa lotio erat, quam faciebāt pharisæi. Mar. 7. cap. Nam non manducarent, nisi frequenter lauarentur: Christus tamen cęremonias istas, quas vocabat traditiones hominum, valde improbauit: vt patet supra 15. ca. & Mar. 7. Non ergo vteretur ipse istis lotionibus. Nam per hoc daret ipse auctoritatem operibus Iudæorum: & non posset conuenienter ista improbare. Etiam patet, quia si ipse frequentaret ipsas lotiones, exercerēt quoque eas discipuli eius, sed non faciebant. Vnde de hoc Pharisæi eos arguerunt, quòd non lauabant manus, cùm manducarent, supra decimoquinto capitu. non ergo stat iste sensus Theophy. quòd apostoli isti intelligerēt de calice materiali. Alij dicunt, quòd hoc dixerunt, quia verè erant dispositi ad tolerandum passionem pro Christo: ideo dixerunt, quòd poterant bibere calicem. Sic dicit Hilarius: At illi, qui martyrij libertatem, constantiamq; retinebant, bibituros se pollicentur. Tertiò fuit, vt alij dicunt, quia erant inexperti passionum, & tales putant rem leuem esse tolerare, sed in periculis constituti deficiunt. Sic dicit Chryso. Hoc dicunt non tam ex fiducia suæ fortitudinis, quàm ex ignorantia: inexpertis enim leuis videtur esse tentatio passionis, & mortis. Quartò dicunt alij, quòd fuit solùm ex desiderio obtinendi, quod petebant: petiuerant enim sedere ad dextram, & sinistram, & Christus eis dixerat, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ex quo putabant, ꝙ si illum biberent daretur eis petitum, & aliter nōn: ideo etiam si non sentirent se potentes ad bibendum calicem, dicerent se potentes, vt non excluderentur a petitione sua. Sic dicit Chryso. s. Vel hoc ex desiderio dicunt: neque enim hoc dixissent, nisi expectassent audire, quod petebant. Isti duo modi vltimi vidētur esse verisimiles: & maximè vltimus. Nam secundus non est satis verisimilis, scilicet, ꝙ scirent se fortes ad tolerandum martyrium. Nam in veritate non erāt fortes, quod postea patuit, cùm patiente Christo omnes timuerint, & fugerint, & manebant postea abscōditi propter metum Iudæorum.

Quare Christus duobus apostolis dixit: Calicem meum bibetis. Quęstio LXXVII.

QVAERETVR, quare Christus eis dixit: Calicem meum bibetis. Dicendum, ꝙ primò fuit ad ostendendum statum eorum futurum. s. ꝙ pro Christo passuri essent: hoc enim est bibere calicem. Sic dicit Chryso. Dominus autem prophetat his magna bona. i. martyrio eos dignos efficiendos. Secundò fuit, vt per hoc Christus ostenderet suam sapientiam futura manifestè pręnunciās & determinatè: sic dixit Ioan. 13. c. Et nūc dico vobis anteꝗ̄ fiat, vt cum factum fuerit credatis. s. quia ego sum. i. qa ego sum Deus, qui futura nouerā anteꝗ̄ fierent. Tertiò erat hoc, qa intentio Christi erat p̄dicere oībus discipulis suis statum suturum eorum post passionem eius: & aliqn̄ dicebat in generali oībus, iuxta illud Io. 15. & 16. Mundus gaudebit, vos autem tristabimini, sed tristitia vestra vertet in gaudium. Et illud, Venit hora, vt oīs, qui īterficit vos, arbitrerē obsequium se p̄stare Deo. Qnq; etiam in speciali, sicut prædixit Petro de morte sua. Ioā. 21. c. Cùm esses iunior, cingebas te, & ibas quo volebas: cum autē senueris, alius cinget te, & ducet, quò tu nō vis: hoc aūt dixit significās qua morte clarificatur⁹ eēt Deū. de Ioāne quoq; tetigit statū, dicēs: sic eum volo manere do-

nec veniam. In quo ostendebat, quòd non trāsiret per gladium passionis de hac vita, Ioan. 21. c. licèt alij intellexerint, quòd dixerit eum non moriturum: ita ergo nunc circa istos duos fratres voluit tangere statum eorum futurum. s. ꝙ pro Christo paterentur dicens: Calicem meum bibetis. Quartò dictum est ad inferendum, quod Christus volebat: nam petiuerant isti sedere ad dextram & sinistram Christi, & hoc ipse eis concedere non volebat: dixerat tamen eis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ex quo videbatur inferri, ꝙ si illum biberent haberent petitum: ideo dixit: Calicem meum bibetis: sedere autem &c. i. licèt calicē meum bibatis, quem verè bibetis, non sedebitis ad dextram, & sinistram sicut petitis: quia non est meum dare vobis.

Quare Christus dixit calicem meum bibetis: quia potius dicere debebat, calicem meum bibere poteritis.
Quęstio LXXVIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit calicem meum bibetis: quia videtur ꝙ debuisset dicere, calicem meum bibere potestis, vel poteritis: nam ipse petiuerat dicens: potestis bibere calicem? idest, nunquid potestis: & illi responderunt, possumus, videtur ergo quòd Christus debuerat affirmare, quod illi affirmabant, & de quo petiuerat, scilicet, potestis bibere calicem. i. verum est, quòd potestis, vel poteritis bibere calicem. Dicendum, quòd primò fuit, quia non poterat respondere verè per pręsens. Nam si sicut quę siuerat potestis bibere, idest, nunquam potestis: ita responderet de præsenti, dicens: Potestis. i. verum est, ꝙ potestis falsum esset: nam quando Christus ista loquebatur non poterant illi bibere calicem. i. non habebāt animum paratum, & fortem ad tolerandum passionē pro eo, cùm Christo capto a Iudæis omnes discipuli fugerint timentes pati: & etiam nunquam habuerunt istam dispositionem animi vsq; ad aduentum Spiritus sancti, qui infirmos solidauit. Secundò fuit, & præcipuè, vt ostenderet statum futurum istorum: Nam si concluderet per posse, siue de præsenti, siue de futuro, diceret potestis bibere, siue poteritis, nō colligitur an aliquando biberent vel non: ideo ad ostēdendam rem certam, dicit: Calicem meum bibetis. In quo colligebatur apertè, ꝙ pro Christo passuri essent. Et hoc verum est: nam si solùm fieret, vt Christus verum diceret, sicut supra dicebatur, satis erat, quòd non diceret in præsenti potestis, sed in futuro poteritis bibere calicem, & hoc verum erat, quia aliquo tempore. s. post aduentum Spiritus sancti fortes essent ad tolerandum passionem, & tamen nihil per hoc determinabatur, ideo dixit bibetis. Tertiò fuit ad ostendendum laudem eorum, scilicet, quòd tanta dignitas eis communicanda erat, quòd aliquo tempore pro Christo paterentur. Sic dicit Origenes: Non ita respodit Christus, calicem meum bibere potestis, sed ad futurā eorum perfectionem respiciens, dixit: Calicē meum bibetis.

Quomodo verum sit, quod Christus dixit, scilicet, calicem meum bibetis: quia Ioannes martyrium non accepit.
Quęstio LXXIX.

QVAERETVR, quomodo verum sit, quod Christus dixit, scilicet, calicem meum bibetis: nam solus Iacobus videtur bibisse calicem passionis, Ioannes verò non, sed consueta morte vitam finierit, & non legatur de eo, quòd occisus fuerit, sed de Iacobo legit, quòd ab Herode fuerit decollatus Act. 12. c. Aliqui dicunt, quòd mortuus fuerit per viam martyrij sicut alij apostoli. Quòd verò nō legatur, non faciat

F ad hoc magnum argumētum: nam multa facta sunt, quæ non legūtur: sicut de ipso Christo, qui erat maior omnibus, multa scimus facta esse, quorū nullum scriptum sit, Ioan. 20. & 21. capitulis.

Dicendum, quòd non stat: primò, quia licèt non sit argumētum necessarium ex forma, quia arguitur negatiuè in loco ab auctoritate: tamen gratia materiæ satis tenet ratio: nam de apostolis, qui fuerunt quædam columnę, & principes Ecclesię, licèt non omnia gesta scribantur: exitus tamen eorum scribuntur, & inuenimus de omnibus, quomodo per martyrium vitam finierint: De Ioanne autem non inuenitur, qui tamen non fuit minor illis: ideo cùm nō scriptum sit satis est tenendum, ꝙ non fuerit. Secundò & efficacius: quia si
G nihil de Ioanne inueniretur, posset omnino ignorari, an martyrio, vel in pace vitam finierit, & tamen de eius exitu scribitur, quomodo in defossum locum sepulchri sibi parati descenderit, postquam a Deo vocatus fuerat, & nusquam postea comparuerit: ideo non finiuit vitam martyrio. Tertiò, & potissimè ex verbo Christi. Ioan. 21. Quando enim Christus dixit Petro, sequere me: & ille de Ioanne dixerit. Hic autem quid? idest, nunquid iste sequetur te? Christus ait: sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. In quo Christus innuit, ꝙ non erat secuturus ipsum per viam martyrij sicut Petrus: intātum, quòd alij apostoli putauerunt, ꝙ Ioannes non moreretur. Et sic dixit ibi litera. Et non dixit Iesus, quia non moritur, sed
H sic eum volo manere. Vnde de Ioanne est apud quosdam dubium an viuat, vel an morte naturali, vel aliàs sine vulnere obierit. Quòd tamen Ioannes martyrio vitam finierit nemo asserit: ideo non est hoc tenendū. Est ergo dicendum, quòd sicut Christus asseruit hic, ambo fratres. i. Iacobus & Ioannes calicem eius biberunt, idest pro eo passi sunt martyria, sed nō finierunt ambo vitam in martyrio, sed solus Iacobus, Ioannes verò propria morte obijt, sed dicitur bibisse calicem, quia pro Christo in feruentis olei dolium missus est, & ita martyrio se exposuit, sed gladius persecutoris defuit: ideo iam quantum ad se calicem biberat. Sic dicit Hieronymus: Quæretur quomodo calicem martyrij filij Zebedęi Iacobus scilicet, & Ioānes biberint, cùm
I scriptura narret Iacobum tantùm apostolum ab Herode capite truncatum, Ioannes autem propria morte vitam finierit. Et respondet, scilicet. Sed si legimus in ecclesiastica historia, quòd ipse Ioānes propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & relegatus in Pathmos insula: sic videbimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Et idem dicit Beda.

Quomodo est verum verbum Christi, scilicet, non est meum dare uobis.
Quæstio LXXX.

K QVAERETVR, quomodo est verum verbum Christi, scilicet, non est meum dare vobis. Nam si ad illum non pertinet, ad nullum pertinebit, cùm ipse sit Deus. Aliqui dicunt, quòd Christus dixit hoc, non quòd non pertineret ad eum, hoc dare: nam ad ipsum pertinebat, sed quòd nō pertinebat dare talibus, quales ipsi erant, scilicet, superbi, elati, honoris cupidi. Sed obijcietur, quia tunc non adderetur, sed quibus patatum est a patre meo. Et ita facit differentiam inter se & patrem suum, quasi ipse non possit, & tamen elatis, superbis, & peccatoribus neque Christus dat vitam æternam, neque pater: quia iniqui regnum Dei non possidebunt. 1. Corin. 6. Et tamē superbi, & honoris cupidi iniqui sunt.

Dicen-

Dicendum, quòd est sensus conueniens: Christus A
enim non negat se posse, quasi se neget posse, & patrē
posse asserat, quia si differentia fieret ex parte eius, &
patris, diceretur: Non est meum dare, sed patris mei.
& tamen differentia magis assignatur ex parte corū,
quibus datur: cùm dicatur non est meum dare vobis,
sed quibus paratum est à patre meo, idest talibus qua
libus à Deo paratur. s. bonis, & iustis: quod Marcus ma
gis expressit: nam non dixit, quibus paratum est à pa-
tre meo: sed solùm quibus paratum est, non distin-
guens an à se, vel à patre suo paratum sit: quasi innu-
at, quòd bonis & iustis tam ab eo, quam à patre suo
paratum est. Superbis verò, & malis neque à se, neque
à patre suo datur vita æterna. Sic dicit Remigius. Nō
est meum dare vobis, idest superbis quales vos estis: B
sed humilibus corde, quibus paratum est à patre meo.
Beda autem adhuc magis istud expressit, dicens: Non
est meum dare vobis, idest superbis. Hoc enim adhuc
erant: sed aliis paratum est, & vos alij estote, idest hu-
miles: & vobis paratum est. Secūdò dictum est hoc:
Non est meum dare vobis secundùm humanitatem,
secundùm quam vos putatis obtenturos: credebant
enim, quòd ex eo, quia erant cognati Christo in gra-
du propinquissimo, ꝙ daret eis hunc honorem. Chri
stus autem erat cognatus eis inquantum homo, & nō
inquantum Deus: sed inquantūm homo nemini dat
vitam æternam, sed inquantum Deus: ideo dixit: Nō
est meum dare vobis, idest nō pertinet ad me eo mo-
do, quo vos putatis, vt vobis, idest tanquam cognatis C
meis istud dem: sed ad Deum pertinet, qui iuxta meri
ta distribuit non accipiens personas: & illi sunt, quibus
paratum est. s. qui meruerunt. Sic dicit August. 1. libr.
de Trini. s. Secundùm formam serui discipulis Chri-
stus respondet, non est meum dare vobis: accipiendo
autem Christum, vt est Deus, quia idem, & vnus Deꝰ
cum patre, ad ipsum, & Patrem, & Spiritum sanctum
istud dare pertinet. Et ita dicit Augu. ibidem. s. Quod
autem paratum est à patre eius, & ab ipso filio est pa-
ratum, quia ipse & pater vnum sunt.

Quare Christus dixit, non est meum dare vobis: & ad quid hoc proderat. Quæst. LXXXI.

QVAERETVR, quare Christus dixit non est D
meum dare vobis: & ad quid hoc proderat.
Dicendum vno modo, ꝙ Christus voluit per hoc
denegare eis petitionem: petiuerant enim sedere ad
dextram, & sinistram: hoc āt erat maiorum meritorū
quàm essent merita istorum duorum: ideo denegans
eis dixit: non est meum dare vobis, sed quibus para-
tum est à patre meo: quasi dicat aliis paratum est à pa
tre meo, qui sunt maioris meriti, sed non vobis. Sic
dicit Hilarius. s. Dominus ergo collaudans fidem eo-
rum ait, martyrio quidem eos compati posse, sed sini-
stræ eius atque dexteræ assidere aliis à Deo patre fuis-
se dispositum. Secundò dicunt alij, ꝙ dictum est hoc,
non ꝙ penitus excludantur isti duo ab honore petito, E
sed ꝙ istud, quod est ad dextram, & sinistram sedere,
non dabitur istis, sed aliis. s. Moysi, & Eliæ: discipuli au-
tem erunt iuxta eos: hoc autem dicunt, quia in trans-
figuratione illi duo apparuerunt iuxta Christum su-
pra 17. & Mar. 9. & Luc. 9. capit. Sic dicit Hilarius. s. Et
quidem quantum arbitramur: ita honor iste aliis est
reseruatus, ꝙ tamen neque Apostoli ab eo erunt alie
ni, qui in duodecim Patriarcharum sede considentes
iudicabunt Israelem. Et quantū sentire ex ipsis euan-
geliis licet, in regno cęlorum Moyses, & Elias aside-
bunt: quibus commitantibus cum gloriæ suæ habi-
tu in monte apparuit. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia
in vita æterna dantur gradus gloriæ secundùm condi-
tionem meritorum: & tamen certum est, quòd alij
erunt maioris meriti in vita æterna quàm Moyses, &
Elias, vt virgo mater Christi: & etiam Apostoli, de q-
bus singulis satis est credendum, ꝙ quilibet eorū fuit
maioris meriti apud Deum, quàm quilibet de patri-
bus veteris testamenti: ideo non erunt Elias, & Moy-
ses ad dextram, & sinistram Christi. Cùm autem obij
citur, quòd in transfiguratione, in qua ostendebatur
imago gloriæ, isti duo astiterunt Christo.

Dicendum, ꝙ non factum est quasi nulli alij hono-
rabiliores essent, qui ei assistere possent, sed quia isti,
vt testes vocati sunt. s. vt viderent Christo attestari lex
& Prophetæ. Lex enim per Moysen significatur:
quia ipse eam tulit. Ioan. 1. c. Lex per Moysen data est.
per Eliam significantur prophetię, quia Elias fuit prò-
pheta. ista duo testimonium perhibent de Christo: vt
ipse dixit Luc. 24. Secundò, quia poterat esse, ꝙ tem-
pore transfigurationis Moyses, & Elias assisterent
Christo trāsfigurato ad imaginem gloriæ: quasi nulli
alij tunc honorabiliores sancti essent inter defunctos;
licèt hoc dubium est. Et tamen postea manifestū est,
quòd alij sanctiores fuerunt, vt Ioannes Baptista, &
beata Virgo, & Apostoli, qui non erant defuncti tē-
pore trāsfigurationis saltem Virgo, & Apostoli, quia
Ioannes Baptista defunctus iam videbatur: & tamen
veritas est, quòd venerunt vt testes, & non vt honora-
biliores omnium sanctorum. Tertiò quantum ad
principale dicunt alij, quòd isti duo fratres non pete-
bāt verè ad dextram & sinistram sedere, quasi hoc ita
ad literam ita futurum esset, quia talis locus nulli ho-
mini datur: neque etiam angelo, quia est locus filij
Dei: sed petiuerunt, ꝙ inter omnes Apostolos ipsi es-
sent primi in fauore apud Christum. Nam dixerat ille,
quòd sederēt super duodecim sedes: & Christus quo-
que sessurus erat: ideo existimabant, ꝙ aliqui eorum
propinquius quàm alij Christo sederent: & istos vbi-
cunque sedeant dicunt sedere ad dextram, & sinistrā.
Talem autem primatum petebāt isti nunc: sed adhuc
istum promittere eis noluit, vt ostendat, quòd non ex
volūtate, sed ex meritis datur honor cęlestis: & quòd
poterat esse, ꝙ alius superueniret cum maioribus me
ritis, qui locum illum abundātius mereretur, & opor
tebat dare illi: ideo istis promittere noluit. Sed inquan
tum dixit, sedere ad dextram, & sinistram nō est meū
dare vobis, sed quibus paratum est, non innuit ꝑ hoc,
ꝙ aliquibus dandus erat ille locus, sed respondit inten
tioni eorum quantum ad primatum, quem appete-
bant, quòd ille non detur nisi pro meritis. Sic dicit
Chrisost. Videtur autem verius, ꝙ locus ille omnibus
maior est, non solùm hominibus, sed etiam angelis.
Sic. n. pręcipuum vnigeniti ponit Paulus dicens. Ad
quem aliquādo angelorum dixit Deus, sede à dextris
meis? Dominus ergo non quasi existentibus quibus-
dam, qui assessuri essent, sed condescendens interro-
gantium suspitioni respondit: hoc enim vnum solùm
quęrebant prę aliis stare apud ipsum. Sed dicendum,
quod isti verè accipiebant sedere ad dextram & sini-
stram, idest in latere Christi, quia hoc satis verisimile
credebant: putabant enim Christum regnaturum tē
poraliter super Iudæos: & in illo regno futuros esse
propinquiores ei Apostolos super omnes alios homi-
nes, sed non æqualiter: imò quosdā aliis propinquio-
res de ipsis Apostolis: & quòd illi verè sederent ad la-
tera eius, quia aliqui sic assidere ei deberent cum ho-
mo esset. Quod autem dicitur, quòd ille locus excedit
homines, & angelos: verum est si accipiatur, vt sede-
re est à dextris Dei, sicut dicitur de Christo Mar. 16. ꝙ
sedet à dextris Dei. & iste locus est proprius vnigeni-
to excedens angelos, vt inducit Apostolus ad Hebræ.
primo cap. hoc autem isti non petiuerunt, quia talem
sessio-

ſeſſionem non intelligebant: ſed ſeſſionem veram ad F
dextram, & ſiniſtram Chriſti hominis temporaliter.
Chriſtus verò cum reſpondit: ſedere aũt ad dextram,
& ſiniſtram non eſt meum dare vobis, accepit de ſeſ-
ſione æterna, vt oſtenſum eſt ſupra, licèt hoc nõ eſſet
quantum ad propoſitum ſecundum eorum petitio-
nem. Quarto dicunt aliqui, quòd dixit hoc Chriſtus
non quidem, vt videatur eis negare honorem, quem
petiuerunt: ſed vt non expreſſe petitum concedat: nã
ſi concederet expreſsè quod petebant, cùm iſta res vi-
deatur indiuiſibilis, ſ. ſedere ad dextram, & ſiniſtram:
& data duobus non poteſt aliis dari, videretur cęteris
negata: quod erat cęteros irritare, & auferre eis deſide
rium proficiendi ablata ſpe honoris: ideo licèt nõ ex-
cluderet iſtos à re petita, non debuit eis expreſsè con- G
cedere quod petebant: & non ſolùm iſtis, ſed nullis
aliis quanticunque meriti debuit hoc concedere: nec
debuit nominare aliquos, quibus prius conceſſum eſ-
ſet, vt neſcito cui hoc concederetur maneret omnib[9]
ſpes proficiendi. Et ita conuenienter factum eſt, quia
quando Chriſtus ſeſſionis locum negauit iſtis, non cõ
ceſſit aliquibus expreſsè: ſed ait, non eſt meum dare
vobis: ſed quibus paratum eſt à patre meo. Vnde ſer-
uauit in hoc Chriſtus honorem iſtorum duorum, qa
non expreſsè eis negauit dicens, non ſedebitis ad dexte
ram, neque ad ſiniſtram meam, ſed ait: non eſt meum
dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. pote-
rat autem eſſe, quòd illi duo eſſent de illis, quibus pa-
ratum erat à patre ſedere ibi. Etiam abſtulit occaſio- H
nem ſcandali aliis: nam ſi expreſsè iſtis cõcederet, vel
aliquibus aliis, cęteri ſcandalizarentur: nunc verò cũ
nullum repulit apertè, & nullum expreſsè recepit, ma
nent omnes æquales. Et ita omnibus ſeruatur honor,
& nemo habet cauſam ſcãdali. Sic dicit Hieronymus:
Mihi videtur, quòd ideo ſedẽtium in regno cęlorum
vocabula non dicuntur, ne paucis nominatis, cęteri
putarentur excluſi: ideo tamen non dixit, Non ſede-
bitis, ne duos confunderet: neque etiam dixit, Sedebi-
tis, ne cęteros irritaret. Quinto, & principaliter dicen-
dum, quòd Chriſtus non conceſſit iſtis, neque expreſ-
sè negauit, quod petebant, quia non conueniebat. Iſti
enim petebant honorem ſummum in regno cęlorũ,
ſcilicet ſedere ad dexteram, & ſiniſtram: honor autem I
talis datur per merita, & nõ ex fauore. Si autem Chri-
ſtus nunc iſtis expreſsè cõcederet petitum, videretur
quòd etiam ſi alij poſt eos mererentur maiora, quod
non daretur eis iuxta meritum, ſed minus merẽtibus
daretur maior ſtatus: quod erat inconueniens. ſi autẽ
expreſsè negaretur eis petitum, fieret quoque iniuſtũ,
quia poterat eſſe, quod nemo ad tantum gradum glo
riæ perueniret, ad quantum iſti: & ideo deberetur eis
gradus ſummus vitæ æternæ, qui tamen non daretur
eis cùm eſſet expreſsè negatus: ideo Chriſtus non de-
buit alicui illum expreſsè concedere, neque alicui ex-
preſsè negare, vt per hoc videretur relinquere liberta
tem adipiſcendi, & deſiderium proficiendi in meri-
to. Et quia profectus ex parte noſtra eſt incertus, li- K
cèt apud Deum nihil ſit incertum, debuit relinqui res
dubia, aut ſaltem nobis ignota, vt putetur, quod ei, q
magis meruerit, dabitur locus excellentior. Sic dicit
Chryſoſt. ſ. Dominus reſpondet: mouemini quidem
propter me: tamen hoc non ſufficit facere vos primũ
ordinem obtinere. Si enim aliquis alius venerit cum
martyrio ampliorem virtutem poſſidens, nõ quia vos
amo, illum expellam, & vobis dabo primatum. His. n.
paratur primatus, qui poſſunt per opera fieri primi.
Hieronymus quoque ait: Regnum enim cęlorũ non
eſt dantis tantùm ſed accipientis: non eſt enim perſo-
narum acceptio apud Deum: ſed quicunque talem ſe
prębuerit, vt regno cęlorum dignus fiat, hic accipiet,
quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt. Si itaque ta-
les eſtis, vt conſequamini regnum cęlorum, quod pa-
ter meus victoribus præparauit, vos quoque accipietis
illud. Sextò poteſt dici, & conformiter ad præceden-
tia, quod dixit, non eſt meum dare vobis, quaſi dicat:
vos petitis honorem iſtum non prætextu alicuius me
riti, ſed ex fauore, quia eſtis cognati mei: & tamen nõ
datur illud niſi ex merito: & ſecundùm differentiam
meritorum, quæ merita cognoſcit pater meus, ideſt
Deus pater & tota trinitas: ideo non eſt meum da-
re vobis, ideſt vobis ſine cauſa petentibus ex ſolo fauo
re: ſed dandum eſt illis, quibus paratum eſt à patre
meo, ideſt eis, qui merentur. De quorum numero
neque dixit iſtos eſſe: neque apertè negauit.
Et audientes decem. Iſte eſt effectus conſequens per
accidens ex petitione duorum fratrum. ſ. q̃ irati ſunt
alij. Et dicitur, quòd decem, ideſt alij decem Apoſto
li audierunt petitionem duorum fratrum de prę latio-
ne eorum: erant enim duodecim, & pro duobus hoc
petitum eſt: ideo decem alij manebant, qui ſcandali-
zati ſunt de petitione. *Indignati ſunt*. Ideſt, irati ſunt
& indigne tulerunt, quia eſſet indignum, q̃ exiſtenti-
bus eis duodecim, inter quos nondum apparebat tan-
ta differentia meritorum, quòd illi duo ſpecialiter au-
derent petere primatum, in quo alij contemnebãtur.
De duobus fratribus. Ideſt de Iacobo, & Ioanne filiis Ze-
bedæi, qui erant fratres, & pro quibus petitus fuerat
iſte honor.

Quomodo decem Apoſtoli audiuerunt petitionem factam pro duobus fratribus. Quæſt. LXXXII.

QVAERETVR, quomodo decem Apoſtoli
audierunt petitionem factam pro duobus fratri
bus. Dici poteſt vno modo, quòd præſentibus eis fa-
cta eſt: & ideo audierunt. Et huic conſonat quod ma
ter pro filiis petit, ſ. quia cùm corã aliis peteretur hoc,
ſi Iacobus & Ioannes per ſe peterent, indignarentur
cęteri: ſubmiſerunt autem matrem, vt quaſi à ſeipſa
videretur mota, & ipſi non eſſent increpabiles. Si aũt
in ſecreto petendum eſſet, fortaſſis non ſubmitterent
filij matrem, ſed ipſi p̃ ſe peterent. Aliter põt dici, q̃
quando mater petiit pro filiis: decem non erant prę-
ſentes, ſed clam factum eſt, quia erat res fauore egens,
& non innitebatur meritis: & hoc ſatis colligitur, quia
dicitur ſupra in litera, quòd acceſſit ad Ieſum mater
filiorum Zebedęi cum filiis ſuis. Et ita de nouo vene-
runt mater, & filij: & non erant prę ſentes duodecim
diſcipuli Chriſto: nam, ſi quando hoc petitum eſt, eſ-
ſent decem diſcipuli coram Chriſto, eſſent quoq; duo
fratres, vt ſic eſſent duodecim, & non venirent duo
cum matre ad Chriſtum: quia per hoc oſtendebãt, q̃
ipſi ſuggerebant matri ſic petere, & manifeſtè ab aliis
poſſent redargui: quod ipſi cauere volebant, cũ pro-
pter hoc matrem ſubmiſiſſent: ideo videtur dicendũ,
quòd non fuit hoc petitum coram decem aliis. Secũ-
dò patet, quia iſti duo fratres dubitabant an petitio ſua
à Chriſto acceptaretur: nam licèt aliqualiter confide-
rent, de hoc non erant certi; & ideo vt non confunde
rentur ipſi, & mater ſua palam, manifeſtum eſſet, q̃
cum eſſent prudentes, vellent rem caute agere. ſ. ſic q̃
ſi concederetur ſecura maneret, & alios non irritarẽt.
Si autem non concederetur, non confunderentur ip-
ſi, & mater ſua: ſed hoc non poterat fieri ſi palam fie-
ret; nam ſi non concederetur confunderentur corã
omnibus, & irritarentur alij diſcipuli. Si autem con-
cederetur, licèt non confunderentur, ſaltem irritaren
tur alij contra eos ſcientes, quòd Chriſtus non conce
deret hoc eis à ſeipſo motus, ſed vehementer oratus.
Si verò in occulto concederet eis, non ſcandalizaren-
tur

tur alii, quia fortassis non scirent, quòd oratus fuerat Christus pro eis. Etiam minus honorabiles viderentur, qui honorem non pro meritis, sed precibus emptũ obtinebant. Tertiò patet, quia decem indignati sunt de duobus fratribus: & Christus ad tollendam illorum indignationem, & aliorum ambitionem dicitur, quòd vocauit eos, & dixit eis ea, quæ habentur in litera: & tamen si duo fratres peterent hoc cũ matre præsentibus aliis statim ibi indignarentur alij, & Christus compesceret eorum indignationem: & tñ dicitur, ꝙ vocauit eos ad compescendum indignationem: ergo videtur, quòd non fuit petitio duorũ coram aliis. Dicendum ergo videtur, quòd audierant decem discipuli rem factam fuisse: sed non viderunt eam fieri, audierunt ab aliquo, qui rem nouerat. Si tamen aliquis dicat, quòd illi astabant, quando mater pro filiis contendebat, petens honorem, non est instandum.

Quare indignati sunt decem contra duos fratres. Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR, quare indignati sunt decem contra duos fratres. Dicendum, quòd causa erat eis indignationis: omnes enim isti ad familiam Christi pertinebãt: & omnes videbantur quasi æquales meritis: quia adhuc erant carnales, & nemo excedebat alios valde: potissimè quia omnes erant viri pauperes. Etiam Christus ante hoc non constituerat aliquos maiores aliis. Quòd ergo isti duo appetiuerint, & expresse petiuerint primatum, fuit molestum aliis, quia ex hoc videbantur alij contemni, & subiici ęqualibus suis. Sed obiicietur, quòd ex hoc non debuerat quisquam irasci nisi Petrus, quia ille erat maior Iacobo, & Ioanne, vel saltem erat æqualis: cæteri autem minores videbatur Iacobo, & Ioãne apud Christum: vt patet ex specialibus vocationibus, & rebus, quas cũ eis tractabat in secreto: ideo non debuerunt alij indignari.

Dicendum, quòd non habebat Petrus specialem, & solam causam querelæ quasi præpositi forent ei Iacobus & Iohannes, si concederetur hoc à Christo, tãquam ille ante hoc esset maior illis. Non enim erat maior, ita vt ceteri reputarent eum maiorem, & crederent eum à Christo fuisse maiorem assignatum. Et cùm dicitur, quòd fuerũt ei claues regni cęlorum datæ, non obstat: quia etiam omnibus aliis datæ fuerunt, supra 18. ca. s. Quæcunque alligaueritis super terram, ligata erunt & in cęlo. Vnde quilibet Apostolorum dubitabat post collatas claues quis eorum maior esset. Et istud dubium mansit vsque ad diem mortis Christi. Nam in cęna vltima Christi inceperunt inter se conquerere quis eorum maior videretur, Luc. 22. & tamen non facerent publicè istam disceptationem, si putarent Petrum per collatas claues eis præpositum: ideo adhuc putabant se æquales, cùm nescirent quis esset maior. Cùm autem dicitur de aliis, quòd non habebant causam indignationis, quasi iam scirent Iacobum & Ioannem specialiter vocatos à Christo.

Dicendum, quòd non stat, ista enim dabant illis aliquem scrupulum, quòd Christus maiorem fauorem daret istis quàm aliis: aut quòd eos magis amaret quã alios: sed non apparebat ex eo, quòd illos maiores cõstitueret. Vnde post hoc dubitauerunt Apostoli inter se quis maior esset. Sic patet supra 17. capit. vbi post transfigurationem, ad quam specialiter Petrus, Iacobus, & Ioannes vocati fuerant: & post suscitationem filię archisynagogi, ad quam idem tres soli assumpti fuerant, adhuc contendebant inter se discipuli quis eorum maior esset: ideo illæ vocationes speciales non

A ostendebant manifestè aliquem esse maiorem alio. Et patet magis, quia in vltima cęna de hoc contenderunt, Luc. 22. & Christus sedauit contentionem, auferens eis opinionem, & ambitionem maioritatis: & statim nocte ipsa vocauit specialiter Petrum, Iacobũ, & Ioannem: & coram illis cępit tristari, & mæstus esse, infra 26. & Marc. 14. capit. si tamen ex hoc putarent ipsi aliquem prȩferri illis, Christus non faceret istam specialem vocationem statim cùm intenderet eis auferre scrupulum de maioritate: manebant ergo omnes æquales: & ideo cùm isti duo expresse petiuissent primatum, omnes alij habuerunt causam indignationis: quia quilibet putabat se posse esse maiorem, cũ vsque nunc fuissent æquales: ideo omnes decem de
B duobus nunc indignati sunt.

Quare nunc specialiter indignati sunt decem contra duos fratres. Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR, quare nunc specialiter indignati sunt decem contra duos fratres: nam etiã alias videbantur ipsi occupare primatum, vel possidere illum, cùm specialiter à Domino vocarentur. Aliqui dicunt, quòd ista indignatio fuit, postquam audierunt increpationem Christi factam ad illos, quòd nescirent quid peterent: prius enim cùm petebant primatum nondum indignabantur decem, quia nesciebant intentionem Christi: fortassis enim concederet
C eis, qđ peterent, & tunc superuacuum erat contra voluntatem Domini indignari: audita autem increpatione, cùm viderunt, quòd Christus hoc non concedebat, sed velut irrationabilem petitionem iudicauerat: habuerunt ipsi locum indignationis, quasi increpatio à Christo facta faueret eorum indignationi. Sic dicit Chryso. s. Donec Christi sententia incerta erat, non tristabantur alij discipuli: sed tunc tristati sunt, qñ eos, idest duos fratres increpuit. Sed ista responsio ꝑsupponit, quòd decem erant præsentes, quando mater per duobus filiis petiuit primatum, quod dubium est, vt dictum est supra. Et ꝙ cũ audiebant petitionẽ, nondum indignabantur quousque scirent intentionem Christi. Cùm verò audierunt, quòd increpue-
D rit eos, videntes quòd illa petitio irrationabilis ab eo iudicata esset: ipsi quoque indignati sunt, & ſm hoc intelligunt illam literam, s. & audientes decem indignati sunt, s. audientes redargutionem Christi contra duos fratres. Et non referunt ad petitionem: sed hęc incerta sunt. Aliter ergo dicendum verisimilius, ꝙ valde ambiebant omnes discipuli mutuum primatum. Quod patet, quia sæpe inter se contendebant quis eorum maior esset, vt patet supra 17. & Luc. 22. Et ideo quantumcunque videbant, ꝙ aliquis inter eos præponebatur aliis, licèt non manifestè prȩponeretur, sed ex coniecturis colligerent hoc, indignabantur cęteri: & tamen non manifestè, quia non videbant primatum manifestè ab aliquo peti, neque palam à Christo concedi. & tamen adhuc propter suspitionem de
E hac prȩlatione secretè contendebant inter se: sicut statim post transfigurationem, & solutionem didrachmatis contenderunt, quis eorum maior esset, supra decimo septimo, & 18. Nũc verò, quia apertè petitus fuerat principatus pro duobus fratribus, idest per verba clara, & determinata, siue prȩsentibus decem siue absentibus petitus fuerit, cùm illi cognouerũt hoc petitum esse apertè, indignati sunt. Maximè, quia nunc Christi sententiam pro parte sua habuerunt. Sic dicit idem Chrysostomus. s. Quando autem eos à domino in transfiguratione prȩhonoratos viderunt: & si ſm mentem dolebant, in medium afferre non audebant, venerantes doctorem.

Quare

Quare decem indignati sunt contra duos fratres, & non contra matrem ipsorum. Quæst. LXXXV.

QVAERETVR, quare decem indignati sunt contra duos fratres. Nam videtur, quòd contra matrem potius indignari debuissent: illa enim petiuit & non filij, vt patet supra in litera.

Dicendum, ꝙ contra filios indignati sunt, & nõ cõtra matrem, quia licèt illa peteret, non putauerunt, ꝙ à seipsa mota fuisset ad petendum, sed filiis suggerentibus, vt peteret. Sic dicit Hierony. Nõ ad mulieris audaciam referunt postulantis: sed ad filios, quòd ignorantes mensuram suam, non modica cupiditate exarserunt. Secundò fuit, quia alij Apostoli cognoscere potuerunt, ꝙ mater filiis suggerentibus ad hoc venit: ideo enim mater nunc petiuit, quia ante hoc Christus dixerat: ecce ascendimus Hierosolymã &c. & tamen istud Christus dixit occultè solis Apostolis p̄sentibus, vt dicitur sup. in litera. s. assumpsit Iesus duodecim discipulos secretò. Ideo mater scire non potuit, nisi reuelantibus filiis: & ita apparebat, ꝙ illi suggesserant ei, ꝙ veniret: & consequenter totam increpationem, & culpam huius petitionis imponere debebant filiis & non matri. Tertiò, quia hoc agnouerunt decẽ Apostoli ex verbis Christi: petiuit enim mater pro filiis, & pro indebita petitione Christus non redarguit matrẽ, sed solos filios, dicens: Nescitis quid petatis: ideo alij Apostoli cognoscentes culpam esse solùm filiorum, eos solos arguerunt, & cõtra eos solos indignati sunt. Sic dicit Chryso. Intellexerunt enim ꝙ hæc petitio discipulorum fuit, quando eos Dominus increpauit.

An peccauerint decem Apostoli, quia indignati sunt contra duos fratres. Quæstio LXXXVI.

QVAERETVR, an peccauerunt decem Apostoli, quia indignati sunt contra duos fratres.

Dicẽdum, ꝙ hic fuit peccatum aliquod. Nam fuit ira: Nam dicitur, ꝙ indignati sunt decem de duobus fratribus: ira autem peccatum est, quia vt dicitur Iac. 1. cap. Ira viri iustitiam Dei non operatur. Etiam fuit inuidia: nam isti nolebant, ꝙ duo fratres eis præponerentur, & ita de bono illorum tristabantur: & tamen tristari de bono inuidia est: ira tamen & inuidia ſm se sunt peccata: ideo peccauerunt isti decem, cum indignati sunt contra duos. Sic dicit Chryso. Sicut autem duo carnaliter petierunt: ita & decem carnaliter irati sunt: nam velle quidem esse super omnes vituperabile est: sustinere autem alterum super se nimis est gloriosum. Sic autem dicit Theophylactus, quia reliqui Apostoli vident Iacobum & Ioannem honorem petere, patienter ferre non possunt: patientes enim humana inuidia mouebantur, sed tunc primò indignati sunt, cũ viderunt ipsos à Domino non susceptos: non autem prius indignabantur, quia videbant ipsos aliis pręhonorari. Tunc igitur sic imperfectè se habebant Apostoli: sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicem. An verò peccatum istud esset mortale, vel veniale, non apparet manifestè. Certum est n. ꝙ poterãt incidere in peccata mortalia: quia nondum erant confirmati per Spiritum sanctum, & Iudas, qui tunc erat Apostolus, grauiter peccauit: idem aũt quãtum ad ceteros erat, ꝙ peccarẽt aut peccare possent mortaliter. An tñ aliquando mortaliter peccauerint post Apostolatum, non quæritur nunc. An verò nunc sic peccauerint dubium est: iõ cũ non manifestè appareat esse peccatum mortale, melius erit dicere, ꝙ sit veniale, quia nemo cõdemnandus est nisi ex causa manifesta: potissimè quia ira aliquando est peccatum veniale. & etiam inuidia quædam leuis est, quę non est peccatũ F mortale: talem autem pati potuerunt Apostoli: veniale autem peccatum non potuerunt euadere. Siquis tamen contendat eos incidisse in peccatum mortale, non est contendendum.

Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatẽ exercent inter eos: non ita erit inter vos: sed q̃cunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius ho- G minis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

Iesus autem uocauit. Hic ponitur humilitatis instructio, & dicitur. *Iesus autem uocauit eos ad se.* Scilicet, postquam sciuit indignatos fuisse decem contra duos, vt vtrosque emendaret, vocauit illos ad se, vt loqueretur eis. *Et ait.* Ea. s. quæ sequuntur. *Principes gentium dominantur eorum.* Idest ipsarum gentium. Vult ostẽdere Christus hic, quòd non erat ita de principatu gentium sicut de principatu discipulorum suorum, H quia inter gentes illi, qui principantur sunt domini, & faciunt sibi exhiberi obsequia à subditis: non erat autem sic de discipulis suis, quia qui principaretur inter eos, non faceret sibi obsequia fieri, sed aliis impenderet obsequia. Vel totam suam operationem in aliorum vtilitatem impenderet. *Et qui maiores sunt.* Iurisditione, vel facto, vt quia maiorem potestatẽ habent, vel diuitias ex quibus possent se reddere aliis potentiores. *Potestatem exercent in eos.* Idest in subditos sibi, vel in minores: exercere potestatem est facere, quod possunt, etiam si nõ sit iustum illud fieri, cũ non nominauerit rationem, sed potestatem: & hoc pertinet ad principatum tyrannicum: quasi dicat, qui inter gentes dominantur, non quęrunt per principatũ vtili- I tatem subditorum, sed exercere potestatẽ super eos. *Non ita erit inter vos.* Idest in tota Ecclesia, quam Christus consecrauit in sanguine suo, & acquisiuit sibi, ꝙ principes eius non erunt ad dominandum, sed ad quęrendum vtilitatem subditorum. *Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri.* Idest inter duodecim Apostolos, & omnes, qui Christi doctrinam sequuntur, quia oĩbus datum est documentum istud. *Sit vester minister.* Idest minister vobis seruiendo vobis. Et ita principatus inter duodecim Apostolos non erat ad habendũ aliquid honoris, sed oneris, & difficultatis. *Et quicunque uoluerit inter uos primus esse.* Eadem sententia est per alia verba iterata. Nã esse maiorẽ, & esse primũ idem est, quia primus est, qui in primo, & honorabiliori lo- K co sedet: & talis locus datur ei, qui potestate, auctoritate, & iurisdictione maior est. *Erit uester seruus.* Non seruus legalis, quia in Christo non est seruitus, sed maxima libertas. Sicut dicitur ad Gal. 2. propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem, quã habemus in Christo. & ad Gala. 4. capi. dicitur. Itaque fratres non sumus filij ancillę, sed liberæ, qua libertate liberauit nos Christus: sed est seruitus volũtaria, qua quis aliis se sponte subiicit, vt apud Deũ maior inueniatur. *Sicut filius hominis.* Idest ego. Vocat se filium hominis, vt de se alta non videatur sapere: quamuis maior sit homine, & est argumentum conueniens: quasi dicat, vos estis mei discipuli, ideo debetis me imitari, quia aliàs non eritis discipuli: sed ego

ego non veni ad habendũ honorem aliquem humanum neque ad subiiciendum aliquem mihi: sed ad vtilitates aliorum procurandas, & seruiendum eis: ideo & vos sic facere debetis. Sicut dixit eis Ioan. 13. cap. Si ego magister, & Dominus laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pedes: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. *Non venit ministrari.* Idest vt ei ministretur, & seruiatur. *Sed ministrare.* Idest seruire aliis, imò omnibus, quia pro omnibus venit, & passus est. *Et dare animam suam.* Idest vitam suam: nam anima per mortem non periit, & ideo datur: sed quod perit vita est: & ita illa est, quæ datur. *Redemptionem.* Idest in redemptionem: nam per mortẽ eius nos à peccato liberati sum⁹. *Pro multis.* Scilicet, pro omnibus, qui saluantur. Nam nemo saluatur nisi ꝑ sanguinem Christi, quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. ad Rom. 3. idest non possunt gloriam Dei per se habere: sed opus est, vt ꝑ aliquem alium ad illam perducantur.

Ad quid Christus vocauit nunc hic discipulos.
Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR, ad quid Christus vocauit nũc hic discipulos: nam videtur, ꝙ nulla causa vocãdi eos erat, quia ista vocatio si ad aliquid prodesset, esset ad emendandum discipulos: sed videtur, ꝙ nõ fuerit ad hoc, quia aut esset ad corrigendum duos, aut ad corrigendum decem. Non quidem videtur conueniens ad corrigendum duos, quia illi iam erant correcti: cùm illos iam increpuisset, dicens: nescitis quid petatis, & alia, quæ supra habentur. Non etiam ad corrigendum decem, quia non ponuntur hic aliqua verba contra illos. Peccatum enim decem discipulorum fuit, ꝙ indignati fuerunt contra duos: tamen contra indignationem nihil Christus locutus est hic, sed solũ contra ambitum honoris: ideo videtur, ꝙ superuacuè eos vocauit.

Dicendum, ꝙ vocauit discipulos ad correctionem oĩum: nam hic ostendit non esse honorem, vel primatum inter eos appetendum. hoc aũt oĩbus erat necessarium. s. tam eis, qui primatum petiuerũt. i. sedere ad dextram, vel sinistram: quã eis, qui propter illorum petitionem indignati sunt: omnes enim honorem appetebant: & ideo omnibus erat vtile doceri non esse appetendum honorem: neque erat alia doctrina, q̃ omnibus illis nunc cõis esse posset. erat aũt ista multũ conueniens vtrisque, quia ista excludebat vtrorumq; vitium, & curabat: si enim honorem non appeterent, neque isti, neq; illi peccarent: qui enim petiuerunt honorem, ideo petiuerunt, quia appetebant: qui verò indignati sunt contra petentes, ideo indignati sunt, quia illi quoq; illum honorem appetebant, licèt nondum illum petiuissent: nam si non appeterent, neque aliquid magnum illum honorem reputarent, non indignarentur, ꝙ alij illum peterent, & assequerentur: qa rem cõtemptibilem nemo aliis inuidet, sed rẽ preciosam: erat ergo conueniens doctrina omnibus duodecim ista de non appetẽdo honorem, qa sequentes istã neq; honorem aliqui eorũ peterent, aut appeterent, neq; si aliqui peterent indignarent̃ alij. Cùm aũt dr̃, ꝙ non erat necessaria nunc doctrina aut correctio duobus, quia supra fuerant correcti.

Dicendum, ꝙ fuerant quidẽ increpiti: sed non fuerant emendati neque edocti: nam ibi solùm Christus responderat ad petitionem istam eorum dicens eam esse irrationabilem: & tamen radicem petendi non exclusẽrat, quia licèt nunc ab ista petitione excluderẽtur, adhuc manebat eis desiderium honoris, quo existente alia, & alia peterent: ideo Christus, vt nõ debe-

A ret ad singulas petitiones respõdere, abstulit omnem radicem, & motiuũ petendi: ostendens, ꝙ nullus honor, vel primatus in regno suo in vita ꝑsenti petendus esset: & ita nihil peterent, neq; appeterent. Vnde ista doctrina erat necessaria, qa erat generalis: præcedens verò erat specialis solùm quantũ ad illam petitionem. Cùm aũt dr̃, ꝙ quantum ad decem nõ erat ista doctrina necessaria, qa nihil dr̃ hic de indignatione, de qua peccauerant: dicendũ, ꝙ erat ꝯueniens, imò ꝯuenientior: nã si cõtra indignationẽ aliquid dixisset, cessarent quidẽ ab ista indignatione, sed non ablata radice indignandi rursus indignandi occasio occurreret, & irascerentur Apostoli inter se: nunc verò sufficienter ablata est materia indignationis. pro hoc. n. indignati sunt

B decem, quia duo specialiter appetiuerunt, & petiuerunt primatum. Christus autem ostendit nõ esse primatum appetendum in regno suo: & talem quidem esse, ꝙ nemo illũ appetere velit: & ideo, si quis illum appetierit, cęteri non possent de hoc inuidere: & ita, si discipuli bene attenderent doctrinam istam, non irascerent̃: licèt aliqui peterent de cętero principatũ. Fuit ergo conueniens doctrina pro oĩbus decẽ, & duobus.

Ad quid dicitur, quòd vocauerit Christus discipulos ad dicendum eis hęc, cùm essent præsentes.
Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR, ad quid dicitur, quia vocauerit Christus discipulos ad dicendũ eis hæc: quia

C videtur, ꝙ non oportebat vocari illos, quia pręsentes erant, quando indignati sunt decem contra duos.

Dicendum, ꝙ potest intelligi vno mõ, ꝙ omnes discipuli nunc essent absentes. s. ꝙ duo fratres cum matre venerant ad petendũ primatum: quæ petitio postq̃ peruenisset ad decẽ, qui absentes erant, indignati sũt: Christus autem sciens eos indignatos tam duos q̃ decẽ vocauit ad se oẽs, vt oĩbus loqueretur: & ita oportuit vocari oẽs, quia oẽs erãt absentes. Secundò potest intelligi, ꝙ qñ duos fratres cũ matre petiuerunt, non erãt decẽ præsentes: & audientes illud decẽ indignati sunt: Christus aũt antequã isti duo ab eo recederent, sciens decẽ fuisse indignatos vocauit eos: & ita præsentibus oĩbus locutus est. Sic tenet Chrysost. dicens.

D Quia turbati erant, vocatione eos consolatur de ꝓpinquo loquens eis: etenim duo à societate decem seipsos separantes propius stabant seorsum Dño loquentes. Tertiò aliqui volunt, ꝙ petitio matris & duorum fratrum facta fuerit ꝑsentibus decẽ, & ibi fuerint duo increpiti: qđ videntes decẽ indignati sunt: & tũc Christus oĩbus locutus est, q̃ habentur hic. Sed tunc dicunt ꝙ licèt non vocauerit eos cũ pręsentes essent: dicitur vocasse vt appareat qũo fuerit iste actus factus coram eis, de quibus non constat ex litera, ꝙ ante hoc præsentes Christo erant: & tamen primus, & secundus modus verisimiliores sunt quàm tertius.

E *Quare Christus nunc vocans discipulos non increpuit eos.*
Quæstio LXXXIX.

QVAERETVR, quare Christus nunc vocans discipulos non increpuit eos: vtrique. n. redargutione digni erant: duo quidem, quia principatum ambierant, & petiuerant: decem quidem, quia indignati fuerant contra duos: & tñ neminem tunc redarguit: sed dedit eis doctrinam ad hoc nõ faciendũ de cętero. Dicunt quidam, ꝙ hoc fecit ex mansuetudine sua, ad mansuetum aũt non pertinet acriter redarguere. Sic dicit Hieronymus. Humilis aũt magister & mitis neque cupiditatis duos arguit postulantes: neq; decem reliquos indignationis increpat, & liuoris. Secundò dicen-

dicendum, & conuenientius, quòd hoc factum est, quia ita conueniebat s'm conditionem rei. Nam duos non oportebat vltra redargui: fuerant.n.iam increpiti: cũ Christus dixerit eis: nescitis quid petatis, & negauerit rem petitam: decem aũt nõ oportebat redargui, quia peccatum eorũ leue fuerat: & hoc quia quadam humana rõne moti fuerant inquantũ duo specialiter sibi primatum super eos petebãt habere. hoïes aũt non faciliter tolerant alios sibi præesse: potissimè qñ non apparet cã prælationis: sed ex solo fauore præponi volunt. Item quia indignatio illa non processit ad publicũ: ita vt contenderent inter se vel pugnarent, sed fuit motus animi ipsorum: secus aũt qñ iterum inter se in via contenderant quis eorum maior esset, supra 18. & Mar. 9. & Luc. 9. quia tunc Christus eos redarguit: nũc verò non redarguit, quia contentio non fuit, sed indignatio leuis. Generaliter autem non fuit redargutio nisi inquantum dedit eis omnibus doctrinam de non concupiscẽdo primatum in regno eius, quod erat eos redarguere inquãtum in hoc vtriq; peccauerant, quia illum ambiebant. Etiam quia satis erat eos corrigi, ẽt si non redarguerentur.

Quare Christus volens discipulos erudire, ne primatus ambirent, non introduxit puerum in medium.
Quæst. X C.

QVAERETVR, quare Christus volens eos erudire ne primatus ambirent, non introduxit puerum in medium sicut supra 18. cap.

Dicendum, quòd non potuit nunc puerũ introducere in medium: Christus.n. tunc puerum introduxit: quia volebat ad magis rem manifestandũ oculis exẽpla subiicere: talis enim modus vulgares multum mouet: & quia tunc de humilitate loquebatur, quæ in pueris inuenitur dixit de pueris, & statuit eum in medium: nũc verò non locutus est de puero, sed de principibus gentium: nullum autem principem habuit, quem in medium statueret: ideo non reduxit rem ad oculum sicut ibi. Secundò, quia statuẽdo puerum in medio, ostendebat Christus id, qđ volebat. Nã loquebatur de humilitate, in puero autẽ ex habitudine sua ostenditur humilitas, quia locũ primum nõ vendicat, neq; de aliis curat, ad q̃ ambitiosi anhelant: & iõ introducendo puerorũ in medium sine alia discussione de operibus eius, statim apparet virtus eius naturaliter circa humilitatem: introducendo aũt principem nõ apparerent ea, quæ hic Christus inducit.s. quia principes gentium dñantur eorum, & qui maiores sunt, potestate exercent in eos. Quare ex solo visu principum non apparet qũo ipsi tyrannicè dominẽtur, nisi quis actus illorum ꝯsiderauerit. Sed dicendum quare non dixit hic de puerorũ humilitate ad reprimendum elationẽ & ambitum eorum honoris. Dicendum, ꝙ non fuit conueniens: quia Christus volebat inducere semper nouam doctrinã: & ibi de puerorum humilitate locutus fuerat, non voluit hic de illa loqui. Secundò, quia volebat rem magis probare. Iam.n. Christus vsus fuerat illa probatione de puerorũ humilitate contra elatos. Hic autem voluit vti alia.s. de principum superbia. Et ratio est, quia ex diuersa radice hic probat. Nam ibi ostendit, ꝙ cupiendo honorem non poterant habere regnum cęlorum, sed oportebat per humilitatem illud habere: & iõ sicut puer se debebat humiliare, qui illud assequeretur: Nunc autem ostendit, quòd nemo debet concupiscere principatum in regno suo; quia non est talis principatus, qui concupisci debeat, quia non est ad dominandum sicut est principatus gentiũ, sed est ad seruiendum subditis.

F *Quomodo facit ad propositum Christi, quod induxit de principibus gentium.* *Quæst.* X C I.

QVAERETVR, quomodo facit ad propositum Christi id, quod induxit de principibus gentium. Dicendum, ꝙ Christus voluit ostendere ꝙ principatus in regno Christi non erat concupiscendus: & hoc quia illi, qui ambiunt principatum iõ ambiunt, quia putant rem excellentem esse: sicut inter gentes de principatu æstimatur: & tñ in regno Christi non est principatus talis qualis est inter gentes, sed contrarius: ideo nemo debuit concupiscere primatũ in regno Christi, quia ipse non est ex se concupiscipilis: inter gentes enim, qui principes sunt, dominantur,
G & exercent potestatem: in regno autem Christi, qui princeps est non dominantur, sed seruire debet: & tñ in regno gentium nemo cupit seruitutem, quia non habet aliquid excellens neque delectabile, quod quis per se concupiscere possit. Si ergo in regno Christi talis: est principatus qualis in regno gẽtium est seruitus: nemo concupiscet principatum, quia non habet in se aliquid concupiscipile. Quod autem talis sit principatus huius Christus ostendit, dicens, quòd qui maior esse voluerit, debet esse omnium minister: & qui voluerit esse primus, erit omnium seruus.

Quid est, quod dixit Christus, princeps gentium dominatur eorum. *Quæst.* X C I I.

H QVAERETVR, quid est quod dixit Christus, princeps gentium dominatur eorum &c.

Dicendum, ꝙ voluit ostendere principatum gentium cõstitutum esse in tyrannide quadã: & etiam ꝙ ille principatus erat hominibus concupiscibilis. Primum ostendit cùm ait, principes gentium dominantur eorum.i. sunt quasi dñi: & ita non est principatus purè dominorum, sed quasi seruorum. Nã liberi principẽ habent, sed non dñm, quia ad dñm seruus refertur: & tamen dicitur hic, ꝙ dominantur.i. extendunt principatum abutendo illo: ita vt principatus regalis ꝯuertatur in tyrannicum, qui est dñatiuus. Sic dicit Theophylactus: Gentilium principes tyrannicè, & dominabiliter ad principatum se ingerũt. Et addidit Christ⁹, s.
I qui maiores sunt potestatem exercent eorum, vel in eos, quod etiam ad tirãnidem pertinet. Nam cùm dr̃, exercent potestatem, innuitur, ꝙ exercent opera potestatis, ille ãt ptãtem exercet, qui non qđ dẽt sed quod potest agit, & hoc tyranni est: quia in principatu liberorum non permittimus dominari hominem, sed rõnem, vt ait Aristo. & ita hõ non habet homines in potestate, sed lex habet hoïes: princeps aũt legem & rõnem sequi debet. idem aũt significatur ex verbis Marci.s. principes eorum potestatem habent ipsorũ, Mar. 10. cap.i. principes retinent potestatem in seipsis, & nõ concedunt istam potestatem legi. & tñ in principatu liberorũ potestas debet esse in lege & ratione, & non
K in homine. Ex his autem sequitur secundum, scilicet quòd principatus iste sit concupiscibilis: quia omne, qđ habet excellentiã aliquam, est naturaliter concupiscibile: & tamen principatus gentium est habens excellentiam: quia dominus habet excellentiam magnam super seruos, & tamen in illo principes dominantur. Et ita tenent illam magnam excellentiã super subditos. Etiã potestas est quędam magna perfectio. Nam de potissimis attributis diuinis ponitur, & tamen principes gentium potestatem habent, quia ut Christus dicit, qui maiores sunt potestatẽ exercent in eos, ideo multum appetibilis est ab hoïbus talis principatus. Ob hoc ergo ad gentes pertinet principatus appetere, quia principatus eorum talis est quod appeti possit.

Sic

Sic dicit Chriso. ostendit aũt in hoc ꝙ gẽtile est primatus cupere: & sic gentium cõparatione eorum animã æstuantem conuertit. ad Christi autem discipulos nõ competit principatum appetere, quia ille non hẽt aliquid tyrannicum, neq; potestatem exercet: & iõ non habet aliq̃ excellentiam, ſm quã appeti debeat: nõ est enim ille principatus dominandi, sed diligendi: & nõ habet dñationem, sed subditorum solicitudinem. Sic dicit Origenes: Principes gentium nõ contenti tantũ regere suos subditos, violenter eis dñari nituntur. Inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc, quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritualia autem in volũtate: sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subiectorum debet esse positus non in timore corporali.

Quid intellexit Christus hic nomine gentium. Quæst. XCIII.

QVAERETVR, quid intellexit Christus hic noĩe gentium. Dicendũ, ꝙ in sacra scriptura intelliguntur illi, qui non pertinent ad Israelitas ſm cognationem, neq; ſm ritum: nã qui de gentibus ad legem Moysi conuersi sunt, iam non gentes, sed populi Dei appellãt. Et tamen dicendũ, ꝙ hic vocantur gentes oẽs hoĩes præter discipulos Christi, qui nunc eum sequebantur: & illos, qui postea eum sequerentur per doctrinam: origo autẽ noĩs est, qa gens significat multitudinem. s. totam speciẽ: gens. n. de solis hoĩbus dr, & idem est gẽtem dicere ac si hoĩes dicamus: & ideo quando gentes pluraliter dicimus, oẽs hoĩes significamus. Ista cã fuit, ꝙ sacra scriptura gẽtes appellaret eos, qui non erant Iudęi. Nam Iudęi collati ad cęteros paucissimi erant: quasi nõ essent ipsi aliqua pars hoĩum: sed præter eos adhuc tota species humana maneret integra: & nihil deesset multitudini hoĩum: ita & nũc à fortiori paucissimi erant Apostoli. s. duodecim: & iõ cęteri præter eos absolutè vocati sunt gentes: quasi ipsi non essent aliqua pars hoĩum in magnitudine. Qđ aũt sic intelligatur, patet primò, quia aliàs acciperentur soli gentiles exclusi. & ita inueniretur, ꝙ iste principatus de quo Christus loquebatur, pertinebat ad Iudæos: sed falsum est, quia etiam inter Iudæos erat principatus, qui inter gẽtes, scilicet quòd principes dominarentur eorum, & opprimerent eos tyrannide, & seruitute. Sic patet ex decursu principum: & maximè patet ex eo, ꝙ prædixit Deus Iudęis quando petiuerũt regem, ꝙ reges eorum acciperent filios, & filias eorũ, & agros, & vineas, & addecimaret fructus redituum suorum. 1. Reg. 8. c. Secundò patet, quia Apostoli erãt oẽs Iudæi: imò oẽs Galilęi Act. 1. & 2. cap. & ita assueti erant sub principatu Iudaico. Si ergo iste principat⁹, quem Christus hic inducit, nõ esset distinctus à principatu Iudaico, nõ oportebat de nouo illum introduci: & tñ introduxit Christus nunc istũ principatum quasi esset alterius cõditionis quã cęteri principatus, & ꝙ nũquã aliqs talis fuerat, quia oẽs principatus, q erãt nũc, erant cõcupiscibiles: ergo non erat iste principatus Iudæorum, sed alius: & consequenter cũ non distinguãtur hic nisi duo principat⁹ oppositi, necesse est, ꝙ principatus Iudæorum intelligatur sub principatu gẽtiũ. Tertiò patet, qa dixit, non sic erit inter vos: ex quo manifestè apparet, ꝙ oẽs principatus distinxit in duos, scilicet principatum gentiũ, & principatũ Iudęorum, cũ dixerit: principes gentium dominantur eorum: & postea adiunxit, non sic erit inter vos: ergo omnis principatus distinguitur in principatum gẽtium, & istorum: & tamen isti erant soli Apostoli, quibus loquebatur, & illi qui postea istam legẽ secuturi erant: ergo principatus Iudęorum sub principatu gẽtium includitur: & sic oẽs homines vocant hic gentes pter Apostolos.

A *Quomodo Christus dixit hic de principatu gentium, quia videtur, quòd sufficienter non locutus est huiusmodi redarguens principatus.*
Quæst. XCIIII.

QVAERETVR, quomodo Christus dixit hic de principatu gentiũ distinguens eum à principatu Apostolorum: in qua assignatione videtur min⁹ sufficienter dicere. Nam dictum istud intelligitur de principatu tyrannico, cùm dicatur, dominantur eorũ, & potestatem exercent. Et tamen inter gẽtes sunt aliqui boni principatus, qa sicut Arist. distinguit 8. Ethi. & 3. Politicorum, principatuũ Politicorũ tres sunt boni, & tres mali, Regalis, Aristotraticus, Timocraticus boni sunt, Tyrannicus, Oligarchicus, Democraticus B mali sunt. Ergo qñ gentes habuerint istos tres principatus bonos, non poterit redargui principatus gentiũ: & tamen Christus deducit hic alium principatũ, qui non sit similis principatui gentiũ: quasi sit malus principatus gentium semper. Ergo Christus non sufficienter dixit, quia de solo malo principatu gentium dixit: vel si de omni principatu gentium intellexerit, nõ solum arguet Christus tres principatus malos politicos, qui sunt corruptiones politię ſm Arist. sed etiã tres bonos, quod est inconueniens.

Dicendum vno modo, quòd licèt inter gẽtes essent tres principatus boni politici ſm speciem, & tres mali: & tamẽ ſm actum raró inueniebatur bonus principatus, quia quilibet principatus se extẽdebat ad aliqđ, C ita vt in principatum malum incideret in parum, vel in multum. Rarum aũt erat, ꝙ aliquis principaretur penit⁹ iustè, & ita ab eo quod plus erat, accepit nomẽ dicens, ꝙ principes gentium dominantur. s. tyrannicè. Secundò potest intelligi quantum ad appetitum principatus: licèt ſm speciem sint principatus aliqui boni inter gentes: tamen oẽs, qui principatum optabant, ideo optabant, vt dominarentur: non erat autem sic faciendum inter Apostolos. Tertiò, quia in principatu gentium etiam bono est excellentia principantis super subditos: licèt enim principetur non propter vtilitatem priuatam, sed subditorum, quod ad rectũ principem pertinet, tamen semper habet, ꝙ maior sit subditis: & ꝙ habeat vim coactiuam super eos, & obediant ei ex necessitate: & tributa aut alia debita pstent D ad status sui honorabilem sustẽtationem. Vnde licèt non conuertatur principatus in corruptionem. s. regalis in Tyrannicum, vel Aristocraticus in Oligarchicum: adhuc est multum desiderabilis principatus inter gentes, quia multum de honore, & laude habet rectus principat⁹: ideo & si laboriosum sit bene regere, est tamẽ valde honorabile: & propter hoc illi, qui honorem de summis bonis putãt, principari summo desiderio cupiũt, etiam in principatu iustissimo: imò & Arist. 5. Ethico. dixit optimis principibus, & rectorib⁹ in pręmium bonæ gubernationis à politia deberi honorem, & gloriam. Et iste sensus est conueniens, quia E quicunq; principatus gẽtium quantumcunque iustissimus multum habet de honore, & potestate: & ideo propter magnitudinem excellentiæ est concupiscibilis, & cõpetit ei litera Christi. s. principes gentiũ dñant eorũ, quia licèt non dñentur tyrannicè dñant. i. domini reputantur, quia propter excellẽtiam, status, & magnitudinem honoris, & potestatis iudicantur domini subditorum ex modo loquendi nostro. Et qui maiores sunt potestatem exercent in eos, idest opera potestatis, scilicet habent vim coactiuam, quia habent potestatem incarcerandi, & occidendi, & bona possessa auferendi, & relegare, & deportare, & omnia genera pęnarum inferre, quas subditi patiuntur inuiti, & ista est veritas. Principatus autem Apostolorum non

erat

erat sic futurus, quia qui primus esset inter eos nihil plus de honore, & reuerentia, & statu temporali habiturus esset quàm subditi, sed ita pauper sicut illi: potestatem autem non exerceret in subditos, quia nō cogeret eos per pęnas ad aliquid agendū, sed per exhortationem verbi Dei. Et ita nihil esset in principatu Apostolorum propter quod concupisci posset, sicut principatus gentium quantumcunque bonus esset, quia in illo erat dominari, & potestatem exercere: licèt intendat pręcipuè subditis proficere. Sic dicit Origenes: Inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc: quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita: spiritualia autem in voluntate: sic, & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in subiectorum dilectione debet esset positus non in timore corporali: & ita recte ostendit Christus principatum inter suos non esse concupiscibilem sicut inter gentes.

Quare Apostoli nitebantur assequi istum primatum. Et quare etiam nos, qui sub Christi lege manemus, multum anhelamus ad dignitates, & spirituales principatus. Quæst. XCV.

QVAERETVR, cùm principatus inter discipulos Christi talis esset, ꝙ nihil concupiscibile haberet: quare Apostoli nitebantur assequi istum primatum: quare etiam nos, qui sub Christi lege manemus, valde anhelamus ad spirituales principatus.

Ad primum circa Apostolos Christi dicendum, ꝙ causa fuit ignorantia, & falsa opinio de primatu: nondum enim habuerant ipsi primatum qualem Christꝰ dare volebat: & ideo principatum talem futurum sperabant qualis inter gentes est: ille autem est concupiscibilis: ideo ipsi illum concupiscebant: credebant.n. quòd regnum Christi futurum esset carnale sup duodecim tribus Israel, sicut regnauerant Dauid, & Salomon, & principatus sub eis erat cōcupiscibilis quamuis esset iustus: ideo optabant primatum: & licèt Christus nunc eos increpuerit de appetitu principatus: adhuc post hoc contenderunt de illo. s. in cena vltima domini facta est contentio inter eos, quis illorum maior videretur, Luc. 22. ca. & hoc quia viuente Christo nunquam experti sunt istum principatum, & adhuc cum carnales essent, non poterant concipere quomodo principatus regni Christi non haberet aliquid de honore, & potestate, & excellentia, propter quem esset concupiscibilis: post Christi autem resurrectionē & aduentum Spiritus sancti cœperunt Apostoli esse principes Ecclesiarum, & alij multi simul etiam post eos. Et tūc experti sunt qualis esset Christi principatꝰ: & nemo illum cupiebat, sed fugiebat: nisi cū charitas aliquem impelleret aliorum profectibus inuigilare. Et tunc electus, & vocatus principatū assumebat: non autem cupiens, petens, & ad illum aspirans: erat enim tunc nudus principatus spiritualis, s. principatus non habebat aliquam excellētiam sæculi super subditum: non quidem erat ditior: nullas enim diuitias habebat, quia nullos reditus à subditis exigebant, neque percipiebant nisi sponte oblatum: sicut prędicatoribus eleemosynam damus: nullum statum honoris, s. quātum ad familiam copiosam habebant, sed solitarij manebant sicut priuati: potestatem autem nullam coercendi habebant, neque coercebant peccantes per pęnas: sed sola exhortatione ad bonum deducebant. Siquis autem nollet bonus esse per verbum Dei, non cogebant eum ad hoc pęnarum illatione: & ita nihil de eo, quod ad principantes pertinet, erat in principantibus noui testamenti: vnde principatum omnes fugiebant in Ecclesia primitiua, quia nulla in eo erat vti-

F litas neque secularis honor aut potestas, sed sola periculosa, & laboriosa solicitudo, qua inuigilare debebāt super gregem, & reddere rationem pro omnibus Domino Iesu: talem autem peincipatum nemo concupisceret nisi insipiens, scilicet qui illum non cognosceret, vel qui Deum non timeret, & intenderet cū trāsferre ad alterum principatum faciendo de spirituali tēporalem, & gentilem principatum. Sic dicit Chrysos. Principes Ecclesię fiunt, vt seruiant minoribus suis, & ministrent omnibus eis quæcunq; acceperunt à Christo, vt vtilitates suas negligant, & illorum procurent, & mori non recusent pro salute subditorum: primatum ergo Ecclesiæ concupiscere, neque iustum est, neque vtile: quis enim sapiens vult vltro se subiicere

G seruituti, & periculo tali, vt det rationē pro omni Ecclesia: nisi fortè, qui non timet Dei iudicum, vt abutatur primatu suo Ecclesiastico sæculariter, ita vt conuertat illum in sęcularem. Erat enim principatus Ecclesiæ, secundùm quòd à Christo institutus est, omni sæcularitate carens, nihil concupiscibile habens: non quidem diuitias, non potestatis executionem, non honorem, & excellentiam: habere autem decebat multam sanctitatem exemplaritatis, & solicitudinem ad prouidendum in spirituali salute. Quæ omnia apertè posuit Petrus in canonica 1. cap. 5. scilicet. Seniores obsecro, qui in vobis sunt, pascite, qui in vobis est gregem Dei, prouidentes, non coactè, sed spontaneè secūdùm Deum: neque turpis lucri causa, sed voluntariè,

H neque vt dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Inquantum dixit, pascite, qui in vobis est, gregem, ostendit solicitudinem pastorum in prouidēdo spirituali gregi suo: & ista est propria conditio pręsidentis, scilicet vt solicitus sit. Sic dicitur ad Roma. duodecimo capi. qui præest in solicitudine. Inquantum dixit: non coactè sed sponte, abstulit exercitium potestatis, scilicet quòd non deducerent homines ad bonum per pęnas, & nolentes credere non cogerent: peccantes autem postquam credidissent verberibus non castigarent, sed verbis deducerent, & pro eis Deū oraret, vt daret eis spūm cōpunctionis, & pęnitentiā, & resipiscerent à laqueis diaboli. 2. Tim. 2. capi. Inquātum dixit, nō turpis lucri gratia, abstulit diuitias prin-

I cipibus Ecclesiæ, scilicet quòd non exigerēt collectas à subditis, neq; tributa imponerent, neque lucrum aliquod inde expectarent: sed ipsimet manibus suis laborantes victum acquirebant, sicut Paulus faciebat, cui ad omnia, quæ ei erant necessaria, prouidebant manus propriæ: Actuum decimo octauo, & vigesimo capitu. Nisi quando aliquid gratis dabatur propter prædicationem: & ita omnino inopes erant principes Ecclesiæ. Inquantum dixit non dominantes in clero abstulit excellentiam eorum quantum ad statum, & honorem, & imperium, scilicet non imperarent quasi domini, sed respicerent alios, vt æquales: & ideo sola duo eis tradidit quæ laboriosa sunt, solicitudinem, & sanctitatem. De solicitudine dictum est:

K sanctitatem autem ostendit, inquantum dixit, forma facti gregis, idest debebant ipsi fieri velut quædam regula actionum siue forma exemplaris, quàm sequatur populus: & hoc est, quòd actiones singulæ prælatorum tam puræ, & emendatæ essent, quòd nihil in eis inueniretur repręhensibile: & tunc omnis operatio eorum poterat teneri vt regula, & exemplum, quod ad magnam sanctitatem pertinebat: & hoc idem Apostolus ostendit ad prælatos pertinere, primo Timothęi tertio, vbi primam conditionem Episcopi ponit, quòd sit irrepræhensibilis, qui vero est irrepręhensibilis est forma actionum alijs. In principatu autem sęculari quantumcunque iusto omnia sunt contraria, i. tria, quæ negantur in principatu Ecclesiastico

manent

manent in sęculari. Est.n. prima conditio, ꝙ quilibet principatus sęcularis quantumcunq; iustus habet vim coactiuam ad puniendum delinquentes: immo si nō punit non est conueniens principatus. Secunda est, ꝙ omnis principatus habet aliquā vtilitatem, quia principi datur aliquid ad sustentationē de publico, vel princeps habet exigere aliquid de bonis priuatorum. Tertia est, quòd omnis princeps habet honorem, & imperium aliquod super subditos: ita vt aliquo modo eum dominum vocent: quia competit ei de excellentia, et honore id, quod non competit subditis. Sed inter bonum, & malum principatum hoc differt: quia in bono principatu exigit princeps ista secundùm legem, & quātum lex se extendit, & ea intentione, vt per hoc vtilitates subditorum procurentur. In malo autē principatu facit ista princeps vltra legem & rationem, inquantum concernunt priuatum commodum, honorem, & excellentiam: ideo principatus, quem Christus inducebat non est talis, qualis principatus gentiū: siue bonus, siue malus ille sit. Cùm autem quæritur, quare nunc appetimus primatum spiritualem sub lege Christi, cùm non habeat aliquid concupiscibile. Dicendum, quòd principatus spiritualis est nūc sicut principatus gentium vel sęcularis, & ideo est concupiscibilis sicut ille: non enim videtur differre spiritualis principatus a principatu gētium nisi quantū ad quendam excessum, scilicet spiritualis habet omnia, quę habet sęcularis, & aliquid insuper. Potest enim principatus spiritualis super animam, inquantum habet ministerium remissionis peccatorum per sacramenta, & per aliqua, quæ sunt accessoria: sicut excommunicare, absoluere, suspendere, interdicere. Quod non habet principatus sęcularis. Ea tamen, quæ faciunt principatum sæcularem concupiscibilem, sunt iam in spirituali. Nam habet principatus spiritualis diuitias multas: quia sunt reditus magni annexi principatibus, & dignitatibus ecclesiasticis. Et etiam ipsi principes habent ius exigēdi a subditis aliqua genera tributorum, vel vtilitatum. Etiam habent potestatem coercendi, quia per pœnas cogunt principes Ecclesiarum delinquētes ad bonum: licèt in hoc aliqualiter differt, quia spirituales principes non inferunt pœnam sanguinis sicut sęculares: inferre tamen possunt alias graues pęnas, quæ ad sanguinis effusionem non procedat: ideo siquis ad malum finem optet ecclesiasticum principatum, habet quid concupiscat, s. diuitias. potestatem, honorē, & cętera huius sęculi bona, q̄ ad hæc consequuntur, quibus fruatur: sicut omnis peccator vult frui bonis huius sęculi. Si autem ad bonum finem velit, scilicet, vt prosit, adhuc habet aliquid, in quo licitè interdū possit gaudere eo modo, quo licitè potest quis gaudere in diuitiis, & honore, & aliis bonis huius sęculi, cū Christus ea nō vetuerit simpliciter: sed ista bona sunt annexa principatui ecclesiastico iam: ideo quomocunque habeatur ipse principatus, habet iam aliquid, quod concupisci possit: sed non habuit illum, quando Christus instituit illum principatum.

An principibus ecclesię licuit statuere talem principatum, vt concupisci ualde possit. Quæst. XCVI.

SED quæretur, cùm Christus statuerit principatum Ecclesiæ talem, qui non posset concupisci, an licuit, & quomodo licuit postea principibus Ecclesię transferre illum ad talem cōditionem, quòd concupisci valde possit. Dicendum, ꝙ vt dictum est supra, tria sunt in principatu sęculari quantumcunque iusto, quę ad excellentiam pertinent, & faciunt eū cōcupiscibilem, s. potestas coercendi, diuitiæ, honor, vel

A Imperium, & omnia ista tria negabantur in principatu ecclesiastico eo tempore, quo Christus illum instituit, & sic mansit in ecclesia primitiua, & ita nihil concupiscibile habebat, sed solùm duo, quæ difficillima, & onerosa erant, scilicet solicitudo, & sanctitas: postea autem omnia tria abundanter aduenerunt principatui ecclesiastico, ita vt iam principatus sacerdotalis videatur regalis, immo regali maior: vt impleatur verbum Petri. vos estis genus electum, regale sacerdotiū: sed vnum istorum per accidēs venit ex deuotione plebis. Secundum ab ipsa ecclesia institutum est. Tertium per se ad duo sequitur, & comitatur illa necessario. Primum est diuitiæ, secundum potestas coercendi, tertium est honor excellentia, & Imperium. De primo patet, quòd Christus instituit Apostolos Principes ecclesiarum, quia inopes erant, & Petro commendauit oues suas, qui etiam pauper erat. Christus autē diuitias eis non dedit, neque vnde illas haberent: cùm potius fecisset, quòd propter illum omnia dimitterēt, & sequerentur eum, præcedenti c. nunc vero ex eleemosynis fidelium factæ sunt diuites ecclesię, & pręlati multos reditus habent: in ecclesia autem primitiua hoc non fuit, nec esse potuit. Primò quia non erat vnde prælati diuitias haberent, quia nunc illas habent ex donationibus, & eleemosynis fidelium factis Ecclesię. Tunc verò nullæ factę erant: erant enim etiā ipsi Christiani inopes, & nihil dare possent ad hoc, ꝙ Ecclesiam ditarent. Secundò quia erat tunc Ecclesia

B

C in quotidiana turbatione cum fideles paterētur quotidie ab infidelibus persecutionem & mortem, cùm illi essent cupidi, quidquid ecclesiis donatum esset auferrent, & ita non prodesset ecclesiis dare, quia non poterat permanere: sed melius erat pauperibus quotidie distribui; quod illis prodesset, & quotidiano vsu consumeretur, & non haberent quid raperent infideles, quàm ecclesias ditare quas subito infideles spoliarent. Sic patet de tempore Laurentij, quando dictum est Decio, quòd apud Laurentium essent thesauri ecclesiæ, pro quibus Laurentius captus est, sed videns eos auferendos distribuit pauperibus tacitè. Et tunc procedens ad martyrium dixit: Assatum est, versa, & manduca, nam facultates Ecclesiæ quas requiris manus pauperum in cælestia deportauerunt. Tertiò quia diuitiæ Ecclesiæ cederent fidelibus ad malum. Infideles enim qui propter fidem Christianos persequebantur, habita occasione magis persequerentur ministros Ecclesiæ propter diuitias eius. Si enim Ecclesia diuitias publicè haberet, vt possessiones, & loca, raperent illud infideles, quasi bona damnatorum de crimine. Si autem haberet Ecclesia diuitias occultè: vt aurum, argentum, & similia, ad inquirendum hæc affligerent ministros Ecclesiæ: sicut Laurentius non fuit captus propter confessionem fidei, sed propter thesauros Ecclesiæ qui apud illum dicebātur esse absconditi: licet postea gloriosè pro fidei confessione occubuerit. quandiu ergo infideles suspicarētur Ecclesias eē diuites, pro inquirendis diuitiis affligerent ministros Ecclesiæ. Vt ergo cessaret hoc, melius erat, quòd Ecclesiæ essent pauperes: & hoc manifestum esset infidelibus. Ita cessaret ex hac causa affligere ministros Ecclesiarum: sed solùm pro fide eos affligerent, quando vellent.

D

E

Quartò quia ad hoc, quòd Ecclesiæ diuites essent, oportebat Ecclesias esse fundatas, & distinctas: vt videretur quid esset vnius Ecclesiæ, quid alterius. In Ecclesia tamen primitiua, quia erat quasi continua persecutio, vix audebant Christiani habere Ecclesias manifestas: sed occultè conueniebant propter timore infidelium: iō diuitiæ tunc Ecclesiæ dari nō poterāt: cum Ecclesiæ nondum essent manentes, & de quibus

confiderent Christiani, ꝙ longo tẽpore manerent, & ista fuit causa, quare data pace ecclesię cessante persecutione, quę fiebat cõtra fidẽ, cęperunt fideles magna dona ecclesiis dare, de quibus locupletatæ sunt. Vnde ipse Constantinus Imperator, sub quo pacem habere cœpit ecclesia, & publicè cœperunt fieri consilia, & congregationes Christianorum, vt dr̃, j.lib. Histor. tripartitæ, dedit Ecclesiæ B. Petri Rom. Imper. s. vrbem Romæ, & multa alia, & post eum cęteri fideles dederunt ecclesiis multa donaria, de quibus ecclesię, & ministri earum locupletati sunt. Quintò fuit, quia licèt fideles vellent in ecclesia primitiua ditare ecclesias, & ministros, non erat conueniens. Nam si haberent diuitias in locis suis nollẽt propter solicitudinem illarum extra vagari, vel si vagarentur non attenderent toto animo ad id, quod agendum erat, & tamen in ecclesia primitiua officium prælatorum fuit vagari per totum orbem ad prædicandum verbum Dei, cùm nondum esset vbiq; verbum Dei diuulgatum, & pauci adhuc crederent, ideo nõ debebant habere alicubi diuitias, ne pro desiderio administrandi illas, & fruendi illis recedere nollent de locis, in quibus bona sua habebant, & si recederent tenerentur solicitudine illarũ, & non attenderent totaliter verbo Dei. Et ista fuit causa quare Christus omnibus ad se venientibus iubebat vendere omnia quæ habebant, & dare pauperibus, & tunc sequi ipsum: sicut patet de iuuene diuite præcedenti c. & ita fecerant omnes Apostoli, vt patet ibidem, s. ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te. Et etiã ob hoc iussit discipulis, ꝙ non ferrent in via secum aurum, neque argentum, neque pecuniam, neque duas tunicas, neq; panem, sup. 10. c. & Mar. 6. Et hoc vt neque in præsentia, neq; in absentia pro aliqua re essent soliciti, sed soli verbo Dei intenderent: ideo non debuerunt tunc Ecclesiæ diuites esse, & prælati. Sextò, quia dato, quòd Ecclesiæ essent pauperes, et vellent fideles prouidere fidelibus pręlatis de diuitijs, vt sic possent ire ad prædicãdum non relinquentes aliquas possessiones alicubi, sed secum sufficiẽtiam rerum, & statum honorabilem ferentes, non conueniebat, quòd Christus nõ solùm vetuit Apostolis, & discipulis euntibus ad prædicandum possidere bona immobilia, sed etiam ferre secum aurum, & argentum, & duas tunicas, & sacculum, & peram, vt dictum est. Ergo non licebat prælatis, qui illud officium habebant, & eodem tempore ista ferre: & potissimè quia prædicabant legem perfectionis, quæ bona sęculi cõtemnit: ideo verecundum erat eos diuites, & omnium abundantes Christi paupertatem prædicare, & rerum abiectionẽ, & ita verbum eorum rari reciperent. Item quia Christus volebat ostendere sanctitatem in prædicatoribus, vt cæteri eorum exemplo faciliter ad bonum, & fidem deducerentur. Quædam tamen magnæ sanctitatis ostensio est in abiectione temporalium rerũ, quia qui ista abiicit de mundo non est: quia bona illius nõ recipit: tales autem esse debebant Christi discipuli, sicut ipse eis dixit Io. 17. De mundo non estis, sed ego elegi vos de mũdo: si enim de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret: ideo non debebant secum ferre aliquas diuitias. Item vt Christus ostenderet, ꝙ ista conuersio fieret diuinitus. Nam si predicatores diuites eẽnt, aliquid per diuitias facere possent, quia multa per diuitias operata sunt, vt dicitur. 1. Ethyc. & tunc posset aliquis conuersionem gentium, vel aliquid eius attribuere humano operi vel ingenio: ideo decuit, ꝙ pauperes essent, & inglorij qui fidem prædicabant: vt quicquid facerent totum diuino operi ascriberetur, & ita magis laudaretur Deus in conuersione gentiũ: & non haberet fides nostra vllam calumniam, & ita Christus constituit principatum inopem, quia nullas

Offm̃ prælatorũ in ecclesia primitiua.

F diuitias dedit prælatis, quos ipse constituit, & qui esse debebant in ecclesia primitiua, quia non erat vnde illas haberent: neque etiam erat conueniens, quòd illas haberent propter prædicta. Data autem pace ecclesiæ, cęperunt esse Ecclesiæ locupletes, & prælati, quia nihil erat, quòd obstaret. De primo patet, quia in Ecclesia primitiua erant pauperes, & pauci qui conuertebant, & non poterant ditare ecclesias. Postea verò conuerso orbe, fuerunt qui possent ditare prælatos, & ecclesias. De secundo patet, licèt tunc non proderat donationes fieri, quia infideles spoliarent ecclesias: nunc tamen prodest, quia nemo poterit eas spoliare nisi ipsi fideles qui eas ditant. Tertium ẽt non obest, quia cum data pace Ecclesię cessauerit oĩs persecutio, non affli-
G guntur ministri ecclesiæ, neq; ꝑ fidei professione, neque pro inquisitione facultatũ ecclesię. Quartũ nõ obest, quia ex eo tp̃e quo pax data est fidelib⁹ ædificatę sunt multæ ecclesię ab eis sperantibus firmiter illas mansuras, et ꝙ iam contra fidẽ tribulatio non insurgeret, & ideo illas tunc conuenienter dotare potuerunt locupletando diuitiis. Quintum, & cętera non obstant, q̃a qñ data est pax ecclesiæ, erat fides extensa per maiorẽ partem orbis: immo fere per totũ, & ita iam non erat necesse vagari prælatos per orbem prædicando ad cõuersionem infidelium: sed satis erat conuersos confirmare, et ecclesias commissas regere: ideo non erat inconueniens, ꝙ possiderent ecclesiæ multa, & prælati essent diuites. Sed adhuc obiicietur, ꝙ non licuerit ec-
H clesiis & pręlatis diuites esse, quia Christus dixit hic, quòd non esset sic in principatu spirituali sicut in principatu gentium, & tamen in illo diuitię possidentur, ideo non erat licitum hoc fieri in principatu ecclesiastico. Dicendum, quòd satis est longa quæstio circa bona ecclesiarum, et clericorum an aliquid sit proprium eorum, & ad quid teneantur propter bona, quæ recipiunt, de quo magis dicetur Mar. 6. vel Luc. 9. aut 10. et aliquid tactum est, sup. 6. cap. cum de eleemosynis clericorum ageretur. Sed pro nunc potest dici vno modo, ꝙ istud verbũ Christi non obstat, quia ibi nihil quantum ad diuitias dicitur, sed solùm quãtum ad preęminentiam honoris, & coertionem, quæ est per potestatem, cùm dicitur: Principes gentiũ
I dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: et ideo stante adhuc illo verbo, licet prælatis possidere diuitias. Si autem obiiciatur de auctoritate. j. Pet. 5. Pascitè gregem, qui in vobis est, prouidentes non coactè, sed spontaneè ſm Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie. Dicendum, ꝙ verũ est, quòd prælati tempore Petri inopes erant, quia Ecclesiæ nullas diuitias habebant, et tamen Petrus non vetuit in auctoritate illa prælatis habere diuitias, sed vetuit desiderare prælaturam propter diuitias acquirendas, vel exercere actum pastoralem ad quæstum, et istud etiam nunc est peccatum.

An liceat Prælatis ecclesiis esse diuites.

Secundò potest dici ad prædictum, quòd etiam si ex verbis illis colligatur, quòd principatus suorum
K Prælatorum esse deberet sine diuitiis, deberet intelligi quantum ad illos, quibus Christus hoc dixit: non autem quantum ad omnes successores eorum: alia enim similia sunt: iubebat enim Christus, quòd omnes qui eum sequi volebant venderent omnia, quæ habebant, & tamen nunc ad sequendum Christum, non est necesse, quòd vendamus omnia, quæ habemus. Sic etiam patet, quia Christus iussit Apostolis, q̃n irent ad prędicãdum, ꝙ non possiderent aurum, neq; argentum, neq; pecuniam, neq; portarent duas tunicas, neq; calciamenta, neq; sacculum, neq; peram, neque panem, etiam ꝙ neminem in via salutarent, & idem iussit discipulis septuaginta duobus Luc. 10. ca. Sed manifestum est, quòd nemo tenetur nũc ad illa,

quia

quia licèt cuicunque homini quantumcunque perfecto salutare alterum in via: etiam portare panem, & calciamenta: ideo licèt illis fuerit datum, non intelligebatur de successoribus: & hoc fuit, quia ita expediebat ad actum prędicationis, ad quem mittebantur. Nobis autem non est impositum vagari ad prædicandum: ideo licet possidere diuitias, & non obligamur ad aliquod illorum. Item patet efficacius, quia si ista essent sub necessitate obseruanda à nobis, & eo animo Christus illa dixisset, seruasset ipse illa: & tamen non obseruabat: ipse enim pecuniam ferebat in via, cum Iudas portaret loculos eius. Io. 12. & 13. c. & ex pecunia illa emebat omnia necessaria. Etiam panem ferebat Christus in via, vt colligitur supra 15. & 16. ideo noluit nos ad hæc astringere, sed ideo cùm Apostolis & discipulis obseruanda mandasset, non obseruabat ipse illa, vt apparet, quòd nolebat nos obligare ad illa: nam si ipse obseruaret, dubium esset, & crederetur, quod etiam nos obligare voluisset: sed illis specialiter ista seruanda imposuit propter causam supra tactam: vnde & ipsi Apostoli, & discipuli quando cum Christo manebant, non obseruabant hæc. Cùm verò mittebat eos ad prædicandum, seruabant illa: & ita dixit illis Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo, & pera, nunquid aliquid defuit vobis? & non dixit eis: Nunquid aliquid defuit vobis postquam mecum estis, scilicet quia Christus sacculum, peram, & pecuniam portabat: eos vero sine istis mittebat ad prædicādum. Non est ergo vetitum ecclesiis, & prælatis diuitias possidere. Cùm ergo illicitum non esset possidere hæc deuotio fidelium ditauit Ecclesias, de quo omnes Ecclesię ministri ditati sunt. Viderunt enim hoc esse conueniens: quia in veteri testamento Deus approbauerat oblationes istarum: immo mandauerat dicens, non apparebis vacuus coram me: Exo. 23. & specialiter iusserat offerri aurum, & argentum pro sanctuarij ædificatione: Exo. 25. & ideo Iudęi assueti erant multa offerre templo domini: vt patet de oblatiōe duodecim principum: Num. 7. ca. & de oblatione Dauid & principum eius pro ædificatione templi: 1. Paralip. 22. & 28. & 29. & non solùm volebat Deus ista cedere ad vsus ministrorum, sed ēt Sacerdotum & Leuitarum, & ideo descripsit omnia iura, & red ditus eorum Nume. 18. ca. in nouo ergo testamento sic futurum erat, quòd fideles aliquid offerrent in vsus ecclesiarum, aliquid verò in vsus ministrorum: potissimè quia Christus istud approbauit: nam quadam die vidit offerentes munera in templo, & mittentes ea in Gazophylacium, & inter omnes laudauit viduam offerentē duo minuta ęra Luc. 21. Ideo in nouo testamento sic fieri volebat: & ex talibus donationibus magnificis ditatę sunt ecclesiæ, & ministri earum: & ita principes ecclesiarum possident diuitias, & nō est inconueniens, quia non est contra præceptum Christi: sed hoc solum habent, quia cùm diuitię ecclesiæ sint eleemosynæ fidelium: tenentur omnes ministri ecclesiæ, qui pascuntur de bonis Ecclesiæ magis ad eleemosynam, quàm cæteri homines: de quo dictum est supra sexto cap. Dicendum, quòd est in principatu gentium potestas coercendi cogendo homines ad bonum per pęnas impositas à lege, vel per pœnas arbitrarias, quando desunt pœnę legales. Hoc autem nō fuit in principatu Apostolorum Christi. Sic enim ipse dixit: Et qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, & conclusit: Non sic erit inter vos, scilicet quòd principando non exercebitis potestatem, idest coertionem. Sic dixit Origenes: Sicut omnia carnalia in necessitate posita sunt: spiritualia autem in voluntate: sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus non in timore

Christus approbauit quoddā ecclesiis offerentes

A corporali, & ideo prælati inter Apostolos, & in ecclesia primitiua non regebant deducendo ad bonum per pœnas, & verbera sed per exhortationem. Causa autem prima erat, quia tunc legem nullam habebant nisi legem Christi. illa autem nullas pœnas imponit criminibus in speciali, neque in generali, ideo iudicātes per illam non imponunt pœnas: sed exhortantur per comminationem pœnę ęternę, quam ipsa Christi lex prænunciat. Secunda causa erat, quia in ecclesia primitiua erant pauci Christiani, & non habebant per se potestatem alicuius regionis, ita quòd illa regio iudicaretur per legem eorum, & iudices ab eo positos, sed vbicunque erant, subditi erant potestati gentilium, & Iudęorum: apud quos erat potestas coercēdi tam pro
B crimine, quàm in ciuilibus: & ideo non poterant ipsi exercere ipsam potestatem, et si exercerent agerēt cōtra dominationē regionis illius quasi vsurpatores potestatis, et ita reputarentur, vt hostes. Sic enim Romani subiecta regione Iudęorum abstulerant eis omnem potestatem circa criminalia. Non enim poterant quemquam condemnare ad mortem, vel membri mutilationem, aut aliquam sanguinis effusionē: sicut ipsi dixerunt Ioan. decimo octauo c. Nobis non licèt interficere quemquam: cùm ergo iudæis, qui ante hoc habuerant iurisdictonem criminalem subtraxerant illam Romani relinquentes solam ciuilem, a fortiori Christianis, qui nullam vnquam habuerant cum nondum cępissent esse aliquis populus determi-
C natus, sed partes populorum, sicut hic aliqui, et ibi alij conuertebantur, non concederent Romani, et alij domini terræ iurisdictionem aliquam, neque criminalem, neque ciuilem, potissime, quia Christiani erant odiosi principibus terræ sicut Christus dixit. Eritis odio omnibus hominibus propter me. supra decimo capi. et quicunque interficiabat eos, arbitrabatur obsequium se præstare Deo. Ioann. decimosexto capit. Ideo non haberent aliquod genus coertionis, quia coercere est compellere ad seruandum rem iudicatam, vel ad obseruantiam legis, et hoc est opus iurisdictionis, quæ distinguitur in criminalem, et ciuilem, qui ergo non haberet iurisdictionem aliquam, neminem poterat coercere, et ista est causa potissima:
D nam dato quòd lex Christi imponeret pęnas circa criminalia, et ciuilia, et tribueret iudicibus potestatem coercendi subditos per illas, non exercerent Christiani istam potestatem in ecclesia primitiua, quia cùm apud Apostolos, in quibus isti habitarent, reputabantur priuatæ personæ nullam prorsus iurisdictionem habentes, quam si exercerent, siue criminaliter siue ciuiliter, viderentur vsurpatores illius, et ideo iudicarentur hostes reipublicę. Et ita apparet, quòd iurisdictionem nullam exercebant in Ecclesia primitiua. Nam si aliquam exercerent, illa saltem esset ciuilis, quæ est minima, et tamen istam non exercebant. Quod patet, quia primæ Corinth. sexto. Apostolus redarguit Corinth. quòd in causis ciuilibus inuicem litigabant coram infidelibus, Apostolus increpat eos,
E quare potius non constituunt inter se aliquem de Ecclesia, qui causas iudicet ciuiles, et quia in veritate non habebant ipsi iurisdictionem aliquam, quam confiterentur aliæ gentes eos habere, non poterant constituere aliquem in iudicem ordinarium, qui cogere posset litigantes ad standum iuri, sed quasi per viam compromissi erant compromittendæ causæ in manibus eorum, qui nulli præerant iurisdictioni, et per sententiam illorū iudicarentur, et hoc Apostolus fieri suadebat: quia tñ nemo cogitur compromittere cām suam, cū sint aliqui iudices ordinarij respectu cuiuslibet hoīs, qui de causis eius cognoscere possint, et cōpellere si interdū esset aliquis, qui nollet compro-

Modus componendi lites inter Christianos in Ecclesia primitiua.

mittere causam suam iudicibus illis, quos ecclesia sta-
tueret, vel si coram eis tanquam coram iurisdictio-
nem habentibus citaretur, & nollet cōparere, non po-
terat cogi: & ideo contra tales non erat remedium, ni-
si, ꝙ citarentur coram infidelibus, qui erant iudices or
dinarij, & potentes coercere. Hoc ergo fiebat, & ideo
Apostolus conqueritur dicens, quòd potius deberent
Corinthij perdere causas, & pati damna rerum sua-
rum, quã conuenire quemquam coram iudicibus in-
fidelibus. Vnde postquam dixerat, quòd pro iudicibus
foralibus constituerent contemptibiles, qui in Eccle-
sia erant, s. ad verecundiam vobis dico. Sic non est in-
ter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fra-
trem suum? & frater cum fratre cōtendit, & hoc apud
infideles, addidit. Iam quidem omnino delictum est
in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: idest quando
iudicia inter vos habetis coram infidelibus, & subdit.
quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis
fraudem patimini: sed vos iniuriam facitis, & defrau-
datis, & hoc fratribus. s. quando aliquis esset ita proter-
uus, ꝙ nollet stare mandatis iudicum à vobis statuto-
rum, & ob hoc non posset fieri contra eum executio
iuris: melius erat vobis pati iniuriam, i. tolerare eam,
quã receperatis, & fraudem, & bonorum vestrorum
dimutionem sustinere quàm coram infidelibus litiga
re: non enim poterant iudices statuti, si qui statuerent
per Ecclesiam tempore illo, cogere aliquem ad stan-
dum iuri, vel ad soluendum alteri debitum, & si coge
rent, & ille conquereretur iudicibus infidelibus, illi pu-
nirent iudices Ecclesię, tãquam vsurpantes iurisdictio
nem, cùm sint personæ priuatæ, quæ nulli iurisdictio- "Tpe Pauli plati Ecclesiæ nullam iurisdictio nẽ cũ coertione exercebant."
ni præsunt: & ita verum est, quòd prælati Ecclesiæ nul-
lam omnino iurisdictionẽ cum coertione exercebant
tempore Pauli, neque criminalem, neque ciuilem: &
ita erat vbicunque erant Christiani: quia erãt tunc sub
diti principibus infidelibus. Ob hoc ergo Christus ex-
presse dixit, ꝙ habentes primatũ inter Apostolos non
exercerent potestatem, sicut principes gentium: sed
solùm ministrarent exhortantes per verbum bonum
ad obseruationem legis, & iuris æquitatem: si. n. Chri-
stus absolutè concessisset primatum in Ecclesia: vel si
non expressisset, ꝙ primates temporibus Apostolorũ
non haberent vim coercendi: fortassis vellent exigere
pecuniam ad sustentationem status sui, sicut principes
gentium à subditis exigunt: ẽt vellent per pęnalem
coertionem homines ad obseruationem legis, & æq-
tatis cogere, ex quo sequerentur scandala: quia prin-
cipes Gentilium iustè eos persequerentur tãquam in-
uasores alienæ iurisdictionis, & hostes reipublicæ:
et tamen non decebat, quòd ipsi inuaderent aliena:
aut, quòd quis iustam causam quærelæ cōtra eos habe
ret: neque eis aliquid obiicerent, pro quo eos ad pœ-
nam peterent: nisi, quòd Christiani essent. Sic dicitur
1. Pet. 4. cap. Nemo autem vestrum patiatur quasi ho-
micida, aut fur, aut maledic⁹, aut alienorũ appetitor: si
aũt vt Christianus, nō erubescat: glorificet autem Deũ
in isto nomine: ideo fuit conueniens, vt Christus ex-
presè diceret Apostolis de conditione primatus eorũ
scilicet vt non niterentur habere coertionẽ, sicut prin-
cipes gentium. Item Christus dedit principatum suũ
Apostolis in exemplum de principatu, quem illi habi-
turi erant: vt patet in litera: & tñ Christus non princi-
pabatur, vt habens coertionem: sed solũ, vt ministrãs:
prædicabat enim hominibus, & per verbum disuade-
bat hominibus malum, & nitebatur eos ad bonum cō
uertere, sed nolentes hoc non puniebat, sed liberos re
linquebat: imò, & profitebatur se non exercere opus
iurisdictionis. Nam semel dixit ei quidam, Luc. 12. c.
Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hęreditatẽ:
& ille ait: ò homo, quis me constituit iudicem, aut di-
F uisorem inter vos? quasi dicat iubere hoc est opus iu-
risdictionis, & pertinet ad iudicem, vel ad diuisorem
datum: nullus autem mihi talem iurisdictionem tri-
buit, ideo ad me non spectat hoc mandare, sed solùm
exhortari, vt faciat quod bonum est. Et est opus prę-
dicatoris non habentem iurisdictionem coercitiuam:
talem ergo principatum Apostoli habere debebant.
Nunc autem Ecclesia, & prælati habent potestatem
coercēdi: quia nihil eis obstat. Non enim prima ratio,
quia tunc Ecclesia non habebat aliquas leges, quæ es-
sent Christianorum nisi legem Christi, quę non impo
nit pęnam peccanti: nunc autem habent legem: quia
præter hoc, quòd habent legem Christi, cùm Christia
ni habeant regiones proprias & principes, qui sub le-
G ge Christi viuunt, habent isti leges politicas præter le-
gem Christi, & illę leges tam in criminalibus, quàm
in ciuilibus ponunt coertionem: & ideo intra Ecclesiã
quæ dicit multitudinem Christianorum, erant aliqui,
qui principarentur habentes coertionem, scilicet
principes sęculares, & hoc fuit post datam pacem Ec-
clesiæ, quando regna integra, & gentes iam pertinę-
bant ad legem Christi, & in talibus regionibus princi-
pes conuertebant leges suas ad conuenientiam legis
Christi, scilicet si aliquæ erant iniquæ totaliter contra-
riæ legi Christi, tollebãt eas, & manebant illæ, quæ nō
repugnabant legi Christi, & secundum illas erat po-
testas coercendi ipsis principibus, & iudicibus, tàm cri-
minaliter, quàm ciuiliter. Secunda autem causa non
H obstat: quia data pace Ecclesiæ, Christiani sunt mul
ti, scilicet, aliquæ regiones sunt, quæ totaliter ad
Christum pertinent: vel saltem principes regionis
illius, & hoc sufficit ad hoc, quòd aliqui in Ecclesia
habeant potestatem coercendi; & non solum hoc
quantum ad sęculares principes est: sed etiam quan-
tum ad prælatos Ecclesiæ, de quibus Christus locutus
est. Isti enim iam vltra legem Christi habent alias le-
ges, secundùm quas habent potestatem coercendi, tã
criminaliter, quàm ciuiliter. Et ordo fuit in hoc, quòd
pri⁹ oportuit esse aliquos principes seculares in Eccle
sia, quàm prælati Ecclesiæ haberent vim coercendi:
Nam si ante datam pacem Ecclesiæ vellent prælati
Ecclesiæ aliquas tales coertiones facere, non possent:
I quia qui coerceretur recurreret ad infideles ad, quos
tunc tota pertinebat iurisdictio: & illi videntes, ꝙ
Christiani vsurpabant iurisdictionem, cùm essent
personæ priuatæ, persequerentur eos, vt hostes: quod
erat inconueniens, vt supra dictum est. Data autem
pace, cùm iam essent domini sæculares, idest reges, &
principes Christiani, potuit esse in prælatis Ecclesię po
testas, vt haberent coercionem, & coerciti non pos-
sent recurrere, nisi ad fideles, qui Ecclesiam venerabã-
tur, & adiuuabant censuram eius: potuit autem fieri
tunc primum, & non ante propter duo. Primò quia,
vt dictum est, nemo posset eis imponere, quòd vsurpa
bant iurisdictionem: quia recursus esset ad dominos
regionis, qui Christiani existentes fauerent Ecclesię.
K Secundò propter leges, per quas fieret coertio. Nam
oportet, quòd q iudicat, per aliquam legem iudicet,
sed per legem Christi nulla coertio, neque iurisdictio
pœnalis competebat actualiter prælatis Ecclesiæ:
ideo ad hoc, quòd illam, haberent oportebat, quòd
leges aliquas instituerent, ex quibus competeret eis
coertio: istę autem leges aut debebant esse particula-
res aut communes, non fuit conueniens, quòd essent
particulares ante communes: quia toto tempore ante
hoc fuerat ecclesia sine potestate coercitiuą: De no-
uo ergo nemo auderet illam introducere sine cōsen-
su, & diffinitione totius ecclesiæ, ne circa hoc aliquis
error accideret: & etiam quia fortassis putaretur,
ꝙ ex statutis vnius prælati coercitiuis antequam tota

Ecclesia talem coertionem poneret, vel declararet, nõ ligarentur subditi: & ideo debuerunt leges circa hoc esse prius vniuersales quàm particulares: vt etiam particulares postea ortum, & auctoritatem haberent ex communibus legibus Ecclesiæ: & tamẽ quandiu non erat data pax Ecclesiæ, non poterant leges fieri communes ab Ecclesia: cuius ratio ponitur in historia tripartita libro primo, vbi primum Concilium præter ea, quæ fuerunt temporibus Apostolorum fuit p Nicenum tempore Constantini Imperatoris: cuius causa ibi subditur, scilicet quia ante hoc nondum data pace Ecclesiæ Christiani non audebant publicè cõuenire, vt congregationes facerent, quas concilia vocamus: sed sub Constãtino Imperatore fuit factum illud clarissimum Concilium Nicenũ ad extirpandas hęreses, & ibi inceperunt condi leges communes, vt declarationes fidei, & ex illis legibus data est vis coercitiua à prælatis Ecclesiæ super subditos, & potissimè quantum ad crimina Ecclesiastica, & ipsos Ecclesiasticos viros: ideo antequam daretur pax Ecclesiæ, nõ potuit conuenienter esse principatus coercitiuus in Ecclesia: sed statim vt data est pax, potuit esse conuenienter. Sed obiicietur, ꝙ nunquam potuit esset licitè quia Christus vetuit talem principatum, ideo nunquã est licitus. Dixit enim: Principes gentium dominantur eorum, & sequitur: Non sic autem erit inter vos. Et ideo noluit, quòd inter sequentes Christum esset principatus coercitiuus. Dicendum, quòd non fuit contra intentionem Christi: quia ipse vetuit desideriũ principandi omnibus, modum autem principatus coercitiui non vetuit omnibus, sed solis discipulis suis, vt non induceretur scandalum. Nam si illi vellent coertionem habere, sequeretur scandalum, vt ostensum est supra, ipse autem Christus ita voluit: vitare scandalum, quòd etiam ab eis, quæ debita erant, cessare voluit, & obligare se vel subiicere ad ea, quę non erant debita, idest quæ eum non obligabant, vt scandalum vitaret: sicut quãdo soluit didrachma nomine tributi, vt non scandalizaret petentes, supra 17. cap. data pace Ecclesiæ, non sequebantur scandalum, vt ostensum est supra, vt quia erãt principes fideles, qui permitterent coertionem Ecclesiasticam: ideo conueniens fuit tunc incipi. Item non vsurpabat rem alienam, qa non assumebant sibiipsis iurisdictionem, sed à Deo illam accipiebant, qui est pater, & auctor omnis potestatis, & iurisdictionis: cùm omnis potestas à Deo sit: ad Roman. 13. cap. ipse enim Christus dedit potestatem Ecclesię suę, cuius exercitium est in prælatis. Cum enim dedit claues regni cælorum Petro, omnem iurisdictionem dedit, supra 16. ca. Et cùm omnibus Apostolis dixit: Quæcunque alligaueritis alligat, aerunt: & quæcunque solueritis erunt soluta. Etiam dedit omnem iurisdictionem, scilicet quantum ad omnem causam, & quantum ad omnes homines, supra 18. capi. Etiam quando dixit eis omnibus: sicut misit me pater ita ego mitto vos: dedit Christus Apostolis & successoribus eorum omnem potestatem sufficientem, & conuenientem ad Ecclesiæ regimen: in natura enim Deus velut prouisor, & gubernator dedit tam sufficiens regimen, vt nulli rei desit quod ei est conueniẽs: à fortiori ergo in statu spirituali, qui est excellentior: & ideo magis intentus ab eo daret regimen sufficientius. ergo in lege Christi, in qua fuit perfectio status spiritualis, daret Deus omnem potestatem sufficiẽtem ad regulationem corporis Ecclesiæ: sed erat conueniens potestas coercitiua: ideo daret illam, & ideo licèt ipse non statuerit leges particulares, per quas regerentur Christiani, quia non conueniebat pp multas causas, de quibus aliqd tactum est sup. in prologo auctoris, reliquit prælatis potestatẽ constituendi qd-

Primũ cõcilium A postolos fuit Nicenum.

A quid eis bonũ videretur ad regimen Ecclesiæ. Nã data est eis potestas in constructionẽ. 2. Cor. 13. & 10. & ſm hanc ptãtem Paulus statuebat, quidquid vtile putabat Cor. j. Cor. 11. Cetera, cùm venero, disponam, i. i. faciam statuta, & ordinationes de illis, & ista statuta valent, quia hñt auctoritatem a Christo: sicut. n. si ipse ea instituisset, valerent: ita, Prælatis instituentibus, valent, quia ptãtem, quam ipse inquantum hõ acceperat a patre ad regulationẽ ecclesiæ, quã sanguine suo acquisiuerat, commisit plãtis ecclesię, vt ſm illã operentur, quod Spiritus Sanctus eis dictauerit. Tertiò qa supposito, ꝙ potestatẽ haberent ad istam iurisdictionem coercitiuam, & ad ponendum leges pro illa, conuenientius fuit, ꝙ ponerent tales leges, q̃ ꝙ maneret

Prælatis ecclesiæ data ẽ potestas in cõstructionem, & non in destructionem.

B prælatio ecclesiastica solùm exhortatoria, & ꝙ, q mali essent, vellent manere mali: in ecclesia tñ primitiua non factum est: tum quia erat scandalum, vt dictũ est: tum quia pauciores erant, & pauci facilius reguntur qñocunq;: tum quia erat maior charitas in Ecclesia primitiua pp abundãtiam charismatum Spiritus Sancti, & ideo erat lex vel potestas coercitiua minus necessaria. Nunc verò est conueniens, & magis necessaria quàm tunc potestas coercitiua: quia illa tria non stant. De primo, sup. ostensum est, ꝙ data pace ecclesiæ non erat scandalum esse talem legem, & potestatem in ecclesia: licèt prius esset scandalum. De secundo patet, quia nunc ecclesia creuit, ita vt multiplicati sint super numerũ, & quia inter istos multos, qui vo-

C cati sunt, qui non sunt omnes electi, vt dr̃, sup. in litera, sunt multi peruersi, & vt dr̃ Eccle. j. peruersi difficiliter corriguntur, & si non corrigant alios morbo suo inficiunt, conueniens fuit talibus legem coercitiuam imponere, & potestatem dare, q̃ hęc diffiniat & exequatur. De tertio patet, quia nunc iam charitas refriguit, vt abũdaret iniquitas, & impletur illud. 2. Thim. 3. c. quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: quotidie aũt oĩa deteriora fiunt vergente in senium sęculi corruptela, et nihil nisi malum per dies singulos operatur, cùm totus mundus in maligno positus sit. Et ideo suMmè necessaria fuit lex, & potestas coercitiua, quæ eos qui lege Christi subditi sunt cogeret eã, et oẽm ęquitatẽ obseruare: aliàs. n. (vt ipsa quo-

D tidiana experientia & rõ docet) neque lex Chr̃i, neq; aliqua politia Christiana ad modicum saltem tp̃s duraret: nam, vt dicit Arist. 3. Polit. circa principium, Distributiuum iustitiæ magis est necessarium quam panis in ciuitate, et vocat distributiuum iustitiæ ipsum iudicem, & tamen sine pane nulla ciuitas manet, ergo neque sine iudice. Hoc tamen non est nisi inquantum ille habet potestatem coercitiuam: nam quantũ ad exhortationẽ ad bonum non est necessarius iudex, quia quilibet põt exhortari, sed non põt aliquis coercere nisi qui iurisdictioni præest: ideo est necessaria summè talis potestas pro conseruatione politiæ. Alia etiam ratio est, quia fuit simpliciter necessarium in ecclesia data pace esse duas potestates coercitiuas: aut saltem vnam generalem: nunquam. n. fuit tempus ali

Iudex quã necessari⁹ i ciuitate.

E quod post peccatum Adæ, in quo homines nõ essent ad malum proni: Gen. 8. ca. Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum. Mali autem non retrahuntur a malo amore boni, sed timore pęnę. si. n. amore boni retraherentur, iam non essent mali: ideo ad hoc, quòd retrahantur, oportet esse pœnam: non solùm autem in futuro: quia quod absens est parum mouet, sed maximè in præsenti: quia id, quod nõ est determinatum secundum aliquã certitudinem, potest peruerti, vel per humanam iniquitatem, vel per ignorantiam: necesse est, ꝙ illæ pęnę sint determinatæ aliqua lege, & ita debuerunt semper in qualibet politia esse leges pęnales: & quia parum prodest condere iura, ni

ſi illa executioni tradantur, oportuit in qualibet politia eſſe aliquos, qui poteſtatem coercitiuam ſ'm legē haberent, quos iudices, vel executores vocamus. Neque poteſt aliqua politia durare aliquanto tempore ſine his duobus: aut ſine altero eorum, ſcilicet iudice, cui competat iudicare, vt ei videbitur, licèt iſte modus non ſit conueniens: quia patitur multas difficultates, & inconuenientia: quandiu autem erat Eccleſia primitiua, ſcilicet poſt mortem Chriſti tempore Apoſtolorum, nulla lex coercitiua, & nulla poteſtas iuriſdictionis coercitiuæ erat in Eccleſia: neque in criminalibus, neque in ciuilibus, vt oſtenſum eſt ſupra, eo ꝙ erant tunc Chriſtiani ſub principibus infidelibus: qui habebant tam in criminalibus, q̃ in ciuilibus coertionem, & ſi ipſi vellent in aliquo malignari contra proximos turbando statum politicum, erant iudices & principes infideles, qui eos pęnarum inflictione à malo ceſſare cogerent. Et ita dato, ꝙ maneret Eccleſia ſemper ſub principibus infidelibus non habens aliquā legem, neque poteſtatem coercitiuam poſſent manere Chriſtiani & cęterę gentes in pace politia, quia erāt leges politicæ ſecundùm quas ordinaretur de omnibus tam de fidelibus, quàm de infidelibus quantum ad ſtatum trāquillum politicum: data autem pace Eccleſiæ, & multis principibus, & regibus gentium cum tota terra ſua ad fidem Chriſti conuerſis: oportuit eſſe duas poteſtates coercitiuas intra Eccleſiam vniuerſalem, quæ eſt Chriſtianorum vniuerſitas: vel ſaltem vnam. Nam integris politiis iam pertinentibus ad fidem Chriſti, aut eſſet aliqua lex & coertio in politiis iſtis, aut non ſi non: eſſet, non poſſet manere diu quantacumque charitas eſſet Chriſtianorum: quia licèt multi eſſent in charitate: non accideret omnes, & ſemper eſſe in charitate, & ita fierent turbationes irreparabiles, ſi nemo per poteſtatem coercitiuám mala impediret, & perpetrata vindicaret. Si autem detur, erit iam ſaltem poteſtas ſecularis coercitiua inter Chriſtianos, & ita erit in Eccleſia, quæ eſt vniuerſitas Chriſtianorum. Vltra hanc fuit neceſſaria alia poteſtas coercitiua in prælatis Eccleſię. Nam aut miniſtri Eccleſiæ ſubderentur foro ſæculari, aut non. Si dicas illos ſubdi: videtur eſſe aliquod inconueniens de quo, non inſiſto. Si autem non ſubdantur illi, aut nulli ſubduntur poteſtati, aut alicui. Non primum, quia error eſt ponere homines abſolutos pęnitus ab omni lege penali: cū omnis homo ſit peccabilis: ideo ſubdentur alicui legi, & poteſtati, & ita erit alterius fori: & ſic ponētur duæ poteſtates coercitiuę inter Chriſtianos, vnam ſecularem, aliam Eccleſiaſticam. Et dato, ꝙ quis vellet omnes homines pertinere ad eūdem forum: ſicut in veteri teſtamento ſacerdotes, & Leuitę iudicabantur ꝑ reges, & principes ſeculares, eo ꝙ erant coniugati ſicut ſæculares: tñ ſaltem non erat conueniens oēs cauſas pertinere ad eandem iuriſdictionem: ſunt.n. quædā cauſę purè ſpirituales, quæ in laicos non cadūt, q nihil ſpiritualitatis habent: ēt pęnę ſunt ſpirituales: vt excommunicatio, quas ſeculares inferre nullo modo poſſunt, cùm ad clauas pertineat excommunicare & abſoluere: laici aūt claues non hñt: ideo neceſſe eſt q̃tū ad q̄dā duas poteſtates coercitiuas eſſe ī Eccleſia. Et iſta eſt cauſa præcipua, quare inter Chriſtianos neceſſe fuit aliquem principatum eſſe coercitiuum: & tñ ſi Chriſtus vetuiſſet ſimpliciter talem principatum dicens, ꝙ nullo modo principatus Chriſtianorum eſſet ſicut principatus gentium, qui dominantur eorū, & poteſtatē exercent, neq; pręlati, neq; ſeculares poſſent habere principatū coercitiuū, quod eſt abſurdū: iō debet intelligi, ꝙ non eſt ſimpliciter dictum: ſed ſolùm ad Apoſtolos, quibus Chriſtus loquebatur, & ad illos, qui fuerunt tali tp̄e, in quo non poterat ſine

F ſcandalo principatus coercitiuus eſſe in Eccleſia. Alia ēt ratio eſt, quia quantuncunque eſſet magis apta Eccleſia primitiua ad manendum ſine principatu coercitiuo q̃ Eccleſia nunc propter cauſas ſupra aſſignatas tñ melius fuiſſet habendo principatum talem q̃ ſine illo: & verè illum habuiſſet, niſi quia propter ſcandalum non poterat habere. Nā licebat cuilibet tunc facere hęreſim, vel ſchiſma in fide, & cōuerſatione Chriſtiana, & nemo illum poterat punire: Chriſtiani.n. nō poterant, qa neq; legē, neq; poteſtatē coercitiuam habebant. Si aūt recurrerent ad infideles, ſ. ꝙ Chriſtiani boni accuſarent coram infidelibus Chriſtianos malos, ꝙ facerent hęreſes, & ſchiſmata: non erat conueniens: Primò qa non licebat fideli conuenire fidelem coram
G iudice infideli: ſed potius iniuriam recipere & fraudē pati debebat, vt Apoſtolus increpat Corin. 1. Cor. 6. cap. Secundò quia infideles nō punirent taliter delinquentes: ſed potius laudarent eos q alio modo contra legem & Chriſtianam fidem facerent, q̃ ipſi ſuperſtitionem inſanam & inimicam reipublicæ credebant: & Chriſtianos velut reipublicę hoſtes, & deorum ſuorum inimicos perſequebātur. Tertiò quia dato, quod aliqui eſſent infideles, qui tenerent Chriſtianos quiete ſub imperio ſuo, tñ non punirent delinquentes cōtra legē Chriſtianam: qa qui iuriſdictioni pręerant iudicabant ſ'm leges ſuas. Quòd aūt leges eorum non puniebant, nō iudicabant ipſi punitione dignū, & tamen obſeruari legem Chriſtianam nulla lex gentiliū
H ſanxerat. iō conſequenter tranſgreſſiones legis Chriſtianę peccata non iudicarent: & ita nō puniret delinquentes in ea. Et idē iudicium erat de Iudęis ſubiectis Romano imperio: quia ſiquis eorū cōtra legē Moyſi faceret, non puniret eum ob hoc iudex gentilis accuſatū, & ꝯuictum corā ſe de illa trangreſſione: ſed vilipenderet tales accuſationes. Sic patet qñ corā Gallionem Iudęi accuſabant Paulū, ꝙ Chriſtū prędicaret: & ille noluit audire accuſationē iſtā Actu. 18. cap. cū diceretur. Gallione proconſule Achaię inſurrexerunt vno animo Iudęi in Paulū, & adduxerunt eū ad tribunal, dicētes: qa ꝯtra legē hic ſuadet hominibus colere Deū. Incipiēte aūt Paulo aperire, os dixit Gallio ad Iudęos, ſiquidē eſſet iniquū aliquod aut facinus peſſimū o viri
I Iudæi rectè vos ſuſtinerem: ſi verò quæſtiones ſunt de verbo & nominib⁹ legis veſtrę, vos ipſi videritis: Iudex ego horum eſſe nolo, & ſequitur ibi, ꝙ minauit eos à tribunali. i. repulit nolens audire hanc cauſam. Ita aūt eſſet ſi aliqui Chriſtiani alios coram infidelib⁹ accuſarēt de hæreſi, & ſchiſmate, & aliis tranſgreſſionibus legis Chriſtianę: ideo manerent omnia crimina tunc impunita, quę erant purè contra legem Chriſtianam, & potiſſimè inſurgebant hęreſes. Et iſta fuit cauſa quare in Eccleſia primitiua tot hęreſes inſurrexerunt, vt iam ante tempora Aug. nonaginta eſſent hęreſes, vt patet in lib. quem ipſe de nonaginta hęreſibus condidit, & tñ ipſe pauco tp̄e fuit poſt tempora Cōſtātini, qñ Eccleſię primū pax firma data eſt. Non ſuſtinu
K iſſet aūt Eccleſia primitiua iſta incommoda hęreſum inſurgentium, ſi eſſet vis aliqua coercitiua ad reprimēdum, & puniendum eas: ideo melius fuiſſet Eccleſiæ primitiuę habere principes cum poteſtate coercitiua, quam ſine illa, ſi ſine ſcādalo eos habere potuiſſet, & tamen non potuit, vt dictum eſt. Data autem pace eſſe potuerunt principes tales ſine ſcandalo: ideo tunc fuerunt, & ſemper erunt vſque ad finem Eccleſiæ. Tertium qđ eſt in principatu gentiū, eſt honor, excellentia, & imperiū, & iſta nūc ſunt in principatu Eccleſiaſtico: ſed de his dicere non eſt neceſſe, ſicut de duobus p̄cedentibus: quia iſta conſequuntur ex neceſſitate ad illa duo, ideſt ad diuitias & poteſtatem coercitiuam: neceſſe eſt enim à ſubditis honorari, & tamen

cum

eum qui ista habet: prælati tamen Ecclesiæ habent ista duo vt ostensum est: ideo necesse est quòd istud tertium idest honorem, excellentiã & imperium habeant: non potuerunt autem istud habere quandiu durauit Ecclesia primitiua: quia cùm non haberent potestatem coercitiuam, neque reditus à subditis, nõ poterat habere statum honorabilem. Sed circa prædicta manet dubium, an verum sit, quòd principatus Apostolorum non haberet potestatem coercitiuam. Aliqui dicunt, quòd habebant Apostoli, & alij prelati istam potestatem, & exercitiũ eius. Nam Petrus occidit duos peccantes, scilicet: Ananiam, & Saphiram, quia mentiti sunt, & fraudauerunt proximos. Actu. 5. Etiam Paulus tradidit vnum iuuenem fornicatorem morti 1. Cor. 5. Dicendum, quòd neque criminaliter, neq; ciuiliter habebant Apostoli exercitiũ iurisdictionis coercitiuæ: vt dictum est præcedenti quæstione. et propter causas ibi assignatas: neq; illam habuerũt cæteri prælati Ecclesiæ primitiuæ, cum neque Christus istam coertionem habuerit in exercitio. De Petro autem dicendum, quòd non habuit coertionem neque pœnas vnquam intulit. Quod autem de Anania, & Saphira dicitur, non est dicendum, quòd Petrus eis intulerit mortem neque pęnam aliquam: sed prædixit illam. Vnde non fuit, vt iudex, vel exequutor Christi, sed vt propheta. Non enim iussit inferri pœnam aliquam eis: sed prænunciauit mortem, quam Spiritus Sanctus eis inferre voluit: eo ꝙ sibi mentiti sunt & non homini, vt dicitur Actu. 5. cap. De Paulo dicendum, quòd directius apparet in eo actus iurisdictionis quàm in Petro: quia Petrus solum pręnunciauit pęnam: Paulus vero intulit, & per modum iudicis. Nam dicitur 1. Corin. 5. Ego autem absens corpore, & præsens Spiritu iam iudicaui eum. Et postea dicit decreui tradere eum Satanę in interitũ carnis. Et tamen dicendum quòd adhuc non erat iste vsus iurisdictionis, sed miraculi: exercitiũ enim coercitiuæ iurisdictionis est quãtum ad pęnarum inflictionẽ, quòd cõpellantur subditi per ministros iudicis ad tolerandum, quod ille diffinit: & tales pęnę, vel compulsiones humanę sunt: sed hæc pęna à Paulo inflicta nõ fuit humana, sed miraculosa: non enim iussit Paulus flagellari, vel exulare, aut priuari facultatibus Corinthium illum pro crimine fornicationis, sed quòd dęmon inuaderet eum, & torqueret vsque ad mortem: sed hoc à Deo erat: quia dęmones non subduntur humano imperio: & ita pęna à Paulo inflicta fuit per modum orationis: pęna autem à Petro data solum per modum pręnunciationis, & ita non habuerunt exercitium coercitiuę potestatis, quia illud exercitium hominum est & non Dei.

An sufficienter dictum sit, quòd primatum inter Apostolos non est appetendum. Quæst. XCVII.

QVAERETVR, cùm Christus ostendat hic primatum inter Apostolos non esse appetendũ, quasi nihil concupiscibile habeat: an sufficienter dictum sit. Aliqui dicunt, quod non, quia aut intelligitur de primatu in Ecclesia militãti, aut in vita ęterna. Videtur autem, ꝙ nõ intelligatur de Ecclesia militanti, quia dicitur quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & ita concedit, quòd quis appetat primatum, & tamen non licet hic concupiscere illum. Secundò, quia vr̃ manifestè intelligi de primatu vitæ æternæ: quia dicitur, qui voluerit maior fieri, sit vester minister, i. prius debet fieri minister, & tunc poterit per hoc fieri maior. & ita se habent ista, vt pręmium & meritum: sed præmium est in futuro: ergo iste primatus est in futuro: sed talis primatus est aliA quid excellens, ideo est concupiscibilis. Dicendum quòd Christus loquitur de primatu in Ecclesia militanti, & non in futuro. Nam in vita æterna non manet principatus hominis ad hominem: quia iste ordo principatus est ad hoc, quòd deducantur homines in finem per regulationem istam, quæ fit vni homini ab altero sed in vita æterna erũt iam hoĩes in fine suo: iõ non regetur vnus ab alio, & ita non principabitur ei. Est ergo differentia excellentiæ in vita æterna: quia quidam sunt multo excellentiores aliis secũdum exigentiam meritorum, sed non est differentia principatus: in præsenti autem est differentia principatus, & subiectionis in Ecclesia. Et licèt Christus solùm voluerit ostendere, ꝙ principatus hic non sit cupiendus, B tñ potest litera extendi ad vtrunque tempus: si enim quis velit primatum vitæ æternæ. i. excedere alium in gloria, & honore, non oportet contendere super hoc, quis maior sit, sed qui hoc voluerit, humiliet se in præsenti tantum, ꝙ sit seruus omnium, & abiectior illis, & sic obtinebit primatum illorum: promptum est ergo sic cuilibet habere primatum in vita æterna, & non oportet hunc ex fauore petere, sicut petiuerunt Iacobus & Ioannes sedere ad dextram & sinistram: neque se inuicem superponere aut inuidere, vel irasci super hoc, sicut decem indignati sunt, ꝙ duo fratres petiuissent hoc. Si autem accipiatur pro pręsenti principatu, de quo verè Christus loquitur, bene infert quòd principatus, qui est in ecclesia non est concupiscibilis, quia C non habet aliquid propter quod concupiscatur, neq; aliquid, de quo non habentes eum inuideant habentibus: quia principatus iste non est talis, qualis principatus gentium, habet enim principatus gentium excellentiam in tribus, vt dictum est supra q. 95. & specialiter in potestate coercitiua, quam magis hic Christus expressit, & propter hęc principatus gentium est concupiscibilis, & pro illo homines contendunt: sed principatus apostolorum non erat futurus talis, sed sine aliqua excellentia: non enim haberet potestatem coercitiuam, neq; diuitias, neq; honorem, siue imperium, vt ostensum est supra, sed istis ablatis non manet in principatu, nisi solicitudo & subiectio. s. quòd prelatus se subijciat subditis, & ministret eis vigilando pro eo- *In quæst. 95.* D rum spirituali vtilitate, & exhortando, vt a malo recedant, cùm non possit infligere eis pęnam ad cogendũ fugere malum: seruitus tñ & subiectio non sunt ꝑ se cõcupiscibilia, ideo principatus apl'orum ecclesię primitiuæ non hẽbat aliquid ꝯcupiscibile. Et ita erat stultum ꝙ quis illum concupisceret, quia labores pp ipsos nemo spontaneus amplectit. Ioannes autem & Iacobus decipiebantur, quia putabãt principatum regni Christi futurum esse sicut principatum gẽtium. Imò & honorabiliorem, ideo illum cupiebant, regnum. n. Christi carnale futurum credebant, sicut Dauid, & Salomonis: ideo Christus dixit, quod non, addens. Principes gentium dominantur eorum & c. q. d. non est principatus meus carnalis sed spiritualis: ideo non est talis E qualis principatus gentium.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ principatus de quo Christus loquitur, est principatus Ecclesię militantis: & cùm dicitur quod concedit appeti principatũ: dicendum vno modo, quòd non est semper illicitum appetere principatum. Secundò, & melius dicendum, quòd non concessit Christus absolutè appeti principatum, sed dixit sub conditione: quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit minister vester, i. siquis voluerit maior fieri, oportet quòd sit minister omnium: quia non datur alius modus principatus in Ecclesia Apostolis, & aliis p̄latis in primitiua Ecclesia. Ad secũdum, dicẽdũ quòd verba ista Christi p̃nt applicari ad maioritatẽ, & excellentiã vitę ęternę: &

&c tamen ipse non intendit loqui nisi de principatu Ecclesiæ militantis. Quod patet, quia cùm poneret exemplum de seipso, non dixit quantum ad statum futurum, sed quantum ad præsentem. ostendit enim se esse principem & maiorem: & tamen dixit, quòd non venerat ad hoc, quòd ei ministraretur: sed ad hoc, quod aliis ministraret: inquantum dixit se venisse ostẽdit statum presentem in seculo. Item quia dixit quòd ad ministrandum venit, & dandum animam: hoc tamen non facit in alio seculo sed in isto: ideo etiam locutus est de principatu Apostolorum in præsenti, & non in vita æterna.

An liceat alicui desiderare Ecclesiasticum principatum.
Quæst. XCVIII.

QVAERETVR, an liceat alicui desiderare Ecclesiasticum principatum. Aliqui dicunt quòd non: quia Christus hic increpuit duos fratres, qui anhelabant ad honorem:, & dixit quòd ad gentes pertinebat talia cupere: non autem ad discipulos suos. Alij dicunt, quòd licitum est desiderare. sic enim dicit Apostol. primę Thim. 3. capit. siquis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, vbi Apostolus non vituperat desiderantes episcopatum, sed potius laudare videtur illos, & tamen episcopatus est maior gradus in Ecclesia quantum ad ordinem: ergo si illũ desiderare licet: à fortiori licebit quemcunque alium honorem cupere.

Dicendum ad hoc, quòd principatus ecclesiastici aut considerantur per statum ecclesiæ primitiuæ, aut
In q. 96. secundum statum ecclesiæ nunc. Primo modo prelationes non habent nisi solicitudinem & laborem: diuitias verò, potestatem, & imperium non habebant, vt ostensum est supra: nunc verò omnia hæc habent sicut principatus gentium: si ergo quis cuperet principatũ in Ecclesia primitiua, aut agnosceret qualis ille esset aut non. Si non agnosceret poterat per errorem illum capere, quasi ille esset sicut principatus gentiũ, sicut duo fratres decepti putabant: & ideo à Christo petiuerunt sedere ad dextram & sinistram eius: quorum errorem Christus videns dixit, quòd non erat principatus regni Christi qualem ipsi putabant, scilicet sicut principatus gentium. Et ideo quòd non cuperent illum: siquis verò agnoscens qualis sit iste principatus illum cupiat: cùm nihil ille habeat nisi solicitudinem, & difficultatem in bonis operibus, quæ circa subditos exercere debet, nõ cupit nisi labores ad aliorum vtilitatem: sed talia cupere virtuosum est: ideo non est peccatum cupere sic principatum Eccle-
Quō itelligitur q epatũ desiderat, bonũ opus desiderat. siasticum. Sic intelligitur verbum Apostoli: Siquis episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat: quasi dicat, episcopatus nihil aliud habet nisi opus bonũ, scilicet circa subditos solicitudinẽ adhibere, & ministrare eis vitæ æternę pabula: talia autem bona sunt, & laudabile est illa cupere: & licèt desiderare istud bonum semper sit bonum & meritorium: qui tamen Ecclesiasticum principatum habere debet, nõ solùm debet ista cupere facere: sed etiam facere realiter. Ad faciẽdum autem requiritur magna idoneitas in homine, quam nemo de seipso præsumere debet: ideo nemo absolutè debet cupere episcopatum: quia vel solam elationem cupit: vel putat se sufficientem esse ad omnia, quæ episcopi sunt opera, quod difficile est: ideo vanum est, & periculosum episcopatum absolutè petere: sed cum conditione appetere est rationabile, vt Martinus dicebat, Domine si adhuc populo tuo necessarius sum, non recuso laborem: ita poterit dicere qui salutem spiritualem proximorum cupit: Domine, si sapientiæ tuæ videtur & voluntati tuę placet, me aliquando futurum esse vtilem gregi tuo, non recuso la-
F borem & honorem sustinere, quẽ imposueris. & ob hoc cùm Apostolus dixisset, q qui epatum desiderat, bonũ opus desiderat, oñdere volẽs, q non sufficiebat desiderare opus bonũ, sed esse idoneum ad illud exequendum subdidit: oportet epm esse irreprehẽsibilẽ, sobriũ, prudentẽ, &c. q. d. si cupit epatum, oportet q ista habeat. Si autem accipiatur de honore siue principatu Ecclesiastico nunc, cùm in illo sint diuinę potestas & imperium, quæ hominem alliciunt, & solicitudo, & potestas, & difficultas in operibus curę pastoralis exhibendę circa subditos, quæ contristare possunt: aut cupit quis principatum propter prima, quæ alliciunt: aut propter secunda. Si propter prima, semper peccat, qui principatum sic Ecclesiasticum deside-
G rat. Iste enim non vult esse prælatus Ecclesiasticus, neque quæ Christi sunt quærens, sed quæ sua sunt, & quæ huius sęculi. Si autem propter secunda, idest solicitudinem & laborem, inquantum ista sunt ad proximorum vtilitatem & ædificationem: qui Ecclesiasticum principatum cupit, laudabile est sic cupere, scilicet profectum illum proximorum: quia tamen illum profectũ nõ potest procurare nisi ille, qui idoneus est ad procurandum: & idoneum se putare pręsumptio quędam est: non videtur satis tutum cupere absolutè Ecclesiasticam dignitatem: etiam propter proximorũ ædificationem. De his dicit Chryso. Et opus quidẽ desiderare bonum, bonum est: quia nostrę voluntatis est, nostra est merces: primatum autem honoris cõ-
H cupiscere vanitas est: hoc enim consequi iudicium Dei est, propter quod ex primatu honoris nescimus, si mercedem iustitiæ consequimur. Neque enim Apostolus laudem habebit apud Deum, quia Apostolus fuit, sed si opus Apostolatus sui bene impleuit: neque Apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est, vt esset Apostolus: sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus secundùm motum animæ suæ. Primatus & fugientem se desiderat, & desiderantem se horret. Sed quidquid dictum sit de appetendo principatum ecclesiasticum, intelligendum sit de illo appetitu intra terminos suos constituto. Sed de inuasione principatus dicendum, quòd semper est mala. Vnde nemo debet sibi honorem accipere ecclesiasticũ,
I vel ingerere se ad illum, sed suscipere quãdo dabitur. Sic dicitur ad Hebrę. 5. Nemo sibi indifferenter assumat honorem, sed qui vocatus est a Deo tanquã Aaron. De his dicit Chryso. vbi supra: Primatus fugientem se desiderat, desiderantem se horret: conuersatio ergo melior desideranda est non dignior gradus. Volens ergo Dominus & duorum fratrum, aliorum indignationem extinguere, introducit differentiam inter principes mundanos, & Ecclesiasticos: oñdens quòd primatus in Ecclesia, neque ab aliquo appetendus est non habente, neque alteri inuidendus est habẽti: quia principes mundi, ideo sunt, vt dominentur minoribus suis, & eos seruituti subiiciant, & spolient: & vsque ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem, &
K honorem: principes autem Ecclesię fiunt, vt seruiant minoribus suis: & ministrent eis quęcunque accperũt a Christo: vt vtilitates suas negligant, & illorum procurent: & mori non recusent pro salute inferiorum. Primatum ergo Ecclesię concupiscere, neque iustũ est, neque vtile: quis sapiens vult se vltro subiicere seruituti & periculo tali, vt det rationem pro omni Ecclesia? nisi forte qui non timet Dei iudicium: abutens primatu suo Ecclesiastico seculariter, ita vt conuertat illum in secularem: & tamen licèt ingerere se ad principatum Ecclesiasticum, & petere illud regulariter malum sit, nõ est sanum dicere, quòd quandocũque quis petiuerit dignitatem vel honorem Ecclesiasticũ peccat: quia potest interdum tali animo fieri, quod

Non satis tutũ est ecclesiasticā app... dignit...

merea...

mereatur: vt si quis videret aliquem principatum impiis conferendum, qui Ecclesiam dissiparent, quòd illum petat ne in manus iniquorum veniat, laudabile est vel saltem non vituperabile, si hoc solum vel præcipue eum mouet.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd Christus redarguit duos fratres, quia desiderabãt principatum Ecclesiasticum solùm propter honorem, & excellentiam, & non propter vtilitatem proximorũ, & quia nesciebant qualis erat principatus, quem desiderabant, putabant enim, quòd esset talis qualis principatus gentium, quod falsum erat. Ad aliud pro alia parte dicẽdum, quod desiderare episcopatum est desiderare bonam rem, & tamen nõ est sensus, quòd desiderans desideret conuenienter: episcopatus enim in Ecclesia primitiua, quando Apostolus loquebatur, solùm habebat solicitudinem, & laborem, & non honorem, neq; potestatem coercitiuam, aut diuitias: ideo ille, qui desiderabat episcopatum sciens quid esset episcopatus, nõ poterat desiderare nisi bonam rem, cùm nihil esset in episcopatu, nisi bonum, quod ad vtilitatẽ proximorum pertinebat: & tamẽ poterat peccare: vt si fortè cuperet episcopatum præsumens se habere ea, quæ necessaria erant pro bono episcopo, cùm illa non haberet.

Quomodo est verum, quòd filius hominis venit ministrare, & non ministrari. Quæst. XCIX.

QVAERETVR, cùm dixerit Christus, filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & ex hoc velit inducere, quòd principes Ecclesiæ debeant ministrare, & non honorari, quomodo est verum. Nã Christum legimus fuisse honoratum, & ei fuisse ministratum: ministrabat enim ei Martha, Luc. 10. c. Et quod plus est hominibus maiores angeli erant, & tamen illi Christo ministrabant. supra 4. cap.

Dicendum, quòd exemplum est conueniens: Christus enim erat dominus, & magister noster. Ioan. 13. & satis erat nobis honorabile, quòd essemus æquales ei in honore, quia non est seruus supra dominũ, neque discipulus super magistrũ: sed satis est ei, si ęqualis ei sit. sup. 10. ca. Si ergo Christus in præsenti sæculo honorem non quæsiuit, neque accepit: conueniens est, quòd nos cùm principes ecclesiarum efficiamur honorem non curemus, neque quęramus. De Christo patet quòd non quæsiuerit honorem, quia si illũ inter nos quæsiuisset, non se humiliasset vsq; ad puluerem in omnibus, conuersans cum viris pauperibus, & illos in socios eligẽs. Etiam non recepit honorem, sed iniurias, quia maledicebatur, & iniurias sustinebat & abiiciebatur tanquam potator vini, & vorax, & publicanorum amicus, supra 11. cap. Et cum hęc pateretur non comminabatur, sed tradebat se iudicanti iniustè. 1. Pet. 2. cap. Etiam dominus, & magister existens, discipulorum suorum pedes lauit, Io. 13. ca. Non ergo quæsiuit, neque recepit honorem dum inter nos fuit. Cum autem dicitur, quòd Martha ministrauit ei: dicendum est, quòd non ministrauit ei ministerio honoris, sed necessitatis: hoc ministerium erat, quòd ei cibos pararet, & istud est fęminarum potius, quàm virorum: vnde non solùm Christo sed minimo hominum fęminæ ministrant: quia Deus voluit, quòd fęmina sub viri potestate esset: Gen. 3. cap. Cùm verò dicitur, quòd Angeli ministrauerunt ei: Dicendum quòd illud est valde honorabilius ministeriũ, quàm hominum: quanto excellentiores sunt ministrantes, & tamen ministratio ista non facta fuit Christo inquãtum venit ad illud sęculum, neque inquantum erat inter homines, non enim ministrauerunt ei Angeli

A inquantum homo erat, sed inquantum erat Deus maior omnibus Angelis. Etiam non habuit ministeriũ istud inter homines: quia quando angeli ministrauerunt ei, nemo erat præsens de hoĩbus, vt ex hoc Christus inflari posset coram illo quasi excellenti honore sibi exhibito. Secundò potest dici, quòd dato, quòd istam ministrationem, aut quamcunq; aliam in hoc sęculo recepisset, non venit ad hoc, quòd sibi ministraretur, sed ad hoc, quòd ipse aliis ministraret. Nam si ipse intenderet, quòd alij sibi ministrarent, non oportebat humilitatem assumere, quia cùm in forma Dei esset, seruiebant ei Angeli, & Archangeli, & omnis creatura, & ipse nulli ministrabat. Cùm autem assumpsit humanam naturam, ipse ministrauit alicui, ideo

B etiam si semel tantùm ministrasset, apparet, ꝙ nõ venerat ad hoc, quòd ministraretur ei, sed ad hoc, quòd ipse aliis ministraret. Et est argumẽtum manifestum, scilicet, si Christus intenderet, quòd ei ministraretur, maneret in forma illa, in qua semp ei ministrabatur, & nunquam ipse ministrabat: & tamen assumpsit formam illã, in qua aliquando ministrare posset, & actualiter ministraret: ergo non venit ad hoc, quòd ei ministraretur, sed ad hoc, ꝙ aliis ministraret. Et hoc est, quod ipse suadebat Apostolis: non enim negabat, ꝙ si eis habentibus principatum, vel non habentibus aliquis interdum ministraret, ꝙ nõ reciperent ministrationem exhibitam: sed quòd non ideo principatum caperent, ut eis ministraretur qualiter, Iacobus & Io-

C annes videbantur desiderasse, de quo eos increpabat, & alios etiam qui eis hunc inuidebant principatum, quasi principibus ministraretur in ecclesia. Ostendit autem quod dixerat, scilicet quòd ad ministrandum venerat, quia non solùm ministrauit, sed etiam animã suam pro subditis posuit. Et ita desiderium honoris, & principatus Christus redarguit, non autem ipsum principatum, quem iustè habere potest, qui illum nõ concupiuit. De his dicit Origenes, scilicet: Nam & si Angeli, & Martha ministrauerunt ei, tamen nõ ideo venit, ut ministraretur, sed ut ministret.

Quare Christus dixit, & dare animam suam redemptionem. Quæstio C.

D QVAERETVR, quare Christus dixit, & dare animam suam redemptionem. Dicendum, ꝙ Christus instruit prælatos, vt nõ cupiant principatum Ecclesiasticum sicut ipse non concupiuit, qui non venit ministrari sed ministrare, & vt ostẽdat quomodo venit ad ministrandum dicit, quòd venit ad ponendum animam suam pro subditis. Et hoc prodest ad duo respectu pręlatorum. Primò instruit eos circa humilitatem. Secundò circa charitatem. De primo patet, nam ministrare humilitas est, ministrari verò honor: quanto ergo abiectiorem ministrationem quis exercuerit, tanto magis se humiliat, & magis contemnit honorem, sed nihil est, in quo magis se abiiciat, q̃

E ꝙ ministrando alicui permittat se pati iniurias, & opprobria vsq; ad ipsam mortẽ. hoc autem Christus fecit, quia pro subditis suis sponte mortuus est. ergo nemo magis se humiliauit ministrando quàm ille: cum ergo imitari debent prælati Ecclesiæ. De secundò patet, quia ideò quis ministrat alteri, vel benefacit ei, quia amat illum, uel quia timet: minores autem nobis non timemus: ideo si eis bene faciamus ex amore faciemus, & consequenter quanto fuerit maior charitas, & amor, tanto eis maiora beneficia impẽdemus: & è contrario quanto fuerint maiora bona, quæ eis impendimus, tanto maior charitas arguetur in nobis esse, & tamen nullum est opus maioris charitatis, quã quod quis ponat animam suam pro amicis suis, vel

pro

pro ſubditis, Io.15. Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis: ideo cùm Chriſtus venerit ad ponendum animã ſuam in redemptionẽ; nemo poterat circa ſubditos maiorem charitatem habere quàm ille. Et ita Chriſtus per hoc oſtendit ſe imitabilem in duobus, ſcilicet ipſe in principatu ſuo maxime ſe humiliauit, quia exercuit miniſtrationem maximę abiectionis, ſcilicet mori pro ſudditis: & maximè dilexit eos: quia circa eos exhibuit opus ſummæ charitatis, ſcilicet pro illis mori ideo nos principatum accipientes non debemus extolli, ſed humiliari: non appetentes miniſtrari ſed miniſtrare. De quo Origenes increpat nos, dicens de Chriſto: intantum creuit miniſtrans, vt impleretur illud, ſcilicet: Daret animam ſuam redemptionem pro multis daret, inquam in mortem: ſed quoniam ſolus erat inter mortuos liber & fortior omni poteſtate mortis, omnes ſequi ſe volentes liberauit à morte. Eccleſiarum ergo principes imitari debent Chriſtum acceſſibilem, ẽt mulieribus loquentem, & pueris manum imponẽtem, & diſcipulis pedes lauantem: vt, & ipſi ſimiliter faciant fratribus. Nos autem tales ſum⁹, vt etiam principum mundi excedere ſuperbiam videamur: vel non intelligentes & contẽnentes mandatũ Chriſti: & quęrimus ſicut reges acies præcedentes, & terribiles nos & acceſſu difficiles, maximè pauperib⁹ exhibemus: nullam affabilitatem habentes, vel habere ad nos permittentes.

Quare Chriſtus dixit; quòd venerat dare animam ſuam redemptionem pro multis. Quæſt. CI.

QVAERETVR, quare dixit Chriſtus, quòd venerat dare animam ſuam redemptionem pro multis. Nam videtur, quòd pro omnibus dedit illam. Nam per mortem Chriſti ſaluamur, & aliter non eſt poſſibilis ſalus. Nam non eſt aliud nomen ſub cęlo datum, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Ieſu. Actu. 4. ergo a fortiori non fuit aliud per quod ſaluaremur quàm mors ſua. Si igitur aliqui eſſent pro quibus Chriſtus non mortuus fuiſſet, illi nõ poſſent ſaluari: etiam ſi ad ſalutem conarentur peruenire. Hoc autem abſurdum eſt: quia, vt Apoſtolus dicit, Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. Etiam quia aliqui eſſent, quos impoſſibile eſſet ſaluari quantuncunque bona facerent: etiam ſi in Chriſtum crederent, & operarentur ſecundum legẽ ſuam: quod eſt abſurdum: ideo videtur dicendum, quod deberet dicere, quòd animam ſuam poſuit redẽptionem pro omnibus.

Dicendũ, quòd ſanguis Chriſti effuſus fuit ſufficiẽs ſatisfactio Deo pro peccatis omnium hominum: & tamen non ideo communicatur omnibus hominib⁹, quia tunc æqualiter ſaluarentur boni, & mali, cùm ad omnium redemptionem ſufficiat ſanguis Chriſti: ſed ſaluantur illi ſoli, quibus communicatur vtilitas ſanguinis Chriſti: iſta autem communicatio fit ſecundũ conditionem ab eo datam, ſcilicet quòd qui ſaluari volunt credant, & legem obſeruent: qui autem non crediderint condemnabuntur Mar. 16. ca. & quia non omnes credunt euangelio, ad Ro. 10. cap. non poſſunt omnes ſaluari: & ita ſanguis Chriſti non prodeſt omnibus: ſi ergo accipiatur ſanguis Chriſti ſufficienter eſt pro redemptione omnium: quia ſi omnes vellent credere, omnes poſſent ſaluari & ſaluarentur: ſed efficienter non eſt fuſus ſanguis Chriſti pro omnibus: qa non omnibus prodeſt, cùm damnatis non proſit, & ita Chriſtus loquitur communiter, vt infra 26. & Mar. 14. ſcilicet. Hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Sic dicit

F Beda, ſcilicet: Non autem dixit animam ſuam dare redemptionem pro omnibus ſed pro multis, ideſt pro his, qui credere voluerunt: & ita Chriſtus dixit Io. 17. cap. pro his rogo, & non pro mundo: & non tantum ꝓ his, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me: ſed manifeſtum eſt, quod oratio Chriſti toti mundo prodeſſe poterat: ſed nolebat ipſe quòd ꝓdeſſet niſi eis, qui in eum credere vellent. Cùm autẽ obiicitur, quòd ſi non eſſet fuſus ſanguis Chriſti pro omnibus quòd eſſent aliqui qui non poſſent ſaluari. Dicendum quòd ſi determinatè Chriſtus voluiſſet, ꝙ ſanguis ſuus prodeſſet quibuſdam, & non aliis, non poſſent illi ſaluari pro quibus non eſſet fuſus: & tamẽ ſanguis Chriſti pro omnibus fuſus eſt, in quantum ꝓ G omnium redemptione ſufficit: & tamen, quia ita eſt, quia non omnes participabũt fructu illius ſanguinis, quia nollent: dicitur, quòd non eſt fuſus pro omnib⁹ ideſt ad omnium vtilitatem actu proficiens: & hoc eſt quod communiter dicitur, quòd ſanguis Chriſti datus eſt pro omnibus ſufficienter, ſed non efficienter. Aliter poteſt dici, quòd Chriſtus determinatè fudit ſanguinem ſuum pro quibuſdam, & non pro omnibus: non quidem quaſi eſſent aliqui, pro quibus nollet ſanguinem ſuum fundere, ſed quia ipſe ſciebat aliquos, qui ad eum non pertinebant, neque pertinere volebant, qui damnandi erant: & pro his non fudit ſanguinem: & quia tamen iſti libertatem habẽtes conuerti poterant quandiu viuebant, ſi conuerti

H vellent, prodeſſet eis ſanguis Chriſti.

Et egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus viam, audierunt, quia Ieſus tranſiret, & clamauerunt, dicentes: Domine, miſerere noſtri, fili Dauid. Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miſerere noſtri, fili Dauid. Et ſte-

I tit Ieſus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis: Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum. Et confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum.

Et egredientibus. Hic ponitur quartum, quod debet eſſe in prælatis, ſcilicet pietatis dulcor ad continuè benefaciendum ſubditis ſicut Chriſt⁹ hic tam in domo quàm in via & vbicumque alibi benefacere non ceſſabat docendo, & curando infirmos. *Et egredientibus illis à Iericho*. Scilicet Chriſto & diſcipulis ſuis, de quibus ſupra dictum fuerat, egredientib⁹ de vrbe Iericho

K per quam tranſiuerant ad hoc, quòd aſcenderent in Ieruſalem. *Secuta eſt eum.* Ideſt Chriſtum. *Turba multa.* ſicut ſæpe ſolebat ſequi: quia de ciuitatibus ad eum plurimi congregabantur: vt patet ſupra 13. & Luc. 8. & Io. 6. *Et ecce duo cæci.* De iſtis dicitur, quia illi petiuerunt ſanari & ſanati ſunt. *Sedentes ſecus uiam.* Ideſt iuxta viam: ſecus aliquando ſignificat aliter, aliquando iuxta, vt hic, & Pſ. 1. Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, ideſt iuxta aquas. *Audierunt.* Silicet a turba tranſeunte: eſt ſenſus, quod cum iret multa turba cum Chriſto, multi pręcedebant eum, & multi ſequebantur: & cæci audientes ſonitum multorum trãſeuntium, quęſierunt

quis erat ille qui transibat: & dictum est eis, quòd Iesus transiret, & ita audierunt. *Quia Iesus transiret*. Scilicet per viam de Iericho in Ierusalem. *Et clamauerunt*. Vt audiret eos. *Dicentes, miserere nostri*. Idest fac misericordiam nobiscum. Ista misericordia est, quòd illuminaret oculos, eorum: quia miseros se reputabāt qui inter homines existentes lumen cęli nō videbāt, sicut dixit Tobias. Quale mihi erit gaudium, qui in tenebris sedeo: & lumen cęli non video? Tobi. 5. cap. *Fili Dauid*. Idest ò Messias: hunc enim Messiam esse credebāt. *Turba autem increpabat eos vt tacerent*. Scilicet iubendo, vt tacerent, ne Christum vanis vocibus irritarent. *At illi magis clamabant*. Scilicet quanto plus magis iubebant eis tacere, magis ipsi ad Christum clamabant: *Dicentes, Domine miserere nostri*. Idem in sententia repetunt: in quo apparet eorum confidentia, quia semper idem petebant. *Et stetit Iesus*. Scilicet auditis clamoribus eorū, cessauit progredi, vt exaudiret eos. *Et vocauit eos*. Ista vocatio fuit, quæ sequitur in litera, scilicet. *Quid vultis vt faciam uobis*? Apparet ex verbis eorum quòd aliquid à Christo peterēt cùm dixerint: Domine miserere nostri: quid tamē vellent nondum expresserant: & ideo conuenienter Christus quæsiuit ab eis quid vellent. *Dicunt illi*. Idest Christo. *Domine ut aperiantur oculi nostri*. Nullum maius bonum esse poterat cęco, quàm quòd videret: magnitudo enim boni reputatur ex indigentia, sicut eger nihil melius salute existimat: pauper verò diuitias reputat summum bonum: ignorans verò qui alios admiranda loqui videt, maximum bonnm sapientiam putat. Sic dicit Aristo 1. Ethi. ca. 4. scilicet. Aegrotans quidem sanitatem medicans autem diuitias: conscij sibi ipsis ignorantię eos qui magnum aliquid, & super ipsos dicunt admirantur: sed cæco nihil magis erat necessarium q̄ videre: ideo hoc petiuerunt. *Misertus autem eorum Iesus*. Magnam miseriam patiebantur: Christus autem qui summè misericors est, eos ex summa misericordia sanauit. *Tetigit oculos eorum*. Ad sanandum eos. sed non dicitur quid tangendo oculos eorum: fecerit. *Et confestim viderunt*. Scilicet mox vt tetigit oculos eorum: in quo apparet quòd miraculo eos sanauit. Nā sanatio naturalis non fit sine successione. *Et secuti sunt eum*. Scilicet euntem in Ierusalem.

An ista sint continuata ad præcedentia: & an statim facta post illa. Quæst. CII.

QVAERETVR, an ista sint continuata ad præcedentia. Et an statim post illa facta sint.

Ad primum, dicendum, quòd istud est continuatum ad præcedentia: quia vbi non apparet ratio discontinuitatis, semp est dicendū, ꝙ sit ordo continuus: & tñ hic nō apparet rō aliqua anticipationis, vel recapitulationis. Secundò patet, quia oēs tres euangelistæ qui hoc referūt, tenent hūc ordinem: sicut enim hic post curatam indignationem discipulorum subdidit Matthæus illuminationem cęcorum: ita & post illud Marcus idem posuit, Mar. 10. Lucas verò posuit istud post quàm Christus dixit discipulis, ecce ascendimus Ierosolimam, eo ꝙ ipse in nullo loco expressit de petitione Iacobi & Ioānis, & de indignatione decem Apostolorum: ideo continuato ordine postquā dixerat de ascensu in Ierusalem, dicere debebat de illuminatione cæcorum, sicut & fecit.

Ad secundum dicendum, quòd statim fuit istud factum post præcedentia, scilicet quòd nulla accidentia intermedia gesta acciderunt, quæ alibi in sacra scriptura referantur & satis apparet ex circunstantiis rerū narratarum. Nam ante hoc Christus dixerat quod ascendebat Ierosolimam, vt consumarentur omnia, q̄ dicta erant de eo, & ita non moraretur ascendendo. Nam dixit, ecce ascendimus, idest nunc: & tamen eunti in Ierusalem de Galilæa per Iordanem occurrit Iericho in itinere, qui non longe est à Ierusalem: sed ante hoc erat Christus apud Iordanem, scilicet quando fecit ea quæ habentur supra 19. cap. vt patet ibi in principio: & nunc dicitur, quòd egrediebatur à Ierico: ergo parū interciderat inter hæc & pręcedentia.

Quomodo secutæ sunt hic turbæ multę Christum, & quare. Quæstio CIII.

QVAERETVR, quomodo secutæ sunt hic turbę multæ Christum, & quare. Dici potest vno modo, quòd iste turbę secutę sunt nunc Christum, quia ante hoc erant cum eo. Nam quando de Galilęa venit iuxta Iordanem, sequebatur eum turba multa: vt dicitur supra pręcedenti cap. scilicet: migrauit à Galilęa, & venit in fines Iudę trans Iordanem: & secutę sunt eum turbę multæ. Nunc autem in Iericho existens non longe à Iordane erat, & sic fortassis turba illa, quæ eum de Galilea fuerat secuta, nunc quoque egredientem de Ierico secuta est. Sed ante hoc non fiebat mentio de illa turba, quia Christus non mouebatur de loco ad locum, vt turba deberet eum sequi, sed in eodem loco, vel circa eundem facta sunt omnia, quæ habentur ex principio præcedentis cap. vsque huc. nunc verò cùm egrederetur Iesus de Iericho, vt iret in Ierusalem, dictum est de turba, quòd sequeretur Christum euntem. Alio modo dici pōt, ꝙ ista turba erat de ciuitate Iericho: nam ingressus est Christus in ciuitatem Iericho, & ibi fortassis prædicauit, vel signa aliqua fecit: & ideo turba effecta ei deuota secuta est ipsum egredientem, vt iret Ierusalem, & ita dicitur, quòd egredientibus illis de Iericho secuta est eum turba multa. Tertiò potest dici, quòd ista turba de nouo venerat. Ista erat enim conditio, quòd semper veniebant turbæ ad Iesum, & manebant cum eo per aliquot dies, & statim recedebant, scilicet post tres vel quatuor dies auditis verbis eiꝰ, & curatis ęgris suis, sicut dicitur supra 15. cap. Misereor turbæ quia triduo me sustinent, vel perseuerant mecum: & recedentibus illis, vel antequam recederent, alij superueniebant: & ita semper erant turbæ cum Christo: Sic nunc factum est, quòd antequam egrederetur de Iericho, superuenerunt multi ad eum, & ita turba multa secuta est eum egredientem de Ièricho. Cum aūt quæritur quare turbæ sequebantur eum, dicendum quòd ex multis causis. Aliqui enim ꝓpter doctrinam admirabilem. Habebat enim verba vitæ æternæ. Vnde cum recedentibus discipulis Christus diceret ad Apostolos, an ipsi quoque vellent abire, dixit Petrus nomine omnium domine ad quem ibimus: verba enim vitæ æternæ habes, Ioā. 6. cap. Alij sequebantur eum propter vtilitatem, quam ex eo capiebant: sanabat enim languidos eorum mox, vt ante pedes eius illos proiicerent à quibuscunque tenerentur languoribus. supra 4. ca. & 15. Alij sequebantur eum propter curiositatem, scilicet vt viderent opera miranda, quæ faciebat, & præcipuè in curatione languorum, in quo nimis abundabat. Sic dicitur Io 6. Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Alij eum sequebātur propter cibos: quia turbis esurientibus solebat cibos miraculosè dare: bis enim illos dederat, s. sup. 14. 15. ca. Et veniebant iterum ad eum: vt rursus eos, vel quotidie sic saturaret. Sic dicitur Io 6. Quæritis me nō quia vidistis signa, sed quia manducastis de panibus meis, & saturati estis. Alij eum sequebantur, vt audirent ab eo aliqua, de quibus eum possent accusare,

& isti insidiabantur ori eius: isti sunt Pharisęi, qui obseruabant eum, vt accusarent illum. supra 12. & Luc. 6. & ideo per diuersas fraudes nitebantur capere Christū in sermone, vt patet infra 22. Et ex aliis multis causis eum sequebātur, & vt communiter semper in turba erant boni, & mali. Boni ex deuotione eum sequebantur: mali verò, vt eum accusarent, & ita ante hoc fuerant cum eo Pharisęi tentantes illum, & disputentes cum eo super libello repudij supra praecedenti cap.

Quare Euangelista nunc mentionem facit, quòd multa turba ibat nunc cum Christo, Quęst. CIIII.

QVAERETVR, quare euangelista nunc mentionem fecit, quòd multa turba ibat cum Christo. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit quia ita erat verum. Sed dicendum est, ꝙ multa gesta fuerunt quae non enarrantur: etiam de factis Christi Io. 20. & 21. cap. scilicet: Multa alia fecit Iesus, quę in hoc libro scripta nō sunt. Et ita istud licèt esset factum, poterat taceri, si nulla alia dicendi illud causa esset: nisi, quòd fuisset factum. Sed dicendum, quòd omnia quae ab euangelistis scribuntur vltra hoc, quòd gesta sunt, habent quòd ad aliquid prosint: siue circa Christū ad aliqua, quae de eo ostendenda sunt aliquid ad nos instruendū in aliquo.

Dicendum autem ad primum, quòd ponitur de turba multa, quae Christum sequebatur, ad ostendendum, quanta erat deuotio populorum circa Christum, cùm de loco ad locum euntem sequerētur extra domos, & terras suas patientes difficultatem. Et istud signum erat excellentis doctrinę eius, & admirādorum operum. Nam si ista non essent, nollet turba post Christum cum labore discurrere. Sic dicit Chry. Sicut testimonium studiosi agricolae est messis fęcunda: ita assidui doctoris documentum est Ecclesia plena: neminem labor itineris impediuit: quia amor spiritualis fatigationem non sentit. Neminem possessionum suarum recordatio retraxit: quia ingrediebantur possessionem regni cęlestis. Verè enim super terrā non habet quid amet, qui bonum cęleste in veritate gustauerit. Secundò fuit ad perhibendum testimonium de isto magno miraculo, quod nunc Christus egit, scilicet quod duos cęcos illuminauit, & totus populus laudem dedit Deo, vt dicitur Luc. 18. cap. Tertiò, & principaliter fuit, quia substātia narrationis istiꝰ miraculi de sanatione duorum cęcorum exigit, quòd de turba sequeretur. Nam turba fuit causa, vt cęci scirent Christum trāseuntem: nisi enim audissent strepitum transeuntium multorum, non quęsiuissent quis transiret, & consequenter non scirent Christum transire, & ita neque ab eo sanari peterent neque, obtinerent. Quartò quia à turba didicerunt cęci Christum transire: & fuit sibi clamoris causa. Quintò quia turba compellebat cęcos tacere increpans eos, & quanto magis increpabat eos, tanto magis illi clamabant, ꝙ proderat ad ostēdēdum magnitudinē fidei ipsorum, & facilius obtinerent petita. Hoc tñ non fieret nisi turba transiret cum Christo, q̄ cęcos increparet: ideo vt intelligeretur narratio, debuit pręmitti de turba, ꝙ multa egrediebatur ucm Christo de Iericho: & oportuit, ꝙ diceretur, quòd turba secuta fuit eū egredientē de Iericho: quia de turba agitur principaliter propter illuminationem cęcorum: sed cęci fuerunt illuminati circa Iericho: ideo oportuit, quòd sciretur, quòd turba erat cum Christo apud Iericho.

F *Quomodo ponitur hic de illuminatione duorum cęcorum: cum Marcus, & Lucas idem referentes vnum cęcum tantum expreßerint. Quęst. CV.*

QVAERETVR, cùm ponatur hic de illuminatione duorum cœcorum, quomodo potest stare. Nam Marcus & Lucas idem referentes, vnum tantum caecum expresserunt. Aliqui dicunt, quòd sit idem factum, Christus enim non semel tantùm curauit cęcos illuminando sed pluries, & ita poterit esse alia illumiuatio duorum cęcorum, quam Matthęus expressit, quam Marcus, & Lucas tacuerunt: & alia sit illuminatio vnius cęci, quam Marcus & Luc. expresserunt, & Matthęus illam tacuit. Multa enim huiusmodi sunt, quę vnus tacet, & alius exprimit. Aliter
G potest dici, ꝙ fuerit eadem illuminatio: quia identitas circunstantiarum hoc ostendit. Nam omnes Euangelistae circa Iericho hoc factum asserunt: siue qui vnum, siue qui duos illuminatos asserunt. Etiam quia vtrobique ponit turba cogens tacere cęcos aut cęcum, &, illi magis clamantes, quanto magis clamare vetentur. Et ita non est facile fingere, quòd non fuerit eadem illuminatio: sed videtur, quòd fuerit eadem: & tamen vnus Euangelista solùm expresserit de vno tantùm, & alius de duobus. Sic enim penitus factum est circa arreptitios sanatos. Nam supra 8. cap. Matthęus, dixit duos arreptitios sanatos: sed Mar. 5. & Luc. 8. dicitur quòd vnus arreptitius fuerit sanatus: &
H tamen ostensum est supra 8. cap. quòd necesse sit esse eandem curationem ab omnibus enarratam propter indentitatem omnium circunstātiarum ab omnibus tribus inductarum: ita hic esse poterit. Causa autem quare, cùm duo essent caeci sicut Matthęus hic expressit, Marcus, & Lucas vnum posuerint, fuit vt vult Nicolaus, q̄a vnus eorū erat famosior altero, vel quia importunius clamabat, & de illo solo Marcus, & Lucas fuerunt locuti. Sed est dicendum, ꝙ vnus eorū erat famosus valde: cuius signum est, quia & nomen eius & patris eius Marcus expressit Mar. 10 dicens, quòd erat Timaei filius Bartimaenus cęcus, & cùm tam clarus iste esset, fortassis ex aliqua calamitate, vt nomen eius, & patris eius apud Iudaeos longe lateque diffusos sciretur, de illo dictum est: vt ex cognitione caeci
I illuminati ipsum miraculum clarius redderetur, & vbique diuulgaretur. Sic dicit Aug. lib. de Concor. Euang. & lib. de quęst. Euangelic. scilicet: Hoc autem factum & Marcus commemorat: sed de vno caeco factum, quae ita soluitur quaestio. Nam duorum cęcorū, quos Matthaeus interposuit vnum fuisse in illa ciuitate famosissimum, ex hoc satis apparet, quòd & nomen eius, & nomen patris eius Marcus commemorauit: Bartimaeus enim Thimęi filius ex aliqua magna felicitate deiectus notissimè fuit qui non solùm caecus, sed & mendicus sedebat. Hinc est ergo, quòd ipsum solum voluit commemorari Marcus, cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparauerit, quam erat illus nota calamitas, & tamen an omnino
K eadem sit illuminatio, quam Matthęus, Marcus, & Lucas factam nominant, dicetur statim quaestionae sequenti.

Quomodo potest stare, quod hic dicitur, scilicet egredientibus illis a Iericho quia videtur esse contrarietas in Euangelistis. Quest. CVI.

QVAERETVR, quomodo potest stare quod dicitur hic, scilicet egredientibus illis ab Iericho secuta est eum turba multa, & ecce duo caeci: in quo innuitur, ꝙ isti duo caeci sanati fuerunt post exitum de-

de Iericho,& tamen Luc.18.cap.innuitur, quòd curatio facta fuerit antequam veniret in Iericho, scilicet: Factum est cum appropinquaret Iericho,cæcus quidã sedebat. Aliqui dicunt vno modo,scilicet quòd verè facta fuit ista illuminatio post exitum Christi de Iericho,sicut Matthæus, & Marcus scripserunt, & tamen Lucas dixit, ꝙ factum est cùm appropinquaret Iesus Iericho.i. cùm prope esset: non quidem illuc eundo, sed de ea exeundo: & tunc appropinquare signabit nõ quidem ad locũ,ad quem vadimus fieri propinquos: sed absolutè propinquum esse siue eundo,siue recedẽdo,siue manendo. Quam expositionem Augu. tangit lib. de quæstio. Euangel.& ita Beda tenere videtur, ꝙ idem sit quod Matthæus hic dixit,& quod Lucas retulit,licèt vnus duos,alius verò vnum cæcum illuminatum dicant,cùm ait: Matthæus duos iuxta viam sedẽtes,& ad dominum clamãtes cæcos dicit illuminatos, Lucas aũt cũ appropinquaret Iericho pari ordine ab eo illuminatum cæcum perhibet: vbi nemo sapiens autumet euangelistas sibimet contraria scribere: sed alium plenius scribere, quæ alter omisit. Intelligendum est autem vnum eorum fuisse potissimum: quod ex hoc apparet: ꝙ nomen eius, & nomen patris eius Marcus commemorat. Et ita Beda innuit, ꝙ idem sit cæcus, quem Marcus, & Lucas illuminatum dicunt, & sit illa eadem illuminatio cum ista,quam Matteus ponit de duobus cęcis. Sed dicendum est, ꝙ non stat. Primò quia non est conueniens: sed multum extorta expositio, quòd appropinquare dicatur prope esse siue eundo,siue veniendo,siue stando: quia appropinquare motum nominat,& dicit terminum,in quem: quod notatur, quia dicitur appropinquare.i.ad aliud fieri propinquum. Secundò quia manifestè apparet hic,& Mar. 10.cap. ꝙ factum fuerit hoc post exitum de Iericho, scilicet egredientibus illis ab Iericho ecce duo cæci erant secus viam, & Mar. magis aperuit, dicens.& veniunt Iericho,& proficiscente eo de Iericho & discipulis eius,& plurima multitudine,filius Timæi Bartimęus cæcus sedebat iuxta viam, & tñ Lucas ostẽdit manifestè, ꝙ ante aduentum in Iericho fuerit facta illuminatio: nam etiam si velimus distorquere sẽsum, accipiendo quòd appropinquare sit propinquũ esse, & nõ ire ad locum vicinum,non permittere, litera sequens: quæ manifestè ostendit, quòd nõdum intrauerat Christus Iericho. Et patet: nam Luc. 18.dicitur: Factum est autem cùm appropinquaret Iericho cæcus quidã sedebat secus viam,& postea finita enarratione miraculi,dicitur Luc.19.continuata litera. Et ingressus perambulabat Iericho,idest postquam sanauit cæcum illum intrauit Iericho,& perambulabat regionem illam.

Dicendum ergo, ꝙ non est eadem illuminatio, q̃ ponit ab omnibus tribus Euangelistis: sed veritas, est, ꝙ apud Iericho fecit Christus duas illuminationes. In prima illuminauit vnum cæcum: in secunda duos. Prima fuit antequam ingrederetur Christus Iericho circa vrbem in via. Secunda fuit egrediente Christo de vrbe iuxta vrbem secus viam erant duo cęci: & illos illuminauit. De prima illuminatione loquitur solus Lucas. De secunda loquuntur Matthæus,& Marcus. Et patet ratio differentiæ istorum: quia tam Matthæ⁹ q̃ Marcus cõsonant in illo loco illuminationis: Dicũt n. egrediente dño de Iericho factam esse. Lucas verò dicit factum eẽ appropinquante dño Ierico, & ideo, qđ Marcus,& Matth. referunt vnum & idem esse potest: ꝙ verò Lucas retulit non potest esse idem cũ eo qđ Matth. vel qđ Marcus retulit. Et satis apparet,quia si esset idẽ,maximè esset idẽ cũ eo, qđ posuit Mar. cũ tã Marc. q̃ Lucas de vno, tantum cæco dixerint, & tñ non est idem cæcus,quia Marcus expressit nomen illi⁹

A quasi esset vir clar⁹,& licèt duo essent, sicut Matthæus expressit, quia tamen alter eorum tantùm erat vir clarus,illum dixit, & nomen illius expressit. Si ergo Lucas ob hoc vnum tantùm diceret,quia clarus erat,subticens alterum: expressisset nomen illius, & patris ei⁹, sicut fecit Marcus: & tamen non fecit,sed absolutè dixit fuisse vnum cęcum: ideo videtur dicendum, quòd ille, de quo Lucas dixit,vnus tantum fuit: & ante introitum in Iericho illuminatus: quia tamen non erat vir clarus non expressit nomen eius. illuminatio aũt, quæ à Matthæo,& Marco ponitur eadem est: quia ambo dicunt factam esse egrediente Domino de Ierico. Sed dicetur quomodo stare potest, quoniam Matthęus duos dixit cæcos,Marcus vero vnum. Dicen- B dum,quòd in veritate duo fuerunt: & tamen Marcus vnum tantùm expressit, & nomen illius protulit,quia ille erat vir cognitus,& ex eo reddebatur miraculum notum. De his dicit Aug.li.de Concor. Euang.& li. de Quæstio. Euange. scilicet: Possemus de appropinquantib⁹ ad Iericho sic intelligere: vt iam inde egressi prope tamen adhuc essent ad eam ciuitatem,quod q. dem minime vsitatè dicitur. Sed tamen videri posset hoc dictum: quoniam Matthęus egredientibus eis ab Iericho illuminatos dicit duos cæcos ,qui iuxta viam sedebãt: de numero quippe nulla esset quæstio,si alter Euangelistarum tacuisset de vno vnius reminiscens. Nam & Marcus vnum commemorat: cùm egrediẽtibus eis ab Iericho dicit illuminatum: cuius & nomẽ C dicit,& patris,vt intelligamus eum fuisse notissimum alterum verò ignotum: vt meritò ille notus etiam solus commemoraretur: sed quoniam quæ sequuntur in Euangelio secũdum Lucam apertissimè ostendũt, quòd ipse narrat adhuc venientibus eis Iericho factũ esse nihil aliud restat intelligere nisi bis esse factum hoc miraculum,semel in vno cæco cùm adhuc veniret illã in ciuitatem: iterum in duobus,cùm inde egrederetur: vt de illis vnum Lucas, alterum Matthæus enarraret.

Quare nunc Christus fecit miraculum istud in cęcorum illuminatione. Quæst. CVII.

D QVAERETVR, quare nunc Christus fecit miraculum istud in cæcorum illuminatione. Aliqui dicunt,quòd conuenienter hoc factum est circa Iericho: & conuenienter hoc tempore. Quantum ad tempus,dicunt,ꝙ fuit quia Christus ante hoc dixerat discipulis de prælatione, quòd non esset appetenda, & quia discipuli adhuc erant carnales, verba autẽ spiritualia,quibus vetabatur principatus terrenus,non poterãt illa capere,iõ venit ad miraculũ,vt ex hoc pateret rectè dictum esse, quod præcesserat. Sic dicit Gregorius,s. Quia carnales adhuc discipuli non volebant capere verba mysterij,venitur ad miraculum, & ante eorum oculos cęcus lumen recepit,vt eos ad fidem cęlestia facta solidarẽt. Sed dicẽdum,ꝙ nõ est quęrenda E causa quare Christus potius vno tpe q̃ altero miracula faceret: cùm.n. esset omnipotens,& omni tpe ęqualis esset in eo potentia,non requirebat nisi opportunitas ex parte rerum,& quia nunc se illa offerebat: nunc miraculum fecit: erat aũt opportunitas necessitas ex parte petẽtis,& dispositio.s.fides,nõ enim videbatur esse, maior necessitas possibilis in aliquo quã cęcum esse cum priuetur per hoc maximo bono humano.s. notificatione diuersitatis rerum: visus enim maximas, & plurimas nobis rerũ differentias ostendit.1. Metaphy. cap.1.fides aũt erat in istis: quia clamauerãt ad Christũ petentes sanari: ideo debuerunt nunc sanari. Nam quocũque alio tempore existente Christus sanaret illos, si ex tali fide peterent illuminari.

Quare

Quare potius iuxta Ierricho, & in via illuminauit cæcos quàm alibi. Quæst. CVIII.

QVAERETVR, quantum ad aliud, scilicet de loco, idest quare potius in loco isto quàm alibi illuminauit eos. Dicendum, quòd sanauit eos iuxta Iericho, & in via. Quantum ad primum, quòd esset iuxta Iericho putant aliqui esse etiam quia Iericho significat lunam, quæ est deficiens: eo quòd ꝑ defecta carnis Christus præparauit sibi gloriā. nam per hoc, ꝙ passus est meruit glorificationem nominis sui. Sic dicit Hieronimus. Passionis domini appropinquāti ciuitati, ciuitatis nomen respondit: dicitur enim: Veniunt Iericho. Iericho enim luna siue anathema interpretatur: defecta enim carnis Christi præparatio est Ierusalem cęlestis. Circa secundum, scilicet quare in via. Dicunt quidam, quòd ideo in via curauit eos, vt ostenderet, quòd nullo tempore cessandum esset à bono: in ciuitate enim Iericho multa bona fecerat, scilicet prædicando, & conuertendo Zacheum, vt innuitur Luc. 19. cap. vt autem in via non esset ociosus, curauit cæcos in via: & per hoc exemplum Apostolis dedit, vt in nullo loco, & nullo tpe à bono cessarent, cū ēt Christus in via ab operatione miraculorū non cessauerit. Sic dicit Theophylactus, scilicet. Et ne incessus Domini esset inutilis, in via fecit cæci miraculum hoc, in documentum discipulis suis dans, vt in omnibus simꝰ proficui, & nihil sit nobis ociosum. Sed dicendum, quòd neque etiam circa locum est querēdum quare potius in vno loco quàm in alio miracula faciat Christus: operatio enim miraculorum diuina est, quæ nec loca determinat, neque temporibus subiicitur: sed solum respicit opprtunitates faciendi: cùm potestas faciendi in omni loco, & in omni tempore æqualis sit: obtulit autem se nūc opportunitas, quia circa Iericho & in via occurrit inueniri istos cęcos, qui ex fide petiuerunt illuminari: ideo conueniens fuit, quòd Christus faceret istud miraculum nunc. Est enim regula generalis, quòd nemo petit aliquando à Deo cum fide, qui non obtineat: quia non solùm fides obtinet hoc, quod petens consequatur se exaudiri, vt fiat in eo miraculum: sed etiam obtinet, quòd ipse faciat miracula. Nam qui habet fidem sicut granum sinapis: si dixerit monti, iacta te in mari, obediet ei: vt dicetur supra 17. & sequen. cap. isti autem cæci petiuerunt cum magna fide: quia ad eum, quem nunquam viderant clamabant, & à turbis increpiti non cessabant: sed magis inualescebant ergo debuerunt exaudiri. Causa autem prima, quòd nunc Christus faceret plura miracula, quàm alio tempore ex opportunitate astantium sumitur: multa enim turba nunc conuenerat ad Christum, cū dicatur supra in litera. Egredientibus illis de Iericho, & ista turba poterat eē testis miraculi ad totā Iudæa, et Galilęā & insuper ipsi laudarent Deum viso tanto miraculo, vt verè factum est, vt dicitur Luc. 18. capitu. ideo nunc debuit facere plura miracula, quàm alio tempore, quando non occurrebant turbę. Secunda causa est ex parte appropinquationis ad finē vitæ, & ad locum passionis: Christus enim nunc ascendebat Ierosolymam, vbi consumanda erant scripta, scilicet de morte eius, & ita erat propinqua mors, & vicinus locus mortis, & ob hoc debuit nunc plura miracula facere quàm ante hoc, vt darent consumationem operibus suis, & testimonia clariora, & recentioria essent contra eos, qui eum iniustè morti traderent. Vnde non solum in Iericho, sed & quanto magis appropinquaret Ierusalem, tanto maiora miracula facturus erat, quod sic accidit. Nam in Bethania, quæ distat quindecim stadiis solùm à Ierusalem Io. 11. suscitauit nunc Lazarum. eod. ca. & ideo fuit con-

F ueniens, quòd solùm data opportunitate faceret hic Christus miracula, quod etiam alibi faceret: sed etiā non existēte opportunitate faceret quòd esset opportunitas, vt esset sibi locus faciendi miracula.

Quomodo isti cæci erant iuxta viam, quando sanati sunt. Quæst. CIX.

QVAERETVR, quomodo isti cęci erant iuxta viam, quando sanati sunt. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia isti eiiciebantur de ciuitate, & ideo manebant iuxta vias circa ciuitatem, sicut & leprosi manebant, & ita ibi inuenit eos Christus, & curauit: sicut circa vrbem Capharnaum inuenit leprosum, quem
G curauit supra 8. cap. & circa quoddam aliud castellū ad introitum eius inuenit decem viros leprosos, quos sanauit Luc. 17. cap. Ita ergo, & cęcos nunc circa vrbē sanauit. Sed dicendum, quòd non stat: quia cæci non eiiciebantur de vrbibus: afflictio enim afflictis non est addenda, & tamen cœci afflicti sunt, qui nullum gaudium suscipere possunt: cum lumen cœli non videant, sicut dixit Tobias. Et generaliter alij ægri, & quocunque languore grauati non sunt affligendi: eiicere tamen eos de vrbibus est quędam afflictio nimia: ideo non eiiciuntur. Quod autem alii qui eiiciantur, hoc est quia nociui sunt ꝑꝑ esse morbū contagiosum, sicut lepra: eos enim dominus de castris eiici iusserat: Leui. 13. & 14. & Numeri. 5. cęcitas
H autem non est morbus contagiosus: ideo non expellebantur cæci de castris: leprosum ergo Christus curauit extra portam vrbis Capharnaum, quia nòn licebat ei in vrbem intrare: cæcis tamen licebat in vrbe manere: ideo non ex hac causa curati sunt in via. Et patet hoc, quia Christus illuminauit cęcum vnum in Ierusalem quando exiuit de templo. Io. 9. c. etiam Mar. 8. c. dicitur, ꝙ Christus venit Bethsaida & obtulerunt ei cæcum, & eduxit eum extra vicū, & illuminauit eū, & ita apparet, quòd intra vrbem Bethsaida erat cęcus, quando Christo oblatus est. Etiam duos alios cæcos Christus sanauit in vrbe intra domum, qui erant in via transeunte Christo: & deinde venerunt ad domū, in qua ille manebat, & sanauit eos. supra 9. cap.

I Dicendum ergo, quòd isti cæci in via erant, & omnes quidem in via, & ibi manebant non quidem quasi de vrbibus expulsi, sed quia ibi ab omnibus transeūtibus petebant eleemosynam, & quia commeatus, & discursus maior erat in viis, & potissime circa portas vrbium, vbi erat introitus & exitus: ibi cæci sedebant ad petendum eleemosynam. Et hoc patet quia Mar. 10. capit. vbi ponitur de ista illuminatione cęcorum facta circa Iericho, dicitur quòd Bartimæus sedebat cęcus iuxta viam mendicans: etiam ille cęcus, de quo dicitur Luc. 18. capitu. qui non est aliquis de istis duobus, quos ponit Matthęus, iuxta viam sedebat mēdican. seod. cap. ita etiam alij duo cæci, quos sanauit supra nono. capit. in via erant transeunte Iesu, & secu
K ti sunt eum vsque in domum, & ibi sanauit eos. In via autem erant ad mendicandum. Etiam de cæco alio à natiuitate quem sanauit dicitur, quòd erat mendicās Ioan. 9 cap.

Quomodo isti cæci audiuerit Christum venire, & quare dicitur, quòd audiuerutn. Quęst. CX.

QVAERETVR de istis duobus cæcis, quomodo audierūt Christum venire: & quare dicitur, quod audierunt. Dicendum, quòd dicuntur audiuisse, quòd ille veniebat, quia videre non poterant cū quandiu cęci erant, ideo non erat eis alius sensus ad eū cognoscendum nisi auditus, et ita audierunt. Cum

autem

autem quęritur, quomodo adierunt. Dicēdum, quòd A
modus est, quia isti cæci sedebant iuxta viam, vt elee-
mosynam peterent à transeuntibus. Et quia non vi-
debant, oportebat, quòd essent iuxta viam, ita vt audi-
rent sonitum omnium trāseuntium, & petere possent
ab eis: nunc verò cum Christus transiret, quia ibat cū
illo turba multa, vt dicit supra in litera, scilicet egre-
dientibus illis ab Iericho secuta est eum turba multa,
aliqui de illis præcedebant, & aliqui sequebantur, vt
ipse iret in medio sicut, fuit qn̄ ipse intrauit in Ierusalē
sequen.ca. scilicet: turbę autem quæ præcedebant, &
quæ sequebantur clamabant. Quando ergo audierūt
cæci strepitum transeuntium viderunt, ꝙ nō erat vn⁹
sed plurimi: & ideo putauerunt, quòd aliquis magnus
vir esset, qui transiret: quem tota gens illa comitaret: B
& ideo quęsiuerunt quis transiret, & tunc præceden-
tes dixerunt ei, quòd Iesus transiret, & tunc ipsi cæpe-
runt clamare. Sic dicit Chrys. Opportune oblati sunt
ei duo cæci, vt apertis oculis quasi testes virtutis eius
ascenderent cum eo in Ierusalem: hi currentium stre
pitum audiebant, & personas nō videbant. De hoc ēt
dicitur Luc. 18. cap. cęcus quidam sedebat mendicans
iuxta viam, & cùm audiret turbam prætereuntem in-
terrogabat quid hoc esset: dixerunt autem ei, quòd Ie
sus Nazarenus transiret.

Quare cæci isti clamauerunt. Quæst. CXI.

QVAERETVR, quare cæci isti clamauerunt. C
Dicendum, quòd isti cupiebant illuminari à
Christo, quod petere oportebat: ideo clamabant il-
lud petendo. Secundò, quia clamor non solùm dici-
tur petere rem simpliciter, sed cum vocibus excelsis.
Hoc autem isti faciebant, quia Christus absens erat.
Nam progrediebatur per viam, & illi cùm essent cæci,
nesciebant an esset iuxta eos, vel longe, & ideo oppor
tunum fuit clamare. Tertiò etiam propter turbam:
multa enim turba cum Christo veniebat, cuius sonitū
motus cæci audiebant, & quia fortè strepitu pedum
non veniret vox simplex ad Christum, clamauerunt.
Quartò fuit, quia non poterant ipsi appropinquare
Christo, nesciebant enim vbi esset: potissimè quia
progrediebatur, & ideo quem pedibus prosequi non D
poterant vocibus sequebantur. Sic dicit Chrys. Hi cur
rentium strepitum audiebant, & personas non vide-
bant nihil solutum habentes de toto corpore præter
vocem, & ideo quia pedibus eum sequi non poterant
voce sequebantur. Quintò fuit ad exprimendum ma
gnitudinem desiderij, & fidei ipsorum: tanta enim sa-
lutis, & visus capescendi cupido erat, & confidentia, ꝙ
leuiter loqui non poterant, sed clamabant.

Quare isti cęci dixerunt Christo, miserere nostri &c. Quęst. CXII.

QVAERETVR, quare isti cæci dixerunt Chri-
sto miserere nostri: cum visum petere intende- E
rent, & cur non dirrectè petiuerunt dicentes, Domi-
ne illumina nos.
Dicendum, quòd ille, qui aliquid dicere vult, non
debet incipere ab ipsa re, velut manibus illotis, sed prę-
mittere aliquid, per quod auditorem attentum red-
dat aut beneuolum, quia isti petere volebant visum,
debuerunt aliquid pręmittere, & conuenienter præ-
miserunt istud. Secundò & principaliter fuit ad red-
dendum Christum beneuolum, & facilem ad conce
dendum quod petebatur: valde autem petens flectit,
cum aut rem iustam, idest debitam, aut piam esse ostē
dit: hoc autem non erat debitum: quia Christus nihil
debebat istis cęcis: ideo eum flectere voluerunt ostē-
dendo esse rem piam: est autem pium valde, quod cir
ca personas miserabiles impēditur: idem isti se mise-
ros ostenderunt dicentes, miserere nostri, & iste mo-
dus petendi erat aliorum, qui sanari cupiebant. Sic alij
duo cæci de quibus dicitur supra 9. ca. dixerunt, domi-
ne miserere nostri: mulier quoque petens liberari fi-
liam a dęmone dixit, miserere mei domine fili Da-
uid, & ita dixit, qui petebat filium lunaticum liberari,
si quid potes adiuua nos, misertus nostri.

Quare vocauerunt eum filium Dauid isti duo cęci: & quid per hoc intendebant. Quæstio CXIII.

QVAERETVR, quare vocauerunt eum filiū
Dauid isti duo cæci, & quid per hoc intende-
bant. Dicendum, quod per hoc volebant eum voca
re Messiam. Erat enim Messias futurus de semine
Dauid: ei enim promissus fuerat. Ps. 131. De fructu vē
tris tui ponam super sedem tuam. Et Ier. 23. dicitur:
Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit & sapiēs
erit: quod de Messia intelligitur, & multa alia testimo
nia scripturæ sacræ, & ob hoc certum, & vulgatū erat
apud omnes Iudęos, quòd Messias de semine Dauid,
& de ciuitate Bethlehem nasciturus erat, vt Iudæi di-
xerunt Io. 7. c. De istis autem cæcis, quomòdo scirent
Iesum esse Messiam, vel quomodo audebant hoc di-
cere. Dicunt aliqui, quòd quia per prophetas audierāt
Messiam futurum de semine Dauid, & nunc erat tē-
pus aduentus eius, ut omnes Iudæi ex computatione
septuaginta hebdomadarum Danielis credebant, &
ex aliis multis indiciis credebant, & ideo de quolibet,
in quo aliqua signa apparerent faciliter credebant,
quòd erat Messias: sicut crediderant multi de Iuda
Galilæo, & alij de Theoda. Actu. 5. cap. in Christo au-
tem erant signa talia: ideo facile erat de ipso talia cre-
di. Secundo, & specialiter propter magnitudinem re-
rum talia in Christo apparebāt, qualia in nullo homi-
ne alio apparuerant, neque apparere poterant: tam
quantum ad doctrinam, quam quantum ad opera: iō
Messiam eum credere poterant. De doctrina patet,
quia non solùm discipuli sui, qui eum diligebant ad-
mirabantur: sed & hostes sui, & vulgus. De primo pa
tet, quia Io. 6. quando Christus dixit ad duodecim, nū-
quid et uos vultis abire. Dixit Petrus nomine omniū,
Domine ad quem ibimus? verba enim vitæ æternæ
habes, idest nemo alius est, qui loquatur sicut tu: ideo
nemo est ad quem ire possemus dimittentes te. De
secundo patet, quia quando principes sacerdotum,
& Pharisęi miserunt ministros, ut caperent Iesum: mi
nistri audientes verba eius, quæ prædicabat, noluerūt
mittere manum in eum: & dixerunt illis principes, et
pharisæi, quare non adduxistis eum? & illi dixerunt:
Nunquam sic locutus est homo, sicut homo hic: Io.
7. cap & supra 7. cap. dicitur, quod admirabantur tur-
bæ super doctrina eius. De operibus apparet, quia ne-
mo talia, & tanta, & taliter fecerat: et hoc ipse dixit
Ioan. 15. Si non uenissem, & opera non fecissem, quę
nemo alius fecit, peccatum non haberent, & ipsi Iu-
dæi confitebantur hoc dicentes: Christus quando ve-
niet nunquid plura faciet, quam quæ hic facit? Ioan. 7.
cap. et ideo ibi concludebant multi ex operibus eius,
quòd ipse erat Christus: cæci vero audierant de ope-
ribus Iesu, quia per totam terram Iudeæ, & Galilææ,
& finitimas regiones exierat fama de eo. Sic dicitur
supra 4. cap. quòd opinio eius, idest fama abiit in Assy-
riam, et hoc erat in principio operum suorum; vt
patet ex ordine narrationis: ergo a fortiori nunc cir-
ca finem vitæ ascendente eo Ierosolymam esset vbi-
que dilatata fama eius. Et ita cęci scirent de operibus
eius. Tertiò fortè fuit, quia audiuerunt cęci aliquos dę
turba

turba laudantes Christum vocantes eum filium Dauid, aut aliqua similia: ipsi eum sic vocarent. Sic dicit Chrys. filium Dauid vocat cæcus dominum prætereuntis turbę laudem audiens aut prophetarum expectatione completa certificatus. Quartò potest dici, quòd isti cæci fuerunt à Christo per fidem illuminati: ita quòd, antequam quidquam peterent, Christus dederat in cordibus eorum fidem, secundùm quam peterent, & ideo vocare potuerunt eum filium Dauid. Sic dicit etiam Chrys. de illo cæco, de quo dicitur Mar. 10. qui est vnus istorum duorum, vt dictum est supra scilicet. Clamauit Iesum fili Dauid, & ait: quis te hoc docuit, ò homo? Non perlegisti libros priuat' luminibus: vnde ergo nosti luminare mūdi? Verè dominus illuminat cęcos.

Quare turba increpat istos cæcos, vt tacerent.

Quæst. CXIIII.

QVAERETVR quare turba increpat istos cæcos, vt tacerent. Dicendum secundùm quosdam, quòd hoc faciebant aliqui de turbis contemnentes cæcos: erant enim illi personæ abiectę, & inopes, & non dignabantur, quòd illę loquerentur ad Christum. Sic dicit Chrys. Videbant sordidas vestes, & non considerabant conscientię claritatem: ecce fatua sapientia hominum: existimant enim iniuriam pati magnos, si à pauperibus honorentur. Quis enim pauper ausus est diuitem publicè salutare? Secundò fiebat hoc à quibusdam quasi ad honorem Christi, & quietem: nolebant enim, quòd homines illi suis importunis clamoribus Christum turbarent, & ad eum accederent in vestibus sordidis, quasi ex hoc aliquid honori Christi detraheretur. Tertiò faciebāt, quia quidā eorum erant infideles circa Christum, & æmuli, & displicebat eis confessio ista, quam de Christo faciebāt vocando eum filium Dauid, & ideo increpabant eos, vt ista tacerent ne ista laus tanta Christi audiretur. Sic dicit Hilarius: Silētium non causa honoris exigūt, sed quòd acerbè à cæcis audiunt, quod ipsi negabant, scilicet Dominum esse filium Dei, vel Dauid. Et istud posset esse verisimile, quia inter multitudinem illam essent pharisei aliqui, & scribę, sicut esse solebant, & conueniebāt ad Christum, vt raperent verbum ex ore eius. supra 12. & Luc. 6. & paulo ante hoc cum eo fuerant, & tentantes disputauerant iuxta Iordanem, præcedenti cap. isti inuidebant laudibus Christi, & impedirent laudantes suadendo, quòd tacerent: sic enim quando introiuit Christus in templo, & pueri clamarent ei, osanna filio Dauid: dixerunt sacerdotes, & scribæ indignati contra Christum: audis quid isti dicunt? idest nunquid non audis? idest cùm audias, quare non compescis talem laudem? Et ipse ait, quòd rectè eū laudabant, & quòd si ipsi laudare cessārent lapides clamarent, sequen. cap. & Mar. 11. & Luc. 20. & iterum
K quando turba dixit Christum filium Dauid, indignati fuerunt Pharisęi dicentes, quòd in Beelzebub dęmonia eiiceret. supra 12. cap. Quia tamen non dicebant hoc aliqui specialiter increpantes cæcos, dicitur quòd turbæ increpabant cęcos: turbę autem bonum animum habebant ad Christum: ideo non est verisimile quòd hac intentione dicerent. Quartò fuit vt aliqui putant, quia indignati sunt multi, qui in Christum credebant audiētes istam paruam laudem Christi: volebant enim, quòd non vocarent eum filium Dauid quasi hominem, sed filium Dei. Sic dicit Origenes, scilicet. Qui crediderant increpabant eos, vt non appellarēt eum contēptibili nomine, dicētes fili Dauid:
F sed dicerent fili Dei miserere nostri. Quintò fuit, vt aliqui volunt, quia Christus per viam docebat turbas, & impediebantur turbæ audire clamantibus cæcis vel quia fortè credebant, quòd si Christus audiret eos, clamantes, vt exaudiret eorum petitionem, interrumperet verbum doctrinæ vt illis condescenderet, & molestum eis erat, quòd in hoc impedirētur: ideo increpabant cæcos, vt tacerent.

Quare quanto magis turbæ increpabant cæcos, ipsi tanto magis clamabant.

Quęst. CXV.

G QVAERETVR, quare quanto magis turbæ increpabant cæcos, ipsi tanto magis turbæ clamabant.

Dicendum, quòd primo fuit ex magnitudine desiderij ipsorum: tanto enim tenebantur desiderio sperate illuminationis, quòd vt illā obtinerent, nihil timebant, & nullum reuerebantur, sed importunè clamabant.

Secundò fiebat hoc ad ostendendum fidem cæcorum: si enim paruam fidem haberent, & increparentur à turbis cito desisterent: sed quia fidem certam & spem firmam habebant de Christo, quod hoc ab illo obtinerent, nulla ratione compesci poterant: sed
H quanto magis impediebantur ab eo quod appetebāt, tanto magis importunè clamabant: hoc enim fidem magnam ostendit.

Sic dominus laudauit fidem mulieris Chananęę, supra decimoquinto cap. Cùm enim peteret abiiciebatur, & illa tanto magis clamans perseuerabat. Vnde & Christus dixit ei: mulier magna est fides tua. Ita & nunc cæci laudabiles fuerunt. Sic dicit Chrys. Innitebantur autem magis vetiti quàm compescebantur: fides autem quando vetatur magis accenditur: ideo in periculis secura est, & in securitate periclitatur. De hoc etiam dicit Cyrillus: Nouit fides omnia triūphare, & omnia vincere: vtile est enim pro cultu diuino pudorem deponere. Nam si causa pecuniæ sunt im-
I pudentes nonnulli, pro animę salutę non decet bonam induere impudentiam?

Tertiò fuit quia Christus volebat quòd turbę increparent cæcos, vt magis eorum fides appareret. Et hoc vt dum magis ipsi suam fidem ostenderent, magis fierent dispositi ad obtinendum quod petebant. Etiā vt miraculum fieret manifestius. Nam si accideret cęcos apud Christum esse, & mox, vt peterent illuminationem, Christus eā faceret nullo turbante: fortè multi de turba non viderent veritatem rei, & non aspicerent modum faciendi Christi, facilitatem operationis, & ita miraculum apud aliquos esset ignotum: apud alios verò minus laudabile. Nunc verò cum cæcis clamantibus obstarent turbę, & quantò magis impediebantur tanto magis clamarent, oportuit, quod ad omnes turbas perueniret clamor cęcorum, & viderent quomodo illi cæci erant, & petebant illuminari. Et ita quando eos iluminare vellet, omnes attenti essent, & viderent facilitatem operationis, & modū. Sic dicit Chrys. clamabāt quidē primò quia cęci erāt. Secundò magis clamant: qa vetantur ad lumen accedere: Christus autem permittebat eos vetari, vt eorum plus desiderium appareret hinc autem discedamus, qm̄ si abiecti fuerimus cum studio accedētes ad Deū per nos ipsos assequimur, quod petimus. Tertiò fuit, vt Christus audiret voces eorum: nam qn̄ à principio clamauerūt nō increpātibus eos turbis, poterant audiri à Christo facilius minus clamantes; cū verò turbę incre-

increpabant eos, si strepitus, vel clamor turbarum impediret cęcos audiri à Christo: ideo oportebat eos, vel penitus desistere, vel multo altius, & intensius clamare, & hoc faciebant.

Quare Christus fecit ad se vocari cæcos.
Quæst. CXVI.

QVAERETVR, quare Christus vocari fecit cęcos ad se. Dicendum, ꝙ Christus audiens petitionem cęcorũ voluit eos exaudire, quia tñ ipsi nondum determinatè petiuerant qđ intendebant, debuit ipse loqui eis: & quia longe ab illo erant, oportuit, vt ipse iret ad illos, vel faceret eos ad se adduci, quod erat ɔueniẽtius: iõ hoc fecit. Vnde sicut dixit hic Matth. ꝙ vocauit eos, dixit Marc⁹, ꝙ fecit ad se adduci. Secundò fuit etiã causa curationis, qa licèt posset sanare absens, existens tamen voluit sanare tangendo oculos eorum sicut & fecit: & ad hoc fuit conueniens, ꝙ vocari faceret eos. Tertiò fuit ad cõferendũ audaciã cęcis. Nã fortassis ipsi irent ad Christum facientes per ductores suos se ad illum portari, & tñ non auderẽt, quia turbæ prohibuerant. Vt ergo venire audeant, vocari eos iubet. Quartò fuit ad compescendum turbas, quia si cęci videntes Christum transire vellent eum sequi, sicut duo alij cęci, qui eum per viam trãseuntem audierãt, & illuminari petiuerant, & quia non fuerant ibi exauditi, iuerant in domum, vbi sanati sunt. supra 9. cap. fortassis turbæ, quę iam increpuerant eos ne clamarent, impedirent ne ad Christum peruenirent: ideo vt nemo eos impedire auderet iussit eos vocari: Sic dicit Hierony. Vocari autem iubet, ne turbæ prohibeant.

Quare Christus, cùm vocauit cęcos, stetit.
Quęst. CXVII.

QVAERETVR, quare Christus, cùm vocauit cæcos, stetit. Dicendum primò, ꝙ hoc fuit ad ostendendum eius bonitatem, & benignitatem: non .n. dedignatus est expectare homines pauperes, mendicos, abiectos, & inutiles ad se venientes, & alloqui eos. Secundò fuit ad tollẽdum difficultatem itineris. Nam illi nescirent progredi si Christus recederet: nũc verò Christo præsente, & turbis, illi qui vocarent eos ex parte Christi, deducerent eos ad ipsum: & ita tolleretur difficultas hæc. Tertiò, quia via circa Iericho erat lapidosa, & prærupta, & non conueniens cęcis: & impingerent fortassis sępe, vel ruerent antequam ad eum venirent si ipse non expectaret eos: ideo stetit. Sic dicit Hieronymus: Ideo stetit Iesus, quia cęci, quò pergerent ignorabant: multę foueæ erant in Iericho, multæ rupes, & prærupta in profundum vergentia. Quartò erat, vt cęci non fatigarentur multo labore. Nam si Christus tunc nõ staret expectãs cęcos, oporteret, ꝙ sequerẽtur eum vsque ad locum, in quo hospitaretur, & ad hoc multùm fatigarentur: iõ compassus eis stetit. Neque est simile de aliis duobus cęcis, quos inuenit in via, & noluit eos in via sanare: sed ipsi secuti sunt eum, & intrauerunt in domum, in quã ille introiuit: & ibi eos sanauit: illi enim erant iuxta ciuitatem, vel locum, in quem Iesus introiturus erat ad hospitandum: cũ isti cęci soleant sedere ad mendicandum iuxta vias circa loca secundùm consuetudinem terræ sanctę: & ideo modicum laborandum erat eis ad hoc, quòd irent in Christi hospitium: nunc verò quando isti cęci clamauerunt ad Christum, egrediebatur ipse de Iericho: cũ dicatur in litera: egredientibus eis de Ierico: & isti cęci erant ad portas vrbis: & si Christus non staret nunc expectando eos, oportebat, quòd illi sequerentur Christum per totam dietam,

A scilicet vsque ad locum illum, in quo ipsa nocte maneret: quod difficile erat cęcis per terram lapidosam, pręruptam, & foueis plenam Christũ diu sequi. Quintò fuit ad manifestationem miraculi: nam si nunc nõ expectaret cęcos: sed illi sequerentur eum, & peruenirent ad locum, in quo ille hospitaretur, & curaret eos ibi, sicut curauit duos cecos, de quibus supra 9. c. pauci viderent: & ita turbę nescirent rem gestam, neq; laudarent Deum: & tamen ipse nunc circa mortem suã manifestabat opera sua magis quàm à principio: vnde à principio, quando illos duos cęcos sanauit, de qbus supra 9. c. dicitur, ꝙ comminatus est eis dicens: videte ne quis sciat: illi tamen euntes diffamauerunt eum per totam regionem: ideo conueniens fuit eos in B domo curari, & non in via: & tamen nũc volebat omnia sua manifesta esse: quia etiam aliqua de se tacebat, vt se esse filium Dei, & Messiam, & nolebat illud reuelari aliquibus per Apostolos, quod ipse morti propinquus publicè confessus est, vt patet Mar. 14. vbi dixit: ego sum, s. filius Dei sicut quęsitum fuerat ab eo: & iõ cũ vellet manifestari curationem istorum duorũ cæcorum, debuit expectare eos, vt coram toto populo sanaret. Sextò, quia dato, quòd ipso non expectante venirẽt ad eũ cęci, & in via cõsequerent̃ eũ, & ibi sanaret eos: nõ esset attẽta turba: sed qdã p̃cederẽt, & alij seq̃rent̃: & ita nõ manifestaret̃ miraculũ. Cũ aũt Christus postq̃ fecit eos vocari stetit expectans eos, erat totus populus attentus quid faceret, & quomodo: ideo erat C sic conueniens modus faciendi ad hoc, ꝙ manifestaretur miraculũ, ideo sic fecit. Septimò fuit, quia postquã vocati erant cęci, si Christus non expectaret eos, sed progrederetur, illi putantes, quòd non possent ꝑuenire ad eum vsque ad locũ hospitij, in quo erat magna difficultas, fortassis ire non curarent: & ita non fieret miraculum. Octauò fuit ad dandum eis maiorem fidem: cùm enim cęci audirent, ꝙ Christus vocasset eos ad se, & etiam quòd eos expectaret, conciperent magnam fidem, & spem: & ita confidentius irent, & essent magis dispositi ad recipiendum, quod petebant: & ita colligitur Mar. 10. vbi hoc ponitur: licèt de vno cęco tantùm ponatur, scilicet. Et stans præcepit eum vocari, & vocant eum, dicentes ei: Animęquior esto, D surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo exiliens, venit ad eum.

Quare Christus interrogauit cęcos quid vellent, cùm ipse sciret, quid vellent. *Quęst.* CXVIII.

QVAERETVR, quare Christus interrogauit cęcos quid vellent: ipse .n. sciebat quid vellent. Dicendum, quòd Christus quæsiuit ab eis dicens, quid vultis, vt faciam vobis? apparebat enim ex verbis eorum, ꝙ petebant aliquid à Christo sibi fieri cũ dixerant: Domine miserere nostri: & tamen non dixerãt determinatè quid vellent: ideo conuenienter quęsitum est, quid vultis, vt faciam vobis? Est tamen dicen E dum, ꝙ nõ interrogat Christus quasi nesciat quid vellent, quia antequam clamare inciperent, sciebat quid petituri essent: sed conueniens fuit, quòd quæreret hoc, primò, vt excitaret eos ad iterum petendum, cũ in particulari desideriũ suum exponerent: & p orõnẽ disponit se homo, vt obtineat qđ optat. Sic dicit Beda. Nunquid qui lumen reddere poterat, quid vellet cæc⁹ ignorabat? Ad hoc ergo requirit, vt petat: ad hoc req̃rit, vt cor ad orationem excitet. Secundò fuit, vt ex petitione determinata cęci appareat qd velit: sciebat enim Christus quid vellet. Sed turbæ hoc nesciebant, & aliquis putare posset, ꝙ cęci non petiuerant, sed aliquid aliud, s. pecuniam, vel aliud bonũ: sicut claudus, qui erat ad portam speciosam templi petebat à Petro,

& Ioanne non quidem ſanitatem, ſed pecuniam. & il-
li dederunt ei ſanitatem, Act. 3. cap. quia tñ alicui vide-
retur ad imprudentiam pertinere petenti vnum aliud
dari: voluit Chriſtus, ꝙ turbę audirent quid cęci pete-
bant: & ita quęſiuit, quid vultis. Tertiò, quia conſue-
tudo Chriſti erat, quòd qñ aliquid ab eo peteretur in
generali, ſemper peteret à petentibus quid vellent in
ſpeciali, vt ex eorum dictis haberet occaſionem reſpō
dendi eis, aut conuincendi eos. Sicut fecit ſupra de
muliere dicens, quid vis, quando petiuit pro duobus
filiis ſuis. Ita & ꝯueniens erat hic petere, vt audito ver-
bo cęcorum, videretur rō Chriſti ad eos conuenien-
tior. Sic dicit Chryſo. ſ. quærit ne aliquis æſtimaret, ꝙ
aliud volenti accipere aliud daret: etenim conſuetudo
erat eius voluntatem curandorū vniuerſis facere ma-
nifeſtari: & tunc medelam inducere, & vt alios in ze-
lum induceret: & vt oſtenderet eū, qui curandus erat
dono gratiæ digne potiri. Sic etiam dicit Cyrillus: Diſ
penſatiuè interrogat non quaſi ignorans: ſed vt ſcirēt
aſtantes, ꝙ non petebat pecuniam, ſed diuinam effica
ciam. Quartò fuit, vt ex petitione cęcorum reſponden
do Chriſto fieret manifeſtius miraculū: cū enim Chri
ſtus dixit: quid vultis, vt faciam vobis: petiuerunt illi,
ꝙ illuminarentur: & ita ſe cęcos confitebantur. ſi aūt
hoc non confiterentur, fortè aliqui dicerent, ꝙ iſti nō
fuerant, qui petebant mendicantes in via, ſed alij ſimi-
les eis: ſicut Iudęi facere nitebantur quantum ad cęcū
à natiuitate, quem ſanauit in Ieruſalem. Nam poſtq̄
ſanatus erat, volebāt Iudęi negare eum fuiſſe cęcum,
Io. 9. cùm autem præſente populo ipſi confiterentur
ſe cęcos, res fieret manifeſtior. Sic dicit Hierony. In-
terrogat quid velint, vt ex reſponſione cęcorum ma-
nifeſta debilitas appareat: & virtus ex remedio cogno
ſcatur. Sic etiam dicit Chryſo. ꝙ calūniatores veritatis
Iudęi poſſent dicere, vt ī cęco nato, nō eſt hic, ſed ſimi
lis eius: voluit, vt cęcus prius oſtenderet defectum na
turę, & tunc cognoſceret gratię maieſtatem. Quin-
tò (vt aliqui volunt) fuit ad incitandum cęcos ad re-
ctam cōfeſſionem de Chriſto. Ante hoc enim ſolùm
confeſſi fuerant Chriſtum filium Dauid: iō vltra ho-
minem nihil videbantur de eo confiteri: voluit aūt, ꝙ
magis confiterentur, tacitè eos trahens ad confitendū
eum eſſe Deum, & ita fecerunt, quia nunc non voca-
uerunt reſpōdentes eum filium Dauid, ſed ſolū Deū,
quo videtur ſignare Deum. Sic dicit Chryſo. Interro-
gat propter fidem, vt dum cęci Chriſtum Dei filium
confiterentur: cōfundantur Iudæi videntes, qui eum
tantum hoīem putabant, Deum idē Chriſtum voca-
uerunt, & verum dixerant. Sed dicentes filium Dauid
diſſipabant qđ bene cōfeſſi ſunt. Nam abuſiuè, & ho-
mines Dei dicuntur. Verè aūt nemo niſi Deus. Cùm
autē dicunt: Domine fili Dauid, abuſiuè Chriſtū ſm
quòd hoīem honorant. Si autem ſolummodo Deū
dicerent, deitatem confiterentur: iō interrogat quid
vultis. Tunc illi iam nō dixerunt Domine fili Dauid,
ſed tantum, Domine. filius. n. Dauid cęcos illuminare
non poteſt, filius Dei poteſt. Quandiu ergo dixerunt,
Domine fili Dauid ſuſpenſa eſt ſanitas: mox autem,
vt dixerunt, Domine, infuſa eſt ſanitas.

Quare Chriſtus nunc non petiuit à cęcis de fide, ſicut petiuit ab alijs duobus cæcis, quos curauit. Quæſt. CXIX.

QVAERETVR, quare Chriſtus nunc non pe-
tiuit à cęcis de fide, ſicut petiuit ab aliis duobus
cæcis, quos curauit ſupra 9. cap. nam cū petiuerunt illu
minari dixit eis: creditis, quòd hoc poſſum: & illi, di-
xerunt, vtique domine: tunc Chriſtus tangens oculos
eorum dixit: ſecundùm fidem veſtrā fiat vobis. Nūc
autem de fide non petiuit.

F Dicendum vno modo, ꝙ illud miraculum de illis
duobus cęcis fecit Chriſtus circa principium manife-
ſtationis ſuę: & ideo cū hoīes de poteſtate eius dubita-
rent, cōueniens fuit illam ſic oſtendere, & fidē de illa
petere. Nunc verò manifeſta erat nimis poteſtas eius
circa finē vitæ: ideo non erat ita neceſſe petere de fide.
Secundò poteſt dici, ꝙ nō fuit nunc neceſſe circa iſtos
cęcos petere fidē, ſicut circa illos duos, de quibus ſup.
9. cap. quia fortè de illis Chriſtus vidit, ꝙ aliquid dubie
tatis habebant: & iō quouſq; plane crederent, noluit
eos ſanare, & ita dixit eis: ſm fidem veſtrā fiat vobis. Et
ita etiam circa illum, q petebat pro filio ſuo lunatico
ſanitatem, qa dixit: ſiquid potes adiuua nos miſertus
noſtri. Dixit Chriſtus: ſi potes credere, oīa poſſibilia
G ſunt credenti. Et tunc dicente p̄re, credo Dñe: ait Chri
ſtus, ꝙ ſanaretur. Mar. 9. c. iſti duo cęci fortè manifeſtā
fidem oſtenderant: ideo non oportuit peti ab eis fidē,
ſed potius eorum fidem ipſe laudauit: licèt Matthæus
hic taceat. Nam idem eſt, quod hic dicit Mat. & quod
dr̄ Mar. 10. c. licèt Matt. duos cęcos, Marc. verò vnum
exprimat, vt oſtenſum eſt, ſup. & tamen Marcus dixit,
ꝙ Chriſtus dixerit illi cęco: Fides tua te ſaluum fecit.

Quare Chriſtus ad ſanandum nunc cæcos tetigit oculos eorum. Quęſtio CXX.

QVAERETVR, quare Chriſtus ad ſanandum
nunc cęcos tetigit oculos eorū. Nam poterat
H ſanare non tangendo, ſicut ſeruum cēturionis ſanauit
abſentem, ſup. 8. & Luc. 9. c. Dicendum, ꝙ primò fuit
fortè propter paruitatem fidei Iudæorum: credebant
Iudæi, ꝙ Chriſtus ſanare poſſet languentes: ſed tangē
do quidem illos, quaſi per tactum deriuaretur virtꝰ, &
ita languens curaret, & ob hoc oēs quærebant tange-
re Chriſtū, vt tangentes ſanarent per deriuationē virtu
tis. Sic dr̄ Luc. 6. Oīs turba quærebat tangere eū, quia
virtus exibat de illo, & ſanabat oēs: & iō quaſi creden-
tes nō poſſe aliter ſe ſanare niſi tangerent, petebant ab
eo, ꝙ permitteret ſe ab eis tangi, vt patet ſup. 14. c. vbi
in regione Geneſaręth petebāt hoīes à Chriſto, ꝙ ſal-
tem fimbriā veſtimenti eius tangere permitterentur:
& quotquot tetigerunt ſalui facti ſunt. Chriſtus aūt ꝯ-
I deſcendens infirmitati eorum circa fidē, cū tñ aliquid
crederent, & bono aīo eſſent, ſanabat eos iuxta exigē-
tiam fidei: & qm̄ non ſanabat Chriſtus vnq̄ niſi credē-
tes. ſ. illos, qui credebant anteq̄ peterent, vel Chriſtus
dabat eis fidē, vt peterent, debuit ſm exigentiam fidei
ſanare eos, & qa fides ſua erat, ꝙ tangēdo poſſet eos ſa-
nare, ſic eos ſanauit. Centurio aūt credidit, quòd Chri
ſtus poterat ſanare non tangendo: iō ſic ſanauit ſeruū
eius, & ob hoc Chriſtus laudauit fidem illiꝰ ſuper fidē
oīum Iudęorum dicens: non inueni tantam fidem in
Iſrael, ſup. 8. cap. i. nemo Iudęorum petens ſanitatem
aliq̄ tantam fidem habuit, quia non credebant fieri
poſſe niſi per tactum. Secundò fuit propter manifeſta
tionem, & certitudinē miraculi. Nam ſi non tangen-
K te eo ſanarentur oculi cęcorū, aliqui putare poterant,
quòd non fuerant ſanati virtute Chriſti, ſed quòd ocu
li eorum erant ſani, & naturaliter ſufficientes ad vidē
dum, & tñ clauſi erant: ſicut dicuntur quædam aīalia
oculos habere ſub pelle, tunc contingit aperiri, vt aūt
videretur, quòd per eum fiebat eo tangente ſanati ſūt.
Tertiò fuit, quia dato quòd putarent miraculosè hoc
fieri, ſi Chriſtus non tangeret: fortè crederent, quòd
tunc placuit Deo aperire oculos cæcorum, & non ad
petitionem Chriſti neque eo aliquid agente: cū verò
ipſo tangente aperti fuerunt oculi, negari non potuit,
quin per ipſum factum fuerit: ideo conueniens modꝰ
faciendi erat tangere oculos quantum ad Iudæos.

Quando

Quando tetigit Christus oculos cęcorum quid aliud egit. Quest. CXXI. A

QVAERETVR, quando tetigit Christus ocu-
los cęcorum quid aliud egit. nam videtur, ꝙ ali-
quid egerit: quia qn̄ sanauit cœcum a natiuitate spuit
in terram, & lutum fecit de sputo, & liniuit oculos cę-
ci, & ita vidit: nunc aūt tetigit oculos cęci, ideo videtur
quòd aliquid aliud egerit.

Dicendū videtur, ꝙ nihil aliud egerit Christus nisi
tangere oculos. Primò, quia cùm ad conditionem mi
raculi pertineat fieri sic, vel sic, & non modicum diffe
rat sic, vel aliter fieri: si aliud factum esset, sicut expres-
sit euāgelista, ꝙ tetigerat oculos, ita & cętera exprime-
ret: & tñ non expressit. Ergo nihil aliud fuit nisi teti- B
gisse oculos. Secundò colligitur, quia Mar. & Matth.
ponunt de ista illuminatione, & Marc. expressit aliqua
quæ tacuit Matthæus, vt colligitur Marc. 10. & tamen
circa tactum oculorum nihil dicit, nisi ꝙ tetigit: ergo
videtur, ꝙ nihil aliud fuit. Tertiò hoc cōueniebat ꝑ ꝑ
populum astantem ad ostendendum magnitudinem
potentiæ suæ. Sicut enim conueniebat, ꝙ Christus sa-
naret oculos cęcorum tangendo propter cōditionem
fidæi Iudæorum, vt dictū est pręce. q. ita conueniebat,
ꝙ ad ōndendū potestatē suā nō apponeret nūc aliquid
aliud: vt appareret, ꝙ virtus egrediēs de eo sicut Iudęi
credebant sanaret hoīes. Si aūt aliqd apponeret, posset
credi, ꝙ aliqd lateret, & ꝑ hoc hęc fiebāt, vel saltē non
appareret tanta facilitas miraculū faciendi. Quartò, qa C
vt ex litera vr̄ colligi non fuit aliquid nisi tangere. Nā
dicitur, tetigit oculos eorum, & confestim viderunt:
ergo videtur, ꝙ post tactum oculorum nihil aliud fa-
ctum est: sed statim secuta fuit illuminatio. Quinto, qa
si aliqua alia fierent circa modū curationis exprimerē
tur hic, sicut Euangelistæ solent exprimere in aliis: si-
cut circa illum cęcum, qui curatus est, Ioā. 9. exprimi-
tur, ꝙ facto luto de sputo linitus est: & deinde iussus ē
ire, & lauare se in natatoria Syloe. Etiam alium cæcū
curauit Christus in Bethsaida, educens extra vicum: &
spuit in oculus eius, & imposuit manus tangens: & in-
terrogauit, an aliquid videret, & aspiciens ait: Video
hoīes sicut arbores ambulantes: deinde iterum posuit
manum super oculos eius, & cępit videre, & restitut⁹ D
est, ita vt videret clarè omnia. De hoc Mar. 8. capit. ita
ergo exprimeret hic euangelista quid factum esset, si
aliud factum esset: ideo nihil factū est nisi, quòd ocu-
los eorum tetigit. Cùm aūt obiicitur, ꝙ curauit illum
cęcum facto sputo. Concedendum est: & tamen non
est necesse, quòd sic iste fuerit curat⁹: quia multis mo
dis Christus curabat, vt dicitur seq. quæst. ꝙ ille mod⁹
non conueniebat in præsenti, quia quando Christus
sic curabat, non curabat coram turba, sed quasi solus:
nunc verò coram turba multa erat. Et patet, quia qn̄
curauit cęcum, qui erat à natiuitate, non erat præsens
populus, neque aliqui leguntur interfuisse: sed ipse in-
ueniens cęcum illum dixit ei an videre volebat, & illu
minauit eum mittens illum in natatoria Syloe. Etiam E
quando illuminauit cęcum illum, de quo Mar. 8. ne-
mo erat præsens. Nam obtulerunt ei illum in Bethsai
da: & ipse duxit eum extra vicum appræhensum ma-
nu: & ibi curauit eum bis spuendo in oculos, & tan-
gendo manibus oculos eius: & ideo, quod faceret
sic curationes non erat inconueniens, neque ex hoc
aliquis miraretur: nunc autem coram tota multitu-
dine erat, vt dicitur in litera: ideo sicut nunquam le-
gitur aliàs, quòd coram multitudine talia faceret:
ita & nunc, cùm esset coram tanta multitudine, non
faceret hoc.

A *Quare Christus fecit, quòd cęci quorum oculos tetigit statim viderent. Quæstio CXXII.*

QVAERETVR, quare Christus fecit, ꝙ cęci
quorum oculos tetigit statim viderēt. Dicendū,
ꝙ hoc fuit ad ostendēdum, ꝙ miraculosè hoc fiebat,
non operante in hoc natura. Nam natura sēper facit
ꝭm successionem: eo ꝙ potestas eius est limitata, &
habet repugnantiam in opere: iō non pōt in instanti
operari: Deus autē habet esse, & posse illimitatum,
& nihil pōt ei obstare in operando: iō non habet suc-
cessionem in operatione, sed statim fit quod vult: hoc
aūt miraculosum erat: ideo in instanti factum est. Sed
obiicietur, ꝙ aliqua opera Christi erant miracula, &
fiebant in successione, sicut illuminatio cęci Io. 9. cap.
B Dicendum, ꝙ oīs operatio miraculosa fit in instan-
ti, quia est operatio diuina, & non habet resistentiam
aliquam ex parte patientis: & ideo qn̄cunq; Christus
faceret miracula sēper operatio sua in miraculo erat ī
instāti: & tñ opatio exteri⁹ dispositiua ad miraculū nō
erat ī instāti, sed aliqn̄ in instanti, & aliqn̄ ꝭm successio
nem. Ad quod sciendum, ꝙ in operationibus Christi
ad miraculum erat quadruplex modus. Vnus modus
erat, ꝙ Christo loquente, vel tangente statim fieret,
quod ipse volebat. s. effectus miraculi siue curationis,
siue alterius rei. De verbo patet, vt qn̄ Christus impe-
rauit mari dicens. Tace & obmutesce, & statim facta
est tranquillitas, supra 8. & Mar. 5. & Luc. 8. Sic ēt Mar.
9. cap. dicitur de puero lunatico, cuius dęmoni Chri-
C stus dixit: surde, & mute spiritus exi ab eo, & statim
exiit. De tactu patet, vt quando tetigit leprosum apud
Capharnaum. nam statim curatus est, supra 8. cap. qn̄
socrum Petri febricitātem tenuit manu: nam statim
surrexit. eo. cap. & Mar. 1. & Luc. 4. c. & ita fuit nūc de
duob⁹ cęcis. Nā statim vt tetigit oculos eorū, viderūt:
& ita ēt factū ē de aliis duod⁹ cęcis quos in domo cu-
rauit, sup. 9. c. Secūdus modus erat, ꝙ Christus per suc
cessionē faceret opera. s. ꝙ circa eūdē hoīem, & ad vnū
hoīem curandū faceret multa opera, & in primis non
seq̄retur aliquis effectus sanitatis: & ꝯsumato vltimo
opere sequeretur sanitas in instanti. Sic patet Mar. 7. c.
de hoīe surdo, & muto, quem inter fines decapoleos
Christo obtulerunt. Nam primò eum sequestrauit
D à turba, deinde misit digitos in auriculas eius: postea
spuens tetigit linguam eius: deinde suspiciens in cęlū
ingemuit: & tunc dixit, epheta, quod est adaperire. &
apertum est vinculum linguę eius, & loquebat̄ rectè:
& etiam audiebat. & ad istum modum pōt pertinere
suscitatio Lazari. Nam prius orauit ad patrem petens
se exaudiri, & clarificari: & post aliqua verba ait: Laza-
re, exi foras, Io. 11. c. Tertius modus erat, ꝙ Christus
faceret aliqua opera ad sanandum aliquem, & factis
illis non sanaretur statim; sed postquā à Christo rece-
deret in absentia eius sanabatur. Sic patet de cęco nato
quem illuminauit in Ierusalem: nam spuens in terrā
lutum fecit, & liniuit oculos eius de illo luto: & dixit:
Vade lauare in natatoria Syloe: & cū se ibi lauisset, vi-
E sum recepit. Io. 9. cap. & ita non erat presens Christus,
quando sanatus est. Sic etiam est de decem leprosis,
Luc. decimo sexto cap. Nam petiuerunt à Christo, ꝙ
mundaret eos: ille autem dixit, ite & ostendite vos
sacerdotibus: & cum irent in itinere mundati sunt ab-
sēte Christo. & vn⁹ illorū rediit, vt Christo gratias age
ret. Et ille modus differt à præcedenti, quia licèt vter-
que habebat successionem temporis, & multitudi-
nem operationum: tamen in præcedenti modo fie-
bat sanitas ad vltimā operationem Christi, & præsen-
te eo: in isto autem modo fiebat per multas operatio-
nes, & non fiebat in fine operationis vltimæ neq; pręー
sente Christo.

Quartus modus erat, ꝙ fierēt multæ operationes à

Christo ad vnum effectum miraculi intentum: & tñ
ille effectus intentus non deduceretur totus simul in
fine operationis vltimę in pręsentia Christi, sicut in se
cundo modo: neq; post vltimam operationem in ab-
sentia Christi, sicut in præcedēti mō: sed deducebatur
per partes, sicut qñ sanauit cęcū in Bethsaida extra vi-
cum. Mar. 8. c. nā spuens in oculos eius imposuit manꝰ
oculis, & quęsiuit siquid videret: ille aūt ait video ho-
mines sicut arbores ambulātes. Deinde imposuit ma-
nus super oculos eius, & cępit videre, & restitutus est,
ita vt videret omnia clarè. Sed considerandum, ꝙ in
oībus quatuor modis Christus operabatur miraculo-
sam operationē in instanti agens: & non solū ipse ef-
fectus ꝓductus, q erat aliqua forma, vel multæ, aut ali-
quod cōpositum in instanti producebat, quia ēt natu-
ra pōt hoc quantū ad productionem oīum substantia
lium formarū, & ēt multarum accidentalium, q̄ non
partibiliter producunt: iō necesse est in instanti ꝓduci
ꝑꝑ esse suum ꝯsistere in indiuisibili: sed quantū ad di-
spositiones primas alterationis, & trāsmutationis hoc
natura non pōt. Nam licèt forma producatur in instā
ti: tñ dispositiones p̄cedentes ad illam fiunt per succes-
sionem: in operationibus autem miraculosis neq; ip-
sa forma sanitatis, neq; cęteræ, quę cū illa inducuntur,
neque dispositiones pręuię fiebant s'm successionem,
sed oīa simul. Cùm aūt obiicitur, ꝙ multæ operatio-
nes fiant in secundo, tertio, & quarto modis.

Dicendum, ꝙ per illas operationes non inducitur
aliquid, s. neque effectus intentus, neq; dispositio ali-
qua ad illum, sed ī vltima operatione, aut post vltimā
inducuntur simul tam dispositiones, q̄ effectus inten-
tus. Sed obiicietur, ꝙ saltem in quarto mō non fit sic:
sed pars effectus inducitur per vnam operationem: &
pars per aliam. Dicendum, ꝙ licèt illud fiat: tñ q̄libet
actio miraculi fit in instanti: nam sicut Christus mul-
ta miracula fecit, & non fecit oīa in eodem instanti,
neque in eodem anno, sed diuersis temporibus: &
tamen quodlibet eorum factum fuit in instanti: ita
fuit de illuminatione cęci, quem Christus illumina-
uit Mar. octauo. Nā in prima vice vidit, licèt imperfe-
ctè. s. hoīes sicut arbores ambulantes: & ille visus datꝰ
est sibi in instanti, & postea posuit iterū manus, & illu-
minauit eum ꝑfectè: ita vt oīa videret clarè. Et fuerūt
hic duo miracula, & duo effectus distincti ꝓducti. In
prima vice fuit productus: tñ vsq; ad certum gradum
solū. In secunda vice fuit deductus ille visus ad perfe-
ctionem, ita vt videret oīa clare. Manifestum est autē,
ꝙ isti erant duo effectus distincti: licèt vnus includat
aliū, sicut siquis naturaliter accepisset visum breuē, &
malè distinguentē res visibiles: & Deus postea subito
faceret eum vidētē ꝑfectè sicut quoslibet alios hoīes:
manifestum est, ꝙ isti actus, & effectus erāt distincti: s.
ille, ꝑ quē actione naturali factus est iste videns. alius,
per quē Deo faciente iste fuit ꝑfectè videns: Christus
aūt nō fecit illos actus, & duos effectus, quasi ex neces
sitate oporteret illos esse distinctos. Nā poterat vnico
actu totū effectum producere, qa tñ sic voluit, fuerūt
illi duo effectus distincti: & quilibet eorū in instanti ꝓ
ductꝰ est. Cōsiderādū āt, ꝙ licèt Christꝰ illos quatuor
modos faciendi miracula habuit, vnus eorū. i. primus
erat sibi de lege cōi: cęteros āt raro exercuit, qa ille ꝑ-
tinebat ad rōnem miraculi: cęteros verò ex rōnibus
specialibus interdum exercebat: & iō vbicunque Chri
stus miracula faciebat, primum modum inueniemus:
de cęteris autē rara sunt exēpla, & pauciora de quarto
q̄ de tertio, & pauciora de tertio quā de secundo. Rō
aūt istorum est, qa miraculum est operatio diuina, &
consequenter in instanti facta. iō sicut operatio latens
diuina est in instāti, & effectus in instanti, & impartibi-
liter deducitur: ita & operatio exterior conuenienter

F esse debebat simul cum ipsa productione effectus, &
vnica quidem operatio, vt non putaretur, ꝙ per exte-
riores operationes partibiliter deducebatur dispositio
ad effectum intentū præcedēs. Quantum verò ad fini
modum, ꝙ fierent multæ operationes interdum erat
ꝑꝑ diuersos effectus, quos per vnicam miraculi opera
tionem inducere volebat: sicut qñ sanauit eūdem ho-
minem, qui erat surdus & mutus. Nā ad ostendendū,
ꝙ eum à surditate sanare volebat, misit digitos in auri-
culas: ad ostendendum verò, ꝙ mutū volebat loquen-
tem reddere, spuit in linguam eius: ꝙ verò suspexit in
cęlum, & ingemuit, ad aliam cām pertinet. Interdum
aut fiebat ad eruditionem, vt qui præsentes erant, per
verba Christi & facta instruerentur: vt qñ faciendo
G miracula, pręmittebat orationem, faciebat non quasi
esset ei necessaria oratio: sed vt ostenderet hoībus, ꝙ
ipse à Deo erat, & ꝙ instrueremur nos à Deo singula
petere, & pro impetratis gratiarum impendere actio-
nes. Sic enim, quando suscitare voluit Lazarum, fecit
lapidem tolli de monumento, & eleuatis oculis in
cęlum dixit: pater gratias ago tibi, qm̄ audisti me.
Et addidit: ego autem sciebam, quia semper me au-
dis: sed propter populum, qui circunstat, dixi, vt sciāt,
quia tu me misisti, hęc cū dixisset, clamauit voce ma-
gna dicens: Lazare veni foras. Quantum ad tertiū mo
dum causa erat vna ad probandum eorum gratitudi-
nem. s. an pro susceptis beneficiis redirēt ad gratias red
dendū: & ita fuit de leprosis decem, quos misit ad sa-
H cerdotes, & dum irent per viam mundati sunt: & vnus
eorum rediit ad Christum, ipse verò quasi indignatus
ait: nonne decē mundati sunt? & nouem vbi sunt? nō
est inuētus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic
alienigena. Luc. 17. c. Alia causa erat quantum ad ostē
sionem fidei illorum, quibus Christus ista faciebat. Nā
cū Christus liniret luto oculos cęci nati, & non sanare
tur, sed mitteret eum, vt se lauaret in natatoria Syloe,
fortassis crederet, ꝙ non prodesset ei, cùm per tactum
manuum non fuisset curatus, & aqua illa nō habebat
virtutem illuminandi cęcos, & ideo ire nollet: quòd
autem ire vellet, ad fidem pertinebat, qua credebat
Christi verbo. s. ꝙ sanandus erat in natatoria Syloe. Si-
mile fuit quantū ad Naaman Syrum, qui venit ad He-
I lisæum, vt sanaret eum à lepra: & ille misit cū ad Ior-
danem, dicens: Vade lauare septies in Iordane, & sani
tatem recipies. Et ille nolebat, dicens, quòd melio-
ra erant flumina Damasci Abana, & Pharfar, & in illis
non sanabatur: ideo non credebat, quòd sanaretur in
Iordane: & ideo ire nolebat quousque ab aliis suasus
fuit. 4. Regum. 5. cap. De leprosis mundatis à Christo,
idest de decem eadem rō erat. Nam non sanauit eos,
quando petiuerunt sanari: sed dixit, ꝙ se ostenderent
sacerdotibus, & illi iuerunt: & dū irent mundati sunt:
& tñ si fidem non habuissent, cùm Christus loquens
eis non sanasset illos, & scirent, ꝙ sacerdotes non ha-
bebant virtutē sanandi, non irent ad eos: & tamen sta-
tim vt Christus illud dixit: parauerunt se ad obedien-
K dum, & ibant: & ideo conueniens modus erat iste ad
ostendendum fidem, si erat in illis. Quantum ad quar-
tum modum dicēdum, quòd Christus faciebat saltē,
vt ostenderet magnitudinem potestatis suę in diuer-
so modo operationis, quia quanto aliqua potentia ma
ior est, tanto pluribus modis potest in suum effectū. Si
enim Christus facere posset miracula, & potissimè in
curationibus languorum, non nisi vno mō: videretur
potestas sua coarctata, cùm esset limitata ad certū mo
dum. Nūc verò cū posset variis modis idem facere, vi-
deretur apertius magnitudo potentiæ suæ: & etiam si
ad nihil aliud prodesset, conueniens hoc erat. Aliæ au-
tem causæ multæ sunt, quare sic fierent istę operatio-
nes, de quibus sigillatim in locis suis magis dicetur

Et ita verum est, quòd quomodocunque miraculum Christus ageret, ipse effectus intentus in instanti fiebat, & dispositiones quęcunque cum illo inductæ: & ita hic statim visum receperunt cęci postquam Christus tetigit oculos eorum, quia ad primum modũ operationis miraculosæ istud pertinet.

Quare isti cæci mox vt illuminati fuerunt, secuti sunt Christum. Quæst. CXXIII.

QVAERETVR, quare isti cęci mox, vt illuminati fuerunt secuti sunt Christum ascendentes cum eo Ierosolymam.

Dicendum, ꝙ primo egerunt ipsi hoc ad ostendendum gratitudinem reddendo Christo vicissitudinem quandam pro beneficio, vt sicut ab eo acceperant sanitatem: ita & ei præstarent obsequiũ. Sic dicit Chryso. Hi autem sicut ante dationem sanitatis fuerant perseuerantes: ita & post sanitatem fuerunt non ingrati, & hoc conuenienter Christo obtulerũt pro munere, quia Deus vult, quòd soliciti ambulemus post ipsum. Michęę 6. cap. Sic dicit idem Chrysost. Bonum.n. munus obtulerunt: ergo sanati.s. secuti sunt eum. hoc.n. Deus à te requirit s̃m prophetam, solicitum te ambulare cum Deo tuo. Sic etiã dicit Theophylactus: Grata.n. erat aĩa cęci in eo, ꝙ sanus effectus Iesum nõ dereliquisset, sed secutus est eũ. Secundò fuit, vt Christus ostenderet, ꝙ cęcos istos penitus illuminauit: in corpore enim eos illuminauit, quia cęcis visum dedit, siue eis qui nunq̃ visum habuerant, siue qui illum perdiderant. Sic dicit Chryso. Pręstat enim artifex quod natura non dederat: aut certè quod debilitas tulerat, donat: misericordia illuminauit in aĩa, quia eis fidem dedit, & sui secutores fecit. Sic dicit Hierony. Qui ergo in Iericho contracti sedebant, & clamare tantum nouerant, postea sequuntur Iesum: & non tã pedibus, q̃ virtutibus. Tertiò fuit, quia isti cęci cùm illuminati fuissent à Christo, auidi facti melliflui sermonis eius, voluerunt sequi eum, sicut eum sequebantur alij, qui ab eo talia nulla receperant: & potissimè, quia cũ nũc Christus ascenderet in Ierusalem, & erat ibi templum dñi, & tota religio legis, & sapientes, & sacerdotes, & caput totius gentis Iudęorum, putabant, ꝙ ibi aliqua magna Christus ostensurus erat adhuc maiora quã in Galilæa ostenderat: ideo multi ex desiderio videndi hęc, sequebatur nunc eum ascendẽtem in Ierusalem. Quarto fuit, quia fortè Christus indidit mentibꝰ istorum duorum cęcorum, vt ascenderent cum eo in Ierusalem, vt miraculum de illuminatione eorum manifestius fieret, & celebrius apparentibus eis, qui sanati fuerant: nunc enim volebat opera sua maiora, & manifestiora omnibus facere, cùm morti esset propinquus: vt ait Remigius.

Quomodo Christus permisit nunc istos cęcos secum ire, quos curauerat. Quęst. CXXIIII.

QVAERETVR, quomodo Christus permisit nunc istos cęcos secum ire, quos curauerat. Nam cũ curauit arreptitios, & vnꝰ eorum vellet cum eo ire, non permisit Christus: sed dixit, ꝙ rediret ad domum suã, & ad suos, & narraret quãta fecisset ei Deꝰ. Luc. 8. capitu.

Dicendum, ꝙ fuit hoc primò, quia in regione illa, in qua Christꝰ sanauit illos duos arreptitios nihil aliud fecit, nisi hoc, & mittere dęmones ĩ porcos, & statim reuersus est de regione illa, neq; erat ad eam reditus cum incolę rogauerunt, ꝙ recederet, & ipse nõ introierat in ciuitatem aliq̃: quia antequã introiret in ciuitatem occurrerunt ei ciues rogantes, quòd recederet

A sup. 8. & Mar. 5. & cũ nemo maneret ibi, qui prędicaret miracula illa duo, q̃ Christus fecit: fuit conueniens, ꝙ dimitteret ibi illum arreptitiũ, vt prædicaret facta Christi, ne abirent in obliuionem: & ita non permisit, ꝙ iret cũ eo: sic colligitur Lu. 8. f. Dixit ei Iesus vade ad ad tuos: siue redi in domum tuam: & narra quanta fecit tibi Deus. Et sequitur, ꝙ ille rediit in ciuitatem, & prædicauit quanta fecisset ei Iesus. Isti aũt duo cęci iam illuminati nõ erant necessarij in Iericho, vt p̃dicarẽt id, qđ ibi fecit Christus, quia oĩbus erat notissimũ, sed fuit conuenientius, ꝙ irent cũ eo, vt viderentur in Ierusalem, & fidem facerent de miraculo nũc facto. Sic dicit Chryso. Hic aũt necesse est quæri, cũ ipse dęmoniacum quidem curatũ sequi prohibet: cęcũ autẽ
B illuminatũ sequentẽ non prohibet. Sed neutrũ irrationabile puto: illũ.n. mittit p̄conẽ, vt ex sua ꝯsistentia benefactorẽ p̃dicent erat.n. excellẽs miraculũ videre furiosum sanę mẽtis effectũ: cęcũ verò permittit sequi, quia Ierosolymam ascendebat per crucem perfectꝰ altum mysterium, vt recentẽ habentes miraculi mentionem, non existimarent eum infirmitate potius quã misericordia pati. Secundò fuit, quia non ascendebãt sic cęci illuminati cum Christo sicut arreptitius sanatus ire volebat. Nam ille volebat ire in familia eius, vt esset discipulus eius, & de familia eius. Sic patet Luc. 8. cap. f. Rogabat illum vir, à quo dæmonia exierãt, vt esset cum eo. Nam si solũ vellet sequi eum ad audiendum verbũ eius, non oportebat peti ab eo licentiã ne
C que ꝯsensum, sed poterat ire sequendo Christum ꝑ loca, per quæ ille iret, & audiret verbum eius, sicut oĩs turba audiebat, & ipse neminem audire prohibebat, sed potius ad audiendum oẽs incitabat, quia ad hoc se venisse dicebat Mar. 1. & Luc. 4. ca. Cęci autem illuminati non ibant in familia Christi tanquã discipuli eius, & de domo eius effecti, sed sequebantur eum sicut cętera turba sequebatur: iõ non erat aliqua causa repellendi eos neq; recipiendi, neq; etiam illi se recipi petiuerunt: vnde fortassis si peterent, non reciperet eos. Tertiò, quia dato, ꝙ cęci illuminati peterẽt à Christo se recipi ad familiam illius, fortè illos reciperet, & arreptitium sanatum non reciperet, quia Christus volebat ad consortiũ admittere solũ personas honestas, li-
D cèt pauperes essent. eas verò, quæ infames, turpes, & abiectæ essent recipere non volebat, quia diminueret hoc de honore Apostolatꝰ, & officio prędicationis, & prelationis, ad quod discipuli assumebantur: arreptitius autem ille fuerat multum abiectus, & infirmatus & vilificatus. Nam nudus ambulabat, & in monumẽtis dormiebat, & feritates exercebat, & multa dęmonia passus fuerat, ex quibꝰ vilis reddebatur, & verbum esset contemptibile in ore eius: ideo noluit eum Christus recipere inter suos ad honorem discipulatꝰ: cęcitas autem non infamat hominem de facto, neque contemptibilem reddit: ideo tales ad prędicationis officium, & prelationis dignitatem recipi poterant. Sed obiicietur, quomodo ergo Christꝰ misit illum ad prędicandum, si verbum in ore eius erat contemptibile?
E Dicendum vno modo, ꝙ Christus non mittebat eũ ad hoc, quòd haberet officium prędicandi, & discurreret de loco in locum, sicut Apostoli, & Discipuli eiꝰ discurrebant, quia ad hoc oportebat, quòd eum doceret, & daret ei potestatem faciendi miracula, sicut dedit Apostolis, & Discipulis, supra 10. & Mar. 6. & Luc. 9. & 10. cap. Et tamen neque eum docuit, neque potestatem aliquam ad miracula dedit: ideo non dedit ei officium prędicandi: sed fecit eum simplicem enarratorem beneficij sibi impensi: & adhuc non iussit, ꝙ ad hoc diuulgandum discurreret per diuersa loca, sed quod rediret in domũ suam, & narraret quanta fecisset ei Deus, Luc. octauo: vnde inquãtum dixit, narra,

& non dixit prædica, non fecit eum prędicatorem, sed simplicem relatorem: & inquantũ dixit redi in domũ tuam, ostendit ꝙ non imposuit ei officium diuulgandi hoc per diuersa loca. Secundò, quia dato, ꝙ constituisset eum prędicatorem, non erat inconueniens, qa licèt simpliciter loquendo in aliis regionibus esset cõtemptibile verbum in ore illius, & non esset ille idoneus prędicator: tamen in regione illa, qui Christum non receperant, sed excluserant, non merebantur meliores prædicatores. Sic dicit Chryso. Quia.n. beneficia adepti abigebant eum, non restitit, sed recessit: & eos, qui indignos se annunciauerunt eius doctrina, dereliquit: dans eis doctores a dęmonibus liberatos, & porcorum pastores.

CAPITVLVM XXI.



T cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos Discipulos, dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur, quod dictũ est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filiũ sub iugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cędebant ramos de arboribus, & sternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis. Et cùm intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic: Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.

Et cum appropinquaßet. Descripta in pręcedenti fundatione Ecclesiæ in fide, & doctrina: hic ponitur reprobatio synagogæ Iudæorum. Et hoc triplici rõne. Primò, quia Iudæi fuerunt contemptores diuinę maiestatis. Secundò, quia fuerunt contradictores, & impugnatores diuinæ veritatis, seq. cap. Tertiò, quia fue-
F runt quãtum in eis fuit damnatores diuinę bonitatis, infra 23. cap. Prima diuiditur in tres partes: quia primò ostendit propositum in signo excellenti, & celebri. Secundò in signo potenti ibi. *Et intrauit Iesus.* Tertiò in verbo rationabili ibi. *Quid autem vobis videtur.* Prima in duas: quia primò ponitur veritatis adimpletio. Secundò Iudæorum cõtradictio ibi. *Cùm intrasset.* Prima in duas, secundùm quòd Christus ostendit propositum suum per duplex celebre signum. Secunda ibi. *Plurima autem turba.*

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quęst. I.

G QVAERETVR circa primum, an ista sint cõtinuata ad præcedentia, & an sint facta immediatè vel interposito aliquo.

Ad primum dicendum, ꝙ est ordo continuus: nam Christus nunc ascendebat in Ierusalem, vt dicitur prędenti capi. & dicitur qũo in Iericho illuminauerit duos cęcos: hic autem ponitur, qũo peruenerit in Ierusalem, & quid ibi fecerit: ergò illud fecit ante istud, & non est anticipatio, neq; recapitulatio. Secundò, quia semper est stãdum ordini literę, nisi aliqua ratiò manifesta ostendat eum esse mutatum: & tñ hic non est aliqua ratio, quæ ostendat esse mutationem: ergo dicendum est, ꝙ sit ordo continuatus, & rectus. Tertiò patet, quia oẽs tres Euangelistę.i. Matthę. Lucas,
H & Marc. qui scribunt hæc, & pręcedentia, concordant in hoc, ꝙ ponunt pręcedentia antequam ista, quæ hic ponuntur: quod non facerent, si non esset ordo rect⁹, quia saltem aliquis eorum discordaret ĩ ordine, quod sępe facere solent. Et ita continuat Remigius dicens: Narrauit superius euangelista dominum egressum à Galilæa, & cępisse ascendere Ierosolymam. Postquã ergo ascendẽdo narrauit quid in via gesserit, in cæpta intentione perseuerans dicit, cùm appropinquasset Ierosolimam.

An ista sint immediatè facta post præcedentia &c.
Quæst. II.

I QVANTVM ad ſm quæretur, an ista sint immediatè facta post pręcedentia, vel interiecto aliquanto tempore, vel interiectis aliis, quæ ad sacrã scripturam pertineant. Aliqui dicunt, ꝙ statim fuerunt ista post præcedentia. Primò, quia non apparet contrarium: & iõ sic tenendum vr̃. Secundò, quia concordãt in hoc Matthęus, & Marcus. nam sicut hic Matthęus statim post sanationem cęcorum, de qua in fine pręcedentis ca. subdidit de appropinquatione ad Ierusalem. ita & Marcus facit, Mar. 10. cap. ideo credendum videtur, ꝙ statim ista post illa fuerint facta.

Dicendũ, ꝙ si accipiatur, q̃ facta fuerint ista statim post præcedentia.i. pauco tempore interiecto, vel quasi nullo, satis hoc potest dici: nam vltimò narrat pcẽ-
K denti cap. de illuminatione duorũ cęcorum, quę facta est ad portam vrbis Iericho egrediẽte Domino de Iericho, vt patet præced. c. & Mar. 10. Hic aũt dr̃ de appropinquatione ad Ierusalẽ: & tñ de Iericho ad Ierusalẽ ſm computationẽ terrę sanctę sunt solũ octo vel septẽ leucę: & hic agitur de Bethania, vel Bethphage, ad quę venit anteq̃ Ierusalem, & distat Bethania à Ierusalem vna leuca, vt patet ex eadem descriptione terræ sanctæ, vel quindecim stadiis, vt dr̃ Io. 11. cap. & ad idẽ redit: & ita inter præcedentia & hęc non fuit nisi spacium quinq; vel sex leucarum.i. temporis, in quo leucas illas Dominus perambulauit. Nam non moratus est, quia recto gressu procedebat tunc in Ierusalem, cũ ipse dixerit: ecce ascendimus Ierosolymam.

Aliter

Aliter adhuc pōtest dici, ꝙ inter pręcedētia, & hęc non fuerit aliquod tēpus: quia post curationem duorum cęcorum ꝑced. cap. dr̄, ꝙ secuti sunt eum. i. comitabantur eum euntē in Ierusalem, sed illud signum ipsam progressionem itineris, quę pōt referri ad totum actum itinerandi vsque in Ierusalē: iō non est aliqua interpositio inter pręcedentia & ista quantum ad tēpus: sed quantum ad hoc, cū dicitur hic, quòd appropinquabat Iesus Ierosolymis, adhuc durabat ille act⁹, qui erat, quòd cęci illuminati sequebantur eum. Si autem quæratur an inter pręcedentia & ista interposita, aut facta fuerint aliqua, quę pertineant ad sacrā script.

Dicendum ꝙ sic, quia inter curationem cęcorum, quę fuit apud Iericho, & peruentionē ad Bethphage, de quo hic dixit, interpositum fuit aliquid, vel factum est simul cum illo: & est, quod ponitur Luc. 19. de Zachęo suscipiente Dn̄m, & de parabola hoīs nobilis, q ibat, vt assumeret sibi regnum: & hoc rationabiliter patet, quia post illuminationem cæci subdidit Lucas de Zachæo suscipiente Dn̄m hospitio, & statim de parabola regni: & tunc addidit. s. & his dictis procedebat ascendens Ierosolymā, & factum est cū appropinquasset ad Bethphage &c. Sed dicendum an illa facta fuerint post cęcorum istorum duorum illuminationem, de quibus pręced. cap. dictum est, nō apparet totaliter: constat tamen, ꝙ si non facta fuerunt post illa, ꝙ facta fuerunt quasi simul: & tn̄ Matthæus, & Marcus tacuerunt ea: Lucas verò ea expressit, sed tota diuersitas est, quia Lucas ponit sanatum cęcum, Luc. 18. & statim ponit de Zachęo, & de parabola regni, Luc. 19. & tamen illa cæci illuminatio, quā ponit Lucas, non est illa, quā ponit Matthęus, & Mar. præced. capi. & Mar. 10. vt ostensum fuit præced. cap. & hoc, quia illuminatio Luc. facta est ante introitum in Iericho: illa verò, quam Matthæus, & Mar. pōnūt, fuit facta statim post egressum de Iericho: sed de receptione Christi a Zachęo apparet, quòd fuerit facta post ingressum Christi in Iericho: sed non apparet, an fuerit facta in ipsa ciuitate, vel in alio loco foris, quia dicitur Luc. 19. c. Et ingressus perambulabat Iericho: & ecce vir nomiñe Zachæus. Et post pauca dr̄, ꝙ videns Christus Zachęum dixit, Zachęe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Vnde si domus Zachęi erat in ciuitate Iericho, est dicendum, ꝙ quasi eodem tempore fuit factum, quod dr̄ de Zachęo post illuminationem cęcorum inter exitum de Iericho, & progressum Ierusalem: vnde in principio parabolę dicitur, ꝙ quia erat Christus iuxta Ierusalem, dixit illam parabolam: iō dicendum, quòd tam quod dicitur de Zachęo, & parabola, quę simul dicta est, fuerunt quasi eodem tempore cum illuminatione duorum cęcorum, vel parum post, siue parum ante si in vrbe Iericho acciderunt.

Cum aūt dr̄, ꝙ facta fuerunt ista statim post illa, qa nō apparet aliquid interpositum. Dicendum, ꝙ licèt Matt. & Mar. nihil interposuerint: tamen interposuit Lucas, & hoc sufficit.

Ad ₤m dicendum, ꝙ licèt Matt. & Mar. concordēt, ponendo statim appropinquationem ad Ierusalem post illuminationem duorum cęcorum, tn̄ nō dicūt, ꝙ statim accidit hoc post illud, quia interdum multa subticent Euangelistę, cū non enarrent oīa gesta Christi, sed multa omittant: Ioan. 20. cap. Et ideo licèt vnū post aliud ponant, pōt esse, ꝙ multa interciderint: potissimè, quia non eodem ordine referunt oēs Euāgelistæ ea, quę referunt: licèt ergo Mar. & Matt. ista continuent, cū Lucas aliquid interposuerit, magis standū est illi, intelligendo vt supra declaratum fuit: an quod de Zachæo dr̄, fuerit ante illuminationem duorū cæcorū, vel postea. Circa primum dicitur. *Et cū appropin-*

A *quassent.* s. Iesus, & turbæ, quæ cū eo ibant. Nam turba multa sequebatur eum egredientē de Iericho, præcedenti ca. & Mar. 10. *Ierosolymis*. Idest ciuitati Ierusalē. Non enim longe erat a ciuitate, qn̄ fecit, quod sequit̄, scilicet ꝙ misit discipulos, quia erat apud Bethaniam, & Bethphage, quæ iuxta vrbem sunt. *Et venissent Bethphage*. Locus paruus est circa Ierusalem in itinere venientibus de Iericho in Ierusalē. *Ad montem olueti.* i. venissent ad montem Olueti: idē enim erat venire ad montē Olueti, & Bethphage, cū Bethphage sit in latere montis Olueti, & vocatur mons Olueti, i. oliuarum, quia in illo sunt magna prædia oliuarum. *Tunc Iesus misit*. Scilicet de monte Olueti misit discipulos, quia erat circa vrbem. *Misit duos discipulos*. Idest duos

B Apostolos, qui etiam vocantur discipuli, quia addiscebant: & tn̄ gradus superior eorum erat q̄ discipulorū 72. & quorumcunq; aliorum. *Dicens eis.* i. iubens eis, qđ sequitur. *Ite in castellum.* i. in ciuitatem Ierusalem, q̄ erat fortior munita, sicut castella excelsā. *Quod contra vos est.* i. ex opposito situm est. Aliqui putāt dictū esse, quod est contra vos, i. inimicum vobis, sed falsum est. *Et statim inuenietis.* s. in introitu portæ, & statim vt perueneritis illuc. *Asinam alligatam.* Circa portā vrbis erat alligata, vt eam accipere posset, qui operam eius desideraret. *Et pullum cum ea.* s. filium ei⁹, qui cū matre manebat ligatus. *Soluite, & adducite mihi.* s. tam asinā, q̄ pullum. *Et si quis vobis aliquid dixerit.* s. increpando, ne soluerent pullum, aut asinam. *Dicite.* i. nihil aliud respondea

C tis nisi hoc. *Quia Domin⁹.* i. Iesus. *His opus habet.* Idest indiget his. s. asina, & pullo: & vocauit se Dn̄m quasi alij intelligerent quē discipuli Dn̄m vocabāt. *Et confestim dimittet eos.* i. asinam, & pullū, s. permittet, ꝙ portetis ea non repugnando intentioni vestræ. *Hoc autem totum*. Scilicet, ꝙ Christus mitteret pro asina, & pullo, & ꝙ adducerētur sibi ab Apostolis, & ꝙ sederet super eos. *Factum est*. Dat cām Matthęus istius facti Christi. s. qa alicui videretur hoc imprudenter, vel sine causa factū. *Vt adimpleretur.* In Christo. n. impleta fuit ista prophetia. *Quod dictum est per prophetam.* i. per Zachariam: Zacha. 9. c. quem absolutè vocauit prophetam quasi anthonomasicè ipse sit propheta. *Ecce rex tuus*. Propheta loquitur de Christo, qui Rex fuit. Nā ita dixit Angel⁹:

D Dabit ei Dominus sedē Dauid pr̄is eius, & regnabit in domo Iacob: Luc. 1. c. & loquitur ad Sion, & Ierusalem: iō dixit: Ecce rex tuus. *Venit tibi.* i. ad te. Vel tibi, idest ad tuam vtilitatem. Ita enim nunc Christus veniebat ad vtilitatem Ierusalem si agnoscere voluisset: & hoc est, quod planxit Christus videns ciuitatem. s. si cognouisses, & tu, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis Luc. 19. ca. *Mansuetus.* Idest non cū exercitu armatorum, neq; in apparatu faciendi superbiam. *Sedens super asinam.* Ita. n. venit ad vrbē sedendo. *Et pullum filium subiugalis.* i. pullum filiū ipsius asinę subiugalis. i. sub iugo posita, vel iugo, i. seruitio assueta. *Euntes autem discipuli.* s. illi duo, quos Christus miserat in Ierusalem. *Fecerunt sicut præcepit illis Iesus*.

E Scilicet soluerunt pullum, & asinam, & duxerunt ambos ad Christum. *Et adduxerunt asinam, & pullum.* s. de Ierusalem ad Christū in loco, in quo erat circa Bethphage. *Et imposuerunt super eum.* i. super pullū. *Vestimenta sua.* Non habebat pullus stramenta, quia nondum qsquam super eum sederat: iō loco stramentorū posuerunt vestimenta sua. *Et eum desuper.* i. Christum super pullū cui imposuerant vestimenta sua. *Sedere fecerunt*. Idest Apostoli fecerunt eum sedere. Nō intelligitur, ꝙ fecerunt eum sedere, idest coegerunt, quia ipse spōte sedit, cùm ipse misisset pro asina, & pullo ad sedendum: sed fecerunt eum sedere, idest ministrauerunt eum sedendo, idest faciendo quòd honeste ascēderet sicut famuli dominis obsequuntur quantum ad hęc.



Quare Christus fecit hæc: scilicet mittere discipulos, quando erat circa Ierusalem potius quàm alibi existens. Quæst. III.

QVAERETVR, quare Christus fecit hæc.s. mittere discipulos, quando erat circa Ierusalem potius quã alibi existens. Aliqui dicunt, quia mittebat pro asina, & pullo, & illi erant ad ministerium pauperum, sed non ad longum, & diuturnum, vt multis possẽt ꝓdesse, & non occuparet vnus totaliter illos in ministerio suo: si aũt longè à Ierusalem esset, occuparet illos ĩ lõgo ministerio: iõ nõ misit, nisi qñ erat iuxta Ierusalem. Secundò posset dici, quòd quando Christus erat aliquantulum longe à Ierusalem, non progrediebatur continue, sed declinabat ad diuersa loca, & manebat ibi prædicando, vel alia faciendo: & tunc erat superuacuum, ꝙ haberet secum asinam, & pullum: qñ autem fuit prope Ierusalem, non erat iam declinaturꝰ ad alia loca neque alicubi mansurus: ideo non misit ante pro asina sed tunc. Tertiò potest dici, & adhuc melius, ꝙ Christus non misit discipulos pro asina quasi pro necessitate, sed magis ad significandum, & ad ostensionem rerũ, vt infra dicetur: & ideo non oportebat mittere pro asina ex longa distantia, sed solũ ex aliquanta.s. ex illa, ex qua videri posset: & ideo ex illo, ex quo cępit videre Iesum, misit pro asina: & patet, quia Christꝰ dixit discipulis: ite in castellum, quod ꝯtra vos est.i. ex opposito: hoc autem non dr̃ nisi de re, q̃ oculis conspicitur, quia aliter nominasset locum ex noĩe proprio: iõ dicendum, ꝙ visa primum ciuitate, misit discipulos illuc. & hoc fieri poterat antequam ascenderet in montẽ Oliueti circa Bethaniam, & Bethphage, licèt fortassis ex aliis locis ante possit videri, aut videatur Ierusalem venientibus de Iericho contra Ierusalem. Quartò põt dici, & ex eodem sensu, quòd cùm Christus nõ faceret ad necessitatem corporis sui, sed ad ostensionem rerũ, & ista ostensio facienda erat eis, qui veniebant de Ierusalẽ obuiam ei, debuit ex illo loco equitare, ex quo verisimile erat, ꝙ poterat obuiare aliquibus venientibus de Ierusalem: & tñ ex descensu montis Oliueti multi de Ierusalẽ, qui exierunt obuiã comitabãtur eum, vt colligitur infra in litera, & Luc. 9. cap. & Mar. 11. ideo aliquantulum ante hoc equitauit.i. ex Bethphage, & patet hoc, qa statim, vt eqtauit, fit mẽtio quõ turba multa sternebãt vestimẽta in via, & cedebãt ramos de arboribus. Quintò, quia dato, ꝙ Christus vellet habere asinam, & pullum ad alium finem.s. ad releuationem laboris itineris cũ per diuersa loca transiret, & prędicaret, & prodesset illis, ab eis acciperet ista obsequia petendo equitaturas ab illis: & non mitteret in Ierusalem: sed qñ esset in territorio Ierusalem extra territorium aliorum locorum, esset cõueniens mittere in Ierusalem, & ita fecit, quia cũ fuit in Bethphage iuxta Ierusalem ad cõspectum illius, misit pro asina, & pullo.

Quid sit Bethphage. & vbi. Quæst. IIII.

QVAERETVR cùm dicatur, ꝙ venerat Dominus Bethphage, quãdo misit discipulos, qd sit Bethphage, & vbi.

Dicendum, ꝙ Bethphage nomẽ loci est, qui est paruus locus, vel viculus, & est iuxta montem Oliueti: & ideo dicitur in litera: cùm venissent ĩ Bethphage ad montem Oliueti: est enim iste mons ex parte Orientali Ierusalem, & venientibus de Iericho versus ciuitatem occurrebat mons iste in medio circa Ierusalem: & quia Iericho est ad orientalem partem terræ ꝓmissionis, scilicet circa Iordanem, quæ est in parte Orientali Numeri 34. Cùm veniret nunc Christus de Iericho, ad cuius portam & exitum illuminauerat duos

F cęcos, vt colligitur præced. cap. erat transitus per mõtem Oliueti. De Bethphage dicit Remigius, & Beda: Bethphage viculus fuit sacerdotũ situs in latere montis Oliueti distans vno miliario à Ierusalem: Sacerdotes.n. qui per certos dies in templo deseruiebãt, cõpleto officio vicis suæ illuc diuertebant ad manendum; Similiter & illi, qui accipiebant officium illuc diuertebant, quia præceptum fuit in lege, vt nullus diebus sabbatorum plus quàm mille passus incederet. De hoc dicit Orige. ꝙ Bethphage interpretatur domus maxillarum: quia maxilla propria erat pars sacerdotum in lege. Sed dicendum, ꝙ istud pertinet ad sensum mysticum, & non est conueniens argumentum arguere ex significatione nominum propriorũ locorum, quia cũ
G ponantur ad placitum, non ꝯuenit nomen loci rebus, quę in loco geruntur. Potissimè, quia maxilla non erat pars sacerdotum: nam de sacrificio holocausti nihil pertinebat ad eos, cùm totum cremaretur: Leuit. 1. cap. præter pellem, quæ reseruabatur: & ita pertinebat ad ius sacerdotis immolãtis: Leui. 6. cap. De sacrificio pacifico pertinebat ad sacerdotẽ pectusculum, & armus dexter: Leu. 7. cap. De sacrificio autem pro peccato sacerdotis magni, vel populi, quia sanguis inferebatur in sancta sanctorum, nihil comedebãt: sed totum ipsum animal cremabatur. De sacrificio ꝓ peccato, vel delicto, quod non erat pro peccato totius populi, neque sacerdotis totæ carnes ad sacerdotem immolantem pertinebant: Leui. 4. & 5. capi. 6. ideo non
H est verũ, ꝙ maxilla ad sacerdotem pertinebat sm legẽ. Quod autem dicitur, ꝙ sacerdotes expleto officio vicis suę diuerterent ad locum illum, non est verisimile, qa sacerdotes ministrabant distincti per vigintiquatuor sortes vel partes: & ita Leuitæ cantores 1. Paralip. 24. & 25. cap. & quælibet sors ministrabat vna hebdomada.s. intrabant ad ministrandum Sabbatho, & exibant sabbatho, vt colligit̃ 4. Reg. 11. & 2. Paralipo. 23. & ita in 24. hebdomadibus, idest in dimidio anni mutabantur omnes sacerdotum vices, quia finiebatur ministratio omnium. Quando autem illi de vice vna finiebant ministrationem suam: nõ diuertebant in Bethphage, qui viculus paruus est, & est iuxta Ierusalẽ, quia hoc est si vna die, vel valde pauco tpe mansuri ibi es-
I sent: erant tñ iam cessaturi à ministratione per mediũ annum: & non erat necesse amplius redire in Ierusalẽ ad ministrandum vsque ad 24. hebdomadas: ergo non diuerterent in Bethphage, sed irent in loca, in quibus solebant manere: & ita non erat ad hoc Bethphage. Secundò patet, quia non erat possibile, quod sacerdotes expleto ministerio diuerterent in Bethphage. Nã non possent ibi capi: erant enim multi sacerdotes cũ essent distincti in vigintiquatuor partes, & in qualibet parte essent multi viri. Bethphage autẽ erat paruulus locus.s. viculus. Tamen si illuc esset consuetum sacerdotes diuertere completo officio vicis suæ, omnes diuerterent, sed non erat possibile ibi eos capi, neque in multis talibus viculis. Tertiò patet, quia hoc modo
K sacerdotes nunquam irent in ciuitates suas, & domos suas. Nam eo tempore quo sacerdotes ministrabant manebant in templo, & non egrediebantur de circuitu templi: sed manebant ibi in custodiis suis, vt colligitur 1. Paralipo. 9. cap. & 2. Paralipo. 22. & 23. & 4. Reg. 11. capit. & hoc fiebat, vt eo tempore sacerdotes non possent diuertere ad alias occupationes, & potissimè, vt non miscerentur vxoribus suis, & idem colligitur, Luc. 1. c. de Zacharia patre Ioannis Baptistæ, qui erat sacerdos, & eo tempore, quo accidit eum ministrare apparuit ei angelus. Et dr̃ ibi, ꝙ cõpletis diebus officij eius abiit: & ita videtur, ꝙ quandiu ministrabat non poterat exire de templo: si autem qñ non ministrabant.s. completo ministerio diuerterent in Bethphage,

vt

vt ibi manerent quousque iterum ministrarent, nullum esset tempus, in quo irent ad vrbes suas, & manerent in eis: & ita superuacuum esset, quòd vrbes haberent. Sed hæc falsa sunt: quia Leuitis & Sacerdotibus datæ erant quadragintaocto ciuitates, siue oppida, Nume. 35. c. Et de istis erant tredecim, quæ pertinebāt ad sacerdotes: cæteræ autem ad Leuitas: Iosue 21. c. Et illę tredecim erant in tribu Iuda & Symeon Iosue 21. c. Patet etiam hoc Iosue 24. c. vbi dicitur de Eleazar, filio Aaron sacerdote summo, qui sepultus est in Gaas ciuitate, quæ data erat ei in monte Ephraim. Habebāt ergo sacerdotes vrbes, in quibus manebant, & suburbana: ergo non est verum, quòd quando finiebant ministrationem suam, diuertebant in Bethphage. Quartò patet, quia ita fuit de Zacharia patre Ioannis Baptistæ, qui vt dicitur Luc. 1. ca. ministrauit in ordine vicis suę, & cùm completi essent dies officij eius, abijt in domum suam: constat tamen, ꝙ domus sua non erat in Bethphage, sed in quadam ciuitate Iudeæ, quę erat in montana siue deserto: sic patet Luc. 1. c. exurgens Maria in diebus illis abijt in montana cum festinatione, in domum Zachariæ. Bethphage autem non erat ciuitas Iudæ, sed terrę Beniamin: quia erat vno milliario distans a Ierusalem: & Ierusalē est in sorte Beniamin. Iosue 18. ca. Etiam quia locus, in quo erat domus Zachariæ erat ciuitas, cum dicatur in ciuitatem Iudę, & tamen Bethphage non erat ciuitas, sed vicus paucarū domorum, vt doctores Beda, & Remigius dicunt.

Eleazar filius Aaron summus sacerdos.

Item quia Bethphage non erat in montanis, sed erat in latere montis Olueti: maximè quia ciuitates sacerdotum erant in sorte Iudæ, & Symeon. Iosue 21. c. & in sorte Iudæ est quędam, quę vocatur montuosa: alia, quę vocatur desertum. Iosue 15. & in deserto illo erant ciuitates quędam datæ sacerdotib⁹, & in vna illarum morabatur Zacharias: & ita non est verum, ꝙ Bethphage esset vicus sacerdotum. i. ad quem illi declinarent consumato officio suo. Sed potest concedi, quòd erat locus sacerdotum: quia fortè parabant ibi hostias. i. animalia, quæ ad sacrificium erāt necessaria, vel alia quæ ad libamina pertinebant, eo quòd locus ille erat propè Ierusalem.

De monte Olueti dicēdum, ꝙ erat mons iuxta Ierusalem, & distabat a Ierusalem per dimidiam leucā, vel per mille passus, quod idem est. Sic patet Act. 1. s. Reuersi sunt Ierosolymam a monte, qui vocatur Olueti. Qui est iuxta Ierusalem, sabbathi habens iter: & tamen iter sabbathi est mille passuum. s. quantum licebat Iudæis sabbatho ambulare: & hoc erat per mille passus: erat autem iste mons cōtra orientem respectu Ierusalem, & in illo fecerat Salomon tēpla idolis vxorum suarum, quæ permanserunt vsq; ad tempora Iosiæ regis. 4. Reg. 23. ca. Ipse enim deleuit illa. Et de illo monte ascēdit Christus in cęlum. Fit magna mentio in scriptura de isto monte, eo quòd erat iuxta Ierusalem. In isto monte dicitur Deus aliquando appariturus, Zacha. 14. Et stabunt pedes eius in die illa sup mōtem oliuarum, qui est cōtra Ierusalem ad Orientem: & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem prærupto grandi, & separabitur medium montis eius ad Aquilonem, & medium ad Meridiem. Vocatur autem iste mons Olueti, vel oliuarum: quia abundat oliuis, cùm sint ibi prædia oliuis plena: & ideo aliquando vocatur mons oliuarum, & aliquando Olueti, quod idem est: Et etiam vocatur interdum filius Olei, vt dicitur Isa. 5. ca. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Cornu dicit extremitatem, sicut dicimus dextrum, vel sinistrū cornu altaris. s. quòd vinea illa erat in quadam extremitate montis oliuarum. Et vocatur filius Olei, quia sub oleo est, quia oliuę super illud crescunt, & se extollūt:

A & omne, quod alteri subditum est, vel minus vocatur filius. Sic Ierusalem vocatur filia Sion, quia est subdita monti Sion. s. quia ciuitas circumfunditur lateribus montis, & vertex montis supereminet vrbi: Ad istum montem venit nunc Christus de Ierícho, vt transiret in Ierusalem.

Quare Christus misit discipulos pro asina.
Quæstio V.

QVAERETVR, quare misit Christus discipulos pro asina. Aliqui dicunt, quòd Christus labore itineris fatigatus voluit releuare illum equitando: & ideo misit pro asina, cùm illa esset in promptu. Nonnullorum resp. ad quæsitū quæstio. 1.

B Dicendum, ꝙ verum est, quòd Christus fatigabilis erat, & sæpe fatigabatur labore motus & operationis. Doct. resp. ad quæsitū quęstio. Primum.

Primum patet, quia Christus assumpsit veritatem naturæ humanæ, quę in se fatigabilis est. Verum est autem, quòd non suscepit omnes defectus & passiones eius, sed quasdam passiones. s. illas, quę veritatem naturæ ostendebant, & quæ ad opus redemptionis necessariæ erant: redempturus erat Christus homines liuoribus suis Isa. 53. Ideo necesse erat, quòd pati talia posset: & simile est de fatigatione: ideo etiā illam assumpsit: sed verum est, quòd quascunque passiones assumpsit, spontè accepit: ipse quippe cùm esset dominus naturæ potuisset naturam humanam sine his passionibus assumere: sed quia illas spontè assumere voluit,

C patiebatur eas postea naturaliter: & affligebatur in eis, sicut cęteri homines. Secundum patet, quia aliquando legimus Christum fatigatum, & tūc se apodiabat, vt recrearetur paululum. Sic dicitur Io. 4. ca. Quòd Iesus fatigatus labore itineris, sedit ad fontem. Verum est autem, quòd poterat Christus, quando istę passiones venirent, auferre illas. s. fatigationem, dolorem, soporem, famem, & frigus, & tamen hoc faceret opere diuino & non humano. Et quia ipse circa se rarò volebat miracula exercere, tolerabat istas passiones, quando accidebant, & ita sæpe fatigaretur labore itineris, & posset indigere recreatione, vel equitatura ad releuandum laborem. Sed dicendum, quòd nunc non petiuit asinam ex hac causa.

D Primò, quia licèt interdum Christus itineris labore fatigaretur, cùm ex quo prędicare cœpit, semper ꝑ diuersa loca pedester discurrerit: tamen nunquam legimus eum petiuisse equitaturā ab aliquo, neq; nunquam equitasse: non ergo peteret nunc ex hac causa. Secundò qa dato, quòd ad releuationem peteret, nō mitteret discipulos suos duos in Ierusalem pro asina: quia facilius erat per loca, per quæ transibat equitaturam aliquam petere, & spontè ei daretur. Tertiò, quia si ad equitandum solùm faceret, sufficiebat adduci asinam solam, vel pullum solum: & tamen vtrunq; iussit duci: ergo non erat ad releuandum laborem, sed ad aliam causam. Quartò, quia non erat verisimile, ꝙ ad releuandum laborem faceret, quia hoc faceret in

E medio itineris, vel cum multum de eo superesset: & tamen misit pro asina, & equitauit iuxta Ierusalem vix milliario vno, & sic introiuit in vrbem, ergo non fiebat pp fatigationem. Sed dicendum, ꝙ solùm factum est ad implendum prophetiam dictam: oportebat. n. ꝙ Messias intraret in Ierusalem equitans super asinā: & patet hoc ex litera, cùm dicit Matthæus. Hoc totū factum est, vt impleretur, quod dictum est per prophetam. Et ita nulla alia necessitate stāte petiuit asinam, licèt nullam tunc pateretur fatigationem, & hoc a ꝓpinquo petiuit illam: quia satis erat ad implendum dictum propheticum intrare in Ierusalem super asinam equitando.

Vera causa quare Christus misit discipulos pro asina.

Quare

Quare Christus cum aliàs intrauerit in Ierusalem non introiuit tunc equitans super asinam. Quæst. VI.

QVAERETVR, cùm Christus miserit nunc pro asina ad implendum dictum prophetæ: quare cum aliàs intrauerit in Ierusalem, non introiuit tūc equitans super asinam.

Dicendum quòd ad implendum dictum prophetæ sufficiebat venire semel super asinam, quia propheta non dixit, quòd sæpe veniret equitās super asinam, sed quòd veniret equitans super asinam, & ideò siue nunc, siue ante hoc veniret equitans sufficeret ad implendum vaticinium. Sed dicendum, quòd nunc fuit conueniens venire sic, potius quàm alio tempore, eo ꝙ istud fiebat ad ostendendum se regem. Nam dicit: Ecce rex tuus venit tibi sedens super asinam. In eo ergo, quòd super asinam veniebat, ostendebat se illum esse, de quo prophetæ loquebantur: & tamē Christus non voluit ante hoc se ostendere regem, sed nunc in fine vitæ: ideo non debuit ante hoc sic intrare, & sic ita multa alia Christus tacebat dum viueret, quę propinquus morti declarauit: sicut quòd esset Christus, & filius Dei prędicari noluit quamdiu viueret, sed in vltimo die vitæ, cùm esset ante Caipham ipse asseruit se esse filium Dei, Mat. 14. cap. Secundò, quia Christus circa mortem suam omnia egit clariora, tam ī verbis, quàm in dictis. Nam prius erat periculum aliquod, si se ostenderet: quia vel impediretur passio sua, vel accelleraretur, & non posset omnia consummare, quæ intēdebat: circa mortem autem non erat inconueniens, licèt mors accelerraretur: ideo tunc omnia clariora faciebat. Sic dicit Chrysost. Postquam dominus suæ virtutis sufficientem experientiam dederat, & crux instabat in ianuis, omnia cum maiori agit claritate, quę aduersarios inflammatura erant: & ideò quāuis multotiens prius ascenderit Ierosolymam: nunquam tamē cum tanta excellentia sicut modo. Tertiò, vt nō esset Iudæis occasio excusationis, quòd eum ex ignorantia occidissent, ideo nunc clariora opera quàm prius agit, vt agnosci possit quòd Messias sit, & si agnoscere noluerint, non habeant excusationem. Sic dicit Theophylactus. s. Equitans super asinam venit, vt si velint, valeant gloriam eius cognoscere, & prophetias de eo completas scirent, & quòd est verus Deus: si verò noluerint, maius fieret eis præiudicium, quia tot apertis, & claris miraculis non crediderunt.

Quare Christus misit duos discipulos pro asina & pullo. Quæstio VII.

QVAERETVR, cùm Christus misit pro asina, & pullo quare misit duos discipulos.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia ita Christus facere solitus erat. s. ꝙ nūquam vnum mitteret, sed duos. Sic dicitur Luc. 10. c. quòd misit illos binos ante faciē suam. Dicendum, quòd non sit propter illud: quia illud non fuit dictum de apostolis, sed de discipulis. Nam vltra duodecim, quos elegit & apostolos nominauit, Luc. 6. c. accepit alios septuaginta duos, qui solū erant discipuli, & non apostoli, de quibus dicitur Luc. 10. Post hoc designauit alios septuagintaduos discipulos. i. post apostolorum electionem, & potestatem eis traditam, designauit septuagintaduos discipulos. Et de istis dicitur, quòd mittebat eos binos ante faciem suam in omnem locum, in quem ipse erat venturus; isti autem, qui missi sunt apostoli erāt: ideo non competebat eis illud. Sed dicendum, quòd licèt apostoli non essent sub illa lege, quòd bini mitti deberent, misit eos nunc duos. Primò, quia honestius erat duos mittere, quàm vnum quantum ad personas ipsorum F missorum. Nam quando duo sunt, vnus testimonium alteri perhibet an bene, vel male egerit: Etiam vnus est alteri causa honestatis. s. ne ad malū occasio ei sit: solus enim neminem erubescit: duo autem si fuerint, vnus alterum erubescet, & erit ei quædam necessitas probitatis, nisi ambo mali sint, & in malo participes: Christus autem habebat discipulos, ad quos pertinebat custodia honestatis: ideo conuenientius erat eos ire binos, quàm solos & singulares mitti. Secundò ex causa mittentis: honestius enim repręsentatur mittēs per duos, quàm per vnum: potissimè quia nunc Christus omnia agebat cum quadam claritate ante mortem, vt Chrysosto. dicit: ideo duos mittere debuit: sic enim & ad parandum Pascha duos discipulos misit G Mar. 14. cap. Tertiò fuit fortè ex conditione actus, vt melius exercerent, iusserat enim Christus eis deferre asinam, & pullum, quod aptius facerent duo quàm vnus: ideo conueniens fuit duos mittere.

Qui fuerunt isti duo discipuli. Quæst. VIII.

QVAERETVR, qui fuerunt isti duo discipuli.

Dicendum, quòd non apparet qui essent: quia nemo trium euangelistarum, q hanc rem scripserunt, scripsit hoc. Aliqui autem dicunt, quòd fuerunt Petrus & Ioannes, vel Iacobus & Ioānes. Nam istos tres habebat Christus familiariores sibi super cæteros, ut patet in suscitatione puellæ, supra 9. & Mar. 5. & Luc. 8. & in transfiguratione, supra 18. & Mar. 9. & Luc. 9. H Et in passione infra 26. ideo duos de istis mitteret. Sed poterat dici, ꝙ cùm illos tres haberet velut honorabiliores inter cęteros, ꝙ committeret eis ministrationes clariores, ire autem pro asina & pullo non videbatur talis ministratio: ideo sufficiebat quemcunque mitti. Dicendum, quòd verum est, ꝙ ministratio non erat excellens, & tamen etiā circa res minimas, si vni committeret potius quam alteri, videbatur quandam specialem gratiam, & acceptionem ille habere circa Christum. Et patet, quia parare cibos similis ministratio est. s. nullius honoris: & tamē ad istam faciendam misit Christus Petrum & Ioannem, quando vltimam cęnam parari fecit, vt patet Luc. 22. c. ita ergo & nunc I verisimile est, quòd illos duos mitteret: & maximè quia mittebat eos coram Iudæis, qui eis repugnaturi erant super pullo & asina ducendis, & ipsi dicturi erant, quòd Christus mittebat eos: ideo honorabilius erat, ꝙ tunc duo apparerent missi quàm vnus, & quòd isti essent de præcipuis. s. Petrus & Ioannes: credendū est ergo, quòd illi fuerint. Alia causa est, quia dicitur ꝙ erant duo, & non dicitur, qui erant. Nam verisimile erat, quòd pręcipui essent, & ideo q' nominum expressione opus non esset, sicut & de paratione ciborū dicunt Euangelistæ, quòd duos discipulos misit non expressis nominibus: & Lucas expressit, quòd illi essent Petrus, & Ioannes.

K *Quomodo potest stare, quòd Christus miserit pro asina, & pullo quando erat iuxta Bethphage: cum Mar. dicat contrarium. Quæstio IX.*

QVAERETVR, cùm dicatur hic, ꝙ hoc factum est. s. quòd miserit Christus pro asina, & pullo, quādo erat iuxta Bethphage, quomodo potest stare: quia Mar. 11. dicitur quod hoc fecerat, quando ierat iuxta Bethaniam. Dicendum, quòd non est aliqua difficultas in hoc: quia Christus appropinquauit ad Ierusalem, cùm veniret in Bethaniam, & cum veniret in Bethphage, & hoc quia vnus locus circa alterum est, & ideo appropinquādo vni appropinquamus alteri. Hoc patet, quia ambo sunt in monte Oliueti.

Nam Bethphage est in monte Oliueti, vt dicitur hic A .s.& venisset Bethphage ad montem Oliueti. Bethania etiam est in monte Olineti, Mar.11. Appropinquauerunt Ierosolymæ, & Bethaniæ ad montem Oliuarum: sed mons Oliuarum, & Olıueti idem sunt. Aliqui ergo dicunt propter istud ꝙ Bethphage, & Bethania sunt idem locus numero, habens multa nomina, sicut Ierusalem vocatur multis nominibus, & ita vnus euangelista dixit Bethphage, alius Bethaniam: in se non differunt. Dicendum, quòd non stat, quia oportet poni duo loca esse. Sic patet Luc.19.c. vbi ambo ponuntur: dicitur enim: Et factum est cùm appropinquasset ad Bethphage, erat viculus sacerdotum in monte Olıueti, Bethania quoque villula, siue ciuitas in latere montis eiusdem: & licèt ista duo loca sint in- B ter se propinqua, & ambo circa montem Oliueti. s. in latere eius: tamen Bethania magis distabat a Ierusalē quàm Bethphage: distat enim Bethania quindecim stadiis Io.11.& est leuca vna. s. passus duo millia centū & vigintiquinque. De Bethphage dici solet, ꝙ minus distet, scilicet, vno milliario, idest, mille passibus a Ierusalem, vt ait Remigius. Sed hoc nō est omnino certum. De monte enim Oliueti manifestum est nobis, ꝙ mille passibus distet ab vrbe. Actu.1.c. s. Iter habens sabbathi: & tamen iter sabbathi erat mille passuum. Bethphage autem est in latere mōtis Oliueti: ideo potest plus aut minus distare, sed in hoc parum differt: sed hoc nobis constat quòd Bethania, & Bethphage propinqua sunt, & ideo appropinquando vni appro- C pinquatur alteri, & sic acceperunt Mat. & Mar.

Quare Christus dixit, ite in castellum, quod contra vos est. Quæstio X.

QVAERETVR, quare dixit ite in castellum, quod contra vos est. Dicendum, quòd hic accipitur pro Ierusalem, & valde largè vsus est nomine per Tapinosim figuram, quæ est humiliatio rei magnę: vt si dicatur mare gurges, ita Ierusalem, quę erat magna ciuitas domına gētium: Threno.1.c. Facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. Vocatur hic castellum, quod ad locum paruum pertinet, est enim castellum locus for- D tis & munitus & paruus, qui magis fortalicium dicit, quàm locus habitationis: & tamen Ierusalem erat ciuitas magnæ habitationis, ideo largè castellum dicit. Aliqui autem dicunt, quòd Christus vocauit eam castellum diminuendo eam ex nomine, & hoc ex indignatione, scilicet, quia erat locus inimicus sibi. Et hoc dicunt expressisse Christum, cùm ait, quod cōtra vos est. i. inimicum vobis & mihi. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia non dixit, quod cōtra vos est. i. aduersatur vobis, sed contra vos est, idest, ex opposito, vel a fronte est. Ibat enim Christus ī Ierusalem, ideo necesse erat, quòd quando primò inciperent videre vrbem, illa esset ex opposito contra frontem ipsorum, quia non recedebant ab ea, neque etiam erat ex latere aliquo: sed E ad ipsam ibant, ideo contra eos erat. Castellum ergo vocauit Christus nūc Ierusalem: quia ex parte, ex qua videbat eam, apparebat fortaliciū illius, scilicet, mons Sion, vbi erat templum, pars autem plana & populosa occultabatur: ideo ad modum castelli, vel fortalicij erat id, quod Christus de Ierusalem tunc videbat: & sic potuit eam tunc vocare castellum, & tñ qñ non vi deteam, sed loquit̄ de ea, vocat ipsam ciuitatem, vt infra 26.c. ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. s. ite in Ierusalem, & parate Pascha. Nec īuenitur in aliquo loco euangeliorum, ꝙ Christus vocet Ierusalem castellum, nisi in loco isto, eo quòd tunc loquitur vidēs eam ex opposito, vt dictum est.

Quid per castellum Christus intellexerit.

Cuius erant asina & pullus, vel qua de causa erant in Ierusalem. Quæstio XI.

QVAERETVR de asina ista, & pullo, quos Christus nunc duci iubet, cuius erāt, vel quomodo se habebant. Aliqui dicunt, vt Nicolaus, quòd ista asina erat communis. s. erat de bonis publicis, & erat posita ad vsum communem pauperum, vt qui indigeret ea tolleret eam, & daret ei cibum, quando operabatur in ea, & facto opere reducebat eam ad locum determinatum, vt alius indigens posset eam accipere: & cum ea nutriebatur pullus eius ad simile opus, vt cùm esset fortis applicaretur laboribus.

Sed dicendum, quòd istud non est satis probabile. Primò, quia si hoc esset, non esset nouum in ciuitate Ierusalem, sed antiquum, & apud omnes notum, & ita omnes discipuli, qui sciebant consuetudines vrbis Ierusalem, scirent de asina illa & pullo: & non oportebat illis dicere: Ite, & inuenietis asinam in tali loco. s. in introitu vrbis, sicut Mar. & Luc. Expresserunt Mar. 11. & Luc. 19. Hoc enim ad explicandum rem ignotā ponitur: ideo videtur, quòd ipsi nesciebant aliquam talem asinam de publico esse, sed erat alicuius priuati: simili modo certificandi vsus est Christus, quando voluit ostendere discipulis, vbi pararent ei Pascha: illi enim dixerāt: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Et ait Christus, ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus: magister dicit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cū discipulis meis manducem? & ipse demonstrabit vobis cęnaculum grande stratum, ıllic parate vobis. Ibi manifestum est, ꝙ nesciebant discipuli locum, sed Christus direxit eos ad rem ignotam per signa, Mar.14. Ita ergo hic. Et licèt Matth. hoc breuiter dicat, tamen Mar. & Luc. exprimunt de pullo, ꝙ nullus hominū super illum adhuc sederat: & tamen si de publico ista essent, scirent discipuli de asina & pullo, & nō oporteret eis dici, vbi erat asina, & etiam qualis erat pullus: quę tamen Christus expressit, ideo videtur ꝙ alicuius priuati erant asina & pullus. Secundò patet, quia Christus nunciauit eis, ꝙ aliquis eos impediret, quando vellent soluere asinam & pullum: & dixit eis qualiter responderent. Si tamen essent de communi, & ad opus pauperum assignati, nemo eos impediret: aut ipsi scirent, si aliquis posset eos impedire, & ipsi quærerent a Christo, quid facerent, si ab aliquo impedirentur: & tamē non quæsiuerunt, sed ipse instruxit eos nihil quęrentes: ideo videtur, ꝙ ipsi nihil sciebant de asina, & pullo: & sic erāt alicuius priuati. Tertiò patet, ex modo excusationis, quem dedit eis, scilicet, quòd siquis diceret eis quare soluebant asinam & pullum, dicerent: Dominus his opus habet. Et ita videtur, quòd permitterentur portare asinam & pullum: quia dominus, idest, Christus indigebat: & nemo esset, qui ei rem suam negaret, vel saltem ille, ad quem pertinebant asina, & pullus non negarent: talia enim signa & causas petēdi & obtinendi Christus ponit, quādo solet petere res priuatorum: sic enim quando misit ad petendum locum, in quo manducarent Pascha, dixit discipulis, quòd dicerent, magister dicit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem: & tamen constat, quòd ibi petebatur locus a priuato, qui tamen cōcessurus erat, cum diceretur ei: magister dicit &c. & similis modus ponitur hic, scilicet dicite, quia dominus his opus habet: ergo videtur, quòd ad priuatum pertinebāt asina & pullus. Quartò, quia dixit eis, & confestim dimittet eos. Et ita prænunciat hoc discipulis, quasi ipsi nescirent, an dimitterentur portare pullum, & asinā an non: & tamen si essent de publico, scirent apostoli Christi

an quis

an quis premitteret vel impediret. Quintò, quia ex
hoc quòd dixit, cōfestim dimittet eos, videtur innuis-
se, ꝙ aliquis habebat specialiter ius super pullum, & a-
sinam, qui poterat prohibere, vel permittere portari:
quod non fieret, si de publico essent. Sextò patet &
efficacius: quia pullus & asina habebāt dominum, vel
plures dominos, ergo non erant positi de publico ad
prædictum vsum. Sic patet Luc.19.c.s. soluentibus au
tem eis pullū dixerunt domini eius ad illos, quare sol-
uitis pullum? at illi dixerunt: quia Dominus necessariū
habet. Idem asserit Chrysost. dicens: Quis enim suasit
dominis iumentorum .i. pulli & asinæ nolle contradi-
cere, vel nolentes silere, & concedere, & iterum dicit:
magis aperiens hoc, scilicet, intelligibilium est, quòd
animal postquam ingressum est in Ierusalem ad do-
minum suum remissum est a Christo. Hoc enim te-
nendum est: & nō quòd esset de publico ad vsum pau-
perum: Potissimè quia non videretur hoc conueniē-
ter factum. Nam si aliquod animal sic esset positum,
periret: quia cum ad publicū pertineret, nemo illius
diligentem curam gereret, & cito periret.

Ad quid Christus dixit discipulis, quos mittebat: statim inuenietis asinam. Quæstio XII.

QVAERETVR, ad quid dixit Christus disci-
pulis, quos mittebat: Statim inuenietis asinam.
Aliqui dicunt, ꝙ Christus dixit hoc ad ostendendum
sapientiam diuinam in se, scilicet, quia futura purè cō-
tingentia certissima veritate prædicebat. Sed dicetur,
quomodo stabit hoc si teneatur, vt communiter dici-
tur, ꝙ asina, & pullus de publico erant: nam non opor-
tebat tunc aliquid prædicere apostolis, quia ipsi scirēt
locum, in quo asina, & pullus essent: & ita superuacuū
esset circa hoc eos instruere. Dicendum, quòd illa
positio non est vera, vt dictum est præcedenti quęstio-
ne, quia asina, & pullus ad priuatos dominos pertine-
bant, & non ad publicam rem: & tamen si teneretur,
quòd erant de publico, non obstaret ista ratio, quia li
cèt apostoli essent certi de loco, in quo asina & pullus
religari solebant, & vbi possent inueniri: tamen non
essent certi de tempore, scilicet, an quando illuc irent
inuenirent eos, quia cùm ad hunc vsum essent assigna
ti, vt dicūt illi, qui hoc asserunt, fortè alius tulisset eos
ad vsum suum, & non possent inuenire illos, & redi-
rent vacui: Vel fortè discipuli, si prudentes essent hoc
quærerent dicentes: Quid faciemus, si non inueneri-
mus pullum, & asinam in loco solito? & Christus aufe
rens eis istud dubium dicit, statim inuenietis, scilicet,
statim vt veneritis ad locum, in quo solent religari in-
uenietis illos. Sed quia ista positio non est vera, vt di-
ctum est præcedenti quęstione, non oportet excusare
illam, sequendo eam. Ideo dicēdum, ꝙ dixit Christus
statim ad designandum discipulis locum, in quo inue-
nirent asinam, & tempus. Nam supposito, quòd ista
animalia pertinebant ad priuatos, nescirent discipuli,
vbi ea quærerent, aut quando inuenirent: ideo opor-
tuit, ꝙ assignaret locum. Voluit ergo dicere Christus,
quòd statim vt discipuli intrarent portam vrbis inue-
nirent in calle, ante portam cuiusdam domus pullū,
& asinam ligatos, & ad hoc dixit statim inuenietis, id-
est, statim vt ingressi fueritis in vrbem: & per hoc no-
tificabatur eis locus & tempus, scilicet, ꝙ non oporte-
bat vagari per vrbem ad quærendum, sed in introitu
vrbis inuenirent: & etiam quòd nō oportebat ibi diu
expectare, sed statim vt ingrederentur inuenirent: &
hoc patet, qa Mar. & Luc. hunc sensum expresserunt.
Nam Mar.11. ca. dicitur: Ite in castellum, quod contra
vos est, & statim introeuntes illic inuenietis pullum,
& Luc.19.c. dicitur. Ite in castellum, quod contra vos
F est, in quod introeuntes, inuenietis pullum. Sed Mat-
thæus breuiter dixit, Marcus verò cōuenienter & suf-
ficienter expressit, tam locum quàm tempus, dicens:
Et statim introeūtes, illic inuenietis pullum. Introeun
tes dicit locum. Statim dicit tempus, & locū, scilicet,
statim post introitum, siue vltra portam vrbis: tale au-
tem signum dedit Christus duobus discipulis, quan-
do misit eos post parum ad parandum Pascha in do-
mum incertam, & illis ignotam, scilicet. Ite in ciuita-
tem, & occurret vobis homo lagenam aquę baiulans,
sequimini eum, & quocunque introierit dicite domi-
no domus: Magister dicit, vbi est refectio mea? Et ille
ostendet vobis cęnaculum grande stratum: & illic pa-
rate vobis: Mar.14.c. Sed obijcietur, quòd non intelli-
G gatur sic, scilicet, quòd post introitum vrbis statim in
uenirent asinam, imò antequam intrarent in vrbem
in via ante portam eam inuenirent: quia dicitur Mar.
14.ca.s. & abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante
ianuam foris in biuio & soluerunt eum. Dicendum,
ꝙ asina, & pullus intra ciuitatem erant apud portam
domini sui. Nam vt dictum est pręcedenti quæstioue
non pertinebant ad rempublicam, sed ad priuatos: &
ideo dominus suus ante portam tenebat eos ligatos:
quia fortè aliquid volebat operari cum asina. Et cum
dicitur, ꝙ erant ante portam foris, non est intelligen-
dum de porta vrbis, sed de porta domini eorū. s. quòd
statim, vt introierūt in vrbem, occurrebat disiunctio
duarum viarum, quam Marcus biuium vocat, & in il-
H la intersectione erat domus domini pulli & asinæ, &
ante ianuam, idest, coram ianua illius foris. i. non intra
domum erant asina & pullus. Necesse est autem sic
intelligi. Nam aliàs non poterunt concordari euange
listę: imò ipsemet Mar. sibi repugnabit. Nam dixit: Ite
in castellum, quod contra vos est, & statim introeun-
tes illuc, inuenietis pullum, ergo oportebat, ꝙ prius in
troirent, & postea inuenirent: Etiam Luc.19. dicitur,
ite in castellum, quod contra vos est: in quod introeū-
tes inuenietis pullum: ergo intra portā ciuitatis erant,
sed erant extra portam domus domini sui coram illa
in biuio.

Quomodo dicitur hic, inuenietis pullum, & asinam: cum
I *Mar. dicat tantum pullum. Quæst. XIII.*

QVAERETVR, cùm dicatur hic, quòd inue-
nirent pullum & asinam, quomodo stare po-
test: quia Mar.11. dicitur, quòd inuenirent pullum in-
nuens, quòd non esset ibi asina. Nam dixit, inuenietis
pullum ligatum, soluite, & adducite mihi.
Dicendum, quòd verè erant ligati simul asina, & pul
lus, qui erat filius eius, vt dicitur in litera. Ad dictum
Mar. dicendum, ꝙ ille de asina subticuit, dicēs de solo
pullo, sicut & multa alia tacet vnus euangelista, quæ
exprimit alius: & multa sunt, quæ omnes Euangelistę
tacent: quæ, si scriberentur, mundus non caperet: Ioā.
21.c. & locus ab auctoritate non tenet negatiuè. Sed
K adhuc obijcietur, quòd non sit verisimile hoc subti-
cuisse Mar. si fuisset: quia si semel de hac re loqueret,
& taceret de asina, esset probabile, & tamen sæpe de
hoc loquitur, & nunquam dixit nisi de pullo. s. inue-
nietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc ho-
minum sedit, soluite illum, & adducite mihi. Et iterū
siquis dixerit vobis, quid facitis? dicite, quia Domino
necessarius est, & continuo illum dimittet. Et iterum
abeuntes inuenerūt pullum alligatum: & ita sæpe de
pullo dicitur, & non de asina. Dicendum, quòd hoc
non obstat. Nam non recipitur argumentum tacen-
tis contra loquentem in scriptura. Matthęus enim ex-
pressit, quòd essent asina, & pullus ligati: ideo etiam si
omnes alij Euangelistæ taceāt, manifestum est, quòd
illud

istud erat. Nam qui tacent, non negant, cùm multa sint, quæ non scripserint. Si autem aliquid asseratur, & dicamus non fuisse sic, facimus sacram scripturam falsam, quo nihil deterius, & absurdius: maximè quia nō solum Matthæus expressit asinam & pullum ligatos: sed etiam Lucas. nam dicitur Luc. 19. c. In quod introeuntes, inuenietis pullum alligatum: ergo ambo erant alligati. Causa autem, quare Marcus tacuit de asina erat, quia non faciebat ad propositum eius. Nam non agit de ea quicquam ipse neque Lucas: ideo de qua non erat prosecuturus noluit mētionem facere: Lucas quoque nō dixit asinam, & pullum ligatos: sed dixit pullum alligatum asinę. Et ratio est, quia de asina non vult dicere, sed soluta fuerit, & tamen si diceret eam ligatam, cùm postea de solutione agat, intelligeretur de solutione illius, vel esset superuacuum de illius ligatione dicere, quę ad propositum non pertinebat: solum enim pullum fuisse solutum dicit, & ideo licèt asinam, & pullum simul fuisse asserat: non dicit ambos fuisse ligatos, licèt verum esset, sed quòd pullus erat asinæ ligatus, non enim artificiosus loquendi modus præmittit aliquid, quod in narratione nequaquam prosequamur, vel quod ad propositum ipsius loquentis non agat.

An Christus iussit discipulis ferre asinam, & pullum simul vel solùm pullum. Quæstio XIIII.

QVAERETVR, an Christus iussit discipulis ferre asinam & pullum simul, vel solum pullū. Aliqui dicūt, ꝙ solum pullum iussit adduci: ista enim videtur causa quarę Mar. de solo pullo dixerit, licèt enim asina & pullus simul essent, de solo pullo dixit. s. quia illum solum ad se duci volebat: vnde dixit, soluite & adducite illum. Etiam quod efficacius est, quia Lucas de asina, & pullo præmisit, & tamen postea de solo pullo prosecutus est. s. inuenietis pullum alligatū asinæ, soluite illum & adducite. Et postea de eo solo dicit, ꝙ adductus fuerit ad Christum: etiam satis videtur consonare hic litera. Nam licèt præmittatur inuenietis asinam, & pullum, subditur: soluite & adducite, quod ad alterum eorum referri potest: & ita consonabat literæ Marci & Lucæ. Dicendum, quòd Christus ambos iussit ad se ferri: & patet primò, quia discipuli fecerunt, quod præcepit eis Christus, sicut dicitur in litera, euntes autem discipuli fecerunt sicut pręcepit illis Iesus: & tamen constat, quòd duxerunt asinam, & pullum, quia in litera dicitur: Et adduxerunt asinam & pullum, ergo ambos iussit Christus duci. Secundò patet, quia ex verbis Christi patet, quòd de ambobus mandauerit, dixit enim, si quis vobis aliquid dixerit: dicite, quia Dominus his opus habet. i. pullo & asina, ergo ambobus indigebat, & de ambobus præcipiebat. Tertio quia dicit. Et statim dimittet eos, idest, pullum & asinam, & tamē si non iuberet ipse ferri ambos discipuli nolent ambos ferre, & consequenter non esset opus, ꝙ dimitteret quis ambos portari. Verè ergo dicendum est, ꝙ ambos portari iussit, & ambos portauerunt. Cùm autem dicitur, quòd Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt: dicendum, quòd nō tenet ratio: nam taciturnitas ipsorum nō arguit contra Matthęū, qui dixit de asina & pullo, & postea de solo pullo prosecutus fuerit. Non obstat, quia hoc non fecit, quasi asina non fuerit ducta ad Christū, sed quia de solo pullo dicere intēdebat, quòd autem de Matthæo dicitur, quòd consonet huic sensui non stat, cùm ipse expresse ponat, quòd pullus & asina ad Christū ducti sunt: ideo cum dixit, soluite, refertur ad ambos.

Ad quid Christus iussit duci asinam, & pullum simul. Quæstio XV.

QVAERETVR, ad quid Christus iussit duci asinam & pullum simul: quia sufficiebat sola asina, aut solus pullus ad equitandum: potissimè quia pauco itinere equitaturus erat, scilicet, quasi per milliarium de Bethphage vsque Ierusalem. Dicendum, quòd fuerunt ambo necessarij, & non quidem ad necessitatem tolerandi laborē equitationis, quia ad hoc asina sufficiebat, sed primo ad significationem: non enim Christus equitabat modo, quasi itinere fatigatus, sed ad aliquid ostendendum: & quia aliquid significaretur per pullum & asinam, quod non significaretur per solam asinam, fuit necessarium vtrunque duci: asina enim, quæ oneribus assueta & attrita erat, populum Iudaicum significat, qui oneribus legis semper fuerat subditus: pullus verò, super quem nemo adhuc hominum sederat. Mar. 11. & Luc. 19. signat populū gentilem, quem nemo ad obseruationem iustitiæ instituerat, sed indomitus erat: super vtrunque autem Christus sedit: vel vtrunque necessarium habuit: quia vtrunq; populum ad se vocauit, subijciens legi, faciēs pacem his, qui propè & his, qui longè. Secūdò & pręcipuè fuit ad complēdum prophetiam. Nam vt dixit Matthæus, hoc totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam. s. Zachariam, et tamen Zachariæ 9. c. dicitur, sedens super asinam, et super pullū filium asinæ: ideo tam asinam, quam pullum habere debuit, et vtrunque duci iussit.

Quare Matthęus fecit mentionem de asina & pullo, Lucas autem & Marcus de pullo tantum. Quęstio XVI.

QVAERETVR, quare Matthęus fecit mentionem de asina et pullo: Marcus verò de solo pullo, et Lucas etiam. Dicendum, quòd ad veritatem asina et pullus ad Christum adducti sunt simul, vt ostensum est supra. et ideo Matthęus innitens veritati rerum gestarum plenè narrando dixit de ambobus. Quia verò Marcus, et Lucas tacuerint de asina non obstat: nam etiam si Matthæus de sola asina diceret, et Marcus et Lucas de solo pullo, intelligi deberet ambos esse simul dictos: quāto magis, quia Matthęus ambos expressit: Marcus autem et Lucas non intēderunt toti veritati explicandi ex causa, quæ eos mouit, vt infra dicetur: ideo Matthæus vtrunque posuit. De hoc dicit Augustinus lib. de concor. euan. s. Matthęus asinam dicit, et pullum, cęteri autem de asina tacent: vbi ergo vtrunque factum potest intelligi, nulla repugnantia est, nec si alius vnum, nec si alius alium commemoraret: quanto minus moueri oportet, si alius vnum, alius vtrunq; commemoraret. Secundò fuit, quia Matthæus allegauit hic auctoritatem Zachariæ, in qua de asina, et filio eius dicitur, vt patet in litera, & Zacha. 9. c. ideo debuit dicere fuisse asinam et pullum deductos ad Christum: quia aliàs non concordaret allegatio narrationi suæ per omnia. Marcus autem & Lucas nihil allegant super hoc: ideo ex hac parte non fuit eis necesse dicere de ambobus, sed sufficiebat de sola asina, aut de solo pullo dicere. Tertiò et principaliter, quia asina et pullus ducti fuerunt ad equitādum, et tamen Christus super solum pullum videtur equitasse: ideo concorditer de illo solo dixerunt Marcus et Lucas: Matthęus autem non curauit solùm deducere ista animalia ad equitandum, sed etiam ad impletam prophetiam ostendendum, ideo de ambobus dixit, sicut propheta ambos expressit. Quartò, potest alia esse causa, dato ꝙ dicatur Christus super ambos

In quęst. 13.

equi-

equitasse, quia de hoc dubium est, vt dicetur sequenti quęstione, & tenędo quòd super ambos equitauerit, est dicendum, quòd Marcus, & Lucas de solo pullo dixerunt: quia de illo solo erat difficultas. Nā asina erat labori & oneri assueta, & ideo faciliter dimitteretur ad equitandum super eam: pullus autem erat indomitus, super quem nemo adhuc sederat, vt ambo. i. Marcus & Lucas expresserunt. Vnde dominus eius non faciliter permitteret illum duci ad equitandum: & tamen permisit, & hoc erat opus admirandū. Matthęus autem non considerauit hoc, sed magis prophetiam, & res gestas: ideo de ambobus dicit.

An Christus equitauit super ambo animalia, vel super alterum ipsorum. *Quæstio* XVII.

QVAERETVR, an Christus equitauit super ambo animalia, vel super alterum ipsorum. Dicendum, quòd an super ambo equitauerit non apparet: constat enim, ꝙ super pullum equitauerit, de asina autem non constat: ideo pro vtraque parte possunt adduci rationes. Et primò, quòd Christus equitauerit super vtrunque: nam si non equitauerit, nisi sup pullum, non iussisset adduci nisi pullum, & tamē iussit, tam pullū, quàm asinam: ergo super ambos equitauit. Secundò, quia hoc videtur innui ex verbis Christi: dixit enim, siquis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, idest, asina & pullo indiget: & tamen indigentia eorum, erat ad equitandum, ergo super ambos equitauit. Tertiò patet, quia per pullum & asinam, significantur populus Iudæorum & gentilium: & tamē super ambos Christus sedit subijciendo eos legi suæ: ergo videtur, ꝙ verè Christus sup vtrunque equitauerit. Sic dicit Rabanus: Matthæus solus, qui euangelium Iudæis scripsit, asinam domino refert adductam: vt eidem etiam genti Hebręę, si pęniteat non desperandam monstret esse salutem. Sic etiam Beda dicit: pullus enim asinę lasciuus, & liber populum nationum signat, super quē nemo adhuc hominum sedit, quia nemo rationabilium doctorū fręnum correctiōis, quo vel linguam cohiberet a malo, vel in arctam vitę viam ire cogeretur, vtilia suadendo contulerat: & tamen sicut gentiles docuit, qui per asinæ pullum significantur: ita & Iudæos etiam docuit, & sibi subdidit, qui per asinam conuenienter significantur: ergo ascendit super asinam, & super pullum. Quartò, quia Zacharias apertè hoc dicit. s. ascendens super asinam, & pullum filium asinæ: ergo oportet, ꝙ super vtrunque ascenderit. Contra verò videtur, quod super pullum tantum equit: auerit id autem primò patet, quia licèt Matthæus dicat adductos esse asinam & pullum: tamen super solum pullum ascendisse commemorat. Dixit enim. Adduxerunt asinam, & pullū, & imposuerūt super eum vestimenta sua, idest, super pullum. Et sequitur: & desuper eum sedere fecerunt, scilicet, super pullum. De asina autem nihil dicit, & tamen sicut de asina, & pullo locutus est, quòd adducti fuerunt ad Christum, si super ambos equitasset, diceret de hoc Matthęus, vt manifestius ostenderet, quomodo illi fuerint necessarij, & tamen de asina nihil dicit: ergo videtur, quòd asina non fuit ad equitandum. Secundò patet, quia Marcus & Lucas, de solo pullo locuti sunt, & ipsi dicunt quomodo Christus equitās venerit in Ierusalem: ergo videtur, quòd si equitasset super asinam, quòd etiam de illa dicerent, quia non esset maior ratio, de vno quàm de alio: sed non dixerūt de illa, ergo non equitauit super illam: & ista ratio satis mouet. Tertiò patet, quia constat, quòd statim, vt animalia ad Christum deducta sunt, ascēdit Christus super pullum, & illud erat non longè a Ierusalem: sed
F postquam equitauit super eum, nō videtur aliqua causa, quare descenderet, & ascenderet super asinam: ergo non ascendit super asinam.

Dicendum, ꝙ vtraque positio potest sustentari: tenet enim Nicolaus, ꝙ super ambos ascenderit, non quidem simul, quia non erat possibile, sed successiuè. s. ꝙ primò super pullum, deinde super asinam, & dat causam. s. quia pullus erat indomitus, cùm nemo adhuc hominum sedisset, vt dicit Mar. 11. & Luc. 19. & ideo, quia fortassis non bene tolerabat equitātem, ascendit postea super asinam, quæ domita erat.

Et tenendo hoc potest dici, ad primum in oppositum, quòd licèt Matthæus faciat mētionem, ꝙ super pullum sederit, & non de asina: tamen sedit super asi-
G nam, sed fecit mentionem de solo pullo, quia super pullum sedit prius, & postea super asinam.

Ad secundùm dicendum, ꝙ Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt, licèt super asinam etiam equitauerit, propter aliqua, quæ ad hoc mouerunt eos, vt dicetur sequenti quæstione.

Ad tertium dicendum, ꝙ licèt non longè esset a Ierusalem, quando Christus equitauit super pullum: tamen siue, quia ille erat indomitus, siue propter significationem, vt Nicolaus vult, ascēdit postea super asinam: & ita super vtrunque ascendit. Si autem tenere quis velit, quòd solùm ascendit super pullum, potest responderi ad primum in oppositum, quòd Christus fecit duci vtrunque. Primò, quia pullus erat paruus, &
H nutriebat eum asina: & fortassis illo ablato nollet ea quiescere. Secundò & efficacius: quia ad significationem hoc pertinebat. Nam tam populus Iudæorum, quàm gentilium ad legem Christi venturi erant, & vtrunque populum Christus vocaturus erat: et ideo pro asina, & pullo mittere debebat, et tamen super asinam non oportebat ascendere, quia iam ascenderat: quia legem Dei populus Iudaicus tenuerat et tenebat: & ideo iam super asinam Christus ascenderat, populus autem gentilium, nondum tenuerat aliquam legem Dei positiuam: ideo super pullum nondum ascenderat, & ita conueniens erat, quòd super pullum ascenderet, et non erat necessarium quòd ascenderet super asinam. Ad secundum dicendum, quòd Christus illis
I opus habebat, non quidem ad equitandū super vtrunque: quia suffecisset asina, sed ad significationem, sed tamen ad significationem satis erat mitti pro vtroq; licèt super solum pullum equitaret, propter rationē ostensam in pręcedenti solutione, ergo non oportuit, quòd super vtrunque equitaret. Ad tertium dicendū, quòd illa comparatio conueniens est, & tamen iam Christus sederat super asinam inquātum legem Dei populus Iudaicus tolerauerat, et nunc tolerabat: super pullum autem nullo modo sederat, ideo super illum nunc sedere oportebat.

Ad quartum dicendum, quòd nō potest dici Christus ascendens super asinam et pullum non simul: quia non erat possibile, neque etiam successiuè ascendēs,
K quia semper super pullum equitauit, postquam ascendit in illum, sed quia pullus et asina simul ducebātur, pullus quidem, super quem ipse equitabat, et asina iuxta pullum, licèt super eam nō equitaret, et hoc quia si propter istam prophetiam deberemus dicere, quòd Christus prius ascendit super vnum, deinde super alium, oportebat dici, quòd prius super asinam equitauerit, deinde super pullum: cùm ita dicatur ascendens super asinam, & pullum filium asinæ, et tamen constat, quòd statim vt ducta fuerunt ambo animalia ad Christum a, scendit super pullum, vt dicitur supra in litera. et idem ostendunt Marcus & Lucas.

Dicendum ergo est, quòd ista quęstio est problema neutrum: et licet vtrunq; opinari. Et verum est, quod aliqua-

aliqualiter mouet dictum Zachariæ ad ostēdendum, quòd Christus super vtrunque equitauerit: quo non existente, manifestè dicēdum esset, quòd super solum pullū ascendisset, cùm magis faueant rationes isti parti. Et tamen dicendum, ꝙ adhuc stante dicto prophetico verisimilius est, quòd super solum pullum sederit Christus, quàm super asinam & pullum: quia hoc magis consonat rationi, & literæ euangelistarum: omnes enim tres de pullo dicunt, & de asina nemo asserit, ꝙ super eam ascenderit, licèt Mattheus eam ductā asserat ad Christum. Rationes autem, quas Nicolaus inducit. i. modus, quo dicit hoc factum fuisse, non consonat. Primò, quia dicit, quòd Christus ascēdit primò super pullum: & quia ille nōdum erat domitus, quasi ex hoc sequeretur, ꝙ non esset aptus ad equitandum, quòd dimiserit eum, & ascenderit super asinam. Hoc autem videtur ostendere quandam ignorantiam in Christo. s. quòd putans pullum bonæ equitationis ascenderit super illum, & postea inueniens, quòd erat malæ equitationis, dimiserit illum, & ascēderit super asinam: sed hoc est inconueniens, quia sicut ipse veritatem huius rei sciebat: ita non debuit in eo aliqd apparere, per quod putaretur istud ignorare. Secundò, quia quando dicit, quòd etiam hoc factum fuit ad significationem, non cōuenit: primò, quia cum hoc, ꝙ Christus aliquid faceret ad assignandum aliud, oportebat quòd ex parte rei factæ materialiter appareret aliqua causa faciendi, quę sufficeret etiam si non intēderet agens inde aliquid significare: vel si non esset talis, oportebat ostendere ex modo faciendi, ꝙ faciebat ad aliquid significādum, & tunc vt nemo posset Christum imperitiæ arguere, euangelista exprimeret causam faciendi: vel saltem in generali ostenderet, ꝙ non faciebat rem sine mysterio. Sic patet, quando maledixit ficulneę, dicens: Non manducet quis ex te fructum in æternum. Infra in litera, & Marc. 11. Nam dicitur Mar. 11. quòd non erat tempus ficorum quādo Christus iuit ad ficulneam: & ideo manifestum est, quòd si ipse non esset purè insipiens & bestialis, quòd non iret ad illam solùm, vt comederet ficus. Iuit ergo ad aliqd significandum, & tamen hic non ostendit euāgelista, aliquam causam, quare postquam ascenderit pullum dimiserit eum, & ascenderit super asinam: imò nō asserit, quòd super asinā ascenderit, ergo videtur, quòd non ascenderit super illam. Tertiò, quia non cōuenit actus Christi significatiuum: Nam si ad significandū, quòd Christus legem posuerit super Iudæos, & Gentiles, equitaret super ambo animalia, oporteret, quòd prius super asinam equitaret, deinde super pullum. Nam quomodocūque accipiatur semper fuerunt Iudæi priores in onere legis quàm gentiles, habuerunt enim Iudæi legem Moysi, quæ erat lex Dei eo tempore, quo gentiles nullam legem habebant, & ita priores erant in tolerādo onus. Etiam in lege Christi priores fuerunt Iudæi, quam gentiles: quia Christus prædicauit Iudæis, & non gentilibus, & conuertit ad se multos, & post mortem Christi apostoli manentes simul in Ierusalem multos conuerterūt, quorum vita simul erat Actu. 2. et 3. et 4. et 5. et non iuerunt ad prædicandum gentilibus, quousque Iudæos repulerunt eos. Actu. 13. s. Primū oportebat loqui vobis de regno Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos fecistis verbo vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Apostoli quoque ipsi, qui fuerunt primi in lege Christi, & vocant se primitias creaturæ ad Rom. 8. c. Iudæi erant, & ipsi conuerterunt gentiles ad Christum: ideo si ad significandum, quòd vterq; populus esse deberet sub lege Dei, Christus sederet super ambo animalia, primò sedere debebat super asinam, deinde super pullum, & tamē prius sedit super pullum, vt litera innuit, & idem Nicolaus dicit: ergo non conuenienter sederet postea super asinam. Quartò patet, quia si concederetur, quòd Christus super ambo animalia sedisset, maximè hoc fieret ob dictum Zachariæ, quia alia non vrgent: & tñ Zacharias dixit, sedens super asinam, & filium asinæ: ergo si super ambo successiuè sedit, oportet quòd primò super asinam sederit, sed non fecit, ergo prius sedit super pullum. Quintò patet, quia etiam hoc non conuenit significationi: nam si ad significandū, quòd tam populus Iudaicus, quàm gentiles legem Christi suscepturi essent, Christus sederet super asinā, & pullum, non conueniret, quòd postquam sedisset super pullum dimitteret eum, & ascenderet super asinam: quia per hoc innueretur, quòd populus gentilis, qui accepisset legem Christi, aliquādo recederet ab ea, vel Christus desineret sedere super eum. Sed falsum est, quia semper tenuit, & tenebit legem Christi vsq; ad finem seculi: ergo postquam sedit super pullum, non descendit, vt sederet super asinam: & consequenter non sedit nisi super pullum: Deinde ꝙ super asinam sederit, non resistimus, sed præcedens est verisimilius.

Si Christus equitauit super ambo animalia, quare Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt. Quæst. XVIII.

QVAERETVR, si daretur ꝙ Christus sederit super asinam & pullum, quare Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt. Dicendum, ꝙ super solum pullum sedit, vt verisimilius videtur ex his, quæ dicta sunt præcedenti quæstione, & ideo non oportuit, ꝙ facerent mentionem, nisi de eo: & tamen supposito, ꝙ etiam super asinā sederit, fecerūt de solo pullo narrationem. Primò, quia super eum primò sedit. Secundò propter difficultatem: nam de asina pauca difficultas erat, & tamen pullus non erat adhuc domitus, cùm nemo super eum sedisset: ideo de hoc erat specialis ratio, & hoc vidētur ambo Euangelistæ sensisse. Nam ambo dicunt, quòd nemo adhuc hominū super illum sederat. Tertiò videtur hoc factum ad ostendendum Christi intentionem de significatione ꝑ hoc facta. s. vt innuatur, quòd ipse ad aliquem specialē finem hoc fecerit: cùm pullus non erat ad hoc aptus, quia erat indomitus, cùm nemo hominem adhuc super illum sedisset: & tamen ipsemet Christus dixit, inuenietis pullum ligatum, super quē nemo adhuc hominem sedit: Soluite & adducite illum: ideo videtur, quòd ad significationē faciebat. s. vt ostenderet, quòd populus gentilis, qui erat velut pullus lasciuiens, & indomitus suscepturus erat legem suam. Quartò fuit ad ostendendum potestatem Christi, flectēdo animum domini pulli: nam cùm non esset pullus aptus ad equitandum, non concederet illum portari, nisi magna vis diuina animum illius tetigisset.

An quis vetuerit discipulos accipere pullum & asinam. Quæstio XIX.

QVAERETVR, cùm dicatur hic, siquis vobis aliquid dixerit: an quis vetuerit discipulos accipere pullum & asinam. Dicendum, putant quidam quòd non: quia in litera non fit mentio, sed solū, quòd adduxerunt asinam, & pullum. Item quia putāt, quòd pullus & asina pertinerent ad rempublicam, ideo nemo prohiberet accipere. Est dicendum, quòd discipulis volentibus accipere pullum, & asinam fuerunt, qui prohiberent, & non permisissent, nisi dixissent, dominus his opus habet, sicut ipse Christus dici iusserat. Et patet, quia Mar. 11. dicitur & abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio & soluunt eū: & quidam de illic astantibus dicebant illis, quid facitis soluen-

ſoluentes pullum: & dixerunt eis ſicut præceperat Ieſus, & dimiſerunt eis. ſ. pullum. Et etiam Luc. 19. c. dicitur: Soluentibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos, quid ſoluitis pullum? at illi dixerunt, quia Dominus eum neceſſarium habet. Imò dicendum, ꝙ erat conueniens, quòd eſſet aliqua reſiſtentia, vt magis appareret virtus Chriſti, vt dicet̃ ſequenti q. Ad rationem primam in contrarium dicẽdum, quòd licèt Matthęus taceat, tamen ita accidit cùm Marcus & Lucas illud enarrent, vt dictum eſt, & non eſt aliquis euangeliſtarum, qui multa tacuerit, & omiſerit, vt apparet ex his, quæ quidam tacent, & alij exprimũt: & etiam multa ſunt quæ ab omnibus tacentur, cùm dicatur Ioan. 21. Quòd ſi ſingula ſcribantur, mundus non capiet eos, qui ſcribendi ſunt libros. Ad ſecundùm dicẽdum, quòd falſum pręſupponitur: nam aſina & pullus non pertinebant ad rempublicam, ſed ad ſpecialem dominum vel ad aliquos dominos, vt oſtẽſum eſt ſupra, & ita ad aliquos pertinebat ius prohibendi, ſicut de facto prohibuerunt.

In quęſt. 11.

Quare Chriſtus dixit diſcipulis, ſiquis vobis aliquid dixerit. Quęſtio XX.

QVAERETVR, quare Chriſtus dixit diſcipulis: ſiquis vobis aliquid dixerit. Dicendum, quòd fuit primò ad oſtendendum diuinam ſapientiam ſuã: nam per hoc innuebat, quòd eis aliquis diceret verba prohibitionis: ſicut enim Chriſtus oſtenderat ſapientiam per hoc, quòd deſignauerat eis locum, & tempus inueniendi aſinam, quæ erant contingentia futura, & hoc ad ſapiẽtiam diuinam pertinebat: ita & prædicendo eis, quòd aliquis reſiſteret non permittendo ducere aſinam, & pullum, oſtendebat diuinam ſapientiam: quia iſta futura erant, & contingentia, ſcilicet, quòd aliquid eos prohiberet. Secundò vt inſtrueret diſcipulos, & non irent inaniter: nam ſi Chriſtus diceret eis, quòd irent pro aſina, & pullo pręmonſtrando locum, ſi nihil aliud vltra diceret, putarent diſcipuli, ꝙ nemo eos impediret: ideo quando inuenirent impedientes recederent, non ferendo aſinam & pullum, vt ergo ducerent, quod Chriſtus iubebat, inſtruit eos circa ea, quæ ventura erant. Tertiò fuit, vt aduerteret reſponſionem eorum ad dominos aſinę & pulli: nam ſi diſcipuli ſoluerent aſinam & pullum, non permitterent domini illos ducere, niſi dicerentur verba Chriſti, quæ virtutis cuiuſdam eſſe videbantur, ſcilicet, dominus his opus habet, quibus dictis confeſtim dimitterent domini diſcipulos ſoluere, & portare aſinam & pullum, & ita factum eſt, vt patet Marc. 11. & Luc. 19. et tamen iſtud non diceret Chriſtus diſcipulis, niſi prius dixerit eis, ſiquis aliquid dixerit vobis, ergo debuit hoc dicere.

Quare Chriſtus locutus eſt conditionaliter. ſ. Siquis, cùm ſciret certiſſimè ſic futurum eſſe. Quæſtio XXI.

QVAERETVR, quare Chriſtus dixit, ſiquis vobis aliquid dixerit: nam ita futurum erat, ꝙ aliquis aliquid eis diceret: ideo potius dicere debuiſſet determinatè, quòd aliquid eis dicendum eſſet ad prohibendum eos. Aliqui dicunt, quòd ita Chriſtus dixit iſtam rem determinatè annunciando eam futuram: & tamen Matthęus poſuit conditionaliter, quia ſæpe euangeliſtæ ſeruata identitate ſententiæ mutant verba Chriſti. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia omnes tres euangeliſtæ concordant in hoc: nam ſicut Matthæus dixit, ſiquis vobis aliquid dixerit: ita Marcus dixit, & ſiquis vobis dixerit, quid facitis? Et Lucas dixit: ſiquis vos interrogauerit, quare ſoluitis? Et ta-

F men ſi Chriſtus poſuiſſet ſine conditione, aliquis eorum ſaltem poneret ſine conditione, ſed omnes poſuerunt cum conditione, ergo dicendum eſt, quòd ita Chriſtus dixerit. Eſt ergo dicendum, quòd Chriſtus ſciebat, quòd aliquis prohiberet diſcipulos, & tamen noluit ponere determinatè, ſed ſub conditione, vt nõ videatur ſub neceſſitate ponere actum eorum, qui apoſtolos prohiberent, cùm iſta ſint libera. Secundò poteſt dici, quòd licèt ponatur conditionaliter, reſoluitur in ſimplicem temporalem, ſcilicet, ſiquis vobis aliquid dixerit, ideſt, quando vobis aliquid dictum fuerit, reſpondebitis.

G *Quare Chriſtus ſic reſpondere iuſſit diſcipulis: & quid per hoc voluit ſignare. Quęſtio XXII.*

QVAERETVR de iſtis verbis quæ Chriſtus iuſſit dici, ſcilicet, domin⁹ his opns habet, quare ſic iuſſit dici: & quid per hoc voluit ſignare.

Dicendum, quòd voluit oſtendere quis erat, qui petebat iſta animalia, erat enim ipſe apud omnes cognitus, & pro amore & reuerentia nemo eſſet qui talia ei negaret: voluit autem ſe manifeſtare ex nomine quo cognitus erat, nã vulgariter eum omnes dominũ vocabant, aut magiſtrum, ſic ipſe dixit diſcipulis ſuis: vos vocatis me magiſter, & domine. Ioan. 13. capitulo; illi enim qui magis affecti erant ad eum, vocabant ipſum dominum, vt diſcipuli: ſic Petrus dixit, Dominus eſt. Ioan. 21. c. & Martha dixit, domine ſi fuiſſes hic. Io. 11.
H Populus autem interdum eum dominum, interdum magiſtrum vocabat. De domino patet præceden. c. vbi duo cęci eum dominũ vocauerunt filium Dauid: et ita alij duo cæci, ſupra 9. cap. ſic etiam mulier Chananęa eum dominum vocauit, ſupra decimoquinto. Miſerere mei Domine, fili Dauid. De magiſtro patet, quia adoleſcens diues dixit, magiſter bone quid faciam, ſupra decimonono capitulo, & phariſei dixerunt, magiſter ſcimus, quia verax es, infra vigeſimoſecundo: & quidam de turba dixit, magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hęreditatem, Luc. 12. cap. Et cùm iſta duo nomina eſſent, quibus vocarent eũ populares, & quibus apud eos notus erat, quãdo ipſe vo-
I lebat ſe notificare, vocabat ſe altero eorum: ſicut quãdo miſit duos diſcipulos ad parandum cęnam, & petẽdum locum dixit eis, ꝙ dicerẽt, magiſter dicit, tempus meum prope eſt, infra 26. & Mar. 14. capit. ita & nunc cum iſtos duos mitteret, dixit eis, ꝙ dicerent, quòd dominus opus habebat illis animalib⁹: quaſi ſub hoc nomine ſcirent, quis hoc peteret. Aliqui autem dicunt, ꝙ hoc dixit ad oſtendendum poteſtatem ſuã, & ideo vocauit ſe generaliter dominum, non iſtius rei, ſed abſolutè dominus, cùm ait, Domin⁹ his opus habet. Sic dicit Chryſ. ſ. Nõ dixit diſcipulis dicatis: dominus noſter his opus habet, vel dominus noſter, vt intelligãt, quia ipſe ſolus ſit dñs, non ſolùm animalium, ſed & omnium hominum. Nam & peccatores conditione quidẽ ſui
K ſunt, voluntate autem ſua diaboli. Sic etiã dicit Titus: maieſtatiuum. n. nomen eſt dominus, rex enim erat venturus in conſpectu multitudinis. Sed dicẽdum, ꝙ verius eſt, qđ ſupra dictum fuit. Nã licèt verum eſſet, ꝙ Chriſtus eſſet dñs ſimpliciter oĩum: non videt, ꝙ ad hanc intentionem ponebant̃ verba. Prius enim cõſtare debebat de ſubſtantia perſonę, q̃ de conditione ei⁹: & tñ ſi dñs poneret̃ hic, ad ſignificãdum poteſtatem Chriſti, nõ eſſet aliqd per quod ſignificaret, quis eſſet ipſe, qui petebat hęc, & non cognita pſona non poterat aliquid de ea cognoſci, vel pdicari: ideo vocauit ſe dñm, non ad oſtendendum excellentiã, ſed notificandum perſonam: velut ſi diceret, dicite q̃a Ieſus de Nazareth his opus habet. Alij dicunt, ꝙ Chriſtus ſpeciali-

Chriſtus magiſter & domin⁹ appellabatur.

D. Tho. in c. 19. Luc.

Titus in cap. 19.

liter se vocauit nunc dominum, quia veniebat nūc, vt rex. Nam in sedendo super pullum, & asinam ostēdebatur rex, sicut dicit Zacha. Ecce rex tuus venit sedens super asinam: & tamen tunc petebat Christus asinam & pullum, vt desup sedens de seipso ostenderet id, qđ Zacharias dixerat: & quia reges domini sunt, dicunt ꝙ petendo asinā & pullum, in quibus se regem ostenderet, vocauit se dominum. Dicendum, ꝙ non stat licèt hoc videaẗ tenere Titus dicens: Maiestatiuum nomē est dominus, rex. n. erat venturus in conspectu multitudinis. Quia vt dictum est supra, necesse est constare prius de persona, quàm de qualitate personæ: sed non erat aliquid, per quod manifestaretur persona eius, si accipiamus per dominum dignitatem eius: ideo vocauit se dominum ad notificādum personam. Secundò, quia non videtur conueniens, ꝙ nūc se dominum, vel regem vocaret volens se talem esse ostendere: qa ista de se dici non conueniebat, nisi quando ostenderet, talia sibi cōuenire: & tamen nunc Christus petens asinam, & pullum adhuc nihil faciebat, per quod se dominum, vel regem ostenderet, licèt postea fecerit, vel ante hoc, ergo non vocaret se tunc dominum ad ostēdendum dominationem, sed ad notificandum personam solum.

Quare Christus vocauit se nunc dominum vtens nomine tantæ excellentiæ. Quæstio XXIII.

QVAERETVR, quare Christus vocauit se nūc dominum vtens noīe tantæ excellentiæ: cùm vt cōiter soleat vocare se filium hominis, qđ pertinet ad humilitatem: ita ergo vr̃, ꝙ nunc dicere debuisset: Dicendum, quòd cōueniens fuit, ꝙ vocaret se dominum, & nō filium hominis. Primò, quia istud dicebat ad notificationem personæ suæ, vt scirent domini pulli & asinæ quis esset, qui peteret pullum & asinam: si autem diceret, dicite quia filius hoīs, his opus habet, non intelligerēt illi, quis iste esset: quia omnis homo est filius hominis, etiam non erat aliquod nomen tale vulgatū apud populum de Christo. s. quòd ipsi vocarent eum filium hoīs, sicut vocabant eum dominū, vel magistrum: ipse enim Christus vocabat se filium hominis: & tamen populares non vocabant eum filiū hominis, sed dominum vel magistrū: ideo si seipsum vocaret filiium hominis, dicens: dicite, quia filius hominis his opus habet, non intelligerent, quis esset, qui peteret: ideo non debuit se vocare sic: Christus enim quando de seipso loquebatur ad aliquos præsentes ei, poterat conuenienter dicere se filium hominis, & ita sæpe dicebat, loquens ad turbas, supra 9. c. vt sciatis, qa potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata: apostolis etiam loquens se filium hominis vocat, vt supra decimosexto cap. quia tunc erat persona loquens manifesta: ideo solùm restabat ostendere cōditionem, vel humilitate vti, aut sicut ipse vellet: quando tamen de seipso loquebatur, ipse ad absentes tanquam de alio, non conueniebat istud nomen, quia tunc non erat cognita persona loquentis: ideo debebat vti nomine, per quod notificaretur persona loquentis, & tamen dicendo de seipso, filius hominis his opus habet, non intelligeretur quis erat ille, pro quo petebātur ista: ideo debuit se vocare magistrum vel dominum: quia sub his nominibus cognoscebant eum populares, & non sub nomine filij hominis. Secundò, quia aliquando Christus loquebatur præsentibus, vocando se filium hominis, & non cognoscebant eum sub hoc nomine: quanto magis si cum apostoli de eo loquerentur ad alios, vocarent eum filium hominis. Sic patet Ioannis duodecimo

A capitulo, vbi ipse dixit: ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me: respondit turba, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quo modo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? quis est iste filius hominis? Ergo a fortiori possent dicere domini asinæ & pulli dicentibus apostolis, filius hominis his opus habet, quis est iste filius hominis? vt ergo non dubitaretur, non debuit se vocare nunc filium hominis, sed dominum, vel magistrum, quæ erant nomina, quibus ipse apud populum notus erat.

Secundò potest dici, quòd non repugnabat humilitati, quòd Christus se vocaret dominum, & hoc vno modo, scilicet, quia ipse non vocaret se dominum, quasi volendo asserere se esse dominum, sed
B dominum, idest, quem vulgus dominum appellat, & hoc humillimus hominum de se dicere potest: quia non dicit, de se nomen ad significationem proprietatis nominis, sed ad notificationem personæ, quam alij per nomen intelligunt: vnde si populares vocarent eum communiter prædicatorem vel oratorem: aut philosophum, talem se tunc iuberet vocari ab apostolis, vt sciretur quis erat, qui loquebatur.

Non repugnat humilitati, ꝙ Christ⁹ se vocaret dominum.

Aliter potest dici, quòd non erat contra humilitatem in Christo, quòd se dominum vocaret: omnia enim quæ ipse loquebatur nobis proficiebant: erat enim ipse habens perfectissimè omnem virtutem, & quidquid faciebat, & loquebatur, ad virtutem proficiebat: Quando enim loquebatur de se parua, profi-
C ciebat, non quidem ad suam humilitatem, sed ad nobis humilitatis exemplum dandum: quando verò magna loquebatur ad fidem proderat, vt nos doceret ea, quæ de ipso credenda erant, quæ magna erant: & ideo ad Christum vtraque dicere conueniebat: ideo aliquando se vocabat filium hominis, in quo docet nos humilitatis exemplum, & aliquando magna de se dicit, asserens se magistrum, & dominum, Ioannis decimotertio, scilicet, vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim. Et tamen voluit, quòd nemo de nobis magister, neque pater, neque dominus vocaretur, sed quòd omnes vocaremur fratres: & quòd pater, & magister noster esset Christus, siue dominus, qui est in cœlis, infrà vigesi-
D motertio capitulo. Etiam dicebat publicè se maiorem Salomone, & Iona propheta, & templo Dei, supra duodecimo capitulo, scilicet, maior Salomone est hic, & maior Iona. Et postea dixit, quòd erat dominus sabbathi: ergo cum talia de se dixerit, & postea dixerit, quòd viderent eum venientem in nubibus cęli, & sedentem a dextris maiestatis Dei. infra vigesimosexto. & dixit publicè se esse filium Dei viui. Mar. decimoquarto capitulo, a fortiori diceret de se, quòd erat dominus: cùm etiam homines vocentur abusiuè domini. Potissimè cùm hic non dixerit, dominus his opus habet, quasi volens ostendere se esse dominum: sed vt ostenderet, quòd ipse quem populus vocabat dominum, & magistrum petebat asinam
E & pullum.

Quomodò in verbis discordant euangelistę.

Quęstio XXIIII.

QVAERETVR, quomodo potest stare, quia euangelistę non concordant in his verbis: nam Matthæus dicit hic: Dominus his opus habet. Marcus verò ait, dicite quia dn̄o necessari⁹ est. Lucas vero ait, dominus operam eius desiderat. Aliqui dicunt, quòd oīa hęc dixit Christus, & nemo euāgelistarū expressit oīa, sed ex dictis omniū illorum colligit vna perfecta

narratio: ſicut de ſimilibus ſolet dicere Auguſt. lib. de Concordan. euange. quando occurrunt verba Euangeliſtarum varia, ſicut in verbis eius, quando locutus eſt ad mare compeſcendo illud, & quãdo locutus eſt ad dæmones, & ad arreptitios ſupra octauo cap. & ibi declaratum eſt in aliquibus quæſtionibus. Sed dicendum, ꝙ hoc nõ poteſt ſtare: nam illud habet locum, quando verba vnius euangeliſtæ poſſunt addere aliquid in ſententia ad verba alterius: quia tunc verba vnius poſſunt ſe habere per modũ ſupplementi ad verba alterius, vt ex illis ſimul ſumptis efficiatur vna perfecta narratio: & tñ hic omnia verba ſignificãt eandem ſententiam: ideo non poſſunt eſſe quædam addita ad alia. Sed dici poteſt vno modo, ꝙ verba omnium euãgeliſtarum ſignificant eandem rem. ſ. ꝙ Chriſtus habebat neceſſarium vſum horum animalium. Hoc enim quod Matthæus dicit, dominus his opus habet: eſt hoc, qđ dicit Marcus. ſ. Dño neceſſarius eſt: & idẽ Lucas dicit. ſ. Dñs operam eius deſiderat. Illam enim rem deſideramus, quam nobis putamus neceſſariam vel vtilem: & id quod vtile eſt etiam neceſſarium vocamus: & ideo ad idem omnia redeunt. Sed eſt dicendum, ꝙ realiter nullum iſtorum Chriſtus dixit: quia ipſe non locutus fuit in lingua Latina, ſed in Hebrça, vel in vulgari terræ Chanaan, & dixit aliquam orationem, quę ſignificabat indigentiam illorum animaliũ: & hoc idem in lingua latina ſignificant verba omniũ euangeliſtarum. Secundò poteſt dici, & melius, quòd certum eſt, quòd verba Marci, & Lucæ non fuerunt hic verba Chriſti: nam Chriſtus locutus eſt de aſina, & pullo iubens ad ſe ambo adduci, vt oſtenſum eſt ſupra quæſtio. 14. Marcus autem & Lucas, de ſolo pullo loquuntur, quaſi ſolum pullum iuſſerit ad ſe adduci, cum Mar. dicat, domino neceſſarius eſt: & Luc. dicit, dominus operam eius deſiderat: ideo neceſſe eſt dici, quòd magis dixerit Chriſtus verba Matth. ſcilicet. Dominus his opus habet. i. aſina & pullo: non quòd iſta verba in lingua Latina dixerit, ſed alia æquiualentia eis in ſignificando.

An hæc verba, ſcilicet. Dominus his opus habet; aliquam efficaciam habuerint ad flectendum dominos aſinę. Queſtio XXV.

QVAERETVR, cùm Chriſtus dixerit diſcipulis, quòd dicerent, dominus his opus habet: an iſta verba aliquam efficaciam haberent ad flectendum dños aſinæ, & pulli ad dandum ea apoſtolis. Dicẽdum ꝙ ſic: primò patet, quia Chriſtus poſuit iſta verba in remedium contra prohibentes ducere pullũ & aſinam: non tamen eſſet conueniens remedium, niſi haberent aliquam efficaciam ad hoc, quòd domini pulli, & aſinæ ceſſarent a prohibitione: ergo vim aliquam habebant. Secundò patet, & manifeſtius, quia Chriſtus dixit, & confeſtim dimittet eos, ideſt, permittet vos portare aſinam, & pullum, poſtquam iſta verba dixeritis. Sed dicendum, quòd poterat hoc eſſe tripliciter: vno modo, quòd per iſta verba non induceretur aliqua efficacia, ad mouendum animos dominorum aſinæ & pulli: ſed ſolùm, quòd per ea notificabatur perſona petentis, ſiue pro quo petebatur, & quòd Iudæi, ſaltem populares talem animum habebant ad Chriſtum, quòd quidquid ab illis peteret, vel pro eo peteretur ab alijs, concederent libenter: & ideo ſiue per iſta verba, ſiue per quęcunque alia notificaretur, darent quidquid peteretur nulla virtute exiſtente verborum. Secundò modo, poterat fieri, quòd Deus daret quandam gratiam diſcipulis petentibus, ſcilicet, ꝙ inuenirent gratiam in conſpectu eorum, a quibus peterent. ſ. ꝙ nihil eſſet, quod peterent, quod ſtatim illi

F non concederent: ſic. n. fuit de Iſraelitis petentibus ab Aegyptijs vaſa aurea & argentea, & veſtes: quia dñs dedit gratiam Iudæis coram Aegyptijs, vt non negarent aliquid eorum, quę petebantur. Sic dicit Exo. 3. Dabo gratiam populo huic coram Aegyptijs, & cùm egrediemini non exibitis vacui, & Exo. 11. cap. dicitur: Dic omni plebi, vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier a vicina ſua vaſa argentea & aurea: dabit autem dominus gratiam populo ſuo coram Aegyptijs. Tertiò modo, poteſt fieri, ꝙ Deus dictis verbis iſtis ab apoſtolis incuteret timorem quendam dominis Aſinæ, & pulli, vt non auderẽt negare petita: aut moueret animum eorum penitus flectendo ad dandum, quod petebatur. Quilibet iſtorum duorum modorum poteſt ſtare, ſed

G potius ſecundus, & tertius: ad ambos. n. conuenit dictũ Chryſ. ſ. Neq; paruũ exiſtimes, quod factum eſt. Quis enim ſuaſit dñis iumentorum non velle cõtradicere: vel nolentes ſilere, & concedere? Dicta autẽ aliorum conueniunt magis tertio modo. Sic dicit Theophylactus. ſ. Nõ autem permitterent, hoc dñi iumẽtorum, niſi diuina virtus eis incumberet cogens illos: pręſertim quia exiſtentes rurales, & coloni permiſerunt pullum auferre: ſic etiam dicit Titus. ſ. In hoc autem diuinam fore vocationẽ patuit: nõ. n. poteſt aliquis reſiſtere Deo, q̃ ſua ſunt euocanti. Et ideo dicit ipſemet Titus: Obmuteſcunt autem ob excellentiam fortis virtutis, nequeuntes reſiſtere ſaluatoris eloquijs, qui ligauerant aſinũ: & ita magna poteſtas, quaſi neceſſitas oſtẽditur fuiſſe ſuper dños pulli & aſinę ad flectendũ cor-

H da eorum ſtatim, vt verba dicta ſunt: nõ eſt tamen credendum, ꝙ virtus aliqua realiter eſſet in verbis apoſtolorum, quę Chriſtus iuſſerat dicere illis, ſed quòd ſtatim, vt verba illa dicta ſunt Deus per interiorem pręparationem mouit mentem eorum ad id, quod voluit.

Quare Chriſtus dixit, & ſtatim dimittet eos. Queſtio XXVI.

QVAERETVR, quare dixit: Et ſtatim dimittet eos. Dicendum, quòd per eos neceſſe eſt, accipi aſinam, & pullum, pro qbus Chriſtus mittebat. Et poteſt intelligi dupliciter: vno modo referendo ad

I dominum iumentorũ, alio modo referendo ad Chriſtum, accipiendo primò modo eſt ſenſus, ꝙ Chriſtus oſtenderet, ꝙ nulla contradictio eſſet contra apoſtolos petẽtes aſinam, & pullum, ſed ꝙ ipſe moueret cor domini iumentorum ita, ꝙ ſtatim, vt dicerẽt apoſtoli verba Chriſti, non reſiſteret illis. Et ſic duo oſtẽdit hic Chriſtus. ſ. diuinam ſapientiam & poteſtatem: ſapientiam quidem, inquantum prędixit futurũ eſſe, ꝙ dñi iumẽtorum reſiſterent a principio. Poteſtatem vero, inquantum dixit eis verba, quibꝰ dictis ſtatim cederet, qui reſiſtebat: & quia quanto aliqua virtus in minori tpe operatur æqualia, tanto eſt fortior, & nulla operatio ſit velocior, quàm facta in inſtanti, quæ non habet ſucceſſionẽ aliquam, ſignauit diuinã virtutẽ hic ope-

K rari cũ dixit: Statim dimittet eos. i. ille, q vobis aliquid dixerit impediendo, ne tollatis pullum, & aſinam, ſtatim vt audierit verba, quę ego dico vobis, dimittet eos, i. permittet vobis, ꝙ liberè ducatis aſinam & pullum, ſic dicit Glo. ſ. Cõfeſtim dimittet eos. i. dñs iumentorum, dimittet eos. i. pullum & aſinã in Chriſti ſeruitio mancipandos. Secundò referẽdo ad Chriſtum eſt ſenſus, ꝙ iſta eſſent verba ad placãdum dñm iumentorũ faciendo eũ certum de reditu iumentorũ, qñ. n. diſcipuli ſoluerent pullũ, & aſinam fortè domini illius neſcientes, an redituri erant aliquando ad eos & quando, fierent difficiliores ad cõcedendum. Ob hoc ergo ipſi certificant dominos, ꝙ ſtatim reducerent aſinã, & pullum. i. parũ detinerent: qa non facturus erat Chrs

aliud,

aliud, nisi quòd equitaret vsq; Ierusalem, & illico remitteret animalia ad dñm: & tunc tota litera refertur ad Christum.i.siquis vobis aliquid dixerit.s.volens retinere pullum & asinam: dicite quia dñs his opus hēt.i.indiget illis, & statim dimittet eos.i.non tenebit eos, diu ad operam suam, licèt nūc illis indigeat: sed statim illos remittet ad vos. Sic dicit Chryso. Statim dimittet eos.s.intelligendum est, ꝙ animal postquā ingressum est in Ierusalem, ad dñm suum remissum fuerit a Christo: & ita isti duo sensus possunt esse in verbis Marci.s. siquis dixerit vobis, quid facitis: dicite, quia dño necessarius est, & continuo illum dimittet huc.i.postquam dixeritis, dño necessarius est, dominus pulli statim dimittet illum.i.cōcedet, quòd ducatis huc, idest, ad me pullum, de quo solus Marc. loquitur, vel continuo dimittet illum.i.dominus, cui necessarius est pullus, cōtinuo.i.statim dimittet illum ad vos, vt non diu careatis vsu rei vestræ: sed primus sensus magis applicatur literæ, & ille tenetur communiter.

Quare Mattheus allegauit hic auctoritatem Zachariæ potius quàm cęteri euangelistæ. Quęst. XXVII.

QVAERETVR, quare potius Matthæus allegauit, hic auctoritatem Zachariæ, quàm cęteri Euāgelistę, cùm Marcus, & Lucas idem factum enarrauerint: & tñ dictum propheticum non posuerunt. Aliqui dicunt, ꝙ Mattheus fuit peritior in literis Hebræis: ideo potuit magis inducere testimonia legis, & prophetarum quàm Marcus & Lucas. Sed dicēdum, quòd non stat. Primò, quia non constat, ꝙ Matthæus esset alijs peritior, imò verisimile est, ꝙ Matthæus, q erat deditus negociationi, & in telonio sedens, nō esset peritus in literis sacris. De Marco autem esset verisimilius, quòd esset peritus, eo ꝙ ipse erat de genere Leuitico, vt dicit Hiero. in prologo super Marcum, & in libro virorum illustrium: Leuitæ autem & sacerdotes erant, & esse debebant cæteris in lege peritiores: quia dicitur Malac. 2. Labia sacerdotis custodient sciētiam, & legem ex ore eius exquirent, quoniam angelus domini exercituum est. & Aggei. 2. c. dicitur interroga sacerdotes legem. Secundo, quia dato ꝙ Matthæus esset peritior in literis Hebræis, non allegaret solus Hebraicas auctoritates, vel non peritius quàm cæteri, quia euangelistę, & cæteri scriptores sacrarum literarum non scripserunt humano ingenio & scientia, sed scientia diuina perfusi, & a Deo moti, & inspirati ad scribendum, vt dicitur. 2. Petr. 1. cap. s. Hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit.i.non fit propria scientia aut viribus, & sequitur: Nō enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, & tamen Spiritus sanctus sufficientem scientiam dabat ad posse allegare omnes scripturas sacras: ideo non ex hac causa allegat auctoritates veteris testamenti, potius Matthæus quàm alij. Sed dicendum, quòd hoc fit quia Matthęus scripsit euāgelium Hebreis, vt patet in prologo super Matthę. & dicit illud Hierony. in libro illustrium virorum: & ob hoc solus Matthęus scripsit in literis Hebræis, & lingua: cæteri verò Græca lingua scripserunt, vt tangit ibidem Hierony. Et August. libro 1. de concor. euange. Iudæi autem Messiam expectabāt solum, inquantum erat eis promissus a Deo, vt appareret ex scripturis: & ideo nihil plus de eo considerabant quàm de illo scripturæ attestarentur, & consequenter illum in Messiam reciperent, cui constaret concordare sacras scripturas, quibus magnam fidem Christi dabant: & ideo Christus aliqñ contra eos allegabat scripturas in testimoniū suum, & remittebat eos ad con-

A sideratíonem scripturarum, vt viderent si concordabant factis eius, Io. 5. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in eis habere vitam æternā, ipsę sunt, quæ testimonium phibent de me. Fuit ergo magna cura Mattheo omnes auctoritates veteris testamenti allegare, quandocunq; essent ad propositum gestorū Christi, vt ex his magis Iudæi ad credendum suaderentur, & ideo non solùm auctoritates illas, quas Christus allegabat, sed etiam quascunq; alias, quę ad propositū facere poterant, vbicunq; studet inducere: euangelistæ autē alij non scripserunt Iudæis, sed alijs gentibus ad Christum conuersis: ideo nō fuit studium eorum probare facta Christi testimonijs sacræ scripturæ, & ob hoc solas illas auctoritates, quas Christus allegabat cōtra Iudęos

B inducunt ipsi: non quidem, vt ipsi allegent, sed vt rem gestam referant: & ista est causa, vt Rabanus dicit, quare solus Mattheus scripsit de asina, & pullo aductis ad Christum, cùm alij de solo pullo scribant. s. quia per asinam populus Iudęorum significatur: cęteri autem, quia Iudæis non scripserunt, de asina tacuerunt. Sic.n. ait: Matthęus solus, qui Iudęis euāgelium scripsit, asinam dño refert aductam, vt eidem etiam genti Hebręę, si pęniteat non desperandam monstret esse salutem. Sed de hoc, quę sit causa dictum est supra q. 16.

Ad quid profuit hic allegare auctoritatem istam Zachariæ. Quæstio XXVIII.

C QVAERETVR, ad quid profuit hic allegare auctoritatem istam Zachariæ. Dicendum, quòd primò fuit ad excusationem: aliquis enim pauca sentiens fortassis irrideret, ꝙ Christus super pullum indomitum equitando introisset in Ierusalem, quasi ex aliqua leuitate factum esset: tollit autem hic irrisionis, & murmurationis occasio, cum ostēdatur, ꝙ factum est propter dictum prophetę: & ita nō fiebat ex leuitate. Secundò quia dato, ꝙ aliqs putaret omnia gesta Christi rectè, & prudenter & grauiter facta esse: tamē quare equitans super asinam & pullum nunc ascendisset in Ierusalem, quod nunquam sibi fuerat in consuetudinem admiraretur. Nam non fuit factum propter alleuiandum laborem itineris, cùm per totam Gallilęā

D progrediens nunquam hoc fecisset. Sic dicit Chryso. Non equidem, quòd ex necessitate a monte Oliueti vsq; Ierusalem ire dominum sup pullum oportebat, cum Iudeam & oēm Gallilęam pedester perambulauerit, sed signum erat, quod fiebat. Redditur ergo causa.s.hoc totum factum est, vt impleretur, quod dictū est per prophetam. Tertio fuit ad condemnandū Phariseos, & doctores legis, qui Christum cognoscere poterant, si vellent. Nam ipsi sciebant signa eius aduentus.s.ꝙ super asinam, & pullum veniret: cùm autē sic eum venire viderunt, aut contempserunt eum recipere vt regem agnitum, aut malitia excecauit eos, vt nō agnoscerent, quem clare poterant cognoscere: vnde si dicerent aliqui, ꝙ non cognouerunt, vel non potue

E runt cognoscere nunc Iudęi Christum, allegat contra eos, ꝙ potuissent agnoscere: quia signū sufficiens erat ꝙ veniret Messias equitans super asinam. Et vt ostendat, ꝙ esset illud signum cōueniens allegat auctoritatem Zacharię, q hoc prędixerat. sic dicit Glo. Adhibet aūt huic facto prophetæ testimoniū, vt appareat dñm omnia, quæ de ipso scripta erant implesse, sed inuidia cęcatos Scribas, & Pharisæos ea, quæ ipsi legebant, intelligere noluisse. Quartò fuit, vt ostendatur, quòd de eis, quæ scripta erant de Messia, nihil Christus omiserit: nam necesse erat, quod Messias impleret omnia, quæ de ipso scripta erant: sic enim Christus dixit Petro an putas, quòd non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo pluquā duodecim legio-

legiones angelorum: quomodo ergo implebunt̄ scri F pturæ: quia sic oporteret fieri, & tamen de eo scriptū erat, quòd veniret ascendens super pullum & asinam: ideo venit: hāc autem necessitatem qūo Christus expleuerit, ostendit Matthæus, postquam Christus sic equitauit ostendens quomodo hoc erat necessarium inducens auctoritatem prophetæ, & sic dicit Glo. vbi supra: Adhibetur autem huic facto prophetę testimonium, vt appareat dn̄m omnia, quæ de ipso scripta erant, implesse. Quinto fuit ad condemnationē Iudęorum, ꝙ Christum non decenter acceperint ascendentem in templum, sed potius laudibus eius restiterint: qn̄ ipse ibat laudabant eum pueri, dicentes: Hosanna filio Dauid, indignati sunt autem sacerdotes & scribæ, & dixerunt ei, quare non compescebat illos sic clamā G tes: Christus autem ostendit, ꝙ rectè dicebāt, quia ex ore infantium erat perfecta laus, vt dicitur infra in litera, & Mar. 11. imò ꝙ erat necesse tunc per aliquos dari istam laudem Christo: quia si illi tacerent, lapides clamarent, Luc. 19. c. & in hoc peccauerunt Iudæi sacerdotes & scribę. Si autem aliquis diceret, quòd excusabantur, quia nesciebant quis erat, tollit propheta occasionem excusationis, ostendens, ꝙ Messias rex eorum super pullum & asinam ascensurus erat, & vt videatur quomodo ex hac auctoritate tollatur eorum defensio posuit illam Mattheus. Sextò, & principaliter fuit, vt dictum est præcedenti quæstione, qa intentio Matthæi erat ostendere Iesum esse Messiam, & ad hoc volebat singula, quę de Messia dicta erant, applicare ad ipsum: ideo enarrando actus eius, vbicūque aliquod te- H stimonium est, ex quo ostendatur, quòd talia facere deberet Messias, inducit illud in concordiam gestorū Christi. Et quia istud, quod nunc fecit Christus. s. ascēdere super asinam, & pullum ad introeūdum in Ierusalem pręnunciatum erat per Zachariā, prędixit illud nunc in loco suo, & ita de omnibus alijs, quę ad Messiam pertinent inducit ea in locis suis, vt per hoc ostēso quomodo Iesus explesset omnia, quę de Messia dicta erant, sine scrupulo tenerent eum esse Messiam, & magis afficerentur ad facta eius.

Quare Christus equitans super pullum, & asinam potius venit in Ierusalem, quàm in alium locum terræ Iudęorum. Quęstio XXIX. I

QVAERETVR, dato quòd Christus deberet venire equitans super pullum & asinam, quare potius venit in Ierusalem, quam in alium locum terræ Iudæorum. Dicendum, quòd primo fuit ad implēdum prophetiam. Nam sicut propheta prędixit, ꝙ super asinam & pullum ascēderet, ita dixit quò iret. Ait enim: Exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalē, ecce rex tuus venit tibi. Et hic in litera dicitur: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus venit. Vtrobique autem significatur Ierusalem: ergo debuit Christus venire in Ierusalem, ascendens super asinam & pullum. Secundò, quia dato quòd non diceretur in prophetia locus ad K quem Christus veniret sic equitans, debuit intelligere, quòd veniret in Ierusalem, eo quòd Ierusalem erat caput regni: Christus autem veniebat nunc vt rex, & quasi suscepturus regnum: quia dicitur, ecce rex tuus venit tibi, ergo ad Metropolim regni venire debuit, sed Ierusalem erat metropolis, ergo debuit illuc ire.

Tertiò, quia Christus erat rex promissus in lege, & prophetis, & non rex talis, quales reges mundi, sicut ipse dixit Pilato, regnum meum non est de hoc mundo. Ioan. 18. Ideo quòd rex esset non poterat cognosci ex apparatu, & ex manifestis signis exterioribus, sed solùm ex signis datis in scriptura, sed scripturam non intelligunt nisi sapientes, ergo debuit venire in locum sapientum: erant autem omnes sapiētes & doctores præcipui legis in Ierusalem: ideo illuc conueniens erat, ꝙ Christus iret sic, quia aliàs poterant calūniari Iudęi, ꝙ Christus venisset inter gentem rudem, & indoctam, quę non poterat eum cognoscere, ideo si maneret incognitus, sibi imputaret.

Quare Matthęus allegando auctoritatem Zachariæ non recitauit eam ad literam, sed mutauit verba: & quomodo est intelligenda, quo ad singulas eius partes. Quæstio XXX:

QVAERETVR, cùm hic Matthæus alleget auctoritatem Zachariæ, quomodo nō secutus est eam, sed mutauit aliquantulum. Nā Zacharias dixit: Exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Matthęus verò ait: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Dicendum, ꝙ quando Christus vel apostoli allegant testimonia de veteri testamento, nō solent allegare penitus quantum ad literam: sed satis est allegare quantum ad sentētiam. Nam & nos quotidie hoc facimus, quia quandocunq; inducimus aliqua testimonia, siue sacræ scripturæ, siue alterius scripturę, non allegamus ea prorsus quantum ad literam, sed tenemus sententiam: quia nō est res sermoni, sed rei est sermo subiectus, vt Hilarius ait: & extra de verbo. signi. c. intelligentia. non est ergo contendendum aliquando an eadem verba recitent̄, dum tamen non varietur sententia: quia tamen interdum sub intelligētia verborum ambiguitas est, allegantur tunc testimonia penitus quantum ad literam, vt tota serie verborū prospecta de sententia iudicari possit: de Christo tamē manifestum erat, ꝙ veritatem scripturæ allegaret, qa ipse eam inspirauerat mentibus prophetarum: apostoli quoq; allegarent, s̄m veritatem sententię: quia inspirati Spiritu sancto loquebantur. 2. Pet. 1. c. ideo etiam si non teneant eadem verba, planum est nobis, ꝙ sententiam sequuntur: & ideo propter nos nō oporteret conari exponere & applicare literam Christi, vel apostolorum ad literam veteris testamenti, sed ne nobis Iudęi insultent dicentes, ꝙ mēdacia pro veritate accepimus, conandum est in omnibus talibus allegationibus applicare, qūo litera inducta a Christo, vel apostolis conueniat veritati, & literę Hebraicę: vt Iudæi negare non possint concordiam: est autē in pręsenti dicendum, ꝙ aliqua verba ponuntur a propheta, quæ non allegauit Matthęus: & hoc quia non erant necessaria: vel quia ex alijs colligebant̄. Dr̄ enim in Zacharia, exulta satis. hoc non posuit Matthęus. Et ratio est in trib⁹: primò, quia illud non inducitur per modum assertionis, sed exhortationis: propheta. n. loquitur ad Ierusalē hortando, ꝙ in aduentu Messiæ gaudeat, & ideo in secunda persona loquitur dicens: exulta. Matthęus aūt, quia non loquitur vt propheta dicens aliquid ad Ierusalem, sed adducens auctoritatem istam per modum testimonij, non curauit de illa allegare nisi illud, quod ad assertionem pertinet. Secundò, quia licèt istud non ponat Matthęus per modum exhortationis, quasi loquēdo de re futura, quod ad prophetiam pertinebat, recitat illud per modū rei gestæ, sicut ad historiographum pertinet: vnde ad lætandū hortatus est hic Zacharias, & Matthęus lętatum fuisse ostendit, in quantum ait: plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via, & cętera, quæ sequuntur de ramis, & Hosanna ad lætitiam magnam pertinet, quam tunc Ierosolymitæ conceperunt.

Tertiò, quia licèt Matthęus non retulit ꝑ eadē verba, tenuit

tenuit tamen sententiam: quia loco huius, quod dicit exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalē: dixit Mattheus: Dicite filiæ Sion. Quia cùm ait Zacharias, exulta filia Sion, dixit Matthęus, dicite filiæ Sion: nam si diceretur ei, q̃ rex suus veniebat, certum est, quòd exultaret: ideo idē erat, quòd diceretur ei exulta filia Sion, vel dicite filiæ Sion, ecce rex tuus venit. Nunc autem applicanda est litera: dicitur enim, Exulta satis. Verè satis exultandum erat, quia nulla maior letitia esse poterat Ierusalem, quàm quòd rex suus, & Deus & saluator veniret, qui eam ab omni malo liberaret: ideo nō solùm exultandum, sed & satis.i.abundanter exultandum erat. Dixit filia Sion, quod de Ierusalem intelligitur, quę erat filia Sion: idest ciuitas posita sub monte Sion, & circunfusa illi: Et quia subdita vocatur filia, B quia filia matri subijcitur, vel quia mons Sion erat fortalicium protegens vrbem, cùm ibi esset templum, & domus regia, quæ erant fortalicia vrbis, & protegebāt eam, sicut mater filiam. Rabanus enim dicit, filia Sion historialiter dicitur Ierusalem ciuitas, quæ sita est in monte Sion. Dicitur vltra (& iubila filia Ierusalem) ad eandem sententiam pertinet: quia eadem est, quæ est filia Sion, & filia Ierusalem: sed est repetitio quædam qualis fit in carminibus, & in modo loquendi prophetarum, iuxta illud Psalmi 143. Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Nam bellum & prælium idem sunt: Et idem est docere manus ad bellum, & digitos: cùm vnum sine altero non moueatur, & 2. Reg. 20. & 3. Reg. 12. c. dicit, C quæ nobis pars in Dauid, aut quæ hęreditas ī filio Isai. Et idem est: quia Dauid & filius Isai, idem est, & pars, & hęreditas: vnde idem est habere partem in Dauid, quòd habere hęreditatem in filio Isai. Ita ergo hic filia Sion, & filia Ierusalem. Sed dicendum, quòd filia

Quid per filiam Sió, quid ve p filiam Ierusalem itelligatur.

Sion vocari potest ipsa ciuitas, prout murorum ambitu continetur: vel ipse populus habitans in ciuitate: filia autem Ierusalem non potest accipi, nisi gens habitans in ciuitate. Ratio differentiæ est, quia tota ciuitas Ierusalem, vt murorum ambitu clauditur sub monte Sion erat, & ei circunfundebatur, & ab eo protegebatur, vt filia a matre: & tamen non est aliquid, quod ipsi toti ciuitati Ierusalem esset subditum: vel quòd filius, aut filia eius vocari possit nisi gens, quia D ista claudebatur intra vrbem: & tamen vtrobique est eadem sententia: quia quando dixit: Exulta filia Sion, non locutus est ad lapides, sed ad homines. Dicēdum autem, q̃ propter hoc Matthęus non posuit ista duo sicut Zacharias, sed dixit solùm: Dicite filiæ Sion, cū idem filia Sion, & filia Ierusalem sit in præsenti, & nō attendit repetitionem verborum, sed sententię integritatem Matthæus: & ita hic ponitur verbum, idem significans, scilicet iubila, & exulta, quia iubilare cantum nominat, exultare verò exteriorem saltationē, quæ cum cātico fit. Dicitur vltra (ecce rex tuus) dictio demōstratiua est, quasi ille, de quo sermo erat, ad oculum videretur. Sed dicetur, quomodo hoc stat, cùm Christus non venerit, quando ista dicta sunt, sed multo post, cùm dicta fuerint ista a Zacharia, qui fuit E statim post reditum de Babylone.s.pauco tempore post. Dicendum, q' si istud ad Matthęum referatur, nō stat obiectio: quia quando Matthęus istud dixit, res erat facta. Et tamen dicendum, quod non debet referri, vt sint verba Matthæi, sed Zachariæ. Primò, quia Matthæus inducit hic allegando, & ideo debent referri ad illud tempus, in quo loquebatur Zacharias. Secundò, quia etiam non conuenit, vt referatur ad Matthæum: quia eo tempore, quo Matthæus ista dixit, iam prætierat, & non erat conueniens dici, filia Sion, ecce rex tuus venit: quia iam venerat, & eum occiderat: potissimè cùm dicat Matthæus. Hoc autem totum factum est, vt impleretur, quod dictum est per prophetam. Et ita inducit prophetiam esse completam: ideo ad tempus, quo propheta locutus est referendum est. Sic autem referendo dicendum, quòd hic fit demonstratio non ad oculum, sed ad intellectum: scilicet ecce rex tuus, idest, considerate spiritualiter opera eius. Secundò potest intelligi, quòd Christus ostenditur a propheta: quia licèt nondum venerat in carne assumpta, tamen in persona sua iam erat: quia persona Christi, cùm sit diuina æterna est. De istis duobus dicit Chrysostomus: Ecce ostēdentis est verbum, idest, nō carnali aspectu, sed spirituali intellectu opera virtutū eius aspicite. Ante tempora, quidem multa dicebat ecce, vt ostenderet, quòd ille, de quo loquebatur antequam nasceretur iam erat. Tertiò potest dici, & melius, quòd ista est demonstratio ad oculum: nam ea, quæ sequuntur istud ostendunt, cùm dicatur, rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam: & dicat Matthæus, hoc completum esse nunc, & tamen completum fuit realiter: ergo Zacharias demonstrabat istud realiter, & non ad intellectum; etiam non demonstratur Christus pro esse, quod habet in æternitate, quod competebat ei tempore Zachariæ: quia pro illo competit sibi esse diuinam personam, sed nō intrare in Ierusalem, super pullum asinæ: & tamen Zacharias ostendit illum, vt sedentem super pullum asinæ, ergo non est sensus ille præcedens, sed quòd fuit demonstratio ad oculum, non quidem quia realiter illum ostenderit Zacharias, sed quòd ita propinquus esse videbatur, quasi iam præsens esset, vt demōstrari posset, & hoc quia prophetæ loquuntur iuxta diuinam inspirationem eis factam. 2. Petr. 1. Apud Deum autem multi anni sunt sicut momentum, vel ictus oculi, ideo quod valde longè est respectu nostri, est quasi iam sit respectu Dei, & quasi ad oculum demonstrari possit. Sic dicitur Psal. 49. Quoniam mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesterna, quæ prętẹrijt. Et ita Petrus respondens illis, qui dicunt nihil mali futurum post nos, & sęculum mansurum in statu, in quo est, quia semper illud in isto statu viderunt, dicit: vnum hoc non lateat nos charissimi, quòd unus dies apud dominū sicut mille anni: & mille anni sicut dies vnus. 2. Pet. 3. Et ita in sacra scriptura multa dicūtur esse, quasi nunc sint, quæ tamen multum distant. Sic Christus dixit, de resurrectione futura loquens. Io. 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui audiunt vocem filij Dei, & qui audierint viuēt. Et intelligitur de resurrectione corporali, cùm dicatur statim: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij hominis, & procedent, qui bona egerūt in resurrectionem vitæ, qui verò mala in resurrectionē iudicij. Et tñ postquam illud Christus dixit, multa tēpora transierunt, & adhuc nescimus, q̄n erit resurrectio. Et 1. Ioā. 2. c. dicitur, Filioli hora nouissima est, & tñ multę horę, & anni postea transierunt, ita et de ipso aduentu Christi dicitur; statim veniet ad tēplum sanctum suum. Malac. 3. c. et tñ illud statim longum erat. Et Aggęi. 2. c. dicitur: Adhuc vnum modicum, & ego mouebo cęlum, & terram, et veniet desideratus cunctis gentibus: et tamen tempus inter Aggęū, et aduentum Christi magnum fuit, scilicet, plusquam quadringentorum annorum, et tñ apud Deum vocat modicū. Ita ergo nunc, licèt inter tēpus, quo locutus est Zacharias hæc, & aduētum Christi fuerint anni plusquā quadringenti: tñ respectu Dei inspirantis prophetam, ita parum erat quod videbatur iam inesse, & q̃ esset ad oculum demōstrabile: ideo dixit, ecce rex tuus venit. Dixit autem (rex tuus) quia de Messia loquebatur, qui rex erat. De semine enim regali Dauid erat, & cui promissum erat, q̃ regnaret Lu. 1. et Iere. 23. dixit aūt,

Tuus, non quaſi ſolum gentis Iudęorum rex eſſet: q̃a non erat futurus rex carnaliter, ideſt, temporaliter, ſicut Dauid & Salomon, qui præeſſet ſolum genti Iudæorum, ſed eſt rex omnis terræ Deus: Pſal. 36. & eſt princeps omnium terræ regum: Apoc. 1. cap. Qui cõſtitutus eſt a Deo iudex, & rex viuorum & mortuorum. Actu. 10. c. Et tamẽ vocatur ſpecialiter, rex tuus, quia ſpecialiter erat promiſſus genti Iudæorum, ſcilicet, quia de ſtirpe Iudæorum venit, & eis promiſſus eſt: & non fuit promiſſus gẽtibus, ſed omnes promiſſiones factæ fuerant patribus de gente Iudæorum: & ita apoſtolus dicit ad Romanos decimoquinto; Dico autem Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circuncisionis ad confirmandas promiſſiones patrum, gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum. i. gentibus non fuit promiſſus Meſſias: ideo ſuper miſericordia, ideſt, de miſericordia debent laudare Deum: quia cũ non promiſiſſet eis Meſſiam, dedit illum in redemptionem eorum ſicut & Iudæorũ: & ita Chriſtus vocatus eſt rex Iudęorum in titulo paſſionis, qui titulus Deo placuit, tanquam cõueniens, ideo licèt Iudæi voluerint illum delere, Deus non permiſit, dans in mentem Pilato, ꝙ ſic maneret titulus. Io. 19. c. Et cũ Chriſtus omnium Iudæorum eſſet ſpecialiter rex, adhuc ſpecialius erat rex Sion, & Ieruſalem: quia ibi erat metropolis regni, & ita ſolent reges denominari ab eo, quod in regno præcipuum eſt, & talia loca vocamus ſedes regni. Dicitur vltra (venit tibi) ideſt, venit ad te, ſcilicet, quia in Ieruſalem intrauit Chriſtus, ſic equitans ſuper pullum aſinæ, & non in alium locum: vel venit tibi, ideſt, venit ad vtilitatem tuam, vel ad damnum tuum. Significat enim acquiſitionem datiuus ille. q. d. magnam vtilitatem conſequeris nunc ex iſto aduentu ad te ſi receperis illum, & magnum damnũ ſi non receperis. ſic dicit ipſe Chriſtus Luc. 19. c. flens ſuper Ieruſalem: Si cognouiſſes, & tu, quę ad pacem tibi, nunc autem abſcõdita ſunt ab oculis tuis. Sic dicit Chryſo. Ecce rex tuus, cùm ergo videritis eum, nolite dicere, non habemus regem niſi Cęſarem. Venit tibi. i. ſi intellexeris, vt ſaluet te: ſi nõ intellexeris, venit contra te. Et hoc eſt ſ̃m literam Matthæi. Nam Zacharias dixit, veniet tibi, quod de futuro eſt, ſicut futurũ erat tempore Zachariæ, & ita poterat reſponderi, q̃n quęrebatur q̃uo Zacharias poſuit, ecce, quę eſt dictio demonſtratiua, cùm iſta res non eſſet pręſens. Nã dici poteſt, ꝙ non demonſtrauit ad oculum rem quaſi fieret, cùm verbum non poſuerit de pręſenti, ſed de futuro: ſed, ecce, ponebatur, vt dictio excitatiua ad conſiderandum. i. conſidera, ꝙ res tuus veniet tibi: & t̃n ponendo, ꝙ ſit demonſtratio aliqua, reſpondendum eſt ſicut ſupra. ſ. ꝙ multa tempora ſunt coram Deo, ſicut momentum, & ideo id, quod poſt illa tempora futurum eſt, poteſt demonſtrari reſpectu Dei, tanquã præſens. Dicitur vltra (Iuſtus,) & hoc expoſitione non indiget: erat. n. iuſtus, qui peccatum non fecit; neq; inuẽtus eſt dolus in lingua eius. 1. Pe. 2. c. d̃r & cuius erat iuſtitia cingulum renum eius Iſa. 11. c. & ita dicĩt Iere. 23. c. Suſcitabo Dauid germen iuſtum. i. Meſſiam iuſtum, qui eſt de ſtirpe Dauid: & poſtea dicitur, hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. Dicitur vltra (ſaluator) hoc ſoli Chriſto competit ipſe ſolus eſt, qui ſaluare potuit & ſaluauit, vnde non eſt datum ſub cęlo aliud nomen, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine eius. Actu. 4. c. Et hoc q̃a oẽs prophetæ huic teſtimonium perhibent redemptionem, & remiſſionem peccatorũ accipere per ipſum: Actu. 10. cap. Et vocatur hic ſaluator, ideſt, ad ſaluandum veniens, cùm dicatur, veniet tibi iuſtus, & ſaluator. Nam ea vice, qua nunc venit in Ieruſalem, ad ſaluandum venit: quia poſt paucos dies ibi occiſus eſt,

Quare dixit ſaluator.

F per cuius mortem ſaluati ſumus. Dicitur (Et ipſe pauper) eſt verum, quòd pauper veniebat: quia aſcendebat ſuper pullum filium aſinæ, & non in apparatu regum mundanorum, & tam pauper fuit, quòd licèt aues cęli nidos haberent, ipſe non habuit, vbi reclinaret caput ſuum, ſupra octauo capit. Matthęus autem iſta non poſuit, non enim dixit iuſtum, ſaluatorem, & pauperem. Et hoc primò, quia ſolùm ea poſuit, quæ ad propoſitum ſuum pertinebant. Ipſe autem inducebat hæc ad oſtendendum, pręnunciatum eſſe a propheta, quòd Chriſtus ſuper aſinã equitaret, & ad hoc nõ facit, ꝙ fuerit iuſtus, ſaluator, & pauper, ſed potius ſunt conditiones, quę ad perſonam Meſſię pertinent. Secundò, quia Matthęus non poſuit illa, eo ꝙ loco il-

G lorum poſuit vnum ęquiualens. ſ. manſuetus, & iſtud eſt verius. Nam ſi Matthęus penitus vellet illa ſubticere, ſicut taceret illa, ita & quodlibet æquiualens, vel loco illorum ponendum, & tamen poſuit loco illorum hoc, quod eſt eſſe manſuetum: ideo non penitus tacuit: ſicut loco illius. ſ. exulta filia Sion, poſuit, dicite filię Sion, & vocauit eum mãſuetum: quia conuenit hoc in propoſito, cùm dicatur: ſedens ſuper aſinam. Satis enim manſuetus erat rex, qui ſuper aſinam ſedere volebat. Nam ſi ſuperbus eſſet, nollet niſi in curru aureo, vel in equo feruido. Sic dicit Chryſo. Manſuetus, inquit, non vt propter potentiam timeretur, ſed vt propter manſuetudinem amaretur: vnde nõ ſedet in curru aureo, pręcioſa purpura fulgens: neq; aſcen-

H dit ſuper feruidum equum diſcordiæ amatorem & litis: ſed ſuper aſinum tranquillitatis, & pacis amicam. Vel poſuit manſuetus: quia dixerat Zacharias, pauper, & tamen qui pauper venit cum diues eſſe poſſit, manſuetus venit. Dicitur autem vltra (ſedens ſuper aſinã & pullum) ſecundùm Matthæum. Zacharias verò dixit, aſcendens ſuper aſinam, ſed idem eſt: quare autem Chriſtus nunc equitando ſuper aſinam, vel pullum voluerit intrare in Ieruſalem, poſitæ fuerunt cauſæ ſupra, & præcipua eſt, ad implendum dictum prophetæ, ſcilicet, ecce rex tuus, ſicut dicit hic Matthæus, ſcilicet, hoc totum factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam. Et tamen alij, adhuc aliam cauſam apponunt, ſcilicet, quòd factum eſt ad exem-

I plum humilitatis, & manſuetudinis præbendum, ſcilicet, ꝙ non eſt neceſſe equitare aſcendendo equos, cum ſufficiat aſina ad itinerandum. Sic dicit Chryſo. Mihi autem videtur, ꝙ nõ propter myſterium ſolum ſuper aſinam ſederit, ſed & menſuram nobis ſapiẽtię tribuens demonſtrat, ſcilicet, ꝙ non ſuper equos ſerri neceſſe eſt, ſed ſufficit aſino vti, & eo quod neceſſitatis eſt eſſe contentum: interroga autem Iudæos, quis rex ſuper aſinã delatus intrauit Ieroſolymam. An verò Chriſtus ſuper aſinã & pullum ſederit ſucceſſiuè, vel ſuper ſolum pullũ, dictũ eſt ſupra. Dicit enim Remigius quòd poterat fieri, quòd ſuper vtrunque animal dominus ſederit: alij autem non reputant hoc veriſimile, licèt eſſet poſſibile: ideo dicunt, quòd nõ ſe-

K derit realiter ſuper vtrunq;, ſed ſuper ſolum pullum: & hoc eſt verius, & tenet illud Hieronymus dicens. Sed videtur, quòd ſuper vtrunq; animal in paruo ſpatio itineris dominus ſedere nequiuerit: ergo cùm hiſtoria, aut impoſſibilitatẽ habeat, aut turpitudinem, ad altiora tranſmittimur: & ita videtur intelligẽdum, vt dictum eſt ſupra q. 17. ꝙ aſcendit ſup̱ aſinã & pullũ: q̃a ſuper pullum verè aſcẽdit: aſina aũt cum pullo ducebatur, & ita ſuper eam equitare, vel aſcendere videbatur. Quòd propheta dixit vt innueret, ꝙ Chriſtus tã ſuper Iudæos, quã ſuper gentiles, qui per aſinã & pullum ſignificabãt, iugum legis ſuæ poſuerit. Dicitur vltra in litera Matthæi, & pullum filium ſubiugalis. Zacharias dixit, ſup̱ pullum filium aſinæ, & idẽ eſt: q̃a

ipſa

ipsa asina subiugalis dicitur, quia sub iugo posita erat. Aliqui autem putant, ꝙ subiugalis sit accusatiuus pluralis numeri, & sit accusatiuus inusitatus, & referũt ad asinam, & pullum simul, qui essent subiugales. Sed dicendum, ꝙ non stat, sed est genitiuus singularis, & ad solam asinam refertur. Et patet primò, quia dicitur, asinum & pullum filium subiugalis. Nam si subiugalis nõ sit genitiuus, non erit aliquid, cuius dicatur pullus filius: cùm tamen in litera filius dicatur: ergo oportet ꝙ subiugalis sit ipsa asina, cuius pullus dicatur filius. Secundò patet hoc, quia idem ponitur in litera Zachariæ: Matthæus enim secutus est sententiam Zachariæ: sed ille dixit, ascendens super asinam, & pullum filium asinæ: ergo dicere filium subiugalis est dicere filium asinæ. Tertiò patet, quia non poterat stare sententia: nam si esset accusatiuus, diceremus quòd asina & pullus essent subiugales. Sed non stat, quia pullus non erat subiugalis: quia subiugalis dicitur, qui sub iugo ponitur, vel labori subijcitur: hoc autem de pullo non fuerat, quia Mar. 11. & Luc. 19. dicitur, quòd super pullum nemo vnquam hominum sederat: ergo sola asina erat subiugalis, quæ laboribus & oneribus subijciebatur, nunc verò Christus de nouo super pullum ascendit.

Quare discipuli posuerunt uestimenta sua super pullum. Quæstio XXXI.

QVAERETVR, quare discipuli posuerunt vestimenta sua super pullum. Dicendum, quòd discipuli iuerunt pro pullo & asina, & adduxerunt eos, sicut Christus iusserat. In quo est notandum, quòd nõ erubuerunt, hoc paruum ministeriũ: sed executi sunt illud ad mandatũ Christi. Sic dicit Titus: Discipuli autem iussi ducere pullum, non refutauerunt hoc officium, vt paruum: sed abierunt, vt adducerent eum: in quo nos instruimur, quęcunq; parua pro Christo non erubescere subire: quia nihil tam paruum pro illo fieri potest, quòd non efficiat nos dignos regno cœlorũ. Sic dicit Basilius: Sic quoque docet nos infima opera plurimo cũ affectu & studio aggredi, scientes ꝙ quidquid intuitu Dei fit, non est paruum, sed dignum regno cœlorum. Adducto pullo, tam illi duo discipuli, quàm alij posuerunt vestes suas super pullum: cuius prima causa est, quia pullus ille fortassis non habebat stramenta, super quæ Christus sederet, & hoc verisimile est. Certum est enim, ꝙ super pullum nemo vnquam hominem sederat, Mar. 11. & Luc. 19. Et consequenter non haberet stramenta, quæ non ponuntur nisi asinis domitis, & super quos quis sedet, vel onus eis imponitur: & ita cum deessent stramẽta pullo, fortassis loco stramentorum ponerentur vestes discipulorum. Secunda causa fuit ad ornatum, & decentiam Christi: nam dato, ꝙ pullus haberet stramẽta, vel possent stramenta asinæ imponi pullo, adhuc non decenter sederet Christus super pullum: ideo apostoli posuerunt vestimenta sua super pullum, vt decentius ornatus Christus sederet, & procederet.

Quomodo Christus sedere uoluit super pullum cum tria ei obstarent. Quęstio XXXII.

QVAERETVR, cùm dicatur hic, ꝙ Christum sedere fecerant super pullum, quomodo ipse sedere voluit super eum: tria enim obstabãt. Primum quia pullus erat indomitus, cum nemo adhuc super eum sedisset, vt dr̃ Mar. 11. & Luc. 19. c. Secundùm, qa videbatur impotens ad tolerãdum onus, quia erat adhuc valde tener, & fortassis non posset eum tolerare. Tertium, qa habebat conuenientiorem equitaturã. s.

A vt super asinam sederet: nã si nõ haberet nisi pullum, poterat aliqualiter tolerari, ꝙ pullum ascẽderet: cùm tñ haberet pullum, & asinam & esset asina conuenientior ad tolerandum onus, erat mirãdum, quõ pullum indomitum ascendere vellet. Dicẽdum, ꝙ causa ascẽdendi Christo nunc super asinum, vel asinam non erat fatigatio ex itinere, vel aliqua necessitas corporalis, quia qui totam Galilæam prędicãdo ambulauerat, poterat nunc paruum terræ spatiũ pertransire a monte Olìueti in Ierusalem, vt dicit Chryso. s. Non quidẽ, ꝙ ex necessitate a mõte Olìueti, vsq; Ierusalem super pullum ire dñm oporteret: cùm Iudęam & omnẽ Galilæam pedes perambulauerit, sed signum erat, quod fiebat, & qm̃ ad significandum aliquid fiebat, debebat

B ascendere super illud animal, quod magis ad significationem conueniebat: istud autem erat pullus: Nã asina significat populum Iudaicum, qui diuinis mandatis, & legibus semper subditus fuerat, & tolerando attritus: pullus autem qui indomitus erat, super quem nemo adhuc sederat, testante Marco & Luca, significat populum gentilem, quia nullum doctorem ad iustitiã & salutem animę habuerat, vt dicit Hiero. & Rabanus. Et quia super synagogã iam Christus sederat, & sedebat, cùm adhuc Iudęi legem a Deo datam tempore Christi seruarent: non oportuit tunc actualiter, & de nouo ascendere, super pullum autem nemo ascenderat: ideo Christus super eum nunc ascendere debuit, vt ostenderet, ꝙ populus gentilium, qui indo-

C mitus erat, sibi subijciendus esset: vnde etiam si super asinam, & pullum ascendere posset successiuè, nõ fuit conueniens: quia si super vnum eorum ascenderet, & illo relicto ascenderet sup alterũ, significaretur ꝙ populus significatus per illud animal a Christo abijceretur: & tñ istud est falsum, quia nullum populum, quẽ subiecerit sibi Christus repulit vnquã, sed tam Iudęos quam gentiles, ad se conuersos semper in lege sua tenuit: ideo non fuit conueniens, ꝙ ascẽderet super vnũ, deinde super alterum: sed postquam super vnum ascẽderet, non dimitteret illud, & ita factum est. Sed fuit conueniens, ꝙ ascẽderet super asinæ pullum, propter causam datam: ergo vsque Ierusalem non debuit illum dimittere.

D Ad inconuenientia facilè est respondere. Ad primum dicendum, quòd licèt pullus esset indomitus, & ex hoc videretur ineptus ad equitãdum, scilicet, asper et non æquali gressu incedens, sed cursitans: tamen Christus hoc ei auferret faciens illum mansuetum, ac si semper assuetus esset oneribus ferendis.

Ad secundum dicendum, quòd fortassis pullus erat iam fortis ad tolerandum onus: potissimè in tam paruo itinere, licèt nemo super illum ascendisset: & ita sine miraculo posset Christum tolerare: & tamen dato, quòd esset tener, ipse ei daret vires, vt tunc eum posset supportare, & grauius onus. Ad tertium dicendum, quòd illud procedit, quãdo nulla causa moueret ad potius equitandum super pullum, quàm super asinam: quia tunc super asinam, quæ aptior esset

E ad eum ferendum equitaret: & tamẽ cùm causa subesset, quare super pullum ascendere deberet, licèt asina corporaliter esset magis ad hoc disposita, posset Christus disponere pullum, vt esset sufficienter dispositus ad hoc: & ita super illum Christus ascenderet.

Plurima autem turba. Hic ponitur secundum signum celebre, quia sicut præcedens signum fuit testificatio ex verbis prophetæ: ita istud fuit quædam iucunditas admirabilis, secuta de aduentu Christi in vrbem Ierusalem, quæ etiam ad dictum propheticum ptinet: qa ille dixerat, exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalem: et nunc cõpletum est in itroitu Chr̃i in Ierusalẽ, ex quo poterãt, & debebãt Iudęi moueri ad credendũ

quòd ille esset Christus, & suscipiendum eum, & dicitur. *Plurima autem turba.* In hoc ostenditur magnitudo honoris Christo exhibiti: quia multi erant exhibẽtes.s. plurima turba. *Strauerunt vestimenta sua.* Idest, extẽderunt ea. *In via.* Scilicet, per quam transiturus erat Christus equitans sup pullum asinæ. *Alij autem.* Scilicet, qui vestes non habebant, quas commodè possent in via sternere: vel fortè, non tantum afficiebantur, vt vestes suas pedibus asinæ, & transeuntium subijcere vellent. *Cędebant ramos de arboribus.* Via illa, per quam Christus transibat, vndique multas arbores habebat, & de illis cędebant ramos, & in via sternebant sicut vestes. *Sternebant in via.* An eadem pars viæ esset, in qua vestes sternebantur, & rami arborum non apparet: & poterat esse, quòd simul ista sternerentur, vel in diuersis partibus viæ, ita quòd vbi ponerent rami, nullæ vestes sternerentur, & è contrario. *Turbæ autem quę pręcedebant, & quę sequebantur.* Iste est alius honor Christo exhibitus: non solum enim opere eum honorabant vestes & ramos in via sternentes: sed etiam vocib⁹ clamabant, apertè eum Messiam asserentes. Dicitur autem, quę pręcedebant, & quę sequebantur: quia Christus ibat in medio, & ita illi, q præcedebant canebant, & qui sequebantur canebant. *Clamabant.* Hoc erat ad maiorem laudem.s. quia non solùm profitebantur Iesum esse Messiam: sed etiam illud excelsa voce dicebant clamando, quasi non erubescerent hoc dicere, neque timerent. *Dicentes, osanna filio Dauid.* Istud est, quod Christo in laudem dicebant.i. honor & gloria sit filio Dauid, idest, Messiæ, qui est filius Dauid: & volebant innuere, quòd Iesus esset Messias, cui istam laudem & honorem dabant. Quid sit Hosanna, infra dicetur. *Benedictus, qui uenit in nomine Domini.* Ad laudem Christi pertinet.i. Christus, qui venit in nomine Dñi.s. ab eo missus, vt redemptor noster benedictus sit. s. ab omnibus laudet̃ & benedicatur. *Hosanna in altissimis.*i. gloria, vel pax sit Deo in excelsis habitanti, q dignatus est nobis Messiam redemptorem nostrum mittere.

Quę turba erat ista, quæ strauit uestimenta, & clamabat. Quęstio XXXIII.

QVAERETVR, quæ turba erat ista, quæ strauit vestimenta, & clamabat. Dicendum, ꝙ multi erant isti, qui hoc faciebant: & ideo turba vocabantur. Sic dicitur Mar. 11. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via. Ista autem turba ex multis congregata erat, & est sensus, quòd omnes, qui nunc fuerunt in via venientes cum Christo, vel occurrentes ei, exhibuerunt ei hunc honorem. Tota enim multitudo plebis Iudæorum hoc circa Christum faciebat, ꝙ eum honoraret, licèt aliqui eum specialiter persequerent̃, s. Pharisæi & scribæ, & sacerdotes: Ideo cæteri hũc honorem exhiberent. Sic dicit Hieron. Multitudo.n. donec corrupta non fuit, cognouit quod congruũ erat, propter quod honorauit Iesum, vnusquisq; secũdum propriam virtutem. Et tamen ista turba congregata erat ex trib⁹.s. ex discipulis Christi, & ex eis qui sequebantur eum ex Hierico, & ex illis, qui exierunt ei obuiam de Ierusalem: omnes hi clamabant, & vestes, & ramos sternebant. De discipulis patet Luc. 19.s. Cùm appropinquasset iam ad descensum montis Oliueti, cęperunt omnes turbę descendentium discipulorum laudare Deum. De turba veniente cum Christo de Iericho patet, quia dicit Hieronymus: Turbę quæ egressæ fuerant de Iericho, & secutæ fuerant Saluatorem, superposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam ramis arborum. De turba occurrentium apparet, quia Ioã. duodecimo cap. dicitur: Turba multa, quæ venerat ad diẽ festum, cùm audisset, quia Iesus Ierosolymã

F venit, acceperunt ramos palmarum, & exierunt obuiam ei. Sed obijcietur, quòd soli discipuli hoc faciebant, quia Luc. 19. c. dicit̃: Cęperunt omnes turbę descendentium discipulorum laudare Deum. Dicendum, quòd non soli discipuli, sed & multi alij hoc faciebant: & tamen euangelistæ, & tota sacra scriptura, hoc modo se habet: quia id, quod in plurib⁹ locis scribitur, si in vna parte plenè non fuit scriptum, scribitur in alia: & ita Lucas dixit de discipulis solis. Ioannes verò dixit de turbis, quę venerant ad diem festum: & tamen omnes, tam hi quàm illi venerunt. Sed obijcietur, ꝙ non potuerunt esse discipuli isti, quia dicit̃ Luc. 19. c. Turbę omnes descendentium discipulorum. Et tamen discipuli ita pauci erant, ꝙ non solùm non faciebant multas turbas, sed neque vnam constituebãt.
G Dicendum, ꝙ non accipit Lucas discipulos pro solis duodecim apostolis, vel pro septuaginta duobus, de quibus Luc. 10. c. siqui de illis adhuc supererant: sed ꝑ omnibus, qui Christum sequebantur, largè vocando discipulos ab addiscendo: omnes tamen, qui eum studiose audiebant, addiscebant aliquid ab eo, & ita discipuli erant. Sic dicit Theophylactus: Discipulos uocat non solùm duodecim, aut septuagintaduos, sed omnes quicunque Christum sequebantur, seu causa miraculorum, seu ad aliquam delectationem doctrinæ.

Ex quo loco cępit turba Christum laudare, & vestimenta sternere. Quæstio XXXIIII.

H QVAERETVR, ex quo loco cępit turba facere ista ad Christum.s. laudare eum, & vestimenta sternere. Dicunt aliqui, quòd hoc fuit ex loco, quo Christus ascendit super pullum: nã ante hoc non fiebant. Est dicendum, quòd antequam Christus ascenderet super pullum, non fiebat ei aliqua istarum solennitatum: & tamen an statim, vt ascenderet cœperunt ista fieri, vel interiecto aliquanto tempore nõ apparet. De primo patet, quia turbę non dederunt honorem Christo, quousque ipse voluit ab eis honorari, & hoc eis inspirauit, vt dicetur sequenti quæstione, et tamen non voluit honorari, quousque ascendit super asinum: ergo non fuerunt prius ista exhibita. Ob hoc
I enim, cùm ante hoc nunquam super pullum ascẽdisset, tunc ascendit qa voluit tunc specialiter honorari. Secundò patet, ex ordine literæ: quia prius referunt omnes euãgelistæ, q super asinum sederit: & deinde, ꝙ turba strauit ramos, & vestimẽta, & quòd canebat. De secundò patet, quia poterat esse, quòd statim vt ascendit laudarent eum turbæ, vel aliquanto tempore prius cęperint: sed satis videtur, ꝙ nõ statim cęperint, sed aliquantũ post, quia ante descensum montis Olíueti ascendit Christus super asellum: & tñ cum essent in descensu cęperunt turbę hoc facere. Sic patet ex ordine literæ. Luc. 19. c. s. Et cum appropinquarent iam ad descensum montis Oliueti, cęperunt omnes turbę laudare Deum. Sed dicẽdum, ꝙ veritas est, ꝙ ista duo
K Christo exhibita sunt. s. laus vocalis, & stratio vestimẽtorum, & ramorũ in via: & non fuerunt simul inchoata, sed prius fuerũt vestes stratæ, postea verò cęperunt laudare: vestes autẽ & ramos illico sternere cęperunt, ut Christus ascendit super asellum, laudes vero aliquãtulum postea: & hoc colligitur Luc. 19. c. Nã dicitur: Duxerunt pullũ ad Iesum, & iacientes vestimenta sua supra pullum imposuerunt Iesum: exeunte autẽ illo substernebant vestimenta sua in via & sequit̃: & cum appropinquarent ad descensum montis Oliueti, cępe runt oẽs turbę laudare Deũ. Et ita dicit̃, ꝙ eunte Christo.i. incipiente progredi, postquã ascenderat asellũ. Si autẽ simul vtrunq; inceptũ fuisset, non ponerẽtur diuersę determinationes, ita ꝙ vnum diceretur factum

exeunte

exeunte Iesu. aliud verò cum appopinquaret ad descē- A sum montis Oliueti: etiam quia ordo literæ significat ibi prius fuisse vestium strationes quàm laudes vocales.

Quare turbę honorauerunt nunc Christum sternentes vestimenta sua, & laudantes eum vocaliter.
Quæst. XXXV.

QVAERETVR, quare turbæ honorauerunt nunc Christum sternentes vestimenta, & laudā tes eum vocaliter.

Dicendum, quòd fuit primò ex quodam gaudio spirituali, quod conceperant de mirabilibus, quę viderant, eum facere: ideo tanquam debitum honorem B impendebant ei hunc. Sic dr̄ Luc. 19. cap. Cæperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Deū voce magna super omnibus, quas viderant virtutibus. Et sciendum, ꝙ licèt pro oībus miraculis eum laudarent, tamen specialiter pro suscitatione Lazari, quæ erat miraculum magnum, & recens. Sic dicitur Ioā. 12. ca. Testimonium ergo perhibebat turba, quę erat cū eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis: propterea obuiam venit ei turba, quia audiebat eum fecisse hoc signum. Secundò, quia Christus indidit mentibus turbarum, ꝙ eum sic laudarent, & honorarent. Nam ante hoc multas virtutes fecerat, & nunquam eum sic laudauerāt aut honorauerant, nunc verò nullum miraculum fecit. C Quòd ergo nunc ipsum honorarent fuit, quia Deus mouit mentes eorum, vt specialiter eum nunc honorarent. Sic colligitur Luc. 19. ca. quando laudantibus sic turbis Christum dixerunt Pharisęi Christo: magister increpa discipulos tuos: quibus ille ait, dico vobis ꝙ si hi tacuerint, lapides clamabunt: quasi dicat, tacere non possunt, quia mentibus suis impressum est, ꝙ laudent, quia Deus vult istam laudem fieri intātum, ꝙ cū Deus velit istam laudem fieri, si tacerent isti alij laudarēt: & si nulli laudarēt, lapides laudarēt. Et hoc ēt innuit inf. in litera, qn̄ principes sacerdotum indignati sunt propter laudes puerorum, & dixerunt Christo: audis quid isti dicunt? ille autem ait. Nunquam legistis, ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudē? D idest Deus perfectam reddit laudem per ora puerorū, sed laus quam Deus perficit per os alicuius est illa, ad quam faciendam ipse mouet mentem humanam: iō ipse inclinauit turbas ad laudem hanc, & reliquū honorem exhibendum.

Quare Deus voluit, quòd honor iste nunc exhiberetur Christo.
Quæstio XXXVI.

QVAERETVR, quare Deus voluit, ꝙ iste honor nunc exhiberetur Christo.

Dicendum, ꝙ primò fuit ad implendum prophetiam, quia sicut prædixerat Zacharias Christum venturum super asinam, & pullum: & ideo impletum est, E vt inducit Matthæus: ita prædixerat, ꝙ filia Syon exultaret, & iubilaret tūc: ideo etiam hoc debuit impleri, & istud fuit per honorem nunc impensum: & ita fuit conueniens, quòd nunc honoraretur Christus à turba. Secundò fuit ad mouendum Iudæos, vt Christum susciperent, vel si nollent, non haberēt excusationem. Exhibitus enim fuit nūc Christo honor, quem prædixerat Zacharias, quem cùm viderent impleri Iudęi, poterant iudicare hūc esse Messiam, quod si nollent inexcusabiles essent. Si autem non intelligerent fieret excęcante eos malitia, quæ non excusat, sed aggrauat: cùm aperta indicia apparerent. Tertiò fuit, quia cū Christus esset morti iam propinquus, volebat de se oīa manifestari, quæ occulta manserant: ante hoc enim neque ipse se Deum aut Messiam aperte, & publicè dicebat, neque per Apostolos prędicari volebat. Morti autem propinquus se filium Dei aperte dixit coram Caipha. Mar. 14. capi. ita & se Messiam publicari voluit, quod nunc factum est, cū turba diceret, Hosanna filio Dauid, benedictus q venit, idest iste est, qui venit filius Dauid, s. Messias: & venit in nomine Domini. s. ad accipiendum regnum. Quod magis expressit Marcus. s. Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini, & benedictum quod venit regnum Dauid patris nostri. Regnum aūt Dauid erat regnum Messię Iere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Hoc autem de Iesu prædicari manifestè viderunt nunc Pharisæi, & Sacerdotes, & Scribæ: & doluerunt, ꝙ tales laudes de eo dicerent: nam Pharisæi, qui veniebant cum Christo in via, dixerunt ei, magister increpa discipulos tuos. s. vt tacerent laudes illas, Hosanna filio Dauid: Christus aūt noluit eos increpare, sed magis eos confirmauit dicens, ꝙ necesse erat eas dici, quia si illi tacerēt, lapides clamarēt. Similiter postquam fuit Christus in templo, & pueri clamabant, Hosanna filio Dauid, indignati super his Sacerdotes, & Scribę dixerunt Christo, audis quid isti dicunt? quasi dicat, non debes tolerare: Christus aūt dixit, ꝙ erat bona laus, & ita ex honore nunc ei exhibito, fuit ostensum palam, ꝙ erat Messias, & tanquam Messias receptus est in vrbe, ideo fuit conueniens hūc honorem impendi. Quartò fuit ad maiorem confusionem Iudęorum, vt cùm post quinque dies Christum occisuri essent, quem nunc velut regem, & Messiam receperat populus, & publice ei, vt Messię acclamatum fuerat, appareret magna eorum iniquitas.

Quare potius istum honorem quam aliquem alium impēderunt turbę nunc Christo. Quęst. XXXVII.

QVAERETVR, quare potius istum honorē, quàm aliquem alium impenderunt turbę nunc Christo.

Dicendum, ꝙ fuit, quia hoc tempore non videbantur ei posse alium honorem deferre. Nam recipiebatur Christus in Ierusalem, & honorandus erat in introitu suo: in hoc autē non poterat nisi verbo, & opere honorari. Vtroque autem modo honoratus est. Opere quidem, quia vestes in via sternebant, & ramos de arboribus iaciebant. Verbo autem, quia acclamabant Christo Hosanna. Sic dicit Hierony. Cùmque opere cuncta complessent, vocis quoque tribuunt testimonium: & verum est quantum ad opus, ꝙ non poterant tribuere alium cōgruentiorē honorem. Nā Christus veniebat, & ideo viam ei parauerunt vestibus eam operiendo, & ramis, vtrunque ad gaudium, & solennitatem pertinet: sed maior erat solennitas, ꝙ vestes sternerentur in via, quā quòd rami: & tamen quia quidam non erant apti ad vestes sternendas, quia fortè simplices vestes habebant, & manerēt nudi: vel qa vestes eorum erant rusticanæ, & nullum honorē pręstarent, iaciebant ramos: sic quilibet ſm suam dispositionem, & facultatem faciebat. Ita dicit Hierony. Multitudo enim donec corrupta nō fuit, cognouit quod congruum erat, propter quod honorauit Iesum vnusquisque secundùm propriam virtutem. De laude vocali dicendum, quòd fuit multum conueniens, neq; poterat alia esse magis conueniens, quia totus iste honor exhibebatur Christo, vt Messiæ, & erat ad ostendendum eum esse Messiam, cùm vocaretur filius Dauid, & diceretur nunc venire regnum Dauid. Mar. 11. ideo iste honor fuit multum conuenienter nūc Christo exhibitus.

Quare

Quare iaciebant vestes in via.

Quest. XXXVIII.

QVAERETVR de illis, qui vestes in via iaciebant, quare faciebant hoc. Aliqui dicunt, quòd fiebat, vt asellus non offenderet ad lapides, & foueas, & spinas: sed molliter super vestes incederet. Sic dicit Hierony. Turbę, quę secutæ fuerant Christum de Iericho, supposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam pedibus asini necubi offendat lapidem, neque calcet spinam, neque labatur in foueam. Sed hoc non multum conuenit, quia minus offenderet asellus, quando via esset nuda, & quæcunque offendicula viæ, quàm cum vestibus operirentur, quia tunc facilius laberetur asinus in foueam aut impingeret ad lapides sub vestibus latentes, vel ad spinas, & fieret sibi via inequalis, neque super solidum pedes figeret. Secundò, quia ad hoc valde obstabat ramos sternere: nam vestes, quæ planæ sunt aliquo modo prodesse poterant ad ea, quę dicta sunt: rami tamen, qui inæqualem viam faciunt, potius impedirent asellum, & impingendi atq; offendendi causa essent: & tamen vestes, & rami simul sternebantur, ergo non erat ista causa.

Dicendum, ꝙ ad honorem hoc factum est. Et hoc primò, quia tantum honorem nunc voluerunt Christo dare, ꝙ etiam id, quod hominibus non datur, asello Christi dederunt, scilicet ꝙ super vestes hominum graderetur. Secundò, quia non potest aliquis magis alium honorare, quàm ꝙ ea, quę sibi chara sunt, ei impendat: homines autem diligunt vestes, quia in eis honorantur, & ſm eas: ꝙ ergo illas quas mundas, & nitidas seruare quis cupit ad honorem suum subiiciat pedibus alterius, sternendo per terram, vbi est maxima contaminatio, magnus honor est. & ideo conuenienter isti Christum sic honorabant: hoc autem deductũ est in exemplum, vt quãdo nouiter recipimus aliquos multum venerabiles viros, aut dominos, sternamus viam pretiosis stramentis, quod etiam ad sacras cęremonias transfertur, scilicet quando Eucharistiam, aut crucem, aut aliquid aliud multum sacrum volumus venerari.

Qui rami erant, qui sternebantur, & ad quid.

Quæst. XXXIX.

QVAERETVR de ramis, qui sternebantur, & qui portabantur, qui rami erant, & ad quid.

Dicendum, ꝙ Ecclesia cantat ramos istos fuisse palmarum, & oliuarum. Nam dr̄, ꝙ pueri Hebrçorum tollentes ramos oliuarũ obuiauerunt Domino: Euangelistę autem tres. s. Matthęus, Marcus, & Lucas, qui rem istam perfectius referunt, ramos dicunt stratos in via, sed non dicunt quales fuerint. Sed dicendum, ꝙ sicut Ecclesia cantat, rami fuerunt palmarum, & oliuarum. De palmis patet, quia Ioan. 12. dicitur multa turba, quæ conuenerat ad diem festum, cùm audisset, quia venit Iesus Hierosolymam, acceperũt ramos palmarum, & exierunt obuiam ei. De ramis oliuarum patet, quia supra in litera, & Mar. 11. ꝙ plurima turba strauerunt in via vestimenta sua: alij cedebant ramos de arboribus. Arbor autem ſm consuetudinem sacrę scripturę significat arbores fructiferas: arbores verò non fructiferas ligna vocamus, vt colligitur Gen. 1. & Deuterono. 20. cap. & ideo arbores istę, de quibus rami cędebantur, erant fructiferæ: & tamen cędebantur in mõte Olıueti, vt patet in litera, quia in descensu mõtis Olıueti cępit fieri ista solennitas canentium, vt patet Luc. 19. cap. Sternere autem vestes, & ramos fuit

F etiam ante descensum montis, cùm venisset Christus ad ipsum montem, vt innuitur in litera, sed in monte Olıueti nihil erat principaliter nisi oliuę: & ob hoc vocabatur mons olıueti: ideo apparet, ꝙ de oliuis erãt illi rami. Sic dicit Hierony. Alij cędebant ramos de arboribus. s. fructiferis, quibus erat mons Oliueti consitus: & tamen ille oliuis consitus erat. Sciendum autē, ꝙ isti rami erant duplices. quidam fuerunt, qui manibus portabantur: alij verò, qui sternebantur in via. in manibus portabantur rami palmarum: in via autem sternebantur rami oliuarum. ratio autem fuit, quia quando Christus introiuit in Ierusalem, quædam turbæ veniebant cum eo, & aliæ exierunt ei obuiam de vrbe: illę quæ veniebant cum eo, & sequebantur ex Ie-

G richo, non ferebant ramos in manibus, sed vestes sternebant in via, & ramos, vt per viam sic stratam transiret Christus equitans super asellum, & isti cędebant ramos de arboribus, quas in via inueniebant: & tamē quando ipsi inceperunt hunc honorem Christo exhibere, erant in monte Olıueti, & ibi non erant nisi oliuę: vel saltem principaliter erant oliuę: ideo rami de oliuis erant, qui cędebantur, & sternebantur in via: illis verò, qui de vrbe Christo obuiam exierunt occurrerunt rami palmarum. Nã iuxta vrbem erant palmę, & de illis tollebant ramos, quos in manibus ferebant. Verum est tamen, ꝙ aliqui non potentes accipere ramos palmarum, vel qui de hoc non cogitauerant, acceperant ramos de oliuis. Et ita cantat Ecclesia,

H ꝙ pueri Hebrçorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt domino. Ioannes tamen solos ramos palmarum nominauit. Et ratio est, quia præcipuè ramos eorum, qui de vrbe exierant nominauit, & isti erant rami palmarum. Aliqui autem dicunt, ꝙ ratio quare de oliuis, & palmis fuerunt rami, fuit: quia isti cõueniebant ad significationem eius, quod gerebatur. Nam oliua misericordiam significat: palma autem victoriã, & quia Christus ex misericordia voluit supportare defectos nostros, & pro nobis mori, rami de oliuis conueniebant: & quoniam post passionem triumphauit de morte, vt ei amplius non dominaretur, neque nos morti æternę essemus subiecti palmarum rami ad victoriam istam ostendendam ei conueniebant, & fuit

I conueniens ordo. Nam sicut primò fuit mors quàm triumphus de morte: ita prius fuerunt rami de oliuis quàm de palmis, quia ramos de oliuis sternebant turbę, quę cum Christo veniebant: ramos autem de palmis portabant turbę, quę de Ierusalem exierunt obuiam Christo, etiam quia sicut passio Christi fuit ignominiosa, resurrectio autem, in qua fuit victoria de morte fuit gloriosa: ita rami oliuarum cęsi de arboribus sternebantur in via, vt ab omnibus conculcarentur: rami autem palmarum in manibus in honorem tollebantur. Sic dicit Augustinus, Rami palmarum laudes sunt signantes victoriam, qua erat dominus mortem moriendo superaturus, & tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus.

K Sed dicendum, quòd licèt ratio assignata satis pulchrè aptetur: tamen non fuit illa causa motiua ad hoc faciendum, quia qui ramos de oliuis, & palmis accipiebant, nesciebant an isti rami aliquid significarent. Ideo dicendum, quòd causa motiua fuit, quia isti rami potius quàm alij occurrerunt: nam turbis cum Christo venientibus, non occurrit cędere ramos nisi oliuarum, quia erant in monte olıueti: turbis autem venientibus in occursu Christi accipere ramos de palmis, quia iuxta ciuitatem palmę erant.

Quomo-

Quomodo potest stare, quòd turbæ clamabant.
Quæst. XL.

A QVAERETVR, cùm dicatur hic, quòd turbę clamabant, quomodo potest stare, quia infra in litera dicitur, quod pueri erāt clamantes, s. videntes mirabilia, quę fecit: & pueros clamantes in templo. Aliqui dicunt, ꝙ isti clamantes non erant pueri, sed viri: & tamen vocantur pueri modo loquendi scripturæ, & probatur: quia Luc. decimo nono capit. dicitur quòd discipuli Christi erant illi, qui clamabāt, & Pharisęi dixerunt, magister increpa discipulos tuos: & tamen illi non erant pueri, sed viri integri. Est dicendum, quòd duplices fuerunt, qui cantauerunt in aduētu, & introitu Iesu in Ierusalem: quidam in via. alij verò in templo postquam in illud intrauit. primi erant tam viri, quàm mulieres, scilicet erant turbæ. secundi autem erant pueri. De primis patet, quia dicitur hic: turbæ autem, quæ præcedebant, & sequebantur, clamabant: & tamen nomine turbarum tota multitudo intelligitur promiscui sexus. Et idem dicitur Marc. vndecimo, qui præcedebant, & qui sequebantur clamabant: & istæ turbæ erant, quæ veniebant cum Christo de Iericho, & vltra has illæ turbę, quę de Ierusalem exiuerant clamabant. Io. 12. capitu. scilicet turba autem multa, quæ venerat ad diem festum, cū audisset, quia Iesus Ierosolymam venit, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosanna benedictus, qui venit, &c. hoc autem totum erat in via: in templo autē fortè soli pueri clamauerunt, & isti sunt, de quibus dicitur infra in litera, & hos solos audierunt scribæ, & sacerdotes clamantes: ideo de solis pueris locuti sunt. Cùm autem dicitur, quòd accipiantur ibi pueri pro hominibus, qui viri erant integri secundùm cōditionem scripturę, dicendum, ꝙ hoc non stat, quia pueri non vocantur nisi sm ætatem, vel sm conditionem puerilem, sicut Isa. 65. dicitur, quòd non erit ibi puer centum annorum, idest qui senex est ætate, & sm morem iuuenilis, vt dicitur 1. Ethic. vel puer, idest filius. Isa. 8. cap. ego & pueri, quos donauit mihi Dominus, idest ego, & filij mei, & 1. Politicorum dicitur: Pueri, & puerorum pueri, idest filij, & filij filiorum. Vel puer, idest seruꝰ, vel subditus, sic dicitur supra 12. cap. Ecce puer meus, quem elegi. Et Isa. 42. vbi ponitur eadem sententia loco huius dicitur: ecce seruus meus suscipiam eum. Propria autem acceptio eius est pro ætate. Si autem aliter accipiatur, semper ponitur aliqua adiectio, per quā ostēditur pro quo accipiatur: & tamen ibi ponuntur pueri absolutè, s. pueros canentes: ergo pro ætate ponitur. Secundò, quia Christus ad defensionem cantus illorum allegauit dictum Psalmi. s. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem, quod pueris competit, quia aliàs si essent turbæ non competeret eis hoc, cū non sint infantes, & lactentes. Cùm autem dicitur, quòd discipuli clamabant: & tamen illi non erāt pueri secundùm ętatem: dicendum, quòd non fuit ille clamor, de quo dicitur infra in litera. Quidam enim clamor fuit in via alius in templo: clamor viæ fuit turbarum, clamor in templo fuit puerorum. Cùm autē de discipulis dicitur, ꝙ clamauerunt, intelligitur, ꝙ in via clamauerunt. Et patet, quia dicitur Luc. 19. capit. Cum appropinquarent ad descensum montis Olyueti cęperunt turbę discipulorum clamare: & ita extra ciuitatem tunc erat Christus, scilicet in monte Oliueti: etiam quia post hoc dicitur, quod videns Iesus ciuitatem fleuit super illam: alius ergo erat cantus in templo, & ille fuit puerorum secundum ętatem.

Qui erant, qui clamabant in via.
Quæst. XLI.

SED queretur de istis clamantibus in via, qui erāt. Aliqui dicunt, quòd erant discipuli Christi: quia dicitur Luc. 19. quòd cùm appropinquaret ad descensum montis Oliueti, cęperunt turbæ discipulorū clamare. Secundò patet, quia Pharisæi indignati de hoc dixerunt Christo: magister increpa discipulos tuos, vt patet ibidem: ergo illi erāt, qui clamabant. Tertiò, quia de istis erat verisimilius, quòd laudarent magistrum suum quàm de aliis.

Dicendum, quòd clamantes in via, non solū erant discipuli Christi, sed & omnes alij, qui cum eo veniebant. Et patet, quia dicitur: turbæ autem, quæ præce-
B debant, & quę sequebantur: & tamen discipuli Christi pauci erant: ita quòd non possent vocari turbæ. Secundò patet, quia dicitur, quæ pręcedebant, & quæ sequebantur. In quo videtur, ꝙ omnes significantur, qui cum Christo veniebant, quia non poterant plures esse quàm qui pręcedebant, & sequebantur: hæc autem adhuc apertius expressit Marcus dicens: & qui pibant, & qui sequebantur, clamabant. Et tamen nulli erant cum Christo nisi qui præibant, & qui sequebantur. Tertiò patet, quia Ioan. 12. cap. dicitur, ꝙ turba, quę venerat ad diem festum exiuit obuiam Christo: & ista clamabat Hosanna. Et tamen isti non erant discipuli Christi, quia illi cum eo veniebāt de Iericho,
C & non exierunt de vrbe in occursū eius: sed inter istos clamantes erant etiam discipuli eius, quia illi non minus laudarent Christum quā cęteri: ipsi enim ēt vestimenta sua sup pullum posuerant, vt Christus sederet.

Ad rationem primam in contrarium dicendū putant quidam, ꝙ discipuli Christi fuerunt, qui inceperunt clamare, deinde turbę secutę sunt.

Dicendum, ꝙ non stat ex eadem litera: nam dr̄, ꝙ turbę discipulorum cęperunt clamare: ergo illi, qui cęperunt clamare turbę erāt: discipuli autem Christi non erant turbę, sed pauci. Sed dicendum est, ꝙ illi, q clamabant multi erant tam discipuli, quā oēs turbę: sed Lucas vocauit ibi discipulos, non solū Apostolos duodecim, vel discipulos alios septuagintaduos, si q
D de illis supererant: sed omnes quotquot cum Christo veniebant, dicuntur discipuli ab addiscendo, & quia omnes turbę, quę nunc cum eo veniebant addiscebāt ab eo, quia ideo sequebantur eum, vt audirent verbū eius, vel vt miracula viderent, omnes erant discipuli. Sic dicit Theophylactus super Lucam: Discipulos vocat non solùm duodecim Apostolos, aut septuagintaduos: sed omnes, qui Christum sequebantur, seu causa miraculorū, seu ad aliquam delectationem doctrinę, & tunc conuenienter stat litera, quia dixit Lucas cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cęperunt omnes turbę descendentium discipulorum gaudentes laudare Deum. & ita inquantum dicitur turbę apparet, ꝙ non sint Apostoli aut discipuli
E Christi soli, quia illi non solùm non sunt turbę, imò neque faciunt vnam turbam. Item quia dicitur, omnes turbę: & ita innuitur, ꝙ nemo manebat in tota multitudine, qui non clamaret: & dixit hoc Lucas, vt innueret, quod alij dixerunt. s. ꝙ tam turbę, quę pręibant quā quę sequebātur clamabant, vt dicitur hic in litera, & Mar. 11. istę enim sunt omnes turbę, vel vocantur omnes turbæ. s. illę, q̄ cùm Christo veniebant de Iericho, & illę quę exierunt sibi obuiam de Ierusalem, quia tam istę, quā illę laudabant eum. De venientibus cum eo planum est, quia de istis verisimilius erat, quòd laudarent eum, quia magis erant ad ipsum affectę. De venientibus obuiam de Ierusalem, patet Ioan. duodecimo capit. quia dicitur, quòd illę cla-

clamabant Hosanna. Omnes enim istę turbę erant discipuli Christi, quia libenter verba eius audiebant, & miracula considerabant: nam turba, quę de Ierusalem venit: ideo obuiam venit, quia sciebant miraculum, quod fecit de suscitatione Lazari.

Ad secundum dicendum, ꝙ Pharisęi dixerunt magister increpa discipulos tuos, idest omnes istos, qui tecum veniunt, qui discipuli tui sunt, quia omnes isti clamant: sicut ante hoc ipse omnes turbas Lucas vocauit discipulos Christi. Vel potest intelligi, ꝙ Pharisæi videntes omnes turbas clamare putauerunt, quòd discipuli Christi suaserunt cęteris clamare, & ideo illos solos increpandos putabant: sed primum verius.

Ad tertium dicendum, ꝙ licèt verisimilius esset de discipulis, quòd laudare vellent Christum: tamen laus G esset magis suspecta in ore ipsorum, quia putaretur, ꝙ ipsi ex intentione mendaciter eum laudarent quærẽtes sibi, & illi fauorem: sicut dixerunt Iudæi ad Pilatũ, ne fortè veniant discipuli eius nocte, & furentur eum, & dicant plebi, quia surrexit à mortuis, infra 27. cap. vt ergo non esset ista laus suspecta faceret Deus, ꝙ non ipsi soli laudarent, & ita fecit, quia omnes turbæ clamabant: etiam faceret, ꝙ non essent primi ipsi in clamando, neque incitarent alios ad clamandum: sed turbæ à seipsis domino inspirante incitarentur, & ita illę feruenter clamarent sicut discipuli Christi, omnes ergo tam turbæ, quàm discipuli clamabant. Sed ſm Lucam omnes clamantes discipuli vocantur.

Quid sit Hosanna. Quęstio XLII.

QVAERETVR, cũ isti dixerint nunc, Hosanna, quid illud sit.

Dicendum, quòd variè accipitur: quidam dicunt quòd Hosanna non significat conceptum, sed affectũ mentis, sicut interiectiones, sicut dicit Aug. Hosanna vox est obsecrantis magis affectum indicans quã rem aliquam significans: sicut sunt in lingua nostra interiectiones. Alij dicunt Hosanna esse dictionem compositam ex integro, & corrupto. s. Hosi significat salua, vel saluifica: Anna est interiecto deprœcantis. Sic dicunt Beda, & Remigius, s. Hosanna est compositũ ex integro, & corrupto. Hosi enim dicitur salua, vel I saluifica: Anna verò apud illos interiectio est obsecrantis. Nam sic apud illos ab obsecrante dicitur, Anna sicut apud nos à dolente dicitur Heu. Alij dicunt, quòd Hosanna vna dictio simplex est, & significat salua, vel saluifica. sic dicit Hierony. Quid significet Hosanna nunc perstringam: in cẽtesimo decimoseptimo Psalmo, qui manifestè de aduentu saluatoris scriptus est, inter cętera hoc quoque legimus: O Domine saluum me fac, ò Domine bene prosperare: benedictus qui venturus est in nomine Domini. pro eo, quod in septuaginta habetur interpretibus, ò Domine saluũ me fac. In Hebręo legimus, Anna Adonai Hosianna, quod manifestius interpretatus est Symachus, dicens: Obsecro Domine saluum me fac.

K Dicendum, quòd ista est vera interpretatio quam Hieronymus ponit: & ita Iudæi petebant se saluari ꝑ Iesum Christum: & ad hanc reduci debent aliæ duæ expositiones. Nam cùm Augustinus dixit, quòd erat dictio significans affectum sicut interiectio apud nos, dicendum quòd hoc est verum de Anna, sed non de Hosanna, quia Anna cum per se est vna dictio solum affectum notat: cùm verò adiungitur, vt dicatur Hosanna, plusquam affectus significatur, quia est verbum imperatiuum. Cùm autem Beda, & Remigius dicũt esse dictionem compositam ex Osi, & Anna ex hoc decipiuntur, quia Anna per se vna dictio est apud Hebræos, quæ est interiectio obsecrantis. Et tunc si fiat

F compositio retinebit hæc dictio significatum amborum componentium, vt dicatur Hosanna, idest obsecro salua. & hoc quidem satis esse poterat: & tamen non est negãdum Hosanna per se dictionem esse vnã simplicem: quæ signet solùm salua, vel saluifica. Quod patet, quia si Hosanna significaret obsecro salua, frustra adderetur ei, Anna, vt diceret Anna Hosianna: & tamen ita habetur Psal. 117. vbi litera nostra dicit: O Domine saluum me fac, & litera Symachi dicit: Obsecro Domine, saluũ me fac. Dicit litera Hebraica Anna Adonai Hosianna. Anna ponitur pro obsecro, vel, ò, quæ est dictio optantis, vel obsecrantis: Adonai, idest Domine, Hosianna, idest saluum me fac: Sed quia in præsenti isti non dixerunt: Anna Hosianna, sed sola Hosanna, accipi putant pro: Obsecro salua: & tamẽ Hosanna non propriè significat nisi salua, vel saluifica. Sed obiicietur, ꝙ non signet hoc, quia vbi Mattheus, Marcus, & Ioannes posuerunt Hosanna, posuit Lucas gloriam, & pacem, Luc. 19. s. benedictus, qui venit in nomine Domini rex, pax in cęlo, & gloria in excelsis. Alij autem dicunt Hosanna in excelsis: ergo gloriam, & pacem significabit Hosanna.

Dicendum, quòd Hosanna est verbum: & ideo nõ potest significare pacem, & gloriam, quæ sunt signata nominum: sed significat salua, vel saluifica; & tamen Lucas magis posuit, quod illi significare intendebant, quã quod voce expresserunt: Verum est tamen, quòd propter verba Lucę aliqui sic exponunt Hosanna, idest H gloriam, & pacem. Sic dicit Chryso. Hosanna quidam interpretantur gloriam, alij redemptionem. Nã & gloria illi debetur, & redemptio illi competit, qui omnes redemit: & ita etiam Origenes exposuit Hosianna, idest restitutionem in vitam ęternam: eo ꝙ addidit in excelsis, cùm ait: humanam Christi dispensationem laudant, eo ꝙ dicunt, Hosianna filio Dauid, & restitutionem eius in sancta, eo ꝙ dicunt Hosanna in excelsis. Sed obijcietur, ꝙ signet gloriam, quia adiunctum cõuenit huic sensui, s. Hosanna in excelsis, i. Gloria in excelsis.

Dicendum, ꝙ saluare signat: & tamen quia salus quam petebant non erat super terram, sed in cęlo, scilicet vt in æternum ibi viuerent, licèt hic ad tempus I morerentur, adiunxerunt in excelsis: Sic dicit Glo. ꝙ dixerunt Hosanna, idest salua. Determinant autem vbi se velint saluari, & dicunt, in altissimis, idest in cęlestibus non in terrenis. Aliter etiam potest dici, quòd Hosanna solùm significat salua: & tamen vltra hęc dixerunt turbę aliquid aliud, s. pax in cęlo, & Gloria in excelsis. Et istud non expresserunt alij Euangelistę, sed solus Lucas: sicut & multa alia vnus tacet, quæ alius exprimit.

Quid turbę voluerunt significare per ea, quæ dixerunt. Quæst. XLIII.

K QVAERETVR, quid voluerunt significare turbę per hęc, quę dixerunt.

Dicendum, quòd turbę tria per hęc significauerũt. Primum est, ꝙ eum Messiam, & regem Israel ostenderunt. Secundò, ꝙ cum laudauerunt bona imprecantes. Tertiò, quia sibiipsis bona ab illo fieri petunt. Nã Primum patet, cùm dicitur Hosanna filio Dauid. quia vocando eum filium Dauid vocant Messiam, quia futurus filius Dauid est Messias: quia de semine eius præ nunciatur, & promittitur. Et ob hoc sæpe Iudæi, qui credebant aliquid sanè de eo, vocabant eum filiũ Dauid: sicut duo cæci, supra in litera, & alij duo cæci supra 9. cap. & mulier Chananęa, supra 15. capit. & illi etiam, qui nondum credebant, sed admirabantur opera eius, & efficiebantur prompti ad credendũ dubitan-

bitan-

hitando vocabant eum filium Dauid: sicut aliquando vocabant eum Christum. sic patet supra 12. cap. cùm turbæ videntes Christum sanasse dæmoniacum, cęcũ & mutum dæmonem habentem, dixerunt: nunquid hic est filius Dauid, & Ioan. 7. cap. dixerunt nunquid est iste Christus. hoc autem magis apparet ex verbis aliorum euangelistarũ, quibus significatur rex Israel. Nã Mar. 11. capi. dicitur: Benedictus, qui venit in nomine domini, & benedictum quod venit regnum Dauid patris nostri. Sed regnum Dauid erat regnum Messiæ, de quo dicitur Iere. 23. Suscitabo Dauid germẽ iustũ, & regnabit rex, & sapiens erit. Et Lucas dixit 19. capi. Benedictus, qui venit rex in nomine Domini: & ita istum nunc venientem regem vocabant: & Ioan. 12. cap. dicitur: Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini rex Israel. Messiam enim regem Israel vocabant, quia ita futurum esse putabant: & non dixerunt eum regem Iuda, sicut ante hoc esse solebant illi reges, qui regnabant in Ierusalem, eo quòd credebãt, ꝙ Messias cõgregaturus esset oẽs Iudæos dispersos per orbẽ de oĩbus tribubus in terram suã, in qua prius fuerant: & ibi regnaret super eos sicut regnauerat Dauid, & Salomon, qui soli super omnes duodecim tribus regnauerunt post Saulem, sed non erat tale regnum ei⁹ futurum, sed spirituale. Secundum est, quòd eũ laudauerunt bona imprecantes: nam dixerunt, benedictus, qui venit, idest benedictus sit, & laudetur ab omnibus nomen eius. Dicitur, qui venit in nomine Domini, idest à Deo missus: & in hoc significant eum esse Messiam, & non regem solùm terrenum, quorum multi non dantur a Deo, iuxta illud Oseæ 8. Regnauerunt, & non per me: principes fuerunt, & non cognoui: sed à Deo propter peccata dantur populo nequã, Iob 34. scilicet. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Vel dicitur, in nomine Domini venisse, quia gloriã Dei in omnibus quærebat, & non suã, vt erat homo, & omnia ex virtute Dei agebat. Sic dicit Remigius: In nomine Domini venit, quia in omnibus bonis operibus non gloriam suam, sed gloriam patris quæsiuit. Sic ipse dixit Ioan. 7. capi. Ego à meipso non loquor, qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quęrit, qui autem quęrit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est. Et hoc ad magnam laudẽ Christi pertinebat, quòd venisset in nomine Domini: & ita ipse contra Iudæos locutus est dicens, quòd in nomine patris sui venerat, & non receperant eum: & alius veniret in noĩe proprio, & reciperent eum. Vel aliter, vt Glo. exponit, benedictus, i. gloriosus, qui venit in nomine Domini, i. incarnatus est in nomine patris eum glorificando: & ista duo inter se consonant, idest esse filium Dauid. i. Messiam, & venire in nomine domini, quia Messias in potestate Dei venit, & ab eo missus. Tertium est, quòd sibiipsis bona fieri petũt dicentes, Hosanna in excelsis, idest da nobis salutem, quæ est vita æterna: & hoc siue Hosanna sit vna dictio simplex, idest verbum imperatiui, & significet salua, vel saluifica: siue sit dictio composita, & signet Hosanna, idest Hosianna. i. salua obsecro: & bene hoc concludunt. Nam Messias non veniebat propter seipsum, sed propter nos, vt saluaret nos: ideo postquam eum laudauerunt, dicunt Hosanna in excelsis, idest salua nos in cęlo, vbi est vera salus. Sed obijcietur, ꝙ nõ signet istud Hosanna, quia dicitur Hosanna filio Dauid: & tñ si significaret salua, diceretur Hosanna fili Dauid.

Dicendum, ꝙ illud significat, & etiam conuenit litera sequens. s. Hosanna in excelsis. i. salua nos in excelsis: sed ponitur datiu⁹ ille, s. filio Dauid, quia referri potest ad verbum præcedens, s. turbę clamabant filio Dauid. i. ad honorem filij Dauid dicentes Hosanna, vel filio Dauid, i. ad illum dicendo Hosanna. i. salua nos,

A vel potest referri ad sequentia. s. filio Dauid benedict⁹, qui venit, idest dicebant filio Dauid, benedictus, qui venit. Alij Euangelistæ magis expresserunt. Nã Mar. 11. cap. dicitur: Hosanna benedictus, qui venit in noĩe Domini: quod exponẽdum est, vt supra. Et sequitur, benedictum, quod venit regnum patris nostri Dauid. Regnum Dauid dicebant regnum Messiæ: & illud dicebant nunc venire, quia dicebant Messiam nunc venire ad regnandum. Benedicunt aũt, & laudant istud regnum, quia istud erat regnum spirituale, in quo saluarentur homines in cęlestibus, & liberarẽtur ab omni malo: licèt Iudæi putabant se temporaliter liberandos à iugo seruitutis gẽtium: & postea concludit, Hosanna in excelsis. i. saluifica, vt ait Hieronymus in excel-

B sis, & imis, vt iusti ædificentur in ruinam angelorum: & terreni & subterranei etiam saluentur. Vel vt exponit Chrysosto. Hosanna in excelsis. i. gloria, & laus sit Deo vniuersorum, qui est in excelsis: & licèt Hosanna non significet hoc propriè, quia est verbum: tamen aliqualiter potest trahi ad hoc significandũ non ex conditione vocis, sed ex intentione loquentium. Et tunc consonat illa litera pręcedens. s. Hosanna filio Dauid, idest laus, vel gloria illi sit, quia tenetur acquisitiuè, & nõ est propriè verbum tunc, & hoc idem voluit Lucas innuere, quia loco huius, quod est Hosanna in excelsis: dixit pax in cęlo, & gloria in excelsis. Luc. decimonono cap. Quod non exponeretur sic, nisi Hosanna aliquo modo posset significare gloriam,

C & pacem. Dixit autem Lucas: benedictus, qui venit rex in nomine Domini, idest rex, qui venit: apertius iste dixit. Nam vbi Matthæus dixit filium Dauid, dixit ille rex, quia filius Dauid est Messias, & ille est rex, quòd verò dicit benedictus, qui venit, expositum est. Addit autem pax in cęlo, & gloria in excelsis, idest per aduentum huius erit pax in cęlo, & gloria, quia Deo est gloria, & honor per aduentum filij sui benedictissimi: & est pax in cęlo, idest pax Deo cęlesti ad nos, q ante aduentum filij eius eramus velut hostes eius: qa nemo nos ei reconciliauerat. Per ipsum autem filiũ reconciliati sumus: & hoc idem angeli in aduentu, .i. Natiuitate Christi cantauerunt, scilicet gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib⁹. sic dicit Theo

D phylactus, scilicet pax in cęlo. hoc est, quòd bellum antiquum, quo Deo aduersabamur, euanuit. Et Gloria in excelsis, laudantibus scilicet Angelis Deũ in tali reconciliatione. Nam hoc ipsum, quod Deus visibiliter ambulat in territorio inimicorum suorũ, significat ipsum nobiscum habere concordiam. Sed obiicietur, quia angeli dixerunt, & in terra pax: isti aũt dixerunt, pax in cęlo.

Dicendum, quòd eadem sententia est. Nam inter Deum & homines erat bellum antiquum, et quia reconciliati sumus per Christum, potest dici per ipsum facta pax in cœlo, idest respectu Dei, qui in cœlo est, vel pax in terra, scilicet respectu hominum, qui morabantur in terra, quia ab vtroque

E extremo potest nominari. Dixit autem Ioannes decimo secundo capit. clamabant Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel Hosanna, idest salua nos benedictus & cæt. exponatur vt supra. Quod autem dicitur rex Israel, vocatur Christus Messias: et ideo rex, et specialiter rex Israel, licèt totius mundi rex erat, sed Iudæi carnaliter quodammodo putauerunt eum esse regem, et ita esset specialiter rex super duodecim tribus Israel.

An

An turbæ, quę clamabant, dicentes Hosanna &c. intelligebant, quæ dicebant. Quęst. XLIIII.

QVAERETVR an turbæ, quę clamabant, dicentes Hosanna &c. intelligebant, quæ dicebāt, scilicet Christum esse Messiam, & à Domino venisse, & salutē per eum futuram. Aliqui dicunt, ꝙ intelligebant ea. Primò, quia si non intelligerēt nō dicerent ea ita vera, & determinata. Secundò, qa si nō intelligerēt ea, q̄ dicebant, non exhibuissent honorē, quē exhibuerūt, s. vestes, & ramos in via sternere. Tertiò, quia isti moti sunt ex causa rationabili ad hoc faciendum, quę hoc satis innuebat eos intelligere. Nam ideo ista fecerunt, quia viderant virtutes multas, quas Christus fecerat Luc. 19. cap. & præcipuè, quia viderant suscitationem Lazari, aut sciebant esse factam Io. 12. cap. ista autem diuinam potestatem ostendunt. Cùm ergo ex hac causa honorem istū, & laudes Christo tribuerint, videtur ꝙ intelligebant, quod dicebant.

Dicendum, quòd non apparet plenè an isti intelligerent, quod dicebant: nam isti confitebantur Iesum esse Messiam, & Deum, cùm ab eo salutem in cęlis petant, scilicet Hosanna in excelsis, vel in altissimis. Saluare autem in terra posset fortassis homo: sed salutē, quæ in cęlis est, nemo nisi Deus dare potest, quia cœlum cœli Domino, terram aūt dedit filiis hominum. Sic dicit Hilarius: laudationis enim verba redemptionis in eo exprimunt potestatem: filium autem Dauid nuncupant, in quo agnoscerent æterni regni hæreditatem. Etiam asseruerunt per aduentum Christi pacē in cęlo, & gloriam in excelsis futuram Luc. decimo nono: sed talia nemo præstat nisi, qui de cęlo est, & super omnes est: ista autem omnia non est verisimile, quòd tota illa multitudo clamans intelligeret, qa omnes turbæ, quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant: sed hoc intelligere magnorum erat, ideo potius videtur, quòd non intelligentes ista dicerent introeunte in eos spiritu Domini, qui eos ad hæc impelleret dicenda: sic dicit Chrysost. Merito commouebātur videntes rem mirabilem: homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabatur in homine. puto autem, quod neque ipsi, qui laudabant sciebant, quod laudabant: sed spiritus subito ingressus in eos veritatis verba fundebat. Secundò apparet, quia ex testimonio, quod Christus induxit ad confirmationem laudis istorum videtur, quòd non intelligerent, sed Deus moueret eos ad hæc dicenda. s. Nunquā legistis, quòd ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Non dixit autem infantes, & lactentes perfectam reddiderūt laudem: sed ex ore infantium, & lactentium perfecisti illam: quasi Deus per os puerorum loqueretur ipsis non intelligentibus quid dicerent. Nam si ipsi quid dicerent intelligerent, non Deus per eos, sed ipsi à Deo illuminati loqui dicerentur.

Ad primum dicendum, quòd si isti loquentes non intelligerent, neque ab intelligente mouerentur, non dicerent vera, & tam determinata: & tamen licèt ipsi non intelligerent plenè mouebantur ab intelligente, idest à Deo: & ideo vera cuncta loquebantur, licèt fortassis ipsi aliquid per hæc intelligerent minus quā hęc significarent, vel in alio sensu: sicut Caiphas de Christo prophetauit dicens: expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat: quod verum est, quia homo ille Christus mortuus est pro populo, idest pro omnibus populis: & si ille non moreretur, tota gens periret, quia sine eo non esset salus. Io. vndecimo. & tamen Caiphas intellexit, quòd expedit, vt moriatur homo vnus, scilicet Iesus pro populo, idest pro pace populi Ierusalem, quia si ille nō moritur, peribit tota gens, scilicet Iudæorum. Et hoc, quia si di-

F mitterent Christum, totus mundus crederet in eum, & venientes Romani tollerent locum eorum, et gentem, vt ipsi putabāt. Et ita forte isti, vel multi istorum credebant Iesum esse Messiam, & regnaturum esse tēporaliter sicut alij reges regnauerant, licèt iustius: & hoc adhuc non est certum, an omnes illi, qui loquebātur intelligerent, sed aliqui fortè ex solo impulsu Spiritus sancti loquerentur, nihil intelligentes.

Ad 2m dicendum, ꝙ licèt non intelligerent ea, quę dicebant, exhiberent Christo hunc honorem, quia sicut à Deo mouebantur ad dicendum ea, quæ non intelligebant: ita & mouerentur ad præstandum honorem, cuius rationem ignorarent. Præcipuū aūt motiuum ad intelligendum, ꝙ loquentes non intelligebāt

G quę dicebant, erat, quia verisimilius est, quòd Apostoli, qui cum Christo erant, & prædicatores iam erant, & ab ipso specialiter edocti, ista intelligerent potius q̄ turbę: & tamen non intellexerunt ipsi quare ista fecerunt, s. quare Christus equitaret super asinam, neq; quare sternerētur coram eo rami arborum, & vestes: ideo à fortiori non intelligerent turbę, quare ista facerent, aut quid dicerent. Sic patet Ioan. 12. capit. nam postquam dicitur, ꝙ turba venit ei obuiam cū ramis palmarum, dicens: Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini rex Israel. Et sequitur: Et inuenit asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ, adiungitur: Hæc non cognouerunt disci-

H puli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei: & ita quando fiebant Christo isti honores, scilicet sternendo ramos, & vestes, & laudando ipsum, nesciebant Apostoli quid hoc esset, aut cur fieret: neque intelligebant auctoritatem scripturæ, q̄ hoc significabat agendum, quousque Christus resurrexit, & venit Spiritus sanctus, aut Christus aperuit sensum eis, vt intelligerent scripturas. Quod fuit post resurrectionem suam. Luc. 24. cap. ergo, neque turbæ intelligerent quare hoc faciebant, aut quid erat, quod loquebantur.

Ad tertium dicendum, ꝙ illa causa inclinabat eos ad hoc faciendum, & dicendum: tamen non erat illa

I causa totalis: sed magis mouebantur interius nescientes: & patet, quia si propter suscitationem Lazari mouerētur, tunc exhibuissent sibi hunc honorem, aut similem, aut dicerent de eo laudes, sed tunc nihil de eo dixerunt, neque fecerunt circa ipsum: Ioan. 11. nunc verò Christo nullum miraculum faciente moti sunt ad præstandum hunc honorem. Videtur ergo, ꝙ magis à Deo moti sunt inclinante corda eorum ad hoc, & hoc potissime patet, quia turbę istę non motę fuerunt ad exhibendum Christo honorem aliquem vel tabo, neque facto quousque ipse ascendit asellum: & tamen nunc ipse volebat iam honorari, non honorabāt isti eum, quia non mouebat eos ad honorandum ipsum: quando autem honorari voluit tunc eos mouit

K ad hoc: & ita acumulauerunt ei honorem verbo, & opere: & tamen licèt Deus moueret interius conueniens fuit, vt essent aliqua motiua, per quę ipsi putarēt se aliqualiter moueri, & ista erant, quia viderant Christi virtutes, & potissimè suscitationem Lazari.

Quomodo nunc Christus libenter hunc honorem regium acceptauit, quem prius spreuit. Quæstio XLV.

QVAERETVR, cùm Christus ante hoc honorem sperneret, imò fugeret: quia quando populus venturus erat, vt eum raperet, & constitueret regem, fugit in montem, vt inueniri non posset. Io. 6. ca. quomodo nunc eundem honorem libenter acceptauit,

uit, passus vocari se regem Israel publicè: & fieri sibi qualia fortassis aliis regibus facta non fuerant.

Dicendum, ꝙ Christus permisit, & consensit nunc sibi honorem hunc excellentem præstari tam in voce quã in re. Nam super terram stratam vestibus, & ramis ambulauit: & cùm fierent hæc vidit, & neminẽ hæc facere prohibuit: laudes etiam sibi dari vidit, & audiuit se vocari regem Israel, & benedici: Insuper honorem sibi præstari petiuit, & iussit, quia ipse mandauit discipulis suis ire pro asina, & pullo, vt equitaret: & hæc fuerunt principia huius totius honoris. Item honorem hunc legitime sibi delatum asseruit, & defendit. Nam bis fuerunt increpiti laudantes eum, semel in via, quia Pharisęi audientes laudem istam, dixerunt Christo, magister increpa discipulos tuos: Luc. 19. & Christus ait: si isti tacuerint lapides clamabunt, idest non debent increpari: sed necesse est, vt laudent, quia etiam si isti non laudauerint, neque aliqui laudare voluerint, ipsi lapides clamabunt ad laudem meã: iterum autem in templo cùm principes sacerdotum viderunt pueros canentes, dixerunt Christo: non audis quid isti dicunt? quasi dicat, tu deberes eos increpare cum audias: aut forte non audis. Et ille dixit: nunquam legistis, quia ex ore infantium, & lactentiũ perfecisti laudem, idest ista la⁹ est bona, & perfecta, & est a Deo: ideo non sunt arguendi isti. Causa autem quare Christus nunc voluit honorari, & vocari rex, & tractari vt rex, & tunc noluit: fuit prima, quia nunc erat propinquus passioni, tunc verò distabat, & multa Christus fecit aperte iuxta mortem, quæ prius non fecerat. Recepit enim Christus hunc honorem per quinque dies ante mortem suam, vt colligitur Ioan. 12. cap. cũ verò fugit, vt nõ fieret rex, fuit plusquam per annum ante mortem suam. Nam Christus fuit occisus in Pascha. s. in die primo Azymorum: & tamen qñ satiauit turbas, & fugit in montem erat proximum Pascha Iudæorum Io. 6. & non fuit illud Pascha, in quo Christus occisus est, quia illud Pascha est in Martio, quod est Azymorum: & tñ post Pascha, qđ est in quo Christus saturauit turbas Io. 6. fuit festum Scenophegię. Io. 7. & illud est in fine Septembris. s. die quintodecimo mensis septimi: & postea fuit festum Enceniorum: & illud est in hyeme in Nouembri, vel Decembri. Io. 10. ca. Facta sunt autẽ Encenia Ierosolymis, & hyems erat: & ambulabat Iesus in porticu Salomonis: Et post hoc fuit iterum Pascha. s. Azymorum. Io. 12. & tunc Christus venit Ierusalem cum ramis, & cantu eo. cap. et ita fuit vnũ post aliud plusquam per annum, sed ante mortem Christus de se multa occultabat, & occultari volebat, quæ passione propinquante reuelauit, sicut se esse Messiam, & Deum, quod nunquã ante publicauerat: & tamen in die passionis suæ dixit coram Caipha, & omnibus Iudæis, quòd erat ipse filius Dei. Mar. 24. cap. ita Christus rex erat, & ante mortem longo tempore noluerat publicari. Nunc verò cum post quinque dies occidẽdus esset, voluit vt illud notũ fieret, vt nõ solum ipse esset Messias, & rex: sed etiam, quòd appareret, ꝙ ipse talem se esse sciebat, & pro tali aliqñ se gerebat. Hoc autem nunquam conuenientius fieri posse visum est, quàm ꝙ cũ nunc vltimo introiuit in Ierusalẽ: ideo nunc voluit sibi hunc honorem pręstari. Secundò fuit, vt per hunc honorem tam manifestè ei obiatum Iudæi mouerentur ad eum recipiendum in Messiam sicut verè erat: vel si facere nollent sicut ex signis colligere poterant, incitarentur saltem ad citius exequendum mortem illius: & appareret iniquior operatio eorum. De his dicit Chrys. Nunquam antea sibi Dominus adhibuit ministeria iumẽtorum, neque ramorum virentium circa se ornamenta constituit: nisi modo quando Ierusalem, vt pateretur ascendit: excitauit enim videntes, vt facerent quod prius volebant: ergo potestas eis data est non mutata volũtas.

Christus fuit occisus in Pascha die 1 Azymo. ũ.

A Tertiò fuit, quia rex erat Christus regni spiritualis, cùm regnum suum non sit de hoc mundo. Ioan. 18. cap. idest non sit tale quale est regnum huius mundi: illi autem, qui volebant eum constituere regem, qñ saturauit eos, volebãt eum constituere regem temporalem, & mõ humano, & ideo noluit. Nunc verò ipsum regem spiritualem vocauerunt, cũ ab eo petiuerunt salutem in excelsis, quã dare non põt nisi rex spiritualis: ideo talem principatum non recusauit, neq; se sic regem vocari renuit. Sic dicit Beda: Legimus aũt in euangelio Ioannis, quia ne facerent eum regem, in montem fugit: nunc autem vbi passurus Ierosolymã

B venit, non refugit eos, qui se regẽ nuncupant, vt aperte doceret: quia non temporalis, & terreni regni, sed ẽt in cęlis rex esset imperij, atq; ad regnum per ꝯtemptum mortis perueniret. Quartò fuit, quia illi, qui volebant eum regem ꝯstituere, quando turbas pauit, non mouebantur bono aĩo: qui verò eum nunc regẽ appellabant, honesta ratione mouebantur: ideo illorũ honorem fugit, istorum verò acceptauit: illi enim voluerunt Christum regẽ facere, vt sicut eos tunc pauerat, ita semper corporaliter pasceret: & non esset eis aliquis labor in acquirendo necessaria corpori. Hanc intentionem Christus fugit, & apertè redarguit, quando post saturationem Christo ascendente in montem non inuenerunt eum turbæ, & sequenti die venerunt

C ad eum, & dixit ei Christus: amen dico vobis quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum, qui perit, sed q permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Istæ autem turbæ præstiterunt nunc Christo honorẽ, non intentione carnali, sed sancta, scilicet quia viderant miracula, quę fecerat. Sic dr̃ Luc. 19. Cęperunt omnes turbæ laudare Deum voce magna super oĩbus, quas viderant virtutibus, & specialiter propter Lazari suscitationem. Ioan. 12. cap. testimonium ei perhibebat turba, quæ erat cum eo, qñ Lazarũ vocauit de monumento, & suscitauit à mortuis: propterea obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Christus autem approbabat

D talem intentionem laudandi eũ, & quærendi ipsum, sicut ipse dixit. Ioan. 6. cap. Queritis me, non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis, quasi dicat, si propter signa, quæ viderant eum quererent, approbaret hoc. Quintò, & principaliter fuit, quia illi volebant constituere eum regem, quasi ab eis acciperet potestatem regni per hoc, quòd eum constituerent.

Nam dicitur Io. 6. ꝙ Iesus cognouit, quòd venturi essent, vt raperent eum, & constituerent eum regem: talem autem constitutionem in regem Christus detestabatur: quia ipse erat maior hominibus, & naturaliter erat rex eorum, & rex omnium regũ terræ. Apo. primo cap. Quomodo ergo vellet potestatem, quam

E ipse habebat, accipere ab alio, & potestatem quidem, quàm super oẽs habebat accipere à paucis, & sup paucos? Valde. n. in hoc suam potestatẽ minueret: ideo tali modo nunquam vellet honorẽ accipere, neq; ante mortem neque iuxta mortem. Vnde ad talem honorem, non solùm recusauit: sed etiam fugit. Iste autem honor regius aliter ei præstabatur, quia isti non constituebant eum in regem: sed regẽ esse dicebant, & non quidem ab hominibus cõstitutum. sed à Deo datum, & missum. Nam dixerunt, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel Ioan. duodecimo, idest a Deo missus. Illi autem, quos Christus pauerat nõ dicebant Christum esse regem, sed volebant eum rapere, vt constituerent regem quasi aliter ipse ante hoc

non esset rex, ideo illum honorem nõ acceptauit, istũ autem acceptauit.

Dicendum ergo, quòd istæ duę causæ simul sumptæ fecerunt, quòd Christus nunc acceptaret istum honorem, scilicet quia ex iusta causa impendebant, & quia circa finem vitæ eius: nam si longe ante mortem ei præstaretur non reciperet eum: vnde etiam si sæpe intrauerit ante hoc Ierusalem, nunquam similem honorem pręstari sibi voluit. *Et cum intraßet.* Hic ponitur Iudæorum contradictio: nam indignati sunt Iudæi. s. principes sacerdotum, & alij magni, vt dicitur infra in litera, quòd principes sacerdotũ indigne tulerunt cantus puerorum: etiam quia ciuitas dicitur hic commota, quod putant aliqui ex indignatione esse: & ita fuit illa commotio quædam cõtradictio, & dicitur. *Et cum intrasset.* Scilicet in ciuitatem Ierosolymam, & viderũt eum ciues. *Commota est vniuersa ciuitas.* Idest omnes de vrbe cõmoti sunt propter istam nouitatem receptionis Christi in vrbem. *Dicens, quis est hic?* Scilicet cui tãtus honor impenditur. *Populi autem dicebant.* Scilicet homines simplices, vel illi, qui veniebant cũ eo in via. *Hic est Iesus propheta.* Prius nomen proprium ponunt: deinde dignitatem, s. quòd erat propheta. Parum dixerũt, quia plus quã propheta erat. *A Nazareth Galilææ.* De vrbe Nazareth, quæ est in prouincia Galilææ, quia illic nutritus fuerat, quamuis non natus.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæstio XLVI.

QVAERETVR, an istud sit continuatum ad præcedentia.

Dicendum, ꝙ in hoc non est difficultas. Manifestum est enim quòd continuatum sit, quia ante hoc agitur quomodo equitans super asellum descenderet de monte oliueti, & veniret versus Ierusalem. Nunc dicitur quomodo intrauit in vrbem: & ita istud fuit necessariò post illud. Item fuit immediatè post illud, quia inter montem oliueti, & Ierusalem non est nisi media leuca, scilicet mille passus, vt colligitur Actu. 1. scilicet iter sabbathi: ergo in his parum moraretur: & postquam semel equitasset non diuerteret ad aliqua, quousque intraret in vrbem: cùm ideo ascendisset super asellum, vt cum illo honore intraret in vrbẽ.

Quomodo fuit commota vniuersa ciuitas, & quare.

Quæst. XLVII.

QVAERETVR, quomodò fuit commota vniuersa ciuitas, & quare.

Dicunt aliqui, quòd ista commotio fuit quædam contradictio Iudęorum, & indignatio de isto honore, qui exhibebatur Christo: quia erat magnus. Inuidebant enim principes sacerdotum, & Pharisæi, & scribę Christo, ꝙ à populo honoraretur plusquam illi, & ꝙ eorum vitia increparet: & quanto maior reuerentia ei à populo exhiberetur, tanto firmior & maioris auctoritatis esset redargutio facta de eis à Christo: & ideo indignè ferebant quemcunque honorem ei à populo delatum: potissime hunc, qui maximus erat. Et ista indignatio eorum, quã in verbis, & vultu ostenderũt, commotio appellatur: & quia id, quod principes ciuitatis faciunt, dicitur facere ciuitas, licèt singuli de vrbe ad hoc non cooperentur: commotis istis, dicitur cõmota vniuersa ciuitas: & ita exponit Nicolaus, & hoc modo continuata est litera. Alij autem volunt, vt Hieronymus, Chrysostomus, & Origenes, quòd ista cõmotio fuit quędã admiratio, ex qua moti sunt ad quęrendum de eo, quod videbant. Et dicendum tunc, ꝙ F vniuersa ciuitas dicitur non ipsi principes, sicut dixit Nicolaus, sed omnes de ciuitate, qui ad hoc spectaculum concurrebant: multi enim concurrerant: erat enim res ista magna, quàm omnes videre cuperent: & potissimè, quia animus impellebat singulos, vt irẽt ad videndum quid est, quod fiebat. Et dicendum, ꝙ illa positio Nicolai non est satis conueniens, scilicet quòd commotio ista sit indignatio principum. Et patet primò, quia si principes indignarentur, potissimò essent principes sacerdotum: ipsi enim, & Pharisæi, & scribæ persequebantur Christum, vt patet ex decursu Euangelij: & tamen illi non fuerunt indignati in introitu Iesu in vrbem, sed postquam intrauit in templum, et de his, quæ ibi viderũt, vt dr̃ infra in litera, s. G Videntes ãt principes sacerdotũ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, et dicẽtes Hosanna filio Dauid, indignati sunt: & ita nõ indignati sunt nisi ꝑpter mirabilia, quæ eum viderũt facere in templo, s. quomodo cęcos, & claudos sanauit in templo, infra in litera: ergo cõmotio, quæ præcessit introeunte Christo, non fuit indignatio principum sacerdotũ, & aliorum magnatum: sed cõcursus populi ad videndum eum introeuntem, & dicuntur commoti, quia singuli de domibus suis properabant, vt ad locum concurrerent, per quem Christus transibat.

Secundò patet, quia dicitur, commota est vniuersa ciuitas: multum enim differt dici commota est ciuitas, vel commota est vniuersa ciuitas. Nam ciuiH tas dicitur aliquando vera, aliquando per repręsentationem: & tunc rectores, vel principes ciuitatis dicuntur ciuitas: sed vniuersa ciuitas addit ad ciuitatem simpliciter dictam: ideo non dicitur vniuersa colligi, nisi singulæ partes conueniant, scilicet quando nemo manet in ciuitate, qui ad hoc non concurrat: vel saltem per Hyperbolem, aut Hyperbasia, quæ est transcensus veri, pro multis ponuntur vniuersi. Tertiò patet, quia isti, qui commoti fuerant, quærebant quis est iste: & ita videbantur ignorare, quis erat: & tamen, qui indignabantur contra ipsum Christum nouerant eum, ideo non erat ista commotio indignationis.

Dicendum ergo, vt supra, quòd ista commotio nihil aliud fuit, nisi concursus quidam ad videndũ ChriI stum introeuntem in vrbem, & quia ad hoc de omnibus suis, & de aliis locis, in quibus erant oportebat eos conuenire in locum, per quem Christus transiturus erat, dicebantur commoueri: & dicitur tota ciuitas cõmota non quidem, quòd nemo manserit in tota vrbe, qui ad hoc spectaculum non conuenerit, sed quia plurimi conuenerant: ita vt omnes conuenisse viderentur, & tunc vniuersum, vel omnes ponere solemus: & ita hyperbolicè pro multis omnes dicimus. Confirmari tamen videtur expositio Nicolai, quia dicitur, quòd illi, qui cõmoti sunt dicebant, quis est hic? Et sequitur ibi: populi autem dicebant hic est Iesus: & tamen populi distinguuntur contra principes: ergo videtur, quòd principes erant, qui commoti fuerant, K cum populi essent, qui responderent. Sed dicendum, quòd non stat, quia populi non accipiunt̃ ibi pro populo Ierusalm, sed pro turbis, quæ cùm Christo veniebant in via, & illæ poterant respondere, & respondebant toti ciuitati Ierusalem commotæ.

Quare commota est ciuitas, vt concurreret ad videndum Christum introeuntem.

Quæst. XLVIII.

QVAERETVR, quare commota est ciuitas, vt concurreret ad videndum Christum introeuntem.

Dicen-

Dicendum, quòd primò fuit ex cōditione spectaculi: libenter enim cōcurrunt homines ad spectacula, quia delectantur in eis: istud autem spectaculum erat, quia Christus veniebat cū multitudine populi canentis, & habentis ramos in manu: vnde qualecunq; esset istud spectaculum, ꝯcurrerent multi ad illud in tam magna ciuitate, sicut erat Ierusalem. Secundò, & specialius propter conditionē huius spectaculi. Non enim erat tale, sicut cętera: non enim vsq; tūc legimus fuisse factum, ꝙ aliquis reciperetur in Ierusalem cū frequētia turbarum canentium, & ramos in manibus tenentiū stratis ramis, & vestibus in via, & quod magis mouebat, quia ille, cui tantus deferebatur honor, sedebat super pullum asinæ, & hoc valde videbatur repugnare illi magno honori. Sic dicit Chryso. Interroga Iudęos B quis rex super asinam delatus intrauerit Hierosolymam, sed non vtiq; alium habent dicere: & ideo propter rem insolitam esse omnes audientes hoc fieri cōcurrerent, quia videre vellent. Tertiò specialiter cōmouebantur propter admirationem. Audiebant.n. hoc fieri, & causam quare fieret nesciebāt. Vnde non solùm commoti sunt, vt irent ad vidēdum, sed etiam postquàm videbant admiratione ꝯmouebantur, quia nesciebant causam huius rei: magnam.n.rem fieri videbant, cū tanta populi frequentia cū Christo veniret. Et de hoc nihil ante dictum fuerat, & ideo res subito facta eos in admirationem vertit: potissimè, quia nesciebant quomodo ista inter se conuenirent.s.ꝙ super asinam sederet, & ꝙ tantus ei honor deferretur. Sic C dicit Hieronymus: Introeunte Iesu cum turba tota Ierosolymorum ciuitas cōmouetur, mirans frequentiam nesciens veritatem. Quartò fuit, & adhuc specialius propter verba canentium: illi enim vocabāt eum regem Israel, dicentes, Hosanna filio Dauid, & illud: Benedictus, qui venit in nomine Domini rex Israel. Ioan. 12. cap. erat autem magnum nomē regis: Iudęi autem tunc regem non habebant, sicut ipsi dixerunt: Non habemus regem, nisi Cœsarem. Ioan. 19. capit. sed erat diuisa regio in tetrarchias, vt patet Luc. 3. cap. & ideo desiderabant valde regem de progenie sua habere: Nunc ergo cū audierūt regem Israel acclamari, & cantari, nemo erat, qui videre nō cuperet, attonitus magnitudine rei. Quintò, & adhuc principalius, quia D Messiam illum vocabant canentes, cùm dicerent: Hosanna filio Dauid, sed filius Dauid est Messias, & Mar. 11. cap. dicitur: Benedictus, qui venit in nomine Domini, & benedictum, quod venit regnum Dauid patris nostri.i.regnum Messię, quod est regnū Dauid, & tamen Messias erat valde desideratus, sicut dicitur Aggęi. 2. cap. Et veniet desideratus cunctis gentibus: Credebant.n. Iudęi totum bonum suū esse in Messia, & per eum se liberādos ab omni malo, ideo nihil magis, quàm Messiam desiderabant. Audito ergo nunc nomine Messiæ valde alliciebātur corda omnium ad videndum rem istam: maximè, quia non laudabatur iste vt homo, sed vt Deᵘ, cùm peteretur ab eo salus in cęlo. Tales laudes nulli vnquam hominum exhibitæ fuerant: ideo magis eos in admirationem mouebāt. E Sic dicit Chriso. Merito aūt cōmouebantur videntes rem mirabilē, homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabatur in homine. Sextò fuit hoc, quia Deus impulit corda hominum Ierosolymitarum, vt irēt ad videndum istud spectaculum, erat enim valde cōueniēs ad Christi manifestationem, & ad ostendendum peccatum gentis Iudæorū. Nam tunc publicè vocabatur a turbis Christus messias, & rex Israel: & ita cùm tota ciuitas ad hoc spectaculum conueniret, non poterant negare se audisse illum esse Messiā, vt saltem circa hoc cogitandi locus eis esset, an verum esset. Cùm aūt post quinque dies occideretur vidente tota ciuitate, & pe-

A tente hoc populo, & principibus, ille, qui nunc tota ciuitate præsente cum tanto honore, & vt Messias fuit receptus in vrbe, non erat excusabile factū: & ita post mortem Christi, & resurrectionem, cū prędicaretur à discipulis suis Iesum fuisse Messiam, non esset res pœnitus incredibilis, cum pauloante mortem à tanta turbarum frequentia receptus fuerit publicè in vrbem vt Messias, & hoc coram omnibᵘ fuerit acclamatum nemine impediente: qđ si non factum fuisset vidente toto populo, potuisset negari illū fuisse Messiā, quasi non fecisset omnia, quæ Messias facturus erat, aut saltem dubitaretur à plurimis, qui hoc non vidissent: & ideo erat hoc valde conueniens ad facilius introducendam fidem de Christo post mortem eius, & ad magis ostendendum iniquitatem Iudæorum occidentium Christum.

Quomodo poterant quærere, quis est hic? quando Christus introiuit in vrbe. Quæstio XLIX.

QVAERETVR, quomodo poterant quærere, quis est hic? quando Christus introiuit in vrbem, quia hoc præsupponit eum ignotum: & tamē non videtur hoc satis verisimile. Dicendum, quòd, vt dictum fuit supra, aliqui dicunt commotionem istā ciuitatis fuisse indignationem principum sacerdotū, & aliorum magnatum contra Christum. Et tunc exponitur litera, quis est hic: quasi dicat: non est iste talis, ac tantus, cui tantus honor exhiberi debeat, cur ergo exhibetur? Et ita stat nō per modum interrogationis, sed per modum dedignationis, & murmurationis. Sed dicendum, ꝙ non stat, vt ostensum est supra, quia non fuit illa commotio indignatio principū, sed concursus totius populi vrbis. Secundò patet, qa necesse est poni istam literam per modum interrogationis, quia quando isti dixerunt, quis est hic? responderunt populi, hic est Iesus: & tamen si non diceretur illud per modum interrogationis, non respōderent populi, quia non esset ad propositum respondere certificando ei, qui non quęrit dubitando: aut si respondere vellent, cùm illi dicerent per modum murmurationis, & indignationis, responderent populi ad illud ostendendo scilicet, Christum esse talem, cui iste honor deberetur: & tamen hoc non fecerunt, sed solùm ostenderunt quis ille esset: ideo non respondebat populus ad indignationem, sed ad dubitationem de persona. Sed fortè aliquis dicet, quia ita respondebant populi, quia non intelligebant verba principum, quòd ad dedignationem dicerentur. Dicendum, ꝙ non stat, quia si verba illa, quis est hic? dicerentur per modum dedignationis, dicerentur ad increpationem eorum, qui tales laudes exhibebant Christo, & isti erant populi: ideo si illi non intelligentes verba, putarent dicta esse per modum interrogationis, & ad hunc finem respōderent, replicarent illi, qui indignabantur, vt ostenderent reprehensibiles eos, qui tales laudes impendebāt, vt sic ipsi intelligerent se redargutos: & tamen nihil replicauerunt: ergo dicta fuerunt verba illa per modum interrogationis.

Dicendum ergo, quòd verè fuit per modum interrogationis, & non erat principum indignatorum, sed populi concurrentis ad hoc spectaculum. Cùm autem dicitur, quomodo ergo poterant ignorare Ierosolymitæ quis esset Iesus, cùm sæpe prædicasset inter eos, & miracula egisset? Dici potest vno modo, quòd illi, qui erant de vrbe, vel solebant in ea morari, non quæsierunt hoc, sed cùm esset Ierusalem tam grandis, & famosa ciuitas, fiebat ad eam quotidianus concursus gentium nouarum, quæ non fuerant prius in vrbe: & ita illæ non cognoscentes Iesum

possent quęrere, quis est hic? maximè, quia post quinque dies erat Pascha Iudæorum, ad quod festum de tota terra Iudæorum illuc conueniebant omnes masculi, & ita possent esse ibi multi, qui nunquam Christum vidissent, & isti possent quærere, quis est hic? Secundò potest dici, quòd licèt agnoscerent Ierosolymitæ personam Christi: quia tamen nunc viderunt eum in tali apparatu introire, in quali nunquam eum viderant, neque videndum esse crediderant, admirati de hoc compulsi sunt quærere, quis est hic? Tertiò potest dici, & ista est veritas, scilicet, quòd Ierosolymitæ agnoscebant Christum ex vultu si eum viderent: & tamen isti, qui quærebant, quis est hic, non videbāt Christum, sed à turbis quęrebāt quis est hic? idest, iste, qui venit, cui exhibetur iste honor. Nam vt dicitur in litera, aliquæ turbæ præcedebant Christum, & aliquæ sequebantur, & ambæ clamabant, Hosanna. Ierosolymitæ ergo videntes primam turbam, quę magna, & longa erat, & nondum videntes Christum, dicebāt, quis est hic? idest, idest, qui venit? si tamen eum viderent, non quærerent, quia scirent quis esset.

Qui populi erant isti, qui responderunt quærentibus.
Quæstio L.

QVAERETVR, qui populi erant isti, qui responderunt quęrentibus. Aliqui putant, quòd maiores dubitabant, & minores credebant, ideo illi respondebant. Sic dicit Hieronymus: Alijs autem, vel ambigentibus, vel interrogantibus vilis confitetur plebecula. Sed dicendum est, quòd non fuit ista quęstio quasi aliqui crederent in eum, & alij non, & non credentes quærerent, & credentes responderent, vel quòd aliqui videntes Iesum non agnoscerent eum, & alij dicerent eis quis erat, sed vocantur hic populi non quidem populi Ierosolymitani, sed populi, qui cum Christo veniebāt, scilicet turbæ, quia ab illis quęrebatur. Illæ veniebant clamando Hosanna: ideo ab eis quærebant Ierosolymitæ quis veniret, & illi respondebant.

Quare turbæ dixerunt, hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ, & quomodo stet dictum in veritate.
Quęstio LI.

QVAERETVR, de responsione eorum, scilicet, hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ: quare hoc dixerunt, & quomodo stet dictum in veritate. Dicendum, quòd turbæ istæ videbant ignorari à Ierosolymitis personam venientis, & de illa quęri: & ideo de persona responderunt: erat autem nomen personæ Iesus: ideo dixerunt hic est Iesus: & quoniā multi hoc nomine vocabantur inter Iudęos, vt notificaretur magis quis esset, dixerūt, quòd erat propheta: rari autem tunc prophetæ erant: ideo per hoc notificari posset, sed quia adhuc putare quis posset alios esse prophetas in terra Iudæorum, qui fortè nondum manifesti erant, vel quòd nondum notum esset apud oēs Iesum esse prophetam, addiderunt nomen regionis, vt dicerent eum esse à Nazareth Galilææ: & ita iam non posset dubitari, pro quo diceretur, quia non erat alius, qui haberet omnes istas qualitates. De nomine eius apparet, quia istud est, quod ei iusserat imponi angelus, antequam de vtero nasceretur, quando locutus est ad Ioseph postquam virgo conceperat, supra 1. cap. & istud etiam iussit angelus ei imponi, antequam cōciperetur in vtero, Luc. 2. & dixit illud Mariæ quando eam salutauit. Luc. 1. cap. & istud ei impositum fuit in circuncisione. Luc. 2. & hoc nomine eum omnis populus vocabat: nos verò Christū vocamus, sed Chri-
F stus non est nomen personæ, sed dignitatis, quia significat regem, cū Christ⁹ dicatur in Gręco vnctus: reges autē apud Iudęos vngebantur, & coronabantur: ideo pro regno eum Christum vocamus: ipsi verò, quia nondum eum regem, neque Messiam agnoscebant, non vocabant Christū, sed solùm Iesum, quia autē in eum credere incipiebant, eum Christū iam vocabant. Christus etiam dignitatis.

Quare turbæ non vocarunt eum Iesum Christum.
Quęstio LII.

SED quæretur, quare isti non vocauerunt eum Iesum Christum: poterāt enim eum sic vocare, quia credebant in eum. Aliqui dicunt, ꝙ non poterant, qa
G nesciebant eum esse regem, quod Christus significat. Dicendū, quòd non stat, quia isti erant, qui veniebant cum Christo in via: & tamen illi clamabant Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. Ioan. 12. ca. vbi eum regem vocant, & Messiam. s. filium Dauid: ergo à fortiori possent eū Christum vocare, quod solùm signat regē, & de quolibet rege dicitur, ꝙ est Christus. Dici potest vno modo, quòd istæ turbæ vocabant Iesum regem, & Messiam non quasi hoc scirent, aut crederent, sed quia Deus impellebat corda eorum ad hoc dicendum, & ipsi nesciebant, quid dicerent. Sic dicit Chryso. Puto autē, quòd neque ipsi, qui laudabant, sciebant quod laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos veritatis verba In q. 44
H fundebat. Et ita declaratum est supra, & quia spiritus Dei mouebat eos in pręcedentibus ad dicendum Hosanna, & benedictus, qui venit rex Israel: nunc verò non mouebat eos ad hoc: ideo nescirēt nunc dicere, nisi quod omnibus notum erat, aut creditum. s. quòd erat Iesus, & propheta de Nazareth Galilææ. Aliter potest dici, & melius, quòd isti, qui responderunt nūc Ierosolymitis, non dixerunt eum Iesum Christum, sed solùm Iesum, quia etiam si scirent, aut crederent eum esse Christum, & Messiam, tamen non conueniebat, quòd hoc dicerent respondendo, quia qui respondet ad quæsita, debet notificare quærenti ea, de quibus ille dubitat: omnis autem notificatio, quę alicui fit debet fieri per ea, quæ illi nota sunt: Ierosoly-
I mitæ autem quærebant nunc quis erat ille, qui veniebat: ideo isti respondentes debuerunt notificare per ea, q̄ illis nota erāt: illis aūt notum erat quis esset Iesus de Galilæa propheta, quia cōiter, vt propheta tenebat. Non autem erant eis notum, an ille esset Messias, vel rex Iudęorū: imò nesciebant, an aliquis tunc esset, cui ista cōpeteret: ideo non debuerunt eum vocare nunc Christū in respōdendo, quia Ierosolymitæ saltem oēs non cognoscebant eū, vt Christū: & tñ nemo erat, q non cognosceret eū, vt Iesum de Nazareth: ergo debuerunt eum vocare Iesum de Nazareth, & non Iesū Christum respondendo quærentibus. Sed obijcietur, ꝙ debuissent vocare eum Christū respondendo, quia ipsi clamando vocabāt eum regem Israel, & hoc erat
K dicere eum Christū. Dicendum, ꝙ non debuerunt sic eum vocare: quia dato, ꝙ intelligerent ea, q̄ dicebant, & ꝙ ille esset rex, & Messias: tñ in laudando Iesum ꝯueniens erat, ꝙ ipsi dicerent optima, q̄ de eo nouerāt, & quia eū credebāt esse Christū. i. regem, vel Spiritus Sanctus impellebat eos ad hoc dicendū, ꝯueniēs erat, ꝙ hoc dicerent, vt illi, q nesciebant, erudirētur per ea, quę isti dicebant, aduertentes ad ea, siue oēs intelligerent hoc, siue non, non differebat, quia illa debet quis doceri, q̄ non nouit: qñ aūt respondebant quærētibus, quis esset ille, non debuerunt respondere, nisi per ea, q̄ nota essent q̄rentibus, quia aliàs nō fieret notificatio: & tñ non erat notum oībus Ierosolymitis Iesum esse Christū: ideo non debuerūt respondendo hoc dicere.

Secu-

Secus autem est proponendo doctrinam, quia ille, qui docet, proponit à principio aliquādo propositionem aliquam ignotam, quam postea paulisper explicat: sed qui respondet non debet, nisi explicare id, de quo iam dubitatum est: ideo non debet respondendo procedere nisi per ea, quæ nota sunt ei, cui respondet.

Quare Turbæ vocauerunt Christum Prophetam. Quæstio LIII.

QVAERETVR, cùm isti respondentes nō vocauerint Iesum esse Christum, licèt in veritate esset, eo quòd hoc erat dubium apud populum, quare vocauerunt eum prophetam: quia etiam hoc dubitari posset, an essent propheta, & fortè dubitabatur: imò aliqui dicebant, quòd non erat homo bonus, neque à Deo, sed malus, qui sabbathum non custodiebat. Ioan. 9. capit. & etiam in populo erat contentio circa eum, quia aliqui dicebant, malus est, alij autem non, sed quòd erat bonus, Ioan. 7. cap. ergo non erat notum, quòd esset propheta, & consequenter respondendo non debebant eum vocare prophetam, cū per sola nota responderent. Dicendum, ꝙ conuenienter vocauerunt eum prophetam respondendo, quia vel omnes in Ierusalem cognoscebant eum esse prophetam, vel cognoscere poterant ex operibus. Videbant enim multa ipsum miracula facere, & occulta notificare, quę non pertinent, nisi ad homines Dei, quos Iudæi prophetas vocant, & ob hoc non solùm poterant eum tenere, vt prophetam, sed verè omnes eum prophetam esse credebant, & apud totum populum hoc persuasum erat. Sic dicitur infra in litera: Et q̄rentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant, & licèt dicatur, sicut prophetam, non est intelligendum, quòd non crederent eum prophetam, sed aliquid simile prophetę habere, sed quòd verè credebant illum esse prophetā. Vnde illud, sicut, nō dicit similitudinem, sed est expressiuum veritatis, iuxta illud Ioan. 1. cap. vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre: Et tamen Ioannes noluit dicere, quòd Iesus esset quasi vnigenitus à patre, sed ꝙ esset verè vnigenitus. Sic etiam patet, quia infra in litera dicitur: omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam: & tamen Mar. 11. ca. vbi ponitur ista sententia dicitur: omnes enim habebant Ioannem, quia verus propheta esset. & Luc. 20. cap. dicitur: Certi sunt enim Ioannem prophetam esse. Item patet hoc efficacius, quia dicitur Luc. 24. ex verbis duorum discipulorum ad Christum: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in diebus his de Iesu Nazareno, qui fuit vir ꝓpheta potens in opere, & sermone corā Deo, & omni populo? Et ita innuebant illum esse solum peregrinum, quia nesciret facta Iesu, quasi cęteri illa scirent, & ita apud cęteros cōstaret de actionibus, & passionibus eius, ex quibus apparebat eum esse virum prophetam, etiam & planius, quia dicitur: Qui fuit vir propheta potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo. Et ita non solùm erat verum eum esse prophetam, sed etiam totus populus hoc sciebat: ideo poterant isti conuenienter eum respondendo vocare prophetam.

Quomodo Turbæ intellexerunt Christum esse Prophetam. Quæstio LIIII.

QVAERETVR, cū isti dixerint respondendo, ꝙ Iesus erat propheta, quomodo acceperunt, ꝙ esset propheta. Dicendū, ꝙ potest vno modo accipi, quod esset propheta. s. vnus de prophetis, eo ꝙ opera prophetę faciebat. s. quia miracula faciebat, & occulta

A aliqua declarabat, quod ad prophetas pertinet: & ita dicitur infra in litera, ꝙ sicut prophetam eū habebant. Alio mō potest accipi propheta. s. ꝙ esset ille propheta, quem p̄dixerat Moyses, ꝙ esset similis ei: Deu. 18. c. & iste propheta expectabatur. Alio modo, ꝙ iste erat non propheta de cōibus, sed aliquis excellentior alijs prophetis, qui per excellentiam vocari possit magnus: & ita vocauerunt eum turbæ: Luc. 7. cap. Accepit oēs timor, & magnificabant Deum, dicētes, quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Alio modo potest accipi propheta excellenter pro Messia, qui erat caput omnium prophetarum, & erat propheta, qui expectabatur à toto populo Iudæorum. Sic accipitur Ioan. 6. cap. s. illi homines cū
B vidissent signum, quod fecerat, dicebant, quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. Sed dubitatur in quo modo istorum acceperint isti dicentes Christum esse prophetam. Dicendum videtur, quòd acceperint in primo. s. ꝙ erat sicut vnus ex prophetis. Et ratio est, quia isti respondebant notificare volentes personam Iesu: & ideo loquerentur per illa, quæ de ipso nota essent. Et tamen esse eum prophetam, qui expectabatur. s. Messiam non erat notum omnibus, ēt eum esse prophetā maiorem alijs, licèt nō esset Messias, non erat notum omnibus. Quòd autem esset ꝓpheta aliquis, notum erat, quia nemo dubitare poterat eum facere aliqua opera prophetæ, & quia nullus gradus minor erat, quàm esse eum prophetam vnum
C de prophetis, & ea, quæ minora sunt faciliora sunt cognitione: ideo nihil facilius cognosci poterat apud populum, quàm eum esse vnum de prophetis: ergo isti vocarēt eum prophetam in illo modo, in quo omnes scirent eum prophetam: & tamen non erat alius modus, quem magis omnes tenerent: ideo in isto acceperunt. Secundò patet, quia licèt multi de populo, qui specialiter sequebantur doctrinā Christi, putarent eum prophetam magnum esse per excellentiā, & alij crederent eum esse Messiam, qui erat caput prophetarum: tn̄ plus cōiter non tenebat hoc. Et patet, qa q̄n Christus q̄siuit supra 16. c. à discipulis suis, quem dicūt homines esse filiū hoīs. i. quem putant me esse populi, quos cōi appellatione hoīes vocauit: illi responderūt:
D alij putāt esse Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam, alij vnum ex prophetis. Et ita enarrādo ibi oēs positiones populi de ipso, nulla fuit, quæ diceret eum Messiam, siue prophetam futurum in mundum, sed inter cœteras positiones illa fuit communior, scilicet, vnum èx prophetis, quia illa erat verisimilior, & minorem patiens difficultatem: ideo istam magis à populo approbatam, & habitam ponerent nunc isti respondentes. Tertiò patet ex modo locutionis duorū discipulorum ad Christum Luc. 24 cap. Nam dixerūt de Iesu Nazareno, quòd erat vir propheta in opere, & sermone potens coram Deo, & omni populo. Et ita dixerunt, quòd coram toto populo constabat eum esse prophetam: & tamen postea dicitur: Nos autem
E sperabamus, quòd ipse redempturus erat Israel: Redimere autem Israel pertinet ad Messiam, qui est saluator, & non ad alios prophetas, qui solùm p̄nunciant futura, & miracula interdum faciunt: & non dixerūt, quòd totus populus expectabat, quòd ipse redempturus esset Israel, sicut dixerunt, ꝙ ille erat propheta coram toto populo, sed dixerunt, nos sperabamus, scilidiscipuli Christi: ergo videtur, quòd discipuli Iesu credebant eum Messiam: populus autem credebat eum prophetam primo modo. s. simpliciter prophetam. Et hoc maximè apparet, quòd isti intellexerint, qa isti non respondebant ꝑ ea, q̄ nota erant: & tn̄ de quolibet gradu prophetię noīato magis dubitari poterat, quā si vocaretur ꝓpheta simpliciter: ergo isto mō acciperēt.

Dicit autem Hieronymus, quòd dixerunt eum esse illum prophetã, de quo dixerat Moyses, quòd erat propheta similis sibi, cùm ait: à minoribus incipiũt, vt ad maiora perueniant: prophetam enim eum dicunt, quem Moyses sui similem dixerat esse venturum. Et tamẽ quod dictum est, manifestius est. Cùm autem obijciebatur præced. quęst. ꝙ dubium esset, an ꝓpheta esset Iesus. Dicendum, ꝙ non erat dubium, nisi apud eos, qui volebant dubium facere ex intentione cupiẽtes offuscare famam, & opinionem Christi apud populum, quales erant Pharisæi, & sacerdotes, qui dixerunt illud, quod habetur Ioan. 9. Nam ita persequebantur Christum, ꝙ volebant eum occidere dicentes, quòd si permitterent eum, totus mundus crederet in eum, & omnes irent post eum, Ioan. 11. & 12. capit. Et mandauerant, quòd siquis confiteretur eum esse Christum, extra Synagogam fieret, Ioan. 9. cap. Istis ergo nihil credendum erat, cùm essent hostes aperti. Nam etiam si crederent Iesum esse prophetã, & Messiam, nolent profiteri, sed negarent. Cùm autem dr̃, quòd quidam dicebant, bonus est, alij verò non, sed seducit turbam. Dicendum, ꝙ in turba erant aliqui, qui sequebantur doctrinam Pharisæorum, & illi sicut acceperant venenum à magistris suis, ita illud ore euomebant, dicentes, ꝙ non erat propheta, sed seducebat turbas. Istis tamen non erat credendum, neque faciebant opinionem popularem, cùm essent discipuli inimicorũ Christi, & isti pauci erant: cętera aũt multitudo, quæ populus absolutè vocari poterat, credebãt Iesum esse prophetam per opera, quæ faciebat: & ita isti respondentes nunc cõuenienter eum prophetã vocauerunt, & in isto modo, s. ꝙ esset vnus de prophetis.

Quare isti dixerunt Iesum esse prophetam à Nazareth potius quam a Bethlehem. Quæstio LV.

QVAERETVR, quomodo isti dixerũt Iesum esse prophetam à Nazareth. Nam non erat à Nazareth, sed à Bethlehẽ, quia in Bethlehẽ natus est supra 2. cap. & non in Nazareth. Dicendũ, ꝙ Christus natus fuit in Bethlehem, & educatus, & cõuersatus in Nazareth: & tamen nunquã in tota scriptura vocatur Bethlehemites, vel de Bethlehem. Vocatur autem semper de Nazareth. Et dicendum, ꝙ hoc à quibusdam per errorem fiebat: ab alijs verò prudẽter. Nam populares, & cęteri Iudęi vocabant Iesum Nazarenũ, vel Galileum, quod idem est, eo ꝙ putabant eum natum in Nazareth. Mater enim sua, & Ioseph, q pater suus putabatur, ante conceptionẽ, & natiuitatẽ Christi habitabant in Nazareth, & post natiuitatem eius semper ibi habitauerunt: solùm autem natus est in Bethlehem, quia cùm esset Maria despõsata Ioseph, & circa tempus pariẽdi eius facto edicto Octauiani Augusti, vt iret quisq; ad profitendum in ciuitatem suam: Ioseph, eo ꝙ esset de domo, & familia Dauid, & consequenter erat de vrbe Bethlehem de qua fuerat Dauid 1. Reg. 16. & 17. & Ioan. 7. cap. iuit ad profitendum in Bethlehem, & dùm ibi maneret cum Maria coniuge sua, accidit ꝙ illa pareret Iesum. Luc. 2. & inde redierunt in Hierusalem tempore purificationis. s. quadragesimo die post partũ. eod. c. & cũ obtulissẽt Iesum in templo iuxta cõsuetudinem legis Moysi, redierunt in Nazareth, & mansit ibi Ioseph cum Maria coniuge eius, & cum Iesu. eodem cap. & erat ibi subditus illis, & inde fugit in Aegyptum nocte admonente angelo, supra 2. cap. & quãdo de Aegypto reuersus est Ioseph redijt in Nazareth, & habitauit ibi Christus vsque ad tempus, quo cœpit prædicare iam triginta annorum factus, vt colligitur supra 2. cap. s. Et veniens habitauit in ciuitate Nazareth, vt adimpleretur quod dictum ẽ

F per prophetas quoniam Nazaręus vocabitur. Nemo ergo erat, qui putaret eum oriundum, nisi de ciuitate Nazareth, & tanquam ibi genitum Nazarenum vocabant, & propter istam opinionem de Christo magna erat difficultas ad credẽdum eum esse Messiã, quia dę Messia credebant, ꝙ nasciturus erat de Bethlehem. De Iesu autem putabant, ꝙ natus esset in Nazareth. Sic patet Ioa. 7. cap. vbi dissensio facta est in turba propter Christum. s. ex illa turba quidam dicebant, hic est verè propheta: alij dicebant, hic est Christus: alij autẽ dicebant: Nunquid à Galilęa Christus venit? Nonne scriptura dicit, quòd ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat ipse, venit Christus, & facta est dissensio in turba propter eum. Etiam inter Pharisęos

G facta est contentio contra Nicodemum, qui fauebat parti Christi, & dixerunt ei cœteri Pharisæi: nunquid & tu Galilęus es? idest, credis in Iesum Galilęum, & sequitur, scrutare, & vide, quia propheta à Galilæa non surget, idest, non veniet Messias de Galilęa. eod. capit. & non solùm isti, qui erant bono animo ad ipsum dubitabant, an esse posset Messias, quia erat de Galilæa: sic patet Ioa. 1. cap. cùm dixit Philippus ad Nathanael, quem scripsit Moyses in lege, & prophetę inuenimus Iesum filiũ Ioseph à Nazareth, & dixit ei Nathanael: à Nazareth potest aliquid boni esse? idest, nũquid põt propheta, vel Messias nasci de Nazareth? quasi dicat: non potest: illi autem, qui sciebant veritatem natiuitatis Christi. s. quòd esset natus in Bethlehem, vocabãt

H eum de Nazareth, non quasi innuere vellent eum ibi natum, sed educatum: & accipit quis nomen ab eo loco, in quo diuturnam moram contrahit, quia videtur ei esse patria; ita cùm Christus semper mãsisset in Nazareth, videbatur ei esse patria: imò vocabatur patria eius, licèt ibi non fuisset natus. Sic dicitur supra 13. & Marc. 6. vbi de Christo eunte in Nazareth dicunt Euangelistę, ꝙ venit in patriam suam, & ipsi Nazareni vocabant Nazareth patriam Iesu Luc. 4. capit. quanta audiuimus à te facta in Capharnaum, fac & nunc in patria tua: & Christus ibidem dixit illam esse patriam suã. s. nemo est propheta acceptus in patria sua. Et ita Euangelistę, qui veritatẽ originis Christi sciebant, non vocabant eum Bethlehemitem, sed Nazarenum, etiã

I Apostoli, quando loquebantur de eo post resurrectionem vocabant eum Nazarenũ, vt illud Luc. 24. & non cognouisti, quæ facta sunt de Iesu Nazareno? & Petr' dixit Act. 2. cap. Iesum Nazarenum virum approbatũ à Deo, & Act. 10. cap. dixit Petrus: Iesum à Nazareth, quomodo vnxit Deus eum Spiritu Sancto, & virtute. Causa autẽ quare isti, qui sciebant eum Bethlehemitẽ vocabant eum Nazarenum, erat duplex. Prima propter populum, vt intelligeretur ab alijs de quo loquerentur. Nã populus non cognoscebat Iesum, vt Bethlehemitem, sed vt Nazarenũ. Si autem Euangelistæ, vel alij cognoscentes veritatem vocarent eum Bethlehemitem, populus audiens non intelligeret de quo loquerentur: ideo oportebat sic eum vocari, vt in nomine conuenirent, & ob hoc ipsemet Iesus vocabat

K se Nazarenum, vt patet Ioannis decimo octauo, cùm dixit Iudęis quęrentibus eum; Quem quæritis? & illi dixerunt, Iesum Nazarenum: ipse verò ait, ego sum. Quia si diceret, ego non sum Iesus Nazarenus, sed Iesus Bethlehemites videretur negare de se quod alij credebant de eo, & cogeret eos errare circa cognitionem suam. Secunda causa erat propter auctoritatem propheticam, & voluntatem diuinam. Deus enim ostendit, quòd volebat eum vocari Nazarenum, & non Bethlehemitem. Sic dicitur supra 2. cap. Habitauit in Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniam Nazarenus vocabitur. Et ideo nobis non licet eum vocare Iesum Bethlehemitem: sed

Quare Christus vocabatur Nazaren', cum esset Bethlehemites.

sed Iesum Nazarenum, quo nomine Deus vocari vo- A luit. De istis, qui nunc respondebant quærentibus, dicendum, quòd vocauerunt eum Iesum à Nazareth Galilææ, quia fortè ipsi putabant eum inde genitum, sicut cœteri Iudæi credebant. Vel dato quòd scirent veritatem, vocarēt eum à Nazareth propter illos, quibus respondebant, quia cùm respondens intendat notificare quæsitum, & notificatio fiat per ea, quæ nota sunt quęrenti, debuerunt vocare Iesum de Nazareth, quia populus nesciebat eum esse, nisi de Nazareth, & si vocarent eum de Bethlehem non, intelligerent de quo diceretur: & tamen illi, qui sciebant veritatem, vocabant eum de Nazareth, idest, educatum, & conuersatum in Nazareth, & non natum ibi, vel natum de Nazareth secundùm opinionem illorum, ad quos B loquebantur: vt si isti dicerēt, hic est Iesus à Nazareth Galilææ, idest, quem vos putatis esse de Nazareth: & ita etiam aliqua dicuntur in scriptura, quæ non sunt vera, sed solùm dicūtur, quia sic putata sunt à quibusdam, vel communiter, sicut quando mater dixit Christo: Ego & pater tuus dolentes quærebamus te, Lucæ secundo: & tamen Christus non habebat patrem in terra. Et quod plus est, illa sciebat hoc, quæ eum conceperat, & pepererat in virginitate, sed dixit, quia putabatur ab omnibus, quòd Ioseph esset pater Iesu. Lucæ tertio: & ita dixit Philippus Apostolus Ioannis primo, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth: sic enim ille tunc putabat: licèt iam esset Christi discipulus. C

Quare Pharisæi cum nunc viderint Christum vocari Messiam, & regem Israel, non punierunt, qui ista dicebant.

Quæstio LVI.

QVAERETVR, cùm principes sacerdotum, & Pharisæi dolerent, quòd Christus honoraretur à populo, quare cùm nunc viderunt eum vocari Messiam, & regem Israel, non punierunt eos, qui ista dicebant. Aliqui dicunt, quòd fortè Christus postea fuit odiosus istis, vt indignarentur de laudibus eius, sed nunc nondum erat: & ideo non prohibebant eū laudari. Dicendum, quòd non stat, quia tam odiosus eis erat, quòd iam ante hoc mortem ei decreue- D rant. Nam ex tempore, quo Lazarum suscitauit, diffinierunt Pontifices, & Pharisæi, vt occideretur: Ioan. 11. Et tamen prius illum suscitauit, quàm fieret iste honor ei, quia Ioan. 12. cap. dicitur, quòd propterea turba exiuit obuiam ei, quia audierant, quod à mortuis suscitasset Lazarum: ideo iam erat Christus valde odiosus Pontificibus, & Pharisæis. Et patet ēt, quia ex eo, quòd quidam de turba vocabant Iesum esse Christum, dicebant Pharisæi, quòd erant maledicti, Io. 7. cap. ideo nunc vellent laudes eius impedire. Secūdo patet, & efficacius, quia verè pro eis indignati sunt. Nam antequam intraret in vrbem indignati sunt alij. De primò patet Luc. 19. cap. scilicet: Quidam Pharisæorum de turba dixerunt ad illum, magister E increpa discipulos tuos. De secundo patet, quia postquam ingressus est in templum, videntes principes canentes pueros Hosanna, indignati sunt, & dixerunt Christo, audis quid isti dicunt? infra in litera. Est ergo dicendum, quod molestè ferebant principes sacerdotum, & Pharisæi, quòd ista de Christo dicerentur, & cupiebant turbas prohibere, sed non fecerunt. Primò, quia fortè Deus incussit illis timorem, vt non auderent hoc facere, quia Deus volebat nunc Christum honorari à turbis, & si possent principes sacerdotum istud prohibere, nō fieret iste honor Christo, quod erat incōueniens, cùm per istum honorem manifestatum fuit omni populo eum esse Messiam, & regem Israel. Nam vt rex Israel recipiebatur in vrbe, & acclamabatur coram eo, quod non fieret si principes sacerdotū prohibere possent: & ideo Deus incussit timorem principibus, & non ausi sunt quemquam prohibere, neque comminari illis. Sic enim facit, quando vult, vt patet Genesis trigesimo quarto capitulo. Nam quando filij Iacob occiderunt Sichimitas pro violatione Dinæ, & Chananæi, & omnes gentes illius regionis congregari volebant, vt delerent domum Iacob, quod ille timuit, dicens: Turbastis me, & odiosum fecistis Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus, & illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Et ideo cùm recedere vellet Iacob, & gentes terræ illius irruere vellent super eum, Deus immisit terrorem super habitatores terræ: Genesis trigesimoquinto, scilicet: Terror Domini inuasit omnes per circuitum nationes, & non sunt ausi persequi recedentes. Secundò fuit, quia etiam si iste terror non immitteretur principibus sacerdotum à Deo, ipsi timebant multitudinem. Nam isti, qui nunc istum honorem exhibebant Christo, erant multitudo magna, scilicet, plurima turba, quæ cum eo veniebat de Iericho, vt colligitur supra in litera. Et vt Hieronymus dicit, erat ista turba tanta, quod Lucas vocat eam turbas multas, Lucæ decimo nono capitulo, scilicet: Cùm appropinquaret ad descensum montis Oliueti, omnes turbæ descendentium cœperunt laudare Deum, & super istos superuenit alia multitudo, quia turba multa de illis, qui venerant ad diem festum, cū audirent, quòd Christus venit, exierunt ei obuiam, Ioannis decimo secundo capitulo: Tantam autem multitudinem timuerunt principes aggredi: & ideo non solùm ad pœnam non persecuti sunt multitudinem: sed etiam verbis duris non ausi sunt eas exacerbare. Tertiò fuit, quia dato, quòd vellent ipsi pęnam aliquam pro talibus insolentijs inferre: illa erat pęna capitalis, scilicet, quia regem vocabant eum, qui non putabatur ab eis rex: etiam vocabant eum Messiam, quem non credebant Messiam esse: sed talem pœnam non poterant inferre principes sacerdotum, neque aliqui Iudæi, sed ad iudices positos à Romanis recurrendum erat, quod patet in Christo: quem licèt occidere vellent Iudæi, non ausi sunt, sed ad Pilatum duxerunt, & cùm ille diceret, secundùm legem vestram iudicate eum, dixerunt illi: nobis non licet interficere quemquam, Ioa. decimo octauo: A fortiori ergo non liceret talem pœnam exercere in tantam multitudinem, ideo non prohibuerunt de facto laudes illas: & tamen intra se Pontifices, & Pharisæi maledicebant populo, quia laudabant Christum, & sequebantur eum. Sic patet Ioan. 7. vbi multi de turba dicebant de Iesu, quod esset Christus, & dixerunt Pharisæi: Nunquid & vos seducti estis: nunquid aliquis ex principibus credit in eum, aut ex Pharisæis, sed turba hæc, quæ non nouit legem maledicti sunt: etiam processerāt ad ampliora, quia excommunicationem posuerant siquis diceret eum Christum: & ideo aliqui timebant eum confiteri Christum esse: sic dicitur Ioannis nono capitulo, vbi parentes cœci illuminati ob hoc respondere noluerunt, scilicet: Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi, vt siquis cōfiteretur eum esse Christum, extra Synagogam fieret, propterea dixerunt parentes eius, quia ætatem habet, ipsum interrogate, sed nunc etiam nō ausi sunt istam excommunicationem exequi priuando multitudinem Synagoga, & ingressu templi, aut denūciando eam priuatam: quia tumultus multitudinis fieret contra eos.

Quare principes sacerdotum, & Romani non procedebant contra Christum, cum uiderent eum uocari regem.
Quæst. LVII.

SED quæretur, dato quòd contra multitudinem laudantẽ Christum non processerint principes sacerdotum, quare contra Christum non procedebant.

Dicendum, quòd principes sacerdotum, & Pharisæi oderant Christum, quia arguebat vitia eorum. vt patet infra 23. cap. & Luc. 7. & ostendebat populo nequitiam eorum, & ita eos cõtẽptibiles reddebat: etiã quia ei impendebatur magnus honor à populo, & inuidebant, quòd non tantus exhiberet eis, & ideo detrahebant ei, & incipiebant paulisper conuitiari. Nam à principio volentes offuscare miracula eius, dixerunt: in Beelzebub principe dęmoniorum eiicit demonia supra c. 9. & 12. c. Postea verò, cùm populus eum intantum laudaret, quòd eum Christum, idest Messiam vocabant, inceperunt Pharisei non soli Christo detrahere, sed etiam turbæ male dicere, eo ꝙ nõ poterant eam auertere à Christo. Et dixerunt: turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Cum aũt quotidie miracula frequentarentur, & fauor populi erga Christum cresceret, per singulos dies decretũ excõmunicationis posuerunt principes sacerdotum cõtra eos, qui Iesum vocarent Christum. Io. 9. cap. iam enim conspirauerant Iudæi, vt siquis confiteretur eũ esse Christum, extra synagogam fieret. Sed cùm adhuc miracula Christi quotidie frequentarentur, & potissimè de suscitatione Lazari, quæ fuit opus clarissimum, cui plurimi Iudęorum de Ierosolymitanis astiterant, & annunciauerãt Pontificibus, et Pharisæis, indignati sunt plurimum illi, et congregato consilio diffinierunt de morte Christi. Io. 11. scilicet Collegerunt consilium Pontifices, & Pharisæi, & dicebant quid facimus, quia homo iste multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Et in illo consilio dixit Caiphas: expedit, vt homo vnus moriatur pro populo. Et sequitur: Ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum: et quia maximus fauor, et testimonium creuerat Iesu, quòd Messias esset ex suscitatione Lazari, cogitauerunt Pontifices, vt occiderent Lazarum, et sic posset aliquo modo negari suscitatio Lazari, vel verti in dubium. Io. 12. ca. Cogitauerũt autem principes sacerdotum, vt Lazarũ interficerẽt: quia multi propter illum ibant ex Iudęis, & credebant in Iesum: & tũc processerunt ad vlteriora: dederunt enim mandatum, quòd si quis sciret vbi esset Iesus, denunciaret, vt possent eum tenere, & & occidere. Io. 11. ca. Dederãt enim Põtifices, & Pharisęi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum: & istud mandatum fuit post suscitationem Lazari, et ante aduentum Christi in Ierusalem, et ob hoc Christus tunc non palam ambulauit per aliquot dies: sed fugit in ciuitatem Ephrem. eod. cap. nunc autem cùm venit Ierusalem Io. 12. cap. cum esset post decretum datum de tenendo eum, teneret illum, etiam si non laudaretur publicè, vt Messias: quanto magis nunc quando publicè à populo vocatus est Messias, et rex Israel, quod nunquam ante publicè fuerat factum: ideo desiderabãt Iudæi tenere illum, & occidere, sed non ausi sunt, et doluerunt valde Pharisæi, quando viderunt Iesum introire cum tali honore in vrbem, et in templum, Io. 12. cap. scilicet Pharisæi dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus: ecce mundus totus post eum abiit, sed et indignationem suam aliquo modo ostẽderunt Christo, quia quando pueri laudabant eum in templo, dixerunt illi: audis quid isti dicunt? infra in litera, sci-

F licet: Videntes principes sacerdotum, et scribæ mirabilia, quæ fecit, et pueros clamantes in templo Hosanna filio Dauid, dixerunt: audis quid isti dicunt? Et tũc Christus audacter respondit, dicens. Nunquam legistis in scripturis: Ex ore infantium, et lactẽtium perfecisti laudem. Ex quo magis indignati sunt: quia non solùm contra voluntatem eorum agebat, sed etiam constanter contra illos respõdebat bonum esse quod fiebat, et tamen non ausi sunt mittere manum in eũ. Primò quia Deus incussit illis timorem, et hoc quia non erat tempus, quo ille passurus erat, et Deus non permittebat eum tunc pati: ideo non dabat audaciã, sed potius incutiebat timorem Iudęis, vt non auderẽt mittere manum in eum. Sic patet Ioan. septimo cap.

G scilicet: Quærebant ergo eum apprehẽdere, et nemo misit in eum manum, quia nondum venerat hora eius, et etiam si conarentur ei de facto nocere, non possent: quia nondum venerat hora eius. Sicut Ioan. decimo octauo dicitur. Hæc verba locutus est in Gazophylatio, et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius: quando autem venit hora eius, tunc potuerunt Iudæi eum tenere, et occidere. Sic ipse dixit Lu. 22. c. Hęc est hora vestra, et potestas tenebrarũ. Sed obiicietur, quia tũc cùm hora concessa Iudæis ad occidẽdum Christum eẽt determinata secundum diuinam voluntatem, non poterant ante hoc ei nocere, et ita non expediebat, quòd fugeret ante hoc, et tamen aliqñ fugiebat et latebat, ut Io. 8. qñ cùm lapidare vo-

H luerunt fugit, et occultauit se: et iterum etiam quãdo in porticu Salomonis voluerunt eum lapidare, recessit. Io. 10. c. Et potissimè quando decretum datum est contra ipsum post suscitationem Lazari, ut teneretur. Io. 11. cap. et dicitur: Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudęos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quę dicitur Ephrem, et ibi morabatur cũ discipulis suis. Et postea apparebat, vt quando nunc publicè venit in Ierusalem.

Dicendum, ꝙ Christus non se occultabat, vel recedebat nisi eo tempore, quo nõ poterat euitare: malum sine scandalo, scilicet quando placebat deitati, ꝙ ipse pati posset a Iudęis. Cum autem dicitur, quòd hora mortis eius erat determinata, et non poterat pręueniri per Iudæos: dicendum, quod non poterat occidi

I nisi in loco, in quo ipse volebat, et tempore quo volebat. Vnde quando Pharisæi dixerunt Christo in Galilęa, exi hinc, quia Herodes quęrit te interficere. Luc. decimotertio cap. dixit illis: Ite et dicite vulpi illi: Ecce dęmonia eijcio, et sanitates perficio hodie, et cras, et tertia die consumor, verumtamen hodie, et cras, et sequenti oportet me ambulare, quia non capit prophetam perire extra Ierusalẽ: in quibus palam ostendit, quòd etiam si Herodes minaretur, quòd eum occidere vellet, non timebat: quia neque poterat tunc occidi, neque etiam in regione illa, in qua erat. De tempore patet, quia dixit: non capit Prophetam perire extra Ierusalem. Non est possibile perire, idest occidi Messiam extra Ierusalem: et tamen dicendum,

K quòd aliquod tempus erat a Deo concessum iniquis, in quo possent Christum occidere, et aliud, in quo possent eum affligere, vel persequi, et neutrum poterat ab eis præueniri. Tempus autem mortis Christus noluit fugere, sed præsentem se exhibuit, quia ad hoc veniebat: tempus aut persecutionum interdum declinabat, quia aliqua mala erant, quæ volebant ei inferre Iudæi, quę non erant cõuenientia ad nostram salutem: ideo eo tempore fugiebat ab eis, et abscondebat se ab eis, vel declinabat eos diuertendo in aliam regionem. Et ita fuit quando dederunt Pontifices mãdatum de tenendo Christum post suscitationem Lazari, quia in tempore illo potuissent ex cõcessione

Dei

Dei Iudæi nocere Christo, si præsens esset, ideo declinauit: cùm autem illud tempus fuit elapsum, quod valde paruum fuit, venit publicè in Ierusalem: quia tunc non erat hora Iudæis concessa ad occidendum, neque ad persequendum Christū. Et hoc significat ipse Luc. 22. c. cum dixit eis, qui eum tenuerunt in horto: quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus, cùm quotidie fueram vobiscum in templo, nō extendistis manus in me, sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. q. d. tunc non potuistis manus extēdere in me, licèt malam voluntatem concepissetis: qa non erat, tunc aliquid vobis permissum facere contra me: nunc verò quia est hora vestra. i. in qua cōcessum est vobis nocere, executi estis malum, quod corde tenēbatis: & ita nunc non ausi sunt mittere manus in Christum, quia nondum venerat hora eius: imò neq; verbum aliquod durum ausi sunt loqui cōtra ipsum. Secundò fuit, quia timebāt multitudinem, quæ fauebat Christo: habebat enim multitudo Christū, vt prophetam: & ideo si quis cōtra eum, aliquid auderet, ob staret multitudo. Sic dicitur infra in litera, quando dixit Christus parabolas, quas Iudęi putauerunt contra se dictas. s. cùm audissent principes sacerdotū, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt ꝙ de ipsis diceret: & quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant. Tertiò fuit specialiter propter tempus, scilicet, quia erat ante diem festum, & conuenerat multitudo magna, & quotidie conueniebat, vsquequo transiret. Multitudo autem fauebat Christo: ideo timebāt eum omni tempore persequi, sed magis nunc, quando tanta multitudo cōuenerat. Sic ipsi dixerunt infra 26. Consiliū fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent: dicebant autem, non in die festo; ne fortè tumultus fieret in populo. Et maximè, quia nunc viderant totam multitudinem magis ei deuotam, quàm vnquam vidissent, cum laudarent eum, vt Messiam, & vt regem Israel. quod nunquam ante hoc fecerant: ideo nequaquam ausi sunt aliquid facere contra Christum, licèt mandatum dedissent prius de tenendo eum, sed consiliati sunt nunc quòd occultè, & dolosè Christum tenerent, & occiderent, infra 26. quia palam posse facere diffidebant.

Quare Christus non permisit, quòd Pharisæi ostenderent contra eum indignationem in opere.

Quæstio LVIII.

QVAERETVR, cùm nunc indignati fuerint Pontifices, & Pharisęi contra Christum, quare non permisit, quòd ipsi ostenderent contra eum indignationem in opere, licèt realiter nocere nō possent, occultante seipso ab eis, sicut quando prædicante eo in templo tulerunt lapides, vt iacerent in eum, ipse autem abscondit se, & exiuit de templo. Ioā. 8. capitulo. Dicendum, quòd non conueniebat: nam fugere vel occultare se ad defectum, & impotentiam quandam pertinet: & ideo nunquam in Christo ista esse debebant, nisi aliqua vtilitas sequeretur ex eis. Sequebatur autem primò vtilitas eruditionis, scilicet, quod per illa instrueret nos fugere persecutiones, quando opus esset: docuerat enim hoc verbo, dicens. Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam, supra decimo capitulo: ideo vt esset solidior doctrina, voluit etiam opere docere, cùm ipse fugit manus persecutorum, & se absconderit. Secundò ad hoc, quòd ostenderet Christus potestatem suam varijs modis: nam si semper volentes nocere ei cohiberet incutiendo eis timorem, vt non facerent, esset vnus modus circa hoc ostendendi potestatem suam. Voluit ergo alijs mo-

A dis ostendere: & hoc fuit, quòd cùm Iudæi sumptos lapides in Iesum iacere vellent, non viderent eum, scilicet, quòd eos excęcaret pro tunc, vel eis se inuisibilem redderet: ideo erat conueniens hoc aliquando ostendi, quod fieri non posset, nisi illo modo, scilicet fugiendo & occultando se. Tertiò fuit, quòd etiam præter diuersos modos cohibendi potestatem, adhuc est aliud, scilicet, quòd efficacius ostenditur sic potestas quàm aliter: quia maius est cohibere a malo eum, qui iam cœpit, quàm eum, qui iam cogitauit, eo quòd ille iam totum conatum apposuerat, iste tamen nullum: & tamen hoc fit occultando se ab eis, qui inferre mala volunt, vt palam exire de manibus eorum, qui nocere volunt, & inceperunt: & quòd ipsi videant & nocere non possint. Sic fuit Luc. quarto.

B Quando Nazareni indignati contra Christum, duxerunt eum ad supercilium montis, vt eum inde præcipitarent, ipse autem exiens per medium illorum ibat. Ideo conueniens fuit, vt aliquando se subtraheret ab eis, qui ei nocere iam incipiebant, siue occultando se, siue videntibus eis, & non potentibus tenere & nocere. Quartò erat, quia ista ostensio potestatis erat manifesta, cùm inciperent hostes Christi nocere ei, & ipse se subtraheret eis palam, ita quòd non possent eum tenere, vel se occultando: quòd verò volentibus eis nocere Christo, & nondum actu aliquid facientibus incuteret timorem, & comprimeret desiderium eorum, erat quidem magna potestas, sed non erat foris

C manifesta: ideo conueniens erat, quòd aliquando Christus illos modos teneret, vt magis potestas sua manifestaretur. Nunc verò sufficienter Christus istas vtilitates expleuerat, exercendo modos illos liberandi se: quia ter se sic liberauit, scilicet, semel in Nazareth. Luc. quarto. iterum in templo. Ioānis octauo. Et iterum in porticu Salomonis, Ioan. decimo capitulo: ideo non oportebat quantum ad hoc nunc tenere illum modum, scilicet, quòd Iudæi inciperent ei nocere, mittendo lapides in eum, vel volendo eum præcipitare, & quòd ipse absconderet se. Secundò, quantum ad hoc fuit: quia Christus erat iam propinquus passioni, & ideo non erat sibi tempus occultandi vel recedendi, sed publicè se ostendendi: & hoc vt

Christus ter se liberauit a morte.

D videretur, quòd passionem spontè tolerabat: nam si nunc paulo antè passionem volentibus eum Iudæis lapidare, vel alio modo occidere, fugeret de manibus eorum: putaretur postea quando occideretur, ꝙ non potuisset tunc latere vel fugere: & ita pateretur inuoluntarius: & tamen ipse voluit ostendere, quòd patiebatur voluntariè, per hoc quòd publicè apud eos manebat quotidie, & non tenuerunt eum: nunc verò tenuerunt, quia ipse concessit eis hanc horam. infra vigesimosexto. & Luc. vigesimosecundo. Quotidie eram vobiscum in templo docens, & non me tenuistis, vel non extendistis manum in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Tertiò, fuit ad confirmandum fidem, vel opinio-

E nem bonam, quam habebat populus de illo, & ex eo quòd publicè loquebatur, & nemo mittebat manum in eum, vel non fugiebat, ipse putabatur a plurimis, quòd esset Messias, Ioannes septimo capitulo, scilicet: Dicebant quidam ex Ierosolymis, nōne hic est, quem quærunt interficere? ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? Si autem nunc volentibus Iudæis, manum mittere fugeret, detrahebatur valde illi fidei, vel opinioni bonæ, quam de eo conceperant: ideo non debuit permittere, quòd Iudęi tentarent de facto in eo manum mittere, de quo ipse fugiendo, vel se occultando se liberaret. Quartò fuit specialiter propter magnitudinem honoris nunc Christo impensi,

& magnitudinem populi astantis, nūquam enim turba talem honorem Christo impenderat, quòd cum ramis, & via strata vestibus introduceret eum in Ierusalem cantantes publicè eum regem Israel, & Messiā. Quòd ergo post tantā gloriam statim fugere compelleretur, Iudeis mittere volētibus manus in ipsum, valde detrahebat tanto honori, & rediret in nihilum in conspectu hominum id quod factum erat: ideo nequaquam fuit conueniens, quòd nūc fugeret mittentibus in eis manum Iudęis. Quintò fuit, quia cùm nūc Christus tam publicè se ostendisset, permittens se publicè vocari Messiam, & regem Israel, & ostendēs bene dicere eos, qui sic eum laudassent, & nō mitterent Pontifices manum in eum, confirmaretur opinio apud multitudinem, quòd principes sacerdotum, & G doctores legis credebant eum esse Messiam, & ideo tacebant: quia alias non permitterent talem blasphemiam. sic dicitur Io.7.cap. quòd dixerunt quidam: iste est, quem querunt interficere, ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? ideo licèt aliàs latuerit aut declinauerit Iudæos volentes mittere manus in eum, non debuit nunc facere.

Mar.11.a Luc.19.g Ioan.2.c Isa.56.c Iere.7.b Mar.11.e Luc.19.g

Et intrauit Iesus in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & ementes in templo: & mensas nummulariorum, & H cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cęci, & claudi in templo, & sanauit eos.

Et intrauit Iesus. Hic ostenditur, quòd Iudæi fuerūt contemptores diuinæ maiestatis in facto patenti: & diuiditur in duas: quia primò ostenditur Christi deitas ex duplici facto. Secundò subditur Iudæorum impugnatio. ibi. *Videntes autem principes.* Prima in duas I inquantum duplex factum à Christo ostensum fuit, scilicet de potenti mercatorum de templo eiectione, & de infirmorū curatione. Secunda ibi. *Et accesserunt.* Circa primum dicitur. *Et intrauit Iesus in templum.* Scilicet antequam diuerteret ab hospitium vel ad alium locum, postquam introiuit in vrbem recto gressu iuit in templum, & introiuit in illud. *Et eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo.* Idest eiecit tunc omnes, quot ibi reperit ementes, & vendentes: ea enim ibi vēdebantur, quæ ad sacrificia, & libamina pertinebant. *Et mensas nummulariorum.* Scilicet erant ibi nummularij qui pecuniam dabant, & commutabant, quos campsores dicimus. *Et cathedras vendentium columbas euertit.* Scilicet tam mensas nummulariorum, quam cathedras vendentium columbas euertit Christus per terrā omnia dispergens. Columbę vendebātur ibi ad sacrificia: K cathedrę erant sedes quædam, in quibus sedebant illi qui columbas vendebant, vel in quibus tenebant illas columbas, quas vendebant. *Et dicit eis.* Scilicet illis quorum cathedras, & mensas euertit, & aliis circunstantibus. *Scriptum est.* Isa.56.c. *Domus mea.* Idest domus templi domini, quam Deus vocat domum suam quasi specialiter sit domus eius: quia est dicata ad cultum eius: licèt cęterę etiam domus suæ sint inquātum, domini est terra, & tota plenitudo eius, Psalm. vigesimo tertio. Et illud. Impleta est terra possessione tua. Psalmo centesimotertio. *Domus orationis vocabitur.*

F Idest vocari debet, & ideo nihil aliud ibi exerceri debet, nisi quod ad orationem pertinet. *Vos autem.* Quasi dicat, vos non tenetis eam in actu ad quem Deus illā ordinauit. *Fecistis eam speluncam latronum.* Idest locum ementium, & vendentium, & vbi talia fiunt, fures & latrones sunt.

Quando fuit introitus iste Christi in Ierusalem.

Quæst. LIX.

QVAERETVR, quando fuit iste introitus Christi in Ierusalem, & in templum, de quo hic dicitur.

Dicendum, quòd ordo rerum facit, ꝙ postquam Iesus de Galilæa venit, & transiuit per Iericho venit per Bethaniam, & inde cùm esset iuxta montem Oliueti misit pro asina, & pullo, & comitantibus turbis venit in Ierusalem, & cùm intraret in vrbem, statim iuit ad templum: & tamen manet hic difficultas quantum ad ea, quæ Ioannes narrat. Nam Matthę. & Marcus, & Lucas concordant nihil interponendo: quasi statim, vt Christus transito Iordane venit in Iericho, & illuminauit cœcos, venerit recto itinere in Bethaniā, & Bethphage, & inde pro asina, & pullo miserit, & equitans introiuerit in Ierusalem. Ioannes autem multa refert quæ acciderunt in Ierusalem, scilicet, qn̄ in templo prædicabat, & sumpserunt lapides Iudæi, vt iacerent in eum Io. 8. & postea de sanatione cęci nati Io.9. & post hæc cum in festo Enceniorum iterum eū voluerunt lapidare, & tenere in porticu Salomonis. Io.10.cap. Et tunc fugit ultra Iordanem ad locum, in quo Io.Bapt. primum baptizauerat, & mãsit ibi, eo.c. Interim accidit, ꝙ langueret Lazarus, & sorores eius Martha, & Maria Magdalena miserunt ad Christum ad locum, vbi erat vltra Iordanem, vt veniret ad curandum eum, & ille venit, Ioan.11.ca. & suscitauit eum, cùm iam esset mortuus: quo facto Pontifices, & Pharisæi indignati decreuerunt Christum occidere: ideo ipse non ausus est manere in Bethania, vbi Lazarum suscitauerat, sed abiit in ciuitatem Ephrem, quę est iuxta desertum, & ibi mansit vsque ad sex dies ante Pascha, scilicet in die Sabbathi mansit in Bethania, quia nō licebat Iudæis itinerare, & die alia, scilicet die Dominica processit in Ierusalē, & iste est dies Dominicus in Ramispalmarum. De omnibus enim illis, quæ dicuntur per Ioannem vsque sextum diem ante Pascha, quando venit Christus in Bethaniam dubiū est, & de istis dicetur in loco suo sup Ioannem, an fuerint ante transitum Christi per Iericho, & illuminationem cæcorum ibi, vel fuerint postea, & quomodo se habeant ad illa, & tamen de illis, quæ dicuntur Io. 12.c. est ordo certus, scilicet quòd postq̄ Christus venit in Bethaniam hac vlima vice, venerunt multi Iudæi de Ierusalem, vt viderent eum, & Lazarum, quem suscitauerat, & mansit ibi die Sabbathi in ante Dominicam in Ramispalmarum, & erant tunc sex dies ante Pascha: quia Pascha incipiebat sequenti die Iouis ad vesperam, & die Dominica post Sabbathum recessit de Bethania: quia dicitur Ioann. decimosecundo capitu. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audisset, quòd Iesus Ierosolymam venit, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant Hosanna, & tunc Christus veniebat in via. Ergo die quinto ante Pascha recessit de Bethania, & introiuit in Ierusalem, & iste est dies in Ramispalmarum. Istud enim fuit conuenienter factum, s. vt responderet figuratum figuræ: erat enim agnus paschalis figura Christi pro nobis immolandi; vnde dixit Apostolus 1. Cor.5.cap.

Pascha

Paſca noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & tamen de A agno Paſchali iubetur Exo. 12. cap. quòd die decimo menſis acciperetur, & teneretur in domo, die autem quartadecima ad veſperam immolaretur: ita, & Chriſtus die decimo menſis Iudæorum venit in Ieruſalē: quia venit quinto die ante feſtum Paſchæ computando tam ipſum diem, in quo venit quàm diem Paſchę. Primum quia dies primus Paſchæ erat quartuſdecim⁹ menſis, ſ. dies Iouis ad veſperum, & ita erant quinq; dies, ſ. computando diem dominicam, & diē Iouis, & ex die dominica, ſcilicet die decimo tenebatur in domo, ſcilicet in Ieruſalem, quæ erat domus occiſionis ſuæ: & die quartadecima ad veſperū cæpit immolari: quia cępit pati captus tunc à miniſtris Iudæorum, & ſequenti die conſummata eſt paſſio eius. De hoc dicit Raba, ſcilicet: Notandū autem quòd hic introitus B eius in Ieruſalē fuit ante quinque dies Paſchę: narrat enim Ioannes, quòd ante ſex dies Paſchæ venerit in Bethaniam, & in craſtinum aſino ſedens venerit in Ieruſalem. vbi notanda eſt concordia nō ſolùm in rebus ſed etiam in temporibus veteris, & noui teſtamenti: decima enim die menſis primi agnus qui in Paſcha immolaretur domum introduci iuſſus eſt: quia Dominus decima die eiuſdem menſis hoc eſt ante quinque dies Paſchæ ciuitatem, in qua pateretur, erat ingreſſurus.

Quando Chriſtus introiuit in templum, de quo nunc dicitur, & quare. Queſtio. LX. C

QVAERETVR, quando Chriſtus introiuit in templum, de quo nunc dicitur, & quare. Dicendum, quòd Chriſtus introiuit in illud ipſa die, qua introiuit in vrbē, & ſtatim vt illuc introiuit: nam mox vt introiuit in vrbem recto greſſu profectus eſt in templū, & ingreſſus eſt illud & non diuertit ad aliqd aliud antequam ad templum veniret: & hoc ſatis innuit litera, quia mox vt dicit eum ingreſſum in vrbem dicit, quòd intrauit in templum, quaſi non fuerit vlla diſtantia inter vnum, & alterum. Cauſa autem prima fuit, quia Chriſtus iſtum honorem nunc recepit vt pateret D omnibus, quòd ipſe oſtendebat ſe eſſe Meſſiam, & regem Iſrael: intrauit autem per vrbem, vt videret tota ciuitas, quomodo turbæ quæ præcedebant, & ſequebantur, clamabant vocantes eum Meſſiam, & regem Iſrael, & tamen illi, quibus maxime res oſtendenda erat, erant Pontifices, & ſacerdotes, & Phariſæi, quibus Populus credebat, & iſti in templo erant: ideo fuit conueniens, quòd iret in templum, & ibi idem oſtenderet, quod coram populo oſtenderat: nam ibi pueri clamabant, Hoſanna benedictus, qui venit rex Iſrael. infra in litera, & Mar. 11. & cum hoc manifeſte viderunt Pontifices, & Phariſæi indignati ſunt: ideo ita fuit neceſſarium ire in templum, ſicut ire in Ieruſalem. Secunda cauſa fuit propter miracula, quæ ibi E fecit ad confirmandum id, quod de eo dicebatur: turbæ enim, & pueri clamabant eum regem Iſrael, & Meſſiam, & ad confirmationem huius fuerunt miracula, q̄ fecit, ſ. ꝙ cęcos, & claudos ſanauit, iſti aūt erant in tēplo: ideo ꝯueniens fuit, vt illuc iret, & occurrerēt ſibi illi, in quibus oēſtdere poſſet ſtatim vera eſſe, quæ de eo dicebantur: & ita dicitur infra in litera, quòd cū introiſſet ad templum, acceſſerunt ad eum claudi, & cæci. Tertia fuit, quia Chriſtus volebat oſtendere poteſtatem ſuam, & vera ea, quæ de eo dicebantur ex alio ſigno, ſcilicet eiiciendo ementes, & vendentes de templo, in quo poteſtatem ſpiritualem oſtēdebat: qa magnum erat, quòd ipſe ſolus omnes illos eiiceret, & non reſiſterent ei: etiam oſtendebat ſe à Deo miſſum, & ſpecialius pertinere ad ipſum quàm cæteri homines, cum de domo Dei ſpecialem curam habuerit eiiciendo inde ementes, & vendentes, quod facere non poſſet niſi iret in tēplum: ideo fuit conueniens, quòd illuc iret. Quarta fuit, quia Chriſtus volebat ſe oſtendere magiſtrum ſpiritualis ſalutis. cum de eo diceretur, quòd eſſet Meſſias ſicut verè erat: ſalus hęc à Deo prouenit, & illā orando impetramus: quia quidquid petierimus fiet nobis. infra in litera, & Luc. 17. & Io. 16. Locus autem orationis licet vbique ſit, Io. 4. tamen ſpecialiter eſt in templo Dei, ſicut dixit hic Chriſtus: Domus mea domus orationis vocabitur: ideo cum omnes ob hoc ad templum ad orandum conuenire debeāt, maxime competebat Chriſto, qui erat auctor & magiſter ſpiritualis ſalutis, & talem ſe credi volebat.

Quare Chriſtus iuit in templum ſtatim antequam ad alia diuerteret, vt introiuit in vrbem. Quæſtio LXI.

QVAERETVR, quare iuit in templum ſtatim vt introiuit in vrbem antequam ad alia diuerteret.

Dicendum, quòd primò fuit propter turbam: nā ipſe volebat ire in templum honorabiliter, ſicut introierat in ciuitatem comitatus turbis canentibus. Si aūt declinaret prius ad aliquam domum vrbis, & poſt aliquantum tempus iret ad templum, dimitteret eum turba in domo, & poſtquam ſemel dimitteret non rediret ad eum, & ita iret ſolus, vel cum paucis in tēplum: quod tamē non expediebat: & dato, quòd multi conuenirent ad eum, vt irent cum eo in templum: tamen iam non canerent, ſicut quando introierunt cum eo in vrbem, quia ſolùm ſemel recepit hunc honorem à turbis, & tamen conueniens erat, quòd intraret in templum canentibus pueris Hoſanna de quo indignati ſunt pōtifices, & per quod manifeſtè viderunt, quid populus de Chriſto ſentiret: ideo debuit ſtatim ire, vt cum eo iret turba tota canendo, ſicut in vrbem intrauerant. Secundò fuit propter turbam, & ſacerdotes, ſcilicet vt viderent turbæ quæ cum Chriſto ibant, quomodo conſtanter reſpondebat Pontificibus, & Phariſæis, qui indignati fuerunt, quia Chriſtus laudabatur à pueris, & ipſe reſpondit illis conſtāter, quòd illa erat bona laus: ita, quòd non auſi fuerint replicare ad eius reſponſionem pontifices, & hoc tota turba vidit, ex quo confirmaretur nimis fides, quam habebat, vel opinio de Chriſto: quia mendacium nemo audit ſuſtinere conſtanter coram potentibus: & ita turba arguebat Ieſum eſſe Chriſtum, ꝙ audebat loqui coram Pontificibus, & Phariſæis, & non nocebāt ei, Io. 7. c. ſ. Nonne hic eſt quē quęrunt interficere? ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt: Nunquid vere cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus? nō tamen videret turba niſi iret cum eo in templum, quod non fieret, niſi ſtatim iret: ideo debuit ſtatim ire in templum. Tertiò fuit, vt videret totus populus, ꝙ ipſe ſe talem oſtenderet qualem ipſi eum laudabant: nam Meſſiam eum dicebant, & à Deo miſſum, vel in nomine Domini: ideo voluit præſente toto populo oſtendere, quòd in nomine domini veniebat, ſcilicet quia curam habebat de his, quæ ad Deum pertinebant, & quia poteſtatem exercebat ſpiritualem eiiciēdo mirabiliter eos, qui in tēplo negociabantur: iſtud autem fecit ſtatim, vt in templum ingreſſus eſt, & tamen ſi non veniſſet in tēplum, mox vt venit in vrbē, non videret turba miraculum iſtud, quia non veniret cum eo in templum: ergo debuit ſtatim venire in

tem-

templum postquam intrauit in vrbem. Quartò fuit, quia Iesus erat Messias, & filius Dei, & ideo magis ptinebat ad Deum quàm cæteri homines, & ideo ad ipsum maxima cura pertinebat de rebus diuinis: si tamen declinaret prius in hospitium, vel ad alia opera quàm veniret in templum, non appareret ipsum habere maximā curam de rebus diuinis: ideo fuit conueniens, quòd ante omnia veniret in templum. Quintò fuit, quia ipse veniebat, vt per omnes actiones suas nobis exemplum agendi præstaret, & tamē ipse suaserat, quòd in actionibus nostris proponeremus ea, quæ ad Deum pertinent secundùm tempus. supra 6. cap. Primum quęrite regnum Dei, & iustitiam eius, & cætera adiicientur vobis. Sed regnum Dei orando quærim⁹, cùm naturaliter ad illud non perueniamus: ergo ante omnia orationi instandum est, & ita Christus debuit ante alia in templum venire, vt sic nobis exemplum præberet, quòd ante omnia orationi insistamus. Sextò fuit quia Christus veniebat in Ierusalem, vt medic⁹ animarum, sed medicus attingit originem morbi, vt ex eo incipiat ponere remedium medicinæ, & tamen origo mali erat in sacerdotibus, & Pharisæis, qui in templo erant: ideo ante cœtera debuit ire in templum. De his tribus vltimis dicit Chrys. Hoc erat proprium boni filij, vt ad domū curreret patris, & illi honorem redderet: & tu imitator Christi factus, cùm aliquam ingressus fueris ciuitatem, primum ad Ecclesiam curras: hoc enim erat boni medicis, vt ingressus ad infirmam ciuitatem sanādam, primum ad originē passionis tenderet: nā sicut de templo omne bonum egreditur: ita de templo omne malum procedit. Si enim sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret. Si autem corruptum fuerit, omnium fides marcida est: sicut enim cùm videris arborem palentibus folijs, intelligis, quia vitium habet in radice: sic cum videris populum indisciplinatum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum.

Quomodo est verum, quòd Christus intrauit in templum, cùm non esset Sacerdos nec Leuita.

Quæstio LXII.

QVAERETVR, cū dicatur, quòd Christus intrauit templum, quomodo est verum, quòd intrauerit: quia videtur, quòd non intrauit, quia non licebat ei intrare, cùm nō esset sacerdos, neque leuita.

Dicendum, quòd hoc procedit ex æquiuocatione: nam templum accipitur aliquando pro quibusdam partibus, & aliqñ pro aliis: ad quasdā .n. licebat Christo intrare, ad quas licebat oībus laicis mundis: alię erant, ad quas licebat solis leuitis, & sacerdotibus introire, & alię ad quas solis sacerdotibus: Christus enim non ingrediebatur ad aliqua loca templi nisi ad illa, ad quæ ingrediebantur merè laici: quia ipse non erat sacerdos neque leuita, cùm fuerit de tribu Iuda, de qua nemo fuit vnquam minister templi, vel tabernaculi. sic dicitur ad Hebræ. 7. In quo enim hęc dicuntur de alia tribu est, de qua nemo altario pręsto fuit, manifestum enim est, quòd ex Iuda ortus sit domin⁹ noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus locutus est Moyses, & ita sicut nullum ministerium locorū sacrorum Christo competebat sicut nec laicis: ita nec competebat ei intrare ad aliquem locum templi, ad quem non intrarent laici. Ad hoc considerandum, quòd de templo Salomonis, & de tabernaculo Moysi, quod in deserto fabricatum fuerat idem modus erat. Tabernaculum .n. proprie dictum erat q̄dā domus habens in longitudine cubitos triginta: in latitudine decē, & in altitudine decē, & latera ei⁹ tria, s. meridianū, aqlonare, & occidentale erant de tabulis. Latus verò orientale quodā

F velo, vel tentorio pendente operiebatur. Tectum
autem quatuor tegumentis tegebatur. De his patet
Exod. 26. cap. & secundùm longitudinem diuidebatur domus ista in duas partes, & vna pars, quæ erat
versus occidentem habebat cubitos decem in longitudine, & consequenter erat quadrata: quia totidem
habebat in altitudine, & totidem in latitudine: alia
pars quæ erat versus orientem, & per quam erat introitus habebat in longitudine cubitos viginti: in latitudine autem decem, & in altitudine decem, &
ideo erat quadrangula. prima quæ erat quadrata,
& ad occidentem vocabatur Sancta Sanctorum.
Secunda, quę erat longior, & ad orientem vocabatur
sanctum, vel sanctuarium. Exo. 26. Et distin- *Quid sanctuarium.*
G guebantur istæ duę partes eiusdem domus quodam
velo interposito pendente in postibus siue columnis
quatuor, eo. cap. ad partem illam, quæ vocatur Sanctam Sanctorum nemo intrabat nisi summ⁹ sacerdos
semel in anno in die expiationis cum sanguine ad expiandum pro se, & toto Israel. ad Heb. 9. & Leui. 16. in
aliam partem, quæ vocatur sanctum, quam Apostolus vocat priorem: quia per illam erat introitus ad secundam, intrabant quotidie sacerdotes aliqui ad faciē-
dum ministeria quotidiana. ad Heb. 9. ca. & non intrabant nisi illi quibus competebat ministrare siue ex institutione, siue ex sorte, siue aliàs: leuitę autem nunquam intrabant in partes istas. & ita apparet, quòd in
tabernaculum Moysi nemo intrabat nisi sacerdos, ne-
H que saltem videre licebat aliquid eorū quę intus erāt.
Vnde etiam leuitis, ad quos pertinebat portare tabernaculum, & omnia vasa eius de loco in locum quando mouenda erant castra Nu. 3. & 4. non licebat videre vasa sanctuarij, idest tabernacula, quādō nuda erāt:
quia aliàs morerentur. Nu. 4. & ideo antequam illi ea
acciperent, intrabāt sacerdotes, & inuoluebant ea opertimentis suis: & tunc deposito toto tabernaculo accipiebant ea leuitæ eod. cap. ergo non licebat eis aliquo
tempore intrare in tabernaculum: quia quandocunque intrarent, viderent vasa nuda, & ita morerentur.
Nu. 4. quod Deus euitare volebat: à fortiori ergo nulli
laico licebat introire in tabernaculum, quod fecit
Moyses. in circuitu tabernaculi erat quasi quidam
I murus de velis siue de tentoriis factis de bysso retorta,
quę pendebant ex columnis quarum quęlibet erat cubitorum quinque in altitudine, & pertigebant tentoria vsque ad terram: & affigebantur terrę paxillis, &
funiculis, vt non mouerentur à vento: erat autem iste
murus per quatuor latera, vt in medio clauderetur
tabernaculum. Latus autem aquilonare habebat in
longitudine cubitos centum, & columnas 20. in quibus pendebant ipsa tentoria. Latus autem meridianū
totidem cubitos, & columnas totidem. viginti. Latus occidentale habebat in longitudine cubitos quinquaginta, & columnas decem. Latus vero orientale
totidem, idest quinquaginta, & columnas decem:
& in medio huius lateris erat porta, & istud spatium
clausum hoc muro vocabatur atrium, & erat taliter,
K qualiter dispositum est Exo. vigesimoseptimo cap. &
in isto atrio extra tabernaculum erat altare holocaustorum, in quo omnia sacrificia offerebantur. Et de
isto atrio dicendum, quòd intrabant in illud omnes leuitę quandocumque volebant: laicis oībus licebat illud introire, quando offerre volebant sacrificia, quia
accedebat qui offerebat aliquod animal vsque ad altare holocaustorum iuxta ostium tabernaculi: & tamē
ista sunt intra atrium præfatum: ideo illuc intrabant
laici, & ibi comedebant de partibus sacrificiorum sibi prouenientibus: alijs autem temporibus non intrabant illuc. Talis erat habitudo sacerdotum, leuitarum,
& laciorum ad sanctuarium, quod Moyses fecit in deserto. Istud autē cessauit tpe Salamonis facto templo

fe[illegible]

per ipsum Salomonē, & ideo Chrūs nunq̄ introiuit in sanctuarium factum à Moyse, neque in aliquam partem eius: quia tempore Christi non erat illud sanctuarium, sed introiuit in templum Salomonis. De templo Salomonis dicendum, quòd habebat similitudinem magnam cum templo, siue tabernaculo facto p̄ Moyses quantum ad distinctionem locorum: fecit enim Salomon domum quandam longitudinis cubitorum 60. latitudinis vero viginti: altitudinis autem centum viginti cubitorum 2. Para. 3. cap. & secundum longitudinem diuidebatur domus ista in duas partes: pars anterior erat cubitorum quadraginta in longitudine, & 20. in latitudine: & ista vocabatur sanctum vel sanctuarium. Pars posterior, quę erat ad occidentem, erat cubitorum viginti in longitudine, & totidem in latitudine, & vocabatur sancta sanctorum. 3. Reg. 6. & Para. 3. c. & ista domus tota erat operta tecto, & erat in modum turris, quia altitudo erat dupla ad longitudinem, & sexcupla ad latitudinē, & in partem anteriorem non intrabant nisi sacerdotes administrandum quotidie, illi scilicet quibus sorte proueniebat ministratio in secūdam partem, q̄ vocabāt sancta sanctorū non intrabat quisquam nisi sacerdos magnus semel in anno, sicut dictum est de tabernaculo Moysi ad Heb. 9. cap. & in totam istam domum, siue in anteriorem, siue in posteriorem non intrabant laici aliqui, neque etiam Læuitæ: ideo Christus nunquam intrauit in illam: vnde accipiendo templum pro aliqua duarum partium prædictarū non intrabat Christus in templū: Sed extra templum istud: ad partem eius orientalem iuxta portā erat spacium quoddā viginti cubitorū in longitudine, & latitudine cubitorū decem 3. Reg. 6. erat iuxta illud spacium, quod vocabāt porticus: q̄dā platea quadrata etiam ad partem orientalem templi clausa muro, sed non habens tectum, & vocabatur atrium sacerdotum, in qua platea erat altare holocaustorū, & vasa eius, & fiebant omnia sacrificia intra istā plateā, et vocabatur atrium sacerdotum, quia officia sacerdotum interius fiebant, scilicet sacrificia. ad istud atrium introibant sacerdotes omnes, qui ministrabant etiam Lęuitæ qui sacerdotes adiuuabant in ministrando, vt canendo, et circa quædam alia, in quibus Lęuitæ subministrabant sacerdotibus, & ad istud atrium nunquam intrabant laici, sed quando volebāt afferre sacrificia, audebant ad ostiū istius atrij, & ibi p̄stabant animalia immolanda sacerdotibus, qui suscipiebāt ea de manibus eorum, erat autem alius murus magnus, qui claudebat templum, & atrium, & porticum supra dicta: intra quem erāt magna spacia, quæ distinguebant in p̄tes, & ad oīa ista licebat laicis introire, & ista erant ad orandū, & audiendū doctrinā legis, & erat ibi q̄dā pars, in qua erāt ibi viri laici, & alia ī qua erāt fęminæ, & istæ subdistinguebantur: quia quędā erant pro mundis aliæ pro immundis: de quo latius dictum est 3. Reg. 7. cap. & in istas partes, ad quas laicis intrare licebat, introiuit Christus sæpe ad orandū & prædicandum, & nunc in istam partem intrauit, & tamen proprie non vocatur templum nisi domus illa quæ diuidebatur in duas partes, vt supra dictum est: in quam nunquam Christus introiuit: exteriora autem vocantur atria templi propriè, & non templum, & tamen large vocantur hic templum, & sæpe apud Euangelistas quando asserūt Christum intrasse in templū, vel prædicasse in eo.

An idem sit quod dicitur hic, & quod dicit Ioannes circa ementes, & vendentes. Quæstio LXIII.

QVAERETVR, cùm dicatur, quòd Christus eiiciebat nunc de templo ementes, & vendentes, & etiam Ioannes dicat de hoc, an idem sit, quod hic, & ibi refertur, vel diuerso tempore factum fuerit. Aliqui dicunt, quòd sic, quia si nō esset idem opus istud, & illud, quia refertur à duobus: etiam dicerem quòd cum Marcus, & Lucas de eiectione ementium, & vendentium loquantur, quòd quater factum est: quia quatuor Euangelistæ illud referunt.

Dicendum, quòd non fuit factum idem. Quod patet primò, quia illud quod Ioannes scribit, factum est in principio prædicationis Christi: istud autem factum est in fine: nam die in ramispalmarum facta est ista eiectio ementium, & vendentium, scilicet die qua venit de Bethania, & introiuit in Ierusalem cum ramis, & turba cantante: & tunc introiuit in templū, & eiecit ementes, & vendentes, vt colligitur supra in litera, & Ioan. 2. ca. & ex his, quæ dicta sunt supra: sed illud, quod Ioannes scripsit, fuit in prncipio prædicationis. Quod patet, quia Ioannes posuit in principio euangelij, & postea descripsit omnia gesta Christi. Sed quia aliquis fortè diceret, quòd est anticipatio vel recapitulatio. Dicendum, quòd ordo rectus est, &, quòd verè fuit illa eiectio vendentium saltem duobus annis ante mortem Christi: quia Io. 2. cap. vbi dicitur istud, ponitur quòd erat prope Pascha Iudæorū, et ascendit Iesus Ierosolymam, & inuenit vendentes, & eiecit eos de templo. Et postea sexto capitu. ponit aliud Pascha Iudæorum, scilicet quando saturauit turbas, & postea. 12. cap. ponit aliud festum Paschæ, scilicet quando venit de Bethania in Ierusalem cum ramis, & turba canente. Et ita tria festa Paschæ faciunt duos annos, et tamē in isto festo Paschæ, in quo introiuit Christus cum ramis in Ierusalem, et quod fuit vltimum Pascha vitæ suæ, eiecit Christus ementes, et vendentes de templo, vt colligitur hic, et Mar. 11. et Luc. 19. ergo non fuit eadem eiectio. Secundò apparet, quia illa vice, qua eiecit ementes & vendentes, vt Ioannes refert, quęsitum fuit signum a Christo quare hoc faceret: & dixit eis: soluite templum hoc &c. nunc vero nullum signū petiuerunt, vt patet hic, et Mar. 11. et Luc. 19. c. Tertio patet, quia istud asserunt doctores nam Aug. lib. de concor. Euang. dicit: Manifestum est autem hoc, idest eiectionem ementium, & vendētium de templo non semel, sed iterum à domino esse factum: sed primum commemoratum est à Ioanne hoc vltimum à cęteris tribus. Chrys. quoq; ait: In quo maior est accusatio Iudęorum, quoniam cum bis hoc idem fecisset morabantur in sua dementia. Cum autē de ista eiectionem loquantur alij duo, idest Marcus, et Lucas, non ostendit esse idem, quod Ioannes scripsit, cum eo, quod haberī hic: nam manifestū est id, quod à Luca. et Marco de eiectione templi scriptum est idē esse cum eo quod hic habetur, quia eadem sunt antecedentia, & subsequentia in omnibus tribus: et circunstantię narrationis ostendunt idem esse, quod narratur: sed quod Ioannes scripsit longe diuersum est: quod omnes circunstantię narrationis ostendunt, scilicet quia in principio gestorum Christi posuit, et in nullo consonat quantum ad antecedētia et subsequentia cum alijs tribus.

In q. 59.

An ista eiectio facta sit die in ramispalmarum, uel sequenti die.

Questio. LXIIII.

QVAERETVR, de ista eiectione, quam nunc fecit Christus postquam cum ramis introiuit in Ierusalem, qua die facta est, scilicet an die in ramispalmarum qua intrauit in Ierusalem, an sequenti die. Causa autem dubitationis est, quia Matthęus videtur hic innuere ex ordine narrationis, q̄ statim vt Christus intra-

intrauit in Ierusalem venit in templum die in ramis F
palmarum, & tunc eiecit ementes, & vendentes de templo: Marcus autem ex ordine narrationis videtur dicere cōtrarium, scilicet quòd introiuit Christus in Ierusalem, & ipsa die ad vesperam rediit in Bethaniā cū duodecim discipulis, & alia die rediit rursus de Bethania in Ierusalem, & in via maledixit ficui: & post maledictionem sequitur, quòd intrauit Ierosolymā, & venit in templum, & eiecit ementes, & vendentes. Aliqui dicunt, quòd planum est, quòd non fuit in prima die, sed in secunda sicut Marcus narrat: quia Mat. breuiter narrauit: Marcus autem magis aperuit, & semper standum est ei qui aliquid dicit, & non ei qui tacet, quia negatiuè non arguitur per locum ab auctoritate.

Dicendum, quòd postquam Christus venit in Ierosolymam die in ramis palmarum, scilicet die quinto ante Pascha, quotidie redibat ad vesperum de Ierusalem in Bethaniā, & sequen. die veniebat iterum in Ierusalem, & prædicabat ibi, & iterum ad vesperum egrediebatur de vrbe, & manebat in Bethania siue in monte Oliueti, vt colligitur infra in litera, & Mar. 11. et Luc. 19. & idem Beda dicit, & quotidie in templū intrabat: nam quando intrauit in Ierusalem in die in ramis palmarum intrauit in templum, vt colligitur hic in litera, et Mar. 11. & quantum ad hoc non est difficultas, sed solùm, quòd cùm quotidie intrauerit in templum istis diebus, qua die earum in templo ementes, & vendentes expulerit: nam in hoc aduentu solùm semel hoc egit, & ex ordine narrationis Matthæi videtur colligi, quòd prima vice, qua intrauit in templum. Ex narratione autem Marci videtur innui, quòd secūda die fecerit. Dicendū, quòd satis potest teneri vtrunque, cùm difficile sit inuenire causam aliquam planè ostendentem, quòd potius vna die quàm altera factū fuerit. Cum autem dicitur, quòd Marcus exprimit rem apertè, & ostendit, quòd secunda die factum fuerit: Matthęus autem tacuit pauciora dicens.

Dicendum, quòd non est verum, sed ita est, quòd Matthæus, & Marcus eadem referunt, sed ordine cōtrario ponunt: nam Marcus dicit, quòd die, qua cum ramis venit intrauit Ierosolymam, & intrauit in templum, & sequitur, & circunspectis omnibus cum iam vespera esset hora exiit in Bethaniam cum duodecim & cum exiuit de Bethania esuriuit, et videns ficum à longe, in qua fructum non inuenit, maledixit ei. Et sequitur: et venit Ierosolymam, et cùm introisset in templum, cępit eiicere ementes, & vendentes: & ita aperte vult, quòd in secunda die factum fuerit postq̄ maledixit ficui: Matthæus autem ex ordine suo ostendit, quòd prius eiecit ementes de templo, & sequenti die maledixit ficui: ait enim quòd Christus venit in Ierusalem, et intrauit in templum, eiecitque inde ementes, et vendentes, & sanauit cæcos, & claudos, indignatique sunt Pontifices, & Pharisęi propter pueros canentes. Et sequitur, & relictis illis abiit foris extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit: mane aūt reuertēs in ciuitatem esuriit, et vidit arborem fici &c. & ita vult Mat. innuere ex ordine locutionis, quòd prima die eiecerit ementes & vendentes, & sequenti die maledixit ficui. Dicendum ergo, quòd cùm non appareat determinata veritas, ad vtrumlibet possumus opinari, sed vt tetigimus supra, tenebatur, quòd prima vice, qua introiuit in templum fecit hoc: siquis tamen velit tenere ordinem, quem Marcus ponit, satis est verisimilius: sed de hoc magis dicetur infra quæst. 98.

Quid isti uendebant, & vbi.
Quæst. LXV.

QVAERETVR, cùm eiecerit vendentes de templo, quid isti vendebant, & vbi. Dicendum quantum ad locum, quòd large accipitur templum: nā sicut dicebatur supra, propriè templum non erat nisi quantum ad duas domos, interiorem, & exteriorem, & ad istas non intrabant Lęuitæ aliqui, neque laici, sed sacerdotes soli iuxta distinctionem ibi datā: atria autem exteriora vocantur templum large. Nunc manifestum est, quòd ista, quæ vendebantur non erant in templo propriè dicto, sed in atriis templi in locis illis, ad quę intrabant laici ad orandum: nam erāt
G ibi magna spacia intra murum exteriorem, & ita poterant ibi esse vt orantes, & etiam concursus merciū, & apparet, quòd esset in atriis, in quibus orabant laici: nam intra templum propriè dictum non essent venalia, cùm nemo illuc introiret, nisi sacerdotes ad ministeria sua, ad Heb. 9. ca. & siquis alius illuc introiret, moreretur, Nu. 4. cap. Manebant sola atria, in quibus laici manebant: potissimè quia ista venalia pro laicis proponebantur: ideo non essent nisi in loco, ad quem laici accedere possent. Secundò patet ex redargutione Christi: quia dixit venditoribus: scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum: ergo videtur, quòd in loco deputato ad orationem laicorum vendebantur ista.
H

Quę vendebantur in templo.
Quæst. LXVI.

QVAERETVR, quantum ad aliud de his, quę vendebantur in templo. Dicendum, quòd nō vendebantur absolutè in templo omnia venialia, quasi ibi fierent publicę nundinæ, sed solòm ea vendebantur, quæ ad sacrificium pertinebant, scilicet oues, boues, capræ, columbæ, & turtures: de animalibus enim nulla alia offerebantur, scilicet tres species, idest bos ouis, capra, de quadrupedibus, & duæ species, idest columbę, & turtures de auibus, ut colligitur Leuit. 1.
I & 3. cap. vbi ponitur omnis modus faciend. sacrificia de animalibus omnia genera, et nō ponuntur nisi ista: pręter hęc erāt necessaria libamina ad sacrificia, & ista erāt quinq;, s. simila, oleum, vinum, sal, et thus: Num. 15. cap. hęc sola erant, quæ in altari offerebātur, ideo ista sola ibi vendebantur in templo. Sic dicitur. Io. 2. inuenit in templo vendētes oues, et boues, & columbas, & per hæc intelliguntur alia, quæ ad sacrificium erant conuenientia. Sic dicit Beda: Et quidem credendum est, q̄ ea tantum in templo vendi, vel emi repertum est, quæ ad ministerium templi necessaria essent: fierit, quæ ad ministerium templi necessaria essent: ergo ea, quæ alibi libere geri poterāt temporalia domi nus in domo sua negocia geri non patitur: quanto magis ea, quæ nusquam fieri licet, plus cęlestis iræ inerent
K tur si in ædibus Deo sacratis aguntur. Sic etiam dicit Cyrillus: Erat autem in templo multitudo mercatorum, qui vendebant animalia ritu legis mactanda in hostiis. Causa autem quare ista vendebantur in templo, erat prima, quia sacerdotes, & potissimè principes illorum erant auari, & per astutias suas varias conabātur acquirere pecuniam de populo. Veniebāt autem omnes Iudæi in Ierusalem ad offerendum sacrificia, & oblationes, quia in toto Israel non erat alius locus, in quo liceret ista fieri, nisi in templo Domini in altari holocaustorum. Leui. 17. et Deut. 12. et Iosuæ 22. c. Et rursus Deus iubebat, q̄ non appareret coram eo vacui. Exo. 23. Propterea afficiebantur omnes ad offerendum aliquid. Non poterant autem animalia de terra

terra sua ducere ad sacrificandum: quia multi eorum valde distabant inde, et quia quando venirent non haberent occasionem cessandi à sacrificiis, quasi non haberent animalia in promptu, constituebant ipsi sacerdotes de familia sua aliquos, qui haberent omnia hęc in templo, & venderent, & ita allicerentur magis homines ad offerendum data opportunitate, cùm iuxta locum, in quo immolanda erant animalia, venderentur ipsa, & cætera necessaria. Et cùm homines in templo introibant mouebantur quadam maiori deuotione quàm, cùm foris manerent, & ita sic affecti existentes facilius emebant animalia ad immolandū, quàm si foras ituri essent ad emendum illa, & hoc redundabat in magnum lucrum sacerdotum: quia iura omnia sacrificiorum ad eos pertinebat, Num. 18. & Iosu. 13. capit. Secundò fiebat, vt ex quantitate precij acquirerent: nam vendentes in templo carius venderent quàm alibi, eo quod excusabatur labor quærendi illa animalia, & cętera venalia in aliis locis, & hoc lucrum sponte captabant sacerdotes, ideo de familia sua ponebant ibi venditores harum rerum: quia laici nihil auderent facere in templo, sine licentia sacerdotum, quorum erat administratio domus Dei.

Qui erant isti nummularij: & ad quod erant in templo. Quęstio. LXVII.

QVAERETVR, cùm dicatur hic, quòd eiecit Christus nummularios de templo, qui erant isti nummularij, & ad quid erant in templo.

Rñ. ad q. sui qōn.

Dicendum, quòd nummularij sunt, quos campsores vocamus, qui nummos cōmutant, vt facilior sit nobis vsus eorùm, data ea specie nummorum quam voluerimus. Sic dicit Theo. nummularios campsores vocat nummorum: nummus enim genus æris minuti est. Causa autem ponendi istos nummularios erat duplex, vt ex commutatione pecuniæ in pecuniā aliquid acciperent lucri: veniebāt enim plurimi in Ierusalem in templum ad adorandum, qui erant de regionibus longinquis, apud quas non erat eiusdem numismatis vsus, cuius erat apud Iudæam, & Ierusalem: vt ergo venientes inuenirent commutationem pro pecunia regionis suæ, erant campsores in templo, qui de omnium gentium monetis aliquid haberent, vt possent dare, & accipere, & lucra inde quærere: etiam quantum ad illos, qui manebant in regione, in qua erat communis moneta cum moneta Ierusalem, & tamē cùm distarent à Ierusalem, non poterant omne necessariam pecuniam in minutis denariis secum ferre: ideo cùm ferrent in numismate magno auri, & argenti, oportebat postea in Ierusalem commutationē habere, & ad hoc campsores erant in templo, qui hāc facerent. Secunda causa, & pręcipua erat propter accōmodationes, vel mutuationes, scilicet illi, qui venirent in Ierusalem, & non haberent pecuniam tam ad sacrificia facienda, quam ad sumptus sibi necessarios, inuenirent ibi mutuatores, & ex hoc aliquid acquirerent. Sciendum etiam, quòd isti nummularij erant positi à sacerdotibus, & de familia sua, vt ipsi ista lucra quærerent, quia auari nimis erant: quia sicut supra dictum est pręce. quęst. posuerant sacerdotes aliquos de familia sua, qui venderent animalia, & omnia necessaria ad sacrificium in templo, vt sic incitarent homines ad emendum, & inde oblatis multis sacrificiis ipsi ditarentur: ita & nunc nummularios ad eandem causam posuerunt: aliqui enim erant pauperes, qui paucas pecunias portauerant, vel qui in alios vsus expēderant, & ideo non habebant vnde sacrificia emerēt, & consequenter sacerdotes nō ditarentur oblatis paucis sacrificiis: cùm autem viderent ibi, vbi erat locus emendorum animalium ad sacrificia, esse pecuniarū mutuatores, incitabantur omnes ad accipiendum pecunias, & emendum sacrificia. Et hoc proderat sacerdotibus ad duo, primò quia cùm sic plurimi offerrent sacrificia quę aliàs oblaturi non erant, ditabantur sacerdotes, & etiam si nihil aliud consequerentur, de pecunia mutuata magnum lucrum erat. Secundò qa pro accommodatione aliquid lucri habebāt, non quidem quòd directè vsuram acciperent, sed aliqua parua munera gratis data ab eis, quibus pecuniam mutuabant, & sub spe istorum paruorum munerum mutuabant, sed etiam hoc illicitum erat, cùm ex animo esset vsura, licèt non ex contractu. De his dicit Hierony. Sciendum, quidem est, quòd iuxta mandata legis venerabili in toto orbe templo domini de cunctis penè regionibus Iudæorum illuc multitudine confluente innumerabiles immolabātur hostię: maximè festis diebus, taurorum, arietum, hircorum; pauperib^9 ne absque sacrificio essent, pullos colūbarum, & turtures offerentibus. Accidebant autem, vt qui longe venerant, victimas non haberent: excogitauerunt igitur sacerdotes quomodo prædicta de templo facerent, & omnia animalia, quibus opus erat ad sacrificia vendebant, & vt vēderent nō habentibus, et vt empta rursus ipsi susciperent, hanc stropham, idest, fraudem se in diuersa vertente crebro venientium dissipabat inopia, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed neque vnde emerent: posuerunt itaque nummularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam, sed quia erat lege præceptum, vt nemo vsuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fœnerata, et interdum perderet sortem: excogitauerunt aliam artem, vt pro nummulariis colybistas facerēt, huius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit: colyba dicuntur apud eos, quæ nos appellamus trageniata, vel vilia munera, ut frixi ciceris, vuarumque passarum, & poma diuersi generis: igitur quia vsuras accipere non poterant colybistę, pro vsura accipiebant varias species, vt quod in nummo non licebat in his rebus exigerēt qui minimo coemuntur, quasi hoc ipsum Ezechiel non prędicauerit dicens: vsuram, & superabundantiā non accipietis. Ezec. 22.

Quid fecit Christus de illis, quæ vendebantur. Quęst. LXVIII.

QVAERETVR, cùm Christus eiecerit de templo ementes, & vendentes, & nummularios, quid fecit de illis, quę vendebantur: an tradidit ea venditoribus, vel in pœnam eorum destruxit, & perdidit illa. Aliqui dicunt, quòd mandauit cuilibet venditori, quòd tolleret sua inde, & ipsi tulerunt, & recesserunt obediendo Christo. Sic dicitur Ioann. 2. Scilicet his, qui vendebant columbas dixit, auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis.

Dicendum, ꝙ Christus aliquantulum acrius nunc expulit venditores de templo qua prima vice, de qua Io. scribit, & ideo licèt tunc illud dixerit, nunc non dixerit: sed quasi indignatus euertit mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas, vt dicitur hic in litera, & Mar. 11. & insuper effudit pecuniam per pauimentum, vt dicitur Ioā. 2. scilicet & nūmulariorum effudit æs. Et satis apparet: quia cùm dicatur hic, quòd euertit mensas nummulariorum, necesse erat, quòd effunderetur æs cum æs supra mensas esset: animalia autem, & cætera, quæ vendebantur dispersit hincinde. Sed dicendum, quòd nihil istorum abstulit Christus dominis suis, sed permisit, quod illa auferrent, & alibi venderent: quia ipsæ res, quæ

quæ vendebantur, non erant illicitæ ad vendendum, cùm ad bonum finem proficerent, idest ad cultũ Dei: solus autem locus erat illicitus: ideo debuerunt inde tolli, sed non fuit necesse, quòd faceret Christus illa perire, sed in pęna fuit eis, quòd eiicerentur de loco illo, in quo erant, & quòd cum ignominia eorũ hoc fieret, tam in verbo aspero dicendo, quòd faciebant domum Dei speluncam Latronum quam, etiam facto cum iniuria eos expellendo, & cathedras eorum euertendo, & venalia dispergendo, & effundendo.

Quomodo Christus voluit euertere mensas nummulariorum effundendo æs. Quæst. LXIX.

SED quęretur, quomodo Christus voluit euertere mensas nummulariorum effundendo æs, quia sic perderent illi pecunias suas, quæ cùm inter multos in templo effunderentur non inuenirentur, quia multi illas furtim subtraherent. Dici potest vno modo, ꝙ non est inconueniens, quòd pecunias euertendo perdi faceret: quia demeruerant hoc domini pecuniarũ, & ideo quòd Christus hoc damnum eis inferret non est inconueniens, quia simile fecit, quãdo misit dęmones in gregem porcorum, & totus grex impetu facto abiit in pręceps, & per pręrupta in mari pręcipitati sũt, & perierunt in aquis omnes. supra 8. cap. & Mar. 5. & Luc. 8. erant autem porci vsque ad duo millia Mar. 5. cap. & tamen Christus non curauit ob hoc, sed fecit quòd omnes perirent, etiam si domini eorum valde damnificarentur in morte eorum: ergo neque nunc erat inconueniens, quòd faceret perire pecunias quas nummularij in mensis habebant. Secundò potest dici, quòd pecuniæ quæ erant in mensis effusæ sunt, sed non perdiderunt eas domini: quia alij longe aberant à mensis: & ideo nemo erat qui effusas pecunias acciperet, sed manserunt super pauimentum, & domini earum collegerunt illas, & hoc satis verisimile est: quia dato, quod aliqui essent iuxta mensas nummulariorum videntes Christum indignatum, & in potestate diuina, fugerent inde: nam illi quorum erant pecuniæ, & cætera venalia, licet illa valde amarent vidẽtes virtutem diuinam in Christo ostensam non ausi fuerunt illa defendere, sed cesserunt Christo faciendi quod vellent de illis: a fortiori ergo illi, quibus nihil istorum attinebat videntes Christum taliter dispositũ fugerent, & ita nihil periret de pecuniis, sed possent domini colligere pecunias effusas.

Dicendum autem, quòd licèt vtrunque istorum teneri posset: tamen verius est, quòd pecuniæ effusæ non perierint, sed quòd domini earum colligerent eas, & abierint. Primò, quia nemo hic conqueritur, & tamen si pecuniæ effusę perirent ab alias occupatæ vel clam subtractæ, conquererentur postea illi, quorum pecuniæ perierant: ergo non perierunt. Secundò quia si Christus vellet, quòd pecuniæ effusæ perirent effundendo eas: cùm eadem culpa esset vendentium animalia, & nummulariorum, faceret, quòd eodem modo perirent animalia, & cetera venalia, & tamen non fecit, quia non erat modus, quo animalia in templo subtraherentur dominis suis, quia nõ erat locus occultationi talium coram toto populo: ergo neque pecunias perire faceret, neque permitteret. Tertiò quia ex modo agendi, & loquendi Christi apparet, quòd noluerit, quòd ista perderent domini, sed quòd ea inde tollerent: nam Io. 2. dicitur, quòd euertit mensas & effudit æs, & tamen sequitur ibi, ꝙ dixit, auferte ista hinc. Si autem obiiciatur, quòd ista dixit vendentibus columbas. Dicendum, quòd eadem ratio erat quantum ad omnes, cùm columbę non essent maioris pretij, quàm cętera, atq; etiam vendentes colum-

F bas non erant minoris culpę, quàm venditores aliarũ rerum, & nummularij: ideo dicendum videtur, quòd omnibus dixerit, auferre hinc ista, & ita nihil perierit dominis de eo, quod hic habebant. Quartò efficacius, quia Christus faciebat hoc, vt non augerentur peccata, quia illicitum erat, ꝙ in tali loco exercerentur temporalia negotia, ergo a fortiori vellet ꝓhibere, & euitare ea, quæ essent deteriora. Sic dicit Beda: Si ea, quæ alibi libere geri poterant, Dominus in domo sua temporalia negocia geri nõ patitur; quanto magis ea, quæ nusquam fieri licet cęlestis iræ plus merentur, si in ędibus Deo sacratis aguntur? & tamen furari, latrocinari, ditari de aliena iactura, nusquam, & nunquam fieri licet: ergo non permitteret Christus hoc fieri: & si ef-
G fusas pecunias non recuperarent domini, sed alij colligerẽt, ditarentur cum aliena iactura: ergo nullo modo permitteret hoc, Christus, ne ipse faceret fures eos, qui aliàs fures non fierent, nisi ipse eis furandi, occasionem tribuisset. Quintò, quia deterius erat furari in templo quàm vẽdere res proprias in templo, quæ prodesse poterãt ad cultum Dei, & tamen Christus faciebat istam effusionem pecuniarum, & euersionem mensarum, & cathedrarum propter hoc, ergo à fortiori cauere vellet rapinas in templo & si fierent acriter illas argueret: & tamen cauere poterat faciendo quòd non perirent pecuniæ effusæ: ergo euitaret hoc, vel si fortè non euitaret redargueret fortiter eos, qui ista agerent, tñ non redarguit, ergo nõ perierunt pecunię.

Sextò patet; quia causa redargutionis vendentium
H nummulariorum fuit, quia faciebant domum Dei speluncam latronum, cùm dicitur: vos fecistis eam speluncam latronum. Et tamen magis ipse faceret eam speluncam latronum, si pecunias effunderet, & colligerẽt eas alij non restituendo dominis, ergo nequaquã hoc faceret, quia redargueretur in eo, in quo alios arguebat, cùm ipse maiorem præstaret occasionem latrocinij, quam illi. Ideo dicendum est quòd pecunias Christus effudit euertendo mensas, & tamẽ nullus ausus est illas tangere, quia omnes timebant Christum, & fugiebãt a facie eius, sed domini earum collegerũt eas: neque ipse eas effuderat volens, quòd perirent, & caperentur ab aliis, sed indignationem o-
I stendens in pœnam, et correptionem nummulariorum, ne de cętero talia agerent. Cùm autem obiicit, quòd similia egit Christus, quando fecit præcipitare porcos in mare. Dicendum, quòd non est simile, ꝙ ibi aliqui perdiderint res suas, & tamen nemo illas acquisiuit, sed simpliciter perierunt non transeundo ad aliquem: et hoc iuste fiebat, quia domini merebantur porcos illos perdere, quia fortè in multis peccauerant, propter quæ grauiores pœnas merebantur, quã perdere porcos, et voluit Deus, quòd tunc illas pęnas paterentur: nemo tamen habebat causam acquirendi, quæ illi perdebant: ideo nemini porcos dedit, sed in mari præcipitari fecit: Ita de pecunijs nummulariorum: licèt enim fortassis mererentur nummula-
K rij perdere pecuniam, tamen alij, qui in templo erãt, non habebant causam vllam acquirendi illam: potissimè quia non poterant cum bona conscientia accipere pecunias illas, cùm manifestè viderent illas ad alios pertinere: secus autem si faceret Christus, quod nummularij alicubi obliuiscerentur pecunias suas, & alij inuenirent eas, quia tunc illi nescientes, ad quem pertinerent, poterant habere meliorem fidem: ideo nequaquam permitteret, quòd pecunias effusas alij occuparent, sed quòd domini sui eas colligerent: aut si vellet, quòd eas domini perderent, non effunderet eas, ita vt alij colligerent, sed aut in cineres resolueret, ut nulli prodessent, aut aperiret terram, quæ eas deuoraret, & tamen hoc non fecit: ideo dicendum

dum est, quòd de pecuniis nihil periit, sed domini sui eas collegerunt.

Quomodo dicitur quòd Christus mensas, & cathedras vendentium columbas euertit. Quæst. LXX.

QVAERETVR, quomodo dicitur, quòd Christus mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

Dicendum quantum ad mẽsas nummulariorum, sicut dictum est præc. quæst. quòd ideo mensæ euersæ sunt, vt pecuniæ effunderentur: ideo autem effusæ sunt, vt viderent nummularij quantum abiiciebantur & increpatione digni erant: cũ pecuniæ quas ipsi summe amabant, & pro quibus negociabantur, à Christo effunderentur, ita vt perire possent nisi ipse faceret, ꝙ non perirent. De cathedris vendentium columbas aliqui dicunt, quòd accipiantur pro cathedris prælatorum, qui columbas vendunt, idest spiritu sancti dona. Sic dicit Beda, scilicet: Quia Spiritus Sanctus in columba super dominum apparuit, rectè per columbas Spiritus carismata designantur. Columba igitur venditur, quando manus impositio per quam Spiritus sanctus accipitur, ad pretium præbetur: cathedras autem vendentium columbas euertit, quia qui spiritualem gratiam venundant, ante homines; vel ante Dei oculos sacerdotio priuantur. Et simile tenet Orige. & Iero. Sed dicendum est, quòd iste est sensus mysticus: oportet autem, quòd literaliter fuerit quòd Christus euerterit columbas vendentium cathedras, vel aliquid aliud tunc realiter fecerit, quod per istam locutionem significetur. Prælatos autem nullos tunc sacerdotio priuauit: ideo materialiter intelligendum est de euersione cathedrarum vendẽtium columbas. Dicendum ergo pro hoc, quòd in templo domini columbæ vendebantur realiter; nam vt dictum est supra vendebantur in templo domini omnia, quæ ad sacrificium opportuna erant: illud vero de carnibus animalium fiebat: libamina verò erant simila vinum, oleũ, sal, & thus. Nu. 15. cap. Animalium autem ad sacrificia tria erant quadrupedia, scilicet ouis, bos, hircus. Duo volatilia, scilicet pulli columbarum, & turtures, Leui. 1. cap. Quadrupedia autem erant pro diuitibus: columbæ autem pro pauperibus, qui non poterant emere quadrupedia ad sacrificium. Sic dicitur Leui. 5. cap. Si non potueris offerre pecus, offeras duos turtures, aut duos pullos columbarum. Sic dicitur Leui. 12. De purificatione parientis dicitur quòd si non inuenerit manus eius, neque potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbæ: & quia multi erant pauperes, qui non poterant offerre pecora vẽdebantur multę columbæ, & pecora pro illis: imò interdum tanta erat paupertas alicuius, quòd non poterat offerre duos pullos columbæ aut duos turtures, & offerebat modicũ de farina. Sic dicitur Leui. 5. quòd si nõ quiuerit manus ei⁹ offerre duos turtures, aut duos pullos columbæ, offeret de simila decimam partem Ephi. Et ad hoc erant in templo multi venditores columbarũ & turturũ: sed noĩe columbarũ etiam turtures intellexit: quia breuiter locutus est. Erant ergo cathedræ vendentium columbas sedes, in quibus illi sedebant, qui vendebant columbas: vel super quas tenebantur columbę expositæ ad vendendũ, licèt magis cathedra pro viro est quã pro columba. sic dicit Iero. Iuxta simplicem enim intelligentiã columbæ nõ erant in cathedris, sed in caueis: nisi fortè columbarum institores sedebant in cathedris. Et tamen cathedra propriè accipitur pro sede doctoris vel prælati. De doctore patet infra 23. cap. Super cathedram, in qua docetur de lege Moysi sederũt isti ad docendum. De prælato patet Psal. 106. Exaltent eum in Ecclesia A plebis, & in cathedra seniorum laudent eum, idest prælatorum qui habent auctoritatem super populum: pro venditoribus cathedrę non competunt: ideo Hierony. transfert ad alium sensum dicens: Nisi fortè columbarum institores sedebant in cathedris, quod absurdum est: quia in cathedris magistorum magna dignitas designatur, quæ ad nihilum redigitur, cũ mixta fuerit lucris. Sed dicẽdũ, ꝙ necesse est accipi literaliter pro sedibus vendentium columbas, qua euerterit.

Sed tunc dicendum, quare posuit potius sedes istorum, quàm aliorum venditorũ? Aliqui dicunt, quòd hoc fecit, quia plures erant venditores columbarum, quàm alij: erant enim columbæ sacrificia pauperum. Leuit. 5. & 12. ca. & quia plures erant pauperes, quàm B diuites, plures offerebant de columbarum filiis, quàm de pecoribus: & ita venditores columbarũ erant plures: & ita illos nominauit. Sed dicendum, ꝙ cathedrę erant, in quibus sedebãt venditores, & omnes illi habebant sedes, & tamen Matthęus per venditores columbarum accepit omnes alios venditores quarumcunque rerum in templo; & omnium illorum cathedras euertit. simili modo locutionis vtitur Ioannes: nam dicitur Ioan. 2. quòd Christus his, qui columbas vendebant, dixit: auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negociationis: & tamẽ manifestum est, quòd iussit, non solas columbas auferri de templo, sed & omnia alia, quæ ibi vendebantur. C Alij volunt, quòd accipiantur cathedrę pro caueis, in quibus columbæ clausæ ducebantur ad vendendum: & tunc illas cathedras euertit sicut mensas nummulariorum: cętera autem venalia non tenebantur in aliquibus instrumẽtis inclusa, vt oues & boues, & caprę: & ita nihil potuit euerti nisi mensæ, in quibus erant pecuniæ, & cathedræ, in quibus erant columbæ, & ideo Matthęus, & Marcus dixerunt de solis cathedris vendentium columbas: & Ioannes dixit, quòd Christus dixit his, qui vendebant columbas: auferte ista hinc, idest, quæ venditis. Venditoribus autem ouiũ, boum, & caprarum nõ oportebat dici, auferte ista hinc, quia ipsa animalia cum intra nullam rem clausa tenerent, fugari poterant de templo, & non oportebat dici, auferte ista hinc. Sed obstat primò, quòd large accipitur D valde cathedra, quæ non est nisi doctorum, & non auium. Secundò quia dato, quòd si acciperetur, deberet dici, quòd cathedras columbarum euertit, idest caueas earum, & tamen dixit cathedras vendentium columbas, ex quo magis videtur, quòd cathedra esset hominis, & non auis, scilicet sedes, in quibus institores sedebant. Si autem hoc tenere volueris, quia satis conuenit rationi: dicetur, quòd accipitur cathedra large, & hoc necesse est, quia oportet accipi hic cathedram pro sede institoris, vel pro cauea auium vendendarum, & quomodocunque accipiatur cathedra impropriè accipitur, quia non est nisi prælatorum, & doctorum. De secundo dicendum, quòd accipiẽdo pro caueis auium dicuntur cathedræ vendentium colum E bas, & non columbarum, scilicet, quia erant cathedrę siue caueæ in quibus venditores columbarum deducebant, & tenebãt eas: & iste sensus satis est rõnabilis.

Quare Christus eiecit de templo ementes, & vendentes. Quæst. LXXI.

QVAERETVR quare Christus eiecit de templo ementes, & vendentes.

Dicendum quòd primò fuit ad tollendum vitia de templo: nam non erat iustum talia permitti, & quia nemo talia emendabat, aut puniebat, sed potius sacerdotes, qui deberẽt corrigere faciebant ista: cum homines de familia eorum ad lucra captanda de mandato sacer-

sacerdotum ista facerent, et ideo ipse zelo Dei motus ne domus Dei sic contemneretur, motus est ad istud faciendum. Sic dicitur Ioan. 2. vbi postquam dicitur, quòd eiecit ementes, & vendentes de templo sequit, recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptum est: zelus domus tuę comedit me, & sic ex zelo Dei fecit. Secundò fuit ad ostendendum se talem esse, qualem populus clamabat: nam ista eiectio facta est, vt verisimilius creditur die in ramis palmarum, quādo Christus intrauit in templum cantantibus turbis, quæ dicebant Hosanna filio Dauid benedictus, qui venit in nomine domini rex Israel, & ita vocabant eum Messiā, & regem Israel, sed Messias sanctissimus, & à Deo missus sicut ipsi cantabant de eo: ideo debuit ostendere dato casu se habere zelum Dei, & tamen nunc erat conueniens causa cùm inueniret ementes, & vendentes in templo: ideo debuit illos eiicere. Tertiò fuit, quia Messias erat in quo scripturæ consummandæ erant: quia ipse non venit legem soluere, sed implere. supra 5. ca. & quasi executor legis existens debebat homines ad bonum inducere, & aliquando cogere secundùm qualitatem rerum, & quia Iudæi non obseruabant sponte legem Dei, sed inferebant offensam Deo, debuit Christus conuenienter repellere istam offensam, & iō allegauit auctoritatē scripturę cōtra eos, dicens: Scriptū est, quia domus mea domus orationis vocabitur: vos autē fecistis eam speluncam latronum. Quartò fuit, quia peccabant facientes ista, & pertinebat ad eum peccatam impedire ne fierent, & facta corrigere: peccabant autem isti in tribus. Primò qui in loco indebito faciebant: nam non erat domus Dei ad negociationes: ideo quantuncunque essent licitę negociationes, non licebat eas fieri ibi, & ex loco fierēt illicitę, & hoc Christus expressit dicens, quòd domus patris sui debebat esse domus orationis, & non negociationis. Sic dicit Iero. Istiusmodi cernens in domo patris sui negociationem seu latrocinium, ardore Spiritus confortatus tantam hominum multitudinem eiecit de templo. Secundò peccabāt, quia iniusto desiderio, & fine istud agebant, scilicet vt lucra captarēt superabundantia: quia licèt non darent pecuniam ad vsuram, tamen munera accipiebant pro mutuatione: ideo Ieron. eos colybistas vocat, cùm ait: Igitur quia vsuras non poterant addiscere colybistę, pro vsuris accipiebant varias species, vt quod in nūmis non licebat in his rebus exigerent, quæ nummis coemuntur, qua si non hoc ipsum Ezechiel prędicauit dicens: vsuram, & superabundantiam non accipietis: Tertiò peccabant, quia aliis peccandi occasionē tribuebant, & hoc erat, quòd domum Dei facerent speluncam latronū.

Quomodo Christus eiecit nunc ementes, & vendentes, cùm ementes non peccarent. Quæst. LXXII.

QVAERETVR, quomodo Christus eiecit nunc ementes, & vendentes, cùm ementes non peccarent, sed vendentes. Dicendum, quòd vtrosq; K Christus eiecit de templo, vt habetur hic, & Marc. 11. c. Et verum est, quòd non peccabant æqualiter ementes, & vendentes, & tamen vtrique excludi debebant. Primum patet primò, quia emptores sequuntur venditores: quia non potest quis emere nisi vbi alius vendit: qui autem vendit potest vendere vbi voluerit, & ideo venditores sponte faciebant malum: emptores autem solum ex concomitantia vel necessitate. Secundò patet, quia venditores peccabant ex intentione, non autem emptores: quia qui ista vendebant intendebant lucra accipere siue carius vendendo, siue faciendo, quòd plura animalia immolarentur, quàm si venderentur alibi, & nummularij intendendo lucra

F paruorum munerum ex mutuatione, qui autem plura animalia emebant, non intendebant nisi cultū Dei, scilicet emebant illa ad offerendum in sacrificium, & qui mutuum recipiebāt ad idem accipiebant, scilicet vt de pecuniis emerent sibi necessaria ad sacrificium. Tertiò peccabant venditores ex occasione quam pręstabant: nam constituendo res venales præbebant occasionem latrocinij: quia venalia sunt, quæ furto subtrahuntur: emptores autem non præbebant istam occasionem, cum nihil apponerēt, quod furto tolli posset, & ita non erant ementes ita culpabiles, sicut venditores. Quartò principale erat, quòd vtrique excludi debuerunt de templo: nam licèt inæqualiter participabant: tamen participabant in facto damnato: est.n. G negociatio illicita in domo Dei: negociatio autē non est vnius ad seipsum, sed ementis ad vendentem: ideo ambo participabant in facto illicito, & ita excludendi simul erant. Quintò quia quantum ad hoc, quòd inter ementem & vendentem, vt communiter est dolus, & mendacia, cùm vnus debito carius vendere, alius verò vilius emere contendat, & ad fulcimentum intentionis vtriusque necesse est mendacia, dolos, & alia vitia intercedere. Sic dicitur Ecclesiastici 27. cap. Sicut in medio maceriæ infigitur palus: ita inter ementem, & vendentem non deerit mendacium. hęc autem in omni loco illicita sunt, sed in domo Dei detestabiliora, & tamen hęc ita procedunt ex parte ementis, & vendentis, ideo vterque de templo eijci debuit.

H

Quomodo hic dicitur, quòd eiecit ementes, cùm Io. 2. dicitur solùm, quòd eiecit vendentes.

Quęst. LXXIII.

QVAERETVR quomodo hic dicitur, quòd Christus eiecit de templo ementes, & vendentes, et tamen Io. 2. dicitur solum, quòd eiecit vendentes. Dicendum, quòd non fuit eadem eiectio ista, et illa, quæ habetur Io. 2. sed ista, quæ ponit hic & Marc. 11. et Luc. 19. est vna, et facta est quinto die ante mortem Christi: illa verò, quam scripsit Ioannes est alia: et facta est plusquam duobus annis ante mortē Christi, vt ostensum est supra: et ideo non est inconueniēs, I quòd sit diuersitas aliqua inter illam, et istam. Dici ergo potest vno modo, quòd tam hic quam ibi eiecit Christus ementes, et vendentes de templo, et tamen hic exprimitur de ementibus, et vendentibus: et Ioā. 2. non exprimitur nisi de venditoribus, et ita sæpe vnus Euāgelista subticet, quod alius exprimit. Aliter potest dici, quòd Christus in prima eiectione, quam Ioānes scripsit eiecit solos venditores: in ista autem secunda, quam Matthęus scribit, eiecit simul vtrosque. Ratio prima esse potest, quia vt ostensum est præced. quæst. venditores multum peccabant; emptores autem parum: ideo exclusit grauius peccantes. Secundò propter scandalum: nam venditores pauci erant, emptores verò multi, & difficilius erat tātam multitudinem eiicere, quàm paucos. De his dicit Orige. super Ioan. scilicet, Et Io. quidem hic dicit, quod expulit vendentes de templo: Matthæus verò ait, ꝙ expulit ementes, & vendentes: multo maior numerus erat ementium, quàm vendentium, quorum expulsio transcendebat dignitatem eius, qui reputabatur filius carpentarij. Et tamen magis videtur dicendum, quòd tam vendentes, quàm ementes eiecerit vtraque vice, & tamen Ioannes subticuit de ementibus, & causa videtur, quia exclusis venditoribus excluduntur ementes, cum non possint ipsi emere, nisi vbi fuerint venditores. Sed sciendum, ꝙ licèt vtrobique eiecerit ementes, & vendentes, quod in prima vice blandius fecit,

quam

quā in secūdā tam in verbis q̄ in opere: nam in prima vice dixit. Auferte ista hinc. Io. 2. in secunda aūt nō dixit aliquid tale, sed solū euertit mensas, & cathedras. Etiam in prima dixit, nolite facere domū patris mei domum negociationis, Io. 2. in secunda aūt dixit, scriptū est, quia domus mea domus orationis vocabitur: vos aūt fecistis eam speluncam latronum. Et multo asperius est dicere speluncam latronum, q̄ dicere domum negociationis. Sic dicit Chrys. & ratio huius est, quia primum signū de eiectione fuit in principio miraculorum Christi: & iō non multum se ostendebat, & iō blandius loquebatur, secundū fuit circa mortem suam. s. quinto die ante mortem: & tunc valde se ostēdebat, & oīa ex maiori potestate, & dñio agere videbatur, cū ait Chrys. s. Matthæus dicit, ꝙ eiiciens dicebat, nolite facere domum meam speluncam latronum: illud enim fecit ad passionem veniens: ideo durioribus sermonibus vtebatur, hoc autem principio signorum fecit: vnde non ita aspera, sed remissa quodammodo increpatione vtitur.

A

B

Quid fuit eiecisse ementes, & vendentes de templo.
Quæstio LXXIIII.

QVAERETVR, quid fuit eiecisse ementes, & vendentes de templo.

Dicendum, ꝙ non fuit eiecisse ꝑsonas, sed res. Non enim erant personæ inhabiles ad manendum, vel stādum, aut intrandum in templum, qa exercuerant negociationem in tēplo, cū non contraxissent ex actu illo aliquā irregularitatem ſ'm legem, quę eos à templo excluderet: neq; etiam incidebant in excommunicationem, pp quā aliquanto tpe carerent participatione sacrorum: sicut nunc hoīes pp aliqua excōicantur, & propter alia sunt excōicati ipso iure: sed eiecit Christus ementes, & vendentes de templo. i. eiecit venalia, vt non venderentur ibi: & patet, quia effudit æs nummulariorū, & euertit mensas, & cathedras vendentiū colūbas: & dixit vendentibus. Auferte ista hinc: Io. 2. c. & nolite facere domū patris mei domum negociationis. Et ita fecerunt, quia oīa amouerunt de templo, & foris posuerunt: ipsi tñ qui prius vendebant, & emebant si vellent redire in templum, & manere ibi nō reducendo venalia in templū, poterant manere, & Christus non excluderet eos inde. Sed quia Christns venalia de tēplo eiici fecit, & venditores nollent dimittere illa, ipsi quoque exclusi sunt cū illis, & qm̄ ab officio vendendi nō cessabant cū insisterent lucris, manserūt extra tēplum vendendo, & ita dicuntur eiecti: emētes aūt non dicuntur eiecti de templo quasi cogerent directè, aut indirectè exire de templo, sed coacti sunt nihil emere in templo: quia ablatis inde venalibus, nihil ibi poterāt emere: & ideo si aliquid emere vellēt, oportebat foras ire: & ob hoc Ioan. 2. ponitur, ꝙ eiecti sunt vendentes, & non dicitur de ementibus. s. quia vēdentes directè expulsi sunt cum expellerentur venalia sua: imò ipsi cogerentur ea foris asportare: ementes autem non habebant aliquid, propter quod foras cogerentur ire, sed solum cessabant emere in templo. Sed recedentibus inde venditoribus necessario cessabat emptio: ideo sufficiebat dici eiectos vendentes. Vnde personis ementium non dixit Christus: ite extra templum, sed vendentibus dixit, quòd foras irent, scilicet auferte ista hinc. Matthæus autem dixit, quòd eiecit ementes, & vendentes de templo, scilicet quòd fecit cessare emptionem, & venditionem in templo: ideo eos, qui ementes esse volebant recedere oportuit, quia iam non manebant venalia in templo.

C

D

E

Quare Christus allegauit auctoritatem istam, scilicet domus mea domus orationis vocabitur.

Quest. LXXV.

QVAERETVR, quare Christus allegauit auctoritatem istam. s. scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur.

Dicendum, ꝙ fuit primò ad ostendendū venditores male facere vendendo in templo, quia faciebāt cōtra ꝯditionem domus: nam ipsa erat instituta, vt esset domus orationis, ipsi verò faciebant eam domum negociationis, qđ erat abuti re, & hoc erat incōueniens. Secundò allegabāt ad ostendendum, ꝙ non haberent causam quærelæ: nam ignominiose de templo eiiciebantur, pro quo fortassis conqueri vellent: Christus āt ostendit, ꝙ non habebant ius quærelæ, quia peccauerunt in legem: ideo iustum est eos pati: & quia ipsi tēplum ꝯtemnebant, iustum fuit eos de templo contēptibiliter expelli. Tertiò fuit ad ostendendum potestatem Christi, qa aliquis diceret, quare hoc facis: vel vnde tibi cōpetit potestas ad hoc? ille aūt ostendit allegans auctoritatem istā: nam ipse erat Messias, & talē nunc se ostendere volebat. Ad Messiam aūt pertinebat impletio legis, & prophetarum: ideo cū hoc dictū esset Isa. 55. ostendit se executorem illius: allegauit āt auctoritatem istam, non ꝙ esset necessaria: nam etiāsi in nullo loco scripturæ diceretur, quòd domus Dei esset domus orationis, manifestum erat, ꝙ ibi non conueniebat negociationes fieri, qa hoc repugnabat honori Dei, & loci, & impediret ea, q̄ ibi gerenda essent, quia tñ Iudæi nimis assentiebant dictis sacrę scripturę, & magis suadebātur per ea, quā per quascunq; rōnes, allegauit Christus scripturam: sic ipse dixit Io. 5. Scrutamini scripturas, in quib⁹ vos putatis vitam æternam habere, & ipsę sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Et ob hoc etiam quantum ad multa alia solet Christ⁹ allegare scripturam, vt patet supra 3. & 11. cap. de Ioā. Bapti. & Io. 15. & in multis locis.

Messias erat legem implere.

Quomodo Matthæus, & Ioannes differunt circa verba, quæ Christus dixit. Quæst. LXXVI.

QVAERETVR, quomodo Mattheus dixit hic Christum dixisse, domus mea domus orationis vocabitur: & Ioan. secundo cap. dicitur, quòd dixit, nolite facere domum patris mei domum negociationis. Aliqui dicunt, quòd factum est hoc, quia nō fuit eodem tempore vtrunque factum. & dicendum, quòd verum est, quòd duæ eiectiones fuerunt, & diuersis temporibus, vt ostensum est supra, & ita potuerunt dici diuersa verba in eis, scilicet, vt in prima quā Ioannes scripsit diceret Christus, nolite facere domū patris mei domum negociationis: & in secunda quā tres ceteri posuerunt, dixerit, domus mea domus orationis vocabitur: hoc supposito dicunt aliqui, quòd ista differentia fuit, quia Christus circa mortem suam omnia gesta sua clariora fecit maiorem ostendēs potestatem tam in modo faciendi quàm in verbis: & ita circa istud factum eiectionis in prima vice cùm esset in principio signorum Christi, vsus est Christus leuioribus verbis, & etiam factis, quia occultare aliquantulum seipsum volebat: propinquus autem passioni existens voluit se ostendere: ideo oīa ex maiori auctoritate, & potestate faciebat: & ideo dicunt, quòd dixit in prima vice, domum patris mei, idest domum Dei, qa poterat vocare Deum fortassis patrem eo modo quo nos vocamus, vel saltem Iudæi poterant intelligere sic dictum esse. Cùm autē dixit, domus mea, ondit se

In q. 63.

Deū, vel Deo patri æqualem: & ita nunc cum maiori ignominia eiecit ementes, & vendentes, quā in prima vice: ſic dicit Chryſo. ſuper Ioannem. ſ. Ecce patrem vocat, & non iraſcuntur: æſtimant enim eum ſimpliciter dicere, ſed quia poſtea apertius loquebatur, vt ſolam repręſentaret parilitatis intelligentiam, propterea ſequiebant: & Matthęus quidem dicit, ꝙ eiciens eos dicebat, nolite facere domum meam ſpelūcam latronum. Illud enim fecit ad paſſionem veniens: ideo durioribus vtebatur ſermonib⁹: hoc autem in principio ſignorum fecit, vnde non ita aſpera, ſed remiſſa quodammodo increpatione vtitur: & ita vult, ꝙ maius ſit dicere domus mea, quā domus patris mei. Sed aliter dicendum, & melius, quia licèt quantum ad alia duri⁹ Chriſtus ſe habuerit in iſta eiectione quā in prima: tñ non quantum ad iſta verba, per quæ nulla poteſtas, neque auctoritas importatur: quia quilibet poſſet iſta verba dicere, quia non dicit Chriſtus illa ex ſe, ſed allegando ſcripturā: ſi enim Chriſtus dixiſſet, feciſtis domum meam ſpeluncam latronum, & tamen domus mea domus orationis eſt, putaretur magnum quid dicere, quia de ſeipſo loqueretur, & videretur ſe Deū dicere: tamen dixit allegando, ſ. ſcriptum eſt: & tamē in ſcriptura Iſa. 55. c. dicitur, Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus: ideo Chriſtus allegans debuit dicere, domus mea domus orationis vocabitur: & non potuit dicere domus patris mei: quia litera non habet hoc: & tamen Ioan. ſecundo capitu. dixit, domum patris mei, quia ibi non loquitur allegando, ſed ait, nolite facere domum patris mei domum negociationis. Poterat autem dicere ibi, nolite facere domum meam, vel domum patris mei ad euitandum ſcandalum, ne in primis verbis ſe Deum palam diceret: & tamen dicendo ibi domum patris mei, maius dixit, quàm dicendo hìc domus mea, eo quòd Deum vocauit patrem: & in hoc ſenſu ipſe loquebatur, licèt Iudęi fortaſſis intelligerent eum vocare Deum patrem ſuum ſimpliciter, ſicut & nos vocamus, vt dicit Chryſo.

Quomodo faciebant iſti domum Dei ſpeluncam latronum. Quæſt. LXXVII.

QVAERETVR, quomodo dicitur, ꝙ faciebant iſti domum Dei ſpeluncam latronum.

Dicendum, quòd templum erat ad orādum in eo, & faciendum opera diuini cultus, & qui ibi alia opera faciebant maximè, quę iſtis eſſent contraria, peccabāt abutendo templo, vt erat emere, & vendere. Sic dicit Orige. In templo non debent emere, & vendere, ſed orationibus vacare, qui congregantur quaſi in domo orationis: nomen autem hoc indicat, quia oratorium dicitur, & in oratorio nihil aliud agi debet, niſi quod ad orationem pertinet. Sic dicit Auguſti. Nemo in oratorio aliquid agat niſi ad quod factum eſt: vnde & nomen accepit. Dicitur autem, ꝙ ſit ſpelunca latronum exercendo ibi contractus emptionis, & venditionis: & hoc vno modo, ſcilicet quia illi, qui ibi vendebant aliqua, exercebant opera latronum, ſ. quia ſicut latro clam, aut palam aliena tollit: ita & iſti venditores tollebant aliena: & hoc vno modo ex generali conditione venditorum, qui ſolent carius velle vendere quàm iuſtum ſit, & quantum manifeſtè vltra iuſtam æſtimationem petunt conſideratis loco, tempore, & cęteris circunſtantiis tanquam latrocinando tollunt. Secundò ex ſpeciali conditione iſtorum, qui in templo vēdebant aliquid, quia ideo ibi ſpecialiter aliquid vendebant, quia ibi maiora lucra captare poterant quàm alibi carius vendendo: & ideo ſpecialiter ibi potius quàm alibi vendebant, vt dictum eſt ſupra, ſic

Qūo mercatores peccent vēdendo, & emendo.

F dicit Nicolaus, quòd fecerunt eam ſpeluncam latro-
num, quia non curabant de cultu Dei, ſed magis de
excoriatione populi per aſtutias exquiſitas: ſic etiam
dicit Hieronimus: Latro enim eſt, & templum Dei in
latronum conuertit ſpecum, qui lucra de religione ſe-
ctatur. Tertiò poteſt vocari ſpelunca latronum, quia
ſpelunca latronum eſt locus, vbi ſpolia, quæ rapiunt
congregantur: hoc autem fecerunt ſacerdotes de tē-
plo, quia in templo rapiebant, & ibi congregabant: nā
carius per aſtutias ſuas vendendo rapiebant, & quia
animalia, & cætera venalia, de quibus lucra indebita
capiebant, pro templo volebant, ſcilicet vt ibi ſacrifi-
cia de illis facerent, dicebatur templum ſpelunca, q̃a
ibi omnia congregabantur, de quibus iniuſta capie-
G bantur lucra. Quartò poteſt accipi, quòd iſti facie-
bant templum ſpeluncam latronum, ſcilicet quòd da
bant occaſionem latrocinij: nam vbi ſunt multa ve-
nalia, vt in nundinis, inter multos, qui ad emendum
veniunt, multi veniunt, vt rapiant, vel furentur: & vo
catur propriè ſpelunca, q̃a illa eſt latibulū: & ita cùm
in templo multi eſſent, & ad venalia plurimi concur-
rerent, inter eos latere poterant, qui furari volebant,
& qui furarentur, facilius ibi quàm alibi occultaren-
tur propter multitudinem exiſtentium in templo, &
non poſſent fures agnoſci. Quintò dicunt aliqui, ꝙ
vocatur ſpelunca latronum, quia qui ibi ſedebant, ve-
nerant ad accipiendum munera pro mutuationibus,
& de venditionibus lucra captanda: ideo ſi aliqui non
H dabant eis munera, contra illos calumnias, & damna
excogitabant, per quæ bona auferrent ſicut latro au-
fert. Sic dicit Gregorius: Qui enim ad accipiendum
munera in templo reſidebant, quia quibuſdam non
dantibus lęſiones exquirerent dubium non erat. Sed
præcedens modus verior eſt.

Quomodo nunc ſacerdotes faciebant vendi iſta in templo. Quæſtio LXXVIII.

QVAERETVR, quomodo nunc ſacerdotes faciebāt vendi iſta in templo, quia iam iterum expulerat Chriſtus ementes, & vendentes de templo.

Dicendum, quòd verum eſt, quòd duæ eiectiones
I fuerunt: iam enim Chriſtus in principio prædicatio-
nis ſuæ in feſto Paſchæ expulerat ementes, & venden-
tes de templo: Io. 2. & ita tenet Auguſtinus, & Theo- In q. 65.
phylactus, & declaratum eſt ſupra. Cauſa autem fuit,
quia venditio iſta, & negociatio in templo facta ma-
gna lucra pręſtabat ſacerdotibus: ipſi autē auari erant,
& æſtus auaritiæ vrgebat eos, vt licèt verecundia ſti-
mulati à peccato tamen non recederent, aut ſtatim
redirent. poteſt autem intelligi, quòd licèt quando
prima vice Chriſtus expulit vēditores de templo, ceſ-
ſerint ei tollendo inde omnia: tamen Chriſto abſen-
te ſtatim redierunt, & manſerunt in actu ſuo vſque
nunc. Sed tunc obiicietur, quòd cùm Chriſtus ſæ-
pe intraret in templum, inueniret ibi venditores, &
K cùm ſemel eos excluſiſſet ſemper expelleret, alioquin
videretur, quòd conſentiebat peccato eorum tole-
rando illud, vel quòd non erat peccatum: & tunc
oſtenderet, quod iniuſte eos expuliſſet prima vice de
templo: & dato quòd eſſet peccatum, & tolerare
illud vellet Chriſtus, imprudenter feciſſet prima vi-
ce excludendo, ſed potius debuiſſet ſemper tole-
rare: ſed hæc abſurda ſunt: ideo dicendum, quod
non redierunt ſtatim. Item quod efficacius eſt, quia
ſi ſtatim rediſſent, & Chriſtus poſtea vellet tole-
rare, & diſſimulare non expuliſſet eos poſtea: & ta-
men nunc expulit eos iterum: ergo non redierunt
ſtatim, quia aliàs etiam tunc expelleret eos quando-
cunque videret.

Dicen-

Dicendum ergo videtur, ꝙ nunquam fuerunt venditores in templo post primã vicem, qua Christus expulit eos de templo vsque nunc, quando eos iterũ expulit: aut saltem nunquam fuerunt tempore, quo eos Christus videre posset. Ibi enim multo tempore Christus ambulauit in Galilęa, quo nõ venit in Ierusalem, & illo tempore etiã si essent venditores in tẽplo, non poterat eos Christus expellere modo praedicto, quia absens erat: & tamen hoc tenendum est, quòd quandocunque Christus vidit vendentes in templo expulit eos, quia aliàs erat incõueniens, vt inductum est, vt apparet, quia prima eiectio ab eo facta fuit in principio praedicationis, & miraculorum suorum, vt dicitur Io. 2. & dicit illud Chryso. & Aug. Secunda autem. s. ista quae hic fuit in fine vitae, idest die quinto ante mortẽ suam. signum ergo est, ꝙ in nulla parte medij temporis tolerauerit ementes, & vendentes in templo cũ in principio pręedicationis, & ĩ fine illud egerit: quod forsitan possit tolerari, si solùm in principio, aut solũ in fine istud egerit: modus autem ad hoc esse videtur. s. ꝙ isti venditores non solebant esse ante primã eiectionem factam à Christo semper in templo, sed solũ tẽpore magnarum festiuitatum, quando omnes Iudaei conueniebant in templum in Ierusalem. Nam ter in anno tenebantur omnes Iudaei masculi venire in Ierusalem ad templum, Exo. 23. & 34. cap. & quia quando veniebant non debebant apparere vacui, Exod. 23. offerebant sacrificia multa: & tunc propter concursum multarum gentium, quę multis animalibus, & libaminibus ad sacrificia indigebant, conueniebant venditores in templum. Aliis autem temporibus, quando non erat talis concursus hominum ad templum, non erant venditores in templo, & hoc etiam colligitur, quia istae duę eiectiones factę à Christo fuerunt in Pascha, licèt diuersis temporibus. De prima patet Ioã. 2. cap. s. & erat prope Pascha Iudaeorum, & ascendit Ierosolymam Iesus, & inuenit in templo vendentes boues &c. De ista secunda patet, quia facta est in die in ramis palmarum, quo Christus intrauit Ierosolymam, & erat dies quintus ante Pascha, Ioan. 12. capi. quando iam conuenire incaeperat magna turba. eod. cap. & iõ iam erant venditores in templo: alio tempore intermedio non habuerunt Iudaei venalia in templo, quia fortè timuerant, & erubuerant Christum, qui prima vice eiecit vendentes de templo: nunc verò auaritia stimulante redierunt ad venalia ponẽdum in templo. Sed dicetur, quomodo ausi sunt nunc ponere ibi venalia, quia timere poterant Christum, quòd eiiceret illa inde sicut prius.

Dicendum vno modo sicut prius, quòd fortè auaritię aestus fecit, ꝙ se exponerent huic timori, & quòd tolerarent hanc verecundiam, si Christus eos expelleret, quod eis incertum erat: potius quã, ꝙ carerent lucris, quę inde poterant eis prouenire. Secundò dicendum, & melius, ꝙ hoc fecerunt nunc, quia putabant verisimiliter, quòd non veniret Christus ad istud Pascha in templum, & ita non expelleret eos de templo: nam post suscitationem Lazari facto consilio Iudaeorum contra Christum dederunt mandatum pontifices, & Pharisaei, vt siquis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum: propter quod Christus fugit in ciuitatem Ephrem iuxta desertum: Ioan. 11. quod sacerdotes sciebant, & ita credebant quòd non veniret, & sic secure possent esse venalia in templo: vel si venire vellet, quia iam mandatum datum erat de apprehendendo ipsum, non posset excludere venditores de templo, & ita ausi sunt nũc ponere venalia in templo, quod non fecerant pręcedenti tempore ex principio praedicationis Christi: & turbae etiam hoc putabant, quòd Christus nõ veniret ad festum illud, & in-

A ter se de hoc quaerebant: Ioan. 11. dicentes: quid putatis, quia non venit ad diem festum? Venit tñ Christus preter opinionem Iudęorum in templum in festiuitate illa, & ita exclusit venditores de templo.

Quomodo poterat nunc Christus solus existens tantam multitudinem eijcere de templo, & quomodo non resistebant ei.

Quęstio LXXIX.

QVAERETVR, quomodo poterat nunc Christus solus existens tantam multitudinem eiicere de templo, & quomodo non resistebant ei. Aliqui dicunt, ꝙ non erat opus violentia, quia cũ esset Christus
B tam venerandus, & ab omnibus vt propheta haberetur, infra in litera, & Marc. 12. cap. mox vt isti audirent verbum illius. s. ꝙ malum erat manere in templo, exirent inde, & venalia asportarent inde, & isto modo non esset opus violentia aliqua.

Dicendum, ꝙ non stat. primò, quia non vendebãt ista in templo, quia ignorabant, sed quia lucra cupiebant: & ideo audito verbo doctrinae, non statim crederent. Secundò, quia apparet, quòd vendentes indignati sunt, & illi, de quorum mandato in templo manebant, quia repulsi sunt. Sacerdotes enim posuerant aliquos de familia sua, qui ista venderent, vt dictũ est supra, & quando nunc Christus expulit venditores indignati sunt sacerdotes Mar. 11. cap. s. vos autem feci-
C stis eam speluncam latronum. Et sequitur: Quo audito principes sacerdotum, & scribae quaerebant, quõ eum, idest Christum perderent, scilicet quia expulerat vendentes: ergo non fecerunt sponte ad verbum eius. Tertiò, quia hoc poterat aliquo modo putari quantum ad primam eiectionem, quia tunc poterant Iudaei credere nõ esse peccatum negociari in templo: postquam tamen semel eiecti fuerunt, non poterant hoc credere, ideo iam non crederent propter verbum solum, cùm non agerent ex ignorantia. Quartò, quia apparet, quod violenter expulsi fuerint, cùm dicatur, quòd Christus eiecit ementes, & vendentes: & tamen eiicere violentiam notat, ideo non exierunt sponte. Quintò, quia dicitur, ꝙ euertit Christus mensas num-
D mulariorum, & cathedras vendentium columbas: & & tamen istud ad actualem violentiam pertinet.

Dicendũ igitur, quòd verè per violentiã Christus istud egit, & non sponte hoc isti passi sunt: nam damna rerum suarum, quas quis valde amat, sponte nemo tolerat: & tamen magna damna erant ista, scilicet ꝙ abigeret pecora, & euerteret omne aes, & columbarum cathedras. Et etiam quòd istud ad ignominiam faceret eorum, & tamen patiebantur non resistentes, ideo erat violentia. Sed modus ad hoc faciendum erat, quòd incuteretur timor illis, vt resistere non auderent: & hoc poterat fieri multipliciter. Primò ꝑ solam immutationem interiorem incutiendo timorem eis, & nihil in seipso ostendendo exterius, ꝑ quod
E illi timerent, sed solùm in animo eorum causando istam passionem timoris: quam passionem aliquando Deus dat aliquibus in pęnam, sicut dabat Iudaeis non colentibus ipsum, Leuit. vigesimo sexto cap. s. Et qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terrebit eos sonitus folij volantis. Et ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes: nemo vestrum inimicis audebit resistere. Et ita etiam dicitur Deutero. vigesimo octauo cap. dabat tibi Dominus cor pauidũ, & deficiẽtes oculos, & animam mœrore cõsumptam, & erit vita tua quasi pendẽs ante te: timebis nocte, & die, & nõ credes vitae tuę. mane dices, quis det mihi vesperum:

& vespere quis det mihi mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis. Et si ita nùnc faceret Christus, recederent de templo isti venditores, etiam non apparente aliquo signo exteriori in Christo. Secundò modo poterat fieri per solam ostẽsionem terroris in facie: poterat enim aliquid ita terribile videri in vultu Christi, quo conspecto omnes, qui respicerent, timerent, & cauerent ab eo. Tertiò modo fieri poterat nõ solùm in ostensione signi alicuius in corpore suo, sed etiam realiter faciendo aliquid contra eos, quo fugarentur, vt si percuteret eos.

Dicendum autem videtur, quòd non solùm esse potuit aliquis modus istorum, sed quòd omnes tres ꝯcurrerent in vnum: incussit enim eis timorem in corde, quia istud erat præcipuum ad hoc, quòd fugerent. Sic dicit Origenes: Cõsideremus autẽ ne forte enorme videatur, ꝙ captis funiculis Dei filius parat sibi flagellum ad eiiciendum de templo: vnum tamen refugium relinquitur diuina potestas Iesu, vt cùm volebat posset iracundiam hostium suffocare quamuis essent innumeri, & sedare mentium turbines: dominus enim dissipat cogitationes gentium. De secundò dicendum, ꝙ etiam ostendit in vultu suo Christus aliqd terribile, scilicet fulgoris radios procedentes, quibus hostes exterriti resistere saltem in verbo nõ audebãt: sic dicit Hieronymus, Igneum enim quoddam atque sidereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie: & istud etiam communiter tenetur. Aliud etiam exterius signum potestatis in se ostẽdere poterat. s. ꝙ vox sua esset eis terribilis, ita vt non solùm timerent, sed etiam caderent: sicut quando in passione quærebant multi Iudæorum ministri armati Christum inermẽ, & cùm illis quęrentibus eum, & dicentibus se quærere Iesum Nazarenum, ille dixisset, ego sum, ceciderunt retrorsum, Ioan. 18. cap. Ergo & à fortiori viso lumine, quod in vultu ostendere poterat, non solùm timerent, sed etiam cadere possent: & tamen noluit, nisi quòd cederent loco tollendo omnia venalia de templo, & non audendo resistere Christo euertenti illa. De tertio satis patet, quia in prima vice Christus vsus est flagello de funiculis ad expellendum venditores. Io. 2. cap. ergo à fortiori nunc vteretur illo: tũ quia Christus illud fecit in principio signorũ suorum, & iõ oĩa tunc remissiora, & blãdiora faciebat, vt dicit Chryso. & tamen vsus est tunc flagello: ergo à fortiori nunc, quando passioni propinquus omnia faciebat mirabiliora, & manifestiora, vteretur flagello contra venditores: tum quia erant nunc digni maiori, & acriori castigatione: peccauerant enim ante hoc, & fuerant semel per Christum eiecti: nunc tamen redierunt in culpam: ideo acrius castigandi erãt quàm in prima vice, quando nondum eos castigauerat. Sic dicit Chryso. s. Cum quo maior est accusatio Iudæorum, quia cùm bis hoc idem fecisset, morabantur in sua dementia. Theoph. ait: Quod etiam est in maiorem redargutionem Iudæorum, quia cùm Dominus hoc totiens fecerit, ipsi minimè se correxerũt: & ideo nunc à fortiori quàm in prima vice flagello vteretur, aut alio simili ad percutiendum eos, aut ad minandum eos, idest abigendum, sicut pastor gregẽ. Et hoc tenet Hieronymus. Sed tunc dicetur, quid operabatur funiculus factus ad modum flagelli, quia nemo talia timeret verbera.

Dicendum, quòd verbera illa in se non erant terribilia: & ideo si nihil aliud esset, non timerent venditores flagella ista: sed vltra flagella exterius mota, erant timor interius incussus, & lux exterius terrens, quæ mouebant ad fugiendum flagellum. Sic dicit Origenus super Ioannem, s. Cõsideremus ne fortè enorme videatur, quòd Dei filius captis funiculis parat sibi fla-

F gellum ad eiiciendum eos de templó: vnum tamen refugium relinquitur diuina potestas Iesu, vt cùm volebat, posset iracundiam hostium suffocare, quamuis essent innumeri.

An ista eiectio ementium, & vendentium reputetur miraculum, & inter mracula Christi ponendum.
Quæst. LXXX.

QVAERETVR, an ista eiectio ementium, & vendentium reputetur miraculum, & inter miracula Christi ponendum. Aliqui putant, ꝙ non, quia leue erat, quòd facto flagello de funiculis percuteret venditores in templo.

G Dicendum, quòd miraculum erat: nam sine miraculo ista eiectio fieri non poterat. Fuerunt enim expulsi per timorem, & inuoluntariè isti, vt ostensum est præcedenti quæst. manifestum est autem, quòd flagellum factum de funiculis nemo timeret: potissimè multitudo congregata existens, ꝙ timeret vnum hominem inermem habentem in manu flagellum de funiculis factum. Nam non solũ non erat timendum, imò erat ridiculum, vt dicit Origenes, nisi fortè esset timor bestialis, vt dicitur quinto Ethic. de eo, qui visum murem timuit. Nam talia non timent homines: & ideo ad alia recurrendum est, vt dicatur flagellum timeri potuisse. Sic dicit Origenes: Consideremus ne fortè enorme videatur, ꝙ Dei filius captis funiculis parat sibi flagellum ad eiiciendum eos: vnum tamen relinquitur refugium diuina potestas Iesu: iõ ad hoc, quòd cogerentur venditores exire de templo, oportet poni aliqd aliud, qđ miraculosè fieret: & hoc erat incutiendo timorem cordibus eorum, etiam in voce sua virtutem quandam diuinam ostendendo, & de vultu radios diuini fulgoris emittendo, quę ambo ad miraculum pertinent. Considerandum autem, quòd non solum miraculum hic fuit, sed magnum valde, & de maximis, vt putat Hieronymus, ait enim: Mihi autem inter omnia signa, quæ Dominus fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod vnus homo, & illo tpe ꝯtemptibilis intantum, vt postea crucifigeret, Scribis, & Pharisæis contra se sæuientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem: & subdit modum, quo potuit. s. igneum enim quoddam atq; sidereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Sic etiam dicit Origenes super Ioannem: Presens aũt historia in nullo minorem potestatem pertendit his, qui ab eo miraculosius ædita sunt: quinimo constat hanc maiorem demonstrare potentiam miraculo, quo aqua cõuersa est in vinum, eo ꝙ illic inanimata subsistit materia: hic verò tot millia hominum domantur ingenia. *Et accesserunt.* Hic ponitur factum secundum. s. de infirmorum curatione, & est istud factũ ostensiuum deitatis Christi in curatione infirmitatũ incurabilium, quæ per solum Deum sanari possunt.

K Et dicitur. *Et accesserunt ad eum.* Scilicet, postquam eiecit venditores de templo. *Cæci, & claudi.* Isti in templo erant sicut cęteri homines. *In templo.* Scilicet ibi erat Christus quando accesserunt isti ad eum. *Et sanauit eos.* A cæcitate, & defectu tibiarum, & potentiæ gressiuæ.

Quis fuit iste accessus cęcorum, & claudorum, & an sine petitione aliqua eos sanauit.
Quæst. LXXXI.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ accesserunt ad eum cęci, et claudi, et sanauit eos, quis fuit iste accessus: et an sine petitione aliqua eos sanauit

ſanauit. Aliqui dicunt, quòd nihil petiuerunt cæci, (A) et claudi: ſed mox, vt ad Chriſtum acceſſerunt ſine vlla petitione ſanati ſunt, quia interdum ſic Chriſtus faciebat miracula, ſicut faciebat de muliere fluente ſanguine. Nam nihil dixit Chriſto petens, imò tacitè acceſſit, quaſi à Chriſto non videretur: & vt tetigit fimbriam veſtimenti eius ſanata eſt, ſupra 9. c. & Luc. 8. Sic etiam multi faciebant, qui deſiderabant tangere quamcunque partem veſtis Chriſti, vt ſic curarentur à languoribus ſuis: Lucę 6. omnis turba quęrebat tangere eum: quia virtus exibat de illo, & ſanabat omnes. Ita ergo poterant accedere iſti claudi, & cęci ad Chriſtum, & ſanarentur.

Dicendum, ꝙ non fuit factum ſic, ſed acceſſerunt ad eũ, et petiuerunt ſanari, & ita ſanauit eos. Et patet (B) primò ex proprietate locutionis. Nam cùm Chriſtus eſſet Deus non poterat aliquid circa ipſum fieri, quod ipſe ignoraret: quia ipſe ſciebat omnia, quæ euentura erant ſuper eum: Ioan. 18. etiam ſciebat quid cogitaret quilibet homo: ita vt non eſſet opus, ꝙ quis teſtimonium perhiberet de hoĩe, quia ipſe ſciebat, quid eſſet in homine: Ioan. 2. in tantum, ꝙ non erat opus, ꝙ quis eum interrogaret, quia ipſe ſciens omnia, q̃ erant in corde hominis, reſpondere poterat, & reſpondere volebat interdum ad cogitationes hominis, anteq̃ loqueretur: Ioan. 16. ideo non poterat quis ſanari ab eo tangendo eum, vel aliàs niſi Chriſto volente, & actu ſanante: & tamen credebant aliqui, ꝙ poterant ſurripere ei ſanitatem. ſ. ꝙ ipſo neſciente ſanarentur per tactum eius, (C) ſicut fuit de muliere: putauit enim ſe poſſe latere: & tamen poſtea vidit, quòd non latuit: Luc. 8. & tamen ſi ipſa non putaret quòd latere poſſet, non aggrederetur ſic facere, & hoc maximè, quia non diceret Lucas. Videns autem mulier, quia nõ latuit tremens venit, & procidit. Euangeliſtæ tamen loquũtur iuxta opinionem accedentium ad Chriſtum, & quia ipſi putabant, quòd accedendo ad Chriſtum, & tangẽdo veſtes eius, etiam ſi nihil ei diceretur, ex abundantia virtutis eius redũdantis exterius ſanaretur accedẽs etiam neſciente Chriſto: & tunc putabant, quòd ſanabantur accedentes: & tamen non ſanabat eos Chriſtus, quia non habebat intentionem ſanandi, cùm crederent, quòd ipſe neſciebat virtutem de ſe exire: & ob (D) hoc non dicunt Euangeliſtę, ꝙ Chriſtus tunc ſanabat aliquos, ſed ꝙ accedentes ſanabantur: quando aũt aliqui accedebant, & ſanabantur, quia apparebat de intẽtione Chriſti dicunt Euangeliſtæ, ꝙ ſanabat eos Chriſtus. Sic patet de muliere fluente ſanguine Mar. 5. cap. dicitur enim, ꝙ dicebat mulier intra ſe, ſi tetigero veſtimentum eius ſalua ero. Et ſequitur, & confeſtim ſanata eſt, & ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, ꝙ ſanata eſſet a plaga. Et Luc. 8. cap. dr̃: acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. Chriſtus etiam iſtũ modum loquendi tenebat, quo oſtenderet ſe non intendiſſe facere, ſed virtutem exeũtem de illo hoc operatam. Sic dicitur Marc. 5. & ſtatim cognoſcens Ieſus (E) in ſemetipſo virtutem, quę exierat de eo. & Luc. 8. dr̃: Ego noui virtutem exiuiſſe de me, & etiam quęrebat, quis me tetigit? Et tñ ſi vellet oſtendere, ꝙ ipſe ſciebat quis eſſet ſanatus, & quòd ipſe intendiſſet eum ſanare, non quæreret quis me tetigit. Et maximè, quia adiunxit, aliquis me tetigit: nam ego ſenſi virtutẽ exiuiſſe de me. Et tamen hic Euangeliſta dixit, ſanauit eos: ergo oſtendit quod intendit illos ſanare: & conſequenter, ꝙ ipſi palam acceſſerũt, & aliquid petiuerũt. Secundò, & principaliter, quia hoc valde cõueniebat ad propoſitum. Nam ſi accedentes cęci, & claudi ad Chriſtum nihil petentes ſanarentur, putaretur, quòd non ſanarentur virtute Chriſti: ſed quòd Deus volue-

Quō Chriſtus ſanabat aliquos tactu ſui ſacratiſſimi corporis.

rat eos ſanare exiſtentes in templo, & ita non cederet in laudem Chriſti, & approbationem eius iſtud opus: qđ erat inconueniens: quia oĩa miracula faciebat ad manifeſtandum aliquid, quod ad ſe pertinebat: ideo debuit fieri palam petentibus eis. Tertiò patet, quia ſi accedentes ſecrete ſine vlla petitione ſanarẽtur, oportebat quòd Chriſtus faceret aliquam manifeſtationẽ huius facti, ne maneret abſcõditum, ſicut quãdo aliàs ſic ſanauit tangentes: bis enim legimus aliquos tãgẽdo Chriſtum eſſe ſanatos. Primò mulierem fluentem ſanguine, ſupra 9. & Marc. 5. & Luc. 8. deinde viros loci Geneſar, ſupra 14. capit. & vtrobique fecit Chriſtus miraculum apparere: in primo enim, quia mulier ſecretè venerat, & ſecretè ſanata fuerat, noluit Chriſt⁹, ꝙ lateret, ſed dixit, quis me tetigit? Et ſic adhibita magna diligentia, vt exprimitur Mar. 5. & Luc. 8. mulier procidit tremens coram tota turba, & cõfeſſa eſt, qũo fuerit ſanata, in ſecundo enim præceſſit petitio publica in generali, ſ. quòd permitteret ſe tangi, ſupra 14. cap. ſ. Rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent, & quicunq; tetigerunt ſalui facti ſunt. Sed hic Chriſtus non legitur feciſſe inquiſitionem, quam circa mulierem, ſ. quis me tetigit. ergo oportet dici, quòd cęci & claudi acceſſerunt, & petiuerunt publicè ſanari, & Chriſtus tunc ſanaret eos, vel petita fide, vel non petita: & hoc vt viderent omnes æmuli Chriſti, ſ. Pontifices, & Phariſæi. Quartò patet, quia ſi accedentes ſine petitione ſanarentur, ignoraretur, quis fecit miraculum: & tamen clare conſtitit, quòd Chriſtus fecit, quia dicitur infra in litera: Videntes autem principes ſacerdotum, & ſcribæ mirabilia, quæ fecit: & iſta ſunt mirabilia in ſanatione cęcorũ, & claudorũ.

Dicendum ergo, quòd coram toto populo acceſſerunt claudi, & cæci, & petiuerunt ſanari: & Chriſtus ſanauit eos: Matthæus tñ intendens breuitati non curauit ſingula referre, quia planum erat, quòd aliquid petere debebant, cùm omnes, qui ſanabantur ſic peterent: maxime, quia dicitur, acceſſerunt. In quo innuitur totum quod ſequitur. ſ. ꝙ cùm acceſſerunt ad eũ, petiuerunt ſanari, et ipſe eos ſanauit.

Quare cęci, & claudi acceſſerunt ad Chriſtum, vt ab eo ſanari peterent. Queſt. LXXXII.

QVAERETVR, quare cæci, & claudi acceſſerunt ad Chriſtum, vt ab eo peterent ſanari.

Dicendum, quod primò fuit, quia iſti credebant, ꝙ poſſet eos ſanare: & ideo ad illum concurrebant. Ad hoc autem moueri poterant ex his, quæ primò de ipſo audierant. Nam tanta Chriſtus fecerat in Iudæa, & Galilæa, quòd vbique nomen ſuum cognitum erat, et omnes ſciebant eum potentem eſſe in opere miraculorum, & maximè in curatione ægritudinum, quia iſtud maximè exercebat: vnde mox vt ſcirent eũ adeſſe, etiam ſi nihil noui circa ipſum viderent, aut audirent, peterẽt ſanari: ſicut fuit de duobus cęcis, qui erãt apud portam Iericho: nam quęſierant a turbis, quis erat, qui tranſiret: & cùm diceretur eis, ꝙ Ieſus tranſiret, cęperunt clamare: Ieſu miſerere noſtri, & viſum petiuerunt præcedenti cap. & Marc. 10. & Luc. decimooctauo. Secundò potuit eſſe propter noua, quæ circa ipſum audierant, & viderant: nam turbæ comitantes ipſum clamabant eum eſſe Meſſiam, et regem Iſrael, ſupra in litera, et Marc. vndecimo, et Lucæ decimo nono, et cùm tanto honore recipiebatur in vrbe, et introducebatur in templum quãlia nunquam de aliquo viderant. His ergo moueri poſſent putãtes eum eſſe aliquid magni, et peterent ab eo ſanari. Tertiò potuerunt moueri ex his, quæ viderunt nunc nouiter. Nam poſtquam intrauit in templum ſtatim

expulit vendentes, & emẽtes, quod cum poteſtate di-
uina fecit oſtẽdens diuinæ maieſtatis radios in vultu,
& tremefaciens omnes aſtantes, vt dictum eſt ſupra,
In quæſt. 79.& 80. ex quo claudi, & cæci collegerũt, quòd à fortiori poſ-
ſet eos ſanare, qui talia operari poterat. Quartò potue
runt moueri ex impreſſione facta à Chriſto in menti-
bus eorum: volebat enim Chriſtus nunc facere mira
cula in templo, quia ↄueniens erat tam propter Ponti
fices, & Phariſæos, & Scribas æmulos ſuos quã ꝑꝑ tur
bas, q̃ ei fauebãt, & quia nihil magis occurrebat q̃ ſana
re cęcos, & claudos, qui aderant, illis impreſſit deſide-
rium de veniendo ad eum, vt peterent ſanitatem, &
ideo venerũt. Sed primum inter omnia efficacius eſt,
quia iam tanta erat fama Chriſti, quòd non ſolùm
qui aderant, ſed etiam, qui procul erant, ſequebantur
eum, & ponebant ante eum ægrotos ſuos, vt ſanaren
tur ab eo, vt patet ſupra 15. & ſupra 4. capit.

Quomodo nunc erant in templo iſti claudi, & cęci, qui ſanati ſunt à Chriſto. Queſt. LXXXIII.

QVAERETVR, quomodo nunc erant in tem
plo iſti claudi, & cæci, qui ſanati ſunt à Chriſto.
Dicendum primò, quòd fortè ad orationem venie
bant: nam templum erat domus orationis, vt dicitur
ſupra in litera: & Mar. 11. iſti autem orabant ſicut cę-
teri homines: ideo ad templũ aſcendebant, vt orarent:
qa ↄſuetudo iudęorum erat aſcendere in tẽplũ ad orã
dum: ſicut dr̃ de Ioãne, & Petro Act. 3. c. quòd Petrus,
& Ioannes aſcendebant in templum ad horam ora-
tionis nonam. Ad cęcos autem, & claudos maxime
pertinebat orare, quia cũ ad cętera officia ſint inepti,
ſaltem orare valent: & ita aptiores ſunt ad manẽdum
in templo quàm cęteri homines. Secundò fuit, quia
fortè iſti veniebant ad feſtum Paſchæ: nã omnes ma-
ſculi de genere Iudæorum obligabantur ter in anno
venire in templum Dei: Exod 23. & 34. cap. ideo cæci,
& claudi ſi venire poſſent obligabantur venire, & quia
forte iſti erant de locis propinquis, de quibus poſſent
venire, venerunt: erat enim iam multa turba in Ieruſa
lem de illis, qui veniebant ad Paſcha. Ioan. vndecimo,
& duodecimo: ideo & cum illis iſti quoque claudi, et
cæci venirent, & manerent nunc in templo, & acci-
dit, quòd ibi eſſent quando venit Chriſtus, & introi-
uit in templum. Tertiò potuit eſſe, & melius,
quòd eſſent ibi ad petendum eleemoſynam: nam
cæci, & claudi, qui ad alia opera erant inepti, per
quæ victum acquirerent, vacabant his operibus, ſcili-
cet eleemoſynam ab omnibus petebant: & cùm ipſi
diſcurrere nõ poſſent, ſedebãt in locis, in quibus erat
hominum concurſus: & ob hoc cæci illi, quos Chri-
ſtus ſanauit, erãt apud portam vrbis Iericho iuxta viã,
quia per illum locum fiebat magnus concurſus, & ibi
poterant petere ab omnibus: non erat autem locus
maioris concurſus quàm templum Domini, eo quòd
illuc omnes Iudæi conueniebant. Ioan. decimooćta-
uo: Ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quo
omnes Iudæi conueniunt: ideo non erat aptior locus
pro claudis, & cęcis quàm templum Domini: ſicut &
nũc ad Eccleſiarum valuas confugiunt. Et hoc patet
clarius, quia Actu. tertio dicitur, quòd Petrus, & Ioan-
nes aſcenbebant in templum ad horam orationis no-
nam, & ecce vir quidam, qui erat claudus ex vtero ma
tris ſuæ baiulabatur, quem ponebant quotidie ad por
tam templi, quæ dicitur ſpecioſa, vt peteret eleemoſy
nam ab introeuntibus. Sicut ergo ille ſedebat ibi, vt
peteret eleemoſynam: ita & ſederent alij claudi, &
cæci: & ſic eſt veriſimile, quòd iſti claudi, & cęci erant
ibi vt eleemoſynam peterent: & nunc quia dies feſt⁹
appropinquabat, multi vndique conuenirent, vt elee-
F moſynam peterent: & magis patet, quia omnes iſti
cęci, & claudi, quos Chriſtus ſanabat, erant mendican
tes. Apparet de cæcis, quos ſanauit iuxta vrbem Ieri-
cho: nam ſedebant mendicantes. Marc. decimo cap.
& ille cęcus ex natiuitate, quem ſanauit, mẽdicus erat,
& ad mendicandum ſedebat, Ioan. nono. & claudus,
quem Ioannes, & Petrus ſanauerunt, mendicabat in
templo. Actu. tertio: ita ergo de iſtis credendum eſt,
quòd ad mendicandum manerent in templo. Quar-
tò poteſt dici, quòd venerat nunc ſpecialiter in tem-
plum hac intentione, vt à Chriſto ſanarentur: Nam
turbæ agnoſcentes iam poteſtatem Chriſti, afferebãt
ei languentes claudos, & cęcos, et quocũque languo-
re tenerentur, ſupra 4. & 15. cap. ita vt vix interdum
G poſſet quietem habere: tanta erat multitudo languẽ-
tium, quæ ducebatur ad eum. Marc. primo, & Luc. 4.
cap. ideo à fortiori iſti cęci, & claudi, qui forte ante ad
uentam Chriſti erant in vrbe, audito aduentu eius, ve
nirent ſtatim ad eũ in templũ, vbi erat, vt ibi curarent.
Quintò, & melius dici poteſt, quòd iſti venerant in tẽ
plum, & ſoliciti erant ibi manere, vt ſanarẽtur à mor-
bis ſuis, & inualitudinibus: erat enim ibi probatica pi-
ſcina, quæ Hebraicè dicitur bethſaida quinque porti-
cus habens: in his enim iacebat multitudo magna
languentium cęcorum claudorum aridorum expe-
ctantium aque motum: Angelus enim Domini ſecũ
dum tempus deſcendebat in piſcinam, & mouebatur
aqua, & qui prior deſcẽdebat in piſcinam poſt motio-
H nem aquę, ſanus fiebat à quacunque detineretur infir
mitate: Ioan. 5. & ibi ſanauit Chriſtus hominem, qui
38. annis fuerat paralyticus: & dixit, quòd manebat ibi
expectans aquę motum: & ita fortè iſti claudi, & cæ
ci manebant nunc expectantes motum aquæ, vt ſana-
rentur: ſed inter omnes modos tertius, & iſte conue-
nientiores ſunt, & maxime tertius.

Quare Chriſtus ſanauit iſtos claudos, & cęcos potius in templo, quàm alibi. Quæſt. LXXXII.

QVAERETVR, quare Chriſtus ſanauit iſtos
claudos, & cęcos potius in templo quã alibi.
Dicendum, quòd primò fuit, quia ibi ab eo ſanita-
I tem petierunt: nam erant iſti cęci, & claudi in tem-
plo quando Chriſtus illuc venit, vt dictum eſt præce-
denti quæſtione, & ibi acceſſerunt ad eum, vt dicitur
in litera: ideo ibi ſanauit eos, quia ſi differret ad aliud
tempus, & locum, putaretur quòd non ſemper habe
ret poteſtatem, ſed ad tempus: quod nimis repugna-
bat, & detrahebat virtuti Chriſti: ideo ſtatim vt peti-
tum eſt ſanauit illos, & quia in templo petierunt, ibi
ſanauit illos.
Secundò fuit, quia Chriſtus ſpecialiter hoc voluit
ad propoſitum eorum, quæ ſupra fecerat: expulerat
enim de templo ementes, & vendentes ad honorem
templi ſeruandum dicens, quòd erat domus Dei, &
erat domus orationis: nunc autem ad eius honorem
K ampliandum fecit ibi miracula ſanando cęcos, & clau
dos: & ita dicit Hieronymus: Niſi autem mẽſas num-
mulariorum ſubuertiſſet, cathedraſq; columbas ven-
dentium, cęci, & claudi lucem priſtinam, & concitum
gradum in templo non meruiſſent recipere.
Tertiò fuit ad magis augendum fauorem turbarũ,
vel ad firmandum illum, & fidem aut opinionem
bonam, quàm de Chriſto habebant: introierãt enim
turbę in Ieruſalem cum Chriſto in tanto honore, &
eum vt Meſſiam, & regem laudabant: vt autem hoc
firmaretur, cùm acceſſiſſet ad templum cum omni-
bus illis turbis, eiecit ementes, & vendentes, & ſanauit
cęcos, & claudos.
Quartò, & ꝓcipuè fuit ad ↄfundendũ inuidiã põtificũ
Pha-

Pharisæorum,& Scribarum, qui Christo æmulabantur, & detrahebant factis eius: voluit ergo coram illis operari mirabilia, vt intra se confunderentur: & desi ceret, & ēt vt damnabilior appareret eorū iniquitas, ꝙ post talia, & tanta ab eo præsentibus eis facta adhuc non cessabant eum persequi: sed statim ad mortem accusauerunt illum coram Pilato.

Videntes autem principes sacerdotum, & scribæ mirabilia, quæ fecit: & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique: nunquam legistis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibiq; mansit.

B Psal. 8. Marc. 11.

Indignatio princi. pum sacerdotum, & Pharisæo. rum atque scibarum cōtra Christum.

Videntes. Hic consequenter ponitur principum sacerdotum, & pharisæorum atque scribarum contra Christum indignatio. Et diuiditur in duas partes, qa primò ex indignatione impugnat eius famam. Secūdò impugnat eius doctrinam ibi. *Et cum venisset in templum*. Prima in duas: quia primò ponitur Iudæorum impugnatio. Secūdò Christi responsio ibi. *Iesus autem dixit*. Circa primum dicitur. *Videntes autem principes sacerdotum*. Duo erant pro tunc principes sacerdotū, scilicet Annas, & Caiphas: erat enim Chaiphas princeps anni illius: Ioan. 11. cap. & isti duo alij, qui largè vocabantur principes sacerdotum, eo quòd multis sacerdotibus sub se positis præerant, viderunt ea, q̄ nūc fiebant: & scribæ isti erant doctores legis: quod etiam de Pharisæis intelligendum est, qui maxime contra Christum zelabant. *Mirabilia, quæ fecit*. Potest intelligi de claudis, & cęcis, & de eiectione turbarum vendentium, & ementium. *Et pueros clamantes*. Scilicet, qui veniebant cum Christo clamando quando introiuit in templum canentes introierunt. *In templo*. Hoc fuit ad maiorem indignationem pontificum, quòd ēt intra templum clamarent pueri laudantes Christum, & dicentes. *Hosanna filio Dauid*. Iam expositum est, & tū aliquando necesse est accipi extra communē significationem, & vsitatam dictionem, quæ est saluifica, vel saluum fac: & ita accipitur hic Hosanna pro gloria, vel laude aut pace: & ponitur, vt nomen, & ordinatur acquisitiue. s. Hosanna filio Dauid: quod non conuenit verbo: ideo licèt possit habere expositionem, quam posuimus supra, quæ est propria dictioni, vt est verbum: & tamen in pręsenti, vt ponitur à Matthęo, magis conuenit, quòd sit nomen. Et sic dicit Chrys. Hosanna etiam quidam interpretantur gloriam: alij autem redemptionem: nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui omnes redemit: & ita ēt accepit Lucas, quia locus huius dictionis Hosanna habentur dictiones latinæ Luc. 19. cap. s. pax in cęlo, gloria in excelsis. Et tamen s̄m ꝙ accipitur à Marco, & Ioanne, potest magis conuenire, vt sit verbum s̄m suā propriam significationem. Nam Marc. 11. dicitur, ꝙ clamabant dicentes, Hosanna benedictus, qui venit. vocauerunt eum filium Dauid, idest Messiam. *Indignati sunt?* Idest irati fuerunt volentes mala inferre Christo si possent. *Et dixerunt*. Scilicet ad Christum. *Audis quid isti dicunt*. Scilicet pueri, qui clamant, quasi dicat: vel non audis, vel si audis, multum culpabilis es, qui non increpas eos cum talia dicant.

C D In quæst. 42. & 43. Hosanna quid signi ficat. E In q. 41.

A *Quæ sunt ista mirabilia, quę viderunt pontifices, & scribæ. Quęstio LXXXV.*

QVAERETVR, quæ sunt ista mirabilia, quæ viderunt pontifices, & scribæ. Dici potest vno modo, quòd erāt in sanatione cęcorum, & claudorū. Sed obiicietur, quòd istud erat vnum miraculum: & tamen dicitur mirabilia, quæ fecit.

Dicendum, quòd multa mirabilia erant dupliciter. Vno modo, quia erant curationes diuersarum inualitudinum, scilicet cæcitatis, & claudicationis. Alio modo, quia non erat vnus qui curatus est, sed multi, & circa quemlibet eorum fuit vnum miraculum, eo quòd erat in quolibet vna particularis debilitas distincta à debilitate, vel inualitudine alterius, & ideo quælibet earum indigebat vna speciali curatione: sed quælibet curatio erat miraculum. Quot ergo erant curationes, tot erant miracula, & sic multa erant mirabilia harum curationum. Secundò potest dici, ꝙ vocantur hic mirabilia ipsæ curationes cęcorum, & claudorum, & eiectio ementium, & vendentium. De curationib⁹ manifestum est. De eiectione etiam patet, quia non poterat sine miraculo fieri, vt ostēsum est supra, imò erat valde magnū miraculū, vt ostensum est sup. & ita tota curatio cęcorum, & claudorum poterit vocari vnum miraculum: & eiectio vendentium erit aliud miraculum, & istud tenendum est, quia hic ponuntur ista, vt ostendatur, quæ sunt illa, de quibus indignati sunt pontifices, cū dicatur, ꝙ videntes ista indignati sunt: & tamen certum est, quòd de eiectione vendentium indignati sunt: imò de illo magis quàm de aliis indignati sunt: vnde. Marc. solū ponit de vendentium eiectione eos fuisse indignatos. Marc. 11. scilicet. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito principes sacerdotum, & scribæ quærebāt, quomodo eum perderent.

Qui erant isti pueri clamantes. Quęst. LXXXVI.

QVAERETVR, de istis pueris clamantibus, de quibus hic dicitur, qui erant. Nam videtur, quod non erant pueri, sed viri, & patet, quia discipuli Christi erant, qui clamabant: Luc. 19. & illi non erant pueri, sed viri: etiam turbæ, quę pręcedebant Christū, & quæ sequebantur canebant, supra in litera, & Mar. 11. & illi qui exierant obuiam Christo de Ierusalem, Ioan. duodecimo cap. omnes autem isti vocantur turbæ, quæ dicit congregationem vulgi promiscui virorum mulierum, & cuiuscunque ætatis: ideo non erant pueri, qui clamabant. Aliqui dicunt, ꝙ vocantur turbæ pueri non propter ętatem: sed propter puritatem, & simplicitatem, quia nō habebant zelum iniquitatis contra Christum sicut pontifices, & pharisęi, & scribæ. Sed dicēdum, quòd non stat, sed necesse est dici, quòd erant isti pueri secundum ætatem, quia qū Christus respondet Pharisæis, scribis, & pontificibus excusando laudem eorum dixit. Nunquam legistis, ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? ergo viri isti, qui laudabāt Christum, erant infantes, vel pueri, quod parum distare videtur, quia aliàs rn̄sio Christi non faceret ad propositum. Nā si illi essent s̄m ætatem viri, & Christus vocaret eos infantes s̄m puritatem mentis dicerent pontifices quibus Christus respondebat, quòd non erat responsio ista ad propositū, quia isti non erant mundi mente, imò immundi, quia ab eo decepti erant, sicut dixerūt coram Pilato, quod ille subuertit gentem Iudęorum incipiens à Galilæa vsque Ierusalem. Luc. vigesimo tertio, & tamen non responderūt: ideo oportuit, ꝙ Christus vocauerit eos infan-

infantes, vel pueros quantum ad literam, & non per metaphoram. Est ergo dicendũ, quòd quando Christus intrauit in templum, pueri erant, qui canebāt Hosanna, & non turbæ, vel saltem præcipuè pueri: & licèt hoc non aperiant Euangelistæ: tamen satis est credendum, ꝙ quādo Christus introiuit in Ierusalem, exiuerint pueri in occursum eius, & isti cantabant corā eo Hosanna, sicut turbæ cantauerant: & sic perduxerũt eum vsque in templum, & illuc introiuerunt cum eo canentes, vel forte isti pueri erant de turba illa, quæ veniebat cũ Christo, quia licèt in itinere tota turba cantaret, fecerunt quòd pueri soli clamarent, quando introiuit in templum: & iō illos solos viderunt pontifices, & scribæ, & fortè istud dedit Christus in cordibus turbarum, & puerorum, quia sciebat, quòd pontifices indignarentur de isto clamore, & loquerentur ad eũ, vt haberet responsum contra illos ex sacra scriptura. s. ex ore infantium, & lactentium, vt patet infra in litera. Cùm autem obiicitur, quòd discipuli clamabant: dicendum, ꝙ non accipitur pro solis discipulis Christi. i. pro duodecim, vel septuaginta: sed pro omnibus illis, qui veniebant ad audiendum doctrinam eius, & vidēdum miracula, vt dicit Theophylactus super Lucam. Cùm autem dicitur, quòd turbæ clamabant, & non pueri. Dicendũ, quòd illud fuit verum in via in qua turbæ clamabant, idest viri, fœminæ, pueri, & puellæ, in ingressu tamen tēpli soli pueri clamauerunt, et coram intra templum.

Quare dicitur, quòd Pontifices, & Pharisæi viderunt pueros clamantes, cum etiam turba clamaret Hosanna. Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR, cùm ponantur hic causæ indignationis pontificum, & scribarum: quare dicitur, quòd viderunt pueros clamantes Hosanna. Nam non soli pueri, sed etiam turbæ cantauerant Christo venienti per viam. Aliqui dicunt, ꝙ non tristati sunt pontifices de clamore turbarum, sed solũ de clamore puerorum, & ideo solũ fit mentio de clamore puerorum. Sed dicendum, quòd non stat. Primò, quia indignabantur pontifices de clamore puerorum, quia cantabant Hosanna filio Dauid, vt dicitur in litera: & patet etiam, quia pontifices dixerunt Christo: audis quid isti dicunt? & tamen idem cātauerant turbæ. s. Hosanna filio Dauid, supra in litera, & Mar. 11. & Ioā. 12. ideo etiam de illo poterant indignari. Secundò, quia potius de turbis ꝙ̄ de pueris indignari debebant: quia pueri fortassis ex ignorantia ista dicerent, & non esset eis imputandum: in turba autem erant viri maturi: ideo si errarent, magis eis imputari deberet. Tertiò patet, quia vere indignati sunt Pharisæi de clamore turbarum in via: nam Luc. 19. capit. dicitur, ꝙ cùm appropinquaret ad descensum montis oliueti, omnes turbę discipulorum descendentium cęperunt clamare. Et sequitur: Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: magister increpa discipulos tuos: & ita illi Pharisæi molestè ferebāt ista præconia Christi, quia aliàs non dicerent Christo, quòd increparet sic laudantes. Sed dicendum, quòd pontifices, & scribę indignati dicuntur nunc propter clamorem puerorũ, & non propter clamorem turbarum: & ratio est, qa viderunt pueros clamantes, & non viderunt turbas. Nam vt dictum est præcedenti quæst. turbæ clamabāt dum Christus veniret per viam. Ad introitum autē in templum, & etiam intra templum clamauerunt soli pueri. Pontifices autem, & scribæ erant in templo; ideo turbas foris clamantes non viderunt, pueros aũt clamantes intra templum viderunt: & ita de hoc indignati sunt: Et patet, quia dicitur: videntes autē prin-

F cipes sacerdotum mirabilia, quę fecit, & pueros canētes, quasi dicat ipsos pueros canentes viderunt, & non turbas. Si aũt turbas vidissent, etiam de earum clamore indignarentur. Secundò fuit, quia iste clamor fuit intra templum. Nā si foris fieret non ita indignarent: nā intra templum solus Deus colitur, & laudat. Quòd ergo Christus in templo publicè laudaretur, erat dicere ipsum Deum, vel aliquid deitatis habere, de quo valde dolebāt pontifices: & hoc videbatur cedere in eorum iniuriam, cùm præsentibus eis diceretur: turbę autem non clamauerunt in templo: ideo indignati sunt specialiter de clamore puerorum, & nō turbarũ.

Quare indignati sunt nunc Pontifices. Quæst. LXXXVIII.

G QVAERETVR, quare indignati sunt nunc pōtifices.

Dicendum, ꝙ ex inuidia: non enim erat eis iusta causa indignationis. Nam qui rectè indignatur, de malo indignatur: & tamen de bono indignabantur: dicitur enim, ꝙ videntes mirabilia, quæ fecit, s. sanationē cęcorum, & claudorum; & tamen ista opera bona sunt, & à Deo prouenientia: ideo iniquitas mouebat eos: & in hoc apparet, ꝙ eorum iniquitas quotidie crescebat ad maiora. Nam ante hoc qñcunque contra ipsum indignabant, faciebant hoc pro aliqua causa verisimili: sicut Ioan. 8. qñ dixit: Antequam Abraham

H fieret, ego sum: tulerunt lapides, vt iacerent in eum, quia videbatur dicere rem non verisimilem: et iterũ coram Iudæis dicebat aliqua verba, quę ostendebant eum esse Deum, Ioan. 10. ca. scilicet: ego, & pater vnũ sumus, & illi volebāt eum lapidare propter hæc. Christus autem dixit: multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quę horum me lapidatis? & illi dixerunt, de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu cũ sis homo, facis teipsum Deum. Nunc autem, quia excreuerat malitia eorum, non lapidabāt eum propter illa, quæ mali colorē habebant, sed propter illa, quę absolutè bona erant, scilicet curare infirmos miraculosè: postquam quis enim alteri inuidet, quanto meliora egerit, tanto magis ei inuide-

I bit. sic dicit Chrysostomus: Sicut enim colũna si modicũ obliquata fuerit, accepto pondere amplius vadit in latus: sic & cor hominis cùm peruersum fuerit, si alicuius viri iusti opera videat, vel audiat, non confirmatur, sed magis ad inuidiam concitatur: & hoc modo sacerdotes concitati sunt contra Christum. Secūdò indignati sunt, quia Christus auferebat eis honorē, cupiebant enim Pharisæi, & scribę cùm essent Hypocritæ honorari ab omnibus, & vocari Rabbi, & salutationes in foro, & primos accubitus in mensis, & primas cathedras in Synagogis, infra vigesimo tertio ca. & istum honorem recipere volebāt à populo suo, seu secundum quòd tenerentur à populo in opinione. Hanc opinionem destruebat Christus, qui erat cōtra- Ambitio Pharisaica

K rius operibus eorum, & fauebat ei populus: & quanto magis ei faueret, tanto magis imminuebatur opinio, & honor Pharisæorum, & scribarum, & sacerdotum apud plebē: & tamen non poterat magis minui ꝙ̄ nūc minuebatur, cùm populus accepisset Christum cum tanto honore in vrbem, & deduxissent eum in templum vocando eum regem, et Messiam, & à Deo venire: ideo nunquā fuit tanta causa istis ad indignationem contra Christum sicut nunc. Tertiò, & specialiter fuit, quia illis lucra tollebat: erant enim Sacerdotes Scribæ, & Pharisæi auari lucris inhiantes: & posuerunt de familia sua aliquos in templo, qui venderent res ad sacrificium opportunas, de quibus magna lucra agebant, vt ostensum est supra, Christus

In quæst. 66. & 67. stus autem eiecerat de templo ementes, & vẽdentes, ideo valde indignabantur, ita vt eum statim occidere voluissent, nisi propter turbam, quam timebant, vt dicitur Mar. 11. c. & ista adhuc erat maior causa indigna- In q. 85. tionis, licèt non expresserit hic Matthæus: et tamẽ intelligitur per illud quod dicitur. s. mirabilia, quæ fecit: vt ostensum est supra. Quartò fuit, quòd ipse audiebat & tolerabat laudes, quæ de eo dicebãtur. Nam dicebatur, quòd erat rex Israel, & Messias: et nolebant illi quòd ipse audire vellet talia velut falsa & absurda, sed detestaretur ea: & quia illa libenter audiebat, indignabantur contra eum: et hoc maximè ipsi expresserunt, dicentes: audis quid isti dicunt? i. nunquid vis tolerare ea quæ isti dicunt de te? q. d. malum est.

Quare pontifices non sunt indignati contra pueros clamantes: & cur non prohibuerunt illos.
Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR, cùm isti viderent pueros clamantes, quare non indignati sunt cõtra eos: & quare non prohibuerunt illos.

Dicendum, quòd primò fuit quia põtifices, & Pharisæi non audebant contra turbam aliquid facere: videbant enim turbam totam affectam ad Christum, & ꝙ pueri laudabant Christum, ex voluntate turbarũ: ideo si contra pueros, aliquid dicerent, sciebant quòd turbę defenderent pueros, & tamen ipsi timebant turbas: ita, quòd propter eas non audebant facere contra Christum: Mar. 11. ergo a fortiori nõ audebant loqui contra pueros. Secundò fuit, quia cauere volebant scandala, si enim contra turbas aliquid dicerent, facerent scandalũ, & ita multa perderent: quia turbæ scandalizatæ de eis abstinerent a sacrificijs & oblationib⁹, & ita sacerdotes læderent̃ subtractis prouentibus suis. Vnde ipsi valde cauebant facere scandalum in populo, infra vigesimosexto dixerunt: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Tertiò, quia faciebãt hoc sacerdotes, & Pharisæi ex inuidia: nolebãt autem se ostendere inuidos populo, ne læderetur opinio eorum apud omnes, & tamen si ipsi cõtenderent in hoc contra pueros, erat contentio cõtra totum populum, ideo noluerunt pueros increpare sed Christum. Quartò, quia putabant sic leuius facere: erat enim facilius suadere vni quàm multis. Nam si Christo suaderent, ne talia audire vellet, omnia cessabant: suadere autem toti populo, ꝙ cessaret, erat difficile, si autẽ Christo suaderent ipse diceret populo, quòd tacerẽt, & ita omnes tacerent. Quintò, quia iste modus erat honestior, & magis faciens ad intentionem pontificum. Nam si ipsi increparẽt pueros dato, quòd illi increpiti cessare vellent, putaretur ꝙ agebant ex timore, & tamen ꝙ vera erant quę clamauerant. Si autem Christus diceret eis, quòd non dicerent talia, videbatur ostendere, ꝙ talia non essent vera, & ideo quòd nolebat ea audire: & hoc est, quod volebant pontifices, vt crederet populus quòd Iesus non erat rex Israel, neq; Messias, ideo non erat conueniens, ꝙ increparent pueros, sed quòd increparent Christum. Sextò quia, vt dictum est supra, nitebantur pontifices facere ita sine scandalo, quanto magis possent, increpando aũt Christum sine scandalo se facere putabant, sed non increpando pueros. Septimò, quia putabant, quòd a Christo istud faciliter obtinerent, credebant enim, ꝙ Christus ista non iusserat de se dici, & verum erat, & quia ille in omnibus humilitatẽ ostendebat, putabant, quòd nollet tales laudes audire, & ita suadentibus eis, quòd statim faceret: pueri autem nõ ita facerent. Nam cùm in fauorem Christi ista dicerentur, si ipse iuberet tacere, illi tacerent: si autem iuberent pontifices, non

A iubente Christo, non tacerent: ideo cõuenientior modus erat, ꝙ ipsi Christum increparent, vt ipse turbas increpans suaderet eis tacere, & ita etiam factum est, quando in descensu montis Oliueti clamantibus omnibus turbis discipulorum de Christo, benedictus qui venit: dixerunt quidam Pharisæorum, magister increpa discipulos tuos, Luc. 19. c. & non locuti fuerunt ad turbas increpando eas.

Quare Pharisęi non extendebant manum ad Christum:
Quęstio XC.

QVAERETVR, cùm Pontifices, & Pharisæi, & scribæ grauiter indignarentur nunc contra B Christum propter verba, & facta supra posita: quare non extendebant manũm ad eum.

Dicendum, quòd primò fuit, qa non habebant adhuc colorem ad hoc: nam Christus non dicebat ista de seipso, neq; iusserat populo ea dicere, sed populus ea dicebat: ideo culpa erat populi, ideo primò admonendus erat, ꝙ talia de se dici non permitteret, & si ipse approbaret talia dicta, appareret quòd ipse esset in culpa. Poterat enim dissimulari aliqualiter, quòd ipse non audiebat ea, q̃ dicebat populus, vel nõ aduertebat ad ea. Vnde dixerunt pontifices audis quæ isti dicunt? quasi dicat, si non audis, audi: & si audis, prohibere debes ea de te dici. Secundò fuit propter timorem, timebant enim pontifices turbam: quia tota nunc con-C currerat ad diem festum, & fauebat Christo, & timuerunt, ꝙ si vellent mittere manus in eum, resisteret illis turba, vt dicitur infra vigesimosexto capitulo, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo: & ideo non potentes contra eum aliquid facere cõuersi sunt ad redarguenda verba, quæ de eo dicebantur. sic dicit Hieronymus: Cum enim manũ non audeant in eum inijcere sacerdotes, opera tantum calumniantur, & testimonium populi atque puerorum.

Sed dicendũ, quòd ista est propria causa potius quã præcedens. Primò patet, quia Marcus assignans causam, quare cessauerint manus in eum mittere, hoc solum dixit, scilicet, quòd timebant turbam. Secundò, quia si ideo a principio non miserunt manum, D quia ipse non erat in culpa, sed soli, qui ista dicebant: postquam constaret, quòd ipse laudem eorum approbabat, mitterent manum in eum, & tamen non fecerunt, ipse enim approbauit laudem, dicens esse perfectam, & non increpabilem, & tamen neque post hoc miserunt manus in eum: ideo fuit, quia tunc timebãt turbam. Cùm Pontifices & Pharisæi indignati contra Christum ista dixerunt, & tamen indignabantur, tam propter mirabilem curationẽ, quàm propter eiectionem, ac propter voces puerorum: Quare de solis vocibus dixerunt? Dici potest vno modo, quòd fuit hoc quia alia iam præterierant: istud verò manebat, nam adhuc pueri clamabant, vt ergo imponeretur terminus isti laudi, ne de cętero sic eum vocarẽt, locuti sunt E de hoc: quia magis necessarium est cauere peccata, ne fiant, vel ne continuentur, quàm pœnam inferre pro peccatis præteritis: alia autem pręterita erant, istud verò adhuc erat in actu. Secundò fuit, & pręcipuè, quia voluerunt aliquem colorem dicendi habere pontifices, & tamen quantum ad cętera non habebant colorem, sed solùm quantum ad hoc: quia ꝙ increparent eum sup miraculis, quæ faciebat, erat increpare Deũ: quia solus Deus miracula facit, vel in virtute eius fiũt. Etiam eiectionem venditorum de templo non poterant increpare: quia erat secundum legem facta, allegauerat enim Christus ad hoc auctoritatem Isai. 56. Domus mea, domus orationis vocabitur: ꝙ autem vocaretur Iesus rex Israel, & Messias, videbatur increpabile:

Docto. rñ. ad quæstitum quęst.

Solus De⁹ miracula facit.

bile: quia adhuc non constabant ista de eo: & etiam quia videbantur ei diuinum dare honorem saltem in voce: ideo quantum ad hoc erat aliquis color solum increpandi eum. Sic dicit Hieron. Cùm manum non audeant mittere in eum sacerdotes, opera tantum calumniantur, & testimonium populi, atq; puerorum, qui clamabant, Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. quod videlicet hoc non dicitur nisi de filio Dei. videant ergo episcopi, & quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo dici sibi ista patiantur: si uerè domino, cui hæc dicebātur, quia nondum solida erat credentium fides, pro crimine impingitur.

Responsi. Christi ad pontifices & pharisęos.

Iesus autem. Hic ponitur Christi responsio, & ostendit pontifices, Pharisęos, & scribas, iustè a Deo reprobandos, & hoc dupliciter: primò in facto, secundò in euidenti signo. Secunda ibi. *Mane autem reuertens.* Circa primum dicitur. *Iesus autem dicit eis.* i. pontificibus & scribis. *Vtique.* Aduerbium affirmandi est. i. verè audio: quia illi quæsiuerant audis, quæ isti dicunt? quasi admirati de illo, & prætēdentes ꝙ ille non audiret: qa si audiret putare se ostendebant, quòd non assentiret talibus laudibus: & ille ait, vtique. i. verum est, quòd audio laudes, & permitto, quia increpabiles non sunt. *Nunquam legistis.* Non solùm Christus dixit, licitas esse laudes istas, sed etiam ostendit errare pontifices, qui tales laudes volebant impedire: quia si scripturam legissent non facerent hoc, cùm sacra scriptura istud approbet. *Ex ore infantium.* Istud habetur Psal. 8. Vocantur hic infantes non strictè: quia illi nondum peruenerunt ad septennium, sed pueri, vel adolescentuli, qui nondum peruenerunt ad perfectam ætatem. *Et lactentium.* Idest, qui lacte cibantur, & isti adhuc minores sunt, & ex hoc apparet, quòd non est penitus accipiēdum secundùm literam: quia lactentes non possunt laudare, cùm non possint loqui: ideo neque perfectā neque imperfectam laudem faciunt. *Perfecisti laudem.* i. perfectam & excellentem reddidisti, ac si esset a viris doctis impensa. Et fortassis talis esset a pueris, ad quā non sufficerent viri doctissimi: quia illi solo ingenio humano loquuntur, paruuli autem a Deo inspirātur, vt altissimum dicant: & tunc est laus perfecta. i. excellentior, quàm esse posset: sic dicit Christus supra 11. c. Reuelasti hęc paruulis, & abscondisti ea prudentibus, & sapientibus. Et ita erat in præsenti, quia isti paruuli annunciauerunt Iesum esse Mesiam, & regē Israel, quod sapientissimi legis doctores nesciebant. *Et relictis illis.* s. postquam locutus est ista sacerdotibus & scribis, reliquit eos. s. exeundo de templo. *Et abijt extra ciuitatem.*

Situs Bethaniæ.

Non enim mansit in Ierusalem ipsa die in ramispalmarum, q[...] intrauit in eam: sed redijt foras ad hospitandum in Bethaniam, quæ distat a Ierusalem quindecim stadijs, quę faciunt vnam leucam, vel quasi: nam stadium est spatium centum vigintiquinque passuum: & decem & sex stadij faciunt duo millia passuum, qui reddunt integram leucam. Distabat autem Bethania a Ierusalem quindecim stadijs. Ioan. 11. c. & illa erat villa Mariæ & Marthę sororum Lazari, vbi cenauerat Christus die præcedēti ante festum in ramispalmarum: Ioan. 12. & ibi suscitauerat Lazarū. Io. 11. Nūc autem illuc redijt ad hospites suos. *Ibique mansit.* Scilicet, die illa, qua redijt & nocte. Nam in mane sequenti die redijt in Ierusalem, vt dicitur statim in litera. *Et docebat eos de regno Dei.* Scilicet eos, qui erant in loco Bethaniæ docebat, nullo enim tempore Christus ociosus esse voluit: & tamen nunc cum instaret recessus eius de hoc sęculo, feruentius instabat, vt perficeret opus salutis nostræ prædicando, & docendo: quia post mortem, & resurrectionem hoc non erat facturus, & dicitur ꝙ docebat de regno: quia licèt Christus

F omnia sciret, iuxta omne genus sapientiæ. s. naturalia, mathematica, & metaphysica, idest, trāscendentia: tamen nunquam docuit homines, circa aliquod genus artis, sed solùm ad ea, quę necessaria erant saluti: & ista sunt de regno Dei. i. per quæ peruenitur ad regnum Dei, quod est vita æterna.

Quare Christus sic respondit, dicens: Nunquam legistis.
Quæstio XCI.

QVAERETVR, quare Christus sic respondet, dicens: Nunquam legistis.

Dicendum, quòd fuit primò ad faciēdum solidum responsum: nam Iudæi tantam auctoritatem præstabant sacris literis, quòd plus eis credebant, quàm quibuscunque rationibus, vel suasionibus, putabāt enim totum bonum esse in scripturis, Ioan. 5. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere, & quia auctoritas sacrę scripturę erat, quę cōfirmaret laudes puerorum, allegauit illam: et ita allegauit aliam ad eiectionem vēditorum de templo, & ita cum allegata esset scriptura, nihil illi responderunt. G

Secundò, allegauit scripturam ad ostendendum se esse aliquid magnum qualem pueri prędicabāt: cùm de singulis actibus eius sacra scriptura meminerit: & tamen de rebus illa non curauit. Tertiò ad redargutionem pontificum, & sacribarum: vtrique enim ad sapientiam pertinebant. Nam scribæ sunt doctores legis, quos alij Euāgelistæ interdum legis doctores, vel legis peritos vocant, vt patet Luc. 5. Vbi legis doctores vocantur aliqui: supra 9. c. vocantur scribæ, & isti docebant cęteros prædicando legem, infra vigesimotertio, scilicet, super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisæi: ad sacerdotes autem pertinebat cognitio legis. Aggęi. 2. Interroga sacerdotes legem: & Malac. 2. dicitur, Labia sacerdotis custodiunt sciētiam, & legem ex ore eius exquirent. Quòd ergo ignorarent isti ea, quæ in lege erant, magna erat reprehensio: & ita per modum redargutionis introducit Christus, dicens: nunquam legistis, idest, legisse deberetis. H

Quid Christus voluit per hoc dicere, & quare tenuit istum ordinem respondendi potius quam alium. I
Quęstio XCII.

QVAERETVR, quid Christus voluit, per hoc dicere: & quare tenuit istum modum respondendi, potius quàm alium.

Dicendum, ꝙ voluit ostendere legitimam esse laudem a pueris impensam, quia scriptura illa approbabat, dicens: ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. i. perfectam & excellentem fecisti esse laudē, prolatam per os illorum. q. d. non ego sum increpandus, qui has laudes tolero, neque pueri, qui illas proferunt, cùm sacra scriptura multo ante hoc illas approbauerit. Sic dicit Chrysost. s. Tanquam si dicat, ex quo mea culpa est, quia isti clamant: nunquid mea culpa est, quòd ante tot millia annorum propheta hoc venturum esse prędixit? Ad secundum dicendum, quòd ideo sic respondit, quia melius sic euitabat inconueniens, quàm aliter: quia ista responsio est media. Nam aut Christus manifestè approbaret laudem puerorū, sine aliquo colore dicendo, bene dicunt, quia verum est, quod de me dicūt, cùm ego sim rex Israel, & Mesias: sicut quando discipuli vocabant Christum magistrum, & dominum: nam dixit vos vocatis me magister, & dominus, & bene dicitis, sum etenim: Ioan. 13. Aut diceret pueros errare. aut teneret mediā viam. s. in qua, neque negaret, neque palam, & sine colore assereret. Prima via non erat cōueniens, quia tunc pontifices K

tifices haberent occasionem contra Christum, & dicerent blasphemauit: secunda erat minus conueniēs, quia erat falsa, & destruebat quod ædificauerat: ideo media via fuit conueniens, & ista fuit quam tenuit. Nam non dixit Christus, de seipso asserens quòd verū erat, quod pueri dicebant: sed induxit scripturam, per quam ostenderet laudem puerorum non esse reprehensibilem: sic dicit Hierony. Christi responsio moderata fuit: non enim dixit, quòd scribæ cupiebant. s. bene faciunt pueri, vt mihi testimonium perhibeant: neq; rursus dixit, errant, pueri sunt, debetis ætati ignoscere: sed profert testimonium de octauo Psal. vt tacente domino testimonium scripturarum puerorū dicta confirmaret.

Quare non respondit nunc Christus, sicut respondit quibusdam Pharisæis in via.
Quæst. XCIII.

QVAERETVR, quare non respondit nunc Christus, sicut respondit quibusdam pharisæis in via: nam cùm turbæ cępissent clamare, benedictus qui venit, dixerūt quidam Pharisæi de turbis ad Christum: magister increpa discipulos tuos, & ille ait, dico vobis, quòd si hi tacuerint, lapides clamabūt, Lu. 19. c.

Dicendum, ꝙ non fuit pro nunc illa responsio conueniens: quia pontifices, & scribę quibus nunc Christus loquebatur erant pessimi: nam inuidebāt ei circa res diuinas, quas agebat & indignabantur: & vt Christus malitiam eorum confunderet, respondit per auctoritatem sacræ scripturæ, qua nihil est firmius: illi autem Pharisęi, qui veniebant cum Domino in via, fortè non erant tam mali, quia licèt Pharisæi essent, non sequitur, quòd erant mali: quia aliqui Pharisęi erant, qui erant boni, & erant discipuli Christi, sicut Nicodemus, qui erat ex Pharisęis, Ioann. 3. et erat discipulus Christi, & venit ad eum nocte, eod. c. & fauebat Christo coram alijs Pharisęis, ita vt eum semel Gallilæum vocauerint: Ioan. 7. c. s. quia fauebat Iesu Gallilæo: potissimè, quia isti Pharisæi veniebant cum Christo inter alias turbas: ideo vel mali non erant, vel saltem nō tam iniqui, sicut sacerdotes & scribę, ad quos nunc in templo Christus locutus est, & ideo non erat opus tātum temperare responsionem ad illos, sicut ad pontifices: & ita pharisęis respondit veritatem ostendendo, pontificibus autem quodammodo euadendo, & se defendendo a calumnia: nam cùm dixit, dico vobis, ꝙ si hi tacuerint, lapides clamabunt: ostendit nō solùm non esse increpandam laudem, sed etiam esse necessariam: ita quòd oportebat, quòd aliqui eum laudarent. Nam si homines tacerent, clamarent lapides: & per hoc ostendebat diuinum esse opus, cùm assereret lapides clamaturos. Si autem talia coram pontificibus diceret, forsitan dicerent, quòd blasphemabat: ideo illis ex scriptura respondit, nihil de se asserēdo, sed scripturam contra redargutionem pontificum opponendo. Secundò fuit, quia istud dictum est. s. nunquam legistis, ad confusionem pontificum & scribarum: vt ostēderentur insipientes in scriptura, de qua tamē ipsi gloriabantur: isti autem Pharisæi fortassis non erant periti in lege, & ita errare circa legem non erat eis confusio: ideo noluit dicere eis nunquam legistis, sed simpliciter veritatem aperuit: vel fortè quia illi sequebantur Christum, & ideo noluit eos confundere, quia non erant tam mali sicut pontifices, & scribæ, quibus nunc respondit.

Nihil est auctoritate sacræ scripturæ firmius.

A *Quare post hęc Christus reliquit pontifices, & scribas.*
Quæstio XCIIII.

QVAERETVR, quare post hęc Christus reliquit pontifices, & scribas.

Dicendum, ꝙ fuit primò, quia Christus erat nunc in templo, & fecerat iam omnia, quę ibi facturus erat. Nam orauit, eiecit venditores de templo, & sanauit cęcos & claudos: & tandem respondit ipsis pontificibus, eum verbo impugnātibus: cùm autem nihil iam agendum sibi in templo relinqueretur, recessit inde: & quia pontifices, & scribæ manebant in templo, dicitur illos reliquisse. Secundò fuit, quia pontifices, & scribæ erant mali & incorrigibiles: & ideo frustra
B erat, quòd Christus maneret cum eis. Nam quandiu erant in aliqua ignorātia circa Christum, & persequebantur eum bono animo, erat vtilis mansio Christi cum illis, vt ab ignorantia liberarentur: nunc tamen iā gratis oderāt Christum: quia pro bonis operibus eum oderāt. s. quia miracula faciebat: ideo superuacua erat mansio Christi cum eis: & si aliqua correctio circa tales esse potest, melius est, dimittendo eos, quàm iniquitati eorum respondendo. Sic dicit Chrysost. Malum hominem melius dando locum potest aliquis vincere, quàm respōdendo: quia malitia non destruitur sermonibus, sed excitatur: et ideo dominus recedendo compescere studuit, quos respondendo non compescuit. Tertiò, quia Christus volebat ire extra
C vrbem: erat enim declinaturus ad sumēdum cibum, & ad hospitandum, & omnia sibi necessaria, quæ in templo nō habebat, sed extra vrbem iturus erat: ideo reliquit pontifices, & scribas. Quartò fuit, quia Christus voluit ostendere, quòd isti iustè a Deo desereban tur propter malitiam, in qua firmiter manebant: ideo in signum huius conueniens fuit, quòd Christus ab eis recederet.

Quare Christus ciuitatem exiuit. Quæst. XCV.

QVAERETVR, quare Christus ciuitatem exiuit. Dicendum, ꝙ exiuit ad manendum, quod patet, quia in Bethania mansit nocte sequenti. Aliqui
D autem dicunt, quòd ideo foris exiuit, quia melius hospitabatur foris, & melius prouidebatur ei quā in vrbe. Sed dicendum, quòd non stat: quia viri sancti non quęrunt loca, vbi abundanter pascantur, sed vbi bene conuersentur: ideo non iret hac intentione foras. Est igitur dicendum, quòd ideo foras exiuit, quia in vrbe nō inueniebat hospitium: cùm enim iam serò esset, postquam Christus fecerat in templo omnia, quæ facturus erat, circunspexit si quis esset, qui eum inuitaret ad cenam, vel ad hospitium, & nemo fuit: ideo iuit extra ciuitatem. Sic dicitur Mar. 11. c. scilicet: Et introiuit Ierosolymam in templum, & circunspectis omnibus, cum iam vespera esset hora, exiuit in Bethaniam. Et dicitur circunspectis omnibus. s. si quis esset, qui eum
E hospitio reciperet: & quia nemo erat recessit: Sic etiā dicit Hieronymus. Hinc autem intelligendum est, ꝙ dominus tantæ paupertatis fuerit, & ita nulli adulatus sit, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansionem. Sed obijcietur, quòd non sit verisimile: cùm enim tantus honor nunc Christo exhibitus fuerit, vt turbæ sternerent vestes in via, & ramos, & sequerentur, atque præcederent eum turbæ multæ canentes Hosanna: non erat verisimile, quòd nemo eum hospitio reciperet, cùm aliàs reciperetur hospitio quocunque iret.

Dicendum, quòd turbæ quæ istum honorem impenderunt, non erant de ciuitate Ierusalem: & ita non habebant domicilia ibi, in quibus Iesum reciperent.

Nam

Nam turbarum, quæ cantabant laudes Christi quædã erant, quę cum ipso veniebant antequam intrarent Ierusalem, scilicet, omnes, qui cum eo erant, quãdo exiuit de Bethania, alię quę occurrerunt ei de Ierusalem, & exierunt ei obuiam, antequam intraret in vrbem. De primis patet, quia non erant de Ierusalem, cùm venirent de foris cum Christo. De secundis patet, quia dicitur Ioã. 12. Quòd turba multa, quæ venerat ad diẽ festum audiens, quòd Iesus veniret, exiuit obuiam illi: & tamen non erant de vrbe, sed de foris venerant: & ita non habebant in vrbe, vbi Christum reciperẽt. Pontifices autem, scribæ, & Pharisæi non reciperent Christum hospitio, quia oderant eum, ideo etiam si Christus cum tanto honore intrauerit in Ierusalem, non inuenit aliquos, quibus placeret eum hospitio recipere. Alia ratio fuit, quia placuit Christo hoc pati ad instruendum nos, circa vicissitudines rerum mundanarum, ne turbemur cum interdum iuxta magna prospera graues accidant molestiæ: quia talis est rerũ conditio, vt dicit Salomon, quòd risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat: ita enim circa Christum fuit: nunquam enim tantus honor ei delatus fuerat, sicut nunc: & ita nunquam tam abiectus apparuit, vt nemo ei ipso die cibum dare vellet, neque hospitium: sed oporteret, quòd ante cibum exiret de vrbe Ierusalem, & erat iam vespera, Mar. 11. capit. Et hoc valde consolatur nos, ne deijciamur animo, quãdo talia nobis acciderint.

Quare Christus potius iuit in Bethaniam, quàm in alium locum. Quęstio XCVI.

QVAERETVR dato, ꝙ extra vrbem ire vellet: quare potius iuit in Bethaniam, quàm in alium locum. Aliqui dicunt, quòd illuc iuit: quia ibi bene pascebatur in domo Marthæ, Mariæ, & Lazari. Et sic patet Ioan. 12. capit. s. Iesus venit Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit, fecerunt autem ei cęnam ibi, & Martha ministrabat.

Dicendum, ꝙ non ibat illuc ex hac causa, quia illud pertinet ad eos, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Ad Philip. 3. c. Talem autem Christum esse volebant aliqui. s. Pharisæi, qui eum de hoc calumniabantur dicentes: ecce homo vorax, & porator vini, & publicanorum amicus. supra 11. cap. & falsum erat: ideo non quærebant hospitium in quo optime pasceretur, sed locum melioris conuersationis. Nam ita ipse iubebat apostolis, quòd quando irent in locum, quærerent, quis dignus esset, & illuc irent ad hospitandum, supra 19. cap. ideo etiam ipse talia hospitia quæreret, & non pascua pinguia. Secundò, quia hoc vitium Christus valde vitare voluit in discipulis dicens, quòd quando intrarent in aliquam domum, manerent ibi, & non discurrerẽt de domo in domum. Luc. 10. et 9. capit. & hoc fiebat ne discurrerent per diuersas domos, quærentes delicatiores epulas: sed qualia essent apud hospites suos, talibus vescerentur: ideo Christus non quęreret delicatiora, ad hoc petens hospitia, in quibus talia inueniret. Tertiò, quia dicit Chryso. ꝙ Christus iuit Bethaniam, vt scilicet, maneret corporaliter, vbi spiritualiter repausabat. nam sanctorum virorum est, quòd non gaudeant, vbi epulæ largæ sunt, sed vbi sanctitas floret.

Dicendum ergo, quòd nõ iuit Bethaniam propter causam prędictã: sed primò iuit illuc, propter propinquitatem: nam Christus non inueniens hospitium in Ierusalem, exiuit inde ad horam vesperam. Mar. 11. c. Sed tali tempore non poterat longe ire ab vrbe: ideo iuit ad loca propinqua sicut est Bethania, quę quindecim stadijs distat a Ierusalem. Ioan. vndecimo capitu.

F Secundò, quia Christus non solùm hodie, sed etiam quolibet die, dum nunc maneret in Ierusalem, vsque ad mortem suam intendebat exire de vrbe ad manendum, & redire in Ierusalem ad prędicandum, quod ita fecit: vt colligitur, infra in litera, & Marc. vndecimo c. Et ideo etiam erat conueniens locus vicinus, ne nimis fatigaretur, eundo & redeundo. Tertiò fuit, quia vt dicit Chrysost. Christus volebat manere corporaliter, vbi spiritualiter repausabat: & quia ista familia, quæ erat Bethaniæ, erat valde accepta Christo, quantum ad fidem, & deuotionem, ideo illuc ibat: erat enim Bethania villa Mariæ & Marthę sororum Lazari, & ibi suscitauerat Christus Lazarum: Ioan. 11. & ibi steterat die in ramispalmarum, quando intrauit cum honore
G in Ierusalem. Ioan. 12. cap. Erant autem nimis affecta Maria, & Martha ad Christum: ambę enim credebãt in eum. Ioan. 11. & gaudebant in verbo eius: ita ut Maria staret secus pedes eius, dulciter audiendo verbum. Luc. 10. capitu. Quia ergo ibi magis spiritualiter requiesceret, illuc iuit ad manendum. Quartò, & principaliter iuit illuc ad spiritualem profectum Marię, Marthę & Lazari, & eorum, qui erant in Bethania. Nam dicitur in litera, quòd manebat ibi, & docebat eos de regno Dei, pauco enim tempore mansurus erat cum hominibus, & hoc paucum tempus in doctrina verbi expendere volebat: & quia in generali prędicabat omnibus turbis quotidie in Ierusalem in templo, voluit aliud tempus expendere circa aliquos in speciali, eos
H docendo: non erant autem aliqui magis digni hoc beneficio, quàm Maria, Martha, & Lazarus, qui tanta deuotione ei afficiebantur, & quibus ipse tantum beneficium prędtitisset, quòd Lazarum suscitaret: ideo & illos elegit, quibus hoc bonum præstaret, quòd apud eos quotidie manens doceret eos de regno Dei.

Bethania erat villa sororũ Lazari.

Sed dicetur ad quid Christus, reuertebatur in Bethaniam, quia satis erat, quòd reuerteretur in montem Olıueti, vel in hortos circa vrbem: ibi enim solebat sępe per noctem dormire, sic colligitur Ioan. 18. cap. de loco horti, in quo dominus per noctem captus est. Nam dicitur quòd Iudas, qui tradebat eum, sciebat locum, quia sæpe illuc conuenerat Iesus cum discipulis suis. Et intelligitur, ꝙ adueniebant illuc ad dormien-
I dum per noctem. Nam si per noctem non conueniret illuc ad dormiendum, non quæreret eum ibi Iudas per profundam noctem, quando eum Iudæis tradidit. & Luc. 21. cap. dicitur. Erat Iesus diebus docens in templo, noctibus autem exiens morabatur in monte, qui vocatur Olıueti, & omnis populus manicabat ad eum in templo audiendum. Dicendum, quòd opus erat redire in Bethaniam. Primò propter necessaria vitę: nam sicut in Ierusalem non inueniebat hospitium, ita neque inueniebat cibum: ideo oportebat alicubi eum quærere, & ad hoc ibat in Bethaniam, & reficiebatur apud Mariam, & Martham.

Nota locum, & illum vbi, vt communiter Christus dormiebat.

Secundò, quia manebat aliquod tempus Christo, in quo poterat prodesse in doctrina aliquibus: nam Chri-
K stus reuertebatur in aurora ad templum, & prædicabat ibi, cùm dicatur Luc. vigesimoprimo capitu. quia omnis populus manebat ad eum audiendum in templo, & post prædicationem exibat de Ierusalem: & ita magna pars diei erat residua, in qua poterat prodesse in verbo doctrinæ, & illam expendere volebat apud aliquos: sed nulli digniores inuenti sunt, quibus beneficium istud præstaretur, quàm Maria, Martha, & Lazarus, vt dictum est: ideo ad eos declinabat. Si autem Christus exiret de Ierusalem per noctem, quando iam non esset hora prædicandi aliquibus, non declinaret ad aliquos, ad prædicandum eis: sed exiret in hortos iuxta vrbem, sicut in die Iouis cęnæ ad noctem quando captus est, vel exiret in montem Olıueti, &

tamen

tamen propter multum temporis, quod residuum erat, declinabat quotidie Bethaniam, vt ibi doceret de regno Dei.

Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt. Et videns fici arborem vnam, secus viam venit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tantùm, et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

Mar. 11. b. Luc. 13. b. Mat. 11. e. Luc. 17. b.

Reprobatio pontificum scribarum, & pharisæorum.

Mane autem. Hic ponitur reprobatio pontificum, Scribarum, & Pharisæorum in signo manifesto, scilicet, quòd ipsi maledicendi erant sicut ficulnea. Et dicitur. *Mane autem reuertens.* scilicet, præcedenti die ad vesperum declinauerat de Ierusalem in Bethaniam, & manserat ipsa nocte ibi: in aurora autem redijt in Ierusalem, vt prædicaret in templo. *In ciuitatem.* Scilicet Ierusalem, non nominat illam, quia ex præcedentibus colligitur, de qua diceret. *Esurijt.* Corporaliter, & ideo petiuit cibum corporalem. *Et videns arborem fici.* Idest ficulneam. Erat ista ficulnea longè a via, & dicitur Mar. vndecimo. scilicet. Cumq; vidisset a longè ficum. *Vnam.* Scilicet, erat sola. *Secus viam.* Idest, iuxta: non autem erat multum propinqua, sed potius distans. *Venit ad eam.* Idest, ad ficulneam. *Et nihil inuenit in ea.* Non enim habebat ficus. *Nisi folia tantùm.* Hæc enim habebat, quæ ostendebant ipsam habere fructum: & fructum non habebat. *Et ait illi.* Idest, ad ficulneam. *Nunquam ex te fructus nascatur.* Idest, quia habes folia, & non fructus maledico te, vt nunquam possit ex te fructus aliquis nasci. *In sempiternum.* Idest, non solùm non nascatur isto anno fructus ex te: sed etiam nullo tempore. *Et continuo arefacta est ficulnea.* Idest, statim dictis verbis illis arida facta est, sic vt non appareret iam arbor viuens. *Et videntes discipuli eius.* Scilicet, videntes quomodo arefacta est statim post verba eius. *Mirati sunt.* Erat enim res ista admirabilis, quòd statim dictis verbis desiccaretur tota ficulnea. *Dicentes, quomodo continuo aruit?* Idest, quomodo potuit cōtinuo arefieri dictis verbis Christi? *Respondens autem Iesus.* Scilicet, ad verba admirationis illorum. *Dixit: Amen dico vobis.* Idest, certè dico vobis. i. non dubitetis de hoc, quod non solùm ego, sed etiam vos facere potestis istud, & quilibet alius, qui non dubitauerit orando. *Si habueritis fidem.* Idest, fiduciam de obtinendo. *Et non hæsitaueritis.* Idest, nō habueritis scrupulum aliquem dubitationis. *Non solùm de ficulnea facietis.* Idest, non solùm de ficulnea, quę videtur esse minor: sed etiam de rebus maioribus poteritis facere, quidquid volueritis. *Sed & si monti huic dixeritis.* Ostendit montem ad oculum, de quo loquebatur. *Tolle, & iacta te in mare.* Idest, surge hinc, & iacta te in mare: vel pone te super vndas maris. *Fiet.* Idest, non erit resistentia: sed ibit mons in mare. *Et omnia quæcunque petieritis.* Postquam dixit de eradicatione montis, quæ erat res magna, conclusit

A generaliter de omnibus alijs, quòd obtinerent quidquid vellent in illis. *In oratione.* Idest, orantes ad Deū, vt faciat illa: quæ vos ex virtute vestra, vel mandato non poteritis facere. Christus autem sine oratione facere poterat: quia erat Deus. *Credentes.* Idest, fiduciam habentes firmam sine hæsitatione: quia qui aliquo modo infirmatur in corde suo, dubitans an fiet quod petit, nihil obtinet. *Accipietis.* Idest, obtinebitis fieri: quia quædam oramus, in quibus nihil accipimus: quia pro nobis non petimus, sed obtinemus quod petimus: sed quia obtinendo beneficium suscipimus, cùm propter nos, idest, in fauorem nostrum Deus concedat, quod petimus, dicimur accipere, quod petimus a Deo.

B

Quomodo maledictio ficulneæ, se habet ad tempus eiectionis ementium & vendentium.
Quæstio XCVII.

QVAERETVR circa hoc, quod dicitur hic de ficulnea a Christo maledicta, quomodo se habet ad tempus eiectionis ementium & vendentium.

Dicendum, quòd quantum ad hoc multum discordant Marcus & Mattheus in ordine narrationis, licèt in veritate rerum gestarum non differant. Et est dicendum, quòd Marcus vult, quòd Christus die in ramispalmarum receptus fuerit in templum cantantibus pueris, & redijt in Bethaniam ad vesperum, & ipsa
C nocte nihil fecerit: sequenti autem die in aurora, cùm rediret in Ierusalem inuenerit ficulneam in via, & maledixerit ei: & post hoc introiens ipsa die in templum eiecerit ementes, & vendentes de templo. Matthæus autem vult, quòd die in ramispalmarum, qua intrauit in templum, statim eiecerit ementes, & vendentes de templo, & rediret in Bethaniam: sequenti die, quando redibat in Ierusalem maledixerit ficulneæ, & ita ponit ipse, primò die eiectos vendentes. Marcus verò secundo die, & non apparet aliqua ratio necessariò conuincēs potius pro vna parte, quàm pro alia: & ita posset vtrunque liberè teneri, vt dictum est supra. Est autem dicendum, quòd circa istud factum aliquid est, in quo ambo consonant, & ambo di- In quæst. 64.
D scordant in aliquo: ambo enim concordant, quòd secunda die fuerit ficulnea arefacta, sed discordant in eiectione, quia Marcus vult factam esse secundo die, ex ordine literæ, Matthæus autem primo die.

Dicendum autem videtur multum probabiliter, quòd ordo rerum gestarum fuerit ille, quem Mattheus secutus est, & non ille, quem Marcus: & hoc quia litera Matthęi efficacius videtur concludere hoc quàm litera Marci contrarium: eo quòd tenendo factam esse eiectionem prima die, facilius est respondere ad literam Marci, quàm sit respondere ad literam Matthæi, tenendo factam esse secundo die. Nam Marc. vndecimo, dicitur & introiuit Ierosolymam in templum. Quod intelligitur de primo die, idest, die De ordine gestarum.
E in ramispalmarum, & sequitur: Et circunspectis omnibus, cùm iam vespera hora esset, redijt in Bethaniam, scilicet, in ipsa die prima in ramispalmarum, & sequitur: Et alia die cum exierit a Bethania, esuriuit: & cum vidisset a longè ficum &c. Et ita secundò die ostendit fuisse ficulneam maledictam: & quia istud clarè colligitur ex Marco, non solùm ex ordine literę, sed etiam ex intentione expressa, cōcedimus, quòd verè fuerit maledicta ficulnea secunda die: & dicitur ibi in litera, quòd dixit Christus: iam non amplius in æternum quisquam ex te fructum manducet, & audiebant discipuli eius: Et sequitur: Et veniunt Hierosolymam, & cùm introisset in templum, cœpit eijcere ementes & vendentes: & ita sequendo ordinem literæ,

teræ, dicitur, quòd eiectio vendentium fuerit post maledictionem ficulneæ, & consequenter fuerit die secundo. Et tamen dicendum, quòd cum solum ordo literæ hoc suadeat, sed intentio euangelistæ non appareat per aliqua verba, quòd fuerit post maledictionem ficulneæ. Potest dici, quòd fuerit recapitulatio cum deberet præponi: nam necesse est dici, quòd aut Marcus, aut Matthæus fecerunt recapitulationem, vel anticipationem hic, cum ponant contrarium ordinem: & tamen facilius est de Marco hoc dicere, quàm de Mattheo: & hoc patet, quia Matthæus non solùm ex ordine literæ, sed ex intentione etiam sua ostensa per literam expresè aperit, quòd fuerit hæc eiectio prima die: & quòd fuerit ante maledictionem ficulneę. Nam dicitur supra in litera, & cum intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas: & intrauit in templum Dei, & eijciebat omnes emētes, & vendentes in templo. Et ita apparet ex ordine literæ, quòd prima die statim, quòd in templum intrauit eiecit ementes, & vendentes de tēplo. Et quantum ad hoc posset dici, quòd erat anticipatio, cùm solùm appareat ex ordine literæ, & non de intentione Euangelistæ expressa per literam, & tamen ea, quæ sequuntur, videntur ostendere necessariò, quòd talis fuerit ordo. Nam post eiectionem vendentium sequitur: Et accesserunt ad eum claudi, & cęci in templo, & sanauit eos: & ita in eodem cōtextu antequam exiret de templo, postquam eiecit venditores, sanauit cęcos & claudos: & statim dicitur, quòd videntes hæc principes sacerdotum, & pueros clamantes Hosanna indignati sunt: & Christus respondit illis: Nunquam legistis, ex ore infantium perfecisti laudem? Et sequitur statim. Et relictis illis, idest, principibus sacerdotum, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit: mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt, & videns arborem fici, &c. et ita iam post eiectionem vendentium, reliquerat principes sacerdotum de hoc indignatos, & abijt ipsa nocte in Bethaniam, & sequēti die cùm rediret de Bethania in Ierusalem inuenit ficulneam, & maledixit illi: ideo multo verisimilior est ista positio, quàm quod teneatur ordo Mar. Sed dicendum est, ꝙ Marcus recapitulatione vsus est. Matthæus autem tenuit hic ordinem naturalem rerum gestarum. Sic tenet August. lib. de Concordan. euangeli. dicens: In hoc etiam Marcus non eundem ordinem tenet cum Matthæo: sed quia Mattheus ita connectit. s. & relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam: verum mane reuertentem in ciuitatem arbori maledixisse commemorat, probabilius creditur ipse potius ordinem tenuisse tēporis de vendentibus, & ementibus eiectis de tēplo: prætermisit ergo Marcus, quod prima die factum est, cùm intrauit in templum, & recordatum interposuit, cùm dixisset, ꝙ non inuenerit aliquid in ficulnea præter folia, quod secundo die factum est, sicut ambo testantur. Sed adhuc alicui videbitur manere difficultas: quia Mar. 11. capit. ponitur, ꝙ maledixerit Christus ficulneæ & nō sequitur, quòd aruerit, sed quòd discipuli audierunt verba maledictionis, & statim sequitur de eiectione vendentium, quo expleto sequitur, & cum vespera esset egrediebatur de ciuitate, & cum mane transirent, viderūt ficū arefactā a radicibus, & recordatus est Petrus &c. & ita manifestè innuitur, quòd non fuerit factum de ficulnea vna die, sed in duobus: & non taliter qualiter refert Matthæus hic.

Dicendum, quòd hæc non obstant, respondebitur enim ad ea infra quæstio. 129.

F *Quare fuit Christus reuersus sequenti die mane, & quem modum Christus tenuit in istis quinque diebus ante mortem suam. Quæst. XCVIII.*

QVAERETVR, quare fuit Christus reuersus sequenti die mane: & quem modum Christus tenuit in istis diebus.

Dicendum, ꝙ Christus venit in Ierusalem die in ramis palmarum, & occisus est die veneris sequenti, qui erat primus dies azymorum. Nam ipsa nocte, qua mā ducauit Pascha cum discipulis. s. die Iouis ad noctem captus est, & sequenti die occisus: & ita venit in Ierusalem die quinto ante Pascha: quia, vt dicitur, Io. 12. c. Venit Iesus in Bethaniam sex dies ante Pascha, siue G ante sex dies Paschę: & dicitur ibi, quòd in crastinum iuit in Ierusalem cum ramis palmarum, & turba canēte: Tota autem vita Christi his diebus fuit sic, ꝙ ibat Christus in aurora ad templum, & manebat ibi prædicans magna parte diei: & deinde reuertebāt in Bethaniam, & reficiebatur, & manebat reliqua parte diei, & nocte tota: & deinde in summa aurora reuertebāt in Ierusalem in templum, & prędicabat: & deinde reuertebatur in Bethaniam, ad hoc enim adiuuabat, qa Bethania erat iuxta Ierusalem. s. quindecim stadijs distans, quæ faciunt quasi leucam. Ioan. 11. c. Et ita sine magna difficultate poterat quotidie ire & reuerti: & hoc fecit vsque ad diem Iouis cęnæ: quia erat Pascha ipso die ad vesperum: & Pascha non licebat mādueari H in quolibet loco, sed solùm in locum sanctuarij. Deutero. 16. c. Ideo discipuli quęsierunt ab eo, vbi iuberet parari Pascha ad manducandum, & ipse iussit in ciuitate, in loco quodam, infra vigesimosexto, & Mar. 14. & quia per noctem manducabatur Pascha, non reuersus est illa nocte in Bethaniam: sed mansit in Ierosolymam, & ideo capi potuit conuenientius ipsa nocte, q̃ alijs. Et ista etiam fuit causa quare, quando Christus manducaturus fuit Pascha in Ierusalem, quæsierunt ab eo discipuli, vbi vellet sibi parari manducare Pascha, & ipse nominauit locum, scilicet, quia diebus omnibus pręcedentibus non fuerat Christus hospitatus in domo aliqua in Ierusalem. Nā si alicubi hospitatus esset ad manducandum per diem in istis quinque I diebus, ibi manducasset Pascha, neq; mutaret domū, cùm ipse dixerit discipulis, quòd postquam intrarent in domum aliquam ad hospitandum, non exirent de vagando de domo in domum: sed ibi manerent, quandiu in ciuitate, vel loco illo manendum esset. Luc. 9. & 10. c. ergo ipse nō mutaret hospitium ad celebrandum Pascha, neq; discipuli quærerent, vbi vellet sibi parari Pascha: sed quia nullam domum in omnibus istis diebus intrauerat in Ierusalem, ad sumendum cibum, neque ad dormiēdum per noctem, quęsierunt nunc, vbi vellet sibi parari Pascha. infra 26. & Mar. 14. cap. Et hoc significatur hic in litera: quia dicitur, quòd relictis illis, idest principibus sacerdotum, abijt foras extra ciuitatem: mane autem reuertens in ciuitatem esurijt. Marcus autem magis hoc expressit, q K posuit pluries iuisse, & redijsse Christum de Ierusalem in Bethaniam, & è contrario, scilicet, & introiuit Ierosolymam in templum, & circunspectis omnibus, cùm iam vespera esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim: & alia die cùm exiret a Bethania esurijt: Et sequitur: Et venerunt iterum Ierosolymam, & cū introisset in templum, cępit eijcere vendentes. Et postea dicitur: Et cum vespera esset facta, egrediebantur de ciuitate, & postea sequitur, et veniunt rursus Ierosolymam, & ita totum illud tempus, nihil aliud fuit, nisi ire & redire Christi, de Ierusalem in Bethaniam, & è contrario. Sed quem modum tenuerit Christus in diebus istis, Lucas magis aperuit: quia dr̄ Luc. 21. c.

Pascha mā ducabatur in sanctuario.

Erat

Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti: & omnis populus manicabat ad eum in templo audiendum: & istud dixit de illis diebus quinque, qui fuerunt inter diem in ramis palmarum, & Pascha. Quod patet, quia post ista verba, statim nullo interposito adiunxit Lucas: Appropinquabat autem dies azymorum, qui dicitur Pascha. Et dicitur, quòd erat diebus in templo docens, scilicet, magna parte cuiuslibet illorum dierum quinque, & postea diuertebat ad refectionem suam rediens in Bethaniam. Quod autem dicitur, quòd noctibus manebat in monte Oliueti, nõ est intelligendum, quòd dormiret in monte, idest, in agro extra domos: licèt hoc aliquando Christus egerit, dormiens in horto illo, in quo captus est, vt innuitur Ioannis decimooctauo capitulo, sed dormiebat in Bethania, vt Mattheus & Marcus innuunt: sed quia illa villa est in monte Oliueti, scilicet, in latere eius, manendo ibi dicebatur manere in monte Oliueti. Sic etiã dicit Beda: Cùm iam vespera esset hora, exijt cũ duodecim in Bethaniam: non enim hoc semel fecit, sed per omnes quinque dies, ex quo Ierosolymam ascenderat, vsque ad tempus passionis, hoc ipsum semper agere solebat, vt per diem in templo doceret: nocte verò exiens maneret in monte Oliueti.

Ad quid Christus veniebat quotidie in templum de Bethania ad prędicandum, cùm esset maximus labor. Quæstio XCIX.

QVAERETVR, ad quid veniebat quotidie Christus in templum de Bethania ad prædicandum: cùm tanti esset laboris quotidie hoc facere. Dicendum primò, quòd Christus hoc faciebat, quia commune erat ei in omni tempore similia facere: licèt enim non legamus eum in alio tempore manere in Bethania, & venire ad prædicandum quotidie in Ierusalem: tamen hoc erat commune, quòd in quocunque tempore, & quocunque loco esset, non manducabat panem ociosus, sed semper vacabat doctrinæ, & verbo: & hoc quia istud erat officium, ad quod venerat. Sic enim dixit Marc.1.& Luc.4. Eamus in proximas villas, & in proxima loca, vt ibi prædicem: ad hoc enim missus sum. Et in hoc tantum feruorem ostendebat, quòd sępe cùm cibo vacare vellet, venientibus de nouo turbis ad eum surgebat a mensa, & prędicabat illis, vt patet Mar.3. et aliquando cùm iam prærerijsset hora ciborum, & labore itineris fatigatus esset, offerentibus discipulis ei cibos manducare nolebat, expectans aliquos, quos ad se venturos sciebat: sicut patet Ioan. decimoquarto capitu. quando venerunt Samaritani ad eum ad fontem. Et intantum erat iste feruor magnus, quòd putabatur a discipulis interdum rationem excedere, & semel vocauerunt eum insanum: & exierunt tenere eum dicentes, quoniam in furorem versus est. Marc.3. capit. s. quando volente eo sedere ad mensam hora tarda, superuenerunt turbæ de nouo: & ipse recedens a mensa exijt ad turbas, vt prędicaret eis: & tunc exierũt discipuli tenere eum dicentes, quoniam in furorem versus est. Non ergo erat nunc admirandum, quòd istud faceret, cùm postquam prædicare cœpit semper fuerit ardens in isto opere. Secundò fuit specialiter, quia nunc Christus transiturus erat de hoc mundo per mortem: & quia multa sibi agenda manebant, tempus autem paucum erat, oportebat feruenter insistere huic operi, potius quam alijs temporibus: vnde apud Euangelistas plura leguntur dicta, & facta istis paucis diebus, scilicet, quinque, quàm in multis alijs diebus simul: & etiam in istis diebus faciebat opera singulariora, quàm alio tem-

Officium Christi ad quod [missus] fuerat.

No. feruorem Christi circa prędicationẽ & doctrinam in quo ... non ... episco[pi] qui in ... succe[ssores] eo loco.

A pore: sic innuitur Ioan. decimotertio. Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cùm dilexisset suos, qui in mundo erant, & in finem dilexit eos: & ita innuitur, quòd ea, quæ sequuntur ibi, scilicet, de lotione pedum, & de confectione corporis sui, & sanguinis non fecisset tunc, nisi quia tunc transiturus erat de mundo: & ita loquendo multa dicebat discipulis suis specialia, quæ prius non dixerat, vt patet Ioan. decimotertio, vsque ad decimooctauum cap. Tertiò fuit, quia nunc erat tempus paschale, & conuenerat maxima multitudo: & ideo erat cõuenientissimum tempus prędicandi. Nam ter in anno venire tenebatur omnis masculus de genere Israel in sanctuarium Domini. Exod. vigesimotertio, et trige-
B simoquarto. Et illud erat nunc in Ierusalem, scilicet, templum Salomonis: Et inter cętera festa pręcipuum erat festum azymorum, in quo plurimi veniebant: & istud festum erat nunc, vt patet Ioan. 12. capit. Et turba multa conuenerat, etiam si nondum esset festum, quia præoccupauerant venire, vt purificarent se ante festum, secundùm ritum legis, & puri possent manducare Pascha. Io.11. quia Pascha ab immundis manducari non poterat. Nume.9. capit. Sed differrebant illud ad sequentem mensem, & ita principes sacerdotum noluerunt introire in prætorium Pilati, ne contaminarentur, sed manducarent Pascha, Ioan. decimooctauo. Et ista turba multa exijt ei obuiam de Ierusalem cum ramis palmarum: Ioan. duodecimo cap. cir-
C ca hanc multitudinem frequentare verbum prædicationis conueniens erat, quia fortè multi ibi erant, qui nunquam prędicantem Christum audierant, & conueniens erat, nunc eos plenè informari, vt crederent: quia non erat eis amplius prædicaturus: etiam erant ibi aliqui gentiles, qui venerant ad adorãdum in templo, Ioan. 12. et illi volebant videre Christum, et audire. eo. cap. et propter istos expediebat frequentare sermonem. Quartò fuit, vt per frequentem prædicationem esset Christus notus toti genti Iudæorum, quæ venerat ad diem festum, & postea cũ occideretur, scirent quem occidebant. Nam cum post quinque dies occidẽdus esset, si hoc tempore se subtraheret turbis, vel saltem non se manifestaret eis, valde posset igno-
D rari ab illa multitudine, quæ conuenerat, & tunc non esset mirum, si suadentibus principibus sacerdotũ, peteret tota turba Iesum crucifigi: quia nescirẽt quis esset: nunc verò cùm tam frequenter, & quotidie prædicaret, tota turba eum notum habebat, quia dr̃ Luc. 21. capit. ꝙ erat diebus in templo docens, & noctibus manebat in monte Oliueti, & omnis populus manicabat ad eum audiendum. Et sic non deberẽt persuaderi a pontificibus ad petendum eum ad mortem, et si persuaderi voluerunt, apparet eos de magna culpa teneri. Quintò, vt manifestior sit Iudæorum iniquitas coram tota gente eorum: et etiam coram gẽtilibus. s. ꝙ talem virum sanctum occiderẽt, qui erat doctor veritatis, et tam feruenter instabat doctrinæ, et profectui
E populorum: erant enim multi Iudæorum, qui non cõsentiebant huic morti Christi. sic dicitur Luc.23. & omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculũ illud, & videbant quæ fiebant, percutiebant pectora sua & reuertebantur. Isti autem dolebant, quia videbant virum sanctissimum iniustè occidi: & hoc quia viderant opera eius, & doctrinam, & postea referrent in regionibus suis de ista tam iniqua morte, & sic fierent faciliores ad credendum resurrectionem eius, & recipiendum legem eius, quam ipsi per os eius prædicari audierant: ideo conueniens fuit, quòd valde instaret doctrinæ tempore illo. Etiam fiebat hoc propter gentiles: nam etiam multi gentiles conuenerant in Ierusalem, vt adorarent in die festo: Ioan.12.c.& illi audientes

Sed restat dubium q̃ cõtaminatio erat ita quã cõtrahebant principes sacerdotũ introeũdo in prætoriũ Pilati. vide 26.c.

dientes doctrinam illius, & postea videntes iniustam mortem annunciauerunt in populis suis: et ita fierent faciliores gentes ad credendum in Christum. Sextò fuit, ad ostendendum Iudæis, ꝙ non occidebant eum quasi nolentem, sed ꝙ ipse spōtè venerat ad mortem. Nam toto tempore præcedenti manebat cum eis in templo, publicè prædicans, & non audebant manum mittere ad eum. Nunc autem miserunt: ideo signum fuit, ꝙ prius non audebant, sed tunc ipse se tradidit cō cedens eis horam ad hoc: sic dr̄ Lu. 23. c. Quotidie fueram vobiscum in templo, & nō extendistis manus in me, sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Et tñ non potuisset nunc dicere Christus hęc, nisi omnibus istis diebus veniret ad prædicādum: ideo quotidie prędicauit illis quinque diebus vsque ad mortem.

Quare Christus in aurora reuertebatur de Bethania in templum. Quęstio C.

QVAERETVR, quare Christus in aurora reuertebatur. Dicendum, ꝙ primò faciebat ad ostendendum se solicitum laboratorem. Nam operator studiosus nullam partē diei sine opere relinquit: & tamen mane est melior pars diei: ideo in mane incipiebat: sic dicit Beda. Nota autem morā studiosi operatoris, dum dicitur, mane reuertisse in ciuitatē, vt prædicaret, & vt aliquos Deo patri lucrifaceret, & vocatur hic mane ipsum crepusculum matutinum ante solis ortum, statim vt ceciderunt tenebræ noctis. Sic dicit Hierony. Discussis autem noctis tenebris, cum dominus in ciuitatem reuerteretur, esurijt. Secundò fuit, qa ipse iturus erat in Ierusalem, & ibi prędicaturus, & distabat a Ierusalem per leucam. s. per quindecim stadia Io. 11. c. ideo, vt veniret tempore conuenienti ad prædicandum, incipiebat mane venire. Tertiò, quia illo tempore Christus iturus erat, quò popul⁹ vellet eum audire prompte: & tamen in aurora erat populus expectans eum ad audiendum: ergo mane venire debebat ad prædicādum: sic dicitur Luc. 21. Diebus erat in templo prædicans, & noctibus exiens morabatur in monte, qui dicitur Oliueti, & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum: vt igitur non expectaret superuacue eum populus, veniebat mane.
Quartò, quia cum Christus appropinquaret passioni, & ideo in qualibet prædicatione multa dicturus esset ad longam horam opus erat: nō posset autem facere nisi cito inciperet, quia populus non posset expectare vsque ad tardam horam diei, quia illud erat tēpus diuertēdi ad cibos, & ad alia: ideo veniebat summo mane, vt sic diu eum posset audire populus, & nō attediaretur. Quintò etiam conueniebat ipsi Christo: nā non habebat hospitium in Ierusalem ad manendum, neq; ad sumendum cibos, sed quotidie post prædicationē reuersurus erat in Bethaniam ad refectionem: ideo oportebat, vt cito inciperet prædicationē: quia aliàs tarda hora esset, quando finiret, & tardior multum quando rediret in Bethaniam ad refectionem: & licèt Christus in seipso satis toleraret, tamē discipuli sui, qui adhuc infirmi erant: grauarentur nimium, & debilitarentur ex hoc: Christus autē nolebat contristare eos, ideo veniebat summo mane, vt redire posset hora competenti: sic enim quadam vice valde indignati sunt contra Christum: quia cùm esset tarda hora, & ille sedere vellet ad mensam, superuenientibus turbis ad eum, exijt ad illas, & tunc discipuli exierunt tenere eum, ne exiret, dicentes: Quoniam in furorem versus est.

F *An ista fames fuerit vera, vel non. Quæstio C I.*

QVAERETVR, cùm dicatur hic, quòd mane reuertens, esurijt, an ista fames fuerit vera, vel nō. Dicendum, quòd fames, si non est vera non est fames: & tamen Matthæus, & Marcus dicunt, quòd Christus esurijt: ideo asserendum est, quòd fuerit vera fames. Secundò, quia in Christo ponimus quotidie fuisse veram famem: ergo & tunc conueniens est fuisse famē veram, est enim fames appetitus cibi, sed in Christo quotidie erat iste appetitus, cum quotidie vteretur cibis: & tamen sumere cibum non est, nisi propter appetitum, & indigentiam eius, ergo quotidie famem patiebatur.
G Tertiò patet, quia in Christo erat ista passio famis, & sitis sicut in nobis: accepit enim Christus passiones nostras, & defectus, qui non dicunt peccatum, neque ad peccatum mouent, neque ipsum indiuiduū reddunt minus laudabile, scilicet illas, quæ ostendunt veritatem naturæ humanæ, & sunt communes omnibus, vt famem, sitim, soporem, pati a frigore, a calore, & a duris, et cæteris, quæ sunt secundum tactum: peccatum autem & ignorātiam, et passiones affectionis, secundùm quas tentari dicimur, vt libido & similes non accepit: non est āt aliqua magis ostendens veritatem humanæ naturæ, quam fames, quæ est ad conseruationem indiuidui, ergo istam suscepit: si enim non pateretur famem, non vteretur cibo: quia esset superuacuum, & si cibo non vteretur, nemo eum hominē
H putaret, sed phantasticum habere corpus, cùm & nūc cibis vtentem & agentem, quæ cæteri homines agūt, dixerint quidam hęretici non habuisse verum corpus humanum: ergo & nunc veram famem habuit.

Chri[...] cepit p[...] siones [...] stras [...] ter pecca- tum.

An ista fames fuerit naturalis, vel supernaturalis. Quæstio C I I.

QVAERETVR, dato quòd fuerit ista fames vera, an fuit naturalis, idest, ex naturali causa proueniens, vel supernaturalis fuerit, idest, proueniens ex causa voluntaria. Aliqui dicunt, quòd fuit naturalis: nam sicut in Christo quotidie erat vera fames, ita &
I erat naturalis, idest, proueniens ex defectu quodam nutrimenti conuertibilis ad restaurationem deperditi per cōtinuam actionem caloris. Ideo videtur, quòd non debet poni supernaturalis: nam nunquam est ponenda pluralitas, neque miraculum sine necessitate: ergo vbi potest aliquid sine miraculo poni, non debet dici, quòd fuit miraculum, sed in Christo poterat esse fames naturalis, cùm in eo quotidie esset naturalis fames: ego non debet poni, ꝙ fuerit ista supernaturalis.
Dicendum, quòd sicut fames quædam est naturalis, idest, proueniens ex defectu cibi cōuertibilis ad restaurationem deperditi: ita & quædam est supernaturalis, idest, proueniēs ex causa voluntaria: potest enim
K Deus appetitum cibi causare, vbi nullus defectus est, sed repletio. In præsenti autem, licèt posset quis ponere in Christo famem naturalem, cum soleret eam pati: tamen tunc non erat verisimile, quòd esset naturalis: quia nocte p̄cedenti comederat sumendo refectionem necessariam: ideo non est verisimile, quòd ante solis ortum esuriret. Nam in crepusculo matutino, vt dictum est supra veniebat de Bethania in Ierusalem. Sed dicendum, quòd istam famem voluit nunc Christus in seipso causare ad significationem rerum: nam volebat ire ad ficulneam, vt nihil inueniendo in ea malediceret eam: & tamen cibum quærere non debebat, nisi esuriret: ideo voluit in seipso famem causare præter cursum naturæ: ideo non erat naturalis.

In quæst. 101.

naturalis. Et patet, quia si esset fames naturalis, & iret A Christus ad ficulneam: ideo diceretur illuc iuisse, quia esuriebat, & non ob aliam causam. Et tunc falsum est, quia etiam si esuriret naturaliter, non iret tali hora ad capiendum cibum, sed sustineret cibum: quia inhoneſtum erat tali hora manducare: cum dicatur Ecclesiastes 10.c. væ tibi terra, cuius rex est puer, & principes eius mane comedunt. Christus autem erat omnis virtutis exemplar: ideo non comederet tali tempore. ideo dicendum est, quòd non fuit naturalis fames, sed a Deo supernaturaliter causata propter significationem.

Ad quid in Christo fuit fames ista supernaturalis.

Quæst. CIII.

QVAERETVR, ad quid in Christo fuit fames. Nam videtur, quòd nullo modo erat necessaria ista fames supernaturaliter: quia aut ista fames esset necessaria ad hoc, quòd secundùm eam comederet: aut ad hoc, quòd discipulis se appetere cibos ostenderet: Non autem ad primum, quia Christus non comedit tunc quidquam: neque ibat animo comedendi. Nam si hoc animo iret, ipse pararet sibimet quid comederet: Non etiam quantum ad secundum, quia siue verè Christus in se haberet passionem famis siue non: discipuli non poterant scire, quia ista est passio interior, quam nemo agnoscit, nisi qui patitur: ideo siue C famem pateretur, siue non, quando ibat ad ficulneã, non cognoscerent hoc discipuli: & ita superuacuum videbatur famem supernaturalem causare in eo. Dici poterat, quòd in Christo nulla fames tũc fuit, sed ibat ad ficulneam vt q̃reret in ea ficus, quasi famẽ patiens, nisi Euangelistæ dicerẽt, ꝙ esuriit, & q̃a illi asserũt, ꝙ esuriit, oportet concedi, ꝙ vere esuriit. Et quia nõ erat verisimile, ꝙ esset fames naturaliter proueniens, est dicendum, quòd fuerit fames supernaturalis. Sed tũc dicetur, dato quòd oporteat hoc cõcedere, quia Euãgelistæ illud posuerunt, & ipsi non scripserunt, nisi q̃a fuit. Quare fuit: quia nulla neccessitas videtur ponẽdi istam famem, vt dictum est.

Dicendum videtur quibusdam, quòd fuit ad signi D ficationem. Nam Christus verè famem patiebatur, idest desiderium spiritualis salutis Iudęorum, & bonorum operum, & ad significandum illam voluit in se pati veram famem. Sed dicendum, quòd istud nõ est necessarium, quia ad significandum aliquid oportet signum esse notum eis, quibus aliquid volumus significare: quia aliàs nihil magis notum erit signũ, quàm res significata, & consequenter erit inutile ponere aliquid tanquam signum: & tamen fames cùm sit passio interior, quæ non poterat esse nota discipulis, qui illam non videbant non poterat esse conueniẽs signum: ideo non ponitur illa, vt signum, sed exteriora, quę a fame prouenire videñtur, scilicet ire ad quęrendum cibum, poterant esse conuenienter signũ, E & tamen ista poterat Christus habere sine aliqua fame supernaturaliter indita, vel causata, quòd iret ad ficulneam, velut cibos quæsiturus: ergo non erat fames necessaria. Dicendum ergo, quòd fames videtur fuisse necessaria solùm ad verificandum scripturã, quæ de hoc fieret. Volebat enim Deus, quòd istud factum Christi euntis ad ficulneam, & maledicentis eam scriberetur, et quia si scriberetur, ꝙ Christus ibat ad quærendum cibos, oportebat causam apponi: quia nihil ille sine causa legitima faciebat, et tamen cibi nõ sunt nisi ad famem tollendam, ideo debuerunt exprimere, quòd esuriit: sed hoc non poterat esse verum nisi fames supernaturalis causaretur in eo, ideo dicendũ, quòd illa causata est, vt euãgelistæ possent vera scribere. Alij dicunt, quòd in Christo non fuit tunc fames vera, & ideo neque naturalis, neque supernaturaliter. Et ita non oportet responderi ad dubium: sed concedetur, quòd sicut non fuit necessaria fames, ita neque vere fuit in eo: sed Euangeliste dicunt famem fuisse in Christo, vel ꝙ esuriit, non ꝙ ita fuerit, sed quòd ita discipuli putauerunt: cùm enim viderunt eum cibos quærere, crediderunt, ꝙ esuriebat, sed sciebant Euãgelistę, quando scripserunt, ꝙ Christus non esurierat, sed opinionem, quam tunc habuerunt discipuli, scribunt: sicut & circa sequentia manifestum est, qñ dicitur, ꝙ iuit ad quęrendum ficus, & non inuenit, vt dicitur hic, & Mar. 11. quòd non ibat ad quęrendum, q̃a B ipse sciebat, ꝙ ficus non erant in ficulnea, sed Apostoli, putabant, ꝙ ibat ad quærendum, ideo sic scripserũt Euangelistæ. Sic dicit Chrys. s. Cùm venisset ad ficulneam, nihil inuenit in ea pręter folia: manifestũ est, ꝙ hoc secundùm suspitionem discipulorum dicitur, qui æstimabant propter hoc Christum ad ficulneam accessisse, & propter hoc ab eo ficulneam maledictã, quia fructum non inuenit in ea. Ista positio satis verisimilis est. Sed quia communius tenetur, quòd verè esurierit, & Chryso. dicit ꝙ ex dispensatione Christus concessit carni suę hanc famem, tenendum est ꝙ verè esurierit, vt dictum est, supra, & fuerit fames ista supernaturalis, vt dictum est pręceden. quæst. In q. 102

Quare dicitur, quòd mane reuertens esuriit.
Quæst. CIIII.

QVAERETVR, quare dr̃, ꝙ mane reuertẽs esuriit. Dicendum, ꝙ ita fuit in veritate, quòd in aurora, qñ veniebat de Bethania in Ierusalem esuriit: iõ Euangelistæ sic scripserunt, quia sic fuit. Sed dicetur, quare voluit Christus potius isto tempore esurire, q̃ alio. Nam cùm fames ista esset supernaturalis, vt dictum fuit, sup. & ideo erat voluntaria, poterat quãdocunque vellet illam habere siue mane, siue meridie. Dicendũ, quòd fuit primò ad ostendendũ, quòd ista fames non esset ei naturalis. Nam si esset, qñ Christus de Ierusalem rediret in Bethania facto sermone: quia esset iam magna pars diei lapsa, & fortè circa meridiem: & tunc naturaliter famem pati posset, immo pati verisimile esset, & ideo si diceretur, quòd eo tẽpore esurierit, intelligeret, quòd naturalis ęrat fames: sed hoc non erat conueniens. Primò quia putaretur, ꝙ ita fames esset appetitus corporalis cibi, & nõ esset significatiua alicuius rei, sicut fames nostra nihil significat, sed solùm est desiderium cibi: sed de tali fame nihil in scriptura dicendum erat: quia in illa non describuntur nisi ea, quæ important aliquod mysterium: ideo debuit esse in mane tali tempore, in quo nemo verisimiliter putaret, quòd Christus aut aliquis alius esuriret, & ideo Euangelistæ cautissimè egerunt: quia non solùm dixerunt Christum esuriisse: sed etiam tempus descripserunt, scilicet, quòd mane esuriisset, vt ex tempore argui posset qualis erat ista fames. Sic & beatus Petrus arguit ex tempore de locutione Apostolorum per varia idiomata infuso subito Spiritusancto. Nam Iudæi ista videntes dixerunt irridendo, musto pleni sunt isti, & ille ait: non enim sicut vos æstimatis ebrij sunt isti omnes, cùm sit hora dici tertia: sed hoc est quod dictum est per Iohel Prophetam. A fortiori, ergo cùm esset nunc ante solis ortum, quando Christus dicitur esuriisse, apparet, quòd non erat fames naturalis.

Secundo, vt non attribueretur ei defectus ignorantiæ: nam cum esuriit, iuit ad ficulneam, in qua nihil inuenit nisi folia. Si autem esset hora tar-

da in qua naturaliter esurire crederetur: putaretur quòd ideo iuisset ad ficulneam, vt ficus inueniret, & manducaret, & tamen non inuenit: ideo appareret, ꝙ ipse nesciebat omnia, quod falsum est, cùm omnia verè sciret. Dato autem, quòd non esset fames naturalis, sed supernaturalis ad aliquid signandum, appareret quòd non iret ad ficulneam, vt comederet ficus, sed ad aliquid aliud, ideo etiam si non inueniret ficus, non imputaretur ei ad ignorantiam. Tertiò vt non ascriberetur ei crudelitas, siue immoderata & irrationabilis indignatio. Nam si putaretur esse fames naturalis, & Christum iuisse ad ficulneam, vt ficus inueniret: crederetur, quòd frustratus spe sua ex nimia indignatione maledixerit ficulneę, quod erat irrationabile valde: ideo vt videatur, quòd non ex indignatione maledixerit, sed ex aliqua necessitate significationis, debuerit apparere, quòd illa fames non esset naturalis, sed ad significationem, & ad hoc fuit cōueniens quòd esset in tali tempore, in quo nemo præsumeret verisimiliter, quòd esuriret Christus naturaliter, & ista est vera causa, quare tali hora fuit, & quare Euangelistæ horam specialiter exprimere voluerunt, quasi necessaria esset ista expressio ad intentionē facti istius, & causam eius: quia aliàs non annotarent tempus, cū multas partes rerum gestarum sępe omittant, & nihil exprimant, nisi quod necessariū est ad id de quo agit.

Quomodo dicitur videns arborem fici vnam secus viam, cum Marcus dicat à longe.
Quæst. CV.

QVAERETVR, quòmodo stat, quia hic dicitur quòd videns arborem fici vnam secus viā, idest iuxta viam. Nam Mar. cōtrarium dicere videtur, scilicet, cunque vidisset à longe ficum habētem folia: nō ergo erat iuxta viam. Dici potest vno modo, quòd non discordant: nam ficulnea erat iuxta viam, idest circa transitum, & ideo Matt. dixit quòd erat iuxta viam: erat tamen longè a loco, ex quo eam vidit Christus, & incepit ire ad eam. Et hoc vult Mar. nam cum dicat a longe, significat terminum a quo, scilicet, ꝙ a loco, in quo tunc Christus erat, quādo vidit ficulneā, erat illa longe, sed non a via. Sed aliter dicendum, & melius, quòd vterque Euangelista loquitur de distantia ficulneæ a via: & tamen longè, & propè nō dicunt aliquam certam distantiam mēsuratam, ideo aliquid est, quod secundùm quosdam vocatur longe, & secūdū alios vocatur prope, vel iuxta, respiciēdo vel aliud, & aliud: in veritate autem sic erat, ꝙ ficulnea illa nō erat secus viam, idest contigua vię, aut duobus, vel tribus passibus distans a via, sed erat aliquantulū distans, & fortè vno aut duobus iactibus lapidis: hoc autem poterat vocari procul: quia non erat coniuncta ficulnea viæ, & ita Mar. accepit, quòd vidit ficulneam a lōgè, & tamen non tantum distabat ista ficulnea a via, quòd oporteret ire per aliud iter, quàm per iter de Bethania in Ierusalem ad accedendum ad ficulneā: ideo poterat dici esse iuxta viam: & iste sensus est conueniens. Nam præcedens non conuenit veritati. Primò quia si ficulnea esset iuxta a viam, idest contigua ei: & diceretur Iesus vidisse eam à longe, quia existens in via longe a loco, in quo erat ficulnea, cępisset eam videre, non diceretur, quòd venit ad eam, & tamen dicitur, quòd videns eam a longe venit ad eam, in quo significatur, quòd a longe cępit Christus ire ad illam: quod non est verum: quia si illa iuxta viam esset, etiā si Christus cœpisset eam videre longe ab ea existens, non inciperet ire ad illam ex loco ipso, quia per viam iret semper vsque ad locum, in quo illa erat iuxta viā, & tunc diuerteret à via: quia quandiu per viam ibat in

F Ierusalem, & non ad ficulneam. In eo autem paruo
spacio, quo ab itinere declinaret, diceretur ire ad ficul
neam. Et ita nō iret ad illā de longe, sed de prope, & ta
men Marc. innuit, quòd à longe iuit ad eam: cum di-
cat, quòd cum vidisset à longe ficum habentem folia
venit, scilicet ad eam. Secundò patet, quia quandiu
per viam directe veniebat, etiam si ficulneam iam vi-
disset, veniebat cum discipulis: quando autem diuer-
tit à via, tunc non venit cum illis, & tamen illi non di-
cuntur venisse ad ficulneam, sed solus Christus: ergo
quandiu per viam veniebat, non dicebatur venire ad
ficulneam, sed solus Christus: ergo quandiu per viā
veniebat non dicebatur venire ad ficulneam, & tamē
à longe venit ad eam, vt dicit Mar. ergo longe distabat
G ficulnea à via. Tertiò patet, & efficacius, quia Chri-
stus venit ad ficulneam, quę non habebat fructus in-
quantum Deus erat, & tamen venit ad illam taliter, ꝙ
cogitare posset quòd haberet fructus, & tamen si esset
ficulnea iuxta viam idest contigua viæ, non oportebat
declinare ad eam: quia ipse in via existens cum discipu
lis videre posset, quòd non haberet ficus, & ita non
declinaret, & tamen declinauit ad eam, ergo distabat
à via. Patet hoc, quia dicitur Mar. 11. cap. Cùm vidis-
set ficum à longe habentem folia, venit siquid fortè
inueniret in ea: ergo dubitari poterat de illa, an habe-
ret fructus de loco, de quo ad eam cępit Christus ve-
nire, & ita erat longè à via.

Quare Christus iuit ad ficulneam, quę aliquantulum distabat
H *a via. Quęst. CVI.*

SED quęretur, quare Christus iuit ad ficulneam,
quæ aliquantulum distabat a via. Aliquis dicet, ꝙ
hoc fuit, quia accidit sic, quòd illa ficulnea esset ali-
quantulum distans a via. Sed dicendum, quòd non
est ista causa: quia dato quòd aliqua ficulnea esset iux-
ta viam contigua illi, non iuisset Christus ad eam, sed
ad illam, quæ aliquantulum distaret, & ita ex intentio
ne factum est, quòd iret ad ficulneam aliquantulum
distantem. Ratio autem huius est, quia omnes actus
Christi erant ordinatissimi: ideo non debebat appare
re in eis aliquid superuacuum, quia hoc repugnat pru
I dentiæ, & ordini. Si autem esset ficulnea iuxta viā con
tigua ei, non diuerteret Christus ad illā quousq; esset
iuxta illā, & tunc anteq̄ diuerteret, poterat ex via co-
gnoscere, ꝙ non erant fructus in ea, & ita non declina
ret ad eam, quia sine cā declinaret, cùm ex visu ipse. et
discipuli certificati essent non esse ibi fructus. Et si nō
declinaret, non malediceret eā: quia nulla causa esset
ad hoc, & ita nihil faceret de illa, quod erat cōtra intē
tionem Christi, qui volebat maledicere eam ad signi
ficandum aliquid: ideo debuit esse a lōge, vt præstaret
causam dubitationis. Et sciendum, ꝙ iste actus Chri-
sti fuit sapienter moderatus, ita vt aliqua causa esset fa-
ciēdi. Et rursus appareret factum hoc non ex naturali
indigentia, sed ex intentione significandi aliqd. Pro-
K pter primū fuit ficus illa aliquantulum longè à via, vt
qn̄ prima facie videretur, posset qlibet dubitar̄, an fic⁹
haberet illa ficulnea, & ꝙ Christus illuc ibat ad q̄ren-
dum ficus, & istud tūc Apostoli crediderunt de Chri-
sto, s. ꝙ ipse putabat ficus esset in ficulnea, & quòd ad
comedendū de illis ibat. Sic dr̄ Mar. 11. c. s. Cunque vi
disset a lōge ficū habentē folia, venit siquid fortè inue
niret in ea. Propter s̄m dr̄, ꝙ mane esuriit, & iuit ad fi-
culneā, in quo apparere poterat diligentius cōsideran
ti, ꝙ nō ibat ad comedendum ficus. Etiā dr̄ Mar. 11. &
cū venisset ad eam, nihil inuenit pręter folia. Non. n.
erat tempus ficorum, & tn̄ certum est, ꝙ cum Chri-
stus esset vir prudens, etiam si esset solùm vir, non iret
ad quærendum ficus, quando non erat tempus ficuū.
Secun-

Secundò fuit propter maledictionē ficulneæ. Nam A cum Christus inuenit, quòd nihil haberet, maledixit illam. Et prima facie videtur, quòd quasi hoc fecerit, quia frustra loborauerat, veniendo ad eam à longe, & tamen frustratus erat spe sua. Si autem esset iuxta viam, quasi nihil declinaret accedendo ad illā, ideo ēt si illam sine fructu inueniret, non videretur habere motiuum prima facie ad maledicendum eam. Debuit ergo esse aliqualiter longe à via. Tertiò fuit, vt congruat significationi: quia sicut Christus laborauerat declinando ad ficulneam à longe, & quia fructum non habebat, maledixit eam: ita laborauit Christus sæpe vt Iudæos ad veritatem reduceret, & rectam fidem, & operationem: sicut ipse dixit infra 23. Ierusalem quotiens volui congregare filios tuos, sicut cogre B gat gallina pullos sub alas suas, & noluisti? Ideo cum post tot labores nullos fructus boni operis in eis inueniret, rectè, & iustissimè eis maledixit. Quartò fuit ad designandum statum eorum. Nam sicut ficulnea longe erat à via: ita, & Pontifices; scribæ, & Pharisęi longe erant a via veritatis, & regno Dei, ad quod nūquam peruenerunt: sed potius ablatum est ab eis quātum ad id, quod habere videbantnr: debuit ergo esse ficulnea longe à via.

Quare dicitur: Et videns arborem fici vnam. Quæst. CVII.

QVAERETVR, quare dicitur, & videns arbo- C rem fici vnam. Aliqui dicunt, quòd ideo dicitur, quia sic erat veritas, quòd erat vna arbor ad quā Christus iuit. Dicendum, quòd hoc non sufficit pro causa. Nam tunc omnia, quæ vera sunt in rebus gestis quas narrandas assumunt, narrarent, quod falsum est cùm multa omittant.

Sed dicendum, quòd cum Euangelistæ, & tota sacra scriptura sit artificiosè tradita, nihil in ea exprimitur, nisi quod causam habebat, scilicet quòd eo non expresso, vel adimeret aliquid integritati rei, vel ignoraretur causa. Et ideo dicendum, quòd ista ficulnea vocatur vna, idest sola vel vnica, quia sola erat: & ex intentione factum est, quia si multæ ficulneæ essent simul, non Christus iret ad illas. Et ratio prima est, qa D si multæ essent, & quæreret Christus fructum in vna quæreret ēt in omnibus aliis: quia non erat maior causa de vna quàm de alia, & tunc quia in nulla inueniret fructum malediceret omnes, & hoc esset magnū damnum. s. quòd multas arbores arefaceret; ideo noluit ire nisi ad locum, vbi erat vna sola. Nam si ad locum vbi multæ simul essent, iret, non esset causa quare malediceret vni, & non alteri, & si non malediceret nisi vni, videretur iuisse specialiter cum intētione maledicendi illi, etiam sine causa, & tn̄ non conuenit hoc ꝓposito: quia ideo ficulnea maledicta esse ostenditur, quia sine fructu erat: ergo debuit eligere locum, vbi vnica esset ficulnea. Secunda ratio fuit, quia ita conueniebat significationi. Nam Christus voluit ostēdere solam synagogam sine fructu esse quamuis circa E eam Christus laborasset, & ideo solam maledicendā: gentes verò & si sine fructu erāt, hoc nō erat qa nemo eos conduxerat: erāt tamen aliqn̄ fructum habituræ, & ideo sola synagoga maledicenda erat quantum ad principes suos, qui fructum non habebat: gētes autem habituræ erant fructum, vt dicitur infra in litera: Auferetur à vobis regnum cęlorum, & dabitur genti facienti iustitiam eius: Synagoga ergo, quæ erat quasi vna ficulnea respectu plenitudinis omnium gētium, maledicenda fuit, & non multæ ficulneę simul, & ita elegit Christus, vt iret ad ficulneam, quæ sola esset.

Synagoga nō hēbat fructum.

Quare Christus venit ad ficulneam, cum sciret non habere fructum. Quæst. CVIII.

QVAERETVR, quare Christus venit ad ficulneam: nam non habebat illa fructum, & ipse sciebat, quòd non habebat fructum. Dici potest vno modo, quòd quantum ad id, quod discipulis videbatur, ibat ad quærendum ficus in ficulnea, & dato ꝙ sciret, non esse in ea ficus, quia omnia sciebat in quantum Deus, & fortassis in quātum homo scire poterat, tamen prima facie putari poterat, quòd essent in ea ficus, & ad querendum illas iret. Sic dicitur Mar. 11. Cum vidisset à longe ficum habentem folia, venit siquid forte inueniret in ea. Secundò proper causam literalem: nam Christus volebat maledicere illi ficulneæ ad aliquid significādum, & tn̄ non erat aliquis color ad maledicendum ei, si non iret ad eam: ideo debuit ire. Nam quando iuit, & non inuenit fructum, innuitur, quòd quasi indignatus pro labore, quem sustinuerat eundo ad illam, & non inuenerat fructum: si autem non iret non staret ista causa maledicendi. Secundò quia si, non eundo ad illam, maledicebat illi, quia fructum non habebat: eadem ratione maledicere debebat omnes ficulneas, quæ erant in tota regione illa, quia nulla habebat fructum tunc: cum autem iuit ad istam, & non ad alias apparuit aliqua causa, quare malediceret isti, non aliis. Tertiò fuit propter conuenientiā significationis, scilicet, ꝙ sicut venit Christus ad istam ficulneam, vt ficus inueniret, & frustratus est spe sua, & labor fuit inutilis, quem passus est pro illa veniendo ad eam: ita circa synagogam Christ⁹ multum laborauerat prædicans, & languores sanans, & multa miracula faciens, & pro isto labore quo ad eam venit cum de gente Iudęorum natus sit, & ad illos venit, vt eos qui sub lege erant redimeret. ad Gala. 4. & principes Synagogæ, & generaliter Iudęi parū tunc profecerunt, nolendo Christum recipere. Io. 1. In propria venit & sui eum non receperunt. Et ideo maledicti fuerunt, & excæcati, & tamen non maledixisset eos iustè nisi venisset ad eos, & fecisset tanta opera, & cum tanta solicitudine circa illos. Io. 15. Si non venissem, & non fecissem opera in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: ergo venire debuit, & ita etiam ad ficulneam venire debuit, vt concordaret huic significatæ rei ipsum signum. Cum autem dicitur, quod non oportebat ire ad ficulneam, quia Christus sciebat, quòd non habebat ficus. Dici potest vno modo sicut supra, quòd licèt Christus sciret, tamen prima facie poterat dubitari apud aliquos an ficus essent in ea, & ita discipuli putauerunt. Secūdò quia iste est motus, quem Deus habet erga nos. Nam ipse nouit qui profecturus est ex verbo suo, & quis non, & tamen circa omnes iubet doctrinę verbū exerceri: & etiam ipse nouerat, quòd Iudæi principes sacerdotum, scribæ, & Pharisęi non erant profecturi per eius prædicationem, sed potius deteriorarentur, et tamen laborabat circa eos iuxta vires. Conueniens erat ergo ire ad ficulneam, licèt sciret non esse ficus in ea.

Quomodo dicitur, quòd non inuenit Christus in ficulnea nisi folia. Quæst. CIX.

QVAERETVR, quomodo dicitur, quòd non inuenit Christus in ea, idest in ficulnea nisi folia: ex quo innuitur, quòd quęrebat, et ita putabat, ꝙ aliquid in ea esset, vel dubitabat. Nam si certus esset, ꝙ non erat in ea ficus, qn̄ accederet ad eam, nō diceretur nō inuenire, qa inuenire, vel non inuenire est ad quęrentem: sed non quęrit qui de re certus est.

Dicendum vno modo, quòd Christus dicebatur nihil inuenisse, non quasi aliquid quæreret: quia non quærebat cum certus esset, sed similis quærenti erat, scilicet, quia videbatur quærere, cùm iret ad ficulneam. Nam cùm verè in ficulnea nihil esset: si Christus ostenderet se quasi scientem prima facie nō iuisset illuc, & tamen iuit: ideo ostendit se quasi quærentem, & tunc cum ad quærentem pertineat inuenire, vel non inuenire: dicetur Christus non inuenisse aliquid in ficulnea. Secundò dicitur, hoc non quantum ad veritatem, scilicet, quòd Christus non quærebat verè aliquid, sed quantum ad opinionem discipulorum, coram quibus ista fiebant: quia ipsi putabant, quòd Christus iret ad ficulneam quærens ficus, quasi putaret ficus esse ibi, vel de hoc dubitaret, & postea non inuenerit. Sic dicit Chrys. Hoc autem suspitionem dicitur discipulorum, qui æstimabant propter hoc Christum ad ficulneam accessisse. Et propter hoc ficulneā ipsam maledictam esse, ꝙ in ea fructū non inuenit.

Quare dicitur, quòd non inuenit Christus in ficulnea nisi folia tantum, & Mar. 11. dicitur, & nihil inuenit preter folia. Quæst. CX.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd non inuenit præter folia. Dicendum, quòd hoc expresserunt Euangelistæ, quia valde conueniens erat ad id, de quo dicitur. Primò ad ostendendum actum Christi verisimilem. Nam dicitur, quòd iuit ad ficulneam, siquid in ea inueniret: ergo oportebat, ꝙ aliqua verisimilitudo esset, per quam aliquis posset moueri ad eundum ad ficulneam. Si autem sicut non habebat ficus, ita & esset tempus, in quo neque folia haberet, stultum esset ire ad quærendum fructum: quia quando nondum sunt folia non possunt esse fructus. vt ergo ostendatur, ꝙ licèt non essent fructus in ea: erant tamen motiua aliqua, per quæ posset putari, ꝙ erunt ibi fructus, dicitur, quòd erant folia ibi, quia folia possunt arguere verisimiliter esse fructus. Secundò fuit, vt conueniat significationi: quia hoc intelligitur de Pontificibus, scribis, & Phariseis, qui nullum fructum bonorum operum habebant, sed solum folia apparentis sanctitatis, cùm totum opus eorum consisteret in exterioribus mundiciis, & cęremoniis, vt dicitur sup. 15. & Marc. 7. cap. & per hæc folia fallebant homines quasi haberent fructus boni operis, quos non habebant: ideo meruerunt sicut ficulnea maledici, vt non deciperent de cętero gentem. Et hoc est, quòd ablatū est ab eis regnum cęlorū, sicut dicitur infrà in litera.

Quomodo dicitur Marc. 11. quòd non erat tempus ficorum: quia tunc actus Christi eßet irrationalis totaliter. Quæst. CXI.

QVAERETVR, quomodo dicitur Marc. 11. quòd non enim erat tempus ficorum: nam per hoc videtur ostendi totus actus Christi irrationabilis. Nam si non erat tempus ficuum, stultum erat, ficus in arbore quærere.

Dicendum, quòd, vt dictum est supra, actus iste Christi euntis ad ficulneam fuit temperatus prudenter: ita vt non totaliter ostenderetur esse ad significandum, & nihil haberet de verisimilitudine literali, neque etiam tantum fuit verisimilis secūdùm literam, quòd tolleret significationem, & ob hoc quædam ponuntur, quæ ostendunt factum esse ad significandum. Alia verò, quæ ostendunt verisimilitudinem eius ad literam, quasi aliquis potuisset verisimiliter moueri ad eundum ad ficulneam. De primo positum est, quòd iuit Christus mane ad ficulneam, &

F mane esurierit, s. ante occasum solis, in quo tempore non erat verisimile, quòd esuriret naturaliter, neque si esuriret manducare vellet, sed potius propter honestatem vellet sustinere famem. etiam dicitur istud, scilicet, quòd non erat tempus ficorum: & hoc Christus esse voluit, vt quando quis diligenter consideraret, inueniret, quòd ipse non fecerat quasi esuriens, sed aliquid significare intendens. De secundo patet, quia posuit, quòd ficulnea haberet folia, ex quo poterat argui, vel saltem dubitari, quòd essent in ea ficus, etiam iuit ad eam, & videbatur ire animo quærendi. Sic enim prima facie putauerunt discipuli, & ideo Christus dicitur Marc. vndecimo cap. quòd iuit ad ficulneam habentem folia, siquid fortè in ea inue-

G niret, & ita conueniens fuit dici, quòd non erat tempus ficorum, vt licèt prima facie consideranti putaretur, ꝙ Christus iuerat ad quærendum ficus quasi esuriens, postea diligentius respicienti appareret, quòd non fecerat propter hoc, sed ad aliquam significationem. Cùm autem dicitur, ꝙ hoc ita apertum est, ꝙ nulla verisimilitudo relinquitur in actu, cùm dicatur, quòd non erat tempus ficorum.

Dicendum, quòd adhuc verisimilitudo erat aliqua, ꝙ possent esse ficus in ficulnea. Primò, quia licèt nondum esset tempus ficorum: tamē erat ita propinquū, quòd ille, qui non cogitaret, poterat verisimiliter aut saltem prima facie dubitare, an essent ficus in ficulnea. Sed dicet aliquis, quòd non potest stare, quia

H hoc erat circa finem Martij. Nam erat ad festum Paschæ Iudęorum, scilicet die lunę in Ramispalmarum. Nam Dominica in ramispalmarum venit Christus in Ierusalem, & rediit ipsa die in Bethaniam, sequenti autem die, cùm rediret mane in Ierusalem esuriit, & factum est hoc, vt colligitur ex præcedentibus, & tamen in illo anno, scilicet in quo Christus passus est, fuit prima dies azymorum, idest dies Veneris, in quo Christus mortuus est die tertia Aprilis, vt approbauimus in libro nostro Defensorio trium conclusionū. Ergo dies lunæ in ramispalmarum illo anno erat dies tricesima Martij: & tali tempore non possunt esse ficus, neque vnquam esse solent.

Die 3. Aprilis Christi morte obiit contra cōem op. Sanctorū. Vide pbationē i defensorio vbi multa notatu digna reperies.

Dicendum, quòd non tenet ratio arguendo ex re-

I gione nostra, quæ est frigida, & in quinto climate constituta, cùm terra Chanaan, in qua Christus erat, sit valde calida, vtpote in tertio climate pro magna parte constituta, & in illa regione sunt fructus multum temporanei, & ita in fine Martij aut principio Aprilis possunt illi habere fructus, quos nos habeamus in principio Iulij, & ita aliqua causa poterat esse verisimilis. Secundo erat verisimilitudo ex eo quod dicitur, q' erant folia. habebat .n. ficus illa folia, & ita nondum esset plenum tēpus ficuum, tñ poterat cogitari, ꝙ esset prima facie, ex eo ꝙ folia iam erant argumentū fructus. Tertio quia ēt si nondum esset tps ficuum, poterat quis non aduertendo circa illud ire ad quęrendū ficus in arbore, sicut interdū aliquid est, qđ

In Martio in tota terra Chanaā communiter fructus apparent ex toto pentateucho, & Iosue.

K nos scimus: ex quo necessario sequitur aliud, & tñ cognito primo non cognoscimus sm in actu, eo ꝙ circa illud non cogitamus: sicut facit qui cognoscit vniuersale, sub quo particulare necessario concluditur, & cognito vniuersali adhuc non cognoscit particulare, & sic facit incontinens, qui dicit omne tempus esse fugiendum, & tamen hoc turpe particulare sibi oblatū, quod est męchari, vel inebriari non cognoscit esse fugiendum, vt dicitur septimo Ethico. & hoc est, quia cognoscit vniuersale, & non cogitat quomodo vniuersale contineat particulare, & est sciens quasi in habitu potius quàm in actu, cùm non cogitet de particulari, vt continetur sub vniuersali velut sequatur ex eo, & ita dicitur primo Priorum, quòd aliquis cognoscit,

gnoſcit, quod omnis mula eſt ſterilis, & putat, quòd hæc mula habet in vtero, ideſt eſt fęcunda, & hoc quia non cogitat tunc quomodo ex illo vniuerſali, ſcilicet omnis mula eſt ſterilis ſequatur hoc particulare, ſcilicet hæc mula eſt ſterilis: & ideo putat, quòd habeat in vtero fętum.

Quare potius iſta arbor, in qua Chriſtus quæſiuit fructum, fuit ficus quàm aliqua alia. Queſt. CXII.

QVAERETVR quare potius iſta arbor in qua Chriſtus quæſiuit fructum fuit ficus quàm aliqua alia. Dici poteſt vno modo, ſcilicet quòd per illā viam, per quā Chriſtus veniebat de Bethania in Ieruſalem, non erant alię arbores niſi ficulneę, ideo in ficulnea factum eſt. Secundò poteſt dici, & melius, quòd alię etiam arbores erant, ſcilicet oliuæ, quia veniente domino de Bethania in Ieruſalem cędebant ramos de arboribus, & ſternebant in via, & iſti erant rami oliuarum, cùm eſſet mons Olíueti, per quem eſſet tranſitus, & tamen fructus oliuæ etiam ſi tunc eſſet in arbore, non erat ad cibum, ideo nō iret Chriſtus ad oliuā: cęteræ arbores, ſi quę fortè eſſent in via, pro illo tempore non erant tales, vt in eis poſſet eſſe iſta veriſimilitudo, eo quòd in ficulnea factum eſt, quia illa iam habebat folia, ita vt prima facie credi poſſet, quia haberet ficus, et ſecundum veritatem diſcuſſione facta intelligeretur, quòd nō fiebat ad comedendum fruct⁹, quia nondū erat temp⁹ ficuum. Aliæ aūt arbores non concurrebant cū ficulnea, ita vt eodem tpe haberent folia, & non haberēt fructus, & eſſet aliqualiter veriſimile, quòd poſſent habere fructus: ideo potius in ficulnea quàm in aliis factum eſt.

1. rōſio ad quæſitū q. 2. rō̃.ad q̄ſi tū q̄ōnis.

Quare dicitur in litera: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Queſt. CXIII.

QVAERETVR, quare dicitur in litera: nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Dicendum, quòd Chriſtus voluit ficulneam ſterilem reddere propter ea, quæ dicentur ſequ. quæſt. & hoc non fieret niſi poneretur in ea perpetuum nocumentum, ideo debuit ſic dici. Si enim vellet Chriſtus ad tempus reddere ſine fructu, non oportebat, quòd redderet ſterilem, neque faceret aliquam immutationē exteriorem manifeſtam in ea. Si autem ſterilem vellet in perpetuum facere, neceſſe erat, quòd totaliter auferret ei virtutem germinandi: ideo debuit dicere, quòd nemo manducaret ex ea fructum, vel nō naſceretur ex ea fructus: quia cùm dicitur hic, non naſcatur ex te fructus in ſempiternum: eſt ſenſus, quòd nunquam germinaret quidquam, & idem cum dicitur Marc. 11. iam non amplius ex te in æternum quiſquā fructum manducet, ſcilicet nemo manducare poſſit: quod non fieret niſi non exiſtente aliquo fructu eius. Secundò fuit, quia ſi Chriſtus redderet ficulneam indiſpoſitam ad fructificandum, ad aliquod tempus: & tamen non ſimpliciter, maneret ei neceſſario virtus germinatiua, & conſequenter non poterat eſſe tanta alteratio facta in illa, quòd omnibus appareret: & tamen Chriſtus volebat, quòd appareret immutatio, quę facta eſt ex verbo ſuo circa ficulneā notabiliter: ita vt admirari poſſent videntes, ſicut diſcipuli admirati ſunt. ergo oportebat eam pęnitus deſiccare, et ita ablata omni virtute germinatiua non poſſet iam quis ex ea manducare fructum: & non ſolùm fuit iſta deſiccatio talis, quæ ſufficeret ad oblationem virtutis germinatiuæ: ſed talis, vt manifeſtè appareret, quòd nulla virtus maneret, cùm dicatur, quod areſacta eſt à radicibus, vt dicitur Marc. 11. c.

A *An Chriſtus maledixit ficulneæ ex indignatione, vel ad ſignificationem. Quæſt. CXIIII.*

QVAERETVR, quare Chriſtus maledixit ficulneæ. Dicendum primò, quòd diſcipuli putauerunt hoc factum quaſi ex indignatione, cùm laboraſſet eundo ad ficulneam, vt cibos inueniret, et non inuenit. Sic dicit Chryſo. Suſpitionis autem diſcipulorum erat propter hoc eam eſſe maledictam, quia fructum non habebat. Sed dicendum, quòd non ſtat. Primò quia cùm tunc cętere ficulneę eiuſdem regionis non haberēt fructum, omnes maledicendæ erant, quòd non fuit. Secundò quia ſecundùm veritatem

B Chriſtus non quęrebat fructum in ea, cùm ſciret non eſſe: ibi neque etiam illum deſiderabat, quia non erat opus ſibi ad aliquid: ideo non habere fructum non erat vlla cauſa maledictionis. Tertiò quia ſi ficulnea non habebat fructus, non erat culpa ſua: quia naturalia non merentur, neque demerentur, quia agunt ſ'm ꝙ nata ſunt agere, et iō neque malum aliquod debet propter hoc inferri. Quartò, precipuè, quia etiam ſi maledici poſſent, aut deberent naturalia, quæ non ſe habent certo modo, ideſt arbores quę non producūt fructus: tamen ficulnea non erat maledicenda, quia non erat tempus ficorum, vt dicitur Mar. 11. ideo non poterat illa neque alia habere fructum. Sed dicēdū, ꝙ maledictio iſta fuit primo ad ſignificationem, vt oſtē-

C deretur ſic maledicendos eſſe Iudæos, quę maledictio oſtendi debebat in aliqua re corporali, vt agnoſceretur, et hoc fuit in ficulnea. Secundò fuit ad oſtenſionē poteſtatis. Chriſtus enim voluit oſtēdere poteſtatem ſuam diſcipulis ſicut ſupra ſignificatur in litera, ſcilicet: ſi habueritis fidem, et non hæſitaueritis, non ſolū de ficulnea facietis: ſed etiam ſi dixeritis monti huic: tolle, et iacta te in mare, fiet. Ideo conueniēs fuit, quòd malediceret ficulneam, et areſieret.

Ad quid proderat nunc iſta maledictio ficulneæ, & quibus proderat. Queſtio CXV.

D SED quæretur ad quid prodetat nunc iſta maledictio ficulneæ, quia neque diſcipuli poterant inde aliquid colligere, neq; aliqui alij: cum Chriſtus ſolus exiſtens maledixiſſet illi. nam cum vidiſſet ficulneam a longe ſtantem iuit ad illam, in quo innuitur, ꝙ ipſe ſolus iuit, & manſerunt diſcipuli in via, & ita neſcirent quid circa eam faceret, ideo neſcirēt vnde hæc proueniebant ficulneæ.

Dicendum, ꝙ diſcipuli viderūt, quomodo ficulnea areſacta eſt a Chriſto faciente, quia dicitur in litera. & areſacta eſt continuo ficulnea. Et videntes diſcipuli mirati ſunt dicentes, quomodo continuo aruit, & nō ſolùm viderunt diſcipuli ficulneam areſactam quaſi arguerent eam a Chriſto areſactam, cùm prius non

E eſſet areſacta, ſed etiam ipſi audierunt verba maledictionis, quę Chriſtus dixit contra ficulneam, et viderunt eam ſtatim areſactam: ideo viderunt, quomodo malediceretur, et ſtatim viderunt eā areſieri: ſicut verba Chriſti maledicentis ſignificabant, et ſic manifeſtè conſtabat eis, quòd a Chriſto factum eſſet hoc. Sic dicitur Mar. 11. ca. ꝙ Chriſtus dixit, iam non amplius in æternum quiſquam ex te fructum manducet: Et ſequitur: Et audiebant diſcipuli eius. Sed adhuc dicetur, dato quòd conſtaret diſcipulis, quod Chriſtus aridam reddidiſſet ficulneam, ad quid proderat, quia ex hoc non intelligebant quidquam de ſignificatione, quam Chriſtus intendebat, cùm ipſi potius putarent Chriſtum deſiderio cibi iuiſſe ad ficulneam,

vt colligitur Marc. 11. scilicet iuit ad ficulneam, si quid
fortè in ea inueniret. Dicendum, quòd profuit illa
maledictio a Christo facta, sed aliter profuit discipulis
tunc, & aliter postea, & aliter nobis. De primo dicen
dum, quòd discipulis tunc profuit illa exsiccatio subi
ta ad ostendendum Christi potestatem. Nam cum
viderunt, quòd Christo maledicente illā, statim aruit,
admirati sunt, quasi esset aliquid magnum hoc fie-
ri, & de significatione nihil dixerunt, ideo ad ostensio
nem istius potestatis eis profuit: & satis apparet, quòd
profuerit ad hoc, quia si hoc eis constaret non facto
isto miraculo, non admirarentur quando fieret, & ta-
men introducuntur hic plus admirati discipuli quàm
in alijs miraculis Christi: ergo profuit valde. Patet
hoc quia dicitur in litera, & videntes discipuli admi-
rati sunt dicentes, quomodo continuo aruit, & Mar.
11. introducitur Petrus quasi admiratus, dicens: Rab-
bi, ecce ficus, cui maledixisti aruit. Secundò appa-
ret ex dicto Christi, quia ex hac desiccatione nihil eis
ostendit nisi potestatem orationis ex confidentia fa-
ctę dicens: si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, nō
solùm de ficulnea facietis, sed si monti huic dixeritis
tolle te, & iacta te in mare, fiet. Et ita apparet ad quid
profuerit ista exsiccatio tunc, quando facta est. Secū-
dum est qualiter profuit postea discipulis, scilicet post
Christi mortem, & dicendum, quòd etiam profuit
ad intelligēdum significationem, quam Christus in-
tendebat de maledictione, & reprobatione pontificū,
scribarum, & Pharisæorum: quia ante Christi mor-
tem discipuli eius erant multum simplices, & multa
ipse faciebat, & dicebat, quæ illi non intelligebant, &
post resurrectionem illius omnia intellexerunt, quia ip-
se aperuit eis intellectum, vt intelligerent scripturas.
Sic dicitur Ioan. 2. cap. quando Christus respondens
Iudæis super eiectione prima vendentium de templo
dixit, soluite templum hoc, & in tribus diebus excita-
bo illud. Et innuitur ibi, quòd discipuli non intelle-
xerunt tūc quid hoc esset sed sequitur. cum autem re
surrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia
hoc dicebat, scilicet mortem suā, & resurrectionem.
Et sequitur. Et crediderunt scripturæ, & sermoni, quē
dixit Iesus. Et etiam quando dicunt eiecit vendentes
& ementes de templo nesciebant discipuli, quare hoc
faceret: sed postea recordati sunt de scriptura, & co-
gnouerunt, quòd fecisset ex zelo Dei: quia dicitur Io.
2. quòd Christus dixit venditoribus: auferte ista hinc,
& nolite facere domum patris mei domum negocia-
tionis. Et sequitur: recordati vero sunt discipuli eius,
quia scriptum est: Zelus domus tuę comedit me. Et
tamen dixit, & fecit Christus ista in principio prędica
tionis suę, & quandiu vixit inter homines nunquam
illud intellexerunt: postquā verò resurrexit, intellexe
runt. Sic etiam illud quod dixit eis Christus: filius
hominis futurum est, vt tradatur ī manus hominum,
non intelligebāt, vt dicitur Luc. 9. scilicet. At illi igno
rabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non
sentirent illud, & timebant interrogare. Alia autem
multa erant, quę non intelligebāt mox vt dicebantur,
& tamen petebant à Christo declarationem illarum.
& ipse statim exponebat, & interdum eis non peten-
tibus declarabat. De primo patet, vt in eo quod dicit
de manducantibus non lotis manibus, quia petiuerūt
à Christo illud edisseri, supra 15. & Mar. 7. & in parabo
lis multis, quas dixit petebant declarationem, vt in-
fra 13. & Luc. 8. & ibi Christus declarabat. De secun-
do patet, vt quando dixit: modicum, & non videbitis
me, Ioan. decimosexto. Nam discipuli non intellige
bant quid erat istud modicum, neque etiam audebāt
interrogare: & ipse respondit eis ibidem. Alia autem
erant, quæ non intelligebant, quando fiebant, aut di-

F cebantur, & etiam non quærebant de illis neq; Chri
stus respōdebat, sed manebant eis occulta vsque post
resurrectionem Christi: omnia autem talia intellexe-
runt post Christi resurrectionem: quia tunc ipse ape-
ruit eis intellectum, vt intelligerent scripturas. Luc. vi
gesimoquarto. Scilicet, dixit illis: Oportet impleri om
nia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, &
Psalmis de me: tunc aperuit illis sensum, vt intellige-
rent scripturas. Et ita licèt nunc non intellexissent,
quare Christus maledixisset ficulneæ, intellexerunt
post resurrectionem, sicut quando eiecit prima vice
vendentes de templo, nō intellexerunt discipuli, qua-
re faceret, & quare sic responderet: discipuli tamen
postea intellexerunt resurgente eo, vt dictum est: &
G ita quantum ad hoc profuit discipulis postea ista ex-
siccatio ficulneæ. Tertium fuit quantum ad nos. Pro-
fuit enim nobis ad significationem, quia nos viden-
tes rē iam factam, & parabolas a domino dictas, quæ
de reprobatione Iudęorum sunt: manifestè intelligi-
mus, quòd illa maledictio ficulneę fuit ad significan-
dum reprobationem illius gentis, quia omnia, quæ di
cuntur infra adiuuant ad hoc intelligendū: ideo con-
uenienter facta est maledictio ista ficulneæ ad signifi-
cationem.

Quomodo Christus voluit maledicere ficulneæ, quæ mali nihil merebatur. Quest. CXVI.

H

QVAERETVR, quomodo Christus voluit
maledicere ficulneæ quæ mali nihil merebatur.
Dicendum, ꝙ si circa inanimata, & irrationabilia
diceremus pœnā, aut malum accidere, & eis fieri in-
iustum, dupliciter diceretur ista ficulnea iniustū passa.
Primò, quia nihil mali meruit, quòd fructum non ha
beret: quia res inanimatæ quæ se habent purè natura-
liter, non agunt ex aliqua electione, sed ex naturæ ne-
cessitate, & determinatione, ideo quidquid in eis fiat,
non dicuntur illa malum facere, vt dicamus eam ma-
lum mereri. Secundò, quia dato, ꝙ largè accipiendo
dicamus inanimata, aut irrationabilia malum mereri
I inquantū adhibita circa ea diligenti solicitudine non
producunt id, quod ab eis rationabiliter expectatur:
sicut dicitur Isa. 5. de vinea posita in cornu filij olei, cir
ca quam cùm factæ essent omnes diligentiæ, quæ ibi
habentur, expectabatur rationabiliter, ꝙ faceret vuas,
fecit autem labruscas, & ideo diripitur maceria eius,
& dimittitur inculta, eod. ca. ista tamen ficulnea nihil
sic mali meruit: quia nōdum erat tempus ficuum, vt
dicitur Mar. 11. c. quando quęsiuit dn̄s in ea fructum:
ideo etiam si tunc non esset in ea fructus, non mere-
batur malum.

Rebus irrationabilibus iniustū facere nō possumus.

Dicendum, ꝙ rebus irrationabilibus, & potissimè
rebus inanimatis, quæ in nostra, vel alterius potestate
sunt, iniustum facere non possumus, & ideo non di-
K cuntur iniustum, aut malum, aut pœnam pati. Si enim
inanimata sunt nostra, vt domus, vel ager, quidquid
circa illa faciamus, siue destruendo, siue seruando,
colendo, vel incultum dimittendo, iniustum rebus
nostris non facimus: quia non est iustum hominis
ad possessionem suam. Si autem sunt inanimata,
quæ ad alterum pertineant, & non ad nos: faciendo
aliquid circa ea non dicimur nocere illis, vel iniu-
stum illis facere, sed dominis eorum: animata au-
tem irrationabilia sensibilia tamen malum sentiunt,
& ideo istis, siue in nostra, siue in aliena potestate
sint, malum dicimur inferre, quia illud sentiunt, non
tamen pœnam, vel iniustum facere illis: quia homi-
nis ad illa nō est iniustum, sed ad possessorem eorum.

ficul-

Ficulnea autem licèt esset animata, quia erat arbor, ta- A
men nō sentit: ideo malum ei non inferimus, neq; in-
iustum facimus. Vnde si dominus eius illā exureret,
aut eradicaret, non faceret ei malum, neq; iniustum,
neq; alicui alteri: ita & Christus maledicendo ficul-
neam, per quam maledictionem exaruit, non fecit
iniustum aliquod, aut malum ficulneæ.

Sed dicetur, ꝙ dato, ꝙ Christus non faceret malū,
vel iniustum ficulneę, faceret illud dño, vel possessori
ficulneæ, qui lędebatur perdita re sua, vel deteriorata.

Dicendum, ꝙ quantumcunq; Deus destruat vel lę-
dit res nostras, non facit nobis iniustum. Primò quia
res, quæ nostræ esse dicuntur, non sunt propriè nostræ
sed Dei: nos vero ipso concedente possidemus vsque
ad tempus, quod ipse voluerit: ideo qñcunque rē ab- B
stulerit, vel deteriorauerit, quæ a nobis possidetur, nō
facit nobis iniustum: quia rem suam tollit, & lædit, &
non nostram. Ita dixit Leuit. 25. mea est terra, & vos
coloni mei estis, ideo non dñi. Et ita de aliis rebus in
nulla erit homo dñs. Et hoc satis ostendit imponens
ibi legem possessionibus, ꝙ non possent vendi iure
perpetuo, s. quia mea est terra, & vos coloni mei estis:
& sicut colonus non potest vendere agros, quos colit,
sed solùm percipere inde fructum eo modo, quo cū
domino conuenerit: ita neque illi vendere poterant.
Si tñ dñi essent, possent vendere: ergo non fit nobis
iniustum ablatis rebus nostris a Deo, vel deterioratis.

Deus non facit nobis iniustū, res nostras tollẽdo, quia possidem⁹ illa ꝑcario

Secundò, quia non solū res nostræ sunt Dei potius,
quàm nostræ, & ideo non fit nobis iniustum illas au- C
ferendo, vel deteriorando per Deum, sed etiā nosipsi
sumus possessio Dei, & quidquid circa personas no-
stras agat de bono, vel malo non facit iniustum.

Tertiò quia dato, quòd Deus non debeat nobis no
cere nisi existente causa sicut vnus homo nocet alteri
iustè, vel iniustè: poterat esse iusta cā hic vt quia dñs fi-
culneæ merebatur malum aliquod, & tñ in corpore
suo pœnam passurus esset, voluit Deus in rebus suis
hanc pœnā ei inferre; sicut alias inferre solet: & quia
nemo esset, qui non mereretur malum aliquod circa
Deum: ideo nemo esset, cui iustè non possit Deus no
cere, auferendo vnam ficulneam, maledicendo illi, &
ita non faciebat iniuriam malidicendo ficulneam. De
his dicit Chrys. Cum autem in plantis aut in brutis fit D
aliquid tale: non quæras qualiter iustè siccata est fi-
cus si tempus non erat. Hoc enim quærere est vltimæ
dementiæ, quia, scilicet in talibus non inuenitur cul-
pa, & pœna, sed miraculum inspice, & admirare mi-
raculi factorem. De hoc etiam dicit Gloss. Non facit
creator iniuriam possidenti, sed creatura sua ad aliorū
vtitur vtilitatem.

Quid voluit Christus significare per maledictionem, & desiccationem ficulneæ. Quæst. CXVII.

QVAERETVR, quid voluit Christus signifi-
care per maledictionem, & desiccationem ficul
neę. Dicendum, quòd Christus non iuit ad ficū qua- E
si volens inde cibos habere. Primò, quia non erat ve-
risimile, ꝙ tali tempore esurierit: cum dicat Euange-
lista, quòd mane factum fuerit. Secundò, quia dato, ꝙ
eo tempore esuriet, non vellet cibum sumere, qa non
erat honestum, sed potius vellet sustinere famem vsq;
ad tempus legitimum ciborum. Tertiò quia etiam
si esuriret, & vellet comedere tūc, nō iret ad ficulneā:
sed antequam exiret de domo, in qua hospitabatur, in
Bethania manducaret, & non oporteret ire ad ficul-
neam in via. Quartò, quia dato, quòd fortè superue-
niret ei fames ista in via, non iret ad ficulneam: quia ip
se sciebat, quòd non erant ficus in ea. Quintò, quia nō
potest aliquis dicere, quod pulchritudo ficuum inci-

tauit eum, vt iret ad ficulneam: quia nihil tale in ficul
nea vidit, cum esset procul ab ea, & etiam non esset
tempus ficuum, vt ipse crederet, quòd in ea erant fic⁹.
Sextò quia dato, quòd cibum vellet, & non innueni-
ret eum in ficulnea, non malediceret ficulneæ, cùm il
la nihil mali meruisset, quia nondum erat ficuum
tempus. Septimò quia si Christus verè cibum appe-
teret, & in ficulnea non inueniret, non ideo cessaret,
sed poterat cibos pro se creare, vel adducere, qui bis
turbas pauerat in deserto. supra 14. & 15. ca. Apparet
ergo ex his, quòd non veniebat Christus ad ficulneā
animo comedendi, sed aliquid significandi. Sic dicit
Chrys scilicet. Vnde ostenditur, quòd principaliter ꝑꝑ
hoc ad ficulneam venit, sed propter signum, & non
propter esuriem: quis enim tam iustus est, vt putet, ꝙ
tam matutino tēpore tali stimularetur esurie; aut qd
est, quod impediret eum comedere antequam domū
exiret? Neque potest dici, quòd visio fructus excitauit
in esuriem appetitum. Non enim erat ficorum tem-
pus, sed si esuriebat, cur de alio comedere non quæ-
rebat? sed de ficu fructus ante tempus tribuere non
valente? Qua etiam pęna dignum erat ficum non ha-
bere fructum ante tempus? Itaq; ex his sufficiēter syl
logizari potest, ꝙ propriam volebat demonstrare vir
tutem. Dicendum autem, ꝙ per huius arboris maledi
ctionem significatur maledictio synagogę. Deus. n. in
carne humana veniens ad Iudæos, non fuit ab eis rece
ptus, & cū laborasset circa illos verbo ꝑdicatiiōs, et mi
raculorum operatione, nihil profuit: sed in sua incre-
dulitare, & iniquitate manserunt Pontifices, scribę, &
Pharisæi, ideo debuerūt damnari, & hoc qa Christus
post multos labores circa eos habitos desiderauit in
eis inuenire fructū bonorum operum. Non inuenit
aūt nisi folia, s. exteriorem apparentiā sanctitatis, & iō
maledicti sunt in ęternū, vt fructus afferre nō possint,
scilicet quia quidquid iam Iudæi faciant non poterit
in eis esse fructus boni operis: quia cùm extra ecclesiā
nemo possit saluari, & Iudæi extra Ecclesiā esse cæpe-
runt post Christi passionē, non poterit aliquis eorum
iam saluari: & tamen saluari possent, si opera eorum
iudicarentur meritoria: ideo non possunt de cętero
quandiu manserint in synagoga facere opera merito-
ria, & hoc est, quòd nō nascantur fructus in æternum
ex illa ficulnea. Et ita Christus dicitur esurisse salu-
tem spiritualem Iudæorum, quia oēs homines vult
saluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire 1. Tim.
secundo capi. sic dicit Chrysost. Si autem quasi homo
esuriisset cibum carnalem, nūquam mane esuriisset,
sed mane esurit, qui aliorum salutem esurit. Cùm
autem esuriret, vidit ficulneam: illa enim synagogam
significat, quia sub vno cortice continet ficus multa
grana, sicut synagoga multos credentes vel homines.
Sic dicit Chryso. Ficus ideo propter multitudinē gra-
norum sub vno cortice est, quasi congregatio fideliū
multorum, vel quia ficus emittit grossos suo ante cæ-
teram eruptionem fructuum, et foliorum, ita et Apo
stoli præcedent cœteros in gloria. Sic dicit Hilarius:
Synagoga ficus arbori comparatur, quia credentes
primi ex Israel Apostoli grossorum modo cæteros re
surrectionis gloria, & tempore anteibunt. Erat au-
tem illa ficus iuxta viam, quia Synagoga circa viam
erat, cùm doctrinam Christi quotidie audiret: sed ad
viam, idest Christum non peruenit: quia in eum non
credidit, neque eum recipere voluit. Sic dicit Ierony.
Arborem autem intelligimus Synagogam, quæ iux-
ta viam erat, quia legem habebat, non tamen cre-
debat in viam, idest Christum. Venit autem Christus
ad ficulneā inquātum circa synagogam labores mul-
tos impendit prædicando, conuersando, miracula fa-
ciendo, & his factis non inuenit nisi folia, quia

Nemo extra ecclesiā pōt saluari.

fructum boni operis nullum ferebant Pontifices, Pharisæi, & scribæ, sed solam ostentationem exterioris sanctitatis. Sic dicit Chrysosto. Nihil autem inuenit in ea, nisi folia tantum, idest traditiones Pharisaicas & iactationes legis absque fructibus veritatis. De hoc etiam dicit Beda. Sicut autem Christus per parabolas loquitur, ita & operatur, ideo esuriens in ficu fructũ quærit, cuius nondum tempus esse nouit, & tamen eam perpetua sterilitate damnat, vt ostenderet plebẽ Iudæorum propter folia, idest verba iustitiæ, quæ habebat sine fructu, idest bono opere non posse saluari sed scindi, & in ignem mitti. Esuriens ergo idest salutẽ humani generis desiderans, vidit ficum, idest Iudæum habentem folia, idest eloquia legis, & prophetarum: & quæsiuit in eo fructum boni operis docendo, corri- G piendo, miracula faciendo, & non inuenit: & ideo dãnauit. Tu quoque si non vis damnari à Christo in Iudicio, arbor sterilis esse caueto: sed potius pauperi Christo fructum pietatis, quo indiget offer.

An discipuli viderint ficulneam statim aridam, vel sequenti die post maledictionem.
Quæst. CXVIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd videntes discipuli quomodo continuo aruit admirati sunt: nam innuitur, quòd tunc, quando aruit, viderunt discipuli ipsam ficulneam arefieri, & tamen Mar. 11. cap. videtur innui contrarium. Nam dicitur: Et cùm mane transirent, viderunt ficum aridam fa- H ctam à radicibus, & recordatus Petrus dixit ei: Rabbi ecce ficus, cui maledixisti, aruit. ergo videtur, ꝙ nõ viderunt discipuli statim ficulneam aridam factam, qñ arefacta est, sed sequenti die. Dicendum, quòd ficulnea statim aruit, vt maledicta fuit a Christo. Sic dicitur sup. in litera, scilicet, & arefacta est continuo ficulnea. Et ratio est, quia erat opus miraculi, & talia subito fiunt, vt ostendatur, quòd non naturaliter, sed miraculosè fiunt. Sed dubium manet dato, quòd dictis verbis statim aruerit, an viderunt discipuli tunc, quando aruit, vel postea, scilicet sequenti die. Aliqui dicũt, quòd statim viderunt propter verba Matt. hic. Nam dicitur, ꝙ ficulnea continuo arefacta est. Secundò, & I fortius, quia dicitur, & videntes discipuli mirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit: ergo illi admirati sunt, quòd statim aruerit: ergo viderunt eam continuo post verba arefieri. Tertiò, quia dicitur, ꝙ admirati sunt, & tamen si non viderent post illa verba statim arefieri ficulneam, sed sequenti die, vel aliquanto tempore post non admirarentur, & tamen admirati sunt, ergo viderunt statim, quando aruit. Quartò patet, quia statim post verba maledictiõis a Christo ꝓlata aruit ficulnea, vt patet supra in litera, scilicet, & arefacta est continuo ficulnea, & tñ discipuli audiebant, quando Christus maledicebat ficulneam, vt dr̃ Marc. 11. Iam non amplius in æternum quisq; ex te fructũ manducet. Et sequitur: & audiebant discipuli eius. K ergo discipuli Christi viderunt arefieri ficulneam. Ad ea, quæ Mar. ponit, per quę videtur, quòd viderint sequenti die discipuli ficulneã arefactam, dicunt quòd est recapitulatio. Interposuit enim de eiectione vendentium de templo, & trãsiuit statim ad referendum quod omiserat, scilicet, quòd discipuli viderint arefactam ficulneam. Nam ita mutauit ordinem in referendo de eiectione vendentium de templo: fuit. n. illa prima die statim vt Christus introiuit in templum.

In q. 98. Marcus ita refert, vt ex ordine literæ suæ colligi possit fuisse illam eiectionem die sequenti, vt ostensum est sup. Sed dicendum, quòd nõ stat: necesse est enim poni, ꝙ discipuli viderunt ficulneam arefactã sequenti die post maledictionem, & non statim, quando maledicta est: quia ex litera Mar. 11. cap. ita colligitur: nec potest dici, ꝙ sit ibi recapitulatio: mutatio ordinis potest intelligi esse facta, qñ ex ordine literæ inducitur, ꝙ talis, vel talis fuerit ordo rerum gestarum: & tñ non asserit hoc expresse euangelista, neque ponuntur aliqua verba, ex quibus manifeste colligatur. nunc autẽ non est sic circa illud quod dicebatur de eiectione vẽdentium de templo: quia ex solo ordine literę colligebatur fuisse secundo die eiectionem, & non ex intentione Euangelistæ, & ideo potuit esse anticipatio, vel recapitulatio, vt ostensum est supra. Sed nunc non est sic, sed circa hoc non solùm ex ordinæ literæ, sed potius ex intentione Euangelistæ ex verbis videtur induci, quòd fuerit ficulnea vno die arefacta, & sequenti die ab Apostolis visa. Et patet primò, quia Marc. 11. ca. dicitur, quomodo Christus de Bethania egressus, & videns ficulneam, maledixerit illi: & postea interposita eiectione vendentium sequitur: & cum vespera esset facta egrediebatur de ciuitate, & cũ mane transirent, viderunt ficum aridam factam a radicibus: ergo videtur, ꝙ postquam ficus maledicta fuit, & aruit venerunt in Ierusalem, & postea ante vesperum redierunt ipsa die in Bethaniam, & sequenti die mane cum iterum redirent in Ierusalem, viderunt ficulneã aridam, quæ præcedenti die aruerat. Secundò patet, quia dicitur eod. cap. recordatus Petrus dixit: Rabbi ecce ficus, cui maledixisti aruit: ergo videtur, ꝙ quando Petrus vidit ficulneam recordatus est de maledictione, sed nõ recordaretur si statim vt maledicta est, & aruit viderent eam arefieri, vel arefactam esse: quia recordatio est pręteritorum: ergo nõ viderunt arefieri illam quando maledicta est sed postea. Tertiò, quia dixit Petrus: Rabbi ecce ficus, cui maledixisti aruit: & ita significabat non fieri tunc rem, sed aliquanto tempore ante hoc factam esse. Dicendum ergo est, ꝙ ordo gestorum fuit, quòd Christus intrauit Ierusalẽ die Dominica in ramis palmarum, & introiuit in templum, & tunc eiecit ementes, & vendentes de illo, & ipso die dominico rediit ad solis occasum in Bethania ad cibum, & ad hospitãdum. Sequenti autem die Lunæ in aurora rediit in Ierusalem, vt prædicaret, & cum esset in via eundo vidit ficulneam, & maledixit illi, et discipuli audierunt verba maledictionis, & non respexerunt, an arefieret, quia non putabant, quòd ad verbum eius arefieret: ipsa autem die ante vesperam redierunt de Ierusalem in Bethaniam, & tunc non respexerunt ad ficulneam, quæ aruerat, neque viderunt eam. Sequenti autem die tertio, idest die Martis in aurora, cum rursus redirent in Ierusalem, respexit Petrus, & vidit ficulneam aruisse, quam Christus maledixerat, et tunc recordatus est, quòd Christus maledixerat eam, & dixit: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. Matthęus autem quantũ ad hoc non fecit aliquam anticipationem, neque recapitulationem, cùm rem ipsam ordine suo narrauerit, sed decurtate narrauerit, & ita ex modo suo loquendi colligitur quasi statim vt ficulnea maledicta est, viderant eam discipuli arefieri. Marcus autem rem magis aperuit: ideo standum est ei, qui magis aperuit, et non est negandum fuisse, quia illud Matthęus non expressit, cum quilibet Euangelistarum soleat multa tacere, quę alij exprimunt.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd ficulnea statim arefacta est, vt Christus maledixit eam, et tamen non sequitur, quòd statim viderunt eam aridam, vt Christus eam maledixit: quia non respexerunt ipso die, neque postea in reditu ad vesperum, sed sequenti die in aurora, cum redirent in Ierusalem.

Ad

Ad ſecundum dicendum, quòd mirati ſunt diſcipuli quomodo cõtinuo aruit, non quidem, quòd ipſi viderint ipſam ſtatim areſieri, vt maledicta eſt, ſed qa viderunt quando maledicta eſt, & viderunt ſequenti die eam aridam effectam, & cognouerunt manifeſtè, quòd ſtatim aruiſſet, vt Chriſtus eã maledixit. Quomodo autem cognouerint ſtatim aruiſſe, cùm non viderint eam areſcere, dicetur infra.

Ad tertium dicendum, quòd admirati ſunt de exſiccatione ficulneæ, & dato quòd non viderent, quando areſiebat: dum tamen ſcirent, quando aruerat admirarentur, quia admiratio eſt de omni mirabili. Erat autem mirabile, quòd dicto verbo maledictionis ficulnea areſieret.

Ad quartum dicẽdum, quòd ficulnea ſtatim aruit, vt maledicta eſt, & diſcipuli audierunt verba maledictionis: tamen non viderunt eã areſieri. Et ratio eſt, quia diſcipuli non aduertebant ad hoc, ꝙ licèt Chriſt⁹ malediceret ficulneã, non credebant illi, quòd ſtatim areſieret: imò neque aliquo tempore. Quod patet, quia quando viderunt eam aridam admirati ſunt: & tamen non admirarentur, ſi putarent, quòd ad verba Chriſti areſieret ficulnea: & ideo non curauerũt aduertere, an areſieret: & ideo non viderunt tunc, licèt aruerit dictis verbis, & eodem die quando redierunt de Ieruſalem in Bethaniam, non viderunt ficulneam aridam, quia non aduerterunt, ſed ſequenti die in aurora, cùm redirent de Bethania in Ieruſalem reſpexit Petrus, & vidit eam aridam, & dixit hæc Chriſto. De his dicit Auguſt. lib. de Concor. Euang. ſ. Conſiderandum autem miratos eſſe diſcipulos de hoc, quòd arbor aruerat, & eis eſſe dictum per dominum reſpondentem id, quod de fide dictum eſt, non ipſo ſecundo die, quo maledixit arbori, ſed tertio die Marcus dicit: ipſo quippe ſecundo die commemorauit Marcus de templo eiectos vendẽtes, ꝙ primo die factum prætermiſerat: ipſe verò ſecũdo die dicit, quòd facta veſpera egrediebatur de ciuitate, & cùm mane tranſirent vidiſſe diſcipulos mane factam ficum aridam. Matthę⁹ autem ſic loquitur, tanquam ſecundo die hoc totum ſit factum. Vnde intelligitur, ꝙ cũ Matthæus dixiſſet areſacta eſt continuo ficulnea prætermiſſis cœteris ad ſecundum diem pertinentibus adiũxit ſtatim, ſcilicet, & videntes diſcipuli admirati ſunt, quomodo continuo aruit: ita tamen, quòd alio die viderit Dominus ficulneam, & alio die admirati fuerint diſcipuli: intelligitur enim non tunc aruiſſe, quando viderunt eã areſactam, ſed continuo quando maledicta eſt. Non enim areſcentem, ſed pœnitus areſactam viderunt, ac ſic eam ꝯtinuo in verbo Domini aruiſſe intellexerũt.

An ſolus Petrus fuit, qui miratus, & locutus eſt, vel etiam cęteri diſcipuli. Quæſtio CXIX.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, & videntes diſcipuli mirati ſunt dicentes, quomodo continuo aruit. Nam Mar. 11. dicitur, ꝙ recordatus Petrus dixit: Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti aruit: ergo ſolus Petrus fuit, qui miratus eſt, & qui locutus eſt, & non cęteri diſcipuli. Dici poteſt vno modo, ꝙ ambo Euangeliſtę verum referunt, & ex dictis amborum vna plena colligitur narratio: quando enim ſequenti die poſt deſiccationem viderunt diſcipuli ficũ aridam, omnes admirati ſunt, & dixerunt intra ſe, vel ad ſeipſos inuicem, quomodo ſtatim ficulnea aruit: & tamen non locuti ſunt ad Chriſtum. Petrus autem cœteris audacior exiſtens dixit Chriſto: Rabbi ecce ficus, cui maledixiſti aruit. Primum autem poſuit Matthæus, dicens diſcipulos admiratos dixiſſe. ſ. inter ſe, & non ad Chriſtum, quomodo continuo aruit: ſe-
A cundum poſuit Marcus, dicens, quòd recordatus Petrus, dixit rabbi, &c. Sed adhuc dicendum, ꝙ in modo non concordant, quia Matthæus volens euitare longiorem narrationem, vt non cogeretur facere narrationem duorum dierum, quaſi ſimul factum fuerit poſuit rem, quaſi de præſenti, dicens: Et videntes diſcipuli: videre autem ad præſentia eſt. Marcus verò volens narrare rem ſicut fuerat, quia oſtendit alio die eſſe deſiccatam, & ſequenti die à diſcipulis ficulneam viſam aridam: quam tamen viderant viridem, antequam malediceretur, & audierint verba maledictionis: introduxit rem per modum præteriti: & ideo dixit Petrum recordatum eſſe, & ſi de omnibus diſcipulis diceret, poneret illos recordatos, quaſi reſpectu il-
B lorum verborum dictorum præcedenti die maledicendo ficulneam erat retardatio, quando tũc eam aridam viderent. Secundo poteſt dici, quòd in veritate cœteri diſcipuli, nihil dixerunt, ſed ſolus Petrus, qui admirans ait: Rabbi ecce, ficus &c. ſicut Marcus aſſeruit, ſed quia nomine omnium, vel ex conceptu illorum, cùm omnes poſſent iſta ꝯſiderare dicta fuerunt: omnes admiratos, & dixiſſe, quomodo cõtinuo aruit, Matthæus aſſeruit. Sic & aliàs fieri ſolet, vt ſupra 14. c. quando Chriſtus quæſiuit de panibus ad ſaturandum turbas, & dicitur, quòd non habebant, niſi quinq; panes, & quòd hoc dixerunt diſcipuli: & tamen Ioan. 6. cap. dicitur, quòd Andreas dixit iſtud, quaſi ſolus ille dixerit. Etiam ſupra 15. cap. dicitur, quòd Petrus quæ-
C ſiuerit, dicens: Ediſſere nobis parabolam de eo, quod per os intrat: & tamen Mar. 7. cap. dicitur, quòd cùm intraret in domum interrogauerunt eum diſcipuli iſtam parabolam. Circa hoc poteſt vtrumque teneri. De primo enim multa exempla, quia frequẽter vnus omittit quod alius ſupplet, & ex ambobus colligitur vna plena narratio: magis tamen tenendum eſt ſecũdùm quod patet, quia cùm Marcus expreſſerit, ꝙ hoc dixit Petrus, veriſimilius eſt, ꝙ dixerit ipſe ſolus, ꝙ̃ ꝙ omnes diſcipuli dixerint. Nam poſito ꝙ Petrus ſolus loqueretur, poterat conuenienter dici, ꝙ omnes diſcipuli, ſiue ꝙ diſcipuli dixerunt, eo ꝙ ad omnes hoc poterat pertinere, ſed ſi omnes diſcipuli cõmuniter hoc dixiſſent, non erat vlla cauſa dicendi ſpecialiter de Pe-
D tro, ꝙ ille hoc dixiſſet: ideo magis tenendũ eſt, quòd ipſe ſolus dixerit iſtud cœteris tacentibus admiratis de hoc, quod factum erat.

An dixerint iſtud inter ſe diſcipuli, vel dixerint Chriſto. Queſtio CXX.

SED quæretur, dato ꝙ oẽs diſcipuli hoc dixiſſent, ſicut Matthæus hic videt̃ innuere, an dixerint iſtud inter ſe, vel dixerint illud Chriſto. Dicendum, ꝙ in veritate ſolus Petrus dixit hoc, vt dictum eſt præced. quæſt. & tamen ſi concederetur, ꝙ omnes diſcipuli dixerint ea, quæ habentur hic: eſſet dicendum, ꝙ dixerint illud Chriſto, & non inter ſe ſolùm. Quod pa-
E tet, quia Matthæus introducit hic Chriſtum reſpondentem diſcipulis ad illa verba: ergo dixerunt ei illa: nam dicitur, ꝙ videntes diſcipuli admirati ſunt dicentes, quomodo continuo aruit. Et ſequitur: Reſpondens autem Ieſus dixit illis: Amen dico vobis, &cęt. Eſt tamen dicendum ſecundùm veritatem, ꝙ omnes diſcipuli viderunt ficulneam areſactam, quia quando Petrus vidit etiam cœteri viderent, vel ipſe incitaret eos ad aduertendum per ſuam admirationem, & verba, quæ ad Chriſtum direxit. Et ideo ſicut omnes viderunt, ita omnes admirati ſunt, quia nemo eſſet, qui de talibus non miraretur: nullus tamen eorum quidquam ad Chriſtum locutus eſt, ſed ſolus Petrus, qui velut audacior erat, & circa Chriſtum confidentior, vel magis

magis circa talia solicitus, sicut Mar. expressit. Matth. tamen dixit omnes discipulos admiratos dixisse, quomodo continuo aruit, dās omnibus id, quod solus Petrus dixit, eo quòd illud idem quilibet aliorum interrogare posset, cùm quilibet de hoc admiraretur, sicut Petrus. Et hoc satis apparet, quia licèt solus Petrus hoc dixit, vt Mar. expressit: Christus tamen respondēs non direxit verba ad solum Petrū, sed ad omnes quasi omnes interrogassent: sic dicitur Mar. 11. recordatus Petrus dixit: Rabbi ecce, ficus, cui maledixisti, aruit. Et sequitur: Et respondens ait illis: habetis fidem Dei. Et tamē, quia Matth. interrogationem Petri attribuit omnibus propter causam dictam, dedit eis, ꝙ ad Christum loquerentur, sicut Petrus locutus est: & tamen non posuit eadem verba. Dixit enim Mar. Petrum dixisse, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. Mat. autem introducit eos dicentes, quomodo continuo aruit. Intelligitur enim ꝙ de ficu loquerentur, & quia Matth. addidit: Continuò. posuit causam admirationis, qa de hoc erat admiratio, ꝙ statim aruit, cū maledicta fuit.

Quomodo discipuli potuerunt scire, ꝙ statim ficulnea aruerit.
Quæstio CXXI.

QVAERETVR, cùm dictū fuerit supra, quòd discipuli non viderunt ficulneam arescentem, sed sciuerunt eam factam aridam, & cōtinuò aruisse. Est dubiū quomodo potuerunt scire, ꝙ statim aruerit. Dicendum, ꝙ fuit ex coniectura: nam viderunt ficulneam virentem esse, antequam malediceretur, & sequenti die viderunt eam arefactam à radicibus, quasi nunquam fuisset arbor, & ideo constabat, ꝙ non successiuè, sed subito aruit, quia si in tam pauco tempore areret successiuè, cùm prius viderent eam viridem penitus, non deueniret intra vnam diem ad esse penitus aridam, quasi non fuisset arbor vnquam. Secundò, quia cum ipsi vidissent eam viridem, antequam malediceret, & verba maledictionis audierunt, & sequenti die post maledictionem viderunt eam arefactam, apparuit, quòd non ex causa naturali, sed ex maledictionis viribus aruisset. Causa autem, & agens naturale requirit successionem in operatione sua: agens autem miraculosè non: ideo clarè arguebant, ꝙ subito aruisset, quia propter maledictionem illam arefactam intelligebant. Tertiò potest dici, ꝙ continuò, vel statim vocabant hic paruum tempus. s. vnius diei, qđ trāsierat à maledictione vsque nunc, quando viderunt eam aridam. Nam dato, ꝙ non aruisset mox, vt verba fuerunt dicta, cum aruerit intra vnius diei spacium, quod illi manifestè videbant, dicebant continuò aruisse. Et ad hoc non erat opus argumentis, cùm palam viderent arefactam ficulneam, quam præcedenti die viderant virentem, & de hoc admirabantur, quia si ex naturali causa arere debuisset, non aruisset in tam breui tempore, neque etiam tantum aruisset, quia ita aruit, quasi nunquam fuisset arbor, quod expressit Marcus, dicens, quòd à radicibus arefacta est.

Quare discipuli admirati sunt videntes, quòd ficulnea maledicta à Christo aruerat. *Quæstio* CXXII.

QVAERETVR, quare discipuli admirati sunt videntes, ꝙ ficulnea maledicta à Christo aruerat. Nam quotidie miracula Christus faciebat, quæ non erant minora, quàm desiccare arbores, sed maiora, vt suscitare mortuos, & illuminare cœcos, & de illis iam non admirabantur. Quomodo ergo de hoc admirati sunt. Dicendum, quod hoc prouenit ex ignorantia discipulorum, & paruitate fidei. Non enim tenuerūt firmiter ante passionem suam illum esse Deum, quia
F tunc in passione non scandalizarentur: & tamen scādalizati sunt perdendo fidem, & spem, vt dixerunt illi duo discipuli Luc. 24. nos autem sperabamus, ꝙ ipse redempturus esset Israel: quasi dicat: iam non speramus, sicut sperabamus: ideo fides nō erat firma, & ita non credebāt eum firmiter esse Deum, propter quod non credebant miracula fieri ab eo in propria virtute, sed à Deo concedi sibi hæc: sed ita erat apud antiquos prophetas, ꝙ quibusdam concedebat Deus vnum genus miraculorum, & non alia: ideo & de Christo credebant, quòd posset facere miracula illa, quę quotidie faciebat, vt sanare ægros, suscitare mortuos: circa arbores autem, nunquam Christus fecerat miraculum aliquod: ideo putabant, quòd potestas sua non extende-
G batur ad faciendum miracula in arboribus, vnde cùm viderant factum admirati sunt. Secundò, quia etiam Christus mutauit hic genus miraculi: nam omnia miracula sua ante hoc erant ad bonum. s. ad sanationes ægritudinum, suscitationes mortuorum, ad saturationem famelicorum, & similia. Ad malum autem, siue ad nocendum, nunquam fecerat miracula: nunc fecit miraculum ad malum. s. desiccando ficulneam: ideo arida facta ficulnea mirati sunt valde discipuli: & tamen si rectè cognoscerent originem potestatis, ex qua erant miracula, de nullo miraculo Christi mirarentur factis præcedentibus. Et tamen dicendum, ꝙ admirati sunt de extensione potestatis Christi, qa nō solū ad ea, quæ ante hoc viderāt, sed etiam ad arbores
H extendebatur, de quibus nunquam viderant: etiam de magnitudine mirabantur, quasi valde magnum esset, quod ficulneam potuisset arefacere. Et patet hoc ex Christi responsione in litera. s. si habueritis fidē, & nō hesitaueritis nō solū de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle te, & iacta te in mare, fiet. In quo duo exprimit, primum est extensio: nam non dicit, non solū de ficulnea: quasi dicat: non solū circa ficulneam, sed etiam circa omnia poteritis operari cū ait: & omnia, q̄ petieritis in oratione credentes accipietis. Secundum est magnitudo, quia dixit non solū de ficulnea, sed & si dixeritis monti huic tolle te: & tamen maius erat montem à radicibus tollere, vel maius videbatur, quàm ficulneam desiccare.

Discipuli ante passionem non crediderunt eum esse Deum.

I *Ad quid fuit conueniens, quòd Christus ostenderet nunc potestatem suam in operatione istius miraculi.*
Quæstio CXXIII.

QVAERETVR, ad quid fuit cōueniens, quod Christus ostenderet nunc potestatē suam in operatione istius miraculi. Dicendum, quòd fuit primò ad ostendendum potestatem suam. Nam Apostoli in quo non putabant eum potentem esse circa hoc, in quo nunc suam ostendit potestatem. Quod patet, quia admirati sunt discipuli nimis quomodo cōtinuò aruisset ficulnea, & hoc non fieret si ante hoc crederent, quòd ille istud posset: sed conueniens erat, ꝙ discipuli
K agnoscerent magnitudinem potestatis Christi potius quàm cœteri, cum per eos fides deriuanda esset in cęteros docendo, & prædicando, sed non docerent id, quod non crederent, & si mentiri vellent se aliquid credere, quod non credebant, & illud cœteros docere vellent, non possent illud miraculis ostendere ad confirmandum, quia operatio miraculorum fit a credentibus, vt dicitur hic in litera, & Mar. 11. & à non credētibus non potest fieri miraculum, Iaco. 1. cap. ideo in Apostolis erat necessaria fides de Christi potestate magis, quàm in alijs. Sciebat autē Christus quid erat, quod Apostoli de Christo credebant, & quid non, qa ipse sciebat, quid esset in corde hominis, & non egebat, ꝙ quis ei testimoniū perhiberet de hoīe. Io. 2.

Et antequam quis interrogaret sciens ipse, quæ erant in corde respondebat interdum, quæ opus erat respōdere, quando volebat. Ioan. 16. cap. ideo conueniens fuit, quòd cùm nunc Christus sciret defectum fidei Apostolorum ex hac parte, quòd etiam si nulla esset occasio ad faciendum miraculum istud, ꝙ ipse quęreret illam, & faceret miraculum, vt sic fides roboraretur in discipulis. Secundò fecit, & etiam principaliter ad dandum doctrinam de petendo, & obtinendo in oratione, quia Christus hic fecit miraculum, quasi per modum orationis, & voluit hoc extendere ad nos. s. quòd sicut ipse faciebat ista: ita & nos si peteremus à Deo quid fieri, dum tamen confidenter peteremus, obtineremus illud. Et hoc fuit multum conueniens, quia alia miracula Christus faciebat ad ostensionem potestatis suæ, siue eorum, quæ ad ipsum pertinebant. Debuit ergo aliquando facere miracula ad dandum nobis doctrinam de faciendo miracula. Erat enim nobis necessaria ista operatio: & tamen nunc fuit sic: ideo fuit conueniens istud miraculum: & patet quòd ista fuerit precipua intentio, quia Christus hoc adiecit in responsione ad verba discipulorum dubitantium, scilicet: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non dubitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle te, & iacta te in mare, faciet. In alijs autem miraculis, nihil tale dicebat: & ita apparet, quòd illa non referebat, nisi ad se. Istud verò ad nos pertinebat, & sic conueniens fuit fieri: & ista fuit causa, quare nō solùm fecit Christus miraculum, sed etiam fecit tale miraculum, vt discipuli admirarētur: multa enim erant genera miraculorum, quæ Christ' quasi quotidie exercebat, vt sanationes ægritudinum, & de talibus non admirabantur propter assiduitatem, & consuetudinem. Si autem nunc tale quid egisset, non mirarentur discipuli, & ideo nemo eorum interrogaret, & consequenter nō esset occasio Christo ad respondendum: & tamē istud, quod Christus dixit de oratione facta confidenter, fuit responsio ad admirationem discipulorum, vt patet ex litera: ideo potius debuit tale miraculum facere, quàm aliquod aliud, admirati enim sunt discipuli, ꝙ Christus etiam circa arbores extenderet suam potestatem: etiā mirati sunt, quòd subito ad verbum eius arefieret ficulnea, cùm esset arbor tam humida, vt dicitur in litera, quòd admirati sunt dicentes, quomodo continuò aruit. Et Theophylatus dicit, ꝙ miraculum magnum videtur in hoc, ꝙ tam humidam, & viridem arborem extemplo siccauerit: ergo fuit conueniens nunc à Christo miraculum fieri, & istud specialiter, vel aliud simile, in quo admirarentur discipuli, & non illa, quæ vulgata erant.

Quare Christus fecit istud miraculum, & posuit istam doctrinam de faciendo miracula.

Quæstio CXXIIII.

QVAERETVR, dato ꝙ Christus vellet nobis dare doctrinam de faciendo miracula, & obtinendo illa fieri, quare fecit istud miraculum, & posuit istam doctrinam, quia iam dederat istam doctrinam supra 17. & Luc. 17. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, & dixeritis monti huic transi hinc, transibit: ergo non erat opus istud nunc fieri. Dicendū, ꝙ vna causa præcipua istius miraculi fuit, vt ostēderetur maledictio principum sacerdotum, scribarum, & Pharisæorum per maledictionem ficulneę: & ideo fuit miraculum arefactionis factum per viam maledictionis, & quia accidit, ꝙ discipuli admirarentur de hoc, quasi aliquid magnum esset, respondit Christus id, quod conueniens erat ad propositum. s. ꝙ non solū istud ipse poterat, sed etiā nos possemus si fidem haberemus petendo, in quo potestatem suam ostendebat. s. quāta ipse posset facere, cùm etiam nobis petentibus concedere posset facere istud, & maiora, & simul cū hoc dabat nobis doctrinam faciendi miracula, vel ea impetrandi, quę poterat ex illa admiratione ortum habere. Secundò potest dici, ꝙ non fuit quasi per accidens, vel correlariè introducta hic doctrina de obtinendo miracula, sed principaliter: & tamen non est superuacua, sed fuit valde conueniens. Cùm autem obijcitur, ꝙ iam Christus posuerat istam doctrinam, potest vno modo dici, ꝙ licèt iam posita fuerit, tamen hic posuit eam Christus ad magis eam aperiendum, quia prius dixerat eam decurtatè, nunc verò largius. Nam supra 17. cap. dicitur, dicetis monti huic, transi, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Et Luc. 17. vbi idem ponitur dicitur: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro eradicare, & transplantare in mare. & obediet vobis: hic verò magis aperuit dicens: Amen dico vobis, quia si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, nō solū de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic, tolle te, & iacta te in mare fiet, & omnia, quæ petieritis in oratione credētes accipietis. Et Mar. 11. cap. idem dicitur, & additur etiam cōditio orandi ibi. s. ꝙ cū orauerimus dimittamus omnibus, & ita sæpe aliqua repetuntur ex industria in sacra scriptura, vt addatur aliquid. Secundò potest dici, ꝙ ēt si sufficiēter iam posuisset Christus doctrinam istam de obtinendo, quæ petimus, cōueniens erat repetere eā, quia ista erat res magna, & talia sæpe dicuntur, vt memoriæ commendētur, & etiam, vt maiora à nobis putentur, & magis necessaria cū à legislatoribus sępius fuerint dicta, conueniens fuit repeti. Tertiò potest dici, ꝙ istud positum est, & factū à Christo ad doctrinam obtinendam in oratione, & non est repetitum, sed est necessarium, quia non fuerat vnquam factum aliquid ad hoc, neque in verbis fuerat data doctrina de hoc. Illud enim quod habetur supra 17. & Luc. 17. non fuit doctrina de obtinēdo in oratione, sed doctrina de quantitate fidei. Aliud est. n. ꝙ fides requiratur ad impetrandum: aliud verò quanta fides. De quantitate. n. solū ibi locutus est Christus. Quod patet, qa supra 17. cap. dicitur, ꝙ dixit Christus: si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi, & transibit. Et Luc. 17. dicitur, ꝙ discipuli dixerunt Christo: Domine adauge nobis fidem, & ille ait: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, &c. Manebat ergo dicēdum de fide, quæ præsupponebatur, & quia conditionem istius nesciebāt discipuli, locutus est hic Christus de illa dicens, si habueritis fidem. Et ista est veritas, nam repetitio, de qua supra dicebant, non multum conuenit, quia illud conuenit Christo: de quo constat, quia sæpe eandem rem prædicabat in diuersis locis, & coram diuersis personis, vt omnes audire possent doctrinam necessariam: ad Euangelistam tamen, vel scriptorem non conuenit idem repetere, cū idem semel dictum, ita sufficienter intelligi possit, sicut si millesies scribatur: & tamen Euangelista posuit istud, & illud: ideo dicendum, ꝙ licèt Christus repetiuerit, non repetiuit illud Matt. sed ideo posuit, quia aliud erat istud, quàm illud. Sed dicetur, quòd dato, ꝙ Christus ad hoc dixerit, non sit cōuenienter dictum. Nam duo erant hęc. s. fides, & quantitas fidei, & vnum præsupponit alterum: vnde necesse est, ꝙ ad cognoscendam quātitatem fidei, quòd pręsupponatur fides: & tamen supra 17. cap. Christus declarauit discipulis de quantitate fidei sufficientis ad operationem miraculorum: ergo iam præsupponebatur in eis, ꝙ fidem esse necessariam sciebant, & cōsequenter non diceret hic posterius de fidei necessitate, quod est dicere de

fide

fide absolutè, cùm iam ibi dixerit de fidei quantitate. Secundò patet, quia etiam ibi apparet, ꝙ discipuli cognoscebant fidem esse necessariam, quia Luc. 17. cap. dicitur, quòd dixerunt discipuli Christo: Adauge nobis fidem: ergo iam sciebant fidem esse necessariam, & credebant se habere illam: & tamen maiorem habere desiderabant, cùm parua esset, quam habebant: ergo iam sciebāt de necessitate fidei ad operationem miraculorum: & ita non fuit conuenienter nunc factum miraculum ad ostendēdum necessitatem fidei in operatione miraculorum, neque posita doctrina ad hoc. Dicendum, ꝙ conuenienter factum est, ꝙ Christus nunc daret doctrinam de obtinēdo miracula fieri per fidem, neque est superuacuū posita doctrina, quæ habetur supra 17. ca. & hoc propter duo. Primò, quia licèt ibi posuerit de quantitate fidei, & in hoc intelligatur, ꝙ fides erat necessaria: tamen non posuit de cōditione huius fidei. s. qualis esse debeat, & hoc declarauit hic. s. ꝙ sit sine vlla hæsitatione, quod hic expressū est. s. si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, & Mar. 11. cap. dicitur, quicunque dixerit monti huic, tolle te, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quodcunq; dixerit fiet: hoc tamen non fuerat expressum supra 17. neque Luc. 17. cap. vbi eadem sentētia ponitur, sed dicitur ibi de magnitudine fidei: ideo conueniens fuit nunc desiderari doctrinā, vt ostenderetur qualis esse deberet, quod supra ostensum non fuerat. Est enim ista conditio fidei tam necessaria, vt sine ea non impetretur aliquid. Sic dicitur Iaco. 1. cap. s. Qui indiget sapientia petat à Deo, qui dat omnibus affluenter, & nemini improperat: postulet autem in fide, nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circūfertur: non æstimet autem hō ille, ꝙ accipiat aliquid à Deo: ideo conueniens fuit de hac tam necessaria cōditione fidei fieri mentionem. Secundò fuit, quia ista doctrina addit aliquid ad illam, quæ habetur supra 17. nam ibi dictum est de quātitate fidei. s. ꝙ fides tanta vt granum sinapis sufficiebat ad impetrandum miracula fieri, & quia aliquis nesciret, an haberet tantam fidem sicut granum sinapis, aut putaret, ꝙ aliqua fides erat minor, quàm granum sinapis, crederet, ꝙ aliqua fides erat, quæ non sufficeret ad impetrandum miracula fieri: vt ergo quilibet habens fidem quantumcumq; credat se aptum ad impetrandum miracula fieri, fuit conueniens absolutè dici, ꝙ quicunque haberet fidē, scilicet, quantamcumque, transferret montes, aut faceret quidquid vellet, & hoc significat hic litera, quia ponit habere fidem, & non hæsitare, & non notat aliquam quantitatem illius. Sed obijcietur contra primum horum. s. ꝙ non oportebat istā doctrinam poni ꝑpter hoc, quod dicitur, & non hæsitauerit, quia istud etiam si non ponatur subintelligitur. Nam aliter non est fides, nisi habens fidem sit non hæsitans, quia qui dubitat infidelis est. extra de Hæreti. cap. dubius. s. dubius in fide, infidelis est. Dicendum, ꝙ de ratione fidei propriè dicta est firmitas quædam. Vnde sicut fides est duplex. s. vna qua creduntur articuli, & cœtera à Deo reuelata, per quorum assēsum fideles dicimur: & alia, per quam miracula fieri impetrantur: quarum prima est virtus theologica, secūda est donum: ita est duplex firmitas: prima requirit firmiter assentire: secunda exigit non hæsitare. Ideo sicut dicendo, ꝙ quis habet fidem, qua creditur, intelligitur, quòd firmiter assentit omnibus credendis: ita dicendo, quòd habet fidem, qua miracula impetrātur subintelligitur, quòd circa ea, quæ fieri petit nequaquam se impetraturum hæsitat: & tamen quia discipuli adhuc nesciebant cōditionem, & naturam fidei, etiam si aliquid importaretur sub ratione fidei, debuit expresse dici illis: & ita

F fuit hic. s. ꝙ haberent fidem, & non hęsitarent: ita. n. diffinitum importat id, quod diffinitio: & tamen per diffinitionem notificatur quid importat nomen diffiniti, & ob hoc non solū Christus hic, sed etiam Iacob' tenuit istum modum loquendi. s. Iaco. 1. cap. postulet autem in fide nihil hæsitans: vnde noluit ponere: postulet autem in fide, quòd solū sufficiebat, sed addidit nihil hæsitans, quasi hoc non faciliter intelligeretur, nisi exprimeretur.

Quare Christus potius ostendit potestatem suam in maledictione ficulneæ, quàm alterius rei. Quęstio CXXV.

G QVAERETVR, dato quòd Christus vellet ostendere potestatem suam, vel significationē rerum, aut aliquid aliud in miraculo quod fecit, quare potius ostendit in maledictione ficulneæ, quàm alterius rei: poterat enim maledicere animalia bruta aliqua, vel homines, & maledicēdo occidere: potissimè, quia hæc maledictio erat ad ostendēdum maledictionem Iudæorum: ideo aliquem, vel aliquos de eis poterat maledicere, & occidere. Dicendum primò, ꝙ fuit hoc ad ostendendum benignitatem Christi: nullam enim ferocitatem, aut crudelitatem exercebat cū posset, licèt offenderetur: & ideo cum potestatem in destructione alicuius rei ostendere debuit, noluit facere hoc in rebus sentientibus, sed in rebus insensatis, quæ dolorem non sustinent: sic dicit Chryso. s. Male- H dixit ergo ficulneam propter discipulos, vt confidant: quia enim vbique beneficia tribuebat, nullumque puniebat: oportebat autem eum suæ punitiuæ virtutis demonstrationem facere, vt discerent, ꝙ posset etiam Iudæos persequentes siccare: noluit hoc demōstrare in hominibus: vnde in planta suę punitiuę virtutis tribuit exemplum. Secundò fuit, vt specialiter ostenderet benignitatem suam erga homines: nam licèt homines peccarent, ipse non puniebat eos, quia directè repugnabat intentioni eius: venerat enim ipse ad liberandum homines de peccato, & de pœnis, in quas incurrebant per peccatum tolerando pœnas eorum Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores no- I stros ipse portauit. Ideo non debuit pœnas, aut mortem hominibus inferre in isto aduentu, quo ad redimendum veniebat. Et ita ipse ait: filius hominis nō venit, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per illum: & ideo increpuit Iacobum, & Ioannem, Luc. 9. cap. quando voluerūt petere ignem de cęlo, vt exureret Samaritanos. s. Domine vis dicimus, ignis descēdat de cœlo, & consumat illos, & conuersus increpuit illos, & dixit: Nescitis cuius spiritus estis. i. quam intentionem tenere debetis. Et sequitur: filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. i. non venit ad occidendum homines, sed ad liberandum eos à morte: & ideo neque vos debetis mortem, aut pœnas illorum optare. Tertiò fuit, quia non erat nunc conue- K niens occidere Iudæos propter sterilitatem eorum, & propter malitiam, quia licèt nondum fructum haberent, adhuc tempus supererat, in quo illum habere possent. s. prædicantibus Apostolis post Christi mortem: etiam nō propter peccata, quia maximum peccatum eorum, propter quod vniuersa mala eis euenerunt, nondum compleuerant. s. mortem Christi: & tamen Deus non infert pœnam quousque peccata illorum, quos punit completa sint. Sic patet Gen. 15. vbi Deus loquebatur de Chananæis, Amorrhæis excludendis de terra propter peccata, & quasi reddens rationem, quare nondum excluderetur, ait: nōdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. Quartò fuit, quia dato quòd aliqui de

Iudæis

Iudæis esset, cuius iniquitates completæ essent, vt deberet A statim perire: tamen non erat cõueniens, quòd Christus illum maledicendo occideret, quia ista maledictio non debebat esse nunc ad executionem mali, quod Iudæis inferendum erat, sed ad significationem illorum: sed maledicendo aliquem hominem, & occidẽdo appareret, aut putaretur, ꝙ illud fiebat propter peccatum illius, & non propter significationem aliquarum rerum: maledicendo autem aliquam rem animatam, quæ neque peccare poterat, neque damnum inferre, appareret, ꝙ fiebat ad aliquid significandum, aut saltem hoc magis cogitari posset, ideo non debuit maledici, & occidi aliquis homo. Quintò fuit, quia cùm maledictio ista fieret ad significationem, debuit fieri in re, quæ conuenienter haberet istam significationem. B Et hoc erat in ficulnea, quia sicut illa habebat folia, quæ eam de longe fructiferam ostendebant: & tamen nullum fructum habebat: ita Iudęi cùm haberent foris in cœremonijs quandam speciẽ sanctitatis: nullam tamen veram bonitatem habebãt sed omni iniquitate erant pleni, vt Christus eos redarguit infra 23. cap. Sextò, quia etiam conueniens fuit hoc ex parte rei, quæ maledicebatur. Nam licèt maledictio ista fieret principaliter ad significandum: tamen debuit apparere prima facie aliqua causa, quare Christus moueretur ad maledicendum rem illam: & hoc planè apparuit in ficulnea, quia videbatur Christ⁹ iuisse ad quærendum in ea ficus, & non inuenit: & ita quasi indignatione quadam commotus, cũ prętenderet C speciem fructuum, & non haberet illos, putaretur prima vice maledixisse illi, quod non appareret in aliqua arbore non fructifera, quia non subesset aliqua causa, quare illi prima facie videretur voluisse maledicere. Septimò, vt quidam volunt, fuit potius in ficulnea, quàm in alia arbore ad ostẽdendum miraculi magnitudinem. s. ꝙ arbor tam viridis subito ad verbũ Christi marceret, quasi pœnitus desiccata, sic dicit Chryso. Ideo autem non in alia plãta, sed in omnium humidissima hoc miraculum fecit, vt & hinc magis appareret hoc miraculum: & ita conuenienter valdę factum est, ꝙ. s. Christus simul potestatem, significationem, & benignitatem ostenderet: quidquid enim nunc esset, quod malediceret, ad significationem agebat D maledicendorum Iudæorum. potestatem quoq; ostendit, quia humidissimam arborem vnico verbo arefecit. Benignitatem quidem, quia hoc ostendere noluit in rebus sentientibus, & potissimè in hominibus, sed in non sentientibus manifestauit: ita. n. Christus potestatem suam ostendebat, ꝙ quando in benefaciendo potestatem mõstrare volebat, in hominibus miracula faciebat, vt in curatione ęgritudinum. Cùm verò nocendo ostendebat potestatem, in rebus non humanis illam monstrabat, sicut in præcipitatione porcorũ, supra 8. cap. & in maledictione ficulneæ hic: sic dicit Hilarius. s. & in hoc bonitatis Dominicę argumentum reperimus. Nam vbi afferre voluit procurate per se salutis exemplum, virtutis suæ potestatem E in humanis corporibus exercuit, speciẽ futurorum, & animę salutem curis pręsentium ęgritudinum commendans: nunc verò vbi in contumaces formam seueritatis constituebat, futuri speciem damno arboris indicauit.

Quare Christus porcos præcipitauit, & occidit, qui dolorem sentiebant. *Quæst.* CXXVI.

SED dicetur, cùm Christus propter suam benignitatem, & mansuetudinem suam potestatẽ ibi mala inferendo ostẽdere deberet, vbi nulli inferret sensum doloris: & ideo faciebat hoc in rebus non sentientibus, sicut in ficulnea: cur porcos præcipitauit, & occidit, qui dolorem sentiebant? potissimè cum tot præcipitauerit? erant enim illi quasi duo millia, vt patet Mar. 5. cap. Dicendum vno modo, ꝙ Christus ex summa benignitate sua potius debebat ostendere potestatem suam in benefaciendo, quàm in nocendo, & ita faciebat: imò & nunquam illam ostenderet in nocẽdo, nisi hoc necessitas exigeret, sicut nunc ad ostensionem futuræ maledictionis Iudæorum, non potuit ostendi miraculum in benefaciendo, sed in nocendo: quia miracula, quæ fierent in benefaciendo non repsentarent mala infligenda Iudæis: & ideo ostendit potestatem suam in nocendo. Ita si interdum non poterat iuxta rerum exigentiam ostẽdi potestas, nisi miraculum fieret in nocendo alicui rei sentienti, fiebat in nocendo illi, & ita factum est in porcorum præcipitatione: nam Christus sanauerat duos arreptitios, in q̃bus erat vna legio dæmonum: voluit autem Christus ostendere potestatem magnam, quæ fuit in isto miraculo, ostendebatur autem potestas magna ex multitudine dęmonum, quos vno impetu eiecit, & vna voce: ideo antequam Christ⁹ illos eijceret, quæsiuit ab illis, quasi esset vnus dæmõ solùm in vno arreptitio, quod tibi nomen est, & respõdit multitudo dæmonũ, legio mihi nomen est, quia multi sumus. Vt autem ostenderetur in veritate, ꝙ multi erant sicut illi profitebantur debuit hoc ostendi per exteriorem operationem: nulla autem conuenientior erat, quàm quòd mitterẽtur in porcos sicut illi petebant: nam cùm quilibet porcus per se arriperetur, nõ poterat minus, quàm ab vno dæmone quilibet porcus arripi, & sic saltem essẽt tot dæmones, quot porci. Et tamen porci erant vsq; ad duo millia: Mar. 5. cap. Ideo saltem erant duo millia dæmonum: & tamen in veritate plures dæmones erant, cùm esset legio. Mar. 5. & Luc. 8. cap. Si autem cõcederetur dęmonibus, quòd euerterent aliquando montem, vel similia facerent, nõ colligeretur ex hoc, an essent multi, vel vnus, cùm quilibet eorum possit solus facere magna, cùm non sit potestas sub cœlo, quæ comparetur eis. Iob. 21. cap. & ita debuit conuenienter concedi tunc dæmonibus, ꝙ introirent in porcos, & præcipitarent eos. Secundò potest dici, ꝙ fuit ad ostendendum ferocitatem, & crudelitatem dęmonum, cùm vno impetu duo millia porcorum in mare præcipitauerint, & nõ ostenderetur crudelitas, si rem inanimatam insensibilem agitarent, vt si euerterent montes, vel ædificia, quia circa insensibilia non est crudelitas. Tertiò potest dici, quòd adhuc stat generaliter dictum. s. ꝙ Christus nunquam ostendit potestatẽ suam, nocendo per se, vel immediatè rebus animatis sentientibus. Nam ipse non occidit, neque præcipitauit porcos, sed solùm concessit dæmonibus introire in eos: ipsi verò introeuntes, præcipitauerunt, & occiderunt omnes porcos.

Deus nũq̃ sine necessitate ostẽdebat suã potestatẽ i nocendo.

Quare Christus dixit, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis. *Quæstio* CXXVII.

QVAERETVR, quare dixit Christus, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis. Dicendum, quod vt habitum est supra quæst. 127. ista est causa p̃cipua, quare posita fuit ista doctrina de impetrando miracula fieri per fidem, cùm etiam supra 17. cap. posita fuisset. s. vt adderetur, & non hæsitaueritis. Et ideo tam Matthæus hic, quàm Marcus 11. cap. illud posuerunt, quia dicitur ibi; Quicunque dixerit monti huic, tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quodcunque dixerit, fiat, fiet: fuit autem multum necessaria ista particula. Ad quod sciendum, ꝙ de fide, quæ est ad faciendum miracula,

dupliciter putatur: quidam credunt, ꝙ fides est confidentia illa, qua creditur aliquid sic euenturum, sicut in oratione petitur, etiam si non firmiter hoc confidatur. Alij dicunt fidem esse, quando firmiter creditur euenturum esse quod petitur, & nulla dubitatio de illius euentu habetur: quando autem est confidentia quædam, vel expectatio de re, quam in oratione petimus, & tamen cū quadam dubietate, dicūt primi esse fidem, sed imperfectam quidem. Secundi autem dicunt nullo modo esse fidem, & tamen ẜm vtrosq; est verum, ꝙ non est illa confidentia sufficiens ad impetrandū miracula fieri: & quia Christus loquebatur hic de fide, vt est sufficiēs ad impetrationem miraculorū, debuit addere hoc.s.& non hæsitaueritis. Etiam Marcus posuit, vt dictum est, & Iaco.1.sic ponitur, postulet autem in fide nihil hæsitans. Accipiēdo autem iuxta primam opinionē, dicetur, ꝙ Christus addidit hic istā particulam ad significandam fidem perfectā: & ideo dixit, si habueritis fidem.s.quæ potest esse cum hæsitatione: & tamen non est perfecta, sed perficitur per sequentia.s.& non hæsitaueritis: iuxta secūdam opinionem dicetur, ꝙ non est additio, cū non hæsitare includatur in ratione fidei, sed ponitur expositiuè, sicut diffinitio explicat diffinitum, eo ꝙ illi, quibus Christus loquebatur, non intelligebant, quid importaretur nomine fidei illius, quam ipse accipiebat. Sed dicendū est, ꝙ secunda positio est verior.s.ꝙ fides includat firmitatem sine hæsitatione. Nam hæsitare cum fide, non facit fidem solū esse imperfectam, sed prorsus facit fidem non esse, cùm sit limitatio distrahens, sicut mortuus ad hominem. Et ratio est, quia aliàs nō differret opinio à fide: nam opinio assentire facit cū formidine ad oppositum, si autem fides adhuc hęsitationem haberet, cum formidine assētiret, & esset opinio. Assentit ergo, vel confidit sine formidine, sicut scientia, quæ de certis, & necessarijs est, & tamē differt, quia scientia ex necessarijs demōstrat, fides autem sine demonstratione assentit, tanquam rei demonstratæ.

Quare dixit Christus: Non solùm de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic, &c.
Quæstio CXXVIII.

QVAERETVR, quare dixit Christus: Non solùm de ficulnea facietis, sed & si dixeritis mōti huic: tolle te, & iacta te in mare faciet. Dicendum, quòd hoc fuit primò ad ostendendum, quòd fides orantis impetrat quantum ad omnia, in quibus petit: posuerat enim vnum exemplum.s.de ficulnea. Nam ipse verbo suo desiccauerat ficulneam, & voluit dicere, quòd etiam discipuli possent ficulneam desiccare, sicut ipse desiccauerat si peterent ex fide hoc fieri, & quia tunc non viderant discipuli aliquid aliud facere Christum, ad quod videretur debere extendi doctrinam istam de petendo ex fide: putarent fortè, quòd hoc solùm possent impetrare pro fide: ideo ostendit, quòd quantum ad omnia extenditur fides: & ita ait, quòd non solùm de ficulnea fieri obtinebunt, sed etiā de monte si voluerint, & petierint montem mutari, & generaliter de omnibus rebus: ideo subiūxit clausulam generalem, dicens: & omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis, & tunc dicendum, quòd nō dixit Christus specialiter de monte potius, quàm de aliqua alia re, sed ita dixit de monte, ac si diceret de qualibet alia re, sed occurrit dixisse de monte. Secundò potest dici, quòd dixit de monte specialiter ad notandum, quòd omnia cadunt sub fide, siue magna, siue parua: & ideo sicut desiccare ficulneam impetratur per fidem: ita & quælibet maiora, sicut est montem mouere. Sed tunc conside-

F randum, quòd omnia miracula fiunt per potestatem infinitam, quia nullum potest fieri per minorem potestatem, quàm sit infinita, neque requiritur ad aliquod maior potestas, quàm infinita, & ideo omnia miracula sunt æqualia quantum ad potestatem faciētem: nam siue ficulnea desiccetur, siue mons moueatur, vtrumque fit in instanti per virtutem non naturalem: & quia præter istum modum faciendi ista miraculosè est aliqua potentia naturæ ad faciendum hæc, vel saltem minor potestas, quàm infinita, est tunc cōsiderare respectu illius potentiæ quid sit facilius fieri: & certum est, quòd sub minori potentia cadit desiccare aliquando ficulneam, quàm mouere montem: ideo posuit Christus pro maiori mouere montem, G quàm desiccare ficulneam, vel potest etiam hoc accipi quantum ad æstimationem vulgarem, & eorum quibus Christus loquebatur, quia dato, quòd verè nō esset maioris potestatis facere vnum, quàm alterum: tamen quia res inter se sunt inæquales magnitudine, existimant vulgares difficilius fieri vnum, quàm alterum: & ita secundùm eorum opinionem vellet Christus ostendere, quòd fides ad omnia sufficit, siue ad maiora, siue ad minora.

Miracula requirunt potestatem infinitam.

Quare Christus potius dixit de motione montis, quàm de aliqua alia re cum alia sint miracula maiora.
Quæstio CXXIX.

H QVAERETVR, quare Christus potius dixit de motione mōtis, quàm de aliqua alia re, cùm vellet nominare difficultatem, cùm alia sint verè difficiliora, quàm mouere montem. Dicendum, quòd verum est, quòd miracula quodam modo dicuntur omnia inter se æqualia, & quodammodo dicuntur quædam maiora alijs: comparando enim miracula ad diuinam potestatem, per quam solam fiunt, nihil est miraculum, quia facere illa non est difficultas aliqua Deo, sed quia ita est, quòd ea, quæ miracula propriè vocantur per Deum solum fiunt: & quæcunque fiunt per alia agentia, non sunt, neque dicuntur miracula: sunt quantum ad hoc omnia miracula æqualia, neque datur maius, & minus in eis, quia nullum re- I quirit maiorem potestatem, quàm infinitam, & ad nullum sufficit minor potestas, quàm infinita: si autē consideretur miraculum secundùm ipsam rem, quæ fit, potest dici vnum miraculum maius alio sicut.i. inquantum fiunt omnia per potestatem diuinam, quæ excedit facultatem naturæ, & quanto magis excedit facultatem illam, tanto est maius miraculum, & quantum ad hoc sunt tres gradus inquantum tripliciter aliqua operatio excedit facultatem naturæ. Vno modo quantum ad substantiam facit, scilicet, quia illam rem natura nūquam facere potest, neque per illam viam, neque per alteram, neque in illo subiecto, neque in altero, sicut est facere esse duo corpora in eodem loco, aut quòd sol, vel astra retrocedant contra motum, quem nunc habent, aut quòd corpus humanum glo- K rificetur: nunquam enim natura efficere potest per aliquam viam, quòd duo corpora sint in eodem loco: Deus autem efficit illud. Etiam nihil potest naturale agens supra motum corporum cœlestium ad hoc, quòd cōtrario, vel diuerso modo moueantur, neque potest vnquam glorificare aliquod corpus humanū, & multa huiusmodi. Secundus gradus est quando operatio excedit facultatem naturæ, non quantum ad substantiam facti, sed quantum ad subiectum, vt suscitatio mortuorum, illuminatio cęcorum, & sanatio quarumcumque ægritudinum, & potissimè maximarum, in qua sanatione recuperatur aliqua forma deperdita, vt visus, auditus, vel membrum [illegible]

natura enim poteſt iſta præſtare, quæ hic præſtantur
quantum ad ſubſtantiam rei, ſed non in eodem ſubie-
cto, in quo prę́ſtantur per miraculum, ſicut natura po-
teſt dare vitam ei, qui nondum genitus eſt, vt eſſe inci
piat, ſed non poteſt dare vitam mortuo, qui ſemel vi-
tam habuit: etiam natura dat viſum, & auditum, &
omnes vires, & omnia membra ei, qui nunquam fuit,
& nunc gignitur: ſed non poteſt dare viſum cœco, &
auditum ſurdo: & ita de alijs non habentibus poten-
tias iſtas, vel non habentibus membra, vt quia nunquā
illa habuerũt, vel quia mutilati ſunt: & ita ſolùm dif-
fert hic operatio per ſubiectũ, & non per rem quæ fit.
Tertius gradus eſt quando operatio miraculi excedit
facultatem naturæ, non quantum ad ſubſtantiā facti,
neque quantum ad ſubiectum, in quo fit, ſed quantũ
ad modum, & ordinem faciēdi, ſicut eſt in curatione
febrium, & generaliter omnium ægritudinum, quæ
naturaliter ſunt curabiles, quando illæ curātur à Deo,
quia non curantur eodem ordine, & modo à natura.
Nam Deus in inſtanti curat, nihil adhibendo, ſed fa-
cere volendo: natura autem ſecundùm quaſdam ſuc-
ceſſiones, & apponendo, vel faciendo aliquid deter-
minatum. Et ſic eſt pluere vltra modum, vel tonitrua
dare, & fulmina, & omnia, quæ pertinent ad metheo-
rologicas impreſſiones, quia omnia illa à natura fiunt
aliquando, ſed quando Deus illa facit, aliter facit, quā
natura, ſicut eſt de pluuia, & tonitruis factis per Sa-
muelem in diebus meſſis triticeę. 1. Reg. 12. cap. & po
nitur ibi, quòd fuit miraculum, quia facta ſunt illa in
tali tempore, in quo natura illa non facit ſaltem in tali
regione; & ideo ad oſtendendum, quòd erant mira-
cula, dixit Samuel: nunquid meſſis tritici eſt hodie, &
inuocabo Deum, & dabo voces, & pluuias? talia autē
ſunt iſta duo miracula hic nominata, ſcilicet, deſicca-
re ficulneam, & mouere montem: nam ficulnea na-
turaliter deſiccari poteſt, ſed non tali modo, ſcilicet,
ſubito: & ideo non admirati ſunt diſcipuli, quòd fi-
culnea aruerit, ſed quòd ſtatim aruit. Sic dicitur in
litera, ſcilicet, & videntes diſcipuli admirati ſunt dicē-
tes, quomodo continuò aruit: ſic & mons poteſt tolli
de loco ſuo, & iactari in mari, ſed non vno impetu,
ſed particulatim auferendo de eo. Sciendum, quòd
miracula ſecundùm iſtos tres gradus ſunt inæqualia,
quia miracula primi gradus ſunt maiora, quàm ſecū-
di, & tertij gradus, & miracula ſecundi gradus ſunt
maiora, quàm tertij gradus, quia quanto magis elon-
gantur à facultate naturæ tanto ſunt maiora, ſed pri-
ma pœnitus elongantur, cùm nunquam illa natura
poſſit quantum ad ſubſtantiam facti efficere. Secun-
da minus elongantur, quia licèt non poſſit illa facere
natura quantum ad ſubiectum facti: poteſt tamen
quantum ad ſubſtantiam, ſcilicet, quia eandem rem
in alio ſubiecto efficit. Tertia minus elongantur à
naturali facultate, quia tam quantum ad ſubſtantiam,
quàm etiam quantum ad ſubiectum facti poteſt idē
natura, & miraculum, ſed ſolùm quantum ad ordinē
diſtant, & modum. Sciendum etiam, quòd iſti tres
modi ſunt generales diſtinctiones miraculorum, &
ideo ſub quolibet eorum inueniuntur multa mira-
cula inæqualia, ſicut curatio omnium ægritudinum
curabilium cadunt ſub tertio modo: & tamen non
ſunt omnes ę́què faciliter viæ naturæ: etiam ſuſcitare
mortuos, & illuminare cœcos, & reddere auditum
ſurdis cadunt ſub ſecundo gradu, ſed difficilius eſt
ſuſcitare mortuos, quàm illuminare cęcos. Sic etiam
ficulneam deſiccare, & mutare montem de loco ca-
dunt ſub tertio modo, ſed facilius eſt ficulneam deſic-
care, ſed in ſingulis poteſt cōſiderari cauſa difficulta-
tis ad operationem naturæ, & ſecundùm hæc appare-
bit de quibuſlibet, quæ ſunt difficiliora alijs. Ex his ſe-

A quitur, quod præſupponebatur ſupra, ſcilicet, quòd
mouere montem non ſit maximum miraculum, ſed
potius eſt de minimis: nam eſt in tertio gradu, & om-
nia miracula illius gradus ſunt minora, quàm quodli-
bet de ſecundo gradu, & à fortiori, quàm quodlibet
de tertio gradu. Et ita manet ſemper dubium, cùm
Chriſtus vellet nominare hic maximum miraculum,
vt oſtenderet, quòd fides poterat etiam ad maxima,
quare nominauit mutationem montis. Dicendum,
quòd Chriſtus procedit artificialiter. Ad hoc enim,
quòd probet quis ea quæ intendit, non expedit, quòd
probet per ea, quæ ſimpliciter vera ſunt, & probant,
ſed per ea, quę videntur reſpondenti: & quia licèt om-
nia alia erant maiora miracula, quàm mouerē montē
B de loco ſuo, nullum tamen videbatur maius eis, qui-
bus Chriſtus loquebatur, & generaliter omnibus vul-
garibus, poſuit iſtud quaſi maximum: non quidem aſ-
ſerendo illud eſſe maximum. Sed dicendum, quòd
per fidem poterat illud impetrari. Cauſa autē quare
diſcipuli, & alij vulgares putabant iſtud eſſe maius mi-
raculum, quàm cœtera, erat prima, quia de miraculis
primi, & ſecundi generis iam viderant, vel ſciebant
eſſe multa facta, ſed mutationem montis, neque vide-
rant, neque factam vnquam audierant. De primo
generē patet, vt in ſtatione ſolis Ioſue decimo capitulo,
& in retroceſſione eius tempore Ezech. 4. Reg. 20. &
Iſa. 38. & ambo ad præces hominum impetrata ſunt.
Nam Ioſue orante, imò iubente ſol ſtetit. Ioſue 10. c.
C & orante Iſaia, vt compleretur voluntas Ezechiæ re-
troceſſit ſol. 4. Reg. 20. cap. De ſecundo gradu multa
miracula viderant, vt ſuſcitationes mortuorum, & il-
luminationes cœcorum tam tempore Chriſti, quàm
factas à prophetis, ſed mutationem montis nunquam
viderant, ideo putabant eſſe iſtud maius miraculum.
Secunda cauſa eſt, quia vulgares non cognoſcentes
magnitudinem in virtutibus alteratiuis, & cœteris
operatiuis, cognoſcunt illam in motiuis, vt in poten-
tia portatiua, & in quacunque motu, quia iſta ma-
gis cadunt ſub ſenſu, & quia in poteſtate motiua,
nihil maius eſſe videtur, quā mouere montem de
loco ad locum, putant non eſſe aliud maius miracu-
lum, quàm mutare montes de loco in locum.

Mouere montē eſt de minimis miraculis, & cur.

D

Quare Chriſtus tam hic, quàm decimoſeptimo capitulo, dixit de tranſlatione montis, quando de fide locutus eſt.

Queſtio CXXX.

QVAERETVR, quare Chriſtus tam hic, quā
decimoſeptimo capitulo, dixit de tranſlatione
montis, quando de fide locutus eſt. Dicendum, quòd
Chriſtus vtrobique locutus eſt de magnis, quæ per
fidem efficiuntur: ideo poſuit illud quod maximum
putatur: nam ſupra decimoſeptimo volebat Chriſtus
oſtendere, quòd fides quantumcumque ſit parua ſuf-
ficit ad maxima miracula, ideo dixit, ſi habueritis fidē,
ſicut granum ſinapis, quia nihil minus eſt in ſemini-
E bus, quàm granum ſinapis: transferre autem mōtem
poſuit, tanquam rem maximam, vt vulgares putant:
ideo grano ſinapis de fide poſuit competere tranſla-
tionem montium, hic etiam, quia oſtendere volebat,
quòd orans ex fide omnia impetrat etiam maxima,
dixit, quòd non ſolùm de ficulnea facerent, ideſt, de-
ſiccare poſſent illam, ſicut ipſe deſiccauerat, ſed etiam
montem transferre poſſent, & iſtum eundem modū
loquēdi tenet Apoſtolus primæ Corinthior. decimo-
tertio capitulo, vbi cum maximam fidem comparat
ad id, quod per illam poteſt impetrari, poſuit quaſi
pro maximo tranſlationem montium dicens: ſi ha-
buero omnem fidem, ita vt montes transferam.

Quod

Quod sit maius miraculum, istud de translatione montium, vel illud de translatione arboris mori, & radicatione in mari. Quæst. CXXXI.

QVAERETVR, quod sit malus miraculum, an istud de translatione montium, quod hic ponitur, vel illud quod ponitur Lucæ decimo septimo, de translatione arboris mori, & radicatione in mari. Dicendum, quòd vtrumque magnum est in veritate, & etiam valde magnum in æstimatione vulgarium. Primum patet, quia licèt vnum miraculum sit minus alio: tamen nullum miraculum est paruum, cùm omnia excedant facultatem naturæ. Secundum patet, quia Christus vtrobique fidem laudat, ostendens quòd per illam res maximę fiant, & oportet, quòd vtrumque posuerit, quasi maximum in æstimatione vulgarium: imò quasi æqualia posuit, cùm ambo cōmensurauit ad granum sinapis. Sed dicendum, quòd in veritate valde maius est eradicare morum verbo, & transplantare in mari, quàm montes transferre, & iactare in mare. Nam transferre montes vnicum miraculum est, & pertinet ad tertium gradum miraculorum, qui est minimus gradus miraculorum, vt
In.q.132. ostensum est supra. Eradicare autem morum, & transplantare in mari, sunt duo miracula, & vnum pertinet ad tertium gradum: alterum ad secundum gradum. Nam eradicare morum, vt transferatur in alium locum solo verbo, pertinet ad tertium gradum, quia eandem rem quantum ad substantiam, & quantum ad subiectum efficit natura, sed non eodem ordine, & modo, scilicet, quia non in instanti, & per verbum, sed successiuè, & per alia instrumenta: transplātare autem in mari, idest, facere, quòd super aquas maris radices teneat, & ibi se figat, & nutriatur, & fructum faciat, pertinet ad secundum gradum miraculorum, quia natura eandem rem facit quantum ad substantiam, scilicet radicationem mori, & fructificationem, sed non in eodem subiecto, siue loco, idest, non in mari super aquas, sed in terra: sed quodlibet miraculum secundi gradus est maius quolibet mira-
In.q.32. culo tertij gradus, vt dictum est supra, ideo maius est istud de eradicatione, & transplātatione mori, quàm de translatione montium.

Quare dixit Christus, dicetis monti huic. Questio CXXXII.

QVAERETVR, quare dixit Christus, dicetis monti huic, quia sufficiebat dicere, dicetis monti transi. Dicendum, quòd quando Christus ista dixit, erat iuxta aliquem montem, & cùm illum videret ad oculum, ostendit eum dicens, dicetis monti huic, idest, poteritis dicere huic monti, vel cuicunque alteri. Nam non erat vnicus mons, quem per fidem mouere possent, sed quemlibet poterant transferre. Sed dicetur, quare etiam decimo septimo capitulo, quando dicebatur de fide dixit, dicetis monti huic, & an erat idem mons.

Dicendum, quòd non erat idem mons. Dicitur, quando Christus dixit istud, erat inter Ierusalem & Bethaniam, cùm veniret de Bethania in Ierusalem, vt colligitur supra in litera, & Marci vndecimo capitulo: quando autem dixit illud, quod habetur supra decimo septimo capitulo, erat in Galilæa, vt colligitur ibidem. Et ita non poterat esse idem mons, sed dixit vtrobique, dicetis monti huic, quia vtrobique ostendit montem aliquem particularem, licèt non esset idem: est enim terra illa montuosa, & campestris, Deuteronomij vndecimo capitulo: ideo facile est vbique existentibus montem aliquem ostendere:

F tenuit autem Christus istum modū ostendendi semper particulariter, quia loquebatur rudibus, qui magis mouentur ex consideratione particularium, quæ pertinent ad sensum, quàm ex apprehensione vniuersalium, quæ est intellectus: si enim Christus diceret, dicetis monti transi, non deprehenderent determinatè aliquem montem, cuius magnitudo subiiciatur oculis: & sic non multum mouerentur. Cùm autē dicebat, dicetis monti huic, ostendebat aliquem particularem montem, qui oculis subiectus erat, & illius consideratio multum moueret, scilicet, quòd tantam molem ipsi transferre possent localiter, & ita semper loquebatur sic particulariter ad oculum ostendens. Sic etiam Lucę decimo septimo, cùm ageret de fide,
G dicetis huic arbori moro eradicare, & transplantare in mare. Si autem nòn faceret demonstrationem ad sensum, loqueretur pluraliter: non enim diceret, dicetis monti transi, & transibit, sed dicetis montibus, cùm non videatur aliquis particulariter designatus: & ita Apostolus locutus est non faciens designationem, primæ Corinthiorum 13. & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.

Quare dixit Christus, dicetis monti huic, tolle te, & iacta te in mare. Quæstio CXXXIII.

QVAERETVR, quare dixit Christus, dicetis monti huic tolle te, & iacta te in mare. Aliqui
H volunt, quòd dixerit ad ostendēdum magnitudinem miraculi, scilicet, quòd tolleret se mons, & poneret se supra vndas maris, & ibi sisteret: & ita essent duo miracula vnum tertij gradus, scilicet, translatio montis. Et aliud secundi gradus, scilicet, fixio super vndas, sicut dicitur Lucæ decimo septimo capitulo de moro, In.q.134. scilicet, dicetis huic arbori moro eradicare, & transplantare in mare: & sunt ibi duo miracula assignata, vt dictum est supra. Sed dicendum, quòd non stat: quia sola translatio montis designatur, & non fixio, vel supernatatio. Et patet, quia dicitur, tolle te, & iacta te in mare: & tamen iactare se significat immersionem, scilicet, quòd im̃mergatur in vndas, & non supernatationem: quia tunc diceret, tolle te, & po-
I ne te super mare, sed fuit hoc ad significandum magnitudinem translationis, idest, quòd non solùm posset quis per fidem commutare montes, sicut fit in terremotu, vel paulisper mutare de loco suo, sed etiam longe à locis suis: & ideo dixit, & iacta te in mare, quia mare distabat aliquantulum à loco, in quo nunc Christus erat, scilicet, per nouem leucas ad minus: nā erat inter Bethaniam & Ierusalem, quæ ad inuicem distant quasi media, aut vna leuca: Ierusalem autem distat à primo portu maris, qui dicitur portus Ioppen, & vulgariter Iafa, nouem leucas secūdùm descriptionem librorum situs terræ Sanctæ: quando autem Christus dixit, supra decimo septimo, dicetis monti huic, transi hinc, non addidit, iactate in mare. Et ra-
K tio videtur esse, quia ibi nihil magnum significaretur per illam iactationem, eo quòd erat mons ille siguatus iuxta mare, quia erat tunc Christus circa Capharnaum in Galilæa, vt colligitur ibidem, & ibi est mare, quod vocatur Galilææ.

Quis erat mons iste, de quo dixit Christus, dicetis monti huic. Quæstio CXXXIIII.

QVAERETVR, quis erat mons iste, de quo nunc, & supra dixit Christus, dicetis monti huic. De primo dicendum, quòd erat mons Oliueti, vel mons Sion: & tamen potius videtur, quòd esset mons Olìueti. Et patet, quia Christus dixit ista discipulis

scipulis inter Ierusalem & Bethaniam, vt colligitur hic in litera: & hoc cum reuerteretur de Bethania in Ierusalem, vt patet Marc. 11. c. distat autem media leuca, vel vna. s. quindecim stadijs. Io. 11. c. & ibi non sunt alij montes magis propinqui quàm mons Oliueti, & mons Sion: nam pars vrbis Ierusalem est supra montem Sion: mons autem Oliueti, est cõiunctus vrbi ex parte orientis, neque est aliquid inter Ierusalẽ & mõtem Oliueti, nisi vallis media. Bethania autem est in latere montis, & veniendo de Bethania in Ierusalem oportet descendere de monte Oliueti. Sic dicit Beda, Bethania villula est, siue ciuitas in latere montis Oliueti, vbi Lazarus suscitatus est a mortuis. Et hoc innuitur Mar. 11. in principio. s. & cùm appropinquaret Ierosolymæ & Bethaniæ ad montem oliuarum. Ergo B erat Bethania in monte oliuarum, vel coniuncta ei: & ita est, ꝙ erat in latere montis Oliueti: et cum de Bethania vellet quis ire in Ierusalem, oportebat transire per montem Oliueti, & descendere per eum. Nam Luc. 19. c. postquam ponitur, ꝙ venit in Bethaniam, & mansit ibi, vt dicitur Ioã. 12. c. Cùm procederet vltra versus Ierusalem, dicitur, quòd descẽdit de monte Oliueti. s. & cùm appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ laudare Deũ: & ita apparet, quòd inter montem Oliueti & Ierusalẽ nihil est medium nisi vallis, quæ est statim post descẽsum montis. Ex hoc autem apparet, ꝙ iste mons, de quo Christus locutus est, sit potius mons Oliueti, quã Sion: quia Christus loquebatur ista, quando veniebat C de Bethania cum discipulis in Ierusalem, vt colligitur Mar. 11. & ideo non poterat alium montem propinquiorem ostendere quàm eum, per quem descendebat, vel iuxta quem erat: si autẽ de monte Sion loqueretur, cùm ille esset intra ciuitatem, quia pars vrbis erat fundata super eum: potius diceret, dicetis vrbi isti, tollete, quàm dicetis monti huic. De secundo dicendum, quòd ille mõs, de quo dixit Christus supra 17. c. erat mons Thabor. Nam Christus ostendit montem propinquiorem, cùm dixerit, dicetis monti huic: & tamen mons propinquior erat mons Thabor: quod patet, quia Christus dixit ista discipulis statim vt transitus est. Nam vt innuitur Luc. 9. turba erat iuxta montem. s. Factum est in sequenti die descendentibus illis D de monte, occurrit illi turba. Et illa est, coram qua dixit discipulis de fide. Ergo iuxta montem transfigurationis fuit illud mons: tamen trãsfigurationis est mõs Thabor, ideo mons Thabor fuit ille, de quo dixit supra decimoseptimo capit. dicetis monti huic.

An hoc verum sit, scilicet, quæcunque petieritis in oratione, credentes accipietis.

Quæst. CXXXV.

QVAERETVR, cùm dicat hic, & omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis: an sit verum, vel debeat subintelligi aliqua orationis conditio. Aliqui dicunt, quòd debent subintelligi tres conditiones, scilicet, piè, perseueranter, & pro se: nam de oratione ita Christus dicit Ioã. 16. c. Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et tamen cum ista generalitate non est verum, ꝙ quandocunque oramus in nomine Christi exaudimur: sed ponuntur tres illæ conditiones, vel plures secundum alios, quibus existẽtibus semper exaudimur: ita ergo licèt nunc detur regula generalis, videtur ꝙ debeant aliquæ conditiones subintelligi. Secundò & præcipuè, quia ista quæ petimus in oratione petuntur, cùm dicatur: quæcunq; petieritis in oratione credentes, ergo cõditiones subintelligentur, quas oratio A requirit ad hoc, quòd exaudiatur.

Dicendum, quòd orantes aliquando exaudiuntur, & aliquando non: sicut experimur, & cõditiones, quæ communiter ponuntur ad exauditionem non sufficiunt: nam sæpe orat quis bonum petens pro se, aut pro alio, & nõ obtinet: vt aliquis desiderat & orat longo tempore habere vitam æternam, & tandem decedit in mortali, & perit æternaliter: aliquis autem contra charitatem petit malum proximi, & exauditur, id est, euenit ita, sicut ille petit: ideo circa hoc nihil magis propinquum veritati inuenitur, nisi quòd ille qui petit fieri, id quod Deus proposuit facere, siue de eo, siue de alio, siue ad bonum, siue ad malum, exaudit, etiam si malo animo petat, id est, fit id, quod ille petit: quisquis verò petit, aliquid quod Deus non facere diffiniuit, quantumcunque ex charitate petat, & pro se, & perseueranter, non exauditur, idest, non fit id, quod ipse petit. Ex hoc sequitur, quòd quandocunq; quis petierit ex fide, idest, nihil hæsitans, quidquid petierit, impetrabit siue sit ad faciendum miracula, siue ad obtinendum aliquid aliud, & siue sit pro se, siue pro alio. Et ratio est, quia fides hoc modo est quædam certa confidentia de obtinendo quod petitur, & putatur ineuitabiliter euenturum esse quod petitur: ac si coram oculis videretur, ista autem fides est donum Dei, quod nõ manet in nobis vt habitus, qui postquã acquisitus fuerit, manet quantum nos volumus, vel quamdiu non facimus cõtrarium illi: sed sicut a Deo illum recipimus, quando ille vult: ita manet solùm quamdiu ille vult, & non est in potestate nostra multum, aut parum de fide habere, sed quãtum nobis datur, ita neque est in potestate nostra, quamdiu manet in nobis, sed specialiter datur nobis mensura fidei, pro quocunque actu, quem ex fide facere debemus: & tũc nullum inconueniens est, quòd existẽte fide obtineamus, quodcunque petamus, quia Deus scit, quid nos petimus aut petere intendimus, & non daret nobis fidem non hæsitantem ad petendum, si ea, quæ petimus dare non intenderet, cum ad ipsum solum specialiter fidem illam concedere pertineat: Et ideo sicut, neque Christus ponit hic conditionem aliquam, ita neque nos ponere debemus, sed absolutè dicere, quod obtinet ille, qui cum fide petit: & hoc maximè quando petimus miracula fieri: quia de hoc fuerat sermo introductus. difficilius enim videtur, quòd quis impetret miracula facere, siue pro se, siue pro alijs, quàm quòd impetret alia, quæ solent peti in oratione, potissimè cùm miracula, vt communiter, fieri petamus ad vtilitatem aliorum, & cedat illorum operatio in quandam laudem nostram: & tamen quodcunque miraculum petamus fieri ex fide, statim illud fit: ergo a fortiori, si quæcunque alia petierimus ex fide, siue in fauorem nostrum, siue alienum, obtinebimus: & ideo postquam Christus dixerat de impetratione miraculorum per fidem, scilicet, quòd possemus trãsferre montes, subdidit generaliter, quòd quidquid peteremus ex fide obtineremus, & de ista fide quantum E ad comparationem suam ad fidẽ, quæ est virtus theologica, multa dicta sunt supra decimoseptimo capitulo: an verò ista fides recipiat magis & minus, id est, vna sit maior alia, & postquam data est alicui augmentetur in aliquo, vel maneat æqualis, aut minuaẽ interdum, dictum est ibidem, & quæstio. 169.

Quidquid fideles petierint ex fide impetrabunt.

In quæst. 168.

An circa omnia alia, quæ petimus in oratione, sit necessaria fides, sicut circa operationes miraculorum.

Quæstio CXXXVI.

QVAERETVR, an sicut verum est, quòd ad impetrandum operationes miraculorum est necessaria

cessaria ista fides, quæ est donum, & sine illa non obtinentur miracula: an ita sit circa omnia alia, quæ petimus in oratione, etiam si non sint miracula, quòd nō obtineamus illa sine fide. Aliqui dicunt, quòd etiam ad impetrationem quarumcunque rerum in oratione requiritur fides. Et patet primò ex his, quæ habentur hic, quia sicut supra dixerat de operatione miraculorum, & locutus fuerat de fide, quòd esset necessaria, & quòd sufficeret ad transferendum montes, & ad quæcunque alia: ita & subiunxit de omnibus alijs, quæ petuntur in oratione, quòd obtinentur, si petantur ex fide: & tamen si fides non esset necessaria, non poneretur hic a Christo, quòd frustra videretur introducta in doctrina orationis, cùm de rebus, quæ non sunt miracula petitur. ergo etiam ad obtinendum quidquid obtinēdum sit in oratione requiritur fides. Secundò patet, quia Iaco. 1. dicitur: Siquis indiget sapientia petat a Deo, qui dat affluenter, & nemini improperat. Et sequitur: Postulet autem in fide, nihil hęsitans: nam qui hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circunfertur: non autem æstimet homo ille, quòd accipiat aliquid a domino, & tamen petere hoc non est petere miraculum: ergo etiam ea, quę non sunt miracula, non obtinetur sine fide. Tertiò, quia dicitur non æstimet autem homo ille, ꝙ accipiat aliquid a domino, ergo nihil accipit, qui fidē non habet. Et sic, nec de miraculis, neque de cæteris, quæ in oratione petuntur, obtineri quidquam potest sine fide.

Dicendum, quòd ad impetrandum in oratione alia, quæ non sunt miraculum, non est necessaria fides. Si enim fides adsit, certum est, ꝙ impetrabuntur, & tamen etiam non existente fide, poterunt obtineri. Primum patet, quia maius est obtinere operationem miraculorum, quàm alia, quæ non sunt miraculum: & tamen quandocunque ex fide petimus, obtinemus q̃d̃cunque miraculum, vt patet ex litera: ergo a fortiori, & ea, quæ non sunt miracula, potissimè quia litera dicit, & omnia, quæ petieritis in oratione credentes, accipietis. In quo tam miracula, quàm non miracula intelliguntur. Secundum patet, quia maius est obtinere miracula fieri, quàm obtinere alia, quæ petimus, & ideo non est inconueniens, si plura requirantur ad obtinendum miracula fieri, quàm ad alia. Vnde licèt ad obtinendum miracula requiratur semper fides in petente: videtur, quòd non sit necessaria in obtinente alia fieri.

Et patet, hoc primò, quia miracula obtinere sit maius, quàm obtinere alia: cùm multa alia petamus, quorum assecutio ad miraculum non pertineat.

Secundò, quia difficilius est homini impetrare pro alio, quàm pro se: & tamen miracula, vt communiter pro alio impetrantur, quia qui miracula facit, non pro seipso facit, sed pro alio: ergo aliquid maius requiretur in obtinente fieri miracula.

Tertiò, quia operatio miraculorum licèt sit Dei: tamen decorat nimium, & venerandos reddit eos, per quos fiunt: impetratio autem eorum, quæ in oratione ad nostram vtilitatem petimus, non reddit nos famosos, & magnæ opinionis: ideo Deus vult, quòd sine eius dono, idest, fide non impetremus miracula fieri: & tamen impetrare possumus aliqua, quæ non sunt miracula. Quartò patet hoc, & multum efficaciter, quia quando Christus dat doctrinam de obtinendo aliquid per orationem, nihil de fide dicit: quādo autem dat doctrinam de obtinendo fieri miracula, dicit de fide. Primum patet, quia supra septimo, & Luc. vndecimo capitulo, dicitur de oratione: petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit, & qui

F quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et si illa conditio fidei ibi ponitur ad impetrandum. Et idem Ioan. decimosexto capitu. dicitur, Siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: vsque modo non petistis quidquam in nomine meo, petite & accipietis. Secundum patet, quia supra decimoseptimo, quando ponitur de curatione lunatici, quę erat miraculosa, introducitur fides ad impetrandum illam: & subduntur ibi alia miracula, quæ etiam per fidem impetrantur: nam cùm dixerunt discipuli Christo; quare nos non potuimus eijcere eum: dixit illis Christus, propter incredulitatem vestram. Et sequitur: Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, transibit, & nihil impossibi-

G le erit vobis: Et Luc. decimoseptimo, cùm etiam de fide pertinente ad miracula ageretur, dicentibus discipulis, Domine adauge nobis fidem: dixit Christus, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, obediet vobis. Ita etiam hic cùm de ficulneę desiccatione loqueretur, quæ erat miraculum, ait: Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic, tolle te, & iacta te in mare, fiet. Ergo non voluit Christus fidem esse necessariam ad impetrandum quæcunque in oratione: sed solùm ad impetrandum miracula fieri. Quintò patet, quia Apostolus 1. Corint. 12. c. vbi ponit gratias gratis datas, ponit fidem, quæ est ad impetrandum mi-

H racula fieri: non autem ponit aliquam gratiam gratis datam ad impetrandum alia, quæ in oratione petunt: ergo non requiritur fides ad impetrandum in quacunque oratione, sed multa sunt, quæ impetrare possumus orando pro nobis, si piè, deuotè, & perseueranter oremus: etiam si fidem non habeamus, idest, confidētiam talem, ꝙ credamus nullo modo in contrarium euenturum, quàm nos petamus.

Ad primum in contrarium dici potest vno modo, quòd verum est, quòd quęcunque petamus ex fide obtinebimus: nam si miracula fieri ex fide obtinebimus, a fortiori ea, quæ non sunt miracula: & tamen non conuertitur, scilicet, quòd si non habuerimus fidem, quòd non obtinebimus ea, quæ non

I sunt miracula.

Aliter potest dici, ꝙ illa litera non intelligitur, nisi de impetratione miraculorum: dixerat enim Christus, si habueritis fidem, & non hęsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, idest, non solùm poteritis desiccare ficulneam, sicut ego desiccaui: sed etiam maiora miracula facere poteritis, scilicet, si dixeritis monti huic, tolle te, & iacta te in mare, fiet: Et ne putaretur, quòd hoc solum posset fides, aut vt non oporteret de singulis particulariter dicere, posuit regulam generalem quantum ad omnia miracula, scilicet, quòd omnia, quæ petiuerint homines miraculosè fieri: dum tamē petant credentes, obtinebunt: & tunc conuertunt, ꝙ si non petierint ex fide, nihil obtinebunt.

K Ad secundum dicendum, quòd etiam Iacobus loquitur de impetratione miraculi, quòd quia ille, qui sapientiam non habet recipiat: ideo sapientiam non addiscendo, neque per humanum studium miraculum est, & hoc sine fide non acquiritur, & loquitur in casu, quo quis indiget sapientia ad defensionem, vel declarationem fidei, & pro tempore illo, non potest eam habere per humanum studium, vel doctrinam, si ad Deum confidenter orat, infundet illi sapientiam, quam petit, vel habitualiter dando: vnde semp sapiat, vel infundēdo, vnde actualiter intelligat, etiam si non perseueret illa sapientia in eo. Sic enim in Apostolis erat, qui imperiti erant, & tamen Christus dabat eis sapientiā infun-
dendo

dendo actualiter, quocunque tempore indigerent, & non oportebat, ꝙ aliquid ipsi orarent, neq; soliciti essent pro eloquio: sed in quacunq; hora opus esset eis loqui proponendo: vel respondendo infundebatur eis quid loqueretur, supra 10. & Luc. 21. c. Nobis autem non concessum est hoc priuilegium: sed humano studio addiscimus, quod nobis conueniens est; non solũ circa humana, sed etiam circa diuina; & quæ sunt necessaria ad regimen animarum nobis commissum. 1. Timot. 4. c. Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ: noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manus presbyterij: & tamen quia interdum facientibus nobis, quod possumus occurrit aliquid, in quo per humanam sapientiam prouidere non possumus, recurrendum est ad Deum: & tunc si ex fide oramus, concedet sapientiam, quam petiuerimus. Et ita intelligitur dictum Iaco. Sic etiam siquis petat acumen ingenij, quòd naturaliter non habet: vel bonitatem memoriæ, vel aliã diffinitionem ad scientiam, & confidenter petat concedet Deus: & hoc est sapientiam dare.

Ad tertium dicendum, quòd postulans sine fide nihil accipit a domino, scilicet de illis, quæ ad miraculum pertinent, quale erat sapientiam petere: nam licèt ponatur verbum generaliter, non est magis extendendum, quàm sit conditio eorum, de quibus agitur: & quia ibi agitur de eis, quę miraculose conceduntur, ad illa referendum est, scilicet, quòd de illis nihil impetrabit a Deo sine fide: sed in alijs, quæ non pertinēt ad hanc conditionem miraculorum, obtineri multa possunt sine fide.

An apostoli aliquando montes transtulerint.
Quæst. CXXXVII.

QVAERETVR, circa hoc quod dicitur hic de translatione montis: an apostoli aliquando mōtes transtulerint. Aliqui dicunt quòd sic, quia accipitur mons mysticè: & ita illum transtulerunt apostoli; vnde quidam dicũt, quòd mons est Christus, & illum transtulerunt apostoli, & proiecerunt in mare, quando verbum prædicationis ad gentes portauerunt: sic dicit Hieronymus. Christus, qui est mons crescens de lapide absciso sine manibus, tollitur & mittitur in mari, quando apostoli dicunt, digne transferamur ad gentes alteras: quia vos indignos iudicastis audiendo verbum Dei. Alij dicunt, quòd diabolus est mons, & iactatur in mare per apostolos. Sic dicit Beda: Montis nomine diabolus designatur propter superbiam, mōs ad præceptum eorum, qui fortes sunt fide tollitur de terra & in mare proijcitur, cùm prędicãtibus verbum Dei doctoribus sanctis immundus, spiritus ab eorum corde repellitur, qui ad vitam sunt præordinati: & in turbulentis amarisque infidelium mentibus vesaniã suæ tyrannidis exercere ꝑmittitur, in quos tanto acrius sęuit, quanto amplius se dolet a lęsione priorum fuisse depulsum.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia iste sensus est mysticus: & tamen oportet dare aliquem sensum literalem huic literæ. Secundò, & pręcipuè, quia Christus attribuit fidei translationem montium, & tamen accipiendo sic siue pro Christo, siue pro dęmone, nō oportet esse aliquam fidem ad mouendum montes. Tertio & efficacius, quia Christus dixit: dicetis monti huic: & ita ostendit montem ad oculum, & ideo de translatione montis illius, & similium intelligendum est necessariò.

Dicendum ergo, ꝙ intelligendum est hoc ad literã de translatione montium, quos verè apostoli, & quilibet fidelis transferre potest: & quia non legimus talia

A facta ab eis, nec nos illa facimus, arguunt infideles, ꝙ nullã fidē habeamus, vel Christus noster mentitus sit. Sed isti insaniunt. De nobis enim dicendum, ꝙ non transferimus montes, & fortè multi nostrũ transferre non possent, etiam si vellent, & cùm arguitur, quòd nō habeamus fidem, falsum est: habemus enim fidē, quia credimus firmiter, & plenè in Christum, sed fides est duplex: quædam quę est habitus siue virtus, & est virtus theologica, qua fideles sumus: alia est donũ quoddam, siue gratia gratis data, idest, quædam confidentia de certissimè, & ineuitabiliter obtinendo quod petimus. Primam harum omnes habemus, & in ea gloriamur, sed ista non sufficit ad facienda aliqua miracula. Secundam rari de nobis habent & rarò: quia B qui habent non semper illam habent, & ideo non est inconueniens, quòd miracula nulla faciamus: & tamē si opportunitas se offerret, vt ad laudem Christi & cōfirmationem, vel defensionem aut dilatationem gloriæ suæ translatio montium aliquid conferret: multi nostrum illud possent: quia Christus nō deserit ecclesiam suam, sed omni tēpore illam sufficienter gubernat: ideo sicut quando necessaria fuerunt miracula dedit plurimos, qui ad abundantiam illa facerent: ita nunc multis gratiam miraculorum, & fidei plenitudinem tribueret. Nec obstat, si dicas, ꝙ tunc erant viri sancti, quibus potestas faciendorum miraculorum cōmitteretur, nunc verò nemo talis est, cui ista committantur. Dicendum, ꝙ nō stat: tam natura enim, quàm C ars hoc efficiunt: quia natura, cuius finis est producere formam per generationem, non solùm producit formam, sed etiam omnes præuias dispositiones ad formam efficit: sic & ars, quæ producit formã artificiati, omnia præparatoria ad formam efficit: sic cùm Christus ecclesiam suam ordinatissimè, & prudentissimè conseruet, & regat: si ad illius conseruationem requiritur operatio miraculorum, non solùm dabit potestatem faciendi miracula dispositis ad recipiendum: sed etiam ipse disponeret homines, vt apti sint ad recipiēdam illam potestatem: & ita factum est in ecclesia primitiua, in qua minus dispositi erant homines ad recipiendum quamcunque spiritualem potestatem, quã D nunc, cùm essent idolatræ & Iudæi perfidi: non enim Christus inuenit, quibus dignè ista committeret, sed eos qui indignissimi, atque ineptissimi erant, dignos effecit, quibus hęc cōmittere posset: si ergo talis nunc vrgeret opportunitas ampliandi, vel defendēdi fidem per miracula: sicut fuit in ecclesia primitiua, licèt non sint aliqui digni, vt miraculorum faciendorum potestas eis committatur, multos Christus efficeret, q miraculis abundarent. Cùm autem instatur contra apostolos de translatione montium: Potest dici vno modo, quòd nulli ipsorum transtulerunt montes, neque in hoc arguitur paucitas fidei ipsorũ: quia illa verba non significant, quòd facerent, sed quòd potestatem faciendi haberēt: & ita exponitur, dicetis monti huic, idest, dicere poteritis. Et sic dicit apostolus. 1. Cor. 12. E c. si habuero omnem fidem, ita vt mōtes transferam, idest, vt transferre possim. pro tanto autem apostoli non transtulerunt montes, quia nunquam fuit opportunum hoc facere, sicut fuit eis opportunum facere alia miracula, quæ erant ad vtilitatem hominũ, transferre autem mōtes, erat magis curiosum quàm vtile.

Secundò potest dici, ꝙ apostoli licèt non transtulerint realiter mōtes; potest dici, ꝙ transtulerunt eos: quia fecerunt alia maiora, quàm transferre montes, & quodlibet maius continet minora in virtute. Nam transferre montes est de tertio gradu miraculorum, & omnia talia sunt minora, quàm miracula primi, & secundi gradus, vt ostensum est supra: suscitauerunt autē apostoli mortuos, & illuminauerunt cęcos, quæ sunt miracu-

Fides est duplex.

In quęst. 132.



la secundi gradus, & sunt maiora quã transferre montes, vt ostensum est ead.q. Tertiò potest dici, ꝙ fortè apostoli fecerunt hoc, licèt nõ sit scriptum: quia multa illi fecerunt, quæ non sunt scripta. Nam gesta Christi erant multo digniora quàm apostolorum: & tamen non fuerunt scripta omnia gesta Christi. Ioã.20. Multa & alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt: a fortiori ergo multa tacebuntur de gestis apostolorum, & etiã sicut Hieronymus ait, vt auferretur infidelibus occasio disceptandi contra euangelicam veritatem. Nam hæc quæ pauca sunt scripta credere nolunt quasi impossibilia: quanto minus credere vellẽt, & acrius impugnarent si alia, quæ grauiora populo videntur scripta essent: sic enim ait: Latrant contra nos gentilium canes asserentes apostolos non habuisse fidem: quia montes transferre non potuerint, quibus respondemus multa esse facta signa a domino, quę scripta non sunt: igitur & hęc credimus fecisse apostolos, sed ideo scripta non esse, ne infidelibus contradicendi maior daretur occasio: alioquin interrogemus eos, vtrum credant his signis, quę scripta narrantur, an non: & cũ incredulos inuenerimus, consequenter probabimus, neq; maiorib⁹ eos credituros fuisse, qui minoribus non crediderunt. Quartò põt dici, ꝙ licèt apostoli nõ fecerint translationẽ montiũ, alij minores eis fecerint, sicut beatus Gregorius Neocesariẽsis episcopus, in quo apparet apostolos istud facere potuisse. Sic dicit Beda: Solent autem gentiles, qui contra ecclesiam maledicta scripsere, improperare nostris, ꝙ nõ habuerint plenam fidem Dei, qui nunquam montes transferre potuerint: quibus respondendum est, nõ omnia scripta esse, quę in ecclesia sunt gesta, sicut de factis ipsius Christi scriptura testatur: fieri autem potuit, si necessitas id fieri poposcisset, quomodo factum legim⁹ precibus Gregorij Neocesariẽsis, cuius precibus mõs tantum spacij reliquit structoribus ecclesię, quantum opus habuerant. Omnes autem istas rationes tangit Chryso. simul dicens: Si autẽ dixeris, vbi apostoli montem transtulerint, illud dicam, quia multa maiora fecerunt mortuos plurimos suscitãtes. Dicuntur autem post apostolos sancti quidam apostolis minores montes necessitate imminente trãstulisse, si autem apostolorum tempore montes non sunt translati, hoc non fuit, quia non potuerunt, sed quia noluerunt vtilitate non imminente: neque dominus dixit, ꝙ hoc essent facturi, sed quòd hoc facere possent. probabile tamẽ est hoc factum esse, sed scriptum non esse, neque omnia miracula, quæ fecerunt scripta sunt.

Mar.2.c. Et cùm venisset in templum: accesserunt ad eum, docentem principes sacerdotum
Ioan.14.b. & 16.c. & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc po-
Mar.2.d. Luc.20.a. testatem? Respondens Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hęc facio. Baptismus Ioannis vnde erat, è cęlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus e cœlo: dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. Et
Supr.14.a. respondentes Iesu dixerunt: nescimus. Ait
F illis & ipse: nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Et cum venisset. In præcedentibus principes sacerdotum, & alij iniqui Iudæi impugnauerunt Christi famam, & gloriam: hic impugnant eius doctrinam. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Iudæorum impugnatio: secũdò Christi cauta euasio, ibi. *Respondens Iesus.* Circa primum dicitur. *Et cùm venisset in templum.* Et cum intrasset in illud. & accipitur pro atrio templi. *Accesserunt ad eum dicentem.* Ad hoc enim veniebat Christus in templum, vt doceret, & quotidie docebat turbas: & ad hoc veniebat de Bethania in
G Ierusalem, & erat istud docere prædicare, quia aliter non docebat. *Principes sacerdotum.* Idest, maiores de sacerdotibus, licèt princeps sacerdotum vnicus esse deberet: tamen duo erãt, scilicet, vnus de familia Ithamar, & alius de familia Eleazar filiorum Aaron. 1. Paralipo. vigesimoquarto capit. vel vocantur principes saaerdotum illi, qui præcipui erant inter sacerdotes: & isti erant plures quàm duo. *Et seniores populi.* Isti erant iudices magnæ auctoritatis in populo, quorum sententiam populus sequebatur, & erant de illis septuaginta senioribus, quos dederat Moysi in socios ad supportandum onera negociorum Nume. 11. et postea semper fuit seruatus numerus illorum septuaginta, succedẽtibus alijs in locum mortuorum: de quorum
H assumptione & officio diximus Nume. 11. capitulo. *Dicentes.* Hoc dicebant ad confundendum doctrinam eius, quasi nullius valoris esset, neque ab aliquo acceptanda: quia non habebat legitimam potestatem ad hoc faciendum. *In qua potestate hęc facis?* Idest, nunquid in potestate diuina vel humana. *Et quis tibi dedit hanc potestatem?* Idest oportet, quòd si aliquam potestatem habes, quòd ab aliquo acceperis: ideo dic, quis est ille, a quo accepisti? *Respondens autem Iesus.* Hic ponitur secundum, scilicet, Christi cauta euasio, quia non respondit: sed tam cautè se gessit, quòd exclusit eos ab interrogatione. Et dicitur: *Respondens autem Iesus.* Scilicet, non ad satisfaciendum quæstioni, sed ad repellendum quærentes. *Dixit illis.* Idest, princi-
I pibus sacerdotum, & senioribus populi. *Interrogabo vos & ego vnum verbum.* Idest, sicut vos interrogatis me multa: ita ego interrogabo vos vnum sermonem. *Quem si dixeritis mihi.* Idest, ad quem si responderitis satisfaciendo. *Et ego vobis dicam.* Apertè. *In qua potestate hæc facio.* Idest, an sit humana vel diuina, & an aliquis mihi illam dedit, vel ego illam vsurpaui. *Baptismus Ioannis.* Idest, quem conferebat Ioannes baptista: & ponitur baptismus pro potestate baptizandi. Nam de baptismo manifestum erat, quòd erat a Ioanne: quia ille ipsum conferebat foris ministrando: sed quid erat de potestate baptizandi, an scilicet a Deo illam accepisset, an ex animo suo illam finxisset eam vsurpando. *Vnde erat.* Idest, a quo fuit
K data Ioanni Baptistæ potestas baptizandi. *E cælo, an ex hominibus?* Idest, nunquid erat data a Deo, vel ab hominibus conficta? Quod enim a Deo est, dicitur esse de cęlo: quia Deus dicitũ habitare in cœlis, sicut Christus supra sexto capit. testatus est dicens: Pater noster, qui es in cęlis. Et ita solet eum vocare patrem cęlestẽ supra 5. & 7. c. Quærere, an esset ex hoĩbus erat q̃rere, an ex voluntate humana esset conficta potestas cũ nullam hr̃et: qa hoĩes nõ poterãt istã potestatẽ tribuere, vt infra dicetũ. *At illi cogitabãt intra se.* Prõptum erat põtificib⁹ & seniorib⁹ r̃ndere, qd ipsi credebant: nã putabãt ꝙ erat baptismus Ioãnis ab hominibus, sed nõ statim responderunt, sed cogitabant quid respõderent: quia viderunt prima facie quæstionem esse captiosam, & cornu-

Qui erant seniores populi.

In q. 160. & 161.

cornutam: vtroq; enim cornu eos respondentes premeret. *Dicentes*. Non erat dicere, prout est verbum exterius, sed interius, cùm nondum responderent, sed solùm cogitarent. *Si dixerimus, ex cęlo*. Idest, si responderimus, quòd potestas baptismi dandi fuit Ioãni collata a Deo. *Dicet nobis*. Idest, dicere poterit. *Quare ergo non credidistis ei?* Scilicet Ioanni prædicanti baptismum, accipiendo baptismum eius: nam cõstat, quòd sacerdotes, & legisperiti non acceperunt baptismum Ioannis, Luc. septimo capitulo. & est conueniens argumentum: si enim a Deo erat, & ita vos credebatis, debueratis accipere: quia quidquid est a Deo, bonum est, & salutiferum hominibus. *Si autem dixerimus, ex hominibus*. Idest, non erat potestas ei collata a Deo: neque Deus inspirauerat ei, vt hoc faceret: sed ipse de corde suo finxerat hanc potestatem, quod est esse ab hominibus. Talem modum loquendi distinguit Petrus, dicens. 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines. Et ita est sufficiens distinctio, quòd fiat aliquid voluntate humana, aut spiritu sancto dictante, quod est fieri a Deo, vel ab hominibus. *Timemus turbam*. Erat enim turba circunstans, quando Christus quæsiuit hæc a Iudæis, & audiebat responsum illorum. et ita si dicerent, quòd erat baptismus Ioannis ex hominibus, timebant turbam circunstantem, quòd fortè lapidaret eos. *Omnes enim habebant Ioannem, sicut prophetam*. Scilicet omnes de turba: & ideo insurgerent contra principes sacerdotũ, si dicerent, quòd non erat ex Deo, sed ex voluntate propria confinxerat hæc. *Et respondentes Iesu dixerunt, nescimus*. Quia quidquid responderent, erat eis aduersum, elegerunt confiteri ignorantiam. *Ait illis & ipse*. Idest, ille respondit eis. *Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio*. Idest, quia vos non dicitis mihi quod quæro: neque ego respondeo vobis ad id, quod quæritis.

Quando factum sit hoc quod habetur hic.
Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR, quando factum est istud, quod habetur hic, de hac quæst. & responsione. Dicendum, ꝙ istud continuato ordine ad præcedentia factum est: nam omnes Euãgelistæ tenuerunt hic eũdem ordinem, quia sicut Mattheus posuit istud post arefactionem ficulneæ, & locutione de fide: ita & Mar. illud posuit Marc. 11. & idem Lucas 20. capit. ideo tenendum est, quòd sit ordo continuus: & præcedentia facta sunt inter diem in ramispalmarum, qua Christus receptus est in Ierusalem, & passionem eius: vt colligitur ex multis deductionibus supra factis. ita & dicendum, quòd istud factum est inter diem in ramispalmarum & passionem.

Est autem dicendum, quòd factum est istud die tertio post ramospalmarum: quia prima die palmarum receptus est in Ierusalem, & introiuit in templum, & eiecit ementes & vendentes: & eadem die ad vesperã rediit de Ierusalem in Bethaniam. Sequenti autem die, scilicet, die lunæ in aurora rediit in Ierusalem: & tunc esuriuit, & accessit ad arborem ficum, & maledixit ei, & aruit: & iuit ipsa die in Ierusalem, & ad vesperum rediit: neque tamen adhuc discipuli viderant ficulneam arentem. sequenti autem die, tertia scilicet die martis in aurora rediit in Ierusalem: & tunc viderunt discipuli ficulneam arentem, & locutus est eis Christus de fide in itinere ea, quæ habentur supra in litera. sic ostensum fuit supra. istud verò factum est eadem die: nam quando Christus dixit præcedentia de fide discipulis, veniebãt de Bethania in Ierusalem, & non introierant in Ierusalem: post verba autem ista intrauerunt in Ierusalem, & venerunt ad templum, & ita fuit in die tertio, id est, martis: cui sententiæ satis consonat modus loquendi literę: nam dicitur, & cum venisset in templum: in quo non innuitur, quasi esset in alio die iste aduentus quàm ea, quę habentur supra de ficulnea & fide: Sed quòd post illa dicta venerunt in templum. De alijs tamen diebus, & aduentibus in templum distinctio aliqua colligitur ex litera supra in litera, & Mar. 11. capit. Sed dicet aliquis, quòd istud fuit in alio tempore non cognito a nobis, quod non habet continuationem cùm tempore supra posito: quia Luc. 20. cap. dicitur. Et factum est in vna dierum docente illo populum &c.

Dicendum, quòd illa dies, de qua Lucas dicit, quòd erat vna dierũ, in qua docente Christo populum quęsierunt principes sacerdotum ab eo istud, erat dies tertia, idest, dies martis post ramospalmarum: et tamen Lucas dixit, quòd factum est hoc vna dierũ, eo quòd non posuit continuatam historiam præcedẽtium dierum: & ita non poterat narrare, quasi continuato ordine: quia putaretur tunc, quòd ista dies, de qua loqueretur, erat dies sequens post illam, de qua proximo dixisset, quod falsum esset: quia post historiam diei in ramispalmarum sequitur de die ista, in qua facta fuit ista quæstio: ideo dixit cautè: factum est in vna dierum: vt non innuatur, ꝙ voluerit intelligere de sequenti die: tenuit enim Lucas istum modum, quòd Luc. 19. cap. posuit introitum Christi in Ierusalem, & expulsionẽ ementium, & vendentium eodem die factam: & noluit statim continuare singulorum dierum, vsque ad passionem historiam, sed posuit quoddam documentum generale, de omnibus diebus, scilicet, ꝙ omnib⁹ illis diebus prædicabat, dicens: Et erat docens quotidie in templo: principes autem sacerdotum, & scribę, & principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerẽt illi, omnis enim populus suspensus erat ad audiendum illum: & tunc sequitur in principio. 20. c. et factum est in vna dierum, scilicet, in vna de illis diebus, quibus prædicabat in templo, continuans prædicationem vsque ad passionem suam. Marcus autem & Mattheus totam historiam a die in ramispalmarum vsq; ad passionem narrauerũt: ideo non dixerunt, factum est vna die, sed quasi cõtinuato sermone dixit Mattheus, & cum venisset in templum. Marcus autem dixit, & veniunt rursus Ierosolymam. sic dicit Augu. lib. de Concor. euangelista. s. Cum me morasset Lucas eiectos de templo ementes & vendẽtes, pętermisit ꝙ egrediebatur in Bethaniã & regrediebatur in ciuitatem: & quod de ficulnea factum est: & ꝙ mirantibus discipulis de fidei virtute, responsum est, atq; his pętermissis non quasi ex ordine dies prosequens, sicut Matthæus & Marcus intulit dicens: & factum est in vna dierum: quòd dicit factũ in vna dierum, ea dies intelligitur, in qua id gestum Matthæus, & Marcus illud retulerunt.

Quomodo Christus venit ad templum, & ad quid.
Quæstio CXXXIX.

QVAERETVR, quomodo Christus venit ad templum, & ad quid.

Ad primum dicendum, ꝙ venit ad templum, non quidem ingrediens in partem illam, quæ proprie templum dicitur, quæ erat operta tecto, & parietibus clausa: quia ad istam soli sacerdotes intrabant ad Hebr. 9. c. sed intrauit in atrium templi ad locum, in quo totus populus conueniebat ad orandum, & audiendum doctrinam legis. Distinctio ista locorum templi latè posita est supra.

Ad secundum dicendum, ꝙ venit ad prædicandū: & ita innuitur in litera. s. accesserunt ad eum docentē. s. prædicantem. Quod magis expressit Lucas. 20. c. dicens. Et factum est vna dierum docēte illo populum in templo & euangelizante: sed euangelizare prędicare est. Hoc autem Christus faciebat quotidie: nam ex die in ramis palmarum, qua introiuit in tēplum, quotidie prędicauit vsq; ad diem passionis. Sic patet Lu. 19. cap. Nam postquam dicitur, quòd die palmarum introiuit in templum, & eiecit ementes, & vendentes, sequitur: & erat docens quotidie in templo, omnis. n. populus suspensus erat ad audiendum illum, & Luc. vigesimoprimo cap. dicitur. Erat autem diebus docēs in templo: noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti, & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

Qui erant isti, qui accesserunt ad Christum nunc, an principes, vel scribæ. Quæst. C X L.

QVAERETVR, qui erant isti, qui accesserunt ad Christum nunc.

Dicendum, quòd Mattheus ponit hic principes sacerdotum & seniores: sed subintelligendum est, ꝙ etiam venerint scribæ: quia tam Marc. 11. quàm Luc. 20. cap. ponuntur conuenisse: sed Matthęus subticuit illos. De principibus sacerdotum potest intelligi vno modo, ꝙ licèt vnicus esset pontifex quolibet anno, tamen semper erāt duo principes sacerdotum, vnus qui erat summus in tota familia domus Ithamar, scilicet, super octo sortes. Alius qui erat summus in domo Eleazar, scilicet, super sexdecim sortes. 1. Paralip. 24. c. & isti erant principes sacerdotum: quia super quemlibet eorum nemo alius sacerdos erat, & tali modo solet accipi communiter in euangelijs, quando vocanī pluraliter principes sacerdotum: sic patet Luc. 3. c. vbi annotauit tempora, dicens: sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: quasi nulli alij essent principes sacerdotum. Alio modo accipitur princeps sacerdotū pro quolibet, qui primatum gerit super aliquos sacerdotes, & ita erant multi principes sacerdotum saltem vigintiquatuor, cùm tota progenies sacerdotum esset diuisa per vigintiquatuor sortes ministrantes singulis temporibus. 1. Paralip. 24. cap. & quęlibet illarum haberet vnum pręcipuum sacerdotem. Et tamen dicendum, quòd accipiuntur hic principes sacerdotum, primo modo, cùm iste sit modus communis accipiendi in sacra scriptura, potissimè quia Mar. 11. dicitur: accedunt ad eum summi sacerdotes, vbi dicuntur hic principes sacerdotum: & tamen non sunt summi sacerdotes nisi illi, qui supra omnes sacerdotes sunt, vel supra quos nullus sacerdos est: & isti erant illi duo, qui erāt principes duarum domorum: cæteri verò supra se habebant alios sacerdotes. Scribæ quos Matthęus tacuit sunt legisperiti: quos enim nos sapiētes vocamus, Gręci philosophos dicunt, Hebræi scribas: Persæ autem, & Chaldæi magos appellant. Et isti scribæ erāt in magno honore apud plebem: quia prædicabant & exponebant legem, infra 23. capit. super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisęi: quęcunque dixerint vobis facite: seniores solent aliquādo vocari absolutè seniores populi. Matthęus enim vocat eos seniores populi. Marcus autem & Lucas absolutè seniores dixerunt, sed idem est: quia seniores populi dicūtur, idest, seniores iudicantes populum: quia isti septuaginta seniores erant, qui cum summo sacerdote iudicabant in omni causa: & vltra eos nullum aliud iudicium erat: de quo diximus Nume. 11. cap.

Vnus erat pōtifex, tamen duo erant principes sacerdotū.

F *Quare isti principes sacerdotum & scribę & pharisęi accedebant nunc ad Christum.*

Quæst. C X L I.

QVAERETVR, quare isti principes sacerdotum & scribæ, & seniores accedebant nunc ad Christum.

Dicendum vno modo, ꝙ faciebant ex impatientia iræ, & inuidiæ. De ira patet: nam Christus excluserat de templo ementes & vendentes, ex qua negociatione multum acquirebatur istis principibus: ideo nunc multum indignati contra ipsum prorumpunt in quęcunque verba, per quæ eum stimulent, & tentent. Sic dicit Theoph. s. Quia dominus de tēplo eiecerat eos,
G qui templum quasi tabernam rerum venalium faciebant, irati fuerant, & ideo accedunt vt interrogent & tentent. Secundò fuit hoc propter inuidiam: principes enim sacerdotum & cęteri, qui apud Iudæos prius in honore erant, videntes summum honorem, qui Christo in die palmarum delatus est, doluerūt nimis, quia per hoc totus eis pristinus auferebatur honor. Videbant autem, quòd honor Christo exhibitus continuaretur ad ampliora, sed & deuotio populi apud eū perseueraret: fiebat autem ista perseuerantia per doctrinam, quam Christus exercebat. Nam post diē palmarum quotidie Christus prædicabat in templo, & tanta erat deuotio populi erga eum, ꝙ omnis populus erat suspensus audiendo eum. Luc. 19. cap. s. Et erat
H docens quotidię in templo: omnis enim populus suspensus erat ad audiendum illum: & tanta erat Christi sedulitas in prædicando, & populi in audiendo, quòd quotidie Christus veniebat summo mane ad templū, & antequam ipse veniret, veniebat populus manicans ad accipiendum sedes congruas, vt eum audire posset. Luc. 21. cap. scilicet. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti, & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. Istam autem deuotionem populi erga Christum volebant interrumpere principes sacerdotum ex inuidia: quod putabant se posse facere, si cogerent eum cessare a prædicatione: quia tunc populus cessaret eum sequi: & ideo ad hoc accesserunt
I ad eum: & hoc patet, quia quæsierunt ab eo, in qua potestate hoc faceret, vt quasi ex defectu potestatis eum repellerent. Sic dicit Chrysost. scilicet, quia viderant sacerdotes Christum cum magna gloria introeūtem in templum, inuidia torquebantur: itaque non sufferentes in pectore suo, inuidiæ stimulantis ardorem, prorumpunt in vocem.

Tertiò potest dici, quòd principes sacerdotum oderant valde Christum propter inuidiam glorię eius, & quia detrahebatur eis antiquus honor: & ideo non solùm volebant impedire honorem, qui deferebatur ei a populo cogendo cessare a prædicatione: sed etiā & præcipuè quærebant occasionem, vt pęnam aliquā coloratè ei inferrent: & ad hoc videbantur inuenisse
K sufficientem colorem, scilicet quęrendo, in qua potestate hoc faceret: vt cùm constaret, quòd a nullo acceplsset potestatem, videretur reus præuaricatæ legis, quòd sibiipsi potestatem vsurpasset, & ita possent ei nocere. Sic innuitur Luc. 19. c. Nam postquam eiecit ementes & vendentes de templo sequitur: & erat docens quotidie in templo: principes autem sacerdotū, & scribæ, & principes plebis quærebāt illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi: omnis enim populus suspensus erat ad audiendū eum. Et tunc sequit, & factū est in vna dierū, docēte illo populum cōuenerunt principes sacerdotum, & scribæ cum senioribus & aiunt: dic nobis, in qua potestate hoc facis. Et ita apparet, ꝙ illa quęstio fuit vnum de ingenijs ad perdendum

dum illum, sed non prævaluerunt: & istud tertium est verisimilius quàm cætera.

Quid principes sacerdotum demonstrabant, quando dixerunt Christo, in qua potestate hęc facis.
Quæstio CXLII.

QVAERETVR, cùm dixerunt principes sacerdotum Christo, in qua potestate hoc facis, quid per hæc demonstrabant.

Aliqui dicunt, quòd de miraculis intelligebant. s. in qua potestate facis ista miracula, & volũt quasi ex hoc innuere, quòd in virtute dęmonum faciebat ista miracula, ex hoc eum increpantes, sicut dixerãt supra duodecimo cap. in Beelzebub principe dęmoniorum dęmonia eijcit. Sic dicit Hiero. His verbis eãdem, quam supra calumniam struunt, quando dixerunt, in Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dęmonia: quando enim dicũt, in qua potestate hoc facis? de Dei dubitãt potestate: & subintelligi volunt diaboli esse, quod faciat. Addentes enim, quis tibi dedit hanc potestatem? manifestè Dei filium negant, quem putant non suis, sed alienis virtutibus signa facere. Sed dicendum, ꝙ non stat: sed intelligitur de prędicatione. s. in qua potestate hęc facis. i. in qua potestate prædicas. Et patet primò, quia per ly, hæc, demonstratur aliquid præsens: ideo oportet, ꝙ referatur ad actum præsentẽ, sed tunc Christus erat actu prædicans, vt dicitur hic, ꝙ accesserunt ad eum docentem, & Luc. 20. cap. dicitur: Et factum est in vna dierum, docẽte illo populum in templum & euangelizante. ergo oportet, quòd intelligãt de prædicatione, quam tunc exercebat. Secundò patet, quia neq; potest referri ad alia, quæ proximè egisset: quia in die illo non legitur fecisse miracula aliqua in templo, imò neque præcedenti die: quia hoc factũ est die tertio post ramos palmarum, vt ostensum est supra, & tamen miracula non leguntur hic facta, nisi die in ramis palmarum. s. ꝙ sanauit cęcos & claudos, qui accesserunt ad eum in templo. Tertio patet, quia si de miraculis intelligeretur, non formarent contra eum taliter quæstionem. Nã, vt putarent esse miracula ea, quæ faciebat, aut si crederent esse miracula ea, non quęrerent de potestate faciendi, sed disputarent contra illa asserendo ea esse deceptiones & vanitates: & tamen quæsiuerunt de potestate: ideo non intelligitur de miraculis. Quartò patet, cùm principes sacerdotũ odissent Christum, & quærerent occasionem, vt eum occiderent, Luc. 19. c. s. Principes autem sacerdotum, & scribæ & principes populi quærebãt illum perdere, & non inueniebant, quid facerent illi: formarẽt talem quæstionem in qua putarent manifestè, quòd eum tenerent non potentem euadere: & tamen si quærerẽt in qua potestate faceret miracula: siue illa essent vera, siue non: responderet, quòd in potestate Dei, & planũ esset istud: quia quicunq; homo faceret miracula, palam est, ꝙ in virtute Dei illa faceret, si vera miracula essent: & cùm ista, quæ Christus faciebat, non solùm essent, sed etiam apparerent vera miracula, dato ꝙ aliquis obijceret ea esse a dęmone, poterat Christus multum rationabiliter dicere, ꝙ in potestate Dei faciebat, & non posset eum arctare in hac quęstione: quia non erat aliquid, per quod manifestè posset conuinci, etiã si veram causam non foueret. Si autem quærerent de prædicatione, erat quęstio multum ad cõuincẽdum: quia dato ꝙ Christus bona prædicaret, tamen oportebat etiam, ꝙ potestatem, haberet ad prædicandum: et si non haberet potestatem videbatur incidisse in pœnam: quia vsurpauerat sibi potestatem, cum esset priuata persona. Hæc aũt quęstio, licèt esset calumniosa, tamen habebat probationem manifestam: quia certum est, quòd Christus a nemine petiuerat licentiam ad prædicandum: & tamen inter Iudæos certi erant, quibus competebat potestas prædicandi, & a quibus petere deberent auctoritatem illi, qui non haberent illam. Et ideo dicendum, ꝙ non ostẽderunt nunc principes sacerdotum operationẽ miraculorum, sed prædicationem: & de hac petiuerunt, in qua potestate faceret illam.

Quare principes sacerdotum quæsiuerunt a Christo, in quã potestate prædicaret. Quęstio CXLIII.

QVAERETVR, quare principes sacerdotum quęsierunt a Christo, in qua potestate p̃dicaret.

Dicendum, quòd isti insidiabantur Christo, vt in aliquo possent ei calũniari, quia detrahebatur actib⁹ eorum ex operibus Christi: sicut dicitur Luc. 19. cap. Principes sacerdotum & scribæ, & principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi: & quia nunc quando insurrexit eis desiderium tẽtandi eum, Christus non faciebat aliqd aliud, nisi prædicare: non potuerunt quęrere, nisi de his, quę ad prędicationem pertinebant, & quæsiuerunt de potestate prędicandi. Secundò dicendum & melius, ꝙ quæsierunt de potestate prædicandi: quia non inuenerunt aliud, de quo melius accusarent eum: cum enim cuperent Christum cõfundere, voluissent de illo quęrere, in quo eum magis confunderent: si autem aliqd possent obijcere contra miracula sua, quasi non essent vera sed ficta, & a dæmone, vel contra doctrinam suã ostendendo, quòd aliud falsum prædicaret, esset magna, & directa confusio, sed non poterant: quia miracula erant talia, & tanta, & tam crebra, qualia, & quanta nemo vnquam fecerat, vt dicitur Ioan. 15. c. & totus populus laudabat, & approbabat illa. Doctrina autem Christi erat manifestè vera, ita vt nihil posset obijci cõtra illam: ideo non ausi sunt, quærere contra miracula, neque contra doctrinã. Nam licèt non inuenerunt eum miracula facientem, sed prædicãtem, si auderẽt, aliquid contra doctrinam proponere, arguissent eum de illa: sed non quia non ausi sunt, non inuenerunt aliquid quod quærerent, nisi de potestate prædicandi, quæ licèt videretur quæstio calumniosa: quia tamen non inuenerunt aliquid, aliud quæsierunt de potestate prædicandi.

Quare dixerunt simul, in qua potestate hęc facis, & an sint duæ quęstiones, vel vna.

Quest. CXLIIII.

QVAERETVR, quare dixerunt simul, in qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hanc potestatem: & an sint duæ quæstiones, vel vna.

Dicendum, quòd Nicolaus vult esse duas quæstiones, dicens: fecerunt sibi duas quęstiones ad terrendum, & capiendum eum. Prima fuit in qua potestate hæc facis? idest, in qua auctoritate doces populum: quia auctoritatem docendi habebant sacerdotes, & legis doctores ad hoc assignati a principibus sacerdotum, & non alij: Christus autem neutram auctoritatem habebat.

Secunda quæstio est, quis dedit tibi hanc potestatem? quia potestatem docendi non habebat a sacerdotibus neque ab imperatore, cui erant subiecti. & sic a nullo videbatur habere, sed magis a seipso vsurpasse.

Sed dicendum, ꝙ istæ non sunt duæ quęstiones, quia de eadem re ambę quærunt. s. de potestate prædicãdi, sed est vna qõ: & tamen vna pars est determinatiua alterius. Quærũt enim in qua potestate hæc facis. i. prædicas

In quest. 132.

dicas,quaſi dicat,nõ habes poteſtatem aliquam, quia
poteſtas iſta humana eſt, & ab homine datur: tu au-
tem non habes eam a te ipſo:quia non es ſacerdos ma
gnus,ideo ſi habes,oportet quòd ab aliquo receperis:
& tamen nemo illam tibi dedit: ergo non habes ali-
quam poteſtatem,& ad hoc dicunt, & quis tibi dedit
hanc poteſtatem: quaſi dicat non habes poteſtatem,
quia non poteras habere,niſi dante tibi illam aliquo:
& tamen nemo dedit. quod patet,quia non oſtendis
quis tibi illam dedit. Hoc enim optimè Iudæi noue-
rant,ſcilicet, quòd a nullo eam petiuerat, neque acce-
perat. Ex hoc autem ſignificatur, quòd apud Iudæos
aliquę erant perſonæ a quibus concederetur poteſtas
prædicandi, & hoc conueniens erat, quia tanta pote-
ſtas non debet cõcedi omnibus indifferenter,ne om-
nia erroribus perturbentur: Et ideo iura noſtra in hoc
prouiderunt: laicis enim auctoritatem & vſum prædi
candi abſtulerunt, extra de hære. c.cùm ex iniuncto.
Apud Iudæos autem non manifeſtè cõſtat nobis quę
perſonę eſſent illæ, a quibus concederetur auctoritas
prędicandi, quia iſtud pertinet ad particularia ſtatuta,
quę lege diuina ſcripta non erant: ſed ſatis colligitur,
ꝙ officiũ prędicandi,docendi, & reſpondendi de his,
quæ erãt dubia circa leges, & mores ad ſacerdotes per
tinebant.Sic patet Aggęi 2.c.ſ.interroga ſacerdotes le
gem. Et Malach.2.c. Labia ſacerdotis cuſtodient ſciẽ
tiam,& legem exquirent ex ore eius, quoniam ange-
lus domini exercituum eſt. Etiam de ſolis ſacerdoti-
bus legimus,ꝙ repellerentur ab officio,& adminiſtra
tione propter imperitiam,vt patet Oſeę.4.c. Quia tu
repuliſti ſcientiam, repellam te, ne ſacerdotio funga-
ris mihi:Ideo ad officium omnium ſacerdotum vide-
batur ꝑtinere prędicare, & tñ an cuilibet ex eo ꝙ erat
ſacerdos eſſet auctoritas prędicãdi, vel oporteret obti
nere licentiam ab aliquo alio, non eſt nobis planum,
quia iſtud magis pertinet ad particulares modos, qui
per omnia in lege ſcripti non erant:& tamẽ ſatis veri-
ſimile eſt,ꝙ licèt ex officio pertineret ad omnes, quia
tamen ad iſtud officium nõ erat aliquis admittendus,
niſi idoneus, ad quod fortaſſis pręcedebat aliqua exa-
minatio,ꝙ auctoritas reſideret apud ſummum ſacer-
dotem ex eo, quòd erat vnicum templum: & ab illo
acciperent cęteri licentiã,vel habilitationem, vel exa-
minationem. Sic dicit Theophylactus:quis dedit tibi
hanc poteſtatem,quaſi dicat,quis es tu,qui talia facis?
nunquid te doctorem conſtituis,& te ordinas princi-
pem ſacerdotum? Sed an ſic eſſet,vel alijs ſine aucto-
ritate,& licentia ſummi ſacerdotis liceret,non eſt in-
ſtandum. Hoc autem planum eſt,quòd Chriſto ſi ſo-
lùm eſſet homo,& non haberet ſpecialiter a Deo po-
teſtatem iſtam,non licebat prædicare: quia neque ille
erat talis,cui ex officio competeret prædicare, neque
licentiam petiuerat,aut acceperat ab aliquo, qui eam
dare poſſet,& ita argumentum Iudæorum efficax eſ-
ſe videbatur contra illum: Sic dicit Chryſoſto. Nun-
quid magiſtralem ſuſcepiſti thronum,& ſacerdos cõ
ſecratus es, quoniam tantam demonſtraſti poteſtatẽ?
Per hoc autem quod ſubdunt, & quis tibi dedit hanc
poteſtatem?oſtẽdit multas eſſe perſonas,quæ dant ho
minibus poteſtatem,ſiue corporalem,ſiue ſpiritualẽ:
quaſi dicerent,de ſacerdotali familia genitus non es:
ſenatus tibi hoc non conceſſit: Cæſar non donauit. Si
autem credidiſſent, quòd omnis poteſtas ex Deo eſt,
nunquam interrogaſſent, quis dedit tibi hanc pote-
ſtatem?omnis enim homo ſecundùm ſe exiſtimat al
terum: fornicarius neminem exiſtimat caſtũ, caſtus
non facilè de fornicario ſuſpicatur: ſic qui non eſt ex
Deo ſacerdos,nullius ſacerdotium putat eſſe ex Deo.
Qualitercũque accipiatur iſta poteſtas, introducebãt
principes quæſtionem de poteſtate, vt cum Chriſtus

Poteſtas ꝑdicandi apud Iudęos cõcedebatur quibuſdã perſonis, ſic quòd non alijs.

Chriſto nõ competebat prędicare ſi ſolum eſſet homo.

F a nullo poteſtatem accepiſſet,& eſſet aliàs perſona pri
uata,arguerent eum violatæ legis, quòd ſibi ipſi vſur-
pauerat poteſtatem, & ita ad pęnam illum peterent,
hoc ſaltem leui quæſito colore.
Alij volunt,quòd quęſierunt hoc principes ſacerdo-
tum,vt Chriſtus cogeretur dicere, ꝙ hãc poteſtatem
habebat a Deo, vel ab hominibus, a Deo quidem.ſ.a
ſeipſo, ſicut ipſe videbatur ſeipſum facere Deum: &
ſi diceret,ꝙ a ſeipſo, occiderent eum: ſi autem quòd
ab homine,auerterẽt plebem ab eo, quaſi eſſet paruę
auctoritatis. Sic dicit Theoph.ſ. Hoc autem dicebant
credentes ipſum indignationem reducere, vt ſi dice-
ret in poteſtate mea,ipſum tenerent:ſi autem diceret
in poteſtate alterius,ab eo populum diſcedere procu-
G rarent, qui credebat eum eſſe Deum: ſed præcedens
expoſitio eſt melior.

Quomodo Chriſtus nunc non reſpondit directè, ſed cautelis vſus eſt. Quæſtio CXLV.

QVAERETVR, quomodo Chriſtus nunc nõ
reſpondit directè,ſed cautelis vſus eſt.
Dicendum,quòd Chriſtus volebat non reſponde-
re palam Iudæis de eo,quod ab eis quęrebant propter
cauſas,quæ dicentur ſequenti q.& vt non videret̃ con
fuſus,ſi nihil reſponderet,aut abſolutè diceret, noluit
reſpondere,tenuit iſtam ingenioſam cautelam,vt ne-
que reſponderet, neque ad reſpondendum impotens
H appareret, & fuit ad hoc conuenienter introductum,
quod dixit de Ioanne:nam ipſe dicit facilè eſſe reſpon
dere huic quęſtioni, & obtulit ſe reſponſurum ad il-
lam,ſi principes prius ſatisfacerent ei ad vnum verbũ:
& tunc talem quæſtionem propoſuit eis, ad quam &
ſi ſcirent reſpondere, tamen non auderent: quia vtra-
que pars eſſet eis inconueniens,& ita fuit hic: nã ſi re-
ſponderent,quòd baptiſmus Ioãnis erat de cęlo,erant
multum redarguendi,ꝙ noluiſſent recipere illum. Si
autem dicerent,quòd ab hominibus,timebant popu-
lum,ne eos lapidaret:& ita non fuit eis conueniens re
ſpondere,niſi quòd neſciebant, in quo dupliciter con
ſequebatur Chriſtus intentum ſuum. Primò,quia cũ
illi non reſponderent, non tenebatur ipſe reſpondere
I ad quæſtionem illorũ, & hoc eſt, quod ipſe volebat,
ꝙ ipſi neſcirent rñſionem. Secundò,quia confitebant
ſe ignorantes circa id, in quo eſſe non debuerant: erãt
enim principes ſacerdotum,& ſcribæ, & ſeniores, ad
quos ꝑtinebat tota doctrina legis,& morum, & ſupra
eos nulli alij erant. Magna ergo confuſio erat eis oĩb⁹
ſimul ignorare id,circa qđ cõtingeret populum bene
vel male agere in diuinis & moralibus. Ita aũt erat de
baptiſmo Ioannis,q̃a erat quędam cęremonia: quæ ſi
a Deo eſſet,bona eſſet ſaltem ꝑꝑ auctoritatem intro-
ducentis:& q̃a non poterat eſſe fruſtra,ſed ad aliquem
bonum finem:ſi autem eſſet ab hoĩbus eſſet ſuperſti-
tio.Quòd aũt totus populus permitteret̃ ſequi ſuper-
ſtitionem aliquam,erat magna confuſio doctorum.
K Nam antequã introduceretur cęremonia illa exami-
nare debebant, quantum poterat per humanã ſapien-
tiam,an ex Deo vel ex hoĩbus eſſet: et q̃n eſſet dubiũ,
potius erat reijcienda cęremonia,q̃ recipienda. Quòd
ergo poſtquam iam a toto populo fuerat acceptus,&
laudatus baptiſmus Ioannis, nec impedientibus prin-
cipibus ſacerdotũ, ſcribis,& ſeniorib⁹ confiterẽtur pu
blicè,quia neſciebant,an a Deo,vel ab hominibus eſ-
ſet,magnum inconueniẽs erat:& ita erat multum ef-
ficax: quia iſtud erat ingenium Chriſti contra illos,
erat enim plus efficax,quàm argumẽtum cornutum:
quia non ſolùm vtroque cornu reſpondentem pre-
mit:ſed etiam tacentem redarguit,& nolentẽ reſpon
dere confundit.

Quare

Quare Chriſtus noluit reſpondere Iudæis interrogantibus de poteſtate prędicandi.
Queſt. CXLVI.

QVAERETVR, quare Chriſtus noluit reſpōdere Iudæis interrogantibus de poteſtate prædicandi.

Dicendum quidam putant, quòd ideo non reſpondit, quia quæſtio iſta non habebat reſponſionem aliquam bonam. Sed non ſtat, poterat enim reſponderi verè, & coloratè: verè quidem, ſi diceretur, quòd ipſe erat Deus: vel quòd acceperat poteſtatem, quia à Deo patre. Nam filius quicquid habet naſcendo à patre cepit: ideo etiam poteſtatem ab alio accepit: coloratè autem poterat dici, ꝙ poteſtatē habebat à Deo etiam ſi non eſſet Deus: & non erat opus, ꝙ ab homine aliquo accepiſſet poteſtatem: ſicut erat de prophetis, qui prophetabant, & prædicabant, & ad prædicandum non accipiebant licētiam ab aliquo homine: ſed à Deo, à quo mittebantur.

Dicendum ergo, quòd noluit reſpōdere apertè. primò, vt confunderet principes ſacerdotum ex ſua ipſorum reſponſione: nam mala apud Chriſtū illi merebantur: & ideo voluit eos punire cōfundendo eos: ſi autem reſpondiſſet eis, honoraret eos per hoc: ideo reſpondere noluit, quia magna confuſio eſt viro prudenti, & principanti confiteri ignorantiam ſuam in eo, in quo cōſiſtit officium ſuum: deduxit eos ad hoc per quæſtionem hanc non reſpondendo eis: quod cōpulit eos propriam ignorantiam confiteri, cùm dixerunt de baptiſmo Ioannis, ꝙ neſciebant vnde eſſet. Secundò fuit, quia iſti erant indigni reſpōſione: ſi enim Chriſtus reſpondere vellet veritatem aperiendo, oſtēderet ſe eſſe Deum, quod audire non merebantur iſti indigni: vnde neq; Chriſtus eis quaſi indignis voluit ſecreta iſta pandere, quia non eſt dandum ſanctum canibus, neque mittendæ margaritę ante porcos, ſupra ſeptimo cap. Tertiò fuit, quia erat ſcandalum dicere eis veritatem: diceret enim ſe eſſe filium Dei, vel à Deo accepiſſe, & tunc illi haberent occaſionem calūniandi, & hoc illi volebant. Quartò fuit, quia debebat fieri diſtinctio inter quærentes, vt addiſcant, & inter tentantes. Nam quærentes bono animo inſtruendi ſunt: tentantes verò repellendi ſunt: & ita iſti coacti ſunt à propria quęſtione deſiſtere. Quintò fuit, quia Chriſtus voluit oſtendere iſtis ingenium ſuum, vt ſicut erat potens in opere, & ſermone: ſic etiam potens eſſet in intelligendo omnes cogitationum verſutias, & illas faciendo, quando vellet. ſ. vt viderent principes ſacerdotum, ꝙ non ſolùm Chriſtus erat reſpondens planè, & ſimpliciter ſicut facere ſolebat: ſed etiam potens erat per ingenium ſuum repellere quemlibet rationabiliter à ſua quæſtione quantumcūque illa eſſet rationabilis. & ſatis apparet in hoc magnum ingeniū reſpondentis, quando nemo cum viribus argumentorum cogere poteſt veritatem materiæ à iure, quā non aperiendo conuenienter, & ſufficienter ad obiecta reſpondet. Sextò fuit ad reddendum vicem principibus ſacerdotum, & ſcribis, & ſenioribus atque Phariſęis. Nā illi ſępe eum cornuto argumento tētabant, vt neutra pars reſponſionis ei eſſet tuta, ſicut quando quæſierunt de muliere deprehenſa in adulterio quid facere deberent, Ioan. 4. Nam ſiue condemnaret, ſiue abſolueret eam, videretur de violatione legis, aut de crudelitate, ſiue contradictione ad ſeipſum arguend⁹. Sic etiam quando quæſierunt an liceret dare cenſum Cæſari ſequenti cap. Hoc tamen argumentum nondum fecerat: & iſtud etiam videbatur de poteſtate p̄dicandi ſic factum, vt inducit Theophylactus, ideſt ſi diceret ſe à nullo accepiſſe poteſtatem, ſed eſſe Deū,

A tenerent eum: ſi autem diceret, ꝙ ab homine acceperat, auerteret ab eo plebem, iō voluit ipſe cornuto argumento contra illos vti: ſed efficaciori quidem quā illi facere ſolebant. Nam ad eorum argumenta Chriſtus reſpondebat faciliter illa diſſoluens: ipſi verò ad Chriſti argumentū neſcientes reſpondere coacti ſunt propriam ignorantiam confiteri. Septimò fuit ad oſtendendum nobis, ꝙ licitum fuit vti cautelis humanis interdum, cū ipſe illis vſus fuerit, vt dicetur ſequenti quæſt. De his dicit Hieronymus: poterat autē Dominus aperta reſponſione tentatorum calumnias cōfutare, ſed prudenter interrogat, vt ſuo ipſi, vel ſilentio, vel ſententiā condemnentur. De hoc etiam Chriſoſt. ait: Non quidem interrogat, vt reſpondentes audiat, ſed vt impediti non interrogent: quia ipſe
B præceperat, nolite ſanctum dare canibus. Deinde etiam ſi dixiſſet nihil proficeret, quia non poteſt ſentire, quæ lucis ſunt tenebroſa voluntas: interrogantem enim oportet docere: tentantem autem rationabili permiſſione confundere: non autem ei veritatem miniſterij publicare. Octauò fuit, quia iam Chriſtus reſponderat ad hoc argumentum, licèt non interrogaretur, & hoc fuit, quod dixit in Synagoga Nazareth, quando apperuit librum, & legit coram omnibus illum locū Iſaiæ, in quo dicitur: Spiritus Domini ſuper me, eo ꝙ miſerit me, Luc. 4. c. & cum legiſſet, dixit: hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris. Vnde ſi Chriſtus reſpondere vellet aperte reſponderet illud, quod
C ibi reſpondit: & non erat inconueniens aliquod, quia reſponderet per verba Iſaiæ: nam ſcriptura illa in aliquo implenda erat, vt Iudęi credebant. non ergo erat inconueniens aliquod prima facie quod impleretur in Chriſto: & erat multum ad propoſitum iſta reſpōſio, cùm dicatur ibi: Spiritus Domini ſuper me, eo ꝙ vnxerit me: euangelizare pauperibus miſit me: ſanare contritos corde: & prædicare captiuis remiſſionē. Iſaia 61. capit. imò iſta ſcriptura ad nihil aliud erat niſi ad reſpondendum cauſam, & poteſtatem prædicationis, & actuum Chriſti, vt videretur, quòd non humana voluntate agebat, ſed Deo iubēte: & ita lecta ſcriptura dixit ipſe Luc. 4. hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris, ſcilicet, quia ego incæpi vobis
D prædicare, de cuius miſſione, & prædicatione ſcriptura iſta agit.

Quare Chriſtus voluit vti talibus cautelis, & an hoc licitum ſit.
Quæſt. CXLVII.

QVAERETVR, quare Chriſtus voluit vti talibus cautelis ad excludendum principes ſacerdotum ab intentione ſua, & an hoc licitum ſit.

Dicendum, quòd Chriſto conueniens fuit tali cautela vti, quia ipſa in ſe nullum malum includit, neque ius alicuius aufert: neque malo animo aut ad finem malum fit. Fuit autem conueniens ad omnia, quæ expreſſa fuerunt præcedenti quæſtio. & tamen adhuc
E fuit conueniens ad inſtruendum nos ne illicitum putaremus vti cautelis, quib⁹ interdū vtile, & expediens eſt vti: & tamen nos putaremus illicitum eſſe ſi non vidiſſemus vnquam Chriſtum his vtentem. Sic etiā & Paulus ſæpe illis vſus eſt: vt quando omnes Iudæi concitati erant contra eum vnanimiter, procurauit inter eos diſcordiam adhęrens opinioni Phariſæorum contra Sadducæorum doctrinam dicens: Phariſeus ego ſum, & filius Phariſæorum: de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego iudicor, & cùm hoc dixiſſet, facta eſt diſſentio magna inter Phariſæos, & Sadducęos: & ſoluta eſt multitudo, factus eſt clamor magn⁹, & exurgentes quidam Phariſęorum dixerunt: nihil mali inuenimus in homine iſto, Act. 23. cap. Et iterum cùm Paulus

Cautelis vti licitum eſt quādo nō expreſſe lege vetitū nec cedit in præiudiciū iuris alieni.

Paulus sciret, ꝙ Iudęi insidiabantur vitę eius, & Festus procõsul vellet, ꝙ causa Pauli audiretur in Ierusalem, vbi non erat Paulo securum audiri, appellauit Cęsarẽ: Actu. 25. & ita remissus est ad Cesarem, & euasit, eo. cap. Et Actu 23. & 28. & iterum Paulus cum eum tribunus iuberet flagellis cędi, iamque alligatus esset ait: si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare, & iussit statim eum solui tribunus. Act. 22. & iterum quando fuerat iniustè incarceratus, & cęsus, & occultè principes, & magistratus iubebãt eum, & Syllam dimitti, quod ad verecundiam eorum cedebat, quasi ipsi fugerent de carcere, vel pecunia, aut præcibus clandestinam obtinuissent liberationem, dolens Paulus, ꝙ sic eiicerentur dixit: cęsos nos publicè indẽnatos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eiiciunt, non ita, sed veniant magistratus, & ipsi nos eiiciant: nunciauerunt autem magistratibus lictores verba hæc, timueruntque audito, ꝙ Romani essent, & veniẽtes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, vt egrederentur de vrbe, Act. 16. Ita igitur & nobis licet vti cautelis, & ingeniis in nostrã vtilitatem, cùm non cedant in præiudicium iuris alieni, vel nõ includant in seipsis aliquid illicitum: scilicet, quod sit expressè lege vetitum.

Quare Christus dixit, interrogabo vos & ego vnum sermonem.
Quæstio CXLVIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit, interrogabo vos, & ego vnum sermonem.

Dicendum, ꝙ Christus voluit, quòd principes assentirent quæstioni suæ, vt ita eos excluderet. Nam si illi dicerent, non volumus audire quæstionem tuam, vel volumus, ꝙ prius tu nobis respondeas deinde nos respondebimus tibi: non potuisset Christus excludere eos hoc modo, quo exclusit: & ideo debuit eos sic captare, vt sustinerent sibi fieri quæstionem antequã Christus eis responderet: & quia hoc nõ sustinerent, si putarent, quòd Christus aliquid magnum petiturꝰ erat ab eis, ideo dixit: interrogabo vnum sermonem, idest breuiter quæram, & cito poterit responderi: & tunc principes sacerdotum sustinuerunt sibi proponi quæstionem.

Quare principes sacerdotum sustinuerunt sibi proponi quæstionem à Christo, cùm ex ea fuerint postea confusi.
Quęst. CXLIX.

QVAERETVR, quare principes sacerdotum sustinuerũt sibi proponi quæstionem à Christo, cùm ex ea postea fuerint confusi.

Dicendum, ꝙ præcipuum fuit, quia nesciebãt qualem quæstionem propositurus esset. Nam si talem qualem proposuit putarẽt rem istam leuem esse sicut Christus dixit: interrogabo vos vnũ sermonẽ. s. ꝙ sicut breuis erat q̃stio in verbis, ita & in difficultate parua esset: & non attendebãt, quòd sicut ipsi Christum fallere tentabant, ita ipse illis rationabiliter deberet laqueum iniicere. Secundum fuit, quia putauerũt, ꝙ ista quæstio Christi erat aliquid, quod præsupponebatur ad respondendum quæstioni propositæ ab illis, sicut quotidie in sanctis videmus, quòd ad respondendum ad aliquod quæsitum pręsupponitur affirmatio, vel negatio alterius rei, quàm interrogatus potest à petente quęrere, vt sibi concedat, vel neget ad respondendum suæ quæstioni: & ita putauerunt principes sacerdotum esse quæstionem Christi, & ꝙ simplici animo quæreret: ideo illius quæstionem acceptauerunt. Tertium fuit, quia principes sacerdotum voluerunt nũc capere Christum in sermone quasi ratione eum

E conuincentes: sed talia nihil valent, nisi cũ quis àperte conuincitur, ita vt non habeat colorem euadendi, vel calumniandi occasionem. Si autem proposita q̃stione Christo de potestate, & ipso dicente, quòd proponeret aliam paruam quæstionem principibus, nollent ipsi attendere illam: haberet Christus responsionem, & apertum colorem quęrelę: & fortè diceret, neque eo volo respondere vobis: & tunc non possent eum principes ratione conuincere nisi viribus cogerent eum respondere, & quia hoc non concordabat intentioni eorum, sustinuerũt ꝙ proponeret quæstionem: vt sic eum rationabilius, & apertius, vt ipsi putabant, possent coram populo ratione conuincere atque confundere.

G

An Christus clarè responderet principibus sacerdotum ad quęstionem de potestate hęc faciendi, si ipsi Christo responderent.
Quæstio CL.

QVAERETVR, si principes sacerdotũ responderent Christo apertè ad istam quęstionem suam: an ipse clare responderet eis ad quęstionem eorum de potestate faciendi hęc.

Dicendum, quòd nõ est dubium quin Christus seruaret veritatem promissorum suorum: sed ipse pmittebat, quòd responderet ad eorum quęstionem, si illi prius responderent ad quęstionem eius: ergo certum

H est, ꝙ responderet, si illi r̃nderẽt: & tñ Christus nõ erat eis responsurus, quia ita erat, quòd illi non erant ita responsuri ad quæstionem eis. Sed dicetur, si illi responderent, & consequenter Christus eis responderet: quo modo euitarentur inconuenientia.

Dicendum, quòd non esset aliquod inconueniens. Nam vt responderẽt baptismum Ioannis esse a Deo an ab hominibus. Si ab hominibus forte lapidaret eos populus, sicut ipsi timebant, quia tenebant Ioannem vt prophetam: & tunc concitato sic populo contra illos non expectarent responsionem Christi, neque esset opus, quòd responderet illis. Si autem dicerent, ꝙ erat baptismus Ioannis à Deo, posset dupliciter ad eos se habere Christus. Vno modo ostendendo eos tam

I reprehensibiles populo, qui aperte ea, quæ Dei erant recipere nolebãt, quòd Christus poterat eos teste populo iudicare indignos responsione, quasi essent indigni audire ea, quę erant aperte Dei. & rursus quidquid illi iam contra Christum dicerent, quomodocunque respõderent, poterat Christus calumniari quasi ab eis male dicta aut facta: sicut Ioannem à Domino missum non receperant. Aliter poterat procedere, ꝙ si concederent istam veritatem, quòd respondit eis palam, & non esset eis inconueniens aliquod. Primò, & pręcipuè, quia si illi confiterentur hoc, diceret Christus, quòd etiam potestas sua prędicandi à Deo erat, licèt à nullo homine eam recepisset, & conuenienter suaderet illud: nam Ioannes prędicauit sępe, & nõ ac

K cepit potestatem ab aliquo homine, sed à Deo: & non calumniabantur contra eum, quòd non accepisset potestatem ab homine: ergo neque deberent calumniari contra ipsum: & si dicerent Iudęi, verum est, quod Ioannes à Deo accepit potestatem baptizandi, & prędicandi: sed de te non constat, quòd acceperis: ideo oportet, ꝙ ab homine acciperes: poterat dicere Christus, quòd facilius erat credere de ipso, ꝙ à Deo accepisset potestatem quã de Ioanne, quia Ioannes nulla signa ostẽderat missionis suę, vel potestatis à Deo collatę. Nam Ioannes nulla vnquam miracula fecit: Ioã. 10. cap. s. Ioannes quidem nullum signum fecit: Christus autem non solùm fecit miracula aliqua ostendẽtia potestatem suam; sed etiam fecit tot miracula, &

talia

talia qualia nunquam homo fecit, Ioan. 15. s. si non ve nissem, & opera non fecissem, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent: ergo debebant credere, ꝙ erat à Deo missus, & ab eo acceperat potestatem prędicandi, & consequenter non erat necesse, quòd ab ali quo homine accepta licentia vteretur. Secundò, quia si ita bene dispositi essent principes sacerdotum, ꝙ veritatem etiam contra seipsos confiterentur: apti erāt, vt eis veritas aperiretur: & non esset eis scandalosum audire, quòd à Deo missus fuerat Christus, & ab eo acceperat potestatem prædicandi, cùm hoc Isa. diceret, scilicet: Spiritus Domini super me, eo ꝙ vnxerit me Isa. 61. & si forte dicerent principes sacerdotum, quòd non intelligebatur de Christo, poterat hoc ille probare faciendo miraculum aliquod in confirmationem B huius, cùm miracula à Deo fiant, & Deus non sit testis falsitatis: & cùm isti sic dispositi essent, vt veritatem etiam contra se confiterentur, digni erant, vt veritas eis aperiretur. Nam ideo nunc Christus occultauit eam, quia ad tentandum, & non ad addiscendū venerant. Sic dicit Rabanus: Ob duas enim causas scientia veritatis est occultanda quærentibus: cùm scilicet is, qui quærit aut minus capax est ad intelligendum, aut odio, vel contemptu veritatis indignus est, cui debeat aperiri quod quærit: non enim ideo hæc veritas occultabatur, quasi talis esset, quæ nulli aperiri deberet: cùm iam eā Christus declarasset toti multitudini Nazarenorum in Synagoga, nihil illis de hoc quærentibus. Luc. 4. s. cùm legit: spiritus Domini super me: & C hoc, quia illi erant tunc bene dispositi erga Christum: erant enim oculi omnium tunc intenti in eum licèt postea malè se habuerunt ad eum eod. ca. ergo, & istis principibus sacerdotum, si non essent male dispositi erga Christum, poterat veritas ista aperiri.

Quare Christus specialiter interrogauit de baptismo Ioannis. Quæst. CLI.

QVAERETVR, quare Christus specialiter interrogauit de baptismo Ioannis.

Dicendum, quòd primò fuit, quia ista quæstio erat multum apta ad propositum. Nam ideo quæsiuit nūc Christus, non vt ab illis responsionem audiret: quia D non erat ei opus audire: sed vt ait Chrysostomus, vt illis impedimentum apponeret, ne ab ipso aliquid q̄rerent, & à quæstione proposita desisterent: ad hoc autem erat conueniens quæstio ista, vt in litera inducitur, quia neutra pars responsionis poterat eis esse secura. Nam aut confunderentur, aut periclitarentur: ideo nihil erat nisi, quòd dicerent se nescire, sicut dixerunt: & tunc Christus non rn̄deret eis, quia ista dixerat, quod responderet eis si ipsi prius responderent. Secundò fuit propter personam Ioannis: nam fuit talis, cui maxima auctoritas à Iudæis tradita est: ita vt plurimi de eo crederent, ꝙ esset Messias. Luc. 3. cap. & iō miserunt ad quærendum ab eo, an esset Christus, id est Messias, Ioan. 1. & ideo nō auderent dicere baptis- E mum illius esse ab homine, & in hoc stabat virt⁹ quæstionis Christi. Nam si illi auderent dicere, quòd erat ab hominibus, & dicerent sic, licèt esset falsum, tamē iam Christus tenebatur eis respondere aperte ad quęstionem iuxta promissa, sed hoc ipse vitare volebat: ideo debuit de tali persona quærere, cuius actum non auderent principes sacerdotum ascribere hominibus. Si autem de aliquo alio minoris auctoritatis Christus quæreret, fortè respōdissent principes, quòd ab hominibus erat ille actus: & nō timerent populum sibi nociturum. Tertiò fuit, quia Ioannes fuerat modernus, scilicet, qui anno præcedenti vel quasi occisus fuerat: & quem omnes Iudæi, qui tunc erant, agnouerant, & tenebant facta eius in reuerentia magna, & ob hoc non auderent principes dicere contra facta Ioannis. Si autem esset aliquis sanctus de antiquis, quem non vidisset populus, etiam si principes dicerent contra facta eius, non resisteret populus, quasi circa illa potius credere deberet populus illis, qui scripturas nouerant quàm sibiipsi. Circa Ioannem autem si principes vellent mentiri aut calumniari, non permitteret populus, quia ipsi nouerant Ioannem: & ideo circa illum quæri debebat. Quartò fuit, quia si Ioannē non reprehenderent, neque eum arguere poterant, nō enim verisimile erat, ꝙ principes isti dicerent baptismum Ioannis esse ab hominibus propter timorem populi: & ideo aut dicerent, ꝙ nesciebant, sicut dixerunt, aut quòd à Deo erat: & si dicerent, quòd erat à Deo non poterant negare, quin Christus à Deo esset, quia Ioannes testimonium perhibuerat de Christo, Ioan. 5. Vos misistis ad Ioannem, & ipse testimoniū perhibuit de me. & ponitur testimonium suum Ioan. 1. cùm ostendit eum digito dicens: ecce agnus Dei: ecce, qui tollit peccata mundi: iste est, de quo dicebam vobis, qa post me venit, & ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Et iterum: Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Et tunc Christus confiteretur, quòd à Deo acceperat potestatem: & ideo, quòd non erat opus, ꝙ ab homine illam acciperet: & si negarent eum à Deo accepisse illam, probaret per Ioannem, qui hoc asseruit, cui Ioanni ipsi credebant, & asserebant eum à Deo venisse. Quintò fuit, quia argumentum suum erat efficax in Ioanne. Nam Ioannes baptizauit, & nullum signū ostendit ad probandum, quòd baptismus suus à Deo erat, crediderunt, quòd erat à Deo: ergo cùm ipse multa signa fecisset, vt dictum est præcedenti quæstione, potius credere debebant eum esse à Deo: & tunc sicut in Ioanne non calumniati sunt, quòd prędicaret sine licentia hominum propter hoc, ꝙ à Deo missus credebatur: à fortiori non erat contra eum instandū de quo magis constabat venisse à Deo, quòd licentiā prædicandi ab hominibus non haberet. Sextò vt aliq volunt fuit ad magnam increpationem, s. quòd principes sacerdotum semper fuerunt rebelles Spirituisancto nullis prophetis credendo, non solùm veteribus, sed etiam nouis qualis fuerat Ioannes. sic dicit Theophilactus: Vt enim ostenderet semper eos fuisse Spirituisancto rebelles, & nedum Isaiæ cuius non erat memoria, sed et nuper viso Ioanni credere noluerūt: ob hoc versa vice opponit eis hanc quæstionem ostendens, quòd si tanto prophetæ Ioanni, qui apud eos maior videbatur, minimè crediderunt perhibenti testimonium eius: qualiter ei crederent respondenti, qua auctoritate hæc faceret.

Quare Christus quęsiuit potius de baptismo Ioan. quàm de aliqua alia re. Quęst. CLII.

QVAERETVR, dato quòd circa Ioannem Christus quæreret, quare potius quæsiuit de baptismo eius, quàm de aliqua alia re. Nam poterat quęrere de prædicatione illius, aut de vitæ austeritate, aut de multis aliis accidentibus Ioannis. Sic dicit Eusebius, s. Quęrit autem de Ioanne Baptista: nō vnde esset oriundus: sed vnde legem accepisset baptismatis.

Dicendum, ꝙ causa potissima fuit, quia magis conueniebat ad propositum Christi de hoc quęrere quā de cęteris accidentibus Ioannis, quia hoc ideo quærebatur, vt principes sacerdotum essent ꝑplexi non potentes aliquid respondere, quod in cęteris non facerent. Nam si de vita austera Ioannis quęreretur, an a Deo, vel ab hominibus esset: fortè dicerent principes,

pes, quòd non erat à Deo, ſed ab hominibus: vel fortè à dęmone. Ita enim dicere audebant publicè, vt ſupra 11. cap. ſ. venit Ioannes non manducans, neque bibens: & dicunt, quòd dęmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens: & dicũt. Ecce homo vorax, & potator vini: Et dicunt dęmonium habet Ioannes, id eſt dęmone inſtigante tenet vitam tam auſteram. Et ita Chriſtus deberet aperte reſpondere, quia illi clare reſpondebant. Si autem quæreret de doctrina Ioannis Chriſtus, poterant aliquid fortè vertere in dubium principes, vel dicere fuiſſe per errorem, quia inter multa, quæ dixit, quædam dixit ſpiritu diuino: q̃dam verò voluntate humana, ſicut innuitur Deutero. 13. ꝙ propheta, qui vera ſigna facit, quæ à ſolo Deo ſunt, poterit poſtea adiũgere: eamus, & colamus deos alienos, quod ab homine inſtigante dęmone dicitur, & quia circa talia magis ſtandum eſt iudicio peritorũ quàm populi, fortè populus non reſiſteret principibꝰ dicentibus, ꝙ Ioannes omnia vera pręedicauerat pręter pauca, quæ per errorem aſſeruit. De baptiſmo autem non tolerarent hoc. Primò, quia veriſimilius erat, ꝙ in doctrina poſſet eſſe error, quàm in baptiſmo. Nã conſtabat Ioãnem fuiſſe à Deo miſſum, & ideo oportebat dici, quòd aliqua vera dixiſſet, ꝙ tamen inter multa vera interponeret aliquod falſum non erat abſurdum, vt inductum eſt de baptiſmo. Secus eſt, q̃a ille erat vnicus, & ideo vel totus eſſet à Deo, vel totus ab homine: & erat res, quam ſpecialiter Ioannes exercebat: ideo non concederent eſſe ab homine. Secundò, quia de hoc aſſeruit Ioannes, quòd erat à Deo. Nã non aſſeruit Ioannes ſe miſſum ad prædicandum: aſſeruit tamen ſe miſſum ad baptizandum: Ioan. 1. capi. Secundò quantum ad principale, quia populares magis defenderent baptiſmum Ioannis, quàm vitam eiꝰ aut prædicationem, eo ꝙ magis ad eos pertinebat: homines autem non ſuſtinent vilipendi ea, quæ ad eos pertinent: indignantur enim, & concitantur ex hoc: ſi tamen Chriſtus de vita Ioannis loqueretur, fortè non curaret populus illam defendere quaſi ad ſe non pertinentem, quia nemo illorum ſequebatur vitam Ioãnis, quę erat tam auſtera. Si autem loqueretur de doctrina, quam prædicauit, etiam minus pertinebat ad populum, quia nemo aut rariſſimi totam doctrinam Ioannis ſequebãtur, quia ille non ſolùm prædicabat ab omni vitio abſtinendum: ſed etiam perfectiones quaſdam, vt qui habet duas tunicas, det vnam nõ habenti: Luc. 3. Et ita ſi dicerent principes de doctrina Ioannis, vel de vita auſtera, ꝙ non erat a Deo, forte nõ curaret populus defendere Ioannem, quaſi non pertineret aſſerere de illa, de qua non agebatur. Baptiſmus autem Ioannis pertinebat ad populum, quia quaſi totus populus ſuſceperat illum, ſupra 3. cap. & Mar. 1. & Luc. 7. cap. & non permiterent principes impunes, ſi dicerent, quòd ab hominibus erat. Tertiò, & principaliter, quia in baptiſmo Ioannis diſcordabant principes, & populus: nam de vita Ioannis neq; populus, neque principes aliquid acceperant, quia erat multum auſtera. De doctrina ſequebatur vterque aliquid, q̃a ille prędicabat cauẽda oĩa vitia: quæ etiam per legem vetabãtur, & ita, qui ſeruabant legem ſeruabant aliq̃d de doctrina Ioannis. In baptiſmo aũt erat diſcordia: quia totus populus baptizatus fuerat à Ioanne, ſupra tertio cap. & Marc. 1. cap. & tñ principes ſacerdotum, & ſcribæ, ſeniores, & Phariſæi non acceperunt baptiſmum Ioannis, vt hic innuitur, & Marc. 11. & magis Luc. 7. cap. ſ. & oĩs populus audiens, & publicani iuſtificauerunt Deum baptizati baptiſmo Ioannis: Phariſæi ãt, & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſis non baptizati ab eo. Et ita cum eſſet in baptiſmo Ioannis diſcordia inter principes ſacerdotum, &

F populum, erant perplexi quantum ad hoc, & non auderent reſpondere. Nam ſi dicerent, ꝙ erat a Deo, dicebant ꝯtra ſeipſos, qui illum non acceperant: ſi dicerent, ꝙ erat ab hoĩbus, dicebant cõtra totum populũ, qui baptizatus fuerat baptiſmo Ioannis, & periclitarẽtur: hoc ergo non auderent. Quartò, & principaliter, quia ſi quæreret de doctrina Ioannis, aut de vita nõ haberet optatum. Nam non eſſet tunc inconueniens principibus reſpondere pro vtraq; parte, quia aut poſſent dicere de vita Ioannis, vel de prædicatione, ꝙ nõ erat à Deo, ſed partim ab hoĩbus, vt dictum fuit ſupra in prima reſponſione: aut ſi vellent ſecurius, & meliꝰ dicere, reſponderent ꝙ vita hominis, tã auſtera à Deo erat; & ꝙ prædicatio etiam à Deo erat, & hoc erat veri
G ſimilius, ꝙ dicerent, & non erat inconueniens, quia tunc neque dicebant contra populum, neque contra ſeipſos. Et ſi dicentibus princeipibus, ꝙ vita Ioãnis erat à Deo, obiicerent populares, aut Chriſtus: quare ergo non accepiſtis eam? poterant conuenienter reſpondere principes, primò, ꝙ non potuerunt ſequi illam propter nimiam auſteritatem, quia neque populus aut quiſquam ſecutus eſt illam: quod non erat de baptiſmo, quia non erat durum recipere baptiſmum cũ ſolùm eſſet ablui in aquis. Secundò, quia dicerent ſe nõ obligatos, quia non obligatur homo ad quamlibet perfectionem ſectandam: vita autem Ioannis erat de magnis perfectionibus, & difficilibus: & licèt quælibet perfectio vitæ à Deo ſit inſpirata, non tenemur
H ad eam, quia tunc ẽt tenemur ad ſummam perfectionem, quod eſt abſurdum. Et etiam non differret inter præcepta & conſilia, ſi ad perfectiones, de quibus ſunt conſilia teneremur. Tertiò, quia dicerent, ꝙ ad vitam Ioannis non tenebantur, quia ille ſic viuebat: & tamẽ non prędicabat ſic viuendum. Sed de baptiſmo ſecus, quia prędicabat homines baptizandos: & ita videbat inconueniens non accipere baptiſmum Ioannis, licèt non eſſet inconueniens non ſequi vitam illius. De prędicatione autem Ioannis, ſi quæreret Chriſtus, poterant dicere principes, ꝙ erat à Deo: & ſi diceret, quare ergo non accepiſtis illam? reſponderent, ꝙ acceperant. Nam audiebant Ioannem prædicantem: & dicerent, ꝙ ſequebantur doctrinam eius, cùm certum ſit,
I ꝙ aliquid de illa ſequerentur, quia ſequẽdo legẽ Moyſi, & decalogum, quæ eſt naturalis, ſequebantur partẽ doctrinę Ioãnis, niſi quęreret de baptiſmo eius: & ob hoc de illo debuit quærere. Quintò quantum ad principale, quia quæſtio, vt habeat colorem aliquem, debet fieri de re, quæ prima facie dubitationem habet, ſed de vita, & doctrina Ioannis dubitatio nulla erat, de baptiſmo aũt eſſe poterat dubitatio: ideo de ſolo baptiſmo debuit quærere. Patet hoc, quia vita Ioannis erat non ſolum bona, ſed etiam valde laudabilis, & admiranda: omne aũt, quod eſt bonum in moribus, eſt à Deo: & ideo dato, ꝙ non conſtaret Ioannem à Deo miſſum debebat dici, quòd vita ſua à Deo erat, quia illa nihil habebat illicitum: & habebat aliquid, q̃d erat
K laudabile, & ſm altiſſimam virtutem. De doctrina ẽt conſtabat, ꝙ erat à Deo, quia erat doctrina vera, & omne verum à quocunque dicatur à Spiritu ſancto eſt, vt ait Ambro. erat enim doctrina Ioannis conſonans legi Moyſi, & legi naturæ, quarum vtraq; à Deo erat: & inſuper addebat aliquas perfectiones: ideo certum erat, quòd à Deo erat. De baptiſmo aũt erat dubium, quia baptiſmus in ſe erat quędam cæremonia, ſ. intingi in aqua, cuius vtilitas ex ipſo opere operato nõ apparebat. imò nulla videbatᷣ eſſe vtilitas, neq; erat ex eo lo, ꝙ fiebat: & inſup non ꝯſtabat, ꝙ Deus mãdaſſet, vel conſuluiſſet accipere baptiſmum: ideo dubium erat rationabiliter, an à Deo eſſet introductus baptiſmus Ioannis, an voluntate humana. Sextò fuit, quia teſtimonium

monium Ioannis de Christo fuit in baptizãdo ipsum: tunc enim agnouit eum. Nam antequã Ioaunes baptizaret Christum, non agnoscebat eum, licèt ad ostendendum eum venisset. Cũ aũt baptizauit eum super aquam apparuit testimoniũ de Christo, quia vox patris audita est, & Spũs sanctus descẽdit super ipsum in specie columbæ, supra 3. & Luc. 3. cap. Ideo conueniẽs fuit, vt de baptismo Ioannis quæreret: quia si illi confiterentur baptismum hunc esse à Deo, ex hoc Christus ostenderet se accepisse potestatem à Deo, quia Ioannes baptizando ipsum agnouerat eum. Nam Ioannis 1. ca. Iudæi quæsierunt à Ioanne, qñ erat baptizãs, vt quid baptizaret: & an esset Christus, ipse inter cętera dixit: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse est, qui post me vẽturus est, qui ante me factus est cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam calciamenti. Septimò fuit, quia ex baptismo apparebat missio Ioannis à Deo: nihil. n. magis est, in quo magis ostenderet Ioannes se esse à Deo, quã in baptismo, dicens ꝙ potestatem baptizandi acceperit à Deo, & ad hoc missus fuerit: & etiam in baptismo ostendit dignitatem Christi, Ioan. 1. ca. s. hic est, de quo dixi, post me venit vir, q ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans, & testimonium perhibuit Ioan. dicens, quia vidi spiritum descendentẽ quasi columbã de cęlo, & mansit super eum: & ego nesciebam eũ, sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit, super quẽ videris spiritum descendentem, & manentẽ super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto: & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Octauò fuit, quia conueniebat ad responsionẽ suam. Nam certũ est, ꝙ principes sacerdotum non dicerent baptismum Ioannis esse hoĩum, quia timebant plebem: ideo dicerent, ꝙ erat à Deo, vel tacerent, sicut fecerunt. Si aũt esse à Deo dicerent, obiiceret Christus, ꝙ potius credendum esset se accepisse potestatẽ prædicandi à Deo quã Ioannem accepisse potestatem baptizandi: tũ qa Ioannes nullum signum ostenderat, Io. 10. ca. ipse aũt maxima, & plurima, quæ fecerat nemo, Io. 15. Etiam qa ꝓdicatio sua erat vera, vt poterat apparere cuilibet viro perito: neque Iudæi hoc negabant. De baptismo autem Ioannis non constabat an bonũ, vel vtile esset: ideo magis planum erat, ꝙ prædicatio Christi esset à Deo quàm baptismus Ioannis: et consequenter cũ circa Ioannem non calumniati essent de prædicandi potestate, aut baptizandi, permittentes eum baptizare, & ꝓdicare: etiam si non cõstaret de potestate eius solùm per hoc, ꝙ dixit se missum à Deo, debebant potius ꝑmittere ipsum prædicare, non calũniantes, quòd non accepisset potestatem ab homine.

Quare Christus vocauit istum baptismum Ioannis. Quæst. CLIII.

QVAERETVR, quare Christus vocauit istum baptismum Ioannis dicens: baptismus Ioannis vnde erat. Nam baptismus non accipit nomen ab eo, qui baptizat: non enim dicitur baptismus Petri, quem Petrus contulit, neque Pauli, quem Paulus dedit: sed baptismus totus est Dei.

Dicendum, ꝙ baptismus in nobis non appellatˀ ab illo, qui dat, sed a quocunque detur dr̃ is, qui baptizatus est fuisse baptizatus baptismo Christi, vel Dei: & ob hoc Paulus 1. Corinth. 3. cap. loquebatur cõtra Corinthios, qa quidã illorum dicebant: ego sum Pauli: ego Apollo. i. Apollinis, quia est ibi indeclinabile: & hoc quia baptismus est vnicum sacramẽtum: iõ oportet, ꝙ sit vnius. est autem illius, à quo efficaciam proficiendi accipit: hoc autem a solo Christo accipit, quia à passione eius oĩa sacramẽta efficaciam acceperunt: ideo ab eo solo vocari debet, hęc Apostolus innuit 1. Cor. 1. cap. s. hoc ãt dico, quòd vnusquisq; vestrum dicit: Ego quidem sunt Pauli: ego aũt Apollo, ego vero Cephę, ego aũt Christi: diuisus est Christus? nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in noĩe Pauli baptizati estis? Inquantum. n. dicit, diuisus est Christus, redarguit illos, qui volunt facere sacramenta multa baptismi cùm vnicum sit: & sic inducitur, sacramẽtum vnum denominatur ab vno: & rursus sacramentum baptismi est Christi, qui illud instituit. Sed Corinthij denominabant illud à multis. s. à Paulo, Apollo, & Cepha: ergo Christus iam non manebat vnicus, sed diuisus erat: inquantum dicit: nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? ostendit ꝙ solius Christi est baptismus, sic arguens ꝙ baptismus accipitur pro vtilitate, quæ ex illo confertur, quia aliàs nõ vteremur eo: ergo illius est baptismum, à quo efficaciam accipit proficiẽdi: sed istam accepit à Christo. s. à passione sua, à qua oĩa sacramenta efficaciam habent: ergo cũ nemo pro oĩbus mortuus sit nisi Christus benedictissimus, ipsiꝰ solius est baptismus: ideo dicit: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? quasi dicat, nemo crucifixus fuit nisi Christus: ergo ab eo solo est baptismus. Cùm aũt dicitur aut in nomine Pauli baptizati estis: ostendit, ꝙ solius Christi sit baptismus, quia illius est baptismus, sub cuius inuocatione datur: & tñ omnis baptismus à quocunq; detur, datur sub inuocatione Trinitatis: vel sicut in Ecclesia primitiua dabatur in noĩe Christi siue Iesu. Ergo solius Christi est baptismus, & non Pauli, neq; Petri, quia nemo sub inuocatione Pauli, aut Petri, vel in noĩe eius baptizatus est, & ob hoc ait: nunqđ in nomine Pauli baptizati estis? De baptismo aũt Ioannis dicetur, quòd vocatur Ioannis. Primò vt aliqui volunt, quia ipse fuit primus, & quasi solus minister, & in hoc habet aliq̃ similitudinem cũ baptismo Christi, quia baptismus Christi ab eo institutus fuit, & ante eum à nemine collatus est: vnde ꝑꝑ hoc eum Baptistã vocauerunt: iõ potuit vocari baptismus Ioãnis: Et hęc fuit causa quare principes sacerdotum, & alij periti legis admirati sunt quare Ioãnes baptizabat, & miserũt ad eum aliquos, qui hoc quęrerent. s. quia nullos vnq̃ viderant neq; legerant baptismum præstitisse. Secundò, & melius vocatus fuit baptismus Ioannis, quia baptismus ab illo accipit nomen à quo accipit efficaciã, & ideo, quia baptismus noster à nullo accipit efficaciã nisi à Christo, non vocatur nisi à Christo: collator ãt nudum habet ministerium: & iõ ab eo non vocatur. Sic dr̃ 1. Corin. 1. cap. nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? quasi dicat, non: iõ baptismus vester nõ debet appellari ab illo: baptismus aũt Ioãnis si aliquam efficaciam spiritualem haberet, non poterat illam habere nisi à Deo: & ita vocaretur baptismus Dei: quia tñ nullã efficaciã spũalem habebat, cũ Ioãnes dixerit: ego baptizo vos in aqua: & de Christo dixit, ꝙ baptizaret in Spiritu sancto, sup. 3. & Ioan. 1. c. iõ non faciendo aliqđ aliud, nisi intingere in aqua, nõ debuit vocari à Deo: vnde cũ non reperiretur in eo nisi exterius ministerium, quod Ioannes efficiebat, debuit vocari baptismus Ioãnis, & ita appellaretur alicuius alterius, si ille primus illum contulisset. Secus est de baptismo nostro, quia in illo cõfertur gratia, quę non potest esse nisi à Deo, ideo si non fuisset collatus primũ à Christo: imò si ipse nunquam illum contulisset, sed apostoli, vel alij de Ecclesia, non vocaretur ab illis, sed à solo Christo, vel Deo. De his dicit Aug. super Ioannem: accepit quidem Ioãnes, vt baptizare posset ab eo, quẽ postmodum baptizauit: baptismus autem, quem accepit baptismus Ioannis hic dicitur: solus autem tale

donum

donum accepit nullus autem ipsum iustorum post ipsum accepit baptismū, qui baptismus diceretur ipsius. Tertiò, & adhuc melius dicendum, ꝙ vocatur baptismus Ioannis, quia oportebat designari baptismum istum, de quo agebatur: & iō vel debebat vocari baptismus Dei, vel Ioānis. Si autem vocaretur baptismus Dei, imperitè formaretur quæstio, quia Christus responderet ad quæstionem, quā ipsemet proponebat. Nam vocando illum baptismum Dei, diceret eum esse à Deo, & hoc est quod Christus quęrebat, an à Deo esset, vel ab hominibus: iō non debuit eum vocari baptismum Dei: & consequenter debuit vocare baptismum Ioannis. Et ista est causa præcipua huius, vt dicatur baptismus Ioannis. i. quem ille conferebat: quia aliàs non obstantibus duabus causis pręcedentibus pōterat vocari baptismus Ioannis baptismus Dei. Primò quia licèt Ioannes iustum baptismum inchoasset, non debebat ab eo accipere nomen, quia non accipiebat ab eo auctoritatem, sed à Deo: ille enim impulit Ioānem ad hoc. & dicitur, ꝙ misit eum ad baptizandum Ioan. 1. cap. s. qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit &c. & non obstat, ꝙ nemo ante Ioannem baptizasset, quia si Christus non baptizasset aliquem manu sua; sed iussisset discipulis baptizare: & baptizans esset Petrus, non vocaretur baptismus Petri, sed Christi, quia non habebat auctoritatem neq; institutionē à Petro, sed à Christo. Secundò non obstat, quia licèt baptismus noster magis ꝓpriè vocatur baptismus Dei vel Christi quàm baptismus Ioannis vocaretur baptismus Dei: tn̄ adhuc baptismus Ioan. poterat vocari baptismus Dei, quia licèt non recepisset à Deo efficaciā, recepit ab eo auctoritatem, cùm ab ipso iussus fuerit Ioannes baptizare homines. Ioannis 1. & quidquid illud sit, quod à Deo accipiat potest vocari baptismus Dei, cùm magis pręcipuum sit id, quod res a Deo recipit, quā quod recipit ab homine, & à digniori semper appellatur res: maxime quia Deus auctor est, cùm Ioannes non excogitauerit baptismum a seipso, sed Deus iussit ei, ꝙ baptizaret. Io. 1. & ideo erat Deus auctor. Ioānes vero nudus minister, vnde magis minister Dei aliàs baptismus Dei quā Ioannis deberet dici. Tertiò, quia etiam ad hoc potest induci ratio. Nam baptismꝰ dicitur esse illius, in cuius nomine præstatur: sic innuit Apost. 1. Corin. 1. cap. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine eius baptizati estis? quasi dicat, vocaretur iste baptismus Pauli, si in nomine eius baptizati essetis, & tamen non baptizati estis in nomine Pauli, sed in nomine Christi, vel Trinitatis: ideo non est iste baptismus Pauli: & tamen baptismus, quem Ioannes conferebat, non dabatur in nomine eius, sed in nomine Christi: ergo non debebat vocari baptismus Ioānis, sed baptismus Christi. Patet Act. decimonono capitu. scilicet Ioannes baptizauit baptismo pęnitentiæ populum dicens in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent: hoc est in Iesum: ergo verè vocatus fuisset iste baptismus Ioannis baptismus Dei, nisi quia nunc non debuit Christus vocare illum baptismum Dei, quia per hoc quæstio sua esset imperitè formata, vt dictum est. Nos autem sequimur modum loquendi Christi, qui hic est: & ideo vocamus eum baptismum Ioannis, sicut ille vocauit baptismum Ioannis: & tamen communiter solet dici a doctoribus, quòd vocatur baptismus Ioannis, idest hominis, & non Dei: quia nihil erat ibi, quod ab homine non daretur, cùm gratia ibi non conferretur: sic dicit Magister 4. Sene. dist. 2. de baptismo Ioannis multa diximus supra tertio cap.

F *Quomodo Matthæus cognouit, quòd principes sacerdotum hoc cogitabant, scilicet si dixerimus, & cętera.*

Quæstio CLIIII.

QVAERETVR, cùm dicatur hic: At illi cogitabant inter se, dicentes: si dixerimus, & cętera, vnde Matthęus sciebat, ꝙ illi hoc intra se cogitabant: nam istud non protulerunt, sed tacitè considerabant, cùm dixerit Matthæus, ꝙ intra se cogitabant.

Dici pōt vno modo, ꝙ hoc ex rationabili coniectura collectum est: nam qn̄ Christus ista quæsiuit, non statim responderunt pꝛincipes, sed modicum intra se cogitauerunt. Ex quo colligitur, ꝙ ista responsio. s. nescimus, non fuit de intentione eorum, quia ipsi si
G responderent iuxta desiderium suum, cū ipsi cōtempsissent baptismum Ioannis nolentes illum accipere Lu. 7. cap. verisimile erat, quòd dicerent eum esse ab hoībus, vt seipsos non condemnarent: aut. s. responderēt iuxta id, quod erat à Deo, quia aliàs à principio qn̄ Ioannes baptizabat populum, reclamabant ipsi ne populus baptizaretur. Sed dicendum, ꝙ non est conueniēs positio, quia licèt ista sit coniectura rationabilis: tn̄ sacra scriptura ex talibus non procedit, quia certitudo, quę est ex coniecturis, minor est quā quæ requiritur ad sacram scripturam, in qua non solùm nullus error est, sed etiam nihil esse debet, de quo dubitari possit, an sit error: & tamen cōiecturę humanæ, licèt proba-
H biles sint, sæpe tn̄ fallunt, & sæpe fallere possunt: iō nihil debet in sacra scriptura procedere ex solis humanis coniecturis. Secundò ergo dici pōt, ꝙ fortè Christus hoc reuelauit Apostolis. Nam principes ista quæsierūt à Christo publicè pręsentibus discipulis, & postea cùm Christus esset seorsum cum illis, differebat de iniquitate principum sacerdotum, & scribarum, & seniorum, vt scirent cauere ab eis, sicut dicitur supra 16. & Luc. 12. cap. cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducęorum quod est hypocrisis: & tunc reuelaret eis, quòd qn̄ principes istud respōderunt, cogitabant intra se ista, quę habentur hic: & ita Matthæus, & Mar. potuerunt istud exprimere. Secundò potest dici, & melius, ꝙ etiam Christus nō reuelauit hoc discipulis, sed
I euangelistæ cognouerunt istud reuelante Spiritu sancto. Nam Euangelistæ scribentes non confidebant cognitioni suæ, quasi ex eis, quę vidissent, aut didicissent, scriberent; quia etiam istud non sufficit ad gradum certitudinis, quem exigit sacra scriptura. Nam scientia humana in multis deficit: vnde qui visa ab eis scribunt, circa aliqua errant, cùm plenè non potuerint iudicare de singulis. Ad hoc autem, ꝙ sciamus, ꝙ non solùm nullus error sit in eis, quę credimus, sed etiam neque esse potest, quod requiritur ad tollendum omne dubium nostrum: necesse est, ꝙ nihil scriptum sit in sacro canone scripturæ quod Spiritus sanctus non reuelauerit scriptoribus: sic enim dicitur 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata
K est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto dictante scripserunt. Et sic eo docente sciuerunt quid principes sacerdotum intra se cogitabant, cùm ista responderunt: & ista est veritas.

Quomodo argumentum istud Pharisæorum, scilicet quomodo non credidistis ei, &c. procederet.

Quęst. CLV.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd principes dicebant intra se si dixerimus, quia de cœlo, dicet nobis, quomodo ergo non credidistis ei? Nam videtur, quod non erat conueniens argumentum, quia poterat responderi per principes, quia aut

aut accipitur ibi credere propriè pro assentire aut pro accipere. Si primò modo, dicerēt principes, quòd ipsi crediderunt baptismo Ioannis, idest crediderunt illū esse à Deo: & ita non procedit contra eos argumentum. Si accipiatur secundo modo, posset dici, quòd non obligabantur accipere: multa enim à Deo sunt, quæ non obligamur sequi, sicut oīs perfectio consiliorum est à Deo, sed non obligamur sequi consilia: sic etiam vita austera Ioannis erat à Deo. tamen non tenebantur principes sequi illam, neque putabāt sibi de hoc argumentum fiendum.

Dicendum, quòd erat conueniens argumentum, & accipitur credere pro accipere baptismū: & tamen dicitur, ꝙ non tenetur homo ad perfectionem: verū, ꝙ ad perfectionem, quæ est supra præcepta nemo tenetur nisi ex voto tacito, vel expresso, aut ex conditione status sui: talis autem perfectio consiliorum est, cuius obseruatio importat difficultatē, sicut seruare virginitatem, vel perpetuam castitatem, aut vendere omnia, & sequi Christum, & similia. Si tñ consilium, vel perfectio non importat difficultatem aliquam, illicitū est non sequi illud: sic enim erat de baptismo Ioānis: nulla enim difficultas erat ibi, quia nihil erat nisi immergi in aquam: ideo cū scirent hanc perfectionem esse à Deo, & illam sine difficultate poterant tenere, peccabant non accipiendo illam: secus aūt erat de austeritate vitæ beati Ioannis, quia licèt talis perfectio esset à Deo: tantæ tñ difficultatis erat, quòd vix accederet quis ad illam: ideo nemo tenebatur. Secūdò, & præcipuè, quia cęteras perfectiones licèt sciamus esse a Deo, tñ non iubet, neque suadet omnibus illas accipere, & sequi: baptismus aūt Ioannis pro tanto erat consilium, vel perfectio, quia nō includebatur in mādatis legis Moysi: & tamen voluntas Dei erat, ꝙ oēs Iudæi acciperent baptismum Ioannis. Vnde miserat Ioannem ad baptizandum: Io. 1. cap. Et ipse p̄dicabat baptismum pęnitentiæ, supra 3. & Mar. 1. & Luc 3. idest ꝙ omnes acciperent istum baptismum: ideo debebant Iudæi accipere baptismum Ioannis, cùm viderēt eum prædicare, ꝙ esset accipiendus, & dicere se esse missum ad hoc prædicandum: non erat sic de vita Ioannis, quia ille non prædicabat, ꝙ Iudæi sequerentur austeritatem vitæ suę neq; dicebat se ad hoc missum, vt cęteris daret exemplum sequendi hanc austeritatē: & ideo baptismum quasi pręceptum debebant accipere. Tertiò, quia non dicitur quis contemnere nisi id, quod tenetur facere, vel quod est ei valde vtile, & sine difficultate illud hēt: vnde nemo dr̄ ꝯtemnere consilium de virginitate, vel de castitate seruanda in perpetuum, aut de relinquendo oīa, & sequēdo Christū, quia nemo tenetur ad hoc nisi ex voto, & obseruatio horum est valde difficilis: & tñ principes sacerdotum, Pharisęi, & legisperiti dicuntur cōtempsisse baptismū Ioannis non accipiendo illum: ergo tenebantur accipere, & peccauerunt non accipiendo. Patet quia Luc. 7. cap. dicitur: Et oīs populus, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi aūt, & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo. Christus ob hoc laudabat ibi populum, & vituperat legisperitos: etiam quia dr̄, consilium Dei spreuerunt in semetipsos. i. datū erat a Deo ad vtilitatē ipsorum, vt illi acciperent. Recusando ergo id, quod Deus pro illis dederat, peccabant. Quartò patet, quia Christus neminem redarguit, nisi de peccato, quia de bono opere nemo redargutionem meretur, sed laudem. Io. 10. ca. De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia: & tamen redarguit principes Christus, & scribas, & seniores, quia baptismū Ioannis recipere noluerunt: & laudat publicanos, & meretrices, qui receperunt baptismum Ioannis, vt patet

A infra in litera, scilicet: Amē dico vobis, quia publicani, & meretrices pręcedent vos in regno Dei: venit enim Ioannes ad vos in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos aūt videntes neque pęnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei: ideo dicendum, quòd argumentum istud bene militabat contra eos, i. si dixerimus, ꝙ de cęlo erat, dicet nobis: quare ergo non credidistis ei?

Quare principes sacerdotum non confessi sunt, quod verum est, quod baptismus Ioannis erat de cęlo, &c.
Quæst. CLVI.

QVAERETVR, cùm principes sacerdotum valde desiderarent, ꝙ Christus eis responderet
B de potestate prædicandi, quasi in hoc eum caperent: quare ergo non confessi sunt, ꝙ verum est, ꝙ baptismus Ioannis erat de cęlo: & tamen non receperunt eum. Et si Christus diceret: quare ergo non recepistis eum, dicerent quid ad te? nolumus recipere: non es tu iudex horum: & tunc cū planè, & directè, & verè responderent, teneret Christus respondere eis planè.

Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ hoc poterāt facere principes sacerdotum: & tamen incurrebant in magnam confusionem, quia tunc pateret manifestè, ꝙ iniqui essent nolentes recipere ea, quæ Dei sunt: & sic ostenderēt se indignos honore, & principatu, quē tenebāt, & carerent opinione apud plebem: non enim hono-
C rarent eos velut iniquos existentes: & fortassis concitarent seditionem contra eos, quia videbant, ꝙ illi prophetas Dei non recipiebant: & ea quæ Deus dabat in salutem hominum, recipere nolebant. Item & quod maius erat, quia si confiterentur se agnouisse, ꝙ baptismus Ioannis erat à Deo: & tamen nō receperant illū, diceretur eadem ratione, ꝙ oīa, quę Christus faciebat à Deo erant: & tamen ipsi, vt maligni oderant facta eius, & persequebantur eum: & hoc modo non solū caderent ab intento quantum ad istam quæstionem: sed etiam quantum ad omnia, quæ fecerant, & facere intendebant contra Christum: ideo non confessi sunt esse à Deo baptismum Ioannis.

D *Quid verum sit de dubio, quod Christus quęsiuit à Pharisęis.*
Quæstio CLVII.

QVAERETVR, circa istud dubium, qđ Christus mouit, scilicet an baptismus Ioannis esset à Deo, an ab hominus, & Pharisæi non responderunt, neque principes sacerdotum. Quid sit verum in hoc dubio.

Dicendum, ꝙ non est dubium, quin sit à Deo: & patet primò, quia Christus baptizatus est à Ioanne, supra 3. & Luc. 3. et tamen si baptismus iste esset solum à voluntate humana non subdidisset se Christus sponte illi, cùm ipse esset Deus: & tamen ipse subdidit, qa ipse petiuit à Ioanne baptizari cùm Ioannes nollet eū
E baptizare, sed potius peteret ab eo baptizari, supra tertio cap. ergo erat à Deo. Secundò patet, quia si baptismus Ioannis non esset à Deo, esset penitus superuacuus, & superstitiosus: cùm ex opere operato ipsa immersio in aquam nihil conferat: & tamen de Ioanne non debet credi, quòd aliquid superuacuum, & superstitiosum conferret: potissime hortādo homines ad illud suscipiendum, & prędicando illud solicite, cū Ioannes esset propheta, et plusquā ꝓpheta, et maior inter natos mulierum, supra 11. ergo erat à Deo. Tertiò patet, quia Luc. 3. dicitur ꝙ factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariæ: fieri aūt verbū Domini sup aliquem est mitti ipsum à Deo: & ibi ponit de baptismo eius: ꝙ baptismus Ioannis à Deo erat.

Quarto

Quartò patet, quia Ioannes Baptista dixit Ioan. 1. Qui misit me baptizare, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem. & ita dixit se a Deo missum ad baptizandum. Quintò patet, quia Luc. 7. Quando Christus laudauit Ioannem dicitur, quòd omnis populus, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi autem, & legisperiti spreuerunt consilium Dei in seipsos non baptizati ab eo. Sed dicendum, quòd esse a Deo baptismum Ioannis potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd esset ab eo quantum ad efficaciam. Alio modo, quantum ad auctoritatem. Primò modo, non est baptismus Ioannis a Deo: quia nullam efficaciam habebat, cum non remitterentur in eo peccata, neque gratia conferretur, sed erat sola immersio in aquā: & ideo quidquid erat baptismus iste, vt doctores dicunt, communiter vocabatur Ioānis: quia nihil in eo fiebat, quod homo purus facere non posset, vt dicit Magister 4. Senten. distinct. 2. Accipiendo secundo modo, baptismus Ioannis est a Deo: quia eius auctoritate institutus est, imò ipse illum instituit, & iussit Ioanni illum ministrare, vnde fuit Ioannes primus minister eius, etiam fuit a Deo, quantum ad aliud tertium, scilicet, quantum ad formam, quia fiebat sub certa forma verborum, scilicet in nomine venturi. i. Messiæ, vt dicitur, Actu. 19. c. Ideo bene dicitur baptismus Ioannis baptismus Dei, vel a Deo: sed baptismus Christi, quo nos baptizamur, magis propriè baptismus Dei dicitur: quia quantum ad omnia a Deo est, scilicet, quantum ad efficaciam, quod est præcipuum: quia remittuntur in eo peccata, & gratia confertur: quod nemo nisi Deus facere potest, & quantum ad auctoritatem: quia Deus ipse illum instituit, scilicet Christus, & ipsemet fuit primus, qui illud ministrauit baptizando discipulos suos & alios: & postea discipuli, & cæteri successerunt in hac ministratione: etiam quantum ad formam verborum, & inuocationem nominis: quia in nomine totius Trinitatis confertur, vel quondam in ecclesia primitiua in nomine Christi conferebatur.

An requireretur, quòd baptismus Ioannis ad hoc, quòd esset baptismus, esset a Deo.
Quæst. CLVIII.

QVAERETVR, cùm quæratur hic, an baptismus Ioannis esset de cęlo, idest, a Deo an ex hominibus, vtrum requireretur, quòd baptismus Ioannis ad hoc, quòd esset baptismus, esset a Deo.

Dicendum, quòd baptismus est nomen Græcum: & ex sua origine significat lotionem corporalem, & non addit aliquid aliud. Ita accipitur Marc. 7. capitulo, scilicet, tenentes traditiones hominum, baptismata vrceorum, & calicum, & alia similia his facitis multa: & ita baptizare aliquando absolutè accipitur pro lauare. eodem cap. scilicet, Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus, non manducant tenentes traditiones seniorū: & a foro nisi baptizentur non comedunt, idest, quando veniebant de foro, nisi lauarentur prius, non manducabant, scilicet, nisi lauarent totum corpus, vt aliqui sentiunt. Et ideo dicendum, quòd baptismus, qui est lotio, potest dupliciter accipi. Vno modo, vt sit simplex lotio. Alio modo, vt sit sacramentum, vel aliquid sacramentale. Accipiendo primo modo manifestum est, quòd Ioannes poterat præstare baptismum, etiam si non esset a Deo: quia talis baptismus ad non animata etiam fit, vt baptismata vrceorum, & calicum, quæ faciebant Iudæi, & quilibet seipsum baptizabat de Iudęis, antequā manducarent: & de tali baptismo nulla quęstio est. Accipiendo secundo modo, vt est baptismus sacramentum, vel sa-

Baptismus dupliciter.

F cramentale aliquid: dicendum ꝙ necesse est, quòd sit a Deo. nam sacramenta propriè sunt, quę figurant, & efficiunt, quod significant: hoc aūt in solis rebus noui testamenti inuenitur, quia in illis pręstat̄ gratia, & remittuntur peccata, & ad hoc oportet talia sacramenta a Deo esse, tam quantum ad efficaciam, quàm etiam quantum ad auctoritatem, & inuocationem nominis siue formam verborum. Sacramentale autē est, quod significat quidē aliquid de rebus sacris: & tñ nihil confert eorum, quę significat: & istud etiam oportet, ꝙ sit a Deo, saltem quo ad auctoritatem. Quod patet, quia ista significatio est super res sacras, & debet esse communis. s. vt omnes taliter significari accipiāt per illud, sed istud nō potest fieri, nisi per eum, qui habeat pote-

G statem sup res sacras, & super oēs illos, inter quos ista significatio haberi debet. Nam ēt in significatione aliarum rerū non est in potestate cuiuslibet imponere terminum ad significandum, quod voluerit, sed eius quem oēs sequuntur, vel aliquando sequentur in doctrina, & ita ille quodammodo potestatem habet sup omnes, cùm omnes quantum ad hoc, ꝙ aliquid sacrū significet̄ per aliquod signum, oportet esse duo. Vnū est, ꝙ illa res sacra sic se habet. Aliud ꝙ illud signum accipiatur, vt repręsentatiuum illius rei. Primum non potest effici per hoīem, neq; per omnes simul, sed per solum Deum: s̄m quidē poterat effici per omnes homines simul, vel per eum cui omnes obediunt constito de primo: ambo aūt simul per solum Deum fiunt,

H & hoc modo cęremoniæ, & sacra veteris testamenti erant sacramentalia: quia licèt non inducerent, quod significabāt: erant tamen vmbra futurorum bonorū. ad Hebræ. 10. c. Cùm autē quęritur de baptismo Ioannis, an requireretur, ꝙ esset a Deo ad hoc, ꝙ esset baptismus: quæritur de secundo modo. s. ad hoc, ꝙ esset aliquid tale, quod homines sequi deberent, tanquam bonum talis qualiter Ioannes ostendebat. Nam Ioannes, qui erat tam excellentis vitę baptizabat homines, & hortabatur eos ad suscipiēdum istum baptismum, & prædicabat illum: ideo certum est, ꝙ ostendebat illum baptismum esse bonum & vtilem, quia aliàs superuacuum esset talia facere. Hoc supposito ꝙ talis esset baptismus Ioannis, dico ꝙ oportebat esse a Deo.

I Hoc patet primò, quia sic principes sacerdotum, & legisperiti proposuerunt, quando miserunt nuncios ad Ioannem cùm baptizaret, & putauerunt ex hoc, ꝙ ipse esset Messias, & cùm negaret se esse Christum, & Eliam, & prophetam, dixerunt ei: quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? & ita apertè dicebant, quòd nemo poterat baptizare, nisi haberet vnum de his tribus: & quodlibet eorum a Deo est: & qui hoc habet, a Deo mittit̄: ergo præsupponebant, quòd necessariò potestas baptizandi est a Deo, vel baptismus est a Deo: Ioan. 1. Secundò patet ex responsione Ioannis: nam cùm sacerdotes missi a Iudæis vrgerent Ioannem, quis esset, arguentes quomodo baptizaret, si non erat propheta, neque Elias,

K neque Christus, dixit: Ego sum vox clamantis in deserto, sicut dixit Isaias propheta, & ita designauit se a Deo missum, & non solùm a Deo missum, sed etiam de aduentu eius per alium prophetam pręnunciatum esse: sed si non sequeret̄, quòd oportebat esse a Deo, ad hoc quod baptizaret, poterat dicere illis, possum baptizare, etiam si nihil istorum sum.

Dicendum ergo, quòd oportebat baptismum Ioannis esse a Deo, ad hoc quòd aliquid esset tale, quale ipsum ostendebat illum esse: & oportebat vel esse sacramentum, vel sacramentale. Primum autem non erat, quia baptismus Ioannis non conferebat aliquid sacrum, quia neque peccata tollebat, neque gratiam conferebat: hæc enim ad sola sacramenta legis nouæ

pertinent.

pertinent: & ideo illa sola ꝓpriè vocantur sacramēta: A baptismus autē Ioannis non erat de sacramentis legis nouæ: ideo nō erat sacramentū. Erat autem ſm sacramentale, qa aliquod sacramentū significabat: nam cū conferretur in noīe venturi. Act. 19. designabat bona, q̄ p venturū ɔferenda erāt: & potissimè, & magis vniuocè significabat baptismū Christi, q sacer erat. Et ita dicit Magister 4. Sentent. dist. 2. ꝙ baptismus Ioannis non erat sacramentū, sed sacramētale, & hoc propriè. Nam largè etiam illud cōcedit esse sacramentū in eo sensu, quo dicimus legalia esse sacramēta: sed illa magis sacramentalia, quàm sacramenta appellantur.

Quare proposita quæstione per Christum, & cogitatione habita inter principes dixerunt: Nescimus: confitentes suam confusionem. Quæst. CLIX. B

QVAERETVR, quare proposita quæstione per Christum, & cogitatione habita inter principes dixerunt: Nescimus: confitentes suam confusionem, quia potuerāt dicere, nolumus tibi respondere, & cogerent ipsum respondere, vel si non cogerent eū respondere, saltem nollent ipsi respondere, dicentes: nolumus respondere, & non curarent de responsione Christi, & non confiterentur verecundiam suam, & insuper non acciperent responsionem, quam à Christo optabant. Dicendum, quòd primus modus non poterat stare, scilicet, quòd dicerent principes sacerdotum Christo, nolumus respondere tibi, sed tu nobis responde, & quòd cogerent eum ad hoc. Primò, C quia cùm hoc esset manifestè contra rationes, & contra conuenta inter Christum & principes, non permitteret populus, quòd principes inferrent nunc violentiam aliquam Christo, quia principes erant minores, quàm populus, & timebant eum, & sicut timentes populum non ausi sunt dicere baptismum Ioannis ab hominibus esse: ita timentes populum, q nunc valde affectus erat ad Christum, & audiebat eum, non auderent inferre violentiam aliquam Christo sine colore rationis. Secundò, quia si contra conuenta inter eos vellent principes cogere Christum respondere ipsis non respondentibus: posset reclamare Christus publicè iniuriam inferri sibi, & principes confunderentur, D quos publicè apparebat recedere à compactatis, & velle inferre violentiam: ex quo apparet, ꝙ non solum in ista quæstione, sed etiam in omnibus alijs, q̄ contra Christum agebant procedebant per iniquitatem, & hoc multum derogabat intentioni eorum: ideo non debuerunt hoc facere. Secundum aūt. s. ꝙ cessarēt à quæstione proposita, idest, ꝙ nihil à Christo quærerent, vt non cogerentur ipsi nunc confiteri suā ignorantiam, non fuit visum conueniens eis. Primò, quia sic non haberent respōsum de quæstione, quam volebant, & putabant, quòd quando ipsi dicerent, nescimus, ꝙ Christus diceret, in qua potestate prædicabat, vel diceret, nescio, sicut illi dixerant, & vtrumq; esset inconueniens Christo. Secundo, quia videretur E versari aliquis dolus ex parte principum, si cū ex tāta deliberatione venissent ad quærendū aliquid à Christo, & conuenissent cum eo respondere ad quæstionē eius, & ꝙ ipse responderet ad quęstionē illorum, nunc proposita quęstione de baptismo Ioannis, & nulla responsione data: re pęnitus integra desisterent. Nam crederetur, quòd ipsi aliquid valde malum de Ioāne sentiebant, & vt non cogerentur illud aperire, cessauerunt a quæstione sua: hoc autem de eis credi erat eis periculosum, quia timebant populum, vt in litera dicitur: ideo fuit conuenientius eis visum, vt quasi nullus dolus intercideret, sed simplici animo aduenisset, dicerent se nescire: & hoc elegerunt.

Quare Christus dixit, neque ego dico vobis, in qua potestate hoc facio. Quæst. CLX.

QVAERETVR, quare Christus dixit: neque ego dico vobis in qua potestate hoc facio: & non respondit aliter. Dicendum, quòd cùm principes sacerdotum aliquid respondissent, dicentes saltem, nescimus, oportebat quòd Christus aliquid diceret, vel respondendo, vel se non obligatum ad respondendum ostendendo, vel se nescire respondere asserendo. Respondere autem Christus directè noluit: non enim expediebat propter ea, quæ dicta sunt supra, etiam quia inter Christum & principes conuentum erat, quòd si illi respōderent Christo ad quæstionem eius, ꝙ ipse responderet illis ad quæstionem eorum: sed non respōderunt illi, ideo neque Christus obligabatur respondere. Quòd autē diceret se nescire in qua potestate hoc faciebat, erat pęnitus incōueniēs. Primò, quia mentiretur: sciebat enim in qua potestate agebat, quia sciebat se esse Deū, & in potestate propria diuina agebat: Deus autem mentiri non potest, quia fidelis permanet, & seipsum negare non potest. 2. Timo. 2. cap. est tamen ipse veritas. Ioannis 14. ergo mentiri non potest, quia seipsum negaret. Secundò, quia nemo eum cogebat ad hoc: stultum autem est, quòd aliquis confiteatur aliquid contra se, quando nō vrgetur ad hoc: secus autem de principibus sacerdotum, quia cùm illi nō inuenirent aliud quod securius responderent, dixerunt, nescimus: Christus tamen nō cogebatur confiteri ignorantiam suā, cùm non vrgeretur respondere: ideo esset valde stultum sic respondere. Tertiò, quia dedecus erat Christo dicere de aliqua re, quod nesciebat illam: maximè de re ad ipsum pertinente: quia hoc modo constaret eum non esse Deum, si aliquid erat, quod ignoraret, & maius dedecus erat Christo dicere, ꝙ ignorabat, q̄ principibus sacerdotum, quia illi ignorabant in re aliena. s. quæ non pertinebat ad ipsos. i. in baptismo Ioannis, an à Deo esset, vel ab hominibus: Christus autē diceret se ignorare in re sua. i. de sua potestate. Quartò, quia ex hoc concluderetur oīa facta, & dicta Christi esse inania, & imprudenter facta, cū nesciret vnde haberet potestatē ad hæc faciendum, vel à quo esset missus: & tn̄ nemo debet prædicare, nisi mittatur. ad Rom. 10. cap. & ideo non debuit dicere, nescio in qua potestate facio, sicut principes dixerunt, nescimus: imò ista fuit potius vna de causis, quare Christus noluit directè respondere principibus, scilicet, vt ostenderet sapientiam suam: ita vt cogeret illos confiteri insipientiam suam, & ipse neque cogeretur dicere veritatem quæstionis, neque confiteri ignorantiam: manebat ergo aliud, scilicet, quòd ostenderet se non esse obligatum ad respōdendum: & ita ait, neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio: scilicet, quia conuenistis mecum respondere ad quæstionem meam, & non respondetis, etiam ego non respondeo vobis. Principes autem videntes se ratione superatos, nihil contra istam responsionem calumniati sunt, sustinentes confusionem suam, & insuper nullam responsionem accipientes: videbant enim se delusos, scilicet, quòd coacti fuerint confiteri ignorantiam suam spe responsionis, & quòd sine responsione manserint.

Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie operari in vineam meam. Ille autem respondens, ait:

ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus abijt. Accedens autem ad alterum dixit similiter. At ille respondens, ait; Eo domine: & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis: quia publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.

Quid autem vobis. Ostendit hic Christus Iudæos esse contemptores suæ maiestatis verbo rationabili. Et hoc dupliciter: Primò, quia legem à Deo acceptam non seruauerunt. Secundò, quia Christum legislatorem impugnauerunt, ibid. *Aliam parabolam audite.* Circa primum dicitur. *Quid autem vobis videtur.* Idest, quid iudicatis de hoc, quod vobis nunc propono. *Homo quidam habebat duos filios.* Parabola est ad deducendum quis dicatur voluntatem patris compleuisse. *Et accedens ad primum.* Idest, maiorem ætate, qui robustior erat: & magis aptus ad laborem, ad quem pater eum destinabat. *Dixit fili vade operare hodie in vineam meam.* Non expressit genus laboris, subintelligendum est, quòd si ista ad literam acciderent, sicut satis rationabiliter creditur, quòd pater nominauit filio genus laboris, & omnes circunstantias opportunas: tamen Christus non curauit hæc referre, quia satis erat ad propositum suum dicere, quòd misit filiũ ad laborandum, cùm non sit ad aliquid aliud ista parabola, nisi vt ostendatur quis filiorum fecit voluntatem patris. Quòd autem dixit, in vineam meam, est intelligendum, quòd vel pater vnicam vineam haberet: & ita illa esset nota, vel si habebat plures, quòd filius ex alijs circunstantijs sciebat, quæ vinea erat, ad quam pater eum mittebat, licèt non expresserit, vel quòd pater expresserit: & tamen Christus non curauit exprimere: quia non erat necessarium ad propositum suũ hoc exprimere, & similis modus loquendi est præcedenti capitulo, cùm dicit paterfamilias operarijs: ite vos in vineam meam, non exprimendo, quę vinea sit. *Ille autem respondens, ait: nolo.* Fuit multum superbus, & inobediens, & dignus pœna. *Postea pænitentia motus.* Scilicet, postquã respondit, vidit, quòd malè dixisset: & doluit, & fecit contrarium. *Abijt.* Scilicet, ad operandum in vinea. *Accedens autem.* Scilicet pater. *Ad alterum.* Idest, ad filium minorem, vel secundum: quia primus noluit ire ad laborãdum dixit sequenti, quòd iret. *At ille respondit, eo domine.* Iste non solùm respondit obedienter: sed etiam humiliter. Nam non solũ obediuit dicendo, quòd iret: sed etiam dixit: eo domine. Patrem dominum appellando, & promptitudinem obedientiæ suæ ostendit: quia non dixit ibo: sed eo, idest, statim, vel iam vado. *Et non iuit.* Et ita mentitus est. *Quis ex duobus.* Idest, ex his duobus filijs. *Fecit voluntatem patris.* Idest, rem volitam à patre: quia voluntatem nemo facit, cùm sit aliquid in nobis existens, quo cętera volumus. *Dicunt ei.* Idest, responderunt, scilicet, principes sacerdotum (nam ad eos loquebatur) primus, scilicet, qui dixit nolo, & postea pœnitentia motus iuit. *Dicit illis.* Scilicet, principibus sacerdotum. *Amen dico vobis.* Idest, in veritate, vel secundũ certitudinem: est enim

F modus iurandi, vel affirmandi, & ponit hic conclusionem ad quam inducebat parabolam. *Quia publicani.* Scilicet, qui videntur publicè esse in statu peccandi. *Et meretrices.* Mulieres, quæ omnium libidini prostitutæ sunt. *Pręcedent vos in regno Dei.* Idest, ipsi intrabunt prius, vel præcedentes, idest, meliores reputabũtur, vt infra dicetur. *Venit enim Ioannes ad uos.* Hic aperit quid parabola significauerit applicando ad illos, contra quos loquebatur: & dicitur, venit, scilicet, in præterito: quia Ioannes iam venerat, & recesserat: venit enim, quando prædicare, & baptizare incepit: recessit quando ab Herode occisus est: iam enim cursum suum consummauerat. Sic dicitur Actuum 13. cùm impleret Ioannes cursum suum, dicebat: quem

G me arbitramini esse non sum ego: sed ecce post me venit, cuius non sum dignus calciamenta pedum soluere, & dicitur: Ad vos, idest, ad vestram vtilitatem, & verè ad illos venerat: quia tam illis, quàm omnibus Iudæis audire volentibus prædicauerat. *In via iustitiæ.* Scilicet, ostendendo vobis viam iustitiæ, scilicet, quòd ex operibus boni redderemini. *Et non credidistis ei.* Idest, non assensistis dictis eius ad hoc, quòd faceretis ea. Nam credere parum proderat sine operatione, cùm bonum quod Ioannes prædicabat, non consisteret in credendo illud, sed in faciendo illud: & ita accipitur supra in litera, scilicet, si dixerimus ex cœlo, dicet nobis: quare ergo non credidistis ei? idest, quare non accepistis illum? scilicet, baptismum.

H Nam fortassis credebant, quòd erat de cœlo. Imò hoc, quòd erat eis asserere baptismum Ioannis esse de cœlo erat credere, & non adderetur, quare non credidistis ei, si credere acciperetur propriè, sed accipitur pro operari. *Publicani, & meretrices crediderunt.* Idest, crediderunt, & operati sunt: quia audierunt verba Ioannis, & fecerunt quod ille dixit accipiendo baptismum illius, & pœnitentiam agendo: quasi dicat: non solùm alij, sed etiam publicani, & meretrices hoc fecerunt, quia multi alij pręter istos fecerunt hoc. *Vos autem videntes.* Scilicet, non quidem Ioannem: quia iam de hoc dictum fuerat, quòd venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: sed intelligitur vos videntes, scilicet, quòd publicani, & mere-

I trices receperant doctrinam Ioannis, quando vos illã non accepistis. *Neque pænitentiam habuistis.* Idest, neque etiam de hoc pœnituistis, vt publicani, & meretrices meliores essent, quàm vos. *Postea, vt crederetis ei.* Istud postea potest referri ad illud verbum habuistis, & est sensus, neque pœnitentiam habuistis postea, idest, cùm non habuistis à principio pœnitentiam de peccatis, quando habuistis Ioannem prędicantem, saltem habere debueratis, quando vidistis, quòd publicani, & meretrices pœnituerunt vobis non pœnitentibus, & tunc pęnitentiam habentibus de hoc, quòd non credideratis à principio, debueratis saltem postea credere, vel potest referri ad illud verbum crederetis, scilicet, neque pęnitentiam habuistis videndo publi-

K canos, & meretrices credere Ioanni, vt vos crederetis postea, idest, si non crederatis à principio ante publicanos, saltem crederetis post illos.

An sit ordinis mutatio, vel sit istud factum post præcedentia.

Quæstio CLXI.

QVAERETVR, an istud sit continuatũ ad pcedentia, vel sit mutatio ordinis, & an sit istud factũ post pcedentia statim, vel interiecto aliquanto tẽpore. Aliqui dicunt, ꝙ sit ordo mutatus. i. ꝙ prius dixerit id, quod habetur infra de parabola vineæ, q̃ istam parabolam

bolam de duobus filijs: & patet, quia Marcus, & Lucas ponunt: statim enim postquam Christus dixit: neque ego dico vobis, in qua potestate hoc facio, subiungunt de parabola vineæ locata agricolis, vt patet Mar. 11. & 12. & Luc. 20. cap. Dicendū, quòd est ordo continuus: nam iuxta regulam generalem, nunquam est recedēdum ab ordine literæ, nisi appareat causa necessaria, quare debeamus dicere res alio ordine gestas, quàm in litera exprimatur: & tamen hic nulla talis causa apparet, ideo est dicēdum, quòd iste ordo fuit rerum gestarum, quem Matthæus tenuit. Cùm obijcitur de ordine Marci, & Lucæ, dicendum, quòd nihil obstat: quia illi tacuerunt istam parabolam de duobus filijs: nullus enim Euangelistarum præter Matthæum hoc expressit: ideo quantum ad hoc non potest sibi obijci de ordine, quem alij tenuerunt: veritas enim est, quòd ordo gestorum fuit iste. s. quòd principes sacerdotum quæsierunt à Christo, in qua potestate hæc faceret: & postquam respondit, statim subdidit de duobus filijs, & post istam parabolam, dixit aliam de vinea locata agricolis: & istum ordinem tenuit Matthæus hic. Marcus autem, & Lucas tacuerūt parabolam de duobus filijs, ideo oportuit, quòd postquam posuerunt responsionem Christi ad quæstionem de potestate, subijcerent parabolam de vinea locata: & ita fecerūt, & sic quod ipsi dixerunt de vinea statim post quæstionem de potestate, non obstat ad ordinem, quem tenet Matthæus: secus autem esset si Marcus, & Lucas ponerent de vinea locata agricolis statim post quæstionem de potestate, & alibi ponerent istam parabolam de duobus filijs: quia tunc cōcordarent illi in ordine contra Matthęum: posset esse aliquale argumētum, ꝙ illi tenuissent naturalē ordinē rerum gestarū. Ad secundum dicēdum, ꝙ statim facta sunt hæc. i. dicta hæc parabola de duobus filijs post quæstionem de potestate Christi nullo interposito, & in eodem contextu. s. cùm adhuc principes sacerdotum, & seniores, & scribæ simul essent cum Christo cœpit Christus ad eos loqui ea, quæ sunt in parabola ista.

A

B

C

Quibus dixit Christus istam parabolam de duobus filijs.

Quæstio CLXII.

QVAERETVR, quibus dixit Christus istam parabolam de duobus filijs. Dicendum est, quod dixit eam principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, qui quæsiuerant ab eo de potestate. Et patet primò ex modo loquendi Euangelistæ. Nam ante Christus loquebatur ad principes. Si autem parabolam istam alijs proponeret, aut alio tempore, exprimeret hoc Matthæus, aut saltem ex modo loquendi videretur aliqua diuersitas, vt constaret, quòd non ad eosdem loquebatur. Secundò, & præcipuè apparet, quia ex verbis Matthæi constat, quòd loquebatur ad principes. Nam quæstio pręcedens de potestate erat inter Christum & principes, & in fine eius dicitur: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio, & subditur statim: Quid autem vobis videtur? ergo necesse est, quòd illi, quibus dictum est, neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio, sint isti, quibus dixit, quid vobis videtur: & tamen illi erant principes sacerdotum: ergo & isti, quibus proponit hanc parabolam. Tertiò patet, quia infra in litera finita hac parabola, & sequenti de vinea locata agricolis dicitur: & cùm audiuissent principes: ergo principes sacerdotum erant, quibus istam parabolam dicebat, & idem tenet Chrysostomus.

Quid Christus intendit ostendere ex ista parabola.

Quæstio CLXIII.

QVAERETVR, cùm istam parabolam dixerit Christus principibus sacerdotum, & contra eos, quid intendit ostendere ex ea. Dicendū, ꝙ intēdit ostendere eos contemptores Dei, & impios, qui legē eis datam non seruauerunt, & baptismum Ioā. & alia pro eorum vtilitate concessa spreuerūt. Sic dicit Hierony. post præmissa infert Dominus parabolam, quæ etiam illos impietatis arguat, & ad gentes regnum doceat transferendum: sed hoc ad duas parabolas ptinet. Nam in sequenti parabola de vinea ostendit, ꝙ regnū Dei auferetur ab istis, & dabitur alteri gēti: in hac aūt solam impietatem eorum ostendit. s. ꝙ Deum ꝯtempserunt, & legem eius, & remedia ab eo data abijcientes, & intelligunt aliqui de lege Moysi data istis, & nō obseruata ab eis: & licèt verum sit, ꝙ etiam contra legem Moysi præuaricati sunt sacerdotes: & tñ Christ⁹ non loquitur hic de hoc, sed de pręuaricatione quam fecerunt non recipiendo baptismum Ioannis, & non agendo pęnitentiam de peccatis, sicut Ioannes prædicabat. Nam baptismus suus erat baptismus pęnitentiæ, & ita vocabatur supra 3. cap. & Mar. 1. cap. s. quia docebat homines pœnitentiam agere de peccatis: & ideo quicunque baptizabantur confitebantur peccata sua. s. baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua, & primum quod ipse prædicauit fuit pœnitentia. Nam sic incepit sermo suus: pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. supra 3. cap. & ita patet in litera in applicatione parabolæ: dixit. n. venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. s. noluistis accipere baptismum, neque pœnitētiam agere, vt iustificaremini, sicut ille suadebat.

De applicatione istius parabolæ quoad singulas eius partes.

Quæst. CLXIIII.

D

QVAERETVR, de applicatione istius parabolæ, & quia pendet difficultas ex illis duobus filijs qui sint, de illis est quærendum. Dicendum, quòd pater, qui hic inducitur, sine dubio Deus est. Sed dicetur, quare filios vocat, quia de quibuscūque loquatur poterat illos vocare seruos, quia serui eius sunt. Dicendum, quòd verè quilibet potest vocari seruus Dei, & filius Dei: filios quippè vocat nos per affectionem: quia ad nos videtur esse affectus: diligit enim nos, & confert nobis bona sua. Sapien. 11. Diligis omnia, quę sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Secundò propter gubernationem nostram, & creationem, & cœtera bona ex magna solicitudine impensa. Sic dicit Deuterono. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit & creauit te? quasi dicat: propter hæc, quæ tibi contulit pater est. Tertiò propter adoptionē paternę hęreditatis: ista enim est ratio propria, & specialis filij: quia in cœteris communicamus cū omnibus alijs rebus, quas Deus gubernat, & diligit, & filij nō vocantur, non enim assequuntur paternā hæreditatem: nos verò hæreditatem assequimur, & ita filij sumus: Ad Roma. 8. cap. Quòd si filij, & hæredes: hęredes autem Dei cohęredes autē Christi: hęreditas autem ista est vita ęterna, quę ꝯsistit in diuina visione, quam cętera animantia non ꝯsequuntur, sed soli homines: & quia hęc omnia competūt cuilibet homini, aut cōpetere possunt, oēs vocantur filij Dei. Omnibus aūt his modis, quibus De⁹ vocat pater noster, qui es in cęlis, sanctificetur nomen tuum. supra 6. cap. Nam ex eo, quòd afficimur ad eum, desideramus sanctificari. i. laudari, vel honorari nomen suum. De secundo patet Isa. 63. capitulo, vbi Iudęi dicunt Deo: tu enim

E

pater noster: Abrahā nesciuit nos, et Israel ignorauit nos: tu domine pater noster, et redemptor noster à seculo: quasi dicat: tu es pater noster, qui es redemptor noster, idest, redimis nos de malis, et benefacis nobis. Abraham autem, & Israel .i. Iacob, qui dicuntur esse patres nostri, non sunt patres, quia nō benefaciunt nobis: & hoc, quia Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos: sed qui nos ignorant, non possunt nobis benefacere. De tertio patet ad Ro. 8. c. Accepistis spiritū adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Securus quoque est quilibet homo respectu Dei. Primò per naturalem subiectionem, sicut seruus subijcitē Domino: imò quis magis est subditus, q̃ seruus dño: quia omnes sumus, vt possessio Dei .i. vt res inanimata, quæ possidetur: ita dicitur Psal. 103. Omnia in sapiētia fecisti, impleta est terra possessione tua, & sicut lutum ad figulum, vel vas ad factorem, aut serra ad eū, à quo trahitur, ad Ro. 9. & Isa. 10. cap. Vnde etiam nos non sumus filij, nisi per adoptionem, inquantū à Deo adoptamur adempta adoptione serui sumus: adoptio autem liberat nos à seruitute, & filios efficit. Sic dicitur ad Gala. 4. quoniam filij Dei estis, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater: itaque iam nō est seruus, sed filius: & ita Christus nobis dedit, ꝙ essemus filij, cū essemus naturaliter serui. Ad Gala. 4. ita fratres non sumus ancillæ filij, sed liberę, qua libertate donauit nos Christus, & Ioan. 8. dicit, si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. In quo innuebat, quòd illi erant adhuc serui, licèt ipsi iactarent dicentes, semen Abrahæ sumus, & nemini vnquam seruiuimus, & quòd solùm poterant liberari per filium, idest, per Christum. Secundo modo dicuntur homines serui ex iure redemptionis: illi enim quos in bello iusto capiuntur, serui efficiuntur capientium, si eos à morte volunt seruare, quicunque ergo alium à morte tali redimit, seruum illum sibi facit: Christus autē redemit omnes homines de morte per passionē: ideo omnes sibi seruos effecit: & ita dicitur acquisiuisse Christus Ecclesiam .i. omnes homines sanguine suo. Actu. 20. cap. sed ea, quæ acquirimus, transeunt in dominium nostrum: homo autem liber non transit in dominium, sed si transit, seruus est: ideo cū Christus acquisierit nos, necesse est, quòd simus serui. Apparet igitur, quòd quilibet homo potest vocari filius Dei, vel seruus Dei. Et ita quasi indifferentem vocationē posuit istam Deus Mala. 1. c. dicens: Si ego pater sum, vbi est honor meus? & si dominus sum, vbi est timor meus? Sed dicendū, quòd licèt in veteri testamento posset vtraque appellatio fieri, & potius vocaremus Deum dominum, quàm patrem: & tamen in nouo testamento cessauit appellatio domini, & serui, & vocamus Deum patrem, & non dominū: sic. n. Christus quando omnes generaliter orare docuit dixit: Pater noster, qui es in cœlis. supra 6. & quando etiam loquitur de illo in tertia persona, vocat eum patrem, & non dominum, vt sæpe supra 5. & 6. & 7. cap. s. Pater vester cœlestis. Et ita voluit, ꝙ generaliter vocaremus nos Deum patrem, intantum ꝙ nullum alium diceremus patrem, nisi eum. infra 23. c. s. Omnes vos fratres estis, & patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui est in cœlis. Et ob hoc etiam Christus, licèt esset verè Dominus, & discipuli sui essent serui eius, non vocabat eos seruos Ioan. 15. iā non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos: quia omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis: & ista est causa, quare, cùm nunc loquatur Christus de Deo respectu hominum vocauit Deum patrem, & dixit eos habere duos filios, & non vocauit eum dominum habentem seruos duos. Nam quantum ad applicationem para-

Nos per adoptionem filij sumus.

In veteri testaméto Deus vocabat dominus, in nouo vero pater.

F bolæ æquale erat, quòd diceretur vnus dominus habens duos seruos, aut vnus pater habens duos filios: dum tamen cœtera sint eadem: est tamen verum, ꝙ interdum, sed valde raro in nouo testamēto vocamus Deum dominū, & nos vocamur serui. Ratio diuersitatis est: quòd enim nos, qui natura serui sumus, filij sumus, vel appellemur, ad solam benignitatem Dei pertinet, quia non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit, ad Titum. 3. capit. Quòd verò nos serui vocemur, est considerare cōditionem nostram, & quòd Deum dominum appellemus, est considerare eius dignitatē. Deus autem magis vult ostendere nobis suam benignitatem, quàm suam naturalem excellentiam: ideo G potius vult, quòd eum patrem, quàm dominum appellemus: aliquādo autem vt nostram infirmitatem, & inutilitatem agnoscamus, iubet quòd nos seruos dicamus. Luc. 17. cap. Vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. & seipsum Christus interdum dñm appellauit. Ioan. 13. Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros domin⁹, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et tamē istud rarius est, magis autem est, quòd Deum vocemus patrem. Si autem quæras, quid melius sit, vocare Deum patrem, an dominum. Dicendum, ꝙ vtrumque bonum est, sed dicere patrem est maioris affectionis: vocare dominum est maioris humilia- H tionis: Christus autem non dixit dicendum dominū, sed patrem; & tamen in hoc non præfixit nobis formam dicendi, quasi nullo alio modo dicere debeam⁹. Si autem dicas: quid ergo est melius nobis dicere? Dicendum, quòd illud quisque dicere debet, in quo magis inflammatur ad Deum, quia oratio est id, quo in Deum accendimur: id igitur, quo nos experimur magis in deuotionem excitari, dicere conueniens est.

Quid isti duo filij significant. Quest. CLXV.

QVAERETVR, de istis duobus filijs, quid significant. Aliqui dicunt, quòd per eos duo populi accipiuntur, idest, Gentilium, & Iudæorum. Sic tenet Hieronymus: sic etiam Chrysostomus, dicens: Quis est iste pater, nisi ille Deus, qui omnes homines I creauit, qui cùm sit naturaliter dominus: tamen magis vult diligi, quasi pater, quàm timeri, vt dominus: maior filius populus gentium erat: minor populus Iudæorum; & istam sententiam sequitur Nicolaus exponendo. Alij dicunt, quòd duo filij sint duæ partes gētium Iudæorum, vt principes sacerdotum cum omnibus sacerdotibus, & leuitis, & Pharisæis, & legisperitis, & senioribus sint vna pars: cęteri autem, quos populum appellamus sint alia pars, & populus vocetur filius maior, principes & cœteri vocentur filius minor: & ista expositio est melior, & magis conueniens literæ. Primò patet ex applicatione parabolæ. Nam Christus, qui prius posuit parabolam, aperuit K sensum illius applicando, et ait: Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, et non credidistis ei: publicani autem, et meretrices crediderunt ei: ergo cùm hic compararet Christus principes ad publicanos, et meretrices, necesse est, quòd istæ duæ personæ sint, q̃ in parabola nominantur duo filij. Secundo patet, quia si inter Gentiles et Iudæos esset comparatio ista duorum filiorum, compararentur per obseruationem legis, et non obseruationem, quasi Iudæi non obseruassent legem, quam promiserant obseruare; Gentiles autem obseruassent aliquam legem; et tamen fit hic comparatio eorum in baptismo Ioannis, et iustitia ab eo prædicata .s. quòd principes non crediderunt Ioanni: publicani aūt et meretrices crediderūt, et penitentiā egerunt:

egerunt: & tamen quantũ ad prædicationem Ioannis non possunt comparari Iudæi & Gentiles, cũ solis Iudæis prædicauerit Ioãnes. Nam prædicabat in deserto Iudææ, & baptizabat venientes ad se in Iordane. supra 3. & Mar. 1. & Luc. 3. c. ergo non intelligitur de gentilibus, & Iudęis, sed de principibus, & de reliquo populo, quia vtriq; audierunt prædicationem Ioannis, sed principes non crediderunt ei, populus autem credidit. Tertiò patet, quia ad applicationem parabolę, si de Iudæis, & Gentilibus intelligeretur: oportebat, ꝙ licèt Gentiles à principio repugnassent ei, nõ colentes eũ, & quasi dicentes: nolumus ire ad operandum in vineam: tñ postea conuersi, & pęnitentia moti incepe-rint Deum colere, & ꝙ hoc constaret Iudæis ad hoc, ꝙ ipsi ex hac parabola se condemnarent: & tamẽ hoc non erat verum. Nam post Christi mortem, & prædicationem Apostolorum conuersi fuerunt gentiles, & Iudęi pro maiori parte manserunt obdurati: tamẽ hoc nondum apparebat, sed manebãt nunc gentiles in sua idolatria, sicut prius: ideo non esset aliquid ſm quod Iudæi nunc se condẽnarent ex ista parabola: & tamen Christus posuit hoc, vt ipsi manifestè viderent iniquitatem suam, qđ planè applicatur intelligendo de principibus, & de populo, quia principes ex hoc manifestè viderunt confessionem suam, ideo nõ intelligitur de Iudæis, & Gentilibus. Quartò patet, quia Chrysosto. & Hiero. hoc tenent. Nam licèt Chry. primò exponat literam de duobus filijs. i. de Gentibus, & Iudæis, quia istam expositionem multi communiter sequuntur: postea tñ dicit aliam esse meliorẽ expositionẽ, ingẽs: In hac autem expositione, q̃ ſm multorum expositionem tractauimus, aliquid mihi videtur esse contrariũ: si. n. duo filij Iudæi, & Gentes intelligendi sunt, postq̃ sacerdotes interrogati responderunt priorem filium patris voluntatem fecisse, cõcludens Christus parabolam sic debuit dicere: Amen dico vobis, quia gentes præcedent vos in regnum Dei, quod magis populariũ hominum ostendit conditionem, q̃ gentium. Sic ẽt Hierony. posita priori expositione transit ad aliam, dicens: Vnde alij dicunt non gentilium, & Iudæorum esse parabolam, sed simpliciter peccatorum, & iustorum, eo ꝙ illi quidem per mala opera Deo seruire negauerant: postea pœnitentię baptismum acceperunt à Ioanne: Pharisæi autem, qui pœnitentiam præferebant, & legem Dei se facere iactabant, Ioannis cõtemptu baptismate eius præcepta non fecerunt: ideo dicendum, quòd ista expositio est melior.

Quomodo duplici expositione hoc, scilicet, de duobus filijs potest exponi. Quæstio CLXVI.

SED quoniam vtraque expositio satis famosa est: quæretur quomodo vtroque modo possit exponi. Accipiamus autem prius, ꝙ per duos filios intelligantur duæ gentes. i. gentiles, & Iudęi: & tunc pater eorũ Deus, qui omnes tam gentes, quàm Iudæos creauit possidet, & gubernat. Sic dicitur ad Rom. 3. capitulo. Nunquid Iudæorum Deus tantum? an non & gentium? imò & gentium. Iste pater vineam habet, idest, operum iustitiam, quã sectari oportet per vniuersam bonorum morum doctrinam: ad hanc vineam filios mittit, quando hominibus iubet rectè conuersari, & nemini dicit, vade operare, vel cole, aut exerce vineam meam, sed operare in vinea: quasi dicat, partem illius fac, & non totam: quia nemo potest omnes iustitias adimplere. Sed dicetur, quare vocantur duo filij, & non plures? Dicendum, quòd vt declaratum est supra, poterant vocari duo serui: & tamen vocati fuerunt filij propter causam ibi assignatam. Si autem dicatur, quare duo? Dicendum, quòd comparationem inter duo solùm voluit facere Christus, idest, aut inter Gentiles & Iudæos, aut inter principes & populares: ideo sufficiens fuit duos filios appellari: quia si plures ponerentur, non deseruirent ad parabolam. Sed dicetur, quare per primum filium intelligimus populum Gẽtilium, & per minorem populum Iudæorum? Dicendum, ꝙ primò fit propter magnitudinem: nam Gentiles erant totus mundus: Iudæi autem erant aliquid paruum. s. Iudęa, quæ est velut vnus angulus, aut vnus punctus respectu totius terræ habitatę. Secundò propter prioritatem temporis: nam Gentiles fuerunt homines, vel à principio sęculi, vel saltem à principio secundæ ætatis, qñ cęperunt declinare post varios Deos, Iudæi autem non fuerũt vsque ad tertiam ætatem, qñ Abraham à Deo vocatus, & electus est: & potissimè quando postea quasi ꝑ quadringentos annos data fuit lex in monte Sinai. Nam ibi cœpit esse vnus populus Dei, & Iudæi ex gentibus electi sunt, cùm Deus segregauit Abraham de medio idolatrarum, dicens ei, egredere de terra tua, Gen. 12. c. ideo gentilis populus est filius maior: Iudæi verò filius minor. Sed dicetur, qũo Deus dixit filio maiori. i. gentilibus, ꝙ irent ad laborandum in vineam, quia illis nihil vnquam dixit, sicut ipsimet conqueruntur, vel excusant se præce. cap. cùm diceret eis pater familias: quid statis hic tota die ociosi? & illi inquiunt, quia nemo nos conduxit. Dicendum, quòd gentilibus, neque Deus, neque aliquis propheta ab eo missus prædicauit, aut locutus est vocaliter, sed ista locutio fuit per æternam inspirationẽ, aut per impressionem naturalis rationis, quæ loco legis erat gentilibus, & à Deo data est lex illa in visceribus humanis. Sic dicitur ad Rom. 2. cap. Gentes, quę legem non habent, naturaliter ea, q̃ legis sunt, faciunt, & eiusmodi legem nõ habentes ipsi sibipsis sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis cõscientia ipsorum. De his dicit Chryso. Quis enim pater iste est, nisi Deus, qui omnes homines creauit, qui cùm sit natura domin⁹: tamen magis vult diligi, quasi pater, quàm timeri vt dominus: maior filius populus gentium erat: minor populus Iudæorum: quoniam gentes quidem erãt ex tempore Noe, & accedens ad primum, dixit: fili vade hodie operare in vinea mea hodie, idest, in tempore sæculi huius: locutus est autem non in facie, vt homo, sed in corde, vt Deus sensibus ingerens intellectum: operari autem in vinea est iustitiam facere, nescio autem si totam quis hominum sufficiat operari. De hoc etiam Hieronymus ait: Primò ergo dicitur gentilium populo per naturalis legis notitiam vade operare in vineam meam. Hoc est quod tibi non vis alteri nè feceris: sed gentiles dicunt nolo, quia tota gẽtium congregatio pro maiori parte à principio deserta omni iustitia, & rectitudine ad vitia declinauit, & potissimè omisso veri Dei cultu varijs se idolatriæ ritibus polluit. Sic dicit Chrysostomus: Gentes enim à principio relinquentes Deum, & iustitiam eius, & transeuntes ad idola, & peccata in cogitationibus suis respondere videntur, nolumus facere Dei iustitiam. Quòd autem postea iste primus filius pęnitentia motus ierit in vineam, hoc fuit, quia in aduentu Christi iam decursis multis temporibus, in quibus gentes ambulauerant iuxta voluntatem suam in omni genere peccatorum: dedit illis Deus tandem spiritum compunctionis, vt conuerterentur, sicut dr̃. 1. Pe. 4. c. Qui passus est in carne desijt à peccatis, vt iam non hoĩum desiderijs, sed voluntate Dei, quod reliquum est temporis in carne viuat: sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.

Lex Gentiliũ à quo

Tunc autē dato spiritu cōpunctionis iuerunt gentiles
in vineam Domini, quia omnibus vitijs derelictis ex
animo se tradiderunt iustitię seruandę sub lege Chri-
sti: sic dicit Hieron. Postea verò in aduentu Saluatoris
gentium populus acta pęnitētia operatus est in vinea
Dei, & sermonis contumaciam labore correxit. Acce
dit autē pater ad alterū filiū, quia cùm populus genti-
lium ad idola declinauit, elegit Deus sibi quendā spe
cialem populum in Abraham, qui est populus Iudęo-
rum, & huic dixit, vade operare hodie.i.in sęculo isto ī
vinea mea.i.obserua legem tibi à me datam exercēdo
te in ea: ille autē dixit: Eo Domine, quia populus Iu-
dęorum à principio, lege suscepta, promisit se omnia,
quæ in ea cōtinebantur, facturum: Exo.19.c.& 23.&
Deut.5.cap. Sed postea non iuit, quia non seruauerunt
Iudæi legem sibi datā, sed sępe ad idola declinauerūt.
Sic dicit Hieron. Secundus filius est populus Iudęorū,
qui respondit Moysi: omnia, q̄ præcepit dn̄s, faciemus.
Et Chryso. ait, ꝙ postea Iudæi auersi mētiti sunt Deo:
& hoc est, quod dicitur, & non iuit, iuxta illud: Filij
alieni mētiti sunt mihi: Quærit aūt post hæc Christus
à principibus sacerdotū, quis de istis duobus fecit vo-
luntatem patris, & isti responderunt, ꝙ primus: & ita
laudant populum Gentilē, & se condemnant, sic dicit
Chryso. Vide qūo aduersus se protulerunt sentētiam
dicētes priorē filiū voluntatē patris fecisse.i. populum
gentiū, qa melius est nō ꝓmittere Deo iustitiā facere,
q̄ promittere, & mētiri. Cùm aūt dr̄, ꝙ Christus dixit
principibus: meretrices, & publicani pręcedent vos in
regno Dei: non bene applicatur ẜm istā expositionē,
vt dictū est pręced.q. & tn̄ volendo istā tenere, debet
dici, ꝙ intantū erant Deo odibiles isti, ꝙ non solū gen
tiles magis acceptabat, q̄ istos, sed ēt meretrices, & pu-
blicani in maiori honore erant apud Deum. Sic dicit
Chryso.s. Intantū gentiū populus magis placet Deo, q̄
vos, vt ēt publicani, & meretrices sint Deo acceptabi-
liores, q̄ vos: & hoc mō id, qđ de aduentu Ioan. & pre-
dicatione eius Christus ꝓposuit nūc ad hunc sensum
est, ꝙ non solū legem Moysi præuaricati fuerant, sed
etiam salubria remedia eis à Deo per Ioannem missa
contempserant, & ideo erant condemnabiliores.

Quomodo hoc.s. de duobus filijs potest secundùm secundam expositionem exponi. Quæst. CLXVII.

SED cū ẜm istā primā expositionē explicuerimus:
quærendū est qūo possit quantū ad aliā viā exponi.
Dicendū, ꝙ pater semꝑ est Deus, q sicut est pater gen-
tiliū, & Iudęorū, vt dictū est pręc.q. ita ēt est pater dua-
rum partiū assignatarū inter Iudæos. Nam principes
sacerdotum, scribas, seniores, & Pharisæos, q quasi ad
vnum modū viuendi ꝑtinebant, vnū filiū appellamus:
qa oēs isti specialius ꝑtinent ad Deū, & res sacras.i.tra-
ctationē sacrorū, & prędicationē, atq; declarationē le-
gis, & illius obseruationem. Populus aūt reliquus sunt
vt alius filius, qa oēs populares pertinent ad eundem
modum vitæ. Est aūt filius maior populus: filius autē
minor sunt principes sacerdotū, & cęteri. Quod patet,
quia filius maior laudat̄ hic, & ꝯdemnat̄ minor: & tn̄ ī
explicatione parabolę ꝯdemnat Christus principes sa
cerdotum dicens, publicani, & meretrices ꝑcedent vos
in regnum Dei. Causa autem quare populus vocetur
filius maior, est prima, qa ille est maior ẜm quantitatē:
duodecim.n. erant tribus, & de illis vna accepta est ad
ministrandū. Secunda, & præcipua ꝑp originem tp̄is.
Nam prius fuit populus, q̄ sacerdotes, & principes, &
Pharisæi, & seniores, & scribæ, quia ex populo oēs isti
accepti sunt. A principio.n. Deꝰ elegit Abrahā, & fuit
paucitas virorū quousq; Iacob descēdit in Aegyptū in
septuaginta aīabus, Ge.46.& Exo.1.c.& ibi creuit po-

F pulus in Aegypto quādiu mansit in captiuitate: ita vt
in exitu de Aegypto essent sexcēta millia peditū Exo.
12.c.& tū nulla adhuc distinctio erat populi istius, nisi
ꝙ Moyses erat solus prīceps: cęteri verò populus erāt:
& statim in monte Sinai data lege fecit Deus separa-
tionē: qa ex eo ꝙ peccauerat populus in adoratione vi
tuli, placuit ei separare totā tribū Leui à cęteris, vt es-
sent in ministerio eius, & nemo alius accederet.1.Nu.
1.& 3. Et istos subdiuisit ꝑ sacerdotes, & leuitas, & alias
partes specialiores, & ministrationes, Nu.3.& 4.& 8.
Et tūc separatus est summus sacerdos à minoribus, &
sacerdotes à leuitis, & iura sacerdotū, & leuitarum, &
iura summi sacerdotis specialiter. Nu.16.& 17.& 18.
Eo tp̄e quoq; seniores segregati sunt à cęteris, quia cū
G Moyses valde grauaretur solꝰ sustinendo negocia ma-
gna populi, dedit ei Deus septuaginta seniores in adiu
torium. Nu.11.& istis successerunt alij semꝑ. Scribæ
erant doctores legis, vel viri periti in scripturis, & isti
non fuerunt à principio, qa prius oportuit esse legem,
& multo tp̄e circa illā studere, & ita periti effecti sunt.
Pharisęi aūt oībus fuerunt posteriores: quia ante capti
uitatem Babylonis nulli fuerunt, sed postea multo tp̄e
qn̄ Machabęi florebāt, orti sunt. Tunc.n. primū de eis
mentionē agit Iosephus in libris Antiquitatum: ergo
populꝰ vocat̄ filius maior: qa fuit prior tp̄e, quā cęteri.
Dixit autem Deus maiori filio.i.populo Iudęorum, ꝙ
irent in vineā suā.i.seruarēt legem suā, qa toti populo
legem dedit. Dixit autem iste filius, nolo: inquantum
H populus, vt cōiter vitijs deditus est, quia paucam ꝯside
rationem de Deo hn̄t rebus sęcularibꝰ impliciti: & ita
populares inter Iudęos ad vitia declinabant, neque ser-
uabant legem ad vnguem, & hoc potissimè quantum
ad eos, q de populo mali sunt, vt publicani, & meretri-
ces. Iste filius postea pęnitentia ductus iuit ad vineam,
quia veniente Ioanne publicani, & meretrices, q prius
mali extiterāt, audientes verbum eius pęnitentiā ege-
runt, & baptizati sunt, qđ erat in vineā ire: accessit aūt
ad minorem filium.i.ad prīcipes sacerdotum, & alios
iubēs ire in vineam.i.iustitiam colere: & in verbis qui-
dem obedierunt, sed opere non compleuerunt: hoc
autem erat, ꝙ foris habitum sanctitatis, & obseruantię
legis ostendebant: et tn̄ ad veritatem non custodiebāt
I legem: sed oī iniquitate pleni erant, sicut verba sunt
aliquid exterius respectu eorum, quæ in anima sunt:
publicani autem, et meretrices non solùm ex opere,
sed etiam ex habitu exteriori mali videbantur: et ideo
publicani dicunt, nolo: quia foris iniquitatem, vel ini-
quitatis habitum ostendūt: principes autem sacerdo-
tum, & cęteri dicūt, eo domine, quia foris bonitatem
simulant, sed in veritate nihil boni habent, & tales o-
stendit Christus eos sæpe: ideo supra in litera volens
ostendere conditionem eorum, maledixit ficulneæ,
quę folia habens videbatur spem quandam fructuum
de longe dare, sed cùm ad eam accedens, non inuenit
nisi folia tantùm, maledixit illi, & aruit. Ita principes
sacerdotum, & cęteri religionis speciem in habitu, &
K exterioribus cęremonijs ostendebant, sed nullam vir-
tutem habebant: ideo maledixit illis. Sic infra vige-
simo tertio Pharisęos, & scribas, & cęteros huiusmodi
dixit similes sepulchris dealbatis, qui de foris pulchra
videntur hominibus, interius verò plena sunt ossibus
mortuorum, & omni spurcitia. Et iste minor filius
licèt dixerit, eo domine, non iuit: sed mentitus est. Et
quod deterius fuit, quia de hoc quod mentiti sunt, pę-
nitentiā non egerunt sacerdotes, & cęteri. Nā primus
filius fuit ꝯtumax, & tn̄ pęnituit. Secūdus aūt dixit, eo
dn̄e, & non iuit: et ita mētitus est, sed debuerat de hoc
pęnitere, qđ non fecit: et in hoc iudicantur sacerdotes
deteriores meretricibus, et publicanis, et ad hoc appli
catur parabola.s. venit.n. Ioan. ad vos, etc.

Pharisæi, & ... tes hypocritæ.

Quæst

Quare Christus proposuit istam parabolam principibus sacerdotum specialiter. *Quest. CLXVIII.*

QVAERETVR, quare Christus proposuit istā parabolam principibus sacerdotū,& quare specialiter eis: nam poterat eam plebi soli proponere, sicut populo prædicabat ante hoc,quando venerunt ad eum principes sacerdotum,& cęteri. Dicendū,ꝙ fuit primò,quia voluit eos condemnare,& quia condemnatio esse debebat ex ꝓpositione parabolæ, qñ ipsi responderent ad parabolam voluit eis illam proponere. Si autem alijs eam ꝓposuisset, vel omnibus simul nō deberent respōdere principes, & ꝯsequenter nō esset tanta confusio. Nam maxima ꝯfusio est, qñ quis seipsum ore proprio ꝯdemnat, quia qui seipsum ꝯdēnat, non meretur ab alio absolui. Secundò fuit,quia maxima ꝯfusio resultabat ex replicatione Christi: nam cū principes responderunt ad verba Christi,ꝙ primus filius fecerat voluntatē patris,subiunxit Christus: Amē dico vobis,quia publicani,& meretrices pręcedēt vos in regno Dei. Et tamē si non dirigeretur parabola ad ipsos,non respōderent,& ꝯsequenter non fieret replicatio ꝯtra eos, in qua fuit maxima confusio: ideò debuit ad eos dirigi. Tertiò fuit ꝓp illa,q̄ fecerant supra: nam q̄siuit ab eis de baptismo Ioannis,an esset à Deo, vel ab hominibus, & ipsi subterfugerunt respondere directè dicētes nescimus,& hoc ex iniquitate: ideo cū ex hoc essent digni increpatione,& ibi nō plenè recepissent illā tacendo veritatē, voluit Christus statim eis ignominiā, q̄ merebantur inferre,proponendo istam parabolam,ex qua necesse erat eos confundi. Quartò fuit ad ostendendā ꝯfidentiā veritatis, q̄ Christus fouebat: nam poterat proponere istam parabolam populo iudicandā,& inde aliqua ignominia resultaret in principes,vt tamen magis videretur, quòd esset aperta eorum iniquitas,fecit eos iudices sui ipsorum. De his dicit Chrysost.s. Quos reos proponit in causa ipsos iudices petit,vt à nullo mereantur absolui,qui seipsos condemnant: magna est fiducia iustitiæ,vbi aduersario ipsi causa committitur.

Quare proposuit Christus parabolam Pharisæis, cùm eos vellet increpare. *Quæst. CLXIX.*

QVAERETVR, dato ꝙ Christus vellet increpare principes sacerdotū, & cęteros.i. scribas, seniores,& Pharisæos,quare proposuit parabolam,quia poterat sine parabola increpare, dicens: Venit ad vos Ioannes,&c. Et addere: Publicani,& meretrices pręcedent vos in regno Dei. Dicendum,ꝙ sine parabola poterat fieri increpatio: & tamen non ita conueniēs, ideo debuit poni parabola. Primò, quia si sine parabola Christus increparet illos, ipse solus cōdemnaret eos,& ipsi nihil loquerentur. Et ita videretur valde minor condemnatio: nihil.n.maius est, q̄ cū seipsum quis proprio ore ꝯdemnat: proposita autem parabola,debebant ipsi ad eam respondere:& ita seipsos condemnarent: ideo fuit sic cōuenientius. Secundò fuit, vt illi audire vellent verba Christi. Nam si fuisset quęstione de potestate Christus inciperet aperte increpare illos, ipsi fortassis non expectarent: & ita non esset increpatio completa: fortè.n. Christo increpare incipiēte ipsi inciperēt tumultuari, & sic ad increpationē, q̄ Christus in eos dicebat nō aduerteretur: nunc verò cum ipsi in parabola contra se sententiam protulerūt ꝯsequens erat, vt Christus illa verba increpationis cōtra illos diceret,& ēt si ipsi nō audirent,quisq; videret, quomodo illa increpatio ad dicta eorum sequebatur. Tertiò fuit,quia vt dictum fuit,Christus volebat,ꝙ isti seipsos proprio verbo condemnarent, vt esset maior

A condemnatio. Si autē aperto sermone eis aliquid proponeret, nihil ipsi vellent contra se confiteri: ideo vt nescientes primo intuitu contra se esse confiterentur illud,& postea viderent, qūo contra eos militabat debuit in parabola proponere. Sic dicit Chryso. In parabolis ergo personas eorum figurat, vt non intelligant quomodo ipsi aduersus se sententiam dicerent. Quartò fuit ad sequendum consuetudinem scripturæ tam nouæ,quàm veteris: Christus.n.qñ vult,ꝙ aliquis cōtra seipsum sentētiam ferat,proponit ei parabolam ex qua ille iudicans,vt rationi consequens videtur seipsū accusat,sicut Luc.7.dixit Christus Simoni: Simō habeo tibi aliquid dicere, & proposuit ei parabolam de duobus debitoribus vnius feneratoris: quorum al- Consuetudo scripturæ ad condemnandū aliquē.

B ter quinquaginta alius verò quingenta debebat, & vtriq; donatione facta,quis plus diligit; & Simon ait: æstimo,quòd is,cui plus donatum est. Et inde intulit contra eum,ꝙ Magdalena plus diligebat Christum,q̄ Simon,qa plura peccata ei remiserat: & ideo ipsa maiora obsequia præstitit,q̄ Simon, qui nō dedit aquam pedibus eius,neque osculum: ex quo Simon fuit confusus. Quod non accidisset,nisi proposita parabola debitorum. Sic etiam in veteri testamento.2. Reg.12.c. quando peccauit Dauid fornicatus cum Bethsabee, & occidēs Vriam virum eius, misit Deus ad eum Nathan Prophetam,qui ait ei; redde mihi iudicium: duo viri erant in ciuitate vna,vnus diues,alter pauper: diues habebat oues,& boues plurimos: pauper autem nihil

C habebat omnino præter ouiculam vnam paruulam, quam emerat,& nutrierat,& quæ creuerat apud eum cum filijs eius,de pane eius comedēs, & de calice eius bibens, & in sinu eius dormiens: eratq; illi sicut filia: cumque peregrinus quidam venisset ad diuitem,parcens ille sumere de ouibus, & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino,tulit ouem viri pauperis, & parauit cibos homini, qui venit ad se. Iratus autem Dauid aduersum hominem illum nimis dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis est, qui fecit hoc,& ouem reddet in quadruplum:& tunc dixit Nathan ad Dauid,tu es vir iste,qui fecisti rē hanc. Et ita Dauid proposita parabola condemnauit seipsū amarius, q̄ aliquis alius ēt condemnaret, ꝙ si Nathan

D apertè proposuisset ei peccatū, quod comiserat, fortè excusaret illud, vel erubesceret: & non ita se accusaret. Quintò fuit,quia Deus vult,ꝙ homo redeat ad pęnitentiam quanto possibile est via rationabili eū reducere: erat autem conueniens modus ad reducendum principes sacerdotū.s.vt postq̄ ipsi se proprio ore viderent ꝯdemnatos,erubescerent,& redirent ad cor, fierentq; meliores. Sic fuit in parabola allegata de Dauid.2.Reg.12.c. Nam Dauid videns se tam iustè condemnatum,redijt ad se,& dixit: Peccaui Domine: & tunc propheta ait: Dominus quoque transtulit à te peccatum tuum,nō morieris. Ita poterat esse de principibus sacerdotum, ꝙ seipsos reducerent: ideo fuit conueniens proponi hoc eis in parabola.

E

Quare Christus in parabola potius conclusit de Ioanne, quàm de aliquo alio. *Quest. CLXX.*

QVAERETVR, dato ꝙ vellet Christus proponere principibus sacerdotum, & cœteris parabolam, quare potius conclusit de Ioanne.i. venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, &c. quā aliquam aliam parabolam,& conclusionem. Dicendum, quòd primò fuit propter præcedentia,vt in eo confunderentur, in quo deliquerant: & sic appareret, quòd non poterant effugere manum Christi: proposuerat.n. Christus eis supra de Ioanne,an baptismus Ioannis esset à Deo, vel ab hoībus, & licèt illi veritatē scirent, volētes effugere

periculum,& confuſionē negauerunt veritatē dicētes ſe neſcire vnde erat: vt ergo in quo peccauerant confunderētur, propoſuit eis parabolam de duobus filijs, cuius concluſo eſſet de Ioannis aduentu,& ꝙ eum nō receperint: & ita cùm illi noluerant confiteri baptiſmum Ioannis eſſe à Deo, vt non diceretur eis, quare non crediſtis ei: coegit Chriſtus nunc eos confiteri aliquid, ex quo ſequeretur aliquid de baptiſmo Ioānis non recepto. Secundò fuit, quia Chriſtus volebat nunc increpare principes ſacerdotum: aut ergo increparet eos in præuaricatione legis Moyſi, aut in præuaricatione ſalubris remedij dati per Ioannem: non autem debuit increpare de præuaricatione legis Moyſi: quia Chriſtus volebat eam nunc tollere, & ipſe interdum contra eam agebat: ideo non debuit de illius tranſgreſſione quemquam increpare, quia per hoc videretur eam velle facere manere, cuius contrarium volebat. Baptiſmus autem Ioannis erat via ad nouum teſtamentum. Et ita Chriſtus laudabat Ioannem, & omnia opera eius, ſupra 11.& Luc.7. cap. ideo conueniens erat de baptiſmo Ioannis non recepto eos increpare, & potiſſimè de pęnitētia non acta quā Ioannes prædicabat, quæ maximè conueniebat nouo teſtamento, & etiam iuri naturæ. Tertiò fuit, quia principes Chriſtus volebat redarguere de eo, quod erat maximè notum: ita vt omnes viderent iuſtiſſimam increpationem Chriſti contra illos. Si autem Chriſtus argueret ipſos, ꝙ feciſſent contra dicta aliorum prophetarum iam defunctorum, vel contra aliquam obſeruantiā legalem Moyſi: non eſſet tam manifeſta populo cauſa increpationis: ſed cùm de Ioāne arguit, erat cauſa manifeſta, quia Ioannes quaſi anno præcedenti occiſus fuerat, & omnes Iudæi, qui nunc erant eum viderant, & geſta eius: & tenebant eum in ſumma reputatione, & ſciebant, ꝙ principes ſacerdotum noluerant ſequi baptiſmum illius, neque doctrinam: ideo increpatio iſta erat multum conueniens. Quartò, & præcipuè fuit, qa Chriſtus voluit increpare nunc principes ſacerdotum, & non populum, quia populares erant affecti Chriſto, & libenter audiebant verbū eius. Si aūt increparet de tranſgreſſione legis Moyſi, vel legis naturalis, eſſet increpatio generalis, quia tam populus, q̄ principes tranſgreſſi fuerāt, & ſæpe trāſgrediebantur legem naturalem, & Moyſi: voluit ergo arguere de doctrina Ioannis non ſuſcepta: prędicauit enim Ioannes pęnitētiam, & baptiſmum, & populus ſecutus doctrinam eius baptiſmum ſuſcepit, & pęnitētiam egit: principes autem ſacerdotum, ſcribæ, & ſeniores Phariſæi hoc non fecerunt, vt hic dicitur: ideo erat hic conueniens locus increpationis, vt populus laudaretur, & increparentur principes. Quintò fuit ad magnitudinem increpationis.ſ. vt non ſolū oſtendantur fuiſſe iniqui principes ſacerdotum, ſed & etiā oſtendantur deteriores omnibus peccatoribus: inter Iudæos enim publicani, & meretrices iudicantur peſſimi omnium, quia peccata ſua erant manifeſta, & ſtatus eorum erat ad peccatum: & tamen Chriſtus dixit hic: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Sed hoc non potuiſſet dicere, ſi induxiſſet aliam parabolam, in qua de alijs peccatis argueret, quia non apparerent ibi deteriores eſſe principes ſacerdotum publicanis, & meretricib⁹, ſed circa ſolam doctrinā Ioannis hoc accidit, quia publicani, & meretrices acceperunt eam, & non principes: ideo erat iſta conuenientior redargutio, q̄ alia, & ita patet ex applicatione Chriſti. Dixit enim; venit Ioannes ad vos in via iuſtitię, & non crediſtis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei. Et talem modum ſolet Chriſtus inducere ad oſtendendum aliquos deteriores malis, vel inſipiētiores inſipientibus.

F Sic enim patet ſupra 11.cap.& Luc.7.vbi Chriſtus ponit ſimilitudinem de pueris ſedentibus in foro, & ludentibus,& dicunt quidam alijs: cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus vobis, & non planxiſtis: quaſi dicat: iſti ſunt pueri, & ita ex conditione ætatis ſunt inſipientes,& tamen voluerunt id, quod iuſtum eſt,& conqueruntur de iniuſto.ſ. qn̄ ipſi canebant, & alij non ſaltabant, quia ſaltatio fit ad concordiam carminum,& poſtea lamentati ſunt, & alij non planxerunt, & tamen lamentari conuenit ad plangere.q.d.ſi nolebatis ſaltare quando cantauimus, ſaltem debebatis plangere qn̄ lamentauimus, & neutrum feciſtis. Hic pueros inſipientes docet Chriſtus prudentiores, aut ſapientiores Iudæis patribus ſuis eſſe, quia illi vi-
G dentes Ioannem non manducantem, neque bibentē, non ſecuti ſunt eum, ſed dixerunt, dæmonium habet. Videntes Chriſtum manducantem,& bibentem, nō ſecuti ſunt eum, ſed dixerunt: Ecce homo vorax, & potator vini. Et tamen ſi non ſequebantur Ioannem non comedentem, debuerant ſequi Chriſtū comedētem, vel ſi Chriſtum comedentē non ſequebātur, ſaltem ſequi debuerant Ioannē non comedentē, ſed quia neutrum ſequi voluerūt, dixit Chriſtus filios ſuos paruulos, qui inſipientes erant, fuiſſe eis ſapiētiores, cū ait: Et iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis.i.à filijs ipſorum.i. filij eorum laudauerunt ſapientiam, quia increpauerunt eos, qui neutram partem, vel modū ſecuti ſunt; patres autem neutrum modum tenuerūt. Sextò fuit valde ad propoſitum, quia Chriſtus volebat arguere
H principes ſacerdotum,& landare populares: peccauerant enim principes, & cęteri circa ipſum, quia tentatoriè,& non addiſcendi cauſa interrogauerunt, in qua poteſtate hoc facis: populares aūt multi credebant in eum,& bono animo ſequebantur eum, & audiebant verbum eius, & quia ſi laudaret populares de hoc, & principes de hoc argueret, videretur ſibipſi teſtimonium perhibere; de quo calumniarentur principes ſicut calumniati ſunt Ioan.8.ſ. Tu de teipſo teſtimoniū perhibes,& teſtimonium tuū non eſt verum. Poſuit ergo parabolam circa doctrinam Ioānis, in qua ſimile pœnitus acciderat.ſ.quia principes,& ſcribæ, & ſeniores noluerunt ſequi Ioannem: ſecuti ſunt autem eum populares,& ita laudabat populum, & increpabat pri-
I cipes. Et iſta eſt præcipua cauſa: ſic dicit Chryſ.ſ. Hæc introduxit, quia ſacerdotes non diſcendi cauſa, ſed tētandi interrogauerāt, in qua poteſtate hęc facis: multi autem ex populo crediderant, ideo introducit parabolam filiorum duorū oſtendens eis per eā, ꝙ meliores ſunt populares, qui à principio ſęcularium profitētur vitā, q̄ ſacerdotes, qui à principio profitentur Deo ſeruire: quoniam populares quidem aliqn̄ cōpuncti cōuertuntur ad Deum; ſacerdotes aūt impęnitibiles cōſtituti nunquā deſiſtunt peccare in Deū; prior.n. filius populus eſt: non.n. populus eſt propter ſacerdotes, ſed ſacerdotes propter populū. Septimò fuit, quia Chriſt⁹ fuit valde ꝯueniens tale parabolam proponere, in qua landaret populares,& argueret principes ſacerdotum:
K ipſe.n. intendebat acriter arguere principes ſacerdotū: & quia fortè illi increpiti vellent inſultum ꝯtra Chriſtum facere, fuit ꝯueniens incutere eis timorem: hoc autem fuit proponendo parabolam, in qua laudarētur populares. Et ita facta diuiſione inter Iudæos, ſi principes ſacerdotum vellent inſultū facere ꝯtra Chriſtū, non auderent ſcientes, ꝙ populus, qui nunc à Chriſto in parabola laudabatur faueret ei, & lapidaret ipſos: & ita licèt dure increparentur, tacerent, quod ſic factum eſt. Neque tamen potuiſſet accidere iſtud, niſi poneret parabolam, in qua induceretur de doctrina Ioannis, aut aliquid ſimile: ideo fuit conueniens iſtā parabolam, potius quàm aliam poni.

Quare Principes Sacerdotum voluerunt Christo respondere ad istam parabolam. Quæst. CLXXI.

QVAERETVR, quare principes Sacerdotum voluerunt Christo respondere ad istam parabolam, ex qua tam grauiter condemnati sunt.

Dicendum primò, ꝙ putauerũt, quòd erat aliquid quod pertinebat ad quæstionem primam de potestate prædicandi, eo quòd statim postquam Christus dixit, neque ego dico vobis in qua potestate hoc facio, subdidit istud, s. quid autem vobis videtur. Et putabãt fortè, quòd cùm principes dixerant se nescire de baptismo Ioannis vnde esset, quòd ipse quasi gloriatus, ꝙ eos ad hoc deduxisset, vellet redire ad quæstionem respondendo aliquid de hoc, & quia putabãt, quòd ista quæstio, quàm nunc faciebat erat aliquid præuiũ ad loquendum de illa potestate, in qua ipsi credebant eũ capere, voluerunt respõdere. Secundò fuit, quia dato, quòd non putarent pertinere ad quæstionẽ de potestate prædicandi, nesciebant ad quam materiam pertineret, neque credebant se in ea capiendos: ideo responderunt. Putauerunt enim hoc honorabilius: quia si respondere nollent ostenderent se indignatos contra Christum, & superatos fuisse in præced. quæst. quod eorum honorem minuebat. Vt ergo hoc dissimularent fuit visum eis conueniens respondere.

Quare postquam iam erat proposita quæstio, non cessauerunt nolentes respondere. Quæst. CLXXII.

SED quæretur, quare postquam iam erat proposita quæstio, non cessauerunt nolentes respondere, & ita non inciderent in increpationem. Dicunt aliqui, quòd hoc fecerunt, quia verecundia erat postquã aliquid promiserãt, statim retrocedere, & ideo sustinuerunt increpationem. Sed dicendum, quòd non stat, quia fortè ipsi desisterent si ante responsionem crederent se incursuros in hanc increpationem: & tamen nescierunt neque potuerunt scire, quia Christus quæsiuit ab eis in parabolis, scilicet de duobus filiis, & vinea, & non intelligebant, quòd ex hoc aliquid resultare posset contra eos, & ideo responderunt veritatem, ex qua sequebatur increpatio Christi contra eos, & hanc non poterant ipsi euadere, quia non poterant illam intelligere, antequam increparentur, & iam non erat locus respondendi. Et ista fuit causa quare ista in parabolis locutus est, vt non intelligerent, quòd contra eos erat: nam si apertè proponeret, nollent respondere. Sic dicit Chryso. scilicet: In parabolis ergo figurat personas eorum, vt non intelligant quomodo ipsi aduersus se sententiam dicerent.

Quare Christus dixit de meretricibus, & publicanis. Quest. CLXXIII.

QVAERETVR, cùm Christus dixerit principibus: publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei, quare dixit de meretricibus, & publicanis.

Dicendum vno modo, quòd dixit hoc, quia verum erat, quòd illi præcedent, vt dicetur sequenti quæstione: ideo posuit istud, quia verum erat. Secundò & melius, quia voluit Christus valde increpare principes: erat autem ista summa increpatio quando deteriores omnium hominum essent eis meliores, non erant autem aliqui deteriores quàm meretrices, & publicani: ideo de his dixit, quod præcederent eos. Et ita dixit Chrys. Quòd dixit, publicani præcedent vos, idest nõ solum populus gentium melior est vobis: sed etiã publicani, & meretrices sunt meliores vobis. Tertio dicendum, quòd per publicanos, & meretrices omnes viri peccatores, & mulieres designantur, scilicet quòd omnes peccatores præcedent principes sacerdotum, & quòd peccatum mulierum designatur per meretrices: quia magis in libidine, quàm in alio vitio peccãt: peccatum virorum per publicanos, quorum actus ad auaritiam sunt, quia magis viri per auaritiam peccant, quàm per aliud sic dicit Chryso. Puto, quòd ex persona omnium virorum peccatorum ponuntur publicani, & ex persona omnium mulierum peccãtium meretrices: quia auaritia præcipuè in viris abundat: fornicatio autem in mulieribus: mulier enim in quiete sedit inclusa: fornicatio autẽ maxime ex otio nascitur. Vir autem quoniam in actibus rerum diuersarum est assiduè, in auaritiæ peccatum facile incurrit. In fornicationem autem non facile nisi multum sit lasciuus. Nam occupatio virilium solicitudinum voluptatẽ plerunque excludit. Vnde proprium est hoc adolescentium nihil agentium. Sed adhuc dicendum est, quòd Christus in verbis istis voluit, quòd totus populus præcederet principes, & scribas, & Pharisæos, & seniores, & quia in populo erant aliqui non peccatores, i. non assueti ad peccãdum, sed Deo deuoti, alij autem peccatores, sed non in extremo, vel abiecto gradu, & alij, qui omnium habentur vilissimi: tetigit gradum inferiorẽ, scilicet meretrices, & publicanos, quia isti sunt contemptibiliores cæteris, & istud fuit propter tria.

Primò, vt nominatis his, qui in extremo sunt, cęteri ante eos intelligantur, & ita erit sensus, quòd totus populus præcedet principes etiam vsque ad meretrices, & publicanos, scilicet, quòd ipsi etiam præcedent principes sacerdotum. Secundò, quia cum Christus vellet ostẽdere populum esse meliorem principibus, si diceret populares pręcedent vos in regnum Dei, intelligeretur solùm de illis, qui boni erant de populo, vel saltem non de abiectissimis, qui non merentur esse vel nominari partes populi: sicut meretrices, quæ propter suam indignitatem legibus non subiiciuntur. Cum autem dixit meretrices, & publicani aperuit, ꝙ etiam ipsi præcederent principes, & a fortiori cæteri de populo qui meliores sunt. Tertiò ad faciẽdum grauissimam increpationem, vt dictum est, s. ꝙ etiam vilissimi in populo erant meliores principibus sacerdotum senioribus, & scribis, & pharisæis.

Quomodo sit verum, quòd meretrices, & publicani præcederent principes sacerdotum in regno Dei. Quęstio. CLXXIIII.

QVAERETVR, quomodo sit verum, ꝙ meretrices, & publicani præcederent principes sacerdotum in regno Dei.

Dicendum, ꝙ veritatis huius cõsideratio pendet ex hoc, ꝙ est scire quid sit regnũ Dei: regnũ.n. Dei, & regnũ cęlorũ pro eodem accipiuntur: sed regnũ cœlorum multipliciter accipitur. Vno modo pro vita ęterna, & iste est modus proprius communior, quo vtimur hoc nomine, & ita accipitur supra 5. ca. nisi abundauerit iustitia vestra plusquã scribarum, & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Secundò modo accipitur pro Ecclesia ista militanti supra 5. c. qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines facere, minimꝰ vocabitur in regno cęlorum, idest in Ecclesia militanti. Nam in regno vitæ æternæ non erunt, qui talia faciunt, & illud supra 13. c. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, idest de Ecclesia militanti, vel de mundo isto, quia inueniri non poterunt scandala in vita æterna. Sic dicit Grego. in homilia, quòd sæpe in sacro eloquio regnum cęlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur: vt in alio loco do

minus

minus dicit: Mittet filius hominis angelos suos &c. Tertiò accipitur pro intellectu sacræ scripturę, vt solet exponi infra in litera, scilicet: Auferetur à vobis regnum cęlorum, & dabitur genti facienti iustitiam eiꝰ idest auferetur à vobis intellectus scripturę vel possessio scripturæ. Quartò accipitur pro Christo, & ita multi accipiunt illud supra 12. cap. scilicet si in digito Dei eiicio dęmonia: profectò venit in vos regnum Dei, idest iam venit in vos Messias, scilicet ego sum si creditis, quòd in potestate Dei eiicio dęmonia. Et aliis etiam modis solet accipi pro merito quoad illud prouenimus sicut aliquem in spe: beatum vocamus cum adhuc beatus non sit: ita, & qui meretur habet certam beatitudinem in spe: ideo meritum vitæ æternę vocamus vitæ æternam, & sic bona opera vocamus regnum Dei, & sic accipitur Io. 17. cap. hęc est vita ęterna, vt cognoscant te, idest vita ęterna habere per hoc, quòd cognoscant te credendo in te, & in eum, quem misisti. & iste est conueniens sensus illius literæ. Aliqui ergo dicunt, quòd accipiatur primo modo, & tunc est sensus quòd publicani, & meretrices præcedent in vita æterna principes sacerdotum quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd pręcedant, idest prius eant publicani, & meretrices, quàm principes. Secundo modo, quòd præcedant, idest quòd maiores sint publicani, & meretrices in vita æterna, idest habebant altiorem gradum beatitudinis quàm principes sacerdotum. Sed dicendum, ꝙ neutra istarum expositionum videtur stare. De prima patet primò, quia præsupponit, quòd tam principes sacerdotum, quàm publicani, & meretrices ibunt in vitam æternam, cum prius ituri sunt publicani, & meretrices quàm principes: sed de vtroque erat dubium. Secũdò patet, quia dato, quòd vtrique irent ad vitam ęternam, tamẽ quòd prius irent publicani, & meretrices non erat vlla difficultas. Nam homines vadunt ad vitam ęternam post mortem, & post purgationem: eos ergo quos contingeret prius mori, contingeret prius ire ad vitam ęternam, & ita non esset aliud dicere hoc, nisi quòd prius morerentur publicani, & meretrices quàm principes. Tertiò quia Christus videtur velle dicere hic, quòd meliores, vel non tam mali sunt publicani, & meretrices quantum principes: tamen quòd prius irent isti ad vitam ęternam, quàm illi non erat dicere illos meliores. Nam prius iuit Abraham ad vitam ęternam quàm virgo, & tamen multo excellentior est virgo ibi. Quartò quia Christus dixit istud contra principes sacerdotum ad quandam increpationem, & tamen dicere, quòd priꝰ irent publicani in vitam æternam quàm principes, nõ erat vlla increpatio principum sed potius laus: cum præsupponatur, quòd illuc ituri erant: ideo non accipitur sic. Quintò quia Christus dedit hic causam dicti sui. Nam postquam dixit quòd meretrices, & publicani pręcederent, subdidit quòd Ioannes venerit in via iustitiæ, & non receperunt eum principes, & publicani, & meretrices crediderunt illi, & tamen redarguuntur principes, & laudantur publicani: ergo non est dandum eis aliquid vnum: sed ire ad vitam ęternam, quocunque tempore quis eat, est retributio pro bono, & Christus ponit hic istud tanquam conueniens peccato principum, & bono operi publicanorum, & meretricum: ergo non accipitur pro precessione temporum ad vitam ęternam. Secunda pars huius sensus erat, quòd publicani, & meretrices pręcederent, idest haberẽt maiorem gradum vitæ ęternę. Et iste modus erat aliqualiter rationabilior, & tamen non videtur penitus solidus. Primò quia pręsupponitur quòd vtrique, tam principes sacerdotum, quàm publicani, & meretrices irent ad vitam ęternam, & tamen hoc nõ

F erat certum de vtrisque. Secundò quia Christus red-
dit causam dicti sui, scilicet quia receperunt Ioannẽ
publicani, & meretrices, & non principes: sed cer-
tum est, quòd ex hoc non colligitur. Nam maioritas
aut minoritas gradus vitę æternę prouenit ex inęquali
tate meritorum, & ideo dato, ꝙ nũc publicani, & me-
retrices viderentur meliores quàm principes: tamen
poterant postea principes operari aliquid melius quã
publicani, & meretrices, & ita pręcederent eos. Si aũt
dicas, ꝙ Christus intellexerit secundùm pręsentem iu
stitiam, & non secundùm dispositionem. Et ita verum
est, quòd meretrices, & publicani debebant pręcede-
re. Dicendum, quòd nec isto modo est verum: quia
tunc cum principes peccarent, non erant digni vitæ
G æterna, sed gehenna: ideo non erat bene dictum pro
statu eorum pro tunc, quòd publicani, & meretrices
pręcederent, sed quòd illi irent in vitam æternam, &
ꝙ principes non irent illuc. Sed fortè dicetur, quòd
Christus pręnunciauit eis de futuro, scilicet ꝙ ita acci-
dere debebat, quòd publicani, & meretrices essent al-
tioris gradus in vita ęterna quàm principes, licet status
prior hoc non exigeret.

Dicendum, ꝙ non stat: quia licèt Christus poterat
hoc prænunciare, tamen nõ erat conuenienter dictũ:
& hoc quia adiunxit causam sui dicti, scilicet venit Io.
&c. & tamen qui dat causam dicti, ideo ponit quasi au
dientes ex hoc videãt veritatem & iustitiam dicti sui,
& tamen ex hoc, ꝙ isti crediderunt Io. & illi non: ne-
H quaquam infertur, quòd isti futuri erant maiores in
vita ęterna quàm illi, quia fortè neutri illuc irent, aut
alteri non irent, & dato, quòd vtrique irent, poterat
permutari ordo meritorum, & consequenter præmio
rum. Tertiò quia cum dicitur, ꝙ meretrices, & publi-
cani pręcedẽt vos, videtur intelligi generaliter de om
nibus meretricibus, & publicanis saltem illius tempo
ris, & de omnibus principibus sacerdotum, & scribis,
& senioribus, & Pharisæis. sed hoc non est verisimile,
quia, non erant eiusdem meriti, aut demeriti omnes
isti: neque etiam similem consummationem, & exi-
tum habituri erãt: aliqui enim de publicanis, & mere-
tricibus perirent, & aliqui saluarentur, & similiter de
principibus, scribis, senioribus, & Pharisęis: ergo non
intelligitur de præcessione eorum in vita æterna. Quã
I tum ad secundum modum accipiendi regnum cœlo-
rum esset sensus, quòd meretrices, & publicani præce-
derent in conuersione sua principes sacerdotum, scri-
bas, & seniores, & Pharisæos, ad legem euangelicam.
Quantum ad tertium modum esset sensus, quòd præ-
cederent in intellectu Sacræ Scripturæ aut veritatis,
scilicet quòd illi melius veritatem intelligerent aut
prius illam intelligerent. Quantum ad quartum mo-
dum est sensus, quòd præcederent publicani in regno
Dei, idest in Christo, scilicet in agnitione illius: quia
prius illum agnoscerent, & reciperent quàm princi-
pes, & cæteri. Quantum ad quintum est sensus, quòd
pręcederent in regno Dei, idest in meritis, per quæ
K peruenitur ad regnum Dei, inquantum hoc bonum
fecerunt, quod erat recipere Ioannem, & illi non re-
ceperant eum. Et dicendum, quòd iste vltimus mo-
dus satis potest stare, accipiẽdo futurum pro præsenti.
Præcedent vos in regnum Dei, idest iam præcedunt
scilicet, quòd illi habent maiora merita ad vitam ęter
nam quàm vos, cùm illi per hæc meruerint: vos vero
demerueritis. Primus autem sensus, scilicet præcedẽt
vos in regnũ Dei, idest ad vitam æternam, potest esse
verus accipiendo negatiuè, scilicet publicani, & me-
retrices ibunt in regnum Dei, & vos non ibitis illuc,
& ita præcedent vos illuc. similis modus exponẽdi est
multorum super illo verbo suprà 5. cap. Minimus vo-
cabitur in regno cęlorũ, idest non ibit illuc, quia qui

facit

facit contra mandata, & docet alios sic facere, vocabitur minimus. Nam in regno cœlorum non erit. Sed dicendum, quòd verus sensus literę est accipiendo regnum Dei secundo modo, & quia secundus, & tertius, et quartus modus ad idem pertinent, potest accipi per omnes illos, præcedent vos in regnum Dei. i. prius conuertentur ad fidem Christi, & erunt de Ecclesia militanti, quàm vos. Et nihil differt, quòd dicatur, quòd erunt prius de Ecclesia, vt accipitur secundo modo, vel quòd cõuerterētur prius ad fidem siue accipient intellectum sacræ scripturæ, & cognitionis Messię, quod pertinet ad tertium modum, vel conuertētur ad Christum quod pertinet ad quartum modum, quia omnia redeūt ad idem, & hoc verum fuit. Nam prius conuersi fuerunt ad Christum populares prædicante eo, & post eius mortem prædicantibus Apostolis quà m principes: quia ipsi, vel non conuersi sunt, aut valde tarde conuersi sunt: sed potius impediebant alios conuerti, & persequebantur prædicatores euangelizantes. Et hoc multum conuenit literę, scilicet, venit Ioannes ad vos in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderūt ei, quasi dicat, sicut veniente Ioāne vos noluistis ei credere, sed publicani, & meretrices ei crediderunt: ita & veniente Messia simili modo vos non credetis ei, & publicani & meretrices credent illi, & sic præcedēt uos in regno Dei. i. in fide vel statu aut cognitione Messiæ, hoc autem erat ad magnum opprobrium principum sacerdotum, scribarum, seniorum, & Pharisęorum, ad quos peritia, & obseruantia legis pertinebat, scilicet quia totum bonum quod Iudęi expectabant, & ad quod lex dirigebat, erat Messias. Illi ergo essent simpliciter maiores, qui potiores essent apud Messiam: sed Christus dicit, quòd pręcedent publicani, & meretrices in hoc principes, & alios: ideo erat magna confusio ipsorum, cùm ipsi in lege, & eis, quę ad Deū erant, pręcipui erant, & tales videri volebant, & iste est verus sensus. Sic dicit Rabanus: Potest autem regnum Dei Euangelium, vel Ecclesia prius intelligi, in quo gentes Iudęos præcedunt: quia citius credere voluerunt, & similiter publicani, & meretrices citius credere voluerunt quàm principes, & tamen ex isto verbo Christi non tollitur, quin principes sacerdotū, & scribę, & Pharisęi, & seniores aliquando crederituri essent: sed innuitur, quòd pręcederent eos publicani in credēdo: nam totus Israel aliquando conuertetur. Sic dicit Origenes, scilicet: Per hoc autem non excluditur, quin Iudęi aliquando intrent in regnum Dei: sed cùm plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.

Quomodo sit verum, quòd venit Ioannes in via iustitiæ. Quæst. CLXXV.

QVAERETVR, cùm dicatur, quòd venit Ioannes in via iustitię, quomodo sit hoc verum. Alii dicunt, quòd iustitia accipitur pro Christo, qui est iustitia sempiterna. Dani. 9. cap. Vngatur sanctus sanctorum, & adducatur iustitia sempiterna. Et etiam vocatur sol iustitię. Ioannes autem venit in via iustitię, idest ad ostendendum Christum. Sic dicit Rabanus: Viam iustitię Ioannes pdicans venit, quia Christum, qui consummatio legis est digito monstrauit. Sed dicendum, quòd ista expositio est distorta. Nam Christus arguens nunc Iudęos procedebat ex eis, quę erant, illis nota vt nō possent respondere rationi eius, & tamen non erat notum principibus sacerdotum, q Ioannes venerat ad ostendendum Messiam: quia tunc cùm ipsum ostendisset Ioā. 1. cap. crederent ipsum esse Messiam, quod neque totus Populus credebat, & tamen ista quę nunc dixit Christus, ita erant nota omnibus Iudęis, quod neque principes sacerdotum, & cęteri, qui erant hostes Christi potuerūt ea negare. Ideo non intelligitur, quod sic venerit Ioānes in uia iustitię idest iustus existens: sed quod conuersatio sua erat valde iusta, & hoc valde adiuuare debebat, vt dicta eius reciperentur. Sic dicit Chryso. Venit Ioannes in via iustitię sic manifesta, vt conuersatio eius venerabilis peccatorum corda concuteret.

Dicendum, quòd ista expositio est magis ad propositum quàm pręcedens, & tamen neque ista sufficit, quia Christus exprimit quasi causam quare credere debebant, scilicet quia venit in via iustitię, & tamen sic accipiendo non erat causa credendi: quia Ioannes nō prædicabat id, quod agebat, & quod prędicabat non agebat: ipse quippe pręedicabat baptismum, & pęnitentiam sed baptismum ipse non suscipiebat: aut saltem non susceperat antequam prædicaret. Etiam pęnitentiam, non agebat, quia nulla peccata egerat: vita autē sua erat austera nimis, & hanc tenendam ab aliis non pręedicabat, neque aliquem ad hoc exhortabatur, & ita videtur, quod venisse in via iustitię non erat causa vt crederetur ei, cùm non pręedicaret illam iustitiam, quam operabatur, sed aliquid aliud. Et tamen magis debebat referri ad id, quod pręedicabat quàm ad id, quod agebat: cùm id, quod pręedicabat credendum erat. Secundò patet hoc quia si Christus vellet ostendere per hoc dispositionem Ioannis quantum ad se, non diceret eum venisse in via iustitię: quia iustitia, medium nominat, & virtutem necessariam: non quidem excellentiam, quę est quasi extremum: sed diceret, quòd venit Ioannes in abundantissima sanctitate. Sic dixit supra 11. scilicet: Venit Ioannes non manducans neque bibens, & dicunt quòd dęmonium habet, & tamen non manducare, neque bibere non erat solū iustitia, sed aliquid maius quàm iustitia, quod ad excellentissimam sanctitatem pertinebat: ideo non diceret Christus eum solum iustum: sed extolleret virtutes suas debita laude, sicut quando vocauit eum non manducantem, neque bibentem, & maiorem inter natos mulierum, supra 11. Vocando autem eum iustum nihil plus de eo, quàm de aliquo alio homine dicit, quia quilibet obligatur esse iustus.

Dicendū igitur, quòd per hoc Christus innuit conditionem doctrinæ Ioannis, & vult distinguere doctrinam Ioannis à doctrina sua, idest Christi: Ioānes enim venit in via iustitiæ, idest prædicauit ea, quæ ad iustitiā pertinebant. Nam dixit, pęnitentiam agite: Nominat enim pęnitentiam cessationem a malo, & satisfactionem de præteritis malis, & hoc Ioannes pręedicabat, dicens: Facite fructus dignos penitentiæ, sup. 3. cap. sed cessatio a malo, & satisfactio de malis factis pertinent ad rigorem iustitiæ, & sunt de necessitate: ideo Ioannes nihil prædicabat nisi iustitiam. Etiam quātum ad ea, quæ in particulari explicabat, prædicabat iustitiam. Nam quærentibus ab eo publicanis quid facerent, dixit eis: nil amplius, quàm vobis constitutum est. Et militibus dicentibus, quid faciemus, ait: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: contenti estote stipendijs vestris. Omnia hæc iusta sunt, & vltra iustitiam nihil addidit, sed talia dixit, qualia quilibet ex rigore iustitiæ agere debet: baptismum quoque, qui non videbatur necessarius, non prædicauit vt baptismum gratiæ, sed vt baptismum iustitiæ, quia non erat ille baptismus ad remissionem peccatorum, sed ad agendum pęnitentiam. Et ita vocāt eum Euangelistæ baptismum pęnitentię: via autem Christi fuit totaliter via gratiæ: quia non prædicauit homines iustificandos ex operibus, sed ex fide, & per baptismum, neque imposuit hominibus aliqua opera agenda, nisi ea, quę de

Io. nihil pdicabat nisi iustitiā, & quō.

de iure naturali erant, ad quæ homines erant obligati, ēt si Christus nullam legem dedisset: & tunc vitā eternam promisit: Hec autem est gratia, scilicet quod non alligando nos ad aliqua opera specialiter per fidem remittantur nobis peccata, & detur uita eterna. Credere enim nullius difficultatis est. Ioānes autem posuit operum difficultatem, & non promisit ex illis vitam æternam dandam: sed dixit: Appropinquabit regnum cęlorum: quæ non est promissio, sed dispositio ad eum, qui hæc promittere, & dare debebat, & talis mod⁹ differentiæ ponitur inter Christum & Moysen. Io. 1. cap. scilicet: Lex per Moysen facta est: gratia autē, & veritas per Iesum Christum data est, idest Moyses non fecit aliud, nisi dare legem, per quam obligabantur homines ad opera, & non dabat eis, neque promittebat vitam æternam: Christus autem fecit gratiam, idest dedit remissionem peccatorum, & gratiam contulit, & vitam æternam promittit, non obligando homines ad aliqua opera specialiter, & ita Christus posuit inter se, & Ioannem duas differentias. Prima est ex conditione personarum, scilicet vitę suæ. secunda ex conditione doctrinæ. prima ponitur supra 11. scilicet venit Ioannes non manducans neque bibens. venit autem filius hominis manducans, & bibens: idest vita Ioannis fuit valde austera circa cibum, & potum: ita vt videretur non manducare neque bibere, scilicet non quòd nihil manducaret, sed quòd non manducabat neque bibebat id, quod alij homines. Filius hominis fuit mãducans, & bibens, scilicet erat vita sua mediocris concordans vitæ aliorum hominum in cibo, & potu. Secunda differentia erat ea parte doctrinæ, & ista partim ponitur hic, scilicet, venit Ioannes in via iustitiæ, scilicet prædicans mandata iustitiæ, scilicet quæ ex iustitia obligamur seruare, & nullam gratiam promittens, neque faciens: Christus autem venit non quidem prædicans iustitiam, aut opera, sed remissionem peccatorum ex gratia per mortem suam, & saluari nos ex fide illius. Intantum autem ista differunt, quòd lex Moysi non posuit aut Ioannes nos iustificari nisi per ea quæ agimus, & hoc est iustitia, quia per nos ipsos acquirimus bonum. Christus autem ponit nos iustificari non ex aliquo opere: neque iubet illa fieri, sed ex morte sua, & ista est gratia: quia ex suo iustificamur sine labore nostro. Et istud de conditione doctrinę Ioannis erat valde ad propositum Christi, Christus enim dixit principibus sacerdotum, Pharisęis scribis, & senioribus, quod publicani, et meretrices pręcederent eos in regno Dei, idest in suscipiendo fidem Christi, & Euangelium, & transeundo ad Ecclesiam militantem. & hoc probat sic, scilicet venit ad vos Ioannes in via iustitiæ. est medium decurtatum, & est sensus: Ioannes prædicabat vobis ea, quæ ad iustitiam pertinebant: ea autem quę pertinent ad regnum cœlorum, & prędicauit Messias non pertinent ad iustitiam, sed ad gratiam. Difficilius est autem credi id, quod ad gratiam quàm id quod ad iustitiam pertinet: idest facilius creditur, quòd ego ex operibus propriis iustificer, & per illa satisfaciam de peccatis, quàm ꝙ sine operibus meis ex gratia sola per opus alienum tollantur mihi peccata: & tamen Ioanne prædicante opera iustitię non credidistis ei, sed meretrices, & publicani crediderunt: ergo à fortiori prædicãte Messia id, quod ad gratiam pertinet, non credetis, sed publicani, & meretrices potius credēt, sicut in Ioanne fecerunt: ergo publicani, & meretrices pręcedent vos in regnum Dei, quod Christus dixit, & probare intendebat. Et iste est verus sensus, & conueniens deductio.

Quid discriminis sit inter Christum & Moysē.

F *Quomodo est verum, quòd principes sacerdotum, & cæteri non crediderunt Ioanni.*

Quæst. CLXXVI.

QVAERETVR quomodo est verum, ꝙ principes sacerdotum, & seniores, & scribę, & Pharisæi non crediderunt Ioanni: quia potius videtur, ꝙ crediderunt ei. Nam supra 3. cap. ponitur, quòd baptizabãtur ab eo, scilicet: Videns autem Ioannes multos Pharisęorum, & Sadducęorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: progenies viperarum, quis ostēdit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos penitentię, & ita baptizabantur ab eo, quia aliàs non fugerent à ventura ira. Aliqui dicunt, quòd Christus loquitur hic contra principes sacerdotum, & scribas, et seniores solùm, vt patet hic, et Mar. 11. & Luc. 20. contra Pharisæos autem nihil loquitur. Et ita Pharisęi receperunt baptismum Ioannis, quod hic non negatur, principes autem, et scribæ, et seniores non susceperunt illum, vt hic dicitur, et non est contra hoc quod dicitur supra tertio capitu. quia ibi non dicitur, quòd veniebant ad baptismum Ioannis nisi Pharisęi, et Sadducęi, non autem principes, & scribe, et seniores. Sed dicendum, quòd non stat: quia de scribis, qui sunt legisperiti dicitur hic, quòd non fuerunt baptizati. Et de Pharisęis dicitur supra 3. quòd baptizati fuerint: tamen Luc. 7. dicitur, quòd Pharisęi non fuerunt baptizati, scilicet: Pharisæi autem, et legisperiti consilium Dei spreuerunt in seipsos non baptizati ab eo, idest à Ioanne. Alij dicunt, quòd Pharisæi etiam nulli baptizati sunt sicut neque principes, et alij, scilicet scribę, seniores, et ita de omnibus illis est generale hoc, scilicet quòd non crediderunt Ioanni. Cum autem dicitur supra 3. cap. quòd vidit illos Ioannes venientes ad baptismum suum, dicunt, quòd veniebant ad baptismum, et tamen postea mutabant propositum, et non baptizabantur.

Dicendum, quòd non stat, sed verè baptizabantur Pharisęi. Primò patet, quia si non baptizarentur non diceret litera, quod videbat eos Ioannes venientes ad baptismum suum, sed solùm, quòd videbat eos venientes, ergo verè baptizabantur. Secundò, et efficacius, quia dicitur ibi, quòd dicebat illis Ioannes: Genimina viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Et hoc erat per baptismum, & pęnitentiam. Si autem haberent animum baptismum suscipiendi, vt euntes ad Ioannem mutarent illum, non baptizarentur, non diceret illis Ioannes, quòd fugiebant à ventura ira: sed potius, quòd deteriores efficiebantur, & digniores ira ventura, cum spiritum bonum à Deo datum contemnerent, sicut dicitur Luc. 7. quòd spreuerunt in seipsis consilium Dei non baptizati a Ioanne. Tertiò & euidentius, quia dicebat illis Ioannes: Facite ergo fructus dignos pęnitentiæ, & ly, ergo, est nota illationis, scilicet ex quo suscepistis baptismum, qui est baptismus pęnitentiæ, facite fructus dignos pęnitentię, & tamen non imponebatur pęnitentia agenda, nisi eis, qui baptizabantur, quia ex hoc, ꝙ baptizabant sumebant propositū pęnitendi cū ꝯfiterentur peccata sua in baptismo, sup. 3. & Mar. 1. c. Alij ergo dicunt, ꝙ verum est, quòd aliqui de Pharisęis baptizati fuerant, sed ita pauci erant, quòd videbantur quasi nulli, ita vt absolutè diceretur, quòd nō baptizabantur. Sed dicendum, quòd non stat: quia supra tertio cap. dicitur: Videns autem Ioannes multos Pharisęorum, & Sadducęorum venientes ad baptismum suum: ergo nō erãt pauci. Aliter ergo dicendum, & potest dici vno modo, quòd licèt Pharisæi, qui baptizabantur multi essent absolutè loquendo, quia non erant solùm duo, vel tres; tamen comparando ad totam multitudinē Pha-

Phariſęorum pauci erant, & ita videbatur quaſi nulli baptizarentur. Secundò poteſt dici, & melius, quòd de Phariſæis multi baptizati fuerũt, ſed non omnes, & propter illos quotcunque eſſent, qui non fuerunt bapti,zati ſtat increpatio, & non eſt contrarietas. Nam ſupra 3. ca. dicitur, quòd videns Ioannes multos Phariſæorum venientes ad baptiſmum ſuum: ſed Luc. 7. dicitur, quòd legiſperiti, & Phariſæi ſpreuerunt conſilium Dei in ſe nō baptizati à Ioanne: & ita quotquot illi eſſent, qui nollent baptizari, erat verum dici, quòd ſpreuerunt Phariſęi Dei conſilium non baptizati à Ioanne. Et eſt redargutio illorum. De principibus autem ſacerdotum, ſcribis, & ſenioribus an aliqui fuerint baptizati, non apparet quia ſupra 3. non exprimitur niſi de Phariſæi: & Saduceis, poteſt tamen ſatis dici, quòd aliqui de illis baptizati fuerunt: quia tamen non omnes, neque maior pars, increpantur quaſi nequaquam fuerint baptizati.

Mar. 12. a Luc. 20. b Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperēt fructus eius. Et agricolæ apprænhenſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & feceret illis ſimiliter. Nouiſſimè autem miſit ad eos filium ſuum, dicens. Verebuntur fortè filiũ meũ. Agricolæ autem videntes filiũ dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres: venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et appręhenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis: Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis. Lapidem, quem reprobauerũt ædificantes, hic eſt factus in caput anguli: A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur ſuper quem verò ceciderit, conteret eum. Et cùm audiſſent principes ſacerdotum, & Phariſæi parabolas eius, cognouerunt, quòd de ipſis diceret. Et quærentes eum teneret, timuerunt turbas, quoniam ſicut prophetam eum habebant. Et reſpondens Ieſus, dixit iterum in parabolis eis, dicens.

A *Aliam parabolam.* Hic oſtenditur, quòd principes ſacerdotum, ſcribæ, & ſeniores impugnauerunt Chriſtum in ſua perſona: cùm ſupra eum impugnaſſent in doctrina. Et diuiditur in duo, quia primò ad oſtendendum propoſitum ponit quandam parabolam. Secundò confirmat ſuum propoſitum per ſcripturam, ibi. *Dixit illis Ieſus, nunquam legiſtis.* Circa primum dicitur. *Aliam parabolam audite.* Verba Chriſti ſunt ad principes ſacerdotũ, ſcilicet, dixi vobis vnam parabolam de duobus filiis, audite nunc aliam. *Homo erat paterfamilias.* Ideſt quidam homo, qui domum habebat, & familiam. Nam etiam ſi quis non habebat filios, ſi tamen domum, & familiam habet, vocatur paterfam. quem Ariſto. vocat rectorem œconomiæ. B *Qui plantauit vineam.* Non multum differebat, an plantaret, vel emiſſet ab alio, vel iure hæreditario ſuſcepiſſet, dum tamē poſſideret eam: & tamen quia ad ſenſum parabolæ magis hoc conuenit, dicitur q plantauit eam: etiam quantum ad parabolam aliquid pertinet, ſ. quia tanto magis ille vineam amabit, quanto plures labores circa eam expendit. *Et ſepem circundedit ei.* Ideſt poſuit ei vallum in circuitu, hoc non erat ſolùm ad diſtinguendum ab aliis prædiis, quod fit per limites: ſed potius ad cuſtodiam, ne facile ſit in vineā introire ad tollendum fructus: & loquitur Chriſtus ad modum terræ Chanaam, in qua cōſuetudo eſt ſic vineas ſepe circūdare. Sic dicitur Iſa. 5. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filij olei, & ſepſit eam, ideſt ſe C pem ei poſuit, & apparet, quòd ſit ſepes iſta ad cuſtodiam, quia dicitur ibidem: Oſtēdam vobis quid faciā vineæ meæ: auferam ſepem eius, & erit in direptionē. *Et fodit in ea torcular.* Erat vinea magna, & ideo in ea cōſtructum eſt torcular, in quo vuę torquerētur, & exprimeretur vinum. *Et ædificauit turrim.* Scilicet in vinea iſta erat domus fortis, in qua morarentur agricolæ, & etiam erat ad defenſionem vineę. *Et locauit eam agricolis.* Ideſt tradidit eam cultoribus, qui eam colerent, & fructus eius pro ſeipſis haberēt, & darent domino certam partem illorum, vel omnes fructus ſibiipſis acciperent, & domino penſionem pecuniariā annuam ſoluerent: vel quòd dominus acciperet omnes fructus, & colonis daret pecuniam pro labore. Nā D in hoc non differt, quia quidquid domino detur pro vinea ſiue de fructu, q in vinea naſcit, ſiue pecunia, appellatur fructus vineæ. *Et peregre profectus eſt.* Ideſt receſſit Dominus de regione illa. *Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet.* Scilicet fructuum, qui colliguntur in vinea, ideſt tempus vindemiæ, vel tempus fructuum, ideſt recipiendi annuam penſionem, qui vocantur fructus vineę. *Miſit ſeruos ſuos.* Ideſt famulos, ſcriptura enim omnem famulatum vocat, ſed ſtrictè ſeruus non eſt niſi qui liber nō eſt, neque libertus, neque libertinus. *Ad agricolas.* Scilicet ad illos, quibus vinea locata erat ad annuam ſolutionem. *Vt acciperent fructus eius.* Ideſt redditus ſiue in fructu vineæ ſiue in pecunia. *Et agricolę apprehenſis ſeruis eius.* Non ſolùm ſoluere noluerunt, ſed etiam ex magna contumacia in E iurias contulerunt ſeruis, qui petebant fructus. *Alium ceciderunt.* Ideſt vnum percuſſerunt. *Alium occiderunt.* Ideſt inferentes ei mortem. *Alium lapidauerunt.* Siue occidentes, ſiue ſolùm lapidibus vulnerantes. *Iterum miſit alios ſeruos.* Scilicet in ipſo anno vel in alio ad collectionem ſequentium fructuum. *Plures prioribus.* Hoc fecit vt timerent agricolę mittere manum ad illos. *Et fecerunt illis ſimiliter.* Scilicet lapidando, occidendo, & percutiendo eos. *Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum.* Scilicet filium Domini eorum. *Agricolę autem videntes filium.* Ideſt cognoſcentes illum eſſe filium eius. *Dixerunt intra ſe.* Ideſt intra ſe, nam intra ſe dicitur, quod in ſola cogitatione verſatur. Inter ſe dicitur

tur quod inter aliquos communi conſilio ventilatur: ſed dicitur intra ſe,ideſt non dixerunt hoc agricolæ ad filium domini ſui. *Hic eſt hæres*. Scilicet, quia filius, & ſi filij, & heredes,ad Rom.8.& ad Gala.4. *Venite occidamus eum*. Inter ſe ventilabant agricolæ iſtud conſilium, ſicut fratres Ioſeph dixerunt: ecce ſomniator venit, venite occidamus eum. Gene.37.capi. *Et habebimus hereditatem eius*. Scilicet iſto mortuo nemo eſt ad quem hereditas iſtius pertineat:& ſic nemo requiret eam, ſed nos manebimus poſſeſſores. *Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam*. Scilicet,quando venit ad petendum fructus vineæ,erat intra vineam, & noluerunt coloni eum ibi occidere, ſed eiecerunt de vinea, & foris occiderunt. *Et occiderunt*. Hunc non percuſſerunt ſicut aliquos de nūciis: quia iſte erat hæres, & ſi ſuperuiueret repeteret hereditatem:ideo occiderunt, vt nemo eſſet, qui peteret. *Cùm ergo venerit dominus vineæ*. Hucuſque narrauit Chriſtus parabolam:nūc quærit ſententiā à principibus, ſuppoſita narratione, & dicit. Cùm venerit dñs. ſ. erat dñs abſens in peregrinatione, & aliquando venturus eſt ad vineam ſuā, in qua filium,& ſeruos eius occiderant. *Quid faciet*. Ideſt, quam pęnam inferet. *Agricolis ſuis*. Scilicet,quibus locauit vineam ſuam. *Aiunt illi*. Scilicet principes ſacerdotum Chriſto reſpondent. *Malos male perdet*. Ideſt agricolas,qui mali ſunt perdet,ideſt deſtruet, occidet male,ideſt crudeliter per tormenta exquiſita:qa tam grauia ſcelera commiſerunt. *Et vineam ſuam locabit aliis agricolis*. Scilicet,licèt illi agricolę mali fuerunt, & in vinea occiderunt filium eius,& propter vineam, non ob hoc demolietur vineam, ſed tradet eam aliis, qui eam colant. *Qui reddant ei fructum temporibus ſuis*. Ideſt debiti, ſcilicet, non ſint contumaces, & ſuperbi ſicut priores, ſed diligenter annuā penſionē ſoluant.

Cui fuerit propoſita iſta parabola de vinea locata.
Quæſt. CLXXVII.

QVAERETVR, de iſta parabola vineę locatę cui fuerit propoſita. Dicendū, ꝙ fuit propoſita principibus ſacerdotum, ſcribis, & ſenioribus. Et patet primò, quia pręcedēs parabola fuit propoſita iſtis, vt patet ex litera eius, & tamen continuato ſermone dicitur: Aliam parabolā audite:ergo videtur, quòd ad eoſdem loquebatur: quia aliàs nihil exprimeretur, ꝙ loquebatur ad alios, vel ſaltem ex modo locutionis appareret. Secundò patet, quia finita parabola, dicitur infra in litera: Cùm audiſſent principes ſacerdotum,& Phariſæi parabolas eius,cognouerūt,quòd de ipſis diceret: ergo ad iſtos loquebatur Chriſtus,& ipſi reſponderunt. Tertiò patet, quia Chriſtus propoſuit iſtis parabolas, vt ipſi reſpondentes condemnarentur ex ore ſuo: & tamen ipſe non intendebat condemnare niſi principes, ſcribas, Phariſæos, & ſeniores, & non populares: ergo non fuit propoſita parabola niſi illis,& ipſi ſoli reſponderunt. Patet hoc, qa dicitur infra in litera, quòd principes ſacerdotum audientes parabolas, cognouerunt, ꝙ de ipſis diceret, & quærentes eum tenere timuerunt turbas. Et ita iſti ſoli condemnati ſunt ex parabolis non autem turbæ, quia ſi cōtra illas etiam fuiſſet aliqua iſtarum parabolarum, indignarentur contra Chriſtum, & nō ſolùm non defenderent ipſum contra principes, & Phariſæos,ſed potius ipſi ēt eum impugnarent: ergo cōtra ſolos principes, ſcribas, Phariſæos, & ſeniores propoſita eſt parabola,& ipſi reſponderunt. Sed obijcietur, quia Luc.20. dicitur: cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc:homo plantauit vineam, &c. ergo non fuit dicta parabola principibus, ſed plebi. Dicendum,quòd non fuit parabola iſta dicta ad plebem, &

F contra ipſam, ſed principibus dicta eſt, & contra eos. Nam cùm parabolæ concluſio ſit dura, ſi fuiſſet dicta contra populum,iraſceretur populus: ſed non ſolùm non iratus eſt,ſed etiam defendebat Chriſtum contra principes. Et propter populum non auſi ſunt principes impugnare Chriſtum nocendo ei: ergo nō erat contra plebem. Dicendum igitur, quòd non dicitur fuiſſe dicta ad plebem, quaſi eſſet contra plebem,aut ad plebem,ideſt,præſente ſola plebe. Nam primum non ſtat,quia ſi contra plebem eſſet,iraſceretur plebs: quæ tamen nō iraſcebatur, ſed ſacerdotum principes iraſcebantur, & dicebant eſſe contra ſe dictas parabolas,infra in litera. Secundum etiam non ſtat, quia ſi ſola plebs eſſet præſens, quando diceretur iſta parabola,non audirent eam principes ſacerdotum: & G tamen audierunt eam,quia dicitur infra in litera, quòd audientes principes iſtas parabolas cognouerūt, ꝙ de ipſis diceret. Sed dicitur, ꝙ dicta eſt parabola iſta ad plebem,ideſt, præſente plebe. Nam ſimul erat plebs Chriſtum audiens, & principes ſacerdotum,à quibus Chriſtus iſta quærebat, & ita etiam præcedens parabola poterat dici ad plebem dicta: & iſtum modum loquendi tenet ſpecialiter Lucas contra modum loquendi Matthæi, licèt non contra ſententiam eius. Sic patet ſupra 3.cap. vbi dixit Matthæus, quòd vidēs Ioannes multos Phariſæos, & Sadducæos veniētes ad baptiſmum ſuum, dixit illis: Progenies viperarum, quis demōſtrauit vobis fugere à ventura ira? Et tamē H Luc.3. dicitur: dicebat Ioannes ad turbas, quæ exibant,vt baptizarentur: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? & ſic quod Matthæus dixit eſſe dictum ad Phariſæos, & Sadducęos: dixit Lucas dictum eſſe ad turbas. Sed manifeſtum eſt, quod Ioannes non diceret hoc ad omnes turbas,quia iſtud erat verbum improperij, & pertinebat ad doloſos, ſed non erat hoc in omnibus popularibus: Phariſæis autem hoc optimè conueniebat: ideo debet intelligi dictum Luc. ꝙ dicebat hoc Ioānes ad turbas.ſ. præſentibus turbis. & tamen verbum non dirigebat niſi contra Phariſæos, & Sadducęos.

Ad quid Chriſtus nunc propoſuit iſtam parabolam.
I *Quæſt. CLXXVIII.*

QVAERETVR, ad quid Chriſtus nunc propoſuit iſtam parabolam. Dicendum,quòd ad increpationem principum ſacerdotum, ſcribarum, Phariſęorum,& ſeniorum: quod patet infra in litera, ſcilicet, audientes principes parabolas eius cognouerunt, ꝙ de ipſis diceret. Sed dicetur ad quid voluit iſtā parabolam nūc proponere,quia iam aliā propoſuerat de duobus filijs,per quam condemnauerat eos. Dicēdum,ꝙ hoc fuit propter duo. Primò ad maiorē condemnationē, erant enim digni graui cōdemnatione, ſed magis condemnatur quis quando bis condemnatur,q̄ ꝙ ſemel: ſic dicit Chryſo. Poſt priorem parabolam aliam ponit, vt oſtēdat eorū accuſationē eſſe maiorem,& venia indignam. K Secundò,& precipuè, quia iſta condemnatio eſt ſuper alia re. Nam in pręcedenti parabola oſtenderat Chriſtus principes, & alios iudicandos grauiter, quia doctrinam Ioannis non receperant,& ꝯſequenter neque eius doctrinam reciperent, aut ad eam tardi venirent. Hic autem oſtendit eos grauius puniendos,quia eum in perſona ſua occiſuri erant: ipſe.n.erat hæres quem extra vineam eiectum occiderunt:& ideo p̄nunciauit eis hic,ꝙ regnum Dei auferretur ab illis, & traderetur alteri genti, ſed in precedenti parabola minus erat,quod interebatur eis.ſ.ꝙ precederent eos publicani, & meretrices ad regnum Dei,& ipſi quoque poſſent ire ad illuc.

Quare

Quare Christus proposuit hoc principibus sacerdotum, & cur in parabolis. Quest. CLXXIX.

QVAERETVR, quare Christus proposuit hoc principibus sacerdotum, & quare in parabolis. Ad primum dicendum, ꝙ fuit ad condemnationē principum, & vt condemnatio esset apertior, debuit esse ex ore ipsorum, sed hoc non poterat esse, nisi proponeretur eis quæstio, & responderent: & ex ipsorum responsione sequeretur id, quod Christus contra eos diceret: ideo cōueniens fuit, ꝙ ipsis proponeretur: & etiam ad hoc sunt conuenientes oēs rationes factę supra quæst. 171. Nam si fuit conueniens, ꝙ præcedentē parabolam de duobus filiis, quę minorem faciebat increpationē, proponeretur principibus, vt ibidē ostenditur: à fortiori ista, quæ maioris erat increpationis, debuit proponi eis, vt ex sua responsione magis arguerentur, & confunderentur.

Ad secundū dicendū, ꝙ conuenientius fuit proponi in parabola quā aliàs. Et hoc primò pp conditionem rei, de qua agitur. Significatur enim in hac parabola, ꝙ principes sacerdotum occisuri essent Christum, & ob hoc auferretur eis totus status veteris testamenti, sed dicere apertè, ꝙ illi èrant occisuri eum, non decebat: nunquam.n. tam clarè locutus est, licèt aliqñ diceret eis, quæritis me interficere, vt Io. 8. cap. Et tñ nunquam dixit: Ego sum occidendus à vobis: ideo dixit hoc in parabola. s. quòd filium domini extra vineā occiderunt. Secundò fuit propter eos, vt sustinerent audire. Si enim sine parabola loqueretur, diceret illis statim malum apertè, & fortè illi non sustinerent, neque vellent respondere: & ita non respondentibus eis nō fieret tam efficax confusio: iō debuit esse parabola, q̃ à principio non intelligerent, & ideo respōderent iuxta conuenientiam parabolæ, & ex responsione tunc Christus eos confunderet: sic dicit Chryso. In parabolis eorum pars vocat, vt non intelligant, qūo aduersus seipsos sententias dicerent. Tertiò fuit, vt minorē indignationem conciperent contra Christum. Nūc enim proposita re ista in parabola, quando tandem agnouerunt contra se dictam parabolam, tam vehementer indignati sunt, ꝙ quærebant Christum occidere, sed timuerunt turbam: vehementius igitur exardescerent, si sine parabola aperte ea, q̃ hic habentur illis diceret: ideo melius fuit in parabolis dicere: aliæ etiam causę, quæ habentur supra quæst. 172. possunt ad hoc applicari, quia sunt eiusdem dubij.

Quare dicitur, quòd homo, qui vineam plantauit sepem circundedit ei &c. Quęst. CLXXX.

QVAERETVR de homine, qui vineam plantauit, quare dicitur, ꝙ fecit omnia hæc circa illam. s. ꝙ plantauit eam, sepem circundedit ei, fodit in ea torcular, & ædificauit turrim.

Dicendum, ꝙ propter duo: primò ex ratione parabolæ: secundo ex ratione significationis. Circa primum ponuntur ista ad ostendendum istam vineam fuisse electissimam, & factum esse in ea quidquid pertinet ad excellentiam alicuius vineæ, vt ex hoc asseratur, ꝙ dominus eius nimis ad eam afficeretur: & consequenter non sineret eam perire in manibus malorū colonorū. tria.n. ex parte parabolæ possunt colligi in ista nobilitate vineæ. Primum multitudo fructuum: nam non expenderet dñs tanta circa vineam aliquā, q̃ inutilem, vel paucorum fructuum crederet. Secundò diligentia dñi in mittendo nuncios ad requirendū fructus talis vineæ: nam cū tanta multitudo fructuum ex ea speraretur, non erat incōueniens, imò ronabile mittere seruos sæpe ad procurandum fructus illius vineę, &

A post seruos mittendi filium, quia fortè ista erat melior possessio, q̃ dñs ille habebat. Tertiò executio dura domini contra colonos. Nam si vinea paruę vtilitatis esset, fortè non curaret dñs illam requirere de manu colonorum ad dandum aliis: quia tñ excellens erat, cū primi coloni malè se in ea habuerint, debuit dñs curā illius agens tollere primis colonis, & dare aliis. Sicut responderūt principes sacerdotum: sed ista non sequerentur, quæ ad parabolam pertinent, nisi ostēderetur ista vinea tam excellens: iō debuit poni excellens. Ista āt sunt, quæ faciunt eam excellentem: nihil.n. aliud vr̄ posse addi, quod illam excellentiorem faceret præter hoc, ꝙ diligenter procuraretur in cultu annuo, q erat cura colonorum, qb⁹ locata erat vinea. similia autem

B ponuntur Isa. 5. vbi de alia vinea excellenti agit̄, & ponuntur hæc eadem ad oñdendum illius nobilitatem. Dicitur.n. ꝙ vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei, & sepsit eam: & lapides elegit ex illa, & plātauit eam electam: & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in eá. Et factis istis nihil est quod fieri posset ad nobilitatem vineæ. Nam dr̄ Isa. 5. post ista: Quid est, qđ vltra facere debui vineæ meæ, & non feci? quasi dicat, nihil manet faciendum, omnia aūt ista ponūtur hic: ideo hęc posuit Christus ad ostendendū esse vineā excellentem. Sed obiicietur, ꝙ aliquid aliud ponatur Isa. 5. quod hic non ponitur. s. lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam.

Dicendum, ꝙ ista subintelliguntur hic: Eligere la-

C pides est colligere illos ne in vinea multi sint, qa fortè terra illa, in qua vinea plantata est, erat lapidosa, & multitudo lapidum oberat ad bonitatem vineę: ideo collegit ex ea lapides, vt non essent ibi lapides, vel nō essent tot. plantare eam electam est plantare de bono germine, scilicet vt palmites, qui positi fuerūt, vt primordia plantarum, & vitium essent optimi, scilicet de germine laudabili. Hæc autem subintelliguntur hic. Nam quod de collectione lapidum dicitur, fortè non fuit in hac vinea necessarium: vt si terra, in qua plātata est nō erat lapidosa, de plantatione electa nō oportuit exprimi. Nam qui talia faciebat vineę suę, cū ipse plantaret eam, non plantaret nisi de optimo germine, nisi esset insipiens. Secundum principale erat quantū

D ad rationes sumptas ex significatione parabolę: sic.n. omnia ista dicta sunt, qa ille, qui paterfamilias est, omnia hæc fecit circa hoc, quod vineam suam appellat. Quidquid enim significatur per omnia hęc, quæ de vinea dicuntur, fecit paterfamilias circa illam, vt apparebit ex applicatione expositionis: & fuit conueniens poni, vt videatur quātum appreciaret illam vineā, qui talia circa eam exercuit. Secunda causa eodem modo applicatur. s. ꝙ propter hoc misit nuncios suos ad colonos huius vineæ, quia fructus, quem dominus vineę in vinea requirebat, erat tam præciosus, quòd nūcios, idest viros clarissimos ad procurandum illum rationabiliter mittere debuit, & nouissimè filiū sum nunciū misit pro vinea hac moriturum, quod non faceret ni-

E si vinea ista præciosa valde esset in oculis Dei. Tertia etiam causa conuenienter applicatur, scilicet vt mortuo Christo filio Dei pro vinea, non negligeret dominus vineam: sed expulsis prioribus colonis, idest illis qui tenebant principatum in statu veteris testamenti, induceretur alius status vineæ, & essent alij coloni. i. principes, & alius modus status, & principatus quàm prius, & non negligeret Deus vineam suam, quā fortè negligeret nisi fortè esset aliquid excellens: sed qa tam excellentem eam plantauerat, curam illius egit, vt alios ei colonos daret etiam post filij sui mortem.

Quare

Quare dicitur de illo domino, qui locauit vineam agricolis, quòd peregrè profectus est. Quęst. CLXXXI.

QVAERETVR, quare dicitur de illo domino, qui locauit vineā agricolis, quòd peregrè profectus est. Dicendum, quòd hoc dicitur tam propter rationem metaphoræ, quam propter significationē. Quantum ad primum patet, quia dato, ꝙ ea, quæ in metaphora recitantur non fuerint realiter, oportet ꝙ sint verisimilia, & tamen non erant verisimilia, quæ habētur hic: nisi diceretur, ꝙ dominus profectus esset peregre: nam si maneret in regione illa, in qua erat vinea, non auderent agricolæ occidere seruos, q iuerunt ad petendum fructum vineæ, & tamen occiderunt: ideo videtur, quòd vel dominus erat valde impotens, quem agricolæ non timebant, quasi nihil mali eis inferre posset: aut non erat in regione illa. Secundò, quia dato, quòd agricolę non timerent eum, non erat verisimile, quòd esset in regione illa: nam occisis primis seruis, qui iuerant pro fructibus, non erat verisimile, quòd mitteret dominus alios seruos: sed quòd ipse iret ad occidendum agricolas, & tollendum eis vineam. Misit tamē alios seruos, & illi etiam occisi sunt, & tandem misit filium, & ille etiam fuit occisus. ergo videtur, ꝙ absens erat dominus, & non poterat venire ad statim prouidendum. Secundò, & principaliter quantum ad rationem significationis parabolę conuenit, quòd dominus sit absens, vel peregrinetur: qa dominus vineę Deus est, qui peregrinatur a nobis: non quidem per localem absentiam, cùm vbique verè sit: sed quia non se hic nobis ostendit per omnia, sicut aliquando ostensurus est: ipse quippe iudex est omniū, quæ rectè, & prauè aguntur: & quia pro bonis non statim retributionem reddit, neque pro malis pęnam, videtur quasi absens esse: erit autem pręsens, quādo omnia adducet in iudicium, & pro omnibus retribuet: & verum est, ꝙ Deo absente ista fiunt: quia si ipse quasi prius pro malis, statim pęnam inferret, nō fierent omnia mala: sed quia rarò pro peccato pęnam hic infligit aut saltē nō statim, audent mali committere quæcunque grauia. Sic dicitur Eccles. 8. Etenim, quia non cito contra malos profertur sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Et ita etiam in alijs parabolis Deus significatur esse absens quādiu est pręsens sęculum. Sic patet infra 25. & Mar. 13. & Luc. 19. de homine, qui peregrè profectus est, & tradidit seruis suis talenta, vt negociarentur in eis: & ita quandiu negociatio est, absens est ille: & tamen negociatio durat quādiu est præsens sęculum, & vita ista durat: ideo Deus absens iudicatur a nobis quādiu manemus hic: & sic dominus vineæ rectè peregrinatus est. Alias dicitur: dum ista contra seruos suos, & filium fiebant: nā tunc non inferebat eis pęnas, quas pro his excessibus inferre debuit.

Quomodo stat litera, quoniam euangelistæ videntur sibi inuicem repugnare. Quæst. CLXXXII.

QVAERETVR, quomodo stat litera: quia videntur Euangelistæ sibiinuicem repugnare. Nam dicit hic Matthęus, quòd agricolæ apprehensis seruis alium cęciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt: & Marcus dixit, quòd misit ad agricolas seruum, qui apprehensum eum cęciderunt, & dimiserūt eum vacuum, & iterum misit ad illos alium seruum, & illum capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt: & rursus alium misit, & occiderunt illū, & plures alios quosdam cędentes, alios occidentes.

Nonnullorum sn. ad quæsitū q.

Aliqui nituntur soluere hanc contrarietatem: quod idem Matthæus dicat, quod Marcus, scilicet, Matth.

F breuius dixit hic, & obscurius: Marcus autem expressius. Et quòd sit sensus, quòd dominus misit ter pro fructu vineæ seruos, & quarto loco misit filium, & in qualibet vice mittebat vnum seruum: & ita tunc intelligetur, sicut refert Marcus ad literam: Mar. 12. c. scilicet, quòd prima vice misit vnum seruum, & illum cęciderunt, idest, percusserunt relinquētes vacuum. Secunda vice misit vnum seruum, & illum coloni capite vulnerauerunt. Et tertia vice misit alium, & illum occiderunt. Quarto loco misit filium, & dicunt quòd Matthæus omnes istas tres missiones posuit indistinctè, quasi esset vna missio, dicens; misit seruos suos ad agricolas, & agricolæ apprehensis seruis, alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt, idest, seruum, qui iuit prima vice cęciderunt. In secunda vi-

G ce lapidauerunt. In tertia vice occiderunt. Sed dicendum, quòd nō stat iste sensus: quia necesse est præter istos tres nuncios alios esse missos, & alijs vicibus: quia postquam dicitur de istis tribus, quòd alium cęciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt: sequitur statim: Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter: ergo non designantur per illos tres omnes missi, & omnes missiones. Item etiā non consonat verbis Marci, quia postquam ille posuit de tribus seruis missis subiūxit, scilicet, & plures alios, quosdam verò cędentes, alios occidentes: ergo non solùm missi fuerunt tres serui per tres vices. Dici ergo potest quadrupliciter: vno modo, quòd quater solum misit dominus ad colonos, ter misit seruos, & quarta vi-

H ce filium. Et tunc dicendum, quòd in qualibet vice nō misit vnicum sed multos, & omnes seruos primæ vicis cęciderunt, idest, percusserūt dimittendo eos inanes: & omnes de secunda vice lapidauerunt afficiētes contumelijs, vel capite vulnerauerūt, vt Marcus dicit. Et omnes de tertia vice occiderunt: & tunc stat planè litera ista, scilicet, quòd cùm dicitur alium cęciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt, non referatur ad eandem vicem, sed ad omnes, idest, modi iniuriarū inflicti in omnibus vicibus fuerunt isti. Secundò potest dici, quòd iuerint in qualibet trium vicium multi serui, & inferebāt eis in qualibet illos tres modos iniuriarum, et hoc magis consonat literæ huic in superfi-

I cie: quia cùm dicitur, quod misit seruos, sequitur ꝙ agricolæ apprehensis eis alium cęciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt, scilicet, in eadem vice. Et sequitur ibi: Iterum misit alios seruos plures prioribꝰ, & fecerunt illis similiter, idest, seruis secundæ vicis fecerunt sicut primis, quosdam cedendo, alios occidendo. Tertiò potest accipi, quòd misit dominus ad agricolas non solùm quater, sed etiam pluries, et insuper, & in qualibet vice mittebat vnum seruum. et ita Marcus, & Lucas qualibet vice vnum seruū referunt misisum, sed alias vices non numerant, sed dicit Marcus, et alios plures, quosdam vero cędentes, alios verò occidentes, idest, in alijs vicibus pręter tres misit seruos, & in qualibet vnum, & de illis missis quosdam occide-

K bant, quosdā solùm percutiebant: sed huic sensui non multum consonat litera ista, eo quod dicit, iterum misit alios seruos plures prioribus: & tamen non esset cōparatio pluralitatis, si ī qualibet vice mitteretur vnus, sed necesse est poni aliquam vicem, in qua mitterentur multi. Quartò ergo videtur melius dicendum, & scilicet, ꝙ serui missi fuerunt saltem ter, aut quater, & filius in nouissima vice. s. quarta: & in qualibet missi fuerint multi serui, & de illis aliqui cęderentur, aliqui lapidarentur, aliqui occiderentur: & hoc in qualibet vice, & istud colligitur ex Matthęo, & Marco simul sumptis, addēdo vni, quod in alio inuenitur, & deficit ei: Matthęus enim ponit solum duas missiones, & supplenda est alia: quia tam Marcus quam Lucas ter ponunt

nunt seruos missos: sed Matthęus breuitatis causa omisit vnam missionem, non quidem illam negans, sed tacens. Marcus & Lucas ponūt, qualibet vice vnū seruum missum, & supplendum est, ꝙ multi essent, cùm Matthęus ponat esse multos, & Marcus & Lucas hoc taceāt. Et maximè hoc apparet, quia statim vt Marcus dixit de tribus seruis missis tribus vicibus, adiunxit. s. & alios quidem plures, alios quidem cędētes, alios occidentes. s. ꝙ cum illis tribus fuerunt alij. Et tamen posuit Marcus, qualibet vice vnum seruum non quidem, vt vnicum ostēderet, sed ad duo fecit. Primò, vt ex numero seruorū ostendat numerum missionū, quasi essent tres missiones, & non solùm tres serui. Secundò, vt ex hoc numero ostendat ēt numerū iniuriarum: tripliciter enim iniuriam suscipiebant serui. s. B
quidam occidebant, quidam cędebantur, alij lapidabantur. Considerandum autem, quòd circa hoc non est inconueniēs, si aliqua diuersitas inueniatur in modo referendi Euangelistarum: quia intentio eorū solùm est dicere, ꝙ ille dn̄s vineę misit multos seruos, & sępe ad colonos, & intulerunt eis iniurias, & nō dederunt de fructibus quidquam: & in hoc quidam plura quàm alij dicunt, Lucas autem breuius, quàm alij retulit: & quia quidquid dicant verum est, necesse est illam expositionē veriorem esse, quę includat id, quod oēs simul dicūt, vt ex eis fiat vna plena narratio: & ista videtur esse in quarto modo supra posito, quę colligitur ex Marco & Matthęo. Sed obiicietur, ꝙ adhuc Lucas discordat a Marco: nam dicit primum seruū C
fuisse cęsum, & inanem dimissum: s̄m autem cęsum, & contumelia affectū: & in his bene consonat Marco: sed tertiū dicit vulneratum, & eiectum, Mar. autē dicit occisum. Dici potest vno modo, quòd idem significant ambo. s. quòd ille seruus occisus est ab agricolis, vt Marcus expressit: Lucas autem dicit vulneratum, & verum est: sed vulnera illa fuerunt ad mortē, & ita fuit occisus, & hoc significat inquantum dicit, quòd eiecerunt eum. s. mortuum eiecerunt de vinea. Aliter potest dici, ꝙ in qualibet vice multi serui ibant, vt Matthęus hic asserit, & in posterioribus plures quā in prioribus, & de illis seruis quosdam solùm vulnerabant, alios occidebant, alios lapidabant, vt etiam Matthęus asserit, & ita in illa tertia vice aliquis seruus fuit D
occisus, vt Marcus vult: & aliquis vulneratus, & de vinea eiectus, vt Lucas asserit.

Quare dicitur, quòd paterfamilias misit filium suum ad agricolas nouissimè. Quęst. CLXXXIII.

QVAERETVR, quare dicitur, ꝙ paterfamilias misit filium suum ad agricolas nouissimè.

Dicendum, ꝙ hoc fuit tam propter metaphoram, quàm propter significationem. De metaphora ratio est, quia dominus vineæ sæpe miserat seruos, scilicet, saltem ter, & illos expulerant, & dimiserant vacuos: E
& ideo vel penitus cessare debebat a missione, vel mittere alium, aut alios excellentiores: nam quotquot seruos iam mitteret, verisimile erat vacuos remitti, & iniuriam recipere. Cogitauit ergo mittere filium, qui honorabilior erat, & huic fortassis responderent cum fructibus. Sed obijcietur, quòd incautè vel imprudenter agebat paterfamilias: nam cùm agricolæ tot seruos ab eo missos occidissent, timere debebat, ne filium quoque occiderent.

Dicendum, quòd pater rationabiliter potuit filium mittere, eo quod non erat verisimile, quòd taliter ad filium respicerent, sicut ad seruos. Et hoc expressit paterfamilias, dicens: Verebuntur filium meum, idest, timebunt eum, vel reuerentiam ei exhibebunt.

Quantum ad sensum metaphoræ erat præcipua ratio, quòd filius mitteretur: quia vinea ista talis erat, ad fructus cuius requirendum, non solùm serui mittendi erant, sed etiam filius Dei: nihil enim illi facerent, nisi filius Dei mitteretur, cuius vinea est: ideo nouissimè post seruos ipse mittitur, vt pro requirēdo fructu vineæ moriatur: & ista fuit causa, quare non in principio misit filium, sed in fine, vt videntes pessimi agricolæ mala, quæ in seruos domini exercuerant, erubescerent, & a filio abstinerent: sic dicit Chrysosto. Quare autem filiū non confestim misit? respondet, vt ex his, quæ ad alios fecerant, seipsos accusarent, & furorem dimittentes verecundarentur.

Quomodo paterfamilias dixit: Verebuntur filium meum. Quæstio CLXXXIIII.

QVAERETVR, quomodo paterfamilias dixit: Verebuntur filium meum.

Dicendum, quòd ad metaphoram pertinet causa, & ad sensum metaphoræ. De primò patet: quia a principio missi fuerant serui, qui erant personæ nullius honoris: & ita non erat mirum, quòd nullus eis exhiberet honor: filius autem erat honorabilis, quia erat hęres, & filius domini: ideo verisimile erat, quòd erubescerent faciem eius, & honorarent ipsum.

Secundò, quia magis timerent in filio, quàm in seruis: nam occisis seruis poterant sperare veniam aliquam a domino vineæ, sed occiso filio, nulla venia cogitari poterat: ideo agricolas uerisimile erat, non audere mittere manum in filium. Et ista fuit causa, quare occisis tot seruis, & vulneratis adhuc dominus vineæ ausus est mittere filium, quasi nihil mali passurū. Quantum ad significationem metaphoræ causa accipitur aliter. Aliqui enim dicunt, quòd Deus, qui est iste paterfamilias mittens filium suum, dixit, verebuntur filium meum per ironiam. i. certum est, quòd non verebuntur, sed sicut occiderunt seruos, ita & illum occident. Sed dicendum, quòd non stat, quia cùm istud ponatur hic, tanquam causa mittendi filium, scilicet, verebuntur eum, non diceretur per ironiam, sed vel totaliter taceretur, ne obstaret ei, quod in litera ponitur, vel poneretur vt causa missionis. Alij ergo dicunt, quòd Deus misit filium suum sciens quid peccatores acturi erant circa eum, et tamen dixit, verebuntur filium meum: quia licèt quidam non veriti sunt eum, scilicet illi, qui Christum crucifixerunt: tamen alii agnoscentes eum crediderunt in ipsum, & de istis intelligitur. Sic dicit Origenes: Illud quidem, quod ait, verebuntur filium meum, videtur esse impletum in illis Iudæis, qui intelligentes Christum crediderunt in eum. Alii dicunt, quòd hoc dicitur ex parte Dei, verebuntur filium meum: non quasi Deus nesciret quid in Christo filio suo futurum erat, cum dicatur, quòd Christus sciebat omnia, quæ ventura erant super eum, Ioan. decimo octauo capitulo, sed quia ostendit, quid homines agere deberent: nam licet verum est, qnòd illum occisuri erant, tamen non decebat hoc fieri, sed potius ꝙ eum nimis venerarentur, & ob hoc dicit: verebuntur filium meum, idest, quia filius meus est, deberent eum valde vereri, et honorare. Sic dicit Chrysostomus: Hoc dicit annuncians quid fieri debebat, quoniā oportebat eos verecundari, per hoc enim vult ostēdere peccatum eorum magnum, et omni excusatione priuatum. Alii dicunt, quòd Deus sciens, quid passurus esset Christus, non dixit affirmatiuè non verebuntur filium meum,

quasi ex hoc videretur iniecisse necessitatem sic fa-
ciendi, sed dixit verebuntur: quia licèt ita futurū erat,
quòd non vererentur, tamen in potestate eorum erat
vereri. Sic dicit Hieronymus: Quod dicit, verebuntur
filium meum, non de ignorātia venit. Quid enim ne-
scit paterfamil. qui hoc loco Deus intelligit, sed sem-
per ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini
reseruetur. Isti duo modi vltimi respondendi sunt
conuenientes.

*Quare dixerunt agricolæ, hic est hęres, venite occida-
mus eum. Quęst. CLXXXV.*

QVAERETVR, quare dixerunt agricolæ, hic
est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit
hęreditas. Quomodo enim hoc credebāt, quia etiam
mortuo illo non deuoluebatur ad eos hęreditas.

Dicendum, ꝙ pertinet ad metaphoram, & ad signi
ficationem: de metaphora causa est: verum est enim
quòd non deuoluebatur hęreditas ad colonos mor-
tuo herede, cùm alij essent, qui illi succedere poterāt,
& debebant, & dato quòd aliàs ius aliquod istis com-
petere posset, eo ipso quòd occidebant hæredem, pri-
uabantur iure succedendi ei: sed hoc putauerunt co-
loni: quia dominus vineæ absens erat, & fuit multis
temporibus peregrè. Luc. 20. & credebant eum non
venturum: & si nunc occideretur ille, qui hęres erat,
putabant quòd nemo alius curam ageret de hæredi-
tate illa, & ita ad eos pertineret. Quantum ad signifi-
cationē causa est, quia coloni vineæ istius erant prin-
cipes sacerdotum, seniores, scribæ, & pharisæi, qui ho-
norem, & emolumenta recipiebāt de ista vinea, cùm
omnia iura sanctuarij reciperent, & multa alia extor-
querent, & quando prophetæ venerant dissuadebant
peccata istorum, sed cùm Christus venit, qui erat hę-
res ad quem vinea pertinebat, idest populus, & illum
transferre volebat a vitijs prioribus, per quod sacerdo
tum principes, & alij putabant, quòd honor ipsorum
& status minueretur: crediderunt, quòd si Christum
occiderent, qui erat filius Dei, & ad quem pertinebat
magis quàm ad præcedentes transferre vineā ad bo-
num statum, & accipere fructum illius, quòd nemo
post ipsum veniret, qui eos super peccatis suis mole-
staret, sed manerent in honore, & statu suo, & hoc e-
rat fieri suam hæreditatem, idest, quòd pacificè ma-
nerent in ea nullo perturbante: & hoc aliquo modo
alludit verbis Caiphæ, scilicet, expedit, vt homo vnus
moriatur pro populo, ne tota gens pereat. Et illud:
Ne fortè veniant Romani, & tollāt locum nostrum,
& gentem. Hoc autem erat si dimitterent eum libe-
rè agere petendo fructum vineæ, scilicet, quòd totus
mundus crederet in eum: & tunc venirent Romani,
& tollerent locum eorum, & gētem. Ioan. vndecimo
capitulo. vt ergo non fieret hoc, voluerunt eum occi-
dere, vt sic maneret sibi secura vinea, scilicet, non cre-
deret mundus in eum, & consequenter neque Roma
ni tollerent eis locum, & gentem: sic dicit Chrysosto.
Postquam introiuit in templum, & vendentes anima
lia, quę ad sacrificium pertinebant foras eiecit, tunc
præcipuè cogitauerunt eum occidere: dicebāt enim
intra se, necesse est, vt populus per istum dimittat con
suetudinem hostiarum, quæ ad nostrum pertinent lu
crum, & acquiescat offerre sacrificium iustitiæ, quod
ad gloriam pertinet Dei: & sic iam non erit populus
iste possessio nostra sed Dei: si autem occiderimus
eum, dum non est, qui fructum iustitiæ a populo quę
rat, semper durabit cōsuetudo offerendarum hostia-
rum, & sic populus iste erit semper nostra possessio:
& hoc est, quod dicunt, nostra erit hæreditas. Hæc est
cogitatio communis omnium sacerdotum carnaliū,

F qui nō sunt soliciti, quomodo populus viuat sine pec-
cato, sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur: & hoc
æstimāt sacerdotij sui lucrum. Alij dicunt, quòd sa-
cerdotes dicebant: Et nostra erit hęreditas, quia vole-
bant impedire occidendo Christum fidem, quæ in
gentilibus multiplicanda erat, vt maneret iustitia, quę
ex lege erat. sic dicit Rabanus: Hęreditatem eo occiso
percipere moliebātur Iudæi cùm fidem, quæ per eū,
est extinguere, & suam magis quam ex lege est iusti-
tiam preferre ac gentibus imbuendis conabantur in-
serere. Sed dicendum, quòd pręcedens sensus est me-
lior: quia principes non aduertebāt, nisi ad vtilitatem
suam, quòd autem iustitia legis præcelleret ad fidem
quam Christus prædicabat, nihil attinebat ad eos, si ni-
G hil aliud inde sequeretur. Item, quia principes sacer-
dotum nesciebant, an fides gentilibus prædicanda es-
set, quia Christo viuente non fuit prædicanda, imò ip
se vetuit prędicari, supra decimo: In viam gentium ne
abieritis, & ad ciuitates Samaritanorum ne introieri-
tis, sed potius ite ad oues, quæ perierunt, ideo motiuū
suum erat, ne auferretur eis honor, & potestas, quæ
per Christum videbantur auferenda, si totus populus
in eum crederet.

*Quare ad occidendum hęredem eiecerunt eum extra
vineam. Quæst. CLXXXVI.*

QVAERETVR, quare ad occidendum hęre-
H dem eiecerunt eum extra vineam.

Dicendum, quòd in hoc videtur esse varietas: quia
hic dicitur, quòd apprehensum eum eiecerunt extra
vineam, & occiderunt: & ita pręsupponitur, quòd fi-
lius intrauerat in vineam ad petendum fructus, & agri
colę volentes eum occidere prius eiecerunt eum de
vinea: & tunc foris occiderunt eum: sed Marc. 12. c. di-
citur, ꝙ apprehendentes eum occiderunt & eiecerūt
extra vineam, & sic innuitur, quòd intra vineam fue-
rit occisus. Sed dicēdum, quòd verum est, quòd prius
eiectus sit de vinea, & foris occisus sit. Primò, quia hoc
est verisimilius, quàm ꝙ intra vineā eum occiderent.
Secundò & efficacius, quia Lucas concordat cū Mat-
theo. Dicitur enim Luc. 20. c. & eiectum illum extra
I vineam occiderunt. Tertiò, quia omnes doctores co-
nantur reddere causam, quare extra vineā occisus sit:
ideo oportet intelligi, quòd verè fuerit occisus extra
vineam. Cùm autem Marcus dicit quòd apprehendē
tes eum occiderunt, & extra vineam eiecerunt: nō in-
tendit dicere, ꝙ prius occiderint quàm eiecerint, sed
quòd occiderint, & eiecerint, licèt ex ordine locutio-
nis potius deberet dici, quòd prius occisus fuerit quā
eiectus, & ista assereremus, si solus hoc Marcus dice-
ret: quia tamen constat, ꝙ prius fuerit eiectus, quàm
occisus, debet teneri sententia verborum Marci: sed
non ordo eorum.

Supposito autem hoc dicendum, quòd causa per-
tinet ad parabolam, & significationem. De primo di-
K cendum, quòd fortè agricolæ fecerunt hoc, quasi o-
stendentes non pertinere hęreditatem ad illum: ideo
viuentem illum foras eiecerunt, & ibi occiderunt.
Secūdò & melius, quia fortè agricolæ occidentes illū
extra volebant innuere, quòd nō occiderant eum, vt
euaderent periculum. Si autem intra vineam occide-
rent manifestum erat, quòd ipsi eū occidebant: ideo
extra occiderunt, vt aliquam occultationem criminis
sui habere possint.

Quantum ad parabolam causa fuit, quia Christus
extra vineam suam occisus est: & accipiunt quidam
vno modo vineam pro populo. Nam domus Israel
vocatur vinea Dei, Isa. 5. c. Et quia nō fuit occisus a Iu-
dæis, sed traditus est gentibus ad iudicandū eū morti, &
exequen-

exequendum dicitur extra vineam occisus. Sic dicit Theo.s. Fortè magis ꝓpriè dici potest, ꝙ occidit quidem eum populus extra vineam.i.extra manus populi passus est dominus.s.quia populus non proprijs manibus ei necem intulit, sed tradens eum Pilato & gentibus. Secundò exponunt quidam quòd extra vineam passus est, inquantum eum alienum a vinea reputauerunt, scilicet, nihil habentem in vinea, & occiderunt. Sic dicit Origenes: Eiecerunt eum extra vineam, scilicet, tale mihi videtur, quantum ad se alienum eum reputauerunt a vinea & colonis: Et ista reputatio erat, quòd non putabant vineam ad eum pertinere: vel ꝙ eum asserebant non esse de vinea domini, idest, de populo, qui dicitur vinea translata de Aegypto: Psal.79. sed quòd erat Samaritanus, & iste est tertius modus. Tertiò accipiunt aliqui, ꝙ extra vineam eiecerunt, in quantum in ipsis erat expellebant de seipsis, compellentes fugere de populo Dei, & transire ad gentes per sequendo eum: nam licèt ipse hoc non fecerit propter persecutionem: ipsi tamen dabāt ei occasionem ad hoc. Sic dixit Dauid contra Saulem, quia cogebat eum fugere ad terram Philisthinorum. 1.Reg.26. Si dominus incitat te contra me, odoretur sacrificium: si autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, vt non sim in hæreditate domini, dicentes. vade & serui dijs alienis, scilicet, dant mihi occasionem seruiendi dijs alienis, eijciendo me de terra. Sic dicit Hieron. Eiecerunt eum extra vineam, idest, extra plebem dicentes, Samaritanus es, & dæmonium habes: vel quia quantum in se erat a suis eum finibus excludentes gentibus suscipiēdum dederunt. Quartò accipiunt alij vineam pro scripturā. Et dicunt extra vineam, idest, extra scripturam occisum Christum, scilicet, quia non credentes Iudæi scripturæ, quæ de Christo testimonium perhibebat, Ioā.5. occiderunt eum. Sic dicit Theo. Quidam autem per vineam scripturam intellexerunt, cui non credentes dominum necauerunt, vnde extra vineam, idest, extra scripturam dicitur dominus passus. Quintò potest accipi eiectus extra vineam.i.mentes Iudæorum, quæ erant vinea domini: quia prius illi de mentibus suis eum eiecerunt, quā illum occiderent. Nam nō occiderēt nisi eiecissent. Sic dicit Beda: Eiectus extra vineam, & occisus est: quia prius est ab infidelium corde repulsus, & deinde cruci addictus est. Sextò dicendum, ꝙ accipitur extra vineam occisus.i. extra vrbem: nam extra Ierusalē passus est: erat enim Ierusalem vinea domini, quia ibi erat templum, & tota legalis obseruatio, & extra vrbem eiectus est ad occidendum. Nam baiulans sibi crucem exiuit in eum locum, qui dicit Caluariæ locus, Io.19.c.& hoc Chrs facere voluit, qa ipse offerebatur pro peccatis nostris in hostiā Deo: hostia aūt, quę pro peccato populi occiditur, extra castra crematur. Leui.4.c. Ideo Christus, vt hoc in seipso ostenderet, voluit extra portam pati. Sic dicitur ad Hebrę.13.c. scilicet, Quorum.n.aīalium infertur sanguis, pro peccato in sancta per pōtificem, horum corpora cremant extra castra: ꝓpter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portā passus est: & iste est verus sensus. Sic dicit Theophylactus: Eiecerunt eum extra vineam.i.extra Ierusalem, extra ciuitatem quippe crucifixus est dominus, & idem tenet Beda.

An Christus responderit parabolæ, quam proponebat, vel principes sacerdotum, aut alij.
Quæst. CLXXXVII.

QVAERETVR, circa istam responsionem ad parabolam, an ipsemet Christus respōderit parabolæ quam proponebat, vel responderint principes sacerdotum, aut alij.

Dicendum, ꝙ discordia quædam apparet in hoc in verbis Euangelistarum: quia Matthæus ostendit hic, ꝙ principes responderunt: dicit enim. Aiunt illi, malos malè perdet: sed Marcus, & Lucas videntur ostendere, ꝙ Christus potius respōderit sibiipsi: quia Mar. 12.c. dicitur, ꝙ Christus dixit, quid ergo faciet dominus vineę, & sequitur: veniet, & perdet colonos, & ita questio & responsio sunt eiusdem.

Dicendum videtur, ꝙ principes sacerdotum dixerunt, veniet & perdet colonos, sicut Matthæus vult. Nam ipse asserit, ꝙ illi hoc responderūt, ideo necesse est asseri, ꝙ hoc respōderint: & ēt hoc erat conueniēs B ad hoc, ꝙ ipsi ore suo condemnarentur. Ad Marcum autem dicendum, ꝙ etiam Mar. idem sensit, sed locutus est breuiter, & oportet suppleri, ꝙ illi.i.principes hoc dixerunt: nam ait, quid faciet dn̄s vineę? veniet, & perdet colonos. Illud verò, qd faciet dn̄s vineę, manifestū est, ꝙ dixerit Christus, vt colligitur ex præcedentibus: sed illud.s.veniet & ꝑdet colonos non dicit Marcus quis dixerit, & ideo poterat dici, ꝙ ipsemet Christus, hoc sibiipsi responderit: vel alius hoc dixerit, qui non exprimatur, & quia Mattheus expressit, quis illud dixerit, oportet Marcus exponi per Matthæum. Secundò dicunt aliqui, ꝙ verum est, ꝙ principes sacerdotum hoc rn̄derunt, sicut Mattheus dicit: & tn̄ Marcus videtur attribuere hoc Christo: quia ista respōsio C est vera, & omne verum a Christo est, cùm ipse sit veritas. Ioan.14.c. sic dicit Augu. lib. de Concor. Euangelista.s.& quidem Mattheus illos rn̄disse subiungit, atque dixisse, malos malè perdet, quod Marcus hic non ab ipsis responsum esse commemorat, sed dn̄m post interrogationem suam, ipsum sibi quodammodo respondisse: Sed facile potest intelligi, vel illorum vocē ita subiunctam, vt non imponeretur illi respōderunt, aut illi dixerunt, sed tamen intelligeretur: aut ideo rn̄sionem istam dn̄o potius attributam: quia cùm verū dixerunt, & de illis hoc ipse respondit qui veritas est. Tertiò dicunt alij, ꝙ verum est, quòd Christus respōdit sibiipsi sicut Marcus innuit, & principes responderunt hoc Christo, sicut Mattheus expresse hic asserit, D & non est contrarietas: qa potuit esse, ꝙ Christo querēte, qd faciet dn̄s vineæ: respōderint statim principes dicentes, malos malè ꝑdet. Et postq̄ illi rn̄derint Chrs resumpserit eorum verbū, quasi ipse ꝓponat qōnem, & rn̄deat. Primum posuit Mattheus: s̄m tenuit Marcus. Sic dicit Chryso.s. Nō est hoc contradictionis, etenim vtraq; facta sunt: quia.s.ipsi primò hoc rn̄derunt, & postea dn̄s illa iterauit. Sed prima de istis tribus positionib⁹ est melior: Tertia ēt potest teneri aliqualiter. Secunda verò nō est verisimilis, qa eodem modo oīa vera, quę aliqui asserunt diceret Christus dixisse: & ita tolleret certitudo historiarum. Sed adhuc videtur, ꝙ nulla istarum trium positionum stet, ꝙ non solum nō rn̄derunt principes istud: sed potius contradixerunt talis E responsioni. Sic patet Luc.20.s. Quid ergo faciet illis dn̄s vineæ? veniet, & ꝑdet colonos istos, & dabit vineā alijs: quo audito dixerunt illi, absit. Et ita manifestè ostendit Lucas, ꝙ Christus quęsierit, quid faciet dn̄s vineę, & ipsemet responderit dicens, veniet, & ꝑdet colonos istos, & tunc principes audientes sententiam istā eius dixerint absit.i.non erit sicut dicis, vel non debet esse sic. Dicendum, ꝙ potest dici vno modo.s.principes sacerdotū, statim audientes parabolam considerātes consequentiam rerum, & non aduertentes ꝙ contra eos diceret, dixerunt veniet, & ꝑdet colonos, sicut dixit Mattheus, & Marcus: postea verò considerantes, quòd contra eos caderet ista sententia, quasi emēdantes dictum suū dixerunt, absit, idest, non erit sic sicut crede-

credebamus: & illud Lucas expreſſit, & ex ambobus
plena narratio colligitur: ſic dicit Theophylactus, ſci-
licet, Mattheus videtur aliter dicere, quam Lucas, id-
eſt, dominum quęſiuiſſe quid faciet cultoribus vineæ
dominus: Iudæos verò reſpõdiſſe, malos malè perdet.
Non eſt autem repugnantia: nam vtrunq; factum eſt.
Primò enim ipſi promulgauerunt illam ſententiam,
poſtea ſentientes, quo tendebat parabola, dixerunt,
abſit, ſicut Lucas narrat. Sic etiam dicit Chryſoſt. Do-
minus propter hoc eis parabolã propoſuit, vt ipſi non
intelligentes contra ſe ſententiam proferrent, ſicut &
ad Dauid per Nathan factum eſt: rurſus autem intelli
gentes contra ſe eſſe, quæ dicta ſunt dixerunt, abſit.
Secundò dicunt quidam, quòd principes vtrunque re
ſponderunt, ſcilicet, malos malè perdet, vt ponit Mat- G
thęus, & etiam abſit. Et ſimul hoc reſponderunt, licèt
contradictio ſit pro eodem tempore, & tamen pri-
mum dixerunt in corde videntes conſequentiam re-
rum. Secundum dixerunt in ore apertè repugnantes
veritati, quia contra eos erat. Primum ergo, quod in
corde erat, poſuit Mattheus, ſecundum quod in ore
poſuit Lucas. ſic dicit Chryſoſt. Lucas quidem ſecun-
dum reſponſionem eorum narrauit: Mattheus verò
ſecundum reſpõſionem cordis. Nam verè viſibiliter
quidem in facie contradixerunt, dicentes abſit: in con
ſcientia autem ſuſceperunt dicentes, malos malè per-
det, ſicut cùm homo deprehenſus fuerit in malo, ver
bis quidem excuſat, intus autem cõſcientia recogno-
ſcit. Tertiò poteſt dici, quòd vtraque reſponſio, ſcili-
cet, malos malè perdet, & abſit, fuerit a Iudęis ore pro
lata, ſed non ab eiſdem: erãt enim aliqui bono animo
ſe habentes ad Chriſtum, ſcilicet populares, qui vide-
bant non eſſe parabolam contra eos, & iſti reſponde-
runt veritatem, dicentes, malos malè perdet: alii qui
malè ſe habebant ad Chriſtum, vt principes ſacerdo-
tum videntes contra ſe eſſe parabolam, dixerunt ab-
ſit, hoc tenet Auguſtinus lib. de Concor. Euangeliſta.
dicẽs: Sed illud magis mouet, quòd Lucas nõ ſolùm
eos hoc non reſpondiſſe dicit, verum etiam contra-
riam retuliſſe reſponſionem. Ita enim narrat: quo au-
dito, ſcilicet, hac ſententia ex ore domini prolata, dixe
runt, abſit. Reſtat ergo, vt intelligamus in plebe, quæ
audiebat, quoſdam reſpondiſſe illud, quod Mattheus
commemorat, & quoſdam id, quod Lucas dicit, id-
eſt, abſit: hoc autem ſatis rationabile eſt: qa licèt Chri-
ſtus iſtam parabolam dirigeret contra principes ſacer
dotum in condemnationem eorum, vt dicitur infra
in litera, & melius Mar. 12. ſcilicet, principes ſacerdo-
tum, & phariſęi quærebant eum tenere, ſed timuerũt
turbam: cognouerunt enim, quòd ad eos parabolam
hanc dixerit: tamẽ non dicebat præſentibus illis ſolis,
ſed etiam toto populo. Sicut dicitur Luc. 20. quòd cę-
pit ad plebem dicere parabolam hanc de vinea, & ita
tam populus, quàm ſacerdotum principes reſponde-
re potuerunt: & hoc etiam Auguſtinus ibidem refert.
Etiam dicendum, quòd prima & tertia reſponſio, cir-
ca hoc ſunt conuenientes: ſecunda autem non eſt ve-
riſimilis: nam cùm aliquis reſponderet aliquid foris,
etiamſi teneret aliud interius non teſtaretur euange-
liſta eum reſpondiſſe id, quod corde credebat, cùm fo
ris contrarium expreſſerit voluntariè ſic reſpondens,
ſed limitaret dicendo, quòd iſta reſponderit in corde
ſuo, vel exprimeret, quid in ore, & quid in corde re-
ſponderit: ſicut euãgeliſtę interdum teſtantur de eo,
quod in corde eſt: ſicut ſupra in litera de principibus
ſacerdotum. ſ. quòd dicebant intra ſe, ſi dixerimus de
cęlo &c. & tamen Mattheus abſolutè dicit, ꝙ Chriſto
quærente quid faciet dominus vineę, dixerunt illi: ma
los malè perdet, ideo oportet dici, ꝙ iſta fuerit rñſio in
voce: & ſic ſecunda reſpõſio non multum ſtat. prima

F autem, & tertia ſatis conuenit: & tñ prima videtur cõ-
uenire magis literę Matthęi hic, & dictis noſtris ſupra,
quia ſupra innuitur, ꝙ Chriſtus loquebatur ad princi
pes ſacerdotum: litera autem dicit hic, aiunt illi: malos
malè perdet; ideo videtur de principibus ſacerdotum
iuxta primam expoſitionem accipiendum. Si autẽ ve-
limus tenere tertiam, quam tenet Augu. eſt dicendũ,
ꝙ reſponderunt illi, quibus Chriſtus nũc loquebatur:
& quia non ſolùm locutus eſt principibus, ſed etiã co
ram plebe, & ad plebem, vt dicitur Luc. 20. reſponde
runt aliqui de plebe id, quod hic dicit Matthæus, ſcili-
cet, malos malè perdet; poteſt tamen teneri vtraquę
expoſitio duarum.

Quare iſti reſponderunt malos malè perdet.
Quæſtio CLXXXVIII.

QVAERETVR, quare reſponderunt iſti, ma-
los malè perdet.
Dicendum, ꝙ pertinet hoc ad parabolã, & ad ſigni-
ficationem, de parabola manifeſtum eſt. Nã iſti agri-
colę noluerunt reddere fructus aliquos de vinea, & in-
ſuper occiderant ſeruos & filium dñi, & ideo pro pri-
mo merebant̃, ꝙ vinea auferret̃ ab eis, & daretur alijs,
qui fructum redderent temporibus debitis. Pro ſecun
dò digni erant multis ſupplicijs, qui rem tam ſceleſtã
exercuerant: ita iſti ſequentes rationem vtrunq; diffi-
nierunt. ſ. malos male perdet, & agricolas, qui fuerunt
H mali in occidendo filium, & ſeruos dominus perdet. i.
occidet malè. i. crudeliter: quia multis erant digni cru
ciatibus, cùm talia egiſſent. Et vineam ſuam alijs loca-
uit agricolis. ſ. quia iſti non reddebant fructum terræ
debitum. Quantum ad ſignificationem dicendum, ꝙ
etiam duo diffinita ſunt cõtra principes ſacerdotum,
& alios qui erãt agricolæ huius vineę, primum quòd
perirent: ſecundum quòd vinea traderetur alijs. Pecca
uerant. n. primò, quia toto tpe hoc noluerant reddere
fructum iuſtitię, neq; inducere populum ad hunc fru-
ctum Deo reddendum, ſed auaritiæ ſtudebant extor-
quentes quidquid poterant, & detinentes populum i
hac vmbra cęremoniarum, vt ſemper ipſi lucra de his
càperent. Si quis verò ad veram iuſtitiam hortari vel-
lent, non ſolùm non obtemperabant, ſed & auertebãt
I populum ab eo, vt non crederẽt monitis ſalutis: ne ſic
diſcederent a cõſuetudine offerendarum hoſtiarũ, &
impenſione ſoliti honoris. Secundò peccauerãt occi-
dendo ſeruum, & filium: qa Deus miſerat prophetas
multos ad dicendum & exhortandum, vt auerteretur
populus a malo, & redderet Deo fructũ iuſtitiæ: prin-
cipes autem ſacerdotum, & ſeniores, & phariſęi vidẽ-
tes illos hortari contra intentionem ſuam, occidebãt
eos, & nouiſſimè Chriſtum Dei filium vnigenitũ oc-
ciderunt. Pro primo ergo, ꝙ ablata fuit vinea de ma-
nibus iſtorum principum, & tranſlatus fuit principa-
tus in alterum modum. ſ. in modum eccleſiaſticũ, vbi
non ſunt principes illi, qui erant in veteri teſtamento,
K neq; aliqua emolumenta capiunt. Pro ſecundo fuit
crudelis eis immiſſa hoſtilitas Romanorũ, qui come-
derunt Iacob, & locum eius deſolauerunt, non ſolùm
principes, ſed etiam totam gentem quæ inuẽta fuit in
Ieruſalem peccatis ſuis exigentibus, illos comminuit,
delentes, occidentes, vendentes, diſperdentes, & locũ
ipſum a fundamentis eruentes, vt impleretur verbum
Chriſti: Luc. 19. c. ꝙ nõ relinqueretur in Ieruſalem la-
pis ſuper lapidem. De hoc dicit Theoph. Dominus er-
go vineæ eſt pater filij interempti, & ipſe filius inter-
fectus, qui perdet colonos tradens ipſos Romanis, &
vineã. i. populum dabit alijs colonis. i. apoſtolis: perle-
gas actus apoſtolorũ, & inuenies tria millia, & quinq;
millia repente credentium & fructificantium Deo.

Applicatio

Applicatio istius parabolæ in speciali, quo ad singulas eius partes. Quæst. CLXXXIX.

QVAERETVR, de applicatione parabolæ istius in speciali. Dicendum, quòd dicitur homo paterfamilias plantare vineam, & iste est Deus qui plantauit vineam, sed vocatur homo tam propter parabolæ conuenientiam, quia ille, qui vineam plantaret homo esset, tam propter attributionem. Nam Deus solet vocari homo propter cōmunicationem in actibus rationis cum homine: & ita Christus loquitur de patre suo, tanquā de homine Io. 8. dicens, quòd nō est solus, sed pater est cum eo, & in lege scriptum est, ꝙ duorum hoīum testimonium verum est, & ita se, & patrem suum vocauit duos homines: & ēt B dæmon, qui non est homo, vocatur homo propter communicationem rationis. supra 13. capit. inimicus homo superseminauit zizania. Ille tamen, de quo Christus intellexit, est diabolus, qui seminauit zizania super triticum, de quo dicit Chrysosto. Homo dicitur Deus, nomine, non natura, similitudine non veritate: vocauit eum etiam patrēfamilias, & rectissimè. Non enim putauit Christus satis esse Deum conditorem vineę nominare hominem, nisi & patremfamilias vocaret, quia paterfamilias curam gerit familię, & est nomen potestatis, regiminis, prouidētiæ, & solicitudinis. Et hoc fuit conueniens Deo in pręsenti: nam inquantum fruct⁹ ex vinea quęrit, & seruos, & filium mittit, solicitudinem de vinea habet: & ideo prouidētia eius C ostenditur, ad quam designandam debuit vocari paterfamilias vineam plantauit: quę autem sit vinea ista multi variant, & tamen non videtur esse alia vinea, nisi populus Iudæorum: sic enim scriptura solet eum vocare vineam. Ps. 79. Vineam de Aegypto transtulisti. i. populum Israel, & Isa. 5. vbi ponitur parabola cantici cōtra vineam dicit propheta exponēs se, vinea domini exercitiuum domus Israel est, & viri Iuda germen delectabile eius. De hoc dicit Ambrosius super Lucā: Plerique autem varias significationes de vineę appellatione deriuant, sed euidenter Isa. vineam Domini Sabaoth domum Israel esse memorat. Dicitur, quòd plantauit eam, & rectè. Non enim ab alio donatam accepit, aut emit, sed plantauit, quia populum Israel D Deus condidit. Etiam ipse fecit ptimò, vt esset sibi in vineam, quando dando legem accepit eum in populum, & vt ipse eis esset in Deum. Exodi 19. cap. & non fuerat ante hoc populus ille vinea alicuius, quia nulli specialiter fuerat subditus, sed ipse ab origine istum populum sibi separauit, & Abraham, qui fuit caput separans gentem hanc à cœteris populis: vel dicitur, quòd plantauit vineam, quia plantare significat radices in terrā ponere: Deus autem sic fecit firmiter ponendo Israelitas in terra Chanaan; & ideo plantasse eos dicitur. Sic accipitur Psal. 79. scilicet, vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eā. Dicitur, quòd sepe circundedit eam, quod aliqui de muro vrbis accipiunt: nam, vt dixi supra quæstio. 89. Christus extra vineam passus est, idest, extra Ierusalē: E & ita sepes vineæ murus vrbis fuit, qui ex speciali Dei dono factus est: nam per captiuitatem Babylonicam rupto, & deiecto toto muro ad terram, non potuit obtineri licentia ad reficiendum, & instaurandum sine speciali Dei munere: Neemias enim orabat, & lugebat, & ieiunabat, vt Deus daret gratiam obtinendi hæc à Dario rege, siue Artaxerse: Neemiæ. 1. & 2. c. & dedit sibi dominus gratiam, vt inter quatuor iuuenes sapientes sententia eius esset excellentior: & ita rex dixit ei, quòd peteret quod vellet, & petiuit, quòd ædificaret muros Ierusalem, & cōcessum est. secundo Esdræ quarto capitulo, etiam in instauratione fuit

A magna difficultas, quæ sine Dei dono non poterat superari impedientibus omnibus vicinis eorum instaurationem hanc, ita vt medietas eorum faceret opus, & medietas teneret lanceas essentque armis accincti, Neemię quarto capitulo: & ideo Deus specialiter dicitur dedisse muros Israel, idest, sepem. Alij volunt, quòd sepes dicatur custodia angelorum, quia præter hoc, quòd cuilibet viro, idest animæ datur vnus angelus, vt ait Hieronymus, dantur populis angeli, qui sunt custodes populorum, & respiciunt ad bona publica: & ita Iudæi habuerunt custodiam angelicam: erat quippè Michael vnus de principibus ipsorum. Daniel decimo capitulo: Gabriel quoque agebat causam ipsorum contra principem Persarum. eodem capitulo, de hoc dicit Hieronymus: Sepem circundedit ei: idest murum vrbis, vel angelorum præsidia. Alij dicunt sepem præsidia, quæ recipiebat populus iste ex meritis patrum iustorum, qui in eo fuerant: sic dicit Chrysostomus: Sepem intellige custodiam patrum iustorum, qui tanquam murus facti sunt populo Israel. Alij vt Nicolaus accipiunt sepem pro clausura legis sub determinatis præceptis: quod etiam intelligi satis potest: sed potius Deus ponit hic ea, quæ pertinent ad beneficium, quàm ad arctationem. Sed dicetur, quomodo Deus ponit hic tanquam beneficium custodiam angelorum: quia hoc generale est, & omnibus hominibus, & populis Deus hoc concedit, sicut de gente Persarū patet: erant enim illi idolatræ, & tamen Deus dederat illis angelum principem, qui procuraret negocia eorum contra principes Iudæorum. Daniel decimo capitulo. Dicendum vno modo, quòd etiam de eis, quæ naturaliter habentur, gratiarum actiones reddendæ sunt. Nam ista naturalia vocamus, quia omnibus conceduntur: Deus tamen nobis illa liberè, & non ex necessitate aliqua donat: de omni autem tali gratiarum actio reddenda est: vita enim communis est omnib⁹: & tamen de vita est reddenda gratiarum actio, quia in manibus eius est flatus noster. Daniel quarto. Et mala, & bona, quæ viuentes patimur, & recipimus. Psalmo trigesimo: In manibus tuis sortes meæ sunt. Secundo potest dici, quòd licèt dare angelos custodes sit commune: tamen dare angelos, qui multum, aut parum custodiant est speciale. Quidam enim valde custodiuntur, ita vt nulla mala ad eos penetrent. Alij verò tam remissè custodiuntur, quòd videntur penitus destituti: Deus autem Iudæis concesserat angelos, qui eos ab omni malo illæsos seruarent, quamdiu in cultu Dei manere vellent iuxta illud Psalmi nonagesimi: Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et si contingat cadere eum, qui sic custoditur, adhuc angeli obseruant, nè cadens lędatur. Psalmo 36. Apud dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius volet, cùm ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Erat igitur magnum beneficiū, quod Deus tales angelos custodes Iudæis daret. Dicitur vltra, quòd ædificauit in ea torcular: aliqui esse volunt prophetas torcularia, quia spiritu Dei quasi quodam musto pleni erant. Sic dicit Hilarius, scilicet, Prophetas quasi quædam torcularia aptauit, in quos multi modo quædam vbertas Sancti Spiritus feruentis influeret. Alij verba Dei torcularia dicunt a torquendo, quia torquetur homo illa custodiendo Psalmo decimosexto. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Sic dicit Chrysostomus. Torcular est verbum Dei, quod cruciat hominē contradicente natura carnis. Alij ꝑ altari accipiūt quod in templo erat, velut in quo torculari sanguis omnium

imolandorum animalium fundebatur, & ita accepit Hieron. & Beda, & est conueniens modus: vel pro prophetis, vt supra dictum est, accipitur: quia sicut in torculari exprimitur succus, quem vua tenet: ita & in prophetis doctrina legis magis exprimebatur. Turrim quoque ædificauit, quam aliqui volunt esse templum, quod intra vineã, idest, vrbem Ierusalem erat, idest, in loco eminentiori, & etiam in modum turris formatum, sic dicit Chrysost. Turris est templum, de quo dicitur per Micheam, & turris nebulosa filię Syō. Alij accipiunt per turrim excellentiam legis: nam reddebatur populus valde excellens habendo talem legem. Sic dicitur Deuteron. 4. capitulo, scilicet: Quæ est alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? vel quia turris est alta, & est ad speculandum inde aliquid: ita Iudæi per legem poterant speculari aduentum Christi. Sic dicit Hilarius. in turre eminentiam legis extruxit, quæ in cœlum ex solo egressu proueheret, & ex qua speculari Christi posset aduentus. Alij autem aliter ea accipiunt permutando aliqua de dictis: Sic ait Hieronymus: Vinea domus Israel est: sepes est custodia angelorum: lacus lex: turris templum: agricolæ sacerdotes. Beda autẽ dicit: Sepes murus est vrbis, lacus siue torcular altare, aut illa torcularia, quorum tres psalmi titulo prænotantur. Dicitur, quòd locauit eam agricolis. Bene dicitur locare vineam agricolis: iste paterfamilias, qui præcedenti capitulo, operarios dicitur conduxisse in vineam suam. Sic dicit Beda: Homo, qui plantauit vineam ipse est, qui iuxta aliam parabolam conduxit operarios in vineam suam: sed isti coloni, quibus locata est vinea, sunt principes sacerdotum, & sacerdotes, & leuitæ, & legisperiti, & huiusmodi, ad quos cura populi erudiendi circa legem Dei, & religionem incumbebat, & qui profectum spiritualem in eis quærere debebant. Sic dicit Eusebius: Colonis, idest, senioribus populi, principibus sacerdotum, doctoribus, & optimatibus cunctis. Et Chrysostomus dicit: Quando, scilicet per legem constituti sunt sacerdotes, leuitæ & procurationem regendi populum acceperunt, coloni facti sunt, & vinea eis locata est.

Alij dicunt, quòd colonus huius vineæ est quilibet. Sic dicit Theophy. scilicet: Quilibet de populo est vinea, & idem est cultor: quilibet enim nostrum seipsum colit. Sed dicendum, quòd iste sensus non conuenit huic parabolæ: quia tunc eadem esset vinea, & agricolæ, sed repugnat parabolæ sententia, & conclusio: quia agricolæ perduntur, & vinea committitur aliis agricolis: ergo alia est vinea quàm agricolæ.

Secundò, Christus loquebatur ista contra principes sacerdotum, & seniores, & scribas, & non contra populum, vt patet infra in litera. & Marc. 12. Et propter hoc ipsi soli eum occidere volebant, & niterentur efficere, nisi populum timuissent: ergo soli illi erant, qui vocantur coloni, & quibus vinea auferenda est, vt aliis detur agricolis. Dominus vineæ peregrè profectus est, scilicet, Deus: non quidem, quòd nobis aliquo tempore absens sit, cùm nulla sit res cui præsens non sit: sed quia cùm ad eum pertineat pro malis pęnam, & pro bonis inferre retributionem, quam nunc raró, & tardè infert, dicitur absens esse: tunc autẽ esse præsens dicetur, quando pro delictis faciet vindictam. Et dicitur absens: quia cùm dominus vineam istam ita diligat, si præsens esset, non sineret eam malè tractari, & occidi seruos & filium: quia si pater familias sciret non sineret perfodi domum suam: Luc. 12. cap. Et agricolæ scientes pręsentem dominum, & superincumbentem eis, & singulos eorum actus inspiciẽtem, non auderent talia qualia fecerunt. Absens ergo vide-

F tur cùm talia permittit, & libero arbitrio nostro locũ esse sinit. Sic dicit Hiero. & Theophyl. Peregrè profectus est non loci mutatione, neque enim Deus alicubi abesse potest, quo conplentur omnia: sed abire videtur a vinea, vt vinitoribus liberum operãdi arbitriũ derelinquat. Chrys. Etiam dicit peregrè profectus est, idest, longanimitatem habuit non semper eorũ peccatis pęnas inducens, sed Luc. 20. dicitur, ꝙ fuit peregrè multis diebus, scilicet, a principio legis datæ vsque ad aduentum Christi, & immissionem Romanorum super Iudæos. Nam tunc paterfamilias venit, quando malos malè perdidit, & vineam suam aliis locauit: & tamen colonos perdidit missis exercitibus Romanis super Iudęos: ideo longo tempore peregrinatus est: &
G hoc ponitur ad ostendendum magnitudinem culpæ colonorum: quia quanto diutius tolerati sunt, tanto culpabiliores effecti', qui fructũ nullum domino reddiderunt. Sic dicit Ambro. super Lucam: Nõ fuit peregrè, quia ad locum ex loco profectus est dominus, qui vbique semper præsens est, sed quia pręsentior est diligentibus, negligentibus autem abest, multis autẽ temporib⁹ absuit, ne propera videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior peruicatia. Alij putant peregrinationem referri ad corporalem absentiam, sed quia ex quo Deus se ostendit in rubo, in specie ignis, nũquam postea visus est vsque ad Christũ. Sic dicit Cyrillus, Deus absentauit se a vinea plurium annorum curriculis: quia postquam visus est
H in specie ignis descendens in montem Syna, non amplius visibiliter præbuit eis suam pręsentiam. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, omne tempus erat tempus fructuum huic vineæ, quia non materiales, sed fructus iustitiæ redditura esset. Sed dicit cum esset tempus fructuum ad imitationẽ vineę materialis, quæ certis temporibus, & non aliis fructum reddit, & bene omne tempus est fructunm: quia etiã omni tempore mittuntur, qui fructum petant, & procurent. Et vt quidam volunt dicitur tempus fructuũ, & non prouentuum: quia fructus est, quem vinea gignit. Prouentus est reddit⁹, qui dño datur de vinea: & quia nihil dño de vinea datum est, non fuit tp̃s prouẽtuum, sed reddituũ. Sic dicit Beda, & Rabanus, Tẽpus
I fructuum posuit non prouentuum: quia nullus fruct⁹ est populi contumacis, sed satis p̃t dici, ꝙ dixit tempus fructuum. i. in quo colligunt̃ fructus de vinea. Sic innuit Luc. s. & in tp̃e vindemiæ misit ad cultores seruũ, vt de fructu vineæ darent illi. Et non dixit vt darent illi fructum vineę. s. totum, sed de fructu vineę. i. aliquã partem illius. Sic dicit Theophy. De fructu vineę, quia non totum fructum volebat, sed aliquid de fructu: nã quid lucratur Deus a nobis, nisi suam notitiã, quę etiã est nostra vtilitas? sed quia Matthęus dicit hic, vt acciperent fructus eius: Luc. dicit aliquid de fructu. Sic soluitur, quia Matthęus vocat fructus. i. p̃uentus, vel redditus, scilicet omnes prouentus, quos de vinea habere debebat. Lucas autem accepit fructus pro eis, qui in
K vinea gignuntur, & illi non erant totaliter dandi dño: quia tunc nihil haberent agricolæ de labore suo. Et agricolæ apprehensis seruis, alium cęciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt. Isti serui sunt prophetæ, quos misit Deus ad prædicandum Iudæis: & hoc erat fructum ab eis repetere: quia per doctrinam suam hortabantur eos ad spiritualia, & ad cauenda vitia. Sic dicit Chrysostomus: Seruos dicit prophetas, qui offerunt quasi sacerdotes Deo populi fructus, idest, obedientiæ ostensionem per opera: quòd autem dicit cęsos, occisos, lapidatos ad literam est intelligendum: quia omnes prophetas persequebantur Iudæi. Sic dixit Stephanus, Actuum 7. cap. Quem prophetarum non persecuti sunt patres vestri, & occiderunt

eos

eos qui prenunciabant de aduentu iuſti. Et hoc etiam tangit apoſtolus ad Hebr. 11. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſionem gladij dati ſunt. Cęſi autem dicuntur, qui percuſſi non mortui ſunt, vel nõ ſtatim: ſicut Ieremias catenatus multa ſuſtinuit ĩ veſtibulo carceris: Iere. 37. et 38. c. & tunc non occiſus eſt, ſed ſolùm mala paſſus, & ab eis liberatus: quia ciuitate irrupta per Chaldæos, ſolutus eſt de carcere per Nabuzardam principem exercitus Chaldæorum, & data eſt illi licẽtia eundi, quò vellet: Ieremiæ 39. et 40. capitulo. Lapidati ſunt aliqui, vt Naboth. 3. Reg. 21. & Zacharias propheta, quem lapidauit rex Ioas ſecundo Paralipome. 24. capitulo. & Ieremias quoque poſtea in Aegypto a Iudæis lapidatus eſt. Occiſi autem ſunt plurimi, vt Iſaias diuiſus ſerra per medium. Nam Achab rex Iſrael, & Iezabel impijſſima vxor eius occidebant omnes prophetas domini, ita vt nemo palam inueniretur: ſed Abdias diſpenſator regis paſcebat eos in locis occultis quinquagenos, & quinquagenos. 3. Reg. 18. & Helias conquęſtus eſt de hoc. 3. Reg. 19. capit. ſcilicet. Domine altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt, & relictus ſum ego ſolus, & quærũt animam meam. Sic etiam Manaſſes occidit multos prophetas. Nam dicitur 4. Reg. 21. quòd effudit ſanguinem innoxium multum in Ieruſalem, & repleuit eam vſq; ad os. De his dicit Hieronymus: Cęciderũt quidem, vt Ieremiam: occiderunt quidem, vt Iſaiam: lapidauerunt, vt Naboth, & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus. In hoc apparet Dei benignitas: occidebant Iudęi prophetas, quos ipſe mittebat ad eorum vtilitatem, & ipſe non ceſſabat adhuc mittere: ſed quando aliquos occidebãt, plures alios mittebat: quia maior eſt Dei benignitas, quàm humana iniquitas. Sic dicit Chryſoſt. per ſingulos autem gradus Iudaicæ malitiæ Dei miſericordiæ addebatur: & per ſingulos gradus diuinæ miſericordiæ malitia Iudęorum creſcebat, & ſic contra Dei clementiam malignitas humana certabat. Dicitur autem, quòd miſit plures prioribus: quia a principio miſſionis prophetę pauciores erant, poſtea verò multi erant, ita vt eſſent greges prophetarum, ſicut cum Samuele. 1. Reg. 10. & 19. ca. Et cum Eliſęo erant multi filij prophetarum, & Elia. 4. Re. 2. et 4. et 6. c. ſic dicit Hilarius: Miſſi autem ſunt plures prioribus, illud tempus deſignat, quo poſt ſingulorum prophetarum prædicationem plurimus ſimul numerus prophetantium emiſſus eſt. Alij intelligunt per primos nuncios Moyſen & Aaron, qui cęſi, lapidati, & occiſi ſunt lingua nõ opere, ꝑ alios multo plures ſignificantur omnes prophetæ poſteriores. Sic dicit Rabanus: Primi ſerui, qui miſſi ſunt, ipſe legiſer Moyſes intelligitur, & Aarõ primus ſacerdos Dei, quos cęſos flagello linguæ vacuos dimiſerunt: quomodo autem applicetur litera ſecundum Marcum, qui ponit primo, & ſecundò et tertiò ſeruos miſſos, qui illi ſint declarabitur Mar. duodecimo. Nouiſſimè autem miſit filium. Verè nouiſſimè, quia poſt Chriſtum non fuit miſſus aliquis propheta ad Iudęos: licèt enim poſt Chriſtum multi prophetæ fuerint in eccleſia, vt innuitur Actuum. 11. et 1. Corint. 14. & ſemper maneãt in ea aliqui vſque ad finem ſęculi: ad Ephe. 4. cap. Tamen ad Iudęos nullus poſtea propheta miſſus eſt, neque mittetur: quia iam ſunt vt deſerti a Deo, et ceſſauit ſtatus eorum: neque eſt aliqua ſpes de illis, niſi ad Chriſtum conuerti voluerint. Et eſt cauſa potiſſima, ne eum, qui poſt Chriſtum mitteretur, Chriſtũ eſſe putarent, & daretur eis occaſio ad fouendum errorem ſuum.

Dei benignitatis oſtenſio.

Chryſoſt.

Quare Deus poſt omnes prophetas miſit filium ſuum, & non in principio. *Quæſtio CXC.*

SED dicetur, quare Deus poſt omnes prophetas miſit filium ſuum, & non in principio?

Dicendum, ꝙ hoc conuenit ad rationem parabolę & ſignificationis. De parabola patet, quia paterfamilias voluit facere circa colonos quidquid potuit, vt eos ad bonum conuerteret: & quia licèt nõ audierant ſeruos, poterat eſſe, quòd attenderent ad filium propter dignitatem illius, miſſus eſt filius poſt ſeruos. & hoc dicit litera, ſcilicet, verebuntur filium meum. Eſt etiã ratio ex parte ſignificationis: quia tunc filius debuit mitti, quando magis eum erubeſcerent, & facerent, quod ille vellet: in principio autem non ita attenderent, quia nullum erat malum cuius conſideratio eos retraheret ab vlteriori agendo. Poſt ſeruos autem occiſos conſideratio malorum, quæ fecerant eos retrahere debuiſſet, vt a filio abſtinerent. Sic dicit Chryſo. Quare autem non confeſtim filium miſit? reſpondit, ſcilicet, vt ex his, quæ ad alios fecerant ſeipſos accuſarent, & furorem dimittentes verecundarentur. Secundò fuit, vt ſufficienter appareret culpa colonorum, & daretur eis ſufficiens tempus pęnitudinis, occiſo enim filio, tantũ erat ſcelus, quòd non diu erat differenda vindicta: & ita ſi filius a principio mitteretur, & occideretur ſtatim daretur vltio de agricolis, & daretur vinea alijs, & ita pauco tempore erudirentur, & expectarentur, quod non conuenienter fieret: fuit ergo conuenientius, quòd mitterentur prius multi ſerui, ideſt, prophetæ, & illos occiderent, et ita magis admonerentur, et magis eſſet peccatum ſuum intolerabile, vt occiſo filio ſtatim eſſet tempus vltionis.

Tertiò, quia Deus dedit ſtatum legis Moyſi, vt aliquanto tempore duraret: filius autem veniens mutaturus erat ſtatum illum ad alium, ideo non debuit ſtatim venire, ſed poſt longum tempus a datione legis, & ita interim multi prophetæ mitterentur, & occiderentur. Quartò, quia filius erat magni honoris, cũ eſſet Deus, & debuit ſibi dari honor decens, quando veniret, non daretur autem ſi ignoraretur aduentus eius, & quis eſſet: ideo debuit notificari antequam veniret: iſta autem notificatio per prophetas fieri debebat, ideo debuerunt præcedere prophetæ ad Chriſti aduentum: nam ſi non præcederent prophetæ, & ipſe veniret, eumq; occiderent, culpam ſuã ſub ignorantia excuſarent, dicentes, quòd quia neſcierant occiderant, ideo non ſolùm prophetæ multi debuerunt præcedere, qui eum notificarent: ſed etiam debuit aliquis venire, qui eum ad oculum oſtenderet, iſte fuit Ioannes baptiſta. Quintò fuit propter nos: quia filius veniens daturus erat nouum ſtatum, qui erat excellens, ad quem non erant apti homines, qui a principio erant imperfecti, ſed debebant erudiri ſub alio ſtatu minus perfecto ad Deum pertinente, vt poſtea ad ſtatum perfectum transferrentur: & ideo debuit durare aliquanto tempore lex Moyſi, & ita eſſet tempus mittendi prophetas multos antequam mitteretur filius. Hoc ſignificat apoſtolus ad Galatas quarto, Comparans ſtatum veteris teſtamenti, & noui ſicut pueri & viri. Non ergo debuit ſtatim mitti filius, ſed poſt multa tempora, in quibus iam miſſi eſſent prophetæ: quando autem miſſus eſt filius, dixit pater: verebuntur filium meum: quomodo hoc dixit, cùm non veriti fuerint eum, declaratũ eſt ſupra: agricolæ autem videntes filium, ſcilicet ſacerdotes, & ſeniores, qui agricolæ dicuntur, videntes Chriſtum, qui erat filius, dixerunt, hic eſt hęres. Rectè in hoc dicebant: quia verè erat cùm eſſet filius: et in hoc innuit, ꝙ Iudęi cognouerũt Ieſũ eſſe filiũ Dei, vel eſſe Meſſiã,

In q. 187.

Iudæi cognouerũt Ieſum Dei eſſe filium vel Meſſiã.

de quo infra dicetur. Venite occidamus eum. Istud, venite, significat consilium, quod inter se Iudæi de Christo habuerunt, vt illum occiderent. Nam conuenerunt principes sacerdotum, & seniores, & scribæ, & pharisęi, & cōsilio habito diffinierunt de morte illius, infra vigesimosexto. & Mar.14. & Ioan.11. Et habebimus hęreditatem eius. s. quia Christo occiso putauerunt tenere in perpetuum illum populum subiectum sibi ad auaritiam suam, vt expositum est supra. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam. s. quādo eis accusantibus comprehensus, & rentus est, & ipsis tradentibus eum Pilato adiudicatus est morti: & ad hoc fuit eiectus de vrbe. Nam extra portam passus est, ad Hebræ.13.capit. Cùm ergo venerit dominus vineæ. i. Deus, aduentus eius significat aliquam nouam operationem ipsius, & ita quando de aliquo vindictam sumere vult, dicitur venire: & ita iste aduētus fuit, quando Deus voluit pęnam inferre Iudæis pro hoc malo occisionis filij: & fuit hoc quando Romanas acies misit contra Iudęos. Quid faciet agricolis, idest, quam pęnam infliget. Et dicunt illi, malos male perdet. Ita factum est, quia miserabiliter consumpti sunt, qui manserunt in obsidione Ierusalem, scilicet, fame, gladio, & peste. Et vineam suam alijs locabit agricolis. s. populum Iudaicum, & quemcunque pertinentem ad cultum suum, transtulit ad alterum principatum. s. qualē nunc ecclesia habet, in qua nullam partem principatus habet illa vetustas sacerdotum, & seniorū, & scribarum cum cæremonijs suis.

Quomodo de eadem vinea tot parabolæ ponuntur, & tam variæ, cùm videantur ad eandem rem pertinere.
Quæstio CXCI.

QVAERETVR, quomodo cùm de vinea ponatur parabola in scriptura, & videatur ad eandem rem pertinere, tam variè de ea dicatur. Nam pręcedenti cap. ponitur parabola de vinea, & paterfamilias conducit operarios ad illam omni hora, & eis retributionem dat: hic autem agricolas culpat, & perdit: & Isa.5.cap. de vinea ponitur parabola, & ibi vinea accusatur, quia fructus non fecerit, quia expectata, vt daret vuas fecit labruscas: agricolæ autem nō accusantur, hic autem in parabola vineæ non accusatur vinea quasi fructus non dederit, sed culpātur agricolæ, quasi de fructibus eius dare noluerint: & ita in prima parabola, neque vinea, neque cultores culpantur. In secunda autem vinea sola. In tertia autem soli cultores, qd ergo de eadem re, tam variè asseritur.

Dicendum, quòd omnes istæ sunt parabolæ, & in parabolis non accipitur id, quod dicitur sub propria significatione, sed quòd vult intelligere vtens parabola: & ideo contingit eandem rem accipi in diuersis parabolis ad contrarias significationes, & non est verè contrarietas: quia contrarietas non est, nisi in sensibus literalibus, in quibus est veritas & falsitas. In parabolicis autem & mysticis, licet facere ad placitum, & quid quid dicatur, non erit verum neque falsum, cùm non fuerit illa intentio scriptoris sacræ scripturæ. De hoc dictum est latè supra 13.cap. vbi de vsu parabolarum declaratum est: & ita in istis tribus parabolis de vinea, diuersimodè accipitur vinea: & ideo consequenter oportet varia in parabola dici. In prima parabola pręceden. cap. accipitur vinea pro iustitia, vel pro ecclesia catholica: & tunc conuenienter dicitur, quòd paterfa. idest, Deus vocet ad eam colonos quosdam, quos inuenit: quia omnem hominem incitat ad bonum: & quia omnem hominem vult saluum fieri, & neminē vult perire, sed venire ad agnitionem veritatis. 1.Tim. 2.cap. & omni hora vocat vsque ad finem diei, quia

F vsque ad finem sęculi semper Deus incitat homines, vt veniant ad colendum iustitiam, & efficiātur de ecclesia catholicorum, extra quam nemo saluari potest. extra de summa Trin. c. firmiter. & hic non potest accusari vinea: quia est ecclesia catholicorum, quæ sancta est sine macula, & ruga. ad Ephes.5. Vel est iustitia, quæ etiam est clarissima virtutum. 5. Ethi. etiam agricolæ non increpantur, quia ibi agitur de retributione laborantium in obseruatione iustitiæ, vel intra vnitatem ecclesiæ: talium autem est labor bonus, & necessario est fructus gloriosus: ideo nō potest increpari ibi vinea, neque agricolæ. In secunda parabola accepit propheta vineam pro tota domo Israel, & partes huius vineæ erant omnes Israelitæ, siue principes, siue sa-
G cerdotes, & leuitæ, siue populus. Sic dicitur Isa.5. Vinea domini exercituum, domus Israel est, & viri Iuda desiderabile germen eius: & ob hoc non poterāt esse distincti cultores a vinea, sed quilibet erat pars vineæ, & cultor, sicut dicit Theophy. & quia sic est, quòd populus Israel non reddebat domino fructus bonorum operum: rectè dicitur, quòd vinea expectata est, vt faceret vuas, fecit autem labruscas: & non poterat esse ibi quærela contra cultores, quia non ponuntur cultores distincti a vinea. Et ratio quare non fuerunt distincti in parabola illa cultores a vinea, fuit, quia aut non deberet increpari, neq; vineæ cultores, aut sola vinea, vel soli cultores: Nam si vinea, & cultores simul culparentur, culpa vnius minueret, & excusaret culpam
H alterius: quanto enim vinea esset deterior in se, tanto excusabiliores essent agricolæ, quia diceretur, quòd non ex culpa eorum, sed ex vineæ sterilitate prouenerat fructuum defectus: si agricolæ accusarentur, excusaretur culpa vineę: quia diceretur, quòd non obuenerat culpa vineæ defectus fructuum, sed culpa colonorum, qui non coluerant vineam, & ita non debebant simul culpari omnes. Si autem vellet culpare quosdā, bene conueniebat distinctio, & tamen Deus volebat ostendere, quòd omnes Israelitæ peccabant contra ipsum tam principes, quàm populus, & conuenienter omnes redarguere: ideo non debuit distinctio fieri vineæ & agricolarum, sed omnes sub nomine vineæ cōprehensi sunt, & ita vinea increpatur ibi: agricolæ aūt
I non poterant increpari, quia non ponuntur ibi aliqui. In ista tertia parabola accipitur vinea pro populo, vt distinguitur a principibus, & senioribus, & scribis, atq; pharisæis: Agricolæ autem vocantur principes, & cęteri nominati, & non accusatur hic vinea, sed soli cultores: quia de populo, qui est vinea multi credebant in Christum, & libenter sequebātur eum, sed principes impediebant populum increpando eum, quia sequebatur Christum: vt patet Ioan.7. quando pontifices, & pharisęi iusserunt ministris tenere Christum. Et cū audissent verba illius noluerunt tenere ipsum. Quibus redeuntibus dixerunt principes, & pharisæi: quare nō adduxistis eum? Dixerunt ministri: nunquam sic locutus est homo, sicut iste homo. Et dixerunt Pharisæi:
K Nunquid & vos seducti estis? nunquid aliquis ex principibus credit in eum, aut ex pharisęis? Sed turba hęc quę non nouit legem maledicti sunt. Et ista fuit causa, quare hic distinguerentur vinea, & agricolæ: nam cùm Deus vellet quosdam increpare, & non alios, debuerunt potius increpari principes, qui contra Christum erant: & quia isti curam gerebant de populo, rectè agricolæ dicuntur. Et ita non est inconueniens, q variè dicatur de vinea in diuersis parabolis, iuxta varias conceptiones eius, qui format parabolas. *Dicit illis.* Hic ponitur secundum, in quo Christus confirmat parabolam suam per sacram scripturam. *Nunquam legistis in scripturis?* quasi dicat, vos cùm sitis periti in lege, deberetis hoc sæpe legisse. Nā hoc habetur psal.117.

Lapidem

[A] *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.* Scilicet ille lapis non inueniebatur aptus pro loco, ad quem fuerat politus, neque pro alio: ideo reprobabatur ab ędificantibus, quaſi pro nihilo habendus. *Hic factus eſt in caput anguli.* Ideſt, poſitus fuit lapis iſte in capite anguli. ſ. in cōſummatione parietum in angulo, vbi duo parietes iungebantur. *A domino factum eſt iſtud.* Ideſt, non factum eſt illud per errorem artificum, ſed per voluntatem diuinam, quę voluit, vt lapis ille reſeruaretur pro loco illo meliori, & in conſummatione operis. *Et eſt mirabile in oculis noſtris.* Scilicet, quomodo lapis ille totiens reprobatus, & qui nō fuerat factus voluntate artificum pro capite anguli, ſed pro alio loco, coaptaretur capiti anguli: maximè, q̨a iam erat reprobatus ab artificibus, quaſi in nullo loco ponendus eſſet. [B] *Ideo dico vobis.* Ideſt, quia ita eſt, ꝙ lapis reprobatus conſtitutus eſt in capite anguli, & ille lapis ſignificat me. *Auferetur a vobis regnum Dei.* Ideſt, ſtatus cultus diuini, qui eſt nunc ſub poteſtate veſtra, cùm vos ſitis principes ſacerdotum, auferetur a vobis. i. nō erit in poteſtate veſtra de cætero. *Et dabitur genti.* Scilicet, dabitur alijs principibus. i. apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, qui nunc eccleſiam Dei regunt. *Facienti fructus eius.* Scilicet, propter hoc auferet̃ a vobis regnum Dei, ideſt, vinea iſta, vel principatus eccleſiæ: quia non reddidiſtis fructus, quos petebat Deus. Dabitur ergo principatus alijs hominibus, qui tales fructus agant, quales vult. ſ. regētes populum ſibi commiſſum ad veram iuſtitiā, non ſuperbientes in ſubditis, neque extorquentes, aut [C] auaritiæ ſeruientes, qualia vos exercebatis. *Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum.* Hic oſtendit, quòd non loquitur de lapide ad literam, ſed de lapide ſignificato, & eſt ipſemet. Nam lapis, de quo ſcriptura loquebatur in templo Salomonis fuit, & ſuper illum nemo caderet, ſed loquitur de ſeipſo, qui lapis eſt per metaphorā, licèt iſte non eſt hic ſenſus myſticus, ſed literalis, quia literalis eſt ille, quem intendit ſignificare per literam conditor eius: Chriſtus tamen loquens, hic noluit intelligere per lapidem iſtum nūc aliquam petram, ſed ſeipſum: ideo in ſenſu literali ſignificat ipſummet. *Confringetur.* Confringi eſt lędi: & tamē non rumpi, vel comminui. *Super quem verò ceciderit, conteret eum.* Ideſt, ſi lapis iſte ceciderit ſuper aliquem, comminuet eum [D] in partes minutas, & illa eſt maxima lęſio. Conditio lapidis eſt: ſi quis enim ſuper aliquem lapidem magnū impingens ceciderit, lędetur: & tamen ſi lapis ſuper aliquē ceciderit multo magis lędetur: & deſignatur iſta differentia per confringere & conterere: quia conterere ſignificat partes minutiſſimas: confractio autem ſolam lęſionem: & eſt ſenſus, ille ſuper lapidem Chriſtum cadit, qui ſuper illum eſt: qui autem ſuper illum eſt fundatur ſuper eo, & ita ſignificantur per hoc credentes, qui Chriſtum pro fundamento habent: ſic dicitur. 1. Corin. 3. fundamentum enim aliud nemo ponere poteſt præter id, quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus. Cadit autem ſuper Chriſtum, quicunque non p̨dita fide peccat in actione cuiuſcunque generis ſit, & iſte confringitur. i. læditur, quia peccat mortaliter, & [E] eſt dignus morte æterna: & tamen non eſt magnum vulnus, ſed ſolùm confractio, eo quòd cùm fides maneat, poteſt faciliter peccatum tolli, cùm quis ad Chriſtum ingemuerit: ſuper illum verò cadit lapis. i. Chriſtus, qui ſub ſe non habet Chriſtum, ideſt credit minimè in eum: & ita non habet eum pro fundamento, & quia nō habet eum ſub ſe, neceſſe eſt, vt habeat ſupra ſe. i. quòd eum, quem non tenet vt fundamentum, teneat ſupra ſe vt dominum, & paueat, vt vltorem: tunc autem lapis cadit ſuper hominem, quando peccat in fide: quia tale peccatum irremediabile eſt. Cum. n. non credat, non poteſt inuocare clementiam pro delicto ab eo, quem Deum eſſe non putat, & ideo dicit̃, quòd qui non credit iam iudicatus eſt. ſ. quia non poteſt peccatum illius remitti, Ioan. 3. & ideo iſte conteritur, quia penę æternę irremiſſibiliter adiudicatur, quæ eſt maxima lęſio, cùm nulla maior ſit. *Et cum audiſſent principes ſacerdotum.* Hic ponitur concluſio parabolarum. ſ. quòd indignati ſunt, & voluerunt occidere Chriſtum iſti principes, quibus Chriſtus parabolas loquebatur. *Et phariſæi.* Iſti enim ſemper erant cum principibus ſacerdotum contra Chriſtum. *Parabolas eius.* Scilicet, iſtas duas parabolas immediatè poſitas: vnam de duobus filijs, aliam de vinea, & agricolis. *Cognouerunt, quòd de ipſis diceret.* Verè enim de illis loquebatur prænuncians mala eis ventura: & illi hoc intellexerunt, quia non loquebatur obſcure. *Et quęrentes eum tenere.* Ideſt capere, & incarcerare, vel occidere. *Timuerunt turbas.* Scilicet, feciſſent hoc niſi ꝑpter turbas, quæ erant ei pręſentes, & audiebant verbum eius. *Quoniam ſicut prophetam eum habebant.* Scilicet turbæ venerabantur Chriſtum, vt prophetā. Et ideo non permitterent, quòd ſacerdotes, vel alij mitterent manum in eum.

Quomodo pertineant ad propoſitum Chriſti iſta, quæ inducit hic. Quæſt. CXCII.

QVAERETVR, quomodo pertineāt ad propoſitum Chriſti iſta, quæ inducit hic.

Dicendum quòd multipliciter: primò, quia vult Chriſtus contra principes ſacerdotum inducere, & q̨a locutus fuit contra eos in parabola ſub nomine agricolarum: nunc inducit ſcripturam, in qua loquat̃ contra eos ſub nomine ædificatorum: & quanto pluribus modis quis increpatur, tanto eſt maior increpatio. Secundò Chriſtus vult facere ſuas increpationes efficaces, & quia Iudæi multum credebant ſacræ ſcripturæ, plusquàm quibuſcunque rationibus, cùm in ſcriptura putarent ſe vitam æternam habere; Ioan. 5. erat potiſſima argumentatio cōtra eos ex ſcriptura: & ob hoc quandocunque Chriſtus inuehit̃ contra eos, ſcripturam aliquam ſemper allegat. Nunc autem inuenit ad propoſitum ſuum illud dictum: ideo allegauit. Tertiò, quia licèt Chriſtus induxerat parabolam de vinea, & agricolis nondum ipſe dixerat, quod intendebat contra principes, ſed ſolùm illi reſponderant ad parabolam: intendit autem illud cōcludere. ſ. auferetur a vobis regnum cęlorum, & dabitur genti facienti iuſtitiam eius, & quia iſtud erat res magna: ideo allegauit ſcripturam, ex qua etiam hoc concluderetur: & ideo dicit illis, nunquam legiſtis in ſcripturis. quaſi dicat, vos iam hoc legiſtis, & ideo non debetis admirari de eo, quod inferam.

Quid fuerit lapis iſte, de quo Chriſtus hic loquitur: & quomodo eſt credibile, quòd ſic reprobaretur. Quæſt. CXCIII.

QVAERETVR, de iſto lapide, quem Chriſtus ponit, ſcilicet: lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, quid fuerit.

Dicendum, quòd ad literam intelligitur illa ſcriptura de quodam lapide poſito in tēplo Salomonis: formauerant enim ædificatores lapidem quendam pro certo loco, & non fuit conueniens illi: deinde voluerunt ponere eum in alio loco: neque fuit cōueniens, & cum id tentaſſent in multis locis efficere, nulli loco potuit coaptari. Quapropter fuit ab eis penitus reprobatus, vt in nullo loco poneretur, & tandem in cōſummatione templi inuentus eſt locus pro illo lapide, ſcilicet, ꝙ ille fuit vltimus lapis claudens ædificium templi, qui fuit poſitus in angulo contingentiæ duorum

parietum

parietum in parte suprema. & dicitur, ꝙ hoc factũ est à Domino, qui voluit, ꝙ aliquis lapis contemneretur & reprobaretur, qui postea collocaretur in optimo loco, & non accidit per errorem ædificatorum: & ita fuit ad significandum aliquid vt dicitur sequenti quęstione. Sed dicetur, quomodo est verisimile, ꝙ hoc acciderit. s. quòd lapis pro aliquo loco factus non cõueniret illi? & ideo tentarent artifices sæpe illum aliis locis coaptare, & non possent, & sic reprobarent illũ? Nam si non conueniret illi loco, ad quem fuerat formatus poterat sculpendo, & poliẽdo statim aptus reddi ad quemcunque locum artifices vellent: & non oportebat tentare neque reprobare quasi inutilem cũ possent eum cuicunque loco aptum reddere dolẽdo ipsum.

Mirabile, ꝙ contingit in ædificatione templi Salomonis.

Dicendum, ꝙ hoc procedit pro tanto, quia ad ostẽdendum quandam excellentiam ædificationis templi Domini factum est, ꝙ neque ligna secarentur, neque dolarentur in loco templi: neque lapides polirentur, aut cęderentur: sed longe in montibus vbi cędebantur ligna dolabantur, & reddebantur ad mensuras, & figuras suas determinatas: & perforabantur in locis vbi concatenatione clauorum opus erat: lapides quoque in montibus cędebantur, dolabantur, quadrabantur, poliebantur, & ad figuras suas reddebantur: ita vt postq̃ ponerentur ad locum ædificij, nihil opus esset in eis facere, sed solùm ponere in locis suis tam lapides quàm ligna, & clauos mittere in locis, in qbus iam foramina facta extiterant: & tam diligens, & exacta, imò & exactissima fuit ista operatio facta in mõtibus, & lapidicinis, quòd nihil fuit opus postea dolari neque secari in ædificatione templi. Et ita factum est mirabile, quòd cùm ædificaretur templum non fuit audita serra, neque malleus in domo Domini 3. Reg. 6. s. Malleus, & securis, & omne ærametũ non sunt audita ĩ domo Domini, cùm ædificaretur. Nec obstat cùm alij dicant, s. quòd erat sanguis cuiusdam vermis, quem Salomon inuenerat artificio ciconicarum, de quo linea facta super lapidem, vel lignum scindebatur per locum assignatum. Non est enim verisimile: primò quia dato quòd aliquid tale fuisset, ista q̃ sunt sic preciosa sunt rara. Quis ergo tantam sanguinis huius vermis copiam inueniret ad figurandos, & finiendos singulos lapides, & singula ligna per omnia loca, cùm essent velut infinita ligna, & lapides pro tanto ædificio? Secundò, quia dato, quòd esset copia huius sanguinis, velut aquę, nõ videbatur sufficere, quia hoc esset ad scindẽdum ligna, & lapides per lineã rectam: sed non ad poliendum, & planandum: quantumcunque enim lignum aliquod s̃m lineam rectam scindatur, indiget politione, quæ est opus runcinæ. Omnia autem ligna, quæ ponebantur in templo Domini polita erant, cùm esset opus preciosum: & non relinqueretur aliquid rude, & imperfectum in tali ædificio: iõ sanguis ille fabulosus non sufficeret ad faciendum quidquid in lignis, & lapidibus fieri deberet: sed esset insuper necessaria politura, quę fieret cũ ferramẽtis. Tertiò, & precipuè, quia hoc falsum est: nam scriptura asserit lapides quadratos, & dolatos ab artificibus electis, & ligna eodem modo. sic patet 3. Reg. 5. capit. scilicet: præcepit rex, vt tollerent lapides grandes in fundamentum templi, & quadrarent eos, quos dolauerunt cementarij Salomonis, & cementarij Hiram. porro Giblij parauerunt ligna, & lapides ad ędificandum domum Domini. Ergo non fuit facta cęsio, & collatio per sanguinem vermis, sed opere quadratario à cementariis. Et quod plus est, quia vt ista fieret, apertè iussit Salomon eligi artifices alios sapientiores, quàm essent in terra Israel. s. Sidonios, qui erant egregij in arte cęsoria lignorum: & pro his rogauit Salo-

Sidonij ægregij artifices in cędendis lignis.

F mon Hiram regem, Tyri, vt cæderent ligna, dicẽs: scis, quòd non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cędere sicut Sidonij 3. Regum 5. & 2. Paralipomenon 2. Quartò, & adhuc efficacius, quia quando reddit causam huius magnæ rei. s. quòd non auditus fuerit malleus, neque securis: non dicitur, quòd fuerit propter sanguinem alicuius animalis: neque etiam, ꝙ acciderit ex miraculo: sed ponitur causa. s. quia antequã adducerentur lapides, & ligna ad locum ædificij, erant quadrata, & polita: & nihil opus erat nisi locare ea in suis locis. sic dicitur 3. Regum 6. cap. s. Domus autem cũ ædificaretur de lapidibus dolatis, atq; perfectis ędificata est: & malleus, & securis & omne ferramentũ non sunt audita in domo domini cùm ædificaretur:

G & ita asserit lapides, de quibus dom⁹ ædificata est fuisse dolatos, idest quadratos, & perfectos, idest politos. s. quòd nihil vltra in eis necessarium erat: ergo nõ erãt cæsi cum sanguine, sed opere artificum cęsi, dolati, & leuigati, atque politi. Et de lignis idem est iudicandum: & ista ponitur causa quare securis, & malleus, & serra, & ferramenta alia non audita sunt in domo Domini: quia lapides quando illuc ducebantur, erant dolati, & perfecti. His suppositis stat, quod dicitur de reprobatione lapidis multũ verisimile. s. quia ædificatores dolauerũt omnes lapides in montibus, quot necessarij erant pro templo, & ducebant eos in nauibus, vel in curribus ad locum ædificandi templi: & dũ poliebantur in montibus aptabatur quilibet lapis pro lo-

H co suo: & ita iam nullus lapis erat poliendus neq; cędendus in Ierusalem: sed ponebantur in locis illis, pro quibus in montibus fuerant quadrati. Lapis ergo ille, qui reprobatus est, politus fuerat, & aptatus pro certo loco: & quando debuit poni in illo non inuentus est conueniens, & quia non erant ponendi lapides nisi in locis pro quibus aptati fuerant, quando dolati sunt: non debuit postea dolari, quia fortè impediret, & turbaret totam habitudinem cęterorum, qui ad certum modum sculpti fuerant, & dolati: sed vt non maneret lapis ille inutilis cum non inueniretur aptus pro loco ad quem designatus fuerat dũ in montibus cęderetur: nitebantur artifices quęrere an aliis locis conueniret sic vt erat: sed eum dolare non ausi sunt, vt tollentes locum alterius lapidis turbarent to-

I tam habitudinem: & ideo reprobauerunt eum quasi iam nullo loco vtilem, vt in nullo loco poneretur: sed accidit, vt cęteris lapidibus positis in locis suis, inueniretur aptus lapis iste ad ponendum in vltimo loco, scilicet vt clauderet angulum duorum parietum in summitate ipsorum: & hoc est, ꝙ fieret in caput anguli. Si autem lapides quadrarentur in loco templi, si lapis factus conueniens pro loco vno non aptaretur ei, nõ quæreretur an conueniret aliis sępe, sed fieret alius pro loco ipso: quia tamen nulli lapides ibi cędebantur, sed in lapidicinis omnes fuerant quadrati ad mẽsuram, & regulam: quærebatur locus pro illo quousque reprobatus est, & postea positus est in capite

K anguli.

Quomodo conuenit ad prodositum Christi istud, quod est inductum de lapide angulari.

Quęst. CXCIIII.

QVAERETVR, quomodo conuenit ad propositum istud, quod inductum est de lapide angulari. Dicendum, ꝙ hoc modo conuenit: quia Christus vult hic probare minorem propositionem argumenti sui præcedentis. Dixerat enim supra, quòd agricolæ, qui occiderant filium & seruos, perdendi essent, & ista erat propositio inducta ex parabola sua, & arguit sic tacitè: illi agricolæ, qui nolentes reddere fructum

A fructum occiderunt filiũ Domini, & seruos, perdendi sunt: sed vos estis isti agricolæ, qui filium, & seruos occidistis: ergo perdemini, & vinea dabitur in alienam potestatem. Primam propositionem induxit Christus ex præcedenti parabola, & cõcesserunt eam: imò ipsi protulerunt eam quærente Christo sententiam ipsorum: conclusionem verò ponit Christus inquantum dicit, auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti faciẽti iustitiam: minorem ergo probat. s. ꝙ isti erant, qui filium occiderant, vel occisuri erant, & innuit tacitè, quòd ipse erat filius, & erat occidendus ab eis, & quia negarẽt fortasse eum esse filium, ostendit per istam auctoritatem . s. vos reprobatis me, quasi ad nihil sim bonus: fiet ergo de me, sicut de lapide reprobato ab ædificantibus. B Illi enim reprobauerunt lapidem volentes aptare locis inferioribus, & postea inuentum est, quòd ipse fuit positus in loco optimo: ita & de me: vos enim me reprobatis etiam ad res infimas: & tamen Deus elegit me, vt sim caput totius ædificij sui, idest, omnium rerum ab eo conditarum, sicut dixit Apostolus ad Hebr. 1. cap. quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sęcula. Et ita cùm occideritis me, qui sum filius, auferetur à vobis vinea ista, quam possidetis. s. principatus populi, & legis, transmutando populum ad alterum genus principatus. Et adhuc maximè potest induci ista auctoritas secundùm modum, quem ponit Lucas. s. ꝙ principes sacerdotum non concedebant illam sententiã. s. malos malè perdet, & dicebant: absit. C Nam dicitur Luc. 20. quòd dicentibus principibus, absit, Christus aspiciẽs eos ait: quid est ergo hoc, quod scriptum est: Lapis, quem reprobauerunt? quasi dicat: quomodo implebitur ista scriptura, nisi ꝙ Christus à vobis reprobatus, & occisus, credituris est gentibus prædicãtibus, vt quasi lapis angularis vnum sibi templum ex vtroq; populo ædificet. Aliter etiam potest induci, ꝙ sit alia parabola, vt sicut supra contra eos locutus fuerat per parabolam vineæ: ita quoque & hic loquatur per cõparationem lapidis reprobati. Sic dicit Hiero. Varijs autem parabolis res eædem contexuntur: quos enim supra operarios, & agricolas appellabat: nunc ędificatores, & cęmentarios vocat. De Christo autem dicendum, ꝙ vocatur lapis propter firmitatem: quia qui D in eum credit non confundetur. Etiam, quia ipse est fundamẽtum, præter quod nullum aliud poni potest. 1. Corin. 3. Et lapidi conuenit esse fundamentum ꝓꝑ soliditatem: ædificatores vocãtur hic principes sacerdotum, qui debebant populum ædificare domino in domum, in qua habitaret: quia domus Dei est cor iusti. Lapidem etiam vocauit Christum Daniel, dicens, lapidem esse abscisum de monte sine manibus. Sic dicit Eusebius: Lapis autem dicitur Christus propter terrestre corpus, abscisus sine manibus secũdùm visionem Danielis propter ortum ex virgine. Lapis autem non argenteus, neque aureus: quia non rex aliquis gloriosus, sed homo humilis, & abiectus, propter quod ædificantes eum repulerunt. Beda etiam dicit: E Eosdem synagogæ magistros, quos supra colonos dixerat, nunc ædificatores appellat: quia qui subditam sibi plebem ad ferendos vitæ fructus, quasi vineam videbantur excolere, ipsi quoq; hanc Deo inhabitatore dignam quasi domum construere, atque ornare præcipiebantur. Lapidem istum reprobauerunt ædificantes, quia Christum reprobauerunt principes sacerdotum, & Pharisæi, dicentes eum Samaritanum esse, & dæmonium habere: Io. 8. Et eum non esse à Deo, qui Sabbatha non custodiret: Io. 9. Et eum esse blasphemum. s. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: Io. 10. Et dixerunt eum esse reum mortis. infra 26. & Mar. 14. Et eum malefactorem vocauerunt. s. Si non esset hic malefactor, non tradidissemus eum tibi: Io. 18. cap. Et multa huiusmodi. Sic dicit Chryso. Lapidem Christum vocat: ædificatores autem Iudæorum doctores, qui Christum reprobauerunt, dicentes hic non est à Deo. Et idem dicit Theophylactus: factus est lapis reprobatus in caput anguli, scilicet, positus est in optimo loco: tum quia claudit ædificium, cùm sit in angulo: tum quia excelsior est, cùm sit in capite. Et ita Christus fuit in angulo claudens duos parietes. s. efficiens vnum populum in Deo ex Gentilibus, & Iudæis, qui erant pęnitus disiuncti, & aduersi. Fuit autem in capite, quia ipse constitutus est inquantum homo caput omnis creaturæ, cùm per sanguinem suum acquisiuerit sibi omnes homines Act. 20. cap. & ita Apostolus dicit, ꝙ ipse est lapis angularis, qui fecit vtraque vnum. Sic dicit Rabanus: Sed ædificatorib⁹. i. principibus nolentibus idem lapis caput anguli firmauit, quia de vtroque populo quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. Et Theophylactus dicit: Factus est caput anguli. i. caput Ecclesiæ: angulus namque Ecclesia est, quasi coniungens Iudæos, & Gentiles. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Verè mirabile videbatur, quòd ille homo, quem illi despectum habebant, virum dolorum, & afflictum, non habentem speciem, & quem non reputauerunt: post mortem crucis constitueretur dominus oĩs creaturæ perpetuo honore, vt Deus verus à toto orbe colendus. Et ponitur istud ad magnam confirmationem argumenti Christi: quia poterant dicere principes: verum est, ꝙ scriptura est de lapide reprobato, & constituti in capite anguli, sed illud fuit res gesta, & nihil aliud designat: & tunc Christus non posset illud deducere ad propositum suum. Ad hoc ergo est confirmatio ex verbis scripturę, quia dicitur: à domino factum est istud, & est mirabile in oculis. i. nõ accidit illud ex errore artificum, sed ex voluntate Dei speciali. Si autem solùm esset illud res gesta, non curasset scriptura illud tradere literis. Etiã si non esset istud factum significatiuum alicuius rei nõ curaret Deus hoc quasi mirabiliter agere: & tamen mirabiliter egit, & scriptura hoc asserit: ideo intendebat aliquid aliud designare. Item, quia scriptura non curaret cum tanta attẽtione rem istam scribere. Nam dato, ꝙ diceret rem gestam. i. ꝙ lapis reprobatus ab ędificibus constitutus est in caput anguli, non curaret addere: à domino factum est istud. Et illud. s. est mirabile in oculis nostris: & tamen addidit: ideo erat ad aliquid designandum præter ipsam rem gestam; & ita fuit ad significationem exaltationis Christi.

Dom⁹ Dei è cor iusti.

Quomodo ex præcedentibus sequatur ista conclusio . s. ideo dico vobis, ꝙ auferetur à vobis regnum cælorum.
Quæstio CXCV.

QVAERETVR, quomodo infertur id, quod Christus dicit. s. ideo dico vobis, ꝙ auferetur à vobis regnum cœlorum. Nam dubium videtur, qũo ex præcedentibus istud sequatur. Dicendum, quod potest vno modo ista conclusio inferri ex sola parabola de vinea, & agricola. s. agricolæ, qui seruos, & filium domini vineæ occiderunt, & fructus reddere noluerunt perdendi sunt, & vinea est ab eis auferenda, & tradenda alijs agricolis, sed vos estis agricolæ quos dominus constituit super hanc vineam suam: fructũ nullum redditis iustitiæ: seruos Dei. i. prophetas occidistis: filium autem Dei. i. me occisuri estis: ideo necesse est, ꝙ auferatur à vobis vinea. Et istam dicit esse regnum Dei. Alio modo potest deduci ex hac scriptura posita de lapide reprobato . s. lapis reprobatus constituẽdus est in caput anguli, & iste lapis sum ego, quem

quem totiens reprobastis: sed ego non ponar caput in ædificio vestro, sed in alio, quia vestrum non est dignum manere: ideo auferetur à vobis regnum Dei, i. potestas, q̃ hētis, cū non debeat manere vestrum ædificium. Sic dicit Chryso. ideo dico vobis &c. quasi dicat, quare non intelligitis in cuius ædificij angulo ponēdus est ille lapis, nō in vestro quoniā reprobatus est, sed in alio. Si autem aliud ædificium est futurum, ergo vestra ædificatio est contemnenda: & consequenter auferetur à vobis regnum Dei. Tertiò modo potest accipi, ꝙ sequatur tam ex parabola quā ex scriptura lapidis: & tunc formatur argumentū sicut supra, & istud quod de lapide dicitur, non inducitur nisi ad probandum, quòd ipse sit filius Dei, quia licèt non esset apud eos verisimile, qui eum reprobabant: tamen verum erat, & scriptura hoc ostendit. s. quòd lapis reprobatus constituendus erat in caput anguli, idest ipse reprobatus ab hominibus constitueretur vt caput omnium creaturarum. Et hoc non competit nisi Deo. Erat ergo ipse filius Dei. Alio modo concordi cum secūdo potest dici, ꝙ istud de lapide inducitur ad ostēdendum, quòd regnū Dei daretur alteri genti, & non maneret in potestate principum sacerdotum, quia lapis reprobatus constituendus erat, vt caput anguli, idest totius ædificij claudēs illud. Esse autem in capite est habere potestatem, sed non poterat esse, quòd potestas esset in lapide reprobato, & maneret apud principes sacerdotum, qui eum reprobauerant. Ergo auferendum erat ab eis regnum Dei, & dandum aliis: & licèt omnes isti modi deductionis sint conuenientes: tamē primus, & tertius sunt meliores, eo quòd oportet istam conclusionem deduci totaliter, vel partim ex parabola de agricolis, & vinea, cùm repetantur verba illius in conclusione, scilicet, & dabitur genti faciēti iustitiam eius. Et hoc erat, quod in fine parabolæ dictum est. s. dabitur genti facienti iustitiam eius, & tamen in secundo modo totaliter deducitur ista cōclusio ex scriptura de lapide reprobato.

Quid voluit Christus dicere, scilicet auferetur à vobis regnum Dei. Quæst. CXCVI.

QVAERETVR, quid voluit Christus dicere, scilicet auferetur à vobis regnum Dei. Aliqui accipiunt per regnum Dei sacram scripturam, quę data fuit Iudæis, & manebat in potestate principum sacerdotum: cùm autem reprobati sunt, fuit ablata scriptura ab eis. Sic dicit Chryso. Regnum Dei dicit mysteria regni, idest diuinas scripturas, quas tradidit Dominus primùm populo illi priori. Sed dicendum, ꝙ scripturæ non sunt ablatæ, quia adhuc manent sacræ scripturæ apud Iudæos sicut prius, cùm tot libros habeant sacros, quot prius. Nisi fortè intelligas, quòd auferetur ab eis sacra scriptura, nō quidem de facto, sed de iure: quia antequā reprobaretur populus Iudaicus, pertinebat ad eum tenere sacras scripturas, quæ sunt diuinæ, & non ad alium populum: cùm verò cessauit populus ille esse populus Dei, negato Christo, Danie. 9. cap. non habuit ius retinendi sacras scripturas, quæ ad solum Dei populum pertinent, sed de facto detentat aliena: sed sicut mutatus est status populi, s. quòd sacerdotium non mansit apud Iudæos neque cultus, sed transiuit ad alium populum: ita & libri legis non debuerunt manere apud illos, sed transire ad aliū populum. Sic dicit Apostolus ad Hebræ. 7. cap. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Secundò potest accipi regnum Dei pro intellectu sacrę scripturę. Istum enim intellectum habebant sacerdotes, & legisperiti Iudæorum, quia ante aduentum Christi intelligebant legem sicut Deus eam dederat: & ha

F bebant spem de Messia venturo. Nam ad Ioannem
miserunt quęrentes an esset messias, Ioan. 1. capitu. Et
spectabant bonum suum ex Messia. Post Christi ad-
uentum, & prędicationem, & occisionem eius per
illos ablatus est ab eis intellectus sacrę scripturæ, quia
excæcati sunt: ita vt eum, qui erat spes totius legis, &
totum bonum ipsorum, non intelligerent, neque per
illum saluarentur. Hęc autem excæcatio est, de qua
Apostolus ad Roma. 11. Cęcitas ex parte contingit in
Israel, donec intraret plenitudo gentium, & datus fuit
iste intellectus scripturæ alteri genti, quia totus intel-
lectus scripturæ pendebat in hoc, quòd erat agnosce-
re eum, quem tota scriptura promittebat, & ad quem
tota illa tendebat. s. Messiam. Hunc autem intellexe-
G runt Gentiles, qui crediderunt in eum: & generaliter
omnes credentes ex quacunque natione essent: ideo
datum est regnum Dei, idest iste intellectus scripturę
alteri genti. Tertiò potest accipi regnum Dei pro Ec
clesia. Nam verè illa est regnum Dei in terris: & dis-
ponit ad regnum Dei, quod est in cęlis: & sicut nunc
est Ecclesia, ita & semper fuit Ecclesia: & eadem Ec-
clesia est per continuationem à principio sęculi vsque
ad finem, solùm autem mutantur personę: sicut est
semper idem fluuius per continuitatem fluxus, licèt
non maneant eędem partes aquę hodie, quæ heri fue
rūt: & est ista Ecclesia regnū Dei, quia super istos, qui
in ea sunt regnat Deus per gratiam, & nō super alios:
quia sicut nunc impossibile est aliquem extra Eccle-
H siam existentem saluari, extra de summa Trinitate ca.
firmiter. sic & oī tpe nemo saluabatur, nisi q de Eccle
sia esset. Sed differt, quia nunc de Ecclesia sunt soli
Christiani: tunc autem erant de illa omnes credentes
siue Iudęi, siue Gentiles: & tamen præcipue consiste-
bat regnum Dei inter Iudæos, inquantum illi magis
pertinebant ad Deum per specialem cultum, & fidem
quàm cęterę gentes, licèt illæ saluari possent. ista au-
tem Ecclesia ablata est de Iudęis, quia ante mortem
Christi erant illi de Ecclesia, & poterat eis esse salus
in statu illo, nunc autem Christo mortuo non est
eis salus: & ita ablatum est ab eis regnum Dei, idest ec
clesia. Quartò modo accipitur regnum Dei pro pote-
state super regnum Dei, idest super Ecclesiā: hanc tā
I potestatem tenebant principes sacerdotum: Deus. n.
tradiderat eis solis potestatem ministrandi, & aliis sa
cerdotibus minoribus sub eis constitutis: Nume. 3. &
17. cap. Et ipsis dederat omnia iura prouenientia ex sa
crificiis, & oblationibus: Num. 18. & Deuterono. 18.
& Iosue 13. Et de isto principatu gaudebant ipsi, quia
honorabantur, & locupletabantur: & de hoc maxi-
me intelligitur dictum Christi. Et patet primò, quia
Christus loquebatur hic contra principes, & seniores,
Phariseos, & scribas solos, & non contra populum: &
tamen quantum ad ceteros modos commune erat,
quod auferebatur tam principibus quàm populo: in
isto autem quarto modo id, quod auferebatur perti-
nebat solùm ad principes, quia ipsi gaudebant hoc ho
K nore, & prouentibus, quos à populo suscipiebāt: ergo
de hoc intelligitur, & idem est quantum ad seniores
& scribas, & Pharisæos, quia licèt isti si non erant sa-
cerdotes non ꝑcipiebant aliqua iura sacerdotij: tamen
quandiu durabat iste modus principatus, isti præerant
populo in aliquib⁹ aliis. s. in iurisdictione, & doctrina,
& modo religionis, s. seniores ī iurisdictione, scribę in
doctrina, Pharisæi in modo religionis, & vitę, & ob
hoc singuli habebant honores proprios, et quędam
emolumenta percipiebant: mutato autem statu illo
omnes perdiderūt primatus suos, & honores, & ideo
omnibus eis ablatum est regnum Dei. Secundò pa-
tet, quia dixerat Christus in parabola de agricolis, ꝙ
auferetur eis vinea, et daretur aliis agricolis: sed au-
ferri

ferri vineam, nihil aliud erat, nisi quòd non præessent illi, neque perciperent emolumenta de vinea: erat autem vinea populus, & agricolæ principes sacerdotū: ergo id, quod auferendum dicitur, erat potestas, quā exercebant principes super populum, & emolumēta, quæ percipiebant de illo. Tertiò patet, quia Christus dicebat ista ad ostendendum mala, quę ventura erant super istos principes: malum autem non iudicamus, nisi quod inuoluntariè patimur, sed de cœteris modicum dolerent principes, vt si auferetur eis scriptura, vel intellectus eius: dum tamen maneret ipsis honor principatus sui, & emolumenta: de quo autem maximè dolerent, erat ablatio honoris, & emolumentorū: ideo istud est, de quo Christus loquitur.

Quomodo dabitur regnum cœlorum genti facienti fructus eius. Quæstio CXCVII.

QVAERETVR, quomodo dabitur regnum cœlorum genti facienti fructus eius. Dicendū, quod in omnibus modis expositionum, quibus dicitur regnum Dei ablatum à principibus sacerdotum, dicitur datum alicui genti facienti fructum eius: cessauit enim status ille populi iudaici, & legis veteris, & cœpit status sub nouo testamento, in quo est alia gēs, quàm prius erat. s. alia realiter, & alia secundū mores: nam prius soli Iudæi pertinebant ad illum statū: nunc verò conuersi tam ex gentibus, q̄ ex Iudæis: etiam illi, qui ex Iudæis ad Christum conuersi sunt, & manebāt prius sub illo statu veteris testamenti, non sunt iam tales quales prius: & ita alteri genti datum est regnū Dei. Accipiendo primam expositionem quęs. pręc. s. regnum Dei pro Sacra Scriptura est verum, ꝙ principes sacerdotum non faciebant fructum Sacræ Sripturæ, quia irritam faciebant legem Moysi non seruātes eam: nam minima legis obseruabant: ea verò, quæ præcipua erant non faciebant, vt dicitur infra 23. cap. Væ vobis scribę, & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & ciminum, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis iudicium, & misericordiam. Gens autem cui data est Sacra Scriptura obseruat misericordiam, & iudicium, quæ sunt præcipua in lege: ideo facit fructus legis. Secundo modo accipiendo, illi. i. principes non fecerunt fructus regni Dei, quia tenentes scripturam non secuti sunt sensum eius, quia non curauerunt agnoscere Christum, quem ex ipsa lege agnoscere poterant: & ideo excęcati sunt: gens autē, cui datur regnum Dei. i. intellectus Sacræ Scripturæ, sicut Christum agnouit ita eum colit: hoc enim fuit non facere fructum, quia cùm agnouerunt, vel agnoscere potuerunt non honorauerūt eum, vt Christum, sed iniquitas eorum excęcauit eos: & hoc est, quod imponit vt crimen Apostolus Gentilibus ad Roma. 1. cap. quòd cùm Deum cognouissent, non vt Deum coluerunt, neque adorauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis: gens ista fructum facit, quia quātum agnouit tantum coluit. Tertio modo accipiendo illi non faciebant fructum, quia non operabantur, vt existentes in Ecclesia, intra quam est salus, sed sola lucra temporalia conquirebant: gens autem, cui datum est regnum facit fructus Ecclesiæ, quia totum desideriū eius erat vitam æternam acquirere, ad quam est congregatio ista ordinata, & maximè in Ecclesia primitiua. Quarto modo non faciebant fructum principes sacerdotum, quia officium pastoris est inuigilare vtilitatibus gregis sui, & ad spiritualia pascua deducere: illius salutem quærere, & non spolia: principes aūt soli auaritiæ insistentes emolumenta procurabant, & salutem gregis negligebant, imò perturbabāt ne ipsi carerent hac temporali vtilitate, quam desiderabant;

A principes autem, quibus datus est principatus Ecclesiæ in nouo testamento. s. Apostoli, & successores charitate ferventes sola spiritualia incrementa desiderabant, nihil à gregibus accipientes, sed potius se pro illis morti exponentes, quia tales docuit Christus esse bonos pastores Io. 10. cap. & ita gens ista cui traditum est regnum Dei facit fructus eius.

Quid voluit Christus significare in lapide, super quem qui ceciderit confringetur. Quæst. CXCVIII.

QVAERETVR, quid voluit Christus dicere de lapide. s. ꝙ qui super eum ceciderit confringetur, super quem verò ceciderit conteret eum. Dicendum, quòd potest exponi multipliciter: vno modo
B sicut supra dictum est super literam. s. ꝙ cadit super lapidem, qui credit, quia iste super lapidem, qui est Christus fundatus est, & cadit dum per iniquam operationem aliquid committit contra Christum, & confringitur, quod est minus lædi, quia licèt obligetur ad pœnam æternam, tamen spes est de eo: cùm enim credat, quotiensCunq; redierit remissionem habet: qui non credit, non cadit super lapidem, quia non est super eum, sed lapis cadit super eum, quia peccatū suum irremissibile fit, cùm non sit ei via redeundi ad eum, in quem non credit, & iste conteritur, quia conteri est per partes minutissimas frangi: ita vt id, quod manet ad nihil sit vtile: quod verò confringitur per
C maiores partes rumpitur, & quod manet ad aliquid est vtile: cùm autem aliquid cōteritur, nulla pars manet ad aliquid vtilis, & hoc modo ostendit Deus magnam confractionem per comparationem ad vas, qđ cùm per partes minimas soluitur, nihil manet de eo ad aliquem vsum, vt Isa. 30. cap. Si subito dum nō sperat veniet contritio eius, & comminuetur sicut cōteritur lagena figuli contritione pręualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portet̄ igniculus de incēdio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. De hoc dicit Hiero. Qui peccator est, & tamen in illū credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur, sed non omnino conteritur: reseruatur enim per patientiam ad salutem: super quem verò ille ceciderit,
D hoc est cui lapis ille irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt neque testa quidem remaneat in qua hauriatur aquæ pusillum. Secundo modo potest accipi, ꝙ significetur diuersitas peccati fidelium, & infidelium: vtriq; enim contra Christum peccant: illi quidem quia ꝯtra præcepta eīus faciunt: infideles verò, quia in eum non credunt. Qui autem cōfringitur minus lęditur, quàm à lapide lædi potest, quoniam à seipso læditur: qui conteritur tantum lęditur, quantum lapis lædere potest: & ita fidelis à seipso læditur parum, vel multum, & non à lapide Christo: infidelis autem peccando tantum læditur, quantum Christus eum lædere potest. Sic dicit Chrysosto. s. Aliud est enim cōfringi aliud comminui: de eo enim
E quod confringitur aliquid permanet, quod autem cōminuitur, quasi in puluerem conuertitur: quod autē cadit ad lapidem non frangitur, secūdùm quod est lapidis virtus, sed inquantum fortiter cadit, aut propter pondus suum, aut propter altitudinem casus: sic & Christianus peccans non tantum perit quantum potest eum perdere Christus, sed quantum ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis: infideles autem tantum peremit quantum potest eos perdere Christus. Tertio modo potest accipi, ꝙ referatur totum ad principes sacerdotum. s. ꝙ dicantur cecidisse super eum, quia scandalizati fuerunt de Christo: cadet autem su per eos lapis, quia illaturus erat eis pęnam captiuitatis.

Si-

Sic dicit Chrisosto.s.duas perditiones eorum ostēdit: vnam ab eo, quòd offenderunt, & scandalizati sunt, quam designat dicens, qui ceciderit super lapidē confringetur: aliam à captiuitate eis superuētura, quam manifestat, dicens super quem ceciderit conteret eū. Quartò potest accipi cadere super lapidem.i. Christū contemnere, & affligere, quod Iudæi faciebāt, & qui hoc facit confringitur, quia non rectus ambulat: cadit autem lapis super illum, quem in iudicio condemnat, & illum conterit. Sic dicit August.lib. de Concord. Euang. De his dicit, ꝙ cadēt super eum, qui illum nō contemnunt, & iniurijs afficiunt: ideo nondum pœnitus intereunt, sed tamen confringuntur, vt non recti ambulent: super quos cadet, dum veniet desuper in iudicio cum pœna perditionis: ideo dixit ꝯteret eos, vt sint impij, tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Sed dicendum, ꝙ primæ duæ expositiones sunt meliores. Tertia autem non multum conuenit, quia illa solùm assignat culpam, & pœnam, & vnum significat per confringi, & alterum per cōteri: & tamē hic oportet poni duo peccata, & duas pęnas, quia ponitur cadere, & confringi, & desuper irruere, & conteri: & ideo primæ duæ expositiones ꝯueniūt.

Quomodo ponuntur hic Pharisæi cùm supra solum ponantur principes, & scribæ. Quæst. CXCIX.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, cùm audissent principes sacerdotum, & Pharisęi: nam supra nunquam ponuntur Pharisęi, sed soli principes, & scribæ, & illi astiterunt parabolis. Dicendum, quòd Euangelistæ raro asserunt, & referunt quidquid fuit: nunquam autem plus scribunt, quàm fuerit, quia hoc esset mentiri, sed hic Matthæus asserit Pharisæos audisse parabolas: ideo dicendum est, ꝙ ipsi astabant: & ideo præsupponendum est, ꝙ domini qui pertinebant ad principatum populi persequebantur Christū inter Iudæos: isti autem erant principes sacerdotum seniores, scribæ, & Pharisæi. Principes quidem præerant in sacerdotio, & habebant potestatem super omnes ministros, & etiam super populum quantum ad ea, quæ ad Deum pertinebant: nam omnis Pontifex assumitur ex hoībus, vt sit medius inter eos. & Deum. ad Heb.5. seniores autem habebant potestatem super totum populum propter iudicia: quia omnes res arduæ concurrebant in eorum iudicium, & non erat ab eis appellatio. Scribæ erant doctores legis, & prædicabant populo, & docebant in lege. infra 23. & quantum ad hoc quendam principatum habebant. Pharisæi autem quantum ad exteriora erant cęteris religiosiores, & populus venerabatur eos, tam propter simulatam religionem, quàm propter doctrinam, quia ipsi, & scribæ sedebant super cathedram Moysi ad docēdum populum. infra 23. cap. omnes autem isti vnanimiter conueniebant contra Christum, & nitebātur eum fallere, vt quomodolibet eum perderent: & ideo quando nunc quæsierunt, in qua potestate hæc faceret. supra in litera, omnes isti aderant: & tamē soli isti principes, & seniores nominantur, qđ breuitatis causa Matthæus fecit: etiam quia palam erat, ꝙ oēs hi erant hostes Christi, & conuenirent contra eum. Etiam qa Mar.11. & Luc.20. ponuntur principes, & seniores, & scribæ, & sicut tacuit Matthæus scribas, verisimile erat tacuisse Pharisæos: potissimè cum hic eos expresserit: contra omnes enim illos erant istæ parabolæ. Sed dicetur, quomodo dicitur hic, cùm audissent parabolas eius: quia Mar.12. & Luc.20. dicitur, ꝙ cognouerūt, ꝙ ad eos dixisset parabolam istam. s. istam vltimā, cui ista verba continuantur. Dicēdum, quòd ambas parabolas audierunt. s. vnam de duobus filijs, & aliam

F de agricolis, & vinea, cùm Matthæus asserat, ꝙ parabolas audierint: & tamen standum est magis dicenti, & non tacēti. Item, quia hoc est verisimile: nam isti venerunt ad quærēdum ab ipso, in qua potestate prędicaret, & statim ipse dixit parabolam primam de filijs ad eos. supra in litera. Et finita illa mox adiunxit istam de vinea, & agricolis: ergo ambas audierūt, qui vnam audierunt. Sed dicendum de Luca, ꝙ ipse non poterat dicere, ꝙ audirent isti parabolas eius: quia ipse vnicam retulit, s. de agricolis: alia verò de filijs tacuit: Marcus verò non posuit nisi istam de agricolis, ideo non poterat dicere, quòd audissent principes, nisi istam parabolam.

G *Quomodo principes agnoscentes parabolam cognouerunt, quod de ipsis diceret. Quæst. CC.*

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd principes agnoscentes parabolam cognouerunt, quòd de ipsis diceret. Dicendum, quòd poterant cognoscere, ꝙ de ipsis diceret. i. de illis solis, & etiam qđ de eis diceret, vel contra eos. Primum patet, quia vtraque parabola aliquid ponebat expresse de eis, patet de prima. Nam in vtraque Christus loquebatur ad eos. i. verba sua dirigebat ad eos. i. non ad alios: & dixit in prima, publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Et ostenditur plus, quia sequitur: Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: pu-

H blicani autem, & meretrices crediderunt ei: & ita cū compararet eos publicanis & meretricibus, apparebat quòd manifestè de eis loqueretur. In secunda autem parabola etiam expressit personas eorum, dicens: Auferetur à vobis regnum cœlorum. Etiam apparebat, ꝙ de eis solis loqueretur: nam in prima parabola comparauit eos meretricibus, & publicanis dicens, ꝙ illæ præcedent vos in regnum Dei: & tamē si contra totum populum mala prædiceret, nō distingueret separando publicanos, & meretrices, cùm sint illi pars vilissima plebis. Etiam in secunda parabola solos agricolas condemnat, & non vineam: sed ipsos principes, & cęteros ex modo locutionis agricolas solos esse ostendebat: ideo contra eos loquebatur: ma-

I ximè, quia dixit, auferetur à vobis regnum Dei. Item principes putabāt, ꝙ etiam populus intelligeret, quòd parabolæ istæ essent contra solos principes, & non cōtra plebem, quia cùm vellent principes de his parabolis indignati tenere Christum, timuerunt plebem: & tamen si putarent, ꝙ populus credebat istas parabolas contra se dictas, etiam ipsi indignarentur, & non eriperent Christum de manu principum: & tamen timuerunt plebem, quasi pro Christo pugnaturam: ergo ipsi videbant, ꝙ populus etiam credebat parabolas dictas esse contra solos principes. Secundum patet. i. ꝙ intelligerent principes quid contra ipsos diceret Christus. Nam in prima aperte dixit eis, ꝙ publicani, & meretrices præcederent eos in regnum Dei: in quo

K valde contemnebantur. s. ꝙ meretrices eos præcederent: etiam quia improperauit ibi eis de Ioanne non recepto, quem tamen receperant publicani, & meretrices. In secunda autem ostēdit eos ex parabola perdendos esse, & vineam auferendam ab eis, & apertius dixit, auferetur à vobis regnum cœlorum, in quo expressè de potestate eis auferenda dicebat: & ita bene cognouerunt principes, ꝙ de eis Christus loqueretur.

Quare quæsiuerunt eum tenere, & quid erat, ad quod Christum tenere volebant. Quæst. CCI.

QVAERETVR, quare dicitur, ꝙ qūsiuerunt eū tenere, & quid erat ad quod eū tenere volebant. Dicen-

Dicendum, quòd principes sacerdotum, & coeteri audita tam graui ignominia sua, & prænunciatione malorum suorum doluerunt valde, & indignati contra Christum vlcisci volebant irrogatam ignominiam tenendo eum, quasi per boc vicem illi redderent. Secundò fuit, vt prouiderent honori, & statui suo. Nam cùm iam Christus tam aperte contra eos prædicaret, crimina eorum ostendendo, & mala prænunciando: oportebat, ꝙ populus eos contemneret, & ita honor eorum, & emolumenta multum deperirēt, sicut dicitur Io. 11. quid facimus, quia homo iste multa signa facit: si dimittimus eum sic totus mundus credet in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Vt ergo his prouiderent, volebant eum tenere. Cùm autem quæritur ad quid volebant eum tenere, dicendum, ꝙ ad occidendum eum: non enim volebant eum tenere in vinculis, & postea dimittere, quia deterius fieret, neque etiam possent diu illum tenere, quia populus, qui eū diligebat, & multi viri boni aduertentes iniustitiam istam raperent illum, sed volebant eum tenere, & statim occidere, & hoc magis innuitur Luc. 20. Nam dicitur, ꝙ principes sacerdotum, & scribę quęrebant mittere manus in eum in illa hora, sed timuerunt: sed mittere manus erat occidere, vel nocere ei in persona, & magis hoc dicitur Lu. 19. s. Principes sacerdotum, & scribæ quærebant eum perdere, & non inueniebant quid facerent ei, sed perdere occidere est. infra 27. s. Persuaserunt populis, vt peterent Barrabam, Iesum autem perderent. i. occiderent. In hoc autem apparet principum sacerdotum iniquitas, quia sine causa Christum perdere volebant, qui eis vera dicebat. Hoc autem interest inter bonū, & malum: quia bonus increpitus de peccato, corrigitur, & melior fit: peruersus autem dum corripitur, efficitur deterior: sic autem dicit Chryso. hæc est autem differentia bonorum hominum, & malorum: bonus. n. comprehensus in peccato gemit, quia peccauit: malus autem fremit, nō quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccato, & non solùm pœnitentiam nō agit, sed magis aduersus corripientem irascitur: vnde & isti deprehensi magis ad malitiam sunt excitati, & tam iniqui erant isti, ꝙ suam iniquitatem apertius volebant ostendere: nam implere volebant mala, quæ Christus dixerat, quòd implerent. s. ꝙ ipsi mali agricolæ existentes eum, qui filius erat Dei occiderent. Sic dicit Beda, scilicet. Et ita volendo eum occidere docebant vera esse, quæ in parabola dixerat. Ipse quippè est hæres, cuius iniustam necem dicebat esse vindicandam: illi nequā coloni, qui filium Dei quærebant occidere.

Quomodo dicitur, quòd volentes principes sacerdotum tenere Christum non tenuerunt, quia timebant turbas.

Quæstio CCII.

QVAERETVR, quomodo dicitur, ꝙ volētes principes sacerdotum tenere Christum, nō tenuerunt, quia timebant turbas. Dicendū, quòd hoc fuit, quia turbæ, quæ audiebāt verbum Christi, afficiebantur valde ad eum, quia videbant mirabilia, q̄ faciebat, & potissimè super his, qui infirmabantur. Io. 6. ca. & erat doctrina sua multum rationabilis: ita vt ipsi exhiberent ei summum honorem: nam in introitu in Ierusalem exierunt cum ramis palmarum, & cantabant Hosanna filio Dauid. supra in litera, & Ioan. 12. & ideo fauerent Christo, vt non nocerēt ei principes sacerdotum: & maximè, quia nunc quando increpuit sacerdotes laudauit populum. Dixit enim: publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei: venit. n. Ioannes ad vos in via iustitiæ, & non recepistis, vel nō,

A credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: & ob hoc timentes principes, ꝙ populus mitteret manus in eos, si ipsi mitterent in Christum, abstinuerunt: & ita postea faciebant: nam cùm procurabant occidere Christum, timebant concitare plebem. infra 26. consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent: dicebant enim, non in die festo, nè fortè tumultus fieret in populo. i. ꝙ non occiderēt eum in solemnitate paschali, quia tunc erat congregata tota multitudo Iudæorum in Ierusalē, & timuerunt principes sacerdotum, ꝙ non essent ipsi potentes aduersus multitudinem, sed multitudo eos occideret: alijs autem temporibus profestis, cùm non concurreret multitudo Iudæorum in Ierusalem, poterant ipsi, vt credebant occidere Christum nullo impediente:
B & tamen è cōtrario factum est, quia postea in ipso die paschali. s. primo die Azymorum. i. die quintodecimo mensis primi, qui erat primus dies Azymorum occideret Christum, cùm præcedenti die quartodecimo cęlebrassent Phase, sed quomodo mutauerint consilium, vt in illo die occiderent, & quomodo tunc non timuerunt turbas, vel quomodo turbæ, non impedierunt mortem eius, dicetur infra 26. cap.

Quomodo dicitur, quòd turbæ habebant Christum, vt prophetam. *Quæst.* CCIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur, ꝙ turbæ
C habebant Christum, vt prophetam. Dicendum, quòd ista opinio mouebat Iudæos bonos ad exhibendum reuerentiam Christo, quia eum, vt prophetam habebant, & qui propheta est à Deo recta agit, & loquitur, & honore dignus est: ideo non erat permittēdum, quòd quis iniuriā inferret ei: & ita populus hoc agnoscens non permittebat, quòd principes nocerēt Christo mittentes manus in eum: sic enim principes putauerunt: sciebant. n. ꝙ talem opinionem populus haberet de Iesu: ideo consequens erat, ꝙ non permitteret quemquam inferre ei manus. Sed cùm dicitur, quòd eum vt prophetam habebant. Putant quidam, quòd intelligatur, quòd non credebant eum esse prophetam, sed prophetæ similem, quia dicitur sicut pro-
D phetam. Dicendū, quòd non stat: primò, quia si non putarēt eum esse prophetam, sed prophetæ similem, non impenderent ei tantam reuerentiam, ꝙ à nullo eum tangi sinerent, & consequenter, neque principes timerent manus in eum propter populum, & tamen timuerunt: ergo verè eum prophetam esse credebāt. Secundò, quia de Ioanne Baptista simile dicitur. supra præced. cap. s. timemus turbam: omnes enim Ioannē, sicut prophetā habebant: & tamen constat, quia non putabant Iudęi Ioannem solùm esse similē prophetę, sed verè esse prophetam: imò & maximum prophetarum. s. Messiam, vt patet Io. 1. & Luc. 3. & Act. 13. c. ergo ita hic non accipietur pro similitudine, sed pro veritate. Tertiò, quia iste est modus loquendi scri-
E pturę: cùm enim vult ostēdere veritatem alicuius rei ponitur sicut, vel tanquam, aut quasi. Sic dicitur Io. 1. cap. vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à patre: & tamen Ioānes voluit dicere Christum verè esse vnigenitum Dei, & non similē vnigenito, cùm ibi ostendat eum ab æterno à Deo genitum. Quartò patet, quia iste etiam est modus loquendi vulgarium: cùm enim de aliquo rege volumus dicere, quòd tenebat modum regalem in sedendo, vel eundo dicimus, rex talis sedebat hodie in throno suo sicut rex: & tamen per hoc non innuimus, quòd non erat verè rex, cùm asseramus eum esse regem, sed quòd modus suus erat verè regalis, & non priuatæ personæ. Quintò patet, quia supra 16. cap. cùm quærit Christus, quem dicant

eum esse homines, subditur: Alij Eliam, alij Ieremiã, alij vnum ex prophetis. Et ita eum verè prophetam asserunt, & non solùm similem prophetæ. Sed sciendum, quòd licèt populus aliquid de Christo benè crederet, non perueniebat ad credendum illud, quod digne de eo credi debebat. s. quòd esset filius Dei. Sic dicit Orige. Sapiunt quidem aliquid de eo, quod verum est, prophetam eum æstimantes: non autem magnitudinem eius intelligunt secundũ quòd erat filius Dei.

An Iudæi cognouerunt Iesum antequam eum occiderent, & quid de eo agnouerint.
Quæstio CCIIII.

QVAERETVR occasione eorum, quæ dicuntur supra de agricolis. s. ꝙ dixerunt, hic est hæres, an Iudæi agnouerunt Iesum antequam eum occiderent, & quid de eo agnouerint. Aliqui dicunt, ꝙ non agnouerunt eum. Primò patet, quia. 1. Corin. 2. dicitur: Si cognouissent, nunquam regem glorię crucifixissent: sed crucifixerunt, ergo non agnouerunt. Secundò, quia Act. 3. Petrus loquens Iudæis de Christo ostendit, ꝙ non agnouerint eos, dicens: Et nunc fratres scio, ꝙ per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Tertiò, quia Luc. 23. c. dicitur, ꝙ Christus in Cruce dixit: Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. Et non potest intelligi de actu, quia sciebant quid esset ille actus. s. occidere hominem, sed intelligitur de persona, circa quam hoc exercebant, idest, nesciunt quis est ille, quem occidunt.

Alij autem dicunt, ꝙ Iudæi agnouerunt Christum antequam illum occiderent. Primò, quia Ioan. 15. cap. dicitur, nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum: sed videre est apertè cognoscere, ergo clarè cognouerunt eum. Secundò, quia si Iudæi non agnouissent Christum, non viderentur peccare eum occidendo, sed grauissimè peccauerunt: ergo agnouerunt eum. Tertiò, quia dicit Hieronymus super illo verbo agricolarum, hic est heres, scilicet, per hoc ꝙ dicunt, hic est heres, manifestissimè probat dominus Iudeorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Ad hoc respondet Nicolaus dicens, quòd in populo Iudeorum aliqui erant maiores, scilicet in notitia diuinorũ, scientes scripturas legis, & prophetarum: aliqui erant minores sicut laici, & vulgares scientes solum id, quod est de necessitate salutis, vt præcepta decalogi, & huiusmodi, quę tenentur omnes scire: sed subtilitates scripturarũ, & dicta prophetarum ignorantes: vt quòd idem Christus in vnitate suppositi erat verus Deus, & verus homo, & sanctus, & propheta, & Messias. Dicit igitur, quòd aliqui dicunt, & bene quãtum ad hoc quòd minores populi Iudeorum non cognouerunt Iesum esse Christum Messiam, neque esse Deum: licèt enim scirent eum esse verum hominẽ, tamen non sciebant illum esse verum hominem, vel prophetã a Deo missum, scilicet, qui erat promissus a Deo. Et ratio est, qa nesciebant scripturas, quæ sunt de Christi deitate, & illas, quæ sunt de signis sui aduentus. De maioribus autem dicunt, quòd agnouerunt Iesum esse Messiam, quia sciebant scripturas de temporis determinatione & signis aduentus Messiæ, quę omnia in Christo impleta videbant: & ita ipsum agnouerũt esse Messiam: sed dicunt, quòd non agnouerunt eum esse Deum: & ita dicunt, quòd intelligitur dictum Apostoli, scilicet, si cognouissent nunquã regem gloriæ crucifixissent. quasi dicat, nõ cognouerunt eius deitatẽ. Sed ipsemet Nicolaus arguit contra hoc, quod dicitur, scilicet, ꝙ non agnouerunt eius deitatem dicens, quòd non est conuenienter dictum, quia sicut scripturæ manifestè

F loquuntur de tempore aduentus Christi: Dan. 9. cap. in septuaginta hebdomadibꝰ abbreuiatis, & de signis etiam aduentus quale erat translatio regni de Iuda, Gen. 49. Et de modo veniendi, scilicet, in humilitate, & paupertate sedendo super asinam Zacha. 9. cap. ita expressè vel expressius loquuntur scripturę de deitate Christi: vt Iere. 23. cap. germinare faciam Dauid germen iustum: & hoc est nomen, quod vocabunt eum dominus iustus noster. Et vbi ponitur dominus in litera nostra ponitur in Hebręo nomen Domini tetragrammaton, quod de nullo, nisi de vero Deo dicitur: & tamen ista auctoritas, secundùm omnes doctores etiam Hebræos exponitur de Messia: ergo ille erat Deus, & ita eum cognoscebant. Et Isa. 9. cap. dicitur:

G Paruulus natus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri sęculi: & ista auctoritas secundùm Hebræos, etiã de Messia exponitur, & in ea fit mentio de eius deitate, & humanitate, & multæ aliæ auctoritates ad hoc possent adduci. Ideo Nicolaus asserit dicendum, quòd maiores inter Iudæos sicut habuerunt cognitionem de Iesu, quòd erat Christus, idest, Messias, ita etiam agnouerũt eius deitatem: sed dicit, quòd aliquid cognoscitur in habitu, cuius cognitio actualis impeditur propter aliquam passionem, vel habitum impedientem, sicut dicit Philosophus. 7. Ethico. de incontinente, qui habet æstimationem veram nõ solùm in vniuersali, sed etiã

H in particulari, vt quòd fornicari est malum: & ꝙ nunquam est fornicandum, adueniente tamen passione corrumpitur vera ęstimatio particularis, dicendo, ꝙ bonum est pro nunc fornicari, vel cum illa fornicari, & impedit ista passio considerationem actualem veram in particulari: & si semper duraret ista passio, semper iudicaret fornicandum esse: & ita dicit, quòd maiores Iudæorum habuerunt a principio veram ęstimationem de Christo in habitu, & in actu, sed quando cępit prędicare contra eos excęcati fuerunt, circa ipsum passionibus iræ, rancoris, & inuidiæ: quibus passionibus impediebantur ab actuali consideratione veritatis de Christo, quantum ad deitatem Christi, & ꝙ esset Messias, & sic inclinati fuerunt in eius mortem:

I sicut incontinens in passione existens eligit, & iudicat fornicandum, quod aliàs non faceret: & ita dicit posse solui argumenta vtriusque partis, quia illa, quę probant, quod Iudęi habuerint notitiam de Christo, intelligunt de habituali cognitione: ea verò, quæ probant, quòd non agnouerunt eum, accipiuntur de cognitione actuali, quæ applicatur ad opus: & ista fuit impedita in eis per passionem inuidiæ & rancoris.

Ad declarationem tamen veritatis dicendum, ꝙ de Christo duo erant cognoscẽda, scilicet, quòd Deus erat, & quòd erat Christus siue Messias, & de ambobus dicẽdum, quòd aut quęritur, an Iudæi ista duo cognouerunt de Iesu, vel an potuerint ea cognoscere. De secundò dicendum, quòd potuerunt cognoscere

K ea, quia scripturæ vtrunque de Christo dixerunt, & ostenderunt, sicut & nos ex veteribus scripturis vtrunque accipimus: & maximè quantum ad ostendendũ, quòd erat Messias. De primò dicendum, quòd Iudæi, scilicet principes, & cæteri, qui mortem Christi tractauerunt, non cognouerunt eum esse Deum, neq; Messiam: & hoc dicitur de illis solis, qui Christũ morti tradiderunt: nam alij Iudæi credebant iam in Christum & hi nouerãt eum esse Messiam, & filium Dei: sicut cęcus natus ab eo illuminatus, cui ipse dixit se esse filium Dei, & ille eum adorauit: Ioan. 9. c. Et alijs se cognoscendum dedit, qui eum filium Dei vocauerunt, supra decimoquarto cap. Nam adorauerunt eũ, dicentes: verè filius Dei es. Hi autem non conspirauerunt,

uerunt, neque consenserunt in mortem Christi, sed A qui eam procurauerunt, aut consenserunt in eam non nouerant eum esse Deum, neque Messiam. Circa primum autem tenendum videtur simpliciter, scilicet, quòd non solùm quando tractabant de occisione eius non nouerant eum esse Deum, idest, non considerabant impedientibus passionibus rancoris iræ, & inuidiæ, vt dicit Nicolaus, sed etiam, quòd nunquam nouerant eum esse Deum. Et patet primò, quia si aliquo tempore agnouissent principes Iudæorum Christum esse Deum, adorassent illum, cùm illum præsentem sibi viderent: & hoc, quia tunc nihil erat, quod impediret, quia vt Nicolaus vult, à principio agnouerunt eum esse Deum, quando nulla passione tenebantur contra eum .s. ira, aut odio, aut inuidia: & postea B propter passiones istas cessauerunt cognoscere: ergo quando non tenebantur passione, & agnoscebant eū, statim illum adorarent, sed constat, quòd principes sacerdotum nunquam adorauerunt Christum, vt Deū: quia tunc nō possent postea dicere contrarium: ergo nunquam cognouerunt illum esse Deum. Secundò patet, quia non solū non cognouerunt principes Christum esse Deum, sed etiā quando ipse videbatur de se hoc dicere, indignabantur illi, tāquam blasphemiam diceret, vt patet Ioan. 10. s. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. Et iterum quando principes sacerdotum adiurans quæsiuit à Christo, an esset filius Dei, & ille ait: Amodo videbitis filium hominis se- C dentem à dextris virtutis Dei, & veniētem in nubibus cęli: & tunc princeps sacerdotū scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? infra 26. cap. Ergo non solùm non credebāt eum esse Deum: sed etiam putabant, quòd esse non poterat, quasi essent incompossibilia hæc, esse hominē, & esse Deum simul. Tertiò patet, quia si aliquando principes Iudæorum cognouissent Christum esse Deum, nunquam auderēt quidquid contra eum machinari, siue de morte, siue de malo: quia cùm Deus sit omnipotens, posset eos statim delere, cū talia cogitarent: & rationabiliter timere hoc deberent: quia si Deus esset, nosset omnes cogitationes eorum etiam antequam prodirent in actum: & timere deberent, quòd D mox eos deleret: sed non timebant eum quasi posset eis inferre malum: ideo non putabant eum esse Deū, vt patet hic in litera: quia dicitur, quòd principes voluerunt mittere manus in Christum, & tenere eum, sed timuerunt plebem: & ita magis timebant malū, quod poterat eis inferre plebs, quàm quod poterat inferre Christus: ergo non credebant eum esse, sed infirmum, & consequenter non esse Deum. Quartò, quia si Iudæi crederent Christum esse Deum, dato quod putarēt, quod non inferret eis mala pro prauis cogitationibus, & actibus, quasi nimis benignus existens: tamen scirent, quòd non poterat pati mortem, aut aliquid mali, quia Deus impassibilis est: & ita non conarentur ad id, quod scirent impossibile. Quintò, E quia dato, quòd Iudęi putarent, quòd Christus inquātum Deus non posset pati, posset tamen occidi inquantum verus homo, sicut factum est nollent eum occidere, quia si scirent eum esse Deum: scirent, quia non poterat pati, nisi volens, & quod nihil contra intentionem suam fieri posset: Iudæi tamen occidere volebant Christum, nè omnes crederent in eum, & transferret eos ad alterum modum viuendi: & ita periret principibus suus principatus, vel propter Christum aliæ gentes inuaderent principatum eorum: Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollēt locū nostrum, & gētem.

Si autem scirent eum esse Deum, scirent, quòd ille posset transferre Iudæos ad alterum genus principatus, & non obstare possent ipsi, etiam si ab eis se occidi permitteret, quin ille faceret semper, quod vellet de eis: frustra ergo erat eum occidere: & tamen ipsi occidebant eum ad euitandum ista inconuenientia, quæ timebant inferri eis viuente Christo: ergo non curarent eum occidere, si Deum esse putarent, quia scirent, quòd non poterant resistere voluntati illius. Sextò, quia modus à Nicolao ad euitandum inconuenientia non sufficit, scilicet, quòd à principio sciuerint eum esse Deum: & postea adueniente passione ignorauerint. Sicut fit de incontinente: quia incontinens per aduentum passionis non obliuiscitur, sed turbatur, & cessat considerare: quia aliàs si passio deleret prorsus opinionem eius, deleret tam vniuersalē, quàm particularem, & cessante passione, non haberet incontinens rectam opinionem, sed vel haberet falsam, vel nullam, ita vt de nouo illam deberet acquirere. Sed hoc falsum est, quia mox, vt incontinens soluitur à passione, incipit rectè opinari, & est pœnitiuus septimo Ethicorum: ideo non fuit penitus in eo deleta opinio, sed turbata fuit mens: & ita si cognoscerent Iudæi Christum esse Deum ante passionem incedentem eis, non tolleretur penitus illis ista opinio: & tamen ad hoc, quod niterentur eum occidere, & putarent, quòd possent: necesse erat, quòd ista opinio esset pœnitus deleta: ergo non crediderunt vnquam eum esse Deum. Et patet adhuc efficacius, quia passio adueniens potest turbare opinionem circa eligibile, sed non circa existere, vel circa naturam rei: sic dicit Aristoteles texto Ethicorum, capitulo de prudentia, scilicet, non omnem autem existimationē corrumpit, vt peruertit delectabile, & triste, puta quoniam trigonus duobus rectis æquales habet, vel non habet, sed eas, quæ circa operabile: sed rem existere, vel non existere non pertinet ad operabile, sed esse bonam, vel malam: huiusmodi ergo non tollitur opinio de esse rei per passionem, & non solùm est hoc verum circa existimationes illas, quæ non sunt directè ad operationem, neque ex illis directè, aut indirectè sequitur operatio, scilicet, quia prorsus sunt sequestratę à materia operationum, quale est exemplum Aristotelis, vt quod trigonus habeat tres æquales duobus rectis, quia ex hoc nulla operatio sequitur, & nullam operationem impedit, & ad nullam operationē applicari potest, sed etiam de illis æstimationibus, quibus existentibus, vel non existentibus sequeretur aliqua operatio, vel impediretur: ipsę tamen non mouent per se ad agendum aliquid, vel cessādum ab eo: illæ enim opiniones mouent, & retrahunt, quæ de bono & malo sunt, quia rem esse bonam facit eam esse appetibilem, & esse malam facit retrahi ab illa: tales autem adueniente passione peruertuntur, vt bonum iudicetur malum, vel malum bonum: aliæ sunt, quæ non mouent, neque retrahunt per se: tamen eis existentibus operamur aliquid, vel cessamus ab aliqua operatione, vt quod hostis meus est homo: & quod viuit, & est rex, vel episcopus: nam istæ non mouent per se ad agendum, vel cessandum, quia non sunt de bono, & malo, in quibus est ratio appetibilis, & retractionis, sed sunt de existentia, & qualitate quadam rei: & tamen si hostis meus est rex, aut viuit: quædam facio, vel facere cesso, quæ nō facerem, vel cessarem facere eo non viuente, vel non existente rege, sed ista operatio, vel cessatio non fit propter has æstimationes, sed propter alias, quæ ex his sequuntur, scilicet, inquantum ego iudico bonum, vel malum esse mihi hostem meum esse regem, vel viuere. Et ideo dicendum, quòd adueniente passione

Passio potest turbare opinionem circa eligibile, sed nō circa existere seu circa naturā rei.

odij, vel amoris, aut inuidiæ possum mutare opinio-
nem, vt putem malum esse mihi esse regem, vel viue-
re, de quo prius æstimabam bonum esse mihi, ꝙ viue-
ret, vel esset rex, sed præcedentes opiniones non mutā
tur. s. esse regem, vel viuere: vnde quantumcunq; inci-
dat mihi de nouo passio inuidiæ, vel odij aut iræ, cōtra
aliquē ꝙ viuit, & est rex, nō potero per hanc passionē
æstimare, ꝙ ille non viuit, vel non est rex, licèt ego vel
lem eum non viuere, neque esse regem. Et ita de Iu-
dæis circa Christum esset: quia si aliquando agnosce-
rent eum esse Deum, quantumcunque insurgeret eis
passio odij, vel inuidiæ contra ipsum, non possent iudi
care postea non esse Deum, quia esse Deum perma-
nens est, sicut esse hoīem: & tamen quandiu Iudæi pu
tarent Chr̄m esse Deum, nollent eum occidere, neq;
ēt hoc cogitarent, vt ex dictis ostensum est, ergo nun
quam agnouerunt eum esse Deum. Octauò patet, qa
si daremus ꝙ principes Iudæorū, aliquo tpe agnoue-
runt Christum esse Deum, non posemus satisfacere
scripturæ: nam dr̄. 1. Cor. 2. de Christo, qui est Dei vir-
tus, & Dei sapientia abscondita in mysterio. s. quā ne-
mo principum huius sæculi cognouit, & loquitur de
principibus Iudeorum, vt patet ex litera sequenti. Et
tamen dato, ꝙ cognouerint a principio, & postea inci
dente passione turbata fuerit in eis æstimatio, non est
verum, ꝙ non cognouerunt, sed iam cognouerūt. Et
patet, ꝙ ista sit ibi intentio apostoli. Primò, quia dicit
ibi sapientiam istam absconditam esse in mysterio: &
ita infert ibi. s. quam nemo principum huius sæculi co
gnouit, & ita, quia erat abscōdita in mysterio, non fuit
cognita ab illis, sed si ipsi a prīcipio cognoscerēt Chri-
stum esse Deum, & postea incidente passione impedi
rentur, opinio eorum non faceret aliquid ad hoc ab-
sconditum esse in mysterio: quia nō ideo non cogno-
scebant, quia in mysterio abscondita erat, sed quia ipsi
sibi subtraxerunt cognitionem per passionem, ergo
non cognouerunt a principio. Secundò, quantum ad
hoc, quia apostolus innuit ibi, ꝙ sapientia ista. i. Chri-
stus erat abscondita, & ideo illi quibus non fuit reuela
ta per Deum non cognouerunt eam: illi verò, quibus
fuit reuelata cognouerunt eam, cùm ait: sapientiam
absconditam in mysterio, quam nemo principum hu
ius sæculi cognouit. Et sequitur: Vobis autem reue-
lauit Deus per Spiritum sanctum suum. ergo vide-
tur, quòd principes non cognouerunt eam: quia non
fuit illis reuelata, & tamen si aliquando cognouissent
eam, oportebat quòd esset eis reuelata, cum non pos-
sit cognosci, nisi per reuelationem, sicut ibi dicit a-
postolus, scilicet, vobis autem reuelauit Deus per Spi-
ritum suum: spiritus enim omnia perscrutatur etiam
profunda Dei: quis enim scit hominum, quæ sunt
hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso, ita &
quæ Dei sunt, nemo scit, nisi spiritus Dei, & con-
sequenter nos nescimus, nisi eo reuelante, sicut di-
citur supra vndecimo capitulo, quòd patrem nemo
nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, sed
non fuit eis reuelata, vt ex litera colligitur, cùm di-
catur: Quam nemo principum cognouit. et sequi-
tur: vobis autem reuelauit Deus, quasi dicat, vobis re-
uelauit, & illis non: ergo nunquam cognouerunt.

Tertiò quantum ad hoc, quia si vellemus dicere,
quòd aliquando cognouerūt Christum esse Deum:
oportebat dici, quòd illis reuelatum fuit, & postea
cessauit cognitio ista per passionem sequentem: sed
Paulus vult, quòd non fuerit illis reuelatum, cùm
dicat: Vobis autem reuelauit Deus, quasi dicat, non
illis; ergo non est verum, quòd cognouerint.

Quartò patet, quia etiam non satisfit literæ se-
quenti ibidem, scilicet, si enim cognouissent, nun-
quam regem gloriæ crucifixissent. Ex hoc, quòd

F dicit nunquam, innuitur, quòd nunquam cogno-
uerunt. s. neque a principio, neque existente passio-
ne odij, licèt ly, nunquam determinet illud verbū cru
cifixissent, & non verbum cognouissent: quia est sen-
sus, si cognouissent semel illum esse Deum, non so-
lùm tunc non occiderent eum, sed nunquam illum
occiderent, quia cauerent illū occidere, & offendere.
Quintò, & præcipuè quantum ad hoc, quia non satis-
fit scripturæ Actu. 3. cap. vbi Petrus ait, & nunc fratres
scio, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes
vestri: ergo ignorabant eum esse Deum. Nicolaus
autem respondet ad hæc, & similia, vt dictum est di-
stinguens de sciētia, vel cognitione habituali, & actua
li, sicut fit in incontinente, & quòd non cognouerint
G eum actualiter, quando occiderunt impediente pas-
sione odij, sed habitualiter, eo quòd a principio actua-
liter cognouerant. Sed hoc non stat: primò quia nō
concordat literæ ibidem: nam Petrus postquam dixit
fecistis per ignorantiā, adiunxit auctoritates ad osten-
dendum, quòd ille erat a Deo missus, & quem in le-
ge, & prophetis promissum habebant: & tamen si Iu-
dæi a principio scirent Christum esse Deum, & postea
passione impediente occidissent, non oportebat, neq;
expediebat, quòd probaretur illis Iesum esse Deum,
vel Christum: quia ipsimet cognoscerent, sicut fit in
incontinēte, qui statim, vt cessat passio, habet rectam
æstimationem, sicut ante passionem, & non est opus,
quòd quis hoc ei suadeat, sed potius ipse pęnitet de
H malo, vt dicitur septimo Ethico. ita Petrus non pro-
baret hoc Iudæis, sed solum daret eis spem de remis-
sione, si pœniterent, & tamen fecit duo, scilicet ad-
monuit pęnitere dicens: pęnitemini, & conuertimi-
ni, vt deleantur peccata vestra, & adiunxit probatio-
nes, quòd Iesus esset Christus, ergo ante hoc non co-
gnouerant eum esse Deum. Secundò patet, quia iste
modus accipiendi per ignorantiam, non conuenit sa-
cræ scripturæ. Aristot. enim 3. Ethic. distinguit agere
per ignorantiam, & propter ignorantiam. Agere pro
pter ignorantiam est, quando præcedit ignorantia,
& præstat causam actui: vt siquis comedat carnes pri-
ma die quadragesimæ, nesciēs esse Quadragesimam,
propter ignorantiam agit: præcedit enim ista igno-
I rantia actum, quia prius nescit esse tunc Quadragesi-
mam, quàm carnes comedat, & etiam præstat cau-
sam actui ista ignorantia, quia ideo comedit, quia ne-
scit esse Quadragesimam, & si sciret non comederet.
Per ignorantiam agere est ignorātiam comitari actū,
& non præcedere, & ista ignorantia non præstat cau-
sam actui, cùm non præcedat, & ita est de omnibus
peccatis, quia in omni peccato eligitur malum, & agi
tur, & tamen malum sub ratione mali non potest ca-
dere sub electione, quia obiectum voluntatis est bo-
num, & ipsum est, quod omnia appetunt, ergo opor-
tet, quòd eligatur ibi malum sub ratione boni: sed nō
potest iudicari malum vt bonum, nisi per errorem,
vel ignorantiam quandam: ideo in omni peccato est
K ignorantia, & ita dicit Aristoteles tertio Ethicorum,
quòd omnis malus est ignorans: ista autem distinctio
ignorantiæ non est in sacra scriptura, neque apud vul-
gares: nam vulgares non dicunt aliquid per ignoran-
tiam, vel ignoranter factum, nisi quando ignorantia
præcedit, & causam præstat actui, & in sacra scriptura
etiam non est talis distinctio: quia non dicitur, nisi per
ignorantiam agere, & nunquam propter ignorantiā.
Et patet, quia Leui. 4. c. ponitur distinctio peccatorū,
& dicunt quędam facta ignoranter, vel ꝑ ignorantiā.
Alia aūt per superbiā Num. 15. & tamē si accipiat per
ignorantiam agere sicut accipit Aristot. & vult Nico-
laus, non staret distinctio, cùm omne peccatum sit fa-
ctum ignoranter. i. per ignorantiā comitantē, vel con

uenicus

uertentem: ergo non pōt accipi per ignorātiam fecisse, nisi ꝙ ignorantia præcessit, sed si præcessit non causata est per passionem: qa illa, quę causatur per passionem est comitans, ergo etiam antequā Iudęi odissent Christum, non nouerant Christum esse Deum, & cōsequenter nunquam cognouerunt esse Deum Christum illi, qui mortem eius procurauerūt, sicut asserebat Nicolaus. Tertiò patet, quia si acciperetur sic egisse per ignorantiam, nihil plus esset dicere egissetis per ignorantiam, q̃ nihil dicere: cui non est possibile peccare, nisi per ignorantiam comitantem, vel præcedentem. et tñ hoc est inconueniens: quia ex causa expressum est, ergo non accipit̄ sic. Quartò patet, quia beat⁹ Petrus voluit alleuiare aliquo modo peccatum Iudęorum, vt haberent maiorē spem de venia, & pęniterēt, & ad hoc dixit, ꝙ fecerant per ignorātiam, & patet ex modo loquendi Petri ibi. Nam prius ostendit grauitatem facti in seipso dicens, sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitæ interfecistis. Deinde ad consolationem eorum, & remissionem dandam alleuiat peccatum aliqualiter, dicens: Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri, & sequitur; pęnitemini igitur & cōuertimini. i. quia sic est, ꝙ per ignorantiam occidistis, facite pęnitentiam, vt remittantur peccata vestra. Et patet, quia simili modo alleuiat peccatum suum Paulus, & dicit se dignum remissione. 1. Timo. 1. c. s. Prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci: & tñ si acciperetur egisse per ignorantiam, eo modo, quo accipit Nicolaus, nō alleuiaretur peccatum. Sic patet. 3. Ethi. s. quia agere propter ignorantiam, in quibusdam alleuiat autem excusat totaliter: agere aūt ꝑ ignorantiā, neq; alleuiat, neq; excusat. Et ratio, qa cùm omne pctm̄ sit cum ignorantia, qa oīs malus est ignorās, omne peccatū esset excusabile, vel alleuiaret̄, quod falsum est. Et tñ Petrus posuit eos egisse ꝑ ignorantiam ad alleuiandum delictū: ergo præcessit ignorantia, & nunquam Christum nouerant, etiam ante passionem odii, & illud videtur necessariò tenendum, licèt Nicolaus teneat quod dictū est: & alii leuiter attendentes illud putent, quod inter dum nos referentes eorum positionem dicimus.

Probatur secunda pars conclusionis superioris, Iudęos nempe, qui Christi mortem procurarunt ignoraße eum fuisse Messiam. Quæstio CCV.

SECVNDA pars conclusionis erat, ꝙ Iudęi, qui mortem Christi tractauerunt, nesciebant eum esse Messiam. Nicolaus aūt tenet, ꝙ sciebāt eum esse Messiam, & ita dicit alios tenere, & vident̄ ferè oēs rationes suprapositæ applicari posse ad hoc, licèt non ita efficaciter, sicut ad probandum, ꝙ nesciebant eum esse Deum. Non erat. n. verisimile, ꝙ si scirent illum Messiam vellent illum occidere, quia Messias erat totum bonū, qđ Iudęi expectabāt: & ideo nemo illorum vellet occidere Messiam: qa ꝑ hoc se priuabat toto bono. Secundò, quia cū Messias specialiter mitteret̄ a Deo, si quis mitteret manum in illum sciēter, timere poterat rationabiliter, ꝙ Deus eum deleret statim, & ideo nemo auderet mittere manum in eum. Sed dicendū, ꝙ ista licèt sint satis rationabilia: tñ non cogunt sicut cogebant ea, q̃ inducebantur ad ostendendum, quòd non agnouerant Christum esse Deum: quia si scirent Chrm̄ esse Deum, sciebant ꝙ ille non poterat occidi, nisi vellet quantum ad humanitatem: & quòd per occisionem non impediebat̄, quin voluntas Dei cōpleretur, vt supra dictū est. Si aūt scirent Iesum esse Messiam, & Deū esse non putarent, crederent quòd pos-

A sent eum occidere, quia erat purus homo. Etiā quòd ipse non se posset eripere de manibus eorum: quia licèt esset sanctus, non esset potens. Etiā illo occiso crederent, ꝙ obtinerent id, quod volebant. s. ꝙ non subtraheretur populus de manibus eorū: quod timebant fieri si Messias diu viueret, & postquā mortuus esset, non timerent eum: quia licèt sanctus esset, cū non esset Deus, non poterat facere, quod volebat: & ita si nihil aliud impediret, possent cognoscentes Iesum esse Messiam, tractare mortem eius.

Ad primam istarum duarum rationum dicēdum, ꝙ licèt Messias esset totum bonum Iudęorum: aliqui Iudęorum vellent eum occidere: quia aliqui erant ita iniqui, & mundani, ꝙ non desiderabant, nisi bona huius B sęculi. i. diuitias, honorem, potentatum, & voluptates; & tales non expectabant, neq; cogitabāt de bono, quod per Messiā inducendū erat, & multi tales erant. Vnde ad laudem ponit̄ de aliquo, quod expectaret redemptionem, quæ futura erat per Messiam. Sic dicit̄ de Ioseph ab Arimathia ciuitate, ꝙ expectabat & ipse regnum Dei. Mar. 15. & Luc. 23. q. d. aliqui alij, & ipse expectabant regnum Dei. De alijs autem, q non expectabant regnum Dei. i. non curabāt de illo, sed solùm de bonis huius sęculi, nō est mirum, ꝙ vellent occidere Messiam: potissimè si in aliquo esset contrarius desiderijs eorum: sic erat de principibus sacerdotum, q desiderabāt bona huius sęculi, & videbant Chrm̄ sibi contrarium: quia putabāt propter eius doctrinam, & C opera subtrahendum sibi esse principatum, & honorem super populum Io. 11. Venient Romani, & tollēt locum nrm̄, & gentem: ideo ēt si apertè agnoscerent eū Messiam, non erat mirandū, ꝙ vellent eū occidere.

Ad secundum dicendum, ꝙ rationabiliter poterat hoc timeri: & tñ passio odij, vel inuidiæ poterat impedire cogitationem istā: sicut & nos scimus, ꝙ peccantes punientur æternaliter: & tamen nō definimus peccare quando passio vrget: etiam quia licèt verisimile esset, ꝙ mittēs manum in Messiam puniretur a Deo, tamen non erat necessarium, quia aliqui sunt, qui occidunt viros sanctos, & nullā pęnā hic a Deo recipiūt.

Sed his non obstantibus dicendum, ꝙ Iudęi qui tractauerunt mortem Christi, non cognoscebant eum D esse Messiam, quando tractabāt mortem eius, neque vnquam ante hoc. Et patet hoc primò ex omnib⁹ rationibus factis circa auctoritatē Petri supra: nā Act. 3. Petrus dixit: scio, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. i. tam populus, quàm principes fuerunt ignorantes circa mortem Christi. Et non debet accipi ista ignorantia solum circa eum, vt erat Deus, sed etiam, vt erat Messias: ergo ignorabant eum esse Messiam. Et patet, quia postq̃ Petrus dicit, scio, ꝙ per ignorantiam fecistis, allegauit auctoritates ad probandum, ꝙ Iesus erat Messias in lege, & ꝓphetis promissus, ergo videtur ꝙ ignorabant adhuc illum esse Messiam, & ita apparet, quòd non solū tunc quando mortem tractabant, sed etiam prius ignorabant illum esse E Messiam: quia non potest intelligi de ignorātia comitante, sed de præcedente: quia si esset comitans, non oporteret allegari aliqđ ad probandum, quia non stāte passione, ipsimet scirēt sicut prius, vt supra dictum est. Secundo, quia dato, ꝙ Iudæi nescirent Iesum esse Deum, scirent tamen eum esse Messiam, esset peccatum eorum grauissimum occidendo eum, & ita non alleuiaretur peccatum per ignorantiam illam: ergo cùm Petrus alleuiet illud ibi per ignorantiam, videtur quòd neque cognouerūt eum esse Deum neq; Messiam. Tertiò patet, quòd specialiter fuerit ista ignorantia circa esse Messiam: quia postquam Petrus dixit, scio fratres, quòd per ignorantiam fecistis vos, sicut & principes vestri, subdit: Deus autem, qui

prænũciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum impleuit sic, idest, per ignorãtiam vestrã, quasi dicat, Deus prædixerat Christum suum occidẽdum: & ideo sic futurum erat, & tamen vos noleretis illum occidere, si agnosceretis, ideo accidit quòd per ignorantiam vestrã impleta sit prophetia, & voluntas Dei. Et tñ dicit pati Christum suũ: sed Christus significat Messiam, ergo ignoranter occiderũt illi Messiã.

Quartò patet, quia Christus dixit Luc. 23. cap. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et tamen si scirent esse Messiam eum, quẽ occidebant nulla ignorantia eos alleuiaret: ideo nesciebant quis erat ille, quẽ occidebant, scilicet, neque sciebant eum esse Deum, neque Messiam.

Ad rationem in cõtrarium ꝓ parte affirmatiua. Suppositis his respondendum est ad opposita, quæ inducebant, ꝙ Iudęi agnouerunt Christum. Et dicendum ad primum, ꝙ ibi refertur videre ad opera Christi, & non ad personã Christi, quasi illam agnouerint. Nam dicitur. Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit peccatum non haberent, nunc autem viderunt, & occiderunt me. i. viderunt opera mea: hoc autem non ostendit, ꝙ eum non agnouerunt, neque vt Deum, neque vt Messiam.

Ad secundum dicendum, ꝙ licèt non cognouerint Iudæi Iesum esse Deum, neque Messiam peccauerũt, nimis occidendo eum. Primò, quia iniustè eum occiderunt: peccatum enim non fecerat, neque inuentus fuerat dolus in ore eius. 1. Pet. 2. c. Et sicut coram Deo erat innocens, ita coram hominibus. Nam iudex non inuenit in eo causam vllam pęnę. Ioan. 18. Cùm ait Pilatus ego nullam causam mortis inuenio in eo: nefas autem est innocentem occidere: ideo peccabant illum occidendo. Sic dixit Petrus ostendens grauitatem delicti huius. Vos sanctum & iustũ negastis, & homicidam petistis donari vobis Actu. 3. cap. Secundò peccauerũt, quia ex iniquo zelo, scilicet, propter inuidiam, & odium cum scirent illum esse bonũ, & contrarium operibus eorum malignis, & propter bonitatem illius occiderunt eum timẽtes, ꝙ propter bonitatem doctrinę illius subtraheretur ipsis principatus populi, & emolumenta, quæ percipiebant. Sic dicitur Mar. 15. sciebat enim, ꝙ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Tertiò peccauerunt, quia licèt non cognouerunt eum esse Messiam, neq; Deum, tamen agnoscere potuerũt tam ex scripturis, quam ex factis eius, vt infra dicetur & cognoscere noluerunt, ideo fuerunt in culpa, cum ignorarent ea, quę conferebant, ignorantia tamen eius, quod confert nõ excusat. 3. Ethic. & maximè, quia in istam ignorãtiam inciderunt ex alia culpa, scilicet, ex odio, & inuidia. Nã siquis animo recto non commoto aliqua passione cõsideraret facta Christi, & consideraret scripturas, poterat agnoscere, ꝙ ille erat Messias, & Deus. Principes autem Iudęorum erant affecti odio, & inuidia contra ipsum: ideo nihil poterant in bonum interpretari circa ipsum de eo, quod posset verti in dubium, & sic factum est, quòd ignorauerint eum esse Deum & Messiam: & quia ista ignorantia prouenit ex delicto, non excusat a peccato, ideo peccauerunt occidẽdo Chrm.

Ad tertium dicendum vno modo, ꝙ cõcedendum est planè id, quod Hieronymus asserit: quia ex verbis suis non innuitur, quòd agnouerunt Iudęi Iesum esse filium Dei, & occiderunt illum: sed ꝙ ista occisio fuit per inuidiam. i. non fuit causa mortis ignorantia, sed inuidia. Sic enim Marcus dicit, sciebãt enim ꝙ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Secundò potest dici, quòd per ignorantiam non occiderunt illum, sed per inuidiã; quia licèt verè ignorauerint suit ignorantia voluntaria, quæ pro scientia computatur, scilicet, quia prouenit ex delicto. i. ex inuidia, & odio.

F Nam si nõ inuidissent verè agnouissent illum filium Dei esse & Messiam: ideo cum ignorantię causam de derit inuidia potius dicũtur ex inuidia, quàm ex igno rantia eum occidisse. Tertiò potest dici, quòd agnoue runt eum esse filium Dei, & Messiam, nõ quidem per certitudinem, & euidentiam, sed secũdum quandam opinionem, quæ interdum subintrabat animos eorũ, sed non perseuerabat: quia leuis erat, ita vt illa opinio magis esset principium dubitandi, & inquirendi, quã assentiendi, & ita aliquando ex dubitatione, quæ subo riebatur eis, quærebant, vt infra 26. & Mar. 14 dicitur, quòd princeps sacerdotum adiurauit Iesum dicens, adiuro te per Deum viuũ, vt dicas mihi, si tu es Christus filius Dei. Et tamen non mouerentur ad quæren

G dum hęc, nisi viderent aliqua circa Christum, propter quę putari posset ipsum esse Christum, & filium Dei: & ista deducerent eos in dubium: & quantum ad hoc dicebantur agnouisse eum: quia verè ista notitia fuisset inter eos firmata, & plena nisi inuidia & odium superuenientia impedirent.

An ex verbis istius parabolæ, scilicet, hic est hæres, venite occidamus eum, probetur quòd principes sacerdotum cognouerunt Iesum esse Deum & Messiam. Quæstio CCVI.

SED obijcietur, quia ex ista parabola videtur innui, ꝙ agnouerunt principes sacerdotum Iesum esse fi-

H lium Dei, & Messiam: quia quando ille venit dixerũt hic est hęres: & tamen cuius vinea erat Deus est: ergo hęres eius filius eius est, & per naturam quidem. Nam si loquamur de filio per adoptionem etiam serui, qui missi fuerunt ante illum filij dicentur: qa qui seruiunt Deo filij eius sunt per gratiam adoptionis: & tamen il lum solum vocauit filium: ergo loquitur de filio fm naturam, & sic agnouerũt illi Iesum esse filium Dei.

Dicendum, ꝙ non agnouerunt eum esse filiũ Dei, neque ex ista parabola sequitur: quia hic innuitur, ꝙ ex hoc ꝙ agnouerunt, vel dixerũt esse hęredem moti sunt ad occidendum eũ. Nam dixerunt hic est hæres venite occidamus eum, & nostra erit hęreditas: & tñ cognitio filij Dei non poterat mouere illos ad occidẽ

I dum eum: cum dicat. 1. Cor. 2. c. si cognouissent nunquam dominum glorię crucifixissent: ergo nõ solùm cognitio ista non poterat mouere eos ad occidẽdum eum, sed etiam quandiu talem cognitionem haberẽt nunquam mouerentur, ex quacunq; alia causa ad eũ occidendum, cum dicatur nunquam dominum glorię crucifixissent. Et etiam Nicolaus, q tenet ꝙ aliqñ Iudęi cognouerunt Iesum esse filium Dei, dicit, ꝙ qñ mortem eius tractauerunt, non cognoscebant hoc actualiter, sed ignorabant: quia inuidia & odiũ fecerant eos ignorare, ergo multominus cognitio ista poterat esse motiuum ad occidendum eum.

Sed dicendum vno modo, ꝙ ex his verbis, scilicet, hic est hæres, non innuitur, quòd Iudei per certitudi

K nem agnoscebant Iesum esse filium Dei, sed quòd ip se, aut pro tali se gerebat, aut quod aliqui eum talem asserebant: & tamen Iudęi non credebant hoc, sed potius contrarium sicut patet, Marc. decimoquarto. vbi summus sacerdos adiurauit Iesum, vt diceret an ipse esset filius Dei: & ille ait, ego sum: Iudęi autẽ non solum non crediderunt: sed dixerunt esse blasphemiã, & ex hoc magis inclinati fuerunt ad mortem illius, dicentes: blasphemauit, quid adhuc egemus testibus: reus est mortis. Et huic consonat quod dicitur Sap. 2. quòd dixerunt impij circũueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris. Et sequitur: promittit se scientiã Dei hr̃e, & filiũ Dei se nominat. Et sic non asserebant isti, quòd esset filius Dei,

Dei, sed dicebant quòd ille de se hoc iactabat: & ita Iudæi Christo crucifixo dicebant, si filius Dei es, descende de cruce. infra vigesimoseptimo capitulo.

Et patet adhuc magis apertè, quòd principes sacerdotum & cæteri, qui mortem eius tractauerant, non assererēt eum esse filium Dei, vel hęredem: sed quòd ipse hoc dixerit de se, aut alij de ipso, & pro hoc illudebant ei. eodem cap. scilicet, principes sacerdotum illudentes cum scribis, & senioribus dicebant, si rex Israel est descendat de cruce, & credimus ei: confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult: dixit enim. Quia filius Dei sum. Non ergo vocauerunt eum hęredem: sed quia ille se hæredem iactabat, vel asserebat. Et tūc stat conuenienter litera, scilicet, quia iste gerebat se pro hærede, licèt non esset hęres: neque Iudæi hoc crederent: quia tamen niteretur eis auferre hæreditatem sub tali nomine: ipsi timentes eam de manu sua auferri occiderunt eum. Et tunc verum est, quòd motiuum ad occidēdum eum fuit, quia erat hęres, idest, quia pro tali se gerebat, licèt Iudęi non crederēt hoc: & tamen nō cognouerunt eum esse filium Dei, quia hoc non moueret eos ad occidendum illum, sed potius moueret ad nihil cogitandum contra eum, vt dicit apostolus. 1. Corint. 2. cap. Secundò potest dici, ꝙ vocatur hic hęres non pro filio Dei, neq; pro Messia, aut sancto viro: sed pro eo qui hęreditatem tenet, aut est proximus ad obtinendum eum: eo enim modo principes sacerdotum dixerunt Christum hæredē esse, quo de seipsis dixerunt, & nostra erit hęreditas: sed non dicebant, hæreditas nostra erit, nisi inquantū putabant, ꝙ occiso Iesu maneret firmiter populus Iudaicus sub eorum doctrina, & potestate, & exhiberetur eis honor, & emolumenta perciperent a populo: Christum autem hæredem vocabant, quia videbant, quòd totus populus adhęrebat ei, & in ipsum credebant multi. Ioan. 11. quid facimus, qa homo iste multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credēt in eum. Et qui adhęrebant Christo, abstrahebantur a doctrinis principum sacerdotum. Vnde illi videbant, ꝙ si diu Christus viueret, non maneret ipsis vllus honor, neque principatus: sed omnia transferrentur ad alium statum & principatum: & ideo eum vocabant hęredem, quasi omnia sibi vniuersaliter applicantem: & credebant principes sacerdotum, quòd non poterant aliter prouidere, vt non eriperetur hęreditas de manibus eorum, nisi occidendo illum: Ideo tunc stat litera, scilicet, quia ex hoc quòd agnouerunt eum hęredem esse, isto modo, dixerunt: venite & occidamus eum, & nostra erit hęreditas, idest, si istū occidimus, nemo erit iam, qui de manibus nostris possit tollere principatum: quia neminem putabant futurum, qui plura signa faceret, quàm Iesus faciebat, per quæ plus ad se plebem traheret, & illam subtraheret principibus sacerdotum: & ideo maneret firmiter iam populus sub potestate principum, si occiderent Christum: & ideo vocauerunt istum hæredem: cęteros autem, qui ante eum venerant vocauerunt seruos: quia prophetæ prædicauerunt, sed pauca miracula faciebant: & neminem trahebant, vt in eos crederet, & ideo erant quasi serui, qui non acquirunt sibi sed domino: ita & illi Deo acquirebant paucos, quos poterant: Christus autem omnia sibi applicabat, & in eum credebant multi: & totus mundus crediturus videbatur: ideo eum hęredem rectè appellabant. Sic dicitur Io. vndecimo. Hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et Ioannis duodecimo dicitur, quòd Pharisæi dixerunt ad semetipsos; ecce nihil proficimus: videtis quia totus mundus post eum abit. Non ergo ostendit hoc, quòd principes sacerdotum crediderunt Iesum esse filium Dei,

A neque etiam crediderunt eum esse Messiam, sicut Nicolaus tenet, qui vult ꝙ tam ante tractatum mortis, quàm cum tractarent, agnouerunt eum Messiam: sed esse Deum agnouerunt a principio: sed postea superueniente odio, & inuidia cessauit cognitio. Nam manifestum est, ꝙ in morte non credebant eum esse Messiam: quia infra vigesimoseptimo capitulo dicitur, quòd principes sacerdotū cum scribis illudebant dicentes, si rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei, quasi dicat, nunc non credimus. Nam putabant, quòd si rex Israel esset, posset de cruce descēdere. de Iesu tamen credebant, quòd non posset descendere: & ideo dicebant hęc illudentes: sed Messias est rex Israel: ergo non credebant eum esse Messiam, & B sicut tunc non credebant: ita neque vnquam crediderant illum esse Messiam, sicut supra ostensum est.

In morte Iudæi non credebant Christū esse Messiā.

An per auctoritates veteris testamenti, quæ sunt de Messia poterat per certitudinem inferri, quòd Iesus erat Messias. Quæst. CCVII.

CIRCA illa autem quæ Nicolaus dicit est aduertendum, quòd ipse vult & dicit ab aliis præsuppositum, ꝙ Iudæi cognoscebāt Iesum esse Messiam, eo quòd sciebant auctoritates scripturæ quæ ponebāt signa aduentus, & determinationem temporis. & modum veniendi: & ideo infert, quòd simili ratione scirent eum esse Deum: quia sunt auctoritates multæ C ad ostendendum Messiam esse Deum.

Dicendum circa primum, idest, ad hoc ꝙ est Iesum esse Messiam, ꝙ Iudæi non cognouerunt illum. Et licèt sint auctoritates de tempore aduentus eius, & de signis adueniendi, & conditione, vel modo veniendi: tamen non cognouerunt eum, eo ꝙ ista non necessario ostendunt, sed probabiliter.

Et causant quandam opinionē: & hoc propter duo. Primò generaliter circa omnes auctoritates sacrę scripturę, tam legis, quàm prophetarum, quæ de Messia loquuntur. Nam variè exponuntur, & sequuntur quidam vnum sensum, alii alium: & ideo quidam dicunt debere intelligi de Messia. Alii dicunt, ꝙ non: ideo ex taliter se habentibus, nemo potest inferre aliquam D necessariam conclusionem euidenter: & maximè erat tempore aduentus Christi. & ante ipsum: nam nunc omnes auctoritates, quæ de Messia loquuntur, sunt a multis expositę: & Christusmet illas declarauit apostolis. Luc. vigesimoquarto. Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. et eodem capitulo, duobus discipulis euntibus in Emmaus Christus declarauit omnes scripturas, quæ de ipso erant, scilicet, & incipiens a Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur eis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Vnde plures auctoritates iam allegatæ sunt a Christo & apostolis, & deductæ de ipso in sacra scriptura, de quibus necesse est ītelligi de Messia, cùm ibi asseratur: ideo nos de paucis dubitamus. apud Iudæos autem tunc nulla E talis declaratio erat, ideo difficile erat eis intelligere, quę auctoritates intelligerentur de Messia: & licèt de aliquibus esset eis notum, de multis alijs dubitabant. Secūdò, quia aliter iudicatur de re antequam cognoscatur, aliter postquam cognoscitur. Nam antequam cognoscatur, oportet probare illam esse ex condictionibus suis, postquam cognita est applicamus ei condictiones suas. Primum est difficile, secundum facile. Ita de Christo est: nam iam cōstat nobis Iesum esse Messiam, & ideo nihil restat, nisi applicare ei omnia, quæ de Messia dicta erant quęrēdo, quomodo conueniant ei: & hoc facilè est, quia oīa gesta fuerunt iam tam de aduentu, q̄ vita, q̄ morte, quam resurrectione, & cæteris, & simul constat eū esse Messiam: quia nihil manet

ei applicandum, de quo non appareat, quòd iam illi competiuit. Secus autem erat, quando ipse venit: quia licèt constaret, quæ erant auctoritates sacræ scripturæ, quæ de eo loquebantur: quod tamē falsum est: tamen non poterat veritas oīum simul cognosci: nam quando viuebat, poterat constare de quibusdam, quæ pertinerent ad vitam eius, sed non de omnibus quousque cessaret viuere, & non poterat constare de his, quæ pertinebant ad mortem & resurrectionem eius, & de his, quæ secutura erant in discipulis eius: quæ omnia pertinebant ad Messiam: & ideo nemo poterat tunc cognoscere vera esse de Christo omnia, quæ ad Messiam pertinebant: & consequenter, neque poterat inferre necessario, & euidenter ex dictis sacræ scripturæ eum esse Messiam: quia cognitis quibusdam conditionibus eius, & non omnibus, non inferretur conuenienter eum esse Messiam: quia aliquis, qui nō esset Messias posset conuenire cum Messia in quibusdam conditionibus, sed nemo in omnibus: ideo viuēte Christo nemo cognoscere poterat sufficienter, & euidenter ex solis sacris scripturis eum esse Messiam. Tertiò in speciali quantum ad applicationem aliquarum auctoritatum, quæ videntur esse notiores accipiatur auctoritas de hebdomadibus, quæ ostendit aduentum Christi: adhuc non colligitur ex illa tāta præcisio, quin maneat aliquanta dubitatio, & idem de alia, scilicet, non auferetur sceptrum de Iuda. quia dubium videtur quomodo, aut quando ablatum est sceptrum propter varium modum dominandi circa tēpora natiuitatis Christi: ita vt etiam nobis, nunc post omnia illa facta, & constito quòd Iesus sit Messias, sit difficile ostendere, quòd non fuit ablatum sceptrum de Iuda quousque Christus natus est, vt latè dictum est. supra secundo capitulo, quæstione vltima, & circa principium. capitulo eiusdem. Quartò, quia dato quòd poneremus ista cum præcisione, scilicet, vt ex scriptura sciretur dies natiuitatis Messiæ, antequam esset, quod non est verum: adhuc nesciebatur quis esset: quia multi eodem die nati sunt inter Iudæos, & in eodem loco, scilicet, in Bethlehem, & in finibus eius: & ideo ex hoc non haberetur certitudo aliqua quousque omnia, quæ ad messiam pertinebant colligerentur, & viderentur, ꝙ omnia illa conueniebant Iesu: & idem de quibuslibet alijs auctoritatibus, & cōditionibus eius, & de modo veniendi, scilicet, quòd super asinam venturus esset, & an semel, vel pluries, vel semper super asinam veniret. Quòd autem aliquando super asinam veniret satis leue signum erat, quia multi super asinas equitantes introibant in Ierusalem, & per diuersa loca Iudæorum. Quintò, quia etiam circa ipsa signa aduentus Christi, quæ non sufficienter ostendebant a priori, adhuc ipse reddidit ea minus significantia. Nam signum de tempore aduentus, & loco natiuitatis simul sumpta faciebant aliquantulam ostensionem, & hanc Christus abstulit. Talem enim se constituit, quòd non putaretur a Iudæis natus in loco, in quo Messias nasciturus esset. Nam ille nasciturus erat in Bethlehem. supra secundo capitulo. et ita natus est eodem capitulo. sed statim translatus est inde in Nazareth, & mansit ibi semper cum Ioseph, & Maria matre sua. Luc. secundo, & supra secundo. & ita omnes Iudæi putabāt eum Nazarenum, & non Bethlehemitem. Vnde sic eum semper vocauerunt, & nunquam Bethlehemitem: & ista fuit magna occasio, quare Iudęi non credebant in eum: quia non solùm non credebant eum esse Messiam: sed videbatur inferri ex hoc, quòd impossibile erat eum esse Messiam. Et patet Ioan. septimo. vbi turbæ contendebant inter se de eo. Nam quibusdam dicentibus eum esse Messiā propter signa magna, scilicet, Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Alij dicebant, quòd esse non poterat: quia erat Nazarenus, & non de Bethlehem, scilicet, quidam dicebant: Nunquid a Galilæa Christus venit? Nonne scriptura dicit, quòd ex semine Dauid, et de Bethlehem castello, vbi erat Dauid venit Christus? quasi dicat, iste non venit de Bethlehem, sed de Nazareth Galilęę. Et eodem modo arguebant Pharisæi ostendendo, quòd non erat Messias Iesus. Nicodemus enim vnus de Pharisęis fouebat partem Christi: et dixerunt ei cæteri Pharisæi: Nūquid & tu Galilæus es? idest, foues opinionem Galilæi, putandoquòd ille sit Messias. Et sequitur: scrutare et vide: quia propheta a Galilęa non surgit, idest, Messias non potest natus esse de Galilęa, sicut ille natus est, & ita non colligebatur ex his auctoritatibus, quæ de ipso erant eum esse Messiam.

Et lati⁹ de hoc disputauit. Gen. 49.

Dicendum igitur, quòd ex auctoritatibus, quę sunt de Messia, nemo poterat per certitudinem inferre, ꝙ Iesus erat Messias, quandiu ipse viuebat, sed præbebatur aliqua suspitio ad aliqualiter putandum, quòd ille erat Messias: quia nunquam venerat aliquis, cui tālitum concordaret scriptura de Messia, quantum illi concordabat. Et potissimè, quia nemo vnquam talia opera fecerat: et istud erat maximum argumentum, quòd Christus sumebat contra Iudæos. Ioan. 15. Si non venissem, & opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent.

Ad quid profuerunt signa data de aduentu Messiæ, si per ea non cognoscebatur Messias per certitudinem. Quæst. CCVIII.

SED quæretur, ad quid ergo profuerunt signa data de aduentu Messię, & de cæteris, quæ ad eum pertinebant, si per ea non cognoscebatur Messias per certitudinem. Dicendum, quòd proderant. Primò ad dandam aliqualem notitiam, licèt non plenam certitudinem: & ex ista aliquali notitia mouerentur homines ad solicitius inuestigandum, & Deus illustraret corda eorum, vt agnoscerent Messiam, & crederent in eum: quod non fieret non existentibus aliquibus signis. Nam prorsus videretur irrationabile credere potius hunc, quam illum esse Messiam.

Secundò proderant ad sciendum, quis non erat Messias. Nam sunt duo modi cognoscendi de re: vnus quid illa est, alius quid illa non est, & vterque est vtilis: minor tamen est cognoscere quid non est, & est facilius habere istum modum quàm alium. Vnde de Deo in præsenti non possumus cognoscere clare quid: cognoscimus autem clarè, quid non est: et ita circa Messiam per illa signa sufficienter cognoscebatur, quis non erat Messias: quia quicunque esset, cui deesset aliquid de illis, quę de Messia dicuntur, non erat Messias: & hoc valde proderat ad non errandum circa singulos. Nam si nulla signa essent Messiæ, vel putaremus quemlibet esse Messiam, vel nullum: & ita multum prosunt signa illa, & ita signa ista, licèt non ostendant euidenter de aliquo, quòd sit Messias, ostendunt saltem quòd esse possit, et quod non repugnet sibi esse Messiam: sicut per eadem signa de alijs probatur, quod non possint esse Messias.

Quare

Quare Deus dedit talia signa, per quæ non poterat cognosci euidenter Christum esse Messiam.
Quæstio CCIX.

SED quæretur, cùm Deus potuisset in scriptura talia signa dare, per quæ euidenter, & sine errore cognosceretur Messias, quare dedit talia, per quæ non poterat cognosci euidenter.

Dicendũ, quòd fuit: primò ad securitatem Christi quamdiu erat paruulus: nam existente adhuc illa dubitatione circa personam Messiæ quis ille esset, quæsiuit eum Herodes ad occidendum, & occidit innocentes propter eum. supra 2. cap. quantomagis si persona sua esset nota omnino ageret Herodes ad occidendum, & in toto orbe persequeretur eum? & non posset euadere, nisi per miraculum. Et hoc erat inconueniens, quia tuncnon prædicasset pacificè tanto tempore in Iudæa, neque fecisset ea, quæ fecit aggregando sibi Apostolos, & ferè totus modus vitæ Christi esset alius, quàm fuit: ideo debuit ignota esse persona Christi Messiæ, ita vt non cognosceretur euidenter quis ille esset quamdiu viueret. Secundò fuit propter meritum fidei: quia Deus vult per fidem iustificare corda nostra. Actu. 10. fide purificans corda eorum, & ista est fides circa redemptorem nostrum, per quem est salus: & tamen si essent signa, quæ euidenter, & ex necessitate sine vllo errore ostenderent quis esset Messias, nullum esset meritum fidei, cùm esset demonstratio: ideo fuit conueniens, quòd non essent talia signa, sed leuiora. Tertiò fuit propter salutem nostram procurandam eo modo, quo Deus instituerat: ipse enim decreuerat saluare genus humanum per sanguinem Messiæ. Si autem Messias esset hominibus manifestus, nemo auderet in illum mittere manum, & si quidam ex superabundanti iniquitate hoc niterentur, cœteri qui eum agnoscerent non permitterent. Et ita non posset mori pro nobis ad salutem: ideo debuit esse aliqualiter ignotus, ita vt occidi posset. Sic dixit Petrus Actu. 3. cap. Et nunc scio fratres, quòd per ignorantiam feceritis, sicut principes vestri, scilicet, occidendo Christum. Et sequitur: Deus autem, qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic, idest, prænunciauit, quòd occidendus esset, & impleuit sic, scilicet, per ignorantiam vestram, de qua sermo præcesserat: quasi dicat: non potuerat aliter impleri quod prænunciatum erat.

Quare Deus fecit, vt Messias non esset pœnitus ignotus, nec totaliter manifestus: & quomodo tempore suo ab aliquibus fuit cognitus, & ab alijs ignotus.
Quæstio CCX.

SED considerandum, quòd Deus prudentissimè inter hæc temperauit. Nam non fuit tam ignotus Messias, vt pœnitus ignoraretur, & à nullo cognosci posset, & vt occidentes eum, & non recipientes manerent inculpabiles. Neque fuit tam manifestè notus, vt hostes possent eum determinatè persequi, non dubitando de persona eius, & vt tolleretur locus fidei, & sacramentis salutis nostræ per eum consummandis. Sed signa fuerunt media inter vtrumque. Nam aliqualiter ostendebant Messiam: & ideo, qui illa diligenter attendere vellent, caussarent sibi quandam opinionem, quòd ille esset Messias, licèt non esset ita omnino certa, sed ex hac habebatur locus ad magis inquirendum, & credendum id, quod signa euidenter non ostendebant, & crederent, qui vellent: qui autem nollent credere, non haberẽt necessariam ostensionem, quòd ille erat Messias: & ita per ignorantiam quandam possent illum occidere: si autem signa nulla essent, neque fides locum haberet, nec cognosci aliquatenus Messias posset. Modus autẽ quo Messias cognitus fuit ab aliquibus tempore suo fuit: quia erant aliqua signa, quæ homines mouere poterant aliqualiter ad suspicandum de eo, quòd esset Messias, & ad inquirendum hoc efficacius: istud autem erat, quia ille natus fuit tempore, quo prophetæ prædixerant, & in illo loco, licèt istud esset multis ignotum, qui putabant eũ esse de Nazareth. Et quod efficacius his erat, quia ille faciebat talia signa, qualia nunquam vllus fecerat, neque credebatur facturus: Ioan. 7. cùm dixerunt turbæ: Christus cùm venerit nunquid maiora signa faciet, quàm quæ hic facit? & tamen putabant omnes Iudæi, quòd Messias futurus erat excellentior in operibus omnibus alijs hominibus: & istud maximè mouebat: Et etiam Christus istud ponebat pro maximo motiuo ad credendum de ipso, quòd erat Messias. Ioan. 15. cap. Si non venissem, & non fecissem in eis opera, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Cùm autem ex his haberent aliqui bonum animum ad Christum sine passione odij, & inuidiæ cupientes scire, an ille esset Messias; infundebat Deus cordibus eorum fidem de illo, per quam firmiter credebant illum esse Messiam hbentes talem certitudinem, qualem si demonstratum esset, & quia non potuerant istam certitudinem habere ex signis traditis in Sacra Scriptura, & assentientes inspirationi interiori, sed fidem eis datam merebantur credendo illum esse Messiam, & non mererentur si sine fide fieret demonstratio: & ita sine reuelatione diuina à nullo potuit cognosci, quòd Iesus esset Messias: quia ista infusio fidei erat reuelatio cũ à Deo solo fieret, & quæcunque alia signa, siue ex auctoritatibus Sacræ Scripturæ, siue miracula, quæ faciebat non sufficiebant ad ostendendum euidenter, & per certitudinem eum esse Messiam. De signis, idest, auctoritatibus scripturæ iam ostensum est. De miraculis verò patet: quia licèt hoc faceret quandam probabilitatem: non faciebat tamen certam ostensionem. Nam Apostoli Christi fecerunt maiora miracula, quàm Christus Ioan. 14. Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio faciet, & maiora horum faciet. Et tamen nemo Apostolorũ erat Messias. Sola igitur reuelatio certificabat Iesum esse Messiam, & erat necessaria, quia sine ea alia non certificabant: ideo quibus reuelatum est Iesum esse Messiam agnouerunt illum: quibus verò nõ fuit reuelatum, non potuerunt agnoscere. Et ista est veritas, quam ponit Apostolus 1. Corinth. 2. cap. scilicet: Loquimur sapientiam Dei, quæ abscondita est in mysterio, quam nemo principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent: vobis autem reuelauit Deus per Spiritum Sanctum suum, scilicet, loquimur de Christo, qui est sapientia Dei, & virtus eius, quam sapientiam nemo principum huius sæculi, idest, principum sacerdotum agnouerunt: & dat probationem, quia si cognouissent, nunquam crucifixissent regem gloriæ. Et sequitur vobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: quasi dicat: quia vobis reuelauit, vos cognouistis: illis autem non reuelauit, ideo non potuerunt cognoscere, cùm esset abscondita in mysterio. Modus autem quo principes sacerdotum, Pharisæi, seniores, scribæ non cognouerunt Iesum esse Messiam, & occiderunt illum, fuit quia ex auctoritatibus Sacræ Scripturæ, & signis in ea traditis non conuincebatur euidenter, & necessario Iesum esse Messiam, vt ostensum est. Etiam miracula, quæ fecit non probabant hoc necessariò, licèt faciebant quandam

Miracula Christi, & scripturæ non euidẽter ostẽdebant Iesũ esse Messiã & cur.

Quõ principes sacerdotum, & Pharisæi, & cœteri nõ cognouerunt Iesum esse Messiam.

dam probabilitatem: & tamen ex ista probabilitate potuerant ipsi applicare animum suum sine vlla passione, cùm bono desiderio ad inquirendum, an Iesus esset Messias, & tunc Deus infunderet eis fidem, per quam firmiter crederent Iesum esse Messiam. Et hoc erat, quòd illis reuelaret: culpam tamen principum sacerdotum, & cœterorum fuit, quòd visis magnalibus, quæ Christus faciebat, statim inuiderunt ei, quia populus deferebat ei maiorem honorem, quàm illis, & quia subtrahebatur eis multum de honore pristino, & emolumentis consuetis: etiam oderunt eum, & persequi inceperunt tum propter prædicta: tum quia ille denudabat peccata illorum corā plebe, & arguebat illos valde, vt patet infra 23. cap. vbi sæpe dicit illis væ: & tunc possessi ab istis duabus passionibus, non solùm non dederunt animum suum ad inquirendum, an ille esset Messias, sed potius studebant ad obuiandum illi, vt ostenderent eum non esse Messiam, & arguerent asserentes hoc, & impedirent doctrinam, & miracula eius, nè per hæc credi posset Messias: & ideo etiam si certa cognitio posset haberi ex auctoritatibus Sacræ Scripturæ, inquirendo diligenter in eis, iam isti non possent cognoscere Iesum ex scriptura, quia quæcunque essent aliqualiter obscura, vel non omnino manifesta, interpretarentur semper in malum: quantomagis, quia ex scriptura non poterat haberi ista certitudo, sed necesse erat expectari reuelationem: eis autem, quia indignos se fecerant repellendo à se notitiam, quam habere poterant, non dignatus est Deus reuelare infundendo fidem, & quia non poterat alio modo per certitudinem Christus cognosci, nisi ex reuelatione, necesse fuit, quòd principes sacerdotum scribæ, seniores, & Pharisæi non cognoscerent illum: & ita non cognoscentes occiderunt: quoniam si cognouissent nunquam regem gloriæ crucifixissent, neque cogitassent nocere illi, vt dicitur. 1. Corinth. 2. cap. Et non est, vt aliqui simplices putant, scilicet, quòd principes sacerdotum agnouerunt Iesum esse Messiam: & tamen vt nocerent ei, quem oderant, fingebant se non agnoscere asserentes non esse Messiam, sed in veritate ignorauerunt, certè credentes quòd ille non esset Messias. Ex quo sequitur, quòd licèt principes sacerdotum, & cœteri peccauerunt valde in morte Christi, scilicet, in tribus, vt dictum est supra, tamen adhuc aliqualiter fuit alleuiatum peccatum eorum per ignorantiam: nullam autem haberent excusationem, neque alleuiationem si manifestè agnoscentes Iesum esse Messiam occidissent illum. Sic enim Petrus excusat aliqualiter, & alleuiat peccatum ipsorum, vt det illis spem remissionis, dicens Actuum 3. Et nunc scio fratres, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri, idest, etiam principes vestri fecerunt per ignorantiam, Et sequitur; Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur vestra peccata, idest, quia sic est, quòd per ignorantiam fecistis, pœnitemini, & remittetur vobis: quasi dicat: non ita faciliter remitteretur si scientes egissetis: quia fortè non daret vobis Deus ita prompte spiritum compunctionis.

An Deus reuelauerit, & reuelet semper Iudæis, & Gentilibus, & quibuscunque infidelibus, qui non ponunt obicem, quòd Iesus est Messias.

Quæst. CCXI.

DICENDVM etiam occasione præcedentiū, quòd Deus reuelabat omnibus, qui non ponebant obicem, & audiebant verba Christi, vel discipulorum eius, quòd ipse esset Messias infundēdo fidem

F in cor eius. Et patet hoc, quia, vt dictum est, non poterat Christus agnosci, nisi per reuelationem: cognitio autem illius est de necessitate salutis, cùm sine fide mediatoris non possit aliquis saluari: & tamen non est in potestate nostra fieri reuelationem nobis cùm reuelatio fiat à Deo: ideo videtur, quòd non possemus saluari, sed necessario damnaretur, qui damnaretur, scilicet, quia non posset credere cum non reuelaretur ei: ideo oportet dici, quòd licèt non sit in potestate nostra fieri nobis reuelationem: tamen Deus est dispositus omni tempore reuelare ei, qui non ponit obicem ad recipiendum: & ita dicimus de conuersione ad Deum: non enim potest quis saluari sine gratia, & gratia à Deo solo est: postquam

G autem est quis in peccato mortali perdit gratiam, & non potest iam saluari, nisi recuperet gratiam perditam, quam nemo potest restituere, nisi Deus: possumus tamen quacunque hora conuerti ad Deum, & est hoc in arbitrio nostro, scilicet, quia licèt nos non efficiamus gratiam, Deus est præsto omni hora, & instanti infundere illam nobis, faciētibus nobis quod est in nobis, & ipse quoque semper pulsat præueniendo, vt faciamus, quod in nobis est: & ita tunc ipse infundit habitum gratiæ gratum facientis. Sic enim est de infusione fidei, & reuelatione Messiæ nunc, & tunc: quia tunc omnibus audientibus verba Christi, vel discipulorum eius, si non ponebant obicem, sed bono animo se habebant ad volendum

Est in arbitrio nostro cōuerti ad Deū quacunque hora.

H scire, an ille erat Messias, vel non: reuelabat Deus Iesum esse Messiam dando fidem in cordibus eorum: & hoc erat, quòd caderet Spiritus Sanctus super omnes audientes verbum. Actu. 10. cap. sic enim ibi cœcidit super omnes, quibus prædicabat Petrus, & purificati sunt per fidem. Et hoc est, quod dicitur. 1. Corinth. 2. cap. scilicet: vobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, idest, reuelauit Iesum esse Messiam per Spiritum Sanctum, scilicet, ex gratia, vel dono, quòd Spiritui Sancto attribuitur. Nunc etiam sic fit: quia quisquis ille sit apud qualscunque gentes, vel regiones sit, qui nondum credens applicat animum suum ad volendum scire, quæ sunt illa, per quæ poterit salutem animæ obtinere, Deus reuelat illi ostendendo manifestè, quid credere, & agere debeat, vel

I deducendo eum ad talem locum, vel personas vbi ea, quæ sunt necessaria ad salutem addiscat. Sicut patet Actu. 10. cap. de Cornelio, qui vir gentilis erat manēs in oratione, & eleemosynis, vt Deus ei ostenderet viam bonam, & misit ad eum angelum suum, qui dixit ei, quòd mitteret in Ioppen, & adduceret inde Petrum, & faceret quæcunque ille doceret: & ita credidit ipse, & multi alij. eodem capitulo.

An per scripturas seu per miracula cognouerunt principes sacerdotum Iesum esse Deum. Et an eorum peccatum alleuietur per ignorantiam.

Quæst. CCXII.

K SECVNDVM erat circa id, quod dixit Nicolaus, scilicet, quòd principes sacerdotum cognouerunt aliquando Iesum esse Deum. Et dicendum, quòd non stat, neque valent rationes suæ, scilicet, quòd erant auctoritates Sacræ Scripturæ, ex quibus ostendatur Messiam esse Deum. Et primò, quia suppositum Nicolai est fallum, scilicet, principes sacerdotum cognoscebant Iesum esse Messiam: & tamen ita clare probant auctoritates scripturæ eum esse Deū sicut Messiam: ergo cognoscebant eum esse Deum: nam non cognouerunt eum esse Messiam, vt ostensum est supra: ergo neque cognouerunt eum esse Deum. Secundo, quia ex auctoritatibus non sumitur

Lis nō est an principes potuerūt cognoscere, quia quæst. 108. dixit, q sic sed an de facto cognouerūt.

tur sufficiens argumentum : nam licèt in veritate auctoritates scripturæ significent eum esse Deum, tamen erant obscuræ apud Iudæos, & variè exponebantur, ita vt non constaret ex illis Messiam esse Deum, sicut patet de illa auctoritate Psal. 109. scilicet: Dixit dominus domino meo. Nam ex illa ostenditur, quòd Messias est filius Dei, & ita per illam probauit Christus contra Pharisæos sequenti capitulo, quærentes de Christo cuius filius esset, & cùm illi dicerent, quòd erat filius Dauid, ipse ostendit ex illa auctoritate, quòd erat filius Dei, & dominus Dauid. eodem capitulo, & Marc. 12. & Lucæ 20. & tamen tam obscurè dicit hoc illa auctoritas, quòd neque etiam nos, qui hoc credimus sciremus sic intelligi, nisi Christus iam sic exponendum docuisset. Tertiò, quia non est æquale de Messia, & Deo: quia licèt ex scripturis concederent Iudæi Iesum esse Messiam: tamen adhuc non concederent eum esse Deum, quia difficile est eis intelligere, aut concedere, quòd aliquis homo sit Deus: vnde etiam vsque hodie hanc opinionem tenent, licèt quotidie scripturas suas legant, in quibus putant se vitam æternam habere, vt dicitur Ioan. 5. tamen Messiam, quem expectant non credūt futurum esse Deum, sed hominem iustum. Quartò, quia neque etiam ex miraculis hoc potest probari. Nam licèt Christus fecit miracula, non patet ex hoc eum esse Deum: quia etiam aliqui prophetæ veteris testamenti fecerunt miracula, sicut Elias, & Elisæus. Nam Elias suscitauit mortuum. 3. Reg. 17. cap. Elisæus autem duos mortuos suscitauit. 4. Reg. 4. & 13. capitulo, & alia multa fecit. Si autem dicas, quòd licèt fecerunt miracula, tamen non fecerunt tot, & tam magna, sicut Christus: ideo Christus erat Deus, & hoc etiam Christus, videtur innuere Ioan. 15. dicens: Si non venissem, & non fecissem opera in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.

Miracula quæ Christus fecit, nō probāt eum esse Deum.

Dicendum, quòd etiam hoc non sufficit, quia Apostoli, & discipuli Christi fecerunt maiora miracula, quàm Christus Ioan. 14. scilicet: Qui credidit in me opera, quæ ego facio, ipse faciet, & maiora horum faciet: tamen nemo Apostolorum erat Deus, sed sequitur, quòd per quemlibet illorum operabatur Deus: & ita licèt Christus faceret maiora, & plura miracula, quàm prophetæ veteris testamenti, non sequebatur ex hoc, quòd Deus erat: sed quòd Deus operabatur per illum plura, quàm per alios. Sed adhuc dicetur, quòd Christus differebat in modo operandi à patribus veteris testamenti, & ab Apostolis, quia omnes isti sub inuocatione nominis alieni miracula faciebant: Christus autem non inuocabat quem quam, sed quasi ex virtute sua operabatur.

Dicendum, quòd etiam istud non sufficit: nam licèt communiter sic fieret: tamen interdum Christus ad faciendum miracula petebat se exaudiri à patre, & plorabat, vt Ioan. 11. quando suscitauit Lazarum: & quando saturauit turbas leuauit manus ad cœlum: Ioan. 6. & Apostoli, & Discipuli, & Patres veteris testamenti, interoum sine oratione, & inuocatione aliqua faciebant miracula. Patet de Apostolis: nam Iudæi ponebant ægros in plateis, vt transeunte Petro vmbra eius obumbraret quemquam eorum, & sanaretur, & sanabantur omnes, qui obumbrabantur: Actuum quinto capitulo: Et tamen ibi Petrus, nihil inuocabat: imò interdum eo non aduertente sanaretur aliquis. De patribus veteris testamenti patet: quia quando mortuus eiectus est in sepulchrum Elisæi: mox vt cadauer mortui tetigit ossa Elisæi, surrexit homo, & stetit super pedes suos. quarto Regum decimo tertio: ergo neque etiam ex modo faciendi miracula constabat hoc.

A Dicendum, quòd verum est, quòd in modo faciendi miracula Christus excedebat valde omnes patres tam noui, quam veteris testamenti: & tamen non erat sufficiens probatio hæc ad ostendendum, quòd erat Deus. Sed dicendum, quòd quantum ad miracula maior excellentia ostendebatur Christi in illis miraculis, quæ alij faciebant in nomine eius, quàm in illis, quæ ipse faciebat. Nam ea, quæ ipse faciebat non ostendebant eum necessariò esse Deum cum posset Deus operari per illum, sicut operatur per prophetas, & alios homines: ea verò, quæ alij faciebant in nomine eius, ostendebant eum habere virtutem diuinam, quia inuocato nomine eius statim fiebant miracula. Hoc autem non factum est vnquam in nomine alicuius alterius. Et tamen in nomine Christi faciebant Apostoli, & discipuli omnia miracula: Mar. 16. in nomine meo dæmonia eijcient. Et ita Petrus, & Ioannes sanauerunt claudum ex vtero. Actuum tertio capitulo: & tanta erat virtus nominis Christi, quòd non solùm illi, qui sequebantur eum, sed etiam alieni, qui non sequebantur eum inuocato nomine eius faciebant miracula. Sic patet Luc. 9. vbi Ioannes frater Iacobi dixit Christo: præceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur te nobiscum. Et Christus dixit nolite eum prohibere. Vnus autem solus modus erat, per quem Christus ex miraculis poterat se probare esse Deum, vt si diceret ego sum Deus: & ad hoc probandum subijceret miraculum dicens, vt credatis hoc videte miraculum. Nam miraculum est operatio diuina, & Deus non est testis falsitatis: ideo si ad probationem alicuius rei induceretur miraculum, manifestum esset rem illam esse veram. Sic enim dabat Deus Iudæis modum probandi dicta prophetarum esse vera, Deutero. 13. & 17. capit. Et hoc modo discipuli Christi post mortem eius probabant necessariò Christum esse Deum. Nam asserebant Christum esse Deum, & ad probationem illius subiiciebant miracula. Mar. 16. capit. scilicet: illi autem profecti prædicauerunt vbique: domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et ita apparet, quòd neque per scripturas, neque per miracula agnouerunt principes sacerdotum Iesum esse Deum: & ideo occidendo eum non fuerunt tam culpabiles, sicut si cognouissent. Et ita inducit Petrus ignorantiam istam ad alleuiationem peccati eorum: Actuum tertio, & supra ostēsum est. Sed obijcietur, quòd principes sacerdotum, & cœteri, qui in morte Christi aliquid egerunt, aut saltem consenserunt: non alleuientur aliqualiter per ignorantiam: quia dicitur Ioan. 10. quòd dixerunt Pharisæi Christo nunquid, & nos cœci sumus? Et Christus dixit eis, si cœci essetis non haberetis peccatum: nunc verò, quia dicitis videmus, peccatum vestrum manet: ergo non excusatur. Secundò patet, quia Ioan. 15. cap. dixit Christus: si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo: ergo nullo modo excusantur de peccato.

Maior excellentia Christi ostēdebatur in miraculis, q̄ alij faciebant in eius noīe, q̄ in illis, q̄ ipse faciebat.

Dicendum, quòd principes sacerdotum peccauerunt in morte Christi: & tamen alleuiatur peccatum eorum licèt non excusatur, scilicet, minus iudicatur, quàm esset si agnouissent Christum esse Deum, aut esse Messiam, vt inducit Petrus Actu. 3. cap.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd verè Pharisæi cœci erant: quia lumen veritatis non videbant, idest, non agnoscebant Christum, & non ortus est eis sol iustitiæ de quo Malachiæ vltimo: vobis timentibus nomen meum orietur, sol iustitiæ. Et ita Christ' vocat eos cœcos infra vigesimotertio, scilicet:

Phari-

Pharisæe cœce munda prius quod intus est. Et duces cœcos sæpe eos ibi vocat: ipsi tamen ex superbia dicebant se non esse cęcos, quasi veritatem agnoscerent: & tamen ex illa superbia veritatem agnoscere nolebant nolentes se subijcere Christo, à quo illuminarentur: ideo dixit eis Christus: Si cęci essetis, non haberetis peccatum, idest, si non agnosceretis me, neque agnoscendi vobis locus datus esset, & ita essetis penitus cęci, non haberetis peccatum: & tamen, quia dicitis videmus, idest, quia habetis locum videndi, & non vultis videre: & ex superbia dicitis vos videntes, manet peccatum vestrum, idest, peccatis: Et ita esset si Christus non venisset, non haberent locum agnoscendi illum, & consequenter ex ignorantia eius cœci essent: sed quia non possent agnoscere eum, quoniam nemo prædicauerat, manerent cœci, & non peccarent. Nunc verò, quia venit, & eum intelligere noluerunt, cœci sunt, & peccant, & peccatum eorum augetur: quia cœci existentes dicunt se videre, & eos, qui in Christum credebant dicebant esse cœcos.

Ad secundum dicendum, quòd si Christus non venisset, & non locutus fuisset principibus sacerdotum, non haberent peccatum aliquod de hoc, quòd eum non recipiebant, licèt multa alia peccata habe-

F rent. Nunc autem, scilicet, quia ego veni, & locutus fui eis, excusationem non habent de peccato suo, scilicet, de peccato, quod fecerunt non recipiendo me, & credendo in me, & rectè dicitur, quòd non habent excusationem, habent tamen alleuiationem: excusatio enim est quando tollitur peccatum omnino, ita quòd id, quod erat peccatum, iudicatur non esse peccatum: alleuiatio autem est quando peccatum semper manet peccatum: & tamen non iudicatur tam graue sicut aliàs. Et ita nunc verum est, quòd peccatum Iudæorum in non recipiendo Christum, & in occidendo eum non excusatur: quia imputatur eis, & puniuntur pro illo. Nam si peccatum non esset, non oporteret conuerti, & pœnitere de

G illo: & tamen Petrus suadet conuerti, & pœnitere Actuum tertio capitulo: alleuiatur tamen, quia minus graue iudicatur, quàm si scientes eum Messiam, vel Deum noluissent recipere, & occidissent. Et hoc patet, quia post ibidem ad consolandum Iudæos, & dandum spem de remissione ait: & nunc fratres scio, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri: pœnitemini igitur, & conuertimini: ergo alleuiari peccatum aliqualiter ostendit. Et ita patet qualiter Iudæi se habuerunt in agnoscendo Iesum esse Deum, vel Messiam.

Excusatio & alleuiatio quid sibi velint.

FINIS.

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaterniones; Præter Mm. Qui est Ternio.

Ex Tipographia Rampazetana.

ALPHONSI TOSTATI HISPANI.

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Sextam Partem MATTHÆI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS, MDXCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.



ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

COMMENTARIORVM In Euangelium Matthæi

PARS SEXTA.

CAP. XXII.

T respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villã suã, alius vero ad negociationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt

A oẽs, quos inuenerunt, malos, & bonos, & impletæ sunt nuptię discumbentium. Intrauit autem rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominẽ non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quõ huc intrasti non ha-

B bens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi autem sunt vocati, pauci vero electi.

uc.14. po.19 — pra.22 — Inf.15. di.35.c. ecclesiæ. Sup.20. Mar.12

C Ostquam Christus ostẽdit Iudæos digne reprobatos, tanquam contemptores diuinæ maiestatis: hic ostendit consequenter eos reprobatos iuste, velut contẽptores diuinæ veritatis, cui dupliciter ꝯdixerunt: primo ipsam veritatem refutando: secundo ipsam impugnando, ibi. *Abeuntes Pharisæi*. tertio con-

D trarium errorem amplexando, ibi. *Congregatis autem.* Circa primum Christus procedit per quandam parabolam inuitatorum ad nuptias, quibus nolentibus venire, alii fuerunt inuitati, & venerũt. Et ideo ponunt duo: qa primo ponitur Iudęorum reprobatio digna: secundo gentium vocatio benigna. secunda ibi, cum dr̃. *Tunc ait seruis.* Circa primum dr̃. *Et respondens Iesus.*

E s. addens locutionem, vel respondens ad facta, aut cogitationes principum sacerdotum. *Dixit iterum in parabolis eis.* Dicitur iterum, quia alias parabolas posuerat. s. duas pręceden. c. vnam de duobus filiis, aliam de agricolis, nũc autem etiam in parabolis loquitur. s. de rege inuitante multos ad nuptias. Et dixit ipsismet

istas parabolas, quibus dixerat alteras, quia nondum recesserant ab eo. *Simile factum est.* Idest simile est, vel simile factum est. Idest vos fecistis illud simile, quia per operatones vestras iniquas factū est simile regnū cęlorum regi inuitanti multos, scilicet si vos non rēpulissetis a vobis diuinam veritatem, non esset simile regnum cœlornm, idest ecclesia regi inuitanti multos, quorum quidam non fuerunt digni venire, & manducare, & alij vocati sunt, qui venerunt, & manducauerunt. Sed quia vos repulistis Deum fecistis regnum cęlorum simile regi inuitāti, iō per vos factum est simile. *Regnum cœlorum.* i. ecclesia, sed an sit ecclesia militans, vel triunphans infra dicetur, quia vtraque ecclesia potest signari nomine regni cęlorū. *Homini regi.* Satis fuisset dici regi, quia si rex erat, hō erat. Nā in brutis non est proprie rex, sed abusiue per paucā similitudinem, inquantum in brutis inuenitur aliqua similitudo prudentię, & principatus, vel violētię. *Qui fecit nuptias.* i. honorē nuptialē. Nam proprie nuptias faciunt, qui copulantur carnaliter cum illa solēnitate cęremoniarum. *Filio suo.* De filio dicitur, quia si fecisset nuptias alicui seruo suo, non faceret tantum apparatum inuitatorum. *Et misit seruos suos.* Serui vocant̄ secundum consuetudinem sacrę Scripturę non illi, qui empticij sunt, vel iure bellico possessi, qui non sunt iā liberi, sed illi, qui ministrāt, aut qualitercūque famulantur. *Vocare inuitatos.* Ad honorem.n. nuptiarū multos inuitare fecerat rex, & multis diebus ante, sed nunc aduenięte tempore nuptiarum, misit vocari illos. *Et nolebant venire.* An absolute dicerent, nolumus ire, vel ponerent aliquas excusationes apparētes infra dicetur. *Iterum misit.* Erat magna patientia regis quia cū primō vocati venire noluissent, fecit adhuc eos rursus vocari. *Alios seruos.* Sic.n. facilius venirēt, quam mittendo rursus primos seruos *Dicens.* Scilicet seruis, quos nunc mittebat. *Dicite inuitatis.* Scilicet iam inuitati fuerant antequam mitterentur serui ad eos. *Ecce prandium meum paraui.* Ista est suasio ad veniēdum dispositis excusationibus.

Tauri mei. Quasi dicat iā non est tēpus excusandi, vt differat̄ opus nuptiarū ad alterū tēpus qa hoc esset, si tauri, & cętera animalia, q̄ sunt ad cibū, non essent occisi, sed cū iā occiderim oīa hęc, non pōt differri, quia perirēt, iō depositis excusationibus dilatatorijs, s. quę sunt, venite statim. *Et altilia.* Vocantur altilia omnes aues hic. Nam voluit rex designare oēm cibum de carnibus expendendū in nuptijs per duo, s. p tauros, & altilia. Per tauros designauit omnia quadrupedia, nam non essent ibi soli tauri occisi, sed etiam vaccę, & vitulę, & arietes, & forte de alijs speciebus quadrupedū. Nam in nuptiis regalibus nō erat verisimile esse solas carnes taurorum, potissime cum essent ibi altilia, ideo comprehensiue locutus est. Per altilia designantur omnes carnes auium quęcunque ad esūm in nuptijs sumebantur. Vocantur aūt proprie altilia aues saginatę, quę studiose cibantur, vt impinguent̄, & ita vocantur altilia ab alendo dicta, tales aues sumerentur pro nuptijs regalibus, ideo conuenienter altilia nominauit. *Occisa.* Refertur tam ad tauros, q̄ ad altilia, quia omnia hęc occisa erant, aliàs non staret ratio, quam rex intendit. *Et omnia parata.* Idest iam nihil deest de cęteris apparatibus, & ideo nō potest sine immenso damno, & verecundia differri tempus nuptiarum. *Venite ad nuptias.* Conclusio est, quę ex præcedentibus sequitur. i. quia sic est, ꝙ oīa parata sunt, vt dictū est, depositis excusationibus venite ad nuptias.

Quid sint altilia.

Illi autem. Scilicet inuitati. *Neglexerunt.* s. noluerunt venire ad conuiuium, & hoc ex contemptu, i. quia ꝯtempserunt regē inuitantē, vel contēpserunt conuiū. *Et abierunt.* Scilicet oēs inuitati recesserūt ad alia loca,

F & non ad nuptias. *Alius in villam suam.* Non.n. declinauerunt oēs ad idem genus operationis, vel occupationis tunc, quando neglexerunt venire ad nuptias, sed diuersis occupationibus se implicuerunt, & quidā de illis iuerunt ad villam, idest implicuerunt se agriculturę. Villa signat hic locum paruum, vbi iunt domus aliquę colonorum extra vrbem, vel magna oppida, & sunt tales domus principaliter factę ad manēdum ibi pp agriculturam, cum habitatio principaliter sit in vrbe, vel oppido. *Alius ad negociationem.* Licet dicatur alius non intelligitur vnicus, sed multi, quia non erat vnicus, qui ad agriculturam aut negociationē se occupauerat, sed multi, cū istę sint res pcipuę, quibus hominum communitas se implicat. Vocatur autem negociatio occupatio emendi, & vendē-
G di ad quęrendum inde lucra, & ita negociatores vocantur, qui talia exercent. Sic dicitur supra 13. Simile est regnum cœlorum homini negociatori, quęrenti bonas margaritas.

Reliqui vero. Scilicet alij de inuitatis. *Tenuerunt seruos eius.* Scilicet apprehenderunt illos seruos regis, qui ibant ad vocandum eos ad nuptias animo iniuriandi.

Et contumelijs affectos. Idest affecerunt prius contumelijs, deinde occiderūt. Contumelia proprie consistit in verbis, sed potest transferri ad facta, & est sensus, quòd isti inuitati volentes inferre iniuriam regi, & seruis eius, tenuerunt illos, & irriserunt eos verbis delusorijs, & mordacibus ad contemnendum aptis, deinde intulerunt plagas, & ad vltimum occiderunt
H illos. *Occiderunt.* Istud fuit vltimū malum, quod eis intulerūt, quia mors est vltimum malorum hic, & post illā nō restat hoībus malū, quod inferre possint, sicut dr̄ Luc. 12. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hęc non habent amplius quid faciant. *Rex autem.* Qui miserat seruos ad vocandum inuitatos. *Cum audisset.* Scilicet quomodo contempserant venire, & potissime, ꝙ quidam illorū occiderant seruos suos. *Iratus est.* Iuste iratus est, cum ipse honorare vellet eos inuitando ad nuptias filij sui, & illi eum dehonorarent, immo iniurias ex maligno animo inferrent occidendo seruos eius.

Mors est vltimum malorum in hoc sęculo.

Et missis exercitibus suis. Idest misit apparatum belli contra istos, qui intulerant iniurias seruis regis occi-
I dendo eos. *Perdidit.* Idest occidit. *Homicidas illos.* Idest eos, qui occiderant seruos regis missos ad vocandum inuitatos. *Et ciuitatem illorum succendit.* Ad magnitudinem iniurię vindicandam intulit grauissimam pęnā, scilicet quòd nō solum occidit homicidas, sed etiam ciuitatem illorum succendit, vt esset in memoriam ęternam vindicta illius delicti. *Tunc ait seruis suis.* Scilicet postquam occidit homicidas, & succendit ciuitatem ipsorum. Vel postquam apparuit de illorum voluntate, ꝙ iam venire nolebant, neque erat iam dignum eos recipi, etiam si venire vellent. Isti serui sunt omnes illi, qui erant cum rege, quia præter filium suū omnes de domo sua, & regno vocātur serui eius, pręcipue illi, qui manebant in quotidiano famulatu eius.

K *Nuptiæ quidem paratæ erant.* Hic vult ostendere rex, q' necessitas alij debeant vocari ad nuptias, & hoc, quia necessitas apparatus facti hoc exigit, ne pereat. q. d. si non essent parata omnia, licet illi rebelles occidissent seruos regis, & venire noluissent, nō oportebat statim pcedi ad celebrandas nuptias, sed melius differret̄ ad aliud tēpus, vt commodius vocari possent ad honorem nuptialem viri honorabiles de alijs vrbibus, sed quia iā nuptię paratę erant. i. altilia occisa erāt, & tauri, & reliqua disposita. *Sed, qui inuitati erant.* Scilicet illi, quos ego prius inuitaueram, deinde per seruos meos ad vocandū miserā. *Non fuerunt digni.* Non dixit noluerūt venire, sed nō fuerūt digni. i. sumere cibū nuptialem,

lem,& interesse huic gaudio, & celebritati nuptiali. A *Ite ergo.* Consequentia importatur.s.quia omnia parata sunt, & illi qui vocati erant ad nuptias nõ veniunt ad eas,& si nemo venit perdentur omnia, quæ parata erant. Oportet igitur, q alii veniant ad nuptias, & quia nondum erant vocati alij, & nemo veniret, nisi vocatus conclusit. *Ite ergo.* i.ite ad vocãdum alios, qui veniant ad nuptias. *Ad exitus viarum.* i.ite extra vrbem ad vias, & vocate eos, quos inueneritis in viis. Et vocantur exitus viarum. i.principia viarum iuxta portas vrbis, quia ibi est caput viarum. Et dicuntur exitus, quia in ipso loco exitur ab vrbe, vel viç capita habent ibi, vbi exitur ab vrbe.s.iuxta portas eius. Vel vocantur hic viç, non quidem itinera, quæ sunt extra vrbem, sed ipsi calles, qui sunt in vrbe. B Et vocantur exitus viarum capita callium.s.vbi est concursus, vel vbi sunt plateç, quia in talibus locis inueniri solent multi concurrentium, & discurrentium. *Et quoscunque inueneritis vocate.* Scilicet non eligatis nunc bonos, vel honorabiles, sicut in prima inuitatione fuerant illi inuitati, qui nuptias præsentia sua honorare possent. Nũc vero, quia subitò non poterat fieri electio taliũ, iussit vocari quoscunque, vt citò haberetur copia inuitatorum ad cibos nuptiales consumendos. *Ad nuptias.* Idest vt comedant in nuptiis. *Et egressi serui.* i. egressi fuerunt famuli illius regis iuxta mandatum illius Domini. *In vias.* i.in calles ciuitatis, vel extra vrbem ad publicas stratas. *Congregauerunt.* s. fecerũt multitudinẽ C quandam ex omnibus, quos vocauerunt. *Omnes quoscunque inuenerunt.* Scilicet non eligentes aliquos, quia ita iusserat dominus. *Malos, & bonos.* Idest honorabiles, & inhonoratos. Nam hic non accipitur malum, & bonum prout ad mores pertinet, sed bonum, & malum, vt pertinet ad nuptias, & quia ibi honor quçritur vocatur bonum, idest honorabile, malum verò, idest non honorabile. *Et impletæ sunt nuptiæ.* i.loca, vel domus nuptialis, vbi erant mensç. Nam non accipiũtur nuptiæ, sicut prius, scilicet fecit nuptias filio suo, quia ibi pro apparatu, vel honore nuptiali accipitur. *Discumbentium.* i.de discumbentibus. Discumbere est ad mensam sedere, vel ad cibum sumendum, etiam si nulla mensa sit. Sic patet supra 14.capitulo, & Luc. D nono, cum Christus saturauit turbas, quia dixit discipulis. Facite illos discumbere. Et hoc prouenit ex modo sumendi cibos apud antiquos, nam ad comedendum iacebant extenti super lectum, & ita vocabantur triclinia loca, in quibus comedebant, quia se acclinabant, idest iacebant. Sic patet. 1. Regum nono capitu. Assumens Samuel Saulem, & puerum eius introduxit eos in triclinium, vbi erant inuitati, & dedit ei locum in capite eorum. Et ideo dicitur discumbere, quasi in diuersa cubare, scilicet quia multi cubant, idest inclinantur, multi iacent ad comedendum, vbi est inuitatio, vel conuocatio. *Intrauit autem rex.* Non discumbebat rex in loco publico cum inuitatis illis, sed ad tenẽdum excellentiam regalem seorsum manducabat, & E ita intrare potuit nunc ad videndum eos, qui inuitati erant. *Vt videret discumbentes.* Iam enim dixerant sibi serui, quòd vocauerant omnes, quos inuenerant, & plenæ erant nuptiæ. Et ideo cum iam discumberent, vt gloriaretur rex vidẽs multitudinem inuitatorum suorum intrauit in nuptias. *Et vidit ibi.* Scilicet in nuptiis inter discumbentes. *Hominem.* Vnum significat, quia fortè non erant plures. Vel si erant plures, quid de illis factum est infra dicetur. *Non vestitum veste nuptiali.* Vestis nuptialis est vestis decora, & ad honorẽ pertinens secundum appellationem vulgarem, talibus enim indui debent, qui ad nuptias vadunt, eo q vadunt ad honorandum nuptias. *Et ait illi: Amice.* Vocat illum amicum blandç loquens, sed postea dure

Exitus viarum quis sit.

Ritus antiquorum in cibis sumendis.

punit mittendo eum in tenebras exteriores. *Quomodo huc intrasti?* Idest intrare non debuisses ad locum illũ nuptialem. *Non habens vestem nuptialem.* Idest vestem honorabilem, qualem te habere decebat, si intrare volebas. *At ille obmutuit.* Idest nihil respondit, quia nihil habebat, quod posset digne respondere. *Tunc ait rex.* Scilicet quando vidit, quòd ille nullam excusationem habebat neque prçtendebat de opere suo. *Ministris.* Scilicet seruis suis, qui erant in nuptijs ministrando discumbentibus. *Ligatis pedibus eius, & manibus.* Idest ligate pedes, & manus eius. Hoc enim erat incarcerare eum, quia incarceratores solent ligare pedes, vel manus, vel vtrunque, & interdũ etiam caput. *Mittite eum in tenebras exteriores.* Idest in carcerem tenebrosum. *Ibi erit fletus.* Scilicet in carcere tenebroso flebit propter pçnas, quas sustinebit. *Et stridor dentium.* Stridor dentium est sonus dentium factus ex cõcussione dentium, qui solet fieri nobis inuitis ex magnitudine frigoris. *Multi autem sunt vocati.* Ista est conclusio parabolæ, & non sunt ista verba pars parabolç, sed sunt verba Christi ad ostendendum ad quid inducta fuerit parabola, scilicet, quòd non omnes, qui vocantur consequuntur illud, ad quod vocantur.

Pauci vero electi. Dicuntur electi boni illi, quos Christus iudicat dignos vita æterna, ad quam vocat omnes, licet non omnes illuc eant, quia non eligunt omnes, qui vocantur.

An ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia, & statim sint facta. *Quæst.* I.

QVAERETVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad ea, quæ habẽtur præced.c. & an sint statim facta, vel interposito aliquanto tempore.

Dicendum ad primum, q est ordo continuatus, cũ ista parabola, quç hic ponitur adiungatur præcedentibus, tanquam complens illarum sensum. Nam dixerat Christus præceden.c. in conclusione prçcedentis parabolæ, q auferetur regnum Dei a principibus sacerdotum, & dabitur genti facienti iustitiam eius. Hic aũt adiungitur, quæ sit gens, cui dãdum sit regnũ Dei. Sic dicit Hiero.s.quia dixerat: dabitur gẽti facienti fructus eius. hic ostenditur cui genti. Secundo patet, quia dicitur hic, & respondens Iesus, & rñ ñdere denotat prçcessisse aliquid, ergo istud post prçcedentia fuit, & non è contrario. Tertio patet, quia dicitur, dixit Iesus iterum in parabolis, ergo iam prçcesserant aliç parabolç, & istç sunt duæ parabolç positç c. pcedenti. scilicet de duobus filijs, aliam de agricolis, & vinea, & ita necesse est, q ista fuerit post illas, cum hanc dicere, sit iterũ dicere, & ita ordo rectus sit inter hçc, & præcedentia.

Ad secundum dicendum, q statim fuerunt ista facta post ea, quæ habentur præcedent. cap. nam in fine eius ponuntur illç duç parabolç, quas Christus dixit contra principes sacerdotum Scribas, & seniores, & illis auditis indignati volebant tenere illũ, sed timuerunt populum, qui circũstabat, quia populus fauebat Christo. Christus ergo videns hoc eisdem principibus sacerdotum adiunxit istam parabolam, & sic nihil fuit intermedium, sed totus fuit contextus vnus locutionis, quasi ex medietate præceden. c. vbi dicitur: Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, vsque infra, vbi dicitur. Tunc abeuntes Pharisçi consilium inierunt, vt caperent eum in sermone.

Quomodo dicitur in litera. Et respondens Iesus, cum nihil respondisset. Quæst. II.

QVAERETVR vlterius quomodo dicitur in litera: Et respondens Iesus. nam non respondit, cum nihil dixissent principes sacerdotum, de quibus habetur præced. c. ad quod ipse responderet.

Dici potest vno modo, ꝙ licet non exprimatur aliquid, quod illi dixerint, tamen aliquid dixerunt, quia sicut eum tenere voluerunt, ita & aliqua aspera contra eum dicerent, & ad illa respondit Christus. hoc enim aliqui volunt.

Sed non stat, primò quia non est verisimile, ꝙ tacerentur nunc verba principum sacerdotum, quia non poterant tunc aliquid dicere, quod nõ faceret importantiam, & ita exprimeretur.

Secundo, quia tunc istud, qđ in parabola Christus dixit esset rñsio ad verba illorũ, & tamen non est, sed est quędam consequentia ad duas parabolas positas præce. c. ergo non est responsio ad aliqua dicta, q̃ dixerint principes sacerdotũ, quæ subticeat hic Matt.

Tertio, & pręcipue, quia nullo mõ est hoc verisimile, nã si ista parabola esset rñsio ad aliqua verba, q̃ dixissent principes sacerdotum, quantũcunq; illa essent leuia, vel paruę importantię exprimerentur, saltẽ, vt videret quõ rñsio erat ad propositũ, & quõ elidebat intentionem illorum, sed nõ exprimuntur, ergo nulla talia præcesserunt ad quæ Chrs respondeat hic.

Quartò, quia aut ista verba principum sacerdotũ erant leuia, aut aliquid importabant stylo dignum: si leuia erant non responderet ad illa Christus, potissime pro responsione ponens tam longam parabolã. Si autem erant digna stylo non subticeret ea Euãgelista: cum multa alia dicta eorũ describat, quę digna sunt scribi inquantum conferunt ad actus Christi, & tñ nõ expressit illa Matth. ergo nulla talia verba fuerunt principum sacerdotum, ad quæ Christus responderet ea, quæ habentur hic.

Secundò dicunt aliqui, ꝙ dr̃ Christus respondens, non ꝙ responderet ad aliqua verba principum sacerdotum, quia nulla dixerunt, sed respondit ad animum eorum, & facta. Nã cum Christus finiuit duas parabolas, quę habentur præcedenti. c. principes sacerdotum, quasi pro responsione ad illas voluerunt tenere Christum, vt eũ perderent, sicut dr̃ præce. c. & Luc. 19. vt rñsio magis esset realis, q̃ vocalis, & ad illa, quæ ipsi cogitabant respondit Christus. Sic dicit glo. s. dicit autem respondens. i. obuians prauę cogitationi eorũ de morte sua.

Sed dicendũ, ꝙ ẽt hoc nõ stat: primò, quia si Christus responderet hic ad ea, quæ cogitauerãt principes sacerdotum cum illa non expleuerint: erat respondere ad ea, quæ in corde erãt, & ideo ostenderet Euangelista, quõ Christus intelligebat ea, quæ cogitauerant principes, sicut factum est supra 9. c. qñ Christo dicente paralytico: dimittuntur tibi peccata tua, & Scribis, & Pharisęis dicentibus intra se hic blasphemat. Dixit Christus, quid cogitatis mala in cordibus vestris? Vel si non loqueretur ita expresse, saltem diceret aliqua, per quæ appareret, ꝙ intellexerat cogitationes eorũ, sicut Luc. 7. c. de Simone cogitante intra se ꝯ Christum pp Magdalenam, q̃ tangebat eum, proposuit Christus Simoni parabolam de fęneratore, & duob⁹ debitoribus, per quam manifeste cognouit Simon, ꝙ intellexerat Christus quid ipse de illo cogitauerat, & tñ nihil tale est, ideo non est responsio ad cogitationes principum sacerdotum.

Secundo patet, quia si esset responsio ad cogitationes illorum, ostenderet eos iniqua cogitasse, vel aliqua hmõi diceret, & tñ parabola nõ pertinet ad hoc,

F cùm in ea solum agatur de quibusdam vocatis ad nuptias, & nõ venientibus, & de alijs vocatis, & venientibus, ergo non respondet ad cogitationes eorum.

Tertio patet, quia parabola ista respondet, vel consonat parabolæ proximo positæ de agricolis, nam ibi concluserat Christus, auferetur a vobis regnum cœlorum, & dabitur genti facienti iustitiam eius, & quia nondum ostenderat, quæ gens erat ista, cui daretur, & quare daretur, ostenditur in parabola ista. Et ita dicit Chry. quia dixerat dabitur genti facienti fructus eius, hic ostendit cui genti.

Tertio igitur quantum ad principale dicendũ, ꝙ accipitur respondere large. i. dicere, & ita Christus nõ rñdit hic alicui, sed loquitur, quasi nullus sermo alterius pręcessisset. Et sic accipitur sæpe in sacra Scriptu-

G ra respondere, sic accipitur supra 15 cum dr̃: respondens autem Pet. dixit. Edissere nobis parabolam, & tamen certũ est, vt ibi apparet ex litera, ꝙ Petrus nulli respondet, sed incipit quærere a Christo expositionem parabolę. Sic ẽt patet Marc. 11. vbi dicitur, quòd Christus venit ad ficulneam, & nihil inuenit præter folia. Et sequitur, & respondens dixit ei, iam nõ amplius in ęternum quisquam ex te fructum mãducet. Et ita Christus dr̃ hic respondere ficulneæ, & tamen non poterat illi respõdere, cum illa nihil loqueretur, sed respondit ei. i. locutus est ad illam, & ita hic Christus dr̃, ꝙ respondens dixit. i. locutus est, licet non responderet, & hoc habet modus loquendi sacrę scripturę, sed non est modus noster.

H

An ista parabola sit eadem cum illa, quæ ponitur Luc. 14. Quæst. III.

QVAERETVR circa istam parabolam, an sit ista eadem cum illa, quæ ponitur Lucæ 14. de cęna facta, & vocatis ad cęnam.

Aliqui dicunt, quod sic, quia eadem narrantur vtrobique. Primo, quia sicut hic fuerunt inuitati multi, ita & ibi.

Secundo, quia sicut hic illi, qui iam inuitati erãt vocati fuerunt hora ciborum per seruos facientis cõuiuium, ita & ibi. Tertio, quia sicut ibi nemo illorum, qui inuitati fuerant venit, sed diuersimode se excusa-

I uerunt, ita & hic nemo venit. Quartò, quia sicut hic non venientibus primis introducti fuerunt alii, qui nõ fuerant prius inuitati, ita & ibi. Quinto, quia sicut hic iubentur vocari illi, qui in viis erant, ita & ibi. In plateis, & vicis, & multa alia sunt, quæ ostendunt idẽ esse, quod vtrobique narratur.

Sed dicendum, quòd non stat, quia licet aliquæ similitudines sint inter istam parabolam, & illam: tamen non est eadem, quia ad probandum identitatẽ, non sufficit probare multam similitudinem, sed appareret aliqua dissimilitudo, & tamen plures dissimilitudines sunt inter istas duas parabolas, quam similitudines.

Primo patet, quia non est idem ordo hic Matthei,

K & ibi Lucæ, neque inducuntur ad idem, quia hic Matthæus ponit istam parabolam contra principes sacerdotum, vt patet in principio literæ. s. Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis, i. principibus sacerdotum, quia de his ante hoc mentio erat, & tamen Lucas inducit illam parabolam respondendo illi homini, qui dixerat: beatus, qui manducauerit panem in regno Dei. Lucæ decimoquarto capit. Et ita cum non deducatur ad eundem finem, non potest esse eadem parabola.

Secundo, quia ista, quæ præcedunt hic ad parabolam istam, & quæ sequuntur, non sunt eadem cum illis, quæ præcedunt, & sequuntur Luc. 14. Nam hic ante

ante parabolam istam ponuntur alię duę parabolæ cō A
tra principes sacerdotum, Scribas, seniores, & Pharisęos, vt patet præceden.c.& post istam parabolam ponitur quomodo Pharisæi consilium fecerunt, vt caperent Iesum in sermone,& tamen Luc. 14. ante parabolam illam ponitur de inuitatis ad nuptias, ꝙ non sedeant in loco excelsiori,& ꝙ q inuitat aliquos, non inuitet diuites,qui possunt retribuere, sed pauperes, qui nō possunt retribuere, vt retribuatur eis in regno Dei,post illam autem parabolam ponitur, quòd turbę multæ secutę sunt Christum, & ille cępit eis prędicare.Si quis venit ad me,& non odit patrem,& matrem,&c.& de illo,qui ędificat turrim,ꝙ prius expensas computet,non est ergo eadem parabola. B

Tertio,quia non intelliguntur de eadē re istę duæ parabolæ,nam ista intelligitur de ecclesia militanti,q̄ vocatur hic regnum cęlorum,sed illa, quæ hr̄ Lucæ 14.intelligitur de triumphanti.i.de vita æterna, vt in quæst.ostendetur sequenti.

Quarto,quia non est idem,qui conuiuium vtrobique nominatum fecit, nam istud cōuiuium fecit rex quidam,illud vero,quod Lucas ponit, fecit homo q-dam,qui non erat rex. Nam dicitur Luc.14.hō quidā fecit cęnam, & tamen si esset rex non vocaretur homo quidam,quasi non haberet aliam specialē dignitatem, nisi ꝙ homo esset, sed exprimeretur dignitas sua,iuxta consuetudinem sacræ scripturæ.

Quinto,quia Matthęus vocat istud conuiuiū pran- C
dium,quia dicitur in litera: ecce prandium meum parau i,sed Lucas vocat cęnam,quia dr̄. Homo quidā fecit cęnam magnam, sed non est idem prandium, & cœna.

Sexto,quia istud conuiuium,quod ponit Mat. fuit nuptiale.i.ad honorem nuptiarum, cum dicatur, ꝙ rex iste fecit nuptias filio suo, & sępe de nuptiis hic mentio fit, & tn̄ Lucas nunquam expressit nuptias, sed potius innuit,ꝙ erat aliud conuiuium ad ōndendum aliquam magnificentiam,cū dicatur,ꝙ hō quidam fecit cęnam magnam,& vocauit multos.

Septimo,quia Matthęus ponit multos seruos missos ad vocandum inuitatos,cum ait, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Lucas autem vnicū seruum ponit missum ad vocandum inuitatos, dicēs, D
& misit seruum suum hora cęnę dicere inuitatis, vt venirent.

Octauo,quia iste rex, de quo hic Matth. loquitur, misit bis seruos ad vocandum inuitatos, primo.n.misit ad vocandum,& non venerunt,& ideo rursus misit ad eosdem. Nam dr̄:iterum misit alios seruos,dicens:dicite inuitatis:ecce prandium meū paraui. Et tn̄ Luc.non ponit vocatos esse inuitatos,nisi semel.

Nono,quia inuitati,de quibus hic dr̄, noluerūt venire,quasi apertè ostendentes hoc,cum dicatur, & nolebant venire, & in secunda vocatione ēt dr̄: illi autē neglexerunt,& abierunt, sed Lucas ponit, ꝙ inuitati se excusabant,& non negligebant aperte.

Decimo,quia serui, qui ponuntur hic vocasse inui E
tatos posuerunt suasionem ad veniendum dicentes: ecce prandium meum paraui,tauri mei,& altilia occisa,& omnia parata,venite ad nuptias. Sed Lucas non introducit seruum,nisi dicentem, ꝙ venirent ad cœnam,quia omnia parata sunt.

Vndecimo,quia cum ponātur excusationes aliquę non venientium,tam hic,quam apud Lucam,nō ponuntur tot,neque eędem vtrobique, quia Matthæus ponit duas solum: Lucas vero tres. Et etiam istæ duæ non cōsonant cum illis tribus,quia hic dr̄, ꝙ alius iuit in villam suam,& alius ad negociationem suam. Sed Lucas dixit,ꝙ vnus dixit: villā emi, & necesse habeo exire,& videre illā,alius dixit, iuga boum ęmi quinq;

& eo probare illa,alius dixit,vxorem duxi, & ideo nō possum venire.

Duodecimo (& consonat aliqualiter cum nono) quia inuitati apud Matthęum aperte resistunt seruis vocantibus, quia licet iuerit vnus ad villam,alius ad negociationem,non posuerunt hęc pro excusatione; sed nolentes ire ad nuptias iuerunt ad hęc. Apud Lucam autem non resistebant apertè, quasi venire contemnentes,sed excusabant se humiliter, vn̄ quilibet illorū dixit seruo misso,rogo te, habe me excusatū.

Tertiodecimo,quia inuitati in parabola ista fuerūt nequiores,quam apud Lucam, nam hic quidam inuitati noluerunt venire, alij autem tenuerunt seruos vocantes ipsos,& contumeliis affectos occiderunt,& tn̄ apud Lucam non fuit occisus aliquis seruus vocās ad cęnam,sed vnus, qui iuit ad vocandum omnes inuitatos redijt ad dominum. Et hoc satis conuenit pręcedentibus. Nam ibi omnes inuitati se humiliter excusauerunt dicentes. Rogo te habe me excusatum. Et ideo non erat verisimile,ꝙ tales prorumperent de tali humilitate in tantam insaniam,vt occiderent seruum vocantem eos. Isti autem erant pertinaces,& ceruicosi,cū dicat̄ prius,ꝙ venire noluerunt, & in secunda vocatione dr̄,ꝙ neglexerunt,& abierūt. Et ex hoc satis erat verisile,vt qui tanta superbia,& ceruicositate tenebant̄,occiderent vocantes se, potissime cū bis vocarent,& ista vocatio displiceret vocatis.

Quartodecimò,quia rex iratus hic occidit homicidas istos,qui occiderant seruos suos, & ciuitatem illorum succendit,& tamen apud Lucam nullus de inuitatis occiditur,neque ciuitas succenditur,& consequens est vtrobique ad pręcedentia. Nam hic inuitati occiderunt seruos regis vocantes eos ad conuiuiū, ideo verisimile erat,ꝙ rex iratus occideret homicidas istos, & succenderet ciuitatem illorum,sed apud Lucam inuitati non occiderunt seruum vocantem, ideo consequens erat, ꝙ non occiderentur ipsi, neq; succenderetur ciuitas eorum, ideo solum ponitur ibi ꝙ iratus est ille, qui eos inuitauerat, quasi inurbane agerent,tamen non habebat causam occidendi illos, ideo solum ponitur ira; sed nō aliquid inde secutum. Matthęus autem ponit iram,& stragem,& conflagrationem vrbis.

Quintodecimo,quia non venientibus primis inuitatis vtrobique iubentur vocari alij de viis,& plateis, & tamen hic dicit Matthęus,ꝙ congregauerunt oēs bonos,& malos, & implete sunt nuptię discumbentium. Et tn̄ Lucas dicit, ꝙ introductis omnibus,qui inueniri potuerunt adhuc dixit seruus dn̄o, factū est, quòd imperasti,sed adhuc locus superest.

Decimosexto,quia hic non fuerunt vocati, nisi semel illi,qui in viis erant,& in prima vice impletę sunt nuptię,sed apud Lucam bis vocati sunt de viis,qui inueniebantur,nam prima vice seruus vocauit debiles, & pauperes cęcos,& claudos quousq; inuenit in plateis, & vicis ciuitatis, & tunc adhuc supererat locus, & ideo dixit dominus rursus seruo, exi in vias, & sepes,& compelle intrare,& ita fecit.

Decimoseptimò,quia apud Matthęū ponitur hic, ꝙ impletis nuptiis discumbentium intrauit rex,vt videret discumbentes,& vidit hominem non vestitum veste nuptiali,& cętera,quę de illo sequuntur. Apud Lucam autem nihil istorum ponitur. Non est ergo eadem parabola ista,& illa.

Decimooctauo patet,quia August. lib.de Concor. euan.idem dicit.s.parabolam autem istam solus Matthęus narrat,simile aliquid Lucas narrat. Sed non est hoc,vt & ipse ordo indicat.

Decimonono patet,quia ideo tenet Greg. in hom. dicens:hic per nuptias pręsens ecclesia, illic pęnam

 ęternum,

æternum,& vltimum conuiuium designatur,quia in hanc.s.ecclesiam nonnulli exituri intrant, ad illud q̄squis semel intrauerit, vlterius non exibit. Et hęc est vera positio.

Aliqui tamen putant,ꝙ sit eadem parabola, & cōtendunt soluere dissimilitudines assignatas supra dicentes,ꝙ aliquid expressit vnus euangelista, quod tacuit alius,sicut in multis aliis rebus fieri solet, & hoc non pręstat argumentum diuersitatis inter hęc,sic refert Greg. vbi supra.s.& si forte quis contendat hanc eandem esse lectionem.i.eandem esse parabolam intelligi forsitan potest,quia de proiecto eo, qui cū veste nuptiali non venerat,quod Lucas tacuit, Matthę⁹ dixit: Quòd vero per illum cęna per hunc prandium dicitur,nequaquam obsistit, quia cum ad horā nonā apud antiquos quotidie prandium fieret,ipsum quoque prandium cęna vocabatur.

Sed dicendum,ꝙ non stat, quia licet per istum modum posset responderi ad aliquas dissimilitudines supra assignatas,tamen non potest respōderi ad omnes saltem ad primas tres, quia illę ostendunt diuersitatem,& non consistunt in hoc,ꝙ vnus plura,quā alius exprimat, ideo dicendum est, ꝙ non sit eadem parabola ista,& illa,quam Luc.ponit.

Circa corticem parabolæ.seu sensum parabolicum, quid vocatur hic regnum. Quæst. IIII.

QVAERETVR nunc de applicatione singularium partium metaphorę, & primo de applicatione earum quantū ad sensum parabolicum,qui designatur in cortice literæ, deinde ad sensum literalem, quem intendit Christus ponens parabolam.Circa primum erunt dubia iuxta singulas partes, primum est, cum dicatur hic simile est regnum cęlorum,quid vocatur hic regnum cęlorum.Dicendum.ꝙ regnum cęlorū vocatur hic quinque modis,vt ostensum est supra 10.c.q.52. hic tn̄ nō est dubium, nisi de duobus modis illorum.s.an accipiatur pro vita æterna,vel pro ecclesia militanti, quia vtraque vocatur regnum cęlorum. Sed est dicendū, ꝙ accipiatur pro ecclesia militanti.Primo patet ex intētione huius parabolę,quia ista parabola venit ad cōcludendum id quod in vltima parabola præced. c.nō fuerat finitum, quia in illa concluserat Christus contra principes sacerdotum dicens,auferetur à vobis regnum cęlorum,& dabitur genti facienti iustitiā eius, & quia nō fuerat dictum,cui genti daretur, aut qūo, declaratur hic. Sic dicit Chrys.Quia dixerat dabitur genti facienti fructus eius,hic ostenditur cui genti:& tamen constat, ꝙ ibi accipitur regnum cęlorum pro ecclesia militanti,quia vita æterna nō aufertur ei, cui semel data est. Etiam,quia dicitur principibus sacerdotum aufertur a vobis regnum cęlorum, & ita iam illud habebant. Constat tn̄ ꝙ non habebant vitā ęternam,sed principatum in ecclesia militanti.i.in tēplo, & sacerdotio Iudęorum. Etiam,quia dicitur dabitur genti facienti iustitiam eius,vel fructus eius,& tamen in vita ęterna neque iustitiam facimus, neq; fructus, quia ista facimus quandiu hic manemus ad merendum vitam ęternam,sed ibi non erit iam locus merēdi, neque erit aliquid, quod mereamur cum iam tenuerimus,quod petebatur,ergo necesse est hic accipi regnum cęlorū pro ecclesia militanti, de qua in pręcedenti parabola fiebat mentio.

Secundo patet,quia in hac parabola dicitur, ꝙ iussit cēs introduci ad nuptias omnes quotquot inuenirentur bonos,& malos, & tn̄ ad vitam ęternam nulli mali introducuntur. Tertio,quia in his nuptiis apparuit homo nō vestitus veste nuptiali, ꝯ quem rex iratus est,& tamen in vita ęterna nemo est sine veste nuptiali,quia oēs habebunt pulchritudinem animæ, & corporis,in hac autem ecclesia multi inueniuntur sine veste,quia licet fidem teneant non habent opera, neque charitatem.Quartò,quia ille homo,qui intrauerat ad nuptias sine veste excluditur, & mittitur in tenebras exteriores, & tn̄ de vita ęterna nemo excluditur postquam intrauerit. Quinto patet ex assignatione Grego. in hom. ipse enim assignans differentiā inter parabolā istā,& illam, quam Lucas ponit, asserit istam de ecclesia militanti, illā vero de vita ęterna accipi.s.hic p nuptias pręsens ecclesia,illic per cęnam ęternum,& vltimum conuiuium designatur, quia in hanc nonnulli exituri intrant, ad illud vero quisquis intrauerit,vlterius non exibit. Debet igitur ecclesia militans accipi hic per regnum cęlorum.

Quare dicitur, quod erat rex, & vocauit multos ad conuiuium filij sui, & ad quid faciebat istud conuiuium. Quæst. V.

QVAERETVR circa corticē parabolę de isto rege,qui fecit nuptias filio suo, & vocauit multos ad conuiuium. Dicendum,quòd conuenienter hęc dicuntur,rex enim erat qui istud conuiuiū fecit, & vocatur homo rex ex modo loquendi sacræ scripturę. Nam sufficiebat dici,ꝙ erat rex,licet ad sensum parabolæ aliquid facit, vt inferius dicetur, & dicitur, ꝙ faciebat nuptias filio.i.honorem nuptialem,& hoc, vt appareat causa tanti apparatus.Nam si alicuius serui sui nuptias faceret, non honoraret eas tanto apparatu conuiuarum,& etiam nō esset tanta occasione contra eos, qui non veniebant ad conuiuium, sicut nunc cum celebrantur nuptię filio suo. Et iuxta consuetudinem ad istas nuptias fecit rex inuitari multos,& isti inuitati fuerunt multo tempore ante diem nuptiarum,adueniente autem die nuptiarum misit rex seruos suos ad vocādum inuitatos, vt venirent,quia iam dies erat.

Ad quid fiebat nunc istud conuiuium. Quæst. VI.

QVAERETVR ad quid fiebat nunc istud conuiuium.

Dicendum, ꝙ rex iste fecit nūc conuiuium ad honorem nuptiarum, quadrupliciter.n.fieri inuenimus conuiuia.s.ad honorem nuptiarum, vel ad ostendendum aliquam magnificentiam,vel ad gaudium habēdum cum amicis,vel ad refectionem pauperum. De primo patet, quia vbicunque nuptię fiunt cōuiuia introducuntur, & ista fuit cōsuetudo semper apud oēs gentes,tam apud Gentiles,quam Iudęos. Et ratio huius est,quia in nuptiis duo quęrūtur.s.gaudiū,& exultatio,& aliud est honor. De primo mō cum Christ⁹ dixit supra.9.c.Non possunt filij sponsi lugere quādiu cum illis sponsus est. Et ita lętari pertinet ad præsentiam sponsi,quod est nuptias celebrare. De secundo patet, quia propter hoc ad nuptias multi vocantur, quia honor magnus non potest exhiberi,nisi a multitudine,& tamen ad gaudium, quod est primū, & potissimum, quod quæritur in nuptiis,requiruntur conuiuia,& hoc propter duo. Primo,quia conuiuia directè causant quandam lætitiam carnalem, vinū enim sumptum causat quādam hilaritatem, vt patet de Assuero Esther.1.c.s.ꝙ septimo die conuiuij erat factus hilarior post nimiam potationem.

Quadrupliciter fit cōuiuium.

Secundò,quia indirectè causatur gaudium conuiuio,gaudet enim quilibet, quando putat se consequi bonum,quod intendit: tamē apud antiquos,qui parū de

Antiqui volentes tristitiam aliquã ostendere ieiunabant.

de vera beatitudine sciebant, & potissime apud vulgares homines putabatur esse beatitudo hominis in sensu, & ita ponebant, & ponũt eam potissime in gustu, & tactu ciborum: ergo epulentia ad quandã partem beatitudinis pertinere credũt. Et ob hoc necesse est, quòd in cibis, & potibus gaudeant, tãquam in cõsecutione cuiusdã partis beatitudinis. Et ob hoc apud antiquos fuit ista consuetudo, ꝙ quando volebant tristitiam ostendere ieiunabant. Sic patet 1. Regum vlti. quando viri Iabes Galaad venientes tulerunt cadauera Saulis, & aliorum, quæ erant suspensa in muro Bethsan, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus, & ita ieiunium pertinebat ad planctum mortuorum. Sic etiam Dauid, quando audiuit corruisse Saulem, & Ionathan in bello ieiunauit 2. Re. c. 1. apprehendens Dauid vestimenta sua scidit, omnesque viri, qui erant cum eo, planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam sup Saul, & Ionathan: & ita ieiunare ponitur, vt vna cęremonia planctus, & etiam, quando Dauid fecit planctum magnum pro morte Abner noluit comedere vsque ad vesperum 2. Re. 3. c. Et ob hoc etiam, qñ aliqui volebant facere memoriam tristem aliquarum infęlicium rerum, quæ acciderant, ieiunabant illis diebus quibus memoriam istam facere volebant. Sic enim Iudæi ieiunabant in mensibus certis, quia in illis acciderant eis aduersa, & in memoria illorum malorum ieiunabant, & ita Deus pollicetur, quòd illa ieiunia conuertet in gaudium, Zacha. 4. c. s. ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & lętitiam, & in solennitates pręclaras. Et ita ieiunium erat ibi oppositum lętitię & festiuitati, cum Deus polliceatur, ꝙ cõuertet ieiunia in gaudium, & festiuitates, & iste etiã modus obseruatur in testamento nouo. Nam Christus ponit ieiunare pro lugere, & consequenter epulari, pro gaudere supra 9. c. s. Nũquid possunt filij spõsi ieiunare quandiu cum illis sponsus est? Vel lugere, vt habet litera communior. Veniẽt autem dies, quã do ablatus fuerit ab eis sponsus, & tunc ieiunabũt. Et ita ieiunare, & lugere pro eodẽ ponuntur. Nam Mar. 2. & Luc. 5. vbi ponũtur ista, ponitur semper ieiunare, & nunquam lugere. In quo apparet, ꝙ idem sit ieiunare, & lugere. Et in nuptijs quæritur principaliter gaudium, ideo in nuptijs debent esse conuiuia, & non potest esse ieiunium, & ita dixit Christus, quòd non possunt filij sponsi ieiunare quandiu cum illis est spõsus supra 9. & Mar. 2. & Luc. 5. & vocantur filij sponsi omnes amici eius, qui ad eum aliquo modo pertinẽt, & dicuntur esse cum sponso, quando celebrantur nuptię eius, & tunc non possunt ieiunare, sed oportet epulari.

Secundum est ad ostendendum aliquam magnificentiam, nam in conuiuijs fiunt magni sumptus, & magnificentia consistit in magnis expensis, & sumptibus factis, vt oportet. Sic patet Esther 1. c. de Assuero rege, quòd tertio anno imperij sui fecit grande cõuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis, vt ostenderet diuitias regni sui, ac magnitudinem atque iactantiam potentię suę multo tempore, scilicet centum octoginta diebus. Et ista est etiam vna de causis, quare in nuptijs fieri debeant conuiuia, quia actus magnificentię sunt in magnis expensis, & ista potissimum sunt circa ea, quæ fiunt semel in vita. Sic dicitur quarto Ethicorum cap. de magnificentia, scilicet. Propriorum autem quæcunque semel fiunt puta nuptię, & siquid tale, idest propria, quæ pertinent ad magnificentiam sunt illa, quæ semel fiunt, vel raro in vita, vt nuptię, & ita oportet ibi magnificè expendere. Et postea ostenditurr ibi, in quo consistat illa magnificentia nuptiarum, & dicitur potissimũ, quòd in conuiuijs. ideo ad nuptias, quæ semel, vel raro fiunt in vita, competit magnitudo conuiuiorum, & tamen, qui ob hoc solum conuiuia facit, vel multa quomodolibet expendit, vt diues appareat, non est magnificus, sed banausus eodem cap. scilicet banausus omnia talia non boni gratia faciet, scilicet diuitias ostendẽs, & propter hoc existimans admirari, idest admirabilem fieri alijs.

Tertium est, quòd conuiuia ad gaudium fiunt capiendum cum amicis. Sic patet Luc. 15. de filio prodigo, quando redijt, nam pater recipiens illum inter cętera signa exultationis dixit, adducite vitulum saginatum, & occidite, & mãducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit. Item patet hoc eodem cap. nam filius senior dixit patri: Ecce tot annis tibi seruio, & mandatum tuum, nunquam pręteriui, & non dedisti mihi hędum, vt cum amicis meis epularer. Et ita innuit, quòd conuiuium illud facere volebat ad gaudendum cum amicis.

Quarto modo fit conuiuium ad refectionem pauperum. Sic dicit Christus Luc. 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, & claudos, & cęcos, & beatus eris, quia non habent vnde tibi retribuãt. Nunc autem iste rex facere debuit, vel potuit conuiuium propter tria horum, Primo, quia nuptię erant hic, nã dicitur, quòd faciebat nuptias filio suo. Secundo, quia ad regem pertinebat ostendere magnificentiam, & illa est ad magnos sumptus, quales sunt in conuiuijs, & ita conuiuia qualiter decet facta ad magnificentiam pertinent 4 Ethicorum cap. de magnificentia. Et ista videtur causa, quare factum sit illud conuiuium de quo habetur Luc. 14. Homo quidam fecit cęnã magnam, & vocauit multos. Cum enim non exprimatur ibi causa aliqua illius magnę cęnę videtur, ꝙ propter magnificẽtiam fuerit facta. Tertiò ad gaudium, quia in nuptijs gaudium petitur, & conuiuia ad gaudium pertinent, ideo conuiuium facere debuit. Quartum non habet locum in pręsenti, quare iste rex non inuitabat pauperes claudos, & cęcos quibus Christus suadet conuiuia facere, sed inuitauit viros honorabiles, qui honorarent nuptias. Quod patet, quia illis non venientibus, iussit congregari omnes bonos, & malos quotcunque inuenirentur, vt patet in litera.

Quare bis isti serui inuitatos accersitum iuerunt, & quibus vsi sint suasionibus, vt venirent inuitati. Quæst. VII.

Quaeretur de seruis istis missis ad vocandum inuitatos, & quare bis iuerunt, & de suasionibus, quas fecerunt, vt venirent inuitati.

Dicendum, quòd rex facturus nuptias filio suo inuitauerat multos, eos scilicet quos credidit afferre honorem nuptijs, & prędixit illis diem nuptiarum, quia tamen multis diebus ante nuptias inuitauerat eos, adueniente die misit ad vocandum eos, ne fortè obliuioni tradidissent inuitationem, aut tempus. Vel fortè inuitati fuerant ad nuptias sine pręfinitione diei, & ideo quando postea fuit dies præfinitus misit rex seruos suos, vt vocarent inuitatos ad diem illum. Cùm autem dicitur, quare bis vocauerunt eos, dicendum, quòd causa fuit, quia quando primo vocauerũt eos, illi non venerunt, vel quia habebant, siue prætendebant excusationem aliquam, aut quia nolebant venire. Quod cum rex sciuisset per seruos missos, quia iã parauerat omnia necessaria ad nuptias, ne illa periret, iussit eos vocari iterũ, vt q in prima vice venire noluerant

rant ſaltem ſecundo vocati rubore confuſi venirent, ſi non ſponte ſaltem pp verecundiam, vel pp importunitatem petendi, ſicut Chriſtus dixit Lu. 11. c. ꝙ cõtinuanti in petendo dat amicus quidquid petit, & ſi nõ propter amicitiam ſaltem pp importunitatem.

Quare in ſecunda vice non miſit rex eoſdem ſeruos, quos primo ad vocandum inuitatos, ſed alios. Quæſt. VIII.

QVAERETVR quare in ſecunda vice non miſit rex eoſdem ſeruos, quos prius ad vocandum inuitatos, ſed alios, vt dr̃ in litera.

Dici pōt vno modo, ꝙ miſſi fuerũt alii, quia forte in ſecunda vice miſit rex plures, quã prius, & ita licet mitteret eos, quos prius, mittebat ẽt alios cum eis. Et ſic factum eſt præced. c. in parabola vineę, & agricolarum, quia miſit dominus ſeruos ad petendum fructus, & nihil tulerunt, miſit autem iterum alios ſeruos plures prioribus.

Secundo fuit, quia forte in prima vice miſerat rex ſeruos parui honoris, nunc vero miſit ſeruos honorabiliores, & ideo oportuit mitti alios, & hoc fecit, qa forte prima vice ſerui primi, quia erant contemptibiles, nihil ſuaſerant, iſti autem ſecundi honorabiliores exiſtentes facilius ſuaderent.

Tertio fuit, quia dubitare poterat dominus, an forte per imprudentiam primorum ſeruorum inuitati exaſperati fuerant, ita, vt nollent venire, miſit ergo ſecundos, qui prudentiores eſſent, vt non irritarent inuitatos in verbis ſuis, ſed potius ſuaderent eis venire, & ita ſecundi poſuerunt aliquas ſuaſiones, quas non dixerunt primi.

Quarto fuit, quia forte primi ſerui mentiti fuerant dicentes, ꝙ inuitati dixerant ſe nolle venire, cum illi aliud dicerent, & ideo miſit alios, vt per eos ſciret veritatem, nam ſi primos rurſus mitteret, ſemper maneret idem error, & non informaretur rex de veritate reſponſionis inuitatorum.

Quinto fuit ad oſtendendum, ꝙ quidquid rex faceret contra inuitatos non venientes, eſſet iuſtius. Nam ſi mitteret eoſdem ſeruos in ſecunda vice, & poſtea eis dicentibus, ꝙ nolebant venire inuitati, vel occiſis ab eis, ſi rex iratus occideret homicidas, poſſet dici, ꝙ iniuſte ageret, quia ſerui miſſi meruerant mala, quæ paſſi ſunt. Cum vero nunc miſit ſeruos primos, & illis non proficientibus, miſit alios prudentiores, & honorabiliores, & illis deteriora fecerũt, eos occidẽdo, ſignum erat, ꝙ proueniebat ex iniquitate inuitatorũ, & ita quidquid mali inferretur eis, mererentur ipſi, & videretur iuſte illatum eſſe.

Quare rex fecit fieri perſuaſiones inuitatis, ſ. ecce prandium meum paraui. Quæſt. IX.

QVAERETVR quare rex fecit fieri perſuaſiones inuitatis. ſ. ecce prandium meum paraui.

Dicendum, ꝙ fuit primo ad tollendum excuſationes, quia forte in prima vice poſuerãt inuitati aliquas excuſationes, quę non erant peremptorię, ſed dilatorię. q. d. nunc non poſſumus, ſed vſque ad talem diem poterimus, ad has autem tollendas poſitæ fuerãt ſuaſiones. ſ. ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa, & omnia parata venite ad nuptias. q. d. ſi antequam omnia iſta pararentur dixiſſetis, ꝙ non poteratis ſtatim venire, ego diſtuliſſem diem nuptiarũ ad aliud tempus, & tñ nunc iã his omnibus factis non poſſum differre, ideo non eſt tempus excuſationib⁹, ſed reiectis omnibus excuſationibus dilatoriis venitę ſtatim, quia omnia parata ſunt.

F Secundo fuit, quia iam magis vrgebat neceſſitas regem, nam prima vice putauit venturos inuitatos, & ideo non miſit aliquas ſuaſiones, ſed ſolum, ꝙ diceretur eis venire ad nuptias, nunc vero, quia viderat, ꝙ non veniebant, & omnia peribant, quæ parata erant ſi non venirent, poſuit iſtas ſuaſiones, vt inclinaret eos ad veniendum, & ideo dixit tauri mei, &c. Quid per tauros, & altilia ſignauerit dictum eſt ſupra in expoſitione literæ. Eſt autem ſenſus, ꝙ rex parauerat omnia neceſſaria, & opportuna ad nuptias cum dixerit. Et omnia parata. i. parata ſunt venite ad nuptias. i. nominauit ſpecialiter tauros, & altilia, quia iſta faciunt ad vim ſuaſionis, quædam enim erant ad nuptias parata,
G quæ & ſi nuptię non fierent, nunc non perirent, vt apparata veſtium, & reliquorum ornamentorum, tam hoĩum, quam domorum, alia autem erant, quę dilatã do ſeruari nõ poterant, vt carnes pecorum, & auium paratę ad cibum, iſta autem erant tauri, & altilia, ideo iſta ſpecialiter expreſſit.

An iſti inuitati ſimpliciter venire noluerunt, vel excuſationes poſuerunt. Quæſt. X.

QVAERETVR de iſtis inuitatis vocatis an ſimpl̃r noluerunt venire, vel poſuerunt excuſationes. Aliqui dicunt, ꝙ poſuerunt excuſationes. Et patet primo, quia dr̃ in litera, ꝙ iuit alius in villam ſuã, & alius
H ad negociationem, & tñ iſtæ fuerunt excuſationes dilatorię cum nunc occuparentur in his. Secũdo patet, quia Luc. 14. c. vbi ponuntur aliqua iſtorum ponunt excuſationes ad non veniendum, & nõ recuſationes veniendi; quia de quolibet illorum dicitur, ꝙ dixerit rogo te habe me excuſatum, ergo hic fuerunt excuſationes.

Dicendum, ꝙ non fuerunt excuſationes, ſed ſimpliciter renuerunt ire. Et patet primo, quia dicitur ſupra in litera, miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire, & ita ſimpliciter poſuit, ꝙ nolebant, & non expreſſit aliquam excuſationem.

Secundo patet, quia in ſecũda vocatione ſimiliter apparet, nam dr̃: Venite ad nuptias. Et ſequit̃: illi autẽ neglexerunt, & tñ negligere adhuc eſt magis, quam
I nolle, ergo non obiiciebant excuſationem.

Tertio patet & efficacius, quia aliqui de iſtis tenuerunt ſeruos regis vocantes eos, & ꝯtumeliis affectos occiderunt, hoc aũt non ſolum eſt nolle ire, ſed etiam vocanti, & inuitanti velle iniuriam inferre.

Ad rationem primam in contrarium dicendũ, ꝙ ire in villam, & ire ad negociationem non fuerũt excuſationes, cum non fuerint obiectę, vt excuſationes, ſed fuerunt illa, ad q̃ declinauerunt iſti inuitati, quando ire noluerunt. Et patet ex modo literæ. Nam dicitur: illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in vineã ſuam, alius ad negociationem ſuam. i. poſtquam neglexerunt ire, occupauerunt ſe iſtis occupationibus, & tamen iſta non fuerunt cauſæ, vt iſti non irent, ſed
K quia noluerunt.

Ad ſecundum poteſt dici vno modo, ꝙ nihil arguitur ex parabola Lucæ, quia illi excuſauerunt ſe: iſti autem ire noluerunt, quia non eſt eadem parabola, quã ponit hic Matthęus, & quam ponit Lucas, vt oſtenſum eſt ſupra q. 3.

Aliter poteſt dici, ꝙ dato, ꝙ eſſet eadem parabola, non oppoſuerunt iſti excuſationes, ſed ire noluerunt: nam ſi eſſet eadem parabola, oportebat ꝙ aliquid taceret Matthæus, quod expreſſerit Lucas, & è contrario, vt ex dictis vtriuſq; efficiatur vna plena narratio, & eſſet ſenſus, ꝙ quando prima vice ſerui vocauerũt inuitatos, incęperunt illi ponere excuſationes, quas Lucas refert, deinde cum ſerui ipſi magis inſtarent vocan-

vocando, indignati forte inuitati, vel iniquitatē suam magis aperientes dixerunt simpliciter, ꝙ ire nolebāt, quod Matthæus expressit hic, deinde cum iuerunt serui alij secunda vice apertius ostenderunt inuitati iniquitatem, & quidam ipsorū neglexerunt vocationem, quod est plusquam nolle, alij autem tenuerunt seruos, & occiderunt illos, & ita quocunque modo ponatur est verum, quòd isti inuitati saltem ad finem non posuerunt excusationē, sed simpliciter recusauerunt ire.

An in occupationibus istorum inuitatorum ponendis Matthæ. dissentiat a Luca. Quæst. XI.

QVAERETVR de istis occupationibus quas ponit hic Matthęus, quibus se tradiderūt isti inuitati, i. ꝙ alius iuit ad villam suam, alius ad negociationem suam. Nam Luc. 14. c. ponuntur tres occupationes, & non sunt eędem, s. ire in villam emptā, & emere iuga boum quinque, & vxorem nouiter duxisse.

Aliqui dicunt, ꝙ Matthęus loquitur hic breuius, quam Lucas, & Matthęus comprehendit dicta Luc. nam inquantum dixit alius iuit in villam suam posuit vnum de his, quæ Lucas. inquantum dixit alius in negociationem suam comprehendit alia duo, & multa alia, quia istud nomen negociatio est nomen multa comprehendens.

Sed dicēdum ꝙ non stat, quia nullum illorū duorum, quæ Lucas exprimit, potest comprehendi noīe negociationis. Nam vnus dixit: iuga boum emi quinque, & necesse habeo probare ea. Alius dixit, vxorem duxi, ideo non possum venire. Primum non est negociatio, quia negociatio est officium emendi, & vendēdi ad lucra captāda ex his, probare autem iuga boum non est emere, aut vendere, ideo non est negociatio, multo fortius aūt duxisse de nouo vxorē non est negociatio, quia non consistit in rebus, quæ possidētur, aut emuntur, vel venduntur.

Negociatio quid sit.

Dicendum igitur, ꝙ ista parabola non est eadem cum illa, quam ponit Lucas, vt ostensum est sup. 3. q. & ideo occupationes positę hic, & ibi non sunt eędē neque oportet, ꝙ reducantur istæ ad illas, vel è contrario, vnde ibi positę fuerunt tres, hic autem ponuntur duæ & non eædem cum illis.

Secundo potest dici, si concederet esse eandē parabolam istam, & illam, ꝙ eędem occupationes ponuntur hic, & apud Lucam, & tñ neque Lucas expressit omnes, quas obiecerunt inuitati pro excusationibus, neque Matthęus, & ita esset, ꝙ vltra illas tres, quas ponit Lucas alij obijcerent aliquas negociationes speciales, in quibus erāt occupati. Matthęus autem expressit primam occupationem de illis, quas posuit Luc. deinde nomine negociationis cōprehendit alias particulares excusationes, quas alii opposuerunt, quę pertinebāt ad negociationes particulares. Duas vero, quas expressit Luc. s. iuga boum emi, & vxorem duxi, etiā non expressit Matt. neque ēt comprehendit sub illo generali dicto. s. alius ad negociationem suam, & tamen præcedens positio verior est.

Quare quidam inuitati regis seruos occiderunt. Quæst. XII.

QVAERETVR quare quidam de inuitatis occiderunt seruos regis.

Dicendum, ꝙ hoc ex summa iniquitate processit, quia cum rex vellet eos honorare inuitando ipsos ad nuptias filij sui, ipsi eum contempserunt, & iniurias illi inferre voluerunt, & tamen quid specialiter mouerit eos ad occidendum illos seruos non apparet.

A Aliqui autem putant, ꝙ serui illi irritauerunt istos verbis amaris, & hoc habet aliquem colorem. s. noluerant ire isti inuitati ad vocationem primorum seruorum nunc quoque ire contemnebant, quod fortassis videntes serui isti increpuerunt inuitatos verbis mordacibus, & pungitiuis dicentes, ꝙ male agerent, & tunc illi irritati occiderent seruos.

Sed hoc non stat, primo quia si sic illos occiderent fieret istud subitaneè, ex iracundia, & tñ occisio seruorum illorum non facta est subitaneè, sed ex deliberatione, quia dicitur, ꝙ tenuerunt seruos, & contumelijs affectos occiderunt, & ita prius affecerunt eos cō tumelijs multis, quam illos occiderent, iō apparet ex

B iniquitate, & deliberatione occisos esse illos, & nō ex subitanea iracundia, & ita non fecerunt hoc quasi irritati verbis illorum, sed ex alia causa.

Secundo, quia si ob hoc occidissent seruos, istud alleuiaret aliqualiter peccatum inuitatorum, si talia essent verba, quæ verisimiliter mouerent inuitatos ad nimiam indignationem, tamen hic non ponuntur aliqua, nisi ad exaggerandum iniquitatem inuitatorū, vt videatur qūo iuste illata fuerit eis mors, & ciuitas eorum succensa fuerit, ergo non fuit ista causa.

Aliter potest dici, ꝙ erat ex magna iniquitate. s. quia isti inuitati nolebant ire ad nuptias, & quia isti serui vocabant eos ad id, quod ipsis displicebat, ita occiderunt illos. Sic fuit præceden. c. in parabola de vinea,

C & agricolis, nam misit dominus vineę seruos suos ad petendum fructus vineę, & agricolę lapidauerūt eos, & occiderunt.

Aliter ēt pōt dici, ꝙ isti fecerūt hoc ex rebellione, quia voluerunt insurgere in dominum. Forte enim isti inuitati erant subditi illius regis, qui eos inuitauerat, & conceperant facere rebellionem contra ipsum & voluerunt nunc habere occasionē occidendo seruos illius. Sic enim quando Roboam misit Aduram seruum suum, qui erat super tributa ad petendum tributa a decem tribubus, illę insurgentes vno animo lapidauerunt Aduram. 3. Reg. 12. & ex tūc fuit discessio decem tribuum a domo Dauid, & rebellauerunt cōtra regem suum Roboam. Si qua forte alia causa fuit non apparet.

D

An recte rex egerit, vel peccauerit cum occiderit inuitatos, qui non venerunt. Quæst. XIII.

QVAERETVR cum rex occidit inuitatos, qui non venirent, an recte egit, vel peccauit.

Dicendum, ꝙ illi, qui inuitati fuerunt ad nuptias non venerunt. i. nemo eorum venit, & tñ nō eodem modo, quia quidam non venerunt, & contempserūt vocationem, alij vero non venerunt, & insuper occiderunt seruos vocantes illos. contra primos iratus est rex, sed non occidit illos. contra secundos iratus est, & occidit illos, & istos iustè occidit, quia erant homicidę, & hoc innuit litera, cum dicatur perdidit homi-

E cidas illos. i. nō occidit, nisi homicidas. Et hoc innuit ēt Luc. 14. in alia parabola simili, nam ibi inuitati nō venerunt, quia se excusauerunt, sed nullas contumelias intulerunt vocantibus, ideo qui inuitauerat eos, iratus est, tamen nihil amplius contra illos processisse dicitur. Sed adhuc dicetur magis, infra q. 15,

Quare iste rex succendit ciuitatem illorum inuitatorum. Quæst. XIIII.

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ iste rex succendit ciuitatem illorum, quare hoc fecit.

Dicendum, ꝙ hoc fuit primo, vt timeretur, & nemo auderet de cętero nocere ei, vel peccare in ipsū.

Sic

Sic enim interdum principes pugnantes cõtra aliqua
loca postquam violenter ea tenuerunt , irrogant du-
ros cruciatus captis, vt alij non audeant pugnare con-
tra eos, sed trandat se illi, vel vt alij timeant rebellare
ei. Sic patet Iudi.9.c.de Abimelech rege Israel,contra
quem surrexit post Sichem,qui eum prius regem cõ-
stituerat, & cum ipse pugnãs expugnasset vrbem oc-
cidit omnes habitatores eius, & destruxit vrbem, ita
vt in ea sal spargeret.

Secundò solet hoc fieri propter magnitudinẽ pec-
cati, cum enim peccatum tamen graue est, non solũ
occiduntur peccantes, sed ẽt ciuitas deletur ad dete-
stationẽ tãti criminis. Sic patet in crimine idolatrię,
quod maximum est. Nam si in aliqua vrbe in terra Is-
rael colerentur Idola,iubebat Deus, ꝙ occiderentur
omnes habitatores, & pecora,& quidquid viuens ibi
erat; in ore gladij,& dirueretur ciuitas;atque succen-
deretur igne,vt nõ maneret quidquam de rebus,quæ
in ea fuerant, sed oĩa consumerentur, & non habita-
ret in ea quisquam, sed esset tumulus ęternus. Patet
Deute.13.c.ista duo poterant nunc mouere regem ad
succendendam vrbem. De primo patet,quia vt dictũ
fuit, forte isti occiderunt seruos eius, intendentes fa-
cere rebellionem. Vt ergo alij timentes non aggrede-
rentur talia, voluit durè castigare istos succendendo
ciuitatem eorum. De secundo patet,quia istud crimẽ
erat grauissimũ, s.ꝙ nuncios regis, qui missi erant ad
vocandum ipsos ad nuptias sine vlla causa occiderẽt,
ideo non videbatur sufficere, ꝙ ipsi homicidę occi-
derentur, sed etiam, quòd ciuitas eorum succende-
retur.

An ciuitas exusta est deletis omnibus, quæ in ea erant, vel quomodo. Quæst. XV.

QVAERETVR quomodo ciuitas exusta est, an
deletis omnibus,quę in ea erant,vel quomodo.
Dicendum, ꝙ poterat intelligi, vno modo, ꝙ in
ciuitate eadem erant omnes inuitati, qui noluerunt
venire, & de illa occiderunt oẽs, qui occiderãt seruos
regis, cęteros vero liberos dimiserunt,sed coegerunt
exire de vrbe,& tunc succenderunt vrbem. Alio mo-
do potest dici, ꝙ omnes, qui inuenti sunt in vrbe illa
occiderunt gladio, & succenderunt vrbem, & talis
modus erat,quando in aliqua ciuitate Israel colebant̃
idola,quia omnes existẽres in ciuitate viri, & feminę,
paruuli, & senes vsque ad pecora occidebant̃ gladio,
Deuter.13.& tunc ciuitas succendebatur.

Alio adhuc modo potest accipi, ꝙ omnes viri exi-
stentes in ciuitate, qui poterant capere arma,occide-
rentur,paruuli autem, & mulieres seruarentur,& to-
ta præda,sic faciebant Iudæi, quando pugnabãt cõtra
ciuitatem aliquam, quæ non esset de terra Chanaan,
& oblata pace nõ aperiret portas Deut.20.c.Quarto
modo potest esse,ꝙ occiderentur omnes habitatores
ciuitatis tam senes, quã pueri, & infantes vnius diei,
solę autem feminę reseruarentur, sic enim fecerunt
Israelitę, quando pugnauerunt contra Ammonitas.
Nam nullum omnino masculum dimiserunt, sed so-
las feminas,& ciuitates,& oĩa oppida exusserunt. Nu-
me.31.c.Sed dicetur quẽ modũ istorũ tenuit rex iste
contra inuitatos? Dicendum, ꝙ non constat,& tamẽ
vr̃ dicendum, ꝙ tenuit secundum, qui est deterior,&
hoc est verisimile aliqualiter. Primo,quia dr̃, ꝙ occi-
dit illos,& succẽdit vrbem, & tñ succendere vrbẽ nõ
erat conueniens, si aliquas reliquias vrbis dimitte-
bat, quæ possent habitare in vrbe, nullus ergo di-
misit.

Secundo,quia ex magnitudine irę potius moueret̃
rex ad inferendum maxima mala, quam ad minora.

F Sic enim pro rebellione fecit Abimelech rex habita-
toribus Sichem. Nam occidit omnes habitatores vr-
bis succendendo eos in turri,ad quam ascenderant,&
ipsam vrbem exussit,Iudi.9.c.

An licuit regi illi occidere omnes, & inflammare vrbem. Quæst. XVI.

QVAERETVR an licuit regi illi facere istud, scili-
cet occidere omnes, & inflammare vrbem.
Aliqui dicunt, ꝙ sic,primò,quia Christus
introducit istud tanq̃ bonum, cum talia significet
euentura eis, qui inuitati non venirent ad nuptias, &
tamen hoc non faceret, nisi conuenienter esset istud
factum. Secundo, quia Deus non facit malum,& tñ
G ipse iubebat similia fieri pro alio crimine; scilicet pro
idolatria,ꝙ occiderentur omnes, qui erant in vrbe,&
ciuitas inflãmaretur, ergo licebat isti regi facere hoc
pro tanto crimine contra eum commisso.

Dicendum, ꝙ nos non obligamur defendere factũ
istius regis, cum non sit alicuius auctoritatis in sancti-
tate,ita vt fas non sit concedere eum peccasse, & ideo
siue peccauerit,siue nõ, nihil refert. Aliqui tamẽ dñt,
ꝙ non peccauit, quia solum occidit eos, qui occide-
rant seruos vocantes, illi autem erant digni morte,iõ
non peccauit eos occidendo,& inflammando vrbem
ad terrorem illorum, & hoc adiuuatur ex litera,quia
dicitur. Perdidit homicidas illos, & ita non innuitur,
H ꝙ occidit aliquos, nisi homicidas. Sed tunc obijciet
quõ poterat stare, ꝙ illos solos occidit? nam cum oc-
cisi fuerint illi,& ciuitas succensa, videtur ꝙ nulli mã-
serint de ciuitate illa, qui habitare possent in ea, quia
aliàs non erat conueniens succendi ciuitatem,sed ad-
huc aliqui relinquebantur, qui in ea manere possent.
ergo omnes habitatores ciuitatis occisi sunt.

Aliqui volunt dicere, ꝙ omnes existentes in vrbe
occiderunt,& illi omnes erant homicidę,qui occide-
rant seruos vocantes ad nuptias. Et modus est, quia
omnes inuitati,qui noluerant ire, & tamen non occi-
derant seruos vocantes recesserũt statim de ciuitate,
quia dicitur in litera. Illi autem neglexerunt, & abie-
runt, alius in villam suam, alius ad negociationẽ suã.
I Et ita quando venerunt exercitus regis nõ inuenerũt
eos in vrbe,sed solos homicidas, & illos solos occide-
runt,& succenderunt vrbem,& sic non peccauit rex,
quia solum puniuit homicidas.Sed dicendum,ꝙ non
est verisimile,quia cum ciuitas fuerit succensa,innuit
quòd nullus relictus est de ea eo tempore,quo vene-
runt exercitus regis in vrbem, & ita licet omnes illi
recessissent de vrbe, saltem manerent ibi vxores il-
lorum,& filij paruuli, & illa,quę possidebant,& tunc
manet eadem difficultas,quę prius,scilicet quomodo
poterat licitè occidere istos, qui erant innocentes: &
etiam si omnes hic educerentur incolumes de vrbe,
adhuc manet difficultas quomodo licuit regi succẽ-
dere vrbem,quia sic exurebat domos, & res aliorum,
K qui non occiderant seruos suos, quod videtur illicitũ.

Dicẽdum ergo videtur, ꝙ rex fecit occidi omnes,
quotquot erãt in vrbe,siue eos,qui occiderant seruos
suos,siue alios, qui venire contempserant,& filios,&
vxores eorum, & generaliter omnes inuentos in ciui-
tate, ita vt non manerent vllę reliquię.

Et apparet hoc primo ex ratione suprapofita, scili-
cet quia occisis illis succendit vrbem, & tamen si ali-
qui de vrbe relinquerentur viui de voluntate regis, &
exercitus sui,non exureretur ciuitas, sed permitteret̃
illis ad habitandum. Secundo,quia dicitur ciuitatem
eorum succendit. Ciuitas aũt dr̃ ipsorum habitantiũ,
si tñ soli homicidę.i.qui seruos occiderãt occiderent̃,
non diceretur ciuitas eorum succendi,non.n.vocaret̃
absolutè

absolutè eorum cum etiam esset aliorum, ergo refertur ad omnes occisos, & sic omnes, quotquot in vrbe erant, occisi sunt. Cum autem obijcitur, quia dicitur: perdidit homicidas illos, in quo innuit̄, ꝙ soli homicidę occisi sunt. Dicendum, ꝙ verum est, & tñ omnes de ciuitate dicuntur homicidę, quia rei mortis erant pro homicidio facto in seruos regis. Et hoc poterat esse dupliciter, vno modo per expressum assensum, vel fauorem, vel non resistentiam, cùm possent resistere, quia his modis efficitur quis reus homicidij ab alio patrati, extra de homi. c. sicut dignum, & ita isti, q̄ neglexerunt venire, licet non occiderunt seruos regis consenserunt alijs, qui eos occiderunt, vel saltem non obstiterūt, cum possent liberare illos de manu eorū, ideo ipsi quoque rei erant homicidij. Aliter poterat esse. s. ꝙ qñ nunc exercitus regis iret ad vrbem intenderet occidere solos homicidas, & tñ oēs, qui in vrbe erant, se exposuerant pro defensione illorum, & tunc omnes fuerūt participes criminis illorum. Et vocant̄ oēs homicidę, & sic omnes occisi fuerunt ab exercitu regis, & oēs vocantur homicidę. Et iste est modus ꝯueniens. His suppositis, dici potest, ꝙ rex fecit occidi omnes, quotquot erant in vrbe, magnos, & paruos, & illis occisis succendit vrbem, & non peccauit, sic quia solos reos criminis occidit cum omnes dicantur homicidę aliquo de duobus modis præcedentibus. Et adhuc magis verisimiliter est secūdus, quam primus, & tūc siue ciuitas ista eēt de dominio illius regis, siue non, faciebat licitum occidendo illos, & succendendo vrbem. Nam si erant alieni poterant procedere ꝯ̃ eos velut contra hostes, qui talem ei iniuriā intulerāt, si autem essent de regno suo, puniebat eos ordinariè pro crimine suo, tanquam iudex.

Hęc autem vera sunt, si solos potētes capere arma occidit. Nam isti poterant esse rei criminis, siue consentiendo, vel resistendo, quod pertinet ad primum modum, siue defendendo homicidas ꝯ̃ exercitū regis. Fęminę autem, & paruuli non peccauerūt in hoc, ideo non occiderētur iuste pro isto facto. Et hoc magis si ista ciuitas erat de regno huius regis, nā si essent hostes, aliquis casus est, in quo liceret occidere etiam paruulos, & fęminas, & tamen isti non erant hostes, sed de regno huius regis, cùm ipse inuitasset eos ad nuptias filij sui, nemo tamen hostes suos manifestos ad conuiuium inuitat, quia neque ipsi susciperēt tale conuiuium. Dicendum ergo, ꝙ peccauit rex, vel exercitus occidendo omnes, qui erant in vrbe magnos, & paruos, viros, & fęminas cum hoc maxime videatur factum, secus autem si soli viri bellatores occisi sunt.

Ad argumentum primum in contrarium dicendum, ꝙ poni hoc in sacra Scriptura nō facit rem esse licitam, quia multa referuntur in sacra Scriptura, quę iniustè facta sunt, sicut venditio Domini per Iudam, sed oportet, ꝙ non solum referatur in scriptura, sed etiam, ꝙ per illam approbetur, quia tunc licitum erit. Cum autem obijcitur, ꝙ istud introductum fuit à Christo, tanquam licitum. Dicendum, ꝙ non approbat ipse hoc factum, neque concludit, ꝙ Deus similia agat, quia ēt Deus non punit sic, sed quemlibet pro pctō suo, & nunq̄ punit vnū ciuem pro pctō alterius, aut vxorem pro pctō viri, & iō non introducitur ista particula quantum ad perfectam assimilationem, sed quia sic accidit inter regē, & inuitatos, licet ēt aliqualis similitudo est de ciuitatis succensione, & occisione eorum, qui in ea fuerunt, licet non totalis, vt infra dicetur, qñ applicabitur ista pars quantum ad sensum literalem scripturę. Ad ſm dici pōt vno mō, ꝙ non est licitū alicui occidere nocentes, & innocentes iudicialiter pro crimine alicuius, & ita in pñ i erat, non. n. licebat huic regi occidere paruulos, & mulieres, qui in

innocēs ... nocente ... punien...

A hoc nō peccauerant. Primo, quia ſm leges humanas, vel consuetudinē hoīum non occiditur vnus ꝓ pctō alterius iudicialiter, nisi in crimine lęsę maiestatis, qđ apud hoīes iudicat̄ maximū, hoc aūt non erat tale strictè accipiendo illud. Secundò, quia dato, ꝙ esset istud crimen lęsę maiestatis, non debet occidi vnus ꝓ alio, quia ēt leges humanę nō occidūt nunc filios pro pctō parentum, qui commiserunt crimen lęsę maiestatis, sed solū priuant eos successione parentū reseruata eis vita ex humanitate, extra de hęreticis c. vergentis, iō neque nunc debebant quidā ꝓ alijs puniri. Tertiò, quia dato, ꝙ ſm legē humanā, vel consuetudinē occiderentur filij pro pctō parentum non esset
B iustum ꝑ imitationem ad illud, quod Deus fieri iussit, primò, quia illud iussit fieri pro crimine lęsę maiestatis suę, quod est idolatria, & heresis, quæ minor est, & tñ crimen lęsę maiestatis diuinę est valde maius, q̄ crimen maiestatis humanę, extra de hęreti. c. vergentis, longe maius est ęternā, q̄ temporalem lędere maiestatem. Secundò, quia dato, ꝙ esset aliquale crimen vtrobique, licet Deus imposuerit talē pęnā idolatris, non licet alicui alteri per modum legis, vel specialia præcepti facere, vt vnus hō occidat̄ pro alterius pctō, potissime cum Deus hoc expresse vetuerit Deute. 24. c. s. Non occident̄ patres ꝓ filijs, & filij pro patribus. Quod aūt Deus iubeat occidi vnū pro pctō alterius in casu certo, non est trahendū ad consequentiam ad
C aliquem aliū casum, quia Deus est dñs hoīum, & quilibet est sibi debitor mortis, ēt si nō cōmittat alia spālia crimina, & iō qñcunque voluerit, ēt nulla spāli cā subeunte, pōt ab eo repetere debitum mortis. Hō aūt non pōt sic esse dñs alterius hoīs, iō neque per legem neque ꝑ spāle mandatum pōt facere licitè, ꝙ occidat̄ vnus ꝓ pctō alterius. Et ita rex iste non poterat licitè occidere omnes, qui erāt in vrbe illa magnos, & paruos pro peccato eorum, qui occiderant seruos suos.

Quilibet homo est Deo debitor mortis.

An hoc scilicet ite, ergo ad exitus viarum, & cætera, fuerit factum ante occisionem inuitatorum, vel post.

Quæst. *XVII.*

D QVAERETVR cum dicat̄ hic. Tunc ait rex seruis suis, nuptię quidem paratę erant, sed q̄ inuitati erant, non fuerant digni, ite ergo ad exitus viarū, & cętera. An istud fuit factum ante occisionem inuitatorū ꝑ exercitū regis, & succēsionem vrbis, vel post. Aliqui dñt, ꝙ facta fuerunt hæc post occisionem, & succensionē, & ꝙ non est in hoc aliqua rō dubitandi, quia nunq̄ recedendū est ab ordine literę sine causa euidēti, & tñ hic literę ordo hēt, ꝙ prius fuerit facta occisio, q̄ iuerint serui ad cōgregandum alios, & non apparet aliqua causa necessaria sentiendi aliter, ergo standum est huic ordini. Dicendum, ꝙ prius dixit rex, qui inuitati erant, non fuerunt digni, & iussit vocari alios, q̄ occiderentur homicidę, & succēderetur ciuitas eorum. Et patet hoc, quia stā-
E do ordini literę, oportebat dici, ꝙ occisis secundis nūcijs relatoque hoc regi, misit statim exercitū ad ciuitatem, in qua erant inuitati, & pugnantes occiderunt homicidas, & succenderunt ciuitatē, & cum redierūt ad regem, misit alios seruos ad vocandum eos, quos inuenirent in exitibus viarum. Sed hoc non stat, quia qñ rex misit seruos suos secunda vice ad inuitatos, erant parati cibi nuptiales. s. occisa oīa animalia, cum dixerint illi serui. Tauri mei, & altilia occisa, & oīa parata, venite ad nuptias, & illi in hac vice occiderunt seruos vocantes, & relatum est regi. Si igitur expectaret rex quousque exercitus ab eo missus occideret homicidas, & succenderet vrbem, & postea rediret ad regem, transirent aliquot dies, vel saltem aliquis dies,

dies, & ita periret paratus ad nuptias, pro quo tam celeriter faciebat rex vocari inuitatos, iõ nõ fuit ille ordo. Sed dicendũ est, ꝙ statim, vt rex sciuit occisos esse suos ab inuitatis, vidit ꝙ illi non poterant venire ad conuiuium, iõ mox fecit vocari alios, iubens seruis exire ad viarum exitus, vt congregarent quos inuenirent, vt sic non periret cibus, & interim misit exercitum ad occidendum homicidas, & succendendam vrbem. Vel misit ad hoc põt celebratas nuptias. Cum autem obijcitur, ꝙ non est recedendum ab ordine literę sine cã manifesta. Dicendũ, ꝙ verũ est, & tñ hic est cã necessaria satis apparens. s. quia esse non poterat talis ordo, quia periret nuptialis cibus pp moram gerendarũ rerum. Sed dicetur, quare ergo sic ordinata est litera, quia debuisset primo poni, qũo rex dixerit seruis, ꝙ vocarent de exitibus viarũ quoscunque inuenirent, & postea diceretur de exercitibus missis ad perdendos homicidas? Dicendum, ꝙ fuit primò, quia scriptura tenet magis ordinem artificialem, q̃ naturalem rerũ gestarum, & quia dictum fuerat de inuitatis, qui occiderũt seruos vocantes se, adiunxit scriptura quid passi fuerint pro his, licet nõ statim fuerint ista passi, & hoc, vt non cogeretur iterum sermonem facere de inuitatis. Multas enim intersectiones narrationum, & repetitiones intercisarum rerũ fieri oporteret, si narraret res eodẽ ordine omnino, quo gesta est. Maximè quia non est possibile, ẽt si velimus, cum sępe aliqua plura simul facta sunt, ita ꝙ vnum nullatenus pręcessit alterum, & tñ in scribendo nõ põt hoc fieri, quia necesse est, ꝙ vnum præcedat ad alterum. Secũdo, quia licet exercitus non occiderit homicidas, & succenderit ciuitatem anteq̃ mitteret rex seruos ad exitus viarũ, tñ cepit forte illud fieri ante istud, vtpote si statim, vt audiuit rex occisos esse seruos ab inuitatis destinauit illuc exercitum, & dum iret illuc exercitus, iussit alijs seruis ire ad exitus viarum ad vocandum quoscũque inuenirent, & ideo licet ambo coinciderent in tempore, tñ pro eo tempore, quo præcessit missio exercitus debuit prius dici de illo, licet prius finita est vocatio eorum, qui erant in exitibus viarum, quam occisio, & succensio vrbis facta ab exercitu.

Quare dixit rex seruis suis; Qui inuitati fuerant non fuerunt digni. *Quæst.* XVIII. I

QVAERETVR quare dixit rex seruis suis: Qui inuitati fuerant non fuerunt digni. Nam melius diceret, qui inuitati erant, non possunt venire, quia iã occisi erant. Dici potest vno mõ, ꝙ dixit non fuerunt digni. i. non sunt iam digni. q. d. ex quo illi occiderunt seruos vocantes se ad nuptias, non sunt digni venire ad nuptias, & manducare in eis, & hoc q. diceret ẽt si iam venirent non recipientur, quia indigni sunt, & istud dixit rex, quia sciebat illos viuere, & hoc cõsonat dictis præcedẽtis q. quia, q̃n ista dicebantur seruis, nõ erant occisi homicidę, & succensa ciuitas. Sed poterat dupliciter fieri, vno modo, ꝙ rex statim, vt audiuit occisos seruos suos ab inuitatis, misit alios seruos ad vocandum quoscunque inuenirent in viarum exitibus, & celebrauit nuptias non mittens exercitum, vt solemnius celebraret nuptias, quibus expletis misit exercitum ad occidendum, & succendendum, & tũc planum est, ꝙ sciebat rex viuere inuitatos, & posse venire ad nuptias, sed iam non esse recipiendos, quia fecerant se indignos. Alio mõ potest dici, ꝙ statim, vt K audiuit occisos seruos, misit exercitum, & simul misit seruos ad exitus viarum, ideo tũc erant viui adhuc inuitati, quia nondum occiderat eos exercitus, ideo bene dicitur, ꝙ non fuerant digni.

Secũdo mõ põt exponi, siue viui, siue mortui eẽnt, F ꝙ non fuerunt digni. i. fecerunt se indignos. Prius. n. digni erant, quando inuitati sunt, & tamen occidendo seruos vocantes eos ad nuptias indignos se reddiderunt conuiuio. Tertio põt accipi, ꝙ indigni fuerunt. i. indigni erant etiam antequam occiderent seruos vocantes se. Nam ille, qui in tantam iniquitatẽ prũpere potuit, vt seruos vocãtes se ad nuptias occideret sine vlla causa, iam malus erat, quia non poterat, nisi in valde malum talis incidere iniquitas. Sed quocunque modo accipiatur, ponitur vt suasio ad vocandũ alios, quasi dicat nuptię paratę erant pro inuitatis, sed illi non veniunt neque venient, quia indignos se reddiderunt, ideo oportet vocari alios, ne cibus pereat.

G *Cum rex iussit nunc ire ministros ad exitus viarum, an ista vocatio fiebat intra vrbem, vel foris.* *Quæst.* XIX.

QVAERETVR quare rex iussit nunc ire ministris ad exitus viarum ad vocandum aliquos ad nuptias. Et est dubium an ista vocatio fiebat intra vrbem, vel foris. Aliqui dicunt, ꝙ ista vocatio fuit facta tam intra vrbem, quam foris, sed Matth. breuiter locutus est. Lucas autem illud magis aperuit: Luc. 14. dixit enim dominus seruo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, cęcos, & claudos introduc huc, & fecit illud seruus, & ait. Domine factũ H est, vt imperasti, sed adhuc locus est. Et ait dominus, exi in vias, & sepes, & compelle intrare. Et ita primo vocauit eos, qui erant intra vrbem, deinde eos, qui foris, & ita dicunt intelligẽdum esse, quod dicit Matthæus, licet breuiter dixerit.

Sed dicendũ, ꝙ non stat, quia non est eadẽ parabola ista, & illa, q̃ ponit Lucas, vt oñsum est supra q. 3. iõ non est exponenda vna per alteram, & tñ rationabiliter dicendum est, ꝙ vocatio ista, vel solum fuerit in vrbe, vel fuerit intus, & foris. Nam dominus fecit fieri istam vocationem, vt cito haberentur, qui venirẽt ad manducandum omnia, quæ parata erant, & tamẽ citius inuenirentur in vrbe, quam foris, ideo credendum est, ꝙ in vrbe facta fuerit vocatio.

Secundo patet, quia serui euntes introduxerũt tot, vt implerentur nuptię, & tamen non erat verisimile tot haberi extra vrbem in exitibus viarum, sicut isti, qui possent replere nuptias, ideo credendum magis videtur, ꝙ intra vrbem vocarentur. Tertio, quia iam paterfamil. non intendebat aliquam electionem facere, sed introducere quoscunque, vt dicitur in litera, & ideo quos posset facilius inuenire introduceret, sed facilius erat introducere eos, qui intra vrbem illis occurrerent, quam ire foras, ergo saltem quos intus inuenirent, introducerent. Quarto patet, quia dominus dixit quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias, & illi, ita fecerunt, quia dicitur, ꝙ egressi congregauerunt omnes quoscunque inuenerũt bonos, & malos, & tñ hoc non esset verum si eos, quos inuenirent in vrbe non introducerent, ergo introduxerunt eos, qui erant in vrbe. Est ergo dicendum, ꝙ ista iussio regis intelligitur de vrbe, i. ite ad exitus viarum, idest ite ad calles, & vicos, & quoscunque inueneritis ibi vocate. Et vocantur calles exitus viarum, quia callis publicus est via. Dixit tñ exitus viarum, idest terminos, in quibus exitur à callibus. i. finiũtur. Et hoc fit dupliciter, vno mõ finitur callis in concursu, vt in biuio, vel triuio, concurrentibus enim callibus, & se intersecantibus finitur callis in platea, qa callis vrbis ducit ad plateam, eo ꝙ platea est locus communis, ad quẽ homines tendunt, ad hos aũt viarum exitus iussit rex ire, & nõ ad vias absolute, eo ꝙ in istis exitibus magis inueniũtur homines, q̃ alibi, quia callium concursus, & platęę sunt Callis q̃d.

sunt loca magis publica. Et ita nõ vocantur viarũ exitus ipsa principia viarum extra vrbẽ ad portas. Quòd si velles alio modo intelligere, oportet dici, ꝙ prius vocati fuerint illi, qui intra vrbem inuenti sunt, deinde illi, qui inueniebãtur extra vrbem in exitibus viarum eo modo, quo dicitur Luc.14.licet non sit eadẽ parabola ista, & illa.

Quare non misit rex ad inuitandum alios, sed misit ad introducendum eos, qui erant in vijs.
Quæst. XX.

QVAERETVR cum primi inuitati nõ venerint, quare non misit rex ad inuitandum alios, sed misit ad introducendum eos, qui erant in vijs. Dicendum, ꝙ in principio inuitauerat rex eos,qui erant extra ciuitatem illam, in qua fiebant nuptię in alia ciuitate. Quod patet, quia dr̃, ꝙ rex missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorũ succendit, & tamen non succendit ciuitatem in qua erat, cum ibi celebrarentur nuptię, ideo erat alia ciuitas. Nunc autem non misit ad inuitandum viros de alia ciuitate, quia tarda hora erat. Nam quãdo misit rex seruos secunda vice ad inuitatos, iam omnia erant parata, scilicet tauri occisi, & altilia, vt patet in litera. Et post hæc illi serui vocantes eos,qui in alia ciuitate erant extra vrbem nuptiarum, occisi sunt ab eis. Si ergo rursus ad aliam vrbem mittendum esset ad alios inuitandos, iam perirent tauri,& altilia, iõ nõ debuerunt mitti ad aliam vrbẽ, sed in ipsa in qua fiebant nuptię debebant inuitari, qui inuenirentur. C

Sed tunc dicetur, quare non fecit rex inuitari ciues per domos suas, vt venirent ad nuptias, sed iussit vocari eos, qui erant in exitibus viarum. Dicendum, ꝙ fuit primo, quia si per singulas domos inuitarentur, qui inuenirentur, longa mora fieret,& tamen iã erat hora ciborum. Eundo autem ad plateas,& concursus viarum inuenirentur simul multi, & vno impetu, vel actu deducerentur tot, quot essent necessarij pro nuptijs. Secũdo fuit,quia cum tempus vocationis istius fuit, quando erat iam hora ciborum, præsumebatur de illis, qui erant in domibus, ꝙ iam sedebant ad sumendos cibos, & ita illos frustra erat vocari, illi aũt, qui inuenirentur in plateis, & vijs nondum epulati erant, ideo illi conuenientius ducerentur, sed præcedens causa adhuc melior est.

Quare rex dixit seruis suis. Ite ad exitus viarum.
Quæst. XXI.

QVAERETVR quare rex dixit seruis suis. Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Dicendum, quòd omnia hæc fiunt propter accelerationem conuiuij, si enim rex nondum parauisset cibos,cum videret, quòd inuitati non veniebant, sed occiderant seruos vocantes, differret nuptiarum solennitatem ad alterum tempus, quia tamen omnia parata erant, ne perirẽt cibi, oportuit statim fieri conuiuium nuptiale. Sic enim dixit rex: Nuptię quidem paratę sunt, sed qui vocati erant, nõ fuerant digni, ite ergo ad exitus viarum, idest quia, ita est, ꝙ nuptię, idest nuptiale conuiuium paratum est, & peribit, nisi statim veniant epulantes, & inuitati non fuerunt digni venire, vocate alios. Et quia si nunc serui eligerent quos vocarent ad nuptias, non haberent cito tot, quot erant necessarij, & sufficientes ad conuiuium, iussit rex, ꝙ nulla fieret electio, sed quicũque inuenirentur, venirent, & ita tria ponunt in parabola, secundũ Lucã circa istos inuitatos, s. inuitare, vocare, compellere, & habent se per ordinem. Primũ fuit in-A uitare, & hoc dicit quandã electionem in inuitantibus, & liberalitatem in inuitatis. Nam a principio elegerunt eos, quos putauerunt esse honorabiles, vt ex eorum pręsentia honorarẽtur nuptię, & hos singillatim rogauerunt, ꝙ venirent ad nuptias. Inuitatis autẽ erat libertas, quia non cogebantur venire, sed rogabãtur. Secundum fuit vocare, & in hoc erat libertas ex parte vocatorum, sed non erat electio ex parte vocantium, sed quoscunque inueniebant, vocabant, vt venirent, & istud vocatur introducere apud Lucam, s. Cęcos, & claudos introduc huc. Tertium fuit compellere, & in hoc neque erat electio vocantium, neque libertas vocatorum, sed quicunque inueniebantur, si sponte non irent, compellebantur ire. Luc.14.c.s. Exi

B in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Et fuit iste ordo apud Lucam, qa prius fuit inuitare, & deinde vocare, postea compellere. Et quia non est eadem parabola Lucę, & Matthęi, vt ostensum est supra q.3. non apparet, an idem ordo fuerit hic. Et tamen saltem constat de duobus, s. ꝙ fuit inuitare, & vocare, de compulsione autem non habetur, sed in secunda vice non fuit inuitatio, quia sic eligerentur soli honorabiles, & mora traheretur expectãdo, vt tot haberi possent, ideo nulla facta electione, vocabantur omnes.

Quare serui regis congregarunt omnes quoscunque inuenerunt malos, & bonos. *Quæst.* XXII.

QVAERETVR quare serui regis congregauerũt omnes, quoscunque inuenerunt malos, & bonos. Dicendum, quòd fuit primo ad obediendum regi. Ille enim dixerat. Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias, & quia nomine omnium necesse erat bonos, & malos comprehendi, vocauerunt tam bonos, quam malos. Secundo, quia forte rex hoc expresserat, licet Euangelista non retulit, nã ita Luc.14. in alia parabola habetur, ꝙ dixit dñs seruo: Exi in vicos, & plateas, & pauperes, atque debiles, & cęcos, & claudos introduc huc. Et tamen cęci, & claudi vocantur mali quãtum ad nuptias, ergo oẽs forte iussit vocari expresse rex malos, & bonos, & ideo

D serui illos vocauerunt. Tertio, quia ista vocatio fiebat iam magis ad necessitatem ciborum ne perirent, quã ad honorem nuptialem, quia inconueniens videbat̃, ꝙ cibi diligenter, & laboriose parati a nullo sumerentur, sed perirent. Et quia ad manducandum ęqualiter proderant boni, & mali, congregauerunt tam bonos, quam malos. Quarto, quia vrgebat tempus sumẽdorum ciborum, & si serui vellent vocare solos bonos, forte differretur, quia non inuenirent statim tot, quot vellent, ideo oportuit, ꝙ tam bonos, quam malos vocarent. Considerandum autem, ꝙ non vocantur hic boni, & mali moraliter. Nam cum ista bonitas consistat in habitu mentis, qui est virtus, vel vitium, & illi habitus non sunt manifesti per se, sicut neque ipsa aĩa

E non potest videri quis sit bonus, aut malus aperte, sed ex coniecturis per operationes exteriores iudicamus bonum aliquem, vel malum, talem autem cognitionem non potuerunt habere serui regis de illis, quos vocabant ad illas nuptias, quia fuit ista vocatio subitanea, & forte nullum actum viderent eos exercere, in quo iudicarent eos bonos, vel malos, potissime, quia ex vnica operatione non iudicatur aliquis virtuosus. sed requiritur, ꝙ impermutabiliter operetur bonum 2. Ethico, & ideo necesse est accipi bonum, & malum aliter. Secundo, quia esse bonos, aut malos tali modo parum differebat, nam qui vocantur ad nuptias, ideo vocantur, vt honorent illas, honor aũt secundũ vulgares impenditur a potentibus, & diuitibus, tales aũt, vt

Ex vnica bona operatione nõ potest quis virtuosus iudicari

vt communiter non sunt virtuosi, quia multi eorum, qui sunt in principatibus, & honoribus patiuntur similia Sardanapalo. 1. Ethico. i. sunt dediti vitijs, sicut ille, pauperes autem, licet virtuosi sint paruum honorem impēdere possunt ſm ęstimationem vulgarem, iō non vocanť aliqui ad nuptias, quia boni sunt moraliter, sed quia diuites, aut potentes sunt, vel famosi, quos vulgus honorabiles vocat. Tertio patet, quia rex non considerauit in isto conuiuio quis esset bonus, vel malus moraliter, sed quis esset decenter, aut indecenter vestitus, vnde illum solum, qui nō habuit vestem nuptialem repulit de cōuiuio, & posuit in carcerē, & tñ solum malum est, quod repellitur, ergo nō habere vestem nuptialē erat malum, & non esset malum moraliter. Dicendum igitur, ꝙ non vocanť hic mali, & boni moraliter, quod est esse simpliciter bonum, & malum, sed ſm materiam subiectam, s. ſm, ꝙ ad nuptias pertinet. Et quia ad nuptias non vocantur homines nisi vt honorent illas, hoc est esse bonū ad nuptias. i. posse honorare, esse malum est non posse honorare, sed decolorare, & ita boni vocātur omnes viri honorabiles, quorum præsentia aliquem honorē afferre poterat nuptijs. Mali vero dñr viri pauperes, & sine honore, quorū pñtia non solum nuptias non honorat, sed ēt abiectas reddit, & quia de diuitijs potentia fama, & honore, & ceteris, pp quæ iudicamus hoīes ſm vulgarem opinionem honorabiles, nō pōt constare ex aspectu primo, habemus vnū, per quod iudicamus virum honorabilem, vel abiectum, s. ex vestibus, & ita in sacra Scriptura vestes vocantur honor noster. Exo. 33. c. Luxit populus, & nullus ex more indutus est cultu suo. i. honore suo. Nam colere honorare est, & cultus honor est quidam. Sic ēt in nouo testamēto vestes honorem vocamus, sic patet 1. Cor. 12. f. Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his abundantiorem honorem circundamus. i. plures vestes eis apponimus, & verum est, vt patet de genitalibus organis, quæ iudicamus ignobiliora. i. magis verenda, & illis apponimus plures vestes, s. vnam vestem vltra ceteras vestes corporis, Ob hoc igiť primo aspectu iudicabantur boni pro nuptijs illi, qui vestibus decentibus induti erant, mali aūt illi, qui non erant induti decentibus vestibus, & hoc videre poterant serui vocantes ad nuptias. Et quia quidam illorū, quos vocauerant, erant decenter, alij indecenter vestiti, dr̄ ꝙ vocauerūt bonos, & malos. Et hoc patet, qa vt dictum est neminem repulit rex de nuptijs, nisi eū, qui non erat vestitus veste nuptiali, & tñ malum solum est, quod repellimus. Nemo enim repellit illud, quod bonum sibi reputat, ideo apparet, ꝙ indecenter vestiti vocantur hic mali, & ipsi soli mali dicuntur.

Quomodo mali, & boni hoc in loco accipiantur.

Per qd primo aspectu hō honorabilis iudicatur.

Quare rex introiuit, vt videret discumbentes.
Quæst. XXIII.

QVAERETVR quare rex intrauit, vt videret discumbentes. Dicendum primo, ꝙ rex intrare potuit ad videndum, deinde quare intrauit. Circa primum dicendum, ꝙ pręsupponitur, ꝙ rex non manducabat in loco, vbi cęteri manducabant nuptialiter, nam si ibi manducaret, non posset intrare ad videndū discumbentes, quia iam ibi esset. Secundo, quia dicit. Vt videret, nam innuitur, ꝙ si non intraret, non posset illos videre, & tamen videret, si ibi esset ipse cum eis. Tertio, quia dicitur discumbentes, ex quo innuitur, ꝙ alijs epulantibus rex non comedebat, sed videre voluit quomodo cęteri epularentur. Circa secundum dicendum, ꝙ rex intrauit. Primo ad ostendendū magnificentiam suam, vt ipse gloriaretur coram multitudine epulantium, ipse enim illas magnificas expen-

F sas conuiuij faciebat, & ita coram illis, quibus actualiter illud beneficium præstabat, appareret gloriosus. Secundo ad honorem nuptiarum, nam sicut cæteri vocabantur ad nuptias, vt illas honorarent pręsentia sua, & quanto ipsi honorabiliores essent tanto celebriores nuptias reddebant, ita & rex honoraret maxime nuptias ex præsentia sua, ideo intrare voluit tempore conuiuij, vt sic ex præsentia omnium simul honorabiliores nuptię redderentur. Tertio fuit, vt rex lętificaret epulantes, cum eis præsentiam suam exhiberet, & sic familiaris eis fieret, ne videretur ipsos despicere. Quarto fuit, vt videret quomodo erant omnia disposita, vt sciret an nuptię filij sui essent honora-
G biles, & opulentę, & quales essent illi, qui ad nuptias conuenerant. Quinto fuit, vt ipse quodammodo videretur ministrās eo modo, quo decebat ipsum ministrare. Illi namque, qui nuptialem honorem faciunt, ministrant eis, quos inuitauerunt, & quia istas nuptias facit rex filio suo, ad ipsum pertinebat aliquomodo ministrare, hoc autem fuit, ꝙ cæteris epulantibus ipse non epulabatur, sed introiuit ad videndum discūbentes, & assistebat eis saltem modicum, vt sic eos honoraret, & lętificaret præsentia sua. Sed dicendum, ꝙ licet omnes causę sint cōuenientes, quarta est melior, & verior. Primo, quia litera hoc innuit cum dicat. Intrauit rex, vt videret discumbentes. Et ita finis præci-
H puus suus erat nunc, vt videret, qui erant illi, qui erant in nuptijs, & qualiter se habebant. Si autem aliquid aliud principalius intenderetur in isto introitu, exprimeret illud litera. Et non diceret, ꝙ intrauit, vt videret discumbentes. Secundo apparet ex effectu secuto, quia cum intrasset, vt videret discumbentes, vidit ibi hominem non habentem vestem nuptialem, & illū expulit, & tamen si non intrasset hac intentione, vt videret discumbentium habitudines, non respexisset tam diligenter, vt videret quis erat indecenter vestitus. Tertio, quia erat causa motiua ad hoc, nam rex cognoscebat eos, quos fecerat primo inuitari, & si illi venissent, non oportebat, vt rex intraret ad videndum discumbentes, sed quia illis non venientibus iusserat
I rex vocari alios, & illos non agnoscebat, voluit introire, vt agnosceret, qui erāt, & quales. Quarto fuit, quia verisimiliter credere poterat rex, ꝙ in nuptijs essent aliqui non decenter induti, nam iusit ipse vocari omnes, quotquot inuenirētur. Sed in communitate multi solent esse indecenter induti, vt pauperes, ideo intrauit, vt videret illorum habitudinem.

Considerandum autem, ꝙ rex non epulabatur inter conuiuas, neque in loco nuptiarum, sed alibi, & causa erat propter regiam dignitatem, non enim decebat, vt inter subditos suos epularetur.

Notent reges seruare grauitatem.

Quare dicitur, quòd rex vidit hominem non habentem vestem nuptialem. Quæst. XXIIII.

K QVAERETVR quare dicitur, ꝙ vidit hominem non habentem vestem nuptialem. Dicendum, ꝙ vestis nuptialis est vestis decens talis qualem decet ferre eum, qui ad nuptias inuitatur, & ratio est, quia vt dictum est supra 22. q. qui vocantur ad nuptias veniunt ad honorandum, & honorem non præstat, nisi qui honorabilis est, iudicatur autem honorabilis ille, qui vestibus decentibus indutus est, ideo ille vestem nuptialem habet, qui vestem decentem gerit, quæ est vestis lętitię, & honoris, ille autem, de quo dicitur, quòd non haberet vestem nuptialē, erat vilibus indutus, & abiectus, qui honorem non præstaret, sed potius dedecus ingereret, ideo rex ingressus iratus est, quasi ille ignominiam quandā ei inferret, & ait. Amice quomodo huc

huc intrasti? vocat illum amicum, sed amicum se non esse ostendit cum potius ei mala inferat, quia misit eum in tenebras exteriores, & ideo amicum delusorie, vel per antiphrasim vocare videtur illũ. Et dixit: Quomodo huc intrasti? quasi dicat non debuisses intrare, cum non haberes vestem nuptialem. Ille vero audiens verba regis obmutuit, scilicet quia vidit, ꝙ rationabiliter loquebatur, & non habebat quid ei responderet, vel quia audiens regem loquentem, quasi animo feruido, & irato, timuit, & non potuit quidq̃ respondere, sed timor eum elinguem reddidit.

Quomodo dicitur, quòd rex vidit ibi hominem non vestitum nuptiali veste, cum plures essent huiusmodi ibi.
Quæst. XXV.

QVAERETVR quomodo dicitur, ꝙ rex vidit ibi hominem non vestitum nuptiali veste, quia in hoc innuitur, quasi esset vnicus ille, qui sic indutus esset, & tamen videtur, ꝙ plures erãt, nam omnes bonos, & malos congregauerunt serui ad nuptias.

Aliqui dicunt, ꝙ non erat, nisi vnus indecenter indutus inter oẽs existentes in nuptijs, & iõ illum solũ, redarguit rex. Dicendum, ꝙ non videtur stare. Primo quia rex iusserat, ꝙ vocarent ad nuptias omnes quotquot inuenirent, & serui sic fecerunt vocantes omnes, quos in capitibus viarum, & plateis inuenerunt, sed vbi est magna multitudo virorum, vt in ciuitate, multi sunt pauperes, & indecenter vestiti, & omnes illi, quotquot occurrerunt, vocati fuerunt ad nuptias, ergo multi essent indecentibus, & abiectis vestiti.

Secundo patet, quia dicitur, quòd serui congregauerunt omnes, quos inuenerunt bonos, & malos, & tamen mali vocantur hic inhonorabiles, qui nõ erant decentibus vestibus induti, vt ostensum est supra vicesimasecunda, quæstione, ergo plures erant induti vestibus nuptialibus.

Alij dicunt, quòd multi erant, sic induti, & tamen rex non vidit nunc, nisi vnum, & ideo illum solum allocutus est, & eijci mandauit de nuptijs.

Dicendum, quòd non stat, primo quia rex iõ intrauit, vt videret discumbentes, idest cuius habitus erant, vt dictum est supra quæstione vicesima tertia, & ita diligenter aspiceret, qui erant decenter, & qui indecenter induti, cum ergo multi essent ibi tales non est verisimile, quòd rex vnum solum videret.

Secundo, quia non solum rex vidit, sed etiam tanta iracundia motus est, quòd iussit illum hominem repelli, & ligari pedibus, & manibus, & mitti in carcerem, quæ omnia diligenter fierent, & accurare. Non est, ergo verisimile, quòd cum tanta attentione regis tam irati, & ministrorum exequentium non videret rex, nisi vnicum indecenter vestitum, si multi ibi essent. Fieri tamen posset hoc, si rex non hac intẽtione intrasset nuptias, neque tãtam diligentiam circa hoc adhibuisset.

Dicendum ergo videtur, quòd rex multos vidit ibi indecẽter vestitos, & illos oẽs iussit mitti in tenebras, & tamẽ Christus solum narrauit de vno. Et ratio est, quia istud non ponitur hic intentione narrandi rem gestã, sed vt sit parabola, & vt deducatur ad illud propositum, quod Christus intendit, & tamen ad hoc nõ plus est, ꝙ essent multi indecẽter vestiti, quam vnus, quia sicut vnus repellitur, ita omnes repellerentur, ideo nõ curauit dicere, ꝙ erant multi. Sic dicit Orige. applicans parabolam ad sensum suum, scilicet. Vidit hominem non vestitum veste nuptiali, singulariter dicit hominem, quia vnius sunt generis omnes, qui seruant malitiam post fidem, quam habuerant ante fidem.

A *An rex, quando iussit istum qui non erat indutus veste nuptiali mitti in tenebras exteriores, fecit iniustitiam.*
Quæst. XXVI.

QVAERETVR quare rex iussit istum, qui non erat indutus veste nuptiali mitti in tenebras exteriores, nam videtur sibi iniustum factum esse, primo, quia rex iusserat vocari omnes, quotquot inuenirentur, scilicet ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias, sed de his, q̃ inuenirent in ciuitate manifestum est, ꝙ aliqui essent indecenter vestiti, ergo ipse iubebat omnes vocari tam decenter, quam indecenter vestitos, & ita non erat in culpa, qui sic venerat. Secundo, quia ministri, sic fecerunt, nam
B vocauerunt ad nuptias omnes tam decenter, quam indecenter indutos, cum dicatur in lrã. Egressi serui congregauerũt oẽs, quos inuenerũt malos, & bonos, sed mali vocantur vestiti indecenter, vt ostensum est supra 22. q. ergo cũ ipsi vocauerint, & introduxerint ad nuptias indecenter vestitos, non erant illi in culpa. Tertio, quia dominus hoc iusserat, Luc. 14. s. Exi cito in plateas, & vicos, & pauperes, & debiles, & cęcos, & claudos introduc huc, & tamen omnes isti sunt indecenter vestiti, q̃a sunt pauperes mendicantes, ergo cũ ipse iusserit, non erant in culpa venientes. Quarto, & efficacius, quia illi, quia intrabant compulsi ẽt si turpiter indecenter, aut qualitercunque intrarent, non erãt in culpa, quia non veniebant, sed trahebant̃, & tñ, ita
C fuit de istis, quia dixit dñs seruo: Exi in vias, & sepes, & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea, Luc. 14 ergo iste indecenter vestitus non erat in culpa, neque debebat mitti in tenebras. Dicendum, ꝙ rex iuste indignatus est, & iuste misit in tenebras non habentem vestẽ nuptialẽ, vt apparet, quia in hoc fundatur parabola a Christo inducta, cum quantũ ad hoc ꝯsistat applicatio, & tñ si nõ esset hoc iustũ, quod rex fecerat nõ videret̃ iuste factũ, quod fit in regno cęlorũ, cũ taliter fiat. Ratio aũt quare hoc iustũ esset, est, quia licet vocantes ad nuptias nõ eligerẽt nũc aliquos, sed vocarẽt quoscunque inuenirẽt, tñ dicebant eis, ꝙ vocabãt eos ad nuptias, & iõ quilibet tũc videre deberet seipsum, an talis erat, vt posset decenter apparere in nuptijs, &
D qui non esset taliter se habens diceret non possum ire, aut nolo ire. Sed obijcietur, quia isti serui vocãtes ad nuptias videbant oẽs, quos vocauerant, & ipsi poterant ex aspectu agnoscere, qui erant digni quantum ad vestes ire ad nuptias, & qui non, & indignos non deberent vocare. Cum ergo vocarent oẽs non erant in culpa illi, qui vocabantur, & ibant. Dicendũ, ꝙ vocati erant in culpa, quia licet serui vocãtes viderẽt singulos decenter, aut indecẽter indutos, & scirẽt quãtũ ad ea, q̃ apparebant, q̃ erant digni ire ad nuptias, & q̃ nõ, tñ poterat esse, ꝙ q̃ tunc indecenter erant vestiti haberent decẽtes vestes in domo. s. mutatoria, & illis ornati procedere poterãt statim digne ad nuptias, & iõ licet oẽs vocarentur, quilibet debebat cogitare an
E tales vestes habebat, vt s̃m consuetudinem regionis posset conuenienter in nuptijs apparere, & qui non haberet tales, licet vocaret̃ nõ deberet ire, serui aũt ꝯuenieẽter agebãt vocãdo oẽs, q̃a licet indifferẽter oẽs vocarent, subintelligebatur tñ, ꝙ quilibet iret in habitu, in quo nuptias honoraret, & si forte vellẽt vocare eos, qui apparerent primo aspectu vestiti decenter omissis cęteris, forte aliqui, qui honorabiliores erant dimitterentur, cum contingat sępe eos, qui pulchras habẽt vestes indutos esse ad tempus vestibus abiectis, ideo serui conuenienter fecerunt vocando omnes, & culpa erat ex parte vocatorum, quia non debuerant venire si sciebant se non esse tales, vt digni possent in nuptijs apparere, licet vocarentur per seruos.

Secundo

Secundo patet hoc, quia quando rex videns hominē non indutum veste nuptiali dixit ei, quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem? si prędictus aliquam excusationem afferret diceret, quia tu iussisti, ꝙ omnes venirent, vel quia serui tui vocauerunt me, vel quia violenter tractus sum, & tamen nullam causam allegauit, sed obmutuit, ergo videtur, ꝙ nullam causam habebat saltem apparentem, quam posset allegare, quia aliàs non diceretur, ꝙ obmutuit. Aliqui dicunt, ꝙ non tenet ista ratio, quia ille hō non obmutuit, quasi nullam causam haberet, quam allegaret, sed quia timuit, & erubuit vultum regis commoti ad iram, & non habuit quid loqueretur. Sed dicēdum, ꝙ non stat, quia licet homo ille tam elinguis fieret, vt nihil pro se rñdere posset, quod non est satis verisimile, quia licet in principio non rñderet, tñ saltem postea cum traheret ad pęnā rñderet, tñ cęteri ꝓ eo rñderēt, qui assistebant, cū hoīes sint promptiores ad releuandum aliquē a pęna, q̃ ad nocendum, qñ nihil eis ille nocuit, q̄a omnis hō naturaliter est alteri hoī amicus 8. Ethi. c. 1. & iō cum mandatū regis de vocādo quoscunque esset omnibus notū, & maxime ipsa vocatio seruorum esset nota, ſi isti possent aliq̄ excusationem afferre, allegaret eā aliquis de pręsentibus, vt ille hō non traheretur ad pęnam pręcipue in die lętitię, & nuptiarum, & tñ nemo allegauit, sed mandatum regis expletum est mittēdo illum in tenebras, ergo nullam causam excusantem habebat ille nō habens vestem nuptialem, & ita ipse erat in culpa.

Ad primum dicendum, ꝙ mandatum regis nullā excusationem afferebat, nam rex iussit vocari omnes, & tamen vocabat ad nuptias, ideo subintelligitur, ꝙ non vocabātur, nisi illi, qui decenter illuc possent ire, & sic quilibet considerare debebat si poterat decēter ire, alioquin deberet abstinere a nuptijs.

Ad secundum dicendum, ꝙ vocatio generalis seruorum non excusat quemquā, quia ipsi executi sunt mandatum regis, & ideo vocatio sua intelligēda erat, sicut mandatum regis de vocando. Et si obijciatur, ꝙ illi videbant ex vestibus, qui erāt digni, & qui indigni ad eundum. Dicendum, ꝙ iam responsum est supra, non enim decuit, ꝙ vocarent solum decenter vestitos omissis alijs.

Ad tertium dicendum vno modo, ꝙ licet vocarētur debiles, claudi, & cęci, & pauperes, dum tamen haberent vestes decentes non referebat, quia hoc solum fuit, quod rex aduertit in nuptijs, s. ꝙ homo non haberet vestem nuptialem, poterant tamen isti habere vestes aliquas decentes, ideo non erat inconueniēs istos vocari. Aliter pōt dici, & melius, s. ꝙ illud, quod habetur Luc. 14. non est eadem parabola cum ista, & ideo licet ibi iussit expresse dominus vocari pauperes, debiles, claudos, & cęcos, hic non iussit illos expresse vocari, sed ꝙ vocarent omnes quoscunque inuenirēt, & sub illo mandato intelligebatur, si illi possent decēter venire, vt dictum est.

Ad quartum dicendum, quòd hic vocabantur ad nuptias, quotquot inueniebantur, sed nemo compellebatur, litera enim solum loquitur de vocatione, & non de compulsione, sed de compulsione habetur Luc. 14. & illa non est eadem parabola cum ista, vt ostensum est supra q. 3. & ideo, quia ibi compulsi fuerunt aliqui intrare, & quia expresse vocati fuerūt pauperes, debiles, claudi, & cęci, non repulsus est aliquis, quasi indecenter vestitus. Hic autem, quia non compulsus est aliquis, sed liberum erat cuilibet venire, exclusi sunt, & puniti illi, qui non erant decenter induti.

F *Quare rex dixit de non habente vestem nuptialem ligatis pedibus, & manibus mittite eum in tenebras exteriores. Quæst. XXVII.*

QVAERETVR quare rex dixit de non habente vestem nuptialem, ligatis pedibus, & manibus, mittite eum in tenebras exteriores.

Dicendum, quòd rex voluit, ꝙ puniretur iste, qui ausus fuerat nuptias inhonestare pręsentia sua, & ad hoc iussit eum mitti in carcerem. Quod patet, quia dixit ligatis pedibus, & manibus, idest ligate manus eius, & pedes eius, vt nō possit fugere, & vt magis torqueatur non potens libere mouere membra sua. Hoc autem fit eis, qui incarcerantur, quia interdum ligantur pedes eorum, interdum manus, interdum vtrunque, & etiam caput. Tenebras autem vocauit rex carcerem, quia erat locus tenebrosus. Et ad magis exprimendum non dixit eum tenebrosum, sed tenebram.
G

Sed cur vocauit tenebras exteriores? quia sufficiebat dici in tenebras. Aliqui ponunt multos modos, sed illi pertinent ad sensum literalem, nunc autem quærimus sensum parabolę, qui erat literalis quantū ad regem hęc facientē, & vt a Christo introducitur est parabolica, quia non ponit ipse ad significandum, id quod rex ille fecit, sed aliquid longius dissimile. *Quare vocauit res tenebras exteriores.*

Sed dicunt alij, quòd tenebrę sunt duplices, interiores, & exteriores, interiores sunt ipsa cęcitas mentis, exteriores vero sunt ipse locus tenebrosus, quia tenebrę illę extra nos sunt. Sed dicendū, ꝙ non est ad propositum, quia talis distinctio tenebrarum non cōuenit loquentibus in sensu parabolico, sed tunc diceretur, quia mitteretur ille in tenebras exteriores, idest non mitteretur in tenebras interiores, sed istam differentiam facere frustra erat, quia rex non poterat ponere illum in tenebris interioribus, sed in solis exterioribus. Ideo dicendum videtur, ꝙ vocantur tenebrę exteriores, quia erant extra domum regis, in qua fiebat nunc nuptiale conuiuium. Vel melius potest dici, ꝙ vocantur tenebrę exteriores non solum, quia erāt extra domum regis, sed quia consuetudo erat in terra Chanaan, in qua Christus loquebatur, ꝙ carcer esset extra domus habitationum hominum, & erat ille locus terribilis, & multum pęnalis, & vocabatur communiter tenebra exterior. Et patet hoc, quia non solū nunc rex iste vocauit carcerem tenebras exteriores, sed etiā Christus sic loqui solitus est. Sic patet supra 8. c. cū dixit, ꝙ filij regni eijcient in tenebras exteriores.
H
I

Quare dixit rex: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR quare dixit rex, ꝙ mittetur in tenebras exteriores, & ibi erit fletus, & stridor dentium. Dicendū, ꝙ per hoc voluit rex designare pęnas, quas pateretur ille in carcere, & dixit duas, s. stridorē, & fletum, stridor prouenit ex frigore, quia stridor est sonitus factus ex concussione dentium, & concussio illa fit ex magno frigore, ita vt quis non possit continere maxillas, sed frigus cōcutiat eas, & allidat dentes dentibus. Fletus autem prouenit ex multis malis, immo generaliter ex quacūq; tristitia, aut dolore causat, vel causari potest fletus, & ita, qui in tenebris carceris esset pp præsentiam malorū, quæ pateretur, & absentiam bonorum, quę desideraret, & quibus careret, fleret. Inter cætera autem mala carceris erat vnum frigiditatis grauis, ita vt stridorem dentium causaret, ideo licet multa mala pateretur incarceratus, hoc erat præcipuum malum secūdum sensum, scilicet frigus pati, ideo istud expresse posuit, cætera autem sub nomine fletus generaliter dixit, q̄a fletus est effectus, qui
K

Carceres i terra Chanaam.

qui ex illis sequitur. Causa autem huius stridoris dẽtium, & frigiditatis magnę præcedentis erat indispotio loci, quia carceres erant semper subterranei in terra Chanaam, & erat ibi aqua, & lutum, & ex illis causabatur frigiditas, & omne malum. sic patet Iere. trigesimooctauo: vbi Ieremias positus est in carcere & dicitur: Tulerunt Ieremiam & posuerunt eum in lacum Helciæ filij Amalec, qui erat in vestibulo carceris, & submiserunt Ieremiam in funibus, & in lacu non erat aqua, sed lutum: descendit autem Ieremias in cęnum. Et ita erant alij carceres: nam in alio simili carcere positus fuerat Ieremias: sic patet Ierem. trigesimoseptimo, scilicet, irati principes miserunt Ieremiam in carcerem, qui erat in domo Ionatham Scribæ: ipse enim præpositus erat super carcerem: itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in ergastula, & sedit ibi diebus multis. Erat autem iste carcer tam asper, quòd postquam rex Sedecias eduxit inde Ieremiam ad quærendum ab eo visionẽ Domini, rogauit ille regem dicens: obsecro te Domine mi rex, ne mittas me in domum Ionatham Scribæ ne moriar ibi, eodem cap. & ita tam durus carcer erat, quòd timebat ibi mori. Sic autem erant communiter carceres in terra Chanaam siue Iudæorum iuxta cuius consuetudinem Christus loquitur, ideo conuenienter dicitur, quòd qui mitteretur in tenebras exteriores, idest, in carcerem, pateretur ibi stridorem dentium, & fletum.

Quare dicitur in fine parabolæ: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et quomodo conuenit cum partibus alijs parabolę.

Quæst. XXIX.

QVAERETVR, quare dicitur in fine parabolę huius: multi sunt vocati, pauci verò electi, & quomodo conuenit cum partibus alijs parabolę, quia potius vr̃ discordare: nam hic multi fuerunt vocati, & oẽs electi, quia qui recipiunt̃, & non excluduntur, electi dicuntur, & tamen hic de omnibus vocatis, & receptis nemo exclusus est, nisi vnus, qui dicitur nõ habuisse vestem nuptialem: ergo non debuisset sic dicere, sed multi sunt vocati, & multi sunt electi. Vel si aliquam exceptionem notare vellet, deberet dicere multi sunt vocati, & non sunt omnes electi, sed dicere pauci sunt electi, non vr̃ conuenienter dictum.

Dicendum ergo, quòd pauci erant electi respectu multitudinis vocatorum. Et hoc quia licet hic non fiat mentio, nisi de vno excluso, multi fuerunt exclusi, qui non habebant vestes nuptiales, vt dictum est supra q.26.

Secundo potest dici, quòd etiam si ille fuerit vnicus eiectus: tamen pauci sunt electi respectu multitudinis vocatorum, quia vocati debent accipi hic non solum illi, qui vocati sunt de exitibus viarum, sed etiam illi, qui inuitati fuerunt primo, & illi erant multi, scilicet, tot, quot ad nuptias sufficiebant, & de illis nemo fuit electus, quia nemo venit: immo etiam si venissent non reciperentur, quia indignos se fecerant. Supra in litera, scilicet. Nuptiæ paratæ sunt, sed qui inuitati erant non fuerũt digni. Hoc aũt est non esse electos, quod non esse dignos, & ista est melior solutio. Tertio põt dici, & adhuc meli⁹, ꝙ nõ oportet, ꝙ cõueniat istud verbum partibus præcedentibus parabolæ, quia istud nõ est de parabola, sed est verbũ Christi, quod ille posuit finita parabola ad ostẽdendũ, ad quẽ sensum dixerit parabolam in pręcedẽti, & ĩñ etiã si quis vellet, ꝙ pertineret ad parabolam, & concordaret alijs partibus parabolę satis concordat, vt dictum est in præcedenti solutione.

Circa applicationem parabolæ ad sensum literalem, quem Christus intendit: & primo quomodo est applicanda in generali.

Quæst. XXX.

QVAERETVR nunc circa applicationem parabolæ ad sensum, quem Christus intendit cum omnia, quæ dicta sunt pertineant ad applicationem parabolæ in sensu parabolico inquantum est quædam historia regis, & expulsi de nuptijs, & applicanda est primo in generali: deinde applicabuntur singulæ partes eius, sicut fecimus in sensu parabolico.

Et dicendum, quòd in generali ista parabola inducitur ad ostendendum reprobationem Iudæorum, & electionem gentium, & quorundam Gentilium reprobationem. Fit ergo inuitatio, quando Deus vocat aliquos ad Ecclesiam suam, vel ad fidem, & primum quidem soli Iudæi inuitati fuerunt, quia eis solis Christus prædicauit, & eo viuente discipuli eius illis solis prædicauerunt, quia vetuerat Christus ire in viam Gentium, & introire in ciuitates Samaritanorum supra 10. cap. Et isti, qui inuitati erant venire noluerunt, licet sępe vocarentur, sed potius occiderunt seruos vocantes se, quia aliquos discipulos occiderunt, & contumelijs affecerunt, & ideo cum iam isti se fecissent indignos nuptiarum, idest, fidei Christi, & congregationis Ecclesiæ eius: ierunt serui iubente rege, idest, Apostoli, & discipuli inspirante Spiritusancto transierunt ad vocandum gentes, & congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, quia nulla gens est, quam non vocauerint, & omnes iubentur venire ad nuptias istas. Et intrauit rex in istas nuptias, idest, Deus respexit ad eos, qui in ista fide, vel Ecclesia manent, & vidit hominem non vestitum veste nuptiali, quia vidit quendam non habentem charitatem, quæ est vestis nuptialis: & contra hunc iratus iussit eum mitti in tenebras exteriores, idest, in damnationem inferni, & ibi erit fletus, & stridor dentium, quia in inferno multæ pœnæ erunt.

Quid sit iste homo rex. Quæst. XXXI.

QVAERETVR nunc in speciali circa singulas partes parabolę applicandas s̃m sensum, quẽ Christus intendebat, & qm̃ iam ostẽsum est s̃. q. 3. ꝙ regnũ cęlorũ vocat̃ hic Ecclesia militans, & non triumphans, est dubium de prima parte sequente, scilicet, de homine rege, qui fecit nuptias filio suo quid ista sint, & primò q̃d sit iste homo rex, & quis sit filius eius, & quę sunt nuptię istæ, quas fecit ei. Circa primum dicendum, quòd non est dubiũ Deum patrem vocari hic hominem regem. vtrunque enim habet. Dicitur enim rex, quia omnia regit: ad ipsum siquidẽ pertinet prouidentia, & gubernatio: ipse quippe per se omnia prouidet, & disponit ad executionem prouidentiæ partim per se, partim per creaturas sibi subiectas efficit. De quo multa dubia declarata sunt decimo capitulo, supra quæstione 122. vsque ad quæst. 129. vnde non solum est rex, sed etiam rex magnus super omnes reges, & super omnes Deos. Psalm. 94. Et ipse est etiam rex proprie noster semper manens Psalm. 72. Deus rex noster ante sęcula operatus est salutem in medio terræ. Et hoc potissimum habet, quòd solus proprie vocatur rex, quia excellentior est alijs regibus, & rex super eos. prima Timoth. sexto cap. quem temporibus suis ostendet beatus, & solus potens rex regum, & dominus dominantium, qui solus immortalitatem habet, & habitat lucem inaccessibilem.

Sed dicetur: quomodo vocatur homo, cùm non sit homo? Nam filius potest vocari homo, quia humanitatem nostram assumpsit, in qua verus homo est, sicut & nos, sed pater, & Spiritussanctus non assumpserunt humanitatem, ideo neque sunt homines, neque homo.

Dicendum tamen vno modo, quòd Deus pater vocatur hic homo, quia concordat hominibus in ratione, & intellectu. Deus enim Spiritus est Ioãnis quarto, nos autem spiritum habemus, per quem intelligimus ad Romanos octauo, & prima Corinthiorum secundo capitulo: & ideo quantum ad hoc concordamus in actu intelligendi, & quia pręcipuum, a quo homo vocatur homo, est ratio: cum homo sit intellectus, vel maximè, vt dicitur nono Ethicorum, idest, quòd homo est totaliter ipse intellectus suus, vel præcipuum, quod est in homine est intellectus, & Deus est intellectus, vocatur etiam Deus homo. Et hoc modo quęlibet persona diuina etiam non assumpta humanitate vocatur homo: & sic Christus vocauit patrem suum hominem, & dixit se, & illum esse duos homines: Ioannis octauo: nam cum Iudæi arguerent contra eum, quòd testimonium suum nihil esset, quia ipse de seipso testimonium ferebat, ait: Et si ego iudico, iudicium meum verum est, quia non sum solus, sed ego, & qui misit me pater, & in lege vestra scriptum est, quòd duorum hominum testimonium verum est: ego sum, qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me pater, qui misit me. Et ita ratio sua fundatur in hoc, quia ipse, & pater suus sunt duo homines, & ideo est sufficiens testimonium eorum secundum legem. Sic etiam omnes creaturæ rationales solent vocari in scriptura homines, & ita diabolus vocatur homo supra decimotertio capitulo. Inimicus homo superseminauit zizania. Ille autem est diabolus, vt ibi dictum est. & ideo Deus potest vocari homo rex, licet carnem non assumpserit.

Secundò potest dici, quòd non oportet ꝙ hic vocemus Deum patrem hominem, sed per hominem regem solum accipiamus hominem illum, cum ista secundum literam acciderunt. Et verum est, quòd regnum cœlorum est simile illi, scilicet, quãtum ad actus suos, vt dicetur sequenti quæstione, & iste est intellectus quantum ad literam, & tamen quia per istum hominem regem debemus rursus aliquid intelligere, & id quod intelligimus est Deus pater: possumus illum vocare hominem eo modo, quo dictum est. Vel aliter dato, quòd per illum hominem regem intelligamus aliquid, non oportet, quòd illud quod intelligitur sit homo Rex, sed sit aliquid, de quo similia dicantur, sicut de homine rege.

Quomodo est verum, quòd regnum cœlorum sit simile homini regi.
Quæst. XXXII.

QVAERETVR propter istam assimilationem, quomodo est verum, quòd regnũ cœlorum sit simile homini regi.

Dicendum, quòd supposito, quòd per regnum cœlorum accipiatur Ecclesia militans: illa est similis homini regi, scilicet, tam illi homini regi, qui verè homo fuit, & rex, quàm homini regi designato per sensum parabolę. De primo dicendum, quòd illi homini regi, cui ista acciderunt cum inuitatis est similis Ecclesia, & non est similitudo ista quantum ad personam suam, quasi ipsemet sit simi-
F lis Ecclesiæ, quia hoc nihil esset dicere, sed est simi-
lis ei Ecclesia quantum ad ista, quæ ei acciderunt,
cùm talia accidant in Ecclesia. Nam sicut ille inui-
tauit aliquos ad nuptias, & non venerunt, sed oc-
ciderunt seruos, & rursus alios vocauit, inter quos
fuit homo non habens vestem nuptialem, ita & in
Ecclesia accidit iuxta applicationem factam supra
quæst. 30. & ideo illi similis est Ecclesia. Si autem
accipiatur homo rex, idest, Deus pater significatus
per hominem regem: Dicitur assimilari sibi regnum
cœlorum, vt aliqui volunt, quia ad eum pertinẽt ista,
quæ gesta sunt in regno cœlorum, & ideo vocatur
ille homo rex, quia vt homo nobis loquitur, & con
uersatur. Sic dicit Origenes: Simile est regnum cœ
G lorum homini regi secundum eum, qui regnat: se-
cundum autem eum, qui corregnat filio regis; secũ-
dum ea, quæ sunt in regno, seruis regis, & inuitatis
ad nuptias. Additum est autem homini regi, vt ho-
minibus, quasi homo loquatur, & dispenset homi-
nes non capientes dispensari a Deo, sed tunc cessabit
regnum cœlorum esse simile homini, cùm cessante
zelo, & contentione & residuis passionibus, & pecca-
tis, cessauerimus secundum hominem ambulare, &
videbimus eum sicuti est.

Sed dicendum, quòd propriè regnum cœlorum
non est simile Deo quantum ad se, neque quantum
ad actum suum, sed est solum similis Ecclesia, vel re-
gnum cœlorum illi homini regi, cui illa acciderunt. Cui ppriè regnum cœlorum simile sit.
H Et patet, quia similitudo supponit distinctionem, &
ideo si regnum cœlorum sit simile Deo, oportet,
quòd actus Dei, & Ecclesiæ, secundum quos est si-
militudo distincti sint. Sed falsum est, quia ista, quę
in Ecclesia fieri dicimus, scilicet, inuitatos vocari,
& illis non venientibus alios vocari, & repelli non
habentem vestem nuptialem per Deum fiunt: ipse
enim est, qui homines ad fidem, vel Ecclesiæ vnita-
tem inuitat, & ipse non habentem vestem nuptia-
lem in tenebras mitti iubet: & ideo non est ipse simi
lis Ecclesiæ, vel regno cœlorum in actibus suis, quia
actus sui sunt actus Ecclesiæ, vel regni cœlorum, &
sublatis actibus Dei non inueniemus in pręsenti alios
actus Ecclesiæ, vel regni cœlorum, sed verè regnũ
I cœlorum, idest, Ecclesia similatur homini regi, id-
est, illi, cui ista acciderunt, quia sicut ille inuitauit ali
quos, qui non venerunt, & alios, & venerunt: ita &
in Ecclesia fit. Deo autem non fit Ecclesia siue re-
gnum cœlorum nisi largè simile.

Quis est iste filius regis, cui nuptiæ fiunt, & quæ sunt istæ nuptiæ.
Quæst. XXXIII.

QVAERETVR, quis est iste filius regis,
cui nuptiæ fiunt, & quæ sunt istæ nu-
ptiæ.

Dicendum, quòd cum per hominem
K regem, vt dictum est supra quæstione trigesima-
prima, significetur Deus pater, non est dubium
quin filius eius, cui nuptiæ fiunt, sit Christus, qui
est eius filius vnigenitus: Ioannis primo capitulo.
Non enim habet alium filium de se natum, qui ve-
rè sit filius, scilicet, naturalis: multi autem sunt fi-
lij eius, sed per adoptionem, & ita omnes nos su-
mus filij adoptionis ad Romanos octauo, quia
Christus dedit nobis potestatem filios Dei fieri,
cum credamus in nomine eius: Ioannis primo ca-
pitulo: De Christo ergo, qui est vnigenitus intel-
ligitur.

Sed qd sunt nuptię, & qñ celebratę sunt est dubiũ.
Aliq volunt, ꝙ nuptiæ sint incarnatio filij Dei, qñ
natura

natura humana copulata est verbo Diuino ad humanitatem hypostasis, & est quasi copula coniugalis, & fuerunt factæ nuptiæ istæ in vtero virginis, quia inde sumpsit Christus humanam naturam nostram, & sic vterus ille est quasi thalamus coniugalis; vnde de illo processit Christus, sicut sponsus de thalamo suo. Psalmo decimoctauo. Sed in hoc nemo erret, quia nuptiæ sunt duarum personarum, & tamen in incarnatione non sunt duæ personæ, quia est persona assumens, & natura assumpta, & post assumptionem manet vna persona, sicut prius. Sic dicit Gregorius. Tunc Deus pater filio nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit, sed quia ex duabus personis fieri solet nuptiarum coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam Redemptoris nostri ex duabus personis credamus esse vnitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis credere compositum nefas vitamus.

Secundo potest dici, quòd nuptiæ istæ fuerunt, vt aliqui volunt, in coniunctione hominis ad Christum per fidem, scilicet, quando anima quælibet fidelis vnitur Christo. Est enim hic quoddam genus matrimonij carnale significans istam vnionem animæ ad Christum, vt dicit Innocent. Papa, extra de biga. capitulo debitum. & idem Magister quarto Senten. distinctio. vigesima sexta. Et istæ nuptiæ celebrantur quoties anima fidelis Christo vnitur, & ex talibus nuptijs proles bonorum operum sequitur. Sic dicit Origenes. Coniunctionē sponsi ad sponsum, idest, Christi ad animam verbi susceptionem intellige. partus autem bona opera.

Tertiò, vt aliqui dicunt erunt nuptiæ istæ in coniūctione hominum ad Christum, quia est illa coniunctio quasi hominis ad vitam suam. nam Christus est vita nostra ad Colossen. tertio, scilicet mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cū apparuerit Christus vita vestra, & vos apparebitis cū Christo in gloria. Huius autem coniunctionis nuptialis nunc habemus promissionem, siue arrhas, & ideo sumus sponsa. Nuptiæ autem erunt in resurrectione mortuorum, quia ibi perfectè vniemur Christo. Sic dicit Chrysostomus. Cum resurrectio fuerit facta sanctorum, tunc suscipiet hominem vita, quæ est Christus, mortalitatem eius sua mortalitate absorbens. Nunc enim quasi arrhas futuri coniugij Spiritumsanctum accepimus: tunc autem ipsum Christum plenius in nobis habebimus.

Sed iste modus non conuenit, quia istæ nuptiæ pertinent ad Ecclesiam triumphantem, quæ non potest significari per hanc parabolam, sed necesse est nuptias istas esse in hac vita in Ecclesia militāti. Nam ad has nuptias aliquis intrauit sine veste nuptiali, & tamen ad vitam æternam nemo sine veste gloriosa ingreditur. Secundò, quia ad has nuptias quidam intrauit, qui exclusus est, & missus est in tenebras exteriores: & tamen quisquis introierit ad nuptias vitæ æternæ vlterius non exibit.

Dicendum igitur, quòd duplices nuptias facit Deus filio suo primas in præsenti, secundas in futuro, & in vtrisque est epulari. de primis nuptijs dicitur hic. De secundis, vt putatur communiter dicitur Apocalip. decimonono, scilicet. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et sequitur: beati, qui ad cœnam agni nuptiarum vocati sunt. & ob hoc epulæ primarum nuptiarum vocatur prandium: conuiuium autem secundarum vocatur cœna, ex eo, quòd prandium pręcedit ad cœnam. Et de his sunt duæ parabolæ. prima est ista, & ideo

A Matthæus nominauit hic prandium, scilicet, ecce prandium meum paraui: tauri mei, & altilia occisa. Secunda est, quam ponit Lucas decimoquarto, & ideo illa vocatur cœna, scilicet, homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Sic dicit Gregorius, hic per nuptias præsens Ecclesia: illic per cœnam æternum, & vltimum conuiuium designatur, quia in hanc nonnulli exituri intrant, ad illud quisquis intrauerit vlterius non exibit. Supposito ergo, quòd in hac vita fiant istæ nuptiæ, dicendum, quòd sponsa, quam Christus accipit, est Ecclesia: & ideo matrimonium dicitur esse inter Christum, & Ecclesiam ad Ephesios quinto capitulo: Licet quælibet anima possit vocari sponsa, tamen B melius est Ecclesia sponsa. Et quia nuptiæ significant copulationem sponsæ ad sponsum: est videndum quando fuerit.

Dici autem dupliciter potest: vno modo, quòd fuerunt factæ nuptiæ in Christi incarnatione, scilicet, quòd tunc copulauerit Deus pater Christo Ecclesiam in coniugem. Ad hoc enim carnem sumpsit, vt Ecclesiam sibi vnitam haberet. Etiam quia caro, quam Christus sumpsit pars est Ecclesię, cum pertineat ad humanitatem nostram, & nos omnes sumus pars Ecclesiæ, vel constituimus Ecclesiam, & hoc tenet Gregorius, dicens: Securius ergo dici potest, quòd in hoc Rex pater regi filio nuptias fecit, quia ei per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociauit. Vterus autem genitricis virginis hu- C ius sponsi thalamus fuit.

Secundò modo potest dici, quòd fuerunt factæ istæ nuptiæ in morte Christi, quia tunc Ecclesiam sibi vniuit. Et hoc videtur conuenientius dictum. Nam in incarnatione videtur facta desponsatio quædam, sed non copulatio, quam nuptiæ significant.

Et patet primo, quia per nuptias traditur sponsa sponso, & manet iam sub eius potestate, & efficiuntur vna caro: prius autem sponsa, licet aliquo modo ad sponsum pertineat, tamen sub eius potestate non manet. Ita fuit de Christo: nam ad hoc D carnem nostram assumpsit, vt Ecclesiam sibi vniret, & tamen potestatem super illam non habuit, vt homo vsque post mortem. Tunc enim dicit sibi datam esse omnem potestatem in cœlo, & in terra, infra vigesimooctauo capitulo: ergo tunc nuptiæ fuerunt celebratę.

Secundò patet, quia quando nuptiæ factæ sunt, manet vxor sub potestate viri, & pertinet ad eum, & tamen Ecclesia non pertinuit ad Christum, nisi per passionem, quia tunc eam acquisiuit sibi: ergo tunc nuptiæ factæ sunt. sic patet Actuum vigesimo capitulo, scilicet, attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Spiritussanctus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ergo ante passionem non acquisiuerat Christus Ecclesiam, & consequenter non erat vxor.

E Tertiò patet, quia Christus accepit Ecclesiam in vxorem mundam, & immaculatam, & tamen ipse per passionem suam fecit illam mundam: ergo per passionem nuptias celebrauit; sic patet ad Ephesios quinto. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt eam sanctificaret, mundans illam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid eiusdmodi, sed vt sit sancta, & immaculata.

Ideo dicēdū videtur, q̄ per incarnationē fuit Ecclesia spōsa Chri, sed nō vxor. Vel si velis dicere vxorem

inquantum fuerunt sponsalia de presenti, tamen saltem nondum erant nuptiæ, in quibus consummatur matrimonium, sed fuerunt factæ in passione. Siquis tamen contendat nuptias factas fuisse in incarnatione, non resistimus.

Qui fuerunt isti serui, qui vocauerunt ad nuptias.
Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR cum serui dicantur vocasse ad nuptias, qui fuerunt isti serui.

Dicendum, quòd ista parabola ponit seruos in omnibus vocationibus: illa autem, quę habetur Lucæ 14. semper ponit seruum: ista autem communiter habet seruos, & tamen, vt Hieronym. dicit aliqui libri habent hic seruum singulariter missum, & si ponit seruus intelligit Moyses, qui fuit specialiter seruus Dei, quem Deus vocat seruum suum, Nume. 12. capit. scilicet. At non talis Moyses seruus meus: Et Malach. vlti. Mementote legis Moysi serui mei. Et ad Hebræ. 1. cap. Moyses vocatur seruus Dei: Christus autem filius. Et tunc, quia secundum quædam exemplaria ponitur, quòd prima vice misit rex seruum ad vocandū inuitatos, & in secunda vice misit seruos, intelligetur per seruum Moyses, per seruos autem secundæ vicis intelligentur Apostoli, vel Prophetæ. Sic dicit Hierony. s. misit seruum, nec dubium quin Moysen, per quem legem veritatis dedit. Si autē seruos legerimus, vt pluraque habent exemplaria, ad Prophetas referendum est, qui inuitati per eos venire contempserunt. Serui, qui secundo missi sunt melius est, vt Prophetæ intelligantur quàm Apostoli: ita tamen si seruus supra fuerit scriptus: sin autem ibi seruos legas, hic serui secundi Apostoli sunt intelligendi. Considerandum autem, quòd isti, qui vocantur non fuerunt inuitati per seruos, sed antequam serui irent iam inuitati erant: cum dicatur in litera, q̃ misit seruos suos vocare inuitatos, & non dixit, quòd misit seruos suos ad inuitandum homines. In quo innuitur, quòd per seipsum, vel per alios inuitauerat rex illos antequam seruos mitteret. & hoc est, q̃ Deus inuitat nos, & tamen vocat nos per seruos suos. Fit autem ista inuitatio dupliciter. Vno modo per ipsum Deum tangendo cor nostrum, siue per naturale lumen impressum nobis, quod signatum est super nos lumen vultus tui Domine Psalm. 4. Siue per speciales pulsationes, & vocationes ad cor nostrum, quas Deus facit mouendo & incitando nos ad bonum. Et hoc vocatur pulsare ad ostium cordis nostri Apocal. 3. ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et istas pulsationes facit Deus, quando vult, & quomodo vult, Ioannis tertio capitu. Spiritus vbi vult ibi spirat, & per talem modum Deus inuitat omnes homines. Et hoc etiam modo conducit operarios in vineam suam.

Inuitatio ad cōuiuium Dei dupliciter fit.

Alio modo Deus inuitat per alios, scilicet, quando primam notitiam veritatis per aliquos ostendit. Iste autem modus magis conuenit in præsenti, eo quòd ista inuitatio non est omnium hominum, sed solum Iudæorum, vt infra dicetur. primi enim inuitati Iudæi soli fuerunt: qui autem postea vocati fuerunt, sunt omnes gentes, vt dicetur sequenti quæstione, cum autem omnes homines inuitantur potest esse inuitatio per interiorem inspirationem, vel lumen nobis datum, sed vocatio spiritualis, quę fit Iudæis non est ista, cum in ista omnes homines conueniant, sed illa inuitatio fuit facta per Deum loquentem ad Abraham, quando cœpit eum separa-

F re a ceteris gentibus, & promittere ei Messiam futurum de semine suo, & in Abraham fuerunt inuitati omnes Iudæi, sicut in ipso separati fuerunt omnes a Gentilibus. Cętera autem doctrina fuit vocatio seruorum ad nuptias. Sic dicit Chrysostomus. Ergo quando misit seruos suos iam inuitati prius erant: inuitati enim sunt homines a tempore Abrahæ cui Christi incarnatio promittebatur.

Qui erant isti inuitati, de quibus hic dicitur.
Quæst. XXXV.

QVAERETVR, qui erant isti inuitati, de quibus hic dicitur.

G Dicendum, quòd hic fuerunt quidam inuitati, & vocati: alij autem solum fuerunt vocati. Inuitati enim fuerunt solus populus Iudæorum: vocati autem fuerunt omnes Gentiles simul postea cum reliquijs Iudæorum. Et hoc patet primo ex ordine rei. nam prius fuerunt aliqui inuitati, deinde fuerunt alij vocati: ita autem fuit inter Iudæos, & gentes, quia primo specialiter inuitauit Deus solum populum Iudæorum ad notitiam, & cultum suum, & non vocabat aliquem, nisi istos: postea autem vocati fuerunt Gentiles.

Secundo patet ex modo, quia inuitatio fuit specialiter ad aliquos viros vnius ciuitatis, quæ postea H succensa est. Vocatio autem, quæ fuit post hoc, fuit ad omnes generaliter. Nam dixit Rex: ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias, & ita fuit quantum ad Iudæos, & Gentiles. Nam in primo statu cultus Diuini sola gens Iudæorum a Deo inuitata erat, & tenebat istum cultum: postea autem cum Gentiles vocari debuerunt iussit Christus omni creaturæ prædicari Euangelium, Marc. decimosexto, & doceri omnes gentes infra vigesimooctauo.

Tertiò apparet ex causa vocationis: nam Rex solos primos inuitauerat, sed quia illi noluerunt venire, & occiderunt seruos vocantes, iussit vocari omnes, qui inuenirentur. Supra in litera, scilicet. I Nuptiæ paratæ sunt, sed qui vocati sunt, non fuerunt digni venire: ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate. Ita etiam fuit de Iudæis, & Gentilibus: nam Iudæis iusserat Deus colere eum, & ad illos solos miserat Prophetas, & Christus quoque illis solis iusserat prædicare Apostolos supra decimo capitulo, sed quia noluerunt audire verbum Dei, sed potius repulerunt prædicantes: iuerunt Apostoli ad prędicandum Gentilibus, & sic dicitur Actuum decimotertio: vbi Paulus, & Barnabas dixerunt Iudæis: Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis vitæ æternæ: ecce cōuertimur ad gentes.

K

Qui sint isti secundi serui vocantes ad nuptias,
& quæ sit ista bina vocatio.
Quæst. XXXVI.

QVAERETVR, qui sint isti serui vocantes ad nuptias, & quare bis vocauerunt. Vel quæ sit ista bina vocatio.

Aliqui dicunt, quod serui, qui prima vice mittuntur, sunt primi Prophetę, qui vocauerūt Iudæos ad fidem futurorum: serui autem secundę vicis sunt alij Prophetæ posteriores: omnes enim illi vocauerunt Iudæos. Sic dicit Origenes: Qui primi mittun-

A mi mittuntur serui vocare inuitatos ad nuptias, sunt Prophetæ conuertentes ex populo per suas prophetias, & restitutionem Ecclesiæ ad Christum. Qui autem noluerunt venire in primis inuitati, sunt qui noluerunt audire verba prophetarum. item alij transmissi alia congregatio Prophetarum est.

Secundò dicunt aliqui, quòd serui primò vocantes fuerunt Apostoli missi ad vocandum Iudæos ad fidem Christi. Serui secundò vocantes fuerunt alij successores Apostolorum, qui similiter vocauerunt Iudæos. Sic dicit Hilarius. scilicet. Serui primò missi, qui inuitatos vocauerunt Apostoli sunt; qui autem admonentur, vt veniant inuitati antea populus Israel est: in gloriam enim æternitatis per legem est aduocatus. Apostolorum ergo erat proprium commonefacere eos, quos inuitauerant Prophetæ. B Qui verò iterum cum præceptorum conditione mittuntur, Apostolici viri sunt successores eorum.

Tertiò dici potest, quòd primi serui sunt Prophetæ, qui Iudæos vocauerunt ad Christum, secundi autem sunt Apostoli, & ceteri discipuli Christi, qui vno eodemque tempore Iudæis prædicauerunt, & ita tenet Hieronymus. Misit autem Christus ad vocandum Iudæos quando dixit illis: in viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis, sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel: supra decimo capitulo, & ita tenet Chrysostomus, hoc autem rationabilius est quàm præce- C dentia.

Primo, quia certum est, quòd Prophetæ vocauerunt Iudæos ad Christum, & tamen isto modo non ponuntur ipsi, vt vocantes, & ideo melius est, quòd Prophetæ sint primi serui, & Apostoli secundi serui.

Secundo, quia distinguuntur primi, & secundi serui, & tamen inter Apostolos, & successores eorum non est conueniens assignare diuersitatem vocationum, quia eodem modo vocauerunt secundi, sicut primi, quia omnes aperte, & omnes docendo Christi præcepta: ideo melius est accipere Prophetas, & Apostolos, quia inter istos verè est differen- D tia in modo vocationis, quia omnes Prophetæ annunciabant rem futuram: Apostoli autem rem præteritam, & ita essent Prophetæ primi serui, Apostoli autem secundi.

Tertiò, quia ita conuenit Prophetis, & Apostolis: nam primi serui solum vocauerunt inuitatos ad nuptias; secundi autem vocauerunt inuitatos, & posuerunt apertius multas suasiones, quod conuenit Prophetis, qui de Christo breuius, & obscurius locuti sunt: Apostoli autem multa, & aperte de Christo dixerunt.

Quartò, quia non conuenit hoc dicendo primos seruos esse Apostolos, & secundos esse successores eorum, quia tunc successores Apostolorum perfectius, & apertius vocarent Iudæos ad Christū quàm Apostoli. E cum secundi nuncij apertius vocauerint quàm primi. sed hoc falsum est: ideo non debent sic accipi primi, & secundi serui. Eadem ratione non stat prima positio, scilicet, quòd primi, & secundi serui sint Prophetæ: nam tunc non deberent distingui duæ vocationes, quia omnes Prophetæ tenuerunt eundem modum vocandi, licet quidam altiora quàm alij cognouerint: tamen omnes per modum futuri, & absconditi prædixerunt de Christo, & ad illum incitauerunt: & ideo omnes pertinent ad eundem gradum vocationis, & non deberent distingui duplices vocantes, quia tunc oporteret, quòd omnes Prophetæ posteriores plura, & apertius de Christo dicerent quàm priores: cum serui secundi apertius vocauerint quàm primi. Sed falsum est, quia multi de Prophetis primis ampliora prædixerunt, & cognouerunt de Christo quàm posteriores, sicut Dauid, & Isaias, qui de prioribus fuerunt plura de Christo dixerunt quàm Aggęus, & Zacharias, & Malachias, qui fuerunt vltimi prophetarum, qui in canone ponuntur.

Quintò, & efficacius, quia non solum prophetæ vocauerunt Iudæos ad Christum, sed etiam Apostoli, & discipuli Christi, immo isti magis illos vocauerunt quàm Prophetæ. si ergo de vocatione prophetarum diceretur non debebat omitti vocatio Apostolorum, sed si isti serui primi, & secundi sint prophetæ non ponetur vocatio aliqua Apostolorum: ideo oportet intellgi, quòd vocatio vna istarum sit Apostolorum, & consequenter erit secunda.

Quid sit vocare inuitatos ad nuptias, & quomodo primi, & secundi serui illos vocauerunt. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR quid sit vocare inuitatos ad nuptias, & quomodo primi, & secundi serui illos vocauerint.

Dicendum, quòd illi vocantur, qui iam inuitati fuerant, vt in litera innuitur: & ideo iuxta modum accipiendi inuitationem accipitur inuitatio, vt autem dictum est supra questione trigesimaquinta: vno modo pro illa prima exhortatione, vel vocatione, quam Deus facit hominibus, vt veniant ad cultum eius, & fit per intrinsecam pulsationem.

Alio modo dicitur inuitatio illa prima ostensio Messiæ futuri, & bonorum, quæ ex eo haberentur, quæ facta fuit hominibus in Abraham, cui Deus ante ceteros fecit promissiones de Messia Gene. duodecimo capitulo. Accipiendo primo modo inuitationem dicendum, quòd quælibet exhortatio facta per homines ad Messiam vel fidem, eius est vocatio ad nuptias, cum Deus inuitet: homo autem tanquam seruus vocet, & ita tam Patriarchę quàm Prophetæ & Apostoli vocauerunt ad istas nuptias. Accipiendo secundo modo soli Prophetæ, & Apostoli, & posteriores vocauerunt ad nuptias, cum inuitatio facta sit in Abraham. Sed istam accipere possumus dupliciter, vno modo, quòd fiat per Deum, qui promiserit Abrahæ Messiam, & bona futura ex eo, & ita inuitatio fit per Deum. Alio modo, quòd illa promissio non fit inuitatio, sed promulgatio, quam fecit Abraham de Messia sibi promisso. Et quia alijs hominibus primo innotuit ista cognitio per Abraham dicetur ille inuitasse eos, sed quia Abraham non prædicabat alijs gentibus ea, quæ sibi, & progeniei suę specialiter promissa erant, melius est quòd dicamus inuitationem factam esse in Abraham per Deum.

Sed objicietur, quòd inuitatio fuit facta ad multos, vt hic dicitur, & tamen accipiendo illo modo inuitationem ad solum Abraham facta est, quia ei soli locutus est Deus de Messia, & ceteris promissionibus, Gen. 12. & 13. & 15 cap.

Dicendum, quòd illa vocatio, siue inuitatio ad multos facta est, qa licet solus Abrahā esset, cui Deus loquebatur, non pro eo solo fiebant promissiones, sed pro eo, & semine eius: Genes. decimoquinto, immo magis semini eius quàm ei, quia amplius ista in semine eius, quàm in eo completa sunt: & ideo in Abraham inuitabat Deus semen eius, & sic illa inuitatio fuit facta ad multos. Et hoc innuit Chrysostomus dicens. Inuitati sunt enim homines a tempore Abrahæ, cui Christi incarnatio ꝓmittebat. Et ita homines

mínes dicit inuitatos, & non solum Abraham, & quòd fuerint inuitati per hoc, quòd Abrahę promittebatur incarnatio Christi.

Hoc supposito dicendum, quòd tam Prophetæ, quàm Apostoli, & discipuli Christi vocauerunt inuitatos: nam inuitati solum vocantur hic Iudæi, quia cęteræ gentes non fuerunt propriè inuitatæ, sed postea in defectum inuitatorum vocatæ, vt dictum est supra quæst. 36. hos inuitatos Prophetæ vocauerunt dicendo multa de Messia, & aperiendo, quæ in eo ventura erant: nam Deus non declarauit Abrahæ singillatim facta, & conditiones Messiæ, sed in generali, & cōfuso dixit quoddam magnum bonum circa illud, scilicet, quòd in eo benedicerentur omnes tribus terræ Genes. duodecimo, quod intelligitur quantum ad salutem, quę proueniret omnibus hominibus ex morte Christi ad Galat. tertio capitulo, Prophetæ autem declarauerunt singillatim ea, quæ circa Messiam euentura erant, & hoc erat eorum officiū, vt aliquid de Messia prædicerent. nam tanto Propheta aliquis erat excellentior, quanto plura, & aptiora de Messia dicebat, vel ad illum apertius deducebat. Et ista fuit causa quare Ioannes Baptista vocatus est plusquam Propheta, quia cęteri de illo, vt de futuro pronunciauerunt, Ioannes autem illum digito ostendit: Ioannis primo capitulo, & hoc ostensum est supra vndecimo capitulo, quæstione vigesimáoctaua, & trigesimaseptima, hoc modo nemo de Prophetis fuit, qui ad Christum nos vocaret. Sic enim innuitur Luc. vigesimoquarto, vbi cū Christus ostendere vult ea, quæ de ipso dicta erāt in Scriptura, dicitur: Et incipiens a Moyse, & omnibus Prophetis interpretabatur eis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant: In quo innuitur, quòd omnes Prophetę, & singuli ipsorum locuti fuerant aliquid de ipso. Apostoli etiam vocauerunt Iudæos ad Christum, & etiam discipuli tam Christo viuente quàm post eius mortem, & Prophetæ: sed aliter post mortem, & aliter prius. Nam prius non dicebant Messiam, sed solum prædicabant regnum cœlorum, vt ostensum est supra decimosexto capitulo, quæstione nonagesimasexta: post mortem verò apertè dixerunt illum esse Christum, vt patet in sermonibus, quos fecit Petrus ad totum populum statim post Pentecostem: Actuum secundo, & tertio, & quarto, & quinto, & decimo capitulo, & quòd non erat aliquid aliud sub cœlo, datum hominibus a Deo, in quo esset salus nisi in nomine Iesu: Actuum quarto capitulo, & ita semper prædicabant vocando eos ad Christum quousque repulsi sunt ab eis. Et ita apparet, quomodo primi serui, idest, Prophetæ: & secundi, idest, Apostoli vocauerint inuitatos, idest, Iudæos ad Christum.

Causa ob quam Io. Baptista vocatus fuit plusquā Propheta.

Quare mittuntur secundi serui, cum sufficerent primi. Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR, quare mittuntur primi, & secundi serui, quia sufficere videbatur, quòd mitterentur primi.

Dicendum, quòd cum primi serui sint Prophetæ: secundi autem sint Apostoli, & discipuli Christi, vt dictum est supra quæstione trigesimaseptima, & trigesimaoctaua: conueniens fuit vtrosque mitti, quia non sufficiebant primi. Primò, quia Prophetæ dixerunt de Christo multa, sed obscurè, quia locuti sunt, vt de re futura: ideo non poterant clarè singula dicere: Apostoli autem clare locuti sunt, cùm isti narrauerint historiam: illi verò prædixerint prophetiam.

F Secundò, quia Prophetæ, qui de Christo dixerunt, fuerunt multo tempore ante ipsum, & ideo opus fuit, vt Christo adueniente essent aliqui, qui actualiter conuerterent animos populi ad Christum.

Tertiò, & principaliter, quia licet Prophetæ de Christo multa prædixerint, non potuerunt designare personam eius, quia præcesserunt eum multo tempore: & ideo manebat adhuc aliquod dubium quis esset ille, de quo talia dicta essent, ad quod fuerunt necessarij Apostoli qui personam eius ostenderent dicentes illum esse Messiam, qui inter eos talia, & talia egerat.

Quare secundi serui fecerunt suasiones ad inuitatos, & non primi. Quæst. XXXIX.

G QVAERETVR, quare secundi serui posuerunt suasiones ad inuitatos, & non primi, dicentes: Ecce prandium meum paraui &c.

Dicendum, quòd cum Apostoli sint secundi serui ad eos pertinebat facere suasiones, & non ad primos, idest, Prophetas.

Primò, quia primi serui solum vocabant: secundi autem vocantes exprimebant causas vocationis, & magis alliciebant, ita Prophetæ, & Apostoli fecerunt. Nam Prophetæ, qui fuerunt primi obscurè de Christo, & pauca locuti sunt quasi solum videantur vocare: Apostoli autem multa de Christo dicebant, & multum aperte, ita vt non solum vocare, sed & vocationis causam, & opportunitatem ostendere viderentur.

H Secundò fuit, quia istæ suasiones pertinent specialiter ad designationem temporis Messiæ, & hoc cōuenit Apostolis: nam Prophetæ licet de Christo multa dixerint: tamen adhuc futurus erat. Apostoli autem de Christo loquebantur, cuius tempus tunc erat, & ab hoc tempore Apostolorum iam oportebat, quòd homines venirent ad fidem Christi, & nō erat hoc necesse tempore Prophetarum, quia nondum erat ille, de quo aliquid credi deberet, & hoc innuitur ex verbis suasionum, scilicet, ecce prandiū meum paraui: tauri mei, & altilia occisa: venite ad nuptias, quasi dicat tempore primorum seruorum vocabamini ad nuptias, sed nondum illę erant, sed sperabantur: ideo non vocabamini pro tunc, sed pro tempore illo, in quo sponsus veniret, & paratę essent nuptiæ: nunc autem parata sunt omnia, quę ad nuptias pertinent, scilicet, quia Christus venit: ideo venite ad nuptias. I ad designandum ergo quòd Apostoli prædicaturi essent tempore illo, quo Christus venisset, fuit conueniens, quòd ex verbis secundorū seruorum appareret nuptias iam esse paratas, & non ex verbis primorum: ideo secundi serui dixerunt istas suasiones, & non primi.

K Tertiò fuit ad ostendendum conditionem doctrinæ: nam si aliqui rudes, & tardi sunt, vt simplici verbo dicto non capiant quod dicitur, adduntur multa alia, vel si solis verbis non mouentur adduntur exēpla, quæ magis mouent: ideo cum propter verba primorum seruorum non venerint inuitati, debuerunt secundi serui plura addere. Sic dicit Gregorius notādum, quòd in priori inuitatione nil de tauris & altilibus dicitur: in secunda iam tauri, & altilia mactata memorantur, quia omnipotens Deus, cum verba eius audire noluimus, adiunxit exempla, vt omne quod impossibile credimus, tanto nobis ad sperandum fiat facilius, quanto per hæc transisse, & alios audimus.

Quomodo

Quomodo applicetur ad propoſitum iſta ſuaſio: Ecce prandium meum paraui &c. Quæſt. XL.

QVAERETVR quomodo applicetur ad propoſitum iſta ſuaſio: Ecce prandium meũ paraui tauri mei, & altilia occiſa.

Aliqui dicunt, quòd prandium Dei paratur, quando ſcripturæ implentur dictis legalibus, & prophetalibus, ſicut in prandio diuerſi cibi ſunt. Sic dicit Chryſoſt. ſcilicet, Cum Dominus Apoſtolis dixit euntes prędicate dicentes, quia appropinquauit regnum cœlorum: hoc ſignificauit, quod hic dicitur: Prandium meum paraui, ideſt, ex lege, & Prophetis ſcripturarum menſas ornaui.

Alij dicunt prandium eſſe ſermonem Domini. Sic dicit Origenes: Prandium quod paratur, eſt eloquiũ Dei.

De tauris verò, & altilibus, aliqui dicunt, quòd per hæc ſignificatur magnitudo ſacrę doctrinæ. Sic dicit Hieronymus: Prandium paratum, & tauri, & occiſa altilia per metaphoram opes regię deſcribuntur, vt ex carnalibus intelligantut ſpiritualia, vel certè dogmatum magnitudo, & doctrina Dei lege pleniſſima ſentiri poteſt.

Secundò dicunt aliqui, quòd per tauros ſignificãtur patres veteris teſtamenti, per altilia verò patres noui teſtamenti, qui ſimul conueniunt ad conuiuiũ nuptiarum Chriſti, eo quòd in eis vtrorunque doctrinæ capiuntur. Sic dicit Gregorius in Homilia. ſ. per tauros patres veteris teſtamenti figurãtur, qui ex permiſſione legis inimicos ſuos virtutis corporeę cornu feriebant: altilia verò ſaginata dicimus: ab eo enim quod eſt alere altilia, vel quaſi alita vocamus: Per altilia ergo patres noui teſtamenti figurantur, qui dum gratiam pinguedinis, & internæ dulcedinis percipiunt, a terrenis deſiderijs ad ſublimia cõtemplationis ſuæ pręmia ſubleuantur. Dicit ergo tauri mei, & altilia occiſa ſunt: ac ſi dicatur: patrum præcedentiũ mortes aſpicite, & remedia vitæ veſtrę cogitate.

Tertio dicunt alij, quòd per tauros deſignantur illi, qui in veteri teſtamento fuerunt ſimul Prophetæ, & Sacerdotes: per altilia verò, quæ ſecundum aliam literam ſaginata dicuntur ſignificantur illi, qui ſolum fuerunt Prophetæ, & non Sacerdotes. Sic dicit Chryſoſtomus ſaginata dicit Prophetas, qui fuerunt Spiritu ſancto repleti, tauros autem eos, qui Prophetæ fuerunt ſimul, & Sacerdotes, ſicut Ieremias, & Ezechiel: Vt enim tauri duces ſunt gregis, ita & Sacerdotes principes ſunt populi.

Quartò, vt alij dicunt ſignificantur martyres per tauros: per altilia verò homines ſpirituales. Sic dicit Hilarius. tauri glorioſa martyrum ſpecies eſt, qui in confeſſione Dei tanquam hoſtia electa ſunt immolati, ſaginata verò ſunt homines ſpirituales tanquam cœleſti pane ad euolandum aues paſtę, cęteros accepti cibi vbertate expleturę.

Quintò, vt aliqui dicunt per tauros, & altilia, quæ ſunt partes illius conuiuij deſignantur partes ſacrę Scripturæ, vel diuini ſermones, ita vt per tauros deſignentur altiora: per altilia vero ea, quæ minora ſunt. Sic dicit Origenes: Prandium quod paratur eſt eloquium Dei: fortia quoque eloquiorum Dei tauri intelliguntur: ſuauia verò, & delectabilia eorum ſunt ſaginata. Siquis verò proferat quædam dicta modica, & non firma, & non magnam virtutem rationis habentia, videntur macra eſſe quæ proferuntur: ſaginata autem ſunt cum ad vnam quamque propoſitionem exempla multa rationis probatione repleta inducuntur. Puta ſi aliquis de caſtitate ſermonem loquatur, rectè intelligitur turtur. Sed cum ipſum caſtitatis ſermonem cũ rationis probatione de ſcripturis repletum protulerit, ita vt delectet, & confirmet animum audientis, protulit eum ſaginatum.

Sed dicendum, quòd non pertinent iſta ad ſenſum literalem, qui quæritur, ſed ad myſticum, quod partim pertinet ad allegoricum, & partim ad tropologicum. Ratio autem literalis eſt hęc, vt per hæc deſignentur quædam, quæ importarent neceſſitatem, & opportunitatem tunc credendi, & non expectandi aliud tẽpus, vt ſicut in ſenſu parabolico iſta deſignãt, quòd non debeat differri aduẽtus inuitatorum ex aliqua cauſa, eo ꝙ iam omnia parata ſunt, quæ pertinent ad conuiuium, & perirent niſi ſtatim irent inuitati ad illa manducandum, quod non erat tempore primæ vocationis, ita & Apoſtoli, qui erant ſerui ſerò vocãtes dicerent aliqua verba, in quibus oſtenderent iam veniſſe tempus credendi, & veniendi ad doctrinam Meſſię, & non debere expectari ad tempus: cum iam Meſſias veniſſet, ſicut poterat fieri tempore prophetarum, qui erant primi ſerui. Nam illis vocantibus ad Chriſtum expectabatur tẽpus, in quo homines irent ad doctrinam Chriſti, & non ſtatim ibant.

Quare dicitur, & omnia parata ſunt. Quæſt. XLI.

QVAERETVR, quare dicitur, & omnia parata ſunt.

Dicendum, quòd iuxta conſequentiam pręcedentium expoſitionum poſitarum pręcedenti quęſtione, cum accipiatur ibi conuiuium pro diuino ſermone, vel ſacra Scriptura dicitur, quòd omnia parata ſunt, quia in ſacra Scriptura quicquid quęritur inuenitur. Sic dicit Chryſo. Et omnia parata ſunt intelligitur, quòd quidquid quęritur ad ſalutem, ſic impletum eſt iam in ſcripturis: qui enim ignorans eſt inuenit ibi, quod diſcat, qui contumax eſt, inuenit ibi quod timeat: qui laborat, inuenit ibi promiſſa, quibus excitetur ad opus.

Secundo dicunt aliqui, quòd intelligitur de introitu ad vitam ęternam: nam finis eſt vita ęterna: tunc ergo parata ſunt omnia, cum eſt aperta ianua vitę. Sic dicit Gloſa. omnia parata ſunt, ideſt, introitus regni apertus eſt per fidem incarnationis Chriſti, qui ante fuerat clauſus.

Tertio dicunt alij intelligi de myſterio redemptionis noſtrę, quę fuit per paſſionem Chriſti, & ſimilis modus loquendi eſt infra vigeſimoſeptimo, vbi dixit Chriſtus conſummatum eſt, ideſt, omnia, quę ad paſſionem meam pertinent finita ſunt, ita poterunt dici hic conſummata omnia, vel parata, ideſt, perfecta, vel completa, quę pertinent ad myſterium redemptionis. Sic dicit Chryſoſtomus, omnia parata dicit, quę pertinent ad myſterium Dominicę paſſionis, & noſtrę redemptionis.

Sed ſecundum, quòd hęc non conueniunt in pręſenti, cùm pertineant ad ſenſum myſticum, & ſint iuxta conſequentiam expoſitionum, quę poſitæ ſunt pręcedenti qõ. ſed ſicut dictum eſt ibidem, illæ ſuaſiones inducebantur ad oſtendendum, quòd iam erat tempus credendi Meſſiam veniſſe, & accedendi ad eum, & quòd non erat expectandum aliud tempus, ita & hoc debet de hoc intelligi, ſcilicet, omnia parata ſunt, ideſt, omnia, quæ ad Meſſiam pertinent, iam habentur, & completa ſunt, & non ſunt expectanda in futurum: & ideo venite ad nuptias, ideſt, ad credendum in eum, & adhærete ei.

Quomodo noluerunt inuitati venire, & quare. Quæst. XLII.

QVAERETVR quomodo noluerunt inuitati venire, & quare.

Ad primum dicendum, quòd nolle venire est noluisse credere. Nam nil aliud erat vocari inuitatos ad nuptias, nisi incitari per prędicationem Iudæos ad credendum in Christum. Nolle igitur venire erat nolle credere, & adhęrere illi credendo in eum, & colendo ipsum. Hoc Iudæi fecerunt, quia licet prędicaretur illis Christus, noluerunt assentire, sed paucis credentibus, alij manserunt obstinati, & repulerunt verbum.

Ad secundum dicendum, quòd quidam Iudæorum crediderunt, quibus Deus dabat spiritum bonum, vt crederent, & salui fierent, cęteri verò quos Deus nō pordinauerat ad hoc nō credebant, licet prędicaretur eis. Sic dicitur de Gentilibus Actuum 13. audientes gentes gauisę sunt, & glorificabant verbū Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Sed illorum, qui credere nolebant quidam hoc faciunt quoniam excęcati erant, sicut dicitur ad Roma. 11. cap. scilicet, cęcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic vniuersus Israel saluus fieret. Alij autem nolebant credere, quia inuidia, & iniquitas circa Christum eos excęcauerat, vt eum non agnoscerent esse Messiam, cum potuissent agnoscere, & isti erant principes Sacerdotum, & Scribæ, & Pharisæi, & Seniores, quos Christus vocauit cultores vineæ, & a quibus dixit auferendum regnum cœlorum præcedenti cap.

Quid sit inuitatos ire in villam, & ad negociationem, & quomodo hæc faciant ad propositum. Quæst. XLIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd inuitati, qui venire neglexerunt, abierunt alius in villam suam, alius ad negociationem suam. Quid sit ire in villam, & ad negociationem, & quid faciat ad propositum.

Dicendum, quòd ire in villam potest dupliciter accipi. Vno modo ire in villam, idest, quòd iste inuitatus vocatus fuerit cum esset in vrbe, & cum neglexit venire iuit in villam aliquam, quam extra vrbem habebat.

Alio modo, quòd iuit in villam, idest, quòd emit villam, & iuit ad illam videndam, & isto secundo modo accipitur Lucæ decimoquarto, scilicet. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Sed cum ista, & illa non sint eadem parabola, vt ostensum est supra quæst. 3. melius accipitur primo modo. Et tunc dicunt aliqui, quòd per villam emptam intelligitur dominatio terrena. Sic dicit Augustinus libro de verbo Domini, in villa empta dominatio notatur. ergo superbia castigatur primum vitium: primus homo dominari voluit, qui dominum habere noluit.

Alij dicunt, quòd per villam significatur possessio rerum. Sic dicit Gregorius in Homilia: Per villam substantia terrena designatur: exit ergo videre villam qui sola exteriora cogitat propter substantiam.

Aliter potest dici, quòd distinguuntur hic duo genera occupationum circa acquisitionem rerum possidendarum: vnum genus est cum operibus manuū nostrarum aliquid acquirimus, & istud est exire in villam, aliud est sine labore manuum per alios modos lucra quærere, & istud vocatur generaliter nego-
F ciatio, & istud magis conuenit in pręsenti. Sic dicit Chrysostomus super Matthęum, cum labore manuum nostrarum aliquid facimus puta exercentes agrum, aut vineam, aut opus ligni, vel ferri, villam colere videmur, cum autem non labore manuum nostrarum alia lucra consequimur omne hoc negociatio appellatur. Et simile quasi Hilarius dicit. Ambitione enim sęculi tanquam villa homines occupātur: plures vero ob pecuniæ cupiditatem negociatione detinentur.

Ad secundum dicendum, quòd ista faciunt ad propositum: nam ponuntur ista quasi repugnantia conuiuio nuptiali, vel distrahentia ab eo. Nam siue cupiditas rerum terrenarum, siue dominationis, siue
G quæcunque lucrosæ negociationes si eis nimis intendamus necesse est, vt a Deo auertant hominem, & ista sunt, per quæ magis impeditur quis credere, vel postquam crediderit non manet in fide, & operibus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli, & in tentationem, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis primo Timothe. sexto capitulo. Et ita dicit Ambrosius super Lucam. in verbo isto sic emeritę militiæ viro contemnendarum stipēdium præscribitur facultatum, quòd neque ille, qui studijs intentus inferioribus possessio-
H nes sibi terrenas coemit regnum cœli possit adipisci cum Dominus dicat. vende omnia, quæ habes, & sequere me. Sic etiam dicit Chrysostomus: O miserrimus mundus, & miseri, qui eū sequuntur: semper enim mundi alia opera homines excluserunt a vita, & quoniam in istis duobus homines occupati, idest, cupiditate terrenarum possessionum, & pecuniarum, quæ ex negociationibus acquiruntur, solent fidem deserere, vel opera non tenere: dicitur quòd inuitati, qui venire noluerunt fecerunt hæc. Sic dicit Gregorius in Homilia. Qui intentus labori terreno, vel mundi actionibus deditus mysterium incarnationis Dominicę pensare, & secundum illud viuere dissimulat, quasi ad villam, vel ad negocium
I pergens venire ad regis nuptias recusat.

Cupiditas radix malorum omnium.

Sed objcietur, quòd ista non faciant ad propositum, quia hoc dicitur contra inuitatos, idest, Iudæos, & tamen illi non omiserunt venire ad nuptias, idest, ad fidem propter occupationes sęculi, sed propter inuidiam cum Christum occiderint.

Iudęi multipliciter moti sunt ad occidendum Christum.

Dici potest vno modo, quòd Iudæi q̃ non crediderunt in Christum multipliciter moti sunt ad hoc. Quidam amore possessionum terrenarum, quibus impliciti ad prædicationem fidæi non aduerterunt, & opera tenere non curauerunt. Alij propter negociationem in lucris pecuniarijs idem fecerunt. Alij autem ex sola iniquitate, & inuidia, quæ excęcauit eos, & ideo quidam dicuntur neglexisse, alij autem occi-
K disse seruos vocantes, quod est ex malitia moueri. Sic dicit Chrysostomus: Per occupationem villę populares Iudæorum signat, quos mundi delectatio separauit a Christo, per occupationem autem negociationis Sacerdotes cęterosque ministros templi significauit, quos lucri obtentu venientes ad mysteriū legis & templi, auaritia separauit a fide, de quibus non dixit, quòd malignati sunt, sed neglexerunt: qui enim odio, aut inuidia crucifixerunt Christum, illi malignati sunt, qui autem negocijs impediti non crediderunt, illi neglexisse dicuntur, non malignati.

Aliter potest dici, quòd etiam illi, qui Christo inuiderunt, & occiderunt eum ex cupiditate possessio-

num,

num,& negociationis moti sunt. Nam Sacerdotes, & Pharisæi inuiderunt Christo, quia cum ipsi auari existentes vellent tenere populum in consuetudine offerendarum legalium hostiarum,& Christus dedu ceret ad alium statum,in quo ista non offerrentur cęperunt malignari,& inuidere ei, & ita mortem eius tractauerunt, vt eo mortuo semper populus manens in consuetudine legalium sacrificiorum seruiret eorum auaritiæ, vt colligitur ex parabola agricolarum vineę præcedenti capitu. Hic est hęres venite occidamus eum, & nostra erit hęreditas. Quod de Christo,& occisoribus eius Sacerdotibus intelligitur, vt ibi expositum est. Et ideo rectè dicitur, quòd propter negociationem,& villam noluerunt venire ad Christum Iudęi inuitati.

Quid sit,quòd inuitati tenuerint seruos,& occiderint. Quæst. XLIIII.

QVAERETVR quid est, quòd inuitati tenuerint seruos,& occiderint.

Dicendum,quòd cum Iudęi sint inuitati, & serui sint hic Apostoli, & alij discipuli Domini, vel contemporanei eorum, tenere seruos est, quòd Iudæi incarcerarent Apostolos, & alios prędicantes de Christo, & post illos occiderunt, vel aliquos eorum. Hoc autem factum est, quia Ioannes Baptista fuit vnus de his, qui de Christo prædicauerunt, & incarceratus atque occisus est a Iudęis supra decimoquarto, & Marc. sexto capit. Petrus quoque a Iudęis tentus est: nam Herodes tenuit Iacobum,& iugulauit eum: Actuum duodecimo capitu. videns autem, quòd placeret Iudęis appofuit, vt apprehenderet Petrum, & tenuit illum in carcere, quousque miraculosè liberatus est eodem capit. Alios quoque multos tenuerunt occidentes,& incarcerantes, sicut Stephanum occiderunt Actu. tertio, & maximam persecutionem tunc fecerūt in Ecclesia, ita vt dispergerentur illi, qui erant Ierosolymis Actuum octauo capitu.& hoc prędixit Christus Apostolis, quòd tradendi, & incarcerandi essent a pręsidibus Iudęorum supra decimo capitu. tradent enim vos in consilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad pręsides, & reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. Christus etiam prędixit Iudæis, quòd hoc facturi essent contra discipulos eius infra sequenti capitu. scilicet, ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem.

Quare inuitati tenuerunt,& occiderunt seruos istos. Quæst. XLV.

QVAERETVR, quare inuitati tenuerunt,& occiderunt seruos istos, ideſt, Iudæi Apostolos, & alios discipulos Christi prædicantes Christum. Dicendum,quòd hoc fuit, quia prædicabant illis nomen Christi, quæ prædicatio erat illis valde odiosa: nam iusserunt principes Iudæorum Apostolis,ne in nomine Christi aliquid loquerentur Actu. 4.& 5.& ita nihil magis odiosum erat eis. Primò,quia per istam prædicationē apparebat ignominia Iudęorum, scilicet,quia ille,quem ipsi occiderant, miracula faciebat: ita enim prædicabat publicè Petrus Actu. 3. cap. s. vos autem sanctum,& iustum negastis,& petistis virum homicidam donari vobis auctorem verò vitæ interfecistis,quem Deus suscitauit à mortuis. Et ista erat magna confusio Iudæis, quòd Messiam suū

Quare no- [illegible] Chri- [illegible] est odio [illegible] Iudęis.

A occidissent,siue per iniquitatem,siue per ignorantiā egissent: potissimè quia colligebatur,quòd per malitiam egissent cum semper fuerint Christum persecuti,quousque illum occiderunt.

Secundo fuit,quia ex prædicatione Apostolorum, & discipulorum sequebatur contra Iudæos malum, scilicet, id quod fuit malum causa occidendi Christum: nam ideo Christum occiderunt, quia deducebat homines ad statum,in quo non manerent legalia sacrificia,neque maneret reditus principibus Sacerdotum,vt colligitur præcedenti cap. in parabola agricolarum, Apostoli tamen post Christum prædican
B tes conuertebant homines ad eundem statum, ad quem Christus cōuertebat: ideo eadem occasio erat occidendi illos,& incarcerandi, quæ fuerat occidendi Christum.

Quare dicitur contumelijs affectos occiderunt. Quæst. XLVI.

QVAERETVR, quare dicitur contumelia affectos occiderunt.

Dicendum,quòd cum intelligatur hoc de Apostolis,& alijs discipulis Christi, quos Iudęi occiderunt dictum est propter duo. Primo ad ostendendum feritatem Iudæorum: nam tam amare sęuiebant in disci-
C pulos Christi,quòd non exaturabat iram eorū mortem inferre,sed & ferocem mortem inferebāt, quod innuitur Actu. 9. s. Saulus adhuc spirans cędis, & minarum in discipulos. Et ita antequam occiderent afficiebant contumelijs.

Secundo,& præcipue ad ostendendum diuersa genera mortis,quæ Iudæi inferebant discipulis Christi quosdam iugulando,alios lapidando,alios crucifigendo,alios varijs modis interimendo. sic Christus prædixit Iudęis, quod facturi essent contra discipulos eius sequenti cap. s. ego mitto ad vos Prophetas,& sapientes,& scribas,& ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in vestris Synagogis,& Apostolus quoque varia genera mortis ponit ad Hebrę. 11. eorum,qui pro confessione fidei occisi sunt, quorum
D quidam pertinent ad Apostolos,& discipulos.

Quare non positum est hic de morte filij,sed solum de morte seruorum. Quæst. XLVII.

QVAERETVR cum Iudæi, qui erant inuitati non solum occiderint seruos vocantes ad nuptias,sed etiam filium regis,cuius erant nuptiæ,ideſt,Christum,quare non positum est hic de morte illius,sed solum de morte illorum, scilicet, reliqui tenuerunt seruos eius.

Dicendum, quòd non fuit, primò quia non conueniebant ad parabolam nam parabola, licet non ponatur hic pro sensu,quem facit in cortice,tamen ille literalis est, quia sic realiter accidit, & quia sic acci-
E dit, quòd occiderunt seruos, & non filium regis, cuius nuptię fiebant, positum est sic in parabola, & consequenter non potuit per parabolam significari mors Christi, sed solum discipulorum eius,qui erant serui vocantes ad nuptias. Et dato, quòd parabolæ non signent res gestas,sed factas ad aliquid significādum,adhuc debet dici,quòd ista talia fingi debent,vt verisimilia videantur: non erat tamen verisimile, ꝙ inuitati,qui erant in alia ciuitate extra locum nuptiarum irent ad occidendum filium regis, qui erat in loco nuptiarum. Etiam non habebant aliquam causam ad hoc faciendum,etiam dato, quòd vellent,nō possent. Quod patet, quia rex erat potentior cum ipse missis exercitibus suis,occiderit omnes homicidas,

das, & succederit ciuitatem eorum supra in litera. De seruis autem vocantibus erat hoc verisimile, quia illi ibant ad vrbem, in qua erant inuitati, & ibi erat opportunitas occidendi eos. Etiam quia contra illos erat aliqua occasio. s. quia displicebat inuitatis ista vocatio. Etiam poterant hoc facere, quia isti serui non habebant secum aliquos auxiliatores in ciuitate inuitatorum: ideo tunc occidere illos poterāt, & ideo de occisione seruorum vocantium rationabiliter dici debuit, & non de occisione filij regis.

Secūdò, & principaliter, quia hoc repugnaret omnino parabolæ: nam si inuitati venientes occiderent filium regis, non fierent nuptiæ, sed luctus, & tamen in parabola dicitur, quòd factę fuerint.

Tertiò, quia dicitur, quòd non venientibus inuitatis, vocati fuerunt alij ad nuptias, & intrauit rex ad conuiuium, vt videret discumbentes supra in litera: ergo non poterat poni occisus filius regis, quia nihil istorum sequeretur.

Quarto factum est, etiam propter rem significatā per parabolam. Nam non oportebat nunc in ista parabola ostendi mortem Christi cum in pręcedenti parabola agricolarum illa fuerit designata, & ita satis fuit, quòd in præsenti ostenderetur mors discipulorū. Sic dicit Chry. s. de sua autem morte Dominus tacet, quia in priori parabola dixerat, sed ostendit mortem discipulorum suorum, quos post ascensum suum occiderunt Iudæi Stephanum lapidantes, Iacobum Alphæi occidentes propter quæ Ierusalem destructa est a Romanis. Causa tamen quare in eadem parabola non fuerit designata mors Christi, & discipulorum, fuit, quia non poterat esse parabola verisimilis, quæ vtranque designaret propter rationes supra positas.

Quare non ponitur hic de occisione primorum seruorum. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR cum secundum veritatem rei non solum occiderint inuitati secundo seruos, sed etiam primos, quare non ponitur de occisione primorum seruorum.

Aliqui putant, quòd Iudæi non occiderunt Prophetas, sicut Apostolos, & discipulos.

Sed dicendum, quòd decipiuntur, quia Christus hoc asserit seq. c. s. vę vobis Pharisęi hypocritę, qui dicitis si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij illorum in sanguine Prophetarum, itaq; testimonio estis vobismetipsis, quòd filij estis eorū, q Prophetas occiderunt. Etiam palam est, quòd Iudæi Isaiam occiderint serra sectum per medium: Ieremiā autem in Aegyptum lapidauerint: Amos vecte ferreo per tempora transfixerunt. Et ita de alijs multis, vt Hieronymus testatur, & Isidorus in lib. de ortu, & obitu patrum.

Alij autem dicunt, quòd licet Prophetas aliquos occiderint Iudæi, tñ non præcipue occiderint ob hoc, & ideo non ponitur de illorum occisione. Sed videt in ꝯrariū, ꝙ Stephanus loquens ꝯ Iudæos dixit Act. 7. quem Prophetarū non persecuti sunt patres vestri? & occiderunt eos, qui pręnūciabant de aduentu iusti.

Dicendum, ꝙ nō dictum fuit de occisione primorum seruorum, idest, Prophetarum, sed solum de occisione Apostolorum, & discipulorum. Et primo quia non conueniret parabolæ: non enim esset verisimilis: nam occisis primis seruis ab inuitatis non mitteret rex alios illuc, sed vocaret alios, qui nondum essent inuitati, sicut postea fecit. Secundo, quia si primos seruos occiderent, mitteret statim rex exercitus suos contra inuitatos, sicut qñ audiuit, ꝙ occidissent seruos secundos, misit illuc exercitus suos, sed non

F misit exercitus, nisi post occisionem secundorum seruorum: ergo non occiderant inuitati primos seruos. Sed obijcietur, quia præcedenti cap. in parabola agricolarum vineę misit Dominus vineę primos seruos, & lapidauerunt atque occiderunt eos, & nihilominus misit secundos, & similiter fecerunt illis, quousque misit filium, quem etiam occiderunt.

Dicendum, quòd nō est simile, quia ibi Dominus vineæ mittebat pro fructu vineę suæ, & licet agricolę occiderent primos seruos, non cessaret petere fructus suos, neque dimitteret hęreditatem suam tam egregiam in manu alienorum: & ideo occisis primis seruis misit alios quousque misit filiū, & illum quoq; occiderunt. hic autem mittebat rex ad vocandum G inuitatos quod magis erat in fauorem illorum quàm ad vtilitatem regis, cum illis non venientibus nihilominus posset conuiuium fieri per alios, & manducari, quæ parata erant, sicut factum est: ideo si primi serui occiderentur ab inuitatis non erat verisimile, quòd alios illuc mitteret, sed exercitus mitteret ad vindictam, sicut fecit, & ideo nō debuit poni, quòd primos seruos occiderint, sed solum secundos.

Secundò quantum ad principale, quia primi serui non occisi fuerunt pro hac causa: licet enim Iudæi Prophetas multos occiderint, vt dictum est, tamen non pro prænunciatione de Christo, sed quia arguebant vitia populi: & ideo non occiderunt eos pro vocatione ad nuptias. Apostolos autē, & discipulos, H qui erant secundi serui pro hoc solo occiderunt, quòd Christum prædicarent: & ideo non debuit dici, quòd primos seruos occiderunt, sed solum secundos. Cum autem dixit Stephanus, quem Prophetarum nō sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prenunciabant de aduentu iusti.

Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ eos occiderunt, sed nō ex eo, quòd prænunciabant de aduentu iusti, sed quia arguebant vitia populi.

Tertiò dicunt aliqui, ꝙ fuit, quia in præcēdēti parabola agricolarum facta fuerat mentio de occisione primorum seruorum, sicut & secundorum, ideo non oportuit hic exprimi: sicut etiam quia ibi de morte Christi dictum est non oportuit, quòd in ista parabo- I la de illa diceretur, sed solum de morte discipulorū; vt dictum est pręcedenti quęst.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia istud repugnat parabolæ, vt ostensum est supra, & ideo dato, ꝙ in præcedenti parabola nihil de primis seruis dictum esset non diceretur hic, quòd inuitati occidissent primos seruos.

Sed dicetur, quare non dicitur hic, quòd inuitati occiderint primos seruos, cum vtrobique primi serui fuerint Prophetæ.

Dicendum, ꝙ hoc fit propter rationem rei assignatæ per parabolam: nam illa parabola designat, quòd Deus mittebat diuersis temporibus ad quærendum fructum iustitiæ in populo Iudæorum, ad quod tam K Prophetæ quàm Apostoli, & discipuli Christi venerunt, & vtrique pro hoc occisi sunt: nam Prophetæ, qui admonebant populum Iudæorum ad bonum, & increpabant eos de malis occisi fuerunt ab eis, similiter quoque Apostoli, & discipuli prædicantes Iudęis uitia eorum, & ideo cum hoc commune esset eis dictum est, quòd tā primi, quàm secundi serui occisi fuerunt ab agricolis: in ista autem parabola agitur de vocatione ad nuptias, idest, ad fidem Christi, & licet ad hoc tam Prophetæ quàm Apostoli, & discipuli vocauerint, tamen soli Apostoli, & discipuli occisi fuerunt pro prædicatione Christi: ideo debuit ista parabola ponere vocationem factam a primis, & secundis seruis, tamen non debuit ponere

occisos

occiſos eſſe primos ab inuitatis, ſed ſolum ſecundos, A
& iſta eſt vera cauſa.

Quare rex vocatur nunc rex cum prius vocaretur homo, & quomodo audiuit, & quomodo iratus eſt.
Quæſt. XLIX.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd rex iratus eſt, cum audiſſet, in quo ſunt tria dubia. Primum eſt, quare vocatur nunc rex, cum prius vocaretur homo. Secundo quomodo audiuit. Tertio quomodo iratus eſt.

Ad primum dici poteſt vno modo, quòd ſic vocatur nūc, ſicut ſupra. Nam ſupra vocabatur homo rex
B
nunc autem vocatur rex, quia dictum eſt ſimile eſt regnum cœlorum homini regi, nunc autem ob breuitatem vocatur ſolum rex, cum etiam intelligatur, quòd ſit homo rex.

Secundò poteſt dici, quòd hoc factum fuit specialiter ex intentione ſignificandi aliquid: homo enim eſt nomen māſuetudinis, rex eſt nomen poteſtatis, & ideo cum Deus clementer ad nos ſe habet, vocatur homo, cum verò ſeuere iuxta rigorem iuſtitiæ vocatr rex, & quia ſupra dicebat de inuitatione ad nuptias; quæ facta eſt ex ſuperabundanti benignitate Dei, vocatur ibi homo rex, hic autem agitur de pęnarum illatione eis, qui contempſerunt venire, & occiderunt nuncios: ideo rex vocatur. Sic dicit Hieronymus qñ inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ hominis nomen appoſitum eſt, nunc autem quando
C
ad vltionem venit homo ſiletur, & rex tantum dicitur.

Ad ſecundum dicēdum, quòd dicitur audiuiſſe propter comparationem ad parabolam; quia rex ille, cui iſta acciderunt audiuit quomodo inuitati occidiſſent ſeruos, Deus autem nihil audit, cum neque aures habeat, neque ſenſationes, quæ ad animalia pertinent, ſed dicitur audire, ideſt, cognoſcere: nos enim ea, quę in facto conſiſtunt, ſi fieri non videmus aliter ſcire non poſſumus, niſi ab alijs referri audiamus, & ita audire eſt via ad ſcire. Deum igitur audiuiſſe facta inuitatorum nihil aliud eſt quàm illa cognoſcere, licet audiendo non cognoſcat, ſed per ſeipſum, quia in
D
ipſo omnia cognoſcuntur a ſe, & ab eis, qui illum clare vident.

Ad tertium dicendum, quòd iratus dicitur rex quātum ad parabolam, quia vere ille rex cui iſta acciderunt iratus eſt contra inuitatos, pro tam iniquo opere; Deus autem iraſci non poteſt, quia non cadunt in eum iſtę perturbationes animi, quas etiam a ſapientibus Stoici auferre voluerunt. Maxime, quia iſta repugnant Deo ſecundum naturā: iraſci enim paſſio eſt appetitus iraſcibilis, qui eſt appetitus animalis. Deus autem animal non eſt, ideo neque iraſci poteſt, ſed iſta dicuntur de eo per tranſlationem, & effectū, & non formaliter: Iratus enim pœnam infert, cùm iraſci appetitus vindictæ: Deus autem pœnam irrogat, ideo iraſci dicitur, quia effectum irati exercet, licet ipſe iratus non ſit. Sic dicit Origenes: dicant qui peccant in Deum legis, & Prophetarum vtrum iſte, qui homo dicitur, & iratus proponitur, ipſe eſt pater Chriſti. Quòd ſi dixerint hunc ipſum eſſe, cogendi ſunt confiteri quoniam multa in eo ſint paſſibilem hoīum naturā hæc dicunt: nō quòd ipſe paſſibilis eſt, ſed quia morem gerit paſſibilis naturæ hoīum, & [illegible] hanc conſequentiam accipere oportet iram Dei, & pœnitentiam eius in Prophetis: Ita nunc iratus rex, ideſt, Deus dicitur, quia pœnas intulit inuitatis perdendo illos.

Quare iratus rex perdidit homicidas, & ſuccendit ciuitatem illorum. Quæſt. L.

QVAERETVR quomodo iratus rex perdidit homicidas, & ſuccendit ciuitatem illorum.

Aliqui volunt, quòd ciuitas intelligatur congregatio iniquorum, & illa ſuccēditur, qa tota congregatio iniquorum æternis ignibus ardebit, & iſta eſt, quam ciuitatem diaboli vocamus oppoſitam ad ciuitatem Dei. Sic dicit Origenes. Ciuitas impiorum eſt ſecundum vnūquodque dogma cōgregatio eorum, qui conueniunt in ſapientia principum huius ſœculi, quam ſuccendit rex, & exterminat quaſi ex malis ędificationibus conſiſtentem.

Sed dicendum, quòd hoc pertinet ad ſenſum myſticum tropologicum, non autem ad literalem, quē Chriſtus intendit ex parabola elicere. Et patet primò, quia ſecundum iſtum ſenſum non differt perdi homicidas, & ſuccendi ciuitatem eorum, quia illud eſt ardere impios in igne æterno, & tamen in parabola diſtinguuntur hæc, ſcilicet, occidi homicidas, & ciuitatem eorum ſuccendi, ideo in ſenſu quoque literali oportebit iſta diſtingui.

Secundò, & efficacius, quia manifeſtum eſt, quòd ſola ciuitas inuitatorum ſuccenditur hic: inuitati autem ſoli Iudæi ſunt, vt oſtenſum eſt ſupra, ideo ad eos ſolos iſtud referendum eſt, & tamen ſecundum iſtū ſenſum de omnibus malis intelligitur: ideo non eſt ille ſenſus literalis.

Alij ergo dicunt, quòd intelligitur de ſolis Iudæis, & tamen vocatur ciuitas eorum corpus ipſorum, ipſi vero vocantur animæ ipſorum, & ita tam homicidæ pereunt quàm ciuitas eorum ſuccenditur, quia Iudæi, qui renuerunt ad fidem Chriſti venire tam in corpore quàm in anima ardebunt. Sic dicit Gregorius. Homicidas perdit, quia perſequentes interimit, ciuitatem igni ſuccendit, quia illorum non ſolum animæ, ſed & caro quoque, in qua habitauerāt, ęterna gehennæ flamma cruciantur.

Sed dicendum, quòd adhuc non eſt iſte ſenſus literalis, ſed eſt ſenſus, quem Chriſtus poſuit Luc. 19. de deſtructione vrbis Ieruſalem. Nam ex eo, quòd Iudæi noluerunt venire ad nuptias credendo in Chriſtum, & inſuper eum, & Apoſtolorum aliquos, & diſcipulos occiderunt; fecit Deus, quòd occiderentur Iudæi in obſidione Ieruſalem, & ipſa ciuitas periret exuſtis, & diruptis ædificijs eius, ita vt non maneret lapis ſuper lapidem, qui non deſtrueretur. Et hoc factum eſt propter non credere, & propter occiſionē Chriſti Luc. 19. ſcilicet, quia non cognouerit tempus viſitationis ſuæ, & ea, quæ erant ad pacem eius.

Qui ſunt iſti exercitus, quos miſit rex, & quomodo Deus habet exercitus. Quæſt. LI.

QVAERETVR qui ſunt iſti exercitus, quos miſit rex, vt occideret homicidas, & ciuitatem ſuccenderet, & quomodo Deus habet exercitus.

Dicendum, quòd Deus habet exercitus, & ita ipſe vocatur ſæpe in ſcriptura Dominus exercituum, ſcilicet, zelus Domini exercituum faciet hoc, & vbique Iſaias vocat Deum Dominum exercituum.

Aliqui ergo dicunt, quòd iſti exercitus ſunt Angeli Dei, quia per eos traditur executioni voluntas Dei Pſalm. 102. Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute facientes verbum eius, ad audiendum vocem ſermonum eius: Benedicite Domino omnes virtutes eius miniſtri eius, qui facitis voluntatem

luntatem eius. Et quia in exercitu sunt milites, & duces, inuenitur quoque hoc in Angelis. Nam aliqui vocantur milites Iob 25.ca. Nunquid est numerus militum eius? Et intelligitur de Angelis principaliter. etiam Angeli aliqui sunt duces exercituũ Dei Iosue quinto cap. de illo Angelo, qui apparuit Iosue, & ait, sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Et de Angelis dicitur per quosdam, quòd fuerunt nunc exercitus Domini ad exequẽdum contra Iudæos. Sic dicit Gregorius: Angelorum agmina sunt exercitus regis nostri: missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne iudicium Dei per Angelos exercetur.

Sed dicendum, quòd iste non est sensus literalis, sed mysticus. Et patet, quia exercitus succenderunt ciuitatem, & ista fuit Ierusalem, & tamen succensio illa non fuit facta per Angelos, sed per homines: sicut enim dixit Christus Lucæ 19. Inimici tui circundabunt te vallo, & coangustabunt te, & ad terram prosternent.

Dicendum igitur, quòd isti exercitus fuerunt Romanorum, qui sub duce Vespasiano, & Tito filio eius superatis Iudæis diruerunt vrbem, & succenderunt. Sic dicit Hiero. per hos exercitus Romanos intelligimus, qui sub duce Vespasiano, & Tito occisis Iudææ populis præuaricatricem succenderunt ciuitatem.

Sed dicetur quomodo Romani vocantur exercitus Dei? Dici potest vno modo, quòd hoc est, quia omnia sunt Dei, & inter omnia erant Romani exercitus: ideo illi erant exercitus Dei. Secundo potest dici, & melius, quòd vocantur exercitus Dei, quia Deo incitante venerunt contra Ierusalem, & non venissent, nisi Deus illos incitasset, sic patet de Sennacherib rege Assyriorum, quem Deus duxit contra Iudæos, vt puniret eos, sic patet Isa. decimo capit. scilicet, Vę Assur virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prędam &c. sic etiam Deus vocauit regem Nabucodonosor contra Iudæos, & contra alia regna terræ; & vocat eum seruum suum, qui exequitur voluntatem suam contra illos, Ieremia decimoquinto, & ita alios reges, qui nocebant Iudæis dicebatur Deus vocare ad nocendum eis Isa. septimo, scilicet, Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminũ Aegypti, & api, quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum. Et non solum Deus vocat gentes istas ad nocendum alijs quando vult, sed etiam dat eis fortitudinem, vt præualere possint contra hostes, vt ita impleatur voluntas Dei. Sic patet Isaiæ quinto, scilicet, & leuabit signum in nationibus, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet, neque est deficiens neque laborans in eo, non dormitabit neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, neque rumpetur corrigia calceamenti eius, sagittæ eius acutę, omnes arcus eius extenti. Et ita de cęteris, quę pertinent ad promptitudinem, & fortitudinem, quam Deus dabat istis ad exequendum, sic etiam dicitur Abacuc primo capitu. de Nabucodonosor, qui datus erat contra Iudæos in executorem: Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes fundasti eum. Ita ergo nunc de Romanis fuit, quia Deus concitauit illos contra Iudæos: ideo vocantur exercitus Dei. Sic dicit Chrysostomus Romanus exercitus dicitur exercitus Dei, quia Domini est terra, & plenitudo eius, neque etiam
F venissent Romani Ierusalem, nisi eos Dominus excitasset.

Quare dicitur, quòd occisis homicidis dixit rex seruis: Nuptiæ quidem paratæ erant, sed inuitati non fuerunt digni. Quæst. LII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd occisis homicidis, & ciuitate eorum succensa dixit rex seruis suis, nuptiæ quidem paratæ erant, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni venire.

Dicendum, quòd iste rex, qui inuitatos vocari faciebat Deus est, qui Iudæos ad fidem Christi vocauerat inuitando, & quia illi noluerunt venire, sed occiderunt seruos vocantes, iussit Deus, quòd vocarentur alij. s. Gentiles, & ad hoc ponit causam. s. nuptiæ quidem paratæ erant, id est, iam est tempus credendi, & manendi sub lege Messiæ, cum ille venerit, & legem dederit, & ideo quia Iudæi credere nolunt, oportet, quòd vocentur alij, qui credant. Sic dicit Remigius: Nuptiæ quidem paratæ sunt, id est, omne sacramentum humanę dispensationis iam paratum atque completum est.
G

Sed dicetur, qui erant isti serui, quia iam erant priores occisi?

Aliqui dicunt, quòd erant Angeli, qui Deo ministrant ad salutem nostram: ad Hebræos primo, scilicet, omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis.
H

Sed dicendum, quòd non stat, quia ista vocatio fuit per prædicationem: Angeli autem non prędicãt, quia non communicant nobiscum aperte quandiu hic manemus.

Ideo dicendum, quòd isti serui erant Apostoli, & discipuli, quos Iudæi non occiderunt, quia non occiderunt omnes, & isti residui transierunt ad vocandũ gentes nolentibus Iudæis credere.

Sed dicetur, quomodo aut quando dixit Deus Apostolis, & discipulis, quòd irent ad vocandum gẽtes? Dici potest vno modo, quòd hoc fuit, quando Christus post mortem suam dixit Apostolis, & discipulis, quòd irent per vniuersum orbem, & prædicarent Euangelium omni creaturæ Mar. 16. & infra 28. Nam iubendo hoc intelligebatur, quòd si in aliquo loco, vel regione non reciperentur, quòd non manerent ibi, vel si verba eorum non prodessent.
I

Secundo potest dici, & melius, quòd hoc dictum est, quando Christus dixit Apostolis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam supra 10. cap. & tamen persequebantur Iudæi Apostolos, & discipulos cum occiderent eos: ergo recedere debebant inde ex illo mandato Dei.

Sed dicendum, quòd adhuc istud non sufficit, quia istud fuit mãdatum Apostolis ante mortem Christi
K pro tempore illo, quo prædicarent ante mortem eius in terra Iudæorum, quia tunc si in vna ciuitate persecutionem paterentur, debebant ire in aliam, sed non licebat eis recedere penitus extra terrã Israel, cũ Deus ibidem vetuerit ire in ciuitates Samaritanorũ, & in viam Gentium supra 10. cap. Et patet, quia dixit non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis, quasi dicat, licet fugiatis de vna ciuitate in aliam, non oportebit, vt eatis totaliter extra terram Israel, quia semper supererunt aliquæ ciuitates, ad quas confugiatis, quia non consummabitis eas, donec veniat filius hominis, id est, vsque ad mortem, & resurrectionem eius, & tamen ad vocationem istã gentium oportebat totaliter relinquere Iudæos, sicut & factum est: ideo non fuit illud mandatum de transeundo

ſeundo ad gentes. Dicendum igitur, quòd aut quęritur quando Deus iuſſit, quòd Apoſtoli irent ad prędicandum gentibus vocando eos ad fidē Chriſti, quod erat vocare ad nuptias, aut quando iuſſit, quòd relictis Iudæis tranſirent ad gentes. Quantum ad primū dicendum, quòd quandiu Chriſtus vixit non mandauit hoc Apoſtolis, immo vetuit ſupra 10. cap. ſ. In viā gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, ſed potius ite ad oues, quę perierunt domus Iſrael. Sed poſt reſurrectionem dixit diſcipulis, quòd irent per totum orbem, & prędicarent Euāgelium omni creaturæ Mar. 16. & infra 28. dicitur docete omnes gentes baptizantes eas. Et quando aſcendere voluit dixit omnibus, qui congregati erant, eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & omni Iudęa, & Samaria vſque ad vltimum terrę.

Quantum ad ſecundum dicendum, quòd fuit aliquod præceptum ſpeciale, quod Deus dedit Apoſtolis, & diſcipulis prędicantibus in Iudæa: cum enim valde excęcati Iudæi nullatenus audire volebant verbum eorum, Deus reuelauit illis, quòd recederent. ſic patet Actu. 13. cap. cum Paulus, & Barnabas prædicantes Iudæis, & repulſi ab eis dixerunt, vobis quidē oportebat primum loqui de regno Dei, ſed quia repuliſtis illud, ecce conuertimur ad gentes: ſic enim præcepit nobis Deus.

Quomodo eſt verum quod dixit rex ſcilicet, qui inuitati erant non fuerunt digni.

Quæſt. LIII.

QVAERETVR quomodo eſt verum quod dixit de inuitatis rex, ſcilicet, qui inuitati erant non fuerunt digni.

Dicendum, quòd iſti ſe fecerunt indignos vno modo, quia vocantes ſe occiderunt: non enim eſt dignus quis vocari quando vocantem ſe occidit: iſti enim occiderant diſcipulos, & Apoſtolos vocantes ſe: ideo indignum erat, vt quis eos vocaret amplius. Secundò fecerunt ſe indignos, quia vocati ad nuptias venire contempſerunt. Et iſtum modum poſuit Paulus Actu. 13. cum locutus eſt Iudęis. ſ. Vobis primum oportebat loqui, de regno Dei, ſed quia repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes.

Tertiò intelligunt aliqui, quòd reddiderunt ſe indignos, quia putantes melius eſſe manere ſub cęremonijs legis Moyſi quàm tranſire ad gratiam fidei Chriſti reddiderunt ſe indignos fructu redemptionis per eū factæ. Sic dicit Remigius: Qui inuitati fuerāt, ideſt, Iudæi non fuerunt digni, quia Dei iuſtitiam ignorantes, & ſuam ſtatuere volentes indignos ſe iudicauerunt vitæ æternæ.

An poſtquam Apoſtoli, & diſcipuli tranſierunt ad gentes ceſſauit vocatio Iudæorum ad nuptias.

Quæſt. LIIII.

QVAERETVR an poſtquam Iudæi occiderūt prædicatores verbi Chriſti, & Apoſtoli, & diſcipuli tranſierunt ad Gentes, ceſſauit vocatio Iudæorum ad nuptias.

Dicendum, quòd non, quia ſemper vocantur Iudæi per prędicatores ad fidem Chriſti, & vocabuntur vſque ad finem mundi quouſque fiat vnum ouile, & vnus paſtor. Ioan. decimo capitu. nam conuertentur omnes Iudæi, vt aſſeritur, ad Chriſtum in fine ſęculi ad Roma. vndecimo. Cęcitas ex parte contigit in Iſrael, donec intraret plenitudo gentium, & ſic vniuerſus Iſrael ſaluus fieret.

A Sed dicetur, quare ergo dicitur, quòd poſt occiſionem vocantium non fuerunt vocati inuitati, quia indigni fuerant, ſed vocati fuerunt alij.

Dicendum, quòd illi, qui inuitati fuerunt a principio ſi veniſſent, nulli alij vocarentur, ſed quia illi noluerunt, vocati ſunt alij, ita a principio ſoli Iudæi vocati fuerant, & ſi ipſi veniſſent non vocarentur alij, ſed quia illi noluerunt venire vocati fuerant alij, & tamen non ideo Iudæi deſinunt vocari, ſed non vocantur eo modo quo prius, ſcilicet, vt ſoli vocentur, ſed vocantur ſimul cum alijs quaſi quidam de Gentilibus.

Quare dixit rex quoſcunque inueneritis, vocate ad
B *nuptias. Quæſt. LV.*

QVAERETVR, quare dixit rex quoſcūque inueneritis vocate ad nuptias.

Dicendum, quòd hoc pertinet ad vocationem gentium: In prima vocatione ſoli Iudæi vocati fuerunt, & expreſſe vetitum fuit quēquam alium vocari ſupra 10. cap. in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, ſed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Iſrael: & ideo in ſecunda cum non venientibus Iudæis vocatæ ſunt gentes, putarent etiam Apoſtoli, quòd ſpenialiter aliqua gens vocanda eſſet, & non omnes: ideo dixit eis expreſſe, quòd vocarent quoſcunque inuenirent, & hoc erat dicere, quòd omnibus prædicarent, ſic dixit
C Mar. 16. Ite per vniuerſum orbem, & prædicate omni creaturę Euangelium. Ratio huius eſt, quia Deus, qui omnes condidit, vult omnes ſaluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire 1. Tim. 2. cap. ſalus autē eſt per fidem, & inuocationem Dei ad Roma. 10. c. ſ. omnis, qui credit in illum non confundetur, non eſt diſtinctio Iudæi, & Greci: nam idem eſt omnium dominus diues in omnib. qui inuocant illum: omnis enim qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit, & tamen credere in eum, per quem eſt ſalus, & inuenire viam illam non eſt homini a ſeipſo, ſed oportet, quòd per alterum inſtruatur, & ideo oportet, quòd prædicetur. Sic dicitur ad Roma. 10. cap. Quomodo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? quo-
D modo credent in eum, quem non audierunt? quomodo audient ſine prędicatore? ergo prædicator neceſſarius eſt ad omnes gentes, & ita Apoſtolus concludit ibi, quòd omnibus gentibus debebat prædicari Euangelium, & ſic factum eſt, ſcilicet, in omnem terram exiuit ſonus eorum, ideſt, prædicantium.

Quare rex dixit ite ad exitus viarum.

Quæſt. LVI.

QVAERETVR, quare rex dixit, ite ad exitus viarum.

Dicendum, quòd iſta vocatio eſt Gentilium, & iubentur vocantes ire ad exitus viarum, quia
E ibi erant Gentiles.

Aliqui autem dicunt, quòd exitus viarum ſunt errores, quia via dicit directionem, & qui ſequitur viam non errat. Exitus viarum ſunt declinationes a via, & illud eſt errare, & ita quia Gentiles errant in varijs erroribus idolatrię dicebantur eſſe in exitibus viarum. Sic dicit Hieronymus, & Remigius. ſ. gentium populus non erat in vijs, ſed in exitibus viarum, qui ſunt errores Gentilium.

Secundò dicunt aliqui, quòd hoc ponitur ad ſignificandum, ꝙ homines quarūcunque profeſſionum vocandi erant ad fidem. Nam via viuendi modum ſignificat. ſic dicit Chry. Viæ ſunt omnes profeſſiones

huius sęculi, vt Prophetiæ, & militiæ, & huiusmodi. Dicit ergo: ite ad exitus viarum, idest, cuiuslibet conditionis homines vocent ad fidem adhuc, sicut castitas via est, quæ ducit ad Deum, sic & fornicatio via est, quæ ducit ad diabolum, & sic de alijs virtutibus, & vitijs. Iubet ergo, vt cuiuslibet conuersationis homines inuitent ad fidem.

Tertiò putant aliqui, quòd innuitur in hoc, quòd vocatis ad fidem remittuntur peccata omnium temporum præteritorum, quia via significat tempus vitę, exitus viæ est, quod retro viam est. s. peccata temporum præteritorum. Sic dicit Hilarius. per viam tempus sęculi intelligendum est, atque ideo ad exitus viarum iubentur ire, quia omnibus retro acta donantur.

Quarto accipiunt aliqui exitus viarum, idest, infortunia, vel defectus in actionibus, & tales vocari iubet, quia facilius conuertuntur ad Deum, quos aduersitas fortunæ persequitur quàm illi, qui prosperantur, qui non in exitibus, sed in vijs manere dicuntur. Sic dicit Gregorius. in scriptura sacra vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionũ, quia illi plerunque facile ad Deum veniunt quos in terrenis actionibus prospera nulla comitantur.

Quinto dicendum, & melius, quòd per hoc innuitur, quòd omnes homines vocandi essent, & dixit: Exitus viarum, & non vias, quia exitus sunt capita viarum, vbi solet esse concursus hominum, vt in plateis, quæ sunt extrema viarum, quia ad plateam multę vię concurrunt, vel intersectiones viarum vbi etiam fit concursus. Et sic est sensus, quòd illuc discipuli irẽt ad prædicandum vbi gentes esse solent, vel conueniunt, & ob hoc Christus solitus erat prædicare in Synagogis, ad quas omnes Iudæi conueniunt. Ioan. decimooctauo cap. & iubebat discipulis prædicare super tecta supra 10. ca. quia ibi concurrunt multi secundum consuetudinem terræ Palestinorum, in qua erat Christus cum discipulis.

Quare dicitur, quòd egressi serui in vias congregarunt quoscunque inuenerunt.
Quæst. LVII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd egressi serui in vias cogregauerunt quoscunque inuenerunt.

Dicendum, quòd isti serui erant Apostoli, & discipuli, qui egressi sunt in vias, idest, iuerunt ad dispersiones gentium, & prędicauerunt omnibus.

Sed dicetur, quomodo serui exierunt in vias, quia rex iusserat eis ire ad exitus viarum, & non ad vias?

Dicendum, quòd vtrunque fecerunt: nam ad vias iuerunt, & ad exitus viarum, quia vnum sine altero esse non possit, cum exitus viarum sint extremitates viarum, & eundo in via ibant ad extrema earum, quæ exitus viarum dicuntur, & nihil aliud vtrobique significatur, nisi quòd iuerunt Apostoli ad prædicandum Gentilibus.

Sed dicetur, quare dicitur exierunt, & vnde exierunt?

Dicendum, quòd exierunt de locis, & regionibus, in quibus prius prædicabant: nam iusserat eis Christus prædicare in Ierusalem, & Iudæa, & Samaria Actu. 1. s. Eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Cum autem non recipiebantur iam ipsi, vel non audiebatur verbum eorum, vel non proderat in Ierusalem, & Iudæa, transtulerunt se ad gentes Actu. 13. s. Ecce conuertimur ad Gentes. Et istud fuit exire in vias.

F Sic dicit Origenes, scilicet, egredientes serui, siue de Ierusalem, & Iudæa Apostoli Christi; siue ab interioribus Angeli sancti congregauerunt quoscunque inuenerunt.

Sed dicetur quomodo congregauerunt quoscunque inuenerunt.

Dicendum, quòd ista congregatio intelligitur per prædicationem. Potest autem accipi prædicatio dupliciter. s. vel quantum ad seipsam, vel quantum ad effectum suum. prædicatio in seipsa est propositio verbi Dei. Et quantum ad hoc verum est, quòd Apostoli congregauerunt omnes gentes, idest, congregare voluerunt. s. dicentes verba per quæ illi congregari deberent, licet non fuerint omnes congregatæ. Sic accipitur sequenti cap. cum Christus dixit ad Ierusalem: Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad te: quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? & ista congregatio videbatur esse per prædicationem, ita Apostoli, & discipuli congregauerunt omnes gentes, idest, congregare voluerunt faciendo id, per quod congregari possent, & deberent proponendo illis verbum prędicationis. Nam omnibus gentibus prędicauerunt, quia in omnem terram exiuit sonus eorum Psal. 18. quod Apostolus intelligit, idest, quòd omnibus gentibus prędicatum est Euangelium ad Rom. 10. cap. *Duplex est prædicatio.*

H Accipiendo secundo modo. s. quantum ad effectũ prædicationis: etiam verum est, quòd congregauerunt omnes quoscunque inuenerunt, quia effectus prædicationis erat conuertere Gentes ad fidem: Apostoli autem congregauerunt non quidem omnes simpliciter, sed omnes, quos inuenerunt. Dicuntur autem inuenti illi, quos Deus disposuerat tangendo corda eorum, vt crederent prædicanti, & omnes isti conuerterunt ad Christum: cęteri autem pro tunc non conuersi sunt, sed potius prædicatores persequebantur. Sic dicitur Actu. 13. vbi habetur de transitu Apostolorum de Iudæis ad Gentes. s. audientes autem gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam ęternam. Et ita vtroque modo congregauerunt, quos inuenerunt. *Effectus prædicationis.*

I

Quare dicitur, quòd congregarunt bonos, & malos.
Quæst. LVIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd congregauerunt omnes, quoscunque inuenerũt bonos, & malos.

Dicendum primò, quòd dicitur hoc ad ostendendum, quòd non erat curandum quales fuissent homines ante conuersionem, siue boni, siue mali, sed omnibus prædicandum erat, & omnes recipiendi erant ad fidem, & conuersionem. Sic dicit Origenes. Congregauerunt quoscunque inuenerũt

K bonos, & malos, quia non curauit vtrum aliquando ante vocationem boni fuerint, aut mali, bonos autẽ hic simpliciter intelligere conuenit humiliores, & rectiores ex eis, qui veniebant ad cultum Dei, quibus conueniebat, quod Apostolus ait, cum gentes, quę legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibijpsi sunt lex, mali autem erant, qui tales non erant.

Secundò ponitur ad ostendendum etiam dispositionem Gentilium, quia etiam præter actus preteritos bonos, vel malos erant aliqui naturaliter magis dispositi ad bonitatem alij vero ad nequitiam, virtutes nanque omnibus hominibus insunt innatis suscipere, sed perfectis per assuefactionem secundo Ethi. cap. 1.

capit.1.& tamen istę inclinationes non apparent in A
omnibus,sed potius in quibusdam apparent inclinationes ad malum, eos vero,in quibus videmus inclinationem ad bonum aliquod, dicimus naturaliter virtuosos:eos verò,qui ad contrarium vitiosos naturaliter. De virtutibus moralibus qualiter naturaliter insint quibusdam patet 6.Ethi.cap.vltimo. Et ita dicit Hieronymus: Inter ipsos Gentiles est infinita diuersitas, cùm alios sciamus procliuiores ad vitia: alios ad honestatem morum virtutibus deditos.

Tertiò dicitur hoc ad ostendendum cōditionem harum nuptiarum: nam congregatio ista est ad fidē, & est in Ecclesia militanti, in qua boni cum malis mixti sunt,vt Christus designauit in parabola zizaniorum supra 13.cap.& per hoc differt ista congregatio B
ab illa,quæ fit ad nuptias vitę ęternę, vbi soli boni erunt,quod Christus significat ex parabola iam dicta zizaniorum.Nam triticum, & zizania permittuntur simul esse,& crescere vsque ad messem, & tempore messis alligantur zizania in fasciculos, & exuruntur, triticum autem colligitur,& reponitur in horreis.Sic est de ista congregatione, quia quandiu hic manet Ecclesia, manent boni permixti malis, cum autem cessauerit ista Ecclesia, & venerit congregatio vitę ęternæ,separabuntur mali a bonis. Sic dicit Christus supra cap.13.in parabola zizaniorum.Sic erit in consummatione sęculi, mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & C
eos, qui faciunt iniquitatem mittent in caminum ignis: tunc fulgebunt iusti, sicut Sol in regno patris eorum. Idem patet in parabola sagenæ eod.capit.s. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti,quam cum esset impleta,educentes & secus littus sedentes,elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt, ita est in Ecclesia, quia sicut in sagena congregantur indifferenter boni & mali, indifferenter manent, sed sicut quando sagena educta est de mari colliguntur boni, & mali proijciuntur foras, ita erit cessante ista Ecclesia, & ob hoc cum Ecclesiam istam, & futuram Christus per duo conuiuia designauerit, scilicet,per prandium, & cęnam, in conuiuio primo quod istam Ecclesiam signat dicuntur congregati D
boni,& mali,vt patet hic,in alio conuiuio non dicuntur introisse aliqui mali,vt patet Luc.14.

Quartò ponitur hoc ad ostendendum virtutem huius Ecclesię:nam non differt malos ad Ecclesiam venire,quia in ista Ecclesia sunt sacramenta, per quæ mali iustificantur,& efficiuntur boni: & ideo nihil nocet malos ad Ecclesiam venire, dum tamen vellent esse boni, quod non fit in congregatione vitę ęternę,quia ibi non efficietur bonus, qui prius bonus non extiterit.

Quintò est hoc ad concordandum parabolæ, & intentioni eius, vt videatur quomodo finis sequitur ex principio: infra enim ponitur quomodo, qui introierat non habens vestem nuptialem eiectus est de E
domo nuptiarum in tenebras exteriores; non poterat tamen eijci,neque debebat, nisi malus esset: & ideo si malus aliquis ibi erat,oportet,quòd tam boni, quam mali congregati fuerint.

Sed dicendum,quòd inter istas causas illa est præcipua, quæ ostendit, quòd in Ecclesia semper debēt manere mali admixti bonis vsquæ ad consummationem sęculi.Sic dicit Gregorius. Hoc dicit, quia in hac Ecclesia,neque mali esse sine bonis, neque boni sine malis esse possunt,bonus autem non fuit,qui malos tolerare recusauit.

Quare dicitur,quòd impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Quæst. LIX.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

Dicendum,quòd hoc dicitur primò, quia plenitudo gentium introiuit ad nuptias. Nā istę nuptię sunt in copulatione ad Christum per fidē, ad quam fidem tenendam intrauit multitudo gentium,quæ impleuit Ecclesiam. Sic dicitur ad Rom. 10.cap.Cęcitas ex parte contingit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic vniuersus Israel saluus fieret.

Secundo dicitur hoc respectu inuitatorum primorum,idest,Iudæorum qui si venissent, non oporteret vocari alios,& tamen illis non venientibus gentes vocatæ fuerunt valde plures quàm futuri erant Iudæi, si soli essent.

Tertio dicitur hoc,vt videatur,quòd non fuit secutus defectus aliquis non venientibus inuitatis, quia putaret quis,quòd cùm nemo illorum, qui inuitati erant,venisset,& subito vocati fuerint alij iam paratis cibis, quòd pauci venirent, vt ergo videatur, quòd multi venerint tot, quot sufficiebant nuptiarum celebrationi,dicitur quòd impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Sic dicit Origenes:Nuptiæ,scilicet, Christi, & Ecclesiæ sunt impletæ,dum restituti Deo, qui ab Apostolis sunt inuenti, recubuerunt ad epulandum in nuptijs.

Quid est,quòd intrauit rex,vt videret discumbentes, & quare intrauit. Quæst. LX.

QVAERETVR quid est,quòd intrauit rex, vt videret discumbentes, & quare intrauit.

Dicendum,quòd intrauit, vt videret discumbentes, sicut litera dicit. Nam vocati sunt boni, & mali, & vocantur mali,qui nuptialia vestimenta non habebant: ideo rex voluit videre an inter discumbentes esset quis,qui non haberet vestes nuptiales.Sic dicit Origenes.s.sed quoniam bonos, & malos oportuit vocari:non autem,vt mali permanerent, sed vt deponerent vestimenta contraria nuptijs,& induerēt nuptialia vestimenta,idest,viscera benignitatis,& misericordię:ideo rex ingreditur,vt videat discumbentes prius quàm apponatur eis prandium, vt retineat habentes nuptialia vestimenta atque delectet, condemnet autem contrarios.

Sed dicetur, quomodo Deus intrat ad nuptias, vt videat discumbentes?

Dicendum, quòd Deus vbique est, & non potest intrare in aliquem locum,quia prius ibi erat,sed dicitur intrare in locum aliquem, quando circa illum nihil faciebat,& incipit aliquid facere. Deus etiam omnia semper videt tam bona quàm mala Prou.15. capit. in omni loco oculi Domini contemplantur bonos,& malos,& omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, neque est ei inuisibilis vlla creatura.ad Hebrę.4.Et tamen dicitur interdum aliqua videre, quæ prius videbat, quia circa aliqua disponit aliquid efficiendo, quod prius non efficiebat,& ita quia in prę- senti multa mala sunt,quæ Deus nunc non punit,dicitur illa non videre, neque facientibus pręsens esse, quando verò pro aliquibus pęnam imponit dicitur videre illa, & pręsens esse.sic dicitur Gen.18.ca.circa peccatum Sodomorum.s.Descendam,& videbo, an clamorem, qui venit ad me,opere compleuerint an non.Quasi opus esset descendere ad vrbem Sodomorum,vt sciret,an verum essent, quòd peccassent Sodomitę. Hoc autem descendere, & videre fuit,quia misit

Quomodo Deus dicatur q̄ñque non videre q̄ñq; videre.

misit duos Angelos, qui subuerterunt Sodomam Gen.19.cap. Ita & nunc quando aliquos non habentes vestes nuptiales mittit in tenebras exteriores dicitur intrare ad videndum discumbentes in nuptijs, idest, eos qui in Ecclesia manent, quia intra Ecclesiã militantem sunt istæ nuptiæ. Sic dicit Chrysost. Non quia alicubi præsens non est, sed quia vbi vult per iudicium aspicere ibi dicitur pręsens, vbi autem non vult, ibi dicitur absens, dies autem aspectionis est dies iudicij quando visitaturus est Christianos, qui super mensam scripturarum recumbunt.

Quid sit illa vestis nuptialis. Quæst. LXI.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd vidit hominem non habentem vestem nuptialem, quid sit illa vestis.

Dicũt aliqui istam esse fidem, per quam nuptiæ fiunt.

Sed dicendum, quòd non stat, quia iste, qui non habebat vestem nuptialem in nuptijs, erat idem quod est esse in Ecclesia, sed non potest aliquis esse intra Ecclesiam, nisi per fidem: ergo fidem habebat, & consequenter non est fides vestis nuptialis.

Dicendum ergo, quòd fides non est vestis, sed charitas, & vocatur vestis nuptialis, idest, pulchra; sicut enim in nuptijs homines induuntur vestibus pulchris, ita & omnes vestes pulchras nuptiales vocamus, talis autem est charitas, quæ totum hominẽ pulchrum reddit, & Deo acceptum, quod non facit fides. Nam etiam in malis est fides, & Dęmones credunt, & contremiscunt Iaco.1.cap.

Secundò, quia charitas facit hominem dignum nuptijs, idest, vita æterna, quod non facit fides neque alię virtutes.

Tertiò, quia charitas fuit causa impulsiua ad istas nuptias: nam nuptię sunt inter verbum diuinum, & humanam naturam, & inter Christum, & nos, & ad vtrunque impulit Christum amor, quem ad nos habet, & ille est charitas.

Quarto, quia ista sola est, per quam differunt filij regni, & exteriores, & ita Christus dixit, quòd in hoc cognosceretur an essemus discipuli eius, si diligeremus inuicem, sicut ipse dilexit nos. Sic dicit Gregorius. Quid autem debemus intelligere per nuptialem vestem, nisi charitatem? Quia hanc in se Dominus habuit, dum ad sociandę sibi Ecclesię nuptias veniret. Intrat ergo ad nuptias, sed sine veste nuptiali, qui in Ecclesia fidem habet, sed charitatem non habet.

Alij dicunt, quòd vestis nuptialis est quærere gloriam sponsi, qui autem non sponsi, sed propriam gloriam quęrit, vestem nuptialem non habet. Sic dicit Augustinus contra Faustum, scilicet. Sine veste nuptiali nuptias adit, qui quęrit ibi gloriam non sponsi, sed suam.

Tertiò dicunt alij, quòd vestis nuptialis est gratia Spiritussancti, & istud etiam verum est, & coincidit cum primo, quia charitas nunquam est sine gratia, & gratia nunquam est sine charitate, licet non sint idem. Sic dicit Hilarius: Vestis nuptialis est gratia Spiritussancti, & candor habitus cęlestis, qui bonę interrogationis confessione susceptus vsque in cętum regni cęlorum immaculatus, & integer est reseruandus. Quartò dicunt aliqui, quòd vestis nuptialis est obseruatio præceptorum Euangelicorum, qui enim illa obseruat ornatus ad nuptias intrat. Sic dicit Hieronymus. vestis nuptialis pręcepta sunt Domini, & opera, quæ cõplent ex lege, & Euãgelio nouiq; hoĩs efficiunt vestimentum. Sed primus, & tertius modus magis conuenit, quamquam alij duo ad hos redeũt.

F *Quare dicitur, quòd rex vidit hominem non habentem vestem, cum multi sint huiusmodi, & non vnus. Quæst. LXII.*

QVAERETVR, quare dicitur, quòd vidit hominem non habentem vestem, in quo innuitur, quòd vnicus erat, & tamẽ multi sunt in Ecclesia, qui charitatem non habent.

Dicendum, quòd in die discussionis multi inuenientur sine veste nuptiali, qui omnes mittentur in tenebras exteriores, & tamen parabola vnicum nominauit gratia exempli, quia satis erat vnum dicere cum per illum intelligantur omnes non habentes vestem.

G Secundò fuit hoc, quia peccatores sunt, qui inueniuntur sine veste nuptiali, & omnes illi sunt, sicut vnus homo, quia licet peccata varia sint, tamen omnes peccatores concordant in hoc, quòd a rectitudine deuiant: & ideo omnes sunt vnus homo non habens vestem nuptialem. Sic dicit Origenes: Vidit hominem non habentem vestem nuptialem. Singulariter dicit, quia vnius sunt generis omnes, qui seruant malitiam post fidem, quam habuerant ante fidem.

Quare rex vocat amicum eum, quem condemnat, & quomodo potuit sine veste intrare. Quæst. LXIII.

H QVAERETVR, quare rex dixit homini amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Quomodo vocat amicum eum, quem condemnat, & quomodo potuit sine veste intrare?

Ad primum dicendum putant quidam, quòd irrisoriè, vel per antiphrasim eum amicum vocet, cum magis, vt inimicum condemnet, & ita Dominos solemus vocare, vel fratres, aut patres ironicè eos, ad quos non gerimus nos taliter qualiter nomina significant, quæ proferimus.

Secundò dicendum, & melius, quòd Christus vocabit amicos, quia communicant cum eo in aliquo, scilicet, in fide, licet condemnet eos pro malis operibus. Et quantum ad hoc vocat eos maledictos. s. ite maledicti in ignem ęternum infra 25. sic dicit Hieronymus. amicũ vocat, quia inuitatus est ad nuptias quasi sit amicus per fidem. Arguit autem impudentiæ, quòd veste sordida munditias polluerit nuptiales.

Quantum ad secundum videtur esse difficultas, scilicet, quomodo aliquis sine veste nuptiali possit intrare in nuptias, quia vestis nuptialis est charitas, vel gratia, vt dictum est supra quęstion.60. & introitus in nuptias, idest, in Ecclesiam militantem est per baptismum, in quo cũ fide infunditur simul gratia, & omnes virtutes gratuitæ, & ita datur sibi vestis nuptialis.

K Ob hoc cuilibet baptizato dicitur in baptismo accipe vestem candidam, in qua appareas coram Christo, & illa est nuptialis: ergo nemo intrat sine veste. Aliqui dicunt, quòd quidam intrant in Ecclesiam sine charitate, scilicet, qui ficte accedunt ad baptismũ: nam isti neque charitatem accipiunt, neque fidem habent.

Sed dicetur, ꝙ non stat primo, quia cum soli eijciantur de nuptijs in tenebras exteriores, qui non habent vestẽ nuptialem. i. qui sine ea intrauerunt, solum condemnarent, qui ad fidẽ fictè accesserũt, quod falsum est, qa multi vere accedentes condemnant, qa in mortali decedunt. Secundò, quia cũ oẽs inuenti sine veste nuptiali foras mittuntur, irremissibiliter oẽs qui fictè

accedunt

accedunt, condemnarentur necessario. Sed falsum est, quia si penituerint de hoc non damnantur.

Dicendum igitur, quòd accipitur intrasse sine veste, idest, non habere vestem, quia non respicitur introitus, sed potius finis, vel exitus. Nam etiam siquis habuit vestem nuptialem, quando introiuit in ecclesiam si perdidit illam ita quòd inueniatur sine ea in morte, damnabitur, & siquis introiuit sine veste nuptiali, idest, sine charitate in ecclesia, vt quia ficte accessit ad baptismum: postea autem deposita fictione recte credidit saluabitur, quia acquisiuit vestem nuptialem: dicitur tamen quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem, & non dicitur quomodo hic manens iuxta conuenientiam parabolæ, quia illi, qui in nuptias intrauerunt cum tali veste ibi manebant, cum quali intrauerunt, secus autem in ecclesia, quia cum ista vestis nuptialis sit aliquid spirituale, quod quotidie potest acquiri, aut perdi, non attenditur introitus, sed permansio, & exitus cum veste, vel sine illa.

Quare dicitur, quòd obmutuit ille qui sine veste nuptiali inuentus est. Quæst. LXIIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd obmutuit ille, qui sine veste nuptiali inuctus est.

Dicendum, q tam ad parabolam, quàm ad literalem sensum causa est, quia deprehensus sine veste videt se errasse, & nullam excusationem erroris sui prætendere potest, ideo obmutescit. Sic dicit Origenes: Quoniam qui peccat, & non induit Christum, non habet excusationem aliquam, ideo obmutescit. Causa autem propria est ex conditione diuini iudicij. Nam in iudicio humano quantumcunque sit aliquid notum, potest aliquid negari, vel dissimulari saltem intentio faciendi, quæ nulli nota est nisi facienti. In iudicio autem diuino erit testis Deus, & Angeli, & totus mundus: ideo peccator non potens negare, neque dissimulare necessario obmutescet. Sic dicit Hieronymus: In tempore enim illo non erit locus impudentiæ, neque negandi facultas, cum Deus, Angeli, & mundus ipse testes sint peccatorum.

Secundo, quia in iudicio illo non solum erunt notę operationes, sed etiam intentio operantis: Deus enim qui scrutator est cordium testimonium perhibebit.

Tertio, quia in illo iudicio qui condemnantur, nō respondent quicquam. Nam conscientia eorum accusat eos conuincens vera esse pro quibus condemnantur, & ideo vere obmutescent nihil respōdendo.

Quare rex iussit mitti in tenebras, qui non habebat vestem nuptialem, & an fecit ei iniuriam, cum eum vocasset. Quæst. LXV.

QVAERETVR, quare rex iussit mitti in tenebras istum, qui non habuit vestem nuptialem. Nam videtur ei facere iniuriam, quia Deus iussit vocari omnes tam bonos, quàm malos: & mali sunt illi, qui vestem nuptialem non habent, non ergo debuit illum mittere in tenebras.

Dicendum, quòd Deus mandauit vocari bonos, & malos ad nuptias, quia in istis nuptijs, q mali erant, efficiuntur boni: sunt enim nuptiæ istæ in copulatione animæ ad Christum per fidem, & fiunt nuptiæ intra ecclesiam, in qua sunt sacramenta, per quæ qui mali erant efficiuntur boni, scilicet, baptismus, & pœnitentia, ideo conueniens est vocari malos àd eccle-

A siam, vt intra eam boni fiant: immo ad nihil aliud vocantur, nisi vt in ea iustificentur, quia extra ecclesiam nemo potest esse iustus, cum extra eam non sit salus. Licet ergo Deus malos vocet, petit ab eis, quòd boni efficiantur, & si non fuerint boni effecti, in culpa sunt, & ideo iuste puniuntur. Sic dicit Origenes: Bonos, & malos oportuit vocari, non vt mali permanerent, sed vt deponerent vestimenta contraria nuptijs, & induerentur nuptialia indumenta, scilicet, viscera benignitatis, & misericordiæ.

Extra ecclesiam nemo iustus.

B *Quare dixit rex ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras. Quæst. LXVI.*

QVAERETVR, quare dixit rex: Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras.

Dicendum, quòd innuitur hic incarceratio eius, qui non habuit vestem nuptialem, incarcerati autem solent ligari pedibus, aut manibus, aut vtroque: damnati autem non sic incarcerabuntur, sed per similitudinem. Et dicunt aliqui quòd ligatio ista est condemnatio iudicialis: nam qui condemnatur dicitur ligari, qui non condemnatur dicitur absolui a ligamine, quo tenetur: sic dicit Gregorius: Ligantur tunc pedes, & manus per districtionem sententiæ, qui modo a prauis operibus ligari voluerunt.

C Alij dicunt, quòd istud ligamen sit prauarum cogitationum, & actionum, quibus quis ligatur, vt proijciatur in tenebras exteriores. Sic dicit Augustinus 8. lib. de Tri. scilicet, Prauarum vero, atque distortarum voluntatum implicatio vinculum est, quo alligatur, qui hæc agit, vt proijciatur in tenebras exteriores.

Aliter potest dici, & melius, quòd ligari tunc pedibus, & manibus erat fieri alligatum pęnis, ita quòd nullatenus illas possit euadere, & quia homo solet se adiuuare contra nociua manibus repellendo illa, aut pedibus recedendo de loco, in quo nociua sunt: dicitur, quòd erunt manus, & pedes ligati, quia neutro modo se adiuuabunt damnati contra pœnas, sed necesse erit illas tolerare. Sic dicit Gregorius. Tūc Deus

D ligat in pœna quos modo a bonis operibus ligauit culpa.

Adhuc etiam intelligi potest de cohibitione a malis operibus, scilicet, quòd nunc mali operantur mala ad libitum, tunc autem non poterunt mala operari: malum autem dupliciter efficimus, scilicet, malum committentes, & ad mala currentes. Vtrumque autem tunc impedietur, quia neque manibus poterimus alicui nocere, neque ad mala current, qui damnati fuerint, sed manebunt sustinentes pœnas debitas: vere autem tangitur hic conditio pœnarum inferni. Nam per modum cuiusdam alligationis patitur anima, quæ est spiritus, ab igne infernali corporeo, de quo magis dicetur infra 25. cap. cum agetur

E de pœnis inferni.

Quid est mitti damnatos in tenebras exteriores, & quæ sunt illæ tenebræ. Quæst. LXVII.

QVAERETVR, quid est mitti damnatos in tenebras exteriores, & quæ sunt illę tenebræ. Aliqui dicunt, quòd sunt istæ tenebræ quædam alienatio, & exclusio a Deo, ita vt illum nō cognoscant damnati: excęcatio enim intellectus tenebra est, sed peccatores quādiu hic manent patiuntur tenebras interiores: quia licet cōtra Deum errent nō recte cogitādo, q̄ de illo credēda sunt, aut q̄ sunt pp illū agēda, tn̄ nō penitus carent diuina cognitione, & ita tenebras patiunt,

C sed

ſed intra eum manent, & ideo iſtæ tenebræ interiores vocantur: cum autem damnatus quis fuerit prorſus priuatur diuina cognitione, & ideo tenebras patitur, & exteriores ſunt, i. quibus prorſus extra Deum eſt, has nunquàm patiũtur mali ante damnationem, quia quantumlibet mali ſint non priuantur omnimoda cogitatione de Deo. Sic tenet Auguſtinus, & Magiſter. 4. ſentent. diſtinct. 46. Quomodo autem damnati penitus poſſint carere diuina cogitatione, & an careant, & quid eſt quod facit illam non habere ſatis Magiſter tractat. 4. diſtinctione ſequens Auguſtinũ.

Secundo, & melius dicendum, quòd exteriores tenebræ ſunt locus tenebroſus: nam non eſt aliud dicere, quòd mittantur in tenebras exteriores, quàm ꝙ mittantur in carcerem, quia carcer eſt locus tenebroſus, & poſſunt vocari exteriores, quia tenebræ interiores ſunt, quas intra nos patimur, ſcilicet, tenebræ intellectus. Tenebræ exteriores ſunt, quæ extra nos ſunt, ſcilicet, in loco tenebroſo, & iſtæ ſunt tenebræ carceris, & in iſtas mittitur qui damnatus eſt. Nam tenebras interiores iam ſecum habet, ſic accipit Gregorius, ſcilicet, Tenebras interiores dicimus cęcitatem cordis: exteriores vero tenebras æternam noctem damnationis.

Tertio accipiunt aliqui, quòd tenebræ abſolute ſint ipſæ tenebræ inferni, & ibi ſint interiores, & exteriores. Interiores quidem ſunt profundiores, vbi maior eſt obſcuritas: exteriores vero propinquiores ſunt ad os inferni, & locum luctus, & ita in tenebras exteriores mittũtur, qui in minori damnatione ſunt. Sic dicit Chryſoſt. Per hoc deſignatur differentia tormentorum in peccatoribus: ſunt enim primæ tenebræ exteriores, interiores autem nouiſſimi loci, licet aliqui intelligant ex oppoſito, ſcilicet, quòd interiores ſint minores tenebræ, quàm exteriores, in quo non eſt inſiſtendum, dum tamen illę inæquales ſint, & per eas tormentorum differentia deſignetur. Aliter etiam accipit Chryſoſto. ligationem pro ligatione in erroribus, quos hic incidimus, & mitti in tenebras pro diuerſitate pœnarum, & loci inferni: ait enim quotiens Deus tentat Eccleſiam ſuam ingreditur ad eam, vt videat diſcumbentes, & ſi inuenerit aliquem non habentem veſtem nuptialem interrogat eum, vt quid factus es Chriſtianus, ſi hęc opera diligebas? Talem ergo Chriſtus tradit miniſtris ſuis, ideſt, aliquibus miniſtris ſeductionis, & ligant manus eius, ideſt, opera, & pedes, ideſt, motus animæ, & mittunt eum in tenebras, ideſt, in errores, vel gentium, vel Iudæorum, vel hæreſum. Propinquiores enim ſunt tenebræ Gentilium, quia veritatem ſpernunt, quam non audierunt, ſed exteriores Iudæorum, qui audierunt, ſed non crediderunt, ſed magis exteriores hæreticorum, qui audierunt, & didicerunt.

Sed dicendum, quòd ſecunda poſitio eſt verior, & melior, quia nihil ſignificatur hic, niſi incarcerari in inferno, & non fit differentia tenebrarum interiorum, & exteriorum in inferno ſecundum differentiam loci, ſed quicunque eſt in inferno, dicitur eſſe in tenebris exterioribus. Quod patet quia iſte, qui ſine veſte nuptiali inuentus eſt, deſignat omnes peccatores, vt dictum eſt ſupra, & iubetur mitti in (Quæſt. 61.) tenebras exteriores: ergo omnes peccatores mittentur in tenebras exteriores.

Secundo patet, quia nemo damnatur, niſi qui inuenitur ſine veſte nuptiali in die iudicij, ideſt, ſine charitate, vel gratia, & tamen inuentus ſine veſte nuptiali mittitur in tenebras exteriores, ergo omnes damnati ponuntur in tenebris exterioribus.

Tertio, quia ſi apud inferos poneretur differentia

F tenebrarum interiorum, & exteriorum, cum per iſtũ ſine veſte inuentum nuptiali deſignauerit Chriſtus condemnandos, qui mittuntur in infernum, non diceretur, quòd miſſus eſt in tenebras exteriores, ſed diceretur abſolutè, quòd miſſus eſt in tenebras, vt maneret locus diſtinguendi interiores, & exteriores, ſecundum differentiam demeritorum, & tamen dixit tenebras exteriores, ergo omnes tenebræ inferorum ſunt exteriores. Et ideo dicendum, quòd tenebras exteriores vocauit ratione parabolæ ipſum carcerem, vt dictum eſt ſupra. (In q. 27.) Quantum ad ſenſum autem literalem nihil ſignificatur hic per tenebras exteriores, niſi locus tenebroſus inferni in quacunque parte eius ſit, & non aliqua diſtinctio tor-G mentorum. Sic dicit Origenes: Non ſolum reiectus eſt a nuptijs, qui iniuriam nuptijs fecit, ſed adhuc miniſtris regis ſuper vincula conſtitutis ligatus in ceſſione, qua non eſt vſus ad bonum, & apprehenſoria virtute, qua nullum opus bonum impleuit, condemnatus eſt in loco ab omni lumine alieno, qui vocatur tenebræ exteriores.

Quare dicitur, quòd in tenebris exterioribus erit fletus, & ſtridor dentium. Quæſt. LXVIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd miſſo in tenebras exteriores eo qui ſine veſte fuit nuptiali erit ibi fletus, & ſtridor dentium.

H Dicendum, quòd iſtud ad literam erat verum ſecundum parabolam, quia ille, qui ſine veſtę nuptiali deprehenſus miſſus eſt in tenebras exteriores ſuſtinebit ibi ſtridorem dentium propter frigus, & fletum patietur propter abſentiam omnium bonorum, & præſentiam omnium malorum quæ ſuſtinebit: hoc autẽ Chriſtus inducit ad ſignificandum pœnas quas patiẽtur damnati in inferno, & licet ſint ibi multæ pœnæ, quales non ſunt apud nos, voluit illas innuere per iſtas pœnas, quas patiuntur hic homines in carceribus, & ob hoc Chriſtus ſæpe nominat iſta duo, ſcilicet, ſtridorem, & fletum, vt patet ſupra octauo capitu. de filijs regni qui eijcientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium, & ſupra I decimotertio cap. in parabola de ſagena miſſa in mare, & hic. Et hoc quia iſta ſunt multum commoda ad deſignandum pœnas inferni, & quia in inferno erit omne malum, ſicut in vita æterna eſt omne bonum, erit pœna inferni in omnibus membris, & ſenſibus, in quibus homo prauè delectatus eſt. Sic dicit Hieronymus. In fletu oculorum, & ſtridore dentium per metaphoram membrorum corporalium magnitudo oſtenditur tormentorum: manus quoque ligatas, & pedes, fletus oculorum, & ſtridorem dentium ad comprobandam reſurrectionis intellige veritatem. Vt illic dentes ſtrideãt, inquit Gregorius, qui de edacitate gaudebant: illic oculi defleant, qui per illicitas concupiſcentias hic verſabantur, quatenus ſingula K membra ſupplicio ſubiaceant, quæ hic ſingulis quibuſque vitijs ſubiecta ſeruiebant. Sed adhuc an ſecundum veritatem ſit fletus apud inferos, & ſtridor dentium, dubium eſt, de quo dictum eſt ſupra 8. cap. quæſt. 38. & magis declarabitur de hoc infra 25. cap. vbi agetur de pœnis inferni.

Quomodo eſt verum, & ad propoſitum Chriſti, quòd multi ſunt vocati, pauci electi. Quæſt. LXIX.

QVAERETVR, quomodo eſt verum, & ad propoſitum, quòd multi ſunt vocati, & pauci electi.

Dicendum, quòd quãtum ad metaphoram (In q. 39.)

tam eſt hoc verum, & ad propoſitum, vt oſtenſum eſt ſupra, & etiam quantum ad ſenſum, quem Chriſtus intendit ex metaphora eſt verum: inducta enim fuit iſta parabola ad ſignificandum vocationem ad fidem Chriſti, quæ vocatio ordinatur ad vitam æternam. Et eſt verum, quòd multi ſunt vocati, & pauci electi, accipiendo vno modo reſpectu vocationis inuitatorum, & aliorum: nam qui inuitati erant, ſcilicet, Iudæi vocati fuerunt ad fidem per Apoſtolos, & diſcipulos, & tamen non venerunt. Vocati autem dicuntur omnes illi, ad quos prædicatio fidei peruenit: Electi autem dicuntur omnes, qui ad fidem per prædicationem conuertuntur: Et recte electi dicuntur, quia Deus eligit illos, qui ad eum venturi ſunt: Nam licet Prædicator foris clamet nemo conuertetur ad fidem, niſi Deus interius corda tetigerit, ſic dicit Chriſtus Ioan. 6. Nemo poteſt ad me venire, niſi pater meus traxerit eum. & iſtud trahere eſt per gratiam, & vocatur gratia electionis, & quoniam ita eſt, quòd multis prædicatur fides, qui ad illam non conuertuntur, dicitur quòd multi vocati ſunt, ſed non ſunt omnes electi. Sic dicitur ad Romanos decimo capitu. Non omnes obediunt Euangelio: Iſaias enim dicit: Domine quis credidit auditui noſtro? quaſi dicat, Non omnes, & quia non prouenit hoc ex defectu prædicationis, ſequitur ibi: Nunquid non audierunt? Reſpondetur: Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in finem orbis terræ verba eorum. Et hoc verum eſt quantum ad Iudæos, quia illis prædicatum eſt, ſed conuerti noluerunt. Etiam quantum ad Gentiles, quia non fuerunt conuerſi omnes, qui audierunt prædicationem, ſed aliqui eorum perſequebantur prædicantes.

Quid vocati quidve electi ſibi velint.

Secundo poteſt intelligi reſpectu finis prædicationis, & conuerſionis: nam ideo prædicatum eſt Euangelium, vt omnes conuerterentur ad fidem, ideo autem conuerſio fit, vt per fidem ſalui efficiamur. Ioannis vigeſimo capitu. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei, & credentes vitam habeatis in nomine eius. Dicuntur ergo vocati quicunque per prædicationem conuerſi ſunt ad fidem, & tamen non ſunt omnes electi, quia non perueniunt omnes ad vitam æternam. Nam licet quibuſdam Deus det gratiam conuerſionis, non dat eis gratiam perſeuerandi in fide, vel in operibus fidei, & ita pereunt: eligere autem eſt dare gratiam iſtam perſeuerandi, & perueniendi. Dicitur eligere, quia ex multis aliquos accipit, quibus iſtam gratiam det, & non omnibus. De hoc dicit Gregorius: Nonnulli enim bona neque incipiunt, nonnulli vero in bonis, quæ inceperunt, minime perſiſtunt, tanto ergo ſibi vnuſquiſque ſolicite metuat, quanto ignorat, quæ reſtant.

Quid ſit eligere.

Dicendum autem, quòd licet vterque ſit conueniens ſenſus, tamē iſte ſecundus eſt melior, & quem intendit litera. Nam ex eo quòd multi venerunt ad nuptias, ita vt implerentur diſcumbentium, & non omnes manſerunt in eis, ſed qui non habuit veſtem nuptialem miſſus eſt in tenebras: concluditur, quòd multi ſunt vocati, & pauci electi, & tamen illud ſignat, quòd multi conuocantur in eccleſiam, & manent in ea nunc, & poſtea in morte mittuntur ad inferos: ergo intelligitur, quòd multi ſunt vocati ad eccleſiam, & incorporati in ea, qui non ſunt electi ad hoc, quòd habeant vitam æternam, ad quam ordinatur iſta eccleſiaſtica congregatio.

Sed obijcietur, quòd non conueniat hoc, quia dicitur, quòd multi ſunt vocati, & pauci electi, & tamen hic non ponitur niſi vnus miſſus in tenebras,

A qui non habuit veſtem nuptialem: ergo non bene cōcluditur, quòd pauci ſunt electi, immo multi ſunt vocati, & multi electi.

Dicendum vno modo, quòd exponendum eſt negatiuè, ſcilicet, multi ſunt vocati, pauci autem electi, ideſt, non ſunt omnes electi, qui ſunt vocati, cum vnus miſſus fuerit in tenebras de illis vocatis.

Secundo poteſt exponi, & melius, ſicut iacet, ſcilicet, quòd multi ſunt vocati, & pauci electi, quia plures de vocatis ſunt, qui nō eliguntur, quàm qui eligūtur, & hoc accipiendo vtroq; modo vocationē. Nā ſi accipiatur primo modo de dictis p̄ced.q. Verū eſt, ꝙ plures fuerūt vocati, q̃ electi, qa plures fuerūt, qbus p̄dicatū eſt Euāgeliū, & nō cōuerſi ſunt, q̃ illi, qui con-
B uerſi ſunt. Nā de Iudæis pauci conuerſi ſunt, & oēs ferè manſerunt infideles. De Gentilibus quoque, licet multi crediderint, multo plures tñ fuerunt, qui non cōuerſi ſunt tūc, ſed pauliſper iſta multitudo, q̃ nunc eſt credentiū creuit, qa partim nata eſt de illis paucis, qui a principio crediderunt, partim aūt p ſucceſſionē temporū alij conuerſi ſunt, qui a principio conuerti noluerant, & tñ tunc cū pręḍicabatur, plures erāt qui audientes non conuertebantur, q̃ qui audiebāt, & cōuertebantur. Accipiēdo ſecūdo modo ēt eſt verū, qa vocant̄ multi ad fidē, i. cōuertuntur ad eā, & tñ pauci ſunt electi, qa pauciores ſaluātur de Chriſtianis, q̃ ſaluentur, vt eſt cōis poſitio, & ſatis veriſimilis. Et hoc aliqualiter innuitur Pſal. 39. ſ. Annunciaui, & locutus ſum, & multiplicati ſunt ſuper numerū, i. annuncia-
C ui fidē pręḍicādo, & multiplicati ſunt, ſ. credentes ſuper numerum, ideſt, vltra numerum electorum.

Sed obijcietur, quòd omnes, qui conuertuntur ſaluentur, & ita ſint electi, quia dicitur Actuum decimotertio, audientes gentes gauiſæ ſunt, ſcilicet, de pręḍicatione fidei. Et ſequitur. Et glorificabant verbum, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam, ideſt, electi.

Dicendum, quòd multi conuerſi ſunt, qui perierunt, ſed dicitur, quòd crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam, ſed non dicitur quotquot crediderunt erant præordinati ad vitam, & illud verū eſt, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. ad Hebræos vndecimo capitu. & quia multi erant de gen-
D tilibus quos Deus præelegerat ante mundi conſtitutionem, vt eſſent ſancti, & immaculati cum eo ad Ephe. primo capitu. & in illo ſtatu non poterant ſaluari, quia extra Eccleſiam nullus omnino ſaluatur. extra de ſumma trin. capitu. firmiter: oportuit, quòd ad fidem, & vnitatem Eccleſiæ venirent, & iſti erant, qui credebant, quando prædicabatur eis, & tamen cum iſtis conuertebantur multi alij, qui non erant præordinati ad vitam: ſed de illis, qui conuerti nolebant erat verum, quòd non erant præordinati ad vitam: nam ſic manentes ſaluari non poterant: potiſſime cum litera dicat ibi, quòd crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam, ergo manet, quòd multi conuertuntur, qui non ſaluantur: immo plu-
E res de his, qui conuertuntur, ſunt qui non ſaluantur.

Extra Eccleſiā nullus ſaluat.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd multi ſunt, qui intra Eccleſiam manent ſine veſte nuptiali, & in morte mittentur in tenebras inferni per Deum, & tamen multitudinem illam deſignauit Chriſtus in parabola iſta per vnicum hominem non habentem veſtem propter cauſam dictam ſupra, & tamen licet de vno ponatur Chriſtus innuit, quod nos intelligimus tales eſſe multos, ſcilicet, ꝙ de vocatis, & incorporatis Eccleſiæ plures ſunt ſine veſte nuptiali, quàm cum illa, & ideo ex ſuppoſito illo concludit, quòd multi ſunt vocati, & pauci electi.

Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces: & non est tibi
Mar.12. cura de aliquo: non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum ait: Quid
Rom.13. Mar.12. Luc.20. Act 23. me tentatis hypocritę? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

Hic ostenduntur Iudæi contradictores diuinæ veritatis ipsam impugnando: & diuiditur in tres partes, quia primo impugnauerũt Christum de veritate doctrinæ, ibi. *In illa die accesserunt*. Secundo de veritate vitæ, ibi. *Pharisæi autem audientes*. Prima in duas, quia primo ponitur Pharisæorum fallax interrogatio. Secundo ipsius Christi vera responsio, ibi. *Cognita autem Iesus nequitia*. Circa primum dicitur. *Tunc abeuntes Pharisæi*. Scilicet, Postquàm Christus dixit istam parabolam contra principes sacerdotum, & Pharisæos, seniores, & Scribas, dicitur abeuntes, scilicet, recedentes de loco, in quo cum Christo erant. Nam audiebant parabolas, quas ille contra eos dicebat, *Consilium inierunt*. Idest, Fecerunt inter se. Nam sine consilio non putabant se præualituros. *Vt caperent eum*. Vt deciperent, vel tenerent in contradictione aliqua, ita vt non posset respondere. *In sermone*. Idest, Per artem verborum volebant eum tenere, & non violenter capiendo, & mittendo manus in eum, quia hoc non audebant. *Et mittunt ei*, Idest, Ad eum. *Discipulos suos*. Scilicet, Non iuerunt Pharisæi, sed discipulos suos miserunt. *Ad quærendum, & tentandum cum Herodianis*. Isti Herodiani Pharisæis fauebant, ideo iuerunt cum discipulis eorum ad Christum. Qui autem sint Herodiani infra dicetur. *Dicentes*. Scilicet, Discipuli dicentes, quia illi locuti sunt ista verba, licet illa dederant eis Pharisæi in mandatis, vt dicerent. *Magister*. Erat enim Christus Magister, quia docebat populum prædicando. *Scimus quia verax es*. Verba ista quamquam vera sint, adulatoria tamen erant, & ad decipiendum composita. Et dixerũt scimus quia verax es, idest, pro nullo homine mendacium diceres. *Et viam Dei in veritate doces*. Scilicet, Doces viam colendi Deum, & perueniendi ad ipsum: & in hac non mentiris, neque fallieris in aliquo. *Et non est tibi cura de aliquo*. Idest, Nihil facis propter acceptionem personarum, vnde veritatem non peruerteres pro aliquo homine. *Non enim respicis personam hominum*. Declaratio est præcedentis dicti, idest, respicis Deum, vel veritatem, & non hominem. Sed quicunque sit pro quo, vel contra quem loqui debeas, non est tibi curæ. *Dic ergo nobis*. Postquàm posuerunt ea, per quæ ostendebant conueniens esse petere ab eo dubium istud, incipiunt proponere illud. *Quid tibi videtur*. Scilicet, De hoc, quod quærimus. *Licet censum dari Cæsari, an*

F *non?* Idest, Nunquid est licitum nobis, qui Iudæi sumus dare tributum Cæsari, qui Gentilis est? Cęsar enim tunc Iudęos regebat sub dominio suo eos tenens.

Cognita autem Iesus nequitia eorum. Hic ponitur
responsio Christi contra Pharisęos. Et primo osten-
dit motiuum illorum ad quęrendum esse malum. Se-
cundo ostendit id, quod in quęstione est verum, &
dicitur: Cognita nequitia eorum, scilicet, quòd non
quęrebant desiderio sciendi veritatem, sed capiendi
Christum in sermone, vt dicitur supra in litera. *Ait*
quid me tentatis hypocritę? Contumelia est, quia eos hy-
pocritas vocat, quod ad iniuriam pertinet. Et dixit
quid me tentatis, idest, ad tentandum me, & capien-
G dum in sermone dicitis hęc verba, & non ad scien-
dum veritatem. *Ostendite mihi numisma census*. Quasi
dicat, Ex denario apparebit solutio quęstionis. Et po-
test accipi numisma, idest, figura nummorum, vt di-
catur: ostendite figuram denariorum. Vel accipitur
numisma, idest, nummus. Et est sensus: ostendite nu-
misma census, idest, nummum qui soluitur pro cen-
su. Et iste est melior sensus, quia dicitur numisma cen
sus, & non numisma denarij. *At illi obtulerunt ei dena-*
rium. Idest, Vnum nummum qui valebat decem mi-
nutos nummos. *Et ait illis Iesus. cuius est imago hæc*. Est
sensus, quòd Christus accepit denarium in manu, & de
considerauit imaginem quę in eo sculpta erat, & de
illa quęsiuit cuius erat, vt illi responderent. *Et super-*
H *scriptio*. Idest, Literę quę sunt supra imaginem, vel in
circuitu eius, sicut in nostris denarijs sunt imagines
regum. & in circuitu est vna linea literarum conti-
nens nomen regis, & dignitatem. *Dicunt. Cæsaris*. Id-
est, quòd erat imago Cęsaris, scilicet, Romani Impe-
ratoris, & superscriptio erat nomen Imperatoris.
Tunc. Scilicet, Quando dixerunt, quòd erat imago
Cęsaris. *Ait illis*. Idest, Discipulis Pharisęorum. *Red-*
dite ergo. Consequentiam facit, idest, quia sic est, quòd
est imago ista, & superscriptio Cęsaris. *Quæ sunt Cæ-*
saris, Cæsari. Idest, Non est iniustum, quòd soluatis
istum censum Cęsari cum ista moneta, quam solui-
tis sit illius. *Et quæ sunt Dei, Deo*. Idest, Cuilibet reddi-
te quod est sibi debitum, neque est inconueniens,
I quòd aliquid sit debitum hominibus, & aliquid sit
debitum Deo. *Et audientes mirati sunt*. Scilicet, Quan-
do discipuli Pharisęorum audierunt responsionem
ita manifeste, & plane conuincentem, mirati sunt,
quomodo potuerit euadere laqueum, quem ipsi in-
struxerant ad eum capiendum in sermone: nam ar-
gumentum cornutum est istud. *Et relicto eo abierunt*.
Idest, Quia non potuerunt eum capere in sermo-
ne, sicut putauerant, neque iam sciebant quomo-
do contra eum arguerent videntes se confusos abie-
runt.

An ista fuerunt facta post præcedentem parabolam statim. Quæst. LXX.

K QVAERETVR, an ista, quę habentur hic, fuerint facta post pręcedentem parabolam, & an statim, vel interposito aliquanto tempore.

Ad primum dicendum, quòd est ordo rectus, quia prius fuit posita parabola de inuitatis, deinde fuit facta ista quęstio Christo. Et patet primo, quia nunquàm est recedendum ab ordine literę sine causa manifesta, & tamen hic nulla causa est, ideo dicendum est, quòd talis ordo fuerit, qualis ex litera apparet. Secundo patet, quia eundem ordinem tenent cæteri Euangelistæ. Marcus enim, & Lucas istud referunt, & ponunt sub eodem ordine,

Aliq ignorantes ex hoc tex. inferũt, q̃ dominiũ Cæsaris est de iure diuino, sed q̃ insipienter loquantur, non opus est exprimere cũ liquido cõstet esse falsum: imo Cæsareus principatus a principio fuit tyrãnicus, teste Cicerone i Philip. qui laudat interfectores Iulij Cęsaris

dine, quia poſtquàm dicunt, quomodo voluerunt mittere manus in Chriſtum principes ſacerdotum, & ſeniores pro parabolis, quas contra eos dicebat adiungitur, quòd fecerunt conſilium contra eum, quomodo caperent in ſermone illum, Lucæ 20. & Mar. 12. cap. Ad ſecundum dicendum, quòd iſtud ſtatim factum eſt, ſcilicet, mox, vt Chriſtus dixit parabolas præcedentes,quod patet ex litera,ſcilicet,tūc abeuntes Phariſæi,ideſt,quando facta ſunt ea,quæ habentur ſupra de parabolis propoſitis contra illos.

Quomodo iſti Phariſæi abierunt, & quare. Quæſt. LXXI.

QVAERETVR, quomodo iſti abierunt, & quare. Ad primum dicendum, quòd iſti erant cum Chriſto, quando proponebat omnes parabolas præcedentes: nam vt habetur præcedenti cap.principes Sacerdotum,& Scribæ iuerunt ad Chriſtum docentem, quærētes in qua poteſtate hæc faceret, & tunc poſtquàm reſpondit eis cœpit proponere parabolas contra illos vnam de duobus filijs,aliam de agricolis,& vinea,& poſt illam iſtam de inuitatis. Et dum omnia hæc diceret Chriſtus,aderant ei principes ſacerdotum,& cæteri: dictis autem illis receſſerunt a Chriſto, & ita potuerūt abire,ſcilicet,quia ante hoc cum eo fuerant.

Ad ſecundum dicendum, quòd abierunt primo, quia iam nihil cum Chriſto facturi erant, ideo non erat ad quid manerent cum eo. Secundo, & præcipue,quia confuſi erant: nam Chriſtus dixerat contra eos omnes iſtas parabolas, in quibus eos accuſabat: nam in prima dixit, quòd meretrices, & publicani præcederent eos in regno Dei. In ſecūda, dixit quòd auferretur ab eis regnum Dei,& daretur genti facienti iuſtitiam eius.In præcedenti autem dixit ciuitatem eorum exurendam,& ipſos occidendos velut homicidas,& ita non poterant iam ſuam confuſionem ſuſtinere. Tertio,quia volebant ire, vt ſeorſum manentes conſilia ſtruerent contra Chriſtum, & hoc litera innuit,ſcilicet,abeuntes conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone.

Quomodo dicitur,quòd Phariſæi abierunt,vt conſilium inirent cum ibi non eſſent. Quæſt. LXXII.

QVAERETVR, quomodo dicitur, quòd Phariſæi abierunt, vt conſilium inirent: nam Phariſæi non erant ibi, ideo non poterant abire ad conſiliandum.

Dicendum, quòd Phariſæi erant ibi, & audierunt parabolas præcedentes, quæ etiam contra eos dicebantur, ſicut contra principes Sacerdotum, & ideo abierunt.Sed obijcietur,quòd iſti non venerunt contra Chriſtum,ſed ſoli principes ſacerdotum,& ſeniores populi:iſti enim dicuntur acceſſiſſe ad eum docētem,præcedē.cap. Dicendum,ꝙ alij etiā erant ibi,ſed Matthæus omiſit alios noīare, ſicut multa alia omittit ipſe,& quilibet Euangeliſtarū,& ſolet vnus omittere aliqua,quæ alius exprimit. Et patet hoc,quia vbi Matthæus dicit, ꝙ acceſſerūt principes ſacerdotum, & ſeniores populi,dicitur Mar. 11. cap. ꝙ acceſſerunt ſummi ſacerdotes, & ſcribæ, & ſeniores: ita ergo de Phariſæis. Dicendum eſt,ꝙ licet non exprimatur ibi, acceſſerunt tamen & ipſi ad Chriſtum, & patet quia ipſemet Matthæus poſtea expreſſit in fine præcedentis cap.ſ.cum audiſſent principes ſacerdotū,& Phariſæi parabolas eius cognouerunt,ꝙ de ipſis diceret, & ita Phariſęi interfuerūt illis parabolis,& ēt iſti de inuitatis,& audita ea receſſerūt, vt cōſiliū inirēt cōtra eū.

A *Quare potius dicitur de Phariſæis, quòd abierunt, vt inirent conſilium contra Chriſtum, quàm de ſcribis, & principibus ſacerdotum. Quæſt. LXXIII.*

QVAERETVR, quare potius dicitur de Phariſæis,quòd abierunt,vt inirent conſilium contra Chriſtum, quàm de cæteris, cum nunc eſſent ſimul principes ſacerdotum,& ſeniores,& Scribæ,& Phariſęi.Dicendum,quòd omnes iſti abierunt, & non ſolum Phariſæi: nam omnes hi erant cum Chriſto,& audiebant parabolas,vt dictum eſt præcedenti quæſt. & nunc cū nihil acturi eſſent cum Chriſto oportet dici,quòd omnes recederent. Niſi fortè aliquis dicat, quòd manſerūt principes ſacerdotum, B & Scribæ, & ſeniores cum Chriſto, & abierunt ſoli Phariſęi ad iniendum conſilium.Sed non ſtat:primò quia nō eſt veriſimile, quòd manerent iſti cum Chriſto recedentibus Phariſæis, quia non erat aliquid ad quod manerent. Secundo, quia litera Marci 12. & Lucæ 20. innuit receſſiſſe omnes iſtos a Chriſto, ſcilicet, cognouerunt, quòd ad eos parabolam hanc dixerit, & relicto eo abierunt. Tertio, quia Phariſæi poſtquàm receſſerunt miſerunt diſcipulos ſuos ad Chriſtum,vt quærerent de cenſu dando Cæſari,& tamen ſi manerent principes ſacerdotum, & ſcribæ,& ſeniores cum Chriſto non erat veriſimile, quòd diſcipuli Phariſæorum in conſpectu eorū aliquid quæ- C rerent a Chriſto. Quarto,quia innuitur, quòd quando diſcipuli Phariſæorum iſtud quæſierunt a Chriſto, innuitur quòd nemo erat præſens, niſi populus, Lucæ vigeſimo, ſcilicet, & non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in verbo eius tacuerunt, & tamen ſi principes ſacerdotum, ſcribæ & ſeniores eſſent ibi,quādo diſcipuli Phariſæorum iſtud proponerent, non dicerentur proponere coram ſola plebe, ideo non erant ibi illi, ſed omnes abierant.

Suppoſito autem, quòd omnes receſſerunt, manet dubium,quare potius Phariſæi,quàm cæteri iuerunt ad iniendum conſilium contra Chriſtum.

Dici poteſt vno modo, quòd Phariſæi hoc fecerunt, quia licet cæteri perſequerentur Chriſtum, ta- D men Phariſæi magis perſequebantur eum. Et patet hic in conſilio iſto. Patet etiam infra in litera: nam iterum dicitur, quòd Phariſæi audientes quòd ſilentium impoſuiſſet Saducæis conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis. Sic etiam Ioan.vndecimo, in tractatu de morte Chriſti magis nominantur iſti Phariſæi cum principibus ſacerdotum, quàm Scribę, & ſeniores, licet illi etiam conſiliati fuerint in morte Chriſti. Phariſæi magis perſequebant Chriſtū, ꝙ ſacerdotes & cæteri Iudæi.

Secundo poteſt dici, quòd non ſoli Phariſęi inierunt conſilium iſtud,ſed omnes illi,qui prius congregati erant contra Chriſtum, ſcilicet, principes ſacerdotum, & Scribę, & ſeniores, & Phariſęi. Et ita in- E nuitur Marci duodecimo cap. ſcilicet, Et relicto eo abierunt, & mittunt ad eum quoſdam de Phariſęis. Et hoc magis innuitur Lucę vigeſimo cap. ſcilicet, Et quęrebant principes ſacerdotum, & Scribę mittere in illum manus, & timuerunt populum, & obſeruantes miſerūt inſidiatores: & ita principes ſacerdotum,& Scribę erant, qui miſerunt iſtos inſidiatores,& ipſi conſilium inierunt, & non ſoli Phariſęi.

Sed tenendo iſtam poſitionem, quę verior videtur,petitur quare dicitur,quòd Phariſęi hoc fecerūt, cum omnes hoc fecerint.

Dici poteſt vno modo, quòd plurimi iſtorum erant Phariſæi, & ideo attribuitur eis id, quod omnes faciebant. Secundo fuit, quia Phariſæi erant magis ſoliciti ad hoc quàm cæteri, & erant acrio-

res hostes Christi; & ratio esse videtur, quia ipsi erāt, F
qui maiorem sanctitatem in populo simulabant, & qui in maiori opinione a populo tenebantur; & ideo magis eis deperibat de honore viuente Chrō quàm cęteris, & ob hoc magis mortem eius cupiebant, & cum maiori solicitudine illam tractabant.

Quare Pharisæi, & cæteri consilium contra Christum inierunt. Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR, quare Pharisæi & cęteri consilium inierunt contra Christum.

Dicendum, quòd fuit primò, quia ipsi videbant, & agnoscebant Christum esse virum valde prudentem, & ideo non poterant eum decipere, nisi in re, quæ haberet magnam verisimilitudinem: talis aūt G
non occurrit subito homini, sed per multam cogitationem: ideo habenda est magna cogitatio, & hoc est consiliari.

Secundò, quia vt dicitur in litera volebant eum capere in sermone, & ad hoc requiritur magnum ingenium, & res excogitata: ideo consilium fecerunt.

Tertiò, quia sæpe eos confundebat in responsionibus: cum enim illi proponerent aliquid, quod videbatur concludere ex necessitate, Christus subito respondebat dissoluendo argumenta, & calumnias eorum, vt patet quando quæsierunt ab eo, in qua potestate faceret præcedenti capitu. nam credebant quòd non posset ad hoc respondere. Etiam quando adduxerunt ad eum mulierem captam in adulte- H
rio, & quęsierunt an deberet lapidari, vel dimitti; erat enim argumentum cornutum, & quidquid responderet, videbatur contra eum debere militare, & ipse faciliter, & aperte respondit, scilicet. Qui sine peccato est, primum lapidem mittat in eam: Ioannis 8. cap. & ideo oportebat, quòd non proponerent Christo ad tentandum eum rem leuem, sed grauem: talis autem non occurrit homini sine cogitatione: ideo consilium inierunt ad hanc rem inueniendam. Sed tunc supposito, quòd consilium inire volebant contra Christum, quare abierunt ad consilium faciendum?

Dicendum, quòd etiam si non inituri essent consi-
lium contra Christum, abire debebant propter ratio I
nes positas supra, & tamen ex eo, quòd consiliaturi erant, expediebat quòd abirent. Primò, quia coram Christo non erat locus cogitandi, & inueniendi quid dicerent, quia quandiu cum illo manerēt, oportebat, ꝙ aliquid dicerent ei, vel aliquid audirent ab eo attente, sed nullum illorum compatitur secum inuentionem consilij: ideo non poterant manere cum illo.

Secundò, quia istud consilium inueniri debebat, & concludi ex communi cogitatione, & deliberatione, & discussione inter se Pharisęorum & principum sacerdotum, & scribarum, & seniorum, & ita debebant colloqui super re ista, quoadusque ex intentione omnium concluderetur, quòd esset conueniens me K
dium ad tentandum, sed ista collocutio illorum non poterat fieri coram Christo, sed ipsi secretè eam habere debebant: ideo debuerunt abire ad consilium faciendum.

Tertiò, quia ipsi deliberabant, quòd non proponerent ipsi quęstionem hanc, sed discipuli illorum, quos postea mitterent, vt dicetur in litera, & Marc. 12. & Lucæ 20. & ideo consilium non erat faciendum coram Christo, quia hoc erat si ipsimet proposituri erant quæstionem: ideo abire debuerunt, vt consiliarentur, & tunc mitterent, quos vellent ad proponendum quæstionem Christo.

Quare Pharisæi volebant tenere Christum in aliquo tentando eum. Quæst. LXXV.

QVAERETVR, quare Pharisęi, & principes sacerdotum volebant capere Christum, idest, tenere in aliquo tentando eum.

Dicendum, quòd fuit hoc. Primo, quia frustrati fuerant desiderio suo per vnam viam, & redire volebant ad illud per aliam: nam tentauerāt Christum supra isti, dicentes: In qua potestate hoc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? præcedenti capit. & non præualuerunt, sed fuerunt confusi: ideo non cessante iniquitate eorum licet coniuncta voluerunt tentare eum per alium modum. Sic dicit Chrysostom. Sicut si aliquis claudere voluerit aquę currentis meatum, si exclusa fuerit per aliquam violentiam aliunde sibi semitam quærit: sic Iudęorum malignitas ex vna parte confusa alium sibi aditum adinuenit.

Secundò fuit, quia dolebant se esse confusos, & abiectos & conuitijs saturatos in parabolis, quas Christus contra eos dixerat, scilicet, quòd meretrices pręcedent eos in regnū Dei, & ꝙ auferetur ab eis regnum Dei, & daretur alteri genti, & quòd ipsi, vt inuitati homicidę occiderentur, & ciuitas eorum succenderetur, ideo pro his volebant vicem reddere capientes eum aliquo modo, vt confunderent ipsum, & sic aliquam vindictam de eo sumerent.

Tertiò fuit, quia isti oderant Christum toto animo, & vita eius erat eis difficilis: ideo quidquid mali possent agere contra illum agerent, & ita voluerunt illum tenere, quia hoc erat illi magnum malum.

Quare potius voluerunt Pharisæi Christum in sermone capere quàm in alia re. Quæst. LXXVI.

QVAERETVR dato, quòd eum capere vellent, quare potius voluerunt eum in sermone capere quàm in alia re.

Dicendum, quòd capere eum erat afferre aliquam reprehensionem contra eum, ad quā ipse non posset respondere, & ita teneretur cōclusus. Hoc autem facere debebant, vel ex vita, vel ex doctrina, sed ex vita non poterant, quia manifeste erat vita sua sine crimine, iō ex vita nō potuerunt eū redarguere, & ob hoc q̄sierunt quid calumniarentur in doctrina, sed calumniari in doctrina est capere in sermone, cùm doctrina in sermone consistat: ideo conuenienter voluerunt capere in sermone quem aliter sciebant non posse capere.

Secundò fuit, quia volebant ei reddere vicem confundendo eum in illo, in quo ipse confuderat eos: nam quærentibus eis a Christo, in qua potestate hæc facis, confudit eos Christus cogendo ad hoc, vt suam ignorantiam confiterentur præcedenti capitulo. Desiderauerunt ergo ipsi aliam similem ignominiam ei inferre tenendo eum in sermone.

Tertiò, & principaliter dicendum, quòd voluerunt eum tenere in sermone, quem in rebus tenere non poterant: nam cum Christus dixisset multas parabolas contra Pharisæos indignati ipsi voluerunt eum tenere, & occidere, & tamen timuerunt populum astantem, præcedenti capitulo, & Marc. duodecimo, & Lucæ vigesimo, & ideo, cum non esset aliud, in quo eum tenere possent, voluerunt saltem tenere in sermone. & hoc expressum est, quod consilium inierunt, vt caperent eum in sermone, quia si diceretur absolutè, vt caperent eum, intelligeretur,

telligeretur, vt caperent personaliter, & incarcerarent, vel injicerent manus ad occidendum: ideo expressum est istud, quia illud facere non audebant.

Ad quid volebant Pharisæi capere Christum in sermone. Quæst. LXXVII.

QVAERETVR ad quid volebant Pharisæi capere Christum in sermone.

Aliqui dicunt vno modo, quòd faciebant ad habendum vindictam de eo, quòd passi erant: sæpe enim Christus redarguebat Pharisæos, & Scribas, & seniores conuincens eos errare: voluerunt ergo ipsi semel saltem eum in sermone capere conuincendo errare, vt in hoc vindictam haberent de omnibus confusionibus, quas passi fuerant.

Secundò dicunt aliqui, quòd fuit ad minuendum opinionem eius in conspectu plebis: ante prædicationem enim Christi, & miracula eius Pharisæi erant in magna opinione apud plebem tanquam viri religiosi: Christus autem ostendebat eorum iniquitates, vt patet sequenti capitu. vbi sæpe vocat eos hypocritas, & ita populus jam minus eos honorabat deuotus existens Christo, & approbans doctrinam eius, & opera. Cupiebant ergo Phariſęi conuincere Christum coram populó circa aliquam rem, vt erraret, vt sic concluderent, quòd tota doctrina eius, & opera fundabantur super errore, & inciperet populus eum abijcere, & rediret ad exhibendum honorem Pharisæis, sicut Christo faciebat, & hoc innuitur Lucæ vigesimo, scilicet. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe. Et ita significatur, quòd hoc intendebant, scilicet, redarguere eum coram plebe, sed non potuerunt.

Tertiò debet dici, & melius, quòd hoc faciebant ad occidendum illum, scilicet, vt caperent eum in sermone in aliquo errore, propter quem deberet occidi. Et hoc patet dupliciter. Primò, quia dicitur Lucæ vigesimo capitulo, & obseruantes miserunt insidiatores, vt caperent eum in sermone, & traderent eum principatui, & potestati Præsidis, sed tradere Presidi non erat, nisi ad mortem, quia ipsi non habebant potestatem occidendi quemquam Ioannis decimooctauo capitulo, & ita ad vltimum fecerunt, quia ipsum tradiderunt Pontio Pilato præsidi, vt illum occideret, & cum ille diceret eis. Secundum legem vestram iudicate eum. Responderunt illi: Nobis non licet interficere quemquam eodem capitulo. Et ita nunc volebant tentare eum capientes in verbo, vt traderent illum Præsidi ad hoc, quòd eum occideret.

Secundò patet, quia cum audiuissent parabolas eius contra se dictas indignati voluerunt mittere manus in eum præcedenti capitulo. & Marc. duodecimo: & Lucæ vigesimo: sed non ausi sunt timentes plebem eodem capitulo: & ideo quod non ausi sunt facere per seipsos voluerunt facere per Præsidem, & ad hoc voluerunt eũ capere in sermone, vt sic captũ traderent Præsidi ad occidendum. Sic dicit Beda. Principes quærentes Dominum comprehendere quod per se non poterant, præsidis manibus efficere tentabant.

Tertiò patet hoc ex quæstione, quam proposuerunt: erat enim ista ad mortem si responderet non esse soluendum censum, sicut illi credebant, quod responderet in fauorem gentis suæ. & ita ista fuit vera causa, scilicet, vt eum occidi facerent propter errorem, in quo eum capere cupiebant.

Quare Pharisæi non conati sunt capere Christum in facto, & non in sermone. Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR, quare Pharisæi non conati sunt capere Christum in facto redarguendo eum circa vitam suam, sicut voluerunt capere in sermone.

Aliqui dicunt, quòd hoc fecerunt, quia non erat aliquid reprehensibile in eo: nam peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, prima Petri secundo cap.

Dicendum, quòd verum est, quòd Christus nunquam peccauerit, neque erat in eo aliquid verè reprehensibile: & tamen Pharisæi de multis eum redarguebant interdum dicentes eum non esse a Deo, eo quòd non custodiret sabbathum: Ioannis nono, interdum dicebant, quòd manducaret cum publicanis, & peccatoribus supra nono, & Lucæ quinto, & aliquando dicebant, quòd erat vorax, & potator vini: ideo videtur quòd poterant obijcere ei aliquid istorum, & redarguere eum de hoc.

Aliqui dicunt, quòd ideo non obiecerunt, quia licet ista dicerent contra eum ex iniquitate Pharisæi: tamen non erant vera, & ita cum ille ea negaret, succumberent ipsi in probatione, & esset eis confusio, & non Christo, & ideo voluerunt eum in verbo capere.

Dicendum, quòd non stat: nam licet quędam obiectorum essent falsa, scilicet, quòd esset vorax, & potator vini, supra 11. cap. alia erant vera. s. ꝙ cum publicanis, & peccatoribus manducabat interdum, sicut patet qñ comedit in domo Matthęi supra nono cap. & ita poterant ista tanquam vera allegari.

Est igitur dicendum, ꝙ licet aliquid possent allegare Pharisęi contra vitam Christi quod apud eos iudicatur malum, vel imperfectio: tñ nõ allegauerunt, qa ipsi volebant nunc capere Christum in sermone, vt facerent illum occidi, vt dictum est preced. q. ista tñ quę ꝯ Christum ipsi allegarent, vt manducare cum publicanis, & similia, licet apud eos minueret aliqd de honore, & fama: tñ non erat morte dignum, & ideo non curauerunt talia allegare, sed solum voluerũt eũ capere in sermone, vt diceret aliqd pp qđ eẽt mortis reus.

Quare Pontifices & cæteri non venerunt ad proponendũ Christo quæstionem suam, sed miserunt alios. Qõ. LXXIX.

QVAERETVR, quare isti s. Pontifices, Scribę, Seniores, & Pharisæi, vel aliqui eorum non venerunt ad proponendum Christo quęstionem istam, sed miserunt alios: nam dicitur & mittunt ei discipulos suos cum Herodianis. Dicẽdum, ꝙ fuit primo pp timorem confusionis: nam in omnibus quę quæsiuerant a Christo tentantes superati fuerant, & ideo timẽtes nunc sic confundi non iuerunt, sed miserũt alios. Secũdò fuit pp turbam: viderat enim turba qñò principes sacerdotum, Scribę, & Pharisęi, & seniores populi confusi fuerant in qõne, quam fecerant ꝯ Christũ, & ꝙ Chr̃s multa mala ꝯ eos dixerat in parabolis, & iõ illi indignati fuerãt: nũc verò si redirẽt ad q̃rẽdũ aliqd a Chr̃o, putaret populus, ꝙ aĩo vindictę fiebat, & nõ pmitteret, sed turbaret q̃rẽtes. Tertiò & pręcipuè fuit, vt esset locus fraudi: nam volebãt eũ capere in sermone, & ad hoc oportebat ꝙ nihil mali suspicarẽt Chr̃s inquirentibus, quia aliàs non possent decipi, Si aũt venirent ipsi, qui nunc cum Chr̃o erant, & ꝯ quos locutus fuerat, non esset locus fraudi: tum quia Christus fortassis nollet eis rñdere, quia appareret, ꝙ iniquo aĩo agerent, tum quia dato ꝙ rñdere vellet,



iam sciens, quòd tentare eum vellent, caueret verba eorum, & non possent ipsum capere in sermone, oportuit ob hoc ergo mitti alios, & debuerunt esse tales, de quibus verisimiliter non præsumeretur, ꝙ tentare vellent, sed essent viri boni, & iusti; & ita fecerunt. Sic dicitur Lucæ vigesimo capitulo, scilicet, & obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, & caperent eum in sermone. Et ista est vera causa.

Qui erant isti, qui missi fuerunt ad quærendum. Quæst. LXXX.

QVAERETVR, qui erant isti, qui missi fuerunt ad quærendum.

Dicendum, quòd sicut litera dicit fuerunt discipuli Pharisæorum venientes cum Herodianis. Dici potest vno modo, quòd non erant illi Pharisæi, sed discipuli Pharisæorum, vt dicitur hic, & tamen Mar. duodecimo capitu. dicitur quosdam ex Pharisæis, idest, de hominibus Pharisæorum, qui erant famuli eorum, vel ministri: non tamen erant Pharisæi.

Sed dicendum est, & melius, quòd illi, qui missi sunt erant Pharisæi: & ita litera Mar. duodecimo stabit sicut iacet, scilicet, quòd verè essent Pharisæi. Cum autem dicitur hic, quòd erant discipuli Pharisæorum concedendum est etiam, eo quòd discipuli Pharisæorum Pharisæi sunt, sicut discipuli Philosophorum Philosophi sunt: & discipuli Geometrarum Geometrę, quia Pharisæus non dicit progeniem, sed sectam. Erant enim Pharisæi, qui sequebantur certam formam viuendi, de qua declaratum est supra tertio capitulo, quæstione sexagesimatertia: discipuli autem Pharisæorum erant, qui sequebantur eandem doctrinam, quia aliàs non dicerentur eorum discipuli, qui non addiscerent ab eis: ergo omnes discipuli Pharisæorum erant Pharisæi.

Dicetur ergo quare cum essent Pharisæi non vocauit eos Pharisæos, sed Pharisæorum discipulos.

Dicendum, quòd hoc fecit, quia non erant aliqui istorum, qui consilium inierunt, sed alij Pharisæi missi ab eis. Erant enim isti Pharisęi de præcipuis, qui cum principibus Sacerdotum fuerunt, quando audierunt parabolas, & iuerunt nunc ad consilium faciendum, quomodo Christum caperent in sermone, & alios minores Pharisæorum miserunt, qui vocantur hic discipuli Pharisæorum. De istis discipulis Pharisæorum patet Marc. secundo capitulo, scilicet, erant discipuli Ioannis, & Pharisęorum ieiunantes, & veniunt ad illum, & dicunt: quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieiunant, tui autem non ieiunant?

Pharisæi erãt tũc, sicut modo sunt fratres, q suis cęremonijs, & habitu ostendunt se religiosiores cęteris de populo.

Considerandum autem, quòd isti discipuli Pharisęorum habebant aliquas cęremonias speciales, quę ostenderent eos religiosiores cęteris de populo: & erat hoc præcipue in ieiunijs, & orationibus, nam corporalem munditiam exteriorem in lotionibus frequentatis, licet nimis haberent Pharisæi: tamen etiam alij Iudæi obseruabant tenentes traditiones seniorum Mar. septimo capitulo, sed in ieiunijs, & orationibus ab alijs differebant, nisi a discipulis Ioannis, cum quibus multum conueniebant in vtroque. De ieiunio patet vt supra Mar. secundo capitulo, scilicet. Erant discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieiunantes. De orationibus patet Lucæ quinto capitulo, scilicet, quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter autem & Pharisęorum, tui autem edunt, & bibunt?

F *Qui erant isti Herodiani. Quæst. LXXXI.*

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd venerũt nunc discipuli Pharisæorum cum Herodianis ad tentandum Christum. qui erant isti Herodiani.

Dicendum, quòd Herodiani ab Herode dicuntur. Quidam tamen dicunt illos esse, qui circa Christum errabant putantes Iesum esse Ioannem Baptistam, & vocantur Herodiani, quia Herodes hanc opinionem tenebat: ille enim dixit quando audiuit miracula Christi, quòd erat Ioannes Baptista, qui surrexerit a mortuis supra decimoquarto, & Marc. sexto capitulo.

G Sed dicendum, quòd istud non stat. Primò, quia isti Herodiani inducuntur hic, vt inimici Christi cũ secum eos duxerint Pharisęi ad tentandũ Christũ & tradẽdũ eũ præsidi: si tñ putarent Iesum esse Ioannem Baptistam resurgentem a mortuis non persequerentur eum, sed venerarentur: ideo non erant illi. Secundò patet, & clarius, quia tunc Herodiani non possent esse vsque post mortem Ioannis Baptistę aliquanto tempore postquam Herodes dixit, quòd Ioannes surrexerat a mortuis, & virtutes operabatur in illo, & inde oriretur opinio Herodianorum, & tamen ante mortem Ioannis Baptistæ erant iam Herodiani: ergo non vocantur sic Herodiani. Patet hoc, quia Mar. tertio capitulo: dicitur exeuntes Pharisæi

H cum Herodianis consilium faciebant contra eum, quomodo eum perderent. De morte tamen Ioannis, & opinione illa Herodis de Christo dicitur Mar. sexto capit. scilicet, & audiuit Herodes rex: manifestum enim factum est nomen eius, & dicebat, quia Ioannes Baptista surrexit a mortuis.

Secundò dicunt aliqui, quòd Herodiani erant milites Herodis, qui ab Herode vocantur Herodiani: & isti poterant nunc ire cum discipulis Pharisęorum ad Christum, quia hoc tempore erant in Ierusalem, quia istud fuit per duos, vel tres dies ante passionem Christi. s. die martis hebdomadę in ramis palmarum. s. in illa die, qua principes sacerdotum quęsiuerunt a Christo, in qua potestate hoc facis, præced. cap.

I & tñ tpe passionis erat Herodes in Ierusalem Lu. 23. cap. nam ad eum missus est Christus a Pilato, & cum illo erant sui, qui vocantur Herodiani. Sic accipit Beda, & Theophilus. Tertiò dicunt aliqui, ꝙ Herodiani erant illi, qui soluebant tributa Romanis: Cęsar enim fecit Iudæos tributarios, & Herodẽ præfecit in Iudæa, vt cogeret homines ad tributa soluenda, quidam aũt Iudæorum resistebant solutioni: alij aũt sponte soluebant, & istos vocabant Iudæi Herodianos. s. ꝙ conformabantur voluntati Herodis. Sic dicit Hierony. Cęsar Augustus Herodem filium Antipatris alienigenã, & proselytum regem Iudæis constituerat, qui tributis pesset, & Romano pareret imperio. Mittunt ergo Pha-

K risęi discipulos suos cum Herodianis. i. militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisæi, quia Romanis tributa soluebant, Herodianos vocabant, & non diuino cultui deditos.

Multi putantes Herodem esse Messiam.

Quartò vocantur Herodiani illi, qui putabant Herodem esse Messiam, quod multi putabant errantes, eo quòd defecerat progenies regalis in Iudæis, nam dixerat Iacob, ꝙ nõ deficeret sceptrum de Iuda, & dux de fęmore eius, quousque veniret, qui mittendus est, idest, Messias, & quia iam defecerat progenies illa, & statim successit Herodes in regno, putabant Herodem esse Messiam: hæc autẽ insania erat, quia Messias futurus erat de stirpe Dauid, & tñ ipsi cõfitebantur Herodem esse alienigenã, & cessasse totã progeniem regalem. Isti autem Herodiani venerunt

nunc

nunc cum Pharisæis ad tentandum Christum. Sic dicit Theophi. Herodiani dicuntur milites Herodis regis, hęresis nanque quædam noua surrexerat, quæ Herodem Christũ esse dicebat: Prophetia enim Iacob innuebat, quòd quando deficerent principes de Iuda, tunc Christus veniret, & quia Herodis tempore nullus superesset Iudaicorum principum, sed ipse solus regnabat alienigena existens, quidam ipsum Christum esse putabant, & heresim constituerunt. Isti tres modi vltimi satis sunt verisimiles, & tamen quartus verisimilior est.

Quare nunc Pharisæi adduxerunt Herodianos ad tentandum Christum. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR, quare nunc Pharisęi adduxerũt Herodianos ad tentandum Christum.

Aliqui dicunt, quòd fuit ad facilius tentandum, quia Herodiani erant homines ignoti: & ideo contra illos minus præsumeret aliquid mali. Sic dicit Glo. mittunt discipulos suos cum Herodianis tanquã ignotis hominibus, vt facilius deciperent, & per illos eum caperent.

Sed dicendum, quòd non stat, quia non poterant putare Pharisæi Herodianos esse ignotos Christo, cum illi soliti essent eum persequi simul cum Pharisæis, vt patet Mar. tertio.

Dicendum, quòd venisse Herodianos erat valde conueniens intentioni Pharisæorum quomodocunque accipiantur Herodiani. Accipiendo enim pro militibus Herodis dici potest, quòd conueniebat ad duo. Primo, quia Pharisęi intendebant capere Christum in sermone, & tradere eum præsidi ad mortem pro errore suo, & quia Herodes erat rex tradendus erat ei. sic dicitur Luc. 20. vt caperent illum in sermone, & traderent illum principatui, & potestati præsidis.

Sed dicendum, quòd licet hoc quidam putent nõ stat, quia si Christ⁹ in aliquo peccaret morte dignus non erat iudicandus per Herodem. sed per Pilatum, qui erat præses prouinciæ: erat nanque Pilatus pręses Iudeę, & Ierusalem: Herodes autem nihil poterat in Ierusalem, & Iudæa, sed solum in Galilæa, cuius erat Tetrarcha Luc. 3. ca. Et patet hoc, quia licet tam Pilatus quàm Herodes essent in Ierusalem non ductus fuit a Iudęis ad Herodem, sed ad Pilatum, vt eum morti adiudicaret, & ille eum condemnauit, & dixit se habere potestatem hanc Ioan. 19. neque remisit illum Herodi, nisi quia audiuit, quod esset de Herodis potestate, idest, de Galilea Luc. 23. cap. & tamen Herodes cognito, quòd ad Pilatum pertineret iurisdictio, remisit illum Pilato, & ille eum adiudicauit morti eodem cap. Ideo non pertinebat ad Herodem punire nunc Christum pro delicto, & ita non ducerentur Herodiani ad hoc, quòd eum caperent pro errore, & ducerent ad Herodem.

Herodes non habebat iurisdictionem in Ierusalẽ, & Iudęa, sed solus Pilatus.

Secundò ergo dicendum, & melius circa hoc, ꝙ Herodes erat constitutus a Cęsare Augusto super tributa, vt colligeret illa, & cogeret Iudæos illa soluere, vt dicit Hieronymus. Pharisæi autem volebant nunc petere a Christo an liceret dari censum Cęsari, sicut quæsiuerunt, & putauerunt, quòd faueret genti suæ dicens non esset soluenda tributa, hoc autem dicendo offenderet Cęsarem, & etiam Herodem, qui colligebat tributa Cęsaris: & ideo duxerunt secum Herodianos, vt si ille diceret, quòd non licebat dari tributa Cęsari, statim raperent eum Herodiani, & traherent ad Herodem, vt illum occideret quasi repugnantem Cęsari quantum ad tributa, quæ Herodes colligebat, & manifestum est, quòd sicut ad ipsum pertinebat illa colligere, ita pertinebat cogere soluturos, & coercere, & punire quoslibet renitentes, & impedientes. Sic dicit Hieronym. Propter hoc autem suos discipulos, & Herodes milites simul mittunt, vt quodcunque dixerit deprehendatur, cupiebant autẽ magis eum aduersus Herodianos aliquid dicere: quia enim eum detinere non potuerunt propter turbas, voluerunt ei periculum immittere ex hoc, quòd esset publicis tributis obnoxius, idest, obnoxius pęnæ si diceret contra solutionem tributorum publicorum.

Accipiendo tertio modo Herodianos pro his, qui tributa sponte soluebant, etiam erat ad propositum, quia si illi audirent a Christo, quòd illicitum erat solui tributa Cęsari, dolerent se redargui, & conquererentur Herodi accusantes Christum, quòd impediret tributa Cęsaris, & ita Christus esset in periculo cum Herode, vel cum Pilato præside, ad vtrunque enim pertinebat vlcisci iniurias Cęsaris, & punire damna illius.

Accipiendo quarto modo est etiam ad propositũ, scilicet, quòd Herodiani, qui putabant Herodem esse Messiam erant inimici Christi, & quidquid mali possent molirentur contra eum, & istud fortassis est magis ad propositum, & verius quàm precedentia. Nam constat, quòd Herodiani oderant Christum etiam non existente ista quæstione tributorum, & quærebant malum aduersus eum, sicut & Pharisæi: immo erant participes Pharisæorum in nocendo Christo, sic dicitur Mar. 3. cap. s. & exeuntes Pharisæi statim cũ Herodianis consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent, & tamen tunc nihil agebatur de tributis, sed de obseruatione sabbathi, & curatione hominis habentis manum aridam sabbatho in Synagoga, quæ quæstio nihil pertinebat ad Herodem, aut Herodianos, qui fauebant tributis: & iõ sicut tũc acceperunt Pharisęi Herodianos in socios ad consiliandum contra Christum, quomodo eum caperent, ita & nunc iuerunt, vt caperent eum in sermone etiã si de tributis nihil agendum esset.

Quare isti Pharisæi, & Herodiani tentantes Christum dixerunt: Magister scimus, quia verax es &c. Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR, quare isti Pharisæi, & Herodiani tentantes Christum dixerunt: Magister scimus, quia verax es &c.

Dicendum, quòd isti intendebant capere Christũ in sermone, non poterant autem eum capere, nisi ipse putaret eos venire bono, & simplici animo ad eũ: nam si fraudulenter venire putaret, aut non responderet, aut caute responderet non aperiendo directè veritatem quæstionis, & tunc non esset eis locus calumniandi contra eum. Si autem crederet eos venire bono animo, aperiret eis veritatem quæstionis, dicens dandum esse censum, vel non, & in vtroque erat magna difficultas contra Christum. Ad hoc ergo conati sunt Pharisæi, & Herodiani, vt se tales simularent. Et primo simulauerunt hoc in exteriori modestia vultus, & habit⁹, & incessus quasi se bonos viros & iustos ostendentes. Sic dicitur Luc. 20. cap. s. Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt eũ caperent in sermone, idest, vt ostenderent se desiderio iustitiæ velle scire, an census dandus esset Cęsari, vt nihil iniustum facerent dando aut denegando.

Secundò in verbo posuerunt istam simulationem: nam principes Sacerdotum, & scribæ, seniores, & Pharisæi, qui ante hoc venerant ad quærendum a Christo, non posuerunt verba blanda, sed iniquitatẽ, quam corde gerebant, aliqualiter manifestabant in verbo

verbo dicentes,in qua potestate hæc facis,& quis tibi dedit hanc potestatem? Isti autem non quasi ex timore animi,& odio,sed ex humilitate, & recto zelo loquentes,dixerunt: Magister scimus,quia verax es.

Omnis hō laudatus placabilis fit.

Tertiò factum est hoc,quia voluerunt vti quodam naturali attractiuo: omnis enim homo laudatus benignior fit,& placabilis eis,qui eum laudant,qui autē beneuolus est alicui non abscondit ab eo secreta cordis sui, sicut ab hoste abscondimus. Voluerunt ergo facere Christum placatum,vt plane veritatem aperiret. Et istud est primum ingenium hypocritarum laudare, scilicet, eos, quos oderunt, vt sic eos securos de seipsis reddentes perdant. Sic dicit Chyso. Hæc est autem hypocritarum prima simulatio, quia laudant quos perdere volunt: & ideo in laudem prorumpunt dicentes: Magister scimus,quia verax es. Magistrum eum vocant,vt quasi honoratus, & laudatus ab eis mysterium sui cordis simpliciter illis aperiat tanquā volens eos habere discipulos,sed ista dulcedo verborum venenum portabat interius. Sic dicit Hierony. Mellitis enim verbis eum interrogant, & circundabant eum, sicut apes mel portantes in ore, aculeum in tergo.

Quomodo verba ista Pharisæorum ad Christum applicabantur ad propositum ipsorum. Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR quomodo ista verba Pharisæorum ad Christum applicabantur ad propositum ipsorum, scilicet, scimus, quia verax es &c.

Dicendum, quòd dupliciter deseruiebant intentioni illorum. Primo modo inquantum erant quædā verba laudatoria,& per laudes intendebant eum fallere,vt dictum est præcedenti quæstione, & hoc modo non solum hæc, sed etiam quæcunque verba exprimentia quamcunque laudem Christi facerent ad propositum ipsorum.

Secundò deseruiebant intentioni eorum,quia ista verba faciunt ad propositum huius negocij,quòd cōcludere volebant Pharisæi,& desiderabant duo,vnū est,quòd Christus simpliciter,& sine palliatione aperiret eis secretam sententiam animi sui super hoc. Secundo desiderabant,quòd in diffiniendo loqueretur contra Cęsarem,& Herodem colligentem tributa,& sic eum ponerent in periculo.

Circa primum deseruiebant ista verba,quia ponūt hic omnes illas causas,quæ possunt mouere ad dicendam veritatem. nam timebant illi, q̄ Christus occultaret eis veritatem. Ad non dicendum autem veritatem solet mouere vnum de tribus. Primum est,quòd veritatem non nouit, vel quia veritatem non amat, & ideo falsitatem exprimit. Secundum est amor, vel reuerentia Dei,qui veritas est,& suadet nobis vera de eo,quod nouerimus dicere, qui autem non amant eum,non curant an veritatem dicant,vel fallant.

Tertium est amor, vel timor humanus,aut aliæ passiones circa hominem,propter quas auertitur homo,vel impeditur a veritate dicenda. Omnia autem impedimenta ista auferunt Pharisæi a Christo ostendentes contrarias dispositiones esse in eo, quæ moueant eum ad non mentiendum neque celandum veritatem. Sic dicit Glo. s. tripliciter contingit aliquē veritatem non docere. Primò ex parte ipsius docentis,quia veritatem,scilicet,vel nō nouit,vel nō amat. Et contra hoc dicunt: Scimus quia verax es, idest,veritatem sciens,& amans. Secundò ex parte Dei, cuius timore postposito quidam veritatem de Deo quā nouerunt non purè annunciant,& contra hoc dicūt,

Tripliciter cōtingit aliquē veritatem nō docere.

F & viam Dei in veritate doces: Tertiò ex parte proximi,ex cuius timore, vel amore aliquis veritatem tacet. Et ad hoc excludendum dicunt, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.

Secundum erat,quòd isti volebant, q̄ loqueretur contra Cęsarem, & Herodem diffiniendo non esse soluenda tributa, & ad hoc conueniunt ista,quæ habentur hic inquantum dixerunt: non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum,idest, licet aliquis sit magnus, & potens non curas complacere ei,propter hoc neque times illum,sed iustum facis,& verum loqueris. Sic dicit Chry. Non enim respicis personam hominum. s. hoc enim de Herode,

G & Cęsare occultè insimulabant. Sic etiam Hierony. ait. blanda quidem,& fraudulenta interrogatio: illuc vocat respondentem, vt magis Deum quàm Cęsarem timeat. pertinet etiam istud ad magnam laudē Christi: nam eum hic de triplici veritate commendant. s. vitæ,doctrinæ,& iustitiæ. Vitæ quidem inquantum dixerunt. scimus,quia verax es. Ad vitam enim pertinet seruare veritatem in dictis,& factis,& ostensionibus exterioribus,& est veritas moralis,de qua 4. Ethico. circa finem. Doctrinæ autem veritatem venuunt,cum dicunt: Viam Dei in veritate doces. Veritatem iustitiæ inquantum dicunt: Et non est tibi cura de aliquo. Quia iustitia consistit in commutationi-

H bus, & distributionibus, circa quas nocet acceptio personarum,& ista non erat in Christo, quia non respiciebat personas,sed merita.

Quare Pharisæi petebant an liceret dari censum Cæsari,& quis census erat iste. Quæst. LXXXV.

QVAERETVR, quare Pharisæi petebant an liceret dari censum Cęsari,& quis census erat.

Dicendum, quòd iste census erat tributū annuum,quod Iudæi soluebant Romanis. Modus autem erat quia Iudæi fuerant liberi temporibus prioribus, quandiu reges habuerunt, quia non dabant tributa gentibus alijs,sed principibus suis. Etiam post

I captiuitatem Babylonicam,& liberationem eorum inde fuerunt liberi,& potissime tempore Machabęorum,qui liberauerunt gentem illam de manibus hostium,& eo tempore facti sunt Iudæi socij, & amici Romanorum. Nam Iudas Machabęus misit legatos, & factæ sunt leges amicitiæ inter eos 1. Macha. 8. ca. & mortuo Iuda Machabęo Ionathas frater eius renouauit amicitiam cum Romanis 1. Macha. 12. & manserunt sic vsque ad tempora Aristoboli,& Hyrcani,q fuerunt vltimi duo fratres principes de progenie Machabęorum, & propter discordias eorum Romani se intromiserunt,& tandem cum ipsi non seruarent Romanis legem amicitiæ pugnauerunt Romani cōtra illos,scilicet, Pompeius consul, & intrauit vrbē,

K & succendit templum atque profanauit illud, & ex tunc Iudæi,qui prius fuerant amici Romanorum facti sunt tributarij eis,& sic manserunt vsque ad euersionem totalem vrbis,& gentis. Vnde nunc tempore Christi tributarij erant, & soluebatur tributum istud Cęsari, qui præerat Romanis. Hoc colligitur late ex historia Iosephi in lib. Antiqui. & in lib. de bello Iuda.

Pōpeius fecit Iudæos Romanis tri[illegible]

Alij autem dicunt aliter,quòd etiam verum est,scilicet,quòd quando Octauianus fecit describi vniuersum orbem,& profiteri singulos se subditos Romanis,soluebant censum,idest,denarium quendam,& ista descriptio facta est in Iudæa,vt patet Luc. 2. & ex illo tempore dicunt, quòd mansit tributum annuum,scilicet, quòd solueretur denarius Cęsari,& quia

quia erat annua solutio, vocatur census. Cura autem colligendi censum istum in Iudea erat imposita Herodi regi, siue Tetrarchę Galileę. De hoc dicit Hiero. nuper quidem sub Cęsare Augusto Iudea subiecta Romanis in toto orbe celebrata est descriptio, stipēdiaria facta fuerat, & erat in populo magna seditio dicentibus alijs pro securitate, & quiete, quia Romani pro omnibus militarent, debere tributa persolui: Pharisęis vero, qui sibi applaudebant in iustitia è contrario nitentibus non debere populum Dei, qui decimas solueret, primitias daret, & cętera, quæ in lege sunt scripta, humanis legibus subiacere. Cęsar autem augustus Herodem Antipatris filium alienigenam, & proselytum regem Iudæis constituerat, qui tributis pręesset, & Romano pareret imperio.

Quam occasionem habebant Pharisæi petendi a Christo hoc scilicet, an licet &c. Quæst. LXXXVI.

SED tunc dicetur quam occasionem habebant Pharisæi petendi hoc a Christo.

Aliqui dicunt, quòd faciebant ad tentandum ipsum, & hoc satis erat ad quęrendum.

Dicendum, quòd verum est, quòd ad tentandum faciebant, sicut dicitur supra, scilicet, vt caperent eum in sermone, & tamen vltra hoc aliquē colorem ostendere debebant, quia si non esset color aliquis, scirent ipsi, quòd Christus putaret eos ad tētandum venisse, C & crederent, quòd non responderet eis, vel non directè, & tamen ipsi artificiose agebant simulantes se iustos Luc. 20. ergo oportet, quod esset aliqua causa secundum quam verisimiliter incitarentur ad hæc petendum.

Est igitur dicendum, quòd prima causa fuit occursus opportuni temporis: nam fortè tunc colligebatur tributum illud: & ideo erat verisimile, quòd de illo deberent quærere veritatem, & hoc non ad tentandum, sed ad iuste agendum, scilicet, ne aliquid iniustum facerent, vt denegantes tributa Cęsari, si ei erant debita, aut subijciendo seruituti eos, qui de iure erant liberi. Sic dicitur Luc. 20. Miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, scilicet, quòd zelo iu- D stitiæ hoc petebant.

Secunda causa erat dubitatio communis: nam inter Iudæos magna dubitatio, & contentio circa hoc erat, quibusdam asserentibus non debere solui tributa, quod Pharisęi dicebant, alijs dicentibus, quòd deberent solui, & quoniam Christus erat famosus prędicator voluerunt ab eo scire huius dubij determinationem.

Quomodo per hanc quæstionem dicebantur Pharisæi tentare Christum. Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR quomodo per istam quæstionem dicebantur tentare Christum: nam di- E xit quid me tentatis hypocritę? & ita asseruit esse tentationem.

Dicendum, quòd tentatio est velle experimentum capere de aliqua re, & ideo si Pharisęi quærerent istud a Christo ad videndum, an sciret respondere esset proprie tentatio, & ita solemus dicere quęstiones tentatorias, quas magistri proponunt discipulis suis, Iudæi autem non intendebant hoc: nam non quærebant, vt scirent quomodo Christus respondebat, sed fecerunt ad nocendum ei, scilicet, vt respondente eo caperent illum in sermone supra in litera, & ex hoc traderent eum morti tradentes pręsidi A Lucę vigesimo cap. sed erat tentatio ista quæstio, eo modo quo dicimus Dæmonem tentare homines: proponit enim eis aliquas suggestiones, vel exteriora, quæ illicitent, & hoc non ad videndum quid homo faciet, vel quantum poterit, sed vt illi noceat deducendo eum in peccatum, & ita isti magis intendebant fallere, vel decipere quàm tentare, cum non quęrerēt experientiam, sed nocumentum, & tamen propositio quæstionis erat tentatio, quia non erat ad finem illum ad quem quęstiones fiunt, cum ille, qui quęrit intendat erudiri, & isti non intendebant erudiri ex responsione, sed capere Christum in sermone.

B *Quomodo ex ista quæstione intendebant capere Christum in sermone. Quæst. LXXXVIII.*

QVAERETVR quomodo ex ista quęstione intendebant capere Christum in sermone.

Dicendum, quòd argumentum cornutum erat ista quæstio: putabant enim Iudæi, quòd quomodocunque responderet Christus, caperetur, sicut in alijs faciebant, vt quando duxerunt ad eum mulierē deprehensam in adulterio petentes quid de ea fieret. Ioan. octauo. Nam si Christus diceret non esse soluēdum censum Cęsari, accusarēt eum coram Herode collectore tributorum, vel coram Pilato Pręside, qui nullo modo pateretur eum viuere tāquā manifestè repugnantem Romanis tollendo tributa, & ad hanc responsionem intendebant eum deducere Pharisęi C dicentes non est cura tibi de aliquo, idest, non curas an offendas Cęsarem, vel Herodem, dum tamen veritatem dicas. Sic dicit Hierony. quid tibi videtur, licet dari censum Cęsari, vt si dicat non debere tributa solui statim audientes Herodiani seditionis reum contra Romanum Principem eum teneant. & hoc maxime volebant Pharisæi, quia sciebant iam, quòd alij propter istam causam perierant, vt videtur fuisse de Iuda Galilęo, qui in diebus professionis auertit populum a professione, & solutione tributi, & perijt ipse cum illis, qui consenserunt ei. Actuum quinto cap. Sic etiam dicit Chrysostom. Quia enim sciebant, quòd quidam hanc discordiam meditantes occisi erant, volebant ipsum per sermones hos in talem su- D spitionem immittere.

Sed dicetur, quòd non erat difficultas Christo respondere, quia poterat dicere licere dari censum Cęsari, & ita non incurreret in aliquod periculum.

Aliqui dicunt, quòd non respōderet Christus hoc, quia falsum erat, & nollet falsum dicere.

Dicendum, quòd non erat ista causa, quia forte nō est verum, quòd esset falsum, sed potius esse videbatur iustum dari tributa, vt infra dicetur.

Sed dicendum, quòd ideo erat hoc difficile Christo, quia scandalum sequebatur ex dicto: nam assereret contra sententiam Pharisæorum, & contra intentionem populi: Pharisæi enim asserebant iniustum esse, quòd populus, qui Deo decimas, primi- E tias, oblationes, & cętera iura soluebant, subijceretur legibus, & tributis humanis. Etiam ista erat intentio populi, quia erat sibi nimis fauorabile, & abhorrebant nimis seruitutem, vnde cum Christus diceret eis semel, si filius vos liberauerit liberi eritis, dixerunt semen Abrahæ sumus, & nemini vnquam seruiuimus: Ioan. octauo cap. & ita si diceret debere dari tributa tam Pharisæi quàm populus clamarent, quòd reducebat eos in seruitutem. Sic dicit Theophi. totum enim artificium eorum erat vndique præcipitium habens, vt si diceret, quòd licet censum Cęsari dari prouocent contra eum plebem, quasi in seruitutem reducentem ipsum populum, si verò diceret,

ceret,quia non licet dari si accusarent eum tanquam excitaret populum cōtra Cæsarem. magnum autem inconueniens erat:, si diceret Christus licere dari tributum, & prouocaret contra se populum, quia tunc prędicatio eius non acceptaretur,neque miracula:& ideo debuit procurare, quòd populus esset sibi semper acceptus,& ita fecit, quia semper fauebant ei cōtra Pharisæos,& principes sacerdotum.

Sed dicetur, quod istorum inconuenientium erat maius circa Christum, & quod magis appetebant Pharisæi?

Dicendum,quòd vtrumque putabant Pharisęi esse satis magnum: quia aliàs non crederent se facere argumentum cornútum per hoc,neque quòd caperent eum in sermone per hoc.

Sed dicendum, quòd maius videbatur, quòd diceret debere solui tributum quam non debere non considerando, quòd in vno, vel altero dicere mendacium: sed solum quantum ad inconueniens quod sequebatur contra eum respondendo hæc: nam dicendo, quòd non licebat dari tributum Cæsari, incidebat in manus Pilati, & Herodis qui eum occidere vellent, sicut alios seditiosos occiderant pro hac: & tamen esset ei fauor apud populum Iudæorum: quia per hoc liberare volebat eos a seruitute Romanorum. Si autem diceret licere dari tributo Cæsari incidebat in odium populi, & Pharisęorum, & tunc erant duo inconuenientia. Primum erat periculum mortis. Secundum erat, quòd non acceptarentur verba eius, & facta. De primo patet, quia Pharisæi & principes sacerdotum oderant valde Christum,& sępe voluerunt mittere manus in illum, & eum occidere nisi quia timuerunt plebem, quæ fauebat ei præceden. capitu. & Marci duodecimo,& Lucę decimonono, & vigesimo, capitu. perdito autem fauore populi auderent Pharisæi manus mittere in illum, & perdere. De secundo patet, quia si dicere debere tributa præstari, esset sibi populus odiosus,& putarent eum non esse Messiam, quia Messias liberaturus erat, vt ipsi credebant, populum de omni subiectione: ipse autem subijciebat eos magis seruituti, quam subditi viderentur,& tamē ipse volebat, quòd aliquando crederetur de eo, quòd erat Messias.

Sed dicendum, quòd Pharisæi magis cupiebant, quòd diceret non licere dari tributa Cęsari,& ad hoc inclinabāt verba eorum vt dictum est.Sic dicit Chrysost. cupiebant autem magis aduersus Herodianos aliquid eum dicere: quia enim eum detinere timebant propter turbas voluerunt ei periculum immittere ex hoc, quòd esset publicis tributis obnoxius,& licet satis magnum erat, & acceptū Pharisæis, quòd Christus totum fauorem perderet erga plebem, & ita ipsi redirent in fauorem, & honorem pristinum: tamen potius volebant, quòd responderet non esse reddenda tributa,vt sic occideretur à pręside,de quo ipsi valde gauderent. Si autem dicatur,quòd ipsi iam poterant occidere eum perdito fauore plebis. Dicendum, quòd verum est, quòd poterant occidere de facto,s.ꝙ nemo hoc impediret, & etiam non perderent aliquid propter hoc apud plebem,sed de iure nō poterant,& præses hoc fortassis requireret ab eis: & ob hoc nō ausi sunt pontifices Iudæorum occidere Christū,sed deduxerūt eū ad Pilatū, & cum ille diceret sm legem vestram iudicate eum: dixerunt illi: Nobis nō licet occidere quēquam.Io.18.c. Et ita potius vellent, ꝙ occiderent eum Gentiles quam ipsi, Sic dicit Beda. Quærentes dominum comprehendere summi sacerdotes timuerunt turbam atque ideo quod per se nō poterāt,terrenis potestatibus efficere tētabāt,vt velut ipsi à morte eius videātur immunes.

F *Quomodo Pharisæi hoc petierunt à Christo cum scirent verisimiliter, quòd ipse diceret tributum soluendum esse cum ipse soluerit. Quæst. LXXXIX.*

QVAERETVR quomodo Pharisæi hoc petiuerunt a Christo,quia putare debuerant, ꝙ Christus diceret soluenda esse tributa: nam ipse soluebat tributum Cæsari, ergo diceret licere solui tributum Cæsari. & patet hoc supra.17. de colligentibus didrachma:nam soluit ibi Christus tributum.Non autem diceret,quòd non licebat solui illud, cum ipse soluere:ideo frustra videbatur de hoc quęri. Aliqui dicūt quòd nunquam Christus soluit tributum Cæsari: nā illud didrachma dicunt,quod non soluebatur Cæsa-
G ri,sed templo:ita tenet Hilarius,& Chryso.& ideo secus erat de tributo Cęsaris: tributum autem templi quod erat in lege Dei impositum nemo dubitaret quin soluendum esset.

Sed dicendum, quòd non stat: nam tributū illud Cæsaris erat, vt tenet Hierony. ibidem, & declaratum est supra 17. capitu. quæstio. 186. Alij dicunt, ꝙ dato,ꝙ esset tributum Cęsaris soluit illud Christus ad euitandum scandalum,& nō quasi esset obligatus cum ait eod.cap.vt autē non scandalizemus eos &c. nunc autem veritatem responsurus erat non curādo de scandalo aliquo cum dictum esset,non est cura tibi de aliquo, & ita poterat dicere nón esse dandū tributum Cæsari. Dicendum,quòd non stat,quia ex il-
H lo facto potius colligitur oppositum, quia de seipso dixit, quòd nō erat obligatus ad tributa,eo ꝙ erat filius regis,& tamen de alijs,qui non erant tales nō dixit,quòd non soluerent,sed potius innuit, quòd erāt obligati ad soluendum. Aliter ergo dicendum est. s. quòd Pharisæi nesciebant illud factum Christi: accidit enim illud in Capharnaū, & quæstio ista fiebat in Ierusalem, & isti, qui quærebant, nesciebant an aliquando Christus tributum soluisset: & ideo quæsiuerunt hoc ac si Christus adhuc indifferens esset ad vtramque partem. Alij dicunt, quòd dato, quòd scirent eum soluisse tributum Cæsari,& putarent,quòd diffiniret pro Cæsare volebant hoc quærere, quia saltem incurrebat in hoc inconueniens. scilicet, quòd
I esset odiosus populo,& non recipientur dicta eius,& redirent Pharisæi ad pristinum honorem suum, & reputationem,quod eis valde gratum esset. Sed dicēdum,quòd licet hoc satis stet:tamē verum est, quòd Pharisęi putabant,quòd esset Christus indifferens ad respondendum vtroque modo quasi nunquam soluisset tributa, & quòd promptior erat ad dicendum non esse præstanda tributa, quam ad illa soluenda, & in hanc partem eum volebāt inclinare ex verbis suis, s. non est tibi cura de aliquo, & non respicis personā hominum,Sic dicit Hiero.& Chrysostomus.

Quis erat Cæsar iste cui tributum reddebatur. Quæst. XC.

K QVAERETVR cum quæratur an licet dari tributum Cæsari, quis erat iste Cæsar.

Dicendum, quòd nomen Cæsaris non est proprium, sed appellatiuum, & significat dignitatem imperatoriam apud Romanos, cuius origo est, primus qui vocatus fuit Cæsar fuit Iulius dictator socer Pompei, inter quos magna bella acta sunt: & ille vocatus est Cæsar ab vtero cæso, quia de vtero cæso matris eductus est viuens, scilicet, mortua matre cæsus fuit vterus, & ipse eductus est, & quoniam per multos gradus honorum venit tandē vt Imperator esset, omnes Imperatores ab eo Cæsares appellati sunt. Aliud quoque nomen eis datum est,

Cæsar vñ sic dictus est.

est, vt Augustus vocaretur, quod ab Octauiano secundo Imperatore Romanorum cępit: nam ipse adauxit valde rempublicam. Nam inter cæteras laudes suas hoc est, quòd gloriatur ciuitatē Romanam inuenisse lateritiam, & reliquisse marmoream: & ideo ab augendo Augustus appellatus est, & post eum cæteri quoque Imperatores Augusti appellati sunt: vnde tenuit ille duo nomina dignitatis imperatoriæ, scilicet, Cæsar Augustus. Sic patet Lucæ. 2. cap. exijt edictū à Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Iste autem de quo hic dicitur non erat Cæsar primus. idest. Iulius: iandiu enim erat, quòd perierat: neque etiam Octauianus, qui dicitur Cæsar Augustus: nam 17. anno Christi mortuus est Octauianus, sed erat Tyberius imperator, qui etiam vocatur Cæsar absolutè, qui successit Octauiano, & cępit anno decimoseptimo, vel 18. Christi: mortuus est autem Christus anno. 18. Tyberij, & ita tota p̄dicatio Christi, & operationes miraculorum fuerunt sub Tyberio, & Ioannes quoque Baptista tempore Tyberij cępit, & videtur cępisse prædicatio Christi anno. 15. Tyberij. Patet quia Lu. 3. dicitur, quòd anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam factum est verbum Domini super Ioannem, & tamē quando cępit prædicare Ioannes, cępit Christus eo, quòd statim, vt cępit Ioannes prædicare, & baptizare confluente toto populo ad baptismū eius, venit quoque Christus, vt baptizaretur ab eo Lucæ. 3. cap. Et statim post baptismum ascendit in montem, & ieiunauit. 40. diebus supra. 3. & 4. cap. & Mar. 1. & Lucæ. 4. completis autem illis diebus ieiunij statim descendit in Galilæam, & cępit prædicare. supra 4. & Lucæ 4. & tamen baptismus Ioannis cępit anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris Lucæ 3. cap. ergo eodem anno cępit Christi prædicatio: nunc autem erat annus. 18. Tyberij, quia per triennium Christus prædicauit, & tamē ista q̄stio de tributo Cęsaris fuit facta Christo die Martis in ramis palmarū, & die veneris sequēti mortuus est, ergo erat annus. 18. Tyberij quando à Christo quæsitum est de tributo dando Cæsari, & ita de ipso alias pro ipso Tyberio colligebatur illud tributum.

...udes Cę... ...tis Augu...

De hoc vide latius D. Abulen. in defensorio suo, par. 2.

Quare dicitur cognita autem Iesus nequitia eorum. Quæst. XCI.

QVAERETVR quare dicitur cognita autem Iesus nequitia eorum.

Dicendum, quòd hoc dixit Euangelista. Primo ad ostendendum veritatem rei: sic enim fuerat, quòd Christus agnouerat iniquitatem cordis illorum, ideo dixit cognita Iesus nequitia. Secundo, vt ostenderet eum Deum, intendunt enim Euangelistæ per omnia ostendere Christum esse verum Deū, & hominem verum, & quia ex hoc ostendebat Deitatem, scilicet, quia secreta cordium agnoscebat, cum Deus solus sit scrutator cordium, & renum Psal. 7. dixit cognita nequitia eorum, vt nos ex hoc arguamus eum fuisse Deum. Tertio vt cōcordent verba Euangelistæ verbis Christi: nam Christus dixit Pharisæis, quid me tentatis hypocritæ? sed hoc non poterat recte dicere nisi agnosceret corda eorum, quoniam exterius ipsi se iustos simulabant Lucæ 20. capitu. ideo oportebat, vt agnosceret corda eorum. Et ita Euangelista ad reddendum rationem dicti Christi, scilicet, quid me tentatis hypocritæ, dixit cognita Iesus nequitia eorum, idest, ideo dixit quid me tentatis, quia agnouerat nequitiam eorum. Erat autem ista nequitia in duobus. Primo, quia mali erant, & iustos se simulabant Lucæ 20. cap. Secundo, & deterius, quia ad nocendum erat ista simulatio, scilicet, vt caperent Christum in sermone & traderent eum Præsidi ad occidendum, eodem capitu.

...uitia ...lizo

Quare Christus dixit: Quid me tentatis hypocritæ. Quæst. XCII.

QVAERETVR quare Christus dixit: Quid me tentatis hypocritæ?

Dicendum, quòd fuit, vt ostenderet, quòd agnoscebat eorum propositum inquirendo hoc, cum illi secrete egissent consilium, & intra corda sua proposuissent fallere eum, & nocere illi, & ipse hoc sciebat. Et proderat hoc primo ad ostendēdum se esse Deum: Christus enim quamquam se non vocaret Deum palam, tamen talia volebat de se ostendere palam, per quæ manifeste colligeretur eum esse Deum. Duo enim sunt præcipua, in quibus Deus excellit omnia, scilicet, posse, & intelligere, & ideo per vtrumque eorum voluit Christus se ostendere Deum. Per potentiam autem, vt in operibus miraculorum: nam talia, & tanta faciebat qualia, & quanta, & qualiter non poterat aliquis facere nisi Deus: per intellectum autem ostendebat Deitatem, inquātum ostendebat se scire ea, quæ solus Deus scit, scilicet, Secreta cordium solus Deus nouit: Psal. 7. ipse ergo ostēdebat sępe, quòd nouerat cogitationes cordium. Sic enim supra 9. capitu. quando Christo dicente paralytico, remittuntur tibi peccata tua, & ob hoc scribis, & Pharisæis intra se cogitantibus, scilicet, hic blasphemat, ipse ait: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et ita secretam cogitationem, quæ nondum prodierat foras per aliquod verbum, statim agnouit ostendens per hoc se esse Deum, de quo illi male cogitabant: ita etiam hic cogitationes, & consilia, quæ Pharisæi secrete, & intra se fecerant, ostendit se scire, ex quo Deum se esse ostendebat.

Duo sunt præcipua, q̄bus Deus excellit omnia.

Secundo fuit, vt Christus contrarium induceret ex quæstione ad illud, quod inducere volebant Pharisæi: ipsi enim quærebant hoc à Christo coram turba, vt capientes eum in sermone confunderent illum coram populo Lucæ 20. cap. scilicet, & non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, vel multitudine. quasi dicat hoc intendebat efficere, sed non potuerunt: Christus autem vertit illud in cōtrarium, scilicet, vt ex quæstione ista magnam laudem acquireret per responsionem ad illam ostendendo se esse Deum.

Tertio fuit hoc, vt eis vicem redderet: ipsi enim intendebant eum coram plebe confundere reprehēdendo verbum eius, & insuper tradere illum Præsidi ad occidendum eum: Christus autem noluit eos in mortem dare, voluit tamen eos coram multitudine confundere. Quod sufficienter egit, inquantum dixit, quid me tentatis hypocritæ? Et illi non responderunt contrarium, quasi verum esset, quòd eum tentabant, & hypocritæ erant. Et ita consueuit facere quandocunque aliqui ex iniquitate quærebant. Ioan. 8. quando quæsierunt de muliere adultera, & ille ait: qui sine peccato est, ille primum lapidem mittat. In quo ostendit omnes illos malos fuisse, cum nemo illorum ausus fuerit dicere: ego mittam primum lapidem, sed tacentes abierunt. Sic etiam præcedenti capitu. quando Pharisæi, & principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores quæsierunt à Christo in qua potestate hæc faceret, deduxit illos Christus ad hoc, vt cogerentur confiteri ignorantiam suam.

Quarto fuit, vt Christus se redderet magis admirabilem ipsis Pharisęis tentantibus eum cum ex modo

do respondendi se Deum ostenderet, & ita factum est, quia valde admirati fuerunt Pharisæi de isto responso Christi Lucæ 20. cap. scilicet, & mirati in responso eius tacuerunt.

Quinto fuit, vt per hoc eorum malitiam conuinceret,& cessarent ab illa: nam contra eum,qui cautelas plenè intelligit,frustra est vti cautelis: sicut frustra rete iacitur ante oculos pennatorum: Prouer. 1. cap. scilicet, quia illud videret, & caueret, sed Christus ostendebat se cognoscere iniquitates cordis eorum ad plenum: ideo frustra erat eum tentare,sed plane,& simpliciter ad illum se habere.

Sexto vt sic videntes seipsos deprehensos,& agnoscentes eum Deum ex operibus, vel à Deo esse,conuerterentur ad eum,& doctrinam eius reciperent.

Septimo fuit, vt viderent Pharisęi qualiter respondebat Christus ad quęstionem, idest, an dicebat veritatem planè,quia ipsi credebant,quòd si Christus nō agnosceret dolos eorum,sed putaret, quòd simpliciter veniebant, aperiret eis secretam sententiam cordis sui circa hoc.Si autem agnosceret dolum,vel non responderet,vel non directè diceret: nunc autē ostēdebat Christus, quòd sciebat eos esse tentatores, & tamen respondit: ideo colligere poterant,quòd non responderet eis Christus directè veritatem, quam tenebat in corde,licet verba sua vera fuerint.

Octauo fuit ad ostendendum, quòd non timebat laqueos illorum, & audebat respondere: nam putabant Pharisæi, quòd posuerant laqueos ineuasibiles, & ideo si Christus responderet necesse erat incidere in illos,ostēdit autem, quòd laquei eorum erant inutiles,& quòd ipse poterat faciliter respondere euitando inconuenientiam eorum. Et ita fuit conueniens, quòd vocaret eos tentatores, & non discipulos diceret, aut tacendo esse discipulos acceptaret, quia illi eum magistrum vocauerant. Sic dicit Hiero.Prima ergo virtus est respondentis interrogantium mentes cognoscere, & non discipulos, sed tentatores uocare.

Quare Christus vocauit Pharisæos hypocritas. Quæst. XCIII.

QVAERETVR quare vocauit illos hypocritas, dicens: quid me tentatis hypocritæ?

Dicendum, quòd primo fuit, quia ita erat in veritate,quòd essent hypocritæ. Vocatur autem hypocrita, qui aliud foris ostendit, & aliud interius gerit, & est hypocrita nomen Græcum significans ex prima impositione illos, qui vultibus laruas superponunt, & occultant vultus,quales erāt effigiatores comediarum, & tragędiarum, vt alienas personas effingerent. Et dicitur ab hypos quod est subtus, & crisis quod est secretum quasi subtus secretū,idest, aliud latebat,& erat secretum interius quàm foris videretur. Et ab hoc descendit, quòd illos, qui bonos foris simulant, cum mali sint, hypocritas vocamus: tales autem erant isti Pharisæi: nam veniebant ad Christum sub specie honestatis petentes declarationem quæstionis, cum tamen intenderent eum capere in sermone, vt illum morti traderent: Lucæ 20. miserunt ad eum insidiatores, qui se iustos simularent,vt caperent eum in sermone, & traderēt eum principatui,& potestati præsidis,& ideo rectè vocabātur hypocritæ.

Hypocrita vnde dicatur.

Secundo vocauit eos hypocritas, quia ista conueniebant verbis suis præcedentibus: nam dixit quid me tentatis? diceret autem aliquis, quòd non tentabant, sed bono, & simplici animo petebant, sicut apparebat ex verbis, & habitu ipsorum: ideo dicit

F eos hypocritas, scilicet, tentatis me non gerentes interius talem animum, qualia verba foris ostenditis,& ita hypocritæ estis.

Tertio vocauit eos sic ad contumeliam, & redargutionem: nam cum mali essent, & intendentes nocere,erant digni redargutione, & ad hoc vocat Christus eos hypocritas, quod est nomen contumeliæ, & iniuriæ, & ita ad exprobrationem eorum solet illos vocare, vt patet sequenti capitu. vbi sępe eos hypocritas vocat. De hypocrisi,& hypocrita vide multa supra decimoquinto capitu. quæstio. trigesimatertia, & trigesimaquarta, & trigesimaquinta, & trigesimasexta. De hoc Hiero.dicit hypocrita est, qui aliud est, & aliud simulat.

G *Quare Christus respondit istis aspere,cum ipsi blande quæsiuissent. Quæst. XCIIII.*

QVAERETVR quare Christus respondit istis aspere, cum ipsi quæsiuissent blande: nam illi dixerunt, magister scimus, quia verax es: ipse autem respondit, quid me tentatis hypocritæ?

Dicendum,quòd Christus solet tenere istum modum, quòd interdum ad verba dura respondet blande, & ad verba blanda respondit dure: nam supra 12. capitu. dixerunt Pharisæi de Christo, quòd non eijcit Dæmones nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum, & Christus respondit blande per solam ra-

H tionem eos conuincens, scilicet, omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & eodem capitu. postea blande locuti sunt Pharisęi dicentes. magister volumus a te signum videre, & ille durè respondit, dicens: Generatio mala, & adultera signum quærit. Hoc autem faciebat Christus ad ostendendum in vtroque virtutem, scilicet, ne duris exacerbatus propter impatientiam videretur dure respondere,quando autem blande loquebantur dure respondebat, ne eorum blanditijs, & adulationibus videretur consentire.

Nunc autem licet blande locuti fuerint respondit Christus aspere.

I Primo, quia illi merebantur: nam malitiose loquebantur simulantes iustitiam, & simulata sanctitas duplex est iniquitas. Sic dicit Chrysosto. non secundum sermones eorum pacificos blande respondit, sed secundum eorum conscientiam crudelem aspere dixit, quia Deus voluntatibus respondet non verbis.

Secundo fuit ad ostendendum, quòd sciebat, quid in animo gererent: nam si blande responderet, sicut illi blande locuti fuerant, non ostenderet se scire secreta cordis eorum, quod tamen fuit conueniens ostendere, sed videretur putare, quòd tales erant interius quales se exterius prætendebant: ideo dure debuit loqui vocando eos hypocritas, & tenta-

K tores.

Tertio fuit ad eos conuertendum ad bonum: nam vocando eos hypocritas, & detegendo vitia eorum flectere poterat eos ad bonum potiusquam blande respondendo. Sic dicit Chryso. dicit eis hypocritæ, vt considerantes eum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant perficere non audebant: vide ergo, quòd Pharisæi blandiebantur, vt perderent: Iesus autem confundebat, vt saluaret, quia vtilior est homini Deus iratus, quàm Deus propitius.

Quare

Quare Christus cum videret, quòd Pharisæi eum tentabant, eis respondebat. Quæst. XCV. A

QVAERETVR cum Christus videret, quòd isti tentabant eum, quare respondebat eis: nam erant indigni responsione: solet enim Christus eis, qui tentatorie aliquid petunt non concedere petita, & ideo illi, qui tentantes petierunt signum de cœlo non obtinuerunt supra 16. capitu. sed isti tentantes volebant habere responsionem ad dubium: ideo non debebat ei respondere.

Dicendum, quòd Christus respondit: primo vt ostenderet, quòd non timebat laqueos, quos illi parauerant: nam putabant Iudæi se fecisse argumentum cornutum, & quòd respondendo non poterat euadere, quin caperetur: respondit ergo, vt appareret, quòd laquei illi nihil valebant.

Secundo respondit ad confusionem Pharisæorum: talis enim fuit responsio Christi, quòd illa audita tacuerunt, ita quòd nihil vltra de hoc locuti sunt, & erubuerunt, quòd colligationes suæ fuerunt dissolutæ.

Tertio fuit ad imponendum eis silentium: nam si respondere nollet sumerent maiorem audaciam contra ipsum, quasi non ausus fuisset respondere, & super illa, & alijs quæstionibus eum inquietarent, cum autem sic admirandè loqueretur soluendo laqueos illorum, non auderent vlterius super his neque similibus interrogare, sicut patet infra in litera. Nam quando quæsiuit Christus ab eis de Christo cuius filius est, & illos respondentes ipse redarguit, nō ausi fuerunt ex illa die illum amplius interrogare infra in litera.

Quarto fuit ad reddendum Pharisæos admiratos de responsione sua: taliter enim respondit, quòd ipsi, qui erant hostes eius admirati sunt: Lucæ 20. capitu. scilicet. Et mirati in responso eius tacuerunt.

Quinto fuit ad laudem suam: nam respondit tam diserte, quòd turbæ admiratæ sunt, & non potuerunt verbum eius reprehendere Pharisæi coram plebe: Lucæ 20. capitu. sed potius ex hoc se confessi sunt victos, quia nihil dicere potuerunt contra verbum eius. Si autem respondere nollet, suaderent plebi, quòd non respondebat, quia nesciebat, & hoc erat inconueniens.

Sexto fuit, quia responsio ista aliquo modo proderat ad declarandum dubium inquantum dixit: reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, innuens, quòd aliquod ius haberet Cęsar ad tributa petenda.

Cum autem obijcitur, quòd non debuit respondere, quia tentatorie quærebant.

Dicendum, quòd tentator non meretur concedi sibi quod petit, quia malo animo petit, & ita neque Christus concedit vnquam tentatoribus aliquid, quod ipsi non intendunt, vel non facit ad vtilitatem eorum non est inconueniens: sic enim petentibus signum tentando non concessit Christus signum, quod petebant, concessit tamen signum Ionæ Prophetæ supra 12. capitu. quia illud non erat iuxta voluntatem eorum, ita isti tentatores petebant responsum à Christo, & non concessit Christus illud, quod ipsi petebant. Ipsi enim volebant, quòd diceret non esse præstanda tributa, vel saltem, quòd danda erant, vt caperent eum in sermone: quod ipse non fecit, sed taliter respondit, quòd eis non profuit, & potius vellent, quòd non responderet.

Quare Christus dixit ostendite mihi numisma census, & cur ipse non protulit potius denarium ex bursa sua. Quæst. XCVI.

QVAERETVR quare Christus dixit ostendite mihi numisma census. Dicendum, quòd Christus voluit respondere Phariseis conuincendo eos ex moneta, quæ soluebatur, & licet non exhibita procederet argumentum Christi, quia notum erat, quę esset imago denarij, & superscriptio eius, vt ex illa argueretur, & tamē, quia magis mouēt ea, quę cadunt sub sensu quàm ea, de quibus per solā rationem disputamus, fecit exhiberi denarium.

Sed dicetur quare ipse non protulit denarium, vt
B ostēderet imaginem, sed petiuit ab illis exhiberi? Dicunt aliqui, quòd Christus non habebat denarios, & ideo petiuit ab illis.

Dicendum, quòd verum est, quia Christus non gerebat bursam, sed Iudas habebat bursam communem: ille enim seruabat ea, quæ dabantur Christo ad expensas eius, & suorum, & pauperum. Sic dicitur Ioan. 12. de Iuda, quòd fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, asportabat, & Ioan. 13. cap. dicitur. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, dixisset ei Iesus eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut vt egenis aliquid daret. Et sicut nunc non portabat bursam, ita & solitus erat nun-
C quam portare, quod patet, quia quando voluit soluere didrachma tributi in vrbe Capharnaum, non habuit denarium, sed dixit Petro, quòd iret ad mare, & de ventre piscis educeret staterem, & solueret illum pro tributo supra 17. cap.

Sed dicendum, quòd non fuit ista causa quare petiuit ab illis ostendi denarium: nam si ipse non habebat bursam, poterat petere à Iuda, qui habebat loculos, & ille proferret denarium, vel aliquis discipulorum.

Sed dicendum, quòd hoc fecit, vt apertius, & efficacius illos conuinceret, vt scilicet, ex pecunia eorum contra eos argueret, vt posset eis dici non erat in hoc multum dubitandum, quia vosipsi in manibus quæstionis vestræ solutionem portabatis haben-
D tes denarium.

Alia causa fuit, quia Christus licet ista sciret, innuit vel gerit personam nesciētis, vt ex eis accipiat veritatem facit quasi nesciat, quæ moneta dabatur in censum, & ita non poterat ipse proferre denarium, quē se nescire ostendebat. Sic dicitur Mar. 12. Afferte mihi denarium, vt videam. Et sic innuit, quòd nesciebat, qualis esset denarius ille, nisi videret. Dixit autem ostendite numisma census, idest, nummos, quos datis in censum, & non debet accipi numisma pro figura, & census pro denario, quasi dicat ostendite mihi figuram denarij, quia census nō potest significare denarium, sed annuam præstationem tributorum, & patet hoc, quia tam Marcus quam Lucas di-
E cunt afferte mihi denarium, vel ostendite denarium.

Quare Christus cum vidit denarium quæsiuit cuius est imago. Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare Christus cum vidit denarium quęsiuit, cuius est imago hæc, & superscriptio? Aliqui dicunt, quòd quia nō cognoscebat monetam. Sed iste est error, & insania, ipse enim omnia nouit cum Deus sit: potissime, quia nedum ipse, sed & quilibet quantumlibet insipiens, qui esset in ætate 33. annorum, in qua tunc erat Christus, cognosceret monetam currentem regionis suæ. s. cuius esset imago, quę ei inscriberetur. Cum ergo hoc quæsiuerit manife-

manifestum est, quòd non quærebat ex ignorantia, sed quærebat hoc, vt Pharisæi confiterentur ore proprio cuius erat imago, & ex confessione illorum argueret contra eos, quod melius fieret, quàm ꝙ ipse diceret ista est imago Cęsaris, ergo date quę sunt Cęsaris Cęsari. Sic dicit Hiero. Qui putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse, & non dispensationem, discant ex præsenti loco, ꝙ vtique poterat scire Iesus cuius imago erat in nũmo, & ita in multis alijs quærit, licet nota sibi sint, vt ex responsione arguat. Sic patet Ioan. 21. cum Christus dixit Pietro: Petre amas me? Petrus ait, tu scis domine, quia amo te. Et ita Petrus bene credebat, quòd Christus sciebat, an amaret eum, & tamen quærebat, sed quæsiuit, vt inferret inde: Pasce oues meas

Quomodo erat verum, quòd erat imago Cæsaris in moneta. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR cum dixerunt Pharisæi, quòd erat Cæsaris quomodo erat verum.

Nota ad quos pertinet cudere monetam.

Dicendum, quòd cum ad principes regionum, vel ad communitates solas, quæ non habent superiorem immediatum pertineat monetam cudere, vtũtur homines, & regiones moneta illius principis, sub cuius ditione constituti sunt, Iudæa autem constituta erat sub dominio Romanorum, & ideo moneta illorum vtebantur. In moneta autem illorum erat imperatoris imago, qui præerat illis: ideo moneta, qua Iudæi vtebantur, habebat imaginem Cæsaris. Erat autem iuxta consuetudinem denariorum nostrorum, & aliarum nationum, qui habent capita regum, vel totam imaginem regis in vna, vel in vtraque parte, superscriptio autem est quædam circularis linea literarum in gyro denarij, & intra ambitum superscriptionis continetur imago regis, vel Cæsaris, vel supra caput imaginis expressæ sunt literæ secundum varium modum formandi monetam. De Cæsare isto dicendum sicut supra, quòd non erat primus Cæsar, scilicet, Caius Iulius dictator, sed ab illo vocati sunt Cæsares cæteri imperatores. Neque est Cæsar Augustus, idest, Octauianus, sub quo natus est Christus, sed est priuignus eius Tyberius. Sic dicit Hieronymus, & Beda, Cęsarem non putemus Augustum, sed Tyberium significari priuignum eius, sub quo & passus est dominus. Omnes autem reges Romani à primo Caio Cæsare, qui imperium arripuit Cæsares appellantur. Et sciendum, quòd ista consuetudo erat apud Romanos omnes imperatores vocari Cæsares Augustos nomine communi dignitatis, sicut apud Aegyptios omnes vocabantur quoque Pharaones, & postea omnes vocabantur Ptolemæi cum vltra hæc singuli nominibus proprijs vocarentur.

Quare Christus dixit. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quomodo sequatur hæc consequentia ex dictis. Quæst. XCIX.

QVAERETVR quare dixit Christus reddite ergo quę sunt Cæsaris, Cęsari, & cũ hic faciat consequentiam, quomodo sequitur ex ratione, quam fecerat. s. cuius est imago. Dicendum, quòd istud absolutè erat verum, neque indigebat deductione aliqua. s. ꝙ Cæsari reddenda sunt, quę Cæsaris sunt, quia de generalibus præceptis iustitiæ est vnicuique quod suum est reddere, sed inquantum faciebat ad præsentem quæstionem oportebat deduci, & ad hoc bene conuenit consequentia ista, scilicet, iste denarius, quẽ soluitis in tributum, habet imaginem Cæsaris, ergo

F est debitus Cęsari, non valęt tamen ratio quasi omnis denarius, cui imago Cæsaris inscripta erat Cæsari deberetur, quia nulla moneta maneret in tota ditione Romanorum, cum tota illa imagine Cęsaris insignata foret. Sed est sensus. Vos habetis monetam insignitam imagine Cæsaris, ergo signum est, quòd aliquid ei debetis. Et patet, quia moneta non recipitur alicubi ex necessitate nisi in regione, quæ est subdita illi, cuius moneta est, sed inter Iudæos erat moneta Cæsaris: illa enim vtebantur, ergo erant subditi Cæsari, & consequenter dare debebant ei tributum. Inueniebatur enim aliquid pertinens ad Cæsarem inter Iudæos, scilicet, moneta eius: ideo illa erat debita ei. Sic dicit Hilarius. Si enim nihil

G quod Cæsaris, est penes nos resedit, conditione reddendi ei, quæ sua sunt, non tenebimur. Porro autem si rebus illius incumbamus si potestatis suę iure vtimur extra querelam iniuriæ est Cæsari reddere quod Cæsaris est.

Dixit autem reddite, & non dixit date, quia dare est donare, vel sponte dare. Reddere autem est soluere: nam reddere est iterum dare, vel post dare, scilicet, qui dat postquam sibi datum est, reddit, & iste soluit, quia dat quod accepit. In omni enim debito soluendo est reddere, quia nullum debitum causatur nisi ex accipiendo. Deo enim debemus aliquid, quia ab eo suscepimus omne bonum: principibus terrenis debemus tributa, quia

H ab eis recepimus defensionem, tranquillitatem, & alia bona, & ita de cæteris. Impossibile est enim causari debitum, nisi prius receperimus, nisi cum debitum prouenit ex crimine, & datur in pœnam, licet adhuc ibi potest stare ratio accepti, quia qui commisit delictum accepit plusquam ei licebat siue de lucro, siue de honore, vel delectatione, aut vindicta, aut huiusmodi, & ex illa acceptione indebita constituitur debitor. & tali modo loquitur Arist. 5. Ethicorum dicens, quòd ille, qui iniustum fecit accepit plus de lucro, & qui iniustum passus est, accepit minus de lucro. Et ita significatur, quòd ea, quæ sunt Cæsaris debita sunt Cæsari: ideo non danda, sed reddenda sunt. Et sic dicit Theophyla-

I ctus.

Quare Christus dixit, reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo, cum non esset ad propositum. Quæst. C.

QVAERETVR quare Christus dixit, reddite, quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quę sunt Dei Deo, quia videtur, quòd non erat ad propositum dici, & quæ sunt Dei Deo, sed sufficiebat dici. reddite, quæ sunt Cęsaris Cæsari, quia de hoc solo quęsitum fuerat.

Aliqui dicunt, quòd vtrumque dixit, quia ex denario mouebatur Christus ad ista dicendum, scilicet,

K quia sicut in denario erat imago Cæsaris, ita erat etiam imago Dei, & ideo inquantum erat ibi imago Cæsaris, erat debitus denarius, inquantum verò erat ibi imago Dei, erat dandum tributum Deo.

Sed dicendum, quòd non est verum: primo quia Deus non habebat aliquam imaginem, quæ posset inscribi denario sicut Cęsar, qui erat homo, vnde Deus conqueritur, quia faciebant ei idolatriæ imaginem Isa. 40. capitu. scilicet, Cui me assimilastis, aut cui me similem fecistis? q. d. nulla imago aut statua potest mihi conuenienter constitui.

Secundo quia dato, quòd aliqua imago fingeretur Iudęi nõ paterentur vllo modo talẽ monetã apud se esse,

esse, neque contingerent illam, sed detestarentur, vt abominationem idolatriæ, & tamen vtebantur patiēter moneta illa, & Christus eam manibus suis tenuit, ergo nullam talem imaginem habebat.

Tertio, & efficacius, quia manifestum est, ꝙ Romani cuderant monetam istam, cum haberet imaginem, & subscriptionem Cęsaris, & tamen ipsi non inscriberent aliquam figuram Dei Hebręorum in moneta, ergo non habebat denarius talem imaginem.

Quarto apparet, quia si denarius haberet talē imaginem, quandò Christus petiuit ostendi denarium, & dixit, cuius est imago hęc, & subscriptio, ostenderetur ei etiam imago Dei, & subscriptio eius. Et hoc maxime dicerent Pharisęi, vt fauerent causę suę, scilicet quòd non essent danda tributa Cęsari, sed non dixerunt hoc, sed solum, ꝙ est imago Cęsaris, ergo non erat ibi aliqua Dei imago.

Quinto, quia innuitur ex modo quærendi Christi, quod fuerit vnica imago, vel si duæ erant vnius modi erant, quia dixit. Cuius est imago hæc? & tamē si duæ imagines dissimiles essent, ibi non diceret cuius est imago hęc absolute, sed: Quorum sunt istę imagines? Dixit tamen, cuius est imago hæc, quasi vnica esset, ergo non erat ibi imago Dei.

Sexto, quia si duæ imagines ibi essent, & ex eo vellet Christus concludere reddite, quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt Dei, Deo: oportebat, quòd de vtraque quæreret, secus autem si existentibus ibi duabus imaginibus, vellet concludere reddenda esse Cæsari, quæ sua sunt, quia tunc quæreret solum de imagine Cęsaris, & tamen conclusit de vtroque, & nō quęsiuit, nisi de imagine Cęsaris, ergo videtur ꝙ non erat ibi alia imago.

Sed dicendum, quòd Christus dixit hoc, quia faciebat ad propositum. Primo, quia de Cęsare, & Deo erat contentio, licet Pharisæi non dixerint nunc hoc. Erat enim dubium inter Iudęos, an deberēt solui tributa Cęsari, quidam asserebant, quòd sic propter tuitionem patriæ, & alia bona, quæ Cęsar, & Romani conferebant Iudęis. Alij autem, scilicet Pharisæi dicebant non esse tributa soluenda. Et ratio sua præcipua erat, scilicet quòd iniustum erat, quòd populus Dei, qui soluebat Deo decimas, & primitias, & alia iura, præstaret tributa hominibus, & potissime alienigenis, & ob hoc Christus respondit, quòd aliqua erāt debita Deo, & aliqua Cęsari, & quòd cuique redderentur, quæ erant ei debita, Sic patet per Hieronym. scilicet. Nuper sub Cęsare Augusto Iudæa Romanis subiecta, quādo in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat, & erat in populo magna seditio, dicētibus aliis pro securitate, & quiete, quia Romani pro omnibus militarent, deberent tributa persolui, Pharisæis vero, qui sibi applaudebant in iustitia è contrario nitentibus non debere populum Dei, qui decimas solueret, & primitias daret, & cætera, quæ in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere, & ideo ad hoc respondit Christus, quòd licet populus esset ei subditus, & ei deberet multa, adhuc debebat aliqua Cęsari, & illa reddere tenebatur.

Secundo dixit hoc, quòd ista duo simul stent: Pharisæi enim innuebant non stare hęc duo, scilicet esse populum subditum diuinis pręstationibus, & insuper tributis humanis. Responsio autem Christi stat in hoc, quia ista duo se compatiuntur, & ideo dicitur, reddite, q̄ sunt Cęsaris, Cęsari, & quę sunt Dei, Deo, idest potestis dare Cęsari, q̄ ei sunt debita, & ēt Deo, quæ debita sunt illi. Et ita dicit Theo. date imaginem imaginato. i. denarium Cęsari, potestis enim Cæsari censum dare, & ideo propria offerre.

Quæ sunt illa, quæ sunt Deo reddenda. Quæst. CI.

QVAERETVR cum dicat Christus reddenda eē Deo, quæ sunt Dei, quæ sunt illa, quæ Deo reddenda sunt.

Dicendum, quòd aliqui exponunt sic, quòd Deus dicatur hic id, quod conuenit animæ: Cæsar dicāt ipsa naturalis conditio corporis, quædam aūt sunt debita corpori. i. sustentationi, & sunt ei reddenda. Alia sunt debita Deo. i. aīæ. s. in omnibus fm virtutem agere, & ēt hoc reddendum est, & in hoc Christus mediat inter illos, qui extrema tenebant, quidam. n. imprudenter deuoti dicebant oīa Deo danda. i. ad curam aīæ, & nullam curā de corpore agendā fore, isti oīa dabant Deo, & nihil Cæsari. Alii vero totam occupationem circa carnis delitias constituentes oīa Cæsari dant, & nihil Deo: Christus aūt dicit tā Cæsari, q̄ Deo aliquid dandū. Sic dicit Orige. Possumus aūt locū istū intelligere, ꝙ debemus quædam corpori dare, quasi tributum Cæsari. i. necessaria, quæcunque aūt sunt conuenientia animarum naturæ. i. ea, quę ducunt ad virtutē debemus Deo offerre. Qui ergo supra modum docent legem Dei, & de rebus debitis corpori nihil curare præcipiunt, sunt Pharisęi, qui reddere Cęsari tributum vetabant prohibentes, s. nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit. Qui vero supra modū æstimant oportere corporibus indulgere, ipsi sunt, sicut Herodiani, saluator autem noster vult, vt neque virtus minoretur dum supra modū carni seruimus, neq; carnis natura grauetur dum abundantius virtutibus adhęremus. Et idē dicit Theo. s. quasi Cęsar est vniuscuiusq; nostrum corporis ineuitabilis necessitas, iubet ergo dominus dare corpori cibaria propria, & vestitum, & quæ sunt Dei, Deo.

Secundo exponunt ēt quidam, ꝙ Cæsar sit diabolus, & imago eius sit in nobis similitudo eius ex operibus illius, reddenda sunt aūt Cæsari, & dæmoni, quę sua sunt. i. abrenunciandum pompis, & operibus eius, & ita est adhęrendum Deo. Sic dicit Orig. Duæ sunt imagines in homine, vna quam accepit a Deo, altera inimici. Sicut. n. denarius habet imaginem imperatorum mundi, sic qui facit opera tenebrarum istarum portat imaginem eius, cuius sunt ista opera. Dicit ergo reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: hoc est abdicate terrenam imaginem, vt possitis vobis imaginem cęlestem imponentes reddere, quæ Dei sunt Deo, vt. s. Deum diligamus.

Sed dicendum, ꝙ isti modi pertinent ad tropologiam, & non ad sensum literalem, quia manifestū est, ꝙ hic a Christo de tributis dandis, vel non dandis Cæsari quærebatur, & ipse de hoc respondebat.

Tertio ergo modo accipiunt alii, ꝙ Christus dicit aliqua debita esse Cæsari. s. præstationem tributorum: Deo autem debita esse opera nostra bona. s. vt eum diligamus, & immaculatos nos custodiamus ab hoc sęculo propter eum. Sic dicit Titus. Date Cæsari censum. Deo timorem, non exigit Deus denarium, sed fidem. Sic etiam Theophylactus ait: Reddas numisma regum regi: Deus ēt tibi tradidit intellectum, & rationem, restituas hoc ei non comparatus bestiis, sed in omnibus rationabiliter procedens.

Sed adhuc dicendum, ꝙ non est iste sensus. Primo, quia hoc non præstaret aliquam rationem dubitādi, quia idem argumentum fieret quantum ad oēs gentes, omnes. n. debent Deo innocentiam, & virtuosam operationem, & vsuram de talento tradito, & ita nulla gens deberet esse tributaria, & tamen Iudæi arguebant de se solis, ergo non loquebantur de his debitis Dei, sed de aliis.

Secundo patet, quia ſpũale debitum, & corporale in nullo ſe impediunt, neque vnum ingrauat alterũ, ſicut corporale debitum ſuper aliud corporale, quia cum ſint eiuſdem generis hñt ſe per accumulationẽ & vnum efficit alterum maius, & ideo vr̃, ꝙ potius eſſent debita corporalia.

Tertio patet, quia Phariſei, qui defendebant partẽ hanc non loquebantur de aliquibus ſpiritualibus debitis Dei, ſed de corporalibus, quia ſpiritualia parum aduertunt. Et patet hoc clare, vt Hierony. ait. ſ. Iudea ſtipendiaria facta fuerat, & erat in populo magna ſeditio dicentibus aliis pro ſecuritate, & quiete quã Romani pro omnibus militarent, debere perſolui tributa, Phariſæis vero, qui ſibi applaudebant, in iuſtitia è contrario nitentibus non debere populum Dei, qui decimas ſolueret primitias dare, & cætera, quę in lege ſcripta ſunt humanis legibus ſubiacere. Et tunc videbatur aliqualis difficultas, ſcilicet quomodo ſoluerent tributa hominibus & Deo, cum vtraque eſſent corporalia.

Dicendum ergo, ꝙ accipientur hic debita Dei ea, quæ erant debita ei corporaliter, ſecundum legem Moyſi. non quidem pro ſe, quia ipſe bonorũ noſtrorum non indiget Pſalm. 15. ſed vel pro ſuſtentatione miniſtrorum, ſicut erãt decimę quas ſoluebant Iudęi ad ſuſtentationem Leuitarum, & ſummi ſacerdotis Nume. 18. vel pro opere ſanctuarii, ſicut dimidium ſicli, quod dabatur a quolibet tranſeunte ad numerum 20. annorũ, quæ pecunia erat ad vſus ſanctuarij Exod. 30. c. & vocatur pecunia, vel precium animæ. 4. Regũ 12. c. vel erat ad ſuſtentationem ſacerdotum, ſicut primitię, oblationes, & cætera iura, quæ ponuntur Nume. 18. c. vel erant ad honorem Dei, ſicut ſacrificia, & libamina quantum ad partes illius, quæ cremabãtur in honorem Dei, iſta enim debita erant interdum, vt in ſacrificiis pro peccato, & pro delicto Leui. 4. & 5. & in multis locis, vt in parietẽ Leu. 12. & in emundatione leproſorum Leuit. 14. c. & in emundatione fluentium ſemine Leuiti. 15. & in aliis, in quibus ſacrificia ex neceſſitate fiebant, omnia autem hęc erãt Deo debita, quia licet darentur miniſtris aut ſanctuario, non dabantur, niſi intuitu Dei, & Deus dicebatur iſta ſuſcipere, & dare ea miniſtris pro miniſterio, quod ſibi exhibebant Nume. 18. c. hęc autem dicit Chriſtus reddenda, quia quandiu durauit ſtatus legis Moyſi, erant Iudæi obligati ad omnia hęc.

Quare Chriſtus dixit prius Cæſari, quam Deo.
Quæſt. CII.

QVAERETVR cum Chriſtus dixerit tam Cęſari, quã Deo ſoluenda eſſe debita, quare prius dixit Cęſari, quam Deo, cum Deus deberet pręponi. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit propter ordinem naturalẽ, quia debitum Dei, & Cęſari ſic ſe habent, ꝙ non poſſumus reddere Deo debitum ſuum, niſi Cęſari prius debitum reddiderimus. Dicunt enim Cęſarẽ eſſe dęmonem, & peccata eſſe, id quod illius in nobis eſt, & Deo non poſſumus bonorum operum debitum reddere, niſi prius a nobis omne peccatum abſtulerimꝰ. Sic dicit Orige. Princeps mundi. i. Diabolus dicĩt Cęſar, non enim poſſumus reddere Deo, quæ Dei ſunt, niſi prius reddiderimus principi, quæ ſunt ſua. i. niſi depoſuerimus malitiam vniuerſam. Idem quaſi vult Ambroſius, ſuper Lucam, ſcilicet tu ergo, ſi non vis eſſe obnoxius Cęſari noli habere, quæ mundi ſunt, & bene prius, quæ Cęſaris ſunt reddenda decernit, neq; enim poteſt quis eſſe domini, niſi prius renunciauerit mundo, quam grauia vincula promittere Deo, & non ſoluere, maior eſt contractus fidei, q̃ pecuniæ.

F Sed dicendum, ꝙ iſte ſenſus non eſt literalis, ſed myſticus, vt patet ſupra q. 104. & præced. q. & ideo rõ ordinis non eſt aſſumenda ex illo.

Secundo dicunt aliqui, ꝙ ideo prius dixit reddendum Cęſari, quã Deo, quia debita humana prius ſunt ſoluenda, quam diuina, eo ꝙ ex maiori rigore agit homo cum homine, quam Deus cum homine.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia magis tenemur ad debita diuina, quam humana, & illa potius ſoluenda ſunt, immo ſi debitum humanũ militaret contra diuinum debitum iam ceſſaret eſſe debitum, ſed potius eſſet indebitum, & eſſet illicitum talia ſolui. Sic dicit Chryſoſtom. Tu autem cum audieris, redde, quę ſunt Cæſaris, Cæſari, illa ſcito dicere eum ſolum, quæ in nullo pietati nocent, quia ſi aliquid tale fuerit non ad
G huc Cęſaris eſt, ſed Diaboli tributum.

Sed circa hoc conſiderandũ, ꝙ aut debita Dei ſunt ſpiritualia, vt ad recte viuere, aut corporalia, vt dare aliqua iura miniſtris Dei. Si primo modo non impediunt ſe debita iſta cum non ſint eiuſdem generis, & ita non eſt comparatio, ꝙ prius, vel poſt ſit ſoluendũ, & ſi aliquo caſu vnum impediret alterum, ſemper debitum Dei de recte viuendo debet pręcedere, & nullum debitum humanũ poteſt illud impedire, ſed potius ceſſat eſſe debitum, & ob hoc iuramenta præſtita, vel pacta inita, aut quicunque contractus facti, in quantum militant contra ſalutem ęternã, ſed deſinũt valere, & infirmantur. Si autem ſint debita corpora-
H lia, vt ſoluere decimas, vel primitias, ſortitur eandem legem cum alijs debitis humanis. Nam decimæ, tanquam debitę exiguntur extra de decimis. c. parochianos, & ita de aliis. Et tunc quamquam ſint multę differentię, ſecundum ꝙ quędam debita ſunt priuilegiata, & potiora aliis, ſecundum ꝙ pręcedere debent in ſolutione, tamen cęteris paribus debita Dei, & eccleſiarum ſunt fauorabilia, & pręcedunt ad alia.

Tertio ergo dicendum, ꝙ Chriſtus dixit prius de debitis Cęſari, quia de iſtis erat quæſtio, & non de debitis Dei, debita autem Dei non inducuntur hic principaliter, ſed acceſſorie, ideo de illis erat poſterius dicendum. Nam Phariſæi non quęrebant, an aliquid dandũ eſſet Deo, ſed an eſſet dandum Cęſari, & ideo
I Chriſtus reſpondit, dicens. Reddite, quę ſunt Cęſaris, Cęſari. Addidit autem, & quæ ſunt Dei, Deo, vt reſpõderet quæſtioni Phariſęorũ. ſ. quomodo ſtaret, ꝙ homo eſſet tributarius Deo, & homini, & ideo dicit, ꝙ non obſtante, ꝙ Cęſari ſoluatur, quod ſuum eſt, etiã Deo reddatur, quod ſuum eſt.

An Iudæi erant obligati Cæſari ad tributum.
Quæſt. CIII.

QVAERETVR an Iudęi erant obligati Cęſari ad tributum.

Dicendum, quòd an Iudęi eſſent obligati ad tale, vel tantum tributum non poteſt
K patere, quia conſideratio iſta eſt multum particularis. Sed an aliquod tributum eſſet dandum Cęſari dicendum, ꝙ ſic.

Et primo patet, quia Iudęi erant ſubiecti Cęſari, ergo aliquid ei debebant, nam neceſſe eſt, quòd teneat ſubditus in tẽporalibus ad aliquid dño ſuo tẽporali.

Secundo apparet ex ratione monetę, tenebant. n. Iudęi monetam Cęſaris, & vtebantur ea, ergo tenebantur ei ad aliquid, & iſtam rationẽ Chr̃s facit. Nam oſtenſo, ꝙ eſſet imago denarij, & ſuperſcriptio eius Cęſaris intulit. Reddite ergo, quæ ſunt Cęſaris Cęſari. Et tñ rõ iſta nõ ꝓcedit quaſi tota moneta inſignita imagine Cęſaris eẽt debita Cęſari, ſed innuit, ꝙ gẽtes illę, quę tenebant monetam Cęſaris erant ſubditæ, quia

quia aliàs non tenerent monetam eius, & consequenter debebant ei aliquid, & ob hoc Christus non dixit date Cæsari, sed reddite, qđ signat solutionē, solutio aūt non est, nisi de debito, & ita aliquid debebāt Iudęi Cæsari, cum monetā eius tenerent. Sic dicit Hilarius. Si.n. nihil quod Cæsaris est penes nos resederit, conditione reddendi ei, quæ sua sunt, nō tenebimur. Porro si rebus illius incumbamus, si iure potestatis suæ vtamur extra querelam iniurię est Cęsari reddere, quod Cęsaris est. Idem dicit Titus. Subiuistis Cęsaris seruitutem, suscepistis, quæ eius sunt: date ergo illi censum Deo timorem. Tertio apparet ex ratione publicæ administrationis, & tuitionis, & trāquillitatis. Hęc.n. oīa Cæsar præstabat, nā ponebat pręsides, & Iudices, qui foralia omnia diffinirent, & contentiones terminarent, & specialiter criminalia. Nam in ciuilibus Iudæi habebant iudices de seipsis, in criminalibus tamē nō. Vnde nō licebat eis interficere quemquam, sicut ipsi dixerunt Pilato Io. 18. c. etiam tenebat regionē in pace cohibens omnes tumultus, & seditiones, & ad hoc habebat legiones, & centuriones in Iudęa, qui erant Romani, vel Gentiles, vt seruarent tranquillum statū publicum. Etiam faciebat, vt nulla alia gens pugnaret contra Iudæos, & siquis pugnare velle suscipiebat Cęsar defensionē patriæ, ideo pro his multa debita erant ei, quia non debebat in his omnibus militare suis stipendijs. Sic.n. dicit Theophilus super hoc verbo: tuetē te princeps tuus ab hostibus, vitam tuam reddit trāquillam. Pro his ergo teneris in censu. sed hoc ipsum, quod offers numisma ab eo habes, reddas ergo numisma regium regi.

An Christus dicens: reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, significauit aperte, quòd tributum dandum esset Cæsari.
Quæst. C IIII.

QVAERETVR an Christus dicens reddite, quæ sunt Cæsaris Cęsari significauit aperte, ꝙ tributum dandum esset Cæsari. Aliqui dicunt, ꝙ non significauit eos teneri, sed solū dixit reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. i. ea, quæ sunt Cæsaris reddenda sunt ei, & ideo si quid habetis, quod sit Cæsaris, reddite illi.

Dicendum, ꝙ non stat, sed expresse voluit Christ⁹ significare aliquid esse debitum Cæsari apud Iudæos quod illi reddendum esset. Et patet primo, quia Christus respondit hic ad quæstionem Pharisęorum. s. an liceat dari tributum Cęsari, & tamen si Christus solū diceret si aliquid debitū est Cęsari reddite illi, nō erat respondere ad qōnem, sed ēt nulla quęstione proposita poterat dici si quid est debitum Cæsari, vel Deo reddite illi, & tñ fuit ista rñsio ad qōnem, ergo voluit significare aliquid esse debitum Cæsari. Secūdo patet, quia si Christus nollet rñdere in speciali ad quæstionem, sed dicere in generali, si quid debitū erat Cæsari reddendum esse illi nō peteret ostēdi sibi denarium, & tñ petiuit, & vidit, & quæsiuit cuius erat imago, & subscriptio, & cum diceretur ei, ꝙ erat Cæsaris, adiunxit, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Voluit ergo aliquid sibi debitum esse apud Iudæos. Tertio patet adhuc efficacius, quia visa imagine Cæsaris, & superscriptione dixit Christus. reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, in quo facit consequentiam ex pręcedētibus. q.d. quia sic est, ꝙ iste denarius habet imaginem Cęsaris, reddite illū Cęsari, quia Cæsaris est, & ita significauit aliquid debitū esse Cęsari in illa moneta.

Quarto patet, quia dicitur hic in litera, & Marc. 12. & Luc. vigesimo capitu. ꝙ Pharisæi audientes verba Christi mirati sunt, & istud fuit mirari de ingenio respōsionis eius, ita vt nihil in ea redarguere potuerint, & tñ si Christus non responderet in speciali ad istam

A quæstionem, sed solum diceret in generali, si quid debitum est Cæsari reddite illi, nihil admiratione dignū dicebat, quia quilibet quantumlibet insipiens hoc diceret, ergo nō locutus est in generali, sed ostendit aliquid sibi esse debitum.

Quomodo Christus voluit dicere aliquid debitum esse Cæsari, cum esset contra populum.
Quæst. C V.

QVAERETVR quō Christus voluit dicere aliqd debitum esse Cæsari, & quomodo ausus est hoc dicere, quia incidebat in inconueniens. s. quia videbatur subijcere populum seruituti, & ita Pharisęi auerte-
B rent populum ab eo. Nam ista fuit causa, quare erat ista quæstio tentatio, scilicet, quia quidquid responderet erat inconueniens, & ita Christus non respondit directe.

Dicendum, ꝙ licet Christus ostendit debitum esse aliquid Cęsari non incidit in inconueniens aliquod. Et patet primo, quia licet verba Christi, quantum ad sapientes, & aliquid intelligentes ōñdebāt manifeste debitum esse tributum Cæsari, tñ quantum ad simpliciores qualis est totus populus non videbatur significare, nisi ꝙ si aliquid esset debitum Cæsari, ꝙ redderetur ei, & ita Pharisæi non habebant occasionem calūniandi verba eius coram plebe, quia nō videbat̄ apte dicere contra Iudęos, licet diceret, secus aūt si diceret
C tributum esse soluendum Cæsari sic aperte asserens, quia tunc clamarent Pharisæi contra Christum corā plebe, ꝙ in seruitutem eos reducere volebat.

Secundo, quia Christus vsus est hic quodam artificio. s. quia noluit quicquā diffinire, quasi ex seipso, sed respondit quid rō videretur suadere. Si.n. nō accepto denario diceret Christus Pharisæis soluendū est tributum Cęsari, vel saltem diceret aliquid est sibi debitū clamarent Pharisęi, quia hoc Christus videret a seipso dicere, sed ille petiuit denarium, & cū quæsiuisset de imagine, & subscriptione, cuius erat, & rñsum eēt, ꝙ Cęsaris, intulit. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari. s. rō suadet, ꝙ si vos habetis apud vos aliquid Cæsaris, ꝙ reddatis illud ei, & ita cū ratio hoc suaderet ēt Chrō
D non loquente non poterant quicquam de Chrō conqueri, nisi de ratione ipsa conquererentur.

Tertio, quia ipse temperauit valde dictum suum: nam cum arguit de imagine, & subscriptione denarij, bene sequebatur ex hoc, ꝙ erat tributum dādum Cæsari, quia quæcunque præstatio quantumlibet parua esset tributum, & tñ tenebantur ad aliq̃, ergo tenebantur ad tributū, & tñ adhuc ipse noluit cōcludere; reddite ergo tributum Cæsari. Sed dixit reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari. Et ita ista locutio est auribus blādior, licet in significando ęqualet alteri. s. reddite tributum. Sed ad hoc, ꝙ non exasperentur illi, qui cupiunt habere occasionem, est cautela blande loqui, licet verba in significatione non sint blanda.

E Quarto, quia addidit etiam aliud temperamentū. s. Et quæ sunt Dei, Deo. Nam si diceret solum reddite, quæ sunt Cęsaris Cæsari, esset aliqualiter magis apertū, ꝙ significabat eos determinate obligatos esse Cęsari ad aliquid, sed cum addidit, & quæ sunt Dei, Deo; videtur quodammodo innuisse, ꝙ omnibus soluēda sunt debita cuicunque illa sint debita, & non determinate velle sentire de solo Cęsare; ꝙ ei essent obligati Iudæi.

Quinto, quia licet ēt populus videret aliqualiter, ꝙ Christus dicebat eos obligatos ad tributa, cum tamē hoc nō diceret, quasi a seipso, sed cogente ad hoc ratione non habebāt propter quid conquererentur de eo. Et sic Pharisæi visis istis temperamentis viderunt,

sunt, quòd nullum inconueniens sequebatur ex verbis Christi de illis, quæ ipsi volebant inducere. Et patet primo, quia ipsi admirati sunt valde de responsione eius supra in litera. Et Mar.12.c. & tamen si aliquod inconueniens de intentis ab eis sequeretur, non admirarentur, sed potius gauderent, & statim clamarent contra Christum. Secundo, quia Luc.20.d. Et nō potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in responso eius, tacuerunt. Et tamen si incidisset in aliquod de inconuenientibus intentis ab eis inuenirent de quo eum redarguerent coram plebe, ergo sufficienter euitabat per istum modum omnia inconuenientia, & tamen nisi sufficienter euitasset Chrs oīa inconuenientia increpassent eum Pharisæi, quia hoc maxime intendebāt. Sic dicit Theoph.s.hoc.n.pcipue intendebant.s.increpare eū coram populo, sed non potuerunt propter sapientissimam eius rñsionē. In hoc aūt nos instruimur qualiter respōdere debeamus cautè tentatoribus nostris non asserendo plane, neque negando, sed prudenter deuitando eorum qōnem, vel medio mō f'm sapientiam nobis datam procedendo. Sic dicit Orige. Discamus ex hoc loco, ꝙ ꝗ tentantes, neque omnino tacere debemus, neq; simpliciter respondere, sed circunspecte, vt præcidamus occasionem quærentium in nobis occasionem, & doceamus irreprehensibiliter, quæ possunt saluare volentes saluari.

Quare dicitur, quod Pharisæi audientes responsionem Christi mirati sunt. Quæst. CVI.

QVAERETVR quare dicitur, ꝙ Pharisæi audientes responsionem Christi mirati sunt. Dicendū ꝙ hoc fuit pp magnitudinem ingenij eius.s.ꝙ dolos tam excogitatos, tam facile dissipasset respondens sine aliqua reprehēsione sine vlla deliberatione, & ista causa admirationis erat, quia eum purum hominem putabant, nam si Deum crederent nō admirarentur, quia naturale est Deo oīa scire, & non est ꝯsiliū cōtra dñm. Secūdo admirati sunt, quia statim in primo aspectu cognouit eos esse tentatores, & vocauit eos hypocritas, quod erat difficile, & ipsi putauerunt, ꝙ ex perspicacitate ingenii hoc deprehenderat, & non alio modo, tāta admiratio immo stupor tenuit Pharisæos, ꝙ totaliter tacuerunt Luc.20.ca. Sed dicendum, ꝙ in hoc apparebat radicata immo obstinata iniqtas Pharisæorum, quia cum viderent se deprehensos, & machinationes, & dolos suos nihil valere, debuerant cōuerti ad eum, & dolere, ꝙ praue egissent, sed non fecerunt, immo admirati sunt, ꝙ eum fallere non potuissent, & ita desiderium decipiendi adhuc habebāt, & dolebant, ꝙ decipere non potuissent. Sic dicit Hie. qui autem credere debuerant ad tantam sapientiam mirati sunt, ꝙ calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum.

Quare post responsionem Christi dicitur de Pharisæis, & Herodianis, quod relicto eo abierunt. Quæst. CVII.

QVAERETVR quare post responsionem Christi dicitur de Pharisæis, & Herodianis, ꝙ relicto eo abierunt. Dicendum, ꝙ hoc debet intelligi de Pharisæis, & Herodianis, qui ad tentandum venerunt, nō autem de plebe, quæ aderat, nam qñ venerant illi ad tentandum erat Christus coram plebe.s. prædicando, vel loquendo, aut miracula faciendo. Quod patet, quia soli Herodiani, & Pharisæi venerunt ad tentandum, vt dicitur in litera. Et non venit populus cum eis, & tamen tentatio fuit

F coram populo, quia dicitur Luc.20.ca. & non potuerunt verbum eius reprehēdere coram plebe, ergo populus stabat cū Christo, quando illi venerunt ad quærendū, & populus ille non recessit nunc, sed soli Pharisæi, & Herodiani. Causa autem recedendi fuit, quia illi non venerant ad audiendam doctrinam Christi, sed ad tentandum eum, & hoc iam fecerant quantū potuerant, ideo nihil erat eis ad quod cum Christo, vltra manerent, populus autem, quia venerat ad doctrinam manebat cū Christo. Secundo fuit, quia Pharisæi, & Herodiani confusi fuerant, eo ꝙ rñdit Christus eis valde sapiēter, ita vt ipsi nihil replicare potuerint Luc.20.s.& mirati in responso eius tacuerunt, &

G ita graue erat eis sustinere illam confusionem, quam tamen sustinebant, quandiu manebant corā Christo, & plebe, coram qua ista acciderant, ideo noluerūt ibi amplius manere. Tertio fuit, quia timuerunt maiorē confusionem si amplius manerent, sicut acciderat alijs Pharisæis, & Scribis, & principibus sacerdotū præceden.c. quando quæsierunt a Christo, in qua potestate hæc faciebat, nam postquam respōdit illis dixit contra eos tres parabolas ad magnam increpationē eorū s.duas præcedent.c. & vnam hic. Vt ergo non cogerētur isti audire similes increpationes statim, vt responsum est eis, & viderunt, ꝙ non poterant replicare, abierunt.

H

Quid est acceptio personarum. Quæst. CVIII.

QVONIAM autem supra in litera dicitur. Nō est tibi cura de aliquo, & non respicis personam hominum, quę manifeste intelliguntur de acceptione personarum, sunt aliqua dubia hic de acceptione personarum. Et primum est, quid est acceptio personarum. Dicēdum, ꝙ acceptio personarum significat quandam considerationem personæ ad faciendū aliquid pro illa, quia talis persona est, non accipere autē personam est non considerare personam ad hoc, ꝙ ei vtilitatem, aut honorem, aut aliquid boni impendamus, quia talis persona est. Considerandum autem, ꝙ

I acceptio personarum opponitur iustitię distributiuę, Est autem iustitia distributiua iustitia particularis habitus consistens circa ęqualitatem in distribuendo, & est ista ęqualitas non f'm magnitudinem, vel quātitatem, sed f'm proportionē.s.inquantum diuersis personis damus diuersa pręmia, vel pęnas f'm proportionem, ad dignitates, aut merita, vel demerita personarum, & dicimur dare ęqualiter f'm proportionē.i.ꝙ qualis est proportio vnius personæ ad alteram in merito, vel demerito, talis est proportio pręmij, vel pęnę vnius ad pmiū, vel pęnā alterius, vt si bonitas vnius est dupla ad bonitatē alterius honor illi collatus debet esse duplus, & ita debet cōparari ēt pęna f'm proportionē, & tunc est ęqualitas iustitię distributiuæ, f'm proportionē. Si aūt duobus existentibus, qui peccauerint, & vni inferatur pęna, alteri non inferatur, non obseruatur iusti-

K tia distributiua, vel si vtrique datur pęna, & non est talis proportio pęnę qualis est peccati, vt si pctm̄ vnius est duplum ad peccatum alterius, & tñ pęna est ęqualis, vel solū sexquitertia, non seruatᷣ iustitiæ distributiuæ ęqualitas f'm proportionē, in oībus aūt modis, in quibus, uel non seruatur iustitia, vel non tenetur totaliter proportio, exitur a iustitia distributiua, & in illis est acceptio personarū, & hoc est respectu boni dādi, secus respectu pęnę, vel mali. Nam si duo peccauerūt ęqualiter, & vni datᷣ a iudice pęna ęqualis f'm legē, q̄ lex vult fit aliqd alteri vero datur duplum de pęna, pp personā, quia tñ fit in malum non est acceptio personę, sed odiū, & ista est prima conditio acceptionis personarum.s.ꝙ sit in bonum. Secundo

Quid sit iustitia distributiua.

Secūdo considerandū, ꝙ q̃ncūque aliquid boni fit A considerando solum personam, cui fit, & non conditionem aliquam eius, sed solum personam, scilicet ꝙ est Petrus, vel Ioannes, est acceptio personarum, quia quando consideratur persona, & nō meritum est acceptio personarum, & tamen persona nuda non dat meritum respectu alicuius boni suscipiẽdi, ideo quādocunque sola persona considerabitur est accipere personam.

Sed obijcietur, ꝙ si facio alicui eleemosynam solū, quia homo est, non considerando, ꝙ sit pauper, vel iustus, aut aliquid aliud, sola persona consideratur, & tamen non est acceptio personarū, quia tunc esset peccatum, quod falsum est. Dicendum, ꝙ in casu dato nō est acceptio personarum, neque ẽt est peccatū, B & si contingat esse aliquando peccatū non erit, quasi sit acceptio personarū, sed ꝙ inconsiderate dedit dando non indigenti, & non dando famem patienti, & tñ non est acceptio personarum. Et cum dicimus, ꝙ non consideramus, nisi personam. Dicendum, ꝙ non consideramus personam, sed naturam, nam esse hominē non dicit personam, sed spēm, & esse hominē est conditio necessaria ad recipiendum eleemosynam, nam non homini non fit eleemosyna, & per hominē accipio tam hominem, q̃ animā hominis solutam à corpore, quia etiam illi pręstatur eleemosyna. Tertio considerandum, ꝙ quando fit aliquid boni alicui propter cōditionem personę, interdum est acceptio personarum, & interdum non. Pro quo sciendum, ꝙ aut C conditio illa, quam respicimus facit debitum esse personę, vel competens ei id, quod damus, aut non. Si primo modo nō est acceptio personarum, quia illud non est respicere personam, sed meritum, vel causam, nam in quacunque persona inueniretur conditio illa faceret eam dignam illa re, quam ei tribuimus, sed proprie accipere personam est, quando ita damus vni personę rem, ꝙ non daremus alteri, & tamen si meritum aspicimus, dabimus cuicunque habenti meritū illud, ergo non accipitur ibi persona, sed causa. Et ita non est acceptio personarum. Si autem conditio illa, quam respicimus non facit debitum esse personę, vel competens id quod ei tribuimus, est acceptio personarum.

Nō homini nō fit eleemosyna.

De primo, vt si aliquem promoueam ad magisterium, vel doctoratum propter scientiam, nam sciētia D est causa faciens debitum esse sibi gradum, vel competētem, & ideo licet dicatur, ꝙ gradus datur isti propter personam suam non est acceptio personarū, quia non datur pro persona, sed pro merito personę, sed dicitur, ꝙ datur ei pro persona sua, idest non datur ei ꝑ causa extrinseca, scilicet pro aliquo, quod sit extra ꝑsonam suam, scilicet non pro pecunia neque pro precibus alicuius, sed pro merito personę, quod non est extra personam, & omnia talia computantur cū persona, sed nō faciunt acceptionem personę, sed potius tollunt eam, cum faciant rem debitam esse personę, quæ datur.

E De secundo, vt si aliquem promoueam ad magisterium solum, quia est amicus, vel ꝯpatriota, vel diues: nihil .n. istorum facit magisterium esse sibi debitum, vel competens, ideo est acceptio personę.

Quarto considerandum, ꝙ licet accipere personā secundum astrictam significationem sit, quando sola consideratur persona, & non aliqua conditio, tamen vocamus acceptionem personarum, quandocunque aliquid datur, siue propter solam personam, siue propter quamcunque aliam causam, quæ non facit rem debitam, siue competentem, & hoc siue conditio teneat se ex parte ꝑsonæ, siue non, sicut respectu huius, quod est ad gradum promouere omnes conditiones A sunt indebitæ, & faciunt acceptionem personę pręter hanc, quæ est esse sapientem, & rite cursasse ꝑ tempora, & actus lege diffinitos: esse aūt nobilem, diuitē, cognatum, affinem, amicum, compatriotam, pulchrū, robustum, pecuniam esse præstitam, preces intercessisse, auxilia aut beneficia quōdam recepisse, & quidquid aliud excogitari potest, faciet hic acceptionem personarū, quia non est cā faciens gradum esse debitum, vel cōuenientem. Et licet hic q̃dam cōditiones sint hic pure extrinsecę, vt pecuniam esse datam, vel preces oblatas, aut quondam auxilia pręstita, alię vero absolute pertinentes ad personam, vt esse pulchrū, & robustum, alię vero sunt competentes personę respectu alterius, vt esse amicum, & compatriotam, cogna- B tum, affinem, tñ oēs ponimus in personā, quasi in omnibus his solam personam consideremus .i. non aliq̃ causam meritoriam, quæ facit rem debitam, & ideo in oībus dicimus esse personarum acceptionem.

Quinto considerandum, ꝙ quædam conditiones sunt, q̃ faciunt personā dignā ad aliquid, & non faciūt dignam ad aliud, sicut esse cognatum facit aliquem dignum ad hoc, ꝙ instituatur hęres patrimonii, & nō facit dignum ad hoc, ꝙ fiat magister, vel prælatus ecclesiæ, aut dux belli. ideo eadem conditio personæ in vno negocio considerata facit acceptionem personæ & in alio non facit, sicut siquis instituit aliquem hęredem in bonis suis, quia erat frater suus nihil aliud considerando, non est acceptio personę, & tamen si con- C ferat alicui episcopatum, solum quia est frater suus, est acceptio personæ, & ita circa singula negocia inueniri poterit, quando sit acceptio personę, & quando non.

An acceptio personarum sit peccatum. Quæst. CIX.

QVAERETVR an acceptio personarum sit peccatum, & an veniale, vel mortale. Aliqui dicunt, ꝙ nō sit peccatum, quia nomine personę intelligitur dignitas, sed considerare dignitates personarū non solum non est malum, sed etiam est necessarium in iustitia distributiua. vt patet. 5. Ethic. ergo acceptio ꝑso- D narū non est pctm̄. Secundo, quia in rebus humanis personę sunt principaliores, q̃ res, cū res sint ꝑꝑ personas, & nō è contrario, sed acceptio rerū .i. hrē cōsiderationem ad res ad faciendū aliquid, vel nō faciendū non est pctm̄: ergo multo minus acceptio ꝑsonarū. Tertio, quia potius vr̄, ꝙ non accipere ꝑsonam .i. non considerare est peccatū circa actionem. Nam aliquid est licitum fieri circa vnā ꝑsonam, quod non licet fieri circa alteram. Si aūt nō esset acceptio ꝑsonarū non est pctm̄. Quarto, quia q̃ncunque honorē, vel bonum aliud conferimus alicui personæ est aliquid considerandū quare illud faciamus, quia fieri sine cā est indebite fieri, duo aūt considerare possumus circa aliquē s. aut res, aut personas, sed quidā sunt, in q̃bus nō licet E respicere ad rem, vt si alicui conferre velimus gradū magisterii, vel doctoratus, aut pręlationem, non sunt considerandæ res illius. idest vt multa, aut pauca possideat, sed ꝑsona, & tamen personā respicere est acceptio personarum. ergo non est peccatū accipere personas, sed licitum.

Dicendum, ꝙ acceptio personarum est peccatum, virtuti .n. non opponitur, nisi vitium, sed acceptio ꝑsonarum opponitur iustitię distributiuæ, ergo est pctm̄. Q̃ncunque enim distribuitur honor, aut lucrum, vel pecunia inter personas non consideratis dignitatibus earum, idest conditionibus facientibus eas dignas eo bono, quod eis datur, est acceptio personarum, si sit in bono, quia non datur ibi bonum ꝑꝑ meritum, sed

ſolum propter intuitum perſonę, qualiter autem fiat hoc,& quot modis dictum eſt præcedenti q.

Item patet, quia non prohibetur aliquid lege diuina, niſi ſit peccatum, & tamen vetatur acceptio perſonarum, ergo eſt peccatum accipere perſonā. Patet hoc Deu.1.ſ.ita magnum iudicabitis, vt paruū,& non accipietis cuiuſquam perſonam. Sic etiam dr̄ Prouer. 18. accipere perſonam in iudicio non eſt bonum.

Ad primum dicendum, ꝙ nomine perſonę aliqñ intelligitur ſola perſona, aliqñ perſona, & conditio pſonę, quę non eſt extrinſeca, aliqñ aūt oīs conditio, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca, dumtñ non faciat perſonam dignā eo bono, quod ei confertur. Accipiēdo primo mō ſemper eſt acceptio perſonarū, & eſt peccatū, quia perſona ſola, non ꝯſiderata aliqua ꝯditione eius, non facit eam dignam aliquo bono, & iñ dare non digno, vel ei, cui res non conuenit eſt, accipere pſonam, quia eſt dare ſine cauſa, ergo ſemper eſt pc̄tm̄ in materia illa, in qua locum habet acceptio perſonarum. Accipiendo ſecundo mō interdum eſt acceptio perſonarū, & interdū non, cū quędā conditiones ſint, quę faciunt perſonam dignam, vel capacē boni, quod confertur, alię aūt non. Et iſto modo accipitur perſona, vt conuenit modo loquēdi noſtro, quia diſtinguitur ꝯ res. Nam dicimus, ꝙ aliquando facimus aliquid propter perſonam, & aliquādo pp res, & ita vocamus ibi perſonam omne, quod non eſt extra perſonam, rē autem vocamus quidquid eſt extra perſonam, & iō tā perſonam, quam conditiones eius intrinſecas vocamus perſonam, res autē poſſeſſas, & quidquid aliud extrinſecum eſt vocamus res. Accipiendo tertio modo dicendum, ꝙ ſemper eſt acceptio perſonarum cū ibi non agatur pp dignitatem, ſed pp intuitum perſonę. Eſt autem regula, ꝙ quandocunque in dando aliquod bonum alicui conſideratur ſola perſona, vel quęcunque conditiones perſonę, ſiue intrinſecę, ſiue extrinſecę, quæ tamen non efficiant perſonam dignā illo bono, quod ei datur, vel ſaltem capacem, eſt acceptio perſonarum, ſi eſt materia, in quam cadat acceptio perſonarum, vt infra dicetur. Quoniam aliqua materia eſt, circa quam non contingit accipere perſonam. Cum autem dicitur nomine perſonę intelligitur dignitas. Dicendum ꝙ quantum ad ſecundum modum intelliguntur omnes conditiones intrinſecę quarum quædam faciunt perſonam idoneam, & capacem eius, quod datur: alię non faciunt aliquid ad eſſe capacem. Primę vocantur dignitas perſonę, & circa iſtas non eſt acceptio perſonę, & conſiderare iſtas non eſt conſiderare perſonam. Secundę autem non vocantur dignitas, ſed ſolum perſona, & conſiderare illas eſt accipere perſonam.

Regula ad cognoſcēdum, quādo eſt acceptio pſonarum.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ res poteſt accipi pro eo quod poſſidetur, vel quaſi, vel generaliter pro omni eo, quod non eſt ipſa perſona. Primus modus eſt proprius accipiendi res, quia rem diſtinguimus a perſona, & ponimus eſſe aliquid extrinſecum, quęlibet autem extrinſeca, quę dicuntur res noſtrę poſſidentur a nobis, vel quaſi poſſidentur, & hoc modo res, nunquam conſiderantur circa iuſtitiam diſtributiuā, quia in diſtributione debet conſiderari dignitas perſonarum, res tamen extrinſecę non faciunt hominē dignum aliquo honore, vel bono, quia proprie non ſunt bona noſtra, vel ſi ſunt noſtra, non vocantur ſaltem bona humana, ſed bona poſſeſſa. Accipiendo ſecundo mō res vocantur virtutes, & operationes earū, & quæcunque conditiones hominum, & hoc modo res conſiderantur circa iuſtitiam diſtributiuam, quia quædam talium rerum efficiunt homines dignos eis, quæ dantur eis, & illę conſiderandę ſunt, perſona autem ſola conſiderata, nunquam facit dignum ali-

Res extrinſecę nō faciūt hominē aliquo dignū honore.

F quo bono, ideo nunquam conſideranda eſt perſona circa iuſtitiam diſtributiuam, res autem ſecundo modo acceptæ conſiderādę ſunt, quia aliquando dignos faciunt recipientes. Cum autem dicitur, ꝙ perſonę ſunt principaliores, quam res. Dicendum, ꝙ ſiue res accipiantur primo modo, ideſt pro poſſeſſis, ſiue ſecūdo modo, ideſt pro conditionibus perſonarum, ſemp perſona eſt magis præcipua, quam res cum cętera ſint propter perſonam, vel accidentia illius, & tamen, licet in gradu eſſendi, vel naturæ ſit perſona maior, quam res, tamen comparādo ad nos, vel ad rectitudinem operationum magis præcipua eſt conditio perſonę, quam perſona, cum perſona non faciat dignum hominem aliquo bono, & conditiones perſonarum faciant dignum, & ita, quando fit aliquid propter per-
G ſonam ponitur non cauſa pro cauſa, & ideo eſt acceptio perſonarum, cum autem fit propter conditionē perſonę quia illa poteſt facere perſonam dignam bono, de quo agitur, non eſt acceptio perſonarum, licet ſemper ſit maior perſona, quam quęlibet conditio eius in gradu eſſendi, vel naturæ. Sic etiam in gradu vna muſca eſt maior, quam omnę inanimatum, & tamen apud homines melius iudicatur, & maioris valoris modicum de pane, vel de auro, quam omnes muſcę.

Ad tertium dicendum, ꝙ procedit argumentum ex ęquiuocatione, nam non accipitur ibi perſona pro ſola perſona, ſed pro conditionibus perſonę, vel per-
H ſona cum conditionibus, nam ſi conſideraretur perſona ſolum pro ipſa perſona ſine aliqua eius qualitate indifferenter ſe habent omnes perſonæ, & nihil licet circa vnam, quin liceat circa aliam, ſed ſolę qualitates, vel conditiones quæcunque faciunt differre, & ꝙ liceat aliquid ad vnam, quod non liceat ad aliam. Et ideo dicendum, ꝙ ſi conſideraretur ſola perſona, vel conditiones non facientes dignum, vel indignum nihil differt omittere talem conſiderationem, immo debet omitti, quia ſi teneatur talis conſideratio, accipitur non cauſa pro cauſa, & eſt acceptio perſonarū, & peccatum ſi accipiantur conditiones perſonę, quę faciunt dignum, vel indignum. Dicendum, quod illę ſunt conſiderandę, & tunc licet aliquid fieri circa vnā
I perſonam, quod non licet circa alteram, & conſiderare tales conditiones non eſt acceptio perſonarum, neque vocatur illud accipere perſonam, ſed accipere dignitatem. Ad quartum dicendum, ꝙ quandocunque damus aliquid ſemper eſt conſideranda cauſa dationis, & cum dr̄, ꝙ perſona eſt cauſa, & non res, dicēdum, ꝙ vtrūque accipitur ęquiuoce, ſ. res, p poſſeſſis, vel quaſi, & res pro omni conditionę, quæ nō eſt ipſa perſona. Accipiēdo primo modo regulariter nunquā eſt conſiderāda res circa iuſtitiam diſtributiuam, quia non facit hominem aliquo bono dignum. Accipiendo ſecundo modo eſt conſideranda res, quia ſolę res ſunt, quæ nos dignos efficiunt aliquo bono. Etiam perſona accipitur in præſenti tripliciter, vt ſupra dictū
K eſt. Accipiendo primo, & tertio modo, nunq̄ eſt ꝯſideranda perſona in diſtributionibus, quia ſemper eſt acceptio perſonæ, ſed ſola res. Accipiendo ſecundo modo eſt conſideranda interdum perſona, ſ. quando accipitur pro conditionibus, quæ dignū efficiunt, vel capacem alicuius boni, quod diſtribuitur. Et cum dicitur de dando gradum dicendum, ꝙ ibi non conſideratur res primo modo, ideſt poſſeſſa, ſed res ſecundo modo, ideſt cōditiones. Et verum eſt, ꝙ datur gradus alicui, quia ſapiens eſt, & legitimè curiauit, perſona autem non recipitur ibi, niſi accipiatur perſona pro conditionibus perſonę dignificantibus eam.

An

An exceptio personarum sit peccatum mortale, vel veniale. Quæst. C X.

QVAERETVR circa secũdum, idest an exceptio personarum sit peccatum mortale, vel veniale.

Aliqui putant, quòd hoc non est semper vno modo, sed aliquando est peccatum mortale, & aliquãdo veniale secundum conditionẽ rerum, circa quas accidit, sicut circa mendacium fit. Aliquod.n.mendaciũ est peccatum mortale, sicut perniciosum, & aliquod veniale, sicut iocosum. Dicendum, ꝙ falsum est, sed acceptio personarum semper est peccatum mortale. Et patet primo, quia acceptior personarum semꝑ opponitur iustitiæ distributiuæ: & ita acceptor personarũ semꝑ est iniustus, sed iniustũ facere est peccatũ mortale, nam iniustum faciendo aliquem lędimus, lędere autem indebitè semper est contra charitatem, sed quidquid est contra charitatem est peccatum mortale, ideo semper acceptio personarum est peccatum mortale. Secundo patet, & manifestius, quia transgressio cuiuslibet præcepti, & potissime negatiui inducit peccatum mortale, & tamẽ diuinum præceptũ est non accipere personam Deut. 1. c. ergo quandocunque acceperimus eas, transgredimur præceptum illud, & sic peccamus mortaliter.

Tertio patet, quia in acceptione personarum semper lęditur bonum publicum, vel bona priuatorum ex intentione, ergo est peccatũ mortale. De primo, vt in collatione honoris, in quo non est competitio, sicut non est conferre alicui magisterij, vel doctoratus gradum. Circa hæc autem non potest directe noceri vni priuato benefaciendo alteri, eo ꝙ gradus collatus vni non tollit, quin detur equalis, vel idem in specie gradus alteri, & idem gradus numero, qui vni datur non poterat dari alteri, competitio tamen non fit, nisi circa idem numero, vt pecuniam, vel rem possessam, & ob hoc benefaciendo alicui circa talia non lęditur alius directe, cum non tollatur neque minuatur illi gradus, quem habet, & potest etiam dari sibi gradus, quem non habet. Et dixi directe, quia indirecte potest vnus lędi per honorem, vel gradum alterius, vt si cum gradu oritur sibi aliquod ius contra alterum, quod prius non habebat, siue circa res, siue circa honorem, & tamen circa tales honores semper lęditur directe respublica, si non recte distribuantur. Nam omnis honor pertinet ad rempublicam, vel ad principem, qui administrat rempublicam, & ita sola communitas, vel qui vice eius fungitur honorẽ tribuit, vt gradum, vel statum, & dignitatem, si autem non dentur hi honores, siue gradus dignis, lęditur valde respublica. Et hoc in duobus. Primo, quia habẽtibus tales honores, scilicet gradus cõpetunt aliqua, vt diffinire, & docere, qui si indigni sunt necesse est, vt male, & insufficienter faciat, quod valde lędit rempublicam, sicut habere ignaros medicos. Secundo, quia quando tales honores dentur indignis, & eos in quos transfusi fuerint dignos non efficiant, sed potius ostendent indignos, contemnitur apud cęteros honor, qui talibus potuit prouenire, & ita lęditur valde respublica, cum magna bona sua, idest honores contemnantur, ita vt parua, vel nulla bona iudicentur, & ob hoc peccat administrator reipublicę, qui alicui gradum magisterij, vel doctoratus indigno contra leges reipublicæ confert, & non solum peccat, tanquam legis transgessor, sed etiam, vt directe inferens nocumentum reipublicę.

Oīs honor pertinet ad rempublicam, vel ad eius principem.

Secunda bona pertinentia ad distributionem sunt illa, quæ sunt compatibilia, & tamen sunt bona reipublicę in quibus nulli ius aliquod quæsitum est, sed debent dari dignis secundum diffinitas conditiones

A a legibus, in talibus non recte distribuens lędit rempublicam, & priuatos, sic est de beneficijs Ecclesiasticis. Sunt autem ista bona compatibilia, quia idem numero potest dari isti, vel illi. Si autem prelatus det beneficia indignis lædit rempublicam, idest ecclesiã, & etiam secularẽ statum, quia non poterit conuenienter ecclesię deseruiri, & illa honorari ex personis beneficiatis. Etiã lęditur priuatus, quia ille, qui idoneus erat ad recipiendum Ecclesiasticum beneficium, licet nondum haberet ius in beneficio, tamen quia intentio legis erat, quòd ei daretur, læditur cum dat beneficium indigno, quia per hoc tollitur ei aditus ad habendum ius in beneficio illo, quod lex ei dare volebat, & ideo licet nondum B priuetur aliquo de iure iam de præsenti ei competente, tamen priuatur beneficio legis, & hæc est quædam lęsio. Idem autẽ est circa honores, & administrationes publicas in sæcularibus, quando conceduntur indignis.

Tertia autẽ bona sunt, quæ pertinent ad priuatos, & dicuntur bona priuatorum illa in quibus priuatę personę iam habent ius, licet ipsa descendant a bono publico, idest a collatione publica, vel semper sint priuatorum, & nõ descendant de bonis publicis. De primo, vt in beneficijs, vel in dignitatibus sęcularibus, in quibus iam aliquod ius quæsitum est alicui personę, siue ex collatione, siue ex alio modo, quia de illo iam non est iudicandum, vt de bono publico, sed vt de C bono priuato, quia tunc duobus contendentibus super aliquo beneficio, vel temporali dignitate, quorum alteri ius quæsitum est iure, si iudex adiudicet alteri, cui ius quęsitum non erat in beneficio, vel dignitate, licet lædatur fortassis respublica, tamen directius lęditur hic persona priuata. Et idem est circa prouisiones cathedrarum cum alteri iam quæsitum est ius in illa, quia licet beneficium, & dignitas sęcularis, & cathedra sint bona publica, tamen postquam acquisitũ est alicui ius in illis effecta sunt bona priuatorum, & lędũtur priuati directe, si male in illis distribuatur. Alia sunt bona priuatorũ, quæ non descendunt a publicis, sicut domus, vinea, pecunia, pecora, & huiusmodi, & circa hęc contingit fieri iudiciales cõtentiones, in quibus iudex diffinit distribuendo lu- D crum, vel pœnam. Si autem in his adiudicet rem ei, cuius non est, & hoc non ex ignorantia est acceptio personę, quia non fit distributio secundum dignitatem causę, sed secundum respectum ad personas. Circa hęc, & circa quęcunque alia, quæ in iudicium veniunt, & multa, quæ non veniunt in iudiciũ, sicut primus, & secundus gradus bonorum fit acceptio personarum, si non consideratur dignitas in dãdo, sed persona, sed quandocunque in his non priuatur dignitas, necesse est lædi rempublicam, aut priuatos, vel vtrosque simul, vt supra dictum est, ergo oportet, quòd sit peccatum mortale semper acceptio personarum, & nunquam erit veniale.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd E quando actus aliquis malus est circa determinatum genus, si est semel peccatum mortale, semper est peccatum mortale, vel desinit penitus esse peccatum mortale, sed non contingit, quòd si semel fuerit mortale fit aliquando veniale. Sic patet de adulterio, fornicatione, homicidio, periurio, & omnibus vitijs. Adulterium enim semper est peccatum mortale, vel si non est mortale nullum peccatum est, vt si quis cognouit vxorem alienam, quam verisimiliter putauit esse suam, vt quia intrauit occulte in lectulum eius, vt trigesima quarta, quæstione secunda, capitulo in lectum mariti, vbi in lecto mariti absente vxore clam intrauit soror vxoris & eam ille cognouit putans esse vxorem, manifestum est, quòd

nihil peccauit in hoc, nisi diceretur, ꝙ cum vxore venialiter peccaturus erat ex libidine agendo non excẽdente matrimonii limites. Sic homicidium est peccatum mortale semper, & tamen potest quis occidere hominem casualiter præmissa omni diligentia opportuna & dando operam licitę rei, & tunc manifestum est, quòd nullum peccatum est, & ita circa actum, q semel est peccatum mortale non datur medium, sed vel semper erit peccatum mortale, vel non erit peccatum, sic est de acceptione personarum, quæ ex genere suo peccatum mortale est, cum opponatur iustitię distributiuę, quæ est virtus necessario tenẽda, & ideo cum non possit esse acceptio personarum, quin agat contra iustitiam distributiuam, non poterit esse quin sit peccatum mortale, & adhuc est grauius, quia circa alios actus, qui regulariter sunt peccatum mortale, vt adulterium, homicidium, & huiusmodi, potest accidere, ꝙ non sit peccatum aliquod, vt in casu supradicto de adulterio, & homicidio. s. quia potest incidere ignorantia. Circa acceptionem autem personarum, nunquam potest esse, quòd non sit peccatum mortale, eo quòd non potest incidere ignorantia, quia de se ipso importat actus iste, quòd fiat propter intuitum personę sine conditione dignificante, si quis autem male distribuat circa quodcunque genus bonorum suprapositorum ex ignorantia dando ei, qui non est dignus, vt quia non egit conuenientem inquisitionẽ circa personas, vel quia erat iudex imperitus, peccat quidem mortaliter, & est iniustus sic distribuẽdo, sed non est acceptor personarum, quia non habuit considerationem ad personã. Est ergo semper acceptio personarum peccatum mortale.

Acceptio personarũ semper est peccatum mortale.

Item quia peccatum veniale non tollit charitatẽ, & ideo per illud non agimus contra dilectionẽ Dei, neque proximi, & tamen in acceptione personarum semper fit contra dilectionem proximi, vel Dei, aut vtriusque: inquãtum per istam acceptionem semper læditur proximus, aut respublica, vt supra dictum est, ergo semper est peccatum mortale. Cum autem obijcitur de mendacio, ꝙ aliquando est mortale, & aliqñ veniale. Dicendum, ꝙ hoc contingit, quia nõ est act⁹ circa determinatum genus, nam perniciosum est genus, alterum quam iocosum, & ideo perniciosum est mortale, & iocosum veniale, & tamen adhuc circa hæc stat regula. Nam perniciosum, quod est circa determinatum genus, aut semper erit mortale, aut nullo modo erit peccatum, nam si quis ex intentione dixit perniciosum mendacium, erit peccatum mortale. Si autem non aduertens, neque putans mentiri, sed verum dicere dixit mendacium perniciosum, neque est mortale, neque veniale, quia peccata venialia aliquid voluntarium dicunt.

An in exhibitione honoris consistat acceptio personarum, Quæst. C X I.

QVAERETVR an in exhibitione honoris consistat acceptio personarum.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia honor nihil est, nisi exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. 1. Ethicor. & ideo non est dandus, nisi virtuoso, si ergo alicui nõ virtuoso demus honorem est acceptio personarum, & illud videtur esse peccatum, quia præiudicatur honori, & virtuti: nam cum bonum debitum virtuti attribuitur non virtuoso fit ei præiudicium, sed peccatum est lædere virtutem, quæ est de maximis bonis, ergo erit peccatũ accipere personas circa exhibitionem honoris.

Secundo patet quia, vt dictum est præce. q. propter hoc acceptio personarum est peccatum mortale, &

F non veniale. s. quia præiudicatur Reipublicę aut priuatis, & tamen in exhibitione honoris accipere personam est dare indigno, sed in hoc læditur respublica cũ honor sit bonum publicum, & dando illum indignis iudicatur minus bonum cum indignis prouenire potuerit, ideo acceptio personarum circa exhibitionem honoris videtur esse peccatum.

Tertio patet, quia Iac. 2. super illo verbo. Si introierit in conuentum vestrum vir habens anulum aureum, dicit Glo. quicunque diuitem propter diuitias honorat, peccat, & pari ratione peccat, si quis honoretur propter causas, quæ nõ faciunt illum dignum honore, & hoc pertinet ad acceptionem personarum, ergo acceptio personarũ in exhibitione honoris est
G peccatum.

Alij autem dicunt, ꝙ non sit peccatum accipere personam in exhibitione honoris, nam quandocunque honoratur quis sine causa, est acceptio personarum in honore: honoratur tamen sine causa quicunque non habens virtutem honoratur, cum honor sit exhibitio reuerentię in testimonium virtutis. Honoramus tamen principes, & prælatos etiam si mali sint, & etiam hoc Deus iubet. 1. Pet. 2. Deum timete, regẽ honorificate. Et etiam si mali sint non est eis detrahendum, neque maledicendum, ergo accipere ibi personam non est peccatum.

Secundo patet hoc circa dominos, quia aliquando
H serui sunt boni, & domini mali, & tamen illi honorãdi sunt. 1. Pet. 2. c. serui subditi estote in omni timore dominis, non solum bonis, & modestis, sed etiam discolis, & irrationabilibus, & à virtutibus separatis, ergo ibi est acceptio personarum sine peccato.

Tertio, quia parentes debemus honorare. Exo. 20. c. & Deutero. 5. & non honorare est peccatum mortale supra 15. cap. & Mar. 7. vbi valde arguit Christus Pharisæos, quia subtrahebant honorem parentum distrahentes homines ab hoc, & tamen parentes sunt interdum mali nullo honore digni.

Quarto, quia ducem belli honoramus, & tenemur ad honorem eius. 9. Ethicorum. capit. 2. & tamen interdum dux belli malus est, & ita accipere personam ibi non est peccatum.

I Quinto, quia habentibus gradum magisterii, vel doctoratus honorem deferimus, & tamen sępe nullo honore digni sunt, vt quia neque scientia pollent, neque virtutem possident, & non est peccatum illos honorare, est tamen acceptio personarum.

Sexto, quia senibus debemus deferre quendã honorem reuerentiæ Leu. 19. c. s. coram capite cano cõsurge, & honora personam senis, & tamen senes interdum nullo honore digni sunt, vt quia virtutem nõ habent, sed potius sunt digni vituperio, vt dicitur de puero centum annorum, & sic dicitur Dan. 13. Egressa est iniquitas a senioribus populi, ergo non est peccatum accipere hic personas honorando.

Septimo, quia diuites honorare propter diuitias vtK esse acceptio personarum, & tamen non est ibi peccatum, ergo in exhibitione honoris non est peccatum accipere personam. Patet primum, quia dicit Gregorius in quadam homilia. Superbia nostra retunditur, quia in hominibus, nõ naturam, qua ad imaginẽ Dei facti sunt, sed diuitias honoramus, & diuitię non sunt causa honoris, cum virtutem non præstent, ergo est acceptio personarum diuitem propter diuitias honorare. Secundum patet, quia super illo verbo Iaco. 2. c. nolite in acceptione personarum habere fidem domini nostri Iesu Christi, dicit Glo. Augu. in hoc, quod Iacobus dicit si introierit in conuentum vestrum vir habens anulum aureum, &c. intelligatur de quotidianis consessibus, idest sessionibus quis hic non peccat, si

ſi tamen peccat? & ita voluit dicere, ꝙ non erat peccatum in hoc.

A

Octauo patet, quia. 1. Pe. 2. c. dicitur. Omnes honorate, fraternitatem diligite, & tamen non ſunt omnes boni neque virtuoſi, ergo aliqui non virtuoſi ſunt honorandi, & ita nunquam erit acceptio perſonarũ honorando quemcunque qualiſcunque ſit cum includatur ſub numero omnium.

Dicendum, ꝙ accipiendo honorem large pro toto ſuo ambitu aliquando in exhibitione, vel collatione honoris eſt acceptio perſonarum, & eſt peccatũ: aliquando autem non eſt peccatum. Sed hoc conſiderandum eſt, quòd acceptio perſonarũ circa quamcunque materiam, in qua innuetur eſt peccatũ mortale, & ideo dare honorem indifferenter non attenta cauſa aliqua honoris eſt peccatum, & eſt ibi acceptio perſonarum in exhibitione honoris. Cum autem dãdo honorem non attenta cauſa, vel non exiſtente virtute non eſt peccatum, non dicitur eſſe acceptio perſonarum dando indifferenter honorem.

B

Honor duo ſignificare poteſt.

Circa quod conſiderandum, ꝙ honor aliquando ſignificat ſtatum honorabilem, aliquando ſolam exhibitionem reuerentiæ. Accipiendo primo modo, nunquam eſt dandus honor ſine cauſa. i. ſine virtute, & non pro quacunque, ſed pro virtutibus diffinitis a lege, aliàs eſt peccatum mortale, & acceptio perſonarum, ſic enim vocamus honorem quamcunque prælationem, vel dignitatem eccleſiaſticam, aut dignitatem, vel adminiſtrationem ſęcularem, quia iſti non ſunt honores, qui exhibentur, ſed ſunt ſtatus honorabiles qui conceduntur, vel conferuntur, & de his dicetur ſequenti quæſt.

C

Si autem accipiatur pro honore, qui exhibetur, illę non eſt ſtatus, neque aliquid manens, ſed aliqs actus honorantis, ex quo nihil relinquitur in honorato, ſed totum eſt in honorante, & eſt iſte honor exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis, primo Ethicorũ. De hoc dicendum, ꝙ aut eſt honor, qui exhibetur a republica, aut defertur a priuatis perſonis. ſ. quòd qui liber poſſit illum exhibere. Accipiendo primo modo dicendum, ꝙ circa talem honorem contingit peccare ſi indifferenter detur, & eſt acceptio perſonarum. Talis eſt honor, qui defertur alicui a tota communitate pro eo, quod aliquid proſpere, & laudabiliter egit pro communitate, vt victori belli dat cõmunitas honorem triumphi. Eſt autem triumphus quædã cęremonia magni honoris, quam impendit communitas duci victori, quando recipitur in vrbem, ſic Romanis conſuetum fuit olim. Talem autem honorem non poſſunt dare priuati, ſed communitas. Sic etiam ſi oratori agenti cauſam publicam reſpublica alium ſimilem, vel diſſimilem honorem exhibeat, & generaliter quibuſcunque facientibus aliquid in bonum totius reipublicę, & quia princeps etiam gerit perſonam reipublicę cum illam adminiſtret, conferre aliquid ſpeciale, & notabile in ſalutem principis facit hominem dignum illa exhibitione honoris publici, ac ſi in totam communitatem prębuiſſet beneficiũ: ſic patet de Mardochęo, qui pro eo, quod reuelauerat regi Aſſuero inſidias duorum eunuchorum volentium occidere eum Eſther. 2. c. accepit honorem publicum per totam vrbem clamante corã eo præcone, hoc honore dignus eſt quemcunque rex honorare voluerit. Eſther. 6. cap. & de tali honore dicendum eſt, quod non debet dari pro cauſa determinata, & ſecundum modum determinatum legibus, aut conſuetudinibus reipublicę. Si autem adminiſtratores reipublicę aliter, & alijs perſonis, quæ nulla beneficia contulerunt reipublicę deferant iſtos honores, peccant mortaliter, & eſt acceptio perſonarum. Et ratio eſt,

D

Triumphus quid.

E

...ferens ...ris ita ...indi. ...pec. ...hora.

A

quia lęditur reſpublica in hoc, cum tales honores debeant dari in retributionem, & ibi dantur ſine cauſa. Secundo, quia minuuntur illi honores, nõ enim ſunt precioſi, cum indignis aduenìant, & tamen minuere honorem, quem confert reſpublica, eſt illam lędere. Tertio, quia præiudicatur eis, quibus digne deſerũtur iſti honores, nam nihil videtur illis impenſum, cum etiam nullo bono dignis iſta data fuerint. Si autem ſit honor, qui impenditur a priuatis, aut ille eſt talis, qui alteri eſt debitus, & non ei, cui defertur, aut non eſt determinate debitus iſte honor alicui alteri, licet iſti etiam non ſit debitus neque conueniens. Si primo modo dicendum, quòd eſt peccatum ſic honorem deferre, & eſt acceptio perſonarum. Sicut epiſcopo debetur quidam honor determinatus in cæremoniis, quæ fiunt ad exhibendum ei reuerentiam. Si autem alicui non epiſcopo voluerimus honorem impendere per eaſdem cęremonias, quę de iure, aut conſuetudine circa epiſcopum fiunt, peccatum eſt: non inquantum impenditur iſti res indebita, ſed inquantum lęditur alius, cui iſta ſunt debita. Nam honor epiſcopalis non conſiſtit in cęremoniis illis ſolũ inquantum ei exhibentur, ſed potius inquantum alteri non exhibentur. Nam ſi omnibus exhiberentur, nõ eſſet aliquis honor talia facere circa epiſcopum, & ideo ꝙ non epiſcopo exhibet cæremonias honoris epiſcopalis peccat, & eſt acceptio perſonarum, & ſic circa ſimiles honores. Si vero honor ſit, qui non determinate debeatur alteri, licet non debeatur iſti, cui defertur, non eſt peccatum, neque eſt acceptio perſonarũ: dum tamen bono zelo fiat, quia dare alicui, quod nõ eſt ſibi debitum, dũm tamen non tollatur alteri, quod eſt ſibi debitum non eſt peccatum, ſed potius eſt liberalitas, ſicut circa pecuniam, aut vrbanitas, ſicut circa honorem, & ad hoc nos hortatur Apoſtolus ad Roman. 12. ſ. honore vos inuicem pręuenientes. i. quilibet nitatur prius alterum honorare, quam ipſe honoretur ab eo, & magis, in quo apparet manifeſte, quod nõ ſit peccatũ, ꝙ quis honoret aliquẽ, ꝙ nõ meretur illud, aut pluſquam mereatur, nã duo hoĩes, aut erunt ęquales, aut inęquales. Si inęquales ſolum ille, qui eſt minor in virtute tenetur præuenire alterum in honore, non autem, qui maior eſt cum potius debeat præhonorari. Si autem ęquales ſunt, neuter tenetur alteri ad honorem, & tamen Apoſtolus generaliter dicit omnibus hominibus, quòd ſe in honore præueniant, ideſt quilibet nitatur alterum magis, & prius honorare, ergo etiam ei, qui honorem non meretur eſt dandus honor, & non eſt acceptio perſonarum indignos honorare. Item 1. Petri 2. c. dicitur. Omnes honorate, fraternitatem diligite, & tamen inter omnes manifeſtum eſt, ꝙ aliqui ſunt, qui non merentur honorem, ergo nõ eſt peccatum honorare indignos, ſed potius eſt ſupererogatio virtutis.

B

C

Honorare aliquos pluſquam mereantur nõ eſt peccatum.

D

Conſiderandum etiam, ꝙ non repugnat rationi exhiberi honorem omnibus hominibus, quia honor non ſolum datur virtuti, ſed etiam non habentibus virtutem, vbi putatur eſſe virtus. Nam dicitur, ꝙ honor eſt exhibitio reuerentię in teſtimonium virtutis. Vnde non dicitur, ꝙ honor ſit exhibitio reuerentię facta virtuti, vel virtuoſo, ſed in teſtimonium virtutis, & quia poſſumus atteſtari eſſe virtutem, vbi non eſt poteſt exhiberi honor ei, qui virtutem non habet, dũ tamen poſſit credi de eo, quòd habet virtutem.

E

Quid honor ſit.

Et ex hoc ſequitur, ꝙ quilibet homo poteſt iuſte honorari. Primo, qa inuenitur in eo aliquid propter quod ei debeẽ honor, ſcilicet natura condita ad Dei imaginem. Sic dicit Grego. in quadam homilia, ſuperba noſtra retunditur, quia in hominibus non naturã, qua ad imaginem Dei facti ſunt, ſed diuitias honoramus.

Quilibet homo põt iuſte honorari.

mus. Et ita innuit, ꝙ homo propter naturā hono randus est, sed hoc in quolibet homine inuenitur, iō quilibet homo potest honorari sine peccato, & non est acceptio personę. Secundo, quia cum detur honor in testimoniū virtutis, & de quolibet homine presumatur, ꝙ virtutē habeat, cū qlibet obligetur ad virtutē, & ēt quilibet presumatur bonus quousque ꝓbetur contrarium, cuique honor aliquis exhiberi potest.

Tertio considerandum, quòd cum honor detur semper in testimonium alicuius virtutis, quibusdam datur in testimoniū virtutis ꝓprię, alijs in testimoniū virtutis alienę. Nam prælatis debetur honor propter statum, & rectoribus ciuitatum, quia licet ipsi nō sint honorabiles, status est honorabilis, & quia non potest G diuidi status ab eis quandiu illum habent, & ita nō potest sine illis honorari, debēt ipsi cum statu honorari, & ita domini honorandi sunt, & quicunque habent aliquem gradum, vel modum presidentię, & non est acceptio personarum; qā digni sūt honore illo ꝓpter statum. Et ita oēs homines possunt dici honore saltē propter naturam digni, vnde omnes honorabuntur, vt digni, & ita honor iuste deferretur, vel dato, quòd non sint digni non est acceptio personarum.

Ad primum in quo probatur, an sit acceptio personarum honorando eum, qui non est virtuosus, dicendum secundum distinctionem supra datam, ꝙ circa omnes casus contingit esse acceptionem personarū H in exhibendo honorem, nisi in vltimo casu, quia ille est honor, qui defertur a priuatis. Et cum dicitur, ꝙ præiudicatur honori, & ledītur virtus, quando defert honor non virtuoso, dicendum, quòd aut quis honorat eum, qui non est virtuosus, aut honorat eum propter rem non virtuosam, sed vitiosam. Accipiendo secundo modo semper est peccatum, vt si quis honoraret aliquem, quia fornicatus est, vel quia coluit idola, vel aliud malum fecit, nam tunc mortaliter peccat honorando, tum quia honorando approbat vitium, tanquam virtutem, dando ei præmium virtutis, tum quia incitantur peccantes ad magis peccandum, tum quia ledītur virtus, quia præmium eius tollitur, cum datur vitio. Et cum ista sint opposita, si vitium hono- I ratur, necesse est, vt virtus debeat cōtemni, tum quia ipse honor vilipenditur, cum rei turpi deferatur. Si autem honoratur, qui non est virtuosus, & tamen non propter rem turpem, non est peccatum, quia aliquid virtutis, vel boni in eo inueniri potest, quod honoret, scilicet natura, quæ honorabilis est propter imaginē Dei, vel virtus, quę esse præsumitur, & esse deberet, licet non sit, & tunc non pręiudicatur honori, neque virtuti, quia datur virtuti pręsumptę licet non existat.

Item, quia etiam si indigno conferatur honor nulli præiudicatur, si honor deferatur a priuatis, secus si a communitate. Nam, quando administratores reipublicę honorem deferunt indignis, quia ille honor est de bonis reipublicę peccant, quia lędunt rempublicā, K dando bona eius indebitè. Si tamen priuatus honoret alterum priuatum nulli præiudicat, nisi sibiipsi, quia nullius bona tollit. Honor autem ille, quem defert suus est, cum honor sit exhibitio reuerentiæ, & consistat in honorante, & non in honorato. Et sicut si quis det rem suam alteri sine causa, idest gratis non peccat, quia nulli præiudicat nisi sibiipsi, ita qui honorat alterum, qui non meretur honorē non peccat, quia nulli præiudicat, nisi sibiipsi.

Sed obijcietur, quia tunc etiam si quis honoret alterum pro re turpi non peccabit, quia non perdit ibi, nisi rem suam. Dicendum, ꝙ peccat, vt dictum est, & non quidem inquantum honorem defert perdendo rem, sed inquantum pręiudicat legi fauendo vitijs, quæ sunt vetita per legem.

F Ad secundum dicendum, ꝙ lędere rempublicam, vel priuatos est peccatum mortale, & tamen in exhibitione honoris etiam non virtuosis non lęditur priuatus neque respublica. Et cum dicitur, ꝙ honor est bonum publicum dicendum, ꝙ hoc est verum quantum ad illos honores, quos defert communitas. quia illos peccatum est dare, nisi dignis, & secundum conditionem legis. Secus est de honore exhibito a priuatis, quia illud nō est bonum publicum, sed priuatum, quia honor est in honorato. Si ergo priuatus honoret aliquem, necesse est, ꝙ honor sit eius cum sit in eo, & ita nō erit bonum publicum. Honor aut exhibitus a communitate, quia est in ipsa communitate, est bo- G num publicum. Cum autem dicitur, quòd honor est bonum publicum, dicendum, ꝙ de illo honore, per quem firmiter est aliquis honoratus, verum est, ꝙ est bonum publicum, nam dato, ꝙ aliquis priuatus honoret alium, non est propter hoc simpliciter honoratus, ad hoc autem, ꝙ iudicetur aliquis simpliciter honoratus, necesse est, ꝙ honoretur a republica, vel ab habente administrationem eius, nam cū priuatus honoratur a priuato, non datur necessario opinio in alijs, ꝙ ille sit honoratus, vel honorandus, cum autem a communitate honorat quis, manifestum est illum honoratum esse, & honore dignū iudicari, quia opinio communitatis non est leuis, sed magnę auctori- H tatis. Non ergo præiudicatur reipublicę honorando indignos, quando priuati illos honorant, quia non dant eis de bonis publicis, sed de priuatis, etiam non lęditur aliquis priuatus, quia non ille, qui honoratur, cum bonum recipat, neque etiā honorans, quia sponte dat bona sua, & volenti non fit iniustum, ergo non est peccatum.

Ad tertium dicendum, quòd honorare diuitem etiam si non habeat aliquam virtutem, non est peccatum, & tamen honorare eum propter diuitias est peccatum, nā diues habet aliquid propter quod honoretur, idest bonitas naturę, sed hoc cōmune est in omnibus. Habet etiam aliud, scilicet ꝙ magis de eo præsumitur virtus prima facie, quam de paupere, & I ideo ex hac parte magis honorādus est, quam pauper quousque constet oppositum. Sed adhuc dato, quòd constet diuitem non esse virtuosum, & esse pauperē virtuosum quantum ad quædam magis honorandi sunt diuites, non quidē, quia diuitias habent, sed quia habendo diuitias habent maiorem locum in republica, sicut.n. principes, vel rectores reipublicę etiam si nō sint virtuosi sunt honorandi propter rempublicam, quam administrant, ita & diuites, licet non sint virtuosi, quia tamen in rempublicam magnum statum, tenent honorandi sunt. Patet hoc, quia respublica constat ex bonis priuatorum, & quanto illa sunt plura & maiora, tāto respublica est maior, & firmior, & honorabilior. Nā in multitudine populi honor est regis, in paucitate plebis ignominia est principis. Pro- K uer. 13. c. Etiam, quando omnes de vrbe sunt pauperes facile est capi regionem ab hostibus, quia non possunt diu sustinere bellum, & ideo dixit Arist. 2. Politic. ꝙ nō debet ciuitas esse pauper, neque multum diues, sed mediocriter se habens. Si enim pauper fuerit nō sustinebit bella, si autem multum diues fuerit, omnes cupient inuadere eā, vt tātis spolijs impleant, & quia diuites præstant istam abundantiam saltem mediocrem reipublicę, ideo honorandi sunt, tanquā meliores partes reipublicę existentes, & ideo honorando diuites non honoramus diuitias, sed honoramus rempublicam, cuius ipsi sunt partes magis præcipuę, licet ꝙ tales partes habent ex diuitijs. Siquis autem honoret diuitem solum propter diuitias peccat, & accipit personam. Nam sicut honorare ꝓpter diuitias ta

Ciuitas nō debet esse paup. neq; multū diues.

ſe eſt peccatum, ita & honorare diuitem ſolum propter diuitias eſt acceptio perſonarum, & peccatum, præiudicatur enim virtuti, cuius præmium tollitur, & datur diuitijs. Ad alia autem argumenta, quæ probabant, quòd non ſit acceptio perſonarum peccatum, reſpondendum eſt. Ad primum dicendum, quòd honorare penitus ſine cauſa videtur quædam acceptio perſonarum, & tamen non eſt acceptio perſonarum honorando principes, vel prælatos, etiam ſi non ſint virtuoſi, & hoc, quia licet non honorentur ipſi propter virtutem propriam, honorãtur propter alienam.

Primo, quia honorãtur propter Deum, a quo ſunt, & Deus honoratur in illis, tum quia exercent opus Dei, ſcilicet poteſtatem, omnis autem poteſtas, a Deo eſt ad Ro.13.c. tum, quia ab eo miſſi ſunt 1.Pe. 2.c. ſubditi eſtote omni creaturæ propter Deum, ſiue regi, tanquam præcellenti, ſiue ducibus, tanquam à Deo miſſis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Et ob hoc, quia maledicere alicui repugnat honori eius, nunquam eſt maledicendum prælato, aut principi, quantumcunque ſit malus. Sic dicitur Exo.22. Principi populi tui nõ maledices. Et ita Actu. 23.c. cum dixiſſet Paulus contra Ananiam ſummum ſacerdotem, qui eum percuti iuſſerat in facie, percutiat te Deus paries dealbate, & dixerat ad Paulum quidam de aſtantibus, ſummum ſacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus: neſciebam fratres, ꝙ princeps eſt ſacerdotum. Et adiunxit: ſcriptum eſt enim principem populi tui non maledices, & tamen ſi non fuerat princeps, licebat Paulo maledicere illi cũ malediceret, nam aliàs non malediceret: Etiam ille non allegauit pro ſe aliam excuſationem, niſi ꝙ neſciret eum eſſe principem ſacerdotum. Honorare ergo prælatos, aut quoslibet præſidentes quantumlibet malos, dum præſident, debitum eſt, & non eſt acceptio perſonarum.

Principib⁹ malis, & prælatis nõ eſt maledicendum.

Secundo honoratur præſidens propter communitatem, quia ponitur loco totius communitatis, & quia communitas honoranda eſt, ipſe quoque princeps, vel præſidens honorandus erit, quia loco Dei, & communitatis ponitur. Sic dicitur Prouer.26.c. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit honorem inſipiẽti. Mercurius enim ratiocinio, & mercationibus, & numeris præeſt, & ideo aceruus Mercurij vocatur aceruus lapillorum, quibus ratiocinia mercatorum fiunt. In illis enim ſecundum artem arithmeticę aliquãdo ponitur vnus lapillus loco mille marcharum, vel ducatorum, & cum lapillus ille nihil valeat ponitur loco rei magni valoris, ita cum tribuitur inſipienti honor, ideſt honor publicus, ſiue adminiſtratio, nam ipſe nihil valet, & ponitur loco Dei, vel communitatis, Cum ergo ponatur pro re magni valoris, eſt ei magnus honor tribuendus.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ dominis non virtuoſis debent ſerui honorem exhibere. Sic dicitur 1.Tiſsimo.6.c. quicunque ſunt ſub iugo ſerui dominos honore dignos arbitrentur. Et dicendum, ꝙ non eſt acceptio perſonarum, quia domini ſunt digni honore, vt Apoſtolus dicit, ergo iuſte impenditur, & ſine acceptione perſonarum.

Circa quod ſciendum, ꝙ honor non accipitur vnica voce apud omnes honorandos, ſed vt dicitur 9.Ethi.ca.2. alius eſt honor, qui debetur duci exercitus, alius qui debetur ſapiẽti, alius qui debetur parentibus, alius ſenibus, & ita de cęteris. Honor ducis exercitus eſt obedire ei. Honor ſapientis eſt credere ei, & ſequi cõſilium eius. Honor parentum eſt prouidere eis in neceſſarijs. Honor ſenis eſt aſſurgere ei. Honor dominorum eſt timere eos, & ex timore exequi mandata eorum, Sic dicitur Mala.1.c. Si ego dominus, vbi eſt

A timor meus? & ſi ego pater ſum, vbi eſt amor meus? quaſi dicat proprium dominorum eſt, quòd timeant, & ideo vnus de timoribus vocatur ſeruilis, & eſt primus, & debetur eis iſte honor timoris, quia timor pœnam habet. 1.Ioan.4.c. domini autem pœnas inferre poſſunt, eo quòd ſerui ſunt ſimpliciter res dominorum ſuorum, ſcilicet organum animatum homo exiſtens ſimpliciter alterius 1.Politico. & 8.Ethico. & eſt ſeruus poſſeſſio domini ſui 5. Ethicor. vel pecunia eius Exo.21.c. Item domini ſunt digni honore, licet non ſint virtuoſi, quia præſident, & ſunt pręſidentes, immo pluſquam præſidentes, quia præſidentes imperant politicè, domini autem imperant deſpoticè,
B ideſt ad nutum, & ſine lege aliqua. Ergo plus tenetur domino ad honorem ſeruus, quam ſubditus principi, vel rectori, & tamen quilibet princeps honorãdus eſt, etiam ſi non ſit virtuoſus inquantum præſidens eſt. Ergo à fortiori dominus à ſeruis honorabitur. Cũ autem obijcitur, ꝙ honor debetur virtuti. Dicendum quòd alius eſt honor, qui debetur virtuti, & alius, qui debetur domino. Nam virtuoſo debetur honor, ideſt exhibitio reuerentię cum quodam amore, & veneratione, dominis autem non debetur amor neque veneratio, ſed timor, & timor non debetur virtuoſis, ſed vtrunque large importatur nomine honoris.

Ad tertium dicendum, ꝙ honorare parentes tenemur, & non eſt acceptio perſonarum honorare illos,
C cum debitum ſit illis, & ita eſt potius actus iuſtitię commutatiuę iuxta illud ad Roma.13.c. Omnibus reddite debita, cui honorem honorem, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Cum autem dicitur, ꝙ interdum parentes ſunt non virtuoſi, & ita non erit eis impendendus honor, dici poteſt vno modo, quòd non eſt idem honor, qui debetur omnibus, vt dicitur 9.Ethico. & ita alius eſt honor, qui debetur parẽtibus, alius qui debetur virtuoſo. Eſt autem honor parentũ in prouidendo eis de neceſſarijs ad vitam, vt in cibo, & potu. Sic dicit Ariſto.9.Ethico.c.2. & iſta eſt ſentẽtia Chriſti ſupra 15.ca. & Marc.9. vbi increpat Phariſæos, qui detrahebant homines ab honore parẽtum, non tamen vetabant illi impendere reuerentiam verbo, & geſtu aſſurgendo eis, ſed dicebant non eſſe pro-
D uidendum eis in neceſſarijs ad vitam, ſed quidquid eis dandum erat, daretur templo, & ita voluit, quòd non conſiſteret honor parentum in exhibendo reuerentiam, ſed in dando neceſſaria ad vitam. Quod & Ariſto. aperuit 9. Ethicor.2.c. loquens de honore parentum aſſerens, quòd parentibus magis, quam nobiſipſis in cibo, & potu ſufficere debemus, & hunc voluit eſſe honorem, quod rectiſſime dixit, cum eadem ſit ſententia Chriſti, & eius circa hoc. Virtuoſo tamen non debetur talis honor, ſed exhibitio reuerentię in teſtimonium virtutis, ergo etiam ſi honorentur parentes non virtuoſi nihil fit contra virtutem, aut honorem, ſecus autem ſi daremus eis honorem, vt virtuoſis.

Nota. parẽtibus magis, quam nobiſipſis in cibo, & potu prouidendum.

E Secundo dicendum, quòd parentibus dandus eſt honor non ſolum prouidendo eis, vt dictum eſt, ſed etiam honor obedientię, & reuerentia, tanquã maioribus, & alicui rei diuinę ſuper nos ſtatim. Nam rem diuinam, ideſt eſſe nobis contulerunt. & etiam obedientia eis pręſtanda eſt. Quia licet non habeant virtutem moralem, inquantum homines habent virtutem diuinam, vt parentes, ſcilicet quia eſſe contulerunt, Deum autem honoramus non quidem, tanquã moraliter virtuoſum, quia ridiculum eſſet talia ponere in Deo, vt Ariſto. dicit. Nam nõ habet paſſiones vt habere debeat virtutes moderãtes, ſed honoramus eum, & beatificamus, tanquam aliquid melius ſuper nos exiſtens, quod eſt principiũ omnium, ita & parẽ-

tes

tes suo modo, licet non sint moraliter virtuosi habēt aliquid maius, pro quo honorentur, quam virtuosi, in quo cum Deo, & diuino honore similitudinem quādam habent. Sic enim Aristo. ista cōparauit. 8. Ethi. dicens, Dijs, & parentibus nō possumus ęqualia retribuere.

Tenemur magis parentes, quã studiosos viros honorare.

Vnde sciendum, quòd magis tenemur ad honorē parentibus, quam viro virtuoso. Et hoc quantum ad tria. Primo, quia tenemur eis ad maiorem honorem, nam virtuosum honoramus, vt hominem, quia virtus moralis proprium bonum humanum est, quia non pertinet ad minora, i. ad pecora, & inanimata, & etiā ad maiora, i. ad Deum, & intelligentias, vt Arist. vult pertinet, ergo ad sola media, idest ad homines, & ita quandocunque, honoratur quis, vt virtuosus honoratur vt homo. parentes autem honorantur, vt quidam dij. Nam Aristot. comparat eos Deo, vt dictum est, ergo ad maiorem honorem tenemur parentibus, quam virtuoso.

Secundo, quia virtuoso possumus ęqualem honorē reddere virtutibus suis, quia sicut virtutes sunt bona humana, ita & honor est aliquid ab hominibus impēsum, & ideo possunt proportionari. Et non solum circa paruas, vel medicores virtutes possumus reddere æqualia in honore virtuoso, sed etiam circa altissimas virtutes, quales sunt virtutes eorum, qui bene rempublicam gubernauerunt. Nam sine maximis virtutibus non potest respublica bene prudenter, & iuste gubernari. illis tamen, idest rectoribus reipublicę bonis nihil esse in prę̄mium reddendū Arist. dixit nisi honorem & gloriam, & quòd non deberent alia quærere. Ergo ista sunt præmia sufficiētia. Parentibus tamen pro eo, ꝙ parentes sunt nō possunt tantū honoris impēdere quantum eis debitum est, vt dicitur. 8. Ethi. s. diis, & parentibus non possumus æqualia retribuere, ergo maior est honor debitus parentibus, quam virtuosis.

Tertio, quia firmius, & permanentius debetur honor parentibus, quam virtuosis. Nam virtuosis non tenemur tam determinate ad honorem, ꝙ in nullo casu liceat cessare ab illo, licet enim cessare cum ille cadit a virtute, & etiam manente eo in virtute non est obligatio determinata ad semper eum honorandū, & tamen circa parentes, nunquam cessat obligatio, etiam si efficiantur mali, nunquam enim relinquendi sunt, neque cessandum est eis benefacere, & prouidere, nisi efficiatur malitia intolerabilis, scilicet ꝙ prouidendo eis timeret filius mortem inferendam verisimiliter ab eis, vt dicitur 8. Ethicorum c. vltimo. Honorandi sunt, ergo parentes, etiam si non sint virtuosi, immo maius meritum est filijs honorare parentes malos, & duros eis, quam parentes bonos, nam parētibus virtuosis inquantum virtuosis est debitus quidam honor, etiam si non essent parentes, cum autem non sunt virtuosi non habent aliquid, propter quod honorentur, nisi quia parentes sunt, & tunc est laudabilius eos honorare. Ita etiam est de dominis, quia serui tenentur honorare semper dominos quandiu sunt serui, & etiam si domini mali sint honorare debent eos, immo quanto illi sunt deteriores, & importabiles seruis, & honorauerint illos, sunt magis laudādi, & merentur magis apud Deum. Sic dicitur. 1. Pe. 2. c. serui subditi estote dominis in omni timore, nō tātum bonis, & modestis, sed etiam discolis, idest malis, & irrationabilibus. Et sequitur. Hęc est enim gratia, idest ista est gratia magna, & laus vestra, quia dominos discolos honoretis, nam dominis modestis, & bonis debitus erat honor, etiam si non essent domini.

Quis honor duci belli debeatur.

Ad quartum dicendum, ꝙ dux belli honorandus est etiam si non sit virtuosus. Primo, quia licet non habeat propriam virtutem habet alienam, gerit enim

F vicem totius exercitus, & bonum totius exercitus ordinatur ad bonum ducis, vt dicit Aristo. 11. Metaphy. sed exercitus totus, quia est quędam communitas est honorandus, ergo & dux belli honorandus est, sicut & principes, & prę̄lati honorādi sunt, quia loco Dei, & totius communitatis ponūtur, vt supra dictum est.

Secundo, quia licet vere non habeat dux aliquam virtutem prę̄sumēdum est, ꝙ illam habeat, nam non potest bene preęsse exercitui, nisi qui prudēs est. Prudentia autem virtus est, & honorabilis est homo propter illam, ideo dux honorandus est.

Tertio, quia honor ducis non præiudicat honori virtutis, & ita non datur ei res aliena, nō est enim idē
G honor debitus omnibus. Nam duci belli, vt dicitur 9. Ethico. debetur alius honor, quam sapienti, & virtuoso. Est enim honor eius obedientia, scilicet ꝙ obediatur ei ab omnibus de exercitu, quia aliàs nihil facere posset exercitus. Non est autem alius honor ei debitus, & iste non est debitus ei, nisi ab illis, qui sunt de exercitu, cęteri autem non tenentur ei obedire inquantum duci exercitus.

Ad quintum dicendum, ꝙ habentibus gradum magisterij, vel doctoratus est dandus honor, etiam si non sint virtuosi. Et ratio est, quia licet non deferatur eis honor propter virtutem suam, defertur propter alienam, s. propter gradum, qui honorabilis est.

Duplex honor doctoribus debetur.

Sed considerandum, ꝙ habentes gradum, aut do-
H cent, aut non. Si docent debetur eis duplex honor, vnus in reuerentia, & fide danda verbis eorum, alius in prouidendo eis circa necessaria, & secundum non debetur, tanquam habentibus gradum, sed tanquam mercenarijs, & laborantibus, & ita Christus docentes vocauit mercenarios, scilicet dignus est mercenarius cibo suo, siue mercede sua supra 10. c. & Luc. 10. quod magis aperuit Apostolus 1. Corinth. 8. ca. si vobis spiritualia seminamus, non est indignum, vt temporalia vestra metamus. Hanc autem, quasi communicationem bonorum laudat Apostolus, immo suadet fieri ad Ro. 15. c. s. probauerunt, idest approbauerunt Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem, placuit enim eis, & debitores sunt eorum, nam si spiritualiū
I eorum participes facti sunt Gentiles, debent, & in carnalibus ministrare eis. Et ob hoc Apostolus suadet, ꝙ quilibet, qui eruditur ab alio circa ea, quę fidei sunt prouideat ei in omnibus bonis necessarijs ad vitam ad Gala. 6. c. communicet autē is, qui catechizatur, idest docetur ei, qui se catechizat, idest docet in omnibus bonis, scilicet pertinentibus ad sustentationem, & ita duplicem honorem habent docentes. Sic dicit Apostolus 1. Timo. 5. c. qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeātur, maxime qui laborat in verbo, & doctrina Dei. Et vnus honor istorum est in sustentatione præstanda eis. Alius autem in exhibitione reuerentię. Quod patet, quia statim, vt dixit duplici honore digni habeantur addidit: Dicit enim scriptu-
K ra: Nō infrę̄nabis os boui triturāti, & dignus est mercenarius mercede sua.

Si autem habentes gradum non docent, aut habēt scientiam competentem gradui, aut non. Si habent, & est honor debetur eis honor, licet non sint boni, iuxta facultates suas, quia ista potestas eis conceditur cū gradu, etiam debetur eis aliqualis honor exhibitionis reuerentię indirecte, & hoc non propter se, sed propter gradum, qui est honorabilis. Si habentes gradum neque scientiam, neque virtutem habent, tunc dicēdū, nullus honor eis debetur, nam si constiterit, ꝙ scientiam non habent, non dabitur eis honor, qui est credere dictis eorum, quia hoc esset sponte velle errare,

& iste

A & iſte eſt honor, qui directe debebatur gradui, dabitur tamen aliqualis honor exhibitionis reuerentię ne penitus gradus, qui ei collatus eſt contemptibilis videatur. Ad ſextum dicēdum, ꝙ ſenibus competit iſte honor, ſicut dicitur 9. Ethico. ꝙ eſt quidam honor, qui debetur omni ſeni, & dicendum, quòd ſenes honorandi ſunt non, quia ſenes, nam ſenectus quędam ętatis nominat, ſcilicet ętatem in qua homo deficit, & cadit a perfectione quadam naturali, ſed honorantur ſenes propter ea, quę accidunt, vel accidere deberent ſenectuti.

Senes cur honorādi.

Primum eſt prudentia, eſt enim prudentia pręcipua inter morales virtutes, quia ipſa regit omnes circa actus ſuos, iſta autem communiter acquiritur in B ſenectute, eo ꝙ prudentia acquiritur ex longa experientia rerum, non habetur autem longa experiētia, niſi in longo tempore, iſtud autem ſenes habēt, ideo dicitur 6. Ethico. ꝙ contingit iuuenes eſſe Mathematicos, & ſapientes, ſed non prudentes, ſcilicet propter paruum tempus. Et iſta eſt cauſa, quare nemo eligit iuuenes duces, ſcilicet propter non habere plenitudinem prudentiæ:

Secundum eſt virtutum copia, iuuenes autem nō ſunt apti ad virtutem propter ſequi valde paſſiones, quæ ſunt in eis fortes, & feruentes. Sic dicitur primo Ethico. quòd iuuenis non eſt conueniens auditor politicę, vel moralis ſcientię propter ſequi paſſiones, & ſiquis eſt, qui ſequatur paſſiones non exiſtens iuuenis C non eſt conueniens auditor, quia vt ibi dicitur parum differt ſecundum ętatem iuuenis, aut ſecundum morem iuuenilis: In ſenectute aūt manſueſcunt paſſiones, & potiſſime libido, & etiam feruor irę, & pręcipitatio, ideo virtutes oppoſitę conueniunt ſenibus. Et ꝙ tam prudentia, quam virtutes alię faciunt hominem honorabilem competit ſenibus honor, & quoniam de quolibet ſene pręſumitur, quòd habeat iſta duo, ideſt cuilibet ſeni debetur honor, iſta duo notātur Sapien. 4. c. ſcilicet ſenectus veneranda eſt nō diuturna, neque annorum numero computata, cani autē ſunt ſenſus hominum, & ętas ſenectutis vita eſt immaculata. Senſus enim hominum dicunt prudentiā, & vita immaculata nominat virtutes, & potiſſime tē- D perantia, quæ liberat hominem a contaminationibus venereorum, & gulę in crapula, & ebrietate. Iſta enim magis maculant hominem, quam cętera. Nam, vt dicitur 1. Corin. 6. c. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Et talia ſunt contaminationes, & maculę, vita autem immaculata eſt, quę ſine his eſt. Debetur ergo omnibus ſenibus honor, quia in omnibus ſenibus præſumitur eſſe hęc duo, cum ętas id expoſcat in quolibet.

In quo honor ſenum conſiſtat.

Conſiſtit autem honor ſenum in aſſurgendo eis venientibus, & inclinando capita coram eis, ſic dicitū 9. Ethico. c. 2. ꝙ eſt honor, qui debetur omni ſeni in aſſurrectione, & inclinatione, & huiuſmodi. Et eadē E eſt ſententia Dei Leuitici 19. c. coram capite cano cōſurge, & honora perſonam ſenis. Inquantum autem dixit, & honora perſonam ſenis, intelligitur, ꝙ etiam debent exhiberi ſenibus alię cęremonię honoris, vt ꝙ ipſi primo loquantur, & quòd primi ſedeant in capite aliorum, ſic innuitur Iſa. 9. c. ſ. Longęuus, & honorabilis ipſe eſt caput, ideſt longęui, ſcilicet ſenes, qui lōgam ętatem habent, ſunt caput, quia in capite ſedēt, talis autem honor eſt, qui exhibetur virtuoſo.

Eſt autem conſiderandum, ꝙ inter cęteros honores, qui debentur alijs perſonis nullus eſt, qui tam ſimilis ſit honori, qui debetur virtuoſo, ſicut honor, qui debetur ſeni, nam honor parentum eſt prouidere eis. Honor ducis obedire illi. Honor ſapientis credere ei, & ita de alijs. Honor cognatorum eſt vocare eos ad contractus ſponſaliorum, & matrimonij, per quę extenditur cognatio. Seni autē debetur honor in aſſurrectione, & inclinatione, & cęteris, quæ dātur virtuoſo. Ratio huius eſt, quia cæteris datur honor propter aliquas ſpeciales cauſas, quæ licet non ſint virtus, habent ſimilitudinem ad virtutem, ſenibus autem datur honor propter virtutem, ſcilicet propter prudentiam, & virtutes, quæ reddunt immaculatum, & ideo talis honor redditur qualis eis, qui veras virtutes habent. Et tamen, quando conſtat de aliquo, quòd habet virtutem, eſt ei iſte honor maior impendendus, quam ſeni, de quo ſolum præſumitur propter ętatē, & non conſtat an virtutem habeat.

Ad ſeptimum dicēdum, ꝙ diuites honorādi ſunt, & tamen non ſunt honorandi propter diuitias, ſed quia ſunt partes præcipuę reipublicę, vt ſupra dictum eſt, honorare autem diuitem ſolum propter diuitias eſt honorare ipſas diuitias, & hoc peccatū eſt, & tunc proprie eſt acceptio perſonarum, quia ponitur non cauſa, vt cauſa. Honorare autem eum, quia eſt pars præcipua reipublicę non eſt acceptio perſonarum licet non ſit virtuoſus, ſed honoratur propter honorem alienum, ſcilicet reipublicę cuius eſt egregia pars. Cum autem dicitur de pręferendo diuites pauperibus in ſeſſione, dicendum ꝙ Augu. vult non eſſe peccatum, vel ſaltem ponit ſub dubio.

Honor diuitibus debitus.

An diuites pauperibus in ſeſſione pferendi ſint.

Sed obijcietur, ꝙ ſit manifeſte peccatum mortale. Primo, quia dicitur Iaco. 2. c. Fratres mei nolite habere in acceptione perſonarum fidem domini noſtri Ieſu Chriſti, ideſt tenendo fidem Chriſti nolite ſeruare acceptionem perſonarum. Et ita eſt præceptum negatiuum de non accipiendo perſonas, facere autē contra præceptum eſt peccatum mortale, ergo faciēdo illam differentiam ſeſſionum accipiendo perſonas pauperum, & diuitum eſt peccatum mortale. Et apparet, quòd intelligatur de ſeſſionibus, ita Auguſti. exponit, & ita apparet ex litera. Nam poſtquam acceptio perſonarum vetatur, ſequitur. Si introierit in cōuentum veſtrum vir aureum habens anulum in veſte candida, introierit autem pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte pręclara, & dixeritis ei, tu ſede hic bene, pauperi autem dicetis tu ſta illic, aut ſedes ſub ſcabello pedum meorū, nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationū iniquarum? ergo hoc eſt peccatum mortale.

Secundo patet, quia cogitatio iniqua, quando venerit in actum, cauſat peccatum mortale, & tamen dicere diuiti ſede hic, pauperi autem ſede illic eſt executio cogitationis iniquę, ergo eſt peccatum mortale, patet quia Iaco. 2. c. ſtatim poſt literam præcedentem dicitur: Nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum?

Tertio patet, quia faciendo iſtam differentiā ſeſſionum fit contra præceptum de diligendo proximum, ergo eſt peccatum mortale: Patet hoc, quia Iaco. 2. c. poſt iſta dicitur: Si tamen legem perficitis regalem ſecundum ſcripturas, diliges proximum tuum, ſicut te ipſum, quaſi dicat non perficitis eā, ſed facitis cōtra illam, ergo non eſt ſine peccato mortali.

Dicendum, ꝙ acceptio perſonarum in quacunque matèria inueniatur ſemper eſt pecatum mortale, ſic dicitur Iaco. 2. c. Si autem perſonas accipitis peccatū operamini redarguti a lege, quaſi tranſgreſſores. Circa ſeſſionem autem diuitum, & pauperum cōtingit aliquando eſſe acceptionem perſonarum, & eſt peccatum mortale, aliquando autem non eſt acceptio perſonarum, licet præferantur diuites. Pro quo ſciendum, quòd aut conſtat eſſe diuites virtuoſiores, quam pauperes, ſiue ex alio capite debitum ſibi honorem

potius,

potius, quam pauperibus, aut cõstat esse minores pauperibus virtute, aut est dubium. Si primo modo non est acceptio personarum, cum etiam demptis diuitijs tribueretur honor potior illis. Si secundo modo, aut pauperes habent aliquid præter moralem virtutem, ex quo debetur eis honor, sicut est gradus, vel administratio aliqua reipublicę, & tunc fortassis propter illam competit eis ius præcedendi, etiam si non essent virtuosi, & si hoc stãte præferatur alter eis propter diuitias, est acceptio personarum, & peccatum mortale. Si autem non habeat aliquid tale ipse pauper, sed solam virtutem moralem, tam excellens poterit esse illa, quòd merito omnes iudicarent eũ præponendum, & tunc si non præponatur est peccatum mortale. Si autem non sit tam excellens, dicendum ꝙ preponere illi diuitem in sedendo, non est acceptio personarum. Si tertio modo dicendum, ꝙ semper ratione dubij debet præcedere diues, tum quia est maior presumptio pro eo, ꝙ sit virtuosus, tum quia habet aliquid pro quo honoretur, scilicet quia est pars pręcipua reipublicę, vt supra dictum est, quod non conuenit pauperibus.

Dicendum autem quantum ad intellectum auctoritatis Iacobi, ꝙ aliud est diuitem præferre pauperi in sessione, aliud contemnere pauperum in conspectu diuitis dãdo ei minorem locum, quam debeatur priuando eum iure proprię sedis, vel loci. Accipiendo primo modo regulariter non est acceptio personarũ neque peccatum. Accipiẽdo secundo modo est peccatum, quia lęditur ius alicuius, & ita debet intelligi auctoritas Iacobi, scilicet ꝙ pauperes intrantes in cõuentum contemnebantur, & iubebantur sedere in loco viliori, quam eis deberetur, & cum voce cõtumeliosa, hoc autem peccatum est, quia paruuli non sunt contemnendi, vt Christus dixit supra 18.c. quia Angeli eorum semper vident faciem patris, & hoc est accipere personas. Quòd autẽ sic intelligatur, patet primo, quia dicitur ibidem: Audite fratres, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hęredes regni, quod repromisit diligentibus se? vos autẽ exhonorastis pauperem. Exhonorare autem est priuare debito honore, & ideo non erat hoc non ęquare pauperes diuitibus, sed priuare pauperes debita sede humiliando eos magis, quam humiliandi erant.

Secundo patet, quia dicitur Iaco.2.c. si tamen perficitis legem regalem diliges proximum tuum, sicut teipsum, bene facitis, si autem personas accipitis peccatum operamini redarguti a lege, quasi transgressores. Et ita innuit, quòd illi, qui præferebãt diuites pauperibus faciebant contra mandatum de diligendo proximum, hoc autem non est, nisi nocendo proximo in aliquo, ergo non solum non ęquabantur pauperes diuitibus, sed etiam in conspectu eorum contẽnebantur, & cogebantur sedere in loco humiliori, quam eis debitus esset, & hoc erat accipere personã. Fiebat autem propter diuites, scilicet vt quanto magis humiliarentur pauperes magis exaltarentur diuites, quasi multum ab eis differre viderentur, vel si ex aliqua causa speciali competebat alicui pauperi sedes excelsior, quam diuiti, & diues pręferebatur ei, aut ęquabatur, erat acceptio personarum.

Ad tres rationes ostendentes, quòd sit peccatum mortale præferre diuitem pauperi, & ꝙ hoc velit Iacobus, dicendum quòd verum est, quando non solũ pauper non ęquatur diuiti, sed etiam priuatur sede sibi debita, aliàs autem non est peccatum, neque acceptio personarum, vt dictum est.

Ad octauum circa principale, dicendum ꝙ omnes sunt honorandi inquantum in quolibet homine inuenitur aliquid propter quod honoretur. Nam est

F natura facta ad imaginem Dei cui debetur honor, vt dicit Grego. Etiam de quolibet præsumitur, quòd sit bonus, nisi probetur contrarium, & ideo etiam si de nulla virtute constet, dum tamen non constet de vitijs est honorandus, sed etiam si constet de vitijs alicuius, cum adhuc cum vitijs possit stare aliqua probitas propter illam competet honor, & ideo nullus est, cui non possit aliquis honor impendi, & non est acceptio personarum, quia tunc est acceptio, quando datur honor sine causa, & tamen hic aliqua causa est, quæ facit saltem capacem honoris.

Sed obijcietur si cuilibet homini dandus est honor quomodo potest esse acceptio personarum circa honorem. Dicendum, ꝙ potest esse multipliciter acceptio personarum. Primo circa honores, qui dantur de
G publico, quia illi non dantur, nisi dignis, & secũdum conditiones positas in lege: auctoritas illa 1.Pe.2. scilicet omnes honorate, non intelligitur de honore, qui datur de publico, sed de honore, qui exhibetur a priuatis, circa quem est minus præiudicium, aut nullum, quòd omnibus deferatur.

Secũdo potest esse acceptio personarum circa honorem priuatorum, vt si alicui exhibeatur honor, qui determinate est alteri debitus, licet non subtrahatur illi, vt si aliquis non episcopus, vel rex honoretur secũdum omnes illas cęremonias, quibus honor impenditur episcopo, vel regi, peccat enim, qui tales cęremonias impendit, & qui illas tolerat.

Tertio modo si alicui non detur tantus honor a
H priuatis quantus est exhibẽdus, vt ex hoc alius videatur excelsior, & ita dicit acceptionem personarum Iacobus, quando pauperes humiliantur infra honorem eis debitum in sedẽdo, vt diuites videantur excelsiores. Iaco.2.c. & quandocunque fuerit ista acceptio personarum circa honorem est peccatum mortale, Iaco.2.c. si autem personas accipitis operamini peccatum redarguti a lege, quasi transgressores.

An in iudicijs locum habeat acceptio personarum.
Quæst. CXII.

QVAERETVR an in iudicijs locum habeat acceptio personarum.
I Aliqui dicunt, ꝙ non, quia acceptio personarũ opponit iustitię distributiuę, vt dictũ fuit supra iudicia: in pertinent, vt in plurimum ad iustitiã commutatiuã cum agat ibi de re, quę vnius est, ꝙ detur illi, siue sit actoris, siue rei, & non datur res petita vtrique, & iñ iustitia distributiua facit diuisionem bonorum inter diuersos secundũ proportionem dignitatis, ergo non pertinet acceptio personarum ad iudicia.

Secundo patet, quia inflictio pęnarum pertinet ad iudicia, cum non puniatur aliquis iuste, nisi iudice hoc diffiniente, & tamen circa inflictionem pęnarum non est peccatum aspicere personas, cum grauius puniatur illi, qui percusserunt regem, quam qui percusserunt ciuem vnum, ergo non habet locum hic
K acceptio personarum, quia vbicunque illa est semper est peccatũ Iaco.2.c. scilicet si personas accipitis peccatum operamini.

Tertio patet, quia Ecclesiastici 4.c. dicitur, in iudicando esto pupillis misericors, sed misereri illis specialiter est accipere personam pauperis, ergo non est peccatum accipere ibi personam pauperis, & consequenter non habet locum ibi acceptio personarum.

Dicendum, quòd acceptio personarum locum habet circa iudicia, immo hoc est, quod maxime corrumpit iudicia, scilicet acceptio personarum. Nam quandocunque iudex scienter absoluit reum, vel adiudicat rem ei, cuius non est, & hoc scienter, siue faciat

faciat hoc propter pecuniam, siue ob preces, siue ob aliam quamcunque causam, dicitur accipere personam, quia sine causa iudicauit dando alicui bonũ, quo non est dignus. Et ideo scriptura asserit malam esse acceptionem personarum in iudicio. Prouerbio. 14.c. scilicet accipere personam in iudicio non est bonum. & non solum est malum quoddam, sed habet, quasi totalem corruptionem iusti iudicij, ideo eam Deus vetuit. Sic patet Deutero. primo capitulo, vbi constitutis iudicibus, vt non impedirentur recte iudicare nihil Deus illis vetuit, nisi acceptionem personarum, quasi ista sola esset, quæ iudicium impediat rectum, scilicet: Præcepi illis, dicẽs, audite illos, & quod iustum est, iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnum, neque accipietis cuiusquã personã, quia Dei iudicium est. Vnde non posuit Deus, nisi duas causas perturbãtes rectum iudicium. Primam, & maximam dixit esse acceptionem personarum, secundã dixit esse ignorantiam iuris, & æqui, & ideo postquã abstulit acceptionem personarum abstulit errorem ignorantię, dicens: Quòd si vobis aliquid difficile visum fuerit, referte ad me, & ego audiam. Verum est, quòd odium interdum turbat rectum iudicium, vt quando quis vult condemnare aliquem iudicialiter, non vt acquiratur alteri collitigatori. Nam tunc non est ignorantia, cum ex intentione agat, etiam non est acceptio personarum, quia ibi semper est intentio dãdi alicui bonum, vel vitium, quo non est dignus, & hic iudex non intendit alicui prodesse, sed solum nocere ei quem oderat, ideo non est acceptio personarum, tamen hoc rarius est, ideo Deus non posuit ibi, nisi duo impeditiua recti iudicij, scilicet acceptionem personarum, & ignorantiam. Modus autem, quo acceptio personarũ habet locum in omni iudicio, est, quia in iudicio semper contendunt duo, & vnus fouet causam iustam, vel ambo, sed vt communiter alter fouet iniquam litem, & hoc est, quia vnus eorum habet magis de lucro, & minus de damno, vel petit illud, alius vero habet minus de lucro, & magis de dãno. Recurrunt autem ad iudicium, vel ad mensuram, vt faciat reductionem, scilicet auferendo ei, qui habet multum de damno, & imponendo ei, qui minus habet, & ita commensurat reducendo eos ad æqualitatem. Illud autem auferre, vel apponere fieri debet secundum merita, ideo dicitur opus iustitię distributiuę, & consequenter quandocunque non facit bonã reductionem scienter dando alicui magis de lucro, quam debeat, vel minus de damno, est acceptio personarum, cum fiat distributio sine dignitate. Pro eodẽ autem accipitur minus de damno dare, vel magis de lucro, quia vtrunque vocatur lucrum, vt patet 5. Ethi. Incidit, ergo acceptio personarum in iudicia, & nihil est, in quod magis incidat, quia nõ est aliquod iudiciũ, in quo non possit accidere acceptio personarũ, & ẽt non est aliquid, quod magis concernat iudicia, q̃ acceptio personarum. Ad primũ in oppositũ dicendũ, ꝙ iudicia tam ad distributiuam, q̃ ad commutatiuã iustitiam pertinent, & tñ non incidit ibi acceptio personarum, nisi vt opponitur iustitię distributiuę, quę esse deberet in iudicijs. Iustitię aũt commutatiuę nõ opponitur, & quia nullum iudiciũ est, in quo quantũ ad aliquid non incidat iustitia distributiua, nullũ est, in quo non possit accidere acceptio personarũ. Pro quo sciendum, ꝙ in iudicijs quantũ ad pręsens duo considerari possunt, s. res iudicata, siue de qua iudicatur, & forma iudicandi, vel procedẽdi, quæ se tenet ex parte iudicis. Quantum ad primũ dicẽdum, ꝙ in iudicijs possunt interuenire causę pertinentes ad iustitiam distributiuam, & alię ad commutatiuam. Nam si ɔtenditur de aliquo, quod inter plures diuidendum est secundum merita personarũ, contentio est super re pertinente ad iustitiam distributiuã, sicut aliq̃n fit in diuisione prædę, & in diuisione multorũ aliorũ bonorũ. Aliquando autem est causa pertinens ad iustitiam cõmutatiuam, vt q̃n agitur de re, quæ non est diuidẽda, neque petitur diuisio, sed vni parti insolidum adiudicanda est, vel si aliquid est diuidendum non secundũ merita personarum, sed secundum alium quendam modum, & ob hoc plures sunt quęstiones iudiciales pertinentes ad iustitiam commutatiuam, q̃ ad distributiuam ex parte rei, de qua contenditur. Quantum ad secundũ vero. i. formam procedendi dicendum, ꝙ omnis iudicatio pertinet ad iustitiam distributiuam. Nam ad iudicem pertinet adęquare litigãtes reducẽdo eos ad ęqualitatem 5. Ethi. & hoc subtrahẽdo vni, quod plus habet de lucro, & supplendo alteri, quod minus habet de lucro, & è cõtrario in damno. Et quia ista facit iudex consideratis meritis causarum, quæ vocantur hic dignitates personarum eo, ꝙ constituũt personas dignas, vt pro eis iudicetur, & hoc facit iustitia distributiua. Dicitur actus iste iustitię distributiuę. Debet enim accipi totum lucrum, quod habet vterq; litigans, & totum damnum quãtum ad illa, de quibus contenditur, & efficiatur illud, quasi vnum corpus, & illud diuidit iudex dando de illo lucro cuilibet litigatori tantum quantũ exigunt merita causę suę, & eodẽ modo tantum de damno, iõ proprie est actus iustitię distributiuę in quolibet iudicio quãtum ad actum iudicialẽ quantũ ad cõditionem rei petitę: aliquando ptinet iudiciũ solum ad distributiuam aliq̃n solum ad commutatiuam, & iõ acceptio personarũ accidere põt in quolibet iudicio quantũ ad illam adęquationẽ distributiuam, q̃ iudex facit, si non faciat illam iuxta merita causarum, illa. n. merita sunt causę dignificantes personam ad hoc, ꝙ pro ea diffiniatur aliquid, cũ aũt illę non obseruantur, ponitur nõ causa pro causa, & iõ semper est acceptio personarum. Ad secundum dicendum, ꝙ in iudicio inferuntur pęnę, & pro peccato commisso in vnam personam irrogatur maior pęna, q̃ pro peccato commisso in alteram, & non respicitur hic persona, sed causa. s. quia maius peccatum est percutere regem, quã percutere ciuem, ideo maior pœna irrogatur vni percussori, quam alteri, licet percussiones, siue vulnera sint ęqualia, quia delicta nõ sunt ęqualia, immo velle inferre ęqualem pęnã pro vtroque esset acceptio personarum, quia daretur minus de damno, vel pęna alicui, quam mereretur, & tñ magis de lucro, & minus de dãno sunt idem. 5. Ethi. sed dare magis de lucro sine causa est acceptio personarum, ita ergo dare minus de pœna, q̃ meruit ei, qui multum peccauit, est acceptio personarum. Et cũ dicitur hic respici personam, dicendum, ꝙ non respicitẽ persona, sed qualitas, vel conditio, idest ꝙ vnus sit rex, alius sit ciuis, & istę conditiones sunt tales, quæ faciũt dignum maiori pęna, vel minori percutientem, ideo non est acceptio personarum, quia vocatur acceptio personarum, quando solum cõsideratur persona, vel conditio aliqua personę intrinseca, quæ non facit ad maioritatem, vel minoritatem delicti. Hic autem cõditio personę directe facit ad hoc, ideo licet propter differentiam personarum detur inęqualitas pęnę nõ est acceptio personarum.

Ad tertium dicendum, ꝙ in iudicio non est respiciendus fauor alicuius personę, vt pro ea iudicetur contra ius partis, vnde quantumcunque causę pauperum sint fauorabiles, & priuilegiatę, quia sunt personę miserabiles, nõ est faciendum aliquid contra ius litigatoris, etiam ditissimi miserando pauperi, quia illud nõ est misereri, sed rapere, & iniustum facere. Sic dicitur

Duas causas Deus posuit rectum iudicium perturbantes.

Quomodo acceptio personarũ in iudicio locum habeat.

Ad tertiam rationem.

In iudicando iudex pupillis potest tripliciter se, vt pater habere.

dicitur Exo.23.c. pauperis quoque non miseraberis in negocio, vel in iudicio; scilicet vt miserendo cōtra ius alicuius facias. Et tamen in iudicando potest iudex pupillis, & orphanis se habere, vt pater tripliciter. Primo concordando causas pupillorum non perdendo aliquid de iure ipsorum, & hoc est præstare illis beneficium. Nam causę pupillorum, & personarum miserabilium ex defectu expensarum, & patrocinij solent perire, quia non hn̄t prosecutionem, licet inchoent, & ita iura eorum pereunt. ꝙ ergo iudex videns hoc in principio litis nitatur concordare partes in fauorē pupillorum, vt non pereant iura eorum, etiam si non tribuat eis plus de iure, q̃ hn̄t, est illis vt pr̄, quia pręstat beneficium, quasi conferret eis totum ius, quod hn̄t. Nam illud periturum erat ex defectu prosecutionis, & quia ad p̄rem pertinet beneficiū præstare, est iudex, vt pater pupillis si hoc effecerit in causis eorū, & non est in hoc aliqua acceptio personarū, quia ad officiū iudicis pertinet concordare partes in exordio litis, si potest, & ad istam concordiam hortari debet. Si autē illam non receperint audiat de iure, & ēt, quia hoc sine præiudicio cuiuscunque facit nō est acceptio personarum, nulli enim adimit de iure, quod hēt, & nulli addit, quod non habet. Secundo faciet hoc supplēdo defectum ex parte allegationis in causa pupillorū, pupilli.n.& personę miserabiles vix habēt patronos cārum suarum, quia non habent quid erogent, & ideo ēt si prosequi nitātur perit interdum aliquid propter defectum allegationis, & quia quidam sunt, in quibus iudex potest supplere, id quod deest partibus, si faciat hoc in causis pupillorū, quia pupilli sunt, & pauperes est illis vt pater, & præstat illis beneficium, quod aliàs non præstaret. Tertio faciet hoc recte iudicando in cāeorum, ēt si nullū aliud patrociniū eis præstet, tāta est n.iam iniquitas hominū, ꝙ seruando alicui ius suū præstat illi iudex beneficium, licet ad hoc teneat̄. Sed cum sępe, & plurimi ꝯtrium faciant, iam ita precibus, & difficultate obtinendum est, ꝙ iustitia ministretur nobis in causis nostris, sicut ꝙ aliquid liberaliter concedatur, & iō qn̄ iudex alicui ministrat iustitiā pręstat ei beneficium, & hoc maxime in causis illis in quibus difficile est iustitiā ministrare pp ꝑsonas cōpetitorū. Ita.n.qn̄cunque pupilli, orphani, viduę, aduenę, pauperes, & generaliter quęcunque personę miserabiles contendunt cum diuitibus, difficile ministrat̄ iustitia pauperibus, quia aut pauperes petūt, aut impetunt̄. Si petunt ꝯ diuites, iudices in fauorem diuitum raro audiunt causas illorum, sed prætereunt dissimulant, vel reijciunt eas. Et hoc est, quod Deus conqueritur de iudicibus Isa.1.c. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, cā viduę non ingreditur ad eos. Iudicare pupillo est audire cām eius, & hoc illi non faciebant, & ita dr̄, ꝙ causa viduę non ingredit̄ ad eos. Est.n. causa viduę, in qua ipsa est actor, & præsupponitur, ꝙ ius ei competat in re, de qua agitur. Hęc causa non introibat ad iudices.i.non permittebant eam proponi in prætorio suo, vel dissimulabāt se audire. Quòd ergo audire velint causas pupillorū, & viduarum, & iudicent in eis, quod iustum est, licet teneantur de iure, tamen Deus reputat illis ad magnū meritum, quasi beneficia præstarent viduis, & pupillis Isa.1.c. quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit dominus, & si fuerint peccata vestra, vt coccinū, quasi nix dealbabuntur. Si autem diuites sint actores, etiam perit causa pauperum, vt si diuites non habentes ius aliquod in re, circa quam agitur, trahant pauperes ad iudicia, & iudices permittant eos vexari calumniosis dilationibus, & cautelis, etiam si nondum diffiniat in causa contra pauperes facit, ꝙ causa pau-

F perum pereat, cum enim ipsi non possint prosequi per tanta temporis dispendia, & expensarum, oportet vel, ꝙ causæ cedant, & liti, & iuri, vel ꝙ componant perdendo aliquid de iure, & in talibus iudicijs tam diuites petentes, quam iudices audientes peccant. De diuitibus patet Iaco.2.c. nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? De iudicibus patet, quia ipsi permittunt perire causam, & debent obuiare dispendijs litium, vt non pereirent iura pauperum, quod si fecerint præstant eis beneficiū, & sunt eis in iudicando, quasi patres, & tamen fit hoc sine acceptione aliqua personę.

G *An in dando eleemosynam sit exceptio personarum. Quæst. CXIII.*

QVAERETVR an in dando eleemosynam sit exceptio personarum, vtputa si alicui pauperi damus potius, quam alteri eleemosynam.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia acceptio personarum est, quando datur aliquid boni alicui sine causa, & tamen interdum dando vni pauperi potius, quam alteri nulla causa est, ideo videtur acceptio personarum.

Dicendum, ꝙ interdum circa eleemosynę dationē est acceptio personarum, & interdum non. Ad sciendum autem, quando tam circa eleemosynam, quam circa alias actiones dationum sit acceptio personarū,
H est dicendum, ꝙ quandocunque datio illa, quæ fit est determinata lege, vel ratione necessitante ad aliquē modum certum, & dans tenetur ad illum modum seruandum est acceptio personarum non tenendo viam illam, idest si alicui demus non existentibus in eo conditionibus requisitis, etiam si nulli tollamus ius, sic faciendo. Alia regula, quòd vbicunque circa actum non sunt determinatę certę cōditiones ex parte personarum, quibus aliquid dandum est, vel agens non est obligatus ad aliquem certum modum determinatum, non est acceptio personarum, etiam si det aliquid sine causa. De prima regula patet, vt in iudicijs. Est enim determinatum de iure circa singulas causas quid debeat diffiniri, & iudex tenetur sequi determinationem illam iuris. Si autem non sequatur
I diffiniendo, & attribuendo alicui magis de lucro, quam secundum ius sibi competat, vel minus de dāno, quam ei competebat, & necessario incumbebat est acceptio personarum, nam acceptio personarum opponitur iustitię distributiuę, iustitia autem dicit ęqualitatem, ęqualitas autem est, id quod regula ostendit, quæ facit adęquationem, ius autem est regula ęqualitatis. Si autem istam regulam nolit applicare iudex ad negocia, impossibile est, quòd faciat adęquationem, & ita non erit in actu suo iustitia, quia non constituit ęqualitatem, & quia illa est ęqualitas in distribuendo erit in iustitia distributiua. Sed in iustitia distributiua fit quandocūque nō seruatur ęqualitas ista ex quacunque causa proueniat, siue ex igno-
K rantia, siue ex odio, siue ex fauore alicuius personę, & in isto tertio modo est solum acceptio personarum, & interueniunt hic conditiones acceptionis personarum, scilicet quòd non considerantur dignitates personarum, quæ tribuunt ius, vel auferunt, & ponitur non causa, scilicet quia consideratur persona, vel aliquis alius reus habetur, qui ius non tribuit, & talis pertinet ad acceptionem personę, & supertollitur hic ius partis, quia cum in re, quę venit in contentionem duorum datur alicui magis de lucro, quam competat sibi, necesse est quòd tollatur alteri de eo, quod sibi competit regulariter, & tunc præiudicatur illi. Et dico regulariter, quia potest esse, quòd in re, super qua contenditur, nulli litigatorum

sum competat ius, sicut accidit circa beneficia, & in-
terdum circa causas prophanas. Dixi etiam, si nulli
tollatur ius, ad ostendendum distributionem in bo-
nis, in quibus nulli est ius quæsitum ante distributio-
nem, & tamen distribuens alligatur ad certum mo-
dum distribuendi, sicut circa prouisionem benefi-
ciorum. Nam quando vacant regulariter, nulli est ius
quæsitum, sed habet prouidere prælatus, habet ta-
men certam formam prouidendi: debet enim pro-
uidere dignis, quæ dignitas limitatur a iure, scilicet,
honestas morum, & sufficientia literarum, & perso-
næ legitimitas, & ætatis mensura. Si autem diuisis
his, vel aliquo horū prout de iure limitata sunt pro-
uiderit prælatus alicui de beneficio est acceptio per-
sonarum, quia præiudicat communitati Ecclesiasti-
cæ, & bono publico, & transgreditur formam, ad quā
erat obligatus, & accipit non causam, vt causam, sci-
licet, quia afficitur ad personā propter aliquid, quod
non reddit personam dignam, aut saltem capacem
illius beneficij, & tamen non præiudicatur iuri alicu-
ius iam existenti: quia nulli quantumcunque digno
erat quæsitum ius determinate in beneficio illo, vel
ad illud, sed erat capax illius. Idem est circa dignita-
tes, & administrationes sæculares, circa quarum pro-
uisionem est certus modus determinatus a lege.

Secundæ regulæ veritas patet ex opposito. Nam si
non est determinatus certus modus circa actum li-
berum est agere sic, vel sic, & vbi est libertas non est
iniustitia, sed acceptio personarum dicit iniustitiam
distributiuam: ergo neque erit ibi iustitia distributi-
ua, neque acceptio personarum, sicut est in illis, in
quibus liberum est donare. Idem autem est si sit de-
terminatus modus actionis ex lege, & transit aliquis
qui non teneatur illa lege, qualitercunque enim ille
fecerit non facit iniustum, neque accipit personas, &
ideo Deus, qui nulla lege tenetur non est acceptor
q.120. personarum quidquid fecerit, vt dicetur infra.

Hoc supposito considerandum circa dationem
eleemosynæ, quòd aut occurrit vnus pauper, cui da-
re possumus, aut plures. Si vnicus non potest esse ac-
ceptio personarum, siue demus illi, siue non demus.
Non dando non potest esse acceptio personarum, qa
consistit in dando aliquid sine causa, dando etiam
non est acceptio personarum, quia illa opponitur iu-
stitiæ distributiuæ, & non potest esse nisi cum aliquid
inter plures diuidendum est, & datur alicui sine cau-
sa, vel saltem est aliquid quod debeat dari vni de mul-
tis cum certa dignitate, & datur vni, in quo non est il-
la dignitas non dando illud alteri, in quo illa dignitas
inueniretur. Si autem multi occurrunt, quibus dari
possit eleemosyna, aut sunt oēs in necessitate extre-
ma, aut vnus tantū, aut nemo illorum. Si primo mo-
do dicendum, ꝙ omnibus succurrere debet si potest,
& si non potest succurrat, quibus potuerit, quos pro-
pinquiores perditioni putauerit. Nam ēt extrema ne
cessitas gradus habet, & ideo licet duo sint in extre-
ma necessitate, vnus pōt maiorē necessitatem habere
q̃ alius, vel si omnino fuerint æquales necessitates iu-
xta arbitrium suum, si nulla alia causa inclinat magis
ad vnum, q̃ ad alterum succurrat, cui voluerit, ita ꝙ
tot succurrat, quot potuerit de illis, qui in tali necessi-
tate constituti sunt, & non est tunc aliqua acceptio p-
sonarum, cum non det sine causa, neq; agat cōtra mo
dum statutū a lege, & quilibet suscipiēs est ibi dignus
eleemosyna. Si secundo modo dicendū, ꝙ indubitan-
ter succurrendū est ei, qui in extrema necessitate con
sistit potius q̃ alicui alteri si nō pōt alteri succurrere.
Et si nollens succurrere ei, qui est in extrema necessi-
tate, dederit eleemosynā alteri, est acceptio persona-
rū dando eleemosynā, & est peccatū, si aūt neutri da-

A ret non esset acceptio personarum, & tñ magis pec-
caret nulli dando, quàm dando minus indigenti. Et
dicitur hic esse acceptio personarum, qa contra legē
agitur, quæ obligat ad subueniēdū ei, qui est in extre-
ma necessitate, & ēt distribuitur ibi nō s̄m quātitatē,
qa capacior, & dignior est ad recipiendum eleemosy
nam ille, qui est in extrema necessitate, quàm q est in
minori necessitate. Si tertio modo dicendū, ꝙ aut pu
tatur esse illorū necessitas æqualis, vel quasi, aut vnius
est valde maior, dum tñ nō sit extrema. Si primo mo
do dare pōt, cui voluerit, vel nulli, & dando vni, & nō
alteri non est acceptio personarum. Si secundo mo-
do, aut concurrunt aliæ conditiones in pauperibus il-
lis, quæ inclinent ad dandum potius vni quàm alteri,
B quia nouem conditiones sunt, quæ circa hoc cōside-
rantur, vt ostensum est supra 6. cap. quęst. 68. aut nullę
concurrunt. Si autem aliquæ cōcurrunt, poterit esse,
ꝙ potius debeat dari minus indigenti, quàm magis
indigenti, sicut si pater indigeat, & alius magis egeat,
dum tamē nō extreme, potius est pauperi patri quàm
alteri succurrendum, & nō est acceptio personarum,
quia dignitas exposcit hoc, quia magis præponderat
ibi attinentia, quàm aliqualis excessus paupertatis.
Si autem non apparent conditiones aliquæ præpon-
derantes potius debet dari magis indigenti, & tamē
etiam si non fecerit non peccat, neque est acceptio
personarum. Nam non est acceptio personarum, nisi
vbi tenetur quis ad certum modum, sed circa dan-
C dam eleemosynam istis non est determinatus lege
aliquis modus: ergo non potest esse acceptio perso-
narum. Patet quia non tenetur quis regulariter ad
dandum eleemosynam pauperi extra necessitatem
extremam quam non habent isti, de quibus hic dici-
tur: ergo neque erit obligatio ad certo modo dan-
dum: vnde non est circa eleemosynam nisi vnus ca-
sus acceptionis personarum.

Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ occur-
rētibus multis pauperibus extra necessitatē extremā
dare cui voluerit nō dando alteri nō est acceptio pso
narū. Ratio est, qa nulli eorū dare tenetur, sed est su-
pererogatio dare alicui, & iō nō tenetur ad dandum
certo modo, sed vbi nulla est determinatio dandi, nō
D est acceptio personarū, qa non fit iniustum, sed cōtra
legē, neq; contra ius alicuius. Acceptio autē persona-
rū semper dicit iniustitiā distributiuam: ergo non est
aliqua acceptio personarū dare potius vni quàm al-
teri, ēt si nulla causa moueat, nisi voluntas. Cum autē
obijcitur, ꝙ datur hic aliquid sine causa, cū non mo-
ueat potius causa ad vnū quàm ad alterū. ergo est ac-
ceptio personarū. Dici pōt vno modo, ꝙ dare sine cā
non est peccatū, nisi qñ lex obligat ad dandū aliqui-
bus, in quibus inueniuntur certę conditiones. Nā tūc
dando eis, in quibus non stant istæ conditiones, & nō
dando eis, in quibus inueniri possent, peccatum est, &
est acceptio personarum. Hic autem non est obliga-
tio ad dandum, & consequenter neq; ad certū modū
E dandi, & ideo etiam sine causa dare nō est peccatum.

Secundo dicendum, ꝙ hic non datur sine causa,
sed cum causa. Nam paupertas est causa dandi, quæ
inuenitur in omnibus istis, sed cum iste dans nolit da
re omnibus, quia non obligatur omnibus dare, aut
alicui, vult dare alicui. ꝙ autem non sit maior causa
dandi vni, quàm alteri non facit acceptionem perso-
narum, quia in acceptione personarum est causa dan
di vni, & non alteri: & damus ei, in quo non est causa
prætereūdo illum, in quo inuenitur cā determinata a
lege, sed quod maius est, ēt si inueniatur maior cau-
sa in vno, quàm in altero, vtputa quia est pauperior,
dum tamen non sit pauper extremè, non est ac-
ceptio personarum dare minus pauperi omisso ma-

gis indigente, cum lex non obliget dari isti, neque illi, ideo non est iniustum dare isti omisso illo. Nam ad hoc quòd dare isti omisso illo esset peccatum, oportebat quòd teneremur dare illi, quem omittimus: quia aliàs sequeretur, quòd neutri dando non esset peccatum: dando autem minus indigenti omisso alio esset peccatum, quod est absurdum, cum melius sit dare alicui, quàm nulli dare, sed non tenemur dare ei, quem omittimus, cum non sit in extrema necessitate: ergo dare minus indigenti, omisso magis indigente, non est acceptio personarum.

An sit aliquando acceptio personarum in donationibus, quas facimus sponte. Quæst. CXIIII.

Qvaeretvr, an sit aliquando acceptio personarũ in donationibus, quas facimus sponte. Dicendum quòd contingit sæpe esse peccatum in his donationibus, sed raro contingit esse acceptionem personarum. Pro quo præsupponendæ sunt duæ regulæ datæ præced. q. s. ꝙ in donationibus, quæ sunt determinatæ a lege, & vbi dans tenetur sequi certam formam, potest esse acceptio personarum: vbi autem nõ est certa forma, vel qualitas diffinita in donatione, aut dans non est obligatus alicui legi nõ potest esse acceptio personarum, sed in donationibus sic est, ꝙ oẽs sunt spontaneæ: nemo enim compellitur donare. Si enim compelletur iam non esset donatio, sed debitum, & ideo cum ad donandum nemo compellatur, neque etiam tenebitur ad certum modum donandi, & cõsequenter siue donet isti non donando illi, siue quocunque non poterit esse acceptio personarum. Est tamẽ dicendum, ꝙ peccatum esse potest circa donationem: si enim secundum rationem donetur pro causa honesta, & secundum cæteras circũstantias laudabile est, quia pertinebit ad liberalitatẽ. Si est circa mediocria, & quotidiana, aut ad magnificentiam, si est circa magna. Si autem non obseruantur circunstantiæ, siue dando plus, quàm expediat, aut non cui decet, & ita de alijs vitiosum est, & incidit in prodigalitatẽ, vel in banausiam, siue paruificentiam, quæ opponuntur magnificentiæ. 4. Ethic. c. de magnanimitate. Hoc autem peccatum est, tum quia omnes sumus dispẽsatores Dei, & ratio quæretur a nobis de omnibus, quæ nobis cõmissa sunt. Donare autem prodigaliter est donare sine causa, ideo est peccatum, & fortè mortale: & maxime in ecclesiasticis personis, quorum bona magis sunt obligata pauperibus, quam bona sęcularium. Secundò, quia prodigaliter dans destruit substantiam suam, & seipsum destruit, vt dicit Aristot. 4. Ethic. c. de liberalitate, sed seipsum destruere est peccatum mortale: ergo & prodigaliter substãtiam effundere. Tertio, quia qui prodigaliter dat citò non habebit quid det, vbi necesse erit dare, idest, pauperi existenti in extrema necessitate, sed ex culpa sua se talem constituit, vt pauperibus sic indigentibus non possit subuenire: ergo videtur peccare mortaliter cum non solum eis, qui habent competat dare pauperibus, sed etiam eis, qui nihil habent suadet Apostolus manibus laborare, vt dent necessitatem patientibus, vt dicitur ad Ephes. 4. cap. Quarto videtur peccare, quia abutitur bonis sibi collatis. Nam diuitiæ bona vtilia sunt, & veniunt ex dono Dei, debent autem ordinari ad sustentationem nostram, & aliorum secundum rationem, qui autem prodigaliter agit, non seruat ordinem circa bona vtilia, ideo peccat, & ita circa donationes contingit in multis peccare, sed non esse acceptionem personarum propter hoc, quòd sunt purè spontaneæ.

F Dicendum tamen, quòd in vno casu videtur esse acceptio personarum circa istas donationes, vt si alicui occurrat pauper in extrema necessitate, & nolens illi dare, donet sponte alicui non indigenti, neque petenti, & hoc est, quia tenebatur dare sic indigenti: non dedit autem, & dedit alteri, in quo nulla causa dandi erat: erit igitur acceptio personarum. Sed adhuc dicẽdum, quòd hoc large dictum est. Nam propriè accipiendo acceptionem personarum nõ est ibi acceptio personarum: quia illa est, quãdo illa res, quæ danda erat alicui, in quo est causa, non datur ei, sed alteri, in quo nõ inuenitur causa, & tamen iste, qui prodigaliter dedit non tenetur dare pauperi existenti in extrema necessitate id, quod donauit alteri sponte,
G cum posset ei dare aliquid aliud dando simul prodigaliter alteri, & tunc non esset acceptio personarum, licet dando prodigaliter alteri peccabat, & ideo etiã donando prodigaliter, & non dando pauperi extremè indigenti non est acceptio personarum, sed iniustum facit, quia non facit ad id, quod tenetur: habet tamen aliquam similitudinem cum acceptione personarum, & ideo aliqui sic eam vocant, sed in veritate non est, & ita manet quòd circa donationes potest esse peccatum multipliciter, sed non potest esse acceptio personarum.

An sit acceptio personarum, si prælatus det beneficium, & maxime curatum alicui cognato suo, omisso alio æqualiter, vel magis idoneo. Quæst. CXV.

H Qvaeretvr, an acceptio personarum habeat locum in dispensatione spiritualium, vt in prouidendo de beneficijs, & dispensationibus circa aliqua. Aliqui dicunt, quòd non est acceptio personarum, quia conferre alicui beneficium, vel ecclesiasticam dignitatem, quia est cognatus videtur pertinere ad acceptionem personarũ, cum cognatio non sit causa faciens hominem dignũ beneficio ecclesiastico, & tñ nõ videtur hoc esse peccatum, cum consuetum sit hoc apud prælatos Ecclesiæ: ergo in dispensatione spiritualium non habet locum exceptio personarum. Sed contra videtur quod
I sit peccatum dare spiritualia indigno, vel dare minus digno omittendo magis dignum; quia super illo verbo Iaco. 2. Fratres nolite in acceptione personarũ habere fidem Domini nostri Iesu Christi: Glo. Aug. ait: Quis ferat, si quis diuitem eligit ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore, & sanctiore?

Dicendum, ꝙ circa hoc sunt duo dubia. Primũ est an pertineat ad personarum acceptionem, vel sit illicitum, ꝙ prælatus det beneficium, & maxime curatũ alicui cognato suo omisso alio æqualiter, aut magis idoneo. Secundum est cum neuter est cognatus, & prælatus inuenit duos dignos ad beneficiũ, & dat digno, & non digniori, an peccat, & sit acceptio personarũ.

K Circa primum dicunt aliqui, ꝙ sit peccatum, quia pater quærit filiæ suę sponsum meliorem, quã potest, & sponsus quærit sponsæ suæ fidelissimum custodem, sed Episcopus, & quicunq; prælatus maior cõparatur ad Ecclesiã suã, sicut pater ad filiam, vel sicut sponsus ad sponsam: ergo debet ei prouidere meliori persona, quã potuerit: ergo extraneus pręferendus est cognato, si est melior. Secundo, quia Ioannes Baptista fuit valde idoneus ad quamcunque spiritualem administrationem, & tamen Christus prætulit ei Petrum, quia Ioannes erat cognatus eius, & non Petrus. ergo sic prælatus habens cognatum nõ dicitur præferre eum in regimine Ecclesiæ alicui alteri æqualiter idoneo: & a fortiori si fuerit magis idoneus alius. Dicen-

Dicendum, quòd aut cognatus Episcopi est æqualiter idoneus, sicut alter cui prouidere potest Episcopus, idest, qui occurrit ita vt ei prouidere possit, aut est minus idoneus, aut nullo modo est idoneus. Si demus tertium gradum dicendum, quòd peccat prælatus prouidendo ei, etiam si nullus alius occurreret, cui prouidere tunc posset, a fortiori autem si occurrat alius idoneus, cui prouideat: & est acceptio personæ: accepit enim non causam, vt causam. Nam in his requiritur conditio, quæ personam dignam, & capacem faciat secundum legem, & istę sunt quatuor conditiones, scilicet, morum honestas, scientiæ sufficientia, ætatis mensura, & natalium legitimitas. Cum autem aliquam aliam conditionem, præter has consideraret ad prouidendum de beneficio, propter illam consideratur non causa, vt causa, quia nulla alia facit ad negocium istud, sicut si quis iudicaret inter pauperem, & diuitem, & diffiniret pro diuite, eo quòd diues erat. Nam illa nō est causa eum faciens dignum, vt pro eo iudicetur. Ita esse cognatum non est conditio faciens dignum, vel aptum ad tenendum beneficia ecclesiastica: esset autem causa conueniens ad institutionem hæredis in bonis patrimonialibus, & ideo si Episcopus instituat hæredem in bonis suis patrimonialibus aliquem cognatum suum nō bonum omisso aliquo extraneo viro bono non peccat, quia quantum ad istam institutionem, causa faciens dignum est cognatio: idem est etiam circa prouidere de necessarijs ad vitam ex bonis patrimonialibus: qa magis prouidebit cognato, quàm alijs. Secus autem de bonis spiritualibus, quia illa non veniunt iure successionis, cum Sanctuarium Dei iure hęreditario possideri non debeat. Sed si accipiamus primum, idest, quòd sit ęqualiter idoneus, dicendum, quòd non peccat Episcopus prouidēdo cognato suo, potius quàm alteri. Primo, quia cum non præcedat vnus alterum dignitate est locus gratificationi, siue acceptioni personarum.

Conditiones quę personā dignā reddunt ad beneficiū accipiēdū.

Secundo, quia sunt duo vincula in consanguineo, primum est amor charitatis, quia aliàs esset vetus, sed nō est, vt ait Gregorius in quadam homilia innuens, quòd non repugnat dominicis præceptis, & tamen non est meritorius, sed quando concurrerint, simul adiuuabitur charitas per amorem naturalē, & amor naturalis informabitur per charitatem: ad extraneū autem idoneum solum est amor charitatis, ideo magis tenebitur cognato ad prouidendum.

Tertio, quia secundum ordinem charitatis magis tenetur diligere quis cognatos, quàm extraneos cæteris paribus, & tamen hic cætera sunt paria cum ponatur cognatus æqualiter idoneus ad regimen Ecclesiæ: ergo magis tenebitur illum prælatus diligere, quàm extraneum, sed eis, quos magis diligimus, maiora bona præparamus, ideo cognatis tenemur maneis occasionem crescendi in charitate, quàm extraneis, & tamen ex administratione Ecclesiæ crescit valde meritum rectè administrantis: ergo magis tenemur velle istud augmentum charitatis pro cognatis nostris, quàm pro alijs: & consequenter eis prouidere de beneficijs, cum tales sunt, de quibus confiditur, quòd Ecclesiam bene administrabunt. Sunt autem hæc vera, nisi ex hoc quòd prælatus potius prouidet cognato suo, quàm alteri oriatur scandalum, scilicet, nascatur praua suspicio contra prælatum, ꝙ sit carnalis, vel putatur probabiliter, quod ab alijs trahetur hoc in exemplum, vtpote si prælatus ille sit magnæ auctoritatis, cuius facta ab alijs in consequentiam trahantur. Nam tali scandalo obuiandum est, & melius erit prouidere extraneo æqualiter idoneo, & tamen etiam si stantibus his, prouidit cognato

A æqualiter idoneo, non fuit acceptio personarum, cum ibi non fuerit factum contra legem de modo prouidendi, & conditionibus personarum, neque tollitur ius alicuius, neque Ecclesia læditur, neque etiam oportet dici, quòd ille prælatus peccauerit permittens nasci talem suspicionem, quia non tenemur auferre omnem occasionem suspicandi de nobis, quia fortassis nihil boni faciendum esset, si omnes suspiciones tollere vellemus, etiam quia videretur inconueniens, quòd cognatus prælati, qui idoneus est, sicut quilibet alius sit deterioris conditionis, quàm cæteri, ex eo quòd cognatus suus est prælatus, cum potius hoc deberet ei prodesse, & tamen dicendum, ꝙ B melius faceret Episcopus non prouidendo ei de beneficio, si tales suspiciones verisimiliter oriuntur, quàm prouidendo: poterit enim facere sibi per alterum prælatum prouideri, & tamen si prouiderat ipse ei non multum differt propter causas præcedentes.

Quarta potest addi, scilicet, quia magis pertinet ad pacem, & quietationem animi prælati, quàm prouidendo alteri: nam cognatus diligit cognatum suum, & ita non procurabit discordias contra prælatum, sicut sæpe subditi faciunt. Etiam quia prælatus confidentius cōmittit ei curam gregis, si bonus est, quàm alicui extraneo sciens, quòd magis curabit, & satager exonerare conscientiam prælati, curando magis so-C licitè de ouibus, quàm extraneus, qui non æqualiter diligit prælatum. Vnde sacra scriptura approbat talem modum prouisionis, quod videtur significari in eo, quod dixit Pharao ad Ioseph, Genes. 47. Si nosti in eis, idest, in fratribus tuis esse viros industrios eos magistros pecorum meorum institue. Et ita concessit sibi accipere fratres suos, potius quàm alios ad prælationem gregum, si ad hoc erant industrij, sicut alij extranei.

Si autem cognatus prælati non sit æqualiter sufficiens, sicut extraneus, licet sit sufficiens. Dicendum, quòd aut est beneficium, vel dignitas curata, & tunc peccat prelatus dando illud cognato suo minus digno omisso meliori, & magis idoneo. Primo, quia D hoc videtur esse contra fidelitatem, quam Dominus requirit in bono dispensatore: non enim fideliter gereret negocia domini sui ille, qui potens rem domini meliorare non faceret intendens prodesse, vel condescēdere cognatis suis. Secūdo, qa ēt pertinet aliqualiter ad p̄sonarū acceptionē, licet enim sit magis aptè acceptio p̄sonarū, qn̄ indigno datur beneficiū Ecclesiasticū, qa est cognatus, cū non inueniantur in eo cōditiones, quas lex reqrit: & accipit non cā pro cā, s. esse cōsanguineū, tn̄ nō effugit vitiū acceptionis p̄sonarū, q inueniens meliorē ad curā animarū cōmittit ea in minus bono, licet bonus sit: hos aūt p̄latos, q cognatis prouidēt de cura animarū omissis alijs melioribus tracti cognationis amore redarguit Hierony. & habetur in Decretis. 4. q. 1. c. Moyses, s. extraneus ex E alia tribu a Moyse eligitur, vt significaret principatū in populos non sanguini deferendum esse, sed vitę: at nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt non quęrant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesię prodesse, sed quos, vel ipsi amant, vel quorū sunt obsequijs deliniti. Si aūt sit beneficiū sine cura animarū, aut dignitas non curata nō est facile dicēdū, ꝙ peccet p̄latus dando alicui cognato suo idoneo ēt reperto alio meliori, & hoc qa ea, quę nō habēt curā animarum, nō exigunt tantam aptitudinē p̄sonarū, & hoc verū est nisi alia, q̄ inuenitur sit multum excedens in aptitudine, ita vt ad eam collatus alius iudicet indignus, sed adhuc in hoc non pōt tam facile iudicari, sed consideranda sunt cętere circunstantię, s. qa forte ille, q est dignior alia benefi-

Prælatus conferens beneficiū curatū cognato minus digno, peccat.

cia habet, de quibus competenter potest sustentari: cognatus autem Episcopi, qui est minus dignus, & tamen est dignus, fortè nulla beneficia habet, quia tunc dare illi beneficium non curatum non esset illicitum: vel fortè è contrario erit, quòd cognatus prælati abūdet, alius vero q aliqualiter est dignior egeat. Nam tunc acceptio personarum esset dare cognato beneficium omisso altero, siue esset simplex, siue curatum, & ita de alijs particularibus circunstantijs, quæ aliquid conferre possunt ad hoc.

His suppositis concedenda sunt duo argumenta prima huius dubij: primum enim de patre quærente sponsum filiæ, & sponso quærente custodē pro sponsa procedit de beneficio, vel dignitate habēte curam animarum, quia ibi committitur aliquid curæ alterius, scilicet, mulier sponso, vel custodi: & ideo in curatis beneficijs, vel dignitatibus absolutè dicendum est, quòd etiam si cognatus prælati est dignus, debet ei præferri, qui dignior est. In non curatis autem non est necesse istud tam strictè seruare.

Christus optime cō misit matrē Ioanni, & Petro ecclesiam.

Ad secundum dicendum, quòd Christus optime disposuit committens matrem Ioanni, & Petro Ecclesiam, licet de hoc magis declarabitur, Ioan. 19. cap. sed pro nunc dicendum quòd, vt dictum est supra q. 108. quædam conditiones sunt, quæ faciunt hominem dignum quantum ad aliquid, & non faciunt eū dignum quantum ad alia, sicut esse cognatum est cō ditio faciens aliquem aptum ad hoc, vt instituatur a prælato hæres in bonis patrimonialibus, sed non facit dignum cum ad hoc quòd prælatus det sibi ecclesiasticum beneficiū, ita Ioannes erat cognatus Christi, & matris eius, & licet cognatio non faciebat eum aptum ad committendum sibi regendum Ecclesiā: faciebat tamen aptum ad committendum ei matrē: Nam honestius committuntur fœminæ viris de cognationis gradu propinquo, quàm extraneis, & hoc quia inter tales personas propinquitas sanguinis non permittit aliquid sęui criminis suspicari, extra de pręsumptionibus. c. cum in iuuentute. Petrus autem erat extraneus a Christi cognatione, ideo non erat conueniens ei committi matrem Christi.

Sed sciendum, quòd circa argumentum istud potest incidere error: nam licet verum sit id quod concluditur, scilicet, quòd Christus nō prætulit Ioannem Petro in regimine Ecclesiæ, licet esset Ioānes cognatus, tamen quomodò inferatur hoc ex fundamento est ambiguum, quia aut volūt inferre, quòd Christus prætulit Petrum Ioanni in regimine Ecclesiæ, quia Petrus non erat cognatus, sicut Ioannes, & hoc solū ex ista causa erit inconueniens, quia tunc est sensus, ꝙ etiam si cognatus pręlati sit dignior, quam extraneus non debeat ei prouidere prælatus, sed extraneo minus bono, & hoc penitus est absurdum. Primo, quia tunc ad regimen animarum deberent interdum assumi minus boni omissis melioribus, & esset peccatum eligere magis idoneos, quo nihil est absurdius. Secundo, quia noceret tunc cognatis Episcoporum esse cognatos eorum, & paterentur dispendia sine culpa, & etiam sine causa expressa a iure, quod est inconueniens, cum potius eis deberet prodesse habere tales cognatos. Deus enim sic vult, quòd quando alicui bonum, vel dignitatem confert, quòd illud prosit ei, & omnibus de cognatione sua. Sic patet 1. Regum 9. cap. vbi cum Deus vellet constituere Saulem regem super Israel dixit ei Samuel ex parte Dei; Cuius erunt optima quæque Israel? nonne tibi, & omni domui patris tui? ergo non debet nocere cognatis prælatorum, quòd prælati sunt cognati eorū: cum potius Deus ad bonum eorum istud fecerit. Si autem intelligatur sic, quòd licet Ioannes esset Christi

F cognatus non prætulit eum Petro, sed è contrario, scilicet, quia Petrus erat dignior: & attendit Christus dignitatem, & non cognationem, non est hoc facile dicere. Nam nemo auderet negare Ioannem, & quemlibet de Apostolis, super quos Spiritus sanctus descendit, dignos fuisse ad regimen Ecclesiarum, & tamen an Petrus fuerit maioris meriti, quàm Ioannes non constat aperte ex aliquo loco scripturę, neque nos hoc iudicare audemus. Soli enim Christo ista relinquimus cum etiam de duobus nunc viuentibus, quorum vita mediocris est, vel non aperte mala, nouit quis eorum sit maioris meriti apud Deum. Aliter ergo procedit argumentum istud, scilicet, per quandam comparationem, vt dicatur Ioannes erat

G cognatus Christi, & tamen non prætulit eum Petro: ergo non debent prælati absolutè considerare cognationem ad prouidendum de beneficijs ecclesiasticis, sed merita. Nam si cognationem solam Christus attendisset, non instituisset Petrum, sed Ioannem, vel Iacobum, aut aliquos alios de cognatis suis, & tamen non instituit quemquam eorum prælatum Ecclesiæ toti: ergo non attendit consanguinitatem, & tamen neque ob hoc valet argumentum, scilicet, non considerauit cognationem: ergo considerauit dignitatem, & ita erat Petrus maior meritis Ioanne.

Dicendum enim, quòd de Christo non erat, sicut de prælatis nostris, quia prælati nostri quærunt homines dignos, & non efficiunt illos: Christus autem qa

H Deus erat, non quęrebat homines dignos, sed efficiebat illos esse dignos: ipse enim fecit Petrum tantorum meritorum, quantorum fuit, & Ioanni quoque dedit gradum perfectionis, quem habuit, & ideo nō elegit Petrum in principem Ecclesiæ, quia dignus erat, sed quia voluit eum in principem eligere, fecit eum talem esse, vt eum eligi mereretur, vel saltem electionis capax esset. Et iste est ordo, quem Deus tenet in prædestinatione, non enim Deus præelegit aliquos ad vitam æternam, quia prænouit illos futuros bonos, sed quia ex liberalitate sua eligit aliquos ad vitam ęternam, confert illis, quòd boni sint, vt illuc ire possint. Talis ordo ponitur ad Rom. 8. cap. scilicet, Quos prędestinauit, hos vocauit, & quos vocauit,

I hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos & magnificauit. Et ita primo ponitur prædestinatio, quæ dicit propositum Dei de dando alicui beatitudinem, quàm iustificatio, quæ dicit merita. Et ita arguetur ex ordine, scilicet, quia prædestinati sunt, vocati fuerunt, & quia vocati fuerunt, iustificati fuerunt, & non è contrario, scilicet, quia iustificandi erant, prædestinati fuerunt: hoc enim esset si iustificatio nostra esset a nobis, & non a Deo. Nam tunc, quia nemo potest habere vitam æternam, nisi iustus, non prædestinaret Deus aliquem, nisi quia præsciret eum futurum iustum, & ita iustitia sua daret causam prędestinationi, & tamen non est sic; sed tota iustificatio nostra est a Deo per infusionem gratiæ, & tamen

K iustitia est vt via: vita æterna est terminus prædestinationis, idest, ad quam prędestinantur qui prędestinantur, sed necesse est semper prius esse terminum in intentione quàm viam, cum alias nesciremus quam viam tenere deberemus, non presupposito termino: ergo necesse est, quòd secundum rationem prius sit in Deo prędestinare aliquem, quàm prenoscere illum iustificandum, vel disponere illum iustificare, & ita sunt ista quatuor per ordinem, scilicet, prędestinare, vocare, iustificare, magnificare. Prius enim Deus prędestinauit nos, idest, habuit propositum de dando nobis vitam ęternam, & hoc est eligere nos, ad Ephesios 1. cap. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati

Ordo in prædestinatiōe a Deo obseruatus

maculati cum eo. Deinde vocauit nos,ideſt,cum eſſemus infideles, vocauit nos ad fidem ſuam per prædicationem ſuam,vel cum eſſemus in peccato,vocauit nos ad pœnitentiam, Lucæ 5.Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Et poſtquàm vocauit, iuſtificauit nos. Nam ipſo vocante ſtatim illi,qui a Deo prædeſtinati erant ad vitam ęternam,crediderunt. Actuum 13.cap.ſcilicet, Audientes gentes gauiſæ ſunt,& glorificabant verbum, & crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam.Cum autem homines crediderunt iuſtificati ſunt, quia fides purificat. Actuum 10.cap.Fide purificans corda eorum.Iuſtificat etiam ad Roman.10.cap.Corde creditur ad iuſtitiam, ideſt fides, qua corde creditur,iuſtificat (intelligitur ſimul cum charitate, & gratia gratificante) & poſtquam Deus nos iuſtificauit per fidem, magnificauit nos. Quod dupliciter intelligitur: vno modo de magnitudine meritorum,quæ vere magnum faciunt apud Deum. Nam poſtquàm charitas cum fide infunditur, per quam eſt iuſtificatio,nutritur charitas,& augetur,& roboratur,& perficitur, vt Auguſtinus ait: & ita magnificatur homo ad magnitudinem excellentię meritorum. Alio modo intelligitur de magnitudine ſtatus in Eccleſia militanti. Nam quoſdam dedit ibi eſſe Apoſtolos,alios Euangeliſtas, alios Prophetas, alios Paſtores, & Doctores.ad Epheſ.4.& 1.Corinth.12.cap. Et iſte ordo fuit, quem Chriſtus tenuit circa Apoſtolos, qui fuerunt primitiæ omnis creaturæ Dei ad Rom. 8. cap. De quibus etiam eodem cap. Apoſtolus loquitur, cũ ponit illa quatuor,ſcilicet,quòd Deus prius illos prædeſtinauit ante mundi cõſtitutionem:deinde in tempore Chriſtus in carne apparens,vocauit eos, quos iã ad vitam æternam prædeſtinauerat: & fuit vocatio iſta per prædicationem, vel ſingulariter per vocationem,ſicut de Petro, & Andrea, ſupra 4. cap. & de Iacobo, & Ioanne, eodem cap. & Mar. 1. & de Matth. ſupra 9.& Luc.5.poſtquàm vocauit iuſtificauit: quia cum ad ipſum venerunt dedit eis fidem ſufficienter pro tunc & gratiam, qua iuſtificati fuerunt: & hoc verum eſt de illis quos prædeſtinauerat. Quod dicitur propter Iudam: quia licet vocatus fuerit, non iuſtificauit eum Chriſtus, quia non prædeſtinauerat eum,Ioan.13.cum dixit:Mundi eſtis,ſed non omnes: ait non de omnibus dico: ego enim ſcio quos elegerim,quaſi dicat, illi, quos ego elegi, mundi ſunt: qui vero non fuerunt electi, non ſunt mundi, & intelligitur de electione ante mundi conſtitutionem, ad Epheſ. 1.cap. Nam quantum ad electionem in tempore a Chriſto factam, quæ fuit in Apoſtolatum etiã Iudas electus eſt,Lucæ 6.cap. Poſtquàm autem iuſtificauit omnes, magnificauit eos: quia magnificatio fuit conſtituere eos Apoſtolos, quod erat eos Eccleſiæ columnas ponere, quod non fecit ſtatim, vt vocauit eos, ſed primo docuit eos aliquanto tempore, & cum haberet multos diſcipulos quadam die exiſtens in monte vocauit illos ad ſe, & elegit ex illis duodecim, quos Apoſtolos nominauit, Lucæ 6.cap.

Deus nos dupliciter magnificauit.

Eſt etiam ſciendum,quòd ſicut iſta tam quantum ad Apoſtolos,quàm etiam ad quoſlibet alios prædeſtinatos habent ordinem ſecundum ſucceſſionem temporis, ita & in Deo habent quendam ordinem ſecundum rationem. Nam non eſt ibi ſucceſſio actuum ſecundum tempus, neque pluralitas illorum: vnde Deus ſecundum eundem actum numero prædeſtinat aliquos, & diſponit eos vocare iuſtificare, & magnificare, ſed in illo actu ſecundum rationem accipitur iſta diſtinctio, & pluralitas, & ordo, ſcilicet, quòd cum finis ſit prior eis, quæ ad finem, & prædeſtinare dicat actum de fine, ſcilicet, eligere ali-

...Deo li- ...non ſit ...itas in ...deſtina ...e eſt ta ...ordo, ...ndum ...nem.

A quem ad determinate dandum ei vitam æternam, erit prædeſtinare prius, alia autem tria pertinent ad viam,& ideo ſicut in re eſt inter ea ordo,& ſucceſſio, ita in actu diuinæ voluntatis ſecundum rationem conſiderabitur iſta diſtinctio,& ordo, ſcilicet,quòd prius diſponat de vocando, deinde de iuſtificando, poſtea de magnificando. Et ita redeundo ad propoſitum,vnde digreſſi ſumus, cum Deus non quærat homines iuſtos, ſed illos tales eſſe efficiat, non conſtituit ideo Chriſtus Petrũ principẽ Eccleſiæ, qa merita ſua hoc expoſcebant, ſed quia elegit eũ ante mundi conſtitutionem, vt eum principem Eccleſiæ conſtitueret, ſic illum magnificando iuſtificauit illum taliter, vt hunc principatum mereretur, vel eius ſaltem capax
B eſſet. Si autem Chriſtus vellet,quòd Ioannes cognatus ſuus eſſet princeps Eccleſiæ iuſtificaret eum ad tantam excellentiam, vt princeps Eccleſiæ eſſe mereretur, & ſiquid aliud maius inueniri poſſet, & ideo Chriſtus ad cõſtituendum aliquem in principem Eccleſiæ non debebat quærere merita, vel dignitatem illius,ſed ſolum quòd vellet. Nam volendo eum facere principem Eccleſiæ dignificaret eum talibus diſpoſitionibus, vt huius rei capax eſſet. Quod patet, quia ſi merita requirerentur, debuerat a principio eligere homines ſanctiſſimos, vel peritiſſimos, aut potentiſſimos,vel nobiliſſimos genere,ſed nihil iſtorum fecit, ſed potius ex oppoſito, vt patet 1.Corin.1. cap.ſcilicet,Videte fratres vocationem veſtram,quia non multi nobiles ſecundum carnem,non multi po-
C tentes,ſed quę ſtulta ſunt mundi elegit Deus,vt confunderet ſapientes, & infirma mundi elegit, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non ſunt, vt deſtrueret ea, quæ ſunt. & quod magis videbatur ſaltem eligeret Chriſtus viros ſanctiſſimos, ſed nõ fecit. Nam non elegit Ioãnem Baptiſtam, qui erat ſanctiſſimus, ſupra 11.cap. Non elegit Nathanael in Apoſtolum, quem ipſe laudauit dicendo, quòd non erat dolus in eo, Ioan. 1. cap. Sed homines alios ſimplices,& imperfectos,qui etiam poſt vocationem non erant magnę auctoritatis, ac ſanctitatis vſque poſt miſſionem Spiritus ſancti. Et hoc fecit, vt non putaretur, quòd ſanctitas illorum doctrinę Chriſti profuerit,ſed Chri-
D ſtus illos ſanctos effecerit. De pręlatis noſtris ſecus eſt, quia ipſi non poſſunt quandoque dignum efficere, ideo oportet, vt quęrant quis eſt dignus ad hoc, quod illi prouideant, & ideo non eſt ſic arguendum: Pręlati noſtri,quando recte prouident, conferunt beneficia dignioribus,quos inuenerint: ergo Chriſtus, qui rectiſſimè contulit Epiſcopatum Eccleſię,& adminiſtrauit omnia, dedit principatum Eccleſię, qui maximus erat, ei, qui dignior erat inter Apoſtolos ſuos. Sed ſequitur hoc, ſcilicet, quòd eum,cui iſtum principatũ contulit,fecit cęteris digniorẽ,licet nõ eſſet,qñ ei collatus eſt. Vel ſaltẽ fecit eũ tam diſpoſitũ, vt mereretur tenere principatũ, q ei collatus eſt. Nã
E nõ eſt neceſſe,ꝙ ẽt poſt collationẽ principatus cõtulerit Chriſtus Petro, quòd eẽt cęteris maior meritis. Non enim exigebat hoc principatus ille, ſed ſolum exigebat, vt talem eum efficeret, qui digne adminiſtrare poſſet tantum principatum: poterat autem eſſe,ꝙ quilibet Apoſtolorum eſſet tantæ ſanctitatis, vt eſſet capax alicuius maioris adminiſtrationis, quàm ſit tota Eccleſia, ſi talis adminiſtratio inueniretur: & ita minimus eorum ſufficeret ad regendum Eccleſiam Dei, & ita poterat eſſe, quòd minimo eorum in gradu meritorum committeretur Eccleſia regenda. Vnde ſicut nemo concedit iſtam conſequentiam,ſcilicet,Chriſtus commiſit Eccleſiã Petro.ergo fecit eũ digniorẽ,& ſanctiorem matre ſua: ita neque

ista tenet. Petro commissa fuit Ecclesia: ergo erat ante commissionem maior meritis Ioanne, vel datum est ei post commissionem, quòd talis esset. Dicendũ quòd circa Christum non est quærenda causa determinata, quare Petro potius quàm Ioanni, aut alteri Ecclesiam commiserit, sed quia voluit, cum voluntas sua sit efficax dispositum necessariarum conuenientium, vt dictum est. Fortassis ergo de Ioanne dicẽdum, quòd Ioanni noluit committere Ecclesiam, licet ad hoc dignus existeret, eo quòd cognatus eius erat non quidem quasi innuens, quòd cognatis nunquàm prouidendum esset, sed vt non sumeretur argumẽtum in deteriorem partem, scilicet, quòd quia Christus commiserat istum principatum cognato suo, ita & prælati cognatis suis Ecclesias committerent, licet non essent digni.

An prælatus peccet, conferendo beneficium viro digno, prætermisso digniori. Quæst. CXVI.

SECVNDVM dubium circa hoc erat, an prælatus peccet, prouidendo alicui digno de beneficio, prætermisso alio digniore. Et non differt istud dubium ab altero, nisi quia ibi comparabatur consanguineus prælati minus dignus ad extraneum magis dignũ, hic autem vterq; est extraneus.

Aliqui dicunt, quòd est peccatum, & acceptio personarum: agit enim contra conscientiã, qui sic prouidet, cum conscientia dictet meliori esse prouidendũ, sed qui agit contra conscientiam, ædificat ad gehennam: ergo peccat mortaliter.

Aliqui dicunt, quòd non peccat, quia satisfacit iuri: ergo non peccat cum peccatum non sit, nisi quia facit contra aliquid quod statutum est, vel omittit facere quod statutum est, & tamen ius non obligat, nisi ad prouidendum digno: ergo non peccat omittendo magis dignum, cum det digno.

In q. 109. Dicendum ꝙ sicut supra fuit declaratũ acceptio personarum semper est peccatum mortale, quia semper opponitur iustitiæ distributiuæ, cuius obseruatio est de necessitate salutis, & ideo si in collatione beneficiorum in hoc casu esset acceptio personarum, esset peccatum mortale, & adhuc grauius quàm circa aliam. Nam acceptio personarum vbicunque inueniatur, semper est peccatum mortale, sed quia contingit repugnare iustitiæ distributiuæ, cui opponitur acceptio personarum, aliquando in magnis, aliquando in paruis, quanto fuerint maiora ea, circa quæ est acceptio personarum, tanto illud est grauius peccatum, & quia spiritualia sunt maiora, quàm temporalia, grauius peccatum est acceptio personarum in dispensatione spiritualium, quàm temporalium. Et ꝗa acceptio personę est cum aliquid tribuitur alicui personæ præter proportionem dignitatis suæ in eis, in ꝗbus est certus modus dandi, est dicendum ꝙ dignitas vel bonitas alicuius potest cõsiderari dupliciter. Vno modo simpliciter, & absolutè, vel secundum se, & sic magis bonus est, vel dignior ille, qui magis abundat in donis spiritualibus gratiæ. Alio modo consideratur dignitas ſm quid, i. quantum ad aliquam rem determinatam, & tunc contingit ꝙ aliquis, qui est simpliciter melior vel dignior, non sit dignior quantum ad illam rem: hic aũt circa collationem, vel dispensationem spiritualium non potest cõsiderari dignitas, nisi vel simpliciter, vel quantum ad bonum cõmune Ecclesię cuius administrationem, vel beneficia suscipiunt. Cõtingit aũt, ꝙ aliꝗs, qui est minus bonus simpliciter, sit melior quantũ ad bonũ commune Ecclesiæ, s. quia licet sit minor virtute, forte erit maior prudentia rerũ mundanarum, & erit vtilior ad cõsilia ad

Spiritualia sunt tẽporalibus maiora.

F procurandum bona Ecclesiæ, & etiam ad conseruandam pacem Ecclesiæ, quæ est bonum quoddam spirituale, vel per potentiam adiuuabit ad repellendum inuasores bonorum Ecclesiasticorum, qui erit magis dispositus ad corrigendum delinquentes, aut per industriam erit aptior ad multa alia, quæ cedant in Ecclesiæ vtilitatem, & quia spirituales administrationes principaliter ordinantur ad bonum secundum communem vtilitatem, quàm ad vtilitatem priuatam alicuius, iuxta illud 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, scilicet, aliorum, vel Ecclesiæ, vt colligitur 1. Corinth. 14. cap. & maxime quia dicitur ibi, datur in manifesto spiritus, vel manifestatio, & tamen manifestatio ad alios refertur, & G non ad habentem. Et ideo dicendum, quòd dare alicui beneficium curatum, vel dignitatem, qui sit minus bonus, dum tamen sit bonus, si est Ecclesiæ vtilior, siue propter sapientiam, vel industriam, vel potentiam, vel propter alia gratis data ei a Deo, non est peccatum, neque acceptio personarum. Vnde ad dãdum alicui beneficium, vel dignitatem primo considerãdum est, quòd sit dignus, idest, sit bonus, & competentem scientiam habens secũdum conditionem beneficij. Si autem aliquis non sit bonus, idest, sit malus laborans aliquo manifesto vitio, quantumcunq; ille possit esse vtilis Ecclesiæ, siue per sapientiam, potẽtiam, nobilitatem, industriam, aut alium modum, nunquàm est sibi dandum aliquod beneficium, quãtumcunque minimum. H Supposito autem, quòd aliquis sit idoneus, licet sit minor in virtute, & sapientia dum tamen credatur esse vtilior Ecclesiæ, bonum est sibi dare beneficium: immo melius est dare sibi, quàm ei, qui virtute maior est, vel in sapientia, & tamen non putatur futurus vtilis Ecclesiæ.

Quid considerãdum sit ad dandum alicui beneficium, vel dignationem.

Dicendum tamen de ista vtilitate, quòd non est vocanda vtilitas simpliciter procuratio bonorum tẽporalium maiorum pro Ecclesia, idest, possessionum vel redituum, vel defensio illorum, licet vtrumque sit quoddam bonum, sed primum est voluntarium: secundum est necessarium, quia ad illud tenetur prælatus, & quicunque gerens administrationem Ecclesiasticam, sed vocatur vtilitas spiritualis. Quod patet, I quia dignitates Ecclesiasticæ sunt spirituales, & non temporales, & ideo quidquid ibi vocatur bonum, est bonum spirituale: bona autem temporalia, quæ Ecclesiæ aduenire possunt intuitu prælati, bona quidem vocantur, sed non absolute bona. Dicitur autem prælatus vtilis Ecclesiæ, inquantum fuit ad bonum commune, & hoc consistit in animarum salute, quę intenditur per Ecclesiasticam administrationem, & congregationem. Et istud bonum salutis est multiplex. Primum est doctrina salutaris, quam vel prælatus per seipsum ministrare debet, vel prouidere quòd alij dent. Secundum est pax tam cleri, quàm omnium populorum sibi subditorum, quia sine pace non potest coli Deus, & hanc prælati valde procurare debent K reducendo ad concordiam omnes discordantes, & tumultuantes iuxta vires suas. Tertium est vitiorum correctio, quæ directe pertinent ad prælatum: in his enim si solicitum se exhibeat, & Dominus gratiam ei det aliquid istorum faciendi, dicetur vtilis Ecclesiæ. Vocatur etiam vtilis Ecclesiæ, sed non ita propriè si Ecclesiasticam iurisdictionem tuetur, non sinens eam a laicis vsurpari, & bona Ecclesiæ custodiat non permittens ab aliquo diripi.

Prælatus vtilis Ecclesiæ.

Vlterius dicendum, quòd si aliquis sit valde bonus in seipso perfectus quidem in charitate, & totus Deo deditus, neque putetur quòd Ecclesiæ erit vtilis, non est sibi danda dignitas Ecclesiastica habẽs curam animarum, immo videtur esse peccatum illi

illi dare, sed debet dari alteri minus bono: si tamen sit bonus, & putetur futurus Ecclesiæ vtilis. Et ratio huius est, quia taliter bonus non faciet id, quod exigitur ad curam animarum. Nam aliqui soli contemplationi dediti nullo modo vacare, aptí sunt ad exhortãdũ, & realiter corrigendum vitia subditorũ, & tñ qui circa correctionem non adhibet diligentem curam nõ est bonus prælatus, & deponi meretur, immo & priuatur vita. sic enim & Heli summus sacerdos in se bonus erat, & irreprehensibilis, & filios exhortatus est recedere a crimine, sed quia non correxit eos faciendo desistere, Deus cõminatus est ei mortẽ, & intulit. 1. Reg. 2. & 4. c. & idem dicitur extra de symo. c. licet Heli. s. ꝙ ille propter solam omissionem correctionis filiorum, fractis ceruicibus, expirauit: & qm̃ ad prælatum pertinet multum de exercitatione vitæ actiuæ, & sunt quidam circa solã cõtemplationẽ exercitati, qui nunq̃ se circa actiones exercuerunt, & etiam non videtur esse eis aliqua aptitudo gratis data a Deo, vel innata ad ista faciendum, & tales non sunt in Episcopos promouendi, licet circa se viri sancti existant. Et hoc maxime accidit circa monachos, qui in monasterijs soli orationi, & contemplationi, & lectioni dediti erant, quia postea si p̄ficiantur Ecclesijs illa sola exercent, quę in monasterijs agebant, & isti in vanũ vocãtur Episcopi, vt dicit Greg. Et habẽt in Decretis. 86. dist. c. fratrem nostrũ Marianũ. dicit enim Greg. scribens cuidã alteri de Episcopo illo Mariano, qui monachus prius extiterat: Fratrem nostrũ Marianũ Episcopum vrbis, quibus vales excita: quia eum obdormitasse suspicor. Dic ergo illi, vt cum loco & mentẽ mutet, non sibi credat solam intentionem, & orationem sufficere, vt remotus nihil studeat de manu fructificare, sed largã manum habeat, patientibus necessitatem succurrat, alienam inopiam suã credat. Quod si hoc non habet vacuũ Episcopi nomen tenet. Et iõ cũ bonitas, vel dignitas circa beneficia, & gradus ecclesiasticos non consideretur ſm̃ seipsum, vel absolute, sed secũdum bonum commune Ecclesiæ, dicetur singulariter dignior assumptus si ille, qui Ecclesię vtilior esse putatur, assumatur ad dignitatem, vel beneficium, & non erit acceptio personarum, ꝙ assumatur ille, omisso alio, qui quantum ad seipsum melior est, sed potius male prouideretur ecclesiæ, si assumeretur ille, qui absolute melior est, & tamen non creditur futurus vtilis Ecclesiæ, vel modicum vtilis.

Prælatus non corrigens subditos deponendus.

Ad argumentum primum huius dubij dicendum ꝙ est cõcedendum simpliciter, ꝙ qui ad beneficium curatum, vel dignitatem curatam assumit aliquem bonum omisso meliori, agit contra conscientiam, & peccat, sed bonitas consideranda est respectu illius dignitatis, & administrationis, ad quam assumitur. Nam licet circa seipsum sit valde melior, & tamen ad regendum alios sit minus aptus, non dicetur dignior, vel melior, sed minus bonus, & dignus, & forte indignus vocabitur illo beneficio, & talem assumere potius erit contra conscientiam.

Ad aliud in contrarium, scilicet, quòd de iure sufficit prouidere digno, & non est necesse prouidere magis digno, verum est hoc quantum ad foralia iura, sed non quantum ad conscientiam, vt dicetur infra.

Ad argumentum autem primum, & secundum facta in principio præcedentis quæstionis, dicendum quod licet prælati consueuerint cognatis suis prouidere de beneficijs ecclesiasticis non tollitur peccatum, neque acceptio personarum: nam cõtra legem Dei, & naturalem nunquàm præscribitur quantumcunque longa consuetudine, immo quanto fuerit magis antiqua consuetudo, tanto peccatum est gra-

A uius, extra de consuetu. cap. cum tanto. sed circa hoc distinguendum est, sicut præcedenti quæst. scilicet, ꝙ aut consanguineus prælati est indignus, aut dignus, sed minus dignus quàm extraneus; aut æqualiter dignus, aut magis dignus. Si primum nunquàm est ei prouidendum de aliquo beneficio, quia ista esset simpliciter acceptio personarum. Si ponatur secundum, & sic circa beneficium, vel dignitatem cum cura: etiam est acceptio personarum, quia meliori prouidere tenetur, vt gerat fidelem administrationem prelatus de bonis Dei. Nam bona Ecclesiæ non sunt suã simpliciter tanquàm domini cum non possit illa vẽdere. Etiam non potest illa dare, cui voluerit ad nutum, sed secundum certam formam limitatam a iure, & ita est dispensator, & non dominus. sic dicitur B 1. Corinth. 4. cap. vbi Apostolus loquitur de prælatis: Sic nos existimet homo, vt Dei ministros, & dispensatores ministeriorum Dei. Et sequitur. Hic quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Fidelitas autem consistit in hoc, quòd non permittant iuxta vires perire rem domini sui, & meliorent eam quantum potuerint, sed qui potest ponere meliorem ministrum, & non ponit, non meliorat rem domini sui quàm meliorare posset, quæ est res Christi, siue Dei, ideo male agit. Et tamen circa hoc distinguendum est, an sit beneficium, vel dignitas cum cura animarum, vel non, sicut supra diximus. Si ponatur tertium, scilicet, quòd sit æqualiter idoneus cognatus prælati, sicut alius tam ad bonum commune Ecclesiæ, scilicet, administrationẽ, & regimen quàm simpliciter in bono virtutis, potest prælatus sine peccato acceptionis personarum gratificare cognatum suum propter causas expressas præcedenti quæst. Et hoc verum est, nisi sequeretur inde scandalum, vel suspicio contra ipsum, quod non propter merita, sed propter affectum carnis daret, & alij prælati haberent occasionem, vel colorem ad dandum cognatis suis bona Ecclesiæ indignis existentibus. Vnde interdum a bono abstinendum est, ne inde ad malum detur occasio. Et ista causa creditur fuisse a pluribus, quare Christus non commisit Ioanni Euangelistæ Ecclesiæ principatum, sicut Petro, vt ille esset ad hoc dignus. Si autem ponatur quartum, dicendum est, quòd non solum licet dare cognatis, immo illis danda sunt bona Ecclesiæ, quia aliàs non bene dispensarentur spiritualia, si darentur minus dignis omissis dignioribus, & noceretur Ecclesiæ Dei propter cognationem, quod non est faciendum: vnde sicut non licet prælato dare bona Ecclesiæ cognatis suis affectu cognationis, quando alij inueniũtur meliores, ita neque licet dare alijs minus dignis dando cognatis suis si digniores sunt, quia in hoc etiam pręiudicatur Ecclesiæ.

In quo cõsistat fidelitas ministrorũ Dei

Christus Ecclesiam cur Petro, nõ Ioanni regendam tradidit.

An penes dispensationes, quæ fiunt ad habilitandum personas possit accidere acceptio personarum.
Quæst. CXVII.

QVAERETVR, an circa dispensationes, quę fiunt ad habilitandum personas, vel legitimãdum eas possit accidere personarum acceptio, cum ista dispensatio sit administratio rerum spiritualium.

Aliqui dicunt, quòd non, quia præferre diuitem pauperi pertinet ad acceptionem personarum, Iacobi secundo capitulo, & tamen secundum iura facilius dispensatur cum diuitibus circa gradus prohibitos, vt possint cõtrahere matrimonium, vel vt matrimonium cõtractum teneat, q̃ cũ pauperibus: ergo non est acceptio personarum in hoc, quia si esset ac-

ceptio perſonarum, eſſet peccatum, & eſſet contra ius: & tamen non eſt contra ius, ergo non eſt acceptio perſonarum.

Dicendum, quòd circa diſpenſationes poteſt accidere interdum acceptio perſonarum: multa enim ſunt iuris ſtatuta, in quibus per inferiores, alia autem ſunt, in quibus per ſolum Summum Pontificem diſpenſari poteſt. Conſiderandum tamen quòd omnis diſpenſatio eſt voluntariæ iuriſdictionis: nunquàm enim prælatus cogitur diſpenſare in aliquo, ſed conceditur ei, quòd diſpenſet, ſi voluerit. Ratio autem eſt, quia diſpenſationes proueniunt ex eadem radice, ex qua ius commune: fuit enim conditum ius cõmune propter bonum publicum omnium, qui illo iure reguntur, & quia ſecundum multa varia, quę accidunt in particularibus, euenit quòd id, quod com- G muniter eſt bonum obſeruatum ſecũdum formam iuris, efficiatur in aliquo caſu malum, & nociuum reipublicæ obſeruatum. Sic & hoc ſiue propter perſonam, ſiue tempus, vel loca, aut alias conditiones. Iſta autem, quæ ſunt particularia, quæ vniuerſali ratione comprehendi non poſſunt, non potuerunt expreſſe poni in iure, & ideo conueniens fuit, quòd relinqueretur in poteſtate præſidentis circa talia cum acciderent ordinare, ſicut ei videretur. Ex hoc ſequitur, quòd circa omnem diſpẽſationem ad hoc quòd recte fiat, debet conſiderari fauor publicus, ſiue bonum commune, ſicut & iura propter bonum commune ſtatuta ſunt. Ex quo datur prima regula, quòd ſi prælatus quicunque diſpenſet circa ea, in quibus de H iure poteſt, & ex diſpenſatione non ſequatur aliquod bonum publicum directe, vel indirecte, neque etiam obuietur alicui damno publico peccat, quia contra intentionem iuris facit, cum ius non conceſſerit diſpenſandi poteſtatem, niſi quia iure ad literam obſeruato ſequebantur interdum inconuenientia; & dico directe, vel indirecte: quia interdum non eſt directe bonum commune, ſed perſonarum priuatarum ſequitur bonum publicum, ſicut aliqui ſunt illegitimi, & non poſſunt promoueri, neque beneficia obtinere, niſi ex diſpenſatione. Si tamen illi ſint aliunde perſonæ valde idoneæ ad miniſtrãdum, quoniam bonum publicum eſt bonos miniſtros habere, cedit in bonum publicum diſpenſare cum talibus, vt poſſint promoueri, & obtinere beneficia. Et hoc I verum eſt circa illos prælatos, qui non poſſunt condere iura, ſed ſequi iura condita, & quæ habent poteſtatem diſpenſandi ex iure, ſecus de illo, qui eſt ſupra ius, quia cum ille poſſet tollere ius, & condere ius nouum, per quod liceret id, quod ex diſpenſatione licere non debet, aut poteſt, nõ videtur ſecundum rigorem iuris peccare etiam ſi diſpenſet non contendendo ad bonum publicum, & tamen in foro conſcientiæ peccare videtur: quia ad eum pertinere videtur bona iura conſeruare, & non violare, neque mutare, & tenetur reſpicere bonum publicum Eccleſię, quia etiam Eccleſia non eſt ſua, ſed Chriſti, & te- K netur ille fideliter adminiſtrare, ſicut diſpenſator.

Nota quinque regulas circa diſpenſationes ſpirituales.

Secunda regula, quòd licet prelatus nunquàm cogatur cum aliquo diſpenſare, tamen ſi ipſe videt damnum publicum imminere circa aliquid, ſi non diſpenſetur, & bonum magnum ſequi ſi diſpenſetur peccat non diſpenſando, ſi petatur diſpenſatio, vel pertineat ad eum illam facere nullo petente. Ratio eſt, quia ideo commiſſum eſt prælato circa quædam poſſe diſpenſare, quia voluit ius, ꝙ in quibuſdam diſpenſaret ſuadente neceſſitate, vel vtilitate publica: tenetur etiam prælatus bonum publicum conſeruare, & procurare, & ideo ſi viderit imminere damnũ reipublicæ non diſpenſando in aliquo, peccat, ſi non

F diſpenſat. Ratio tamen, quare ius nunquàm cõpellit prælatum diſpenſare in aliquo, eſt: quia diſpenſatio fieri debet, quãdo ſequatur damnum non diſpenſando, aut ſequitur vtilitas publica diſpẽſando: quando autem hoc ſequatur non potuit iure diffiniri, quia cõſiſtit circa particularia, ſed relinquitur conſcientiæ eius, cui committitur poteſtas diſpenſandi, ſi autẽ ille recuſet diſpenſare, dicet ꝙ non eſt conueniens cauſa diſpenſandi, & ad probandum, ꝙ erat cõueniens cauſa, oportebat contendi coram ſuperiore, vt, probata cauſa, ille compelleret inferiorem ad diſpenſandum, ſed iſta ſunt diſpendia, & dilationes. Ideo fuit conuenientius, ꝙ ſi inferior, ad quem pertinet, noluit diſpẽſare, vel iudicet nõ eſſe diſpenſandum, recurratur ad ſuperiorem, qui hoc poterit non habita aliqua controuerſia iudiciali contra eum, qui diſpenſare noluit: & ita ius non cõpellit aliquem diſpenſare: ſi is, ad quẽ recurritur etiam diſpenſare noluit, recurreretur vſq; ad vltimum ſuperiorem, & ſi ille diſpenſare noluerit non eſt aliquis, per quem compellatur, ideo non fuit conueniens ꝙ compellatur quis ad diſpenſandum.

Tertia regula eſt, ꝙ omnes cauſę mouẽtes de iure ad diſpenſationem, & cõditiones perſonarum, cũ quibus diſpenſari poſſet, obſeruandæ ſunt, alioquin peccat diſpenſans. Cauſa enim generalis in omni diſpenſatione eſt fauor publicus, i. euitare malum publicum, vel procurare bonum publicum: inſuper circa quaſdam diſpenſationes ſunt determinatę aliæ cõditiones de iure circa perſonas, cum quibus diſpẽſandum eſt, & ſi illę non ſeruentur, peccat diſpenſans, vt de iure vetitum eſt, ꝙ quis habeat plura beneficia cũ cura, vel plures dignitates etiam in diuerſis eccleſiis. Relinquitur autem poteſtas diſpenſandi in hoc cum perſonis ſublimibus, & literatis. extra de præben. c. de multa. Si ergo cum non ſublimibus, i. nobilibus, & non literatis diſpenſetur, circa hoc non euitat peccatum diſpenſans, licet nemo cum increpet, quia ſedes Apoſtolica eſt, eodem cap.

Quarta regula eſt, ꝙ ſi prælatus diſpenſat cum aliquo non ſeruatis conditionibus iuris, neq; cauſa motiua. i. fauore publico peccat, & eſt acceptor perſonarum, ſiue diſpenſando circa alios ſeruet iſta, ſiue non ſeruet, ſiue nunquàm diſpenſauerit, niſi cum iſto, & hoc patet per prædicta.

Quinta regula eſt, ꝙ ſi in aliquo petente diſpenſationem circa aliquid inueniatur conditiones ſpeciales iuris, ſi quæ ſunt, & inſuper fauor publicus, & prælatus noluit diſpenſare cum illo, nõ eſt acceptor perſonarum, ſed peccat. Quòd autem peccet, patet per ſecundam regulam, quia facit cõtra intentionem iuris. Quòd vero non ſit acceptor perſonarum, patet, quia acceptio iſta conſiſtit in dando alicui bonũ præter proportionem dignitatis ſuæ: hic autem nihil datur, ſed potius eſt præiudicium communitati in non dando: ergo non eſt acceptio perſonarum.

Ad argumentũ in contrariũ dicendũ, ꝙ interdũ eſt acceptio ꝑſonarũ in diſpẽſando, vt ſupra dictũ eſt, ſed cũ diſpẽſatur in mrĩmonio circa gradus ꝓhibitos cũ diuitib⁹, & nõ cũ pauperibus nõ eſt acceptio ꝑſonarũ cũ hoc fiat ſ͠m ꝓportionẽ dignitatis, & intentionẽ iuris, eo ꝙ eſſe diuitẽ facit ꝑſonã dignã, vel idoneã ad diſpenſandũ cũ eo in gradu ꝓhibito, & eſſe pauperẽ facit ꝑſonã nõ idoneã. Pro quo cõſiderandũ, ꝙ, vt dictũ fuit ſupra in q. 108. qdã cõditiones ſunt, q̃ faciunt hominẽ dignũ, quantũ ad aliqd, & nõ quantũ ad alia, ſicut eſſe cognatum nõ facit aliquẽ dignum, vt ꝓlatus ei ꝓuideat de aliquo beneficio eccleſiaſtico, & tamen facit eũ dignũ, vt ꝓlatus inſtituat eum hæredẽ in bonis patrimonialibus ſuis, vel de eis abundantius illi prouideat quàm aliis dignioribus non cognatis, ita eſſe diuitem

diuitem non facit aliquem dignum gradu doctoratus, vel magisterij, & tamen facit dignum, vt cum eo dispensetur circa gradus prohibitos in matrimonio. Et ratio est, quia dispensatio in gradibus prohibitis ad matrimonium fit propter pacem procurandam, vel vitandas discordias aliquas, quæ aliter vitari non poterant, nisi coniungendo extremos, & distantes per vinculum affinitatis, & cognationis mediæ: bella tamen, & discordiæ magnæ non possunt suscitari inter pauperes, sed solum inter potentes, omnes autem potentes sunt diuites, cum potentia hoc modo dicat multitudinem subditorum, & famulorum, ergo inter diuites est causa dispensandi ad tollendas istas lites, & discordias, inter pauperes autẽ nulla causa subest, & ideo non est acceptio personarum sic facere, cum suadente iure, & dignitate fiat.

An penes prælatorum electionem sit peccatum, & acceptio personarum eligere minus bonum prætermisso meliore, idest an sufficiat in foro conscientiæ eligere idoneum. Quæst. CXVIII.

QVAERETVR an circa electionem prælatorũ quæ electio est aliquid spirituale possit incidere acceptio personarum.

Aliqui dicunt, quòd sic, & stat specialiter dubium circa hoc, an quãdo habemus in electione æqualem facilitatem habendi meliorem, sit peccatum eligere minus bonum, qui tamen bonus est, & idoneus. Et dicunt quidam, quòd est peccatum. Dicit enim Hierony. super Leui. & habetur in Decre. 8. q. 1. cap. licet ergo. §. Requiritur præsentia populi, vt omnes sciant, & certi sint, quòd qui præstantior est omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium. Ergo eligere meliorem doctiorem, & sanctiorem debemus, & cõtrarium facere peccatum erit. Secundo quia præferre magis dignum minus digno est personam accipere quod semper est peccatum, sed hoc facit qui habet facultatem eligendi meliorem, & eligit solum bonũ, ergo accipit personam, & peccat. Tertio quia secũdum ordinẽ charitatis in spiritualibus beneficijs magis bonus semper est præferendus minus bono, & tamen electiones sunt bona spiritualia, quia per eas acquiritur ius ad dignitates Ecclesiasticas, quæ sunt bona spiritualia, ergo nõ licet ibi eligere bonum omisso meliori. Quarto patet, quia vt dicit Grego. & habetur in decretis di. 4. ca. denique qui præcellit dignitate, debet præcedere sanctitate, & si non præcellit, vilissimus reputandus est, sed quilibet debet cauere ne eligat vilissimum, ergo tenetur eligere meliorem, & non sufficit eligere bonum. Quinto quia Anselmus in Monologion. cap. 68. dicit. Quis negat quæcunque meliora sunt in potestate magis debere esse in bonitate? ergo semper debet homo magis velle quod melius est, & contrarium faciendo peccare videtur, cum non habeat bonum in voluntate, sicut in potestate. Sexto quia fatuus reputatur, qui propositis duobus bonis quorum vtrumque potest haberi æquali facilitate, accipit minus bonum illorum, ergo eadem ratione in electione, qui potens eligere magis bonum, eligit minus bonum, peccat.

Aliqui dicunt, quòd non est peccatum eligere minus bonum, qui tamen est bonus. Primo quia secũdum ordinem charitatis quilibet tenetur plus prouidere saluti suæ, quàm alienæ, & tamen pro se non tenetur eligere, quod melius est, quia tunc teneretur quilibet ad consilia, cum melius sit illa obseruare cũ præceptis quàm sola præcepta, & tamen non tenetur hoc facere, ergo multò minus tenebitur eligere meliorem, cum possit eligere bonum, & eligat. Secundo quia magis tenetur electus in pastorem curare de se, & grege, quàm eligens de pastore eligendo, & tamen tam ad regendum seipsum quàm oues, sufficit qui bonus est, ergo nõ requiritur eligere meliorem.

Tertio patet, quia ille, qui facit totum, ad quod tenetur non peccat, & tamen qui eligit idoneum facit id, ad quod tenetur, quia ad hoc ius vrget, ergo nõ peccat, etiam si non eligat meliorem, licet possit.

Dicendum, quòd aut quæritur generaliter circa electiones prælatorem an possit incidere acceptio, aut quæritur in casu speciali suprapo sito. Si quæratur in generali, manifestum est, quòd potest esse acceptio personarum, quia ad bonitatem electionis multa de iure requiruntur tam ex parte electorum, quàm ex parte eligendi, & ex forma electionis, & cæteris circunstantijs, sed considerando illa solum, quæ sunt ex parte eligendi seruanda, certum est, quòd si aliquid illorum desijt in electo scientibus electoribus defectum illum, est acceptio personæ, & peccat mortaliter, scilicet, quia dant ei aliquid bonum præter proportionem dignitatis, idest, quòd non est dignus, & hoc circa quamcunque conditionem requisitam ex parte electi, quia omnes, quæ de iure assignantur, seruandæ sunt. Si autem quæratur specialiter circa istum casum, scilicet, an eligere minus bonum sit peccatum, omisso meliori, dicendum, quòd aut quæritur circa electiones, quæ regulantur solo iure communi, vt electiones Episcoporum, & abbatum, aut circa alias electiones, quę regulantur quibusdam iuribus municipalibus, vel specialibus.

De istis dicendum, quòd seruanda est forma statutorum suorum, & quoniam quædam statuta aliquarum communitatum, vel cõgregationum iubet debere eligi in rectorem, vel gubernatorem meliorem, & magis idoneum, si ibi eligatur bonus, & non optimus est acceptio personarum, & peccant electores. Si autem expresse non caueatur hoc, reddit ad dispositionem iuris communis.

Si verò hoc quæratur circa electiones Episcoporum, & abbatum, quæ regulantur iure communi, est duplex opinio tam apud iuristas quàm apud Theologos, opiniones verò iuristarum ponit Glo. 4. q. 1. ca. licet ergo. Dicunt enim quidam, quod semper tenentur electores eligere meliorem, & non sufficit eligere bonum, si faciliter melior haberi potest, vnde dicunt, quod si maior pars capituli vult eligere bonum, & minor pars meliorem, potest minor pars appellare cõtra electionem maioris, & erit iusta appellatiõ, quia iustam causam assignant, & erit electio maioris partis cassanda. Alij dicunt de quibus est Hugutius, & Ioan. glosator vbi supra, ꝙ qui eligunt de aliena Ecclesia debent eligere meliorem, qui non nisi pro melioratione debet egredi electio Ecclesiam propriam, si autem de sua eligunt, sufficit, quod eligant bonum, & non requiritur, ꝙ eligant meliorem, & dicunt, quòd appellatio facta in contrarium à minori parte non nocet, quia non est iusta, neq; recipiẽda. Circa theologos quoq; eadẽ dubitatio est: dicunt enim quidã tenentes primã opinionẽ Iuristarũ, ꝙ nõ sufficit eligere bonũ, sed requiritur eligere meliorẽ, si ille faciliter haberi põt, & aliter est acceptio personę, & infideliter agitur. Alij autẽ dicunt tenentes secundam opinionẽ iuristarũ, ꝙ sufficit eligere bonũ, quia nulli facit iniuriã eligens bonũ, etiã si nõn eligat meliorẽ. Nã neq; Ecclesię præiudicat, neq; personę quã eligere omittit, etiã quia talis elector facit totũ, quod tenetur, & ideo nihil amplius ab eo requiritur. Dicendum est pro veritate, & concordia harũ positionum, ꝙ non est difficile vtrumque sustinere, & in sententia non

Iuristarum opinio de electione prælato.

non multum differt vna ab altera. Conſiderandum F
ergo, quòd qui eligere volunt Epiſcopum, vel Abba-
tem, aut volunt eligere de eadem eccleſia, vel de alia.
Si de alia, dicendum, quòd non debent eligere niſi
meliorem, ęqualem autem non, quia ſit pręiudicium
Eccleſię ſuę, quòd pro ęquali electio foras progre-
diatur. Et ita eſt de iure quantum ad tutores, vel cu-
ratores, quia ſi de alia ciuitate dandus eſt tutor, vel
curator, oportet, ꝙ ſit melior quàm quicunq; alius,
qui in eadem vrbe dari poſſet. Si autem nolunt elige-
re extra Eccleſiam, ſed de corpore Eccleſię dicendũ,
quòd aut ęque facile eſt eligere, & electionem con-
ſequi effectum circa meliorem, ſicut circa bonum,
aut non eſt æquale facile. Si non eſt ęquale facile, nõ
tenentur electores eligere meliorem, ſed tam de iu-
re quàm ſecundum conſcientiam ſufficit ibi eligere
bonum, vt ſi quis minus bonus eſt potentior, aut no-
bilior, aut hẽt alia genera fauorum, per quæ impediri
poterit electio, quę fieret de meliori, ne fieret, aut ne
facta conſequeretur effectum, ſi autem ęque facile
eſt eligere, & electionem ſortiri effectum de meliori
ſicut de bono, peccant electores non eligendo me-
liorem, quia non tractant fideliter rem Dei cum poſ-
ſint illam meliorare, & non meliorant. Et tamen de
rigore iuris tenet electio facta, neque eſt caſſanda, etiã
ſi probetur, quòd melior fuit electus à minori parte,
vel quòd omiſſus fuit melior, & ſi fiat appellatio a
minori parte eligente meliorem contra electionem
maioris partis, non facit inualidam electionem, quia
non fuit allegata cauſa iuſta, & tamen electores pec-
cant ſecundum conſcientiam, quia non procurant fi-
deliter res Chriſti, neque etiam ſatisfaciunt iuri, cum
iura non ſolum velint bonum, ſed etiam meliorem.
Quod patet ex auctoritate Hiero. in allegato. ca. licet
ergo 8. q. 1. & idem vult Leo Papa. 63. di. cap. Metro-
politano, ſcilicet, defuncto Metropolitano ex preſ-
byteris, & diaconis optimus in Eccleſia ordinetur. Er-
go non ſufficit bonum eligere, & iſta bonitas, vel di-
gnitas debet conſiderari abſolute, ideſt, quantum ad
ſe, vel quantum ad bonum commune Eccleſiæ. Si
enim aliquis magis dignus poteſt faciliter haberi, &
præfertur illi aliquis minus bonus, neceſſe eſt, quòd
hoc fiat ꝓpter aliquã cãm, q̃ aut ꝑtinebit ad cõditio-
nẽ eligẽdi, & dignitatis electionis, aut nõ. Si pertinet
ad negocium illud, iam quãtum ad illam cauſam eſt
dignior ille, qui eligitur, quàm qui omittitur. Si vero
non pertinet ad negocium, ideſt, nõ poteſt facere ele-
ctum magis, vel minus aptum ad dignitatem ad quã
eligitur, erit manifeſte acceptio perſonarum, quia ac-
cipitur non cauſa, vt cauſa.

Conſiderandum etiam, quòd de intentione iuris
eſt, quòd eligatur bonus ſecundum certas conditio-
nes, & etiam, quòd in illis accipiatur qui excellentior
potuerit inueniri ſaltem intra corpus Eccleſiæ ſine
difficultate, & tamen ſi primũ non obſeruetur, i. con-
ditiones illę taxatę, voluit ius, quòd eſſet electio inua-
lida, & irritaretur, & tamen ſi non eligeretur melior
cum poteſt haberi, & eligitur bonus, quòd non caſſe-
tur. Ratio differentiæ eſt, vt non fiat intricatio aliqua
circa valorem electionum. Nam cum conditiones
requiſitę in eligendo ſint certę de iure, manifeſte po-
teſt apparere an aliqua earum deſit electo, & ita appa-
rebit an electio fuerit debita, vel an ſit caſſanda. Si au-
tem caſſari deberet electio quandocunque non fuit
electus melior, qui eligi poterat, non maneret aliqua
electio certa, quia ſtatim electo vno poterat opponi,
quòd alius melior eligi potuerat cũ quilibet habeat
aliquem meliorem ſe, vel habere poſſit. Etiam eſ-
ſet alia difficultas, quia dato, ꝙ opponeretur expreſſe
quod talis erat melior, qui eligi potuerat, & non ele-
gerunt eum, deberet tunc fieri diſcuſſio, quis melior
erat, vel dignior, & multa ſunt in quibus non poteſt
diſcuti quis ſit maior altero, ſicut in bonis ſpirituali-
bus, quæ ſolus Deus nouit in nobis quãta ſint, & etiã
circa ſcientiam, vel induſtriam, aut quaſdã alias qua-
litates, quę hominem aptum reddunt, vel dignũ Ec-
cleſiaſtica dignitate. Et ita lites fierent interminabi-
les, & ideo licet ius voluit, quòd dignior deberet eli-
gi, tamen non irritauit neque irritandam eſſe præce-
pit electionem, quæ facta eſt de bono, cum potuiſſet
melior eligi. Hoc ergo modo concordantur duę illę
opiniones tam Theologorum quàm Iuriſtarum. Pri-
ma enim loquitur de electione facienda ad hoc, ꝙ
electores ſatisfaciant intentioni iuris, & conſcientiæ.
G Secunda procedit in electione ſecundũ rigorem iu-
ris ad hoc, ꝙ electio facta valeat, & non caſſetur. Sup-
poſitis his pro vtraque parte poterat reſpõderi, & ta-
mẽ, quia verius videtur, quod dictum eſt, ideſt, quòd
teneantur electores eligere meliorem reſpõdendum
eſt ad tria vltima.

Ad primum dicunt aliqui, vt ſanctus Thomas de
Aquino, quòd quilibet tenetur magis ſibiipſi quàm
proximo, & tamen magis tenetur Chriſto quàm ſi-
bi, prælatus autem non ſolum eligitur, vt proſit ple-
bi, ſed etiã, vt ſit miniſter, & vicarius Chriſti, qui ma-
gis bonum habere vult potius quàm bonum ſolum.

Secundo dici poteſt, & melius, ꝙ non eſt eadem
ratio: nam pro nobis eſt quoddam bonum determi-
H natũ, quod eſt totaliter ſufficiens deducere nos ad vi-
tam ęternam, quam vltimo ſperamus, & eſt obſerua-
tio mãdatorum, & ideo licet ſit aliud maius bonum,
ſcilicet, obſeruatio conſiliorum per quod poſſumus
peruenire ad maiorem gradum glorię, nõ tenemur
velle illud, & proſequi, homo autem eligitur in præ-
latum, vt regat eccleſiam, & raro contingit, ꝙ idonei-
tas alicuius ſit totaliter ſufficiens ad regendum Ec-
cleſiam, & ideo iura non poſuerunt illas conditiones
determinatas in eligendo quaſi habitis illis ſit ſimpli-
citer ſufficiens ad regendum Eccleſiam, ſed quia ſe-
cundum fragilitatem humanam ſi maior idoneitas
requireretur rari inuenirent, qui poſſent eſſe prælati,
& tamen multi prælati ſunt neceſſarij, ergo non de-
I buit ius graues, & difficiles conditiones ponere pro
idoneitate eligendorũ, & tamen, quia nõ ſufficit qui-
libet habens illas conditiones optat ius, & innuit, ꝙ
quanto excellentior inuentus fuerit in cõditionibus
illis eligatur, cũ vix etiam ſic ſufficiat ad regẽdũ. Ter-
tio poteſt dici, & adhuc planius, vt colligitur ex ſupra
dictis, ſ. ꝙ nõ tenetur homo pro ſeipſo eligere maius
bonũ, quia illud non poteſt haberi cũ æquali facilita-
te, cũ qua bonũ quod habet. Si enim non eſſet maio-
ris difficultatis aliquo modo obſeruare ſimul cõſilia,
& præcepta quam obſeruare ſola præcepta poſuiſſet
Chriſtus ſub neceſſitate conſilia ſicut præcepta, & ita
obligaremur ad meliora bona, & tamen ſeruare con-
ſilia eſt ſummæ difficultatis, vt ſeruare virginitatem,
K & abijcere omnia tenendo voluntariam paupertatẽ,
& ita de alijs. Nam dixit Chriſtus ſupra 19. cap. ꝙ non
omnes hoc capiunt. i. cõſiliũ de virginitate ſeruanda,
ſed q poteſt capere capiat: ideo neq; poſuit illa Chri-
ſtus ſub præcepto, neq; nos ad illam tenemur. Et ta-
men circa electionẽ ponitur caſus, ꝙ ſit ęqualiter fa-
cile eligere meliorem ſicut minus bonũ, & electio-
nem ſortiri effectum: ideo hic illicitum erit non eli-
gere meliorem eligendo minus bonum. Secus autẽ
eſt, quando eligere meliorem, & electionẽ conſequi
effectum non eſt tam facile, ſicut eligere minus bo-
num, quia tunc diximus non teneri electores etiã in
foro conſcientię eligere meliorem, ſed ſufficit elige-
re bonum.

Ad

Ad secundum dici potest, ꝙ bonus electus sufficit ad regendum se, & gregem, & eligens nõ debet magis optare, quàm vt electus ad hoc sufficiat, & tamen in potestate electi est, ꝙ talis sit, vt regere possit, & cõueniat ad hoc. s. si vult adaptare se probitati, & manere in illa, non est autem in potestate eligentis, quòd talis maneat electus: ideo debet eligere eum, de quo magis verisimile sit, quòd à probitate non recedet. Hoc autem est magis verisimile, quia quãto quis melior tanto in eo virtutes solidiores sunt, igitur meliorem eligere debet. Secundo potest dici, & melius, ꝙ bonus sufficit ad regendum se, & Ecclesiam sibi cõmissam non simpliciter, sed secundum humanã fragilitatem, & licet ad maius conari velit, fortassis non B potest, & ideo quantum ad ipsum fortassis sufficiet, i. ꝙ Deus nõ imputabit ei ad pęnam, ꝙ non egerit melius, & tamen in casu dato eligenti ita facile est eligere alium meliorem, sicut istum, qui fortè sufficiet ad regendum simpliciter: ideo peccat si nõ eligit illum, sicut si quis eligatur bonus, & tamen non simpliciter sufficiens reget sicut põt, & non exigitur ab eo plus, quia iam ipse satisfacit iuri. Si autem aliquis eligeretur simpliciter sufficiens ad regimẽ Ecclesiæ, qui posset multo melius quàm alius regere, & nollet melius, & sufficientius regere, quàm alius regebat, manifestum est, ꝙ peccaret, ita in potestate electi non est melius regere, in potestate autem eligentis est meliorem eligere: C ideo licet non regat melius electus quã potest & regit, non peccat, eligens autem peccat, cũ posset meliorem eligere, & non eligit. Tertio potest dici, & adhuc apertius, ꝙ electus tenetur plus de seipso curare, & de grege suo quam eligens de electore, & tamen electus bonus sufficit ad regendum se, & gregem secundum illam bonitatem quam habet, & nõ tenetur habere maiorem, quia non posset illam habere sine magna difficultate, sed eligens, vt pręsupponitur cum ęquali facilitate poterat eligere meliorem, vel minus bonum, ergo tenebatur eligere meliorem, & peccat nõ eligendo, licet electus solum bonus existens sufficit ad regendum se, & subditos, & non oportet, ꝙ regat secundũ maiorem gradũ bonitatis.

D Ad tertium dicẽdum, quòd qui facit totum, quod debet, satisfacit iuri, & nõ peccat: & tñ eligẽdo minus bonũ, nõ satisfit iuri, quãdo cum ęquali facilitate poterat haberi melior. Nam iura non solum petunt bonum, sed optimum, vt dicitur 63. distin. cap. metropolitano, aut sanctiorem, doctiorem, & meliorem, qui sit in tota plebe 8. q. 1. ca. licet ergo. Siquis autem tenere velit aliam positionẽ poterit respondere ad sex argumenta prima in contrarium. Ad primum de auctoritate Hieronymi dicunt quidam, ꝙ Hieronymus consulit id, quod est honestatis, sed non innuit, quod est necessitatis. Sed dicẽdum aliter, & verius, ꝙ dictũ Hiero. obligat, & est pręceptũ, non ꝙ Hiero. det, quia illa præcipere non poterat, sed ꝙ innuit esse Dei præceptum, & tamen obligat in foro cõscientiæ ad hoc, E ꝙ optimus eligatur, & tamen si contrariũ fiat, nõ est electio nulla ipso iure, nec est ipsa irritãda ob hoc. Ad secundũ dicunt, quidã, ꝙ præponere minus dignum magis digno non est acceptio personarũ, dum tamẽ sit sufficiens ad illud, q̃ pręponitur, sed acceptio personarũ est si præponatur indignus digno. Dicendũ, ꝙ ista solutio non stat. Primo quia etiã pręponendo minus dignũ magis digno est acceptio personarũ, quia necesse est, ꝙ propter aliquam causam hoc faciat qui cũ præponit, & tunc, vel illa causa confert aliquid ad rem, de qua agitur, aut non. Si confert iam nõ est minus dignus, qui præponitur, sed plus cũ illa causa propter quã proponitur, faciat illum digniorem. Si autẽ non confert iam est acceptio personarũ, quia assumi-

Responsio ad rões. 6. in contrarium secũdi primã opi.

A tur non causa, vt causa. Secundo patet, quia agit cõtra formã determinatã à iure in fauorẽ alicuius personę. Ergo est acceptio personarũ. Si enim iura non pręciperent eligi magis dignum, neq; obligarentur ad hoc eligentes ſm conscientiam, si sufficeret eligi dignũ non esset acceptio personarũ eligere minus dignum omisso magis digno, cũ hic non præiudicetur ei, & q̃a nihil illi erat debitũ. Etiam nõ pręiudicatur iuri cum non sit statutũ contrarium, quia vbi nõ est obligatio ad sequendum certũ modum in dando aliquid, vel si est statutus certus modus, & tamẽ dans nõ obligatur ad illũ nõ potest esse acceptio personarũ, vt ostẽsum est supra q. 117. & ista est veritas. Et tamẽ hic est obligatio ad eligendũ meliorẽ, quando cũ æquali B facilitate haberi põt. Sed dici deberet ad istud argumẽtũ, ꝙ licet verè sit acceptio personarũ eligere minus dignũ omisso magis digno, tñ non vitiat electionẽ, ita ꝙ sit irrita ipso iure, vel irritanda, ẽt si appelletur contra eam. Ad tertiũ dicunt quidã, ꝙ ſm ordinem charitatis melior est semper pręferendus, & tñ nõ est necesse, ꝙ pręferatur, q̃a ius hoc nõ exigit semper. Sed dicendũ, ꝙ hic melior pręferendus est, & de iure tenemur illum pręferre, cũ velit ius debere eligi meliorem, sed non est talis obligatio, quæ facit actũ contrariũ non valere. Ad quartũ dicendum, ꝙ ille, qui præcedit in dignitate debet pręcedere in sanctitate non cõparando ad id, quod alij de bonitate habent, sed ad C id solũ quod habere obligantur. Nam quilibet clericus tenetur esse melior quã laicus, & quilibet pręlatus esse debet melior quã subditus, eo ꝙ laici obligãtur solum ad decẽ præcepta Decalogi, & ad alia pręcepta legis Christi, quilibet aũt clericus in sacris tenetur ad hęc, & insuper ad alia, vt ad dicendũ officium diuinũ, & ad seruandũ castitatẽ, & ad quasdam cæremonias alias honestatis, prælatus aũt tenetur ad hæc omnia, & insuper ad curam regiminis, & vt inopiam alienã suã faciat, quia aliàs vacuũ nomẽ Episcopi habet. 86. dist. ca. fratrẽ nostrum, & ita seruãte quolibet id ad quod tenetur solũ, quilibet clericus est sanctior laico quolibet, & quilibet prælatus est sanctior subditis, & tamen laicus põt non solũ seruare ea, ad quę te D netur, sed etiã multa alia, ita vt plura obseruet quàm teneatur seruare prælatus; tunc aũt non est inconueniens, ꝙ laicus sit sanctior prælato, sed est inhonestũ, & turpe, quando prælato non seruante id, ad quod tenetur, laicus seruans id, ad quod obligatur, efficitur sanctior prælato, sed adhuc non sequebatur ex hoc, ꝙ dignior sit eligendus cum eligatur dignus, probatur tamen ex alijs rationibus. Ad quintum dicendũ putant quidam, ꝙ est verum de debito honestatis, sed non de debito necessitatis. Aliter dicendum, & melius, ꝙ quando bonum est in potestate nostra si nulla difficultas esset in illo potius facere deberemus maius bonum, quam minus, & tamen si difficultas aliqua est potius in maiori quam in minori nõ tenemur ad maius bonum, & tamen in casu dato ęqua E liter potest eligere quis meliorem, & minus bonum, ergo malum facit eligendo minus bonum. Ad sextum eodem modo est dicendum, & tamen in omnibus his est dicendum, quòd licet melior debeat eligi, non cassatur electio facta de minus bono, & hoc sufficit pro veritate illius positionis.

Quilibet clericus tenetur melior esse q̃ laicus.

An sit acceptio personarum, quòd eligendus in prælatum sit de corpore Ecclesiæ. Quæst. CXIX.

QVAERETVR an sit exceptio personarum, quòd eligendus in prælatum sit de corpore Ecclesiæ. Et videtur, quòd non accidat hic acceptio personarum: nam eligere de corpo-

re

re Ecclesiæ, & non de foris videtur ad acceptionem personarum pertinere, tum quia accipitur non causa vt causa: nam esse de hac Ecclesia, vbi vacat dignitas non facit dignitate dignum, quia tunc omnes essent digni. Secundo quia multi possunt alibi fortassis digniores inueniri, & tamen eligere de gremio Ecclesiæ potius quàm de foris non videtur esse peccatum cum statuta Ecclesiarum hoc contineant, & etiam iuri cõi consonet, ergo non est acceptio personarũ.

Dicendum, quòd circa electionem prælati de eadem Ecclesia, vbi est dignitas vacans potest esse acceptio personarum. Si enim in eadem Ecclesia nemo inuenitur dignus secundum conditiones determinatas à iure, & foris inueniuntur aliqui, accipere de ipsa Ecclesia indignum solum propter hoc, vt sit de Ecclesia acceptio est personarum, & peccatum, quia accipitur non causa, vt causa, & dant alicui bonũ pręter proportionem suæ dignitatis. Si autem in eadem Ecclesia inuenitur aliquis dignus, etiam si foris inueniatur aliquis dignior, non tenentur illum eligere, & non est acceptio personarum, quia licet ille, qui foris est dignior est simpliciter, vel quantum ad se, ille tamen, qui de Ecclesia est dignior videtur respectu boni communis, & tamen in electionibus prælatorum magis considerandum videtur bonum commune, quam excellentia, vel bonitas priuata. Excellit enim ille, qui de Ecclesia est, quia si bonus est, præsumitur verisimiliter, quòd magis diliget Ecclesiam cui præficitur quàm ille, qui de foris eligitur eo, quòd is qui de Ecclesia est, & in ea nutritus est, habet quendam amorem ad illam Ecclesiam quam non habet extraneus, & tamen, qui amat est magis solicitus, & aptior ad regimen pastorale. sic enim Christus dixit Petro, quando voluit eum constituere principem Ecclesiæ, Si diligis me, pasce oues meas Ioan. 21.

Secundo, quia qui est de Ecclesia, melius nouit mores Ecclesiæ, & eorum, qui in illa sunt, & ideo facilius inueniet modum conuenientem regendi, quia sciet, quę sunt illa, quę reformatione egent.

Tertio quia facilius videtur eligere eũ, qui de Ecclesia est quàm extraneum, & facilitas ista maior excusat electores à crimine secundum conscientiam, ꝙ non elegerint aliũ meliorẽ, qui non erat de Ecclesia.

Quarto ad conformationem conscientiæ eligentium: nam illi tenentur prius scire an ille, quẽ eligere volunt sit talis qualem iura statuunt, & tamen magis hoc scire possunt de eo, qui est in Ecclesia cũ eis quã de alieno cuius neque vitia nouit, neque virtutes nisi per famam. De collega autem suo scient per quotidianam conuersationẽ: ideo securius eligent de corpore Ecclesię, quã de foris. Et propter istas causas nõ est acceptio personarum de eadem Ecclesia eligere si inueniatur ibi idoneus, etiam si foris inueniatur magis idoneus, quia istę rationes prædictæ videntur facere magis dignum quantum ad bonum Ecclesiæ eum, qui in seipso est minus dignus, & sic statuta municipalia, quæ hoc cauent, non ponunt aliquid iniustum: nam etiam ius commune hoc vult. s. ꝙ de eadem Ecclesia debeat eligi successor prælati defuncti. Sic dicit Leo Papa. 63. dist. c. Metropolitano s. Metropolitano defuncto, cũ in loco eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad Ciuitatem Metropolim conuenire debent, vt omnium clericorũ, atq; ciuium voluntate discussa ex presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel Diaconibus optimus ordinetur. Idem dicit Hieron. super Leui. & 8. q. 1. ca. licet ergo, s. requiritur in ordinando sacerdote populi præsentis, vt sciant omnes, & cuncti sint certi, ꝙ qui pręstantior est ex omni populo ad sacerdotium eligitur. Et ita de eadẽ Ecclesia eligitur cum de eodẽ populo eligatur:

F nam non eligitur mere laicus, sed clericus, qui de Ecclesia est, & ideo iura non cõcedunt electionẽ fieri de alienis extra corpus Ecclesię nisi in defectũ regulariter, vel propter manifestam vtilitatẽ. Et ob hoc si electores volunt aliquem extra Ecclesiam eligere necesse est, ꝙ ille sit melior quolibet de Ecclesia, pro ęquali enim non licet eligere alienum, sicut in datione tutorum aut curatorum si plures sunt ęquales in eadẽ vrbe potest dari quilibet illorum. Si tamen aliquis extra vrbẽ illam datur, oportet ꝙ sit melior omnibus, qui de eadẽ vrbe dari poterant, & ideo si intra eandem Ecclesiam vnus sit dignus, & alius dignior eligere dignum omisso digniore, qui cum ęquali facilitate eligi poterat, acceptio est personarum, & tamẽ licet foris inueniatur dignior, dum tamen intra Ec- G clesiam inueniatur dignus, non est acceptio personarum eligere minus dignum. Habet autem ista res fundamentũ ex eo, quòd Deus dixit Israelitis de constitutione regis, scilicet, Non poteris hominem alterius gentis facere regem, qui non sit frater tuus. Deu. 17. cap. licet ibi nullo modo licebat: hic autem nõ debet fieri, nisi quando nõ inuenitur idoneus intra Ecclesiam, vel pro euidenti vtilitate eius.

Ad argumentum dicendum, quòd accipere prælatum de eadem Ecclesia non est acceptio personarũ, & statuta illa, quæ hoc cauent iusta sunt. Cum autem obijcitur, quòd assumitur ibi non causa, vt causa, dicendum, quòd falsum est, immo esse de eadem Ecclesia est quædam conditio faciens ad dignitatẽ per- H sonę eligendi propter quatuor rationes suprapositas, & tamen est verum, quòd non dignificat plene eum, quia tunc esset verum, quòd quilibet de Ecclesia posset eligi dignè in prælatum, sed ista supra alias, quę de iure requiruntur confert multum ad dignitatem eligendi, sola autem existens neque sufficit, neque prodest.

Cum autem dicitur secundo, quòd possunt inueniri plures digniores extra Ecclesiã, dicendum, vt supra, quòd si inuenitur idoneus in Ecclesia, non oportet recurri ad extraneos, etiam si sint digniores, quia digni, qui intra Ecclesiam sunt, eo quòd de Ecclesia sunt, iudicantur digniores quantum ad bonum commune Ecclesiæ his, qui de foris sunt, licet illi absolutè I sint digniores, idest, quantum ad se, & tamen si de foris aliquem eligi placuerit, oportet quòd sit dignior quam quilibet de Ecclesia, & regulariter fieri non debet, nisi, vt dictum est, pro necessitate, vel manifesta vtilitate.

An Deus sit personarum acceptor. *Quæst.* CXX.

QVAERETVR an Deus sit acceptor personarũ. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia duorum hominum qui sunt vnius conditionis vnũ assumit per gratiam, & alium relinquit in peccato, & ad pęnam, vt patet in Iacob, & Esau, Mala. 1. cap. & ad Ro. 9. c. ergo accipit K personam, cum sine causa det bonum, & potius vni quam alteri.

Secũdo, & quod maius videtur, q̄a duo homines sunt interdum in peccato mortali, & peccatũ vnius est valde grauius quàm peccatum alterius, vel vnus commisit multa, & alius solum vnum, & eum, qui grauiora, & plura commisit, pulsat per donum, & vocat ad se, & iustificat, & tãdem beatificat, eum vero, q minus peccauit nõ vocat neq; iustificat, sed damnari permittit, hoc autem videtur manifeste iniustum, vel acceptio personarum cum minus bono det maiora bona, ergo est acceptor personarum. Alij dicunt, ꝙ Deus non est acceptor personarum, quia acceptio personarum est peccatum, & tamen in Deo non est pecca-

peccatum, ergo non est in eo acceptio personarum. Secundo quia Deus vetuit nobis acceptionem personarum tanquam malam Deut. 1. ca. f. non accipietis cuiusquam personam, ergo non acciperet ipse personas, quia videretur valde inconueniens. Dicendum, ꝙ in veritate Deus non est acceptor personarũ: nam acceptio personarũ est iniquitas, & ex natura sua dicit iniquitatẽ, & ideo non poterit esse in Deo, apud quẽ nulla est iniquitas, sed sãctus, & incõtaminatus est, & nõ sunt in eo vllæ tenebræ. 1. Ioã. 1. ca. Secundo patet, q̃a scriptura testatur hoc sæpe de Deo dicens, ꝙ nõ sit acceptor personarum, vt dixit Petrus Actu. 10. c. Nũc cognoui in veritate, ꝙ non sit acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui facit iustitiam acceptus est illi. Tertio patet, q̃a nõ solũ nõ est acceptor p̃sonarũ, sed ẽt minus accipit p̃sonas, q̃ hoĩes illas accipiãt, & propter hoc hoĩes nõ debẽt accipere personas; q̃a Deus nõ accipit illas. Sicut patet Deut. 1. quod iustũ est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnũ, neque accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quasi dicat iudicium Dei est, & nõ hominum. Si ergo esset iudicium hominum solum liceret fieri acceptionem personarum, sed quia est iudicium Dei non licet, ergo magis à Deo est aliena acceptio personarum quàm ab hominibus sit, vel esse debeat. Quarto quia dicitur. 2. Paralipomenon 19. cap. nõ est apud dominum Deum nostrum iniquitas, neque acceptio personarum, neque cupido munerũ, & ad Ro. 2. dicitur non est personarum acceptio apud Deum, sed quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et ad Ephe. 6. ca. dicitur. Et personarum acceptio non est apud Deũ. Et ita sæpe in scriptura. Quinto quia non potest vllo modo in Deo esse ista acceptio. Nam vt dictum est supra q. 113. vbi non est obligatio ad certum modum agendi, quia non est determinatus certus modus, vel quia agens non est obligatus ad illum, non potest esse acceptio personarum, & ideo circa donationes non est acceptio personarum, supra q. 114. & tamen Deo nõ est præscriptus aliquis modus agendi, cum non sit obligatus alicui legi: ideo circa actus suos nõ potest esse acceptio personarum.

Sed dicendum, quòd illæ duæ rationes, quibus aliqui probant Deum nõ esse acceptorem personarum non sunt conuenientes totaliter. Prima dicit, quòd accipere personam est peccatum, sed in Deo non est peccatum. Dicendum, quod licet nõ possit esse peccatum in Deo, & consequenter, neque acceptio personarum, tamen materialiter poterit esse in eo acceptio personarum. Secunda dicit, ꝙ Deus vetuit acceptionem personarum, ergo non acciperet ipse personas. Sed dicendum, quòd hoc non tenet, quia aliqua Christus vetabat, quæ tamen ipse faciebat, sicut vetuit discipulis portare panẽ in via Mar. 6. & tamen ipse portabat panem semper in via, & ideo dicit supra. 16. c. ꝙ obliti sunt discipuli eius panes accipere. In quo innuitur, ꝙ soliti erant portare panes semper ad viã. Etiam vetuit Christus discipulis portare secũ pecuniam supra. 10. & Mar. 6. & Luc. 10. ca. & tñ ipse portabat pecuniam, cum Iudas ferret loculos eius, & emebat omnia, quæ necessaria erãt Christo, & suis. & interdum dabat aliquid inde pauperibus Io. 12. & 14. ca. & ita poterat vocare acceptionẽ personarũ, & ꝙ ipse acciperet personas. Dicẽdum tamen, ꝙ licet argumentum non teneat de forma, tamẽ Deus vetans acceptionem personarũ, non acciperet personam. Et ratio diuersitatis est inter hæc, & illa, quia quantũ ad illa, quæ non erant s̃m se mala, sed erãt mala, quia vetita cum Christus poneret legem alijs, & non sibi, nõ erat inconueniens, ꝙ illa non seruaret, & tamẽ quã- A tum ad illa, quæ sunt s̃m se mala, sicut Deus illa vetuit, ita ipse nõ facit illa, quia valde inconueniens videretur, ꝙ ipse faceret aliquid quod est s̃m se malum, tale aũt est acceptio personarum, ideo Deus non faceret illud. Ad argumenta in oppositũ est respondendum. Ad primum q̃n dicitur, ꝙ Deus accipit personã, quia vnum accipit ad gratiam, alterũ dimittit in peccato dicendum, ꝙ non est acceptio personarũ. Primo quia Deus non obligatur ad aliquem certum modũ agendi, & ideo non potest esse in actu suo acceptio personarum. Secundo quia etiam circa nos non esset acceptio personarũ in tali actu. Nam aliquæ sunt dationes bonorum, quæ pertinent ad iustitiam, quia taxatũ est lege sic fieri debere, siue quia debitum est hoc perso- B nis, quibus fiunt dationes, siue quia debitum est cõmunitati, vel rationi sic debere fieri, licet alicui personæ non sit ius quæsitũ sicut est in collatione beneficiorũ. Aliæ sunt liberales donationes, vbi nulli debitũ est, neq; ratio vrget dare, sed liberaliter donamus. Circa primas est acceptio personarum, circa secũdas non est acceptio personarum, quia in eis non est aliqua causa vrgens ad dandum. & dando vni, & nõ dãdo alteri nulli præiudicamus, cum etiam nulli dando non peccaremus. Et ita patet supra 20. de mercenarijs, quia paterfamiliæ dedit æqualiter parũ laborantibus, sicut & multum laborantibus, cũ dedisset tantum laborantibus, quãtum meruerãt, & quia cõque- C rebãtur primi mercenarij, dixit ipse, an non licet mihi facere quod volo? an oculus tuus malus est, quia ego bonus sum? Quasi dicat: Liberũ est mihi facere quod volo de meo, ita & quãtum ad Deum, ꝙ enim Deus det alicui gratiã, aut de peccato suscitet ex liberalitate facit. Quòd ergo isti det gratiã, & non illi, nõ est acceptio personarũ, cũ neutrũ faciat ex debito, sed cui voluerit. Et sic dicitur ad Ro. 9. cui vult miseretur, quẽ vult indurat. Et sic fuit de Iacob, & Esau, de quibus allegatur: Nã anteq̃ quicquã boni, aut mali egissent Iacob dilexit, Esau odio habuit, i. nõ dilexit. Nã nõ oderat antequã peccaret, cũ odiũ non sit nisi pro peccato, sed nõ diligebat. Et hoc non erat ex operibus, sed ex vocãte ad Ro. 9. s. quia nõdum egerant bonũ, aut malum, vt ibidem dicitur. Ad secũdum dicendũ, ꝙ etiã D nõ est acceptio personarũ, licet videatur alicui pauca considerãti magis graue quã præcedens. s. deteriori maiora bona dare: nã vbi ex meritis datur aliquibus bonũ, nõ debet dari deteriori magis de bono, immo non debet dari aliquod bonum, sed q̃n non datur ex meritis, sed ex mera liberalitate donantis neq; est aliqua obligatio ad dandum certo modo, nihil plus refert malo quã bono, & magis malo, vel minus malo. Secundum circa conferre gratiã, vel suscitare de peccato sic est, quia nemo meretur sibi dari gratiã neq; suscitari de peccato, cum mereri nõ sit, nisi per gratiã, & isti gratiã non habent. Siue ergo existentẽ in graui peccato siue in paruo Deus suscitet ex liberalitate E agit, & ideo si suscitet illum, qui est in graui peccato liberaliter facit. Si autem illum, qui in paruo peccato est, nõ suscitet non facit ei iniuriã, quia ille non meretur suscitari, iõ non est acceptio personarũ in his, sed de hoc magis videbitur, q̃n agetur de iustitia Dei.

In illa die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes. Magister, Moyses dixit: Siquis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus vxore ducta defun-

Mar. 12. & Luc. 20. Actu. 23. Deut. 25.

31.q.2.c.si. defunctus est, & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo. Similiter secundus, & tertius vsque ad septimum. Nouissime autem omnium, & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cęlo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente
Exo.3. Mar.12. 28. vobis, ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.

Hic ostendit quomodo Iudæi Christum impugnarunt in veritate doctrinæ.

In illa die. Hic ostenditur consequenter quomodo Iudæi Christum impugnauerunt in veritate doctrinę, ad quam pertinet resurrectio mortuorũ, quæ est de articulis fidei. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur Iudæorum interrogatio: secundo Christi responsio, ibi. *Respondens autem Christus.* Circa primũ dicitur. *In illa die.* s. in qua tentauerunt eũ discipuli Pharisæorum cum Herodianis super tributo an liceret illud dari Cæsari. ex quo apparet, ꝙ statim factum est post præcedentia. *Accesserunt ad eum.* s. cum fortè doceret inuenerunt eum in loco publico. Nam non ibãt ad quærendum eum in locis priuatis. s. intra domum in qua hospitaretur, vel ad quam aliquando diuerteret. *Sadducæi.* Quædam secta Iudęorum erat, de quibus dictum est supra 3.ca.q.63. *Qui dicunt resurrectionem non esse.* Ista est opinio Sadducęorum, & super hac re interrogauerunt. *Et interrogauerunt eum.* Interrogatio erat magis argumentatio quàm quęstio, cum conarentur argumentando deducere eum ad inconueniens. s. ꝙ non esset possibilis resurrectio. *Magister.* Vocant eũ magistrum, quia habebat officium docendi cum publicè prędicaret concurrentibus omnibus ad eũ audiendum. *Moyses dixit.* Hoc habetur Deut.25.ca. *Siquis mortuus fuerit.* Scilicet, Siquis habens fratrem. An vero mortuo aliquo, qui neque fratres haberet, neque filios reliquisset alij cognati eius suscitarent semen eius dicetur infra. *Non habens filium.* Scilicet Masculum. Nam per fœminas non computabatur successio patrum. Sed an etiam intelligatur de fœmina infra dicetur. *Ducat frater eius.* Scilicet, Frater minor eo, Deut. 25. *Vxorem illius.* Scilicet, Vxorem defuncti, & ideo si moriens sine filijs, moreretur etiam sine vxore, s. quia nunquam vxorem habuerat, vel quia illa mortua est ante virum non erat remedium aliquod ad suscitandum semen mortuo.

Et suscitet semen fratri suo. Idest, Gignat filios ex vxore mortui, qui nominentur ex nomine mortui, & succedant in illius bonis, & censeantur filij illius, & vocatur semen filius, quia ex semine gignitur.

Erant autem apud nos. Idest, Inter nos. Ista est positio casus, & conuenienter procedunt. Primo enim posuerunt ius, ex quo arguere intendunt. Deinde ponunt casum, deinde illum applicant.

Septem fratres. Isti omnes acceperunt eandem mulierem in vxorem successiue. *Et primus.* Idest, Maior. *Vxore ducta defunctus est.* Non est sensus, quòd defunctus fuerit statim postquàm vxorem duxit, sed quòd
F ille mortuus est post consummatum matrimonium, & tamen antequam moreretur vxor.

Sine filijs. Idest, Non relictis eis superstitibus. Et ista est causa dubitandi. Nam si filios reliquisset non debebat frater eius alius accipere vxorem mortui. *Et non habens semen.* Idest, Non habens filios, scilicet, neque tunc habebat, quando mortuus est, neque prius habuerat.

Reliquit vxorem fratri suo. Idest, Quia non habebat semen reliquit vxorem fratri suo. Illud est enim redditiuum causæ huius. Nam si semen habuisset non acciperet vxorem frater illius. Et dicitur reliquit, non quòd ipse reliquit quasi cõmendans fratri suo, quòd acciperet vxorẽ eius, sed reliquit, scilicet, secundum
G dispositionem legis, idest, quia eo moriente tenebatur frater eius illam accipere.

Similiter, & secundus, & tertius. Scilicet, Acceperunt eam quilibet succedendo alteri, & moriebatur quilibet sine semine. Nam si vnus ex ea gigneret filios, qui manerent superstites ei non acciperet alius de fratribus mulierem illam. *Usque ad septimum.* Idest, Etiam mortuus est septimus frater, & sic nullus frater supererat, qui eam susciperet ad suscitandum semen.

Nouissime autem omnium, & mulier defuncta est. Hoc facit difficultatem. Nam si moreretur ipsa ante septimum virum illius censeretur vxor in resurrectione secundum opinionem Sadducæorum, quia ille superuixerat mulieri, sed quia illa superuixit omni-
H bus videtur eandem habitudinem habere ad omnes, & ita nullius illorum vxor est, aut saltem est difficultas, cuius illorum est.

In resurrectione autem. Idest, In statu resurgentium, quem Christus prædicabat, vel quem Pharisæi asserebant. *Cuius erit de septem vxor.* Quasi dicerent, non poterit esse vxor omnium, ergo erit alicuius eorum specialiter, & non videtur esse magis vnius, quã illius, & ita erit inconueniens, quod sequitur posita resurrectione. *Omnes enim habuerunt eam.* Quasi dicat cum omnes habuerint eam in vxorem ęqualiter non videtur cuius sit. *Respondens autem.* Hic ponitur Christi responsio, & diuiditur in duo, quia primo soluit eorum argumentationem. Secundo confirmat suam
I positionem, scilicet, de resurrectione, ibi. *De resurrectione autem.* Circa primum dicitur. *Respondens autem Iesus.* Voluit respondere illis ad tollendum errorem illorum circa rem magnam. *Ait illis.* Idest, Sadducæis interrogantibus. *Erratis.* Idest, Ista argumentatio vestra non valet quidquam, procedit ex quadam suppositione erroris. Et erat error, scilicet, quia putabant, quòd nuptiæ sint in resurrectione.

Nescientes scripturas. Idest, Procedit error vester ex eo, quòd nescitis scripturas, & ideo ex scripturis arguit contra illos. *Neque virtutem Dei.* Idest, Potestatem eius, scilicet, quia Deus potest facere resurrectionem mortuorum. Et dixit ista duo ad ostendendũ duos errores Sadducæorum. Primus erat, quòd non Duo errores Sadducæorum.
K erat resurrectio. Secundus quòd si futura esset resurrectio in illa homines non haberent actus vegetatiuę & sensitiuę partis, quos hic habent, scilicet, manducare, bibere, gignere per copulam, & alia omnia. Ad ostendendum primum errorem dixit. Erratis nesciẽtes scripturas: quasi dicat, si scripturas sciretis non dubitaretis de resurrectione, quia illę ostendunt illam. Ad ostendendum secundum errorem dixit. Neque virtutem, idest, nescitis virtutem Dei, secundum quam homines possunt esse, & viuere in æternum alio modo nobiliori quam nunc viuant, & ideo putatis, quòd non possint viuere sine cibo, & potu, & venereis, & tamen si sciretis virtutem Dei, non diceretis ista. Nam licet secundum modum naturalem,

lem, quem nunc habent homines non possint perpetuari sine generatione facta per copulam neque diu manere sine cibo, & potu, tamen per virtutem Dei magnam alium modum viuendi habebunt, in quo neque manducabunt, neque bibent, neque copulis vacabunt.

In resurrectione enim. Dat causam dictorum, scilicet, erratis, quia in resurrectione, idest, in statu resurgentium non erit quod putatis. Et non vocatur resurrectio ipsa resumptio corporum, quia illud erit in instāti, scilicet, in momento, & in ictu oculi, vt dicit Apostolus. Et ibi non est copulari, cum non sit duratio talis, in qua possit fieri aliquis actus huiusmodi, idest, manducare, copulari, sed accipitur pro statu resurgentium, qui erit perpetuæ durationis, & in illo poterat dubitari, aut essent futuri huiusmodi actus, & Christus dicit, quòd non.

Neque nubent, neque nubentur. Accepit nubere actiue licet secundum proprietatem vocis nubo solam passionem signet, & pertineat ad fœminas, & tamen secundum antiquam consuetudinem accepit. Et dicitur nubere actiue iuxta istam literam, idest, vxorem accipere, & pertinet ad viros. Et nubi passiue, idest, fœminam accipi à viro. Et est sensus, quòd in statu resurgentium neque viri accipient vxores, neque fœminæ accipient maritos, & ita Lucas magis expressit dicens. In resurrectione mortuorum, neque nubunt, neque ducunt vxores.

Sed sunt sicut Angeli Dei. Idest, Homines non viuent ibi modo animali, quo hic viuunt, sed sicut Angeli Dei. Angeli enim viuunt, & tamen, quia puri spiritus sunt, neque venerea exercent, neque manducant, neque bibunt. Tales erunt homines, quia licet secundum substantiam erunt corporei, quia eadem corpora resument, tamen secundum conditionem erunt spirituales, scilicet, quia non habebunt illos actus, quos nunc exercent habentes corpora, sed illos actus solos, quos exercent, si spiritus essent, sicut Angeli faciunt, qui spiritus sunt.

Angeli corporeis rebus non vtuntur.

In cælo. Ista determinatio potest referri tam ad Angelos quam ad homines. Referendo ad Angelos est sensus, quòd Angeli Dei, qui in cœlo sunt habent istam vitam, quòd corporeis rebus non vtuntur. Referendo ad homines est sensus, quòd sunt homines post resurrectionem in cœlo sicut Angeli Dei, idest, talem vitam ibi agent, qualem agunt Angeli Dei, & tollit in hoc errorem Sadducæorum, scilicet, non putetis, quòd post resurrectionem homines redeant ad viuendum in terra, quia tunc consequens videbatur, quòd viuerent modo animali manducando de his, quæ terra gignit, sed erunt homines in cęlo. Et ideo intelligendum est, quòd erit vita spiritualis, quia ibi non est cibus, neque potus, neque fęces residuę, aut aliquid talium, sed pura spiritualitas, & incontaminatio. *De resurrectione autem.* Hic probat Christus suam positionem circa veritatē resurrectionis. Prius enim abstulit argumentationem, deinde confirmat quod dixit, quòd resurrectio futura sit. *Mortuorum non legistis.* Idest, Nunquid non legistis, q.d. legisse debuissetis, quia quotidie poterat vobis occurrere, & ideo non debebatis dubitare de resurrectione. Vel legitur affirmatiuè sicut iacet, scilicet, Non legistis, idest, licet legeritis non intellexistis, ita enim dixit Christus Pharisæis: Euntes discite quid est misericordiam volo, & non sacrificium supra 9.c. idest, ite ad addiscendū, quia non intelligitis scripturam. *Quod dictum est à Deo.* Sunt verba, quæ sequuntur, scilicet, ego sum Deus Abraham. *Dicente vobis.* Non dixit hoc ad eos, sed ad Moysen. *Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Ista ponuntur Exo. 3. ca. vbi

A Deus loquebatur Moysi in monte, cū arderet rubus & non exureretur, quare se sic Deus vocauerit infra dicetur. *Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Hic concludit probationē, quasi dicat Deus dixit se esse Deū Abraham, & Isaac, & Iacob, & tamen, si illi essent totaliter mortui nō esset Deus illorum, quia essent simpliciter non entes, & non entis nihil est Deus neque Dominus, cum non ens non possit possideri, & tamē Deus possidet illos, inquantum vocat se Deum illorum, ergo non erant simpliciter mortui, sed aliquando erant futuri viuentes, vel aliquo modo tunc viuebant. *Et audientes turbæ.* Qui erant prius cum Christo audiēdo verbum eius, & audierunt nunc istam quæstionem Sadducæorum, & responsionem Christi.

B *Mirabantur in doctrina eius.* Idest, mirabantur de doctrina, scilicet, quia tam profundè, & apertè ostendebat veritates, & tam subtiliter, & insolubiliter concludebat aduersarios.

Quando Sadducæi proposuerunt Christo istam quæstionem de resurrectione. Quæst. CXXI.

QVAERETVR quando Sadducęi proposuerunt Christo istā quæstionem. Dicendum, quod eadem dies fuit in qua Pharisæi cum Herodianis tentauerāt Christum super solutione tributi, & recedentibus illis, accesserunt Pharisæi. Quod patet, quia dicitur hic C in illa die, scilicet, in qua facta fuerant pręcedētia, quę dicuntur de Pharisæis, & Herodianis. Est etiam dicendum, quod ista fuit dies tertia, idest, dies martis post diē in ramis palmarum, in qua facta fuerunt omnia, quæ habentur ex præcedenti cap. ex loco, vbi accesserunt principes sacerdotum, & Scribę ad Christum docentem, & quæsierunt in qua potestate hæc facis, & continuata fuerunt omnia vsque ad locum istum, & etiā multa, quę infra habentur.

Vbi erat Christus quando accesserunt ad eum Sadducæi, & quid faciebat. Quæst. CXXII.

QVAERETVR vbi erat Christus quando accesserunt ad eum Sadducæi, & quid faciebat.

Aliqui putant, quòd Christus erat in D domo, quia multa iam fecerat in publico, & forte ad domum eius venirent Sadducęi.

Dicendum, quòd hoc factum est in Ierusalem sicut, & præcedentia: nam ibi erant Pharisæi, & Sadducæi, & cæteri tentatores, quia erat locus insignis, vbi erant viri periti, & religiosi secundum legem. Extra autem non facta fuit aliqua istarum tentationum, neque quæstionem ex principio præcedentis capitu. vbi Christus intrauit in Ierusalem vsque ad mortem.

Etiam dicendum, quòd non fuit facta quæstio ista in loco priuato, idest, in aliqua domo, ad quam Christus diuerteret, sed in loco publico, scilicet, cum Christus erat docens turbas. Et colligitur ex fine E literę, scilicet, & mirabantur turbæ in doctrina eius, idest, quando turbæ viderunt quomodo solueret argumentum Sadducæorum mirata sunt de doctrina eius, ergo oportet dici, quòd turbæ erant præsentes Christo, quando venerunt Sadducæi ad quærendum hoc, & erat prædicando turbis.

Qui erant isti Sadducæi, qui ad Christum accesserunt. Quæst. CXXIII.

QVAERETVR de istis Sadducæi, qui accesserunt ad Christum, qui erant. Dicendū, quòd Sadducæi non sunt genus aliquod hominum, sed facta illorum, qui certum modum tenebant

bant viuendi: nam inter Iudæos multæ sectæ erant, & ponunt aliqui fuisse, octo sectas, sed præcipuas ponit Iosephus libro 20. Antiquitatum, & libro 2. de bello Iudaico fuisse tres, scilicet, Pharisæorum, Sadducæorum, Hesenorum, in Euangelijs autem non fit mentio nisi de Pharisæis, & Sadducæis, quia Heseni non tentabant Christum, neque aduersabantur ei in aliquo sicut Pharisæi, qui erant eius æmuli, & interdum Sadducæi. De istis Sadducæis dictum est supra 3. capitu. quæstio. 63. Isti vocantur Sadducæi, idest, iusti, quia in Hebræo vocantur Zadichim, & per formationem latinam vocantur Sadducæi, vocabant se autem iustos, cum non essent, negantes enim ea, quæ præcipua sunt in fide non poterant esse iusti, cum sine fide non possit quis placere Deo. Iustus quoque ex fide viuit, ad Rom. 1. capitu. Erant autem isti præcipue distincti ab alijs, idest, a Pharisæis in positione fidei. Nam isti negabant resurrectionem, & Angelos, & spiritus esse, vt patet Actu. 23. capitu. Pharisæi autem omnia hæc concedunt, eodem capitu. Hic autem de resurrectione sola dicitur, quòd resurrectionem negant, quia de alijs non erat opus dici. Et ob hoc Sadducæi, & Pharisęi erant inter se multum aduersi. Sic dicit Hierony. duæ hæreses erant in Iudæis vna Pharisæorum, altera Sadducæorum. Pharisæi traditionum, & obseruationum, iustitiam præferebant vnde, & diuisi dicebantur à populo: Sadducæi autem, qui interpretantur iusti, & ipsi vendicabant sibi, quod non erant de Pharisæis resurrectionem corporis, & animæ credentibus confitentibus, quia angelos, & spiritum Sadducæi iuxta actus Apostolorum omnia negabant. Idem dicit Origenes, & Theophi. Et Beda, & ob hoc licet multę aliæ sectæ essent Iudæorum, quę inter se quantum ad quędam alia differrent, tamen omnes Iudęi diuidebantur in istas duas, quia erant sectę oppositę in fide. De Sadducęis dicunt aliqui, quòd non suscipiunt omnes libros veteris testamenti, sed solos libros Moysi sicut Samaritani.

Tres sectæ Iudæorum religiosorum.

Errores Sadducęorum qui a Pharisæis erāt distincti.

An Sadducæi veniebant ad tentandum Christum, vel bono animo, & quomodo accesserunt ad Christum, cum Pharisæis, cum inter se non conuenirent. Quæst. CXXIIII.

QVAERETVR quare accesserunt Sadducæi ad Christum.

Dicendum, quòd de Pharisæis præcedentibus apparet, quòd tentantes venerint. De Sadducęis autem non dicitur hic, an ad tentandum venerint. Nam neque in modo quęrendi plene apparet, neque etiam ex modo respondendi Christi, quia Pharisęis respondit aspere vocans eos hypocritas, & tentatores, istos autem neque hypocritas neque tentatores vocauit, sed plane eis respondit, & ideo posset satis teneri, quòd animo sciendi venerint, & non tentandi.

Vide infra de hoc q. 142.

Dicendum tamen, quòd communiter tenetur oppositum. Chryso. enim vult, quòd ex præsumptione quadam venerint, & tanta fuerit cęcitas mentis quòd etiam si viderent ante hoc confusos Pharisęos, non erubuerunt ipsi venire, ait enim Confutatis Pharisęorum discipulis, & Herodianis Sadducęi se immittunt, cum tamen ex confusione priorum oporteret eos effici pigriores, sed pręsumptio inuerecundū quid & pertinax, & impossibilia tentans, propter hoc, & Euangelista stupens eorum dementiam hoc ipsum significat, dicens. In illa die accesserūt ad eum, i. non erubuerunt neq; timuerunt statim accedere.

F *Quare Sadducæi cum Pharisæis simul tentabant Christum cum potius deberent Christum adiuuare. Quæst. CXXV.*

SED dicetur, quomodo cum Pharisęi tentassent Christum Sadducęi tentabant illum, quia potius deberent adiuuare. Nam erant multum contrarij Pharisæi, & Sadducęi, & si Pharisęi Christum impugnarent verisimilie erat, quòd Sadducęi fauerent illi, sic enim fuit circa Paulum. Nam cum videret contra se cōcitatum totum populum Iudęorum, in quibus acriores erant Pharisęi putauit non esse aliū modum euadendi, nisi procurare discordiam inter Pharisęos, & Sadducęos, & sic factum est Actu. 23. ca. scilicet Sciens autem Paulus, quòd vna pars esset Sadducęorum, & alia Pharisęorum, exclamauit in consi-
G lio. Viri fratres ego Pharisęus sum filius Pharisęorū de spe, & resurrectione Iudęorum ego iudicor. Et cum hoc dixisset facta est dissensio magna inter Pharisæos, & Sadducæos, & soluta est multitudo, & exurgentes quidam Pharisęorum pugnabant dicentes, nihil mali inuenimus in homine isto, quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus? & ita licet odissent Paulum, qui laudauerat Christum, quia tamen dixit tenere, quod illi tenebant resurrectionem mortuorum contra Sadducęos, dixerunt eum non peccasse, & liberabant illum, ita ergo fieri deberet nunc.

Dici potest vno modo, quòd etiam sic fuit hic aliqualiter. Nam quando Christus confudit Sadducæos ostendens esse resurrectionem contra eorum
H intentionem placuit Pharisęis, & laudauerunt dicta eius. Sic patet Lucę 20. vbi post responsionem Christi ad Sadducęos sequitur, scilicet, respondentes autē quidam scribarum dixerunt, magister bene dixisti, isti tamen Scribę de Pharisæis erant.

Secundo potest dici, & melius, quòd licet asserendo resurrectionem, & probando illam faueret Christus parti Pharisęorum, qui hoc tenebant, tamē non ob hoc adiuuabant Pharisæi Christum contra Sadducęos, neq; Sadducęi contra Pharisęos, sed potius cōueniebant simul ad tentādū Christū. Ratio diuersitatis inter Christū, & Paulum videtur, quia Paulus nō offenderat specialiter Pharisęos, licet. n. introducēdo aliquos Gētiles in tēplū, vt asserebant Iudæi,
I & prædicādo Christum oēs Iudæos offendisset, tñ in speciali nō offenderat Pharisęos, neq; Sadducęos adhuc, & iō quęlibet pars poterat esse pro eo q̃ ipse vellet laudare. Paulus aūt cautè laudauit Pharisæos. s. qa positio illorū vera erat quantū ad hoc, & non Sadducęos, quorū falsa erat assertio, & iō statim Pharisęi cęperūt pro eo pugnare, vt eū liberarēt. De Christo secus erat: nā nō solū offendebat Iudęos in gñali arguēdo oēs malos, sed ēt in spāli arguebat Pharisæos, & Sadducęos. De Pharisęis patet, qa vbiq; vocat eos tētatores, & hypocritas, vt patet supra 15. & supra in lra. & multas alias cōtumelias eis dicit, vt magis apparet sequen. c. Sadducęos quoq; arguit, qa potissima positio
K eorū erat non esse resurrectionē mortuorū, & tñ istā Christus maxime asserebat, & oñdebat, & iō tā Pharisęis q̃ Sadducęis erat occasio impugnādi Christū, & nulli erat motiuū defendēdi eū, & qa istud nō erat nouum, sed multo añ hoc Christus erat solitus dicere multa ꝯ Pharisęos, & resurrectionē asserere ꝯ Sadducęos, tā Pharisęi q̃ Sadducęi añ hoc illū ꝑsequebātur, sed magis Pharisęi, qbus erat maior fauor populi, & intātū erat odiū tā Pharisęorū q̃ Sadducęorū ꝯ Christū, ꝙ nō solū qlibet ꝑ se, sed interdū vtriq; simul veniebāt ad tētādū Christū. Sic patet supra 16. c. s. Et accesserunt ad eū Pharisęi, & Sadducęi tentantes eum, & rogauerūt eum, vt signum de cęlo eis ostenderet. Dicendum etiam putatur nunc, ꝙ Pharisęi, & Sadducęi

ęi nunc conuenerant, vt Christum tentarent, & ꝙ recedentibus Pharisæis accederent Sadducęi, vt si isti non possent saltem illi superarent. Sic dicit Chrysost. Quando recedebant Pharisæi, accedebant Sadducæi forte tali consilio, quia decertabāt quis eum ante deprehendere posset, & si rōne eum superare non possent, saltem per ipsam frequentiam subuerterent sensum eius. Et ita vult Chry. ꝙ in hoc concordabāt Pharisæi, & Sadducæi, ꝙ vtriq; volebāt Christū superare, sed ꝯtendebant qui eorū prius superarent, sed Hiero. potius tenet, ꝙ inter se conuenerāt, vt eū tentarēt, & quidā tentant prius, alij posterius. Ait.n. Pharisæi, & Sadducæi, qui inter se ꝯrij sunt, ad tētandū Iesum pari mēte consentiunt. Origines quoque dicit, ꝙ Sadducæi insidiantes Christo, quęstionē ei de resurrectione proposuerunt. Theoph. quoq; ait, ꝙ accedentes Sadducęi dolose ad Iesum, narrationem quandam inquierunt, per quā ostēderent resurrectionem nō esse, neque factam, neque fiendam.

Quomodo Sadducæi poterant opinari non esse resurrectionem. Quæst. CXXVI.

QVAERETVR cum dicatur hic, ꝙ Sadducęi negabant resurrectionem, qūo poterāt hoc opinari. Dicendum ꝙ primo fuit, quia Diabolus astute induxit eos in hunc errorem, sicut inducit homines in alios errores, per quos pereant, erat aūt maxime iste conueniens ad hoc. Nam nihil est, per quod homines magis alliciantur ad bonū, & caueant mala, q̃ si sciāt, vel credant futurā esse resurrectionē. Et in illo statu accidāt bonis bona magna, malis vero dura supplicia. Si vero auferat̄ ista spes & fides, nihil erit, quod hominem impellat ad bonū, aut a malo distrahat, sed effręnate ibit in omne malum. Sic dicit Chryso. videns.n. Diabolus, quia iustitiam Dei omnino extinguere nō potuit introduxit hęresim Sadducęorum, qui dicerent nō esse resurrectionē mortuorum, quæ res omnino propositū iustitię faciendę frangit. Quis.n. contentus erit aduersus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiceret?

Secundo, quia Sadducęi existentes non magni ingenij, & confidentes nimium cogitationi suę inciderunt in hunc errorē. Videbant.n. corpora mortuorū penitus dissolui, ita vt de carnibus nihil videretur relinqui, quod sensibus subiaceret, iō putabāt impossibilem esse resurrectionem. Sic dicit Grego. Sunt autē nonnulli, qui considerantes, ꝙ spūs a carne soluit̄, & ꝙ caro in putredinē vertitur, quia putredo in puluerē reducitur, & puluis in elementa soluitur, vt nequaquā ab humanis oculis videatur, resurrectionē posse fieri desperant, & dum ossa arida inspiciunt hęc vestiri carnibus, rursumq; ad vitam virescere posse nō cōfidunt, & in hoc sequuntur isti positionem antiquorū Philosophorum, qui resurrectionem non solum fieri non putabant, sed ēt asserentes eam diridebant. Sic patet Act. 17. c. vbi Paulus p̄dicās Athenis in Ariopago cū de resurrectione mortuorū loqueretur diridebāt eū Epicurei vocantes eum seminiuerbium, idest verborum seminatorem, quasi sola verba diceret, & nullā rationem, neque verisimilitudinem afferret.

Praua Antiquorum Philosophorum opi. penes resurrectionem.

Tertio fuit, quia Sadducęi putabant non esse aīas, quæ essent solutę a corpore, sed perirent cum corporibus opinantes esse animas sanguinē, vel substantiā quandā corporeā medullosam.i. cerebrū, vel flatum mollē, vel harmoniā quandā corporis, vel virtutē vegetantem corpus, quæ esset virtus materialis iuxta varias positiones, quas recitat Aristot. ab aliis fuisse assertas 1. de Anim. quidquid aūt istorum eēt non poterat manere resoluto corpore, & tunc impossibile

A erat resurgere quemquā, quia resurrectio est reditio eiusdem, qui prius fuit ad vitam, sed non potest esse idem numero, qui prius fuit, nisi sint eędem partes substantiales, quæ illam rem constituebant prius, sed anima est forma substantialis, ideo si illa non redeat eadem, non erit possibilis resurrectio, & ista est causa quare pecora nō resurgunt, neque resurgere possunt, sicut homines, scilicet quia animę brutorum non possunt manere post mortem ipsorum, animę autem hominum manent post solutionem corporum, & tamen Sadducęi putabant, quòd non manebant animę hominum post corpora, ergo necessario sequebatur ex positione eorum, ꝙ non esset resurrectio.

Quare pecora, & bruta aīalia non resurgunt, sicut hoīes.

B

Quomodo Sadducæi potuerunt credere, quòd animæ non manerent post corpora. Quæst. CXXVII.

QVAERETVR quomodo Sadducęi potuerunt credere, quòd animę non manerent post corpora.

Dicendum, ꝙ istud non putant oēs, nā ꝙ negarēt Sadducęi resurrectionem omnes credūt, quia Christus illud asseruit, vt patet hic, & Mar. 12. & Luc. 20. & Actu. 23. cap. ꝙ tamen negarent manere animas post mortem, non apparet, ita manifeste.

Sed dicendum, ꝙ ēt est cōis positio, ꝙ illi credebāt aīas perire cum corporibus. Sic dicit Origenes. Nō solum carnis resurrectionem negabant, sed & aīę immortalitatem tollebant. Idem ēt dicit Hierony. s. qui resurrectionē corporū non credebant, & aīam putabant interire cum corporibus, recte istius modi fabulā fingunt. s. de septem fratribus. Et idē tenent Beda, & cęteri. Istud quoque vr̄ innui Actu. 23. c. cū dr̄ de Pharisęis, & Sadducęis, ꝙ Sadducęi resurrectionē, & Angelum, & spūm esse non dn̄t: Pharisęi aūt vtraque ꝯfitentur. Et ibi accipi vr̄ pro aīa soluta a corpore cum distinguat̄ ibi spūs ab Angelo. Est verū, ꝙ pōt accipi ibi angelus p angelo bono, q est spūs ad nos datus, & ad nos missus, & ministrat nobis ex mandato Dei ad Heb. 1. c. spūs aūt pro angelis malis.i. dęmonibus. Et ita non ponet̄ ibi quidq̃ de aīa. Sed dicendū vr̄, ꝙ intelligat̄ illud de aīa soluta a corpore, qa Actu. 23. postq̃ dictum fuerat, ꝙ Sadducęi negant resurrectionē, & angelū, & spūm, dr̄ ꝙ quidam Pharisęorū excusantes Paulum, dixerunt: Nihil mali inuenimus in homine isto, quid si spūs locutus est ei, aut angelus? Et nō pōt ibi accipi spiritus pro dęmonę, quia illud ponitur ad excusationem Pauli. s. ꝙ nihil mali inueniebat̄ in eo, & tn̄ si spiritus.i. dęmon loquebatur ei aliquod malū erat in eo, scilicet colloqui dęmonibus, quod erat lege vetitum: Etiam quia dęmones non dicerent, nisi mala, prædicare autem pro veris, ea quę dęmones dixerāt malum erat, ideo oportet intelligi de anima, ꝙ aliqua anima soluta a corpore locuta esset Paulo.

Secundo patet, quia etiam si accipiatur ibi spiritus pro dęmone adhuc debet intelligi, ꝙ Sadducęi ponebant non esse animas aliquas separatas a corporibus. Et ratio accipitur ex fundamento positionis eorū, nā ipsi non ponebant, nisi entia corporalia, spūs autē puros, qui sunt substantię separatę nō ponebant ab eis, & iō angelos, q sunt substantię separatę nō ponebāt, ēt dęmones no ponebāt cū sint substātię immateriales, aīas aūt in corporib⁹ hoīum ponebāt cū hoīes viuere viderent, & tn̄ si separaret̄ aīa a corpore p̄se manēs eēt purus spūs, ergo talē aīam nō ꝯcedebāt, quia si ꝯcederent posse aīam manere, cum esset pars humanę speciei a fortiori possent esse angeli, & dęmones, qui essent substātię separatę s̄m spūm, & nō pertinerent ad aliquod corpus, tanquam partes spēi, & ita etiā non ponebant animas separari posse a corporibus.

poribus. Iosephus autem lib. 2. de bello Iudaico, vbi ponit de tribus sectis Iudeorum, dicit de Sadduceis, ꝙ non ponunt honores, neque penas animarum post mortem, sed an ponant animas manere post corpora, vel non, nullatenus expressit, sed ex comparatione positionis eorum ad positionem Hesenorum, & Pharisæorum colligi manifeste dat, ꝙ illi velint aĩas non manere post mortẽ, cum illi, qui animas manere asserunt, constituant illis delectationum loca, aut penarũ duritiem. Si.n. manerent, necesse erat eas circa bonũ aliquod, vel malum occupari, cum sint spiritus rõnales, quibus repugnat ociositas, quia nihil habent, ꝑ qđ ab operatione impediantur, quia iam sunt infatigabiles postq̃ a materia separatæ sunt. Cum autem quærit quomodo potuerunt credere Sadducæi, ꝙ non manerent aĩæ post corpora, dicẽdum ꝙ hoc procedit ex errore circa substantiam aĩæ: nam qui ponunt sanguinem esse animam, vel cerebrũ, vel harmoniã corporis, aut virtutem materialem vegetantem, vel aliquid sĩe, nõ pñt dicere, ꝙ aĩe maneant post corpora, cum ista sint corporalia, quæ ẽt cũ corporibus corrumpũtur, & siquis poneret animam esse aliquid istorum, & tñ poneret eam manere post corpus, adhuc grauius erraret, cum impossibile esset naturaliter talia incorrupta manere soluto corpore. Sed dicetur vnde prouenit Sadduceis, ꝙ putarent substantiam animæ esse aliquid tale, quod post mortem non maneat? Dicendum, ꝙ prouenit primo ex errore communi aliorũ hoĩum, nam ẽt multi Philosophorũ circa anime substantiam errauerũt, vt colligitur ex 1. de Ani. Et sicut illi false opinati sunt, ita & Sadducæi opinari potuerunt. Secundo accidere potuit ex principio Genesis, nam Gene. 2. c. dr̃ formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vite, sed spiraculum significat flatum, iõ putauerũt, ꝙ aĩa erat flatus quidam, & quia mortuo homine cessat ille flatus putauerunt, ꝙ aĩa perit corpore resoluto. sic enim putauerunt insipientes. Sap. 2. c. dicentes sp̃ũs noster tanquam mollis aer diffundetur, & tñ quod diffundit aer est, iõ putauerunt animam esse aerem, vel fumũ existentem in naribus. eo. c. & hoc conuenit lr̃æ. Gen. 2. c. ſ. spirauit in faciem eius spiraculũ, sed spiraculum faciei in naribus, & ore apparet.

Quomodo Sadducæi potuerunt credere non esse resurrectionem. Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR qũo Sadducei potuerũt credere nõ esse resurrectionem, & qũo poterãt sustineri inter Iudeos cũ talia sentirent. Et videtur difficultas circa primum, quia sacra scriptura ostẽdit futurã resurrectionẽ in multis locis, ideo poterant ipsi scire resurrectionem esse futuram.

Dicendum, ꝙ putabant nõ esse futurã resurrectionẽ, quia anime nõ manebant post corpora, & vbi nõ manet anima nõ potest esse resurrectio, vt dictum est præcedenti quæst. Secundo, quia licet scripturæ hoc dicant illi non intelligebant eas, cũ aliqualiter essent obscure, & ita non arguebant inde resurrectionem. Tertio, quia potius ex sacra scriptura se putabant ipsi habere argumentũ ad ostendendum nõ esse resurrectionem futuram, vt patet, quia contra Christum arguerunt de suscitatione seminis per deductionem ad impossibile, & ita non solum non credebant resurrectionem non esse futuram, sed etiam putabant, quòd ex scriptura tollebatur resurrectio. Quarto fuit hoc, quia isti non legebant illos libros, qui apertius resurrectionem ponunt, in quibusdam enim libris sacræ scripture resurrectio innuitur, sed obscure, sicut in libris Moysi. In aliis autem apertius insinuat, sicut

F Dan. 11. & Ezec. 37. & Iob 19. & in alijs. Istos enim libros non recipiebant Sadducæi, quia illi non recipiebant, nisi quinque libros Moysi, sicut Samaritani, ceteros aũt respuunt. Sic dicit Hieronym. super Matth. Sadducæi quinque tm̃ libros Moysi recipiebant prophetarum vaticinia respuentes, & ideo non erat mirandũ, si ex scripturis illis non colligerent futurã esse resurrectionem, cum etiam nos, quos gratia noui testamẽti amplius illustrauit, fortassis ex talibus scripturis non colligeremus resurrectionem, nisi Christus dixisset ex illis hoc concludi.

Quomodo isti Sadducæi poterant sustineri inter Iudæos cum assererent contra legis veritatem manifeste, & in re maximi præiudicij. Qõ. CXXIX.

G SED quæretur quomodo tolerabantur isti inter Iudæos, cum manifeste asserent contra veritatem legis, & in re maximi præiudicii, quia nihil melius est, & quod magis ad bonum moueat, quã resurrectio, & vita futura in gaudio, vel in pena.

Aliqui dicunt, quòd Sadducei non erant de Iudeis, licet haberent aliquam similitudinem cum Iudeis, & ideo ipsi tantum poterant errare, vt solum reciperẽt quinque libros Moysi, respuentes alios, quos ceteri Iudei recipiebant, & alii Iudæi eos non corripiebant, scilicet quia non erant de gremio eorum, & ita non poterant illos punire pro errore, licet vellent. Sic enim

H erat de Samaritanis, q aliqua similia Iudeis habebant. Non enim erant ipsi de stirpe Iudæorum, sed gentiliũ translati de terra Medorum, & Persarum in terram Iudeorum, qui quinque libros Moysi recipiebant, & legales cæremonias exercebant, sed alios libros non recipiebant, neque erãt sub potestate Iudeorum, sed separati habitabant in ciuitatibus Samariæ, & ibi templum aliud constituerant in monte Garizim præter templum Ierusalem, vt declaratum est late. 3. Re. 17. c. circa finem.

Sed dicendum, ꝙ non stat, nam Sadducei erant Iudei, & de gremio Iudeorum inter eos manentes, & vt boni Iudei reputabantur nihil contra legem agentes, intantum vt sic seipsos Sadduceos, idest iustos nominare auderent, quasi non solum legem seruarent,

I sed etiam omnia ad punctum tenerent. Cum autem dicitur, ꝙ erant segregati, sicut Samaritani non est verum, neque verisimile. Primo, quia Samaritani non erant de stirpe Iudeorũ, sed de gentilibus, qui translati fuerunt per regem Assyriorum in terram Israel, vt colligitur. 4. Reg. 17. c. Sadducæi autem Iudæi erant. Vnde Iosephus. 2. libro de Bello Iudaico ponens tres sectas Iudæorum, dicit fuisse vnam Sadduceorum, & ita ipsi erant de Iudeis secundum originem, & actualem conuersationem.

Secundo, quia Samaritani erãt valde odiosi Iudeis, ita vt Iudei in opprobrium vocarent aliquem Samaritanum. Sic patet Ioannis octauo cap. vbi Iudei dixe-

K runt Christo Samaritanus es tu, & Dæmonium habes, & tamen nemo in improperium Sadducæus vocabatur, cum potius esset nomen laudis, scilicet, quia iusti vocabantur.

Tertio, quia Samaritani non conuersabantur cum Iudeis in cibo, & potu, neque in alijs communionibus, neque de manu illorum cibum, aut potũ recipiebant, sic patet Ioan. 4. c. vbi mulier Samaritana dixit Christo petenti ab ea bibere, scilicet quomodo tu Iudeus cũ sis bibere a me poscis, que sum mulier Samaritana? & sequitur ibi causa. Non. n. couttuntur Iudei Samaritanis, & tamen Iudæi coutebantur Sadduceis cum manerent in vrbe Ierusalem, in qua fuit nũc illa quæstio, ergo non erant, sicut Samaritani separati.

Quarto,

Quarto, quia Samaritani non veniebant ad terram Iudæorum; neque Iudęi in terram Samaritanorum, ſed abſtinebant abinuicem, ſicut a gentilibus. Sic patet, quia quando Chriſtus miſit diſcipulos ad prædicandum per omnes ciuitates Iudęorum, dixit ꝙ non irent ad ciuitates Samaritanorum, & tamen de Sadducæis nihil tale erat, ſed potius ipſi manebant cum Iudęis. Nam nunc in Ieruſalem erant, quando hoc quæſierunt. Etiam conuerſabantur cum Phariſæis, cum aliquando irent cum eis ad tentandum Chriſtum ſupra 16. c. Et etiam Chriſtus non reſponderet eis nunc verbum coram alijs Iudęis, ſi ita ſeparati eſſent, ſicut Samaritani a Iudæis.

Quinto, quia Samaritani, & Iudæi non conueniebant ad orandum in eodem templo, ſed Iudęi habebant templum in Ieruſalem, Samaritani vero in monte Garizim non longe ab vrbe Sichem, de cuius conſtructione dictum eſt. 4. Reg. 17. c. circa finem, & illud templum erat cauſa maximarum inimicitiarũ inter Iudæos, & Samaritanos, dicentibus Iudęis, ꝙ oporteret orari, & fieri cæremonias in templo Ieruſalem: Samaritanis vero dicentibus, ꝙ oporteret orari in templo, quod ipſi habebant in monte Garizim. Io. 4. c. cũ dixit Samaritana ad Chriſtum. Domine video, quia propheta es tu; patres noſtri in hoc monte adorauerunt, & vos dicitis, ꝙ Ieroſolymis eſt locus, vbi oportet adorare. Sadducæi autem in templo Ieruſalẽ adorabant cum aliis Iudæis. Nam nunc in templo erant, quando iſtud a Chriſto petierunt, Chriſtus enim docebat tunc turbas, cum dicatur, ꝙ audita reſponſione hac turbæ miratę ſunt in doctrina eius, & tñ Chriſtus non docebat, niſi in templo, & ſynagogis: Ioan. 18. c. quando aũt erat in Ieruſalem non docebat, niſi in tẽplo Luc. 23. c. & infra 26. quotidie eram vobiſcum in templo docens, & non me tenuiſtis, ergo erat nunc in templo, & ita Sadducæi erant in templo, cum ibi a Chriſto hoc interrogauerint, ſed Samaritani nullatenus intrarent in templum, ergo non erant tales Sadducæi, quales Samaritani, & ideo licet concordarent in hoc, quia ſolos libros Moyſi recipiebant Sadducęi, ſicut Samaritani: nõ erant alieni a populo Iudęorum Sadducęi, ſicut Samaritani, ſed erant pars populi, & habebant Iudęi poteſtatem corripiendi Sadducæos, ſi in aliquo errarent, ſicut quoslibet alios Iudęos, & ſicut nos habemus poteſtatem puniendi, & corripiẽdi quoſcunque hęręticos, qui inter nos ſint.

Dicendum ergo, ꝙ Sadducæi de Iudęis erant, licet errarent circa reſurrectionem, occaſio aũt errandi eis erat id, quod dictum eſt pręce. q. & ſup. q. 127.

Quomodo Phariſæi permittebant talia impunita. ſ. ꝙ Sadducæi errarent tam periculoſo errore contra fidei veritatem. Quæſt. CXXX.

SED manet tunc dubium, quõ Phariſæi permittebant talia impunita. ſ. ꝙ Sadducęi errarent, tã periculoſo errore ꝯ veritatem fidei, potiſſime cũ hoc eẽt ꝯ intentionem eorum, quia ipſi ꝯtrium ſentiebãt. Aliqui dicunt, ꝙ iſta nõ habebant aliquam punitionem inter Iudęos, & ideo licet Sadducæi errarent in hoc manebant impuniti.

Dicendum, ꝙ non ſtat, quia minora peccata puniebantur pęna grauiſſima. ſ. pęna mortis, vt colligere ligna in ſabbato. Nu. 15. c. Etiam blaſphemia quęcũq; morte plectebatur, vt patet Leuit. 24. c. & tamen negare id, quod ſcriptum erat in lege Dei, & dictũ erat per prophetas, erat blaſphemia, quia per hoc mendacem faceremus Spiritum Sanctum, quo dictante oĩa dicta fuerunt, quæ in ſacra ſcriptura expreſſa ſunt. 2. Pet. 1. c. ergo morte plectebatur ſiquis negaret ea, quæ

A ſcripta erant in ſacris libris. Sic erat de reſurrectione, ergo blaſphemus erat, qui negaret reſurrectionem.

Eſt dicendum, ꝙ ſiquis apud Iudęos negaret aliquid eorum, quæ in ſacris libris ſcripta erant, tanquam blaſphemus habebatur, & occidebatur. Et tñ negare reſurrectionem nõ erat apud Iudęos pctm̃, vt ipſi iudicabant eo, ꝙ nõ putabant illam contineri in lege Dei vel in ſacris libris; & ideo nõ habebatur apud eos pro fide, vel ſnĩa, ſed licebat cuilibet opinari, vt vellet, vnde apud illos reſurrectionem futuram eſſe problema neutrum erat, & ita accidit, ꝙ aliqui opinarentur eam futuram, & alij non. Quod patet, quia ponunt poſitiones Phariſęorum, & Sadducęorum de reſurrectione tanquam opiniones ipſorum. Act. 23. c. ſ. ꝙ Sadducæi
B dicunt nõ eſſe reſurrectionem, neque angelum, neq; ſpiritum: Phariſæi aũt vtrunque confitentur. Et nõ dixit ibi litera, ꝙ Phariſęi tenerent veritatem catholicã, & Sadducęi errarent, ſed ambę velut opiniones poſitæ fuerunt: & iſta eſt vera cauſa, quare Sadducæi, qui ſe iuſtos ęſtimabant, & vocabant, tenebant iſtam poſitionem. ſ. quia non putabant eam repugnare legi. Et etiam alii Iudęi non credebant repugnare legi. Nam etiam ſi Phariſęi putarent, ꝙ poſitio Sadducęorum repugnabat legi non permitterent eos impunitos, & tñ quia iſtam rem velut dubiam putabant, nulli qualitercunque opinanti pęnam aliquam inferebant. Itẽ patet hoc ex eo, quod Ioſephus ponit lib. 2. de bello Iudaico, & in lib. Antiquitatum. dicens fuiſſe tres ſe-
C ctas apud Iudæos, & ita poſitiones iſtorum nõ vult eẽ aliquid, quod in lege eſſet, quia illud commune eſſet, ſed ſingulares ipſorum inueſtigationes mõ ſapientiali, & vna eſt Phariſęorum, alia Sadducęorum, ideo licet Phariſæi valde iraſcerentur Sadducęis pro contrarietate poſitionum, & interdũm multum contenderent, non faciebant illos puniri pro hoc errore, quia non poterant conuincere eos errare.

Quomodo tantus error poterat Iudæis accidere, & maxime Phariſæis, quòd de reſurrectione dubitarent, cum ex ſacra ſcriptura clarè pateat. Quæſt. CXXXI.

D SED quæretur quomodo tantus error poterat accidere Iudęis, & potiſſime Phariſęis. Nam Sadducęis non erat tam admirandum, eo ꝙ illi non recipiebant, niſi quinque libros Moyſi, vt dictum eſt ſupra q. 133. ex illis autem non colligitur reſurrectio, niſi multum obſcure, & modo argumentatiuo viribus ingenij, vt ibi dictum eſt: Phariſęi tamen, & cæteri Iudæi recipiebant omnes libros canonis veteris teſtamenti, ex illis autem clare patet reſurrectio Dan. 12. & Ezechi. 37. & Iob 19. & in aliis locis, ideo mirandum eſt, quomodo illi poſſent dubitare circa reſurrectionem.

Aliqui dicunt, ꝙ Phariſęi, & cęteri Iudęi nõ dubitabant circa reſurrectionẽ, ſed tenebant eam, vt certũ
E articulum fidei, & tñ non poterant probare eam contra Sadducęos, quia Sadducęi nõ recipiebãt libros illos, ex quibus clare Phariſęi reſurrectionẽ probarent. Dicendũ, ꝙ hoc nõ ſtat, quia nõ ſolum Phariſęi non poterant conuincere Sadducęos de reſurrectione, ſed ẽt ipſi nõ tenebant hoc tanꝗ fidem, ſed velut opiniones, nã ſi cęteri Iudęi eſſent certi, quòd eſſet reſurrectio, & ꝙ hoc innueret ex ſacra ſcriptura, etiam ſi nõ poſſent conuincere Sadducęos non ſuſtinerent eos, ſed abiicerent illos velut hęreticos a conſortio ſuo, ſi non poſſent punire, aut ſi poſſent punirent eos velut errantes contra legem, ſed neque abijciebant eos, neque puniebant, ideo non iudicabant eos aperte aliquid contra legem Dei ſentire, ſed Phariſęi,

& cæteri Iudæi dubitabant de hoc, licet potius tenerent, ꝙ esset resurrectio, sicut qui circa aliquid opinatur, tenet vnam partem cum formidine alterius. Sed tunc manet dubium, quomodo Pharisæi circa hoc dubitabant, cum scriptura expresse ponat resurrectionem.

Dicendum, ꝙ mouebantur primo propter multiplicitatem expositionis sacræ scripturæ, quia licet satis aperte innuatur, ꝙ erit resurrectio potest tamē calumniari scriptura, vt recipiat aliū sensum, quē multi putant esse verum, licet non sit, & ita circa multa alia ponunt Iudæi aliquos sensus valde erroneos, quibus tamen aliqualiter potest litera distorte saltem applicari. Sic ergo licet ibi aperte, & vere scriptura de resurrectione loquatur, Iudæi accipere poterant de aliqua alia re.

Secundo erat propter cęcitatem, aut paruam intelligentiam Iudæorum illo tempore, in multis enim errabant Iudæi etiam tempore Christi male exponendo, & putabant esse aliqua in sacra scriptura, quæ nō erant, & alia erant in ea quæ putabant ibi non esse, sicut supra quinto cap. dixit Christus. Dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicū tuum, idest Iudæi putabant hoc sibi dictū esse a Deo, & tamen Deus nunquam mandauerat odio haberi inimicum, sed potius benefacere ei, sed ipsi male interpretando putabant hoc esse in lege Dei, sicēt ex lege Dei. i. ex sacris libris colligitur, ꝙ Messias futurus erat Deus, & tñ Iudæi tēpore Christi putabant Messiam suum esse futurum purum hominem, licet valde iustum, & alia multa. Ita ergo licet ex scriptura haberetur futuram esse resurrectionem, ipsi putabāt nō esse futuram, quia non exponebant bene illa loca scripturæ, sed putabant esse quasdam alias suscitationes hominum magis metaphoricè dictas, sicut dicitur, suscitans de terra inopē, quæ non est suscitatio de morte, & tales errores manent hodie apud Iudæos, nā putant, ꝙ Messias purus homo sit, & etiam de resurrectione non habent certam sententiam, sicut neq; Iudæi illius temporis, licet habeant omnes eosdem libros, quos illi habebant, & potius isti certi esse deberent de resurrectione, & circa alias veritates sacrę scripturæ, cum maiori tempore circa sacram scripturam studuerint, & plura commenta viderint, quæ illi non habebant.

Tertio, & pręcipue erat propter nescire dare modum illius resurrectionis, quia si resurrectio futura erat, oportebat sciri an omnes resurgerent, vel pauci, & qua; & qualis esset dispositio resurgentium in corpore, & quid post resurrectionem habituri essent de bono, vel malo, & multa alia. Hæc autem nesciebant Iudęi, quia scriptura veteris testamenti non exprimebat illa, sed ponere resurrectionem non determinatis his, videbatur esse inconueniens, ideo distrahebantur a ponendo resurrectionem. Vnde illi, qui eam ponebant asserebant circa ea multa falsa, & inconueniētia, vt dicit Iosephus lib. 2. de bello Iudaico. s. ꝙ ponebant animas bonorum vltra Oceanum in quodam loco delectabili, animas vero malorum in alio loco inde remoto, vbi omnia incommoda paterentur, & dicit, ꝙ ita Iudęi posuerunt resurrectionem, & gaudia bonorum, & pęnas malorum, sicut sapientes Gręcorum posuerunt loca inferorum, Sisyphos, & Tantalos, & Ixionas, & Titios. Ista autem apud Virgilium in 6. Aeneidos referuntur, & apud Ouidium, & cęteros poetas vulgata sunt, vnde Iosephus non vult apud Iudæos maiorem certitudinem esse de resurrectione & gaudiis bonorum, & pęnis malorum, quam erat de his apud sapientes, & poetas Græcorum. Dicit tamen ibidem inuenta fuisse hæc ad componendum

F mores hominum, vt spe bonorum futurorum, & potissime timore malorum arcerentur a malis, & virtutes colerent, & ideo etiam apud Iudęos non vult Iosephus firmam fuisse positionem de resurrectione, quasi esset ex lege Dei, vnde neque ipse ostendit seillam positionem tenere, quod tamen faceret, si putaret ex lege Dei illā haberi, sed magis credit ingenio humano hoc introductum, & creditum a multis. Et ita licet Pharisæi assererēt resurrectionem, velut rem verisimiliorem, tamen non tenebant, vt firmam sententiam habitam ex sacris libris, & ob hoc non cōdēnabāt Sadducæos, tanquam hæreticos, sed sustinebāt velut opinātes in eo, ĩ quo licebat sic, vel aľr opinari.

Quomodo Sadducæi poterant negare resurrectionem cum illa
G *in facto ostenderetur per mortuos suscitatos.*
Quæst. CXXXII.

QVAERETVR circa pcedentia dato, ꝙ Sadducęi possent negare resurrectionem velut non clare ex scripturis probatam, quomodo poterant negare, quia inferebatur ex eis, qui erant in facto. Primo, quia in veteri testō apparet, ꝙ aliqui suscitati fuerint a mortuis, vt Elias suscitauit filium mulieris Sareptanę. 3. Reg. 17. c. & Eliseus suscitauit filium Sunamitis mulieris. 4. Reg. 4. c. & illum, qui postea in sepulcrum eius proiectus est, qui mox, vt tetigit ossa Elisæi reuixit hō, & stetit supra pedes suos 4. Regum 13. c. Secundo patet, quia Christus
H suscitauerat tres mortuos, scilicet filiā Archisynagogi supra 9. c. & Mar. 5. & filiū viduę in vrbe Naim Luc. 7. & Lazarum in Bethania Io. 12. c. & ista erant notoria, & potissime duo, s. de filio viduę, & de Lazaro, quia coram multo populo vtrunque factum est, vt patet ibidem, & ita non poterant Sadducęi negare resurrectionem, cum omnibus esset nota.

Dicendum ad primum, ꝙ istud faciebat probationem aliquam pro Pharisæis, & aliis Iudæis, qui recipiebant oēs libros sacros, secus de Sadducęis, qui non recipiebant, nisi libros Moysi, prædicta autem hñt in libris Reg. quos illi non recipiebant.

Ad secundum pōt dici vno mō, ꝙ tam Pharisæis, quam Sadducęis erant notę suscitationes mortuorū,
I quas Christus faciebat, & tñ adhuc manebat dubium de resurrectione, quia non negabant Sadducæi resurrectionem mortuorum, qua aliqui mortui specialiter suscitantur ad vitam mortalem, sed negabant illā resurrectionem, quę generalis asserebatur, in qua hoīes resurgerent ad immortalem vitam, suscitationes aũt, quas Christus faciebat, erant particulares, s. aliquorū hoīum, & erant ad vitam mortalem, quia illi suscitabantur, & cum viuerent temporibus suis, moriebantur rursus, sicut cęteri, qui non fuerant suscitati, & ita licet Sadducæi concederent suscitationes factas a Christo, dubitabant adhuc de resurrectione mortuorū, & tunc etiam si concederent id, quod erat in lib. Regū, non erat inconueniens.

K Secundo potest dici, ꝙ Sadducæi negabant omnē resurrectionem, eo ꝙ ponebant perpetuitatem animarum, & non dabant esse aliquem spiritum separatum a corpore, cum negarent angelum, & spiritum. Act. 23. c. immo dicendum, ꝙ necessario sequebatur ex positione Sadducęorum nullam esse resurrectionem. s. neque particularē, qua aliquis resurgat postea moriturus, neque generalem, qua resurgat quilibet nunquam moriturus, quia resurrectio est reunio aīæ ad corpus. Et tñ Sadducæi ponebāt non manere corporibus solutis animas ipsas, sed perire cum eis, vt dictum est supra 127. q. ergo neque temporalem resurrectionem concedebant.

Sed tunc dici poterit vno modo, ꝙ Sadducęi negabant etiam Christum suscitasse aliquos mortuos, ꝗa licet factum fuisset non viderant illud ipsi, & ita illud negare possent.

Sed istud non esset satis conueniens, quia impudẽtię magnę est nagare, quod sciunt cęteri, etiã si is, qui negabant illud ignoret, sed manifestum est, ꝙ plurimi Iudęorum viderant Christum suscitantem filium viduę in Naim Luc. 7. & Lazarum in Bethania Ioan. 11. & 12. c. iõ confunderẽtur Sadducęi ista negantes. Secundo, & melius poterant dicere, ꝙ istę quas Christus faciebat non erant verę suscitationes, quia non redibant idem homines numero. Vnde hoïes erant isti, quos Christus faciebat redire per operationẽ suã, sed non erant resurgentes, quia nõ erant illi, qui prius fuerant cum non redirent eędem animæ, sed formabantur aliæ virtutes materiales, quibus possent corpora vegetari, & videbantur esse idem homines, ꝓpter similitudinem lineamentorum.

An Sadducæi negarent resurrectionem vniuersalem, vel particularem, vel vtranque. Quæst. CXXXIII.

SED quæretur cum possit intelligi Sadducæos negare vtranque resurrectionem, de qua dicitur hic. Dicendum, ꝙ ex suppositione Sadducæorum negantium animas manere post corpora vtraque resurrectio debet negari, & etiam litera quæstionis, & responsionis pręsentis potest applicari aliquo modo ad negandum vtranque resurrectionem, & tamẽ magis videtur consonare, quòd de sola resurrectione generali ad vitam immortalem intelligatur, & saltem, ꝙ de hac esset discordia inter Pharisęos, & Sadducæos.

Primo apparet ex modo quærendi Sadducęorum nam proposito casu de septem fratribus, & vna vxore eorum per successionẽ quærunt, cuius erit vxor mulier illa in resurrectione. i. in statu resurgentium, & ita præsupponunt ex dictis Christi, vel Pharisæorum futuram resurrectionem, in qua omnes tam viri, quam fœminæ resurgant. & tunc resurgentibus septem viris, & vxore videbatur manere dubium cuius futura erat vxor.

Secundo patet, quia si de resurrectione particulari loquerentur, licet suscitaretur mulier, forte nõ suscitarentur fratres, qui fuerant viri illius, & ita non esset difficultas circa ꝯiugium, sed posset ipsa trãsire ad alia vota. Vel dato, ꝙ aliquis illorum suscitaretur non statim suscitarentur oẽs, & iõ non staret dubium de omnibus, sicut posuerunt casum Sadducęi, ergo oportet ꝙ ipsi locuti fuerint de resurrectione generali.

Tertio apparet, & efficacius ex responsione Christi, nam dixit eis: Erratis nescientes scripturas, in resurrectione enim neque nubent neque nubẽtur, sed sunt, sicut angeli Dei. s. viuentes spiritualiter, & tamen in resurrectione ista, qua suscitantur aliqui particulariter nubunt homines, & nubentur, & non sunt, sicut angeli Dei, sed manducant, & bibunt, & postea moriuntur, ergo Christus respondit de generali resurrectione, in qua sunt, sicut angeli Dei.

Quarto patet, quia si de resurrectione particulari loquerẽt Sadducæi, non indigeret Chr̃s aliqua probatione ex scripturis, sed suscitaret corã eis mortuũ aliquem, & esset probatio apertior, & tñ nõ fecit, sed induxit scripturas in probationem, ergo non q̃rebãt de particulari resurrectione, sed de generali.

Quinto patet, quia si inter Pharisęos, & Sadducęos contenderetur super resurrectione particulari, licet Sadducæi non scirent aliquos fuisse suscitatos a mortuis, tamen Pharisæi sciebant hoc, quia constabat eis

A de illis, quos Elias, & Elisæus suscitauerunt, cum ipsi haberent illos libros, & ideo nõ haberent istam rem velut dubiam, & opinabilem, sed certã, & Sadducæos negantes hoc abiicerent velut hęreticos, & tamen manebat semper istud dubium inter eos, non solum post illos libros, ex quibus probabatur suscitatio mortuorum, sed etiam post resurrectionem Christi, qui dum inter homines maneret suscitauerat tres mortuos, de quibus notum erat eo tempore apud Iudęos, cum tempore Pauli fuerit facta contentio inter Pharisæos, & Sadducęos subintroducta ista quæstione, q̃ adhuc tunc durabat Act. 13. c. ergo non erat contentio super resurrectione aliquorum, sed super suscitatione generali. Sexto patet ex eis, quæ ponit Iosephus

B lib. 2. de bello Iudaico, circa sectas Iudęorũ, & in lib. Antiq. Nam ipse refert suscitationes mortuorum factas per Eliam, & Elisęum, & h̃et eas pro certissimis, tanquam ex sacris libris collectis, sed de generali resurrectione, & de statu animarum post mortem nihil asserit, sed ponit velut opiniones sapientum diuersorum ad similitudinem Gręcorum poetarum. Vñ ex modo suo loquendi non multum stat Iosephus in illis, sed potius vult subintroducta hęc esse per ingenium ad componendos mores hominum.

Quare potius Sadducæi negabant resurrectionem generalem, quam particularem. Quæst. CXXXIIII.

C QVAERETVR quare potius Sadducęi negabant resurrectionem generalem, & quærebant de illa, quam negabant resurrectionem particularem, cum videatur vtraque pertinere ad potentiam ęqualem effectiuam.

Dicendum, ꝙ considerato fundamento eorũ vtraque resurrectio negatur, cum dicant aĩam non manere resoluto corpore, & tamen resurrectio non est, nisi aĩa corpori reuniatur, & tamen ipsi magis dubitabãt de generali resurrectione, quã de particulari, quia credebant particularem fieri posse aliquo mõ, licet nõ vere, generalem autem nullo modo: etiam multas difficultates esse putabant in generali resurrectione, quas non videbunt in particulari, & ideo licet vnam concederent, vel non negarent, alteram negabant.

D Primo, quia videtur eis minor potentia requiri ad resurrectionem particularem, quam ad generalem. Nam in particulari putant, quòd propter dispositionem materię facilius est ibi gigni animam, quę sit aliqua virtus materialis, quam in generali. Nam cum suscitatur particulariter aliquis parum post mortem suscitatur, quando nondum est corpus multum alienatum a conditione naturali, sicut in puella filia Archisynagogi a Christo suscitata, & in filio viduę suscitato in Naim, & ideo Iudęi putabant, ꝙ Christus non poterat suscitare Lazarum, licet iã suscitauerat alios duos mortuos, eo ꝙ erat corpus eius multum alienatum a naturali conditione. Nam dixit Martha soror

E Lazari. Dñe iam fętet, nam quatriduanus est. Et hoc dixit ex infidelitate, quasi ex hoc, ꝙ erat quatriduanꝰ non posset suscitare. Quod patet, quia dixit Christus statim nonne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei? Io. 11. a fortiori ergo, quando tp̃e resurrectionis corpora non solum sunt elongata a naturali conditione, sed etiam penitus dissoluta, ideo illam resurrectionem non putabant posse fieri. Secundo, quia quædam corpora non solum a naturali dispositione sunt alienata, sed ẽt materia eorũ vr̃ deficere, cũ nõ maneat aliquid, qđ sensui subiaceat, & istud turbat multũ populares, & simplices, & hoc putabãt Sadducæi afferre nimiã difficultatẽ, sic dicit Grego. sunt aũt non nulli, qui considerantes, ꝙ spiritus a carne soluit.

ꝙ caro in putredinem vertitur, ꝙ puluis in elementa soluitur, vt nequaquam ab humanis ẽt oculis videretur, resurrectionem fieri posse desperant, & dum ossa arida inspiciũt, hęc vestiri carnibus rursumque ad vitam virescere posse diffidunt, hęc autem non accidũt circa particularẽ resurrectionẽ in qua nihil istorũ factum est. Tertio pp ꝯditionẽ resurgentiũ, quia in ista particulari resurrectione, qui resurgunt, sunt ſm cõditionem nostram passibiles, & iterum morituri. Qui vero secundo resurgent, ponũtur futuri immortales, quod est supra conditionem hoĩum, & ita magis est mirandum ibi de immortalitate, q̃ de resurrectione, & hoc valde turbabat Sadduceos, vt istã resurrectionem negarent, & iõ dato, ꝙ futura esset non poterant intelligere, ꝙ hoĩes aliter se haberẽt, q̃ nunc. Quarto, quia videbatur eis, ꝙ repugnabat sacrę Scripturę, vt patet ex argu. quod contra Christum induxerunt, & putabant ipsi, ꝙ illud concluderet, quia aliàs non dixissent illud. Nam credebant, ꝙ repugnabat legi de suscitatione seminis, ergo nõ credebãt, ꝙ futura erat, & alia similia erant, quæ difficiliorem reddebant vnã resurrectionem, quam aliam.

Quomodo Sadducæis erat aliquod motiuum ad bonum faciendum, cum negarent resurrectionem, & animæ immortalitatem. Quæst. CXXXV.

QVAERETVR cum Sadducęi nõ haberent spem de resurrectione, qũo erat eis motiuũ aliquod ad faciẽdũ bonũ, quia nullũ vr̃ superesse ablata spe resurrectionis mortuorũ. Sic dicit Chry. videns diabolus, ꝙ iustitiam Dei omnino extinguere nõ potuit, introduxit hęresim Sadducæorum, q̃ dicerẽt nõ esse resurrectionem mortuorum, quæ res omnino propositum faciendę iustitię frangit. Quis.n. contẽtus erit aduersum seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiceret. Idem ẽt apostolus 1. Corin. 15. c. ostendit dicens, ꝙ si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi quid inde prodest, si mortui non resurgunt? quasi dicat inutilis fuit ille labor, si mortui nõ resurgunt. Et iterũ dicit, ꝙ si mortui non resurgunt, & in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus oĩbus hoĩbus.

Dicendum, ꝙ nihil est, quod magis a malo arceat, & ad bonum inducat, quam spes de immortalitate, & resurrectione mortuorum, in qua perpetuis fruentur gaudijs, qui boni fuerint, & ęternis adigentur cruciatibus, qui fuerint mali. Vnde etiam gentiles, qui de resurrectione nihil per certitudinem scire poterãt finxerunt futuram esse quietem animarum repositam bonis, prauis vero tormenta. Et licet hoc non putarẽt verum, fingebant illud pro vero asserentes, vt Tullius ponit in lib. de Somnio scipionis, & Virg. & plurimi poetarum. Hoc aũt nõ fuit introductum ab illis, quasi sic fore crederent, sed ad reformãdos mores hoĩum, vt timore pęnarum futurarum a malo cauerent, & sic inciperent virtutes colere, quod eos bonos ciues efficeret. Sic dicit Iosephus 2. li. de Bello Iudaico, hoc introductum esse a sapientibus Gręcorum pp causam prædictam. Et idem sensit Pythagoras Philosophus, vt refert Ouidius 15. lib. Metamorpho. introductum esse hoc ad incutiendum hominibus timorem per poetas, scilicet.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis.
Quid Styga, quid amnes, quid numina vana timetis?
Materiem vatum, & falsi pericula mundi?

Et tñ isti putantes se falsa dicere, verum dixerunt ponentes immortales aĩas, & gaudiũ, & pęnas post mortẽ. Pythagoras vero, qui eos corrigere putauit asserẽs non esse statũ talẽ aĩarum post mortẽ, sed aĩam solutã

F de vno corpore statim intrare in aliud, valde errauit. Nũc vero cũ cognita est veritas de resurrectione, & certa est retributio futura pro bonis & malis, est fortius motiuum ad bonũ, q̃ aliqñ fuerit. Sed de Sadducęis dicendum, ꝙ licet non sperarent resurrectionẽ habebant motiuum ad bonum, & ad cauendũ malũ spe boni præsentis, & timore mali pręsentis, licet nihil post mortem esse putarent: credebant Deum esse potentem facere bonum hic homini, & ẽt inferre mala quęcunque vellet. Ille aũt vtraque in lege expresserat, s. ꝙ qñ seruarent legem abundarent oĩbus bonis, & nullo malo afficerentur, cum vero derelinquerent illam, oĩa mala inuenirent eos: Leui. 26. & Deut. 28. & 29. Dicendum tñ, ꝙ istud motiuum est paruũ, multi.n. sunt, qui si scirent nulla bona, aut mala
G relinqui post mortem, non cessarent persequi quodcunque delectabile eis, & potissime circa quædam, ad quę valde afficiuntur contemnentes quæcunque mala eis ob hoc hic accidere poterant, & quæcũque bona habituri erant abstinerent ab illis malis, sed immortalitas, & ęternitas pęnarum nemo est, quem nõ exterreant, si aliquid recte sentit. Cum aũt obijcitur de dicto Chry. dicendum, ꝙ illud intelligitur de fortibus tentationibus, resistendo concupiscentijs suis. Nam circa talia forte nemo, aut pauci cohibere vellent per totam vitam oẽs voluptates suas, vt cõsequerentur aliqua bona in vita, vel euitarent mala, quæ eis inferri possent in vita, secus est de operationibus exterioribus, quas exercendo non frangimus aĩum,
H neque concupiscentijs repugnamus, & ita erant obseruantię cęremoniales veteris legis. Tales aũt non erat difficile obseruare spe bonorum terrę, q̃ Deus se daturum promittebat Isa. 1. Si audieritis, & in mandatis meis ambulaueritis, bona terrę comeditis. Ad ſm, quod dr̃ de auctoritate Apostoli, dicendum ꝙ intelligitur de toleratione maximorum malorũ vsque ad ipsam mortem. Nam cum Apostolus pugnauit cũ bestias Ephesi morti erat expositus. Etiam dum dicit, ꝙ si in hac vita tantum speramus in Christo, & nõ est resurrectio mortuorum, miserabiliores sumus oĩbus hoĩbus, s. quia nulla bona conferri poterant in hac vita, quę ęqualerent malis, quæ Christiani pro Christo patiebãtur. s. mille modos mortis, sicut ibi dixit Apo-
I stolus: Quotidie morior fratres pp gloriam vestrã, & iõ non poterat esse aliquid, quod ad ista moueret, nisi spes de bonis in resurrectione mortuorum, quia illa sunt maiora, q̃ mala, quę hic patimur ad Ro. 8. nõ sunt condignę passiones huius tpis ad futuram gloriã, quę reuelabitur in nobis. Et ita licet ad obseruationẽ legis veteris poterant mouere bona, & mala, quæ in pñti erãt, tñ ad obseruationem legis nouę, in qua expresse cohibentur passiones animi, & exponit se hõ multis difficultatibus, non sufficiebant bona pręsentia, sed sola spes de resurrectione poterat mouere.

Quomodo Sadducæi errare tantum poterant, vt dicerent non esse Angelos, nec spiritus. Quæst. CXXXVI.

K QVAERETVR quõ poterant in hoc errare tantũ, vt dicerent non esse Angelos neq; spũm, cũ in sacra Scriptura sępe fiat mẽtio de Angelo & spũ. Aliq dñt, ꝙ hoc accidit, q̃a Sadducęi nõ recipiebant oẽs libros veteris testi, sed solos libros Moysi, & q̃a in alijs hr̃ de Angelis, & spiritib⁹, nesciebãt ipsi esse Angelũ, & spũm. Sed dicendũ, ꝙ non stat, q̃a ẽt in libris Moysi de his habem⁹ sępe. Patet Gen. 16. de Angelo, q̃ apparuit Agar apud puteum, & Gen. 18. de tribus Angelis Abrahę Gen. 19. c. de duob⁹ Angelis eũtib. Sodomã, & Gen. 21. de Angelo, q̃ oñdit puteũ Agar, & 22. c. de Angelo, q̃ dixit Abrahę ne ĩmolaret Isaac, & 24. c. de Angelo,

Angelo, qui comitaretur Eliezer ad accipiẽdã vxorẽ p Isaac, & in multis alijs locis librorum Moysi. Idem etiam de spiritu. Nã Gene. 6. dicitur, non permanebit spiritus meus in homine, & Gene. 7. dr̃, ex omni carne, in qua erat spiritus vitę, & Gene. 8. adduxit spiritũ super terram, & Gene. 1. spiritus domini ferebatur, & Num. 11. c. auferam de spiritu tuo, & Nume. 14. seruũ meum Caleb, qui plenus alio spiritu. A

Dicendum, quòd adhuc his stantibus non credebant Sadducęi esse Angelos, licet reciperent istos libros, & dicẽdũ de Angelis, ꝙ Angeli proprie sumpti eo mõ, quo Sadducęi negabãt eos esse, sunt substãtię spirituales purę, & quia intentio Sadduceorũ esset, ꝙ nihil esset prętcr corpora non credebãt aliquẽ spũm, qui esset a corpore pure ablatus, sed vel esset corpus, vel virtus corporis. Angelos aũt, quos in scriptura legebant putabãt fortassis esse homines a Deo missos, & alijs hominibus incognitos. Et hic error potest accidere ex significatione nominis, quia Angelus apud Gręcos idẽ est, quod nuncius, & apud Hebręos Malach idem significat, ideo quilibet hõ à Deo missus poterat vocari Angelus, idest Nũcius eius, & tales Angelos concedent Sadducęi, sed nõ Angelos, qui sunt puri spiritus. B

Angelus Gręcè, Malach Hebraicè, latine Nuncius.

Secundo potest dici quantum ad hoc, ꝙ accipiant Angeli non pro hominibus, neque pro puris spiritibus, sed pro substãtijs quibusdam corporalibus rõnalibus habẽtibus corpora subtiliora, q̃ sint corpora nostra. Et ad hoc mouet, s. quia, qñ de Angelis fit mẽtio in scriptura illi apparebant in corporibus, vel exercebant res corporales, sicut Angelus, quẽ vidit Agar, qa dr̃, ꝙ vidit posteriora eius, & tres Angeli, qui manducauerunt cum Abraham Gene. 18. c. & duo Angeli, qui intrauerunt Sodomã, & putauerũt ciues illos esse viros, & illi manducauerunt cũ Loth Gene. 19. c. & Angelus, qui luctabatur cũ Iacob Gen. 32. c. & ita de alijs, iõ non putabant Angelos esse spiritus puros. Et hoc satis est verisimile, quia ẽt Philosophi aliq putauerũt, sicut Apuleius Platonicus esse Angelos animalia corpore aerea mẽte rationalia. A fortiori ergo Sadducęi, qui grossiores erant hoc putare potuerunt, & tales Angelos dicerẽt scripturã accepisse, sed non aliquos, qui sint puri spiritus. De spiritu dicendũ, ꝙ facilius erat eis negare illum, quã negare Angelos qũocũque accipiant spũs. Põt. n. accipi spiritus pro dæmone, q est spiritus nõ alligatus corpori, & ita est purus, & non est Angelus, iõ distinguit Angelus a dęmone, quia Angeli soli boni sunt, cum Angelus sit nomen officij, & boni sunt, quia a Deo mittuntur. C D

Alio modo accipitur pro omni substaatia immateriali, & ita aĩa separata vocat̃ spiritus. Vtroque mõ vocant Sadducęi spũm, quia ipsi non cõcedunt, aliq̃ substantiam spiritualem pure a corpore ablatam, & ita siue sit dæmon, siue anima separata nõ differt quantũ ad eos. Raro. n. de his, siue de dęmonibus, siue de aĩabus separatis habet̃ in libris sacrę Scripturę, & potissime in libris Moysi, nam in alijs aliquid habetur.

Cum aũt obijcit̃, ꝙ in libris Moysi ponit̃ de spiritu. Dicendum, ꝙ neque accipit̃ pro Dęmone, neque pro aĩa separata. Nam Gene. 1. cum dr̃: Spiritus domini ferebat super aquas, accipitur pro vento misso à dño, vt ibi expositum fuit, & Gene. 8. cũ dr̃. Adduxit spiritum super terrã: Intelligit̃ de vento cũ dicatur, ꝙ adduxit illum super terram, & imminutę sunt aquę. Et ita flatus ventorum erat, qui siccabat terrã, & Gene. 7. accipitur pro anima, sed non pro anima separata, sed convincta cũ dicatur ex omni carne, in qua erat spiritus vitę, & talem animam non dicunt Sadducęi esse spiritum, idest substantiam pure spiritualem, sed spiritũ, idest spiraculum, vel flatum carnis, quem habet quan- E

A diu viuit. Cum autem dicitur Numeri 11. de spiritu, accipitur pro inspiratione diuina ad prophetandum, & talis spiritus non est aliqua substantia per se, sed accidens perficiens intellectũ hominis inspirati a Deo. Et ita etiam accipitur Numeri 14. spiritus pro inspiratione, vel motu animi ad aliquid agendum, vel cauẽdum, & non est substantia aliqua spiritualis. Et ideo dicendum, quòd existentibus libris Moysi poterant bene negare Pharisęi spiritus, quia ibi non habentur: Angelos ẽt negabant, sed hoc non ita conuenienter.

Quomodo Sadducæi recipiebant solos quinque libros Moysi, & non alios. Quæst. CXXXVII.

B QVAERETVR quõo Sadducęi recipiebant solos quinque libros Moysi, & non alios, quia tempore Sadducæorum, quando Christus erat, omnes libri veteris testamenti erant, qui sunt nunc in canone, quomodo ergo alij Iudęi patiebantur eos inter se viuere, cum non reciperent alios libros sacros, quos ipsi recipiebant, quia hoc videbatur esse plusquam hęresis, velut siquis nunc reciperet euangelia, & non Epistolas Pauli, neque alios libros noui testamenti.

Aliqui dicunt, ꝙ erat de Sadducæis, sicut de Samaritanis, illi enim recipiebant quinque libros Moysi, & nullos alios.

C Dicendum, quòd non potest esse simile, nam Samaritani non erant de populo Iudęorum ex origine, sed gentiles, & non commorabantur in eodem, cum Iudæis, sed separati, & multę alię differentię erant eorum a Iudæis; & nihil tale erat de Sadducęis, vt ostensum est supra, & ideo non erat mirandum, ꝙ Samaritani non reciperent plures libros, sed potius erat mirandum, quomodo illos quinque recipere volebant. Sadducęi autem erant Iudęi, ideo de illis erat mirandum, quomodo non reciperent omnes, quos Iudæi recipiebant. In q. 129.

D Secundo, quia eo tempore, quo Samaritani cęperunt colere Deum Israel, non videbantur esse alij libri conscripti apud Iudæos, qui sacri reputarent̃, aut non erant multũ publicati, cũ ipsi fuerint conuersi ad hũc cultũ tp̃e regis Ezechię, vt colligitur 4. Re. 17. c. & tũc neque erant scripti libri Regum, neque alij prophetales posteriores, & ita ẽt si vellent nõ poterãt accipere a principio suę conuersionis oẽs libros sacros, quia tunc nõ erant. Causa aũt quare post conuersionẽ suã non receperunt alios libros, qui apud Iudęos cęperũt esse sacri, fuit prima, quia Samaritani cęperunt totam suam eruditionem ab illo sacerdote, qui missus est de captiuitate ad eos erudiendum, manendo cum eis 4. Regum 17. Ille autem non dedit eis alios libros, nisi quinque libros Moysi, cum tunc nulli alij essent. Postea autem quidquid adueniret inter Iudæos, & putaretur sacrum, non putarent Samaritani pertinere ad sanam doctrinam, quia institutor, & fundator vitę, & cultus eorum non dederat eis alia, & ideo non introducerent alios libros, nisi quos acceperant a principio. Quare Samaritani solos quinque libros Moysi receperunt.

E Secundo, quia Samaritani erant hostes Iudęorũ, & dicebant Iudęi Samaritanos esse alienos a Deo: Samaritani autem e contrario dicebant. Et siquis peccaret apud Iudæos circa cęremonias colendi Deum fugiebat ad Samaritanos, & apud eos tenebat̃, vt amicus, in quo valde offendebantur Iudæi, vt dicit Iosephus lib. 11. Antiquitatum. Et satis apparet ista contẽtio Io. 4. cum dicitur, ꝙ Iudęi non coutuntur Samaritanis, ita vt neque de manu eorum aquã recipiant, aut aliquid ad cibum. Etiam contendebant super locum orandi dicentibus Iudæis adorandum esse in templo Ierusalem; Samaritanis autẽ dicentibus adorandum

esse in templo, quod est in monte Garizim. Io.4. & iō existentibus odijs, & contentionibus mutuis, si quos libros inciperent Iudęi de nouo, tāquam sacros venerari non solum non reciperent illos Samaritani, sed etiam detestarentur illos, atque contemnerent, ideo nūquam receperunt, nisi quinque libros Moysi quos à principio eruditionis suę habuerunt.

Sed causa quare a principio sacerdos, qui introduxit cultum Samaritanorum nō dedit eis plures libros sacros fuit prima, quia eo tempore non erant oēs libri sacri, qui postea fuerunt, & iō ēt si vellet nō posset tradere eis libros oēs, sed dedit illos quinque, qui tūc erant. Sed obijcietur, ꝙ erant plures, quia tēpore regis Ezechię facta est eruditio Samaritanorum, & tunc poterant esse alij libri, scilicet libri Samuelis, & liber Iosue, & Iudicum, & Ruth, & liber Isaię, quia omnia hęc pręcesserant.

Dicendum, ꝙ iste sacerdos, qui erudiuit Samaritanos non erat de regno Iuda, sed regno Israel, quia erat de capitiuis translatis in terram Assyriorum 4. Re. 17. & illi sacerdotes cum populo eorum Israel erāt idolatrę ex tempore, quo diuisum est regnū sub Roboā filio Salomonis, & iō non haberent illi aliquos libros, nisi illos, qui fuerant ante diuisionem regni, qui esse poterant liber Iosue, Iudicum, & Ruth, & duo libri Regum. Et tñ quidā putant istos nondum fuisse scriptos, sed postea per Isaiam, vel Ieremiam, aut aliquē de prophetis scriptos esse, & ita sacerdos ille non poterat eos tradere Samaritanis. Secunda causa quantū ad vtrunque, & quæ est præcipua fuit, quia ēt si tempore sacerdotis illius, qui erudiuit Samaritanos essent oēs libri sacri Iudæorum non traderet eis, nisi quinq; libros Moysi. Et est ratio, s. quia ad hoc ille datus est. Causa. n. huius instructionis fuit, quia translatis Israelitis de terra sua, s. de vrbibus Samarię transtulit rex Assyriorum gentiles de diuersis regionibus ad populandum regionē illam, qui tenebant ritus suos gentiles, & non colebāt Deum Israel, pp quod Deus misit leones ꝯ eos, & lacerabant illos, & intellexerunt gentes ob hanc causam euenire. Vñ dr̄ 4. Reg. 17. ꝙ ita nūciauerunt regi Assyriorum, s. Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terrę, & immisit in eos dñs leones, & interficiunt eos, eo ꝙ ignorent ritum Dei terrę. Et sequitur; Præcepit rex Assyriorum dicens: Ducite illuc vnum de sacerdotibus, quos inde captiuos duxistis, vt vadat, & habitet cū eis, & doceat eos, qūo colāt dñm, & ita non debebat docere eos, nisi ritum colendi, sed cęremonię totius diuini cultus continentur in libris Moysi, iō sacerdos ille non reliquit eis, nisi quinque libros Moysi, & ita ēt si oēs alij libri sacri tunc essent, nō dedisset eis sacerdos, nisi libros Moysi, & tñ illi nō receperunt postea alios pp causas supra positas, iō nō hñt Samaritani, nisi libros quinque Moysi. De Sadducęis aūt longe aliter est, quia non erant diuersi, neque separati a Iudęis, sed ipsi Iudæi erant, & semper fuerunt Iudæi, & inter Iudæos conuersati. Et ideo nō videbatur aliqua causa, quare non reciperent eosdem libros, quos alij Iudæi recipiebant.

Sed dicendum, ꝙ ideo non recipiebant Sadducæi, nisi libros Moysi, quia ita erat apud Iudæos de libris sacris, sicut de resurrectione. Nam quia resurrectio nō tenebatur ab eis, vt certus articulus licebat eis opinari circa illam, & quidam dicebant futuram resurrectionem, alij vero illam negabant, & vtrique quieti manebant inter Iudæos, ita & circa libros. Non enim erat librorum numerus determinatus, quos sub necessitate in auctoritatem teneri oporteret, & ideo licebat tenere quosdam non tenendo alios, & non reputabatur apud Iudæos blasphemia, neque hæresis,

F De libris Moysi secus erat, quia ibi continebatur tota lex, quam obseruare debebant, & non obseruando illam non erant veri Iudæi, ideo omnes tenebantur ad illam, & putabant se teneri.

Canon tamē sacrorum librorum, ita institutus est, scilicet ꝙ ab antiquo fuerūt in sacris locis seruati quidam libri à prophetis conscripti, quorum auctoritas erat irrefragabilis, & omnes illi constituerunt vnum canonem. Omnes enim libri sacrę Scripturę prophetice scripti sunt, scilicet Spiritu Sancto dictante 2. Pe. 1. c. prophetę autem mentiri non possunt scribēdo, quia Spiritus Sanctus per eos loquebat̄, & iō sequit̄, ꝙ quidquid prophetę scripserunt necesse est esse verū.

Canon librorū veteris testa. quomodo institutus est.

G Ad hoc aūt, ꝙ sciretur vere an ꝓphetę scripserint, vel quisquā de sensu suo aliquid addiderit, oportebat sic libros custodiri ab origine, vt certum esset, ꝙ nemo eis aliquid addidisset, aut subtraxisset, & ita reseruati fuerunt aliqui libri in templo in locis reconditis, per quos veritas aliorum poterat probari, vel corruptio, & illi, vt authentici ab omnibus Iudæis doctissimis accepti sunt. Hunc modum faciendi canonē habuerunt Iudæi ex eo, ꝙ mandauit Deus Deuter. 31. c. s. ꝙ scriberetur Deuteronomium legis, & poneretur in latere arcæ, & custodiretur cum arca intra sancta Sāctorum, & quolibet septennio, s. in anno remissionis congregato toto populo legeretur corā eis ille liber,

H qui de latere arcę tolleretur, & hoc, vt non posset illū quisquā vitiare addendo, vel subtrahendo, sed manere, sicut a principio fuerat. Sic ēt patet Deuter. 17. vbi Deus iussit, ꝙ cum rex sederet in solio regni statim faceret sibi describi Deuteronomiū legis cuius exēplar acciperet a Leuitis, scilicet ne acciperet ab alijs, apud quos esset vitiatus liber, & hoc, quia Leuitæ habebant librum Deuteronomij, qui erat in latere arcę. Illi ergo libri, qui apud Iudæos in sacrario templi reseruati fuerūt a principio, quorum veritas certa erat, assumpti sunt in canonem. i. vt regulariter haberent, & approbarent̄ ab eis, quia canon regulam significat. Quod autem generaliter, & regulariter habetur, canonicum vocatur.

I Horū autem librorum viginti, & duo soli apud Iudæos inuēti sunt, iō viginti, & duo faciūt apud eos canonē sacrarū scripturarū, quem canonem describit Hierony. in prologo Galeato, qui incipit viginti, & duas literas, & est super libris Regum distinguens illos in legem, & prophetales, & agiographa, quinque legales, octo prophetales, nouem agiographos, quorum omnium nomina ibi ponuntur, & dicuntur isti esse in canone, vt quidquid extra hos inuenerimus sciamus inter apocripha cōputari, vt ibi dicit Hiero. Alij ponunt esse viginti, & quatuor libros canonis. s. addentes Ruth, & Cantica canticorū, quos per se cōputant, sed qūocunque cōputarentur illi soli noīati ptinebant ad canonē scripturarū inter Iudęos, & illos eosdem libros vocant nunc canonē suū. Ecclesia aūt

K hos eosdem in canone recepit, sed vltra hos alios habet. s. libros duos Machabęorū, & Tobię, & Iudith, de quibus an sint in canone, vel in qua auctoritate eos Ecclesia teneat, ponit Hiero. in prologo Galeato prędicto, & nos in expositione eius posuimus. Hunc canonem, ita nunc firmiter tenemus, ꝙ siquis assereret aliquid contra aliquē illorū librorū, vel nollet eū recipere in auctoritatē, deteriorē eū hęretico putaremus. Sic dicit Augu. in epistola ad Hiero. & in Decretis di. stin. 9. cap. ego solis, ego solis illis scriptorum, qui iam canonici nominantur, didici hunc timorem, honoremque referre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere, aut si aliquid in eis inuenero, quod uideatur contrarium veritati, nihil aliud ęstimem, quam vel mendosum esse codicem, vel non esse

assecutum

aſſecutum interpretem, quod dictum eſt, vel minime intellexiſſe non ambigam. Dicere autem, quòd aliquis de ſcriptoribus iſtorum librorũ mentitus fuerit ſcribendo aliquid nefas eſt, vt ait Hieronym. ſuper Naum, & 23. q. 5. c. quid ergo, ſed potius tenetur quilibet pro veritate horum librorum defendenda pugnare vſque ad effuſionem ſanguinis. 25. q. 1. ſunt quidam. Canon autem iſte non erat determinatus tempore Chriſti, & ideo Sadducęis licebat recipere ſolos quinque libros Moyſis, non curando de aliis, ſed nũc quia determinatus eſt, etiam inter eos nefas putarẽt ſiquis aliquem illorum. 22. librorum canonis recipere nollet, & tamen licet non tenebatur canon ſub tanta auctoritate inter Iudæos tempore Chriſti, qñ erant iſti Sadducęi, ſicut nunc inter nos, & inter illos, tamẽ libri illi, qui nunc in canone ſunt, certi erant, & repoſiti in locis ſacris, & ſemper ſic cuſtoditi, vt de illorũ fide minime, nec tunc, neque nunc dubitare poſſim⁹. Sic dicit Aug. 15. de ciui. Dei, & tamen quia tunc nõ erat iſta diſtinctio canonis, ita vulgata, neque approbata apud omnes, ſicut nunc, licebat quibuſdam Iudęis non recipere quos vellent præter libros Moyſi, q ſemper fuerunt neceſſarij, ideo Sadducæi, licet non reciperent niſi libros Moyſi, permittebantur quieti viuere inter Iudæos.

An Sadducæi quæſierint de reſurrectione animo tentandi Chriſtum, vel addiſcendi, & in quo differant tentatio Phariſaica, & Sadducæa.

Quæſt. *CXXXVIII.*

Vide ſup. de hoc q. 124.

QVÆRETVR an Sadducęi quæſierunt a Chriſto de reſurrectione animo tentandi Chriſtum, vel addiſcendi.

Aliqui dicunt, quòd hoc fecerunt animo addiſcendi. Et patet primo, quia erat inter Phariſæos, & ipſos iſta contentio de reſurrectione. Act. 23. & quia Chriſtus præcipuus in ſapientia habebatur, & in opinione omnium quæſierunt ab illo de veritate huius rei. Secundo, quia ſi inquirerent animo tentandi, & non addiſcendi non reſponderet eis Chriſtus, & tamen reſpondit directe ad dubium, ideo videtur, ꝙ quæſierint, vt docerentur. Tertio, quia ſi tentatores eſſent, & non intendentes addiſcere, diceret eis Chriſtus hoc, ſicut dixit Phariſæis ſupra in litera, ſ. quid me tentatis hypocritæ? ſed iſtis nihil dixit, ergo non erant tentatores, ſed intendebant addiſcere.

Sed dicendum, ꝙ vere tentatores erant, & non intendebant addiſcere. Primo patet, quia ſi intenderent doceri procederent per quæſtionem modo doctrinali quærendo a Chriſto, & tamen proceſſerunt modo argumentatiuo, non. n. interrogauerunt an eſſet reſurrectio, ſed probare nitebantur, ꝙ non eſſet poſſibilis, ergo tentabant.

Secundo patet, qa ſi quærerent, ſicut diſcipuli neutram partem aſſererent cum quæſtio ſit dubitabilis propoſitio, qui autem nihil aſſerit non poteſt errare cum error ſit in aſſerendo falſum pro vero, vel in negando verum, tanquam falſum, & tamen Chriſtus dixit Sadducæis: Erratis neſcientes ſcripturas, ergo aliquid aſſerebant ad cuius probationem argumentum inducebant.

Tertio patet, quia dicitur infra in litera. Phariſęi autem audientes, ꝙ ſilentium impoſuiſſet Sadducęis, conuenerunt in vnum, & tamen ſilentium non ponitur interroganti, ſed arguenti, qui cõtendit aliquid eſſe verum, quod defendere vult, ergo Sadducęi non interrogabant, vt addiſcentes, ſed locuti ſunt tẽtates.

Quarto patet, quia Lucæ. 20. vbi ponitur iſta interrogatio Sadducęorum, dicitur in fine. Et non audebant eum amplius interrogare, & tamen ſi quæſiuiſſent modo doctrinali ad addiſcendum, quanto melius eis reſponderet, tanto magis auderent interrogare, quaſi contracta quadam familiaritate ex doctrina, ergo non quęſierunt doctrinaliter, ſed tentatorie, & ad oſtentationem.

A

Quinto, quia doctores ſacri, vt Hiero. Orige. Chryſoſtomus, & Theophilus tenent, ꝙ doloſe iſtam quæſtionem propoſuerunt Sadducæi.

Sed dicendum, ꝙ iſti tentabant Chriſtum non eo modo, quo Phariſæi. tentare quidem dicũtur omnes illi, qui interrogant non ad finem, ad quem eſt interrogatio. Eſt autem interrogatio ſecundum ſe ad ſciẽdum, qui autem interrogat non, vt ſciat, ſed propter

B

quodcunque alterum tentare dicetur, ſed qui interrogat interdum vult ex reſponſione alterius inferre, aliquod malum contra reſpondentem, & iſta eſt peſſima interrogatio tentatoria. Aliquando tentat interrogans, vt experiatur ſcientiam reſpondentis. Aliqñ interrogat tentans, vt oſtentationem quandam ſui faciat conuincendo reſpondentem, vel cogere eum ad confitendum ignorantiam ſuam. Prima tentatio eſt, quam fecerunt Phariſęi ſupra in litera quærendo de tributo ſoluendo Cæſari, quia intendebant, ꝙ Chriſt⁹ reſponderet non eſſe dandum tributum, & ita eũ traderent in manus præſidis ad mortem. Luc. 20. c. & taliter non tentabant nunc Sadddducęi, quia non inten-

C

debant, ꝙ aliquod malum ſequeretur Chriſto ex reſponſione.

Secundus modus tentationis interrogãdo eſt, quẽ magiſtri tenent quęrendo aliquid a diſcipulis, & iſtũ ẽt modũ non tenuerunt Sadducęi, quia hoc mõ non interrogat, niſi qui putat ſe ſapientiorem altero, quia aliàs interrogatio ſua cederet ſibi ad ignominiam.

Tertius modus eſt quem multi obſeruant, vt glorientur, & iſtum modum tenuerunt nunc Sadducęi, voluerunt enim nunc oſtentationem quandam ſui facere faciendo interrogationem Chriſto, quam ſoluere non poſſet, & ipſi glorioſi apparerent ſuperãdo eum, quem ante hoc nemo ſuperauerat. & decepti ſunt in hoc valde Sadducęi putantes ſe habere argumentum inſolubile contra Chriſtum, quaſi aliquid

D

ſcirent, cum nihil ſcirent, & ideo facile fuit Chriſto eos conuincere. Sic dicit Chryſoſt. Hęc autem interrogatio fuit cum pręſumptione ignara, quæ præcedentibus facilior eſt, hominem enim putantem ſe aliquid ſcire, cum neſciat, viro ſcienti facile eſt conuincere.

Ad primum dicendum, quòd licet aliquod motiuum eſſe poterat ad hoc, quòd Sadducæi quærerent, vt addiſcerent, tamen non quæſierunt ſic. Nam ipſi pro firmo tenebant, quòd non erat reſurrectio futura, ideo non quæſierunt, quaſi de re incerta, ſed poti⁹ induxerunt argumentum, quod putabant eſſe inſolubile ad confirmandum poſitionem ſuam.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ tentabant Chriſtum

E

Sadducæi accipiendo tentationem tertio modo, & tamen reſpondit eis Chriſtus propter aliquas cauſas, quæ dicentur infra.

Ad tertium dicendum, ꝙ vere tentatores erant, & tamen Chriſtus non dixit eis, & hoc, quia Chriſtus dixit Phariſæis, quòd erãt tentatores, & hypocritę, quia hoc ignorabatur, & fuit conueniens, quod ipſe illud aperiret, & ideo dixit eis, quid me tentatis hypocritæ? recte enim hypocritas eos vocauit, quia hypocrita aliud foris videtur, & aliud intus eſt, & ſic Phariſæi q̃rentes ibi foris ſe iuſtos ſimulabant Luc. 20. c. & intus quærebant Chriſtum tradere morti. eod. c. nunc autẽ Sadducęi foris oſtendebant malum ſuum. ſ. oſtentationem, quia cum quærerent a Chriſto arguentes

contra

contra id, quod ille asserebat manifestum erat, quòd ostentationem volebant, & ita hypocritæ non erant, sed præsumptuosi, ideo non vocauit eos hypocritas tentatores, sicut Pharisæos.

Aliter potest dici, quòd etiam Christus dixit Sadducæis malum suum, sicut & Pharisæis, sed quia nō erat idem malum Phariseorum, & Sadducæorum tē-tantium Christum, non eodē modo locutus est vtrisque, dixit enim Pharisæis, quòd erant hypocritæ, quia iniquitatem absconditam gerebant, Sadducæi vero nullam iniquitatem abscondebant, sed cum insipientes essent se sapientes arbitrabantur, & hoc ipsum Christus eis aperuit, dicens: Erratis nescientes scripturas, & ita Sadducæi non quæsierunt animo addiscendi scripturas.

Quare potius Sadducæi quæsierunt de resurrectione, quam de aliquo alio. Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR quare potius interrogauerunt circa resurrectionem Sadducei, quam circa aliquid aliud. Dicendum, quòd primo fuit, quia ipsi volebant habere gloriā, quandam contra Christum superando eum, ipse autem dixerat, quòd resurrectio mortuorū erat, & hoc sæpe asserebat, & circa hoc se putabāt habere firmius argumentum, quam circa aliq̄ aliam materiam, ergo potius voluerunt in hoc arguere, quasi in hoc facilius Christum superarent.

Secundo fuit, quia Sadducæi tenebant specialiter istam opinionem contra Phariseos, & cæteros, Christus autem contra eam solebat asserere, ideo vt eam defenderent, voluerunt circa hoc arguere potius quā circa aliud, quia forte nullum aliud erat, in quo Christus repugnaret specialiter Sadduceis, nisi in hoc.

Tertio fuit, vt haberent honorem cōtra Phariseos, Nam inter Sadducæos, & Phariseos erat contentio ista de resurrectione, & sæpe fiebat seditio super hoc, vt patet Actu. 23. & neutra pars manebat simpliciter victa, ita vt se superatam fateretur. Voluerunt ergo contra Christum super hoc arguere, vt si eum in hoc superarent, sicut ipsi credebant, qui erat sapientior cęteris, & talis putabatur, haberentur vt totaliter superati Pharisæi.

Quarto, quia forte putauerunt, ꝙ Christus vellet approbare nunc sententiam Sadduceorum. Nam ante hoc Pharisei quæsierunt a Christo de tributo tentantes eum animo tradendi ad mortem, super quo putabāt fortassis Sadducei Christum indignatione nimia commotum contra Phariseos velle contra illos asserere, & ita quæsierunt de contentione, quæ erat inter eos, & Phariseos. s. de resurrectione, & induxerūt pro se argumentum, vt facilius Christus approbaret sententiam eorum, quasi scripturę auctoritas ad hoc cogeret, sed præcedentes causę verisimiliores sunt.

Quare Sadducæi potius quæsiuerunt de resurrectione, quam de angelo, vel spiritu. Quæst. CXL.

QVAERETVR cum etiam opinio Sadduceorū esset contra Pharisæos, & contra sacram scripturam non solum negando resurrectionem, sed etiam negando Angelos & spiritus, quare non etiam quęsierunt de illis, vel quare potius de resurrectione, quā de aliquo illorum.

Dicendum, ꝙ non quæsierunt de omnibus, vel de duobus, quia essent duæ, vel tres quæstiones. Non est autem modus conueniens, ꝙ de multis simul queratur, sed de vno solo, & responso ad illud quæratur de

F alio, & sic de vno istorum casu quærere debebant. Cum autem, quæritur quare potius de resurrectione, quam de angelis, vel spiritibus quæsierunt.

Dicendum, quòd fuit primo, quia Christus magis loquebatur de resurrectione, quam de angelis, vel spi ritibus. Nam resurrectionem sępe prædicabat cū prædicatio Christi esset, quia appropinquabat regnū cœlorum supra 4. & hoc etiam iubebat Apostolis prędicare supra 10. c. sed regnum cęlorum est post resurrectionem, ideo sepe de resurrectione loquebatur. De angelis autem forte raro loquebatur. Nam non habetur vsque nunc, quòd populo dixerit aliud de angelis. Discipulis autem sic. s. supra 16. c. filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & supra 18. c. s. angeli eorum semper vident faciē patris mei.
G populo autem non legitur de angelis prædicasse. de spiritibus autem non legitur prædicasse, nisi inquantum miracula faciens eijciebat spiritus immundos, ideo de spiritibus, aut de angelis non quęsierunt, sed de resurrectione.

Secūdo fuit, quia dato, ꝙ Christus ęqualiter loquc retur de vno, & de alio: tamen potius debuerūt quęrere de resurrectione, quam de angelis, & spiritibus, quia maior contentio erat super illa. Homines enim magis curant de eo, quod ad eos magis attinet, & tamen esse resurrectionem, vel non esse maxime pertinet ad hominem, cum in hoc consistat totum bonū, in quod tendimus. esse autem angelos, vel non parū
H aut saltem minus ad nos attinet, ideo minus de hoc quærendum erat.

Tertio, & pręcipue fuit hoc, quia quæsierunt Sadducæi ad ostentationē suam. s. quasi se sapientes ostē-derent conuincendo Christū, sicut ipsi confidebant se posse facere, & hoc erat concludendo ꝯ eū per au-ctoritatem, quam induxerunt, sed ad probandum nō esse angelos, & spiritus non putabant se habere aliq̄ conuenientem probationem, ideo non quæsierūt de illis, sed de resurrectione sola.

Quarto, quia declarata ista quæstione videntur aliç duç quodammodo declaratæ, & tñ declarata aliqua aliarum non est ista declarata. Patet, quia resurrectio propter hoc principaliter negatur, quia non putantur
I manere animę solutę a corporibus. Si aūt resurrectio est, necesse est manere animam corpore solutam, quę debeat corpori reuniri, & tunc patet solutio ad quæstionem de spiritibus, quia si resurrectio est, spūs sunt scilicet illi, qui corporibus reuniuntur, & interim manent a corporibus soluti, & sunt substantię purę spirituales. i. quæ non hñt materiam, tanq̄ partem sui. Ex hoc etiam soluitur quæstio de angelis. Nam propter hoc negant Sadducæi angelos esse, quia angeli sunt spiritus puri, & putāt ipsi, ꝙ non p̄t esse aliqua substātia purè spiritualis, sed omnem substantiā dicunt corporalem, & tñ si resurrectio est, anima separata est, & spiritus est, & substantia incorporea est, ergo angelus esse pōt. i. nulla difficultas restat ad hoc, ꝙ sit, & tamē
K si concedatur angelum esse, non sequitur inde, ꝙ sit resurrectio. Etiam licet spiritus sit. i. animę separatæ non sequitur esse resurrectionem, quia multi ponunt animas separatas manere incorruptibiles, qui tamen resurrectionem negant, sicut aliqui philosophorum, & ideo conuenientius fuit de hac quæstione quęri, quam de alijs. i. de angelis, & spiritibus.

Quid sit suscitatio seminis. Quæst. CXLI.

QVAERETVR cum isti Sadducei quęsierint a Christo de seminis suscitatione introducendo illud hic vt argumentum, quid sit suscitatio seminis. Dicendum, ꝙ suscitatio seminis vocatur, qñ aliquis

ho mo

A homo habens vxorem moriebatur sine filiis.s.quia nunquam illos habuit, vel quia non erant superstites, & manebat vxor, & aliquis de propinquis defuncti, siue frater eius, siue alius cognatus accipiebat eam in vxorem,& ex illa gignebat aliquos filios,quorum primogenitus vocaretur nomine defuncti, & reputaretur filius eius, & succederet defuncto in bonis, velut filius eius legitimus, & vocaretur de progenie eius, & non de progenie gignentis, quasi non attineret ad eum,sed solum ad defunctum: dicitur ergo suscitare semen alicui.i.gignere filios pro illo, quia filij dicuntur semen,eo ꝙ de semine sunt. Qui autem filios pro altero gignit,semen illi suscitat. Et dicitur ab hac proprietate,quasi pręsupponatur, ꝙ vxor defuncti susceperat semen a defuncto dum viueret, ex quo concepB tus fieri deberet, & non possit perfici conceptus,venit iste vir secundus ad adiuuandum semen defuncti viuificando illud, & faciendo inde formari cõceptũ, vel fętum,sicut est de semine iacto in terra. Nã prius putrefit.i.moritur,vt dicit Apostolus. 1.Corin.15. & non surgeret inde seges aliqua, nisi virtute solis calefieret,& animaretur, ita censebatur facere iste vir secundus,licet in veritate non possent manere semina ex priori viro,quæ animarentur per sequentia, cum nón sint viri semina formabilia,sed formatiua, & organizatiua,sed talis est modus cogitandi eorum, qui vulgariter aduertunt, & tamen sol faciendo ea, quæ dicta sunt dicitur suscitare oĩa semina terræ, quia sine eius vigore non surgerent, ideo dicebatur iste vir seC cundus suscitare semen viri defuncti præcedentis.

Ad quid proderat suscitatio seminis.
Quæst. CXLII.

QVAERETVR ad quid proderat suscitatio seminis. Dicendum, ꝙ proderat ad habendum hęredem,& conseruandum posteritatem,& nomẽ,si.n. quis moreretur sine filiis non habebat legitimos hęredes,& deuolueretur ad propinquos,qui non censębantur esse hæredes eius,sed patrum suorum, quibus directe succedebant, & ideo cum isti essent hęredes extranei, dicebatur iste nõ habere hęredem. Secundo fiebat ad seruandum nomen defuncti, nam cum D quis moritur relictis filiis in illis seruatur nomen patris etiam si alio nomine vocentur, cum pater in illis videatur manere; eo ꝙ eadem persona censetur filiꝰ cum patre,cui succedit. Si autem non maneant filij non est,in quo maneat nomen patris. Nunc vero cũ suscitatur semen defuncto, censetur filius eius esse, q nascitur, ideo nomen suum manet in eo secundum opinionem,ac si vere esset filius eius. Tertio,quia seruatur hoc modo distinctio progenierum, & linearũ. Nam per quemlibet deriuatur vna linea, cum autem aliquis sine filiis moritur, erumpitur illa successio, & cessat linea. Si autem fiat suscitatio seminis, manet linea,quia ille,qui nascitur ex tali suscitatione subrogatur defuncto, vt filius, & per eum continuatur linea E illa,& ita censetur manere illa progenies, quæ semel cępta fuit.

Quare lex de suscitatione seminis data fuit Iudæis,
& an aliæ gentes illam habebant.
Quæst. CXLIII.

QVAERETVR quare lex de suscitatione seminis data fuit Iudęis,& an aliquę alię gentes habebant illam. Aliqui dicunt, ꝙ non habebant illam aliquę alię gẽtes,quia Deus nimis cauebat, vt Iudęi non imitarentur Gentiles in conuersatione, vt patet Deutero.12.c.s.cum disperdiderit Deus gentes, ad quas ingrederis possidendas atque habitaueris in terra earũ, caue ne imiteris eas, postquam fuerint te introeunte subuersę, & requiras cęremonias earum,& tamen,si Deus daret Iudęis aliquam legem, quæ esset inter Gentiles per hoc magis induceret Iudęos ad tenendum conuersationẽ Gentilium,ergo non daret eis aliquam legem, quæ esset apud Gentiles.

Dicendum, ꝙ suscitationis lex erat apud Gentiles antequam eam Deus daret Iudęis,immo dicendum, ꝙ ista fuit causa præcipua,vel quasi, quare dedit eam Iudęis.s.quia erat apud Gentiles, & ita de multis aliis legibus est intelligendum, ꝙ ideo datę fuerunt Iudęis.s.quia apud Gentiles erant, & hoc est de legibus illis,quæ malę erant,sicut de libello repudii, & vsuris & occisione inculpati, vel casualis homicidę cum capiebatur ante vrbem refugij. Nam dare libellum repudii malum erat, & dare ad vsuras etiam extraneis, & occidere casualem homicidam, & tamen ista pro lege tenebantur apud gentes regionis Chanaan, qñ Deus dedit legem Iudęis,& antequam daret, & ita ipsi vtentes tunc legibus Gentilium,quia nondũ legem a Deo acceperant,vtebantur his legibus. Si aũt Deus nollet eis concedere istas leges,quando dedit legem, sed vetaret vsuras,& libellum repudij, & vindictam de casuali homicida,cum essent Iudæi assueti ad hæc non possent ad bonum redire, vt cauerent istas imꝑfectiones assuetas Ierem.13.c. Si potest Aethiops mutare pellem suam,& pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et ob hoc non potentes tolerare hanc difficultatem recederent à tota lege Dei.

Secunda,quia istę leges erant,quasi quædam priuilegia respectu vtentium, cum concedant homini facere aliquid ad nutum,& si viderent Iudęi, ꝙ gentes, quæ in circuitu erant talibus legibus vtebantur, quas ipsi non habebant,putarent se inferiores,& clamarẽt quousque,vel concederentur eis, vel totaliter decederent a legislatione,sic apparet.1.Reg.8.ca.vbi cum populus peteret regem a Samuele, ille ex parte Dei dissuasit eis petere ostendens difficultates,& onera, q̃ sustinerent existente rege, & auditis his adhuc non assenserunt Deo,neque Samueli,sed dixerunt. Nequaquam,sed Deus erit super nos,erimus quoq; nos, sicut omnes gentes,& iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.Et ita nolebant esse minores aliis gẽtibus, sed putauerunt se minores,quia non habebant regem,sicut & aliæ gentes,& non potuerunt quiescere quousque illum habuerunt,ergo si viderent, quòd gentes vicinę haberent aliquas leges libertatis, quas ipsi non haberent clamarent.Deus ergo dedit eis legem de libello repudii,& vsuris,& vindicta, quia inter gẽtiles hæc erant.De libello patet in legibus humanis agitur, De repudijs,vt in libro Digestorum,&Codicis,& ita fuit apud multas gentes. Etiam, quia libellus repudii,& pluralitas vxorum pertinebant ad idem, & tamen tẽpore Iudęorum,& prius erat inter Gentiles pluralitas vxorum,vt patet de Iacob Genesi.29.& 31.& orauit Socer suus Laban eodem capi. quòd super filias suas non introduceret Iacob alias vxores.Si de iure tamen & consuetudine esset penitus interdicta simultanea vxorum pluralitas non peteret hoc Laban sibi concedi a Iacob,quasi in donum. De vsuris etiam apparet, quòd apud Gentiles erant permissę. Nam etiã leges humanę, quæ fuerunt ante legem Christi concesserunt vsuras. De suscitatione seminis eodem modo dicendum,quòd fuit apud gentiles. Et patet,quia tẽpore Iacob,& filiorum suorum,& nepotum seruabatur ista lex inter gentiles,vt patet Gen.38.c. vbi Iudas acce-

accepit vxorem de Chananæis, ex qua genuit tres filios.s.Her, Onam, Sela. Et primo dedit in vxorē Thamar, quæ erat gentilis, & cum mortuus esset ille sine filiis, iussit secundo filio suo.i.Onam accipere vxorē eius Thamar, vt suscitaret semen fratri suo. Et ob hoc dicitur.eo.c.ꝙ ille sciens non nasci sibi filios, sed fratri defuncto semen fundebat in terram, vnde & iste semine mortuus est, & dixit Iudas Thamar, ꝙ maneret vidua quousque cresceret Sela tertius filius, & daret eam illi vxorem, & illa hoc petebat, & Iudas dicit se peccasse, quia non dedit ei in virum suum filium Sela, ergo tunc seruabatur suscitatio seminis ad vnguem, & cum eodem rigore, cum quo apud Iudæos, & ideo data fuit in legem, quia apud gentiles hoc seruabatur, & licet aliquæ istarum legum malę essent, sicut lex de vsuris, & lex de repudio, & de vindicta casualis homicidę, tamen vt Iudęi non dimitterent totam legem Dei permisit eis legibus istis vti, non tanquam bonas statuens, sed vt malas permittēs propter eorum imperfectionem, sic Christus dixit, ꝙ ad duritiem cordis eorum libellus repudij datus est supra 19. c.& idem de vsuris.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd Deus volebat distrahere Iudæos a consuetudinibus Gentilium quantum ad illa, quæ mala erant. Nā bona, quæ gentiles faciebant per legem naturalem, vt dicitur ad Roma.2. c.gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, q̄ legis sunt faciunt. Non vetabat Deus facere Iudæos, immo incitabat ad illa facienda, & dabat de hoc legem, sicut apparet de decalogo, qui continet præcepta iuris naturalis, & quæcunque alia pertinentia ad ius positiuum, sed quia multa mala gentiles in consuetudinem deduxerant, quorum plurima lege approbata erant, illa Deus volebat extirpare de Iudęis, sed quia Iudęi erant viri imperfecti, & ideo non poterant sustinere legem simpliciter bonā, oportuit, ꝙ permitteret Iudæis quædam mala de illis, quæ gentiles faciebant, quæ etiam lege approbaretur, aut saltem inculpata esse ostenderet. Sed mala gentilium erant duplicia, quædam circa Deum errando in cognitione eius, & in cultu ei dando. Alia erant mala cōtra proximos, vel contra rationem ipsam. Prima mala nullatenus concessit Deus, quia per hęc omnino recedebatur ab eo, & nullum bonum manere poterat, ideo colere alium Deum præter se, & quascunque cęremonias idolorum multum districte vetuit, & pęnas graues apposuit contra facientibus. Secunda autem mala aliqualiter permisit quantum ad illa, quæ minora erant vt libellum repudij, qui contra rationē matrimonii est, & contra naturalem intentionem, & pluralitatem vxorum, & vsuras, quę etiam cōtra charitatem, & in damnum proximi sunt, & contra naturalem rationem, & vindictam de homicidio casuali, quę est tam contra charitatem, quam contra iustitiā, & hęc per legem aliquo modo licita esse ostendit vtētibus, vel vt ab eo permissa. Et patet, ꝙ de hoc intelligatur, quia Deuteron.12.c.cum dicitur, caue ne imiteris eas, postquam fuerint te introeunte subuersę. Sequitur. Et requiras cæremonias earum, & dicas, sicut coluerunt gentes istę Deos suos, ita ego colam, non facies similiter Domino Deo tuo, & datur causa, omnes enim abominationes, quas odit domin⁹ De⁹ tuus fecerunt diis suis offerentes filios, & filias, & cōburentes igni, & ita solum auertit Iudęos a conuersatione Gentilium quantū ad ea, quæ pertinent ad cultum diuinum. Non erat sic de suscitatione seminis, & libello repudii, & vsuris, ideo ista permisit Deus Iudæis propter hoc præcipue, quia apud gentiles in legem habebantur, & maxime suscitatio seminis, quæ multo tempore ante dationem legis Moysi populo

Mala gentilium erāt duplicia.

F Iudęorum fuit.s.quando Iacob cum filiis suis erat in terra Chanaan, & post hoc descendit Iacob in Aegyptum cum tota domo sua, & mansit ibi cognatio Hebræorum plusquam 200.annis.s.215. vt declaratum est Genesi.15.& Exod.1.& 2. c. & post hoc in primo anno, quo exierunt Israelitę de Aegypto data est eis lex in monte Sinai, & ibi fuit dictum de suscitatione seminis. Et sic suscitatio seminis, plusquam 300. annis habebatur apud Gentiles, antequam daretur Iudęis in legem.

G *Quare Deus voluit, quòd Iudæi haberent legem de suscitatione seminis, & quare ipsi illam volebant. Quæst. CXLIIII.*

QVAERETVR quare Deus voluit, ꝙ Iudæi haberent istam legē de suscitatione seminis, & quare ipsi illam volebant.

Dicendum, quòd primo fuit, quia gentiles vtebantur hac lege, quæ erat, quasi quoddam priuilegium, & Iudæi putarent se minores aliis gentilibus si non vterentur ea, ideo volebant illam habere, vt dictum est præced.q.

Secundo fuit, quia per suscitationem seminis putabant se Iudęi quodammodo fęlices, qui enim moriebatur sine filiis, putabatur apud antiquos esse infęlix, eo quòd tota eorum fęlicitas putabatur esse habere

H multos filios. Vnde quando cognati Rebeccę imprecati sunt ei prospera recedenti, nihil habuerunt, qđ magis peterent, quam multitudinem filiorum, scilicet. Soror nostra es crescas in millia, Genesi.24. capi. Et ob hoc mulieres habentes multos filios putabant se fęlices, sicut dixit Lia, quando natus est Aser, quem filium reputauit, cum esset filius ancillæ suæ.s. Hoc ꝓ benedictione mea, beatam quippe me dicent mulieres, scilicet quia tot filios habeo. Genesi.trigesimo.in tantum autem erat ista opinio inter antiquos, quòd qui moriebantur relictis filijs, putabantur viuere: Ecclesiastici 30.mortuus est pater eius, & non est mortuus, reliquit enim filium similem sibi. è contrario q non relinquebat filios, putabatur simpliciter mortu⁹: erat enim magnum opprobrium inter Iudęos mulie-

I rem sterilem esse, & virum sine filiis, & ideo potius volebant mulieres mori, quam sine filiis viuere, sicut dixit Rachel viro suo Iacob. Da mihi liberos aliogn moriar, idest fac, quòd concipiam, quòd si non feceris, volo mori, & quia contingebat aliquos mori sine liberis susceptis vxoribus, & manentibus, dabatur pro illis suscitatio seminis, vt ita non viderentur mortui sine filiis.

Fęlicitas Iudæorum in filiis.

Tertio fuit, quia Israelitę valde cupiebant memoriam post se relinquere, & quòd haberent posteritatem, per quam nomen eorum extenderetur putātes se per suam posteritatē viuere, & ideo credebant maximum infortunium esse, si quis careret posteritate. Sic patet ex verbis Saulis de Dauid, cum ipse cognouit, quod Dauid regnaturus esset, credidit quòd oc-

K cideret omnes de domo ipsius, iō dixit ei. Nunc scio, quòd certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, iura in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.1.Regum 24. c. & ita putauit Saul maximum malum esse deleri nomē suum de domo patris sui, idest de cognatione. Et hoc erat non manentibus aliquibus de eius progenie. Si enim aliud malus malum esse putasset, quod posset sibi inferri per Dauid pro illo non inferendo potius orasset, & in oraunt pro isto, ergo istud credebat summum malum, & infortunium, & quia multi erant quorum nomina non poterant manere per filios eorum, cum nullos relinque-

querent succurrit eis lex, vt aliunde possent filios habere, qui nominarentur nomine defuncti, & succederent ei in hęreditate, & nominaretur posteritas illorum posteritas defuncti. Hoc autem fiebat per suscitationem seminis, ideo illa fuit conueniens ad intentionem Iudæorum.

Quomodo conueniebat ista suscitatio seminis ad intentionem Iudæorum, cum illi, qui nascebantur non essent filij ipsorum. Quæst. CXLV.

SED quęretur quomodo conueniebat ista suscitatio seminis ad intentionem Iudæorum, nam ipsi desiderabāt per filios suos in posterum viuere, & permanere, & tamen ipsi, qui nascebātur per suscitationem seminis, non erant filij ipsorū, ideo non proderat eis.

Dicendum, ꝙ quantum ad aliquid realiter proderat, quantum ad aliud vero ex opinione ipsorum. De primo patet, quia Iudæi volebant habere filios, vt seruaretur posteritas, & nomen eorum in ipsis, sed quātum ad hoc, ita fiebat per filios legales, qui erant alieni, sicut per naturales. Nam illi, qui habebantur ex suscitatione seminis, non debebant nominari ex nomine patris sui, neque de familia eius, sed ex nomine defuncti, & de familia eius, ita vt gignētes isto modo non videantur habere filios, & mortui illos habeant. Et ista causa ponitur Gene. 38. quare Onam non cognoscebat Thamar, sed semen fundebat in terram, vt ibi dicitur, scilicet videns filios non sibi nasci, sed fratri, & ideo si defunctus vere reliquisset filios posteritas sua, & nomen conseruaretur in illis, ita in filijs suscitatis seruabatur posteritas sua, & nomen suum, quia vocabatur illa progenies defuncti, & non gignētis. Vnde potius manebat sine posteritate ille, qui filios gignebat suscitando semen alteri, quam ille, qui defunctus erat sine liberis, immo gignens auferebat sibi ipsi posteritatem, & nomen gignendo filios pro alio. Et ob hoc cognatus Booz noluit accipere Ruth in vxorem, quæ erat vxor defuncti, dedit enim cām, scilicet neque enim posteritatem domus meę delere debeo, idest nolo delere eam, quæ tamen deleretur, si vellem suscitare semen alteri, ideo quantum ad hoc habebant id, quod optabant.

Secundum erat quantum ad opinionem ipsorum, & illud erat, quia filios alienos, tanquam suos reputabant, & sic putabant se non esse sine filijs, si acciperēt filios ex alijs, qui aliquo modo nominarentur eorum nominibus. Sic patet de Sara, quę non habebat filios, & ideo dixit ad Abraham: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem, ingredere ad ancillam meam, si forte ex illa suscipiam liberos, & ita fecit Abraham, & sic putabat Sara, ꝙ ipsa poterat habere filios ex ancilla sua, idest quod filię ancillę suę essent aliquo modo filij eius. Et patet, quod ad illos afficeretur, tanquam ad filios, nam non toleraret aliter illud, quod est durum apud omnes fęminas. Nam zelant viros suos, & dolēt valde si alijs mulieribus cōmisceantur, & tamen Sara passa est hoc, immo ipsa petiuit a viro suo, vt hoc faceret, ergo valde afficiebatur ad filios gignendos ex ancilla, cum propter illos sustineret, quod vir suus commisceretur alteri mulieri, quā forte magis diligeret, quam eam. Sic etiam fuit de Rachel, & Lia, quę virū suum orauerunt, vt accederet ad ancillas earū ad hoc, ꝙ ex illis ipsę susciperent filios, & quando nati sunt filij ex Bala ancilla Racheis, ita Rachel lętata est, quasi essent filij eius: Gene. 30. c. & idem fuit de Lia, quādo nati sunt filij ex Zelpha ancilla eius eodem c. ita de viris erat, quòd cupiebāt, quòd filij nascerentur eis ex vxoribus eorum, etiam si ipsi non gignerent illos,

A ideo erat multum conueniens lex de suscitatione seminis intentioni Iudæorum.

Quare Gentiles a principio habuerunt istam legem de suscitatione seminis, & aliæ gentes postea de ea non curarunt. Quæst. CXLVI.

QVAERETVR quare gētiles a principio habuerūt istam legem, de suscitatione seminis, & alię gentes postea non curauerunt de ea.

De primo dicendum, ꝙ eędem causę, scilicet duę vltimę, quę mouebant Iudæos etiam mouebāt gentiles ad suscitationem seminis, cupiebant enim valde
B sui memoriam relinquere, & nomen suum non perire, quod putabant fieri relictis filijs, & si non suis saltē alienis, quos suos putarēt. Etiam erat hoc ex quadam opinione communi, putabant enim mortuos non eē totaliter mortuos, si filios, aut posteritatem relinquerent, eos vero, qui sine posteritate morerētur, dicebāt esse penitus mortuos, ideo ob desiderium istius immortalitatis volebant fieri suscitationem seminis. Et ista causa maxime mouebat Iudęos, consolabantur enim valde cum sciebant se relinquere posteritatem, & si non veram saltem legalem. Illi enim, qui per suscitationem acquirebantur mortuo, erāt legales filij, scilicet quia lex dabat eos sibi in filios. Sic dicit Chry. quia enim immitigabile malum erat mors apud Iu-
C dęos, qui omnia pro præsenti vita faciebant, in legem deduxit Moyses defuncti sine filijs vxorem fratri dari oportere, vt defuncto filius nasceretur ex patre, & non excideret nomen eius, quod erat quædam mortis mitigatio.

De secundo dicendum, quòd licet primo tempore Gentiles hoc opinabantur bonum, cęteri posteriores non arbitrati sunt istud expedire, eo ꝙ non erat tātum desiderium de cōseruatione nominis, quod pręcipuum erat, quia licet desiderarēt conseruationem, tamen non afficiebanē ad filios alienos, quasi eos suos ęstimarent, vnde magis zelabant vxores, vt etiam eis decedentibus vellent, quòd vxores manerent in perpetua viduitate, quam ꝙ aliorum fruerētur amplexi-
D bus, ex quibus gignerentur filij ad ipsorum posteritatem nominandos, & ita generaliter cessauit lex de suscitatione seminis apud gentiles.

Quare apud Christianos non est seminis suscitatio. Quæst. CXLVII.

QVAERETVR quare apud Christianos non est suscitatio seminis.

Dicendum, ꝙ non conuenit eis talis lex. Primo, q̄a suscitatio seminis repugnat aliqualiter fidei, & desiderio resurrectionis, nos autem tenere debemus firmiter spem resurrectionis mortuorum, & secundum hanc allicimur ad omnia bona agenda, & ad tolerāda quæcunque mala, vt dicit Apostolus 1. Corin. 15.
E & 1. ad Thessa. 4. c. postquam enarrauit apostolus de resurrectione mortuorum, ait: Itaque consolamini inuicē in verbis istis, scilicet in verbis de resurrectione futura, & ideo quidquid repugnat certitudini fidei resurrectionis a nobis valde euitandum est. Et ob hoc Apostolus 1. ad Thessa. 4. c. arguit valde eos, qui tristantur de morte propinquorum, quasi in hoc innuant se non habere spem de resurrectione illorum. Dicit enim nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut cęteri, qui spem non hn̄t, scilicet de resurrectione. Repugnat autem aliqualiter huic spei suscitatio seminis, quia illa prouenit ex desiderio semper viuendi hic. Nam qui relinquit filium putat se semper viuere quandiu ille manet, & vt semper

per censeatur viuere vult, ꝙ suscitetur ei semen, quādo ipse non reliquit filium, velle autem semper hic viuere, & nō deleri de memoria repugnat nimis spei resurrectionis, quia qui tantum ad ista afficiuntur nō videntur habere spem de resurrectione, sed in nobis debet apparere valde desiderium, & spes resurrectionis, & futurę vitę, quia non habemus hic ciuitatē permanentem, sed futuram inquirimus ad Hebrę. 13. c. ideo non debet esse magnum desiderium viuendi hic neque suscitatio seminis, quæ prouenit ex inconsolabilitate morientium, & ex immenso viuendi desiderio.

Secunda causa est, quia seminis suscitatio repugnat honestati graduum consanguinitatis, & affinitatis, qui sunt in matrimonio vetiti in nouo testamento. Nam sicut inter consanguineos vsque ad quartum gradum inclusiue seruatur prohibitio, ita & prohibitio in affinitate seruatur vsque ad quartum gradum primi generis affinitatis inclusiue extra de consan. & affi. c. non debet, & tamen si fieret seminis suscitatio, acciperet homo in vxorem affinem primo gradu, scilicet vxorem fratris, quia sicut frater, & frater, vel soror sunt in primo gradu consanguinitatis, ita sunt in primo gradu affinitatis homo, & vxor fratris sui. Infringi autem istos gradus est contra honestatem noui testamenti, ideo non debuit in eo esse seminis suscitatio. Tertia cā est, & efficacior, quia fieret expresse contra legem euangelicam. Nam vnitas vxoris est de nouo testamento, & indissolubilitas matrimonij, vt colligitur supra 19. c. q. 29. & extra de diuor. c. gaudemus. Sed si fieret suscitatio seminis cōtingeret, quòd idē haberet duas vxores simul, vt si quis haberet vxorem, & moriente fratre eius deberet suscitare semen eius, oportebat, quòd acciperet vxorem illius in vxorem, & tamen non licet duas vxores habere in nouo testamento, ergo neque suscitare semen.

Quarta causa fuit, quia istud desiderium, & opinio iam cessauerat in hominibus tempore introductionis noui testamenti, nam vltra ea, quæ Christus tradidit in lege sua, acceperunt Christiani de legibus foralibus, id quod eis bene visum est pro singulis nationibus, vel in generali de legibus gentiū, quæ tunc erāt, & tamen apud gentiles non manebat eo tempore suscitatio seminis, ergo multominus esse deberet apud Christianos, qui minus curiosi esse debent de rebus huius sęculi. Patet antecedens, nā optimę leges Gentilium erāt leges Romanorum, immo illis regebatur orbis tpe Christi. In illis autem inuentę fuerunt tunc aliquę de legibus veteribus Gentilium, & Iudęorum, scilicet de viuris dandis, & de libello repudij, de pluralitate tamen vxorum, & de suscitatione seminis nulla lex apud Romanos erat, quod patet ex libris digestorum, & codicis, in quibus omnia iura Romanorū continebantur, ergo multo a fortiori, neque vxorum pluralitas, neque seminis suscitatio debuit esse apud Christianos.

Optimę leges gentilium erant leges Romanorum.

An cuilibet morienti sine semine debebat suscitari semen, præsertim si in parua ætate moriebatur.
Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR nunc circa eos, quibus semē suscitandum erat, idest pro quibus, nā non est suscitandum pro quolibet, in quo primum supponendum est, quòd non suscitabatur, nisi morienti sine filijs, quia qui filios reliquit semen habet, ideo non potest ei semen suscitari. Sed dubium est, an cuilibet morienti sine semine deberet suscitari semen. De quo sunt multa dubia, & quęstiones, in quo est prima conclusio, quòd non est suscitā-
F dum illi, qui in parua ętate moriebatur, in qua neque poterat gignere, neque filios habere.

Causa prima huius est, quia suscitatio seminis erat, quasi quędam viuificatio seminis, quod defunctus putabatur posuisse, & non poterat illud virtute defuncti viuere, & viuificabatur agente viro alio, sicut semina putrefacta in terra non surgunt in herbam, nisi virtute solis alantur, & viuificentur, illius ergo semen suscitandum erat, qui semen habere poterat.

Secunda causa ex eodem fundamento, quia lex fingebat esse idem semen defuncti, & istius, qui suscitabat. Vnde non dicebatur iste dare semē defuncto, sed suscitare illud, scilicet semen, quod ille posuerat, &
G inutile factum fuerat, & tamen in paruulo non potest fingi hoc, quia ille non potest semen habere, ergo neque ei debet semen suscitari, ratio autem istarum fictionum multum seruatur secundum legem, intantum, ꝙ vbi non habet locum fictio, neque habet locū dispositio legis, sicut est de filijs adoptiuis, & arrogatis. Nam illi sunt filii legales, quia sola lex facit eos vocari filios, & ideo attinentia eorum vocatur cognatio legalis, extra de cognatione legali c. vnico in tex, & glo. ita autem sunt legales filii, qui habentur per suscitationem seminis, sed in arrogatis, & adoptatis fingit eos lex filios arrogantis, vel adoptantis. Et ob hoc ille, qui non potest habere filium naturaliter non pōt
H illum adoptare, vel arrogare. Et quia impotentia est duplex, quædam simpliciter, s. illorum, qui nulliū pñt gignere, & alia respectu alicuius. i. aliquis est tantę ętatis, qui filius meus esse non potest, ēt si ego alios gignam, iō dātur sm legem humanam duę conclusiones. Prima est, ꝙ qui naturaliter est impotens ad gignēdum, neminē pōt adoptare, vt insti. de adoptio. §. sed, & istud intelligitur de castratis, & spadonibus, & hermophroditis, & illis, qui nullo mō pñt gignere. Secunda conclusio est, ꝙ non pōt quis aliū adoptare, nisi tantę ętatis sit, vt possit esse naturaliter pater eius, & quia naturaliter ad annum 18. pñt hoīes gignere disposuit lex, ꝙ nō possit quis alium adoptare, nisi eū præcedat annis 18. vt insti. de adop. §. minores, iō ēt circa filios, qui sunt ex suscitatione seminis cum illi sint
I legales debet seruari ratio fictionis, sed illa est, vt semē defuncti, & suscitātis videatur esse idem, sed paruulus non pōt habere semen aliquod, iō paruulis morientibus non poterat secundum rationem legis suscitari semen. Tertia causa est, quia ad hoc, ꝙ suscitetur semen alicui necesse est, ꝙ suscitetur de vxore defuncti, Deut. 25. & Ruth. 3. & 4. c. illa autem non existente, vt si mortua erat ante virum, non suscitabatur semē illi, sed paruuli non habēt vxores, neque habere possunt, ideo non potest illis semen suscitari.

De filios adoptiuis.

Quarta causa est, quia suscitatio seminis est, vt nomen defuncti non deleatur de progenie sua Deut. 25. & Ruth. 4. c. non potest autem deleri nomen illius, qui nomen non habet, & tamen paruuli nondum habebant nomen in tribubus, & familijs suis, ergo non
K poterat deleri nomen eorum, & pñr, neque suscitari. Et patet, quia inter Hebręos non transibat aliquis ad nomen diues, vel pauper, quousque esset annorū 20. & soluebat tunc dimidium sicli pro anima sua, & ita transibat ad nomen: Exod. 30. c. & tamen paruuli nondum veniebant ad annum 20. ideo non poterat nomen eorum deleri, neque suscitari.

An cuilibet adulto, qui naturaliter poterat iam habere filios, suscitaretur semen, si moreretur sine liberis.
Quæst. CXLIX.

QVAERETVR an cuilibet adulto, qui naturaliter poterat iam habere filios, suscitaretur semen, si moreretur

moreretur sine liberis. Dicendũ, ꝙ non, & est secunda conclusio, ꝙ multis decētibus sine liberis, & iam potentibus generare non suscitabatur semen. Quod patet, quia pueri vltra annum 14. dicuntur apti ad generandum, vt ait Isido. 11. Ethymo. & extra de spon. impu. ca. puberes, & tñ siquis moreretur in anno 15. vel 17. nondum accepta vxore non suscitabatur ei semē. Causa prima est, quia vt dictum est præce. q. non suscitabatur semen alicui, nisi vt non periret nomen eius de cognatione sua, & tñ tales, qui in 15. aut parũ vltra decedunt non possunt perdere nomen, quia nondum illud hñt, cũ in anno 20. transeant ad nomen. Exo. 30. c. ergo nõ suscitabatur semen illis. Secũda causa est ēt, vt dictum est, quia non potest suscitari semen, nisi ex vxore defuncti, & tamen tales frequenter non habēt vxores, ergo non erat suscitandum illis semen.

An in omnibus, qui acceperant vxorem suscitaretur semen. Quæst. CL.

QVAERETVR an in omnibus, q acceperant vxores suscitaretur semen. Dicendum, ꝙ ad hoc, ꝙ alicui morienti sine filijs suscitaret semen, oportebat ꝙ suscepisset vxorem, non tñ oĩbus, qui vxores susceperant, vel habebāt suscitabāt semen. Requiritur. n. vxor ad suscitationē seminis, & sunt duę conditiones. Prima est, ꝙ iam vxorem acceperit. Secũda, ꝙ illa superuiueret, nam si mortua erat ante virum, vel simul cum illo, non poterat suscitari semen, quia lex iubebat de vxore defuncti suscitari semen, vt patet hic, & Deut. 25. & Ruth. 4. c. Sed nõ est verum, ꝙ oĩbus relinquentibus vxores suscitabatur semen cum multę alię conditiones requirerentur, vt infra dicetur. Vnde siquis accepisset vxorem antequā esset adultus, vt in anno 10. vel 11. ēt si moreretur manente vxore, non debebat ei semen suscitari pp causas supra positas, scilicet quia nomen non habebat: Etiam quia non poterat habere semen prohibente ętate, ideo neque suscitari poterat ei semen, sed iudicandum erat de eo, ac si non accepisset vxorem, eo ꝙ lex vetat matrimonia in tali ętate contrahi, & si contrahantur de facto tenent.

Siquis acciperet vxorem per verba de præsenti, & nondum cognouisset illam, an deberet ei semen suscitari. Quæst. CLI.

QVAERETVR siquis acciperet vxorem per verba de pręsenti, & nondum nuptias celebrasset, neque traduxisset eam, neque cognouisset, & ita sine filius decederet, an deberet ei semen suscitari.

Aliqui dñt, ꝙ sic, quia in isto inueniunt cõditiones suscitationis seminis, scilicet quia vir moritur, & vxorem relinquit, & est talis, qui nomen habet, & qui semen habere poterat, ergo debet ei semen suscitari.

Dicendum, ꝙ illi non suscitabat semen. Primo, q̃a ad hoc requirebat vxor defuncti superstes, & tñ iste non reliquit vxorem, quia non habuit eā, nā non fuit vxor, sed sponsa, quia licet iura vxorem interdũ vocēt eā, quę per verba de pñti accepta est, licet nondum sit cognita, tñ non accipitur sic in locutione nostra, neq; in mõ loquendi veteris testamenti, & ita non habet iste vxorem. Secundo, quia no manet hic ratio fictionis legis, eo ꝙ ad suscitãdum semen fingit lex, ꝙ semē defuncti sit idem cum semine viuentis, quod illud suscitat, vbi aũt nullum semen defuncti est, & manifeste apparet, ꝙ nullum sit, non habet locum suscitatio, quia illud esset semen dare, vel de nouo ponere, & nõ suscitare. Et patet hoc, vt dictũ est supra q. 148. Nam ob hoc non suscitatur semē paruulis morientibus, q̃a

A semen non habuerunt, & tñ iste, sic moriens non habuit semē, cũ non tetigerit mulierē, ergo nõ suscitat ei semen. Tertio, quia q̃ncunque suscitatur alicui semē suscitat ex vxore sua, & non ex aliena, & cã est, quia in aliena nullo mõ est semen defuncti, neq; ēt ptinet aliqualiter ad defunctũ, sed sponsa nondũ cognita non pertinet ad defunctum, cũ nõ fuerint facti vna caro p copulam carnalem, iõ ex tali nõ suscitatur semen, sed illã accipiet in vxorem alius, quicunque, & nõ erit, vt suscitetur semen tali defuncto. Ad argumentum dicendum, ꝙ non suscitatur semen ex tali muliere, quia non habet iste defunctus oẽs conditiones ad hoc, ꝙ ei suscitetur semen, nam deficit ei præcipua, s. habere

B vxorem, q̃ non habet, nam sponsa est, & non vxor, & multum differt inter vtranque, quia vxor habita, & traducta põt repudiari, sponsa aũt nondum cognita repudiari non põt, vt colligitur Deute. 24. c. s. Si acceperit hõ vxorem, & habuerit eam. i. tenuerit in domo sua: sponsa non est traducta in domum, iõ non põt repudiari. Vxor aũt iam cognita, quia traducta est, repudiari potest. Eodem mõ hic sponsa non pertinet ad defunctum, quia non fuit effecta vna caro cum illo p copulam carnalem, vxor aũt facta fuit eadem caro, ideo ex vxore suscitatur semen, & non ex sponsa, & ita huic morienti nondum cognita sponsa non suscitabitur semen. Vxor, & sponsa differunt.

C *Siquis sine liberis moreretur, & habuisset vxorem quæ moreretur tamen ante virum, vel simul cum viro, an suscitandum erat ei semen. Quæst. CLII.*

QVAERETVR siquis moreretur sine liberis, & habuisset vxorem, moreretur tñ an virũ, vel simul cum illo, an suscitandũ erat ei semen.

Dicendũ, ꝙ suscitatio seminis est data in subsidiũ, vt ei, qui nõ habet filios naturales, dentur filii legales, & quia subsidium non est, nisi in defectum, non suscitabatur semē defuncto, qui filios relinquebat, etiam si haberet vxorem, de qua possent alij gigni, & sicut ad suscitationem seminis requiritur, ꝙ defunctus non habeat filios, ita requiritur, ꝙ habeat vxorem superstitem. Nam sine illa non est suscitare semen, iõ si illa

D moritur ante virum, vel simul, non est q̃uo viro suscitetur semen. Sic enim dicitur Deut. 25. ꝙ frater defuncti accipiat vxorem illius.

Causa prima est, quia aliter non esset q̃uo posset intelligi suscitatio seminis, nã suscitatio seminis est, quasi viuificatio seminis præexistentis secundum legis fictionem, sed vbi defunctus non posuit semen non potest esse viuificatio, ideo non potest esse suscitatio.

Secunda causa, q̃a suscitatio seminis fiebat ad hoc, ꝙ filii inde geniti, aut aliquis illorũ pertineret ad mortuum, & tamen si non gignerentur illi filij de vxore defuncti, non erat aliquid quomodo pertineret ad defunctum, quia non respectu ipsius, quia ipse non genuerat, neque etiam per fictionem, quia non erat per

E sona aliqua, quæ ad eũ pertineret, ex qua gigni possent filij, qui reputarentur eius, ideo non poterat suscitari ei semen.

Siquis habens vxorem moreretur sine liberis, si illa erat impotens ad gignendum, an suscitandum erat semen illi viro. Quæst. CLIII.

QVAERETVR siquis habens vxorem moręretur sine liberis, si illa erat impotens ad gignendum, an suscitandum erat semen illi viro. Dicendum, ꝙ non, & ratio est, quia non potest fieri suscitatio ex aliqua, nisi ex vxore defuncti, sed ex vxore defuncti impotente nihil potest gigni,

gigni, ideo illi defuncto non ſuſcitabitur ſemen. Et patet, quia ſi illa mulier eſt impotens, aut ſit ratione ętatis, aut propter aliam impotentiam naturalem, vtpote, qa eſt ſterilis, vel arcta, vt a nemine cognoſci poſſit, aut perpetuis maleficijs detenta reſpectu oĩum virorum. Si primo modo licet cũ illa matrimoniũ ꝯtractum teneat, tamen ſi eſt antiquę ętatis non poteſt concipere, vt ſi deſierunt ei fieri muliebria, eſſet enim miraculum talem mulierẽ concipere. Sic patet Gen. 18.c. vbi oſtendit ſcriptura conceptum Sarę ex Abraham fuiſſe miraculoſum, quia deſierant Sarę fieri muliebria, & ob hoc vocatur emortua vulua Sarę ad Roma. 4.c. Si quo, ergo moriente ſine liberis maneat vxor eius tam antiqua, vt ei muliebria fieri deſierint, non poteſt ſuſcitari ibi ſemen, quia talem mulierem nemo poteſt accipere in vxorem, cum inutile ſit, & potiſſime ad ſuſcitationem ſeminis, cum manifeſtũ ſit, quod ex illa nemo poteſt gigni.

Si ſecundo modo etiam non poteſt ſuſcitari ſemẽ. Primo, quia talis deceſſit ſine vxore, nam talia impedimenta faciunt perſonas impeditas ad ꝯtrahendum perpetuo, & ꝯtractus factus cum illis non tenet, vnde non ſunt vxores, & ſic talem habens moritur ſine vxore, ſed non habenti vxorem non ſuſcitatur ſemen, ergo non poteſt huic defuncto ſuſcitari ſemen. Secũdo, qa ad ſuſcitationem ſeminis debet frater, aut cognatus defuncti accipere in vxorem illam, quam defunctus habuit, & tamen talem nemo poteſt accipere in vxorem, quia habet impedimentum perpetuum, & ita eſt illegitima perſona ad contrahendum, ideo non ſuſcitabitur ex ea ſemen. Tertio, quia dato, ꝙ de facto quis vellet ex ea ſuſcitare ſemen non poſſet, quia non poteſt gignere, quæ ſic eſt impedita, & ideo neque viro ſuo ſuſcitabitur ſemen.

An patri morienti ſuſcitandum eſſet ſemen, qui filios adultos genuiſſet, & ſine liberis mortui eſſent.

Quæſt. CLIIII.

QVAERETVR ſiquis moreretur ſine filijs relicta vxore potente gignere, & tamen aliquando habuerat filios, q peruiniſſent ad ętatẽ adultam, & ſuſcepiſſent vxores ſine liberis tamen morerentur ante patrem ſuum, an patri morienti ſuſcitandum eſſet ſemen. Dicendum, ꝙ non, quia non ſuſcitatẽ ſemen, niſi ei, qui ſine ſemine moritur, ſed iſte nõ mortuus eſt ſine ſemine, ideo non ſuſcitatur ei ſemen. Patet, quia iſte ex vxore genuit filios, & illi peruenientes ad ętatem adultam ſuſceperunt vxores, & ideo pater illorum quocunque tpe iam moreretur, non diceret mori ſine prole. Accidit aũt, ꝙ morerentur filij ante patrem, ideo nõ dr̃ ſine prole mori, quia filios genuit, qui ẽt iam prolem hr̃e poterant, ſed potius filii illius, qui acceptis vxorib⁹ ſine prole mortui ſunt dicerentẽ eſſe ſine liberis, & illis debebit ſemen ſuſcitari ex vxoribus eorum, & non patri ipſorum ex vxore ſua, licet vxorem potentem gignere relinquat, & iſte caſus ponitur Ruth. 4.c. nam Elimelech mortuus eſt relicta vxore ſua Noemi, & mortui ſunt duo filij eius Maalõ, & Chelion relictis vxoribus, & ſine prole, & tamen non fuit ſuſcitatum ſemen ipſi Elimelech ex vxore ſua Noemi ſuperſtite, ſed filio ſuo Maalon ex vxore ſua Ruth, eo ꝙ ille, nunquam habuerat filios.

Siquis moreretur relicta vxore ſine liberis maſculis, relictis tamen filiabus, an illi ſemen eſſet ſuſcitandum.

Quæſt. CLV.

QVAERETVR ſiquis moreretur relicta vxore ſine liberis maſculis, relictis tñ filiabus an illis
F eſſet ſemen ſuſcitandum. Dicendũ, ꝙ non, quia ceſſat ratio legis, fiebat.n. ſuſcitatio ſeminis ad hoc, ꝙ non deleretur nomen defuncti, quod conſeruatur in poſteris, & tñ in filiabus põt ſeruari nomen defuncti ſaltem indirecte, ergo exiſtentibus eis non fiebat ſuſcitatio ſeminis. Patet hoc, quia per filios directe ſeruabatur nomen patris, eo ꝙ mulier non computatur in genealogia virorum, tanquã medium, per quod deriuetur progenies, neque ẽt filij ſ̃m conſuetudinẽ veteris teſtamenti nominantur de progenie matrũ, ſed patrum, filię tñ indirecte pñt ſeruare nomen patris, ſ. non, tanꝗ ipſe ponãtur in linea genealogię, quia ex eis naſcerentur filij, qui ſeruarent progeniem, & nomẽ auorum, vnde ſiquis relinqueret vnam filiã, & nullum filium illa acciperet virum, & filius inde genitus
G ſaltem vnus nominabatur de progenie, aui materni, & ſuccedebat auo materno in hęreditate, & nomine, & progenie, & non ſuccedebat patri ſuo, ſed alij fratres eius ſiqui eſſent ſuccedebant patri eius, & computabantur de familia patris, vt declaratum eſt ſatis Nume. 27.c. cum ergo filius ſufficienter faceret ad conſeruationem nominis paterni nõ erat opus, ꝙ ſuſcitaretur ſemen morienti ſine filijs, ſi filias hẽret.

Secundo patet, quia non ſolum non erat opus ſuſcitari ſemen tali morienti, ſed ẽt fieri non debebat, quia ſic Deus iubebat, ꝙ ſiquis moreretur ſine filijs maſculis, & relinqueret filias, ꝙ illę ſuccederent in hęreditate patris Numeri 27.c. & tñ ſi ſemen huic ſuſcitandum eſſet, deberet dari tota hęreditas defuncti vi-
H ro ſuſcitanti ſemen eius pro illis, qui naſcerentur ex hac ſuſcitatione, ſic patet Ruth 4.c. vbi Booz accepit in vxorem Ruth, quæ fuerat vxor Maalon defuncti ad ſuſcitandum illi ſemen, & cum ea accepit totam hęreditatem Maalon, ergo exiſtentibus filiabus non erat ſuſcitandum ſemen defuncto.

Tertio patet, quia quando ſemen ſuſcitabatẽ tota hęreditas defuncti reſeruabatur pro illo, qui naſceretẽ ex ſuſcitatione ſeminis, & tamen iubebat Deus paternam hęreditatem dari filiabus non exiſtentibus filijs, ergo non poterat ſuſcitari ſemen tali viro, cum ille, q naſceretur ex ſuſcitatione ſeminis non haberet aliquid, in quo ſuccederet, & tamen nomen progeniei ſeruabatur ſimul cum hęreditate, ideo non poterat
I ſuſcitari ſemen tali viro.

Siquis moreretur ſine liberis, relicta tamen vxore, quam repudiauerat, an poſſet ei ſemen ſuſcitari.

Quæſt. CLVI.

QVAERETVR ſiquis moreretur ſine liberis, relicta tamen vxore, quam repudiauerat, an poſſet ei ſemen ſuſcitari.

Dicendum, ꝙ non, quia ad ſuſcitationẽ ſeminis requiritur, quod defunctus relinquat vxorẽ, & tamen, qui relinquit vxorem repudiatam, non relinquit vxorem, cum illa non ſit vxor defuncti, quia repudium totaliter diſſoluebat matrimonium, ideo
K non poterat ei ſuſcitari ſemen.

Sed ponatur, ꝙ vxor repudiata volebat, quòd ex ea ſuſcitaretur ſemen defuncto, cum ipſa fuiſſet aliquãdo vera vxor eius, an poſſit ſuſcitari? Dicendum, quòd non, quia ſemper manet ratio, ſ. ꝙ illa non erat vxor defuncti, quando ille mortuus eſt, lex tamen iubet de vxore ſuſcitari ſemen, hęc autem non erat vxor. Nã poſt datum repudium potuit illam quicunque accipere in vxorem, ita ꝙ non incideret in adulterium, quia ſoluta erat a lege viri Deut. 24.c. Secundo patet, quia lex ſuſcitandi ſemen erat circa viros ſuperſtites pęnalis, & aliqualiter odioſa. Circa fęminas autem ex quibus ſuſcitabatur, erat fauorabilis. Quod patet, quia

An ex muliere repudiata poſſit ſuſcitari ſemen ipſa hoc petente.

quia suscitantes semen alijs interdum perdebant posteritatem familiæ suæ, & ideo recusabant accipere vxores defunctorum ad suscitandum semen. Sic patet Gen. 38 ca. vbi Onam suscepta Thamar vxore fratris sui defuncti ad suscitandum semen, non cognoscebat eam, sed semen fundebat in terram, videns ꝙ non sibi, sed fratri suo filij nascerentur. Etiam cognatus Booz noluit accipere Ruth in vxorem ad suscitandum semen Mahalon defuncto, dicens: Neq; etiam posteritatem familiæ meæ delere debeo, idest nolo delere. Ruth 4. c. Et ideo viris nolentibus suscitare semen imponebatur pœna Deut. 25. c. & Ruth 4. mulieribus autẽ erat fauorabilis suscitatio ista, & ideo ipsæ petebant coram iudicibus suscitationem seminis, scilicet, ꝙ compellerent fratrem defuncti suscitare semẽ fratris, & si nolebat facere, ipsa mulier inferebat pœnam viro soluendo calciamentum eius, & spuendo Deuter. 25 sed in odium alicuius non est concedẽda alicui actio, nisi ei cui de iure cõpetit, ideo mulieribus iam repudiatis, quibus non competebat ius suscitationis etiam si sponte se offerrent ad suscitandum, non concedebatur suscitatio, quia erat in odium virorum, qui ad hoc cogebantur.

Sed ponatur, quòd cognatus defuncti consentiret suscitare semẽ ex illa muliere repudiata à defuncto, an posset fieri. Nam hic cessat ratio præcedẽs, scilicet odium virorum.

Dicendum, ꝙ neque etiam isto modo. Primo quia lex non implebatur, quæ iubebat ex vxore defuncti hoc fieri, & cum ex lege sola esset introducta suscitatio seminis, non licebat aliter fieri quàm lex disponeret. Secundo, quia simile est si moriente aliquo sine vxore aliqua mulier extranea diceret, ꝙ volebat accipi à fratre defuncti ad suscitandum semen, nam non compellebatur ille eam accipere, & etiam si non cõsentiret, non poterat accipere ad suscitandum semẽ, cum illa nullo modo ad defunctum pertineat. Sic autem erat de repudiata, quia desierat esse vxor, & ideo iam erat extranea respectu defuncti, sicut quælibet alia, immo minus licebat ad hoc accipi repudiatam q̃ aliam extraneam, quia illa quæ nũquam fuerat vxor alicuius, poterat accipi ab eo in vxorem, sed illam, q̃ quis repudiauerat non poterat rursus accipere Deut. 24. cap. ergo mulier repudiata non poterat accipi ad suscitandum semen.

An quandocunque quis moriebatur sine liberis relicta vxore potente ad gignendum, suscitaretur ei semen. Quæst. CLVII.

QVAERETVR, an quandocunque quis moriebatur sine liberis relicta vxore potente ad gignendum, suscitaretur ei semen.

Dicendum, ꝙ in aliquibus casibus non suscitabatur. Vnus est, si nullus cognatorum illius superesset, nam suscitatio non fiebat, nisi a fratre defuncti, Deuteron. 25. vel à cognatis eius, Ruth 3. & 4. c. ergo quando nemo supererat, non poterat suscitari semen, & hoc est, quia videbatur esse quodammodo eadem persona cum defuncto.

Secundus casus est, quãdo ille, qui sic moriebatur erat minor omnium cognatorum suorum, nam minores tenebãtur suscitare semen maioribus. Si ergo moreretur minor etiam superstitibus maioribus nõ tenebantur suscitare semen illius.

Tertius casus, in quo non suscitabatur semen erat, quando fratres vel cognati volebant tolerare pœnam legis, nam tunc non compellebantur suscitare semẽ Deuteronom. 25. cap.

A *Siquis habuit filios & illi mortui sint, antequam vxores acciperent, an suscitandum sit illi semen. Quæst. CLVIII.*

QVAERETVR, siquis habuit filios, & illi mortui fuerunt antequã acciperent vxores: & post eos pater mortuus est relicta vxore potente generare an suscitandum sit semen illi.

Dicendum ꝙ sic, quia verè iste moritur sine semine, & in eo sunt omnes conditiones seminis suscitandi, ideo suscitabitur ei semen.

Sed obijcietur, quia supra quæst. 154. dictum est de eo, qui filios habuit, & illi acceptis vxoribus mortui sunt sine filiis ante patrẽ, ꝙ licet moriatur pater eorum post eos relicta vxore potente gignere, non erat ei semen suscitandum.

B Dicendum, ꝙ in illo non erat suscitandum semen sed in isto. sed ratio diuersitatis est, quia in illo casu pater non dr̄ mortuus sine semine, cum filios habuerit adultos, & iam habentes vxores, ita vt ipsi quoque semen habere possent, isti autem non; ideo pater horũ dr̄ mori sine liberis, ac si non nati essent, quia nõ peruenerũt ad tempus, in quo sibi successores relinquere possent. Secundo patet efficacius, quia nomen patris seruat in filijs, & iõ morientibus vtrisque suscitandum est semen, ne maneat deletum nomen, & iõ suscitabitur semen filijs, vel patri, non aũt vtrisque, quia tunc duæ suscitationes facerẽt duas lineas: & ob hoc si suscitat̃ semen patri non suscitat̃ filijs, si suscitatur filijs non dẽt suscitari patri, & tñ in casu, in quo moriẽs C habuit filios adultos, qui vxores acceperunt, & sine filijs mortui sunt, suscitatur semẽ istis filijs, quia ipsi dicuntur mortui sine semine: ergo non debet suscitari patri, quia suscitando semen illis suscitatur patri, sed quãdo quis habuit filios, & mortui sunt ante ætatem adultam, & postea pater moritur, non potest filijs suscitari semen, quia semen non habuerũt, neque vxores, ideo suscitabitur semen patri, & ita est in præsenti. Et de hoc etiam dicetur seq. quæst.

Quot modis dicebatur aliquis mori sine semine, & in quibus casibus suscitabatur semen. Quæst. CLIX.

D QVAERETVR quot modis dicebat̃ aliquis mori sine semine, & in quibus casibus suscitabat̃ semen. Dicendum, ꝙ loquendo generaliter dupliciter moriebatur quis sine semine. Vno modo quando moriens quis non relinquit liberos, neque illos vnq̃ habuit. Et istud contingit tripliciter. Vno modo, ꝙ iste nũquam habuerit vxorem, neque habere potuerit, vtpote, quia mortuus est in ætate pupillari, nondũ perueniẽs ad pubertatem. Alio modo, quia potuerat accipere vxorem, & tñ non accepit, & sic non relinq̃t liberos. Alio modo, quia habuit vxorem, & tñ nunq̃ ex ea genuit liberos, sed mortuus est antequã haberet. Primo mõ non cõpetit suscitatio seminis, qa non est suscitãdum semen, nisi illius, q̃ semen habuit, vel habere potuit, quia aliàs non potest fingi filius defun- E ctus ille, q̃ per seminis suscitationem natus est, cum ille nullum filiũ hr̄e potuerit, & lex non fingit, quod est impossibile. Scd̃o etiam modo nõ suscitatur semen, quia licet talis habere potuisset semẽ ętate ad hoc sufficiente, tñ non habuit vxorẽ, de qua semen hẽret, neque de qua nunc possit per alium suscitari, & tñ ad suscitationem seminis sp̄ requiritur vxor defuncti, de qua suscitet Deut. 25. c. Tertio modo competit ꝓprie seminis suscitatio, quia ille semen habuit, sed fictione legis mortificatũ est in vtero vxoris, sicut semina iacta in terram, quæ non germinauerũt, & postea virtute celesti pullulant, ita semen defuncti in aluo vxoris mortificatum manere censet, & vir superueniens Quid ad seminis suscitationẽ requiratur.

adiuuans illud dicitur ſuſcitare fortificando, ſicut ſol terræ naſcentia, ſed iſta fictio legis eſt, & non veritas. Secundus modus principalis moriendi ſine ſemine eſt, quãdo quis accepit vxorem, & genuit filiós, & tñ ante mortẽ patris mortui ſunt in parua ætate, vel aliqualiter adulta, nondum tñ acceptis vxoribus: iſte.n. ſine filijs mortuus dicitur, i. ꝙ moritur, & tunc quãdo moritur non habet filios, & tũc ſuſcitatio ſeminis fieri debet, ſi vxorẽ relinquat, & cognatos, ꝗ poſſint ſemen ſuſcitare, quia competit iſti intentio legis. Vult enim lex fieri ſuſcitationem ſeminis, vt non deleatur nomen alicuius ex defectu poſteritatis, ſed iſte nunꝗ̃ habuit poſteritatem, quia poſteri eius cenſentur non fuiſſe, cum nunquam peruenerint ad talem ſtatũ, vt in eis nomen paternum firmiter manere potuerit, iõ ſuſcitabitur ſemen huic. Sed obijcietur, ꝙ nõ debeat ei ſuſcitari ſemen, quia iam iſte habuit poſteritatem, & ſic non eſt ſine ſemine mortuus. Si aũt diceretur, ꝙ mortuus eſt ſine ſemine, eo ꝙ illud ſemen nõ permanſit. Dicendum ꝙ eſſet, ꝙ ſiquis genuiſſet filios, & inde accepiſſent vxores, & ĩde alios filios genuiſſent, & ẽt nepotes, & morerẽtur filij, & nepotes, & pronepotes, ſiqui eſſent ante patrem, & maneret vxor illius adhuc apta ad gignendum, ꝙ ex ea deberet ſuſcitari ſemen illi auo morienti, & tñ nemo dicet huic ſemẽ ſuſcitandum eſſe: ergo neque ſuſcitabitur ei, qui genuit filios, & mortui ſunt ante pubertatem, & pater poſt illos deceſſit relicta vxore quantumlibet apta ad gignendum. Dicendum, ꝙ in primo caſu iſtorũ non ſuſcitatur ſemen, in ſecundo autem ſic. Rõ aũt differentiæ eſt, quia qñ quis moritur ſine liberis, ita vt non poſſit cõtinuari linea progeniei, in qua ille erat, oportet, ꝙ ſemen illius ſuſcitetur, quia aliàs deleretur nomen progeniei illius, cum nemo iam ſuccedat in illa, ideo cum ſic moritur filius ante patrem, oportet, ꝙ ſuſcitetur ſemen filio, vel patri, vt non deleat̃ progenies: ſed aliquis caſus eſt, in quo non poteſt ſuſcitari ſemen filij, ideo ſuſcitabit̃ ſemen patris, & aliquis caſus eſt, in quo non poteſt ſuſcitari ſemen pr̃is, iõ ſuſcitabitur ſemen filij. Et eſt vnus caſus, qñ moritur quis relicta vxore, ex qua habuerat filios, & tñ illi mortui ſunt ante pr̃em in ętate pupillari: non poteſt.n. hic ſuſcitari ſemen filiorum, quia ad hoc requirebat̃, ꝙ illi relinquerent vxores, ex quibus fieret ſuſcitatio: & tñ non reliquerũt. Etiam requirebatur, ꝙ illi potuiſſent habere ſemen anteꝗ̃ morerentur, etiam ſi nõ habuiſſent, & tñ iſti impuberes exiſtentes, neque vxores habuerunt, ex quibus ſuſcitetur, neq; ipſi ſemen habere potuerunt impediente ætate, iõ non põt fingi, ꝙ ſuſcitetur ſemen ipſorum, qa ipſi nullũ ponere potuerunt, ꝙ fingatur mortificatũ, & per alium debere ſuſcitari, ideo non ſuſcitabit̃ hic ſemen filijs, ſed patri.

Caſus in quo ſemẽ filij, nõ eſt ſuſcitãdũ.

Alius caſus eſt ſi pater genuit filios, q ꝑuenientes ad pubertatem genuerunt filios, & mortui ſunt filij illius viri, & nepotes, ſ. filij filiorum ſuorũ ante mortẽ eius: & poſtea ipſe auus exiſtens mortuus eſt ſine filijs, i. nullos hñs, qñ mortuus eſt: relicta tñ vxore potẽte ad gignendum non dẽt ſuſcitari in iſto caſu ſemen auo, neque nepotibus, ſed filijs. Cauſa eſt, quia nepotibus non põt ſuſcitari ſemen, quia illi mortui ſunt in pupillari ætate non ſuſceptis vxoribus. Etiam ipſi nũꝗ̃ fuerunt potentes ad hñdum ſemen, iõ non eſt modus, quo eis poſſet ſemen ſuſcitari: auo ẽt non ſuſcitatur ſemen, cũ filijs ſuis mortuis poſſit ſuſcitari ſemẽ, eo ꝙ illi acceperunt vxores, & fuerunt potentes ad gignendum, & genuerunt. Manent tamẽ ſine ſemine nunc, ſed non poſſunt ſimul manere ſine ſemine pater, & filij eius, quia vtrorumque eſt idem ſemen, iõ ſi manet pater ſine ſemine, non manet filius ſine ſemine, & è contrario. Et ideo non eſt vtriſque ſuſcitandũ

F ſemen, ſed aut ſoli patri, aut ſolis filijs, in præſenti autem filijs ſuſcitandum eſt ſemen, & non nepotibus, neque auo.

Siquis mortuus eſt relictis filijs paruulis, & vxore ad gignendum apta, filijs non peruentis ad ætatem adultam, an illi ſemen ſit ſuſcitandum. Quæſt. CLX.

QVAERETVR de alio caſu omiſſo, qui etiam eſt principalis circa ſeminis ſuſcitationem, ſ. ſi qs mortuus eſt relictis filijs paruulis, & vxore apta ad gignẽdum, & filij mortui ſunt poſt patrem antequam perueniant ad ætatem adultam, an illi ſemen ſit ſuſcitandum. Dicendum, ꝙ huic viro ſemen ſuſcitandum
G eſt, licet filios reliquit, qñ mortuus eſt, quia dr̃ mortuus ſine filijs, vel ſemine, qa iſti filij mox vt nati ſunt, mortui ſunt, vel ſaltem antequam peruenirent ad ętatem adultam & puberem, vt acciperent vxores, & gignere poſſent. Sacra aũt ſcriptura pro eodem cõputat filios non eſſe, vel cito poſt natiuitatem mori, ſiue ante completam ætatem. Sic patet, vt quidam volũt de Salomone, qui vocauit ſe vnigenitum corã matre ſua: Prouerb.4.c. & tñ illa habuerat alium filium, quẽ ex adulterio cum Dauid excepit 2.Reg.11.cap. ille tñ mortuus eſt paucis diebus poſtquam natus eſt. 2.Re. 12.c. iõ cenſetur nunꝗ̃ vixiſſe. Sic etiam cẽſetur in iuribus humanis non natus, qui ſtatim, vel parum poſtquam natus eſt, moritur, vt extra de verb.ſign.c. nam
H & ego. & in iſto caſu dicendum, ꝙ vxor defuncti dẽt accipi ab aliquo de cognatis eius ad ſuſcitandũ ſemẽ defuncto, quia aliàs non ſatisfit intentioni legis, quia nomen iſtius ita delebitur ſiquis non ſuſcitat ei ſemẽ ſicut ſi nunꝗ̃ filios habuiſſet, vel mortuus eſſet ſine illis. Sed hoc verum eſt, qñ vxor defuncti manens nondum accepit alium virũ. Nã ſi poſt mortem viri manentibus filijs paruulis accepit ipſa alium virũ, etiam ſi poſt moriant̃ illi paruuli ante ætatem adultã, nõ poteſt illa accipi ad ſuſcitandũ ſemen, quia iam alterius viri vxor eſt, & non põt accipi ab aliquo de cognatis defuncti. Item qa cum alius vir acceperit eam, etiam ſi poſſet accipi ab aliquo cognato defuncti, iã non eſſet apta ad ſuſcitandũ ſemen, cũ non ꝑtineret ad de-
I functũ, ſed magis ad alium, q eã acceperat. Et ob hoc dato, ꝙ mortuo viro, & manentibus paruulis filijs, vxor acciperet alterũ virum, & ille cito moreret̃: & interim filij paruuli relicti morerent̃, ita ꝙ maneret iſta mulier libera ad ſuſcitandũ ſemen viro priori, cuius nunc paruuli mortui ſunt, non poſſet accipi ad ſuſcitandũ ſemen illius defuncti, cuius mortui ſunt paruuli, ẽt ſi ipſa velit, & aliquis de cognatis defuncti. Rõ eſt, qa iſta mulier iã magis dẽt accipi ad ſuſcitandũ ſemẽ viri poſterioris ꝗ̃ prioris, ſi illius ſemen ſuſcitandũ ſit: & dato, ꝙ non ſit ei ſuſcitandũ ſemen, vtpote, qa reliqt filios adultos coniugatos, adhuc non põt accipi ad ſuſcitandũ ſemen viri prioris. Et rõ eſt, qa iſta mulier
K per hoc, ꝙ tranſiuit ad alterum virũ, deſijt eſſe prioris viri, & ſic nõ hẽt locũ lex, q̃ dicit ex vxore defuncti ſuſcitandum ſemen. Item qa non hẽret locum fictio legis, ſ. quia non põt ſuſcitari in ea ſemẽ illius defuncti, qa non cenſetur in ea eſſe ſemen defuncti prioris, ſed huius, qui vltimo eam tenuit. Sed tunc dicetur, qñ cõtigerit mori virum habentẽ paruulos filios, qui nondum poſſunt accipere vxores, an mater debeat expectare non accipiendo virum, donec iſti accipiant vxores, vel quãto tempore, an aliquo tẽpore teneatur expectare. Dicendum, quòd iſta expectatio non ſolum erat ad mulierem, ſed etiam ad cognatos viri. Nam ſicut mulier tenebatur ad ſuſcitationem ſeminis abſolutè, ita & cognati viri defuncti tenebantur ad ſuſcitationem ſub conditione, ſi nolebãt ſuſtinere pœnam

num legis, licet non erat tanta expectatio virorum, si- A
cut mulieris, quia si mulier expectaret debebat mane
re vidua, sicut dixit Iudas ad Thamar nurum suā: Esto
vidua in domo patris tui, donec crescat Sela fili⁹ me⁹,
& accipias illum Gen. 38. c. viri autem non tenebant
coniugibus expectare, eo ꝙ licebat tunc viro habere
plures vxores, ideo etiam si statim, vt moreretur quis
manentibus filijs eius paruulis, de quibus dubiū erat,
an perueniret ad ætatem adultam aliquis de cognatis
eius, ad quem pertineret suscitatio seminis in casu, in
quo suscitandum esset, susciperet vxorem poterat po
stea suscitare semē defuncti, si accideret paruulos mo
ri ante ætatem adultam, quia cum vxore, quam nunc
acciperet, poterat postea accipere vxorem defuncti.
De muliere secus erat, quia si nunc acciperet alium B
virum, non poterat postea morientibus paruulis acci-
pi in vxorem ab aliquo cognato defuncti ad suscitan
dum semen: & hoc quia non poterat eadem mulier
habere duos viros, sicut poterat idē vir habere duas
vxores iuxta consuetudinem veteris testamenti, vt ꝓ-
batum est supra 19. c. q. 32. Etiam quia dato, ꝙ mulier
transiens ad alterum virum maneret libera, morien-
te quoque illa, non poterat iam esse apta ad suscitan-
dum semen viri prioris, vt ostensum est præceden. q.
Ideo si mulier acciperet alterum virum, non poterat
iam suscitari semen viri defuncti, & ita manet dubiū,
an mulier illa expectare deberet, & quandiu.

Quanto tpe vxor defuncti expectare debat ad suscitandum semen viri sui.

Dicendum, ꝙ si vir moreretur sine liberis tenebat
mulier expectare quousque videret, an aliquis de co-
gnatis viri eam suscipere vellet ad suscitandū semen: C
si autem moreretur habens paruulos filios, non tene
batur mulier expectare aliquanto tēpore: sed statim,
vt transiret tempus luctus secundum cōsuetudinem
legis veteris, licebat mulieri accipere alterum virum
eo tempore, quo liceret accipere virum si manerent
filij defuncti habentes vxores, & cui non esset semen
suscitandum, vnde si accideret, ꝙ muliere accipiente
alium virum post mortem prioris manentibus filijs
morerentur, statim paruuli, non poterat iam suscitari
semen illi viro, sed manebat sine nomine. Et hoc pa-
tet primò, quia in pœnalibus nihil magis imponen-
dū est, q̄ lex statuit, quia odia restringi debent, de reg. D
iur. in 6. regula odia. sed lex non imposuit mulieribus
aliquā expectationem in tali casu, neq; cognatis de-
functi, ideo etiam si non expectent nō tenent aliqua
pœna legis. Secundò, quia ex hoc sequeretur magnū
incōueniens, s. ꝙ subtraheretur multiplicatio prolis,
& cogerentur mulieres maiori, & meliori parte vitæ
suæ interdum continere, & vtrunque est magnū in-
cōueniens. De primo patet, quia si mulier teneretur
expectare quousque filij acciperēt vxores, teneretur
interdum expectare quasi per viginti annos, quia tan
to tpe solent adolescentes accipere vxores, & in toto
isto tpe cessabit ista mulier à propagatione prolis, &
sic multum minueretur de multitudine prolis, q̄ po-
terat gigni, si liceret mulieribus post mortem virorū
transire ad alios viros: & tn̄ hoc erat valde, tam cōtra
intentionem Dei, qui volebat multiplicari populum E
illum per propagationem carnis, quia ita crescebat
cultus eius: & ideo dicebat, ꝙ non esset sterilis vtrius-
que sexus in Israel Deuter. 7. c. q̄ contra intentionem
hominum illius temporis, qui putabant fœlicitatem
esse in multiplicatione prolis. sic patet Gen. 24. vbi co-
gnati Rebeccę imprecantes ei prospera, dixerunt: so-
ror nostra es, crescas in millia. Et Lia dixit: Hoc pro
benedictione mea, beatam me dicent mulieres Gen.
30. ca. & hoc propter multitudinem filiorum. Erat ēt
contra intentionem legis, quia si mulier tāto tempo-
re expectaret, fortè interim elaberetur ei tempus gi-
gnendi, & quando deberet accipi ad suscitandum se-
men, esset inepta, vtpote, quia ei muliebria fieri cessa
rent, sicut de Sara dicitur Gen. 18. cap.

Erat quoque inconueniens, ꝙ mulieres tanto tem
pore cōtinere tenerentur, quia vix talis difficultas est
in nouo testamento, immo non est, quia obseruatio
continentiæ, & viduitatis res est voti, & nō præcepti,
& ideo non tenebatur mulier aliquo tpe expectare,
an filij paruuli superuiuerent: sed statim vt finiret tps
luctus poterat transire ad alia vota, si paruuli, qui mā-
serant post mortem mariti essent tunc superstites. Si
aūt durante tempore luctus illi morerentur, erat susci
tandum semen defuncto ac si decessisset sine liberis:
& tūc non licebat mulieri accipere alium virum, sed
accipienda erat ab aliquo cognato defuncti ad susci-
tandum semen.

Quæ personæ requirebantur ad suscitationem seminis, & cur.
Quæst. CLXI.

QVAERETVR, quæ personæ requirebant ad
suscitationem seminis, & cur.

Dicendum, ꝙ duæ, s. vxor defuncti, & co-
gnatus aliquis defuncti: Deut. 24. c. & non
existentibus his, non poterat esse suscitatio seminis.
De vxore defuncti primo dicendum est. Et est causa,
quia suscitatio seminis fiebat ad hoc, ꝙ nō deleretur
nomen defuncti de familia sua, sed nasceretur filius,
qui reputaretur esse filius defuncti, & succederet ei ī
nomine, & in hæreditate, & in oībus tanquam esset
verus filius. Istud autem in veritate nō erat, quia mor
tuus nō poterat filium gignere, sed fictione legis ob-
tinebat: lex autem non fingit sine causa, iō vult habe-
re magnam verisimilitudinem ad fingendum: est au-
tem similitudo tanto maior, quāto magis accedit ad
identitatem, & ad hoc debuit fieri suscitatio seminis
in vxore defuncti. Nam si in aliqua alia fieret nō per-
tineret illa aliquo modo ad defunctum, & ideo filius
inde natus nō censet esse defuncti, vxor autem defun
cti pertinebat ad eum, quia cū illo effecta fuerat vna
caro, ideo in hac magis haberet locum fictio.

Secundò, quia suscitatio seminis quātum ad id, q̄d
significat non haberet locum in alia, quia lex fingit,
ꝙ defunctus semen iecerit, & illud fuerit mortifica-
tum, & ad hoc, ꝙ viuificetur indiget alterius adiuto-
rio, & ille dr̄ suscitans semen defuncti, & ideo non dr̄,
ꝙ accipiens vxorem defuncti gignat semē defuncto,
vel det ei semen, sed ꝙ suscitet ei semen, suscitatio au
tem adiutoriū importat, & non præstationem totius
operis, tanquā filius genitus sit filius defuncti, & non
gignentis, sed ille solum adiuuet ad gignēdum, sicut
semina iacta in terra mortificantur, & non possunt vi
uificari virtute iacentis, sed virtute cœlestis luminis,
sic in semine defuncti, quod virtute defuncti non po-
tuit viuificari, & fingitur viuificari virtute seminis su-
peruenientis viri, ista tamen non possunt fieri, nisi in
vxore defuncti, quia in illa fuit aliquādo semen eius,
& censetur manere in ea, & postea viuificari, in alijs
autem mulieribus nō est semen defuncti, ideo de eis
non potest fingi, quod suscitatur semen defuncto, &
sic est valde necessaria vxor defuncti ad hanc suscita-
tionem.

Quare cognatus defuncti requirebatur ad seminis suscita-
tionem. *Quæst.* CLXII.

QVAERETVR de cognato defuncti, quare requi
ratur ad suscitationem seminis.

Dicendum, ꝙ licet lex iubeat cognatū hoc facere,
sed Deute. 25. c. non habetur, nisi de fratre, & tamen
alij etiam nō fratres, dum tn̄ essent cognati defuncti
pote-

poterant ſuſcitare ſemen eius, vt patet de Booz, qui
ſuſcitauit ſemen Mahalon, & tñ non erat frater eius,
ſed cognatus Ruth 3.& 4. ca. Sed de hoc magis infra
In q. 172 dicetur. Cauſa autem quare frater, vel cognatus reqri
tur ad ſuſcitationem eſt, primò propter acceſſum ad
identitatem. Nam iſte naſciturus, qui ſuccedet in no-
mine, & progenie defuncti, debet iudicari filius eius:
& ad hoc requiritur, quòd accedat ad identitatē ma-
ximè q poteſt accedere, hoc aūt tunc fit, quando per
alterum fratrem fit, quia fratres reputant̄ eſſe eadem
perſona pp eſſe illis multa cōmunia, ſ. carnem, & ſan-
guinem, & radicem, vt dicit Ariſto. 8. Ethic. Non exi-
ſtentibus autem fratribus fiebat per cognatos alios,
qui etiam propinqui erant. Si nulli autē erant cogna-
ti non poterat ſemen ſuſcitari defuncto.

Secūdò fiebat propter opinionem defuncti. Nam
homines viuentes ſolent reputare filios fratrum ſuo-
rum, quaſi filios proprios: ergo & moriētes magis re-
putabunt ſuos eos, quos fratres ipſorum ſuſceperint
ex vxoribus ipſorum defunctorum.

Tertiò & præcipuè fiebat pp ius ſucceſſionis. Nam
ille, qui accipiebat mulierem defuncti ad ſuſcitandū
ſemen accipiebat oīa bona defuncti, vt patet Ruth 4.
c. & hoc fiebat, quia ille, qui naſceretur ex illa ſuſcita-
tione ſeminis erat hæres defuncti, ſed homines non
pmitterēt extraneos ſuccedere in hæreditate eorum
exiſtentibus cognatis, ideo lex non permiſit, ꝙ alieni
ſuſcitarent ſemen defuncto in præiudicium cogna-
torum. Et iſta eſt cauſa potiſſima. Nam aliàs ēt extra-
nei acciperentur ad ſuſcitandum ſemen defunctis, &
filij inde geniti reputarentur fictione legis filij defun
ctorum, cum ſimilia in adoptionibus, & arrogationi-
bus fiant. Nam ex aliis patribus, & matribus adoptan-
do, & arrogando nobis filios efficimus.

*An ex muliere repudiata à viro mortuo poſſit ei ſuſcitari ſe-
men. Quæſt. CLXIII.*

QVAERETVR nunc de aliquibus circa mulieres
illas, ex quibus ſemen ſuſcitandum erat. Et pri-
mum dubium eſt, an ex muliere repudiata à
viro mortuo poſſit ei ſuſcitari ſemen. Aliqui dicunt,
ꝙ ſic, quia repudiata vxor fuit, & lex dicit ex vxore de
functi hoc fieri Deuter. 25.

Dicendum, ꝙ non poteſt fieri ex repudiata. Primo
quia mulier, quæ repudiabatur poterat tranſire ad al-
terum virum, & iā non poterat accipi ab aliquo ad ſu-
ſcitandum ſemen defuncti, quia non poteſt eſſe eadē
vxor duorum virorum.

Secundò, quia mulier defuncti compellitur ad ſu-
ſcitandum ſemen defuncto, & ſi alteri nubat quouſ-
que requiſierit omnes cognatos defuncti, & nemo
velit eam accipere ad ſuſcitandum ſemen, incidit in
pęnam quaſi adultera. Sic patet de Thamar Gen. 38.
quæ danda erat in vxorem Sela filio Iudæ, vt ſuſcita-
ret ſemen fratri ſuo, & quia inuenta eſt concepiſſe ex
alio viro, iubebat eam Iudas produci ad exurendum:
& tñ nō exureretur, niſi teneretur expectare: ergo te-
netur, ſed repudiata, quæ ad alium virum iam tranſi-
uit non poteſt teneri ad hoc, ergo non poterat ex ea
ſuſcitari ſemen. Tertiò, quia dato, ꝙ mulier repudia-
ta non tranſiuiſſet ad alium virum, non poterat com
pelli ad aliquid iſtorum. Nam per hoc, ꝙ repudiaue-
rat eam vir, erat libera à lege viri: ita ꝙ nō poſſet eam
repetere ad thorum, neque ad habitationem, neque
accuſari de adulterio ſi cum alio inueniretur, vt col-
ligitur Deuter. 24. ca. ſed poterat adhærere cui vellet:
ergo non poterat cogi ad ſuſcitationem ſeminis, etiā
ſi virum nō ſuſcepiſſet. Quartò, quia dato ꝙ ipſa vel-
let, nō reciperetur ad ſuſcitationem iſtam. Nam mu-

F lieribus defunctorum competebat ius contra cogna
tos defunctorum ad petendum quemlibet illorum
in virum ad ſuſcitandum ſemē defuncti, & ſi illi nol-
lent ipſa inferebat pęnam, ſ. diſcalciando, & ſpuendo
Deuteron. 25. c. Etiam competebat ius & vtilitas ei, ſ.
ꝙ ſi ex ea per ſuſcitationem naſcerētur filij, illi ſucce-
derēt in bonis defuncti: & ita cum nihil competeret
ei in bonis defuncti ante hoc, p ſuſcitationem perti-
nerent bona defuncti ad filios mulieris, ſed iſta nō cō
cederentur mulieri ſponte ſe offerenti, ſi aliàs ei non
competebant de rigore, cum eſſet in pręiudicium co
gnatorum defuncti, ideo non concederent̄ repudia-
tæ, cui nullum ius manebat ad virum neque ad bona
eius. Quintò, quia mulier repudiata erat, ſicut quæli-
G bet mulier extranea reſpectu defuncti, & tamen ex-
traneis mulieribus non concederetur ſuſcitare ſemē
defuncto, etiam ſi illę vellent. ergo neque repudiatis,
quia non erant vxores defunctorum, quod lex vole-
bat. Sextò, quia adhuc facilius erat quamlibet extra-
neam admitti ad ſuſcitationem ſeminis quàm repu-
diatam, quia quamlibet aliam mulierem poterat ac-
cipere defunctus dum viueret in vxorem, ſed eam, q̃
repudiauerat non poterat Deutero. 24. c. ergo multo
minus poterat admitti ad ſeminis ſuſcitationem, cū
ille, qui ſuſcitat ſemen, agat loco defuncti, ſed defun-
cto non licebat accipere repudiatam: ergo multomi
nus agenti loco eius.

H *An ſponſa per verba de præſenti debebat accipi ad ſuſcitādum
ſemen defuncto. Quæſt. CLXIIII.*

QVAERETVR, ſiquis haberet ſponſam per ver
ba de præſenti, & non conſummato matrimo
nio moreretur, an ſponſa illius poterat, vel debebat
accipi ad ſuſcitandum ſemen defuncto.

Dicendum, ꝙ licet hoc non dixerit expreſſe lex, ta-
men ex ea colligitur. Nam Deuter. 25. ca. dicitur, ꝙ ſi-
quis moriatur ſine liberis vxor eius non nubat alteri,
ſed accipiat eā frater eius, ideſt defuncti. Si ergo ſpon
ſa vocatur vxor habebit locum lex in illa, ſi autē non
vocatur vxor non habebit locum. Eſt autem dicen-
dum, quòd ſponſa non vocatur vxor in modo vulga-
I ri, neque in modo loquendi veteris teſtamēti, & ideo
non tenetur ad ſuſcitationem ſeminis, neque recipie
tur etiam ſi vellet. Primo, quia vxor cognita poteſt re
pudiari in veteri teſtamento, ſed non ſponſa incogni
ta Deuteron. 24. cap.

Secundò, quia nō ſtat ratio legis in illa. Nam ideo
lex iuſſit accipi vxorem defuncti ad ſuſcitandum ſe-
men, quia cenſetur manere in illa ſemen defuncti, qđ
per virum ſuperuenientem viuificatur, & tamen in
ſponſa nondum cognita neque traducta non poteſt
fingi hoc, ideo non accipitur ad ſuſcitationē ſeminis.

Tertiò, quia non admittitur ad ſuſcitationem iſtā
mulier extranea, quæ ad defunctum nō pertineat, &
K tamen ſponſa non traducta, non pertinet ad defun-
ctum, quia non fuit facta vna caro cum eo per ſemi-
nis commixtionem: ergo neque ſponſa accipietur ad
hoc.

Quartò patet, ꝙ manifeſtè intelligatur de muliere
cognita lex ſuſcitationis ſeminis. Nam dicitur, quòd
quando mortuus fuerit vnus de fratribus, vxor eius
non nubet alteri: & ita ponit lex, tanquam accidens
mori illum ſine filijs, & tamen qui habet ſponſam, &
nondum habuit vxorem manifeſtum eſt, quòd ſi mo
ritur moritur ſine liberis, ideo non intelligitur de
vxore non cognita, ideſt de ſponſa, ſed de vxore tra-
ducta, & cognita.

An

An fratri defuncti liceret accipere vxorem fratris, de qua frater filios non procreasset etsi de alijs genuisset ad suscitandum semen. Quæst. CLXV.

QVAERETVR siquis haberet multas vxores, & ex vna, vel ex aliquibus haberet filios ex alijs autẽ non haberet; an frater defuncti tenebatur accipere illam, quæ non habebat filios, & suscitare ex ea semen defuncto. Accidebat aũt iste casus sæpe in veteri testamẽto, eo ꝙ licebat tũc homini habere multas vxores simul, vt patet de Elcana patre Samuelis, q habebat duas simul. 1. Reg. 1. ca. & Dauid hẽbat multas. 2. Reg. 3. & 5. c. & 1. Paralip. 3. in nouo autem testamento vetita est multitudo vxorum, vt declaratũ est supra 19. c. q. 35. & q. 138. Dicendũ ꝙ in hoc casu non erat semen suscitandum defuncto. Et patet primò, qa lex suscitationis seminis erat in illo, qui non reliquerat filios, sed iste filios habebat: ergo non erat suscitãdum ei semen. Secũdò, quia suscitatio seminis fiebat ne periret nomen, & tñ existente saltem vno filio nõ delebatur nomen defuncti, sed seruabatur, ideo non oportebat ex alijs vxoribus defuncti, ex quibus nõ susceperat filios, suscitari semen. Tertiò, quia lex de suscitatione seminis dabatur, vt suscitaretur semen defuncto, & non, vt suscitaretur semen vxoribus defuncti, & tñ si existentibus filijs defuncti ex vna vxore suscitandum esset semen ex alijs vxoribus, iam nõ esset hoc suscitare semen defuncto, sed vxoribus defuncti, quia nõ fieret illa suscitatio in fauorem defuncti, sed vxorum suarum, cum iam defuncto satisfactum esset quia ipse filios reliquebat, & tamen nõ erat vxoribus semen suscitandum: ergo non erat in tali casu suscitatio seminis. Quartò quia qñ suscitabatur semen defuncto omnes possessiones eius perueniebãt ad illũ, qui suscitabat semen eius, vt postea haberet eas, q nasceretur inde, sicut factum fuit de Booz accipiente Ruth vxorẽ Mahalon defuncti ad suscitandum semẽ eius. Nam oĩa, q̃ possidebat Mahalon accepit Ruth 4. c. & tunc daret, ꝙ filij quos defunctus reliquisset priuarentẽ hereditate paterna, cum tota perueniret ad eũ qui semen suscitabat: & hoc est magnũ incõueniens, quia magis pertinerent ad defunctum filij naturales, quos ipse genuit q̃ filij legales, q sunt ꝑ suscitationem seminis: & ideo ad eos potius debet pertinere hereditaria successio, & consequẽter nõ fiet suscitatio seminis in tali casu. Quintò patet, quia si existentibus filijs suscitaretur semen ex vxoribus illis, ex quibus nõ genuerat, vel ex quibus non manebant filij superstites: necesse erat, ꝙ ex tot vxoribus suscitaret, quot essent illæ, quæ non hñt filios: & ita interdum accideret ex multis vxoribus defuncti suscitari debere semen, & tñ Deute. 25. c. innuit, ꝙ ex vna tantum vxore suscitabatur. s. vxor eius non nubet alteri: ergo non erat accipienda aliqua illarũ ad suscitandum semen. Sextò, qa si multæ vxores manerent ex quibus defunctus nõ acceperat filios, & ex omnibus suscitãdum esset semen, cum cognatus defuncti debeat suscitare semen eius teneretẽ ille accipere multas vxores simul: hoc aũt est inconueniẽs, quia pluralitas vxorum poterat esse licita dispensatiue, aut ꝑmissiue, aut alio modo: tñ nunq̃ erat sub ꝓcepto, qa minora bona non cadunt sub ꝓcepto, sed sub ꝑmissione. Nisi fortè dicat, ꝙ non tenebatur idem cognatus defuncti ad accipiẽdas oẽs illas in vxores, sed plures cognati tenebãtur ad plures singuli ad singulas. Et hoc etiam falsum est, quia Deute. 25. c. non dicitur, quòd debeat suscitare semen defuncti, nisi frater eius, & non ponuntur ibi multi, & tamen si istud fieri deberet, cum sæpe accideret scriberet illud lex. Non ergo suscitabatur semen defuncto ex vxoribus illis in tali casu.

A *Siquis plures habeat vxores, & ex nulla illarum filios genuit, vel genuit & mortui sunt, ex qua illarum frater tenetur suscitare semen. Quæst. CLXVI.*

QVAERETVR, siquis habebat multas vxores, sicut fiebat in veteri testamento, & ex nulla illarum filios genuit, vel genuit, & mortui sunt, ita vt dicatur vir mori sine semine, ex qua illarum tenetur suscitare semen frater defuncti.

Dicendum, ꝙ aut omnes illę erant aptę ad gignẽdum suscitãdo semen, aut non, si aliquæ erãt ineptæ non est quæstio de illis, quia non erat suscipienda mulier ad suscitandum semen. ex qua semen suscitari nõ B poterat, sed de illis dubium manet, quæ aptę sunt, vocantur ineptæ, vt si qua illarum esset senio confecta: ita vt concipere non posset, s. qa desierant ei fieri muliebria, sicut dicitur de Sara: Gen. 18. cap. vel si erat aliqua sterilis, de qua constaret aliquo certo signo, vel maleficiata perpetuis maleficijs, aut arcta ita, vt à nemine cognosci possit, aut si aliqua illarum post mortem viri prioris acceperat alium virum, quod fieri poterat, quando vir moriẽs relinquebat paruulos filios. Nam tunc non erat ei semen suscitãdum, nisi paruuli morerentur ante ætatẽm adultam, in qua acciperẽt vxores, quia tunc si manebat vxor defuncti, & cognatus aliquis eius suscitandum erat semen illi, & tñ vxores defuncti non tenebantur expectare aliquanto tꝑe si moreretur vir habens paruulos filios, sed statim C poterãt alteri nubere. Si ergo ita esset, ꝙ aliquæ vxorum defuncti acceperant viros post mortem defuncti, & aliæ non: illæ, quæ acceperant, erant ineptæ ad sustinẽdum semen defuncti, quia pertinebant ad alios viros, quæ autem non acceperant viros erãt aptæ. Si autem oẽs, aut multæ illarum erant aptę ad sustinendum semen, aut oẽs erant æqualiter principales, aut non: si primo modo poterat suscitari semẽ ex omnibus his, ideo erat in optione fratris defuncti, an vellet accipere vxores omnes, quas habebat defunctus, & si vellet omnes tenebantur omnes illę eũ in virum accipere, & si aliqua istarum acciperet aliquẽ in virum, vel cõ D miscerẽt alicui alteri nõ matrimonialiter, poterat accusari de adulterio, quia non licebat ei accipere alterum in virum, neq; commisceri alicui, quousq; refutaret frater defuncti eam in vxorem accipere, vt dicẽt infra. qñ aũt recusaret accipere aliquam illarũ licebat *In q. 184* iam illi transire ad quemcunq; virũ vellet, quia libera erat à iugo viri mortui. Si autẽ frater defuncti nollet accipere omnes, aut oẽs essent pricipales, aut omnes minus principales, s. quia illę, quæ fuerant principales defunctæ fuerãt ante virum, aut quædam sic, alię sic. Si primo modo erat in optione fratris defuncti eligere quam vellet. Si secundo modo etiam eligere poterat, cum omnes sint inter se æquales. Si tertio modo distinguunt quidam, quia aut erant omnes, vel multum minus principales, & vnica erat principalis, aut erãt multę principales, & erat vnica minus principa- E lis, vel multæ. Si primo modo dicũt, quod magis principalem tenebatur accipere ad suscitãdum semen.

Si autem secundo modo, dicunt, quòd in optione illius erat accipere quam vellet, de illis aliis autẽ placet, quod quandocunque erant multæ vxores, & vnicam accipere volebat, vel paucas, erat in optione eius accipere quam, vel quas vellet, istud autem non est totaliter determinatum, quia Deuteronomij vigesimoquinto cap. vbi habetur de his nõ fuit expressum circa hæc,

Quæ vxores vocabantur principales, & quæ minus principales. Quæst. CLXVII.

SED quia distinximus de vxoribus principalibus, & minus principalibus, est dubium, quomodo vocabantur sic.

Dicẽdum, ꝙ hoc accidebat multipliciter. Vno modo, quia vna vxor erat libera, & alia ancilla, quia tunc libera erat vxor magis principalis, ancilla autem erat minus principalis: sic fuit de Abrahã, q habuit duas vxores vnam ancillam & aliam liberam ad Galathas 4.c. Sara enim erat libera: & ideo erat vxor principalis eius. Agar autem fuit ancilla: Gen. 16. & 21. immo erat ancilla Saræ: Gen. 16.c. & ideo vocabatur minus principalis, sic etiã fuit de Iacob, qui habuit quatuor vxores duas liberas, s. Rachelem, & Liam, & duas ancillas earum, s. Bahalam, & Zelpham: Gene. 29. & 30. c. Sic etiam fiebat, quando Israelitæ volebant aliquas ancillas suas de gentilitate susceptas vxores accipere. Nam cum ibant Israelitæ in bellum, & in medio captiuorum esset pulchra mulier, sed placeret in oculis ipsius in cuius sortem cadebat, poterat eam in vxorem accipere: Deuteron. 21. & tunc generaliter omnis ancilla accepta in vxorem erat minus principalis vxor respectu vxoris, quæ erat libera.

Secundo modo vocabantur vxores minus principales, quando accipiebantur affectu coniugali: & tamen non interueniebãt ibi pacta legalia, vel donationes propter nuptias. Vxor principalis vocabatur illa, circa quam seruabantur istæ cæremoniæ legales, fiebat autem ista minus principalitas vxorum, vt quãdo aliquis diues, vel potens volebat accipere in vxorem aliquam mulierem minorem seipso in statu, quia placebat oculis eius, tunc non accipiebat eam cum solẽnitatibus istis, & cæremonijs legalibus: ista autẽ tunc vocabatur minus principalis vxor respectu illius, quę cum istis solemnitatibus accepta fuerat. erat autẽ intantum ista inæqualitas, ꝙ vxores magis principales vocabantur semper vxores, & minus principales vocabantur interdum vxores, & interdum concubinæ. Sicut apparet de Agar, q̃ vocatur vxor Abrahæ Gen. 16. & Cethura etiam vocatur vxor Gene. 25. & tñ postea, tam Agar quàm Cethura vocantur concubinæ. eod. c. Sic etiam patet de vxore Leuitæ quæ occisa est in Gabaa, quæ aliquando vocatur vxor, & aliquando concubina Iudi. 19. c.

An mulier posset, vel teneatur suscitare semen viro priori mortuis filijs, & mortuo secundo marito. Quæst. CLXVIII.

QVAERETVR, siquis moriebatur habens filios paruulos, & vxor illius nubebat alteri, & interim moriebãtur filij viri defuncti, & post hęc moriebatur vir secundus mulieris istius, & liberabatur illa à lege eius, an posset tunc, vel deberet mulier ista suscitare semen viro priori.

Dicendum, ꝙ in hoc presupponendum est, ꝙ viro illi suscitandum erat semen si esset aliquis, qui posset suscitare, ad suscitandũ autem requirebantur duo, i. vxor defuncti, & cognatus eius. Si ergo isti nũc essent suscitandum erat semen: maximè quia iste censebat mortuus sine filijs: & ideo vel ei, vel filijs suscitãdum erat semen, non autem filijs, quia paruuli erant, & nõ poterant dici illi mori sine semine, sed patri, vt ostensum est supra. Hoc ergo supposito, dato ꝙ defuncto maneret cognatus aliquis, erat dubium, an ex illa muliere debebat suscitare semen defuncto.

Dicendum, ꝙ non tenebatur mulier ad istam suscitationem casu isto. Et ratio est, quia ista desierat pertinere ad virum, & inceperat pertinere ad sequentem,
F ideo nõ tenebatur ad suscitationẽ seminis. Nam lex iubet, ꝙ non nubat mulier defuncti, sed accipiat eam cognatus defuncti: & ita erat obligatio imposita mulieri ad suscitandum semen, ita ꝙ si transiret ad alterum, antequam eam recusarent cognati defuncti, poterat accusari, vt adultera Gen. 38.c. manebat aũt ista obligatio moriente viro sine liberis, quia lex inducebat istud vinculum, licet matrimonium quantũ ad se iam esset dissolutum. Si aũt vir mortuus est habens filios, & mulier ista transiuit ad alterum, cessauit tota obligatio eius ad virum priorem, obligatio autem semel extincta non redijt, ideo non potest redire iterũ ista mulier ad hoc, ꝙ sit obligata ad suscitandum semen defuncti.

G Sed dicet, quid si mulier sponte vult suscitare semẽ viro illi priori, an liceat. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia ista fuerat mulier defuncti, & hoc requirebatur ad hoc, ꝙ posset suscitare semen.

Dicendum, ꝙ non admitteretur ad suscitandũ semen, quia istud erat aliquid in fauorem mulierũ, s. ꝙ si suscitarent semen defunctorum efficeretur hæreditas defunctorum eorum filiorum, qui ex eis nascerẽtur, & hoc erat in præiudicium cognatorũ defuncti, ad quos deuolueretur hæreditas si nõ suscitaretur semen defuncto, sed in odium eorum non admitteret mulier illa, nisi de rigore iuris ei competeret. Non tñ competebat, vt ostensum est cum non posset illa cõpelli ad suscitationem seminis. ergo non permitteret
H à cognatis defuncti suscitare semen defuncti.

Secundò, quia etiam sequebatur aliud inconueniens cognatis defuncti: illis enim erat aliqualiter præiudicialis, & odiosa lex de suscitando semẽ, cum per hanc cogerentur accipere in vxores illas, quas nollent: & pateret, quia si non esset odiosum, & difficile, non poneretur pęna in lege ɔ̃ non suscitantes semen Deut. 25. c. & tamen in odium, & pęnam cognatorum defuncti non permitteretur aliquid mulieri, nisi de iure ei cõpeteret, sed non competebat, ideo etiam si vellet nõ admitteretur ad suscitandum semen.

Sed dicetur, quid si etiam cognatis defuncti placeret, & aliquis illorum vellet assumere illã ad suscitandũ semẽ an posset. Dicendum ꝙ non licebat. Primò,
I qa nõ fiebat suscitatio seminis, nisi ex muliere defuncti: & tñ ista non erat vxor defuncti, sed alterius, qui eam immediatè habuerat: ergo non erat apta ad suscitationem seminis. Secundò, quia si aliqua prorsus extranea mulier vellet suscitare semen defuncto, & placeret cognatis defuncti, adhuc nõ posset, quia lex non habebat locum in ea, cum non esset vxor, & tñ ita erat aliena illa, postquam fuerat vxor alteri⁹, ideo non licebat ei suscitare semen defuncto.

Tertiò patet, quia hoc erat expresse ɔ̃ legem. Nam Deute. 25. c. dr̃, ꝙ siquis moreretur sine liberis, vxor eius non nubat alteri, sed frater defuncti accipiat eã, & tamen ista nupserat iam alteri, vt præsupponit: er-
K go non poterat suscitare semen.

Quartò, quia motiuum legis cessabat. Nã ideo iussit lex, ꝙ ex vxore defuncti suscitaretur semen, quia suscitatio seminis non est appositio noui seminis, sed viuificatio præexistentis, quod mortificatum videbatur, & censetur viuificari per semen superuenientis uiri, & sic mortuus præsupponitur semẽ posuisse, sed illud fuisse mortificatum, & tamen semen illius non potest fingi positũ, nisi in vxore sua: ergo non potest alia mulier accipi ad suscitãdum semen, nisi vxor defuncti, & tamen ista fictio cessat in muliere, quæ alteri nupsit, mortuo priore viro, cum non censeatur in ea manere semen prioris viri, sed illius solum, quem proximè habuit, ideo non potest accipi ad suscitandum semen.

Ad

Ad quid tenebatur vxor moriente viro secundum conditionem veteris testamenti. Quæst. CLXIX.

QVAERETVR de vxore moriēte viro ad quid tenebatur ſm conditionem veteris teſtamēti. Dicēdum, ꝙ aut vir relinquebat filios, aut nō: ſi relinquebat filios poterat illa nubere cui vellet, & non obligabatur ad aliud. Si non relinquebat ſemen, aut erat mulier apta ad gignendum, aut non: vtpote, quia ſenio confecta, vel manifeſte ſterilis, aut arcta, vel quocunque impedita, ita vt non poſſit gignere. Si non erat apta non tenebatur ad aliquid, cum nō poſſet ſuſcitare ſemen: & tamen non debebat nubere alteri viro, quia ſi nuberet, oſtēderet ſe aptam ad gignēdum cum matrimonium ordinetur ad prolē: & tunc eſſet in culpa, quia ſi apta eſſet ad gignēdum, deberet ſuſcitare ſemen, ſed manebit ſoluta, & nō poterit cognatus aliquis defuncti illam cogere ad ſuſcitationē ſeminis. Si autem erat apta ad ſuſcitationem tenebatur mortuo viro, & elapſo tempore luctus, quod de lege, vel conſuetudine apud Iudęos ſeruabatur, admonere omnes cognatos defuncti ſm ordinem maioris, & minoris propinquitatis, vt aliquis eorū acciperet eā in vxorem ad ſuſcitandum ſemen defuncto: & vſque ad illud tempus tenebatur ſemper abſtinere à quolibet viro, & ſiquis de cognatis viri vellet eam accipere in vxorem, tenebatur manere cum illo, ſi autē nemo illam vellet accipere de cognatis defuncti, erat ipſa libera à lege prioris viri, & poterat nubere cuicunque vellet, neque poterat ei quicquam obijci. Si tn̄ anteq̄ omnes admonerent, vt eam aliquis acciperet, cōtraheret ipſa cum aliquo viro, vel fornicaretur tenebatur tanquam adultera ad pęnam, ſicut ſi eſſet coniugata, vel deſponſata per verba de præſenti, & fornicaretur cum aliquo, vt dicetur ſequenti quæſt.

Matrimonium ad prolē ordinatur.

Sciendum tn̄, ꝙ quando mulier defuncti admonebat quemlibet cognatorum defuncti, vt eam acciperet, ſi ipſe nolebat tenebatur, illum citare corā iudicibus, & ibi propoſitura erat querelam ſuam, ſ. quia ille nolebat ſuſcitare ſemen defuncto, & tunc ſi ille diceret, ꝙ verum erat, ꝙ nolebat, adiudicantibus iudicibus mulier ſoluebat calciamentum de pede illius, & ſpuebat in faciē eius, dicens. Sic fiet viro, qui nō vult ædificare domum patris ſui. Et vocabatur deinde domus illius domus diſcalciati: Deut. 25. Et ſicut de vno fecit, ita de omnibus factura erat, & ſic quouſque omnes eam accipere recuſarent, & ſuſtinerent iudicialiter illam pęnam, non licebat mulieri accipere aliquē alium virum. Si autem aliquis de cognatis viri eā acciperet, manebat apud eam tota hęreditas viri pro ſemine naſcituro. Si autem nemo eam acciperet, poterat ea accipere quemcunque vellet in virū, & tamen nihil manebat penes eam de hæreditate viri ſui, cum non ſuſcitaret ſemen eius.

Quomodo poteſt ſtare, quod dictum eſt præceden. q. ſ. quòd ſi mulier mortuo viro ſine ſemine alteri commiſceatur adultera cenſebatur, cum ipſa non eſſet coniugata. Quæſt. CLXX.

QVAERETVR, quomodo poteſt ſtare, quod dictum eſt præce. q. ſ. ꝙ ſi mulier mortuo viro ſine ſemine ſi antequam requireret oēs cognatos viri iuxta formam ibi datā acciperet alium virum, vel fornicaretur, ꝙ poterat accuſari, vt adultera, quia talis accuſatio non competit niſi ꝯ coniugatam aut deſponſatam per verba de præſenti, ſed iſta non erat coniugata, aut deſponſata. Dicendum, ꝙ tenebatur de adulterio quomodocūque permitteret ſe cognoſci ab aliquo viro, ſiue matrimonialiter, ſiue fornicarie, & de-

A bebat lapidari, vel cremari, quod patet ex his, quę habentur Gen. 38. c. vbi primogenitus Iudę accepit Thamar vxorem, & mortuo illo ſine ſemine accepit eam ſecundus frater, ſ. Onam, & illo quoque mortuo ſine ſemine acceptura erat eam Sela tertius frater: ſed antequam illam acciperet, inuenta eſt prægnans Thamar, & condemnata eſt ad ignem, & exuſta fuiſſet, niſi quia innocentiam ſuam probauit, aut culpam ſaltē excuſauit, vt patet ibidem; Ita autem ſecundū Iudęos pateretur mulier, quæ hoc faceret. Nā lex ſuſcitationis ſeminis fuit inter Iudæos, quia erat prius inter Gētiles, vt oſtenſum eſt ſupra. & ideo ſicut erat pœnalis apud Gentiles, eſſet quoque apud Iudæos. In q. 143. & 144.

B Et tamen in hoc differt, quia inter Hebręos nō imponebatur talis pęna regulariter, ſed adultera lapidabatur Leui. 20. & Ioan. 8. c. & dixi regulariter, quia interdum pro fornicatione exurebatur mulier: vt ſi filia ſacerdotis fornicaretur in domo patris exurebatur flammis Leui. 21. ca. ſed quidquid pœnæ imponeret non differt in hoc cum videatur imponi pœna indebita. Et obijcietur contra præd.cta, quia ad Rom. 8. dicit Apoſtolus, ꝙ mortuo viro ſoluta eſt mulier à lege viri: ita vt non iudicetur adultera ſi fuerit cum alio inuenta: & tamen hic erat mortuus vir: ergo non poterat accuſari mulier de adulterio, licet contraheret cum altero, vel quomodocūque commiſceretur ei.

Adultera inter Hebręos lapidabatur.

Dici poteſt, quòd dictum Apoſtoli eſt regula, & tenet generaliter in omnibus, niſi in quibuſdam caſibus à lege exceptis. Et iſte eſt vnus, vel forte vnicus,
C quia non inuenimus alium caſum, in quo mortuo viro teneatur mulier de adulterio, ſi cum alio inueniatur.

Secūdò poteſt dici, ꝙ generaliter eſt verum, quòd mortuo viro, ſoluta eſt mulier a lege viri, & tamē hic nō eſt mortuus vir huius mulieris, quia licet vir mortuus ſit verè, tamen fictione legis viuit quouſque illa accipiat virum vnum de cognatis eius, qui ſuſcitet ſemen illius.

Tertiò poteſt dici, ꝙ nō eſt mortuus vir, quia licet vir prior ſit mortuus, manet vir eius vnus de cognatis viri ſui ex legis ordinatione, & ſi fornicatur dicit fornicari
D uiuente viro, & ita eſt adulterij rea.

Quartò poteſt dici, & fortè melius, quia licet mulier ſoluta erat à lege viri mortuo viro, tamē non erat ſoluta ab onere legis. Nam dicitur Deuteron. 25. ca. ſi vnus ex fratribus mortuus fuerit abſque liberis vxor eius non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen defuncti, & quia lex impoſuit hic ſuper mulierem neceſſitatem ſuſcitandi ſemen volente aliquo de cognatis defuncti, tenetur mulier abſtinere ab extraneo coitu, quouſque ſciat, an aliquis de cognatis viri velit eam accipere in vxorem.

Sed tunc quando obijcit, quòd non poteſt iſta mulier teneri de adulterio, quod ſolum competit cōtra deſponſatam & coniugatam, dicēdum quòd verum eſt: & tamen mulier iſta, licet non ſit coniugata, neq; deſponſata in veritate, cenſetur deſponſata, eo quòd
E lex deſpōdet eam alicui cognatorum defuncti, ſi voluerit eam. Ideo ad petitionem illius tanquam ſponſi ſui debebat mulier illa cremari, vel lapidari, ſi acciperet alium in virum, vel fornicaretur cum eo. Poterat etiam quilibet alius propinquorum illam accuſare, vel fortè quilibet de populo, quia adulterium eſt crimen publicum. Et in criminibus publicis competit cuilibet de populo ius, & admittitur ad accuſandum ſm leges humanas, & fortè ita erat inter Iudęos. ſic fuit de Thamar, vt dictum eſt, quia ex hac cauſa eam accuſauit Iudas, & producebatur ad incendium, niſi quia ſe excuſauit Gen. 38. c. ſed maximè competebat accuſatio directè cuilibet propinquorum, q̄a cuilibet

In criminibus publicis cōpetit cuilibet de populo ius ad accuſandū.

erat debita mulier volente altero eam recipere, & recte imponebat mulieri pęna. Primò, quia mulier peccabat contra legem. Secundò, quia ille ad cuius petitionem puniebatur, habebat ius mulieris, idest erat ei debita, & velut pro sibi illata iniuria conuenienter eã ad mortem accusabat. Primum patet, quia Deutero. 25. ca. dicitur si mortuus fuerit vnus de fratribus sine liberis vxor eius non nubet alteri, sed accipiet eã frater eius. Secundum patet eo. c. cum dicitur. Sed accipiet eam frater eius. Et postea dicitur: Si aũt noluerit recipere vxorem fratris sui, quę ei ex lege debetur. Ergo antequam illi nubat, debita est ei, & ideo nõ est soluta ab omni vinculo, & consequẽter si alteri nubat, vel fornicetur pœnam incurrit, quia est sub lege viri velut si esset sponsa de presenti, vel esset matrimoniũ consummatum.

An si defunctus haberet fratrem valde paruæ ætatis vxor accipere posset aliquem alium cognatum ad suscitandum semen. Quæst. CLXXI.

QVAERETVR, si defunctus haberet aliquẽ fratrem valde paruę ętatis, quomodo vxor defuncti accipere posset in virum ad suscitandum semen, & an poterat accipere aliquem alium cognatum defuncti, qui non esset tam propinquus, vel poterat accipere aliquem, qui non esset de cognatione.

Dicunt quidam, ꝙ in tali casu non tenebantur vxores defunctorum ad suscitandum semen eorum, sed poterant nubere quibus vellent. Sic colligitur Ruth. 1. c. vbi dicitur, ꝙ Ruth, & Orpha nurus Noemi iã viduæ, mortuis filijs Noemi, volebant venire cum Noemi de terra Moab, quæ erat terra earum, in terram Israel, quæ erat terra Noemi: & dixit ad eas Noemi, Reuertimini filiæ Moabitæ, cur venitis mecũ? iam enim senectute confecta sum, neque apta vinculo coniugali neque filios habeo in vtero, & si ista nocte concipere possem, & parere filios si eos expectare velitis, donec annos impleant pubertatis prius eritis vetulæ quàm nubatis. In quo innuit, ꝙ si filij essent paruuli, non tenerentur eos expectare, sed poterant nubere alijs viris, sicut Noemi suadebat nuribus suis, ꝙ reuerterentur in terram Moab, & ibi nuberent.

Alij dicunt, quòd in hoc casu debebat mulier accipere aliquem alium de cognatione defuncti ad suscitandum semen, & hoc sufficiebat. Sed dicẽdum est, ꝙ si paruulus esset ille, qui erat propinquior defuncto, & cui cõpetebat suscitare semen eius, aut mulier defuncti expectando istum, donec veniret ad annos pubertatis, excederet tp̃s gignendi, aut non. Si non excederet tp̃s, tenebat̃ expectare. Sic patet de Thamar vxore primogeniti Iudæ mortui sine liberis quam sequens frater, idest Onan accepit ad suscitandum semen, & illo quoque mortuo sine liberis manebat alius filius paruus frater defunctorum, s. Sela, & dixit Iudas ad Thamar: Mane in domo patris tui ĩ veste viduitatis, donec crescat Sela filius meus, & dabo eum tibi, & mansit expectando Thamar, quousque venit Sela ad annos pubertatis, & cum non daretur ei vidẽs se delusam cogitauit qualiter ipsa fraudaret Iudam, & ita factum est: Gene. 38 Et tamen si nõ tenerentur expectare quousque ille cresceret, non maneret ipsa expectans tanto tempore ad mandatũ Iudæ in viduitate, & quod maius est, quia licet fornicaretur non teneretur ad pœnam aliquam si nõ teneretur expectare paruulum, donec esset pubes. Si autem mulier tantæ ætatis esset, quòd expectando paruulum vsque ad pubertatem transcenderet tempus gignendi, nõ debet eum expectare, quia tunc sequerentur duo incõ-

F uenientia. Primũ, quia non fieret suscitatio seminis, cum mulier ista esset inepta ad suscitandum semẽ tẽpore, quo paruulus perueniret ad pubertatem. Secũdum quia mulier ista perderet tp̃s suum gignendi, cũ de alio viro concipere posset post mortẽ viri prioris.

Dicẽdum ergo, ꝙ in tali casu ista mulier debet accipi in vxorẽ ab alio de cognatis defuncti prętermisso illo paruulo. Et istud satis poterat fieri, quia si vnus de cognatis defuncti cederet iuri suo, nolendo suscitare semen defuncti, trãsibat potestas ad alium, vt patet in Booz, & alio cognato suo, qui ꝓpinquior erat, & noluit suscitare semen Mahalon: Ruth. 3. & 4. c. a fortiori ergo fieret, si vnus cognatus esset impotens

G transiret ius suscitandi ad alterum, quia si sola voluntas poterat transferre ius de vno in alterum, posset illud à fortiori transferre impotentia, & necessitas, & ita transiret ius de vno in alterum, si essent multi cognati impotentes, siue propter ætatem, siue propter alterum impedimentum quousque perueniretur ad illum, qui esset potens s̃m ordinem propinquitatis.

Quibus competebat hoc ius de suscitatione seminis defunctorum, vel cui erat imposita necessitas in veteri lege. Quæst. CLXXII.

QVAERETVR, nunc circa suscitantes semẽ defunctorum, quibus competebat hoc ius vel erat imposita istam necessitas.

H Dicendum, ꝙ istud partim erat ius, partim erat onus: & t̃n potius erat onus q̃ ius. Primum, patet, quia si non esset hic ius aliquod, vel fauor quarundam personarum, posset quilibet de cognatione aspirare ad illud incõsulto alio, sed falsum est, quia fiebat s̃m ordinem maioris, & minoris propinquitatis: & non licebat minus propinquo suscitare semen defuncto, nisi expresse renunciaret iuri suo, qui magis propinquus erat, vt patet de Booz, qui non potuit accipere Ruth in vxorem ad suscitandum semen Maalon defuncti, donec alius, qui erat propinquior cederet iuri suo, & cessit realiter Ruth 3. c. & 4. c.

Secundum patet, quia obligabantur viuẽtes ad suscitandum semen defunctorũ, & cũ sibiipsis filios gi-

I gnere deberent, gignebant alijs. Sic patet Gene. 38. & Deut. 25. c. Tertium patet, quia ius quod habebãt illi, qui semen suscitabant erat, ꝙ haberent omnia bona defuncti, & ꝑtinebat ad eos vsusfructus illorũ, & seruabant̃ bona pro illo, q̃ nasciturus erat ex seminis suscitatione, vt patet Ruth 4. cum dixit Booz q̃n cessit ei cognatus suus in ius, s. Testes vos estis, ꝙ possederim hodie oĩa, q̃ fuerunt Elimelech, & Cheliõ, & Mahalon tradente Noemi, & Ruth Moabitidem vxorẽ Mahalon in coniugium sumpserim, vt suscitẽ nomẽ defuncti in hæreditate sua. Erant autem multa onera in suscitando semen. Primum, ꝙ cogebatur quis accipere determinatam vxorẽ. s. vxorẽ defuncti: istud aũt Multa onera in suscitando semẽ.

K erat valde durum, quia nõ bene accipitur in vxorem, nisi ea, q̃ placet, multi autem sunt, qui vxores accipere nolunt, quæ ab alijs cognitæ fuerunt, & assuetæ aliquando moribus aliorum: hic autem accipiebatur vxor ab alio cognita, & non quia placebat, sed quia lex iubebat, ideo erat onus. Secundo quia gignebat filios alteri, & non sibi. Nam saltẽ primogenitus nominabat̃ noĩe defuncti, i. ad posteritatẽ suam pertinebat, & non ad familiam gignẽtis: hoc aũt erat tam graue, ꝙ quidã ꝑp hoc incidebãt in rẽ non humanã, s. priuãtes se naturali delectatione licita. Sic patet de Onã filio Iudę, q̃ accepit Thamar in vxorẽ ad suscitandũ semen fratris sui defuncti Gen. 38. c. & dr̃: Ille aũt sciens non sibi nasci filios introiens ad vxorẽ fratris semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerent̃.

Tertio

A Tertio quia ex ista suscitatione seminis contingere poterat interdum, quod aliquis maneret sine filijs, & nomē suum deleretur, vt siquis suscitaret semē alteri, & nasceretur vnicus filius, ille pertinebat ad defunctum, & maneret pater eius sine liberis, qui pertinerent ad eius cognationē. Hoc aūt erat magnum inconueniēs, sic patet Ruth. 4. c. cum dixit Booz ad cognatum suum, ꝙ acciperet Ruth ad suscitandum semen defuncti, & ille noluit, sed ait. Cedo iuri propinquitatis: neq; enim posteritatem familiæ meę delere debeo, idest nolo delere, sed hoc nō diceret, nisi interdum suscitando semen alteri, contingeret deleri nomen, & progeniem suscitantis.

Quarto patet, quia imponebatur pęna non suscitāti semen Deut. 25. c. & grauis quidem, s. ꝙ discalciabatur, & spuebāt in faciem eius, & manebat in perpetuum infamatus, s. ꝙ vocabatur domus discalciati in B Israel, & tñ, si plus esset de fauore quam de grauitate, vel pęna, nō imponeretur pęna aliqua à lege, sed quilibet sponte suscitaret semen defuncti, cum quilibet appetat id, quod delectabile est, & fauorabile.

Quinto patet, quia qñ quis sperabat fauorem, qui erat circa suscitationem seminis, multi illū desiderabant, cum aūt coniungebatur cum oneribus, quę cōiuncta erant mulieri fugiebant vtrunq;. Plus ergo esse putabant de odio, & onere q̃ de fauore. Sic patet Ruth. 4. c. qñ Booz petiuit à cognato suo, an vellet emere agrum Ruth, qui pertinebat ad eum iure propinquitatis, & ait ille ego agrum emam, cui ait Booz, C qñ emeris agrū de manu mulieris Ruth quoq; Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit debes accipere, vt suscites nomen defuncti, cui respondit ille. Cedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatē familię meæ delere debeo, tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.

De ista suscitatione dicendum, ꝙ pertinebat ad fratres defuncti, Deut. 25. c. Et ratio est, quia ille qui nasceretur, debebat vocari, & reputari filius defuncti, ideo debebat habere ad illum maximam identitatē, quam habere poterat; non poterat autem esse maior quam, ꝙ à fratre defuncti gigneretur cum fratres habeant identitatem sanguinis, & radicis, vt dr̄ 8. Ethic. (In q. 161.) D aliæ etiam causæ ad hoc erant, vt dictū est supra. Sed dicendum, ꝙ non solum fratres, sed etiam alij cognati poterant suscitare semen defuncti. Quod patet de Booz, & cognato suo, qui non erant fratres, & tñ ad ambos pertinebat suscitatio seminis, & patet, quia Booz, & cognatus suus non erant in eodem gradu, cū dixerit Booz, ꝙ alius erat propinquior, quā ipse, Ruth 3. & 4. c. & tamen si fratres essent, ambo attinerent ad Maalon in eodem gradu, ergo non erant fratres. Ergo ad non fratres defuncti pertinebat suscitatio seminis, sed dicendum, ꝙ directius pertinebat ad fratres.

Sed obijcietur, quia Deut. 25. c. vbi ponitur de suscitatione seminis solum dicitur de fratribus, s. frater defuncti accipiet eam in vxorem, & tota illa lex loquitur de fratre.

E Dici potest vno modo, ꝙ accepit fratres largè pro cognatis, quia quatuor modis accipiuntur fratres, vt dicit Hierony. super Matth. s. natura, gente cognatione, & affectu. Natura vt Esau, & Iacob, gente vt omnes Iudæi fratres inter se vocantur Deut. 17. c. nō poteris super te constituere in regem extraneum, qui nō sit frater tuus, idest qui non sit de gente Iudęorum. Porro cognatione vocantur fratres omnes, qui sunt de eadem familia, sicut Gen. 13. c. dixit Abraham ad Loth. Non sit rixa inter me, & te qm̄ fratres sumus. Affectu vt omnes Christiani seq. c. omnes vos fratres estis. Hic potest accipi frater tertio modo, idest cognatione, & ita omnes cognati vocabantur fratres. Sic etiam accipitur sępe in nouo testamento, vt supra 12. c. s. ecce mater tua, & fratres tui stant foris, & tamen Christus non habebat fratres, sed cognatos, & supra 13. c. dicitur. Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Simon, & Ioseph, & Iudas, & sorores eius nonne omnes apud nos sunt? & tamen neque fratres neque sorores habebat Christus, & non solum qui virginitatem Mariæ nesciebant vocabant istos fratres Christi quasi putarent eos filios Mariæ, & Ioseph, sed etiam Apostolus ad Gala. 1. c. vocat Iacobum fratrem Domini, idest cognatum.

Secundo potest dici, & melius, ꝙ accipitur frater pro germano, quia manifeste colligitur ex litera, ꝙ ibi de fratribus agatur.

Sed dicendum, ꝙ dixit ibi solum de fratribus, primo, quia licet ad omnes cognatos pertineat ista suscitatio, tamen primo, & directius pertinet ad fratres quam ad alios, & hoc, quia isti sunt propinquiores. Secundo, quia casus ponebatur ibi de fratribus, ideo oportuit, ꝙ lex sequens de fratribus diceret. Dicitur quando habitauerūt fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & tamen cognati idem faciebant, sed de illis non fuit ibi expressum. De hoc tamen, s. an cognati obligarentur ad suscitationē seminis, sicut fratres, dicetur infra. In q. 179.

An omnibus fratribus æqualiter competebat suscitare semen, vel erat inter eos aliquis ordo præcessionis, vel iuris, vel obligationis. *Quæst.* CLXXIII.

QVAERETVR cum fratribus defuncti primo, & directius competeret suscitare semen, an omnibus ęqualiter cōpetebat, vel erat inter eos aliquis ordo præcessionis, & iuris, vel obligationis.

Dicendum, ꝙ scriptura non ponit aliquem ordinē Deute. 25. c. vbi ponitur ista lex de suscitatione seminis, sed solum, ꝙ si moreretur aliquis acciperet frater eius vxorem defuncti, & suscitaret ei semen, erat tñ aliquis ordo inter illos. Erat autem ordo, ꝙ mortuo aliquo sine liberis frater eius, qui erat sequens in ordine natiuitatis acciperet vxorem eius ad suscitandū semen, & si iste moreretur, nō suscitato semine, succedebat sequens frater s̄m ętatem quousque omnes morerentur, & finirentur accipiendo mulierem, vel aliquis suscitaret semen, aut moreretur mulier. Nam siquis illorum suscitabat semē etiam illo mortuo nō tenebatur alius accipere mulierem illam ad suscitandum semen, quia iam suscitatum erat. (Ordo obseruatus in suscitātes semen defuncti.)

De ordine isto patet primo, quia si nō esset aliquis ordo inter fratres nunquam fieret suscitatio seminis: erat enim istud potius onerosum quā appetibile, & fauorabile, vt ostensum est præce. q. & ideo quilibet de fratribus recusaret illud, & imponeret onus alteri, dicens, se non obligari plusquam alios, & ita suscitaretur discordia inter fratres, & nullus vellet suscitare semen defuncto. Dato autem, ꝙ esset ordo debebat esse ille, quem diximus, quia sicut prioritas natiuitatis tribuit ius ad præcedēdum in alijs, ita & hic cū sit quoddam ius, & priuilegium, sicut dixit cognatus Booz ad ipsum, tu meo priuilegio vtere, licet esset ēt onus, ideo priores natiuitate debebant præcedere.

Secundo patet ex ordine, qui ponitur Gen. 38. c. Cū enim mortuus fuit Her primogenitus Iudæ præcepit Iudas sequenti filio, s. Onan accipere vxorem fratris sui ad suscitandū semen, & illo mortuo, dixit, ꝙ daret Selam, qui erat minimus ad suscitandum semen.

Tertio patet hoc ex ordine cognatorum suscitantium semen: nam qñ illi suscitabant semen, ille qui erat gradu proximior suscitabat semen. Sic patet de

Booz,

Booz, & cognato eius, quia qñ Ruth voluit, ꝙ Booz acciperet eam in vxorem dixit ille, ꝙ erat alius propinquior, & si ille vellet acciperet, sin autem ipse eam acciperet Ruth. 3. c. & ita postea fuit, quia Booz noluit accipere Ruth. in vxorē quousque cognatus eius cessit iuri propinquitatis Ruth. 4. c. ita ergo inter fratres esset, quia primus deberet suscitare semen defuncto, nisi secundus cederet ei ius suum nolendo suscitare semen defuncto, & tamen nō poterat cedere ius sine illa pena, quæ habetur Deute. 25. c. s. ꝙ si requisitus nollet suscitare semen discalciaret eum mulier coram iudicibus, & spueret in faciem eius, & diceret, sic fiet viro, qui non vult suscitare semē fratri suo, & tūc tertius frater poterat suscitare semen, & si nollet, sed alteri cederet, pateretur eandem pęnam.

Quarto patet hoc ex casu, quem posuerunt hic Saducæi dicentes fuisse septem fratres, & primus accepit vxorem, & mortuo illo sine liberis accepit eā secundus, similiter tertius, & quartus, & vsque ad septimum, & nouissime mulier mortua est, & ita ponunt talem ordinem fuisse in accipiendo vxorem ad suscitandum semen qualis erat ordo in natiuitate eorum.

An in omni casu obligarentur fratres suscitare semen fratris defuncti. Quæst. CLXXIIII.

QVÆRETVR, an in omni casu tenerentur fratres suscitare semen fratris sui defuncti, vel erat aliquis casus, in quo non tenerentur.

Aliqui dicunt, ꝙ interdum non tenebantur fratres superstites suscitare semen defuncto, quod aliquādo contingeret, ꝙ moriēte vno fratre cæteri fratres eius haberent coniuges, & sic non possent suscitare semē defuncti. Dicunt ergo quidam propter hoc, ꝙ quando quis moriente fratre suo habebat vxorem, non tenebatur suscitare semen illius, sed in omnibus alijs casibus tenebanť superstites suscitare semen defuncto.

Sed dicendum, ꝙ non stat: immo etiam si fratres defuncti haberent vxores suscitare debebant semen defuncti. Quod patet, quia si habens vxorem non deberet suscitare semen alterius, rarò contingeret suscitari semen defunctorum. Nam contingeret, vt in plurimum, ꝙ moriente vno de fratribus, reliqui, siue essent plures, siue vnus, haberent vxores, & ita in casu illo nullus suscitaret semen defuncti. Vnde contingeret pluries non suscitari semen quam suscitari, Deus tamen dabat regulam istam tanquam generalem, s. ꝙ suscitaretur semen defunctorum, ne perirent nomina eorū. Ergo videtur, ꝙ etiam si haberent alij fratres vxores, suscitare deberent nomen defuncti.

Sed in hoc incidunt duo dubia. Primum erat, qūo poterant suscitare semen, qui iam habebant vxores, quia ad hoc oportebat accip. alias vxores, s. vxorē defuncti. Secundum dubiū est, dato ꝙ liceret eis, an obligarentur ad hæc. Dicendum, ꝙ ista non impediebant, & est dicendum de primo, ꝙ licebat cuilibet istorum habenti vxorem accipere insuper vxorem defuncti. Nam vxorum pluralitas nunc est illicita extra de diuor. c. gaudemus. & supra 19. c. q. 31. & tamen in veteri testamēto licita erat, sicut fuit de Elcana viro sancto patre Samuelis habēte duas vxores, & ex vna illarū Deus dedit ei miraculose filiū, qui fuit propheta magnus 1. Reg. 1. & 3. c. & ita Deus approbabat illud. Sic etiā Dauid erat vir sanctus, & habuit multas vxores 2. Reg. 3. & 5. & 1. Parali. 3. c. Etiam Deus dixit ad Dauid 2. Reg. 12. cap. Dedi vxores Domini tui in sinu tuo, & tñ si habere multas vxores esset malum, non fecisset hoc Deus, qui non est auctor mali, & si fecisset permissiue saltē, non referret hoc ei, quasi exprobrādo beneficium collatum, ergo erat licita vxorum pluralitas. Sic ostensum est supra 19. c. q. 32. nunc autem erat maxime licita, quia erat pro causa honesta à Deo imperata s. ad suscitandum semen.

F De secundo dicendum, ꝙ nō solum erat licitum, immo etiam obligabantur, & dependet vnum ab altero, quia si licitum erat nulla dubitatio est, quin esset necessarium. Nam nō manet difficultas, nisi quia habenti vxorem datur vxor inuito, & hoc non est inconueniens, quia siquis non haberet vxorem manifestum est, ꝙ teneretur accipere vxorem defuncti etiā si illa non placeret in oculis eius. Ergo cum liceret habenti vxorem accipere aliam vxorem, tenebatur accipere illam, quia aliter non poterat semen suscitari & manifestatur plus, quia habēti vxorem in veteri testamento licebat superducere aliam vxorem, ergo sicut non habens vxorem cogebatur accipere vxorem defuncti ad suscitandum, ita & habens vxorem tenebatur superducere aliam, s. vxorem defuncti.

G Secundò quia, vt dictum est, si fratres defuncti habentes coniuges non tenerentur suscitare semen defuncto, rarò suscitaretur semen defunctis, cum pluries cōtingeret fratres defunctorum esse coniugatos quam sine vxoribus, & tñ lex erat generalis, ꝙ frater defuncti suscitaret semen eius, ergo etiam in isto casu tenebantur suscitare semen.

H Tertiò patet, quia hoc dato raro, aut nunquam suscitaretur semen defunctis: cum enim suscitare semē esset onerosum, & cōiter videretur hominibus difficile, posset fieri fraus, vt nunquam fieret suscitatio, s. quòd fratres minores acciperent cito vxores, vel saltē sponsas, & ita nunquam tenerentur ad seminis suscitationem.

Quartò patet de suscitatione seminis Mahalon ex Ruth quādo eam accepit Booz: nam tam ipse quam cognatus eius erant homines antiqui satis, & venerabiles, vt colligiť ex verbis Booz, qui laudauit Ruth, eo quòd non secuta fuerat iuuenes, sed eum Ruth. tertio cap. & ideo non erat satis verisimile, quòd tam Booz quam cognatus eius non haberent vxores, & tamen Booz accepit Ruth in vxorem, & cognatus eius non se excusauit quin acciperet quasi habens aliam vxorē, ergo vxores habentes non excusabantur, quin tenerentur suscitare semen defunctorum accipiendo alias vxores.

I Quintò patet ex casu, quem posuerūt hic Saducæi de suscitatione seminis de septem fratribus, qui acceperunt eandem vxorem successiue, & quilibet tenebat eam, donec moreretur ipse, & postea suscipiebat eam sequens, & ita de omnibus factum est. Non erat tamen verisimile de omnibus, his, quòd omnes manerent tunc sine vxoribus, quando illam suscipiebāt, quia tunc omnes sex fratres manerent sine vxoribus quousque moreretur primus, & omnes quinq; quousque morerentur primus, & secundus, & maxime erat hoc non verisimile quantum ad septimum, scilicet, quòd ille maneret semper sine vxore quousque omnes sex fratres eius haberent successiue eandem vxorem, & morerentur. Nam licet hoc erat possibile non erat verisimile, accidit tamen, quòd omnes isti septem fratres acciperent eandem vxorem successiuè: ergo aliquis istorum, vel fortè multi habebant alias vxores quando istam accipiebant, & ita fratres defunctorum tenebantur ad suscitandum semē defuncti, & ad accipiendum vxorem eius etiam si quilibet ipsorum haberet iam vxorem aliquam, vel multas.

K

An

An erat generale, quòd quandocunque moreretur vnus de fratribus tenerentur omnes alij ſuſcitare ſemen eius, vel ſpeciale in primogenitis. Quæſt. CLXXV.

QVAERETVR, an erat generale, ꝙ quandocunque moreretur vnus de fratribus tenerentur alij ſuſcitare ſemē eius, vel erat ſpeciale in quibuſdam ipſorum.

Dicēdum, quòd lex de ſuſcitatione ſeminis Deut. 25.c. generaliter loquitur, ſ. quando habitauerint fratres ſimul, & vnus abſque liberis mortuus fuerit, vxor eius non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius. Et ita innui videtur, ꝙ quilibet de fratribus teneretur ſuſcitare ſemen alterius fratris ſui prius morientis.

Aliqui dicunt, ꝙ ſolum intelligitur in primogenitis, ſ. ꝙ ſi ille moreretur ſine liberis frater eius ſequēs acciperet vxorem illius ad ſuſcitandum ſemen, & ſi ille quoque ſine filijs moreretur ſuccederet tertius, & vſque ad vltimum, & ita fuit in præſenti, vt retulerunt Saducæi, quia ſeptem fratres ſucceſſiue habuerunt eandem mulierem. dicunt etiam, ꝙ hoc non habebat locum in minoribus fratribus, vt ſi moreretur frater minor ſine liberis relicta vxore, & frater maior non haberet vxorem, nō tenebatur accipere vxorem defuncti ad ſuſcitandum ei ſemen.

Cauſam autem eſſe dicunt, quia ſuſcitatio ſeminis fiebat ad familias conſeruandas primogenitorum, & nomina, per quos principaliter deriuabantur familię patrum. Et ideo primogeniti pro ſeipſis ſemen gignebant, & non tenebātur illud ſuſcitare pro minoribus. Iſta poſitio eſt ſatis rationabilis, & eſt multorum, & tenuimus eam Deute. 25. c. Et nō ſolum hoc de primogenito, in quo videbatur ſpeciale, ſed etiam de alijs non primogenitis, ſ. quòd maiores nunquam tenerentur ſuſcitare ſemen minorum, vt in caſu, quē poſuerunt hic Saducæi de ſeptem fratribus, ſi quartus ætate moreretur ante ſecundum, ꝙ nō teneretur ſecundus ſuſcitare ſemen quarti, etiam ſi nullā vxorem haberet, ſed ſi moreretur quartus, obligabatur quintus, ſextus, & ſeptimus ad ſuſcitandum ſemen illius, & ſi poſſent maiores ſuſcitare ſemen minoribus, ſaltem non obligabantur ſuſcitare, quia maiores natiuitate reſpectu minorum habebāt locum primogenitorum.

Si autem ſtaret iſta determinatio manebat dubiū, ſ. ſi eſſent multi fratres, & aliqui de medijs morerentur, an minores illis tenerentur ſuſcitare ſemen ipſorum, dato ꝙ primogenitus non teneretur ad hoc reſpectu aliquorum ſuorum fratrum. Tenentes poſitionem prædictam reſpondent ſub dubio dicentes, ꝙ fortè non tenebantur minores ad hoc, quia ſuſcitatio ſeminis fiebat propter ſuſcitationem familiæ, & nominis primogenitorum, & ſic ſi primogenitus filios habebat, non erat neceſſe, ꝙ alij minores adinuicem ſibiipſis ſemen ſuſcitarent, & ſic volunt iſtam legem reſtringere ad primogenitos, ſ. ꝙ ſolum fieret iſta ſuſcitatio ſeminis moriente primogenito alicuius.

Alij dicūt rationabilem poſitionem eſſe, ꝙ lex iſta intelligatur de omnibus fratribus, ſiue moreretur primogenitus ante alios, ſiue quilibet minorum fratrū, ꝙ manentes tenerentur ad ſuſcitandum ſemē defuncti. Et patet hoc, quia lex generaliter loquitur, ſ. quādo habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit. Si tamen de ſolo primogenito intelligeretur non diceretur, & vnus ex eis ſine liberis mortuus fuerit. Quia hoc indeterminate ponitur, & poteſt referri ad quemlibet eorum, ſ. ꝙ ſi moriatur ſine liberis, ꝙ ſuperſtes ſuſcitet ſemen eius. Et non ſolum poteſt referri: immo videtur, ꝙ ex modo loquendi non poſſit intelligi de ſolo primogenito, ſed oporteat intelligi etiam de alijs, quia aliter nō diceretur vnus ex eis, ſed primus ex eis. Ideo magis cōcordando literę legis videtur ſecurius tenendū, ꝙ intelligat de omnibus, ſ. ꝙ cuiuslibet hominis, qui moreretur ſine liberis erat ſuſcitandum ſemen, ſiue eſſet primus de fratribus, ſiue medius, ſiue minor. Et ratio huius eſt, quia cauſa, quam iſti ponunt de ſuſcitatione ſeminis non fuit præcipuum motiuum, ſ. ꝙ per primogenitos principaliter familiæ patrum extēderentur, ſed præcipuum motiuum erat, quia Iudæi putabant ſe viuere ſi relinquerent poſteritatē etiā ſi eſſent mortui, & ſi ſine liberis morerentur, putabant ſe omnino mortuos, & infelices Eccleſiaſt. 30. Mortuus eſt, & non eſt mortuus pater eius: reliquit enim filium ſimilem ſibi. Et oſtenſum eſt ſupra. & quia iſta opinio erat cōis omnibus Iudæis, ſiue primognitis, ſiue non primogenitis, debeat ſuſcitari ſemē omnibus. In q. 144

Etiam omnes aliæ cauſæ, quæ aſſignatæ fuerunt ſupra, de ſuſcitatione ſeminis competunt tam primo genitis quam non primogenitis. Ideo dicendū, ꝙ ſi primogenitus moriatur oēs fratres inferiores per ordinem tenentur ſuſcitare ſemen illius, & ſi aliquis alius de fratribus moriatur (etiam ſi ſit minor) omnes tam ſupiores ꝙ̄ inferiores tenentur ad ſuſcitationem ſeminis illius. Dubiū tñ manet de ſolo primogenito, ſ. ſi aliquis de minoribus fratribus moreretur, an primogenitus teneretur ſuſcitare ſemen illius, cum ipſe eſſet, cui primo competeret ex ordine propinquitatis poſſe ſuſcitare ſemen. Ratio dubitādi eſt, quia qui ſuſcitaturus erat ſemen defuncti, vocare debebat primogenitum ſuum nomine defuncti, Deute. 25. ca. & iſte non vocabatur filius patris ſui, ſed defuncti, & defuncto ſuccedebat in hæreditate, & nomine familiæ, & tñ per lineam primogenitorum deriuabatur ſemp familia, & ipſi ſuccedebant in honore paterno, & tñ primogenitus, qui naſceretur à primogenito ſuſcitāte ſemen alicuius de fratribus ſuis, debebat ei ſuccedere in dignitate, & nunc non poterat, quia non pertinebat ad familiam patris ſui, ſed ad familiā defuncti, ideo erat difficultas, qūo accipiendi eſſent illi, qui ſuſcitare deberent ſemen defuncti. De alijs autē minoribus primogenito non erat dubium aliquod, eo ꝙ per iſtos non texebatur linea principalis progeniei. Etiam quia non ſuccedebant aliquibus in dignitate, ſicut filij primogenitorum, ideo dato quòd primogeniti iſtorum, qñ ſuſcitarent ſemen fratrum nominarentur ex nomine defunctorum, & computarentur in familia ipſorum, non erat inconueniens. Dicendū, quòd nō obſtantibus prędictis oēs fratres tenebantur ad ſuſcitationē ſeminis fratris defuncti ēt ſi ille, qui mortuus erat eſſet minimus ætate, & tenebatur tam primogenitus ꝙ̄ alij ad ſuſcitationem iſtam, eo quòd lex generaliter loquitur. Cum aūt obijcitur, quòd primogenitus primogeniti ſuſcitantis ſemen non ſuccederet ei in dignitate, & honore, ſed computaretur de familia defuncti, dicendū, quòd veru eſt, & tñ hoc non erat inconueniēs, quia ille, qui erat nunc primogenitus primogeniti in ordine natiuitatis non vocabatur primogenitus eius, ſed aliquis, quē poſtea gigneret, eſſet primogenitus eius quantum ad ius primogenituræ, licet primus eſſet primogenitus ſm carnem, quia tñ non ſuccedebat in iure primogenituræ, non vocabatur primogenitus ſimpliciter. Sic enim fuit de Rubē filio Iacob, qui fuit primogenitus eius ſm carnem, & tñ primogenita eius mutata ſunt ad filios Ioſeph, & ad Iudā, vt patet 1. Paral. 5. c. ſ. filij quoque Ruben primogeniti Iſraelis, ipſe quippe fuit primogenitus eius, ſed cum violaſſet thorū patris ſui, data ſunt primogenita eius filijs Ioſeph, & nō eſt ille reputatus in primogenitum. Et ita iſte, qui eſſet primogenitus

In q. 144

genitus quantum ad ius, esset ille, per quem computaretur familia paterna. Sic.n. de multis factũ est. Nã Abraham prius genuit Ismaelem, quam Isaac, vt patet Gen. 17. & tunc Deus promittebat ei dare filium, qui natus fuit post, s. Isaac, & tñ non successit Ismael in iuribus primogenituræ, neque per eum deriuata fuit posteritas Abrahæ. Nam Deus dixit Abrahæ, In Isaac vocabitur tibi semen: Gen. 21. c. Sic etiam patet de Dauid, qui multos filios habuit, & minimus eorũ fuit Salomon. 1. Paralip. 28. & tñ in eo manserũt primogenita, cum ipse in regno successerit, & per eum describitur linea progeniei Dauid, vt patet supra 1. c.

Sed obijcietur quid si primogenitus suscitaret semen alicuius fratris sui, & non nasceretur ei, nisi vnicus filius, quia tunc non poterat fieri, quod dictũ est. Nam si ille pertineret ad defunctũ, maneret primogenitus sine prole, si aũt pertineret ad primogenitũ, non esset suscitatio seminis. Dicendum, ꝙ si primogenitus volens suscitare semen alicui fratri suo minori acciperet vxorem illius, & non haberet, nisi vnum filium, aut illum susciperet ex vxore defuncti, aut ex alia vxore, si de vxore defuncti necesse erat, ꝙ pertineret ad suscitationem seminis, & reputaretur filius defuncti. Si autem de alia vxore pertineret ad eum, & non ad defunctum, & tunc non esset suscitatum illi semen, sed deleretur nomen defuncti, & hoc non erat inconueniens, quia si accidebat interdum, ꝙ acciperet quis vxorem defuncti ad suscitandum semẽ, & non nasceretur filius, & deleatur nomen defuncti. Sed vr̃ inconueniens, ꝙ primogenitus gigneret aliquem, & tñ non pertineret ad eum, quia tunc censetur, manere sine filijs, & periret nomen suum de stirpe sua, sed ꝓgenies principaliter deriuabatur per primogenitos. Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ cessabat linea primogeniti, & delebatur nomen suũ in familia sua, tñ neque delebatur progenies, neque peribant primogenituræ iura, quia progenies illa, quæ deriuanda erat per primogenitum deriuatur nunc per minorẽ, cuius censetur esse filius ille, quem genuit per seminis suscitationem primogenitus. Nam per quemlibet filium deriuatur progenies patris. Primogenita etiam non peribant, sed trãsferebantur ad minorem, quia iste, qui erat nunc ſm carnem filius primogeniti, & ſm legis fictionem erat filius minoris, retinebat iura primogenituræ, & nõ est hoc inconueniens, quia aliqñ sic fiebat, vt si primogenitus moreretur sine filijs, & alius frater eius, qui solus erat, acciperet vxorẽ illius ad suscitandum semen, & ante hoc ipse habens aliam vxorem genuisset filiũ qui viueret, & ex vxore defuncti etiam data sufficienti opera non posset gignere prolem, manebat primogenitus sine prole, & delebatur nomen eius in familia sua, sed manebat familia, quæ deriuabatur per alium filium minorem, & primogenita trãsibant ad ipsum. & ita manet, ꝙ omnes fratres tenebantur indistinctè ad suscitandum semen alijs fratribus prius morientibus.

An si essent plures fratres quidam legitimi, quidam verò non, omnes isti tenerentur ad suscitationem seminis, vel qui eorum. Quæst. CLXXVI.

QVAERETVR, quid si essent multi fratres, & quidam essent de matrimonio legitimo suscepti, alij vero ex concubinis, an omnes isti tenerentur ad suscitationem seminis, vel qui eorum. Dicendum, ꝙ lex nihil de hoc determinat, cum rarò fiat mentio in veteri testamento de filijs concubinarũ: leges enim veteris testamenti nõ complebant aliquam legislationem, vt patet comparando illas ad leges Romanorum, & quarumcunque

E aliarum gentium, quæ valde multæ erant, leges autẽ Iudæorum erant valde paucæ. Et hoc fortè factũ est, quia populus erat rudis, & non erat opus, ꝙ intricaretur multitudine legum, vel quia volebat Deus cætera relinquere arbitrio iudicum, vel quia in cęteris voluit, ꝙ ipsi sibiipsis leges instituerent, quæ non essent tñ contra illas, quas Deus condiderat, vel quia voluit, ꝙ in alijs sequerentur leges forales aliarum gentium vicinarum, quæ fortè bonæ erant, quantum ad id, in quo non tangebatur cultus idolorum. Aliqui ergo dicunt, ꝙ omnes fratres tam ex vxoribus quã ex concubinis tenebantur ad suscitationem seminis, eo ꝙ lex generaliter loquitur. Sed dicẽdum vr̃, ꝙ lex suscitationis seminis de solis natis ex legitimo matrimo-

G nio intelligitur. Et patet hoc primo, quia licet lex generaliter loquatur, non videtur intelligenda de filijs concubinarum, eo ꝙ scriptura intelligẽda est ſm modum suum, lex autem Moysi non solet facere mẽtionem de filijs concubinarum tanquã de filijs, sed subticet illos omnino, & tamẽ hic loquitur de fratribus, ideo accipiendum est de fratribus ex legitimo matrimonio procreatis. Patet hoc, quia filij Dauid sepe enarrantur nominatim, vt patet 2. Reg. 3. & primo, & quinto Paralip. 3. c. & tamen non ponuntur in aliquo istorum locorum nomina filiorum concubinarum. Nã 1. Paral. 3. c. vbi plus exprimitur quam alibi, ponũtur omnia nomina filiorũ Dauid ex matrimonio pro-

H creatorum cum sorore sua vnica, & dr̃, Omnes hi habuerunt sororem nomine Thamar. Et subditur: absque filijs concubinarum, & illorum non ponitur aliquod nomen, tanquam si illi nihil essent. Secundo patet, quia filij concubinarum nullius dignitatis erãt in veteri testamento, neque poterant aliquando habere aliquam præeminentiam in ecclesia Dei, vt in populo Dei, sicut dr̃ Deut. 23. c. ꝙ nõ intrabit de scorto natus in ecclesiam Dei, idest in honorem aliquem populi Dei, & tñ de cõcubina natus, est natus de scorto. Sed in suscitatione seminis erat honor, & dignitas, quia licet esset onus aliquod, erat tamen honor, & priuilegium, sicut dixit cognatus Booz ad ipsum. Tu meo priuilegio vtere, quo me libenter carere ꝓ-

I fiteor, & ostensum est supra q. 172. succedebat enim qui suscitabat semen, sicut patet de Booz Ruth. 4. c. cum dixit ad populum. Testes vos estis hodie, ꝙ possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech Mahalon, & Telion, tradente Noemi, & Ruth Moabitem, vxorem Maalon, in coniugiũ sumpserint, vt suscitem nomen defuncti. Et tamen manifestum est, ꝙ illegitimi, siue filij concubinarum non succedebãt in bonis paternis. Etiam ſm statum Gentium, & veteris testamẽti, sicut dicitur Gen. 25 ꝙ Abraham dedit omnia, quę habebat filio suo Isaac, filijs aũt concubinarum largitus est munera. Ergo si in bonis fratris non succedebant illegitimi, minus haberet ius succedendi in bonis alienis, ergo ex hac parte non competeret eis su-

K scitare semen. Tertio, ꝙ sicut suscitans semen succedebat in bonis defuncti, ita & in dignitate, vel administratione, officio, vel honore, vt ille, qui nasceretur ex suscitatione haberet omnia hæc, & tamen illegitimi non erant capaces alicuius dignitatis, vel honoris, sicut neque nunc sunt. ergo non admittebantur ad suscitationem seminis.

Quartò patet, quia filij concubinarum non accipiebant partem hæreditatis inter fratres suos, neque succedebant in aliquo honore paterno, & ob hoc filij legitimi eijciebant à se filios concubinarum, vel illegitime natos. Sic patet de fratribus Iephte Galaaditis. Nam ipse erat filius mulieris meretricis, & fratres sui eiecerunt eum de domo patris sui dicentes. Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre

matre natus es: Iudi. 11. & tamen qui cogebantur suscitare semen fratrum succedere debebant in bonis eorum, & honore, ergo illegitimi, qui in nullo istorum succedebant, non poterant suscitare semen.

An illegitimi cogerentur suscitare semen fratrum suorum illegitimorum. Quæst. CLXXVII.

QVAERETVR dato, ꝙ non tenerentur illegitimi suscitare semen fratrum suorum legitimorum, an cogerentur suscitare semē aliorum fratrum suorum illegitimorum.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia nō poterant illegitimi suscitare semen fratrum suorum legitimorū, eo quòd erant illis impares, cum non possent succedere in honoribus, neque in dignitate, & tamen non erant hæc impedimenta in illegitimis, cum non haberent hæc, & essent pares, ideo possent illis suscitare semen. Dicendum, ꝙ circa hoc sunt duo dubia. Primum est, an suscitandum est semen illegitimorum, quando moriebantur. Secundum erat, dato ꝙ suscitaretur semen illorum, an tenerentur ad hoc illegitimi.

Ad primum dicendum, ꝙ non apparet manifestè ex lege suscitationis, an esset eis suscitandum semen, quia lex illa non descendit ad multa particularia. Et fortassis ratio est, quia explanatio istarum legum in casibus dubijs pendebat ex vsu. Nam datę fuerunt leges istæ per Moysen, & postea cœperunt obseruari a Iudæis, & eo modo quo cęperunt obseruari interpretando eas de istis, vel de illis, ita postea obseruatæ sunt, & vsus ille erat obtinens legis vim, quia consuetudo de iure est optima legum interpres.

Dicendum tamen vr̄, ꝙ non suscitabatur semen illegitimorum, quando moriebantur sine liberis. Patet primo, quia suscitari semen alicuius erat ad quendam honorem defuncti, & tamen illegitimi nullum habebant honorem, ideo non suscitabatur semē eorum. Patet hoc, quia Deuter. 23. c. dicitur, ꝙ de scorto natus nō intrabit in Ecclesiam Dei in sempiternum, idest non habebit honorem aliquem in tota multitudine, quæ vocatur Ecclesia.

Secundo patet, quia suscitatio seminis erat, vt non periret nomen defuncti in familia sua, vt patet Ruth 4. ca. Nam ad hoc dixit Booz se accepisse Ruth vxorē Mahalon ad suscitandum nomen defuncti, vt nō deleatur nomen eius in hæreditate sua, & tn̄ illegitimi non habebant hæreditatem aliq̄ in qua maneret nomen eorum: ergo non poterat suscitari nomen eorū.

Tertio patet, quia suscitatio seminis erat, vt continuaretur familia defuncti, vt videretur habere successorem, sed iste erat quidam honor, s. manere nomen, & familiam ab aliquo denominatam, sed scriptura non dat aliquem honorem illegitimis, ideo non erat suscitandum semen eorum.

Quarto patet, quia quando suscitabatur semen alicuius, ille qui suscitabat succedebat in hæreditate defuncti, & filius genitus ex ista suscitatione habebat totam hęreditatē defuncti, vt colligitur Deutero. 25. & Ruth 4. c. & tn̄ illegitimi nullam hæreditatem habebant, in qua quis succederet eis, cum ipsi nulli succederent. Sicut dixerunt fratres Iephte Galaaditis. Hęres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre natus es: Iudi. 11. Sed aliquis obijciet, ꝙ licet non succederent patribus succedebant mulieribus, & inde poterāt habere hæreditatem, in qua aliquis eis succederet. Dicendū, ꝙ non stat, quia istud procedit ex falsa imaginatione, quasi talis esset modus succedendi in veteri testamento, sicut nunc. Nā nunc non succedunt illegitimi patribus, sed succedunt matribus, quando illę non habēt legitimos, sed

A in veteri testamento non erat sic. Nam patribus non succedebant, sicut neque nunc, matribus autem non succedebant, quia nullus poterat succedere matri in veteri testamento, siue legitimus, siue illegitimus, eo ꝙ matres nihil habebant, in quo quis eis succederet, sed quicunque succedebat debebat succedere patri. Causa huius erat, quia in veteri testamento non succedebant filiæ patribus in aliquo, sed totam hæreditatem paternam habebant filij etiā si vnicus esset Nume. 27. Sed adhuc obijcietur, ꝙ filiæ succedebant in aliquo casu non stantibus filiis Nume. 27. & 36. & in isto casu saltem illegitimi nati de istis fœminis succederent matribus, & ita possent filios suos relinquere hæredes. Dicendum, ꝙ etiam hoc non stat, quia quādo filiæ succedebant in hæreditate paterna non extātibus masculis erat istud ad hoc, ꝙ per istas filias suscitaretur nomen paternum, s. ꝙ ipsę acciperent viros,

cedūt q̄n non habent legitimos filios: in vet. autē nequaq̄.

B & gignerent viros, in quibus conseruaretur nomen, & progenies aui materni, vt colligitur Nume. 27. c. & ibi satis declaratum est. Si ergo contingeret istas habere filios legitimos non succederēt isti in aliqua parte hæreditatis, & ita manet id, quod prius, s. quòd nullus posset eis succedere. Sed forte aliquis dicet, quòd istud non constat, quia lex non determinat de hoc, iō poterat esse, ꝙ filij illegitimi succederent matribus in hoc casu. Dicendum, ꝙ non stat, quia si filij illegitimi succederent matribus contingeret, ꝙ hereditas vnius tribus transiret in alteram, sed hoc non stat, ergo non

C succedebant illegitimi. Quod autem non posset transire hæreditas de tribu in tribum, patet Nume. 36. ca. Quod autem sequeretur hoc, patet, quia Deus iussit, ꝙ filiabus Salphaad daretur possessio, quæ danda erat patri earum in terra Chanaan, cum non haberet filios, Num. 27. & post hoc conquesti sunt filij Manasse, de cuius tribu erant filiæ Salphaad, dicentes, ꝙ filiæ Salphaad acciperent viros de qua tribu vellent, & sic transiret possessio eorum ad aliam tribū, & minueretur de tribu eorum, idest Manasse, Nume. 36. Et tunc Deus iussit, ꝙ quælibet mulier acciperet virū de tribu sua, & de familia sua, vt non transiret possessio de tribu in tribum, & de familia in familiam,

D & tamen contingeret, ꝙ mulier cognosceretur fornicarie à viro alterius tribus, licet non posset eum accipere in maritum, & nasceretur inde proles. Si autē illi filij succederent matri, cum illi essent, de illa tribu, de qua erat pater eorum, quia filij sequuntur familiā patris, & non matris, transiret possessio matris in alteram tribum, quod erat incōueniens: ergo non succedebant matribus filij illegitimi, & sic patet, ꝙ cum filij illegitimi nulli succederent, non haberent hæreditatem aliquam, in qua succederet eis quisquam, & consequenter non debebat suscitari semen illorum.

Sed obijcietur, ꝙ etiam si illegitimi non haberent possessionem aliquam ex iure successionis, haberent saltem quia emerant, vel quia donatum acceperant, aut aliquo alio titulo acquisierant, & ita haberent, in quo quis eis succederet, qui suscitaret eis semen.

E Dicendum, quòd neque istud stat, quia nō erat in veteri testamento, sicut nunc: nunc enim possunt vēdi hæreditates, & transeunt totaliter ad alios, inter Iudæos autem, non, quia siquis vēderet ibi hereditatem poterat redimere eā quandocunque vellet dato precio, & computatis ibi temporibus fructuum, & si nō redimeret ipsa redibat sine redemptione in septimo anno Leui. 25. & in anno quinquagesimo omnis hæreditas redibat ad antiquos possessores, & omnis homo ad familiam suam, & omnis seruus in libertatem, & ideo siquis emisset possessiones nō poterat esse diuturnus possessor, neque trāsmittebat illas ad posteros suos, ideo legitimi non poterant isto modo habere

aliquas

aliquas possessiones quas transmitterent ad heredes, & consequenter neque ex donatione, aut ex quocunque alio titulo, quia omnia hæc dissoluebat lex, & faciebat redire possessiones ad priores possessores, & familias quarum erant in anno septimo remissionis, vel saltem in anno quinquagesimo Iobelæi, vt declaratū est Leui.25.c.

Ad secundum dicendum, ꝙ cū semen illegitimorum non esset suscitandum, non tenebantur aliqui, siue legitimi, siue illegitimi suscitare illud. Et tamen dato, ꝙ suscitari deberet, manebat dubium, an illegitimi tenerentur ad illud.

Sed dicendum, ꝙ non erat in hoc multum dubitādum. Nam illegitimi non admittuntur ad suscitandum semen legitimorum propter inæqualitatem dignitatis, & tamen illegitimi erant æquales alijs illegitimis, ideo poterant succedere eis in suscitatione seminis. Secundo patet, quia non sequitur in hoc incōueniens, quod supra sequebatur si suscitarent illegitimi semen legitimorum, quia illegitimi nullam hæreditatem habent, in qua alij illegitimi eis succederent, & ita staret ibi successio in suscitatione seminis sine successione in hæreditate.

An alicui ex fratribus relinquenti filias, & non filios tenebantur alij fratres suscitare semen. Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR, quid si aliquis de fratribus moriens reliquit filias vel filiam, & non filios, an fratres eius teneantur suscitare semen defuncti.

Aliqui dicunt, ꝙ tenebātur fratres suscitare semē defuncti, & ad hoc inducunt opinionem cōtrariam, vt eam improbent. Dicunt enim, ꝙ licet filiæ per se non faciant continuari lineas familiarum patrū, quia transibant ad illas tribus, de quibus accipiebāt viros, tamen poterant accipere viros, ex quibus susciperent filios, qui nominarentur nomine auorum, & illi succederent in hæreditate earum, & continuarent lineā ipsorum, sic factum est de filiabus Salphaad, quæ acceperunt tales viros, vt innuitur Nume.27.&36.

Istam opinionem improbant isti dicentes, ꝙ non stat, quia mulieres istæ accipientes viros transibant in illam tribum, vel familiam, de qua erant viri, & sic ēt transiret possessio ad aliam tribum, in qua non proprie continuaretur familia descendens à capite alterius tribus, ideo filij Manasse petierunt a Moyse, ꝙ filiæ Salphaad, quæ successerant patri suo in hæreditate non acciperent viros de alijs tribubus, ne ipsi perderent aliquid de possessione sua, s. ꝙ transiret ad aliā tribum, & accresceret alteri tribui, & Deus sic iussit fieri Nume.38.c. Ideo dicunt isti, ꝙ si moreretur quis relicta filia, & non filijs habetur, ac si non genuisset quemquam, vel moreretur sine liberis, ideo alij fratres eius tenebantur suscitare semen illius. Et probāt hoc, quia Deuter.25. dicitur, ꝙ primogenitus ex suscitatione vocabitur nomine defuncti, sed fęmina non potest vocari nomine patris, ideo non manebit in fęmina successio, sed suscitabitur semen defuncto. Dicunt tñ, ꝙ si interdum defunctus relinqueret filiam, & nullus esset in cognatione, qui posset suscitare semen eius, erat per filiam suscitandum nomen patris. Dicendum tñ, ꝙ licet ista positio videatur aliquibus rationabilis, & ita eā recitauimus Deut.25. (aliorum referentes opinionem) tamen non est omnino vera. Quod patet, quia nunquam est suscitandum semē defuncto, nisi quando non manet ei semen, & tamē manente filia manet semen patri, quia per illam potest continuari familia patris, ergo non est suscitandū ei semen. Quod autem per illam possit continuari, patet, quia illa accipiet virum, qui gignat ex ea filiū,

F qui nominetur nomine Aui materni, & sic non delebitur nomen defuncti in possessione sua. Sic patet Nume. 27. vbi filiæ Salphaad conquestæ sunt, quòd grauabatur pater suus, s. quòd delebatur nomē suum de familia sua, eo quòd non reliquerat filios masculos, ideo petierunt, ꝙ daretur eis hæreditas, & ꝙ ipsæ facerent ne periret nomen patris sui de familia sua, & Deus iussit dari illis hæreditatem dicens. Iustam rem postulant filiæ Salphaad, & sic innuebat Deus, ꝙ dando filiabus hæreditatem paternam non existentibus masculis sufficienter nomen patris in sua familia cōseruabatur, & tamen non erat necesse suscitari semen alicuius, nisi quando non poterat conseruari nomen eius in familia sua, ideo existentibus filiabus non erat
G suscitandum semen alicuius.

Secūdo patet, quia quando moriebatur aliquis sine filijs relictis filiabus deuoluebatur hereditas eius ad filias, Nume.27.c. & tamen si aliquis suscitaret semen defuncti dari debebat ei tota hæreditas eius, sicut fuit data Booz suscitanti semen Mahalon Ruth 4.c. Ideo non erat semen alicuius suscitādum si filias relinqueret, quia non haberet aliquid suscitans semē, cum tota hæreditas patris maneret penes filias, suscitatio tamen fiebat ad continuandum nomen, & tamen nomen defuncti non conseruatur, nisi in possessione sua Ruth 4. c. ergo non poterat suscitari semē, quia si suscitaretur, oportebat totam hęreditatem au-
H ferri filiabus, quod Deus fieri vetuit.

Tertio patet, quia filij nati per suscitationem seminis erant filij legales, & non veri, & ita neque veri nepotes inde sequebātur, filij autem nati ex filiabus defuncti erant veri nepotes defuncti, ideo præferri debebant veri legalibus, vnde existētibus veris nō oportebat quæri legales, qui erant per suscitationem seminis, ergo in tali casu non erat semen suscitandum.

Cum autem obijceretur, ꝙ necesseria erat suscitatio seminis etiā extantibus filiabus, quia per filias non poterat conuenienter familia patris continuari, eo ꝙ illę transibant in familiam virorum suorum. Dicendum est, ꝙ verum est, ꝙ fęminæ transibant semper in familiam virorum suorum, & tamen si fęminæ succe-
I debant in hæreditate patribus suis, & filij nati ex eis saltem aliqui illorum non transibant in familiam, in quam transibant matres, sed nominabantur de familia auorum maternorum, & accipiebant illorum nomina, & sic continuabatur progenies auorum per illos ac si essent nepotes auorum ex masculis, & nō ex filiabus. Sic enim factū est in filiabus Salphaad, quia ipsę innuerant, quòd conseruarent nomen patris sui, si daretur eis hęreditas, quæ danda erat patri eorum, Nume. 27. capit. Et tamen istud non erat nisi, quòd acciperent viros, de quibus acciperent filios, & illi cōseruarent nomen patris earum. Et hoc idē erat quando suscitabatur nomen alicuius. Nam certum est, quòd ille, qui nascebatur, non erat filius, neque ne-
K pos defuncti, neque erat de progenie eius, sed alterius fratris sui, & tamen computabatur de progenie defuncti propter legalem identitatem. à fortiori ergo nepos ex filia quamquam esset natus ex patre alterius familiæ, & tribus, vocaretur de familia Aui materni.

Cum autem dicitur, quòd filij Manasse conquesti sunt, quòd filiæ Salphaad accipiebant hæreditatem, & poterant capere viros de alia tribu, & sic transiret possessio eorum ad aliam tribum. Dicendum, quòd jam statutum erat, quòd filij nati ex istis mulieribus ex quibuscunque maritis earum computarentur de progenie Salphaad, quia loco eius succedebant, & tamen, licet hoc de iure obtineret, de facto tamen illi non videbantur esse de tribu Manasse, sed de tribubus illis, de quibus essent patres eorum, & sic videre-

tur

tur teneri possessio à viris alterius tribus, vel familiæ, A ideo Deus iussit, quòd semper feminæ acciperent viros de eadem tribu, vt omni tempore maneret possessio vnius tribus in potestate virorum, qui de iure, & de facto essent de eadem tribu.

An lex ista de suscitatione seminis intelligatur de solis fratribus, & cognatis. Quæst. CLXXIX.

QVAERETVR vlterius, an ista lex de suscitatione seminis intelligatur de solis fratribus, vel cognatis.

Aliqui dicunt, quòd soli fratres obligabantur ad suscitationem istam. Et patet primo, quia lex de suscitatione seminis ponitur Deutero. 25.c. & tamen ibi non dicitur, nisi de fratribus, s. quando ha- B bitauerint fratres simul, & vnus eorum mortuus fuerit sine liberis vxor eius non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & tamen alij cognati non erant fratres, ideo non tenebantur suscitare semen.

Secundo patet, quia Iudæi nõ erant obligati ad faciendum aliquid, nisi id, quod scriptum erat in lege, immo non licebat eis aliud facere, quia dicitur Deutero.12. c. quod præcipio tibi hoc facito tantum Domino Deo tuo, neque addas quicquam, neque minuas, sed de cognatis non erat scriptum, ergo non tenebantur.

Tertio patet, quia ista lex de suscitando semen erat C pęnalis, quia imponebatur pęna non suscitanti Deutero.25.ca. & erat onus quoddam, vt ostensum est supra q.172. Pęnalia autem restringenda sunt, & fauores ampliandi, sed lex solum expressit fratres, ergo de eis solis intelligenda est.

Quarto patet, quia si cognati essent obligati ad suscitationem seminis defunctorum, etiam si non superessent fratres, vel nunquam fuissent, tenerentur vxores defunctorum admonere cognatos defunctorũ, vt eas reciperent in vxores, sicut admonebant fratres defunctorum Deut.25. & non licebat eis non admonitis istis sumere alios viros, qui non essent de cognatione, & tamen non obligabantur ad hoc. Ergo neque cognati obligabantur ad suscitandum semen de- D functi. Patet consequentia, quia si vxor defuncti non obligabatur ad supradictam obligationem faciendã, liceret ei accipere in virum quem vellet, & tamen si illa acciperet in virum quem vellet, non poterant cognati defuncti suscitare semen eius, cũ suscitatio non possit fieri, nisi ex vxore defuncti Deu.25. ca. ideo nõ obligarentur cognati defuncti ad suscitandum semẽ, quia aliàs esset obligatio ad impossibile. Quòd autem non obligaretur vxor defuncti admonere cognatos defuncti, vt aliquis eorum acciperet illam in vxorẽ. patet de Ruth, quæ erat vxor Mahalon defuncti, cuius cognatus erat Booz Ruth.3.& 4.cap. & tamen nõ erat obligata ad accipiendum Booz in virum neque alium cognatum eius. Nam Booz dixit ei. Benedicta filia tu à Domino, quia priorẽ misericordiã posterio- E re superasti, quia non es secuta iuuenes, s. sed petiuit ipsum in virum. Ruth 3.c. Et ita dicebat Booz, quòd Ruth fecerat misericordiã petendo ipsum in virũ, & tamen si obligata esset ad suscipiendũ semen viri sui, non faceret ei misericordiam, ergo non erat obligata ad suscitationem, & consequenter nõ erãt cognati obligati ad hoc.

Quinto patet, quia si cognati essent obligati ad suscitationem seminis daretur eis pęna, quando nõ suscitarent, & tamen non irrogabatur eis pęna: ergo nõ erant obligati ad hoc. Patet primo, quia quando aliquis de fratribus defuncti requisitus nolebat suscitare semen defuncti, inferebatur ei pęna, quę habetur Deut. 25.cap. sic ergo fieret cognatis nolentibus suscitare si obligati essent, & tamen non infligebatur pęna cognatis defuncti nolentibus suscitare semen. Quod patet in cognato Booz, quia ille erat propinquior, & ad illum potius pertinebat suscitatio seminis, quam ad Booz: Ruth 3.& 4. cap. Et tamen cum ille noluit suscitare semen, nõ fuit illi inflicta pęna, s. quòd mulier detraheret ei calceum, & spueret in faciẽ eius, vt patet Ruth.4.c. Quæ tamen erat pęna non suscitantis semen Deuter.25.c, ergo non obligabantur cognati suscitare semen defunctorum, sed soli fratres.

Alij dicunt, quòd non obligabantur soli fratres suscitare semen defunctorum, sed cognati. Quod patet primo, quia si non essent obligati ad suscitandum semen non inferretur alicui illorum priuatio iuris proprij propter non suscitare semen defuncti, & tamen multi priuabantur iure suo, quia non suscitabant semen defuncti: ergo erant obligati ad hoc. Primũ patet, quia non priuatur aliquis iure suo, nisi ex causa. Secundum patet, quia Booz habebat alium cognatũ, cui prius quam ei competebat redimere possessiones venditas à Noemi, & cum dixisset, quòd volebat redimere agrum, dixit ei Booz, quòd acciperet simul Ruth vxorem Mahalon defuncti in vxorem, & quia non accepit illam vxorem, non potuit redimere possessionem, sed transiuit hoc ad Booz, quia dixit Booz ad cognatum suum, quòd quando acciperet possessionem de manu Noemi, acciperet etiam Ruth in vxorem ad suscitandum semen defuncti. Et posuit ista duo tanquam connexa, & inseparabilia; ergo erat cognatis obligatio ad suscitationem seminis defuncti. Tertio patet, qa si nõ esset obligatus cognatus Booz ad suscitandum semen Mahalon defuncti accipiendo Ruth in vxorem, non inferretur ei aliqua contumelia, quia non accepit, & tamen illata fuit ei quædam contumelia, s. quòd calceus de pede eius solutus est, Ruth 4.cap. & ista erat pęna non suscitantis semẽ Deute.25.ca. ergo obligatus erat ille ad suscitandum semen.

Quartò patet, quia si non esset obligatio ad suscitãdum semen, nõ extantibus fratribus defuncti, potuisse Ruth accipere in virum quẽ vellet, & tñ nõ potuit; ergo erat obligata ad suscitandum semen. Patet primum, quia mortuo viro soluta erat mulier à lege viri, & poterat nubere, cui vellet, vel commisceri, ita qꝫ non iudicaretur rea pęnæ ad Ro.7.c. suscitatio autem seminis, quando fieri debebat arctabat mulierem ad expectandum fratres defuncti. Si ergo non obligaretur mulier ad suscitandum semen, manebat ei libertas ad quemcunque virum, & tamen non mansit ipsi Ruth libertas. Nam quando petiuit Booz in virum dixit ille, quòd erat propinquus, & tamen alius erat propinquior, & si ille eam accipere nollet in vxorem ipse eam sine dubio acciperet, Ruth 3.ca. Ergo Ruth obligata erat ad suscitandum semen, & non solũ non poterat accipere quemcunque vellet, sed cognatum defuncti, sed etiam non quemcunque cognatum, sed secũdum ordinem maioris propinquitatis, quia aliàs cum Ruth petiuerit Booz in virum ipse acciperet eã, & non diceret, quòd erat alius propinquior: potissime, quia nũquam ausus est illam accipere, quousque alius expresse renunciauit iuri propinquitatis, ergo tã Ruth quam cognati defuncti erant obligati ad suscitandum semen eius, quia si non essent illi obligati, nõ poterat esse obligata Ruth, cum non essent fratres aliqui, qui possent eam suscipere, sicut dixit Noemi, quòd non habebat vltra filios, Ruth primo ca.

Quinto patet, quia Ruth erat vxor Mahalon defuncti, & petiuit à Booz, quòd acciperet eam in vxorem

rem ad suscitandum semen iure propinquitatis, dicens. Extende pallium tuum super ancillam tuam, quia cognatus es: ecce iure cognationis dixit, quòd debebat eam accipere, ergo obligatus erat propter cognationem ad suscitationem seminis.

Sexto patet, quia Booz suscepit Ruth in vxorē ad suscitandum semen defuncti, & omnes possessiones eius, Ruth 4. c. s. testes vos estis hodie, quòd possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Mahalon, & Chelion tradente Noemi, & Ruth Moabitidē vxorem Mahalon in coniugium acceperim, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, non erant ergo soli fratres defuncti obligati ad suscitandum semen, sed etiam cognati eius.

Dicendum, quòd vtraque istarum positionum poterat satis coloratè sustentari, & responsiones habere ad opposita, & tamen veritas est, quòd fratres soli defuncti obligabantur ad suscitationem seminis defunctorum: cęteri autem cognati non obligantur ad suscitationem: licebat tamen eis suscitare semen si vellent, & gaudebant tunc quibusdam priuilegijs, & iuribus.

Circa quod sciendum, quòd quantum ad hoc erāt tres status hominum, s. fratres, cognati, extranei. Fratres tenebantur ad suscitandum semen defuncti, & si nolebant puniebantur, sicut habetur Deuter. 25. cap. Extranei non obligabātur ad suscitationem seminis, & non recipiebantur ad hoc, etiam si spōte ipsi suscitare vellent semen defunctorum. Cognati autē non obligabantur suscitare semen defunctorum, ideo nō puniebantur, etiam si non suscitarent, sicut puniuntur fratres, Deut. 25. cap. Et tamen si vellent suscitare gaudebant quibusdam priuilegijs, s. ꝙ succedebant in hæreditate defunctorum. Si autem nollent suscitare, neque puniebantur, neque priuabantur aliquo iure iam eis competente, & tamen nō gaudebant aliquo priuilegio, neque iure, quod eis competere posset suscitando semen defunctorum. Et sic factum est nunc in Booz, & cognato suo, quia ille cognatus erat propinquior cui prius competebat ius suscitandi semen, & succedendi in hæreditate, & quia noluit suscitare semen non potuit gaudere priuilegio successionis bonorum, neque redemptionis eorum, quamquam voluisset illo gaudere, & Booz qui erat cognatus in minori gradu suscitauit semen, & successit in bonis, vt patet Ruth 4. cap.

Argumenta prima probant, quòd soli fratres obligabantur ad suscitationem seminis, & quia hoc verū est, non oportet responderi ad ea, sed cōcedenda sunt argumenta. Alia probant, quòd cognati tenebantur ad suscitationem, sed hoc non est verum, ideo respōdendum est ad ea.

Ad primum cum dicitur, quòd non priuatur quis iure suo nisi ex causa, concedendum est: dato enim, quòd quis priuetur iure suo interdum sine culpa, vt accidit in tredecim casibus, tamen nunquam priuatur sine causa. Cum autem dicitur, quòd cognatus Booz priuatus est iure suo, negandum est, quia nullū ius acquisitum ei erat, quo priuatus fuerit: nam ius redimendi erat annexū suscitationi seminis, ideo qui nollet suscitare semen, non gauderet illo priuilegio, & tamen dato, quòd non suscitaret semen defuncti, non priuatur iure aliquo, quia aliud est perdere, & aliud non acquirere. Iste autem non acquirebat, vel impediebatur acquirere, sed nō perdebat quicquam de eo, quòd iam acquisierat, vel habebat, & tamen non acquirere non venit in pęnam, sed ex voluntate, s. ex omissione alicuius actus, quem si iste faceret acquireret.

Ad secundum dicendum, quòd rectè concludit, &

F concedendum est quicquid inducit, scilicet, quòd annexum erat ius redimendi rem venditam iuri suscitationis, vel ipsi suscitationi seminis, ideo cognatus Booz obligatus erat accipere Ruth in vxorem si vellet accipere possessionem defuncti, ista tamen obligatio erat conditionalis, ideo cum posset cognatus Booz nolle redemptionem possessionum poterat nō obligari ad accipiendum Ruth in vxorem, & sic factum est, quia cessit iuri suo, & successit in illo Booz. Si tamen simpliciter obligaretur cognatus ille Booz ad suscitandum semen defuncti dato, quòd vellet cedere iuri successionis, & redemptionis possessionum non satisfaceret ad hoc, quòd esset à pęna liber, sed adhuc puniretur. Quòd patet de fratribus nolenti-

G bus suscitare semen fratrum suorum defunctorum, quia non solum nihil habebant de possessione eorū, sed etiam vxores defunctorum spuebant in facies ipsorum, & discalciabant eos dicentes. Sic fiet viris, qui non suscitant semen fratrum suorum, vel non ædificant domos eorum: Deuteronom. vigesimoquinto. Et tamen cum cognatus Booz cessit iuri successionis, & redemptionis, non fuit ei vltra irrogata aliqua pęna, scilicet illa quæ habetur Deuteronom. vigesimoquinto, ergo non erant cognati obligati simpliciter ad istam suscitationem seminis defuncti, sed sub conditione.

Ad tertium dicendum cum dicitur, quòd si non

H fuisset cognatus Booz obligatus ad suscitationem seminis, quòd non inferretur ei aliqua contumelia, verum est. Quòd autem dicitur, quòd fuit ei inflicta aliqua contumelia negandum est, neque valet, cum dicitur, quòd calceus ei ablatus est, quæ erat pœna, quæ infligebatur Deuteronom. vigesimoquinto capitu. non suscitantibus semen. Nam non fuit factum in cognato Booz, sicut ibi, quia in Deuteronom. vigesimoquinto capit. fiebat detractio calcei ad contumeliam, sed cognato Booz fuit facta ad confirmationem cessionis, quia talis erat consuetudo, & aliter non erat firma cessio, vel translatio iuris. Sic dicitur Ruth quarto capitu. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, si quando alter al-

I teri suo iuri cedebat, vt esset firma concessio soluebat homo calciamentum suum, & dabat propinquo suo, hoc erat testimonium cessionis in Israel.

Ad quartum dicendum, quòd non licebat Ruth accipere in virum quemcunque vellet de extraneis, neque etiam de cognatis viri sui defuncti licebat ei accipere quemcunque vellet, sed solum propinquiorem si ille vellet eā accipere, & ideo Booz noluit accipere Ruth in vxorem quousque cognatus eius expresse cessit iuri suo Ruth 4. c.

Circa quod sciendum, quòd Ruth erat obligata ad suscitationem seminis viro suo defuncto, & cognati eius non erant obligati, quia tamen licebat eis suscitare semen defuncti, si vellent, tenebatur Ruth admonere eos, an vellent semen suscitare, & si de-

K beret suscitari semen, erat ordo, quòd inciperetur à propinquioribus, ideo neque Ruth poterat accipere in virum ipsum Booz, quousque sciret, an alius cognatus Booz, qui erat propinquior viro suo defuncto vellet eam accipere, neque etiam Booz poterat illam accipere gratis se offerentem quousque constaret ei de voluntate cognati, an scilicet vellet eam accipere, & ideo non accepit eam, quousque cessit iuri suo cognatus eius, Ruth quarto capitulo, & tamen ex hoc non sequitur, quòd aliquis istorum duorum cognatorum defuncti obligatus esset simpliciter ad suscitandum semen eius; Ruth autem erat obligata ad suscitandum semen viri sui defuncti si quis istorum vellet eam accipere. Vnde ipsa ma-

gis erat

gis erat obligata ad suscitandum semen defuncti. Sic etiā erat de respectu vxoris defuncti ad fratres eius, quādo aliqui erant, qui possent suscitare semen eius. Nam vxor erat tunc obligata ad istam suscitationem volente aliquo de fratribus defuncti: alioquin accusaretur tanquàm adulterij rea, si nollet, aut si alicui cōmisceretur nondum requisitis fratribus defuncti, an vellent eam recipere in vxorem, & tamen fratres defuncti, licet essent obligati non erant tantum obligati, quia erat eis libertas, an vellent suscitare semen defuncti, vel subire pœnam legis, scilicet, quòd discalciarentur, & spueretur in faciem eorum, Deuteronom. 25. cap.

Ad quintum dicendum, quòd Ruth petiuit Booz in virum iure cognationis, Ruth 3. cap. Et poterat Booz accipere eam hoc iure, consentiente & cedente alio cognato suo, qui erat propinquior. Et tamen non erat obligatus ad hoc, sed si susciperet eam gauderet priuilegio successionis in hæreditate defuncti: si autem non susciperet, non gauderet illo priuilegio successionis in hæreditate defuncti: & tamen non puniretur in aliquo.

Ad sextum dicēdum, quòd verum est quòd Booz accepit Ruth vxorem defuncti cognati eius in vxorem ad suscitandum semen eius: tamen nō erat obligatus ad hoc, sed licebat ei accipere, vel non accipere: voluit autem sponte accipere, vt non deleretur nomen mortui cognati sui.

Quæ personæ erant magis obligatæ ad semen suscitandum.
Quæst. CLXXX.

QVAERETVR circa seminis suscitationē, cum aliquæ personæ illud suscitarent, quæ personæ erāt magis obligatæ ad suscitādū. Dicendum, quòd vt supra declaratū est, & habetur Deuteron. 25. cap. ad suscitationem seminis requirebatur vxor defuncti, & frater eius, vel aliquis de cognatis, & non erat eadem habitudo obligationis, vel necessitatis his tribus, quia cognatus minus obligabatur, quàm frater, & vxor: immo non obligabatur cognatus, & obligabātur frater, & vxor. Frater autem obligabatur, sed minus quàm vxor: ipsa vero vxor obligabatur plus quàm alii.

De cognatis patet, quia vt declaratum fuit præcedenti quæst. ad cognatos defuncti pertinebat suscitare semen eius non extantibus fratribus, & tamen nō erant obligati ad hoc, ideo si vellent suscitare gaudebant quodam priuilegio, & priuabant alios priores isto iure, vel priuilegio, scilicet, quòd succederent in bonis, vtpote siqs defunctus haberet fratres, & alios cognatos, & nemo fratrum, neque cognatorum vellet suscitare semen eius, nisi ille cognatus, qui attineret ei in minimo gradu, ille auferret alijs ius successionis, quod aliàs pertinebat ad eos secundum ordinem propinquitatis, & deuoluebatur ad istum. Sic patet in Booz, & cognato eius, quia ille cognatus erat propinquior, quàm Booz, Ruth 3. cap. & competebat ei prius succedere in possessionibus defuncti, & redimere eas, quàm ipse Booz: vnde requisiuit eum Booz, an redimere vellet eas iure propinquitatis, quia tamen non accepit Ruth in vxorem, transiuit illud ius ad Booz, qui erat in minori gradu propinquus, & accepit Ruth in vxorem.

De fratribus autem defuncti dicendum, quòd erāt magis astricti ad suscitandum semen defuncti, quia non erat eis liberum suscitare, & non suscitare: ita quod a pœna essent immunes, sicut erat in cognatis, sed si nollent suscitare priuabantur priuilegio successionis, quia transibat ad cognatos aliquos, & insuper afficiebātur infamia, & contumelia, quia iudicialiter condemnabātur, scilicet, quòd vxor defuncti discalciaret quemlibet istorum nolentium suscitare semen defuncti fratris, & spueret in faciem eius: diceretque: Sic fiet viro, qui non ædificat domum fratris sui, & sequebatur eum tunc infamia perpetua, scilicet, quòd vocabatur domus illius in ęternum, domus discalciati in Israel.

Erat autem ordo in hoc, quòd si haberet defunctus multos fratres ille, qui propinquior ei erat ordine natiuitatis admonendus erat suscipere vxorem defuncti, & si nollet debebat eum citare mulier coram iudicibus, & infligebatur ei pœna, quæ habetur Deuteronom. 25. cap. Deinde requirebatur sequens frater, & si nollet suscitare semen infligebatur etiam ei pœna, & sic fiebat per omnes fratres defuncti, quotquot illi essent tam coniugatos, quàm non coniugatos, & si nullus vellet suscitare semen, infligebatur pœna omnibus: post hæc autem mulier admonere debebat omnes cognatos defuncti, vt acciperēt eam in vxorem incipiendo secundum ordinem a propinquioribus siquis vellet eam accipere, quousque nullus maneret in tota cognatione, scilicet, intra cognationis gradus determinatos secundum consuetudinem Iudæorum, in quibus vocabantur aliqui cognati, & siquis vellet eam accipere, tenebatur esse vxor illius: & tamen dato quod nullus eam vellet accipere, non erat infligenda pœna aliqua alicui istorum, sicut fratribus defuncti, vt declaratum est præcedenti quæstione.

De vxore autem defuncti dicendum, quòd ipsa erat magis obligata ad suscitationem seminis, & hoc in quatuor. Primum erat, quia ipsa tenebatur requirere fratres defuncti, an vellet quisquàm illorum eā in vxorem, & nullus tenebatur eam admonere. Secūdum erat, ꝙ ipsa nō solum erat obligata respectu fratrum, sed etiam respectu cognatorum: ita ꝙ non licebat ei accipere in virū quemquàm de extraneis quousque omnes fratres, & cognati defuncti requisiti ab ea nollent eam accipere in vxorem, & tamen de nullo istorum dicitur, quòd tenetur admonere vxorem defuncti. Tertium erat, quia si mulier non admoneret omnes fratres, & cognatos defuncti, vt aliquis acciperet eam: & ob hoc si nullus eam acciperet, non erat aliqua pœna cognatis, & fratribus, etiam si acciperent alias vxores, & tamen si mulier non admoneret fratres, & cognatos defuncti, & nuberet alicui alteri, vel commisceretur ei fornicarie, erat adulterii rea, & accusaretur ad mortem: sicut patet de Thamar, quæ reperta est prægnans antequàm acciperet eam in vxorē Sela, qui suscitaturus erat ex ea semen fratrum suorum defunctorū, & adiudicata est morti, vt exureretur, & fuisset exusta, nisi se iustificasset, Gen. 38. c. Quartum est, quia obligatio fratrum defuncti ad suscitandum semen erat conditionalis, s. si vellent, alioquin tolerarent quandam pœnā legis, Deut. 25. cap. in muliere autem erat simpliciter necessitas suscitandi semen, ita ꝙ si nollet suscitare semen eius accipiendo aliquem in virum, antequàm fratres, & cognati defuncti recusarent eam accipere, lapidanda erat, vel cremanda, sicut adulterij rea, vt supra probatum est, ideo maior erat obligatio mulieris ad suscitandum semen, quàm alicuius alterius.

Vxor defuncti erat obligata in quatuor ad semen suscitandū

Quare magis obligatur vxor defuncti ad semen suscitandum, quàm fratres, & cognati. *Quæst.* CLXXXI.

QVAERETVR, quare magis obligabatur vxor defuncti ad suscitandum semen eius, quàm fratres, & cognati.

Dicendum, quòd erat propter multa. Primo, quia naturaliter erat mulieri maius debitum ad hoc quàm alijs: quia vir, & vxor erant effecti vna caro, quia per matrimonium efficiuntur duo in carne vna, Gen. 2. cap. & tamen frater cum fratre non eſt vna caro, neq; pater cum filio, ideo eſt maius debitum vxoris ad virum, & è contrario, quàm fratris ad fratrem. Et ſic Apoſtolus iuſſit, quòd magis diligant viri vxores ſuas, quàm quoſcunq; alios, dicens: Viri diligite vxores veſtras, ſicut corpora veſtra, ad Epheſ. 6. Et tamen nullus tenetur magis, aut æqualiter diligere carnem alterius, quàm carnem ſuam: ergo maior eſt obligatio dilectionis viri ad vxorem, & vxoris ad virũ, quàm ad aliquem alium. Et licet Apoſtolus non dixerit illud de vxore reſpectu viri, ſed de viro reſpectu vxoris. Dicendum, quòd magis adhuc ex debito tenetur vxor diligere virum, quàm vir vxorem, eo quòd plura recepit vxor a viro, quàm vir ab vxore: cum mulier naturaliter ſit deficiens, & vir ſit cuſtos eius, & proviſor in neceſſarijs, & qui magis recipit, magis tenetur amare, vt Chriſtus intulit, Lucæ 7. cap. In parabola vnius fœneratoris, & duorum debitorum. Magis ergo tenebitur vxor viro ad ſuſcitandum ſemen eius, quàm quiſquam aliorum: cum ſuſcitatio ſeminis ſit quædam vtilitas viro, quia per hoc ſeruatur nomen eius non deletum, quod alias deleretur.

Mulier magis virũ diligere tenetur q̃ è cõtrario.

Secundo fit hoc propter legalem conuenientiam, magis enim conuenit fœmina ad ſuſcitationem ſeminis ſecundum intentionem legis, quàm aliquis de alijs, ſcilicet, de fratribus, & cognatis. Quod patet, q̃a intentio legis erat, quòd ſuſcitaretur ſemen defuncto, ita quòd qui non habuerat filios veros, haberet filios legales, & imperatiuos: & ad hoc quòd iſti ſimilarentur filijs veris oportebat, quòd eſſet maxima identitas, quæ eſſe poterat inter iſtos filios legales ad naturales, & veros, ſcilicet, quòd eſſent ab eiſdẽ principijs. Veri tamen filii, ſi aliqui fuiſſent ipſius defuncti, eſſent ex vxore illa: ideo filii legales maxime competebant ex parte vxoris defuncti, quàm ex parte alicuius viri, quicunque ille eſſet.

Tertio fit propter conditionem ſuſcitationis ſeminis. Nam ſuſcitatio ſeminis cenſebatur, quando gignebatur aliquis filius ipſi defuncto, eo quòd fingebatur illum eſſe de ſemine defuncti, quod ſuſceperat vxor eius in vtero, & tamen illud non fuerat ſufficiẽs ad generationem fetus, niſi viuificaretur fetus virtute ſeminis illius viri, qui accipiebat vxorem defuncti, ſed ad continendum ſemen defuncti, reſpectu cuius filius genitus dicatur eſſe de ſemine defuncti, vel eſſe filius eius, nullus magis agebat, quàm vxor defuncti: ideo ipſa maxime obligari debebat ad ſuſcitandum ſemen defuncti.

Quarto, quia vir & fœmina ſunt inæqualis dignitatis naturaliter: ideo circa eandem rem maiori priuilegio gaudere debuit vir quàm fœmina, & ſic circa ſeminis ſuſcitationem debuit magis obligari fœmina, quàm vir.

Quinto, & potiſſime facit, quia Deus volebat nimis procurare ſuſcitationem ſeminis mortuorũ: & ad hoc videbatur expediens, ꝙ omnes obligarentur, ad quos pertinebat, quia ſi relinqueretur in libertate iſtorum, multi illorum nollent ſuſcitare ſemen defunctorum. Si autem obligarentur omnes, eſſet ſcandalum, quia ſi vir obligaretur ad ſuſcipiendam fœminam aliquam in vxorem, quæ forte non placeret oculis eius, cum eſſent Iſraelitæ duri cordis, occiderent vxores. Et iſta fuit cauſa, quare permiſſum fuit Iſraelitis repudiare vxores, ſ. ꝙ ſi non liceret eis abiicere illas repudiando illas cum diſplicerent eis, occiderent illas. Sic dixit Chriſtus ſupra 19. cap. ſ. Ad duritiẽ cor-

F dis veſtri libellus repudii datus eſt, a principio autem
nõ erat ſic iſta durities cordis, ꝙ occiderent vxores:
& ſic non fuit conueniens, ꝙ obligarentur viri in Ve-
teri Teſtamento ad accipiendum vxores defunctorũ
ad ſuſcitãdum ſemen ipſorum: vxores autem debue-
runt obligari, quia ex obligatione earum non ſeque-
batur iſtud inconueniens. Debuit tamẽ imponi quæ-
dam pœna viris, vt ſuſcitarent ſemen defunctorum,
vt timore illius incitarentur aliquando ad ſuſcitatio-
nem hanc.

Si vxorem fratris defuncti ſeptimus frater duceret, & nullus niſi ſeptimus ex ea prolem ſuſciperet, cuius eorum nomen ſortiretur. Quæſt. CLXXXII.

G
QVAERETVR vlterius ſi eſſent multi fra-
tres, ſicut nunc Sadducæi poſuerũt caſum,
ſ. ꝙ erãt ſeptem fratres, & mortuo primo,
& relicta vxore ſecundus voluit ſuſcitare
ſemen illius, & conſequenter omnes vſque ad ſepti-
mum: & nullus eorum ſuſciperet prolem ex ea, niſi
ſeptimus quis illorum faciet filium natum nominari
de nomine ſuo. Nam lex iubet, ꝙ filius natus ex hac
ſuſcitatione nominetur nomine defuncti: omnes au
tem ſex præcedentes mortui ſunt, & quilibet illorũ
habuit mulierem illam in vxorem. Eſt ergo dubium
cuius eorum nomen ſortietur.

Aliqui dicunt, ꝙ non poterat ſtari in tali caſu cuius
H nomen vocaretur, ſicut crediderunt nunc Sadducæi
de muliere, quæ habita fuit a ſeptem viris, quærentes
cuius illorũ erit in reſurrectione. Si enim eſſet aliqua
cauſa, quare magis eẽt vnius, q̃ alterius nõ arguiſſent
ſic contra Chriſtum putantes deducere eum ad incõ
ueniens, vel impoſſibile. Nam ſi poſſet determinari
cuius illorum erat vxor, argumentum ſuũ contra re-
ſurrectionem non procederet, ita dicunt iſti nunc, ꝙ
non conſtaret cuius iſtorum eſſet iſte filius.

Dicendum, ꝙ in hoc non eſt magna difficultas, &
argumentum Sadducæorũ non eſt ſimile propoſito
noſtro: quia ſi in reſurrectione habituri eſſemus vxo-
res, quas habueramus viuentes, eſſet aliqualis difficul
tas circa hoc, cũ quilibet contraxiſſet cum illa æqua-
I le vinculum matrimonii: ideo non appareret mani-
feſte, quis potius eam habiturus eſſet. Secus autem
eſt de filio genito: quia aut quæreretur quantum ad
veram filiationem, aut quantum ad filiationem lega
lem. Si primo modo patet ex caſu, quòd iſte erat fi-
lius ſeptimi viri. Si autem quantum ad legalem filia-
tionem erit filius illius, cuius nunc ſuſcitabat ſemen
iſte ſeptimus.

Sed tunc manet dubium, cuius ſemen iſtorum ſu-
ſcitabat iſte ſeptimus.

Dicendum, ꝙ de ſecundo, & tertio, & quarto, &
quinto nõ eſt dubium, ſed ſolum de primo, & ſexto.
Cauſa eſt, quia ſecundus, tertius, quartus, & quintus
nõ fuerunt primus, cui ſucceſſit ſuſcitans ſemen: etiã
K non fuerunt vltimus, cui ſucceſſit ille, qui ſuſcitauit
ſemen realiter: ideo de iſtis eſt dubium ſublatum, ſed
de primo eſt dubium: quia ille fuit, propter cuius
mortem accepta eſt vxor eius ad ſuſcitãdum ſemen
defuncti, & poſtea alii continuauerunt. De ſexto au-
tem eſt dubium, quia ſeptimus accepit vxorem per
mortem ſexti, & illius vxorem dicitur accepiſſe, &
nunc ex illa genuit primogenitum, ideo ille nomi-
nandus eſt nomine ſexti, qui vocatur hic defunctus.

Eſt tamen dicendum, quòd in veritate iſte filius
genitus nominandus eſt ex nomine primi defuncti.
Nam propter mortem eius ſecundus accepit vxo-
rem eius: ideo tertius non accepit vxorẽ ſecundi pro-
pter ſecundum, ſed propter primũ, cum ipſe ſecũdus
acceperit

acceperit vxorem primi propter primum: tertius ergo propter primum accipiet, quia quidquid est causa causæ est causa causati, & sic de quarto, & quinto, & sexto, & omnibus quotquot fuerunt. Vnde ipse septimus censetur successisse primo, & non alijs, quia propter primum omnes susceperunt illam vxorem, & si secundus habuisset filios non suscepissent eam reliqui: & sic vsque ad vltimum nominabitur: ergo semper filius genitus ex tali suscitatione nominabitur ex nomine primi, quia illius suscitatur semen.

An omnes nati ex seminis suscitatione nominabantur nomine defuncti, & quare. Quæst. CLXXXIII.

QVAERETVR, an nati ex suscitatione seminis nominabantur nomine defuncti, & quare. Dicendum, quòd non nominabantur omnes nomine illius: satis enim erat, quòd primogenitus ex suscitatione nominaretur nomine defuncti, quia ad hoc lex cogit, Deuter. 25. cap. scilicet, sed frater eius accipiet eam ad suscitandum semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit. Hoc enim communiter tenetur, & ita nos solemus interdum asserere recitantes communem positionem, sed infra verum dicetur. Et tunc est dubium, quare vocabatur primogenitus iste ex nomine defuncti. Solet dici, ꝙ lex voluit quãtum posset identitatem filij legalis ad naturalem. Nam nõ habuit iste defunctus filios naturales veros, & lex vult ei fingere filios, & ad hoc quòd filij ficti videantur aliquo modo esse filij defunctorum: oportuit, ꝙ esset magna similitudo inter filios illos ad defunctos, & ad hoc fecit lex, quòd solum fieret ista suscitatio ex vxore defuncti, in qua videbatur esse semen defuncti, & a fratribus defuncti: quia illi maxime identificabantur defuncto. Ita ergo ad hoc, quòd ipse filius magis videretur pertinere ad defunctũ etiam in nomine debuit similari ei. Nam si vocaretur alio nomine, poterat putari, quòd iste ascriberetur ei, qui ipsum genuit, & nõ defuncto: vt ergo appareret quòd pertineret ad defunctum vocandus erat primogenitus in suscitatione nomine defuncti, & sic minus dubitaretur de qua progenie esset. Et in hoc erat aliquid speciale, scilicet, quòd vocaret filius nomine patris. Nam in alijs nascentibus non imponebatur semper primogenitis nomen patrum: nam alioquin omnes directe descendentes per eandem lineam progeniei vocarentur eodem nomine: quod est falsum. Item patet, quia Ruben erat primogenitus Iacob, Gen. 49. & 1. Paralip. 5. & tamen non fuit vocatus Iacob, sicut pater suus. Etiam Isaac fuit primogenitus Abrahæ, quia in eo vocatum est semen Abrahæ, Genes. 21. c. vel secundum carnem erat Ismahel primogenitus eius, Genes. 16. cap. & tamen neuter vocatus est nomine patris, & ita ferè de omnibus alijs, quorum nomina scimus in Veteri Testamento. Et dicunt rationem esse, quia cũ in alijs sint filij veri secundum carnem, non oportet quæri aliam simulationem ad ostẽdendum similationem, & tamen in suscitatione seminis cum genitus non esset filius verus defuncti oportuit induci aliquas assimilationes legales ad hoc, ꝙ appareret ei qualitercunque similis, & filius eius.

Sed obijcitur, ꝙ non vocaretur filius primogenitus ex suscitatione seminis natus nomine defuncti, quia Booz accepit Ruth vxorem Mahalon defuncti ad suscitandum semen eius, Ruth 4. cap. & genuit ex ea primogenitum, quem non vocauit Mahalon ex nomine defuncti, sed Obed, eodem cap.

Aliqui tenentes communem opinionem dicunt, ꝙ iste Obed nõ fuit primogenitus Booz ex Ruth, & A per quem deriuatur familia Mahalon, & qui pertineat ad seminis suscitationem: quia primogenitus debebat vocari nomine defuncti, Deuter. 25. & iste non nominaretur sic.

Secundo probant, quia si Obed pertineret ad suscitationem seminis Mahalon, vocaretur filius ipsius Mahalon defuncti, & non patris sui naturalis, & tamen vocatur filius Booz, & non Mahalon, vt patet Ruth 4. cap. vbi describitur progenies a Phares vsque ad Dauid, & ponitur ibi Obed filius Booz, & non Mahalon; & idem supra primo, & Lucæ 3. cap. vbi est genealogia Saluatoris semꝑ ponitur Booz pater Obed, & nunquam Mahalon.

Sed dicendum, quòd in veritate Obed fuit ille, per B quem familia Mahalon continuata fuit: & ille pertinet ad suscitationem seminis eius. Quod patet, quia Booz accepit Ruth in vxorem ad suscitandum semẽ Mahalon, Ruth 4. & non legitur alium filium ex ea genuisse ante istum: ergo iste erat primogenitus, qui pertinebat ad seminis suscitationem.

Secundo apparet hoc, & clarius, quia quando mulieres congratulabantur Noemi nato Obed dixerũt ei: Benedictus Dominus, qui non passus est, vt deesset successor familiæ tuæ: ergo videtur quòd iste Obed erat successor familiæ Elimelech viri Noemi, & Mahalon filij eius, qui erat in familia Noemi. Ergo pertinet Obed ad Mahalon, & est filius eius legalis, per quem continuatur familia eius, vt non deleatur nomen C patris: hoc patet Ruth 4.

Aliqui ergo volẽtes tenere, ꝙ primogenitus ex suscitatione semper vocabatur nomine defuncti, & nõ potẽtes negare quin Obed pertineat ad familiã Mahalon, & ad suscitationẽ seminis eius, dicunt, ꝙ iste Obed nõ fuit primogenitus in ista suscitatione seminis, ꝗ̃ licet pertineat ad familiam defuncti, non vocatur nomine eius, sed volunt ꝙ fuerit alius primogenitus, ꝗ vocatus est Mahalon, sicut defunctus. Et iste fuit forte secundus, & non oportuit, quòd vocaretur nomine defuncti.

Sed dicẽdum, ꝙ hoc non stat, q̃a necesse est, ꝙ iste Obed fuerit primogenitus Booz ex Ruth. Primo, q̃a q̃n natus est Obed, congratulabantur mulieres ipsi D Noemi de natiuitate eius, Ruth 4. cap. & tñ si alius natus esset ante Obed, potius congratularẽtur de illo, ꝙ̃ de natiuitate Obed, vel de alijs: ergo iste erat primus. Secundo, q̃a si alius fuisset primogenitus, ille ꝑtineret ad defunctũ: quia dicit lex Deuter. 25. cap. ꝙ primogenitus ex suscitatione seminis vocaretur nomine defuncti: & de alijs nihil dicit, quasi vel solus primogenitus pertineret ad defunctum, vel ipse plusquàm alii, sed de Obed manifestum est, quòd pertinebat ad Mahalon defunctum, & quòd ipse erat, per quem continuabatur familia eius cum mulieres congratulando Noemi dixerunt: Benedictus Dominus, qui non passus est, vt deesset successor familiæ tuæ in E Israel, Ruth quarto capitu. Ergo Obed fuit primogenitus ex ista suscitatione, & per quem continuabatur familia, vt diceretur ipse successor familiæ. Nam si alius fuisset primogenitus huius suscitationis, ille esset familiæ successor, & non Obed: & ideo non diceretur hoc de Obed, sed dicitur: ergo ipse fuit primogenitus, & ita primogenitus erat. Cum etiam dicunt, quòd non erat iste, per quem continuabatur familia Mahalon. Falsum est, cum, nato eo, dixerint mulieres: Benedictus Dominus, qui non passus est, vt deesset successor familiæ tuæ in Israel.

Alij ergo non potentes respondere rationibus, dicunt, quòd iste Obed fuit primogenitus ex ista suscitatione seminis, & ipse fuit, ꝑ quẽ cõtinuata fuit familia Mahalon, & vocatus fuit noĩe Mahalon, sed ha-

bebat Mahalon multa nomina, quia vocabatur Mahalon, & Obed. Sicut etiam de multis alijs viris tam in Nouo, quàm in Veteri Testamento, qui sunt binomij, vel trinomij, sicut Iacob vocabatur Iacob, & Israel, Genesis 32. & Esau vocatus est Esau, & Seir, & Edom, vt colligitur Genes. 25. Sic etiam Beatus Petrus vocatus est Petrus, & Simon, & Bariona, & Cephas, & Simon Ioannis, vt patet supra 16. & Ioan. 21. & 1. Corinth. 15. cap. & declaratum est supra 10. cap. quæst. 30. & 31. Dicendum, quòd nõ stat: primo, quia si Mahalon haberet multa nomina, aliquando vocaret vno nomine, & aliquando alio, sicut patet de alijs multinomijs, vt dictum est, & tamen in libro Ruth sæpe fit mentio de illo, & nunquàm vocatur Mahalon: ergo non est verisimile, quòd haberet aliud nomen. Secundo patet hoc, & efficacius, quia vt isti dixerunt supra in ista quæst. ideo lex iussit, Deut. 25. cap. vocari primogenitum ex suscitatione seminis nomine defuncti, quia volebat ostendere maximam identitatem inter illum, & defunctum, vt videretur esse filius naturalis eius, & ita etiam in nomine voluit eos identificari, sed iste Obed (vt probatum est) fuit primogenitus ex suscitatione seminis Mahalon, ergo debuit in scriptura vocari eo nomine, quo scriptura vocat defunctum. Vnde licet esset binomius, quia tamen defunctus vocatur semper Mahalon in libro Ruth. debebat ipse quoque vocari Mahalon. Vel si vocandus erat Obed, sicut defunctus debuisset scriptura ibi non solum aliquando, sed semper vocare defunctum Obed, & non Mahalon, vt appareat illum esse filium eius legalem, si hoc lex intendebat facere, idest, identitatem in nomine, & tamen non fuit sic factum: ergo pater solum vocabatur Mahalon, & natus ex suscitatione seminis solum vocabatur Obed.

Aliter dicunt alij, scilicet, quòd iste Obed fuit primogenitus ex suscitatione ista seminis, & per eum cõtinuata fuit familia defuncti, vt patet Ruth 4. cap. & supra probatum est, & tamen non vocatus est nomine defuncti. Et cum obiicitur, quòd primogenitus vocandus erat nomine defuncti. Dicũt, quòd verum est, quando suscitabatur semen a fratribus, secus quãdo suscitabatur semen a cognatis. Nam Deut. 25. cap. vbi dicitur, ꝙ primogenitum ex ea filium appellabit nomine defuncti dicitur de fratre defuncti, qui accipere debet vxorem defuncti, nihil aũt de cognato dicitur ibi, & tamen Booz suscitans semen Mahalon, non erat frater eius, sed cognatus, ideo non oportuit, ꝙ vocaretur hic natus ex suscitatione seminis ex nomine defuncti. Item hoc confirmant, quia suscitatio seminis quantum ad fratres erat ordinaria, & quantum ad cognatos alios erat extraordinaria cum non esset necessaria, sed accidentalis, vt probatum est su-
In q. 179. pra, & ob hoc multa obseruabantur in fratribus suscitantibus semen, quæ non obseruabantur in aliis, sicut patet de pœna, quia fratribus non suscitantibus infligebatur pœna, Deut. 25. c. Cognatis aũt non, vt osten-
In q. 179. sum est supra: nam cognatus Booz, qui noluit suscitare semen Mahalon nulla pœna affectus est, Ruth 4. cap. Ita ergo de nomine esset, ꝙ vocaretur primogenitus suscitationis noĩe defuncti, qñ suscitaretur a fratre, qñ aũt suscitaretur a cognatis, non oporteret nominari ex nomine defuncti. Sed dicendum, ꝙ hoc nõ stat, quia cum suscitatio seminis fiat ad conseruandũ nomen defuncti, & ob hoc vt ipsi asserunt lex iusserit vocari primogenitum ex suscitatione nomine defuncti cum maneat eadem ratio in suscitatione a quocũque fiat, s. vt natus videatur esse filius defuncti, debet vocari semper nomine defuncti. Et cum dicitur, ꝙ illud Deut. 25. c. habet locum in fratribus. Dicendũ, ꝙ est verum quantũ ad obligationem, s. ꝙ ipsi soli obli-

F gabantur: cognati aũt non, & tñ si suscitarent semen deberent seruare totam intentionem, & modum suscitationis seminis, & tñ Deut. 25. cap. ponitur quasi præcipuum in hac suscitatione, ꝙ vocetur primogenitus ex suscitatione nomine defuncti: ergo siue a cognatis fieret suscitatio seruabatur semper illud, ꝙ natus ex suscitatione seminis vocaretur ex nomine defuncti. Dicendum ergo, ꝙ veritas huius est, ꝙ natus ex suscitatione seminis, siue primogenitus, siue alius non vocabatur nomine defuncti, sed poterat vocari quocunque alio nomine, & ita fuit nunc de Obed, q fuit primogenitus in ista suscitatione seminis, & per eũ continuata fuit familia Mahalon, sed non fuit vo-
G catus Mahalon, sicut defunctus, sed Obed. Cum autẽ obijcitur, ꝙ dicitur Deut. 25. cap. ꝙ debet vocari primogenitus nomine defuncti, dicendum, ꝙ non intelligitur de nomine personali, sed de familia, uel progenie sua, s. ꝙ non uocetur de progenie gignentis eum, sed de progenie mortui. Et patet, q̃a Deut. 25. cap. ubi ponitur, ꝙ primogenitus suscitationis seminis debet appellari nomine defuncti subditur causa, s. ut nõ deleatur nomen eius ex Israel: ergo non imponebatur nomẽ mortui primogenito legali, nisi eo modo, quo posset conseruari ne periret nomen eius ex Israel, & tamen etiam si non uocaretur ex nomine eius personali poterat seruari nomen defuncti non deletum: er-
H go non oportebat, quòd uocaretur ex nomine personali eius. Et patet, quia nomen cuiuslibet reseruabatur per filios suos ueros, & tamen non uocabantur filii nomine patrum, ut patet in Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnibus posteris eorum: nunquàm enim aut raro uocatur aliquis ex nomine patris sui: & tamen illis manentibus dicitur non deleri nomen patrum suorum: ergo non accipitur nomen pro nomine, sed pro progenie, s. quòd filii uocabantur de progenie patrum suorum, & ideo nominata progenie nominatur nomen defuncti, cuius est illa progenies, & ita manentibus filiis aliquorum, nunquàm nomina patrum delentur, licet non uocentur illi nomine patrum: ergo ita erat hic. Et ista est ueritas, quòd pri-
I mogenitus in suscitatione seminis uocabitur nomine defuncti, idest, de progenie eius, & familia, sed non nomine eius personali, & sic fuit de Obed, qui fuit primogenitus Booz in suscitatione seminis Mahalon, & ideo uocatus est ex nomine Mahalon, scilicet, de eius progenie, sed non nomine eius personali, quia non uocatus est Mahalon, sed Obed, & ita fiebat circa alios primogenitos ex suscitatione seminis.

Ad aliam rationem, quæ magis urgebat, scilicet, quòd etiam non uocabatur Obed de familia Mahalon, quia tũc diceretur filius Mahalon, & non Booz, & tamen uocatur filius Booz, Ruth quarto capitu. dicendum, quòd Obed erat de familia Mahalon, & per eum continuabatur eius posteritas, quia genitus est ex uxore eius suscitando ei semen, & tamen ille
K erat filius naturalis Booz, quia ille uere eum genuerat. Erat etiam filius legalis Mahalon, quia pro eo gignebatur, & ideo nomine utriusque poterat nominari, & utriusque patris linea poterat per eum deriuari. Sic ergo linea Booz deriuatur per Obed, & ita ponitur Ruth quarto cap. & in genealogia Christi, supra primo, & Lucæ tertio capitu. Aliquando uocatur filius Mahalon patris legalis, & sic etiam dicitur Ruth quarto. Nam quando natus est Obed dixerunt mulieres congratulantes Noemi: Natus est filius Noemi, sed non poterat uocari filius Noemi, nisi inquantum pertinebat ad Mahalon filium eius: ergo etiam uocatur Obed filius Mahalon, & ita fit de aliquibus alijs in scriptura, qui aliqñ nominãtur p lineã patrũ naturalium, aliquãdo per lineam patrum legalium.

legalium. Sic enim fuit in genealogia Christi: nam supra 1. cap. vocatur Iacob pater Ioseph, & Luc. 3. vocatur Heli pater Ioseph. & hoc quia vt Sancti Doctores dicunt vnus Euangelista posuit patrem naturalem Ioseph, alius patrem legalem: & istud facit magnas dubitationes in scriptura.

An suscipiens vxorem defuncti ad suscitandum semen posset eam repudiare. *Quæst.* CLXXXIIII.

QVAERETVR, an suscipiens vxorem defuncti ad suscitandum semen posset eam repudiare.

Aliqui dicunt, ꝙ non poterat repudiari, quia non poterat repudiari mulier nisi ex causa, & quando non inuenitur in ista muliere sumpta ad suscitandum semen, non poterat repudiari saltem ad placitum.

Dicendum, ꝙ non stat, quia quando quis inter Hebræos repudiabat aliquam vxorem, non cogebatur probare causam repudij, sed solum, ꝙ non placebat oculis eius, vt ostensum est Deuteron. 24. cap. Ex eodem ergo fundamento posset sine causa repelli ex sola voluntate mulier ad suscitandum semen accepta.

Est ergo dicendum, ꝙ verum est, ꝙ ad repudiandum mulierem nō tenebatur repudians probare aliquam causam, immo neque tenebatur exprimere eā, neque etiam exprimebat, sed solum scriptum erat, ꝙ repudiabat eam, & ꝙ dabat illi licentiam contrahendi cui vellet, vt declaratum est supra 19. cap. quęst. 56. & quæst. 57. Et tamen circa mulierem acceptam ad suscitandum semen dicendum, quòd nō licebat viro repudiare eam quousque gigneret saltem ex ea filiū in quo seruaretur progenies defuncti.

Et patet primo, quia aliàs lex suscitationis esset inutilis, quia posset quilibet accipere vxorem relictam a defuncto, & statim illam repudiare: & ita non consequeretur intentio legis, & fieret lex inutilis, quod est inconueniens: cum Deus non statuerit aliquid inutiliter.

Secundo patet, quia Deus apposuit pœnam nolentibus suscitare semen, quasi aliquando talis pœna esset infligenda non suscitantibus semen, & tamen si liceret repudiari vxores susceptas ad seminis suscitationem, facile esset cuique non suscitando semen euadere pœnam, quia mox vt illam susciperet euitaret pœnam, & statim illam repudiaret: ergo non licebat repudiare ad hoc quòd aliquādo haberet locū pęna.

Tertio patet, quia lex cogit fratres defuncti ad suscipiendas vxores defunctorum: ergo etiam cogit ad tenendum eas, cum vnum sine altero non prosit.

Sed obijcietur contra hoc primo, quia lex erat data generaliter ad fauorem virorum, vt possent repudiare vxores: ergo in omni casu intelligetur, sed vxor accepta ad suscitandum semen est vxor: ergo illa etiā potest repudiari.

Secundo patet, quia suscitans semen succedit loco defuncti: ergo nō tenetur ad plura quàm defunctus, sed defunctus poterat repudiare vxorem ex sola voluntate nulla prole suscepta, & non accipere aliā vxorem: ergo non tenebitur suscitans plusquàm ille, & consequenter licebit ei repudiare vxorem illam, sicut licebat defuncto.

Tertiò, quia manet circa istas vxores causa repudij: ergo potestas repudiandi. Nam potestas repudiandi concessa fuit Iudæis ad duritiem cordis, vt dixit Christus, sup. 19. c. Erat ista duritia, ne occiderēt vxores, quando eis non placerent, & tñ idē erat circa istas vxores, qa poterant displicere viris, & occiderēt eas, si

A non possent repudiare: ergo poterant eas repudiare.

Dicendum, ꝙ non poterant eas repudiare propter causas supra assignatas, & hoc vel simpliciter, s. vt nūquàm possent, vel saltem non poterant vsque ad tempus, quo genuissent filium, in quo posset conseruari nomen, & familia defuncti.

Ad primam ergo rationem in contrariū dicendū, ꝙ lex de repudiando fuit generalis, & competebat respectu omniū vxorū, nisi alicubi inueniretur specialis causa repugnans repudio, & tñ circa vxores susceptas ad suscitandū semen, erat ista causa, qa si possent repudiari non fieret suscitatio seminis: ideo nō poterant repudiari, & est aperta causa differentię. Nam in

B alijs casibus si repudiaret vir vxorem non sequebatur inconueniens aliquod, quia vir poterat accipere aliā vxorem, & vxor alium virum: & fieret vtrique multiplicatio prolis, & tñ si mulier suscepta ad seminis suscitationē repudiaretur, non poterat suscitari semen, nisi ex vxore defuncti: ideo sequebatur incōueniens si repudiaretur, & cōsequenter nō poterat repudiari: & tñ cessante cā ista speciali redibat generalis lex fm quā posset repudiare, & hoc postq̄ genuisset vir masculū ex vxore defuncti per quā continuaretur familia defuncti, poterat repudiare vxorem illam, sicut & quamlibet aliam: quia iam satisfactum erat suscitatio ni seminis. Secundo patet hoc, quia licet lex genera-

C lis esset ad posse repudiare vxorem, tamen quidam casus erant speciales, in quibus non poterat repudiari vxor. Vnus erat propter delictum, vt siquis accipiens vxorem de nouo diceret post consummationem matrimonii non inueni eam virginem, & probaretur fuisse virginem mulierem, quando accepit eam vir, flagellabat ipse vir, & soluebat quinquaginta siclos, & non poterat dimittere puellam omni tempore vitæ suæ: Deuteron. 22. Alius casus erat, si vir inueniret puellam in agro, quæ non esset desponsata, & dormiret cum ea accipiebat eam in vxorem, & non poterat eam dimittere omni tempore vitæ suæ, eodem cap. Ita & nunc isti licet non ex delicto, propter causam tamen obligabantur non repudiare vxores, & non erat obligatio perpetua, sicut quando proue-

D niebat ex delicto, sed solum durabat ad tempus, scilicet, quousque vir gigneret masculum, in quo conseruaret nomen defuncti. Ad secundum dicendum, quòd verum est, quòd suscitans semen succedebat loco defuncti, & tamē magis astrictus erat, quàm defunctus, & sic licet defuncto liceret repudiare vxorē, non licebat suscitanti semen. Et patet primo, quia viuens non tenebatur ex vxore, quam susciperet dare operam, vt gigneret: & tamen suscitans semen tenebatur dare operam, vt gigneret. Secundo, quia si cui moreretur vxor, & non genuisset ex ea filios, non tenebatur accipere aliam, vt ex ea filios gigneret, & tamen tenerentur fratres defuncti accipere vxorem defuncti, si ille sine filiis decedens vxorem

E relinqueret.

Tertio, quia siquis in Veteri Testamento non haberet vxorem, non tenebatur accipere, & non imponebatur ei pœna, si non acciperet: vel si moreretur vna vxor eius, & nondum haberet filios, non tenebatur aliam accipere ad gignendum, & si non acciperet non puniebatur, & tamen mortuo aliquo sine liberis, vxore relicta tenebantur fratres illius accipere eam: alioquin puniebantur, Deuteron. vigesimoquinto capitu. Quartò, quia etiam circa alia sic est. Nam plus tenetur quis conseruare bona aliena, quàm propria. Nam siquis administret bona aliena, vt dispensatores, actores, tutores, curatores, tenentur solicitè agere, ne quid de illis pereat: &

Primus casus, in quo nō poterat repudiari vxor.

tamen non tenetur prouidere rebus ſuis, vt non pereant de omittendo prouidere circa aliena, peccabit quis ſemper: omittendo autem circa ſua non peccat, vel ſaltem non ſemper, neque æqualiter, & ita eſt hic.

Cauſa autem, quare non imponebatur lex hominibus in Veteri Teſtamento, vt darent operam ad gignendum, & mortua vna vxore acciperent aliam ſi nondum haberent filios: erat, quia quilibet ſeipſum ad hoc implebat ex naturali deſiderio, & opinione communiter inſita: putabant enim antiqui tam Gentiles, quàm Iudæi beatitudinem quandam exiſtere in filijs, & infelices eſſe eos, qui ſine liberis morerentur: & ideo cuilibet erat cupido inſita ad relinquendum filios, quantum poſſet, & ita non oportebat ſuperaddi ſtimulos legis. Secus autem quantum ad extraneos, qui non cupiunt tam ardenter, neque efficaciter bonum alienum, ideo oportuit illis imponi legem de hoc. Et quia nemo cupiebat ſuſcitare alteri ſemen, ſed potius communiter omnes homines illud recuſabant, vt dicetur ſequenti quæſtione, debuit poni lex, & pœna ad hoc quòd fratres defunctorum illis ſuſcitarent ſemen: & ita per legẽ tenentur ad id, ad quod nõ tenebantur viuentes pro ſeipſis. Simile eſt circa dilectionem ſuijpſius, & circa nocumentum: nam magis quis ſe diligit, quam alium: & conſequenter magis cauet nocere ſibi, quam alteri: & tamen in præceptis de diligendo dictum eſt, quòd quis diligeret proximum, & non iuſſum eſt, quòd ſeipſum diligeret: etiam in negatiuis vetatur quilibet nocere alteri, & non prohibetur expreſſe ſibijpſi nocere: & hoc, quia non fuit neceſſe, quia etiam non exiſtente lege quilibet ſeipſum diligit forte ſupra modum, & cauet nocumenta propria.

Antiq. putabant fœlicitatem quandã eẽ in filijs.

Ad tertium dicendum, quòd vna cauſa fuit permiſſionis libelli repudij durities cordis, & tamen cauſa potiſſima fuit, quia iſta lex erat inter omnes Gentiles, quòd repudiare poſſent vxores. Si autem Iudæis auferretur iſta libertas, putarent ſe minores alijs gentibus, & non poſſent hoc tolerare: & hoc erat duritia cordis, ſcilicet, quòd indomiti erant, & non bene ſubijcerentur rebus inſolitis, ſicut dixit Deus. Cerno, quòd populus iſte duræ ceruicis ſit. Exodi trigeſimoſecundo capitu. Et tamen ibi non ponitur durities pro facilitate occidendi vxoris, ſed pro difficultate obediendi circa res inſolitas.

Secundo poteſt dici, quòd etiam ſi durities cordis ſit pronitas Iudæorum ad occidendum vxores: non tamen erat ſemper tantus timor de vxoricidio, quòd quandocunque diſpliceret vxor viro, putaretur eam occiſurus, licet erat aliqualis occaſio. Et patet, quia aliqui caſus erant, in quibus vetabatur repudium: tamen non obſtabat ibi timor de morte vxoris, ideſt, occiſione, vt in duobus caſibus ſuprapoſitis: ergo ſi ibi lex putauit, quòd non ſequeretur vxoricidium, a fortiori putaret circa non repudiandas vxores, ex quibus ſuſcitabatur ſemen.

Primo, quia in duobus illis caſibus priuabantur in perpetuum iure repudiandi vxores, Deuteronom. vigeſimoſecundo capitu. In iſto caſu priuabantur ad tempus, ſcilicet, quouſque eſſet genitus aliquis maſculus per quem poſſet continuari familia defuncti, vt dictum eſt. & ideo minus graue erat.

Secundo, quia in duobus caſibus ſupra dictis non poſſe repudiare vxores, proueniebat ex delicto, & cum quadam infamia, & pœna: non repudiare vxorem defuncti, licet eſſet aliqualiter graue, erat tamen cum quodam lucro, ſcilicet, quia ſuſcitans ſe-

F men ſuccedebat in bonis defuncti, & gaudebat vſufructu illorum, & proprietatem illorum tranſmittebat ad poſteros ſuos, qui pertinebant ad ſuſcitationem ſeminis, & nihil iſtorum conſequeretur ſi poſſet repudiare vxorem, & repudiaret, ſicut ſi non reciperet: ergo facilius erat non repudiare vxorem pertinentem ad ſuſcitationem ſeminis, quam in alijs duobus caſibus, & tamen ibi non timebat lex occiſionem vxorum, vel ſi eſſet aliqualis timor, & occaſio, non tamen talis quòd propter illum lex ceſſaret priuare iſtos iure repudiandi: ergo a fortiori in vxore ſuſcitationis ſeminis nullus timor vxoricidij faciebat, quòd liceat repudiari illam ante ſuſcitationem ſeminis, quia non erat talis timor veriſimilis.

G *Quare imponebatur pœna non ſuſcitantibus ſemen. Quæſt. CLXXXV.*

QVAERETVR, quare imponebatur pœna non ſuſcitantibus ſemen, quia in hoc innuitur, quòd eſſent aliqui, qui nollent ſuſcitare ſemen, & tamen non videtur veriſimile, ſcilicet, quia ſuſcitatio ſeminis habebat aliquid fauoris, & non videbatur habere aliquid præiudicij, ideo nemo recuſaret ſuſcitare ſemen. Patet, quia ſuſcitans ſemen non impediebatur ſuſcipere vxores quas vellet. Nam ſi ſuſcitans ſemen non poſſet tenere niſi vxorem defuncti, eſſet grauis iſta ſuſcitatio: licebat tamen habere plures vxores in Ve-
H teri Teſtamento, vt oſtenſum eſt ſupra decimonono cap. quæſtio. trigeſimaſecunda, & ita cum vxore defuncti poterat habere quaſcunque alias vellet, & inſuper ſuccedebat in omnibus bonis defuncti, ſicut patet in Booz ſuſcitante ſemen Mahalon, Ruth 4. cap. Ergo nemo recuſaret ſuſcitationem iſtam.

Dicendum, quòd fuit neceſſaria pœna appoſita: Deus enim volebat, quòd ſemen ſuſcitaretur defunctis, & tamen non fieret niſi apponeretur pœna: ergo erat apponenda. Patet, quia ſuſcitatio ſeminis videbatur Iudæis difficilis, & ideo non intenderent illi, niſi volentes euitare pœnam: & patet hoc in cognato Booz, qui ſuſcitaturus erat ſemen Mahalon, & noluit, ſed dixit, quòd potius carere volebat pri-
I uilegio, & iure quod ſibi competebat ex propinquitate, Ruth 4. cap.

In quo ſciendum, quòd ſuſcitatio ſeminis erat aliquo modo fauorabilis, & aliquo modo odioſa, & tamen magis erat oneroſa, vel difficilis, quam fauorabilis.

Primum patet, quia fauor erat cum non deferretur hoc ius cuique, ſed ſolis fratribus, & cognatis, vt colligitur Deuterono. 25. & Ruth 4. cap. & oſtenſum eſt ſupra, & tamen ſi non eſſet aliquis fauor non deferretur illis ſolis, vt quidam putant: licet iſta ratio non multum facit. In q. 179.

Secundo, & melius, quia cum deferretur fratribus
K propinquis non deferebatur æqualiter, ſed circa fratres ſecundum ordinem natiuitatis, circa cognatos, aut ſecundum ordinem maioris attinentiæ, vt oſtenſum eſt ſupra, & tamen ſi nullus eſſet fauor indifferenter competeret omnibus. In q. 180. Tertio, & potiſſime, qa ſuſcitantibus ſemen dabatur tota hæreditas defuncti pro ſe, vt in vita haberet vſumfructũ, & poſtea trãſmitteret eam ad poſteros pertinentes ad ſuſcitationẽ ſeminis. Quòd aũt eẽt oneroſum, patet primo, qa cogebatur qs accipere vxorẽ, quam ipſe nõ elegerat, ſed quam alius ſibi dabat, i. lex. & nõ ſolẽt hoĩes maxime attendere beneplacitum circa accipiendas vxores, ſ. q placeant oculis eorum. Has autem vxores nõ accipiebant,

piebant, quia volebant, sed quia lex iubebat, ideo erat onus quoddam.

Secundo, quia circa alias vxores habebãt viri quandam libertatem, quam non habebant circa istas, scilicet, quia poterant alias repudiare ad nutum suum, Deuteron. 24. Istas autem non poterant repudiare etiam interueniente causa quousque suscitaretur semen ex eis, idest, gigneretur filius, vt dictum est supra præcedenti quæst. & ista erat magna grauitas.

Virgo potius quàm vidua ducēda vxor.

Tertio, quòd cogebatur homo accipere vxorem ab alio cognitam, & assuetam moribus alterius, solent autem viri magis velle accipere mulieres ex virginitate, quàm cum ab alijs cognitæ fuerint. Etiam quia facilius quis coaptat moribus suis mulierem, quæ nulli alteri matrimonialiter copulata est, quàm eam, quæ alterius moribus assueta fuit, quia difficile talia auferuntur.

Item quia quando mulier alium virum habuit, non habet integram dilectionem ad eum, quem nouiter accipit, præsertim si defunctus fuit ei bonus vir, & tractabilis, & consentaneus moribus eius: qui autem nouiter accipitur non sit talis, ex quo sæpe fit, quòd fœmina reducat in memoriam viro suo virum priorem (quod viuenti grauissimum est;) non quidem quòd mortuum zelet, sed quia zelat se non integre diligi, cum amor vxoris ad defectum magno desiderio tendat, quo fit, vt fœmina virum non integre diligat, & vir fœminam. Et hæc est causa quotidianarum querelarum, vt quotidie experimur, & ita erat multis durum suscitare semen defunctorum.

Quinto, quia suscitans semen defuncti non gignebat sibi filios, sed defuncto, homines tamen cupiunt filios habere, potissime apud antiquos, vbi putabatur fœlicitas quædam esse in filijs, ideo dolebant quòd gignerent filios alijs: vnde multi distrahebantur a suscitatione seminis. Sic patet de Onam filio Iudæ, Genesis trigesimooctauo capitu. Nam iussit ei Iudas suscitare semen fratri suo defuncto ex vxore illius Thamar, ipse vero videns non nasci sibi filios sed fratri, nolebat cognoscere vxorem, sed semen fundebat in terram: satis enim illi erat durum non gignere sibijpsi filios, quia ipse potius volebat carere filijs, & abdicare a se naturalem, & licitam voluptatem, quàm fratri filios gignere.

Sexto, quòd erat valde difficile, quia interdum contingebat aliquem suscitando semen alteri carere semine, & delere posteritatem familiæ suæ cum alienæ familiæ posteritatem suscitabat. Sicut patet de cognato Booz a quo cum quæreret Booz, an vellet redimere possessiones, & suscitare semen Mahalon ait: Neque enim familiæ meæ posteritatem delere debeo, idest, nolo. Et tamen non diceret hoc, nisi posset contingere, quòd suscitando alteri semen careret quis semine: ideo erat difficultas suscitare alicui semen.

Collatis autem oneribus grauibus, & fauoribus suscitationis seminis præponderabant onera, ideo iudicabatur simpliciter onerosum. Et ob hoc homines adhuc oblatis priuilegijs illis nolebant suscitare semen, sicut dixit cognatus Booz ad Booz: Tu meo priuilegio vtere, quo me carere libenter profiteor, Ruth 4. cap. & ideo oportuit apponi pœnam aliquam, vt sic homines metu pœnæ allicerentur ad suscitandum semen.

A *An pœna illa, quam imposuit lex non suscitanti semen, esset conueniens ad impellendum homines ad illius suscitationem. Et quòd quanto opinio est plurium, & maioris auctoritatis, tanto est firmior.*

Quæst. CLXXXXVI.

QVAERETVR, an pœna illa, quam imposuit lex non suscitanti semen, esset conueniens ad impellendum homines ad suscitationem illius.

Dicendum, quòd sic, quia pœna quæ debet a malo aliquo retrahere ad hoc, quòd sit conuenienter posita, debet plus inferre de tristitia, quàm id, in quo peccatum est causat de delectatione. Alioquin B libenter subibit homo pœnam, vt non auertatur a delectabili, & tunc pœna non erit efficax remedium ad tollenda vitia. In præsenti autem erat pœna conueniens, quia sufficienter auertebat homines ab hoc, quòd erat nolle suscitare semen. Nam hominibus erat delectabile non suscitare semen propter hoc, quòd multæ difficultates erant in suscitando, & omnes illas euadebant non suscitando. Debuit ergo pœna non suscitantium esse durior, quàm pœna, vel difficultas, quæ erat in suscitando, vt sic pœna excluderet pœnam, & dolor dolorem. Maxima autem difficultas, quæ erat in suscitando semen, erat quòd interdum delebatur posteritas eius, qui alienam posteritatem conseruabat. Posuit autem Deus maio- C rem pœnam non suscitantibus, quàm carere posteritate, vel deleri nomen. Vnde posuit Deus tres pœnas, duæ transibant, & vna manebat in perpetuum.

Quatuor ponit inferius in q. 191.

Prima erat, quòd discalciabatur nolens suscitare semen.

Secunda erat, quòd spuebat mulier defuncti in faciem eius, dicens: Sic fiet viro, qui non ædificat domum patris sui. Ambæ erant contumeliæ, & reddebant hominem infamem de iure, & de facto. Nam infligebatur iudicialiter, scilicet, quòd vir requisitus coram iudicibus de suscitatione seminis si nollet accipere vxorem defuncti, condemnabatur a iudicibus, vt mulier faceret ei hæc coram toto populo, vt colligitur Deuteronom. vigesimoquinto D capitulo. quilibet autem vellet potius subire quaslibet difficultates, quàm reddi infamis de facto, & de iure.

Tertia autem pœna erat grauior, inquantum erat permanens: nam vocabatur domus, idest, progenies illius domus discalceati in Israel, & hoc erat opprobrium æternum, quia iudicare aliquem esse opprobrium prouenit ex opinione hominum, & quanto opinio est plurium, & maioris auctoritatis, tanto est firmior, sed nemo est maioris auctoritatis, quàm Deus, & ille posuit in opprobrium, ideo iudicabatur ab omnibus esse opprobrium, & ob hoc nemo volebat habere progeniem, quæ in perpe- E tuum sustineret istam infamiam, scilicet, quòd vocaretur progenies discalceati: vnde potius vellent homines dare progeniem, quàm habere illam infamatam in perpetuum. Sed maxima difficultas in suscitatione seminis erat carere interdum posteritate, quod etiam non erat necessarium, ideo potius eligeret quilibet suscitare semen, etiam si sic oporteret ipsum carere posteritate, quàm non suscitando semen habere progeniem perpetuæ infamiæ subiectam. Erat igitur conueniens pœna non suscitantium semen ea, quæ a Deo posita est.

Quid fieret si nullus de fratribus, neque de tota cognatione defuncti vellet semen suscitare defuncti.
Quæst. CLXXXVII.

QVAERETVR, quid si nullus de fratribus defuncti, neque de tota cognatione vellet suscitare semen defuncti quid fieret.

Dicendum quidem, quòd existentibus fratribus ipsi tenebantur suscitare semen defuncti, & si nolebant patiebantur pœnam legis, Deuteronom. 25. capitu. & deuoluebatur potestas suscitandi semen, & succedendi in hæreditate defuncti ad alios cognatos eius, si autem neque alij cognati vellent suscitare semen defuncti, peribat nomen eius de familia sua, licet familia maneret, eo quòd nemo erat qui continuaret lineam progeniei illius: deuoluebatur autem tunc ius succedendi in hæreditate ad fratres, qui noluerant suscitare semen defuncti, & sic ipsi perdiderant iam illud nolendo suscitare semen defuncti, sed redijt ad ipsos, quia cognati, ad quos pertinebat posse suscitare noluerant etiam suscitare.

Sed obijcietur, quòd pertineret successio ad cognatos, & non ad fratres, quia fratres peccauerunt nolendo suscitare, & in pœnam priuati sunt successione hæreditatis: cognati autem non peccauerunt, ideo ad ipsos pertinebat successio. Patet, quia fratres tenebantur suscitare semen defunctorum, & si non suscitabant puniebantur: cognatis autem licebat suscitare semen defunctorum nolentibus fratribus, non tenebantur tamen ad hoc neque puniebantur si nollent suscitare, vt ostensum est supra. Et ideo illi, qui non peccauerant debebant succedere, quia nihil erat, propter quod perderent ius successionis, fratres autem ex delicto iam perdiderant.

Dicendum, quòd successio in bonis, aut erat propter suscitationem seminis, aut propter ius ordinarium propinquitatis. Si primo modo competebat semper ei, qui suscitabat semen, siue esset frater, siue cognatus, sed hic non suscitabat aliquis semen in casu dato: ergo non succedere deberet quis ex hoc iure: manebat autem ius propinquitatis, sed in hoc fratres præcedunt ad alios cognatos, quia sunt propinquiores, ideo illi succedere deberent.

Sed obijcietur, quòd licet competeret fratribus ex propinquitate successio: iam perdiderunt ius ex delicto, ideo deuoluebatur ad cognatos.

Dici potest vno modo, quòd licet fratres perdiderant ius successionis non acquisiuerant illud cognati. Nam fratribus tanquàm propinquis competebat, & sicut non poterant ipsi perdere ius, nisi ex delicto: ita non poterant illud acquirere cognati, nisi ex actu, scilicet, suscitationis: & tamen non suscitant in casu, ideo manet ius succedendi in fratribus. Nam si fratres, quia non suscitant, debent priuari iure, & cognati quia non suscitant non acquirunt illud: manet, quòd deuoluatur hæreditas ad aliam familiam, vel tribum: hoc tamen Deus valde vetuit, Numeri 36. cap. Ergo debet redire ad fratres, ad quos aliàs deueniret ex iure propinquitatis nulla suscitatione existente.

Secundo potest dici, quòd licet fratres nollent suscitare semen, nondum perdiderant ius successionis donec cognati suscitarent illud, quia nolentibus fratribus suscitare manebat ius suscitandi cognatis, & successio, & hoc in fauorem defuncti: Si tamen non suscitabant, nunquàm incipiebant habere istud ius, & ita nunquàm illud plene perdiderant fratres, & ita manebat penes eos.

F *Si nullus esset, qui posset suscitare semen defuncti quid fieret de conseruatione nominis eius, & de eius hæreditate.*
Quæst. CLXXXVIII.

QVAERETVR, quid si nullus esset, qui posset suscitare semen defuncti, idest, si nullus esset frater, neque cognatus quid fieret de conseruatione nominis defuncti, & de hæreditate eius.

Aliqui dicunt, quòd non est casus possibilis, quia non poterat esse aliquis in toto Israel, qui non haberet aliquem propinquum cũ omnes Israelitæ essent inter se cognati, quia de eodem capite, & sanguine descendebãt: vnde non solum vocantur Israelitæ om-
G nes inter se agnati, sed etiam fratres, Exo. 21. & Deuteron. 15. & 17. cap. & ita semper esset aliquis cognatus, qui posset suscitare semen defuncti.

Dicendum, ꝙ casus possibilis est: poterat enim esse aliquis, qui nullum haberet cognatum inter gradus illos, in quibus vocantur cognati. Et patet de Mahalon defuncto, de quo dixit Booz, ꝙ nullus erat ei cognatus, vel propinquus, nisi alius qui prior erat, & ipse qui erat secundus: Ruth 3. cap. Si aũt illi duo mortui essent non maneret aliquis in cognatione Mahalon, & ita nullus esset, qui posset suscitare semen eius. Erat aũt in hoc casu dicendũ, ꝙ tali defuncto non poterat suscitari semen, & peribat nomen suũ de familia sua, s. ꝙ intercidebatur linea progeniei. De hæredi-
H tate aũt eius dicendũ, ꝙ deuoluebatur ad illos, q propinquiores erant in tota tribu, vel familia quãdiu posset cognosci gradus propinquitatis, licet illi essent extra numerũ graduũ intra quos solent vocari cognati ad iura suscitationũ seminis, & ad alia iura, quæ ex cognatione perueniunt, & hoc fiebat nõ quasi cõpeteret illis successio ex iure propinquitatis cũ extra gradus in quibus solet vocari cognatio, non maneat aliquod ius successionis, sed in fauorem tribus, vel familiæ, scilicet, vt non transiret hæreditas de tribu in tribum, quod Deus vetuerat.

Siquis acciperet vxorem defuncti, & vxor defuncti moreretur ante suscitationem seminis, in quo seruaretur nomen
I *defuncti. Quæst. CLXXXIX.*

QVID si aliquis de fratribus, aut cognatis defuncti acciperet illius vxorem ad suscitandum semen, & ante semen suscitatum moreretur vxor defuncti, antequàm acciperetur ad suscitandum semen, vel postquàm accepta erat, prius tamen quàm nasceretur aliquis filius, in quo seruaretur nomen defuncti.

Dicendum, quòd non poterat iam suscitari semen defuncti, sed peribat nomen eius, quia non poterat assumi alia nisi vxor sua. De hæreditate autem dicendum, quòd succedebant in ea illi, qui erant propinquiores, siue fratres defuncti, siue alij cogna-
K ti. Si autem moreretur frater defuncti, qui acceperat vxorem eius, aut genuerat ex ea aliquem filium, aut nondum, Si genuerat non oportebat, quòd illa acciperetur ab alio de fratribus, vel cognatis, quia iam suscitatum erat semen. Si autem nondum ille genuerat filium ex ea, debebat sequens frater eam accipere: & ita alius, & alius, quousque aliquis ex ea filium gigneret. Sic patet Genesis trigesimooctauo capitu. vbi mortuo Her primogenito Iudæ sine liberis, accepit vxorem illius Thamar Onam frater eius, & quia ille sine liberis quoque mortuus est, accepturus erat eam Sela frater minor, eodem capitulo. Sic etiam fuit hic in casu posito a Sadducæis, scilicet, septem fratres fuerunt, & primus acce-

pria vxore decessit sine liberis, & illam accepit sequens frater, & ita vsque ad septimum, & quilibet accipiebat eam ad suscitandum semen, & vixit illa vsque ad mortem omnium fratrum. Si autem omnes fratres morerentur non suscitato semine, & viuente vxore, sicut ponitur casus hic, scilicet, quòd nouissime omnium mortua est mulier succedebant cognati in suscitatione seminis, & hæreditate, & succedebant secundum ordinem propinquitatis, quousque nemo de cognatione maneret, vel vnus eorum acciperet filium ex ea, quia tunc sistebat suscitatio seminis. Si autem perueniretur vsque ad vltimum cognatum, & non esset suscitatum semen, non poterat illi viro suscitari semen, sed peribat nomen eius de familia sua, atque delebatur memoria eius. De hæreditate autem dicendum, quòd in isto casu deuoluebatur ad aliquem de fratribus, vel de cognatis, qui noluerant suscitare semen: nam eo casu ponitur, quòd omnes tam fratres quàm cognati, qui suscitare voluerunt, fuerunt mortui, poterant autem manere aliqui, qui forte voluissent suscitare semen, & ad illos deuoluebatur successio hæreditatis supra q. 188. De fratribus ibi positum fuit. De cognatis autem dicendum, quòd si aliquis cognatorum mansit non manentibus fratribus, qui etiam nollet suscitare semen defuncti ad illum pertinebat hæreditas, non quidem propter ipsos, sed vt nō deuolueretur ad extraneos, qui non essent de eadem familia, vel tribu. Si autem nullus manet de cognatis defuncti intra gradus illos, in quibus vocantur homines cognati transibat hæreditas ad aliquem de propinquioribus in gradu, licet non esset intra gradus, in quibus solent homines vocari. Et hoc, vt non transiret ad aliam familiam, vel tribum, quod Deus vetuerat Numeri. 36. cap.

Si frater accipiens vxorem defuncti non gigneret ex ea filium, sed filiam, an sequens frater, vel cognatus deberet accipere eandem vxorem ad suscitandum semen defuncti. Quæst. CXC.

QVAERETVR quid si accipiens vxorem defuncti ad suscitandum semen non gigneret ex ea filium, sed filiam, an sequens frater, vel cognatus deberet accipere eandem vxorem ad suscitandum semen defuncti, vel sufficeret filia genita.

Aliqui dicunt, quòd non sufficiebat filiam gigni, sed alius debebat suscitare semen defuncto, quia non censebatur adhuc semen suscitatum defuncto, donec filius nasceretur. Quod patet primo, quia Deu. 25. cap. dicitur, quòd debebat suscitari semen defuncti, ne periret nomen eius in familia sua, & tamen per filiam non poterat conseruari nomen defuncti in familia sua, quia dato, quòd illa esset filia vera defuncti, non posset continuare familiam patris: nam fœmina transibat in progeniem viri illius, à quo accipiebatur: ideo non continuaretur per eam familia patris, neque conseruaretur nomen paternum, sed transiret ad aliam familiam, & cessaret illico nomen paternum.

Secundo quia vt dicunt dicitur Deut. 25. ca. quòd ille, qui acciperet vxorē defuncti ad suscitandum semen eius vocaret nomine defuncti primogenitum quem ex illa vxore acciperet, & tamen non competebat hoc, quia non poterat vocari nomine patris, ideo nata filia non dicebatur suscitatum semen, sed oportebat operam dari ad suscitandum semen, quousque nasceretur masculus.

Dicendum, quòd suscitans semen, aut gignebat filiam solam, aut filiam, & filium, vel filios. Si detur

A secundum dicendum, quòd etiam si filia esset primogenita non computabatur illa in suscitatione seminis, sed ille filius, qui primus erat post filiam, vel filias. Et ratio est, quia in filijs, & filiabus genitis ex suscitatione faciendum erat sicut in filijs veris, & naturalibus. Nam in his etiam siquis multas filias haberet, & vnicum filium, ad illum pertinebat tota hæreditas paterna, & ad filiam nihil etiam si filius esset minimus, vt patet Nume. 25. cap. ita ergo in suscitatione seminis, vbi vocantur filij legales: si essent filij, & filiæ ad solos filios pertinebat suscitatio seminis, & successio in hæreditate.

Secundo quia si fœmina reputaretur ibi pertinens ad suscitationem seminis deberet illa succedere in

B bonis paternis, & sola, quippe quia alij non pertinerent ad suscitationem, & hoc non solum esset inconueniens, scilicet, quòd fœmina succederet in bonis sicut masculus, sed etiam esset maius præiudicium, scilicet, quòd masculus in nullo succederet deuoluta tota hæreditate ad fœminam, ergo non computabatur ibi fœmina in suscitatione seminis.

Aliqui contendunt dicentes, quòd hoc non constat nobis, quia non apparet ex lege, an ita sit iudicandum de filijs legalibus sicut de veris, & naturalibus, & ideo dicunt, quòd forte non repugnabit legi accipi filiam, vt primogenitum defuncti.

Dicendum, quòd non stat, quia ille, qui ascribeba-

C tur defuncto in suscitationem seminis succedebat in tota hæreditate eius, filia autem non potest succedere existentibus masculis Nume. 27. cap. ideo cum iste, qui suscitabat semen defuncto, gigneret filios, & filias non erat scribenda defuncto filia, sed filius, dato, quòd esset filio natiuitate prior. Si autem suscitans semen solam filiam, vel filias gigneret, dicendum, quòd non oportebat vxorem defuncti accipi ab alijs fratribus, vel cognatis defuncti ad suscitandum semen, quia iam suscitatum erat, & hoc, quia per filias sufficienter conseruaretur nomen, & familia patris. Nam licet per filiam non possit directe continuari familia, potest indirecte, scilicet, illa filia nata ex suscitatione seminis acciperet virum, ex quo gignerentur filij, & illi pertinerent ad

D familiam aui materni legalis, & per illos iam directe continuaretur. Et hoc patet, quia aliàs non iussisset Deus dari hæreditatem filiabus non existentibus filijs cum hæreditas daretur ad conseruandum nomen eius cuius fuerat, sed iuberet, quòd quando moreretur aliquis sine filijs etiam si filiæ existerent transiret hæreditas ad cognatos, vt per illos continuaretur familia defunctorum, & tamen defertur hæreditas filiabus tanquam petentibus conseruare nomen, & familiam paternam: Nume. 27. capitu. Ergo per illas poterit dici facta suscitatio seminis, & talis filia genita accipiet virum, & primogenitus natus ex illa pertinebit ad familiam aui materni legalis, & ita quando nascebatur sola filia, bis fiebat

E suscitatio seminis, cum per filiam istam directe non posset continuari nomen patris legalis, sed per eos, qui de illa nascerentur, & ideo etiam de ipsa suscitabatur semen, & quandiu ex fœmina nasceretur fœmina, adhuc erat incompleta seminis suscitatio, sed ex qualibet earum suscitabatur semen, quousque nasceretur filius, per quem directe continuaretur nomen familiæ defuncti. Si autem ista filia nata ex suscitatione seminis moreretur, antequam gigneret filios, vel filias, peribat nomen defuncti de cognatione sua, neque poterat iam ei semen suscitari nisi adhuc maneret vxor defuncti, & aliquis de fratribus, vel de cognatis eius. Si autem moreretur puella ista, antequam gigneret filios, & non super-

peressset vxor defuncti non poterat suscitari vltra semen illi, & deuoluebatur hæreditas eius ad propinquiores in gradu.

Ad argumentum primum in contrarium dicendum, quòd suscitatio seminis fiebat ad conseruationem nominis defuncti, & quia per filiam poterat conseruari nomen patris, poterat ipsa pertinere ad suscitationem seminis. Cum autem dicitur, quòd mulier transit in familiam viri cui nubet, potest dici vno modo, quòd hoc est verum generaliter de mulieribus, quæ non succedebant parentibus in hęreditate, quia cum illę non haberent aliquid, in quo conseruaretur nomen familiæ, transibant in familiam maritorum. Secus de illis, quæ succedebant parentibus, quia illæ habebant aliquid, in quo conseruaretur nomen familiæ, & quia puella genita ex suscitatione seminis succedebat defuncto velut patri legali, non transibat in familiam viri a quo accipiebatur in vxorem.

Aliter potest dici, quòd mulieres semper transeunt in familiam virorum suorum. Et tamen nihilominus conseruatur per eas familia paterna, quia licet ipsæ sint de familia virorum, filij qui nascerentur ex eis non essent de familia virorum, sed de familia defunctorum, quia pertinent ad suscitationem seminis, & computantur per lineas patrum legalium, & non naturalium, & ideo ita poterit per filiam seruari nomen patris, sicut per filium, ipsa ergo existente dicetur semen esse suscitatum.

Ad secundum dicendum, vt quidam putant, quòd si nasceretur masculus, vel masculi de vxore defuncti vocandus erat nomine defuncti, & tamen si non nasceretur nisi fœmina, illa non poterat vocari nomine defuncti, sed cum illa postea filios gigneret, primogenitus ex ea vocaretur nomine defuncti, & ita quasi ibi incipiebat suscitatio seminis.

Sed dicendum, quòd hoc procedit ex falsa imaginatione, scilicet, tenendo quòd primogenitus in suscitatione seminis nominandus sit ex nomine personali defuncti, sed falsum est, vt ostensum est supra, quia non debet nominari nomine eius, sed ex familia, vel progenie. Sicut patet de Obed, qui non fuit vocatus nomine mortui, licet esset primogenitus in suscitatione seminis Ruth 4. cap. Et ita non impedit per filiam dici semen suscitatum, cum non oporteat illam nominari nomine defuncti, nisi quantum ad progeniem, quod bene seruatur in illa cum pertineat ad familiam defuncti quousque virum accipiat, & postquam acceperit illi, qui ex ea nascentur saltem primogenitus pertinebunt ad familiam defuncti.

Quare tales pœnæ infligebantur non suscitantibus semen. *Quæst. CXCI.*

QVAERETVR circa pœnas non suscitantium semen supra enim quęst. 186. dictum est, quòd pœna ista erat conuenienter posita ad impellendum homines, vt suscitarent semen defunctis: nunc est dubium de causis istarum pęnarum in speciali, scilicet, quare tales infligebantur.

Dicendum, quòd inferebantur tres, vel quatuor pœnæ. Prima erat, quod tolleretur calceus de pede viri. Secunda quòd spueret fœmina in faciem eius. Tertia quòd diceret ei publicè. Sic fiet viro, qui non vult ædificare domum fratris sui. Quarta erat, quòd postea vocaretur in Israel domus illius domus discalciati Deut. 25. cap.

Tres ponũtur superiꝰ in q. 186.

Causa istarum pœnarum in generali fuit ad irro-

F gandam magnam ignominiam ipsi, qui nolebat suscitare semen defuncti, & infl ctæ sunt istæ, quia in eis erat magna contumelia. Calceum autem alicui tolli ignominia erat, quia significabatur, quòd iste homo priuabatur omni bono etiam vsque ad calciamenta, quę sunt minima bona, vt patet ex loquendi modo Abrahæ ad regem Sodomorum cum dixit, Viuit Dominus, quia non accipiam de his, quæ ad te pertinent à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligę, idest, calciamenti, vt magis apparet ex Hebræa nostra, Genes. 14. cap. quæ dicit neque minima bonorum accipiam de bonis tuis ne dicas, ego ditaui Abraham. Secundo erat hoc, vt ex isto se-
G quereretur alia pęna, quam Deus volebat isti inferre, scilicet, vt vocaretur domus discalciati, sed non poterat hoc dici nisi detraheretur ei calceus.

Erat pœna secunda, quòd spueretur in faciem eius. Causa huius erat, vt ille incideret in magnam confusionem: nam non poterat esse maior confusio, quàm quòd spueretur in faciem alicuius, & hoc in pœnam, quia tota dignitas humanæ excellentiæ resplendet in vultu: deturpatur autem maxime, si deturpetur sputis alienis, & hoc potissime quando fit animo inferendi contumeliam, sicut fiebat hic.

Causa autem quare mulier dicebat. Sic fiet viro,
H qui non vult ędificare domum fratris sui, erat vt significarentur omnia ista fieri ad infamiam, & iniuriam infligendam, & in hoc augebatur ignominia. Nam si mulier non diceret istud, fortè poterat credi ab aliquibus, quòd erat istud aliqua cæremonia legis, quæ non fiebat ad ignominiam. Nam multæ aliæ cæremoniæ erant aliqualiter immundæ, sicut aspergi aqua, & cinere ad emundationem, Numeri. 19. capitu. & interdum aspergi sanguine, vt Exo. 24. capitu. quia aspersus est sanguis ibi super populum, & similia. Et quia non fiebant illæ ad iniuriam; sed ad legis obseruantiam, reputabantur viri honorabiles sustinendo hæc: ideo fuit conueniens dici hoc, cum enim mulier dicebat. Sic fiet viro,
I qui non ęd ficat domum fratris sui, significabat inferri ista in pœnam, & consequenter esse illa ignominiosa, & sic augebatur pœna ex hoc, & potissime cum fieret hoc in portis vrbis coram iudicibus, & populo, qui astabat, vt hæc videret. Nam ad ista solebat conuenire totus populus, vt viderent quomodo aliquis volebat vti hoc iure, vel illud acceptabat, aut cedebat alteri. Sic patet Ruth. 4. capitu. quādo cognato Booz nolente suscitare semen Mahalon defuncto ex Ruth, solutum ei fuit calciamentum, & successit Booz in suscitatione seminis. Nam dixit tunc Booz maioribus natu, & vniuerso populo, testes vos sitis hodie, quòd possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Mahalon, & Chelion tradente Noemi, & Ruth Moabitidem vxorem
K Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti. Et sequitur ibi, respondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu. Nos testes sumus. Et sicut quando fiunt aliqua ad ignominiam alicuius augetur confusio si publicè clametur illa fieri ad contumeliam suam, ita quando fiunt aliqua ad honorem alicuius si clamaretur publicè fieri ad honorem eius, augetur honor. sic patet Esther. 7. capitu. quando quæsiuit Assuerus rex ab Aman quomodo posset honorari aliquis a rege, & ille posuit multas cæremonias honoris, & post illas intulit, quòd clamari deberet. Sic honorabitur vir, quem rex honorare voluerit.

Causa autem quare vocabatur domus discalciati domus eius. i. progenies erat ad ignominiam, & manebat

nebat ei iſtud nomen, vt in æternum eſſet infamatus in toto Iſrael. A Etiam ſciendum, quòd nomen iſtius viri ſupprimebatur. Non enim vocabatur deinceps nomine ſuo, ſed vocabatur diſcalciatus, & domus eius vocabatur domus diſcalciati. Sic patet de cognato Booz de cuius pede ſolutus eſt calceus, cum noluiſſet ſuſcitare ſemen defuncto, & licet ſępe de eo dicatur Ruth. 3. & 4. capitu. nunquam exprimitur nomen eius, ſed vocatur per circumlocutionem cognatus Booz, & hoc, quia indignus erat nominari, qui nomen alterius nolebat conſeruare, a fortiori autem fieret in fratribus defuncti nolentibus ſuſcitare ſemen eius, quia in illis lex ponebat pœnam, in cognatis autem non. Et tamen in cognatis nolentibus ſuſcitare nomē defuncti ſubticebatur nomen, B à fortiori ergo ſupprimerentur nomina fratrum nolentium ſuſcitare nomen defuncti, & iam non vocarentur nominibus ſuis, ſed vocarentur diſcalciati, & domus, vel progenies eorum vocarentur domus diſcalciatorum.

In quid ſpuebat mulier; quæ non accipiebatur ad ſuſcitandum ſemen. Quæſt. CXCII.

QVAERETVR cum mulier, quæ non accipiebatur ad ſuſcitandum ſemen ſpueret, in quid ſpuebat. Dicendum, quòd Rab. Salo. aſſerit, ꝙ mulier ſpuebat coram viro illo, quaſi deteſtans eum ex eo, quòd eam noluerat accipere in vxorem, C & hoc erat ſpuere in facie eius, ſicut dicimus aliqua fieri in facie alicuius, ideſt, eo præſente, vel vidente. Iſte ſenſus ſatis conſonaret literę ſi poneretur in ablatiuo, ſed ponitur in accuſatiuo.

Dicit Rab. Abrahā Aben Ezra, quòd mulier ſpuębat in calciamento quod tollebat de pede viri. Dicendum tamen, quòd litera noſtra vult, quòd ſpueret mulier ſuper faciem viri, quia dicitur Deute. 25. ſpuet in faciem eius.

Aliqui dicunt, quòd poſitio Rab. Salo. non poteſt ſtare, quia ad hoc, quòd intelligeretur, quòd mulier ſpuebat præſente viro, & non ſuper faciem eius debebat poni in ablatiuo, vt diceretur, quòd ſpuet in facie eius, ideſt, eo præſente, & tamen ponitur in D accuſatiuo, & ita ſignificat terminum ad quem mittebantur ſputa, ergo non ſtat.

Dicendum, quòd iſta ratio non concludit. Nam licet ſtante facie in ablatiuo, vel accuſatiuo ſit modus iſte conueniens arguendi apud nos in Latino ſermone, tamen non eſt in Hebræo, quia non eſt in Hebręo iſta differentia regiminis neque exigētia dictionum. Nam in Hebræo non ſunt caſus neque terminatę inflexiones nominum, & verborum, ſed ſunt quædam dictiones præpoſitionales, quæ additæ nominibus ſignificant quandam habitudinem caſualem, ſicut ſunt in vulgari noſtro quædam habitudines caſuales, & tamen non poteſt per eas tanta diſtinctio fieri, quòd dubium tollatur. Nam etiam apud Latinos E quædam præpoſitiones varie ſignificant, & ideo adduntur varijs caſibus ſicut, in, quæ aliquando ſignificat in quo, & aliquando in quem, ſic eſt alia apud Hebræos, ſcilicet, be, vel ba. vel bu. ſiue bi. & tamen non poſſunt iſtę interdum ordinari cum accuſatiuo, & interdum cū ablatiuo, vt interdum ſignificent in quem, interdum in quo, cum ipſi non habeant caſus neque tam determinatas habitudines. Ideo dicendum, quòd iſta ratio non conuincit Hebræos, neque etiam nos conuincit ſimpliciter, ſed ſolum conuincit, quòd Hieronymus intelligere voluerit, quod ſuper faciem ſpuendum erat, & non coram viro, quia tunc diceretur ſpuet in facie, & nō in faciem.

Dixit autem Rab. Abraham Aben Ezra, quòd ſpuebat mulier in calciamento, ſcilicet, ſuper calceum, quem abſtulerat viro, & hoc procedit ex varietate relatiui, quia dicitur in faciem eius, & ly eius, poteſt referri ad virum, vel ad calciamentum, ita quòd facies calciamenti vocetur pars ſuperior eius, & poſterius de calceo ſit ipſum, quod tangit pauimentum. Sed iſte modus loquendi non eſt conueniens, quia etiam ex modo loquendi non damus faciem calciamento, neque aſſignamus ei ante, & retro, cum nō ſit res animata, vel habens virtutem magis in vna parte quam in alia.

Dicendum igitur videtur, quòd mulier ſpuebat ſuper faciem viri, ſicut vult litera noſtra, & hoc rationabilius eſt, q̃a hic agit ſcriptura de pęna, & ignominia eius, qui nolebat ſuſcitare ſemen fratri ſuo, & erat maxima ignominia, quòd ſpueret ſuper faciem eius: ideo credendum eſt, quòd ſic fiebat. Nam ſi coram viro ſpueret mulier, & non ſuper ipſum non erat magna ignominia, ita vt ſcriptura de hoc expreſſam deberet facere mentionem.

Item patet, quia ſtatim, vt dicitur, quòd mulier ſpueret in faciem eius, ſequitur quòd diceret, ſic fit viro, qui non ędificat domum fratris ſui, & ita iſtud fiebat viro, ergo in eum, ideſt, ſuper eum ſpuebatur, & non coram eo, neque in calceo illius.

An quando aliquis ſuſcitabat ſemen defuncto per hoc ipſe carebat ſemine, & poſteritate Quæſt. CXCIII.

QVAERETVR an quando aliquis ſuſcitabat ſemen defuncto per hoc ipſe carebat ſemine, & poſteritate.

Aliqui dicunt, quòd ſic, quia hoc erat ſuſcitare ſemen pro defuncto, ideſt, gignere filios pro illo, & ita iam non computabantur iſti, vt filij patris ſui, ſed vt filij defuncti, ſed per filios continuatur poſteritas, & cum ſuſcitans ſemen non habeat filios, quia filij eius non pertinent ad eius poſteritatem, ſed ad poſteritatem defuncti, carebit poſteritate, & hoc erit deleri familiam eius.

Secundo patet, quia cognatus Booz reſpondit ei quando quærebat, an vellet ſuſcitare ſemen Mahalon, ſcilicet, Neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo. Et tamen non ſtaret dictum ſuum, niſi ſuſcitando ſemen deleretur poſteritas ſuſcitantis, illud ergo delebatur.

Tertio patet, quia Onam nolebat ſuſcitare ſemen fratri ſuo defuncto Geneſ. 38. cap. & datur ibi cauſa, ſcilicet, videns non ſibi naſci filios, ſed fratri, & tamē ille, cui non naſcuntur filij, manet ſine poſteritate, ergo delebatur poſteritas ſuſcitantium ſemen.

Dicendum, quòd aut accipietur large deleri poſteritatem, aut proprie, ſi large eſt verum, quòd cuiuslibet ſuſcitantis ſemen delebatur poſteritas, quia minuebatur quantum ad aliquid. Accipiendo ſtricte interdum delebatur, & interdum, non & tamen non erat neceſſe, quòd cuiuslibet ſuſcitantis ſemen deleretur poſteritas, vt magis dicetur ſequenti quæſtio. & infra. In q. 195.

Ad primum dicendum, quòd verum eſt, quòd per filios continuabatur poſteritas, & ideo ſi ſuſcitās ſemen nullos filios habere poterat, ſed omnes pertinerent ad defunctum, deleretur poſteritas eius, ſed non eſt neceſſe, quòd omnes filij ſuſcitantis ſemen pertinerent ad defunctum: ideo non oportebat deleri poſteritatem illius ſuſcitantis, vt dicetur ſequenti quæſtio.

Ad ſecundum dicunt quidam Hebræi, quòd cognatus Booz dicebat ſe delere poſteritatem ſuam

quantum

quantum ad filios, quos susciperet de Ruth. si eam acciperet in vxorem, & hoc, quia Ruth erat Moabitis, & Moabitę non debebant intrare in Ecclesiam Dei in æternum Deute.23.cap.idest, quòd nunquam poterant habere aliquam dignitatem, vel honorem inter Israelitas, quorum congregatio vocatur Ecclesia Domini, vel non poterant accipere vxores de Ecclesia, idest, de populo Iudaico, quocunque autem istorum modorum intelligatur, videbatur deleta posteritas Moabitarum, qui conuertebantur ad iudaismum.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, sicut etiam dicunt aliqui Hebręi, & Nicolaus, quia non prohibentur intrare Ecclesiam Dei Moabitides mulieres, sed solum viri Moabitæ, quod patet, quia aliàs Ruth non potuisset accipi ab aliquo Iudæo in vxorem, & tamẽ accepit eam Booz licitè, & laudabiliter.

Secundo patet si propter hoc, quòd erat Ruth Moabitis peribat posteritas de illa suscepta, non acciperetur ad suscitandum semen Mahalon defuncti, quia non posset inde haberi posteritas pro defuncto, & tamen accepta fuit a Booz ad suscitandum semen defuncto, ergo a fortiori si acciperetur ab aliquo Iudęo non ad suscitandum semen posset ex illa habere posteritatem, & non deleretur.

Tertio patet, quia quando Booz dixit cognato suo, quòd non redimeret agrum, vel acciperet Ruth ad suscitandum semen defuncti, si ex illa non posset accipi posteritas, diceret ille, quòd non poterat accipere Ruth ad suscitãdum semen propter istam causam, & ideo quòd licet non acciperet nõ deberet carere iure redemptionis, vel successionis, & tamẽ non allegauit, sed statim, vt ei dixit hoc Booz dixit ille, ꝙ cedebat iuri, & quòd vteretur illo Booz, ergo oportebat posse fieri suscitationem seminis ex illa, & ita non delebatur posteritas ex eo suscepta.

Quarto quia dato, quòd verum esset, quòd neque viri, neque fęminę Moabitarum intrarent in Ecclesiam Dei, non deleretur posteritas suscepta ex Ruth: quia filij non sunt de progenie matrum, sed patrum, ideo licet Ruth esset Moabitis, filij quos aliquis Iudæus ex ea gigneret essent Iudæi, & non Moabitæ, & non extenderet se quantum ad illos prohibitio, quæ habetur Deutero.23.cap. Moabites, & Ammonites non intrabunt in Ecclesiam Dei. sed intelligebatur de Moabitis conuersis ad Iudaismum, vel de natis ab eis, quòd non intrarent in Ecclesiam Dei.

Dicit autem Nicolaus, quòd iste dicebat, quòd deleret posteritatem familiæ suæ, scilicet, quòd si susciperet filios ex Ruth, nõ tantum curaret de filijs, quos ex alia vxore susceperat, & ita esset deleta posteritas, vel essent illi deleti, vel viderentur deleti, sicut dicitur de homine patiente aliquale damnum, quòd destructus est.

Sed dicendum, quòd iste modus loquendi est nimis alienus, scilicet, quòd suscitando semen defuncti dicatur propter hoc deleri posteritas suscitantis, quia tunc non solum suscitando semen deleretur posteritas suscitantis, sed etiam quandocunque aliquis Iudæus haberet vnam vxorem, & superduceret aliam, ex qua posset filios gignere, vel si habuisset vnam, & defuncta illa acciperet aliam, & ex vtraque gigneret filios diceretur delere posteritatem suam, sed nullus dicebatur delere posteritatem suam, si mortua vna vxore acciperet aliam, licet ex vtraq; gigneret filios, ergo non dicebat cognatus Booz, quòd isto modo deleret posteritatem familiæ suæ. Secundo quia dato, quòd quis accipiendo filios ex secunda vxore non tam ardenter amet filios ex prima vxore quantum amaret si illi soli essent, non dicitur delere posterita-

F tem suam; quia omnes sunt filij eius, & per omnes il-
los posteritas sua texitur. Dicendum, quòd iste intel-
lexit, quòd delebat posteritatem suam idest, minue-
bat illam quantum ad aliquos filios. Nam si suscipe-
ret filios ex Ruth, cum illi essent ad suscitationem se-
minis Mahalon defuncti, oporteret, quòd aliquis vel
aliqui illorum ascriberentur mortuo, & non genito-
ri eius, quia nõ computarentur illi de stirpe patris vi-
ui, sed de stirpe defuncti, & ita essent illi filij quãtum
ad patrem suum, ac si deleti essent, vel nunquam ge-
niti, & ita si contingeret, quòd suscitans nullos filios
alios haberet nisi eos, qui pertinebant ad defunctum
esset totaliter deleta posteritas eius. Et isto modo
vere intellexit ille deleri posteritatem suam si alteri
G filios suscitaret.

An omnes filij suscitantis semen, quos gigneret pertinerent ad defunctum, vel solus primogenitus. Quæst. CXCIIII.

QVAERETVR quando aliquis suscitaret semen
defuncto an omnes filij eius, quos gigneret
pertinerent ad defunctum, vel solus pri-
mogenitus. Dicendum, quòd dicunt aliqui, quòd
solus primogenitus, quia dicitur Deutero.25.capitu.
quòd suscitans semen defuncto primogenitum ex
vxore illa nominabit ex nomine defuncti, ergo solus
primogenitus pertineret ad progeniem defuncti,
H quia aliàs scriptura non expressisset de illo solo.
Alij dicunt, quòd omnes filij, quos gigneret susci-
tans semen pertinebant ad defunctum, quod patet,
ex eo, quod asserit scriptura de Onam filio Iudæ su-
scitaturo semen fratri suo, scilicet, ille autem sciens
filios non sibi nasci, sed fratri suo, semen fundebat in
terram, ergo non solum de primogenito, sed de om-
nibus filijs, vel de multis intelligebatur, quòd perti-
nerent ad defunctum. Secundo patet ex verbis co-
gnati Booz hic, scilicet. Neque enim posteritatem fa-
milię meę delere debeo. In quo innuit, quòd si susci-
taret semen Mahalon defuncto, periret posteritas fa-
miliæ eius, scilicet, non continuaretur, & tamen hoc
non fieret si solus primogenitus ascriberetur defun-
I cto, quia per alios continuaretur posteritas ipsius, &
tamen dixit deleri posteritatem suam, ergo omnes
filij suscitantis semen pertinebant ad defunctum, &
nullus manebat ei per quem sua posteritas continua-
retur. Dicendum, quòd suscitans semen, aut susce-
perat aliquos filios ex aliqua vxore antequam suscita-
ret semen, aut non. Si aliquos susceperat, manife-
stum est, quod illi non poterant pertinere ad defun-
ctum, eo quòd illi non erant nati de vxore defuncti,
& tamen non poterat suscitari semen defuncto nisi
ex vxore sua, vt colligitur Deut. 25. & ostensum est
supra. Secundo quia posset accidere, ꝙ illi filij quos
susceperat suscitans semen, erant geniti viuente de-
functo, & tunc manifestum est, ꝙ non poterant per-
K tinere ad suscitationem seminis, quia illa non fit nisi
defunctis, vnde non poterant illi ascribi defuncto,
sed patri suo, & per istos continuaretur posteritas su-
scitantis semen, & facerent isti aliam lineam, quã filij
pertinentes ad suscitationẽ seminis. Si autem susci-
tans semen non habuisset aliquos filios antequam in-
ciperet suscitare semen, aut volebat accipere, vel te-
nebat iam aliquam vxorem pręter vxorem defuncti,
aut non. Si aliam acciperet, manifestum est, ꝙ filij
quos ex illa gigneret nõ pertinebant ad defunctum,
neque ad suscitationem seminis, eo quòd suscitatio
solum fiebat ex vxore defuncti, vt dictum est supra,
isti autem erant ex alia vxore, & ideo isti filij pertine-
rent ad familiam suscitantis semen, & non ad fami-
liam

In. q. 149.

liam defuncti. Alij vero, quos ex vxore defuncti gigneret poſſent pertinere ad familiam defuncti, & in illis caſibus nulla difficultas, aut dubium eſt.

Si autem non habebat aliam vxorem, niſi vxorem defuncti, vel ſaltem non habuerat filios ex aliqua alia manet dubium, quia ſi omnes filij nati ex vxore defuncti pertinerent ad defunctum, non eſſent aliqui, per quos continuaretur poſteritas ſuſcitantis ſemen.

Dicendum autem, quòd non pertinebant ad defunctum omnes filij nati ex vxore defuncti, ſed ſolus primogenitus, & hoc ſi ille perueniret ad ætatem, vt acciperet, vxorem ſic vt defunctus non diceretur mori ſine filijs. Si autem moreretur ante illud tempus ſubſtituebatur alius de fratribus eius, ſcilicet, ſequens ex ipſa vxora defuncti, qui vocaretur primogenitus defuncti nomine, & ſi ille etiam ante ſtatum illum moreretur ſubſtituebatur alius frater eius, & ita de omnibus vſquequo aliquis eorum acciperet vxorem, ita vt iam non diceretur mori defunctus ſine ſemine, cæteri autem filij ex ipſa vxore defuncti pertinebant ad ſuſcitantem ſemen, & non ad defunctum. Hoc patet primo, quia iſta ſuſcitatio ſeminis defuncti non erat, niſi vt non deleretur nomen defuncti ſi maneret ſinè filijs, & tamen, quòd vnus filius, ſcilicet primogenitus aſcriberetur defuncto ſufficiebat ad hoc, quòd nō deleretur nomen eius: ideo alij non computarentur de ſtirpe defuncti, ſed ſuſcitantis ſemen. Secundo patet, quia Deut. 25. ca. dicitur, quòd frater defuncti ſuſcitabit ei ſemen, & primogenitum ex vxore eius nomine defuncti appellabit. Et tamen ſi ſcriptura voluiſſet aſcribere defuncto omnes filios, qui naſcerentur ex vxore ſua, non ſolum diſpoſuiſſet de primogenito, ſed etiā de omnibus alijs, & tamen de ſolo primogenito dixit, ergo illum ſolum voluit pertinere ad defunctum.

Tertio quia non cōueniebat intētioni legis, quòd alius aſcriberetur defuncto, niſi primogenitus natus per ſeminis ſuſcitationē, quia lex vult fingere, quòd iſte natus ex vxore defuncti ſit filius defuncti, & naſcatur ex ſemine defuncti relicto in vtero vxoris, quod tamen per ſe non potuit viuificari, niſi ab alio adiuuaretur, & ad hoc venit frater defuncti, qui dicitur ſuſcitare ſemen defuncti, ideſt, viuificare illud, nō tanquam nouum ſemen apponens, ſed antiquum viuificans, & tamen hoc nō poteſt competere niſi primogenito per ſuſcitationem ſeminis, quia primogenitus ex vxore defuncti poterat aliquo modo fingi natus ex ſemine defuncti, alij autem poſteriores non, eo quòd cum naſcerentur alij iam eſſet euacuata virtus ſeminis defuncti, primogenitus tamen ex ſuſcitatione ſeminis cenſebatur tanquam poſthumus filius defuncti, eo quòd primus poſt mortē patris ex vxore ſua naſcebatur, ideo illi ſoli competebat hoc.

Quarto quia ſi omnes filij nati ex vxore defuncti pertinerent ad defunctum, deleretur poſteritas ſuſcitantis ſemē, & iſtud erat inconueniens propter duo. Primo quia dando primogenitum defuncto, & omnes alios ſuſcitanti ſemen non perirent nomen alicuius, ſcilicet, quia nomen defuncti continuaretur per primogenitum, nomen autem ſuſcitantis ſemen per alios, dando autem omnes iſtos defuncto deleretur nomen ſuſcitantis ſemen, cum non haberet filium, per quē continuaretur eius ꝓgenies, & tñ quotieſcū que duæ ſententiæ ſunt, & ad vnam illarum nullum ſequitur inconueniens, & ad aliam ſequitur aliquod inconueniens, tenenda eſt illa, ad quam non ſequitur aliquod inconueniens. Secundo quia dato aliquo caſu, in quo neceſſe eſt perire ſemen alicuius, ſcilicet defuncti, vel viuētis, videtur quibuſdam, quòd potius deberet perire nomen defuncti, qui nullum filium

A genuerat quàm viuentis, qui gigneret filios alteri, & non ſibi, quia hoc eſſet grauare viuentes, & releuare mortuos, quod videtur valde inconueniens, nam ꝙ deleatur nomen defuncti, qui nullum ſemen reliquit non grauatur, quia nullus eum grauat, ſed ſibi imputandum eſt, qui nullus filium genuit, vel Deo, qui noluit ei dare filios, ſicut dixit Iacob Racheli Geneſ. 30. cap. Nunquid ego pro Deo ſum, qui priuaui te fructu ventris tui? Quòd autem viuens cogeretur gignere filios, qui pertinerent ad ſtirpem defuncti erat manifeſtum grauamen, quia ipſe genuerat filios, per quos continuaretur linea progeniei ſuæ, & ꝙ illi pertinerent ad defunctum, & per hoc ipſe non haberet aliquos per quos linea ſuæ poſteritatis continuaretur,
B erat priuare eum poſteritate ſua ſine culpa, quod erat manifeſtum grauamen, ideo potius permitteretur mortuus ſine ſemine quàm viuens, & tamen viuens maneret ſine ſemine, & nomine ſi non pertineret ad eum quiſquam de filijs, ſed omnes ad defunctū: ideo non pertinebant omnes ad defunctum, ſed ſolus primogenitus, vel vnicus eorum, & tamen iſte debebat eſſe potius primogenitus, quàm aliquis aliorum, eo quòd ipſe poterat aliqualiter fingi poſthumus defuncti, quod non competebat alicui aliorum: ideo non poſſunt alij ſic videri pertinere ad ſemen defuncti, ſicut primogenitus, aliqua tamen dicta ſunt in iſta ratione, quæ habent aliquid dubitationis, de quibus magis dicetur ſequenti q.

C Aliqui autem voluerunt tenere, quòd omnes filij nati ex ſuſcitatione ſeminis pertinebant ad defunctū, & reſpondebant ad rationem in contrarium, ſcilicet, ꝙ primogenitus nomine defuncti vocaretur, quod ſcriptura noluit per hoc ſolum primogenitum dare defuncto, ſed voluit, quòd primogenitus ſpecialius pertineret quàm cæteri, ſcilicet, quòd ille eſſet de progenie defuncti, & vocaretur nomine proprio defuncti, cæteri autem eſſent de progenie, & familia defuncti, ſed non erant vocandi nomine eius, & ideo ad hoc ſpecialiter dici debuit de primogenito, licet alij ad defunctus pertinerent.

Dicendum, quòd iſta poſitio non ſtat propter rationes ſuppoſitas oſtendentes, quòd ſolus primogenitus pertinebat ad defunctum. Solutio quoque ar-
D gumenti non ſtat, quia illud faceret quid, ſi nomen acciperetur ibi pro nomine perſonali, ſed nō accipitur, immo pro familia, vel progenie. Nam primogenitus non vocabatur ex nomine defuncti, ſicut patet de Obed, qui fuit primogenitus ex ſuſcitatione ſeminis Mahalon, Ruth 4. cap. & tamen non vocatus eſt Mahalon ſicut defunctus, ſed Obed, ſed vocabatur nomine defuncti, ideſt, de familia eius, vt late probatum eſt ſupra. q. 183. & 193. Et tunc dicendum, quòd potius iſta eſt ratio fortiſſima ad probandum, quòd ſolus primogenitus pertinebat ad familiam defuncti cum dicatur, quod primogenitum appellabit nomine illius, ideſt de progenie illius, & tamen ſi ſcriptura
E veller, quòd omnes pertinerent ad familiam defuncti de nullo fuiſſet locuta expreſſe, ſed vel de omnibus taceret, vel omnes exprimeret, & ita ſine dubio tenendum eſt, quòd ſolus primogenitus pertinebat ad defunctum.

Ad primam rationem illius partis, quæ erat de Onam dicendum, quòd ſciebat naſci filios non ſibi, ſed fratri ſuo, non quòd ipſe putaret, quòd omnes quotquot naſcerentur pertinerēt ad fratrem ſuum mortuum, ſed ſolum primogenitum, & tamen illum vocauit filios pluraliter, quia fortè neſciebat an plures filios habiturus eſſet, & ita primogenitus vocabatur omnes filij ſui, & hoc modo filios ſciebat naſci defuncto. Etiam quia ſic eſt in conſuetudine locutionis

nis nostræ, quòd dicamus aliquē habere filios si vnicum habet, & ita est etiam modus iuris, vt ff. de regu. iur. l. liberorum appellatione intelligitur is, qui vnus est. Secundo dicunt, aliqui quòd primogenitus vocatur filij pluraliter propter dignitatem. Nam per primogenitum computabatur progenies patris, & ille succedebat patri in maiori parte substantiæ quā cæteri, vt patet Deuter. 21. & multas alias prærogatiuas habebat super cæteros filios, de quibus declaratum est Genes. 25. & 27. & magis 1. Paralipomenon 5. cap. Tertio potest dici, & forte melius, quòd ista lex de suscitatione seminis fuit apud gentiles antequam esset lex Moysi, & fuit postea a Deo data Iudæis, vt ostensum est supra, & aliqua mutata fuerunt, vel addita in ea, quando data lex fuit Iudæis de ista suscitatione, vt melius se haberet; & ita a principio quando erat inter Gentiles, omnes nati ex vxore defuncti pertinebant ad suscitationem seminis, Deus autem postea melius temperauit, scilicet, vt solus primogenitus pertineret ad suscitationem seminis. Et tunc stant hæc in veritate. Nam quod dicitur de Onam suscitante semen, fuit ante datam legem Moysi plusquā ducentis, & quadraginta annis, & ideo seruabatur tūc suscitatio seminis secundum consuetudinem Gentilium, apud quos omnes nati ex vxore defuncti pertinebant ad defunctum, Deus autem voluit postea, ꝙ solus primogenitus pertineret ad suscitationem seminis, vt tam defuncto quàm viuenti maneret posteritas, & ob hoc specialiter expressit, quòd suscitans semen fratris sui vocaret primogenitum ex nomine defuncti, idest, de familia eius, scilicet, illum solum, quia si non exprimeretur putaretur, quòd omnes pertinebant ad defunctum, sicut fiebat inter gentes, & inter Iudæos prius consuetum fuerat ex more gētium ante legem datam.

In. q. 143.

Ad secundum dicendum, quòd licet quis acciperet vxorem defuncti ad suscitandum semen nō erat necesse, quòd deleretur posteritas eius sicut dictum est præcedenti q. & sic licet iste cognatus Booz accepisset Ruth in vxorem ad suscitandum semen defuncti, non deleretur posteritas eius: nam si ipse haberet filios ex alia vxore manifestum est, ꝙ saltem quantum ad illos non deleretur posteritas eius, quia illi nō pertinebant ad defunctum, etiam dato, ꝙ nō habuisset aliam vxorem poterat de nouo accipere illam, & ex ea gignere, & filios, qui pertinerent ad progeniem suam, & nō defuncti, neque erat aliquod dubium de istis, vt supra declaratum est. Dixit tamen, ꝙ deleret posteritatem suam, quia ipse nondum habebat aliquos filios, & timebat, ꝙ fortè non acciperet illos nisi ex vxore defuncti, & tunc saltē primogenitus pertineret ad defunctum, licet postea geniti pertinerent ad ipsum, & tamē fortè iste dubitauit an haberet alios filios præter primogenitum, & si ille pertineret ad defunctum, videretur deleta esse posteritas eius. Vel dato, ꝙ alios præter primogenitum gigneret, cum ille pertineret ad defunctum videretur aliqualiter deleri posteritas eius, quia primogenitus erat, per quem deriuabatur precipuè progenies cuiuslibet, & ille succedebat in duplici parte hæreditatis, Deut. 21. cap. Et etiam succedebat in dignitate paterna, Gen. 49. & 2. Paralipomenon 21. vbi constituitur aliquis in regem, quia erat primogenitus, & ideo perdendo primogenitum, qui transibat in progeniem defuncti, videbatur deleri posteritas eius, scilicet, id in quo principalius, & dignius posteritas sua conseruanda erat.

Aliter potest dici, quòd posteritas delebatur eo, quòd saltem vnus de filijs suscitantis semen ascriberetur defuncto, & dato, quòd ille non esset primogenitus, sed quicunque alius quantum ad illum deleretur posteritas suscitantis semen, quia ille non computabatur de progenie sua, non tamen delebatur omnino existentibus multis filijs ex vxore defuncti genitis.

F

Quid si suscitans semen non habuisset, neque haberet aliam vxorem nisi defuncti, & ex illa vnum tantum filium gigneret. Quæst. CXCV.

Qvaeretvr quid si suscitans semen non habuisset, neque haberet aliam vxorem nisi defuncti, & ex illa vnum tantum filium gigneret: nam tunc esset magnū dubium, quòd si ascriberetur ille defuncto maneret suscitans semen sine semine, & periret nomen eius, & posteritas. Si autem ascriberetur viuenti maneret defunctus sine semine, & periret eius nomen ac si non esset facta suscitatio seminis. Aliqui dicunt, quòd iste primogenitus, qui vnicus erat ascribendus erat defuncto. Quia Deut. 25. ca. dicitur, quòd primogenitum appellabit ex nomine defuncti. Et ideo siue alius nasceretur siue non, necesse erat, quòd ad implendam legem ascriberetur defuncto, & sic maneret suscitans semen sine semine.

G

Secundo patet, quia si dato isto casu primogenitus pertineret ad suscitantem semen, maneret defunctus sine semine, & fieret inutiliter suscitatio seminis, ac si non esset facta lex, tamen nihil inutile debet fieri: ideo debebat primogenitus iste pertinere ad defunctum.

H

Alij dicunt contrarium, scilicet, quòd iste primogenitus pertinebat ad suscitantem semen, quia si pertineret ad defunctum, maneret suscitans semen sine semine, & deleretur nomen illius, & istud erat valde graue, scilicet, quòd iste haberet filium, per quē posset continuari progenies illius, & quòd priuaretur illo ascribendo illum defuncto, scilicet, quòd continuaretur progenies defuncti per eum. Nam sine culpa priuabatur iure posteritatis, & delebatur nomen eius, quòd autem deleretur nomen defuncti nō erat grauamē, licet esset pœna large dicta, siue damnum, scilicet, quia ipse decesserat sine posteritate, & nemo priuabat eum posteritate nisi Deus, qui non dederat ei liberos: ideo non debebat viuens seruari posteritate, vt defunctus illam haberet.

I

Dicendum, quòd veritas est, quòd si quis duceret vxorem defuncti ad suscitandum semen ex ea, & nō gigneret nisi vnum, quòd ille pertineret ad defunctū & succedebat ei in hæreditate, & vocabatur nomine eius, idest, de illius familia, & progenie, & si in hoc casu oporteret deleri nomen alicuius, vel manere aliquem sine semine, patiebatur hoc viuens, qui suscitauerat semē, vt maneret nomen, & semen defuncto. Et ratio est, qa lex compulit istum accipere vxorem defuncti ad suscitandum semen, & ipse hoc animo accepit cum toto iure successionis, & ideo necesse erat, quòd primogenitus, qui nasceretur pertineret ad semen defuncti, Deuterom. 25. capit. Si autem plures nascerentur pertinerent illi ad gignentem, si autem non contingeret plures nasci, non poterat conuerti primogenitus ad supplendum familiam gignentis, quia ille, qui semel pertinuerat ad familiā defuncti non poterat pertinere ex aliqua causa ad aliam familiam, neque habere aliam habitudinem, quam prius habuerat, & ideo iste suscitans semen manebat nunc sine semine, & defunctus habebat semen, velut si contigisset, quòd suscitās semen nullum genuisset. Nam neque pro se, neque pro defuncto semen superesset, nunc vero cum genitus fuerit vnus, manet ille pertinens ad defunctum, & suscitans semen est

K

est sine semine. Et non solum fieret hoc si minor frater suscitaret semen maiori sine primogenito, immo etiam si primogenitus suscitaret semen minori, & contingeret nasci vnicum filium ille pertinebat ad defunctum, & non ad primogenitum, qui suscitabat semen, & manebat primogenitus sine semine, & conuertebantur iura primogeniturae ad lineam minoris fratris, cui primogenitus suscitauerat semen, & desinebant esse in linea primogeniti, vt declaratū est supra q. 175.

Cum autem obijcitur, quòd grauarentur viuētes, vt releuarentur mortui, & quòd manente mortuo sine semine non fiebat ei præiudicium, manente autem viuente sine semine fiebat ei præiudicium cum filios genuisset.

Dicendum, quòd non grauabantur viuentes in hoc: nam viuens acceperat vxorem defuncti ad suscitandum semen, & gaudebat successione illius: ideo quòd primogenitus pertineret ad defunctum, non erat grauamen, quia competebat ei ex lege, & sub ista intentione iste cęperat suscitare semen, & si gignerentur plures tam mortuo quàm viuenti maneret semen, si autem vnicus esset, non erat præiudicium ascribi defuncto illum, quia lex illum ei dabat. & non est eius genitus, immo potius grauaretur mortuus si ille primogenitus, qui semel ad eum pertinuerat subtraheretur ei, vt per eum continuaretur posteritas viuentis.

Sed dicetur, quòd tunc lex magis volebat seruare semen mortuorum quàm viuentium.

Dicendum, quòd lex erat fauorabilior mortuis, quàm viuentibus, cum in fauorem mortuorum fuerit facta, & non viuentium. Et tamen erat iste fauor multum rationabilis, quia melius erat sic fieri quam è contrario. Et causa est, quia de mortuis, qui sine liberis decesserunt, certum erat, quòd non habebant semen, neque habere poterant, nisi suscitaretur eis, & ideo debebat determinare pertinere ad eos primogenitus ex suscitatione. de viuentibus autem suscitantibus semen pro defunctis, etiam si non ascriberetur eis primogenitus, non erat certum, quòd non haberent semen, cum possent gignere alios: ideo licet accideret interdum, quòd non gignerent alios rationabilius fuit, quòd ascriberetur primogenitus defunctis, & manerent viuentes sub dubio, qui alios gignere poterant quàm defuncti, qui aliter semen habere non poterant.

Alia autem causa est, & præcipua, quia si primogenitus, idest, vnicus filius in tali casu ascribatur viuēti manebat defunctus sine nomine, si autem a scribatur defuncto habebit nomen tam viuens quam mortuus: ideo conuenientius est ascribi defuncto. Patet hoc, quia iste filius vnicus poterat nominare duas cognationes, eo quòd erat iste dupliciter filius. Vnius erat filius legalis, & alterius erat filius naturalis, & sic nominaret vnam cognationem legaliter, & aliā naturaliter, sic patet de Obed filio Booz. Nam Booz accepit Ruth in vxorem ad suscitandum semen Mahalon defuncti, & natum inde vocauit Obed, erat autem iste legaliter filius Mahalon, & vere, & naturaliter filius Booz, scriptura tamen vocat eum filium Booz, vt patet Ruth 4. capitu. & supra 1. & Lucæ 3. Et tamen nullo modo poneretur in progenie Booz, neque vocaretur filius eius, nisi aliquo modo secundum scripturam pertineret ad progeniem Booz suscitantis semen Mahalon, ergo tam progenies Mahalon quam Booz poterat continuari, & describi per Obed, & ita per quemlibet aliū primogenitum ex suscitatione seminis: & ita non erat inconueniens licet esset vnicus filius suscitantis

A semen cum posset vtrique prouideri: nam ille succederet vtrique in bonis hæreditarijs, & vtriusque familiam denominaret. credendum est tamen, quòd si iste vnicus postea plures filios gigneret, inciperent in eis distingui duæ progenies, scilicet defuncti, & suscitantis semen.

Quare Sadducæi posuerunt casum de suscitatione seminis de solis fratribus cum ad alios etiam pertineat. Quæst. CXCVI.

B QVAERETVR cum suscitatio seminis pertineret apud Iudæos tam ad fratres quam ad cognatos, vt ostensum est supra q. 179. quare Sadducæi posuerunt de solis fratribus dicentes, si quis mortuus fuerit non habens filium ducat frater eius vxorem illius.

Dicendum, quòd fuit primo, & præcipue, quia ipsi allegauerunt dictum Moysi, & tamen in illo non habetur nisi de fratribus licet pertineat etiam ad cognatos: ponitur enim dictum illud Deuter. 25. ca. & ibi nihil dicitur nisi de fratribus, ergo allegando illam auctoritatem nihil poterant dicere de cognatis.

Secundo fuit, quia non erat ad propositum allegare de cognatis etiam si Moyses de illis loqueretur, C quia auctoritas inducitur propter casum quem ipsi posuerunt, & tamen de solis fratribus posuerunt casum, scilicet, de septem fratribus, ergo non oportuit dici aliquid de cognatis.

Tertio quia forte Sadducæi non concederent suscitationem seminis fieri a cognatis, qui non erant fratres, quia illud non colligitur nisi ex libro Ruth, in libris autem Moysi de solis fratribus dicitur Deut. 25. ergo cum isti non reciperent nisi libros Moysi, vt dicit Hieronymus, & habitum est supra, forte non concederent pertinere suscitationem ad cognatos: In q. 137.
ideo de solis fratribus dixerunt.

An casus, quem posuerunt Sadducæi fuerit sic, & quare talem posuerunt. Quæst. CXCVII.

D QVAERETVR circa casum, quem posuerunt Sadducæi de septem fratribus an fuit sic, & quare talem posuerunt.

Aliqui dicunt, quòd non fuit in veritate, quòd septem fratres successiue acciperent eandem vxorem, sed finxerunt illum Sadducæi ad arguendum contra Christum. Sic dicit Hieronymus, qui resurrectionem corporum non credebant, recte istiusmodi fabulam fingunt, quæ deliramenti arguat eos, qui resurrectionem asserant mortuorum. Sic etiam dicit Theoph. Calumniantes Sadducæi dogma resurrectionis hanc narrationem fingunt.

Dicendum, quòd aut quæritur an in veritate sic E fuit, vel an esse potuerit. De primo dicendum, quòd non constat, quia non habet aliunde auctoritatem ista res nisi ex dicto Sadducæorum, qui fingere poterant narrationem, & tamen sicut non cōstat nobis esse veram narrationem, ita neque constat esse falsam, vnde non possumus determinatè asserere, quòd Sadducæi hoc finxerint.

Si autem quæratur an erat possibile, dicendum, quòd sic. Primo quia alia similia acciderant sic patet Ioan. 4. capitu. cum Christus loquitur Samaritanæ mulieri, scilicet, quinque viros habuisti, & hunc quem habes, non est tuus. Et ita jam mulier illa habebat virum sextum, posset ergo habere, & septimum.

Secundo quia iteratio nuptiarum non erat vetita: ideo poterat accidere, quòd aliqua mulier haberet successiue

successiue septem, aut plures viros, & maxime hoc fieret in suscitatione seminis, quia cum moriebatur vnus de fratribus sine liberis, statim alius accipiebat vxorem eius, & ita contingeret mori omnes successiue accipiendo eandem vxorem, & talis casus erat iste. Tertio patet, quia etiam sine suscitatione seminis legimus Saram filiam Raguel octo viros habuisse, & septem primos occidit dæmon nomine Asmodeus mox, vt ad illam ingrediebantur, Tob. 4. cap. Octauus vir fuit Tobias. Ergo a fortiori poterat eadem mulier septem viros habere successiue.

Quarto quia si iste casus non esset possibilis non teneret argumentum, & Christus respondens negaret fundamentum, & tamen non negauit, sed respondit ad consequentiam, ergo tacite concessit antecedens esse verum, vel possibile.

Sed dicendum, quòd licet esset casus possibilis, non erat satis verisimilis, non quidem quia ponebant eandem mulierem septem viros habuisse, quia hoc facilius erat, sed quia posuerunt, quòd septem fratres habuerunt successiue eandem vxorem, & omnes mortui sunt sine semine, & ob hoc putatur, quòd potius finxerint Sadducęi istam narrationem, sicut Hieronymus, & Theoph. tenent. Et licet finxerint non minus valebat argumentum eorum, quia arguebant per deductionem ad inconueniens, vnde licet verum non esset sufficiebat, quòd esset possibile, quia illo posito in esse sequeretur incōueniens, quod volebant inferre Sadducæi.

Quare Sadducæi dixerunt de septem fratribus.
Quæst. CXCVIII.

QVAERETVR dato, quòd esset ficta narratio, quare dixerunt de septem fratribus.

Dicendum, quòd ipsi posuerunt casum fortiorem, quo potuerunt, & volebant inferre, quòd nesciretur cuius erat illa mulier vxor in resurrectione, immo quòd non esset vnius, neque alterius, quod putabant esse inconueniens, & voluerunt facere in hoc magnam dubitationem, sed videbatur eis, quòd tanto maior dubitatio erat quanto plures essent, qui fuissent mariti eiusdem vxoris: ideo posuerunt multos, & quia si ponerent duodecim, vel tredecim non esset res satis verisimilis. Posuerunt, ergo septem, de quibus satis poterat accidere licet verum non esset, si autem duos, vel tres ponerent non videretur eis tanta difficultas ad respondendum. Sic dicit Theoph. septem ponunt, qui mulierem acceperant, vt magis retrahant a resurrectione.

Sed dicendum circa hoc, quòd illi, qui pauca intelligunt, & faciliter turbantur putant maiorem difficultatem esse respondendi huic dubitationi, quanto plures fuerint, qui eandem vxorem acceperint, & tamen non est verum, quia tanta difficultas est in duobus, sicut in decem millibus: nam si duo accipiant eandem vxorem hoc modo vnus accipit eam, vt suam, alius vt suscitans semen defuncto, & ita manet dubium, an ad suscitantem semen, vel ad eum, cui suscitatur pertineat vxor, si autem decem accipiant eandem vxorem hoc modo primus est, cuius est vxor, cæteri autem sunt, vt suscitantes semen: ideo cum omnes illi sub eadem ratione acceperant illam, scilicet, ad suscitandum semen: ideo dubium est de omnibus illis, quod de vnico suscitante semen.

Sed aliter potest dici, quòd esset maius inconueniens ponendo plures viros eiusdem vxoris, quàm paucos, eo quòd duo inconuenientia poterant hic

F inferri. Primum erat, quòd nesciretur cuius viri illorum esset illa mulier. Secundum erat, quòd multi viri manerent sine vxoribus: nam credebant, quòd in vita æterna esset vsus vxorum, & quòd quilibet vir haberet in resurrectione eandem vxorem quam hic habuerat, si autem pauci accepissent eandem vxorem, idest, duo, maneret illa cum vno in resurrectione, & alius sine vxore maneret, quod putabant esse inconueniens, si autem septem accepissent illam, manerent sex viri sine vxoribus, quod erat maius inconueniens. Sadducæi tamen non expresserunt nisi primum inconueniens, dicentes in resurrectione cuius erit illa vxor? Et quantum ad hoc nihil plus erat esse septem quam esse duos. Quantum ad secundum inconueniens faciebat aliquid esse
G septem potius quàm duos, & ideo melius ponitur, quòd sint septem quàm pauci.

Quare potius posuerunt exemplum in septem fratribus accipientibus eandem vxorem per seminis suscitationem quàm in vxore accepta a multis.
Quæst. CXCIX.

QVAERETVR quare potius posuerunt exemplum in septem fratribus accipientibus eandem vxorem per suscitationem seminis, quàm in vxore accepta a multis sine suscitatione seminis, quia vtroque modo poterat stare hoc dubium. Quod patet: nam id quod Sadducæi inducere volebant, erat s. in
H resurrectione cuius erit vxor, & hoc, quia multi habuerunt, & videbatur esse eadem ratio vnius, & alterius, & tamen sicut hoc contingit in suscitatione seminis, quia multi eandem accipiunt vxorem, ita & in multis accipientibus eandē vxorem quando vnus non suscitat semen alteri. Dicendum, quòd melius potuissent Sadducæi ponere casum de multis habentibus eandem vxorem sine suscitatione seminis, & magis faceret ad propositum suum, & tamen posuerunt casum in suscitatione, vt esset res verisimilis.

Primum patet, quia ipsi voluerunt concludere in resurrectione cuius erit ista mulier, & hoc, quia non videbatur quare potius esset vnius quàm alterius, & tamen quantum ad hoc magis conueniebat ca-
I sus, quando accipitur mulier non ad suscitandum semen. Nam quando accipitur mulier ad suscitandū semen est aliqua ratio, quòd potius sit primi viri quam cæterorum, quia ille accepit eam propter seipsum, vt esset vxor eius, cæteri autem non acceperunt eam propter seipsos, sed propter primum virum. s. vt suscitarent illi semen, ergo magis videtur ad primum virum quam ad alios pertinere. Secus autem est, quando multi acceperunt eandem mulierem non ad suscitandum semē, quia cum ibi non accipiat eam vnus propter alterum, sunt oēs ęqualiter principales, & ideo manet ratio dubitandi quare potius detur vni quā alteri. Secundo, quia tot viri possunt poni acce-
K pisse eandem vxorem non ad suscitandum semen sicut ad suscitandum semen, quia Sara filia Raguel habuit octo viros, vt dictum est, & tamen vnus non erat ad suscitandum semen alterius. De secundo patet, quia Sadducęi posuerunt casum de septem accipientibus eandem vxorem, vt videretur esse dubitatio cuius esset vxor propter multitudinem virorum, & vt ne quis refelleret casum eorum tanquam non verisimilem, posuerunt potius de suscitatione seminis quam sine suscitatione.

Primo quia licet sine suscitatione seminis poterat esse, quòd septem viri acciperent eādem vxorem successiue, tamē non erat ita verisimile, quia non videbatur esse aliqua cā, quare tot viri vellent accipere vxorem:

vxorem: potissime quia qñ vna mulier a tot viris cognita est rari eam accipere volunt. Etiam non erat satis verisimile, ꝙ eadem mulier vellet toties nubere, quia hoc esset signum magnę incontinentiæ: in suscitationem autem seminis erat multum verisimile, ꝙ erat causa vrgens ad hoc faciendū, quia tam vxor, quam viri tenerentur ad hoc. Nam si vir moreretur sine liberis, non poterat vxor eius nubere alteri, neq; ēt poterat ad nutum continere, sed tenebatur petere in virum fratrem viri sui, Deutero.25.c. Frater quoq; defuncti tenebatur eā accipere in vxorem, alioquin inferebatur ei pęna, quæ habetur eo.c. & si ille moreretur sine liberis, teneretur alius eam accipere, sicut patet Gen.38.c. de Her filio Iudę mortuo sine liberis relicta vxore Thamar, ex qua duo fratres eius sequentes semen suscitare voluerunt. Et ita si contingeret omnes sine semine mori ante mulierem, omnes eā acciperent, ergo erat iste casus multum verisimilis, & ideo istum posuerunt. Sed obiicietur, quia supra q.179. dictum est, ꝙ verisimilius fuisset si posuissent acceptam fuisse istam a septem viris sine suscitatione seminis, quam cum suscitatione, & hic dicitur contrarium. Dicendum, ꝙ ex aliqua parte erat magis verisimilis ille casus, quam iste, & ex aliqua non. Quod.n. contingeret esse septem fratres, quorum primus accepta vxore moreretur sine semine, & omnes acciperent eam consequenter, & quilibet moreretur sine semine, & tandiu mulier viueret, ꝙ omnes sine semine morerentur, non erat multum verisimile, & ideo verisimilius erat septem alios viros mori, qui acciperēt successiue eandem vxorem non ad suscitandum semen, quam septem fratres esse, qui morerētur in breui verisimilius erat eos accipere eandem vxorem, q̃ accipi ab illis non suscitantibus semē, quia in aliis nulla necessitas erat accipiendi eandem mulierem, in fratribus autem sic ad suscitandum semen. Tertio quantum ad principale, quia dicitur, ꝙ isti mortui sunt sine semine, & tamen hoc non erat tam verisimile, si septem viri accepissent eandem mulierem non ad suscitandum semen, sicut si acciperent eā ad suscitandum semen, nam ideo multi succedebant sibi in eadem vxore ad suscitandum semen, quia moriebantur priores sine semine, si enim aliquis suscitaret semen defuncto, non acciperent reliqui vxorem eius, vt ergo efficiatur verisimilius, ꝙ mortui sunt isti sine semine debuit dici, ꝙ acceperunt eam ad suscitandū semen, & nō ad habendum eam principaliter sine seminis suscitatione.

Quare dixerunt Sadducæi in positione casus, quòd frater primus mortuus est sine liberis, & secundus, &c. Quæst. CC.

QVAERETVR quare dixerunt Sadducęi in positione casus, ꝙ frater primus mortuus est sine liberis, & similiter secundus, &c.

Dicendum, ꝙ fuit primo ad ostendendum casum possibilem. nam ipsi prę suppo suerunt suscitationem seminis, cum induxerint dictum Moysi.s. siquis mortuus fuerit non habens filium, &c. & tamen suscitatio seminis non fit, nisi quādo moritur quis semine.i. liberis, ergo si primus reliquisset liberos, non successisset aliquis frater accipiendo vxorem eius ad suscitandum semen, & ita ad hoc, ꝙ septem fratres acceperint successiue eādem vxorem, necesse erat, quòd sex illorum morerentur sine liberis. De septimo non erat opus, quòd moreretur sine filiis, quia non ponitur successisse ei alius in suscitatione seminis, & tamen litera significat eum decessisse sine liberis, sicut cæteros sex.

A Secundo fuit ad ostendendum maiorem rationem dubitandi, quia volunt inferre in resurrectione, cuius erit hęc mulier vxor, & tñ si aliquis genuisset filios ex illa putant, ꝙ illa esset aliqualis causa ad eā adiudicandam potius illi viro, ex quo concepit, quam alteri, ideo ponunt, ꝙ ex nullo conceperit, neque etiā ex septimo, & tñ pcedens causa adhuc est efficacior.

Quare dixerunt Sadducæi: Nouissimè autem defuncta est mulier. Quæst. CCI.

QVAERETVR quare dixerunt Sadducæi, ꝙ nouissime autem defuncta est mulier.

B Dicendum, ꝙ omnia posuerunt Sadducęi ad reddendam rem difficilem. Si enim moreretur mulier ante septimum virum, siuę habuisset ex ea filios, siue non, videretur quibusdam potius ad illum pertinere, quam ad cæteros, quia cæteri defuncti sunt illa superstite, iste autem superuixit mulieri, & ita videretur mansisse ius mulieris penes illū, a cæteris autem mulier esset absoluta per mortem eorum, cum autē oēs morerentur ante illam eadem esset habitudo omniū ad illam, & ideo non videretur maius ius vnius, q̃ alterius, vnde difficile esset dicere, quare potius vnius, quā alterius vxor futura esset in resurrectione. Secundo ponitur ad ostendēdum, de quibus est dubitatio. Si.n. mulier ista superesset aliquanto tempore post mortem istorum virorū, posset forte accipi ab alio in vxo-
C rem, licet non ad suscitationem seminis, & tunc non esset dubium de illa muliere, cuius esset vxor in resurrectione, quantum ad istos septem fratres, sed etiam quantum ad omnes alios, quos acciperet in viros, & tamen litera dicit. In resurrectione cuius erit vxor? omnes enim habuerunt eam, idest omnes septem, & tamen si alij etiam habuissent illam de illis quoque esset dubium, ideo dictum est, ꝙ nouissime mortua est mulier, i. post illos septem mortua est, & non accepit alios viros.

Quomodo Sadducæi impugnabant resurrectionem ex isto argumento. Quæst. CCII.

D QVAERETVR quomodo Sadducæi impugnabant resurrectionem ex isto argumento.

Dicendum, ꝙ præsupponebant aliqua, ex quibus videbatur aliqualiter valere. Argumentum primum erat, ꝙ in statu resurgentium futura erat commixtio sexuum, sicut nunc. Secūdum, ꝙ quilibet haberet ibi vxorem, quam hic habuit. His datis videbatur sequi inconueniens ex casu præcedenti.s. quia aut oēs illi viri haberent simul eandem in vxorem, aut aliquis eorum solus. Si omnes non erat possibile cum vna mulier nunquam potuerat habere plures viros simul, licet idem vir potest simul habere multas vxores, vt ostensum est supra 19.c.q.36. potissime cum isti essent fratres, & cognatio adhuc magis impediret. Si autem
E dicatur, quòd vnus illorum habiturus esset illā, quæreretur quis esset, quia nō videtur maior causa de vno quam de alio, ideo nullus habiturus esset eam. Hoc probat, quia illi fuerunt ęquales habendo illam in tribus. Primo, quia omnes habuerunt illam, vt dicitur in litera. Et ita quilibet haberet ius ad illam cum cuiuslibet fuerit vxor.

Secundo, quia mortui omnes sunt ante illam, & sic nemo excessit aliū in hoc, & ideo dicitur nouissime, & mulier defuncta est. Tertio, quia oēs mortui sunt sine semine. Sic dr̄ Marc.12. & Luc.20.c. ꝙ acceperunt eam septem, & non reliquerunt semē, & mortui sunt, non est ergo aliqua causa quare tribuat̄ vxor vni potius, quam alteri, & ita nulli tribuetur. Hoc aūt

est inconueniens, quia ipsi præsupponebant, ꝙ in resurrectione quilibet habiturus erat vxorem suam. Etiam dato, ꝙ adiudicaretur vni illorum cęteri manerent sine vxoribus, quod erat inconueniens, & tñ non p̄t sequi inconueniens ex veritate, ideo volebāt per deductionē ad impossibile ostendere, ꝙ non erat futura resurrectio. Sic dicit Hieronymus. Qui resurrectionem corporum non credebant, & aīam putabāt interire cum corporibus, recte istiusmodi fingunt fabulam, qua deliramenti arguant eos, qui resurrectionem asserant mortuorū. Turpitudinem ergo fabulæ opponunt, vt resurrectionis virtutem negent.

An Sadducæi recte arguebant ad inferendum quod volebant. Quæst. CCIII.

QVAERETVR dato, ꝙ supponeretur id, qđ volebant Sadducęi.s. ꝙ in resurrectione futura esset commixtio sexuū, & ꝙ quilibet reciperet vxorem suam, an recte arguebāt ad inferendum, quod volebant. Dicendum, ꝙ non, quod patet ex modo suo loquendi, nam ipsi inferre volunt, ꝙ nescietur cuius erit illa mulier cum oēs habuerint se ęqualiter ad eā in tribus illis, quæ in litera assignanť, & dicta sunt præcedenti.q. & tamen existente casu isto nō pertinebat ęqualiter ad oēs, sed ad vnū præcipue, ergo illius futura esset vxor in resurrectione.s. primi eorum. Et patet hoc primo, quia ille accepit eam in vxorem propter seipsum. s. vt esset vxor illius: cęteri autem non acceperunt eam propter seipsos, sed propter defunctum. s. vt illi semen suscitent, sed per alterum reducitur ad per se, ergo primi erat futura vxor, & non aliorum. Secundo, quia primus accepit eam sponte, alij autem acceperunt eam compulsi, & ex necessitate legis, & cum illa accipiebāt bona defuncti. 1. Deut. 25. & Ruth. 4. c. ergo accipiebant mulierem istam, tanquam rem defuncti, & cōsequēter cum ille redierit, ad eum reditura est res eius, & ita in resurrectione ipse haberet eam, si aliquis de viris habiturus esset illam. Tertio, & principalius, quia magis est de filiis, quam de vxore. Minus. n. pertinent ad defunctum filij, qui gignuntur post mortem eius ex vxore sua quam vxor, dum filij non pertineant ad eum, nisi inquantum gignuntur ex vxore sua, & tamē primogenitus natus ex suscitatione seminis ex vxore defuncti pertinet ad defunctum, & non ad viuentē, qui illum gignit Deuter. 25. c. ergo a fortiori pertinebit vxor ad defunctum, & ita ille eam habebit, & non alij tanquam minores in iure. Dicendum autem est, ꝙ supposito, ꝙ in resurrectione esset futura commixtio sexuum, aut agetur de rigore quantum ad repetendum vxores, aut de quadam plana ęquitate. Si de rigore dicendum, ꝙ ad nullum pertinebit vxor, quā habuit hic, eo ꝙ non manet iam aliquod vinculum. Mors enim omnia soluit, & per mortem viri fuit soluta mulier a lege viri, ad Roma. 7. c. obligatio autem semel extincta non redit, ideo cum semel periret vinculum matrimoniale, nunquam redibat. Vnde dato, ꝙ futurus esset sexuum vsus in resurrectione non oportebat, ꝙ rediret quis ad vxorem, quam viuens habuerit, & sic cessaret tota ista contentiosa argumentatio, quia illa iam non erat vxor, sed accipiet quantūcunque vellet, sicut qui de nouo accipit vxorem. Si autem de quadam ęquitate agatur, vr̄ æquius, ꝙ homo rediturus esset ad vxorem suam, quā ꝙ ad aliā, q̃ de nouo acciperet, & tūc cum illa fuerit vxor septem virorum, & vnius. i. primi fuit præcipue, vt ostensum est ad illum potius redire deberet, & circa alios non manebat aliquod inconueniens, quia poterant illi accipere vxores alias, quas vellent. Nam sicut hic mo-

F riente vxore alicuius accipit ille aliam, quia desijt ista iam esse vxor, & non est inconueniens, ita & in resurrectione cum desierit illa esse aliorum vxor propter maius vinculum, vel ius propinquius primi viri, accipient alii vxores de nouo, quasi nullas vnquam habuerint, vel nullas habeant.

Quare Christus respondit Sadducæis nunc ipsum tentantibus cum tentatoribus minimè respondere soleat. Quæst. CCIIII.

QVAERETVR quare Christus respōdit Sadducæis nunc ipsum tentantibus eum, nam quando quis simpliciter interrogat, vt do-
G ceatur solet Christus respondere, quando autem calumniator, & tentator est non respondet, aut non directe. Patet hoc de principibus sacerdotū quærentibus ab eo præcedent. c. in qua potestate hęc faceret. Nam non respondit eis, sed proposuit eis aliā quæstionem. Patet etiam de Pharisęis, & Herodianis tentantibus eum supra in litera de tributo soluendo. Nam respondet eis, sed nō directe ad id, quod ipsi volebant, ergo nunc cum isti Sadducęi tentarent Christum arguentes contra eum, non debuit eis respōdere, vel saltem non directe, & tamen respōdit directe. Dicendum, ꝙ fuit conueniens rn̄dere ipsi directe, & non illis. Primo, quia Sadducęi large vocantur tentatores, quia non quærebant, nisi ostentationem, & nō
H moliebantur aliquid mali contra Christum. Pharisęi aūt, & Herodiani, de quibus supra in litera volebant tradere Christum morti decipiendo eū per rn̄sionē, vt dr̄ Lucæ. 20. Et principes sacerdotum intendebant vel totaliter Christo interdicere prædicationem, vel occidere eum, ideo illi indigni erant respōsione. Sadducæi autem non erant tam indigni, vnde eis respondit, & ita fuit ista tentatio aliis minor, vt dicit Chry. & aliter ei respondendum, q̃ alijs. s. Vide quomodo sit infirmior congressio Iudæorum ꝯ Christum. Prima fuit cum terrore, dicendo. In qua potestate hoc facis? Secūda fuit ꝯ quam necessaria erat constantia cordis. Secūda fuit cum dolo, ꝯ quā necessaria fuit acuta sapientia. Hæc autem fuit cū pręsumptione, quæ cæteris facilior est.
I Hominem enim putantem se aliquid scire cū nesciat viro scienti facile est conuincere.

Secundo fuit, quia Christus in omnibus his prudēter se habuit iuxta exigentiam rerum, in duabus. n. tētationibus principum, & Pharisæorum, quæ fiebant dolose si Christus responderet, aut saltem si directe responderet sequeretur periculum, ideo in prima nihil respondit. In secunda autem respondit nō directe, in ista tertia tentatione procedebatur ad ostentationem, vt viderentur Sadducęi sapientes, & conuicisse Christum, & si non responderet Christus, vel non directe, viderentur Sadducęi obtinere, qđ volebāt. Debuit, ergo taliter rn̄dere, vel se hr̄e, ꝙ illi non possent gloriari, ꝙ sapientes essent, sed hoc nō potuit esse cō-
K uenientius, quam respondendo directe, & confutādo eorū positionē, ideo debuit istis directe respondere.

Tertio fuit, quia etiam Christus seruauit aliqualiter hic, quod circa alios tentatores seruat, nam eis, qui simplici corde quærunt, Christus satisfacit iuxta intentionem eorum, tentatoribus autem licet respondeat, nunquam tamen iuxta eorum intentionē, vt patet in qōne Pharisęorum de tributo supra in litera. Ita autem fuit hic, quia Sadducęi quęrentes de resurrectione nō quęrebant, vt instruerenť, sed vt ꝯuincerēt Christum, & oñderent sapīam suam, Christus autem è ꝯrio fecit, qa eorū oñdit insipientiam, & confundit illorū opinionē. Nā ipsi cupiebāt, ꝙ opinio sua approbaretur: Christus autem reprobauit illam, vnde talem

A lem veritatem potius voluissent Sadducæi ignorare, quam a Christo audire, & ita contra eorum intentionem fecit Christus rñdēdo eis. Quarto fuit, quia Pharisęi, & principes sacerdotū, de quibus supra quærebant solum. Sadducęi autem arguebant contra doctrinam Christi, ille.n. asserebat resurrectionem, quā negabant Sadducęi, & nunc arguebant falsam eē doctrinam Christi, quando autem quis quærit p̄t ille, a quo quęrit̄ sine verecundia tacere nihil rñdendo. Cū autem arguitur ꝯ dicta ab eo non pōt tacere cum honore suo, quia si tacuerit, conuictus esse putabit̄, ideo Pharisæis, & sacerdotum principibus potuit Christus non respondere, vel saltem nō directe. De Sadducęis non erat sic, sed debuit respondere. Quinto, & præcipue fuit propter nos, & propter tunc assistētes, vt eos B instrueret circa conditionem resurgentium, & doceret confutare talia argumenta, nam ante hoc, licet Christus dixisset sępe de regno cęlorum, & resurrectione, nunquam posuerat, quæ esset conditio resurgentiū aperte, & ita rationabilitèr poterat cuicūque homini ex hoc nasci magnum dubium, ideo Christ⁹ voluit directe non respondere, vt per hoc instrueret nos, & cęteros, qui tunc ei assistebant bono animo audientes verba illius. Sexto fuit, vt ex tali responsione daretur gloria Deo, & magis afficerentur turbę ad ipsum, & honorarent eum. Quod patet, quia posita Christi responsione dicitur in litera, quia audientes turbæ mirabantur in doctrina eius. Si autem non C respondisset nō mirarentur in doctrina eius, vel si nō respondisset taliter, ideo fuit conueniens taliter respondere.

Quare Christus non dissoluit argumentum Sadducæorum ostendens non vale consequentiam.

Quæst. CCV.

QVAERETVR cum argumentum Sadducæorū contra Christum esset efficax, cum interrogabant cuius erit mulier illa in resurrectione, quare non dissoluit Christus argumentum illorū ostendens nón valere cōsequentiam, patet hoc, quia vt dictum est supra, non recte arguebant Sadducęi. D Nam vxor illa, vel nullius esset, vel esset primi viri, & neutro modo sequebatur inconueniens, ideo argumentum suum erat infirmum.

Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ potuisset argumētum illud confutari, & tamen Christus non curauit respōdere confutando consequentiam, sed oñdendo falsitatem pręsuppositi. Et fuit primo, quia aliter dēt procedere dialecticus disputator, & aliter doctrinæ traditor, respondere autem ad consequentiam illā erat aliqualiter subtile, sed ad mores nō erat vtile, & ideo ad dialecticos, quorū est veritates inuestigare, & modos arguendi tradere, pertinebat destruere consequē tiam, Christus aūt erat moralis doctor, ideo non pertinebat ad eum sequi subtilia, in quibus nullū erat vtile, aut necessarium documentum, quale erat si vellet E destruere consequentiam istam, ideo nō curauit: secus autem qñ aliqua sunt vtilia, quia licet sint subtilia dicit illa, sicut de trinitate personarum, & circumincessione, & emanatione earum, de quibus apud Ioannem loquitur. Sc̄do fuit, quia non conueniebat intentioni Christi, nam si dissolueret consequentiam, ostēderet, ꝙ vxor illa pertinebat ad vnum potius, quā ad alios, vel ad nullum, & hoc esset per aliquos modos, & probationes, quas auditores simplices non bene caperent, & ideo non viderent, an satisfaciebat Christus argumento Sadducæorum. Tertio, quia dato, ꝙ aliqualiter viderent confutationem consequentię, non esset tam manifesta, quin aliquo modo posset contēdi, quia circa subtilia semper manet aliquis scrupul⁹, quia non p̄nt saltem ꝯ insipientes tam firmiter ꝓbari, & hoc multum derogabat honori Christi, qui aperte confutare debebat aduersarios, ita vt populus audiēs laudaret eum, sicut nunc factum est, quia audita rñsione eius, dicitur, ꝙ turbę mirabant̄ in doctrina eius. Non fieret tñ hoc, si vellet insistere in confutanda cōsequentia. Quarto fuit, quia si ad consequentiam rñderet, etiam si per hoc non concederēt pręsuppositū putarent simplices, ꝙ tacendo illud cōcedebat, cum nō respondebat ad illud, & hoc esset magnum incōueniens, scilicet ꝙ crederent Christum astruere, ꝙ in resurrectione esset commixtio sexuum, ideo ad illud expresse respondit illud confutando.

B Quinto, & pręcipue propter nos, quia intendebat Christus docere tam nos, quam illos, qui aderant de conditione resurgentium, quod erat valde necessarium, nunc autem fuit multum ad propositum, quia ipsa argumentatio Sadducęorum exigebat hoc sibi responderi, ideo licet posset Christus respondere destruendo consequentiam illorum, tñ, vt non omitteret doctrinam istam, omisit illud, quod erat minus vtile, & respondit confutando id, quod ipsi pręsupponebant, vt sic esset locus ponendi doctrinam de statu resurgentium.

Quare Christus dixit Sadducæis erratis.

Quæst. CCVI.

C QVAERETVR quare Christus dixit Sadducęis erratis. Dicendum, quòd fuit primo, quia ita verum erat, nam ex errore argumentum eorum procedebat, & non intelligebant qualis futura erat conditio resurgentium.

Secundo dixit hoc ad respondendum, & ad ostendendum modum, & incentiuum Sadducęorum procedendi nunc ꝯ eum, s. an bono animo, vel malo, an ex odio, vel inuidia, vel ignorantia, aut bono desiderio. Et hoc solet Christus ponere in principijs rñsionū suarū, sic.n. supra in litera Pharisęis, & Herodianis quærentibus ab eo responsurus dixit: Quid me tentatis hypocritę? In quo innuit, ꝙ aliud in corde habe- D bant, q̄ foris oñdebant, quęrentes ab eo, s. quia intendebant eum morti tradere per rñsum eius, & tñ foris iustos se simulabant. Sadducęi aūt nihil mali inferre intēdebant Christo, sed solum ipsi volebant gloriari, quasi sapientes se ostendendo, & cum crederēt se efficaciter arguere, deficiebat argumentū eorū. Hoc aūt ostendit Christus, dicēs: Erratis, scilicet ex errore mouemini ad arguendum, quia supponitis pro vero id, quod falsum est. Tertio fuit hoc ad increpādum eos, & deducendum in aliqualem confusionē, & conuenienter punirent̄ in eo, in quo peccauerāt, ipsi quidē se sapientes existimabant, & putabant se posse facere argumentum insolubile Christo destruendo doctrinā illius de resurrectione, iō Christus hic debuit iuste E confundere eos, qui iniuste, & insipienter gloriabant̄, & qm̄ ipsi se sapientes credebant, & iactabant, non solum Christus eos realiter, sed etiam rñdendo insipiētes vocauit, dicens erratis.i. non intelligitis ea, quæ dicitis qūo falsa sint. Simili aūt mō solet Christus vti ꝯ Pharisęos, & alios, qui ex iniquitate contra ipsum arguunt. Nam ostendit eos insipientes, & aperte dicit eis verba opprobrij. Sic patet supra 9. & 12.c. Nā Pharisęi arguebant Christum supra 9.c. ꝙ manducaret cū Publicanis, & peccatoribus, ipse autem inter alias rñsiones, quibus ostendit hoc esse licitum, & laudabile dixit eis, euntes discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium.i. eatis ad addiscendū, qa nihil scitis ad arguēdum. Nam si hoc sciretis, non argueretis tam

tam inſipienter,& ſupra 12.c. cum Phariſæi arguerēt diſcipulos Chriſti, ꝙ vellerent ſpicas ſabbatho dixit Chriſtus, ſi ſciretis quid eſt miſericordiā volo,& non ſacrificium,nunquam condemnaſſetis innocentes.i. quia neſcitis condemnatis illos.Nam ſi ſciretis,& intelligeretis ſcripturam non condēnaretis eos,ita autē erat de iſtis.ſ.ꝙ voluerunt gloriari de eo, quod ignorabant,ideo dixit eis Chriſtus,erratis.

Quid Chriſtus dicere voluit,cum ait, erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. Quæſt. CCVII.

QVAERETVR quid voluit Chriſtus dicere,cum ait dicens erratis neſcientes ſcripturas,neq; virtutem Dei. Dicendum,ꝙ Chriſtus oſtendit argumētum eorum procedere ex errore, nam ipſi credebant non eſſe reſurrectionem,& tamen ſi futura eſſet, putabant ꝙ homines carnaliter viuere deberent ſecundum ſexuum commixtionem, quaſi ita quoq; Chriſtus teneret, & hoc ſuppoſito arguebant non eē poſſibilem reſurrectionem,Chriſtus autem dicit,ꝙ ex errore procedunt, quia non eſt verum, ꝙ vſus ſexuum ſit in reſurrectione.Quod aūt dicit neſcientes ſcripturas reddit cauſam, quaſi dicat,ideo erratis, quia neq; ſcitis,neque legitis ſcripturas,nā ſi legeretis, & intelligeretis non erraretis circa hoc. Sic dicit Hieron.propte rea ergo errant,quia ſcripturas neſciunt,& qa ſcripturas neſciunt, conſequenter ignorant virtutē Dei. Sed Chry.vult,ꝙ duo erant de quibus arguuntur Sadducæi.ſ.negligentia,& ignorantia. Negligentia,quia non legebant ſcripturas cum poſſent. Ignorantia autem,quia non intelligebant virtutem Dei cum ait, ſapienter primum arguit ſtultitiam eorum,quia nō legebant.ſecundo ignorantiam,quia non cognoſcebāt Deum,ex diligētia.n.lectionis naſcitur ſcientia Dei: ignorantia aūt negligentię filia eſt. Sed dicetur,quæ ſunt iſtę ſcripturæ quas neſciebant? & quę eſt iſta virtus Dei?Dicendū,ꝙ ſcripturę ſunt ſacræ,quæ loquuntur de reſurrectione, vel de conditione reſurgentiū, virtus aūt Dei eſt poteſtas ipſius ad ſuſcitandum, vel ad dandum conditionem ſpiritualem reſurgentibus. Aliqui autem dicunt,ꝙ virtus Dei, quam iſti ignorabant erat Chriſtus.ſ. quē non cognoſcebant, Apłs.n. vocat Chriſtum Dei ſapīam,& Dei virtutē. 1. Cor.2. c.Sic dicit Orig.dn̄s arguens Sadducęos neſcire virtutem Dei ſe eos non cognoſcere arguebat,ipſe.n.erat virtus Dei,& non cognoſcebant eum,quaſi neſciētes ſcripturas,quæ loquuntur de eo, propterea neque reſurrectionem credebant, quam facturus fuerat ipſe. Sed dicendum,ꝙ non ſtat, quia non facit hoc ad propoſitum,nam neſcire Ieſum eſſe Meſſiam, & eſſe filium Dei non tollit ſcientiam de reſurrectione, quia diſtincti articuli ſunt, & ideo debet accipi virtus pro poteſtate Dei,qua facit reſurrectionem, vel cōditionem reſurgentium.

Quomodo erant iſta cauſa erroris Sadducæorum, & quæ erant iſtæ ſcripturæ,quæ dicunt futuram conditionem reſurrectionis. Quæſt. CCVIII.

SED tunc quęretur cum Chriſtus dicens, neſcitis ſcripturas, neque virtutem Dei,det cauſam erroris Sadducęorū,quō erant iſta cā erroris, & quō applicantur ad propoſitum. Dicendum,ꝙ tripliciter poteſt accipi,vno modo,ꝙ ambo referantur ad reſurrectionem eſſe,vel non eſſe. Secundo mō,ꝙ ambo referantur ad conditionem reſurgentium. Tertio,ꝙ primum referatur ad reſurrectionem eſſe, vel non eſſe, & ſecundum ad conditionem reſurgentium.

F Accipiēdo primo eſt ſenſus,ꝙ Sadducæi errabāt.ſ.
putantes non eſſe futuram reſurrectionē,& hoc pro-
ueniebat eis ex duobus.ſ.ex ignorantia ſcripturarum,
& virtutis Dei. Scripturarum quidē,quia multę ſcri-
pturæ ſacræ loquebantur de reſurrectione,& quia iſti
non legebant illas,vel non intelligebant, errabant pu
tantes non eſſe reſurrectionem,non autem errarent,
ſi ſcripturas legerent.De virtute etiam Dei errabant,
quia dato,ꝙ ſcripturas legerent,& intelligerent illas,
& ſcirent ex eis ſignificari reſurrectionem non crede
bant ſcripturæ propter difficultatem reſurrectionis,
quia non putabant eſſe poteſtatē,quæ ſufficeret ad ef-
ciendam reſurrectionem.Si autem ipſi ſcirent,ꝙ vir-
tus Dei.i.poteſtas eius erat infinita, ſcirent ꝙ poterat
facere reſurrectionem,quia nihil eſt,quod non cadat
G ſub poteſtate infinita.Et iſte eſt verus ſenſus.Sic dicit
Origens.ſ.Duas autem res dicit eos neſcire, vnā qui-
dem ſcripturam,alteram autem virtutem Dei, per q̃
reſurrectio fit. Sic autem dicit Theophylactus virtu-
tem ignoratis diuinam, vos enim conſideratis, quaſi
difficile dicentes, qualiter poterunt membra diſſolu-
ta coniungi,& animabus adunari? Hoc autem reſpe-
ctu diuinæ poteſtatis eſt,quaſi nihil. Accipiendo ſe-
cundo modo eſt ſenſus,ꝙ iſti errabant in fundamen-
to putantes,ꝙ ſi reſurrectio futura erat, ꝙ in illa eſſet
commixtio ſexuum, & hunc errorem dicit prouenī-
re ex ignorantia ſcripturarum.ſ. ꝙ ſcripturæ ſacrę po
nunt conditionem reſurgentium. Etiam prouenit ex
virtute Dei ignorata.ſ.putabant,ꝙ homines non poſ-
H ſent alio modo viuere,quam nūc viuunt,& quia nūc
viuunt cum permixtione ſexuum, putabant nullum
alium modum futurum, etiam ſi reſurrectio foret,
& tamen erat iſte error, quia ignorabant virtutē Dei,
nam Deus,qui dedit hominibus iſtum modum eſſen
di de nihilo poterit dare alium,quem voluerit. Sic di
cit Theophylactus,vos non intelligitis qualem reſur-
rectionem ſcriptura annunciet,creditis.n.ꝙ reſtaura-
tio corporum talium ſit futura,qualia nunc ſunt,non
erit autem ſic. Sed tunc dicetur,quæ ſunt ſcripturæ,
quæ dicunt futuram cōditionem reſurrectionis.nam
non inuenimus aliquas. Aliqui dicunt,ꝙ eſt iſta ſcri-
ptura,in qua dicitur in reſurrectione, neque nubent,
neque nubentur,ſed ſunt,ſicut angeli Dei. Sed dicen
I dum, ꝙ non ſtat, quia non allegaret ſeipſum,iſta ta-
men eſt ſcriptura ſua. Secundo,quia iſta ſcriptura nō
erat tunc,& ideo non poterāt illam legiſſe Sadducæi,
ſed ſcripſit hoc Matth.ex verbis illis, quæ tunc Chri-
ſtus dixit. Alii dicunt, quòd ſcriptura de conditione
reſurgentium eſt, quæ habet. 1. Corinthiorum 15.c.
vbi multa de conditione illorum ponuntur.
Dicendum, ꝙ nō ſtat, primo quia abſurdum erat,
ꝙ Chriſtus auctoritatem Apoſtoli allegaret, cum ille
ſit diſcipulus eius. Secundo,quia etiam illa ſcriptura
nondum erat, neque etiam Paulus erat adhuc diſci-
pulus Chriſti,ſed multo poſt fuit, & iō neque à Chri
ſto,neque ab aliquo alio poterat tunc allegari.
Alii dicunt,quod in nullo loco ſcripturarum inue-
K niatur,quia Chriſtus nō poterat allegare,niſi ſcriptu-
ras veteris teſtamenti, & in illis non erat aliquid de
hoc,niſi intelligantur ſecundum ſenſum myſticum.
Sic dicit Origenes.ſ.Quæritur autem cum ſaluator di
cat.Erratis neſcientes ſcripturas,quaſi dicat,ꝙ in qui-
buſdam ſcripturis ponitur hoc, quod ſequitur.ſ.In re
ſurrectione,neque nubent, neque nubentur,qđ in ve
teri teſtamento non legitur ſcriptum.Nos autem di-
cimus,quia ſcriptum eſt, non in ipſis ſermonibus ma
nifeſte iſta dicentibus,ſed in myſterio iudicantibus ſe
cundum intellectum moralem. Nā cum lex ſit vm-
bra futurorum bonorū,dicens quodlibet de viris, &
vxorib⁹ de ſpūalibus nuptiis principałr dicit, ſed neq;
hæc

hæc inuenio alicubi ſcripturam dicentem ſanctos fu turos poſt exitum, ſicut angelos Dei, niſi & hoc moraliter intelligat ſecu ndum illud, quod dicitur. Tu autem ibis ad patres tuos. Item: Appoſita eſt ad populũ ſuum. Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat, nam Chriſtus arguebat hic contra Sadduceos, & dicebat, ꝙ ex ſcripturis hoc colligere poterant, & tñ ſcriptura in ſenſu myſtico non facit argumentum aliquod, neq; probationem, ſed ſolum in ſenſu literali, vt oſtenſum eſt ſupra 13.c.q.24. ergo non eſt iſtud, quod ex ſcripturis inferendum erat, ſed aliquid erat, quod manifeſte in ſenſu literali ex ſcriptura colligi poterat, & ideo iſte ſenſus non eſt ita ſolidus, ſicut præcedens.

Accipiendo autem tertio modo eſt ſenſus, ꝙ iſti errabant, tam circa reſurrectionem futuram, quam circa conditionem reſurgentium, & iſti errores proueniebant ex duobus. Primus veniebat ex ignorantia ſcripturę. Secundus ex ignorantia diuinæ virtutis: nã reſurrectionẽ futuram non eſſe credebant, quia ſcripturas ignorabant. Ad hoc.n. ſcripturæ multę ſunt, quæ illud ſufficienter dicunt, conditionem autem reſurgentium ignorabant non propter ignorantiam ſcripturarũ, ſed virtutis diuinę, quia ſcripturæ de hoc non loquuntur aperte, & tamen non debebat credi hoc impoſſibile, ſi virtus, ideſt poteſtas Dei ſciretur. Rationabile enim erat, ꝙ cum ſtatus reſurgentium ſit ad recipiẽdum pęnam, & pręmia pro bonis & malis, ꝙ illi qui in parte bonorum fuerint meliorem ſtatum habituri ſint, quam hic, & hoc erit, ꝙ corpora non ſubiaceant paſſionibus, & neceſſitatibus corporalibus, ſed teneant modum ſpiritualem. Cum autem ratio hoc ſuadeat, videtur ita debere aſſeri futurum, niſi deſit poteſtas ad hoc faciendum, ſed potentia nõ deeſt, quia poteſtas Dei infinita eſt, ergo reſurrectio futura erit ad conditionem ſpiritualem. qui igitur talem negat, aut futuram eſſe talem non credit, virtutem negat eſſe potentem ad hoc. Et iſtud eſt ignorare Dei virtutem, nam illa ſufficiens eſt ad hoc. Et iſte ſenſus eſt conueniens literę, quia cum Chriſtus dixit: Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei, ſicut duo dixit, ita ſubiunxit duo. Vnum eſt.ſ. In reſurrectione, neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt, ſicut angeli Dei. Aliud eſt.ſ. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt a Deo, &c. & ita refertur ſingulum ad ſingulum. Quod dicitur erratis neſcientes ſcripturas refertur ad id, qđ dicitur. De reſurrectione aũt mortuorũ non legiſtis &c. Et ſic, quia non legerant, ignorabant ſcripturas. Qđ autẽ dicitur. Neſcientes virtutem Dei, refert ad id, qđ dř. In reſurrectione enim neque nubent, neque nubent. Et hoc tenet Chry. dicens, quod dixit in reſurrectione, neque nubent, &c. retulit ad id quod dixerat neſcitis virtutem Dei. Quod autem dixit: Ego ſum Deus Abraham ad illud retulit, quod dixit neſcitis ſcripturas. Iſte autem modus, & primus ſunt conuenientes, ſecundus autem non multum ſtat.

Quare Chriſtus dixit, quòd in reſurrectione non nubent, neque nubentur. Quæſt. CCIX.

QVAERETVR quare Chriſtus dixit, ꝙ in reſurrectione non nubent, neque nubentur.

Dicendum, ꝙ Chriſtus voluit per hoc tollere errorem Sadducæorum, nam propter hoc videbatur eis impoſſibilis reſurrectio, & implicare inconueniens, quia credebant, ꝙ ſi futura eſſet, ꝙ homines vterentur ibi permixtione ſexuum, ſicut nunc, & ad hanc permixtionem ſequebatur inconueniens, quod indu xerant Sadducæi de vxore, cuius eſſet in reſurrectione. Chriſtus autem diſſoluit argumentum tollendo

A fundamentum, ſcilicet in reſurrectione nõ erit commixtio aliqua ſexuum, ideo non recipiet aliquis ibi vxorem, quam hic habuit, neque aliquam aliam. Et ita ſunt per hoc ablata duo inconuenientia, q̃ ex hoc fundamento videbantur inferre Sadducæi. Primum erat, ꝙ neſciretur cuius erat illa vxor. Secundũ, quia dato, ꝙ daretur vni eorum.i. ſeptem fratrum manerent alij ſine vxoribus, ſed neutrum eſt inconueniens cum nullus habiturus ſit vxorem aliquam in reſurrectione, neque quam habuit hic, neque aliam nouam. Cum aũt dixit: Non nubent, neque nubẽtur accepit nubere pro matrimoniali contractu, & actu. Nubere enim ſolet ſignificare omnem coitum, eo ꝙ nubere

B ſignificat coniunctionem, & ita tam matrimonialis, quam fornicarius coitus nubere eſt, ſed hic accepit ꝓ coniunctione matrimoniali. Quod patet primo, quia reſpondebat ad argumentum de matrimoniali coniunctione, quæ erat in ſuſcitatione ſeminis, ideo non oportebat loqui, niſi de coniunctione mr̃imoniali.

Secundo, quia dicitur neque nubent, neque nubẽtur, & tñ ſi acciperetur pro ſola corporali coniunctione ſolum diceretur non nubunt, vel non nubent, ſed poſuit actiuum & paſſiuum, vt ſignet accipere vxorẽ, qđ actiue eſt nubere, & mulierem a viro accipi, quod eſt paſſiue nubi, iuxta illorum formationem. Sic dicit Hieron. & Beda. In hoc autem ꝙ dicit. Neque nubent, neque nubent, Latina conſuetudo, Gręco idiomati non reſpondet, nubere enim apud Latinos pro-

C prie dñr mulieres, ſed nos ſimpliciter dictum intelligamus, ꝙ nubere de viris, nubi de vxoribus dictũ ſit, ergo pro matrimoniali contractu accipitur. Tertio patet, quia Lucas hoc apertius dixit Luc.20.c Filii huius ſęculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi qui digni habebuntur ſęculo illo, & reſurrectione ex mortuis neque nubunt, neque ducunt vxores, ergo ſolũ actum matrimonialem dixit. Sciendum tamen, ꝙ nõ ſolum nõ erit in vita ęterna actus matrimonialis, ſed neque aliqua copula carnalis, qualiſcunque, cum quęlibet copula repugnet ſpiritualitati. Sed ſatis fuit dici, ꝙ non erit ibi copula matrimonialis, quia negata illa omnes negantur, nam nulla copula eſt ordinata, niſi matrimonialis. Cæteræ enim ſunt illicitę, & tamen

D in vita æterna, nihil eſt inordinatum, ergo ſi copula matrimonialis ibi non erit, nulla copula carnalis erit ibi.

Quare non erit copula carnalis in vita æterna. Quæſt. CCX.

QVAERETVR quare non erit copula carnalis in vita ęterna. Dicendum, ꝙ non erit vllo modo conueniens. Nam copula, aut eſt propter neceſſitatem, aut ꝑ voluptatẽ capiendam, ſed nihil iſtorum manebit, ideo copula non manebit apud beatos, neque apud damnatos. De primo.i. de neceſſitate patet, quia nunc eſt neceſſaria co

E pula carnalis ad procreationem prolis propter continuationem ſpeciei, nam indiuiduum humanũ eſt corruptibile, & nõ poteſt in ſeipſo perpetuari, ideo oportet ꝙ perpetuetur in altero. Hoc autem eſt per generationem.i. copula carnalis eſt neceſſaria, tam hoĩ, q̃ omnibus animalibus perfectis nunc, quia oĩa conſeruantur, & prodeunt in eſſe per propagationem carnalẽ. Poſt reſurrectionem aũt omnia viuentia erũt facta incorruptibilia, immo omnia entia, iõ cum quilibet homo in ſeipſo conſeruari poterit, non erit conueniens generatio. Sic dicit Auguſt. quia connubia propter filios ſunt: filii autem propter ſucceſſionem, ſucceſſio propter mortem, vbi ergo mors nõ eſt, neque connubia. Ita etiam dicit Chryſoſtomus, ſcilicet

in hoc enim sęculo, quia morimur, ideo nascimur, quia nascimur, ideo vxores ducimus, vt quod moriẽdo minuitur, nascendo suppleatur, ibi autem moriẽdi necessitas tollitur, vbi & nascendi causa soluta est. Hoc etiam apud damnatos verum est. Nam illi quoque immortales erunt, & ideo non erit inter eos copula, neque generatio.

De secundo, scilicet de voluptate dicendum, ꝙ etiã quantum ad hoc cessabit, & hoc, quia aut loquimur de beatis, aut de damnatis. In beatis enim nõ erit, quia esset aliquid inordinatum, nam venerea ad generationem ordinata sunt a natura, tanquam ad finem totalem, cum ergo generatio cesset, valde esset inordinatum, ꝙ maneret, id quod ad finem est.

Secundo, quia voluptas nõ est in actibus venereis, tanquam finis, propter quem appetuntur, sed velut causa irritatiua ad hoc, quòd non omittatur, ne cesset generatio, promixtio enim sexuũ est operatio nimiũ materialis, quia fit cum magna resolutione substãtię, & patiuntur multa incõmoda coeuntes, & ideo nullum animal pręcipue homo talia vellet, nisi in eis eẽt aliquid, propter quod appeteretur, & ideo natura ingenerauit nimiam voluptatem in ꝑmixtione sexuũ, vt ad hoc opus, tãquam ad summe necessarium omnia animalia feruenti conatu ferantur. Et signum huius est, ꝗa duo opera sunt summe necessaria homini, quibus iuuatur. Primum est conseruatio spẽi respectu naturę. Secundum est conseruatio indiuidui quãtum ad seipsum. Primum fit per coitum, secundum per cibum, & potum. Et ideo in his duobus constituit natura maiorem voluptatem, quam in alijs, ergo non constituitur ibi voluptas, tanquam finis, quia tũc in melioribus constitueretur maior delectatio, sed falsum est, ideo constituitur, vt irritamentum, vel impulsiua causa ad exercẽdũ ea, vt habeatur id, ad quod ista ordinantur, scilicet generatio ad conseruationem naturę, & conseruatio indiuidui. Cum ergo tunc cessabit finis non erit voluptas causa, vt ista appetant, quia tunc esset ordinem pręposterare, cum voluptas non sit finis istorum, sed ista sunt finis voluptatis, & ita non erunt tunc, quia non manebit finis propter quem.

Quare natura ingenerauit nimiã voluptatem in coitu.

Tertio, quia vt aliqui volunt etiam voluptas non esset ibi in copula. Vnde si copularentur sexus nõ fieret voluptas. Hoc aliqui putant falsum esse, vel dubiũ saltem, & tamen verum est, nam in vita ęterna manebunt actus sensationum quantum ad immutationem intentionalem, quæ fit sine alteratione, & corruptione, & tamen ad causandum voluptatem veneream non solum est alteratio realis, sed etiam est resolutio substãtię, & deperditio maior, quam in omnibus alijs alterationibus sensitiuis, ideo non poterit ibi esse talis voluptas manente statu illo, scilicet incorruptionis.

Quarto, quia ad venerea impellit concupiscentia, ibi autem nulla esse poterit, quia nulla talis titillatio fiet ibi, eo ꝙ omnia illa fiunt cum magnis alterationibus realibus, quales esse nõ poterũt in vita ęterna.

Quinto patet, quia aut venerea manerẽt ibi secundum conditionem, quam hic habent, aut non. Si secũdum istam conditionem nõ conuenirent, sed potius illam tollerent, nam hic venerea quandiu durant tollunt operationem intellectus, quia vt dicit Aristo. 7. Ethico. cap. 15. in ipsa intelligere neminẽ posse, ideo tolleret ibi operationem intellectus, in qua consistit beatitudo, nullum autem maius inconueniens esse potest, ideo non erunt ibi venerea tali modo, si autem sint ibi venerea secundum aliam conditionem, idest quæ non absorbent intellectum, neque tollunt operationem illius, non erunt appetibilia. Nam cessare omnem actum intellectus ad pręsentiam venereorũ

F fit ex superabundantia voluptatis, quia regula est 10. Ethicorum, quòd maior delectatio simul facta non permittit sentiri minorem si multum excedat, & propter illam nimietatem voluptatis feruntur homines effrenate in illa, quasi pro eo momento, quo durant maiorem habeant voluptatem, quam quæcunque operatio materialis humana, vt dicit Augusti. 14. de ciuitate Dei, ergo si in vita ęterna non absorbent, neque priuant cęteras operationes, non erunt tam concupiscibilia, sicut hic, & ita non erit causa, quare quis feratur in illa.

Sexto patet, quia quilibet fertur in id quod est sibi magis delectabile, sed venerea, & quæcunque delectabilia secundum sensum etiam hic non sunt maxi-
G ma delectabilia, ideo non est tendendum in ea, vt in finem, qui tñ tendit in aliquid solum sub ratione delectabilis constituit illud, vt finem. Hoc autem valde rationi ordinanti omnia ad id, quod optimum est repugnat, ideo non posset aliquis beatus concupiscere venerea, vt solum delectabilia, quia iam fruerẽt eis, quia est finis non relatus ad alterum, & ita iam peccaret, & non esset beatus, vtrunque autem impossibile est ei, qui beatus est semel, quia non potest perdere beatitudinem, neque peccare. Septimo, quia delectationes secundum sensum non sunt magnę delectationes, nisi per errorem, & eis, qui habent naturam male constitutam. Nam homines vulgares propter cognoscere solas delectationes ſm sensum putant, ꝙ
H delectationes secũdũ sensum sunt solę delectationes 7. Ethico. & tamen Aristo. ostendit ibi, ꝙ omnes sunt paruę, eo ꝙ cum eis patimur aliquas dolorosas immutationes, sed propter assuetos esse non sentimus, & ita dicit in videndo dolorem fieri, etiam ostendit ibi, ꝙ delectationes secundum sensum non appetuntur, quasi sint in se magnę, sed quia faciunt non sentiri quasdam tristitias appositas. Dicit enim, ꝙ propter continuam alterationem, quæ fit in nobis, & potissime in paruulis, & habentibus naturam male compositam, & mordicantem, qualis est complexio melãchoricorũ fit appetitus, & necessitas magna voluptatum, & mutationum propter non sentiri molestias. Delectatio autem, quæ est secundũ intellectum
I est perfecta, quæ non est cum motu, neque est ad faciendum nõ sentiri molestias corporis, sed quia simpliciter est perfectio nostra. sed in vita ęterna erit natura bene composita, & erit delectatio secundum intellectum non solum talem qualem Aristo. dixit, ꝙ illa est in cognitione rerum creatarum, & modo naturali, sed quodam alio modo ineffabili nobis. Ergo habens talem voluptatem non poterit desiderare delectationem venereorum.

Delectatio intellectualis est perfecta.

Sed obijcietur, ꝙ per hoc non solũ tollitur delectatio venereorũ, sed etiam oĩum aliorum sensuũ. Oẽs enim sensitiuę delectationes habent imperfectiones multas, & de omnibus illis loquitur Aristo. & tamen certum est, ꝙ delectatio secundũ visum, & auditum
K saltem manebit in patria.

Dicendum, ꝙ non est idem de alijs actibus, & delectationibus sensitiuis, sicut de venereis, Primo, quia aliorum saltem visus, & auditus manent fines, quia cum istę sint potentię cognitiuę sunt ad cognitionẽ obiectorum, & manent ibi obiecta illa, scilicet res visibilis, & vox (vt aliqui dicunt) ergo manebunt actus istarum potentiarum, & voluptates consequentes actus, non tamen manet finis venereorum, quæ est generatio, ergo neque manebunt venerea, neque propter voluptatem suam poterunt appeti.

Secundo, quia licet in alijs sensationibus sit voluptas quædam, & manerent omnes actus sensuum in vita ęterna, poterant conuenienter desiderari volupta-

voluptates illę, eo quòd non ordinantur ad se, sed ad alterum, scilicet ad cognitionem. Omnis enim sensus est vis cognitiua, & deseruit intellectui, & maxime visus, & auditus, ideo sicut actus istorum ordinātur ad cognitionem, & omnis cognitio ordinatur ad intellectiuam, quia illa est altissima, & illa est beatitudo in vita ęterna, ita & voluptates ordinabūtur, & tunc seruient beatitudini omnia, & erunt vtilia.

De venereis secus est, quia qui quęrit voluptatem in venereis, quęrit eam propter se, & non ordinatur ad cognitionem aliquam, sicut actus omnium sensuum, ideo venerea nullo modo possent in beatitudinē ordinari, quia non est finis aliquis, ad quem, sed potius ipsa eorum voluptas est finis, ergo non potest manere actus, neque voluptas venereorum in vita ęterna, licet maneant delectationis aliorum sensuum, secus esset si ibi esset generatio ex copula, quia tunc licet esset maior voluptas in venereis, quam nūc saltem ex hac parte nō repugnaret, quia non acciperetur illa voluptas, vt finis, sed vteremur illa ad finem generationis.

Voluptas est finis venereorum.

De damnatis eodem modo dicendum, quòd non erit in eis actus venereorum, & plurimę causarum supra positarum conueniunt etiam eis. Nā sicut beati sunt immortales, & incorruptibiles, ita & damnati, & ideo non possunt esse in eis aliquę alterationes, neque resolutiones, quia oīa ista sunt corruptiua: in venereis tamen talia sunt. Secundo, quia delectationes sēm sensum sunt, quasi quędam medicinę tristitiarum, quas patimur quotidie inquantum per istas mitigantur illę, vel non sentiuntur, vt ostenditur 7. Ethicorū, & tamen pęna damnatorum non potest tolli per experientiam actus venerei cum illa pęna excedat istam voluptatem, quasi in immensum, ideo non conueniret ibi. Tertio, quia si aliquid solatij, vel mitigationis ꝑ pęnas afferret actus venereorum non permitteret illum Deus damnatis, cum det eis permixtam pęnā gaudio. Quarto, quia non erit in damnatis concupiscentia aliqua venereorum, ergo neque actus, neque voluptas. Non est enim titillatio aliqua secūdum sensum secundum quam fiat illa concupiscentia, potissime, quia intellectus eorum, ita est alligatus considerationi malorum, quæ patitur, ꝙ etiam si velit diuertere ad aliud cogitando de aliquo delectabili non possit. Quinto, quia damnati torquentur a dęmonibus, & non permittuntur agere, quæ volunt, ideo etiam si vellent venerea exercere, non permitterentur. Et ita verum est verbum Christi, quòd in statu resurgentiū non erit copula carnalis.

Quare dixit Christus, quòd in resurrectione erunt, sicut angeli Dei. *Quæst.* CCXI.

QVAERETVR quare dixit Christus quòd in resurrectione erunt, sicut angeli Dei.

Aliqui dicunt, quòd dixit ad declarationem præcedentium, & tunc potest accipi, quòd sit consequens ad præcedentia, scilicet neque nubent, neque nubentur, sed sunt, sicut angeli Dei. Qui etiam non nubunt, neque nubuntur, & sine coniugio geniti sunt, & sine illo perpetuantes: Nos autē licet ex cōiugio geniti fuerimus sine coniugio tñ ibi perpetuabimur. Sic dicit Theophylactus. Nuptię nūc sunt propter corruptionem, vt per successionem generis persistamus, & non deficiamus, tunc vero, sicut angeli erimus, qui sunt sine successione nuptiali, & nunquam desinunt.

Secundo potest dici, quòd hoc dixit non solum ad declarandum præcedentia, sed magis ad addendum, scilicet erunt, sicut angeli, idest corpora eo-

A rum erunt incorruptibilia, & inalterabilia, non putrescent, neque veterascent, sicut angeli, qui puri spiritus sunt hęc non patiuntur. Sic dicit Hieronymus, in resurrectione erunt homines, sicut angeli Dei, idest nemo ibi moritur, nemo ibi nascitur neque infans est ibi, neque senex.

Tertio dixit ad ostendendum generaliter conditionem resurgentium. Abstulerat enim ab eis actus venereos, & nesciretur, an aliquid aliud habituri erāt, ideo voluit Christus dicere cęteras conditiones. Et quia illę multę erant, quas non decebat eum pro tūc prosequi, voluit sub generali quodam eas exprimere, & ad hoc nihil conuenientius fuit dici, quam quòd futuri essent homines, sicut angeli Dei, scilicet easdē

B conditiones haberent ex parte incorruptibilitatis, quas habent angeli Dei, & etiam nō haberent aliquos actus materiales imperfectionem quandam secum habentes, sicut neque habent angeli Dei.

Quarto ad tollendum errorem, qui poterat suboriri, nam cum Christus dicit, quòd in resurrectione non nubent, neque nubentur, putaret forte aliquis, ꝙ abstinerent ibi homines a venereis, quasi ex mandato Dei, sicut hic abstinent, qui se eunuchizauerunt propter regnum cœlorum supra 19. c. & tamen dispositio ex parte corporis esset ad venerea, & appetitus ad illa, & ꝯñter quædam pęnalis afflictio in cohibendo illas concupiscentias. Christus aūt abstulit hęc ostendens, quòd ex conditione status homini il-

C lud proueniet, s. ꝙ sicut ex conditione status cōpetit nūc homini venerea exercere, & delectabiliter exercet, & cum tristitia abstinet, ita & tunc ex cōditione status competit homini non exercere venerea, & delectabiliter carebit illis, quia erit tunc sibi quid naturale ab eis abstinere. Sicut enim angelis naturale est non exercere venerea, neque concupiscere, & ideo non indigent virtute aliqua moderante ad cohibendum voluptatum venerearum concupiscentias, quia neque eis accidere possunt, ita & erit hominibus tūc ex conditione status, quasi naturale talia, neque concupiscere, neque exercere, & ita non erit eis pęnale abstinere, sicut nobis fit. Ex hoc est, quòd sint, sicut angeli Dei, qui neque appetunt, neque exercent, ne-

D que in abstinendo affliguntur. De his dicit Hilarius suffecerat aduersus Sadducęos opinionem illecebrę corporeę recidisse, & officiis corporum cessantibus inania hęc gaudia abstulisse sed adiecit (vt ait Chrysostomus) erunt, sicut angeli Dei, per quod ad interrogationem conuenienter respondit, quia enim hęc erat eis causa ęstimandi resurrectionem nō esse, quia credebant eandem resurgentium fore conditionem, hanc causam remouit ostendens eos alterius conditionis futuros, cum dixit. Erunt sicut angeli Dei.

Quinto dixit hoc ad specialiter obuiandum opinioni Sadducęorum, nam ipsi non solum resurrectionem, sed etiam angelos, & spiritus negabant esse Actu. vigesimotertio capitulo, Christus autem con-

E tra totam locutus est positionem. Nam resurrectionem dixit futuram, & asseruit esse aliquos angelos Dei spiritualiter existentes, ad quorum quandam similitudinem se habebunt resurgentes, animā quoque, siue spiritum tacite asseruit, quia dicens resurrectionem animam dicit, cum non sit possibilis resurrectio, nisi anima maneret post mortem, quæ postea corpori reuniretur.

Sexto fuit ad ostendendum perfectionem abstinentię a venereis, nam licet sint alia opera perfectiora, & magis meritoria apud Deum, quam abstinere a venereis, tamen nihil est, quod magis spiritualem hominē reddat, & ideo quando loquitur Christus de alijs actibus virtutū non dicit homines futuros, sicut angelos,

angelos, sed solum quando loquitur de abstinentia a venereis. Et ratio est, quia nihil est, quod magis carnalem, bestialem, animalem, & a spiritualitate remotū faciat, quàm exercitium venereorum, & ob hoc omnes fructus, qui dicunt quandam spiritualitatem attribuuntur continentiæ, scilicet, coniugali, viduali, virginali, vt ostensum est supra 13. cap. quæst. 17. Sic dicit Chrysost. notandum vero, quòd cùm de ieiunijs, eleemosynis, cæterisque virtutibus spiritualibus locutus fuerit, nūquàm angelorum similitudinem introduxit, nisi cum de absolutione a coitu loqueretur, quoniam sicut omnes actus carnales opera sunt animalium, præcipue tamen actus libidinis, sic omnes virtutes sunt res angelicæ, præcipue tamen castitas, per quam vincitur natura virtutibus.

Quomodo dixit hic Matthæus, quòd erunt sicut Angeli Dei cum aliter Luc. 20. dicatur. Quæst. CCXII.

SED dicetur quomodo dixit hic Matthæus erūt sicut Angeli Dei, quia Lucæ 20. cap. dicitur: æquales enim angelis Dei sunt: nam non videtur verum esse, quòd sint homines etiam in resurrectione æquales angelis Dei, quia angeli sunt naturaliter spiritus quidam: homines autem in resurrectione non efficientur spiritus, quia desinerent esse homines, sed manebunt corporei, sicut nunc, licet non maneat materiæ corruptibilitas.

Dicendum vno modo, quòd ad eundem sensum dictum est, erunt sicut angeli, vel æquales angelis, qa super eodem loco introducitur ab Euangelistis, dictum esse per Christum, ipse autem semel hoc locutus est Sadducæis, & vnam tantum sententiam fecit, ideo necesse est, quòd idem significare voluerit Matthæus dicens, erunt sicut angeli Dei, & Marcus idem dicēs, quod Lucas. Aequales enim sunt angelis Dei. & tunc dicetur, quòd ista æqualitas attenditur non quidem in tota conditione essendi, sed quantum ad id, quod introductum est de venereis, scilicet, qui resurgent non nubent, quia æquales sunt Angelis Dei, idest, sicut illi non exercent venerea, neque concupiscunt, ita neque isti exercebunt, neque concupiscent. Et patet hoc ex modo loquendi Lucæ 20. Nam dixit, qui digni habebuntur resurrectione, neque nubunt, neque ducunt vxores: æquales enim angelis sunt, scilicet, in hoc, quòd est non habere vxores, neque concupiscere illas.

Alij dicunt, quòd sunt ęquales angelis, scilicet, in merito, & præmio essentiali beatitudinis.

Dicendum, quòd hoc nō est omnino determinatum, & hoc, quia non sunt omnes angeli eiusdem meriti, neq; eiusdem gradus glorię, sed quidam maioris glorię alij minoris, sicut fuit naturæ inęqualitas in eis, qui permanserunt, ita quoque in hominibus non est ęqualitas meriti, neque erit ęqualitas gloriæ, sed quibusdam gloria erit abundantior valde quàm alijs, & ideo non erit comparatio conueniens quantum ad hoc. Sed hoc verum est, quòd quidam homines sunt maiores angelis in gloria, idest, quibusdā alijs, & minores quibusdam alijs, alij vero simpliciter maiores omnibus, vt de beata Virgine dicitur, quòd exaltata est super choros angelorum ad cælestia regna. Aliqui forte erunt beati minores in beatitudine omnibus angelis.

Sed dicendum, quòd aliud est in quo penitus sunt ęquales homines resurgentes angelis, scilicet, in conditionibus, quæ pertinent ad incorruptibilitatē, & ideo omnis alteratio, & corruptio, & imperfectio ęqualiter auferuntur ab angelis, & ab hominibus in resurrectione, licet angelis cōueniat hoc secundum

F naturam, hominibus autem secundum gratiam.

Sciendum autem, quòd licet omnibus resurgentibus tam beatis quam damnatis competat non nubere, idest, non exercere venerea, vt ostensum est supra, tamen esse similes angelis Dei non cōpetit omnibus, sed solis beatis, quia damnati habent multas imperfectiones, cum patiantur, & doleant, licet non moriantur. Hoc autem non habent angeli Dei. Christus autem loquitur de resurgentibus bonis. Sic colligitur Lucæ 20. cap. scilicet, illi vero, qui digni habebuntur sęculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores, ęquales enim angelis sunt, & filij Dei sunt, & tamen de damnatis non

G dicitur, quòd sunt filij Dei, ergo solum loquitur ibi Christus de resurgentibus bonis, & illi sunt æquales angelis Dei, licet etiam large accipiendo damnati sunt similes angelis Dei, scilicet, quia immortales sunt, & non alterantur ad corruptionem, & etiam venereis non vtuntur.

In q. 110

Quare Christus dixit Sadducæis. De resurrectione autem non legistis allegando auctoritatem. Quæst. CCXIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit Sadducæis: de resurrectione autem non legistis allegando auctoritatem, cum supra dixisset

H de conditione resurgentium.

Dicendum, quòd Christus dixerat duo supra, scilicet, Erratis nescientes scripturas, & virtutem Dei, & scripturæ erant ad probandum resurrectionem: virtus autem Dei erat ad conditionem resurgentium ostendendam, & quia iam dixerat de conditione resurgentium, allegat nunc scripturas ad probandum resurrectionem.

Sed dicetur quare non posuit Christus auctoritatem pro conditione resurgentium, sicut posuit pro resurrectione?

Dicendum, quòd hoc fuit, quia pro resurrectione erant auctoritates multę in sacra scriptura, & pro cōditione resurgentium nullæ erant, quæ dicerent non

I esse ibi nubendum, & quòd essent homines, sicut angeli Dei, ideo ibi non allegauit auctoritatem, sed simpliciter asseruit talem esse conditionem illorum ad hoc solam virtutem diuinam inducens, quæ illud facere poterat.

Alij dicunt, quòd Christus posuit hic primo rationem, deinde auctoritatem, quia talis modus respondendi est pro interrogantibus ex ignorantia, scilicet, vt rationem præponamus, & auctoritatem subiungamus. Pro calumniose interrogantibus dicunt ē contrario faciendum. Sic dicit Chrysosto. Et quidem calumniatoribus primo oportet in aliqua quæstione auctoritatem scripturæ proferre, deinde rationem exponere: interrogantibus autem per ignorantiam prius rationem exponamus postea auctoritate confir-

K memus, quoniam calumniatores vincere oportet, interrogatores autem docere, ideo his interrogantibus per ignorantiam prius rationem exposuit, dicens: In resurrectionem autem, &c. deinde auctoritatem subiunxit, inquiens: De resurrectione autem mortuorum non legistis, &c. & tamen melius est, quod dictum est. Nam quando ad vnum pertinent ratio, & auctoritas stat iste ordo, quòd aliquando præponatur auctoritas, & aliquando ratio, sed hic duo sunt, scilicet, resurrectio, & conditio resurgentium, & pro vno ponitur ratio, pro alio vero auctoritas.

Quare Christus respondens, & allegans auctoritates pro resurrectione allegauit potius istam, Exo.3.cap. quàm aliquam aliam. Quæst. CCXIIII.

QVAERETVR, quare Christus respondens, & allegans auctoritates pro resurrectione, allegauit potius istam auctoritatem, Exo.3. cap. quàm aliquam aliam, quia multæ aliæ sunt,& magis apertæ illud ostendentes.

Dicendum,quòd Christus istud significauit, cum ait:Erratis nescientes scripturas. Et ita innuit de hoc multas scripturas esse. Nam est scriptura Daniel. 12. Multi, qui dormierunt in terræ puluere euigilabunt, & Ezech.37.cap.Apertior scriptura est de ossibus aridis super quæ inducta est caro, & introiuit in ea spiritus.& Iob 19.cap. dicitur. In nouissimo die de terra resurrecturus sum: & aliæ multæ huiusmodi. allegauit autem istam, quæ parum videtur agere, nisi in argumentum.

Aliqui dicunt, quòd fecit hoc Christus, vt confutaret eos per id,quod allegauerant. Nam ex auctoritate Moysi probare nitebantur non esse resurrectionem, ideo per Moysen ipse probat resurrectionem ad ostendendam maiorem sufficientiam suam. Sic dicit Chrysost. quia illi interrogando Moysen præmiserant,per Moysen eos confutat dicens: De resurrectione,&c.

Secundo fuit ad magis ostendendum eorum insipientiam, scilicet, quòd per id,in quo ipsi se aliquid scire putabant ostenderet eos nihil scire. Nam cum allegarent ipsi Moysen innuebant se in hoc maxime scire, ipse autem ostendit eos non intelligere Moysen, aut non diligenter legisse. Nam si legissent ibi inuenirent resurrectionem. & tali modo solet Christus vti contra Iudæos, vt illud ostendat eis esse valde bonum. Sic patet Ioan. 5. cap.cum dixit eis, nolite putare, quòd ego accusaturus sim vos apud patrem meũ,est qui vos accusat Moyses,in quo vos speratis.

Tertio dicendum,& melius, quòd allegauit Christus istam auctoritatem,& non alias multas, quę clariores erant, quia alias non recipiebant Sadducęi. Nam alię erant in libris Prophetarum,& tamen Sadducæi non recipiunt nisi quinque libros Moysi. Sic dicit Hierony. ad probandum resurrectionis veritatem multis alijs manifestioribus exemplis vti potuit, ex quibus est illud. Resuscitabuntur mortui,& resurgent,qui in monumentis sunt. Et in alio loco.Multi dormientium de puluere terrę consurgent. quæritur itaque quid sibi voluerit dominum hoc proferre testimonium,quod videtur ambiguum,vel non satis ad resurrectionis pertinens veritatem. Et respondet, scilicet, supra diximus Sadducęos, neque angelos, neque spiritum, neque resurrectionem corporum confitentes, & animarum quoque interitum prædicare, hi quinque tantũ libros Moysi recipiebant proinde prophetarum vaticinia respuentes. Stultum ergo erat inde proferre testimonia, cuius auctoritatem non sequebantur.

Quomodo ex auctoritate ista, scilicet, Deus Abraham, Deus Isaac, probatur resurrectio. Quæst. CCXV.

QVAERETVR quomodo ex auctoritate ista, scilicet, Deus Abraham Deus Isaac. probatur resurrectio.

Dicendum,quòd non probatur nisi per argumentum,& ideo Christus addidit in litera. Non est Deus mortuorum,sed viuorum,quasi dicat,Deus est Deus Abraham Deus Isaac, & Iacob, & tamen Deus non est Deus mortuorum sed viuorum, ergo Abraham,

A Isaac,& Iacob viuunt,& ita resurgent.

Sed obijcietur, quòd non sit conueniens argumẽtum, tum quia falsum videtur supponere. Nam Abraham, & Isaac, & Iacob non viuunt, tum quia si viuerent non concluderetur resurrectio, sed potius oppositum, quia quod viuit non resurgit, sed quod mortuum est,cum resurrectio ordinetur ad viuere, & sit resurrectio reunio corporis, & animæ separatorum, ergo non deberet dicere, quòd viuunt ad probandam resurrectionem, sed potius, quòd mortui sunt.

Dicendum ad primum, quòd viuunt isti, sicut Christus probat, quia Deus non est Deus mortuorum,sed viuorum, idest, existentium. Nam si Deus B erat Deus Abraham, ergo Abraham habebat Deũ, si habebat Deum, ergo erat, quia nõ ens nihil habet.

Sed tunc dicendum,quòd vno modo procedit dictum Christi vocando Abraham, & Isaac, & Iacob animas istorum, & illæ veræ erant. Nam si anima semel desineret esse, nunquàm rediret eadem numero, quia est spiritus,& non resolueretur in aliqua, ex quibus rursus componeretur cum sit simplex, sed rediret in nihilum, & consequenter nunquàm possent redire ad esse. Manebant ergo animæ, & illas vocabat Christus Abrahã,Isaac,& Iacob. Sicut nunc vocamus Petrum,& Paulum, & cæteros Apostolos, cum tamen non sint illi homines,sed solæ animæ.

Sed tunc obijcietur, dato quòd manerent animæ istorum, quomodo Christus probat resurrectionẽ? C Nam existere animam non probat resurrectionem, & tamen Christus nihil plus allegauit,quasi esset sufficienter probata resurrectio ostenso, quòd anima maneat.

Dici potest, quòd ista probatio procedit propter tria. Primo propter suppositionem Sadducæorum. Nam illi sicut negant resurrectionem, ita negant angelum,& spiritum, Actuum 23.cap.Ideo voluit Christus ostendere falsitatem positionis probando, quòd animæ manebant post mortem.

Secundo, quia ratio ista licet fortassis non procederet, contra alios,contra Sadducæos tamen procedebat. Propter hoc enim negabant illi resurrectionem futuram, quia putabant nullum spiritum esse, D idest,animam non manere. Spiritum enim vocant substantiam immaterialem non alligatam materiæ, & talis est anima separata a corpore, si aliqua talis est. Ipsi vero bene concedebant hominem viuentem habere animam, & tamen illam nõ vocabant spiritum, quia non dicebant eam esse substantiam immaterialem. Vnde non concedebant eam esse separabilem, sed perire cum corpore, & error suus erat ex hoc, ꝙ non putabant aliquid esse præter corpora, & corporum conditiones. Spiritus autem erat aliquid separatum a materia, ideo neque concedebant angelos esse,neque spiritus, quia si angeli sunt,substantiæ spirituales sunt. Hoc autem dato non poterat esse reE surrectio, quia resurrectio fit per reunionem animę ad corpus, vt sit idem homo qui prius fuit, & tamen anima, quę fuit pars istius iuxta Sadducęos, non manebat, quia nullus spiritus est, ideo neque poterat esse resurrectio, ablato autem isto inconuenienti concederent illi resurrectionem, & tamen Christus abstulit fundamentum eorum probando, quòd animę manebant,quia Abraham, & Isaac viuebant, & ideo palam erat,quòd resurrectio futura erat,& nihil erat, propter quod iam illam negarent Sadducęi.

Tertio, quia si anima manet post mortem corporis, oportet quòd recipiat pœnam, vel pręmium pro eis, quę gessit in corpore, & quia anima non est ipsum operans, sed homo, licet anima sit principium

opera-

operationis, oportet ꝙ homo redeat, & ita erit reſurrectio. Maxime quia anima per ſe non eſt perfecta, cum nō ſit indiuiduum alicuius ſpeciei, ſed pars, ideo appetit reuniri, vt efficiatur totũ, & perfectum, quod eſt ſuppoſitum ſpeciei, & ſic ex hoc, quòd eſt manere animam poſt mortem ſequitur reſurrectio. Sic dicit Hierony. de Moyſe ponit exemplum: Ego ſum Deus Abraham, &c. ſtatimque infert: Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium, vt cum probauerit animas permanere poſt mortem, conſequenter introduceretur corporum reſurrectio, quę cum corporibus bona, vel mala geſſerunt.

Aliter poteſt dici intelligendam eſſe literam, ſcilicet ꝙ Abraham, Iſaac, & Iacob non accipiantur pro animabus, ſed pro perſonis, quę ſimul corpus, & animam habent, & iſti dicũtur eſſe viuentes, non ꝙ realiter viuerent, quia mortui erant, ſed quia viuebant in Dei diſpoſitione. Ipſe enim diſpoſuerat de illis, quod aliquando viuerent, & potens erat viuificare eos quãdocunque vellet. Et tunc valet ratio magis aperte, ſcilicet Abraham, & Iſaac viuũt, ergo reſurrecturi ſunt, quia non eſt aliud eos ſic viuere, niſi viuere in Dei diſpoſitione, ideſt ꝙ diſpoſuit eos viuificare aliquando.

Et dicendum, ꝙ iſte eſt verior ſenſus, quam quòd accipiantur Abraham, & Iſaac pro animabus eorum, & tunc argumentum Chriſti procedit magis ſine calumnia. Et patet ꝙ iſte ſit ſenſus, ſic enim dicit Hieronymus, ſcilicet ſed forte aliquis dicet, quòd hic dixit ſolũ Deus de anima Abrahę non de corpore, ad quod dicimus, quòd Abraham vtrunque importat, ſcilicet corpus, & animam, ita vt, & corporis ipſe ſit Deus, & corpus viuat apud Deum, ideſt in Dei ordinatione.

Secundo patet, quia Luc. 20. c. in probatione iſta dicitur: Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorũ. Omnes enim ei viuunt, inquantum dixit viuunt ei, oſtendit, ꝙ dixit de vita mortuorum ſecundum Dei diſpoſitionem. Nam nō dixit abſolute omnes viuũt, ſed viuunt ei, ideſt per reſpectum ad eum, & tamen ſi accipiatur de vita animarum ſeparatarum illę non ſolum viuunt reſpectu Dei, ſed etiam abſolute viuunt, quia ſunt, & eſſe earum eſt vita, quia ipſę ſunt vita corporum, ideo de vita debet accipi mortuorum quãtum ad perſonam, vel ſuppoſitum, quia mortuus non viuit ſimpliciter, viuit tamen Deo, ideſt quantũ ad Dei diſpoſitionem, vt dicit Hieronymus, ſcilicet quòd de illis diſpoſuit, ꝙ aliquando viuerent, & iſte eſt verus ſenſus.

Ad argumentum ſupra factum cum dicitur, quòd Abrahã Iſaac, & Iacob non viuunt, & ſi viuunt nō eſt reſurrectio. Dicendum, quòd illi viuũt eo modo, quo dictum eſt, ſcilicet in Dei diſpoſitione. Cum autem infertur, ergo non eſt reſurrectio. Dicendum quòd verum eſt, ſi viuerent abſolute, ſicut nos. Nam ſic nō reſurgunt viui, ſed mortui, & reſurgunt, vt viuant, ſed viui ſecundum Dei diſpoſitionem reſurgunt, ſcilicet qui non viuunt, ſed Deus de illis diſpoſuit, quòd aliquando viuerent, immo reſurgere non poſſunt, qui ſic non viuunt. Nam illi, de quibus Deus non diſpoſuit, quòd reſurgerent, nunquam reſurgent.

Quomodo ſequitur ex verbis illis ſcilicet Deus Abraham, &c. quòd Abraham, & Iſaac viuerent, quod Chriſtus intulit. Quæſt. CCXVI.

QVAERETVR quomodo ſequitur ex verbis illis, ſcilicet Deus Abraham, &c. quòd Abrahã, & Iſaac, & Iacob viuerent quocunque modo accipiatur, ſiue pro animabus, ſiue pro perſonis, quod Chriſtus intulit.

Dicendum, quòd ſequitur ex eo, ꝙ Deus dixit, ego

F ſum Deus Abraham. &c. & dixit de pręſenti, ergo tunc erat Deus Abraham, & Iſaac, & Iacob mortui. Nam dixit hoc Deus Moyſi Exo. 3. c. quando voluit educere Iſraelitas de Aegypto, & tamen tunc a multo tempore mortui erant iſti tres, de quorum morte habetur in Gene. 25. & 35. & 49. & 50. Exitus autem de Aegypto fuit multò tempore poſt, & ideo poſt mortẽ illorum longo tpe dixit Deus: Ego ſum Deus Abraham, &c. Ergo, quando erant mortui erat Deus eorum Deus, ergo habebant ipſi tunc Deum in Deũ, ſed ſi mortui erant, non habebant Deum, neque aliquid aliud. Et etiam ſi mortui erãt nō poterat Deus eſſe Deus illorum, quia non entis nihil eſt Deus, neq;
G dominus: ergo Abraham, & Iſaac, quãdo erant mortui viuebant, ſi Deus erat Deus eorum. Sic dicit Hierony. ſcilicet. Neque enim fieri poterat, vt eorũ eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterent. Dicit etiam Origenes. Deus eſt, qui dicit. Ego ſum, qui ſum. Sic ergo impoſſibile eſt, vt dicatur eorum Deus eſſe, qui non ſunt. Sed Hieronymus iſtud magis aperte dicens. Cõſiderãdum eſt, quòd ſermo hic iam factus fuerat ſanctis iſtis Patriarchis iam pridem quieſcentibus, erant ergo quorum Deus erat, nihil enim habere poterant ſi non erant, quia in natura rei eſt, vt eſſe neceſſe ſit cuius eſt alterum, atque ita habere Deum viuentium eſt cum Deus æternitas ſit, & nō ſit eorum, quæ mortua ſunt habere, id quod ęternum eſt, & quomodo
H eſſe illi futuri, quia ſemper negabuntur, quorum ſe eſſe profiteatur ęternitas.

Conſiderandum etiam, quòd vis argumenti ſtat, quia dicitur ego ſum Deus Abraham. Si enim Abraham, Iſaac, & Iacob tunc non eſſent, ſed aliquando fuerant, non diceret Deus. Ego ſum Deus Abraham, ſed ego fui Deus Abraham, & tamen dixit, ego ſum, ergo tunc erant. Sic dicit Thephylactus. Abraham, &c. quaſi diceret, ſi ſemel redierunt in nihilum Patriarchę ne viuerent apud Deũ in ſpe reſurrectionis, non dixiſſet: Ego ſum, ſed fuerã, conſueuimus enim de rebus corruptis, & præteritis dicere, eram dominus huius rei, nunc vero cum dixerit, ego ſum oſtendit, quod viuentium eſt Deus, & Dominus.

I *Dato, quòd Abraham, Iſaac, & Iacob eſſent, quomodo ſequitur, quòd viuebant, ad hoc, quòd dicatur Deus eſt Deus viuorum, & non mortuorum. Quæſt. CCXVII.*

SED dicetur dato, ꝙ Abraham, & Iſaac, & Iacob eſſent, quando Deus erat Deus illorum, quomodo ſequitur, quòd viuebant, ad hoc, quòd dicatur Deus eſſe Deus viuorum, & non mortuorum.

Dicendum, ꝙ neceſſe eſt, ꝙ viuerent, quia eſſe cõuertitur in illis cum viuerent, quia vt dicitur 2. de Anima, viuere viuentibus eſt eſſe. Ergo cum Abraham eſſet de viuentibus, ſi erat, neceſſario viuebat.

Secundo, quia quocunque modo accipiantũ Abra-
K ham, & Iſaac, ſiue pro animabus, ſiue pro perſonis, ſi erant neceſſario viuebãt. Nam anima ſi eſt viuit, quia eſſe animę non eſt aliud, quam viuere, & nō eſt viuere ſuum accidentale, ſed ipſa eſt vita hominis, & ideo non poteſt eſſe, neque intelligi eſſe anima, quin intelligatur viuere. ſi accipiatur pro perſonis eſſe illorum erat viuere. Nam ſi homo vere ſit vere viuit, & non poteſt eſſe quin viuat, ſi autem reſpectu Dei ſit, reſpectu Dei viuit, quia cum eſſe eius ſit viuere, qualem modum eſſendi habet talem, & viuendi, & quantum habet de eſſe, tantum habet de vita, ſed habebant hoc modo eſſe in Deo, ergo habebant vitam in Deo.

Sed obijcietur, quòd male concludat Chriſtus illos viuere, quia non probat eos ſimpliciter viuere, ſed viuere

uere in Deo, vt dicitur Luc. 20. c. scilicet omnes enim viuunt, & tamen quantum ad vitam, quæ est in Deo non distinguuntur viuentia a non viuentibus, quia omnia viuunt in Deo Io. 1. c. quod factum est in ipso vita erat, idest omnia, quę facta sunt, scilicet creaturę sunt vita in Deo, idest viuunt, & tamen multa sunt de rebus non viuentia, ergo viuere in Deo non est viuere, & sic non probatur Abraham, Isaac, & Iacob viuere per hoc, quòd in Deo viuant.

Quid sit uiuere i Deo & Deo uiuere.

Dicendum, quòd aliud est viuere Deo, & aliud viuere in Deo. Viuere in Deo est habere exemplar in Deo, ꝙ sit vita, vel viuens. Viuere Deo est habere vitã in spe secundum, ꝙ Deus disposuit, licet in præsenti non habeatur. Primum competit omnibus entibus, secundum competit solis hominibus. De primo patet, quia omnia, quæ fiunt a Deo sunt, & prodierunt, tanquam a causa prima, & quia ipse non est agens a casu, sed agens propter finem, & secundum pręconceptionem, oportet poni cuiuslibet rei ab ipso faciendę exemplar, vel imitationem, aut formam quandam in eo, sicut est in cęteris artificibus, illa autem forma, vel exemplar est aliquid viuens, cũ sit ipse Deus, quia in Deo non est aliquid absolutum distinctum ab ipso, & quia res dicuntur esse in mente artificis eo modo, quo formæ illarum sunt in eo, ita & in Deo res quęlibet est eo modo, quo exemplar eius est, quia non habet res aliud esse in Deo, & tamen illud exemplar est aliquid viuens, ideo quęlibet creatura est aliquid viuens in Deo, immo est vita. Sic dicitur Io. 1. c. quod factum est in ipso vita erat. Et melius dixit vita, quam viuens, quia si diceretur viuens significaretur esse aliquid distinctum a Deo, & tamen nihil est in eo ab eo distinctum, sed quod est ipse est: Deus autem est vita, ideo quod in ipso est, vita est, quæ ipse est, & ita omnia creata, vt in Deo sunt, vita sunt, quæ ipse est. Sed ista prędicatio non est formalis, vel denominatiua, sed magis per causam, scilicet id quod est vita est in Deo, idest est a vita, quæ Deus est per formam exemplarẽ, quæ non est aliud, quam ipse Deus, & ideo, quæ taliter sunt vita non viuunt. Aliud autem est viuere Deo, & talia viuunt formaliter, & non per causam, sed imperfecte, quia viuunt in spe, vel in dispositione. Et ita homo, qui iam fuit, & iam non est, & de quo Deus disposuit, quòd aliquãdo rediret ad viuere, viuit Deo, & isti sunt, qui resurgẽt etiam, qui nondum nati sunt, & tamen Deus disposuit, quòd nascerentur, viuunt Deo, idest secundum Dei dispositionem, qui pręordinauit, ꝙ eos aliquãdo viuere faceret, & ob hoc cum plus sit viuere Deo, quã in Deo, quidquid viuit Deo, viuit in Deo, sed non conuertitur. Nam omnia entia viuunt in Deo, solę autem rationales creaturę, idest homines, qui nondum sunt, vel fuerunt, viuunt Deo, ergo quicunque viuit Deo, viuit in Deo, sed non è contrario, quia inanimata non possunt viuere Deo, quia non sunt aliquando animanda, & tamen viuunt in Deo, sicut omnia entia. Et scriptura distinxit istos duos modos loquendi, nam quando loquitur de omnibus entibus, prout habent exemplaria in Deo, dixit, quod factum est in ipso vita erat, quando autem loquitur de resurrecturis, siue mortuis, dicit, quòd omnes viuunt ei, Luc. 20. c. Et talem modum loquendi secuta est Ecclesia, quando orat pro mortuis, dicens: Regem cui omnia viuunt. Et non dixit, in quo omnia viuunt, cum solum pro mortuis ibi oretur, & nõ pro omnibus entibus, quæ in Deo habent esse, & vitam.

Cum aũt dicitur, ꝙ Christus non bene intulit, ꝙ resurrecturi erãt ex eo, ꝙ sic viuebãt dicẽdũ, ꝙ bene ꝯcludit. Nã non intulit, ꝙ Abrahã, Isaac, & Iacob viuũt in Deo, quia talia non resurgunt, sed quod viuunt Deo, & ideo necesse est tales resurgere.

A *Quare Christus allegando auctoritatem ad probandam resurrectionem, nominauit istos tres Patriarchas.*
Quæst. CCXVIII.

QVAERETVR quare Christus allegando auctoritatem ad probandum resurrectionem dixit Deus Abrahã, &c. nominando istos tres Patriarchas.

Aliqui dicunt, quòd voluit ostendere Deum esse Deum omnium hominum, & quia homines tripliciter gignuntur a Deo, posuit istos tres Patriarchas ad significandum tres modos generationum. Sic dicit Augustinus super Ioannem. A Deo specialiter Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob dicitur, quia in B istis tribus omnes modi generationis filiorũ demõstrantur. Generat enim Deus multoties de bono prędicatore bonum filium, & de malo malum, quod significatur per Abraham, qui de libera vxore fidelẽ filium habuit, & de ancilla infidelẽ filiũ genuit. Aliqñ vero generat ꝑ bonum ꝑ̄dicatorẽ bonũ & malũ filium, quod significatur in Isaac, qui de libera vnum bonum, & alterum malum generauit. Aliquando generat bonum per bonum, & malum per malum prædicatorẽ, quod significatur per Iacob, qui bonos filios genuit de liberis, & de ancillis.

Sed dicendum, ꝙ ista ratio mystica est, scilicet tropologica, & non literalis, quia non erat istud ad C propositum resurrectionis, quam Christus confirmare volebat. Secundo ergo dicunt alij, ꝙ posuit hoc Christus ad innuendum trinitatem personarum, & naturę vnitatem. Sic dicit Hieronymus, scilicet cum autem dicit Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ter Deum nominando trinitatem intimauit, cum autem dicit non est Deus mortuorum vnum Deum iterans vnam substantiam significauit.

Sed dicẽdum, ꝙ licet nos, qui scimus, & credimus trinitatem, & vnitatem esse possimus intelligere per ista vnitatem, & trinitatem, tamen Christus non intendebat hoc designare. Quod patet, quia propositũ suum erat probare resurrectionem, & non trinitatẽ, & vnitatem cum ait: De resurrectione autẽ mortuo- D rum non legistis.

Etiam non erat conueniens probatio trinitatis per hęc. Vnde si Christus per istud vellet probare trinitatem personarum in diuinis non esset conueniens argumentum, quia Abraham, Isaac, & Iacob sunt aliquid distinctum, & separatũ a Deo, ideo trinitas istorum non probat trinitatem Dei. Nam etiam bene diceretur Abraham, & Isaac, & Iacob, & Moysi, & tamen arguẽdo sic probaretur quaternitas suppositorũ diuinorum, quod est absurdum, & cum Deus non solum sit Deus Iudæorum, sed etiam gentilium, ad Ro. 3. c. quot sunt Hebręi, & Gẽtiles tot probarentur esse supposita.

Item etiam si cum vnitate diuinę essentię esset vnitas diuini suppositi, sicut Iudæi putant, adhuc esset ve- E rum, quòd est Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ergo id quod stat cum vnitate suppositi, non probat pluritatem suppositorum, nõ est ergo ista causa, quare sic Christus nominauit istos tres Patriarchas. Tertio dicendum, & ista est veritas, ꝙ Christus dixit de istis tribus Patriarchis, quia ita scriptum erat, & si aliter scriptũ esset aliter allegasset: volebat enim Christus probare per auctoritatem aliquam scripturę futuram esse resurrectionem, & hoc voluit per auctoritatem ex libris Moysi, quia nullos alios libros recipiebant Sadducęi contra quos ipse arguebat. Prima autem auctoritas, quæ occurrit in libris Moysi ad probãdum resurrectionem est illa, in qua Deus se vocat Deum Abraham, & Isaac, & Iacob, ideo illam allegauit. Et procedit probatio ex illa inquantum illi erãt

3. opin. auctoris.

mortui, q̃ñ Deus hoc dixit, & tñ dixit, ego sum Deus Abraham, &c. Et non dixit ego fui, ergo in pręsenti sum Deus Abraham, & ita Abraham in pręsenti est, & Isaac, & Iacob. Et si sunt, ergo resurrecturi sunt. Sępe aũt, sic Deus loquit̃, & tñ hoc fuit in prima vice, s. q̃ñ locutus est Moysi apud rubum ardentem, & hoc Marcus, & Lucas expresserunt, quia Mar. 12. c. dr̃: De mortuis autem, ꝙ resurgãt nõ legistis in libro Moysi super rubũ, q̃ñ dixerit illi Deus: ego sum Deus Abraham, & Luc. 20. c. dr̃, quia vero mortui resurgant, & Moyses ostẽdit secus rubum, &c. & tñ dicendum, ꝙ quantum ad probationem, quam Christus facere volebat accidit, ꝙ ponerentur isti tres Patriarchę: Nam si vnicus eorum nominaretur, illum solum nominaret, & sufficeret ad probationem, vt si Deus dixisset, ego sum Deus Abrahã. Nam Abraham iamdiu mortuus fuerat, & tñ dicebat, ego sum Deus Abraham, ergo Abraham tunc erat, quia Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium, & ita sufficienter probaretur resurrectio nominato vno illorum, sed tunc cõcluderetur Deus non est mortui, sed viuentis, & ad idem pertinet, nõ igitur nominauit tres istos propter aliquod mysteriũ, vel causam, sed solum, quia auctoritas illa, quam allegare debuit pro resurrectione probanda ponebat illos tres, & voluit fideliter recitare verba ne calumniarentur Sadducęi, ꝙ non procedebat probatio mutata litera, vel sensu eius.

Quare Deus loquens de istis Patriarchis dixit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & non dixit. Deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Quæst. CCXIX.

Sed quęretur, quare Deus loquens de istis Patriarchis dixit, ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, & nõ dixit ego sum Deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Aliqui dñt, ꝙ hoc factum est, ad ostendendam excellentiam istorum Patriarcharum, s. ꝙ quilibet ipsorum tam perfectus erat, ꝙ totum Deum habebat, quod non significaretur si diceretur Deus Abraham, Isaac, & Iacob, quia quilibet videretur habere partem Dei. Sic dicit Origenes. Vide, quia non dixit ego sum Deus Abraham Isaac, & Iacob, sed Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob, in alio aũt loco dixit Deus Hebręorum misit me ad te. Quæ.n. perfectissima sunt circa Deũ, quantum ad comparationem cęterorum hominum totum hñt Deum, propterea non communiter, sed singulariter eorum dr̃ Deus, vtputa si dicatur, ager ille illorum est, ostendimus ꝙ vnuquisque eorum nõ habet eum in totum. Si aũt dicimus, ꝙ ager ille illius est, demonstramus, ꝙ totum agrum possidet ille. Vbi ergo dr̃. Deus Hebræorum imperfectio monstratur eorum, quia vnusquisque eorum aliquid modicum de Deo habebat. Dicitur aũt Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob, quia singuli corũ totum habebant Deũ.

Sed dicendum, ꝙ non multũ differt, sic aut sic dici, quia in alijs, vbi non est ista perfectio habendi Deum, fit ista distinctio, vt Exo. 15. c. iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum, & tñ ibi non significabatur perfecte Deum pertinere ad loquentem, & ad patrem suum, cum locutio illa fieret nomine cuiuslibet de populo.

Quomodo dicitur, quòd Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium. Quæst. CCXX.

Qvaeretvr quomodo dicitur, ꝙ Deus non est Deus mortuorum, immo videtur, quod sit Deus mortuorum, quia Deus est iudex mortuorum,

F ergo est Deus mortuorũ patet Act. 10. cum dicitur, cõstitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum.

Dicendum, ꝙ Deus absolute dicitur, & nõ est nomen, quod dicitur ad alterũ, sed dicitur Deus alicuius, idest dominus eius, vel possidens eum, vel habens super eum aliquem modum causalitatis, super non ens autem non est causalitas, ideo Deus non est Deus nõ entis. Si autem mortuus est non ens simpliciter, Deus non erit Deus mortuorũ. Si vero mortuus est aliquo modo ens: Deus erit Deus mortuorum.

Pro quo sciendum, ꝙ aut accipitur mortuus pro partibus, aut pro supposito, si pro partibus dicendũ, ꝙ mortuus est aliquid vere, quia anima eius vere est, & corpus etiam materialiter aliquid est cum nõ redeat in nihilum, & ita Deus est mortuorum. Si vero accipiatur pro supposito, aut consideratur realiter, aut in spe, vel diuina dispositione. Accipiendo realiter mortuus nihil est, nisi inquantum manet in opinione nostra, & secundum illud esse, quod leue est, accidit leuiter fęlicitari, vel infęlicitari, vt ostendit Aristo. 1. Ethi. c. pronepotum autem fortunas. Et hoc modo Deus non vocat se Deum mortuorum, quia vere nihil sunt. Si autẽ accipiatur in spe, vel dispositione diuina, mortuus aliquid est, quia Deus disponit, vt ille, qui mortuus est, aliquando sit ille idem, qui prius erat.

Ad rationem in contrarium dicẽdum, ꝙ mortuus distinguitur contra viuentem, ideo quot modis dicit̃ vnum, dicitur & alterum. Viuens dicitur vno modo, quod actualiter vitam habet, & tunc mortuus dicit̃, qui actualiter vitam non habet, qualitercunque se habeat, idest siue aliquando habiturus sit, siue non. Alio modo viuẽs dicitur, quod vitam habet saltem in spe, vel in diuina dispositione, & tũc mortuus dicitur, qui neque in re, neque in dispositione diuina viuit. Accipiendo primo modo viuens, & mortuum dicendũ, ꝙ Deus est iudex mortuorum, & etiam Deus mortuorum, quia sic mortuus aliquod esse habet, scilicet in diuina dispositione. Accipiendo secundo modo Deus est iudex solum viuorum, & non mortuorum, neque etiam est Deus mortuorum, quia mortuus sic nihil est cum actualiter non sit, neque aliquãdo futurus sit, & tales essent mortui, si nunquam resurrecturi essent, & tunc Deus non vocaret se iudicem mortuorum, & taliter dicit hic, ꝙ non est Deus mortuorum, scilicet eo modo, quo Sadducęi putabant mortuos esse, quia illi nullum modum essendi, aut viuendi hñt, scilicet neque in re, neque in spe, & ita probat, ꝙ aliquem modum essendi habebant, licet mortui essent cum Deus se dicat Deum illorum, & consequenter resurrecturi erant, quod Christus probare intendit. Nam ille modus essendi non erat, nisi ꝙ in diuina dispositione esse habebant.

Quare dicitur, quòd turbæ miratæ sunt in doctrina Christi. Quæst. CCXXI.

K Qvaeretvr quare dicitur, ꝙ turbę miratę sunt in doctrina Christi audientes eum respõdentem. Dicendum, quòd admirabantur vno modo, eo quòd Christus valde subtiliter respondebat. Nam ex eo, ex quo volebant probare resurrectionem nõ esse, scilicet ex libis Moysi, probauit Christus illam esse, & ista erat magna abundantia sapientię.

Secundo, quia Christo respõdente Sadducęi nihil sciuerunt obijcere, magna autem vis respondẽtis est, quando eo respondente arguens nõ habet quicquã, quod obijciat, & ita fuit hic, quia licet magna opera data ad hoc fecissent Sadducęi istud argumentum, quod insolubile putabãt, ita Christus statim respõdit ad

ad hoc dissoluens eorum tendiculas, quòd nõ habuerunt quid vltra obijcerent.

Tertio fuit, quia audierunt turbę rem eis nouam. Nam ista contentio de resurrectione fuerat ab antiquo inter Phariſęos, & Sadducęos aſſerentibus Phariſęis resurrectionem eſſe Sadducęis autem negantibus, & nunquam potuerũt Phariſęi conuincere Sadducęos ratione, vel auctoritate, ita vt eis silentium imponerent: Christus autem, ita obstruxit ora eorũ, ꝙ nihil potuerunt respondere obijciendo. Sic dicitur infra in littera, scilicet Phariſęi autem audientes, ꝙ silentium imposuiſſet Sadducęis, &c.

Quarto fuit (vt aliqui volunt) admiratio lętitię, scilicet ꝙ gaudebant turbę de hoc, quòd Christus conuicerat Sadducęos, erãt enim turbę illę Christo beniuolę cum audirent attente doctrinã eius, & ideo cũ viderent, quòd ipse superabat aduersarios suos gaudebãt valde, & hęc erat admiratio earum, sic dicitur Luc. 13. c. vbi Christus cõfutauit dicta Archisynagogi, & sequitur, cum hęc diceret erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo. Et sic dicit Remigius: Non quidem Sadducęi, sed turbę mirantur hoc, & quotidie agitur in Ecclesia, cum enim diuina inspiratione aduersarij Ecclesię superantur, turbę fidelium lętantur.

An futura sit resurrectio. *Quæst.* CCXXII.

QVONIAM autem supra de resurrectione Christus dixit, occurrunt aliqua dubia circa illã, primum est, an sit futura resurrectio.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia Christus probans resurrectionem induxit in litera auctoritatem illam, scilicet ego sum Deus Abraham, &c. Sed constat, quòd Abraham, Isaac, & Iacob non erant tunc, qñ Deus locutus est, neque quando Christus allegauit auctoritatem illam, nisi quantum ad animam, ergo resurrectio, de qua Christus loquitur, non est corporum, sed solum animarum, illa autem non est resurrectio, ergo non est futura resurrectio.

Secundo, quia Iob. 4. dicitur: Hõ cũ dormierit, nõ resurget, donec cęlum atteratur, sed cęlum nunquã atteretur, ergo nunquam erit resurrectio. Patet antecedens, quia minus videtur, ꝙ cęlum atteratur, quam ꝙ terra, & tamen terra, nunquam attereretur, quia terra in ęternum manet: Ecclesiastes 1. cap. ergo cœlum, nunquam atteretur.

Tertio patet, quia Apostolus 1. Corin. 15. vbi probat resurrectionem ponit neceſſitatem eius ex remuneratione laborum, quos hic homo tolerat pro Christo, dicens, si in hac vita solũ sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus, sed sufficiẽs remuneratio laborum omnium potest eſſe in anima, ergo nõ oportet poni resurrectionem corporum. Patet hoc, quia ad perfectam remuneratione͞ non oportet, quòd instrumeptum remuneretur cum agente, sed satis est remunerari agens, corpus autem est instrumentum animę agentis, ergo non oportet resumi corpus. Item patet hoc, quia sicut se habet anima ad tolerandum malum pro malis, quę egit, ita se habet ad recipiendum prēmium pro bonis, & tamen anima sola sufficienter punitur pro malis, quæ commisit dum eſſet in corpore, vt patet de pęnis purgatorijs, in quibus solę animę puniuntur, ergo ita erit ad premium vitę ęternę, & ita nõ erit neceſſaria resumptio corporum, sed sola animarum resurrectio erit, idest de pęna in gloriam.

Quarto, quia vltimum rei est perfectiſſimum eius, quia finis est optimum rei, & tamẽ finis est vltimum

A rei, quia post finem adeptũ non mouetur ad aliquid, sed perfectiſſimus status animę est, vt sit a corpore separata, quia quanto magis Deo similatur perfectior est, sed quanto est magis separata est magis spiritualis, & Deo conformis, & separata ab omni extranea natura, ergo separatio a corpore erit animę vltimum bonum, & status eius, & consequenter ex hoc statu non redibit ad corpus, quia rediret ad fieri imperfectiorem, sicut qui est vir efficeretur fęmina, ergo non erit resurrectio.

Quinto patet, quia mors corporalis eſſet homini in pęnam indita pro prima pręuaricatione Gen. 3. sicut, & mors spiritualis, quæ est separatio a Deo est in-

B flicta homini pro peccato mortali, sed de morte spirituali, nunquam reditur ad vitam post sententiam damnationis acceptam, ergo neque de morte corporali ad vitam corporalem erit regreſſus, & sic non erit resurrectio.

Dicendum, quòd ponenda est resurrectio corporum, sicut Christus aſſeruit hic. Sed circa hoc considerandum, quòd cum resurrectio non poſſit fieri sine miraculo, & miracula non debent poni sine neceſſitate, non est ponenda resurrectio, nisi aliquid oñdat neceſſitatem illius. Neceſſitas autem ponendi illam, vel non, pendet ex positione finis vitę humanę, nam si resurrectio ponenda est, hoc erit, vt ibi perfecte consequamur bonum humanum, quod hic aſſe-

C qui non contingit. Si autem contingeret ꝑfecte poſſe consequi hominem omne bonum suum superuacuũ erat aliam vitam dare post mortem, quia nihil erat, quod iam ibi expectaretur, sed aliqui sunt qui ponũt totum bonum, & finem humanę vitę haberi poſſe hic, ideo consequens fuit, vt isti negarent resurrectionem. Sed dicendum, quòd ista positio non est satis rationabilis, quia fęlicitas est finis vitę humanę, & illa est bonum impermixtum malo, cum sit maximum bonum, sed hic non contingit hominem consequi tale bonum, quia ad hoc multa habet impedimenta, ergo non est bonum humanum vltimum in hac vita. Patet, quia aduersitas, & mutabilitas fortunę, & corporis infirmitas, & quotidiana corruptio, & imper-

D fectio scientię ad res optimas, quæ sciri poſſent, & virtutum imperfecta exercitatio, quæ hominem consequuntur in hac vita, impediunt beatitudinem, vt inducit Augusti. circa finem libri de Ciuitate Dei, & tamẽ ad fęlicitatem oportebat saltem firmitatem quãdam in virtute habere, quod vt dicitur 1. Ethico. non poſſumus dicere fęlicem debiliter firmatum, & camaleonta quendam.

Alij putant hominem non consequi omne bonũ in hac vita, quod consequi poſſit, & tamen non dant ei aliam vitam post istam, eo quod resurrectionem fieri poſſe non putant, quia non credunt, quòd nulla causa est, quæ ad hoc sufficiat, & si illam causam scirent, statim confiterentur resurrectionem. Huius opinionis sunt plurimi Philosophorum, & etiã Sadducęi

E hoc credebant. Vnde quando Paulus prædicauit resurrectionem Athenis in Areopago Philosophorũ: Epicuri irridentes eum vocauerunt eum seminiuerbium, & annunciatorem nouorum dęmoniorum: Actu. 17. c. hoc autem accidebat istis, quia nesciebant eſſe potestatem aliquam, quæ hoc faceret, sic enim aliqua negant Philosophi fieri, non quidem, quod ex seipsis sint impoſſibilia, vel fieri ea includat aliquod inconueniens, sed quia non est potentia, quæ poſſit in illa. Sic dicit Aristo. 1. de Cœlo, & mundo, quòd ideo terra non mouetur, quia non est aliqua potentia potens eam expellere de medio mundi. Occasio autem credendi hoc erat Philosophis, ꝗa non putabant eſſe aliam potestatem vltra naturalem, neque eſſe aliam actionem

Felicitas est hũanę vitę finis.

Quare terra nõ moueatur secundũ Ari.

actionem vltra naturalem, & ideo illa, ad quæ non
sufficeret naturalis potestas, & operatio, esse simpli-
citer impossibilia asserebant, & hoc rursus putabant,
quia non viderant ipsi vnquam aliam operationem
vltra naturalem, neque habebant quid eos moueret
efficaciter ad ponendum talem potestatem, & iste est
error communior. Et in hoc etiam Sadducęi errabāt,
& ideo Christus contra negantes resurrectionem di-
xit, quòd fiebat ex errore, & illum errorem dixit pro-
uenire ex duobus, scilicet ex ignorantia scripturarū,
& virtutis Dei, vt patet supra in litera, scilicet erratis
nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Nos autē
circa hoc errare non possumus, quia scripturas noui-
mus, quæ hoc asserunt, & virtutem Dei scimus infi-
nitam esse, & ideo sufficere ad faciēdam resurrectio-
nem. Sed rursus istam virtutem ex scriptura nouimus.
Nam per miracula, quæ Deus fecit, scilicet quia crea-
uit sęculum, & multa alia, de quibus in scriptura, quæ
non sunt minora, quā suscitatio mortuorum, scimus,
quòd mortuos suscitare potest. Sed quia aliqui Pha-
risęi videntes, quòd oporteret dari homini bonum
suum, quod est fęlicitas, cum appetitus naturę, qui est
ad fęlicitatem non sit inanis, primo Ethicorum. Et
non dabant illud homini post mortem, quia non erat
post mortem homo, nisi resurgeret, resurrectionem
autem ponere non audebant, quia non inueniebant
potestatem, quę posset resurrectionem facere, coacti
sunt ponere, quòd homo haberet hic totum bonum
suum, & ita videtur sentire Arist. 1. & 2. Ethicorum, *Hominum beatitudo secundum Aristo.*
& magis vult concedere hoc inconueniens, scilicet
quòd hō habeat imperfectam beatitudinem, quam
quòd resurrectionem ponat, cuius causam effectiuā,
& modum dare nescit. sentit ergo ipse, ꝙ beatitudo
secundum rationem suam perfectam habet perpe-
tuitatem, & immobilitatem absolutam, & secundū
hanc rationem vult non posse beatitudinem homini
accidere, sed possibile est hominem esse in aliqua par-
ticipatione eius licet modica, & ex hoc dici beatum,
& ideo non oportet hominē esse beatum perpetuū,
& immutabilem simpliciter, sed secundum conditio-
nem humanę naturę. Vnde ait, beatos autē dicimus,
vt homines 1. Eth. 1. homines beati sunt non quidem
simpliciter, vt dij, sed beati, vt homines, idest eo mo-
do, quo possibile est hominem participare beatitudi-
nem. & ita magnam angustiam sustinet, qui vt sequatē
rationem cogitur ponere hoc inconueniens, scilicet
quòd beatitudo hominis sit imperfecta, & tamen si
ipse sciret, quomodo homo posset effici immortalis,
& resurgere, cum posset ei tunc accidere beatitudo
perfecta, simpliciter assereret resurrectionē, & talem
beatitudinem.

Alij autem negauerunt resurrectionem, quia fun-
damentum eius abstulerunt, fit enim resurrectio per
reunionē animę ad corpus a quo soluta est, vt redeat
idem homo numero, qui prius. ergo qui ponunt ani-
mā corruptibilem necessario negabunt resurrectio-
nem, sed multi ponunt animam corruptibilem, sicut
illi, qui ponunt eam esse vim organicam, vel cōple-
xionem, aut qualitatem materialem, vel harmoniam
quandam corporis, de quibus multa dicuntur 1. de
Anima, ergo tales nō possunt concedere resurrectio-
nem. Talis fuit positio insipientium, de quibus Sapiē.
2. c. qui dixerunt spiritum suum esse fumum, & aerē
motum, qui diffunditur, & ideo dixerunt consignatū
esse reditum, & neminem reuerti ab inferis eodem
c. sic etiam errauerunt Sadducęi, qui animam pone-
bāt esse corruptibilem in eo, quòd negabant spiritus,
& Angelos Actu. 23. & non dicebant animam hu-
manam esse spiritum aliquem, qui posset manere se-
paratus a corpore, sed perire cum corpore, & ideo ta-

F les necessario dicerent resurrectionem esse impossibi-
lem, cum non maneat anima, quæ debet reuniri. Si
autē alia anima illi corpori vniatur, siue de nouo crea-
ta, siue quæ fuerit alterius corporis, non erit idem ho-
mo, qui prius, quia non manent eędem partes essen-
tiales. Sed contra hos Christus probauit esse resurre-
ctionem, & manere animas allegando illud dictum:
Ego sum Deus Abrahā, nam sequebatur inde, quòd
Abraham, qui erat mortuus, viueret, & hoc erat quā-
tum ad animam, & quantum ad diuinam dispositio-
nem. Alij autē negant resurrectionem, ponunt enim
aliam vitam esse post istam, in qua dicunt homines vi-
uere solum secundum animam, & hanc vitam dicūt
G sufficere ad habendam plene humanam beatitudinē,
& implendum naturale desiderium, & non solum di-
cebant non esse necessariam corporis vnionem ad il-
lam vitam beatam, immo esse contrariam, ita sensit
Porphyrius, vt refert Augu. 10. de Ciuitate Dei, scili-
cet ad hoc, quòd anima sit beata, omne corpus fugiē-
dum est. Sed hęc positio diuersa motiua habet. Quidā
enim posuerunt omnia corporalia esse a malo Deo,
& spiritualia a bono Deo, & non esse idem principiū
omnium, & quia ad hoc, quòd res sit summe perfecta
debet ei esse bonum impermixtum malo, sed anima
bona est, quia a bono Deo, corpus autem malū, quia
a malo Deo: Ideo ad hoc, quòd anima perfecta esset,
oportebat eam separari a corpore, vt sic esset separata
H ab omni malo. Etiam quia quælibet res perficitur in
suo principio applicando eam ad illud, & principium
animarum est Deus bonus, non potest autem appli-
cari ad illum quandiu corpus habet sibi coniunctum,
quod malum est, & pertinens ad malum Deum, ideo
vt fęlix sit, fugiendum est omne corpus, & ideo om-
nes sectę hęreticorum, quæ ponunt corporalia à dia-
bolo esse creata, vel formata, sicut Manichęi, & simi-
les negant corporum resurrectionem. Sed fundamē-
tum horum absurdum est, quia vnicum est primum
rerum omnium vniuersale principium, a quo tā cor-
poralia, quam spiritualia sunt.

Alij dicunt animam per se solā beatam effici posse,
quia putant totam naturam hominis in anima con-
sistere, scilicet quòd corpus nō sit pars essentialis ho-
I minis, sed anima sit ipse homo, corpus autem, neque
est homo, neque pars hominis, sed instrumentū ani-
mę, quo ipsa vtatur esse dicunt, sicut nauta vtitur naui
intra eam existens, & homo rota, intra quam claudit,
& ipse illam per motum suum mouet, & ideo cum
tota essentia hominis inueniatur in anima, poterit aīa
per se existens beatificari, & sic non erit necesse po-
nere resurrectionem ad beatitudinem hominis. Sed
istam positionem destruit Aristot. 2. de Anima ostē-
dēs, ꝙ anima vnitur corpori, sicut forma materię, &
non sicut instrumentum, aut alio modo. Dicendum,
ergo cum in hac vita non eueniat homini naturalis
desiderij complementum, & tamen illud non possit
frustrari saltem generale, ꝙ post hanc vitam sit hō
K futurus felix, & hō homo non constat ex sola aīa, sed
ex vtroque, & non pōt constare ex ambobus, nisi reu-
niantur, ergo est resurrectio, ergo necesse est dari re-
surrectionem corporum. Item, quia Iob 19. c. clare dr:
Scio, ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de
terra surrecturus sim, & rursus circūdabor pelle mea.
Et alię multę auctoritates Sacrę scripturę hoc ostēdūt.
Item, quia donū Christi maius est, ꝗ peccatū Adę,
sed mors per peccatum introducta est, ergo donum
Christi sufficiet ad tollendū penitus mortem, & hoc
erit qn̄ facta resurrectione iam nemo morietur. Patet
hoc ad Ro. 5. ca. per vnum hoīem peccatum intrauit
in hunc mundum, per pctm̄ aūt mors. De maioritate
doni Christi dr̄ ibi. 1. si in vnius delicto mors regnauit
per

per vnum, multo magis accipiētes abundantiam donationis, & iustitię in vitam regnabūt per vnū Iesum Christum. Item membra debent conformari capiti, sed caput nostrum Christus viuit in ęternū in corpore, & anima ad Ro.6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, ergo & nos oēs, qui sumus mēbra eius resurgemus, vt viuamus in ęternum. Item auctoritates multę noui testamenti illud oñdunt, vt patet 1.Thessa.4. & maxime 1.Corin.15.c.s. Si Christus prędicatur, ꝙ resurrexit a mortuis, q̄o quidam dicunt, ꝙ resurrectio mortuorum non est, quoniam si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est, & fides nostra, ergo de necessitate fidei est tenere, ꝙ sit resurrectio.

Adhuc autem prętor rationes suprapositas alię ad hoc inducunt, anima enim se habet ad corpus, vt forma dans esse secundum essentiā suā, & est, vt pars, est ergo ꝯ naturalem inclinationē animę esse extra corpus, quia pars naturaliter est ad totū, sed quod est ꝯ naturam, nunq̃ est perpetuum, quia est, sicut violētū, iō anima non poterit in ęternum manere a corpore separata, sed aliquādo reunietur, & hęc erit resurrectio.

Item naturaliter tendit quęlibet res in suam perfectionem, & nunq̃ fraudatur tota species fine intento, sed quęlibet anima separata manens est aliquid imperfectum cum sit pars, ergo naturaliter desiderat redire ad corpus, & ita aliquando redibit, & illud erit resurgere. Item ex diuina prouidētia debetur malis pęna, & bonis prēmiū, sed homines ex corpore, & anima constantes peccant, aut bene agunt, ergo taliter existentes recipient pręmium, aut pęnam, sed in hac vita, neque boni recipiunt pręmium bonorum operum, cū potius è contrario boni, vt communiter affligantur, & calumnias patiantur, mali autem non solum non puniuntur, sed potius ipsi bonos premunt, & honoribus fulgent, & ipsi diuitias obtinent, vt conqueritur ꝓpheta Psal.72.s. Quod bonus Israel. Et Iob. 21. Ergo oportet dari aliam vitam, in qua homines constent ex anima, & corpore, & ibi recipiant retributionem pro bonis, & malis.

Sed aliqui dicunt, ꝙ verum est, ꝙ resurrectio futura erat, sed non est resurrectio corporum, sed solum animarum, & quia resurgere est de morte ad vitam redire, & anima mortem quandā incurrit, s. culpę, q̄ñ illa ad vitam gratię redierit, dicunt eam resurgere, & de tali suscitatione loquitur Apostolus ad Ephe.5.c.s. surge, qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, & est illa illuminatio ad tollēdum tenebras mentis, quę sunt tenebrę peccati, & ideo dicunt non futuram esse aliam resurrectionem, quæ sit corporū.

Et isti hęretici fuerunt in principio Ecclesię primitiuę, & eos redarguit Paulus 2.Timo.2.c.s. Profana, & vaniloquia deuita, multum enim proficiūt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer serpit, ex quibus est Himenęus, & Philetus, qui à veritate fidei exciderūt, dicentes resurrectionem iam factam esse. Quod non poterat intelligi, nisi de resurrectione spirituali, quia de corporali manifestum est, ꝙ nondum facta fuerat, ergo Apostolus manifeste ostendit esse contra veritatem fidei dicere esse resurrectionem spiritualem, & negare corporalem.

Item manifestum est, ꝙ resurrectio, quā fides asserit sit corporalis, quia Apostolus 1.Corin.15. dicit seminatur corpus animale, surgit spirituale. Et rursus ait: Oportet corruptibile hoc rursus induere incorruptionem, & immortale hoc induere immortalitatem, ergo corpus est, quod resurget.

Item Christus videtur ponere vtranque resurrectionem, idest spiritualem, & corporalem Io.5. cum

A ait: Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Quod videt̄ de spirituali resurrectione intelligendum, quę tūc fieri incipiebat, dum homines per fidem Christo adhęrebant, & iustificabantur. Et postmodum corporalē resurrectionem exprimit, dicens: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, sed in monumentis sunt corpora, ergo illis reunientur animę, & audient vocem vocantis ad resurrectionem, & iudicium.

Est ergo dicendum, ꝙ de necessitate fidei est ponere resurrectionem corporum. Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ verum est, ꝙ non resurget homo, donec atteratur cęlum, & tamen ipsum atteretur
B non quantum ad substantiam, vel mutationem alicuius qualitatis eius, vel diminutionem, aut augmentum, quę est mutatio per intrinsecum, sed atteretur quantum ad effectum virtutis, quam influebat in ista inferiora, secūdum quam faciebat ad generationem, & corruptionem horum inferiorum. Et hoc modo dicimus mundum immutari, vel pręterire 1.Corin. 7.c. scilicet præterit figura huius mundi, idest non substantia. Q̄ño cęlū atteretur.

Ad secundum dici pōt vno modo, ꝙ Christus oñdit ibi vitam Abrahę, & Isaac, & Iacob, non quantum ad animam solum, sed quantum ad corpora, quia nō
C est anima Abrahę ipse Abrahā, & iō Christus voluit dicere, ꝙ Abraham, & Isaac, & Iacob erāt, vel viuebāt, vt sunt quædam personę, & tamen vita eorum non erat actualis, sed in diuina dispositione, vt dicit Hiero. Vel erat vita eorum in ordine vtriusque partis cuiuslibet eorum ad resurrectionem, & ita non loquitur de resurrectione animarum, sed corporum.

Aliter potest dici, ꝙ etiam accipiendo ibi Abrahā, Isaac, & Iacob pro animabus eorum infertur inde resurrectio corporalis, quia dato, ꝙ Christus probaret ibi Abraham viuere, idest animam eius esse non intendebat hic assistere, sed per hoc volebat probare resurrectionem, ergo resurrectio plus erat, quam vita animę, cum ad resurrectionem præsupponatur vita
D animę, & ita Christus vult tunc sic arguere: Sadducęi negabant resurrectionem, quia præsupponebant animam non manere post corpus, cum negarent omnē spiritum, & si anima non esset spiritus non poterat manere, supposito autem, ꝙ anima maneret soluto corpore nulla difficultas erit eis concedere resurrectionem, ideo Christus probat, ꝙ animę maneant, & hoc probauit, dicens, ꝙ Abraham, & Isaac viuebant postquam mortui erant, scilicet quia eorum animę manebant.

Ad tertium dicendum, ꝙ causa præcipua quare resurrectio fiat, est, vt recipiant homines pręmia, aut pęnas sufficienter pro eis, quę gesserunt. Cum autem dicitur, ꝙ sufficienter poterit recipi bonum, vel malū in anima separata. Dicendum, quòd non est verum,
E & hoc propter duo. Primo, quia argumentum istud innititur falsitati, scilicet quia volunt, quòd anima sit operans, & corpus sit instrumentum, & tamen corpus non est instrumentum. Procedit enim hoc ex positione Platonica, quæ habet, quòd anima habeat totam naturam speciei, idest ipsa sit homo, corpus autē sit instrumentum, quo illa vtitur. Et tunc verum est, quòd non oporteret reuniri ei corpus ad præmium, quia instrumento, neque debetur pœna, neque pręmium. Secundo supponunt falsum, quia dicunt animam esse operantem bonum, vel malum, & falsum est, quia anima non est suppositum, sed operans suppositum est, hoc autem est homo solus, ergo homo est operans bonum, vel malum, & ita ipse debet recipere pręmium, vel pęnam, & tamen homo non est,

est,nisi constans ex anima,& corpore, & hoc non redit postquam dissolutum est, nisi per resurrectionẽ, ergo resurrectio corporũ est necessariũ. Et licet pręmium,& pęna sint causa potissima resurrectionis, nõ resumitur corpus in resurrectione, vt ipsum recipiat pęnam,vel pręmium,quia neutrum per se potest, sed ideo resumitur, quia sine illo non potest consistere homo,qui est pręmiandus, vel puniendus. Cum aũt obijcitur, quòd anima potest recipere sufficiẽter pęnam,& pręmium. Dicendum ꝙ si loquimur de potestate quantum ad capacitatem, idest quòd sit capax totius illius pręmii, vel pœnę, quæ dari debeant pro bono,vel malo opere,verum est,& tamen non est iustum,ꝙ ei inferatur ista pęna,vel præmium,quia cum inferatur pro opere, debet inferri operanti,cum peccata, & pęnę debeant tenere suos actores, sed anima non est operans,vt dictum, ideo non est iustum,ꝙ ipsa recipiat retributionem pęnę, vel præmij. Cum autem dicitur, ꝙ ipsa sola recipit pęnam purgatoriam pro malis, quæ hic gessit homo.

Dicunt aliqui,& hoc est commune dictum,s.ꝙ pęnę purgatorij sunt pęnę peccatorum venialium, ipsa autem venialia non dicuntur peccata simpliciter, sed magis sunt dispositiones quædam peccatorum, idest ad peccandum, & ita pœna, quæ eis redditur in purgatorio non est simpliciter retributio, sed dispositio quędam ad vitam ęternam,& loco huius pęnę respõdet alia ex parte corporis, scilicet incineratio.

Sed dicendum, ꝙ hoc non stat. Primo,quia pœnę purgatorii non solum sunt pro peccato veniali, sed etiam pro reliquiis mortalium, & illa sunt peccata, scilicet si satisfactio, quæ pro illis non fuit hic expleta. Secundo,quia damnati pro mortalibus damnanť, & tamen animę damnatorum patiuntur nunc pęnas apud inferos sine corporibus, & pro peccatis mortalibus. Tertio,quia licet pęnę purgatorię non sint simpliciter retributio,pęnę, tamẽ inferni sunt retributio simpliciter, quia post illas nullum aliud malum speratur, & tamen animę sine corporibus existentes, tolerant nunc illas pęnas, ergo non fit,quod dictum est de pęnis purgatoriis,quasi illę non sint retributio.

Quarto, quia sicut se habet pœna ad peccatum,ita & præmium ad bonum opus,si igitur anima sola non debet recipere retributionẽ pœnæ pro peccato, neq; debebit recipere retributionem præmii pro virtute, & tamen recipit, quia animæ solutæ corporibus sunt nunc in vita æterna, vbi sunt vere felices,& non sunt aliquando habituræ aliud præmium,quam quod nũc habent,neque etiam istud erit maius,quam nunc est, quia nullus gradus beatitudinis, vel præmii essentialis accrescet animabus in resurrectione,ergo poterit anima separata recipere pęnas in retributionem pro peccato,cum præmium recipiat pro virtute.

Quinto, quia nõ videtur facere ad propositũ,quod dicitur,s.ꝙ loco pęnę, quam patitur anima in purgatorio succedat in corpore ipsa incineratio, nam aĩa in purgatorio aliquid vere patitur, sicut & in inferno,ꝑ incinerationem autem nihil patitur corpus,ideo non est hoc in corpore loco eius,quod anima patitur.

Sexto,quia si hoc esset in corpore loco pœnæ,esset in illis solis corporibus, quorum animę patiuntur, & tamen corpora omnium etiam sanctorum incinerantur, nisi corpus Christi, quod Deus non dedit videre corruptionem. Psalmo 15. & Actu.c.2.ergo in corpore incineratio non succedit loco pœnarũ, quas anima patitur in purgatorio.

Dicendum ergo, ꝙ non est ista, quæ dicta fuit,cã, quare anima sola patiatur in purgatorio,sed causa est, quia anima est susceptiua pœnę, & nondũ habet corpus, ideo ipsa sola patitur. Pro quo sciendum,ꝙ licet

F tota essentia hominis non saluetur in anima, quia illa
est pars speciei, tamen totum esse hominis inuenit in
anima, neque est aliud esse hominis, quã esse animę.
Habet.n.hoc speciale anima inter cęteras formas, q̃ a
cæteræ formæ non sunt, sed sunt,id quo res est,& ibi
esse est solius compositi,& non alicuius partis, anima
aũt inquantum magis accedit ad diuinam bonitatẽ,&
naturam intelligẽtiarum habet esse, & iõ manet post
mortem hominis, quod non faciunt alię formę,quia
nulla manet corrupto composito, & tñ si ipsa, dum
est in corpore, non haberet esse, non haberet illud ꝑ
separationem, cum per separationem nihil acquirat,
sed potius deberet perdere, cum perdat modum, &
conditionem naturalem,s.esse actu partem speciei,
G & tamẽ habet post separationem,ergo habet illud dũ
est in corpore,ex quo sequitur, ꝙ nõ habeat hõ aliud
esse,q̃ esse aĩę: nam aliàs eẽnt duo esse,sed ab vno esse
dr̃ vnum ens, ergo a duobus dicerentur duo entia, &
sic homo non esset vnum ens per se,quod falsum est,
sed essent duo entia separata, siue duo hypostases,vel
supposita.Item,quia si aliud esset esse hominis, q̃ esse
animæ,compositio corporis cum anima esset accidẽtalis, quia nõ reciperet corpus esse per esse animæ, sed
per aliud distinctum ab eo, sed compositio per accidens facit ens per accidens, ideo homo esset ens per
accidens,quod falsum est,& ita non est aliud esse hominis, quam esse animæ, & ob hoc separata anima a
corpore totum esse hominis manet, & idem esse nu-
H mero,licet nõ maneat idem ens.quia non manet hõ,
& tñ operatio debetur propter esse, & operationi bo-
nę, & malæ debetur præmium,& pęna. Ergo cũ anima retineat totũ esse hominis, qui per illud esse operatus est competet ei præmium, & pœna, quæ ꝑ humanis operationibus debentur, & sic non est inconueniens, ꝙ anima recipiat pœnam purgatoriam, &
etiam pęnam inferni, quæ grauior est, & datur in retributionem, vt recipiat præmium vitæ ęternæ sine
corpore existens, cum ipsa sit habens esse totum humanum, & illud idem, quod habebat, qui operatus
est bonum,vel malum, corpus autem separatũ ab aĩa,
neque patitur pro peccatis præteritis, neque præmiũ
recipit pro bonis actibus,eo ꝙ nihil sentit,neque percipit, oportet tñ percipere ad præmium, & ad pœnã.
I Sed adhuc dato, ꝙ corpus separatũ ab aĩa posset sentire per aliquam aliam vim,& non per vim animę rationalis suæ non pateretur quidquam de malo,neque
susciperet præmium pro bonis, & malis præteritis.
Ratio huius est,quia homo fuit operans,& operabat,
quia erat,ideo non debet puniri, & præmiari,nisi hõ,
vel id, in quo inuenitur illud esse, quo homo erat cũ
operabatur, & tamen in anima separata inuenitur totum esse hominis, in corpore autem non inuenitur
eẽ hominis,neque aliquid illius esse, quapropter corpus statim transit ad alteram speciem, ergo corpori
etiam sentienti(si esset possibile)non infligeretur pęna,neque daretur præmium post mortẽ pro eis, quæ
K homo gessit. Secus autem est de anima, in qua reseruatur totum esse hominis.Cum ergo homini directę
competat præmium,vel pœna,quia ipse fuit operans,
& animæ competat, quia in ea reseruatur totum esse
hominis,corpori autem separato non competat,quia
non reseruatur in eo aliquid de esse humano, sequitur, ꝙ quando participauerit esse humanum, participet etiam pœnam,vel præmium. Et quia per resurrectionem redit corpus ad participationem illius esse
per consortium animæ, ideo redibit ad consortium pœnę,& præmium. Ex quo sequitur, ꝙ nihil nominæque præter rationem fit, quòd anima separata a corpore patiatur, aut præmietur, & corpus tunc, neque
præmietur,neque patiatur. Nam corpus, nequi fuit
ipsum

Totũ hoĩs esse in aĩa saluari pot licet nõ tota essentia.

Separata aĩa a corpore totũ hoĩs esse manet, & idem numero.

Corpus sine anima non patit pro malis preteritis.

ipſum operans, neque aliquando retinens eſſe operã-tis, ſed participabatur ei illud eſſe per conſortium animæ: ideo quandiu non pertinuerit ad participationẽ illius eſſe non pertinet ad illud pœna neque præmiũ, cum autem reſumptum fuerit ad illam participationem per conſortium animæ incipiet rurſus pertinere ad pœnam, & præmium, ſed nunquam directè.

Ex quo aparet, quòd non ſit quaſi priuilegium aliquod corpori, ꝙ non patiatur pœnam purgatoriam cum anima, aut pœnam gehennę cum illa ante iudicium: neque fit ei præiudicium aliquod, quòd ante diem iudicij non recipiat gloriam cum anima: cum præmium, & pęna ſolum pertineant ad illud conſequenter, & per conſortium animæ, & non directè: & ideo ſi nunquam rediret ad conſortium, nunquam rediret ei pęna aut præmium. i. non ſolum non ſufficeret, ſed neque eſſet debita ei. Et hoc ẽt ſequitur, ꝙ incineratio non ſuccedit corpori loco pęnę purgatoriæ quam ſuſtinet anima: quia nulla pęna eſt ei debita: ergo non datur ei incineratio in pœnam, ſed eſt cõditio naturæ: quia ſeparata anima neceſſe eſt, ꝙ corpus incineretur, cum non ſit aliqua vis conſeruans harmoniam illam. Sed dicẽdum, quòd ſi corpus ſemper pertineret ad conſortium cauſæ ſemper pertineret ad illud participatio pœnæ, & pręmij. Vnde ſi ſtatim vt homo moritur reſurgeret non pateretur anima ſola pęnas purgatorias: ſed homo viuens illas pateretur: etiam non eſſet aliquo tempore anima ſeparata in pœnis inferni, ſed homo eſſet ſemper ibi. Etiã non eſſet aliquo tempore per ſe beata anima, ſed homo eſſet beatus: & tamen propter non pertinere corpus ad conſortium animæ illo tempore medio non participat pęna, & pręmio: & tamen licet anima conuenienter recipiat pęnam, & pręmium quandiu non eſt homo, eo ꝙ in illa manet eſſe quo homo erat quã do operabatur. Tamen non pertinet pœna, & præmium animæ directè, & proprijſſime. Primò quia licet in anima reſeruetur eſſe hominis. i. eſſe, quo homo erat: tamen non eſt ipſa operans, quia non erat ipſa ſuppoſitum operans ſed forma vel pars: & ideo actus non erat animæ ſed hominis. Secundò, & præcipue, quia etiam non fuit ipſa totale principium, vel motiuum ad bonas, vel malas operationes: quia homo facit plurima de malo, & bono propter varias paſſiones humanas, & phantaſias, ideſt apparitiones de bono, & malo: & tamen anima, vt manet ſeparata nõ retinet aliquid iſtorum cum ſolum ſeparetur quantũ ad partem totalem: non autem quantum ad animalem, & naturalem, quem tamen habet homo: & ideo homini habenti omnia hæc, ſecundũ quæ fuit principium ſuarum operationum bonarum, vel malarum debetur directè pęna, & pręmium: & ob hoc vt homo redeat qui hæc ſuſcipiat, oportet fieri reſurrectionem: ſed interim cum anima ſeparata eſt recipiet de bono, vel de malo id, quod competit homini propter cauſam ſuprapoſitam.

Animæ propriiſſime pœna, & p̄miũ directe non pertinet

Ad quartum dicendum, quòd animæ ſecundum quid melius eſt eſſe ſeparatam a corpore quam coniunctam: & tamen ſimpliciter melius eſt ei eſſe coniunctam quam ſeparatam. Pro quo ſciendum quòd aut anima cõiungitur corpori corruptibili, aut incorruptibili. Si vniatur anima corpori humano incorruptibili omnino eſt melius eã eſſe coniunctam quam ſeparatam: quia ſi melius eſt animam ſeparatam eſſe quam coniunctã hoc eſt propter impedimenta, quæ præſtantur ei ex parte corporis: ſed corpus incorruptibile effectum nulla impedimenta præſtat: ergo per omnem modum eſt melius eſſe coniunctam quam eſſe ſeparatam. Quod patet, quia impedimenta præſtantur intellectu ex corruptibilitate corporis. Nam

A fatigato organo, oportet ceſſare actum intellectus; ſic dicitur Sapi. 9. c. corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitãtem. Et idem Ariſto. vult. ſcilicet. Ex ſpeculari marceſcit animal corrupto quodam interius: corpus autem incorruptibile effectum nulla impedimenta præſtat: quia non fatigantur neque corrumpuntur organa, neque ſpeculando marceſcit: cum iã nihil interius corrumpatur.

Ex ſpeculari marceſcit homo.

Si autem vniatur anima incorruptibili corpori, dicendum quòd adhuc cæteris paribus melius eſt ſibi eſſe coniunctam quam ſeparatam. Quod patet, quia eſſe ſecundum naturam eſt bonum cuilibet rei: eſſe autem contrà naturam, vel præter naturam eſt male eſſe: & tamen animæ eſt naturale eſſe formam corporis, & eſſe vnitam illi, vt det ei eſſe per eſſentiam
B ſuam: ergo ſeparatam eſſe malum eſt ei. Dixi autem cęteris paribus ideſt, vt non ſit magis beata extra corpus, neque miſera quàm in eo: ſed tantum de miſeria, vel beatitudine habeat quantum ei ſolum naturaliter competere poterat præter Dei opus, & executionem ſuę prouidentiæ. Nam ſi anima ſeparata à corpore deberet transferri ad vitam æternam: manifeſtum eſt, quòd melius erat ei eſſe ſic ſemper ſeparatam quàm manere in corpore ſicut nunc manet. Si tamen anima ſeparata neque conſequeretur vitam ęternam: neque incideret in pœnas inferni: neque purgatorij melius erat ſibi manere coniunctam huic
C corpori corruptibili, quàm manere taliter ſeparatam tam propter deſiderium naturale adminiſtrandi corpus quam propter magnam differentiam modi intelligendi animarum ſeparatarum ab animabus coniunctis, de quibus hic nihil dicetur. Et quia naturale eſt animæ accipere intellectionem ex ſenſu: & cum fuerit ſeparata non habet intellectiones particularium, ſed quandam cognitionem multum vniuerſalem, & confuſam, de qua non eſt dicere nunc. Cum autem dicitur, quòd anima ſeparata eſt Deo conformior, quia eſt ſeparata à materia, & eſt ſpiritus ſimplex ſicut Deus quàm cum eſſet coniuncta. Dicendum, quòd non eſt Deo conformior.

Pro quo ſciendum, quòd cum ſimilitudo, & con-
D formitas dicant comparationem quandam, & non fiat comparatio niſi in vniuocis: non poteſt eſſe conformitas aut ſimilitudo inter nos, & Deum, niſi inueniatur aliquid vnum in nobis, & Deo. Si autem Deus ſe haberet pure æquiuoce ad nos, non inueniretur aliquid vnum commune nobis, & illi: neque in nobis, & illo: & ita non eſſemus ei ſimiles neque conformes: & tamen ſumus ſimiles: quia homo eſt ad ſimilitudinem Dei, & imaginem Geneſis 1. cap. ideo aliquid vnum inuenitur in nobis, & Deo: & tamen rurſus non inuenitur in nobis, & illo aliquid cõmune, quod de nobis, & illo æqualiter prædicetur ideſt æque primo, vel ęqualiter in vtriſque inueniatur: quia tunc eſſet homo æqualis Deo in aliquo, quod eſt abſurdum: & tamen eſt iſte proprius modus vni-
E uocationis: ideo inter Deum, & Creaturam non eſt vniuocatio, ideſt non inuenitur aliquid vniuocum commune Deo, & creaturæ. Et rurſus non inuenitur aliquid commune Deo, & creaturæ quod dicatur de ambobus, & dicatur prius de Deo, & poſterius de creatura, ſicut dicitur ens de ſubſtantia, & accidente, & pertinet ad primum modum Analogiæ. Nam tunc eſſet aliquid Deo ſimplicius, quod eſt abſurdũ. Et patet, quia quod inuenitur in aliquo, & prædicatur de ipſo, vt prius, ſimplicius eſt quam ipſum, ideo non poteſt poni aliquid, quod inueniatur in Deo, & in creatura, licet prius ſit in Deo quam in creatura ſed eſt aliquid vnũ in Deo, & creatura non quaſi p̄dicetur

Homo eſt ad ſimilitudinẽ Dei.

cetur de ambobus, vel ſit cõe illis, ſed quia illud per ſe cõpetit Deo creaturæ aũt ſolũ cõpetit inquantum eſt à Deo, & hoc non eſt cõpetere Deo per prius creaturæ poſterius, ſed competere Deo totaliter, creaturę autem nullo modo, niſi inquantum à Deo eſt. Et ita ſunt tres modi inueniendi aliquid in pluribus.

Primus eſt cum inuenitur aliquid æqualiter in pluribus, & iſta eſt propria vniuocatio.

Secundus eſt, quãdo inuenitur aliquid in pluribus inæqualiter, ideſt in quodã prius, & in alio poſterius, & iſte eſt primus modus analogiæ accedens magis ad vniuocationem, licet non ſit vniuocatio.

Tertius eſt, quãdo aliquid eſt in pluribus, & in vno eorum eſt per ſe, & totaliter, in alio autem eſt inquantum ab illo dependet, & iſte modus ſecundus analogiæ, eſt magis accedens ad æquiuocationem, ſed non eſt æquiuocatio, cum reſeruetur ibi vnitas, & iſta facit, quòd poſſit eſſe comparatio, & ob hoc inter Deũ, & creaturam poteſt eſſe conformitas comparatio, & ſimilitudo, quod innuetur in eis aliquid vnum. Et cũ dicit Ariſt. quòd in vniuoco eſt cõparatio accipit vniuocum largè vbicũque inuenitur vnum in pluribus, in quo poſſit eſſe comparatio, & ideo in omnibus illis tribus modis vnitatis poteſt eſſe comparatio, licet primus modus ſolũ eſt vniuocationis duo alij sũt analogiæ.

Hoc ſuppoſito dicendum, quòd inter Deũ, & creaturam eſt comparatio, & conformitas, ſed non penitus ſecundum rationem vnam, quia non eſt ibi vnitas æquiuocationis, ſed analogię minime: & ita idẽ, quod eſt in Deo & creatura nõ eſt æqualiter neq; ſecundum modum vnum in illis, & ob hoc aliquid eſt perfectionis in Deo, quod nõ eſt perfectionis in creatura, & aliquid eſt perfectionis in creatura, quod in Deo non eſt perfectionis, ſed eſſet imperfectionis ſi inueniretur ibi. De primo patet, quia ſimplicitas in Deo eſt perfectio magna, & tamen in rebus creatis non eſt aliquid magis bonum, vel perfectum quanto magis accedit ad ſimplicitatem. Nam omnia creata ſunt compoſita aliquo modo compoſitionis, ſ. ex materia, & forma, ſicut omnia corporalia ex genere, & differentia, ſicut omnia, quæ cadunt in prædicamento, & habent conceptum compoſitum, & diffiniuntur ex actu, & potentia, ſicut omnia, quæ aliquid ſunt, & aliquid eſſe poſſunt, quod competit omni creaturæ mobili, vel quandiu non perfecta eſt ex eſſe, & q̃ditate, vel eſſentia. Et iſta eſt minima compoſitio, & competit omnibus creaturis, quia inuenitur in eis eſſe receptum, & tamen ſi non eſſent compoſita ex eſſe, & eſſentia, non poſſet eis dari eſſe, ſed eſſet eis naturale habere eſſe, & ita non eſſent creata, & iſte modus compoſitionis, & ex actu, & potentia inuenitur in animabus, & Angelis, quæ ſunt maxima entia in rebus creatis, inuenitur autem aliquid in creatis, quod nullam compoſitionem habet, ſ. materia prima. Non enim ex materia, & forma eſt cũ ipſa ſit materia prima, & ideo non habeat formam partem ſui, non etiã ex genere, & differentia, quia quæcunque talia ſunt in ſpecie, & dicunt conceptum perfectum, & p̃ modum totius, & integri, materia autem ſemper habet rationem partis, ideo non componitur ex genere, & differentia, & ob hoc ipſa non ponitur directè, & per ſe impedimento aliquo, & tamen poneretur per ſe, & directè ſi eſſet compoſita ex genere, & differentia, quia tunc neceſſario eſſet in aliqua ſpecie, etiam non eſt compoſita ex actu, & potentia cum ipſa ſit pura potentia nullum habens actum, etiam non ex eſſe, & eſſentia, vel quidditate, quia materia non habet eſſe, vel ſubſiſtere, niſi per formam, quando contrahitur per eam ad compoſitionem. Nam ſi eſſe haberet non

Angeli, & aię ex actu, & potentia componuntur.

Materia non ponitur directè in prædicamento.

F eſſet compoſſibilis, vel omnia cõpoſita eſſent entia per accidens, & ita patet, quòd materia prima non eſt compoſita aliquo modo cõpoſitionis, ſed ſolum eſt compoſſibilis cum forma, & quãtum ad hoc eſt ſimplicior omni creatura, quia nulla eſt, quę non ſit compoſita aliquo modo compoſitionis, & ideo deberet materia prima eſſe perfectior omnibus entibus, quaſi magis accedens ad diuinam ſimilitudinem, & tamen nihil eſt magis imperfectum, neque eſſe poteſt quam materia prima.

De ſecundo patet, quia in entibus corporalibus quanto aliquid habet maiorem pluritatem, & diſtinctionem realem virtutum, & perfectionum tanto eſt ſimpliciter nobilius, & ideo nobiliora ſunt mixta q̃ G elementa, quæ ſunt corpora ſimplicia, & in mixtis quanto magis habet aliquod de diſtinctione, & pluritate tanto eſt perfectius, vt viuentia magis quã non viuentia, & ſentientia magis quam non ſentientia, & tamen in Deo habere pluritatem perfectionum, vel virtutum realiter diſtinctarum eſſe imperfectionis, quia omnia ſunt ibi vnum, & ita magis accedunt vniuoce elementa ad ſimilitudinem Dei propter ſimplicitatem quam homo, & tamen ſunt minus nobilia.

Nihil eſt imperfectius materia prima.

Dicendum ergo, quòd perfectio, & nobilitas non accipitur in rebus per accedere ad Deum ſecundum ſimilitudinem vnionis, ſed proportionis cuiuſdam. Et ratio eſt, quia non inuenitur aliquid vnum vniuoce dictum de Deo, & creatura, ſed eſt aliquid vnum H in Deo per ſe, & totaliter, & illud inuenitur in creatura: non per ſe, ſed ſecundum, quòd illud participat à Deo, & quia quodlibet inuentum in Deo eſt in eo perfectius quam in creatura, non eſt attendenda perfectio creaturæ in conformitate ad Deum accipiendo quãtum ad omnia vniuocè, ſed ſolum proportionem inquantum illud, quod inuenitur in Deo, & creatura eſt vnum ſecundum vnitatem proportionis, in Deo autem eſt perfectio, ſecundum quòd habet plenitudinem naturæ ſuæ, ad quam pertinet habere omnem entitatem, & bonitatem, & ideo proportionaliter in cęteris rebus erit quælibet perfecta ſecundum, ꝙ attingit complementum naturę ſuæ, & tunc quęlibet res erit Deo proportionaliter conformior quãto I naturæ ſuæ magis attigerit complementum, & ſic licet in Deo ſit perfectio eſſe immobilem, non erit in rebus creatis perfectio in eſſe immobiles, quia corpora perfectiora mobilia ſunt, & quanto perfectiora tãto magis mobilia, & magis conformãtur iſta Deo in mobili inquantum ſunt mobilia q̃ ſi eſſent immobilia, ſicut cordi eſt naturale moueri, & per motũ facit operationem ſuam, & iõ magis cõformatur cor Deo, qñ mouetur, quam qñ non mouetur, quia qñ nõ mouetur deficit à ſua naturali perfectione. Sic etiã quantum ad ſimplicitatem, quia in Deo eſt perfectio eſſe ſimplicem, in creaturis autem non ſaltem in corporalibus: Deo enim naturale eſt habere omnes perfectiones vnitiuè, ideſt, ꝙ omnia in eo ſint vnum, ideo K ſimplicitas conuenit ei, rebus autem creatis competit habere perfectiones non vnitiuè, ſed diſtinctè, & plurificatiuè, ideo quãto aliqua res eſt perfectior tanto eſt magis plurificata, ideſt plures diſtinctiones in ſe habens, & quanto aliquid magis appropinquat ad vnitatem, & ſimplicitatem, tanto eſt minus perfectum, ſicut patet de materia prima, vt dictum eſt, quę eſt ſimplicior inter omnia creata, & nihil eſt minus perfectum, ita ergo de anima, licet quando ſeparata à corpore eſt accedens magis ad ſimplicitatem, non eſt Deo conformior, cum minus perfectus ſit, quando eſt ſeparata quam cum eſt coniuncta, eo ꝙ magis accedit ad perfectionẽ naturæ ſuę, eſt enim ei naturale eſſe partem hoĩs, & ideo eſſe coniunctã dando eſſe corpori.

Aduerte quando res ſunt in Deo, cõformes.

corpori: & ideo non est status vltimus animæ manere separatam. Vnde sequitur, quòd perfectio sua est, ꝙ reuniatur, & ita erit resurrectio.

Ad quintum dicendum, ꝙ non est simile de vtraque morte. Nam mors corporalis fuit introducta per peccatum Adæ: illud autem fuit expiatum per mortē Christi, & ideo tollitur pœna scilicet, vt mors nō maneat semper: peccatum autem mortale, per quod qs excidit à vita gratiæ, & damnatur nō tollitur per mortem Christi: quia post damnationem non recipit redemptionem aliquam: ideo ab illa morte non est reditus ad vitam: & a morte corporali est reditus.

Aliter potest dici, & melius: quòd per mortem Christi non fuit ablata pœna imposita pro peccato Adæ. Primo patet, quia fuit imposita necessitas moriendi per peccatum Adæ: & illa non tollitur, quia etiam nunc manet nobis illa necessitas. Secundò patet, quia si illa pœna est ablata per redemptionem Christi, & ideo fieret resurrectio, sequeretur, quòd illi nullo modo participabant redēptionem Christi nō resurgerent: sed infideles non participabant neque participauerūt vnquèm fructu passionis Christi: ideo non resurgerent: sed falsum est, quia omnes resurget, vt dicetur sequenti. q. ergo non est verum, quòd ideo resurrectio sit quasi fuerimus liberati à pœna illa per Christi redemptionem. Sed dicendum, quòd hoc sit ex conditione sententiæ: & vtraque completur. Pro peccato enim Adæ indita fuit necessitas moriendi, & ista manet ad literam: sed non fuit impositum, quòd moriens nunquam resurgeret: & ideo manente sententia illa in vigore suo sit resurrectio: pro peccato aūt mortali imponitur pęna mortis: non qdē simpliciter, sed ęternæ: sed ęternitas mortis repugnat resurrectioni: ergo a tali morte neq; est reditus neq; resurrectio.

An resurrectio erit generaliter omnium hominum, vel aliquorum specialiter. *Quæst.* CCXXIII.

QVAERETVR an resurrectio erit generaliter omnium hominum, vel aliquorū specialiter.

Aliqui dicunt, quòd non resurgent omnes: quia dicitur Psal. 1. non resurgent impij in iudicio. i. in die iudicij: sed resurrectio, quæ fiet erit in die iudicij: ergo non resurgent impij: & sic non omnes resurgēt.

Secundò quia Dan. 12. c. dicitur. Multi de his, qui dormierunt in puluere terræ euigilabunt. sed hæc locutio quandam participationem importat: ergo non resurgent omnes sed quidam.

Tertio patet, quia per resurrectionem conformantur homines Christo resurgenti vnde dicitur, 1. Corin. 15. c. si Christus resurrexit, & nos resurgemus, sed illi soli debent Christo resurgenti conformari, qui portauerunt eius imaginem, quod solum pertinet ad bonos: ergo soli iusti resurgent.

Quartò quia pęna non remittitur nisi ablata culpa, sed mors corporalis est pęna peccati originalis, ergo cum non omnibus sit dimissum peccatum originale sicut est de infidelibus, qui nunquam crediderunt neque baptizati sunt, non resurgent omnes.

Quintò patet, quia sicut per gratiam Dei renascimur, ita per eius gratiam resurgemus, sed illi, qui in vteris matris moriūtur nunquā renati fuerūt, quia renasci non potuerunt cum nati non fuerint, ergo non resurgent, & sic non resurgent omnes.

Dicendum quòd resurrectio erit generalis, ita vt quicūque homo fuit, & aliquando vixit, & mortuus est debeat resurgere. Et patet primo quia hoc dicitur Io. 5. c. omnes qui in monumentis sunt audient vocē filij Dei, & qui audierint, viuent, ergo omnes mortui resurgent. Secūdò quia. 1. Corin. 15. c. dicitur omnes

A quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, ergo resurrectio communis est.

Tertiò quia causa præcipua resurrectionis posita est præcedenti. q. vt homines recipiāt præmium pro operibus, sed nemo est, qui non debeat recipere pœnam vel præmium, siue paruulus, siue adultus, quia adulti ex proprijs actibus habent pœnam, vel pręmiū, paruuli autem ex fide eis infusa recipiunt præmium, vel ex peccato originali, quod incurrerunt recipiunt pœnam: ergo omnibus est necessaria resurrectio.

Quartò quia quandocunque ratio alicuius proprietatis conuenientis indiuiduo sumitur ex natura speciei, oportet illam inueniri similiter in omnibus indiuiduis eiusdem speciei, tale autem est de resurrectione, quia ex desiderio beatitudinis, quod est totius humanæ speciei, & non potest compleri in hac vita, fuit sumpta vna ratio resurrectionis, & alia ex conditione animæ, quæ est pars, & imperfecta, quando est separata, quæ etiam sumitur ex natura speciei. Etiam quia animam separatam esse à corpore est contra naturam animæ, & ita est quasi violentum, & ideo non durant, sed ista competunt toti speciei ęqualiter, ergo si aliquis homo resurget, omnis homo resurget. Dato enim aliquo, qui non resurgeret, manerent omnia incōuenientia in illo, quæ circa omnes homines, si nemo resurgeret, & ita planum est, quòd omnes homines resurgent.

Ad primum dicendum vno modo, ꝙ intelligitur de mystica resurrectione. i. quātum ad animam, quia impij nō resurgunt in iudicio discussionis consciētię, hoc enim esset seipsos de peccatis accusare, & illa deflere, quod non faciunt nisi boni, vt exponit Glo. Alio modo intelligitur de impijs, qui sunt infideles, qui non resurgent, vt iudicentur, quia qui nō credit, iam iudicatus est.

Tertiò modo potest accipi de iudicio actiuè nō resurgent in iudicio. i. ad hoc quòd iudicent alios, ad bonos enim pertinet iudicare alios, vt patet. supra. 19. c. vbi Christus Apostolis promisit sedes iudiciarias. Sed adhuc fortè aliter intelligitur, vt dicetur in expositione ipsius Psalmi.

D Ad secundum dici potest vno modo, ꝙ accipitur. Multi. i. omnes, & sic exponit Augu. & ita aliquando in scriptura pauca ponunrur, & multa significantur, sicut etiam accidit è contrario, & est figura, quæ dicitur Lyptote, cū pauca dicimus, & plura significamus.

Secundo potest dici, quòd propriè accipiatur multi, quia non euigilabunt omnes, differt enim resurgere, & euigilare omnes quidem resurgēt, quia omnes reincipient viuere, sed non euigilabunt, quia euigilare significat solui sensus, qui ligati tenebantur per soporem, qui autem non sentient aliquid post resurrectionem dicuntur non euigilare, & ita erit de pueris damnatis pro solo peccato originali, quia nihil mali sentient, quasi sint dormientes, & tamen resurgent, cęteri autem qui aliquid boni, vel mali sentient post resurrectionem dicuntur resurgere, & euigilare.

E Ad tertium dicēdum, quòd ex resurrectione Christi probatur resurrectio nostra, & nos conformamur ei per resurrectionem, neque resurgunt, nisi qui illius similitudinem portauerunt. Sed Christi similitudinē dupliciter gerimus, secundum quòd Christus duo habet, in quibus possumus eum imitari. Primum est ipsa veritas naturæ. Secundum est gratiæ plenitudo. Quantum ad primum omnes homines gerunt imaginem Christi, quia in omnibus est veritas humanitatis imagini. Quantum ad secundum gerunt soli boni, & tñ resurrectio pertinet ad conditionē naturæ cū necessitas eius ꝓbetur ex eis, q̄ cōpetūt toti speciei, vt ōnsum est præced. q. Etiā qa per resurrectionē non

Christi similitudinē dupliciter gerimus.

vita gratiæ, ſed vita naturalis reparatur: ergo quantū ad omnes, qui gerunt Chriſti imaginem quantū ad ad naturę veritatem erit reſurrectio:ſed boni cum gerunt imaginem Chriſti quantum ad gratiam non ſolum reſurgent ad vitam naturæ: ſed etiam ad vitam gloriæ.

Ad quartum dicendum, quòd non tollitur pœna quandiu peccatum manet:mors autem eſt pœna peccati originalis:ideo non abſoluuntur a morte, qui in peccato originali manēt:imo dicendum quòd etiam illi,qui iam exuerunt originale peccatum per lauacrū baptiſmi tolerant pœnam illius quia moriuntur: & tamen pœna illius eſt mori: & hanc poſtquam ſemel tolerauerint,nō habent quid tolerēt: ſed eſt aliud mori aliud in morte manere. Primum eſt pœna peccati originalis: ſecūdum autem non. Et ideo quandiu manet peccatū originale, manet ꝙ homo ſit obligatus ad mortem: ſed non oportet quòd quandiu manet peccatum originale detineatur homo in morte, cu detineri non ſit pœna peccati originalis: & ideo manentes in peccato originali poſſunt reſurgere.

Ad quintum dicendum quòd non eſt ſimile de reſurrectione,& regeneratione, quia renaſci purè pertinet ad gratiam gratificantem,& non prouenit ex aliqua naturę exigentia:reſurrectionem autem ratio naturalis iudicat fieri debere: licet vis naturæ ad eam nō ſufficiat,ideo plus terminantur homines ad reſurgere quàm ad renaſci.

Aliter poteſt dici, ꝙ tam reſurrectio quàm renaſci ex gratia prouenit: ſed renaſci prouenit ex gratia nobis data per Chriſtum,quæ eſt gratia ſingularis.i.cuilibet ſpecialiter data, reſurrectio autem fit non per gratiam nobis datam, ſed per gratiā,qua factū eſt, ut Chriſtus naturā noſtram ſuſciperet,quia ex hoc conformamur ei in naturalibus, & ideo illi, qui mortui fuerunt in vteris maternis,licet non fuerunt renati ꝑ ſuſceptionē gratiæ:tamen reſurgent propter conformitatem naturæ ad Chriſtū,quā ad conformitatē cō ſecuti ſunt in hoc, ꝙ in vteris maternis veritatem humanæ ſpeciei acceperunt.illi ergo reſurgent, quia ueri homines fuerunt, & ibi in vtero aliquandiu vixerunt,& ibi quoque mortui ſunt.

An reſurrectio ſit naturalis. Quæſtio. CCXXIIII.

QVAERETVR circa reſurrectionem vtrum reſurrectio ſit naturalis.

Aliqui dicunt,ꝙ ſic, quia id quod inuenitur in omnibus indiuiduis alicuius ſpeciei eſt naturale eis. Sic dicit Damaſcenus (quod communiter in omnibus inſpicitur):natura characterizat in his, q̄ ſub ipſa ſunt atomis.i. natura characterizat.i.īprimit, vel cōſignat in omnibus atomis. i. indiuiduis, quæ ſub ipſa. ſ. in omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei,id qđ inuenitur communiter in omnibus, ſed reſurrectio conuenit omnibus indiuiduis humanæ ſpeciei,vt oſtenſum eſt præcedenti.q.ergo eſt reſurrectio naturalis.

Secūdo quia Grego.in.14.lib. moralium dicit, qui reſurrectionis fidē ex obedientia non credunt certe hanc ex ratione tenere debuerunt.Quid enim quotidie niſi reſurrectionem noſtram mundus in elementis ſuis imitatur? & ponit exemplū de luce, quæ quaſi moriendo oculis ſubtrahitur, & rurſus quaſi reſurgēdo renouatur: & de arbuſtis, quæ viriditatem amittunt, & rurſus quaſi reſurgendo reparantur, & de ſeminibus,quæ putreſcendo moriuntur, & rurſus germinando quodammodo reſurgunt, & eundem modum arguendi ponit Apoſtolus.1.Corin.15.c.ſcilicet inſipiens quod ſeminas nō viuificatur, niſi prius moriatur. Et ita concludit ibi de reſurrectione, quòd ſe-

F minatur corpus animale, & ſurget ſpirituale &c. & ita ex naturalibus rebus deducūt reſurrectionem:ſed nihil poteſt concludi ex rebus, & operibus naturalibus niſi naturale:ergo reſurrectio, quæ ex his colligitur,eſt naturalis.

Tertiò quia illa,quæ ſunt præter naturam ſunt aliqualiter violenta,& non diu durant:ſed vita,quę reparabitur per reſurrectionem manet in æternum: ergo eſt naturalis:& conſequenter reſurrectio,quę eſt motus ad eam eſt naturalis.

Quartò quia id, ad quod tota naturæ expectatio maximè tendit,videtur eſſe naturale: ſed reſurrectio, & glorificatio ſanctorum ſunt huiuſmodi,ad Ro.8.c. ſcilicet. Omnis creatura ingemiſcit,& parturit vſque
G adhuc expectans reuelationem filiorum Dei:ergo reſurrectio eſt naturalis.

Quintò quia reſurrectio eſt motus quidam ad perpetuam coniunctionem animæ,& corporis:ſed motus eſt naturalis, qui terminatur ad quietem naturalē.6.Phyſi.perpetua aūt coniūctio corporis, & animæ erit naturalis: quia cū anima ſit proprius motor corporis habet corpus ſibi proportionatum:& ita etiam in perpetuum eſt viuificabile ab ipſa, ſicut ipſa in perpetuum viuit:ergo reſurrectio erit naturalis.

Dicendum, quòd reſurrectio non eſt naturalis,ſed miraculoſa:niſi accipiatur naturale largè, & ſecundū quid. Quod patet: quia a priuatione in habitum non eſt regreſſus ſecundum naturam: ſed mors eſt priua-
H tio vitæ:ergo reſurrectio,per quam eſt reditus ad vitā, non eſt naturalis,ſed miraculoſa.

Secundò quia quæcunque ſunt vnius ſpeciei, habent vnum modum determinatum originis. Et ratio eſt,quia cum origo ſit via ad eſſe, & eſſe ſit vnū vnius ſpeciei ꝙ modus originis ſit vnus: & ideo animalia, quæ gignuntur ex putrefactione, & quæ gignuntur ex ſemine nunquàm ſunt eiuſdem ſpeciei, vt ait Cōmentator. 8. Phyſi. ſed naturalis modus, quo homo oritur eſt generatio eius ex ſimili in ſpecie, quod in reſurrectione non eſt:ergo reſurrectio non erit naturalis. Conſiderandum tamen amplius circa hoc, vt videatur,an ſit naturalis reſurrectio totaliter, vel ſecundum aliquid,aūt nullo modo,quòd motus ſiue actio *Motus ad naturam ſe habet tripliciter.* Primus mod⁹
I aliqua ſe habet tripliciter ad naturam. eſt,ꝙ eſt aliquis motus, vel actio, cuius neque natura eſt principiū,neque terminus,& talis motus,vel actio non communicat cū natura. Et iſte motus, vel actio fit dupliciter. Aliquādo à principio totaliter ſupernaturali ſicut eſt glorificatio corporum: nā ſi principiū eſt ſupernaturale non eſt naturale:& ita eſt in glorificatione corporum,quia ſolus Deus hoc facit:qui per ſe agēdo eſt cauſa ſupernaturalis. Etiā ex termino,in quem,patet quia terminus iſtius motus eſt gloria corporum,ſed gloria non eſt naturalis corporibus; quia ſecundum illam accipiunt impaſſibilitatem, claritatem,agilitatem,ſubtilitatem,quæ non ſunt naturalia
K corporibus. Aliquādo,fit ille motus ab alio principio, qui neque eſt naturale neque ſupernaturale, ſed violentum,& contra naturam. Sicut patet in motu lapidis ad ſurſum: nam hic principium non eſt naturale, ſed contra naturam:terminus quoque nō eſt naturaliter, quia terminatur motus iſte ad quietem violentam. Secūdus modus eſt,quando eſt motus, vel actio cuius terminus, & principium eſt natura,ſicut in motu lapidis deorſum cum à nullo impellitur: principium enim eſt ibi natura cum à principio intrinſeco fiat: terminus quoque eſt natura, quia quieſcit in loco ſibi naturali,ſcilicet infra in centro. Tertius modus eſt, quando eſt motus cuius principium non eſt natura: & tamen terminus eſt natura. Et hoc fit dupliciter, vt vno modo quòd principium ſit ſupernaturale, in

in illuminatione cęcorum, & curatione paralyticorum, & ceterorum languidorum à Deo facta: nā principium est ibi supernaturale, sed terminus est naturalis, quia illuminatio cęci terminatur ad visum eius: sed visus aliquid naturale est. Sic & in curatione prædicta lãguidorum: nā principiū est supernaturale: terminus autem est sanitas, quę est aliquid naturale. Aliquando aūt fit hoc per principiū, quod non est supernaturale, sed partim artificiale, & partim naturale, vt patet in acceleratione florum, & fructuum. Nā quod cursu naturæ producitur in determinatis tēporibus, & mensibus pōt per artificiū aliquod approximando certo modo res naturales deducere ad esse in paucis horis vel diebus. Nam hic est principiū non naturale cū partem fiat talis approximatio, quā natura facere nescit, neque pōt, & acceleratur quod natura nō poterat ita breuiter producere: terminus autem est naturalis.s.flores, & fructus, quia illi ijdem flores, & fructus, qui per artificium accelerantur, producerentur secundum naturam, licet in longiori tempore. Quartus modus nō pōt inueniri.s.ꝙ alicuius motus sit principiū natura, & terminus nō sit natura: est enim hoc impossibile. Et ratio est, quia principia naturalia sunt ad determinatos effectus diffinita, vltra quos non se possunt extendere: ideo existente à principio naturali necesse est, sequi id, quod exigit illud principium naturale. Est enim impossibile, ꝙ sequatur ex illo principio aliquid, ad quod non se extendat virtus illius principij: sed quidquid est, ad quod se extendit illud principium est naturale: ergo quicunque terminus inductus per motum a principio naturali factus erit necessario naturalis: & ideo iste modus quart⁹ nō pōt inueniri: operatio autem, vel motus primi modi non pōt dici aliquatenus naturalis, quia nihil de natura, vel naturali habet, cū natura ī motu ex duobus dicatur s.ex principio, & termino, & hic neutrū est naturale: sed vocabitur iste motus aliquando supernaturalis, vel miraculosus: vt si fiat à principio supernaturali, vt dictū est de glorificatione corporum. Aliquando autē vocabitur motus violentus, vt si fiat à principio agente cōtra naturā, vt in motu lapidis ad sursum: & licet vterque istorum duorum motuū nihil habeat de naturali, quia neq; principiū neque terminū: tñ vnus vocatur contra naturam, & alius non: glorificatio enim corporum nihil habet de naturali, & tamen nō est cōtra naturā. Et ratio est, quia per illum perficitur natura: & tñ appetitus perfectionis in generali est in omnibus entibus: ideo licet non sit appetitus illius perfectionis secundū naturā, quia ex principijs speciei non pōt deduci ad talē perfectionē: tñ non repugnat naturæ, sed potius eā meliorē reddit: ideo est verum, ꝙ ille motus nullo modo est naturalis: & tamen non est cōtra naturā: motus aūt lapidis ad sursum non est naturalis, quia nihil habet de naturali.i.neque principium neque terminū, & insuper est contra intētionem naturæ, & cōtra perfectionē eius: quia lapis intendit manere inferius, & perficitur ibi, & conseruatur pp esse locū naturalē: supra aūt esse nō conuenit suæ pfectioni, sed potius repugnat. Operatio aūt vel motus secūdi modi est pure, & simpliciter naturalis, qa ex vtroq; est naturalis.s.ex pricipio, & termino, & nihil vltra relinquit quod faciat ad esse naturale. Operatio aūt, vel motus tertij modi non pōt dici simpliciter naturalis: sed solum secundum quid.s.inquantū perducitur ad id, quod est secundum naturā: & tñ non per illud, qd est naturale, vel secundum naturā. Sed dicetur simpliciter miraculosa, vel artificialis, vel aliqualiter violenta. De primo, vt illuminatio cęcorum. De secundo, vt acceleratio florum. De tertio, vt si ab extrinseco impellatur lapis deorsum: non enim poterit vocari

Natura ex duobus dicitur in motu.

Glorificatio corporū nihil habet de natura-li, & nō est cōtra naturam.

A iste motus simpliciter naturalis, quia non incipit à principio intrinseco, neque etiam totaliter contra naturā cum passum conferat vim, & terminus motus sit naturalis: & tamē ad violentum simpliciter requiritur, ꝙ principiū sit extra, & non conferat passo vim. 3. Ethi.c.1. Est ergo aliquo modo naturalis, & aliquo modo violentus, vel non naturalis.

De resurrectione dicendum, quòd pertinet ad operationem, vel motum tertij modi: nam principium non est ibi naturale, sed diuinum: terminus tamen est naturalis, quia terminatur resurrectio ad vitam, & vita est naturalis homini cum naturaliter etiam vita detur per generationem, & ideo resurrectio non potest vocari naturalis: neque tamen est violenta, neque artificialis, sed est miraculosa.

Ad quem motū pertineat resurrectio

B Circa hoc tamen magis considerandum, quòd naturale dicitur, quod est: secūdum naturam autem esse dicitur habens naturam, & ea, quæ consequuntur naturam, vt patet. 2. Physi. & ideo motus non potest proprie dici naturalis, nisi eius principium sit natura: quia non habet talis motus ea, quæ consequuntur naturam idest non est secundum illa.

De resurrectione autem dicendum ꝙ non potest natura esse principium eius, quamuis resurrectio terminetur ad vitā, quæ est naturalis.i.poterat aliter haberi naturaliter, vt per generationem. Nullum enim principium resurrectionis pōt esse in natura, ideo nō est naturalis. Quod patet, quia natura est principium motus eius, in quo est, & hoc vel actiuū, vel passiuū.

Nā nō est principiū resurrectionis.

C Actiuum sicut in motu grauium, & leuium, & in alterationibus animalium. Passiuum, vt patet in generatione corporum simplicium. De primo patet, quia in motu grauiū, & leuiū natura est principiū motus actiuū, qa per grauitatē, & leuitatē mouētur actiuè.i. quia ipsa se mouēt. De alterationibus eadē ratio est, quia alteratur animal per qualitatē intrinsecā, vt per calorē, qui in eo est, vel p frigiditatē, & ita ipsum, qd alterat intra seipsum habet id, p quod alteratur. Et dr̃ de animalibus ad tollēdū corpora simplicia, quia illa pñt alterari ab extrinseco, sed non ab intra, quia non habēt qualitates cōtrarias. Istæ autem inueniuntur in

D animalibus, & corporibus mixtis: ideo possunt ista alterari naturaliter actiuè.s.per principia intrinseca.

In grauibus, & leuibus natura est actiuum pricipiū motus.

De secundo patet, qa corpora simplicia hñt principiū passiuum suæ generationis in se i. potētiā passiuā. Nā gignit corpus simplex ex simplici: & est generatio naturalis quātum ad hoc, ꝙ est potētia passiua ad hoc ꝙ gignatur, & correspōdet sibi potētia actiua: passiuū enim principiū generationis naturalis est potētia passiua naturalis, quæ semper habet aliquā potentiā actiuā sibi rñdētē in natura, vt dr̃. 9. Metaphy. Nam nō est potētia passiua, nisi sit aliqua actiua, per quam possit passiua reduci in actū, quia alias esset frustra. Et ideo si passiua est naturalis, & actiua naturalis, quia nō vocatur aliter naturalis passiua nisi per actiuā naturalē reducatur in actum, nā aliàs diceremus, ꝙ esset potentia naturaliter ad aliquid, quod naturaliter fieri nō poterat, quod implicat condictionem.

E Et tñ cum ponatur principium actiuum naturale ad quālibet potētiā passiuam, nō differt an sit illa potentia actiua, vel principium naturaliter actiuum respectu vltimæ perfectionis.i.formæ substantialis sine respectu dispositionis, quæ est necessitas ad formam vltimam, quæ est in generatione hominis. Et hoc dicitur in generatione hominis vbi vltima forma generationis est anima, dispositio ad formam dicitur totalis organizatio ad suscipiendam animam, & secundum fidei positionem, & veritatem nulla actio naturalis sufficit ad productionem animæ rationalis, quia illa non educitur de potentia materiæ, sicut aliæ formæ materia-

Nulla actio naturalis sufficit ad pductionē animę rationalis.

les:& ideo ſicut nō eſt aliqua potentia actiua,vel principium naturale ad productionem animæ:ita non eſt potentia paſſiua naturalis ad ſuſcipiendam animam illam : ſed eſt potentia actiua , ad vltimam diſpoſitionem,quę eſt neceſſitas formę introducēdæ,i.ad complendam totam organizationem , & diſpoſitionem corporis,ita vt nihil reſtet,niſi introductio animæ : & vocatur iſta neceſſitas formæ introducēdæ: quia data illa diſpoſitione non poteſt introduci alia forma,niſi anima humana, quia non competit illa diſpoſitio alteri formæ.

Pro quo ſciendum quòd ſic ſpecies differunt ſicut numeri 10.Metaph.1.per gradus vel vnitates eſſentiales:& quælibet forma materialis exigit certam diſpoſitionem factam in materia , ſine qua non poteſt eſſe illa forma : neceſſe eſt , quòd ſicut differunt inter ſe formæ gradualiter , ita & diſtent proportionaliter diſpoſitiones requiſitæ ad formas illas materiales : & ideo ſicut forma vnius ſpeciei non poteſt eſſe forma alterius: ita & diſpoſitio vnius formæ non poteſt eſſe diſpoſitio alterius : & ob hoc impoſſibile eſt , φ vni certæ diſpoſitioni conueniat, niſi vna forma vnius ſpeciei : & aliæ non poſſunt ei conuenire : & ideo rectè illa diſpoſitio vocatur neceſſitas ad formam,quia exiſtente illa impoſſibile eſt formam aliam introduci niſi illam,& neceſſe eſt illam introduci. Sed tūc eſt dicendum, φ licet ad animam humanam non ſit aliqua potentia naturalis actiua,& conſequenter neque aliqua potentia paſſiua naturalis ad recipiendum eā: tamen ad neceſſitatem eius.i.ad diſpoſitionem illam vltimam , quæ eſt plena organizatio, bene eſt aliqua potentia actiua , quia ſufficit agens naturale ad illam organizationem:& conſequēter eſt potentia paſſiua: ad alias aūt formas ſubſtātiales ſecūdū veritatē philoſophiæ bene ſufficit agēs naturale:& ideo ſicut eſt potētia actiua ad illas, ita ēt eſt potētia paſſiua:nā educūtur omnes illæ formæ de potentia materiæ ; & non oportet eſſe aliquam aliam actionem ad productionem, & educationem formæ de potentia materiæ vltra illā, qua cātur vltima diſpoſitio , quæ eſt neceſſitas ad formam: ſed data illa diſpoſitione educitur forma de potentia materiæ:& ita agens naturale producit formam materialem : & conſequenter eſt potentia paſſiua reſpectu formarū ſubſtātialiū, ſicut eſt reſpectu diſpoſitionū vltimarū. Licet ſecūdum Platonē,& Auicennā ēt formæ materiales nō ſint de potētia materiæ,ſed omnes formas ſubſtātiales dicunt ab extra prouenire ſicut animā , & eſſe à datore formarū:& cōſequenter ponerēt eſſe potentiā actiuā,& paſſiuā reſpectu vltimę diſpoſitionis,ſed nō reſpectu formarū.Et tñ in hoc nō multum differt, quia quidquid ponatur,hoc ſaltem notū eſt,φ tantū ſe extēdit potētia actiua naturalis,quātum paſſiua naturalis : & ideo vel ambæ ſunt ad formā, vel ambæ ad neceſſitatē formæ.i.diſpoſitionē vltimā. De reſurrectione autem dicendū,φ nullū principium reſurrectionis eſt in natura,neq; reſpectu coniunctionis animæ,& corporis , q̄ eſt quaſi forma intētata per reſurrectionē: neque reſpectu diſpoſitionis vltimæ,quæ eſt neceſſitas ad talē coniunctionē.Et ratio eſt,quia talis diſpoſitio nō pōt induci a natura, niſi determinato modo,ſ.per uiā generationis ex ſemine.Alius autem modus nō eſt , qđ patet , quia nullus homo pōt produci naturaliter ad eſſe,niſi ſit:& tñ in reſurrectione fit vnio principiorū, & vita ſequitur: ſicut in generatione vniuntur principia,& ſequitur vita : ergo talis diſpoſitio qualis in reſurrectione fit in corpore,nō poterat fieri naturaliter niſi per viam generationis ex ſemine : & ita nullum principium actiuum eſt in natura,quod poſſit facere vnionem , vel coniunctionem animæ,& corporis:ſic

F neque etiam diſpoſitionem vltimam corporis,ſecun
dum quā ſit apertum vt anima ſibi immediate vnia-
tur,& conſequenter neque eſt potentia paſſiua ad ta
lē vnionē naturalis: & ita reſurrectio non poterit eſſe
motus naturalis:vnde etiā ſi ponatur aliqua potentia
paſſiua ex parte corporis,ſeu ēt inclinatio quæcunq;
ad animæ coniunctionem,non eſt talis, quæ ſufficiat
ad rationē motus naturalis, quia neque eſt ibi princi-
pium actiuum naturale,neque paſſiuū:ideo ſimplici-
ter loquendo reſurrectio eſt miraculoſa,& non natu
ralis,niſi ſecundum quid vt declaratum eſt.

Ad primum dicendum, φ dictum Damaſceni in-
telligitur de illis,quæ inueniuntur in omnibus indiui
duis alicuius ſpeciei,& ſunt cauſata ex principijs natu
G ræ;nam ſi diuina operatione,aut per accidens contin
geret , φ omnes homines dealbarentur, aut congre-
garentur in vno loco,non eſſet naturale homini eſſe
album,aut eſſe omnes ſimul.Sic autem eſt de reſurre
ctione,φ licet omnibus indiuiduis humanis compe-
tat reſurgere,non competit eis ex cōditione natura-
li ſed diuina voluntate & poteſtate: ideo reſurrectio
non eſt motus naturalis.

Ad ſecundum dicendum,φ ex rationibus aut ſimi
litudinibus naturalibus non poteſt concludi aliquid,
niſi naturali demonſtratione vel per neceſſitatem &
tñ ſuaſoriè poteſt aliquid ſupernaturale manifeſtari
ex rationibus vel ſimilitudinibus naturalibus. Et hoc
quia res,quæ ſunt ſecundum naturam habent ſimili-
H tudinem aliquam illarum rerum , quæ ſunt ſupra na-
turam,& repręſentant illā,ſicut vnio corporis ad ani-
mam repręſentat vnionem ſpiritus ad Deum per glo
riam:& ita rationes adductæ ex naturalibus à Grego
rio ad oſtendendum reſurrectionem non probant,
ſed adminiculantur vel ſuadent.

Ad tertium dicēdum,φ illa ratio tenet de illis,quę
ſunt contra naturam, nam de violento dicitur, quòd
non eſt perpetuū: ſecus autem de illis, quæ ſunt præ-
ter naturam,ſed non contra: reſurrectio autem non
eſt naturalis , quia non ſunt principium,& terminus
eius naturalia:& tamen non eſt contra naturam , ſed
potius naturam perficit. Circa quod poſſunt aſſigna- *Quatuor gradus pœnes naturam.*
ri quatuor gradus : quædam enim ſunt contra natu-
I ram , alia ſunt nullo modo naturalia,& tame nō ſunt
contra naturam: alia ſunt non naturalia ſimpliciter ,
& tñ ſecundum quid ſunt vel pñt dici naturalia : alia
ſunt pure naturalia . Prima ſunt , in quibus neque
principiū motus, neq; terminus ſunt naturalia: & in-
ſuper eſt motus ille contra inclinationē patientis: &
hoc vocamus violentum,quia paſſo nō confert vim.
3.Ethi.c.1.Secūda ſunt, in quibus neque principium
neq; terminus motus ſunt naturalia: & ideo ipſa nul-
lo modo ſunt naturalia: & tñ non ſunt contra inclina
tionem naturæ: immo potius naturam perficiunt, &
ita eſt glorificatio corporum : nā ibi neque principiū
neque terminus ſunt natura:& tñ quia natura magis
K perficitur cū corpus glorificatur, non eſt motus glori
ficationis corporum violentus , licet non ſit aliquo
modo naturalis.Tertia ſunt quæ habēt aliquid ſecun
dū naturā , & aliquid non.ſ.habent terminum natu-
ræ,ſed non eſt principiū:ſicut eſt illuminatio cęcorū,
& reſurrectio mortuorum , vt ſupra dictum eſt,& ta-
lia ſimpliciter vocantur non naturalia, vel miraculo-
ſa : & tamen ſecundum quid poſſunt vocari natura-
lia:& tñ illud nō ſufficit ad vocādū ea naturalia.Quar-
ta ſunt omnia,quæ habent tā principiū quàm termi-
nū ſecūdū naturā, vt omnes alterationes corporū, ſi-
ue ab intrinſeco,ſiue ab extrinſeco factis per alia agē-
tia naturalia.De primis dicēdū φ nō pñt diu manere,
quia nō ſolum nō ſunt naturalia,ſed etiā ſunt violen-
ta . Et ratio non permanendi eſt , quia cum in eis fiat
contra

contra inclinationem patientis resistet illud, & succumbet aliquando id, quod violentat illud. De secundis & tertiis dicendum, ꝙ licet nō sint naturalia sunt permanentia, eo quòd non est in eis aliquid contra naturā, sed potius natura perficitur per illa: imo dicendum ꝙ magis illa manent saltem in exemplis datis quàm naturalia, quia in naturalibus est aliqua contrarietas, vel intrinseca, vel ab extra, secundum quam contrarietatem fit actio, & corruptio: glorificatio autem corporum & resurrectio quæ pertinet ad secundum, & tertium modum non relinquunt contrarietatem in statu, in quo sit actio: ideo cum a contrarietate fiat corruptio, potius sunt permansiua ea, quæ, sic se habent non naturaliter quam ea, quæ purè naturaliter se habent: & ideo licet resurrectio non sit naturalis, ipsa vnio corporis & animę causata per resurrectionem manebit in æternum.

Ad quartum dicendum, ꝙ licet tota naturæ expectatio sit ad rationem non est resurrectio naturalis, sed est vltimū naturæ, ad quod ipsa non peruenit per se, sed per actionem alicuius agentis nō naturalis. Accipitur enim naturale strictè vt dictum est.s.id, cuius principium, & terminus natura sunt: & hoc quātum ad motus. De rebus autem dicimus, quòd naturales sunt, quia habent naturam, & ea quæ consequuntur naturam: & quia resurrectio accipitur vt motus, vel operatio, & non habet naturam pro principio & termino non est naturalis, & tamen nihilominus est expectatio totius naturæ: imo sic resurrectio esset aliquid naturale totius naturę. Et ratio est, quia id, quod naturale est, ex principijs naturalibus habetur: maius autem bonum est, quod non potest haberi ex viribus naturæ, sed per aliquod superius habetur quàm id, quod habetur ex solis viribus naturæ: & ideo specialiter pertinet hoc ad naturā humanam propter suam excellentiam: cętera enim propter minorem gradū perfectionis suæ possunt peruenire ad vltimam perfectionem suā per id, quod in eis est, & non indigent alieno adiutorio. Tantæ autem perfectionis est bonū humanum.i.finis, ꝙ ad illud nō potest peruenire homo ex seipso, sed per operationem causæ superioris peruenit. Tota enim operatio naturę humanę est sub operatione diuina; sicut operatio inferioris artis est sub operatione superioris. Vnde sicut omnis operatio inferioris artis expectat aliquem finē, ad quem nō peruenitur nisi operatione artis superioris inducētis formam, vel vtentis artificio facto, sicut frœnum fit à frēnifactiua, & fit ad vsum equitandi: & tamen iste finis equitandi non inducitur per frēnifactiuam, sed ipsa expectat eū a superiore.i.ab equestri, quę vtitur freno facto. Vel sicut qui disponit partes domus est artifex manualis, & facit ad finem domus, & tamen non facit ipse illum finem, sed expectat illum ab architectonica, quæ inducit formam domus: ita ad finem vltimum, ad quem tendit tota expectatio naturæ humanæ, non potest perueniri opere humano, sed superioris causæ scilicet Dei. resurrectio ergo non est naturalis, sed fit a Deo.

Ad quintum dicendum, ꝙ licet resurrectio terminetur ad coniunctionem corporis, & animæ, quæ est quies naturalis, non est motus naturalis: nō enim conuertitur ista.s. omnis motus, qui terminatur ad quietem violentā est non naturalis: ergo omnis motus, q terminatur ad quietē naturalē est naturalis, quia plura requirūtur ad constituendā rem aliquam quàm ad destruendum eā: nam sufficit ad destruendū defectus vnius principij essentialis: & tamē ad cōstituendū nō sufficit assistentia, vel cōcursus vnius aut paucorum, sed requiritur concursus omnium, quę faciunt ad esse: facere aūt motū non esse naturalē est destruere il-

A lum ab aliquo modo vel gradu essendi: ideo sufficit, quòd aliquid de naturalibus deficiat scilicet ꝙ nō sit quies naturalis, vel non sit terminus natura. Facere autem motum esse naturalem est constituere ipsum in aliquo modo essendi: & ideo requiritur ad illud cōcursus omnium, quę sunt ad esse motum naturalem: & ad illum necesse est tam principium quàm terminū esse naturā. Vbi ergo deficit principiū, licet sit terminus non est motus naturalis. & quia resurrectionis principium non est naturale, vt ostensum est supra, ēt si terminus sit natura, & consequenter quies naturalis, non est resurrectio motus naturalis.

An Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis. Quæstio. CCXXV.

B

QVAERETVR nunc de resurrectione nostra ꝑ comparationem ad causam efficientem, & primo quantum ad resurrectionem Christi scilicet an resurrectio Christi sit causa resurrectionis nostræ.

Aliqui dicunt, quòd nō, quia posita causa sequitur effectus: sed posita resurrectione Christi non fuit statim secuta resurrectio aliorum mortuorum: ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

Secundò quia cum effectus recipiat esse a causa non potest esse nisi præcesserit causa: ergo si resurrectio Christi esset causa resurrectionis mortuorum non posset esse resurrectio mortuorum, nisi Christus resurgeret: & tamen etiam si Christus non resurgeret, neque moreretur, erat Deo possibilis alius modus, quo liberaret homines a peccato & suscitaret a morte: ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

C

Tertiò quia nūquàm effectus præcedit ad causam: quia aliud haberet esse a non ente, vel saltem non a causa: & ita causa non esset causa, cum nō daret esse: ergo si resurrectio Christi esset causa resurrectionis mortuorum, non posset aliquis resurgere ante Christum: & tamen multi surrexerunt ante Christum scilicet illi, quos ipse viuens suscitauit, vt filia archisynagogi. supra.9.& Mar.5.& adolescens filius viduæ, in Naim, Luc.7.c.& Lazarus in Bethania. Io.11.c.& alij multo tempore ante Christi aduentum surrexerunt, vt filius viduę Sareptanæ, quem suscitauit Helias. 3. Reg.17.c.& filius Sunamitis, quem Helseus suscitauit.4.Reg.4.c.& mortuus, q reuixit tactis ossibus Helisei 4.Reg.13.c. ergo non est resurrectio Christi causa resurrectionis mortuorum.

D

Quartò quia eadē est causa vnius proprietatis, vel effectus in tota specie, sed resurrectio est communis omnibus de specie humana. ergo eadem est causa omnium suscitationum: sed resurrectio Christi est resurrectio hominis, & illa non est causa suiipsius: ergo non est causa omnium suscitationum humanarum, neque alicuius earum: quia idem est causa vnius, & omnium in eadem specie.

Quintò quia in effectu relinquitur semper aliqua similitudo causę, cū effectus recipiat esse a causa, & cū non sit identitas erit saltē similitudo: & tñ resurrectio quorundā est, quę nullā similitudinē habēt ad resurrectionē Christi, vt resurrectio malorum: ergo resurrectio Christi non erit causa resurrectionis illorū.

E

Dicēdum quòd oportet poni resurrectionē Christi esse causam resurrectionis mortuorū aliquo modo: quia illud, quod est primum in quolibet genere est causa eorum omniū, quæ post ea sunt. 2. Metaph & tñ Christus ratione corporalis resurrectionis dicitur primitiæ dormientium. 1. Cor. 15. & dicitur primogenitus mortuorum Apo. 1. c. ergo resurrectio Christi est causa resurrectionis mortuorum.

Secundò,

Secundò, quia resurrectio Christi magis conuenit cum nostra resurrectione corporali quàm cum resurrectione spirituali, quæ est per iustificationem, quia resurrectio corporalis Christi, & nostra vniuocantur: vtraq; enim est resurrectio hoīs, & reunio aīæ, & corporis, & vtraque miraculosa, & tñ resurrectio Christi corporalis est causa nostræ iustificationis, quę est spiritualis resurrectio, ad Rom. c. 4. s. Resurrexit Christus pp iustificationem nostram. ergo est causa nræ resurrectionis corporalis, à fortiori resurrectio Christi.

Christus dicit mediator Dei, & hominū rōne humanæ naturæ, & non diuinę.

Circa hoc considerādum, ꝙ Christus dr̄ mediator Dei, & hoīum ratione humanæ naturæ, & non diuinæ, non quia homo est, quia humanitatē accepit: nā sicut Deus extremum est, ita & homo est extremū, sed Christus rōne humanitatis est mediator, idest, quia cum esset De⁹ ab æterno accepit humanitatem, quæ nō erat sibi naturalis, & factus est verus homo factus est mediator Dei, & hominum, i. suppositum, vel persona media inter istas duas naturas, nam Deus absolute sumendo solum habet diuinitatem, homo autē humanitatem, Christus verò vtrunque.

Sed tunc dicetur, quare potius pp humanitatē dicitur mediator quam pp Deitatem, cum vtrunque sit extremum. Dicēdum, ꝙ verum est, & tñ Christus est mediator, quia vtrunq; habet, quid aūt fuit causa accipiendi vtrunque, est dicendum, ꝙ humanitas. Nam Christus naturaliter, & ab ęterno erat Deus, & quandiu erat solum Deus, erat extremum, ex tpe aūt, & voluntarie factus est homo, ideo per assumptionem naturæ humanæ factus est mediator, & non per naturā diuinam, nam qñ habuit naturam diuinam, qđ fuit p æternam generationem à patre, nondum erat mediator, cum autem habuit naturam humanā statim fuit mediator: ergo ratione humanæ naturæ dr̄ Christus mediator, esset autem è contrario si aliquis, qui semper fuisset homo, inciperet esse Deus, ita ꝙ humanitas assumeret Deitatem diceret ille mediator Dei, & hominum pp naturam diuinam (hoc tñ si posset humana natura assumere diuinam, quod non est possibile) est ergo Christus mediator Dei, & hominū est ratione humanæ naturæ, & non diuinæ. Ex quo sequitur, ꝙ cum ab extremis ad extrema non fiat defluxus, nisi per media, ꝙ omnia diuina dona, quæ à Deo ī homines descendunt proueniunt, vel deriuant mediante Christi humanitate, sed resurrectio nostra puenit ex dono diuino, i. per humanitatem Christi descēdit, & sicut a morte corporali non possumus liberari, nisi per gratiæ donum diuinitus datū, ita neq; a morte corporali, nisi per resurrectionem diuina virtute factam, & ideo sicut Christus primitias gratiæ suscepit, quia datus est ei spiritus, & non ad mensuram, & gratia eius est causa nostræ gratiæ, quia de plenitudine eius oēs accepimus gratiam Io. 1. ca. Ita & in ipso inchoata est resurrectio, & sua resurrectio erit causa nostræ resurrectionis, sicut gratia sua est causa nrǣ grǣ:

Gratia Chr̄i nrę grę causa est.

Nam sicut in gratia Christus habet primitias, ita & ī resurrectione. Ipse. n. dr̄ primitiæ dormientium, i. resurgentium de dormientibus. Est enim Christus causa nostræ resurrectionis per oēm modum, quo resurrectio habet aliquam causam, nam Christus inquantum Deus est causa æquiuoca resurrectionis nostræ, quia homo resurgens non est similis Deo in natura: Christus autem inquantum Deus, & homo est causa proxima, & vniuoca nostræ resurrectionis: Causa aūt vniuoca agens producit effectum in similitudinē suę formæ, & ideo non est solum causa efficiens, sed etiā exemplaris respectu illius effectus. Et quia causa exēplaris hēt similitudinem in forma ad rem exemplatam, ista autem similitudo attenditur dupliciter: quādoque enim forma, per quam attenditur similitudo

F agentis ad effectum est directè principium actionis, qua producitur ille effectus, sicut calor in igne calefaciente: nam calor in igne calefaciēte est causa exemplaris, & causa efficiens caloris producti in re calefacta, quia calor in re calefacta similatur calori in re calefaciente, & est calor ignis directè principium, quo producitur calor in re calefacta: quandoque autē forma illa, fm quam attenditur similitudo, non est principium primo, & per se illius actionis, qua effectus producitur, sed principium illius formę est directe principium, quo per se producitur effectus, sicut si homo albus generet hominem album, albedo generātis nō est principium generationis albedinis geniti actiuè: & tñ albedo generantis dicitur causa albedinis generati, quia principia albedinis in generante sunt principia facientia albedinem inquantum, s. frigiditas, quæ facit hominem album simul cum aliis dispositionibus facit, ꝙ genitus ex semine illius sit albus inquantum eadem principia transmittuntur ad generatum.

G

Ita ergo de resurrectione Christi dicendum est, ꝙ est causa nostræ resurrectionis, non quidem primo modo, sicut calor ignis est causa caloris ī generato, & est directè principium actionis illius, sed sicut homo albus gignit hominem album, s. ꝙ licet ipsa resurrectio Christi non suscitet nos, vel non sit principium, quo nos suscitamur, ipsum tamen quod in Christo est, q est causa vniuoca nostræ resurrectionis, agit ad nr̄am resurrectionem, s. virtus diuinitatis Christi, q̄ est communis ei, & patri, & fuit illa virtus ēt causa resurrectionis Christi. Sic dicitur ad Roman. 8. qui suscitauit Iesum a mortuis viuificauit mortalia corpora nostra, & tamen aliqui dicunt, ꝙ ipsa resurrectio Christi virtute diuinitatis adiunctę est causa quasi instrumentalis nostræ resurrectionis, sicut Christi humanitas erat quasi organum operationum Deitatis eius in carne sua, vt dicit Damascenus: & tñ melius dr̄, ꝙ sit causa exemplaris, vel efficiēs modo supra posito, & est causa ad inferendum. Ita enim arguit Apostolus. 1. Corin. 15. si Christus resurrexit, & nos resurgemus.

H

Ad primum dicēdum, quòd posita causa, ponitur statim effectus, si sit causa sufficiens, & quia in Deo non potest poni aliquid insufficiens, necesse est dici, ꝙ aut resurrectio Christi nullo modo sit causa nostrę resurrectionis, aut est causa sufficiens, & ita deberet producere effectum suum.

I

Sed adhuc dicendum, quòd hoc non tenet, nisi de effectu immediato, nam quantumlibet sit aliqua sufficiens, non potest producere statim suum effectum vltimum, vel totalem: sed immediatum, sicut calor productus in calefactibili est effectus ignis: & tamen quantumcunque sit aliquis calor intensus ignis, non producit statim post applicationem calorem ī re, cui applicatur, sed per successionem: & tamē statim mouet ad generationem caloris alterādo, idest quòd nullum tempus, vel instans dat post applicationem ignis ad rem, in quo nō moueat ad caloris generationem, & ita mouere ad calorē est effectus caloris, vel ignis immediatus, & hunc statim facit, non autem producere calorem, eo ꝙ calor est effectus ignis mediante motu: motus autem effectus eius immediatus, quia calorem causat ignis per motum, sed motus non fit per aliquid aliud medium, sed per seipsum. Sic aūt de resurrectione Christi. Nō est. n. ipsa causa resurrectionis nr̄æ p se, quia ipsa nō facit nr̄am resurrectionem, sed mediāte principio suo, idest ipsius resurrectionis Chr̄i, cuius fuit principiū virt⁹ diuina, & est principium nostræ resurrectionis, inquantum facit resurrectionem nostram, & similitudinem resurrectionis Christi, virtus autem diuina operatur mediante voluntate, quæ est causa immediata effectui, & ideo non opor-

K

Quo intelligi ꝙ possit cā ponit effectus.

oportet, quòd statim post resurrectionem Christi fuerit secuta resurrectio hominum, sed statim, vt diuina voluntas voluerit, oportet quòd fiat.

Ad secundum dicendum, quòd in causis, quę sunt causæ per necessitatem est verum, quòd non potest esse effectus alio modo, nisi causa præcedat, secus in voluntarijs causis, quia quod vno modo causatur potest etiam causari alio. de virtute diuina, ita est, quòd non est causa agens per necessitatem, & non alligatur causis secundis, quin possit effectum producere immediatè non existentibus illis causis secundis, sicut posset hominem producere sine homine, & generationem omnium inferiorum sine motu cęli, & tamen secundum ordinem iam à Deo constitutum motus corporum cęlestium est causa omnium generationum rerum inferiorum. similiter secūdum ordinem, quem diuina prouidentia in inferioribus constituit modus, & ordo liberationis nostræ a peccato est per mortem Christi, & resurrectio Christi causa nostræ resurrectionis, potuit tamen instituisse alium modum liberationis à peccato sine passione Christi, & aliam causam resurrectionis nostræ, & tunc resurrectio Christi non esset causa nostræ resurrectionis.

Ad tertium dicendum, quòd verum est, ꝙ causa semper præcedit effectum, & ita etiam hic: nam resurrectio Christi non est per se principiū resurrectionis alicuius, sed per principium, quod in Christo est, & illud est virtus diuina: & resurrectio dicitur causa nostræ resurrectionis, inquantum nostra est ad similitudinem illius, & est illa coniuncta principio resurrectionis, & tunc verū est, ꝙ virtus diuina fuit causa omnium suscitationum, quas Christus fecit, & earum, quas Elias, & Elisæus fecerunt, & illa fuit virtus Christi, quæ est eadem in eo, & patre. maximè quia Christus ab æterno est, vt colligitur ad Hebrę. 13. ca. ideo causa resurrectionis, quæ est coniuncta resurrectioni Christi fuit ante omnes illas suscitationes. Aliter pōt dici, ꝙ intelligitur resurrectio nostra de resurrectione generali, & ad hanc causam tempore præcedit resurrectio Christi, & sic potest ipse vocari primogenitus mortuorum (vt quidam volunt) sed melius dicitur, ꝙ est primogenitus morientium non tpe, sed dignitate. Ad quartum dicendum, ꝙ resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, & omnium suscitationum, & tñ non est causa suiipsius. Argumētum autem tenet, quando omnia, quæ sunt in vna specie, habent eundem ordinem ad aliquē effectum in eis producibilem quātum ad omnia indiuidua eiusdem speciei, sicut album fieri, vel calidum, quia omnia indiuidua æqualiter se habent ad hęc, & ideo vna, & eadē causa est, secundum quam omnes homines calefiūt, vel omnes homines dealbantur, secus autem est de resurrectione Christi, & nostra, quia humanitas Christi est proximior virtuti diuinæ, quæ est causa omnis resurrectionis omnium, & est prior causa resurrectionis nostræ quam humanitas Christi, & ob hoc virtus illa est immediate causa resurrectionis Christi, sed resurrectionis nostræ non est causa immediata virtus diuina, sed mediante Christo homine resurgente, vel resurrectione sua, & ideo licet resurrectio Christi sit causa resurrectionum omnium, non est causa suiipsius.

Ad quintum dicendū, ꝙ in effectu relinquitur semper aliquid de virtute animæ, s. de efficiente, quæ est per se, & directè principium actionis. Resurrectio autem Christi nō est per se efficiens resurrectionem nostram, sed solum, sicut albedo generantis albedinem generati, & ideo non oportet, ꝙ resurrectio habeat aliquid de similitudine resurrectionis Christi. Aliter potest dici, ꝙ cuiuscunque causæ non penitus æquiuocæ relinquitur similitudo aliqua in cāto, & ita et quantum ad malos resurgentes relinquitur in eis aliqua similitudo Christi resurgentis. Nam sicut omnes mali conformantur Christo in veritate naturę humanæ, sicut & boni, ita & in resurrectione conformātur Christo, quia sicut per resurrectionem rediit ad esse hominem, quod nō fuerat in triduo mortis, ita & omnes tam boni quam mali per resurrectionē redeūt ad esse homines, qui prius fuerant, & quia per resurrectionem datur vita immortalitatis, & mortalitas, & immortalitas pertineant ad esse corporale, sicut fuerant mali similes Christo in veritate naturæ, ita & recipient immortalitatem, quæ est conditio resurgentium ex parte corporis, & naturæ, boni autem, sicut hic fuerunt Christo magis similes, s. secundū esse naturæ, & gloriæ, ita ibi erunt ei magis conformes, s. in eis, quæ sunt naturæ, & gloriæ.

An vox tubæ, quæ audietur in resurrectione, sit causa nostræ resurrectionis. Quæst. CCXXVI.

QVAERETVR, vlterius de voce tubæ, quæ audietur in resurrectione, an sit causa resurrectionis nostræ. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia dicit Dama. crede resurrectionem nostram futuram Dei voluntate, & virtute, & nutu: ergo cum ista ponantur esse causa sufficiens resurrectionis nostrę non oportet poni vocem tubæ esse causam. Secundo, quia si vox ibi esset, frustra esset: frustra enim vox emittitur ad eum, qui audire non potest, sed mortui non habebunt auditū, ergo frustra suscitabitur aliqua vox ad suscitandum eos. Tertio quia si vox aliqua esset causa resurrectionis, vel conferret aliqualiter ad eam, non poterat esse, nisi per virtutem deitatis voci datam, vnde super illud Psal. 67. s. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis: dicit Glo. idest virtutem suscitandi corpora, sed ex quo datur potentia alicui rei, etiam si miraculose detur, illa res operatur naturaliter per illam potentiam, sicut patet in cęcis supnaturaliter illuminatis, quia postea non vidēt miraculose, sed naturaliter, ergo si vox esset causa resurrectionis fieret resurrectio naturaliter, vel esset naturalis quod falsum est. Dicendum, ꝙ vox tubę aliquo modo agere asseritur ad resurrectionem. primo quia 1. Thessa. 4. ca. dicitur, ꝙ dominus in tuba descēdet de cęlo, & mortui, qui in Christo sunt resurgent primi, & tamen tuba non poneretur ibi, nisi aliquid conferret ad resurrectionem, ergo confert. Secundo quia Io. 5. ca. dicitur, ꝙ qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent, & ita videtur, ꝙ illa vox ad vitam agit, quam intendit resurrectio, sed illa vox est, quæ dicitur tubæ, ergo vox tubę agit ad resurrectionem. Circa hoc tamen dicendum, quòd aut accipitur agere ad resurrectionē strictè, aut largè. Si primo modo nihil agit ad resurrectionem, nisi diuina virtus, quæ illam causat: nam resurgere proprie est reuniri formaliter animam corpori, per quod est vita, & istud est miraculum, sed miraculum non potest fieri, nisi immediate à Deo, ideo ad resurrectionem sic non agit vox illa. Accipiendo autem largè agere ad resurrectionem, prout est agere ad quoddam apparatus, vel solemnitatem resurrectionis poterit agere vox tubæ. Sed circa hoc considerandum, ꝙ adhuc est dubium quid sit tuba illa, & vox tubæ, & ideo secundum hoc, quòd diuersimode accipitur potest varie dici de illa voce, quòd agat ad resurrectionem, vel non in generali. Tamen potest dici, ꝙ vox illa quidquid sit, agat aliquid ad resurrectionem, quia oportet causam effectui aliquo modo coniungi, quia mouens, & motum, faciens & factum sunt simul 7. Physi, sed in resurrectione nostra Christus

Deus,

Deus, & homo est causa vniuoca, vel quasi, ideo videtur, ꝙ in resurrectione nostra corporali Christus vtetur aliquo signo corporali, & istud signum dicunt esse tubam.

Sed tunc dicunt aliqui, quòd ista vox tubæ erit vox Christi ad literam resurrectionem imperantis.

Alij dicunt, ꝙ nihil aliud erit, nisi quædam præsentatio euidens filij Dei in mundo, de qua infra 24. c. s. Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet in Occidente ita erit aduētus filij hominis, s. ꝙ ita apparebit Christus subito toti mundo cū venerit ad iudicandum, sicut cum fulgur apparet, quia subito, & quasi semel videtur in Oriente, & Occidente. Item isti nituntur auctoritate Gregorij: dicit enim, ꝙ tubam sonare nihil aliud est quam mundo, vt iudicem filium Dei demonstrare, & tūc ipsa apparitio filij Dei vocatur vox, quia ei apparenti obediet tota natura ad corporum suscitationem, sicut imperanti. Et ita apparitio eius inquantum habet vim cuiusdam imperij dicitur vox eius. Sed magis videtur dicendū, ꝙ sit vere vox Christi vocantis mortuos ad resurrectionem, vel iubentis eis resurgere, & hoc est conuenienter dictum. Primo, quia ita solet Christus iubere rebus, vt faciāt aliquid, & obediunt ei. sic patet supra 8. c. vbi Christus imperauit mari, & ventis, & quieuerunt. Ita & nunc mortuis mandabit, ꝙ resurgant, & resurgent. Secūdo, quia qn̄ Christus veniet ad iudicium, & suscitationem hominum veniet in iussu 1. Thessa. 4. c. ergo veniet iubēdo, sed iussio fiet in voce: ergo erit tunc vox eius. Tertio patet, quia cum dicatur, ꝙ erit tunc vox tubæ, & potest saluari secundum proprietatem literæ, melius est, ꝙ sic accipiat, quam ꝙ aliter exponatur, & tn̄ sic potest stare, vt dictum est, ergo melius est sic exponi quam accipi pro apparitione, quā faciebat toti mundo, licet illud satis teneri potest. Quarto & efficacius, quia Io. 5. c. dr̄ expresse, ꝙ omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuēt: ergo realiter erit ibi aliqua vox Christi. Ista vox aliqn̄ vocatur clamor, aliquando vox: aliqn̄ tuba. De primo infra 25. c. Media nocte clamor factus est. Et accipitur de clamore ad resurrectionem, & iudicium. De secūdo Ioan. 5. Audient vocem filij hominis. De tertio 1. Thessa. 4. vbi ponitur, ꝙ Deus descendet in tuba, idest cum tuba. Clamor autem vocatur, quia est vox citans ad iudicium: nam sicut præcones clamant, & ad iudicium compellunt homines clamando, ita & illa vox ad resurrectionem, & iudicium disponit, quia ista simul erunt, ideo clamor bene dr̄. Dicitur autem vox à proprietate sua, quia vocat, idest per eam vocātur homines, vt resurgant, & quia est Christi hominis. Locutiones autem voces dicuntur, quia est sonus articulatus, & cum intentione significandi prolatus. Tuba autem dicitur vno modo propter magnitudinē vocis: nam fortior vox formatur in tuba quam solo ore humano posset formari, & quia illa vox erit tanta, ꝙ vbique terrarum, & marium audietur, vbicūque fuerit aliquid pertinens ad resurrectionem: ergo tuba dicitur, & ita videtur causa potior. Alio modo potest vocari tuba propter similitudinem vsus tubarum veteris testamenti: nam Deus iusserat fieri duas tubas argenteas ductiles, & in eis clangebatur ad vocandum in consilium, & ad prælium, & solemnitates, epulas, & gaudium. Nume. 10. c. ita autem vox illa Christi conuocabit resurgentes ad consilium iudicij, cū quidam debeant audire, & alij iudicari, & omne rectum iudicium ex præconsiliatis prouenit. Etiam vocabit ad prælium, quia erit tunc prælium, quo orbis terrarum pugnabit pro Deo contra insensatos: Sap. 5. cap. Vocabit etiam ad solemnitatem, & epulas vitæ æternæ beatos: nā illi manducabunt panem in regno Dei:

Vox Christi multipharie in scriptura nominatur.

F Luc. 14. & edēt atque bibent super mensam Christi: Luc. 22. c. Et tamen præcedens modus accipiendi tubā melior est. Sed de tuba ista, an erit vere aliqua tuba, vel vox præter vocem Christi ad iudicium, dicetur infra 24. c. Nunc verò quocūque istorum modorum accipiatur vox tubæ, aget ad resurrectionem. Si enim accipiatur pro apparitione Christi, dicendū ꝙ illa faciet aliqua inquantum habebit vim imperij, & ei apparenti statim obedient omnia, vt mortuos suos reddant, s. vt terra det mortuos suos, & mare mortuos suos. Accipiendo etiam pro voce Christi aliquid cōferret inquantum ei iubenti omnia obedient, & licet virtus sua realiter faciat resurrectionem, quia tamen ad prolationem vocis statim sequitur resurrectio, vi- G detur aliquid agere vox eo modo quo de sacramentis dicimus, ꝙ faciunt ad collationem gratię cum sint quędam instrumenta, licet Deus per se solum effectiue gratiam det. Ad primum dicendum, ꝙ auctoritas Dama. nō excludit vocem tubę. Et potest accipi vno modo, ꝙ causa vere efficiens resurrectionis non erit, nisi virtus Dei, quam per virtutem, voluntatem, & nutum expressit, omnia autem extrinseca, & distincta a Deo non efficient resurrectionem, vox autem tubæ non efficiet resurrectionem, & tamē erit velut instrumentum quoddam, vel apparatus quidam ad illam, aut expressio de eo, quod fieri debeat, & hoc modo confert ad illam, licet non efficiat ipsam. Aliter po- H test dici, ꝙ Dama. circa causam resurrectionis tria innuit in verbis istis, s. voluntatem diuinam quæ imperat virtutem, quæ exequitur, & facilitatem exequendi in hoc, ꝙ posuit nutum, & intelliguntur hæc ad similitudinem eorum, quę in nobis sunt: illud enim facile est nobis facere, quod statim ad dictum nostrum fit, sed multo apparet maior facilitas, si ante verbum prolatum ad primum signum voluntatis, quod nutus dicitur, executio nostræ voluntatis per ministros fiat, & talis nutus etiam apud nos est quædam causa executionis nostræ voluntatis, inquantum per ipsum inducuntur alij ad nostram voluntatem explendam, nutus autem diuinus, quo fiet resurrectio nostra, nihil aliud est quam signum ab eo datum, cui tota natura obediet ad resurrectionem mortuorum, & istud I signum idem est, quod tuba, quia facta voce ab eo statim terra, & mare dabunt mortuos suos; & ministri quoque Dei, s. Angeli efficient quicquid ad eos in resurrectione facere pertinuerit. Ad secundum poterat dici vno modo, ꝙ etiam si mortui non audirent vocem proderit formare illam vocem, quia sic etiā mare, & venti non poterant intelligere vocem Christi, & tamen eis imperauit, vt quiescerent supra 8. c. ita ergo poterat esse in resurrectione, ꝙ licet non audiatur proderit. Secundo dicendum, & melius, ꝙ mortui audiēt vocem illam: nam illa vox ex eo, ꝙ vox est, successiua est: resurrectio autem in instāti fiet, & ideo licet pars vocis præcedens resurrectionem non audiatur à mortuis, audietur pars sequens resurrectionem, K & ita accidit in dormientibus quando excitantur per clamorem: nam partem clamoris præcedentem non audiunt, sed partem sequentem post euigilationē audiunt, & ita asserendum est, ꝙ vere mortui audient vocem illam, quia ita dicitur Ioan. 5. c. qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Sed tunc dicetur ad quid proderit illa vox, quia dato, ꝙ non proferretur fieret resurrectio?

Dicendum, quod per solam virtutem diuinam sine alio præcedenti signo poterat fieri resurrectio, sicut vere effectiue per solam illam fit, & tamen conueniens est signum aliquod ostendi, vt videatur quomodo omnia obediunt iubenti, & illud signum erit ostensiuū diuinę volūtatis de volendo suscitare mortuos,

ſtuos, & vt appareat, ꝙ virtuti eius nulla eſt difficultas A
in operatione, quod nō appareret ſi nullum ſignum
oſtenſiuum eſſet, & ideo ad hoc proderit etiam ſi il-
lud ſignum nullam vim efficiendi habeat.
Tertio dicunt aliqui, ꝙ iſta vox tubæ proderit etiã
ſi non audiatur, quia erit, ſicut voces ſacramentales,
& formę eorum: nam ſacramenta habent vim ſancti-
ficandi, & ſanctificant non inquantũ audiuntur, ſed
inquantum proferuntur: nam panis, & vinum ſuper
quæ proferuntur verba conſecrationis, non audiunt
verba illa, & tamen per verborum prolationem con-
ſecratio fit, ita & vox illa Chriſti ĩ reſurrectione mor-
tuorum proderit ad ſuſcitandũ mortuos non inquan
tum auditur ab illis, ſed inquantum profertur ad eos;
Et dicunt, ꝙ ita eſt, ſicut de voce, quæ fit ad dormien-
tem, qua excitatur. Nam illa, quando excitat, non au-
ditur, & poſtquam excitauerit auditur, & ideo quan- B
do excitat non excitat, vt vox, ſed vt motus factus ad
organum auditus impellendo aerem, & per illã im-
pulſionem ſoluitur ſenſus, ſicut ſolueretur ſine voce,
& ſono per alium motum factum circa dormientẽ,
vt ſi impelleretur, vel traheretur, aut alteraretur cale-
faciendo ipſum, vel infrigidando: nã omnia hæc ſol-
uere poſſunt ſenſus ligatos, & tunc poſt ſolutionem
ſenſuum, quæ eſt euigilatio, incipit ſentiri ſonus, vel
quicunque motus: & ſic vox quando excitat nō ſen-
titur, ſed impellit, cum autem ſentitur non excitat,
& ideo vox illa, quando audietur non ſuſcitabit mor-
tuos, ſed tunc ſuſcitabit, qñ non auditur, & concedẽ- C
dum eſt, ꝙ illa aliquid agat ad reſurrectionem, vt di-
ctum eſt, quia ſtatim, vt illa proferetur, fiet reſurre-
ctio, non tamen habebit vox illa in ſe efficiendi vir-
tutem: neque enim poteſt virtus diuina per vocem
transfundi, ſicut deriuatur virtus agentis per inſtru-
mentum, quo immediate tangitur paſſum in actio-
nibus materialibus, & tamen quantum ſacramenta
proſint, ꝙ ad hoc pertinet non diffinitur nunc.
Ad tertium concedunt aliqui, ꝙ Deus dabit virtu-
tem voci, qua reſurrectio fiat, & ita per diuinam vir-
tutem poterit vox ſuſcitare mortuos. Et cum obijci-
tur, ꝙ eſſet reſurrectio naturalis, negant conſequen-
tiam: dicunt enim, ꝙ verum eſt, ſi illa virtus eſſet ali-
quid fixum in natura, quæ data eſt voci, quia tunc o- D
peratio inde procedens eſſet aliquid naturale, & tamẽ
non eſt aliquid fixum, ſed tale, quale cōpetit ad hoc,
ꝙ illa vox ſit inſtrumentum diuinæ voluntatis, ſicut
de ſacramentis dicunt, ꝙ illa operantur per diuinam
virtutem, & illa virtus non eſt aliquid fixum in ſacra-
mentis, ita vt operatio ſacramentalis ſit naturalis, ſed
eſt taliter, ꝙ ſufficit ad hoc, ꝙ ſacramenta ſint inſtru-
menta diuinę virtutis. Sed de hoc magis dicetur, quã-
do agetur infra 24. c. de voce iſta, & iudicio.
Sed pro nunc dicendum videtur, ꝙ iſti voci dicitur
eſſe virtus data a Deo, nō ꝙ in voce virtus aliqua rea-
liter maneat, vel per eam realiter transfundatur, ſed
quia ſtatim ad vocem ſequitur id, quod per eam ſigni
ficatur, vnde nos vocamus voces efficaces, & virtuo-
ſas, quando ſtatim illis prolatis ſequitur, quod illę ſi- E
gnificant quaſi in illis eſſet virtus agendi, licet non ſit
in eis, ſed in agente occulto, quod vocem ſubſequi-
tur, vel comitatur: non efficaces, vel virtuoſas voces
dicimus, quando ad vocem non ſequitur, quod per
eam ſignificatur, & quia ad illam vocem ſequitur ſta-
tim id, quod per eam ſignificatur, & illud eſt tale, qđ
non poteſt effici, niſi per diuinam virtutem, dicitur il-
li voci data virtus, & iſta eſt virtus ſuſcitandi corpo-
ra, ſ. ꝙ prolata voce illa ita ſtatim corpora reſurgent,
ac ſi in voce eſſet vox ad hæc faciendum.

Aduerte q̃o vox dormientem excitat.

An Angeli operentur aliquid in ſuſcitatione mortuorum. Quæſt. CCXXVII.

QVÆRETVR an Angeli operẽtur aliquid
in ſuſcitatione mortuorum.
Aliqui dicunt, quòd nō, quia maiorem
virtutem efficientem oſtendit reſurrectio
mortuorum quam generatio ad humanam vitam, &
tamen in generatione non fiet coniunctio animæ ad
corpus mediantibus Angelis, ergo in reſurrectione,
in qua fit iterata vnio animæ ad corpus, non fiet illa
coniunctio opere Angelorum, ergo non facient ipſi
ad reſurrectionem.
Secundo ſi ad aliquos Angelos pertineret facere
aliquid in reſurrectione mortuorum, maxime perti-
neret ad virtutes, quarum eſt facere miracula. Et ta-
men non aſcribitur eis, ſed potius Archangelis, & vir
tutibus, vt innuit Magiſter. 4. Senten. diſt. 43. ergo ni-
hil faciunt Angeli in ſuſcitatione mortuorum.
Dicendum, ꝙ Angeli aliquid agent ad reſurrectio-
nem, quia dicitur 1. Theſſa. 4 c. dominus deſcẽdet de
cęlo in iuſſu, & in voce Archangeli, & mortui, qui
in Chriſto ſunt, reſurgent primi. ergo vox Archange-
li aliquid faciet ad reſurrectionem, quia alias non po-
neretur, quando de reſurrectione agitur, cum eſſet
ſuperuacuum de illa dicere, & ſuperuacuum illã tunc
eſſe, quod abſurdum eſt.
Circa quod conſiderandum, quòd Angeli aliquid
agent ad reſurrectionem, ideſt aliquod miniſterium
tunc exhibebunt, & ſi nihil aliud eſſet ſaltem aſſiſte-
rent Chriſto ſuſcitanti mortuos, & iudicanti ad maie
ſtatem eius oſtendendam, & ideo vbicunque de re-
ſurrectione, vel retributione iudiciali Chriſtus loqui-
tur, dicit ſe venturum cum Angelis ſuis in maieſtate,
vel in gloria patris ſui ſupra 16. c. & infra 24. ſed vltra
hoc ponitur communiter, quòd ſit aliqua alia opera-
tio miniſterialis Angelorum faciẽs ad ſuſcitationem
mortuorum. Et circa hoc conſiderandum, quòd vt
dicit Auguſt. 3. lib. de Trini. ſicut corpora craſſiora, &
inferiora atque infirmiora per ſuperiora, & potentio-
ra quodam ordine regunt̃, ita generaliter omnia cor-
pora reguntur à Deo per ſpiritum vitæ rationalem, ſ.
per Angelos. Et hoc etiam tangit Gregorius 4. dialo.
vnde in omnibus, quę Deus circa corporalia facit, vti-
tur miniſterio Angelorum, & ideo ſolet dici, quòd
cum in reſurrectione mortuorum ſit aliquid perti-
nens ad transmutationem corporum, ſ. collectio ci-
nerum, & præparatio eorum ad reparationem corpo
ris humani, vtetur Deus quantum ad hoc in reſurre-
ctione miniſterio Angelorum, ideſt Angeli colligẽt
cineres, & diſponent illos, infuſio autem animæ, vel
reunio ad corpus non fiet per Angelos, ſed ſicut ani-
ma immediatè à Deo creata eſt, & corpori vnita in
generatione, ita & in reunione reſurrectionis ſolus
Deus eam reuniet. Similiter etiam gloriam corporũ
Deus faciet per ſe, & non per Angelos, ſed faciet per
animã, quia Deus per ſe, & immediatè glorificat ani-
mam per ſuam viſionem, per ipſam autem glorificat
corpus inquantum ex redundantia animæ in corpus
efficitur corpus glorioſum, & ſortitur dotes ſuas, ſ. im
paſſibilitatem, claritatem, agilitatem, ſubtilitatem.
Naturaliter enim anima refluit in corpus id, quod ha-
bet propter vnionem eius ad corpus, cum ambo con-
ſtituant vnum per ſe, & ſint partes eiuſdem ſpeciei,
& anima ſit forma eſſentialis corporis, ſicut influit ei
eſſe ſubſtantiale, ita & influet naturaliter quamcun-
que aliam perfectionem ſuam, quæ ſit participabilis
corpori, & quia Deus ſolus beatificat animam, & ani-
ma ex eo, quia ſupernaturaliter accepit, refluit in cor-
pus, dicitur Deus mediãte anima beatificare corpus.

Viſione Dei glorificatur anima.

Sed

Sed dicendum, ꝙ quantum ad reunionem animæ ad corpus, & glorificationem animarum, & corporū nihil faciēt Angeli, neque facere possent, quia est opus virtutis infinitæ, vel pertinens ad alteram naturā. Sed an collectionem cinerum, & dispositionem eorum, & corporum formationem ad hoc, quòd animentur reuniendo animas, aut aliquid aliud faciāt, dicitur magis infra vbi dicetur, an resurrectio fiat in instanti.

In quęs. 133. Ad primum dicendum, ꝙ verum est, ꝙ maius est suscitare hominem quam gignere ipsum, licet reunire animā corpori disposito post si aliquo modo præcedat illa dispositio ad reunionem, non erit maioris virtutis, vel potestatis, quam infundere in generatione, & tamen vtrunque pertinet ad solum Deum: nā difficultas ista, quę est in reuniendo, aut assumetur ex parte indispositionis corporis, aut excellentia animę, super quam rara agentia potestatem habent. Nō primo modo, quia licet difficilius sit ex pulueribus disponere, ita vt sit animabile quā ex semine organizare, tamen dispositio eadem est. Et patet, quia anima humana non potest vniri, nisi corpori habenti certā dispositionem, sicut quælibet forma substantialis exigit determinatam dispositionem in materia, cū qua potest esse, & sine illa non potest esse, & ideo vocatur ista dispositio vltima necessitas ad formam, vt declaratū est supra. ergo eadem penitus est dispositio, quæ fit collectis pulueribus in corpore ad hoc, ꝙ reuniatur ei anima cum illa, quæ fuit à principio in corpore quando fuit anima infusa, & sic non est maior difficultas ex hac parte vnire animam corpori vno modo disposito quam altero. Etiam non est maior difficultas ex parte animæ, quia vtrobique vnitur anima formaliter corpori, ideo ęqualis potestas reqritur vtrobique vnientis animam super ipsam animam: immo videtur maior difficultas vnire in generatione quam in resurrectione, quia in generatione non præexistit anima ad vnionem, sed creando infunditur, & vnitur, & ideo vnire illam tunc est creare eam, sed reunire in resurrectione nō est creare eam, cum iam præexistat, ideo videtur maius esse vnire à principio quā postea reunire, & tamen Angeli non possunt reunire in resurrectione, ergo neque in generatione, sed vtrūque ad Deum pertinet, sed etiam si hoc non faciant Angeli habent alia, quæ faciant, s. collectionem puluerū, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ virtutes non faciūt miracula. Solus enim Deus miracula facit, & etiam illa, quæ faciunt Angeli in resurrectione, non erunt miracula, sed erunt admiranda, & talia faciūt virtutes. creditur autem a plurimis, quòd in resurrectione ministerium pertinebit præcipue ad Archangelum Michaelem, qui est princeps Ecclesiæ in nouo testamēto, sicut fuit princeps Synagogæ in veteri, Dan. 10. ca. Et ille aget in virtute omniū superiorum spirituum, & potissimè virtutum, ad quos spiritus pertinet operari miranda, & ita operante Michaele videbuntur operari omnes Angeli superiores. Credunt etiā, quòd ad resurrectionem cuiuslibet faciet ille Angelus, qui fuit ei deputatus in custodiā, & ideo Angeli de infimo ordine etiam operabuntur ad resurrectionem, cū omnes illi sint deputati in custodiam hominum, & quia per illam vocem Archangeli volunt intelligere totum ministerium Angelicum circa resurrectionem, dicunt illam vocem esse non solum vnius Angeli, sed multorum.

F *An possit per rationem naturalem ostendi generalem resurrectionem hominum esse futuram. Quæst. CCXXVIII.*

QVAERETVR, pro maiori euidentia eorū, quæ dicta sunt supra si resurrectio esset naturalis, an possit per rationem naturalem ostendi generalem resurrectionem hominum esse futuram. In quęst. 133.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia naturale desiderium nō potest esse frustra. 1. Ethic. sed hō habet naturale desiderium ad semper esse, ergo possibile est, ꝙ in ęternum maneat, sed nōn potest semper esse, nisi qui perijt iterum surgat, ergo resurrectio erit, quia aliàs nō impleretur desiderium, & esset frustra. G Antecedens patet, quia homo fugit naturaliter omnia aduersa, quæ esse tollunt, & hoc non est, nisi propter naturale desiderium ad conseruādum esse. Patet etiam 2. Cor. 5. Nolumus spoliari, sed superuestiri, & loquitur in ꝑsona eorum, qui nolunt carere aliquando vita, secundum inclinationem naturalem, licet secundum electionem aliud sit.

Secundo, quia quilibet homo appetit naturaliter beatitudinem, vt patet 1. & 10 Ethi. sed ex ratione naturali apparet, ꝙ beatitudo est bonum sempiternum: & ꝙ non potest esse, nisi sempiternum: ergo notū est naturaliter, ꝙ homo ordinatur ad bonum sempiternum, ad quod non potest, nisi per resurrectionem: H ergo notum est naturaliter, ꝙ resurrectio erit. Antecedens patet, quia Aug. 13. de Trini. c. 8. probat, ꝙ in vita ista non potest esse beatitudo, neque in aliqua vita, quæ finitur, dicens. Morientem vita ipsa deserit. Si beata, aut ergo nolentem deserit, aut volentem, aut neutrum. Si nolentem, quomodo est beata vita, quæ ita est in volūtate, ꝙ non sit in potestate? Si autem volentem quomodo beata vita erat, quam ferre noluit, qui habebat? si dicas neutrum, idest neque velle, neque nolle, sed neque ita beata est vita, quæ talis est, vt quem beatum facit amore eius digna sit.

Tertio, quia naturaliter notum est, ꝙ tota vna species nunquam caret fine suo, quin illum in aliquo saltē indiuiduo consequatur, sed beatitudo est finis speciei humanæ, I ergo necesse est speciem humanā consequi illam in aliquo indiuiduo, sed nullus potest eā consequi in hac vita propter multa incommoda comitantia vitam istam, vt est varietas fortunæ, infirmitas corporis, imperfectio scientiæ, & virtutis: instabilitas, & fatigatio in exercendo actus perfectos intantum, vt illa operatio quantumcunque in principio sit delectabilis, non possit esse delectabilis continuè: immo fatigato per eam delectabile efficitur cessare ab ipsa, sed notum est operationem beatificam non esse fastidiosam: ergo non erit operatio aliqua huius vitę, & ita postea erit, sed non potest esse operatio solius animæ: ergo necesse est post hanc vitam esse resurrectionem, vt homo rediens ad vitam possit beatificari. Incommoda tam istā cōcomitantia. K Antecedens patet per ea, quæ dicta sunt supra de anima, ꝙ in sola vita animæ non possit esse beatitudo humana. Alij dicunt, ꝙ non potest per rationē naturalem ostendi resurrectio futura. Et patet, quia Aug. 13. de Trini. loquens de animę immortalitate ait. Vix pauci magno ingenio præditi vacantes ocio doctrinisque subtilissimè eruditi, ad indagandam solus animæ immortalitatem peruenire potuerūt. In quęst. 233. Ex quo innuit, ꝙ valde maior difficultas erit ostendere esse aliā vitam hominis post hanc, quæ nō potest esse, nisi per resurrectionem: ergo non est notum ratione naturali, ꝙ resurrectio erit. Secundo quia Act. 17. prædicante Paulo resurrectionē mortuorū Athenis inter philosophos in Areopago dixerunt philosophi, & potissimè Epicuri, quòd erat annunciator nouorum dæmoniorum,

rum, & seminiuerbius, ideſt verborum ſeminator, & non loquens vera: & tamen ſi eſſet nota reſurrectio per naturalem rationem, non dicerent hoc philoſophi, qui in naturali ratione vigebant: ergo non eſt no- In q. 222. ta per rationem naturalem.

Dicẽdum, ꝙ ad hoc ſuaſiones multæ ſunt, vt tactũ eſt ſupra, & tamẽ probatio ſolida ex natura, quę ſimpliciter concludat non eſt, & ideo quantumcunque aliqua ſuaſio videatur nimia, ſemper dubitatio manet, ideo nullus de philoſophis tenuit poſitionẽ, neque opinionem ſaltem, ꝙ eſſet reſurrectio, & tamen ſi reſurrectio debet aliqualiter oſtendi ex ratione naturali, oportet argui ex forma ſpecifica hominis: anima rationalis eſt immortalis, & incorruptibilis: ergo non manebit in æternũ extra corpus cum ſit forma, & eſſet ei violentum manere extra corpus, ſed reditio illa eſt reſurrectio: ergo reſurrectio neceſſario ponenda eſt. Et tamen iſta ratio nulli de philoſophis viſa fuit concludens, tũ quia aliqui ignorabant immortalitatem animæ, & ſi illa corrumpitur impoſſibile eſt eſſe reſurrectionem, tum quia conceſſa immortalitate non putabant eſſe aliquam potentiam, quæ rurſus vniret animam corpori, cum organizationẽ corporis, qua diſponitur ad ſuſceptionem animæ ſolum putent poſſe fieri ex ſemine, & nõ ex collectione pulverum, & ſimiles difficultates habebant, de quibus In q. 221. dictum eſt ſupra. & ideo nemo philoſophorum aſſeruit futuram reſurrectionem, neq; nos tenemus eam quaſi naturaliter probatam, ſed quaſi ex fide creditã, & eſt vnus de articulis fidei. Ad primam ergo rationẽ in contrarium dicendum, ꝙ deſideriũ naturale non eſt fruſtra, & licet homo naturaliter deſideret ſemp̱ eſſe, non oportet, ꝙ naturaliter poſſit ſemper eſſe, vel debeat ſemper eſſe, ſed ſatis eſt, ꝙ non repugnet naturæ, & poſſit per aliquam ſuperiorem cauſam induci, ſicut in artibus ſubordinatis ſemp̱ inferior expectat finem ſuperioris, & agit ad illum; vt frenifactiua facit frenum ad vſum equitandi, quem tamen vſum ipſa non facit, ſed ars ſuperior, ſ. equeſtris, ita tota naturæ operatio, ſe habet ad Deum, vt ad ſuperiorem artificem, & expectat complementum ex operatione illius. Et maxime eſt hoc in homine, ideo homo deſiderat ſummum bonum ſuum naturaliter, & non poteſt illud conſequi naturaliter, ſed per gratiã ex actione ſuperioris cauſæ, & hoc non eſt inconueniens, immo neceſſe eſt ſic concedi, quia aliàs diceretur, ꝙ beatitudo, quæ eſt in viſione Dei, non eſt bonum humanum, & ꝙ aliquid minus illa ſit bonum humanum, quod abſurdum eſt, quia nihil perficit hominẽ ſimpliciter, niſi illa beatitudo, & tñ illa non poteſt naturaliter haberi, ſed per Dei operationem, & tñ naturaliter deſideratur, ideo aliquid deſideratur naturaliter quod non poteſt haberi naturaliter. Niſi forte dicas, ꝙ bonum illud nõ deſideretur naturaliter, & hoc falſum eſt, quia ſi non deſideraretur naturaliter, poſſet natura eſſe perfecta ſine illo, & tñ qui illo bono carẽt infęlices ſunt propter ſolum carere, etiam ſi nullum aliud malum ſuſtineãt, ſicut apparet de paruulis manentibus in lymbo: ergo naturaliter appetitur, ſed nõ habetur naturaliter, eſt tamen iſte appetitus in cõfuſo, ideſt non ad bonum determinatum, eo ꝙ non cognoſcitur determinate naturaliter, ſed ex lumine fidei. Secundo poterat dici, ꝙ illud ad quod eſt deſiderium naturale poteſt haberi naturaliter, & tamen negatur, ꝙ ſit deſiderium naturale ad ſemper eſſe: nam deſiderium naturale poteſt accipi dupliciter, aliquãdo pro actu elicito deſiderandi, aliquando pro inclinatione naturali ad aliquid, & iſta inclinatio non eſt aliquid, ſed quædam ordinatio naturæ ad aliquid ſecundum, ꝙ ipſa talis eſt. Et in his debet ſic argui, ſi eſt

Aliquid naturaliter deſideratur, quod naturaliter non poteſt conſequi. Po...

A deſiderium naturale, quod eſt actus elicitus, oportet, quòd procedat ex deſiderio, quod eſt inclinatio, & ſi eſt talis inclinatio, oportet ꝙ ſit poſſibilitas, & ideo accidit ſępe error arguendo de deſiderio naturali, qa ad hoc, quòd aliquod deſiderium, quod eſt actus elicitus ſit deſiderium naturale, oportet probari, quòd ſit ex deſiderio naturali, quod eſt naturæ inclinatio, quia aliàs licet inueniatur in pluribus, vel in omnibus aliquod deſiderium, ideſt actus deſiderandi, quẽ ſtatim ſine præcogitatione eliciant, non probatur, ꝙ ſit naturale deſiderium, vt ſi contingeret omnes homines eſſe intemperatos ſtatim oblato delectabili ſecũdum tactum, & guſtum appeterent illud ad fruendũ, & tamen non ſequitur, ꝙ ſit naturale deſiderium: immo non eſt naturale, ſed vitioſum, ſ. ex habitu intemperantiæ, ad probandum autem, ꝙ ſit naturale, oportet
B oſtẽdere, ꝙ non ſit ex aliquo vitio, vel virtute, aut qualibet habituatione, & inſuper oportet probari, ꝙ ſit poſſibile id, quod deſideratur, quia ad impoſſibile non eſt deſiderium ordinatum, ſed quæcunque ſunt, naturalia, ſunt optimè ordinata. 12. Metaphyſ. ergo oportebit eſſe poſſibile. Et ita ad propoſitum ad oſtẽdendum, ſi appetitus ſemper eſſendi eſſet naturalis, oportebat probari, ꝙ erat poſſibile ſemper eſſe, hoc autem non probatur naturaliter, ideo non conſtat, quòd ſit naturale deſiderium ad ſemper eſſendũ. Vnde potius argumentum iſtud valde peccat, ſ. cum quis vult probare aliquid debere eſſe, vel poſſe eſſe p̱
C naturale deſiderium, ſemper petit principium, cum potius ex poſſibilitate debeat probari appetitus naturalis. Cum autem obijcitur probando, quòd ſit deſiderium naturale ſemper eſſendi per hoc, quòd homo fugit mortem. Dicendum, ꝙ non concludit, quia eadem ratione oſtenderetur, ꝙ brutũ deſideraret ſemper eſſe, quia ſemper cauet, & fugit nociua, & conſequenter ſi appetitus naturę ibi non eſſet fruſtra, quòd etiam brutum deberet reſurgere, quod abſurdum eſt, ſed dicendum, ꝙ licet ſemper cauet homo nociua, non deſiderat ex hoc eſſe in æternum, ſed deſiderat eſſe pro quocunque tempore, pro quo nociuum vult lædere, vel auferre vitam: ſicut enim nociuũ non nocet pro ſemper, ſed pro aliquo determinato nunc,
D ita appetitus eſſendi eſt pro illo nunc, licet nõ ſit cum præciſione, ideſt, ꝙ ita ſit pro tunc, ꝙ non ſit pro poſtea, ſed ex tunc non concluditur ſemper, neque perpetuum, ideo non oſtendit illa fuga, quòd homo, vel brutum appetit eſſe ſemper. Et hoc potiſſime eſt pro brutis, quorum appetitus nõ eſt, niſi naturalis, & quia natura non errat, neque fertur in impoſſibile, ſi bruta deſiderarent ſemper eſſe, neceſſe eſſet, ꝙ illa poſſent ſemper eſſe, & tamen non poſſunt. Ideo dicẽdum eſt, ꝙ bruta non appetunt ſemper eſſe, licet nũquam appetant mori, quia ſtat medium, ſ. quòd in quocũque inſtanti deſiderij ſui deſiderant eſſe, ſed illud non deſiderant cõtinuari in perpetuum. De homine autem dicendum, ꝙ etiam ſi appetat ſemper eſſe, non ſequitur, quòd ſit deſiderium naturale, quia poteſt eſſe per
E electionem quæ frequenter eſt contra deſiderium naturale, vt quando quis eligit mori pro Deo, vel aliàs: nam natura nunquam poteſt inclinare ad moriẽdũ, ſed potius ad oppoſitum: vel erit appetitus ex apprehenſione boni etiam ſine electione, ſicut interdũ homo deſiderat alas, vel habere montem aureum, ſed neutrum eſt ex electione, neq; ex naturali inclinatione, ſed ex apprehenſione boni, & perfectionis, & ideo licet homo deſideraret ſemper eſſe, non ſequeretur, ꝙ eſſet naturale deſiderium.

Ad impoſſibile nõ eſt deſiderium ordinatum.

Ad ſecundum dicendum, quòd appetitus beatitudinis eſt naturalis tam in generali, quam in ſpeciali, & tamen eſt ſub confuſo cum non cognoſcatur naturaliter

liter illud bonum esse humanum, quod verè est. Est autem inclinatio naturalis hominis in bonum illud, quia naturæ hominis nullum aliud bonum potest cõpetere tanquam vltimum, & perfectiuum, nisi visio Dei sempiterna, & licet non sit desiderium prout est actus elicitus in non credẽtibus propter non cognoscere tale bonum, tamen inclinatio naturæ non tollitur, & illa postea perficitur per fidem, quæ ostendit illud esse verum bonum, quod solum possit naturam perficere, & tamen hoc non potest constare per rationem naturalem: quia, vt supra dictum est, ad ostẽdendum quòd erat appetitus naturalis ad talem beatitudinem, oportebat notum esse, vel probari posse ꝑ rationem naturalem hãc esse beatitudinem, aut posse illam haberi, & tunc posset inferri, quòd erat appetitus naturalis ad talem beatitudinem, sed hoc nõ potest ꝓbari. Quod patet, quia Arist. qui subtilius de beatitudine perscrutatus est, cum secundum intẽtionem propriam diffiniuit. 10. Ethico. in quo constat beatitudo, dixit, quòd erat in speculatione, sed non taliter qualiter nos, quia posuit hanc speculationem esse in hac vita circa res altissimas, & cum ista beatitudine posuit indigentias, & imperfectiones dicens, oportet & corpus sanum esse, & cibum, & famulatum esse, non tamen æstimandum multum, & magnis indigere felicem, ergo non patet ratione naturali esse beatitudinem in alia vita in alia re meliori quam hic sit.

H Cum autem obijcitur de auctoritate Aug. nõ posse esse beatitudinem, nisi sempiternam, posset ab eo, qui nullam fidem tenens sequeretur solum id, quod naturaliter est manifestum, responderi beatitudinem humanam posse haberi in hac vita. Et cum obijcitur, an perdatur à volente, vel nolente. Dicetur, ꝙ à volẽte. Et cum dicitur, ꝙ non erat beata vita, quam ferre noluit, qui habebat. Dicendum, quòd quandiu haberi potuit voluit ille eam ferre, sed quando sciebat, ꝙ non poterat haberi voluit eam non habere, & est ista voluntas ordinata. Dictat enim recta ratio, quòd quilibet velit conditionem naturæ suæ, non habenti autem fidem, sed sola ea, quæ naturaliter nota sunt, recta ratio, vt ei videtur, ostendit mortalitatem esse cõditionem naturæ humanę, & ideo debet velle aliquãdo vitam amittere, cum conditio naturæ sit vitã amittere, & qui vult amittere vitam vult etiam amittere beatam. Et cum obijcitur, quòd nõ est vita beata, quæ non est amata ab habente. Dicẽdum, quòd verum est si non erat amata ab illo pro eo tẽpore, quo erat possibile eam haberi, & conueniens amari, & tamẽ manere illam vitam sic beatam semper non conueniebat rectę rationi, cum esset contra conditionem naturæ quam sequi recta ratio dictat, ideo non erat amandum semper manere beatam vitam, & ideo non apparet ex illo, ꝙ beata vita sit sempiterna.

I Ad tertium dicendum est, ꝙ notum est per rationẽ naturalem naturam humanam posse cõsequi finem suum in aliquo indiuiduo, & ideo beatitudinẽ, ideo notum est non solum in vno, sed in quolibet non orbato ad virtutem, vt dicitur 1. Ethi. & tamen cõsequitur beatitudinem illam, quę putatur esse humana, vel de qua constat per rationem naturalem, sed de beatitudine, quæ sit perpetua, vel post vitam non constat naturaliter, ideo non concedent, quòd talem consequatur aliquis homo. Cum autem obijcitur, quòd impossibile est in hac vita haberi beatitudinem nos qui veritatem scimus concedimus hoc, & tamen non est notum per rationem naturalem, quòd non possit haberi in hac vita, ideo per rationem naturalẽ non constat, nisi de ea, quæ in hac vita haberi potest. Cum autem adiungis, quòd varietas fortunæ, infirmitas corporis etiam non permittunt esse beatitudinem hic.

F Dicendum, quòd verum est de beatitudine perfecta, vel simpliciter, qualis est beatitudo Dei, vel intelligentiarũ, & tamen potest hic esse talis beatitudo qualis est hominis, & potest haberi secundum conditionem humanam, & ista est positio Arist. 1. Ethi. qui videns hæc inconuenientia, quæ non sinunt hominem omnino esse beatum, ait beatum esse, vt hominem, idest non simpliciter, vt dictum est supra.

Ad quartum, quod aliqui dicũt, s. quòd omnis species, quæ est de integritate vniuersi est perpetua, sed homo est species perfectissima, ergo est de integritate vniuersi, & consequenter est perpetua.

G Dicẽdum, ꝙ verum est, ꝙ species humana, & quælibet alia species secundum philosophos conceditur esse perpetua, & tñ nõ perpetuatur in aliquo vno, vel pluribus determinatis, sed in successione eorum per generationem, & ita nõ sequitur resurrectio. Ex quo apparet quãtum excedat fides nostra philosophiam, & quantam gratiam fecerit nobis benedictissimus Iesus, qui nos de fine nostro, & vera beatitudine, & perpetuitate vitæ, & resurrectione certissimos reddidit, cum non solum ad hæc, sed etiam ad inueniendã immortalitatem animæ vix ingeniosissimi apud philosophos, & magno abundantes ocio, & eruditi doctrinis perueniant, vt dicit August. 13. de Trini. c. 9.

An sit naturalis resurrectio. *Quæst.* *CCXXIX.*

H QVAERETVR etiam pro euidentia dictorũ supra, an sit resurrectio naturalis.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia Dama. dicit lib. 3. c. 14. quod est commune omnibus in eadẽ specie naturale est: sed resurrectio est cõmunis omnibus hominibus: ergo est naturalis. Secundo, quia motus est naturalis, qui terminatur ad quietem naturalem, sed resurrectio est quidam motus, & terminatur ad quietem naturalem, s. ad vitam, vel ad animam, & vtrunque est naturale. ergo erit resurrectio naturalis.

I Dicendum, quòd non est naturalis, quia dicit Diony. de di. no. c. 16. vetustati visum esse resurrectionem esse contra naturam: mihi verò, & veritati visum est, se supra naturam esse. Sed quod supra naturam est, non est naturale, ergo neque resurrectio erit naturalis. Secundo, quia ad cognoscendum effectus naturales potest pertingi per rationem naturalem, & tamen ad cognoscendum resurrectionem non sufficit ratio naturalis, vt ostensum est præce. q. ergo non est naturalis. Tertiò quia naturale euenit in pluribus nõ solum suppositis sed etiam temporibus, idest non solum in pluribus de suppositis illius speciei cuius dicitur naturale, sed etiam in pluribus temporibus, quia euenit quotiescunque causa illius effectus non est impedita, naturalia autem impediri contingit, vt in parum vel raro: ergo cum resurrectio semel eueniat ex confessione fidei, non erit naturalis.

K Sed considerandum, quòd, vt dictum est supra naturale est in rebus, quod habet naturam, & quæ consequuntur naturam. In motibus autem dicitur esse ille motus naturalis, cuius tam principium quam terminus sunt natura: & quia resurrectio est motus, vel significatur per modum motus, & non habet principium, & terminum, quæ sint natura, nõ est naturalis. nam terminus resurrectionis, qui est vita vel anima vnita, est terminus naturalis, principium tamen non est naturale, quia non est aliqua virtus in tota natura hoc potens facere, sed solus Deus facit. Sed ad hoc quòd motus dicatur simpliciter naturalis, oportet ꝙ tam principium, quam finis sit naturalis. Nisi dicatur sm quid naturalis, idest, quia habet aliquid de naturali,

In q. 223.

Resurrectio [illegible] principiũ nõ est naturale, licet eius terminus naturalis.

turali, scilicet, terminum, vel quietem. Dicendum vlterius, ꝙ cum naturale ęquiuoce accipiatur, pōt aliquo modo vocari resurrectio naturalis,& aliquo modo non. Est enim naturale multipliciter dictum, quia multis opponitur. Iste est enim modus vnus inueniēdi multiplicitatem, vt Arist. docet 1. Topic. Opponitur enim naturale supernaturali. Secundo opponitur libero, vel voluntario. Tertio opponitur violento. Ratio autem huius oppositionis est, quia naturale accipitur a principio,& termino, idest, motus, cuius principium,& terminus sunt natura, est simpliciter naturalis, ideo ex vtraque radice naturalitatis opponitur aliquid naturali, ex parte principali opponitur ei supernaturale, & liberum, ex parte termini opponitur ei violentum.

De primo patet, quia supernaturale non vocatur naturale, non quidem ex ratione termini, quia eandem formam, quam inducit agens naturale, potest inducere agens supernaturale, sed differt, quia naturale producit formam illam per principium, quod est natura, supernaturale autem producit per principium, quod non est natura,& quia ex diuersitate principij sequitur diuersitas modi agendi, non inuenitur idem modus producēdi Dei,& naturæ,& ideo Deus producit ignem, vel aerem, quem natura producit, sed non producit eodem modo,& ordine, quia Deus producit præsupposita, vel non præsupposita materia: natura autem solum agit supposita materia. 1. Physic. Etiam natura producit per successionem, & contactum actionis,& alterationis,& cōtrarietatis. Deus autem neque successionem habet in operando, neq; vtitur forma contrarietatis alicuius. Et multæ aliæ differentiæ sunt in modo procedendi etiam circa eundem effectum. Et hoc solum fit propter diuersitatem principij.

De secundo patet, quia agens naturale opponitur libero,& hoc fit ex parte principij: nam licet ex parte termini, vt communiter opponātur, cum non sit eadem res producta per naturam,& libertatem. Nam operatio naturæ terminatur ad formam productam, siue formam generationis, quæ est substantialis forma, vel forma qualitatis, aut quantitatis inducta per alterationem, diminutionem, & augmentum: operatio autem agentis liberi nō terminatur ad formam aliquam istarum, sed vel est talis operatio eius, quæ non relinquit aliquid factum, vt in operationibus immanentibus, vel si relinquit aliquid factum est forma artificialis,& non illa, quam natura producit. Sed adhuc præcipue differt agens liberum a naturali, quantum ad principium agendi, quia in agente libero voluntas est principium, & ideo agens liberum indeterminatum est, sed ipsum se determinat. Agens naturale agit per principium, quod est forma,& ideo non est indeterminatum, sed determinatum ad vnū,& ideo agit necessitate naturali non potens seipsum cohibere ab actione. Et hoc modo loquitur Aristot. 9. Metaphysic, cap. 2. & 8. diuidens naturam contra agens a proposito cum agit de potentijs actiuis, rationalibus,& irrationabilibus. Rationales autem liberæ sunt, irrationales vero actiuæ sunt naturales.

Sed sciendum, quòd licet supernaturale, & liberum opponantur naturali, non sunt idem inter se saltem penitus: nam verum est, quòd omne agens supernaturale est liberum, tamen non cōuertitur, quia multa sunt agentia libera, quę non sunt supernaturalia, vt omnes homines,& Angeli. Non enim vocantur simpliciter supernaturalia agentia illa, sed solus Deus, licet illa non vocentur naturalia,& si non esset distinctio inter agens supernaturale,& liberum vnica oppositione, opponeretur naturale ad supernaturale,

A & liberum, sed non est verum. Vnde dicēdum, ꝙ inquantum cōparatur liberū, quod non est supernaturale ad supernaturale, vocatur liberū iam naturale. Et ratio est, quia supernaturale inquantū supernaturale non pōt opponi, nisi naturali: qa ex termino, i. nomine significante non dicit aliā rationem oppositionis, & tunc differunt naturale, & supernaturale ex modo operationis, quia omne naturale tenet modum naturalem, i. successionē aliquam, & indiget certis instrumentis. Et hoc tenent oīa agentia creata, siue libera, siue non libera,& ideo quātum ad hoc Angeli,& homines dicuntur agentia naturalia, quia in operando semper tenent certū modū,& non possunt operari ꝑ

B quēcunq; modum voluerint: Deus aūt non vocatur isto modo agens naturale, quia non alligatur ad certum modum agendi, sed agit qualitercunque vult,& ideo vocatur agens supernaturale.

De tertio, s. de violēto patet, ꝙ opponatur naturali, qa in motu naturali tam principiū, q̄ terminus sunt natura: in violento aūt principiū est natura, sed nō terminus,& ideo violentum non opponitur naturali ex parte principij sicut supernaturale,& liberum, sed ex parte termini, vel formę inductę, & hoc est qn̄ in patiente inducit forma, quę fit ꝯ inclinationē suā: & iō dr̄ 3. Ethi. ꝙ violētū est, cuius principiū est extra, i. non fit motus a principio intrinseco nō cōferēte vim pas

C so, i. nō adiuuāte, immo nō ꝯcordāti illi motioni. Ex quo seqtur, ꝙ violentū nunq̄ est in actione, sed semꝑ ī passione: naturale enim, vel sup̄naturale tā ad actionē q̄ ad passionē est. Et hoc qa naturale dr̄ tā ex parte principij q̄ termini: violentū aūt solū est ex parte termini,& terminus est forma, q̄ inducitur in patiēte, iō solū se hēt violentum ex parte patientis, & hoc qa in diffinitione dr̄ nō conferente vim passo: ergo respectu passi est violētia, & nō respectu agentis, actio aūt nulla pōt dici violenter, & opponitur violentū naturali ex parte passi, qa naturale, vel naturaliter moueri dicitur, quod patitur secundum propriam inclinationem passi: violentum, vel violenter motum dicitur, quod patitur contra inclinationem ipsius passi.

Ex hoc autem sequitur, quòd violentum,& natu- *Violētū & naturale nō sunt immediate opposita.*

D rale non sunt contraria immediata, non solum, quia datur aliquid liberum,& supernaturale, sed etiā accipiendo passionē, circa quam cōsideratur violentum, non sunt cōtraria immediata, quia datur mediū inter hæc, s. qn̄ passum neq; inclinatur ad formā, neq; repugnat illi: nā sicut violentū est qn̄ passo non confertur vis, i. repugnat, ita naturale ex parte termini est, quando passum appetit formam, quæ inducitur, vel inclinatur ad illam,& aliquando patiens neque inclinatur ad formā neque repugnat illi, sicut si superficies dealbetur ipsa quidem neq; ad albedinem neq; ad nigredinem inclinatur, sed de se indifferens est, & ideo neque est dealbatio illa naturalis superficiei neq; violēta. Etiā sequitur, ꝙ non possit esse aliqua violentia in

E passione primę materiæ, quia nulla forma est, quę repugnet ei, cū ipsa sit ratio ad omnem formam, ideo non est ei aliquis motus violentus. Sed dicendum, quòd ista distinctio violenti,& naturalis motus in passo accipitur in comparatione passi ad formā, quæ inducitur ad quam patiens transmutatur, si autem cōparetur passum ad agens a quo recipit formam non est ibi violentū, sed naturale, vel sup̄naturale. Dicit. n. naturaliter moueri passum qn̄ mouet ab agente naturalī sibi corrn̄dēte, dr̄ sup̄naturaliter moueri qn̄ mouet ab agēte s̄. totū ordinē agētis, ꝓportionato isti passo. Ad propositum autem, resurrectio signat passionem, cui respondent pro actione resuscitatio, vel suscitatio, & ideo quando quæritur an sit ratio naturalis, oportet accipi pro passione, scilicet, an iste motus

respectu

respectu patientis sit naturale. Si autem quæreretur an suscitatio actiua sit naturalis, accipietur naturale vt ad actionem pertinet, & ad causam actiuam. Accipiendo primum, i, resurrectionem, dicēdum quòd si accipiatur naturale prout opponitur violēto erit resurrectio naturalis, inquantum non erit violenta, sed potius terminus est naturalis, i, vita, vel anima, & quies naturalis, quia ad animā, & vitam mouetur materia, s. quādo alteratur, & organizatur. Si accipiatur naturale, vt opponitur supernaturali, dicendum, quòd resurrectio non est naturalis, sed potius supernaturalis, quia non recipit formam ab agente habente ordinem naturalem ad agendum illud. Si verò quæratur de suscitatione actiua, an sit naturalis, dicendum, quòd nō erit violenta, eo quòd non inuenitur violentum in actione, sed solum in passione, vt dictum est, & tamen nō vocabitur naturalis, quia in actione opponitur naturale contra supernaturale, & contra liberum, sicut in passione opponitur violēto, & vtroq; illorū modorum est suscitatio non naturalis, s. quia est ab agente libero quod non agit ex necessitate naturæ. Etiam est ab agente supernaturali, quia illud agit supra totum ordinem causarum habentium ordinem naturalem agēdi super passum. Sed dicetur propter præcedentia cū passum comparatum ad formam, quam recipit, dicatur violenter pati, quare comparatum ad agens non dicitur esse violentum. Dicendum, quòd comparando patiens ad agens non dicitur violentum esse, vel operatio violenta. Et ratio est, quia vt dictū fuit in passione potest esse violentum, in actione autē non, & quia pati est recipere respectu eius, quod recipitur est pati. Quod autē recipitur per motū est forma, quia illa est terminus: ideo respectu illius est violentum, si autem comparetur patiens ad agens nō comparando ad formā, quam agens inducit est solum cōsideratio actionis, & quia actio nō est violenta, sed solum naturalis, vel supernaturalis, aut libera, erit comparatio passi ad agens per naturale, & liberū, & supernaturale, & non per violentum. Quod etiam magis patet: nam licet patiens violenter formam recipiat, tamē agens forte naturaliter agit, sicut cum aqua calefit ab igne est passio violenta, quia inducitur forma caloris, ad quā nō inclinatur passum, sed potius resistit ei, & tamen ignis non violenter, sed naturaliter calefacit aquam, ita etiā si agens voluntarium, vel supernaturale inducat formam cōtra inclinationem passi alicuius, quia ibi voluntariū aget libere, & non violenter, & supernaturale aget supernaturaliter. Ad rationem primam in cōtrarium dicendum, quòd non est verum, quòd id, quod competit omnibus, quæ sunt alicuius speciei, est eis naturale nisi addatur, quod competit eis ex principijs speciei, sicut si contingeret omnes homines dealbari non esset naturale eis esse albos, vt dictū est supra. (In q.224.) Ad secundū dicendū, quòd probat ratio esse resurrectionem naturalē, vt opponitur naturale violento, & tamē nō est naturale, vt opponitur libero, & supernaturali. Et ratio est, quia ad esse motū naturalē requiritur, quòd principiū, & terminus sint natura, in resurrectione terminus est natura, sed nō principiū cū illud sit supernaturale,

An resurrectio generalis erit in fine sæculi.
Quæst. CCXXX.

QVAERETVR circa tempus resurrectionis, & quia solet dici, quòd resurrectio generalis erit in fine sæculi, vt omnes simul resurgant est dubium, an sit verum. Aliqui dicunt, quòd non debet fieri resurrectio vsque ad finem sęculi, vt omnes simul resurgant, quia maior est cōuenientia capitis ad membra quam mēbrorum adinuicem, sed Christus est caput nostrum, & nos inuicem sumus membra, ergo magis debet

F quisque nostrum imitari Christum quàm quemlibet alium, sed Christus non distulit resurrectionem suam vsque ad finem sæculi, vt cum omnibus resurgeret, ergo neque nostra resurrectio vsque illuc differetur, vt omnes resurgamus simul. Antecedens patet, quia talis est habitudo capitis ad membra qualis causæ ad effectus, sed quilibet effectus similatur causæ inquantum accipit ab ea, & vnus effectus non accipit ab alio, ergo causę ad causata est magna similitudo, quæ non est causatorum inter se. Sic & capitis ad membra, quia quodlibet membrum recipit aliquid a capite, sed vnum membrum non recipit ab alio, inquantum membra sunt, nisi inquantum propter continuitatem corporis deriuatio, quæ fit a capite, vel a corde in membra extrema, fit per media, (G) & tamen Christus est caput nostrum, ad Ephe. 4. Ergo debemus ei magis conformari, scilicet, vt non expectemus finem sæculi, vt resurgamus cum omnibus, sicut ipse non expectauit finem sęculi.

Secundo quia resurrectio capitis est causa resurrectionis membrorum, sed resurrectio quorumdam membrorum nobilium propter propinquitatem ad caput nostrum non est dilata vsque ad finem sęculi, sicut piè de matre Christi creditur, ergo & cęteri quanto fuerint Christo per gratiam propinquiores tanto resurrectio eorum magis accelerabitur, & (H) non differetur vsque ad finem sęculi. Primum patet, quia ita arguit Apostolus 1. Corin. 15. capitu. si Christus resurrexit, & nos resurgemus, idest, resurrectio sua est causa nostrę, vt ostensum est supra. (In q.225.) Secundum apparet, quia de illa creditur, quòd resurrexit breuiter post mortem sicut Christus, & hoc fuit propter excellentiam sanctitatis eius. De Ioanne quoq; euāgelista aliqui etiam hoc credunt: ideo in alijs secundū proportionem similitudinis in sanctitate accelerabitur, vel differetur resurrectio, & ita non resurgent omnes in fine sæculi. Tertio quia status noui testamenti perfectior est, & perfectius gestat imaginem Christi quàm status veteris testamenti, cum lex haberet vmbram futurorum bonorum, & non imaginem, (I) nunc autem est imago ad Hebrę. 10. cap. etiam comparabatur lex ad nouum testamētum sicut paruulus existens sub tutoribus, & actoribus ad virum perfectum, ad Gala. 4. Et tamen quidam patres veteris testamenti surrexerunt simul cum Christo infra 17. multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & apparuerunt multis, ergo a fortiori non debet resurrectio omnium patrū noui testamenti differri vsque ad finem sęculi. Quarto patet, quia post finem sęculi non erit aliquis numerus annorum, quia non erit tempus, & potissimè, quia non erit dies, & nox manentibus astris sine motu, & in post resurrectionē mortuorū cōputantur multi anni vsq; ad aliā resurrectionē Apo. 20. c. dr̄ enim vidi animas decollatorum propter testimoniū Iesu, & verbū Dei. Et sequitur. (K) Vixerunt, & regnauerunt cū Christo mille annis, & cęteri mortuorū nō vixerūt, donec cōsūmarentur mille anni: ergo nō differet resurrectio oīum ad finē mūdi, sed quidam multo tpe ante illos resurgent, & nō oēs simul. Dicendum, quòd sicut resurrectio hominum erit generalis, ita vt nemo sit qui non resurgat, vt ostensum est supra, (In q.223.) ita erit ēt simultanea, vt non pcedat resurrectio quorūdā ad resurrectionē aliorū, sed hoc non posset fieri nisi differretur vsque ad finem sęculi, quia vsque ad illud tempus semper erunt aliqui viuentes, qui morituri sint, vt postea reuiuiscant, ergo vsq; ad finem sęculi differēdā est, vt oēs simul possint resurgere. Et patet primo, quia Iob. 14. capitu. dicitur. Homo cum dormierit, non resurget donec atteratur cęlū, nō euigilabit neq; cōsurget de somno suo,

ergo

ergo resurrectio nō erit alicuius hominis quousque atteratur cęlum, sed cęlum atteretur cessando ab esse ctu quē causat in his inferioribus, vt dictū est supra, hoc autem nō erit, nisi vsque ad finem sęculi, quando cessabit motus, ergo vsque tunc nemo resurget, & consequenter simul resurgent omnes homines.

Secundo patet, quia Apostolus ad Hebr. 12. c. dicit de illis, qui probari inuenti fuerunt testimonio fidei, φ non receperunt repromissionem. i. plenam corporis, & aīę beatitudinem. Et subditur ibi causa. s. Deo aliquid melius pro nobis prouidente, ne sine nobis consummarentur. i. perficerentur. Et dicit Glo. vt in cōi gaudio omnium fieret maius gaudium singulorum, ista aūt consummatio, vel perfectio erit in glorificatione animarum, quia Christus reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę ad Phil. 3. c. ergo non erit ista reformatio corporum in quibusdam sanctis antequā sit in alijs, quia alias non esset gaudium commune, & simul, & tamē beati statim, vt resurgunt habēt corpora reformata, quia aliàs corpora aliquorum sanctorum essent post resurrectionem adhuc corruptibilia, & infirma, quod est absurdum, quia tunc non esset beatitudo. Etiam quia. 1. Corin. 15. c. dr̄, φ seminatur corpus mortale, & surget immortale, & ita de alijs perfectionibus, ergo non in ipsa resurrectione accipient beati omnes perfectiones, quas habituri sunt in corporibus, & tamen non habebunt quandam reformationem ante alios, vt dictū est, ergo nō resurgent quidam añ alios.

Tertio apparet hoc ex ratione, dicit enim Augu. 3. de Trin. φ diuina prouidentia statuit, φ corpora inferiora, & grossiora per potentiora, & subtiliora, atq; superiora quodam ordine regātur, & iō tota materia corporum inferiorū subiacet variationi secundum motum corporū cęlestium, vnde esset ꝯ ordinē, quem diuina prouidentia in rebus statuit, si materia corporū inferiorum ad statum incorruptionis produceretur manente motu corporum cœlestium, ex quo fit generatio, & corruptio in his inferioribus. Et quia secundū fidei veritatem resurrectio erit ad vitā immortalem, vt homines conformentur Christo, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configurando illud corpori claritatis suæ ad Phil. 3. Et Christus surrexit ad vitā immortalem, ad Ro. 6. c. s. Christus resurgens a mortuis iam non moritur, ergo vt omnes resurgant ad vitam immortalē, oportet, vt resurrectio differatur vsq; ad illud tempus, in quo ex conditione corporum cęlestium non prętetur impedimentum ad resurrectionem, scilicet per actionem motus ad generationem, & corruptionem inclinando, & tamē motus non cessabit vsque ad finem sęculi, ideo vsque ad tēpus illud non fiet cōuenienter resurrectio, sed debet differri. Tunc autem cōuenienter fiet, quia nihil erit ex parte cęli, quod obstet incorruptibilitati corporū resurgentium. Nam si maneret motus corporum cęlestium facta resurrectione, plura essent necessaria ad seruandum corpora incorruptibiliter, quam requirātur ad seruandum non existente, nam illo cessante, quasi naturaliter efficitur omnis res incorruptibilis per priuationem actionis a cōtrarietate, quæ est corruptiua. Alia etiam ratio est, quia resurgentibus hominibus debet innouari sęculum, sed innouatio non potest esse quousque penitus cesset motus cum manente illo semper duret generatio, & corruptio, quę pertinent ad vetustatem sęculi, ergo non erit resurrectio vsque ad finem sęculi.

Ex similitudine autem prædicti fundamenti quidam Philosophi, qui ponunt motum, nunq̄ cessare asseuerunt reditum animarum ad corpora mortalia videntes, φ cum motu cęli non poterant effici cor-

A pora humana corruptibilia, & ideo dixerunt ad corporalia mortalia qualia nunc habemus ponebāt fieri reditum animarum, siue dicerent fieri hunc reditum animę ad idem corpus in fine magni anni, sic asseruit Empedocles, siue ad aliud corpꝰ, sicut Pythagoras posuit, vt dicit primo de Anima, sed ad reditum, quem posuit Pythagoras non requirebatur aliquis numerus annorum, sed statim, vt de vno corpore exibat introire in alterum asserebat, vt refer Ouidius 15. Metamor, scilicet.

Morte carent animæ, semperque priore relicta.
Sede, nouis habitant dom ibus, manetque receptæ.

Ad primum dicendum, φ licet Christus nō distu-
B lit resurrectionem suam vsque ad finem sęculi nostra resurrectio est vsque illud differenda. De Christo. n. fuit necessarium, φ non expectaret vsque ad finem sęculi, vt cum alijs resurgeret, quia essent multa inconuenientia. Primum, quia prænunciatum erat per prophetas, φ tertia die resurgeret, iō vt veritas prophetię maneret, debuit tunc resurgere. Secundum, quia si distulisset vsque ad finem sęculi, fides de eo periret, & putaretur inane fuisse quidquid prędicauerat. Nā non haberet quisquam spem resurgendi, si ille vsque hodie in morte maneret, iō fuit summe necessarium, vt ipse cito resurgeret. De quo magis dicetur infra 28. c. de nobis autem nullum inconueniens est, etiam si
C differatur resurrectio nostra vsque ad finem sęculi, ideo resurrectio omnium nostrum, vt simul sit vsque tunc differretur, & non differri debuit resurrectio Christi. Cum obijcitur de maiori similitudine capitis ad membra, quam membrorum adinuicem. Dicendum, quòd inter caput, & membra est similitudo proportionis, & non vniuocationis. Inter membra autem adinuicem non est similitudo proportionis, sed aliqualiter vniuocationis saltem inter geminata, vt manus, pedes, oculos, aures. Et patet, nā capitis ad membra non est similitudo vniuocationis, quia solum caput est caput, & nullum aliud membrum est caput, & tamen ad similitudinem vniuocationis, quòd licet membrum esset caput, sed similitudo proportionis
D est habitudo cuiusdam conformitatis inter ea, secundum quam caput est aptum ad influendum in quodlibet membrum, & quodlibet membrum est aptū ad recipiendum influxum capitis, & talis est saltem habitudo inter quamlibet causam, & causatum, inter mēbra aūt adinuicem non est talis similitudo aliàs habitudo, quia vnum nō influit in alterum, sed potius oīa illa carent hoc influxu, & inquantum deficiunt ab illo influxu actiuo similantur inter se, sed Christi resurrectio præcedet nostram resurrectionem inquantū ipse est caput, & omnes nos deficimus ab hac habitudine, ergo debemus deficere a præcessione, s. φ sicut vnus non est aliquo modo caput alterius, ita resurrectio vnius non præcedat aliqualiter resurrectionem alterius, sed aliqui resurgent in fine sęculi, & non poterūt
E prius resurgere, scilicet illi, qui in fine sęculi morienē, ergo omnium aliorum resurrectio vsque ad tempus illud differetur. Et patet, quia resurrectio Christi est causa exemplaris nostrę resurrectionis, vt ostēnum est supra ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit, quæ spes non posset haberi de nostra resurrectione, nisi sciremus caput nostrū prius surrexisse. In q. 225 Non est alicuius alterius hominis resurrectio causa resurrectionis aliorum hominum, ideo resurrectio Christi debuit præcedere resurrectionem aliorū hominum, & resurrectio alicuius alterius non oportuit, quòd præcederet resurrectionem omnium aliorum, sed quòd resurrectio expectaretur vsque ad finem sęculi ex spe resurrectionis Christi, quā iam crederemus.

Ad secundum dicendum, ꝙ licet multa membra Christi sint nobiliora alijs, & ita proximiora capiti, non competit eis ex hoc, quòd resurrectio ipsorum præcedat resurrectionem quorundam aliorum, quia Christo inquantum capiti cõuenit, quòd resurrectio sua præcederet resurrectionem omnium aliorum, & nullum membrum quantumcunque nobile, & proximum capiti accipit, ꝙ sit caput, iõ nulli alij competit ex nobilitate, ꝙ resurrectio eius præcedat resurrectionem aliorum cum nulli sit cõicatum esse caput, neque communicari põt cũ Christus sit caput, & nõ põt esse in ecclesia, nisi vnũ caput cum non sit corpus monstruosum. Est tñ dicendum, ꝙ si aliqui alij iam surrexerunt ante finem sæculi non competiuit eis pp rationem nobilitatis, quia hoc mõ, sicut est dñia nobilitatis, & proximitatis ad Christum in membris, ita q̃dam citius, quam alii resurgerent. Et hoc modo si virgini matri Christi conuenit surrexisse die tertio, aut parum post mortem pp magnam propinquitatẽ ad Christum, qui est caput, surrexissent iã omnes Apostoli, & Ioannes Baptista, qui cęteris hominibus meliores, & Deo acceptiores fuerunt, cum iam diu sit, ꝙ mortum sint, & tamen non surrexerunt, ergo non conuenit eis, neque aliis præcedere in resurgendo ad alios propter istam propinquitatem ad caput. Rõ.n. capitis stat in indiuisibili, & propter hanc rationem solum debetur pręcessio in resurgendo, ideo cum de approximantibus ad Christum nullus pertingat ad rationem capitis nulli competit ex quantacunq; approximatione ad Christum, ꝙ præcedat aliquem alium in resurgendo: sed dicendum, ꝙ nõ ideo est frustra approximare Christo, quia cum ista proximitas sit per maiorem abundantiam charismatum pręmiabitur proportionaliter per excessum maioris gloriæ. Cum autem de Virgine dicitur resurgente. Dicendum ꝙ non est necesse hoc tenere, quia non est de articulis fidei, neque etiam est aliquid diffinitũ per ecclesiam, vt teneri debeat, ideo licet cuilibet, sicut voluerit opinari. Rationes aũt, quæ ad probandũ illius resurrectionem sumuntur, sunt suasiones quędã, & nõ conuincunt, & tamen, quia communiter tenetur, ꝙ surrexerit rõnabilius est hoc tenere. Siquis tamen cõtrarium asserat, non contendimus. Sed dicendum, ꝙ si surrexisse ponatur, non est asserendum, ꝙ hoc ei competiuerit propter abundantiorem sanctitatem, & approximationem ad Christum, sed solum, ꝙ cõcessum est ei ex priuilegio. Nã si propter sanctitatem competiuisset ei aliqñ resurgere ante finẽ sęculi, necesse erat, ꝙ omnibus alijs pp differentem pfectionẽ prius, & posterius resurgere competeret seruata proportione sanctitatis eorũ, ꝙ falsum est, quia tunc quotidie resurgerent aliqui: & in die vltimo non plures resurgerent, quam qui hodie resurgunt, & tñ resurrectio in vltimo die fiet, & sic Christus pdicabat. Quod patet, quia Martha asseruit, ꝙ Lazarus resurgeret in nouissimo die Ioann. 11.c. Et hoc nesciret ipsa, nisi a Christo audisset generalem resurrectionem tunc futuram, & Iob 19. dr̃: In nouissimo die de terra surrecturus sum. Et ita resurrectionem suam non putauit futuram vsque ad vltimum diem, & tamen si secũdũ maiorẽ approximationem ad Christum esset resurrectio prius, aut posterius, forte iã Iob resurgere debuisset, & non determinaret sibi diem nouissimũ. Cũ aũt de Ioanne Euangelista dicitur, dicendum, ꝙ de hoc non est asserendũ, ꝙ surrexerit, neque est tanta ratio dubitandi, sicut de virgine matre Christi, & tñ si fortassis Ioan. surrexit non cõpetiuit ei ex gradu sanctitatis, sed solũ ex priuilegio, & grata ꝯcessione Dei. Hoc aũt de Ioanne putare prouenit ex dubitatione, quam de eo facere multi solent, quibusdam dicentibus, ꝙ

De Ioãnis Euang. resurrectione quid tenendum.

F non obierit, alijs vero asserentibus, ꝙ obierit, aliis dicẽ
tibus, ꝙ decessit, & surrexit. Sed hæc omnia vñr pro-
cedere ex quodam errore, nam in veritate Ioannes
mortuus est, vt clare ostendetur Io. 21.c.

Ad tertium argumentũ poterat respõderi per præ
dicta.s. ꝙ nouum testm̃ habet statum excellentiorẽ,
& iõ si ex maiori approximatione ad Christum cõ-
peteret alicui prius resurgere, deberẽt multi nũc re-
surgere, & tñ nulli competit ex quantocunque meri
to præcedere alium in resurgendo, ergo neque com
petit velut ex iure aliquibus in nouo, aut veteri testõ
resurgere, sed illi, si surrexerunt fuit ex priuilegio, &
non ex merito imitationis Christi. Aliter põt dici, ꝙ
G pendet decisio huius ex alio.s. an sancti, qui cũ Chr̃o
surrexerunt, surrexerunt ad vitã immortalem, vel po
stea obierint. Si dicatur, ꝙ postea obierint nulla cã du-
bitandi est, quia tunc non pertinent isti ad resurrectio
nem, de qua quęritur. Illa est.n. resurrectio ad vitã im
mortalem, & de tali dicimus, ꝙ nemo nunc resurgit,
sed expectatur resurrectio ad diem nouissimum. Si
aũt acciperetur de resurrectione, quæ est ad vitã mor
talem, q̃ magis vocamus suscitationem quandã, non
est dubium, quin quotidie possint aliqui resurgere,
multos.n. Christus & Apostoli suscitauerunt, & mul-
ti ante Christũ suscitati fuerãt in veteri testõ p Eliã,
& Elisęum, sed de ista resurrectione non loquimur,
neque scriptura mentionẽ facit de hac, & iõ Chri-
H stus vocatur primogenitus mortuorum.i. resurgẽtiũ
a mortuis, vel vt Apostolus dicit, est primitię dormiẽ
tium. Sed non põt intelligi quantum ad resurrectio-
nem, quæ est solũ redire ad vitã, quia hoc mõ Laza-
rus, & illi, quos ipse suscitauit pręcesserunt eum, iõ de
bet intelligi de resurrectione ad vitam immortalẽ, &
quantum ad hoc ipse est primogenitus mortuorum,
quia ante eum nemo surrexit ad vitã immortalẽ. Si
aũt dicatur, ꝙ illi, qui surrexerunt cũ Christo, surrexe
runt ad vitã immortalem, manet dubium. Et tunc di-
cendũ, ꝙ non surrexerũt pp excellẽtiã sanctitatis suæ
ad cęteros mortuos, sed pp Christum vt essent in te-
stimonium resurrectionis suæ. Et apparet, ꝙ sit ista cã
quia dr̃ infra 27.c. Multa corpora sctõrũ, qui dormie-
rant, surrexerant de monumẽtis, & introeuntes in san
I ctam ciuitatem, apparuerunt multis. Et tũc nõ est at-
tribuendum sanctitati eorum, ꝙ surrexerint, neque
ẽt datum est eis ex priuilegio, quasi Deus faceret hoc
pp benefaceres eis solum, sed Chr̃s fecit pp semetip-
sum.s. vt suam resurrectionẽ p illorum resurrectionẽ
probaret. Et tunc cum dr̃, ꝙ sanctiores erãt patres no
ui testamenti, dicendum ꝙ non surrexerũt tunc, quia
non erant mortui aliqui patres noui testamenti, qui
possent resurgere. Nam nouũ testamentum cępit a
Christo, & maxime post mortem sua, iõ nemo erat
mortuus de patribus noui testamenti, qui posset re-
surgere, primi.n. patres fuerũt Apl̃i, & illi adhuc viue
bant simul cũ Virgine matre Christi. Si aũt aliqui il-
lorũ mortui essent, fortassis potius illi, q̃ aliqui alii re-
K surgerent, postea vero non oportuit, ꝙ resurgerẽt ad
testificationem Christi, quia iam testificationẽ habe-
bat, iõ non est inconueniens, ꝙ aliqui de patribus ve-
teris testamẽti surrexerunt ante diẽ iudicii, & ꝙ nul-
lus de patribus noui testamenti ante illum diẽ resur-
gat. Sed obiicietur, ꝙ si isti surrexerũt ad vitã immor-
talẽ, ꝙ non sit Christus primitię dormientium, nam
non vocantur primitię pp redire ad vitam ante oẽs,
quia multi ante ipsum surrexerunt, vt dictũ est, sed pp
prius resurgere ad vitam immortalem, & tñ si illi sur-
rexerunt ad vitam immortalẽ, erit aliquis resurgens
ad immortalitatem ante Christum, cũ illi prius surre-
xerint, q̃ Christus, quia de illorum resurrectione ponit
infra 27. & de Christi resurrectione, infra 28.c.

Dici

Quare Christus dicatur primitiæ dormientium.

Dici poterat, quod Christus est primitiæ dormientium vel primogenitus mortuorum non, quod ante omnes surrexerit, sed quod excellẽtior resurgẽdo fuerit, & ideo licet alij resurgerẽt ante Christum ad vitam immortalem nõ fuerunt illi primitiæ dormiẽtium, sed Christus, qui excellentior omnibus resurgentibus fuit.

Aliter dicendum, & melius, quod etiam secundum tempus fuit Christus prior omnibus resurgentibus ad immortalitatẽ, sicut fuit prior excellentia. Cum autem dicitur de illis, qui cum eo surrexerunt, dicendum quod Christus resurrexit prius, quam illi, licet Matt. secundum ordinẽ narrationis præposuerit de eorum resurrectione, quia secutus fuit processum ordinis aritificialis, & nõ naturalis, & est ibi anticipatio, sicut sæpe faciunt Euãgelistæ, & omnes historiographi, non. n. põt conuenienter describi aliqua historia sine anticipatione, & recapitulatione. De hoc tñ quid verius sit. s. an illi, qui cũ Christo surrexerunt postea obierint, sicut Lazarus, & alij, qui a Christo suscitabantur, vel adhuc viuant, aperietur magis infra 27. c. Ad quartum dicendum, quod resurrectio omnium erit in fine sæculi, & non præcedet resurrectio aliquorum ad resurrectionẽ aliorum non solum per mille annos, sed neque per vnã horã, sed in momento, & ictu oculi fiet resurrectio omnium. 1. Cor. 15. c. Cum aũt obijcitur de mille annis inter vnam resurrectionem, & aliã, vt ponitur Apoc. 20. c. Dicendum, quod istud longe aliter intelligendũ est, vt declarabitur eo. c. & tñ quantum attinet ad præsens, dicendum quod occasione illorum verborum, vt Augustinus refert. 20. de ciuit. Dei, quidam hæretici posuerunt primam resurrectionem futurã esse mortuorũ bonorum, vt cũ Christo mille annis in terra regnent, & viuant voluptuose, & ideo vocãtur chiliastæ. i. millenarii, vt dicit ipse Augustin. lib. de nonaginta hæresibus. Et ideo idem Aug. ostendit, eo. lib. 20. de ciui. Dei, aliter intelligẽnda esse verba illa. s. de resurrectione spirituali, per quam homines dono gratiæ a peccatis resurgent, & ista vocatur prima resurrectio. Secunda aũt resurrectio est corporum: regnum autẽ Christi dicitur ecclesia, in qua cum ipso non solum martyres, sed etiam alii electi regnant, vt ex parte totum intelligatur. Vel regnant cũ Christo in gloria quantum ad omnes, & fit specialiter mentio de martyribus, quod ipsi præcipue regnant mortui, quia ipsi vsque ad mortem pro Christi veritate certauerunt, millenarius autem annorum non significat aliquem certum numerum, sed designat totum tempus, quod nunc agitur, in quo cum Christo omnes sancti regnant, quia numerus millenarius significat vniuersitatem magis, quam centenarius eo, quod centenarius est quadratum denarii: millenarius est cubus, idest numerus solus ex duplici ductu denarii in seipsum surgẽs, quia decies decem decies mille sunt, & ita dicitur Psal. 104. Verbi, quod mandauit in mille generationes, idest ad omnes, quia non erant determinate mille generationes, quia tunc non esset mandatum perpetuum, quod falsum est, & ita non significãtur ibi duæ resurrectiones, sed vna erit resurrectio omnium hominum, scilicet in nouissimo die, siue in fine sæculi.

An tempus resurrectionis sit nobis ignotum, vel aliquo modo sciamus, aut scire possumus. Quæst. CCXXXI.

QVAERETVR dato, quod dies resurrectionis sit vltimus dies sæculi, an sit nobis ignotum illud tempus, vel aliquo modo sciamus, aut scire possumus.

Aliqui dicunt, quod non est ignotum, neque occultũ illud tempus, quia cuius principium est determina-

A tum, finis quoque potest sciri, eo quod omnia mensurantur quadam periodo, vt dicitur secundo de Generatione, sed principium mundi determinate scitur a nobis per sacram scripturam, ergo finis eius determinate poterit sciri a nobis. Sed finis mundi erit tempus resurrectionis, & iudicij, ergo tam iudicii, quam resurrectionis tempus non est occultum nobis.

Secundo patet, quia Apoca. 12. c. dicitur, quod mulier illa, per quam ecclesia significatur habet locum paratũ a Deo, vbi pascatur ibi per tempus, & tempora, & dimidium temporis. Item Dan. 12. cap. ponuntur dies determinati, nam dicitur porro docti intelligent, & a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti nonaginta: beatus, qui expectat, & peruenit ad

B dies mille, & trecentos, & triginta, & quinque. & tamen scriptura solet accipere diem pro anno Ezec. 3. c. diem pro anno dabo tibi, ideo videtur, quòd talis numerus annorum esse debeat, vsque ad consummationem sæculi, & sic possit sciri determinate finis sæculi.

Tertio, quia status noui testamenti fuit præfiguratus in veteri, sicut fuit nouum testamentum significatum per vetus, & tamẽ scimus determinate in quo vetus testamentum statum habuit, idest durauit, quia fuerunt anni mille quingenti quadragintaquinque, vel quasi. s. a datione legis Moysi, vsque ad Christi natiuitatem, quæ dedit nouum testamentum, vel secun

C dum aliquam computationem veraciorem sunt mille quingenti, & decem anni, ergo possumus scire determinate durationem noui testamenti, & tamen nouum testamentum durabit vsque ad finem sæculi infra 28. c. cum dixit Christus eis, qui in fine secũ erant, ego enim vobiscum sum vsque ad cõsummationem sæculi. Ergo poterit sciri determinate finis sæculi, quod est tempus resurrectionis, & iudicij generalis.

Dicendum, quod finis sæculi, & dies iudicij, & dies resurrectionis generalis idem sunt, & ideo siquis nouit vnum, nouit & alterum, & tñ nullum illorum determinate scitur.

Et patet primo, quia illud, quod ignoratur ab angelis multo magis erit occultum hominibus, quia ea,

D ad quæ homines naturali ratione peruenire possunt multo limpidius ab angelis cognoscuntur. Etiam per reuelationem homines nõ cognoscunt, quia ea, quæ homines sic cognoscunt per angelos cognoscunt, per quos eis reuelationes fiunt, sed angeli non cognoscũt diem resurrectionis, & iudicii, vt dicitur infra 24. capitulo, scilicet de die aũt illa, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, ergo multo magis ignoratur ab hominibus.

Secundo patet, quia Apostoli fuerunt magis conscii secretorum Christi, quam alii sequentes, & tamẽ eis non fuit cognita determinatio temporis illius etiam si de hoc quærerent, ergo neque cæteris hominibus nota erit.

E Circa hoc considerandum, quòd finis sæculi rationabiliter est hominibus ignotus, comparantur enim ætates sæculi ad ætates hominis, in sæculo autem ætas vltima est, quæ incepit ab aduentu Christi, & durat vsque ad finem sæculi, & correspondet senectuti ex parte hominis, quæ durat vsque ad mortem eius, cæteræ autem ætates cuiuslibet hominis, idest pueritia, infantia, adolescentia, iuuentus, virilitas habent determinata principia, & determinatos fines, scimus enim in quo anno hominis quælibet istarum ætatum incipiet, & in quo finiatur, & consequenter scimus, quot annos quælibet harum ætatum duret. De senectute autem scimus quo anno incipiat, sed non quo anno finiatur, quia terminus ejus est mors hoĩs, & ideo

nescimus quot annis duret senectus, vnde senectus, neque secundum totam speciem, neque secundum aliquem vnum hominem habet determinatam durationem, ita etiam de ętatibus sęculi, nam quælibet illarum scimus quo anno cęperit, & quo anno desierit, & consequenter quot annis durauerit: de vltima, quæ est a natiuitate Christi scimus quo anno cępit, sed non quo anno desinit, & consequenter neque scimus, quot annis ista ętas durat. Est etiam alia communis proprietas, ꝙ in homine vltima ętas, quæ est senectus, interdum est maior quantitate omnibus alijs sumptis. Nam cęterę incipiendo ab infantia vsq; ad principium senectutis non durant annis septuaginta.i.non pertingunt vsque ad septuagesimum, secundum vnā computationem, & tamen senectus sola interdum durat plusquam septuaginta annis, vt in illis, qui vltra centum, & quadraginta annos peruenerūt: ita ergo de ista vltima ętate sęculi poterit eē, ꝙ sit maior duratione oībus alijs ętatibus simul sumptis.i. vt duret plusquam quinque millibus annorū, & tn̄ sicut senectuti non sunt aliquot anni, neque mēses, neque dies diffiniti, tā ſm naturam.i. spēm totam, q̄ ſm indiuiduum, & iō ęque faciliter pōt eē longa, vel breuis, neque rōne colligitur duratio eius. Ita de ista vltima ętate, quę est a Christi natiuitate, vsque ad finē sęculi. Sic dicit Aug. lib. octuagintatriū, ætas vltima humani generis, q̄ incipit ab aduentu Dn̄i, vsq; ad finem sęculi, quibus gn̄ationibus cōputetur incertū est, sicut & senectus, quæ est vltima ętas hoīs nō hēt determinatū tempus ſm mensurā aliorū, cū qn̄que sola teneat tm̄ tpis, quantum reliquę oēs ętates. Sciendum vlterius, ꝙ finis huius ętatis, licet a multis cogitēt suspicetur, & timeatur, a nemine tn̄ inuenit̄, aut cognoscitur. Quod patet, quia si hoc sciretur, vel sciri posset, aut esset per rōnem naturalē, aut ꝑ doctrinam scripturarum sacrarum, aut per aliq̄ specialem reuelationē, sed nullo istorum modorū cognoscitur, ergo temp' resurrectionis, & finis sęculi est nobis ignotum.

Naturali ratione finis sæculi sciri non potest.

De primo patet naturali rōne non solū non possumus inuenire finem sęculi, immo potius suadet̄ nobis, ꝙ nunquam sit finis sęculi. Et patet, quia tempus est numerus motus, & ideo determinatio temporis non pōt sciri, nisi per determinationē motus: est aūt motus ille motus cęli, qui est cā oīum aliorū motuū, & iō per motum illum prędicimus de cęteris rebus, q̄ causantur ex motu, & subiiciūtur illi sicut ꝓprietates eius, vt ex motu cęli colligimus, qn̄ erit eclypsis, q̄ est aliquid consecutum in ipsis corporibus motis cęlestibus, ēt colligimus accidentia rerū istarum personarum, vt frigora, ęstus, pluuiarum abundantias, aerē salubrem, sterilitatē, aut fęcunditatem terrę, & similia, ad quę corpora cęlestia satis se explicant, & posita sunt in signa. Gen. 1. c. Et Christus dixit Pharisæis, supra 16. c. faciem cęli diiudicare nostis, & signa tēporū non potestis scire. Et quoniam cā est dans eē causato corpora aūt cęlestia sunt causa omnium generationum, & corruptionū, quæ fiunt in terra, vt Aristo. ait 1. de Genera. Et non solum sunt cā essendi, sed ēt mēsura durationis ꝑ motū, non solum ꝑ motum corporum cęlestium possumus scire de aliqua re, ꝙ erit, sed ēt qn̄ erit, & quandiu durabit, hoc aūt est quantū ad cętera, quę subiecta sunt motui illi, de quibus ꝑ illum iudicabitur, sed ipsemet non est sibi cā, neque sui ipsius mensura, iō per ipsum nō poterit cognosci de eo, quandiu durabit, sed sciri deberet ex conditione termini, vel motoris, non potest autem ex conditione motoris, vt dicetur, neque ēt ex conditione termini, quia in motu recto si mobile moueatur vniformiter per proportionem velocitatis, vel tarditatis colligit̄ faciliter qn̄ perueniet.i. quantum temporis impēdet

F in perueniendo, motus aūt cęlestis est motus circularis, in circulo autem nunquam est principium, neq; finis. Etiam mobile, quod circulariter, & naturaliter super axē suū, & polos mouet̄ pōt naturaliter moueri in ęternū, immo de se est determinatum potius ad durandū in ęternum, cum nulla possit inueniri causa ex parte motus, neque ex conditione mobilis, quare potius finiatur motus nunc quam postea. Et ista fuit cā. quare illi, quos in natura peritissimos appellamus posuerunt ęternitatem motus a parte ante, & a parte post.s. quia non est aliqua cā ex cuius parte accipiatur finis in motu illo. Nisi forte dicas, ꝙ ex parte motoris inuenietur finis motus. Et dicendum, ꝙ non potest inueniri naturaliter. Nam motor cęli est intelligentia

G vt tam a catholicis, q̄ ēt a philosophis concessum est, & tunc aut illa mouet solū per libertatem, aut quasi naturaliter.s. agendo quantū potest, & in hoc discordant philosophi a catholicis. Dicūt enim philosophi, vt colligitur ex 12. Metaph. Aristo. intelligentias mouere secundum totum suum conatum.s. quantū pn̄t, & quandiu possunt, & ex hoc accipit Arist. regularitatem illius motus.s. quia intelligentiæ mouent quantum possunt, & vires earum sunt limitatæ, & rursus sunt infatigabiles, quia sunt immateriales, iō necesse est, ꝙ moueant semper ęqualiter, & ex hoc prouenit vniformitas, & regularitas motus. Catholici autem ponunt iuxta veritatē intelligētias mouere per libertatem ex imperio primę intelligentię.s. quantum illa

H iubet, & quandiu vult, & ideo regularitas motus non causatur ex hoc, ꝙ agunt ex toto conatu, sed ex hoc, ꝙ sunt agentia secundum rationem, & vires sunt infatigabiles. Ideo possunt mouere ſm maiorem, vel minorem velocitatem, & possunt tenere illam ęqualē, vel difformiter mouere, vel quia expedit rebus, quæ a cęlo mouent̄ motū illū fieri vniformē sit vniformis, & tn̄, quia sunt mouentia ꝑ voluntatē, interrumpunt motū qn̄ volunt, vel mouent contrario mō, sic patet de statione solis tempore Iosue, cum stetit sol nō motus, sed fixus spatio vnius diei Ios. 10. c. & ꝯrio modo mouerunt tempore Ezechię, quādo sol rediit retro per decem lineas, vel gradus in horologio Achaz. 4. Re. 20. c. Non poterant tn̄ ista accidere si intelligētię

I mouerent, quasi naturaliter agētes semper quantum possunt, velut ex natutali necessitate, & tamen tenendo quemcūque istorum modorū sequitur, ꝙ nō pōt sciri finis motus ex conditione motoris. Quod patet, quia tenendo, quòd moueat intelligentia, quasi naturaliter sequitur, ꝙ motus sit perpetuus, quia intelligentia quęlibet est infarigabilis, & agit quantū pōt, ꝯditio aūt corporis mobilis est ad semper moueri, iō nunq̄ cessabit motus. Si autē ponatur, ꝙ motor mouet libere, etiam non pōt sciri determinate finis, immo nō potest sciri an erit aliquā do finis motus, quia motor est potens ad semper mouere, & mobile est aptum ad moueri, ideo poterit semper mouere, vel si cessare vult nō est aliqua ratio ad sciendum, qn̄ cessa-

K bit cum sit agens liberum, ergo non potest per rationem naturalem sciri, quando cessabit motus cęli, vel an aliquando cessabit.

De secundo patet, s. quòd per scripturas Sacras nō possit sciri, quia aut sciretur per scripturas noui, aut veteris testamenti, sed per neutras scitur, ergo nō scit̄ ex scripturis. De scripturis veteris testamēti patet, q̄a si per illas posset sciri esset iā scitū, & non quæsiuissent specialiter Apostoli a Christo de consummatione sęculi, & tn̄ quęsierunt, vt patet infra 24. c. l. Qn̄ oīa hęc fient? & quod est signū aduētus tui, & ꝯsummationis sęculi? Ergo non poterat sciri ex scripturis veteribus. De nouis ēt patet, quia Christus nō potuit aliquid determinatum, per quod sciri posset, ēt Apl̄i in epistolis, & ii.

Per sacras literas non pōt sciri finis sæculi.

& libris suis non scripserunt hoc, quia nescierunt. Nam cum ipsi quæreret a Christo de hoc (vt plurimi putant) dixit eis Christus: Non est vestrum nosse tempora, & momenta. ergo non potuerunt ipsi scribere cum nescirent. Similis autē quęstio erat apud Iudęos de tempore aduentus Messię, & non poterant scire p rationem aliquam, neque ēt per scripturam inueniebant omnino determinationem, & quia aliqui conabantur per signa cęli cognoscere aduentum Messiæ dixit Christus, ꝙ non poterat per rationem naturalē inuestigari, eo ꝙ pendebat ab agente libero. Sic dicit supra 16. c. faciem cęli diiudicare nostis, & signa temporum non potestis scire. i. non potestis habere aliqua signa ex cęlo, per quę cognoscatis tempora, quando Messias venturus est: sed illud non poterat sciri p cœlum, neque per rationem naturalem, quia pendebat ab agente libero, ideo cum finis sęculi sit, idest cessatio motus cęlestis sit ab agente libero, etiam non potest sciri per rationem naturalem, vel per signa cęli, & ita scriptura, neque ratio naturalis hoc indicat.

An per reuelationē possit sciri sæculi finis.

De tertio, s. de reuelatione dicendum, ꝙ aut quæritur an per reuelationem possit sciri finis sęculi, vel an sit scitus, vel an expediat sciri. De primo dicendū, certum esse, ꝙ potest sciri, nam Deus scit illum, cum ipse illum facturus sit, quando ei placuerit, & ideo cū sciat poterit notificare, cui voluerit, magis est enim nosse Deum in se, quam nosse ea, quæ Deus scit. i. aliqua ipsorum de illis, quę ad nos pertinent, & tamen dicitur supra 11. c. ꝙ nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: ergo a fortiori reuelabit Deus finem mundi cui voluerit, cum minus sit illum reuelare, quam reuelare patrem. Si quæratur an sit alicui reuelatus, vel reuelabitur. Dicendum, ꝙ nō potest constare secundum omnimodam certitudinem, & tamen verisimiliter dici potest, ꝙ neque est alicui reuelatus, neque reuelabitur. Primo patet hoc, quia si reuelaretur nobis reuelaretur per angelos, cū illi sint administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis, ad Hebrę. 1. & iō vocantur angeli. i. annunciatores, quia nunciant ea, quæ Deus vult nobis reuelari, & idem dicit Dionysius lib. de cęle. hierar. c. 4. ꝙ reuelationes diuinę, nō fiunt nobis, nisi per angelos, & tamen angeli nesciūt finem sęculi, & diem resurrectionis infra 24. & Marc. 13. c. s. de die autem illa nemo scit, neque angeli cęlorum, ergo non fit reuelatio alicui de tempore illo.

Secundo patet, quia quando Deus reuelat aliqua, q̄ facturus sit, reuelat ea seruis suis, vt dicitur Amos 3. c. non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelet secretum suum ad seruos suos prophetas. & ideo quando aliquid reuelandum est, reuelatur sanctioribus, & tamen Apostoli erāt sanctiores omnibus, qui postea fuerunt in nouo testamento, quia vt dicitur ad Ro. 8. ipsi habuerunt primitias spiritus, & dicit ibi Glo. tempore prius, & cęteris abundantius, & tamen illis non solum non reuelatum est, sed etiam cum peterent sibi reuelari non fuit reuelatum: nam cū de hoc quærerent Actu. 1. vt multi intelligunt, dixit eis Christus, non est vestrum nosse tempora, & momenta, ergo ipsi non cognouerunt, ergo a fortiori de cęteris credendū est, ꝙ non sit eis reuelatū, neque reuelabitur.

Tertio, quia Deus omnia agit secundum rectam rationem, & ideo propter aliquam vtilitatem, & ideo quandocunque dat nobis aliquas gratias spirituales semper facit propter aliquam vtilitatem, vt dicitur. 1. Corinthiorum 12. c. vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, idest gratia spiritus, scilicet donum eius ad vtilitatem ipsius, & aliorum, & tamen reuelato determinati temporis finis sęculi non est ad vtilitatem, sed potius ad damnum ecclesię, vt dicetur A statim, ergo non reuelabitur alicui. Quarto, quia si Deus reuelaret alicui finem sęculi, multi scirent illū immo cognitio deueniret ad omnes, quia Deus non reuelat aliquid propter vtilitatem vnius personę priuatæ, sed semper ad vtilitatem multorum. s. ecclesię, vt dicitur. 1. ad Corin. 12. ꝙ vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, & 1. Corint. 14. significatur, ꝙ illa dona sunt ad vtilitatē Ecclesię. Et idem ad Ephe. 4. c. ad hoc autem, ꝙ reuelatio ista sit vtilis multis oportebat publicari eam, sed non publicabitur, ergo non fiet reuelatio. Patet hoc, quia si publicaretur esset dies ille notus, & tunc cauerent, & tamen non cauebunt, sed erit dies ille insperatus, quando venerit, Lucę. 17. s. Erit, sicut in diebus Noe edebant hoīes B & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque in diem, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit oēs: ergo non reuelabitur.

Dies iudicii reuelari non dēt.

Quinto patet, quia non solū non reuelatur, immo est tale, quod reuelari non debet, quia quando dixerunt Apostoli Christo: Dn̄e si in tēpore hoc restitues regnum Israel? non solum non dixit non dicā, vel nolo dicere vobis, sed ait, non est vestrum nosse tempora, & momenta, quæ p̄r posuit in sua potestate. i. non pertinet ad vos scire istud, sed ad patrē solū, quia hoc sibi reseruat, quod est ponere illud in sua potestate. Si aūt quęratur an expediat illud reuelari. Dicendū, ꝙ nō: primo, quia nō sequit̄ inde aliqua vtilitas. Nā resurrectio non fiet vsque post mortem nostram, cum C fiat in fine sęculi, iō ad nihil confert scire determinatum tempus illius, quia scientia ista nullam dispositionem causat in nobis, eo ꝙ dispositiones omnes, quas nos facere possumus, & debemus sunt in vita, resurrectio aūt est post mortem, & tn̄ Deus non reuelat aliquid, nisi inde sequatur vtilitas, iō non reuelabit hoc. Secundo, quia potius sequeretur inconueniens reuelando, quia resurrectio, & finis sæculi, & dies iudicii, idē sunt, & siquis sciret resurrectionis tempus, sciret diem iudicii. scire aūt tempus illud, si esset aliqualiter distans esset nociuum, quia laxarentur corda humana vitijs, sicut si quis sciret diem mortis suę, & solum vellet homo bene facere, qn̄ esset ꝓpinquus illi tēpori. Vt ergo hō incertus de tp̄e, quasi semp instet, sem D per sit solicitus ad bene agendū, fuit conueniens, ꝙ ignoraretur tempus illud, vt sic homini esset causa vigilandi. Et hanc causam expressit Christus. Luc. 12. c. dicens: Si paterfamilias sciret qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domū suam, ita & vos state parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet, & istam eandem cām tetigit Apostolus, dicens: dies dn̄i, sicut fur. 1. Thes. 5. cap. 1. sicut fur venit occulte, & quando non speratur, ita veniet dies domini, in quo erit resurrectio, & iudicium. Sed obijciunt aliqui, ꝙ dies resurrectionis, & iudicii debeat eē notus. Primo, quia dr̄ Amos. 3. c. non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretū suū ad seruos suos prophetas, ergo reuelabitur alicui dies ille.

E Secundo, quia fundamentum, quod ponebatur ad ostendendum, ꝙ non reuelabitur propter id, quod dr̄ Act. 1. c. s. non est vestrum nosse tp̄a, & momenta, dn̄t non stare, quia dn̄t, ꝙ illud verum erat quantum ad Apostolos, & illos, qui erant tp̄e Chr̄i à quibus lōge hęc distabāt, secus aūt est de nobis, vel de illis, qui fuerint propinqui ad res illas, qa talibus bene cōperit ista reuelari. Dicendū, ꝙ non stat, quia rōnes supra allegatę manent, ideo non fiet reuelatio huius temporis.

Ad primum in contrarium dicendum vno mō, ꝙ licet videat̄ significari, ꝙ non faciet Deus aliquid, nisi reuelet illud, ita ꝙ oīa, q̄ fiūt a Deo prius reuelent, nō est tn̄ generaliter intelligendū, ꝙ manifestū est, quia multa Deus facit, quæ nulli reuelat, cum quotidie

Deus multa faciat noua, & tamen non reuelat ea alicui, ita autem poterat esse de die resurrectionis, & iudicii. Sed aliter dicetur, & melius, quia si aliquid est, quod non reuelet est paruum, vel non pertinens ad omnes, & tamen nihil maius est, q̃ resurrectio generalis, quia ibi speratur complementū totius boni nostri, ideo vel nihil reuelaretur, vel hoc reuelaretur.

Circa quod sciendum, ꝙ cum dr̄, ꝙ Deus nihil faciet, nisi reuelet illud seruis suis, est verū de illis, quæ pertinent ad statum omnium, sicut illa, quæ concernunt statum vniuersi. Sic.n. fuit de diluuio, per quod totus mundus periit. Nam prędicatum fuit illud pri⁹ per Noe, ea vero, quæ pertinent ad singulares personas raro reuelantur, quia non est Deo ita impensa cura de statu alicuius particularis hoīs, sicut de statu humanę speciei. Etiam reuelat Deus illa, quę reuelata conferunt ad aliquid, vt homines ad aliquid se disponant, resurrectio aūt est de maximis bonis, & pertinet ad oīa indiuidua humanæ speciei, iō reuelari debuit, & ita reuelata est, & non solum reuelata, sed ēt ab eo sępe prędicata, & nobis inter cęteros articulos fidei tradita. Sed dicendum, ꝙ aliud est scire resurrectionē, & aliud tempus determinatum resurrectionis. Primum est valde vtile, secundum aūt nullo mō erat cōueniens, & ideo primum fuit conueniens reuelatū, secundum fuit tacitum. De primo patet, nam si nesciremus esse resurrectionem, nemo curaret bonum agere, sed diceret quisque comedamus, & bibamus, quia cras moriemur, vt dicit Apostolus. 1. Corin. 15. c. Sed quia scimus, aut credimus futuram resurrectionem, allicimur ad bona, & cauemus mala, & ideo fuit necessarium valde reuelatā, & prędicatam esse resurrectionem. De secundo ostensum est supra, ꝙ nō fuit expediēs reuelari, & ideo reuelata est resurrectio, sed nō resurrectionis determinatum tempus, licet aliq̄d tempus eius reuelatum est. s. ꝙ fiet in nouissimo die. i. in fine sęculi, sed non determinatur qñ erit iste dies nouissimus. Et cum dicitur, ꝙ non faciet Deus aliqd, nisi reuelet secretum suum seruis suis, est uerum, & tñ non dr̄, ꝙ reuelabit tempus aduentus rei. Et ita de resurrectione est, quia ipsa reuelata est, sed non tēpus determinatum.

Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas. s. nō est vestrum, &c. est ad propositum, quia sicut Apostolis non expediebat reuelari hęc, ita neque nobis, quia reuelatio fieret, si esset aliqua vtilitas, & tñ vt dictū est, non solum non est vtile, sed ēt erat aduersum, iō neq; nobis reuelabitur. Circa, quod aduertendum, ꝙ in auctoritate illa tria ponuntur, per quæ apparet, ꝙ nō debet hoc alicui reuelari. Primum, quia dr̄: Non est vestrum nosse, quod intelligitur dupl'r. Nō est vr̄m. i. non est vobis vtile nosse hęc. q. d. si esset vtile reuelaretur, sed quia non est vtile, non reuelatur. Alio modo non est vestrum. i. nō pertinet ad vos, quia maioris conditionis est scire hoc, quam ad vos pertineat, & tñ quod ad Ap'los non pertinet, non pertinet ad alios, qa nemo est maioris dignitatis, vel status apud Deū. Etiam apparet, quia quod Apostolis non reuelat̄, nulli reuelat̄, dixit. n. Chr's Io. 15. iam non dicam vos seruos, sed amicos, qa seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos aūt dixi amicos, quia oīa, quę audiui a patre meo, nota feci vobis. Ergo supra ea, quæ reuelabātur Apostolis nihil manebat reuelandum, sed eis noluit Chr's reuelare hoc, quasi esset maioris altitudinis, q̃ ad eos scire pertineret, iō nullus alius erit, cui talia reuelent̄. Secundum est, quia dr̄ nosse tempora, & momenta, in quo innuit, ꝙ ista est causa, quare nō reuelatum fuit Apostolis, quod petebant. s. quia petiuerūt tpa, & momēta eis reuelari. i. in quibus fieret id, quod volebant. Et patet, quia non dixit eis Christus non est

F vestrum nosse hoc, sed non est vestrū nosse tempora,
& momenta. q. d. quia petitis determinationem tem-
poris rei non concedetur vobis. In quo consideran-
dū, ꝙ sicut ad Deum pertinet reuelare ea, quæ factu-
rus est inquantū illa reuelatio nobis confert, vt ad ali-
quid boni disponamur, & soliciti existentes vigile-
mus, ita pertinet ad eum tacere tempora determina-
ta, in quibus res fieri debeāt, quia facta determinatio-
ne homo certus manens non vigilaret, sed solueret̄
delicijs, quasi ante tempus illud posset prouidere, &
ita inuenietur in omnibus bonis, vel malis, quæ Deus
per prophetas prænunciabat, vel toti orbi, vel aliqui-
bus specialiter, nam non determinabat tēpora euen-
G tuum saltem determinate, ita vt non posset dubitari,
sed si aliquas circunstantias ad cognoscendum dabat
non tamen penitus. Sic est de aduentu Messię, qui in
scriptura designatus fuit, & fuit aliqua designatio tē-
poris facta, sed non fuit totaliter determinatum tem-
pus, & ideo semper manebat Iudęis dubium, & ita de
omnibus aliis, quæ prophetę in veteri testamento p̄-
dixerūt. Sic etiam Christus prædicens aliqua non as-
signabat tempus, sicut prędixit capiēdam Ierusalem
ab hostibus, dicens: Ecce dies veniunt, sed non dixit
quando, Luc. 19. Et hoc verum est, nisi qñ res pręnun
ciata nō euentura erat in tempore illo, quia ex aliqua
causa impediret̄. Sic patet Ionę 4. c. Nam prædicauit
Ionas Niniuem perituram, & addidit, ꝙ post quadra-
H ginta dies fieret, & quia conuersi fuerunt non secutū
est, & tamen si futurum esset, sicut prænunciabatur,
siue bonum, siue malum esset, non pręnunciaretur
tempus. Cuius ratio est, quia si esset bonum, quod præ
nunciaretur, forte ille, cui prænunciaretur, quasi cer-
tus effectus propter temporis designationem resolue
retur ad delicias, & vitia, & efficeretur indignus illo
bono, quod promissum erat, & non daretur ei in illo
tempore, quia Deus repente loquitur, vt faciat bonū,
vel malum, & si recedit homo a via sua bona, vel ma-
la Deus recedit ab eo, quod locutus est. Iere. 18. ca. Si
autem non designatur tempus, etiam si homo effi-
ciatur malus forte non mutabitur bonum p̄missum,
quia licet non detur eo tempore, quo homo māserit
in malo, dabitur alio tempore. s. qñ bonus fuerit, quia
I Deus expectat nos, vt misereat̄ nostri, & ita licet non
det homini, quando malus fuerit, differt ad aliud tē-
pus, vt tunc det, qñ dare conueniens fuerit.

Secunda causa, quia si malum esset, quod prędice-
retur, & ad certum tempus determinaretur forte illi,
contra quos pręnunciatum esset, dolerent de malo
suo, & tunc quoque Deus reuocaret verbū suū. Iere.
18. c. Et ista esset cā, vt raro cōplerentur mala pręnū
ciata contra aliquos, & putaretur, quòd Deus non lo
cutus fuerat, sed errabat propheta, vel Deus non erat
fidelis in verbo suo, quod erat inconueniens saltem,
quantum ad simplices. Cum aūt prænunciatur ma-
lum contra aliquem sine pręfinitione temporis, ēt si
quis doleat de peccato stat locus iustę punitioni Dei,
K scilicet quando tunc quis de peccato doluerit, nō in-
feret Deus pęnam prænunciatam, cum autem decli-
nauerit ad malum tunc illam inferet, iō non est con-
ueniens pręnunciari malum cum pręfinitione tem-
poris contra aliquos. Et hoc est verum, nisi qñ Deus
non intēdit facere, sed loquitur comminatorie, quia
tunc melius est diffinire tempus, vt illi vidētes immi-
nere tempus mali sui, doleant de peccato, & Deus mi
sertus non inferat malum, quod prędixit, sicut fuit
de Niniuitis, quia cum pręnunciata esset futura sub-
uersio post quadraginta dies statim cęperūt pęnite-
re, ita quòd die quadragesimo omnes iam erant con-
uersi ad Deum, ita vt Dei misericordia exigeret, q
non punirentur. Si autem Ionas prędixisset sine
præfi-

præfinitione temporis. ſ. Propter peccata veſtra Niniue ſubuertetur, & non diceret quando, & Deus intenderet ſubuertere die quadrageſimo, forte illi vellent conuerti, ſed non ſtatim, & quando veniret dies quadrageſimus non eſſent conuerſi, & Deus puniret eos, vel forte ſtatim conuerterentur audito verbo Ionæ putantes, quòd ſtatim ſubuertenda eſſet ciuitas, & Deus intẽderet illã ſubuertere die quadrageſimo, & illi videntes, quòd non fuiſſet ſtatim ſubuerſa putarent forte, quòd falſum erat verbum prophetæ, & redirent ad peccata ſua, poſtea vero die quadrageſimo ſubuerterentur, & ideo ſi Deus non intendebat exequi malum prænunciatum valde melius erat præfinire tempus, quam non diffinire. Si aũt intenderet exequi, melius erat non præfinire.

Tertia cauſa eſt, vt non præiudicetur libero arbitrio, vel vt orationes non reddantur inefficaces, vel vt pęna non detur iniuſte. Nam ſi prænunciatur bonũ aliquibus, quod Deus intendat dare, & præfiniatur tẽpus, oportebit quòd etiam ſi in tempore illo, quo dandum eſt bonum, ſit homo malus, quòd detur ei bonum: malis tamen dare bona ex promiſſione videtur eſſe inconueniens, quia non haberet homo incitatiuum ad bonum, ſed malis exiſtẽtibus videret ex prænunciatione diuina bonum conferri. Etiam quia Deus dixit, quòd ſi aliquibus ipſe bonum polliceretur efficerentur mali, quòd nõ daret eis bonum, quod dixerat Ierem. 18. c. Si autem ad hoc, quòd conuenienter adimpleretur diuinum verbum deberet eſſe bonus pro eo tempore ille, cui promiſſio facta erat, videbatur neceſſarium eſſe, ꝙ pro illo tẽpore futurus eſſet iſte bonus, & ideo ſi alicui promitteretur bonum conferendum vſque ad duos annos, iam videbatur neceſſarium, ꝙ in fine illorum duorum annorum iſte eſſet bonus, hoc autem erat, vel neceſſitare, vel determinare liberum arbitrium, & tamen vtrunque tollit libertatem.

Circa malum eadem ratio ſtat. Si enim Deus pręnunciaret malum contra aliquem, quod intenderet inferre, & prænunciaret ad certum tempus, videbatur ꝙ oportebat iſtum pro illo tempore eẽ malum, quia Deus nõ infert pęnas bonis, ſed malis, & adhuc iſtud deterius eſt, quam in pręnunciatione boni, quia dare malis bonum eſt nimia liberalitas: dare autem bonis malum eſt iniuſtitia. Si igitur oporteret malum eſſe, quia malum contra eum prænunciatum erat tolleretur libertas arbitrii. Si autem non oporteret eſſe malum, ſed poſſet eſſe bonus eſſet iniuſta pœnę illatio. Etiam ſequeretur preces eſſe inefficaces, quia adueniente tempore, & prius oraret iſte Deum, & multi alii boni cum eo ne inferretur malum iſtud, & non exaudirentur preces, quia Deus volebat exequi malum, quod prędixerat. Et hoc erat magnum inconueniens, cum ipſe hortetur nos ad orãdum, quaſi Deus multa faciat propter orationes noſtras Lucæ 11. & 18. c. ſi autem pręnunciatur malum ſine diffinitione temporis inferretur, & non ſequitur aliquod iſtorũ inconuenientium, quia ſi non infertur vno tempore, inferetur alio, ſ. quando malus fuerit is, cui malum prænunciatum eſt, & nemo pro eo orat, & ideo non eſt conueniens prænunciari mala cum præfinitione temporis, quando Deus intendit illa complere. Et ideo prophetę licet bona, vel mala prenuncient, non diffiniunt tempora. Et hoc eſt, quando res prænunciatę important bonum, vel malum nobis. Secus autem, quando non attinet ad nos, quia tunc non eſt inconueniens prænunciare tempus, ſicut Chriſtus dixit ſe reſurrecturum tertia die poſt mortem, quia reſurrectio ſua non erat aliquid, quod ad nos, vel ad aliquẽ pertineret, ſed ad ipſum ſolum, & ibi fuit conueniens

A quia ſi non fuiſſe prænunciatum certum tẽpus non eſſet certitudo aliqua de reſurrectione, ſed quia fuit prenunciatũ tempus, appoſiti ſunt cuſtodes petentibus Iudęis a Pilato infra 27. capitu. & per illos conſtitit poſtea de reſurrectione, infra vigeſimo octauo capitulo.

Sed obijcietur, ꝙ ea, quæ pertinent ad nos prænuncientur determinate, ſicut patet infra 24. c. cum dixerunt Apoſtoli Chriſto. Dic nobis quando hęc erunt, & quod eſt ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? Et Chriſtus reſpondit ibi ad hęc, & tamen illa ſunt talia, qualia illa, de quibus hic dicimus, ergo non ſolum res, ſed etiam tempora rerum prænunciantur.

B Dicendum, ꝙ non diffinit Chriſtus tempora reſpõdendo, & ideo, quando quæſiuerunt diſcipuli illa, reſpondit Chriſtus, & tamen non dedit certas determinationes, ſed dixit aliqua tam generalia, vt illis ſcitis adhuc maneat dubium, & illud eſt dicere tẽpus, ſed non determinationem temporis, & ita circa multa alia prænunciantur tempora euentuum, ſed non determinata, ſicut de reſurrectione dicitur, ꝙ erit, & ꝙ erit in nouiſſimo die, ſed non limitatũ, quando erit ille nouiſſimus dies, & ita prædicere tempus non eſt inconueniens, ſi illud non ſit determinatum. Et hoc patet Actuũ. 1. ſ. non eſt veſtrum noſſe tempora, & momenta. Dicit enim momentum tempus breuiſſimũ, C & ita eſt ſenſus, ꝙ non pertinebat ad illos ſcire tempora, & momenta. i. tempora generalia, & determinata vſque ad partes minimas tẽporis, quæ ſunt momenta. In reſponſionibus autem Chriſti infra 24. nulla limitatio fit temporis, ideo non eſt inconueniens de tempore reſpondere.

Tertium principale erat in eadẽ auctoritate, quia dicitur. Quæ pater poſuit in poteſtate ſua. In quo innuit, ꝙ ad ſolum Deum pertinet ſcire res, & euentus rerum quantum ad limitationem temporis. Nã non accipitur ponere in poteſtate proprie, quia tunc nõ ſolum hęc, ſed etiam omnia alia ſunt in poteſtate patris, id eſt Dei, & tamen ponitur iſtud hic pro cauſa ad hoc, quod non reuelarentur Apoſtolis, ſed multa alia, D quæ in poteſtate Dei ſunt reuelantur hominibus, immo omnia, quæ illis reuelantur ſunt in poteſtate Dei. ergo aliter accepit eſſe in poteſtate Dei, ſcilicet pater poſuit ea in poteſtate ſua, id eſt penes ſe poſuit, & pro ſe ſolo reſeruat nulli alteri declarans, & ideo vos non petatis talia cum ad ſolum Deum pertineãt hæc, & taliter locutus eſt Chriſtus Marc. decimotertio capitulo, ſcilicet de die autem illa nemo ſcit, neque Angeli cęlorum, neque filius hominis, ſed ſolus pater. Et hoc eſt, quod dixit in alia auctoritate, quæ pater poſuit in poteſtate ſua, id eſt ſolus ipſe reſeruauit ſibi ad ſciendum hęc, & hoc prouenit, quia dicitur ibi non eſt veſtrum noſſe tempora, & momenta, ſcilicet deſignationes particulares temporum, ſcire enim non eſt veſtrum, quia talia ſolus pater reſeruat E ſibi ſcienda, & idem eſt Mar. 13. capit. cum dicitur de die autem illa, & hora nemo ſcit, quaſi dicat de tempore in generali, vel de aliquibus conditionibus illius temporis aliqui ſciunt, quia Chriſtus ibi prędixerat, & tamẽ determinare in particulari ita, vt ſciatur dies, & hora, qua hæc fient non eſt cognitum ab aliquo, neque etiam ab angelis cęli, ſed ſolus pater, id eſt Deus reſeruat hæc ſibi ſcienda. An vero angeli hęc ſciant dicetur infra 24. c.

Solũ Deus ſcit rerum euentus.

Cauſa autem quare Deus ſolus hæc ſibi reſeruet, eſt: ipſe enim naturaliter habet omnem cognitionem inquantum Deus eſt, & communicat hominibus cognitionẽ illam, quę eſt eis neceſſaria, vel vtilis, & quia cognitio aliquorũ futurorum eſt hominibus multum conueniens ad mores, & directionẽ vitæ, re-

uelat illa Deus.s. ꝙ futura sint. Quòd autem tali die, & hora futura sint, non est homini vtile ad mores scire, & ideo nõ reuelat, nisi raro cum natura rei exigit, etiam vt tempus determinatum reueletur, sicut Deus reuelauit Samueli Prophetæ aduentum Saulis ad ipsum, quem in regem constituturus erat, & tẽpus aduentus dicens. Cras hac ipsa hora, quæ nunc est, mittam ad te virum de Beniamin, & fuit conueniens ibi designari tempus, quia Deus mittebat ibi Saulem ad Samuelem, vt vngeret eum in regem. 1. Re. 9. c. Et si non designaret ei diem, & horam non cognosceret determinatè quis erat ille, quem Deus volebat vngere in regem cum multi alij quotidie venirent ad Samuelem, vt prophetaret eis de rebus occultis, & perditis, eod. cap. & poterat errare constituendo aliquem aliorum in regem, ideo debuit illi multum designari tempus, & ita fuit designatus dies, & hora. Sic enim Elisæus prædixit regi Ioram. 4. Re. 7. c. tempus, & horam euentus. s. in tempore hoc cras modius similę vno statere erit, & duo modii hordei statere vno in porta Samariæ. Sed hoc fuit, quia populus erat in desperatione propter malũ intolerabile, nam dixit rex ad Elisęum. Ecce tantum malum a domino est quid amplius expectabo a domino? 4. Regum 6. c. Et si nõ esset statim succursus, & spes de liberatione desperaret populus, & forte rex mandaret occidi Elisęum, sicut iam iusserat, eodem cap. ideo Deus prænunciauit deliberationem de propinquo, & tempus, & horam designauit, etiam euenturum erat sequenti die, ꝙ fugientibus hostibus sequeretur tanta abundantia quãtam narrauerat Elisæus, & si non designaret horam, putaretur de alia futura in longinquũ locutus, & non cogitasse de illa, ideo fuit ibi conueniens, quòd designaret tempus. sed cõmuniter non est vtile designare tempora, ideo licet euentus prænuncietur nõ designantur dies, & hora. Ad Deum autem scire pertinet hæc non solum inquantum ipse naturaliter habet omnem cognitionem, quia Deus est, sed quia ipse habet deducere omnes istos effectus in nobis, vel in rebus, sicut iudicat expedire, aut sicut ei placet. Et quia quælibet res fit in tempore determinato, oportet ꝙ ab illo, in quo est prouidentia, & dispositio rerũ cognoscantur tempora, in quibus effectus secuturi sunt, siue ab eo fiat executio rerũ, siue aliis causis inferioribus committat eam, & sic ad Deum pertinet scire tempora, & momenta, cuius est potestas efficiendi res, & ad alios regulariter non pertinet scire. Et simile est de resurrectione, & die iudicii, quia scire determinationem temporis nõ pertinet ad nos, & ideo (vt dicitur communiter) Apostolis quærentibus de hoc a Christo ait ille: Non est vestrum nosse tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. De quo Aug. dicit lib. 18. de Ciuitate Dei. Omnium de hac re calculantium digitos resoluet, & quiescere iubet, qđ enim Apostolus quærentibus noluit indicare, neque aliis reuelabit.

Opi. Porphyrii, & multorum de duratione euang. legis.

Vnde omnes, qui tempus illud numerare voluerunt, hactenus falsiloqui sunt. Quidam enim dixerunt, quòd ab ascensione Domini, vsque ad eius vltimum aduentum quadringentos annos posse cõpleri, & non amplius legem eius durare, de quibus Porphyrius fuit. Alii dixerunt quingentos, alij mille, quorum falsitas iam patet, & ita de aliis, qui per cõiũctiones magna Iouis, & Saturni, & per alia, quæ eis super sectas habere videntur significationes volunt mensurare tempus durationis legis Christi. Nam isti non solum errant, & semper errabunt, sed etiam semper irrationabiliter loquuntur. Cuius ratio est, quia corpora cęlestia non sunt signa aliquarum rerũ, nisi inquantum sunt causæ, & mensura esse illorum, quia sunt si-

F gna naturaila, & ideo oportet esse causas rei, vel causata a re, sed corpora cęlestia, & motus eorũ non sunt ab aliquo agente naturali, ideo si sunt signa aliquarũ rerum, oportet, ꝙ sint signa inquantum habent causalitatem super illam rem, ita ergo si super durationẽ legislationum signarent aliquid determinate corpora cęlestia oporteret, ꝙ illa essent causa determinata legislationum. Sed falsum est, quia omnis legislatio pertinet ad libertatem arbitrij, sed super liberum arbitrium nihil possunt astra, quia corpora cęlestia cum sint corpora, & corporaliter influant non potest recipi eorum influentia, nisi in eo, quod est corporale, vel corporis impeditiuum, liberum arbitrium pure spirituale est, & nullo modo pertinens ad corpus, vel appenditia corporis, quia nõ est corpus, neque pars corporis, neque virtus corporis, aut alligata organo, sed
G aliquid pure immateriale, ideo nihil possunt efficere, & consequenter neque designare corpora cęlestia super liberum arbitrium, neque super opera eius qualia sunt legislatio. ergo per corpora cęlestia non potest sciri determinate, ꝙ erit aliqua lex, vel secta, & quando incipiet, & quando desinet, ideo neque de lege Christi hoc sciri poterit.

Secundo, quia dato, ꝙ corpora cęlestia haberẽt aliquam causalitatem super cæteras legislationes ab hominibus factas, vt si poneretur, quòd ipsa habent potestatem super omnia creata etiam super liberum arbitrium creatum, tamẽ super legem a Deo datam non haberent potestatem, & tamen tam lex vetus, quam
H noua a Deo daræ sunt, & potissime, quia veterẽ Deus dedit per Prophetas. i. per Moysen locutus, nouam autem dedit per seipsum. i. per filium suum ad Heb. 1. c. ideo non potest aliquid cęlum super legem nouam, & veterem, quia hoc esset habere potestatem super liberum arbitrium Dei instituentis eas, ideo non potest sciri principium, neque finis alicuius istarum ex significatione cęli, ideo semper mentientur quicunque talibus argumentis finem legis Christi exquirũt, sicut imperiti, qui putauerunt legem Christi finiendã propter coniunctionem Saturni, & Iouis factam anno millesimo quadringentesimo quarto, in mense Iulii, in signo Cancri, & vsque ad istum annum quadragesimum octauum, qui nunc incepit insipiẽtibus
I vanos terrores immittere nõ cessant, sed omnia hæc irridenda, & contemnenda sunt potius quam argumentis retollenda. Erit autem lex Christi vsque ad finem sæculi, quia ei alia non succedet, & ideo, sicut est ignotus finis sęculi, ita & finis legis Christi, & dies resurrectionis.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ ad sciendum finem alicuius rei non sufficit cognoscere principium, nisi insuper sciatur mensura, vt si sciatur quanta est mensura magnitudinis alicuius, & cognoscatur vbi res inchoat, sciet, vbi oportet eam finiri. Si autem ignoretur mensura ex cognitione solius principij non inducitur cognitio finis, & quoniam omniũ aliorum motuum, & rerum per se motarum motus
K cęlestis est mensura durationis scito principio earum poterit agnosci finis, & tamen de motu cęli non est sic, quia ipse non est mensura suiipsius, ideo, licet sciatur principium eius non cognoscitur finis, quia non est aliquid aliud per quod mensuretur, nisi diuina voluntas, cui omnia subduntur, sed illa est nobis occulta, ideo finis motus cęli, & finis sæculi idẽ sunt, ideo etiam finis sęculi ignotus est.

Ad secundum dicendũ, ꝙ quid dies isti designent non explanabitur hic penitus, sed Apo. 12. c. ell tamẽ dicendum, ꝙ isti dies mille ducenti, & sexaginta non significant mille ducentos sexaginta annos, quibus ecclesia duratura sit, quasi non sit amplius duratura, quia

quia falsitas huius iam patuit cum iam, quasi ducenti anni super excreuerint ad illos, quibus Ecclesia durauit, & neque videatur nunc aliquit propter quod putetur in breui cessatura. Sed dicẽdum, quòd per istos dies designatur, vt communiter volunt doctores, indeterminate omne tempus, quo Christus prędicauit. Et ratio designationis est, quia ecclesia fundata est super fide prædicationis Christi supra 16. capit. super hanc .i. confessionis Petri ędificabo Ecclesiam meam & tamen prædicatio Christi, quasi tanto tempore durauit, vt communiter dicitur .s. annis tribus, & dimidio, vt communiter dicitur, & est satis propinquum veritati. Nam cępit Christus prædicare post ieiuniũ statim supra 4. & Lucę. 4. c. ieiunium autem quadragesimæ fuit statim post baptismum, vt colligitur Marc. 1. c. & Luc. 3. c. & fuit baptismus Christi finito anno. 29. incipiente. 30. Lucę 3. c. & fuit baptismus Christi in principio Ianuarij .s. quinta Ianuarii, qui est dies Epiphaniæ, vt ecclesia cantat in ipsius legenda diei illius. Mortuus est autem Christus anno. 33. ętatis suę incepto die tertio, mensis Aprilis, vt declaratum est in libro nostro defensorio trium quæstionum. Ergo fuerunt, quasi tres anni, & dimidius, quia quasi tantum tempus complent isti dies. Nam desunt quindecim dies, & ideo pro eodem ponit scriptura ibi, vt videtur dies mille ducẽtos, & sexaginta, & dicere tres annos & dimidium. Quod patet, quia Apoc. 12. capi. dicitur, quòd mulier fugit in solitudinem, vbi habet locum paratum a Deo, vt pascat eam duobus mille ducentis & sexaginta. Et post hæc. eod. c. de eadem muliere dicitur, ꝙ datę sunt ei duę alę aquilę magnæ, vt volaret in locum desertum vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis, sed tempus est vnus annus tempora sunt duo anni dimidium temporis est dimidium anni, & ponuntur pro eadem sententia, & sic ponitur istud tẽpus durationis Ecclesię, quia tot diebus, vel tanto tempore prædicata est fides, in qua illa fundatur.

Duratio prędicationis Christi.

Christi diem suum obiit annos natus 33.

De diebus quoque quos Daniel posuit Dani. 12. non explicabitur hic, sed ibi, & tamẽ vt communiter tenent doctores non est aliquis numerus dierum ad significandum designatos annos, quibus Ecclesia debeat durare, vel ad designandos annos ab aduentu Christi vsque ad aduentum antichristi, quia non conuenit, licet plurimi ante finita tẽpora hæc tenuerunt, sed tempus ostendit eos nunc mendaces, quia sunt dies mille ducenti nonaginta, qui (vt illi volunt) accipiuntur pro annis, & postea adduntur quadraginta quinque, & fiunt simul mille trecenti trigintaquinq;: de quibus dicitur Dan. 12. c. beatus, qui expectat, & ꝑuenit ad dies mille trecentos triginta, & quinque, & tamen vtrunque tempus iam præteriit, cum sit iam annus Christi millesimus quadringẽtesimus quadragesimus septimus. ergo non est sic accipiendum, sed dicunt doctores, quòd debeat accipi de duratione prædicationis Antichristi, & quòd non sint plures dies, quam illi, quos Daniel expresserit, neque accipiatur pro annis, aut mensibus, & tamen de hoc quid sentiamus dicetur Dan. 12. c.

Ad tertium dicendum, quòd licet status veteris testamenti significet statum noui testamenti in generali, non oportet tamen, quòd in speciali singula respondeant singulis, & in rebus, & in temporibus, pręcipue cum omnes figuræ veteris testamenti in Christo fuerint completæ, & ideo non oportet, ꝙ tot annis præcise duret status vnius testamenti, sicut alteri⁹. Et ideo August. 18. lib. de Ciuitate Dei respondit quibusdam, qui volebant accipere numerum persecutionum ecclesiæ ex numero plagarum Aegypti, dicens: Ego per illas plagas gestas in Aegypto istas ꝑsecutiones ecclesiæ prophetice significatas esse nõ arbitror, quamuis ab eis, qui hoc putant exquisite, & ingeniose illa singula his singulis comparata videãtur nõ prophetico spiritu, sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, & aliquando fallitur. Simile fuit in Abbate Ioachim, qui per quasdam similes coniecturas, vt semina literarum, & alia dixit multa circa futurum, & in quibusdam vera dixit, in aliis autem deceptus est. De duratione autem veteris testamenti nulla causa est, qua reputetur tanta, & nõ maior futura duratio noui testamenti, & tamen vsq; nunc maior est duratio veteris testamenti, computãdo enim a die datæ legis Moysi, vsque ad annũ, quo Christus natus est, sunt secũdum vnam computationem anni mille quingenti quadragintaquinque, sed secundum aliam, quæ est magis verificata, sunt anni mille quingenti, & decem: & ita desunt nobis anni sexagintatres, vt ęquentur durationes istorũ testamentorum, sed istud leue motiuum est ad diffiniendum durationem noui testamenti, & consequenter ponendum finem sæculi. Est ergo standum in hoc, ꝙ nulla coniectura sufficit, neque ratio ad inueniẽdum certitudinem tempus, vsque ad finem sæculi, & non solum nulla coniectura probat, sed neque etiam est aliqua verisimilis, cum nulla ponat aliquod motiuũ rationabile.

No. de Abbate Ioachim, qui reprobat de sum. tri. & fi. cat.

An erit dies, vel nox, quando fiet resurrectio.
Quæst. CCXXXII.

QVAERETVR de qualitate temporis, quãdo fiet resurrectio an erit dies, vel nox, & quæ pars diei, vel noctis erit, quando fiet resurrectio.

Aliqui dicunt, ꝙ non erit resurrectio in nocte, immo neque in die, quia resurrectio non fiet quousque atteratur cęlum Iob. 14. c. cęlum aũt atteritur cessando a motu, & effectibus, quos producebat in inferioribus, vt dictum est supra, ergo quando fiet resurrectio iam cessauerit motus cęli, sed per motũ cęli fiet dies, & nox, ergo non erit tunc dies, neque nox, & ita non erit in nocte, vt communiter tenetur.

Secũdo patet, quia finis vniuscunque rei debet esse perfectissimus, sed tũc erit finis temporis. Nam Apo. 10. c. dicitur, quòd tempus amplius non erit, ergo debet esse tunc optima dispositio temporis, sed illa est dies, ergo erit dies.

Tertio, quia qualitas temporis debet respondere eis, quæ geruntur tempore vnde Io. 13. fit mentio, ꝙ nox erat, quando Iudas exiuit a Christo ad eum prodendum, scilicet quia a vera luce recedebat deserens consortium eius, & tamen in resurrectione, quæ erit simul cum iudicio, fiet perfecta manifestatio omniũ, quæ nunc latent, quia manifestabit Deus abscondita tenebrarum, & reuelabit cõsilia cordium. 1. Corin. 4. c. ergo debet esse in meridie, qñ est maior lux. Alij dicũt, ꝙ fiet resurrectio in nocte, quia resurrectio Christi fuit exemplar nostrę resurrectionis 1. Corin. 15. c. & tamen resurrectio Christi fuit per noctem, vt dicit Gregorius in homilia paschali, ergo & nostra resurrectio fiet per noctem.

Secundo, quia aduentus Domini ad iudicandum, & suscitandum mortuos comparatur aduẽtui furis in domum, Luc. 12. c. Si pater familias sciret, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam, fur tamen per noctem venit, ergo aduentus Christi fiet per noctem, & consequenter resurrectio nostra.

Dicendum autem, ꝙ neque ex sacra Scriptura, neque ex ratione potest determinate sciri hora resurrectionis, & ideo varie opinantur multi. Putant tamen aliqui,

aliqui, ꝙ media nocte fiet resurrectio, & hoc, quia dr̄ infra 25.c. Media nocte clamor fact⁹ est, & tñ ille clamor est vox tubę ad iudicium, & resurrectionē vocātis, vt dictum est supra, ideo in media nocte fiet resurrectio, & iudicium. Sed hoc varie exponitur. Aliqui.n. exponunt mediam noctem non pro t̄pe, sed pro qualitate aduētus, vñ dicit Magister 4. Sententiarū di.43. media nocte dicitur venturus, vt.n. dicit Augustinus non pro hora temporis, sed quia ꝓ tunc veniet Christus, qñ non sperabitur, media aūt nocte.s. cum valde obscurum erit.i. occultum, veniet.n. dies dñi, sicut fur in nocte 1. Thessa.4. & iō isti non limitant horam tēporis, aut qualitatem, sed dñt vocari mediam noctem pp magnam incertitudinem aduētus illius apud nos, & sicut pp ista occulta dicitur esse aduētus in media nocte, ita pp alia, quæ tunc manifestabuntur, s. cōsilia, & cogitationes 1. Corin.4.c. dicitur dies esse tempus illud, & ita vocatur dies dñi. Sic ēt Dani.7.c. dictur, ꝙ vetustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo.

In q.225.

Alij aūt putant, ꝙ vere in media nocte fiet resurrectio, sicut tenet Cassiodorus. Et hoc, quia eo tempore primogenita Aegyptiorū percussa sunt, vt Magister recitat. Sed dicendum, ꝙ probabilius est, ꝙ fiat resurrectio in crepusculo matutino in fine eius, scilicet sole existente in horizonte orientali, & luna in horizōte occidentali. Et ad hoc est prima ratio, quia resurrectio fiet in ipso momento cessationis motus cœli, sed cessatio motus erit stante sole in Oriente in horizōte, luna autem in puncto opposito occidentis, eo ꝙ in tali situ credūtur creata, vt sit circulatio perfecta quātum ad ipsa corpora, & talis habitudo est in principio diei, ideo tunc creditur resurrectio futura. Secunda, quia resurrectio nostra putatur rationabiliter futura eo tempore, quo resurrectio Christi.i. ad eandē tēporis qualitatem. Sed Christus in crepusculo matutino surrexit.s. sic existente sole in horizonte orientis. Sed non est pp hoc intelligendum, ꝙ eodem tempore.i. eadem parte anni sit futura resurrectio nostra, in qua fuit resurrectio Christi, ille enim surrexit die quinta Aprilis cū mortuus fuerit die tertia Aprilis, vt supra dictum est, & tamen de resurrectione nostra nemo asserit in Aprili, vel determinate in aliquo mense.

Die quinta Aprilis Christus resurrexit.

Item non est putandum, ꝙ erit eadem habitudo solis, & lunę in resurrectione nostra, quæ fuit in Christi resurrectione, quia in nostra resurrectione ponit, ꝙ sol, & luna erunt sibi oppositi, sicut qñ luna peruenit ad plenilunium, & erit sol in Oriente, & luna in Occidente, & ambo in horizonte, & tñ in Christi resurrectione non potuerunt sic esse, quia erat luna 17. die resurrectionis Christi. Quod patet, quia ipse manducauit Pascha cum Iudęis, & ille erat dies quartus decimus lunę Exo.12. & Leuitic.23. eo.n. die manducabatur agnus, & sequēti die occisus est Christus.s. luna quintadecima, & ꝯñr dies dominica, in qua surrexit, erat dies decimaseptima lunę, & tunc non erat possibile, ꝙ sole existente in horizontē esset luna in horizonte opposito, sed esset infra horizontē plusquā viginti gradibus, ideo non erit totaliter eadem habitudo, sed satis est, quòd sit eadem habitudo temporis, scilicet principium diei. Sed dicendum, ꝙ quærere, quæ qualitas temporis erit.i. an dies, vel nox, & quæ hora diei, & noctis est, superuacuum, nisi aliquid vltra addatur, quia si simpliciter quæratur, dicetur, ꝙ cum fiet resurrectio, erit nox, & dies, & erit meridies, & media nox, & tertia hora diei, & tertia hora noctis, & ita de omnibus alijs differentijs, & partibus diei, & noctis. Quod patet, quia etiam nunc fit existente sole in quocūque puncto cęli simul est alicubi nox, & alicubi dies, vt si nunc sit meridies nobis, necesse est, ꝙ antipodibus nostris, vel in puncto anguli terrę sit me-

F dia nox, & in loco distante a nobis per nonaginta gradus ad Orientē est nunc occasus solis, quia est in puncto horizontis occidentalis, & in loco distante a nobis per nonaginta gradus versus occidentem est ortus solis, quia est sol in orizonte orientali, & in loco distante a nobis per cētum, & viginti gradus ad Oriētem incipit tertia hora noctis, & in loco distante a nobis per centum, & viginti gradus versus Occidentem restant duę horę de nocte vsque ad ortum solis, & ita de alijs differentijs vsque ad minima, quæ plane accipiuntur secundum distantias longitudinis meridianorum circulorum, & ideo in illo puncto, vel in instāti, quo fiet resurrectio erit nox, & dies, & omnes horę diei, & noctis sm varios horizontes, & ideo qñ

G quæritur, quæ hora erit tunc, & quod tempus.s. an dies an nox, oportet ꝙ accipiat secundū cōsiderationem alicuius determinati horizontis alicuius loci.

Sed dicetur cum multi hoc quęrant, scilicet quod tempus, & quæ hora erit absolute quærendo non expresso aliquo horizonte, in quo oportet, ꝙ vnus accipiat vnum, & eundē horizontem loci cuius loci erit ille horizon. Dicendum, ꝙ accipiunt omnes pro horizōte vrbis Ierusalem. Et ratio est, quia esse noctem, vel diem consideramus respectu illorum locorum, in quibus sunt homines, quia ipsi soli aduertunt ad esse noctem, & diem secundum determinatas partes suas, & tamen in instanti resurrectionis omnes homines erunt simul in die iudicij, & ille dicitur communiter

H vallis Iosaphat, quæ est iuxta Ierusalem, ideo esse diē, vel noctem accipiendum erat respectu illius loci, & ideo cum dicitur, ꝙ temporis momento, quo fiet resurrectio stabit sol in puncto horizontis orientalis respectu vrbis Ierusalem, & luna in parte opposita, & ideo hoc supposito in ista ciuitate Salamantina erit tunc nox, & erit in vrbę Toleti tres horę restantes de nocte vsque ad auroram, quæ nunquam elucescent, & in ciuitate ista restabunt tres horę, & quasi quinta pars horę vsque ad ortum solis si deberet oriri, vel de illa nocte, quæ inchoata fuerat, si deberet finiri, sed nunquam finietur, & ita de alijs locis possumus accipere habitudines temporum, secundum distantias meridianorum circulorum.

Situs vallis Iosaphat.

I Ad primam rationem dicendum, ꝙ in instanti resurrectionis non erit dies, neque nox, quia vtrunque est tempus, sed tunc non erit tempus pp cessasse motum, & tñ quærimus quod tempus, vel quæ hora temporis erit.i. qualis erit habitudo solis tunc, quia secundum habitudinem solis ad horizontem nostrum dicimus esse meridiem, vel mediam noctē, & singulas alias partes diei, & noctis, & ideo si in momēto resurrectionis fuerit sol in horizonte orientali vrbis Ierusalem dicetur esse principium primę horę diei, & extremitas noctis. Ad secundum dicendū, ꝙ optima dispositio tēporis est meridies respectu cuiuslibet horizontis pp ampliorē illuminationē. Sed tunc non indigebit locus ille lumine maiori, ꝗ sibi prius erit, quia

K erit Christus præsens ad iudicandū, cuius corpus erit sole splendidius, corpora quoque beatorū fulgebunt, sicut sol supra 14.c. & ob hoc nō erit sol vltra necessarius ad lucendum, per diē, neque luna per noctē, vt dicit Isa. & etiam Apo.21.c. dicitur de illa ciuit. Dei, ꝙ non egebit sole, neque luna, quia claritas Dei illuminat eā, & agnus est lucerna eius. Et ideo propter hoc nō differebat an in die, vel nocte fiat resurrectio, quia maior erit lux in loco resurgentium, quā sit splendor meridianus, & ideo licet poterat accidere, quòd esset meridies, quando fieret resurrectio; tamen non est necesse ex conditione lucis (vt aliqui putabant) scilicet, vt esset maximus splendor in loco resurrectionis.

Ad

Ad tertium dicendum, ꝙ resurrectio habet aliqua manifesta, & aliqua occulta, est.n.ipsa occulta quantū ad nos, quia nemo eam nouit, quando erit, vt dictum est præcedenti q.& ideo erit insperata, erit enim ipsa manifestans multa, scilicet omnia consilia, & cogitationes, & facta, quę prius latebant 1.Corin.4.c.& ideo potest vocari nox, vel dies, & ab vtraque proprietate poterit conuenienter fieri tam in nocte, quam in die. Ad rationes illorum, qui dicebāt fieri debere per noctem, quasi non fiat per diem, dicendum, quòd etiam illę non concludunt. Et ad primam dicendum, quòd fiet resurrectio ea hora, qua facta est resurrectio Christi, & tamen illa non fuit per noctem, sed potius per diem, & tamen dicitur per noctem facta inquantum illud tempus erat finis noctis, & principium diei, licet in hoc aliqua difficultas est, de qua magis dicet infra 28.c. Sed supposito eo quod communiter tenetur, dicendum, quòd licet eadem hora fiat resurrectio nostra, qua resurrectio Christi fiet per diē, idest in principio diei, vel per noctem, idest in extremitate noctis.

Ad secundum dicendum, quòd est similitudo secundum proportionem, scilicet quòd, sicut tempus, quo fur venit est occultum patrifamilias, ita tempus resurrectionis erit occultum, & est omnibus hominibus, & quia ad occultationem furis contra patremfamilias magis facit venire per noctem, quam per diē venit per noctem, & tamen ad occultationem tēporis resurrectionis nihil confert esse noctem, vel diem, quia non fit ex hoc occultatio, sed solum, quia nulli reuelatur, ideo nihil differt, ꝙ fiat per noctem, vel per diem, fiet autem eo tempore quo dictum est.

An resurrectio fiet subito, vel erit aliqua successio in ea. Quæst. CCXXXIII.

QVAERETVR an resurrectio fiet subito, vel erit aliqua successio in ea.

Aliqui dicunt, quòd non fiet subito, quia reformatio corporum ad suscipiēdum animas fiet ante vnionem animarū, ergo fiet successiue. Patet, quia Ezechi. 37.prenunciat resurrectio, & dicitur, accesserunt ossa ad ossa, & vidi, & ecce super ea carnes, & nerui ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant, ergo prius fiet tota reparatio corporū, quam fiat reunitio animarum, quia aliquando erit, quando corpora erunt reparata, & non habebunt spiritum, ergo successiue fient hęc.

Secundo, quia illud, ad quod requiruntur multæ actiones se consequentes, non poterit fieri subito, sed ad resurrectionem exiguntur multę actiones se consequentes, scilicet collectio cinerum, reformatio corporum, vnio animarum, & non potest peruerti ordo istarum, sed necesse est, quòd sit collectio ante reformationem, & reformatio ante infusionem, ergo non erit subito.

Tertio, quia omnis sonus mensuratur tempore, sed sonus tubę erit causa resurrectionis, vt dictum est supra, ergo non fiet subito resurrectio. Quarto, quia nullus motus localis potest fieri subito, sicut dicitur in lib.de sensu, & sensato, & tamen collectio puluerū, quæ erit in resurrectione erit motus localis, ergo non poterit resurrectio subito fieri.

Quinto, quia 1.Thessa.4.c.dicitur, mortui, qui in Christo sunt resurgēt primi, deinde nos, qui viuimus, &c.ergo illi, qui veniente Christo fuerint iam mortui primo resurgent, deinde illi, qui rapientur in aera, morientur ibi, & postea resurgent, ergo non simul erit resurrectio istorum, & illorum, & sic non erit in instanti.

Sexto, quia Augustinus 20.de Ciuita.Dei.c.2.dicit tam ineffabili velocitate reddentur antiquissimorū cadauerum pulueres in membra sine fine ventura. Et iterum ibidem, scilicet per mortem ad immortalitatem mira celeritate transibunt, & tamen velox, & tardum determinatur tempore, vt dicitur 4.Physicorū, ergo in tempore fient hęc, & non in instanti.

Septimo, quia in resurrectione nostra aliquid præfuit, quod corrumperet ibi. Nam materia corporum, quæ debet esse sub forma humana, erat ante resurrectionem sub aliqua forma substantiali, quę in resurrectione corrumpetur, cum non possit manere cum forma humana, illa autem forma corrumpenda habebit esse finitum, omne autem positiuum vndique finitum habet ad minus duos terminos positiuos, ergo esse istius præcedentis, habebit duos terminos positiuos, & consequenter est dare vltimum instans esse illius præcedentis, ergo si resurrectio erit immediate post esse illius in instanti erit instans immediatum instanti, quod est contra Aristoti.5.& 6.Physicorum.

Octauo, quia in resurrectione corrumpentur omnia illa corpora, quorum partes erant materię, vel pulueres, qui assumuntur ad resurrectionem, corpus aūt corrumpendum habebit esse permanens, permanens autem non habet esse in tempore, nisi quia habet esse in instanti, & instans est in tempore. Si ergo esse corporis corrumpendi, quod est in instanti præcedit immediate ad esse corporis suscitandi, sequitur, quòd præcedet in instanti immediato illi esse, & tunc sequitur, ꝙ instans sit immediatum instanti, vt supra inferebatur, quod est constra Aristo.

Alij dicunt, ꝙ suscitatio fiet subito, quia dicitur 1.Cori.15.c.omnes resurgemus in momento, & in ictu oculi, & in nouissima tuba, ergo erit subito. Secundo, quia virtus infinita operatur in instanti, vel subito, sed resurrectio fiet virtute diuina, vt dicit Damasce. scilicet Crede resurrectionem futuram Dei virtute, sed Dei virtus est infinita, ergo fiet resurrectio subito. Tertio, ꝗa generatio fit in instāti, ergo & resurrectio cum resurrectio sit, quasi quædam regeneratio, in generatione enim vnitur anima corpori, & in resurrectione reunitur, ergo ita erit resurrectio in instanti, sicut generatio.

Dicendum, quòd accipiendo resurrectionem pro omnibus, quę importat, quædam fient in ea opere diuino, quædam vero ministerio angelorum, quod autem fiet ministerio angelorum, non poterit fieri in instanti, quia non operatur angelus in instanti, & potissime rem pertinentem ad motum, & tamen aliquando secundum ęquiuocationem instantis concedimus angelos operari in instanti. Accipitur enim aliquando instans pro indiuisibili assignato in tempore, aliquando pro tempore imperceptibili, quod melius momentum, quam instans appellatur. Primo modo angelus non potest operari in instanti. Secundo modo operatur in instanti, & in hoc operatio angeli excedit operationem nostram, & naturę, cuius est successio maior. Deus autem operabitur in instanti, & ideo erit sic, quòd operatio angelorum circa resurrectionem erit in quodam tempore valde paruo, & in instanti terminante illud tempus, in quo operatio angelorum facta est fiet operatio diuina, vt sicut instās claudit tempus, & dat illi finem, ita operatio superior, quæ est Dei deducit ad complementum operationem cuiuscunque inferioris virtutis.

Differētia inter instans, & momentū.

Circa, quod sciendum, quod cum resurrectio iuxta Damasce. sit iterata surrectio eius, quod cecidit aūt totus homo per separationem animę a corpore, cecidit etiam idem corpus mixtum per corruptionem & conuersionem eius in aliud, vel alia, & sic ordo na-

turę

turę conuersus generationis,& corruptionis,vel resolutionis oportet, ꝙ prius ordinatione naturę corpus reparetur, quam anima ei reuniatur,istam autem reparationem corporis præcedit collectio cinerum,qui erāt dispersi per diuersa loca secundum variam resolutionem corporis, ideo est prior in ordine collectio cinerum,deinde corporis formatio,deinde animę infusio,vel refusio cum iterū iam eisdem infusa fuisset.

De primo, scilicet de collectione cinerum,vel puluerum dicendum, quòd fiet angelico ministerio,ipsi enim deducent pulueres omnium corporum humanorum, quæ resurgere habent de quibuscunque locis, in quibus fuerint ad vallem Iosaphat,vbi resurrectio futura est, vt non resurgant homines in diuersis locis, vbi cadauerum pulueres sparsi erant, sed sicut de diuersis locis ad vnum colligendi erant pulueres, vt in illo loco reformato corpore homo resurgeret, ita ad vallem Iosaphat omnes pulueres deducentur, vt ibi omnia corpora formentur, & omnes homines resurgant. Et ratio est,quia cum non sint pulueres toti,qui sunt de Integritate eiusdem corporis in vno, & eodem loco oportet congregari illos de omnibus locis illis ad vnum locum communem, in quo fiat reformatio corporis,& reunio animę,& tamen non est causa maior de aliquo loco, quam de valle Iosaphat, cum ibi sit futurum iudicium omnium resurgentiū, ergo ad locum illum deducentur pulueres, & ibi fiet formatio corporum,& infusio animæ,& quia hoc est resurgere dicentur omnes homines resurgere in eodem loco, licet in diuersis locis materia corporum ipsorum dispersa iaceret.

Secundo patet,quia sic tollitur pluritas, quæ semp est euitanda,cum sit peccatum facere per plura,quod potest fieri per pauciora 8.Topi.& tamen si non reducerentur omnes pulueres de quibuscunque locis ad locum resurrectionis, scilicet ad vallem Iosaphat, oportebat, quòd cuiuscunque hominis pulueres dispersi per varia loca deducerentur ad vnum locum,& ibi formato corpore fieret resurrectio,& rursus de ipso loco deportandus erat homo ad vallem Iosaphat, vbi omnes homines congregandi sunt ad iudicium, & forte tunc,quidam portarentur violenter, alii spōte. Ad tollendum ergo,& euitandum istam pluralitatem, & dubia de portatione violenta, vel spontanea melius est ponere,quòd cum collecti fuerint cineres, deducantur ad vallem Iosaphat vbi futurum est iudicium, vt ibi quoque resurgant.

Tertio, quia aliàs cum istud ministerium portationis fiat per angelos bonos, si collectis cineribus ad aliquem alium locum communē fieret ibi resurrectio, resurrectio cuiuslibet per se, & deinde portaretur homo iam suscitatus ad vallem Iosaphat,portarēt angeli boni homines iam damnatos, & hoc non videtur esse tam conuenienter dictum, sicut, quòd portent cineres ante resurrectionem,quia illi cineres nō sunt aliquid damnatum.

Quarto, quia magis videtur pertinere ad manifestationem diuinę potestatis, sic fieri, quam homines alibi resurgant, & deducantur ad locum illum: magis enim ostendetur quodammodo diuina virtus saltem quantum ad admirationem hominum cum se viderint subito omnes homines in eodem loco resurgere, quasi ibi semper fuerint,quam ꝙ viderent se de diuersis locis congregari. ita ergo videtur tenendum,scilicet, quòd ad locum iudicij deducentur cineres omnium,& ibi formabuntur corpora,& simul resurgēt. Licet aliqui dicant, quòd potest concedi,quòd in locis,vbi iacebant cineres fuit resurrectio,& deducātur homines iam suscitati ad locum iudicii. Quod aliqualiter esset verisimile si cineres toti cuiuslibet homi-
F nis essent ibi, vbi homo sepultus est,& non oporteret fieri congregationem aliquam ipsorum, & tamen nullius hominis cineres sunt totaliter in eodem loco, quia aliquę dissolutę partes fuerunt in auras, aliquę in terram,& saltem partes dissolutę in aerem non inueniuntur ibi simul cum partibus manentibus in natura terrę. Et ideo est dicendum cōuenientius,sicut supra, quòd omnium corporum cineres deducentur per angelos ad vallem Iosaphat, & ibi fiet resurrectio communis.

De ista collectione puluerum manifestum est, ꝙ fiat opere angelorum, quia infra 24.c.dicit: Mittet filius hominis angelos suos cum tuba, & voce magna,
G & congregabunt electos eius a quatuor ventis a summis cœlorum vsque ad terminos eorum, hoc autem non potest intelligi, nisi de congregatione cinerum, quia nullo alio modo angeli congregabunt homines, ideo oportet, quòd ponatur, ꝙ ipsi colligant cineres ad formandum corpora, & tamen angelus non pōt aliquid mouere in instanti,ideo non erit collectio illa in instanti. Cum autem dicitur,quòd congregabunt electos a quatuor ventis, est dicere,quòd congregabunt electos de omnibus partibus, in quibus fuerint cineres eorum ad quācunque partem mundi, & diuiditur mundus, idest, circulus horizontis per duas diametros intersecantes se in centro horizontis, &
H extremitates illarum sunt quatuor puncta assignata in cęlo,quæ sunt opposita, scilicet Oriens, Occidens, Auster,Septentrio. Et quando volumus nominare omnes partes mundi nominamus ista quatuor, quæ sunt maxime distantia, & sub his intelliguntur cęterę partes,qui autem vulgariter loquuntur nominant ista quatuor puncta nomine quatuor ventorum,eo ꝙ ab istis quatuor punctis oriuntur illi quatuor venti cardinales. Quod autem dicitur a summis cęlorū vsque ad terminos eorum, est dicere ab vna extremitate cęli vsque ad aliā, scilicet quod q̄cq̄d fuerit inter extremitates cęli de materia corporum colligetur ab angelis. Accipitur enim cęlum pro aere,sicut dicitur volucres cęli comederunt illud supra 13.& Luc. 8.c.i.
I Volucres, quę in aere sunt. Et est sensus,quòd quicquid resolutum fuerit de corpore humano, quod pertineat ad veritatem corporis humani colligetur, corpus tamen resoluitur in elementa omnia, & ideo aliquid erit versum in terram,aliquid in aquam,aliquid in aerem,& ignem, sed ista elementa manent in locis proprijs, ideo de illis vbicunque fuerint, colligentur partes, quæ fuerunt corporis humani, vnde si aliqua pars de corpore humano versa est successiue vsque in ignem,& nunc sit in sphęra ignis iuxta globum lunę de ipso loco sumetur,& deducetur ad formationē corporis,& hoc est colligere electos, idest electorum pulueres de summis cœlorum,quia ibi est extremitas cœli accipiendo pro aere,& igne. Accipiendo etiam proprie pro corporibus cęlestibus verum est, quod
K de summitatibus,idest de extremitatibus eorum colligentur electi, scilicet partes eorum, nam cęlum cū sit orbis habet interiorem extremitatem in concauitate,& exteriorem in conuexitate, & de interiori extremitate colligentur,quia vsque ad illam extenditur magnitudo corporum,in quibus fit corruptio, & generatio, & non conuertitur aliquid in partes cœli, & ita est sensus, quòd de omni medio, quod est in tota magnitudine elementorum,quæ extenditur vsque ad interiorem extremitatem, vel summitatem cęlorum colligētur cineres, vel pulueres corporum humanorum,& non solum de corporibus electorum, sed etiam damnatorum. Quare tamen dicatur de solis electis, vel quid voluit in hoc Christus designare, dicetur infra 24.cap.

Consi-

Considerandum etiam, ꝙ angeli non solum colligent pulueres, sed etiam diuident, & resoluent. Nam aliquę partes solutę fuerunt de corporibus humanis, quæ iam effectę sunt partes aliorum corporum, & sunt mixtę alijs partibus ipsorum corporum, quę nūquam fuerunt humanę, & tunc oportebit, ꝙ angeli resoluant illa corpora, & corrumpant, vt inde accipiant, id quod fuit de corpore humano relictis oībus alijs partibus, & si vna pars hominis fuerit in vno corpore iuxta lunam, & alia pars in partem oppositam orbis per diametrum, & alia circa centrum terrę, & ita si sit diuisio facta in mille particulas secūdū partes distantissimas orbis inde colligentur. Et hoc significat, quod dicitur a summis cęlorum vsque ad terminos eorum. Et in hoc erit magna sapientia angelorū, quia etiā si idem corpus in decies millies millia particularum sit diuisum, & diuersis rebus sint particulę illę incorporatę inde colligentur. Ad hęc autem oīa, idest resolutionem, & collectionē est tēpus necessarium. Non enim poterunt in instanti fieri cū per motum fiant.

Secundum erat formatio corporis collectis pulueribus cuiuscunque, quia non vocamus pulueres, vel cineres eos, quos videmus in sepulchris ex resolutione factis, quia illos non oportet colligi a quatuor vētis, & a summis cęlorum, sed large vocamus pulueres, vel cineres quidquid fuit de veritate humanę naturę, quod pertineat ad resurrectionem, quia omnia talia ad corpus redibunt, & ista, siue sint conuersa in igne, siue in aere, vel quamlibet aliam materiam colligentur, & vocātur a nobis large pulueres. His autem collectis sequitur formatio corporis, & ista fit in instanti, quia a Deo immediate fit. Sed in hoc differt, quia quidam volunt terminari istam formationem ad quandam formam substantialem, quę est forma mixti, vel forma mixtionis, & non est anima rationalis, sed est forma corporeitatis, & isti sunt, qui ponūt plures formas substantiales in eodem composito.

Alij autem dicunt, ꝙ in quolibet cōposito est vnica forma substantialis, vt in homine est sola anima, & per illam dicunt, ꝙ habet homo oēs denominationes substantiales, s. per illam corpus est substantia, vel hō est substantia, & homo est corpus, & est animal, & est homo, quæ est communis positio Peripateticorum, de quibus nō prosequimur nunc, & secundū vtrosq; terminatur illa formatio corporis ad formam substātialem, & tamen secundum ponentes pluralitatem formarum terminatur ad formam mixti, secundum ponentes vnitatem formę terminatur ad animam, & ideo vtroque modo oportet, ꝙ fiat a Deo illa formatio, & fiat in instanti. Et quantum ad ponentes vnam formam. i. animam solam in homine est magis notū, & tamen ponendo pluralitatem formarum dicendū, ꝙ terminatur ad formam substantialem mixti, angelus autem non potest inducere formam substantialē, ideo debet fieri per Deum illa formatio. Deus autem in instanti operatur quidquid operatur. Licet aliqui dicant eum posse operari successiue, quod non satis conceditur, & tamen etiam si posset, non operaretur quantum ad productionem formę substantialis, quia esse illius consistit in indiuisibili, etiam quia successio operationum ex quadam imperfectione operantis, vt communiter euenit, quę tamen imperfectio in Deo non est, ideo in instanti formabit corpora humana.

Sed objicietur, ꝙ ex formatione ista si sit in instanti sequatur inconueniens, s. ꝙ sit motus in instāti. Primo patet, quia corpus illud formatum de pulueribus, erit rarius, vel densius ipsis pulueribus, ex quibus formatur, & quocunque dato sequitur motus localis in instanti, quia si est rarius, occupabit maiorem locum,

A quam pulueres, si sit densius, occupabit minorē, & sic erit motus localis in instanti, quia in illo instanti, in quo formatur occupat locum, & si erit maius, quam pulueres, oportet ꝙ in instanti illo accipiat maiorem locum, q̄ prius habebant pulueres, sed locus maior, vel minor non acquiritur, nisi per motum localem, erit ergo hic motus localis, non tamen ipsius corporis, sed aeris circunstantis, quia corpus non mouetur ad locum, sed formatur in loco, aer tamen, qui circūstabat pulueres oportet, ꝙ fugiat si incipit corpus formatum maiorem locum occupare, q̄ pulueres, & tñ ista occupatio fit de necessario in instanti si corpus formatur in instanti, ergo in instāti fugit aer, vt cedat

B corpori formato, vel erit aliqua pars temporis, in qua aer maneat in loco, in quo est corpus formatum, ita vt sit penetrario corporum, vel duo corpora in eodē loco, quod est inconueniens: si sit depressius occupabit minorem locum, & oportebit, ꝙ in instanti aer ꝯueniat ad occupandum illud, quod relinquitur a corpore non occupatum, vel erit aliqua vacuitas ad tempus, quod est etiam inconueniens.

Secundo, quia corpus formatum erit alterius figurę, quia erit humanum, quam illi pulueres, ex quibus formatur, & ideo aliter occupabit locum, quam pulueres prȩxistentus, & ita aliquam partem occupabit, quam non occupant pulueres, & hoc forte in longū, vel altum, & aliquem non occupabit, quam occupabant, s. in latitudine, & tunc sequentur ambo incon-

C ueniētia simul, scilicet fuga aeris, & appropinquatio, & sic erunt duo motus locales in instanti.

Dicendum, ꝙ ista concedi solent, s. ꝙ motus aliquis localis fiat in instanti, accipiendo large motum localem pro mutatione, vt qn̄ genitum succedit corrupto occupans maiorem, vel minorem locum, quam corruptum. Dicitur. n. tunc aliqua loci mutatio, quia est maioris, vel minoris loci occupatio, licet non ab eodē corpore in actu, sic erit mutatio loci in instanti in formatione corporum resurgentium, & hoc quantum ad corpora, quę formantur, non erit durum concedi, quia illa non mouentur: sed quantum ad aerem circunstantem illos pulueres, ex quibus formatur corpus est maior difficultas, & tamen ēt quantum ad ae-

D rem concedendum est, ꝙ in instanti expellitur si corpus est maius, vel sequitur, & concurrit si corpus est minus, & istud fit a Deo in instanti virtute diuina, qa immediate ponit corpus maius, vbi fuit minus. Vnū corpus autem non posset aliud expellere in instanti de loco, sed de Deo non est inconueniens. Dicunt ēt, ꝙ poterat Deus duo corpora in eodem loco facere. i. ꝙ corpus de nouo formatum faceret esse in loco, vbi erat corpus prȩexistens, & cōseruaret ibi corpus præexistens, & tñ istud licet esset possibile minus concedendum est, quia plura ponuntur in hoc, quam ad expulsionem subitam aeris. Si autem corpus formatum sit minus, quam cineres. i. densius occupabit minorē locum, & tunc oportebit in instanti moueri aerē, vt

E applicetur lateribus corporis minoris, vel manebit vacuitas aliquo tēpore, s. quousque aer rarefactus posset se extendere per motum vsq; ad latera corporis formati. Primum autem magis ponendum est, i. ꝙ Deus subito applicet aerem, & hoc est facilius q̄ ponere vacuum, quod multum naturę repugnat, quia etiam si per motū, vel applicationē non perueniat in instanti aer distans ad latera corporis poterit de nouo creari aer occupans illud medium, & creatio erat, sic in instanti manente immoto aere priori, qui circundabat pulueres. Si tñ quis poneret vacuitatē ad tēpus paruū non erat negandum quin miraculose hoc posset manere, licet natura illud non toleret. Et hoc patet, quia Deus pōt, id quod nō includit ꝯdictionem, & tñ esse

vacuum

vacuum non includit ꝯdictionem, licet cōtradictio
naturę sit, immo natura illud necessario faceret, si
posset facere in instanti corpus minus ex maiori.

Infusio aię in corporibus resurgentiũ in instanti fiet,

Tertium erat inductio animę, vel vnio ad corpus,
& secundum ponentes vnitatem formę substantialis
in composito nō distinguitur a formatione corporis,
quia formatio illa fit per formam substantialē, & non
est alia forma, nisi anima, & illa est terminus forma-
tionis secundũ ponētes pluralitatem formarũ. Distin-
guitur vnum ab altero, & præcedit naturaliter forma-
tio ad vnionem, vel infusionem animę, eo ꝙ non in-
funditur anima, nisi mixto, quod est tale per formam
substantialem mixti, & tñ ēt secundũ istos debet dici,
ꝙ in eodem instanti quo fit formatio fit infusio aię,
eo ꝙ formatio est dispositio necessitans ad animā, s.
quia tale mixtum non pōt esse sine aīa rationali, & cũ
illa sit vltima dispositio, oportet ꝙ in eodem instanti
in quo illa fuerit infundatur anima, quia aliàs nō esset
vltima dispositio. De infusione aũt animę, siue secun-
dum ponētes vnitatem formę, siue pluralitatē opor-
tet dici, ꝙ fit in instanti, ita ꝙ nō solum Deus pōt illā
in instanti infundere corpori, sed ēt est necesse, ꝙ in-
fundatur in instanti, quia si non fieret in instanti, sed
successiue, aut hoc esset ꝑꝑ partes formę inducendę,
vel ꝑꝑ partes corporis, quarum vna prius recepit for-
mam, q̃ alia, & tñ neutrum est in infusione animę, nō
primum, quia anima non habet partes, sed tota simul
inducitur, quia indiuisibilis est, neque ēt est secundũ,
quia totum corpus animabile est dispositum ad reci-
piendum animam, & recipit vno modo, s. vt formam
dantem esse humanum, hoc autem esse cum non sit
partibile, neque vna pars recipiat illud per aliam, sed
quęlibet immediate ab anima, nō poterit vna anima-
ri ante aliam, sed tota animabitur simul, & sic fiet in-
fusio in instanti. Et ita patet, quia tria sunt in resurre-
ctione, scilicet collectio, formatio, infusio. Primum
fit repente, scilicet in tempore imperceptibili. Secun-
dum, & tertium fiunt in eodem instanti, & illud est
instās terminās illud tempus imperceptibile, in quo
fuit facta per angelos collectio cinerum.

Ad primum dicendum, ꝙ illa, quę Ezehiel dixit
pertinent ad formationem corporis, scilicet extende-
re neruos, & carnes, & cutem super ossa, & hoc totũ
fiet in instanti, & Ezechiel, quia loquebatur populo
rudi introduxit Deum loquentem de istis, quasi con-
sisterent in successione, eo ꝙ non poterat aliter resur-
rectio rudis ea intelligere, & ob hoc etiam visio, quæ
fiebat Ezechieli in spiritu ostendebat ista, quasi fierēt
successiue, vt taliter ipse loqueretur ea ad populum
qualiter sibi repręsentata erant, & quod plus est, quia
Ezechiel significat hic duas successiones, vnā in for-
matione corporis, cum dicit de extensione neruorũ,
postea carnis, deinde cutis, & aliam de infusione aię,
cum dicat de corporibus, sic formatis, & spiritum nō
habebant. De primo causa est, quia nō poterant intel-
ligere rudes plura, quæ sunt in formatione corporis,
nisi per plures operationes successiuas eis explicētur.
De secũdo causa est, vt ostendatur, ꝙ suscitatio fit vir-
tute Dei, & ipse infundit spiritum corpori, cum nulla
alia virtus ad hoc sufficiat. Et colligitur hoc Ezech.
37.c.l. & extēta est in eis cutis desuper, & spiritum nō
habebant, & dixit ad me, vaticinare ad spiritum, & di-
ces ad spiritum: Hęc dicit dominus: A quatuor vētis
veni spiritus, & insufla super interfectos, & reuiuiscāt.
Multa quoque alia in sacra Scriptura dicuntur, quæ
non possunt, neque debent intelligi, sic esse, vt dicta
sunt, sed taliter dicuntur, quia aliter non poterant a
rudibus intelligi. Ad secundum dicendum, ꝙ plures
actiones exiguntur in resurrectione, quia tres secun-
dum quosdam, & duę secundum alios, vt expositum

F est, & illę sunt consequentes se, & ita non sunt simul
penitus, & tñ nō sequitur, iō ꝙ sint in diuersis tempo-
ribus, neque ēt in eodem tempore, sed prima. s. colle-
ctio cinerũ est in tempore imperceptibili, alię duę, s.
formatio, & infusio non sunt in eodem tempore, quia
non mensurantur tempore, sed sunt in instanti termi-
nante illud tempus, & ita non sunt in alio tempore. Si
autem ponatur esse vnica operatio, formatio, & infu-
sio, nō erit dubium de illa, quia erit in instanti iā dicto.
Si autem sint duę operationes est dubium, quō se ha-
beant. Et dicendum, ꝙ sunt in eodem instanti secun-
dum rem, sed non secundum naturam, sed sunt duo
instantia secundum rationem cum formatio præce-
dat natura infusionem, eo ꝙ non infunditur anima,
nisi corpori formato, & quia formatum est, sicut in-
G troitus lucis, & apertio fenestrę in eodem sunt, sed
vnum præcedit alterum natura.

Ad tertium dicendum, ꝙ resurrectio fit per sonum
tubę, s. ꝙ illa vox concurrit, & tñ, quia illa non realiter
efficit resurrectionem, non mensuratur resurrectio
duratione illius, sed ēt si vox illa diu duraret fieret re-
surrectio in instanti. Siquis autem teneat, ꝙ vox tubę
aliquid realiter efficit ad resurrectionem, sicut instru-
mentum, sicut est de sacramentis respectu collatio-
nis gratię, dicet ꝙ vox tubę mensuratur tempore, &
resurrectio non, quia quandiu durat vox tubę non est
effectus eius, sicut, & sacramētorum quorum formę
sunt verbales, & prolatio durat tempore, in cuius nul-
la parte est effectus sacramēti, sed in instanti clauden-
H te, & terminante illud tempus prolationis formę, ita
& resurrectionem isti fieri ponent, ꝙ quandiu durat
vox tubę non fiat resurrectio, sed in instanti terminā-
te sonum tubę fiat. Ad quartum dicendum, ꝙ dubiũ
est, an resurrectio omnium hominum fiat in eodem
instanti, vel resurrectio quorundam præcedat aliqua-
liter ad resurrectionem aliorũ, de quo dicetur seq. q. &
tñ, siue in eodem instanti omnes surgant, siue nō, cō-
stat, ꝙ resurrectio quęlibet fiet in instanti, quia nō pōt
esse successiua formatio corporum, & infusio animę,
quæ dicunt proprie resurrectionem. Ad quintum de
motu locali dicendum, ꝙ non pōt fieri in instanti, &
ideo collectio puluerum, quæ fiet per motum, & fiet
ab angelis fiet per motum, & ita non erit in instanti,
I & tñ ista collectio non est resurrectio, sed aliquid prę-
cedens ad resurrectionem, ipsa aũt resurrectio ꝓprie
dicta est formatio corporis, & infusio animę, & hoc
fit subito. i. in instanti. Aliter pōt dici accipiēdo, ꝙ ista
tria pertineant ad resurrectionem, s. ꝙ in ea sunt tria,
& primum fit cum quadam successione, sed est imp-
ceptibilis, secundum, & tertium fiunt in instanti ter-
minante illud paruum tempus, in quo colligētur pul-
ueres. Ad sextum dicendũ, ꝙ potest accipi velocitas
mira large pro operatione instantanea, & hoc, quia il-
lud est miraculum respectu operationum nostrarũ,
quarum nulla potest esse in instanti.

Aliter potest dici, ꝙ velocitas accipiatur proprie, &
sit in motu, & tunc dicetur, ꝙ referenda est velocitas
K ad collectionem cinerum, qui cum motu quodam
in tempore perceptibili colligentur, & ibi est mira
celeritas, quia licet illa operatio fiat in motu quodā,
& tempore, sicut nostrę, nulla est de nostris quæ fiat
tam celeriter. Ad septimum, & octauum dicendũ, ꝙ
ista inducunt quandam difficultatem communem,
quæ est inter Theologos, & Philosophos de mensura
esse permanentis. s. an dentur duo termini positiui il-
lius esse, vel non, & an instans vltimum rei permanē-
tis sit vltimum, in quo est, vel primum, in quo nō est.
Si detur vltimum instans, in quo est, erit difficultas,
quia videbitur oportere poni duo instantia copulari
sine tempore medio, vel genitum non succeder cor-
ruptio,

rupto,ſed erit tempus medium in quo in materia, neque eſt ſub forma corrupti,neque geniti, quorũ vtrũque eſt inconueniens.Si autem in re permanente det̃ primum inſtans ſui non eſſe,non videbit̃ eẽ inconueniens quantum ad prǫſens, quia tunc non ſequetur, quia duo inſtantia ſint immediata,neque etiam, ꝙ ſit tempus medium , in quo neque ſit forma geniti, neque corrupti,ſed dicetur , ꝙ in eodem inſtanti corrũpitur aliquid,& gignitur aliud, & ſic in eodem deſinit eſſe forma corrupti , & incipit eſſe forma geniti in materia, ſed in illo inſtanti corruptum non eſt, ſed corrumpitur,& corruptum eſt,cum idem ſit fieri, & factum eſſe, & in illo inſtanti primo eſt forma geniti, & tunc dicetur,ꝙ illud inſtans eſt primum ipſius eſſe rei genitę,ideſt primum in quo eſt, & eſt primum,in quo non rei corruptę, quia in quacunque parte temporis præcedẽte ad illud inſtans, & in quolibet inſtãte pręcedente erat res,quę corrupta eſt, & ita nullum inconueniens inducetur,& tamen per hoc non intẽdimus nunc diffinire totam difficultatem, quæ eſt de menſura eſſe permanentis rei.

An omnes, qui pertinebunt ad ſtatum reſurgentium erunt, qui mortui iam fuerunt, vel poterit aliquis non guſtando mortem ad illum ſtatum tranſire.

Quæſt. CCXXXIIII.

QVAERETVR an mors erit terminus a quo reſurrectionis in omnibus reſurgentibus,ideſt an omnes, qui pertinebunt ad illum ſtatum reſurgentiũ erunt,qui mortui iam fuerunt,vel poterit aliquis non guſtando mortem tranſire ad illum ſtatum.

Aliqui dñt,ꝙ non oportet, ꝙ omnes moriantur ad hoc, ꝙ tranſeant ad illum ſtatum, quia quidam non morientur,ſed immortalitate ſuperueſtientur,quia dr̃ in ſymbolo,ꝙ Chriſtus venturus eſt iudicare viuos,& mortuos.Et Act.10.c.dicit̃ de Chriſto,ꝙ conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum,& mortuorum, hoc autem non poteſt intelligi quantum ad tempus iudicij, qñ iudicabuntur,quia tunc oẽs erunt viui, ergo oportet, ꝙ referatur ad tempus præteritum iſta diſtinctio,ſ.ꝙ aliqui erunt,qui iudicabuntur, qui nunq̃ mortui fuerunt ante iudicium,& alij erunt, qui mortui fuerũt,& ſurrexerunt. Secundo,quia deſiderium naturale non põt eſſe inane,& vacuum, quin in aliquibus impleat̃, vt colligitur 1.Ethi.& tñ ſecũdũ Apoſtolum 2.Corin. 5.hoc eſt commune deſiderium , quo nolumus ſpoliari,ſed ſuperueſtiri,ergo erunt aliqui, qui nunq̃ ſpoliabuntur corpore, & vita,ſed ſuperueſtientur gloria reſurrectionis, ideſt tali gloria, qualis datur corporibus reſurgentium. Tertio,quia Auguſtinus dicit in Enchiridion , quòd quatuor petitiones vltimę orationis Dominicę ad præſentem vitam pertinẽt, quarum vna eſt:Dimitte nobis debita noſtra.Ergo eccleſia petit in hac vita relaxari ſibi oĩa debita,& tñ oratio Eccleſię non põt eſſe vana, ſed qdquid illa petit,ↄcedītur Luc.11.& Io.16.c.ſ.quidquid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis, ergo Eccleſia conſequet̃ remiſſionem debitorum ſuorum omnium in aliquo tempore huius vitę, ſed vnũ de debitis,quo pro peccato primi parẽtis affliguntur eſt, ꝙ naſcimur in peccato originali, ergo aliqñ in hac vita concedet Deus omnibus,ꝙ naſcãtur ſine peccato originali,ſed mors eſt pęna pro peccato originali,ergo erunt aliqui hoĩes circa finem ſęculi, qui non morientur, & tranſibunt ad ſtatum reſurgentium.

Quarto,quia ſapienti ſemper eſt eligenda via compendioſior, ſed compendioſior via eſt, ꝙ hoĩes, qui inuenientur viui tempore iudicij transferantur, ſic viui ad immortalitatem,q̃ ꝙ prius moriantur deinde

A reſurgant, vt ſic tranſeant ad immortalitatem, ergo Deus,qui eſt ſumme ſapiens hanc viam eliget in illis, qui viui inuenientur tempore iudicij, vt non moriantur,ſed vt transferantur,ſic ad ſtatũ immortalitatis, ſiue pro bono,ſiue pro malo.

Dicendum,ꝙ omnes, qui tranſibunt ad ſtatum reſurgentium,ſiue in bonum,ſiue in malum prius morientur, neque erit aliquis,qui ſemel vixerit, qui non moriatur antequã tranſeat ad illũ ſtatũ. Primo patet, quia iſtud eſt inuiolabile ſtatutũ,& de legibus Dei firmis,ſ.ꝙ quilibet hõ ſemel moriatur ,& eſt tantę neceſſitatis,ꝙ etiam Chriſtus pp illud mortem ſubiit ad Hebrę.9.ca.ſ.Chriſtus mortuus eſt quemadmodum
B ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, ergo nemo erit circa tempus iudicij, qui non moriatur. Secũdo,quia Apoſtolus loquens de reſurrectione 1.Corint.15.oñdit,ꝙ reſurrectionem neceſſario pręcedat mors rõne ſimilitudinum de ſeminibus,quę in terra iacimus, dicens, quod ſemina non viuificãtur, niſi prius moriãtur,ergo nemo pertinebit ad reſurrectionem, qui nõ moriatur prius. Tertio, quia 1.Corin.15.c.dicitur,ſicut in Adam omnes moriuntur,ita in Chriſto omnes viuificabũtur, ideſt taliter ſe habent homines ad Adã reſpectu mortis qualiter ſe habent ad Chriſtũ reſpectu vitę,ſed ſic eſt, ꝙ per Chriſtum oẽs vere reſurgẽt, ergo per Adam omnes morientur. Et ita nemo erit, qui non moriatur.Sed circa hoc dicendum,ꝙ aut ac-
C cipitur reſurgere proprie, aut accipitur pro trãſitu ad ſtatum reſurgentium, ſcilicet ad habendum gloriam corporis, ſicut illi habent. Accipiendo primo modo ſuperuacuum eſt quærere, quia non ſolum nõ eſt dubium,immo impoſſibile eſt,& includit contradictionem, ꝙ aliquis reſurgat, qui non mortuus fuit, cum reſurrectio ſecundũ Damaſc.ſit iterata ſurrectio eius, quod cecidit, iſtud autem cadere fuit per mortem, ideo non reſurgit aliquis, niſi qui mortuus eſt, qui.n. nunquam fuit gignitur ſi eſſe incipiat,qui autem actu manet non reſurgit, quia per reſurrectionem eſſe accipitur,ſicut per generationem,& qui actu eſt non accipit eſſe. Accipiendo ſecundo modo.ſ.pro trãſitu ad ſtatum reſurgẽtium eſt dubiũ, quia ſatis poterat fieri, ꝙ aliqui non guſtata morte ſuperueſtirentur immor-
D talitate,& ideo circa hoc varia ſententia eſt.

An omnes in fine ſęculi mo rituri ſint.

Aliqui dicunt eos, qui inuenientur in fine ſęculi viuentes,vel omnes quidem,vel multos eorum non morituros, ſed ſic trãſituros ad immortalitatem,ſiue ad dãnatos,ſiue ad electos pertineant.Sic dicit Hiero. in epiſtola ad Marcellam,ſ.quoſdam in fine ſęculi aduenieente Chriſto non eſſe morituros, ſed viuos reptos ad immortalitatem repente mutandos.

Alij autem tenent, ꝙ omnes morientur ad hoc,ꝙ tranſeant ad ſtatum reſurgentium, & iſta poſitio ſecurior eſt,& rationabilior. Et hoc propter tria.Primo, quia magis conſonat diuinę iuſtitię, quę damnauit humanam naturam ad mortẽ pro peccato primi parentis,vt omnes,qui per actum naturę ab eo ducerent
E originem peccati originalis infectionem cõtraherẽt, & conſequenter eſſent mortis debitores.

Secundo, quia magis concordat diuinę ſcripturę, quia dicitur 1.Corin.15.omnes quidem reſurgemus, & tamen reſurgere non põt, qui non mortuus eſt, vt dicit Damaſce.cum ſit reſurrectio iterata ſurrectio, & illud de ſeminatione,& morte,& cętera ſupra allegata. Tertio, quia magis concordat ordini naturę,inuenimus autem in ordine naturę, quòd illud, quod corrumpitur, & vitiatur non poteſt reduci in nouitatem ſuam, & priſtinam perfectionem, niſi prius corrumpatur penitus, ſicut acetum non redit ad eſſe vinum,niſi corrupto aceto, & tranſeunte in ſimilitudine humoris vitis. Vnde cum natura humana, ita ſit

iam vitiata, quòd deuenerit in necessitatem moriēdi, non erit sibi reditus ad immortalitatem, nisi morte mediante, vt eximatur omnis labes, & depuretur omnis corruptio, & infectio materię, quę non fit, nisi dissoluatur per mortem, & igni cremetur, quod impurum inuētum fuerit, sed corpora viuentia non poterunt tolerare illum ignem depurantem, & auferētem sordes, ergo morientur quicunque inuenti fuerint viuentes.

Alia etiam ratio est ad hoc, quia oportet finiri motum cęli in resurrectione. Nam vt dictum est illud instans, quod terminabit motum cęli erit instans resurrectionis, sed cessante motu cęli impossibile est viuere aliquid eorum, quæ viuebant per motum cęli, vel quandiu cœlum mouebatur, ergo necesse est omnia, quæ tunc viuebant statim mori, nisi miraculose conseruentur. Quod patet, quia vt dicitur 8. Physi. motus cęli est vita quædam naturę existentibus, sicut motus cordis totius corporis vita quædam est, sed cessante motu cordis omnia membra mortificantur, & statim moritur animal, ergo cessante motu cęli omnia viuētia morientur, quia per illum influitur, & conseruatē eis vita, sed ista vita, quam nūc habemus, & qua viuēt homines vsque ad diem iudicij est talis, ꝙ conseruatē a motu cęli, ergo cessante illo necesse est mori oēs quotquot inuenti tunc fuerint viuentes, sed cessabit motus cęli, quando fiet resurrectio, ergo tunc morientur omnes quotquot inuenti fuerint, & sit resurgent. Item patet hoc, quia in resurrectione totus mūdus innouabitur, & purgabuntur elementa, & ista purgatio fiet per ignem, sed non poterunt manere viuentia aliqua, quæ talem ignem sustineāt, ergo oportebit, ꝙ omnes, qui tunc viui inuenti fuerint moriant. Sed obijcietur, ꝙ non sit satis conueniens, ꝙ qui inuenti fuerint viuentes moriantur. Nam mors de se non est intenta a Deo, sed vita, & quia perfectio, quæ datur resurgentibus poterit superaddi viuentibus etiā si non moriatur, videtur, quòd viuentes tunc non moriantur.

Item, quia non videtur intelligi de illis, quod Apostolus dicit, ꝙ id quod seminatur non viuificatur, nisi prius moriatur, quia isti si morituri essent subito morerentur, & viuificarentur, cum dicat Apostolus eos, qui tunc de bonis inuenti fuerint viuentes rapiēdos in aera obuiam Christo, & ita in illo, quasi momento non videtur hoc conuenienter fieri.

Dicendum, ꝙ non est aliquod inconueniēs, immo magis sacrę Scripturę conuenit, sic poni, q̄ aliter. Sic dicit Magister 4. Sen. di. 43. s. Non enim dicendum est fieri non posse, vt per aera in sublime portentur in illo spatio moriantur, & reuiuiscant ad hunc sensum, quo ęstimemus illos, & passuros mortē, & accepturos immortalitatem, Apostolus nos vrgere videt, vbi dicit: In Christo omnes viuificabūtur. Et alibi. Quod seminas nō viuificabitur, nisi prius moriatur. Cur aūt nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi ꝓtinus immortaliter, & incorruptibiliter reuiuiscere cū credamus in ictu oculi futuram resurrectionem, & in mēbra victura tanta velocitate reditura antiquissimorum cadauerum puluerem, & multa alia similia Augu. dicit 20. de Ciui. Dei, & ita tenendum est, vt ita nemo a morte eximatur.

Ad primum dicendum, ꝙ non innuitur ex hoc, ꝙ aliqui erunt, qui non gustabunt mortem, sed omnes morientur. Et qn̄ a Christo iudicabuntur, oēs erunt viuentes, & tn̄ vocantur viui iusti, mortui autem, qui mali sunt, quia moriūtur spiritualiter. Alio modo, & melius vocantur viui illi, qui inuenientur viui, qn̄ venerit Christus, licet subito moriantur, & reuiuiscant,

F mortui autem dicuntur, qui ante eius aduentū mor-
tui erant. Tertio potest accipi, ꝙ vocentur mortui oēs
qui mortui erant tempore illo, quo verbum symboli
dictum est, vel verbum Petri Actu. 10. c. viui autē di-
cantur omnes, qui tunc viuebant, & qui postea nasci-
turi erant, vt innuatur, ꝙ Christus est iudex omnium
hominum. Et istę duę expositiones vltimę sunt con-
uenientes. Ad secundum dicendum, ꝙ desiderium
sanctorum non potest esse vanum, & incompletum,
& tn̄ ipsi non desiderant determinate, ꝙ non moriā-
tur, & transferantur sic ad immortalitatem, sed est de-
siderium conditionatum, s. ꝙ vellent non mori, & sic
beatificari si esset possibile, sed sciunt, ꝙ nō est possi-
bile inquantum Deus contrarium disposuit, ideo ipsi
G non desiderant determinate hoc, & tale desiderium
non est conueniens non impleri, quia illud non vo-
catur velle, vel desiderare, sed potius solet vocari a do-
ctoribus velleitas quædam, idest velle indeterminatū, Velleitas
& non consideratum. Ad tertium dicendum, ꝙ Ec- quid sit.
clesia orat remitti omnia debita, & ita remittentur, &
ita non erit hoc, ꝙ sine debitis homines nascantur,
aliud est enim hominem non habere debita, & aliud
remitti ei debita, quæ habet. Nasci autem sine origi-
nali est non habere debita, cum inde sint omnia de-
bita nostra, ergo non orat Ecclesia, ꝙ nō nascatur hō
in peccato originali, sed ꝙ remittatur illud sibi, & oīa
alia debita. Neque enim satis est securum dicere, ꝙ
nascantur aliqui homines sine originali dempta Vir-
H gine, de qua, neque asserimus, neque negamus. De cę-
teris autem non est dicendum, ꝙ ex gratia, vel priui-
legio speciali nascantur aliqui sine peccato originali,
vt enim plurimi putant si quis sine originali nasceret,
non indigeret redēptione facta a Christo, & ita Chri-
stus non esset omnium hominum redeptor. Nam cę-
tera peccata p̄ter originale sunt actualia, quę possunt
vitari, & si non ex libero arbitrio nudo saltem adiuto
ex gratia poterit homo euitare omnia mortalia, &
omnia venialia, & si illa euitauerit non erit debitor in
aliquo eorum, ergo non indigebit redemptione cū
nullum debitum habeat, & tamē Christum dicimus
redemptorem omnium. Ergo omnes habent illud
debitum peccati originalis, quod necessario contra-
I hunt, vt sic fructum resurrectionis Christi participēt,
& facilius est poni, ꝙ aliqui non moriantur, qui origi-
nale contraxerint, quam quòd aliqui sint, qui non cō-
traxerint originale. Nam licet sit mors pęna peccati
originalis, potest Deus remittere alicui pęnam pecca-
ti præteriti, & non est inconueniens, sicut adulteram
dimisit sine pęna Ioan. 8. c. ita potest alicui obligato
ad mortem propter originale remittere mortem, &
ideo non sequitur. Iste non moritur, ergo natus est si-
ne originali. Quanto magis, quia, vt ostensum est om-
nes morientur, & resurgent.

Ad quartum dicendum, quòd sapiens non eligit
semper cōpendiosiorem viam, sed tunc, qn̄ ęquali-
ter bene, vel melius fit ꝑ cōpendia, quam per longa,
K & tamen in præsenti non est ęqualiter bene factum,
quòd aliqui non moriantur, sicut quòd omnes mo-
riantur, ideo ponendum est, quòd omnes moriantur,
& omnes resurgant.

An omnis resurrectio erit a cineribus.
Quæst. CCXXXV.

QVAERETVR an omnis resurrectio erit a cineribus, idest an omnium resurgentium corpora erunt prius reducta vsque ad cineres. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis, sed resurrectio eius non fuit a cineribus, cum caro eius

non

non fuerit in cineres versa, cum dicatur Psal. 15. cap. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, & exponit illud Petrus de corpore Christi, Actuum 2. cap. Ergo neque erit necesse, quòd corpora nostra vertantur in cineres.

Secundo, quia corpora humana non semper comburuntur, sed non vertitur quid in cineres, nisi per combustionem: ergo non resurgent oēs a cineribus.

Tertio, quia corpus hominis mortui non vertitur in cineres statim post mortem, & tamen multi resurgent statim, vt mortui fuerint, sicut erit de illis, qui inuenientur viuentes tempore aduentus Christi, ergo non erit resurrectio omnium a cineribus.

Quarto, quia in motu terminus a quo respondet termino in quem, sed terminus, ad quem resurrectionis non est idem in bonis, & malis, quia dicitur 1. Corinth. 15. cap. Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur: ergo neque terminus, a quo erit idem, & sic mali resurgent a cineribus non autem boni, & ita non incinerabuntur omnia corpora.

Dicendum, quòd resurrectio omnium erit a cineribus, nisi alicui fortè ex priuilegio speciali cōcessum sit resurgere sine incineratione. Et patet primo, quia dixit Haimo, Omnes in originali natos tenet hęc sententia, scilicet, Terra es, & in terram ibis, sed omnes, qui in communi resurrectione resurgent, fuerunt nati in originali peccato a natiuitate ex vtero, vel saltem in vtero: ergo omnes resurgent ex cineribus, quia hoc est in terram ire, quod incinerari. Secundo, quia multa sunt in corpore humano, quæ non sunt de veritate humanæ naturæ, & illa non resurgent cum nō resurgat, nisi quod fuit de veritate humanæ naturæ, non potuerunt tamen illa separari a corpore, nisi illud in cineres resoluatur: ergo incinerabuntur omnia corpora. Patet hoc, quia præter fęces, & omnia, quæ non adhærent partibus nostris sunt quædā, quæ sunt partes partium nostrarum, & non sunt de veritate naturæ humanæ, sicut tumores aliqui in carne, vel caro aliqua excrescens, aut aliquid præter intentionem naturæ natum, sed ista non possunt separari de corpore, nisi per omnimodam resolutionem, quæ est incineratio, ergo fiet incineratio omnium corporum.

Circa quod considerandum est, quòd ex eisdem rationibus, ex quibus colligitur, quòd erit resurrectio sequitur, quod erit a cineribus, quia non resurgit nisi qui mortuus est, sed qui moritur incineratur: ergo resurrectio corporis erit a cineribus: sic autem in omnibus erit nisi in aliquo ex priuilegio speciali contrarium fiat. In Christo qui resurrexit, quando voluit sic fuit, quia non incineratum fuit corpus. Nam quadraginta horis solum iacuit sine anima. De Virgine idem asseritur, quod cito surrexerit, & ita siquis alius erit, cuius acceleretur resurrectio, & resurgat extra illam resurrectionem generalem. Nam illi licet subito vt moriātur reuiuiscant, ibi erit sufficiens incineratio ad depurandum, & tollendum, quod non erat de veritate naturæ humanæ. Scriptura enim sacra dicit resurrectionem, & reformationem corporum, ad Philip. 3. cap. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, ideo oportet vt sic omnes resurgant, & oportet vt moriantur ad hoc ꝙ resurgant, ita oportet vt omnia resoluantur, & incinerentur ad hoc ꝙ omnia reformētur. Item qa sicut in pęnam inflictum est homini, ꝙ moreretur ita & irrogatū est, ꝙ incineraretur, qa dr̄ Gen. 3. Terra es, & in terrā ibis, sed ire in terrā est incinerari. Item ordo naturæ exigit, vt non solum corporis, & animæ vnio soluatur, sed ēt elementorū cōmixtio, sic enim acetū non pōt in vinū cōuerti, nisi fuerit reductum in ma-

A teriam præiacentem ad similitudinem humoris vitis, & ideo ad hoc quòd corpus redeat in nouitatem, & puritatem suam oportet, quòd dissoluatur vsque ad cineres. Item quia etiam si corpora non essent dissoluta ante resurrectionem generalem, tunc resoluerentur vsque ad elementa. Nam commixtio elementorum causata est ex motu cœli, & conseruatur ex motu cœli, ideo cessante motu cœli necesse est, vt omnia mixta soluantur vsque ad pura elementa, etiā si non sit ibi aliqua actio contrarietatis dissoluens, & tamen in resurrectione cessabit motus cœli, ideo tunc saltem dissoluentur omnia mixta, & hoc erit incinerari corpora humana, & ita resurrectio om-
B nium erit a cineribus.

Ad primum dicendum, quòd resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis, non quoad terminum a quo, sed quantum ad terminum in quem Christus autem per resurrectionem iterato cępit esse homo, cum in triduo non fuisset homo, & quantum ad hoc est exemplar nostræ resurrectionis, quia etiam nos recipimus esse, quod perdideramus in resurrectione. Ex cineribus autem resurgere est terminus a quo, & in hoc non imitamur Christum. Namque est necesse, quòd resurrectio nominet motum quendam, & omnis motus speciem accipit a termino in quem, & ideo nos, qui imitamur Chri-
C stum in resurrectione non oportet, quòd eum imitemur nisi in termino in quem.

Ad secundum dicendum, quòd id, in quod resoluent corpora humana vocātur cineres, vel pulueres qdquid illud sit, & nō accipiunt cineres solū pro illis pulueribus, quos in sepulchris ex resolutione relictos videmus, quos cineres satis rectè vocamus, sed oē, in quod vltimatè fuerit cōuersum corpus humanū, vel quęcunq; partes illius cuiuscūq; naturę elementorū sit cineres vocamus, & iō partes ignis, & aeris, & aq̄, & terrę resolutę ex humanis corporibus vocant̄ cineres. Nā manifestū est, ꝙ aliqd fuit resolutū de corporibus humanis, quod versum est in ignem ꝑ successiuas conuersiones, & aliqd in aerē, aliquid in aquā, & illud colligetur, vt reformetur ex eo corpus huma-
D num, sed omne, quod colligitur cineres vocamus, & de istis locis elementorum colligentur cineres, quia fortè aliqua pars hoīs fuit, quæ nūc est iuxta globum Lunæ, & alia ad partem oppositam orbis, & de ipsis locis colligentur sicut Christus dixit infra 24. c. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent electos eius a quatuor ventis, a summis cœlorum vsq; ad terminos eorum, sicut fuit expositum supra.

Cineres autem vocantur omnes reliquiæ ex corporibus humanis post vltimam resolutionem factā, & vocantur sic propter tria. Primo quia apud antiquos gentiles omnia cadauera exurebantur, & ita de eis nisi cineres relinquebantur, & ideo inoleuit in
E consuetudinem, quòd omnes reliquiæ ex resolutione vltima corporum vocentur cineres. Secundo vocantur cineres ex cā resolutionis. Nam cineres vocātur extremum, in quod ignis agere non potuit, & mansit ex actione resolutiua illius. Causa autem quare corpora humana resoluantur est incēdium fomitis, quo corpus humanum radicitus est infectum, & tn̄ ad inducēdam nouitatem glorificationis oportet totā infectionem auferre, sed non pōt tolli, nisi resoluatur compositum vsq; ad prima cōponentia, & talē dissolutionem facit ignis incinerans cōbustibile, ideo extrema, in quæ resoluitur corpus humanum cū fiat resolutio vsque ad prima componentia, rectè cineres vocantur. Tertio quia verè poterunt vocari cineres ea, quæ colligentur saltem pro maiori parte, quia ille ignis, qui depurabit omnia elementa, erit qui

In q. 233. Reliquię ex corporibus humanis factæ cur cineres vocantur.

resoluet corpora humana antequàm resurgant,& il-
lę reliquiæ collectæ post exustionem erunt ad refor-
mandum corpus humanum,sed reliquiæ ex combu
stione cineres vocantur,ideo recte dicitur quòd col-
ligentur cineres corporum,& quòd ex cineribus fiet
resurrectio.

Ad tertium dicendum, ꝙ quidam resurgent sta-
tim post mortem, s.omnes, qui viui inuenti fuerint,
& tñ corpora illorum erunt dissoluta in cineres,quia
ignis, qui depurabit omnia elementa, exuret subito
illos viuentes,& in illo quasi momento,vel imperce-
ptibili tempore morientur, & soluentur corpora eo-
rum in cineres,& reformabũtur,& resurgent:immo
illorum corpora melius resoluũtur in cineres, quàm
eorum, qui nunc moriuntur, quia non resoluuntur
penitus vsq; ad prima componentia, sed manent ad-
huc in aliquo genere mixtionis, quæ mixtio tunc pe-
nitus cessabit ex duobus. Primo ex cessatione motus
cœli, quia omnis mixtio,sicut causatur ex motu cœ-
li: ita ex illo conseruatur, & ideo cessante motu cœli
omnia mixta redibunt in pura elemēta cessante mi-
xtione, quia non est per quid amplius conseruetur,
sed cessatio ista erit tunc, & non est nunc, ideo tunc
resoluentur magis corpora,quàm nunc. Secundo,qa
ibi erit ignis purgans omnia elementa, qui habebit
quandam diuinam virtutem,vt dicetur infra 24.cap.
& ideo erit efficacior in agendo, & poterit plus resol
uere combustibilia, quàm ignis iste noster: ille autē
aget in omnia corpora mortuorum tunc: ergo tunc
poterunt melius omnia corpora humana resolui in
prima componentia, q̃ nunc: nam nunc non fit hoc.

Cessante motu cœli mixtio oīs cessabit.

Ad quartum dicendum, ꝙ non debent compara-
ri terminus a quo, & terminus in quem in resurre-
ctione:& ratio est,quia motus quilibet accipit speciē
a termino in quem,& nunq̃ a termino a quo: & ideo
cum boni, & mali comparētur per resurrectionem,
comparabuntur per terminum in quem, & non per
terminum a quo:& hoc est,ꝙ sancti resumentes vitā
per resurrectionem resumant illam gloriosam: mali
autē resumant vitam non gloriosam,sed damnatam,
& subiectam pœnalibus,comparari autem per termi
num a quo non pertinet ad rationem motus: ideo
beati,& damnati non resurgentes non comparabun
tur per terminum a quo: ita vt quidam dicantur re-
surgere a cineribus;alij verò non a cineribus, sed oēs
a cineribus resurgent, sicut contingit eodem existen
te termino a quo variari terminum in quem, & con-
sequenter speciem motus, sicut quis mouetur de al-
bedine in nigredinem: alius de albedine mouetur in
ruborem,& nō est idem motus specie, licet sit idem
terminus a quo, & ideo apparet quòd se habet per
accidens ad motum terminus a quo, vnde non opor-
tet comparari eos, qui mouentur penes terminum a
quo,sed per terminum in quem.

An cineres, ex quibus fiet resurrectio, habeant inclinationem aliquam ad animam, quæ coniungetur eis.
Quæst. CCXXXVI.

QVAERETVR an cineres illi, ex quibus fiet
resurrectio,habeant inclinationem aliquā
ad animam, quæ coniungetur eis.

Aliqui dicunt ꝙ sic, quia si nullam incli-
nationem haberent eodem modo se haberent ad illā
animam, sicut ad quamlibet aliam, & non differret
potius vniri his pulueribus animam illam quàm aliā,
quod falsum est. Quia si corpori formato ex his pul-
ueribus vniretur alia anima quàm ea, quæ prius ibi
fuit, non esset per resurrectionem idem homo, qui
prius fuit cum non sint eædem partes essentiales, &

F consequenter nō esset resurrectio,sed esset noua ho-
minum productio. Nam resurrectio est,vt Damasce.
dicit,eius quod cecidit iterata surrectio:ergo non po-
terit anima illa alijs cineribus vniri nisi eis, qui fuerũt
de corpore suo, & consequenter inclinationem ha-
bent cineres ad animam.

Secundo, quia maior est dependentia corporis ad
animam,quàm animæ ad corpus,cum anima sit for-
ma,& det esse:corpus autem non dat, sed recipit esse,
sed anima separata a corpore adhuc habet dependen
tiam aliquam ad corpus. Vnde retardatur aliqualiter
motus eius in Deum propter appetitum illius corpo-
ris,scilicet,administrandi illud,vt dicit Dionysius: er-
go multo magis dependebunt pulueres illi ab illa
G anima,& ita inclinabuntur ad eam.

Tertio,quia Iob 20.cap.dicitur: Ossa eius implebũ-
tur vitijs adolescentiæ eius, cum eo in puluere dor-
mient:sed vitia non sunt nisi in anima: ergo adhuc in
illis pulueribus aliquo modo est anima, sed non po-
test esse nisi per aliqualem inclinationem illorum ad
animam: ergo illi pulueres habent naturalem incli-
nationem.

Dicendum videtur, ꝙ non manet inclinatio in il-
lis cineribus ad animam, quia corpus humanum po
test resolui vsque ad pura elementa,& in carnes alio
rum animalium conuerti, sed elementa sunt corpora
homogenea, & ideo est eadem natura totius, & cu-
iuslibet partis, & vnius partis, & cuiuslibet alterius,
H sed in alijs partibus ipsorum elementorum,quæ nun-
quàm fuerunt in corpore humano, nulla est inclina-
tio ad animam humanam cum non sit aliqua ratio,
quare sit, ideo neque in alijs partibus eiusdem, quæ
sunt ex resolutione corporis humani, erit inclinatio
ad animam. Nam si dicas,ꝙ in illis est aliqua inclina-
tio,& non in alijs,non sunt partes eiusdem homoge-
nei cũ oporteat esse penitus eiusdē naturę, & tñ sunt
homogeneę,quia sunt partes elementi puri: ergo nō
erit inclinatio aliqua naturalis in eis ad aīam.cũ nō sit
in alijs. Et eadē rō est, si cōuertantur carnes humanæ
in carnes aliorũ aīalium,quia caro cuiuslibet aīalis est
aliquid homogeneũ:ergo partes illę,q̃ sunt ibi de car
nibus hoīs quondā non sunt alterius naturæ q̃ cęterę
I partes carniũ eiusdē aīalis,ppter homogeneitatē, sed
alię nō hñt aliquā inclinationē naturalē ad animā il-
lā humanā. ergo neq; partes illę, quæ quondā fuerũt
hoīs,& iā cōuersę sunt. Quod aũt talis cōuersio fieri
possit vsq; ad pura elemēta, vel in partes carniũ alio-
rũ aīaliũ,patet qa dicit Aug.in Enchiridion. Corpus
humanũ in quācũq; aliorũ corporũ substantiā,vel in
ipsa elementa vertat:in quorũcũq; hoīum siue aīaliũ
cibũ cedet carnemq; vertet,illi aīę humanę in pũcto
tpis cedet,q̃ illud prius, vt hō fieret, & viuet, & cresceret
aīauit. Secũdo,qa cuilibet inclinationi naturali ĩ̃det
aliqđ agēs naturale, qđ possit reducere ad actũ rē ha-
bentē illā inclinationē,qa alˢ deficeret nā in necessa-
rijs,cũ aliqd eēt,qđ appeteret,ad qđ nō posset nāliter
K puenire,sed hoc ē falsũ,qa p nullũ agēs nāle pñt pul-
ueres illi iterato cōiũgi aīę:ergo nō est aliqua inclina-
tio in pulueribus ad aīam illā. Sed dicendum,ꝙ circa
hoc est triplex positio, quidā dicunt ꝙ corpus nunq̃
resoluitur vsque ad elementa pura,sed manet aliquis
modus mixtionis in pulueribus, & retinent illi hete-
rogeneitatem, & manet inclinatio aliqua ad animā,
quæ præfuit ibi, eo ꝙ in illis partibus manet aliqua
vis supra naturā elementalē, & per illam est inclina-
tio ad animā. Sed dicendũ,ꝙ non stat inquantum as-
serit ista positio non fieri resolutionem vsque ad ele-
menta. Est enim contra positionem August. vt patet
ex dictis. Item experientiæ repugnat: nam videmus
cadauera resolui vsque ad pura elementa, per suc-
cessiuas

Elementa sunt corpora homogenea.

Prima opinio de cor porum resolutione.

cessiuas resolutiones. Itē repugnat rationi, quia omnia composita ex cōtrarijs possibile est resolui in ea, ex quibus componuntur.

Secunda positio est, ꝙ illæ partes corporis humani, quæ per resolutionem eius efficiuntur partes aliarum rerum retinent plus de luce, quàm cæteræ partes earundem rerum, eo ꝙ fuerunt illæ aliquando vnitæ animæ humanæ, & ex hoc habent inclinationem quandam ad animam.

Sed hoc falsum, & friuolum est, quia partes cuiuslibet elementi sunt eiusdem naturæ, & ideo habent æqualitatem lucis, vel obscuritatis: quia non est ibi mixtio aliqua, sed retinetur pura homogeneitas.

Tertia autem positio est vera, s. ꝙ in cineribus illis nulla est naturaliter inclinatio ad animam, quia sicut in elementis puris nulla est inclinatio naturalis ad animam, ita in illis cineribus, cum sint resoluti vsque ad pura elementa.

Sed dicendum, ꝙ habēt illi cineres inclinationem ad animam illam determinatè, quæ præfuit in carne. Et hoc ex ordine diuinæ prouidentiæ, qui statuit, vt illi cineres rursus iungantur animæ, & ista inclinatio potest dici potentia obediētialis. sunt enim quædam impotentia ad aliquid obedientialiter, & non naturaliter, sicut aurum est in potentia obedientiali ad esse arborem statim, scilicet, non transeundo per formas medias, & alterationes, s. ꝙ Deus potest hoc facere, sed non est in potentia naturali, quia non potest naturale agens de auro facere arborem non transeundo per formas substantiales medias, & tamen ista inclinatio ex diuina prouidentia dicit aliquid plusquàm potentiam obedientialem, cum potentia dicat posse recipere, sed non potest aliquam exigentiam ad habendum. Inclinatio autem dicit exigentiam ad habendum, sed quia est inclinatio ex diuina prouidentia, non est exigentia ex parte naturæ, sed solum, quia Deus sic instituit.

Ad primam rationem dicēdum, ꝙ licet pulueres illi nullam naturalem inclinationem habeant ad hāc animam, vel ad aliam, habent tamen inclinationem ex diuina prouidentia, & ex illa fit, vt ad hanc animā determinatè inclinentur, quæ præfuerat in corpore, & non ad aliam, & iō nō pōt cinis ille vniri alteri aīę, & iō necesse erit resurgere eosdem hoīes, q prius fuerant cum redeāt eadem corpora ad easdem animas.

Ad secundum dicendū, ꝙ quandiu corpus, & aīa manent coniuncta, magis dependet corpus ab aīa, q̃ aīa a corpore propter rationem dictam, & ṅ qn̄ sunt separata hēt aīa aliquā dependentiā ad corpus, & corpus nullā dependentiā habet ad aīam, & iō aīa separata adhuc hēt quendā naturalē appetitum administrandi corpus, ipsum vero corpus separatū ab anima nullam hēt naturalē inclinationē, vel dependentiam ad animā. Ratio diuersitatis est, qa anima siue in corpore, siue extra corpus manēs semper retinet esse humanū, quia illa nō perdit esse, & iō quā habitudinem habet in toto ad corpus, talem retinet qn̄ separata est. Corpus aūt qn̄ coniunctū est hēt esse humanum per actu nē participationē ab aīa factā, cū aūt separatū est non retinet esse humanū, sed transit ad esse illius speciei, cuius forma informat, iō nō pōt seruari inclinatio naturalis in illo ad animā, qa inclinatio naturalis est p esse naturale, sed corpus separatū nihil retinet de esse humano, iō nō pōt in cineribus eius manere inclinatio ad aīam naturaľr, sed solū ex Dei prouidētia.

Ad tertiū dicendū, ꝙ in corpore non sunt vitia, & multo fortius in cineribus soluti corporis, sed dicunt ibi esse, inquantum isti cineres ex diuina prouidentia habent ordinem ad hoc, ꝙ ex eis reparetur aliqn̄ corpus, quod cū fuerit coniunctū aīæ cruciabitur pro vi-

A tijs, quæ homo in adolescentia sua commisit, & generaliter pro omnibus: vnde dormiunt vitia cum corpore, & cineribus mortuorum, inquantum propter mortem, & incinerationem corporis non desinunt cineres illi habere habitudinem ad hoc, quòd reformetur corpus ex eis, & in illo sit pœna pro vitijs.

An in resurrectione anima resumat idem corpus numero, quod prius habuit. *Quæst. CCXXXVII.*

QVAERETVR, an in resurrectione anima resumat idem corpus numero, quod prius habuit. Aliq dicunt, ꝙ non: quia 1. Corint.

B 15. cap. dr̄: Non corpus quod futurū est seminas, ſm nudum granū, sed Apostolus cōparat ibi mortē seminationi, & resurrectionē pullulationi: ergo innuit, ꝙ non erit idem corpus, quod p mortem deponitur, & resumitur per resurrectionem, & ita non erit idem corpus numero. Secundo, qa cuilibet formę aptatur materia ſm suā conditionē, & cuilibet agenti instrumentū ſm suā conditionem, sed corpus cōparatur ad animā, sicut materia ad formā, & sicut instrumentū ad agens, quia aīa iuxta Arist. vnit corpori, vt forma, & motor, & perfectio: cū ergo aīa totaliter transferatꝛ in cęlestē vitā per resurrectionē, cui viuendo pfectè inhæsit in mundo: vel deprimetur ad

C brutalem conditionem, si in mundo manens in corpore brutaliter conuersata est: videtur, quòd non resumet idem corpus numero, neque etiam eiusdem speciei, idest, humanum sed vel brutale, vel cœleste.

Tertio, quia corpus humanum post mortē resoluitur vsq; ad elementa, vt dictū est supra, & pręced. q. illæ aūt partes elementorū, quę de corpore humano resolutę fuerunt, non conueniunt cum corpore humano, quod fuit resolutum in eas, nisi in materia prima, & isto modo omnes partes elementorum conueniunt cum illo corpore, & tamen si ex alijs partibus elementorum formaretur corpus, non diceretur esse idem corpus, quod prius. ergo & si formetur ex eisdē, quę prius fuerunt, non erit idem corpus numero.

D Quarto, quia impossibile est esse idem numero, cuius partes essentiales non sunt eędē numero, sed alię; sed forma mixti, quæ est pars essentialis corporis humani, velut forma eius non poterit esse eadem in resurrectione, quia non poterit eadem resumi: ergo nō resumetur idem corpus numero. Patet antecedens, quia illud quod totaliter cedit in non ens non potest redire idem numero, quia non pōt esse idem numero, cuius esse est diuersum, sed eē interruptum, quod est actus entis est diuersum, sicut quilibet actus, quando interrumpitur non est idem, qui prius, sed forma mixtionis cecidit penitus in non ens per mortem, cū sit forma corporalis, similiter qualitates contrarię, ex quibus fit mixtio cedunt in non ens: ergo non poterit redire eadem forma mixtionis numero, & conse-

E quenter neque idem corpus mixtum numero.

Dicendum, ꝙ idem corpus numero erit, quod in resurrectione resumetur, quia Iob 19. cap. dicitur: Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Et loquitur de visione post resurrectionem, cum dicatur ibidē in nouissimo die de terra surrecturus sum: ergo idem corpus numero resumetur, cum sit eadem caro. Secundo quia, vt dicit Damasce. resurrectio est eius, quod cecidit iterata surrectio, sed per mortem cecidit corpus, quia resolutum est: ergo idē resumetur. Tertio, quia resurrectio est, vt idē homo qui præfuit redeat, sed non rediret idem si corpus non rediret, cum sit pars essentialis hominis: ergo redibit idē corpus. Circa quod sciēdū, ꝙ ad resurrectionē oportet aīam redire ad corpus, & redire ad id, qđ

prius, & tamen in hoc errauerunt aliqui Philosophi: errauerunt etiam aliqui hæretici. Licet enim Philosophi, vt communiter non concedant animas semel solutas ad corpora aliqua postea redire, aliqui tamen, vt Pythagorici, concesserunt.

Penes duo errarũt Pythagorici de reditu, & transitu animarum.

Sed in isto reditu errauerũt circa duo. Primo circa modum reditus. Dicebant enim animas rursus vniri corporibus per modum generationis naturaliter, s. ꝙ qñ erat corpus aliquod ad suscipiendã animã, qa erat completè organizatum, anima, quę semel a corpore soluta fuerat, vniebatur illi corpori. Secundo errabãt quantum ad corpus, cui coniungebãt anima. Nã non dicebãt coniungi aliqñ animã eidẽ corpori, quod per mortẽ depositum erat, sed alteri corpori, quòd erat aliqñ idem specie, & aliqñ diuersum. Trãsibat enim anima ad corpus diuersum specie, vt cũ transiret aliqñ ad corpora brutorum, & hoc fieri dicebant cũ aĩa in corpore manens præter rõnis ordinẽ vitã duxerat bestialem, & iõ speciei animaliũ corpus aliquod intrabat cuius mores manẽdo in corpore tenuerat. vnde trãsibat in corpus canis, vel porci propter luxuriã, & voracitatem, in corpus leonis propter rapinam, & violentiã, in corpus vulpis propter fraudes: & ita de cęteris vitijs. Ad corpus aũt eiusdem speciei humanę, s. redibat qñ bene, & iuste aĩa in corpore manens vixerat. Nã tunc aliqua fœlicitate fruebatur separata a corpore existens, & post aliqua tẽpora rursus ad corpus redibat humanũ, sed non ad primũ. Quod enim animæ redirent ad corpora tam hominũ, q̃ omnium pecorum fuit positio Pythagorę Philosophi. dixit enim aĩas esse immortales, & semꝑ manere in corporibus, & quia aĩam extra corpus existentẽ arbitrabãt, velut mortuã propter non informare aliqd dicebat, ꝙ mox vt aĩa humana soluebãt de corpore, intrabat in aliud corpus, siue hoĩs, siue pecoris, quodcunq; aptius inueniret, s. ꝙ nõ esset adhuc aĩatũ, & esset dispositũ ad aĩationẽ. Et hoc modo dicebat aĩas nunq̃ esse extra corpora, neq; reperiri apud inferos, aut Elisios campos, vel alia loca beatitudinis, sicut Poetæ finxerunt. Dixit autẽ sic fuisse de aĩa sua, quæ prius fuit cuiusdã Troiani, q dicebãt Euphorbus, & occisus est in bello Troiano a Menelao Rege, marito Helenę, & deinde fuit aĩa illa in quodã Cigno, & postea in quodã Pauone, & deinde in Homero, & postea in Pythagora: & post tempora aliqua dixit Ennius Poeta fuisse in eo aĩam illã, vt sibi sapientiã omnẽ ascriberet. sic refert Ouidius 15. Metamorpho. ex persona Pythagoræ, de cuius doctrina ibi multa ponit, scilicet,

O genus Attonitum gelidæ formidine mortis,
Quid Stygia, quid numina vana timetis
Materiem vatum, falsique pericula mundi?
Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, nouis habitant domibus, manentque receptæ.
Ipse ego nam memini Troiani tempore belli,
Panthoides, Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso hasta minoris Atridæ.

Idest, Menelai filij Atrei. Et vocatur minor Atrides, quia frater eius Agamemnon erat etiam Atrides, idest, filius Atrei, & erat maior, & ideo ipse erat minor Atrides. De hoc etiam dicit Perseus in Satyra 4. loquens contra Ennium Poetam, scilicet,

Cor iubet hoc Ennij postquàm destertuit esse,
Meonides quintus, pauone ex Pythagoreo.

Idest, Ennius asseruit se Meonidem, idest, Homerũ. Sic enim ille vocatur. Et hoc quia accepit animam illius quinto loco computando Pauonem, Cignum, & Homerum, & Pythagoram, & postea ipsum.

Quare Pythago. frugalitatem secutus est.

Et ista fuit causa quare Pythagoras secutus est frugalitatem, neque manducans carnes, neque pisces, & ad hoc omnes homines inuitauit sub specie pietatis

F asserens impietatem, & sacrilegium esse animalium carnibus vesci, eo ꝙ cum animæ iuxta eius positionẽ transirent per corpora, poterat aĩa patris mei transire ad brutum aliquod, siue terrestre, volatile, vel aquatile, & siquis occideret illa ad vescendũ, videbatur occidere patrem suum, quia ibi erat aĩa patris sui, & etiã manducabat carnes patris sui, quod nefas erat. Et ob hoc multũ arguebat totũ genus humanum, ꝙ carnibus vesceretur, ipse aũt sola olera, & fruges manducabat, & iõ frugalitatem secutus fuisse dr. Hoc enim & similia Pythagoras de reditu, & transitu aĩarum per corpora asseruit, sed ꝙ aĩæ quędã redirent ad corpora brutorũ, quia eorum mores fuerunt imitatæ, & redirent ad corpora humana, si rationabiliter in corpore vixerant, non est Pythagoricum, sed maxime Poetarum, & aliorum non attendentiũ ad solã naturã, sed

G ad scientiã Ethicã. Quòd autẽ aĩæ, quæ hic laudabiliter in corporibus manserant, prius fruerentur quadã fęlicitate, q̃ redirẽt in corpora, & post multos annos redirent poeticum est, & partim Platonicũ. Sic enim Virg. describit 6. Aeneidos multa de hoc ponens circa aĩas existentes in campis Elisijs, s. ꝙ post mille annos incipiant desiderare redire in corpora, & tunc redeant immemores malorum, quæ in corporibus tolerauerunt, & locum dignitatis Elisiorum camporũ. Et ista obliuio inducitur in animas bibito humore Lethei fluminis, ad quod flumen Deus illas deducit, & multa huiusmodi, quæ vulgata sunt.

H Sed ista positio de tali reditu aĩarum est multũ erronea propter duas radices. Inciderunt enim isti in hunc errorem. Primo, quia non putabant vniri animã essentialiter corpori dando esse, sicut vnitur forma materiæ, sed accidentaliter, sicut motor mobili, & vt homo vestimento. Secundo, quia non ponebant differre intellectum a sensu, nisi accidentaliter, & quasi per magis, & minus, & non secundum speciem, & naturam.

De primo patet, quia si putarent animam esse formam corporis, & dare ei esse secundum naturam, & speciem, non ponerent præexistere animam ante corpus, sed forma, vel educitur de potentia materiæ, vel ab extra inducitur, vt solus intellectus, sed non præcedit. Secundo, quia formæ substantiales exigunt

I dispositiones varias in materia, ita ꝙ impossibile est vnam formam substantialem manere sub dispositionibus, quæ alteri formæ conueniunt, sed tanta est diuersitas dispositionum quanta est multitudo formarum substantialium, vt ostensum est supra, & tamen isti ponebant posse intrare animã in corpus cuiuscunque dispositionis, ideo necesse est, ꝙ ponerent animã solum, vt motorem. Nam si formaliter esset vnita requireret solum vnicam dispositionem, sicut ipsa est determinata forma, sed motoris ad mobile nõ requiritur tanta determinatio, & ita multis corporibus poterat vniri vt motor, sed non vt forma. Tertio, quia si vniretur, vt forma daret esse, & quia forma ipsa, quæ

K est anima est vnius determinatæ naturæ non potest dare, nisi vnicum esse specificum, s. humanum non posset vniri nisi corpori humano, quia cuicunq; corpori vniretur, oporteret ꝙ daret illi esse humanum, quia vniebatur sibi formaliter, & ita non est verum, quòd trãsmigraret per corpora brutorum, & auium, & piscium, quia mox vt intraret in aliquod corpus, esset illud humanum per vnionem formalem animæ, & compositum inde resultans esset homo, & ita nunquàm posset anima humana esse, nisi in corpore humano, & tamen isti concedebãt verè animã transire in corpora bestiarum, & esse bestiam aliquid quod haberet animam humanam: ergo non ponebant animam esse formam, vel non vniri illis corporibus,

ribus, vt formam materiæ, sed vt motorem mobili. A

De secundo, patet, quia ponebant animam intellectiuam non differre a sensu secundum naturam, sed solum accidentaliter, scilicet, quòd eadem natura, vel forma, aut vis esset sensitiua, & intellectiua, sed quando esset ista vis in corporibus indispositis, & male cõplexionis exerceret pauciores, & minus pfectas operationes, & quãdo esset in corporibus melioris complexionis exerceret plures operationes, & quia corpus humanum inter omnia corpora animalium est optime complexionis, potest vis illa sensitiua habere plures operationes, & sic per illam vim homo intelligit propter bonitatem complexionis, quod in brutis non accidit, & hoc rursus non posset esse, nisi sentire, & intelligere essent actus eiusdem speciei. Nam B per eandem potẽtiam impossibile est exercere actus diuersarum specierum, sicut per visiuam non potest quis audire, & videre: ideo putabant nihil plus differre sentire, & intelligere, quàm multum videre, & minus videre, quæ gradualiter differunt, & non secundum speciem. Et hoc modo bene poterat anima humana esse in corporibus bestiarum, & non haberet ibi actum intelligendi, sed solum sentiendi propter imperfectionem complexionis, & cum rursus de bestijs transiret ad hominem habebat actum intelligẽdi, quem nunquàm habuerat dum esset in pecore.

Corpus humanum inter cætera est optime cõplexionatũ.

Sed istæ duæ radices, ex quibus sequitur positio Pythagorica, & quibus stantibus illa conuenienter stare, tfalsę sunt, & destruit illas Arist. Nam animam nõ vniri, vt motorem solum mobili tam contra Platonem, C quàm contra Pythagoram probat Aristot. 1. de Anima, sed quòd vniatur, vt forma, & endelechia, scilicet, actus informans, vt patet ex 2. de Anima. quòd autem intellectus differat a sensu non solum accidentaliter, sed essentialiter ostendit Aristot. 3. de Anima. Ideo non est in his probationibus insistendum. Non igitur potest anima humana redire ad corpora alia taliter qualiter præcedentes locuti sunt.

Quòd autem posuerint istum reditum fieri per viam generationis, idest, ad corpus organizatum, & dispositum naturaliter ad recipiendum animam fuit propter duo. Primò, quia non intendebant ipsi reducere animam ad corpus, in quo prius fuerat, sed ad aliud, & aliud. Nam si ad illud redire deberet, non rediret D per viam generationis, quia non generabatur rursus idem corpus, quod semel fuerat corruptum, & resolutum, sed alia generabantur, ideo melius erat poni, quòd redibat ad corpora disposita per viam generationis, quàm ad alia, & nos quoque idem poneremus si putaremus posse vniri animam alteri corpori, quàm ei, in quo fuit. Nam facilius erat poni ꝙ vniretur corpori per naturam disposito, quàm astruere aliquid supra naturam.

Secundo, quia isti cum vix naturalia cognoscerẽt non poterant supernaturalia inuenire, & tamẽ idem corpus, vel aliud fieri aptum ad suscipiendum animã humanam, & non per viam generationis excedit potestatem naturæ, E ideo neque putauerunt esse possibilem, neque intellexerunt alium modum, quo anima rediret ad corpora, nisi formando corpus per viã generationis: vnde si possibile esset vniri animam alteri corpori quàm ei, in quo præfuit satis conuenienter fieret, ꝙ illud formaretur per viam generationis.

Aliter autem quidam hæretici circa reditũ ad corpora errauerũt dicentes animas exutas humanis corporibus vniri postea corporibus cœlestibus, i. de natura cœlesti, aut ventis, i. de aere formatis, sicut tenebat quidam Patriarcha Constantinopolitanus, vt ostẽdit Greg. in Moralibus super illo verbo. In carne mea videbo Deum Saluatorem. Nam eædem rationes, quæ militant contra Pythagoricos, & Platonicos militant ẽt cõtra istos hæreticos. Cum enim anima sit forma substantialis, exigit determinatas dispositiones in corpore, cui vnitur, & tñ in corpore cœlesti non põt esse eadem dispositio, quæ in corpore humano, quia corpus humanum est mixtum in gradu certo mixtionis, & illa mixtio reditur ex certo modo se habendi qualitatum inter se, sed in corpore cœlesti non sunt qualitates facientes mixtionem, ideo non potest esse illud corpus vnitum animæ humanæ.

Secundo, quia neque corpori aereo hoc cõpetit: tum quia aer est corpus simplex cum sit elemẽtum, corpus autem humanum mixtum est: tum quia etiã si aer esset mixtum corpus quemadmodum sunt vapores, & exhalationes adhuc nõ posset informari aĩa humana, quia illa exigit corpus debitæ densitatis qualis non est in aere, neque in vaporibus quantumcunque densatis, ideo nõ potest anima tali corpori vniri.

Tertio, quia ẽt si tali corpori vniretur non pertineret ad resurrectionem, quia in resurrectione debent esse ijdem homines, qui prius: quia aliter nõ vocatur resurrectio, & tamen si non est idem corpus non est idem homo. ergo nõ assument animę corpora cęlestia, neq; aerea, sed illa eadem, quę prius habuerunt.

Ad primum dicendum, ꝙ inter pullulationem ad seminationem, & mortem ad resurrectionem nõ est penitus similitudo, sed aliquo modo, & quantum ad id, in quo manet similitudo cõparantur. Granũ enim seminatur, & granũ nascitur, & tñ granum quod nascitur nõ est idem numero cum eo quod seminatur, cum ex vno nascãtur multa grana, & interdum multæ spicæ. Etiam non est eodem modo se habens, quia granum, quod nascitur prodit cum foliculis, & granũ quod seminatum est foliculos non habebat. In resurrectione autẽ, & morte est minor dissimilitudo, quia idẽ corpus numero est, quod per mortem cadit, & p resurrectionem surgit, & tamen non est eodem modo se habens, quia quod morit̃ est corruptibile, quod resurgit est incorruptibile. Cum autem arguitur de similitudine. Dicendum, quòd nõ est similitudo per omnia, & ideo licet non sit idem granum in seminatione, & pullulatione est idem corpus in morte, & resurrectione.

Ad secundum dicendum, ꝙ qualis est anima in resurrectione, tale corpus aptatur ei, vt sit conueniens instrumentum, & materia, & tamẽ inter animam resurgentis hominis, & hic viuentis non est differẽtia essentialis, sed accidẽtalis, iõ neq; inter corpus, quod est viuẽtis, & resurgẽtis, erit differẽtia essentialis, & tñ si differret numero corpus resurgẽtis a corpore, quod hic fuit, esset differẽtia essentialis, iõ non est aliud corpus numero: aĩa enim resurgẽtis, & q̃ hic fuit eadem numero est, sed differt accidentaliter, i. qa hic nõ erat gloriosa, sed misera: in resurrectione est gloriosa. Vel accipiendo generaliter, quantum ad omnes animas quælibet anima resurgentis hominis hẽt aliquod dominium super corpus, quod hic non habuit, ideo & corpus aliter se habebit, quàm se habuit hic, sed non erit aliud numero, quia illa est differentia essentialis.

Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ licet videant̃ nõ cõuenire partes, q̃ resolutę sunt de corpore, cũ ipso corpore, nisi in materia magis cõueniũt cũ illo, q̃ q̃cunq; alię partes materię. Nã si q̃cunq; alię partes concurrerent ad constituendũ aliquod corpus, non esset idem, quod fuisset prius. Si autem illę eædem partes concurrant, quæ prius fuerunt erit idem corpus. Cum autem obijcitur, ꝙ non conueniunt illæ partes cum corpore, de quo resolutę sunt, nisi in materia prima. Negandum

est, quia cõueniunt in quibusdam dimensionibus indeterminatis, quæ manent in materia illa, & manserunt in corpore, dum esset idem, & non sunt illę eædem dimensiones in aliquibus alijs partibus materiæ. Et tamen dicendum, quòd etiam si non conuenirent illę partes cum corpore, nisi in materia, & non in aliquo accidente, aut dimensione, & esset possibile, quòd manerent distinctæ partes materiæ sine illis dimensionibus, & quibuscunque alijs accidentibus, adhuc per partes illas concurrentes constitueretur idem corpus numero, quod prius fuit, & per quascunque alias partes materiæ non erit idem corpus.

Dimensiones interminatę, cur sic dicantur.

Circa quod sciendum, quòd in materia corrupta omni forma substantiali cuiuscunque speciei manẽt adhuc dimensiones interminatæ, & vocantur interminatę, quia non terminant, vel diffiniunt materiam secundum exigentiam formæ alicuius speciei. Nam vt dictum est supra quælibet forma substantialis exigit certas dispositiones in materia ad hoc quòd illa educatur de potentia materiæ, vel possit esse in materia, & sine illis impossibile est formam aduenire materiæ, & illis corruptis cessat esse forma in materia, & inter illas dispositiones est quantitas. Nam ad quantitatem, & qualitatem pertinent omnes dispositiones materiæ. Quantitas autem ponit dimensiones materiæ, & tunc sunt quędam dimensiones, quæ specialiter pertinẽt ad magnitudinem, & figurationem corporis alicuius speciei, vel partium corporis, & illæ sunt terminatæ, & vocantur sic quasi terminantes, quia terminant, & lineant materiam, atque diffiniũt taliter qualiter ad formam alicuius speciei conuenit, dimensiones interminatę vocantur illę, quę non terminant materiam ad magnitudinem, figuram, aut lineationem formę alicuius speciei, & istę prȩcedunt in materia formam omnis speciei: primę autem nõ.

De istis dimensionibus terminatis dicendum, ꝙ corrumpuntur: quia corrupto, composito, vel indiuiduo alicuius speciei, pereunt dimensiones materiæ terminatę: quia illę terminabant eam ad formam illius speciei, sicut mortuo homine soluitur cadauer in cineres, & licet tota materia maneat, quę prȩexistebat in corpore humano: manifestum est, quòd nõ manent eędem dimensiones, scilicet, non eadem latitudo, longitudo, & profunditas, quę sunt dimensiones, neque eadem figuratio, quę consequitur dimensiones, & ita de alijs corrumpuntur dimensiones terminatę corrupto indiuiduo. Et hoc est verum, nisi quantum ad species aliquas propinquas, quę habent aliquod symbolum. Nam symbola manẽt eadem in genito, & corrupto. 2. de Gener.

De dimensionib' interminatis ꝙ remaneãt incorrupto.

De dimensionibus interminatis dicendum, quòd ante aduentum formę sunt in materia, & corrupta forma, vel indiuiduo manent in materia. Et patet primo, quòd ante aduentum cuiuscũque formę est in materia dimensio interminata. Quęlibet enim forma exigit in materia aliquam dispositionem. Etiam formę elementorum, quę sunt primę formę materiales, ante quas nulla est in materia, & ideo sola elementa sunt corpora simplicia: nulla autem forma potest esse sub indiuisibili, & ita materia ad hoc, quòd formam recipiat prȩhabet necessario quandam extensionem, sed ista extensio non prouenit ex materia cum extensio pertineat ad quantitatem, quę est extra naturam materię, ideo ante receptionem cuiuslibet formę elemẽtalis prȩintelligitur materia habens extensionem quandam, & illa pertinet ad quantitatem. Est ergo quantitas in materia ante omnem formam substantialem, & quia quantitas facit dimensionem, ideo in materia ante omnem formam prȩ-

F existunt dimensiones, & istas vocamus interminatas; quia non limitant materiam ad formam determinatam alicuius speciei, sed conueniunt cuilibet speciei, ideo ante omnem formam prȩexistunt in materia dimensiones interminatę.

Qũo intelligitur ꝓ dimensiones interminatę in materia ꝓ existu[illegible]

Est autem dicendum, quòd prȩexistũt secundum intellectum, & hoc est, quia prȩintelliguntur in materię. Et patet, quia si realiter prȩexisterent ad omnem formam substantialem, daremus aliquod tempus, in quo materia nullam formam substantialem habens existeret sub dimensionibus. Essent enim duo inconuenientia. Primum, quia materia est pura potentia, & ideo impossibile est, quòd sit actu nisi per actum. Actus vero est forma substantialis, quia accidens nõ potest dare esse actu, ideo necesse est, quòd quando-

G cunque existit áctu materia, quòd sit informata aliqua forma substantiali. Secundum, quia quantitas est accidens, & non potest inueniri naturaliter sine subiecto, sed subiectum quantitatis est corpus de genere substantię: ergo sine illo non erit, sed materia prima non est corpus de genere substantię, quia materia est pars, & principium: corpus autem est genus, & dicit conceptum compositum, & ponitur per se in puncto substantię. Materia autem non est species, neque genus, neque indiuiduum, sed est principium, & ideo per reductionem ponitur in puncto substantię, & ita non poterit realiter dimensio aliqua interminata esse in materia ante omnem formam, sed est secundum intellectum, scilicet, quòd si posset mate-

H ria esse aliquando ante receptionem omnis formę, haberet dimensiones interminatas. Etiam quia omne quod naturaliter prȩcedit ad aliud, licet non prȩcedat tempore, prȩintelligitur illi cum aliquo modo prȩcedat, & tamen ad receptionem cuiuslibet formę substantialis oportet materiam esse dispositam, & p̄cipua, vel prima dispositio secundum originem est quantitas: ergo prȩintelligitur dimensio in materia ante omnem formam substantialem.

Dicendum etiam, quòd istę dimensiones interminatę manent post corruptionem formę, quia illud quod prȩcedit formam, potest manere corrupta forma: quia corrupto posteriori potest manere quod prius est, & tamen dimensiones interminatę prȩin-

I telliguntur materię ante omnem formam, vt dicit Commentator. 1. Phy. & in lib. de Subſtãtia orbis. Et vt dictum est supra: ideo corrupta forma poterit manere dimẽsio interminata. Quod enim posterius est aliqd, oportet ꝙ corrũpatur corrupto eo, quod prius est, sed nõ è contra. Sed tũc dicetur, ꝙ hoc modo dimensiones terminatę manebũt, vel manere poterũt corrupta forma, quia dimensiones determinatę sunt dispositiones necessarię ad formã determinatę speciei, & iõ materia dẽt eẽ prius disposita ſm illã dispositionẽ, q̃ introducatur forma: ergo corrupta forma manebunt dimensiones terminatę. Dici põt vno modo, ꝙ licet omnes dispositiones necessario requisitę

K ad introductionem alicuius formę prȩcedant formã partim tempore partim natura, tamen non possunt manere omnes corrupta forma, qa forma est de natura illarum dispositionum, & parum differt forma, ſm naturam ab vltima dispositione materię, quę est necessitas ad illam formam, & ideo cum sint quasi eiusdem generis, necesse est, quòd corrupta forma pereat vltima dispositio, quia si non periret vltima dispositio, necesse erat formam eandem redire: quia dispositio illa non educit formam de potentia materię, & quod plus est, quia cum maneret eadem dispositio vltima numero, necesse erat redire eandem formam numero, quę perierat, quod videtur simpli-

simpliciter impossibile. Et ob hoc non potest corrumpi forma manente vltima dispositione: immo talis est ordo naturæ in corrumpendo, scilicet, quòd corrumpatur illa vltima dispositio prius,& forma cõsequenter. Et ratio est,quia corruptio fit ex actione contrarietatis: forma autem substantialis non habet contrarietatem, ideo non corrumpitur directe, sed id,quod directe corrumpitur,prius corrumpitur ante formam, & ita non potest manere ante formam, & quod dicitur de vltima, idem est de quaalibet alia si sit propria speciei. Necesse est enim illam corrumpi ante corruptionem formæ. Secus autem de dispositionibus,quæ non sunt propriæ:quia illę possunt manere corrupta forma,sicut sunt symbola, quæ manẽt in genito, & corrupto: & quia dimensiones pertinẽt ad formam speciei non manent corrupta forma, nisi introducatur consequenter alia forma,cui illæ dimẽsiones non repugnent.

Secundo potest dici, quòd dimensiones terminatæ manere possent in materia corrupta forma, si posset manere materia sine forma: & tamen statim forma perdita introducitur alterius speciei forma,vt nũquàm maneat materia sine forma, & quia quælibet forma exigit proprias dispositiones, de quibus sunt dimensiones terminatæ, & quia forte dimensiones terminatæ, quæ præexistebant, repugnant formæ introducendæ, necesse est corrumpi dimensiones terminatas,& ita generaliter dictum est,quòd corrupta forma, non manent in materia dimensiones terminatæ. Secus autem est de interminatis dimensionibus:quia illæ non sunt de natura alicuius formæ,ideo non corrumpuntur corrupta aliqua forma. Item nõ repugnant alicui formæ, ideo non pereunt corrupta aliqua, vel adueniente aliqua. Nam dimensiones terminatæ, quæ sunt propriæ alicuius formæ magis pereunt propter aduentum alicuius formæ, cui repugnent, quàm propter corruptionem formę pręcedentis, cui conueniebant, & tamen dimensiones interminatę non repugnant alicui formę, cum nulli specialiter conueniant:ergo non corrumpuntur propter aduentum alicuius formę.

Sed objicietur, quòd rationes pręcedentes non ostendunt, quòd manere oporteat dimensiones interminatas in materia, sed quòd manere possint, cũ non sit necesse eas corrumpi corrupta forma.

Dicendum, quòd etiam oportet manere illas corrupta forma,& non possunt vllatenus corrumpi. Primo,quia corrupta vna forma materię oportet introduci alia, quia non potest manere materia sine forma, sed ad quamlibet formam pręexigitur materia disposita, cuius dispositio est quantitas: ergo oportet manere dimensiones in materia. Nam si illę non manerent non posset forma aliqua introduci, cum non esset dispositio, & reciperetur forma sub indiuisibili. Quod non est possibile, quia omnes formę specierũ exigũt determinatam magnitudinem ad hoc, ꝙ possint manere in materia:ergo a fortiori requiret dimẽsionem interminatam,& ita nõ poterit corrumpi dimensio interminata corrupta forma, qa aliàs statim cessaret tota generatio,& desineret esse illa pars materię non subintroducta aliqua forma substantiali.

Secundo,quia omne quod corrumpitur, habet cõtrarium,vel consistit per contrarietatem. ꝙ aũt nullã contrarietatem habet nõ potest corrumpi. qualitates enim actiuę,& passiuę ideo corrumpuntur,quia directe habent contrarietatem: formę aũt substantiales, & composita non habent contrarium, ideo non corrumpuntur directe, & tñ consistunt per contrarietatem, s. qa forma substãtialis exigit quandã dispositionem in materia,quę dispositio est ex rebus habẽtibus contrarietatem, ideo illis directe pereuntibus corrũpitur forma. Sic ẽt de composito: illud enim non hẽt contrarietatem,quia non est qualitas,& tñ constat ex contrarijs si est mixtũ,vel hẽt aliqd,cui aliud est contrariũ,sicut elementa,quę non sunt ex contrarijs, sed qualitates vnius sunt contrarię qualitatibus alterius, & ideo propter istam contrarietatem corrũpitur cõpositum quodlibet,dimensiones ẽt terminatę corrũpuntur,quia licet illę non habeant aliquod contrariũ actiuum, habent tñ vel pręsupponunt id, quod contrarietatem habet. Nam dimensio terminata non est, nisi corporis naturalis, & tñ quodlibet corpus naturale est constans ex contrarijs,sicut mixta,vel habens aliquid,cui aliud est contrarium, sicut elementa, quę sunt corpora simplicia,& omne tale est corruptibile: ergo omnis dimensio terminata est corruptibilis, & hoc est verũ in rebus generabilibus, & corruptibilibus,quod dicitur propter corpora cęlestia, quia sicut illa non corrumpuntur, ita neq; aliquid illorum corrumpitur. Dimensiones autem interminatę non possunt corrumpi, quia illę nõ habent contrarium actiuum,quia sunt quantitas, neque ẽt pręsupponunt cõtrarietatem, eo ꝙ illę non sunt alicuius mixti, neque compositi, sed pręintelliguntur materię inexistere ante aduentum omnis formę, ideo non habent contrarietatem aliquam directe,neque indirecte,& consequenter non possunt corrumpi.

Tertio,& pręcipue,quia omnis corruptio fit a contrarietate,& ideo omne illud quod neque contrarietatem habet,neque pręcedit illud contrarietas in eo, in quo est,erit incorruptibile. Nam sicut vnum contrarium directe corrumpit alterum,ita consequenter corrumpitur quidquid fundatur super contrarietate. Non fundatur autem aliquid super altero, nisi sit posterius eo, & ideo omne, quod est posterius contrarietate in subiecto, vel toto habente in se contrarietatẽ, vel cui aliquid est contrarium ad ea, quę ipsum habet, est corruptibile. Siquid autem sit in subiecto, vel toto habente intra se contrarietatem,vel cuius alicui qualitati alia alterius entis sit contraria,& sit prius illa cõtrarietate, non poterit corrumpi per illam cõtrarietatem.

De primo patet,vt frigiditas est corruptibilis, quia habet contrarietatem, & forma mixti; quia est in toto aliquo,& est posterior contrarietate. Nam forma mixti resultat ex mixtione. Est autem mixtio qualitatum primarum ad certum gradum concurrentium, secũdum aliquam harmoniam, & ideo pereuntibus illis qualitatibus, vel harmonia earum, peribit forma mixti,quę fundatur super illa harmonia. Mixtio qd sit.

De secundo patet, vt in dimẽsionibus interminatis. Nam illę sunt in quolibet mixto,& cõposito:& tamẽ pręcedunt oẽm contrarietatẽ;iõ non possunt perire per contrarietatẽ. Nã licet qualitas,& quantitas sint dispositiones materię,respectu cuiuslibet formę substantialis, & qualitates illę sunt actiuę, & passiuę, & illę pręcedunt in materia, s. ipsę, vel aliquę earum ad omnem formam elemẽti, tamen quantitas pręintelligitur naturaliter inesse materię ante omnẽ qualitatem, & hoc quia qualitates, in quibus est contrarietas sunt actiuę,& actio non est nisi per contactum. 2. de Gener. Contactus autem non fit, nisi per quantitatem, ideo ad omnem qualitatẽ pręintelligitur naturaliter quantitas, velut fundamentum eius intelligendo de materialibus,& ita prior est quantitas qualitate. Secundo, qa qualitates quęcunq; magis determinant sibi formas substantiales specierum aliquarum, quàm absolute conueniant materię, vt patet de quatuor primis, quę sunt fundamentum omnium aliarum. Nam illę determinãt formas elemẽtorũ,& Quantitas qualitate prior.

conueniunt quædam quibusdam elementis, & non alijs. Quantitas autem siue dimensiones interminatę ęqualiter conueniunt omnibus elementis: ideo prior est dimensio interminata quàm contrarietas, sed quod non fundatur super contrarietatem impossibile est destrui per rationem contrarietatis: ideo non potest dimensio interminata, quæ est prior qualitate, & contrarietate corrumpi per actionem contrarietatis, & ista est causa quare materia prima non corrumpitur, licet corrumpatur forma substantialis, & compositum, quæ sunt magis substantia quàm ipsa materia, scilicet, quia materia prima est prior omni contrarietate, formæ autem substantiales sunt posteriores contrarietate, cum sint in re constante ex contrarijs, & fuit contrarietas ante generationem illarum formarum: ideo illæ corrumpuntur, & composita, & mixta, materia autem prima non corrumpitur, cum sit prior omni contrarietate, & ita dimensio interminata non poterit corrumpi propter præcedere omnem contrarietatem, & ista est causa pręcipua.

Quare materia prima non corrũpitur.

Considerandum deinde, quòd terminatæ dimensiones sunt compositorum, & mixtorum, dimensiones interminatæ sunt ante compositionem, & mixtionem, & ideo sunt solius materiæ primæ. Primum patet, dimensio terminata est illa, quæ facit materiam esse propriam formæ alicuius speciei, & tamen omnis species talis est compositorum aut mixtorum, cum forma adueniens materiæ saltem facit compositionem, ergo non possunt esse dimensiones terminatæ nisi compositorum, & mixtorum prout ad aliquam speciem determinatæ pertinent. Secundum patet, quia dimensiones interminatę non faciunt materiam esse propriam alicui formæ alicuius speciei, quia aliàs terminarent illam, & diffinirent, cuius contrarium significat nomen, & tamen per mixtionem, & compositionem efficitur materia propria alicui speciei, cum ibi detur esse determinatum per formã substantialem, ergo vel nulla dimensio interminata est, vel præcedit mixtionem, & compositionem, sed nihil præcedit compositionem, & mixtionem nisi materia in se, idest, vt sola est, ergo dimensiones interminatæ solius materiæ sunt, & pręintelliguntur materiæ in existere ante omnem compositionem, & mixtionem.

Dimensiones interminatę nõ faciunt materiam esse propriam formæ alicuius spẽi.

Sed tunc dicetur, cum dimensiones interminatæ pręcedant in materia ante omnem formam substantialem, & corrupta forma etiam maneant, vt dictum est supra, nunquid manebunt manente forma, vel peribunt?

Aliqui dicunt, quòd non manent manente forma, quia tunc, aut essent eædem numero dimensiones terminatę, & interminatæ, aut non. Primum non stat, quia ex opposito distinguuntur terminatæ, & interminatæ, & ideo non poterunt esse ęędem numero. Item quia terminatæ conueniunt compositis, & mixtis, interminatæ autem conueniunt soli materiæ ante omnem compositionem, & mixtionem, & tamen dum manet forma est mixtio, vel compositio, ergo non manent dimensiones interminatæ, quia si manerent iam pertinerent dimẽsiones interminatę ad materiam effectam propriã alicui formæ.

Dicendum, quòd manent dimensiones interminatæ post aduentum formę. Quod patet, primo quia ante formam sunt dimensiones interminatę in materia, ergo si adueniente forma illæ perirent corrumperentur interminatę dimensiones, sed non possunt corrumpi, vt ostensum est supra, eo quòd non præcedit eas aliqua contrarietas, ergo necessario manebunt. Secundo patet, quia cum dimensiones inter-

F minatæ sint ante aduentum formæ, & etiam maneant corrupta forma, manebunt dum forma manet. Primum patet ex præcedentibus, quia aliter non poterat fieri generatio nisi præintelligerentur in materia dimensiones interminatæ. Secundum patet, quia sicut ad generationem formæ, quæ fuit prius, fuerunt necessariæ dimensiones interminatæ, ita cũ corrupta vna forma, oporteat generari alteram, ad generationem sequentis formæ, oportet in materia esse dimensiones interminatas. Quibus suppositis sequitur, quòd manent dimensiones eędem interminatæ in materia. Nam si non manerent, cum deberẽt post formam corruptam esse in materia, oporteret formam generari non præcedentibus dimen-
G sionibus interminatis, & hoc negatum est, maxime, quia generatio terminatur ad formam, quæ est aliquid certum in specie, & non ad interminatum, quales sunt istę dimensiones.

Si in materia nõ præcedẽt dimensiones interminatæ, nõ est generatio.

Dicendum igitur, quòd de dimensionibus interminatis ita loquimur, sicut de materia prima. Nam vt dictum est supra, dimensiones interminatæ sunt ante omnem mixtionem, & compositionem, & quia ante ista, nihil est nisi materia prima, soli materiæ primæ conueniunt istæ dimensiones. Sed de materia prima dicimus, quòd ipsa nunquam est actu, sed solum habet esse secundum rationem. Nam materia, vt prima est denudata omni forma actuante eam, vt sic autem materia nunquam est, quia non
H potest existere sine forma: solum ergo est secundum rationem. Et hoc inquantum est materia indeterminata respectu omnis formę, & non determinatur ex sua natura potius ad vnam quàm ad aliam. Cum ergo quamlibet suscipiat, & ipsa sit subiectum omnis transmutationis, per quam forma acquiritur, oportet præintelligi ipsam ante formam, quam suscipit, sed pro illo priori, in quo sine forma consideratur, vel in quo præcedit, est sine omni forma, ergo eam tunc primam vocamus, idest, vt non suscepta est in ea aliqua forma, neque facta aliqua transmutatio. Et hoc est esse secundum rationem, & non in actu, quia in actu semper habet formam, & ideo nunquã est in sua primitate. De dimensionibus intermina-
I tis idem dicendum est. Nam illæ solæ materiæ primæ competunt, cum mixtis, & compositis competant dimensiones terminatæ, vt dictum est: ideo non possunt aliter habere esse dimẽsiones illę quam materia prima, quæ est subiectum, & tamen illa, vt prima nõ habet esse in actu, sed solum secundum rationem, ergo & dimensiones istę non habebunt esse actu, sed solum secundum rationem.

Vnde dicendum, quòd dimensiones terminatæ nunquàm desinunt esse, quia quælibet forma alicuius speciei habet aliquas dimensiones terminatas, & tamen materia semper habet formam aliquam compositionis, vel mixtionis: ergo semper sunt in actu dimensiones terminatę, sed non sunt eædem: quia pe-
K reunte forma vnius speciei pereunt illæ dimensiones, si sunt propriæ, & succedunt aliæ: ita quòd sicut nunquàm est materia sine forma substantiali, nec est vnquàm sine dimensionibus terminatis: dimensiones autem interminatæ manent simul.

Materia prima, vt prima non habet esse in actu.

Pro quo dicendum, quòd dimensiones interminatæ habent esse solum secundum rationem, sicut materia, vt prima solum est secundum rationem: in actu autem manet materia, sed non vt prima, sed vt informata, & actuata ad certum modum: ita & dimẽsiones non habent esse actu, vt interminatæ: & si actu sunt, iam non vt interminatæ, sed vt terminatæ.

Secundo dicendum, quòd dimensiones interminatæ eædem sunt realiter cum dimensionibus terminatis,

Dimensiones interminatæ, &

terminatæ eadē sunt.

minatis, ſed non ſecundum rationem. Sicut enim eadem numero eſt materia prima: & iſta materia actuata per hanc formam: quia aliàs materia prima nunquàm actuaretur, & conſequenter non eſſet, vt principium in natura, & tamen non eſt eadem ſecundum rationem: quia materia vt prima non ſubijcitur alicui formæ, iſta autem eſt actuata: ita eſt de dimenſionibus: quia actualiter, & realiter ſunt eædem cum dimenſionibus terminatis, & tamen ſecundum rationem differunt. Nam dimenſiones interminatæ manent actu cum forma cum non gignantur corrupta forma, & tamen quæcunque dimenſiones, quæ manent actu, ſunt terminatæ, eo quòd ſunt dimenſiones alicuius formæ compoſiti, vel mixti, cum ſemper ſit aliqua forma in materia: ergo oportet, quòd eædem ſint realiter terminatæ, vel interminatæ. Differunt autem ſecundum rationem, eo quòd terminatæ ſunt, prout proprię alicuius ſpeciei ſunt: interminatæ autem vocantur, prout non determinant materiam ad iſtam, vel ad illam ſpeciem, ſed generaliter præexigitur in materia dimenſiones illas eſſe ad hoc quòd introducatur forma cuiuslibet ſpeciei.

Sed dicetur ſi daretur per impoſſibile, quòd dimenſiones interminatæ ſolæ eſſent actu, quid illæ eſſent?

Dicendum, quòd illæ eſſent illę dimenſiones, quę faciunt corpus non determinatum ad certam magnitudinem, neque figuram, ſcilicet, eſſent illę longitudo, latitudo, & profunditas, quæ corpus conſtituunt, ſed non eſſet illud tantæ, aut tantæ magnitudinis, neque figuræ. Et ratio eſt, quia iſta, quæ præcedunt in materia ad omnem formam compoſitionis, & mixtionis ex parte quantitatis, dicuntur dimenſiones interminatæ. Et tamen quæcunque forma ſubſtantialis adueniat materiæ, conſtituit corpus alicuius ſpeciei, ſiue mixtum, ſiue ſimplex, quod vocamus compoſitum, & non eſt mixtum. Et ad conſtitutionem corporis neceſſariæ ſunt longitudo, latitudo, & profunditas, quæ dicunt corpus de genere quantitatis: ergo dimenſiones interminatę hoc ponunt, ſed non determinant magnitudinem aliquam certam, neque figuram: quia non eſt eadem figura, aut magnitudo pro forma cuiuslibet ſpeciei, ideo dimenſiones præcedentes ad omnem formam debent eſſe non certificantes magnitudinem, neque figuram, vt conuenire poſſent cuilibet formæ. Hoc modo apparet quomodo ſemper maneant actu dimenſiones terminatæ, & interminatæ: quia eædem dimenſiones, prout habēt certam magnitudinem, & figurationem ſunt terminatæ: eædem autem quantum ad hoc, quòd conſiderantur ſine determinatione illa magnitudinis, & figurationis ſunt terminatæ. Nam corrupta forma non manet æqualis magnitudo, & tamen manet magnitudo, in qua ſeruatur longitudo, latitudo, & profunditas. Illud ergo, vt eſt diſpoſitio ad quamcunque formam ſuſcipiendam, vocatur dimenſio interminata.

Ad primum, quod obijciebatur dicendum, quòd manent dimenſiones interminatæ, & ſunt eædem cum terminatis. Et cum dicitur, quòd ex oppoſito diſtinguuntur, dicendum quòd eſt diſtinctio ſolum ſecundum rationem, & non in re, ſicautem multa ſunt eadem re, & diſtinguuntur ratione.

Ad ſecundum dicendum, quòd accipiendo dimēſiones interminatas ſecundum rationem inquātum diſtinguuntur a dimenſionibus terminatis ſolū conueniunt materiæ primæ propter rationes ſupra aſſignatas. Et hoc modo nunquam habent eſſe actu, ſicut & materia prima nunquam eſt actu. Accipiendo autem dimenſiones indeterminatas ſecundum

A rem ſunt eædem cum dimenſionibus terminatis, vt dictum eſt. Ideo ſicut illæ manent actu in mixtis, & compoſitis, ita & dimenſiones interminatæ, omnia autem, quæ diximus de interminatis dimenſionibus ſunt ad propoſitum iſtud, vt poſſit ſaluari diſtinctio in partibus materiæ, & iſtud eſt neceſſarium a principio ad recipiendum formam. Nam formæ corporales coextenduntur, quia pars formæ eſt in parte materiæ, & non diuiditur forma niſi diuiſione materiæ. Materia autem non diuiditur, niſi per dimenſiones, quæ ſunt quantitatis: ideo ad recipiendum formam præexigitur quantitas in materia, & ſecundum illam quātitatem diſtinguitur vna pars materiæ ab alia: & non poſſet aliter eſſe diſtinctio.

B Nam aut diſtinguerentur partes materiæ per formā ſubſtantialem, aut per ipſammet materiam, aut per quantitatem: non poſſunt diſtingui per formam ſubſtantialem, cum potius fiat è contrario: quia forma ſubſtantialis eſt vna per ſe, & non habet partes neque diuiditur niſi diuiſione eius, in quo eſt. Etiam, quia ſi a forma ſubſtantiali eſſet diſtinctio partium materiæ pereunte forma periret illa diſtinctio, quod falſum eſt, vel ſi a forma adueniente haberet etiam materia diſtinctionem, non eſſet talis diſtinctio, qualis prius fuerat cum contingat formas multum differre, ſicut eſt in formis homogeneorum, & etherogeneorum. Etiam quia quædam formæ ſunt impartibiles, ſicut ſunt animæ rationales, & tamen forma ſubiecta illis retinet ſuam diſtinctionem. Non poſſunt



C etiam diſtingui partes materiæ per ipſam materiam: quia illud, quod eſt principium conueniendi non eſt principium differendi, ſed partes materię conueniūt in materia: ergo non diſtinguuntur per materiam. Reſtat igitur, quòd diſtinguantur per quantitatem, & ab ipſa eſt principium diſtinctionis, & diuiſionis. Nam diuiſum opponitur vnitati cum vnum dicat indiuiſum, & tamen diuiſio eſt a quantitate: ergo & indiuiſio eſt a quantitate, vel ſecundum eam dicitur, & ita materia inquantum habet quantitatem habet partes diſtinctas, ſcilicet, eſt pars extra partem. Et ſi quantitatem non haberent, eſſet pars in parte, cum non eſſet aliquid quod faceret vnam partem eſſe extra aliam, & iſta quantitas eſt dimenſio interminata,

D quia dimenſiones terminatæ non conueniunt materiæ primæ, ſed conſequuntur ſpeciem compoſiti, vel mixti ex determinatione formæ.

Ex hoc autem ſequitur, quòd partes materiæ ſemper manent eædem qualitercunque mutentur, quia diſtinctio ſua eſt per dimenſiones, & illæ nunquàm pereunt: ergo ſeruatur ſemper diſtinctio: materia enim iuxta poſitiones fidei, quæ ſola eſt vera, habuit principium eſſendi, & in illo principio dedit ei Deus quantitatem, & formam, vel formas aliquas, & vbicunque fuit materia accepit quantitatem, quia materia vbicunque fuit erat pars corporis: & omne corpus habebat tres dimenſiones & per illam quantitatem ſtatim cęperunt partes materiæ eſſe diſtinctę,

E ſed illa quantitas ſemper manſit in illis, ideſt, dimenſiones eædem, ideo partes materiæ manent ſemper eædem. Et patet, quia vt oſtenſum eſt dimenſiones interminatę non corrumpuntur, & ideo manent ſemper, ſed a principio fuerunt in materia, & poſtquam materia cępit eſſe quanta nunquàm deſijt, quia corrupta vna forma ſuccedit alia, & ſemper manet materia ſub aliqua forma, & conſequenter ſub quantitate, & ita ſemper manet diſtinctio in partibus materiæ, & tamen ad ſeruandum identitatem in partibus materię cum diſtinctione nō ſolum debent ſemper habere quantitatem, vel dimenſiones, ſed etiam ſemper eaſdem dimenſiones, quia ſicut quātitas dat

partibus

partibus materiæ esse partes, & distinctas, ita eadem quantitas dat esse easdem partes. Vnde si accideret variari quantitatem, vel dimensiones, variarentur etiam partes materiæ, vt nō essent eędem, quæ prius. Et tamen manent semper eędem dimensiones, non quidem terminatæ, quia istę variantur secundum formas, sed interminatæ, scilicet, eadem latitudo longitudo, & profunditas, licet non sub eadem figuratione, & magnitudine manent semper, magnitudo autem determinata, & figuratio ad dimensiones terminatas pertinent, & ob hoc quantumcunque per crebras mutationes, & resurrectiones aliquid transeat semper manet eadem quantitas in partibus materiæ eius, vt si corpus humanū resoluatur in cineres manifestum est, quòd omnes partes materiales eius sunt ibi, quia nulla potest perire, cum materia sit incorruptibilis, & omnes illę manent sub quantitate aliqua, quia si aliqua maneret sine quantitate esset facta indiuisibilis, quod falsum est, ergo aut istæ partes acceperunt aliam quantitatem, vel dimensiones, quam prius haberent, aut non, manifestum est, quòd non aliam, quia non est possibile totaliter quantitatem corrumpi in aliqua, cum quantitas pręcedat in materia ad omnem contrarietatem, & tamen corruptio fit per actionem contrarietatis, ergo manet eadem quantitas, vel dimensiones eędem, vt verius dicatur. Non possunt autem esse eędem dimensiones terminatæ, sunt igitur eędem dimensiones interminatę. Et per istum modum tot sunt nunc partes materiæ quot fuerunt in principio sęculi, & eędem, scilicet, illa pars, q̄ erat a est nunc a, & q̄ erat b est nūc b, & siue contingat separari partes, quæ erant coniunctæ, siue coniungi eas, quæ fuerant disiunctæ, semper manet cuilibet sua dimensio interminata, & secundum illam distinguitur a quacunque alia parte. contingit autem easdem partes materiæ esse aliquādo sub minore quantitate siue dimensione terminata, & aliquando sub maiore, & semper manet eadem sua dimensio interminata, sicut manente alicui eadem quantitate numero, contingit accipere maiores dimensiones, & magis extendi, vel sub minoribus effici dimensionibus, sicut fit in rarefactione, & condensatione. Nam quæ condensantur, & rarefiunt, non accipiunt plus de quantitate, neque perdunt, ita & manente eadem dimensione interminata alicui parti materię contingit eam fieri sub maiori, & minori dimensione terminata.

Ad tertiū. Solutio hoc est ratione cuius facta fuit ista digressio a litera, i. vsque nunc.

Hoc modo partes hominis ad quamcunque rem transeant, semper manent eędem propter easdem dimensiones interminatas, & sic quantumcunque dissoluatur corpus hominis, & partes eius incipiant esse partes aliarum rerum, poterunt redire omnes illæ partes, & constituere idem corpus materialiter, quod prius. Et ista est possibilitas resurrectionis secūdum dimensiones istas interminatas. Nam si non manerent dimensiones interminatæ, non possent esse eædem partes materiæ hominis, cum transiret ad alias res, & consequenter non posset redire idem corpus, quia non est idem totum, nisi sint eędem partes essentiales, & si non esset idem corpus, non esset idem homo, & eadem ratione, & consequenter non esset resurrectio, quia resurrectio est eius quod cecidit iterata surrectio, & ita sunt multum necessariæ istę dimensiones interminatæ ad seruandum vnitatem, & ordinem in rebus, & sine illis erat impossibilis resurrectio.

Ad quartum principale argumentum dicendum, quòd idem corpus redit in resurrectione, & omnes partes essentiales eius redeunt. Et cum dicitur de forma corporis mixti est dicendum, quòd eadem

F forma substantialis corporis, quæ prius erat, redit
nunc, quia forma illa non fuit.
Circa quod sciendum, quòd hic incidit diuersitas
multorum: nam quidam ponunt in eodem compo-
sito multas formas substantiales, alij autem vnicam,
quę est vltima, & completiua. Qui autem ponunt
plures asserunt esse aliam formam corporeitatis in
homine, & aliam formam mixti quæ sit anima,
quę est completiua, & dat esse rationale. Etiam aliā
ponunt esse animam sensitiuam, per quam est ani-
mal; aliam vegetatiuam, per quam est corpus ani-
matum, & quia omnes istę secundum eos sunt sub-
stantiales oportet, quòd sicut ad hoc, quòd redeat
G idem homo debeat redire eadem anima rationalis,
ita & debet redire eadem quælibet prædictarum for-
marum, & ideo istis est difficilius ponere vnitatem,
& identitatem resurgentium, sed ponere quomodo
possint, vel intendant, dicetur magis in duabus sequē-
tibus quęstionibus. Qui autem ponūt vnitatem for-
mę substantialis in eodem composito, facilius defen-
dunt identitatem resurgentium.
In quo sciendum, quòd in homine nō ponunt isti
aliam formam substantialem nisi animam, ista autē
manet eadem, & ideo redit eadem. De forma mix-
ti, vel mixtionis dicunt, quòd non est forma substan-
tialis, sed accidentalis, & licet non redeat eadem non
H variatur id, quod est essentiale, scilicet, esse eundem
hominem, vel non, & isti recte sentiunt. Dicunt
enim, quòd sicut qualitas simplex, idest, caliditas, vel
frigiditas non est forma substantialis elementi, sed ac-
cidens proprium eius, & dispositio eius, per quam
materia efficitur propria tali formę, ita forma mix-
tionis, quę est qualitas resultans ex qualitatibus sim-
plicibus ad medium venientibus, non est forma sub-
stantialis corporis mixti, sed est accidens proprium
eius, & dispositio, per quam materia sit necessaria ad
formam. Hæc autem vocatur aliquādo forma mix-
ti, aliquādo forma mixtionis, sed melius dicitur for-
ma mixtionis quam mixti. Nam dicitur forma mix-
tionis, idest, resultans ex mixtione, forma mixti dici-
I tur, per quam mixtum est, sed mixtum est substantia,
ergo id per quod mixtum est forma substantialis est,
sed potest accipi vnum pro altero, vt dicatur forma
mixti, idest, forma non per quam mixtum sit absolu-
te, vel sit ipsum quod substantialiter est, sed forma
per quam mixtum est mixtum. Nam esse mixtum
non est esse substantialiter, vel esse substantiam, licet
omne mixtum sit in aliqua specie substātię, eo quòd
habet aliquid vltra esse mixtum. Corpus autem hu-
manum habet istam formam mixtionis, eo quòd in
eo concurrunt quatuor qualitates ad medium, & re-
sultat quędam qualitas secunda, secundum quam
materia efficitur disposita ad recipiendum animam
rationalem, quam aliter non posset recipere, & vltra
illam formam mixtionis non habet aliquam for-
K mam substantialem, nisi animam rationalem, quia
si haberet aliam formam substantialem priorem illa
daret illa esse substantiale, & sic per eam constituere-
tur materia in genere substantię, & ita quando adue-
niret anima iam aduenirет corpori constituto in ge-
nere substātię, & sic comparatio animæ ad corpus es-
set, sicut comparatio formarum artificialium ad suas
materias quantum ad hoc, quòd constituerentur
per illas materię in genere substantię. Nam artifi-
ciata per materiam, idest, per id, quod sunt ex parte
materię constituuntur in genere substantię, per
formas autem artificiales non constituuntur in ge-
nere, quia essent in genere qualitatis, & essent acci-
dentia, quod est falsum. Nam artificiata substantię
quędā sunt, comparatę autem artificialium forma-
rum

rum ad materias ipsas est per accidens, vnde non constituitur aliquid per se ex forma artificiali aduenien-te, & ex eo quod præexistebat. Ita autem comparatio animæ ad corpus esset accidentalis, non enim facerent corpus, & anima vnum per se. Et iste fuit error antiquorum reprobatus ab Arist. 1. de Anima. Et pertinet ad illos, qui ponebant animam transmigrare per corpora, & posse esse in corporibus diuersarum specierum, scilicet, quia non putabant vnum per se reddi ex coniunctione animæ ad corpus. Sequeretur etiam ex hoc, quòd corpus humanum, & singulę partes eius post separationem animę retinerent non ęquiuocè priora nomina. Quod patet, quia si præter animam rationalem est sensitiua, per quam est animal, & vegetatiua, per quam est corpus animatum, & forma corporeitatis, per quam est corpus, diceretur separata anima corpus sensitiuum, & animatum, & oculus, & auris, & cætera nomina manerent sicut prius, sed hoc falsum est, quia vt dicitur 2. de Anima & 4. Meteo. ęquiuocè dicitur oculus in viuo, & mortuo, ergo non erat ibi anima forma substantialis, nisi anima, & illa dabat solum esse corpori qualecunque illud esset, quo supposito, cum nulla alia forma sit substantialis in homine, & illa maneat eadem post mortem, non erit aliqua forma, quę cedat in nō ens de formis substantialibus, forma autem mixtionis, quę erat qualitas secunda resultans ex primis qualitatibus venientibus ad medium, cedit in nō ens, & tamen illa est accidentalis. Variatio autem formarum accidentalium non facit variari esse rei substantiale: ideo idem corpus redire poterit, licet nō sit eadem forma mixtionis, cum sit eadem materia corporis, & eadem forma, scilicet, anima, & etiam erit idem mixtum illud corpus quod prius, licet non sit eadem forma mixtionis numero, immo etiam si non sit idem gradus mixtionis, qui prius erat.

An resurgat idem homo numero, qui prius fuit.
Quæst. CCXXXVIII.

QVAERETVR an resurgat idem homo numero, qui prius fuit.

Aliqui dicunt, quòd non quia quęcunque habent substātiam corruptibilem motam, vt dicit Aristo. 2. de Gene. non reiterantur eadem numero, sed talis est forma hominis secundum præsentem statum, quia habet substantiam corruptibilem, quæ mouetur, ergo post mutationem, & mortem nō poterit redire idem homo numero.

Secundo quia vbi est alia, & alia humanitas non est idem homo numero. Vnde Sortes, & Plato sunt duo homines numero, & non vnus, quia alia est humanitas vniuscuiusque eorum, sed alia est humanitas hominis resurgentis ab humanitate hominis nūc viuentis, ergo non erit idem homo numero. Istud probatur dupliciter, primo quia humanitas, quæ est forma totius non est forma, & substantia, sicut anima, sed solum forma, sed huiusmodi formę cedunt in non ens, ergo humanitas, & ita non poterit redire eadem numero cum iteretur. Quod dicitur de substantia, & forma est sensus, quòd anima est forma, & substantia, habet enim se forma ad compositionem inquantum informat, anima autem sic facit, quia vnita corpori dat esse humanum. Etiam est substantia, quia præter compositionem adhuc anima retinet esse, sed pręter compositionem non vocatur forma, sed substantia inquantum est: ideo anima est forma, & substantia, talis autem forma potest redire eadem, eo quòd pręter esse compositionis habet aliud esse, in quo manet, & secundum illud eadem manet. Forma tātum est illa, quę pręter esse compositionis modum nullum habet, & ita solum informat, vel dat esse, sic est de humanitate. Est enim forma hominis, & habet esse dum homo est pereunte homine non est humanitas, & tamen si pręter esse formam, quod est esse ad compositionem haberet humanitas esse, maneret in illo corrupto homine, sicut fit de anima, tales autem formę non possunt redire eędem numero, quando iterantur.

A

Secundo quia humanitas resultat ex coniunctione partium, sed non potest resumi eadem cōiunctio, quę prius fuit, quia iteratio identitati opponitur, cum iteratio importet numerum identitas autem vnitatem, quę non compatiuntur se, sed in resurrectione iteratur coniunctio, quia partes, quę coniunctę erant ante mortem coniunguntur iterum in resurrectione, ergo non est eadem coniunctio, & sic neque eadem humanitas, neque idem homo.

B

Tertio quantum ad principale, quia idem homo non est plura animalia, sed vnum, ergo si homo resurgens non est idem animal numero cum viuente, non erit idem homo numero, sed videtur, quòd non sit idem animal, ergo neque idem homo. Patet hoc, quia animal diffinitur per sensum, ergo vbi non manet idem sensus, non manet animal idem. Diffinitur enim animal per sensum primum, qui est tactus, vt patet 2. de Anima, sed sensus non manent in anima separata, vt quidam dicunt, ergo non possunt idē sensus resumi, & ita homo resurgens non erit in resurrectione idem animal, & ita non erit idem homo.

C

Quarto quia materia statuę principalior est in statua quàm materia hominis in homine, eo quòd totum esse artificiatorum est a materia, per quam reponuntur in genere, esse autem naturalium est per materiam, & formam, vt dicitur 2. Physi. & Commentator 2. de Anima, & tamen soluta statua si ex eodem ęre reficiatur non est eadem statua, ergo licet eadem materia hominis redeat, non erit idem homo resurgens.

Dicendum, quòd idem homo erit resurgens, & qui nunc est. Dicitur enim Iob 19. cap. quem visurus sum ego ipse, non alius, idest, non existens alius, scilicet, alia persona. Et loquitur de resurrectione, quia dicitur in nouissimo die de terra surrecturus sum, ergo idem erit.

D

Secundo, quia in hoc est tota ratio resurrectionis, scilicet, vt resurgat idem homo: nam si non esset idē homo, non esset resurrectio, sed magis noua productio, vel creatio, quia esset noua res producta, & tamen resurrectio secundum rationem suam importat idem redire, sic dicit Damasce. quòd resurrectio est eius, quod cecidit, iterata surrectio, sed homo corruit, ergo ipse idem homo redibit. Et Augu. dicit 8. de Trini. quòd resurgere est reuiuiscere, est autem reuiuiscere iterum viuere, sed si non esset idem resurgens, non esset iterum viuere, sed de nouo viuere, ergo idem homo resurget.

E

In quo sciendum, quòd necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc, vt homo consequatur finem suum vltimum, propter quem creatus est, quod in hac vita non potest fieri, neque etiam in vita animæ separatę, vt ostensum est supra alias inaniter esset homo constitutus si ad finem, ad quem constitutus est, non peruenire posset. Et quia oportet, quòd illud idem, quod propter finem factum est perueniat ad finem, ne ipsum in vanum videatur ordinatum fuisse ad illum finem, oportet quòd idem homo numero resurgat, & hoc fit cum euenerit vniri eandem animam, quę prefuit eidem corpori, ergo idem homo resurget. Vnde si resurrectio ponenda est, necesse

est

est poni, quòd idem homo numero resurgat, non solum enim hæreticum esset dicere non resurgere eúdem hominem, immo etiam includeret cōtradictionem, cum resurrectio nihil sit nisi eius, quod cecidit iterata surrectio. Sed homo fuit, qui per mortem cecidit, ergo idē hō reparabitur, idem homo est totū, vel compositum, & si non rediret idem numero, esset, quia non redirent eadem numero omnia, quæ illius sunt, vel aliqua eorum, & tamen omnia redeunt eadem si fuerunt de essentia hominis, dum viueret, ergo idem homo penitus resurgit, redit enim eadem anima rationalis, quia ista non perit, neque dissoluitur. Redit etiam materia eadem: Nam non rediret eadem si corrumperetur aliqua pars materię, quę fuit de corpore hominis, & desineret esse, aut si non desinendo esse, desineret esse eadem per aliquam mutationem factam, sed neutrum contingit, materia enim non corrumpitur, quia ipsa secundum se totam, & quamlibet partem eius est incorruptibilis. Etiam nō desinit esse eadem quælibet pars, quia partes materiæ accipiunt, quòd sint distinctæ inter se per quantitatem, quam a principio acceperunt, & quia eędem dimensiones interminatæ manent semper in materia, manebit semper quælibet pars eadem per suam quantitatem, vt ostensum est pręcedenti q. & ita poterit redire idem corpus numero. Manet autem forma corporeitatis, vt aliqui ponunt, & forma mixtionis, & anima sensitiua, & vegetatiua, & de istis est videndum an maneant eędem, vel oporteat eas manere.

Omnia redeunt eadē in homine resurgēte.

De corporeitate dicendum, quòd accipitur dupliciter, vno modo prout est forma substantialis corporis, secundum quam in genere substantiæ collocatur. Alio modo accipitur, vt est forma accidentalis de prædicamento quantitatis. Primo modo corporeitas cuiuscunque corporis non est forma aliqua distincta a forma specifica rei, sed est ipsa forma substātialis, per quam res in genere, & specie collocatur, per quam debetur rei, quòd habeat tres dimensiones, quæ complent rationem corporis, non enim sunt diuersæ formæ substantiales eiusdem rei, per quarum vnam collocetur in genere supremo, scilicet, genere suo, & per aliam in genere proximo, scilicet, corporis, vel animalis, & per aliam in specie puta hominis, & equi, quia si prima forma, quæ collocat in genere substantiæ faceret esse substantiam, sequentes formę iam aduenientes ei, quod est hoc aliquid in actu, & subsistens in natura, cum sint posteriores formę non facerent esse hoc, vel aliquid, sed essent in substantia, quæ est hoc aliquid sicut formæ accidentales. Et ita corporeitas prout est forma substantialis in homine non potest esse aliud quam forma eius specifica. Hoc modo tolletur pluritas formarum in eodem composito, vel indiuiduo, scilicet, quòd homo, scilicet, Sortes, qui est indiuiduum, & est substantia, corpus, corpus animatum, animal, & homo est in quolibet horum generum, & non per aliquam formam accidētalem, sed essentialem, & non habeat plures formas, per quas constituatur in his generibus, & in specie humana collocetur in genere substantiæ, & corporis, & animalis, & quòd solum differat ratione constitui in genere isto, vel illo, non autem re. Hoc autem accidit pro tanto, quia sicut genus inferius semper continet totam perfectionem generū superiorum, quæ essentialiter præstantur de eo, & species simpliciter continet omnem perfectionem generum, quia sub omnibus ponitur, ita & forma, per quam constituitur aliquod indiuiduū in genere inferiori habet omnem perfectionem formarum, per quas constituuntur indiuidua in generibus superioribus quodammo-

Digressio de forma corporeitatis prędicamenti substantiæ.

F do eminēter, poterit autem videri, quid confert quęlibet forma cognita essentia generis. Substantia enim dicit ens per se existens, & alteri substare potens. Forma ergo, per quam constituitur indiuiduum aliquod in genere substantię est, quę facit ipsum per se esse, & nulli inesse, & alteri substare posse, scilicet, accidentibus. Corpus autem dicit substantiam, cui competit trina dimensio. Forma ergo substantialis corporis est non quidem ipsa quantitas, idest, tres dimensiones, quæ dicunt corpus de genere quantitatis, sed est forma illa substantialis, per quam substantię, competit, quòd habeat tres dimensiones, quod non habet quælibet forma. Principium autem huius ex materia est, licet materia non sit forma, sed informata, scilicet, quia omnis substantia habens materiam partē

Substantia dicit ens per se existens alteri substare potens.

G sui est corpus, vel corporea. Et ita habet tres dimensiones. Corpus animatum dicit substantiam corpoream habentem primum gradum vitæ, scilicet, vegetationem; forma autem, per quam indiuiduum collocatur in hoc genere est, quæ dat ei viuere secūdum primum gradum vitę per vegetationem, scilicet, animal dicit substantiam animatam sensibilem: ideo forma, per quam constituitur indiuiduum in hoc genere est anima dās viuere per secundum gradum vitæ, qui est sentire. Homo est species, & dicit animal rationale: ideo forma eius est anima, per quam habet esse rationale, quod est viuere vltimo gradu vitę. Nūc dicendum, quòd licet homo sit substantia, & corpus,

Per eandē formā Sortes est substantia corpus corpus animatum alias, & homo.

H & corpus animatum, & animal, & homo non est tamen in homine aliud indiuiduum substantiæ, aliud corporis, aliud corporis animati, aliud animalis, aliud hominis, & tamē hic est indiuiduum cuiuslibet istorum. Est enim hic indiuiduum substantiæ, quia alias homo non esset substantia. Valet enim consequentia, istud est substantia demonstrato homine, & est substantia, ergo est indiuiduum substantiæ. Et ita arguetur de corpore, & de corpore animato, & animali, cuiuslibet enim istorum est Sortes indiuiduum sicut est indiuiduum hominis. Sicut igitur est homo sortes indiuiduum omnium istorum generum existens vnum indiuiduum, ita & per eandem formam substantialem constitui poterit in omnibus his ge-

I neribus.

Item cum Sortes sit animal, corpus, animat corpus, & substantia non est aliud in eo substantia a corpore, & corpore animato, & animali: nam inferiora à superioribus non differunt, quia includunt ea essentialiter, superiora autem nō differunt ab inferioribus realiter cum in eis sint. Destructis quippe primis substantijs iuxta Arist. in Prædicamentis, impossibile est aliquid aliorum remanere, sed differunt ratione, scilicet, præcisione, vel abstractione. Nam substantia abstrahit a corpore quodlibet superius ab inferiori, i. non includit illud in ratione sua, sed accidunt inferiora superioribus, ergo ita non oportebit, quòd sit in eo alia forma, per quam sit homo, alia, per quam sit

K animal, & ita de cæteris. Sed dicendum, q per formā, per quam Sortes est homo, s. per animam rationalē, habet q sit animal, & corpus, animatum corpus, & substantia, & hoc, quia sicut homo continet perfectionē omnium generū, quæ de eo prædicantur, ita & anima, per quam Sortes est homo continet non quidem per inclusionem, qa non est cōposita, sed eminēter perfectionē omnium formarū, per quę indiuidua cōstituuntur in generibus superioribus. Vnde dicendum, q anima sm totam suam perfectionem cōstituit sortem in specie humana, quia nulla perfectio est, q̄ possit esse ab anima, qua nō indigeat homo, cū non sit aliquid vlterius per eā informabile maiori perfectione, & iō ne forma excedat informatū necesse est,

est, ꝙ totam perfectionem, quam anima continet det A corpori humano, & pertineat illa ad hominē, & per ipsam eandem animam cōstituitur in genere animalis, nō quidem ſm oēm gradum perfectionis animę, sed vt dat esse solum in secundo gradu vitę, s. faciens esse sensitiuum, per eam aūt collocatur Sortes in genere corporis animati, vt recipit per illam solū, ꝙ habeat primum gradum vitę, i. vegetationē: collocatur per eam Sor. in genere corporis inquantum per eam accipit, ꝙ sit substantia habens tres dimensiones, collocatur aūt in genere substantię Sor. inquantū accipit per illam, ꝙ sit ens per se subsistens nulli accidens, & alteri substare potens. Et dicendū, ꝙ inquantū anima pōt dare Sorti perfectiones essentiales omniū istorū generū, & graduum substantialium constituit ipsum B in omnibus his generibus, neque est necessaria ei alia forma ad constituendum eum in aliquo istorū generum. Sed non est putandum, ꝙ cum anima det Sorti oēs istos gradus essendi, ſm quos cōstituitur in multis generibus subordinatis, ꝙ sint isti gradus pfectionis essentialis distincti in anima, qa tunc anima esset cōposita, quod falsum est, cū sit forma, sed continet istos gradus per eminentiam inquantū continendo vltimum continet oēs, sicut est de numeris, & de gradibus latitudinis intensionis formarum accidētaliū. Nam quilibet numerus sequens distinguitur a præcedenti, vt quinarius a quaternario, & continet quidquid habent præcedētes numeri. Sic ēt decimus gradus caloris continet oēs alios gradus pręcedentes. Et C tñ non est propter hoc ille compositus. Sic igitur in anima respectu omnium istorum generum: nam ad quodlibet eorum comparatur cū pręcisione, vel abstractione. Nam non est dans esse cuiuslibet generis illorum per totam perfectionē suam, sed per gradum eius, vt dictū est, sed ista pręcisio nō est ſm rē, sed ſm rationem. Sciendū aūt, ꝙ hoc modo non sunt ponēdę tres animę in homine, s. vegetatiua, qua homo est corpus animatum, sensitiua, qua est animal, formalis, qua est homo, sed eadem est anima cū anima rationalis habeat perfectiones omnium istorum graduū animę. Vnde licet in diuersis differant istę animę realiter tñ in homine est eadē. Nam in herba est anima, quę est solum vegetatiua. In brutis aūt est anima, quę D est solum sensitiua, & non totalis, & differt realiter a rationali. in homine aūt est anima, quę eadē est vegetatiua, quia dat perfectionem homini quā dat anima plantæ, & quę est sensitiua, quia dat eādē perfectionē homini, quā dat anima bruti ipsi bruto, & est rationalis, quia habet hoc complementū quod solus homo recipit. Sicut aūt diximus de anima hominis, ita & de quibuslibet indiuiduis, sicut indiuiduum lapidis per eandem formam substantialem, per quā est lapis, est substantia, & corpus, & constituitur in terminata specie lapidis inquantum forma speciei continet perfectiones generum superiorum, neque erat conueniens, ꝙ eiusdem rei numero ponantur multę formę substantiales, quia præter hoc, ꝙ prima sola faceret rē E esse hoc aliquid constituendo in genere substantię, & cæteræ aduenirent accidentaliter, vt dictū est. Adhuc est inconueniens, quia quędam sunt formæ ad prędicandum, & alię ad essendum, ad prędicandū sunt omnia genera, & secundę substantię, quia quodlibet genus subordinatum facit vnam prædicationem de inferioribus, & est formalis inquātum superiora vocamus formas inferiorum, sed non sunt formę ad essendum. Nam tunc componerēt inferiora, quod falsum est, qa non cōponitur homo ex substantia, & corpore & animali. Formæ ad essendū sunt formæ cōpositionis, & illæ cōstituunt, qa sunt partes, & ex illarū vnione redditur aliquod totū, quod est ens p se, & hęc differunt inter istas formas, qa formę cōpositionis, quia sunt ad essendū sunt partes, & importātur per modū partis, formæ aūt in prędicando, quia nō sunt formæ ad essendum, & ita nō componunt, importantur per modū totius. Et ideo videtur esse valde incōueniens ꝙ ad hoc, ꝙ homo sit substantia, corpus, & animal, q̄ non sunt distincta esse numero, ponantur formę distinctę numero, ergo eadem forma substantialis erit per quā omnia ista sunt, sed sicut ista sunt plura in prędicando ita conueniet plures formas prædicationis esse, s. substantia animal corpus, quæ inter se non differrent realiter. Secundo circa hoc, quia forma substantialis est principiū essendi, & accipitur ad essendū quia ipsi cū materia cōponunt, & cōstituunt quodlibet indiuiduū naturale: sicut ergo ad hoc, ꝙ homo sit substantia, corpus, & animal, oportet poni tres formas distinctas, oportebit poni tres materias distinctas cum etiam materia sit principiū essendi. Sed hoc non est possibile, qa tunc essent tria indiuidua distincta, ergo neq; ponenē tres formę substantiales, sed vnica, quæ dat totū esse. Ita ergo dicetur de corporeitate, de qua inciperamus, ꝙ corporeitas potest nominare formā substantialē, vel formā de prædicamēto quātitatis. Prout est forma substantialis, nihil aliud est nisi forma, p q̄ competit substantiæ habere tres dimēsiones, a quibus corpus dr̄, & nō sunt illę dimensiones forma corporis. Sunt enim illę de prædicamēto quātitatis, sed forma illa, p q̄ efficit necessariū, vt substantia habeat tres dimensiones est forma corporis, vel corporeitas, & ita quęlibet forma substantialis indiuidui naturalis vocatur corporeitas, quia illa facit necessario, ꝙ materia subsistat sub tribus dimensionibus, s. qa aliter nō est informabilis illa forma. & sic anima rationalis est in homine forma corporeitatis, quia ipsa facit, ꝙ materia, qua est, habeat tres dimensiones, nō enim pōt anima esse formans materiam, quę non habeat illas dimensiones, cū animę competat ex ratione sua, ꝙ sit actus corporis organici 2. de Anima. Accipiendo aūt corpus, vt est de prędicamēto quantitatis, nihil est nisi illæ dimensiones, & non est tunc forma corporis, neq; pertinet ad substantiā nisi per formā corporeitatis substantiæ efficiatur necessariū, ꝙ corpus substantiale habeat illas tres dimēsiones, quę pertinent ad quantitatem. Nunc dicendū, ꝙ corporeitas, vt est forma substātialis eadem manet mortuo homine, & viuente, quia ita est corporeitas cū sit forma substantialis hominis, & illa manet eadē post mortem. De corporeitate, quæ est de prædicamento quantitatis, dicendum, ꝙ etiam si non maneret eadē, non esset inconueniens, qa esset forma accidentalis, & variatis accidentibus pōt manere idem esse substantiale. Sed adhuc dicendum, ꝙ illa corporeitas non penitus perit. Nam licet pereat quantum ad dimensiones terminatas, manet quātum ad interminatas, quæ sunt semper eędem in materia, vt ostēsum est præcedenti q. in solutione tertij argumenti. De forma autem mixti, vel mixtionis dicendum, ꝙ pōt dupliciter accipi, vno modo pro forma substātiali mixti corporis, & sic manet post mortē forma mixti, quia cū non sit alia forma substantialis in homine, nisi anima, erit anima forma mixti, & illa manet, iō forma mixti manet. Et nō est verū, ꝙ cedat in nihilū. Alio modo dr̄ forma mixti, i. mixtionis qualitas quędā resultans ex cōcursu qualitatum simplicium concurrentium ad medium, quæ qualitas non est forma substantialis, sed sicut se habet qualitas simplex ad corpus simplex, ita se habet qualitas composita ad corpus mixtum, qualitas enim simplex, vt caliditas, & frigiditas nō est forma substantialis elemēti, quod est corpus simplex, i. non mixtum, sed est dispositio

ad

ad formam, & est necessitas ad formam elementi, ita qualitates compositæ ex cōcursu, vel mixtione qualitatum simplicium, se habent ad corpora mixta, ꝙ non sint formę substātiales eorum, sed dispōnes necessariæ ad formas substantiales ipsorum. De tali forma mixtionis dicēdum, ꝙ non redibit eadem numero, cū totaliter perierit, & tamen non præiudicat idētitati resurgentis, quia idem numero essentialiter poterit aliqd manere mutatis, vel variatis illis, quę sunt ei accidentalia. De anima etiam nutritiua, & sensitiua, vel de parte tali dicendum, ꝙ accipitur dupliciter, vno modo, vt per sensitiuam, & vegetatiuam intelligamus potētias, quibus fit sensatio, & vegetatio, alio modo accipitur pro ipsa anima, quę est sensitiua, aut vegetatiua. Accipiendo primo modo non manet vegetatiua, & sensitiua, quia potentiæ non manent formaliter in anima separata. Nam sunt formaliter in organis, & in illis partibus corporis, per quas exercetur earum operatio, & non sunt potentię animæ, quæ sint in ea, vt in subiecto, sed potius sunt proprietates naturales compositi. Cū autem in resurrectione restituitur compositum, etiam erunt potentię vegetatiuæ, & sensitiuæ, sed non erunt eædem, quæ prius. Hoc tamen non impedit identitatem resurgētis cum illa sint accidentia eius, & variatio eorum nō variet essentialia. Si autem accipiatur pars vegetatiua & sensitiua pro anima sensitiua, & vegetatiua, dicendum, ꝙ manet eadem, quia non est in homine nisi vna forma substantialis, idest, anima, & illa est rationalis, & vegetatiua, & sensitiua cum perficiat corpus fm̄ omnes gradus istarū perfectionum, & quia manet anima rationalis, manet vegetatiua, & sensitiua. De humanitate autem dicendum, ꝙ etiam manet, sed quomodo manet pendet ex hoc, ꝙ varie accipitur humanitas, vt dicetur in solutione secundi argumenti. Sed quia tota positio præcedens procedit ex intentione eorum, qui ponunt vnitatem formę substantialis in composito, est nunc videndum quomodo saluetur resurrectio secundum intentionem eorum, qui ponunt plures formas substantiales in composito. Illi enim dicunt, ꝙ omnes illæ formæ corrūpuntur præter formam, quæ est anima: ideo forma, per quam homo est substantia, & per quam est corpus, & corpus animatum, & animal perit (cuiuslibet enim horum ponunt vnam formam substantialem) omnes illas dicunt corrumpi, vnde corporeitatem, & formam mixti perire dicunt, & animam sensitiuam, & vegetatiuam, & insuper humanitatem, & tendere istas in nihilum. Solam autem animam rationalem dicūt manere, sed dicunt, ꝙ omnia ista licet corrupta sint, & annihilata, possunt redire eadē numero, & ad hoc non inducunt aliud testimonium nisi omnipotentiam Dei, quo dato ponunt etiam, ꝙ accidentia, quæ perierunt, possunt redire eadem numero, etiam dicunt, ꝙ bruta possent resurgere licet formę substātiales illorum totaliter pereant. Isti de hac positione minus naturaliter loquuntur, & ponunt plura miracula quàm necesse sit. Sed ponere omnes rationes, quæ facerēt ad euersionem illius positionis, & rationes quibus illi se muniunt, & impugnant vnitatem formæ, & confutationes rationum suarum, vt appareat quomodo manet vnitas formæ, & posita pluritate formarū in aliquo modo posset esse resurrectio, & multa huiusmodi non intendimus nunc deducere propter prolixitatem, & quia esset aliqualiter alienū. Etiam cum huic positioni non innitamur non curamus tollere inconuenientia eius, quæ videtur ostendere, quòd ea data non erit resurrectio.

Quõ saluetur resurrectio secundum intentionem ponentiū plures formas substantiales in composito.

Sed hoc solum dicimus, quia isti impugnant saltē in hoc fundamentum ponentium vnitatem formæ,

F Dicunt enim, ꝙ id, quod penitus annihilatum est, nō potest redire idem numero, & ita ponētes vnitatem formę non ponunt aliquid, quod corruptum fuerit redire idem numero in resurrectione, sed ea sola, q̄ non corrumpuntur redire eadem numero, s. materiam, & formam, cætera autem dicunt non manere eadem, & omnia alia sunt accidentalia, sed quia ponētes pluritatem formarum ponunt plures formas substantiales corrumpi, quas tamen necesse est redire easdem ad hoc, quòd sit idem homo numero, oportet, ꝙ ponāt id, quod penitus annihilatum est redire idem numero. Dicunt etiam, ꝙ est inconueniens si ponamus ea, quæ annihilata sunt nō posse redire eadem numero, qa tunc sequeretur, ꝙ nō posset Deus aliquod brutum resuscitare, cū eius forma perierit, & tamen beatus Syluester legitur suscitasse Taurum. Et dicunt, ꝙ negare hoc esse possibile est magnę infidelitatis. Secundo quia sequeretur, ꝙ omnia accidentia, quæ corrumpuntur viuente homine, vel moriente non possent redire eadem numero in resurrectione, & tunc homo resuscitatus non haberet eādē propriam passionem numero, quia illa non mansit post mortem, cum non sit animę per se neque corporis, sed erat totius, & pereunte toto perit illa. Dicūt autem hoc esse impossibile, s. manente subiecto non esse eandem propriam passionem, cū idem sit subiectum: Tertio quia dicunt sequi, quòd non manebunt eędem potentię sensitiuę in resurgētibus, quia illę sunt accidentia totius compositi, & non animæ, vt dicit Arist. 1. de Sensu, & sensa. & 1. de Som, & vigi. & ideo corrupto homine per mortem, perierunt illæ, & ita non poterunt redire eędem.

Quarto quia sequeretur, quòd non maneret eadē quantitas in resurgentibus, quia quantitas non manet in sola materia, neque etiam in anima intellectiua, & hoc est inconueniens.

Sed dicendum, quòd ista, quæ habent isti pro inconuenientibus non sunt inconuenientia. De primo concedendum est, quòd sicut bruta non resurgunt, ita neque resurgere possunt. Et cū dicitur, quod Syl-
I uester suscitauit taurum.

Dicendum, quòd illi cadaueri quod fuerat corpus tauri data est anima sensitiua, quæ esset forma eius substantialis, & viuificaret illud, & ita esset bos sicut prius, non tamen erat idem taurus numero sicut prius, & tamen quantum ad rationem miraculi ęquale erat, quia ille erat verus taurus sicut præcedens, & supernaturaliter vitam accipiens, non enim potuisset natura in cadauere illius tauri mortui eandem, vel aliam animam gignere, & potissime, quia in instanti factum est, & quia non apparebat aliqua diuersitas, cum formam nemo posset cognoscere, an esset eadē cum non videatur, visum est, quòd resurgeret. Etiam quia materia eadem erat, quæ in primo tauro, & tamen non erat pręcedens taurus. Cum autem dicitur, quòd est magnę infidelitatis dicere, quòd Deus non
K possit suscitare aliquod brutum, dicendum, quòd est infidelitas siquis neget Deum posse cadaueri bruti resoluto, vel non resoluto subito dare animam sensitiuam, per quam viuat, & sit in specie, quod natura non potest, quia hoc pertinet ad potentiam, & nihil quod ad potentiam pertinet est de Deo negandum, sed quòd idem taurus numero redeat non pertinet ad potentiam, quia repugnat ex natura rei id, quod simpliciter annihilatū est redire idem numero: ideo negamus esse possibilem resurrectionē brutorum.

Ad secundum dicendum, quòd verum est, quòd accidentia, quæ corrumpuntur viuente homine, vel moriente, quia simpliciter cedunt in nihil non possunt redire eadem numero. Et tamen dicitur de ipsa

sa passione idem concedendum, scilicet, quòd risibilitas perit moriente homine, quia est ipsius compositi, & in resurrectione est homo risibilis, & tamen non habet eandem risibilitatem numero, sed aliam. Cum autem dicitur esse impossibile, scilicet, quòd existente eodem subiecto varietur passio propria, vt non sit eadem. Dicendum, quòd non est impossibile, immo est contingens. Si enim subiectum maneret semper idem numero, propria passio, quæ illius semel est non posset esse alia numero, quia cum illa sequatur ex cōiunctione principiorum speciei, quandiu manserunt eadem coniunctio impossibile est esse aliam passionem numero, sed variata cōiunctione, etiam si maneant eidem principia speciei, non manebit eadem passio numero, cum passio non sit ipsa principia, neque aliquid principiorum, sed accidens consequens ex coniunctone eorum. iterata igitu r coniunctione iteratur passio, sed per mortem soluta est coniunctio, & in resurrectione iterata est, ergo non erit eadem passio numero, sed alia.

Ad tertium concedendum simpliciter, ꝙ non manebunt eędem potentiæ sensitiuæ, licet enim in resurrectione omnes potentię sensitiuæ redeant, cum nihil sit imperfectum in resurgentibus, & etiam habeant actus suos, vt ostensum est supra 17. cap. quæst. 118. & 119. & 120. Tamen non redibunt eędem numero, sed aliæ, & hoc non est inconueniens, neque etiam de propria passione, quia ista sunt accidentia, & variatio accidentium non facit variari essentialia alicuius rei.

Ad quartum dicendum vno modo, quòd etiam si non maneat eadem quantitas in resurgentibus, non est inconueniens, quia est accidens, & non variat essentialia, & manebit idem homo numero non existente eadem quantitate. Al o modo, potest dici, quòd manebit eadem quantitas aliquo modo, non quidem, quia quantitas est, sed quia facit distinctionem partium materiæ, & seruat identitatem illarum. Pro quo dicendum, quòd quantitas determinata, vt bicubitum, vel tricubitum cum determinata magnitudine, & figuratione, quæ prius erat, non manet, & tamen manet aliqua quantitas, quæ prius erat. Et hoc est, quod dicebamus præcedenti quæst. scilicet, quòd dimensiones terminatę non manent, quia illę pertinent ad corpus sub determinata forma, qua pereunte, pereunt, sed dimensiones interminatę pertinent ad materiam primam, & illę semper manent, & illę sunt necessariæ ad hoc, quòd possint esse eędem partes materiæ ad constitutionem corporis in resurrectione, quæ prius fuerunt, dum viueret homo. Et istam quantitatem, vel dimensiones dicimus manere easdem, quia non sunt corporis mixti, sed materiæ, & in materia manent.

His autem suppositis tenendo vnitatem formę dicendum, quòd resurrectio fiet, & idem homo numero redibit, neque ponimus aliquid contra conditionē naturę, sed solum potentiam infinitam, quæ possit reunire illa, quæ disiuncta erant, quę natura facere non poterat, tenēdo autem pluralitatem formarum multæ difficultates sunt, & oportet poni plura miracula, quod est inconueniens.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd homo, qui habet substantiam corruptibilem motam, potest redire idem numero, quando iteratur in resurrectione vnio animę, & corporis, neque est hoc contra intentionem Aristo. sed supra illam, quia ipse loquitur ibi de differentia reiterationis, quæ est in circulatione generationis, & corruptionis naturalis ad circulationem, quæ est in motu cœli, quia cœlum per motū localem redit idem numero ad principium motus, quia habet substantiam incorruptibilem motam. Et etiam, quia per motum illum non accipit esse corpus cœli, sed pars cœli efficitur pñs eidē situi, cui prius erat pñs: & hoc ꝑ motū. Gñabilia aūt, & corruptibilia ꝑ circulationē gñationis redeūt ad idem specie, & non numero, quia ex homine gignitur semen, & ex semine sanguis, & ex sanguine aliquid aliud, & ita per successionem quousque perueniatur ad hominem, & ita facta est circulatio integra, scilicet, de homine ad hominem, sed non ad eundem numero, sed specie. Sic etiam ex igne generatur aer, ex quo aqua, & ex aqua terra, & ex terra ignis, non idem numero vacat, qui prius, sed idem specie, & ita patet, quòd non est intentio Aristo. ad propositum, solum enim vult ostendere conditionem circulationis naturalis in generatione, & curruptione, & sic verum est, quòd non posset redire idem homo numero, & tamen reditus per resurrectionem non est per circulationem generationis, neque est naturalis, ideo potest redire idem homo numero.

Aliter potest dici, quòd redire ad esse eundem hominem non potest esse per naturam, potest autem esse diuinitus. Primo quia etiam si manerent corpus, & anima penitus eadem, non esset aliquid naturale: quod illa vniret post disiunctionem: nam non potest anima separari a corpore postquam semel in eo est nisi deficiat dispositio, qua corpus est aptum animę, & quæ fuit necessitas ad talem formam, corrupta autem illa non potest anima vniri corpori formaliter, licet hoc ipsa desideret, vt possit intrare in illud, & mouere, illa autem dispositio posset iterum fieri naturaliter, sed non in eodem corpore, quia modus operandi naturæ est vnus, scilicet, ex semine, & ita natura non poterit vnire animam illi corpori.

Secundo, quia anima non subijcitur potestati naturæ, aut alicuius entis nisi Dei, & ita non potest vniri formaliter corpori per actionem alicuius nisi Dei, & ita postquam separata est, non poterit natura eam vnire, sed hoc non facit multum, quia idem est in generatione hominis, quæ est naturalis. Nam natura non potest ibi vnire animam corpori, cum non possit producere illam, & tamen anima cum producitur, infunditur, & vnitur, & etiam si iam diu anima producta esset. Nam non posset natura illam vnire corpori, cum non possit producere illam, & cum nō possit aliquid natura, nisi super corporalia, & tamen anima est purus spiritus, sed dicitur generatio esse naturalis inquantum natura potest vltimam dispositionem in corpore producere, quæ est necessitas ad formam, vnde si corrupta dispositione illa in corpore posset rursus natura producere dispositionem illam in cadauere non soluendo illud, etiam si Deus animam rursus infunderet corpori, vel ipsa se ei vniret ad hoc disposito, diceretur illa vnio naturalis, & tamen non potest natura illam dispositionem rursus producere, ideo nō potest redire idem homo numero naturaliter.

Tertio, quia dato, quòd per resolutionem natura formare haberet rursus dispositionem illam in corpore ad suscipiendam eandem animam, non posset redire idem homo, eo quòd rediret eadem anima, sed non idem corpus, eo quòd ad illam dispositionē non potest natura procedere nisi ex semine per viā generationis, totum autem corpus mortui hominis non potest resolui in semen, vt ex semine illo rursus corpus formetur naturaliter, sed parua pars eius poterit verti in semen, ex qua formetur corpus, & ideo cum quasi totum, quod fuit de veritate corporis prioris maneat foris, & modicum de eo transierit

in semen, non poterit esse materialiter idem corpus, quod prius, & ideo licet anima redeat, non erit idem homo numero: Deus autem potest reducere eundẽ hominem numero, eo quòd manente cadauere non dissoluto, vel iam dissoluto poterit causare dispositionem vltimam in illo, vel congregare omnes partes dispersas, & in illis inducere illam dispositionem vltimam, quæ est necessitas ad aĩam, & tunc erit idem homo numero, quia est eadem anima, & idem corpus cũ nullę partes eius desint, & hoc est, quia Deus potest inducere illam dispositionem in materiam, etiam non per viam generationis.

Alitet ad primam rationem. Aliter etiam potest dici, quòd homo potest redire idem numero, quia non habet substantiam totaliter corruptibilem, scilicet, quia nihil de eius substantia corrumpitur, cætera autem generabilia habent substantiam corruptibilem, quia aliquid de eorum substantia perit: ideo non possunt illa redire eadem numero. Et ita non tollitur per verba Arist. hominem posse resurgere, nõ enim habet ille substantiam corruptibilem motam, cum esse suum maneat, secus autem est de alijs. Et patet, quia aliorum generabiliũ, & corruptibilium forma non est per se subsistens, vt manere possit post corruptionem compositi. Aliter autem est de anima rationali, quia esse quod in corpore sibi acquiritur per infusionem, retinet post separationem, & in participationem illius esse adducitur corpus per resurrectionem. Sicut ante mortem per participationem illius esse corpus est, & humanum est. Et hoc, quia non est in homine aliud esse corporis, & aliud esse animæ, aliàs esset coniunctio corporis, & animæ accidentalis, quo dato cum nullum aliud esse sit corporis, neque hominis quàm animę, quia aliàs essent multa entia per multa esse cum ens dicatur ab esse, & multipliciter per esse, & esse animę maneat idem, & nunquam interrumpatur, sequitur, quòd maneat totum quod ad hominem pertinet, & nihil impediat resurrectionem, neque oporteat aliquid reparari, quod corruptũ fuerit, sed coniungere, quæ separata sunt: nam anima manet eadem, & corpus idem, & esse idem: ideo nihil obstat, quin istis rursus copulatis sit idẽ homo numero, nõ enim obstat iteratio copulationis, quia manet idem esse numero: ideo impossibile est, quòd per idem esse numero sit aliud ens numero. Difficultas autem tota iterationis erat si sicut fit iteratio copulationis principiorum ita esset iteratio essendi, quia tunc etiã manentibus eisdem principijs, non esset idem homo penitus, quia interruptum est esse. Sed hoc dato semper mansit idem esse: ideo non solum erit idẽ homo resurgens, sed etiam necesse erit poni eundem, cum non sit aliquid per quod putetur esse alium hominem numero.

Sed in hoc instant ponentes pluralitatem formarum dicentes, quòd non possit manere totũ esse hominis integrum. Dicunt enim, quòd entitas formalis interrumpitur, ergo non manet esse integrum. Vocant entitatem totalem humanitatem, siue illam tertiam vnitatem additam, aut resultantem, quam faciunt ex vnione corporis, & animæ.

Secundo quia dicunt, quòd esse animæ intellectiuę non est esse totale hominis, quia omne ens habet aliquod esse. Homo est aliquod ens, quod non est tãtum anima, ergo habet aliquod esse proprium, & non tantum esse animę, sed homo perijt, ergo esse proprium hominis perit, & ita non manet totum esse hominis integrum. Et hoc est pręcipuũ ad ostendendum, & faciliter ponendum identitatem resurgentium. Nam anima manet, ergo esse animę manet, cum ipsa non maneat sub esse alieno, quia non

F est materia, quę posset assumi ad participationem es-
se alieni, sicut corpus in homine accipitur ad partici-
pationem esse animę & tamẽ esse animę est esse ho-
minis, ergo manet idem esse quod prius, & ita est in-
terruptum. Sed tunc dicetur sicut dicunt ponentes
pluritatem formarum, si idẽ esse, & totum maneret
quomodo diceretur homo vere mortuus? Nam ho-
mo per mortem corrumpitur verè, ergo aliquid de-
finit, quod est de veritate eius, sed non desinit cor-
pus, neq; anima, neq; esse, vt isti dicunt, i. ponẽtes vni-
tatem formę, ergo nihil deficit, & consequenter non
erit homo vere mortuus, vel si aliquid deficit, vt sit
homo verè mortuus erit interruptum aliquod esse,
quod postea redibit idem numero in resurrectione,
cum requiratur, quòd omnia, quæ fuerũt de esse ho-
G minis redeant eadem ad eundem hominem esse. Di-
cendum, ꝙ per mortem hominis aliquid verè corrũ-
pitur, quia homo corrumpitur, & homo verè desinit
esse, & homo est totum, & tamen licet homo desinat
esse, & corrumpatur non desinit esse hominis, i. illud
esse, quo homo erat, quandiu homo erat. Ad hoc
enim, ꝙ sit homo non solum requiruntur principia
speciei, sed etiam, ꝙ vnita sint, disiunctis autẽ illis ve-
rè desinit homo esse homo, & corrumpitur, & in re-
surrectione hoc, quod corruptum est, i. homo redit:
ideo aliquid perijt per mortem, quod redit per resur-
rectionem, & tñ esse hominis non interruptum fuit,
H neq; perijt, quia esse quo homo erat, vel subsistebat,
quandiu erat homo, erat esse animæ, quo anima nũc
subsistit post separationem, cum non possimus dare
duo esse in eodẽ homine, quia essent duo entia: ideo
esse hominis non interruptum est, & per illud idem
esse homo erit, quando resurrexerit.

Cum autem primo obijciunt, ꝙ entitas totalis in-
terrumpitur, idest, humanitas, negandum est. Manet
enim humanitas, sed hoc pendet ex intelligentia si-
gnati per hoc nomẽ humanitas, vt dicetur in respon-
sione ad secundum argumentũ principale. Ad aliud,
cum dicunt, ꝙ omne ens habet esse, cõcedẽdum est,
qa omne quod actu est, habet necessario aliquod esse
quo existit. Sed cum dr̃, ꝙ habet esse proprium sibi,
hoc negatur. Nam in homine corpus actu existit, &
I per aliquod esse, non tñ per esse aliquod proprium,
sed per participationem esse animę, & generaliter in
omnibus compositis materialibus præter hominem
materia est actu, & forma est, & compositum est, &
quodlibet eorum per aliquod esse est, & tamen non
est esse ibi proprium cuilibet, sed soli composito, &
ita corrupto composito non habet forma esse, & ma-
teria non habet esse prius, vnde falsum est assumptũ.
Multa enim sunt per aliquod esse, quod non est eis
proprium. Sic aũt cum dr̃ de homine concedẽdum,
quòd est ens quod non est sola anima, & actu est, ta-
mẽ non est per aliquod esse proprium, sed per solum
esse animę, contingit enim in homine ex opposito
K ad oĩa alia composita, quia in alijs esse nõ est materiæ
neq; formæ, sed compositi, & est sibi proprium, licet
principium huius esse sint partes, in homine esse nõ
est materię neque formę, sed compositi, & est sibi
propriũ licet principium huius esse sint partes, & ra-
tio specialitatis est, quia anima, quę est forma homi-
nis non solum est forma, sed etiã substantia, est enim
sicut vna de intelligẽtijs separatis, quæ sunt spiritus
immateriales. Sed in hoc differt ab illis, quia in-
telligentię non accipiunt esse in aliquo corpore, &
ideo neque sunt vnitę corporibus, neque vnibiles
eis, anima autem accepit esse in corpore, & vni-
tatem per vnibilitatem ad corpus. Et hoc habet
ad modum formæ, sed quia esse quod suscipit separa-
tur illius, vt proprium, & non cõpositi, & post separa-
tionem

tionem manet illud idem animę, hẽt ipſum modum intelligentię, & iõ ſi in hoĩe eſt oportet dici, ꝙ licet hõ ſit ens, ꝙ non eſt ſola aĩa, eſſe ſuum tñ quo ſubſiſtit non eſt aliquod eſſe proprium, ſed eſſe ſolũ aĩę, & hoc nullum inconueniens eſt, quia magis differunt corpus, & aĩa in hoĩe, q̃ homo ab aĩa. Nam aĩa non includit corpus in natura ſua, neque corpus aĩam, tanq̃ partem ad eſſe corpus, ſed potius diſtinguũtur ex oppoſito, & tamen corpus exiſtit per ſolum animæ eẽ, quod ſibi eſt communicatum, ergo a fortiori cũ hõ in ſua quidditate includit animam magis poterit eſſe per eſſe proprium animæ.

Cum autem dr̃, ꝙ eſſe animæ intellectiuæ non eſt totale eſſe hoĩs, dicetur, ꝙ proceditur ex ęquiuocatione. Accipitur. n. eſſe dupliciter, vno mõ eſſe, ꝓ quidditate, vel natura rei, ſicut dicimus, ꝙ ad eſſe compoſiti requiritur materia, & forma. Alio modo pro actu entis, & quo ens eſt, ſiue actu exiſtit. Primo modo eẽ eſt compoſitum, quia quidditas, vel natura in cõpoſito eſt compoſita, & dicit conceptum cõpoſitũ. Secũdo modo eſſe eſt ſimplex, & nihil poteſt cogitari ſimplicius, quam eſſe, & ſignum huius eſt, quia minimus gradus compoſitionis, qui magis accedit ad ſimplicitatem dicitur ex eſſe, & eſſentia, vel ex eſſe, & eo quod eſt.

Cum aũt dr̃, ꝙ eſſe totale hoĩs non eſt eſſe animæ intellectiuę. Dicendum. quia ſi accipiatur primo mõ verum eſt, quia tũc eſſe. i. quidditas hoĩs includit corpus, & aĩam, & ideo non eſt ſola aĩa eſſe eius. Accipiẽdo ſecundo mõ eſt dicendum, ꝙ eſſe aĩæ eſt eſſe hoĩs & non hẽt aliud eſſe. i. alium actum eſſendi, vel aliud, per quod ſubſiſtat formali. & tñ qñ illi dicunt, ꝙ eſſe aĩæ intellectiuę non eſt totale eſſe, nam totum nominat cõpoſitionem, ſed eſſe cõpoſitũ nõ eſt, niſi quidditas, eſſe aũt quo res eſt, ſimplex eſt, & non hẽt totalitatẽ, & quantũ ad illud verũ eſt, quia eſſe hoĩs non eſt aliud, q̃ eſſe aĩæ intellectiuę, & ita per illud exiſtit ante mortem, & per illud idẽ exiſtit poſt reſurrectionem, conuenienter ergo hõ reſurgit idem numero, quia eſſe eius non fuit interruptũ. De brutis aũt dicendum, ꝙ non poſſunt reſurgere, & ẽt cætera, quę corrũpuntur, non pñt redire eadem numero, quia in oĩbus iſtis, tam viuentibus, q̃ non viuentibus eſſe interrumpitur, eo ꝙ cõpoſitũ corrumpitur, idem dẽt manere eſſe in materia, vel forma, ſed in forma non manet, quia non hẽt forma illorum eſſe per ſe ſubſiſtens, vt manere poſſit corrupto cõpoſito, materia autẽ non retinet eſſe, ſed tranſit ad eſſe alterius formę, iõ non manet vllo mõ eſſe rei, & ꝯñr non pt eadem res redire numero. Hoc autem eſt reſurgere, ideo brutis repugnat reſurgere, hominibus. autem non repugnat ſupnaturali, licet natura non ſufficiat ad reſurrectionẽ faciendam, ſed Deus illam facit.

Bruta non poſſunt reſurgere.

Ad ſecundum principale dicendum, ꝙ ſi non rediret eadẽ humanitas numero, non reſurgeret idẽ hõ, & tñ dicendum, ꝙ eadẽ humanitas redit. Sed dicendum, ꝙ circa humanitatẽ qũo maneat, & redeat eadẽ eſt duplex opinio. Quidam dicunt, ꝙ idem eſt ſm rẽ forma totius, & forma partis, ſeſt dr̃ forma partis, ſm ꝙ perficit materiam, forma totius dr̃, ſm ꝙ ex ea tota rõ ſpeciei conſeruatur. i. totum, quod concipit nomen cuiuslibet ſpeciei, & quia in hoĩe aĩa eſt forma partis, & humanitas forma totius cũ includat totam rõnem hominis ſeruetur, quia humanitas ſecundum rem nil aliud eſt, quam anima. i. nil addit ad animam ſecundum eſſe, & ſic cum eadem numero maneat anima rationalis poſt mortem, & eadem reſumitur ratione eadem numero manebit humanitas mortuo homine, & eadem reſumetur in reſurrectione, & ꝯñr erit idem hõ, quia eſt humanitas eadem. Dicunt

A tñ, ꝙ humanitas differt ab aĩa ſm rõnem, & ideo licet maneat aĩa poſt mortem, non dat eſſe hominem, quia ex anima non ſequitur tota ratio ſpeciei, cũ compoſitum non maneat, ex anima aũt, & humanitate ſequitur rõ ſpeciei. i. compoſitum hẽt per eam plenã rõnem ſpeciei, ideo viuente hoĩe vocatur aĩa humanitas, ſed mortuo eo non, & ita non dr̃ manere humanitas ſm rationem, licet ſm rem maneat.

Alia eſt opinio, & eſt Auicennę. ſ. ꝙ forma totius non eſt forma partis ſm rem, ſed aliquid realiter addat forma totius. Et dicit, ꝙ forma totius eſt totũ reſultans ex cõpoſitione materię, & formę includẽs in ſe vtrunque. & hęc forma totius eſſentiæ, vel quidditas dr̃, quia dicit totum quid rei. ſ. quidquid per diffinitionẽ eius importatur, & ita humanitas nil aliud eſt niſi corpus, & aĩa, ſiue totum reſultans ex corpore, & aĩa, vt includit vtrunque, ſed in reſurrectione manebit eadem aĩa, & idem corpus, vt oſtenſum eſt: ergo erit eadem humanitas, & ita idem homo.

Quid rei, quid ſignificet.

Alii aũt qui ponunt pluralitatem formarum dicũt humanitatem, ſiue formam totius quandam entitatẽ conſurgentem ex coniunctione formæ ad materiã, & ꝙ eſt diſtincta realiter ab illis non cõnumerata eis, vt diceret tertia entitas, & ad hoc nihil differt an ponat addita, vel reſultans, dũ tñ ponat diſtincta a duabus entitatibus. Sed hoc nõ ſtat, quia cum per formã efficiatur materia hoc aliquid in actu, vt dr̃ 2. de Ani. C illa tertia forma conſequens nõ eſſet ſubſtãtialis, ſed accidentalis, quia enti in actu non aduenit, niſi accidentia, enti in potentia aduenit forma ſubſtantialis, quæ fuit ad eſſe hoc aliquid in ſpecie determinata.

Dicendum igitur, ꝙ humanitas, vel forma eſt tertia entitas, ſed neceſſe eſt, ꝙ ſit aliqua de duabus entitatibus. vel ambæ ſimul, ſed ponatur, ꝙ ſit aliqua de duabus non poterit eſſe materia cum materia nullius ſit forma, & tamen iſtud, de quo dicimus eſt forma totius. ideo ſi aliquod de duobus eſt, erit forma. Et ita aliqui dicunt, vt dictum eſt, quòd forma totius ſit ipſa, quę eſt forma partis ſecundum rem, ſed differt ratione, quia forma partis dicitur, ſecũdum ꝙ facit materiam eſſe in actu, forma vero totius dicitur inquan-
D tum complet rationem ſpeciei. Nam anima non dicit totum eſſe ſpeciei humanæ, ſed dat corpori eſſe actu, & eſſe humanum, vel hominis, humanitas autem dicit totam rationem hominis, quia nil importat homo, quod non importet humanitas, & humanitas nõ dat eſſe corpori, ſed potius includit illud, & hoc modo humanitas totaliter eſt anima rationalis, & nõ addit aliquam realitatem.

Sed tñ dicendum, ꝙ verior poſitio eſt, ꝙ nõ ſit forma totius eadem cum forma partis realiter, ſed addit aliud. Et hoc, quia humanitas eſt de eſſentia hominis. Eſſentia autem rei eſt, quam ſignat diffinitio. Diffinitio aũt rei naturalis non ſignificat ſolum materiam, ſed materiam, & formam ſimul, iõ neceſſe eſt, ꝙ hu-
E manitas non ſignificet aliud compoſitum ex materia & forma. i. ex aĩa & corpore, ſicut hõ. Sed tunc dicet, ꝙ hõ, & humanitas idem erunt penitus cũ vtrunque dicat rem compoſitam ex anima, & corpore.

Dicendum, ꝙ differunt per hoc, quia humanitas ſignificat principia eſſentialia ſpeciei, tam formalia, q̃ materialia cum pręciſione principiorũ indiuiduãtiũ. Et patet, quia humanitas dr̃ id ſm quod aliqs eſt hõ: non dr̃ tñ aliquis hõ ex eo, ꝙ habet principia indiuiduantia, ſed ex eo, ꝙ hẽt principia eſſentialia ſpẽi, per principia aũt eſſentialia ſimul cũ principiis indiuidualibus dr̃ eſſe iſte homo. Humanitas ergo ſignat ſola principia eſſentialia ſpeciei, ex quo ſequitur, quòd importatur humanitas per modum partis, & formę dantis eſſe, homo autem ſignificat oĩa principia eſſen-

tialia speciei,& non excludit a sui significatione principia indiuiduantia. Nam homo dr̃, qui hẽt humanitatem, ex quo non excluditur, quin alia habere possit, immo potius innuitur, ꝙ aliquid aliud ẽt habet hõ, vel aliquid aliud est pręter, vel vltra humanitatem, & tñ non habet aliqua principia essentialia vltra, cũ humanitas dicat oĩa principia essentialia speciei, ergo habebit insuper, vel hr̃e poterit principia indiuidualia, & ob hoc homo significat compositionem. Et patet, quia hõ est nomen concretionis.i.rei cui aliquid adhęret, humanitas vero nomen abstractionis, quia cum præcisione significat id, qđ significat, & ob hoc dicimus, ꝙ homo habet humanitatem, & tñ non concedimus hõ habet hominem, vel humanitas habet hominem. Hoc.n.multo minus conceditur, ergo tam humanitas, quam homo dicit conceptum cõpositũ, quia vere humanitas est composita, & homo est compositus, sed importatur humanitas cum pręcisione, hõ autem sine pręcisione importat eadem principia essentialia, quæ humanitas, sed significat principia essentialia in actu, indiuiduatiua vero in potentia.

Sed hoc dato dicetur, ꝙ per mortem tam homo, q̃ humanitas perit, & ideo in resurrectione iterabitur & humanitas. Quod aũt iteratur non est idem, quia iteratio dicit pluralitatem, quæ opponitur identitati, vel vnitati. Separatur.n.anima a corpore in morte, iõ cum humanitas sit composita ex illis, nõ manebit soluta compositione, & sicut concedimus, ꝙ homo corrumpitur per mortem, ita necessario concedimus, ꝙ corrumpitur humanitas.

Dicendum, ꝙ per mortem corrumpitur homo, & non manet quandiu mortuus est, & tñ non adnihilatur, quia manent partes eius, quæ ipsum cõstituebãt, & ideo non deest, nisi coniunctio, quando enim illa fuerit erit homo rursus. De humanitate ẽt est dicendum, ꝙ post mortem non manet, sed corrumpitur per mortẽ, sicut hõ, & nõ manet, sicut anima, quæ est forma simplex, & tñ nõ adnihilatur humanitas, quia partes, ex quibus constituitur manent eędem, & iõ redibit eadem humanitas. Quod autem obijcitur de iteratione, soluetur infra. Si aũt ponatur tertia entitas ipsa humanitas, quæ sit realiter distincta a duabus.i. corpore, & anima, necesse est, ꝙ penitus adnihiletur, cum non ponamus manere de homine mortuo, nisi animam, & materiam corporis.

Ad primam confirmationem huius argumenti dicendum, ꝙ verũ est, ꝙ humanitas non est talis forma qualis aĩa, & tñ qñ dr̃, ꝙ est forma, & non substantia potest dupliciter accipi. Vno mõ de formis accidentalibus, quæ habent informare, sed non conferunt esse substantialiter rei, & ipsę, neque sunt substantię, neq; substantiarum partes. Alio mõ, ꝙ est forma, & non substantia.i.pręter esse formam non hẽt esse, sicut aĩa pręter hoc, ꝙ informat adhuc habet esse simpliciter, sicut vna de intelligentiis separatis. Et hoc etiam mõ omnes formę materiales substantiales sunt formę, & non substantię, quia præter illud esse, quod habent in informando non habent aliud esse. Accipiendo primo modo formam, quę non est substantia, sola accidentia dñr formæ, humanitas aũt est forma, & substãtia, quia est esse composita ex principiis speciei, & de talibus formis dicendum, ꝙ corrupto composito nõ solum non manent, sed ẽt adnihilantur. Nam nõ manent in se, cum non sint formæ subsistentes, quia sunt accidentia, neque manent in partibus suis, quia nullas habent cum sint simplices formę, ideo nullo modo manent, & ideo adnihilantur. Accipiendo secundo modo dicendum, quòd quędam formæ, quæ nõ sunt substantię pereunt totaliter, & aliæ non.s.omnes formæ simplices, quales sunt formę partiales pręter ani-

F mam pereunt totaliter, quia non manent, & adnihi-
lantur. Sola autem humanitas, quę est forma totius,
est, quę non manet, & tamen non adnihilatur. Sed cir
ca permanentiam formarum totius, & partis est re-
gula, ꝙ formæ totius habent esse debilius, quam for-
mæ partium, cum pendeant ex formis partis, & ideo
vbi non manet forma partis, nõ manet forma totius.
Potest autem manere forma partis non manente for
ma totius. Et ob hoc, quia anima equi, quæ est forma
partis perit totaliter etiam equiuitas, quæ est essentia
equi composita ex materia, & forma equi adnihilat̃,
corrupto equo, & ita de cęteris. In homine autem for
ma partis, quæ est anima manet simpliciter ſm suum
G esse, quod in corpore habebat, humanitas aũt, quę est
forma totius non manet, & tamen non adnihilatur,
cum maneant partes, ex quibus componitur.
Ad secundam confirmationem potest vno modo
dici, ꝙ mors non facit interruptionem. Interrumpit̃
enim, quod cessat esse, & tamen esse hoĩs, vel huma-
nitatis non cessat, quia illud reseruatur in forma par-
tis, quæ est anima cuius esse manet, materię enim, &
formæ in composito vnum est esse, quia non possunt
dari duo esse, ne sint duo entia, & secundum illud eẽ
habet materia esse actu per formã, sed in hoc differt
anima rationalis ab aliis formis, quia licet vbique ma
teria habeat eẽ actu per formam, tamen in aliis præ-
ter hominem non est illud esse formę, sed composi-
H ti, & ideo illo corrupto non manet esse aliquod, for-
ma autem non hẽt esse simpl'r in se, sed solum habet
esse in cõcretione ad materiam, & hoc quia oẽs tales
formæ non excedunt materiam, neque in esse, neque
in operari. Et satis apparet, quia nulla est operatio il-
larum formarũ, nisi q̃ sit de conditione materiæ, &
tñ si pręter esse, quod habent illę formę, in concretio
ne ad materiã haberẽt aliquod esse, necesse est, ꝙ cõ-
peteret eis aliqua operatio, cũ non sit aliqđ ens ocio-
sum in vniuersitate rerum, & illam operationẽ elice-
rent illę formę manentes in materia, licet non ꝑ ma-
teriam, & tñ nullam talẽ operationem hñt cum non
appareat in eis, ergo non hñt esse aliquod, nisi in con-
cretione ad materiam. facta ergo dissolutione a mate
ria non poterit manere aliqua talis forma cũ non hẽt
I aliquod esse sibi propriũ, ſm quod subsistat. de anima
rõnali non est sic, quia licet ipsa habeat esse in cõcre-
tione ad materiam tñ adhuc habet aliud esse ꝓpriũ,
in quo manet. Et patet primũ, quia aĩa est forma cor-
poris humani, sed non p̄t informari, nisi ꝑ concretio-
nẽ ad illud, ergo hẽt esse in concretione ad materiã.
Secũdũ patet, quia esse oñditur per oꝑari, sed aĩa hẽt
aliquam operationẽ, in qua excedit materiam.s.quia
non fit illa per participationẽ alicuius organi corpora
lis, vt est intelligere, & velle, & oẽs actus rationis, ergo
necesse est, ꝙ vltra illud esse, quod habet in cõcretio-
nem, ſm quod informat, & moueat habeat aliquod
esse sibi proprium non, vt forma, quia non cõicat il-
lud materię cũ habeat operationem, q̃ non cõmuni-
K cat materię, & ideo necesse est, ꝙ cũ illud esse nõ cõ-
petat aĩę in concretione ad materiam, sed inquantũ
ipsa est tale ens non pereat per separationẽ a materia.
Et istud est principium ad oñdendũ immortalitatem
animæ, manebit igitur aĩa ſm illud esse, quod sibi cõ-
petit pręter materiam, quando fuerit separata a ma-
teria, & tñ esse hominis non est aliud esse, quam esse
animæ, quia eiusdem entis non sunt multa esse, ergo
manente esse animę manet esse hominis, & ita non
interrumpitur esse hominis, neque iteratur, vnde nõ
erit causa non identitatis.
Sed cum dicimus de anima, ꝙ habet esse in cõcre
tione, & pręter illud hẽt aliud eẽ, quod excedit mate-
riã, & qđ non cõicat ei, nõ est sensus, ꝙ aĩa hẽat duo
esse.

Formæ to-tius habe[...] debilius esse, q̃ [for]mæ parti[s]

esse, nam cum sit simplex non potest habere, nisi vnū esse, sed est sensus, ꝙ illud esse, quod vnum est competit animæ absolute, & non in concretione ad materiam. Nam si competeret in concretione ad materiam destructa dispositione materię, ſm quam forma competit ei non poterit aliquod esse habere forma, neque ibi, neque alibi. Non ibi, quia cessat dispositio, quæ erat faciens materiam propriam illi formæ. Non alibi, quia non potest alibi habere esse, quia tūc simpliciter haberet esse, & tamen suum esse est tantum in concretione ad materiam. Cum aūt hēt aīa esse absolute, licet ꝑ illud det esse materię, & sic erit esse in concretione, hēt tñ esse præter concretionē, quia cum non cōpetat sibi illud esse solum in habitudine ad materiā, & quia tali esse absoluto necesse est, ꝙ cōpetat aliqua operatio cōpetet sibi operatio, quæ non cōicatur materiæ. s. intelligere, & velle. Et ita est cā, quare necesse est aīam humanam esse intellectiuam, quia oē immateriale est intelligens, oē materiale est non intelligens, quandiu forma hēt esse solū in concretione ad materiā hēt esse materiale, & q̄a oēs formæ rerum naturaliū hñt esse tm̄ in concretione ad materiā sunt oēs formæ materiales, & nulla est intelligens. Si aūt aīa nr̄a, quæ est forma hēt aliqđ esse, quod non est in concretione ad materiā, necesse est, ꝙ ſm illud sit immaterialis, sed oē immateriale est intelligens, iō necesse est eam esse intellectiuā. Et ita esset de forma cuiuslibet entis, si p̄ter concretionem ad materiā haberet aliquod esse, quia esset intelligēs. Et tamen non habent esse, nisi in cōcretione. Manet igitur sicut dictum est, quia esse hominis nō interrūpitur, & ideo redit idem.

Sed dicet aliquis, ꝙ semper manet argumentū, q̄a nō arguitur de homine, vel de esse eius, sed de humanitate, ꝙ nō redeat eadem, quia illa desinit esse, & iteratur, & iteratio dicit pluritatem, quæ opponitur vnitati, & identitati.

Dicendum, ꝙ humanitas non iteratur, & ꝙ res nō pōt iterari, nisi iterentur oīa, quę sunt in ea, vel aliqd eorum. in re aūt qualibet sunt duo. s. esse, & id qđ est, & ita faciūt compositionē in qualibet re, nisi in Deo, qui est summe simplex. In humanitate ergo ita duo erunt sola. Esse humanitatis est id, quod ipsa est per modum actus, quandiu est, quia esse est actus entis, quod est vocatur ipsum, quod importatur nomen humanitatis. s. corpus, & aīam, ex quibus humanitas cōponitur, sicut dictum est. Et tñ vtrunque manet idē. Nam esse idem est, quia esse humanitatis, & hoīs nō est aliud, q̄ esse aīæ, cum vnicum esse sit in cōposito, istud aūt manet non interruptū manente aīa, iō non iteratur. Etiam corpus, & aīa manent, aīa quidem in nullo mutata, corpus vero manet secundum materiā eadem, ideo non est aliud iteratum.

Sed obiicitur, ꝙ aliquid iteratur ex parte humanitatis, non esse, sed id quod est, quia humanitas non dicit solum materiam, & formam, sed addit, ꝙ sint coniuncta, cum humanitas dicat ens compositum, sicut homo. Sed compositio, vel coniunctio perit, & illa tunc iteratur quando reuniuntur corpus, & aīa, ergo non est eadem humanitas, quia aliquid eius iteratur, per quod efficitur non idem.

Dicendum, ꝙ etiam per istud non tollitur identitas humanitatis, quia coniunctio illa pōt dicere tria. s. actionem coniungentis, passionem coniunctorum, & regulationem, qua se hñt extrema, ſm quam dñr cōiuncta non solum fuisse, sed actu manere coniuncta. De oībus his est verum, ꝙ ēt si sint diuersa nō est diuersa humanitas. De primis duobus patet. 1. de actione coniungentis, & passione coniungibiliū, quia licet ista sint necessaria ad hoc, ꝙ sit humanitas nō sunt de

A esse illius. Variatio aūt eo, ꝙ non est de esse rei non variatur res. Quod aūt non sint ista de esse humanitatis, patet primo, ꝙ illa, quæ sunt de esse rei, concipiuntur per diffinitionē, quæ dicit quid rei, & illa dicit rōnē rei, vt dicitur. 4. Metaphy. s. ratio, quam signat nomē, est diffinitio, & tamen cōcipiendo illud, quod importatur nomine humanitatis non concipimus actionē coniungentis, neque passionem coniunctorum, ideo non sunt de esse humanitatis. Nam si esset possibile, ꝙ corpus, & anima, ex quibus simul resultat humanitas, essent coniuncta sine actione alicuius coniungentis, & passionem coniungibilium, nihilominus esset humanitas, & ita sunt ista extra rationem, & esse

B humanitatis.

Secundo patet, ꝙ ea, quæ sunt de esse rei manent, quandiu manet res, & tamen actio coniungentis, & passio coniungibilium non manet, quandiu manet res coniuncta, cum non durent, nisi per instans coniūctionis animę ad corpus, ergo non possunt esse de ratione, vel de esse humanitatis.

Tertio, quia ita se habet generatio ad rem genitā, sicut compositio ad ea, quæ coniunguntur, quia sicut non possunt esse aliqua coniuncta, nisi cōiungantur, ita non potest aliud esse genitum, nisi gignatur, & tñ generatio non est de ratione, vel esse geniti, sed solū partes eius, ergo neque coniunctio erit de ratione cō-

C iunctorum, vel eius, quod resultet ex coniunctione, & ita non variabit ista iteratio humanitatem, cum nō sit de esse illius.

Secundo quantum ad istud principale patet, ꝙ nō varietur humanitas ex iteratione coniunctionis, quia constat, ꝙ gn̄atio hoīs, & resurrectio eius non sunt vnus motus, vel mutatio, & tamen nō dubitamus ex hoc esse eundē hominem, qui resurgit, & qui prius erat, ergo ita erit de humanitate, ꝙ licet nō sit eadem coniunctio numero corporis, & animę in resurrectione, quæ fuit in generatione non erit alia humanitas.

De coniunctione tertio modo, vt est regulatio coniunctorum, secundum quam manent coniuncta, videtur esse maius dubium cum illa semper maneat,

D dum illa sunt coniuncta, & non manet separatio coniungentis, & passio coniunctorum. Etiam, quia actio, & passio dicunt respectum extrinsecū aduenientem, coniunctio aūt tertio modo dicit respectum, qui orit inter ista duo coniuncta, & iō magis vr̄ turbare hoc identitatem humanitatis, cum ista iteretur.

Dicendum, ꝙ neque istud tollit identitatem humanitatis, quia licet magis se habeat ista ad humanitatē, quam actio, & passio, tamen non est de esse humanitatis cum non includatur in ratione eius diffinitiua, & potest intelligi humanitas sine ista coniunctione. Non est, ergo ista relatio de esse humanitatis, sed concomitatur eam. Et patet, quia humanitas substantia est, & si relatio esset de essentia eius non esset ens per se, sed per accidens, ad qđ ꝯcurrunt res diuersorum

E prędicamentorum, immo non p̄t intelligi, q̄uo de essentia alicuius rei substantialis sit aliquod accidens, & q̄uo de essentia alicuius absoluti quale est humanitas sit aliqua relatio. Nō est igit̄ illa relatio forma humanitatis, vt aliqui absurde intelligebant, neq; pars eius aut aliquid illius, neque aliquo modo de essentia illi⁹, sed est concomitans humanitatem, quia sine illa non potest esse humanitas, & ideo licet iteretur ista coniunctio, non iteratur humanitas, sed manet eadem. Et hoc, quia humanitas non est de formis, quarum esse est compositio, & ordo, vt dicitur. 2. Physico, quales sunt formæ artificiatorum, quia in talibus iteratio tollit identitatem, sic enim in motibus si iteratur motus vt quia interruptus fuit, non est idem motus, cum eē illius consistat in quodam ordine partium. Etiam esse

formę artificiatorum consistit in quadam compositione, & ordine vnius partis ad aliam, quia si aliter se habent partes non redditur eadem figura, & ideo in talibus semper iteratio tollit identitatem; sed esse humanitatis est absolutum, & non consistit in ordine aliquo rei ad rem, ideo etiam si iteretur vnio illa non iteratur humanitas.

Aliqui autem de ponentibus pluritatem formarū dicunt, ꝙ licet vnio ista nō sit de essentia humanitatis, quia tamen requiritur necessario ad humanitatē reuertetur eadem numero, quāuis adnihilata fuerit. Et hoc dicunt esse verū de relatione vnionis corporis, & animę, quæ manet inter corpus, & aīam vnita non aūt de passione, & actione cōiungendi, quia ista dicunt iterari non variata humanitate, & ideo dicūt, ꝙ non solum absoluta adnihilata potest Deus reducere eadem numero, sed etiam respectiua, si extrema respectus redeant eadem numero. Et dicunt se credere Mariam virginem habuisse eandem regulationē maternitatis ad Christum post mortē Christi, & nūc habere, quam habuit ante mortem Christi, licet fuerit necessario interrupta, nā in morte Christi fuit interrupta propter destructionem termini, & in morte virginis propter destructionem fundamenti.

Sed dicendum, ꝙ in hoc non est insistendum, nā inconueniens immo impossibile est id, quod oīno periit. i. adnihilatū est redire idem numero, & tamen ponentes pluritatem formarum patiuntur istas angustias, quia coguntur ex fide ponere eundē numero resurgere, & quia ponunt plures formas substātiales, quarum nulla manet, nisi aīa, & ad esse idem numero exigitur, ꝙ oīa substantialia sint eadem numero, oportet ꝙ ponant omnes illas formas, quæ adnihilatę fuerunt redire per Dei potestatem easdem numero, quod nullam habet rationem, sed ad potestatem confugiunt. Sicut dixit Dauid, qm̄ non cognoui literaturam introibo in potentias domini. Cùm autē addunt, ꝙ etiam respectus adnihilatos potest reducere eosdem numero, nulla difficultas est si concedatur de absolutis, dum tamen maneant eadem extrema, vt illi dicunt, & hoc, quia essentia respectus est ad aliquid esse, & ita variatis terminis, variatur circa respectus. Sed hoc maius inconueniens est, ꝙ dicant vnionem illam adnihilatam redire eandem, quia de formis corruptis coguntur hoc dicere consequenter ad positionem suam cum aliter non possint ponere idētitatem resurgentium, sed non de isto respectu, quia etiam si iste respectus non redeat idem numero, erit homo idem, & humanitas eadem, vt supra dictū est, ideo non est his insistendum.

Ad tertium principale dicendum, ꝙ si homo non est idem animal non poterit esse idem homo, & tamen in resurrectione erit idem animal, qđ fuit prius. Cum autem arguitur, ꝙ non est idem sensus, ergo neque idem animal. Dicendum, ꝙ istud argumentū concludit contra ponentes pluritatem formarum in homine, & dicunt diuersas animas esse in homine. s. rationalem sensitiuam, & vegetatiuam, quia s̄m hoc anima sensitiua, & vegetatiua non essent in homine incorruptibiles, sed corrumperentur, tum quia essent tales, quales sunt in plantis, & in brutis, in quibus corruptibiles sunt, tum quia non manet aliqua forma, vel entitas de homine, nisi anima rationalis, & materia corporis sub alio esse, & ideo si ponantur istę differre ab anima rationali necessario adnihilabuntur, & sic non redibunt eędem in resurrectione, ideo nō erit idem animal resurgens, quod prius fuerat, & cōsequenter non erit idem homo. Si autem ponamus vnitatem formæ, & ꝙ eadem anima sit in homine rationalis, & sensibilis, non erit aliqua difficultas, quia

F tunc animal diffinitur per sensum tactus, qui est ipsa
anima sensitiua, sicut per formam essentialem. Per
sensum autem, qui est potentia sensitiua, cognosci-
tur eius diffinitio, sicut per formam accidentalem,
quæ maximam partem confert ad cognoscendum,
quod quid est, vt dicitur primo de Anima. Post mor-
tem autem manet anima sensibilis, sicut & anima ra
tionalis eadem, quæ prius, cum sint eadem anima, sed
potentię sensitiuæ non manent eędem quantum ad
totum, sed illæ cum sint proprietates accidentales ea-
rum veritas non poterit tollere identitatem animalis
neque etiam partium eius. Hoc autem dicitur, quia
licet variatis potentijs sensitiuis, quæ sunt accidentia
non varietur animal, putatur a quibusdam, ꝙ variabū
G tur partes animales, quia sicut se habet anima ad cor
pus ita visiua potentia ad oculum; & auditiua ad au-
rem, sed variata anima non esset idem corpus, igitur
variata potentia visiua non erit idem oculus, & ita de
cęteris partibus.

Variatis potentiis sensitiuis non variatur animal.

Dicendum, ꝙ sicut nō variatur esse totius propter
variationem potentiarum sensitiuarum, ita neque va
riatur esse partium, aut alicuius earum, quia si varia-
retur esse vnius variaretur esse totius compositi. Qđ
patet, quia si propter variationem potentię visiuę va-
riaretur oculus, non esset idem, ita & fieret de aure
propter auditum, & de organo tactus pp potentiam
tactiuam, & tn̄ totū corpus est organum tactus, ideo
totum corpus variaretur, & ꝑn̄t non esset idē homo
H numero non manente eodē corpore, oportet ergo
dici, ꝙ neque variat̄ totum neque aliqua pars propter
variationem potentiarū sensitiuarū. Cū aūt obijcitur,
ꝙ se habent organa sua, sicut aīa ad totum corpus.

Dicendum, ꝙ potentię sensitiuę sunt actus orga-
norum, non quidem tanq̄ formæ essendi, sed tanquā
principia agendi, sicut calor est in igne, nā calor non
est forma substantialis ignis, sed est principium agen-
di in eo, nam ignis per formam suam esset ignis etiā
si non haberet calorem, & tamen nō calefaceret, nisi
calorem haberet, ita potentiæ sensitiuę non sunt or-
ganis formę perficientes in essendo, quia vnica forma
essentialis ponitur in composito, & ideo istę nō sunt
formæ substantiales.

I Secundo, quia istę sunt accidentia, iō non possunt
esse formę substantiales, & tamen necesse esset poni
formas substantiales; si essent formę dantes esse orga
nis, cum organa sint aliud substantiale.

Tertio, quia anima rationalis est forma substātia-
lis corpori, & ipsa soli dat esse toti corpori, ideo si ad-
uenirent potentiæ, vt formę, non possent constitue-
re, nisi ens per accidens, cum iam totum corpus esset
ens actu per animam, quæ est forma, ergo non adue-
nit vt actus, & forma, sed vt principia agendi. s. sunt il-
læ potentiæ principia determinatorum actuū exer-
cendorum per illa organa, ideo oportet, ꝙ potentię
illę sint actus solum organorum, & non totius corpo
ris. Et hoc importat nomen potentię, nam potentia
K per relationem ad actum dicitur, ergo variatio poten
tiarum non variat organa, cum non sint formæ eo-
rum ad essendum, sed solum principia operandi. Sed
cum dicebatur, ꝙ data pluralitate formarum argu-
mentum supra positum teneret, ꝙ resurgens non es-
set idem animal. Verum est si ponentes pluralitatem
formarum sequerentur veritatem, sed ex vno erro-
re incidunt in alium. Nam cum secundum veritatem
id, quod adnihilatum est non possit per aliquam po-
tentiam idem redire, cum repugnet ex materia rei,
sequitur, ꝙ oportebat rursus omnes formas adnihi-
latas reducere easdem spē, & ita non esset resurgens
idem animal, neque eadem substantia. Tamen ipsi, vt
ponant vnitatē, & identitatem resurgentiū, dicunt, ꝙ
formæ

Nomē potentiæ qđ importat.

formæ corruptæ redeunt eędem numero per diuinã potentiam,& tunc,licet non ſit eadem, ſed diuerſa anima rationalis ſenſitiua,& vegetatiua in homine, & corrumpatur ſenſibilis, & vegetatiua non variatẽ animal,ſed redit idem, eo ꝙ dicunt Deum reſtituere eadem numero animam ſenſitiuam, & vegetatiuam, quæ perierunt. Cum autem dicitur,quod diffinitur anima per ſenſum tactus dicendum, quòd non diffiniunt ipſi per ſenſum tactus,ſed per animam ſenſitiuam,quę eſt ſubſtantia,& tamen illam dicunt differre a rationali ſecundum ſubſtantiam, ſed ad hæc iam dictum eſt ſupra.

Ad quartum principale dicendum, quantum ad identitatem,vel diuerſitatem ſtatuę conſiderandum, ꝙ dupliciter poteſt accipi ſtatuã ſimilem,vel inquantum eſt aliquid ſubſtantiale,vel inquãtum eſt aliquid artificiatum. Si primo modo dicẽdum,ꝙ ſi poſſet ex eadem materia reparari ſtatua eſt eadem ſtatua. Et eſt ratio, quia eſſentia artificiatorũ non accipitẽ a forma,ſed a materia,vt dicitur 2. Phyſic. Nam artificiata ſunt ſubſtantiæ quędam,& ratione formę non eſſent ſubſtantię,ſed accidentia. Ratione autem materię ad ſubſtantiam pertinẽt,& ideo ſi ſit eadem materia numero ſtatuæ, erit eadem ſtatua. Sed cum dicitur, ꝙ eſſe artificiatorum eſt a materia, non accipitur materia ſimpl'r,quæ eſt ſubiectum oĩum formarum, quia per illam nihil diſtinguitur ab alio:& etiam,quia dicimus per materiam poni artificiata in Prędicamento ſubſtantię,& tamen per materiam nihil poni in Prædicamento,ꝙ materia non ponitur per ſe in Prędicamento,ſed per reductionem,ergo non erit ipſa cauſa alicui,ꝙ ponatur in Prædicamento,ſed accipitur materia ꝓ materia formę artis. Nã forma artis eſt accidens,ideo aduenit enti in actu, & illud ens eſt cõpoſitum quoddam, quod eſt indiuiduum aliqua ſpẽ ſubſtantiæ,hñs materiam & formã,& per formam determinatur ei ſpecies,& prædicamẽtũ, ſed reſpectu formæ artis nõ vocatur materia ſola materia prima, ſed ipſum indiuiduum generis ſubſtantię, & rõ eſt, quia materia vocatur illud cui aduenit forma, ſed iſta forma artis non aduenit materię.ſed compoſito, iõ cõpoſitum de gñe ſubſtantiæ vocatẽ materia eius, & ens artificiatum vocamus illud ens per accidens cõpoſitum ex indiuiduo pñti ſubſtantię pro materia,& forma artis,quæ ad qualitatem pertinet pro forma,& ſic verum eſt,ꝙ artificiata conſtituuntur in gñe per materiam non ſimpl'r per materiam, ſed per materiam artificiatorum,& ideo ſi maneat eadem materia ipſorum.i.idem indiuiduum de genere ſubſtantiæ poterit redire eadem ſtatua ſubſtantialiter, ſi autem conſideretur ſtatua,inquantum eſt quoddam artificiatum ponitur in genere per formam artis,& iõ non erit ſtatua eadẽ,niſi ſit eadem forma artis,& tamen illico,vt deſtruitur ſtatua,perit forma illa,quæ eſt accidens,& nõ poteſt redire eadem numero,iõ ſtatua ſemel ſoluta,vel domus, licet penitus ex eadẽ materia reſtituatẽ, ẽt ſi partes materię retineant priorem habitudinem ſitus,non erit eadẽ ſtatua,neque domus,quia cum eẽ formę artificiatorum ſit cõpoſitio,& ordo, vt dicitur 2.Phyſi.iteratio tollit idẽtitatem in eis, vnde facilius eſt redire eundem hominem corruptum, ꝗ eãdẽ ſtatuam,quia eſſe ſtatuæ conſiſtit in cõpoſitione, & ordine, eſſe aũt hominis non, ſed abſolute eſt ex partibus,iõ redeuntibus eiſdem partibus eſt idem totum. Cum aũt dr̃,ꝙ magis eſt principalis materia in ſtatua, ꝗ in hoĩe,dicendum ꝙ verum eſt, accipiendo primo modo ſtatuam,vt eſt indiuiduũ prędicamenti ſubſtãtiæ. Et tunc verum eſt,ꝙ ſi ex eodem ęrę reficiatẽ ſtatua,ex quo prius erit eadem numero, licet nõ redeat eadem forma artis, & tamen nõ redibit idem homo

A numero redeunte eadem materia, ſi non redeat eadẽ forma principalior, ergo eſt materia in ſtatua hoc modo,quam in homine, ſed ſecundo modo nõ,quia æqualiter requiritur vtrobique materia, & forma ad redire idem numero, & tamẽ forma hominis poteſt redire eadem,ideo poteſt redire idem homo numero in reſurrectione, forma artis non poteſt redire eadem,quia eſſe ſuum eſt cõpoſitio,& ordo, vt dicitur 2.Phyſic.ideo non redibit eadem ſtatua numero, licet ex eadem materia rurſus fiat.

An pulueres redeant ad eaſdem corporis partes,quæ diſſolutæ ſunt,vel ad alias. Quæſt. CCXXXIX.

B QVAERETVR dato,ꝙ redeant idem pulueres ad conſtituendum corpus humanum, qui fuerunt in eo ante mortem an redeant ad eaſdem partes corporis, quę diſſolutæ ſunt,& in quibus erant, vel poſſint eſſe in alijs partib' eiuſdem corporis.

Aliqui dicunt, ꝙ oportet redire ad eaſdem partes, quia iuxta Ariſtot.ſecundo de Anima, ſicut ſe habet anima ad totum corpus, ita pars animę ad partẽ corporis, vt viſus ad pupillam, & tamen ad identitatem reſurgentium oportet,quòd reſumatur idem corpus ab eadem anima, ergo etiam oportet, quòd partes corporis reſumantur ad eadem membra, in quibus prius perficiebantur eiſdem partibus animę. Nam
C ſi non redeunt ad eaſdem partes corporis perficientur alijs partibus animę, & ita non erunt eædem partes,ſed alię.

Secundo patet,quia diuerſitas materiæ facit diuerſitatem numeralem, ſed ſi pulueres non redeant ad partes,in quibus prius erant,ſingulę partes non reficientur ex eadem materia, ex quibus prius erant, & conſequenter non erant eędem partes numero, ſed ſi partes ſunt diuerſę totum erit diuerſum,quia comparantur partes ad totum, ſicut materia ad formam, vt dr̃ 2.Phyſic. ſed non exiſtente eadem forma, non eſt idem corpus,ergo ſi non redeunt pulueres ad partes eaſdem,non erit idẽ hõ numero,qui reſurrexerit.

Tertio,quia reſurrectio ad hoc ordinatẽ, vt homo
D operum ſuorum mercedẽ recipiat, ſed diuerſis operibus meritoriis, vel demeritoriis reſpondent diuerſę partes,quæ ſubſeruiunt ad illa, ergo oportet,quòd in reſurrectione quęlibet pars redeat, vt recipiat pro merito ſuo,vel demerito, ſed non poteſt redire eadẽ pars, niſi redeant pulueres ad eaſdem partes, ergo redibunt pulueres ad eaſdem partes, in quibus prius fuerunt.

Alij dicunt,quòd non oportet, quòd redeant pulueres ad eaſdem partes, quia eſſe artificiatorum magis pendet ex ſua materia, quam pendeant naturalia, ſed in artificiatis ad hoc, quod idem artificiatum ex eadem materia reparetur,non oportet,ꝙ partes reducantur ad eundem ſitum, ergo neque in hoĩe debet.
E Sic dicit Aug.20.lib.de Ciui.Dei, quemadmodum ſi ſtatua cuiuſlibet ſolubilis metalli igne liqueſceret, vel contereretur in puluerem, vel confunderetur in maſſam,& eam vellet artifex rurſus ex illius materia & quãtitate reparare,nihil intereſſet ad illius integritatem,quę particula materię cui membro ſtatuę redderetur,dum tamen ex quo conſtituta fuerat reſtituta reſumeret.

Secundo, quia variatio accidentis non facit diuerſitatem rei in numero, ſed ſitus partium eſt accidens quoddam, ergo diuerſitas eius in homine non faciet diuerſitatem hominis numero, & ita non oportebit, quod pulueres redeant ad eadem loca.

Dicendum,ꝙ circa hoc duo conſiderari pñt. Vnũ

est quid possit fieri sine præiudicio identitatis resurgentium, aliud est quid erit decens fieri. Quantum ad primum dicendum, ꝙ hoc est, quod præcipue quęrit̃ circa resurrectionem. s. vt maneat identitas resurgentium, & ideo id, quod non tollit hanc identitatem p̃t satis concedi. Et pro hoc sciẽdum, ꝙ in homine sunt partes diuersæ dupliciter. Vno modo diuersæ partes totius homogenei, sicut partes ossis, & partes carnis, quia caro, & ossa homogenea sunt. Alio modo diuersæ partes, quæ sunt diuersarum specierum totius, sicut os & caro inter se comparata, & oculus, & nasus, quę non solum sunt partes, sed etiam membra. Si aũt accipiatur primo modo pars, dicendum ꝙ nõ est inconueniens, ꝙ materia vnius partis transeat ad aliã. i. ꝙ pulueres, qui soluti sunt de carne, quæ erat in crure, non teneant eundem situm, sed materia illa, quæ erat in vna parte carnis cruris redeat ad aliam, non variabitur pars illa, nisi in situ partium. Situs autem partiũ variatus non variat speciem in totis homogeneis, sicut in flumine si partes aquæ, quæ sunt supra ponant̃ infra non variatur aqua, sed manet eadem aqua numero, & ita si materia vnius partis redeat ad alteram partem eiusdem speciei. i. carnis ad carnem ossis ad os nullum præiudicium generat identitati totius. Sic enim Aug. ponit exemplum de statua, quod supra dictum est, quia cum ex eadem materia restituitur, nõ differt quid respondeat cuilibet parti, & hoc quia statua redditur ibi eadem s̃m materiam, & non s̃m formam, & ita dum eadem materia redeat non differt, vbi ponatur pars materiæ. Ita ergo de carne ad carnẽ, & osse ad os, quia homogenea sunt, & vbicunque est os, est eiusdem rationis, ideo non differt potius esse in tali loco ossis, quam in alio, aut in isto osse, vel in illo. Procedit exemplum de statua, inquantum est statua substantia quædam, quod competit ei quantũ ad materiam, quia sic statua ponitur homogenea, vt sit tota sit de ęre, vel ferro. Si aũt consideraretur quantum ad formam artificialem non redit eadem statua ẽt si ex eadem penitus materia fiat, & non solũ non redeũte materia ad loca priora, sed ẽt si ad eadẽ loca penitus redeat, quia forma artificiatorum non potest redire eadem numero. Si autem dicatur, ꝙ materia vnius partis redeat ad aliam partem alterius speciei, variabitur de necessitate non solum situs partium, cum non sit materia vbi prius, sed etiam identitas partium. Et hoc verum est, quando tota materia, quæ erat de veritate humanę naturę in vna parte, vel aliquid illius materię transferatur in alteram. Secus autem si, id quod erat in vna parte, & non erat ibi de veritate naturæ illius partis, quia tunc potest illud tolli sine præiudicio identitatis partis illius, & poni alibi vbicunque. Sicut cum vna pars habet tumorem aliquem, vel superfluitatem, aut aliquas excrescentias, quia ista auferenda sunt, & poterunt supplere pro quacũqe alia parte corporis. Translatio autem, quæ facit non manere identitatem partium, non erit, illa vero vero, quæ non tollit identitatem partium erit. Nam variatis partibus, variatur̃ totũ, sed in resurrectione erit necessario idẽ corpus, quod fuit viuens, ergo oportet, ꝙ sint eędem partes, sed non poterunt esse eędem partes, si non sit eadem materia, ideo oportebit, ꝙ sit eadẽ materia, s. ꝙ tota materia, quæ fuit in oculo, sit postea in eodem oculo, & quidquid in pede, sit in pede ipso, & non in manu, quia aliàs pes non esset idem pes, & manus nõ esset eadem manus.

Aliqui autem putant, quòd quidquid fuit caro in vna parte corporis vbicunque postea sit in toto corpore, dumtamen sit caro non differt, cum caro corporis humani vbicunque sit alteri carni est homogenea, & ita de materia ossium tibiarum dicunt, quod

F poterit esse in ossibus capitis, quia os, & os homogenea sunt.

Sed dicendum, quòd falsum est, quia nihil, quod fuit de necessitate tibiarum erit in capite, & ita de alijs membris, cum oporteat manere ista mẽbra eadem, quæ prius, illa tamen sunt composita, & pars eorum est materia, ideo oportet redire eãdem materiam. Si autem materia carnis capitis rediret ad carnem pedum, neque essent ijdem pedes, qui prius, neque idẽ caput. & ideo nullius membri materia transibit ad alterum membrum, nisi sit superexcrescens illi, vel nõ de veritate naturę eius, aut si sint partes accidentales corporis. Nam ibi potest materia vnius partis transire ad aliam. Vocãtur autem partes accidentales illę, quę

G licet vtiles sint corpori, cũ nihil in eo sit superuacuũ, tamen non sunt de omnimoda necessitate, vt capilli, & quicunque pili corporis, partes tamen sunt corporis, quia continuantur corpori, & de eo prodeunt, & ita est de vnguibus, licet maior sit necessitas vnguiũ regulariter, quam pilorum. Vnde sunt accidentales partes, quia variatis eis non variatur totum, sicut fieret variatis alijs partibus, vt capite, aut tibijs, & ideo istę vocantur essentiales, & ob hoc licet, id quod nõ fuit in capillis, & vnguibus, ponatur ibi in resurrectione, non variabitur identitas resurgentis. Quod tamen fieret facta variatione in alijs partibus, & ideo de illis partibus intellexit Aug. quãdo posuit exemplum de

Quæ sint partes accidentales corpori.

H statua, & non partibus essentialibus. Quod patet, quia de istis expresse dixit, scilicet neque attinebit ad rei integritates vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vnguem, an quidquid eorum perierat, idest capillorum, & vnguium mutetur in carnẽ, & in partes alias reuocetur. Sed ibi non dixit, quòd aliud de capite mutaretur ad pedes, vel de vno membro in aliud.

Sed tunc dicetur, quid facit ad propositum exemplum, quod ponit Aug. de statua, quia ibi dicit manere statuam eandem, si tota materia redeat eadem, ẽt si, id quod fuerat in vna parte, mutetur in aliã. Dicendum, ꝙ aliquid facit ratio generaliter quantũ ad oẽs partes, sed non quantum ad accidentalem, de quibus ipse expresse locutus est. Et ratio cõuenientię est, quia

I in statua eo modo, quo potest redire eadem, non cõsideratur identitas secundum formam, sed solum secundum materiã inquantũ est quędam substantia, nã inquantũ est habẽs formam artificialem, nunq̃ potest redire eadẽ statua, sed statua cõsiderata secundũ materiam, & totũ vnum homogeneũ, & nõ differt, quæ pars materię ad q̃ partem redeat, secus si debet redire eadem secũdũ formã, & quia homo in resurrectione non solum redit idem secundũ materiam, sed etiam secundũ formã, aut in eo mutatio materię de vna parte in aliam non est, aut sicut de vnguibus, & capillis: Quia licet non sint vngues homogenei ad capillos, neque ad alias partes corporis, tamen non sunt necessarij simpliciter ad integritatem, & consequenter

K eorum mutatio non tollit identitatẽ corporis. Nam si materia vnguium transeat in capillos, vel è contrario, neque manent iam ijdem vngues, neque ijdem capilli, quia etiam illi accipiunt identitatem ex materia, & tamẽ licet non sint ijdem capilli, aut vngues, manebit idem homo, quod non fiet si non sit idẽ caput, aut ijdem pedes, & ideo ista similitudo de statua ad partes hominis magis est secundum proportionem, quam secundum similitudinem, aut conformitatem.

Cum autem obijcitur, ꝙ cum caro, & caro sint homogenea non differt, ꝙ transeat materia carnis capitis ad carnem pedum.

Dicendũ, ꝙ si, sicut caro est homogenea carni, ita

totus

totus homo esset aliquod homogeneum, non differret, quod caro vnius partis esset in alia, & tamen corpus hominis non est homogeneum cum habeat partes diuersarum rationum, & quęlibet pars habet identitatem ex sua materia, quæ si non maneret eadem nõ esset eadem pars, & tamen si caro capitis transferatur ad tibias, non manebit materia capitis, ergo non manebit idem caput, & tamen non existentibus eisdem partibus non erit idem totum, ergo non potest transire materia vnius partis corporis ad aliam, sed solum potest variari situs, vt scilicet materia, quæ fuit de carne superioris partis capitis, efficiatur materia carnis inferioris partis capitis, quæ est differentia solius situs, quæ non præiudicat identitati.

Aliud erat considerare quid sit decens, & dicendũ, quod decentius est, quod sicut seruatur identitas materię in partibus omnibus essentialibus, ita ẽt seruetur identitas situs, & pertinet ad maiorem indẽtitatem, iõ hoc tenendum videtur, s. quod maneant omnes partes constantes ex eadem materia, ex qua prius, & secundum eundem situm, potissime cum nulla maior potestas, aut difficultas sit in reducendo materiam secundum eundem situm, quam in tenendo alium situm, & hoc verum est de partibus essentialibus, de accedentalibus etiam si non redeat eadem materia neque idem situs, & præcipue de situ, nihil differunt.

Ad primum argumentum in contrarium dici poterat, quod non se habet omnino visus ad oculum, sicut anima ad totũ corpus, quia anima est forma corporis, & tamen visus. i. potentia visiua nõ est forma oculi, sed solum principium operatiuum in eo, vt dictum est præcedenti q. Aliter dicẽdum, quod quantum ad hoc de quo agitur simile est. Nam non erit idem oculus, nisi sit eadem materia, sicut neque idem corpus si alia materia sit, & tamen tenet ratio ista in partibus organicis non autem in partibus similibus, nam organicę, & quę etherogeneę sunt exigũt eandem materiã, idest quòd in oculo nõ sit, nisi materia, quæ fuit oculi, & sit illa tota, & ita de alijs, secus in partibus similibus, idest homogeneis, quæ sunt partes partium, vt caro, & os, nã ibi non est necesse redire materiam ad easdem partes, in q̃bus erat prius, quia p̃t variari situs.

Ad secundum dicendum, quod variatio materię facit diuersitatem numero quantum ad materiam partiũ essentialium, diuersitas autem situs, nunquam facit diuersitatem numero. Cum autem dr̃, quod si pulueres non redirent ad partes singulas, non reficerentur ex eadem materia, ex qua prius, & ita non esset eadem numero. Dicendum est, quòd verum est de partibus organicis, vel etherogeneis, vt de omnibus membris corporis humani, quia quodlibet ad alterum est etherogeneum, & est in se organicum etiam si non sit etherogeneum, vt pes ad pedem, manus ad manum, & de his necesse est, quod ad quodlibet mẽbrum redeat materia sua, sed de partibus similibus etiam si non redeat ad illas materia sua, sunt eędem numero propter homogeneitatẽ, quia sola mutatio situs facta est ibi.

Ad tertium potest dici vno modo, quia etiã si partes corporis sint meritorię per actus sufficienter eis præmium daretur manentibus in sua identitate, nam non mutatur in eis materia, ita quòd materia vnius membri transeat ad aliud, sed solum mutatur situs, & hoc non tollit identitatem membri, & sicut ipsa præmiabuntur. Nisi forte dicas, quòd cum intra vnum membrum officiale sint multę partes similes, competet etiam illis meritum, vel demeritum, & consequenter præmium, & pœna, & ita debent manere eędem, & tamen nõ manent si mutatur materia illarum, quod iam confitemur propter ipsarum homogeneitatem, ergo est inconueniens. Dicendem, quód

A etiam si singulis membris competeret aliquod præmium, non competeret vnquam partibus similibus. Et ratio est, quia competeret inquantũ sunt instrumenta operationis, sed partes similes non sunt organa, sed partes organorum, & ideo non vocantur mẽbra officialia, sed similia, partes autem simul recipient remunerationem cum toto, ideo etiam si cuilibet membro officiali competeret præmium aliquod distinctum, non oporteret, quòd partibus eius similibus darentur præmia distincta, sed participent præmios totius, & sic ad istud sufficit, quòd maneat tota materia cuiuslibet membri officialis, vel organi in ipso, licet partes materię varientur s'm situm.

B Aliter dicendum. quòd neque partibus similibus, neque etiam membris officialibus competit aliquod præmium, & ideo etiam si non rediret materia ad eadem membra, neque essent eadem membra numero, dum tamen posset esse idem corpus, non esset aliquod inconueniens. Ratio est, quia non debetur mẽbris præmium, ergo non oportet redire eadem in resurrectione ad recipiendum præmium, vel pęnam. Et est causa, quia præmium debetur merito, meritum est in operatione, operatio autem non est organi, sed operantis, iste autem est homo, idest homini debetur præmium, & pęna, & non membris, immo neque toti corpori debetur præmium, vel pęna, neque etiam est causa pręcipua resumptionis corporis in resurre-

C ctione, vt participet præmio, & pęna, sicut participat operationibus, sed vt redeat homo, qui fuit operans, qui non potest redire idem numero, nisi redeat corpus suum, & ita mutatio materię quantum ad situm nihil impedit ad pęnam, & præmium.

Alia duo argumenta ostendunt, quod variatio materię nullo modo faciat variationẽ totius, & quia hoc est falsum respondendum est ad ea. Ad primum dicendum, quòd vt dictum est supra, artificiatum aliquãdo accipitur solum quantum ad materiam, scilicet vt est substantia quædam, aliquando quantum ad formam artificialem. Accipiendo secundo modo, nunquam artificiatum redit idem numero, quia non potest redire eadem forma. Accipiendo primo modo cum sit artificiatum substantia homogenea non differt de

D alteratione materię partium, idest quòd non redeat ad easdem partes, vel situm, quia idem erit ipsum totum, cum eadem sit ibi ratio totius, & omnium partium inter se, & tamen naturalia etherogenea habẽt identitatem secundum materiam, & formam, & non est eadem ratio totius, & partium, neque vnius partis, & aliarum, ideo in eis requiritur, quod materia cuiuslibet partis etherogeneę redeat ad eam.

Ad secundum est concedendum, quod si solum varietur situs partium materię in partibus similibus, non variantur partes, neque totum, quia est sola variatio secundum accidens. Si aũt variaretũ situs partiũ essentialium tolleretur identitas, vt si essent manus, vbi est vterus, & oculi in dorso, & tanta variatio situs esse

E posset, quod non solum non esset idem corpus numero, sed etiam non pertineret iam ad humanam speciem, quia non posset vegetari, & regi ab anima humana.

An omnia membra corporis humani resumentur in resurrectione. Quæst. CCXL.

QVAERETVR an omnia membra corporis humani resumentur in resurrectione.

Aliqui dicunt, quòd non resumentur omnia, quia remoto fine frustra reparantur ea, quæ ad finem sunt. Finis autẽ cuiuslibet mẽbri est actus eius. Cum ergo nihil sit frustra in operibus Dei, & quorundam membrorum vsus post resurrectionem non conueniat ho-

minibus, ficut eſt vſus membrorum genitalium, quia in regno cęlorum non nubent, neque nubentur, vt patet ſupra in litera, & etiam mēbra iſta non proderunt ad alium vſum, quem hic habent. ſ. ad effuſionē quarundam ſuperfluitatum corporis liquidarum, ergo videtur, quòd ſaltem genitalia non reſurgent in viris, neque in fęminis.

Secundo, quia videtur, quòd nō reſurgent inteſtina, quia ſi reſurgerent, aut eſſent plena, aut vacua, nō quidē plena, quia tunc impuritatibus plena ſunt, quæ digeruntur, & foras mittuntur, & ibi ad tempus continentur, ſed tales impuritates, & fęculentię non manebunt in patria, ergo non erunt inteſtina plena. Etiā non vacua, quia vacuū non datur in natura, ergo nullo modo reſurgent, & ſic quędam membra erūt, quę non reſurgent.

Tertio, quia corpora ad hoc videntur reſumi in reſurrectione, vt pręmietur de operibus, quę ꝑ ipſa geſſimus, ſed aliquod membrum eſt, cui non competit pręmium, neque pęna, ergo tale membrum non reſurget, vt ſi alicui abſciſa eſt manus ꝓpter furtū, qui poſtea pœnitentiam agens ſaluatur, in illo enim non poterit membrum illud præmiari, etiam ſi reſumatur, quia nihil boni fecit, neque deſeruiuit homini ad bonum, vt ſi ſemper malum fecit, neque etiam poterit puniri membrum illud, quia pęna eius redundaret in pęnam hominis, ideo non reſurget illud mēbrum, quia non competit ei pęna, neque prẹmium, & ſic aliqua membra erunt, quæ non reſurgent.

Dicendum, ꝙ omnia membra hominis reſurgēt, quia omnia illa ſunt non ſolum de pulchritudine, ſed etiam de integritate illius, nihil enim videtur minus pertinere ad veritatem naturę humanę, quam capilli, & vngues, & tamen iſta reſurgent, vt dicit Augu. 22. lib. de ciuitate Dei, & Magiſter 4. Sent. ergo a fortiori reſurgent cętera membra.

Secundo, quia oīa opera Dei ſunt perfecta Deuteron. 32. & tamen reſurrectio fiet opere Dei, ideo perfectus reddetur homo in reſurrectione, opera enim, quæ ſunt pure miraculoſa ſunt perfectiora, quam ea, quæ pure naturaliter fiunt. Sic dicitur Io. 7. totum hominem ſanum feci in ſabbatho. i. ſanitas illa ſupernaturaliter data eſt, ideo fuit plena potius, quam ea, quæ naturaliter inducitur, & tamen reſurrectio eſt operatio ſolius Dei, in qua nō communicat ei natura, ideo erit perfectior, quam operatio naturalis, & tamen in generatione, quę eſt naturalis producitur homo perfectus ex omnibus membris ſuis, ergo a fortiori in reſurrectione erit maior perfectio hominis. nulli igitur membrum deerit.

Tertio apparet, ꝙ non ſolum in reſurrectione erit idem corpus reſurgentis cum eo, ꝙ præfuerat, ſed ēt pulchrius erit, & potiſſime quantum ad beatos, & tamē ſi deeſſent aliqua membra, eſſet magna deformitas, ergo nulla deerunt.

Quarto patet, quia corpus debet ꝑfecte correſpondere animæ ad hoc, quòd ſit perfectum, cum inſtrumentum ſit ſua perfectio. ſ. eſſe conueniens inſtrumētum animæ, & tamen non correſpondebit ei perfecte ſi defuerit illi aliquod membrum, ergo oīa reſurgent in eo, quæ nunc ſunt. Quod patet, quia vt dicitur 2. de Anima, anima non ſolum ſe habet in habitudine formæ, & finis, ſed etiam in habitudine efficiētis. Eſt enim comparatio animę ad corpus, ſicut artis ad artificiatum, vt dicitur 13. li. de animalibus. Quicquid autem explicite in artificiato oſtenditur, hoc totum implicite, & originaliter in ipſa arte continetur. ſ. inquantum ars eſt origo, & cauſa artificiati, & etiā quia artificiatum habet partes, in quibus poſſunt explicari diuerſę formę, vel partes eiuſdē formę, & ideo quid-

F quid eſt in artificiato eſt ibi explicite, ars vero eſt ha-
bitus ſimplex non habens partes, ideo cum ea, quæ
ſunt in artificiato ſint in arte, oportet quòd ſint in ea
implicite. i. non ſit vna forma extra aliā, aut pars for-
mę extra partem, ſed in partibus artificiatorum expli
catur pars formę extra partem propter quantitatem,
& magnitudinem ipſorum, quam non habet ars, quæ
eſt forma ſimplex intellectus: & quia talis eſt compa-
ratio animę ad corpus, qualis artis ad artificiatum, o-
portet, ꝙ quidquid explicite in corpore, & partibus
eius apparet, hoc totum originaliter, & quodammo-
do implicite in ipſa anima contineatur. ſ. quia ab ani-
ma eſt multiplicitas organorum, & figurarum par-
tium corporis, non enim eſſet corpus humanum ha-
G bens tot partes, & talis figurę, & complexionis, niſi a-
nima hominis hoc exigeret, quæ in corpore eſſe nō
poſſet, niſi ſic formatum, & ita multiplicitas partium
corporis, & figuræ eſt ab anima originaliter. i. cauſa-
liter, quia ipſa eſt cauſa, vt corpus tale ſit, & hoc eſt cō
tinere aīam in ſe iſta originaliter. Dr̄ aūt ↄtinere im-
plicite, qa cū aīa ſit ſimplex, & ſit ſpūs nō pōt in ſe ↄ-
tinere diuerſitatem partium, & figurę taliter, qualiter
in corpore oſtenditur, ſed continet implicite. i. non
partem extra partem, ſed eo numero, quo cauſa con-
tinet cauſatum, quod eſt implicite quodammodo cō
tinere. ſicut ergo artis opus non eſſet perfectū, ſi aliud
deeſſet artificiato eorum, quę ars continet, ita homo
non poſſet eſſe perfectus, niſi totum, quod originali-
H ter, & implicite in anima continetur, exterius in cor-
pore explicaretur, neque etiam aliter poſſet corpus
proportionaliter reſpondere animę, cum aliquid eēt
ex parte animæ cui nihil correſpōderet ex parte cor
poris. Cum ergo oporteat in reſurrectione corpus
totaliter correſpondere animę, & eſſe ei plene ſubdi-
tum, quod ad dotem ſpiritualitatis pertinet, oportet,
ꝙ omnia membra perfecte habeat. Etiam quia reſur-
rectio non competit corpori, niſi in habitudine, quā
habet ad animā rationalem. ſ. quia eius eſt, & aliquid
ea viuificatum fuit, ergo oportet ꝙ reſpondeat ei ſe-
cundum omnem modum habitudinis animę ad cor
pus, ſed non poſſet hoc eſſe, niſi corpus haberet om-
nia membra ſua, ſecundum quæ correſpondet aliqui
I bus virtutibus, vel operationibus animę, ideo opor-
tet, quòd omnia reſurgant: etiā homo in reſurrectio-
ne debet eſſe perfectus, cum reſurgat ad conſequen-
dum ſuam vltimam perfectionem, & tamen perfe-
ctio corporis eſt ex membris eius, quia nullum eſt, qd
non ſeruiat alicui operationi, & non afferat aliquam
pulchritudinem corpori, ideo omnia membra reſur-
gent, cum nihil debeat deeſſe de pulchritudine, & in-
tegritate corporis.

Ad primum dicendum, ꝙ Deus non facit aliquid
fruſtra, & ideo ſi aliqua membra eſſent fruſtra in re-
ſurrectione non reſurgerent, & tamen nullū erit fru-
ſtra, ideo omnia reſurgent. Circa, quod ſciendum, ꝙ
membra poſſunt cōſiderari dupliciter in cōparatio-
K ne ad animam. Vno modo ſecundum habitudinem
materiæ ad formam. Alio modo, vt inſtrumentum
ad agens. eadem autem eſt comparatio totius corpo-
ris ad totam animam, & partium corporis ad partes
animæ, vt dicitur. 2. de Anima, ſed corpus compara-
tur ad animam iſtis duobus modis, ergo & quodli-
bet membrum, quod eſt pars corporis habebit iſtas
duas habitudines ad animam. Si autem membrum
comparetur ad animam, vt ad formam, non erit finis
eius operatio, ſed magis perfectum eſſe ſpeciei, quod
in reſurrectione acquiretur. Quod patet, quia anima,
vt forma ſubſtantialis dat eſſe ſpecificum, & ſicut to-
tum corpus recipit eſſe ſpecificū ab illa, ita & quod-
libet membrum recipit eſſe humanum non diſtin-
cte,

ſte,ſed vt eſt pars corporis, & tunc cum anima nõ ſit ad operationem aliquam, ſed ſolũ ad informandum erit iſta multiplicitas membrorum non ad diuerſitatem operationum,ſed ad perfectionem, & integritatem eſſendi,& tamen integritas erit magis neceſſaria in reſurrectione,quam nunc propter cauſas ſupra poſitas, ideo erit neceſſaria tota illa multiplicitas illorũ in reſurgẽtibus, etiam ſi nulla operatio illorum maneret.Si autem comparetur membrum ad animam, vt inſtrumentum ad agens,eſt tunc finis organorum ipſa operatio ipſorum, & ita videntur ſuperuacua eẽ membra illa,quibus nulla maneret operatio,quod verum eſt ſi omnis operatio ceſſet,& tamen non ceſſat, quia inſtrumentum habet duas operationes, vnam, quæ eſt propria,quam exercet agens per illud, aliam, quę eſt communis omnibus inſtrumentis, vel organis,& iſta eſt, ꝙ non ſolum ſeruit inſtrumentũ agenti ad operationẽ exercitatã per illud, ſed etiam ad manifeſtandum virtutem agẽtis. ſ.quia cum organa ſint propter operationem innuitur,ꝙ agens multa habet organa,quia habeat multas operationes. Et ideo licet quædam organa ſint, quorum actus proprius nõ exerceatur a reſurgentibus,oportet illa manere, vt oſtendatur multiplicitas virtutis eius, qui habet organa,quæ ſi non haberet manifeſtum eſſet,ꝙ non haberet virtutem cuius actus per illa organa exercetur. Itẽ quia multiplicitas iſta organorum proderit ad oſtenſionem diuinę ſapientię,quæ condidit omnia hæc ſapienter, & tamen manifeſtatio diuinę perfectionis pręcipue quęritur in operibus eius, ideo manebunt omnia membra in reſurgentibus.

Ad ſecundum dicendum de inteſtinis, ꝙ reſurgẽt ſicut & genitalia membra, quia vtraque fuerunt de integritate corporis humani,& non erunt vacua,quia hoc natura non patitur, ſed erunt plena,non quidem immunditijs, & fęcibus,ſed quibuſdam nobilibus humiditatibus,quæ ſunt connaturales inteſtinis, vt ſemper in eis maneant.

Ad tertium dicendum, ꝙ omnia membra reſurgent, etiam quę abſciſa ſunt propter delicta. Argumentum autem non tenet,quia præſupponit falſum, pręmium enim, & pęna non debentur partibus corporis, neque ipſi corpori,immo neque animę,ſed homini; & anima non puniretur, niſi inquantum in ea ſeruatur eſſe hominis,quo homo erat, quando operabatur bonum,vel malum. Ratio prædictorum eſt, quia pręmium debetur merito, meritum autem eſt operationis,operatio vero eſt operantis,& non inſtrumenti,non enim ſunt illi actus,per quos inuenit proprie actus pedis,vel manus,ſed actus hominis,ſicut actus artis non ſunt ipſius artis,quaſi ei attribuantˉ, ſed artifici attribuuntur,vt Ariſt.dicit,& ideo recipiet homo præmium,vel pęnam poſt reſurrectionem, ſicut ipſe meruit,vel demeruit, & non iuxta conditionem aliquarum operationũ exercitarum per organa, vnde ille, cui abſciſum eſt membrum aliquod propter furtum, ſi poſtea pęnitentiam agens ſaluatus eſt, meruit ſimpliciter vitam ęternam, & totaliter gaudebit, neque recipiet pęnam in aliqua parte corporis,neque in illa,quæ abſciſa eſt propter furtum, quia illa non meruit, neque demeruit,ſed homo, & illud demeritum iam purgatum fuit,& redierunt bona merita, ꝓpter quæ habet vitam ęternam, & ipſe homo meretur,quia totus ipſe præmietur,& in toto.Sic etiam de damnatis,qui multa bona per aliquas partes corporũ ſuorum exercuerunt. Nam pro illis non erit aliquod refrigerium in membris illis,ſed totus homo punietur, quia ipſe homo, qui eſt totum quoddam peccauit,& meruit in omnibus partibus ſuis puniri.

Sed dicetur, cum homo in reſurrectione debeat A habere omnia membra integra quid fiet de illis, quibus abſciſa ſunt hic aliqua vel partes eorum?

Dicendum,ꝙ in hoc nulla eſt difficultas,quia iſtud afferret difficultatem,ſi non poſſet reſurgere, niſi cadauera,quæ manerent integra, vſque ad diem reſurrectionis, & tamen conſtat, ꝙ ſoluuntur corpora vſque ad partes minutiſſimas etiã redeundo in elementa,& habebit reſurrectio locum in illis eo, ꝙ manet eadem materia tota,ergo ita erit in partibus abſciſis, manet enim eadem materia partium illarum, & vbicunque terrarum maneãt partes illę, vel materia illarum partium, fiet reſtitutio ad totum, ſicut fiet reſtitutio partium, quæ per ſe diſſolutæ fuerunt actione naturali,& corrumpente.

B Sed dicetur quid fiet de illis qui caruerunt,dũ viuerent,quibuſdam partibus corporum.ſ.ꝙ non habuerunt eas ex vtero, vel non integras habuerunt, quia non erit materia,de qua reſtituantur illę partes?

Aliqui dicunt, quòd iſti reſurgent cum illis defectibus partiũ. Et hoc primo,quia reſurrectio eſt eius, quod cecidit iterata reſurrectio,vt Damaſcen. ait, & tamen qđ nunquam fuit nõ poterit cadere, ideo non reſurget cum non ceciderit,& tñ partes iſtę, nunquã fuerunt ex caſu dato,ergo non reſurgent.

Secundo, quia in reſurgentibus ſeruatur identitas ad eoſdem,dum fuerunt viuentes, iſta autem identitas eſt materię,& formæ, ſed hoc non poteſt eſſe quãtum ad partes,quæ nunquam fuerunt. Nam qđ non
C fuit non habuit materiam, ideo non potuit reſtitui ex eadem materia. Etiam non erit identitas formæ, quia forma eſt,quæ materiam perficit, vbi ergo non fuit materia,quę perficeretur, non potuit eſſe forma perficiens illam, ergo non fiet reſtitutio eius,ꝙ non habuerunt membra.

Tertio,quia in reſurrectione nõ poſſumus aliquid concedere,quod tollat identitatem totius,aut partiũ, vt oſtenſum eſt ſupra, vnde non ſolum non recipiet (In q 238.) materia exterior ad formandum oculum,vel pedem hominis,ſed etiam materia,quæ fuit in pede,non erit in capite in reſurrectione, quia ſic mutaretur identitas partium,ergo a fortiori illa materia, quę nunquã fuit in corpore,non erit in reſurrectione, quia magis
D iſta tolleret identitatem, & tamen ſi pars, quæ nunq̃ fuit deberet reſurgere,oporteret conſtitui illam ex aliqua materia,quæ nunquam fuit hominis,vel ex materia aliarum partium,& vtroque modo tollitur identitas,vt patet ex dictis.Ideo non reſurgent tales partes.

Dicendum,quòd in illis qui habuerunt hic partes deficientes,vt quia aliquo membro caruerunt totaliter,vel quia illud incompletum habuerunt reſurgent mẽbra omnia,& integra. Et hoc patet primo ex alio ſimili,nam dicimus,quòd illi, qui fuerunt hic valde puſilli in ſtatura non reſurgent ibi tam puſilli, quia non erit illa deformitas, & ita oportet ibi ſuppleri de quantitate,quæ defuit,ſic etiam in illis, qui propter mortem immaturam deceſſerunt in parua ętate, &
E habentes parua corpora, ſicut puer vnius diei. Nam manifeſtum eſt, ꝙ illi maiora corpora habebunt in reſurrectione,quam habuerunt dum viuerent, vt infra oſtendetur,ergo oportet non ſuppleri, quod hic non fuit.Ita igitur in his,qui caruerunt aliquibus mẽbris ſupplebitur,quod defuit.

Secundo, quia forte aliqui de electis fuerunt, qui tales defectus hic paſſi ſunt,ſed manifeſtum eſt, ꝙ in electis non manebit aliquis defectus,neque deformitas, cum totius decoris plenitudinem habeant nõ ſolum naturalis, ſed etiam glorioſi, ergo non manebũt illi defectus in eis,& conſequenter reſurgẽt in eis partes,quas hic non habuerunt.

Tertio,quia omnia opera Dei ſunt perfecta Deu-

tero.

tero.32.opera autē naturę licet sint Dei, tanq̃ primę causę, qa tamen sunt per naturalia agentia ſm capacitatem illorum, & exigentiam virtutis in agendo fiūt interdum defectuosa, resurrectio autem est totaliter opus Dei, in quo nō vtitur, neque communicat aliud agens, sed Deus totaliter agit ipsum, quod proprie vocatur resurrectio, ideo erit perfecta, & tamen nō esset perfecta, si opus factum per resurrectionem, quæ est quasi motus quidam non esset perfectum, ergo erunt perfecta ea, quæ resurgunt, sed non erūt corpora perfecta, si non habeant omnia membra, vt ostensum est supra, ergo omnia membra habebunt etiam si non
In q.239. habuerunt ea hic.

Quarto, quia si corpora, quæ habuerunt hic defectus quarundam partium non resurgerent cum omnibus membris in resurrectione, aut fieret hoc, quia non poterat suscitans dare suscitato, nisi quod hic habuit, aut quia non decebat plus habere, aut quia quidquid plus haberet repugnaret identitati resurgentis, quæ per omnia seruanda est, & tamen nil istorum impedit, ergo nō resurgerent cum defectu partium illi, qui partibus hic caruerunt. De primo patet, nam generatio fuit opus naturę, & propter defectum aliquarum causarum agentium, scilicet saltem illius, quæ materiam administrabat secutus est defectus in genito, quia aliàs natura intendit perfectionem, & per errorem, & impotentiam sequuntur isti defectus, resurrectio autem est opus solius Dei, in quo neque est error, neque impotentia, ergo non sequetur defectus in opere suo, scilicet in corporibus resurgentibus. Secūdum non obstat, immo potius adiuuat, quia non solū non erit indecens si corpora resurgentium habeant aliquas partes, quas non habuerūt hic, sed potius erit indecentia, si carerent partibus quibus hic caruerunt, nam sicut hic propter illam carentiam vocabantur defectuosa, ita & post resurrectionē essent defectuosa, sed diminutum esse dicit indecentiam, ideo indecentia esset si talia manerent in resurrectione. Tertiū non obstat, quia licet suppleatur, quod hic defuit, non fit variatio partium, neque totius, vt infra dicetur in solutione augmentorum, ergo nihil obstat, quin resurgant partes illę, quę hic defuerunt.

Quinto quantum ad principale, quia anima non habet corpus correspōdens, si quidquid est in anima originaliter, & implicite non inuenitur in corpore explicite, vt declaratum est supra, & tamen tota multi-
In q.239. plicitas membrorum, quæ inuenitur in quolibet homine originaliter est in qualibet anima, & omnes animę sunt quantum ad hoc ęquales, ergo oportet, ꝙ ad hoc, quòd anima perfecte correspondens habeat corpus, ꝙ quodlibet corpus habeat in resurrectione omnia membra, quæ habēt cętera corpora hūana, & hoc est magis necessarium in resurrectione, q̃ nunc, quia nunc non est corpus totaliter subditum aię, & iō sequuntur corruptiones multę in corpore. In resurrectione aūt erunt corpora subdita plene aīabus saltem in beatis, quia hoc significat corpora esse tunc spūlia, & subtilia, quæ est dos corporum beatorum, ergo necesse est, ꝙ ibi perfecte correspondeant corpora aīabus, sed non respondebunt perfecte, si non habebunt omnia mēbra corporis humani, ergo habebit illa ibi, etiam si hic non habuerunt. Sexto patet, quia ho ordinatur ad consequendum perfectionem suam vltimam, quæ est totum bonū eius, & ista licet se teneat principaliter ex parte animę, aliquo mō tñ se tenet ex parte corporis, & quod ex parte corporis est partim pōt haberi naturaliter, & partim non, quod dico pp dotes corporis, quę sunt perfectiones corporis, & tn nō hñtur in pręsenti, neque naturaliter, oportet aūt, ꝙ ad hoc, ꝙ hō non frustretur fine suo, ꝙ aliqñ attingat

F perfectionem, ad q̃ ordinatur, & istam perfectionem, siue naturalem, siue supernaturalem nō habet hō hic semper, & ob hoc damus aliam vitam, ad q̃ venitur p resurrectionem, s. vt in illa possit hō consequi vltimā perfectionē suam, & sic ꝙ in hac vita maneat aliquis hō imperfectus, & diminutus quantū ad naturalia, q̃ se tenent ex parte corporis non est incōueniens, quia non iste status est perfectionis, cum per istam veniat ad aliam vitam: ꝙ tñ post resurrectionem vbi est status perfectionis, vel cōsummationis, quia illa vita nō ordinatur ad aliam, maneat aliquis imperfectus quātum ad ea, quę naturalia sunt, s. quæ sunt corporis inconueniens valde est, & iō oportet dici, ꝙ omnes resurgant perfecti quantum ad corpora, siue beati, siue damnati suppletis omnibus membris, quæ eis hic de-
G fuerunt, licet de damnatis quantum ad conditionem corporum ipsorum infra magis dicetur.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ cum dicimus resurrectio est eius, quod cecidit iterata eius surrectio, ly eius supponit pro homine, siue pro toto, nā qui cecidit homo fuit, & ideo idem homo resurget. Et patet, quia proprie accipiendo ibi cadere non dicitur aliud cadere, nisi homo, nō.n.cadunt partes hoīs, quia casus iste est per mortem, ideo illud cadit, quod moritur, sed nihil moritur de hoīe, sed solus homo, partes enim hoīs non pñt mori, quia non viuunt per se, iō idem hō debet resurgere, partium aūt identitas in resurrectione non quęritur, nisi pp identitatem totius, sed non tollitur idētitas totius suppleto eo, quod
H deerat, vt infra dicetur, ergo nō obstat ad resurrectionem, ꝙ id quod nō fuit resurgat, quia cū resurrectio competat homini, qui est totum, & ipse debet esse pfectus ex conditione resurrectionis cum ad hoc resurgamus vt perfecti efficiamur, debet hō resurgere cū tota pfectione corporis ēt si illud nō habuit hic.

Ad secundum dicendum, ꝙ resurget idem numero, licet habeat nūc partes, quas nunquam habuit, & ista identitas est secundum formam, licet secundum materiam sit, vel non sit idem.

Pro quo sciendum, ꝙ in resurgentibus quærit idē numero. s. ꝙ ipse, qui resurgit, sit ipse qui prius erat, & quia ad identitatem totius facit identitas partium requiritur, ꝙ non sint alię partes, quam illę, quæ præfue-
I runt, & tñ, ꝙ partes, quæ nūc præfuerunt, suppleatur sine quibus hō esse potuit prius nō tollit identitatem eius, ideo resurget cum partibus, quas nō habuit priº. Et dicendum de hominis, ꝙ ipsemet est idem numero, qui prius fuit, de partibus aūt dicendū, ꝙ sunt eędē secundum formam. s. quia per formam totius sunt cum eadē sit forma substantialis totius, & partis, quia non ponimus plures formas substantiales eiusdē rei. De materia autem dicendum, ꝙ pōt esse eadem, quæ præfuit in toto, vel alia.

Ad quod considerandum, ꝙ interdū est in homine in aliquibus partibus eius aliquid de materia, quæ non pertinet ad veritatē naturę illius partis, vt tumores, vel excrescentiæ, & talis materia poterit accipi ad
K supplendum defectum cuiuscunque alterius partis, sic aūt id, quod est de vna parte, non transit in aliam, neque variatur identitas partium, cū illud, quod superfluum erat non dicatur esse de veritate illius partis. Si autem sit aliquid de veritata vnius partis, idest sit illi conueniens non accipitur ad supplēdum id, quod defuit. Sed tunc dicendum, ꝙ supplebitur de alia materia extranea, quæ non fuit vnquam illius corporis humani, vel saltem non erat de illo, quādo homo decessit, facile enim est tunc accipere materiam de quacunque re corruptibili voluerit ad supplendum defectum hominis. Cum autem dicimus, ꝙ illa pars non sit eadem, dicendum, quod etiam si non esset aliquo modo

modo eadem, dum tamen non variaret identitatem resurgentis poterat concedi esse in toto, illę autem solę partes, quæ tollunt identitatem totius negantur esse in resurrectione, sed ea, quę adueniunt de nouo non mutāt identitatem, ideo suppletio talium partiū, et si omnino essent alię non mutaret identitatē resurgentis, & tñ dicendum, ꝙ non sunt omnino alię, quia sunt eędem in forma, s. non, ꝙ habeant formam, quā prius habuerunt, quia nullam habuerunt cum nulla pręfuerit, sed ꝙ sint per formam totius, quia animant illę partes, & informantur ab anima resurgentis, quæ sola est forma ipsius substantialis. Quantum ad materiam vero, ꝙ illa prefuerit in toto, vel accipiatur de foris, non differt ad identitatem resurgentis.

Ad tertium dicendum, ꝙ suppletio partium non tollit identitatem resurgentis, & si tolleret esset negāda, cum hoc sit summe necessariū in resurrectione, s. seruare identitatem resurgentium. Sed dicendum, ꝙ duo sunt, quæ tollunt identitatem partium. Vnum est si pro illis partibus, quæ præfuerunt in corpore acciperetur alia materia de nouo ad illas formandum non recipiendo illam, quæ præfuit, & tunc non esset idem oculus, qui prius, neque eadem manus, & ita de alijs, & consequenter, neque idem homo. Secundum est si materia vnius partis tranferatur ad aliam, licet non recipiatur aliquid de foris, vt si, id quod fuit in manu, mutetur ad pedē, & è contrario, quia tunc, neque erit idem pes, neque eadem manus, quia identitas illorum est ex materia sua, & nunc non habent materiam, quam prius, ideo habent diuersitatem numeralem, & consequenter totum non manet idem, & tamen si, id quod nunquam præfuit causetur non fit diuersitas. & ideo si quis non habuit prius manus, & in resurrectione illas recipiat non tolletur identitas, sed erit idem numero, sicut si aliquis esset natus sine manibus, & Deus miraculose daret ei nunc manus non diceremus eum fieri alium hoīem numero, sed eundem. Ratio drīę istorū est, quia alietas, & drīa pręsupponunt existentiam extremorū actualē, vel aliqñ fuisset, & iō si nunc habeat quis oculū, & in resurrectione ex alia materia rēstituat oculus, erit alius oculus, quia ille prefuit aliqñ, & non erat iste, qui nūc est, & tñ qñ de nouo pducit manus, q nō prefuit nō efficit hō ali⁹, quia neque istas man⁹ est alia, eo ꝙ nō præfuit aliqua manus, a quo ista differat, vel sit alia, s. n. aduentus, vel suppletio manus, q̄ nō pfuit tolleret identitatem, ɔtinuo fieret hō alius, & alius numero cum augeat suscipiendo aliud intus, & habet nouam quātitatem, q̄ prius nō hēbat in qualibet parte. Fiet ergo suppletio partiū, quæ non prefuerunt prius in resurrectione, & earum, quæ non erant integrę, & non erit in hoc aliquod inconueniens.

An in resurrectione omnes redibunt humiditates, quæ fuerunt in corpore, & eædem numero. Quæst. CCXLI.

QVAERETVR an in resurrectione redibunt oēs humiditates, quæ pfuerunt in corpore, & eędē numero. Aliqui dñt, ꝙ non, quia dr̄ 1. Cor. 15. c. caro, & sanguis regnū Dei non possidebunt, sed sanguis est præcipuus humor, ergo non erit in beatis resurgentibus, qui regnum Dei possidebunt, & multominus in alijs, quia q̄cunque corporis pfectionē habebūt magis beati, q̄ damnati. Secundo, quia humores manent in corpore p continuā restaurationē deperditi, fit. n. resolutio semp de corpore humano per actionem ɔ̄rietatis, & id quod de carne resoluitur, & deperdit, restaurat de humoribus istis, sed post resurrectionē nulla deperditio fiet, ergo corpus non resurget cū humoribus. Tertio, quia illud, quod est in via generationis

A in corpore humano, nōdū est ab aīa rōnali pfectum, sed humores sunt in via generationis adhuc, qa sunt in potentia caro, & os, ergo nondum sunt perfecti aīa rōnali, sed corpus humanum non hēt habitudinē ad resurrectionē, nisi fm, ꝙ est perfectū aīa rōnali. Quod patet, quia solum assumit in resurrectione, quod præfuit in vita, ergo humores non resurgent in hoīe. Alij dñt, ꝙ humores resurgent, quia illud, quod est de cōstitutione corporis humani resurget cum corpus resurgat, sed humores sunt de constitutione corporis humani, qa vt dicit Aug. corpus constat ex membris officialibus, officialia ex similibus, similia ex humoribus, ergo humores resurgent in corpore. Secūdo, qa

B resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi 1. Cor. 15. c. in Christo tñ resurrexit sanguis. Quod patet, quia in sacramento conuertit vinū in sanguinē Christi, quod non posset fieri si Christus non hēret nunc sanguinem, ergo resurget sanguis in nobis, & ɔsequenter alij humores, quia oēs hñt eandem habitudinem ad corpus. Dicendum, ꝙ cum in resurrectione resumatur corpus, & idē corpus, necesse est, ꝙ oīa, quę sunt de integritate corporis resurgant, quia aliàs non esset idē corpus, & iō si aliqua humiditas in corpore est de integritate eius, illa resurget, quęcunque aūt nō est de eius integritate non resurget. Circa quod sciendum, ꝙ in homine est triplex humiditas. Prima, q̄ est in recedendo a perfectione indiuidui, duę alię pertinent ad indiuiduum. De prima dicendum, ꝙ subdiui-

C ditur, quia quædam est in via corruptionis, & a natura abijcitur, sicut vrina, stercus, & quæcunque feces per quascūque partes corporis, siue emunctoria euitant. Nam ista talia sunt, quę si non emitterentur foras putrefierent in corpore, & corrumperent illud, & ita est omnis sanies, & apostema. Alia humiditas abijcit nō, tanq̄ mala, neque in via corruptionis existēs, sed tanq̄ ad aliud ordinata, non quidem respectu ipsius indiuidui, sed alterius, & hoc interdum ad conseruationem speciei, sicut semen, quod est humiditas ordinata ad generationem, interdum aūt ad conseruationem indiuidui alterius per cibum, vel nutritionem, & sic est lac. De his omnibus humiditatibus dicendum, ꝙ non resurgēt, nam prima est imperfecta, & corrupta,

D & hęc abijcitur, iō a fortiori erit ibi abiecta. Secunda non est imperfecta simpliciter, tñ quia ordinat ad generationem, & nutritionem, quæ non manebunt in patria, vel post resurrectionem non erit in resurgentibus. Secunda humiditas pręcipua est, quæ ad indiuiduum pertinet, & tñ nondum peruenit ad vltimam perfectionem, q̄ natura operatur in indiuiduo, sed est ad illam ordinata a natura. Et hęc subdiuiditur, quia quędam harum est, quę licet nondum transierit in naturam indiuidui, habet tñ aliquam formam determinatam, secundum quam continetur inter partes corporit, sicut sanguis, alię tres humores, s. cholera, phlegma, melācholia, quos natura ordinat ad mēbra corporis, quæ generantur ex illis, & licet sint ordinati

E ad partium generationem, & restaurationem, & quātum ad hoc videantur esse in via, quædam tñ hñt formas determinatas, per quas manent, sicut, & alię partes corporis, iō resurgent cum alijs partibus corporis, licet ipsi humores non sint partes corporis, quia non habent cōtinuitatem aliquam cum corpore, sed sunt intra corpus. Alia humiditas est, quæ pertinet ad indiuiduum, & nondum transiuit ad eius vltimam perfectionem, sicut & præcedens, & tñ est in via transeundi de forma in formā, s. de forma humoris in formam membri, & ista non habet determinatam consistentiam, sicut quatuor humores supra positi. Vnde non habet determinatam formam, secundum q̄ talis maneat, sed est solum in via transeundi de forma in

formam

formam, talis autem humiditas nō resurget. Et ratio est, quia post resurrectionem singulę partes corporis stabilientur in suis formis, vt nō transeat aliqua in alia, quia ibi cessabit omnis transmutatio alteratiua generatiua, & corruptiua, ideo non resurget ibi illa humiditas, quæ est in ipso actu transeundi de forma in formam. Hęc autem humiditas subdiuiditur, quia potest accipi in duplici statu, scilicet vel secundum, quòd est in principio transmutationis, & sic vocatur ros, quia est ad modū roris, & est illa humiditas, quæ est in foraminibus paruarum venarum. Vel accipitur secundum, quòd est in maiori progressu transmutationis, & incipit iam de albari, & sic vocatur cambiū, neutra autem istarum humiditatum resurget.

Tertium genus humiditatis est, quod etiam pertinet ad indiuiduum, & iam peruenit ad vltimam perfectionem, quam natura intendit in corpore indiuidui, & ista est dealbata iam, & incorporata membris, & vocatur gluten, quia agglutinatur, idest coniungitur membro, & est de substantia membri. Ista autem non distinguitur à membro, & ideo magis deberet poni, vt aliquid membri, quam humiditas, & tamen connumeratur aliis humiditatibus, vt distinguatur triplex status humiditatis, quæ ordinatur ad transeundum. In corpus autem humiditas, quæ transit, aut est in principio transumptionis, & sic vocatur ros, aut est in medio, & vocatur cambium, aut est in fine, & vocatur gluten, & ista est iam incorporata, & desinit esse humiditas, & incipit esse membri pars, sed connumeratur alijs humiditatibus inquantum peruenit ad finem, ad quem ordinantur humiditates, scilicet ad trāseundum in substantiam membri. Ex dictis autē apparet, ꝙ de omnibus modis humiditatum corporis nullę manebūt, nisi quatuor humores, & glutē, quod est in fine transumptionis in membrum, isti enim erunt in resurgentibus.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ sanguis non accipitur ibi pro sanguine, vt est humor, quia si proprie acciperentur isti termini non solum sanguis non resurgeret, sed etiam, neque homo, cum dicatur caro, & sanguis, & tamen si caro non resurgit non resurget homo, cum corpus hominis sit ex carnibus, & ossibus, & requiritur identitas corporis ad identitatē hominis resurgentis. Dicendum igitur, ꝙ accipitur caro, & sanguis figurate, & aliquando accipiūtur pro homine. Sic dixit Christus supra 16. c. ad Petrum. Caro, & sanguis non reuelauit tibi, idest nō reuelauit aliquis homo. Aliquando accipitur caro, & sanguis pro corruptione aliqua, ad quā inclinat caro, & sanguis, vel pro apparatione, quæ est ex illis, etiam si mala non sit, & ita omnis operatio animalis vitę, scilicet cibum, & potum sumere, dormire, & venereis qualitercunque vti dicuntur opera carnis, & sanguinis. Et ita accepit Apostolus in verbis illis, s. Caro, & sanguis non possidebunt regnum Dei. i. homines dediti peccatis, & corruptioni, ad quam inclinat caro, & sanguis. Et ita exponit Augustinus in epistola ad Consentium, dicens, ꝙ caro, & sanguis accipitur ibi pro corruptione, quæ dominatur nunc in carne, & in sanguine. Et patet hoc, quia subditur ibi in verbis Apostoli, neque corruptio possidebit incorruptionem. Vel pōt accipi pro actibus, qui sunt de conditione carnis, & sanguinis, & pertinent ad vitam animalem, s. non ibunt homines ad regnum Dei cum istis actibus. i. qn̄ ibi erunt non exercebunt istos actus, quia in regno cęlorum, neque nubent, neque nubentur, sicut dictum est a Christo supra in litera. tamen & sanguis, & caro ꝓprie accipiēdo, quia sunt de veritate, & integritate naturæ resurgent in corpore.

Caro, & sanguis quō in scriptura solet accipi.

Ad secundum dicendum, ꝙ manebunt humores

F in corporibus resurgentium, licet non maneant ad eundem finem, ad quem hic, s. ad restaurationem deperditi, sed ad alium, sicut dictum est supra, quòd manebunt in resurgentibus membra genitalia, nō tamē ad aliquem vsum, ad quem hic seruiunt, sed ad retinendam intregritatem naturę, & ostendendam perfectionem virtutis organicę, ita humores licet non maneant ad restaurationem deperditi, manebunt ad integritatem humanę naturę reparandam, & ad ostēsionem virtutis naturalis.

Ad tertium dicēdum, quod nō resurgit, nisi quod aliquo modo perficitur ab anima, humores autem aliquo modo ab anima perficiuntur. Et cum dicitur, quòd sunt in via ad generationem partium, dicendū G quòd humiditates, quæ totaliter sunt in via transeundi de forma in formam, non resurgent, alię vero, quæ habent aliquam consistentiam, resurgent. Sic enim dicimus, quòd elementa sunt in via generationis respectu corporum mixtorum, quia sunt eorum materia, non autem, quòd semper sint in actu transeundi in corpora mixta, ita autem quatuor humores se hn̄t ad membra, vt materia illorum, & ita sunt in via generationis illorum, & transeundi in illa, & ideo licet elementa sint materia mixtorum corporum modo supradicto, nihilominus inter partes vniuersi habent formas determinatas, ratione quarum sunt de perfectione vniuersi, sicut corpora mixta, ita & humores quatuor licet sint materia membrorum sunt de per- H fectione corporis humani, sicut & alię partes propter suas formas determinatas, licet non perueniant ad tātam perfectionem, sicut alię partes corporis. Nam neque elemēta licet sint partes vniuersi propter suas formas sunt tam perfecta, sicut mixta, quia non habent ęquales formas in perfectione, sicut mixta, & sicut omnes partes vniuersi accipiunt a Deo perfectionem non ęqualiter, sed vnaquęque secundum suum modum, ita & omnia, quæ sunt de veritate, aut integritate humanę naturę perficiuntur ab anima, licet non ęqualiter. Sic enim perficiuntur humores, non tamen, ita perfecte, sicut partes corporis, idest membra, quia membra sunt animata, & viuunt, humores autem non animantur, neque viuunt, aliquam tamen I perfectionem consequuntur ab anima, sed illa est minor, quolibet gradu vitę, & tamen nō potest dici nulla, quia si nulla essent putrefierent, & corrumperent humores in corpore, sicut foris emissi corrumpuntur, vel sicut manentes in corpore post animę separationem putrefiunt, & tamen manente anima mouentur illi in corpore, & non corrumpuntur, ergo necessē est, quòd aliquam perfectionem ab anima suscipiant.

Ad alia duo argumenta, quæ simpliciter ostēdere volunt manere humores in corpore respondendum est. Ad primum dicendum, ꝙ non est verum, ꝙ omnia, quæ sunt de constitutione corporis, manebunt in corpore, sed solum illa, quæ iam trāsierunt in corpus, K vel habent formas determinatas in natura, per quas maneant, & connumerentur alijs partibus corporis. Nam ros, & cambium sunt humiditates, quæ pertinēt ad constitutionem corporis, & propinquius se habēt ad corpus, quam sanguis, & alij tres humores, cum ros, & cambium sint in trāseundo in carnem, & ossa, sanguis autem, & alij humores non sunt in actu transeundi, & tamen sanguis, & alij tres manent, ros autem, & cambium non manent. Ratio differentię est, quia quatuor humores habent formas determinatas, secundum quas competit eis consistentia, & connumerantur alijs partibus corporis, ros autem, & cambium, quia sunt in transeundo non habent formas determinatas, secundum quas connumerentur

partibus

partibus corporis, ideo non possunt manere in resurgentibus.

Ad secundum dicendum, quòd verum est, quòd sanguis mansit in Christo resurgente, & omnes quatuor humores, & ita in nobis erit, non tamen manebunt omnia genera humiditatũ, vt dictum est supra.

An capilli, & vngues resurgent in homine.
Quæst. CCXLII.

QVAERETVR an capilli, & vngues resurgent in homine.

Aliqui dicunt, quòd non, quia sicut capilli, & vngues generantur ex superfluo ciborum, ita vrina, & sudor, & fęces, & sanies, & huiusmodi, sed ista non resurgẽt B in corpore, vt dictum est præcedenti q. ergo, neque vngues, & capilli resurgent.

Secundo, quia inter omnes superfluitates, quæ gignuntur ex superfluo cibi maxime accedit ad naturę veritatem semen, quod est superfluum non simpliciter, sed quo indigetur ad conseruationem naturę per generationem, & tamen semen non manebit in resurgentibus, vt dictum est præcedenti q. ergo à fortiori non manebunt capilli, & vngues. Tertio, quia nihil est perfectum anima rationali, quod non sit perfectum anima sensibili, sed capilli, & vngues non sunt perfecti anima sensibili, quia eis non sentimus. i. per eos, vt dicit 1. de Anima. cum ergo corpus humanũ non resurgat, nisi vt est perfectum anima rationali, C sequitur quòd capilli, & vngues non resurgent.

Dicendum, quòd capilli, & vngues resurgẽt in corporibus. Et patet primo, quia dicitur Luc. 21. c. capillus de capite vestro non peribit, & tamen ea, quę non resumuntur, pereunt, ergo capilli resurgent. Etiã supra 10. c. dixit Christus ad discipulos: Capilli vestri numerati sunt, & tamen numeratio signat magnam diligẽtiam, non autem esset diligentia nimia, si illi permitterentur perire, & non resumerentur in resurrectione, ergo resurgent. Secundo, quia capilli, & vngues sunt dati homini in ornatum, & tamen omnia corpora præcipue electorum resurgent cum omni ornatu, quem habuerunt, & cũ maiori, ergo capilli resurgẽt, D & vngues. Circa hoc considerandum, quòd anima se habet ad corpus animatum, & ad partes eius, sicut ars ad sua instrumenta, & ideo quodlibet corpus animatum organicum dicitur, & ipsa anima dicitur actus corporis physici organici 2. de Anima. Ars autem habet duplicia instrumenta, quædam de prima intentione, vtitũ tamen quibusdam instrumentis ad operis sui executionem, sicut fistulis, & musica, & citharis, & alijs vasis musicis. Et ista sunt de prima intẽtione artis, eo quòd directe ordinantur ad actum, quem intendit ars, vtitũ autem alijs instrumentis non ad exercitium actus sui, sed ad conseruationem principalium instrumẽtorũ, sicut ars militaris vtitur gladio ad bellum, & vagina ad gladij conseruationem, ita etiam in partibus cor- E poris animati quędam partes ordinantur directe ad operationes animę exequẽdas, sicut cor, epar, manus, pes, & similia, quædam autem sunt partes solũ ad cõseruationem illarum partium, sicut & in alijs rebus naturalibus, nam in arboribus folia sunt ad operimẽtum fructuum, & defensionem, & non sunt, id quod natura intendit producere ex arbore, ita a fortiori in homine cum partes eius operatiuę sint preciosiores, quam partes arboris, & fructus eius, erunt aliquę cõseruatiuę partium operatiuarum, & ita est de vnguibus, & capillis, quia ad conseruationem aliarum partium sunt, & sunt de secunda intentione naturę istę partes in homine, sed quia intantum est aliud de perfectione hominis, & integritate inquantum est ab A anima intentum, sed anima habet capillos, & vngues, vt partes corporis de secunda intentione sua, ergo resurgent capilli, & vngues, quasi ad aliquam hominis perfectionem pertinentes, licet non ad primam.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd non differt vnde aliquid generetur, sed ad quem finem a natura ordinetur, & ideo licet hęc omnia gignantur ex cibo, quædam ordinantur a natura ad retinẽdum, alia vero ad ea emittendum, & eorum, quæ retinent quædam sunt de principali intentione naturę, quędã vero de secundaria. Ista autem, de quibus arguitur ordinantur ad ea emittendũ, quia sunt fęces non adiuuantes naturam, sed impedientes, ideo non manent. Secus autem de capillis, & vnguibus, quia illi ordinãtur a natura ad manendum in corpore, licet sint de intentione secundaria naturę. Et si dicatur, quòd capilli, & vngues gignuntur ex superfluitatibus; Dicendũ, quòd illę superfluitates non abijciuntur a natura, sed seruantur ad gignendum ex eis capillos, & vngues, qui sunt naturę multum vtiles.

Ad secundum dicendum, quòd licet semen nõ sit aliquid quod abijciatur a natura, ordinatur tamen ab ea ad conseruationem ipsius indiuidui, in quo est, scilicet ad generationem alterius, in resurrectione autẽ vnum indiuiduum non ordinabitur ad alterum gignendum, quia iam non erit copulatio per generationem, ideo non manebit semen, sed manebunt ea, quę pertinent ad cuiuslibet indiuidui conseruationem in seipso, sic autem sunt capilli, & vngues, ideo resurgẽt.

Ad tertium dicendum, quòd capilli perficiuntur ab anima, & rationali quidem, & ideo resurgent, oĩa enim, quę in corpore sunt, nisi ea, quæ abijciuntur, pficiuntur ab anima, fęces enim, vrina, sudor, & sanies in corpore sunt, sed non perficiuntur ab anima, eo quòd abijciuntur à natura. Et si contingeret diu manere ipsa magis corrumperentur, & inficerent, atque corrũperent corpus, quod non facerent si ab anima perficerentur, quia tunc seruarẽtur in aliqua certa harmonia ad alia, quæ sunt in corpore, & non inficerent illa, de cæteris autem constat, quod perficiuntur ab anima, vt carnes, & ossa, & humores, scilicet ista, quæ gignuntur ad manendum, quæ autem gignuntur ad emittendum, quantumcunque in se bona sint, non perficiuntur ab anima, vt semen, & lac, nam ista non sunt mala, vt fęces, vrina, stercus, & sudor, sed sunt bona, & electa a natura, cum proficiant ad rem bonam, idest ad gignendum, & ad nutriendum, & tamẽ, quia non ordinantur ad manendũ eodem indiuiduo, cuius sunt non perficiuntur ab anima eius, sed solum virtute animę eius perfecta, & bona gignuntur. Primo patet, quia si perficerentur ab anima, haberent inclinationem ad manendum vbi perfectionem recipiũt, & non esset eis appetitus ad exeundum, quia nil mouetur naturaliter ad id, quod est sibi inconueniens, & tamen semen, & lac valde pulsant ad exitum, & si cũ vtrunque in viro, & fęmina fuerit multiplicatum, nõ emittitur aliquo modo, causat magnas molestias, & tristitias ei, in quo est, etiam si diu maneant ista multiplicata in viro, & fęmina, & non emittantur, vel aliàs resoluantur, & euaporent, gignunt morbos, & ipsa corrumpuntur, & putrefiunt, & tamen si perficerent ab anima non corrumperentur, neque corrumperent alia, quę sunt in corpore manendo in eo. Secundum est, quod ab anima gignuntur ista perfecta, nã semen quandam naturalem bonitatem habet, cum electum sit ad gignendum, & lac magnam bonitatem, cum sit optimum nutrimentum, & istam bonitatẽ accipiunt ab anima indiuidui, in quo gignuntur, quia illa regulat hęc, & ita recipiũt perfectionem ab ea in fieri, sed non conuersantur in facto esse, quia non ordinantur

ad

ad manẽdum, ſed ad emittẽdum, vrina autem, fęces, ſudor, & ſanies non recipiunt aliquam perfectionem ab anima, neque in fieri, neque in facto eſſe, & ideo, neque conſeruantur in corpore, neque ordinantur a natura ad aliquid boni, ſicut ſemen, & lac, ſed ſolum ad corruptionem, ideſt quia corruptiones quędam ſunt, abijciuntur penitus a natura.

Ex quo ſequitur, quòd omnia, quæ manent in corpore perficiuntur ab anima duplici perfectione, ſcilicet perfectione generationis, vt bona ſint, & perfectione conſeruationis, ideſt vt in aliqua vtilia ſint corpori, quia aliter non manerent in corpore, ſed corrũperentur manendo, & corrũperent alia, & ideo cum capilli, & vngues gignantur in corpore, & maneant in eo, neceſſe eſt, ꝙ perficiantur ab anima.

Sciendum autem, quòd cum omnia, quæ in corpore manent perficiantur ab anima, quòd triplex gradus perfectionis eſt. Vnus eſt, quo aliqua perficiũtur recipiendo motum quendam, & proportionem in qualitatibus ſuis ad res, quæ viuunt, ſcilicet vt eis conueniant, & tamen eis non participatur aliquis gradus vitę. Alius eſt gradus vitę primus quo aliqua nutriũtur, & augentur. Tertius eſt, quo iam aliqua habent ſecundum gradum vitę, vt ſentiant, & iſti gradus ſe habent aſcendendo, primus, & minimus gradus eſt quatuor humorum, nam illi non viuunt, neque nutriuntur, & augmentantur, ſed multiplicatio ſua eſt per iuxta poſitionem per continuam generationem eorum ex cibo, ſicut eſt generatio aquę, & ignis aeris, & terrę, quæ tamen non nutriuntur, neque augentur. Secundus gradus eſt capillorum, & vnguium, & omnium oſſium. Nam manifeſtum eſt capillos augeri, & conſequenter nutriri, quia quandocunque res augetur nutritur, ſed non conuertitur, & idem fit in vnguibus, qui augentur per intus ſuſceptionem, & iſtud eſt opus animę vegetatiuę. De oſſibus idem eſt, quia omnia oſſa augentur, quia alias infans non efficeretur maior, quam quando gignitur, ſed iſta non ſentiunt, quia neque per capillos, neque per vngues, neque per oſſa nuda ſentimus ſenſu tactus, qui eſt communis ſenſus. Tertius gradus eſt carnis, & omnium membrorum corporis, quæ ſunt compoſita ex carnibus, & oſſibus, quia illis competit ſentire tangẽdo, & cuicunque competit gradus tertius competit ſecundus, & primus, & cui competit ſecundus competit primus. Quartus autem gradus erat, quẽ poſſit anima dare, ſcilicet perfectionem rationalitatis cum ipſa ſit rationalis, ſicut eſt ſenſitiua, & vegetatiua, ſed iſtum gradum nulli membro communicat, quia nõ communicat ei membrum aliquod in actu intelligẽdi, ſcilicet quia nullũ membrum eſt intelligens. Etiã per nullum membrum, vel organum exercet anima actum intelligendi licet pręſupponat actum organorum, ſcilicet ſuſceptionem ſpeciei materialis, quæ fit per organa, & ex ſpeciebus iſtis, vel phantaſmatibus receptis gignuntur ſpecies intelligibiles per actum abſtrahendi intellectus agentis, & tamen, neque abſtractio illa, neque actus intelligendi ſequens fit ab intellectu per aliquod organũ, ſed pure per ſeipſum ſine organo, ideo anima quantum ad actum intelligendi, & volendi dicitur eſſe abſoluta à corpore. Nullum ergo organum, vel pars corporis perficitur hac perfectione, ſed homo participat perfectione hac, qa ipſe eſt intelligens, & rationalis, eo ꝙ pars ſua eſt anima rationalis, cuius potentia eſt intellectus, per quam ipſe intelligit.

Senſus tactus eſt cõmunis.

Anima per nullum organũ exercet actum intelligendi.

Nunc autem dicendum, ꝙ capilli, & vngues perficiuntur ab anima in gradu ſecundo perfectionis, & ideo eſt dicendum, ꝙ ab anima rationali perficiũtur. Nam in homine eſt vnica forma ſubſtãtialis, quę eſt

Aĩa rationalis eſt vnica forma ſubſtãtialis hois.

F anima rationalis, ideo neceſſe eſt, ꝙ quidquid perficit ab ea perficiatur, vnde non ſolum capilli, & vngues, qui habent ſecundum gradum perfectionis, ſed etiã quatuor humores, qui ſunt in primo gradu, perficiũtur ab anima rationali in homine, quia nulla alia eſt ibi. Cum autem obijcitur, ꝙ non perficiuntur capilli ab anima ſenſitiua, ergo neque a rationali: Concedit conſequentia, & negatur antecedens. Sed dicendum, ꝙ in homine tam ab anima ſenſitiua, quam a rationali perficiuntur capilli, quia capilli perficiuntur ab anima hominis, vt oſtenſum eſt, Sed illa eſt vnica, & ipſamet eſt ſenſitiua, & rationalis, & vegetatiua, ergo capilli perficiũtur ab anima ſenſitiua, & rationali. Cũ autem dicimus, quòd capillis non ſentimus. Dicendum ꝙ aliud eſt perfici ab anima ſenſitiua, & aliquid

G perfici in gradu ſentiendi, verum eſt autem, quòd capilli ab anima ſenſitiua perficiuntur, ſed non ad gradum ſentiendi cum anima habeat plures gradus, quibus perfectionem ſuam communicat. Nam ſi hoc modo argueretur, ſcilicet hoc non ſentit, ergo non perficitur anima ſenſitiua, teneret hęc conſequentia, ſcilicet iſtud non rõcinatur, neque ſentit, neque augetur, vel nutritur, qui ſunt omnes actus animę rationalis ſenſitiuę vegetatiuę, ergo nulla anima perficit, & tamen nõ tenet conſequentia iſta, quia verum eſt, ꝙ ſanguis, & humores non ſentiunt, non augentur, neque nutriuntur, neque habent aliquẽ actum alicuius

H gradus animę, & tamen perficiuntur ab anima, quia aliàs non poſſent manere in corpore, quin ſtatim corrumperentur, & inficerent omnia, ſicut eſt de vrina, fęcibus, & ſanie, vt oſtenſum eſt ſupra. Etiam teneret iſta conſequentia, nullum membrum corporis rõcinatur, ergo nullum perficitur anima rationali, & tamen falſum eſt cõſequens, quia omnia membra corporis humani perficiuntur anima rationali. cũ nulla alia ſit ibi, & tamen nullum ratiocinatur.

Sed ſciendum, ꝙ iſta conſequentia ſecunda procedit tenẽdo vnitatem formę ſubſtantialis in quolibet compoſito, quia tunc ab anima rationali perficiũtur omnia mẽbra corporis humani. Siquis tamen teneat pluralitatem formarum, conſequentia valebit apud

I eum, & concedet etiam conueniens, ſcilicet ꝙ nullũ membrum hominis perficitur anima rationali, ſed omnia perficiunt anima vegetatiua, & ſenſitiua, quas ipſi diſtinctas ponunt a rationali in homine, & iõ cõtra iſtos procedit conſequentia prima de humoribus, qui a nulla anima videntur perfici cum nullius animę actum habeant, & tamen conſtat, ꝙ ab anima perficiuntur, ita ergo dicendum, ꝙ licet capillus, & vnguis non perficiantur ab anima vſque ad gradum ſentiẽdi perficiũtur tamẽ ab anima ſenſitiua, & rationali, quæ eadem eſt in homine.

Ex quo ſequitur, ꝙ debet poni, ꝙ capilli, & vngues reſurgant. Nam ęqualiter perficiuntur capilli, & vngues ab anima, ſicut oſſa, ſcilicet in gradu ſecũdo, qui eſt augeri, & nutriri, vt dictum eſt, & tamen oſſa re-

K ſurgent in corpore humano, ergo etiam capilli, & vngues reſurgent.

An totum quidquid fuit in corpore de veritate naturæ humanæ exiſtens in ipſo reſurgat. Quæſt. CCXLIII.

QVAERETVR an totum quidquid fuit in corpore de veritate naturę humanę exiſtens reſurgat in ipſo.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia cibus conuertitur in veritatem naturę humanę, ſed aliqñ carnes bouis ſumũtur in cibũ, ſi ergo reſurgit quidquid fuit de veritate naturę humanę reſurgẽt carnes bouis, quod eſt incõueniens.

ueniens. Secundo, quia costa Adę fuit de veritate naturę in ipso, sicut costa nostra in nobis est de veritate naturę viri, sed costa Adę non resurget in Adam, sed in Eua, quia aliàs Eua non resurgeret, quæ de illa costa fuit formata, ergo non resurget in homine quidquid fuit de veritate naturę in eo.

Tertio, quia non est possibile, ꝙ idē numero resurgat in diuersis hominibus, sed pōt esse aliquid, quod fuerit de veritate naturę in diuersis hominibus, sicut si aliquis carnibus humanis vescatur, quę transeant in substantiam eius, ergo non resurget in homine quidquid fuit in ipso de veritate naturę.

Sed aliqui ad hoc dicunt, ꝙ non est de veritate naturę humanę quidquid est in carnibus comestis, & iō aliud potest resurgere in comedente, scilicet id quod fuit in carnibus illis, & nō erat de veritate naturę humanę comesti, quod vero fuit de veritate naturę humanę in comestis carnibus resurget in eo cuius carnes fuerunt, & ita non est inconueniens.

Sed obijcietur, quia maxime videtur esse de veritate naturę humanę, id quod a parentibus trahitur, sed si aliquis non comedens, nisi carnes humanas filiū generet, oportet ꝙ illud, quod filius trahit a parentibus fuerit de carnibus aliorum hominum, quas pater suus comedit, quia semen est de superfluo alimenti, vt Aristo. probat 9. libro de animalibus, ergo istud, quod est de veritate naturę humanę in puero isto, fuit de veritate naturę humanę in alijs hominibus, quorū carnes pater suus comedit.

Sed poterit dici, ꝙ qui comedit carnes aliorum hominum, comedit, id quod erat de veritate humanę naturę, & aliquid, quod non erat de veritate humanę naturę, id vero, quod erat de veritate humanę naturę non transit in semen, sed quod non erat de veritate, & ita puer iste non erit genitus de eo, qđ erat de veritate naturę humanę alterius, vñ non erit inconueniens. Sed obijcietur, qđ aliquis solū cibetur embrionibus, quia possibile est, in embrionibus autem nihil esse videtur, nisi quod est de veritate humanę naturę, quia totum, quod est in eis trahitur a parentibus, si ergo superfluitas cibi conuertitur in semen, oportet ꝙ illud, quod fuit de veritate naturę in embrionibus sit de veritate naturę in puero cibato ex illis, & genito ab eo, qui talibus cibabatur, & tamen embriones pertinēt ad resurrectionem, idest ipsi resurgent si animā rationalem habuerunt, ergo idem posset in duobus resurgere, & deberet, & tñ non potest idem resurgere in duobus, ergo non resurgit in quolibet, id quod est de veritate naturę eius. Alij dicūt, ꝙ quidquid fuit in aliquo homine de veritate naturę humanę eius resurget in eo. Nam quidquid fuit in aliquo de veritate naturę humanę fuit perfectum ab anima rationali, vt ostensum est præcedenti q. & tamen corpus humanū ob hoc habet ordinem ad resurrectionem, quia fuit anima rationali perfectum, ergo quidquid fuit de veritate naturę humanę in aliquo resurget in eo. Secundo, quia si a corpore humano subtrahatur aliquid, quod fuit de veritate humanę naturę in eo, manebit corpus imperfectum, & tamē omnis imperfectio tollitur in resurrectione præcipue ab electis, quibus ꝓmissum est Luc. 21. ꝙ capillus de capite eorum non peribit, ergo id quod fuit de veritate humanę naturę in quolibet, resurget in eo.

Dicendum, quòd ista quæstio habet duas difficultates. Prima est qđ sit de veritate naturę humanę in aliquo. Secunda est an totum illud, quod de veritate esse ponitur, resurgat in homine.

Circa primum dicendum, quòd accipiendo proprie esse de veritate naturę humanę nihil aliud est, quam esse informatum forma humana. Vnūquodque enim, sicut se habet ad esse, ita se habet ad veritatem, quia omne ens est verum cum conuertatur, & quantum habet quælibet res de entitate, tantum habet de veritate. Vnde illa res vera dicitur, quia ita se habet, vt videtur cognitori in actu. Nam verum per respectum ad intellectum dicitur cum veritas sit cōformitas signi ad signatum, & ita licet veritas nō cōpleatur per relationem ad intellectum, tamen origo eius est ex re, quia Aristo. dicit ab eo, ꝙ res est, vel nō, dicitur quia vera, vel falsa. Et ob hoc dicit Auicenna, ꝙ veritas vniuscuiusque rei est ꝓprietas sui esse, quod stabilitum est ei, & dicitur proprietas ipsius esse, quia ex esse sequitur veritas, & secūdum, ꝙ res habet proprium, & determinatum esse, ita veritas alia est vnius rei, & alia alterius. Et hoc, siue inquantum se habet res ad intellectum, siue inquantum se habet ad naturam suam. Nam alia prędicata sunt vera de vna re, & alia de altera. Et hoc secundum proprietatem rei cuiuslibet, & hoc quantum ad intellectum. Quantum ad naturam vero dicitur veritas proprietas ipsius esse, quia quodlibet indiuiduum est sub aliqua natura, & inquantum habet illud omnia, quæ ad naturam illā pertinent, dicitur habere veritatem naturę illius, & ita proprietas esse vniuscuiusque, idest ꝙ quælibet res habeat proprie esse naturę suę, quod est sibi stabilitum, idest in quo res illa firmatur, & per quod est, & non competit sibi per intellectum, est veritas eius, & quoniam esse in omnibus generibus determinatur à forma illius generis, vel speciei, illud habet verū esse alicuius speciei, quod informat forma illius speciei, & sic dicimus esse aliquod verum aurum, quod habet formā auri a qua est esse auri, & dicemus aliquid esse de veritate naturę humanę, quod informatur forma humana, vel pertinet ad naturam, quæ determinatur per formam, quod dicitur pro tanto, quia anima est de veritate naturę humanę, sed non informat forma humana, cū ipsa sit forma etiā propria passio, & omnes passiones, vel conditiones humanę sunt de veritate naturę humanę, sed non informantur forma humana, ideo illud est intelligendum de materia, vel partibus materialibus. Accipiēdo autem de omnibus generaliter dicetur, ꝙ illud est de veritate naturę humanę, quod proprie pertinet ad esse naturę humanę, siue pertineat, vt forma, siue vt materia, siue vt conditio aliqua. Hoc supposito dicendum, ꝙ triplex est opinio de veritate naturę humanę. Quidam dicunt, ꝙ nihil incipit esse de nouo de veritate naturę humanę, sed quidquid nunc, vel aliquando pertinet ad veritatem humanæ naturæ totum fuit in institutione humanę naturę de veritate eius, & quia natura humana cępit esse in vno supposito, idest in Adam, qui solus formatus est, dicūt, ꝙ in illo fuit totum, quod est nūc de veritate naturę humanę, & dicunt, ꝙ hoc per seipsum multiplicatur, vt ex eo possit decidi semen a generante, ex quo filius generetur, in quo etiam illa pars decisa multiplicatur, & ad perfectam quantitatem peruenit per augmentum, vt intelligatur sic, ꝙ cum Deus formauit Adam totum, quod in eo tunc fuit antequam cibum aliquem sumeret, erat de veritate naturæ humanæ, statim autem ablata est ei costa, de qua formata est Eua, & illa costa erat tota de veritate humanæ naturæ, quia nihil ei aduenerat per nutrimentum cum nondum Adam sumpsisset cibum, quando ablata est ei costa, reliquum autem, quod accreuit Adę, & Euę ex nutrimento, dicunt non fuisse de veritate naturę humanę: & cū Adam, & Eua genuerunt primogenitum suum Cain, fuit ex semine genitus, & illud non erat de superfluo alimenti, vt isti asserunt, sed de veritate naturę humanæ, idest substātialiter de illa carne, quam creauit Deus in Adam, & de

Triplex opi. de veritate naturæ humanę.

de illa particula dicunt, ꝙ per seipsam postea augmẽtata est, vt veniret ad illam quantitatem, ad quam venit Cain, & non augmentabatur per intus susceptionem admixtis partibus nutrimenti, ita vt ex his, & illis efficeretur maius, quod prius erat paruum: nutriebatur tamen Cain, sed illud, quod per nutrimentum veniebat, nõ faciebat augmẽtationem, sicut nos asserimus, sed illud solum, quod fuit substantialiter semẽ per seipsum augebatur ad illam magnitudinẽ, cibus autem sumptus secundum istos pertinebat ad nutritionem, sed non ad augmentationem, & illud quod adueniebat ex cibo non efficiebatur de veritate naturę humanę, & de isto, quod erat de veritate humanę naturę in Cain ipse decidit semẽ, & genuit filios suos, & ita fuit de tota multiplitudine naturę humanę per omnia hęc indiuidua, ita vt dicit, quòd totum, quod est nunc in omnibus hominibus, secundum quòd habent suas determinatas magnitudines fuit substantialiter in Adam, & non fuit additum aliud ad illud, quod in Adam erat, sed solum, quòd ipsum in seipso augmentatum est, illud vero, quod aduenit per nutrimẽtum, licet videatur habere formam carnis, & sanguinis, dicunt, quòd non pertinet ad veritatem naturę humanę.

Secunda positio est, quòd aliquid incipit esse de nouo de veritate naturæ humanæ in aliquo, & hoc etiam tertia positio tenet, & tamen in modo ponẽdi differunt. Isti de secunda opinione dicunt, quòd aliud aduenit de nouo, quod efficitur de veritate naturę humanę tam quantum ad speciem, quam quantum ad indiuiduum, & istud prius fuit alienę naturę, & per naturalem transumitatem alimenti in corpus humanum incipit esse de veritate naturę humanę, & potest pertinere ad speciem, vel indiuiduum, ad speciẽ quidem si sumatur cibus, & conuertatur in carnem, & semen, & de semine illo gignatur alius homo, nam illud incipit esse de veritate humanę in alio indiuiduo, & non in eo, in quo cõuersum est, & dicitur pertinere ad speciem, quia non accessit ipsi indiuiduo, sed alteri, per quam deriuationem conseruatur species, aliquando accessit indiuiduo, vt quando cibus ꝑ nutritionem conuertitur in substantiam comedẽtis. Sed dicunt isti, ꝙ quidquid de nouo incipit esse de veritate naturę humanę respectu speciei est primo de veritate naturæ humanæ, quod vero incipit esse de veritate naturę humanæ respectu indiuidui, dicunt, ꝙ non est primo, sed secundario de veritate naturę humanæ, & quasi per accidens. Ratio huius est, quia isti ponunt de veritate humanæ naturæ primo, & principaliter consistit in humido radicali, ex quo fit prima compositio humani corporis, quod vero conuertitur de alimento in veram carnem, & sanguinem non est principaliter de veritate naturę humanę illius indiuidui, sed secundario, cum de veritate eius principaliter fuerit, id quod a parentibus traxit in semine, & tamẽ, id quod est secundario, & minus principaliter de veritate naturæ humanę in vno indiuiduo potest esse in alio principaliter de veritate naturæ humanæ, quod ex semine illius generatur. Nam semen dicunt esse superfluum alimenti cum admixtione alicuius, quod est de veritate humanę naturę primo in generante, vt aliqui volunt. Vel sine admixtione eius, vt alij dicunt, & ita id, quod fuit in vno nutrimentale efficitur in alio humidum radicale. Est enim humidum radicale substantia illa, quam fętus trahit ex parentibus. Et vocatur radicale, quia radix est, & fundamentum corporis, ex eo enim formatur corpus. Quæ autem postea adueniunt non formãt corpus, sed accrescunt pręexistentibus. Humidum vero dicitur, quia tota materia corporis humani habet quandam determi-

Quid sit humidum radicale.

F natam proportionem humiditatis, sine qua anima non posset informare illam materiam. Humidum nutrimentale dicunt substantiam aduenientem ex nutrimento. Quidam autem istorum ponunt, quòd cum semine, quod est de superfluo alimenti deriuatur aliud, quod fuit principaliter de veritate humanę naturę in generante, scilicet de humido radicali eius, quod traxit a parentibus, & tunc, id quod fuit in vno principaliter de veritate naturę humanę etiã est in alio principaliter.

Alij dicunt, quod non deriuatur cum semine aliquid de humido radicali generantis, sed de humido nutrimentali, & istud fuit secundario de veritate humanæ naturæ in generante, & est principaliter
G de veritate humanæ naturæ in genito, cum efficiatur illi humidum nutrimentale. Si autem poneretur, quòd solum semen deciditur, & non deciditur cum eo aliqua particula substantiæ generantis esset principaliter de veritate humanæ naturæ in genito, quod nullo modo fuit de veritate humanæ naturæ in generante, nam semen non est pars substantię gignentis, quia tunc informaretur ab anima, & perficeretur, & maneret, & tamen ordinatur a natura ad abijciendum, & si diu maneret in corpore putrefieret, vt ostensum est præcedenti quæstione. Ergo non est pars hominis, neque est de veritate naturæ in aliquo principaliter, neque minus principaliter, & tamen non asseritur communiter, ꝙ de solo semi-
H ne generato ex superfluo alimenti fiat generatio, sed melius est, ꝙ aliud ei addatur.

Tertia opinio est, quòd aliquid incipiat de nouo esse de verıtate naturæ humanæ tam secundum speciem, quam in indiuiduo, & in vtroque principaliter, scilicet quia, sicut illud, ex quo formatur corpus fętus est in eo de veritate naturæ humanæ principaliter, quia est in eo humidum radicale, ita & in aliquo indiuiduo incipit esse aliquid principaliter de veritate naturæ humanæ, immo quòd non sit ista distinctio, scilicet esse aliquid principaliter magis, & aliquid minus principaliter de veritate naturæ humanæ, sed quòd totum quidquid est de veritate humanæ naturæ sit ęqualiter de ipsa veritate na-
I turæ humanæ, quia ista distinctio fundatur super distinctionem humidi radicalis, & nutrimentalis, & quòd humidum, quod est semel radicale sit semper radicale, & quod semel nutrimentale semper nutrimentale, quia ad hoc requireretur, quòd maneret in corpore aliqua vna particula signata eadem existens per totam vitam. Et tamen isti dicunt, quod non oportet manere aliquam vnam particulam significatam per totam vitam, quia fluunt, & refluunt. Sed dicunt, quòd quęlibet pars signata in corpore quandiu manet semper est eadem secundum materiam. Et ita etiam dicunt, quòd non differunt humidum nutrimentale, & radicale ex parte principij, sed ex parte termini. Ex parte principij est, vt dica-
K tur radicale humidum illud, quod ex semine generatum est, radicale vero, quod generatur ex cibo, quia non manet ista distinctio semper, cum partes humidi radicalis, & nutrimentalis indifferenter resoluantur per actionem naturalem, & succedant aliæ loco earum distinctę. Ex parte termini est, vt dicatur humidum radicale, id quod peruenit ad hoc per actum nutritiuę, & generatiuę virtutis, vt efficiatur materia prima ex qua formetur corpus, siue sit semen illud de eo, quod fuit humidum radicale in gignente, siue de eo, quod fuit solum humidum nutrimentale. Vocatur humidum radicale, quia est origo prima materialis corporis formati, humidum nutrimentale vocatur, id quod non peruenit ad

ad hunc terminum, vt per actum generatiuę efficiatur materia prima formãs aliquod corpus genitum, sed manet in nutriendo.

Nunc verò inquirendum est quomodo secundũ quamlibet istarum positionum respondeatur ad quæstionẽ, idest qualiter maneat veritas naturæ in resurgentibus.

Et dicendum quòd iuxta primam positionem deberet dici, quòd in resurgentibus esset totum, quod in eis fuit de veritate naturæ humanæ, & nil aliud, licet hic dum viuunt aliquid in eis sit, quod non est de veritate naturæ humanæ, & quidquid necessarium est ad consistentiam corporum, saluatur per multiplitudinem, quam isti ponunt, semen enim, quod decidit Adam ad generationem Cain, sufficit ad formationem corporis eius, & ipsum postea in seipso multiplicatum est, vt perueniret ad tantam magnitudinem, quãtæ fuit Cain in summo sui augmẽti: & ex eo dem quid in eo erat de veritate naturæ humanæ genuit filios alios, & sic per viam multiplicationis saluabunt quantamcunque magnitudinem cuiuslibet indiuidui, etiam ex pauco semine. Etiam saluabunt multitudinem indiuiduorum quantalibet illa sit, nã cũ cõcedatur per seipsum multiplicari id, quod est de veritate naturæ humanæ non magis differt parum quam multum multiplicari.

Sed tunc dicitur si id, quod de veritate naturæ humanæ est, totum trahitur in semine, & parte, ipsum multiplicatur, ad quid est, quòd aduenit per nutrimentum?

Dicunt isti, quòd non est ad augmentum cum id, quod est de veritate naturæ per seipsum multiplicetur, neque est ad restaurationem deperditi quasi aliquid de nutrimento subintret loco aliquarum partium de perditarum, quæ erant de veritate humanæ, quia tunc aliquid, quod non fuit à principio de veritate naturæ humanæ, esset postea de veritate naturæ, quod isti negant.

Sed isti dicunt, quòd id, quod de veritate naturæ humanæ est semper manet idem, & nil de illo consumitur, licet posset cõsumi: nam & si aliquid de eo cõsumeretur etiam non ponerent loco eius subintrare particulas aliquas nutrimenti, quæ non fuerint prius de veritate naturę: sed ipsum, quod fuit a principio de veritate naturæ per seipsum multiplicaretur, & suppleret defectum illarum partium resolutarum.

Dicunt ergo quòd id, quod ex nutrimento aduenit est ad conseruationem eius, quod est de veritate naturæ, vt consumptioni eius resistat impediendo illam, sicut quando plumbum adiungimus auro ad liquefactionem, non quidem quasi aliquid de plumbo conuertatur in aurũm, sed vt per liquefactionem nil consumatur de auro, sed consumatur plumbum, & illud impedit consumptionem auri, vnde si calor naturalis non ageret continuè in corpore resoluendo non esset necessitas alimenti in homine secundum istos, non quia oportet poni aliquid resistens consumptioni, cum nulla esset ibi consumptio.

Ex hoc sequitur, quòd iuxta istam positionem nõ erit in resurgentibus nisi id, quod fuit de veritate naturæ humanæ, quod in semine ministratum est. Et ratio est, quia non est ponendum nisi id, quod necessarium est, pro resurrectione autem oportet poni, quòd sint ijdem resurgentes, qui fuerunt viuentes, & quòd sint eiusdem quantitatis vel maioris secũdum conuenientiam staturæ quam accipient homines in resurrectione, tamen hæc saluantur per id solum, quod fuit de veritate naturæ sine eo, quod generatur ex alimento, quia id, quod fuit hic de veritate redibit ibi idem, & sic sufficiet ad identitatem. Etiam

A per illud peruenient ad determinatam quantitatem competentem statui resurgentium. Nam hic ipsum paruum existens in semine per seipsum multiplicatum est, vt perueniret ad tantam magnitudinem quantam hic homo habuit: ergo ibi etiam ad eandem, vel maiorem sufficiet. Et cum hic non ponant id, quod generatur ex nutrimento pertinere ad augmentationem, a fortiori neque ibi concedent, & quia hic solum concedunt alimentum esse necessarium propter resistere consumptioni: ibi autem nulla erit, quia in resurgentibus reparabitur natura in sua perfectione, ita vt calor naturalis non agat tũc ad consumptionem humidi naturalis, ideo non erit necessarium aliud de eo, quod per nutritionem generatum est: sed resurget solum id, quod fuit de veritate naturæ idest quod in semine decisum est, & illud

B totum erit ibi.

Sed dicendum, quòd isti in modo ponendi resurrectionem fieri quantum ad id, quod de veritate humanæ naturę erit in resurgentibus non erant inquantum loquuntur consequenter ad positionem suam, sed erant per fundamentum suum falsum, quod ponunt de modo augmentationis, & nutritionis factæ in homine. Hæc enim positio irrationalis videtur ex duobus scilicet ex parte eius, quod augetur, & ex parte alimenti, quod aduenit, non enim potest fieri augmentum nisi secundum hoc, quòd materia, quæ primo erat terminata sub paruis dimensionibus, postea ad maiores dimensiones perducatur. Hoc autem nõ potest fieri, nisi dupliciter. Vno modo quòd tantum sit de materia sub paruis dimensionibus quantum sub magnis, & talis mutatio de paruo in magnum fit necesse per rarefactionem, densum enim, & rarum per hoc differunt, quòd in rarò est parum de materia sub magis dimensionibus, & in denso est multũ de materia sub paruis dimensionibus, vt patet. 4. Physi. Alio modo poterat fieri augmentatio, quòd plus de materia sit sub magnis dimensionibus quam sub paruis. Hoc autem non potest fieri nisi dupliciter, scilicet quòd materia quæ nunquam fuit creetur a Deo, & incipiat esse in isto augmentato. Vel quòd id, quod erat materia alterius corporis efficiatur materia huius transmutato illo corpore in istud. Et ita dicit Augusti. li. 10. super Gen. ad literam, quòd nihil est absurdius quam putare aliquod esse corpus, quod manente naturæ suæ quantitate vndique crescat nisi rarescat, augmentum tamen corporis humani constat, quòd nõ fit per rarefactionem. Etiam nõ fit per additionem materiæ de nouo creatæ: quia materiam omnium rerum creauit Deus simul, vt dicunt sancti Doctores. Restat igitur solum, ꝙ fiat augmentum humani corporis per hoc, ꝙ additur huic corpori materia, quæ suberat formæ alterius corporis, illo corpore in corpus humanum secundum veritatem conuerso, & hoc est nutrimentũ, ꝙ fit, scilicet, vt cibus, qui est alterum corpus, per alterationem virtutis vegetatiuæ cõuertatur in corpus alitum, & trãseat per maiores partes, quam fuit deperditum, quod est augmentum.

(Margin: Dupliciter potest fieri augmẽtatio.)

C D E Sed quia probatio illa procedit ex illo dicto Augustini: dicunt quidam, quòd non est sic accipiendum, sed quòd Augustinus arguat ibi de communi modo augmentationis rerum, potest tamen esse alius modus augmentationis specialis, siue qui cõpetat homini naturaliter, siue ex miraculo, & ita poterit corpus hominis augeri non addita quantitate alieni corporis conuersi in ipsum. Secundò dicunt, quòd sunt attendenda verba Augusti. dicit enim nil absurdius esset quam quòd aliquod corpus esset quod manente suæ naturæ quantitate vndique crescat nisi rarescat. Per hoc quòd dicitur naturæ suæ quantitate, dicunt ipsi

ipsi quòd est sensus quòd corpus manens in sua quantitate, ita quòd quantitas eius non sit augmentata, neque per additionem, neque per multiplitudinem non crescit nisi per rarefactionem: & tamē facta multiplitudine eius, quod præexistebat non manet quantitas naturæ suæ: & sic crescit etiam si non rarescat.

Sed dicendum, quòd prima defensio eorum non stat, quia si Augustinus loqueretur de modo cōmuni augmentationis, & præsupponeret esse alium specialem modum augmentationis corporis, vel etiam si Augustinus non præsupponeret, esset tamen sic in veritate, non procederet probatio Augustini ibi contra Tertullianum, Tenebat enim Tertullianus quòd anima crescebat, sed non poterat minui: & quòd crescebat quantum crescit corpus humanum: & Augustinus per illam probationem procedit contra eum, vnde si esset iste modus augmenti communis omnibus animantibus, & corpori humano competeret alius specialis, non procederet probatio Augustini, qa diceret Tertullianus, quòd erat alius modus, quo posset anima crescere, & non rarescere non adueniētemateria aliqua ab extra mutato aliquo corpore in ipsum, potissimè, quia si pro corpore humano potest poni modus specialis augmenti, a fortiori poterit poni pro anima specialis, immo specialior, quia minus conuenit anima hominis cum corporibus aliorum animalium, quam corpus hominis cum corporibus eorū, ergo modus quo anima humana augetur, erit magis dissimilis modo communi augmenti corporū aliorum animalium quam modus augmenti corporis humani.

Secunda eorum defensio non tenet, quia cum augmentum propriè sit quantitatis non potest intelligi, quòd corpus crescat, & maneat eius quantitas secundum eādem dimensionem, sed oportet intelligi cum dicit manente quantitate naturæ suæ, vt nulla quantitas adijciatur, quæ sit eiusdem naturæ, sicut aurum coniungitur auro, & ita in omnibus homogeneis, q̄ fiunt maiora per iuxta positionem quantitatis eiusdē naturæ. Vel quod addatur quantitas, quę non sit eiusdem naturæ sicut cibus aduenit carni, vnde per hoc, quòd dicit manente naturæ suæ quantitate nō remouetur nisi additio similis rei in natura per modos dictos scilicet manente quantitate naturæ suę idest nō addita ei aliqua quantitate. Si enim Augustinus per hoc intēderet remouere multiplitudinem eiusdem quantitatis per seipsam, vt illi intelligunt, nihil valeret probatio Augustini, quia Tertullianus cōcederet dictum Augustini scilicet quòd anima crescebat, & non per additionem quantitatis alienæ neque per rarefactionem, sed per multiplitudinem posset augeri, multo probabilius posset de anima hoc dici si ipsa poneretur esse aliquid corporeum, sicut aliqui voluerūt quòd sic augeretur, quòd licet anima esset aliquid corporeum esset spiritualius quàm ipsum corpus, cuius est, & ideo competeret ei modus augmenti spiritualior, sed augeri corpus humanum per multiplitudinem eius secundum seipsum non adueniente aliquo ab extra spiritualior modus augmenti quam augeri per additionem quantitatis alieni corporis, ergo magis conueniret istud augmentum animæ quam corpori, & ita probatio Augusti. non valeret. Ad hoc igitur, quòd valeat, oportet supponi, quòd nō sit alius modus augmentationis nisi per aduentum alienæ quantitatis.

Sicut autem ostensa est inconueniens positio ista ex parte cibi aduenientis, ita est inconueniens ex parte eius, cui aduenit, & est illud quod augetur, quia sic sumptio alimenti non erit per se intenta à natura, sed per accidens scilicet, vt alicui nociuo incurrat idest,

F calori naturali digerenti. Sed hoc est falsum, quia calor naturalis conuertens est ad trāsumitatē cibi. Si autem cōuersio illa per se non esset intenta a natura esset calor superuacuus, qui ad hoc seruit, & ita ponerentur multa superflua in opere Dei, quod est absurdum, cum etiam natura nihil superfluum habeat, quia illud repugnaret recto ordini vniuersi, vt dicitur. 12. Metaphy. in fine, & tamen hoc dato ponerentur ista duo superuacua scilicet calor naturalis, & cibi sumptio. Nam ponunt, quòd non sumitur cibus nisi ad resistendum calori naturali, neque consumat id, quod est de veritate naturæ humanæ, & calor conuertens ponitur propter cibi aduentum, ergo ordinatius

G fuisset vtrumque tollere scilicet, vt non esset calor naturalis conuertens, qui posset consumere humidum naturale, neque esset cibus, qui adueniret ad resistendum illi calori, sed id, quod est de veritate humanæ naturæ sine illo calore conuertente, & sine cibo adueniente per seipsum multiplicaretur, vt perueniret ad hanc quantitatem, ad quam nunc peruenit, & tamen tam calor naturalis conuertens, quam cibus adueniens sunt in natura ex opere Dei, & nullo modo essent si non essent de intentione naturæ, si cibus consumptus non est ad conuertendum in substantiam aliti per maiores partes, & ad restaurandum quod deperditum est. Ergo non fit augmentatio sicut isti ponunt.

H Sed istam sustinentes positionem ponunt tres modos ad defendendum illam, quorum quilibet est inconueniens, sicut & ista positio.

Quidam enim dicunt, quòd talis augmentatio fit miraculosè per diuinam operationem, sicut & panes euangelici multiplicati sunt Io. 6. c.

Sed istud est valde absurdum. Primo, quia opus naturæ conuertunt in miraculum, & est magnum inconueniens, & confusio actionum, quia sicut artis actio non est eadem cum actione naturæ, ita neque actio miraculosa, sed gignere augeri nutriri est naturale, ergo modus augmenti erit naturalis.

Et si dicatur: quòd tota augmentatio sit supernaturalis sequentur multa inconuenientia.

I Primum, quòd natura deficit in necessarijs. Nam naturale est genito habere proprias operationes, quas exercere non potest nisi habens determinata instrumenta non solum quantum ad figuram, sed etiā quantum ad magnitudinem, & vigorem, ergo est naturale genito peruenire ad illam magnitudinem. Si autem natura non posset deducere eum ad illam magnitudinem, deficiet natura in necessarijs, sed hoc est incōueniens, ergo natura potest facere augmentationem, & sic non erit supernaturale.

Secundò, quia anima vegetatiua non est minoris virtutis in homine quam in bruto: sed manifestum est, quòd in bruto per virtutem vegetatiuam fit nutritio, & augmentatio conuertendo alienum corpus in corpus bruti, & addendo quanti-

K tati præexistenti nouam quantitatem, ergo in homine per virtutem vegetatiuam fit augmentatio, & ita non augebitur quantitas se per seipsam multiplicando.

Tertiò, quia nos videmus eadem in homine quæ in bruto. Nā in bruto nascitur fętus minoris quātitatis, & indiget cibo, & illū accipit, per quē efficitur maioris quantitatis, & restauratur deperditum in eo, sed in homine nos videmus, ꝙ nascitur minoris quantitatis quam postea fit, & etiam cibo indiget, & accipit illum sicut bruta, & restaurationem, & deperditionem videmus fieri in hominibus sicut in brutis: ergo ad idem erit cibus in homine, ad quod est in brutis, sed in illis per actum vegetatiuæ sine miraculo

raculo conuertitur in substantiam bruti per maiores partes quā sit deperditum: ergo in homine per actū vegetatiuæ ex cibo fiet augmentatio. A

Quarto quia dato pro vero, quòd esset caro de veritate naturæ humanæ sic genita esset caro in homine simpliciter incorruptibilis per totam vitam, vel si corrumperetur, quòd nunquam posset restaurari. Consequentia patet, quia si caro de veritate humanæ naturæ non gigneretur per conuersionem cibi in carnē, sed id, quod fuit ex semine per se multiplicaretur, vel deperiret aliquid de illo per totam vitam, aut non, si non deperiret, esset illa incorruptibilis per vitam, si autem deperiret, sequeretur, quòd aliquid minus semper esset in carne, & quòd non restauraretur: quia nō conuertitur in carnem illam cibus, neque additur illi, ita vt fiat eadem caro per conuersionem: vtrunque autem est inconueniens. B

Primum patet, quia caro incorruptibilis non esset eiusdem speciei cū carne corruptibili: & ita aliæ partes carnis, quæ ex alimento venirent non essent eiusdem speciei cum carne, quę est de veritate naturę humanæ, & hoc est inconueniens.

Secundum patet, quia semper corpus humanum haberet minus de veritate naturæ, & per diuturnam vitam poterat tantum deperire, quòd nil maneret de veritate naturę humanę in homine, vel parum, quod est inconueniens.

Quinto quia nunc est conueniens dictum, quòd augmentatio corporis nostri fiat per multiplicationē sicut fuit in panibus euangelicis. C

Primo quia non constat, quòd illa multiplicatio panum facta fuerit per hoc, quòd ipsi panes nullo addito per seipsos fuerint multiplicati, sed quidam putant creatas de nouo inter manus Christi & Apostolorum alias partes panum. Alij dicunt, quòd Christus alia corpora conuerterit in panes, & ita non est necessarium poni istam multiplicationem.

Secūdo quia dato, quòd ibi fuerit factum per multiplicationem panum in seipsos non est verisimile, quòd corpora humana debeant augeri per talē multiplicationem: quia panes euangelicos non potuit natura multiplicare, quicunque modus faciendi fuerit: conuertere autem cibum, & carnem humanam potest natura facere, quæ transmutat id, quod est in potentia in esse in actu quāuis successiue per plures operationes: quod Deus subito facit. Quod enim naturæ possibile est committitur operationi naturæ, quæ vnicuique dat perfectionem secundum quòd capax est: vnde non oportet confugere ad miraculum. Si enim libere ad miraculum nos confugere liceat, tolletur omnis scientia, quia cum omne, quod fit per naturam, possit fieri per miraculum, & Deus, qui operatur miracula, non habeat determinatum modū operandi, & effectus producere possit quales voluerit, sequitur, quòd tolletur omnis certitudo rerum: & ita omnis scientia. Et nō potest esse maius incōueniens, ideo nunquam est ad miraculum confugiendum nisi in eis, quæ naturaliter fieri non possunt. D

Secundus modus sustinentium istam positionem est, quòd in corpore humano est multum de quinta essentia, & quòd multiplicatio eius, quod est de veritate naturæ in corpore humano, est per modum, quo multiplicatur quinta essentia, vnde sicut lux solis multiplicatur in seipsa diffusa per aerem sine alicuius additione: ita dicunt, quòd corpus humanum per seipsum augetur, & multiplicatur sine additione alicuius extrinseci. E

Sed ista positio habet duas falsitates. Prima est, quia corpus quintæ essentiæ non venit in compositionem corporis humani materialiter, sed solum secundum virtutem, cum non sit diuisibile, neque commissibile, neque extra proprium locum possit esse.

Secunda, quia non poterat esse similis multiplicatio, etiam si corpus humanum per seipsum multiplicaretur, quia diffusio lucis non fit per multiplicationem alicuius materię cum lumen non sit corpus, sed est multiplicatio formalis tantum scilicet quod forma incipit esse multiplicata per totum mediū, sicut etiam est in qualibet alteratione, quia agens multiplicat formam suam in materia, & est ibi iam multiplicata forma, quæ prius erat vna, & in vno scilicet in agente alterante, & tamen ibi non fit aliqua multiplicatio materiæ, & tamen si fuerit multiplicatio corporis per seipsum, fieret multiplicatio materiæ, quia iam sunt maiores dimensiones quam prius, & non est factum per rarefactionem, ergo est ibi plus de materia illa, tamen non aduenit ab extra: ergo materia præexistens per seipsam multiplicata est scilicet, vt efficiatur plus de materia quam prius erat, & hæc multiplicatio est materialis, multiplicatio tamen lucis est multiplicatio formalis.

Tertius modus sustinentium positionem istam est. Dicunt enim quòd materia prima quantum in se est, caret omni quātitate, & forma, ergo æqualiter se habet ad recipiendum omnes quantitates sicut ad recipiendum omnes formas, sed quęcunque materia vel portio materiæ potest recipere quamcunque formam, ita & quæcunque pars materiæ poterit recipere quamcunque quantitatem, & ita illud paruum de materia, quod est in homine ex semine potest recipere nō solum quātitatem maximam, ad quam homo peruenit sed etiā quācūque aliā, & ita nō erit opus, ꝙ recipiat plus de materia, & tñ si nutrimētū trāsiret in substantiā aliti, & ita fieret augmentatio nō solū esset ibi maior quantitas, sed ēt plus de materia, & tamē illi præexistenti materiæ sine additione alterius partis materiæ potest aduenire quæcūque quātitas, sed hoc nō potest intelligi per multiplicationem rei per seipsam nullo alio addito, ergo pōt corpus humanū per seipsum multiplicari non conuerso alimento in ipsum. Dicunt enim ꝙ quantumcunque sit parum de materia in aliquo corpore, pōt recipere quantamlibet quātitatem a Deo ꝙ ex grano milij pōt fieri totus mundus, nec mirum cum ex materia præsentali sit factus totus mundus. Et probant, quia quod est diuisibile per quantitatem est diuisibile, materia aūt quātitate caret, ergo indiuisibilis est, & consequenter se habet ad modum pūcti. Sed dicēdum, quod iste modus non stat. Primo quia imaginatur indiuisibilitatē materiæ ad modum pūcti, vt si ex materia præsentali mūdus sit factus per quādam quasi extensionem sicut si res parua ad magnam extendatur, sed hoc non est verum. Materia enim dicitur indiuisibilis per negationem totius generis quantitatis, quia neque habet lineam, neque superficiem, neque corpus. Punctus autem non est indiuisibilis per omnem negationem generis quantitatis, sed per habitudinē ad quantitatē. s. vt habens primum situm in quantitate, imo punctus non habet esse nisi vt principiū quantitatis. s. habens positionē in quātitate, materia aūt nō dicitur per habitudinem ad quātitatem, ideo nō est taliter indiuisibilis materia sicut punctus, vnde ex materia efficitur res quāta, qa nihil est quātū nisi materiā habēs, nō tñ p extensionē materiæ (loquendo de materia prima) cū extensio nō sit nisi rei habentis quātitatem, materia aūt cōsiderata ī sui primitate, & nō vt est subiectū formatū nullā quātitatem habet, & cōsequenter nō ęst extensibilis, sed extenditur res per materiam secūdum quantitatis susceptionem. s. quia ex materia cōpetit

Punctus quō est ī diuisibilis.

petit recipere quantitatem. Cum autem dicūt, quòd factus est mundus ex materia præsentali: idest ex materia indiuisibili sicut est punctus, falsum est, quia talis materia nullam haberet quantitatem: & ideo illa non est subiectum alicuius transmutationis. Etiam si diceretur, quòd ex materia pedali factus est totus mundus, falsum est, quia non poterat fieri nisi per rarefactionem, tanta autem rarefactio fieri non poterat, quia excederet conditionem omnium corporū creatorum: ideo non est intelligendum quòd ex materia præsentali, vel parua per extensionem eius fuerit factus mundus: sed quòd ex materia, quę est indiuisibilis, quæ ex se nullam habet quantitatem factus est mundus recipiente ipsa materia quantitatem: & illa materia non fuit pauca: sed fuit tanta quanta nūc est idest eadem cum materia non gignatur nec corrumpatur: & cum illa creata est fuit creata cum ea quantitas sua: quia non præcessit materia per aliquod instans temporis ad quantitatem suam, & primam formam vel primas: quia multas formas simul accepit in suis partibus.

Mundus ex materia indiuisibili; nulla habēte quātitatē factus est.

Secundo nō stat ista positio, quia licet materia prima prout in se consideratur nullam quantitatem habeat: non tamen sequitur, ꝙ sit in potentia cuiuslibet quantitatis imaginabilis. Et patet cum materia recipiat quantitates determinatas, & omnia accidētia secundum exigentiam formæ quam recipit, eo ꝙ materia cum forma est causa omniū, quæ insunt, idest omnium accidētium. 1. Physi. oportet quòd materia prima ad nullam quantitatem sit in potentia nisi ad illā, quæ competit formæ naturali, quę in materia esse potest: materia aūt prima non est in potētia naturali, nisi ad illas formas, quæ sunt in rerū natura, vel per principia naturalia educi possunt. Si enim esset aliqua potentia passiua in materia, cui non responderet aliqua potentia actiua in rerum natura, illa potētia passiua esset superflua, vt dicit commentator: ideo materia prima nō est receptibilis maioris quantitatis quam quātitatis mundi cum vltra formas, quæ in mundo sunt nulla forma sit naturalis, neque per principia naturalia esse possit: propter quod dicit Arist. 3. Physi. quòd non est possibile augeri magnitudinem in infinitum loquendo naturaliter.

Tertiò, ꝙ si eadem materia, quæ primo erat sub paruis dimensionibus, fiat sub maioribus dimensionibus: hoc non potest accidere nisi per rarefactionē, vt dictum est, sic dicit Augusti. 10. lib. sup. Gen. ad literā, quòd nil absurdius est quā putare, quòd aliquod corpus manente suę naturæ quantitate vndique crescat, nisi rarescat: & tū iste modus nō competit in augmentatione corporis humani: quia tunc cum æquale de materia esset in puero vnius diei, & in viro trigenario, essent mēbra pueri vnius diei multo solidiora, quia essent densiora cum haberent multum de materia sub paruis dimensionibus: & tamen est per contrarium, quia multo solidiora sunt corpora iuuenum, & adultorum quam infantum: ergo plus de materia est in adultis quam in pueris: sicut etiam sunt maiores dimensiones, & cōsequenter nō fiat augmentatio ista quantitatis per seipsam sine additione.

Quartò quia quando loquimur de materia existēte in hac re, iam dimittimus cōsiderationē materiæ absolutè: non enim potest accipi illa materia, quæ est in hac re nisi secundum quòd est, & intelligitur diuisa materia, quæ est in alia re. Diuisio autem non accidit materiæ nisi secundum ꝙ consideratur sub dimēsionibus saltem interminatis: quia remota quantitate, vt dicitur. 1. Physi. materia erit ens indiuisibile: vnde consideratio materiæ, huius rei non est considera tio materię absolutè, sed materię sub dimēsione exi-

F stentis: vnde non oportet quòd id quod conuenit materiæ inquantum est absoluta conueniat materiæ existēti in hoc, put accipitur in hac rę existens: q̄ ex hoc receditur a consideratione materiæ primæ: vnde materia, quæ est in hac re existens non est in potentia ad totam quantitatem mūdi, sed vsque ad aliquid determinatum quātum posset cōsequi per rarefactionem, & ista raritas nō excedit raritatem ignis: quia nulla raritas pōt esse maior, vt dicit Commentator. 4. Physi. & ita licet materia corporis humani, quę est sub pedali, vel bipedali rarefiat vsque ad raritatem ignis, non erit ens inde productum tātæ quātitatis, vt quadratū vel solidum vnius leucæ: & tū nō pōt materia illa esse sub maiori raritate: ergo nō est in potētia ad maiorē

G quātitatem recipiēdam. Falsum est ergo, ꝙ materia secūdum seipsam est in potētia ad quātācūque quātitatem: ita ꝙ paruæ materiæ sine additione aliarum partium materiæ possit aduenire q̄cūque quātitas. Et ita apparet ꝙ tā positio ista de augmētatione sine alimento per multiplicationem corporis humani secūdum seipsum tam quantum ad se, quam etiam quātum ad modos omnium sustinentium eum habet falsitatē.

Sed adhuc aliqui dicūt esse verā præcedētē positionē, q̄a nutrimētum nō conuertitur in veritate humanæ naturæ: ergo augmentum non fit per alimētum; sed ipsum, quod est de veritate humanæ naturæ per seipsum multiplicabitur, & augebitur.

H Primò patet quia id, quod per os intrat in vētrē vadit, & per secessum, nō conuertitur in veritatē naturæ humanæ, talis autem est omnis cibus, quia per os intrat, ergo non transit aliquis cibus in veritatem naturæ humanæ.

Secundò quia veritas vniuscuiusque rei est in eo, quod est ei secundum speciem, vt dicitur. 2. de Generatione. Sed caro secundum materiam non transit in carnem secundum speciem, vt dicitur. 1. de Generatione, ergo nutrimentum non conuertitur in veritatem naturæ humanæ.

Tertiò quia ad veritate naturæ pertinet id, in quo calor cōuertēs radicatur, sed tale humidū (vt medici dicūt) post quam consumptū est nō restauratur, vt patet de his, q̄ laborāt tertia specie hecticæ, quæ est incu

I rabilis, ex eo ꝙ tale humidū nō restauratur. Cū ergo omne id, in q̄d cōuertitur alimētum possit restaurari post deperditionem, quia per sumptionem alimenti restauratur: videtur ꝙ nutrimētū nō cōuertatur in id, quod pertinet ad veritatem humanæ naturæ.

Quartò quia omne id, in quod cibus cōuertitur statim per calorem agētem dissoluitur, ideo fluēs, & refluēs iudicatur: sed non pōt esse, ꝙ totum quod est in corpore sit fluēs, & refluēs, ergo oportet: ꝙ aliquid sit manens in corpore, in quod non conuertatur cibus, tale autem præcipue pertinet ad veritatem humanæ naturæ, ergo alimentum non trāsit in veritatem humanæ naturæ. Patet antecedēs ꝙ si non esset aliquid

K fixum manens in corpore humano contingeret, ꝙ quælibet pars eius posset euanescere aliquo alio in eius locum substituto, & eadem ratione de toto fieret sicut de qualibet parte, & tunc accideret, quòd de illa materia, quæ in homine fuit in conceptione sua, vel natiuitate nil maneret in aliquo tēpore vitæ eius, & tunc non esset idem homo iste, qui fuerat à principio, cùm vnitas indiuidui sit ex vnitate materiæ, sed hoc est absurdum scilicet quòd homo, qui cępit viuere, desinat esse idem, qui prius fuit non desinente vita, ergo aliquid fixum manet in homine per totam vitam, in quod non conuertitur alimentum.

Quintò, quia nulla virtus naturalis debilitatur multiplicata materia sibi conueniente, cum potius debeat adiuuari, sed solum debilitatur per

admix-

admixtionem alicuius extranei: sed virtus conuersiua debilitatur in homine in fine vitæ, aliàs homo posset in infinitum augeri, & viuere, ergo hoc contingit per admixtionem extranei, sed nihil admiscetur ad materiam illam, in qua prius fundabatur virtus cōuersiua, nisi quod ex nutrimēto generatur: ergo hoc, quod generatur ex alimēto, est extraneum ei, in quo virtus conuersiua fundatur, & tamen non esset extraneum, si transiret ibi illud, & subrogaretur partibus defluentibus: ergo non cōuertitur alimentum in id, quod est de veritate naturæ humanæ.

Sexto, quia natura facit vnumquodque faciliori modo, quo potest fieri: Deus autem procedit multo ordinatius quam natura: cum ergo facilior modus augmentandi aliquid sit per multiplicationem materiæ quam per conuersionem alterius extranei in id, quod augetur, videtur, quòd iste modus competat diuinæ prouidentiæ scilicet, vt faciat quòd corpus humanum augeatur nullo exteriori in illud conuerso, B vel transeunte, sed sola eius materia multiplicata: & ita non transibit alimentum in veritatem naturæ humanæ, neque per id fiet augmentatio.

Septimo quia omnia, quæ sunt eiusdem speciei consequuntur suum complementum per eundem modum: sed quidam defuncti in parua ætate deducētur in resurrectione ad quantitatem completam, quā habituri erant, quando peruenirent ad annum tricesimum, & hoc non per additionem, neque per conuersionem nutrimenti, sed per multiplicationem C materiæ, vt videtur, cum nullus alius modus ibi competat: ergo, & cæteri homines hoc modo veniunt ad quantitatem completam, & ita non augmentabuntur per conuersionem alimenti in id, quod est de veritate naturæ humanæ, sed per multiplicationem materiæ in seipsam: quod tenet ista positio.

Dicendum, quòd non stat ista positio, vt ostensum est. Et est verum, quòd alimentum transeat in veritatem naturæ humanæ, vt dictum est, & dicetur infra in declaratione duarum positionum sequentium.

Ad argumenta autem ista respondendum est: & tamē prius applicemus secundam, & tertiam positiones ad propositum: & tunc ad argumenta prædicta D respondebitur. Dicunt autem qui secundam tenent positionem aliquid esse in corpore humano, quod maneat in eo fixum per totam vitam sicut dixerunt tenentes primam positionem, & dicunt esse tam in homine quam in omnibus corporibus animatis, quę nutriuntur, & illud per totam vitam manere fixum secundum determinatam partem materiæ, & in illo dicunt existere principaliter veritatem naturæ humanæ: aliud autem est, quod semper fluit, & refluit, idest aduenit, & consumitur, hoc autem est, quod ex cibo generatum est.

Sed differunt isti à primis: quia dicunt sumptionem alimenti non solum esse ad fomentum caloris naturalis idest, vt in eo foueatur, & agat, & non consumat humidum radicale, vel id quod est de veritate E naturæ humanæ: sed etiam ad augmentum quantitatis: non enim posset illud quod primo a generantibus decisum est, quod quidem permanens esse dicitur, intantum extendi, quanta est quantitas humani corporis in suo maximo augmento, nisi addetur aliqua materia, quæ simul cum materia præexistente quantitatem totam reciperet sine aliqua rarefactione. Et dicunt quod istud, quod est permanens per totam vitam diffunditur per totum corpus, & similiter illud, quod est adueniens, & recedens ad modum, qui fit in mixtione vini, & aquæ, vinum enim non excrescit in maiorem quantitatem quod

A est in specie vini: & tamen non participat illud, nisi per additionem aquæ, quæ quidem in vinum conuertitur. Ita tamen vt isti dicunt, quod virtus vini semper in illa parte materiæ manet magis, quæ prius sub forma vini erat: & secundum hoc ponunt, quòd illud quod est generatum ex alimento non est omnino alienum à veritate naturæ humanæ sicut primi dicebant, sed est ad veritatem naturæ secundario pertinens, secundum quòd est necessarium ad debitæ quantitatis complementum: & huius positionis auctor fuit Alexander commentator Aristotelis, vt dicit Auerrois in libro de Generatione.

Ista autem positio ponit resurrectionem fieri sic quòd in resurgentibus redeat totum illud, quod fuit principaliter de veritate naturæ humanæ, quod man sit fixum per totam vitam in corpore, & de eo quod per nutritionem aduenit, & factum est secundario de veritate naturæ humanæ, quòd aliquid maneat in resurgente: non quidem totum, sed quantum necessarium est ad seruandam debitam quantitatem, Et hoc necessario habet ponere ista opinio, eo quòd necesse est resurgentes in sua maxima quantitate, quam habuerunt resurgere, vel in ea, quam habituri erant in anno tricesimo si illuc peruenirent: sed ad hanc quantitatem non sufficit id, quod per semen trahitur à parentibus cum paucum illud sit, & non possit per se multiplicari, sicut dixit prima positio, sed ex additione extranei corporis, & cōuersione fit istud augmentum, & magnitudo.

Vnde ista positio tenet, quòd totum quod fuit in substantia seminis resurget in illo homine, qui fuit ex semine genitus, quia hoc est principaliter de veritate humanæ naturæ in ipso: & est per totam vitam manens idem. De illo autem, quod per alimentum postea venit habent dicere, quòd nō resurget totum, sed tantum quantum necessarium erit ad reddēdum illam magnitudinem, quam homo habuit in suo maximo augmento.

Et ratio est secundum istos, quia istud quod aduenit per nutrimentum non est de principali intentione naturæ: sed solum ad perueniendum ad debitam magnitudinem: ideo tantum de eo resumetur in resurrectione, quantum sufficeret ad reparandum præexistentem quantitatem, qua reparata non erit residuum attinens ad hominem: sed tanquam prorsus alienum dimittetur. Nam si totum quod conuersum est in substantiam hominis per nutritionem deberet in eo resurgere, necesse esset quòd efficeretur homo immoderatæ quantitatis, aut indebitæ densitatis. Nam quādocunque homo cibum accipit conuertitur in substantiam eius multum de illo cibo, & rursus per actionē caloris resoluentis fluit, & desinit esse in corpore, & resumitur per cibum restauratio eius, & sic per totam vitam, & ideo si quis vixit per octoginta annos, & totum, quod hoc tempore per nutritionem conuersum est in substantiam corporis eius, & per actionem caloris fluxit, deberet redire fortè efficeret quantitatem viginti hominum: talis autem quantitas est immoderata, vel si deberet totum illud resumi sub tantis dimensionibus sub quantis homo fuit quando vixit, oporteret, quòd efficeretur in decuplo, vel vigecuplo densior: quia haberent vigecuplum de materia sub eisdem dimensionibus, ideo neutrum est, quia vtrumque est inconueniens.

Nam tanta magnitudo: scilicet vt vnus homo sit æqualis magnitudine viginti hominibus non est conueniens speciei. Hominum namque natura constantium, vt Aristoteles ait, positus est terminus magnitudinis, & augmenti. Secundum non conuenit,

uenit, quia corpus humanum est determinatæ densitatis, & raritatis. Tanta enim poterat esse raritas quòd non pertineret ad speciem, vt si esset tam rarũ sicut ignis vel aer: tantæ etiam densitatis poterit esse, quòd non possit vegetari ab anima: vt si esset tam densum sicut marmor vel alij lapides: & ideo oportet, quòd non reuertatur tota materia, quæ fuit in homine ad esse in eo in resurrectione: sed secundum istam positionem reuertetur tãtum de illa quantum fuerit necessarium ad restaurandum magnitudinem, quam habuit homo viuens, vel habiturus erat si perueniret ad annum tricesimum.

Sed quę pars materiæ redibit, & quæ non, dicendũ, quòd redibunt partes eo ordine, quo fuerunt partes, scilicet quòd id, quod prius fuit de veritate humanæ naturæ conuersum in corpus per alimẽtũ, illud prius redeat scilicet ex tempore, quo fętus fuit conceptus, cępit nutriri, & augeri: & illa quæ transibant in veritatem corporis rursus per actionem caloris resoluebantur: & ita mansit vsque ad mortem: quia quãdiu animal viuit nutritur: licet nõ semper augeatur: in resurrectione autem sic erit, quòd quidquid fuit in semine, vt isti dicunt redibit nulla parte eius deperdita, deinde de ceteris, quæ aliquando fuerunt homini incorporata per alimentum, redibunt tantum, vt sufficiat ad restaurandam quantitatem, quæ præfuit, sed prius resumentur ea, quæ prius fuerunt incorporata, scilicet vt omnia, quæ per alimentum transierunt in corpus ex tempore conceptionis vsque ad tempus duorum annorum consumatorũ prius redibunt quã ea, quę homo habuit per alimentũ, quando erat decẽ annorũ: & si ea, quæ incorparata fuerunt homini ex conceptione vsquequo fuit sex annorum suffecerint ad reddẽdam magnitudinem maximã, quam homo habuit, non resumetur in eo in resurrectione aliquid de eis, quæ incorporata fuerunt ei ab anno sexto vitę vsque ad mortem. Et hoc duplici ratione. Prima quia quanto aliquid principalius pertinet ad veritatem naturæ humanę, tanto magis redit secundum positionẽ istã, & ideo quia id, quod fuit in semine fuit per se de veritate naturæ humanæ dicunt, quod illud totum redit nulla parte eius deperdita: & quia illud non sufficiebat ad magnitudinẽ debitam indiuidui, & assumptum fuit statim alimentũ quousque sufficeret ad debitam magnitudinem. Et quia illud rursus consumebatur per actionẽ calidi, oportebat subintrare aliquid & ita cõsequenter, & quia istud secundũ non incorporaretur corpori nisi præcedẽs resolueretur, & flueret per actionem caloris: apparet ꝙ istud secundũ est ꝓpter primũ: & sic principalius, & directius pertinet ad corpus hominis id, quod prius assumptum est ad restaurationẽ quàm id, quod primò: potissimè quia secundum istos primũ alimentum non assumptum est ad restaurandum aliquid deperditum: quia de eo, quod fuit in semine, nihil dicunt deperdi, sed fuit assumptum ad augmẽtum eius, ꝙ fuit in semine: secundum aũt alimẽtum fuit sumptum ad restaurationem primi alimenti, quod per caloris actionem deperijt, ergo primum pertinebat principalius ad corpus humanum quàm secundum: quia secundum non pertinebat ad corpus nisi propter primum.

Animal quandiu viuit nutritur licet non sẽper augeatur.

Secũda causa est, quia accipiendo primũ humidũ, quod radicale vocatur. i. spermaticũ fuit illud purũ: id verò, quod postea conuersum est in illud per nutritionẽ, facit, vt totũ mixtum ex humido radicali, & ex isto humido cibali superueniente non sit ita purum sicut erat humidum radicale, neque ita perfectè participet virtutẽ speciei sicut primum, qñ solum manebat, sicut ponit Aristot. exemplum primo de Generatione, de aqua, quæ admiscetur vino: trãsit. n. in na-

F turam vini quia ex vino præexistenti, & ex ea adiuncta efficitur vinum mixtum, quod est in specie vini, & tamen non participat illud mixtum virtutem speciei vini sicut præcedentes vinum, quod nõ erat mixtum: & si postea addatur aqua adhuc fiet mixtio, qđ erit in specie vini, sed erit aquosum quousque veniatur adhoc quòd illud mixtum non maneat in specie vini: & ideo licet aqua primo assumpta, & secundo, & tertio transierit in speciem vini, & tamen non ita perfecte participauit virtutem speciei vini aqua secũdo admixta, sicut aqua primo admixta: & multo imperfectius aqua tertia admixta. Ita de alimento, quia quodlibet alimẽtum facit mixtionem cum eo quod præexistebat de substantia corporis, & mixtum inde

G resultans est minus perfectum quam præexistens, & ob hoc necesse est, quòd primum alimentum con-
uersum in carnem perfectius participauerit virtutem
speciei carnis quam secundum alimentum, & tertiũ,
& quartum, & ita de alijs, & consequenter magis per
tinet ad veritatẽ humanæ idest principalius id, quod
fuit prius conuersum in carnem, quam quod secun-
do, & ideo ad resurrectionem magis pertinebit, cum
ibi resumatur aliquid, inquantum est de veritate na-
turæ humanæ: & ideo ista opinio ponit resurgere to-
tum quod est de veritate humanæ principaliter scili-
cet quod fuit in semine, sed non totum, quod est de
veritate humanæ naturæ secundariò vel minus prin-

H cipaliter, quod est per alimentum, sed aliquid illius resurgere asserit eo modo, quo dictum est.

Sed non stat ista positio, quæ asserit aliquam partem signatam in corpore manere eandem per totam vitam.

Primò quia cum de natura caloris ignei sit, quòd humorem indifferenter consumat, & calor, qui est instrumentũ animę vegetatiuę est igneus, vt dicitur, 2. de Anima, oportet quòd quantum in se est indifferenter consumat omne humidum: vnde non potest aliqua ratio efficaciter ostendere quòd aliquod humidum maneat signatum in corpore per totam vitam, cuius partes non fluant aliquid per consumptionem caloris conuersiui: ergo tam humidum sperma

I ticum quam nutrimentale fluet.

Secundo quia si maneret humidum illud primũ semper idem humidum cibale quod sumitur non esset per se, & primo necessarium ad restaurationem deperditi: sed solum ad augmentum, constat tamen quòd opus augmenti præsupponit opus nutrimenti, quia non augetur nisi quod nutritur, licet aliquid nutritur, quod non augetur, nutrimentum tamen semper fit ad restaurationem deperditi. Vnde si non esset deperditio aliqua esset augmentatio, sed non nutritio, & si non esset deperditio in corpore nisi eius quod ex cibo genitum eius non esset nutrimentum propter nutritionem sed propter augmentationem, cum primum nutrimentum, ut isti volunt, non fuit

K ad restaurandum, sed ad augendum quantitatem humidi radicalis, & tamen assumptio cibi est per se, & primo intenta ad restaurandum quam ad augendum: ideo non solum humidum cibale iam conuersum in carnem fluit, & consumitur, sed etiam humidum radicale siue spermaticum.

Opus augmenti præsupponit opus nutrimenti.

Tertio quia præsupponunt falsum dicentes quòd si misceatur aqua vino transit aqua in speciem vini, & efficitur vinum mixtum: & tamen virtus speciei vini manet perfectius sub illa parte, quæ erat prius sub specie vini. Nã hoc est contra naturã cõpletæ mixtionis: in hoc. n. differt cõpositio à mixtione, quia in cõpositione ex duobus efficitur vnum per se, & tamen illa non efficiuntur eiusdem naturæ sicut materia, & forma: sed manẽt semper realiter distincta, & secũdũ naturam.

Compositio, & mixtio differunt.

naturam. Mixtio verò facit, vt duo, quæ erant diuersæ naturæ vel gradus naturæ facta perfecta admixtione reddantur eiusdem naturæ, & gradus: & ideo facta mixtione aquæ, & vini non manebit aliqua pars illius mixti, quæ perfectius participet speciem, vel virtutem speciei vini quam alia: potest autem concedi quòd id, quod in carnem conuertitur per virtutem formatiuam in principio generationis ad maiorem virtutis speciei perfectionẽ producitur, quàm quod postmodum per actum nutritiuæ conuertitur, cum semper inueniatur generatio alicuius, quod per se generatur esse perfectior quam illa, qua aliquid accipit speciem alicuius per immixtionem. Nam licet ibi sit effectus generationis, scilicet participatio formæ speciei: tamen non directè per viam generationis, sed per immixtionem ad aliquid. Et ratio est, quia quod alteri immiscetur aliquo modo alterat B naturam eius, cui immiscetur, vt patet in vino quod gignitur in vite: & in vino, quod insurgit ex admixtione aquæ ad vinum: & sic etiam videmus, quòd ex humido nutrimentali adueniente immutatur corpus nutritum, vt assequatur in aliquo conditiones ciborum, ex quibus nutritur: & hoc est signum, quòd cibi non transierunt omnino ad participationem speciei carnis humanæ, quia tunc in illo mixto solum apparent conditiones carnis humanæ, & non ciborum sumptorum. Oportet tamen ad hoc quòd fiat nutritio, vel augmentum, quòd id carnis quod ex cibis generatum est, cum carne præexistente misceatur. C

Quandocunque autem fit mixtio duorum differentium secundum contrariam qualitatem, vel secundum puritatem, & impuritatem eiusdem, oportet quòd mixtione completa non retineat vnumquodque qualitatem ipsam, sed communem: alioquin mixtum esset mixtum, ex rebus saluatis, & tunc non esset mixtio, sed compositio solum, sed oportet, vt totum mixtum vnam formam accipiat, quæ est medium, vt patet in mixtione vini, & aquæ, scilicet quia post mixtionem non manet ibi aliqua pars signata habens virtutem completam, & aliquid habens eam debiliter: sed totum est habens eam mediocriter, vnde non est possibile quòd completo D actu nutritiuæ, & augmentatiue maneat aliquid signatum in corpore complete participans naturam speciei, & aliquid incompletè, sed totum vniformiter, quia autem isti inducunt auctoritatem Aristotelis de carne secũdum speciẽ, & secundum materiam, non adiuuat eos, vt dicetur in solutione argumentorum.

Tertia igitur positio est, quã ponit Auerrois in primo de Generatione, dicens, quòd non potest aliquid accipi in corpore humano signatum, quod sit fixum, & permanens per totam vitam, sed totum quicquid est in corpore potest dupliciter considerari, scilicet ex parte materiæ, vel formæ. Ex parte materiæ nil est permanens, ex parte autem speciei, & formæ sic est omne, quod est in corpore permanens, ad quod facit, E quia Aristot. primo de Generatione comparat transumptionem cibi in carnem adustioni lignorum. Videmus enim, quòd si ignis accendatur, & continuè ligna addantur, sicut alia consumuntur, forma ignis semper manebit in lignis, sed tamen materia quælibet consumetur alia materia sibi succedente, in qua species ignis saluabitur. Sic enim in corpore in nutritione, & augmentatione semper manet quod pertinet ad speciem, & formam carnis: idest aliquid sub forma, & specie carnis: licet illud quod recipit habeat formam carnis non manet semper, sed continuè fluit, & per aduentum alterius materiæ cibalis, A quæ in carnem, & ossa conuertitur, restauretur.

Ista positio differt ab alijs duabus, inquantum negat posse aliquid de materia signari, quod maneat idem per totam vitam, sed quælibet pars signata in corpore, quantum ad hoc, quod est materiæ habet quòd fluat, & refluat: ita tamen quòd id, quod est formæ semper maneat: sed non est ex hoc interdum, quòd solum, quod est materiale fluit, & refluit, quia partes illæ quæ fluunt, & refluunt erant partes carnis: fluentibus autem illis, necesse est, quòd pereat forma carnis, quæ in eis est, quia aliàs oporteret dici, quòd forma carnis, vel pars formæ, qua informabantur illæ partes materiales, quæ fluxerunt post fluxum earum, maneat per se sine materia, aut transmigret ad aliam materiam: sed vtrunque est impossibile: ergo corrumpitur forma, vel id, quod est secundum speciem: patet consequentia, quia fluentibus partibus materialibus carnis, idest quæ prius erant caro, aut corrumperetur forma carnis, quæ erat in eis, aut manebit. Si corrumpitur habetur intentum, scilicet quod non solum fluat, quod est materiæ, sed etiam quod est formæ: si manet non potest intelligi, quòd maneat nisi vel separatè, idest sine materia informabit, vel aliam materiam. Sed dicendum quòd vtrumque est impossibile. (Tertia ista positio in qd ab alijs differat.)

Primum patet, quia forma materialis non potest separari, quia si separaretur haberet per se esse: & tamen forma materialis non habet esse: sed esse est compositi: anima autem substantialis propter hoc habet esse separatum, & manet post mortem hominis. Etiam quia si forma materialis separaretur esset intelligens: quia inquantum esset sine materia esset intellectus vel intelligentia: ideo non potest manere separata forma carnis illarum particularum, quæ fluxerunt. Neque potest dici quòd incipiat esse in alia particula carnis, quia ob hoc sequerentur multo plura inconuenientia. Nam si potest transire habet esse propter materiam: quia forma, quæ migrat de vna materia in aliam, desinit esse in prima, & non corrumpitur: sed per hoc quòd desinit esse in materia, & non corrumpitur, & habet esse per se, ideo nulla forma materialis potest migrare de materia in materiam. Item quia dato quòd forma aliqua possit separari: non potest tamen migrare de materia in materiam. Nam anima humana separatur a materia: & tamen non potest informare aliud corpus nisi illud, in quo fuit, eo quòd anima accipit esse, & vnitatem per vnibilitatem ad istam materiam. Sic autem de alijs formis a fortiori inquantum sunt materiales, quia non excedunt conditionem materiæ: ideo non possunt habere esse nisi in illa materia determinata de cuius potentia eductæ sunt.

Dicendum igitur, quòd sicut materiale fluit, ita & forma fluit: & tamen dicitur manere forma, & species: quia licet corrumpatur pars formę carnis, quæ correspondet particulæ materiali, quæ fluit: tamẽ manet eadem forma carnis numero, eo quòd caro est quid homogeneum, & continuum: & ideo totius carnis est eadẽ forma: & licet aliquæ partes carnis pereãt, in quibus perit aliqua pars materiæ, & aliqua pars formæ: quia tamen forma totius carnis manet, quæ est eadem, quæ prius, dicitur manere id, quod est secundum formam, & secundum speciem cum partes, quæ postea per nutritionem conuertuntur in carnem, informentur illa forma carnis totius, scilicet genita forma carnis in illis partibus, quæ non distinguitur a forma præexistenti carnis, quia est vnum continuum homogeneum, & ita manet idem secundum speciem, sed non secundũ materiam,

materiam, quia non manet aliqua pars materiæ assignatæ, & per hoc differt ista positio a duabus primis, quia illæ ponebant aliquid signatum de materia esse semper permanens in corpore, in quo principaliter, & primo veritas humanæ naturæ consistebat.

Sed illæ duæ rursus inter se differunt: quia prima ponebat alimentum nullo modo conuerti in veritatem naturæ humanæ. Secunda autem ponebat conuerti alimentum in aliquid quod sit de veritate humanæ naturæ secundario, & non primò: hæc autem tertia ponit conuerti alimentum in aliquid, quod primò, & principaliter est de veritate naturę humanę: eo ꝙ non distinguit aliqd semper manens idem quantum ad materiam, quod sit per se de veritate naturæ humanæ: & aliquid esse fluens, quod sit minus principaliter de veritate humanæ naturæ, sed omnes partes materiales æqualiter fluunt, & refluunt quamuis id, quod primo in carnem conuersum est, perfectius assequatur speciem carnis quam illud, quod generatur ex cibis, & maxime circa finem vitæ: tamen quandocunque cõuertatur cibus in carnem siue in principio, siue in fine vitæ, fit permixtio eius quod gignitur, & eius quod præexistebat, vt totum vniformiter, & æqualiter veritatem humanæ speciei recipiat sine distinctione aliqua, vt non possit dici, quòd partes carnis, quæ præexistebant sint puriores quàm caro quæ nouiter ex alimento gignitur: vel quòd in illis maneat nunc virtus speciei perfectior quam in partibus nunc genitis: licet verum sit quòd heri tota caro hominis erat purior, & magis participans virtutem speciei quam erit post duos dies sumpto iam cibo aliquo, & tamẽ post duos dies omnes partes carnis quæ in homine fuerunt, erunt æqualiter puræ, & participantes virtutem speciei, siue quæ de nouo genitæ sũt siue quæ præexistebant.

Quid sit de veritate naturę humanę secundum tertiam istã positionẽ.

Ex hoc apparet quid ponat tertia positio de veritate humanæ naturæ in resurgentibus. Et dicendum, quòd idem penitus ponit quod secunda: sed non eadem ratione.

Primum patet, quia secunda positio dicit quòd resurgat in quolibet homine totum, quod fuit in semine tractum a parẽtibus: quod dicit esse primò, & principaliter de veritate humanæ naturæ, & uocat illud carnem secundum speciem. De carne autem idest de particulis carnis, & ossis, quæ ex alimẽto genitæ sunt, dicunt quòd resurgent aliquæ, & non omnes: sed tot, quot sufficiãt ad reddendam quantitatem maximã, quam aliquis habuit, & istę recuperabuntur eodem ordine, quo aduenerunt per nutritionem, vt supra dictum est. Et ista eadem concedit esse in resurgentibus ista tertia positio, & eodem ordine.

Secundum est, quòd non eadem ratione mouetur ad hoc vtraque positio: sed præcedens positio dicebat totum, quod fuit in semine resurgere, eo quòd illud solum vocat primò, & principaliter de veritate humanæ naturæ, & esse carnem secundum speciem quòd verò ex nutritione prouenit est secundario de veritate humanæ naturæ: ideo non principaliter resurget, sed ad supplendum quantitatem, quæ fuit, vel futura erat in viuente.

Tertia autem positio non ponit aliquam particulam signatam esse carnem secundum speciem, & aliã esse carnem secundum materiam. sed quamlibet partem signatam esse carnem secundum speciem, & secundum materiam. Secundum materiam quidem inquantum quælibet pars materialis potest fluere, & refluere: secundum speciem autem inquantum quælibet pars carnis, & ossis habet formam carnis, & forma manet semper eadem numero, licet non illa particula forma, sed quantum ad rationem speciei ea- F dem penitus manet. Contingit enim aliqualiter in partibus hominis sicut in partibus ciuitatis: quia ciuitas multitudinem quandam ciuium dicit, singulæ autem partes ciuitatis subtrahuntur per mortem alijs in locum eorum succedentes: vnde partes ciuitatis fluunt, & refluunt materialiter, sed formaliter manent eędem, quia ad eadem officia, & ordines substituuntur alij à quibus priores per mortem subtracti erat, vnde respublica eadem manet decedentibus, & succedentibus alijs: similiter homo se habet. Dum enim quibusdam partibus fluentibus aliæ reparantur in eadem figura, & situ eodem, omnes partes fluunt, & defluunt secundum materiam, sed manent secundum speciem, & ita manet idem homo, G & ob hoc non ponit tertia positio semen tractum à parentibus esse carnem principalem, sed etiã particulas illius fluere, & refluere, & aduenientibus alijs partibus per nutritionem fieri mixtũ, cuius omnes partes æqualiter participent perfectionem speciei carnis, & ossis, & ita omnes partes carnis ponit æqualiter pertinere ad veritatem naturæ humanæ, sed erit ideo resurgere, totum quod fuit in semine, quia illud prius pertinuit ad veritatem humanæ naturæ quam cætera, quæ postea in carnem conuersa sunt. Etiam quia id, quod tractum est ex parentibus perfectius participauit virtutem speciei quam partes postea aduenientes, quia illa caro fuit directè per H generationem producta, partes autem postea aduenientes non sunt directè per generationem, sed per mixtionem, & tamen forma speciei perfectius habetur per generationem, quàm per mixtionem, vt supra declaratum est. Etiam quòd illa caro cum nil alienum suscepisset, manebit in speciei suæ puritate, & totali virtute, quæ autem postea adueniunt non pertinent ad illam puritatem, cum per mixtionem consequantur formam speciei, licet postquam facta est mixtio omnes partes mixti tam illæ quæ fuerunt ex semine, quam aduenientes ex alimento æqualiter & vniformiter participant virtutem speciei, & ex eadem ratione, ex qua totum quod fuit de semine resumitur. Etiam resumitur quidquid fuit conuersum I in carnem, & ossa per alimentationem a principio nutritionis vsque ad tempus illud, in quo omnia resumpta sufficiant ad reddendum quantitatem æqualem suæ quantitati: quam viuens habuit, cętera autem postea per alimentum conuersa non redeunt in resurrectione.

His suppositis respondendum est ad argumenta, quæ ostendebant non conuerti alimentum in veritatem naturæ humanæ, ex quo sequebatur id, quod volebat prima opinio, quam falsam esse ostendimus.

Et dicendum quod ad primum, scilicet quod intrat per os responsum est per id, quod declaratum est, supra 15. cap. Et tamen dicendum pro nunc quòd non est sensus, quòd totum quod intrat per os vadat K per secessum idest quia contrarium experimur, & si ita fieret nil plus valeret sumere cibum quam nõ sumere, quod falsum est, sed est sensus, ꝙ quælibet res, quæ intrat per os, vadit in ventrem, vt digeratur, scilicet in stomachum, & de illa aliquid vadit per secessum, nullus enim cibus est, qui totus conuertatur, sed de quolibet aliqua particula emittitur, quæ non conuertitur, & quantumcunque purus, & bonus sit, semper natura aliqua de illo separat, & abijcit. Et ratio est, quia cibus, qui conuertitur à principio est dissimilis corpori, in quod conuertitur, in fine autem conuersionis est similis, quia accipit eandem formam, & ideo ad hoc, vt sit similis, oportet tolli omnes illas partes, secundum quas erat illa dissimilitudo,

do, vt si in cibo dominantur partes terrestres magis A quam in eo, quod nutritur, oportet id, quod terrestre est remoueri, & quod subtilius est assumi. Et ita de quibuscunque partibus, in quibus est dissimilitudo, sed necesse est, quòd cibus in aliquo habeat dissimilitudinem ad cibatum, etiam si homo vesceretur carnibus humanis: ergo de quocunque cibo fit aliqua separatio, & id emittitur in secessum.

Ad secundum dicendum, quòd ex isto dicto Aristo. de carne secundum speciem, & secundum materiam nituntur accipere consolationem quandam positionis suę tenentes primam, & secundam positionē. Qui tenent primam dicunt carnem secundum speciem esse id, quod est solum de veritate humanæ naturæ, quod totum fuit in prima conditione naturę hu- B manæ, vt supra dictum est. Carnem secundum materiam dicunt id, quod per alimentum prouenit, ideo id, quod dicunt de veritate naturæ esse, ponunt idem semper manere, quod verò per alimentum venit, dicunt fluere, & refluere. Similiter tenentes secundam positionem dicunt carnem secundum speciē esse carnem spermaticam, s. quæ à parentibus tracta est, quicquid autem ex alimento prouenit, vocant carnem secundum materiam, & ideo dicūt, quod id, quod fuit in semine, manet idem signatum per totam vitam, quod verò ex alimento est dicunt fluere, & refluere.

Sed dicendum, quòd hoc procedit ex falso intellectu literæ Aristo. non enim vult ille hoc, s. quòd caro secundum speciem sit caro diuersa, vel distincta numero à carne secundum materiam, sed eadem nume C ro est, quæ dicitur caro secundum speciem, & caro secundum materiam, sed vocatur caro secundum speciem inquantum participat formā carnis, & proprietates consequentes speciem. Vocatur caro secūdum materiam inquantum ex materia consistit, vel materiam habet, & ita quælibet pars carnis, quæ est in homine, est caro secundum speciem, & secundum materiam, quia nulla est, quæ non habeat formam carnis, & conditiones cōsequentes speciem. Etiam nulla est, quæ non habeat materiam partem sui. Et ꝙ sic intelligatur, patet quia sic exponit commentator 2. de Generatione. Item patet ex litera Aristo. ibidem: D ait enim quòd hoc modo est distinguere, quod est secundum materiam, & secundū speciem in carne esse, sicut in vnoquoque alio quod habet materiam, & formam, & ita est dare aquam secundum materiam, & aquam secundum formam, & ita in lapide, & ferro. Constat tamen, quòd non potest distingui in lapide, & aqua aliquid esse tractum a primis parentibus, quod dicatur esse lapis, & aqua secundum speciem, & aliquid esse per nutritionem adueniens, ergo non accipitur esse secundum speciem, & secundum materiam, nisi sicut expositum est, & ita argumentum non tenet pro prima, neque secunda positione.

Ad tertium dicendum, quòd nullum est humidū in homine, vel animali, quod materialiter non fluat, & refluat. Quantum ad formam autem, & speciem, manet, licet virtus speciei non manet semper ęqua- E lis. Et quando dicitur quomodo tertia species Ethicæ est incurabilis, quia humidum consumptum non restauratur.

Medico- ...m sen- ...tia cir ...a humi- ... radi- ...e qua- ... sic di- ...tur.

Dicendum, quòd secundum medicos humidum, quod ex primis parentibus trahitur, non oportet, ꝙ dicatur radicale ex hoc, quòd semper maneat distinctum secundum materiam, & proprietatem ab humido ex alimento generato, sed quia calor naturalis in illo humido tracto à parentibus prius existit quam in humido ex cibo generato, cum illud postea aduenjat. Et illud etiam, quod permiscetur non participat speciem, nisi ex virtute illius humidi, cui permiscet, & ideo humidum illud primū est radix totius illius, quod ex alimento conuertitur, non autem ita, quòd vtrunque humidum post finem digestionis vltimę distinctum maneat, sed totum per mixtum mixtione completa accipit vnam proprietatem, & vtraq; materia, s. illa, quæ prius suberat primo humido spermatico, & materia, quæ subest humido cibali postea aduenienti æqualiter se habet ad hoc, quòd fluat, & refluat, & ad hoc, quòd virtutem speciei participet. Et quando dicimus consumi humidum radicale, non est sensus, quòd fluat materia, quæ suberat illi humido, quia manente eadem materia potest perire humidum radicale, sed dicitur tunc perire, quando non manet proprietas, quam totū mixtum habeat ex virtute primi humidi, & tamen quādiu manere dicitur humidum radicale, non est illud aliqua pars materię, vel corporis determinata totius, sed mixti est ista proprietas, s. quòd manet adhuc in eo proprietas, quā habuit in primo humido tracto à parentibus. Si autem illa virtus pereat non potest restaurari, & dicitur tūc perire humidum radicale, quando virtus, quæ est totius mixti, & tracta fuit in humido deriuato à parentibus perit, & non potest tunc fieri restauratio, quia virtus speciei nō manet. Sicut si tota manus amputetur non restauratur per nutrimentum, quia non manet virtus speciei determinata huic membro, & propter hanc causam dicunt medici quædam membra composita ex humido esse radicali, non quia nil de nutrimento in substantiam illorum membrorū transeat, cum quodlibet membrum corporis proportionaliter augeatur, sed quia in illis membris principaliter virtus speciei consistit, quæ ex humido radicali est, id est fuit perfectè in humido deciso à parentibus, & a talibus membris non potest aliqua abscissio fieri, qn auferatur virtus speciei quantum ad aliquam partem determinatam, s. ad illam, quæ absciditur, & propter hoc talia membra abscissa non sanantur, idest, quòd reintegrentur. Intelligitur autem sic, quòd semē vniformat mēstruum muliebre, quod est materia fętus, & illud menstruum est homogeneum, & vniforme, & tamen propter virtutem totius speciei deriuatam in semine masculino formatur menstruum femininum ad omnes figurationes humani corporis, & tūc virtus illa est in semine masculino originaliter, & virtualiter, & sicut in arte est, ita implicite in menstruo, causatur autem, & manet explicite, & sicut in artificiato. Nam ars existens habitus indiuisibilis continet implicite omnes figurationes, quas producit in artificiatis. Nam si non haberent non possent producere in artificiato, sunt tamen in artificiato explicite, quia vna pars figurę, vel lineamenti est in vna parte figurati, & alia in alia. Ita semen viri existens indistinctum in qualibet parte sua, quæ formatiua est habet totam virtutem formandi omnia lineamenta, & figurationes corporis humani, menstruum tamen non potest recipere omnes illas lineationes in eadem parte, sed pars in parte est, & cum formantur istę lineationes in menstruo non solum manent ibi per impressionem, & quasi materialiter, & passiue, sed etiam manent virtualiter, idest effectiue, scilicet ad posse efficere similes lineationes, & quia in qualibet parte artificiati, vel figurati corporis est modus vnus figurationis, ideo in parte illa manet virtus ad solum efficiendum, vel continuandum illam figurationē, scilicet vt quādo augetur manus, augeatur secundum modum figurationis, quem accepit a principio, & nil varietur, quod fieri non poterat, nisi esset ibi determinata virtus, quæ hoc efficeret, vtputa quando manus formatur a principio sunt radices digitorū grossiores, quā extremitates, etiam non sunt digiti ęquales longitudine

Aduerte formatiuā virtutem seminis.

dine neque grossicie. Et iste modus seruatur postea quantumcunque augeatur manus, s. quòd maneant radices grossiores extremitatibus, & digiti inæquales, proportionaliter, & tamen si non esset ibi aliqua specialis virtus, quæ hoc seruaret, sed solum fieret augmentum sic, vel sic ex conditione alimenti, crescerent digiti æqualiter, & non proportionaliter, vel contingeret vnum immoderate fieri alijs grossiorem, vel longiorem, sicut in monstruosis fit per errorem naturæ. Signum ergo est, quòd quælibet pars habet specialẽ virtutem, secũdum quam reguletur ibi humidum ad faciendum augmentum, & quia quodlibet mẽbrum habet multas partes, quę sunt dissimiles sicut apparet in manu, non solum erit vna virtus quasi eiusdem rationis, quę regulet materiam ad augmentationem pro tota manu, sed in qualibet particula est determinata virtus, secundum quòd illa est dissimilis secundum alijs, & ob hoc si vnus digitus, vel pars digiti abscindatur, non nascitur, non quidem ex defectu alimenti, sed ex defectu virtutis formatiuæ, & regulatiuæ alimenti conuertibilis pro illa parte, s. quòd quando abscisa fuit particula, perijt virtus, quæ erat in illa, & non manet aliqua talis in toto corpore, ideo etiam si superexcresceret ibi alimentum, non potest formari pars talis qualis abscisa est, & tamẽ si virtus tota manus esset eadem cũ absciso vno digito, vel parte eius maneat manus, & consequenter virtus manus posset per virtutem illam formari ex alimento pars abscisa, sed non potest, ideo non mansit virtus in corpore, & sic non est eadem virtus totius manus, & cuiuslibet particulæ manus. Hoc est ergo dicendum, quòd quando perit aliquid secundum speciem, quòd nõ potest restaurari, scilicet, quãdo virtus determinata alicui mẽbro, vel parti membri perijt cum membro: perit autẽ aliquid materiale, quãdo nulla virtus perit, sicut quis per nimia ieiunia maceratur, perit solum aliquid materiale manentibus omnibus virtutibus, ideo exinanitio illa restauratur, omnes autem virtutes partium corporis dicuntur secundum speciem, eo quòd nulla aduenit per alimentum, sed insunt à principio quando cõmunicatur materiæ forma speciei, & quia forma communicatur menstruo quod formatur, & animatur, & cum forma consequuntur omnes virtutes, & conditiones speciei, dicitur quòd omnia membra, in quibus est aliqua determinata virtus, sunt spermatica, idest ex menstruo, vel ex humido radicali, quod pro eodem accipitur, & propter causam iam dictam quæcunque talia abscisa, vel corrupta non sanantur.

Ad quartum dicendum, quòd vis argumenti huius stat in hoc, quòd non dato aliquo fixo per totam vitam continget omnia, quæ traxit homo ex parentibus perire, & ita non manere eundem hominem.

Dicendum, quòd nõ potest esse, quòd maneat homo aliquando, quando nil materialiter de eo quod à parentibus traxit manet in eo, sed semper manet aliquid, & tamen non ideo est dicendum, quòd sit signanda aliqua particula, quæ maneat eadem materialiter per totam vitam: fit autem sic, quia statim, vt aliquis conceptus, & formatus est, incipit nutriri suscipiẽdo alimentum, & illud quod gignitur in corpore ex alimento permiscetur, & quod prius erat ex parẽtibus tractum, & ex ambobus efficitur vnum mixtum: cuius omnes partes æqualiter participant virtutem speciei, scilicet tam partes materiales, prioresque quæ adueniunt ex alimento, & hoc propter perfectã mixtionem, vt dictum est. Et de isto mixto fit deperditio continua per actionem caloris resoluentis, & ista deperditio non fit solum de partibus susceptis ex nutrimento, neque de solis partibus, quæ præfuerunt tractæ a parentibus, sed de vtrisque simul fit deperditio

F proportionaliter, scilicet secundum proportionem magnitudinis partium tractarũ ab illis. Quod sic intelligitur. Si in vna die sit deperditio vnius vnciæ carnis, vel sanguinis de corpore hominis, & homo habeat duplum de partibus spermaticis quam de aduenientibus ex cibo, deperdetur duplum de partibus spermaticis quam de cibalibus, idest de materia tracta in semine, quia ipsæ partes, vel mẽbra, quæ dicuntur spermatica non resoluuntur, quare semper ipsa manent, sed aliquid quod in illis est secundum materiam perit. Et causa quare sic fiat est, quia in eo quod nutritur, & augetur, totum, & quælibet pars nutriti proportionaliter nutritur, & augetur. Quod patet, quia si nõ

G fieret proportionaliter nutritio, & augmentum in toto, & qualibet parte, in qualibet parte respectu alterius facta nutritione, & augmentatione non maneret eadem proportio partium inter se, quæ prius erat, & tamen licet post quamcũque nutritionem, & augmentationem varietur quantitas cuiuslibet partis, & totius, manet omnino eadem proportio partium, & particularum, quæ prius erat. Ergo necesse est quamlibet partem, & particulam corporis proportionaliter nutriri, & augeri ad alias partes corporis, & consequenter in deperditione per actionem caloris necesse est teneri eandem proportionem, vt quantum de vna parte corporis resoluitur tantum de alia resoluatur proportionaliter, s. si sunt partes æquales quantitate quantum de vna resoluitur, tantum æqualiter

H de alia resoluetur, si vna est dupla ad alteram duplum in quantitate resoluetur de vna quam de alia, & tunc quia quælibet pars, & particula nutriti, & augmentati est nutrita, & augmentata, & fit augmentum, & nutritio de partibus cibalibus, quæ conuertũtur in ipsum nutritum, necesse est, quòd in qualibet parte, & particula corporis in principio nutritionis sit aliquid materialiter de eo, quod fuit in semine, & aliquid de eo quod per nutritionem aduenit, & totum efficitur vnum mixtum per se mixtione participans æqualiter speciem, & virtutes consequentes speciem ita, vt non possimus iam assignare distinctè in aliqua parte corporis, vtpote in manu, vel pede, istud materiale fuit de semine, & istud materiale fuit tractum ex ali-

I mento, sed sunt penitus permixta, & eadem ad qualitatem, & gradum qualitatis redacta.

Ex quo sequit, quòd necesse est, vt deperditio per actionem caloris in quolibet membro, & particula mẽbri fuit proportionaliter de eo, quod venit ex semine, & de eo, quod ex alimento genitum est eo, quòd illę partes sunt iam permixtæ, & sunt reductæ ad eundem gradum virtutis, & ita æqualiter recipiunt actionẽ caloris. Nam si virtus speciei maneret perfectius in partibus, quæ venirẽt ex semine, quam ex partibus aduenientibus ex nutrimento nõ ageret calor dissoluens in vtrasque æqualiter, sicut credebant illi de prima, & secunda positione, & tamen falsum est. Et sic

K volebant, quòd id, quod fuit ex semine, maneret per totam vitam idem, & tamen ostensum est, quòd post mixtionem perfectam manent omnes partes materiales eiusdem gradus virtutis, ideo æqualiter agit calor in partes materiales spermaticas, & cibales, & cõsequenter sequitur, quòd proportionaliter deperdetur de his, & de illis, vt si aliquod membrum habet triplum in quantitate de partibus cibalibus, quam de spermaticis, consumetur in triplo plus de eo, quod venit ex cibo quam de eo, quod tractum est ex spermate.

Ex quo apparet, quòd datis resolutionibus duabus factis in aliquo membro, vel in toto corpore hominis, quarum vna sit in primo anno vitæ, & alia in vicesimo, plus secundum quãtitatem de partibus spermati-

maticijs perijt in prima reſolutione, quam in ſecūda. Et ratio huius eſt, quia, vt oſtenſum eſt, ſemper fit cōſumptio de partibus ſpermaticis, & cibalibus proportionaliter, & tamen non manet eadem proportio partium cibalium ad ſpermaticas in anno viceſimo, quæ fuit in anno primo vitæ. Ergo non conſumitur æqualiter de partibus ſpermaticis in vna reſolutione, & alia, licet fuerint reſolutiones æquales quantitate. Et patet hoc ex duob⁹, primo quia tota magnitudo corporis eſt maior in homine cum eſt viginti annorum quam cum eſt vnius anni, ſed illa non conſtat, niſi ex partibus materialiter tractis ex ſpermate, & cibo, & non ſunt plures partes materialiter ſpermaticæ procedente ætate quàm à principio, cum ſpermaticū totum fuerit à parentibus tractum, ergo totum augmētum fit ex cibo, & ideo cùm plures partes materialiter ſint in corpore ex cibo in anno viceſimo quam in primo facta reſolutione æquali ſecundum quantitatem in anno primo, & in anno viceſimo non fiet æqualiter in vtraque partium ſpermaticarum conſumptio, & iſta habitudo erit ſecūdum comparationem magnitudinis totius corporis in anno primo ad magnitudinem in anno viceſimo, vt ſi in anno viceſimo ſit corpus quadruplum ad magnitudinem primi anni ſecundum omnem dimenſionem, & ęqualiter ſecundum materiam conſumitur in aliqua reſolutione primi anni, ſicut in alia reſolutione anni viceſimi, neceſſe eſt plus quam quadruplum in quantitate de partibus materialibus ſpermaticis deperdi in reſolutione primi anni quam in conſumptione anni viceſimi.

Secunda ratio eſt, quia ſemper minuitur proportio partium materialium ſpermaticarum, ſ. nūquam habet quis plures, ſiue plus de materia ſpermatica q̃ ſtatim, vt conceptus eſt per totum cum à parentibus trahat, ſtatim autem perdere incipit, & continuè deperditur aliquid, & ita minus de materia ſpermatica parentum manet in homine in anno viceſimo quam in principio vitę, & ſic plus perit de ſpermatico in oībus reſolutionibus, quæ fiunt in parua ætate quam in illis, quæ fiunt in adulta conſiderata magnitudine reſolutionum vtrobique. Et illa eſt cauſa, quare ægritudines, quæ adueniunt homini in parua ætate plus nocent, & diminuunt virtutem quam ægritudines aduenientes in ætate matura. Et hoc non ſolum, quia plures partes ſpermaticæ pereunt (quod etiam verum eſt) ſed quia plus corrūpitur de virtute perfecta quam in adulta ętate. Nam quanto plus procedit ætas tanto eſt mixtum habens virtutem ſpeciei in minori gradu perfectionis, & ideo etiam ſi multum ſecundum materiam reſoluatur in matura ætate, modicum de virtute perit, in parua autem ætate cum pauca reſolutione materiæ fit magna deperditio virtutis.

Ex dictis quoque apparet, quòd etiam ſi non ſint partes ſpermaticæ fixæ, quòd nunquam per totam vitam contingat eas ſecundum totum perire, & fluere dato, quòd eſſet vita multum longa. Ratio eſt, quia, vt dictum eſt, ſemper fit reſolutio proportionaliter, & vbi fit diuiſio proportionaliter nō poteſt vnum finiri, niſi finiatur aliud quantumcunque vnū ſit maius alio, licet etiam hoc habet aliqualem inſtantiam, ſ. quòd vni additur, & alteri. Nam materiæ ſpermaticæ nil additur, cibali autem materiæ fit continuatio additionis, & ideo licet ſemper fiat proportionaliter reſolutio de vtroque, nō eſt inconueniens finiri vnū aliquando non finito alio, & tamen in virtute non finitur, quia ante finitionem deperditionis omniū particularum materialium ſpermaticarum finitur vita. Hoc modo indiuiduum ſemper eſt idem materialiter à principio vitæ vſque ad finem, quia nūquā con-

A tingit, dum vita manet, quòd fluat totum, quod materialiter à parentibus tractum eſt, ſed ſemper manet aliquid illius, & illud, quod aduenit eſt vnum mixtū effectum cum eo, quod præerat, & ideo eſt materia vna, & indiuiduum vnum per totam vitam, ſicut dicunt de igne, qui nutritur appoſitis lignis: ſemp enim manet vnus numero ignis, quamuis quibuſdā lignis appoſitis alia conſumātur, quia id, quod aduenit ſemper efficitur vnum cum eo, quod præerat. Iſtud autē exemplum ſolet poni ad oſtendendum vnitatem, & identitatem indiuidui hominis per totam vitam, & tamen magis proprie manet homo idem per totam vitam, quam ignis idem, quandiu durat per continuā appoſitionem lignorum. Nam ignis ille eſt idem per
B continuationem ſuccedentium partium materialiū, ſicut fluuius eſt idem per ſucceſſionem indeſinentiū partium aquæ, licet nulla pars aquæ maneat nūc, quæ fuit in eo ante annum, ita ignis, qui per continuam lignorum appoſitionem manet eſt idem per cōtinuationem partium materialium, in quibus non deſinit forma ignis, neque interrumpitur eſſe eius, & ideo non manet omnino idem ſecundum eandem materiam. Etiam forma non manet penitus eadem, niſi ſecundum quandam continuationem, quia forma ignis, cum ſit materialis, non habet eſſe, niſi in materia, & cum non poſſet migrare, neque manere ſeparata, neceſſe eſt, vt pereunte aliqua parte materiæ, quæ fuit ſub forma ignis, pereat illa pars formę Homogeneæ, qua informabatur illa particula. Cum ergo om-
C nes particulæ materiales pereant, & ſuccedant aliæ, etiam particulæ formales pereunt, ſed manet eadem forma per ſucceſſionem partium formalium nō diſſimilium. In homine autem à principio vitæ vſque ad mortem eſt identitas tam formę quam materiæ. De forma patet, quia ſola anima eſt in homine forma ſubſtantialis, vt oſtenſum eſt ſupra. Illa autem ſimplex eſt non habens partes, & ideo eadē manet ſemper tota non alterata. Vnde ſaltem ſecundum formā eſt totaliter idē homo à principio vitę vſque ad mortem. Etiam eſt idem ſecundum materiā, quia in igne non fit mixtio materiæ aduenientis cum pręcedenti,
D vt efficiatur aliquid vnum per mixtionem, ſed ſolum fit ſucceſſio: quare prima ligna penitus exuruntur, & alia eis ſuccedunt, & ita de materia illa, in qua fuit à principio forma ignis nihil manet poſtea, ſed in homine nō eſt ſic, licet materia adueniens per nutritionem miſcetur mixtione perfecta cum præexiſtente, ita vt vnum mixtum efficiatur, in quo iam non poſſumus diſtinguere, quæ partes materialiter præfuerunt, & quæ aduenerunt per alimentū, & quando reſoluitur non reſoluuntur ſpecialiter, vel per ſe partes, quæ primo præfuerūt, ſed iſtud totum mixtum proportionaliter reſoluitur, & ideo ſemper manet aliqd de eo quod à principio fuit, licet fiat continua deperditio, & ita manet in homine aliquid de materia illa, quæ fuit miniſtrata à parentibus per totam vitam. Vnde manet indiuiduum idem numero tam quan-
E tum ad formam, quam etiam ad materiam. Secus autem eſſet ſi ex materia cibali gigneretur caro per ſe diſtincta, & ſeparata à carne, quę pręfuit ex parētibus, quia tunc non eſſet mixtum, quę corrumpi poſſet tota materia tracta ex parentibus, & maneret caro ſola ex cibo generata, & tunc non eſſet idem homo, qui fuerat à principio.

Ad quintum dicendum, quòd virtus debilitat̄ propter admixtionem alicuius extranei, non tamē, quòd illud totum, quod ex alimento prouenit, ſit extraneū, & ſit aliquid de veritate naturæ: ſiue, vt ponit prima poſitio, ſiue vt ponit ſecunda, ſed quicquid aduenit eſt quodammodo alienæ nature reſpectu eius, quod

præexi-

præexiſtebat, eo ꝙ eſt alterius qualitatis, & facit totũ mixtum ex eo quod præexiſtebat, & ex eo quod aduenit eſſe minus perfectũ quam erat ipſum, quod præexiſtebat, & inquantum facit illud deſcendere à gradu puritatis ſuæ eſt ſibi alienum. Cauſa autem quare id, quod ex alimento generatur non ita perfectè aſſequatur virtutem ſpeciei, ſicut id, quod primo per virtutem formatiuam erat ad generationem carnis per ſe, conuerſio autem alimẽti in carnem per virtutem nutritiuam non eſt ſimpliciter generatio carnis, ſed generatio carnis in alio, ſ. per immixtionem, & generatio per ſe facit cõſequi perfectius virtutem ſpeciei quam generatio in alio. Secundo, quia quanto virtus animæ magis diffunditur, & ſpargitur, debilior redditur, vt patet in eadem re, quia quanto eſt maior tanto eſt minus calida. Vnde animalia habẽtia magna cor, ſunt timida naturaliter, vt dicit Ariſto. 13. de Animalibus, quia alimentum adueniẽs facit rem maiorem, & virtus ſecundum ſpeciem non creſcit, neceſſe eſt, quòd in quolibet alimentum adueniens faciat totum mixtum minus perfecte participãs virtutem ſpeciei; & ſicut admixtio cauſa debilitatis virtutis eſt, quia id, quod admiſcet eſt quodammodo extraneũ, cum non ſit eiuſdem qualitatis, & ita cum ſæpe fuerit admixtio iſta iterata, neceſſe eſt tandem deficere indiuiduum.

Animalia habentia magnum cor ſunt timida naturaliter.

Ad ſextum dicẽdum, ꝙ natura tenet ſemper optimum modum, quem tenere poteſt, & tamen facere augmentationem per multiplicationem materię nõ eſt poſſibile naturæ, ideo non auget ſic. Et ratio eſt, quia natura agit ſolum ſecundum formam, & ideo non multiplicat materiam, ſed formam. Principium enim agendi in natura eſt forma, & ideo neceſſe eſt, ꝙ effectus naturæ ſit forma, vel aliquid ſecundũ formam exiſtens, inquantum forma accipit. Non agit autem natura per materiam, neque per totum compoſitum, quia materia non eſt principium operandi in natura. Etiam compoſitum non eſt principiũ operandi, & ideo natura non poteſt producere materiam, neque multiplicare eam, neque etiam producere cõpoſitum, niſi mediante forma, ſ. quia forma producitur in materia, ideo non eſt poſſibile, ꝙ natura multiplicet materiam, ſicut neque gignit eam, & ideo nõ facit augmentationem ſecũdum multiplicationem materię, ſed ſolum per conuerſionem alimenti in alitum, quod eſt augmentare ſecundum formam, ſ. corrumpendo formam corporis præexiſtentis, & gignẽdo formam carnis in materia illa, ideo autem nõ negatur hoc poſſibile, quia ipſe poteſt directe in materiam: ergo non fit augmentatio per multiplicationem.

Ad ſeptimum dicendum, ꝙ naturale eſt augmentari per conuerſionem alimenti, & non per multiplicationem. Et dicendum de rebus eiuſdem ſpeciei, ꝙ natæ ſunt conſequi perfectionem ſuam vno modo, ſi conſequantur naturaliter, ſicut natę ſunt conſequi; & tamen ſi vna conſequatur perfectionem ſuã vno modo naturaliter, & alia per miraculum, nõ erit idẽ modus conſequendi perfectionem. Sic cęcus natus, qui à Chriſto illuminatus eſt, conſecutus eſt perfectionem ſuam videndi, & nos illam conſequimur, ſed nos ex natura per vim formatiuam, ille verò per miraculum. Ita qui naturaliter perueniunt ad quantitatis perfectionem veniunt per additionem exterioris quantitatis conuerſo alimento in corpus, qui verò non potuerunt naturaliter peruenire ad hanc quãtitatem, ſicut pueri decedentes in parua ætate, peruenient miraculoſe, & non per nutritionem, non oportet tamen, ꝙ fiat illud per multiplicationem rei per ſe, ſed magis tenetur, ꝙ per additionem materiæ ab

F extra, quæ conuertetur in carnem, & oſſa, licet non
per alterationem, & ſucceſſionem, ſicut natura facit,
& ita tranſit alimentum in veritatem humanę natu-
ræ eo modo, quo tenet tertia poſitio.
Nunc autem reſpondẽdum eſt ad argumenta pri-
ma, quæ oſtendebant ꝙ non poſſet reſurgere totum,
quod fuerat de veritate humanæ naturæ, & dicendũ,
ꝙ licet reſurgat in homine quicquid fuit in eo de ve-
ritate naturæ, non reſurget caro bouis, quia res natu-
ralis non eſt id, quòd eſt ex ſua materia, ſed quod eſt
ex ſua forma. Vnde quamuis illa pars materiæ, quæ
fuit aliquando ſub forma carnis bouinæ reſurgat, nõ
dicetur reſurgere caro bouis, ſed caro hominis, quia
illa materia non erit tunc ſub forma bouis, ſed homi-
G nis, & materia trahitur ad eſſe, & ſpeciem per formã.
Sic etiam non poterit dici, ꝙ reſurget limus, de quo
formatum eſt corpus Adæ, ſed quòd corpus Adæ re-
ſurget, eo ꝙ forma limi non manebit tunc, ſed for-
ma carnis. Prima tamen poſitio concedit iſtam argu-
mentationem, eo ꝙ poteſt nil reſurgere, niſi id, quod
eſt de veritate naturæ, & id dicit eſſe illud ſolum, qđ
fuit in prima conſtitutione naturæ, quod autem per
alimentum venit, dicit non pertinere ad veritatẽ hu-
manæ naturæ neque ad reſurrectionem, & tamẽ iſta
poſitio prima neceſſario concedet, ꝙ tota materia li-
mi, de quo formatus eſt Adam, reſurgat, quia ille li-
mus materialiter fuit veritas tota naturæ humanę nõ
ſolum Adæ, ſed etiam omnium hominum.
H Ad ſecundum dicendũ, ꝙ coſta Adæ, de qua Eua
formata eſt non reſurget in Adam, ſed in Eua, & ta-
men eſt concedendum, ꝙ fuit illa coſta in Adam de
veritate humanæ naturæ, quia habebat veram formã
carnis, & conditiones ſpeciei, & hoc tam prima quã
ſecunda, & tertia poſitiones concedent. Nam prima
poſitio aſſerit de veritate naturæ humanę fuiſſe totũ,
quod fuit in ſua conſtitutione, & tamẽ totum quod
in Adam erat, quando coſta ablata eſt ei, erat de veri-
tate humanę naturę, quia nil de alimento adhuc ſum
pſerat Adam. Nam præceptum de comedendo datũ
eſt poſt formationem mulieris Gen. 2. c. ergo de con-
ſtitutione naturæ fuit illa coſta ſecunda, & tertia. A
fortiori illud ponunt, cum non fuerit ex alimẽto ge-
I nita coſta. Sed dicendum, ꝙ licet eſſet de veritate hu-
manæ naturæ in Adam, non erat in eo ad manendũ,
ſed ad multiplicationem ſpeciei, ſ. vt ex ea formare-
tur mulier, & ſic erat loco ſeminis, ſed ſemen non re-
ſurget in eo, in quo erat, ſed in eo ad cuius generatio-
nem profuit: ergo coſta illa neque reſurget in Adã,
ſed in Eua. Eſt tamen differentia inter coſtam illã,
& ſemen, quia ſemen nullo modo eſt de veritate hu-
manæ naturæ in eo, in quo eſt. Nam non informatur
ab anima habentis illud: immo neque perficitur, ſi-
cut ſanguis, & alij humores, quia iſti non animantur,
& tamen perficiuntur ab anima, ſemen autẽ nõ per-
ficitur, quia tunc retineretur, & non emitteretur, &
K non putrefieret per longam retentionem, & ideo ne-
que ſemen, quod profuit ad generationem, neque il-
lud, quod inutiliter fuſum eſt proderit ad reſurrectio-
nem: non enim reſumetur à reſurgente: coſta autem
Adæ licet ordinata eſſet à Deo ad formam Euæ, &
aliter non produxiſſet eam in Adam, tamen pertine-
bat ad veritatem naturæ eius, quia informabatur ab
anima eius, & ideo magis pertinebat illa coſta ad A-
dam, quam ſemen ab habentem.
Ad tertium de eo, qui veſcitur carnibus humanis
dicendum, ꝙ ſecundum primam poſitionem facile
eſt reſpondere, quia ſecundum illam oportet, ꝙ car-
nes comeſtæ reſurgant in eo, cuius fuerunt, & non in
comedente. Et ratio, quia ponit iſta poſitio ſolum re-
ſurgere in homine id, quod fuit in eo de veritate hu-
manæ

manæ naturę, & dicit, ꝙ id, quod prouenit ex alimento, nunquam pertinet ad veritatem naturæ, eo ꝙ ad veritatē dicit solum pertinere id, quod fuit materialiter in Adam, & de illo traducitur ad quemlibet hominem aliquid per deriuationem seminis. Vnde non potest esse de veritate humanæ naturę secundum istā positionem, nisi id, quod per semē defluxit, & ita carnes comestæ non resurgent in comedente, sed in eo cuius erant, quia in eo fuerunt de veritate naturæ humanæ. Quantum ad secundam autem, & tertiam positionem ponuntur carnes comestæ esse de veritate naturæ humanæ tam in comedēte quam in eo cuius erant, & ideo in vtroque possent resurgere, & tamen non resurgent in vtroque, sed in altero, s. ad quē magis pertinebant, & forte in neutro eorum.

Circa quod considerandum, vt dictum ęst, ꝙ tam secunda quam tertia positio ponunt alimentum pertinere ad veritatem humanæ naturæ, quia cōuertitur in carnem, & ossa, sed positio secunda dicit pertinere minus principaliter, quia ponit id, quod est ex semine per se, & primo pertinere ad veritatem naturæ humanæ. Tertia autem positio asserit tam id, quod est ex semine quam id, quod conuertitur de alimēto pertinere æqualiter ad veritatem humanæ naturæ: vtraque autem concedit id, quod cōuertitur ex nutritione pertinere ad resurrectionem, licet non totum, sed quantum necessarium est ad restaurationem quantitatis, quam habuit homo, vel habiturus erat in maximo augmēto. Ex quo sequitur, ꝙ ista caro poterit resurgere non solum in eo, cuius fuit, sed etiam in comedente, cum per nutritionem conuersa fuerit in carnem eius.

In quo carnes humanæ comestæ resurgēt

Sed ad sciendum, in quo determinatè resurget est dicendū, ꝙ aut ista caro inæqualiter pertinet ad vtrunque, aut æqualiter, aut nullo modo est alicui eorum necessaria. Si primo modo resurget in illo, ad quem magis pertinet. Si secūdo modo resurget in primo. Si tertio modo in nullo resurget eorum, sed manebit conuersa in pulueres, & cedet in elementa.

De primo patet, quia partes hominis resurgunt in corpore secundum, ꝙ pertinent ad veritatem naturæ eius, & non pertinent omnes æqualiter ad veritatem humanæ naturæ secundum secundam positionem, ideo illis partibus, quæ magis sunt de veritate naturæ humanæ magis competit resurgere, & ideo cum carnes comestæ fuerint de veritate naturæ humanæ tam in comedente quam in eo, cuius erant prius, in illo debebunt resurgere, in quo magis fuerunt de veritate humanæ naturæ.

De secundo apparet, quia si accideret in vtroque pertinere æqualiter ad veritatē naturæ humanæ (qđ possibile est, vt ostendetur) resurgerent carnes in eo in quo primo fuerunt, quia licet æqualiter sint de veritate naturę humanæ quantum ad necessitatem cōstitutionis corporis vtriusque, tamen cum in aliquo prius fuerunt de veritate humanæ naturæ quam in alio, ex hoc aliquo modo magis pertinent ad veritatem naturæ in illo quam in secundo.

Circa quod sciēdum, ꝙ iudicium de illis carnibus comestis, ad quem eorum pertineant non debet accipi secundum eas totas, quia aliquid poterit in illis magis pertinere ad vnum, quam ad aliū, & aliquid è contrario, vt si carnes illæ existētes in eo, cuius primo fuerunt, habuerunt in se aliquem tumorem, vel superexcrescentiam, non pertineret illud ad veritatem naturæ in primo, & non resurrecturum erat in eo etiam si non comederentur carnes eius ab aliquo, ideo neque nunc resurget in illo. In secundo autem poterit esse ille tumor, vel superexcrescentia de veritate naturæ, vt quia per alimentum potuit transire in veram carnē,

A & ossa. E cōtrario autem aliquid de illis carnibus fuit de veritate naturæ in primo, quod non potuit esse de veritate naturę in secundo, quia quando comedit eas aliquid secessit per decoctionem, & iuit in secessum, quia ita fit de omnibus cibis quantumcunque sint boni, & connaturales, vt ostensum est supra. & illud non potest resurgere in comedente, quia non fuit in eo de veritate humanæ naturæ: in primo autē poterit resurgere, qa fuit in eo illa vera caro, aut os. De cęteris autem partibus, quæ in vtroque fuerunt de veritate naturæ, dicendum est, ꝙ in vtroque possunt resurgere secundum, ꝙ magis, aut minus pertinent ad veritatem humanæ naturæ.

B Sed dicetur quid est accedere magis, & minus ad veritatem humanæ naturę?

Dicendum, quòd illud quod magis participat virtutem speciei acccedit magis ad veritatem. Nam esse indiuisibile est, & ideo æqualiter participatur ab omnibus, à quibus participatur, vel non participatur: virtus autem speciei, & aliæ conditiones consequentes non consistunt in indiuisibili, & ideo participātur inæqualiter tam a diuersis hominibus quam ab eodem homine secundum diuersa tempora. Nam quāto magis quis declinat ad senectutem tanto minus perfectè participat virtutem speciei, quia fit maior aduentus extranei humidi, quod cum miscetur cum præexistēti redditur inde mixtum quoddam valde imperfectum, sicut apparet in vino, cui admiscetur aqua. Nam antequam admisceatur ei aqua habet totā perfectionem speciei, quia est purū, adiuncta vero aqua

C efficitur mixtum debilius retinens virtutem vini, & sic per continuam appositionem reperitur debilius virtus vini: & bene dicitur, quia aliquid participat magis, vel minus virtutem speciei: tātum enim facit ista participatio, quòd propter esse virtutem imperfectè participatam non possit inueniri in aliquo natura speciei, sicut fit per cōtinuam appositionem aquæ ad vinum, quia semper fit debilius retinens virtutem vini, & tam debiliter inuenietur aliquādo illa virtus, quòd si iam fiat vlterior additio, iam non erit vinum, sed aqua, vel mixtum alterius speciei. Sic fit in homine, qa

D tanta poterit debilitas virtutis fieri propter admixtionem continuam, quòd in tali virtute non poterit inueniri natura speciei, & ita accidit circa omnes, qui moriuntur propter nimiam senectutē, s. ꝙ illud mixtum tam debiliter tenet iam virtutem speciei, quæ non potest exercere operationes secūdum speciem, & quia forma in homine non solum est forma, sed etiam motor, quādo cessauerit posse operari propter indispositionē corporis desinet esse ibi, & eodē modo inquantum forma exigit determinatam dispositionem ex parte materiæ quæ perit, quando virtus multum debilitatur, & ideo anima etiam secundum, ꝙ forma non potest ibi manere.

Ex hoc sequitur, ꝙ partes materiales corporis, quæ fuerunt realiter in semine in menstruo formato maxime pertinet ad veritatem humanę naturę, eo quòd

E quando formatur fœtus de nouo non est ibi aliquid, nisi in quod data est forma speciei, & nil extraneum ei aduenit, & ideo sicut vinum tunc maxime participat perfectam virtutem speciei, quando ei nō est admixtus aliquis liquor, ita & corpus nouiter formatū, quando nil aduenit ei per alimentum, participat perfectissimè virtutem speciei, quando autem ætas magis extendit, & continuè fit noua mixtio per alimenti conuersionem, tanto debilius habet homo virtutē speciei, & ita procedit vsquequo per continuam admixtionem tanta fiat impuritas totius mixti, quòd non possit anima in illo corpore manere, vt dictum est.

Ex

Ex quo infertur, quòd nullæ partes in eodem homine pertinent æqualiter ad veritatem naturæ humanæ, nisi illæ quæ eodem tempore cęperunt esse de veritate eius, etiam quòd quotidie partes aduenientes minus pertinent ad veritatem naturæ, vnde illæ, quæ circa mortem conuertuntur in carnem, minime pertinent ad veritatem humanæ naturæ.

Ex hoc etiam apparet quis ordo erit partium ad resurrectionem in eodem homine. Nam in homine nō resumetur totum, quod conuersum fuit in ipsum per nutritionem, sed tantum quantum sufficiet ad reddēdam magnitudinem, quā habuit in tricesimo anno, vel habiturus erat si viueret, vt dictum est: ergo non resumentur, sed ordo in partibus resumendis erit, ꝙ totum, quod fuit in semine, resumatur ante omnia, quia istę partes materiales maxime participauerunt virtutem speciei, vt dictum est, & deinde id, quod statim venit per alimentum, quia illud fuit purius, idest magis participans virtutem speciei, & ideo si ad reddendam magnitudinem quam aliquis habuit in anno tricesimo, suffecerint partes materiales, quas habuit conuersas in corpus suum per nutritionem, licet refluerint non resumetur in resurrectione aliquid de eo, quod postea aduenit etiam si illud actu maneat in corpore, & aliquid iam fluxerit.

Ex quo patet, ꝙ aliquis homo erit integræ ætatis, de cuius carne, & ossibus, quæ habuit cum moreretur non resumetur quantitas, aut pondus vnius libræ, licet ipse sit ponderis ducentarum librarum. Ratio est, quia illud magis pertinet ad resurrectionem, quod perfectius participauit virtutem speciei, sed vt dictum est ea, quæ adueniunt in primo anno per alimentum magis pertinent ad virtutem speciei, & virtutem naturæ, ideo potius competit resurgere partibus, quæ conuersæ sunt in hominis corpus in anno primo quā eis, quæ conuersæ sunt in anno secundo, sed illæ, quæ conuersæ fuerunt in principio ætatis pro maiori parte defluxerunt per actionem continuam caloris: manent autem illæ quæ posterius adueniunt, ideo siquis vixerit vsque ad annos centum accidere poterit, ꝙ in morte non maneat in eo quantitas vnius libræ de eis, quæ materialiter aduenerunt à conceptione vsq; ad annum sextum, vel septimum, quia cętera fluxerunt, & tamen illis, quæ conuersa fuerunt in corpus hominis vsque ad quintum, vel sextum annū fortassis competet resurgere, vt si illa simul collecta sufficiant ad reddendam quantitatem maximam, quam homo habuit in anno tricesimo, ergo illa sola resurgent in corpore, & tamen de illis poterit accidere, ꝙ non maneat vna libra ponderis in centenario moriēte, ergo reliquum quod actu manet in eo non pertinebit ad resurrectionem, quamuis intermaneat in corpore, & cetera fluxerint.

Ex prædictis etiam sequitur, quòd nunquam totę carnes comestę resurgent in comedente, quia semper aliquæ partes ibi manent materiales, quę fuerunt in semine, & tamen illæ maxime pertinent ad veritatem humanæ naturæ, ergo non resurgent in comedente.

Patet primum: nam, vt supra ostensum est, non potest accidere, quòd in aliquo homine, quantumcunque viuat, fluant omnes partes, quæ materialiter fuerunt in semine, & maneant solæ, quæ venerūt per alimentum propter causam ibi datam. Etiam quia si omnes illæ fluerent, non esset idem homo numero.

Secundum patet, quia, vt ostensum est, partes, quæ fuerūt in semine perfectissimè participauerunt veritatē speciei, & ideo maxime pertinent ad veritatem naturæ humanæ; vnde non possunt æqualiter pertinere

F ad comedentem sicut ad eum, cuius prius fuerunt: quia in comedente fuerunt partes per nutritionem in primo autem fuerunt partes materiales seminis: ideo necesse est, quòd illæ resurgant in eo, cuius fuerunt, & non in comedente. Nisi forte quis dicat, quia aliquando partes comestæ non habebant aliquas partes materiales, quæ fuerunt in semine.

Sed dicendum, ꝙ non stat: nam sicut est de toto, ita est de partibus: sicut enim non maneret idem totum sicut supra ostensum est, si penitus fluxissent omnes partes materiales, quæ fuerant à principio in generato: ita & non manebunt eędem partes numero: vt pote non idem caput aut pedes, & ita de alijs si non maneat in eis aliquid, quod materialiter fuit ex semine,
G & tamen ad esse idem totum, oportet esse easdē partes: ideo necesse est, vt in quolibet membro corporis maneat aliquid materialiter, quod fuerit ex semine, quantumcunque sit paucum.

Item patet, quia omnes partes fuerunt constitutæ totaliter de humido spermatico, & postea in resolutione fit resolutio, & deperditio proportionaliter de omnibus, & etiam omnes nutriuntur, & augētur proportionaliter, vt supra ostensum est. Ergo necesse est, vt in qualibet maneat aliquid de humido spermatico, & ꝙ quandiu manserit aliquid in vna de humido spermatico, maneat in alia: quia quando de aliquibus corporibus fit diuisio, vel remotio proportionalis, ēt si illa sint inæqualia, non potest vnum finiri diuiden-
H do nisi etiam alterum finiatur, & necesse est ambo finiri simul, vel nunquam finiri, & ita cum in qualibet parte corporis fuerit humidū seminale, & postea de qualibet fit deperditio proportionaliter, impossibile est, quòd desinat in aliqua earum esse humidi spermatici omnes partes quousque in omnibus partibus corporis esse desierint: & tamē quandiu homo viuit semper manet aliquid de materia spermatica, vt ostensū est, ergo necesse est, quòd quandiu homo viuit, maneat in quolibet membro aliquid quod materialiter fuerit in semine, & quia illæ particulæ necessario resurgere habent in eo, cuius carnes comestæ fuerunt, vt ostensum est, ergo impossibile est, quòd aliquando carnes comestæ resurgant totaliter in comedente, ēt
I si effectæ fuerint de veritate naturæ eius, sed necesse est aliquid illarum resurgere semper in eo, cuius carnes fuerunt.

De cęteris autem particulis earundem carnium dicendum, quòd interdum possunt pertinere magis in vno ad veritatem humanæ naturæ, quam in altero, & in illo resurgent. Hoc autem potest considerari secūdum tempus nutritionis, quo alicui euenerunt. Nam vt ostensum est supra realiter pertinet magis ad veritatem humanæ naturæ alicuius id, quod aduenit ei in anno primo, quam quod aduenit de alimento anno secundo, & tertio, & ita de alijs temporibus.

Ex quo sequitur, quòd ex ætate comedētis, & eius,
K cuius carnes comestę fuerunt, poterit iudicari ad quē pertineat realiter magis caro comesta, & quis magis illa indigeret.

Patet hoc: nam si ille, cuius aliquę carnes comestę sunt, erat annorū sexaginta, & ille, qui comedit, erat annorum quatuor: maior pars carnium videbitur pertinere ad comedentem quam ad eum, cuius erāt. Ratio est, quia id, quod erat in homine sexagenario pro maiori parte, aduenit nouiter per alimentum, vel non multo tempore ante, quia reliquæ partes, quæ ab antiquo fuerant acquisitæ pro maiori parti fluxerant, & tamen id, quod acquiritur in ætate sexagenaria modicum pertinet ad veritatem humanæ naturæ propter participare imperfecte virtutem speciei, ergo magis pertinebat ad veritatem humanæ naturæ in comeden-

comedente, qui est quatuor annorum, in quo inuenitur virtus speciei perfectior ꝓpter paucitatem mixtionis, & paucum recessum à principio: ergo ibi partes illæ materiales participantes perfectius virturem speciei effectæ sunt magis de veritate humanæ naturæ.

Secundo, quòd magis indiget comedens partibus illis quam ipse cuius fuerunt, quia ei cuius fuerũt partes illę carnium fortè particulę materiales, quę fluxerunt in temporibus præteritis sufficienter ad reddendam quantitatem, quã habuit in anno tricesimo non resumptis illis, quas habebat cum erat sexagenarius, & fortè parũ de illis resumpturus erat in resurrectione, etiam si nullus comedisset eas, à fortiori autem si aliquis eas comederit, & effectę fuerint in eo de veritate naturę humanę pertinebunt ad comedentem. Nam in illo videntur necessarię ad reddendum quantitatem quam habuit comedens, vel habiturus erat in anno tricesimo eo, quòd totum, quod fuit materialiter in aliquo conuersum per nutritionem vsque ad quartum, vel quintum annum forte est necessarium ad reddendam maximam quantitatem, quam habuit homo, vel habiturus fuit. Si autem comedens fuit antiquus, & ille, cuius carnes comedebãtur, erat infans, fiet è contrario, & ita secundum consideratione diuersarum ętatum, & complexionum comedentis, & eius cuius carnes comeduntur, potest verisimiliter iudicari ad quem pro maiori parte carnes comestę pertineant.

C Dicitur autem secundum varietatem complexionum, quia non potest totaliter sumi iudicium ex ætate: potest enim aliquis esse, in quo id, quod aduenit per alimentum in anno vicesimo, sit magis de veritate naturæ humanæ quam in alio id, quod aduenit ei in anno sexto. Et ratio est, quia virtus speciei à principio fuit inæqualis, sicut patet in vino, quia aliquod vinũ purum existens participat plus duplo, vel quincuplo virtutem speciei quam aliquid existens purũ. Hoc enim ex origine acceperunt. Ex quo sequitur, quod aliquod vinum habens admixtionem æqualitatis de aqua, participat ita perfectè, vel melius virtutem speciei quam aliquod aliud purum existens, ita de hominibus est, quia accipiendo corpora hominũ, prout solũ formata sunt ex spermate, idest menstruo, non participant ęqualiter virtutem speciei, & ex hoc determinatur homini periodus specialis, s. quòd aliqui sint longioris vitæ, & aliqui breuioris, secundum quod illud humidum existens purius potest diu manere recipiens admixtionem alieni humidi. Sic enim erat in hominibus primę ętatis, in quibus erat vita longior, & vna causa longitudinis erat, quòd semen participabat tunc magis perfectè virtutẽ speciei quã nunc, & ita etiam accidit nunc, quòd humidum spermaticum, ex quo formatum fuit corpus alicuius, sit duplo perfectius participans virtutem speciei, quam humidum spermaticum alterius, & ideo in illo erunt partes spermaticæ magis de veritate naturę quam in altero, & hoc modo accidit, quòd ea, quæ adueniunt alicui per alimẽtum in anno vicesimo, sint magis de veritate humanæ naturę in eo, quam in altero ea, quę proueniunt ei in anno tertio, vel quarto. Et hoc est verum respectu diuersorum, sed respectu eiusdẽ generale est, quòd quæ primo adueniunt, sunt magis de veritate humana, eo quòd quotidie ipsum totũ mixtum habet debilius veritatem speciei. Et hoc verum est, nisi cum accidentali ęgritudine contrariũ fit, quia eo tpe, quo quis patitur grauem ęgritudinem, ea, quę adueniunt ei, minus perfectè participare videntur virtutem speciei, quam ea, quæ postea adueniunt cum homo restitutus est totaliter sanitati.

A Dicendum tamen quòd licet aliquid sit absolutè magis de veritate naturæ in vno quam in alio, si probabiliter est minus de veritate naturæ in eo, nõ resurget caro in eo, sed in illo, in quo est magis de veritate naturæ eo, quòd ibi est maior indigentia eius, vt si in aliquo existente annorum triginta fuit caro multum participans virtutem speciei magis quam in aliquo, quando erat annorum septem erit absolutè caro eadem magis de veritate humanæ naturæ in illo, cui aduenit anno tricesimo, quã in illo, cui aduenit anno septimo, & tamen proportionaliter non est verũ. Nam comparando in istis duobus maximas participationes virtutis speciei, quæ sunt in corpore, quando formatum est ex menstruo, quia partes existentes materia-

B liter in semine maxime participant virtutem speciei non sunt istæ participationes æqualiter, sed fortè materia spermatica vni⁹ triplo, vel quadruplo perfectius communicat illam virtutem quam alia, & ita poterit absolute esse, quòd partes aduenientes alicui per alimentum participẽt perfectius virtutem istam perfectius in anno tricesimo quã in alio in anno septimo, & consequẽter absolute vna est magis, vel minus de veritate humanę naturæ quam altera. Et tamen accipiendo quamlibet participationem istarum, vt summam, dicetur quòd id, quod aduenit alicui in anno quinto per alimentum, & illud idem materialiter adueniat alteri in anno tricesimo, magis est de veritate naturæ illius, qui recipit in anno quinto quam illius, qui recipit in anno tricesimo, quia perfectio partici-

C pationis virtutis speciei magis accedit ad summam in eo, qui in quinto anno recepit quam in illo, qui anno tricesimo, & ob hoc pertinebit ista caro ad eum, cuius fuit in anno quinto. Etiam quia ille ea fortè indiget ad complementum suæ quantitatis, vt quia omnia, quę transierunt materialiter in corpus eius vsque ad tempus illud, non sufficiunt ad reddendam quantitatem competentem homini, & tamen in eo, cui aduenit in anno tricesimo non erit necessaria ad reddendam quantitatẽ eius, quia cęteræ partes, quę fuerunt materialiter in corpore, & fluxerunt, prius sunt recipiendę quam id, quod aduenit anno tricesimo.

D De tertio patet, quia interdũ caro comesta ad nullum pertinebit neque resurget in comedente neque in eo, cuius fuit, vt si aliquis existens sexaginta annorum comedit de carnibus alterius sexagenarij, fortè illę carnes comestæ in nullo resurgent eorum, quia nulli necessariæ sunt, quia certum est, quòd cuilibet eorum ad reddendam debitam quantitatem sufficiẽt ea, quæ materialiter fuerunt in eo ante annum sexagesimum, & fluxerunt, etiam si parum, vel nil resumatur de eo, quod actualiter manet in anno sexagesimo. Et hoc verum est, nisi quantum ad id quod manet in partibus illis de eo, quod fuit materialiter in semine, quia illud oportet resurgere in eo, cuius fuerunt partes carnis.

Sed quid si alicui istorum desit aliquid, ita quòd resurgentibus istis carnibus in aliquo adhuc desit ali-

E quid ad reddendam quantitatem debitam?

Dicendũ, quòd carnes resurgent in eo, in quo fuerunt magis de veritate naturæ, & magis necessariæ, & siue ipsi, siue alteri, siue vtrique desit aliquid ad reddendam debitam quantitatem, supplebit Deus illud de aliqua materia, quæ nunquam fuit in aliquo istorum, sicut supplet in pueris paruulis decedẽtibus, qui nondum peruenerunt ad ætatem, in qua omne, quod fuit in eis materialiter sufficiat ad reddendam quantitatem, quam habituri erant. Et hoc non tollit identitatem numeralem indiuidui, non enim tollitur per additionem, sed bene per subtractionem, idest si non manentibus eisdem partibus materialibus apponantur

tur

tur aliæ omnino differentes, si tamen eędem omnino maneant, etiã additis alijs, vel fluentibus quibusdam non tollitur identitas. Sicut quotidie fluunt aliquæ partes, de quolibet indiuiduo, & tamen manet idem, quod prius.

Ad quartum dicendum, quòd procedit argumentum, inquantum præsupponit semen esse de superfluo alimenti, & ideo fuisse de veritate humanæ naturæ in illo, de cuius carnibus comestis semen genitum est.

Ad hoc autem prima positio dicet falsum pręsupponi, quia illa vult, quòd semen neque secundum totum, neque secundum partem sit de superfluo alimenti, sed dicit esse de veritate humanæ naturæ, & quòd illud multiplicetur secundum se, vt ex eo reddatur quantitas tota hominis, & etiam ex eo decidatur semen, & sic ille, qui vescebatur solis carnibus humanis non emisit semen genitum de carnibus comestis, sed de veritate naturæ suæ. Et ideo secundum istã positionem non tenet argumentum, sed carnes comestæ pertinent ad veritatem naturæ humanæ illius, cuius fuerunt, & ideo non resurgent in eo, qui comedit illas, neque in eo, qui genitus est de semine eius.

Sed secunda, & tertia positio dicunt esse semen de superfluo alimenti, licet maneat dubium, an sit solũ de superfluo alimenti, vel maneat aliqua pars immixta de veritate naturæ.

Et secundum eas dicendum est, quòd de carnibus aliquid illis resurget in comedẽte, & aliquid in eo cuius fuerunt carnes, & aliquid in eo, qui ex semine comedentis genitus est. Non est enim possibile, quòd totum, quod materialiter fuit in carnibus comestis conuertatur in semen, quia post multam decoctionẽ cibi peruenietur ad deparationem seminis, quod est superfluitas vltimi cibi, illud autẽ, quod de carnibus comestis in semen conuertitur, magis pertinet ad veritatem naturæ in eo, quod ex semine nascitur, quam in eo, in cuius carnibus semen generatur, & ideo secundum doctrinam supra datam id, quod in semine conuertitur resurget in eo, cuius carnibus semen generatur, & ideo secundum doctrinam supra datam id, quod in semen conuertitur resurget in eo, qui ex semine nascitur, residuum autem poterit resurgere in eo, vel in alijs.

Circa quod sciendum, quòd dato isto casu, carnes comestæ possunt pertinere ad tres homines, s. ad eum cuius fuerunt, & ad comedentem, & ad illum qui nascitur ex semine genito de illis carnibus. Sed de illo, qui ex tali semine nascitur dicendum, quòd non possunt pertinere ad eum totæ illæ carnes comestæ, sed solum id, quod in semine conuersum est.

Patet primum, quia illę carnes nullo modo cõuersæ sunt in eum, quia nõ poterant peruenire ad eum, nisi per generationem, vel nutritionem. Non venerunt per nutritionem, quia ipse non comedit illas, p generationem autem pertinet solum id, quod materialiter est in semine, ideo non potest ad ipsum pertinere, nisi illud, quod de carnibus conuersum est in semẽ. Et hoc verum est directè. Et tamen per accidens poterant istæ carnes totæ assumi ad resurgendum in corpore eius, qui ex semine isto genitus est, vt si accideret, quòd illæ carnes comestæ nõ essent necessariæ comedenti, neque ei, cuius erant ad aliquã reddendam quantitatem ipsorũ, vt dictũ est supra. & ita pariter semẽ, & ille qui ex illo semine genitus est, forte decessit in primo anno vitæ, & ita non fuit in eo materialiter, vnde possit reddi tanta quantitas quantam iste habiturus erat, si ad annum tricesimum perueniret, sed oportet aliunde eam suppleri, & ita fortassis de illis carnibus comestis, quæ ad nullius illorũ

F duorum resurrectionem pertinerent resumetur, quod deest isti nato ex tali semine, sed hoc per accidẽs est, directè autem non potest competere ei, nisi quod cõuersum est in semen. Sed circa semen, an competat ei, vel alijs, dicendum quòd aut loquimur de semine, idest de menstruo materno, aut de semine virili, s. de semine paterno.

Dicendum, quòd cum menstruum sit, ex quo materialiter componitur corpus fętus oportet, quòd redeat, quia nil est, quod magis in aliquo pertineat ad veritatem naturæ eius quã id, quod fuit in prima formatione corporis eius. Vnde non potuit pertinere tãtum ad veritatem naturę humanæ in comedente, neque in eo, cuius carnes primo fuerunt, sicut in isto, G qui ex illo mẽstruo formatus est, quia in alijs fuit per modum nutritionis, in isto autem pertinet ad primã formationem corporis. Istud autem verum est, nisi quantum ad illas particulas, quæ fuerunt in carnibus illis, quæ erant de semine in illo cuius carnes primo fuerunt. Nam vt supra ostensum est, sicut nunquam manet indiuiduum, quin maneant in eo aliquæ partes, quæ materialiter fuerunt in semine, idest menstruo, ex quo formatus est, ita nulla pars corporis est, quæ non habeat aliquas particulas, quæ materialiter fuerunt de semine in prima formatione ipsarum partium corporis, quando autem quis sumit illas partes in cibum sumit etiam id, quod materialiter fuit in semine, ex quo illæ partes formatæ fuerunt. Si ergo de H illis partibus rursus formatum est semen, & in illo semine veniunt aliquæ partes earum, quę fuerunt in semine illarum particularum comestarum, necesse est, quòd aliquid sit in semine, siue menstruo, ex quo formatur iste homo, quæ fuerunt in menstruo, de quo alius homo formatus est, & quia quantum ad hoc ęqualiter pertinent illæ particulæ ad veritatem naturę in vtroque, necesse est, quòd resurgant in eo cuius prius fuerunt particulæ, sed cęteræ particulæ mẽstrui pertinebunt ad illum, qui formatus est ex isto menstruo, & non ad illum, ex cuius carnibus genitum est menstruum propter rationem supra positam.

Si autem loquimur de semine virili, dicendum, quòd pendet hoc ex alio dubio: quidam enim dicũt, I quòd semen maris non venit materialiter ad compositionem corporis fœtus, sed solum, vt primum actiuum formans, & digerens menstruum fœminæ, & euaporat propter suam subtilitatem in spiritus.

Alij dicunt, quòd intrat in compositionem fœtus, tam semen masculi quam fœminæ, sed vnum, vt materiale solum, aliud verò est actiuum partim, & partim materiale.

Si autem teneatur, quòd semen viri non intrat materialiter in compositionem fętus dicetur, quòd non poterit resurgere in eo, idest poterit pertinere ad illum de cuius carnibus genitum est semen, ad comedentem autem non poterit pertinere illa particula, K quia nunquam fuit de veritate in eo. Nam semen nunquam conuertitur in corpus illius cuius est, neque animatur anima eius, immo neque ab ea perficitur, in eo autem, cuius carnes fuerunt, fuit illud de veritate naturę humanę partim per nutritionem, & partim per generationem, ideo ad illum pertinebit.

Si dicatur, quòd intrat in compositionem corporis, sicut menstruum muliebre.

Dicendum est de eo, sicut de menstruo, scilicet, quòd resurget in illo, qui ex illo semine genitus est pręter particulas illius seminis, quę fuerunt in alio semine. Nam illæ resurgent in eo, cuius fuerunt carnes. De alijs duobus, idest de comedente carnes, & de eo, cuius carnes comestæ fuerunt.

Dicendum, quòd residuum, quod non resurget in eo,

eo, qui genitus est ex semine resurget in illis, & poterit esse, quòd totum resurgat in comedente præter id, quod fuit de illis carnibus comestis materialiter in semine, vel quòd totæ resurgant in eo, cuius fuerunt, vel partim in vno, & partim in alio, vel quòd omnino pereant, & non resurgant in aliquo illorum, vt si nulli eorum sint necessariæ. Quod verum est præter particulas seminales, quæ semper resurgunt in eo, cuius fuerunt carnes, quod totum apparet ex his, quæ dicta sunt in solutione præcedentis argumenti.

Ad quintum cuius vigor est, quia ponitur cibaris quis embryonibus solis, quæ sunt continentia id solum, quod est de veritate naturæ humanæ alicuius, dicendum quòd prima positio non recipit hoc argumentum, quia argumentum procedit propter semen genitum ex illis, & tamen prima dicit non gigni semen ex superfluo alimenti, ideo ex embryonibus comestis non gignitur semen, sed adueniunt illa comedenti per nutritionem, semen autem est de veritate naturæ ipsius comedentis, & non de cibo, quem comedit, & ideo secundum istam positionem embryones si animati erant non resurgent in comedente, neque in eo, qui genitus est ex semine comedentis ea, sed ipsi resurgent in seipsis, quia quodlibet erit per se vnus homo.

Sed dicendum secundum secundam positionem, & tertiã positionem posse gigni semen ex illis embryonibus, qui sumuntur à comedente per modum nutrimenti. Et tunc dicendum, quòd aut animati sunt, aut non. Si sunt animati resurgent. Sed tunc dicendum, quòd in embryonibus non est solum quod est ex semine, sed multum aliud, quia non animatur embryo vsque ad perfectam perfectionem, quod in corpore maris accidit ad quadraginta dies, vel quasi, in feminis autem ad octoginta, & in tempore medio multum aduenit embryoni, quo nutritur, & augetur propter substantiam seminis, & illud habet se in embryonibus, sicut se habent in nobis partes materiales, quæ adueniunt per nutritionem quotidie, & ideo si quis nutritur solis embryonibus, & ex semine inde genito, nascitur homo, est dicendum, quòd in semine illo est aliquid superfluũ, quod poterit resurgere in genito.

Circa quod sciendum, quòd dato isto casu materia embryonis poterit resurgere in tribus, scilicet in embryone pertinẽte ad resurrectionem, & in comedente, & in genito ex semine comedentis.

De genito dicendum, quòd nihil resurget in eo de embryonibus, nisi illud paucum, quod de eis cõuersum est in semẽ, & hoc nisi fuerint ibi aliquæ partes, quæ fuerint seminaliter in embryonibus, quia illæ partes resurgent in embryonibus, & si in aliquo seminaliter fuerint ante embryonibus resurgent in illo, & non in embryonibus secundum rationem supra positam: reliquum de semine illo resurget in genito ex illo semine, & illud sufficiet cum alijs partibus, quæ postea per nutrimentum euenerunt, & si illæ non sufficiant, Deus supplebit ex alia materia. Neque est incõueniens, quia cum totum semen maternum, vel paternum secũdum aliam positionem fuerit de veritate fetus naturæ, & in ratione sua seminali, quòd non resurgat totum in eo, quia non est necesse: immo non est possibile, quod in quolibet homine resurgat totum, quod in eo fuit de veritate naturæ humanæ, vt dictum est supra, & dicetur sequenti q.

De reliquis autem partibus embryonum, quæ non conuersæ sunt in semen, dicendum ꝙ resurgẽt in embryonibus si erãt animati, vel in comedẽte, s. in eo, in quo magis pertinuerũt ad veritatẽ naturæ humanæ, & qui plus indiget illis ad resurrectionem suam. Et ex his duabus rationibus videtur quasi aliqualiter dicendum, ꝙ illæ partes totaliter resurgant in embryonibus, & nil in comedente.

Prima ratio est, quia, vt supra dictum est, quanto aliquid de alimento citius alicui aduenit, tanto magis efficitur de veritate naturæ illius, & qa alimẽtum illud prius aduenit embryonibus quam comedenti, nõ solum respectu temporis absolute, sed etiam proportionaliter secundum durationem embryonum, & comedentis. Nam embryoni aduenit nutrimentum intra vterum paulo post suam formationem, comedenti autem aduenit post exitum de vtero, quia in vtero non vescebatur embrionibus, & tunc maiori tẽpore distat a sua formatione, quã embryo à sua.

Secunda est propter maiorem necessitatem. Nam embryones nihil habent, in quo resurgant, nisi id, quod in vtero acceperunt, qui autem vescitur embryonibus aliquid habet præter id quod conuersum est in eum ex embryonibus. Nã aliquo tempore vescebatur iste lacte materno, quando nullum alium cibum capere poterat, & conuersum est in eius substãtiam, & ideo paucioribus indiget quam embryones, vnde in embryonibus potius materia eorũ resurgat.

Tertia potest addi, quia dato, ꝙ vescens embryonibus æqualiter egeret ad resurrectionem partibus embryonum sicut embryones, adhuc non resurgerent in comedentem, sed in embryones, quia quod proprium est alicui prius ei respondet quam alteri, & quia partes illæ prius cœperunt esse de veritate naturæ humanæ in embryones, quàm in comedente, pertinebunt potius ad embryones.

Quarta ratio potest addi, quia partes embryonis solum pertinent ad comedentem per modum alimenti, embryis autem partim competunt per nutritionem, & partim per generationem, inquantum aliqd illorũ fuit ex semine, aliquid autem aduenit per nutritionem factam in vtero, & ideo realiter omnes partes embryonem comesti pertinent ad embryonem animatum. Ad comedentes autem nullæ pertinent realiter, nisi forte embryones habuerunt aliquas partes in vtero per nutritionem, quæ non effectæ fuerũt de veritate naturæ ipsorum, sicut tumores aliqui, vel excrescentiæ, sicut accidit in fœtibus monstruosis. Nam in vtero accipiunt tales monstruositates, & illud, quod non est in eis de veritate humanæ naturæ, efficietur in comedente de veritate humanæ naturæ, & in eo pertinebit ad resurrectionem, & non in embryonibus, sed quia in tali casu tam embryonibus, quam comedenti eos sola desunt multa ad reddendam quantitatem, quam embryones habitura erant in anno tricesimo, & quam comedens habuit vel habiturus erat, supplebit illud Deus aliunde manente eadem quantitate numerali indiuidui. Si autem embryones non erant animati non resurgent, & ideo non est eadem difficultas, sed dicẽdum, quòd partim resurgent in eo, qui ex tali semine natus est, scilicet, totum, quòd fuit in semine. Residuæ autem partes resurgent in comedente, scilicet, omnes, quæ in eum conuersæ sunt, quia multum de cibo non conuertitur, vt quod in secessum vadit, & quod resoluitur in fumositates quasdam subtiles in sua decoctione, & hoc non potest respondere ad quæcunque dubia, quę sunt de materia resurgentium quantum ad id quod manebit, vel non manebit in corpore.

Ad duo argumenta in contrarium respòndebitur sequenti quæstione.

An totum quod fuit materialiter in membris corporis humani, in homine resurgat.
Quæstio. CCXLIIII.

QVAERETVR an totum, quod fuit materialiter in membris corporis humani resurgat in homine.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia minus videntur pertinere ad resurrectionem capilli, quàm alia membra: & totum tamen, quod fuit in capillis resurget, & si non in capillis saltem in alijs partibus corporis, vt dicit Augustinus, vigesimosecundo libro, de Ciuita. Dei in 19. & Magister, quarto Sen. di. quadragesimaquarta, illud allegat. ergo à fortiori aliud quid quid fuit in membris nostris resurget.

Secundo, quia sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita & partes secundum materiam. Et tamen corpus humanum habet ad resurrectionem ordinem inquantum fuit animatum anima rationali, ergo tam partes secundum materiam quam secundum speciem resurgent. sed quidquid fuit materialiter in membris nostris vocatur pars secundum materiam, ergo quidquid fuit materialiter in membris nostris, resurget in nobis.

Tertio, quia ex illa parte accidit corpori totalitas, ex qua accidit ei diuisio in partes: sed diuisio accidit corpori ex parte materiæ, cuius dispositio est quantitas, secundum quam diuiditur, cum totalitas corporis sit totalitas materiæ, idest ex materia, & non ex forma, quia forma non habet partes sed materia, si ergo aliquid, quod materialiter fuisset in membris humanis, non resurgeret non resurgeret totum corpus, & consequenter neque totus homo, quod est inconueniens.

Alij dicunt, quòd non resurget quidquid fuit materialiter in membris, quia partes secundum materiam non sunt fixæ in corpore, sed fluunt, & refluunt, vt dicitur primo de Generatione. Illæ tamen fuerunt materialiter in membris: si autem omnes illæ resurgerent, aut esset corpus maius, aut densius: sed vtrunque est inconueniens, ergo non resurgent omnes partes tales.

Secundò, quia quidquid est de veritate naturæ humanæ in vno homine, totum potest esse pars materiæ in altero homine, qui eius carnibus vescitur: si ergo in quolibet resurget id, quod fuit materialiter in vno sequitur, quòd id quod fuit de veritate humanæ naturæ in vno resurgat in alio, quod videtur esse inconueniens.

Dicendum, quòd non oportet, quòd resurgat in homine quolibet totum quod fuit de materia in membris eius, immo neque est possibile resurgere.

Primo patet ex ratione suprapposita de densitate, & magnitudine. Nam materialiter fuit quicquid aliquãdo conuersum est in corpus eius p alimentum, siue actualiter maneat, siue fluxerit, sed si illud totum, quod fluxit, & manet, iungatur ad magnitudinẽ, manifestum est, quòd efficietur homo valde maior: immo qui vixit vsque ad annos centum, & continuè nutritur restituta tota materia secundum gradum eundem densitatis, & raritatis, quem nunc homo habet, fortè esset vnus homo æqualis decem, vel viginti hominibus simul in magnitudine, vel si tota illa materia per condensationem debeat reduci ad æquales dimensiones prioribus, quas homo habuit, dum viueret, oportet esse magnam densitatem, quanta nunquam fuit cum sit plus de materia sub æqualibus dimensionibus, vtrunque autem est inconueniẽs, quia

F tam magnitudo quàm densitas, & raritas determinantur in vnaquaque specie Etheregenorum, & potissime animatorum ex conditione formæ: ergo non poterunt talia inueniri in homine: ergo non erit in eo tota materia, quæ fuit successiuè incorporata ei.

Secundo, quia sequeretur, quòd id quod est de veritate naturæ in eo, sicut id, quod fuit ex semine contingeret esse materialiter in aliquo, qui vesceretur carnibus illius, sed id, quod fuit in aliquo ex semine non potest resurgere in aliquo, nisi in ipso, vt ostensum est præcedenti quæstio. ergo non resurgit quicquid est materialiter in aliquo, & postea in ipso.

G Tertio quia sic sequeretur impossibile, scilicet, ꝙ idem numero resurgeret in mille hominibus, vel pluribus, quia id, quod fuit in vno potest esse in multis, vt si de carnibus vnius hominis comederent mille viri resurget in isto id, quod est in alijs mille, & sic resurget simul in isto, quod etiam intelligi non potest.

Sed dicendum, quòd circa hoc aliter loquitur prima positio, aliter secunda, aliter tertia, vt dictum est præced. q.

Prima ponit nihil resurgere, nisi quod fuit de veritate naturæ humanæ, sed dicit esse de veritate naturæ humanæ illud solum, quod fuit in natura constitutiuè de alimento nihil dicit pertinere ad veritatem hu

H manæ naturæ, & consequenter, neque resurgere partes acceptas ex alimento.

Et secundum hanc positionem dicendum, quòd non resurget in homine, quod materialiter fuit in eo: nam alitum vere conuersum est materialiter in corpus hominis, & mansit ibi aliquandiu factum caro, & os, & tamen nil de illo resurgere dicit.

Quantum ad secundam, & tertiam positionẽ etiã dicendum, quòd non resurget quidquid materialiter fuit in membris nostris, quia vtraque ponit aliquid aduenire per alimentum, & manere aliquando in membris nostris, sed totum illud non redibit, quia non erit necessarium, neque conueniens ad reddendam quantitatem conuenientem homini in resurre-

I ctione.

Circa quod dicendum, quòd in hoc manet dubiũ, scilicet quid differat esse materialiter in homine, & esse de veritate humanæ naturæ eius: nam solet communiter concedi, quòd quicquid fuit in aliquo de veritate humanæ naturæ resurget in eo, & tamen, quòd resurgat quicquid materialiter fuit in membris solet negari, aut dubitari:

Dicendum, quòd omnes positiones distinguunt hęc duo, sed prima positio dicit aliquid esse de veritate naturæ humanæ, quod ex semine quidem solum aduenit, quod per se multiplicatur ad reddendã quãtitatem totam, quam homo postea habet, & ad decidendum inde semen. Materialiter autem dicit in

K membris nostris id, quod solum venit per alimẽtum quia illud in nobis est, & tamen dicit nunquam conuerti in veritatem naturæ humanæ, & ideo nunquam pertinere ad veritatem naturæ, neque resurgere, & tamen quod est alicui de veritate naturæ est in eo materialiter, quia est materia eius, & quælibet pars illius est pars materiæ eius, sed non est solum materialiter in eo, cum sit etiam de veritate naturæ, quòd autem dicitur materialiter, scilicet, quòd est per nutrimentum solum est materialiter, quia non transit in veritatem naturæ humanæ.

Secunda positio dicit per cibum conuerti aliquid in substantiam hominis, & effici de veritate naturæ humanæ. Et tamen distinguit esse de veritate naturæ, quia dicit, quòd quicquid in semine fuit, idest quid

quid materialiter fuit in prima formatione corpo- A
ris ante omnem susceptionem alimenti, dicit esse
totaliter, & per se primo de veritate naturæ huma-
næ, & istud dicit, quòd pertinet per se ad resurre-
ctionem, & quòd nil de isto manebit extra corpus.
Et etiam dicit, quòd per totam vitam nihil de isto
fluit de corpore hominis, sed fixum manet, id ve-
ro quod per alimentum venit, fluit, & refluit. Et
in hoc conuenit ista positio cum prima, quia vtra-
que ponit partes materiales, & secundum speciem
differre realiter in corpore. Nam partes secundum
speciem vocant id, quod ex semine aduenit, & il-
lę semper manent, carnem secundum materiam vo-
cant quidquid per alimentum venit, & istud fluit, B
& refluit. Sed in hoc differunt prima, & secunda,
quia prima dicit nil resumi de resurrectione in par-
tibus secundum materiam: secunda autem ponit ali-
quid resumi. Et ratio differentiæ est, quòd solum
prima ponit pertinere ad veritatem humanæ natu-
ræ id quod ex semine est: nutrimentum autem nul-
lo modo transire in veritatem naturæ: secunda au-
tem dicit id, quod ex semine est pertinere primo,
& principaliter ad veritatem humanę naturę, & ideo
esse fixum, & totum resurgere: quod vero per nu-
tritionem conuertitur transire in veritatem naturæ
humanæ minus principaliter, & ideo aliquo modo
competere ei resurgere, sed non omnibus partibus C
materialibus, quæ conuersæ fuerunt in veritatem hu-
manæ naturæ.

Tertia positio asserit tam id, quod in formatio-
ne corporis fuit, quàm id quod per alimentum po-
stea aduenit, pertinere ad veritatem humanæ natu-
ræ, & æqualiter omnia pertinere ad veritatem hu-
manæ naturæ. Et hoc propter duo. Primo, quia
nullam particulam asserit fixam manere in corpore
per totam vitam, sed hominibus tam venientibus
ex semine, quàm ex nutrimento competere fluere,
& refluere, & ideo quia non excedunt in hoc par-
tes materiales, quæ fuerunt in semine partes, quæ
veniunt ex alimento, nõ esse principalius istas quàm
illas de veritate humanæ naturæ. Secundo, quia
postquàm partes materiales sunt in toto, siue sint D
ex semine, siue ex nutrimento, omnes participant
æqualiter virtutem speciei, eo quòd fit vnum mi-
xtum mixtione perfecta vnius gradus qualitatis. Et
ideo non est causa quare vna dicatur magis pertinẽs
ad veritatem humanæ naturæ, tunc quàm alia: quia
esse magis de veritate naturæ est magis participare
virtutem speciei, secundum quam natura manet,
& quia tunc æqualiter est participatio virtutis in om-
nibus partibus propter perfectam mixtionem, perti-
nebant omnes partes æqualiter ad veritatem huma-
næ naturæ, licet aliquæ partes materialiter tunc ma-
neant in mixto, quæ prius magis participauerunt vir-
tutem speciei, quàm tunc.

Iuxta istam positionem debet dici, quòd esse de E
veritate naturæ humanæ accipitur dupliciter. Vno
modo largè, scilicet, quòd quidquid informatur
forma humana, dicatur de veritate naturæ huma-
næ. Alio modo, quòd quidquid informatur for-
ma humana, & pertinet ad speciem, est de verita-
te naturæ humanæ. Accipiendo primo modo quid-
quid est materialiter in corpore hominis, est de ve-
ritate humanæ naturæ, quia siue quod actualiter est,
siue quod fluxit, informabatur anima humana verè.
Et hoc modo concedendum est, quòd sicut non
pertinet ad resurrectionem quidquid materialiter
fuit in membris nostris, ita neque resurget quidquid
fuit de veritate humanæ naturæ, sed multa sunt, &
fuerunt de veritate humanæ naturæ, quæ non resur-
gerent. Et hoc sufficiebat, & erat sine calumnia,
scilicet, vt diceretur, quòd licet id, quod est de ve-
ritate humanæ naturæ resurgat, tamen non quid-
quid est, aliquando fuit de veritate eius, & tunc non
est distinctio inter esse materialiter, & esse de veri-
tate naturæ humanæ. Sed quia communiter solet
concedi, quòd quidquid est de veritate humanæ na-
turæ resurgat, quod etiam oritur ex eo quod dicit
Aristoteles primo de Generatione, scilicet, quòd
caro secundum speciem manet, caro autem secun-
dum materiam fluit, & refluit, & ita id quod ma-
net dicunt pertinere ad resurrectionem, quod autem
fluit, non.

Circa hoc ergo dicẽdum, quòd partes secundum
speciem vocant illi de prima, & secunda positione
quidquid venit ex semine, & fuit in prima forma-
tione corporis, vt dictum est. Et has dicunt mane-
re semper, quod autem per nutrimentum aduenit
dicunt esse partes secundum materiam, & sic quod
secundum speciem est, semper manet.

Alij dicunt partes secundum speciem vocari par-
tes corporis habentes determinatam quantitatem in
corpore, & est tantæ virtutis, vt competat ei actio
propria; non quidem vt supposito extra totum, sed
quòd sit propria, idest, quòd non habeat solum, quòd
concurrat cum toto ad actionem. Pars secundum
materiam vocatur ex opposito ista, quę non est tan-
tę quantitatis, neque tãtę virtutis naturaliter, vt com-
petat ei aliqua actio, & hoc modo quodlibet mem-
brum vocatur pars secundum speciem: partes autem
paruę membrorum vocantur secundum materiam,
& dicunt isti quòd pars secundum speciem manet,
idest, quia ex se apta est ad manendum, cum tan-
tam quantitatem, & virtutem habeat, vt agendo re-
sistere possit agenti contrario, pars materialis dicitur
fluere, quia secundum se apta est ad fluendum, quia
non competit ei talis virtus, neque tanta quantitas, in
qua diu manere possit. Sed hoc non consonat inten-
tioni Aristotelis distinguentis id, quod est secundum
speciem, & secundum materiam. Primo, quia tunc
non possent distingui, quod est secundum speciem,
& secundum materiam in homogeneis, quia homo-
genea non habent partes, quarum cuilibet competat
aliqua operatio, sed eadem est operatio totius, & om
nium partium propter vnitatem formę simpliciter,
& virtutem vnicam, idest, quòd non sunt potentię
distinctę in forma homogenea, sicut damus in for-
mis etherogeneorum, vt in animatis. Et tamen Ari-
stoteles dicit libro primo de generatione, quòd di-
stinguitur esse secundum speciem, & secundum ma-
teriam, sicut in quolibet alio, vt in lapide, & aqua,
& tamen manifestum est, quòd in lapide, & aqua
non est dare partes secundum speciem modo dicto,
eo quòd homogenea sunt, & non est aliquid, cui
competat operatio distincta, ergo aliter vult Ari-
stoteles accipere partes secundum speciem, & ma-
teriam.

Secundo quòd Commentator ibidem exponens
dicit easdem numero esse partes secũdum speciem,
& secundum materiam, & solam differentiam ratio-
nis ponit.

Tertio quia Aristoteles non solum vocat partes
secundum speciem, & secundum materiam, sed car-
nem secundum speciem, & materiam, & tamen ca-
ro, quia est homogeneum non habet operationem
aliquam, sed id, quod habet operationem est mem-
brum, & illud est pluquam caro, ergo non est illud,
quod vocatur pars secundum speciem.

Quarto, quia hoc modo tam partes secundum speciem, quàm secundum materiam manent, & nulla erit, quæ fluat. Et patet, quia partes paruæ membrorum sunt hoc modo secundum materiam, & tamen illæ manent, quia sicut toti membro competit, quòd maneat, & non potest fluere: ita & cuilibet parti assignatæ habenti determinatam magnitudinem, & situm competit quòd maneat, & semper manet, quia non poterat manere aliquod membrum nisi omnes partes magnitudinis eius manerent, & tunc non erit aliqua pars secundum materiam.

Aliter ergo dicendum, quòd partes secundum speciem sunt omnes partes, inquantum habent magnitudinem, & situm, & figuram in corpore. Partes autem secundum materiam dicuntur eædem ipsæ partes, inquantum habent materiā secundum quam subijciuntur formæ speciei, & situi, & magnitudini, & figuræ. Et ita exponit Commentator, vt declaratum est præcedenti quæstione, & tunc verum est, quòd partes secundum speciem, vel caro secundum speciem semper manet, & partes secundum materiam fluunt, & refluunt, vt si accipiatur pes, vel manus. Nam pes, vt aliquid tale, & manus vt manus semper manet, scilicet, pes, qui nunc est, erit cras, & eiusdem magnitudinis, vel non minoris, & eiusdem virtutis in agendo, & eiusdem figuræ, & situm eundem habens respectu totius corporis, & ita pes non fluit, neque refluit, & tamen non manebit cras tota, & eadem materia, quæ nunc est in eo, sed multum de ea fluet per actionem caloris, & multum de nouo adueniet, & sicut est de toto pede, ita est de qualibet particula quantumcunque parua assignata in pede, quæ habeat determinatam magnitudinem, & situm respectu pedis totius. Nam illa est etiam pars secundum speciem, & ideo nunquam illa fluit, sed sicut totus pes manet, ita & manet illa particula habens eandem magnitudinem, & situm eundem, & nunquam fluet, quia si illa particula posset fluere, etiam totus pes flueret, cum ex illa, & alijs similibus habentibus situm, & magnitudinem componatur, sed illa habet materiam, quæ nunc est sub ea, & illa fluit, & refluit manente eadem particula, & ita in toto corpore accipiendum. Sic etiam est caro secundum speciem, & secundum materiam, & ossa eodem modo, & ita potest sciri, quæ sint partes secundum speciem, & secundum materiam.

Considerandum vlterius, quòd in formatione corporis, quæ fit ex menstruo, recipit corpus omnes partes suas, idest, omnia membra: & tamen non recipit omnes partes secundum speciem. Et ratio est, quia partes secundum augmentum sunt partes secundum speciem, & tamen illæ non habentur in formatione, sed postea ex alimento proueniunt, & hoc est contra positionem primam, & secundam. Verum est autem, quòd post formationem corporis non adueniunt ei aliquæ partes diuersarum rationum, & denominationum, & diuersarum virtutum, quia ista pluralitas, & diuersitas causatur ab anima, & tamen anima aduenit corpori in formatione, & dat statim suam perfectionem totam corpori, quia secundum se totam in eo recipitur, ideo statim causatur in corpore tota multiplicitas partium, & virtutum, quæ ex anima causari potest.

Oēs partes augmenti sunt partes secundum speciem.

Dico tamen, quòd adhuc adueniunt postea multæ partes secundum speciem corpori, quia omnes partes augmenti sunt partes secundum speciem, quod patet, quia partes secundum speciem sunt, quæ manent, & tamen competit partibus augmenti manere: semper enim manent, postquam semel
F in corpore sunt: ergo sunt partes secundum speciem. Etiam quia partes secundum speciem sunt, quæ vltra esse materiale habent aliquod esse, & tamen partes augmenti vltra hoc, quòd materiam habent, etiam habent magnitudinem determinatam, & situm respectu totius, & figuram aliquam, ideo quantum ad illud competit eis esse partes secundum speciem, & tamen istæ sunt ex alimento, ideo ex alimento prouenit aliquid secundum speciem.

Ex alimento duplices partes proueniūt.

Circa quod sciendum, quòd ex alimento proueniunt duplices partes: quædam sunt ad augmentum aliæ ad restaurationem deperditi: primæ sunt partes secundum speciem: secundæ vocantur secun-
G dum materiam, quia non competit eis aliquid de specie, vt sint. Hoc patet, quia alimentum facit duo in recipiente, scilicet, restaurat, quod deperditum est, ponendo aliud æquale loco eius, insuper facit maius quousque res perueniat ad magnitudinem competentem ei secundum speciem.

De partibus, quæ faciunt augmentum dicendum quòd quælibet earum facit aliquid secundum speciem, & computatur, vt alia pars distincta, quia obtinet alium locum, & situm in corpore, & substat alijs partibus dimensionis: & secundum hoc habet aliquid per quod distinguatur, & quod addat in toto supra alias partes. Et ista est totalitas secundum speciem, quia non solum aduenit ibi distincta pars
H materiæ ab alijs partibus materiæ, sed cum ea venit distinctus situs, & figuratio, & pars dimensionis terminatæ, quæ omnia sunt rationes quædam vltra materiam.

Pars autem ex alimento veniens ad restaurationem deperditi est quidem pars secundum materiam distincta ab alijs partibus, quæ præexistebant materialiter in corpore, sed ista non accipit nouum situm, neque substat nouis partibus dimensionis, sed penitus stat loco præcedentis, quę fluxit, & ideo etiam si tales nullæ adueniant cedente vna, & subintrante alia nil plus erit in re, quàm si semper eadem pars materię mansisset, & ideo secundum formam nihil addunt istæ ad aliam propter quod illa prima poterat vocari pars secundum speciem, sed omnes
I istæ, quæ successerunt loco eius solum sunt partes materiales, ideo istæ fluunt, & refluunt, licet quælibet istarum eo tempore, quo manet in corpore considerata ad totum corpus non respectu alicuius partis, quæ fluxerit, vocabitur pars secundum speciem, eo quòd tunc facit in corpore aliquam magnitudinem, & situm habet distinctum ab alijs.

Ex hoc autem sequitur, quòd solæ partes secundum speciem resurgent, scilicet, omnia membra corporis, & quidquid in illis ad magnitudinem pertinet, partes autem, quæ ad solam restaurationem pertinuerunt non resurgent, & ideo non resurget quidquid materialiter fuit in corpore.

Et hoc patet, quia si totum quod materialiter fuit
K in homine, & fluxit, colligeretur, vt resurgeret, essent multa inconuenientia, vt ostensum est supra. Et dicitur de partibus facientibus magnitudinem vsque ad illam magnitudinem maximam, quam homo habuit, cum esset annorum triginta, vel quam habiturus esset, si illuc perueniret, & hoc verum est, nisi in aliquibus ex orbitate naturæ, idest, impotentia, secuta fuit minor magnitudo, quàm esse decebat. Nam tales resurgent in maiori quantitate, quàm habuerunt hic, scilicet, in tanta quantitate, quātam illos habere decuit, & habuerūt, nisi obstaret defectus naturę, & illud quod deest magnitudini supleri poterit ex partibus, quæ fluxerunt, quæ non fecerunt

cerunt magnitudinem, sed restaurationem. Etiam verum est hoc, nisi de illis, quę peruenerunt ad maiorem quantitatem, quàm sit conueniens speciei, sicut de Titio dicit Isidorus, quòd iacebat distentus in nouem iugeribus, & de similibus. Nam talia corpora non vegetat, & regulat sufficienter anima humana, ideo illa erunt minoris quantitatis in resurrectione, cum ibi non maneat aliquid inordinatum.

Sed tunc manet dubium, cum enim non debeant redire omnes partes, quæ materialiter fuerunt in homine, sed illæ solæ, quæ faciunt magnitudinem, siue vsqueque perueniat aliquis ad debitam magnitudinem, quæ partes potius redibunt.

B Dicendum, quòd circa hoc est triplex positio, quidam enim dicunt, quòd redibunt illæ, quæ prius habuerunt esse in corpore, idest, illæ, quæ aliquando fuerunt in corpore, siue maneant tempore mortis, siue non, ita quòd accipiantur omnes partes, quæ materialiter fuerunt in aliquo tam in formatione, quàm in nutritione, & de istis reformabitur corpus, & accipientur de illis tantæ, quantæ fuerint necessariæ. Vnde si omnes quotquot fuerunt materialiter in homine a principio nutritionis vsque ad annum quintum suffecerint ad reddendam quantitatem istam non resumentur aliquæ de illis, quæ postea aduenerunt per nutritionem, etiam si maneant actualiter in corpore morientis.

C Alij dicunt, quòd illæ partes assumentur, quæ ad magnitudinem pertinebant, & manserunt in eo vsque ad mortem, vel quas habuit dum moreretur. Ratio huius esse videtur, quia pars materiæ habet se ad resurrectionem, secundum quòd ad hominem pertinet, & tamen magis videntur pertinere illæ, quæ manent, quàm illæ, quæ fluxerunt: quia illæ sunt iam aliarum rerum: ergo illæ quæ manent tempore mortis, resurgent.

D Tertia positio est, quòd resumantur illæ particulæ, quæ nouiter causauerunt magnitudinem, sicut enim supra dictum est per alimentum duo fiunt, scilicet, restauratio, & augmentum, quando deperditum resumitur per partes æquales est restauratio solum, quando resumitur plus est augmentum, quia perducitur res nutrita ad maiorem quantitatem: illa aũt res, quæ primo facit magnitudinem, quę nõ pręexistebat pertinet proprie ad augmentum, qua deperdita subintrat alia in locum eius, sed non facit nouum augmentum, nisi res nutrita incipiat habere maiorem quantitatem quàm prius. De istis autem partibus, quę nouiter augmentauerunt corpus, dicit ista positio, quòd illę solę resurgent cum partibus, quę fuerunt in formatione: quia illę etiam pertinuerunt ad magnitudinem.

E Sed dicendum, quòd quęcunque istarum positionum teneatur non multum differt ad resurrectionẽ, dum tamen tantę partes materię dentur, vt ex eis restituatur quantitas quę pręfuit. Nam non manebit corpus in eadem dispositione qualitatum, in qua aliquo tempore fuit dum viueret, sed inducetur nouitas. Et tamen dicendum quòd prima, & tertia sunt rationabiliores: secunda autem non multum valet.

De tertia patet, quia in resurgentibus non solum exigitur identitas eorum, sed etiam ęqualitas quantitatis, & illa magis per se quęritur, quàm materia penitus eadem. Nam si quęreretur identitas materię penitus resumerentur omnes partes, quę fuerunt materialiter in corpore, quod est falsum, sed tantum de materia quęritur, quantum sufficiens est quousque perueniatur ad illam quantitatem. Ergo illę partes materiales erunt ad hoc magis conuenientes, per quas prius deuentum est ad istam magnitudinem.

De prima patet, quia resurgunt partes materię in corpore, secundum quòd pertinuerunt ad veritatem naturę: ergo quantum magis pertinuerunt ad eam magis competit eis resurgere, & tamen partes materiales, quę fuerunt a principio vitę, magis pertinuerunt ad veritatem humanę naturę: ergo illę potius quàm alię resurgent. Patet istud, quia natura speciei consistit in indiuisibili, quia est esse: virtus tamen speciei est diuisibilis, quia ad qualitates pertinet, & ita cum in quolibet indiuiduo cuiuslibet naturę inueniatur virtus naturę ipsius, non inuenitur tamen ęqualiter, sed in quibusdam perfectius, quàm in alijs, & ita circa hominem illę partes materiales, quę perfectius participant virtutem speciei, dicuntur magis participare ad veritatem humanę naturę, sed quanto aliqua pars materialis prius fuit in toto perfectius participauit virtutem speciei, & consequenter magis accessit ad veritatem humanę naturę, vt ostensum est pręcedenti quęstione: & omnibus partibus materialibus, quanto priores fuerunt in corpore, tanto magis competit resurgere.

Secundo, quia dato, quòd partes quęcunque existentes in corpore humano pro quocunque tempore participarent ęqualiter veritatem humanę naturę, & virtutem speciei, tamen competeret potius resurgere eis, quę priores fuerunt, sicut pręcedenti quęstione dictum est, quòd si quis comedit carnes alterius, & ęqualiter pertinuerunt ad veritatem humanę naturę in vno, sicut in alio, quòd resurgent in illo, in quo prius fuerunt, quia in illo habuerunt prius, quòd competeret eis resurgere. Ita ergo de partibus materialibus, quę fuerunt successiuę in eodem homine, dato quòd omnibus competeret ęqualiter virtus speciei, cum prius competiuit hoc prioribus, & habuerunt prius ordinem ad resurrectionem, videtur quòd illę potius resurgent.

Secunda autem positio non est satis rationabilis, eo quòd non sequitur aliquod motiuum conueniẽs, non enim considerat puritatem, vel perfectionem partium materialium, quę magis pertinent ad veritatem naturę humanę, sed potius illas ponit resurgere, quę minus ad veritatem humanę naturę pertinent, non enim possunt minus aliquę pertinere, quàm illę, quę sunt tempore mortis, eo quòd totum corpus debilius participat perfectionem speciei, quàm aliquando participauerit, & propter hoc est mors, quia anima non potest manere in corpore tam elongato a perfectione virtutis humanę: ergo in hoc est positio irrationabilis. Etiam non attendit ista positio ad quantitatem, sicut tertia, quia ex eo quòd requiritur in corpore tota quantitas, quę pręfuit, videntur illę partes conuenientiores, quę primo hanc quantitatem causauerunt, & tamen secundum istam positionem non resumuntur partes illę, sed potius illę, quę successerunt eis, per quas quantitas causata est.

Propter quid fit mors.

Motiuum quoque positionis istius non valet: nam ex eo quòd partes aliquę fuerunt in corpore tempore mortis, non magis pertinent ad hominem, quia sicut istę nunc sunt in corpore, quando alię non sunt, sed fluxerunt: ita illę erant in corpore, quando istę nondum aduenerant, neque erant humanę cum non maneant eędem partes per totam vitam: potius ergo pertinebunt ad corpus illę, quę precesserunt, quę participauerunt perfectius virtutem speciei, vt ostensum est.

Tenenda ergo est prima positio, q̃a illa est rõnabilior, & cõmunius tenet. Etiã, q̃a illa satisfacit omnibus

bus inconuenientibus, quod non faciunt aliæ duæ. Nam secunda non satisfacit, vt si moriatur aliquis centenarius, quando diminutus est quantitate, & resolutæ sunt multæ particulæ de corpore eius: non enim sufficiet ad reddendam suam maximam quantitatem illud de materia, quod nunc habet, & ita oportebit redire ad primam, scilicet, vt resumatur aliquid de partibus, quæ fluxerunt. Secunda quoque interdum non sufficit, vt si moriatur quis ante complementum suæ maximæ quantitatis, si sumantur solæ illæ particulæ, quæ fuerunt primæ in partibus augmenti, non sufficient nisi ad reddendam tantam quantitatem, quanta est quando moritur, vt autem tanta quantitas reddatur, quanta futura erat, necesse est redire ad primam positionem, scilicet, vt sumantur omnes illæ particulæ, quæ fuerunt materialiter in homine a principio suæ formationis vsque ad tempus, in quo omnes præcedentes particulę collectæ valeant reddere magnitudinem, quam iste habuit, vel habiturus erat.

Sed obijcietur, quòd dato isto modo resurrectionis non habebit resurgens easdem partes carnis, & ossis, quas viuens habuit.

Dicendum, quòd non habebit eandem penitus carnem, & ossa materialiter, idest, omnes illas partes materiales solum, quas habuit aliquo tempore, dum viueret, vel in aliquo instanti assignato. Neque etiam habebit quidquid per totam vitam habuit, sed habebit id, quod habuit in diuersis partibus vitæ, & non sequitur ex hoc aliquod inconueniens. Primum patet, quia non habebit omnes partes materiales, quas habuit per totam vitam, vt supra ostensum est: quia efficeretur maioris quantitatis, aut densitatis. Etiam non habebit illas solum omnes, quas habuit aliquo tempore, vel instanti determinato in vita. Nam si accipiatur tempus formationis falsum est, quia tunc habet solas partes seminis nondum adueniente aliquo alimento: & illæ partes solæ non sufficiunt ad reddendam magnitudinem, quam ille maximam habuit, vel habiturus erat: ideo oportet aliquas accipi de alimento, si accipiantur illæ, quas habuit, cum esset annorum triginta, non habebit easdem, sed paucas de illis, quia debent resumi omnes partes materiales, quæ per alimentum alicui aduenerunt a principio nutritionis vsque ad tempus, in quo omnes collectæ sufficiant ad reddendam quantitatem, quam homo habuit in anno tricesimo: & fortè istæ sunt vsq; ad annum quintum, vel sextum, & tamen istæ in nullo instanti sunt simul sumptæ in corpore. Nam neque ad vsque annum sextum, quia aliquæ nondum aduenerunt, & multæ fluxerunt, neque post annum sextum, quia licet omnes iam aduenerunt non manent omnes, sed pluraliter, siue effluxerunt.

Sed dicendum, quòd non sequitur ex hoc inconueniens, scilicet, non identitas, quia non requiritur, quòd omnes eædem partes materialiter sint in aliquo ad hoc, quòd sit idem, quia tunc non possent dari duo instantia in tempore, in quibus maneret homo idem numero. Nam inter quælibet duo instantia quantumlibet proxima est tempus medium, & in illo fit resolutio per calorem, vt desinant esse aliquæ partes, quæ fuerunt materialiter, & fit conuersio, ita vt incipiant esse aliquæ in corpore, quæ non fuerunt, & quandiu homo viuit, manet idem numero tam secundum materiã, quàm secundum formam, vt ostensum est præcedenti quęstione: ergo etiam si non redeant omnes eædem partes materiales, quæ fuerunt per totam vitam, vel quæ fuerunt in aliquo determinato instanti vitæ,

F dum tamen redeant illæ, quæ fuerunt in formatione corporis, & aliquæ aliæ, quæ fuerunt postea, ex quibus constet magnitudo, quæ prius fuit, erit idem homo materialiter, & formaliter, qui prius. Immo videtur, quòd iste homo tunc erit magis idem sibiipsi, qui prius fuit, quàm comparando vnum instans vitæ ad aliud, quia in nullo tempore habuit simul tantas partes, & tam perfectè pertinentes ad veritatem naturæ humanæ, sicut tunc. Quod patet, quia dato casu, quòd omnes partes, quas homo habuit successiue vsque ad annum sextum collectę in vnum reddant perfectam quãtitatem, quam homo habiturus erat, tamen in nullo tempore, vel

G in instanti assignato vsque ad illud tempus habet homo tantas partes, quantas habet resurgens, quia tunc ante annum sextum haberet eandem magnitudinem, quam habiturus est anno tricesimo. Si autem accipiantur partes, quas homo habet anno tricesimo, quę reddunt omnem suam magnitudinem, dicendum, quòd tantas partes habet, quantas habebit in resurrectione, & tamen non easdem, & quę habentur in anno tricesimo non participant ita perfecte veritatem humanę naturę, sicut participauerunt illę, quas habebit resurgens, quia illę fuerunt priores in corpore, scilicet, vsque ad annum sextum, & omne quod prius aduenit perfectius participat virtutem speciei, & sic non est ali-

H quis modus melior magis seruans identitatem, & perfectionem partium, quàm iste, qui positus est, & sic apparet, quòd non erit in resurgentibus nisi quidquid materialiter fuit in eis, dum viuerent, si fortè decedant in parua ętate, vt quinto, vel sexto anno, quia tunc omne, quod fuit in eis materialiter per totam vitam, oportet restaurari, & reassumi ad reddendum quantitatem, quam habiturus erat homo in ętate triginta annorum.

Ad primum dicendum, quòd non redibunt omnes partes, quę materialiter fuerunt in corpore. Cum autem dicitur de capillis, quòd sint minus necessarij, quàm cęterę partes, dicendum, quòd verum est, quia sunt partes accidentales, quibus etiam non manentibus esset idem indiuiduum, sed dicunt

I quòd de capillis resumetur, quod fuit illorum. Et dicunt, quòd intelligitur hoc de partibus augmenti, quia isti faciunt nouam, & determinatam magnitudinem, & habent distinctum, & nouum situm substando nouis partibus dimensionis terminatę, & quia tales partes non solum sunt secundum materiam, sed etiam secundum speciem, dicunt, quòd resurgent. Secus autem de partibus nutrimenti, quę sunt ad restaurationem deperditi, quia illę partes sunt secundum materiam, & non resurgent.

Sed dicendum, quod hoc quod dicitur de partibus, secundum augmentum, & restaurationem, tenet verum quantum ad partes essentiales corporis, quas vocamus partes necessarias, secus quantum ad

K accidentales, quę sunt capilli, & vngues. Et ratio diuersitatis est, quia in natura non solum quęritur esse secundum certam speciem, sed etiam habere determinatam magnitudinem competentem secundum formam illius speciei ad hoc quòd forma manens in materia, possit habere operationes suas determinatas, & completas, quę non fiunt cum parua, vel quacunque quantitate. Et ideo sicut omnia naturalia habent determinatum esse speciei, secundum formam substantialem, ita & habent determinatam magnitudinem, vsque ad quam venire cupiunt, & vltra non transcendunt, quia omnium natura constantium positus est numerus magnitudinis, & augmenti, & ideo quia in resurgentibus requi-

requiritur perfectior status hominis, quàm fuit hic: oportet inueniri esse, pro quo quæritur identitas materiæ, & formę, & magnitudo eadem, quam hic maximam habuit viuens, vel quam habiturus erat si viueret: & ista magnitudo determinata inuenitur tam secundum naturã, quàm circa corpus & omnes partes essentiales, idest, necessarias, quia in istis, etiam si semper apponatur alimentum, non augebuntur semper, sed solum vsque ad determinatam magnitudinem: Secus autem de capillis, & vnguibus, quos vocamus partes accidentales: Nam quia istæ partes non sunt de prima intentione naturæ, sed de secundaria tanquam ad custodiendum alias partes, quæ sunt de prima intentione naturæ, non est tanta sollicitudo naturæ circa ipsos, idest, capillos, & vngues, sicut circa alias partes: vnde virtus naturæ in eis non est virtus determinata, sicut in alijs partibus, & non facit magnitudinem determinatam, sed quantum apponitur de materia, tantum crescunt capilli, & vngues, & crescunt in immensum, nisi rescinderentur, vel quando virtus ab anima fluens propter distantiam extremitatis capillorum, & vnguium a sua origine non sufficeret peruenire illuc agendo. Ex quo appatet, quòd non est determinata intentio naturæ circa magnitudinem istorum, sicut circa quantitatem aliarum partium, & ideo partes augmenti in capillis, & vnguibus non vocabuntur partes secundum speciem, sicut partes augmenti aliarum partium corporis, sed magis partes secundum materiam: & ita non oportebit resumi in resurgentibus.

Secundo patet, quia si secundum naturam esset determinata aliqua magnitudo capillis, & vnguibus vsque ad illam continuaretur augmentum illorum, & habere illam magnitudinem, esset melius quàm non habere cum natura tendat ad perfectionem, & melius sit quod perfectum est, quàm quod imperfectum, & tamen nos recidimus capillos, & vngues excrescentes quasi indecens sit eos habere in tanta magnitudine: ergo illa magnitudo non est determinata secundum speciem, quia omne, quod est de intentione naturæ pulchrum, & perfectum est.

Tertio patet, quòd non attendantur partes magnitudinis, & augmenti circa capillos, & vngues, sicut circa alias partes corporis, quia in resurrectione omnia corpora resurgent in maxima quantitate, quam hic habuerunt, & non tolletur eis aliquid de magnitudine sua, vt redigantur ad æqualitatem staturæ Christi, quod Augustinus redarguit lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 19. & 20. & 21. & Magister 4. Sentē. distinct. 44. Sed de capillis multum tolletur, vt dicit Augustinus ibidem, & Magister. & subditur causa, scilicet, ne aliquid indecens appareat, si tota quantitas illorum maneat ibi: ergo non est idem de partibus augmenti capillorum, & vnguium, quod est de alijs partibus corporis, sed omnes partes istorum cōputantur, vt materiales.

Quarto, quia si in capillis, & vnguibus accipiantur partes formales, aut materiales, aut accipiuntur partes secundum speciem, siue formales partes quæcunque longitionis, & tunc partes secundum materiam vocabuntur illæ solæ, quæ manent aliquando in capillis, & vnguibus non addentes aliquam quantitatem, sed solum aduenientes loco aliarum, quæ fluxerunt, aut vocabuntur partes secundum speciem, vel augmentum partes, quæ constituerunt maximam quantitatem, quam aliquando habuerunt capilli, & vngues, & partes secundum materiam erunt omnes partes longitudinis, quæ non addunt super illam, licet faciant distinctas partes quantitatis, vt si quando capilli, & vngues erant prolixi recisi sunt, & quousque rursus veniant in priorem magnitudinem, omnes partes augmenti vocantur partes secundum materiam. Sed neutro modo stat, quia si accipiatur primo modo diceretur, quòd omnes partes augmenti redirent ad capillos, & vngues, sed non partes, quæ fuerunt ad restaurandum deperditum. Nam sic fit in omnibus alijs membris, quia aliàs redirent corpora minoris quãtitatis, quàm fuerunt, & tamen non fiet hoc, quia tunc omnes partes capillorum abscissæ, & vnguium redirent ad capillos, & vngues, & esset immoderata, & indecens magnitudo, quod Augustinus negat, vbi supra, dicens: Alioquin si capillis redit quod tam creatura tonsura detraxit: si vnguibus quod totiens depressit exsectio immoderata, & indecens cogitantibus resurrectionem carnis, & ideo non credentibus occurrit infirmitas. Si autem accipiatur secundo modo, non conuenit, quia aliquis erit, qui statim vt capilli nascebantur recidebat eos, & sic maxima magnitudo capillorum huius fuit tam parua, quòd non conueniet resurrectioni, & si de partibus recisis deberet suppleri aliquid ibi, non appareret quantum deberet suppleri, cum istę non habuerint maiorem quantitatem, & capillis secundum speciem non sit determinata certa quantitas. Maxime, quia iste non est proprius modus accipiendi partes secundum speciem sui augmenti: quia recisis capillis id, quod redit, ita pertinet ad partes longitionis, sicut totum quod præexistebat, & ita manet ratio prior.

Quinto, quia Augustinus ponit de partibus longitionis capillorum, & vnguium, sicut de partibus materialibus aliorum membrorum. Nam quidquid fuit de partibus augmenti aliorum membrorum redit ad ipsa membra, & non transit de vno ad alterum: quia aliàs aliquod membrum maneret in resurrectione maius, quàm hic fuit, quod falsum est: partes autem secundum materiam, quæ fuerunt in vno membro, idest, quæ erant solum ad restaurationem, quia illæ non erant necessariæ illis membris, poterunt transire ad alia si illis opus sit, & tamen partes augmenti, & longitionis capillorum dicit Augustinus transire ad alia membra: ergo non accipiuntur in capillis, & vnguibus partes secundum augmentum, & secundum materiam, sicut in alijs partibus corporis.

Sexto, quia hoc etiam quod dictum est credunt aliqui, scilicet, quòd de vno membro suppleatur alteri, si ei desit de partibus, quæ fluxerunt. Et tamen non est verum: nunquam enim de partibus vnius accipitur aliquid, vt alteri suppleatur. Et hoc primo, quia tolletur identitas membrorum: nam identitas numeralis est ex materia: si autem materia, quæ fuit in alio membro inciperet esse de nouo in alio, tolleretur identitas, & ideo redit materia cuiuslibet membri ad ipsum membrum, & si non redit tota saltem de vno non redit ad aliud, vt ostensum est supra. Secundo circa hoc, quia vnum membrum nunquam indiget materia alterius. Nam omnia membra augentur proportionaliter, & resoluuntur proportionaliter, ideo si desit alicui materia ad debitam magnitudinem, etiã deerit necessario omnibus, & si alicui superest, vt de illo alia possint habere, etiam cæteris deerit, & ita nunquam vnum poterit recipere de materia alterius.

Sed obijcietur, quia interdum vnum membrum præter proportionem habet aliquam excrescentiam, vel tumorē, vel improportionalē magnitudinē, & aliqua sint minora debito, vel defectuosa, vel quæ non fuerunt,

fuerunt, & tunc poterit de vno concedi ad dandum alteri debitam magnitudinem.

Dicendum, quòd neque isto modo datur vni de eo, quod alteri superabundat. Pro quo sciendum ꝙ aut est excessus in membro aliquo, aut defectus: si excessus, aut est per aliquam superexcrescentiam, vel tumorem alicuius partis carnis, vel humoris, quem natura nō potuit regulare, aut per hoc quod aliquod membrum habens suam debitam figurationem, habet magnitudinem improportionalem alijs membris. Si primo modo, siue sit per excessum numeri, vt in eo, qui habet sex digitos in manu, siue per solam excrescentiam, vt in illis, qui habent colla tumida, & pendentia, & similes excrescentias in quibuscunque partibus. Dicendum, quòd illud non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, sed potius illam impedit, & accidit ex defectu virtutis formatiuæ, vel virtutis speciei in indiuiduo iam formato, & ideo illæ partes materiæ possunt applicari alijs, sed tunc dicendum, quòd aut est necessaria illi corporis parti, vtpote si aliquis tales tumores, vel excrescentias habens obijt in anno secundo vitæ, quia nullum membrum in eo peruenit ad debitam magnitudinem, est necessaria cuilibet additio materiæ ab extra, & ideo tunc illi membro, in quo talis tumor est, licet pro tunc non sit de veritate naturæ eius, proueniet in resurrectione materia, quæ fuit sub tumore, & tunc in eo efficietur de veritate naturæ, si autem accidat, quòd non sit necessaria illi membro illa materia, vel non tota, poterit applicari cuilibet alteri membro indigenti, quod poterit sic accidere, scilicet, si aliquis decessit in quinto, vel sexto anno, quando nondum peruenit ad maximam suam magnitudinem, neque partes, quæ fluxerunt incorporatæ semel per nutrimentum collectæ in vnum possunt plenè reddere totam quantitatem maximam, quam iste in anno tricesimo habiturus erat, sed parum deest, & ita cuilibet membro parum deest: illi autem, in quo erat tumor, si addatur tota materia tumoris, vt efficiatur de veritate naturæ eius, fortè erit maior quantitas, quàm illi membro competat proportionaliter ad alia, & ideo tunc non cedet ei tota, sed pars, quæ necessaria fuerit vsque ad complementum debitæ quantitatis; reliquum autem cedere poterit cuilibet aliarum partium corporis. Et non tolletur per hoc identitas membrorum, quia illa materia non fuit de veritate humanæ naturæ in illo, cuius erat tumor: eodem modo si aliquis sex digitos habuit, vel aliquid vltra manum illud non fuit de veritate humanæ naturæ, & ideo poterit cedere in alias partes, si eis opus est, eo quòd non fuit de veritate naturæ.

Si autem aliquod membrum fuit maius alijs præter proportionem, & tamen fuit debitè formatum, vt siquis habet vnum brachium longius alio, vel vnum pedem alio maiorem, aut ille fuit solum longior præter proportionem ad alia membra, aut etiam peruenit vltra quantitatem, quæ competebat ei respectu totius corporis perfecti existentis.

De primo, aut quando quis nascitur, vel est in secundo, aut tertio anno, & habet vnum brachium longius alio, tunc brachium istud est extra proportionem, & tamen nondum peruenit ad magnitudinem perfectam, quam habere debet respectu corporis, etiā si teneret proportionem ad alia membra.

De secundo, vt si tenens illud brachium peruenit ad annum tricesimum.

De primo dicendum, quòd moriens in anno tertio cum tali brachio, indigebit tota materia brachij pro eo, & nondum sufficiet, vt perueniat ad debitam magnitudinem in resurrectione. Si autem per-

F uenit ad magnitudinem perfectam, vt in secundo casu, tunc supererit illi brachio aliquid de materia, quia non debet sic manere, sed redire ad proportionem aliorum membrorum, & tamen istud, quod supererit non cedet alijs, eo quòd cuilibet alteri membro multum supererit collectis omnibus partibus, quæ materialiter fuerunt in membris illis ex alimento, & ideo nunquam vni membro, vel corpori succurretur aliunde ad complendum suam magnitudinem, quousque omnes partes, quæ in eo fuerunt materialiter resumantur ad illud, quia illæ sunt de materia eius.

Sed dicet aliquis: Detur casus, quòd perueniant G omnia membra ad talem statum, vt collectis partibus, quæ fluxerunt reddatur debita magnitudo cuilibet præter modicam rem, quæ desit: & illi brachio sufficiat materia sua ad debitam magnitudinem, & supersit aliquid, an illud poterit cedere alijs membris.

Dicendum, quòd non, quia illa materia fuit de veritate naturæ in membro illo, & si transiret ad alterum, præiudicaretur identitati partium. Nam si posset quædam pars materiæ vnius membri transire ad alterum, posset tota transire, & fieri permutatio, & tamen tollitur sic identitas: ergo non est concedendum, quòd de eo quod fuit de veritate huma- H næ naturæ in vno membro sit, vel resumatur aliquid in alio, quia tollitur identitas, ideo illa materia tunc non manebit in illo brachio, sed peribit, & pro supplemento aliorum membrorum Deus adducet materiam de foris.

Si autem fuit defectus in corpore in aliquo membro, aut fuit, quia illud non habuit debitam magnitudinem secundum proportionem ad alia membra, aut quia aliquod membrum defuit, vt siquis sine manu natus est, vel sine pede. Si primo modo, aut de materia, quæ fuit aliquando in illo membro defectuoso, & fluxit, potest reparari, vt redeat ad magnitudinem in qua sit alijs proportionale, aut non, si potest sic reparari nil accipiet ab alijs membris, I etiam si illis superabundet, cum illi non desit materia propria. Si autem non potest hoc modo sufficienter restaurari, etiam si addendo aliquid de eo, quod aliis superest restauraretur non fiet sic, vt non præiudicetur identitati, cum ista duo membra manserint distincta ante resurrectionem, & quod vnius est, efficeretur alterius in resurrectione, quod identitati præiudicaret. Si autem fuit defectus membri, vt in secundo casu, dicendum quòd de partibus materialibus, quæ fluxerint de alijs membris, & non sunt eis necessariæ ad debitam quantitatem, poterit formari illud membrum. Nam necesse est formari de aliqua materia, quia in resurrectione non manebunt aliqui defectus, vel monstruositates in corporibus resurgētium tam beatorum, quàm dam- K natorum, & hoc non præiudicat identitati. Et est ratio, quia illud membrum nunquàm habuit aliam materiam nisi istam, ex qua construitur, secus autem si existeret ex alia materia, & adueniret ei pars materiæ, quæ fuit in alio membro, quia tunc præiudicaretur identitati; non est enim istud membrum aliud a se, quia non habuit vnquàm aliam materiam, per quam aliud esset. Et ita apparet, quòd nunquam materia vnius membri transit ad aliud ad supplendum quod illi deest. Secus autem est de capillis, & vnguibus, quia ista sunt membra accidentalia: vnde illis variatis adhuc homo esset idem, quod non fieret variatis alijs membris, vel aliquibus eorum, & ideo superfluitas capillorum, & vnguium tā quantum ad partes augmenti quàm etiam ad partes restaura-

ſtaurationis deperditi poteſt aſſumi ad ſupplendum quod defuit alijs partibus, ſi non eſt vnde ſuppleat de particulis, quæ fluxerunt de ipſis membris, & ita non oportet diſtingui partes augmenti, & ſecundum materiam in capillis, & vnguibus, ſicut diſtinguimus in alijs membris.

Septimo quantum ad principale, quia Auguſtinus non poſuit exemplum de hoc, quòd ſuperflua vnius membri cedãt alij niſi in capillis, & vnguibus, de alijs nihil expreſſit, & ratio eſt, quæ fuit ſupra poſita, ſcilicet, quia iſta ſunt accidentalia membra, & per tranſitum partium ſuarum in alia membra non præiudicatur identitati.

Octauo, quia etiam exemplum poſitum ab Auguſtino ibi de ſtatua non multum tenetur, vt oſtendimus ſupra: nam illud eſt verum accipiendo ſtatuam ſolum, vt eſt eadem ſecundum materiam, & non ſecundum formam. Etiam quòd materia ſit ens, vt metallum aliquod ſolubile, quia tunc tranſitus materiæ non alterat niſi ſitum. Secus eſt in heterogeneis, vt ſunt animata, quia partes ſunt ibi diſtinctæ ſecundum rationem, & operationem atque virtutem, vnde materiæ mutatio non ſolum variat ſitum, ſed etiam identitatem partium: ideo non poteſt materia vnius partis tranſire ad alteram partem.

Et ſic apparet, quòd non eſt conueniens reſponſio illa, quæ dicebat, quòd partes augmenti capillorum, & vnguium oportet reſurgere, quaſi ſint partes ſecundum ſpeciem, partes vero ſecundum materiam, id eſt, quæ fuerunt in eis ad reſtaurationem deperditi non oporteat reſurgere. Ponunt enim iſti ſtatim inconueniens, quod eſt ſibiipſis repugnare. Nam dicunt, quòd oportet reſurgere iſtas partes non quidem in capillis, & vnguibus, ſed in alijs mẽbris, quia cauſa quare in cæteris mẽbris partes ſecundum augmentum reſurgunt eſt, quia ſunt partes ſecundum ſpeciem ipſorum membrorum, & pertinent ad magnitudinem conuenientem naturaliter illis membris. Partes ſecundum materiam non reſurgunt, quia non ſunt neceſſariæ ipſis membris, & ideo ſi partes augmenti capillorum, & vnguium reſurgere oporteret reſurgerent in capillis ipſis, & vnguibus quarum fuerunt partes, & tamen non reſurgunt in illis, ergo non eſt neceſſe reſurgere aliquo modo. Etiam quia ſi partes augmenti capillorum, & vnguium reſurgerent in alijs membris oporteret, quod eſſent illorum partes ſecundum ſpeciem, ſed non ſunt, ſed ſunt minus quàm ſecundum materiam, cum id, quod nunquam fuit in capillis nunquam fuerit in alijs membris.

Item quia non eſt maior cauſa, quòd in alijs membris reſurgant partes capillorum ſecundum augmẽtum quam partes illorum ſecundum reſtaurationẽ. Nam ad alias partes corporis non magis pertinent iſtę partes quàm illę, & tamen non dicunt reſurgere partes ſecundum materiam, vel reſtaurationem deperditi, ergo neque reſurgent partes ſecundum augmentum.

Item, & adhuc efficacius dicendum, quòd non ſtat, quia capillorum partes nunquam aſſumuntur, vt reſurgant in alijs membris niſi quando deficit illis materia propria. Exiſtente enim iſta nunquam aduenit aliena, & ideo quando quis habuerit in quolibet membro ſufficientem materiam pro ipſo, non aſſumetur aliquid de capillis, & ideo tunc partes capillorum ſecundum augmentum peribunt cum nõ reſurgant in alijs membris, neque etiam in capillis, vt non ſit deformitas, vt Auguſtinus dicit, & tamen ſi neceſſe eſſet eas reſurgere, quia partes augmenti ſunt, ſemper reſurgerent, ergo non eſt verum, quòd

A partes capillorum, & vnguium reſurgant, quia ſunt partes augmenti, vel ſecundum ſpeciem, ſed ſolum reſurgunt, quando neceſſarię ſunt ad reddendam magnitudinem, quæ non poteſt aliunde ſuppleri, & tunc tam ex partibus ſecundum augmentum quàm ex partibus ſecundum materiam ſumetur pro alijs partibus corporis.

Dicendum ergo aliter ad argumentum, ſcilicet, quòd in capillis, & vnguibus non redeunt omnes partes, neq; ſm augmẽtũ neq; ſm materiam, ſed ſolę iſtę, q̃ ſunt neceſſariæ ad tãtam magnitudinẽ vnguiũ, & capillorum reddendam, quanta fuerit decens in reſurrectione. Et tunc dicendum, quòd verum eſt, quòd minus neceſſarij ſunt capilli, & vngues, quàm

B alię partes corporis, & ideo eſt differentia in reſurrectione quantum ad hęc, quia quantum ad cætera membra reſurgunt omnes partes magnitudinis ipſorum non autem omnes partes ſecundum materiam in capillis autem, & vnguibus neque reſurgunt omnes partes ſecundum materiam neque omnes partes magnitudinis, vt oſtenſum eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd tam partes ſecundum ſpeciem quàm ſecundum materiam ſe habent ad reſurrectionem, inquantum ſe habẽt ad perfici ab anima rationali, & ſtat vis argumenti in diuerſitate accipiendi partes iſtas, & ſecundum primam poſitionem omnes partes alimenti ſunt ſecundum materiam, & non pertinent ad veritatem humanæ natu-

C ræ, ſed oſtenſum eſt, quòd eſt falſa poſitio. Secunda accipit partes ſecundum ſpeciem eas, quæ ſunt in ſemine, & quæ ſunt ex nutritione vocat ſecundum materiam. Primas dicit ab anima perfici ſecundum ſe, & ideo ſemper manere, ſecundas vero non perfici niſi in habitudine ad primas, & ideo non pertinere ad reſurrectionem niſi per comparationem ad illas. Et ſic dicunt omnes partes ſecundum ſpeciem reſurgere, partes vero ſecundum materiam tantas reſurgere quantę ſuffecerint cum partibus ſecundum ſpeciem ad reddendam quantitatem perfectam reſurgentis.

Tertia poſitio, quæ eſt verior dicit eaſdem eſſe realiter partes ſecundum ſpeciem, & ſecundum ma-

D teriam, inquantum quælibet habet materiam ſibi ſubiacentem, vel ex qua conſtat, & etiam perficitur forma ſpeciei, & quęlibet quandiu manet in corpore eſt pars ſecundum ſpeciem, quia habet determinatum ſitum, & ſubſtat diſtinctis partibus magnitudinis terminatæ, ſed quia inquantum habet aliquid materiale, quod fluere poteſt fluit aliquando vocatur pars ſecundum materiam, & tunc dicendum, quòd tam partes ſecundum ſpeciem quam ſecundum materiam perficiuntur ab anima, eo quòd ſunt eędem numero; & tamen non perficiuntur ab anima niſi inquãtum habent aliquid de ſpecie, & etiam inquantum materiales ſunt non pertinent ad animam, cum ſolum dicantur tales, quia poſſunt

E fluere, & ideo dicendum, quòd nulli parti ſecundum materiam competit reſurgere, niſi inquantum habet aliquid de ſpecie, & ideo quantæ partes materiales fuerint neceſſarię ad reddendum perfectum id, quod eſt ſecundum ſpeciem, id eſt, corpus hominis in ſua magnitudine, & figura, tantæ reſurgent.

Ad tertium dicendum, quòd corpus humanum eſt totum totalitate partium materiæ ſubſtantium partibus quantitatis, ſecundum quam materia diuiditur. Sed eſt duplex dimenſio, ſcilicet, terminata, & indeterminata, dimenſio determinata competit materiæ ante omnem aduentum formæ ſubſtantialis. Dimenſio terminata competit ei poſt aduentum

uentum formæ substantialis, vel simul cum ea, quia quantitas determinata est vna de dispositionibus, quam forma exigit in materia. De quibus dimensionibus dictum est supra: totalitas autem corporis humani est totalitas partium materiæ, quæ subiacent distinctis partibus dimensionis, per quas dimensiones diuiduntur, & quia corpus humanum pertinet ad speciem quantitas sua non pertinet ad dimensiones interminatas, sed ad terminatas, & ad talem quãtitatem nihil faciunt partes materiales, quæ fluxerũt, quia in homine partes magnitudinis eędem manent in resurrectione, & ideo dimensiones terminatæ, quæ erant in viuente redeunt eędem, vel similes, & ideo manet eadem totalitas corporis, quæ prius erat: partes autem, quæ fluxerunt non faciebant aliquam partem magnitudinis distinctæ in corpore, sed subintrauerant loco aliarum, vel aliæ loco ipsarum, & ideo eis fluentibus nihilominus manet eadem quantitas, & eędem dimensiones terminatæ, non autem eędem interminatæ, cum quælibet pars materiæ habeat dimensionem interminatam, & ideo si totalitas corporis esset totalitas pertinens ad dimẽsiones interminatas, non maneret totum corpus, nisi redirent omnes partes, quæ fuerunt in eo materialiter dum viueret; sed non est talis totalitas, ideo non oportet redire nisi tantas partes, quæ sufficiant quidem ad reddendam magnitudinem, quæ fuit in viuente, vel esse debebat in ætate completa.

Nunc respondendum est ad duo argumenta vltima præcedentis quæstionis.

Ad primum ipsorum dicendum, quòd non resurget in homine quidquid fuit in ipso de veritate naturæ humanę accipiendo esse de veritate naturæ humanæ, idest, esse informatum anima rationali, quia tunc partes, quæ materialiter fuerunt in homine, resurgerent in ipso, quia omnes illæ fuerunt perfectę ab anima, sed hoc falsum est, vt ostensum est hic, & præcedenti quæst. Cum autem dicitur, quòd pertinet aliquid ad resurrectionem inquantum fuit perfectum anima rationali.

Dicendum, quòd verum est, quòd ea, quæ perficiuntur ab anima pertinent ad resurrectionem, inquantum per hoc, quòd ab ea perficiuntur, reddunt aliquid pertinens ad speciem, scilicet, corpus determinatum certa magnitudine, & figura, in quo possint exerceri operationes secundum illam formam, & ideo tantæ partes resurgent in corpore, quantæ sufficient ad reddendum hoc totum quod est secundum speciem, idest, corpus in sua debita magnitudine, cætera autem licet fuerint in corpore non facient ad hoc: ideo non pertinent ad resurrectionem, quia iam cessat habitudo earum ad animam, & in corpore quando manebant non manebant propter se, sed successerant alijs, quæ reddebant illam magnitudinem determinatam pertinentem ad speciem, sed in resurrectione illæ priores partes, quæ fluxerant redibunt: ideo illæ, quæ successerunt eis in corpore iam non resurgent cum ibi non erit amplius fluxus, & refluxus, sed consistentia perpetua.

Ad secundum cum dicitur si tolleretur a corpore humano aliquid, quod est de veritate naturæ in ipso, non erit perfectum, dicendum, quòd in resurrectione tam corpora electorum, quàm damnatorum perfecta erunt quantum ad integritatem substantiæ eorum. Et cum dicitur, quòd ablato aliquo manet corpus imperfectum, dicendum quòd est verum si auferatur aliquid ad speciem pertinens, & tamen ablatis solis partibus, quæ ad materiam pertinent, vel pertinuerunt, non manet imperfectum, & ideo omnia membra ibi erunt etiam si hic non fuerint, & erunt in tanta magnitudine, in quanta hic fuerant, vel futura erant, quia hoc totum pertinet ad speciem, auferre corpori isto modo esset auferre aliquam partem magnitudinis, & hoc modo esset imperfectum, & non erit, sed partes solum secundum materiam non formant imperfectionem per ablationem, sicut nunc aliquis existens in anno tricesimo habet corpus suum perfectum, & tamen non habet omnes partes, quæ fuerunt in eo secundum materiam, & futuræ sunt, sed habet totũ, quod pertinet ad speciem.

In qua ætate homines resurgent. & an omnes in eadem. Quæst. CCXLV.

QVAERETVR in qua ætate homines resurgent, & an omnes in eadem. Solet autem dici, quòd resurgent omnes in ætate iuuenili, in qua Christus mortuus est, & surrexit.

Aliqui dicunt, quòd non, quia Deus nil subtrahet resurgentibus, & potissimè beatis, quod pertineat ad perfectionem hominis, ętas autem pertinet ad perfectionem, quia senectus est ętas venerabilis. Sapientiæ 4. ergo non resurgent in ætate iuuenili illi, qui senes obierunt.

Secundo quia videtur hoc impossibile, computatur enim ætas secundum mensuram temporis prætériti, sed impossibile est, quòd præteritum non præteriti, sed impossibile est eos, qui terierit. 6. Ethico. ergo impossibile est eos, qui maioris ętatis fuerunt, idest, senilis, efficiantur iuuenilis ętatis.

Tertio, quia videtur, quòd non in iuuenili, sed in puerili, aut infantili ætate resurgent homines, quia illud, quod fuit magis de veritate humanæ naturæ in eo maximè resurget in eo, & tamen quanto aliquid fuit in homine prius, tanto magis videtur pertinuisse ad veritatem naturæ, quia perfectius participauit virtutem speciei, vt ostensum est supra. Et etiam apparet, quia continuè corpus homanum per viteriorem mixtionem redditur impurius, sicut vinum, cui semper admiscetur aqua, redditur valde aquosum, vt dicitur primo de Generatione. Et sic quod fuit in homine in ætate puerili fuit purius, quam quod fuit in ætate iuuenili, ergo si omnes homines resurgere debent in eadem ætate, videtur quòd resurgant in puerili.

Dicendum, quòd tenetur communiter, quòd resurgent omnes homines in eadem ætate, scilicet, in iuuentute perfecta, quę est in anno tricesimo, aut parum plus. Et aliqui tenent hoc, quia dicitur ad Ephe. 4. capitu. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi, sed Christus resurrexit in ætate iuuenili, quæ est in anno tricesimo, vel circa, ergo nos omnes in illa resurgemus. Istam positionem tenet Magister 4. Senten. dist. 44. in principio, & August. 22. libro de Ciui. Dei capitu. 15. dicens, quòd non dixit Apostolus in mensuram corporis, vel staturæ, sed in mensuram ætatis, quia vnusquisque recipiet mensuram sui corporis, quam habuit in iuuentute, etiam si senex obijt, vel fuerat habiturus, si ante defunctus est. Dicit autem Magister ibidem, quòd ætas Christi morientis fuit trigintaduorum annorum, & trium mensium, & in illa surrexit, & in tali vult nos resurrecturos.

Dicendum, quòd verum est, quòd Christus tantæ ætatis erat, quando mortuus est, sed non præcise, est enim parum addendum. Sed Magister voluit adhærere positioni communiori, quia dicitur, quod

Quot ãnos natus erat Christus quando mortem obiji.

quòd Christus mortuus est die vicesimaquinta Mar-
tij, quę est octauo calendas Aprilis. quoniam August.
tenuit istam positionem 18. lib. de Ciui. Dei. cap. 54.
& computando a die Natalis Domini vsque ad vice-
simumquintum diem Martij sunt tres menses inte-
gri, & sic voluit esse triginta duos annos, & menses
tres, & tamen aliquid addendum est, scilicet, dies no-
uem. Nā dies tertius Aprilis erat, quo Christus mor-
tuus est. Nam non erat possibile, quòd Christus mo-
reretur anno tricesimotertio inchoatæ ętatis suę die
vicesimoquinto Martij, sed oportuit, quòd si more-
retur anno illo, moreretur die tertia Aprilis, vt latè
deductum est in lib. nostro Defensorio trium cōclu-
sionum. Immo non erat possibile, quòd Christus
moreretur die vicesimoquinto Martij, nisi viueret
annis centum septuaginta, & quinque ad minus: ille
enim fuit primus, in quo mori potuit die vicesimo-
quinto Martij, vt ostensum est eodem loco. Et tamē
quantum ad pręsens nihil differt, quo die mēsis mor-
tuus fuerit, cum in hoc conueniamus, quòd fuerit
mortuus in anno tricesimotertio Christi inchoato,
& post diem tertium surrexit. Talem ergo ætatem
volunt esse omnium resurgentium.

Sed dicendum, quòd ex hoc loco Apostoli non
infertur hoc, quia ibi loquitur Apostolus de Christo,
vt dicit corpus mysticum, cuius nos omnes sumus
membra: ipse verò est caput huius corporis, & iste
Christus mysticus habet existere ex partibus deter-
minatis, quæ sunt omnes electi secūdum numerum
ab ipso cognitum, & diffinitum, & quandiu non est
impletus numerus ille, nō est Christus vir perfectus,
idest, non habet omnia membra, vel partes, ex qui-
bus constat, quia perfectio dicit integritatem ibi, &
non virtutem. Et est sensus, quòd Christus dedit in
Ecclesia sua Apostolos, Euangelistas, Prophetas, &
ita de alijs, & durabunt in Ecclesia, quousque occur-
ramus in virum perfectum, idest, ex omnibus electis
congregatis in vnum, reddatur vnus vir perfectus, i.
Christus mysticus. Et dicitur in mensuram ætatis ple-
nitudinis Christi, idest, mensura ætatis Christi mysti-
ci, quousque omnes isti conueniant, & tunc erit finis
sęculi, quia cessabunt Apostoli, Euangelistę, pastores,
Prædicatores, Doctores, qui sunt partes ministeriales
Ecclesiæ, & post hæc non erit sęculum. Iste est verus
sensus literę illius, neque potest alius conuenientius
adaptari, nisi vim inferendo literæ, & ita exponit Au-
gu. 22. lib. de Ciui. Dei cap. 15. & 18. & dicit postea: Si-
quis velit adaptare ad ętatem resurgentium, quòd fa-
ciat quasi non sit ille sensus literæ.

Dicendum tamen, quòd verè omnes resurgent
eiusdem ætatis. Pro quo sciendum, quòd ętas acci-
pitur dupliciter. Vno modo pro numero annorum,
vel temporis. Alio modo pro conditione corporis,
quantum ad robur, & sanitatem, & cæteras operatio-
nes secundum competentiam ad ætatem, cum se-
cundum quamlibet ætatem correspōdeat alia, & alia
dispositio corporis. Accipiendo primo modo cer-
tum est, quòd non erit eadem ætas resurgentium,
siue accipiatur ætas per totum illud tempus, quod
fuit inter alicuius natiuitatem, & diē resurrectionis
computando tempus, quo mortuus iacuit in ætate
sua: siue accipiatur ætas pro solis annis, quibus ali-
quis vixit, quia vtroque modo est inæqualis ætas, ne-
que de hoc quæritur, quia manifestum est, quòd non
erit eadem ætas cum de ætate nil posset tolli, neque
addi ei, nisi vere transierit iam. Sed accipitur secun-
do modo, scilicet, pro correspondentia magnitudi-
nis corporalis, & roboris, & operationum ad aliquam
ætatem. Et tunc dicendum, quòd illa erit ætas om-
nium resurgentium, in qua maxime accidit homini
A perfecto ex omni parte, scilicet, tam ex mole corpo-
ris quàm robore ac cæteris operationibus.

Causa huius est, quia opera Dei perfecta sunt, Deu-
teron. 32. resurrectio autem est opus Dei solius: ideo
erit perfecta, sed perfectio operationis apparet in re
operata, ergo oportet, quòd omnes resurgentes per-
fecti resurgant, sed non fieret hoc si non resurgerent
omnes in ætate pertinente ad perfectionem, ergo in
illa resurgent.

Secundo apparet, quia creatio fuit opus Dei solius:
ideo hominem produxit non sicut natura incipien-
do ab imperfecto, idest, infantia, sed in ipsa sola plas-
matione dedit ei totam corporis sui magnitudinem,
ita vt postea nil creuerit, & robur, & cęteras perfe-
B ctiones: nam statim, vt eum plasmauit constituit
eum colonum paradisi, vt exerceret terram: Genes.
2. capitu. Mulier quoque plenæ ætatis, & staturæ con-
dita est, vt apparet ex eis, quę egerunt statim, vt for-
mati sunt Genes. 2. & 3. cap. ergo & in resurrectione,
quę est opus Dei solius, eodem modo erunt perfecti
secundum corpus, & omnia, quę ad corpus attinent
ipsi resurgentes.

Tertio patet, quia maior causa est quare in resurre-
ctione perfecti secundum corpus sint homines quā
in creatione, quia per creationem formati sunt ad ha-
bendum esse naturale, & in statu huius vitæ, in quo
esse, & statu non attingitur perfectio plenè ab ho-
mine, per resurrectionem autem reformantur ho-
C mines ad esse supernaturaliter, vbi expectatur om-
nis perfectio, ergo maior perfectio debet esse in cor-
poribus resurgentium quàm in corporibus creato-
rum à Deo, sed creati habuerunt statim totam per-
fectionem corporis tam quantum ad quantitatem
quàm qualitatem, ergo in resurrectione erit hoc à
fortiori, & sic resurgent in totali perfectione corpo-
ris non existente defectu aliquo. Deficit autem du-
pliciter humana natura. Vno modo, quia nondum
perfectionem vltimam consecuta est. Alio modo,
quia ab vltima perfectione iam recessit. Primo mo-
do deficit in pueris. Secundo modo deficit in seni-
bus: ideo in vtrasque resurget humana natura secun-
dum statum vltimum completionis, sed ista accidit
D in fine ętatis iuuenilis, quam dicunt esse circa an-
num tricesimum, aut parum vltra, quia ibi cessat
motus augmenti, & plenitudo roboris est. De cę-
tero autem ad declinationem itur. Dicentur ergo
propter hanc perfectionem resurgere omnes in ęta-
te iuuenili, & quia accidit Christum mori, & resur-
gere in tali ętate, dicitur quòd omnes resurgent in
ętate, in qua Christus mortuus est, & resurrexit,
sed non est illa causa, sed solum perfectio, quę ac-
cidit illi ętati, & erit necessaria perfectio corporis in
resurgentibus: si autem Christus mortuus fuisset an-
no octogesimo ętatis non resurgerent hominis in
ętate octogenaria, sed in ętate iuuenili, quę sola ha-
E bet perfectionem secundum corpus. Et istam cau-
sam assignat August. libro de Ciui. Dei capitu. 15.
Quare circa annum tricesimum dicantur homines
resurgere, scilicet, propter perfectionem ętatis.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd quę-
cunque perfectio, quæ hic fuit, vel esse potuit se-
cundum ętatem manebit in electis, & ideo quid-
quid habet perfectionis senectus manebit ibi, sed
non senectus: ipsa enim senectus habet multa in-
commoda manifesta, bonum autem non habet ni-
si secundum pręsumptionem, scilicet, quia prę-
sumptio est, quod senes prudentiores erunt, & mun-
diores in moribus quàm iuuenes, qui propter pauci-
tatem temporis habent inexperientiam, & sic non
habent prudentiam, vt colligitur 6. Ethic. propter
fortes

fortes autem passiones, quas sequuntur 1. Ethico. habent vitam immundam, & quãtum ad istam perfectionem prẹsumptam est senectus laudabilis Sap. 4. cap. Quæ si non fuerit est multum vituperabilis, sunt autem incommoda omnia ex parte corporis in senectute, & ideo quia senectus ista in se importat non resurgent homines in ætate senili, sed iuuenili: perfectionem tamen senectutis, idest, prudentiam, & vitam mundam habebunt resurgentes electi, tales licet sint iuuenes secundum corpus vocabuntur senes. Sic dicitur Sapient. 4. cap. Senectus veneranda non diuturna neque annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominum, & ætas senectutis vita immaculata.

Ad secundum, dicendum, quòd ętas accipitur dupliciter, vt supra dictum est. Accipiendo primo modo ętas non erit eadem in omnibus, sed quisque tantę ętatis erit quàm diuturnus in sęculo vixit. Accipiendo secundo modo pro correspondentia status ex parte corporis, dicendum quòd erit eadem ætas omnium, quia omnes resurgent perfecti tam secundum staturam quàm secundum qualitates corporis, & operationes. Et hoc modo dicimus, quod Adam creatus est ętate iuuenili, idest, in tali habitudine corporis, qualis solet esse apud iuuentutem, & tamen si de ętate pro duratione temporis acciperetur, manifestum est, quòd quando formatus est, non erat alicuius donationis, quia instans formationis fuit primum instans sui esse.

Ad tertium dicendum, quòd non resurgent homines in ætate puerili, sed iuuenili. Concedendum autem est, quòd aliqua virtus est perfectior in pueris quàm in iuuenibus, & tamen simpliciter perfectior est ętas iuuenum quàm puerorum, resurgentes autẽ vtramque perfectionem habebunt. Primo patet, quia virtus conuersiua perfectior est in pueris quàm in iuuenibus, & ratio est, quia, vt fuit declaratum supra menstruum, ex quo formatur corpus participat maxime virtutem speciei, quia efficitur caro per generationem, deinde aduenient partes per nutritionem, quæ conuertantur de alimento, & ex illis, & præcedẽti quod est ex spermate efficitur vnum mixtum, quod in omnibus partibus ęqualiter participat virtutem speciei, & tamen non est iam illud mixtum tam perfectè illam habens sicut quando corpus solũ erat ex spermate, idest, menstruo formatum, & quãto magis continuatur nutritio tanto ipsum totum nutritum efficitur imperfectius, & impurius mixtum, & ideo sicut per istam viam impurius est corpus humanũ in senectute quàm in iuuentute, ita impurius est in iuuentute quàm in pueritia, quia magis distat ex puritate menstrui, & ideo virtus conuersiua in carnem, & ossa ad recipiendum esse speciei perfectius est in pueritia quàm in iuuentute, sicut & in semine perfectius est virtus ista quàm in homine.

Secundo patet, quia si simpliciter ętas puerilis esset perfectior, quàm iuuenilis secundum corpus non ordinaretur pueritia ad iuuentutem, & tamen natura ordinat præcedentes ętates ad iuuentutem, sicut imperfectum ad perfectum, ergo perfectio est iuuentus. Habet enim iuuentus perfectionem tam staturæ quàm roboris, & omnium operationum, & non expectant partes hominis aliquam maiorem perfectionem: nam in pueritia nondum peruenerunt humores ad vltimam sui decoctionem. Tertium apparet, quòd perfectio, scilicet, tam pueritiæ quàm iuuentutis erit in resurgentibus. Nam partes materiales, quæ fuerunt in puero perfectius participauerunt virtutem speciei, quàm quæ sunt in iuuene, & ideo reducentur ad resurgentes om-

F nes illę partes materiales, quas habuerunt in infantia, & pueritia potius, quam quæ fuerunt in iuuentute. Vnde si partes in aliquo fuerunt materialiter à principio vitæ vsque ad quintum, vel sextum annum sufficiunt ad reddẽdam magnitudinem, quam homo habuit, vel habiturus erat in anno tricesimo non accipientur aliquæ de illis, quæ fuerunt in anno tricesimo: immo neque in aliquo anno post sextum, & tamen istę partes erunt sub conditione ętatis iuuenilis, scilicet, quantum ad magnitudinem staturæ, & robur, & cęteras corporis perfectiones.

An omnes resurgentes habebunt æqualem corporis staturam. *Quæst.* CCXLVI.

G QVAERETVR an omnes resurgentes habebunt ęqualem corporis staturam.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia homo mensuratur quantitate dimensiua, sed quantitas dimensiua reducetur in omnibus ad idem, scilicet, quia omnes resurgent in eadem ętate, idest, iuuenili, sed non decesserunt omnes in iuuenili ętate, ergo & omnes resumentur ad eandem mensuram staturæ, licét viuendo non habuerint staturam æqualem.

Secundo quia dicit Aristote. 2. de Anima, quòd omnium natura constantium est terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti, sed iste terminus non H est nisi ex virtute formę, cui debet correspondere determinata quantitas, sicut & omnia alia accidentia, sed oẽs hoĩes habent eandẽ formam specificam, ergo in omnibus debet esse secundum naturam eandem quantitatis mensura nisi fiat per errorem naturæ particularis; sed omnis error, qui fuit in corpore humano corrigetur in resurrectione, sicut mõstruositates, & superexcrescentię. Ergo omnes resurgent in eadem statura.

Tertio quia quantitas corporis debet esse proportionata virtuti quæ est in formatione corporis, ergo quantitas, quæ erit in corporibus resurgentium, aut erit proportionata naturaliter virtuti, quæ corpus à principio formauit, aut virtuti supernaturali, quæ il-

I lud reformando suscitauit. non potest dici, quod proportio naturæ virtuti naturali, quia tunc non possent homines resurgere in maiori statura quàm hic naturaliter habuerunt, & ita paruuli non resurgent in maiori quantitate quàm hic decesserunt, & qui habuerunt monstruosas paruitates non haberent ibi maiorem staturam, quod est inconueniens. Et sic etiam esset de robore, & alijs conditionibus corporis si responderet corpus in resurrectione virtuti formanti illud. Et ita non essent resurgentes perfectiores secundum corpus quàm nunc sint, quod falsum est, ergo respondebit quantitas corporis in resurgentibus virtuti suscitanti, & reformanti se-

K cundum comparationem ad materiam, ex qua corpora reparabuntur, & tamen virtus reformans est eadem ad omnes, scilicet, virtus diuina, cineres autem, ex quibus corpora reparabuntur habent se ęqualiter ad suscipiendum actionem virtutis illius, ergo ęqualiter aget Deus in istos, & in illos cineres, & consequenter in omnibus inducet ęqualem staturam, & sic omnes resurgentes eiusdem staturę erunt.

Dicendum, quòd non erit eadem statura corporis omnium resurgentium. Sic diffinit August. 22. libro de Ciui. Dei capitu. 15. & Magister 4. Sen-ten. distin. 44. Et ratio est, quia in resurrectione assequitur quilibet, quod est sibi naturale, sed quantitas determinata consequitur naturaliter naturam

cuiuslibet indiuidui, ergo cum in reſurrectione quilibet aſſequatur quod eſt ſibi naturale, non variabitur in eo quantitas ſua, ſed non fuit hic quantitas eadem omnium, ergo neque ibi erit eadem ſtatura.

Circa quod ſciendum, quòd in reſurrectione non ſolum reſurgent homines, ſed etiam ijdem homines, qui prius. Vnde non ſolum reparabitur in reſurrectione humana natura quantum ad idem in ſpecie, ſed quantum ad idem numero, & ideo in reſurrectione non eſt ſolum attendendum id, quod competit naturæ ſpeciei, ſed quod competit naturæ indiuidui, quantitas autem pertinet tam ad naturam ſpeciei quàm indiuidui: quantitas autem quam determinat ſibi ſpecies humana eſt, quàm neque excedit, neque ab ea deficit niſi per errorem naturæ particularis, quæ tamen quantitas non conſiſtit in vno gradu determinato, ſed habet aliquos gradus latitudinis, intra quos eſt quælibet quantitas ſecundum ſpeciem, quod autem excedit illos gradus, vel deficit ab eis, non fit ſine errore, & ideo vnumquodque indiuiduum in ſpecie humana conſequitur intra illos gradus aliquam determinatam quantitatem, quæ competit naturæ indiuidui, & iſta eſt maxima quantitas, ad quam peruenit indiuiduum in termino ſui augmenti, niſi accidat aliquis error in opere naturę ſecundum quem addatur aliquid vel ſubtrahatur illi quantitati, & illa quantitas eſt naturalis cuilibet indiuiduo, & ſicut quantitas determinata inter duos gradus prædictos eſt propria ſpeciei, ita menſura quantitatis iſtius non eſt eadem in omnibus indiuiduis, ſed accipitur variè ſecundum variam proportionem caloris, & humidi: nam calor extendens, & humidum extenſibile ſunt cauſa huius magnitudinis. Et quia neque calor, neque humidum in principio ſpermatico fuerunt ęqualia in omnibus non proueniunt omnes ad eandem ſtaturam, ſed eſt naturale hominibus diuerſam quantitatem habere ſecundum calidum, & humidum diuerſum. Interdum autem per errorem naturæ in principio ſeminali, & per alia exteriora accidentia, quæ adiuuant, perducitur indiuiduum ad maiorem quãtitatem quàm conueniat ſpeciei, ſicut de quibuſdam formis monſtruoſis legimus, vt de Titio allegat Iſidorus. 11. Etymolog. qui iacebat diſtentus in nouem iugeribus terræ. Interdum autem per errorem non conſequitur indiuiduum quantitatem, quæ eſt ſecundum ſpeciem propter paruitatem, quæ etiam paruitas monſtruoſa eſt, quia omne, quod naturæ non conuenit eſt monſtruoſum, & hoc corrigetur per Deum, ſcilicet, vt quidquid fuit vltra terminos magnitudinis ſpeciei reſecetur ſicut eſt in magnitudinibus gigãtũ, quod aũt defuit ſupplebitur, in magnitudinibus enim gigantes aliqui nõ excedunt terminos ſpeciei, & illæ manebunt, aliæ excedunt, & cum illud fuerit factum per errorem, neceſſe eſt, quòd ſuppleatur error tollendo, quod ſupereſt, in paruis autem vbi deeſt ſupplebitur magnitudo, quę defuit.

Et dicendum, quòd neutrum præiudicat identitati reſurgentium: nam tolletur quod ſuperfuit non quidem auferendo aliquod membrum, ſed cuilibet auferendo proportionaliter quouſque redeat corpus totum ad commenſurationem ſecundum ſpeciem, & iſta ſubtractio non tollit identitati, ſicut quotidie multæ particulæ materiales effluunt de corpore noſtro, & tamen manet corpus idem numero.

Item poteſt eſſe exceſſus, vel defectus ſecundum conditionem indiuidui: nam alicui indiuiduo erat

A conueniens, & naturalis cætera quantitas ſecundum portionem caloris, & humidi ſui, quæ fuerunt in principio ſpermatico, & accidit non peruenire ad illam magnitudinem propter aliqua impedimenta, quæ multa eſſe poſſunt. Et tunc dicendum, quòd licet magnitudo, quam habet iſtud indiuiduum non ſit circa terminos ſpeciei, quia tamen eſt circa magnitudinem debitam indiuiduo ſupplebitur quouſque perueniatur ad illam magnitudinem, quia ita eſt naturalis indiuiduo illa magnitudo ſicut eſt ei naturale peruenire ad terminos magnitudinis ſpeciei, & non manere circa illos. Si autem exceſſit quis magnitudinem conuenientem ſibi, etiam ſi non exceſſit terminos magnitudinis ſpeciei, reſecabitur de eo
B id, quod ſuperfluit, quia illa magnitudo eſt contra naturam eius.

Sed dicetur, ſi ſupplendum eſt, quod defuit alicui, ſiue ſecundum ſpeciem ſiue ſecundum indiuiduum vnde ſupplebitur.

Dicendum, quòd de partibus, quæ fuerunt aliquãdo materialiter in iſtis ſupplebitur, vt ſiquis vixit vſque ad quinquaginta annos, licet non peruenerit ad magnitudinem cõuenientem ſpeciei, vel indiuiduo, tamen per alimentum partes multę fuerunt ei incorporatæ, quæ poſtea fluxerunt, & ſi iſtę omnes conuertantur, non ſolum reddetur homini illi magnitudo debita ſecundum ſpeciem, vel indiuiduum, ſed etiam fortè formari poſſent inde duo, vel tres, ſi au-
C tem non abundauerunt ad hoc partes materiales, aſſumetur de foris vnde ſuppleatur.

Sed dicetur, quid de paruulis, qui mortui ſunt ante ętatem adultam, an reſurgent in illa magnitudine, quam tunc habuerunt ſolum? Dicendum, quòd non, ſed dabitur eis magnitudo non ſolum quanta conuenit ſecundum ſpeciem, ſed etiam quanta conuenit ſecundum indiuiduum, pueris enim licet nondum haberent magnitudinem ſuam debitam erat quędam magnitudo ſeminis ex conditione, ſcilicet, ſecundum proportionem caloris, & humidi, & licet nondum haberet illam magnitudinem iam habere videbantur, & ſic vſque ad illam ſupplebitur in eis, Sic dicit Auguſt. 22. lib. de Ciui. Dei cap. 14. ſcilicet,
D defuit autem infanti mortuo perfecta quantitas corporis ſui, perfecto quippe infanti deeſt vtique perfectio magnitudinis corporalis, quæ cum acceſſerit ſtatura iam longior eſſe non poſſit, habent perfectionis modum, ſic habent omnes, vt cum illo concipiantur atque naſcantur, ſed habent in ratione non in mole, ſicut omnia ipſa membra iam ſunt latenter in ſemine, cum etiam natis non nulla adhuc deſint ſicut dẽtes, & poſtea ait. In hac ergo, ſcilicet, ratione ſeminis infans iam longus, aut breuis eſt, qui breuis longuſve futurus eſt, & ita cum infantibus ſit debita illa magnitudo, & quodam modo habent etiam in vtero, deeſſet, ſi non reſtitueretur in reſurrectione. formabũtur, ergo ad illam magnitudinem, quam habituri
E erant, ſi vixiſſent vſque ad ętatem perfectam, fiet autem iſta reformatio de eo, quod fuit in eis materialiter, & fluxit, vt ſi vixit puer vſque ad ſex, vel ſeptem annos, fortè ex eo quod cõuerſum eſt in corpus eius ex alimento, & fluxit, & poterit reſtitui tota magnitudo, quam habiturus erat, & aliquid amplius. Si autem non poterit, vt ſi mortuus eſt in primo anno, aſſumetur aliunde quod defuit.

Ad primum dicẽdum, quòd vtraque menſura inuenitur in homine, & tamen neutra erit eadem in reſurgẽtibus omnibus, ſcilicet, neque temporis neque dimenſionis. Cum autem obijcitur de ætate. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt pręcedenti q. non erit eadem ætas omnium, prout ętas dicit materiam durationis,

tionis, sed vt dicit statum ex parte corporis competentem ętati: ille autem status, scilicet, perfectionis erit idem in omnibus, licet non sit eadem ętas, & ita neque erit eadem statura, quia sine identitate, vel æqualitate staturę poterit esse idem status perfectionis: nam neque perfectio est eadem siue ęqualis, sed est in quolibet summa proportionaliter ad cõditionem corporis sui, nullus enim habebit ibi minus de perfectione corporali quã hic habiturus erat siue electus siue damnatus, electi tamen plus habebunt quàm habituri erant naturaliter, & istud additamentum erit secundum proportionem meritorum, & conditionem glorię animæ.

Ad secundum dicendum, quòd quantitas debetur vnicuique secundum conditionem naturæ, sed quia
G cuilibet est naturalis forma speciei, per quam est sub determinatã specie, & etiam conditio indiuidui, non solum est magnitudo alicui debita propter formam speciei, sed etiam propter conditionem indiuidui, & sicut propter speciem est naturale homini non habere magnitudinem vltra neque citra terminos conuenientes speciei, inter quos sunt multi gradus latitudinis, ita conuenit cuilibet homini ex speciali conditione indiuidui venire ad determinatam magnitudinem, quæ non habet gradus latitudinis, sed consistit in indiuisibili, & quia conditio indiuidui non est eadem omnium, nõ habent omnes eandem magnitudinem, neque in resurrectione eam habebunt.

H Ad tertium dicendum, quòd in resurrectione nõ respondebit quantitas corporum virtuti reformanti, quæ est diuina, eo quod illa non est materialis neque de conditione corporis, sed respondebit virtuti formatiuæ, quæ fuit in corpore. Cum autem obijcitur, quòd tunc non redirent corpora maiora quam fuerunt ante resurrectionem, dum viuerent. Dicendum, quòd in quibusdam fuit quantitas minor quàm futura erat, quia virtus naturalis non potuit deducere illam magnitudinem, in alijs autem poterat, sed immatura morte impeditum est. De primo dicendũ, quòd quia impeditum illud fuit ex aliquo extrinseco, vel cõcursu aliarum causarum supplebit Deus id, quod defuit virtute impeditum, & producet ad debi-
I tam magnitudinem tam secundum speciem quàm secundum conditionen indiuidui. De secundo dicendum, quòd ibi natura potens erat impedita, & perduxisset ad illam magnitudinem nisi mors intercidisset: ideo tantam habebit magnitudinem quantã naturaliter habere debebat, & non plus.

An in resurrectione erunt omnes resurgentes masculi, vel erunt masculi, & feminę. Quæst. CCXLVII.

QVAERETVR An in resurrectione erunt omnes resurgentes masculi, vel erunt masculi, vel fœminę.

K Aliqui dicunt, quòd omnes erunt masculi, quia ad Ephe. 4. cap. dicitur donec occurramus omnes in virum perfectum, ergo non erunt fęminæ, sed omnes erimus viri in resurrectione. Secundo quia in futuro cessabit omnis prælatio, sicut dicit Glo. 1. Corint. 15. super illo verbo, quòd euacuabit principatum, & potestatẽ, & tamen mulier naturali origine est viro subdita, ergo in resurrectione non erunt fœminę, quia aliàs non cessaret ibi prælatio. Tertio quia illud, quod occasionaliter inducitur præter naturæ intentionem non resurget, sicut patet de monstris quantum ad monstruositates suas, sexus tamen muliebris non est ꝑ intentionẽ naturæ inductus, sed per defectum virtutis formatiuæ in semine, quæ non potuit perducere materiam ad perfectionem virilẽ, sicut dicit Arist.

F 16. de Animalibus, ꝙ fęmina est mas occasionatus, ergo fœminę non resurgent, sed viri. Dicendum, ꝙ quando quæritur, an omnes resurgentes erunt viri, aut intelligitur, ꝙ sint viri, idest, ꝙ solum resurgant illi, qui fuerũt viri, aut ꝙ omnes homines siue masculi, siue fęminę, qui hic fuerunt resurgant, & tamen fęminę efficiantur ibi viri. Accipiendo primo modo non quæritur, quia manifestum est, ꝙ homines, qui semel vixerunt resurgent, cum sit futura resurrectio generalis, aliàs nõ resurgerẽt virgines, quæ pro Christo passæ sunt, neque mater sua, quod absurdum est, neque de hoc aliquis dubitat. Sed accipientur secundo modo, scilicet, an fęminę efficientur viri in resurrectione. Et dicendum, ꝙ non, sed sicut hic fuerunt viri, & fęminę, ita & in resurrectione, quia Deus reparauit in resurrectione, quod condidit in creatione, & tamen Deus cõdidit masculum, & fęminam, Genes. 1. & supra 19. cap. & fęminam de costa viri formauit Genes. 2. cap. ergo fęminã reformabit in resurrectione, sic & resurgent fęminę. Item Christus hoc asseruit tacite supra in litera cum respondens ait Sadducęis, ꝙ in regno cęlorum neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei. Ergo oportet, ꝙ ibi sint, qui possint actiuè, & passiuè nubere; quod ad viros, & fęminas pertinet, quia aliàs Christus superuacuè diceret nõ nubent, neq; nubentur, & quod apertius dixit Lucas illi, qui digni habebuntur sęculo illo, & resurrectione, non nubent neque ducent vxores, Luc. 20. cap. ergo erunt ibi fœminę, quæ possunt duci in vxores, qa aliàs vanè hoc diceret. Et istã rõnẽ facit Aug. 22. lib. de Ciu. Dei, cap. 17. ad ostẽdendũ, ꝙ resurgẽt fęminę, & eadẽ rõne Hieronymus vtitur dicens, nemo enim dicit de lapide, & calore, & his rebus, quę non habent membra genitalia, ꝙ nõ nubent, neque nubentur, sed de his, quę cum possint nubere, tamẽ aliqua ratione non nubunt. Et ideo cõcludit Augustinus vbi supra, dicens. Mihi melius sapere videntur, qui vtrunque sexum resurrecturũ esse non dubitant. Item ex intentione literę huius: nam totum argumẽtum Sadducæorum cõtra Christum erat super vxoribus an redirent ad viros suos, & ad quos, si autem in resurrectione nulla fęmina futura esset, nulla respon-

(Margin: Vide de hac q latissime auct. Genes. ca. 13.)

I sio plenior esse poterat quàm diceret. Erratis, quia in regno cœlorum non redibit aliqua fęmina: ideo nemo poterit habere suam, vel alienam vxorem.

Item dicendum, quod necesse est resurgere fœminas: nam seruabitur in resurgentibus identitas, & tamen si illa, quæ fuit fęmina efficiatur vir in resurrectione, non manebit idem indiuiduum numero, ergo oportet, quòd fœminæ sint in resurrectione, quæ hic fęminæ fuerunt, sicut enim non est idem indiuiduum, vbi non est eadem materia, ita non est idem indiuiduum, vbi non est eadem natura indiuidualis, sed non est eadem natura indiuidualis fęminę, & maris, ergo non erit idem indiui-
K duum, si fęmina verteretur in marem.

Item dato, quòd masculinitas, & fęminitas non tolleret identitatem numeralem, adhuc oportebat fęminas resurgere, quia sicut quantitas diuersa competit diuersis indiuiduis considerata natura indiuidui, ita diuersis indiuiduis competit diuersus sexus ex conditione ipsorum indiuiduorum, & tamen in resurgentibus manet cuique quantitas non solum competens ex conditione speciei, sed etiam ex conditione indiuidui, vt ostensum est præcedenti quõne, ergo à fortiori manebit vnicuique suus sexus.

Item cõuenit perfectioni speciei, ꝙ resurgant masculi, & fęminæ ad ostendendum gradus inuentos intra essentiam speciei. Et sicut maior pulchritudo est in hominibus ex inæqualitate staturæ quàm si

omnes

omnes essent ęquales: ita & pulchritudo quædam est diuersitas sexus, vt naturæ perfectio ostendatur, quæ potest inueniri in gradibus rerum ęqualium secundum naturam. Neque est aliquid quod magis moueat ad negandum fœminas in resurrectione esse, quàm confusio mutuæ visionis, nunc enim vterque sexus operitur, & magis pars carnis nostræ: in regno autem Dei nullum erit tegumentum, & ita videretur confusio quędam ibi suboritura, sed non erit, quia ista confusio oritur ex peccato, quia est pœna eius, ibi sicut peccatum non manet, neque peccati pœna aliqua manebit. Etiam quia non manebit turpitudo actuum: nam nunc: ideo de his membris erubescimus, quia sunt ad vsus, quos hic turpes iudicamus quamuis liciti interdum sint: ibi autem vsus nullus manebit: ideo neque turpitudo aliqua. Sic dicit August. 22. libro de Ciui. Dei capitu. 17. melius sapere videntur, qui vtrumque sexum resurrecturum non dubitant esse, non enim libido erit, quæ confusionis est causa: nam prius quàm peccassent nudi erant, & non erubescebant vir, & fœmina, corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura seruabitur, non est autem vitium sexus fœmineus, sed natura, quæ tunc quidem, & à concubitu, & a partu immunis erit, erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed decori nouo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed laudetur sapientia, atque clementia, quę & quod non erat fecit, & liberauit a corruptione, quod fecit.

Ad primum dicendum, quòd auctoritas illa non intelligitur de resurrectione, in qua esse debeamus omnes viri, sed de adunatione fidelium electorum in vnitatem fidei, per quam congregationem resultat vnus vir perfectus, idest, Christus mysticus, sicut expositum fuit supra, & ita respondet August. 22. lib. de Ciui. Dei cap. 18. latè respondendo ad istud argumentum, & ista est veritas. Multa enim sunt ibi in litera, quæ impediunt intelligi de resurrectione, & tamen si de illa intelligeretur deberet dici occurramus omnes in viros perfectos, & non in virum, quia non erimus omnes vnus vir.

Aliter respondet etiam August. vbi supra, quòd si intelligere voluerimus de resurrectione nihil impedit, quia per virum intelligitur quoque fęmina, cum vir dicat ibi naturam, & non sexum, sicut cum dicitur: Beatus vir, qui timet Dominum. Beatæ tamen sunt etiam fœminę, quæ illum timent. Sed prima solutio est melior.

Ad secundum dicendum, quòd cessabit prælatio in resurgentibus: vnde fęminę non erunt subditę alicui viro. Et ratio est, quia subiectio ista data est in pœnam peccati mulieris, Genes. 3. ca. scilicet, sub viri potestate eris, & tamen ibi cessabit tam peccatum, quã omnis pęna peccati: ideo non erit ibi fęmina subdita viro, neque sicut iam in dolore pariet filios aliquos, & tamen cessante prælatione non cessabit fœmina, quia non est naturalis, sed ex peccato, vt dictum est.

Aliter autem dicendum, quòd nunc fęmina est viro subdita propter naturę imbecillitatem tam quantum ad vigorem animi quàm ad robur corporis, & tamen in electis non manebit hoc in resurrectione, sed erit perfectio in vtroque, & non secundum diuersitatem sexuum, sed potius secundum diuersitatem meritorum, quia qui plus meruit siue vir, siue fœmina, excellentior erit ibi in viribus corporis, & animæ.

Ad tertium dicendum, quòd illud quod solum est per occasionem, & non est de intentione naturæ nõ venit in resurrectione. Et sic est de monstruositati-

A bus, quæ totaliter fiunt per errorem, & ideo reparabitur error iste in resurgentibus, & nõ erit monstrũ. Fœmina autem nõ est per occasionem, & præter intentionem naturę, cum illa sit necessaria ad conseruationem speciei per generationem, quæ non fit sine commixtione sexuum. Cum autẽ dicit Aristo. quòd fęmina est mas occasionatus, innuit quòd est per occasionem, & ita præter intentionem. Sed est verum, quòd est præter intentionem naturæ particularis, est tamen de intentione vniuersalis naturæ. Vocatur enim natura particularis ipsa vis corporea insita rebus, & sic in formatione fœminę natura est vis formatiua manens in semine, & illa intendit producere virum, quia intẽdit formare id, quod simpliciter melius est secundum speciem, & hoc est vir, quia tamen

Qũo intelligitur, q̃ fęmina est mas occasionatus.

B illa est imperfecta, non potest deducere materiam ad talem dispositionem in quo cõsistit conditio masculina, sed manet in gradu inferiori, qui est fęminitatis. Natura vniuersalis vocatur non solum Deus secundum veritatem, sed etiam secundum philosophos intelligentia, quæ præest rebus corporeis in motibus suis naturalibus dirigendo eas: nam opus naturæ est opus intelligentiæ, vt Commentator dicit. Nam cum ista, quæ intellectum non habent moueantur tam determinatè sine aliquo errore, necesse est quòd dirigantur ab agente secundum intellectum, qui circa talia secundum certum modum operetur, & de intentione eius intelligentiæ dirigentis naturaliter in motibus suis est, quòd sit fęmina, & ob hoc

C tale semẽ euenit, cuius virtus sit ita imperfecta, quòd non possit deducere materiam conceptus ad dispositionem masculinam.

Cum autem dicitur, quòd fœminitas accidit ex imperfectione materiæ, vel virtutis formatiuæ, non est sensus (vt aliqui imperiti intelligunt) quòd desit materia ad formandum vas genitale: nam non potest hoc euenire ex paucitate, vel defectu materiæ, quia quantumcunque sit pauca materia aliqua, possunt inde formari omnia membra, & formaliter, sed quanto fuerit paucior, tanto erit corpus formatum minus. Maximè quia pauca materia sufficit ad formationem fętus, cum fętus mox formatus vix sit ad quantitatem vnius muscę.

D Item quia interdum in formatione corpora fęminarum sunt maiora quàm masculorum, & ita fuit ibi magis de materia.

Item quia si intenderet simpliciter natura formare genitalem virilem, & propter paucitatem materiæ non posset illa pars formari, maneret clausus vterus sicut in viris, licet non maneret pars foris apparens, & tamen manet ianua ventris certo modo facta per artificium, quæ magis apparet facta ex intentione, & per artificium quàm a casu, ergo non est propter paucitatem materię.

Item quia si propter defectum fieret, cum contingeret ad interdum plus, vel minus deficere, deficeret aliquando, quòd medietas genitalis virilis ma-

E neret facta, & reliquum esset imperfectum, interdum autem plus de materia deficeret, & non clauderetur vterus sicut in fœmina, sed maneret aliqua magna apertio, sed nunquam manet nisi sic, ergo nõ fit per accidens, sed per intentionem.

Item si fieret ex paucitate materiæ, deficeret potius materia in membris, quæ vltimo formantur in corpore, sed non sunt genitalia membra vltimo formata, ergo non deficeret ibi, sed contingeret alibi deficere, & tamẽ non deficit alibi, ergo non fit propter paucitatem.

Item quia in fœmina non solum relinquitur ianua illa vteri, sed etiam interius relinquuntur alia membra

bra proportionalia, vt patet in formatione matricis, quæ eſt in fœminis, & non in viris: & tamen ſi ex defectu materiæ fieret, formarentur omnia interiora ſimilia in viro, & fœmina, & cum perueniretur ad extremam formationem genitalis, deficiente materia, maneret illa ianua vteri loco ſexus virilis, & tamen etiam in interioribus eſt magna diſtinctio maris, & fœminæ: ergo non fit propter paucitatem materiæ, & caſu, ſed ex intentione. Idem etiam circa mamillas argui poterat, & formationem lactis, quæ viro non accidunt. Item quia modus non eſt formationis idem, quia viris ſuperiora ſunt groſſiora, & maiora, ſcilicet, pectora, & latera: inferiora autem minora, vt nates: fœminis è contrario: ergo non fit ex paucitate materiæ.

Sed dicendum, quòd fit ex defectu, ideſt, imperfectione materiæ formabilis, vt aliqui dicunt. Vel quod verius eſt ex defectu, & impotentia virtutis formatiuę. Nam ad hoc quòd formetur vir, oportet quòd materia corporis eius deducatur ad certam diſpoſitionem qualitatiuam, & formatiuam, ſi vis non poteſt deducere materiam ad illam diſpoſitionem deducit eam ad aliam diſpoſitionem minoris gradus, in qua non poteſt eſſe vir, & ideo format fœminam, quæ eſt indiuiduum eiuſdem ſpeciei cum viro: in altero tamen gradu perfectionis naturalis, & tunc quia tale indiuiduum non poteſt ſe habere ad modum agentis propter imperfectionem, format ei natura talem corporis diſpoſitionem circa vaſa, vt ſit indiuiduum paſſiuum, & ideo format matricem, & genitale patens, & vbera ad lac: & ſic circa eandem rem concurrit defectus, & intentio defectus quidem in vi formatiua. Intentio autem in intelligentia, quæ eſt natura vniuerſalis, & dirigit vim formatiuam circa formationem vtriuſque indiuidui.

Vir, & fœmina ſexu differũt, & nõ ſpecie.

Et ſciendum, quòd vir & fœmina non differunt ſpecie, ſed ſexu: non eſt autem ſexus (vt inſipientes putant) ipſum genitale maris, & fœminæ, quia tunc non differunt mas, & fœmina, niſi per hæc. ſed falſum eſt, quia iſta membra ſunt ſigna differentiæ maris, & fœminæ, non ſunt tamen ipſa, per quæ differunt, ſed differunt per totam diſpoſitionem, & virtutem naturæ, quæ quidem altera eſt corporis virilis virtus eſt diſpoſitio, qua ſe habet ad agendum, & alia fœminæ, qua ſe habet ad patiendum, & quia tales diſpoſitiones ſunt differentes in eis, quæ vocantur ſexus, dicuntur differre ſexu, ſed illa differentia eſt cauſa differentiæ genitalium, & tamen non exiſtentibus illis genitalibus nõ poſſent exercere opera virorum, & fœminarum, ſed dato, quòd corpori fœmineo per miraculum formaretur nunc genitale tale, quale viro, non eſſet vir, neque poſſet ſemen decidere, neque haberet: & dato quòd Deus auferret nunc miraculosè alicui viro genitale relinquens talem vitam, ſicut fœminæ, & interius formaretur matrix nil aliud de conditione eius mutando, ille non eſſet fœmina, neque poſſet concipere, licet recipere ſemina maſculina: ergo non eſt differentia viri, & fœminæ in genitali, ſed in tota corporis diſpoſitione, ſecundum quam diſtinguuntur actiuum, & paſſiuum.

Sed adhuc obijciunt aliqui, quòd non debeant fœminæ in reſurrectione manere, quia non ſunt per ſe de intentione Dei: nam Deus formauit hominem de limo terræ: fœminam vero non de limo, ſed de latere viri, vt dicit Auguſt. quoſdam arguere. 22. lib. de Ciuit. Dei, cap. 17.

Item quia in reſurrectione erit id, quod melius eſt eſſe cum ibi expectetur vltima perfectio humana, & tamen melius, & perfectius eſt eſſe virum,

F quàm eſſe fœminam: ergo non erunt fœminæ in reſurrectione.

Dicendum, quòd erunt fœminæ in reſurrectione propter cauſas ſupra poſitas. Et ad primum dicendum, quòd nihil obſtat: nam licet Deus non fecerit fœminam de limo: fuit tamen de intentione Dei, quia aliàs eam non feciſſet. Etiam fuit de veritate naturæ, cum dicatur Geneſ. 2. cap. quòd Adæ non inueniebatur adiutorium ſimile ei, & ideo facta eſt Eua. Quòd autem non fecit eam de limo, ſed de coſta viri, non fuit quaſi non eſſet de intentione ſua, ſed quia voluit totam naturam humanam in vno eſſe, & ab eo dependere, ideo ſolum Adam formauit de terra: Euam vero de Adam: ergo vterque tam
G maſculum, quàm fœmina eſt de intentione Dei, & pertinet ad reſurrectionem.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet vir abſolutè ſit perfectior, quàm fœmina; tamen non eſt melius eſſe omnes viros, quàm eſſe aliquas fœminas, quia bonum, & pulchrum non conſideratur reſpectu cuiuslibet per ſe, ſed vniuerſi reſpectu, vel ſpeciei, vel totius. Licet enim in vniuerſo perfectiora ſint corpora cœleſtia, quàm elementalia: melius fuit eſſe quędam cœleſtia, & quędam elementalia, quàm nullum corpus eſſe, niſi cœleſte. Etiam perfectior eſt homo cæteris animalibus, & tamen non fuit conueniens, quòd omnia animalia eſſent homines, & nullum eſſet animal præter hominem. Etiam in to-
H to corpore, vel homine membrum perfectius eſt cor, & cerebrum, quàm pedes, & aures: & tamen non debuit eſſe cor, aut cerebrum, aut naſus quidquid in homine eſt, ſed iſta tanta diuerſitas ordinata eſt, vt in ea Dei ſapientia reluceret, & reſultaret ratio totius, ſicut & reſpectu ſpeciei humanæ pulchrius eſt dare indiuidua gradualiter diſpoſita participantia naturam eandem, quàm dare vnicum gradum. Vir autem, & fœmina diſtant gradualiter intra eandem ſpeciem, non gradu eſſentiæ, quæ in indiuiſibili conſiſtit, ſed gradu perfectionis indiuidualis; ideo melius eſt virum, & fœminam eſſe, quàm omnes eſſe viros, & ita dixit Deus, Geneſ. 2. cap. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, ſed faciamus ei adiu-
I toriũ ſimile, ſibi. erunt ergo fęminę in reſurrectione.

Quo gradu vir, & fęmina diſtant.

An reſurgentes reſurgant ad vitam animalem, ideſt, an vtantur cibis, & potibus, & venereis. Quæſt. CCXLVIII.

QVAERETVR vtrum reſurgentes reſurgant ad vitam animalem, ſcilicet, vt vtantur actibus nutritiuę, & generatiuę, ſcilicet, cibis, potibus, venereis, ſomno, vigilia, & huiuſmodi.

Aliqui dicunt, quòd ſic, quia reſurrectio noſtra erit conformis reſurrectioni Chriſti. 1. Corinth. 15. cap. Sed Chriſtus poſt reſurrectionem legitur comediſſe partem piſcis aſſi, & fauum mellis, Lucę 24. & Ioan. 21. cap. Ergo & nos comedemus.

K Secundo patet, quia Lucę 22. dixit Chriſtus: Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, vt edatis, & bibatis ſuper mẽſam meam in regno meo: ergo in reſurrectione, quando eſt regnum Sanctorum erit comedere, & bibere. Item quia eodem cap. dixit Chriſtus: Amodo non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud vobiſcum nouum in regno Dei. Ergo in regno cœlorum erit potus, & cibus. Item in pœnam datur damnatis, quòd eſuriant, & ſitiant: beatis autem quòd epulentur, cum dicatur Iſaię 65. cap. Serui mei comedent, & vos eſurietis: ſerui mei bibent, & vos ſitietis: ſerui mei lętabuntur, & vos confundemini: ergo cibus erit, & potus reſurgentibus.

Tertio, quia distinctio sexuum ordinatur ad generationem, & similiter instr̃a virtutis nutritiuæ ordinãtur ad cibationem, & tñ manebunt omnia membra in homine, tam seruientia ad generationem, vt dictũ est præce.q. quam seruientia nutritioni, vt dictum est supra q.240. & 241. & 242. ergo erunt ibi actus istorũ ne ista frustra manere videantur.

Quarto, quia totus homo beatificabitur tã secundum animam, quam secundum corpus, beatitudo autem, siue fęlicitas consistit in operatione. 1. Ethic. ergo oportet, ꝙ omnes potentię, tam animę, quã corporis maneant in actibus suis, quia si aliqua manerẽt sine actibus, secundum illas non esset homo fœlix, & ita non esset totus fęlix.

Quinto, quia in beatis post resurrectionem erit tota, & perfecta iocunditas, talis autem iocunditas omnes delectationes includit, quia fęlicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt dicit Boet. 3. de consol. prosa. 2. Perfectum aũt est, cui nihil deest. 5. Metaph. cum ergo in actu generatiuæ, & nutritiuæ sint magnę delectationes, videretur, ꝙ istę maneant in beatis, & ita actus animales erunt in resurgẽtibus omnibus.

Dicendum, ꝙ in resurgentibus, siue beatis, siue dãnatis non erunt actus vitæ animalis. Pro quo sciendũ, ꝙ duplex est perfectio hominis. Quædam dicit integritatem eorum, quæ ad naturam spectant. Alia est perfectio, quæ consistit in perfecta possessione finis, ad quem quis semel prouenit. Primam perfectionẽ potest homo habere in statu præsentis vitæ ꝑ actionem causarum naturalium, & ista est perfectio omnium conditionum, & operationum, quæ pertinet ad hominem secundum formam speciei, inquãtum est forma corporis, & ideo ad consecutionem istius perfectionis non ordinatur resurrectio, cum resurrectio sit supernaturalis, & non ordinetur, nisi ad consequendum id, quod naturaliter haberi non potest.

Secunda autem perfectio non potest haberi naturaliter, quia finis humanæ vitę excedit naturã, & ideo resurrectio datur, vt perueniat homo ad aliam vitam in qua habere posset perfecte finem suum. Ex quo sequitur, ꝙ ea, quæ ordinantur ad causandum, vel conseruandum primam perfectionem, non erunt in resurgentibus, cum resurrectio non ordinetur ad consequendum illam perfectionem: tales autem sunt actiones vitæ animalis in homine. quia quędam ordinantur ad causandum istam vitam animalem, vt sunt operationes generatiuæ aliæ ad conseruandum, vt actus nutritiuæ, & somnus, & vigilia, ergo comedere, bibere, gignere, dormire non erunt in resurgentibus.

Item patet specialiter quantum ad venerea, q̃ pertinẽt ad actus generatiuæ virtutis, nam non erunt in resurgentibus. Ita enim Christus dixit, ꝙ in regno cęlorum, neque nubent, neque nubentur. Vel sicut Lucas dixit: Neque nubunt, neque vxores ducunt. Et tñ solus modus licitus venereorum est ad vxorem, ergo cum iste non maneat in resurgentibus, non manebit aliquis alius.

Sed aliquis dicet, ꝙ hoc intelligitur de beatis, sed de damnatis non constat, cum dicatur. In regno cęlorum non nubent, neque nubentur.

Dicendum, quòd idem est quãtum ad damnatos, neutri.n. cui vtentur venereis, qa quidquid erit iam, tam in beatis, quam in damnatis erit ordinatissimũ, ideo si venerea manerent in illis essent ad aliquem finem secundum resurrectionem pręstitutũ, & tamen venerea secundum resurrectionem non ordinantur ad generandum, & tunc generatio non erit necessaria, neque conueniens post resurrectionem, quia humanum genus habebit tunc totam suam multitudinem indiuiduorum determinatam a Deo, ergo non erit generatio, neque venerea. Sic etiam dicit Augu. 22. lib. de ciuitate Dei. cap. 17. ꝙ in resurgentibus erit, vterque sexus non tamen erit ibi libido, quæ confusionis est causa, non est autem vitium sexus fęmininus, sed natura, quę tunc quidem, & a concubitu, & a partu immunis erit, erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed nouo. quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed laudetur sapientia, & clementia Dei. De hoc autem latius supra diximus, quæstione 240. & 241. & 242.

De actibus vero nutritiuæ, vt comedere, bibere, & dormire dicendũ, quòd non erunt in resurgentibus. De cibo, & potu patet, quia prosunt hæc ad duo, scilicet ad restaurationem deperditi, & ad augmentum, vt perueniatur ad debitam quantitatem, sed neutrũ conuenit resurgentibus, nam resurgent ad vitam immortalem, in qua non erit actio, secundum contrarietatem, quia aliàs non esset immortalitas, & tamen deperditio fit per actionem calidi resoluentis humidum, ergo ibi non poterit esse resolutio aliqua, & cõsequenter non erit ibi nutritio ad restaurationem deperditi. De augmento patet, quia vt ostensum est supra quęstio. 244. & 245. & sequent. resurgent homines in maxima quantitate, quam hic habuerunt, vel habituri erant, & ideo iam non erit aliqua causa augmentationis, quia erunt homines in statu. De somno eadem rõ est, quia somnus prodest ad digestionẽ cũ cessent ibi virtutes aĩales, & intendantur naturales, & prodest ad cõfortationem ꝑꝑ releuationem laborũ, sed tunc non erit digestio, cum non sit cibatio, neq; sit labor, quia erunt corpora impassibilia electorum oĩum incorruptibilium, ergo somnus non erit ibi, & actus nulli vitę animalis manebunt.

Cibus, & potus ad duo ꝓsunt in vita.

Quid somnus ꝓdest.

Ad primum dicendum, ꝙ Christus resurgens comedit, & etiam nos resurgentes poterimus comedere, sed non comedemus. Primum patet, quia tam in Christo resurgente, quam in nobis resurgẽtibus manebunt oẽs virtutes corporis perfectę, & etiã organa proportionata virtutibus, ergo poterunt homines secundum illa exire in actum comedendi, & bibendi. Secundum patet, quia Christus comedit, quia fuit in eo causa ad hoc, in nobis aũt resurgentibus non erit causa aliqua, ideo non comedemus, neque bibemus. Patet de Christo: nam ipse resurrexit, & de sua resurrectione dubitabatur, quia putabatur esse phãtasma, vel spiritus, & ꝙ non esset verus homo, Luc. 24. Et vt non maneret ista dubitatio in discipulis petiuit si quid haberent ad comedendum, & dederunt ei partem piscis assi, & fauum mellis, & comedit corã illis, & tunc crediderunt, ꝙ ipse esset. istam manducationem acceperunt Apostoli, tanquam firmam probationem de sua resurrectione, vt dixit Petrus. Actu. 10. c. hunc suscitauit Deus a mortuis. i. Christum, & dedit illũ manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo: nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo post resurrectionem suã, & ita in alijs suscitationibus, de quibus poterat esse aliquod dubium manifestabat Christus veritatem illarum per sumptionem cibi. Sic patet de primo quem suscitauit, s. de filia archisynagogi. Nam statim iussit dari illi cibũ, Mar. 5. & Luc. 9. c. in nobis autem resurgentibus non erit sic, quia non erit necessaria probatio resurrectionis, omnibus enim nota erit, cum omnes resurgãt, & ideo solet dici, quòd Christus dispensatiue manducat post resurrectionem eo mõ, quo iuristę dñt dispensationem esse iuris communis relationem, scilicet quòd in alijs resurgentibus generale est, & quasi ius non manducare: Christus autẽ spãli iure vsus mãducauit,

cauit,& tamen adhuc illud comedere Christi nõ habuit quidquid habet comedere nostrum, quia ꝑ mãducationem transit cibus ad locum digestionis,& cõuertitur in substantiam nostram,& prodest ad restaurationem deperditi,vel ad augmentationem : Christus autem cibum dentibus contriuit, & ad interiora transiuit,& tamen non conuertit illum in substantiã corporis sui ,quia iam non erat futura in eo restauratio deperditi,neque augmentatio. De quo magis dicetur Luc.24.

Ad secundum dicendum, ꝙ omnia illa intelliguntur per metaphoram,in regno autem cęlorum , neq; est mensa,neque cibus, neque potus , sed per ista designantur quædam spirituales delectationes. Et ratio est,quia secundũ sensum sunt magnæ delectationes, potissime pro rusticanis hominibus in cibo, & potu , cum autem Christus vellet eis innuere magnas delectationes esse in vita æterna, quales non sint in hac vita designauit eas per delectationes magnas huius vitæ,quę sunt in cibo,& potu.

Cum autem dicitur: non bibam de hoc genimine vitis,donec bibam illud nouum. Dicendum, quòd etiam est metaphora , quia in regno Dei non est vinum.Et ita accipitur aliquando in scriptura.vt Zacharias nono capitulo.Quid est bonum eius, nisi frumentum electorum,& vinum germinans virgines? Et tamen vinum acceptum proprie non germinat virginitatem,sed ad luxuriam incitat ad Ephe.5. cap. nolite inebriari vno,in quo est luxuria. Ita & in pręsenti accipitur vinum per metaphoram . Quod patet primo,quia dicitur Lucæ vigesimosecundo capit. Dico vobis ex hoc non manducabo illud,donec impleatur in regno Dei.Et ita non dixit se manducaturum , vel bibiturum in regno Dei,sed quòd implebitur ibi omnis delectatio,quę hic neque inchoata est vere.

Secundo patet,quia dixit Christus : Donec bibam illud vobiscum nouum in regno Dei, infra vigesimo sexto capitulo,& Mar.decimoquarto, & tamen si de vero vino intelligeretur,non diceret, ꝙ biberet illud nouum,quia melius est vetus,quam nouum, iuxta illud Ecclesiastici nono cap. Vinum nouum , amicus nouus, veterascet,& cum suauitate bibes illud . Et tamen si in regno Dei esset vinum esset optimum , sed nouum non est bonum,ergo non esset ibi nouũ , sed vetus . Dixit tamen Christus nouum vinum , ergo nõ intellexit de vino , sed de alio modo delectationis nobis incognito, & ideo vocauit illud nouum , quia noua ignota sunt . Cum autem dicitur: Serui mei comedent,&c.aliqui intelligunt de alio, quam de vita ęterna,alii autem de regno Dei. Et tunc dicẽdum, quod erit metaphora,de quo dicetur Isa.65. cap.

Ad tertium dicendum,ꝙ manebant omnia membra hęc,& non manebunt actus eorum, quos hic habuerunt,& tamen proficient ad perfectionem, & integritatem hominis secundum indiuiduum , & speciem , nam ablatis his membris esset homo truncatus,& tolleretur decor eius. Etiam aliquis actus manebit his membris. s. ostendere virtutem multiplicẽ in operante , quæ correspondet varietati horum mẽbrorum. Sicut dicit Augustinus 22.libro de ciuitate Dei,capitulo 17. quòd manebunt membra genitalia non accommodata vsui veteri,sed decori nouo , quo non alliciatur aspicientis concupiscentia , quæ nulla erit, sed laudetur sapientia , & clementia , quæ & quod non erat fecit , & liberauit a corruptione , quod fecit.

Ad quartum dicendum , ꝙ homo totus beatificabitur,& quia tam corpus , quam anima pertinent ad essentiam hominis,beatificabitur secundum corpus, & animam,& tamen corpus pertinet ad hominem,

F vt informatur anima rationali.Et licet eadem anima sit in homine rationalis sensitiua, & vegetatiua , quia non ponuntur plures formæ substantiales in eodem indiuiduo,vt dictum est supra,tamen non facit determinate anima esse corpus humanum, nisi inquãtum ipsa est rationalis , quia inquantum est sensitiua,facit illud esse animalis, & inquantum est vegetatiua facit corpus esse animatum . Et ideo cum beatitudo vitæ ęternę sit propria homini,secundum quòd homo,qa nemo beatificatur,nisi homo,secundo,& 10.Ethicorum,oportet quòd beatificetur homo secundum ea quę sunt propria hominis, & non secundum ea,quæ sunt communia animali, & etiam corpus perficietur secundum quòd est humanũ,& iõ perficietur ab anima,secundum quòd est humana,& tamen operatio-
G nes istæ.s.comedere , bibere , gignere, dormire non sunt hominis proprię , sed conueniunt aliis animalibus, ideo beatitudo secundum corpus non consistet in his,sed ex beatitudine animæ, secundum quòd rationalis est deriuabitur beatitudo corporis.s.quia anima inquantum est rationalis beata erit per Dei visionem,& ex plenitudine boni,quod erit in anima redũdabit aliquid in corpus.Et hęc est vera beatitudo corporis per dotes suas.s.claritatem, subtilitatem, agibilitatem,impassibilitatem.

Ad quintum dicendum,quòd beatitudo non consistit in delectationibus corporalibus, neque etiã per-
H tinent aliquo modo ad beatitudinem veram,vt declaratum est supra quinto capitulo, quæstione vigesima quarta , sed circa hoc errant Sarraceni, & Pagani,& plurimi Iudęorum,& carnales homines,qui vltra delectationes, secundum sensum nullum bonum esse existimant . Etiam errant Hæretici quidam antiqui apud nos,quos chiliastas, idest millenarios Græci vocant,de quibus Augustinus , libro de nonaginta Hæresibus . Isti dicunt , quòd post resurrectionem primam erunt mille anni , in quibus sancti resurgentes manebunt in terra,fruentes voluptatibus,secundum sensum ad nutum . Qui accipiunt velamen sui erroris ex eo,quod habetur Apocalyp. vigesimo, de mille annis quibus sancti regnabunt cum Christo. Sed de his ibi dicetur . Sed omnes hi insipienter asserunt,
I vnde non solum recta fides , quæ ex reuelatione cognoscit verum bonum , sed etiam Aristoteles solius rationis ductu ostendit non pertinere ad fęlicitatem delectationes secundum sensum , sed solas spirituales. Has enim dixit veras delectationes, corporales autem dixit a populo delectationes existimari propter nullas alias cognitas esse, septimo Ethicorum, capitulo vltimo. Sed eas dixit esse medicinales, & ægritudinales. Dicuntur medicinales, quia sunt medicina adhibita ad tollendum fastidium , quod homini cecidit ex mutabilitate naturæ, quę neque est vna, neque plures. Et ob hoc non solum vult homo delectationem secundum sensum , sed etiam non semper eandem,sed aliam, & aliam, scilicet,quia naturæ
K dispositio non manet eadem,sed alia,& alia : nam si eadem maneret necesse erat,quòd eadem delectatio, quæ semel ei fuit delectatio , esset semper delectatio,septimo Ethicorum,in fine. Vocantur autem ægritudinales , inquantum homo delectatur eis inordinate,ac si essent verę delectationes, sicut homo habens infirmum gustum delectatur , in quibusdam , quæ sanis non sunt delectabilia , & ideo non sunt simpliciter; sed omnis inordinatio in actu humano est velut quædam ægritudo in corpore , quia sicut corpora sana semper habent delectationes, secũdum naturam,& nunquam declinant ab eis , ita & operationes humanæ semper tendunt s̃m rectam rõnem, nisi quando inordinatę sunt. Et sic rectè vocãtur de-

lecta-

lectationes ſecundum ſenſum ęgritudinales, quia tota communitas hominū pro maiori parte vtitur eis inordinate, ſicut ægri mouentur in id, quod non eſt ſimpliciter delectabile; natura quippe conſtituit in operationibus nutritiuæ, & generatiuæ delectationē, & non tanquam finem operationum, ſed tanquam irritatiuum ad eas ne contemnantur. Vnde operatio eſt finis delectationis, & non è contrario, quandocunque igitur proſequimur operationem propter delectationem peruertimus naturæ ordinem, & toties delectatio illa ęgritudinalis eſt. Et ſic qui exercet venerea propter delectationem ægritudinalem delectatio nem appetit. Similiter qui cibo aliquo veſcitur ſolū, quia delectabilis eſt. Tales igitur delectationes non poſſunt pertinere ad beatitudinem, quę propter ſe appeti non poſſunt, cum appeti propter ſe ſit inordinatę appeti. Cum autem dicitur, ꝙ beatitudo debet includere omnes delectationes. Dicendum eſt per viā eminentię, ſed non realiter eas colligendo, quia tunc beatitudo non eſſet operatio vna, neque vnius alicuius potentiæ, quod falſum eſt, vt etiam Ariſto. innuit. 1. & 10. Ethic. Illa autem delectatio beatitudinis vere includet eminenter quidquid perfectionis, & boni eſt in delectatione nutritionis, & venereorum, ſed ipſę non erunt ibi.

Hęc autem dicta ſunt de ipſa reſurrectione: de conditione reſurgentium dicendum erat, iſti ſunt autem beati, & damnati. Beati habent duplicem modū beatitudinis. ſ. corporalis, & ſpiritualis, eſt ſpiritualis ibi actu intellectus, & voluntatis, de quo diximus ſupra 5. c. beatitudo corporis conſiſtit in quatuor dotibus, ſcilicet claritate, impaſſibilitate, ſubtilitate, agibilitate, de quibus diximus ſupra 17. capitulo, & quia beatitudo ſpiritualis dicitur dupliciter. ſ. præmium eſſentiale, & accidentale. De eſſentiali, quod eſt ipſa beatitudo dictum eſt ſupra 5. capitu. de accidentali, quam vocamus aureolam cum qua etiam fructus adiungitur, diximus ſupra 13. capitulo. De conditione autem ſolorum damnatorum reſurgentium dicendum erat de quibus dicetur, infra 25. c.

Phariſei autem audientes, quòd ſilentiū impoſuiſſet Sadducęis, conuenerūt in vnū: Et interrogauit eū vnus ex eis legis doctor, tentans eum, Magiſter quod eſt mandatum magnū in lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primū mandatū: ſecundum autē ſimile eſt huic: Diliges proximū tuum, ſicut teipſum. In his duobus mādatis vniuerſa lex pendet, & Prophetę.

Hic autem oſtenditur, quomodo Phariſei impugnauerunt Christum in veritate vitæ, inquantum ꝓpoſuerunt ei quæſtionem tentatiuam circa primum mandatum legis. Et primo ponitur Phariſęorum interrogatio. Secundo Chriſti rñſio, ibi. *Ait illi Ieſus.* Circa primum autem dicitur. *Phariſæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis.* Ante hoc autem tētauerant ipſum Sadducæi proponentes quæſtionem de reſurrectione, illi autem victi ſunt. Et hoc eſt posuiſſe illis ſilentium, ſcilicet, quòd nihil obiicere potuerunt ad id, quod Chriſtus reſponderat. *Conuenerunt in vnum.* Non enim auſus eſt aliquis de Phariſæis ſolus

A tentare Chriſtum arguendo contra eum, ſed omnes conuenerunt, quia hoc melius iudicabant intentioni ſuæ. *Et interrogauit eum.* i. Chriſtum. ſ. congregati ſunt, & congregati venerunt ad Chriſtum. *Vnus ex eis.* ſ. ex illis multis Phariſæis congregatis ad tentandū Chriſtum. *Legis doctor.* ſ. iſte interrogans erat vnus de doctoribus legis, quorum multi inter Iudęos erāt, & iſti exponebant illam, & prędicabāt populo. *Tentans eum.* Ideſt non quæſiuit animo addiſcendi, ſed tentandi, vt ſuper hac re videret Chriſti ſententiam. *Magiſter.* Sic enim vocabant eum omnes, quia docebat populum. *Quod eſt mandatum magnum in lege.* Ideſt quod eſt maximum mandatum. Nam omnia magna ſunt, quia nullum contēptibile eſt, & paruę vtilitatis, vel auctoritatis obſeruatoribus. Et dicitur in lege, ideſt in tota lege Moyſi. *Ait illi Ieſus.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet Chriſti reſponſio, quæ ſtatim ſecuta eſt ad quæſtionem Phariſæi. *Diliges dominum Deum tuum.* Præceptum dilectionis poſuit maximum eſſe, & ita eſt, vt oſtendetur. *Ex toto corde.* Ideſt ex tota affectione, vel voluptate. *Et ex tota anima tua.* Ideſt ex toto intellectu. *Et ex tota mente.* Ideſt ex tota memoria, nullæ enim aliæ potentiæ ſunt animę rationalis, ex quibus poſſit prodire aliquis actus, & ſunt hęc verba Dei. Deuter. 6. c. *Hoc eſt maximum.* Scilicet in obligatione, & merito. *Et primum mandatum.* Scilicet primum dignitate. *Secundum autem.* i. ſequens mandatum in obligatione, vel dignitate. *Simile eſt huic.* Ideſt primo, non ſimile

C in dignitate, ſed in actu, quia ambo ſunt pręcepta dilectionis. *Diliges proximum tuum.* Scilicet dilectione charitatis, qua alia eſt affectio, quæ eſt ſecundum cognationem, & carnem, vt ait Gregorius in homilia, quæ licet non ſit illicita non eſt meritoria, & ideo illa non cadit ſub pręcepto. *Sicut teipſum.* Ideſt ad ea, ad quę teipſum diligis. *In his duobus mandatis.* Scilicet de dilectione Dei, & proximi. *Vniuerſa lex.* Ideſt Moyſi. *Pendet.* Ideſt in hoc conſiſtit, & ad hæc duo ſola inclināt, quæcunque in tota lege ſunt. *Et prophetæ.* Ideſt prophetales libri. ſ. nihil aliud illi monent, niſi Deum, & proximum diligere.

D *An hoc ſit ſtatim factum poſt præcedentia, & an ſit ordo continuus. Quæſt. CCXLIX.*

QVAERETVR an id, quod hic habetur ſit ſtatim factum poſt pręcedentia, an ſit aliquid interpoſitum, & an ſit ordo continuatus.

Aliqui dicunt, quòd non, quia Lucæ vigeſimo capitulo ſtatim poſt præcedentem quæſtionem de reſurrectione mortuorum propoſitam à Sadducæis ſubiungitur, quòd quæſiuerit Ieſus de Chriſto, cuius filius ſit. Et hoc habetur infra, & ita non videtur eſſe continuatus ordo.

Dicendum, quòd eſt ordo continuus, & nō eſt anticipatio, neque recapitulatio, quia ſupra poſita fuit

E quęſtio Sadducęorum ad Chriſtum, hic autem ponitur quæſtio Phariſęorum, quę fuit poſt illam, ſicut dr̄ in litera. ſ. Phariſęi audientes, ꝙ ſilētium impoſuiſſet Sadducęis conuenerunt in vnum, ergo prius fuit terminata quæſtio pręcedens Sadducęorum cum Chriſto, quam inciperet iſta quæſtio Phariſęorum cū eo.

Cum autem quæritur an ſtatim fuit iſtud, poſt illud, vel interpoſitum fuit aliquid aliud, dicendum, ꝙ ſtatim factum eſt. ſ. eadem die, & erat dies Martis hebdomadę in ramis palmarum, & nō fuit inter hæc duo factum aliquid aliud, quod in ſcriptura narretur, & patet ex modo loquendi, cum dicitur: Phariſęi audientes, ꝙ ſilentium impoſuiſſet Sadducæis. i. ſtatim, vt audierunt hoc factum eſſe, conuenerunt ad tētandum eum interrogantes hoc.

Ad argumentum in contrarium dicendum vno modo, ꝙ Euangelistę nunquam discordant in re narrata, quia tūc alter eorum falsum diceret, vel omnes, sed in ordine narrandi bene discordant sæpe. Et tunc dicendum, ꝙ non valet argumentū, talis.s. Euāgelista refert hoc ordine aliquam rem, ergo tali ordine accidit, sed verum est, quando non apparet aliquid in cōtrarium.s. auctoritas, vel ratio standum est illi ordini, sed nunc vnus Euāgelista aliter, quam alius ordinauit ideo nō valet argumētum sumptum ex auctoritate, sed tunc stabimus. Nam istum ordinem tenent duo Euangelistę.i. Matthæus, & Marcus, Mar. 12.c. illum vero videtur tenere solus Lucas. Item ratio magis cōsonat huic ordini, quam alteri, quia illa quæstio Christi ad Pharisæos de Christo, cuius filius sit, ortum hēt ex ista, vt infra ostenditur in litera.

Secundo potest dici, ꝙ etiam Lucas tenuit istum eundem ordinem, quia relata contētione Sadducęorum ad Christum non subiunxit statim, ꝙ Iesus quęsiuisset de Christo cuius filius est, sed ait, ꝙ erāt quidam Scribę præsentes, & dixerunt Christo: Bene dixisti magister. Et tunc sequitur quæstio, & tñ illud, quod ibi de Scribis dicitur est id, quod narratur hic de Pharisæis, vt magis colligitur ex litera Mar.

Tertio potest dici, ꝙ Lucas non deuiat ab ordine Matthæi, & Marci, quia deuiare est, quando duo eadē narrant, sed non eodem ordine, & tamen Lucas non narrauit id, quod hic dicit Matthæus, & Marcus de tentatione Pharisæorum ad Christum sup mādato magno, ideo oportuit, ꝙ statim poneret de quæstione Iesu ad Pharisæos, vel Scribas.s. cuius filius esset Christus, eo ꝙ inter quæstionem Sadducęorum de resurrectione, & quæstionem Iesu de Christo, cuius filius est, nil intercedit, nisi quæstio Pharisæorum ad Christum super mandato magno, & tñ, quia quæstio Iesu de Christo cuius filius sit fuit facta ad Pharisęos, siue Scribas, cū quibus fuerat ista quæstio de magno mandato, & non poterat bene introduci quæstio, nisi præsupponeretur ad quos fiebat, dicitur ꝙ erant pręsentes. Quidam Scribę induxerunt Christo super responsione ad Sadducæos bene respōdisti, & ad illos direxit Christus quæstionem de Christo, cuius filius sit.

Quomodo fuit Sadducæis impositum silentium. Quæst. CCL.

QVAERETVR quomodo dicitur Sadducęis impositum silentium.

Dicendum, ꝙ dupliciter imponitur alicui silentiū. Vno modo per auctoritatem iubentis, & ita iudex adiudicans rem, de qua contenditur vni imponit alteri perpetuum silentium super petitione eiusdem rei.s. ne vltra aduersarium, cui res adiudicaē molestet trahendo eum ad iudicium super hac re.

Secundo modo imponitur silentium alicui, qñ ratione superatur, ita vt nil habeat quod loquatur, & tunc ipse sibi silentium imponit, quia vltra nō audet præ verecundia loqui, sed quia ille, qui eum ratione conuicit imponit sibi hoc onus verecundiæ, dicitur imponere ei silentium.

De Christo dicendum, ꝙ imposuit silentium non primo modo, & hoc propter duo. Primo, quia ad hoc oportebat, quòd eum, vt iudicem agnoscerent, & tamen non agnoscebant eum, vt talem, neque ipse se iudicem ostendebat re, aut verbo, sed potius cōtrarium dicebat, vt Luc. 12.c. dixit ei, qui petebat, vt cogeret fratrem suum ad diuisionem hęreditatis, scilicet. O homo quis me constituit iudicem, & diuisorem inter vos, vt si vellet, vt iudex diffinire, non pa-

F rerent mandatis eius. Secundo, quia dato, quòd iudex esset, non processit vt iudex, nam tunc oportebat, vt si quòd ipse audiret contentionem inter partes, contentio Pharisæi, & Sadducæi inter quos erat ista contentio de resurrectione venirent simul ad Christum, & cōtenderent super hac re eius sententiam spectantes, tunc enim Christus, vt iudex imponeret silentium Sadducæis, & tamen non fuit sic, sed Christus, tanquam pars contendebat cum Sadducæis, qui eum super hoc interrogauerant, vt patet supra ex litera, & non imposuit eis silentium, sicut Iudex.

Sed dicendum, quòd imposuit silentium secundo modo, scilicet de responsione conuincendo, quia taliter contra Sadducæos arguit respondendo ad eorū

G dicta, quòd ipsi non inuenerunt quid contra eum dicerent. Si autem responderēt quantumcunque verè, & bene, & tamen maneret aliquis modus arguendi eis contra Christum etiam si friuolus, vel calumniosus, non diceretur impositum illis silentium, sed quia Christo loquenti nil potuerunt obijcere, & recesserunt cum intentione non redeundi ad tentandum eum amplius super hac re, dicitur proprie illis silentium impositum, sicut dicit Origenes: Silētium Sadducæis imposuit Iesus volens ostendere, quoniam mendecij vocem obmutescere facit claritas veritatis.

Sed obijcietur, quòd non erat eis vere impositum

H silentium, quia adhuc durabat ista contentio Sadducęorum, & Pharisæorum super resurrectione, & angelis, & spiritibus tempore Pauli, & per illam ipse liberatus est a periculo. Actuum vigesimo tertio capitulo.

Dici potest vno modo, quòd ista contentio erat inter Sadducęos, & Pharisæos antiquitus, & tamen non Pharisæi imposuerunt silentium Sadducæis, sed Christus, ideo contra Pharisæos non erat Sadducæis silentium impositum, & tamen circa Christum erat impositum silentium. Patet primo, quia Pharisęi, nūquam potuerant efficaci ratione concludere Sadducæos, cum ipsi non etiam firmiter, sed per quādam probabilitatem crederent resurrectionem, nam si potuissent non durasset inter eos tandiu contentio ista,

I & tamen durabat, ideo ipsi, nunquam conuicerant Sadducæos.

Secundum patet, quia Christus efficaciter eos cōuicit nunc, ita vt ipsi respōdere nihil possent, & ideo ipse eis silentium imposuit, & ob hoc erga Christum dicebatur eis silentium impositum, & ita nunquam rursus cum eo contenderunt super hoc. Pharisęi autē nunquam eis imposuerant silentium, ideo contra eos non cessabant loqui, quia illorum argumenta faciliter euitabant, & sic tempore Pauli durabat adhuc illa contentio. Actuum vigesimo tertio capitulo.

Secundo potest dici, & adhuc melius, ꝙ silentium impositum erat, tñ non erat supposita quæstio, neque

K inducta contraria credulitas. Circa quod sciendum, quòd ille, qui ratione ab aliquo superatus est habet se tripliciter. Vno mō conuincitē plene, ita vt nō solū nihil obiiciat, sed ēt expresse profiteaē verū eē, quod redarguens eū asserit. Alio mō ratione quis superaē, & falsum se hactenus tenuisse videt, neque obijcere ad arguentem quicq̄ pōt, & tñ non confiteē ꝯclusum ab aduersario propter verecundiam. Tertio modo conuincitur quis, ita vt obiicere nihil possit, tamen non putat esse verum, quod aduersarius conclusit, quia ipse tamen non dissoluit argumentum eius, & iō tacet. non habet sermonem ad respondendum, & iō tacet. Ita est apud sophistas, q deducūt aliquē ad īopinabile, & ille manifeste videt falsum esse, sed rñdere nescit.

Sic

Sic dicit Aristo. 7. Ethic. c. 4. s. Adhuc autem sophisticus sermo mentiens propter inopinabilia velle concludere, vt sapientes sint, cum attringant, factus enim syllogismus dubitatio fit, ligata est. n. mens, cum manere non velit propter non placere conclusum, procedere autem non potest propter ad soluere non habere sermonem.

De Sadducæis dici potest, ꝙ accidit eis modus tertius. s. ꝙ ipsi firmiter tenebant non esse resurrectionē, quando autem Christus cōtra eos locutus soluit eorum argumenta, & per rationem scripturæ conuicit resurrectionē esse, ipsi non crediderunt sic esse, sed non habebāt sermonem ad respondendum, & ideo sic conuicti tacuerunt, & recesserunt, licet Chrs non concludebat cōtra eos aliquid falsum, sed verissimū licet inopinabile posset iudicari apud gentes, quibus nihil de sacra scriptura reuelatum erat. Cum autem dicitur, ꝙ tempore Apostoli erat contentio ista Sadducæorum de resurrectione. Dicendum, ꝙ ibi non apparet, ꝙ Sadducæi contenderint super hoc arguētes, sed solum, quòd non assentiebant positioni Pharisæorum de resurrectione, & angelis, & spiritibus, & Paulus hoc sciens causauit discordiam hoc modo inter eos, dicens: De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.

Quare Pharisæi conuenerunt in vnum audientes, quod impositum esset silentium Sadducæis. Quæst. CCLI.

QVAERETVR quare dicitur, ꝙ Pharisęi conuenerunt in vnum audientes, ꝙ impositum esset silentium Sadducæis, in quo innuitur, ꝙ impositum esse silentium illis fuit causa, vt cōuenirent. Dn̄t aliq vno modo, ꝙ fuit ad congratulandum ei, vel gratias referendum, aut approbandum dicta eius pro eo, ꝙ ipse nūc valde fauerat Pharisæis, & honorauerat eos, vnde erat antiqua contentio inter Pharisæos, & Sadducæos super resurrectione angelis, & spiritibus, quia nunquam Pharisæi potuerant cōuincere Sadducæos ratione efficaci manebat semper cōtentio, Christus autem nunc conuicit Sadducęos tenens partem Phariseorū, ita vt Sadducæi nihil obiicere possint, ideo erat magnus honor Pharisæis, tum quia Christus obtinuerat pro parte eorum, tum propter auctoritatē magnam Christi, quæ eorum positionibus fauebat, & sic venirent nunc ad gratias referendum de hoc beneficio, & quia beneficium non erat impensum quoquo concluderetur aduersus Sadducæos dicitur, ꝙ imposito illis silentio conuenerunt Pharisæi. Sic videtur innui Luc. 20. c. vbi Christo loquente contra Sadducæos dixerunt quidam Scribæ: Magister bene dixisti. Et hoc erat laudare dicta eius.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia si ad gratias agendam venirent, bono animo venirent, & tamen dr̄, ꝙ interrogauit vnus ex illis tentans eum, ergo non venerunt ad gratias agendum.

Secundo, ergo dicendum, & melius, s. quòd venerunt Pharisæi nunc ad tentandum Christum, sicut litera innuit, & ad hoc multum conuenit, ꝙ dicitur positum fuisse silentium, nam licet Pharisæi, & Sadducæi aduersarii essent, tn̄ contra Christum concordabant inter se, & ideo desiderabant qualitercunque illū confundere, & ad hoc ipsi Pharisęi prius cęperūt tentare super tributo reddendo, vel non, & ipse cōfudit eos, quibus recedentibus accesserunt Sadducæi, & similiter tentauerunt eū super resurrectione, quos Christus conuicit imponens silentium, & ideo nunc Pharisæi concitati eorum liuore, quo prius redeunt ad tentandum Christum. Sic dicit Hieronym. Pharisęi,

A ergo & Sadducęi, qui inter se contrarij sunt, ad tētandum Iesum pari mente consentiunt. Et ratio consistit in hoc, quod dicitur impositum esse silentiū, nā si Christus respondisset Sadducæis, & illi nondum finiuissent cōtentionem, sed maneret eis aliquid ad replicandum, vel ea mente recederent, vt alia fortiora argumenta contra Christum excogitarent, non esset opus, vt redirent Pharisęi ad arguendum contra Christum, quandiu dubius manebat euentus concertationis Sadducæorum, sed quia penitus illi conuicti fuerunt, & impositum fuit eis silentiū, ne Christus maneret tanquam pacificus omninm victor, rursus se ad eum tentandum armant, & ista est vera causa. Mat
B thæus autem pro tanto hoc enarrauit, vt ostenderet iniquitatem Pharisæorum, cum enim tam se, quam Sadducęos clarissima veritate conuictos viderūt, debuerunt veritatem confiteri, & ei adhęrere, vel saltem non resistere, sed rursus contra eam moliuntur fraudes. Sic dicit Hieronymus, scilicet, quia supra Pharisæi in ostensione denarij fuerant confutati, & aduersæ partis viderant factionem subruptam, debuerant exemplo moueri ne vltra molirentur insidias, sed maleuolentia, & liuor nutrit impudentiam, & ita se rursus ad tentandum attingunt. In hoc autem minus malos apparet esse Sadducæos, qui mox, vt conuicti fuerunt, tacuerunt, neque vltra vllas moliti sunt insidias in hac re, vel alia. Pharisæi autem sępe cōui-
C cti sæpe redeunt, iniquitatis tamē magnitudo eos inuerecundos, & pertinaces faciebat.

Quomo dicitur hic, quod conuenerunt Pharisæi, cum Marcus aliter dicat. Quæst. CCLII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ conuenerunt Pharisæi, quia Mar. 12. c. dicitur, ꝙ accessit vnus de Scribis, & ita ille, qui hoc quæsiuit nō erat Pharisæus, sed Scriba.

Dicendum, ꝙ non est in hoc diuersitas, quia Pharisæi etiā sunt Scribę, licet non omnes. Pro quo sciendum, ꝙ non se habent Sadducæi, & Scribæ, sicut Pharisæi, & Scribæ, nam Pharisæus habet se ad Sadducæū
D sicut album ad nigrum, habet se Pharisæus ad Scribam, sicut album ad hominem, quia non opponitur illi, sed accidit ei, quamuis non semper: erant enim Pharisęorum, & Sadducæorum duæ sectæ contrarię, vt ostensum est supra 3. capitulo, quæstione 63. & ponit illud Iosephus libro 2. de Bello Iudaico. Et ideo Pharisæus nunquam est Sadducæus, neque è contrario. Scriba autem non est nomen alicuius sectæ, vel opinionis contrariæ ad Pharisæos, vel Sadducæos, sed notat gradum sapientiæ. Diuersæ enim gentes varie nominant peritos suos. Latini enim peritos viros sapientes vocant. Gręci Philosophos: Hebræi scribas: Persæ autem, & Chaldęi Magos dicunt. Et ideo, quia illi reges q ad Christū adorandum venerūt, per-
E tinent ad regionem illam, dicit Matthæus tres Magos venisse, supra secundo capitulo. Et non vocantur Scribæ, quicunque sapientes, sed legis doctores, iuxta illud. Ego mitto ad vos sapientes, & Scribas. De istis Scribis erant multi apud Iudæos, & accidebat quosdam esse de Pharisæis, alios de Sadducæis, alios de Hesenis, alijs sectis Iudæorum, vel de eis, qui ad nullam sectam pertinebant specialiter. Vnde euangelistę nihil plus curant dicere Scribam, quam legis doctorem. Sic patet supra nono capitulo, vbi de Scribis audientibus verbum Christi loquitur Matthæus, & Lucas ponens eandem rem, Lucæ. 5. c. vocauit eos doctores legis. Sic etiam in præsenti fuit, nam Marc. duodecimo capit. dicitur, ꝙ accessit vnus de Scribis, ad

ad hoc quærendum. Hic autem dicitur, ꝙ interrogauit vnus legis doctor. Et ita est idem.

Sed obijcietur, ꝙ Scribę, & Pharisęi ponuntur, vt distincti, quia aliàs non connumerarentur, & tamen connumerantur, vt patet Luc. 5. c. s. cęperunt intra se cogitare Scribæ, & Pharisæi.

Dicendum, ꝙ cum scribam esse accidat, tam Pharisęis, quàm Sadducęis, ac omnibus alijs non connumerantur eis, nisi cum non accidit eis, & tamē quando accidit eis, etiam si non connumerentur, addit tñ ſm rationem, cum multi sint Pharisęi, qui non sunt Scribæ, & ideo dato, ꝙ soli Pharisæi essent illi, de quibus loquitur Lucas recte dixit, ꝙ cęperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi, idest Pharisæi, qui non solū erant Pharisęi, sed etiam erant Scribæ, quod nō intelligeretur si solum diceretur Pharisęi. Vel si solum dicerēt Scribę, quia aliqui erant Pharisęi, qui non erant Scribę, & aliqui erant Scribæ, qui non erant Pharisæi.

Quomodo dicitur hic, quòd conuenerunt Pharisæi, i. multi venerunt, & tamen Mar. dicit, quod vnus accessit.
Quæst. CCLIII.

QVAERETVR dato, ꝙ sint ijdē Pharisęi, & Scribę, quomodo dicitur hic, ꝙ conuenerunt Pharisęi: in quo innuitur, ꝙ omnes, vel multi venerunt, & tamē Mar. 12. c. dicitur, ꝙ accessit vnus de Scribis, & ibi per totum non fit mentio, nisi de illo.

Dicendum, ꝙ vnicus fuit, qui quæstionem proposuit, & cui Christus respondit, cęteri autem tacebant, multi tamen fuerunt, qui in hanc rem conuenerunt, consilium ponentes, ideo Matthęus fecit mentionē de omnibus: Marc. autem de solo illo, qui quęsiuit, & ideo, quasi solus esset, de eo solo mentionem egit Marcus.

Causa diuersitatis est, quia Matthęus voluit enarrare plene istud factum, & quia nō ortum est ex vno, sed ex omnibus congregatis facit mentionem, ꝙ conuenerint.

Secundo, quia Matthęus vult assignare iniquitatē Pharisęorum, qui cum sæpe Christum tentassent, & semper essent superati adhuc tentare non erubescūt. Et vt videatur, ꝙ non erat iniquitas alicuius singularis dicit, ꝙ conuenerunt ad eum tentandum, vt sic tota illa Pharisęorum familia, & sequela semper Christo ęmula videatur, Marcus autem solum voluit enarrare quæstionem istam, vt videatur doctrina, quam Christus hic posuit de mandato dilectionis, non curauit aggrauare peccatum Pharisæorum, & quia ad hoc sufficiebat quæstio Christi, & Pharisęi, qui eum interrogauit, non facit mentionem nisi de illo, quasi solus accesserit, licet vere multi Pharisęi conuenerūt, sicut dicit hic Matth.

Quando conuenerunt Pharisæi contra Christum, & vbi, & quare. *Quæst.* CCLIIII.

QVAERETVR quando conuenerunt Pharisęi, & vbi.

Aliqui dicunt, ꝙ conuenerunt in absentia Christi. s. ꝙ quando Christus erat disputans cum Sadducæis, non essent præsentes Pharisęi, sed cognito, ꝙ superasset Sadducæos, congregati sunt, & non iuerunt omnes ad Christum, sed miserunt de seipsis vnum virū peritum ad tentandum Christum.

Alii dicunt, ꝙ ista cōgregatio facta est Christo absente, sicut supra dictum est, & oēs Pharisęi congregati venerunt ad Christū, sed vnus solus locutus est.

Tertii dicunt, ꝙ ista congregatio facta est præsente Christo. s. ꝙ qñ Christus disputabat cōtra Sadducæos

F erant pręsentes Pharisęi, sed non congregabantur, qa expectabant finem disputationis Sadducæorum, cū autem viderunt superatos Pharisęi Sadducęos, cōgregati sunt deliberaturi quid agerent.

Ad primam positionem facere videtur, quia Mar. 12. c. dicitur. Et accessit vnus de Scribis, & sic vnus tātum fuit, qui accessit, sed alii conuenerunt, ergo in ab sentia Christi facta est congregatio, & vnū miserunt. Secundo, quia, vt hic dicitur, & Mar. 12. c. vnus solus locutus est, & quando Christus respondit ad vnum direxit locutionem, quod nō faceret, si multi essent. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia dicitur in litera: Con uenerūt in vnum Pharisęi. & interrogauit eum vnus ex eis, ergo quando fiebat ista interrogatio pręsentes

G erant alii, quia si absentes essent non diceretur, ꝙ interrogauit vnus ex eis, sed ꝙ vnus Pharisæus interrogauit.

Secundo patet, quia infra in litera statim dicitur, ꝙ congregatis Pharisęis dixit eis Iesus de Christo cuius filius est, & tamen constat, ꝙ post quæstionem istam de magno mandato nihil quęsierunt ab eo, vt in litera dicitur, ergo non congregarentur ad eum, & tñ cōgregati erant, qñ dixit eis de Christo, cuius filius est, ergo iam congregati erant, & sic nunc erant coram eo, quando fiebat ista qō de magno mandato.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ Mar. ponit vnum, quia de aliis non vult facere mentionē pro

H pter causam dictam pręced. q. ille enim solus loquebatur, ideo etiam si multi ad Christum accederent de vno tantum facere mentionem debuit.

Ad secundum dicendum, ꝙ licet multi essent, vnꝰ tantum loquitur, quia ita expedire visum est propter ea, quæ dicentur infra. Tertia positio adiuuatur ex eo ꝙ dr̄ Marc. 12. c. & accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquerentes, ergo ille præsens erat, quādo disputabat Christus cum Sadducęis, sed Marc. solum loquitur de vno propter causam dictā pręced. q. ergo innuitur, ꝙ sicut ille, de quo loquitur erat præsens, ita & cęteri, de quibus tacuit præsentes erant, & sic congregarentur ibi.

Sed dicendum, ꝙ non stat: primo, quia dr̄ supra in litera. Pharisęi autem audientes, ꝙ silentium impo-

I suisset Sadducęis, & tamen si isti p̄sentes essent Christo, & coram eo congregarentur, non diceretur, ꝙ audierunt silentium impositum. s. ꝙ viderunt illud imponi, ergo non erant pręsentes.

Secundo, quia si Pharisęi p̄ntes essent Christo, & ibi nunc congregarentur, oporteret ꝙ fuissent p̄ntes qōni Sadducęorum, & ꝙ non recessissent post qōnē illam, quam supra habuerunt cum Christo de tributo reddendo Cęsari. Nam post illam in ipsa hora accesserunt Sadducęi, vt dicitur supra in litera, & tamē finita qōne de tributo reddendo statim recesserunt Pharisęi, ergo non manebant p̄ntes qōni Sadducæorū, patet hoc, quia dicitur supra in litera, & audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

K Ad confirmationem huius positionis dicēdum, ꝙ ille Pharisęus, siue Scriba, qui quæsiuit a Christo præsens erat, quando disputabat Chr̄s cū Sadducęis, & tñ non erant præsentes omnes Pharisęi, & ideo congregati sunt absente Christo. Pro quo sciendum, ꝙ cum recesserunt Pharisęi conuicti super solutione tributi aliqui de eis manserunt, & viderunt disputationē Sadducæorum, & illi miserunt ad dicendum alijs, quō erant superati Sadducęi. Secunda ergo positio tenenda est. s. ꝙ absentes erant Pharisęi, quando cōgregati sunt, & postea oēs simul venerunt cōgregati. Primū patet ex duabus rationibus supra factis cōtra tertiam positionem. s. ꝙ nō poterāt omnes esse præsentes. Itē patet, quia nunc conuenerunt Pharisęi ad cōsiliandū aliquid

aliquid contra Christum, sed hoc non fieret conuenienter coram eo, ideo absentes essent, & habito consilio venirent ad Christum. Sic patet supra in litera, quando Christus dixit aliquas parabolas cõtra ipsi ve ro indignati recesserunt, & consilio rursus habito redierunt. s. tunc abeuntes Pharisęi consilium inierunt, vt caperent eum in sermone, & mittunt ei discipulos suos, ita ergo nunc facerent.

Secundum patet. s. ꝙ simul venerunt. i. multi fuerunt per duas rationes positas supra contra primam positionem. Item, quia sic tenet Chrysost. dicens: Venerunt in vnum Pharisęi, vt multitudine vincerent. Modus autem fuit. ꝙ finita quæstione de tributo red dendo recesserunt Pharisæi confusi, & manserunt ali qui de eis, attendentes quid Christus faceret, & illi interfuerunt quæstioni, quam posuerunt Sadducęi. Et cum impositum esset silentium, Christo respondente Sadducęis, dixerunt illi Pharisęi, ꝙ Christus be nediceret, Luc. 20. c. s. respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt: Magister bene dixisti. Isti autẽ videntes superatos Sadducęos, annunciauerunt aliis Pharisæis absentibus, & ita intelligitur litera supra, scilicet Pharisæi audientes, ꝙ silẽtium imposuisset Sadducęis. Audire tamen ad absentes erat, tunc congregati sunt omnes, & simul venerunt, vnus tamen pro omnibus locutus est.

Quare Pharisæi conuenerunt. Quæst. CCLV.

QVAERETVR quare Pharisęi conuenerunt. Dicendum, ꝙ fuit primo, vt consilium inirent contra Christum, nam videbant se superatos sæpe ab illo, & cum ratione contra eum contendere vellent, oportebat magni ingenii esse id, quod contra eũ poneretur, & ad hoc non sufficeret vnus, ideo ingenia omnium necessaria erant, & ita erat consuetudo Pharisęis, qñ aliquid contra Christum facere volebant, ꝙ consilium pręcedebat omnium congregatorum. Sic patet supra in litera. s. tunc abeuntes Pharisęi consiliũ inierunt, vt caperent eum in sermone, & Ioan. 11. dicitur, ꝙ collegerunt pontifices, & Pharisæi consiliũ, & illud fuit contra Christum, nam dixerunt. Quid facimus, quia homo iste multa signa facit? ita ergo nũc verisimile est, ꝙ omnes elegerunt de se vnum legisperitum, vt Christum tentaret.

Secundo fuit, vt Pharisęi prę multitudine sua timorem incuterent Christo, & non auderet respondere legisperito eorum, & quãdo loqueretur Christus clamarent, vel impedirent, aut irriderent, cum autẽ suus legisperitus loqueretur, fauerent ei. sic dicit Chrysostomus. Venerunt in vnam Pharisęi, vt multitudine vincerent quem ratione superare non poterant, a veritate se nudos professi sunt, qui se multitudine armauerunt.

Quare vnus est locutus pro omnibus, & quare erat ille legis doctor. Quæst. CCLVI.

QVAERETVR quare vnus locutus est pro omnibus, & quare erat ille legis doctor.

Ad primum dicẽdum, ꝙ fuit primo, quia Pharisęi erant multi, & volebant quærere aliquid a Christo, sed non poterant omnes simul loqui, ideo vnus pro omnibus loqui debuit.

Secundo, quia super vna re volebant tentare Pharisęi Christum. s. super quęstione de magno mandato, ideo debuit vnus solus quęrere. Non. n. iudicabãt bonum esse plures quæstiones mouere, quia inter multas essent aliquę faciles, & cũ illas Chrs elideret confunderentur Pharisæi, ideo expediebat eis, ꝙ vnã, &

A dubiã ei proponerẽt. Si aũt multas proponere vellẽt, possent a pluribus proponi, sed quia vnica fuit nõ debuit loqui, nisi vnus. Tertio fuit, quia voluerunt caute se hr̃e Pharisęi ad euitandum verecundiam, manente. n. vno, si ille superaret Christum, oẽs gloriarentur, quasi oẽs ipsum superassent, quia oẽs astabant, & de mãdato oĩum agebat ille, & eo loquente oẽs loqui videbantur, si aũt ille superaretur a Christo, ipse solus confunderẽt dissimulantibus alijs, quasi nõ pertineret ille ad eos. Sic dicit Chryso. Dicebant. n. apud se, vnus loquatur pro oĩbus, & oẽs loquamur per vnũ, vt si quidem vicerit, oẽs videamur vicisse, si aũt vict⁹ fuerit, nullus videatẽ confusus. Ad secundum dicẽdũ,

B ꝙ voluerunt esse istum legis doctorẽ, primo, quia res ista, de qua quærebatẽ pertinebat ad sapiẽtiã legis, debuit, ergo sapiẽs in lege esse, q ista quæreret. Secũdo, quia iste nõ quærebat ad hoc, ꝙ doceretẽ, q ad istud quilibet sufficiebat, sed ad hoc, ꝙ Christum redargueret cũ dicatẽ, ꝙ quærebat tẽtans eũ, ergo debebat esse sapiẽs, qui loqueretẽ, & satis verisimile est, ꝙ esset qui inter eos sapientissimus putaretẽ. Tertio, vt magis absconderetẽ intẽtio Pharisęorũ, agebãt. n. tẽtatorie, & innuere volebãt, ꝙ non malo, sed bono animo interrogarent, ideo debuit istam quæstionem proponere aliquis, de quo verisimiliter potest credi, ꝙ ad vtilitatem propriam, vel eruditionẽ quæreret hoc.

C Et quia quilibet circa artem, & professionem suam vult proficere, conueniens erat, ꝙ doctor legis quæreret de aliquibus magnis dubijs legis, vt a Christo instrueretur, qui opinatissimus in sapientia habebatur. Si autem aliquis, qui non esset illius professionis hoc quæreret, non careret suspitione.

Quomodo dicitur, quòd iste Pharisæus erat tentans Christum, cum non tentatorie quærat. Quæst. CCLVII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd iste Pharisæus erat tentans Christum, quia non videtur, quòd tentatorie, sed bono animo egerit. Primo, quia Marc. non expri-

D mit tentatorem fuisse, sed ait: Accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquerentes.

Secundo, quia videtur, quòd animo addiscẽdi egerit, scilicet videns, quòd Christus sapienter responderat Sadducæis putauit, quòd etiam sibi sapienter responderet. Nã dicitur Mar. 12. c. accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquerentes, & videns, quòd bene illis respondit interrogauit eum, &c. ergo non animo tentandi.

Tertio patet, quia iste si tentatorie, & maligne interrogaret, etiam si videret Christum bene respondẽtem, non faueret ei, sed conaretur redarguere, & tamen ipse laudauit Christi responsum Mar. 12. c. scilicet, & ait illi scriba: Magister bene in veritate di-

E xisti.

Quarto, quia Christus laudauit istum interrogantem, tamen non laudaret, sed potius increparet, si tentatorie ageret, sicut supra in litera dixit Pharisæis quęrentibus, an tributum reddendum esset, quid me tentatis hypocritæ? istum autem non obiurgauit, sed potius laudauit, Marc. 12. capitulo. s. Iesus videns, quòd respondisset sapienter, dixit illi. Non longe es a regno Dei.

Dicendum, quòd iste tentans erat, cum Matthęus asserat hic fuisse tentantem. Sed potest tentatio accipi dupliciter. Vno modo tentare, idest experimentum accipere velle de re incognita.

Alio modo tentare. i. conari ad deducẽdum illum in metam aliquam, vel in aliquod inconueniens. Pri-

ma tentatio est humana, quia prouenit ex ignorantia & non est multum culpabilis, immo interdum est sine culpa. Secunda semper est mala, & diabolica, quia hoc modo diabolus tentat, scilicet intendens ad malum deducere. Poterat autem primo modo tentare iste scriba, & accipiendo isto modo, facile est soluere opposita, scilicet quòd animo addiscendi egerit, & tẽtando, scilicet querendo, an Christus esset sufficiens ad respondendum. Etiam sic bene ipse poterat laudare responsionem Christi, quia cum ipse nullum liuorem habuisset contra eum, sed solum desiderium experiendi illius sapientiam, cognito ꝙ sapienter respõderet laudaret eius dicta, & consequenter Christus ipsum laudaret, & quia in tali tentatione, vel nulla, vel leuis culpa erat, vtpote si ille Phariseus ante hoc non expertus fuerat sapientiam Christi.

Aliter potest dici, quòd ista tentatio erat maliuola ad nocendum Christo qualis est diabolica tentatio, & tamen postea penituit istum Pharisæum de illa tentatione, & bono animo se habuit ad Christũ, De vtroque loquitur Augusti. lib. de concor. Euangel. s. Non moueat autem, quòd Matthæus hic dicit tentantem fuisse, a quo dominus interrogatus est: Marcus autẽ hoc tacet, & in fine ita concludit, quòd ei Dominus sapienter respondenti dixerit. Non longe es a regno Dei. Fieri enim potest, vt quamuis tentans accesserit, Domini tamen responsione correctus sit, aut certe ipsam tentationem non accipiamus malam, tanquã volentis decipere inimicum, sed potius tanquam volentis experiri amplius ignotum: neque. n. frustra scriptum est. Qui facile credit leuis est corde.

Sed dicendum, quòd secunda positio tentationis est melior, si enim solus ille quærens accessisset ad Christum, & diceretur tentans, poterat credi ex verbis Marci 12. capitulo, quòd bono animo tentaret, quia tamen dicitur, quòd conuenerunt omnes Pharisæi in vnum, oportet intelligi, quòd malo animo tentare voluerint.

Secundo patet, quia quandocunque in superioribus Pharisæi tentabant Christum, malo animo tentabant, sicut dicitur supra, quòd consilium inierunt, vt caperent eum in sermone. Et tunc tentauerunt, & tentatio ista fuit ad tradendum ei mortem, vt dicitur Luc. vigesimo capitulo, scilicet, vt caperent eum in sermone, & traderent principatui, & potestati præsidis.

Tertio patet, quia hoc doctores sacri asserunt. Dicit enim Hieronymus, quia supra in ostensione denarij Pharisæi fuerant confutati, & aduersæ partis viderant factionem subrutam, debuerunt exemplo moneri, ne vltra molirentur insidias, sed maleuolentia, & liuor nutrit impudentiam. Et ita innuit, quòd etiã nunc moliti sunt insidias, sicut alijs vicibus, & quòd ex maleuolentia, & liuore egerunt, & tamẽ tentatio procedens ex liuore ad malum est, scilicet ad nocendum proximo, ergo malo animo tentabant.

Item Chrysost. dicit venerunt in vnum Pharisei, vt multitudine vincerent quem ratione superare nõ poterant. Sed qui venit, vt vincat per solam multitudinem, vel alteri malum inferre, & indebite, male agũt, ergo malo animo tentabant. Origenes quoque increpans tentatores, dicit: Omnem qui non discendi, sed tentandi causa interrogat estimare debemus illius Pharisei fratrem. Et sic illum Pharisæum obiurgat, quod non taceret, nisi presupponeret, quòd malo animo tentauerit.

Sed tunc dicendum, quòd iste Phariseus a principio tentabat malo animo, sed postea visa responsione Christi vera, cui nemo poterat obuiare, & quòd bono animo Christus ei responderit compunctus cor-

F de, quòd animo tentandi venerit cepit esse beneuolus ad Christum, & laudauit eius responsionẽ, & non curauit calumniose resistere dictis eius, sicut a principio proposuerat ipse, & alij Pharisæi, qui cum eo veniebant. Sic enim aliquando fiebat circa Christum, ipse enim erat dominus cordis humani, & aliquos, q malo animo ad eum se habebant conuertebat ad meliorem effectum. Sic patet Ioann. 7. cap. vbi dicitur, quòd principes, & Pharisei miserunt ministros, vt apprehenderent Christum. Illi hoc animo ad eum iuerunt, sed audientes prædicationem eius, penituerunt de malo concepto, & nihil facientes, redierunt ad principes, qui cum quæreretur ab eis, quare non adduxerunt Christum, responderunt. Nunquam sic
G locutus est homo, idest quòd taliter loquitur, & videtur esse a Deo, non ausi fuimus mittere manum in eum.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd non valet argumentum per locum ab auctoritate negatiue, licet enim Marcus tacuerit, quòd venerit animo tentandi iste Phariseus, quia tamen Mattheus illud non tacuit credendum est, quòd fuit, quia Mattheus illud expressit, alioquin quia Luc. & Ioa. nihil tetigerunt de questione ista de magno mandato dici deberet, ꝙ non fuisset, quod absurdum est.

Ad secundũ dici poterat vno modo, scilicet, quòd tentauit non ad nocendum, sed ad experiendum, & tunc bene stat, quòd egerit animo addiscendi, s. quia
H nondum expertus fuerat ille quantũ Christus posset in sapientia, & quia nunc vidit eum bene respõdentem concepit aliqualem suspitionem, ꝙ respondere posset, quia tamen non expertus fuerat tam plene, tẽtare voluit, & interrogauit.

Sed quia dictum est supra, quòd maligna fuerit ista tentatio, est dicendum, quòd iste tentauit, eo ꝙ vidit Christum bene respondentẽ, ac si dicatur, quòd Pharisei (vt Hieron. dicit) licet essent inimici in tentando tamen Christum conueniebant cum Sadduceis, & ideo expectabant finem disputationis, & cupiebant, quòd Sadducæi superarent Christum, & si illi superatent non oportebat, quòd Pharisei vltra arguerent, quia tamen Christus bene respondit, ita vt non possent Sadducæi, quicquam obiicere oportebat, quòd
I Pharisei rursus arguerent contra Christum, vel maneret ipse victor omnium, & ista causa tentandi nũc Christum fuit, quia bene respondit, si autem male respondisset, maneret adhuc argumentum Sadducæorum, & nec oportebat, quòd Pharisæi rursus tentantes interrogarent.

Ad tertium dicendum, quòd a principio talis erat animus istius Pharisei tentatoris, scilicet, ꝙ redargueret Christum qualitercunque ille responderet, & tamen postea compunctus corde videns illius responsionem bonam, laudauit eam.

Ad quartum dicendũ, ꝙ Christus laudauit interrogãtem, quia tunc qñ eum laudauit, vere erat lauda
K bilis, licet a principio non esset laudabilis, erat enim a principio tentator, & si talis permansisset non responderet ei Christus, vel non laudart eum, postea tamen compunctus est, & beneuolus ad Christum effectus, & laudauit Christi responsionem, ideo conueniens erat, quòd Christus eum laudaret. Etiam quia Christ' laudando eum confirmabat propria dicta, nam Pharisæus dixerat, quòd Christus bene responderat, & repetiuit dicta Christi, ideo conuenienter Christus eius dicta laudauit, quia sibi ipsi fauebat.

Quare

Quare iste Pharisæus vocauit Christum magistrum. Quæst. CCLVIII.

QVAERETVR quare iste Phariseus vocauit Christum magistrum.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc dixit irrisorie, sicut aliqui percutientes eũ dicebant. Aue rex Iudæorum, & alij dicebant. Aue rabbi infra 27.c. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia si irrisorie loquerentur, oportebat, ꝙ hoc ex verbis, vel ex modo loquendi ostenderent, & tũc tolleretur occasio tentandi, quia Christus sentiens se irrideri nollet respondere irrisoribus.

Alij dicunt, ꝙ vocauerunt magistrum adulatorie, vt sic alliceretur ad eis respondendum, & haberet locum tentatio. Ista positio est conueniens. primo, quia sic soliti erant facere Pharisęi, nam supra in litera, quando eum tentauerunt dixerunt adulatorie: Magister scimus, quia verax ex, & verbum Dei in veritate doces. Secundo, ꝙ ita tenet Origenes, dicens: Tentãs dicebat magister, quoniam non, tanquam discipulus Christi proferebat hanc vocem. Siquis ergo aliquid non discit a verbo, neque tradit se ei toto corde, dicit autem ei. Aue magister, fratrer est Pharisæi Christum tentantis.

Aliter potest dici, ꝙ vocauit eum magistum nõ ex aliqua causa speciali, sed quia oẽs eũ vocabant magistrum, nam tam Pharisęi, ꝗ Sadducęi ac discipuli cęteriq; vocabant eum magistrum, & ipsemet sic se vocari faciebat. De Pharisęis patet, quia sic dixerunt supra: Magister scimus, quia verax es. De Sadducæis patet supra in litera. Nam interrogauerunt eũ dicentes. Magister Moyses dixit, &c. Et Scribę eum, sic vocabant supra 4.c.f. Magister sequar te quocunque ieris. Et etiã alii populares supra 19.c. vbi quidam adolescens accessit ad eum, & dixit. Magister bone quid faciendo vitam ęternam possidebo? Discipuli etiam sic vocabant Ioan. 13.c.f. Vos vocatis me Magister, & Domine. Etiam ipse iubebat, sic vocari infra 26. Lucę 22.c. ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magister dicit, &c. Etiam ipse fauebat sic eum vocantibus, Ioan. 13.c.f. Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Et omnes populares, sic vocabant eum Mar.5.c.f. Adhuc eo loquente veniunt ad archisynagogum, dicentes, quia filia tua mortua est, quid vltra vexas magistrum?

Causa autem quare omnes vocabant eum magistrum, erat, quia omnes docebat, & nullum aliud officium habebat, nisi docere omnes. Etiam quia Magister, siue Rabbi apud Hebræos erat nomẽ magni honoris. Quod patet, quia propter istum honorem cupiebant Pharisæi istud nomen sequenti c.f. amant vocari ab hominibus Rabbi. Et ideo, vt deferrent honorem magnum Christo, quo dignus videbatur, vocabant eum omnes magistrum. Et quia sic illum vocabat totus populus, etiã iste Pharisæus vocauit eũ sic.

Quomodo dicit Matthæus, quòd quæsierit, quod esset magnum mandatum, quia Mar. dicit, quòd quæsiuit de primo mandato. Quæst. CCLIX.

QVAERETVR quomodo dicit hic Matth. ꝙ iste Pharisæus quæsierit a Christo, quod esset magnum mandatum, quia Mar.12.c. dicitur, ꝙ quæsiuit, quod esset primum mandatum omnium, & sępe iteratur hoc. Nam statim additur. Iesus autem respondit ei, quòd primum omnium mandatum est. Audi Israel, &c. & enerrato illo concluditur, hoc est primũ mandatum.

Dici potest primo modo, quòd primus, & magnus idem sunt, quia primus dicit præcessionem quandam A non solum temporis, sed etiam dignitatis, & inde vocantur primates illi, qui præcellunt alios episcopos honore, & dignitate, & etiam deriuantur primitię, i. res meliores, & electę. Sic accipit Exo.25.c. vbi iussit Deꝰ Israelitis offerre primitias de auro, & argẽto purpura, & hyacintho coccoque bis tincto, & pilis caprarum, sed in istis non accipitur primitia, sicut in fructibus a primitate temporis, sed vocantur primitię partes illę, quæ magis electæ sunt, & meliores. Sic autem primum mandatum est, quod cæteris dignius est, & hoc vocatur magnum. Et ideo vbi dicit Matthæus magnum, dixit Marcus primum.

Secundo potest dici, quòd ille Pharisæus interrogando vtrunque dixit, quod est primum, scilicet & B magnum mandatum. Matthæus autem subticuit hic primum, quod expressit Mar. & tacuit Marcus magnum, quod expresse dixit Matthæus. Iste modus est conuenieotior, quia licet hic tacuit in principio Matthæus primũ in verbis Pharisæi, tamẽ in verbis Christi expressit illud, scilicet hoc est maximum, & primũ mandatum. Et tamen non diceret Christus sic, nisi Pharisæus sic quæreret, quia respõsio debet formari iuxta modum petitionis.

Item patet, quia Marc.12.c. licet a principio solum dicatur de primo mandato, postea expressum est de magno, quando Christus conclusit maius horũ aliud mandatum non est. Et etiam in responsione Pharisęi ad Christum dicitur ibi, maius est omnibus holocau- C stomatibus, & sacrificijs.

Quomodo dixit. Magnum mandatum. Quæst. CCLX.

QVAERETVR quomodo dixit magnũ mãdatum, nam magnum mandatum non est vnicum.

Dicendum, ꝙ nõ accipitur magnũ proprie, sed magnum. i. maximũ. Nam aliàs quęstio nulla esset, quia illud, de quo quæritur hic, vnum erat tãtum, quia aliàs non posset designari si multis conueniret, & tamen, qui quæsiuit dicẽs, quod est de aliquo determinato quæsiuit. Secundo, quia certũ est, quòd D quodlibet mandatum Dei magnum est, nullũ enim est paruum, cum nullum sit contemptibile, sed cum omnia magna sint aliquod est maximum. Tertio patet, quia Christus respondens ad hoc dixit: Hoc est maximum, & primum mandatum, ergo qui quærebat de maximo, & non de magno quærebat.

Dicendum ergo, ꝙ accipitur hic positiuus pro superlatiuo, sicut interdum accipitur superlatiuus pro positiuo, de primo patet ex dictis, cum ponatur magnum, idest maximum. De secũdo patet, quia primo Paralip.12. vocantur omnes bellatores viri fortissimi. Nam dicitur, ꝙ de tribu Ephraim fuerunt cum Dauid vigintimillia octingenti, & omnes istos dixit viros robustissimos, & tamen nõ poterant omnes esse ro- E bustissimi proprie, neq; etiã valde robusti, quia inter tot aliquis esset, qui non esset valde robustus. Accipitur ergo pro positiuo, scilicet robusti erant. Et iste modus est frequentatus valde in veteri testamento.

In quo tentabat Christum iste Pharisæus, & ex hac tentatione quid deducere intendebat. Quæst. CCLXI.

QVAERETVR, cum dicatur in litera, quòd iste Pharisæus tentabat Christum in quo tentabat, & quid intendebat deducere ex hac tentatione.

Aliqui dicunt, quòd ex ista tentatione nihil intendebat

debat deducere, nisi experientiam, volebat enim certum experimētum habere de sapientia Christi quærēdo de hoc dubio, quòd magnū erat apud Iudæos. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia vt ostensum est supra q.257. ista tentatio erat maligna, & ideo oportebat, quòd aliquod nocumentum intenderet inferre. Et tamen dicendum, ꝙ non est hic tale nocumentum, sicut quando tentauerunt eum super tributo reddendo. Nam tunc intendebant eum tradere morti tradendo potestati pręsidis Luc.20.c. ista autem quæstio nō erat talis conditionis, ꝙ deduceret ad tale inconueniens, ideo dicebat, ꝙ volebat Pharisæus capere Christum in sermone, scilicet ratione eum superare, vel videri superare, vt posset aliqua ignominia fieri Christo, quia si in ratione succumberet poterat dici, quòd omnia, quæ prædicabat falsa erant, & auerteret ab eo populum, quod ille intendebat.

Quare Pharisæus quæsiuit specialiter de hoc dubio. Quæst. CCLXII.

QVAERETVR quare iste Pharisæus quæsiuit specialiter de hoc, scilicet quod erat magnum mandatum in lege.

Dici potest primo, ꝙ hoc fuit, quia iste volebat Christum tentare, & inducere ad inconueniens redarguendo eum. Ad hoc autē necessaria erat magna quæstio, quia in rebus leuibus facile erat respondere sine redargutione: talis autem erat ista quæstio, ideo istam proposuit.

Secūdo fuit, quia ista quæstio erat communis omnibus doctoribus legis, & erant in ea diuersę opiniones, quæ colorem aliquē habebāt, & quidquid Christus responderet haberet statim Pharisęus opinionē contrariam, ex qua posset contra eum verisimiliter arguere, & colorate.

Tertio fuit, quia iste erat modus conueniens ad occultandum tentationem. Nam si appareret, ꝙ ad tentandum fiebat, forte Christus nollet respondere, vel ipsi timerent, ꝙ nollet respondere, si autem quæstio proponeretur, quæ non faceret ad propositum quærentis, esset suspitio contra eum, ꝙ tentatorie faceret, ideo proposuit, id quod ad propositum suum erat. Ipse enim erat legis doctor, vt in litera dicitur, ideo cōuenienter proposuit quæstionem de lege, sicut dicit Hier. quòd hęc quæstio omnibus peritis communis erat. Quarto potest dici, ꝙ fuit, quia ista quæstio fuit multum vsitata inter antiquos Hebræos, & nondum erat per aliquem sufficienter declarata, ideo quæsiuit de ea nūc Pharisęus. Sic dicit Origenes. cum ante aduentum Saluatoris legeretur lex, forsitā quærebatur, quod est mandatum magnum in ea, neque enim interrogasset hoc Pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quæsitum fuisset, & non inuentum donec veniens Iesus hoc doceret. Causa autē, quare non inueniebatur veritas erat multitudo præceptorum in diuersis libris legis, sic dicit Hiero. Quæ est hęc quæstio problematis, quod est commune omnibus peritis in lege, nisi ꝙ diuersa in Exo. & Leui. & Deute. ordinantur mandata, & ideo erant varię positiones, quæ durabāt vsque ad Christum. Et iste Pharisæus tenebat illam, quæ vera erat, quam Christus approbauit. Sic dicit Beda. grauem sæpe inter Scribas, & Pharisæos ostēdit quæstionem esse versatam, quod esset mādatum primū, siue maximum in lege, quibusdam videlicet hostias, & sacrificia laudantibus, alijs vero fidei, & dilectionis opera præferentibus, eo quòd plurimi patrum ante legem ex fide tantum, quæ per dilectionem operatur placerent Deo. In hac sententia se fuisse scriba iste declarauit.

F Quinto fuit, quia ista quæstio erat multum apta ad calumniandum respondentem. Nam quærebatur de magno mandato, & ex hoc erat occasio præferendo quædam aliis dicere aliqua esse parua mandata, quod erat inconueniens. Sic dicit Hiero. non de mandatis interrogat, sed quod sit magnum primumque mandatum, vt cum omnia, quæ Deus mandauerit magna sint, quidquid ille responderit occasionem habeat calumniandi. Sed istum Pharisæum increpat Chrysost. quia de magno mandato quæsiuit, dicens. De magno mandato interrogat, qui neque minimum obseruabat, ille debet interrogare de maiore iustitia, qui iam minorem compleuit.

G *Cum Pharisæus tentatorie Christum interrogāsset, quare respondit ei Christus. Quæst. CCLXIII.*

QVAERETVR cum iste Pharisæus tentatorie Christum interrogasset, quare respōdit ei Christus, nam tentantes non merentur responsum, neque solet eis respondere, sic patet præcedenti c. cum principes sacerdotum, & Scribę interrogauerunt tentantes Christum, in qua potestate faceret hęc, & noluit eis respondere. Dicendum ꝙ Christus semper rn̄dit omnibus quærentibus, siue tentatorie, siue quomodocunque petant ne videatur ignorans facere. Sed differt, quia eis, qui quærunt bono animo, respondet H Christus plane circa id, quod quærunt satisfaciendo intentioni eorum. Si autem tentatorie agunt, aut id, super quo eum tentant est tale, quod oporteat taceri, siue non fieri, aut aliquid, quod potest dici, & fieri. Si primo modo respondet Christus ostendendo, quòd non potest fieri, quod petit, vel responderi ad id, quod quæritur. De primo, quando petebant Iudæi a Christo signum de cęlo supra 12.c. & ipse dixit, ꝙ generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetę. Etiam iterum dixerunt, ꝙ volebant videre signum de cęlo a Christo, & ille ait hypocritę faciem cęli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis supra 16.c. & ibi etiam conclusit, ꝙ non daretur eis signum, nisi Ionę prophetę. De secundo, scilicet de respondendo ad I id, quod quæritur, patet præcedenti c. nam quæsiuerunt illi, in qua potestate Christus hęc faceret, & ipse respondit, interrogabo ego vos aliam quæstionem, &c. & quia illi respondere nescierunt, dixit ille, quòd etiam non responderet ipse, scilicet determinate, id quod volebāt. Non enim expediebat Christo respōdere in illa quæstione, neque etiam signum de cœlo ostendere, vt declaratum est supra 12. & 16. & præcedenti c. Si autem id, super quo fit tentatio est tale, in quo aliquid responderi possit, aut tentatores sunt maligni, scilicet ad nocendum tentantes, aut vani, scilicet solum ad habendum aliquam gloriam ipsius. Si primo modo responderet Christus conuincens eos circa materiam, & tamen non aperit eis id, de quo quæ- K runt iuxta intentionem ipsorum, sicut fuit supra in litera, cum Pharisæi quæsierunt, an liceret dari censum Cęsari. Nam petebant hac intentione, vt deducerent Christum ad dicendum, ꝙ non erat reddendus census, & traderent Christum potestati præsidis, scilicet vt eum interficeret: Luc.20.c. ideo Christus respondit ad quæstionem, sed non aperte, dicens esse reddēdum, vel non reddendum, quia ex vtraque parte inferre volebant illi inconueniens. Sed respondit generaliter, dicēs, danda Deo, quæ sunt Dei, & Cęsari, quę sunt Cęsaris, & tamen, si illi non fuissent maligni interrogatores, respondisset eis plane, reddendum esse, vel non, tributum.

Sed circa hoc differt, quia aut malignus interroga-

tor perseuerat in liuore, aut dolet, & conuertitur ab iniquitate, si perseuerat, fit, vt dictum est, si autem pœnitet, respondetur ei clare. Sic fuit in isto Pharisæo, quia principio fuit tentator malignus, & postea doluit de hoc, vt dictum est supra, & ideo Christus ei clare respondit, immo, & laudauit postea dicta Pharisæi, dicens, non longe es a regno Dei: Mar. 12. c. Si autem tẽtator est vanus, scilicet quærens sibiipsi laudẽ, & non intendens inferre Christo aliquod malum, respondetur ei. Et tamen malum stat dupliciter, aliquãdo accipitur malum pro nocumento corporali: Aliquando pro quocunque, quod homo nollet sustinere, s. ꝙ alius ratione superet eum, aut vincat, dato ꝙ inde nullum malum aliud sequatur. Accipiendo primo modo nõ respondet Christus aperte, licet in materia respondeat, sicut patet de Phariseis quærentibus de tributo. Aliquando tentans solum vult superare Christum ratione ad inferendum sibi hanc ignominiam, vel quærendum sibi inde magnam gloriam, & tunc Christus respondet directe ad quæstionem, quia non est periculosum respondere, & tamen non ad intentionem quærentis, scilicet non taliter qualiter intendebat quærens, vt nullum honorem, vel gloriam consequatur inde, sicut fuit in quæstione Sadducęorum. Nam illi tentantes accesserunt supra in litera, vt ratione superarent Christum, factum est autẽ potius è contrario, quia Christus eos conuicit, ita vt erubescerent. Aliquando autem tentans solum vult sibiipsi aliquam gloriam, licet non intendat superare Christum, neque ponere eum in aliqua ignominia, & talibus respondet Christus directe, & audit verba eorũ. Sic patet Luc. 10. c. scilicet. Et ecce quidã legisperitus tentans eum, & dicens. Magister quid faciendo vitam ęternam possidebo? & postquam respõdisset ei Christus, & ille Christo, subditur, ꝙ ille volens seipsum iustificare, dixit. Et quis est meus proximus? velle se iustificare erat velle se iustum ostendere, & capere gloriam aliquam inanem, & tamen Christus respondit ei directe ad quæstionem, scilicet quis esset proximus. Nunc vero iste Phariseus tentans quæsiuit, & postea pœnituit de tentatione ante finitam disputationem. Etiam quærebat de re, cuius responsio non erat periculosa Christo, & ita ipse respondit directe ad quæsitum.

An lex vetus habeat plura mandata, vel vnicum. Quæst. CCLXIIII.

QVAERETVR cum hic quæratur de magno mandato legis, in quo innui videtur, ꝙ multa mandata sint, an lex vetus habeat multa mandata, vel vnicum. Aliqui dicunt, quòd vnicũ, quia lex nil aliud est, quam præceptum, sed lex vetus est vna, ergo vnũ tantum præceptum est in ea. Secũdo, quia dicit Apostolus ad Ro. 13. c. scilicet si quod aliud mandatum ex hoc verbo restauratur, diliges proximum tuũ, sicut teipsum, sed illud est vnum mandatum, ergo lex vetus non continet, nisi vnum mandatum. Tertio, quia supra 7. c. dicitur, quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, hęc eadem vos facite illis, hoc enim lex, & prophetę dicunt. Sed tota lex vetus continetur in lege, & prophetis, ergo vnicum mandatum est totius legis. Dicendum autem, ꝙ lex vetus nulla præcepta continet, dicit enim Apostolus ad Ephe. 2. c. legem mandatorum decretis euacuans, & loquitur de lege veteri. Item manifeste apparet, quòd multa sint, quæ in multis libris traduntur, scilicet Exod. Leui. Nume. Deut. & de varijs rebus sunt, ideo non potest esse vnicum præceptum. Item quia Deus sępe vocat ea præcepta pluraliter, vt Deut. 30. c. scilicet si audieris vocẽ

A domini, & custodieris præcepta eius, & cæremonias. Causa autem huius multitudinis est, quia cum pręceptum legis sit obligatorium, est de aliquo, quod fieri debet, quòd autem fieri debeat hoc prouenit ex necessitate alicuius finis, & ita manifestum est, quòd de ratione præcepti est, quòd importet ordinem ad finẽ inquantum, scilicet illud, quod præcipit est necessarium, aut conueniens ad finem, contingit autem ad eundem finem multa necessaria, vel expedientia, & secundum hoc possunt de diuersis rebus dari præcepta, inquantum ordinantur ad vnum finem. Et ita omnia præcepta eiusdem legis possunt dici vnũ præceptum, inquantum ordinantur ad vnum finem proximum eiusdem legis, sunt tamen diuersa secundum

B multitudinem eorum, quæ ordinantur ad illum finẽ. Hoc enim modo tam lex vetus, quam noua, & quęlibet legislatio vnicum præceptum habet, & multa, quia oportet, ꝙ quælibet legislatio habeat vnum proximum, & determinatum finem, & quia homines ad illum finem peruenire debent, & peruentio non est à fortuna, sed secundum actum rationis, oportet, quòd sit regula aliqua dirigens ad veniendum. Ista autem regula vna est ex vnitate finis, ad quem peruenitur, quia tamen per multa media veniendum est, & in quolibet ordinate agendum est, oportet de quolibet esse regulam, & sic multiplicantur regulę, vel præcepta, licet vnus maneat finis præceptorum, Et iste modus vnius, & multorum præceptorum tam in lege noua,

C quam in veteri inuenitur. De noua patet, quia Ioan. 15. c. dicitur, hoc est pręceptum meum, vt diligatis inuicem. Et ita dixit. Hoc est præceptum meum, quasi nullum aliud præceptum dedisset, multa tamen dederat, ideo oportet, ꝙ voluerit omnia esse vnum, siue in vnitate finis, siue radicis, vt Grego. dicit. Et vere omnia vnum sunt vnitate finis præcepti, idest charitatis, quia finis legis est charitas. Tim. 1. c. Et sic omnia vnum sunt, inquantum ad finem dilectionis tendunt, sed multa sunt per operis diuersitatem. Sic dicit Grego. in homilia, cum cũcta sacra eloquia plena sint dominicis præceptis, quid est, quod de sola dilectione quasi de singulari, idest de solo mandato dominus dicit. Hoc est præceptum meum? nisi quia omne mã-

D datum de sola dilectione est, & omnia vnum præceptum sunt, quia quidquid præcipitur, in sola charitate radicatur, præcepta ergo dominica, & multa sunt, & vnum, multa per diuersitatem operis, sed vnum in radice dilectionis.

Ita etiam in veteri testamento dicunt eẽ multa mãdata eiusdem legis, & etiam tota lex vnum mandatũ est ex eadẽ ratione, & vtrunque posuit Moyses Deut. 30. c. scilicet. Si audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta, & cæremonias, quæ hac lege scripta sunt. ecce vnam legem, & multa mandata. Et statim sequitur, ꝙ sit tota lex vnicum mãdatum, scilicet mãdatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie non est supra te, neque procul positum, neque in cęlo situm,

E & c. & tamen non loquitur ibi Moyses de aliquo vno mandato, sed de tota lege, quam dederat ostendens eam non esse difficilem ad custodiendum, ergo tota lex erat vnum mãdatum, & per illa eadem verba oñdit Paulus ad Ro. 10. c. facilem esse obseruationẽ noui testamenti. Ex hoc autem sequitur, ꝙ habeat locũ quæstio legisperiti, scilicet quod est magnum mãdatum, quia cum multa sint ex diuersitate operis, vnum erit maius alijs. Et de hoc ille quęrebat.

Ad primum dicendum, quod lex vetus est vna, idest vna legislatio, quæ vna dicitur secũdum ordinẽ ad vnum finem, & tamen continet diuersa præcepta secundum distinctionem eorum, quæ sunt in finem. Sicut etiã ars ędificatiua est vna vnitate finis, quia tẽ-

dit

dit ad ędificationem domus, continet tamen diuersa instrumenta secundum actus varios, quæ ordinantur ad illum finem.

Ad secundum dicendum, ꝙ omnia sunt vnũ præceptum vnitate finis, sic enim Apostolus dicit 2. Timo. 1. scilicet. Finis præcepti charitas est, ad hoc enim tendit omnis lex, quæ ordinata est, & non est apostediasmenos, idest ratione deficiens, vt dicitur 5. Ethi. & non sola lex noua, & vetus, scilicet vt constituat amicitiam, vel hominum adinuicem, vel hominũ, & Dei. Et ita Arist. 8. Ethico. dicit, ꝙ legislator magis procurat ciues amicos reddere, quã iustos, & ideo tota lex, & omnis lex impletur in hoc mandato: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, sicut in fine mandatorũ omnium. In dilectione autẽ intelligitur dilectio Dei cum proximus propter Deum diligatur, & ideo Apostolus pro vno præcepto posuit dilectionem Dei, & proximi, dicens, quòd omne præceptum instauratur in hoc. Et ad Gala. 5. c. dixit: Qui proximum diligit, impleuit legem.

Ad tertium dicendum, quòd sicut mandatum de dilectione est vnum in quo omnia sunt vnitate finis, ita mandatum continens generaliter modum dilectionis est vnum, & continet simpliciter omnia mandata per quãdam inclusionem, & collectionem omnium modorum perueniẽdi ad illum finem. Et ideo sicut istud præceptum diliges proximum, est omnia præcepta vnitate finis, quia ad hunc finem omnia ordinantur, ita & hoc præceptum: Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, continet omnia præcepta inquantum sub quadam generalitate ostendit omnes modos se habendi ad proximum in diligendo eum, scilicet ꝙ faciat ei illa, quæ sibiipsi facit, vel fieri vult. Et hoc, quia vt dicit Aristo. 9. Ethicorum amicabilia, quæ ad alterum perueniunt ex amicabilibus, quæ ad seipsum.

Præcepta multa in lege veteri, de quibus erant, & quomodo distinguuntur. Quæst. CCLXV.

QVAERETVR cum in lege veteri sint multa pręcepta, de quibus sunt, vel quomodo distinguũtur. Dicendum ꝙ licet ista sit satis longa inuestigatio tamen nunc non intendimus eam prosequi, sed breuem, & communem ponemus distinctionem. Omnia enim mandata, & prohibitiones veteris testamenti tam legis, quam prophetarum distinguũtur in tres species, quædam enim sunt moralia, quædam cęremonialia, quædam iudicialia. Moralia vocamus Decalogum. Cæremonialia sunt, quæ in cultu Dej dirigunt. Iudicialia vero, quæ ad dirimenda foralia negocia, & contractus humanos regulandos dicta sunt.

Sed dicetur, quomodo vocantur aliqua præcepta moralia, & alia non, quia moralia a moribus dirigendis dicuntur, sed nulla præcepta sunt, quæ mores non dirigant cum de hoc solo omnia sint, ergo non conuenienter vocantur quędam moralia.

Dicendum, quod accipiendo mores humanos id, a quo moralem virtutem dicimus, omnia præcepta vocantur moralia, sed possunt vocari moralia dupliciter aliqua, & non omnia. primo, quia omne præceptum secundum se est morale, & ideo, sicut se habet aliquid ad esse præceptum, ita se habet ad esse morale, sed quædam sunt præcepta per se, quædam vero non per se, sed inquantum sunt illorum determinationes. Ideo primis competit esse per se moralia, secundis autem non. Ideo prima vocantur moralia per excellentiam, sicut vocantur præcepta per excellentiam, sicut est in proposito, quod quædam sunt, quæ præcepta sunt per se, & regulatiua morum, alia vero

F sunt solum præcepta inquantum sunt determinationes primorum præceptorum, quæ si per se intelligerentur, nulla alia præcepta essent, ideo illa sola per excellentiam vocamus præcepta moralia, alia vero alijs nominibus vocantur.

Secundo vocamus aliqua moralia, & non omnia, scilicet quia quædam vbique sunt ad dirigendos mores, & etiam si a nobis non instituantut competit ex eis ex dictamine rationis, ꝙ sint directiua morum, & istam vim habent vbique, talia autem dicimus de iure naturali. Alia autem sunt ad regulandos mores, quia sic instituuntur, & si non instituerentur nullam vim ad hoc haberent. Ideo ista non vocamus præcepta moralia, sed determinationes moralium, & vocamus illa alijs nominibus, scilicet cęremonialia, & iu-
G dicialia. Ista autem moralia sunt, quæ in Decalogo cõtinentur, & similia, quæ aliquando habentur tam in lege, quam in prophetis, quæ etiam sine aliqua institutione humana ex ipso naturali dictamine rationis habent, ꝙ obligent. Cęremonialia sunt pręcepta, quæ dirigunt hominem in cultum Dei, & sunt quædã determinationes cultus. Cęremonia enim ipse diuinus cultus est, cęremonialia autem sunt, quæ nos in colẽdo determinant, & dirigunt, sicut est de modis oblationum, & sacrificiorum, & de ritu, qui tenendus est circa ipsa animalia cuiuslibet sacrificij, & oblatio thuris, & compositio lucernarum, & compositio vestiũ sacerdotalium. Et non solum hęc, quæ immediate
H sunt ad Deum, & impenduntur ei sunt cęremonialia, sed etiam ea, quæ disponunt homines, vt apti sint ad Deum colendum, & ita est, quòd homines non vescantur carnibus, quas lex immundas iudicat, etiam caueant ab immũditijs tactus, vt nõ tangant leprosum, neque fluentem semine, neque mulierem fluẽtem sanguine, aut menstruatam, & omnes modi purificationum, & lotionum, vt purificatio a lepra, & fluxu, & contaminatione, & multa huiusmodi, quæ homines reddebant mundiores corporaliter respectu Dei. Et ita erant aptiores ad cultũ eius. Et de his multa sunt tam in Exodo, quam Leuitico, Numeris, & Deute. Iudicialia autem vocantur quędam præcepta, quæ sunt determinatiua habitudinis hominis ad ho-
I minem ad seruãdum iustitiam, ne vnus alteri noceat, quod in generali dicunt præcepta Decalogi, sed quia oportebat ista specificari, ne sit error in applicatione circa particularia, vltra commune præceptum morale, vel naturale de bene se habendo ad proximũ, data sunt multa præcepta, tam de modo communicandi hominum inter se, quam de pęnis eorum, qui peccarent in conuersatione ad proximum, & vocantur iudicialia, quia executio illarum legum quantum ad pęnas pertinebat ad solos iudices. Etiam quia generaliter instruebantur iudices per illa præcepta ad reddẽdum iura partibus tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Et hoc etiam supposito manet clara causa interrogandi, scilicet erant non solum multa præcepta,
K sed etiam multi modi præceptorum, ideo non inuste quærebatur, quod erat magnum mandatum in lege.

An præcepta cæremonialia moralia iudicialia sint in lege Christi, sicut erant in veteri. Quæst. CCLXVI.

SED quæretur an talis distinctio præceptorum sit in lege Christi.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia quodcunque præceptum est vltra moralia, est cęremoniale, aut iudiciale, & tamen sunt aliqua in lege Christi talia. Nam moralia vocamus Decalogum, & tamen vltra

tra Decalogum multa sunt, vt vendere omnia, & dare pauperibus, & si quis te percusserit in vna maxilla, &c.& qui angariauerit te mille passus, &c. supra 5.c. & 19. ista enim non pertinent ad Decalogum, ergo sunt cęremonialia, vel iudicialia.

Dicendum, quòd verum est, q omne præceptum præter moralia est cęremoniale, aut iudiciale, & tamē in lege Christi nullum tale est. Et cum obijcitur de prædictis. Dicendū, q ista non sunt præcepta, sed cōsilia, q a non obligātur homines absolute, vel indifferenter ad illa faciendum, quod tamen esset, si essent præcepta, sed quia pertinent ad perfectionis gradum inuitantur homines ad illa, sed non coguntur. Et ita etiam in veteri testamento erat aliquid pertinens ad consilia, sicut obseruatio ritus Nazaræorum. Nume. 6.c. Nam ex voto obseruabatur a volentibus, & nō de præcepto, vt patet eodem c. Etiam multa alia ex voto fiebant, & de modo obligationis illorum datur regula Nume. 30.c.& ideo talia non oportet, quod pertineant ad aliquod de tribus generibus præceptorum, cum non sint præcepta.

Sed adhuc obijcitur, q aliqua sunt præcepta in nouo testamento, q̃ nō sunt moralia, & ita erāt cęremonialia, vel iudicialia, sicut non repudiare vxorem supra 5.& 19.c.& non irasci, & non videre mulierem ad concupiscendum eam supra 5.c.& multa similia.

Item quia est illud. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines supra 7.c.& illud. Diliges proximum tuum, sicut teipsum, supra in litera. Et tamen ista non sunt moralia, cum non sint in Decalogo.

Dicendum, q ista sunt præcepta, & tamen moralia sunt, & non cæremonialia, neque iudicialia. Nam ista ex naturali dictamine rationis obligant nulla existente humana, vel diuina institutione expressa, ergo moralia sunt, quia cęremonialia, & iudicialia positiua sunt. Cum autem dicitur, q nō ponuntur in Decalogo, dicendum, q hoc nō impedit. Nam non est verū, q omnia moralia ponuntur in Decalogo, licet aliquo modo reducantur ad Decalogum, sed inde est, q Decalogus totus ad moralia pertinet præter pręceptum de sabbatho, quod magis est cęremoniale, quā morale quantum ad assignationem diei, licet aliquid morale habeat. Et sic Decalogus magis ponit, vt exēplum quoddā moralium, quam vt expresse continēs omnia moralia. Tot enim moralia sunt, quot esse inueniuntur de naturali dictamine rationis. Omnia autem ista talia sunt, & multa alia, ideo non inueniuntur à Christo posita cęremonialia aliqua, aut iudicialia, sed sola moralia.

Ad secundum dicendum, quòd illa nō solum sunt moralia, sed etiam moralium quædam principia. Nā illud, scilicet. Quęcunque vultis, vt faciant vobis homines, continet omnia moralia pertinentia ad modum se habendi hominis ad hominem. Et illud, scilicet. Diliges proximum tuum, continet omnia præcepta moralia quantum ad vnitatem finis, quia iste est finis, scilicet vt diligat Deus, & proximus, & propter hoc de vtroque istorum dicit Christus, quòd in eo est lex, & prophetę, vt patet supra 7.& supra in litera, idest omnia præcepta legis, & prophetarum includuntur in illis.

Sed obijcietur, quòd oporteat esse in lege Christi cæremonialia, & iudicialia præcepta, & quòd sine illis non possit seruari, quia omnia præcepta moralia sunt multum generalia, & non tangunt conditionē particularem, & tamen in moralibus sermones vniuersales licet sint veriores sunt maiores 2. Ethicorum. Et hoc, quia particularium est actio, ideo oportet determinari illud vniuersale per aliqua particularia, sed particularia sunt cęremonialia, & iudicialia, quia cę-A remonialia sunt determinationes moralium pertinentium ad Deum, iudicialia sunt determinationes moralium pertinentium ad proximum, ergo necesse est in lege Christi esse cæremonialia, & iudicialia præcepta, quia sine illis non potest lex Christi seruari.

Dicendum, quòd verum est, quòd sine cæremonialibus, & iudicialibus non potest lex Christi obseruari, & tamen in lege Christi non sunt cæremonialia, & iudicialia, sed est in ea potestas condendi cęremonialia, & iudicialia, & obseruatores legis Christi habēt cęremonialia, & iudicialia. Sunt autem iudicialia eorum leges illę forales, quas generaliter totus orbis obseruat, si quę tales sunt, sicut quondam fuerunt lēges B Romanæ dilatato imperio eius per totum orbem. Nunc vero, & si non sint eędem forales leges, sunt cuilibet populo illa iudicialia, quæ ipse sibi constituit, vel a maioribus suis suscepit, & hęc sunt conuenientes determinationes præceptorum moralium pertinentium ad proximum positorum in lege Christi, vel non expressorum in ea, secundum, q illi genti, & regioni conueniunt.

Quę iudicialia, & q̃ cęremonialia in lege Christi.

Cęremonialia autem sunt illa, per quæ determinamur ad colendum Deum, qui Christi legem profitemur, & ista partim sunt generalia omnibus cultoribus Christi, quędam vero propria simul gentibus, vel populis. Prima autem sunt illa, quæ modicum distant a naturali dictamine, & ideo sicut moralia sunt eadem, C ita & talia cæremonialia sunt eadem, etiam illa, quæ ab Apostolis data sunt, & per totum orbem fuerunt diffusa. Sic etiam quæcunque instituant summi pōtifices pro toto orbe efficiunt cæremonialia toti orbi, cætera autem obseruantur particulariter varie pro conditione singularum gentium, vel populorū. Hæc vero licet non sint expresse instituta in lege Christi, est tamen potestas ibi sufficiens ad ista instituendum, & ideo legislatio Christi non est incompleta, esset autem incōpleta, si cū sint necessaria cæremonialia, & iudicialia, non ponerentur in ea, neque daretur ibi potestas sufficiens ad ea constituendum. Fuit tamē ibi data potestas Apostolis, & omnibus successoribus eorum a Christo statuendi omnia, quæ sunt in D constructionem Eccclesię, sicut dicitur Ioan. vigesimo quarto capitulo. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos, idest eandem potestatem do vobis, quam dedit mihi pater, sed Christus homo per potestatem Dei dedit legem, ideo illi per potestatem a Christo susceptam possunt supplere omnia, quæ desunt ad bonum statum ecclesię. Et ita Apostolus dicit 2. Corin. 10.& 13. q habent ministri Ecclesiæ potestatem in constructionem, & non in destructionem, & istud est supplere ea, quæ desunt legi Christi ad hoc, q sit cōsummata, & ideo dixit Apostolus 1. Corin. 3.c. q Dei adiutores sumus.

Sed tunc dicetur, quare Christus non posuit in lege sua cæremonialia, & iudicialia, sicut posuit Deus in veteri testamento?

E Dicendum, quòd licet necessaria erant tam nobis, quam existentibus in veteri testamento aliqua cæremonialia, & iudicialia, tamen non posuit aliqua Christus in lege sua, & ad hoc fuerunt plures rationes, de quibus positę fuerunt decem in quodam nostro tractatu de Pręceptionibus.

In quo isti Pharisæi hoc mandatum magnum vocarunt. Quæst. CCLXVII.

Quaeritur cum isti dixerunt: Quod est magnum mandatum in lege, in quo vocauerunt magnum.

Dicendum, quòd magnum potest vocari aliquod manda-

mandatum multipliciter. Primo multitudine verborum contentorum in eodem mandato, secũdo multitudine rerum faciendarum, quæ in illo mandato includuntur, tertio vocatur magnum difficultate, scilicet quòd ea, quæ difficiliora sunt dicant̃ maiora mandata, quæ vero facilia sunt dicantur parua, quarto dicitur magnum auctoritate iubentis, quinto necessitate, vel magnitudine obligationis, sexto vtilitate, vel merito obseruantis. De primo, vt quodlibet mandatum ceremoniale, vel iudiciale est maius, quam morale quodlibet, quia in quolibet iudiciali continẽtur multa verba, & clausulę, vt patet Exod. vigesimo primo, & vigesimo secundo, & vigesimo tertio, & in ceremonialibus eodem modo, vt patet per totum Leuiticum: in præceptis Decalogi pauca verba sunt, vt illud. Non męchaberis. Non occides. Non falsum testimonium dices. Et hoc modo nõ quæritur hic, quia manifestum erat, sed quod erat maximum, & quod minimum mandatum, etiam nulla vtilitas erat scire sic, quod erat maximum mandatum.

Secundo modo dicitur maximum mandatũ, quòd plura facienda continet, & sic quanto aliquod mandatum est vniuersalius, tanto est maius, quia continet multa, sicut illud. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines hęc eadẽ facite illis, supra septimo capitulo, & sic non accipitur in præsenti, quia tunc non conueniret responsio Christi, sed diceret, quòd mandatũ maximum est. Quæcunque vultis, vt faciãt vobis homines. Item non poneretur, quòd maius est mandatum de diligendo Deum, quam diligendo proximũ, cum plura contineat mandatum de diligendo proximum, quam de diligendo Deum, quia continet omnia præcepta secundę tabulę, immo continet totam legẽ, quia omne aliud mandatum instauratur in hoc, idest in dilectione proximi. ad Roma. decimo tertio, capitulo, & ad Gala. quinto capitulo, dicitur, quòd qui proximum diligit legem impleuit, & non dicitur, quòd qui diligit Deum legem impleuit. Etiam præceptum de diligendo Deum includitur in præcepto de diligendo proximum, & non è contrario, quia dicitur prima Ioan. quarto, capitulo. Qui nõ diligit proximum suum, quem quotidie videt, Deum, quem nõ vidit quomodo poterit diligere? & tamen vocatur maius pręceptum de dilectione Dei, ergo non accipitur sic.

Tertio modo dicitur magnum difficultate, & ita maius pręceptum est abstinere ab omnibus venereis quam a detractione, & inuidia, & non accipitur, sic in præsenti. Nã licet diligere Deum ex toto corde, &c. sit difficilius omnibus aliis intantum, quòd non potest in hac vita impleri, tamen diligere proximũ non est maioris difficultatis, quam cætera si accipiatur distinctum ab illis. Etiam non quæritur hic de difficultate, quia parum proderat sciri, quod erat difficilius mandatum.

Quarto modo dicitur maius mandatum omne, quod a Deo datur, quam quæ dantur ab hominibus etiam si vicẽ Dei gerant, & si mãdata ab illis data sint maiora alijs modis Et hoc modo præcepta Decalogi dicerentur esse maiora, quam alia, quæ sunt in lege, quia illa dicuntur data a Deo in voce, sicut populus putabat, licet angelus esset, qui loquebatur ad Gala. tertio capitulo. Cætera autem data fuerunt populo per Moysen, qui ea a Deo accepit. Et tamen non accipitur sic in præsenti, quia tunc notum esset, quę sunt maiora, & quæ minora præcepta. Item quia tunc è cõtrario esset, quam hic ponitur. Nam Christus dixit hoc esse maximum mandatum de diligendo Deum, & tamen istud non fuit datum in voce Dei, vel angeli, sicut Decalogus, sed postea per Moysen, ideo debet

F esse minus. Sic patet, quia Decalogus ponitur Deuteronomi. quinto capitulo, & præceptum de dilectione ponitur Deutero. sexto, & est de illis, quæ Moyses locutus est ad populum.

Quinto modo dicitur præceptum magnum obligatione, & tunc est dicendum, quòd omnia pręcepta obligant, ita quòd nullum illorum potest omitti, vel infringi, nisi incidendo in peccatum mortale, & obligatione pœnę ęternę, sed potest vocari maius obligatione inquantum transgressio, vel omissio eius importat maiorem culpam, & pœnam gehennę, & sic maximum mandatorum est non habere Deos alienos, quia nullum peccatum maius est, quam Deos alienos habere illos credendo Deos, & colendo, vt
G Deos. Et hoc est accipiendo magnitudinem peccati ex genere, tamen potest accidere, quòd in aliquo homine sit aliud magis peccatum, quam colere Deos alienos.

Sexto modo vocatur magnum merito, vel vtilitate, & tunc illud est maius mandatum, per quod quis magis mereretur de vita ęterna, vel magis placet Deo, & isto modo proprie accipitur in præsenti. Nam hoc proprie facit aliquod mãdatum esse maius, sunt quippe omnia mandata ad aliquem finẽ, & tota bonitas sua est respectu illius finis. Inquantum igitur magis facit aliquod illorum peruenire ad finem, tanto maius; & melius erit, sed per meritum peruenitur in finem; ergo illa, quæ sunt maioris meriti sunt maiora
H mandata simpliciter. Hoc autem conuenit his, quia mãdata de dilectione sunt maiora omnibus alijs. Nã charitas facit actum per se meritorium, & alij actus non sunt meritorij, nisi inquantum a charitate imperantur, & diriguntur, & quia ista duo sola sunt pręcepta charitatis, erũt ista maxima mandata. Item patet hoc, quia Luc, decimo capitulo, cum quæreret quidã legisperitus à Christo, quid faciendo vitam æternam possidebo? Respondit ei Christus. In lege quid scriptum est? & quomodo legis? Et ille dixit. Diliges dominum tuum, &c. & Christus dixit, quòd recte dixerat, & ideo subiunxit. Hoc fac, & viues. Ergo per ista duo mandata maxime venitur ad vitam ęternam, & sic sunt maxima merito, vel vtilitate, & hoc est, quod
I quæritur. Item patet hoc Marc. duodecimo capitulo ex intentione Pharisæi, qui istam quæstionem formauit. Nam dixit, quòd. Diliges proximum tuum, sicut teipsum, maius est omnibus holocaustomatib⁹, & sacrificiis, idest maius est merito, & in placendo Deo.

Quomodo hoc mandatum, scilicet diliges dominum Deum, &c. est in lege Moysi, & de quibus mandatis sit.
Quæst. CCLXVIII.

QVAERETVR cum dicatur, quòd diliges dominum Deum, &c. sit maximum mandatum in lege, quomodo est verum, quòd
K sit in lege, & de quibus mandatis est.

Dicendum, quòd mandatum de dilectione Dei est in lege, accipitur enim lex multipliciter, vt infra dicetur, & tamen quocunque modo accipiatur quantumcunque stricte, est mandatum istud in lege, nam ponitur Deutero. sexto capitulo, & ille liber vocatur Moysi.

Cum autem quæritur de quibus mandatis est, dicẽdum, quòd non potest poni inter cęremonialia, aut iudicialia, sed oportet esse morale, immo maximum inter moralia. Nam cęremonialia sunt quædam determinationes cultus diuini, diligere autem Deum non est determinatio aliqua cultus, sed est ipsa substãtia cultus diuini, sicut enim Augusti. dicit in Enchiridion,

dion, spe, fide, & charitate colitur Deus, & tamē charitate magis colitur, quam fide, & spe. Nam licet hęc tria magna sint, maior horum est charitas, primo Corint. decimo tertio capitulo. Ideo non ponetur inter ceremonialia, quæ nō dicunt ipsum cultū, sed quasdā determinationes cultus.

Inter iudicialia etiam non ponitur, quia illa sunt ad proximum, & dirigunt in modo se habendi ad illum, manet igitur, quòd sit de moralibus, & est præcipuū cum omnia præcepta, quę sunt de dictamine iuris naturalis dicantur moralia, istud autem est de dictamine naturali rationis sine aliqua positione legis. Non est tamen præceptum istud in Decalogo, quia multa sunt de moralibus, quæ in Decalogo non sunt, sed sunt similia illis, vel reducuntur ad ea. B

Quare Christus dixit esse primum mandatum diligere Deum, & non dixit timere. Quæst. CCLXIX.

QVAERETVR quare Christus dixit esse primum mandatum, & magnum diligere Deum, & non dixit timere. Nam etiam Deus timeri debet, & ab omnibus.

Dicendum, quòd vbicunque est amor Dei est timor, sed non conuertitur, quia aliqui sunt, qui timēt, & non amant, sicut dæmones, qui credunt, & cōtremiscunt. Iaco. secundo capitulo, sed non amant. Et etiam bonis competit timere Deum, suadet enim scriptura timere Deū Psalmo trigesimo tertio. Timete dominum omnes sancti eius. Et timor iste laudabilis est. Psalmus 18. Timor domini sanctus permanet in sęculum sęculi. Et ideo ita pertinet ad præceptum timere, sicut amare. Item quia ponitur diligere Deum, tanquam generale præceptum, quia qui diligit Deum, non offendit ipsum, cauendo omnia, quæ sunt contra Deum, & faciēdo, quæ ei placita sunt. Ita & qui timet mouetur ad omnia hęc, siue agendo, siue cauendo, & sic quantum ad hoc ęqualia sunt timere, & diligere. C

Est tamen dicendum, quòd ponitur diligere Deū primum, & magnum præceptum, & nō timere, quia vt dictum est supra quinto capitulo, quæstione 274. D Vocatur hic magnum mandatum merito, & vtilitate, & tamē nullum est præceptum plus meritorium, neque ęqualiter, quam præceptum de dilectione, immo nullius præcepti actus est meritorius, nisi per actū charitatis, scilicet inquantum per charitatem mouetur homo ad agendum opera præceptorum, & ideo necesse est, quòd actus diligendi sit excellentior, qui est actus elicitus a charitate, quam actus aliorum prępceptorum, qui sunt imperati ab ea, & consequenter præceptum de dilectione est excellentius cęteris, & ita licet timere Deum sit laudabile, tamen non est meritorium per charitatem, & ideo siquis Deum timet, & non amat non meretur, sicut est in dęmonibus, & in malis hominibus, & ob hoc quidam timores sunt boni, quia annexam habent charitatem, sicut timor filialis, siue reuerentialis, qui dicitur timor sanctus, & castus. Timor autem seruilis non est laudabilis, neque meritorius, quia sine charitate est, non ergo debuit poni timor Dei in primo præcepto, sed dilectio, sed quia timor ad omnes pertinet, & etiam est laudabilis, & mouet ad omnia atque amor, vt dictum est, debuit poni in præcepto, & est de præceptis generalibus. Et istum modum seruauit Moyses ponendo præcepta Deuterono. sexto capitulo, nam prius dixit audi Israel Deus tuus vnus est, diliges dominū Deū tuum, &c. & post multa, quæ de dilectione dixit, addidit, Dominum Deum tuum timebis, & illi seruies, & E

A per nomen eius iurabis. Et sic non est maximum mādatum de timore, sed de dilectione. Et ita dixit Chrysosto. diliges inquit, & non time, quia diligere maius est, quam timere. Timere enim seruorum est diligere filiorum. Timor sub necessitate est, dilectio sub libertate, qui in timore seruit Deo pœnam quidem euadit, mercedem vero iustitię non habet, quia inuitus facit bonum propter timorem. Non vult, ergo Deus, vt timeatur seruiliter ab hominibus, quasi Dominus, sed vt diligatur, quasi pater, qui adoptionis speciem donauit hominibus.

Quare Christus dixit diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, &c. & cur Matthæus non posuit illa eadem tria, quæ sunt in Deute. Quæst. CCLXX.

QVAERETVR quare Christus dixit diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Et quid per hęc innuit.

Dicendum ad primum, quòd Christus fecit hoc quia voluit allegare mandatum ad literam, vel qual Nam quæsitum est a Christo, quod esset magnum mandatum in lege, ideo ipse respondit de his, quę in lege erant allegans mandatum, & quia ibi ponuntur tria, scilicet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, licet non sit idem penitus ex tota mente, & ex tota fortitudine, vt declarabitur infra quæst. 274.

Quare Matthæus ponens tria, non posuit eadem, quæ ponuntur Deute. 6. c. Quæst. CCLXXI.

SED tunc quæretur, quare Matthæus ponens tria non posuit eadem, quæ ponuntur Deute. 6. c. vbi est litera, quæ allegatur.

Aliqui putant, ꝙ sic, quia secutus est sensum, & non verba totaliter, & ideo posuit tria pro tribus, sed non eadem in verbis. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia neque etiam sunt eadem in sententia. Nam non est idem dicere ex tota mente, & ex tota fortitudine, quia mens pertinet ad animam, idest interiores virtutes, fortitudo pertinet ad vires executiuas, vt dicetur sequenti quæst.

Alij dicunt, quòd Matthęus dixit hoc, quia Christus ista verba dixit, & eadem Matthęus scripsit.

Sed dicendum, quòd non satisfacit, quia idem argumentum procederet contra dictum Christi, quod contra dictum Matthęi. Secundo, quia non est verū, nam Christus dixit non ista tria, sicut Matthęus illa scribit, sed dixit quatuor, scilicet ex toto corde tuo, ex tota anima, ex tota mente, ex tota fortitudine, vt dicitur Mar. 12. c. Et cum Marcus asserat illa quatuor dicta esse, necesse est, quòd teneamus illa esse dicta, & non, quòd solum tria dicta fuerint, quia sola tria posita fuerunt a Matthæo. Item quia non solum subticuit hoc Matthæus, sed etiam aliud. Nam Christus dixit hoc esse maximum mandatum, scilicet audi Israel Dominus Deus tuus est vnus. Diliges Dominū Deū, &c. vt patet Marc. 12. c. & sic manet dubium, quare Matthæus omnia hęc tacuit.

Dicendum autem ad primum, quòd Matthæus omisit illud, scilicet ex fortitudine tua, vel virtute, ꝗa tria præcedentia pertinent ad potentias animę rationalis, quartum autem, scilicet ex fortitudine, vel virtute pertinet ad vires operatiuas, & quia omnia organa obediunt animę, siquis agat ex omnibus viribus interioribus necesse est, quòd agat ex omnibus exterioribus, & ita expressis interioribus, non oportuit exprimi vires organicas.

Ad secundum dicendum, quòd Marcus secutus est

ibi

ibi Christum quantū ad verba, ideo quia posuit Christus illud, scilicet audi Israel in verbis suis, scripsit quoque illud Marcus, Matthæus autem secutus est eum quantum ad intentionem quæstionis, & quia quærebatur de magno mandato, & illud: Audi Israel, non erat mandatum non scripsit illud Mattthęus. Nam, Audi Israel, est excitatio ad reddendum attentum, cum dicitur: Vnus Deus tuus est, non est mandatum, sed assertio fidei, quia tamen, ita habetur Deutero. 6. c. de quo loco Christus accepit posuit sic, & ita Marcus scripsit, sed Matthæus posuit solum illud, quod ad præceptum pertinet, & est, Diliges Dominum Deum, &c.

Quid Christus voluit signare per hæc tria, ex toto corde, ex tota anima tua, ex tota mente.
Quæst CCLXXII.

QVAERETVR quid voluit signare p hoc, quod dixit ex toto corde, ex tota anima, ex tota mēte. Dicēdum, ꝙ voluit designare perfectionem huius actus dilectionis, est enim istud maximum mandatū, & est maximum dignitate, & merito, sed non esset tale si non esset actus perfectus, ideo debuit designari perfectio eius, quæ innuitur inquantum dicitur ex toto corde, &c. sed quomodo sit ista totalitas, & an ad eam homo obligetur, dicetur infra q. 292.

Sed sciendum, quòd per istam designantur omnes vires animę rationalis, vt exponunt doctores. Dicit enim Chry. diligere Deum ex toto corde est, vt cor tuum non sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem, quā Dei. Diligere enim Deum ex tota anima est certissimum animum habere in veritate, & certissimum esse in fide.

Alius est enim amor cordis, alius animę. Amor cordis quodā modo carnalis est, vt etiam carnaliter Deum amemus, quod facere non possumus, nisi recesserimus ab amore mundialium rerum. Cordis ergo amor sentitur in corde. Amor verò animę nō sentitur, sed intelligitur, quia in iudicio animę consistit, qui enim credit apud Deum esse omne bonum, & nihil boni esse extra ipsum, hic diligit Deum in tota anima: tota vero mente diligere Deum est, vt omnes sensus tui Deo vacent. Cuius enim intellectus Deo ministrat, cuius sapientia circa Deum est, cuius cogitatio ea, quæ Dei sunt tractat, cuius memoria, quę bona sunt recordatur, tota mente diligit Deum.

Aliter exponit Augu. s. Deum ex toto corde diligere præceperat, vt omnes cogitationes tuas, ex tota anima, vt omnem vitam tuam, ex tota mente tua, vt omnem intellectum tuum in illum conferas a quo habes ea, quæ confers, nullam ergo vitę nostrę partem relinquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re velit frui, sed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus haurit. Tūc est. n. optimus hō cū tota vita sua pergit vbi est incōmutabile bonū. Aliter exponit Origenes. s. ex toto corde. i. secundum totam recordationem, & operationē, & cogitationē. Ex tota aīa. i. vt parati sint ponere eam pro pietate Dei. Et tota mēte, nihil, s. aliud proferentes, nisi, quę Dei sunt. Et vide, si potes Cor quidem pro intellectu accipere, quo intelligibilia speculatur, mente aūt ad proferendas res Mente. n. singulas res proferimus, & per vnūquodq;, quod significatur, quasi mente nostra inambulamus, atque proferimus.

Sed, quia ponuntur tria, quæ pertinent ad animam, oportet intelligere vires animę rationalis, quas nos solemus vocare tres, s. intellectum, voluntatem, memoriam, mens. n. memoria est, anima & cor signat in-

F tellectum, & voluntatem. Sed varie, quia aliqui volūt per cor intelligi intellectum, per animā voluntatem, alij vero è contrario, & hoc est, quia quidam accipiūt cor a sapiendo, & tunc est intellectus. Alij aūt a volendo, & dicunt significare volūtatem, licet cor pars corporis sit, & nō vis animę, sic dicit Glo. ex toto corde. i. intellectu: Anima. i. voluntate: Mente. i. memoria, vt nihil ei contrarium velis, sentias, aut recorderis. Quia tñ Christus posuit quatuor, s. cor, aīam, mentem, & virtutem Mar. 12. c. oportet accipi non solum interiores vires, sed ēt exteriores. Vñ aliqui accipiunt per cor vires naturales nutritiuas, vt augmentatiua generatiua: per animā virtutes aīales, vt oēs sensus interiores,
G & exteriores, vt simul affectiones, vt irascibilē, & corruptibilem, per mentem oēs vires rationales, s. intellectum, voluntatem, & memoriam iuxta eos, qui memoriam vim animę distinctā ponunt. Et ita exponit Theophylactus dicens. Attende qualiter oēs vires aīę enumerauit. Est. n. virtus animę animalis, q̄ expedit in dicendo ex tota anima tua, ad q̄ pertinet ira, & desiderium, quæ omnia tribui voluit diuino amori. Est alia vis animæ, quæ dr̄ naturalis, ad q̄ pertinet nutritiua, & augmentatiua, & ista est dāda Domino tota pp quod dicit ex toto corde. Est & alia vis rationalis, q̄ mentē vocant, & ista est tota dño danda. Alij exponūt, quasi pro eodem, s. vt per istā accipiamus tres gradus aīę, s.
H per animam ipsam sensitiuam, per cor vegetatiuam, per mentem ipsam aīam rationalem, & ita exponit Greg. Nisenus. Sed est adhuc planius dicendū, & magis concorditer ad intentionem Dei, s. ꝙ posuit actū charitatis in præcepto, actus vero est ex habitu charitatis. Ad charitatē aūt exigitur aliquid tripliciter. Vno mō, vt subiectū charitatis, & ita est voluntas, & significatur per cor, vt quidam volunt, vel per aīam, vt alijs placet. Alio mō exigitur aliquid, vt præcedens ad charitatem, & sic est intellectus, & memoria. Nam non pōt quis diligere, nisi quæ præcognouit, quod ad intellectum pertinet, neque pōt præcognoscere, nisi ea, quorum spēm habuerit, q̄ retentionem aliqui attribuunt memorię, quæ est pars animę rationalis, & iō
I ponuntur duo, s. anima pro intellectu, & mens pro memoria. Alio mō exigitur aliquid, tanq̄ ꝯñs, & sic est irascibilis, & concupiscibilis, & membra corporalia, quæ obediunt voluntati, & intellectui, & sic nihil manet in hoīe, quod ad actum charitatis non concurrat, & istud tertium notatur per virtutem, q̄ Marcus posuit. Et non dr̄ ibi virtus aliquis habitus, sed virtus a viribus corporis, & animę. Dicere aūt ex tota virtute est dicere ex omnibus viribus, s. tam organicis, q̄ non organicis, quæ imperio volūtatis subsunt. Et hoc est, quod dr̄ Deuter. 6. ex tota fortitudine. i. ex toto conatu, vel omnibus viribus, licet aliqui per fortitudinē accipiunt firmitatem, s. vt manere debeat firmus in charitate, qui illam semel habet. Dicēdum aūt, ꝙ istud præceptum ponitur in quatuor locis, s. Deute. 6. c. &
K hic, & Mar. 12. & Luc. 10. & vbique est idem sensus, licet non ponantur penitus eadem verba. Nā Deut. 6. ponitur ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. Et ibi oportet accipi per cor, & animam intellectum, & voluntatem. Per fortitudinem autem omnes vires inferiores, quæ voluntati obediunt, vt supra dictum est. Hic autem ponuntur tria, scilicet anima, cor, & mens, & oportet accipi pro tribus viribus animę rationalis, scilicet intellectum, voluntatē, & memoriam, inferiores autem vires tacuit, quia cōcurrentibus viribus superioribus totaliter ad operationem aliquam oportet etiam concurrere inferiores, quæ comitantur illas, & seruiunt eis. Marcus vero posuit cor, animam, mentem, & virtutem. Et iste magis expressit omnia ex nominibus designans, vt supra

Aīa cor, & mens quid significent

A ſupra expoſitum eſt. Lucas autem dixit ex toto cordē tuo: & ex tota anima tua: & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua. Poſuit autem eadem, quæ Marcus, niſi quòd mutauit ordinem, quia mētem poſuit poſt vires, & tamen apertius locutus eſt, quàm alibi habeatur. Nam quod dicitur Deuteron. 6. Ex tota fortitudine, & Mar. 12. ex tota virtute dicit ille ex omnibus viribus, quod manifeſtius eſt. Nam intelligimus omnes vires, ſ. poſteriores voluntate, & ſubditas ei, vt iraſcibilem concupiſcibilem, & omnes organicas.

Quomodo Chriſtus reſpondens ad quæſtionem Phariſæi, dixit: Hoc eſt maximum mandatum. Quæſt. CCLXXIII.

B QVAERETVR, quomodo Chriſtus reſpondens ad quæſtionem Phariſæi dixit hoc eſt maximum mandatum.

Dicendum, quòd mandatum de dilectione Dei eſt maximum vtilitate, & merito, vt dictū eſt ſupra quæſt. 272. & hoc eſt propter duo. Primo, quòd actus iſtius mandati eſt per ſe meritorius: actus vero aliorum non eſt meritorius, niſi quantum à charitate imperantur. Ratio autem quare charitas ſit meritoria per ſe, & aliæ virtutes non, niſi per charitatem eſt iſta, quia meritum eſt reſpectu præmij, præmium autem eſt reſpectu Dei, quia ipſe ſolus illud dat, ſ. vitā æternam: Ideo meritum non poterit eſſe, niſi reſpectu Dei, & cōſequenter illa virtus erit meritoria, quæ in Deum tēdit, nulla autem virtus de moralibus, vel gratuitis eſt quæ tendat in Deum præter theologicas tres, ſpem, fidem, charitatem. Nam cæteræ habent pro obiecto aliquid, quod eſt minus Deo, vt fortitudo, tēperantia, liberalitas, habent determinata obiecta, quæ non ſunt Deus, vt patet in Ethicis. Etiam finis earum non eſt Deus, ſed proprius earum finis eſt aliquod bonum hominis ſecundum ſpeciem, & quod in hac vita haberi poſſit; quod patet, quia Phariſæi vſi ſunt his virtutibus, & non expectauerunt aliquod bonum ipſarum, vel per eas poſt vitam, cum vitam aliam neſcirent: ergo putabant ſe poſſe habere hic bonum & finem ipſarum: ex quo ſequitur, quod impoſſibile eſt virtutes huiuſmodi, ideſt morales, vel quaſcunque non theologicas eſſe meritorias, quia meritum eſt reſpectu Dei, ipſæ autem nullo modo ſunt ad Deum, ideſt, neque vt in finem, neque vt in obiectum. ſi autē aliquo modo ſint actus earum ad Deum non eſt hoc per ipſas, quia impoſſibile eſt, quod ipſæ ſecundum ſe eliciāt aliquem actum dirigendo in Deum cum nō habeāt illum pro obiecto neque pro fine: ſed fiet per aliquā aliam virtutem, quæ ſuperior ſit, & earum actus imperando dirigat in Deum, & tunc non erūt illi actus per ſe meritorij, ſed per illam virtutem, à qua imperantur. De theologicis autem virtutibus dicendum, quòd ſunt in Deum, tam vt in obiectum, quam vt in finem, & iſtæ ſunt fides, ſpes, charitas: & ideo vocantur theologicæ, ideſt diuinæ, quia de Deo, & ad Deū ſunt. Et ſecundum hoc poterat aliquis dicere, quòd omnes tres eſſent per ſe meritoriæ: ſed falſum eſt, quod fides non eſt per ſe meritoria, cum ipſa ſine charitate manens non faciat hominem Deo acceptum, quia fides in malis eſt. De ſpe eadem ratio eſt, & ideo ſola charitas eſt meritoria. Ratio huius eſt, quia licet fides & ſpes ſint de Deo, tamen non ſunt de ipſo ſecundū rationes perfectas. Nam fides eſt de Deo, vt de vero occulto, & reuelato, ſpes eſt de ipſo, vt de ente arduo & difficulter attingibili. Charitas autem eſt de Deo, vt de bono, & de ſummo bono, ideo charitas dicit perfectiorem rationem in Deo, ad quam eſt maximè, quia charitas dicit amorem ad Deum, & iſte amor eſt duplex. Vnus eſt concupiſcentiæ, & alius eſt amicitiæ.

Nulla vir tus mora l i Deū tendit,

la cha as eſt rito.

A Primus eſt, quo amamus Deum, ideſt cupimus ipſum, vt efficiatur bonum noſtrū, vel nos efficiamur beati per ipſum. Sicut dicitur homo amare vinum, vel equum, vt dicitur 4. Ethicor. & tamen ad iſta non eſt amicitia.

Secundus amor eſt, quo Deo ipſi volumus bonū, ſ. vt ab omnibus honoretur, & ſit ei laus in ſæcula, & ſubijciantur omnia illi, & tunc non eſt ipſe bonum, quod volumus, ſed cui bonum volumus, & tunc eſt amicus. Et de iſto amore amicitiæ dicūt, quòd eſt meritorius, non autem de amore concupiſcentiæ. ſed per nullam virtutem poteſt ſe quis habere ad Deum, vt ad amicum, niſi per charitatem, ideo per ipſam ſolā meremur per ſe. Per actus verò aliarum virtutū meremur inquantum à charitate imperantur, quæ eſt ſecundum ſe meritoria, & ideo præceptum de charitate eſt maius omnibus, quia ſolum illud eſt de actu per ſe meritorio.

B Secundo eſt hoc, quia in iſto præcepto non ſolum ponitur ſubſtantia actus, ſ. diligere, ſed etiam determinationes quædam quæ faciunt augmentum, ſ. ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. Tales autem determinationes non ponuntur in aliquo alio præcepto, ideo iſtud habet ſpecialem magnitudinem.

Quare potius in iſto præcepto ponuntur iſtæ determinationes, ſcilicet, ex tota anima &c. quàm in alio. Quæſt. CCLXXIIII.

C QVAERETVR circa hoc cum in iſto præcepto dilectionis Dei ponantur iſtæ determinationes, ſ. ex toto corde &c. & non in aliquo alio, quare potius in iſto quam in alijs.

Dicendum, quòd virtutum quædam habent ſolū actum interiorem, quædam verò interiorem, & exteriorem, quæ autem habent actum exteriorem ſemper conſiſtunt in determinatione quadam ſecundū quātitatem, & non eſt bonum in eis agere ex toto conatu. Sic eſt de liberalitate, fortitudine, magnificentia, temperantia. Nam dare aliquid eſt bonum, & tamē non eſt magis dare ſemper melius dare: non enim eſſet liberalitas, ſed prodigalitas. Sic etiam omnia aggredi, & oīa ſuſtinere non eſt fortitudo, ſed audacia, vel impauiditas. In virtutibus autem, quæ habent ſolum actum interiorem, poteſt eſſe bonū agere ex toto conatu: & tamen non contingit adhuc in oībus.

D Nam fides non ſolum eſt in actu aſſentiendi veris reuelatis, ſed conſiſtit fides in rebus certis, quas credi oportet, & non plures, quia omnia credere vitium eſt, ſicut nil credere, ſed determinata ſunt, quæ credēda ſunt. De ſpe eadem ratio eſt, quamuis actus eius ſit ſolum interior, quia non ſunt omnia ſperanda, ſed determinata. In charitate autem ſecus eſt, quia actus eius eſt diligere, & quanto maior fuerit melior eſt. Et hoc eſt ex tota anima, & ex toto corde &c. ideſt quantum quis potuerit. Dicunt autem quidam, quod eſt ſpeciale in charitate, quod circa actum eius non ſit tenēdus aliquis modus, quia ipſa eſt nobilior alijs virtutibus. Sed dicē-

E dum, quod non ſtat, quia competeret charitati pro omnibus actibus ſuis, ſed non eſt verum, quia proximus ex charitate diligitur, & tamen non diligitur ex tota mēte, & tota anima &c. quia aliquis modus diligendi proximū propter exceſſum eſſet peccatum. Ita dicit Ariſtot. 7. Ethic. quod licet amare parentes, & filios ſit de bonis, & pulchris, tamen exceſſum habet, ſicut Niobe ita amabat filios, quod repugnabat ad Deos. Et Satyrus Philopator ita patrem diligebat, quod videbatur deſipere. Sed dicendum, quod hoc accidit propter conditionē obiecti diligibilis. ſ. quia Deus diligitur, qui tam bonus, & diligibilis eſt, quod nemo eum diligere pōt quantū ipſe eſt diligibilis.

proximus autem habet bonitatem finitam: & ideo non est diligibilis per omnem modum: & ita in præcepto dilectionis Dei dixit scriptura, ꝙ diligeretur ex toto corde, &c. In præcepto autem dilectionis proximi non dixit ex toto corde, sed solum sicut teipsum.

Quomodo est verum, quòd hoc sit primum mandatum in lege. Quæst. CCLXXV.

QVAERETVR cũ dicatur hic, ꝙ diligere Deũ, &c. sit primum mandatũ, quomodo est verũ. Aliqui dicunt, quòd istud sit primum præceptũ Decalogi. s. illud non habebis Deos alienos coram me. Qđ ad Deũ pertinet, & ita est primũ mãdatũ.

Sed dicendũ, ꝙ nõ stat, quia diuersa præcepta sunt. Primò patet, quia istud est affirmatiuũ. s. Diliges Dominũ Deũ: illud negatiuũ. s. nõ habebis Deos alienos.

Secundò, quia vnũ pertinet ad charitatẽ. s. Diliges: quia diligere est actus charitatis: aliud est præceptum fidei. s. Non habebis Deos alienos, quia habere Deos alienos non est habere statuas in domo vel templo, sed credere, ꝙ illi sunt dij vltra Deum quem asserimus. Vel ille, qui a nobis asseritur non sit Deus, sed alius præter ipsum. Credere aũt est actus fidei, ideo non sunt ambo idem præceptum.

Tertiò, quia in illo præcepto, Non habebis Deos alienos, non ponuntur istæ determinationes, quæ sũt in isto, scilicet, ex toto corde, &c.

Quartò, quia Moyses posuit ista tanquam distincta. Nam Deute. 5. c. posuit in principio Decalogi illud. s. non habebis Deos alienos. Et postea Deut. 6. finito Decalogo ponũtur verba Moysi, & ibi ponitur. Diliges Dominum &c. ergo non sũt idem præceptũ, & ita nõ est istud primum præceptum Decalogi: immo non est de Decalogo.

Aliter ergo dici potest, s. quòd istud est primum præceptum non quidem Decalogi, sed legis Moysi. Pro quo sciẽdum, ꝙ duplex est lex data Iudæis a Deo, quædam est, quæ data est in monte Sinai: alia est, quæ data, est in terra Moab. Sic dicitur Deut. 29. c. s. Hæc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi, vt feriret cum filijs Israel in terra Moab: præter illud fœdus, quod pepigit cum eis in Horeb. Et ita fuit duplex fedus, vel lex duplex, & illud quod factum est, in Horeb scriptum fuit in Exodo. Leui. & Num. quòd vero factum est in terra Moab, scriptum est in Deut. vt patet Deut. 1. & 29. c. & ideo vocatur ille liber Deuteronomium, i. dest noua lex, vel secũda lex, & Hebrei vocant illum Bisne. i. secundam legem, & illa vocat lex Moysi proprie, quia illa tota data est per Moysen: licet ille a Deo accepit. Prima aũt nõ vocatur ita specialiter lex Moysi, quia aliquid quod in ea est datum est per Deum. s. per Angelos loquentes ex parte Dei, vt Decalogus Exo. 20. c. & ideo illud, quod fuerit primum præceptum in Deut. vocatur simpliciter primũ præceptum: sed istud. s. Diliges Dominũ Deum tuũ, est primum in Deut. & non ponuntur aliqua præcepta ante Deut. 5. c. vbi ponitur Decalogus, & repetitur ibi, quia iã fuerat positus Exo. 20. c. & nõ pertinet Decalogus ad Deutero. ideo prima præcepta Deut. sunt illa, quæ ponuntur ibi statim post Decalogum, & ista sunt, quæ habentur Deuter. 6. c. & primum illorum est. Diliges, &c. ergo illud est primum præceptũ legis Moysi simpliciter. Et patet hoc, quia Deut. 6. c. in principio dicitur. Hæc sunt præcepta, cerimoniæ, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester, vt docerem vos, & faceretis ea in terra, ad quam transgredimini possidẽdam. Et sic innuit ibi esse principium totius legis. Et statim primũ præceptum est. Diliges &c. ideo poterat hic dicere Christus, ꝙ erat

F primum præceptum legis istud, scilicet diliges, &c.
Secũdo põt dici, & melius, ꝙ vocatur primũ nõ p̃-
cessione, licet dignitate, & iste est verus sensus. Et pa-
tet primo, quia si de p̃cessione in ordine scripturæ q̃-
reretur nulla cã dubitãdi esset, quia per seipsos pote-
rat videre, qđ erat primũ in ordine. Secundo, qa dato,
ꝙ hoc esset dubiũ, nulla erat cã quęrẽdi, qa non fieret
quęstio aliqua sine vtilitate, & tñ nulla vtilitas erat sci
re qđ erat primũ mandatũ in ordine scripturę: ideo
nõ quæsitum est hoc, neq; respõdit Christus de hoc.
Tertio, quia apparet manifestè, ꝙ nõ ponatur pri-
mum pro præcessione in ordine scripturæ sed pro di-
gnitate, qa dixit Phariseus quærẽs, qđ est magnũ mã-
datum in lege. Et vbi dicitur hic, magnũ, dicit Mar.
G 12. c. qđ est primum mandatum. Etiã qa Christus nõ
dixit solum hoc est primum mandatum, sed ait hoc
est primum, & maximum, et ita illa primitas determi
natur per maximum, s. ꝙ sit primitas dignitatis, & ita
fuit declaratum supra, q. 274. Quartò, & efficacius pa
tet, quia sicut dicitur hoc est maximum, & primum
mandatum, ita subditur statim. Secundum aũt simile
est huic, & ideo ita vocatur primum illud diliges Do
minum sicut vocatur secũdum illud. s. Diliges proxi-
mum, & tamen istud non vocatur secundum in ordi-
ne scriptutæ, quia non ponitur iuxta illud diliges Do
minum Deum, &c. vt patet Deu. 6. c. ergo vocatur se-
cundum, alio modo. s. dignitate, & ita vocabitur pri-
H mum, & nõ in ordine scripturæ istud. s. Diliges Deũ.

Quomodo diliges proximum tuum est secundum præceptum legis Moysi, & vbi habetur. Quæstio. CCLXXVI.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd secundũ
præceptum est diliges proximum tuum, q̃uo
Christ⁹ dixit esse pręceptũ legis, & vbi habeat.
Dicẽdum, ꝙ istud nõ est aliqđ determinatũ. præce-
ptum, quod ponatur expreßè in lege veteri sicut po-
nuntur alia præcepta, sed est vnum præceptum, quod
inuenitut ibi virtualiter, licet non literaliter. Vnde
non est illud præceptum quasi pars legis, sed cõtinẽs
totã legẽ, sicut dicitur ad Ro. 13. ꝙ omne præceptum
legis in hoc verbo instauratur. s. diliges proximũ, &c.
I & ad Gala. 5. c. s. qui proximum diligit legem imple-
uit. Dixit igitur illud Christum præceptum legis. i. cõ
tinẽs in se omnia præcepta legis, vel quasi. Et ob hoc
non possunt vocari ista duo præcepta dilectionis duo
præcepta legis, quia ambo continent totam legem, li
cet non essent determinate præcepta illius, cum ni-
hil sit in tota lege, quod nõ reducatur ad ista, vt infra
dicetur. Et ideo aliter sunt ista præcepta legis, & ali-
ter illa. s. non habebis Deos alienos & illud: Non oc-
cides: Non mechaberis. Quia ista sunt scripta, & pars
legis, illa verò non sunt in lege, sed legem continent,
& tamen in hoc precepto. s. Diliges Dominum Deũ
tuum, fuit speciale. s. quia illud continet multa præce
K pta legis, & ipsum ẽt ponitur determinatę in lege, sed
continet multa vt dictum est, & tamen etiã si illud. s.
diliges Dñm Deum non poneretur in lege adhuc vo
caretur præceptum legis. i. legem continens, & pri-
mum, & magnum vocaretur propter causas dictas.
Dicendum tamen est, quòd licet non contineatur
præceptum istud secundum hanc literam alicubi in
veteri lege, tamen Leui. 19. c. habetur quantum ad
sententiam, quia dicit diliges amicum tuum sicut te-
ipsum. amicus autem. & proximus interdum pro eo-
dem accipiũntur, & eo. c. dicitur. Si habitauerit adue-
na in terra vestra, ne exprobreris ei, sed sit inter vos
quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipsos.

Quomodo

Quomodo hoc præceptum de dilectione proximi vocatur secundum præceptum. Quæst. CCLXXVII.

QVAERETVR quomodo istud præceptum de dilectione proximi vocatur secundum præceptum.

Dicendum, quòd non potest accipi secũdum in ordine scripturæ, vbi ponitur illud. s. Diliges Dominum Deum tuum, sed alia ponuntur, vt illud Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, & per nomen eius iurabis.

Est ergo dicendum, quòd vocatur secundum in dignitate, idest, quòd post illud de dilectione Dei, non est aliud maius, neq; æquale huic scilicet diliges proximum tuum.

Et hoc patet primò, quia charitas est virtus excellentior alijs, & actus suus est melior actibus aliarũ virtutum. Sunt autem omnia præcepta legis de actibus omnium virtutum, quia lex præcepit actum omniũ virtutum. 5. Ethi. c. 1. ergo cum charitas sit excellentior alijs necesse est, ꝙ præcepta pertinentia ad actus charitatis sint maiora præceptis alijs: sed charitas habet duos actus. s. diligere Deum, & proximum; ideo sunt duo præcepta dilectionis. s. præceptum de diligẽdo Deum est simpliciter excellentius omnibus præceptis, ideo præceptum de diligendo proximum erit excellentius omnibus alijs, quia nulla alia sunt præcepta de actibus charitatis, & ita vocatur istud secundum præceptum.

Secũdo, quia vt dictum est præcedenti q præceptũ de diligẽdo proximũ nõ est vt vnũ de præceptis positis in lege, sed colligẽs in se quasi totã legẽ. Nã quidquid est in lege dirigit hominẽ in actibus suis, & hoc aut circa Deum, aut circa proximum: omnia quæ ad Deũ dirigũt cõprehẽdũtur sub illo præcepto. s. diliges Dominũ Deũ: oĩa verò, quæ ad proximum sub hoc præcepto. s. diliges proximũ tuũ: ergo nõ põt cõparari istud præceptũ ad aliquod de illis, quæ sunt ad proximũ: qa oĩa sunt, vt pars huius, & pars non cõnumeratur cõtra totũ: sed solũ cõparabit ad illud. s. Diliges Dñm Deũ tuũ, vel ad ea, q̃ sub illo includũtur, & sunt determinationes illius, vel modi se habendi ad Deũ. Si cõpararetur ad illud de dilectione Dei est minus illo, & respectu eius vocat̃ secundũ. s qa nullũ aliud intercedit: si cõparat̃ ad alia est maius illis, vt dicit Mar. 12. c. diligere proximum sicut seipsũ maius est oĩbus holocaustomatibus, & sacrificijs, & ita diligere proximum est minus primo. s. dilectione Dei, & est maius omnibus alijs: ergo est secundum, & ita Christus vocauit illud secundum.

Quare dicitur, quòd secundum simile est huic, & quomodo est verum. Quæstio. CCLXXVIII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd secundum simile est huic, & quomodo est verum.

Aliqui dicunt, ꝙ est simile in dignitate, & merito, sicut dicit Hilarius, ꝙ mandatum sequens primo est simile, significat idẽ esse officij, & meriti in vtroque.

Sed dicẽdũ, ꝙ nõ stat. Primò, quia ista præcepta nõ sunt æqualia. Nã diligere Deũ maioris meriti est quã diligere proximũ cũ excellẽtior sit actus in se, & maioris obligationis est Deũ quã proximũ diligere: cum Deum diligamus propter se, proximũ aũt pp Deum.

Secundò, quia dicitur in litera de mãdato dilectionis Dei, quod est maximum mãdatũ, & de dilectione proximi non dicitur, ꝙ sit maximum mandatum.

Tertio, quia in mãdato de dilectione Dei ponitur determinatio qualis non ponitur in mandato de dilectione proximi. s. ex toto corde, ex tota anima, & mẽ-

A te: ergo maius est. Quarto, quia si istud esset illi æquale in merito non vocaretur secundum, quia secundũ facit gradum, & ordinem, sed non vocatur hic secundum quantum ad ordinẽ scripturæ, vt dictum est præce. q. ergo vocatur secundum quantum ad dignitatẽ, & sic non est æquale in merito.

Cum autem Hilarius dicit, ꝙ idem officij, & meriti est in vtroque. Dicendum, quòd non intellexit de dilectione cuiuscũq; proximi: sed de dilectione Christi, qui est proximus noster, & est Deus, & ex hac parte dilectio, qua eum diligimus est eiusdem meriti, cũ illa, qua diligimus Patrem, & Spiritum sanctum. Et patet quòd sit ista intentio Hilarij, quia dicit. Neque. n. aut Dei sine Christo, aut Christi sine Deo potest vtilis esse dilectio ad salutem.

B Dicendum ergo, quòd vocatur simile primo. s. in actu. Nam primum de dilectione est, & etiam secundum, & ista est intẽtio Christi, vt non putaretur istud præceptum esse alterius generis actus.

Secundo vocatur simile, vt aliqui volunt, quia nõ solum est idẽ actus, sed ẽt quasi idẽ obiectũ: quia q diligit proximum propter Deum diligit, & quasi Deũ diligit in ipso, sic dicit Chryso. qui hominẽ amat simile est sicut, qui Deum amat, quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur sicut rex in sua imagine honoratur. Alij autem volunt, ꝙ est simile. i. ꝙ se habent ista duo mãdata per cõnexionẽ quãdam, ita ꝙ vnum infert alterum, & infertur ab eo sicut dicit Theophy-

C lactus pp hoc dicit esse simile, qa hæc duo mandata alternatim sunt sibi cõsona, & reciproce cõuertunt̃. Nã qui diligit Deum diligit, & facturã suã. Principale aũt factorum eius est homo. Vnde qui diligit Deum, diligere debet omnes homines, qui verò diligit proximum, qui multoties dat causam scandali, multo magis debet Deũ diligere, qui semper beneficia præstat.

Quid est dicere Diliges proximum tuum sicut teipsum & quare hoc Christus dixit. Quæstio. CCLXXVIX.

QVAERETVR qd est dicere: diliges proximum tuum sicut teipsum, & quare hoc dicit Christ[us].

D Dicendum quòd hoc positum fuit. Primo propter præcedens mandatum, nam in eo posita fuit determinatio vel modus amoris, quia non solum dictum est diliges Dominum Deum, sed etiam additum est ex toto corde, &c. ideo hic posita est alia determinatio scilicet, sicut teipsum.

Secundo fuit hoc ad tollendum. Nam dictum fuerat in præcedẽti mandato diliges &c. hic autẽ dictum est secundum mandatum simile est huic, & ita putaret, ꝙ diceret ẽt diliges proximum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima. Vt ergo tolleretur iste error, posita fuit ista determinatio. Sicut teipsum.

Tertio fuit, quia ẽt si poneretur solum mandatum de dilectione proximi, dẽret poni ista additio, & hoc quia est actus virtutis, & omnis virtus ponit ordinem

E quẽdã, & modum, cum cõtingat peccare p excessum & defectum, & ideo dilectio proximi debuit habere modificationẽ, & quia est præceptum generale, debuit esse generalis modificatio, & ista est sicut teipsũ.

Cum autẽ q̃ritur, qd est dicere. Sicut teipsum. Dicẽdum, ꝙ nõ intelligitur pro æqualitate, qa magis seipsum quisq; diligere debet q̃ proximum, sed pro similitudine, q̃ accipit in fine dilectionis, & in rebus, q̃ per dilectionẽ exhibẽtur. Finis. n. ad quẽ homo debet seipsum diligere est Deus. s. vt perueniat ad perfectã Dei participationem, quæ est fruitio, & ideo ad illum finem debet quisque diligere proximum suum. s. vt perueniat ad illum finem. Etiã debet ei velle eadem bona, q̃ sibiipsi. Vnde sicut q sibi verum bonũ vult vitã Finis dilectionis hominis.

eternam vult: ita & qui diligit proximū debet ei velle vitam eternam. Cætera etiam bona tam virtutes quam famā & bona quecunque fortune, sicut quisq; illa vult pro se inquantum bona ipsi sunt: ita & velle debet ea proximo. Et hoc vere est diligere eum sicut seipsum. Vnde nil aliud fuit hoc, nisi dare quandam doctrinam de modo amandi: quia diceret aliquis: cū debeā diligere proximum, quomodo diligam? vel qd faciendo, vt diligam? Et respondetur, quòd sicut teipsum idest eadē vel similia bona, quæ tibiipsi facis diligendo te, fac illi diligendo eum, & hoc est præceptū, quod Christus dedit. sup.7. c.s. quæcunque vultis, vt faciant vobis homines hæc eadem vos facite illis. Et istam regulam amicorum, & dilectionis posuit Arist. 9. Ethi. scilicet. Amicabilia, quæ ad alterum venerunt ex amicabilibus, quæ ad seipsum, idest in hoc aliquis est amicus alterius, & operatur ad eum, sicut ad amicum, quando facit illi talia qualia sibi.

Quomodo accipitur lex, & prophetæ hic.
Quæstio. CCLXXX.

QVAERETVR cum dicatur, quòd in his duobus mandatis pendet lex, & prophetæ quomodo accipitur lex, & prophetæ.

Dicendum quòd accipitur lex multipliciter. Vno modo pro testamento, sicut dicimus legem veterem totum testamentum vetus, & sic lex dicit continentiam omnium librorum veteris testamenti, siue sint legales, siue sint prophetales, siue qualescunque.

Secundo modo accipit lex strictius pro libris Moysi, quia lex preceptum nominat: ipse enim est, qui præcepta dedit Iudeis, & quia omnia, q̄ Moyses scripsit, continentur in quinque libris, vocantur illi lex Moysi. Et ita accipiūt Iudei vocantes istos quinque libros Thora. i. legem, vt dicit Hiero. in prologo Galeato. Et isto modo accipit communiter in sacra scriptura lex, vt Ioan. 1. c. lex per Moysen data est, & Io. 7. Moyses dedit vobis legem. Et tunc distinguitur lex contra alios libros scilicet contra prophetales, & sapiētiales, agiographos, & apocriphos. Sic accepit Christus Luc. 24. scilicet. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sūt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me.

Tertiò accipitur lex strictissimè pro ipsa lege, quæ totaliter data est à Moyse, & vocatur lex noua, siue secunda, & est Deuteronomium. Omnia enim præcepta ibi contēta dedit Moyses Israelitis in terra Moab incipiendo a c. 6. vsque ad finem. Est enim ista lex distincta ab eo toto, quod habetur in quatuor libris præcedentibus. Et ideo dicitur esse aliud fœdus. Deute. 29. Et hoc, quia in diuersis locis data sunt hæc præcepta. Nam prima data sunt in Horeb. idest in monte Synai: alia vero ī terra Moab. eo. c. De prophetis dicēdum, ꝙ nō accipitur hic propheta pro viro, sed pro libro. Sicut dicitur Luc. 24. c. omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Et hic ēt dicit, ꝙ pendet lex, & ꝓphete. i. prophetalis scriptura.

Et tunc dicendum ꝙ propheta. i. liber prophetalis accipitur dupliciter. Vno modo pro libro Prophetæ, idest in quo scriptæ sunt reuelationes ꝓpheticæ, alio modo pro libro, qui à propheta scriptus est, quidquid illud sit, quod continet. Primo modo vocantur libri prophetales, vel prophetæ libri quatuor prophetarū maiorum, idest Isaię, Ieremiæ, Danielis, Ezechielis, & liber duodecim prophetarum minorum. Accipiēdo secundo modo vocantur libri prophetales Iosue, Iudicum, & libri Regum, licet non contineant prophetiam, sed historiam: eo quòd à prophetis conscripti sunt. Et sic accipiuntur prophetæ a Iudæis in diuisione librorum suorum: sicut etiam accipit Hiero. in
F prologo Galeato, vbi dicit esse octo libros prophetarum, & primus est Iosue, & secundus Iudicum. Sicut etiam accepit Christus Luc. 24. dicens. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt de me in lege Moysi, & prophetis, & psalmis. Et sic Christus tetigit in generali libros, in quibus aliquid scriptū erat de eo, & tamen in libris Regum est aliquid de eo scriptum scilicet. 2. Regum 7. cap. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, quod non solum de Salomone, sed adhuc multo melius de Christo intelligitur ad Hebreę. primo cap.

Nunc verò circa legem dicendum, quòd aliter accipitur in verbis Christi, & aliter accipitur in verbis Pharisei quærentis. Nā in verbis Christi debet accipi
G secundo modo, nō enim potest accipi primo, neque tertio modo. Non primo, quia sic lex includit omnes libros, & non distingueretur lex contra prophetas, & tamen Christus distinxit hic, dicens, pendet lex, & prophetæ. Non potest accipi tertio modo, quia acciperetur pro solo Deutero. & tamē in alijs libris Moysi sunt multa p̄cepta, de quibus dubitare poterat an aliquod illorum esset primum, & maximum: ideo necesse est accipi de lege secundo modo, nam iste modus communior est accipiendi in scripturis.

De prophetis dicendum, quòd accipiuntur secundo modo: nam præter libros reuelationum adhuc in alijs libris, qui a prophetis scripti sunt continentur ali
H qua præcepta, & de omnibus illis poterat esse dubiū & non solum isto modo, sed adhuc potest ampliari propheta, vt accipiatur pro omnibus libris, qui non sunt legales, siue sint prophetales, siue agiographi. Nam etiam in agiographis, qui ad tertium ordinem librorum pertinent, vt dicit Hiero. in prologo Galeato continentur multa præcepta, de quibus poterat dubitari, an aliquod illorum esset maximum, & ita poterit etiam tertio modo accipi propheta, vel prophetalis liber.

An præceptum de dilectione Dei, & proximi sint duo præcepta, & quomodo dicuntur duo.
Quæstio. CCLXXXI.

I QVAERETVR an ista sint duo p̄cepta, & quomodo dicuntur duo: nam vna charitas est, qua diligitur Deus, & proximus, & vnus actus diligendi idest ad eandem speciem pertinens.

Dicendum quòd duo præcepta sunt sicut hic dicitur. s. ꝙ primum est. Diliges Dominum Deum, & c. Secundū est: Diliges proximum tuum. Etiam quia dicitur. In his duobus tota lex pendet, & prophetæ. Causa autem quare duo sunt, dicitur esse, quia duo sunt, quæ diliguntur scilicet Deus, & proximus, & non debuerunt eodem præcepto comprehendi.

Sed obijcietur, quia tunc Angelus, & homo diuersa sunt, ergo de eorum dilectione deberent esse diuersa præcepta, sed non sunt.

K Dicendum quòd omnia, quæ diliguntur ex charitate est vna charitas, & dilectio est actus speciei eiusdem, & tamen non est vnum, & idem præceptum omnium, & hoc non propter diuersitatem diligibilium, sed propter diuersum modum diligendi. Nam diligimus proximum non propter se, sed propter Deum: ipsum autem Deū nō diligimus propter alterum, sed propter se. Item diligendus est ex toto corde, & ex tota anima: proximus autem non: sed diligere debet eum quis sicut seipsum, & ideo non potuit esse idem modus, & sic non potuerunt pertinere ad idem præceptū. Secunda ratio est, qa modi dilectionis Dei, & proximi debuerūt poni in præcepto sicut, & substātia actus, iō si eadē modificatio esset vtriusq;

esset

esset idem præceptum de vtroque, vt si esset diligendus proximus ex toto corde sicut Deus, vel si diligere deberet quis Deum solum sicut seipsum. Nam diceretur tunc. Diliges Deum, & proximum ex toto corde, & tamen non potuit esse idem modus: ideo non potuit esse idem præceptum licet sit vna, & eadem virtus, cuius est vtraque dilectio, & etiam vtraque dilectio est eiusdem speciei, cum sit ab eodem habitu numero.

De homine autem, & Angelo licet differant specie, & genere, non debuit dari diuersum præceptum dilectionis, eo quòd non est diuersus modus dilectionis, quia sicut diligimus hominem propter Deum, ita & Angelum propter Deum, & sicut diligo hominē sicut meipsum, ita Angelum sicut meipsum. Vnde, & Angeli proximi sunt, & nomine proximorum intelliguntur: ideo non debuit aliud præceptum esse de eis, & de hominibus.

Hoc dubium mouet Augu. 1. lib. de Doctri. Christia. & Magister refert verba Aug. 3. Sen. di. 27. s. quòd licet sit eadē charitas sunt duo præcepta propter duo dilecta, & ita dicitur gemina charitas, licet sit eadem. Sed magister magis aperiens hoc dicit, ideo esse duo pręcepta, quia magis diligitur Deus quam proximus, & quia sunt duo motus, quibus Deus, & proximus diliguntur.

Sed dicendum, quòd si accipiantur duo motus, idest duo actus non est causa, vt sint duo præcepta: quia etiam diligendo tres homines sunt motus, quia sunt tres actus diligendi, & tamen non multiplicātur præcepta per hoc, ideo neque etiam ex actibus diligendi Deum, & proximum.

Item cum dicitur, quòd ex hoc quòd diligitur magis Deus quam proximus est aliud præceptum, non est causa conueniens, quare multiplicat præceptum. Nam etiam proximos non diligimus æqualiter, sed quosdam plus alijs, & hoc non per accidens quasi sic accidat diligi, cum vnus non sit maior alio, sed quibusdam determinatè debitus est maior amor quam alijs, sicut parētes magis debemus diligere quam fratres, & cognatos magis quam extraneos: & tamen de omnibus his est idem præceptum dilectionis.

Sed dicēdum, quòd magister accepit magis, & minus non solum, vt dicunt inęqualitatem in eadē quātitate, sed vt dicunt diuersitatem speciei in modo scilicet, quia Deus propter se, & proximus propter Deū, Deus ex toto corde diligitur, proximum autem sicut nosipsos diligimus: in proximis autem non est talis diuersitas, quia licet vnum plus quam alterum diligamus: omnes tamen diligimus propter Deum, & neminem propter se, & sic omnes diligimus eodē modo. Vnde pertinent ad idem præceptum.

Quomodo est verum quòd in his duobus præceptis pendet lex, & prophetæ. Quæst. CCLXXXII.

QVAERETVR qomodo est verum, quòd in his duobus pręceptis pēdet lex, & prophetę.

Aliqui dicunt, quòd intelligitur, quòd ex dilectione Dei, & proximi, quæ in his duobus præceptis ostenduntur, pendet intellectus legis, & prophetarum, idest, quòd qui obseruat dilectionē Dei, & proximi accipit a Deo intellectū legis, & prophetalium librorum. Sic dicit Origines. s. Qui omnia impleuit, quæ scripta sunt de Dei dilectione, & proximi, dignus est maximas gratias a Deo percipere, vt intelligat omnem legem, & prophetas.

Sed dicendum, quòd iste sensus est multum alienus. Primò, quia nō dicitur hic de pendentia, quę est quantum ad intelligere, sed de illa, quæ est quantum

A ad continere, cum hic quæratur de maioritate præcepti, & dictum est, quod est maius, & quod secundum. Nunc verò comparat ista duo præcepta ad totā legē, siue ad omnia alia præcepta. Secundo, quia non est hoc verum. s. ꝙ diligenti Deum ex toto corde, & proximum sicut seipsum, detur intellectus totius legis, & prophetarum: multi enim sunt, qui Deum, & proximum diligunt. s. omnes boni, & tamen non habent intellectum legis, & prophetarum.

Sed dicendū, quòd est sensus, ꝙ lex pendet, & prophetæ in his. i. quicquid continetur in lege tota, & in libris prophetalibus continetur in his duobus præceptis. Et hoc accipitur dupliciter: vno modo p modū finis. s. ꝙ omnia, quæ sunt in lege, & prophetis sunt ad finem, quem ista duo præcepta dicunt. s. ad diligendū Deum, & proximū. Sic dicit Aug. li. de quæstio. euan.

B Secūdo modo intelligitur, ꝙ in his pendet. i. in his intelligunt, & cōtinentur. s. ꝙ quidquid explicitè, & particulariter continent omnia, quæ sunt in lege, & prophetis, continent vniuersaliter, & implicite ista duo præcepta. in q. 265. Circa quod sciēdum, ꝙ vt dictū est sup. præcepta sunt triplicia. s. moralia, cęrimonialia, & iudicialia. sed moralia sunt omnia præcepta, quæ continent in generali oīa, de quibus aliquid pōt præcipi, cęrimonialia aūt, & iudicialia nō sunt per se præcepta, sed determinationes quædam præceptorū moraliū circa particularia, ipsa autē moralia, licet sint multa tñ ad Decalogum reducuntur omnia. Et ita dicimus Deca

C logū cōtinere totā legē naturalem per hoc, ꝙ omnia moralia reducūtur ad illū. Nā oīa moralia sunt de iure naturali. Decalogus aūt cōtinet duplicia præcepta: q̄dā. n. ad Deum pertinēt. s. tria. Septem verò pertinent ad proximū, & quia vtraque sunt generalia habēt determinationes, præceptorū aūt, quæ ad Deū pertinēt determinationes vocantur cęrimonialia, determinationes aūt pręceptorū, quę pertinēt ad proximum vocātur iudicialia, & sic ad Decalogum reducuntur oīa præcepta quæcunque sint, & quia tamen Decalogus habet decē præcepta, quæ sunt quasi decem conclusiones, licet multum generales, reducitur adhuc Decalogus ad alia pręcepta, quę sunt simpliciter principia, quæ sunt simpliciora, & pauciora, & qm̄ licet Deca

D logus decē præcepta habeat de duabus rebus solum agit. s. de Deo, & proximo, dantur duo præcepta. s. vnū de Deo, & alterū de proximo, & ad ista duo reducuntur oīa præcepta Decalogi. Primum est de dilectione Dei, & ad illud reducuntur tria prima præcepta Decalogi. Nā qui verū Deū diligit nō habet Deos alienos, per quos Deus verus offendatur, neq; accipit nomen eius in vanum, neque infringit solemnitates ab ipso institutas in cultum suum. Secundum est de dilectione proximi, & ad illud reducuntur septem sequentia præcepta Decalogi. Nam qui proximum diligit, non infert ei aliquod malum de malis, quæ prohibentur in sex pręceptis, & exhibet ei honorem debitum, qui continetur in vno pręcepto eorum. Hoc ergo modo cum omnia præcepra cuiuscunque generis, quæ con

E tinentur in libris legis, & prophetarum, reducantur ad Decalogum, & Decalogus reducatur ad ista duo pręcepta, apparet quòd lex, & prophetæ continentur in his duobus pręceptis. Sic dicit Rabanus. Ad duo enim hæc pręcepta pertinet Decalogus, præcepta quidem primę tabulę ad dilectionem Dei, pręcepta secundę ad dilectionem proximi.

Sed sciendum, ꝙ cum dicitur, quòd in his duobus præceptis dicitur pēdere lex, & prophetæ, nō quidem quantū ad omnia, q̄ cōtinentur in libris legalibus, & prophetalibus, quia ibi multa cōtinentur, quæ ad puram historiam pertinent, vt patet in Genesi vbi nullum præceptū est, & tñ est liber legalis, & ita de libris prophe-

prophetalibus, qui multum de historia continet, sed
intelligitur solum quātum ad præcepta, scilicet quòd
omnia præcepta, quæ continentur in libris legalibus,
& prophetalibus pendent in his duobus: quia de nul
lo alio agitur in eis nisi de dilectione Dei, & proximi,

Aliter etiam potest intelligi scilicet ꝙ omnia sim-
pliciter, quæ continētur in libris legalibus, & prophe
talibus, non solū præcepta, sed etiam historiæ, & quæ
cunque alia continentur in his duobus præceptis: qa
etiam si in eis nihil præcipiatur, ordinant tamen ho-
minem ad finem istorum præceptorum. i. vt bene se
habeat ad Deum, & ad proximum. Sic dicitur ad Ro.
15. c. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam
scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scri
pturarum spem habeamus, & tamē habere spem est
bene se habere ad Deum ad quem est spes: ergo etiā
historiæ, & quæcunque contenta in libris prophetali-
bus, & legalibus reducuntur ad ista duo præcepta.

Quomodo pendet lex, & prophetæ in his duobus mandatis, cum in vno tantum pendeat. Quæstio. CCLXXXIII.

QVAERETVR quomodo est verum, quòd pen
deat lex, & prophetæ in his duobus mandatis,
Nam videtur, quòd in vno tantum pendeat, s.
in mandato de dilectione proximi.

Et patet primo, quia, sup. 7. c. dicitur. quæcūque vul
tis, vt faciant vobis homines, hæc eadem facite illis,
hoc est enim lex, & prophetæ,

Secundo quia, ad Ro. 13. c, dicitur, Omne mādatū
in hoc verbo restauratur: diliges proximum tuum: er
go omnia mandata reducuntur ad vnum, & conse-
quenter lex, & prophetæ,

Tertiò quia, ad Ro. 13. c. dicitur. Qui proximum di
ligit legem impleuit, sed lex dicit omnia præcepta, er-
go omnia præcepta reducūtur ad præceptum de dile
ctione proximi, & non ad duo,

Dicendum ꝙ vtraque locutio potest cōcedi, s. ꝙ in
vno præcepto pendet lex, & prophetæ; & ꝙ in duobꝰ
pendet lex, & prophetæ, & tamen conuenientius dici
tur, ꝙ pendet in duobus quam ꝙ pendet in vno, & si
deberet dici ꝙ penderet in vno non esset illud de di-
lectione proximi. Et patet hoc quia ad duo præce-
pta directe reducuntur, s. septē præcepta Decalogi cū
omnibus iudicialibus ad præceptū de dilectione pro-
ximi: & tria prima præcepta Decalogi cum omnibus
cerimonialibus ad præceptum de dilectione Dei, sed
vnum illorum non reducitur directè ad alterum. Et
ratio est, quia non est idem modus vtriusque. Nam
diligere Deū est diligere ex toto corde, diligere pro-
ximum est diligere sicut seipsum, & non ex toto cor-
de, & propter alterum, ideo accipiuntur ista tāquam
duo prima, ad quæ reducuntur omnia alia, si tamen
deberet reduci vnum ad alterum, vel omnia ad vnū
reducerentur ad præceptum de dilectione Dei, quia
illud est simpliciter primum, & proximus non diligi-
tur propter seipsum sed propter Deum, & ideo licet
aliquādo dicatur, quòd tota lex est in dilectione pro
ximi, vel pendet inde, nō ita proprie dicitur sicut qn̄
dicitur. In his duobus pendet lex, quia tamen ista duo
sunt præcepta dicitur aliquando tota lex esse in vno,
& aliquando in alio, sicut dicit Aug. 8. li. de Trinita. s.
Cum aūt sint duo præcepta, in quibus pendet lex, &
prophetæ dilectio Dei, & proximi: nō immerito scri-
ptura plerunque pro vtroque ponit vnum, siue dile-
ctionem Dei, sicut est illud. Scimus quoniam diligen
tibus Deum omnia cooperantur in bonum, siue dile
ctionem proximi, sicut est illud. Omnis lex in vno ser
mone impletur, diliges proximum tuum.

Causa aūt, quare in dilectione proximi est tota lex
F est, quia includit dilectionem Dei, nam si posset sepa
rari dilectio proximi a dilectione Dei, non esset tota
lex in dilectione proximi; sed non separatur, quia qui
diligit proximum ex charitate diligit eum propter
Deum, & non propter seipsum, neque propter aliam
causam, sed qui diligit hominem propter Deum, ma
gis diligit Deum quam hominem, & ideo diligendo
proximum, diligimus Deum, & sic in dilectione pro-
ximi impletur lex, vt dicit Augu. 8. li. de Trini. Et ista
est causa, quare dicitur, quòd in dilectione proximi
continetur tota lex vel impletur, & in dilectione Dei
licet sit maius præceptum, & excellentior actus non
dicitur, quòd continetur tota lex scilicet, quia in di-
lectione Dei non continetur dilectio proximi sicut
G fit è contrario. Nam qui diligit proximum ex cha-
ritate, necesse est, vt diligat Deum cum diligat proxi-
mum, cum Deus non diligatur propter alterum, ne-
que ordinetur ista dilectio ad aliquid.

Secunda causa est quare potius dicatur de dilectio-
ne proximi quam de dilectione Dei, scilicet, quia præ
cepta, quæ nos dirigunt in Deum sunt pauciora, quā
quæ in proximū dirigunt. Quod patet, nam in Deca-
logo tria sunt ad Deum, ad proximum verò septem.
Et iudicialia, quæ sunt ad proximū multo plura sunt
quam ceremonialia, quæ sunt ad Deum, vt patet ex
multitudinem iurium humanorum, quæ omnia ad
proximum dirigunt. Qui autem facit quod plus est. i.
H maiorem partem rei, totam rem fecisse videtur, ideo
qui proximum diligit, dicitur legem implere, non au
tem qui Deum diligit.

Tertia causa est, quia implere præcepta, quæ sunt
ad proximum, videtur esse difficilius quam imple-
re ea, quæ ad Deum sunt, quia sunt pauciora, &
etiam non sunt ex seipsis tam difficilia. Et sic qui po-
test animum suum subijcere ad faciendum omnia,
quæ pertinent ad proximum, nulla difficultas esse vi-
detur quin faciat omnia, quæ pertinent ad Deum, vn
de totam legem implesse dicitur.

Ad primam auctoritatem dicendum, quòd hoc
est lex, & prophetæ nō quòd lex, & prophetæ solum
jubeant facere ea, quæ ad proximum sunt, quę etiam
jubent ea, quæ ad Deum, sed quia in dilectione proxi
I mi includitur dilectio Dei, vt dictum est, vel quia plu
ra sunt mādata ad proximum quam ad Deum, & sic
continent quasi totam legem.

Ad secundum dicendum ꝙ Apostolus solum lo-
quitur ibi de mandatis, quæ ad proximum pertinent.
Et patet, quia hic dictum fuerat. Qui proximum dili-
git, legem impleuit, Et sequitur. Non adulterabis.
Non occides. Non furaberis. Non falsum testimoniū
dices. Non concupisces rem proximi tui. Et si quod
aliud mandatum est in hoc verbo instauratur. Et ta-
men non posuerat exemplum nisi de mandatis pro-
ximi, ideo oportet clausulam sequentem de solis mā-
datis proximi intelligi, & ita est sensus, quòd omnia
K mandata, quæ ad proximum sunt, implentur in dile-
ctione proximi. Ad tertiū dicendum, quòd totam le-
gem impleuit, qui diligit proximum scilicet totā le-
gem præceptorum pertinentium ad proximum, vel
totam legem accipiendo eo modo, quo supradictum
est totam legem contineri in dilectione proximi.

An Deus possit amari a nobis per essentiam suam in via. Quæstio. CCLXXXIIII.

NVNC vero ad istorum declarationem de cha-
ritate agendum erat cuius est dilectio Dei, &
proximi: sed de charitate potest dupliciter agi,
aut quantum ad se, aut quantū ad actum. Quātū ad se,
& cōditiones suas, & in cōparatione ad alias virtutes
agetur.

agetur. 1. Corint. 13. de charitate autem quantum ad actum suum, qui est diligere, est nunc agendum: eo quòd hic agitur de dilectione Dei, & proximi, qui sunt duo actus charitatis, & primo de dilectione Dei. Circa quam quæritur an Deus possit amari à nobis per essentiam suam in via.

Aliqui dicunt, quòd non potest amari nisi per alia, & non per essentiam. Intellectus enim est velocior quam affectus, sicut dicit Augusti. quòd præcedit intellectus: aut sequitur paruus aut nullus affectus, sed intellectus noster in statu viæ non potest immediate Deum videre, siue per essentiam: quia tunc esset hic beatitudo: ergo neque potest hic amari per essentiam.

Secundò, quia amor non potest esse de re non cognita sicut dicit Arist. 9. Ethico. quòd nullus amare incipit specie non prædelectatus, sed nos in statu viæ B non videmus essentiam diuinam: ergo neque ipsam immediate per essentiam possumus amare.

Tertiò, quia cognitio patriæ excedit cognitionem viæ, inquantum homo in patria videt Deum per essentiam immediate: in via autem non ita: ergo charitas patriæ excedit charitatem viæ, quia amor consequitur ad cognitionem, & ideo proportionaliter erit in eis excessus, sed si homo in via posset immediate Deum amare, nō excederet charitas patrię charitatē viæ: ergo non potest homo hic amare Deum immediate, siue per essentiam suam.

Quarto, quia ex hoc contingit, quòd Deum in sta- C tu viæ immediate videre non possumus: quia ex visibilibus deuenimus in cognitionem inuisibilium: sed similiter deuenimus ex amore visibilium in amorē inuisibilium. Vnde Grego. dicit in quadam homilia, Cœlorum regnum rebus terrenis simile dicitur, vt per hæc, quæ animus nouit diligere, discat, & amare incognita. Et in præfatione dicitur. Vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur, ergo similiter in statu viæ non diligimus Deum immediate.

Quinto, quia voluntas, quę est prima radix peccati, magis debuit corrumpi per peccatum quam alia potentia animæ, cum tota corruptio quæcunque in illis fuit, acciderit ex peccato, sed intellectus, qui minus D corrumpi debuit non potest exercere actum suum immediate circa Deum scilicet intelligere per essentiam, ergo a fortiori voluntas non poterit hic Deum immediate amare.

Sextò, quia qui non potest in minus, non potest in maius, sed maius est amare Deum quā cognoscere, quia qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. primo. Corin. sexto cap. est adhæsio per amorem, adhæsio autem per cognitionem non facit spiritum vnū, sed non potest homo in via immediate, idest per essentiam Deum cognoscere, ergo à fortiori non poterit per se, vel per essentiam eum amare.

Septimo, quia homo recedit, & separatur a Deo per peccatū Isa. quinquagesimonono, cap. iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, sed E peccatum magis est in voluntate quam in intellectu, ergo minus poterit homo Deum diligere immediate quam eum cognoscere.

Dicendum quòd potest homo in via immediate Deum amare scilicet per essentiam, quia dicit Augu. in li. confe. Væ illis, qui diligunt nutus tuos pro te. Nutus autem Dei dicuntur participationes bonitatis eius in creatura, sed amare Deum non immediate est eum amare per nutus, vel propter nutus suos, ergo boni amant Deum hic immediate.

Secūdò, quia cognitio ęnigmatica, quæ est de Deo in via per fidem ideo euacuatur in patria, vt dicitur. 1.

A Corin. 13. c. f. quia Deum hic non per se, sed mediantibus creaturis cognoscimus, & tamen charitas, quæ est in via nunquam excidet. eo. c. ergo non est mediātibus creaturis, & ita per eam diligimus Deū p se.

Tertio, quia sicut id, quod est medium cognoscendi est ratio cognitionis, ita quod est medium diligendi, est ratio dilectionis, sed ratio diligendi Deum in via non sunt creaturæ, sed magis econtrario Deus est ratio diligendi creaturas, ex charitate ergo non diligimus hic Deum mediate, sed per se.

Considerandum autem, quòd licet intellectus, & voluntas habeant cognationem quandam, voluntas potest amare Deum immediate in via, intellectus autem non cognoscit Deum immediatè, vel per essentiam in via. Ratio differentiæ est, quia actus virtutis cognitiuæ perficitur in hoc, quòd cognitum est in cognoscente, actus autem virtutis appetitiuæ perficitur per hoc, quòd appetitus inclinatur, & tendit in rem ipsam, & ideo oportet ꝙ motus appetitiuæ virtutis sit in res secundum cognitionem earū. i. ꝙ taliter, vel sub tali ratione ferat in eas, qualiter ipsas cognoscit, actus aūt cognitiuę virtutis erit secūdum modum cognoscentis. i. secundum ꝙ veniunt res ad cognoscendum. Est autē in rebus talis ordo, ꝙ Deus est propter seipsum, & per seipsum cognoscibilis, quia ipse essentialiter est ipsa veritas. Nam quia res cognoscitur inquantum, vera, & verum, & ens conuertuntur, necesse est, ꝙ quantum habuerit res de entitate tantum habeat de veritate, sed Deus est ipsa natura entitatis, qa ipse est esse simpliciter, necesse est, ꝙ ipse sit natura vel essentia veritatis: ei ergo per seipsum, & primò cōpetit esse cognoscibilis, & quia cū ipse sit natura entitatis est omnibus alijs causa essendi, necesse est, vt sit alijs causa cognoscibilitatis. s. vt vnumquodque tantum habeat de cognoscibilitate quātum communicatur ei de veritate a primo vero, sed quia actus cognitiuæ virtutis fit secūdum ꝙ res cognoscibiles veniūt in virtutē cognitiuā, & quia nō est idē ordo earū veniēdi in intellectū, qui est in gradu cognoscibilitatis ipsarū, aliquid prius cognoscitur, quod est minus cognoscibile, & aliquid posterius cognoscitur, quod est magis, & prius cognoscibile, & ita cōtingit quòd Deus, qui est primū cognoscibile, & per se sit vltimū, qđ cognoscatur, quia vltimo venit in virtutē cognitiuam. Ratio autem huius est, quia in nobis sunt tres gradus virtutis cognitiuę. s. sensus, imaginatio, & intellectus. Et vbi terminatur operatio vnius incipit operatio alterius, qa sunt ordinati isti gradus cognitionis. Incipit autē cognitio nostra a sensu, & ideo sensus. i. sensatio terminatur ad imaginationē, quæ est motus factus à sensu secūdum actus, & intellectus in termino imaginationis incipit, quia accipit phantasma pro obiecto, vt dicitur. 3. de anima, & ideo intellectus nil pōt cognoscere, nisi quod prius fuerit in imaginatione, & nō potest esse in imaginatione, nisi quod prius fuerit in sensu. Ex quo sequitur, quòd illarum rerum, quæ non habent phantasmata, non potest intellectus cognitionem accipere nisi ex rebus quarum sibi repræsentātur phātasmata, vnde intellectus in statu vię in qua accipit a phantasmatibus, non potest Deum immediate videre, sed oportet quòd ex visibilibus in Deum veniat.

Tres gradus sūt in nobis virtutis cognoscitiuæ.

Ex quo apparet ꝙ intellectus nō solum in via non cognoscit Deū per essentiam vel immediate sed etiā maxime mediate. & remote, immediate. n. dicitur cognosci id, quod nō per aliud, sed per seipsum, siue per speciē suā cognoscitur. Et hoc est quod cognoscitur per sensum. Nā illud statim per speciē suā cognoscitur non intercidēte alia re, quæ sit medium, vel ratio cognitionis. Per essentiam aūt cognoscitur illud, in quo

Quid sit per essentiam cognosci.

quo idem est species, quæ est ratio cognoscendi, & obiectum, quod cognoscitur. Et dicitur cognosci per essentiam, vt distinguitur contra cognitionem, quæ est per speciem scilicet, quia essentia rei est ibi species per quam cognoscitur: & quod sic cognoscitur, non cognoscitur per sensum: quia in sensu non potest esse res, sed species vel intētio rei. Deus autem ab intellectu non capitur hic per essentiam: neque immediatè, quia neque intellectus habet speciem Dei, per quā ipsum cognoscat, quæ species immediatè multiplicetur ab eo, neque etiam vnitur, vel applicatur intellectui, vt per essentiam intelligi possit. Etiam patet, quòd maxime remote, vel mediate Deus cognoscatur hic ab intellectu: quia immediate cognoscuntur, quę sensu cognoscuntur in præsenti, eo quòd primus gradus à quo incipit cognitio est sensus, sed nihil est magis separatum à sensu quam Deus: ideo nihil magis remotum est à cognitione, & ita licet Deus sit maxime cognoscibilis nihil est, quod posterius, & minus ab intellectu hic cognoscatur, sed licet non cognoscat intellectus Deum immediate, cognitio eius terminatur in Deum, quia ex rebus creatis tandem peruenitur in Deum.

Circa dilectionem dicendum, quòd sicut Deus est primum, & per se intelligibile, ita est primum, & per se diligibile. Nam dilectio est ad bonum: ens autem & bonum conuertuntur, & quantum habet quodlibet de entitate tantum habet de bonitate, sed Deus est ipsa natura entitatis. ergo est etiam natura bonitatis, & sic erit primum, & maxime & per se diligibilis, & sicut à primo ente omnia habent esse: ita à primo bono habent omnia bona bonitatem: ideo ab illo habebūt cętera, quòd sint diligibilia. Hoc autem habet voluntas per charitatem, quòd sicut Deus est per se, & primo diligibilis: ita eum primò, & per se diligit. Et ratio differentiæ inter intellectum & voluntatem est, quia per appetere tendit voluntas in res, per intelligere autem tendit res in intellectum: & quia voluntas est libera, & tendit in rem secundum determinationem præcedentem, si determinatum est esse illā primam, tendit in illam primò, & per se. & quia volūtas cognoscens Deum iudicat illum esse summe diligibilem, & propter eum diligenda esse cętera, tendit in eum vt primum diligibile, & in cętera propter ipsum: intellectus autem licet velit Deum prius, & per se intelligere nō potest, quia nō venit Deus prius in intellectum in statu viæ sed posterius, cum non veniat in sensu.

Ad primum dicendum, quòd intellectus est velocior quam affectus inquantum intellectus præcedit semper effectum, & tamē non sequitur, quòd magis pertingat ad rem intellectus in cognoscendo quam affectus in amando: quia affectus magis penetrat intima rei quam intellectus: neque est difficile nimis aliquid amare, & tamen est difficile aliquid minus intelligere, quia vnum est voluntarium, aliud non, sed pēdens ex magnitudine luminis intellectus, & conditione rei intelligibilis.

Ad secundum dicendum quòd ad amorem semper præcedit cognitio, quia incognita amari non possunt, & tamen nō est necesse, ꝙ idem sit ordo in amore, qui est in cognitione, & ita licet aliquid cognoscatur per aliud, siue per multa media non oportet, ꝙ ametur per multa alia: sed statim vt aliquid cognitū est pōt amari: & sic non præcedit amor alterius rei, quæ deducat ad istam: licet præcedat multiplex cognitio, per quam deuentum est ad istum amorem, & ita Deus licet non cognoscatur immediate, & per essentiam a nobis in via, amatur immediate, licet non dicamus conuenienter, ꝙ sicut contingit Deum co-

F gnosci immediate, & per essentiam saltem in patria,
quòd ita hic contingat amari per essentiam: sed dici-
mus ꝙ amatur immediate.i. ꝙ nil ante ipsū amatur,
quod deducat in amorē eius: sed ipse potius à nobis
amatus præstat causam, vt alia ꝑpter ipsum amemus.
Dici autem per essentiam conuenit ad cognitionē.s.
qn̄ non cognoscitur per speciē: sed ipsa natura Dei est
medium, vel ratio cognitionis: nisi largè dicamus, ꝙ
amatur Deus à nobis immediate, & per essentiam id-
est ipsum amamus, & propter seipsum, & ratio aman
di non est aliquid quod sit eius sed ipsemet.

Ad tertium dicēdum quòd maior erit charitas pa-
tríæ quam charitas viæ, & tamen sicut ibi Deus dili-
gitur propter se, & immediate, ita & in via: quia ista
G maioritas dilectionis pertinet ad quandam intensio-
nem, quæ non mutat ordinem, sed addit gradū dile-
ctionis, & causatur ista intensio ex cognitione. Nam
quantomagis aliquid cognoscitur esse bonū, tātoma
gis amatur præcipue si est bonum quod est finis, in
quo nihil inuenitur, quod ostendat affectū, propter
quod desinat amare: sed in patria magis cognoscetur
Deus quam in via, ideo magis amabitur: & sic non ac
cidet ista diuersitas per hoc, quòd pertinet ad intelle-
ctum, sed quia magis Deum cognoscimus in patria
quam in via, eo quòd in patria cognoscimus per es-
sentiam in via autē ꝑ ęnigma, & ex hoc sequitur ma-
ior amor in patria quam in via: & tamen eiusdem ra-
H tionis est amor patriæ, & viæ.s. quia hic amatur Deus
propter se, & immediate, & in patria similiter, cogni-
tio autem patriæ, & viæ nō est eiusdem rationis, quia
medium non est idem.s. essentia, & ęnigma.

Ad quartum dicendum, quòd non est simile: nam
per corporalia cognoscimus spiritualia, & inuisibilia,
& tamen non diligimus inuisibilia per visibilia, vel
propter illa: neq; hoc dicit auctoritas, sed quod sicut
ad cognitionem inuisibilium præcedit cognitio visi-
bilium: ita ad amorem inuisibilium præcedit cogni-
tio visibilium, quibus cognitis cognoscimus inuisibi
lia, & tunc illa amamus, & licet prius tempore diligā
tur visibilia a nobis, vt cibum, & potum, & omne de-
lectabile, prius incepimus diligere quam Deum, quia
I prius ea cognouimus: & tamen non venimus in amo
rem Dei per amorem istorum, sed venimus per co-
gnitionem istorum. Nā siquis cognosceret ista, & nō
diligeret, & per ea cognita cognosceret Deum, dili-
geret eum, & tamē si ista homo non cognosceret nū
quam Deum cognosceret, & ita ꝙ prius diligamus
visibilia quam Deum accidit ad amorem Dei: & ta-
men ꝙ prius cognoscamus visibilia quam amemus
Deū est quasi per se respectu modi cognitionis viæ,
quia ista cognitio confert ad illum amorē, & tn̄ amor
creaturarū.i. de creaturis nō cōfert ad amorē de Deo.

Ad quintum dicēdum, quòd verum est, quòd ma-
gis fuit corruptus, vel deprauatus affectus quam in-
tellectus, & tamen licet deprauatio accidens ex pec-
cato infirmas reddiderit potentias ad perfectionem
K actuum suorum, tamen conditionem, & naturam ip
sarum non abstulit, sed naturale est intellectui, & om
ni virtuti cognitiuæ, quòd cognoscat per hoc ꝙ res
mouentur ad intellectum, & efficiuntur in eo. Natu-
rale autem est appetitui, quòd amet per hoc quòd tē
dit in res, & ex hoc sequitur, quòd voluntas possit ali
quid immediate, & per se amare, quod intellectus nō
potest immediate, & per se intelligere, vt declaratum
est supra, ergo licet magis deprauata fuerit voluntas
quam intellectus potest immediate amare Deum,
quem intellectus non potest secundum conditionē
viæ immediate cognoscere.

Ad sextum dici poterat vno modo, ꝙ nō est verū,
ꝙ dilectio Dei sit maior quam cognitio. Nam co-
gnitio

gnitio est actus intellectus, qui est perfectior potentia quam voluntas cuius actus est diligere.

Potest tamen dici, quòd in via est dilectio maior quam cognitio, quia dilectio est meritoria, cognitio autem non, & tamen non est difficilior actus amare propter se & immediatè, quã cognoscere immediatè, & per se, sed potius è contrario, cum naturale sit voluntati sic posse facere, vt ostensum est supra. Intellectus autem secundum conditionem viæ, & naturę humanæ non potest, ideo non est inconueniens, quòd qui potest immediate amare Deum, non posset illum immediatè cognoscere.

Ad septimum dicendum, quòd verum est, quòd solum peccatum elongat nos a Deo, & illud magis pertinet ad volũtatem quam ad intellectum, & ideo quandiu manet homo in peccato, difficilius est ei amare Deum immediate, & propter se secundum ordinem charitatis quam cognoscere eum immediatè, & per essentiam, quia per miraculum potest manens in via cognoscere Deum per essentiam, sicut asseritur de Paulo, & Moyse, & tamen manens in peccato mortali non potest etiam per miraculum amare Deum immediate, & secundum ordinem charitatis, scilicet illum solum propter se, & cętera propter ipsum solũ, sed quando voluntas est in charitate cessat peccatum, & elõgatio à Deo, & ideo vnitur voluntas Deo immediate vinculo spirituali, quod non potest fieri per intellectum, in quo charitas non est, neque aliquid, quod in statu Dei immediate illum Deo coniungat.

An necesse sit Deum diligi propter se.
Quæst. CCLXXXV.

QVAERETVR quia dictum est, quòd Deus ex charitate diligitur, an necesse sit illum diligi propter se.

Aliqui dicunt, quòd non, sed propter aliquid diligitur ex charitate: dicit enim Grego. in quadam homilia, quòd ex his, quæ nouit animus, discit incognita amare. Vocat autem incognita res diuinas inuisibiles, cognita autem ipsa sensibilia, ergo Deus propter sensibilia amatur.

Secundo, quia amor naturalis, & ex necessitate sequitur cognitionem, idest non potest præcedere iuxta illud ad Ro. 1. inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur, ergo inuisibilia Dei amantur propter ea, quæ facta sunt.

Tertio quia spes gignit charitatem, vt dicit in Glo. Mat. 1. timor etiam introducit charitatem, vt dicit Aug. super Io. ergo spes, & timor prætendunt ad charitatem, sed spes expectat aliquid habere à Deo, timor autem refugit aliquid, quod potest à Deo infligi, ergo videtur, quòd Deus sit amandus propter aliquod bonum, quod speramus, aut propter aliquod malum, quod timemus, & ita non propter seipsum.

Dicendum, quòd Deus propter seipsum diligendus est, & si diligeretur propter aliud, iam non diligeretur ex charitate, quia peruerteretur ordo. Nam, vt dicit Aug. lib. 1. de doc. Chtistia. frui est amore inhęrere alicui rei propter seipsam, sed Deo fruimur, & eo solo: ergo Deum propter seipsum diligere debemus, & quod plus est, quia eum solum propter seipsum amare debemus, cętera verò non propter seipsa, sed propter illum.

Sed sciẽdum, quòd cum dicimus propter seipsum ly propter, importat habitudinem causæ, idest, quòd ipse sit causa, & quia est quadruplex genus causæ, potest dicere ly propter, habitudinem cuiuslibet illarũ, s. finalis, formalis efficiens, & materialis, licet propter materiam simpliciter sumptam nihil est, sed reducitur dispositio materialis ad genus materiæ, & quando aliquid est propter materialem dispositionem, dicitur esse propter materiam, & in his oĩbus causis potest dici, quòd vnum propter alterum diligitur. De finali, vt cum dicitur, quòd diligimus medicinã propter sanitatem. De formali, vt diligimus hominẽ propter virtutem: non enim est ibi virtus causa finalis, qa non diligimus eum, vt virtutem eius habeamus, quia habere non possumus, neque etiam, vt ille virtutẽ habeat, quia iam illam habet, sed diligimus eum propter virtutem, idest quia habet virtutem, quæ efficit eum diligendum, & illa inest ei formaliter. De efficiente, vt cum diligimus aliquem propter patrẽ suũ, nam tunc non diligimus eum, nisi inquantum ab illo genitus est, & hoc ad efficiens pertinet. De dispositione autem materiali, quæ pertinet ad genus materiæ, sicut dicimur aliquid diligere propter id, quod nos disposuit ad illum diligendum, sicut amamus benefactorem propter beneficia si honeste amamus, non quòd illa sit causa amandi sola, quia tunc essent in genere causæ finalis, sed quia ex eo, quòd aliquis benefecit mihi fuit mihi occasio ad diligendum eũ, quem iam non diligo propter beneficia præstita, vel quę pręstat, sed propter virtutem, secundum quam illa præstitit, vel qua pollet.

De Deo autem dicendum, quòd non diligimus eũ propter aliud, sed propter se quantum ad primos tres modos causæ, sed quãtum ad quartum dicimus eum diligere propter aliud. Patet de primo, quia non diligitur Deus propter aliud tanquam propter finẽ, quia non ordinatur ipse ad aliud tanquam ad finem, sed ipse est finis vltimus omnium. Etiam de formali. Nõ enim diligitur Deus propter aliud, quod ei formaliter insit, quod eum reddat diligibilem, quia res diligitur propter bonitatem. Bonitas autem Dei non est aliqua forma eius, vel accidens, aut pars, sed ipsa eius substantia, & essentia simplex, & indiuisibilis, ideo non diligitur Deus propter aliud formaliter, sicut homo diligitur propter virtutem, quæ est forma eius, & non est ipsa eius substantia. Neque etiam Deus diligitur propter alterum in genere causæ efficientis, quia ipse non est ab alio, neque bonum, quod habet, aut partem eius suscepit ab alio.

De quarto modo dicẽdum, ꝙ Deus diligitur propter aliud, & non propter se, s. quia aliquid fuit dispositio materialis nobis, vt ipsum diligere inciperemus, vel in dilectione proficeremus. Aliqui enim à principio Deum non inciperent diligere, nisi quia ab eo recipiunt beneficia, & tamen postea corrigitur amor, & diligunt eum, quia talis est, vt amari propter se debeat, etiam si nulla beneficia præstaret, aut præstitisset. Etiam disponunt ad proficiẽdum in amore, quia licet Deum propter seipsum diligamus, quia talis est, tamẽ crescit in nobis amor, quia multa beneficia pręstat, & ita multa disponunt nos materialiter ad diligendum Deum, s. vt diligere incipiamus, vel vt in ea proficiamus, s. beneficia suscepta, præmia sperata, pęnæ, quas timemus, & nos vitare intendimus. Et cum dicitur de dispositione materiali, debet ista accipi ex parte diligentis, s. quia ipsi efficitur dispositio materialis, non autem ex parte dilecti, quia tunc incideret in causam finalem, vel formalem.

Ad primum dicendum, quòd Grego. cautè loquitur: non enim dixit, quòd animus propter ista cognita amat incognita, quia sic significaretur causa, sed ex his amat illa, vt solum significetur ordo præcessionis, scilicet, quòd prius nouit ista quam amet diuina, scilicet, quia amare non potest diuina, nisi illa cognouerit, cognoscere non potest, nisi cognouerit sensibilia,

ideo

ideo ex his amat illa non tamen propter hæc. Alij dicunt, quòd animus ex his, quæ nouit discit amare incognita, non quòd cognita sint ratio diligendi incognita per modum causæ formalis, vel finalis, vel efficientis, sed quia per hoc homo disponitur ad amandum incognita, ita vt reducatur ad genus causæ materialis, scilicet, quòd ista sit dispositio materialis, sicut beneficia præstita, sed melior est modus primus.

Ad secundum dicendum, quòd Deus cognoscitur à nobis per alia, & ita potest concedi, quòd per alia amatur, non quidem, quòd alia amentur ad hoc, ꝙ ipse ametur, sed quòd oporteat præcedere cognitionem aliorum ad hoc, quòd ipse cognoscatur, & ametur.

Vnde dicẽdum, ꝙ alia directè sunt causa ad cognoscendum Deum, sed non ad amandum: nam nõ possumus eum in via cognoscere, nisi alia præcognouerimus, & tamen eo cognito etiam si nihil aliud cognosceremus, neque amaremus, ipsum tamen amaremus, quod est proprer se amare.

Ad tertium dicendum, quod spes, & timor præcedunt ad charitatem, & ita potest dici, quòd amat quis Deum propter ea, quæ sperat, vel timet, nõ vt illa sint causa efficiens, formalis, vel finalis, sed quòd sunt dispositio quædam materialis amantis, vt declaratum est.

An possimus, & debeamus Deum totaliter diligere. Quæst. CCLXXXVI.

QVAERETVR cum dicatur, quòd diligamus Deum ex toto corde &c. an possimus, & debeamus Deum totaliter diligere.

Aliqui dicunt, quòd non, quia ad dilectionem præcedit cognitio, & intantum res amatur inquantum cognoscitur, quod ergo non cognoscitur totaliter, non amatur totaliter, sed Deus non potest totaliter à nobis cognosci in via, quia nõ videtur per essentiam, neque etiam in patria totaliter cognoscitur, quia licet per essentiam cognoscatur non totaliter cognoscetur, quia hoc esset eum comprehendere, quod nemo facit. ergo etiam beati non poterunt totaliter Deum amare.

Secundo, quia diuina lux est infinita, & diuina bonitas, sed lux diuina ratione suæ infinitatis non potest comprehendi intellectu, vt totaliter videatur: ergo cum diuina bonitas sit æqualiter infinita non poterit comprehendi affectu, vt tota diligatur.

Tertio quia diligit Deus seipsum, & non plus quã totaliter, si ergo aliqua creatura diligeret Deum totaliter, dilectio alicuius creaturæ posset adequari dilectioni Dei, quod falsum est: ergo nulla creatura potest Deum totaliter diligere.

Quarto, quia amor est vnio quædam, vt dicit Diony. 4. c. de diuinis nominibus, sed cor nostrum nõ potest totaliter Deo vniri, quia Deus est maior corde nostro, vt dicitur 1. Ioan. 3. c. ergo non potest totaliter amari.

Dicendum, quòd Deus potest diligi totaliter, quia dicitur Deuteron. 6. c. Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde, ex tota anima, & tota mente, & tota fortitudine, vel virtute. Et idem hic in litera, & Mar. 12. & Luc. 11. ergo potest totaliter diligi, quia aliàs superuacuum esset, & irrationabile istud mandatum, quod impossibilia iuberet.

Circa quod considerandum, quod ad dilectionem tria requiruntur, s. diligens, dilectio, & res dilecta, & cuilibet horum respondet suus modus. Habet enim res dilecta modum, quo est diligibilis, & diligẽs mo-
F dum, quo est dilectiuus dilectionis: dilectionis autẽ
modus attenditur in comparatione diligentis ad rem
dilectam, quia dilectio medium est inter diligentem,
& rem dilectam, & similiter sic circa visionem Dei
eadem tria considerantur, s. videns, visio, & res visa;
sed quia totaliter dicit modum potest accipi in quo-
libet istorum trium. Si enim dicat modum rei dilectę
& visæ, est dicendum, quòd in patria Deus totaliter
diligitur, licet non in via, & ita beati Deum totaliter
vident, & totaliter diligunt. Nam essentiam Dei vi-
dent, & totam vident, & nil est de illa, quod non vi-
deant. Quod patet, quia essentiam Dei vident, cum
Deum per essentiam videant, quia aliter non essent
beati, sed essentia est simplex, & indiuisibilis: ergo ne
G cesse est, quòd tota videatur cum partes non habeat
vllo modo. Totam ergo essentiam diuinam videret
quilibet beatus, & sicut ipsam essentiam diuinam vi-
dent, ita & modum, quo Deus est vident, quia ille nõ
est alia res distincta à Deo, & consequenter totum il-
lum vident, & sic beati totaliter vident Deum, quia
totum, quod Deus est, vident. Similiter totam essen-
tiam diuinam diligunt, quia Deum diligunt, & nihil
de eo est, quod non diligant, & ideo totaliter Deum
diligunt, quia totum quod Deus est, diligunt.

Beati Deũ totaliter vident, & totaliter diligunt.

Accipiendo etiam secundum modum verum est,
quòd totaliter Deum vident, & diligunt, idest ex to-
to conatu vident, & diligunt nihil suæ potentiæ sub-
trahentes de visione, & de dilectione Dei, neque ab
H illa se distrahentes, aut in alio occupantes, sed ei ex to
ta potestate vacantes, & hoc est diligere ex toto cor-
de, & potentia, & anima.

Accipiendo tertium modum dicendum, quòd ne-
mo potest diligere Deum totaliter, neq; videre, quia
modus visionis, & dilectionis est in comparatione
videntis ad rem visam, & diligentis ad rem dilectam,
& tunc totaliter videri aliquid est, quod tam perfectè
videatur à vidente quam perfectè ipsum visibile est,
& quòd tam intensè diligatur, quam intensè diligi-
bile est, & hoc modo Deus non potest ab aliqua crea
tura totaliter videri, neque totaliter diligi, quia Deus,
sicut est infinitum ens, ita est infinitum verum, &
infinitum bonum, & ideo infinite est intelligibilis, &
I quia visio fit per lumen, & lumen facit rem clare vi-
deri, vel cognosci. Differentia gradualis in videndo
consistit in quadam claritate, s. quòd aliquis clarius
videt quam alius, & sic nemo tam clare videt Deum
quantum est visibilis, quia in infinitum clare est visi-
bilis, & nemo eum tam clare videt, quia nullius crea-
turæ actio est infinita. Sic etiã non põt Deus totaliter
diligi, quia cum sit infinitum bonum, infinite est dili
gibilis. Nemo tamen infinite diligit: solus autẽ Deus
diligit se tam feruenter, & intense, quantum sit dili-
gibilis; & tam clare se videt, quantum sit visibilis, &
sic solus se comprehendit videndo, & amando. Dif-
ferentia autem est inter totalitatem, quæ se tenet ex
K parte diligibilis, & visibilis ad totalitatem, quæ se te-
net ex parte visionis, & dilectionis. Nam prima tota-
litas dicitur absolute, secunda autem per comparatio
nem, & ideo facit adęquationem actus, & obiecti, &
ideo facile est primo modo diligere, & videre Deum
totaliter, quia nil aliud est, nisi videre, & diligere totũ
Deum. Et ad hoc non facit aliquid inæqualitatis a-
ctuum. Nam per quamcunque visionem Deus tota-
liter videtur, & per quamlibet dilectionem totaliter
diligitur, siue sit perfecta, siue imperfecta, quia nõ po-
test Deus videri, quin totus videatur, neque diligi,
quin totus diligatur, & sic totaliter: quantum ad se-
cundam totalitatem difficile est totaliter diligi, & vi-
deri, quia ad istam totalitatem debet adæquari visio
rei visæ, & tunc differt inter visiones, & dilectiones;
quia

Deus in infinitũ clare est visibilis.

quia licet nulla est, qua Deus totaliter videatur, & diligatur, tamen quanto aliqua est perfectior tanto magis accedit ad totalitatem.

Ad primum argumentum dicendum, quòd est de totalitate tertio modo, quę est dilectionis, & tali totalitate neque totaliter videtur Deus ab aliquo, neque totaliter diligitur, nisi à seipso, sed bene alijs duobus modis, & hoc neque in via, neque in patria.

Ad secundum dicendum, quòd eodem modo procedit de tertia totalitate, cum dicat de comprehensione, quæ consistit in habitudine visionis ad rem visam, & dilectionis ad rem dilectam, & ideo concedēdum est, & ad alia duo eodem modo dicendum, ꝙ de tertia totalitate procedunt.

An dilectio, qua Deum diligimus, habeat modum.
Quæst. CCLXXXVII.

QVAERETVR, an dilectio, qua Deum diligimus, habeat modum.

Aliqui dicūt, quòd sic, quia omne finitum habet mensuram, sed modus ex mensura causatur: ergo oportet, quòd dilectio, qua Deum diligimus habeat modum.

Secundo, quia dicit Bernardus: charitas in sapientiam proficit, sed sapientia habet modum ad Rom. 12. cap. s. Non plus sapere, quam oportet: ergo dilectio habet modum.

Tertio omnis actus virtuosus est moderatus, quia quod immoderatū est vituperabile, & vitiosum, sed dilectio, qua Deum diligimus est actus præcipue virtutis: ergo habet modum.

Quarto quia actus omnium aliarum virtutum fiūt meritorij ex charitate, si ergo charitas non haberet modum in suo actu, neque virtutes haberent modū, & tamen habent, ergo dilectio illum habet.

Quinto, quia ratio boni consistit in numero, specie, & ordine, vt dicit Augusti. in lib. de Natura boni. sed dilectio Dei est optima in homine, ad Colo. 3. c. s. Super omnia charitatem habete: ergo dilectio Dei debet modum habere.

Sexto quia dicit Aug. lib. de Moribus ecclesiæ. Dic mihi, quæso te, quis sit diligendi modus: vereor enim ne plus minusve, quam oportet, inflammer desiderio, & amore Domini mei. Frustra tamen quæreret modum, nisi esset aliquis diuinæ dilectionis modus: ergo modum habet.

Septimo, quia Aug. 4. lib. super Gen. ad literam dicit. Modus est, quem vnicuique propria mēsura præfixit, sed mensura voluntatis humanæ, & exterioris actionis est ratio: ergo sicut in exteriore effectu, vel opere charitatis, oportet habere modū à ratione præstitum iuxta id ad Ro. 12. c. rationale sit obsequium vestrum, ita in dilectione ista, quæ est interior actus erit modus.

Alij dicunt, quòd dilectio Dei non habet modum, quia dicit Bernardus, ꝙ modus diligendi Deum est diligere sine modo. Secundo, quia dilectio mensuranda est secundum diligibile, diuina autem bonitas est infinita, & immensa: est ergo dilectio non habēs mēsuram. Dicendum, quòd dilectio Dei non habet mēsuram eo modo, quo nos dicimus mēsurari aliquem actum. Nam sicut Aug. dicit super Gen. ad literam. Modus importat quandam mensuræ determinationem. Hæc autem mensura inuenitur tam in mensura quam in mensurato, aliter tamen, & aliter. In mensura enim inuenitur essentialiter, quia mensura secundum seipsam est modificatiua, & determinatiua aliorum, quia inquantum talis est secundum quantitatē suam habet mensurare alia, in mensuratis autem inuenitur mensura secundum aliquid, & non secundū se, quia non habent modificationem inquantū quantitatem habent, aut tantam, vel tantam, sed inquantū mensuram attingunt, & ideo in mēsura nil potest accipi immodificatum, sed res mensurata est immodificata, nisi mensuram attingat, idest ei adæquetur, siue deficiat, siue excedat. Sic etiam circa moralia: in omnibus siquidem appetibilibus, & agibilibus mensura est finis, idest per primum finem iudicatur quantum de eis accipere oporteat: oportet enim omnium, quæ agimus, & appetimus, propriam mensuram, & rationem ex fine accipere, vt dicitur 2. Phy. & ideo finis secundum seipsum nunquam potest esse sine modo, cum ipse sit mensura aliorum, ea verò, quæ sunt ad finem, habēt modum ex eo, quòd sunt fini proportionata, & ideo, vt dicit philosophus 1. Politi. appetitus finis in omnibus actibus absque termino est, appetitus autem eorum, quæ sunt ad finem est aliquis terminus. Medicus enim cuius finis est sanare nō imponit aliquem terminum sanitati, s. vt tantum velit sanare, & non plus, sed facit sanitatem quanto potest maiorem, & perfectiorem, medicina autem est medium, & huic imponit terminum. Non enim imponit de medicina tantum quantum potest, sed secundum proportionem ad sanitatem, quam intendit causare, quam quidem proportionem si medicina excesserit, vel ab ea defecerit, erit immoderata. Finis autem omnium actionum humanarum, & affectionum est dilectio Dei, per quam maxime attingimus vltimum finem, & ideo in dilectione non potest accipi modus taliter qualiter in re mēsurata, s. vt contingat in ea accipere plus, & minus, sed taliter qualiter inuenit̄ modus in mensura, in qua non potest inueniri minus, & plus, sed secundum quantitatem suam mēsurat alia, & ideo quanto plus attingitur regula ab aliquo, tanto melius est, quia magis se conformat ei, & ita quanto plus aliquis diligit Deum melius est, & nunquam in diligendo est excessus, licet bene possit esse defectus, siquis non attingat regulam quantum conueniens est. Et hoc intelligendum est de actu diligendi, qui est elicitus à charitate, & est actus voluntatis, quia in isto nunquam potest esse excessus quanto ardēter, & feruenter quis Deum dilexerit, secus in actibus imperatis a charitate, quos ex dilectione Dei facimus, vt ieiunare, orare, pauperi subuenire, quia in his potest esse excessus, eo quòd isti non sunt actus charitatis, neque ipsa Dei dilectio, sed actus aliarum virtutum, & a charitate regulati, & imperati, & ideo manet eis conditio virtutum a quibus sunt, qui sunt inter duo extrema, & ideo contingit in illis excedere. In ipsa autem dilectione Dei non contingit excedere propter causam iam dictam, & etiam, quia modus importat quandam mensurationem. Actus verò mensuratur ab eo, quod est ratio agendi, sicut miseria accipit quātitatem a quantitate miseriæ, quia illa cōsistit in subuentione facienda misero, & quia miseria mouet ad subueniendum, illa est ratio agendi, & est mensura actus, s. quia non est plus miserendum, neque subueniendum quam miseria sit indigentis, immo nō potest maior esse subuentio. Nam si vltra indigentiam, vel miseriam quis inopi, aut misero donet, non est illud iam misereri, aut subueniri, sed liberaliter erogare, vel magnifice. Causa autem diligendi Deum est diuina bonitas, quæ mensura est, actus verò tam diligēdi quam quilibet alius actus creaturæ finitus est, cum ex finita potentia procedat, & ideo non potest adæquari rationi diligendi, idest bonitati Dei, quæ infinita est, & ideo in dilectione Dei non ponit̄ aliquis modus, vltra quem non liceat progredi, sed quantumcūque quis multum progrediatur, semper est citra mensuram,

Finis omniū actionum humanarū est dilectio Dei.

ſuram, ideſt non attingit ad quantitatem diuinæ bonitatis, ideo quanto plus dilexerit, tanto melius eſt. In dilectione autem proximi ſecus eſt, quia ratio diligendi proximum eſt bonitas eius menſura, vel imitationis cuiuſdam ad Deum, ſed tam bonitas quam imitatio illa ſunt aliquid finitum, ideo non eſt diligẽdus proximus infinitè, ſed in certo termino, vltra quẽ nõ licet tranſgredi, & vltra illum diligere exceſſus eſt. Sic enim dicit Ariſt. 7. Ethi. quòd licet amor parentũ ſit de bonis, & pulchris, tamen contingit in eo excedere, ſicut dicit de Niobe, quæ tam exceſſiuè amabat filios, quòd ꝑpter illos repugnabat ad Deos, & de Satyro Philopatore, qui tam vehementer amabat patrem, ꝙ videbatur deſipere.

Ad primum dicendum, quod tam actus diligendi noſter quã cęteri actus noſtri finiti ſunt, & ideo modum quendam habent, vſque ad quem pertingunt, ideſt, quòd dilectio noſtra eſt tanta, & non maior: nõ tamen habet terminum, vel modum, in quo ſiſtere debeat, & quẽ tranſgredi non liceat, ſicut in alijs virtutibus, in quarum actibus accidit excedere, ſicut deficere, ratio autem differentiæ inter eas, & dilectionem Dei poſita eſt ſupra.

Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ſimile de ſapientia, & amore, quia in ſapere contingit exceſſus, in amando autem Deum non contingit. Ratio differentiæ eſt, quia vt dictum fuit ſupra cognitio fit per motum rerum ad cognoſcendum, .ſ. quia fiunt in eo, vel incipiunt eſſe in eo: appetere autem fit per motum appetitus in res extra, & quia cum moueãtur res ad cognoſcentem, & recipiantur in eo, recipiũtur ſecundum conditionem eius, & non ſecundum conditionem ipſarummet, licet cognitio de illis ſit vera ſecundum cõformitatem cognitionis ad res cognitas, & non cognitionis ad cognoſcentem, quantitas autẽ receptionis ipſarum rerum fit non ſecundum ipſarũ magnitudinem, vel conditionem, ſed ſecundum quãtitatem capacitatis, & cognitionem recipientis, & ita in ſapiendo aliquid de Deo eſt modus, vel menſura, quia non ſapimus de eo quantum ſciri poteſt, vel ipſe ſcibilis eſt, ſed quantum noſtra capacitas ſufficit, & ideo quantumcunque quis de Deo ſaperet non eſſet exceſſus, ſed laudabile, vel fęlicitas, ſed quia quis vult de Deo plura ſapere quam capax ſit, eſt inordinatum & occaſio erroris. Et hoc eſt quod Apoſtolus vetuit, .ſ. non plus ſapere, ideſt non conari ad ſapiendum vltra capacitatem noſtram. In amore ſecus eſt, quia fit amor ſecundum motũ amantis ad rem, & ideo quantitas amoris debet menſurari ex quantitate rei amatæ, & non ex amante, quia non recipitur amatum in amante, & ideo non eſt menſura aliqua in amando, ſed quantum quis potuerit, quia tamen elicitur actus à potentia finita, non poteſt eſſe infinitus, ſed menſuram quandam habet, non quidem, quam non debeat excedere, ſed quam non poſſit, ideo vocatur nõ magnitudo dilectionis, ſicut deſiderium magna ſapiendi de Deo.

Ad tertium dicendum, quòd omne immoderatũ eſt malum, & ideo dilectio Dei moderata eſt, ideſt modum habens, non tamen habet modum talẽ, qualem aliarum virtutum actus. Nam ibi conſtituitur terminus, vltra quem tranſgredi non licet, in dilectione autem non, & tamen quantumcunque ſit vehemẽs, & feruens, atque intenſa dilectio Dei, nunquam eſt immoderata, quia nunquam modum excedit immo nunquam pertingit, quia modus, vltra quem non liceret tranſgredi eſt adæquatio actus ad conditionem obiecti, ſed hoc nunquam fit, quia obiectum eſt in infinitum amabile, ideo nunquam eſt immoderata dilectio, licet poſſint eſſe immoderati actus circa mate-

F riam aliarum virtutum. Ad quartum dicendum, ꝙ aliter eſt de charitate, aliter de dilectione Dei. Nam charitas eſt ad Deum, & ad proximum, inquantum verò eſt ad proximum modum habet, quia non licet diligi proximum ad quamcunque intenſionem, vt dictum eſt. Etiam accipiendo charitatẽ, vt eſt ad Deũ, habet duplices actus .i. elicitos, & imperatos, elicitus eſt dilectio, & de hac verum eſt, quòd non habet modum, vel ſaltem nemo poteſt illum tranſgredi. Nam neque Deus poteſt eum tranſgredi, .ſ. non poteſt ſe amare immoderatè, quia Deus propter infinitam bonitatem eſt infinitè diligibilis, & ideo nunquam amatur immoderatè, niſi ametur pluſquam infinitè, ſed Deus non poteſt amare ſe, neque aliquid aliud pluſ-

G quam infinitè, eo quòd ipſe non eſt pluſquam infinitus: ergo nemo poteſt Deum diligere immoderate.

Et ideo accipiendo ſic, dicendum quòd charitas non habet modum, vel ſaltem non poteſt excedi, accipiendo autem actus imperatos dicendũ, quòd modum habet, quia illi actus nõ ſunt proprie charitatis, ſed aliarum virtutum, & ratione conditionum virtutum habent illi actus modum, & ideo generaliter loquendo poteſt dici, quòd dilectio Dei, & charitas modum habet, ſed ille eſt, quem non poteſt quis tranſgredi. Cęteræ virtutes habent modum, quem poteſt quis tranſgredi, ſed non licet. & quando dicimus, ꝙ dilectio Dei non habet modum, eſt intelligendum,

H quòd non habet modum, quem poſſimus tranſgredi.

Ad quintum dicendum, quòd dilectio Dei, vel charitas modum habet, ſed non, ſicut aliæ virtutes, & iõ melius, & perfectius habet modum quam ille. Quod enim per ſe eſt potius, & maius eſt eo, quod eſt per aliquid, & ideo bonitas menſuræ, quæ ſecundum ſe habet modum, potius eſt quam bonitas menſurati, quæ habet modum per menſuram & ideo charitas, quæ habet modum, vt menſura, & finis eſt potior alijs virtutibus, quæ habent modum, vt menſuratæ.

Ad ſextum dicendum, quòd Aug. quærebat ibi de modo dilectionis Dei, quaſi eſſet taliter modus in ea, qualiter eſt in actibus aliarum virtutum, vbi contin-

I git excedere, & ideo dixit. Vereor ne plus, minuſve ꝙ̃ oportet inflammer deſiderio Domini mei. Et tamen ſtatim reſpondendo ſubiunxit non eſſe ſic in charitate, ſicut in alijs virtutibus, ſed ait, ꝙ modus diligendi Deũ eſt, vt ex toto corde diligatur, .i. vt diligatur quantum poteſt diligi. Et hoc conuenit ad modum, qui conuenit menſuræ, in quo non contingit excedere.

Aliter poteſt dici, ꝙ quæritur modus in charitate quantum ad actus imperatos, & in illis bene eſt cauẽdum, vt teneatur modus: nam interdum quis inflammatus deſiderio Domini ieiunat, orat, aut facit aliquid plus quam conueniat, & ad hoc magna prudentia requiritur.

K Ad ſeptimum dicendum, ꝙ oportet habere modum præſtitum a ratione in actibus exterioribus charitatis, ſed non in actu interiori.

Pro quo ſciendum, quòd in alijs virtutibus tã quantum actum interiorem, qui eſt electio quam etiã ad exteriorem, oportet teneri modum, quem non licet tranſgredi. Circa charitatem autem non eſt modus circa actum interiorem, quem tranſgredi poſſimus, eſt tamen modus circa actus exteriores. De exterioribus actibus aliarum virtutum manifeſtum eſt, ꝙ cõtingit in eis excedere, vt in audendo, & timendo, & concupiſcendo, & fugiendo delectabile. De interiori autem affectione, ſiue ex electione ratio eſt, quia iſta eſt circa aliquod obiectum, & ideo debet menſurari ex illo, ſed omne aliud obiectum præter Deum ſubia-

cęt

cet iudicio rationis, ideo affectio circa illud obiectū est mensuranda, & non debet transgredi terminum constitutum à ratione. Obiectum autem diuinæ dilectionis, s. ipsa Dei bonitas excedit iudicium rationis, ideo non potest ei poni modus, vel terminus à ratione, sed habet terminum ex natura obiecti, s. infinitatem, & ideo illum terminum, vel modum nemo potest transgredi, neque etiam pertingere. De exterioribus actibus charitatis alia ratio est, quia illi sunt actus aliarum virtutum, & à charitate solum imperantur, ideo secundum conditionem illarum virtutum habent modum. Item quia actus interior charitatis, id est dilectio habet rationem finis, quia vltimum bonū hominis consistit in hoc, φ anima Deo inhæreat iuxta illud Psalm. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Exteriores autem actus sunt, sicut ad finem, in appetitu autem finis non datur terminus 1. Politi. in appetitu autem eorum, quæ ad finem, datur terminus, & ideo commensurantur omnes isti actus secundum rationem, & charitatem.

An iste modus diligendi, quem Christus dedit, possit in via seruari. *Quæst.* CCLXXXVIII.

Quaeretur cū Christus posuerit hic modum diligendi Deum, s. ex toto corde, ex tota anima, & in tota mente, an iste modus diligendi possit seruari in via.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia dicit Hiero. qui dicit aliquid Deum impossibile homini præcepisse anathema sit, sed hominibus existentibus in statu viæ dedit Deus istud præceptum: ergo potest seruari, & hæreticum est dicere, φ non possit seruari.

Secundo, quia charitas est virtus magis necessaria quam alia, sed præcepta data de actibus aliarum virtutum possunt impleri: ergo, & præceptum datum de actu charitatis.

Tertio, quia omne præceptum legis ligat, cum lex à ligando dicatur, sed nullus potest dimittere id, ad quod obligatus est, quin peccet: si ergo lex aliquid præciperet, quod obseruari non posset, lex obligaret nos directè ad peccandum, & ita esset lex mala.

Dicendum, φ accipiendo modum præcepti istius, vt iacet non potest obseruari in via, quia in via nemo potest sine peccato manere, nisi ex speciali priuilegio 1. lo. 1. ca. si dixerimus, quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, sed cū quis peccat saltem venialiter, nō diligit Deum ex toto corde: ergo præceptum illud non potest totaliter in via impleri. Secundo, quia non potest quis habere cor ad multa, sed dum Deum diligimus oportet, φ cor rebus temporalibus non apponamus: ergo non potest homo ex toto corde Deum diligere.

Considerandum autem circa hoc, φ cum dicatur ex toto corde hic &c. manet dubium, an ista totalitas amoris possit esse in via. Totum autem, & perfectum idem est, vt dicit Philosophus 3. Physic. ratio autem perfecti consistit in hoc, φ nihil ei desit.

Sed hoc dupliciter contingit: vno modo, φ nihil desit eorum, quæ natum est habere, siue potest habere, aut quòd nihil desit eorum, quæ debet habere, sicut aliquis homo dicitur dupliciter habere perfectā quantitatem: vno modo, φ habeat tantam quantitatem, quantam possibile est esse in humana natura, sicut est forma gigantis.

Alio modo, quòd habeat tantam quantitatē quantam requirit humana natura, licet non habeat tantam quantitatem quantam possibile est habere, vt qa nondum venit ad magnitudinem gigantis. prima perfectio hominis est in statu gloriæ, quando homo

A habebit totam perfectionē, quam possibile est habere in natura humana. Nā inuenitur ibi natura in suo esse perfectissima. Secunda perfectio est naturę conditæ, s. qn̄ Adam fuit ante peccatum. Nam tunc habuit totum, quod natura requirebat pro illo tempore, licet non haberet totum, quod poterat habere. Nunc verò caret sæpe vtraque perfectio, immo quasi semper, quia neque habet quis quātum habere potest, neque quantum habere debet. Quantum ad omnia in quibus attenditur humana perfectio secūdum prædicta attēditur duplex totalitas in dilectione Dei, vna qua nihil deerit de his, quæ homo potest expendere in amore Dei, quin totum in dilectione eius ponat, & hoc est, quòd nihil cogitemus vnquam, nisi

B de Deo, nihil velimus, & amemus, nisi ipsum, nihil agamus, nisi ad ipsum, & propter ipsum, & hoc modo non impletur, neque potest impleri præceptum istud in via, cum oporteat aliqua alia præter Deū considerare, & etiam voluntas non mouetur toto conatu in Deum, cum affectus passionalis in aliquo impediat. Sic dicit Magister. 3. Sen. dis. 27. s. Illud præceptū non penitus impletur in hac vita morali ab homine, sed ex parte nō ex toto, quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. & Aug. ait cum adhuc est aliquid carnalis cōcupiscentię non omnino ex tota anima diligitur Deus. Caro enim non dicitur concupiscere, nisi quia carnalis anima concupiscit. Alia totalitas dilectionis est secundum quam totū illud, quod homo tenetur ponere in dilectione Dei, ponit nihil

C subtrahendo, & hæc totalitas ponitur in præcepto, & debet obseruari preceptum secundum hanc totalitatem, s. vt nihil omittat quis de his, quæ ponere tenetur in amore Dei. Differunt autem istæ duæ totalitates, quia prima ponit omne, quod potest impendi in amorem Dei, & excludit omne, quod obuiat amori Dei, & quomodolibet illum intercipit, vel impedit, secunda perfectio ponit solum omne, quod requiritur ad amorem, & non omne, quod possibile est, & excludit omne, quod repugnat amori Dei, & non illud, quod ad tempus impedit, vel intercipit actum dilectionis. Nam semper exercere actum virtutis nō est

D de necessitate salutis, neque est possibile in via, sed est eorum, qui sunt in statu beatitudinis, & hoc, quia perfectio beatitudinis est in operatione, perfectio autem virtutis est in habitu. Est autem de necessitate salutis nunquam agere contra virtutem, licet non requiratur semper operari secundum virtutem. In prima autem erit totalitas prima dilectionis, quia non solum non agemus ibi aliquid contra Dei dilectionem, sed etiam nunquam cessabimus ab actu diligendi, quia nihil erit, quod impediat, vel intercipiat illum actū. Sic dicit Aug. cum autem veniet, quod perfectū est destruetur, quod ex parte est, vt iam ex parte non sit, sed ex toto: charitas iā non auferetur, sed augebitur, & implebitur, in qua plenitudine illud præceptū charitatis implebitur. Diliges dominum &c. & tunc erit iustus sine peccato, quia nulla erit lex repugnans

E menti.

Sed obijcietur, cum istud præceptum non possit impleri in via, quare ponitur? Aliqui dicunt, quòd non ponitur, vt impleatur hic, sed vt impleatur in patria.

Sed dicendum, quod non stat, quia tunc si non ponitur pro nunc non obligaret nunc, & consequenter istud præceptum non esset obligatorium. Est enim totum vnum præceptum de diligendo Deum, substantia autem actus est diligere, modus verò est ex toto corde, & ideo si non obligamur ad diligendum ex toto corde, neque obligamur ad diligendum, quia idem præceptum est, & ideo vel totaliter obligat, vel

totaliter

totaliter non obligat, idest nullo modo. Secũdo quia si pro nunc non poneretur præceptum, poneret pro vita æterna, & tamen falsum est, quia tunc nullũ præceptum ligat, neque manebimus sub præceptis, vel sub aliqua lege, quia tunc erimus in fine nostro: præcepta autem dirigunt quo tendendum est.

Dicendum ergo, quòd istud præceptum ponitur solum pro præsenti: pro futuro autem nullum pręceptum erit. Sed in isto præcepto sunt duo, vnum ad, quod obligat, & aliud ostendit: obligat enim ad diligendum Deum, & ex tota anima, & corde &c. secundum totalitatem secundam, s. vt totum, quod tenemur expendere in amorem Dei expendamus, & nil contra amorem Dei faciamus. Ostendit autem aliam totalitatem,

Et istam dupliciter, vno modo pro futuro, s. q in vita æterna ex toto corde diligemus, licet nunc non possimus quodammodo pro præsenti, inuitat, & proponit nobis Deus istam dilectionem ex toto corde, vt licet non teneamur ad illam, nitamur autem quantum possumus, & ista est veritas. Ratio autem quarę hoc fiat est ex conditione speciali huius obiecti diligibilis. In cęteris enim actibus virtutum determinatur aliquis modus, idest quãtitas, vsque ad quam operari sit conueniens, ita ergo in charitate debuit fieri, & quia circa dilectionem Dei nullus modus est sufficiens, nisi ex toto corde, ideo debuit dici, quòd ex toto corde diligeremus, vt nemo putaret, quòd satis diligebatur Deus si in minori aliqua quantitate diligeretur,

Secundo fuit, quia licet nemo in præsenti diligere possit Deum ex toto corde, tamen si poneretur alius modus tolleretur occasio proficiendi in dilectione Dei. Nã non poterat dici, nisi quòd diligeremus Deũ nihil facientes contra amorem eius, & hoc videtur consistere magis in priuatione, vel negatione, & non est magnum hoc facere. Et cum istud homo faceret non curaret tendere ad maiora, & sic in charitate parum homines proficerent. Fuit ergo conueniens dici ex toto corde, & ex tota anima, vt intra istam latitudinem, ad cuius terminum nemo pertingit alius alio magis curreret, & quilibet niteretur quantũ posset, aut vellet, cum multum nitendo non posset errare. Sic dicit Aug. & Magister Sen. di. 27. s. Sed cur pręcipitur homini ista perfectio, cum in ista vita nemo eam habeat? & respondet. Quia non recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autẽ sciretur si nullis pręceptis ostenderetur? quasi dicat, nesciretur, & ideo conueniens fuit tale præceptum poni.

Ad primum dicendum, quòd istud præceptũ impletur in via quãtum ad id, ad quod per id voluit nos Deus obligare, s. vt ex toto corde diligamus, idest nihil contra eius amorem faciamus, & tamen quãtum ad totalitatem primam, scilicet, vt totum, quod potest expendi in amorem Dei expendamus non obligat, & ita non seruatur, neque potest seruari. Vnde proprie potest dici, quòd istud præceptum totaliter impletur in via, quia nõ dicitur impleri præceptum, nisi in modo, in quo obligat, & tamen nullo alio modo obligat, nisi vt dictum est, ergo per essentiam modi impletur præceptum istud in via; sicut illa propositio est totaliter vera, quæ in omni modo significationis suæ est vera, & ita pręceptum illud obseruatur totaliter, quod in omni modo, quo obligat obseruatur.

Ad secundum dicendum, quòd sicut præcepta de alijs virtutibus possunt impleri, ita & præceptum de charitate. Nam id ad quod obligat pręceptum seruari illud potest, & seruatur in via, ita facile, sicut pręcepta aliarum virtutum, aliquid autem ponitur in præ-

F cepto isto, quod vno modo intellectum non imple-
tur, neque potest impleri, sed accipiendo totalitatem
primam, & quantum ad illum sensum non est pręce-
ptũ, sed magis ostẽsio, vel doctrina, & inuitatio quę-
dam, quo tendere debeamus. Hoc autem non acci-
dit in præceptis de actibus aliarum virtutum, & hoc
cõtingit pp cõditionem obiecti, & actus. Nã obiectũ
istud est in infinitũ diligibile, ideo modus iste est ali-
quid, ad quod nos non possumus pertingere saltem
nunc. Etiam quia actus aliarum virtutum sunt ad fi-
nem, actus verò diligẽdi Deum est finis, & ideo in co
non datur terminus, sed quantum plus possumus, in
alijs autem datur terminus, & non agitur ex toto
G corde.

Ad tertium dicendum, quòd istud præceptum de amando ex toto corde quantum ad illum sensum, in quo intelligitur esse pręceptum, obligat, & impletur, inquantum verò non obligat nõ est præceptum, sed potius quædam inuitatio, & doctrina ad id, quod agere bonum est, & quod in patria faciemus.

An solus Deus sit ex charitate diligendus.
Quæst. CCLXXXIX.

QVAERETVR cum dicamus Deum diligendum ex toto corde, qui est actus charitatis, an solus sit ex charitatis diligendus.

H Aliqui dicunt, q sic, quia ita sicut Deo debemus
timorem, ita debemus amorẽ, Deut. 10. c. s. & nun-
quid Dominus Deus petit, nisi vt timeas, & diligas
Deum? sed alius est timor, quo timetur homo, qui di-
citur humanus, & alius, quo timetur Deus, qui dici-
tur seruilis, vel filialis: ergo etiam erit alius amor, quo
Deus diligitur, & alius, quo homo sed Deum ex cha-
ritate diligimus: ergo nullum alium diligimus ex cha
ritate.

Secundo, quia Aristo. dicit 8. Ethic. quòd amari est honorari, sed alius est honor, qui debetur Deo, qui est latriæ, & alius qui debetur creaturæ, qui est dulię: ergo alius est, amor quo diligitur Deus, & alius, quo diligitur proximus, sed Deus diligitur ex charitate: ergo non proximus.

I Tertio quia spes gignitur ex charitate, vt dicit glo.
in c. 1. sed spes ita habetur de Deo, quòd increpantur,
qui spem ponunt in homine Iere. 17. c. scilicet male-
dictus homo, qui confidit in homine: ergo ita chari-
tas se habebit ad Deum, quòd non se extendet ad
creaturam.

Dicendum, q multa præter Deum diliguntur ex charitate. Nam saltem proximus diligitur, sic dicit Christus hic. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Et 1. Io 4. c. dicitur. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Circa quod considerandum, quòd nõ est dubium
quin proximum diligamus, & Deum, & tamen du-
K bium esse poterat, an sicut diligendo Deum proce-
dit ex habitu charitatis, ita dilectio proximi sit ex eo-
dem habitu, vel ex habitu alio, & dicendum, q ex eo-
dem habitu numero charitatis, & ideo dicimus esse
duo præcepta charitatis. Ratio huius est, quia habitus
non diuersificantur, nisi ex hoc, q variat speciẽ actus.
Omnis enim actus eiusdem speciei pertinet ad eun-
dem habitum. Cum autem species actus ex obiecto
sumatur secundum formalem rationem obiecti: ne-
cesse est, quòd idem specie sit actus, quo fertur agens
in rationem obiecti, & quo fertur in obiectum sub ta-
li ratione, sicut est eadem visio in specie, qua videtur
lumen, & qua videtur color secundum rationem lu-
minis. Ratio autem diligendi proximum Deus est,
quia Deus propter seipsum diligitur, proximus autẽ
propter

propter Deum inquantum ad Deum pertinet. Vnde manifestum est, quòd idem actus specie est, quo diligit Deus, & quo diligitur proximus, & propter hoc habitus charitatis non solum se extendit ad dilectionem Dei, sed etiam ad dilectionem proximi.

Ad primum dicēdum, quòd tam timor quā amor se extendit ad Deum, & ad hominem, & aliquando est idem timor, quo Deum, & hominem timemus, & aliquando diuersus. De timore patet, quia aliquādo timetur homo propter id, quod est sibi proprium, sicut timetur tyrannus propter crudelitatē, quia crudelitas est vitiū, & est homini à seipso, & non à Deo & tunc vocatur timor humanus, & ita timemus illo timore hominem, quo non timemus Deum. Nemo enim diuinam crudelitatem timet, quia crudelitas nulla in eo est. Aliquando timetur homo propter id, quod habet a Deo, s. propter potestatem occidendi, quam habet ex administratione publica ad vindictā malefactorum, & ista potestas est a Deo, vt dicitur ad Ro. 13. & 1. Pe. 2. & tunc timor, quo timemus hominem est idem specie cum timore, quo timemus Deū & erit iste filialis, vel seruilis. Et patet, quia etiam timemus Deum, quia habet potestatem nocēdi, s. mittendi corpus, & animam in gehennā. Et istam causam timendi eum dixit Christus supra 10. ca. cum ergo eadem ratio timendi Deum sit, quæ est timendi hominem: manifestum est, quòd timor idem in specie erit. De amare eodem modo est. Nam aliquando amamus hominem propter aliquid, quod est eius, vt cum quis amat hominem propter cupiditatē acquirendi aliquid ab eo, & tunc amor iste non est idem cum amore, quo Deum diligimus, & sic non pertinet ad charitatem, aliquando autem amatur homo propter id, quod est Dei in illo, idest, quòd est ad imaginem Dei, & quia est capax eius, & tunc est idem amor in specie quo Deum diligimus, & hominem, sed Deum diligimus ex charitate, ergo proximum. Sed non est verum, quòd quidqud amatur propter id, quod est Dei in illo amatur ex charitate, sicut bruta, & inanimata non diligimus ex charitate, & tamen possumus illa diligere, quia à Deo creata sunt, & tamen ad charitatem vltra requiritur, ꝙ sit ad imaginationem Dei, & possit in eo beatificari.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile de amore, & honore, quia licet non diuersificetur amor diuersificatur honor. Et ratio est, quia amor respicit bonum in communi, s. velle aliquod bonum homini: honor autem respicit bonum proprij honorati. Defertur enim honor alicui in testimonium propriç virtutis, & ideo amor, quo diuersos diligimus non diuersificatur specie propter diuersam cōditionem bonitatis diuersorum, & hoc est, quia non amantur propter illos gradus bonitatis, quos habent, neque vt illam bonitatem habeant, quia tunc non esset idem amor, quo diuersi isti amentur, sed amātur omnes isti, quia sunt ad imaginē Dei, & quia possunt frui Deo, vt illo fruantur. Istud autem est vnum bonum commune in omnibus, ideo necesse est, quòd amor quo isti diliguntur omnes secundum hanc eandem rationem sit idem specie, & ita est amor charitatis. De honore secus, quia honoramus diuersos homines secundum diuersa bona propria singulorum in singulis inuenta, & attendimus vnum bonum cōmune in omnibus, ideo diuersos gradus, & modos honoris eis impendimus, vt dicitur 9. Ethic. cap. 2. Et ita quia solus Deus excellentiam quandam habet quam nullus alius habet, ei soli honorem latriæ impendimus, quem nulli alij tribuimus.

Ad tertium dicendum, quòd de spe, & amore eadem ratio est: nam in Deo est spes ponenda, & non in

A homine tanquam in principali actore salutis, vel cuiuslibet boni nostri quātumlibet parui, quia nullum bonum potest esse quantumlibet paruum, quod a solo homine nobis proueniat: sperare tamen in homine tanquam in adiutore ministeriali non est incōueniens, quia inquantum homines aliquid efficiunt, intantum possunt alij in eis sperare, & tamen aliquid faciunt: immo Dei adiutores dicuntur 1. Corinth. 3. c. ergo aliqua spes potest in eis haberi, sed non principaliter, ita & homo amari potest, quia aliquod bonum in illo est, sed non principaliter quasi ponendo finem dilectionis in eo, sed propter Deum diligi potest inquantum bonum Dei participat, & in illum tendit, & sic idem amor est, quo amatur Deus, & proximus, s. charitatis.

B *An charitas, & cæteræ virtutes possint, aut debeant diligi ex charitate.* *Quæst.* CCXC.

QVAERETVR, an charitas, & cęteræ virtutes possint, aut debeant diligi ex charitate.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia ea, quæ sunt ex charitate diligenda, sub duobus præceptis charitatis includuntur, vt patet hic, & Mar. 12. & Luc. 11. c. Et tamen sub neutro illorum præceptorum continetur charitas, aut aliæ virtutes, quia virtus neque est Deus, neque proximus: ergo non diliguntur hæc ex charitate. Secundo, quia charitas est ad illa, quæ possunt partici- C pare beatitudinem, & tamen, neque charitas, neque aliqua virtus potest esse particeps beatitudinis, quia non sunt creaturæ rationales: ergo non diliguntur ex charitate. Tertio quia charitas est quædam amicitia, sed nullus potest habere amicitiam ad charitatē, vel ad aliquod accidens, quia de ratione amicitiæ est redamare 8. Ethi. charitas tamen, & accidentia nō possunt redamare, quia non sunt personæ, quibus competat actus: ergo non diliguntur ex charitate. Quarto quia si charitas diligatur ex charitate, oportet ꝙ homo diligat charitatem propriam magis quam alienam, sicut potius diligit quis seipsum quam alium, & tamen si quis diligat charitatem suam ex charitate, oportet ꝙ diligat ex alia charitate, & illa rursus ex D charitate diligēda est, & sic ibitur in infinitum, quod est absurdum. Quinto quia illud quod propter nos tātum quærimus non diligimus ex charitate, quia charitas non quærit, quæ sua sunt 1. Cor. 13. idest ad charitatem non pertinet diligere ea, quæ sua sunt, idest quæ sunt propter eum cuius est, sed sunt propter alterum, s. qui possunt participare beatitudinem, sed charitatē, & virtutes propter nos tantum volumus, quia in se ipsis non subsistunt, quia accidentia sunt. Vnde neque bonitatem habent, nisi secundum, ꝙ in nobis sunt, ideo non sunt ex charitate diligendæ.

Alij dicunt, ꝙ charitas, & virtutes ex charitate diligantur. Dicit enim August. 8. de Tri. qui diligit proximum consequens est, vt ipsam dilectionem diligat, sed proximus ex charitate diligitur: ergo & charitas E atque virtutes diliguntur ex charitate. Secundo, quia propter vnumquodque tale, & illud magis, sed amicitia vera diligit amicum ꝓpter honestum: ergo magis diligit honestum, sed charitas, & virtutes sunt honestum quoddam: ergo ista magis debent ex charitate diligi quam habentes ea. Tertio quia actus primi, idest directi, & actus reflexi super eos ad eandem potentiam pertinent, quæ sunt eiusdem rationis, sicut intelligere aliquid intelligibile, & intelligere se integre, sed ad actus eiusdem rationis perficit idem habitus, siue virtus: ergo cum per charitatem diligatur ꝓximus, quod pertinet ad actum directum, per charitatem diligetur dilectio, qua diligitur proximus, & ita charitas.

charitas. Quarto, quia ex charitate diligenda sunt illa, quæ ad beatitudinem referuntur, sed charitate, & virtutibus ad beatitudinem inducimur, & manent nobiscum in beatitudine: ergo ex charitate diliguntur. Quinto quia charitas est dilectio de fine vltimo, sed vltimus finis nostræ vitæ est beatitudo: ergo beatitudinem ex charitate diligere debemus, sed virtutes, & gratia, quando cōsummantur transeunt in beatitudinem, idest efficitur beatitudo ipsa, quia nil aliud est gloria, nisi gratia consummata: ergo charitas, & virtutes ex charitate diligentur. Dicendum, ꝙ charitas, & virtutes aliquo modo amantur ex charitate, & aliquo modo non. Pro quo sciendum, ꝙ charitas dicit amorem, & addit aliquid, quia non est quilibet amor charitas, sed qualibet charitas est amor, ideo per amorem erit iudicium de charitate. Amari autem cōtingit aliquid dupliciter. Vno modo amore amicitiæ, sicut illud, cui bonum volumus, & ꝙ sit, sicut hominē amicum diligimus. Alio modo amore concupiscentiæ, sicut amamus equum, vel vinū, vt dr̄ 8. Ethi. non vt equo, vel vino bonum sit, vel vt maneat, sed vt illa sint bona nostra. Et istud est magis concupiscere quā amare. Sic est de charitate: contingit enim dupliciter amari aliquid ex charitate. vno modo, sicut id, ad qđ amicitia, quæ secundum charitatem est terminatur, & hoc modo neque charitas neque virtutes diliguntur ex charitate, quia non diligitur sic ex charitate, nisi id ad quod potest esse amicitia, amicitia autem non potest esse ad charitatem, aut virtutes, neque ad aliqua accidentia propter duo. Primo quia amicitia facit, vt homo velit amicum esse, & bona habere 8. Ethic. accidentia autem non habent esse per se, neque bonitatem, sed eorum esse, & bene esse est eis in substantijs: vnde ꝙ velimus virtutes, vel accidētia aliqua esse, hoc ad substātias refertur quas volumus sub illis accidentibus esse, vel bonum esse habere, & quantum ad hoc amare accidentia magis est amare ex cōcupiscentia quam ex amicitia, quia non volumus illis bonum esse, sed ꝙ illa sint bona nostra, vel aliorum sicut equum, & vinum amamus, quorum amor solus concupiscentiæ est 8. Ethicorū. Secundo quia amicitia consistit in quadam societate, secundum ꝙ amici seipsos redamant, & eadem operantur, & conuersantur. Nam vna præcipua conditio amicorum est conuiuere, idest conuersari 8. & 9. Ethico. vnde amicitia non potest esse, nisi ad aliquid, quod sit natum agere, quia redamare, & conuersari est quædam reciproca actio, & quia agere non est accidentium, sed substantiarum, quia agere est entis, acidentia autē non sunt, sed insunt, ideo non potest esse amicitia ad virtutes, neque ad aliqua accidentia, & ita non possunt charitas, neque dilectio, neque virtutes diligi ex charitate quasi ad eas charitas terminetur. Alio modo potest dici aliquid diligi ex charitate, sicut id, ad quod terminatur amor, vel dilectio, quæ in charitate includitꝰ quamuis ad illud amicitia non sit, & talis amor ordinatur ad amorem alterius rei, quæ principaliter amatur, & talis amor dr̄ amor concupiscentiæ. & sic dicitur amicus amare sanctitatem amici sui, & hoc modo charitas, & virtutes diliguntur ex charitate amore quodam concupiscentiæ. Quod autem ista amemus manifestum est, quia inquantum sunt quædam bona volumus illa pro nobis, vel pro alijs, & hoc est ea amare. Etiā amamus ea amore concupiscentiæ, quia iste amor est ad ea, quæ nō vult quis in se esse, sed pro alio esse, & tamē ista volumus pro nobis, vel pro alijs, ideo charitatem, & virtutes amamus amore concupiscentiæ. Etiam dicendum, ꝙ amamus ea ex charitate. Nā ex charitate proximū diligimus, & hoc inquātum ad beatitudinem peruenire potest: ergo necesse est, ꝙ

F ex charitate illi beatit udinem velimus, & quia ad bea
titudinem sine charitate, & virtutibus nemo potest
peruenire, necesse est, ꝙ charitatē, & virtutes ex cha-
ritate diligamus, & eodem modo omnia bona quæ-
cunque proximo prodesse possunt, vt perueniat, vel
vt melius pueniat ad beatitudinem, oportet diligi ex
charitate, quia sicut ex charitate volumus, ꝙ ille per-
ueniat ad beatitudinē, ita & volumus illa media, per
quæ illuc peruenturus est, neque est inconueniens di
ligere charitatem, aut dilectionem ex amore concu-
piscentię, quia non volumus illi bonum, sed volumus
eam esse bonum nostrum. Ad primum dicendum, ꝙ
in duobus præceptis charitatis ponuntur omnia, quę
ex charitate diligenda sunt amore amicitiæ quæ pos-
G sunt redamare, & ista sunt solum Deus, & proximus,
sic autem non diligitur charitas, neque virtutes, & iō
non exprimuntur in præceptis illis, ea verò, quæ dili-
guntur ex charitate amore concupiscentiæ, nullo p̄-
cepto exprimuntur, sed sunt omnia illa bona, quę vo-
lumus eis, quos ex charitate diligimus, quæ sunt tam
ipsum bonum, quod est finis, idest beatitudo, quam
etiā bona, quę illuc aliquo modo perducunt, & quan-
to immediatius, & magis, & determinate aliqua per-
ducunt ad beatitudinem, tanto magis ex charitate il-
la volumus, & ideo magis ex charitate diligimus cha-
ritatem, & virtutes q̄ cętera bona: diligere autē cha-
ritatem, & virtutes alterius non est illa diligere, sed
H velle, vt ille habeat, diligere autem propriam chari-
tatem, & virtutes nō est ad ipsa terminari amore, sed
velle, ꝙ ego charitatem, & virtutes habeam, & in me
permaneant. Ad 2m dicendum, ꝙ nullam rē ex chari-
tate diligimus tanquam terminum amoris, nisi eam,
quæ potest participare beatitudinem, & illa amatur
ex charitate, vt amicus, sic autem non amatur chari-
tas, quia non potest participare beatitudinē, quia non
est persona, sed quia illa est medium quoddam, sine
quo ad beatitudinem nō peruenitur, & actus eius ma
net in beatitudine, diligimus eam ex charitate, idest
ex charitate volumus nobis ipsis, & alijs beatitudinē
ipsam charitatem manere, vel acquiri si perdatur, si-
ne qua non est beatitudo. Ad tertium dicendum, ꝙ
I procedit de amore amicitię, & sic neq; amatur chari
tas ex charitate, neq; aliquod accidens, quia non pos-
sunt redamare, sed solum concupiscentiæ amore ex
charitate, vt dictū est. Ad quartum dicendū, ꝙ si cha-
ritas amaretur ex charitate, vel vt terminus, qui reda-
maret non posset eadem charitas per seipsam diligi,
sed per aliam charitatem, sed non amat̄, vt terminus:
immo vt id, quod alteri volumus, & ideo non opor-
tet esse alteram charitatem, sed per ipsam charitatē,
quam quis habet, diligit vt ipsamet permaneat, vel
redeat si aliqñ perierit, & ita per eandem charitatem
diligo Deum, & diligo me diligere Deum, idest vo-
lo sic diligere, sed aliud est de charitate, aliud de dile-
ctione. Nam per eandē charitatem diligo ipsammet,
K & non per aliam, & tn̄ non diligo dilectionē per ean-
dem dilectionem, sed per aliam. Ratio est, quia chari-
tas est habitus, & omnis actus eiusdē speciei sunt ab
eodem habitu, & tn̄ actus directi, & reflexi super eos-
dem sunt eiusdem speciei, ideo pertinent ad eandem
potentiam, & habitum, ergo sicut diligere Deū per-
tinet ad charitatem, ita velle me diligere Deum per-
tinet ad charitatem, & eadem ratione diligere me ha-
bere charitatem, per quam diligam, pertinet ad cha-
ritatem eandem: vnde per eandem ipsammet diligi-
mus, & nō oportebit tendere in infinitū. De dilectio-
ne secus est, qa non diligo dilectionē per eandem di-
lectionē, sed p aliam, quia aliàs idem numero esset a-
ctus directus, & reflexus, qđ falsum est, qa non est in-
conueniēs, ꝙ vna dilectio p aliā diligatur, qa oēs dile-
ctiones

ctiones quotquot sint ab eadem charitate sunt, neque etiam est necesse ire in infinitum, quia licet diligam me diligere Deum, non oportet, ꝙ illam secundum actum, qui est reflexus, iam diligam: & ita stabo ibi si voluero.

Ad quintum dicendum, quòd charitas non quęrit propter se ea, quæ amat, vt terminos, & in quib. est redamatio: sed amat illa ad seipsa: & tamen alia sunt, quæ non amantur vt termini, sed vt medium ad finē, & illa vult charitas ad alterum. s. interdū propter seipsam. i. propter habentem eam, & interdum propter alterum, qui amatur amore amicitiæ. Ad argumentum pro alia parte est respondendum. Ad primum dicendum ꝙ Aug. nō loquitur de dilectione, quæ est actus noster, sed de dilectione, quę est Deus, quia Deus, est charitas vel dilectio, & ea dilectione diligitur proximus non formaliter, sed effectiue & exemplariter. Ad secundum dicendum vno modo ꝙ virtus aut honestum aliquod non facit hominem diligibilē ex charitate. Nam etiā existentes in peccato mortali debent diligi ex charitate: sed diligitur homo, qui est ad imaginem Dei, & potens eo frui: virtutes autem non possunt Deo frui: ideo non possunt isto modo diligi: sed diligūtur ex charitate, vt alicui insint. Aliter potest dici ꝙ ex charitate, vt nō diligatur homo pp virtutē: tamē in amicitia honesta diligitur propter virtutem: & tamen tunc nō sequitur, quod virtus magis diligenda sit quam amicus: quia si ly propter, diceret causam finalem, esset vera propositio: sicut siquis vult pecuniam propter cibos, magis vult cibos quam pecuniā: virtus tamen non est causa finalis, propter quam diligatur amicus: sed est causa formalis, quę informās hominem facit eum diligibilem & in formalibus nō tenet illa propositio sicut homo est albus propter albedinem, & tamen ista albedo non est magis alba quam homo. Ad tertium dicendum, ꝙ per charitatem diligimus proximum, & diligimus dilectionem, & charitatem, & tamen proximū amore amicitię & in quē terminatur actus: dilectionem verò & charitatē non diligimus quasi terminetur amor ad illa: sed volumus illa pro altero. Ad quartum dicēdum, ꝙ omnia, quæ ad beatitudinem pertinent diliguntur ex charitate: sed quędam pertinent ad beatitudinem, quia illa participāt: & ista amant amore amicitię, scilicet Deus & proximus: alia pertinent ad beatitudinē perducendo, & dirigendo ad eam: licet non participent ipsa, & ista amātur amore concupiscentiæ. i. ꝙ ea pro alio volumus & non terminatur amor ad ea. Ad quintū dicendum ꝙ beatitudinem ex charitate diligimus: sed duplex est beatitudo. s. beatitudo creata & increata, ipsa increata Deus est, quia ipse, est obiectum beatificans nos: & eum diligimus ex charitate amore amicitiæ. Beatitudo creata est visio, qua Deum attingimus, & virtus & gratia consūmatur, & hæc sunt bona nostra, & diliguntur ex charitate non quasi illis bonum velimus, sed quia ipsa pro nobis, vel pro alijs volumus.

An creaturæ irrationales sint diligendæ ex charitate.
Quæst. CCXCI.

QVAERETVR an creaturæ irrationales sint diligendæ ex charitate. Aliqui dicunt, quòd sic quia per charitatem cōformamur Deo: sed Deus diligit creaturas irrationales ex charitate: quia Deus diligit omnia, Sapien. 11. c. diligis omnia, quæ sunt. Et omnia, quæ diligit a seipso diligit, quia non habet aliquid in se distinctū a se, per quod diligat. Ipse autem charitas est. 1. Io. 4. s. Deus charitas est. ergo diligit omnia ex charitate, & consequenter nos ex charitate eas

A diligere debemus. Secundò quia charitas principaliter est ad Deum: ad alia aūt se extendit, secundum ꝙ illa ad Deū pertinent: sed sicut creatura rōnalis pertinet ad Deū inquantum habet similitudinem imaginis: ita & irrationales pertinent ad Deum per similitudinem vestigij: & ita se extendet charitas ad creaturas rationales. Tertiò, quia sicut Deus est obiectum charitatis: ita etiam est fidei: sed fides se extēdit ad creaturas irrationales inquantum credimus cęlū, & terrā esse creata a Deo, & pisces & aues esse productos de aquis, & ita de cęteris. ergo etiā charitas se extendet ad res irrationales. Quartò, quia omnis dilectio meritoria ad charitatem pertinet: sed aliquis potest meritoriè diligere irrationalia: sicut cum quis diligit illa referendo in Deum. s. inquantum sunt facta
B a Deo, vel iuuant tendentes in Deum: ergo diligendę sunt ex charitate. Alij dicūt, ꝙ ad irrationalia non est charitas. Dicit enim Aug. illa sola ex charitate diligenda, quæ nobiscum societate quadam referuntur in Deum: sed irrationalia non sunt huiusmodi: quia non possunt nobiscum participare Deo: ergo non est charitas ad ea. Secundò, quia dilectio solum se extendit ad Deum & proximum, & tamen irrationabilia non intelliguntur nomine proximi. ergo non est ad ea charitas.

Dicendum autem, ꝙ charitas est quædam amicitia, & ideo ad illa est charitas, ad quæ est aliquid amicitiæ: per amicitiā autem amatur vno modo amicus, ad
C quem est amicitia, & alio modo bona, quæ ei optantur. Nam eodem amore volo amicum meum esse & viuere & bona habere & bona, quæ ille habet vel habere debet: & tamen amicum amo amore amicitię: ergo etiam bona, quæ illi volo amore amicitiæ, & tamen amicitiam habeo ad illum & non ad ea, quia iste amor terminatur ad amicum, & non ad bona, & propter hoc solemus dicere, ꝙ amicum amo amore amicitiæ: bona amo amore concupiscentiæ, s. rationalis amor amicitię terminatur ad rem, quæ dr̄ amari: amor concupiscentiæ, non terminatur ad rem, quæ dicitur amari, sed ad aliam: & tamen amor est aliquādo, s. quando amamus amicum, & bona pro eo.

D Dicendum autem, ꝙ charitas non potest haberi ad rem irrationalem amore amicitiæ: ita quod ad illam terminetur amor: quia neque amicitia aliqua esse potest, etiam sine charitate ad irrationalia. Primo quidem, quia amicitia habetur ad eum, cui bonum volumus. Non possumus autem proprie bonum velle creaturę irrationali, quia non est eius propriè habere bonum, sed solū creaturæ, rōnalis differentia vtendi bono quod habet per liberum arbitriū: & ideo dicit Arist. 2. Eth. ꝙ in huiusmodi rebus nō dicimus aliquid malè vel bene contingere nisi secundum similitudinem. Secundò, quia omnis amicitia fundatur super aliqua communicatione vitæ: nihil autē est ita proprium amicitiæ quā participatio in bonis, quæ ad vitam pertinent, vt dicitur. 8. Ethi. creaturę autem
E irrationales nō possunt communionem habere in vita humana, quæ est secundum rationē: ideo nulla amicitia potest haberi ad creaturas irrationales, nisi forte secundum metaphoram. Tertio, quia in amicitia est beneuolentia, sed irrationalibus, non possumus bona velle: tum, quia non accidit eis bonum, vt dictum est: tum, quia si aliquod bonum vellemus, volumus vt illa habeant illud bonum, sed vt ipsa efficiantur bona nobis. Quarto, quia amicorum est concordia: ad irrationabilia autem non est concordia, cum concordia sit in eadem volendo, & agendo, quod ad irrationalia esse non potest: quia non communicant nobis in eisdem operibus. Et eadem fere ratio est, quæ circa accidentia ad quæ non

eſt amicitia,vt dictũ eſt præcedenti. quæſt. quamuis enim irrationalia eſſe aliquod hẽant,in quo ſubſiſtãt, & operationes aliquas habeãt, quod non faciunt accidentia: non tamẽ cõicant nobiſcum in vita humana: neq; quantum ad eſſe, neq; quantum ad operationes vitæ. Quintò ꝙ propriè ad charitatem pertinet quia charitas fundatur ſuper cõmunicatione beatitudinis æternæ cuius creatura irrationalis capax non eſt: non poteſt ergo amicitia charitatis haberi ad res irrationales:poſſunt tamen ex charitate amari res irrationales:ſicut bona,quæ alijs volumus inquantum.ſ.ex charitate volumus eas conſeruari ad honorem Dei,& vtilitatem proximorum: & iſte amor, quo ex charitate talia diligimus,vocatur amor concupiſcentiæ, vt dictum eſt: quia non terminatur ad illa. Non enim illis volumus bona,ſed volumus ꝙ illa ſint bona noſtra vel aliorum:ſicut amicus amat poſſeſſiones amici ſui i.vult ꝙ illa bona habeat: iſta tamen dilectio ad inanimata non eſt ſolum imperata ex charitate, ſed etiam elicita, quia charitas elicit actum non ſolum ad ea, ad quę principaliter eſt charitas:ſed etiam ad alia,quę ad ipſa ordinantur:& ita inanimata, & omnia irrationalia diliguntur ex charitate,non ꝙ ad illa terminentur actus charitatis,ſed quia per illum actum ipſa ordinantur ad illa, ad quæ principaliter eſt charitas.

Ad primum dicendum ꝙ tam de Deo quam de nobis cõcedendum eſt,ꝙ diligimus irrationalia ex charitate: & tamen non habemus charitatem ad irrationalia, quia habere charitatem ad ea eſt terminari ad ipſa actum dilectionis: & tunc illa poſſent redamare,& eſſet ad ea amor amicitiæ quod falſum eſt: ideo diligit Deus iſta irrationalia ex charitate, nõ quod ad ea terminetur amor illius: ſed quia iſta amat, vt ſint bona ad laudem eius, & ad vtilitatem noſtram:ſe aũt & nos principaliter ex charitate diligit amore amicitiæ:ideo ordinando iſta irrationalia ad ſe, & ad nos diligit ea ex charitate amore concupiſcentiæ.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ irrationalia habent aliquam ſimilitudinem ad Deum, quæ eſt veſtigij, non ſufficit ad hoc,ꝙ amentur ex charitate amore amicitiæ, ſimilitudo autem imaginis ſufficit ad hoc, ꝙ iſta facit creaturas rationales cum Deo & adinuicem capaces eiuſdem vitæ.ſ.glorię,ad quod non ſufficit ſimilitudo veſtigij, qui eſt in irrationalibus: ideo ſola rationalia amore amicitiæ ex charitate diliguntur.

Ad tertium dicendum, ꝙ non eſt de fide ſicut de charitate, quia fides poteſt ſe extendere ad omnia, quæ ſunt vera quomodocunq; charitas autem ſe extendit non niſi ad ea,quę nata ſunt habere vitam ęternam,quod nõ contingit irrationalibus: ideo fides poteſt eſſe de irrationalibus: ſed non poteſt eſſe charitas ad illa. Etiam, quia fides non importat aliquam aſſociationem credentis ad creditum,ſicut charitas importat aſſociationem amantis ad amatum:& ſic fides poteſt eſſe ad quædam,ad quæ non eſt charitas.

Ad quartum dicendũ, ꝙ poſſunt meritoriè amari irrationalia,& hoc per charitatem ſolam:non tamen ꝙ illis bona velimus, ſed quòd ea velimus ex charitate pro alijs vel pro nobis, & eſt amare ea ex charitate amore concupiſcentiæ.

Ad primum in contrariũ dicendum,ꝙ intelligitur de illis,ad quæ eſt charitas,quædam.n.ſunt,quæ amantur ex charitate,& tamen ad ea non eſt charitas, quia ea non amantur ad ſe,ſed ad alia,& talia non oportet, quod communicent in beatitudine: alia ſunt quæ ex charitate amãtur:& ad iſta eſt charitas & talia poſſunt participare beatitudine,& de his loquitur Aug.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ charitas ſolum eſt ad Deum, & proximum, quia ad ea terminatur actus charitatis, & non includuntur irrationalia nomine

F proximi,& tamen irrationalia amantur ex charitate: licet charitas ad ea non eſt,vt dictum eſt.

An homo ſeipſum ex charitate diligere debet.
Quæſt. CCXCII.

QVAERETVR an homo debeat ſeipſum diligere ex charitate. Aliqui dicunt, ꝙ non. Dicit.n. Gregorius in quadam Homilia,ꝙ charitas minus quã inter duos haberi non poteſt,ergo ad ſeipſum non eſt charitas.

Secundò quia charitas amicitia quædam eſt: amicitia autem de ratione ſui importat quandam æqualitatem & ſimilitudinem & conuiuere.8.Ethico.quæ ſunt conditiones amicitiæ:& tamen iſta non poſſunt
G eſſe homini ad ſeipſum: ergo neque charitas erit ad ſeipſum:nemo.n.eſt ſibiipſi ſimilis neq; æqualis neq; conuerſans, quia omnia hęc requirunt diſtinctionẽ.

Tertiò quia id, quod ad charitatem pertinet non poteſt eſſe vituperabile, quia charitas non agit perperam. 1.Corinth.13.cap.ſed amare ſeipſum eſt vituperabile:quia dicitur 2.Timot.3. quod in nouiſſimis diebus erunt homines amantes ſeipſos:ergo non poteſt ſe quis ex charitate diligere.

Quartò quia amicitia exigit redamationem, cum ſit amor non latens in contrapaſſis.8.Ethicorum,ſed nemo poteſt ſeipſum redamare, quia ad hoc exigi-
H tur diſtinctio agentis & patientis:ergo non eſt ad ſeipſum charitas. Quintò qa charitas eſt amor,ſed amor ſecũdum Dion.eſt virtus vnitiua:vnio aũt non eſt niſi diſtinctorum:ergo non eſt ad ſe charitas cum non ſit vnio. Sextò quia amicitia conſiſtit in quadam æqualitate. 8. Ethicor. ſicut & iuſtius æqualitatem dicit.5. Eth.ſed iuſtitia proprie nõ eſt ad ſeipſum.5.Eth. ergo neque amicitia neque charitas.

Dicẽdum quod homo poteſt,& debet ſeipſum ex charitate diligere: quia quilibet debet diligere proximum ſuum,ſicut ſeipſum,vt patet ſupra in litera:ergo ſeipſum diligere debet. Secundo, quia miſericordia ex charitate cauſatur, & tamen poteſt aliquis ſibiipſi eſſe miſericors iuxta illud:Miſerere animę tuę placẽs Deo.ergo poteſt ſeipſum ex charitate diligere.
I Circa quod ſciendũ ꝙ proceſſus in amando ſe habet ad ſimilitudinem proceſſus, qui eſt in cognitione: in cognitione autẽ inuenitur aliquid,in quo primo figitur intellectus cognoſcẽtis.ſ.in primis principijs & ex his ad deriuatur, & ipſa quidem cognitio, ſm ꝙ ſtat in primis principijs,accipit nomẽ intellectus: ſm autem quòd deriuatur ad concluſiones,quę ex principijs cognoſcuntur accipit nomen ſcientiæ, ſed quia cognitio principiorum eſt in concluſionib.ſicut cauſa in cauſato: & e contrario cognitio concluſionũ eſt in principijs ſicut cauſatũ in cauſa: ideo permutamus nomina,vt dicatur ꝙ intelligimus cõcluſiones,vt cõcluſio eſt in principio,cui competit ſciri: ſic ẽt in amatiuis eſt proceſſus,ꝙ affectus amantis primo figitur in
K ipſo amante.ſ.vt ſeipſum amet, & ex eo deriuatur ad alios. Vnde dr̃.9.Ethic.ꝙ ex his,quæ ſunt hominis ad amicũ.ſ.dũ ſe hẽt ad amicũ ſicut ad ſeipſum,& ideo in præcepto dilectionis dicitur,ꝙ amet quiſq; proximũ ſuum ſicut ſeipſum. Nec eſt hoc mirũ,quia vnita ſe habent ad ſimilitudinem eorũ,quæ ſunt vnũ: vnde quamuis nomen amicitię imponatur ſm ꝙ amor ad alios ſe diffundit:tamẽ etiam amor, quem quis habet ad alterum,procedit ad ſimilitudinẽ amoris, quẽ habet ad ſeipſum. Aliter etiã poteſt dici, ꝙ de charitate poſſumus dupliciter loqui. Vno modo ſub rõne amicitiæ communi.ſ.inquantũ charitas eſt amicitia quædam:alio ſub ratione propria charitatis. Accipiendo primo modo iudicabimus de charitate ſicut de amicitia

citia, ipsa vero amicitia proprie loquendo non potest hēri ad seipsum, sed aliquid maius amicitia, quia amicitia importat vnionem, cum secundū Dyoni. amor sit virtus vnitiua, vnicuique autē ad seipsum est vnitas, quæ est potior vnione, vnde sicut vnitas est principium vnionis, ita amor, quo quis seipsum diligit est principiū amicitię, quæ est amor ad alium, & forma, & radix, in hoc.n. amicitiam habemus ad alios, ꝙ nos habemus ad eos, sicut ad nosipsos iuxta illud 9. Ethi. venerūt amicabilia, quæ ad alterum ex amicabilibus, quæ ad seipsum, & ita est in processu cognitionis, quia de conclusionibus habetur scientia, de principijs autem nō habetur scientia, sed aliquid maius illa, scilicet intellectus. Accipiendo autem charitatem secundum propriam rationem, dicendum, ꝙ charitas est principaliter amicitia hominis ad Deum, vel alicuius ad Deum, & consequenter ad ea, quę Dei sunt, & inter illa est homo, qui charitatem habet, iō cum habens charitatem diligat Deum, & omnia ad Deū pertinentia. i. capacia eius ex charitate, & ipse quoque sit de his, diliget seipsum ex charitate, & ita ad seipsum est charitas, vnde & Deus seipsum ex charitate diligit, & angelus seipsum.

Ad primum dicendum, quòd Gregorius loquitur de charitate secundum rationem communem amicitię, & tunc large licet dicatur aliquis habere amicitiam ad seipsum, proprie tamen non habet, & sic, neque charitatem habet, & tamen secundum propriam rationem charitatis habet charitatem hō ad seipsum magis, q̄ ad alios. Ad secundum dicendū mō vno, ꝙ licet non sit homini ad seipsum amicitia, est tñ charitas sm propriam rationē, vt dictū est. Alio mō dicendum, ꝙ ēt ad seipsum habet hō amicitiā large, & iō ēt ista sibi inerūt inquantum est aliquid maius, q̄ hęc. Nam amicitia facit vnionē, hominis aūt ad seipsum est vnitas, & quantum deficit vnio ab vnitate tantū deficit amicitia, quæ est ad alterum ab amore, qui est hominis ad seipsum, vnde habet homo ad seipsum excellentem amicitiam, quæ est amicitia exemplaris a qua venit amicitia proprie dicta, quæ ad alterum est, & ita non habet aliquis ad seipsum ęqualitatem, & similitudinem, sed pro his idētitatem, quæ est maior, quam hęc, & hęc est identitas in substantia, & moribus, etiam non habet ad seipsum conuenire, vel conuersari, habet tamen identitatem operationum, quæ maior est, & ideo amicitia est hominis ad se maior quidem, quam ad alterum, sed non ita proprie dicta, sicut ad alterum.

Ad tertium dicendum, ꝙ amare seipsos secūdum naturam sensibilem, & corporalem est valde vituperabile, tales.n. appetitui, qui secundū sensum est obediunt, & hoc non est vere amare seipsum, quia non amat se hō secundum id, quod est vere bonum ei, & taliter se odisse laudabile. Sic dr̄ supra 16. & Ioā. 12. c. Qui amat animam suam perdet ea. Amare aūt se sm rationem. s. vt sibi velit hō bona propria humana, quę sunt bona secundū perfectionē rationis est laudabile valde, & necessarium, & iste est amor secundum charitatem. Ad quartum dicendum, ꝙ ista ratio procedit sm propriam rationē amicitię, & ita non inuenitur amicitia ad seipsum, neque redamatio, sed inuenitur amor, q̄ est maior, q̄ amicitia vni⁹ ad alterū. Ad quintū dicēdū, ꝙ licet amicitia proprie dicta sit nō eiusdē ad seipsum, tamen amor est proprie dictus eiusdem ad seipsum, quia amor non dicit redamationem, neq; ęqualitatem, similitudo autem conuiuereque pertinent ad amicitiam, & faciunt distinctionem, & iō nō prohibetur esse eiusdem ad seipsum, & cum dicit, ꝙ est virtus vnitiua non est inconueniens, quia idem potest sibiipsi vniri, scilicet ꝙ id quod est sibiipsi per na-

A turam efficiatur sibiipsi vnitum per affectum, & hæc facit amor.

Ad sextum dicēdum, ꝙ neque iustitia, neque amicitia proprie dicta est hominis ad seipsum, & tamen magis potest esse amicitia ad seipsum, quam iustitia quamuis vtrunque dicat æqualitatem, & faciat adęquationem quandam, sed amicitia facit adęquationē affectuū, iustitia aūt adęquationem rerū, facilius est aūt adæquari affectus eiusdē ad seipsum, q̄ res, quia secundum operationem animę possunt accipi plura, vt vnum, & vnum, vt plura, quod contingit, qn̄ actus in ipsum agentem reflectit, res aūt sunt exterius, & ideo non potest in eis per operationem animę fieri
B vnum, quod plura est, neque è contrario, licet etiam iustitia potest esse hominis ad seipsum Metaphysice inquantum in homine inueniuntur diuersa secundū rem, scilicet diuersę vires quarum adęquatio in eo, quod vnicuique competit respectu alterius iustitiam Metaphysicam reddit.

An corpus nostrum debeamus ex charitate diligere Quæst. CCXCIII.

QVAERETVR an corpus debeamus ex charitate diligere.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia non diligimus illū cui
C non volumus conuiuere, vel conuersari, cum amicitia dicat conuiuere 8. Ethi. sed homines charitatem hn̄tes fugiunt conuictū ad corpus ad Roma. 7. quis me liberabit de corpore mortis huius, & ad Phili. 1. c. huius desiderium ostēdit, dicēs, cupio dissolui, & esse cum Christo, ergo corpora nostra non debemus diligere ex charitate.

Scd̄o, quia charitatis amicitia fundat̄ super cōicatione diuinę beatitudinis. i. ad illa sola est charitas, quę possunt communicare beatitudinem, & tñ corpus nostrū non potest participare fruitione, quæ est actus partis spiritualis, & consequenter, neq; beatitudine, & ideo non diligetur ex charitate.

Tertio, quia charitas amicitia quædam est, & ami-
D citia solum est ad illa, quæ possunt redamare 8. Ethi. sed corpus nostrum non potest nos redamare ex charitate, ergo non debemus illud ex charitate diligere.

Quarto, quia dicit Aristo. 10. Ethico. ꝙ vituperabile est homini seipsum diligere quantum ad id, quod est exterius, & seipso, sed corpus nostrum est exterius, ergo vituperabile est diligere corpus nostrum, sed actus charitatis est laudabilis, ergo non est ad corpus.

Quinto, quia pars non ponit in numerum contra totum, sed corpus nostrum est pars nostri, ergo non debet poni corpus aliud diligibile, quam nos ipsi.

Sexto, quia proximum debemus diligere, sicut nos ipsos supra in litera, & tamen non ponitur aliud diligibile proximus, & aliud corpus proximi, ergo ne-
E que ponimus aliud diligibile nos ipsi, & aliud corpus nostrum, quod tamen fieret, si corpus nostrum ex charitate diligeremus.

Dicendum, ꝙ corpus nostrum est ex charitate diligendum. Primo, quia dicitur ad Ephe. 5. c. ꝙ viri debent diligere vxores suas, sicut & corpora sua, sed vxores suas debent ex charitate diligere, ergo etiam corpora sua. Secundo, quia id, quod ad beatitudinem pertingere potest, est diligendum ex charitate, sed corpus nostrum est beatificabile, quia aliàs in resurrectione non resumerentur corpora ad cōplemen ū beatitudinis, ergo est diligendum corpus ex charitate. Tertio, quia Augu. lib. 1. de Do. christia. ponit quatuor esse ex charitate diligenda inter, quæ ponit corpus proprium.

Circa quod considerandum, quòd eo modo, quo
se habet corpus nostrum ad beatitudinē, se habet ad
diligi ex charitate, quia dilectio charitatis habet pro
fundamento communicationem beatę vitę princi-
paliter, & communicationem vitę gratię minus prin-
cipaliter inquantum deducit ad vitam beatitudinis.
Hęc autem vita tripliciter habet relationem ad ha-
bentē charitatem. Nam est vita beata vno mō in ali-
quo, sicut in diffundente vitam istā alijs, & id est prin-
cipium vnius vitę, sic enim est in Deo beatitudo. Est
autem ista vita in amante ex charitate, sicut in partici-
pante vitam hanc a Deo. Et hoc dupliciter, aliqualiter
quidem principaliter, & sic est in anima, quę per se est
beatificabilis, & aliqualiter per redūdantiam ab alio,
& sic est in corpore, ꝙ ex redundantia beatitudinis
animę recipit beatitud nis participationem, secundū
quam dicitur habere quatuor dotes, quæ ad beatitu-
dinem corporis pertinent. Est autem tertio mō bea-
titudo in alijs, sicut in participantibus, & sic est beati-
tudo in proximo, qui talem beatitudinem habere po-
test qualē nos ipsi, & ideo quia beatitudo ad ista qua-
tuor pertinet, idest ad Deum, & nos, i. ad animam &
ad corpus proprium, & ad proximos, sunt ista qua-
tuor diligenda ex charitate.

Aliter etiam potest dici, ꝙ corpus nostrum potest
dupliciter considerari. Vno modo secundū suam na-
turam. Alio modo secundum corruptionem culpę,
quæ est in eo, vel ex eo. Accipiendo quantū ad primū
dicendum, ꝙ possumus corpus diligere ex charitate,
& debemus, quia illud non est in se malum, neque a
malo principio factum, sicut Manichęi mentiuntur,
dicentes corporalia a Deo esse malo facta, spiritualia
vero a Deo bono, omnia siquidem a bono, & vnico
principio prodierunt, & ideo cum corpus nostrum à
Deo factum sit, possumus illo vti ad seruitiū Dei iux-
ta id ad Roma.6.c. exhibete membra vestra arma iu-
stitię Deo, & ideo ex dilectione charitatis, qua diligi-
mus Deum, debemus etiam corpus nostrū diligere,
quod in Deum ordinari potest. Si autē cōsideremus
corpus nostrum quantum ad infectionem culpę, &
pœnę, non debemus diligere illud, quia hoc esset dili-
gere infectionem, & corruptionē peccati, & sic, quod
est pęnale efficeretur iam voluntarium, & culpabile,
sed potius ex charitate debemus cupere absolui ab il-
lo, vt non incidat anima nostra infectionem peccati.

Ad primum dicendum, ꝙ Apostolus non cupiebat
fugere, aut liberari a corpore inquantum est capax
beatitudinis, aut quantum ad naturam suam, quę bo-
na est, immo secundum hoc cupiebat, nunquam ex-
poliari eo, iuxta illud 2.Corin.5.c. nolumus spoliari,
sed superuestiri, sed volebat fugere corpus quantū ad
corruptionem culpę, & pœnę, cupiebat enim carere
infectione concupiscentię, quæ manet in corpore, &
corruptione ipsius, quæ aggrauat animam, ne possit
videre Deum, vnde non dixit absolute, quis me libe-
rabit de corpore, sed de corpore mortis huius, expe-
riebatur enim Apostolus stimulos carnis 2.Corin.12.
c. erat enim concupiscentię lex in membris eius, quæ
repugnabat legi mentis ad Roma.7.c. & ab illa lege,
quę erat sibi tāquā mors, petiuit ter liberari 2.Corin.
12.c. sed Deus non exaudiuit ipsum, & ideo clamat
quis eum liberabit de corpore mortis, & non quis ab-
soluet de substantia corporis, cū autem dicit ad Phi-
lip.1.c. cupio dissolui, & esse cum Christo, non petit
absolutionem a corpore quantum est habens infe-
ctionem, sed inquantum impedit diuinam visionem,
quia quandiu sumus in corpore peregrinamur a Do-
mino, & ita dicit cupio dissolui, & esse cum Christo,
idest non possum esse cum Christo, nisi dissolutus
fuero a corpore, ideo cupio dissolui.

F Ad secundum dicendum, quod sola amantur ex
charitate, quæ pertinent ad beatitudinem, corpus au-
tem ad beatitudinem, & fruitionem pertinet, quia
licet in veritate non pertingat ad fruitionem, scilicet
quia ipsum non fruitur Deo cognoscendo, & aman-
do, quia tamē per opera, quæ in corpore exercemus,
quorum corpus est organum, venimus ad illam frui-
tionem, & rursus ex illa fruitione inuenta animę re-
dundat in corpus beatitudo quædam consistens in
quatuor dotibus, vt dicit Augu. in epistola ad Diosco-
rum. pertinet aliqualiter corpus ad beatitudinem, &
fruitionem, & ita ex charitate amandum est.

Ad tertium dicendum vno modo, ꝙ charitas cōsi-
G deratur dupliciter: vno mō secundum rationē gene-
ralem amicitię, in qua redamatio exigitur, & tunc nō
est verum, ꝙ conuertatur charitas cum amicitia, sed
ad aliqua est charitas, ad quæ nō est amicitia, & sic est
de corpore. Aliter potest dici, ꝙ hominis ad seipsum,
vel ad corpus suum, aut ad animam suam nō est ami-
citia proprie, sed est aliquid maius, quam amicitia,
scilicet amor quidam, in quo non requiritur redama-
tio, & talis est hominis ad corpus suum, ideo etiam
charitas est ad corpus.

Ad quartum dicendum, quòd hominem diligere
seipsum secundum exteriorem naturam, ita ꝙ peni-
tus sequatur desideria illius, est vituperabile, quia per
H hoc repugnatur rationi, & tales vocat Apostolus 2.
Timo.3. Amantes seipsos in vituperium. Amare tñ
exteriorē suā naturā quantū ad ea, quæ non repugnāt
rationi non est vituperabile, sed potius necessariū, qa
vt dr̄ ad Ephe.5.c. nemo vnquam carnem suam odio
habuit, sed nutrit eam, & fouet, & hoc modo ex cha-
ritate corpus diligimus non agentes contra rationē.

Ad quintum dicendum, ꝙ verum est, ꝙ pars non
ponit in numerum contra totum, ponit tñ pars in nu-
merum contra partem, cum autem distinguitur dile-
ctio, qua diligimus nos ipsos, a dilectione, qua diligi-
mus corpora nostra non accipitur dilectio nostri pro
dilectione ipsius suppositi, sed pro dilectione aīę, &
sicut corpus ponit in numerum ɔ animā, ita dilectio
I qua diligimus animam ponit in numerum ɔ corpus.
cum autē dicimus, ꝙ homo diligit seipsum intelligit
de dilectione, qua diligit aīam suā, quia vnusquisque
dr̄ esse id, quod in eo optimum est, vt dicit Aristo.9.
Ethi. & inde dicit ibi, ꝙ homo est intellectus, vel ma-
xime. s. quia pars intellectiua est nobilissimū quid in
hoīe. Ad sextum dicendū, ꝙ licet corpus, & anima
respectu habentis charitatem diuersimode diligant,
vt ponantur, vt diuersa diligibilia, tamē respectu pro-
ximi non est sic, sed habens charitatem sub eadem
ratione diligit corpus, & animam proximi, non ꝙ illa
ęqualiter diligat, sed ꝙ illa ponuntur, vt vnum extre-
mum diligibile, scilicet quia habens charitatem dili-
git proximum suum, sicut seipsum, idest animā pro-
ximi, sicut animā suam, & corpus proximi, sicut cor-
K pus suum.

An peccatores sint ex charitate diligendi.
Quæst. CCXCIIII.

QVAERETVR an peccatores sint ex charitate di-
ligendi.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia Dauid dixit Psal.218.
Iniquos odio habui. Sed Dauid charitatem habebat,
ergo potius sunt ex charitate peccatores odio haben-
di, quam diligendi.

Secūdo, quia vt dicit Gregorius in quadā homilia
probatio dilectionis exhibitio est operis, sed iusti non
exhibent peccatoribus opera dilectionis, sed potius
opera, quæ videntur esse odij, iuxta illud Psalmi 100.
in

in matutino interficiebam omnes peccatores terrę, & Deus præcepit Exod. 22. c. maleficos non patieris viuere, ergo peccatores non sunt ex charitate diligendi. Tertio, quia ad amicitiam pertinet, vt amicis velimus optima bona, sed sancti ex charitate optant peccatoribus mala. Psa. 9. conuertantur peccatores in infernum, ergo peccatores non sunt ex charitate diligendi.

Quarto, quia proprium est amicorum de eisdem gaudere, & eadem velle 8. & 9. Ethi. sed facit charitas, quòd iusti non velint id, quod peccatores volunt, & facit non gaudere de eis, de quibus peccatores gaudēt, ergo non pertinet amicitia ad illos, & consequenter, neque charitas. Quinto, quia proprium est amicorū conuiuere 8. Ethi. sed cum peccatoribus non est conuiuendum 2. Corin. 6. c. recedite de medio eorum, ergo non sunt ex charitate diligendi.

Sexto, quia vltra rationem amicitię generalē, quę est conuiuere adhuc charitas requirit communionē in vita gratię, quæ est diuina vita, sed hæc vita nō est in peccatoribus, ergo non sunt ex charitate diligēdi. Septimo, quia similitudo est causa amicitię, dissimilitudo autē inimicitię 8. Ethi. sed peccatores sunt dissimiles iustis, ergo non sunt diligendi ex charitate. Octauo, quia cum charitas sit amicitia quædā exigit redamare 8. Ethico. sed mali non amant bonos, sed oderunt eos, ergo iusti non tenentur ex charitate diligere malos. Nono, quia amicorum est eadem amicitia: si ergo boni diligerent malos ex charitate, etiam mali deberent seipsos adinuicem diligere, vel quilibet seipsum, & tamen mali non diligūt seipsos, quia vt probat Aristo. 9. Ethi. nullus malus suiipsius amicus est, ergo non est charitas habenda ad illos.

Dicendum, ꝙ peccatores quantumcunque mali ex charitate sunt diligendi, quia Christus dixit supra 5. Diligite inimicos vestros, sed omnis, qui inimicatur malus est, ergo mali ex charitate sunt diligendi. Secūdo, quia quibuscūque est benefaciendum, illi sunt ex charitate diligendi, sed malis debemus benefacere, conuertendo eos, & subueniendo eis in necessarijs, ergo mali sunt ex charitate diligendi. Tertio, quia dicit Augustinus 1. de Doctrina christiana, ꝙ cum dicit. Diliges proximum tuum, noueris omnem hominē proximum esse deputandum, sed peccatores nō desinunt esse homines per peccatum, quia peccatum nō tollit naturam, ergo peccatores sunt ex charitate diligendi. Circa quod considerādum, ꝙ in peccatoribus est considerare, s. naturam qua homines sunt, & malitiam, qua peccatores sunt, quia vero secundū naturā sunt ad imaginem Dei, & diuinę vitę capaces, iō secundum naturam suam sunt ex charitate diligendi, malitia aūt ipsorum est contraria diuinę vitę, & impediens ad illam: est iō ipsa in eis odienda. Sicut. n. dicit Aug. ꝙ sic diligantur homines, q̃ eorum non diligātur errores, sed etiam si sint pater, & mater, & cognati debemus odisse eorum vitia, & persequi Deuteronom. decimotertio capitulo. Ad primum dicendū, ꝙ Dauid ex charitate oderat malos, & diligebat eos, oderat quidem eorum iniquitatem, & diligebat eorū naturam, quia natura est bonum in eis, & iniquitas est malum ipsorum. Hoc aūt vocatur odium perfectum, idest ad perfectionem pertinens, i. ꝙ vitia detestemur, & hoïes diligamus, & iō hic odium pertinet ad charitatem, sicut dilectio, quia sicut suadet charitas diligēdam naturam, quia bona est, & ad Deum pertinet, ita inclinat ratio ad odiendum iniquitatem, quæ a Deo elongat, & separat.

Ad secundum dicendum, ꝙ peccatoribus exigent iusti opera charitatis. Sed considerandum, ꝙ vt dicit Arist. 9. Ethi. amicis peccantibus nō sunt subtrahēda A eis amicitię beneficia, quousque non habeatur spes sanationis eorum, sed magis est eis auxiliandum ad recuperationem virtutis, quam ad recuperationem pecunię si eā amisissent, quanto virtus est magis amicitię affinis, quam pecunia, sed quando in maximam malitiam incidunt, & insanabiles fiunt, tunc non est eis amicitię familiaritas exhibenda, & ideo quando sunt aliqui peccantes, de quibus potius præsumitur nocumentum aliorum, quam emendatio tā secundū legem diuinam, quam humanam, iubētur occidi, & tñ hoc facit iudex non ex odio eorū, sed ex charitate, secundum quam præfert bonum publicum, quod sequitur ex occisione peccatorum vitę personę singularis, & etiam ex charitate infertur mors tali peccati, B siue conuertatur, siue non, quia si conuertitē prodest mors ad peccati expiationem, si non conuertitur prodest ad peccati terminationem, quia per hoc aufertur ei totaliter potestas peccandi amplius.

Ad tertium dicendum, ꝙ peccatoribus non optamus mala. Cùm dicitur, ꝙ peccatores conuertant in infernum, dicendum quòd huiusmodi increpationes, quæ inueniuntur in sacra Scriptura possunt tripliciter exponi. Vno modo per modum prænunciationis, & non per modū optationis, vt sit sensus, conuertantur peccatores in infernum, idest sic erit, ꝙ cōuertantur. Secundo modo per viam optationis, ita tñ, ꝙ non referatur optatio ad desiderium pęnę hominis, sed ad iustitiam puniētis, quia desiderare iusti- C tiam laudabile est iuxta illud Psalmi 58. lętabitur iustus cum viderit vindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatoris, scilicet gaudebit, non quia iste occiditur, sed quia iuste occiditur. Nam ēt Deus nō lętatur in perditione malorum Sapi. 1. c. sed in sua iustitia gaudet, quia iustus est Dominus, & iustitias dilexit Psalmo 10. Tertio modo, vt tale desiderium de pęna malorum referatur non quidem ad pęnam ipsorum, sed ad remotionem culpę, quia per pęnas aut emendantur, aut peccare cessant, vt dictum est.

Ad quartum dicendum, quòd ex charitate diligimus peccatores non quidem, quòd velimus, quæ ipsi volūt, vel gaudeamus de his, de quibus ipsi gau- D dent, sed vt faciamus eos guadere de quibus nos gaudemus, & velle, quod nos volumus, & sic dicitur Iere. 25. c. Ipsi conuertentur ad te, & non conuerteris tu ad eos.

Aliter dici potest, quòd licet nunc non gaudeant mali, de quibus gaudent boni, possibile tamen est, quòd aliquando de illis gaudeant, & ideo, vt dicit Philosophus 9. Ethicorum non confestim dissoluenda est amicitia ad eum, qui ex bono factus est malus, sed multo plus adiuuandus est ad recipiendam bonitatē virtutis, quam possessionem diuitiarum.

Ad quintum dicēdum, quòd quibusdam iustis est bonum conuiuere peccatoribus, alijs vero est malū, iustis quidem adhuc infirmis, & imperfectis non est bonum conuiuere peccatoribus propter periculum, E quod eis imminet, ne subuertantur a malis. Iustis vero perfectis in virtute, de quibus non timetur, quòd subuertentur a malis laudabile est conuiuere peccatoribus, vt eos conuertant cōuersando cum eis, sic enim Dominus cum peccatoribus, & Publicanis manducabat, & bibebat supra nono, & Mar. secūdo, & Luc. 5. quia sic eorum vitia curabat, Vnde dixit. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Alia aūt est conuersatio, quæ est in consortio criminis, & hęc est vitāda omnibus hominibus, sic loquitur Apostolus 2. Corin. 5. recedite de medio eorum, & immūdum ne tetigeritis, s. consentiēdo eorū immunditijs, & peccatis. Ad sextū dicēdū, ꝙ charitas fundatē super cōmunicatione in diuina vita, peccatores autem nō

communicant actualiter vita diuina, sed possunt cō-
municare, quod autē est in potentia quodammodo
est, ergo charitas ad illos esse debet. Sic etiam chari-
tas est ad eos, qui beatitudinis capaces sunt,& tamen
nemo nostrum in actu beatitudinem habet, sed qiua
habere possumus, ad omnes nos est habēda charitas.

Ad septimum dicendum vno modo, quòd pecca-
tores sunt iustis similes,& dissimiles, similes quidem
in natura, dissimiles autem quantum ad iniquitatem,
& ideo ex charitate eos diligere debemus inquātum
nobis similes sunt in natura. Odisse autem eorum vi-
tia, per quæ nobis dissimiles sunt,& quia iniquitas eo-
rum nō repugnat vnitati naturę, manet adhuc eorū
bonitas cum iniquitate, & ideo diligi possunt ex cha-
ritate. Aliter potest dici, quòd licet iniusti sint nobis
dissimiles, possunt tamen esse similes, & ideo diligi-
mus eos ex charitate non inquantum tales manent,
sed vt tales efficiantur, quales esse possunt,& tales de-
sideramus eos fieri.

Ad octauum dicendum, ꝙ licet mali non redamēt
bonos actu, possunt tamen redamare, quia nunc pro-
pter dissimilitudinē, & quia ipsi charitatem nō hn̄t,
non redamāt bonos, qn̄ tn̄ effecti fuerint boni (quod
iusti optant) redamabunt iustos. Etiā quia licet in prę-
senti non redament mali bonos, redamabunt eos in
vita futura, si illuc peruenirent propter cuius conuer-
sationem, quia ibi præcipue est charitas, & ibi saluat̄
magis perfecte ratio amicitię in charitate, quam hic,
quia amicitia dicit redamationem non latentem in ꝯ-
passis, & dicit conuiuere 8. Ethi. in pręsenti aūt licet
oēs boni diligant se ex charitate, tn̄ non se nouerunt,
neque conuiuunt, in vita autem ęterna oēs se mutuo
agnoscent,& conuersabuntur secundū amorē chari-
tatis, ideo ibi charitas erit perfecte amicitia, quod hic
non habet. Ad nonum dicendum, ꝙ an mali se dili-
gant, dicetur sequenti quæstio. & tamen etiam si illi
non diligerent se, nos poteramus eos diligere ex cha-
ritate.

An peccatores diligant seipsos.
Quæst. CCXCV.

QVAERETVR an peccatores diligant seipsos.
Aliqui dicūt, quòd sic, quia illud, quod est prin-
cipium peccati maxime inuenitur in peccatoribus,
sed amor suiipsius est principium peccati, quia vt di-
cit Augusti 14. lib. de ciui. Dei, amor suiipsius facit ci-
uitatem Babylonis, ergo peccatores maxime diligūt
seipsos.

Secundo, quia pctm̄ non tollit naturā, sed vnicui-
que competit ex natura sua, ꝙ diligat seipsum, vn̄ &
creaturę rationales naturaliter appetunt propriū bo-
num, s. conseruationē sui esse, ergo peccatores diligūt
seipsos. Tertio, quia ab omnibus est diligibile bonū,
quod ab eis putatur bonum, vt dicit Diony. 4. c. de di-
uinis no. sed multi peccatores reputant se bonos, er-
go multi peccatores diligunt seipsos.

Dicendum, quòd mali nō amant seipsos, quia qui
non amat animam suam non amat seipsum, mali ta-
men non solum non amant animam suam, sed illam
oderunt. Etiam Psalmo 10. scilicet qui diligit iniqui-
tatem, odit animam suam, ergo mali non amant se-
ipsos. Sed circa hoc considerandū, ꝙ amare seipsum
accipitur tripliciter. Vno modo est commune omni-
bus. Alio modo est proprium bonorum. Tertio mō
proprium est malorū. Primo est, ꝙ quis amet id, quod
seipsum esse existimat, & hoc est cōmune omnibus.
Homo. n. dr̄ aliquid dupliciter. Vno mō secundū suā
substantiā,& naturā, & secundum hoc oēs existimāt
bonum commune se esse id, quod sunt, s. ex aīa. & cor-

F pore compositos,& sic omnes homines boni. & ma-
li diligunt seipsos, inquantum diligunt suiipsorum
conseruationem, Alio modo dicitur homo esse ali-
quid non secundum totum, vel commune, sed secū-
dum principalitatem, & sic id, quod est principale in
aliquo, dr̄ esse ille homo, vel illa res,& sic princeps ci-
uitatis dr̄ esse ciuitas, & id quod faciunt principes ci-
uitatis dr̄ facere ciuitas. Sic autem non oēs ęstimant
se esse id, quod sunt, principale aūt in homine est mēs
rationalis. Sic dicit Aristote. 9. Ethico. quòd homo
est intellectus, vel maxime, Secundarium autem est
natura sensitiua, & corporalis, quorū primū Aposto-
lus nominat interiorem hoīem, secundum vero ex-
teriorem hominē, vt patet 2. Corin. 5. c. Bonum autē
ęstimant principale in semetipsis rationalē naturam,
G siue interiorem hominem, vn̄ secūdum hoc ęstimāt
se esse, quod sunt, quia vere ęstimant, mali aūt ęstimāt
principale in semetipsis esse naturam rationalis sensi-
tiuam,& corporalem, s. exteriorem hominem, vnde
non recte cognoscentes seipsos non vere diligunt se-
ipsos, sed diligunt id, quod seipsos esse ęstimant, boni
autem vere seipsos cognoscētes vere seipsos diligūt.
Quòd autem boni seipsos vere diligant, mali autem Boni seipsos diligūt mali autē non.
non diligant seipsos probat Aristo. 9. Ethicorum per
quinque conditiones amicitię. Prima est, quia vnus-
quisque amicus vult amicum suum esse,& viuere, se-
cunda, quòd vult ei bona, tertia quòd operatur bona
H ad ipsum, quarta ꝙ conuiuit ei delectabiliter, quinta
ꝙ cōcordat ei in eisdem, quasi delectatus,& tristatus,
& secundum hęc omnia boni diligunt seipsos quan-
tum ad interiorem hoīem, qa volunt ipsum seruare
in sua integritate,& optant ei bona eius, quæ sunt bo-
na spiritualia,& etiam ad assequanda illa operam præ-
stant, & delectabiliter sibiipsis conuiuunt ad corda
propria redeuntes. Et hoc, quia inueniunt ibi bonas
cognitiones in præsenti, & bonorum memoriam
p̄teritorum,& spem futurorum bonorum, ex quibus
omnibus delectatio causatur. Similiter etiam non pa-
tiuntur in seipsis voluntatis dissensionem, quia tota
anima eorum tendit in vnum.

Econtrario autem mali non vere diligunt seipsos,
quia non volunt conseruare integritatem interioris
I hominis. neque appetunt bona spiritualia eius, ne-
que operantur ad hoc, neque est eis delectabile con-
uiuere sibiipsis redeundo ad proprium cor, quia non
inueniunt ibi, nisi mala, quæ abhorrent, præsentia
quæ cogitant, præterita, quæ egerunt: futura, quę ti-
ment se facturos, & passuros, & est dissensio volun-
tatis, neque concordant sibiipsis propter conscien-
tiam remordentem, iuxta illud Psalmi 49. Arguam
te,& statuam contra faciem tuam. Ex eisdem quin-
que motiuis potest probari, quòd mali diligunt seip-
sos, sed corruptionem exterioris hominis, sic autem
boni non amant seipsos. Et sic patet, quòd mali ali-
quo modo se amant, sed non vere se amant, quia non
amant id, quod sunt, quia nō ęstimant se esse id, quod
K sunt.

Ad primum dicendum, quòd mali amant seipsos,
quia est in eis tertius modus amoris suiipsius, qui est
proprius malorum, & iste est, qui incipit a seipso, &
peruenit vsque ad contemptum Dei, vnde isti, ita cu-
piunt bona exteriora, quòd oderunt spiritualia, &
contemnunt. Ad secundum dicendum, quòd amor
naturalis non tollitur a malis totaliter, tamen corrū-
pitur multum de eo,& hoc est, qa amor præsupponit
cognitionem, mali autem nō hn̄t rectam ęstimatio-
nē de eo, qūo sunt, ideo nō possunt se diligere, sed di-
ligunt in seipsis id, quod ipsi non sunt.

Ad tertium dicendum, quòd mali inquantum ę-
stimant se bonos, vel habere aliquid boni, diligunt
seipsos,

seipsos,sed nō est illa vera dilectio, cum æstimatio sit falsa. Nam æstimant se bonos cum non sint,& illud in se bonum putant, quod non est, & quod ad esse eorum non pertinet, & ideo licet aliquo modo diligāt seipsos,tamen vere, & absolute non diligunt seipsos.

An angelos debeamus diligere ex charitate.
Quest. CCXCVI.

QVAERETVR an angelos debeamus diligere ex charitate.

Aliqui dicut, φ nō,quia vt dicit Aug.lib.1.de Doc. christia.prima est dilectio charitatis,s.Dei, & proximi,sed dilectio angelorum non continetur sub dilectione Dei, quia sunt creaturę,non ēt continetur sub dilectione proximi, quia non communicāt nobiscū in specie,ergo non sunt diligendi ex charitate. Secundo,quia magis conueniunt nobiscum bruta,quę sunt in eodem genere propinquo nobiscum,s.in genere animalis, ꝙ angeli, qui non conueniunt ēt in genere remoto,cum nos simus corporei,& illi incorporei,& tñ ad bruta non est charitas,ergo neque an angelos.

Tertio, quia nihil est, ita proprium amicorū,sicut conuiuere 8.Ethi.& tñ angeli nō conuiuūt nobiscū, quia non videmus eos, & Dani.2.c.dicitur,φ non est illis cum hominibus conuersatio, ergo non sunt ex charitate diligendi a nobis. Quarto,quia charitas hominis non est ad ea, quæ non communicant humana vita,sed angeli non viuunt humana vita,ergo non sunt ex charitate diligendi a nobis.

Quinto,quia amicitia similitudinem,& ęqualitatē imponit 8.Ethi.sed angeli non sunt nobis similes in specie,& non sunt ęquales nobis, sed maiores tam in gradu essendi, quam nobilitatis, ergo non sunt diligendi ex charitate a nobis.

Dicendum, quòd diligendi sunt angeli a nobis ex charitate, quia proximus diligendus est ex charitate, vt dicitur hic in litera,sed angeli proximi sunt,vt dicit Augu.lib.1.de Doc.christia. Iam vero cui præbendū, vel a quo nobis præbendum est misericordię officiū recte proximus dicitur necessarium, eo φ præcepto, quo iubemur diligere proximum etiam sanctos angelos contineri, a quibus nobis multa nunc impenduntur officia. Secundo, quia amicitia facit amicos idem velle,& eorundem amicos esse, & tñ nos habemus charitatem ad Deum, & amicitiā, & ille diligit angelos ex charitate,ergo etiam nos ex charitate diligere debemus. Circa hoc sciendum, φ cum charitas sit quædam amicitia, habet idem fundamentū,quod illa, amicitia autem fundatur super participatione eiusdem vitę,id est non possunt esse amici,qui eadem vita non participant, & ideo hominis ad brutum non est amicitia, quia nullo modo participat eadem vita. Vita autem angeli, & hominis est duplex. Vna,quæ competit eis secūdum materiam, vel speciem suam, aut genus, & sic angeli, & homines non communicant in eadem vita,sed homines inter se,& angeli cōmunicant eadem vita inter se, & ideo possunt esse amici, quia communicant eisdem operationibus, & circa illas occupantur. Alia est vita vtriusque,quæ est diuina,siue per gratiā, siue per gloriam, & in hac cōmunicant angeli hominibus, sicut dicitur supra in litera, φ in resurrectione erunt homines, sicut angeli Dei, vel ęquales angelis Dei, vt dr̃ Luc.20.c.& ideo communicant nobis in amicitia, & charitate, & idē est de Deo. Nos enim communicamus cum eo eadē vita,qa sicut ipse est beatus, ita & nos beati esse possumus, & tamen non communicamus cum eo in natura,sed multo magis differimus ab eo, quam ab angelis, & tamen ad Deum habemus charitatem, ergo

A & ad angelos poterimus habere charitatē. Ad primum dicendum,quòd dilectio angelorum cadit sub dilectione proximi, & cū dicitur, φ nō cōicat in specie,dicendum, φ non obstat, quia magis differt homo a Deo,quam angelus, & tamen hominis ad Deū est charitas, cum sit cōmunicatio eiusdem vitę,& nō requiratur communicatio in specie,neque in genere aliquo. Item dicendum est, φ angelus est proximus, quia proximus est, cui officium misericordię præstamus,vel ille,a quo nobis præstatur,vt dicit Augu.lib. de Doc.christia, & tamen ab angelis multa beneficia recepimus,ipsi enim sunt custodes nostri,& ministāt eis, qui capere habent hęreditatem salutis, ad Hebrę.

B primo cap.

Ad secūdum dicendum,φ cum in cōicatione quadam fundetur amicitia, illa, quę sunt proximiora illi cōicationi, participabunt magis de ratione amicitię. Dicēdum autem, φ angeli magis communicant nobiscum,quam bruta, quia bruta cōmunicāt nobiscū quantum ad id,quod nos nō sumus, angeli vero quātum ad id,quod sumus,ideo magis est amicitia ad angelos, quam ad bruta:ipsa quidem bruta cōicant nobiscum in genere proximo, & hoc quantū ad naturā sensitiuam, quæ se tenet ex parte corporis,& virtutū corporis, quæ pars est minus principalis in homine, neque est homo sua pars sensitiua, angelus aūt cōicat cum homine quantū ad partem rationalem, & quia

C homo est intellectus suus, vel maxime, vt dr̃ 9.Ethi. cum vnumquodque sit, id quod in eo potissimū est cōicat angelus homini in eo,quod homo est,brutum vero non communicat in eo, quod est ipse homo,& ita ad bruta,neque est amicitia,neque charitas, ad angelos autem sic.

Ad tertium dicendum,φ angeli conuersantur nobiscum, quia licet non conuersant hic conuersabunt in futuro, nā fundat amicitia nostra ad eos super cōicatione beatitudinis, quæ erit in futura vita,& in illa perfecte communicabimus cum angelis,s.plusquam nunc cōmunicamus cum hominibus, & illud sufficit ad amicitiam, & charitatē. Sic ēt est de Deo,quia hic non cōicamus cū Deo videndo eum, quia Deū

D nemo vidit vnꝗ.Ioā.1.c.sed in vita ęterna videbimus eum,sicuti est,& sic conuersabimur cum eo,& in eo, & hoc idem accidit ad homines. Nam oēs hoīes diligere debemus ex charitate,& sic ad oēs habem⁹ amicitiam, & plurimi hominū sunt, quos nunꝗ vidimus neque de eis,nunquam verbum audiuimus,sed amici sumus,& charitas inter nos est quantum diligimus nos inuicem ad futuram beatitudinem, in qua cum illis communicabimus. Aliter potest dici, quòd in præsenti etiam conuersamur cum angelis non quidē quātum ad exteriorē operationem, & collocutionē, sed quantum ad impensionem operum suorum. Nā custodes nostri sunt,quandiu hic sumus,& tam spūaliter,quam corporaliter nos adiuuant,spūaliter quidē

E suadendo nobis bona,& dissuadendo mala,quæ cogitamus, & ad quę afficimur, & quæ dęmones nobis suggerunt,licet nos non experiamur illam dissuasionem, & suasionē, quia fit per actū interiorē sine cōicatione sensus exterioris corporaliter. Etiā adiuuant liberando ab aliquibus malis, quæ agentibus hominibus alijs, & dęmonibus euentura erant, nisi angeli prohiberent. Et hoc etiam raro cognoscimus cū non videamus mala ingruentia, aut si videmus nescimus quomodo illa auertuntur a nobis, in his autem nobis in hac vita ministrant. Sic dicitur ad Hebræ.primo, Sunt administratorij spiritus in ministeriū missi pp eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Sed hęc administratio nobis facta quædam conuersatio nobiscū est,licet imperfecta,iō ad charitatē pertinēt,cum no-

bis charitatis, & misericordię opera impendant, Etiã quantum ad exteriorem apparitionem, & collocutionem interdum nobiscum hic conuersantur, sed raro, & non est propria conuersatio, quia non videtur neque loquuntur secundum id, quod ipsorum est, sed secundũ id, quod est alienũ. Nam videri, & loqui non pertinet ad eorum naturam, & conditionẽ, sed ad assumpta corpora de aliena substantia, & ideo talis apparitio, & collocutio, licet sæpe fieret, non vocaretur conuersatio proprie dicta.

Ad quartum dicendũ, ꝙ super communicatione vitæ cuiusdam, & operationis fundatũ charitatis amicitia, sed dicendum, quòd vita humana, in qua debet esse communicatio accipitur dupliciter. Vno modo pro vita, quæ est secundum naturam humanam, siue sit viuere ipsum esse viuentis, siue operatio secundũ principia, & conditionem speciei. Nam nullo modo istorum habent angeli vitam humanam, quia nõ hñt humanam speciem, vel naturam. Alio modo accipitur vita humana pro vita diuina, qua homo participat, & posse illa participare cõuenit ei ex cõditione humanę speciei, ista autem vita est beatitudo. Nam ex eo est charitas, aut esse debet ad aliquos, quia mutuo pñt participare in beatitudine, ipsa autem beatitudo est solius vita Dei, quia vita viuẽtibus est esse, illius ergo solius beatitudo est vita, cuius esse est beatũ esse, solus autem Deus essentialiter est beatus, quia essentia sua est beatitudo sua, & non accidit quicquam aliunde, & ideo beatitudo est vita Dei, & solius Dei. Sic dicit 1. Timo. 6. s. quem reuelauit temporibus suis beatus, & solus potens Dominus, idest Deus, qui solus est beatus, scilicet quia essentialiter solus est beatus, alijs autem beatitudo non est essentialis, sed accidit, ideo conuenit eis per quandam participationem ab eo, cui essentialiter inest, & sic quicunque est beatus participat vitam Dei, quæ est beatitudo. angelus ergo, & hõ, qui beati sunt, vel esse possunt participant vitam Dei, & illa participatione beati efficiuntur. Cum ergo dr̃, quod ille homo, ad quem habere debet charitatem, debet participare vitam humanam, est sensus, non ꝙ habeat naturam humanam, & vitam consequentem eam, sed ꝙ habeat aliquid, per quod possit participare vita diuina, idest beatitudine, qua homo participat p̃ conditionem naturæ humanę, & sic angeli participãt ea per conditionem naturę angelicę. Vnde oportet, quòd habeãt inter se aliquam similitudinem, pecora autem, & inanimata non participant illa vita, quia nõ habent per quid, non enim assimilantur conditiones humanę, neque angelicę.

Vita uiuẽtibus est esse.

Ad quintum dicendum, ꝙ inter amicos requiritur similitudo, & ęqualitas. De similitudine dicendum, quòd non oportet, quòd sit similitudo in specie, aut natura immediate, sed similitudo in operatione, sup̃ qua fundatur amicitia, & quia illa competit homini, & angelo secundum naturam spiritualitatis cuiusdã aut rationalitatis potest esse charitas inter eos, & cõmunicatio in beatitudine, licet non sit naturæ idẽtitas in specie, neque in genere immediate. De ęqualitate dicendum, ꝙ non requiritur ęqualitas æquiparantię, sed ęqualitas proportionis, scilicet quòd inter amicos maneat talis proportio, quòd vnus ad alterum opari possit, & qa inter hominem, & angelũ manet ęqualitas proportionis propter similitudinem operationis adinuicem, licet non sit ęqualitas ęquiparantię erit amicitiæ, vt dicitur. 4. Ethico. Et etiam inter Deum, & hominem, qui magis distant propter similitudinẽ aliquam operationis manet amicitia. scilicet cũ valde magna sit inęqualitas tollitur amicitia, s. quando nõ potest manere eadẽ vita, vel actus, sicut inter hoĩem, & pecora, aut res inanimatas.

In operatione fundatur amicitia.

F Sed dicetur, quòd magis distat Deus ab homine, scilicet quia infinite, quam homo a pecore quorum finita est distantia, sed manet amicitia inter Deum, & hominem, ergo debet manere inter hominem, & pecus, vel non manet inter hominem, & Deũ. Dicẽdum, quòd inter hoĩem, & Deum maior est distantia, vel inęqualitas ęquiparantię, quam inter hoĩem, & pecus, & tñ maior est inęqualitas ꝓportionis inter hominem, & pecus, quam inter hominem, & Deũ.

An dæmones diligere ex charitate debeamus. Quæst. CCXCVII.

G QVAERETVR an dæmones debeamus diligere ex charitate.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia diligendi proximi ex charitate, sed dæmones sunt proximi, qa vt dicit Augu. proximus non propinquitate sanguinis intelligẽdus est, sed societate rationis, dæmones tamen cõmunicant ratione, ergo sunt proximi, & consequenter diligendi, manent enim omnia ista perfecte in dęmonibus, scilicet esse viuere intelligere, q̃ sunt data naturalia, vt dicit Diony. 4. c. de di. no.

Secundo, quia licet sit hic homo peccator diligẽdus est ex charitate, quia licet habeat iniquitatẽ, quam odisse debemus, habet tamen naturam bonam, quã debemus diligere, in dæmonibus autem sic est, quia licet iniqui sunt, tamen natura eorum bona est, non
H enim amiserunt naturalia bona p̃ peccatum, vt dicit Diony. 4. c. de di. no. ergo diligendi sunt ex charitate.

Tertio, quia Deus diligit omnia, quæ sunt. Sapien. 11. & nihil odit eorũ, quæ fecit, ergo dæmones, quos fecit, diligit: sed quidquid diligit, ex charitate diligit, quia per seipsum diligit, qui charitas est. 1. Ioan. 4. c. ergo diliget Dæmones ex charitate, & consequenter nos illos sic diligere debemus.

Quarto, quia illud, quod facit ad cumulum nostri meriti, & ad Dei gloriam, debemus ex charitate diligere, sed Dæmones, dum nos tentant, prosunt nobis ad augmentum glorię, quia nobis coronas fabricant, vt dicit Augusti. 11. lib. de Ciui. Dei. ergo dæmones ex charitate diligendi sunt.

I Dicendum, quòd non est habenda charitas ad dæmones, quia charitas dicit amicitiã quãdam, & inter amicos est communicatio, sed cum dæmonibus est illicita communicatio, ergo non est habenda charitas ad illos. Patet Isa. 28. c. s. delebitur fędus vestrum cum morte, & pactum vestrum cũ inferno nõ stabit. Infernus, & mors vocantur dæmones, qui infernum habitant, & nobis mortem procurant.

Secundo, quia dicit Augusti. quòd proximus ex charitate diligitur, quia iustus est, vel quia iustus esse potest, sed Dæmones neque sunt iusti, neque possunt esse iusti, ergo non est habenda charitas ad eos.

Considerandum aũt, quòd circa dæmones plus est, quam circa peccatores. Nam in peccatoribus est
K aliqd boni, quod possumus diligere, in Dæmone aũt non, quia dæmon importat vitium principaliter, s. deformationẽ naturę, & ideo licet natura dæmonis possit diligi ex charitate, dęmon tantũ, quia importat vitium non potest ex charitate diligi. Et tamen non considerando nomen, sed substantiam rei, vt si quæratur, an spiritus illi, quos dæmones vocamus, sint diligendi ex charitate. Est dicẽdum, quòd aliquid diligitur ex charitate dupliciter, vno modo, sicut id, ad quod habetur amicitia. Alio modo, sicut id, quod consideratur, vt bonum alterius. Primo modo nõ põt haberi charitas ad dæmones, quia non potest haberi amicitia ad illos, pertinet enim ad rationẽ amicitię, vt amicis bonum velimus, bonum autem, super quo fundatur

Aliquid diligitur ex charitate dupliciter.

tur charitas dæmonibus velle non possumus, qa illud est communicatio vitæ ęternę, & illud non debemus velle dæmonibus, qui sunt æternaliter damnati, ideo repugnaret hoc diuinę charitati, quia per charitatem quam habemus ad Deum approbamus iustitiam eius cui repugnat communicari dęmonibus beatitudinē. Secundo modo diligitur aliquid, quod est bonum alterius, & cupimus, vt maneat, sicut bonū illius. Et hoc modo diligimus irrationales creaturas non quidem, ꝙ ad ipsas terminetur charitas tanquam eis bonum velimus, sed quia volumus eas permanere, vt bona nostra, s. pertinentes ad gloriam Dei, & nostrā vtilitatem, & hoc modo dæmones ex charitate diligimus, sicut bruta, s. non ꝙ dæmonibus aliquod bonum velimus accidere, sed ꝙ velimus naturam dæmonum, quæ bona est secundum speciem, & genus suum manere ad gloriam Dei, & nostrā vtilitatem. Sed hoc non est proprie diligere dæmones, neque naturam eorum, quia neque eis, neque naturę eorū aliquod bonum volumus.

Ad primum dicendum, ꝙ dæmones non sunt proximi, neque eos ex charitate diligere debemus. Et cū dicitur, ꝙ communicant nobiscum in ratione, sicut angeli, dicendum ꝙ ad habendam charitatem requiritur communicatio in vita diuina. s. in beatitudine, & ista est communicatio, quæ immediate requiritur, sed mediate requirit̄ communicatio secūdum rationem eo, ꝙ non est aliquid capax beatitudinis, nisi ens rationale, & ideo magis requiritur communicatio in beatitudine, quam in ratione, & si posset communicatio in beatitudine haberi sine communicatione in ratione, illa sufficeret ad charitatem habendam, & tū communicatio secundum rationē nō est iam possibilis cum dæmonibus cum communicatione secundum beatitudinem, eo ꝙ dānati sunt a Deo ęternaliter, ideo non est nobis ad eos charitas, secus de angelis bonis, in quibus manet tam communicatio in ratione, quam in beatitudine.

Ad secundum dicendum, ꝙ dæmones magis differunt ab angelis bonis, quam homines peccatores a iustis, quia peccatores quandiu viuunt, licet non habeāt beatitudinē possunt habere: dæmones tamē possunt habere, ideo ad homines iniustos habenda est charitas, sed non ad dæmones.

Ad tertium dicendum, quòd nos diligimus dæmones, sicut diligit Deus eos, ipse autem diligit naturam eorum bonam. i. vult ex charitate, ꝙ illa maneat in cultum, & laudem Dei, & nostram vtilitatem, & nos idē volumus, sed non ideo dæmones diligimus.

Ad quartum dicendum, ꝙ tentatio dæmonum ꝓdest nobis ad meritum, sed non ideo debemus diligere dæmones, quia tentando nos non intendunt facere nobis bonum, sed perdere nos in gehennā, & ideo magis ex hoc propter suam iniquitatem odisse debemus illos, quam diligere, quia ꝙ eorum tentationes nobis in bonum vertantur, non prouenit ex eorum intētione, vel opere, sed ex eo, quòd Deus diligit nos, & malum a dæmonibus procuratum vertit in bonū ad Rom. 8. c. scimus, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

An conuenienter distinguantur quatuor diligenda ex charitate. Quæst. CCXCVIII.

QVAERETVR an conuenienter distinguant̄ quatuor diligenda ex charitate. s. Deus, proximus, corpus nostrum, nosipsi: Videtur quod non, quia vt dicit August. super Ioannem, qui non diligit Deum, neque seipsum diligit, ergo eodem membro, & dilectione includitur dilectio Dei, & suipsius; vnde non A debent poni, vt duo membra. Secundo, quia pars nō ponit in numerum contra totum, sed corpus nostrū est quædam pars nostra, ergo non debet poni, quasi aliud diligibile a nobis. Tertio, quia sicut nos hēmus corpus, ita & ꝓximus, sicut ergo dilectio, qua qs diligit proximum distinguitur a dilectione, qua diligit seipsum, ita & dilectio, qua diligit corpus suum, oportet distingui a dilectione, qua diligit corpus proximi, vel sicut dilectio, qua quis diligit seipsum ponitur distincta ab illa, qua diligit corpus proprium debet poni, vt distincta illa dilectio, qua diligit proximum a dilectione, qua diligit corpus eius, & ita non debēt poni ista quatuor distincta diligibilia, sed pauciora, aut B plura.

Dicendum ꝙ conuenienter distinguantur ista quatuor diligibilia ex charitate, quia vt dicit August. li. 1. de doct. christiana, quatuor sunt diligenda, vnū quod supra nos est. s. Deus: alterum, quod nos sumus: tertiū quod iuxta nos est. i. proximus: quartum, quod infra nos est. i. corpus proprium. Ratio autem horum est, quia charitas est quædam amicitia, & fundatur super communicatione beatitudinis. s. vt inter illa sit charitas, quæ possunt in beatitudine communicare, in qua quidem communicatione vnū attenditur, vt influens beatitudinem. s. Deus. Aliud vt directe suscipiens. s. homo, & angelus. Tertium, quod non directe suscipit, C sed per quandam redundantiam ab alio. s. corpus humanum: illud vero, quod est influens beatitudinē habet vnicam causam dilectionis. s. quia est causa beatitudinis, ideo consideratum, vt vnicum diligibile. s. vel quia nobiscum est vnum, vel quia nobis est consociatum ad participationem beatitudinis, & ita considerantur duo. s. homo & proximus, quod vero recipit ꝑ redundantiam vnicam rationem habet, ideo non est, nisi vnum diligibile, & ideo conuenienter distinguūtur ex charitate quatuor diligenda.

Ad primum dicendum, quòd diuersa habitudo diligentis ad diligibilia facit diuersa diligibilia, & diuersam rationem diligibilitatis, alia tamen est habitudo hominis diligentis ad Deum, & alia ad seipsum, quia D ad Deum comparatur, vt ad causam beatitudinis suę, ad seipsum, vt ad directe recipiens beatitudinē a Deo influxā, ideo aliud diligibile debuit poni Deus, aliud nosipsi. Cum vero obiicitur, quod qui nō diligit Deū non diligit seipsum.

Dicēdum, quod verum est, ꝙ dilectio ista se habet vt causa & causatum, nam diligo Deum, vt cām beatitudinis, me autem vt recipientem illam, sed ablata causa tollitur effectus, ergo qui non diligit Deum, q solus est causa beatitudinis, non potest diligere seipsum ex charitate ad illam beatitudinem, q̄ a solo Deo potest influi, & accipi, & tamen non sequitur ex hoc, ꝙ ambæ sint idem, immo potius distinguantur cum vna se habeat ad aliam, vt causa ad causatum.

Ad secundum potest dici vno modo, ꝙ licet nō po E nat pars in numerum contra totum, ponit in numerū vna pars contra aliam, & ita communicatur anima corpori. Cum autem dicimur diligere nosipsos non accipitur pro toto supposito, sed pro anima. Et hoc, quia homo est id, quod principale est in eo, quale est anima. Sic dicitur 9. Ethicorum. Quòd homo est intellectus, vel maxime. Et ideo alia est dilectio, qua diligimus nos. i. animam a dilectione, qua diligimus corpora propria, eo quòd non sunt æqualia secūdum naturam, neque se habent eodem modo ad beatitudinem, sed anima, vt directe recipiens, corpus vero, vt per quandam redundantiam.

Alio modo poterat dici, ꝙ accipitur nosipsi pro toto supposito, corpus autem pro parte, & sunt vt duo diligibilia propter diuersum modum diligibilitatis.

Nam

Nam totum, vel ſuppoſitum eſt, vt recipiens, quia pp animam, ſiue intellectum eſt homo capax directe beatitudinis, corpus autem nõ eſt capax niſi per redundantiam, ideo non eodem modo diligimus noſipſos, & corpora noſtra.

Sed tunc dicetur cum ponatur corpus, quod eſt pars aliud diligibile, quam homo cuius eſt pars, cur non ponitur aliud diligibile anima.

Dici poteſt vno modo, ſicut ſupra dicebatur, ꝙ cũ dicitur, quòd diligimus noſipſos intelligitur de anima, & ita non poteſt diſtingui dilectio animę a dilectione ſuiipſius, ſicut dilectio corporis. Alio modo dicendum, quòd etiam accipiendo noſipſi pro toto ſuppoſito non debet diſtingui dilectio noſtra a dilectione animę, ſed debet diſtingui a dilectione, qua corpus diligimus. Et ratio eſt, quia anima intellectiua eſt in eodem gradu, in quo noſipſi, & debet diligi eadem ratione diligibilitatis, qua noſipſi, quod nõ eſt verum de corpore. Patet hoc, quia noſipſi ſumus directe capaces beatitudinis, & iõ directe ex charitate diligimur, anima ẽt noſtra eſt directe capax beatitudinis, immo homo non eſt capax beatitudinis, niſi quia anima eſt eius, ideo non debet diligere homo ſeipſum ſub alia ratione, vel gradu, quam animam ſuam. Secus autem de corpore, qa illud non eſt capax beatitudinis, ſed ſolum participat ea aliqualiter per redundantiam, ideo cum corpus reſpicimus nõ dilimus illud in eodem gradu, in quo noſipſos vel aĩmã noſtram, & ob hoc ponitur diſtinctum diligibile corpus noſtrum, quod non fit de anima noſtra.

Ad tertium dicendum, quòd corpus proximi non debet poni, vt diſtinctum diligibile. Et ratio eſt, quia diligimus proximum ex charitate, vt quædam aſſociata nobis in beatitudine, ſcilicet ſub ratione iſtius aſſociationis, & non ſub ratione, qua ipſe eſt, ſed proximus aſſociatur nobis tam ſecundum corpus, quam ſecundum animam, cum idem habeat proximus, quod nos habemus, ergo non debet diſtingui in proximo dilectio proximi a dilectione, qua ille diligitur.

An homines damnatos diligere debemus ex charitate. Quæſt. CCXCIX.

QVAERETVR occaſione præcedentium ſupra quæſtione 297. an homines damnatos diligere debemus ex charitate.

Aliqui dicunt, quòd ſic, quia ad homines non damnatos habemus charitatem, & tamen damnati non addunt ſuper alios homines, niſi pęnã, ergo adhuc diligendi ſunt ex charitate.

Secundo, quia in damnatis ſunt duo, ſcilicet peccatum, & peccati pęna, ſed neutrum iſtorum impedit dilectionem ex charitate eorum, ergo diligendi ſunt. De primo patet, quia homines iniuſti peccatum habent, & tamen ex charitate diliguntur, vt oſtenſum eſt ſupra. (Quæ.294.) De ſecundo patet, quia peccatum deterius eſt, quam pęna, & magis auertit hominem a Deo, & tamen peccatum non tollit quin debeat homo diligi ex charitate, ergo neque pœna, & ſic damnati diligẽtur ex charitate.

Dicendum, quòd damnati non ſunt ex charitate diligendi. Pro quo ſciendum, quòd aliquid poteſt dupliciter ex charitate diligi. Vno modo, vt id, ad quod charitas habetur. Alio modo, vt ad id, ad quod nõ terminatur amor charitatis, ſcilicet quia non volumus ei bonum aliquod, ſed volumus ipſum eſſe, & manere velut bonum alterius. Primo modo non ſunt damnati ex charitate diligendi, quia dilectio iſta fundatur ſuper cõmunicatione in beatitudine, ſiue in diuina vita, & tamen damnati non communicant beatitu-

F dine in actu, neque in potentia, quia nemo eorum
preſt eſſe beatus, quamuis enim non repugnet illis
ſuſcipere beatitudinem, cùm ſint creaturę rationa-
les, tamen ſtante Dei ordinata iuſtitia, qua ęternaliter
damnati ſunt, non poſſunt beati effici, ideo non debẽt
ex charitate diligi, quia hoc eſſet velle eos ſaluari in
quo diuinę iuſtitię repugnaremus, & tamen ſecun-
dum charitatem, qua Deum diligimus, volumus ei
iuſtitiam conſeruari. Simile autem accidit in amici-
tia, nam vt dicitur 9. Ethicorum amicitia diſſoluenda
eſt ad illos, qui ſunt inſanabiles propter ſuperabũdan-
tem malitiam, & ideo ſi hęc inſanabilitas accideret in
hac vita, eſſent aliqui, quos viuentes nos deberemus
deligere ex charitate, ſed quia dum viuit nemo in-
G ſanabilis eſt, tenemur omnes viuentes diligere ex
charitate, mortui autem efficiuntur inſanabiles, ſi in
peccati morbo decedunt, huiuſmodi ſunt damnati,
quia in peccato deceſſerunt, ideo ad damnatos, tan-
quam ad inſanabiles non eſt habenda charitas. Secus
autem de amicitia, quia aliquos vocamus inſanabi-
les in vita ſecundum illam, & ideo ad viuentes diſſol-
uenda eſt amicitia, vt dicitur 9. Ethicorum. Quare au-
tem amicitia diſſoluenda eſt ad viuentus propter in-
ſanabilitatem, charitas autẽ non eſt ad viuẽtes diſſol-
uenda, ſed ad mortuos. Eſt dicendum, quòd tã amici-
tia, quam charitas ad inſanabiles diſſoluenda eſt, ſed
ad amicitiam dicuntur aliqui inſanabiles in vita, ad
charitatem autem non ſunt inſanabiles, dum viuunt. Inſanabilitas poteſt dupliciter cõſiderari.
H Ratio eſt, quia inſanabilitas dupliciter conſiderari
poteſt, ſcilicet aut quantum ad ipſum hominem, qui
inſanabilis efficitur, aut quantum ad Deum. Si primo
modo dicendum, quòd inſanabilitas accidit multis in
vita, ſcilicet quòd conſideratis viribus eorum, & cir-
cunſtantijs, & diſpoſitionibus vitę, & operationis, de
multis apparet, quòd non poſſunt reſurgere a pecca-
to, & iſtud eſt quantum ad quoſdam propter conſue-
tudinem inueteratam, quæ inclinat per modum na-
turę 7. Ethicorum, & facit difficultatem, & quaſi im-
poſſibilitatem ad bonum Iere. 13. c. ſi poteſt mutare
Aethiops pellem ſuã, & pardus varietates ſuas, & vos
poteritis benefacere, cum didiceritis malum. In alijs
autem propter quãdam naturę peruerſitatem, & for-
I tem inclinationem ſecundum paſſiones, & ita de alijs
circunſtantijs. Si ſecundo modo, ideſt quantum ad
Deum, nunquam accidit ſimpliciter homini inſana-
bilitas, quia quantũcunque ſit aliquis deprauatus po-
teſt Deus eum liberare a peccato, & infundere gratiã
etiam ſi ſit in inferno, quia nil eſt Deo impoſſibile.
Luc. 1. non eſt impoſſibile apud Deum omne verbũ,
ideſt nullum verbũ eſt impoſſibile, ſcilicet nulla res,
& tamen dicitur adhuc inſanabilis aliquis quantum
ad Deum, non quidem, quia non poteſt eum ſanare,
ſed quia ſanare non vult, & diſpoſuit non ſanare, &
ita quia dum homines viuunt, Deus vult concurrere
cum eis ad bonum ſemper, & interdum eis non cu-
rantibus præuenire eos incitandum ad bonum nemo
K eſt inſanabilis dum viuit, neque eſt de eo deſperan-
dum. Secus autem eſt poſt mortem, quia tunc Deus
diſpoſuit non concurrere cum aliquo malo, & ideo
qui in peccato deceſſerunt manent obſtinati, quia ip-
ſi non poſſunt bonum velle meritorie, niſi Deo con-
currente, & Deus non concurret cum eis, ideo erunt
obſtinati perpetuo, & inſanabiles. Accipitur autem
inſanabilitas in amicitia ſecundum id, quod eſt hu-
manum, inſanabilitas vero in charitate ſecundum id,
quod eſt diuinum, eo ꝙ amicitia habetur ad homi-
nes, & ſecundum conditionem humanam, charitas
vero a ſolo Deo infunditur, & quia conuerſatio in-
quantum humana eſt ſolum ſecundum hanc vitam,
quia homines nõ habent ex ſe, ſecundum ꝙ poſſunt
com-

communicare in alia vita debet dissolui amicitia ad illos, qui insanabiles facti sunt secundum conditionē humanam, & quantum homines iudicant, charitas autem non est dissoluenda ad aliquem manentem in hac vita quantumcunque sit malus, quia licet ille secundum humanam conditionem sit insanabilis, tamen sm ordinem diuinę misericordiæ pōt redire ad charitatem, & consueuit Deus aliquos tales ad charitatem reducere. Post autem vitam istam in eis, qui decesserunt in peccato non est tenenda charitas, quia illi nō possunt iam redire ad vitam gratiæ, quia effecti sunt simpliciter insanabiles, scilicet tam secundum se, quam secundum Deum, cum Deus iam cum talibus non concurrat, homini autem sunt damnati, ideo ad damnatos non est habenda charitas, neque amicitia.

Alio modo habetur charitas ad aliquid non tanquā ad id, ad qđ terminat̃, sed vt ad aliquid quod volumus, vt bonum alterius, & pro eo, & sic pecora, & inanimata ex charitate diligimus, quia ex charitate volumus illa esse, & permanere ad honorem Dei, & vtilitatem proximorum, Sic etiam damnatos ex charitate diligimus non quidem, quòd ipsos diligamus, sed quòd eos volumus ex charitate manere ad gloriam Dei, & nostram admonitionem.

Ad primum dicendum, quòd homines damnati non addunt solam pęnam super alios, quia etiam alij habent pęnam aliquā, dum viuunt, sed addunt insanabilitatem, alij autem non sunt insa nabiles, damnati autem sic, ideo isti non diliguntur ex charitate, alij autem homines sic.

Ad secundum dicendum, quòd in damnatis peccatum, neque pęna est, quod facit eos non diligi ex charitate, quia ista sunt etiam in viuentibus peccatoribus, sed insanabilitas de peccato facit dissolui charitatem ad istos, viuentes autem qualescunque sint nō sunt insanabiles, ideo omnes viuentes debent diligi ex charitate.

An debeat poni aliquis ordo in charitate. Quæst. CCC.

QVAERETVR nunc circa ordinem charitatis, & primo est dubium, an debeat poni aliquis ordo in charitate.

Aliqui dicunt, quòd non. Dicit enim Bernardus, Amor gradum nescit, dignitatem non considerat, sed omnis ordo dicit aliquem gradum, ergo in charitate non est gradus.

Secundo, quia vt dicit̃. 8. Ethi. amicitia dicit ęqualitatem quandam, ęqualitas autem est vniformis nō sustinens diuersitatem, sicut vnitas non respicit diuisionem, sed vbi est ordo est quędam diuersitas, ergo charitas non habet ordinem.

Tertio, quia charitas est in voluntate, ordo autem est rationis, quia ordinare est rationis, cuius est comparare, voluntas autem non ordinat, quia non est vis collatiua, ergo non est ordo in charitate.

Quarto, quia ordo dicit quandam distinctionem charitas autem non est distinctiua, sed potius vnitiua, cum sit amor quidam, ergo non est ordo in ea.

Quinto, quia illud, quod pertinet ad actum virtutis, sicut circunstantia quædam necessaria, cadit sub præcepto, sed ordo charitatis nō cadit sub pręcepto, quia ex quo alicui impendo, id quod ei debeo, lex nō impedit, quin illi, cui non teneor, plus impendam, ergo ordo dilectionis non est circunstantia necessaria in virtute charitatis.

Sexto, quia charitas est quædam virtus, sed in aliis virtutibus non assignatur ordo, ergo neque in charitate.

A Septimo, quia sicut obiectum fidei est prima veritas, ita obiectum charitatis est prima bonitas, & summa, sed in fide non ponitur aliquis ordo, sed omnia creduntur æqualiter, ergo neque in charitate debet poni aliquis ordo, sed omnia æqualiter diligentur.

Dicēdum, quòd in charitate est ponendus aliquis ordo, quia Can. 2. c. dicitur: Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, ergo charitas ordinem habet. Secundo, quia Diony. 4. c. de diuinis no. dicit, quòd malum hominis est contra rationem esse, sed malum hominis est esse cōtra virtutem, ergo oportet in qualibet virtute esse bonum rationis, sed bonum rationis est, quòd homo faciat ordinate vnumquodque, quod facit, ergo charitas,

B quæ est præcipua virtus ordinem habebit.

Tertio, quia actus virtutis variantur secundum exigentiam obiectorum, sed obiectum charitatis, quod est bonū ordinem habet, cum quoddam sit melius altero, ergo charitas habet ordinem. Quarto, quia vbicunque est vnum propter alterum, ibi est aliquis ordo, sed charitas diligit aliquid propter alterum, scilicet omnia propter Deum, ergo charitas habet ordinem.

Quinto, quia vt dicitur. 5. Metaphy. prius, & posterius dicitur secundum regulationē ad aliquod principium. Ordo autem includit in se aliquem modum prioris, & posterioris, Vnde oportet, quòd vbicunque est aliqđ principium, ibi sit aliquis ordo, sed iam dictū

C est, quòd dilectio charitatis tendit in Deum, sicut in principium beatitudinis, in cuius communicatione amicitia charitatis fundatur, iō oportet, quòd in his, quæ ex charitate diliguntur, attendatur aliquis ordo secundum relationem ad primum principium huius dilectionis, quod est Deus.

Sexto, quia in quolibet actu virtutis oportet esse modum quendam, quia non est iustus aliquis, nisi iusta faciat, & iuste: modus autem in actu virtutis est ex commensuratione obiecti ad potentiam, scilicet, quòd potentia ipsi obiecto commēsuretur, vt ab eodem a quo actus speciem accipit, mensurā accipiat, obiectum autem charitatis bonum est hoc modo, quòd bonum simpliciter, vt dicit Aristo. 8. Ethico. est

D amabile simpliciter, vnicuique autem proprium bonum. Vnde cum in bono contingat esse magnam diuersitatem, & gradus diuersos, secundum q̃ vnum est altero melius, oportet quòd actus dilectionis ordinem habeat ad hoc, vt sit virtuosus.

Ad primum dicendum, quòd in amore potest accipi gradus dupliciter. Vnus est diligibilis ad diligibile, & de hoc gradu non loquitur Bernardus, alius gradus est diligentis ad diligibile, & de hoc loquitur Bernardus, gradum enim diligibilis ad diligibile nouit amor, quia non ęqualiter amat omnia diligibilia, sed quædam plus, quædam minus, secundum quod ipsa magis, & minus diligibilia sunt, Gradus aūt diligibilis ad diligentē ignoratur ab amore, quia effectus

E amoris est vnire, interdum diligens, & diligibile sunt multum inęqualia, & si diligibile est maius, debetur sibi reuerentia a diligente. Hoc tamen non præstitit amor, quia reuerentia facit resilire ab illo, cui reuerētia exhibetur, cum reuerentia sit considerata alterius magnitudine in propriā resilire paruitatem, & tamē amor vnit amantem amato, ergo non permittit resilire ab eo, & consequenter non permittit reuerentiā, sed reuerentia debetur ex gradu inęqualitatis, ergo amor nescit gradum. Sed dicendum, q̃ etiam hunc gradum quodammodo scit amor, & quodammodo nescit, scit quidem quantum ad affectum, sed nescit quantum ad affectum. De effectu patet, quia amās non impendit duobus a se amatis ęqualia si inęqualia amata

amata sunt. De affectu patet, quia vtrunque amat, & vtrique se vnit, & vnio ista tollit gradum, & tamen etiam in effectu ostenditur foris interdum aliquid, quod pertinet ad effectum, & sic, neque gradum exterius totaliter nouit. Quod patet, quia interdũ amãs ad superiorem se amatum ab eo confidẽter se habet, & ad amatum se minorem habet se familiariter, & tamen rõ inęqualitatis tollere debebat vtrunque. Nã ad maiores nobis nos habere debemus confidenter, vt illis debitam seruemus reuerentiam, & ad minores nobis non debemus nos habere familiariter, vt debitam nobis reuerentiam, & honorem teneamus, sed vtrunque confundit amor, & hoc est nescire gradũ.

Ad secundum dicendum, quòd charitas amabiliũ ordinem habet, & cum dicitur de æqualitate, dicendum quòd requiritur in amicitia, & charitate, & tamen non tollitur ordo, est tamen duplex æqualitas, scilicet æquiparantiæ, & proportionis, sic etiam inæqualitas. Duplex ęqualitas ęquiparantię non est semp inter amicos, quia sic nunquam esset amicitia ad minores, neque ad maiores, sed ad prorsus ęquales, sed recipit etiam æqualitatem proportionis. Dicuntur hæ proportiones, quia proportio æqualitatis est æqualis numeri ad æqualem, vt quatuor ad tria, quæ melius vocatur æqualitas, quam proportio, vocatur tamen proportio inquantum quælibet duæ quantitates finitę habẽt aliquam habitudinem, quam proportionem vocamus, ideo quantitates æquales dicũtur habere proportionem æqualitatis, sed talem proportionem solemus vocare ęqualitatem ęquiparantiæ, & non proportionis. Dicitur æqualitas proportionis, quãdo aliqua se extendunt proportionaliter, licet non æqualiter quantum ad quantitatem. Sic patet in numeris, vt quatuor ad tria est ꝓportio ęqualis, sicut sex ad quatuor, nõ est enim ęqualitas excessus in quantitate, quia sex incedit ad quatuor in duobus, & tamen tria excedũtur a quatuor in vno, ęqualis tamen, & eadẽ proportio manet, quia sex ad quatuor est sexquialtera, & quatuor ad tria sexquialtera. In amicitia autẽ, & charitate sufficit inuenire ęqualitatem proportionis, licet non sit ęqualitas quantitatis, dicere aũt ęqualitatem ęquiparantię inter amicos est dicere eos esse penitus æquales secundum virtutem, & secundum statum, & secundum rationem debiti vnius ad alterum, quod raro inuenitur. Dicere esse æqualitatem proportionis est dicere, quòd licet sit æqualitas simpliciter inter eos maneat habitudo aliqua, secundum quam communicare possint, in actione, & reactione, quia amicitia fundatur in communicatione alicuius boni, super quo est amare, & redamare. Inter agens, & patiens est proportio, scilicet quòd taliter se habet agens ad patiens, quòd possit agere ad illud, & taliter se habet patiens ad agens, ꝙ possit pati ab illo, licet neque sint ęqualia, neque similia, ęqualia quidem non sunt, quia actio fit ab excessu inæqualitatis, similia ẽt non sunt, qa in principio actionis sunt dissimilia, in fine autem similia sunt, & ad hoc tendunt agendo, vt similia sint. Sic, & inter amicos, licet maneat non omnimoda æqualitas, quæ est æquiparantiæ, sufficit æqualitatem esse proportionis. Et, quia ista recipit secum aliquam diuersitatẽ, & inæqualitatem, potest esse ordo in dilectione.

Ad tertium dicendum, quòd ordo est in charitate, & in voluntate non tanquam in faciente, sed vt in recipiente, sicut dicimus de prudentia ad omnes virtutes morales, ipsa enim sola ordinat, & dirigit circa actum omnium virtutum moralium qualiter, & quando, & quibus instrumentis, & ita de alijs circunstantijs agendum sit, & ideo virtutes solum habent inclinare in obiectum suũ, & finem, prudentia

F autem habet dare modos agendi. Et hoc est ordinare
circa actus virtutum, sic circa charitatem est ordo,
non, quòd charitas ordinem faciat, vel voluntas, in
qua est, sed rõ, siue per prudentiam, siue per peritiam
legis Dei ordinẽ ponit in diligibilibus, dicens, hoc
tendit in illud minus debere diligi, charitas autem
magis, & ea quæ ordinata sunt a ratione eo mõ, quo
nata sunt, & talem ordinem habet charitas, non facit
tamen illum, sed recipit.

Ad quartum dicendum, quòd in charitate possu-
mus dupliciter considerare gradum, scilicet inter di-
ligibile ad diligibile, & inter diligens ad diligibile.
Primus gradus non tollitur per charitatem, sed ita est,
quòd quædam magis amat, quam alia. Secundus gra-
G dus non potest manere in charitate, neque in amore
aliquo quantum ad effectum, licet maneat quantum
ad affectum, vt declaratum est, vnio autem, quam
charitas facit, tollit gradum inter amans, & amatũ
in amando, sed non inter amabilia, & ibi est gradus.

Ad quintum dicendum, quòd ordo in charitate
est de necessitate salutis. Cum autem dicitur, quòd
cum alicui datur, quod non debetur, prohibet lex da-
rî alteri plusquam debeatur ei, dicendum quòd hoc
non stat, quia si circa charitatem impendatur alicui
plusquam debetur, tollitur alteri, quod ei debẽt, quia
in vnoquoque genere non potest esse, nisi vnũ sum-
mum, & ideo si aliquid præter Deum diligo, vt vlti-
mum finem nõ possum Deum diligere, vt vltimum fi-
H finem, & sic si aliquam rem diligo, quasi vltimum fi-
nem impendo ei plusquam debeo, & ex hoc tollo
Deo id quod ei debitum est, quem iam non possum
diligere, vt vltimũ finẽ, & ideo si aliquid aliud, quod
est minus diligendum ęquiparem alteri, quod est ma
gis diligendum, non impendo tantam dilectionem
quantam debeo ei, quod est magis diligendum, cum
non magis diligam id, quod magis diligendum est, &
sic ordo est in charitate de charitate salutis, & peccat,
qui ordinem mutat.

Ad sextum dicendum, quòd in charitate conside-
ratur potius ordo, quam in alijs virtutibus, quia aliæ
virtutes ordinant hominem in seipsum, vel in seipso,
vt temperantia, & similes, iustitia autem ordinat ho-
I minem ad alium hominem secundum, quòd ęqua-
tur ei quantum ad res, in quibus iustitia est, vel circa
quas, in his autem nõ consideratur diuersitas, sed vel
idem modus, vel ęqualitas, obiectum autem charita-
tis est natura rationalis, in quã inuenitur multa diffe-
rentia, quia ibi est Deus: angelus, homo, & in his rur-
sus multa inęqualitas, ideo potius in charitate, quam
in alijs virtutibus considerandus est ordo.

Aliter potest dici, quòd charitas est in vltimum fi-
nem sub ratione vltimi finis, quod non competit ali-
cui alteri virtuti, quia alij sunt in aliquid, quod est mi-
nus fine vltimo, sicut virtutes morales. Aliquid vero
est in vltimum finem, sed non sub ratione vltimi fi-
nis, sicut fides, & spes, quæ sunt virtutes theologicę,
K & sunt in Deum, qui est vltimus finis, sed non sunt in
eum sub ratione vltimi finis, sed finis vltimus habet
rationem principij in appetibilibus, sicut in specula-
tiuis primæ cõceptiones, & ideo cum charitas, vt ad
primum principium, & sub eius ratione est, ad alia
importatur, vt in media, & ita ordo competit chari-
tati potius, quam alijs virtutibus.

Ad septimum dicendum, quòd tam fides, quam
charitas sunt ad Deum, & tamẽ in charitate est ordo,
in fide autem non. Ratio est, quia fides pertinet ad
cognitiuam, charitas autem ad appetitiuam, opatio
autem cognitiuę virtutis est, secundum, quòd res
efficiuntur in cognoscente, operatio autem appeti-
tiuę est secundum, quòd ipsa tendit in res, ordo autẽ
prin;

principaliter inuenitur in rebus, quam in cognitione cum ex re deriuetur ad cognitionem, ideo ordo magis competit charitati, secundum quam voluntas tēdit in res extra, quam fidei secundum quam res veniunt ad cognitionem, & incipiunt esse in intellectu, veruntamen aliquis ordo est in fide, quia fides est per se, & primo de Deo, secundario autem de alijs rebus, quæ referuntur in Deum.

An ordo, qui in charitate est attendatur secundum affectum, vel secundum effectum, vel secundum vtrunque.

Quæst. CCCI.

QVAERETVR an ordo, qui in charitate est attendatur secundum affectum tantum, vel secundū effectum tantum, vel secundum vtrunque.

Aliqui dicunt, quòd secundum effectum tātum. Sicut enim prima veritas est, cui innititur fides, ita est summa bonitas, cui innititur charitas, & vtraque est vna: sed fides æqualiter est certa de omnibus, quæ ex fide creduntur, ergo charitas æqualiter afficitur ad omnia, quæ æqualiter diligit, & tamen ordo dicit gradum, & inæqualitatem, ergo attenditur secundum effectum, & non secundum affectum.

Secundo, quia actus mensuratur, secundum rationem obiecti, sed quamuis plura sint, quæ ex charitate diliguntur, in omnibus est vna ratio dilectionis, quæ est diuina bonitas, quæ est obiectum charitatis, ergo ad omnia, ad quæ est charitas, est æqualis affectio, & consequenter gradus non consideratur secundum affectionem, sed secundum effectum.

Tertio, quia quanto quis ad alterum magis afficitur tanto ei magis bonum desiderat, sed omnibus, quæ ex charitate diligimus optamus idem bonum, scilicet vitam æternam, vel de iam habito nobis cōplacet, ergo æquali affectione omnia diligimus, & ita ordo non erit in affectione, sed in effectu.

Quarto, quia ordo charitatis est sub præcepto, sed non sub præcepto quantum ad affectum, quia cum alicui exhibeo id, quod debeo, ēt si sine affectu faciā, non sum reus præcepti, ergo attenditur secundum effectum.

Quinto, quia vbi est maior affectus, ibi est maius meritum, quia meritum secundum radicem charitatis mensuratur, sed dicunt, quòd non magis meretur homo in dilectione propinquorum, vel etiam suiipsius, quam aliorum, ergo ordo amoris non est accipiendus secundum affectum.

Dicendum, quòd ordo iste consideratur tam secundum affectum, quam secundum effectum, sed principaliter secundum affectum. Primo, quia, vt dicit Grego. in homilia, probatio dilectionis exhibitio est operis, si ergo effectus est probatio, ergo res est in effectu, quia res, & probatio, vel signum rei distinguuntur.

Secundo, quia sicut beneficentia principaliter cōsiderat effectum, ita charitas principaliter considerat affectum, si ergo ordinatio esset solum secundum effectum, esset ordinatio beneficentię, & non charitatis, quod falsum est, quare ordinem in charitate cōsideramus.

Item, quia effectus exterior non pertinet ad charitatem, nisi inquantum ex affectu procedit, in quo potest esse charitatis actus, vnde si ordo solum attenderetur in effectu, ordo ille magis pertineret ad alias virtutes, vt ad liberalitatem, & misericordiā, quam ad charitatem, cum illę virtutes recipiant actum exteriorem, & tamen ordo dicitur esse charitatis, & non aliarum virtutū, ergo erit secūdum affectum principaliter, vt ex affectu transeat in effectu hoc modo, vt

A ei, quem in affectu magis diligimus magis in effectu impendamus, vel quòd sit paratus homo impendere si necesse foret, & hoc, quia interdum non est opus aliquid impendere, sicut quando illi, qui diliguntur nostris auxilijs non indigent. Et hoc patet per simile in natura, quia vnicuique rei naturali tantum est inditum a creatore de amore naturali erga aliquid, quantū est necessarium, vt exhibeat de effectu circa illud. Sic etiam est in amore charitatis, quia talis gradus imperatur de charitate circa singulam rem, quantū de effectu est necesse foris ostendere circa illam, & sic gradus, & ordo principaliter consideratur in actu interiori, & posterius in effectu.

B Ad primum dicendum, quòd non est eadem ratio charitatis, & fidei, quia obiectum fidei est veritas prima, sed non est, vt est in re extra existens, sed secūdū, ꝙ est illa veritas nobis diuinitus reuelata, & annunciata, quia fides ex auditu est ad Ro. 10. ca. Et ideo, quia omnia, quæ sunt fidei annunciata sunt nobis eodem modo, & ab eodem, scilicet a Deo per filium suum, vel per prophetas ab eo inspiratos, ideo ęqualis certitudo habetur de eis, sed charitatis obiectum est bonum, scilicet secundum quòd est in rebus, & ideo cum in diuersis rebus diuersimode diuina bonitas, quæ est prima inueniatur, oportet quòd affectio, quę tendit in res extra diuersimode transeat in illas.

Ad secundum dicendum, quod non est æqualis
C affectio ad omnia, quia licet sit eadem ratio communis omnibus diligendi illa, nō tamen inuenitur ęqualiter participata in omnibus, nam in Deo est per se, in alijs autem secundum participationem maiorē, & minorē, & ideo ad quædam est maior affectio, quam ad alia.

Ad tertium dicendum vno modo, quòd ex charitate volumus omnibus æquale bonum, sed nō ęqualiter, sed volumus, quòd omnes fruantur Deo, sed non volumus esse æqualem fruitionem istam, cum quosdam optemus beatiores alijs fieri, & participare magis Deo, & ita non est ęqualis affectus.

Aliter potest dici, quòd licet velimus idem bonū omnibus, & æqualem participationem illius, vt si vellemus, quòd omnes participarent æqualiter beati-
D tudine, tamen non esset æqualis affectio ad omnes, quia intensio actus in actibus animæ, quę non agit secundum suum totum conatum, sicut entia naturalia non mensuratur ad quantitatem obiecti tantum, sed ad efficaciam agentis, & conatum in agendo, vnde non dicitur melius videre, qui meliorem rem intuetur, sed qui illam acutius, & clarius videt, & ideo licet quis velit duobus æquale bonum, non oportet, quòd illud velit ex ęquali desiderio, sed vni potest velle illud ex maiori desiderio, quam alteri, immo & illi, cui minus vult bonum potest ex maiori desiderio velle.

Ad quartum dicendum, ꝙ secundum charitatē tenetur quis alterum diligere, & secundum alias virtutes tenetur aliquid circa illum facere. Et ideo du-
E pliciter est quis reus, scilicet non diligendo, & non impēdendo ea, quæ sunt impēdenda, si enim omittat quis impendere bonum, quod dare alteri tenetur, est reus iustitiæ non seruatę, si omittat impendere affectum, quem exhibere tenetur, est reus charitatis non habitę, & ideo quando quis impendit alteri id, quod foris tenetur impendere, etiam si sine affectione agat non tenetur reus præcepti de iustitia seruanda, est tamen reus præcepti de charitate tenenda, vnde ad Ro. 1. ponitur pro vitio esse homines sine affectione, idest non affici ad proximos ex charitate, quia charitas est melior alijs virtutibus, cum quis omiserit actū huius magis reus est, quam omittendo actum aliarum virtutum.

Ad

Ad quintum dicēdum, quòd in diligendo est ma-
gis meritum, & aliquando minus, sed in quo sit ma-
ius meritum, & quid magis diligere teneamur, dice-
tur in sequentibus, & ideo hoc non simpliciter con-
cedatur.

An debeat homo magis diligere Deum ex charitate, quam seipsum. Quæst. CCCII.

QVAERETVR an debeat homo magis diligere
Deum ex charitate, quam seipsum.
Aliqui dicunt, ꝙ nō tenetur, quia vt dicit Diony.
4. ca. de Diuin. no. amor est virtus vnitiua, sed vnus-
quisque est sibi magis vnitus, quam Deo, quia sibiipsi
est idem, quod non est ad Deum, ergo magis tenetur
seipsum diligere, quam Deum.
Secūdo, quia Aristo. 8. Ethi. dicit, quòd vnicuique
est amabile, quod est sibi bonum, sed quidquid diligi-
tur propter hoc quod est sibi bonū, propter seipsum
diligitur, ergo homo quidquid diligit, propter seip-
sum diligit, & ita se magis diligit, quam omnia, quæ
diligit, ergo non diligit Deum super omnia.
Tertio, quia Philosophus dicit 9. Ethi. ꝙ amicabi-
lia, quæ ad alterum, venerunt ex amicabilibus, quæ ad
seipsum, sed primum in vnoquoque genere est po-
tissimum, ergo amor quē quisque habet ad seipsum
est potior, quam amor, quem habet ad alterum. Et
sic quilibet diligit se plusquam Deum secundū natu-
ram, sed charitas non destruit naturam, sed perficit,
ergo non diligit quisque Deum super omnia ex cha-
ritate. Quarto, quia vt dicit Grego. in homilia proba-
tio dilectionis exhibitio est operis, sed tātū facit quis-
que pro gratia conseruanda, siue pro beatitudine ha-
benda quantum pro Deo, ergo tantum diligit quili-
bet gratiam, & beatitudinem creatam quantū Deū,
sed dilectio, qua dicimur diligere virtutem, vel gratiā,
vel aliquod accidens refertur ad dilectionem qua di-
ligitur subiectum illius accidentis cui desideratur idē
accidens, ergo non diligit habens charitatem Deum
plusquam se, immo minus videtur diligere, quam se
cum charitatem, & beatitudinem minus diligit, quā
se, ista tamen ęqualiter cum Deo diligit.
Dicēdum, ꝙ quisque debet diligere Deum ex cha-
ritate magis, quam seipsum, quia finis diligendus est
magis, q̃ ea quæ sunt ad finem, sed Deus est finis om-
nium diligibilium ex charitate, ergo Deus est maxi-
me diligendus. Secundo, quia vt dicit Arist. 8. Ethi.
vnicuique diligibile est proprium bonum, sed Deus
est magis bonū, quam aliquid aliud, & est magis pro-
prium rei, quam aliquid aliud, cum sit cuilibet rei ma
gis intimum, quam ipsa res sibiipsi, vt dicitur in libro
de spiritu, & anima, ergo Deus est homini magis pro-
prium bonū, quam homo sibiipsi, ergo homo debet
diligere Deum ex charitate magis, quam seipsum.
Tertio, quia in vnoquoque genere illud, quod est
causa aliorum est maximum, vt dicitur 2. Metaphy.
sed Deus est ratio, & causa, quare omnia ex charitate
diligantur, cum diuina bonitas sit per se obiectū cha-
ritatis, ergo magis debet quisque ex charitate dilige-
re Deum, quam seipsum.
Circa quod considerandum, ꝙ cum obiectū amo-
ris sit bonum, dupliciter potest aliquis tendere in bo-
num alicuius rei. Vno modo inquātum bonum illius
rei ad alterum refert, sicut quando bonum vnius rei
optamus alteri, vel pro ea si non habet, vel compla-
cet nobis de illo bono habito a se si habet, sicut cum
quis amat vinum inquantum dulce sibi vinum optat,
& in hoc gaudet, quòd fruatur dulcedine vini, & nō
quòd velit, quòd ipsum vinum habeat aliquod bonū.
Et iste amor vocari solet amor cōcupiscentię. Amor
F autem iste non terminatur ad rem, quæ dicitur ama-
ri, sed deflectitur ad rem aliam, cui optatur bonum
illius rei. Alio modo fertur amor in bonum alicuius
rei, ita quod ad rem ipsam terminatur inquantum
optamus bonum illi rei, quod nondum habet, & cō-
placet nobis de bono, quod ipsa habet, & iste amor
solet vocari amor beneuolentię, quæ est principium
amicitię 9. Ethicorum, vel amor amicitię. Vnde gra-
dus charitatis secundum hunc gradum amoris attē-
dendi sunt, quia charitas amicitia quædā est, vel ami-
citiam includit, vt supra dictum est. Bonum au-
tem illud vnusquisque vult maxime saluari, quod est
magis placens sibi, quia hoc est appetitui informato
per amorem magis conforme, hoc autem est suum
G bonum. Vnde secundum quòd bonum alicuius rei
est, vel ęstimatur magis bonum ipsius amantis, illud
intantum magis vult amans seruari in re amata, bo-
num autem ipsius amantis magis ibi perfectius est, &
ideo, quia pars quælibet imperfecta in seipsa, perfe-
ctionem autem habet in suo toto, ideo pars quælibet
naturali amore magis tendit in conseruationem to-
tius, quam in conseruationem suiipsius. Vnde & na-
turaliter animal apponit brachium ad defensionem
capitis, quia ex illo pēdet salus totius. Et inde est etiā,
quia particulares homines morti se exponunt ꝓ con-
seruatione communitatis, cuius ipsi sunt partes. quia
ergo bonum nostrum in Deo perfectum est, sicut in
causa vniuersali prima, & perfecta bonorum, ideo bo
H num in ipso essentialiter magis complacet, quam in
nobisipsis, & ideo etiam amore amicitię naturaliter
Deus plus diligitur ab homine, quam seipsum diligat
homo, & quia charitas perficit naturam, ideo etiam
secundum charitatem Deum magis, quam seipsum
diligit homo, nam charitas supra naturalem amici-
tiam hominis ad Deum addit quandam associationē
vitę gratię, & glorię, quę est in vita diuina, & ideo na-
turali amicitia diligit homo magis Deum, quam seip-
sum, quia est sibi causa omnium bonorum natura-
lium, a fortiori per charitatem diliget Deum super
seipsum, tanquam auctorem bonorum gratię, &
glorię.
Aliqui autem dicunt, quòd homo naturaliter dili-
I git Deum magis, quam seipsum amore concupiscē-
tię, & tamen seipsum diligit magis, quam Deū amo-
re amicitię, & tamen charitas naturam ad hoc eleuat,
vt per amicitiam plus homo Deum diligat, quam se-
ipsum. Et patet, quia amore concupiscentię illud di-
ligimus, quod nobis bonum est, & tñ Deus est homi-
ni causa omnium bonorum, homo autē non est sibi
causa illorum, iō sic plus homo diligit Deum, q̃ seip-
sum, & tñ, quia plus vult homo seipsum esse viuere,
& permanere, q̃ Deum, & potius homo vult habere
bona, q̃ ꝙ Deus illa habeat, diligere magis vr̄ seipsum
amore amicitię, q̃ Deū, sed dñt, ꝙ charitas eleuat ho-
minē supra conditionē naturę, & facit, ꝙ amet Deū
plusquam se. Sed dicendum, ꝙ verior positio est præ-
K cedēs, s. ꝙ amore amicitię ēt naturaliter homo amet
magis Deum, q̃ seipsum, quia inclinatio naturalis ho-
minis inquantum est homo, nunq̃ tendit cōtra cha-
ritatem, quia tunc charitas tolleret naturam, & tñ nō
tollit illam, sed perficit, & tamen ex charitate amat
homo Deum plusquam se, ergo etiam amicitia natu-
rali potest Deum amare plusquam seipsum. Ad pri-
mum dicendum, ꝙ amor facit vnionem, & vnum
non tamen secundum rem, sed secundum affectum,
quia res, quę erant prius distinctę realiter non efficiū-
tur idem realiter per amorem, sed vniunt secundum
affectū, quia amans vnitur amato ſm affectū, non est
aūt inconueniens, ꝙ illud, quod est minus cōiunctū
secundū rem sit magis coniunctum secundum affe-
ctum

Quęlibet pars magis tendit in conseruationem totius, quā sui.

Amor ad rerū vnionē inducit.

ctum dū plerunque ea, quæ realiter nobis cōiuncta sunt nobis displiceāt, & ab affectu maxime discedāt, sed amor ad rerum vnionem inducit quantum possibile est, & ideo amor diuinus facit hominem secundum ꝙ possibile est, esse vnum, & idem Deo, & iō adhęrens Deo vocatur per amorem idem spiritus cum Deo 1.Corin.6.c.& sicut vnum viuens vna, & eadē vita viuit, ita & cum homo, & Deus efficiantur idem per amorem, efficitur eadem quodam modo vita hominis, & Dei. Et quia homo amans Deum transfert se in Deum, & non Deus in hominem, cum ametur Deus, vt nobilior, & propter se, & tendat hō in Deū, & Deus non in hominem, incipit esse hō idem Deo, & viuere vita Dei. Sic dicitur ad Gala.2.c. viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. B

Cum autem dicitur, ꝙ amor vnit. Dicēdum, ꝙ est verum vnione affectuum, & non rerum, & cum dicitur, ꝙ homo est magis idem, & vnus sibi, quam Deo, dicendum ꝙ est verum de identitate rei non affectionis, quia magis afficietur homo ad Deum, quam ad seipsum si Deus est magis bonum homini, quam hosibiipsi, & tamen, ita est, vt dictum est supra.

Ad secundum dicendum, ꝙ vnicuique est amabile, quod ei bonum est, & nihil est amabile alicui, nisi quod ei bonum est, & tamen non oportet, ꝙ omne, quod amatur ab aliquo, ideo ametur, quod est ei bonum, ita ꝙ amans se constituat finem rei amatę, sed quod amatur est bonum amanti, tamen amans non amat illud propter semetipsum, sed propter finem illius, sicut fit in amicitia. Nam amans amicum amat, quod sibi bonum est, quia vt dicitur.8.Ethi. amicus factus bonum fit ei, cuius est amicus, & tamen nemo amat amicum propter semetipsum, idest retorquendo illum ad se, vel ad aliquid ipsius, sed ita diligimus amicos, etiam si nihil inde nobis prouenire debeat, & ideo licet diligat homo Deum, qui est nobis bonum non diligimus eum propter nos, sed propter se cum ipse sit finis dilectionis. C

Ad tertium dicendum, quòd hominis amor deriuatur ex amore, quem quis habet ad seipsum, & ideo sequitur, quòd iste est prior, non quidem in genere causę, sed in via generationis, ideo nō oportet, quòd iste amor sit maior alijs, vel potior, sed quòd incipiat ante alios. Nam amor præsupponit cognitionem, & ideo illa, quæ sunt prius cognita, prius possunt amari, sed nihil est, quòd possit homo cognoscere ante semetipsum, ergo nihil est, quod amet prius, quam se, & consequenter omnis amor prouenit ex isto amore tanquam ex priori in via generationis: sed quia, quod amatur, rationem finis habet, eo quod amans tendit in amatum, ille est amor simpliciter maior, qui est de fine simpliciter, & ille erit principium omnium amorum, sed finis simpliciter est Deus, & non homo sibiipsi, ergo amor, quo Deum diligimus, est prius in genere amoris, & est potissimus. D

Ad quartum dicendum, quòd non facere debet quis tantum pro acquirenda beatitudine, vel conseruanda gratia quantum pro Deo. Vnde licet faciamus opera bona pro beatitudine acquirēda. & conseruāda gratia, potius debemus illa facere pro amore Dei, quā pro his, & magis meritorium est agere bonum pro Deo, vel pro beatitudine obtinenda. E

Aliter potest dici, quòd non possumus comparare amorem, quo quis amat Deum ad amorem, quo se diligit quātum ad effectum. Nam probatio dilectionis est exhibitio operis in eis, quæ operibus nostris indigent, & tamen sunt quędam, quæ non indigent opere nostro, & ibi non est inconueniens, quòd ꝓ eis, q̄ minus diligūtur plura faciam⁹. Sic est de Deo, quia operibus nostris non indiget. Psal.15. bonorum meorum non eges. Et nō accrescit ei aliquid ex operibus nostris, neque accrescere pōt. Nobis aūt sunt necessaria opera nostra, & aliena, & tñ si esset possibile, ꝙ ex nostris operibus aliquid Deo accresceret habens charitatē, multo plura, & maiora facere deberet ꝓꝑ beatitudinem Dei conseruandam, q̄ ꝓꝑ beatitudinem sibiipsi adipiscendam, & tñ non inuenitur talis comparatio in operibus, vt dictum est, & sic plus hō debet Deum, quam seipsum diligere, & tñ plura pro se, quā pro Deo facit, idest pro vtilitate Dei.

An debeat homo diligere Deum plusquam proximum. Quæst. CCCIII.

QVAERETVR an debeat homo diligere Deum plusquam proximum. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia dicitur 1.Ioan.4.c. qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, qūo poterit diligere? Ex quo videtur, ꝙ illud est magis diligibile, quod est visibile. Nam visio est principiū amoris, vt dr̄ 9.Ethi. scilicet, ꝙ nemo potest amare, nisi specie prædelectatus, ista autem præcedens delectatio est in spē per visionem, sed Deus est minus visibilis, quam proximus, ergo est minus ex charitate diligibilis.

Secundo, quia similitudo est causa dilectionis.8. Ethico. & Eccl.13. Omne animal diligit, sibi simile, sed maior similitudo est hominis ad proximū suum, quam ad Deum, ergo ex maiori charitate est diligendus proximus, quam Deus. Tertio, quia id, quod homo diligit in proximo suo est Deus, vt patet per Aug. 1.de Doc.christia. sed Deus non est maior in seipso, quam in proximo, ergo non est magis diligendus in seipso, quam in proximo, & consequenter non est magis diligendus Deus, quam proximus.

Dicendum, ꝙ non est dubium, quin magis debeamus diligere Deum, q̄ proximos, quia magis diligit homo seipsum, q̄ proximū, & tñ magis diligit Deum, quam seipsum, vt dictum est pręced.q. ergo magis diligit Deum, quam proximum. Item illud est maxime diligendum, ꝓꝑ quod cętera sunt odio habenda, sed propter Deum sunt proximi odio habendi, si a Deo separant Luc.14.c. si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrē, & vxorem, & filios, & sorores nō pōt esse meus discipulus, sed isti sunt proximi maxime ꝯiuncti, ergo Deus magis est diligendus, quā proximi. Item, quia vnaquęque amicitia respicit principaliter illud, in quo principaliter inuenitur illud bonū super cuius cōicatione fundatur, sicut amicitia politica principaliter respicit principem, vel rectorem ciuitatis, à quo totum bonum commune ciuitatis depēdet. Vñ & ei maxime debetur fides, & obedientia a ciuibus. Amicitia aūt charitatis fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit essentialiter in Deo, sicut in primo principio, à quo deriuatur in oēs, qui sunt beatitudinis capaces, & iō principaliter, & maxime Deus est ex charitate diligendus, ipse enim diligit a nobis, sicut beatitudinis causa, proximus aūt, sicut beatitudinem nobiscum simul ab eo participans.

Vbi fundatur amicitia charitatis.

Ad primum dicendum, ꝙ esse visibile nō est causa maioris dilectionis. Pro quo sciendum, ꝙ aliquid est causa dupliciter dilectionis. Vno modo, sicut id, quod est ratio diligendi. Alio mō, quæ est via quædam ad acquirendum dilectionem. Primo modo bonum est ratio diligendi, quia omne, quod diligitur, ideo diligitur, quia bonū est, vel ęstimatur, & quanto melius est tanto magis diligit̄. Secūdo mō est causa dilectionis, quod est via ad acquirēdā dilectionē. & sic visio est cā dilectionis, non quidem, ꝙ visio sit ratio diligendi, qa tunc omne, quod videmus diligeremus, sed quia per visionem perducimur ad dilectionē, sicut dictum est supra,

supra, quia nemo diligit, nisi spē prædelectatus, licet possit esse ista prædelectatio per spēm acceptam secūdum auditum, & tñ communius, & firmius fit per visum. Non ergo oportet, ꝙ id, quod est magis visibile, sit magis diligibile, sed ꝙ prius occurrat ad diligendū. Et sic arguit Io. in Canonica. Sed proximus, q̃ est nobis magis visibilis primo occurrit nobis diligendus, & ex his, quæ animus discit, nouit amare incognita, vt dicit Grego. in homilia. Vñ si aliquis proximum non diligit, argui pōt, ꝙ neque Deum diligit, non quia ꝓximus magis diligendus sit, sed quia prius diligēdus occurrit, sed Deus, qui minus videtur, immo quē nemo vidit est maxime diligibilis pp maximā bonitatē. Ad secundum dicendum, ꝙ hō pōt vocari similior Deo, q̃ proximo. Nā hō est similior alteri ẜm spēm, q̃ Deo, quia cōicant in eadem natura, & tñ simpliciter est Deo similior, quia participat hō ẜm Deū istam similitudinem. s. Deus est causa huius similitudinis, & secundū id, quod ab eo recipimus sumus adinuicem similes, iō ex ratione similitudinis magis accedit hō ad Deum, q̃ ad alium hoīem. Sic ēt magis est homo similis alteri homini, q̃ aīę suę, quia cum altero hoīe cōuenit in specie, cum aīa aūt non, quia hō, & anima non sunt, vt duo indiuidua eiusdem speciei, sicut hō, & homo, & tñ quia ab anima, vt a causa formali habet homo, ꝙ sit similis alteri homini in specie magis attinet homo ad aīam suam secundum rationē similitudinis, q̃ ad alterum hoīem, & ita cum Deus sit tā in nobis, q̃ in proximo causa huius similitudinis quātum ad id, quod ab eo participamus, magis eum diligere debemus ratione istius similitudinis, q̃ ꝓximos. Ad tertium dicendum, ꝙ Deus vbicunque est ęqualis est, quia ipse impartibilis est, & iō vbicunq; existēs diligatur ęqualiter diligendus est, sed cum dicimus Deum in seipso consideratur secundum seipsum, & iō sub ratione totius, & perfecti accipitur. Cum autē dicimus Deum in proximo, vel in aliqua re, non consideratur Deus quantum ad id, quod ipse est, sed quātum ad id, quod de Deo participat ille, in quo Deus est, & quia illud non est Deus essentialiter, sed quædā participatio diuinę bonitatis, ideo Deus est melius in seipso, quam in proximo, & iō magis diligimus Deū in seipso, quam in proximo, & a fortiori cum dicit, ꝙ diligatur magis Deus in se, q̃ proximus habēs Deum, quia tunc manifestius apparet, ꝙ non accipitur pro Deo essentialiter, sed pro quadam participatione bonitatis illius.

An licite possit in Dei dilectione haberi respectus aliquis ad aliquam mercedem. Quæst. CCCIIII.

QVAERETVR vtrum licite possit in Dei dilectione haberi respectus aliquis ad aliquā mercedem.

Aliqui dicunt, quòd non, quia Ioann. 10. c. mercenarius vituperatur, sed mercenarius dr̄, qui mercedē quęrit, ergo dilectio Dei ex charitate non admittit respectum aliquem mercedis. Secūdo, quia dicit Au. Deo licet sine pręmio seruiri non potest, tamen sine intuitu præmij seruiēdum est, sed præmium nihil est aliud, quam merces laboris, ergo sine respectu laboris mercedis Deo seruiendum non est. Tertio, quia amicitia politica, licet habeat multas dilectionis vtilitates, tamen eas non respicit, sed super honestum fundatur, & tñ amicitia charitatis est magis honesta, q̃ amicitia politica, ergo ipsa non respicit, aliquam vtilitatem, quæ est merces. Quarto, quia merces est finis eorum, quæ diliguntur pp mercedem, sed finis magis diligitur, q̃ ea, quæ sunt ad finem, si ergo Deus pp aliquam mercedem diligitur, magis illa merces, q̃

F Deus diligeretur, quod est cōtra rationem charitatis.

Quinto, quia sicut per charitatem homo adipiscit præmia, ita fugit pęnam, sed charitas expellit timorē pęnæ maxime si sit perfecta, ergo etiam excludit intuitum mercedis.

Dicendum, ꝙ charitas Dei stat cum intuitu mercedis, quia vt dicit glo. in c. 1. spes generat charitatē, sed spes est expectatio mercedis, ergo charitas esse potest cum intuitu mercedis. Secundo, quia ad Heb. 11. ca. dicitur de sanctis patribus, ꝙ aspiciebant ad remunerationem, constat, tñ ꝙ illi diligebant Deum ex charitate, ergo stat intuitus ad mercedem cum charitate. Tertio, quia ad amicos pertinet, ꝙ quærant inuicem frui seipsis secundum amicitiam politicam

G charitas autem est amicitia quædam, ergo pertinet ad charitatem secundum eam velle perfrui, sed fruitio est merces nostra, ergo charitas non solum nō excludit intuitum præmij, sed ēt facit haberi intuitum ad illud. Circa quod considerandum magis, ꝙ nō est inconueniens ponere mercedem finem amicorum ex parte amantis ex charitate, dum tñ non sit finis vltimus. Est tamen inconueniens ponere ex parte rei amatę mercedem esse finem.

In quo sciendum, ꝙ proprie merces dr̄ præmium, quod quis ex labore, vel opere aliquo meretur, præmium autem est, quod alicui in bonum eius reddit, vnde merces inquantum huius importat aliquid referre velle per amorē ad id, cui merces redditur, mer-

Quid sit ꝓprie merces.

H cedem autem aliquis propter seipsum amat, non tamen est de ratione mercedis, ꝙ habeat rationem finis, quia sępe non quærit quis mercedem ex opere, cui merces datur, & tamen si esset de ratione mercedis, ꝙ haberet rationē finis, nemo posset facere opus, cui debetur, aut datur merces, quin intenderet consequi inde mercedē. Ea autem, quæ propter se aliquis diligit, vel sunt perfectiones illius formaliter, sicut sanitas, virtus, operatio, dilectio, & huiusmodi: vel sunt factiua, vel conseruatiua horum, vel contrariorum prohibitiua. Vnde siquis amat aliquid extra seipsum propter seipsum, illud potest dici merces inquantum ex eo aliquid in ipso relinquitur, vel conseruatur, sed quia, vt Aristo. vult 8. Ethicorum de ratione amici-

I tię est, quod amicus sui gratia diligatur. Vnde amicus non habet in amicitia rationem mercedis proprie loquendo, quamuis ea, quę ex amico in nobis fiunt rationem mercedis habere possunt, sicut delectationes, & vtilitates, quas ex ipso amans consequitur ratione quarum ipse amicus merces dicitur, quasi causaliter, idest quia ex eo prouenit, quòd merces est, vel dicitur, sic etiam Deus dicitur merces nostra ratione eorum, quæ in nobis sunt ex eo. Patet ergo, quòd ponere mercedem aliquem finem amoris ex parte amati est contra rationem amicitiæ, quia amicus non quæritur propter aliud, quod inde veniat, quod sit merces. Vnde charitas per hūc modum oculum ad mercedem habere non potest, quia hoc esset non ponere

K Deum finem vltimum amoris, sed ea, quæ ex eo consequimur: sed ponere mercedem esse finem quendā ex parte amantis, non tamen finem vltimum, inquātum amor est quædam operatio amantis, non est cōtra rationem amicitię, quia ipsa amoris operatio cum sit quoddam accidens, nō dicitur amari, nisi propter suum subiectum, & inter ea, quæ propter se aliquis diligit, potest esse ordo salua amicitia, vnde & ipsam operationem amoris possum amare propter aliquid aliud, non obstante amicitia, vt siquis amat amicum ex charitate, vt amando eum habeat vitam ęternam, & finem huius actus amandi ponit vitam ęternam, & tamen non finem rei amatę, quia non dirigit amicū ad vitam ęternam, quia hoc esset vti illo, sed diligit eum

eum propter se, & ita est in amando Deum, quia ex charitate diligimus Deum, & diligimus eum, vt habeamus vitam æternam, & ideo huius actus diligendi bene ponitur finis aliquis, qui est merces, sed Deũ non amo propter vitam ęternam, quasi illum ordinẽ ad vitam æternam, quia hoc esset vti Deo, & non diligere illum propter se in amore: rerũ autem vtilium tam ipsius amoris, quàm rei amatæ ponitur finis aliquis, quæ est merces, & licet non sit contra rationem aliquis finis operationis amoris: est tamen contra rationem virtutis, si operatio virtutis fiat propter aliquid quod est virtute inferius, vt si fiat actus virtutis propter acquisitionem bonorum temporalium. Et sic patet, quòd habens charitatem non potest habere oculum ad mercedem, vt ponat aliquid quodcunque finem amati, idest, Dei: hoc enim esset contra rationem charitatis, vt est amicitia quædam. Etiam non potest amans ex charitate ponere aliquod temporale bonum finem actus amandi, quia hoc est contra charitatis rationẽ, vt est virtus quædam: potest tamen habere oculum ad mercedem, vt ponat beatitudinem creatam finem amoris, qua Deo diligit: nõ tamen finem amati quasi ad hoc ordinetur a nobis amatum, illud enim non est contra rationem charitatis, vt est amicitia, neque vt est virtus quædam: cum non ordinetur ibi actus virtutis ad aliquid quod sit minus virtute, quia beatitudo est finis omnium virtutum.

Ad primum dicendum, quòd licitum est habere oculum ad mercedem in amore Dei, & non est vituperabile, sed mercenarius, qui vituperatur est, qui abutitur rebus, scilicet, nõ exercendo opus debitum propter commodum temporale, quod minus est.

Ad secundum dicendum, quòd Deo non potest seruiri sine præmio, quia etiã si homo nõ petat Deus illud tribuit. Cum autem dicitur, quòd non debet haberi oculus ad mercedem, vel quod sine intuitu præmij seruiendum est, dicendum quòd seruiendum est sine intuitu præmij, ita quòd præmium non ponatur finis eius, cui amatur, & cui seruitur, sed quòd ponatur finis seruitus eius, vel amoris.

Ad tertium dicendum, quod in amicitia politica licet sint multæ delectationes, & vtilitates, amicitia non respicit illas quasi illæ sint finis amici amati, quia non amatur amicus propter illas delectationes, & vtilitates, licet finis operationis amoris potest esse aliqua delectatio, quæ sit secundum virtutem, quia illa delectatio non est minus bonũ, quàm actus virtutis.

Ad quartum dicẽdum, quòd merces finis est operationis, & ideo in charitate non ponitur merces, quæ sit finis amati, sed quæ sit finis actus amandi Deum, vt dictum est.

Ad quintum dicendum, quòd non est simile de malo, ad quod se habet timor, & de bono, ad quod se habet spes, quia malum non conuenit charitati, ideo illud foris expellit: bonum autem conuenit charitati, & non abijcit illud, & sic cum charitate manet intuitus bonorum, sed non timor malorum, dum tamen bona illa non sint minora, quam actus charitatis, sicut est vita æterna.

An ex charitate debeat homo se ipsum diligere, magis quàm proximum, vel è conuerso. Quæst. CCCV.

Qvaeretvr, an ex charitate debeat homo seipsum magis diligere, quàm proximum, vel è contrario.

Aliqui dicunt, quod magis proximum, quàm seipsum debet quis diligere, quia illud magis diligitur propter quod aliud relinquitur, sed charitas

A facit hominem se quodammodo derelinquere, & amato inhærere, quia vt dicit Dionys. Amor ponit hominem extra se, & collocat eum in amato: ergo plus amat homo proximum, quàm se.

Secundo, quia Deum diligimus magis quàm nosipsos, inquantum bonum nostrum perfectius in eo, quàm in nobis inuenimus, sed similiter bonum nostrum perfectius inuenitur in aliquo proximorum nostrorũ, quàm in nobis, sicut de illis, qui perfectiores sunt nobis, & magis Deo appropinquant, ideo tales magis, quàm seipsos diligere debemus.

Tertio, quia illud, quod in se quisque magis diligit est viuere, & esse, sed charitas facit ponere vitam corporalem pro fratribus, etiam amicitia politica, quia
B quidam gentilium pro amore amicorum se morti exposuerunt sine aliqua spe vitæ æternę, ergo charitas, & amicitia facit magis diligere proximum quàm seipsum.

Quarto quia illos magis diligimus, quorum bonum magis optamus, & mala magis vitamus, sed sicut dicit Aristo. 9. Ethic. In tristitijs cordis vocare debemus amicos, ad eorum autem tristitias promptè ire debemus, in lętitijs autem eos promptè vocare debemus, ad nostram lętitiam, ad eorum verò lętitiam difficulter nos iungere debemus, ergo charitas facit amare proximos magis quàm seipsum cũ plus de bono demus amicis, quàm nobis, & minus de malo illis quàm nobis.

C Quinto, quia beneficentia est effectus charitatis, sed magis laudantur, qui sunt benefici ad amicos, quàm qui sunt benefici ad seipsos, ergo charitas magis facit amare proximos quàm seipsos. Sexto quia amicitia facit gaudere de conuersatione cum amicis, sed homo magis delectatur de conuersatione ad amicos, quã de conuersatione ad seipsum, ergo plus diligit amicos, & proximos quàm seipsum. Septimo quia iniustus est, qui facit cõtra id, quod tenetur, qui tamen sustinet damna pro amico iustus est Prouer. 12. cap. qui negligit damnum propter amicum iustus est, & tamen si magis teneretur seipsum diligere quàm amicum, deberet potius damna propria vitare quàm amici, ergo magis amicũ quàm seipsum quis-
D que diligere debet. Octauo, quia vt dicitur 1. Corint. 13. c. charitas non quærit, quę sua sunt, ergo s̃m charitatem magis debemus velle bona alijs quàm nobis, & consequenter illos magis diligimus.

Dicẽdum, ꝙ magis tenetur se quisque diligere ex charitate, q̃ proximum, quia quanto plus amat salutem alicuius, tanto magis vitat peccatum illius, sed homo magis debet vitare peccatum suũ, q̃ peccatũ alterius, ergo magis debet seipsum amare, q̃ alterum.

Secundo, quia misericordia causatur ex charitate, & tñ magis dẽt q̃lq; misereri sibi, q̃ alteri, & dẽt incipere a se misereri, vt dicit Aug. ergo ẽt dẽt incipere a se amorẽ, & ita erit maior amor ad seipsum, q̃ ad aliũ.

E Tertio, quia illud quod est naturale principalius, & vehemẽtius est, q̃ id, quod est solum voluntarium, sed amor sui est ex inclinatione naturæ: amor autem aliorum est ex voluntate rationis tantum: ergo plus debet homo seipsum ex charitate, q̃ alios diligere.

Quarto, quia dicitur Leu. 19. cap. & supra in litera: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex quo videtur, ꝙ dilectio hominis ad seipsum est, sicut exẽplar dilectionis, quę habetur ad alterum, sed exemplar potius est quàm exemplatum: ergo ex charitate magis debet quisque se diligere quàm proximum.

Circa quod sciendum, quod sicut aliquid inuenitur perfectius in causa perfecta, & in vniuersali quam in effectu particulari, ita & aliquid inuenitur perfectius in se, q̃ in sua similitudine. Vnde cum bonũ pro-

Debet vnusquisq; Deum diligere plusquam seipsum.

prium cuiusque inueniatur in Deo, sicut in causa vniuersali, in se aũt sicut in effectu, in proximo autem sicut in similitudine, sicut quisque debet diligere Deũ plus q̃ seipsum beneuolentiæ dilectione, ita debet seipsum plusq̃ proximum diligere: Deus enim (vt dictum est) diligitur vt primum bonum, super quo fundatur dilectio charitatis, homo autẽ seipsum diligit ex charitate secũdum rationem, qua est particeps p̃dicti boni: proximus aũt diligitur secundum rationẽ societatis in isto bono, associatio autem est causa dilectionis secundum quandam vnionem in ordine ad Deum. Vnde sicut vnitas potior est, quàm vnio, ita ꝙ ipse homo participet bonum diuinum, est potior ratio diligendi, quàm quòd alius associetur sibi in hac participatione, & ideo homo ex charitate debet magis seipsum diligere, quàm proximum.

Sed sciendum, quòd cum in homine sit duplex natura, s. interior, quæ est rationis, quæ dicitur homo interior, & exterior, s. natura sensualis, quæ dicitur homo exterior, plus debet homo diligere seipsum, quãtum ad naturam interiorem, quàm quantum ad naturam exteriorem, & ideo ea, quæ sunt bona naturæ interioris debet potius optare quàm ea, quæ sunt bona sibi secũdum naturam exteriorem. Omnia enim opera virtutis sunt sibi bona secundum naturam interiorem, ideo potius amare debet ista, quàm vtilitates rerum, vel voluptates: ad opera autẽ virtutis pertinet operari bonum ad amicũ, & ideo plura bona exteriora sunt impendẽda amicis, quàm nobisipsis, sed de bonis spiritualibus, vel de bonis virtutis plura debet quisque sibi procurare, quàm amico. Ratio est, quia cum quis procurat sibijpsi bona temporalia, aut voluptates recipit bonum vtile, vel delectabile. Cum vero amico donat, vel procurat illa facit sibijpsi bonũ virtutis: cum dare amico pertineat ad virtutem, sed bonum virtutis est maius, quàm vtile, & delectabile; ergo melius est dare amico, quàm sibijpsi, & hoc nõ quasi magis diligere debeamus amicum q̃ nos, & iõ demus amico plus de bono q̃ nobis, sed potius è contrario ipsum, s. ideo sic fit, quia homo diligit seipsum, magis q̃ amicum, & debet potius se diligendo dare sibi maiora bona quàm amico, & quia dando amico vtilia, dat sibi bonum virtutis, quod maius est, debet potius benefacere amico, q̃ sibi in vtilibus. Non tamẽ est intelligendum, ꝙ homo ad hoc obligetur, sed ꝙ bonum sit sic facere, quia quanto sic fecerit tanto magis de bono sibi procurat. De bonis aũt spiritualibus, vt virtutis est è cõtrario, quia maiora debet sibijpsi optare, & procurare, q̃ amico, quia ista sunt bona simpliciter, & ideo cum seipsum magis diligat, necesse est, quòd maiora bona de his sibijpsi q̃ proximo tribuat. Et ob hoc magis debet velle quis vitare peccatum, quàm quòd proximus illud vitet, & magis debet conari pro seipso, quàm pro alio ad hoc, & idem vult Aristot. 9. Ethicorum.

Bonum virtutis maius est vtili, & delectabili.

Ad primum dicendum, ꝙ magis amat homo seipsum, q̃ alium, & etiam magis quiescit in seipso, q̃ in alio extrinseco. Dicendum autem, ꝙ in amore amatum, vt amatum potius est, q̃ amans, cum amans trãseat in amatum, & amatum moueat amantem, & nõ è cõtrario, sed quia amans est etiam, vt amatum a seipso, ideo potest esse potius in amore, inquantum est amatum a seipso, q̃ aliquod amatum extrinsecum, & ita magis collocatur affectus amantis in seipso, quàm in alio. Magis ergo seipsum diligit.

Ad secundum dicendum, ꝙ nemo debet amare proximum plus q̃ se, quantumcunque ille sit melior. Nam non est ibi tanta ratio amandi, sicut in eodem ad seipsum: amat enim bonum quisque, quod est in ipso tanq̃ bonum, & tanq̃ propriũ: immo hoc quod

F est esse proprium est potissima ratio amandi, quia vt
dicitur 8. Ethic. Amabile est vnicuique quod est pro-
prium bonum: vnde si aliquid esset magnum bonũ,
nullo tamen modo ad me pertineret, neque pertine-
re putaretur, nullo modo possem illud amare: inue-
nitur tamen bonum, quod ego habeo perfectius in
alio, q̃ in me, & tamen non potest inueniri bonum,
quod est in altero magis proprium mihi q̃ bonum,
quod ego habeo, & ideo bonum, quod ego habeo
quantumcunque paruum est mihi magis diligibile,
q̃ bonum, quod habet proximus quantumcunq; ma-
gnũ, quia istud paruum, quod ego habeo efficit mihi
magis bonũ, q̃ bonum magnũ, quod proximus hẽt.
Sed tunc diceretur, ꝙ eadem ratione potius debe-
G ret quilibet seipsum diligere, q̃ Deum, quia licet bo-
num quod est in me inueniatur maius in Deo, quàm
in me, tamen bonum Dei non est mihi tantum bo-
num, quantum bonum meum, quia illud non erata
mihi proprium, sicut bonum meum.
Dicendum, ꝙ magis Deum, quàm seipsum quisq;
diligere debet, & ꝙ bonum inuentũ in Deo est cuiq;
magis propriũ, quàm bonum, quod in ipso est. Neq;
est simile de bono proximi, quia bonum proximi est
totaliter extrinsecum ad bonum nostrum: bonũ aũt
Dei non est extrinsecum, sed est nobis intrinsecum,
cum sit causa boni nostri in efficiendo, & conseruan-
do, & nihil bonum in nobis est, quod non sit Dei, &
sic bonum Dei est bonum nostrum, & sicut si bonũ
H nostrum efficeretur aliqñ maius, quàm nunc est, dili-
geremus illud magis quàm nunc, ita cum bonũ Dei
sit bonũ nostrũ, & sit maius quàm nostrũ diligimus
illud, vt bonũ nostrũ, & magis quàm nostrum, & ve-
rè nostrũ est, quia si quid de bono nostro deficit, bo-
nũ Dei supplet bonũ nostrũ, & iõ habet se bonũ no-
strũ ad bonũ Dei, velut siqs habeat duas possessiones,
vna quæ perire possit, alia vero quę non possit. Nã li-
cet essent aliàs ęquales, magis diligit ꝑmanens quàm
caducum: ita bonum nostrũ, quod est in nobis est ca-
ducũ: bonũ nostrũ, quod est in Deo est stabile; ergo
magis diligimus bonũ nostrũ in Deo, quàm in nobis.
Ad tertium dicendum, ꝙ exponit quis pro amicis
esse, & viuere. Sed non sequitur, ꝙ diligat magis ami-
I cum quàm seipsum, sed potius è contrario, sed pro-
uenit hoc ex duabus suppositionibus. Prima est, ꝙ
magis diligit seipsum, quàm amicum. Secunda est, ꝙ
vult pro se maiora bona, quàm pro illo. Tertia est, ꝙ
maius bonum hominis est, quod est secundum inte-
riorem naturam, idest, secũdum rationem, quale est
bonum virtutis, quàm bona secundum exteriorem
naturam, quæ sunt bona corporis. Ex his sequitur, ꝙ
cum vita sit bonum corporale, s. quia corpus accipit
ab anima esse, ꝙ minus bonum sit vita, quàm bonũ
virtutis, quod est secundum interiorem naturam: po-
nere autem vitam, siue animam pro amicis est actus
perfectissimus charitatis, vel amicitiæ. Ioan. 15. cap.
Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt ani-
K mam suam ponat pro amicis suis, & ideo oportet, ꝙ
actus ponẽdi vitã pro amico sit multo melior quàm
vita, sed quisque eligit pro se id, quod melius est, ideo
amicus ponet animam pro amico, quia ponendo il-
lam accipit plus de bono pro se, quàm pro amico, &
facit hoc, quia diligit se plusquàm amicum.
Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ de bonis procurat plura ami-
cus pro amico, q̃ pro se, quę sunt minora bona, sed de
maioribus bonis plura procurat pro se. Ex hoc proue-
nit, ꝙ potius homo sibijpsi onerosus esse velit quàm
amico. Hoc autem est, ꝙ ad tristitiam amicorum cito
eamus non vocati, quia sic malum illorum transumi
mus partẽ illius in nos assumentes, vt dicitur 9. Ethi-
corum, & ad lętitiam illorum, aut prosperitates non
debemus

Amabile est vnicuique quod est ꝓprium bonum.

Q[uo]d ho[mo] … mo se dēt habere ad prosperitates, ac ad. uersitates amicorum.

debemus nos ingerere, sed vocati venire: quia ingerendo nos perficimur onerosi cum partem boni illorum abstrahere velimus participando. è cōtrario autem in nostris aduersitatibus, & prosperitatibus. Nam in aduersis nostris non debemus eos vocare, vel tardè, scilicet, quando nō potest euitari eorum vocatio, & hoc est, quia vocando eos ad nostras aduersitates transumimus in eos partem quandam mali nostri, & debemus conari potius soli malum sustinere, quàm transferre partem in amicos. ad prospera autem nostra cito vocare debemus eos, vt partem lætitiæ nostræ habeant, in his omnibus damus amico plus de bono delectabili, quàm nobis, & minus de malo, qđ opponitur delectabili, quàm nobis. Et faciendo hoc virtuose nos habemus ad amicos, sed actus virtutis est maius bonum, quàm bona exteriora, idest, delectabilia, vel vtilia, ideo amicus faciendo hoc ad amicum accipit pro se maiora bona, quàm det amico, & ità magis seipsum diligit, quàm amicum.

Ad quintum dicendum, quòd de bonis exterioribus, quæ sunt minora bona, laudabile est magis amico dare, q̃ sibijpsi. De spiritualibus vero, qualia sunt bona virtutis, debet sibi quisque plura procurare, q̃ amico, eo quòd magis seipsum amare debet, q̃ amicum, & consequenter maiora bona sibi, quàm amico velle debet, sed dando exteriora bona amico, dat sibi bonum virtutis, & honorem, & famā, quæ sunt quodammodo spiritualia bona: ergo rectissimè facit, & se diligit, qui dat plura bona exteriora amico, quàm sibijpsi. De beneficentia autem dicendum, ꝙ ex charitate prouenit, sed quia beneficentia est secundum quam bona facimus, & bonum est duplex, scilicet, de exterioribus, siue corporalibus, & de interioribus, siue spiritualibus, & ideo vtroque modo est homo beneficus, sed laudabile est, quòd secundum beneficentiam bonorum exteriorum sit homo magis beneficus amico, quàm sibi. Et hoc laudat Arist. secundum beneficentiam autem bonorum interiorū debet quisq; esse magis beneficus sibi, quàm amico.

Ad sextum dicendū, quòd conuersatio cum amicis est nobis valde delectabilis, inquantum per eam cognoscimus bonum ipsorum, quod ex conditione amicitiæ eis optamus; & complacet nobis bonum ipsorum quasi nostrum, & quia per visum melius, & certius cognoscitur res quàm per aliū sensum, ideo amici magis se videre desiderant, quàm participare secūdum alium sensum, & quia magis potest homo cognoscere secundum veritatem, quæ sunt alterius, quàm quæ sunt propria, magis delectatur in conuersando ad amicum, quàm ad seipsum. Et tamen est dicendum, quòd omnis virtuosus delectabiliter cōuersatur ad seipsum, quia inuenit in se bona multa, de q̃bus delectetur, s. bona præsentia, quæ facit, & memoriam bonorum præteritorum, quę fecit, & propositū bonorum, quæ facere intendit, & spem habet de illis faciendis, & s̄m hęc delectatur. Etiā necesse est, ꝙ viri excellentes in magna virtute magis delectentur in cōuersando ad seipsos, quàm ad amicos. Causa enim delectationis est bonum, quod quis inuenit, & bonum non causaret delectationem, nisi esset proprium, quia bonū quantumcunq; magnū, si non est proprium nō pōt condelectare, sed inducere de eo desideriū, sicut si quis sciat alicubi esse magnum thesaurum absconditum, quem tñ nondum hēt, neq; putat se habiturū, nō enim delectatur in illo, sed mouetur ad desideriū eius: in conuersatione aūt gaudet ad amicum quisq; quia conuersando videt, vel agnoscit bonum illius, quod reputat esse suum, immo suum est, si veri amici sunt. Amicorum enim oīa sunt communia, vt Arist. dicit. de bono autē extraneorū licet magnū sit, & co-

Quare ami[ci] … se vide[re] … deside[ra]nt.

A gnoscatur non gaudet aliq̄uis, sicut de paruo bono amici, s. quia bonum extraneorum nō pertinet ad ipsos, & ideo si bonum, quod quis inuenit in amico, & reputat esse proprium: maius bonum sit ipsi conuersanti quàm bonum, quod in semetipso inuenit, delectabitur magis conuersando ad amicum, quàm ad seipsum. Si autem è contrario, oportet ꝙ magis delectetur cōuersando ad seipsum, quàm ad amicum: ex quo sequitur, quòd si aliquis sit multum excellens in virtute magis gaudebit cōuersari ad seipsum, quàm ad amicos, quia maiora bona inuenit in seipso, de quibus proprijs delectetur, quàm inueniat in amico. Huiusmodi sunt viri magnæ sapientiæ, qui delectabilius
B manent soli speculādo altissima secundum sapientiā, quàm cōuersentur colloquentes ad amicos. Sic etiā viri contemplatiui, qui dulcedinem quandam experiuntur in cōtemplando. Et tamen dicendum, quòd oīa hæc alternantur, quia & si nūc magis delectetur quis conuersando ad seipsum, q̃ ad amicum, tñ post paululum erit è contrario, & hoc non accidit ex inęqualitate delectationū, vel conuersationum in se, sed ex cōditione nostra. Gaudemus enim mutatione, vt dicitur 7. Ethicorū cap. vlt. & hoc quia natura non est simplex, & epieikes, sed alia, & alia secundum transmutationem, & ideo non est ei vna, & simplex delectatio, sicut Deus habet vnicam, & simplicem dele-
C ctationem, vt ibidem dicitur. Et ideo non iudicatur vna melior conuersatio, vel minor delectatio, q̃ alia, quia de vna transitur ad aliam, cum hoc fiat propter instabilitatem naturæ nostræ, cui non potest idē semper esse bonum, sed alternatur, sed ita iudicabitur inæqualitas delectationis, scilicet, si quando sit homo dispositus ad vtrumque, in qua illarum magis gauderet æquali tempore, & ideo si quis potius eliget manere secum, vel conuersari ad seipsum per vnam horam, quàm in illa conuersari ad amicum, sequitur quòd maior delectatio sit in conuersando ad seipsum quàm ad amicum, licet de conuersatione ad seipsum transeamus interdum ad cōuersationem ad amicum, quasi non potentes semper eadem gaudere delectatione.

Viri sapientes delectabilius soli commorātur.

D Ad septimum dicēdum, quòd interdum tenemur sustinere detrimēta corporalia pro amico, interdum vero non tenemur, est tamen laudabile. Et ideo dicitur quòd iustus est, qui negligit damnū propter amicum, sed interdum est iustitia necessaria, interdum vero iustitia supererogationis, quam Christus vocat iustitiam superabundantē, supra 5. cap. & tamen hoc non infert, quòd magis diligamus proximos, q̃ nosipsos, sed ex eo quod diligimus plus q̃ proximū ordinato amore facimus hoc: est autē idē iudiciū de plus de bono, & minus de malo, vt dicitur 5. Ethic. eo ꝙ minus de malo est bonū quoddam. Et ideo eo modo, quo est laudabile dare amico magis de bono, est laudabile dare minus de malo, & è contrario, eo mo-
E do, quo est laudabile dare sibijpsi magis de bono, quàm amico, est laudabile conari ad minus de malo sustinendum, quàm amicus sustineat. De primo, quia laudabile est dare amico magis de bonis temporalibus, quàm sibi, vt dicitur 8. Ethic. scilicet, quòd laudabile est esse magis beneficos ad amicos, quàm ad seipsos: est laudabile velle sustinere plura damna temporalium rerum, quàm amicus sustineat, & consequenter pati detrimētum rerum temporalium, ne amicus sustineat illud laudabile est. De secundo, quia laudabile est, & necessarium, quòd homo plura bona spiritualia procuret sibi, quàm amico est laudabile, & necessarium quòd magis conetur pro se ad euitandum peccatum, quàm pro amico.

Ad octauum dicendū, quòd amat q̄sq; se magis, q̃

Charitas non querit q̃ sua sunt, quomodo Itelligitur.

proximum, quod vero dicitur, non quærit quæ sua sunt, non indicat ꝙ magis proximum, q̃ seipsum diligit, quia si sic intelligatur ad literam, non solum erit sensus, ꝙ diligit quis ex charitate proximum, magis q̃ seipsum, sed ꝙ non diligit seipsum, quia non quęrit aliqua bona pro se. Sed est dicendum, ꝙ est sensus, ꝙ tollit charitas peruersitatem amoris, quo quis contemptis alijs sibi soli bona quærit. Charitas autem ponit amorem ordinatum, secundum quem aliquãdo nostra cõtemnenda sunt pro bonis proximi, scilicet, quia magis diligere debemus spiritualia bona pro illo, quàm bona corporalia pro nobis. Aliter autem August. exponit in litera, dicens; ꝙ charitas non quęrit, an sua sunt, idest, communia bona proprijs anteponit; commune autem bonum est cuique magis amabile, quàm proprium, sicut bonum totius est magis amabile, quàm bonum partis ipsi parti; proximus autem & proximus distinguuntur, vt pars a parte, & non comparatur, vt totum & pars, ideo quisque magis diligit se, quàm suum proximum.

An ex charitate teneamur diligere plus proximum, quàm corpus nostrum. Quæst. CCVI.

QVAERETVR an ex charitate teneamur diligere plus proximum, quàm corpus nostrum. Aliqui dicunt quòd non, quia in amore proximi intelligitur amor corporis proximi, cum ibi non distinguatur amor proximi, & corporis proprij; si ergo debet quis diligere proximũ magis quàm proprium corpus, sequitur quòd debet plus diligere corpus proximi, quàm corpus propriũ, sed hoc est inconueniens: ergo plus debet diligere corpus proprium, quàm proximum.

Secundo, quia homo debet diligere plus animam propriam, quàm proximum, sed corpus nostrum est propinquius animæ nostræ, quàm proximus: ergo magis debet quilibet corpus suum diligere, quàm proximum.

Tertio, quia vnusquisque exponit id, quod minus amat pro eo, quod magis amat, sed non tenetur quilibet homo exponere corpus proprium, pro salute proximi, sed hoc perfectorum est, iuxta illud Ioan. 15. cap. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis; ergo homo nõ tenetur ex charitate plus diligere proximum, quàm corpus proprium.

Dicendum, ꝙ tenemur ex charitate magis diligere proximum, quàm corpus proprium. Primo, quia Aug. dicit lib. 1. de Doctr. Christia. ꝙ plus debemus diligere proximum, quàm corpus proprium.

Secundo, quia illud est magis ex charitate diligendum, quod habet pleniorem rationem diligibilis ex charitate, sed proximus habet rationem maioris diligibilis ex charitate quàm corpus proprium; ergo est magis diligendus. Hoc patet, quòd ex charitate potest aliquid diligi quadrupliciter. Vno modo vt principium illius boni, in cuius communicatione fundatur amor charitatis. Nam charitas fundatur super communicatione beatitudinis: illa autem inuenitur in Deo essentialiter, & vt in principio a quo fluit in alia, ideo est maxime ex charitate diligendus: in nobis autem, vt in eo, quod directe participat illa beatitudine: in proximo autem, vt in consorte, & associato nobis in communicatione illius beatitudinis: in corpore autem nostro tanquàm in eo, quod non directe, sed per redundantiam participat beatitudine, scilicet, redundando ex anima, sed perfectior gradus participationis est participare, vt associatum in participatione directa beatitudinis, quàm participare so-

In quo fundatur charitas.

F lum per redundantiam: ergo proximus, qui magis participat de ratione diligibilis ex charitate, quàm corpus nostrum magis debemus diligere, quàm corpus nostrum, & hoc est quòd proximum, quantum ad salutem animæ magis diligamus, quàm corpus proprium, vel quàm bona nostra exteriora, & ideo bona nostra exteriora pro salute animæ illius exponenda sunt.

Ad primum dicendum, quòd magis debemus diligere corpus nostrum, quàm corpus proximi, sicut animam nostram magis diligimus, q̃ animam proximi. Cum autem dicitur, ꝙ nomine proximi intelligitur corpus, & anima proximi, dicendum, ꝙ verũ est,

G ꝙ non distinguimus in proximo diligere ipsum, & diligere corpus eius, sicut distinguimus in nobis diligere nosipsos, & diligere corpora nostra, & tamẽ q̃ñ comparamus dilectionem proximi ad dilectionẽ corporis nostri, non accipitur proximus pro corpore, & anima simul, sed pro sola anima, quia vnumquodq; dicitur esse id, quod præcipuum est in eo, sicut homo & intellectus, vel maxime, vt dicitur 9. Ethic. & tunc verũ est, quòd proximus est magis diligendus, q̃ corpus nostrum, licet corpus nostrũ magis diligere debeamus, quàm corpus proximi.

Ad secundum dicendum, ꝙ corpus nostrum est magis propinquum animæ nostræ, q̃ proximus, quantum ad constitutionem humanæ naturæ, quia ex corpore nostro, & anima cõstituitur vnum indiuiduum

H humanæ naturæ: ex duobus autem proximis nil constituitur, & tamen quantum ad participationem beatitudinis, in qua fundatur amor charitatis, maior est associatio nostri ad proximum, q̃ corporis nostri ad animam nostram, ideo magis diligetur proximus, q̃ corpus nostrum.

Ad tertium dicendum, ꝙ anima proximi est magis diligibilis ex charitate, q̃ corpus nostrum, & tamẽ de corpore nostro habemus curam, & cuilibet imminet necessitas agendi curã pro corpore proprio, non imminet tamen cuilibet necessitas agẽdi curam pro quolibet proximo, nisi in aliquo casu, qui posset euenire, & ideo non tenetur quilibet exponere corpus proprium pro salute animæ proximi, sed ille, qui habet curam de salute proximi, tenetur generaliter ex-

I ponere corpus suum pro salute proximi, si aliter illa seruari non potest, & sic est de prælatis, & rectoribus populorum. Sic dicitur Ioan. 10. cap. Pastor bonus animam suam, idest, vitam ponit pro ouibus suis, id est, pro salute spirituali earum, & in quocunque casu, & quantum ad quantumcunq; hominem, si quis pro salute spirituali eius ponat vitam suã, facit opus perfectæ charitatis, & est supererogationis.

An ex charitate debeamus magis diligere vnum proximum, quàm alium. Quæst. CCVII.

K QVAERETVR, an ex charitate debeamus magis diligere vnum proximum, quàm alium.

Aliqui dicunt, quòd non, quia dicit Augu. 1. lib. de Doctr. Christia. omnes homines æquè diligendi sunt, si tamen omnibus prodesse non possis his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus strictius, & quadam sorte iunguntur: ergo non est diligendus magis vnus, q̃ alius, licet contingat vni magis bene facere, quàm alteri.

Secundo, quia vbi est vna, & eadẽ ratio diligẽdi diuersa, non debet esse dilectio inequalis, sed vna est rõ diligẽdi oẽs pximos, s. Deus, vt dicit Aug. 1. de Doctr. Christ. ergo oẽs pximos debemus diligere æqualiter.

Tertio,

Tertio, quia amare eſt bonum velle alicui, vt dicit Ariſtot. ſecundo Rhetoricorum, ſed omnibus proximis volumus æquale bonum, ſcilicet, vitam æternã: ergo omnes proximos debemus diligere æqualiter.

Dicendum, quòd nō ſunt diligendi æqualiter omnes proximi, quia tanto magis debet aliquis diligi, quanto grauius peccat, qui contra eius dilectionem operatur, ſed grauius peccat, qui agit contra dilectionem quorundam proximorum, quàm qui agit contra dilectionem aliorum. Nam Leuit. 20. cap. dicitur, quòd qui dixerit male patri, aut matri, morte moriatur, quod non dicitur de alijs proximis, ideo non eſt tam grauis pęna maledicere alijs proximis, ſicut iſtis, & conſequenter quidam ſunt magis, quàm alij diligendi.

Sed dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio. Quidam enim ſunt, qui dixerunt, quòd omnes proximi ſunt æqualiter ex charitate diligendi, quantum ad affectum, ſed non quantum ad effectum exteriorem, & dixerunt ordinem, qui tenendus eſt in dilectione, debere intelligi quantum ad exteriora opera, vel beneficia, quæ magis ſunt impendenda proximis, quàm alienis, ſed quantum ad interiorem affectum non: dicunt enim, quòd affectus æqualiter eſt omnibus proximis impendendus etiam inimicis.

Sed iſta poſitio eſt irrationabilis; quia oportet commenſurari effectum exteriorem interiori affectui, & vbi foris requiritur magnum opus, requiritur intus magnus affectus. Vbi ſufficit vero paruus effectus non requiritur intus magnus affectus, quia eſſet ſuperuacuus. Et hoc apparet, quia non minus ordinatus eſt affectus charitatis, quæ eſt inclinatio gratiæ, quàm appetitus naturalis, qui eſt inclinatio naturæ, vtraque enim inclinatio ex diuina ſapientia proceſſit: videmus tamen in naturalibus, quòd naturalis affectio, vel inclinatio proportionatur actui, vel motui, qui competit naturæ vniuſcuiuſque rei, ſicut terra habet maiorem inclinationem grauitatis, quàm aqua, quia competit ei magis deſcendere, quàm aqua, & eſſe ſub aqua, & ſic eſt maior inclinatio ignis aſcendi, quã aeris, eo ꝙ competit igni eſſe ſupra aerem: ſi autem non eſſet in his commenſurata inclinatio iuxta exteriorem motum ſequeretur, ꝙ eſſet inclinatio illa ſuperuacua, cui nō competeret affectus, & quia res violentaretur, ſ. quia non permitteretur agere iuxta inclinationem ſuam, vel ſi aliquando ageret iuxta illam, excederet proportionem entium vniuerſi, ideo oportet ad tollendum omnia hæc inconuenientia, ꝙ cuilibet rei inſit inclinatio commenſurata motui eius, & ſecundum proportionem in motu earum erit earũ proportio in inclinatione. Sic igitur oportet, ꝙ inclinatio gratiæ, quæ eſt affectus charitatis proportionetur his, quæ ſunt agenda exterius, ita ꝙ ad illos intenſiorem charitatis affectum habeamus, ad quos nos magis debemus beneficos eſſe.

Dicendum igitur, ꝙ ſecundum affectum debemus vnum proximorum magis, quàm alterum diligere, & ratio eſt, quia cum principium dilectionis ſit Deus, & homo diligens, neceſſe eſt, ꝙ ſecundum approximationem maiorem diligibilis ad alterum illorum principiorum ſit maior affectus dilectionis, quia vbicunque inuenitur aliquod principium, attenditur ordo ſecundum habitudinem ad illud principium, & quia aliqui proximi ſunt magis propinqui Deo, vel ſaltem homini diligenti, ideo ad illos erit intenſior affectus charitatis.

Ad primum dicendum, quòd omnes homines æqualiter diligendi ſunt, ſcilicet, quia aliqua æqualitas inuenitur in dilectione omniũ, & tamen hoc non obſtante eſt inæqualitas dilectionis. Et tamen poteſt A eſſe æqualis, vel inæqualis dupliciter. Vno modo ex parte boni illius, quod amico optamus, & hoc modo omnes homines æqualiter diligimus ex charitate, qa omnibus optamus idem bonum in genere, ſcilicet, beatitudinem æternam. Alio modo dicitur maior dilectio propter intenſiorem actum dilectionis, & ſic non oportet diligere omnes æqualiter.

Aliter etiam poteſt dici, quòd dilectio haberi poteſt ad aliquos inæqualiter; vno modo ex eo ꝙ aliqui diliguntur, & alij non diliguntur, & hoc quantum ad effectum exteriorem, in quo conſiſtit beneficentia, verum eſt, & ſeruari oportet, ſcilicet, quòd quidam diliguntur, & alij non. Nam non poſſumus omnibus benefacere: illos autem, quibus benefacimus B dicimur diligere quantum ad beneficentiam: illos autem, quibus non benefacimus, dicimur non diligere, & quia nemo poteſt prodeſſe omnibus hominibus, cum nemo cum omnibus conuerſetur, oportet, quòd quilibet diligat proximos inæqualiter, ſcilicet, quoſdam diligendo, & alios non, ſed non debet haberi iſta inæqualitas in beneuolentia, quæ attenditur ſolum, quantum ad affectum, ſed ad omnes extendere debemus affectum charitatis, & ſic omnes æqualiter diligimus, quia omnes diligimus, prout diſtinguitur iſta habitudo contra habitudinem, quæ eſt ſecundum beneficẽtiam. Nam aliqui ſecundum beneficentiam diliguntur, & aliqui non. Alia autem inęqualitas poteſt conſiderari intrà ipſam beneuolentiam, ſ. ꝙ quidam plus alij minus diliguntur, i. ex C maiori, vel minori affectu, & hanc inęqualitatem non negat Auguſt. ſed primam oſtendens, ꝙ ſit nemo, quem a dilectione excludere debeamus.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ licet ſit eadem ratio dilectionis in oībus hoībus, nō oportet ꝙ oēs hoīes ęqualiter diligantur, ſed ſequitur, ꝙ oēs hoīes ſint diligendi: ad hoc aũt ꝙ æqualiter diligantur non ſolum oportet eſſe eãdem rōnẽ dilectionis, ſed participare æqualiter ratione illa, ſed hoc non eſt, quia non accedunt omnes homines æqualiter ad participationem diuinę bonitatis in cuius communicatione fundatur amor charitatis, ideo quidam ſunt intenſius, quàm alij diligendi.

Ad tertium dici poteſt vno modo, ꝙ nō optamus D omnibus proximis æquale bonum: nam licet in generali ſit idem bonum, quod pro oībus optamus, ſ. beatitudinẽ, tñ nō optamus illud ſimpliciter ęquale, q i non deſideramus, ꝙ oēs hoīes æquales ſint in beatitudine, ſicut neque erunt, ſed alij fulgebunt, vt Sol, alij vt Luna, alij vt Stellæ. 1. Corinth. 15. cap. Ideo etiã quantum ad bonum, quod deſideramus eſt dilectio inæqualis, & idẽ eſt de bonis, quæ ſunt media ad perueniendum ad illam beatitudinem: non enim adiuuamus omnes æqualiter, ſed quoſdam plus alios minus, & etiam illis inæqualia media perueniendi eſſe volumus.

Aliter poteſt dici, ꝙ licet velimus proximis æqualia bona non diligimus eos æqualiter, quia non ex E æquali conatu, & ideo ad quoſdam eſt magna affectio ad illos vero parua, vel minor.

An magis debeamus diligere propinquos, quàm extraneos, vel è contra. Quæſt. CCCVIII.

QVAERETVR dato, quòd ſit inæqualitas dilectionis, an magis debeamus diligere propinquos, quàm extraneos: vel è contrario.

Aliqui dicunt, quòd tenemur potius diligere extraneos, quia charitas, & amicitia habent pro fundamento aliquid honeſtum, ſed maior honeſtas, vel

virtus inuenitur quandoque in extraneis, quàm in propinquis: ergo magis sunt diligendi aliquando ex charitate extranei, quàm propinqui.

Secundo, quia charitas facit conformitatem hominis ad Deum, scilicet, Deus plus diligit extraneos nostros, quàm propinquos si sunt meliores: ergo & nos magis debemus diligere eos.

Tertio, quia effectus respondet affectui, sed in aliquibus debemus maiorem effectum amoris ostēdere ad extraneos, q̄ ad propinquos, sicut in collatione beneficiorum ecclesiasticorū si extranei sunt meliores: ergo magis diligendi sunt ex affectu extranei, quàm propinqui.

Quarto, quia illud quod est debitum præponendum est ei quod non est debitum, sed reddere retributionem beneficiorum est debitum: benefacere autem propinquis non est debitum, quia si beneficium est, debitum non est, ergo quandoque magis benefaciendum est extraneis, quàm propinquis, & ita saltem quantum ad amicitiæ effectum extranei præponendi sunt propinquis.

Alij dicunt, quòd magis diligendi sunt propinqui, quia propinquis magis benefaciendum est: ergo magis diligendi sunt, quia effectus proportionatur affectui, vt dictum est, & tamen ad Galat. 6. cap. dicitur: Dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes, maximè ad domesticos fidei. Ergo domesticis magis benefaciendum est.

Secundo, quia magis debet quis diligere seipsum, quàm alios: ergo quanto aliqui fuerint ei propinquiores, magis debet eos diligere.

Dicendum, quòd proximos nostros diligimus, inquantum in eis aliquod bonum nostrum inuenitur per similitudinem, quam ad nos habent, scilicet, quia in bono nostro communicant, & iste est amor beneuolentiæ. Similitudo autem secundum quam bonū nostrum inuenitur in eis, est secundum quòd cum eis communicamus. Vnde secundum diuersas communicationes distinguit Aristot. diuersas amicitias, quoniam omnem amicitiam super communicatione quadam fundari asserit.

Potest autem distingui quadruplex communicatio. Est enim prima naturalis, secundum quòd in naturali origine quędam communicant, & in ista communicatione fundatur amicitia patris, & filij, & cognatorum, inquantum ex eodem sanguine descendunt.

Secunda vero est communicatio œconomica, siue domestica, siue secundum quam homines communicant in officijs domesticis, requirit enim personas, quæ constituunt œconomiam.

Tertia autem communicatio est politica, secundum quam homines eiusdem vrbis, vel loci communicant inter se in eis, quæ pertinent ad Rempublicam, vel ad seipsos, inquantum sunt partes eiusdem Reipublicæ.

Quarta est communicatio diuina, secūdum quam homines communicant in vno corpore Ecclesiæ in actu, vel potentia. Et hæc est amicitia charitatis, quę habetur ad omnes. Est autem verum, quòd Aristoteles plures communicationes assignat. Nam primo Politicorum cap. 1. ponit quinque communicationes, scilicet, naturalem, despoticam, œconomicam, homogalactarem, politicam: communicationem autem charitatis, siue diuinam non ponit. Naturalis est, quæ fit propter simile tertium derelinquere; & ista est communicatio maris, & fœminæ non solum in hominibus, sed etiam in omnibus animalibus perfectis, & quam propagationem habent. Despotica communicatio est domini, & serui non

Quæ sit cōmunicatio naturalis.

F quidem seruorum legalium, idest, eorum, qui emuntur, vel in bello capiuntur, sed seruorum naturalium, qui autem sint naturaliter serui, & qui naturaliter domini, inter quos ista communicatio est, patet cap. primo Politicorum. Oeconomica est domestica, & ista est composita ex naturali, & despotica, & ideo ponuntur in hac sex rationes personarum ad minus, scilicet, vir & vxor, pater & filij, dominus & seruus, & tamen idem est vir, & pater, & dominus: includit autem despoticam, inquantum est ibi dominus, & seruus, sed loco serui ponitur interdum bos, & ita dicit Aristotel. ibidem, quòd Homerus in hac communicatione ponebat hominem, & bouem aratorem, ideo quòd bos pauperibus pro ministerio est. Homogalactaris communicatio est, quam alij vicalem

G vocant, quæ est maiōr quàm œconomica, & est minor quàm politica. Nam œconomica continet vnicam domum, homogalactarica continet plures, sed non tot, quòd sufficiant ad constituendum politiam, sed sunt tales communicationes immediatæ partes politiæ, & ideo continet plures domos, quæ faciunt vnum vicum, & sic vocatur vicalis, & dicitur homogalactarum, idest, connutritorum: quia de eodem lacte educati sunt, vel homocipij, idest, vnius cibi, vel homocaphiri, idest, vnius fumi, siue ad vnum ignem exercens, vt dicitur primo Politicorum. Politica autem communicatio est per se sufficiens, & maxima omnium, quæ facit ciuilitatem, & ista ex multis ho-

H minibus diuersorum officiorum, & actuum, & gubernationum: ita vt talis congregatio sufficiat ad rectè viuere, & non petatur de foris aliquid necessarium illi congregatum ad recte viuere. In assignatione autem nostra supra posita non ponuntur istæ omnes communicationes, sed subicentur despotica, & homogalactarica, eo quòd despotica includitur sub œconomica, vt dictum est homogalactarica autem sub politica, cuius est pars immediata. Aliā autem, scilicet, diuinam communicationem, in qua est amicitia charitatis non posuit Aristotel. Ratio est, quia communicatio ista est vitæ diuinæ, quæ est in beatitudine, consistens in diuina visione. Philosophi autem non inuenerunt talem beatitudinem,

I ideo non posuerunt homines taliter communicare, & consequenter neque amicitiam super hoc fundatam, quæ est charitatis, posuerunt: nos autem ex fide scientes talem communicationem esse, & cuilibet homini fore possibilem, assignamus amicitiam inde ortam, quæ est amicitia charitatis, & ista est præcipua amicitia, quæ fundatur super præcipua cōmunicatione, & est communicatio ista in vita diuina, quæ est vita gloriæ, vel gratiæ. Et quia vita gratiæ ordinatur ad vitam gloriæ, ponimus communicantes in gratia pertinere ad amicitiam charitatis, quia charitas haberi non potest, nisi intra Ecclesiam, extra quam nemo saluatur. extra de summa Trini-

K tate, & fide Catholica, cap. firmiter. Dicimus esse charitatem ad communicantes in vno corpore Ecclesiæ, siue in actu, siue in potentia, & quia omnis homo est actu in Ecclesia, vel in potentia, charitas esse debet ad omnem hominem, & tam ad amicos, quàm ad inimicos. Quia ergo charitas beneuolentiam importat, quæ amicis bonum optat, & operatur bonum ad ipsos, ideo secundum vnamquamque prædictarum amicitiarum amandi sunt amici, quantum ad bona pertinētia ad communicationem illam, super quam amicitia fundatur. Vnde ad patrem, & ad consanguineos, ad quos est prima communicatio, s. cōicabiliter naturalis nos habere debemus in eis, quæ pertinēt ad conseruationē naturæ, cū illa cōicatio fit ad propagare naturā, & q̄a cōseruatur natura

Homogalactaris cōmunicatio quæ sit.

Politica cōmunicatio quæ sit.

Charitas haberi non potest, nisi intra Ecclesiam.

natura per cibum, & potum, & alia necessaria vitæ, omnia huiusmodi pertinent ad benefaciendum his, qui sunt in hac communicatione: ad domesticos aũt nos debemus habere amicabiliter in eis, quę pertinēt ad conuersationem, & tractationem rerum domesticarum, & in his magis eos diligere, & concordare eis debemus, q̃ oĩbus alijs, qui non pertinent ad istā cõicationē cuiuscunq; cõicationis sint: ad ciues autē habere nos debemus amicabiliter in eis, q̃ pertinent ad opera ciuilia: ad oēs hoĩes nos amicabiliter debemus habere in eis, quæ ad Deum spectant, s. vt oĩbus optemus vitam æternam, & gratiam, & media peruenien di ad hæc, & operemur ad salutem eorum spiritualē, secundum modum nostrum. Dicendum aũt, ꝙ, cum secũdum istas cõicationes sint amicitiæ, ſm quamlibet earum diligunt se illi, qui pertinent ad vnam cõicationē, & ideo oportet, ꝙ, licet aliqui hoĩes sint, qui cõicent in multis istarũ communicationũ, & consequenter diligant se ſm plures amicitias inde ortas, tñ maxime se diligant ſm illā amicitiā, quę fuerit præcipua. Est aũt pręcipua amicitia illa, quę magis accedit ad id, quod maxime diligendũ est, est aũt Deus super oĩa diligendus, & post hoc dēt homo maxime seipsum diligere, sed amicitia illa, ſm quā Deũ diligimus, est charitas, cũ ista sola fundetur super illa cõicatione, in qua cum Deo cõicamus, ideo amicitia charitatis est præcipua. Patet hoc, qa in naturali cõicatione, & in despotica, œconomica, homogalactica, & politica: nemo cõicat cum Deo. Sic dr̃ Dan. 2. cap. ꝙ Dijs non est conuersatio cum hoĩbus, & ideo nemo amat Deũ amicitia insurgente ex his cõicationibus. cõicamus autē cum Deo in vita beata, inquantũ est ipse essentialiter beatus, & nos per participationē eius efficimur beati eodē modo in vita gratię, quia gratia ab ipso est. Etiā cõicamus in corpore Ecclesiæ, inquantum ipse est caput Ecclesiæ, & nos dependemus ab eo, sicut membra a capite. 1. Corinth. 12. & ad Ephes. 4. cap. Dico aũt Christum Ecclesiæ caput esse. Ex hac aũt cõicatione insurgit amicitia, quæ est charitas, iõ amicitia charitatis est, qua Deum diligimus, & ista est præcipua, & ideo si ab amicitia separarentur amicitiæ fundatæ super alijs cõicationibus, ipsa sine illis esset maior quàm tres ipsę sine illa: non tamen separantur amicitiæ illę tres ab amicitia charitatis in hac vita, qa quicunque diligendus est aliqua amicitia illarum diligendus est amicitia charitatis, & non è contrario: eo quòd charitas debet haberi ad omnes viuentes: illæ autem amicitiæ non habentur ad omnes, sed ad aliquos specialiter, sed post mortem separantur: nam licet maneat mihi amor ad aliquos mortuos in peccato mortali secundum alias amicitias, non tamen manere debet amicitia charitatis, vt mortuos cognatos diligamus, etiam si in peccato mortali decesserint, quia cognati erant, & dolemus de eorum damnatione, & tamen non diligimus eos ex charitate. Et quia omnes viuentes diligimus ex charitate, sequitur quòd quemcunque viuentem quantumcunque extraneum magis diligam, quàm quemcunque damnatum quãtumlibet propinquum, & sic quemcunque Christianum viuentem, vel etiam infidelem diligam magis, quàm patrem meum mortuum in infidelitate, quia de sic mortuo constat esse damnatum, & ideo non est diligendus ex charitate: quēcunque autem Christianum, & etiam infidelem viuentem diligere debeo ex charitate, quia participat actu, vel potentia corpore Ecclesiæ, & vita gratiæ, sed dilectio ex charitate est maior omnibus alijs, ideo quicunque ex charitate diligitur, magis diligitur, quàm quicunque alio amore diligitur, & sic infidelem viuentem magis diligam, quàm patrem defunctum in infidelitate, & tamen magis dolebo de damnatione patris, quàm de malo proximorum viuentium, & secundum affectum naturalem potero magis ferri in eum, quàm in proximum viuentem, & ita de omnibus alijs, secundum quòd magis coniuncti sunt est verum, quòd magis feremur in eos ex affectu naturali, licet fortè non ex charitate, vt si sint damnati iam. Sed ex hoc in generali poterit haberi aliqua cognitio graduum charitatis ad proximos, scilicet, quòd ad viuentes non diuiduntur istæ amicitiæ ex charitate, sed cum qualibet earum dicitur stare charitas, & ideo nulla alia superat aliam ex parte charitatis, quàm aliqua earum comparetur per se ad amicitiam charitatis, sed comparantur secundum se, & secundum excessum earum inter se: ita amor ex charitate concomitans eas debet esse intensior, & quia, vt dictum est, Deus est maxime diligibilis, post ipsum autem quilibet a seipso maxime diligitur, ideo comparatio earum erit secundum quòd magis, vel minus accedũt ad amorem, quo homo diligit seipsum, post seipsum autem nihil est magis coniunctum, q̃ homines illi, quos propinquos vocamus, & ideo amicitia ad illos est maxima. Et ista est, quæ pertinet ad communicationem primam, quæ dicitur naturalis, & istos maxime ex charitate diligimus. Post istos est secunda communicatio, idest, œconomica maxima & charitate ad huiusmodi debet esse maxima, quia magis accedunt isti ad identitatem, quàm qui sunt in tertia communicatione, & amicitia. Deinde diliguntur pertinentes ad tertiam communicationem, quia maior communicatio est tertia q̃ quarta, quia tertia est politica, & habet secum amicitiam charitatis, quia vt dictum est, charitas non separatur ab amicitia aliqua istarum, sed quarta communicatio sola charitatem dicit, ideo ista est minima communicatio, & minimus amor, & est ad illos, ad quos non communicamus, nisi in charitate, isti sunt inimici, quia cum istis nulla alia cõmunicatione communicamus, & tamen si ista amicitia separaretur ab alijs tribus, maior esset, quàm omnes tres simul sumptæ, sed quia non separatur ipsa, qñ fuerit sola erit maior, q̃ quęlibet aliarũ, qa cũ qualibet aliarum est charitas.

Et ob hoc distinguit Ambro. istos gradus, dicens, quòd primo diligãtur cõsanguinei, ad quos habetur prima amicitia. Secundo domestici, ad quos habetur secunda quantum ad illos, qui in domo cõuersantur nobiscum. Tertio diligãtur illi, qui nobiscum in actibus ciuilibus, & honestis communicant. Quarto diligantur inimici, ad quos habet̃ solũ quarta amicitia. Et hoc verum est simpliciter, & ſm se loquendo. Nã per accidens potest mutari ordo iste, vt s. amicabilius se habeat quis ad familiarem, qui solum cõicat ei in operibus honestis quantum ad societatem, quam habent ambo in istis, quã ad patrē suũ, qui non cõicat ei circa talia, & ita de alijs personis, & modis dilectionis intelligendum est.

Ad primum dicendum, quòd simpliciter loquendo magis diligendi sunt propinqui quã extranei, licet sint extranei meliores. Et dr̃ simpliciter, qa quantum ad aliquē modũ specialem amicitiæ, forte magis diligendus erit extraneus quàm cognatus, vt si cognatus communicat in illo modo amicitię: sed quia propinqui diliguntur ſm naturalē amicitiã, q̃ non hr̃ ad illos, & ista est maior alijs, vt dictũ est, sequr, ꝙ simpliciter magis diligantur isti ex charitate, quam alij, & quia fundatur ista amicitia in cõicatione naturali, & illa est ad simile tertiũ delinquere, pertinet ad propagationē, & cõseruationē naturæ, & cõsequēter q̃tũ ad necessaria vitę magis diligemus propinquos q̃ alios, & q̃tũ ad ipsum esse, & viuere, quod acquitur ex naturali

Præcipua amicitia, quæ sit.

Fideles charitate, diligendi.

Distinctio graduũ dilectionis, quam assignat Ambrosius.

naturali communicatione. Nam aliæ communicationes non fundantur super esse, & viuere, sicut amicitia politica communicationem habet in operibus honestis, in quibus simul aliqui conuersantur, sed naturalis amicitia habet fundamẽtum in communicatione naturali, & hęc cõicatio est ꝓpinquior illa, quã homo sibijpsi cõicat: vnde sicut homo debet simpliciter seipsum diligere, quantũ ad esse naturale, etiã si malus sit cupiẽdo sibiipsi esse, & viuere, quàm alium virũ bonum: ita & patrem suũ, quantũ ad esse naturale magis debet diligere cupiẽdo ei vitam, & sospitatem quàm alium bonum virum. Licet malus pater, & infidelis sit, non tamen debet ei vitam cupere, vt malus est, sed vt bonus efficiatur.

Ad secundum dicendum, ꝙ cõformamur Deo in diligendo, non quidem in re dilecta, sed in radice diligendi, & modo. Nõ enim oportet, ꝙ ego cõformer Deo in re dilecta, quia tunc cum ipse diligat multos alios plus quàm me, & tñ neminem debet quis diligere plus q̃ se, nisi Deum. Radix aũt dilectionis Deus est, ꝙ si ipsum super omnia diligit, & consequenter diligit illa, quæ magis coniuncta sunt sibi, & quia qui melior est magis Deo est propinquus, diligit Deus magis meliores: nobis vero ordo est imitãdo Deum, ꝙ nosipsos supra cætera post Deũ diligamus, & deinde id, quod nobis magis coniungitur, & quia nobis magis coniuncti sunt illi, qui cõicant in naturali communicatione, ideo illos magis diligere debemus, & ita secũdum ordinem aliarum amicitiarum dictum est, & hoc charitas faciendum suadet. Si autem qui magis sunt boni, essent magis coniuncti nobis, teneremur magis eos diligere, sed non sunt magis coniuncti nobis. Nam bonus inquantum huiusmodi non est magis coniunctus alicui, quàm cæteris, nisi qui est bonus per essentiam, quod soli Deo cõpetit.

Meliores sunt Deo propinquores.

Ad tertium dicendum, ꝙ in illis, quæ non pertinẽt ad communicationem naturalem, quam cum patre, & consanguineis habemus: non oportet, ꝙ magis benefaciamus consanguineis, quàm aliis, sed illis, qui magis coniuncti sunt nobis secũdum illam communicationem ad quam pertinent bona, de quibus agitur, & quia beneficia ecclesiastica non sunt bona pertinentia directè ad communicationem naturalem, qualia sunt esse, & viuere, & ea per quæ conseruantur hæc, sicut necessaria ad vitam non debemus beneficia ecclesiastica dare magis cõsanguineis, quàm alijs, pertinent autem beneficia ecclesiastica ad Ecclesiam: communicatio autem in corpore Ecclesiæ est quarta communicatio, ex qua insurgit amicitia charitatis, ideo illis, qui communicant magis in Ecclesia nobiscum danda sunt magis ecclesiastica beneficia: illi autem sunt, qui meliores, & magis apti sunt ad gubernandum Ecclesiam, in quo communicant cum prælato, qui gubernat Ecclesiam, & ad quem pertinet beneficia conferre, ideo melioribus, & magis aptis ad gubernandum Ecclesiam sunt magis cõferenda ecclesiastica beneficia. Verum est, quòd si cognati sint æqualiter idonei sicut extranei, possunt dare potius cognatis beneficia, quàm extraneis. Nisi fortè ex hoc incideret prælatus in suspicionem, quòd faueret nimis carni, & sanguini, & putaretur personarum acceptor. Sed de hoc dictum est supra magis, cum diximus de personarum acceptione. Si autem sint bona patrimonialia, vel alias licitè acquisita, quia illa, vt talia, sunt quædam sustentatio vitæ, & in esse, & viuere magis communicamus cum cognatis, quàm cum alijs, & magis dandum est ex charitate cognatis, quàm alijs. Et hoc maximè quando sunt bona purè patrimonialia, idest, ex successione progenitorum habita, quia talia debita sunt ma-

F gis cõgnatis, quàm alijs hominibus, cum descenderint de sua progenie. Et hæc vera sunt, nisi maior paupertas, vel necessitas extranei præponderet, quia tunc potius dandum est extraneo, quàm cognato. Idem si aliqua maior vtilitas sequatur dando extraneo, quia tunc non tenemur magis dare propinquo, quàm extraneo.

Ad quartum dicendum, quòd si accipiatur benefacere propriè, prout pertinet ad liberalitatem, vel beneficentiam, & non subijcitur alicui necessitati, vel debito rationis generale est, quia potius reddendum est debitum, quàm benefaciendum, ac si diceretur magis obligamur ad id, quod est necessarium, quàm ad id, quod nullo modo est necessarium. Sed G interdum accipitur aliter, scilicet, vt dicamur reddere debitum, quando vicem reddimus alteri pro eo quod fecit nobis, vel dedit beneficium dare dicamur, quandocunque bonum damus alicui, cui non sumus specialiter obligati ex aliquo bono, quod nobis dederit, vel pro nobis fecerit. Accipiendo in primo modo reddere debitum, & beneficium dare, potius est reddendum semper debitum, quàm dare beneficium, quia alicubi est obligatio, & in alio non. Accipiendo secundo modo stat dubitatio: quia interdum melius erit benefacere, quàm reddere debitum, & hoc quia licet non sit ibi debitum aliquod ex operatione eius, cui tenemur, causatum est tamen debitum ex iure, vel ratione. Sicut si aliquis extraneus fe- H cerit mihi paruum beneficium, & frater meus nullum fecerit, & ambo sint in periculo mortis, & non possum simul vtrumque eripere, magis teneor eruere fratrem a quo nulla suscepi beneficia, quàm extraneum, a quo paruum suscepi beneficium, quia ad cognatum licet non sit debitum eruendi eum a morte ex aliquo bono, quod ab eo receperim, est tamen debitum iuris, & rationis propter vinculum cognationis, & naturalis communicationis, licet in hoc non potest dari faciliter regula vniuersalis, quia multum est aspiciendum ad magnitudinem, & paruitatem beneficij collati ab extraneo, & ad magnam, vel paruam cognationem, vt si est pater, aut si est cognatus in quarto gradu, quia secundum varietatem istorum I interdum magis reddendum est debitum, quàm benefaciendum, & interdum è contrario, & tamen simpliciter loquendo in his, quæ pertinent ad conseruationem naturæ, magis sumus debitores parentibus, a quibus naturam traximus, & cognatis, cum quibus in vnitate sanguinis participamus, quàm extraneis, & consanguineis, cum quibus magis, & propinquius participamus, quàm alijs, cum quibus minus participamus, ideo magis liberare debemus a morte patrem, quàm extraneum, non solum si ille extraneus paruum beneficium nobis contulit, sed etiam si in simili casu ipse nos a morte liberauit. Hoc autem propter gradum cognationis, quia ibi est magna cognatio. Etiam propter beneficiorum magni- K tudinem. Nam licet pater non liberauerit filium a morte, dedit sibi aliud quod maius est, scilicet, vitam: maius est enim vitam alicui dare, quando non habebat, quod pater facit generando, quàm vitam conseruare a morte liberando, quando iam vita erat, & ideo patri magis tenemur in hoc casu, & matri. De cæteris cognatis non est facile dicere, quia non est ad illos talis habitudo, qualis ad patrem, cum ab eis non susceperimus esse, sicut a patre, ideo interdum magis tenemur cognatis, interdum extraneis, secundum diuersas circunstantias rerum, & personarum.

Si extraneꝰ contulerit paruum beneficiũ alicui, & frater eius nullũ magis tenetur ille fratri, quàm extraneo.

An magis diligendi sunt ex charitate meliores, quàm nobis coniuncti. Quæst. CCCIX.

QVAERETVR ad aliqualem maiorem declarationẽ dictorum an magis diligendi sunt ex charitate meliores quàm nobis coniuncti. Aliqui dicunt, quòd semper sunt meliores diligendi magis. Illud enim videtur magis diligẽdum, quod nulla ratione odio haberi potest quàm illud, quod aliqua ratione est odiendum. Sicut illud est albius, quod est nigro impermixtius, sed personę nobis coniunctę sunt aliquando odio habendæ iuxta illud Luc. 14. cap. si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem &c. boni autem homines, nunquam & nulla ratione sunt odio habendi, ergo magis amandi sunt boni quàm cognati.

Secundo quia secũdum charitatem maxime Deo conformantur, sed Deus diligit magis eum, qui melior est, ergo per charitatem potius debemus diligere meliores quàm coniunctos nobis.

Tertio quia secundum vnamquanque amicitiam illud est magis amãdum, quod magis pertinet ad id, super quod magis amicitia illa fundatur: amicitia enim naturali magis diligimus eos, qui sunt nobis secundum naturam coniuncti, scilicet, parentes, & filios, sed amicitia charitatis fundatur super communicatione beatitudinis, ad quã magis pertinent meliores quàm nobis coniuncti non ita boni, ergo charitate magis debemus diligere meliores extraneos quàm coniunctos non ita bonos.

Dicendum, quòd sic dicebatur præced. q. non potest dari regula generalis, quis & quando debeat magis diligi, sed ad hoc est dicendum, quòd interdum, & in quibusdam magis diligimus extraneos bonos, vel meliores, quàm cognatos non ita bonos, in quibusdam vero è contrario. Pro quo sciendum, quòd oportet omnis actus, & motus proportionetur obiecto, & agenti, motus vero termino, & motori, licet de motu non est ad propositum, actus vero obiecto, & agenti proportionatur, sed ex obiecto habet speciem, ex virtute autem agentis habet modũ, & quantitatem suæ intensionis, sicut motus, vt dictum est, habet speciem a termino ad quem est, sed intensionẽ velocitatis habet ex dispositione mobilis, & virtute mouentis. Sic igitur dilectio speciem habet ex obiecto, sed intensionem habet ex parte ipsius diligentis. Obiectum autem charitatiuę dilectionis Deus est, homo autẽ diligens. Homo etiam est obiectum dilectionis huius non per se, sed secundum relationem ad Deum, scilicet, vt communicat actu, vel potentia vita diuina, & ideo diuersitas dilectionis secundum charitatem quantum ad speciem est etiam in proximis diligendis per comparationem ad Deum, idest, vt in dilectione, quã ad proximos habemus aliquid consideretur ex parte ipsorum proximorum, & quia ipsi sunt, vt obiectum, & obiectum facit differre speciẽ, tenebit se illa diuersitas dilectionis, quæ est ex parte hominis diligibilis ad speciem charitatis, vel dilectionis, cõsideratur autem aliqua diuersitas ex parte diligentis, & ista, quia pertinet ad agens non facit ad speciem, sed ad intensionem, quæ se tenet ex parte agentis. hoc autem est, quia quibusdam proximis maius bonum velle debemus ipsum bonum, quod volumus ex maiori affectione, & quia obiectum charitatis est Deus, velle debemus maius bonum ex parte Dei. Isti autem proximi sunt illi, qui magis propinquant Deo: ideo ipsis debemus velle maius bonũ Dei, idest, beatitudinem maiorem.

In quo sciendum, quod cum amicitia charitatis fundetur super communicatione actuali, vel poten-

A tionali in beatitudine, omnibus quos diligimus ex charitate velle debemus beatitudinem, & quantum ad hoc omnibus proximis volumus ęquale bonum, quia idem bonum volumus, beatitudo tamen licet sit idem bonum, habet diuersos gradus participationis, quia secundũ, quòd aliquis magis aut minus Deo participat, est magis aut minus beatus, & secundum hos gradus est magna inæqualitas, & in hoc est generale, quòd quilibet ex charitate debet magis diligere meliores quàm non ita bonos, etiam si illi sint propinquissimi. Nam differentia graduum glorię est secundum differentiam meritorum, & bonitatis, & pertinet ad rei iustitiam, vt secundum meritorũ differentiam det differentiam graduum gloriæ, sed qui-

Vnus alio magis beatus est.

B cunque charitatem habet, diligit Deum super omnia, sed Deo est bonum, quòd iustus maneat, & iustitiam seruet, amans autem Deum ex charitate amat bonum ei, scilicet, bonum esse, & sic semper permanere, ergo quilibet habens charitatem tenetur velle, quòd Deus iustitiã seruet, ergo tenetur velle, quòd Deus s[ecundu]m differentiam meritorum det diuersos gradus gloriæ, & consequenter ego ex charitate teneor velle, quòd extraneus à me habeat maiorẽ gloriã, q̃ propinquus meus; immo quàm pater, qui non est ita bonus, quia aliàs vellemus Deum distribuere iniustè & non solum diligam plusquàm propinquos, sed etiam plusquæm me, scilicet, si quis est melior quam ego, teneor velle, quòd Deus det illi maiorẽ gradum gloriæ quàm mihi, & sic magis illum diligo quàm

Aliquem magis teneor quam meipsum diligere.

C me, & hoc totum pertinet ad diuersitatem speciei dilectionis, quia tenet se diuersitas ex parte obiecti. Sunt enim diuersę dilectionis species secundum diuersa bona, quæ optamus ex charitate his, quos diligimus. Aliud autem considerabatur ex parte diligentis, & istud erat intensio dilectionis per comparationem ad diligentem, & quantum ad hoc non consideratur aliqua conditio eius, qui diligitur secundum opinationem ad rationem obiecti, scilicet, an magis, vel minus, vel boni sunt, per quod magis ad Deum, qui est ratio diligendi ex charitate appropinquant, sed illos quis intensius diliget, ad quos sic diligendos magis dispositus est, & quia magis afficitur homo ad seipsum quàm ad alium, & consequenter

D ad id, quod magis est idem, & tanto intensius diliget aliquos quanto ei propinquiores fuerint cognatione, quia est propinquitas secundum esse, & secundũ naturam, secundum quam est homo idem sibiipsi, & ita aliquos ad maiora bona diligimus, quos tamen intensius diligimus, scilicet, propinquos minus bonos, Et ista est prima differentia dilectionis inter propinquos minus bonos ad extraneos magis bonos,

Diffe dilectionis inter propinquos minus bonos ad extraneos magis bonos.

Secunda differentia eorum est, nam cognati sunt propinqui nobis secundum naturalem originem, à qua communicatione discedere non possunt, quia sunt id, quod sunt, scilicet, quia fundatur super esse: alij autem appropinquant nobis secũdum virtutem,

E quam habemus, vel habere debemus, & appropinquant Deo, ista tamen bonitas, secundum quã possunt accedere, vel recedere, augeri, & minui, vel totaliter perire, ideo licet non possim velle ex charitate, quòd non sit cognatus meus ille, qui est, quia non est possibile, quòd non sit, quia iam factum est, possum tamen velle, quòd ille habeat virtutem, quam non habet, vel maiorem quam habet. Et hoc ex charitate, quia istud possibile est, & bonum est sic esse, aut fieri. Et ideo possum velle, quod cognatus meus, qui nũc malus est, vel parũ bonus, efficiatur melior quocunq; extraneo quantumcunq; bono, sed cũ talis affectus fuerit, debetur ei maior gradus beatitudinis q̃ cuiq; extraneo: ideo possum diligere cognatũ meũ,

qui

qui non est bonus ad maiorem beatitudinem quàm quemcunque extraneum quantumcunque bonum, quia cupiam ei omnia media, per quæ mereatur, & iuste habeat talem gradum beatitudinis. Tertia differentia est de amore propinquorum ad extraneorum amorē, quia plus diligimus coniunctos nobis ex charitate quàm extraneos inquantum pluribus modis illos diligimus. Ad eos enim, qui non sunt nobis cōiuncti, habemus paucas amicitias, ad coniunctos aūt multas. Nam vt dictum est supra sunt quatuor communicationes, super quibus fundantur quatuor amicitiæ, & qui communicāt superioribus amicitijs cōmunicant in posterioribus. Nam qui communicant communicatione naturali strictè sumpta communicant in œconomica, & politica, & ecclesiastica, & nō è cōtrario. Nam qui communicant vltima communicatione non oportet, ꝙ communicent in alijs. Taliter enim se habent hostes, quia non communicant in aliqua communicatione nisi in Ecclesiastica, quia sunt in vno corpore Ecclesiæ, & ideo retinetur cum eis amicitia charitatis sola, ad cōiunctos autem habetur prima communicatio, scilicet, naturalis, & consequenter aliæ communicationes, & amicitiæ, quæ ex eis oriuntur, & vltimo amicitia charitatis, ideo plus diliguntur isti, q̄a pluribus amicitijs, & quælibet istarum pertinet ad charitatem, s. quia quęlibet illarum cum sit honesta ordinatur ad bonū illud, super quod fundatur charitas: ideo necesse est, ꝙ charitas imperet actum istarum amicitiarum, sicut imperat actum cuiuslibet virtutis, sicut ars, quę est de fine imperat arti, quę est de his, quę ad finem, ita ille actus diligendi, qui est diligere aliquem inquātum est cognatus, vel conciuis, vel eiusdem œconomię, vel secundū quācunque aliam communicationem ad licitum ordinabilem potest imperari a charitate, & ita non solum coniuncti nobis pluribus modis diliguntur, sed pluribus modis imperatis a charitate, & ita plus ex charitate diliguntur quàm extranei, & ita apparet, quòd licet ex charitate debemus magis bonis optare maiora bona gloriæ, inquantum eis debita sunt, tamē simpliciter possumus magis diligere coniunctos quàm extraneos, tum quantum ad maiora bona, Nam quātuis magis bonis debeamus maiora bona glorię optare, inquantum sic manent, tamen quia cognatis nostris minus bonis possumus optare, quòd efficiantur omnibus meliores extraneis, & tales effecti mererentur maiorem gradum glorię quam omnes extranei, possumus licite propinquis nostris etiam si non bonis optare maiorem gloriam quàm extraneis omnibus, & hoc modo a fortiori potest quilibet sibiipsi desiderare maiorem gloriam quam alijs inquantum optabit se meliorem fieri omnibus alijs, vt mereatur illam gloriam, tum quia ex maiori inclinatione seipsum, & coniunctos quis diligit quam extraneos, tum quia pluribus modis illos diligit.

In q. 308.

Ad primum dicendum vno modo, quòd sicut bonos nemo debet odisse, ita neque propinquos. Quod autem dicitur, quòd debemus eos odisse non intelligitur inquantum propinqui sunt, sed inquantum aduersantur, & impediunt nos a Deo. Et quantum ad hoc non sunt propinqui, sed inimici, iuxta illud Michęę. 7. cap. Inimici hominis domestici ejus. Et tamē, quia semp̄ manent propinqui, semper debemus eos diligere, quia nullus homo repellendus est ab amore charitatis. Aliter potest dici, quòd ista ratio tenet ad ostendendum, quod aliquos possumus diutius diligere, sed non, quòd magis. Bonos enim nunquā possumus odisse, sed semper diligimus. Malos vero inquantum huiusmodi diligere non possumus, & ita bonos extraneos semper debemus diligere, patrem

F autem malum non debemus diligere semper, quia non quandiu malus est in eo, ꝙ malus. Ergo diutius debet diligere extraneos bonos quàm patrem, & tamen non magis, quia tunc quādo diligitur magis diligitur quàm extranei boni, & quia semper debet diligi, licet malus quamuis non inquantum malus, debet pater semper diligi magis quā extranei, licet benefaciendū non sit ei circa omnia plusquā extraneis.

Ad secundum responsum est præcedenti q. scilicet, ꝙ conformamur Deo non in dilectionis quantitate, & rebus dilectis, sed in radice diligendi.

Ad tertium dicendum, quòd ad radicem charitatis duo pertinēt, s. ratio obiecti, quod pertinet ad speG ciem, actus & intensio, quæ se tenet ex conditione agentis, ideo vtrunque est in actu charitatis. Sic autē licet ex conditione speciei actus magis boni sunt diligendi plusquā magis coniuncti, tamen ex conditione agentis intensius diliguntur cognati quam extranei, licet etiam cognati possunt magis diligi, i. optari eis maiora bona, nō ꝙ actu magis boni sunt, sed quia cupimus vt magis boni sint, & ita per omnem modū poterunt magis diligi cognati quàm extranei, licet in benefaciēdo circa omnia nō seruetur hoc semper.

An inter propinquos sint magis diligendi consanguinei quam affines, & amici. *Quæst.* CCCX.

H QVAERETVR dato, ꝙ cōiunctos magis diligamus quā extraneos, cum sit coniunctio multiplex, s. secundum carnem, & secundum alios modos, an consanguinei sint magis diligendi quā cęteri. Aliqui dicunt, ꝙ non: dicitur enim Prouer. 18. c. vir amicabilis ad societatem magis erit amicus quàm frater. Lib. 4 c. 7. Et Valerius Maximus dicit, ꝙ vinculū amicitię prævalidum est, neque ex parte vlla sanguinis viribus inferius est. Hoc etiā certius, & exploratius, quia illud nascendi sors fortuitum opus dedit, hæc vniuscuiusque solido iudicio inchoata voluntas contrahit, ergo illi, qui sunt coniuncti sanguine non sunt magis amādi quam alij. Secūdo quia dicit Ambro. lib. de offi. nō Lib. 1. c. 7. minus vos diligo quos in Euangelio genui, quam si in coniugio suscepissem, non enim vehementior est I natura ad diligendum quam gratia: plus certe diligere debemus, quos perpetuo nobis computamus futuros, quam quos tantū in hoc sęculo, ergo non sunt magis diligendi consanguinei quam coniuncti per amicitias alias. Tertio quia, vt dicit Grego. in homilia probatio dilectionis exhibitio est operis, sed quibusdā magis debemus impendere opera dilectionis quam consanguineis, ergo alij coniuncti sunt magis diligēdi, sicut magis obediendum est prælato, & duci exercitus in bello quam patri.

Dicendum, quòd coniuncti sunt a nobis magis diligēdi quā extranei, & ideo quanto aliqui sunt magis coniuncti tanto magis diligendi sunt, sed nemo magis coniunctus est, quàm consanguinei, qui coniunK guntur in eo quo d est esse, & nā, ergo illi magis sunt diligendi. Secundo quia Exo. 20. cap. specialiter mandatur de honore parentum, qui sunt coniunctissimi secundum carnem, ergo coniunctio secundum originem facit specialem dilectionem. Circa hoc considerandum est, ꝙ vt dictum est præced. q. illi, qui sunt nobis magis coniuncti, sunt magis ex charitate diligendi, tum quia ad maiora diliguntur, tum quia intensius, tum quia pluribus modis. Intensio autem dilectionis est ex coniunctione dilecti ad diligentem, & ideo dilectio diuersorum est mēsuranda secūdum diuersam coniunctionis rationem, vt s. vnusquisque diligatur magis in eo, ꝙ pertinet ad illam cōiunctionem secundum quam diligitur. Et vlterius ad sciendum,

dum, quæ dilectio sit maior, comparanda est dilectio ad dilectionem secundum comparationem coniunctionis ad coniūctionem. Ex hoc apparet primum, ꝙ cum amicitia consanguineorum fundetur in cōmunicatione naturalis originis, amicitia autē cōciuium in communicatione ciuili, amicitia autem œconomica in communicatione domestica, & amicitia cōmilitantium in cōmunicatione bellica, ꝙ in his, quæ pertinent ad naturam plus debemus diligere consanguineos, quàm alios homines, in his verò, quæ ad vitam ciuilem plus cōciues quàm alios, & in rebus domesticis plus œconomicos, in rebus autem bellicis commilitones. Et ita est in exhibitione honoris, quia non impenditur omnibus idem honor, sed secūdum conuenientiam, vt dicitur 9. Ethi. singulis propria, & congruentia attribuendum. Sic autē, & facere videntur qui ad nuptias quidem vocant cognatos. Videbitur, vtique & nutrimento oportere parentibus sufficere, & sic de alijs. Secundum est, ꝙ vltra, ꝙ in qualibet amicitia debēt se magis amare illi, qui participant in rebus eiusdem communicationis inquantū ad res illas adhuc vna communicatio est maior alia, & vna amicitia maior alia, & sic amicitia naturalis est maior omnibus, & permanentior, & prior. Est prior quidē, quia est secundum id, quod prius aduenit, i. secundū naturam, quæ est prior omni accidente. Etiam quia homines huius cōmunicationis prius se cognoscunt, ideo possunt se prius amare, & etiam permanentior, quia id, super quo fundatur magis permanet. Nā fundatur super natura, & esse, cęteræ autē amicitiæ fundantur super quibusdam bonis postea aduenientibus, vt super virtute, & alijs, quæ etiam sicut accidunt, ita possunt deficere. Natura autem est permanens, quia est id, in quo subsistimus, sed tandiu permanet amicitia, quandiu id, super quo fundata est, ergo naturalis amicitia est permanentior. Est etiā maior, quia fundatur super maiori re. Nam natura est, vt substantia, cętera verò sunt, vt accidentia, & dependentia eius, etiam quia quælibet res fertur amore magis in seipsam quàm in aliā, sed natura est id, quod sumus nos, & est fortior quàm cęteræ amicitiæ, quia ista magis accedit ad illam amicitiam, quæ est eiusdem ad seipsum, & ideo licet quælibet amicitia quantum ad res suę communicationis sit maior ad illos, qui secundū eam communicant quàm ad alios, tamen loquendo simpliciter amicitia naturalis est maior alijs, & ideo consanguinei, qui ad hanc pertinent magis sunt diligendi ex charitate quàm cęteri, cum charitas nō separetur ab aliqua istarum amicitiarum, & actus cuiuslibet istarum sit actus imperatus a charitate, vt dictum est.

[...]uralis [...]citia [...]tis est [...]ior ac [...]ior.

[...]libet [...]fertur [...]gis in [...]plant a[...] [...]re quā [...]tiam.

A B C D E

Ad primum dicendum, ꝙ amicitia sociorum propria electione contrahitur in his, quæ sub nostra electione cadunt, s. circa agibilia, & ideo circa tractatum agendorum magis se diligunt amici, qui communicant in eis, & magis sibi cōsentiūt, & vnus alteri prodest quàm consanguineis non communicantibus in hac societate agēdorum, sicut quilibet amici circa aliquam specialem communicationem magis se diligunt circa res eiusdem cōmunicationis quàm alios homines. Verum tñ simpliciter magis se diligunt cōsanguinei quàm communicantes ſm alias communicationes, eo ꝙ ista amicitia est prior, stabilior, & maior omnibus, vt dictum est. Et ideo dicendum primo, ꝙ magis tenemur prouidere in necessarijs tā in liberando a malo, quàm in cōferendo necessaria ad vitā, vt cibū, potum, vestem, & similia cognatis quā alijs, quia ista sunt ad conseruationem vitæ, & communicatio naturalis fundatur super rebus pertinentibus ad esse, & viuere: ideo ſm naturalē amicitiam prouidebimus cognatis magis in his, quā in alijs hominibus. Et quia ista sunt, quæ cōmunius veniunt ad vsum hominū, videbitur homo simpliciter de bonis exterioribus magis dare cognatis quā alijs. Secundo dicendum, ꝙ quantū ad effectum magis diligimus eos ex charitate, quia actus omnium amicitiarū imperatur ex actu charitatis, sed actus istius amicitię vehementior est, & intensior propter maiorem coniunctionē diligentis ad dilectum, ideo cum totus ipse quantus est, & qualis imperetur a charitate, sequitur, ꝙ magis diligantur ex charitate consanguinei quam alij, vt dictum est præcedenti q.

Ad secundum dicendum, ꝙ loquitur Ambrosius non de affectu dilectionis, sed de affectu subuentionis, & hoc quantū ad illa, quæ sunt propria alicui amicitiæ, & tunc verum est, ꝙ circa res cuiuslibet cōmunicationis magis subuenire, & consentire debemus his, qui pertinent ad illam communicationem quam alijs, loquitur autem Ambrosius de beneficijs pertinentibus ad communicationem gratiæ, vel corpore Ecclesię, s. de instructione morū, & quantum ad hæc debet quis magis subuenire filijs spiritualibus, quos spiritualiter genuit, quàm filijs corporalibus, quibus tenetur magis prouidere in corporalibus subsidijs facientibus ad conseruationem vitæ corporalis.

Ad tertium dicēdum, ꝙ sicut supra dictum est secundū quamlibet communicationem diligendi sunt magis, qui cōmunicant in rebus illius generis, quàm qui non communicant, & ideo quia in rebus bellicis communicat quis cum cōmilitonibus, & ordinatur ad ducem exercitus, debet magis amare quilibet cōmilitones, & bonū eorum, vt huiusmodi quàm bonū consanguineorum, & debet magis obedire duci exercitus in bello quā patri, aut cuicunq; alteri. Sed non sequitur, ꝙ simpliciter magis sint diligendi cōmilitones quā consanguinei, quia cum amor in qualibet amicitia sit secundum proportionem communicationis, in qua fundatur, & communicatio maior sit secundum originem, sequitur quòd amicitia illa, quæ dicitur naturalis, sit simpliciter maior.



An quis ex charitate magis debeat diligere patrem suum quàm filios. Quæst. CCCXI.

QVAERETVR an quis ex charitate magis debeat diligere patrem suum quàm filios. Aliqui dicunt, ꝙ magis sunt diligendi filij, illos enim magis debemus diligere, quibus magis debemus benefacere cum effectus proportionetur ad affectum, sed magis debemus benefacere filijs, quā parentibus, quia dicitur 2. Corin. 13. Filij non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filijs, ergo magis debemus filios diligere quàm parentes. Secūdo, quia ordo charitatis non repugnat naturæ, cum gratia naturam nō tollat, sed perficiat, sed naturaliter parentes diligunt plus filios, quàm diligantur ab eis, sicut plus beneficians diligit beneficiatum quam e contrario, cum ibi reluceat bonum quoddam eius, vt dicitur 9. Ethi. ergo ex charitate magis tenebimur amare filios quàm parentes. Tertio, quia per charitatē cōformatur affectus hominis Deo, sed Deus magis diligit filios quā diligatur ab eis, & hoc ex charitate. Nam quicunque amor, quo Deus aliquem diligit est charitatis, cum Deus sit Charitas. 1. Ioan. 4. cap. ergo magis debemus diligere filios quā parentes. Quarto, quia si non tenemur diligere magis filios quā parētes, tenebimur diligere parentes supra omnes homines, & tunc sequitur, ꝙ tenebimur magis diligere fratres quàm filios, i. ꝙ pater diligat magis fratres suos qui sunt patrui filiorum suorū, quàm filios proprios, eo ꝙ maior est

similitudo

ſimilitudo patris ad fratres, qui ſunt patrui filiorum quàm ad filios, cum pater, & fratres ſint in eodem gradu, & eadem beatitudine, quod non eſt de patre reſpectu filiorum.

Dicendum, quòd magis diligẽdi ſunt parentes ex charitate quàm filij, quia Deum diligimus ſuper omnia, ſed amor, quem habemus ad patrem aſſimilatur magis amori, quem habemus ad Deum, quia Deus amatur, vt pater noſter, ergo magis parentes quàm filij diligendi ſunt. Secundo quia ille, cui nunquam poteſt ſufficienter retribui eſt magis diligendus, ſed vt dicit Ariſt.4. Ethi. nunquàm poſſumus retribuere ſufficienter dijs, neque parentibus, quia à parentibus accepimus eſſe, nutrimentum, & diſciplinam, ergo patres ſunt inter homines omnes maximè amandi. Tertio quia quanto amor eſt maior tãto eſt firmior, ſed firmior eſt amor filij ad patrem quàm è contrario, quia filij non poſſunt abnegare patres, vt dicitur 8. Ethicorũ, nunc poſſunt etiam eos propter crimen aliquod accuſare, & expellere, quod filij non poſſunt ad parentes, ergo magis ſunt diligendi patres a filijs quàm filij a patribus. Quarto, quia Ambroſius ponit iſtum ordinem, ſ. ꝙ primo diligendus eſt Deus, ſecũdò parentes, deinde filij, poſtea domeſtici.

Circa hoc conſiderandum, quòd præter amorem, qui eſt hominis ad Deum, qui maximus eſſe debet, & deinde amor hominis ad ſeipſũ, eſt maxima amicitia filij ad patrem, & patris ad filiũ, ab hac enim cæteræ oriuntur. Nam omnis amicitia propinquorum, vt dictum eſt, fundatur ſuper communicatione naturali, omnis autem communicatio naturalis fundatur ſuper originem, per quã n eſt pater, & filius. Fratres enim, qui ſunt inter cognatos propinquiſſimi dicuntur in eo, ꝙ ab eodem patre naſcuntur, & ſic deinceps, ſed origo eſt immediatè inter filium, & patrem, ergo iſti duo maximè pertinent ad communicationem naturalem, & amicitiã hanc, & iſta erit maxima amicitia, & ab hac deriuabitur omnis amicitia propinquorum, in hac autem amicitia parentum, & filiorum quodam modo præponuntur parẽtes filijs, quodam modo filij parentibus ſecundum duplicem modum amoris. Amatur enim vno modo, aliquid vt res diſtincta, ſicut amo hominem, aliquid autẽ amatur alio modo, ſed non, vt res diſtincta, & per ſe, ſed vt aliquid alterius, ſ. amo manum meam, vel pedem, aut aliquod membrum amore, quo meipſum amo. Loquendo autem de amore primo modo, i. alicuius rei, quæ in ſeipſa amatur. Eſt dicendũ, ꝙ magis amãtur parentes a filijs quam è contrario. Loquendo de ſecũdo amore, quo aliquid amatur in altero velut res alterius. Dicendũ ꝙ filij magis amantur a parentibus quam è contrario. Cuius ratio eſt, quia vnumquodq; tanto magis diligitur, quãto magis nobis propinquũ eſt, propinquius autem eſt aliquid alicui, quod habet ordinem eſſentialem ad illud, quã quod ad ipſum accidentaliter ordinatur. Cauſa autem eſt eſſentialis ipſi affectui ſicut genus ſpeciei, ſed affectus ad cauſam accidẽtaliter ſe habet, quia eſt poſt eius eſſe, & ſequitur illud ſicut ſpecies ad genus. Nam genus ad ſpeciẽ eſſentialiter ſe habet, ſ. quia eſt neceſſario de eſſentia eius, ſpecies aũt ad genus habet ſe per accidens, qa nõ eſt de eſſe eius, & hoc eſt verũ niſi effectus ſit aliquid cauſæ, qa ſic effectus cõparabitur ad cauſam per modum partis integralis, quæ eſt actu eſſentialiter in toto, ſed ſm ꝙ effectus eſt aliquid cauſæ non eſt condiſtinctus ad ea, ſed eſt vnum cũ ipſa. Sic de patre, & filio dicendũ eſt, conſiderando aũt patrem, & filiũ, vt ſunt quędã perſonæ inter ſe diſtinctæ, ſic pater magis amatur a filio cũ ſit quędam res patris, & nõ è contrario: ideo filius diligitur alia dilectione a patre quã diliga-

F tur pater a filio inquantum filius res quędã patris eſt, & vt membrum ipſius diligentis. Vnde dicit Ariſt. 8. Ethi. ꝙ illud, quod eſt ex aliquo genitum, eſt propinquius, ſicut mẽbrũ eius, puta pes. Et quia hoc modo diligitur pars a toto quaſi eadẽ dilectione, qua totum diligit ſeipſum, & dilectio, quæ eſt rei ad ſeipſam, eſt maxima: ideo totum diligit magis partẽ ſuam quã diligatur ab ea. Ita autẽ eſt de patre, & filio. Nam filius ſe habet ad patrem, vt ad rem diſtinctã, de qua eſt pater, aut ſe habet ad filium, vt ad partem ſuam, & ideo neceſſe eſt, ꝙ filius diligat patrẽ quaſi aliquid a ſe diſtinctũ, pater aũt diligat filium quaſi aliquid ſui ipſius, & ideo filius diliget patrem quaſi aliud a ſe, pater aũt diliget filium, quaſi partẽ ſuam, vel aliquid ſui: iſta aũt

G dilectio eſt quaſi eadẽ dilectio qua diligit pater ſeipſum, ſed nulla eſt maior dilectio quàm illa qua pater diligit ſeipſum, ergo dilectio qua pater diligit filiũ erit neceſſe maior quàm dilectio, qua filius diligit patrẽ. Et hoc eſt, quod Ariſt. tenet 8. Ethi. aſſignans ibi multas cauſas quare pater diligat magis filiũ quã filius patrem. Prima eſt, quia pater amat filiũ, vt quoddã mẽbrum ſuum, vel partem corporis, ſiue vt aliquid ſuipſius exiſtentem, pater aũt non eſt aliquid filij, & ideo nõ poteſt filius amare patrem, vt aliquid ſuiipſius, ſed vt a quo receſſit, cum eſſet prius idem cum eo, & ideo dilectio, ſm quam pater diligit filium, ſimilior eſt dilectioni qua quis ſeipſum diligit quàm è contrario. Secunda quia notitia eſt cauſa amoris, ſed parentes magis certi ſunt de filijs, ꝙ ad eos pertineant q viderunt

Quare pater diligat magis filium quã filiꝰ prẽm.

H eos naſci, & a principio educauerunt quã filij ſint certi de parẽtibus, quia hoc neſciunt niſi ex auditu. Tertia eſt, quia propinquior eſt patri filius quam pater filio. Nam filius ſe habet ad patrem, vt pars quędã eius, pater autem ſe habet ad filium ſub ratione principij, & a quo filius proceſſit, & receſſit cũ prius eſſet in eo, & tamẽ quanto eſt aliquid alteri propinquius, tanto magis ab eo diligitur. Quarta eſt, quia parentes diutius amauerunt. Nam ſtatim, vt filij nati ſunt, eos dilexerunt, immo antequã naſcerentur, dum eſſe in vtero illos ſciebant, & ſemper continuatus fuit amor, filius aũt non ſtatim dilexit parentes, ſed ętate procedẽte, ſ. cum cognouit, & fuit aptus amare, ſed quãto

I amor eſt diuturnior magis firmatur, & cęteris paribus eſt maior, iõ magis diligũt parẽtes filios ſuos quã è contrario. Quinta eſt, quia bonus patris fulget in filio, & non è ꝯuo, & ideo eſt iſta cauſa multum nãlis, quare magis afficiatur pater ad filium quàm è cõtrario. Nam pater eſt, vt cauſa, filius vt cauſatũ, & quidquid eſt filiorum materialiter eſt a parentibus, & eſt ipſorum parẽtum tam per generationem quàm per eductionem, filius aũt nil ſuum recognoſcit in patre, qa filius nihil præſtitit parentibus, ſed recepit, & ideo pater diligit bonum proprium in filio, quod in illo inuenit, filius aũt non inuenit in patre aliquod bonũ proprium quod diligat, & ſi eſt naturaliter, ꝙ diligit quilibet bonum proprium neceſſe eſt, ꝙ naturaliter

K afficiantur magis parentes ad filios, quã filij ad parẽtes. Sexta, quia naturaliter diligit magis benefactor beneficiatũ a ſe, quã beneficiatus benefactorẽ, vt infra declarabitur. Nã beneficians in bene paſſo inuenit bonũ, quod cõtulit, & illud amat, quia amare bonum proprium eſt ſeipſum amare, beneficiatus autẽ in huiuſmodi nihil inuenit in beneficiante, ideo minus amat, ſic aũt filius ad parentes ſe habet, vt ad benefactores, qa vltra naturale bonum, i. eſſe, quod pręſtiterunt in eſſendo adhuc præſtiterunt magna beneficia, ſ. in educando, & erudiendo ad intellectũ, & virtutem, filius aũt nihil parentibus pręſtitit: ideo magis diligunt parentes ſuos filios quã diligantur ab eis, i. habent aliquid vnde naturaliter ad hoc agendum inclinentur,

clinentur, ſed quia loquimur de amore amicitię, & charitatis, quo aliquid diligitur in ſeipſo, de cuius ratione eſt beneuolentia, quæ eſt principium, & radix amicitię, ideo dicendũ, ꝙ magis amatur amore amicitiæ pater a filio quàm filius a patre; & idẽ de amore charitatis, licet quodã alio amore, qui non eſt propriæ amicitiæ, quia non eſt ad rem diſtinctam, ſed vel vt ad ſeipſam; vel ad aliquid ſui magis amantur filij a parentibus quàm parentes a filijs. Aliqui autem dicunt, ꝙ parentes amant filios affectu naturali magis quàm amentur ab eis, & tamen affectu charitatis filij amant magis parentes quàm è contrario.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat. Primo, quia tunc charitas, cũ ſit ordinatiſſima, & affectus naturalis eſſet hic contra affectum charitatis, eſſet affectus naturalis inordinatus, quia inclinaret ad magis diligendum id, quod eſt minus diligendum, & tamen affectus naturalis non eſt inordinatus, quia tunc malus eſſet, & tamen naturalia a Deo ſunt inſtituta, & non ſunt a nobis facta, ipſe autem omnia fecit bona: ideo inconueniens eſt aſſeri inordinatum eſſe affectũ naturalem, ſicut dicere charitatem eſſe inordinatam, vtrumque enim prodijt a ſolo Deo. Et ideo dicendum, ꝙ ſicut amore charitatis magis diligitur pater a filio quàm è contrario: ita etiam amore naturali diligent filij magis parentes quàm diligantur ab eis. Secũdo quia inuenimus, ꝙ in quibuſdã magis inclinatur homo naturaliter ad amorem patris quàm parentes ad amorem filiorum, ſicut homo habens patrem, & filiũ facilius a ſe expellit filium quàm patrem. Nam filium propter facilem cauſam abijciet, patrem verò nõ niſi propter ſuperabundantẽ malitiam, vt dicitur 8. Ethi. cap. vlti. Tertio quia inclinatio naturalis perfectior eſt in homine quàm in cæteris animalibus cum homo ſit perfectior natura, & ſpecie, & ideo quidquid inuenimus de perfecta inclinatione naturali in cęteris animalibus dicemus eſſe in homine, ſiue ſecundũ ſtimulos quoſdam naturę, ſiue ſecundum rationem quę eſt homini natura, & tamen inuenimus quędam animalia naturaliter inclinari magis ad parentes quã ad filios ſicut refert Baſilius in Examerõ lib. 4. de Ciconijs, quæ parentes ſuos ætate cõfectos fouent plumis, alimenta miniſtrant, & etiam in volatu ſupportant, ergo à fortiori homines inclinabũtur magis ſecundum naturalem affectum ad parentes quam ad filios. Et ideo non eſt diſtinguendum de affectu naturali, & affectu charitatis.

Sed dicendũ, quòd tam ex charitate, quàm ex naturali affectu magis diligunt parentes filij quã è contrario. Sed quia de amore charitatis, & amicitiæ, qui ad virtutem nunc pertinet licet ſuper bono, & ordine naturali fundetur, loquimur; eſt dicendum, quòd magis, & minus, ſiue gradus in dilectione habet conſiderari ex duobus. Vno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte diligentis. Accipiendo primo modo, id, quod habet rationem maioris boni eſt magis diligendum; cum bonum ſit ratio dilectionis. Etiam qa quanto aliquid eſt melius tanto eſt Deo ſimilius, qui propter ſe, & ſummè ex amore charitatis diligendus eſt. Et hoc modo parentes debent magis diligi a filijs quàm è contrario, eo ꝙ parentes cõſiderantur in ratione principij, & eminentioris boni, quod Deo ſimilatur, filij autem conſiderantur, vt aliquid principiatum, quod non habet rationem magni boni, ideo in ratione obiecti parum amantur filij a parentibus, parentes autem multum amantur a filijs. Secundo modo conſideratur gradus dilectionis ex parte diligentis, & ita quanto aliquid magis eſt coniunctum magis diligitur, quia accedit magis ad dilectionẽ rei ad ſeipſam, & quia filij ſunt magis coniuncti parentibus

[Margin note:] ...adus in ...ctione ...iciter ...ſidera...

A quàm parentes filijs, diliguntur iſto modo magis, & intenſius filij a parentibus quàm parentes a filijs propter cauſas ſuppoſitas.

Ad primum dicendum, quòd parentes, & filij diuerſimodè cõparantur, ita vt aliquo modo magis diligantur filij, & aliquo modo magis parentes, amor enim, qui eſt filij ad patrem, eſt vt principiati ad principium. Et quia ſe habet, vt ad maius debet filius patri ſecundum iſtum amorem reuerentiam, & honorem, pater autem ſe habet ad filium, vt cauſa ad effectum, & cauſa habet influere in effectum, & ideo ſm amorem, qui eſt parentum ad filios, tenetur prouidere, & curare, & ſic filij magis debent honorem, & reuerentiam parentibus inquantum magis amant eos
B quàm ab illis amentur, parentes autem magis debẽt filijs curam, & prouiſionem quã è contrario inquantum ipſi magis amant filios quàm amẽtur ab eis. Inquantum enim pater eſt cauſa filij, pertinet ad eum influere in filium, & non è contrario. Ideo amor naturalis patris ad filium attenditur ſm inclinationem naturalem affectus ad benefaciendum ei, ſed amor filij ad patrem attenditur ſm inclinationem naturalẽ ad ſubijciendum ſe ei, & hæc inclinatio nõ eſt minor quàm prima, quæ erat patris ad filium ad benefaciẽdum ei. Immo eſt maior, quod patet, quia maiorem malitiã oportet aduenire ad hoc, ꝙ homo diſtrahatur ab iſta inclinatione quàm a prima, i. ꝙ ex faciliori cauſa ceſſabit pater benefacere filio quàm filius ceſ-
C ſet honorare patrem, & obedire ei, ſunt tamen iſtæ inclinationes diuerſę, eſt tamen verum, ꝙ licet pater ſit naturaliter maior filio, & vt cauſa influens accidit ipſum eſſe minorem filio, & ꝙ eius auxilio indigeat, hoc tamen non conuenit patri inquantum pater eſt, quia inquãtum pater eſt ſemper eſt ſuperior, & cauſa, & ideo quia natura inclinat ſemper ad illud, quod eſt per ſe non autem ad illud, quod accidit in caſu: ideo nõ ineſt filio tanta inclinatio naturalis ad benefaciendum patri, ſicut patri ad benefaciendum filio, licet ſit maior inclinatio naturalis filio ad amandum patrem in eo, quod ad eum conuenit quàm patri ad filium, inclinatio autem filij ad benefaciendum patri nõ eſt tam ex natura quàm ex ratione. Facit enim ra-
D tio iſtam inclinationem, quæ ſupplet id, ad quod natura non ſufficit, in alijs autem animalibus in quibus pietatis paternæ allegantur exempla, apparet magis inclinatio ad benefaciendum parẽtibus quàm in hominibus. Et ratio eſt propter duo. Primo quia in hominibus non eſt commune, ꝙ patres indigeant opere filiorum in ſenectute. In illis autem animalibus, de quibus dictum eſt, eſt quaſi cõmune, & iõ natura dedit maiorem inclinationem ad id, quod vt communiter accidit ꝙ ad id, quod rarò. Secundo, qa in hominibus ratio eſt natura cum ſit naturale homini rationem habere, & ſm rationem viuere, & ideo non eſt opus, ꝙ inſit magis ſtimulus naturę ad aliquid agen
E dum, beſtijs autem non ineſt ratio, & ideo ſi quid naturaliter habere debent oportet, ꝙ habeãt ex inclinatione, & ideo natura ad hoc determinatam inclinationem indidit, hominibus verò non, quia ratio in eis ſuppleret id ad, quod naturę impetus non ſufficeret.

[Margin note:] Vnde eſt, ꝙ quædam animalia magis iclinantur ad benefaciẽdum parentibus quã homines.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ in amore filiorum, & parentum non repugnat charitas amori naturali neque è contrario, ſed id, quod magis diligitur amore naturali &c. magis diligitur ex charitate, & ideo verũ eſt, ꝙ pater magis diligit filium ex charitate, & amore naturali quàm patrem. Et etiam eſt verũ, ꝙ filius magis diligit patrem ex charitate, & naturali affectu, quã filios, & tñ diuerſimodè ſe habet amor, aut conſideratur amor proprie quaſi ad alterum, aut quaſi ad aliquid ſui. Si primo modo qualiter eſt proprie amicitia,

citia, ſm quàm amatur res in ſeipſa, & vt diſtincta ab amante, eſt dicendum, ꝙ magis amat filius patrē quā pater filium. Si ſecundo modo, non eſt proprie amicitia, quia non eſt ad rem diſtinctam, eſt tamen amor quidam, & in hoc magis amat pater filium quàm filius patrem. Et hoc non eſt intelligendum, ꝙ etiā iſto genere amoris amet filius patrem. Nam filius nō poteſt amare patrem, vt aliquid ſui, cum nō ſit, ſed ſolus pater amat filium. Sed eſt ſenſus, ꝙ cōparetur amor, quo pater amat filium, vt aliquid ſui ad amorem quo filius amat patrem, vt aliquid a ſe diſtinctum, valde maior eſt amor patris ad filium quàm filij ad patrem, & ille amor eſt tam ſm naturam quàm ſm charitatē. & ideo ſimpliciter poteſt dici, ꝙ parētes amant magis filios quàm amentur ab eis, & ita aſſeruit Ariſt. 8. Ethi. ſi tamen parentes amant filios, vt amicos, & vt aliquid a ſe diſtinctum, valde maior amor eſt filij ad patrem quā patris ad filium, & quia chatitas eſt amicitia quędam, & conſiderat rationem boni maioris, & debiti, dicimus ſimpliciter, quòd filius magis debet amare patrem tam ex naturali affectu quàm ex charitate quàm è contrario.

Ad tertium concedendum, ꝙ filij magis diligātur a patribus etiam ex charitate, quia non ſolum, vt amicos, & a ſe diſtinctos diligunt ex charitate, ſed etiam, vt aliquid ſui. Et tamen hoc modo ſimpliciter magis amant patres filios quā filij parentes. Deus aūt licet non diligat nos, vt partes eſſentiæ ſuę ſicut pater filiū in humanis, qa Deus non genuit nos vniuoce, ſed æquiuoce produxit, diligit tamē, vt aliquid ſui, quia totum bonum noſtrum illius eſt, quia ab eo ſumus, & ideo hoc modo ipſe quaſi naturaliter magis nos diligit quàm nos eum ſicut beneficians beneficiatum, & ita pater diligit filiū, vt beneficiatum magis quàm ab eo diligatur. Dicit enim Aug. 1. lib. de Doctri. Chriſtia. Deus diligit nos ad noſtrā vtilitatē, & ſuū honorem, & ideo quia pater comparatur ad nos in habitudine principij ſicut, & Deus, pertinet ꝓprie ad patrē, vt ei a filijs honor impendatur, ad filium aūt pertinet, vt eius vtilitati a parentibus prouideatur, licet in articulo neceſſitatis obligatus ſit filius parentibus prouidere, & nō qualitercunq; ſed magis q̃ ſibiipſi in cibo, & potu, & alijs neceſſarijs ad vitam, vt dr̄ 9. Ethi.

Ad quartum dicendū, ꝙ non ſunt fratres propinquiores inter ſe quā pater filijs, & ideo magis diligimus filios quā patres. Et cū dicimus, ꝙ ſunt in eodem gradu, dicendum, ꝙ hoc arguit potius cōtrarium, qa gradus perſonarum in cōſanguinitate dicit quandā diſtantiam, nō inter eos, inter quos eſt gradus, eſt diſtantia, vbi vero nullus gradus eſt, non eſt diſtantia talis. Sic aūt eſt nunc, fratres enim ſunt geniti ab eodē, & poſſunt dupliciter comparari. Si enim comparentur ad patrem, ſunt filij, ſi comparentur inter ſe, ſunt fratres, & vt comparantur ad patrem, minus diſtant, quā ſi comparentur inter ſe. Nā ſi inter ſe aliquā propinquitatem habent, hoc ideo eſt, quia ab eodē patre ſunt, ſed propter vnumquodq; tale, & illud magis: nō neceſſe eſt, ꝙ maior cognatio ſit filiorum ad patrē, vt filij ſunt, q̃ inter ſeipſos, vt fratres ſunt, & propter hoc ſequitur, ꝙ inter patrem, & filios, & è contrario non eſt gradus aliquis ſm principium omnium graduum, ſed origo inter fratres inter ſe, iam eſt gradus, quia eſt primus gradus, & cum dr̄, fratres ſunt in primo gradu, filius aūt ad patrem non eſt in primo gradu, ergo magis diſtat. Dicendum, ꝙ verū eſt, ſi eſſent in aliquo alio gradu vlteriori, vt in ſecūdo, vel tertio, ſed ſunt ante oēm gradum, ergo minus diſtant quā fratres, qui ſunt in primo gradu. Item quia fratres cū ſint in gradu primo, & eandem habent æqualitatem pater, & filij non habent æqualitatem, ſed identitatē,

F & tantum maior eſt identitas quàm æqualitas: ideo maior eſt propinquitas patris ad filios, & è contrario quā fratrū inter ſe, & conſequenter maior amicitia.

An pater ſit magis diligendus quàm mater, vel è contrario. Quæſt. CCCXII.

QVAERETVR quis ſit magis diligēdus mater, an pater. Aliqui dicunt, ꝙ mater eſt magis diligenda. Dicit enim Ariſt. in lib. de Animalibus, ꝙ fœmina in generatione dat corpus, ſed homo non habet niſi corpus, & animam, animā autē non habet a patre, ſed a Deo per creationē, ergo nihil habet, ꝙ maneat a patre, & conſequenter mater eſt magis diligenda, quia ab illa magis recipit filius q̃ G a patre. Secundo, quia magis amantē tenemur amare, ſed mater magis amat filium quàm pater, ergo filius magis tenetur amare matrem quàm patrē. Primo patet, quia in amicitia debet eſſe redamatio, & rurſus debet eſſe æqualitas, & ſimilitudo 8. Ethi. ergo qui plus amauerit debet plus amari. Secūdum patet, quia Ariſt. 9. Ethico. dicit, ꝙ matres ſunt magis amatrices filiorum quàm patres. Tertio, quia illi debetūr maior affectus dilectionis, qui pro nobis magis laborauit, iuxta illud ad Rom. 16. cap. Salutate Mariā, quę multum laborauit in nobis. Sed mater magis laborauit in generatione, & educatione quàm pater, vnde dicitur Eccleſiaſtici 3. cap. gemitus matris tuæ ne H obliuiſcaris, ergo mater magis eſt diligenda quā pater. Quarto, quia ſimilitudo eſt cauſa amicitię, ſed filiæ magis ſimilantur matribus quàm patribus, quia ſunt eiuſdem ſexus. Ergo ſaltē filiæ debent plus amare matres quàm patres, & ſorores quàm fratres.

Dicendum, ꝙ aut comparantur pater, & mater ad filios, vt pater, & mater, vel vt quædam perſonæ. Si primo modo pater eſt magis diligendus, quàm mater. Si ſecūdo modo interdum poteſt pater magis diligi interdum mater. De primo patet, quia dicit Hieron. ſuper Ezechielem. poſt Deum omnium patrem diligendus eſt pater, deinde mater. Item quia tam pater quàm mater amantur ſub quadam ratione vna, ſcilicet vt principia originis noſtræ, & ideo ambo vocantur I parentes, & tamen quantum ad hoc habet excellentiorem rationem principij pater quàm mater, quia pater ſe habet per modum principij ſe agentis, mater aūt per modū principij patientis, ſed agens ſemper eſt excellentius. Item quia amor, qui debetur parentibus, eſt honoris, & reuerentiæ, ſed iſta dantur ei, qui dignior reputatur, dato autem, ꝙ pater, & mater ſub eadem ratione, & æqualiter eſſent, vt principium originis filij, quia tamen pater eſt ſemper vir, mater autem fœmina, & ſexus maſculinus eſt honorabilior, quia vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus eſt caput viri. 1. Corin. 11. cap. debetur maior honor, & reuerentia patri a filijs quàm matri.

K Si autem conſiderentur pater, & mater, vt quædam particulares perſonę, poteſt variari, vt interdum plus vni, & interdum plus alteri debeatur de amore, & tanta poteſt iſta differentia eſſe, quòd aliquando vni eorum nihil de honore, aut reuerentia habeatur. Vt ſi ſit ſuperabundans malitia, quia tunc abijcere poſſumus eos 4. Ethico. capitu. vltimo. Et interdum aliquis eorum non ſolum, vt parens amat, ſed in amore, & beneficijs ſuperabundat, & tunc magis quàm parens redamari debet, ſed tunc non conſiderantur, vt parentes, ſed vt amici.

Ad primum dicendum, quòd quantum ad principium originis ſuperabundat pater. Nam fœmina miniſtrat principium materialem in forma, pater autem virtutem formatiuam, vterque enim mini-

ſtrat

ſtrat aliquid, quod deciditur, & tamen quod fœmi- A
na miniſtrat eſt pure materiale. Et cum dicitur, quòd corpus miniſtrat, non eſt ſenſus, quòd ipſam totam ſubſtantiam corporis miniſtrat, quia corpus materiã, & formam dicit, ſed eſt ſenſus, quòd id, quod fœmina miniſtrat, habet ſe ad id, quod miniſtrat vir ſicut corpus ad animam, ideſt, ad formam. Nam nulla virtus eſt in eo, quod fœmina dat. In eo verò, quod maſculus miniſtrat, eſt virtus formatiua corporis, & ideo vocatur ſpirituale, quia actiuum eſt. Anima autẽ non eſt a viro neque a fœmina, ſed a Deo, & tamen quod vir miniſtrat diſponit materiam ad hoc, quòd efficiatur propria materia animę, & ſic quędam neceſſitas ad formam illam in materia. Hoc autẽ eſt pluſquam miniſtrare nudam materiam: ideo pater eſt principa- B
lior in origine quàm mater.

Ad ſecundum dicendum, quòd verum eſt, quòd matres magis amant filios quàm patres. Primo quia maiorem apponunt laborem, & curam, erga filios, quàm patres, & hoc modo cognoſcunt plus de bono ſuo in filijs quàm patres, & ſicut benefactor amat bene paſſum, quia in eo bonum ſuum agnoſcit. Ita quanto fuerit aliquis magis benefactor tanto magis amabit. Secundo, quia quãto aliquis magis agnoſcit, qui ſunt filij ſui quàm pater, tanto magis poteſt amare, ſed mater magis agnoſcit, qui ſunt filij ſui quàm pater. Nam mater non poteſt ignorare filium ſuum, pater autem neſcit per ęternitatẽ, ſed ex coniuncturis, & quia ſuſpicio, vel dubium circa hoc tollit mul- C
tum de amore quantum fuerit quis magis certus magis amabit, ſed neceſſe eſt matrem magis certã eſſe: ideo magis amat quàm pater. Tertio, quia maiori tẽpore amant. Nã paruuli apud matres aluntur in parua ętate, & non apud patrem, & conuerſatio auget, & roborat amorẽ, ergo mater ex hoc magis diliget, & conſequenter magis debet a filijs diligi. Sed dicendum, quòd hoc non pertinet ad rationem patris, & matris, ſed vt amici ſunt, & benefactores, & in hoc alię perſonę poſſunt eis adæquari, & excedere eos, non autẽ in ratione principij, vt ſunt pater, & mater.

Ad tertium dicendum, quòd aliquem affectum oſtendere debent filij ad matrem inquantum pro eis tantos labores ſuſtinuit, quos pater non ſuſtinuit, ſed hoc non pertinet ad matrem inquãtum eſt principiũ D
originis, quia laborare in conceptu partus, & educatione non eſt aliquid conferre ad eſſe, ſed pertinet ad genus beneficij. Et non eſt inconueniens, ꝙ licet patrem magis diligat filius, vel vt excellentius principium originis: matrem tamen aliquo genere amoris magis amet, ſ. inquantum magis laborauit pro filio.

Ad quartum dicendum, ꝙ filia in aliquo aſſimilatur magis patri, & in aliquo matri, habet enim filia aliquid perfectionis, ſcilicet, quòd eſt homo, & habet aliquid imperfectionis, ſcilicet, quòd eſt fœmina. Nam fœmina eſt vir occaſionatus, & eſt per defectum naturę. Quantum ad primum filia magis ſimilatur patri: nam non eſſet homo niſi de materia miniſtrata a matre fuiſſet formatum corpus, quod E
eſſet capax animæ, per quàm eſſet homo, ſed formatio non fuit ex parte matris, ſed ex virtute ſeminis paterni, ergo filia habet a patre, quòd homo ſit, & ideo licet in hoc tam matri, quàm patri ſimiletur ſecundum ſpeciem, & formaliter, tamen vt cauſę magis ſimilatur patri, quàm matri, quia pater magis ad hoc miniſtrat, & facit. Eſſe autem fœminam eſt defectus, & ad hoc non præſtat pater, ſed mater tam cauſaliter, quàm per imitationem, ſed defectus non eſt principium amoris, immo bonum, & completum. Et quia de bono, & complemento plus præſtat pater filiæ quàm mater magis diligit naturaliter filia patrem quàm matrem. Et etiam magis diligit filia fratres, quàm ſorores, quia participant magis ſecum in eo, quod perfectum eſt, quòd autem filia diligat interdum plus matrem, quàm patrem, & ſorores quàm fratres accidit, ſiue ex maiori conuerſatione, quia fœmina magis conuerſatur ad fœminam quàm ad virum, ſiue ex collatis beneficijs, vel alijs cauſis per accidens, & ita etiam ex eadẽ cauſa diligit homo naturaliter plus conſanguineos ex parte patris quàm ex parte matris, licet per accidens multum de his varietur.

An homo plus debeat diligere vxorem quàm patrem, & matrem. Quæſt. CCCXIII.

QVAERETVR an homo debeat plus diligere vxorem quàm patrem, & matrem. Aliqui dicunt, ꝙ magis ſit diligẽda vxor quàm pater, & mater, quia nullus dimittit rem aliquã niſi pro alia re magis dilecta, ſed propter vxorem dimittit homo patrem, & matrem Geneſ. 2. cap. ergo magis diligit vxorem, quàm patrem, & matrem. Secundo, quia Apoſtolus dicit, quòd viri debent diligere vxores ſicut ſeipſos ad Ephe. 5. cap. ſed magis debet quiſque diligere ſeipſum quàm parẽtes, ergo etiam vxorem quàm parentes magis diliget. Tertio quia vbi ſunt plures rationes dilectionis ibi debet eſſe maior dilectio, ſed in amicitia, quæ eſt ad vxorem ſunt plures rationes dilectionis, quàm in amicitia ad parentes. Dicit enim Ariſt. 8. Ethi. quòd in hac amicitia, quæ eſt ad vxorem eſt vtile, delectabile, & honeſtum, ſi coniuges ſunt virtuoſi, & non ſunt plures modi, neque rationes amicitię. Ad parentes autem non ſunt omnes iſtę rationes amicitiæ: ideo magis diligenda eſt vxor quàm parentes.

Aliqui dicunt, quòd magis ſint diligendi parentes, quia ad Ephe. 5. cap. dicitur, quòd viri debent diligere vxores ſuas, ſicut & corpora ſua, & tamen minus debet diligere homo corpus ſuum quàm proximos, vt dictum eſt ſupra, ſed inter proximos parentes diliguntur maximè, ergo magis diligendi ſunt parentes quàm vxor. In q. 306.

Dicendum, quòd gradus in dilectione conſideratur dupliciter, vel in rationem obiecti, vel ſecundum coniunctionem diligentis ad dilectionem. Obiectum enim dilectionis eſt bonum, & tunc accipitur gradus dilectionis, ſcilicet, vt aliquid ſit magis, & minus diligibile inquantum magis, aut minus eſt bonum, & hoc modo magis diligendi ſunt parẽtes quàm vxor, vel vir ab vxore, quia parentes ſe habent ad filios in ratione maioris boni, ſcilicet, quia eſſe præſtiterunt, & educationem atq; doctrinam. Vxor autem viro, aut vir vxori nihil tale pręſtitit: ideo valde magis diligendi ſunt parentes quàm vxor. Secundum autem eſt ratio coniunctionis. Et hoc facit ad gradum dilectionis, ſcilicet, quòd magis diligitur, quod magis coniunctum eſt, & quia vir, & vxor ſunt effecti vna caro, ſicut dixit Chriſtus ſupra 19. cap. quod iam non ſunt duo, ſed vna caro, non poteſt eſſe maior coniunctio: ideo ex hoc inclinatur vir ad diligendum ardentius vxorem quàm patrem, & matrem, licet non in ratione tanti boni, & ideo maiorem reuerentiam, & honorem debet quiſque parentibus quàm vxor viro, aut vir vxori, & talis habitudo erat quodam modo inter parentes, & filios, quia quantum ad rationem obiecti magis debet quiſque amare parentes quàm filios, quia ſunt, vt maius bonum, quantum verò ad rationem coniunctionis magis amat quiſque filios quàm parẽtes, vt dictum eſt ſupra. In q. 311.

Ad primum

Ad primum dicendum, quòd ratio teneret si simpliciter dimittendi essent parentes propter vxorem, quia tunc magis amaretur vxor, sed non dimittuntur parentes quantum ad omnia, sed solum quantum ad actus cohabitationis, & copulæ carnalis. Nam quandiu homo non habet vxorem manet in familia, & cohabitatione ad parentes. Cum verò vxorem accipit incipit esse paterfamilias, & nouus rector œconomiæ, & ideo non cohabitat iam parentibus, sed vxori seorsim faciens distinctam œconomiam, & huic œconomiæ & familiæ iam prouidet, & non ei cuius pars erat primo, s. paternæ. Sic enim dixit Iacob ad Laban socerum suum, cum quo multo tempore ante habitauerat, & cum accepit vxorem, ait illi: iustum est igitur, vt aliquando prouideam domui meæ, & ideo cessat cohabitare filius parentibus, & cohabitat vxori constituendo nouam œconomiam. Et hoc innuitur Genes. 2. s. propter hanc, i. vt cohabitet huic, dimittet patrem, & matrem, & adhærebit vxori suę, s. tam conuersando quàm per copulam maritalem. Et sequitur. Et erunt duo in carne vna, s. per maritalē copulam, in eis, quæ debentur tamen parentibus nō dimittunt neque dimittere possunt eos filij propter vxores, quia nihil ominus tenentur eis ad reuerentiā, & amorem plusquam vxoribus, etiam in prouidendo circa necessaria vitę si parentes indigeant, tenentur eis filij non solum plusquam vxoribus, sed ēt plusquā sibiipsis, vt dicitur 9. Ethi. ca. 2. & ita ista dimissio non arguit minus amari parentes quàm coniuges.

Ad secundum dicendum, quod cum Apostolus dixit ad Ephe. 5. cap. vnusquisque vxorem suam diligat sicut seipsum, non intellexit, ꝙ æqualiter deberet diligere vxorem, & seipsum, quia neminem debet quisquam sibi æqualiter diligere, maxime quia eo. c. dicit Apostolus, ꝙ viri diligant vxores suas sicut corpora sua, & tamen non eadem est, neque æqualis dilectio, qua quis seipsum diligit, & qua diligit corpus suum: ideo non potest accipi proprie diligere seipsum, sed debet accipi sicut dicitur supra in litera de proximo, quòd diligat homo proximum sicut seipsum, non tamen æqualiter ad seipsum, ita & vxor debet diligi a viro, quia vxor est proximus, & ideo vir eam diliget, sicut seipsum, & tamen non solum debet intelligi iste modus generalis in hoc verbo, cum vxor non diligatur solum, vt proximus, sed etiam quodam modo speciali, & est sensus, quòd diligat vir vxorem sicut seipsum, idest, dilectio vxoris accipiat causam ex dilectione, qua seipsum vir diligit, scilicet, quia diligit eam, vt carnem suam, cum iam sit effecta vna caro cum eo. Et hoc patet, quia eodem capitu. prius dixerat, quòd viri diligerent vxores, vt corpora sua, postea subiunxit, quòd diligerent eas sicut seipsos, idest, valde sicut eis coniunctas, & quasi idem esse tas, sicut corpus proprium est idem cuilibet. Et ideo quando dicitur de proximo, quod diligat eum homo sicut seipsum, intelligitur similiter, licet non æqualiter. Cum autem dicitur de vxore est sensus, quod diligat eam sicut seipsum, idest, proxime, vel propinque ad seipsum.

Ad tertium dicendum, quod in amicitia filiorum ad parentes inuenitur omnis ratio amicitiæ, scilicet, vtile, delectabile, honestum, licet non idem vtile, & delectabile, & honestum, quod inter coniuges: & propter istos modos generales inueniuntur plures rationes in particulari quare filij magis ament parentes, quam coniuges, & omnes rationes acceptæ ex parte parentum præponderant rationibus assumptis ex parte vxorum quantum ad rationem boni, quod est obiectum, sed non præponderant quantum ad rationem coniunctionis, & ideo ar-

F dentius diligitur vxor, licet magis diligantur parentes.

Ad argumentum pro contraria parte dicendum, quòd neque est etiam diligenda sic vxor, sicut caro nostra, quasi non diligatur plus quàm caro, vel corpus, quia vt ostensum est supra, plus diligere debemus proximum quàm corpus nostrum, & tamen vxor est proximus, ergo vir debet diligere plus vxorem suam quàm corpus suum. Neque etiam intelligitur, quòd debeat vir diligere carnem vxoris suæ æqualiter ad carnem suam, quia tunc diligeret vxorem ęqualiter ad se, quod falsum est: ideo non debet intelligi per ly carnem suam æqualitas, sed ratio diligendi, idest, vir specialius diligit vxorem quàm alios proximos, & hoc, quia efficitur eadem caro cum illo per copulam carnalem, quod ad illos proximos non fit. In q. 306.

G

An magis diligere debeamus benefactores nostros, vel beneficiatos a nobis. *Quæst.* CCCXIIII.

QVAERETVR an magis diligere debeamus beneficiatos a nobis. benefactores nostros an beneficiatos a nobis.

Aliqui dicunt, quòd magis debeamus diligere benefactores, quia dicit August. libro de cathechizandis rudibus. Nulla est maior prouocatio ad amandum, quàm præuenire amando, nimis enim durus est, qui dilectionem, & si non vult impendere, nolit rependere, sed benefactores præueniunt nos prius nos in beneficio charitatis diligendo, nos ergo magis debemus diligere benefactores quā bene passos.

H

Secundo quia tanto aliquis est magis diligendus, quanto grauius peccat homo si ab eius dilectione desistat, vel contra eam agat, sed grauius peccat, qui benefactorem non diligit, vel contra eum agit quàm si diligere desinat bene passos a se, ergo magis tenetur quilibet amare benefactores quàm beneficiatos.

Tertio quia inter omnia diligenda est Deus maxime diligendus, & post eum pater, vt dicit Hierony. sed Deus, & pater sunt maximè benefactores 8. Ethi. quibus propter magnitudinem beneficij non possumus æqualia rependere, ergo benefactor est magis diligendus quàm bene passus.

I

Alij dicunt, quòd magis diligendi sunt bene passi, quia dicit Arist. 9. Ethi. quòd benefactores videntur magis amare beneficiatos.

Dicendum, quod, sicut dictum fuit supra de amore filiorum, & parentum, aliquid diligatur magis altero dupliciter, vno modo in ratione obiecti, scilicet, quia habet rationem excellentioris boni: alio modo ratione maioris coniunctionis.

Primo modo benefactorem magis diligere debemus quàm beneficiatum, quia benefactor habet rationem excellentis boni inquantum est principium, & bonum contulit, bene passus autem non habet rationem alicuius boni excellentis, quia nil contulit. Etiam non est, vt principium aliquod, & ita vt sic parum est diligendus.

K

Secundo modo magis diligimus beneficiatos a nobis, quia sunt aliquid magis coniunctum nobis quàm benefactores. Et hoc probat Arist. 9. Ethi. per quatuor rationes.

Prima est, quia beneficiatus est quasi quoddam opus benefactoris, vnde consueuit dici de aliquo ille est factura illius. Est autem naturale, cuique quod diligat opus suum. Sicut videmus, quòd poetę diligunt poemata sicut filios, & hoc: ideo est, quia vnumquodque diligit seipsum maxime, & esse suum. esse autem

autem manifestatur in agere, & ideo diligimus acta per nos, quia manifestant perfectionem nostri esse.

Secunda est, quia vnusquisque naturaliter diligit id in quo inspicit suum bonum. Habet autem benefactor bonum suum in bene passo, & bene passus bonum suum in benefactore, sed non eodem modo. Nam benefactor respicit bonum suum in bene passo, vt honestum, bene passus autem respicit bonum suum in benefactore, vt vtile. Nam bonum benefactoris in bene passo est, velut in recipiente, beneficiatus autem habet bonum in benefactore, vt in causa sui boni: bonum tamen quod benefactor habet in bene passo est honestum, quia dando operatus est virtuosè. Bonum vero, quod bene passus habet in benefactore, vel ex illo est vtile. Nam est virtuosus ex eo, quòd recipit vtilitatem, habet bonum tamen honestum delectabilius consideratur quam vtile.

Primo, quia est diuturnius, quia vtilitas cito transit, & consumitur, quod vtile est, honestum autem nunquam transit, neque alteratur, sed semper est honesta operatio, quæ fuit honesta, dum fieret. Etiam manet delectatio operis honesti in memoria. Nam in recordatione operis honesti delectatur operans.

Secundo, quia vtile, quando præsens est delectat, quia tunc habet bonum suum, cum vero preterierit, non est vtile, desinit esse bonum, & non manet, nisi memoria obligationis, quam incurrimus ex receptione boni vtilis. Hoc autem non est delectabile, sed potius instũ: recordari autem, quòd bonum quis egerit, & per hoc aliquem sibi obligauerit delectabile est, & quia quis amat secũdum quòd bonum cognoscit, & benefactor cognoscit semper bonum suum in bene passo, quod delectabile considerat, diligit illũ tanquam id, in cuius memoria est sibi quædam delectatio. Bene passus autem quãdo recordatur beneficiorum receptorum, non inuenit bonum suum, sed obligationem, quam non cogitat delectabiliter, ideo non diligit valde benefactorem, cuius beneficia iam fuerunt, nisi fortè maneat in spe bonorum futurorum, & ita non cupiunt bene passi vitam benefactorum, sicut benefactores vitam bene passorum.

Tertia causa quantum ad principale est, quia ad amantem pertinet agere: vult enim & operatur bonum amato. Ad amatum verò pertinet pati, & ideo excellentius est amare, & tamen ad benefactorem pertinet amare, vt ad agentem, ad bene passum vero, quòd pertinet amare, vt ad patientem, ideo minus cõpetit bene passo quam benefactori amare.

Quarta causa est, quia difficilius valde est beneficia impendere quam recipere, ea vero, in quibus parum laboramus minus amamus, quia ea, quæ de facili proueniunt contemnimus quodam modo, illa autem, in quibus multum laboramus magis diligimus, & ideo benefactor, cui difficile fuit beneficia impendere valde diligit opus suũ, & id in quo id permanet, scilicet bene passum, bene passus vero qui parum laborat immo nil recipiendo à benefactore, minus diligit beneficium receptum, & eum, à quo recepit. Et ideo dicendum, quòd amor benefactoris, & bene passi consideratur, vt excedens, & excessus: quantum enim est ad rationem debiti, plus debet bene passus amare benefactorem quam è contrario: sed quantũ ad inclinationem naturalem magis amat benefactor bene passum quàm è contrario. Primum patet, quia benefactor ad nihil tenetur bene passo, cum nihil receperit ab eo, bene passus autem tenetur inquantum receperit, & pro bona voluntate benefactoris, quę processit sine meritis bene passi. Et patet hoc ex sententia Christi Luc. c. 7. de duobus debitoribus fœneratoris vnius, quorum alteri debenti quingenta, & alteri quinquaginta remisit in to um, & quæsiuit à Simone, quis horum magis diligit fœneratorem. Et ille ait: Aestimo, ꝙ is cui plus donatũ est: Et Christus ait: Recte iudicasti. Si ergo propter magis recipere est maior obligatio, ergo propter recipere est obligatio, & qui nil recipit, ex hac parte nihil debet, sed bene passus recipit bonum, benefactor autem nihil, ergo magis obligatur diligere benefactor, quam bene passus.

A

Secundum patet, quia benefactor inclinatur naturaliter ad diligendum bene passum tanquam id, in quo bonum suum inuenit, & cuius recordatio est sibi delectabilis, & quo pereunte bonum suum quodammodo perit, bene passus autem non inclinatur sic naturaliter ad diligendum benefactorẽ, quia non inuenit in eo bonum suum, neque pereunte eo perit bonum illius, cum non sit sibi delectabilis recordatio beneficij præteriti, & vtilitas, quam beneficium illud faciebat, iam desijt esse.

B

Et ideo est dicendum, quòd bene passus obligatur magis diligere benefactorem quam è contrario, & tamen benefactor magis diligit bene passum quam diligatur ab eo. Neque sequitur tamen ex hoc peccatum bene passi, quòd minus amet quam debeat, neque excessus benefactoris, quasi magis amet quam oporteat: poterit enim esse, quòd bene passus tantum amet, quantum tenetur ex ratione suscepti beneficij, & ideo non peccat quasi minus agens quam teneatur: sed tamen magis amat benefactor quam ipse, quia magis inclinatur ad amandum quam bene passus. Rursus benefactor non excedit rationem, quia non amat plusquam inclinetur naturaliter ad amandum, & illa inclinatio est honesta, & actus eius, & ita vterque excedit alterum, sed comparando secũdum diuersa, scilicet benefactor diligit plus benefactorem quam diligatur ab eo, idest inclinatur naturaliter ad plus eum diligendum: non est enim possibile, quòd æqualiter inclinetur naturaliter bene passus ad amandum benefactorem, sicut benefactor inclinatur ad bene passum, bene passus autem diligit magis benefactorem quam è contrario, idest obligatur ad magis diligendum, & non est possibile, quod benefactor inquantum huiusmodi teneatur æqualiter ad diligendum bene passum, sicut è contrario.

C

D

Quis tamen simpliciter magis diligat alterum, dicendum, quòd non potest dari regula. Nam etiam si bene passus diligat benefactorem quantum tenetur poterit esse, quòd benefactor, ex naturali inclinatione magis eum diligat. Potest etiam esse, quòd bene passus ex bonitate virtutis suæ amet plusquam teneatur, & ita simpliciter plus amet benefactorem quam ametur ab eo.

Sed quidquid sit dicendum, quòd amor bene passi ad benefactorem est magis meritorius, quia est secundum rationem, & non ex inclinatione naturæ: amor autem benefactoris ad bene passum non est tantum ex ratione quantum ex naturali desiderio, ideo ex hac parte non est tam meritorius, licet poterit esse magis meritorius, si non amet bene passum, vt bonum suum, vel vt aliquid suipsius, sed aliquid distinctum à se, & vt amicum.

E

Ad primum dicẽdum, quòd in benefactore est aliquid, quo beneficiatus prouocetur ad amandum ipsum, scilicet, quia est debitor benefacienti, beneficiatus autem non habet aliquid, quod prouocet benefactorem ad se diligendum, neque benefactor indiget prouocatione, sed ex seipso inclinatur naturaliter ad diligendum beneficiatum quasi id, in quo bonum suum

ſuum manet, ideo inquantum prouocatus ad amandum magis amat bene paſſus benefactorem quam è contrario: inquantum tamen ex ſe inclinatus magis amat benefactor bene paſſum quam è contrario, ſed quia quod ex ſe eſt, vel ex inclinatione maius eſt quã id, quod ex prouocatione, ſecundum rationem, vt communiter magis, & intenſius diligit benefactor bene paſſum quam è contrario.

Ad ſecundum dicendum, quòd amor bene paſſi ad benefactorem eſt, vt debitus, amor vero benefactoris ad bene paſſum eſt, vt ex naturali inclinatione procedens, & ideo ceſſare ab amore primo eſt peccatum, quia ceſſatur à debito. Ceſſare autem ab amore ſecundo non eſt ceſſare à debito, ideo non eſt peccatum. Agere autem tam contra benefactorem, quam contra bene paſſum peccatum eſt, & tamen deterius eſt facere contra benefactorem, quam contra bene paſſum, quia præter alia mala eſt ibi ingratitudo, quã non incurrit benefactor committens aliquid contra bene paſſum.

Ad tertium dicendum, quòd quidam benefactores noſtri ſunt, quos plus diligimus quam omnes beneficiatos a nobis: ſed non oportet, quòd quoslibet benefactores plus diligamus quam beneficiatos: eſt enim naturale, quòd benefactor magis inclinetur ad amandum bene paſſum, quàm è contrario propter cauſas dictas. Et tanta eſt interdum magnitudo bonorum receptorum, quòd plus diligimus benefactores quam bene paſſos a nobis, & ita eſt de Deo, & patre noſtro, quibus æqualia non poſſumus retribuere. 8. Ethicorum. Nam iſtos nõ amamus pluſquam omnes beneficiatos a nobis ſolum quaſi teneamur, ſed etiam quia ad hoc natura inclinat, cuius inclinationem ratio ſupplet, eſt tamen verum, quòd etiam hic ſeruatur habitudo benefactoris ad bene paſſum in amando, quia Deus, & pater ſunt benefactores, & magis diligit nos Deus quam nos Deum, & pater magis diligit filios quam diligatur ab eis: non tamen oportet quòd quoſcunque beneficiatos a nobis, magis diligamus quam quoſcunque benefactores propter cauſas dictas, ſed reſpectu eiuſdem beneficij magis diligit benefactor bene paſſum quam è contrario.

An in vita æterna maneat ordo dilectionis. Quæſt. CCCXV.

QVAERETVR, an in vita æterna maneat ordo dilectionis, ſ. diſtinctio graduum talis qualis hic.

Aliqui dicunt, quòd non, quia ſecundũ ordinem, qui hic manet, diligit homo plus ſeipſum, quam quemlibet alium, quantumlibet meliorem: & tamen in vita æterna videtur, quòd magis diliget meliorem ſe quam ſeipſum. Dicit enim Auguſt. lib. de Vera reli. quòd perfecta charitas eſt, vt plus potiora bona, & minus minora diligamus, ſed ĩ patria erit perfecta charitas, ergo ibi plus diliget aliquis meliorem ſe, quam ſeipſum, vel ſibi coniunctum.

Secundo, quia ille magis amatur, cui maius bonũ volumus, ſed quilibet in patria exiſtens vult maius bonum ei, qui plus bonum habet, alioquin volũtas eius non conformaretur per omnia volũtati diuinæ, quæ vult ſingulos id habere quod habent, ſed ibi magis de bono habet qui melior eſt, ergo ibi magis diliget homo alium quam ſeipſum.

Tertio, quia tota ratio dilectionis in patria eſt De⁹, tunc namque implebitur, quod dicitur 1. Corinth. 5. cap. ſ. vt ſit Deus omnia in omnibus, ergo magis diligetur qui fuit Deo propinquior. Et quia aliquis erit

F ibi propinquior Deo quam ego, diligam alium magis quam me.

Alij dicunt, quòd manebit in patria ordo charitatis, qui eſt hic, quia natura non tollitur per gratiam, aut gloriam ſed perficitur: ordo tamen charitatis ſuprapoſitus oritur ex ipſa naturæ inclinatione, & omnia entia plus ſeipſa quam alia amant, quod naturale eſt, ergo ordo charitatis, qui nunc eſt, manebit in patria.

Dicendum quòd in vita æterna manebit ordo dilectionis, vel charitatis, quia ibi manebit charitas: ergo manebit ordo, quia ordo eſſentialiter cõſequitur charitatem, cum non poſſit eſſe charitas, vbi ordo non ſeruatur, ſicut non eſſet charitatis dilectio, ſi
G quis ſeipſum, vel proximum magis quam Deum amaret. Sed de iſto ordine, qui nunc eſt, aliquid manebit, & aliquid non. Eſt autem ſecundum ordinem charitatis, quòd Deus ſuper omnia diligatur, & quantum ad hoc manebit ordo, quia totaliter diliget homo ibi Deum ſuper omnia, & non ſolum ſuper omnia, ſed etiam ex toto corde, tota anima, tota mente, quia homo fruetur ibi Deo plene per præſentiam eius, quod hic non contingit.

Vbi ordo nõ eſt charitas eſſe non poteſt.

De alijs autem gradibus charitatis, ſcilicet, quòd poſt Deum diligat ſeipſum, deinde parentes, deinde filios &c. Eſt diſtinguẽdum, quia vt ſupra dictum eſt gradus dilectionis attenditur dupliciter, vel ſecundũ rationem obiecti, quod eſt ſecundum differentiam
H boni, vel ſecundum intenſionem dilectionis.

Gradus dilectionis attenditur dupliciter.

Primo modo erit ordo in patria, quòd quilibet diliget meliores ſe magis quam ſeipſum, minus autem bonos minus diliget quam ſeipſum. Et in hoc eſt differentia ordinis illius ab ordine charitatis, quæ nunc eſt. Nam nunc quilibet diligit ſeipſum ex charitate magis quam quemlibet alium, tam intenſiue, quam etiam ad maiora bona, licet ipſe minus bonus ſit quã alij: etiam conſanguineos, & potiſſimè multum coniunctos, vt parentes & filios magis diligimus ex charitate, ideſt ex maiori intenſione & feruore, & ad maiora bona, quam quoslibet alios, etiam meliores illis. De intenſione ratio eſt, quia intenſio in actu amandi non fit propter conditionem obiecti, ideſt, quòd
I ſit valde bonum, ſed propter habitudinem eius ad amantem. Si enim ſit coniunctum amanti diligit illud feruide & intenſe, ſi autem elongatum ab eo, etiam ſi ſit valde bonum, non amatur ex tanto feruore: & quia nihil eſt magis coniunctum alteri, quã idem ſibijpſi, nihil diligit aliud intenſius quam idem ſeipſum, & conſequenter quia conſanguinei noſtri communicant nobis in origine, quæ communicatio eſt maxima, cum ſit ſecundum naturam, ardentius diligimus illos quam alios. Etiam quantum ad maius bonum diligit hic quis ſeipſum ex charitate, ideſt optando ſibi maiorem gradum beatitudinis quam alijs quantumlibet melioribus. Nam licet charitas
K ſtet cum diuina iuſtitia, cum diligamus ipſum ſumme ex charitate, & diligendo ipſum volumus ipſum eſſe bonum qualis eſt, & manere bonitatem ſuam, ſed iuſtitia ſua eſt quoddam magnum bonum ipſius, ideo qui charitatem habet, vult, quòd iuſtitia Dei ſeruetur, & ſecundum Dei inſtantiam correſpondeant maiora præmia melioribus: & alijs, ſi ſint meliores me, & cognatis meis deberem ex charitate velle maiorem beatitudinem, quam mihi & cognatis. Quia tamen ego, licet non ſim nunc æqualis alijs in merito, poſſum eſſe æqualis, & maior illis, & ſi fuero reſpondebit mihi maius præmium quam illis, poſſum licite optare mihi altiorem gradum beatitudinis quam oĩbus alijs proximis, quia ſimul

Qui charitatẽ habet vult ꝙ iuſtitia Dei ſeruetur.

nil optabo mihi maiorem gradum præmij, & aliarum virtutum quam sit in alijs. Et iste gradus potest mihi aduenire, quia non repugnat diuinæ ordinationi quantum ad nunc, eo quòd charitas augetur, & suscipere potest homo continue maiorem gradum bonitatis, ideo conuenienter quis optare potest hic pro seipso maiorem beatitudinē quàm pro omnibus alijs quantumlibet melioribus, si tamen quis optaret maiorem beatitudinem quàm debetur alijs, vel iam habet, & non optaret melior fieri quam est, ageret contra charitatem, quia cuperet contra Dei instantiam. & idem est de consanguineis, vt parentibus, & filijs respectu aliorum proximorum, quia licet multi sint meliores eis possumus ex charitate eis optare maiorem gradum gloriæ quam omnibus alijs, cum etiam gradum meritorum simul optare possimus. Sed in vita æterna non manet iste ordo, quia intensiuè diliget quisque seipsum ibi magis, quam quemlibet alium quantumlibet meliorem, sed maiora bona optabit alijs, vel volet quam sibiipsi, & à fortiori quā cognatis suis. De intensione ratio patet, quia intensio est ꝑpter coniunctionem amantis ad amatum, & quia ēt in patria nemo erit magis propinquus alteri, quàm idem sibijpsi intensius se diliget quàm quemlibet ꝓximum. Sed de magnitudine boni non manet eadem ratio, quæ hic, quia quilibet volet iustitiam Dei manere, & quia secundum Dei iustitiam erunt omnibus ibi data præmia, volet quilibet talia, & tanta ꝑmia alios habere, qualia & quanta habent. Et quia q̄ minus bonus fuit, habebit ibi minorem gradum beatitudinis, volet se habere minorem gradum quā alij habeant, neque cupiet iam maiorem gradum præmij & meriti, per quod præmio efficiatur dignus, q̄a iam non erit locus proficiendi in merito, aut premio sicut nunc est, & idem de cognatis erit. Sed quātum ad intensionem dilectionis dicendum, quòd quisque diliget in patria se plusquam proximum etiam meliorem, quia intensio actus prouenit ex habitudine diligentis ad dilectum, scilicet ex maiori coniunctione, & tamen maior est coniunctio ad seipsum quam ad alium, ideo seipsum magis diliget, & ad hoc confertur à Deo vnicuique donum charitatis, vt primo quidem mentem suam in Deum ordinet, quod pertinet ad dilectionem suipsius: secundario autem ordinem aliorum velit esse in Deum, & ad hoc operetur secūdum facultatem suam. Hæc autem vera sunt in eodē ad seipsum comparādo ad alios. sed de aliis proximis inter se, secus est, quia non erit ibi distinctio intensionis, & magnitudinū in bonis, sicut est ad seipsum, sed q̄libet beat⁹ amabit magis simpliciter eū, qui melior fuit, siue cognatum, siue extraneū, idest volet ei maiora bona, quæ tunc habebit, & illa ex ardentiori affectione volet: tota enim beata vita consistet in ordinatione mentis ad Deum. Vnde talis ordo dilectionis beatorum obseruabitur per comparationē ad Deū, vt scilicet ille magis diligatur, & propinquior diligētibus habeatur ab vnoquoque, qui fuerit Deo propinquior. Cessabit enim tunc prouisio indigentiarum, quæ in hac vita necessaria est, in qua necesse est, vt vnusquisque magis coniuncto sibi secundum quamcunque necessitudinem magis prouideat quam alieno, ratione cuius in hac vita ex ipsa inclinatione charitatis homo plus diligit magis sibi coniunctum, cui magis debet impendere charitatis effectum, cum affectus dilectionis, & effectus proportionent, & quanto maior est affectus, debeat sibi maior effectus correspondere. Non tamen tollitur ex hoc, quin ad consanguineos speciali modo se habeat homo ī patria, quia licet non diligat eos plusquam alios, tamē diligit eos pluribus modis, vel rationibus quam alios. Nam su-

A per omnes alias rationes dilectionis diliget etiam q̄a cognati sunt. Nam ratio ista dilectionis non cessabit in patria, cum omnis honesta causa maneat ī patria, & tamen licet maneat, erit maior causa dilectionis ꝓpinquitas hominum inter se, secūdum quòd ad Deū sunt propinqui, & illa est magnitudo meriti, ideo meliores ibi magis diligemus.

Ad primum dicēdum, quòd charitas perfecta qualis erit in patria facit, quòd magis diligamus maiora bona. Et hoc indifferenter verum est quātum ad proximos quantumcunque coniunctos, quia meliores magis diligimus, siue quantum ad intensionem, siue quantum ad magnitudinem boni, sed quantum ad seipsum secus est, quia magis diliget quisque seipsum in patria intensiuè, licet maiora bona velit inesse
B alijs, qui meliores sunt, & quibus iam illa maiora insunt, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd procedit de dilectione quantum ad magnitudinem boni, quod volumus, non quantum ad intensionum actus, & ita volemus alicui maiora bona, cui non tamen ex tanta affectione velimus.

Ad tertium dicendum, quòd Deus est tota ratio diligendi, & tamen non ideo sequitur, quòd magis aliquis diligat alium, licet magis Deo coniunctum quā seipsum, quia Deus ideo est nobis ratio diligendi q̄a est bonum nostrum. Bonum enim est ratio diligendi: Deus autem inquantum bonum nostrum, est nobis ratio diligendi. Nam dato per impossibile, quòd
C non esset bonum nostrum, non esset nobis ratio diligendi aliquid, & quia nihil est magis bonum alicui⁹, quàm ipsum, quod in eo est nihil est, quod magis aliquis diligat, quam seipsum. Et ob hoc post Deum diligit homo seipsum, & quia licet aliquis sit Deo propinquior quàm ego, non est tamen mihi magis bonum quam egomet mihi, ideo magis me debeo diligere quam illum. De Deo secus est, quia ipse est mihi magis bonum quam egomet mihi, ideo illum magis debeo diligere quam me, sed non alium. Circa dilectionem quoque inimicorum, & signa dilectionis ad eos multa dicenda erant, sed de hoc dictum est latè su
D pra quinto cap. in quæst. 343. & ibi vide. De charitate autem quantum ad se dicetur primo Corinth. decimotertio cap.

Congregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Domin⁹ Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et ne-
E mo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

(Ps. 109. Mar. 12. Luc. 20. Mar. 12. Luc. 20.)

Congregatis autem. Hic ostenditur Pharisæos, & Principes Iudæorum esse contradictores diuinæ veritatis errori contrario adhærendo, & hoc quia Chr̄m dicebant filium Dei non esse, sed purum hominem, & dicitur.

Congregatis autem Pharisæis. s. nunc multis stantibus. Nā nunc qn̄ hoc locutus est Chr̄s, oēs erant simul, q̄d non

(Hic ostēditur Pharisæos, & sacerdotū princi-pes esse contra-rios diuinę virtutis.)

non fiebat semper, sicut quando non iuerũt omnes Pharisæi, sed miserunt discipulos suos supra in litera. *Interrogauit eos.* Nõ quæsiuit ab aliquo specialiter, sed ab omnibus, licet vnus eorum solus illũ interrogasset de magno mandato supra in litera. *Quid vobis videtur de Christo?* Quasi dicat, non quæro à vobis notificationem huius rei, quia ego illã bene noui, sed vt vos dicatis, qd sentitis. *Cuius filius est,* Idest an sit filius Dei, vel solum hominis. *Dicunt ei;* Idest responderunt. *Dauid,* i. de progenie Dauid, quia non asserebant, quòd esset filius eius personaliter. *Ait illis:* Redarguendo dictum illorum. *Quomodo ergo Dauid.* Quasi dicat, Dauid vocat eum dominum, & tamen si filius esset non vocaret eum dominum: ergo non est filius eius, sed alicuius maioris, & nemo erat nisi Deus, ergo erat filius Dei. *In spiritu.* Idest loquens per Spiritum sanctũ. Nam illum Psalmum fecit Dauid pulsatus à Spiritu sancto, sicut omnes scripturæ Sacræ factæ sunt Spiritu sancto dictante. 2. Petr. 1. cap. Et hoc dixit Christus ad confirmandum positionem suam. Nam diceret quis Dauid dixit hoc, & tamen nõ sequitur, quòd sit verum, quia potuit mentiri, cũ sit omnis homo mendax Psal. 115. Christus autem dixit, quòd non potuit mentiri, neque errare, quia dixit hoc in spiritu, i. inspiratus à Deo. *Vocat eum Dominum.* Patet hoc in Psalmo, quem ipse Dauid edidit, & est 109. *Dixit dominus.* Iste est Psalmus. Et dixit Dominus, idest Deus pater. *Domino meo,* Idest Christo, vel Messiæ. *Sede a dextris meis,* Idest sta in bonis meis potioribus. *Donec ponam inimicos tuos.* Idest eos, qui resistunt tibi. *Scabellum pedum tuorum.* Idest, vt sint sub pedibus tuis. *Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?* Quasi dicat, non est verisimile, quòd vocaret eum Dominum si filius esset eius, sed vocat, ergo non est filius eius. *Et nemo poterat ei respondere verbum,* Idest nullus de omnibus Pharisæis congregatis poterat ei respondere neque vnum verbum. Et hoc est, quia Christus tam efficaciter arguebat, ꝙ non poterat rectè, aut verisimiliter aliquid dici contra verba eius. *Neque ausus fuit quisquam.* s. neque de Pharisæis, neq; de Sadducæis. *Ex illa die eum.* In ista die vtrosque conuicerat, ideo ex ista die nemo eum interrogabat tentatorie. *Amplius interrogare.* Scilicet vsque nunc variè tentando interrogauerant, sed de cætero non interrogauerunt.

An hic ordo continuus, vel mutatus sit. Quæst. CCCXVI.

QVAERETVR an sit hic ordo continuus, vel mutatus.

Dicendum, ꝙ continuatio est, quia necesse est istam quæstionẽ fuisse post omnes præcedentes. Primo quia omnes Euãgelistæ sic ordinãt. Nam tam Matthæus quam Mar. 12. quàm Luc. 20. c. ponunt istam quæstionem post omnes, & ideo cum omnes conueniant in ordine, credendum est, ꝙ iste verè fuerit ordo.

Secundo quia post istam interrogationẽ non fuit aliqua quæstio inter Christum, & Iudæos, quia dicit supra in litera, neque ausus fuit quisquam ex illa die amplius interrogare, & tamen omnia, quæ habentur supra, sunt quædam interrogationes tentatoriæ Pharisæorum, & Sadducæorum ad Christum, & responsiones eius, ergo necessariæ illæ fuerunt ante hoc: & ita est ordo conueniens.

Si aũt dicatur, an fuerit hoc statim post precedẽtia, vel multo tpe post, dicendum ꝙ fuit statim eodẽ die: oĩa enim quæ hñr supra ex c. 21. vbi de ficulnea arefacta ponitur vsque huc fuerunt facta eodem die, cum Christus maneret in Ierusalem antequam rediret ad vesperum in Bethaniam ad sumendum cibum.

F *Quomodo Pharisæi congregati sunt, & quare hoc dixit Matthæus. Quæst. CCCXVII.*

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ congregatis Pharisæis interrogauit eos Christus, quomodo fuit ꝙ essent congregati, & quare dicitur, ꝙ erant cõgregati. Dicendum ꝙ accidit, ꝙ essent congregati Pharisæi dupliciter. Vno modo, quia ex industria ante hoc conuenerant ad Christum ad eum tentandum, vt patet supra in litera. s. Pharisæi audientes, quòd silentiũ imposuisset Sadducæis conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex illis tentans eum. Et cũ nunc essent cõgregati finita eorum quæstione quæsiuit ab eis Christus hoc, & ita erant congregati Pharisæi.

G Secundo fuit ex conditione loci: fuit enim ista interrogatio facta in templo Mar. 12. c. s. & respondens Iesus dicebat docens in templo, quomodo dicũt scribæ Christum filium Dauid, & tamen in templum cõueniebant omnes Iudæi Ioan. 18. c. & maximè hoc faciebant Pharisæi, qui simulabant se valde religiosos, & simulabant longas orationes, quibus diriperẽt domos viduarum sequenti cap. & istas orationes faciebant in templo, vel in angulis platearum, quia erant loca publica supra 6. ca. & ideo omnes isti in templo starent, & poterant esse ibi congregati, quando Christus hoc quærebat.

Ad secundum dicendum, ꝙ dixit hoc Matthæus, vt sciretur rei veritas, & quia sic fuit, quòd p̄sentibus
H omnibus Pharisæis istud dictum est, dicitur ꝙ cõgregatis illis locutus est hoc Christus.

Secundo ad tollendum dubium, nam si diceretur, ꝙ Christus dixit hoc Pharisæis, & nihil adderetur putaretur, ꝙ pauci ibi essent, & tamen differebat, ꝙ ibi essent pauci, vel omnes, vt infra dicetur: ergo cũ essent omnes debuit dicere, quòd erant cõgregati. Et patet hoc quia aliquando pauci de Pharisæis veniebant ad Christum aliquando omnes, aliqñ vnus tantum. De vno tantum patet, quando Nicodemus, qui erat princeps, & ex Pharisæis venit ad Christum nocte; Ioan. 3. cap. iste enim erat discipulus eius occultus propter metum Iudæorũ. De paucis patet supra, quando Pharisæi inierunt consilium cum Herodianis, & miserũt
I quosdam de discipulis suis ad tentandum Christum, vt caperent eum in sermone. Quod omnes venirent apparet supra in litera, s. Pharisæi audientes, quòd silentium imposuisset Sadduceis conuenerunt in vnũ, & interrogauit eum vnus ex illis tentans eum. Sicut autem ibi omnes conuenerant, ita & nunc congregati erant, quando Christus hoc quæsiuit, quia nõdum dissoluta fuerat illa congregatio, qua conuenerãt ad eum tentandum, & ideq rectè dicitur hoc factum esse congregatis Pharisæis.

Quomodo Matthæus, Marcus, & Lucas discordant in ista narratione, & an contrarientur. Quæst. CCCXVIII.

K QVAERETVR qũo potest stare, quod hic dr̃, s. ꝙ Christus interrogauit Pharisæos, cuius filius esset Christus, & ꝙ illi responderint, quia Mar. 12. cap. dicitur: Dixit autem ad illos, qũo Scribæ dicunt Christum filium esse Dauid.

Dicendum, quòd Euangelistæ concordant in veritate rei, sed in modo narrandi discordant, veritas autẽ rei fuit, sicut Matthæus describit hic, quòd congregatis Pharisæis, quæsiuit Christus ab illis, quid eis videretur de Christo, cuius filius esset, & illi respõderunt, quod in litera habetur, & ideo cõtra Matthæum nulla in hoc calumnia est. quia tam veritatem rei quam modum, quo accidit fideliter retulit.

Sed de Marco dicendum, quòd rei veritatẽ tenuit & modum nõ tenuit, sed dicit hoc dixisse Christum.

Sed

Sed cum dicitur, quòd Christus respondens dixerit illud, non est sensus, quòd aliquis quæsierit à Christo, cuius filius esset Christus, cum potius ipse quęsiuerit vt Matthæus dicit. Etiam modus loquēdi Marci hoc indicat. Nam si innueret, quòd Christus responderet quasi ab aliquo interrogatus non diceretur, quòd ipse diceret, quomodo Scribę dicunt Christum filium Dauid esse. Sed ipse simpliciter diceret, quòd Christ⁹ est filius Dei, vel non est solum filius Dauid, & tamē ponit illorum dictū, ergo magis Christus est arguens & alienam responsionem confutans quàm ipse respondens: sed ponitur respondere pro simpliciter loqui, & ita sæpe in scriptura ille, à quo nemo aliquid quæsiuit, sed absolutè loqui incepit, dicitur respondere. Sic idem Marcus dicit Marc. 11. quòd veniens Christus ad ficulneam non inuenit in ea, nisi folia tātum, & ipse dixit: Iam non amplius in æternum quisquam ex te fructum manducet. Et tamen manifestū est, quòd ibi non poterat Christus respondere ficulneæ cum illa nihil potuisset interrogare: sed respondit, idest locutus est. Sic etiam supra decimoquinto cap. dicitur respondens Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. & tamen manifestum est, quòd Petrus non respondebat ibi, sed potius quærebat, cum diceret: Edissere nobis parabolam. Etiam quia nullū verbum Christi ad Petrum præcesserat ad hoc, quòd Petrus responderet Christo, ideo ponitur respondere pro simpliciter loqui, vel interrogare. Et ita Christus dicitur respondēs apud Marcum eo modo, quo Petrus dicitur respondens, cum magis quęreret quā responderet. Etiam quia Christus apparet quærens, cum dicat: Quomodo dicunt Scribæ filium esse Dauid Christum.

Quare Marc. non eo modo hoc retulit quo Matthęus.

Causa autem quare Marcus non retulit istam rem eo modo, quo Matthæus, est prima, quia Marcus introduxit solum istud, vt sciretur ista veritas, scilicet, ꝙ Christus erat filius Dei, & non solius Dauid, quòd autem introducatur per modum disputationis habitæ inter eum, vel Pharisæos, vel per modum allocutionis eius ad populum nihil differt, ideo tenuit modū illum, qui breuior erat, scilicet, quòd Christus, dixerat plebi referendo tamen opinionem Scribarum, & confutando eam.

Secunda causa est, quia hoc non conuenit modo narrationis suæ supra positæ. Nam hic Matthæus dixerat, quòd conuenerant Pharisæi in vnum, & vnus ex eis interrogauit Christum tentans, & quia de omnibus fecerat mentionem subdidit hic de omnibus cōtinuata narratione, scilicet, Congregatis autem omnibus Pharisæis, interrogauit eos. Marcus autem non potuit tenere istum modum, quia ante hoc non posuit, quòd conuenerant Pharisæi in vnum ad tentandum Christum, sed quòd accessit ad Christum vnus de Scribis, & ille quæsiuit de magno mandato, sicut posuit supra Matthæus. quòd ergo Marcus subderet hic, quod interrogauerit Christus Pharisæos congregatos, non conueniebat præcedenti narrationi suæ, cum supra non posuisset congregationem aliquam ipsorum factam, neque conueniens erat induci nouiter eos congregatos esse, cum nulla causa ad hoc subesset. Nam ad hoc, quòd Pharisæi quærerent à Christo, verisimile erat eos congregari, sicut dicitur supra in litera, quòd Pharisæi audientes, quòd Christus silētium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum: & tamen ad hoc, quòd Christus ab eis aliquid quæreret, nulla causa erat, vt congregarent, & tamen nunc Christus ab eis quæsiuit, ideo non erat conueniens, quòd Marcus nunc induceret quasi nouiter congregatos Pharisæos, vel Scribas, cum prius de eorum cōgregatione nihil dixisset, & ob hoc non induxit eos

A congregatos, neque Christum ab eis aliquid quæsiuisse, sed quòd Christus locutus fuerit hoc turbæ docendo.

Et ex hoc sequitur aliquid, scilicet, quòd aliter finiuit narrationem istā Matthæus, quam Marcus, quia Matthæus dixit hic, quòd nemo ausus est eum ex illa die amplius interrogare: Marcus autem dixit, scilicet & multa turba eum libenter audiebat. Et ratio differentiæ est, quia Matthæus induxit hic Christum quęrentem, & Pharisæos respondentes confusos esse. Ex hoc autem sequebatur, quòd postea non auderent quærere tentando ne in similem confusionem inciderent: Marcus autem non induxit disputantē Christum contra Pharisæos, neque illos conuictos, sed locutum Christum ad turbas prædicando, & quoniam

B rationes istæ quas Christus inducebat, erant multum efficaces & vtiles, sequitur quòd gauderent turbæ audiendo cum nondum essent illę deprauatę contra Christum, sicut Pharisęi, & ideo cōclusit Marcus, quòd multa turba eum libenter audiebat.

Quare non eundem modum narrandi tenuerunt in ista re Matthæus, Marcus, & Lucas. Quæst. CCCXIX.

SED dicetur quare Lucas non inchoat hoc, neque fuit sicut Matthæus, neque sicut Marcus. Nam dicit in principio, dixit autem ad illos, quomodo dicūt filium Dauid. & postea non concludit id, quod Matthæus, scilicet, quòd non ausi sunt quærere amplius,

C neque sicut Marcus, vt dicat multa turba, quòd eum libenter audiebat, scilicet, probato quòd Christus nō sit filius Dauid nihil addit, sed finit dicens: Dauid ergo Deum illum vocat, & quomodo filius eius est?

Dicendum, quòd hoc est, quia quilibet Euangelistarum tenet ordinem narrationis, & modum sibi ꝓprium, & ita vniuersa contexit, vt videantur semper subsequentia conuenire pręcedentibus, vt vnum corpus narrationis ex illis efficiatur, & quia Lucas aliter posuerat præcedentia quam Matthęus, & Marcus, nō potuit conuenire cum illis in modo narrandi rem

D istam. Et patet, quia Lucas non ponit tentationem Pharisæorum interrogantium de magno mandato, sed ponit responsionem Christi ad quæstionem Sadducæorum. Sequitur, Respondentes autem quidam Scribarum dixerūt: Magister, bene dixisti, & amplius non audebant interrogare. Et post hoc sequitur: Dixit autem ad illos. Vbi quantum ad sententiam idem ponit, quod Matthæus & Marcus, s. ꝙ Christus non est filius Dauid solum, sed Dei, & tamen non inchoauit, sicut Matthæus, qui dixit Christum quæsiuisse à Pharisęis cōgregatis, quia hoc est, quia dixerat supra, ꝙ venerant illi in vnum ad tentandum eum, & ideo conueniens erat, ꝙ poneretur, ꝙ ipse interrogauerat eos, vt illos confutaret, & non auderent vltra quærere. Lucas vero non posuerat aliquid de pręcedenti tētatione Pharisęorum ad Christum, ideo non fuit cō-

E sequens, vt subderet Christi disputationem rursus cōtra Pharisæos, sed posuit simpliciter Christi sn̄iam, vt intelligeretur nō esse Christum filium Dauid. Etiam nō inchoauit sicut Marcus, quia ille dixit, quòd dixit Christus: Quō dicunt Scribæ Christum esse filiū Dauid? quasi dicat, non credatis, quia contra scripturam loquunt̄. Lucas vero dixerat ante hoc de Scribis, s. rn̄dentes quidam Scribarum &c. ideo quasi cōtinuata narratione subdidit: Dixit autē ad illos, s. ad Scribas, quomodo dicunt Christum esse filium Dauid? Et nō dixit qui hoc dicunt, sicut dicit Marcus, s. quomodo dicunt Scribæ. Et hoc est, quia Marcus introduxit Christum, vt loquentem ad turbas: Lucas vero, vt loquen-

loquentem ad scribas ipsos,& non loquitur ad alios de ipsis.

Sed tunc dicetur, quare non locutus est ad eos in secunda persona, vt diceret, quomodo dicitis Christũ esse filium Dauid?

Dicendum quòd hoc est, quia si sic directè loqueretur ad eos, oporteret ad eos respondere, & esset disputatio, & tamen Luc. noluit introducere Christũ, vt disputantem cum Pharisæis, sicut introduxit Matthæus propter causam dictam: ideo non direxit sermonem ad eos. Ex eadem ratione nõ finit, sicut Matthæus, aut Marcus, quia Matthæus dixit, quòd nõ audebant eum interrogare ex illa die, & hoc quia consequens erat ad dicta, s. quia confutauerat eos, timuerunt de cætero tentare eum, ne confunderentur. Sed Lucas non posuerat præcessisse disputationẽ, aut confutationem, ideo non erat consequens, vt poneret, ꝙ non ausi sunt eum amplius interrogare. Etiam non concludit, vt Marcus, s. & turba multa libenter eum audiebat. Ratio est, quia Marcus introduxit Christũ loquentem ad turbas sententiam istam, & quia verba eius erant grata populo, qui mirabatur in doctrina eius. supra 7. cap. dicitur, quòd audiebat eum turba libenter: Lucas autem non introduxit Christũ loquentem hęc ad turbas prædicando, sed ad Scribas, ideo non dixit, quòd audiebat eum turba libenter. Sic nõ apposuit aliquid post rationem, per quam probauit Christum esse filium Dei.

An hoc quod Matth. hic dicit contrarietur Luc. Quæst. CCCXX.

QVAERETVR circa veritatem horum: quomodo enim stat, quia Marcus dixit, ꝙ Christus respondens, dicebat, quomodo dicunt Scribæ, cum dicat Matthæus, quòd quæsiuit de hoc a Pharisæis. Nam non videntur hæc simul stare.

Dicẽdum, quòd bene stant simul. Pro quo supponendum est, quòd quando ista acciderunt erat Christus in templo, & turbæ circunstabãt, & docebat eas. Et ita dicitur Mar. 12. quòd Christus dicebat docens in templo, quomodo dicunt Scribæ &c. Illuc autem conuenerunt ad eum Pharisæi, vt tentarent quærentes, quod est magnum mandatum? Qua quæstione soluta ibidem ipse quæsiuit ab eis, quid eis videretur de Christo, cuius filius esset, sicut refert Matthæus, & illi dicerent statim, quòd erat filius Dauid: Tunc autẽ Christus conuersus ad turbas diceret, quomodo Pharisæi, vel Scribæ dicunt Christum esse filium Dauid, quasi dicat, non bene dicunt. Et adiunxit rationem, quæ eadem ponitur apud omnes Euangelistas, & ita non stat aliquod inconueniẽs. Quod autem Marcus dicit respondens Christus &c. Matthæus autem dicit quòd interrogauit, non est inconueniens, quia vtrunque stat. Nam a principio Christus interrogauit Pharisęos quid eis videretur de Christo, cuius filius esset, & illi dixerunt, quòd erat filius Dauid. statim verò cępit Christus redarguere eorum respõsionem, & hoc fuit quasi respondere ad eorum dicta, & ideo conuenienter dixit Marcus, quòd Christus respondens dicebat, quomodo dicunt Scribæ &c. etiam quia respondere accipitur variè, sicut dictum est supra q. 318.

An isti, quos Christus interrogauit fuerunt Scribæ, vel Pharisæi. Quæst. CCCXXI.

QVAERETVR, quomodo stat, quia dicitur supra in litera, quòd congregatis Pharisæis interrogauit Christus eos hoc, & quòd ipsi responF derunt, cum Mar. 12. dicatur istos fuisse Scribas, scilicet, quomodo dicunt Scribę Christum esse filium Dauid.

Dicendum, quòd iidem sunt isti Pharisæi, quos hic vocat Matthæus, & illi quos vocat Marcus. Et ratio est, quia non distinguunt Scribæ & Pharisæi, sicut sectæ oppositæ, vel disparatæ, sicut esse Sadducæũ, Pharisęum, vel Hesęnum, quia ista non competunt eidẽ homini, sed sunt sicut qualitates, vel cõditiones, quæ possunt eidem accidere, sicut esse Philosophum, grãmaticum, vel dialecticum. Sic enim Pharisæus nomẽ sectæ est. Scriba autem est nomen sapiẽtis, quia Iudęi Scribas vocant, quos nos sapientes dicimus. Et quia Scriba sapiẽtis nomen est.
G aliqui Pharisæi erant sapientes, & aliqui non, erant Pharisæi, qui erant Scribæ, & alij non, isti autem Pharisæi, à quibus nunc Christus istud quæsiuit, erant sapiẽtes, siue Scribæ, ideo vocauit illos Marcus Scribas. Sic etiam vocat eos Lucas. Nam dicitur Luc. 20. cap. Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt &c. & sequitur: Dixit autem ad illos, scilicet Scribas, quomodo dicunt Christum filium Dauid. Et ratio quare quæsierit Christus à Pharisæis, qui erãt Scribę, fuit ista, quia Pharisæi habebantur inter Iudęos, vt viri religiosi, sed non vt sapientes, nisi accideret simul esse Scribas, & quia de quæstionibus difficilib⁹ debet H quæri à viris peritis, non debuit Christus q̃rere à Pharisæis de tali questione, nisi simul illi essent sapientes, ideo quesiuit à Scribis: & ita vbicunque de sapientia agitur Scribę ponuntur, vbi autem de religione, & zelo legis nominantur Pharisęi solum.

Quare Christus quæsiuit de hac quæstione, s. Christus cuius filius esset. Quæst. CCCXXII.

QVAERETVR, quare Christus quęsiuit de hac questione, scilicet Christus cuius filius esset.

Dicendum, quòd fuit primo ad compescendum tentationes Pharisęorum. Nam querebãt ab eo multa eum tentantes. Voluerant enim eum supra capere in sermone, quando quęsierunt de tributo Cęsaris, & post hoc Sadducęi tẽtauerunt Christum super
I resurrectione mortuorum, & rursus Pharisæi tentauerunt quærentes de magno mandato legis, vt autem aliquando his tentationibus esset finis voluit ab eis hoc quærere, in quo superarentur, & postea non auderent quidquam interrogare, & ita factum est, quia cum conuicti essent dicitur, quòd non ausi sunt ex illa die amplius eum interrogare, & tamẽ ista ratio est generalis, quia ad hoc sufficiebat quæcũque quæstio, in qua conuicti cogerentur tacere.

Secundò fuit, vt cessarent a tentatione Christi, nõ tanquam superati ratione, sed tanquam agnoscentes veritatem, scilicet, quia ante hoc putabant eum esse hominem purum, ideo tentabant eum. Nunc verò
K cum ex responsione Christi agnoscere possent eum esse filium Dei, non auderent eum amplius tentare. Sic dicit Chrysostom. scilicet, Iudæi ęstimantes Christum esse hominem purum eum tentabant: neque enim tentassent si Dei filium credidissent. Volens ergo Christus eis ostendere, quòd cognoscebat fallaciam cordis eorum, & quia Deus erat, talem eis proposuit quęstionem, & tamen nõ dixit aperte se Deũ, neque aperte negauit, neque tacuit, vt sequenti quęstio. dicetur.

Tertiò tamen & precipuę fuit, vt hanc veritatem ostenderet. Nam apud Iudæos fides erat de Messia venturo, & tamen nesciebatur, an ille esset filius Dei, immo communiter tenebatur à Iudęis, ꝙ esset Christus futurus homo purus, iustus tamen valde, q̃d & Iudæi moderni

moderni tenent. Voluit ergo auferre istum errorem faciendo, ꝙ Messias crederetur esse filius Dei, & hoc erat summè necessarium. Nam si Messias non esset filius Dei, nihil prodesset nobis aduentus eius & mors, quia saluare non posset, cum potius ipse aliena salute indigeret. Etiam valde proderat Christus opinioni, & fidei quam de seipso causare volebat. Nã se Christum, siue Messiam ostendere volebat aliquando, & vt quando eum Messiam crederent, cõsequenter crederent, ꝙ filius Dei esset, voluit ostendere ꝙ Christus non esset filius Dauid solum, sed potius filius Dei: & hoc conuenienter factum est. Nam si de seipso directè vellet dicere, ꝙ esset Deus, minus crederetur. Qđ autem Messias, vel Christus esset magis crederetur. Si autem iam probasset Christum esse filiũ Dei nullo opus erat sibi ad ostendendum se esse filium Dei, vel Deum. De hoc dicit Hieronymus: Interrogatio hæc nobis proficit vsque hodie contra Iudæos. Hi enim q confitentur Christum esse venturum hominem simplicem, & sanctum virum asserunt de genere Dauid.

Causa tamen, quare potius hoc tempore quã alio Christus q̃siuit hoc à Pharisæis, fuit prima, quia Christus volebat terminare omnes tentatorias Pharisæorum, & Iudæorum quorumcunque q̃ões contra se petendo aliquid ab eis, in quo illos confunderet. Nõ fuit autem visa aliqua quæstio dignior ad hoc, quàm ista, ideo quæsiuit de hoc.

Secunda, quia Christus veritatem istam ostendere debebat ante mortem suam, sed nũc moriturus erat: ideo non debuit differre istam quæstionem, sed nunc eam conuenienter præponere. Sic dicit Theophylactus, sed quia Christus ad passionem vẽturus erat, opinionem corrigit Iudęorum, qui Christum filium Dauid esse dicebant non dominum eius.

Cum Christus vellet se filium Dei esse ostendere, quare non dixit apertius. Quæst. CCCXXIII.

Sed quęretur cum Christus vellet ostendere se esse filium Dei, quare non dixit apertius, aut quid æstimarent de ipso, sed dixit quid videt̃ vobis de Christo, cuius filius sit.

Dicendum, ꝙ fuit primo, vt veritatẽ huius rei posset ipse aperire, & cõtra se calumniam nullam daret. Oderant enim illum Pharisæi, quos nunc interrogabat, & si viderent, ꝙ aperte de seipso quæreret, quasi de Deo, abominarentur eum magis, & velut blasphemum accusarent, & ideo non debuit de seipso aperte quærere, vt inuidiam tolleret. Neque rursus quæstionem tacere, vt veritas huius rei notificaretur: ideo q̃siuit non quasi de seipso, sed velut de alio. Nam cum de alio quæreret, qui ignotus esset, vel quẽ Iudæi nõdum esse putarent, sed potius futurum expectarent, non inuiderent illi, & ita pacificè veritatem inquantum intelligerent, r̃nderent. De ipso autem Iesu si veritatem etiam noscent, potius illam occultarent contrarium asserendo, ideo quæsiuit Iesus quid vobis videtur de Christo cuius filius sit? Et non dixit quid vobis videtur de me? Sic dicit Chrysost. s. Neque dicere voluit manifestè veritatem, ne occasionem blasphemiæ inuenientes Iudæi amplius insanirẽt, neque omnino tacere, quia ad hoc venerat, vt veritatem annunciaret, ideo talem interrogationem eis proposuit.

Secundo, quia licet de seipso aperte non quæreret hoc, facile erat ad seipsum retorqueri, quia aliquãdo constaret ipsum esse Messiam, & tunc infertur aperte esse filium Dei, & iam non haberent Iudæi colorẽ negandi ipsum esse Deum, cum iam cõcessissent, vel conuicti essent, quòd Messias erat Deus. Si autem di-

A rectè de se quæreret, forte nihil concederent Iudæi, & ita veritas ista maneret occulta.

Tertio, quia istæ quæstiones se habebant sic naturaliter per ordinem, s. vt prius deberet constare de veritate iuris quàm facti. Dato enim quòd cõcederent Iudæi Iesum esse Christum, vel Messiam, quid prodesset, si Messiam dicerent esse purum hominem, sicut asserebant, quia dicerent ipsum non esse Deum, & deberet ipse tunc procedere ad ostendendum, ꝙ Messias erat Deus. conueniens ergo fuit, quòd prius quæreretur de eo, quod erat prius in ordine dubitationis. Et sic voluit ostendere, quòd Christus esset filius Dei.

B Sed dicetur quare non petiuit hic Christus à Pharisæis quid videretur ipsis de eo. Nam ab Apostolis sic quæsiuit, dicens, scilicet vos autem quem me esse dicitis, supra 16. cap.

Dicendum, quòd non erat eadem causa in vtrisq;. Nam Apostoli & cæteri discipuli erãt beneuoli Christo, & quidquid ab eis quæreret non scandalizarẽtur, ideo potuit conuenienter hoc ab eis petere: Pharisæi autem oderant illum, & non sustinerent eum talia quærentem, sed velut blasphemum accusarent, sicut dicitur infra 26. & Mar. 13. audistis blasphemiam. Et hoc quando Christus dixit: amodo videbitis filium hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei. Sic dicit Chrysost. s. & quidem discipulos primum interrogauit. qđ alij dicerent de Christo, & tunc qđ ipsi dicerent. Hos autem non ita: profectò enim eum seductorem dixis-

C sent, & malum, existimabant autem quoniam Christus purus homo erat.

Quare Christus voluit se filium Dei esse ostendere per interrogationem. Quæst. CCCXXIIII.

Quaeretur autem cum Christus hoc dixerit, vt veritas ista manifestaretur, scilicet, ꝙ Christus erat filius Dei, quare voluit hoc per interrogationem ostendere, & non potius per enunciationem simplicem, sicut cum ipse prædicabat populo, solebat eis multa dicere asserendo sine

D aliqua disputatione.

Dici potest vno modo, quòd fuit, vt Christus per eũdem actum duo efficeret. Volebat enim Christus imponere silentium Phariseis, vt eum amplius non tentarent, & hoc fieri debebat conuincendo eos super aliqua quæstione, & ita voluit istam esse. Vnde simul Pharisæos disputando conuincit, & veritatem istam manifestauit. Si autem sine quęstione istud proponeret, non conuinceret Pharisęos, ideo fuit cõueniens proponi quęrendo.

Secundo tamen potest dici, & melius, quòd hoc fuit ad certiorem reddendam istam sententiam. Nã si simpliciter enũciando hoc dixisset maneret dubiũ apud multos, an verum esset. Nunc vero cum à Pharisęis quęreret, oporteret, quòd ipsi responderent. Et tunc aut assererent ipsi Christum esse filium Dei, aut

E negarent, si concederent efficeretur sentẽtia certior ex concessione aduersariorum, quam si Christus hoc solus assereret: si negarent Christus probaret auctoritatibus vel rationibus, & ita etiam maneret firmata sententia, ideo vt ista sententia, quę magni ponderis erat maneret firma, decuit quòd Christus eam quærendo introduceret, vt sic magis firmaretur.

Tertio fuit, vt constaret nobis quid sensissent antiqui, & quid ad hoc eos moueret. Nam dixerunt Pharisæi, quòd Christus erat filius Dauid. Si autem per assertionem Christi simplicem veritas ista proponeretur, non constaret de sententia aliorum in hac re, ideo fuit conueniens introduci per quęstionem.

Quartò fuit ad tollẽdum suspicionem affirmationis. Nam Iesus erat Messias, & postea sic à Iudæis creditum est. Si autem ipse contra opinionem communem Iudæorum assereret Messiam esse Deum, putarent fortè, ꝙ ipse hoc asseruerat, vt quendam sibi honorem diuinum ascriberet, nunc verò cum introduxit sententiam, quærendo, cõfirmata fuit ex eo, quòd Pharisæi conuicti sunt.

Sed obijcietur, ꝙ potuisset hoc fieri sine questione, vt si Christus prædicaret de hac re, & introduceret opinionem aliorum, & contra eam adduceret probationes, quas induxit, efficeretur firma ipsa sententia, sicut solent facere docentes, qui inducunt opiniones contrarias, & confutant illas.

Dicendum quòd non erat cõueniens, primò quia sic non constaret quorum esset illa opinio, quã Christus confutaret. Secundo, & præcipuè, quia dato ꝙ constaret, quorum esset, quia tamen illi non respondebant per se, putaretur, quòd non sufficiẽter confutabat eorum opinionem, s. quia firmius responderẽt illi quorum erat opinio si per seipsos loquerẽtur. Voluit ergo ab eis quærere, vt cum ipsi per se responderent, & cõuincerentur à Christo, ita vt cum nihil auderent dicere, appareret, ꝙ opinio non erat vera, vel illi non poterant eam defendere: & sic voluit per quęstionem introducere istam materiam.

Quare Christus nunc quæsiuit de hoc potius à Pharisæis quàm ab alijs. Quæst. CCCXXV.

QVAERETVR, quare Christus nunc quæsiuit de hoc à Pharisæis potius quàm ab alijs.

Dicendum primo, quòd fuit, quia ipsi præsentes erant, nam conuenerant omnes ad tẽtandum eum, vt dicitur supra in litera, & ideo cum ipsi adessent potuit potius ab eis quærere quam ab alijs.

Secundo fuit ad imponendum illis silentium. Nã supra imposuerat silentium Saducęis, ideo supererat, vt Pharisæis silentium imponeretur, ideo ab illis quęrere deberet: & ita fuit, quia cum non potuerint respondere ad questionem, non ausi fuerunt postea eũ tentare quærendo.

Tertiò fuit, quia Christus nõ solum faciebat istam quæstionem ad conuincendum Pharisæos, sed vt totus populus erudiretur circa hanc veritatem, sed non poterant conuenientius erudiri quam proposita qõne Pharisæis, & non potentibus eis respondere, vel cõfutata eorũ positione, eo quòd Pharisæi maioris opinionis erant apud Iudæos quàm cæteræ sectæ eorum cum essent religiosiores, & illis conuictis, vel assentientibus vni opinioni facilius induceretur populus ad illam quam aliquibus alijs conuictis.

Quartò fuit, & præcipuæ, quia isti erant sapientes. Nam non solum erant Pharisæi, sed etiam erant scribæ, idest sapientes Mar. 12. & Luc. 20. ca. Et de rebus dubijs debet quæri apud sapientes: Et tunc conuictis istis videret populus manifestè, quòd Iesus veritatẽ fouerat, & assentiret positioni eius. Non autẽ si quæreret ab aliquibus indoctis, quia facilè erat illos conuinci, etiam veritatem tenentes.

Quare Christus proposuit istam quæstionem cum essent congregati Pharisæi. Quæst. CCCXXVI.

QVAERETVR, quare Christus proposuit istam quæstionem cum essent congregati Pharisæi.

Dicunt aliqui, quòd fuit quia accidit, quòd cõgregati essent, quando ille ꝑponere voluit. Decuit enim quòd Christus ante mortem proponeret quæstionẽ
F hanc, & quia nunc erat morti proximus proposuit, sed accidit, quòd essent congregati Pharisæi, ideo proposuit congregatis omnibus.

Sed dicendum, quòd non est ista causa. Nam si ob hoc solum coram illis proposuit, quia accidit illos esse tunc congregatos, non exprimeret Euangelista, & tamen expressit, quòd congregatis Pharisæis quæsiuit hoc, ergo aliqua fuit causa, quare potius congregatis quàm non congregatis proponeret, quia non solent Euangelistæ aliquid sine causa describere.

Ideo dicendum, quòd fuit ex intentione. Nam debuit coram omnibus proponere, & non coram vno solo, quia si vnus tantũ aut pauci Pharisæorum adissent, & conuincerẽtur à Christo, diceretur, quòd hoc
G fuerat, quia illi forte nescirent respondere, essent tamen alij peritiores, quos si interfuissent non posset Christus conuincere, nũc vero cum omnes adessent, & nemo responderet, constabat omnes esse conuictos, & veram esse Christi assertionem, ideo congregatis omnibus proposuit.

Quare Christus direxit hanc quæstionem ad omnes. Quæst. CCCXXVII.

QVAERETVR, dato quòd coram omnibus Pharisæis, & scribis proponeret Christus questionem, quare direxit illam ad omnes cum posset dirigere ad vnum tantum. Et
H patet quia dicitur: Et interrogauit eos quid vobis videtur. Et tamen de tanta multitudine poterat vnum eligere, ad quem dirigeret quæstionem: sic enim Pharisæi fecerant. Nam congregati venerant ad tentandum Christum, & tamen vnus tantum ex eis proposuit quæstionem, vt patet supra in litera.

Dicendum, quòd fuit primo ad ostendendũ scientiam Christi insuperabilem: nõ enim formidabat respondere omnibus quotquot essent. Nam ita nunc quærebat quasi contra omnes esset arguiturus, aut responsurus eorum dictis.

Secundo fuit, vt cum quæreret ab omnibus, tenerentur omnes respondere, & si vnus succumberet, alius succedere deberet, vt defenderẽt positionem cõmunem, & non viderentur succumbere. Nam si con
I tra vnum direxisset quæstionem, & ille nesciret respõdere, vel succumberet in defensione opinionis Pharisæorum, licet in veritate omnes succumberent, nisi alius, aut alius succederet in defensione, tamen ipsi possent se aliqualiter excusare dicentes, ꝙ cum quæstio esset ad vnum tantum directa alij rñdere noluerunt, licet possent, vt autem tolleretur ista calumnia direxit quæstionem ad omnes, vt appareret oẽs esse conuictos cum nemo respõderet. Tertio, quia si vnũ de illis eligeret, cui dirigeret quæstionem, videretur illius solius opinionem confutare, & nõ aliorum, & tamen totus populus nõ assumeret testimonium ve-
K ritatis ex vnius confutatione, ideo debuerunt omnes interrogari.

Quarto, quia si vnum eligeret, cui dirigeret quæstionem, videretur, quòd deberet eligere illum, qui tentauerat eum quærendo de magno mandato, quia illum elegerant omnes Pharisæi, vt à Christo quæreret, & tamen quęrere ab illo non erat aliquid magnũ, quia Christus iam eum superauerat respondendo ad illius quæstionem. Ideo vt Christus magnitudinem sapientiæ suæ ostenderet, per quam neminem arguẽtem formidaret, debuit non eligere istum iam superatum, sed potius contra omnes arguere, & omnibus respondere.

Quinto fuit, quia Christus voluit per istam qõnẽ imponere silentium omnibus Pharisæis, vt nõ auderent

rent amplius eum tẽtare, ſicut dicitur in litera: Et nemo poterat rñdere ei verbum, neq; auſus fuit ex illa die quiſquam eũ amplius interrogare. Et tamen ſi ad vnum dirigeret quæſtionem, non viderentur omnes eſſe victi, quia non erat omnibus impoſita neceſſitas reſpondendi, aut ſe conuictos fatendi, ſi non reſponderent, ideo debuit ab omnibus quærere, vt inferri poſſet, ꝙ nemo poterat reſpondere ei verbum.

Quare non dixit, cuius filius eſt Chriſtus. Quæſt. CCCXXVIII.

QVAERETVR de forma iſtius quæſtionis, ſ. quid vobis videtur de Chriſto cuius filius eſt, & cur nõ dixit, cuius filius eſt Chriſtus. Dicendum, ꝙ fuit primo, vt ex modo quæſtionis oſtenderet ſe non quærere, quaſi dubitaret, & ab illis ſcire vellet, quia tunc diceret. Dicite mihi, cuius filius eſt Chriſtus. Dixit tamẽ, quid vobis videtur? Quaſi dicat, non dubito de veritate, neque illam ſcire cupio, ſed veſtram opinionem audire volo, ideo non quærit, quid in hac re ſit, ſed quid eis videatur.

Secundo, vt oſtendat eos non ſcire veritatem, ſed opinionem aliquam habere. Nam ſi ab eis quæreret quaſi ſcientibus, etiamſi non quæreret, vt ſciret, & diceret cuius filius eſt Chriſtus, dixit tamen, quid vobis videtur? quaſi dicat, vos veritatem neſcitis, ſed aliquam opinionem habetis, & hoc conueniens erat ſic dici, cum ipſe ſtatim illorum opinionem confutaturus erat. Tertio, vt non ſolum oſtendat eos neſcire veritatem, ſed etiam ſe ſcire illos neſcire veritatem, cũ quærat quaſi à neſcientibus, & opinantibus, ſi autem non intenderet confutare poſitionem eorũ non quæreret ſic, ſed diceret, cuius filius eſt Chriſtus? Nunc verò quaſi deſtruere poſitionem illorum volebat, id quod poſtea facere intendebat in principio ex modo quærendi oſtendit.

Quare Phariſæi Chriſto reſponderunt, quòd eſſet Chriſtus filius Dauid. Quæſt. CCCXXIX.

QVAERETVR, quare Phariſæi reſponderunt Chriſto, ꝙ eſſet Chriſtus filius Dauid. Dicendum, ꝙ in hac quæſtione eſt præſupponendum, ꝙ Ieſus non quærebat, cuius filius eſſet Chriſtus, quaſi inueneret ſe, aut aliquem eſſe Chriſtum, qui viueret, ſed eſt ſenſus, cuius filius eſt, ideſt cuius filius eſſe debet. Et quando fuerit, cuius filius erit. Et ita Phariſæi reſponderunt, ꝙ eſt filius Dauid, ideſt eſſe debet de progenie Dauid, & non filius eius immediatus, cum Dauid iam à multo tempore fuiſſet. Credebant autem Phariſæi Chriſtum futurum eſſe filium Dauid, ideſt de ſemine eius, & ita aliqui Iudæi, qui aliquid circa Chriſtum ſapiebant, ſeu cogitabant, & non ſolum de progenie Dauid, ſed etiam de Bethlehem vrbe, ubi natus eſt Dauid. Sic patet, quia quando Magi venerunt ad adorandum regem natum, quæſiuit Herodes à ſapientibus Iudæorum, vbi Chriſtus naſceretur, & illi reſponderunt, ꝙ in Bethlehem Iudæ ſupra 2.c. & tunc interdum dubitabant de Ieſu, an eſſet Meſſias, quia credebant eũ eſſe Galilęum de vrbe Nazareth, & tamen Meſſias naſciturus erat in Bethlehem. Sic dicitur Ioan.7.c. quidam dicebant, nunquid à Galilęa Chriſtus venit? nonne ſcriptura dicit, ꝙ ex ſemine Dauid, & Bethlehem caſtro, vbi erat Dauid venit Chriſtus? Et non ſolum Phariſæi, qui erant ęmuli Chriſto dicebant hoc, ſed etiam viri beneuoli, & qui fauebãt ei, dubitabant in hoc. Sic patet Ioan.1.c. vbi Philippus dixit ad Nathanael. Quem ſcripſit Moyſes in lege, & prophetæ inuenimus Ieſum filiũ Ioſeph à Nazareth,

A & dixit Nathanael à Nazareth poteſt eſſe aliquid boni? ideſt nunquid Meſſias, qui eſt bonum noſtrum poteſt eſſe à Nazareth? quaſi dicat, dubito, aut credo, quòd non. Cauſa autem quare mouebantur ad credendum, erat, quòd ſcriptura hoc aſſerit: nam Meſſias promiſſus erat futurus de ſemine Dauid. vt dicitur Iſa.11.c. Egredietur virga de radice Ieſſe &c. & tamen Ieſſe eſt Iſai pater Dauid, & ibi agitur de Meſſia. Etiam Iere.23.ca. dicitur ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex &c. quod expreſſe de Meſſia accipitur, qui vocatur Dauid, ideſt de ſemine eius. Etiã Pſalm.131. dicitur, quòd iurauit Dominus Dauid de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã, & de Meſſia accipitur, & idem in multis alijs locis.

B *Quare potius Phariſæi dixerunt Chriſtum eſſe filium Dauid quam Abrahæ. Quæſt. CCCXXX.*

QVAERETVR cum Chriſtus non ſolum ſit filius Dauid, ſed etiam Abrahæ, quare potius dixerũt eum filium Dauid quam Abrahæ. Et patet hoc, quia ita vocatur ſupra 1.cap. ſ. filij Dauid filij Abrahæ. Etiã quia ſi filius Dauid vocari debet, eo quòd promiſſus eſt ipſi Dauid, ita etiam promiſſus eſt Abrahæ, ideo poterat dici filius eius. Patet hoc, quia Gen.12.c. dixit Deus Abrahæ, in ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Et de Meſſia intelligitur, ſicut Apoſtolus dicit ad Gala.3.ca. ſcilicet Abrahæ factæ ſunt pro-
C miſſiones, & ſemini eius. Nõ dicit in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemine tuo, quod eſt Chriſtus.

Dicendum, quòd fuit primo, quia Dauid fuit præcipuus quam Abraham ſaltem in dignitate regali, & ideo à digniori denominatio facta eſt. Etiam quia Dauid fuit vir magnæ ſanctitatis, cum Deus dixerit de illo. Inueni virum iuxta cor meum 1.Regum 13.capit. ideo congruenter ab eo poterat nominari.

Secundo fuit, quia licet ad vtrunque fuerint factæ promiſſiones, tamẽ plures valde factæ ſunt ad Dauid quam Abraham. Nam ad Abraham inuenitur ſolũ in Geneſi facta promiſſio, & tamen ad Dauid inuenitur dictum in multis locis ſcripturæ.

D Tertio quia magis conuenit cum Dauid. Nam nõ ſolum Chriſtus fuit de ſtirpe Dauid, ſed etiam natus eſt in loco, in quo Dauid, ſ. in Bethlehem, vt dicitur. Ioan.7.capitul. Et ideo magis ab illo nominari debebat.

Quarto, & præcipuæ, quia ſi dicerent, quòd erat filius Abrahæ nihil erat dicere. Nam ideo quærebatur cuius filius eſſet, vt determinaretur ꝑ hoc progenies eius, ſed dicendo, quòd erat filius Abrahæ nihil determinabatur, quia omnes Iudæi erant filij Abrahæ. Et certum erat apud Iudæos, quòd Chriſtus Iudæus futurus erat. Nam ſi eſſet gentilis, non crederent, quòd expectatio illius pertineret ad eos. Neque etiam promitteretur eis, ſed dicere, quòd erat filius Abrahæ nihil plus erat, quam dicere, quòd erat Iudæus, ideo de-
E buit nominari ab alio per quem fieret aliqua diſtinctio, & ſic fiebat dicendo eum filium Dauid.

Quinto, quia dicendo filium Abrahæ nihil diſtinguebatur, ſed etiam efficiebatur res magis confuſa. Nam ab Abraham non ſolum deſcenderunt Iudæi, ſed etiam Gentiles, ſ. Iſmahel, & poſteri ſui. Etiam ex Cetura habuit Abraham alios filios, qui pertinuerũt ad Gentilitatem, de quibus Gen.25.cap. Et ſi dicatur, quòd iſti non pertinebant ad ſemen Abrahæ, quia dicitur Gene.21. quòd in Iſaac vocabitur tibi ſemen, & non in Iſmahele, neque in alijs, adhuc manet ratio, quia etiam de Iſaac deſcenderunt Gentiles, quia de eo natus eſt Eſau, à quo deſcenderunt Idumæi, qui

fuerunt

fuerunt Gentiles. Ergo dicere filium Abrahæ nihil erat dicere, quia poterat esse, quòd Gentilis esset.

Sexto fuit propter dignitatem. Nam dato, quòd esset Abraham maioris honoris, & dignitatis quã Dauid, tamen ex Abraham omnes Iudæi descenderunt, qui quantum ad esse filios Abrahę nullam habebant differentiam dignitatis, sed inter eos, qui descenderunt de Abraham aliqui fuerunt magnæ dignitatis, sicut illi, qui fuerũt de stirpe regia, alij verò quasi nullius honoris. Dauid autem fuit præcipuus Regum inter omnes filios Abrahæ, ideo honorabilius erat dicere eum filium Dauid quam filium Abrahæ.

Quare Christus non fuit vocatus filius alicuius illorum, qui Dauid præcesserunt, vel eorum, qui fuerunt post Dauid. Quæst. CCCXXXI.

G

SED diceretur dato, quòd non vocaretur Christus filius Abrahæ, quia ista appellatio nihil distinguebat, quare non fuit vocatus filius alicuius alterius eorum, qui præcesserunt Dauid, vt filius Phares, vel Esron, aut Aminadab. Vel eorum, qui fuerunt post Dauid, vt filius Iosiæ, vel Ezechiæ.

Dicendum, quòd non debuit vocari filius alicuius eorum, qui successerunt Dauid. Primo, quia denominatio fit à principali: nemo tamen illorum, qui fuerunt post Dauid fuit æque principalis, sicut Dauid, ideo potius debuit nominari à Dauid quam ab aliquo illorum.

H

Secundo, quia ista nominatio fit propter promissiones, inquantum fuit alicui promissio facta, quòd Christus nasceretur de semine eius, & tamen nõ fuit alicui facta promissio, nisi Abrahæ, & Dauid, ideo nõ debuit nominari filius alterius. Et hæc est causa, quare supra primo capitu. dicitur. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham, & nullus alius nominatur, licet de multis alijs descenderit, quia nõ fuit alicui alteri promissus. Tertio, & præcipue, quia nominatur Christus filius illius, de cuius stirpe descẽsurus sciebatur. De Abraham autem, & Dauid constat, quòd descensurus erat, sed post Dauid de nullo constat. Nam de Dauid multi descenderunt cũ multos filios habuerit, & postea in quolibet illorum multiplicatæ sunt lineæ progenierum, & ita non constaret de quo filiorum Dauid descensurus esset Christus.

I

Quantum ad eos, qui præcesserunt Dauid poterat sciri de cuius stirpe descensurus erat Christus. Nam cum sciatur linea inter Abraham, & Dauid sciebatur, qui erant illi inter Abraham, & Dauid, de quibus descendit Christus, quia omnes illi, de quibus Dauid descendit, erant de quibus descendit Christus, non tamen debuit aliquis illorum nominari, tum quia non erant principales, tum quia non fuerit alicui eorum facta promissio.

Quare Christus redarguit Pharisæos dicentes filiũ Dauid Christum, cum hoc verum sit. Quæst. CCCXXXII.

K

QVAERETVR, quare Christ⁹ redarguit Pharisæos dicentes filium Dauid Christũ, cum hoc verum sit.

Dicendum, quòd Christus vere erat filius Dauid. Nam sic eum vocat scriptura supra 1. cap. s. Filij Dauid, filij Abraham. Et in ipsa descriptione ꝓgeniei apparet, quòd Christus descendat ex Dauid. Etiam sic vocabant illi, qui volebant eũ dicere Messiam, vt duo ceci vocauerunt eum filium Dauid supra 9. ca. & populus dixit. Nunquid iste est filius Dauid? eodem cap. & supra 12. c. Sic etiam, qui eum laudabant dixerũt, Osanna filio Dauid supra 21. & Mar. 11. cap. & Ioan. 12. cap. ideo dicendum, quòd non redarguuntur Iudæi, quia Christum filium Dei vocabant, sed quia eum non credebant esse filium Dei. Nam si filium Dei crederent cum Iesus quæsiuit, cuius filius esset Christus, responderent, quòd erat filius Dei, & non responderent, quòd non esset filius Dauid, quia denominatio semper fit à digniori. Sic dicit Ambrosius super Lucam, s. non reprehenduntur hoc loco, quia Dauid filium confiterentur, quia & cęcus ille Dauid filium confitendo meruit sanitatem. Et pueri dicentes osanna filio Dauid præcelsæ prædicationis gloriam Dei filio offerebant, sed reprehenduntur, quia non credunt esse filium Dei.

Quare non quæsiuit ab eis prius quid alij sentirent, quam quid ipsi de Christo sentirent. Quæst. CCCXXXIII.

QVAERETVR cum Christus quæsiuisset à Pharisæis de Christo cuius filius esset, quare non quæsiuit ab eis prius quid alij sentirent, quam quid ipsi. Nam à discipulis ita quæsiuit: prius enim dixit, quem dicũt homines esse filium hominis? postea verò dixit: vos autem quem me esse dicitis? Et tamen hic statim quæsiuit de eorum sententia, s. quid vobis videtur &c.

Dicendum, quòd nõ est similis quæstio illa, quam ibi posuit Christus, & hic. Nam ibi proposuit quęstionem, quæ consistebat in facto, scilicet, quia de seipso inquãquærebatur, vt erat persona singularis, de qua inquãtum huiusmodi nihil erat in scriptura, sed erat attendenda opinio hominum de ipso, ideo quærendũ erat quid multi de eo putarent, & sic quæsiuit quid alij homines crederent, deinde quid ipsi discipuli. Secus hic, quia querebatur de Christo sub nomine Christi, de quo poterat haberi cognitio ex scripturis, ideo nõ erat considerandum quid homines opinarentur, sed quid in veritate sacræ scripturæ assererent, & ita ab hominibus peritis querendum erat, quales erãt Scribæ, & Pharisæi.

Secundo fuit, quia nunc assertio populi non proderat. Nam erat quæstio legis, scilicet Christus cuius filius sit, & populus non nouerat quæstiones legis, sicut ipsi Pharisæi asserebant Ioan. septimo capit. scilicet turba hæc, quæ non nouit legem maledicti sunt. Scribæ autem, & Pharisæi erant periti in lege, ideo ab eis solis debuit quæri, & non a populo, & sic non debuit Christus ab eis quærere quid alij de hoc putarẽt, sed quid ipsi, qui sapientes erant, sentirent.

Tertio fuit, quia non proderat ad intentionẽ Christi: ipse enim volebat Pharisæos arguere ostendendo Christum esse filium Dei, & si responderent Pharisæi nomine aliorum non posset Christus eos arguere cum ex seipsis nihil dicerent, ideo solam sententiam eorum quæsiuit.

Quarto fuit, quia si quęreret de sententia aliorum, & responderent, & postea exprimerent propriã sententiam, maneret Christo arguendum contra vtranque positionem, vel contra omnes, si multæ essent; aut concederet aliquam tacitè, non arguendo contra illam. Et hoc inconueniens erat, s. quia nullus Iudæorum habebat circa hoc veram sentẽtiam, sed ex Dei certificatione habitum est, quòd Messias esset Deus, & ideo nullam positionem deberet concedere, & si nullam concederet, debet arguere cõtra omnes, hoc autem erat difficile, ideo cõuenientius, & facilius fuit solum quæri, quid sentirent isti Pharisæi, vt sola eorũ assertio confutaretur à Christo.

Quomodo

Quomodo procedit argumentum Christi contra Pharisæos, s. Christus non est filius Dauid, ergo est filius Dei. Quæst. CCCXXXIIII.

QVAERETVR, cum Christus redarguat hic Pharisæorum responsionem, quomodo procedit argumentum Christi.

Dicendum, quòd procedit sic, s. quia Christo quęrente ab eis quid eis videatur de Christo cuius filius sit, illi dixerunt, quòd erat filius Dauid, per quod innuebant, quòd solum erat filius Dauid, & non alicuius maioris quam Dauid: cum à digniori fiat denominatio, & ita consequenter negabant eum esse filium Dei. Contra hoc Christus arguit volens ostendere, ꝙ Christus sit filius alicuius maioris quã Dauid, & hoc, quia Dauid vocat eum Dominum, & tamen si esset filius eius solum, non vocaret eum Dominum, quia minor esset eo lege nascēdi, & sic potius eum filium vocaret. Vocauit tamen eum Dominum, & quia aliquis negaret istam nominationem, allegat Christus Psalmum 109. s. Dixit Dominus Domino meo, idest quomodo vocat eum Dominum, & non solum Dominum, sed etiam Dominum suum, quia Deum vocat ibi Dominum absolutè: Dominum suum vocat Messiam, siue Christum. Et ideò concludit, si Dauid eum Dominum vocat, quomodo filius eius est? quasi dicat, non est verisimile, ideo non erat filius Dauid, sed Dei.

Sed dicetur, quomodo valet istud argumentum, s. ꝙ Christus non sit filius Dauid, ergo erit filius Dei, quod Christus vult inferre. Nam non videtur valere. Licet enim sequatur, quòd Christus non esset filius Dauid, quia Dominus eius erat, non sequitur tamen, quòd erat filius Dei, quia poterat esse filius alterius viri, & sic nihil inferret Christus. Dicēdum, quòd cum Iesus dixit, quòd Christus non est filius Dauid non intendit inferre, quòd erat filius alterius viri, qui nō esset Dauid, quia hoc parũ valebat, sed intendebat inferre, quòd erat filius Dei ad ostendendum excellentiam Christi, & ita argumentum suum valet. Et necesse est, quod intelligatur isto modo. Primo quia si vellet inferre, quòd non erat filius Dauid quasi esset alterius viri filius sequeretur, quòd innueret, quòd nō erat filius Dauid secundum carnem, & tamen certũ est, ꝙ de progenie eius erat, vt patet ex genealogia Christi supra I. cap. & ipsi Dauid promissum fuerat, quòd de semine eius esset Messias: ergo non sic eum negat filium Dauid quasi asserat filium alterius viri, sed vult asserere filium Dei. Secundo, quia ex modo arguendi apparet, ꝙ non intendat inferre eum esse filium alterius viri. Nam arguit ex conditione dignitatis, s. si Dauid eum Dominum vocat, quomodo filius eius est, quasi dicat, si maior, & dignior est quam Dauid, quomodo ergo est filius eius, & tamen non inuenitur in tota deriuatione Hebræorũ aliquis dignior, & excellentior Dauid, ideo si dignior est quam Dauid, erit dignior, & maior omnibus Hebræis, & consequenter si non est filius Dauid, quia maior est eo, neque erit filius alicuius Hebræi, neque alicuius hominis, quia maior est omnibus Hebræis, & omnibus hominibus. sed alicuius est filius: ergo est filius Dei. Tertio rursus patet ex modo arguendi. Nam si vellet probare de filiatione secundum carnem, non argueret sic, sed diceret Christus est de tali, vel tali tribu, vel est filius talis, aut talis hominis: ergo non est filius Dauid, arguit tamen ex dignitate, ideo iste modus nō fuit ad dandum ei alium hominem in patrem, sed ad dandum ei patrem extra humanam speciem: quęcũque autem non sunt eiusdem speciei sic se habent, ꝙ id, quod vnius speciei est totaliter est melius eo, quod est alterius speciei, & sic cum ex dignitate, & inęqualitate arguerit, cōuenienter voluit ei dare patrem extra speciem humanam, s. Deum.

Quarto quia auctoritas allegata ad hoc prodest. Nam si Iesus intenderet ostendere Christum non esse filium Dauid, sed alterius viri, nō allegaret dictum Psalmi ad hoc, quia in Psalmo non ostenditur Christus esse filius alicuius hominis, sed inducitur ibi quędam æqualitas eius ad Deum ex multis. Primo quia tam Deus quam Messias vocantur Domini. Nã Deũ vocauit ibi Dauid Dominum absolutè, Messiam autem vocauit Dominum suum. Secundo, quia dixit Deus ad Messiam, sede a dextris meis, sedere a dextris est ad æqualitatem esse, immo in meliori loco existere, & tamen nemo est æqualis Deo, nisi Deus: ergo Christus est Deus, & filius Dei. Et sic bene conuenit auctoritas ad ostendendum Christum esse filiũ Dei, & non ad ostendendum eum esse filium alterius viri quam Dauid.

Sedere a dextris quid sit.

Quinto quantum ad principale, quod manifestè infertur ex dictis Psalmi illius est Christum, de quo ibi agitur esse filium Dei, quia dixit Deus ad Messiã. ex vtero ante luciferum genui te. ista autem nō competunt alicui homini. Neminem enim Deus genuit. Nos enim creauit, vel fecit, sed non genuit, quia generatio consubstantialitatem dicit. Et ne aliquis dicat generationem accipi largè pro creatione, vel formatione, additur id, quod non permittit hanc expositionem, s. quia dicitur: ex vtero genui te. Vterꝰ autem pars gignentis est, & ideo signatur consubstantialitas, s. ꝙ de seipso, vel de substantia sua genuit. Nos enim si Deus genuit large accipiendo: non tamen genuit de vtero, sed de nihilo: Christum verò de vtero genuit: ergo consubstantialis ei est, & sic est filius eius. Item aliud additur, s. ante luciferũ, idest genui te ante luciferum, s. antequam Lucifer esset, in quo innuitur coęternitas gignentis, & geniti. Nullus tamen hominum ante Luciferum genitus est, quia etiam Adam qui fuit primus homo, fuit post Luciferum. Fuit enim Lucifer quarta die creatus, cum toto ornatu cęli: Gen. 1. Adam vero sexto die eod. c. ideo generatio, quæ est ante Luciferum non est generatio hominis, sed Dei, & sic Christus, qui ante Luciferũ natus est, erit filius Dei, quod intendit hic probare Iesus. Vnde conuenienter probatur, quòd si non est filius Dauid, quòd sit filius Dei.

Lucifer quarto die cum toto cęli ornatu fuit creatus Adã vero sexto.

Cum autem obijcitur, quòd non valet argumentum. s. ꝙ licet non sit filius Dauid, non sequitur, ꝙ sit filius Dei, quia poterit esse filius alterius viri.

Dicendum, ꝙ hoc bene teneret, nisi ex modo arguendi appareret quid Christus intenderet, & quid inferat, & quia ex modo probationis infertur, quòd ita non sit filius Dauid, quòd sit filius Dei: ergo bene valet argumentum eius.

Quare Christus ad suam probationem dixit, quomodo Dauid in spiritu vocat eum dominum. Quæst. CCCXXXV.

QVAERETVR, quare Christus dixit ad istã probationem, quõ Dauid in spiritu vocat eum dominum. Dicendum, ꝙ voluit probare antecedēs suæ argumentationis. Nam sic arguit: Dauid vocat eũ dominum, ergo non est filius eius. Antecedens probat, ꝙ vocet eum dominum, quia in Psalmo sic dicit, & quia aliquis obijceret contra probationem, s. ꝙ licet eum vocet dñm, non sequitur, ꝙ non sit filius eius, quia Dauid poterat mentiri cum oĩs homo sit mendax Psal. 115. & ita nō esset certum, ꝙ esset filius Dei, vel non esset filius eius, licet eũ Dauid dñm vocaret; respondet Iesus, ꝙ Dauid vocauit Christum hic dñm

loquen-

loquendo in spiritu, idest per spiritum sanctum, & ille non potest mentiri: ergo illa, quæ Dauid per Spiritū sanctum dixit, non possunt esse falsa, sed vocauit eum Dominum in spiritu: ergo est filius Dei. Circa quod considerandum, ꝙ prophetæ homines erant, & non erant confirmati in gratia, ideo poterant errare in dictis suis interdum volendo mentiri, & interdum non intendendo veritatem rerum. Et ob hoc non erat necesse, ꝙ quidquid diceret ille homo, q propheta erat, acciperetur tanquam verum, & certum. Vt ergo videatur, ꝙ certum erat id, quod Dauid asseruit, dixit Iesus, ꝙ non solum dixit illud Dauid, sed etiam dixit illud in spiritu, idest per Spiritum sanctum. Et sic debet accipi tanquam certum, & firmum. Secundo considerandum, ꝙ prophetę interdum erant viri peccatores, & pessimi. De pessimis patet, quia Caiphas pessimus erat cum dederit consilium de morte Christi ante cęteros: Ioan. 11. & 18. c. & tamen iste prophetauit Io. 11. f. cum esset pontifex anni illius prophetauit, & tamen illius prophetia ponitur in sacra Scriptura, f. Ioan. 11. & est magnæ certitudinis, vt Euangelista cōfirmat. Manifestum est autem, ꝙ cùm iste esset pessimus vir, & ęmulus Christi, ꝙ interdum mentiretur, & sic prophetæ, quorum dicta in sacra Scriptura habentur, interdum mentiebantur. Et sic etiā est de Balaham propheta, cuius verba erāt certissima, ita vt haberentur verba sua Dei, f. ꝙ cui ipsę malediceret, esset maledictus, & cui ipse benediceret, esset benedictus: Nu. 22. c. Et prophetiæ certissimæ fuerunt, & pręnunciauit aliqua de Christo, & de statu futuro Iudęorū, & fuerunt illa magnæ auctoritatis, ita vt Moyses, qui fuit maximus prophetarum inter Hebræos, Deuter. 34. c. scriberet dicta Balaham: Nu. 24. c. Cōstat tamen, ꝙ iste Balaham, cum esset pessimus, & resistens Deo, volens maledicere Israelitis contra Dei voluntatem, Num. 22. & 23. & dans consilium contra eos ad delēdum eos, Nu. 24. & 31. ca. & quem Deus propter hoc fecit interfici, Nu. 31. c. mentiretur aliquando, & falsa diceret. Et sic illi prophetæ, quorum dicta in sacris libris habentur, mentiebantur aliquando. Tertio considerandum, ꝙ interdum prophetæ, licet non essent pessimi, peccabant aliquando ex humana fragilitate, licet raro. Sic patet de illo propheta, quem Deus misit ad prænunciandum contra altare Bethel, & sacerdotes eius 3. Reg. 13. c. nam ille vir Dei vocatur ibi, & sanctus erat, & tamen peccauit ibi comedēs panem in loco, in quo Deus vetuerat, & ideo leo egressus de sylua occidit eum eod. c. Sic etiam Dauid propheta Domini erat, & vir sanctus, ita vt Deus valde laudaret ipsum, dicēs: Inueni virum iuxta cor meum 1. Re. 13. & Psal. 88 & tamen ipse peccabat interdum, vt in occisione Vrię, & adulterio cum Bethsabee, & in numeratione populi 2. Reg. 11. & 24. c. ergo isti, qui circa alia peccabant, poterant peccare circa mendaciū, & circa errorem intelligendi, & sic non esset necesse credere ei in omnibus dictis suis. Quarto considerandum, ꝙ etiam prophetæ qui erant viri sancti, de quibus nulla peccata legimus, interdum ignorabant veritates rerum. Sic patet de Elisęo 4. c. Ipse enim fuit vir sanctus, neque legimus de eo aliquam iniquitatē saltem paruam, & tamen quando venit ad eum Sunamitis nesciuit ille, quid illa volebat 4. Reg. 4. c. f. dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus celauit à me, neque indicauit mihi. Qui ergo ignorabat veritatem rerum poterat interdum per errorem dicere aliquid falsum, & sic non esset necesse assentiri omnibus dictis eius. Quinto considerādum, ꝙ prophetæ quando loquebantur aliqua, vt prophetę, loquebantur per Spiritum sanctum, & tunc nō poterant falsum dicere. Nam sicut arbor bona non potest malos fructus facere, & arbor mala non potest bonos fructus facere, ita Deus, qui per essentiam est bonus, & verus, immo veritas, & bonitas, non potest falsum dicere, neque malum facere, ergo neque homo cum mouetur à Deo licet enim homo potest per se facere malum, & bonum, tamen quādo à Deo mouetur ad agendum, non potest facere, nisi bonum quandiu ab eo regulatur in agendo, & si regulatur in intelligendo impossibile erit ꝙ decipiatur, neq; mentiatur, sed omnes prophetæ loquuntur Spiritu sancto dictante 2. Pe. 1. f. Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines: ergo prophetæ inquantum prophetaliter loquuntur, non possunt errare.

Prophetæ quandoq; erāt viri peccatores, & pessimi.

Spū sancto dictāte loquūtur prophetæ.

G Sexto considerandum, quòd spiritus propheticus quo prophetæ loquuntur, non semper inest eis, sed interdum sedet super eos, & interdum non, & quandiu habent spiritum illum, loquuntur occulta, quæ certa sunt, & non potest veritas eorum præuaricari. Quandiu autem non habent illum, nihil possunt dicere de occultis, & sunt, sicut cęteri homines. Et patet primum, de modo loquendi apud prophetas, quia dicitur factum esse verbum Domini ad eos tali die, vel tali, vt sępe patet in dictis Ieremię, & aliorum prophetarum. Secundum patet, ꝙ aliquando quęrebatur aliquid à prophetis, & nesciebant respondere, quia nondum habebant spiritum Domini, & expectabant quousque illum haberent, & tunc loquebantur.
H Sic patet 4 Re. 3. ca. quando tres reges quæsierūt ab Elisæo, de aduersitate sitis, in qua erant, & nesciuit respondere Elisæus, & iussit, ꝙ adducerent ei Psaltē, idest citharistam, & dum ille psalleret factum est verbum Domini ad Elisæum, & tunc respondit ad propositam quæstionem eodem capitulo. Et iste spiritus subito venit, & apprehendit homines quasi saliens in eos. Sic dicitur primo Regum 10. capitu. cum dixit Samuel ad Saul, & cum egressus fueris vrbem habebis obuium gregem prophetarum, & insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alterum. Et iste spiritus durabat in homine aliquando multum, & aliquando parum, quādiu Deus volebat. Et quandiu manebat intelligebat propheta res occultas, quæ aliter intelligere non poterat, &
I poterat illas dicere: cum verò cessabat spiritus manere in homine, cessabat homo intelligere, & dicere. Sic patet primo Regum decimonono capitu. de Saule, qui iuit persequens Dauid in Hauoth Ramatha. Et sequitur. Et factus est etiam super eum spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetauit vsque dum veniret in Hauoth in Ramatha, & expoliauit se etiam ipse vestimentis suis, & prophetauit cum ceteris, & cecinit nudus tota die illa, & nocte. Et sic innuitur, quòd vna die, & vna nocte mansit spiritus propheticus tunc in Saule, & sic in alijs aliquando durabat parum, & aliquando multum.

K Septimo considerandum, quòd quando prophetæ non habebant actualiter spiritum propheticum, si illum cuperent ad intelligenda aliqua occulta, vel ad respondendum ad quæstiones eis factas, non habebant illum, quando volebant, & interdum consulebant Dominum super aliqua re, vt eis responderet dando eis spiritum propheticum. Et fiebat tunc tripliciter: primo modo, quòd Deus statim, siue post parum responderet, & insiliret in eis spiritus Domini. Secundo modo, quòd post aliquot dies, vel hebdomadas. Tertio modo, quòd nunquam responderet eis insiliendo in eos ad intelligendum id, quod volebant.

De primo patet, vt in Elisæo, quia cum quæsierunt ab eo tres reges de dubio, non habebat spiritum propheticum, & ideo nesciuit respondere, sed vocari

iussit

iussit citharistam, & dum ille caneret facta est manus A
Dñi super Eliseum, & rñdit, & ita parum moratus est.

De secundo patet Ieremiæ quadragesimosecundo capitul. vbi Iudæi, qui relicti fuerant in terra post transmigrationem aliorum Iudeorum, orauerunt Ieremiam, vt responderet eis ex parte Dei, an descenderent in Aegyptum, vel non, & ille orauit Dominũ, vt ei responderet. Cum autem completi essent dies decem, factum est verbum Domini ad Ieremiam, Et ita vsque ad decem dies non venit in eũ spiritus Domini. Aliquando autem plus tardabat, vt patet Dani. decimo capitul. vbi Daniel orauit Dominum, vt reuelaretur ei per spiritum eius visionis intelligentia, & ieiunabat, & lugebat non vngens se per tres hebdomadas integras, & in fine reuelata est ei visio.

De tertio patet 1. Regum 28. cap. quando Saul super euentu belli consuluit Dominum. Et dicitur, B
quòd non respondit ei, neque per sacerdotes, neque per somnia, neque per prophetas, & sic super illa re nullo modo voluit spiritus propheticus insilire in prophetas ad hoc, quòd reuelaret eis id, quod quærebant. Patet etiam super obsidione Ierusalem facta à Chaldæis. Nam prophetæ volebant habere responsum de fine obsidionis, & Deus noluit respõdere eis, sed soli Ieremiæ respondebat Threno. 2. capit. scilicet Non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino, idest noluit insilire in eis spiritus propheticus, ostendendo eis, vt viderent finem illius obsidionis. Et ideo cum prophetæ non habeant semper C
spiritum propheticum, & etiam non habeant eum, quando volunt, multũ differt quomodo aliquis propheta asserat aliquid. Nam si dicat illud, quãdo habet spiritũ propheticum, & ꝑ illum spiritum est certum dictum, quia est dictum Dei. Si autem dicat illud, qñ non habet spiritum propheticum, non valet plus dictum eius, quam alterius hominis simplicis.

Ex quo sequitur vnũ notabile, scilicet, quòd propheta loquens interdum sine spiritu prophetico errat, & dicit contra id, quod ipsemet postea asserit habendo spiritum propheticum. Sic patet de Nathan propheta, cuius magnæ laudes ponuntur Ecclesiast. 47. capit. inter sanctos viros. Ab eo enim quęsiuit Dauid, an ædificaret templum domino, & ipse non ha- D
bens spiritum propheticum videns humano iudicio, quòd illud opus erat laudabile, & pium, dixit ad Dauid, omne quod est in corde tuo vade, & fac, quia dominus tecum est 2. Regum 7. & 1. Paralipom. 17. cap. Et eadem nocte factum est verbum Domini ad Nathan prophetam, vt diceret Dauid, quòd non ędificaret ipse Domum domino, sed filius eius Salomon. eod. cap. & sic contradixit verbis suis prioribus. & sic Nathan loquens humano iudicio, quando non habebat spiritum propheticum, errauit, & deceptus est, ita ergo licet Dauid, qui propheta erat, diceret Christum esse filium Dei, vel esse Dominum suum, non esset certum, neque faceret probationem, nisi Dauid tunc haberet spiritum propheticum, & ideo fuit con- E
ueniens, quòd Christus diceret, quòd Dauid in spiritu loquens vocat dominum ipsum Christum.

Quomodo cognosci potest, quòd verba, quæ aliquis propheta dicit sint ex spiritu prophetico, vel non.
Quæst. CCCXXXVI.

QVAERETVR cum prophetæ non habeant spiritum propheticum, & quando loquuntur sine spiritu illo non sunt eorum verba magis quam aliorum hominum certa, in quo sciemus, an verba, quę aliquis propheta dicit, sint ex spiritu prophetico, vel non, vt credamus ei, vel non credamus. Dicendum, quòd verum est, quòd prophetæ interdum errant prænunciando falsa. Sic dicitur Threno. 2. ca. prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, neque aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad penitentiam prouocarent. Hoc autem accidebat dupliciter. Vno modo, quia aliqui fingebant sibi aliquid esse reuelatum à Deo, quod non erat reuelatũ, licet aliàs isti essent prophetæ, & istos vocat Deus factores somniorum Deuteronom. 13. cap. & loquuntur ex tumore, idest ex superbia sua, vt videantur in hoc esse prophetæ cum non sint Deuterono. 18. cap. Et hos dicit Deus prophetare ex corde suo. Et dicũt, misit nos Dominus, cum Deus non miserit eos: Ezechi. 13. cap.

Alio modo contingit, quòd prophetæ nõ fingunt aliquid, sed putant sibi esse reuelatum à Deo, & non est. Sic patet de prophetis Baal, qui responderunt regi Achab. Nam Deus voluit decipere regem Achab, vt caderet in bello 3. Regum 22. cap. & 2. Paralipom. 18. & dixt quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et egressus spiritus stetit coram Domino, & ait: ego decipiam illum. Et ait Deus, in quo decipies? Et ille ait: egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius, & dixit Dominus, decipies, & præualebis egredere, & fac sic. Et sequitur. Nunc igitur dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum, qui sunt hic. Et sic illi putauerunt se vera prænunciare, & à Deo accepisse visionem, & non acceperant, & ideo inuentum est falsum, quod prænunciauerunt, quia omnes vno ore prædixerunt, quòd traderet Deus Ramoth Galaad in manus eius, & tamen ipse mortuus est in bello, & non tradita est Ramoth Galaad in manus eius eod. cap.



Ad sciendum autem, quando propheta loquitur ex parte Dei, est considerandum, quòd aut propheta dicit se loqui ex parte Dei, vel innuit hoc ex modo loquendi, aut non. Si non innuit hoc non est credendũ, sicut prophetæ, sed accipienda sunt verba eius, sicut cuiuslibet alterius hominis simplicis, & licet verum eueniat, quod talis prædixerit fuit per accidens, & nõ est tenendum tanquam propheticum. Si autem dicat propheta se loqui ex parte Dei, vel hoc innuat, est vnus modus inuestigãdi hoc, s. quia aut quod ille prędixit euenit, sicut ille dixit, aut non. Si non euenit, apparet manifestè, quòd non est locutus ei Deus, sed finxit ipse, vel errauit putans se accepisse à Domino Deuteronom. 18. cap. s. propheta, qui arrogantia damnatus voluerit loqui in nomine meo, quod ego nõ pręcepi illi, vt diceret, interficietur, & sequitur, quòd si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod non est locutus Deus? hoc habebis signum, quòd in nomine Domini propheta ille locutus fuerit, & non venerit hoc, Dominus non est locutus, sed per tumorem causa sui propheta confinxit: è cõtrario autem si euenerit, quod locutus est, est signum, quòd Deus locutus fuerat illud, quia potest accidere id, quod quis de futuro prænunciat, sicut ille asserit, licet de hoc ipse nihil nouerit, est tamen præsumptio, quòd à Deo ei reuelatum fuerit, si sic euenit, vt ille locutus est.

Quando ꝓpheta loquitur ex parte Dei.

Sed istud signum, licet sit conueniens, non est tamen sufficiens, quia multa prædicuntur à prophetis sine præfinitione temporis, vel talia, quorum impletio designatur futura post tempora nostra, & circa talia non est illud signum sufficiens, sed solum circa ea, quæ dicuntur in breui futura, ita vt nos possimus de illorum veritate, vel falsitate iudicare.

Ideo ad hoc est alia regula, scilicet, quòd aut propheta ille prænuncians aliquid futurum subiunxit aliquod

aliquod miraculum, aut non, si subiunxit aliquod miraculum in confirmationem illius certum erat, quòd à Deo venerat illud, verbum, vt si diceret, ego prænuncio vobis tale, vel tale futurum ex parte Dei, & in signum huius dico vobis, quòd tale, vel tale miraculum videbitis statim. Ista regula colligitur Deuteronom. 13. cap. & taliter ostendit veritatem prophetiæ suæ Samuel. Nam dixit Iudæis ex parte Dei. Valde peccastis petendo regem super vos, & in signum huius dico vobis, quòd statim venient tonitrua, & pluuiæ, licet sit tempus æstatis 1. Regum decimosecundo capit.

Si autem non subiungeret miraculum, non erat certum verbum eius, an ex Deo esset, & ideo non tenebantur audientes credere, licet esset à Deo verbum.

Et tamen sciendum, quòd licet propheta daret miraculum, si illud præcederet ad dictum non obligabantur credere dictum sequens, vt si propheta faceret aliquod miraculum, & post miraculum diceret scitote, quòd hoc erit, non tenebantur credere. Et hoc, quia illud dictum manebat sine cõfirmatione: nam miraculum, quod præcessit, non potuit esse signum confirmans sequentia. Sic patet Deuterono. decimotertio cap. de illo, qui prædixit portentum, & euenit, & tunc addidit. venite eamus, & colamus Deos alienos. Nam non erat audiendus ille propheta, sed occidendus.

Sed adhuc non est istud signum sufficiẽs, quia multi prophetæ erant, qui nunquam faciebant miracula, & dato, quòd miracula facerent non tamen ad cõfirmationem singularum rerum. Etiam quia si ad cõfirmationem illarum facerent miracula, tamen nos hoc nescimus. Ideo est alia regula conuenientior, & potissimè nobis, quia nos nunc non videmus prophetas, sed dicta illorum, quæ à multo tempore fuerunt dicta. Est autem regula, quòd illa dicta prophetarum quæ Ecclesia in sacris libris scripta habet, certissimè credenda sunt esse dicta Deo inspirãte. Ea verò, quæ inter sacras scripturas non inueniuntur, nullam auctoritatem habent, neque credimus illa prophetas à Deo inspiratos dixisse. Et patet ista regula 2. Pe. 1. ca. scilicet hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Cum enim dicitur omnis prophetia scripturæ propria interpretatione nõ fit. Est sensus, quòd omnia dicta prophetica, quæ scripta sunt in sacra scriptura non fiunt propria interpretatione, idest ex ingenio loquentis, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt prophetæ omnia illa, quæ in sacra scriptura sunt. Hoc autem dato iam non oportet quæri aliquod signum, s. an propheta fecit miraculum ad confirmationem, vel non, sed absolutè dicendum est, quòd quicquid inter sacras scripturas in canone recipitur ab Ecclesia vniuersali, est dictum a prophetis inspirante Spiritu sancto. Et iste modus accipiẽdi firmitatem ex scripturis, quę erant in canone, fuit apud Iudęos quondã sicut nunc est apud nos. Sic loquitur August. in Epistola ad Hieronymum. & in Dec. di. 9. cap. ego solis, s. ego solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere. Et per hũc modum tam apud nos quam apud Hebręos constat quid sit dictum a propheta propheticè Deo inspirante, s. id, quod inter sacras literas in canone scripturarum inuenitur.

F *Vnde constat, quòd Dauid in spiritu loquebatur, & quis erat iste spiritus. Quæst. CCCXXXVII.*

QVAERETVR cum dicat Christus hic, ꝙ Dauid dixit hoc de Christo loquens in spiritu. Vnde constat, quòd in spiritu loquebatur.

Dicendum, quod constat ex regula data pręcedẽti q. s. quòd id, quod inuenitur inter sacras scripturas est propheticè dictum. Sic autem est istud dictum, s. dixit Dominus Domino meo, ideo cum ibi sit constat, quòd Spiritu sancto dictãte fuerit dictum, & hoc ex modo loquendi Euangelistarum. Nam Matthæus hic, & Marcus 12. c. dicit, quòd Dauid loquens in spiritu, dixit hoc, sed Lucas c. 20. dixit, quòd Dauid dixit
G in libro Psalmorũ: dixit dominus &c. & ita loco huius, quod alij dixerunt Dauid in spiritu locutum, dixit Lucas dixisse illum hoc in libro Psalmorum quasi dicere in libro Psalmorum sit dicere de spiritu prophetico. Est enim liber Psalmorum inter sacras scripturas. Nam tres ordines librorum ponunt Iudæi in canone librorum suorum, s. leges prophetales agiographos, vt patet per Hieronymum in prologo Galeato, & ibi ponuntur Psalmi agiographa. Vnde constat spiritu sancto dictum esse quicquid ibi scriptum est. Hũc autem ordinem canonis librorum Christus ostendit Luc. 24. cap. dicens: oportet impleri omnia, quæ scripta sunt de me in lege Moysi, & ꝓphetis, & Psalmis.
H Et tamen si Psalmi non haberent auctoritatem, non allegaret illos. Etiam apparet per Spiritum sanctum esse compositos, quia dixit: oportet impleri omnia, quæ scripta sunt de me. ergo ea, quæ in Psalmis erant, dicta erant per Spiritum sanctum, & sic constabat, ꝙ Dauid in spiritu locutus est de Christo.

Quis erat iste spiritus in quo loquebatur Dauid. Quæst. CCCXXXVIII.

QVAERETVR cum dicatur, quòd Dauid loquebatur in spiritu, quis erat iste spiritus.

Dicẽdum, quòd oportet accipi pro Spititu sancto. Manifestum est enim, quòd Dauid in spiritu loque-
I batur, etiam si nemo Euangelistarum hoc exprimeret, quia cum esset agens per intellectum, oportebat, quòd illud, quod ageret ex præcogitatione, vel intellectu dictante dicatur fieri a spiritu, quia intellectus spiritus dicitur, eo quòd virtus animæ, quæ est spiritualis substantia, & omnem spiritualem, vel incorpoream substantiam spiritum vocamus, inquantum distinguimus substantiam per corpus, & spiritum, & ideo siue Dauid moueretur a Deo, vel ab alia exteriori substantia spirituali, siue non, sed per seipsum solum ageret, diceretur in spiritu agere, vel loqui, & ideo non oportebat ad hoc exprimi, quòd in spiritu locutus esset, & tamen expressit hoc Matthæus, ideo oportet aliquid speciale intelligi per spiritum, quòd non intelligeretur non expresso hoc.
K Dicendum autem, quòd per spiritum voluit intelligere Matthæus Spiritum sanctum. Et patet, primo, quia Marcus ponens eandem sententiam, dixit. s. Ipse enim dicebat in spiritusancto. Dixit dominus &c. Mar. 12. c.

Secũdo patet, quia Matthæus expressit istud ad cõfirmandum argumentum, scilicet, quòd Dauid vocauerat Christum Dominum: ergo nõ esset filius eius & tamen non sequeretur hoc, si Dauid a Spiritu suo motus ista dixisset: ergo oportet, quòd moueretur a spiritu Dei, vt verbum suum esset certum, sed spiritus Dei vocatur Spiritus sanctus Psalm. 50. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Ergo intelligitur de Spiritu sancto.

Tertio

Tertio patet, quia Dauid inducitur locutus non a seipso, sed Deo mouente, vt verbum suum habeatur in auctoritate, & tamen omnia talia dicuntur dicta per Spiritum sanctum 2. Pe. 1. s. non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines: ergo Dauid Spiritu sancto spiratus locutus est hoc.

Quare Matthæus dixit, quòd locutus est Dauid in spiritu, non addens in Spiritu sancto. Quæst. CCCXXXIX.

SED dicetur quare Matthæus dixit, quòd locutus est Dauid in spiritu, non addens, quòd loqueretur in Spiritu sancto.

Dicendum, φ spiritus, quãdoque accipitur in scriptura sine determinatione, solet autem accipi pro vẽto, siue flatu: nam flatum spirationem dicimus, sic accipitur 3. Regum 19. capitu. scilicet, ecce Dominus transit, & spiritus grandis. Et sequitur, & non in spiritu Dominus, idest non in vento grandi transeunte.

Secũdo accipitur pro indignatione, vel ira, vt Gen. 6 cap. non permanebit spiritus meus in homine in æternum &c. idest non erit indignatio mea semper cõtra hominem, & Isa. secundo capit. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, idest qui habet iram in naribus.

Tertio accipitur pro quadam concitatione animi iuxta illud. Et spũm concitatũ quis cohibere poterit?

Quarto modo accipitur spiritus pro substantia spirituali, quæ contra corpus distinguitur, & hoc, siue sit spiritus coniunctus corpori, sicut est spiritus humanus, siue separatus, & immaterialis, sicut Angelicus siue totaliter diuinus. De primo patet Nu. 16. capit. s. Fortissime Deus, spirituum omnis carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? Et vocatur Deus spiritus carnis, idest potens super spiritus alligatos carni, qui sunt spiritus humani, idest animæ. De secundo patet Psalm. 103. & ad Hebræ. 1. capit. s. Qui facit Angelos suos spirtius. Et sic Angeli vocantur ibi spiritus. De tertio patet Io. 4. c. s. Deus spiritus est.

Quinto accipitur spiritus pro spirituali desiderio, vel conditione agendi. Sic patet ad Rom. 8. cap. Quicunque spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Et ad Galat. 6. Si spiritu viuimus, & spiritu ambulemus, idest spiritualiter. Sic etiam Christus loquitur Ioan. 4. cap. s. Deus spiritus est, & eos qui eum adorant oportet in spiritu adorare, idest spiritualiter, & ex hoc vocatur lex spiritualis, idest ad modum viuendi spiritualem deducens ad Ro. 7. cap. s. scio enim quòd lex spiritualis est, ego autem carnalis.

Sed accipiendo quantum ad modum quartum ꝑ substantia spirituali separata, est sciendum, quòd aliquando accipitur spiritus absolute in malum, idest ꝑ dæmone, & aliquando pro Deo. De 1. patet 3. Reg. 22. & 1. Paralipom. 18. cap. s. Et egressus spiritus stetit coram Domino, & ait: ego decipiã illũ. Et ille est spiritus, qui decepit prophetas Achab. Sed ad Deum, & ad Angelos non pertinet decipere, maxime quia iste spiritus per mendacium decepit eod. cap. s. in quo decipies, & ait spiritus: egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. ad dæmonem autem pertinet esse mendacem Io. 8. s. diabolus mendax est, & pater eius, idest mendacij, & ideo cum mẽtitur de proprijs loquitur, & sic accipitur ibi spiritus pro dæmone. Aliquando spiritus absolute accipitur pro Deo, vt Ioan. 4. capit. Deus spiritus est, & ita nunc accipitur spiritus pro Deo, qui est Spiritus sanctus, & nõ oportuit aliud addi, quia satis intelligebatur cum dicatur, quòd locutus est in spiritu, locutum esse per Deum. Sic etiam accipitur in nouo testamento fre-

A quenter, vt Luc. 2. de Simeone, qui venit in spiritu in templum, idest per Spiritum sanctum, qui mouerat cor eius ad veniendum. Sic etiam supra 4. cap. dicitur. Ductus est Iesus à spiritu in desertum, idest ductus est à Spiritu sancto, qui eum illuc impulit, vt ibi à dæmone tentaretur.

Sed adhuc considerandum, quòd spiritus iste, in quo loquebatur Dauid erat spiritus propheticus. nã spiritus, qui prophetas facit esse, spiritus propheticus appellatur, & tamen Dauid dixerat ista, vt propheta, ideo cũ diceret per spiritum, oportebat, quòd per spiritum propheticum diceret, & iste spiritus solet vocari interdum spiritus absolute, vt patet 4. Reg. 2. cap. s. requieuit spiritus Eliæ super Eliseum & 4. Re. 2. cap. petiuit Elisæus ab Elia, dicens. Obsecro, vt fiat spiritus tuus duplex in me, & tamen manifestum est, B quòd ille erat spiritus propheticus, quia non habebat alium spiritum Elias, nisi propheticum, neque transfusus est alius in Elisæum. Sic etiam Deus loquitur Nume. 11. cap. ad Moysen, s. auferam de spiritu tuo, & tradam eis, idest de spiritu prophetico Moysi dandum erat aliquid septuaginta senioribus. Et patet, quia eodem cap. sequitur. descendit dominus per nubem, & locutus est ad Moysem auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris: cumque requieuisset in eis spiritus prophetauerunt, neque vltra cessauerunt. Et ita spiritus ille propheticus erat, quia mox, vt insilijt in eos, prophetauerunt.

C Sciendum autem, quod iste spiritus propheticus, quem Marcus Spiritum sanctum vocauit, potest dupliciter vocari Spiritus sanctus. Vno modo, quòd sit iste Spiritus sanctus, qui est persona trinitatis. Alio modo, quòd sit donum aliquod Spiritus sancti: nam vterque modus conuenit. De primo patet, quia licet omnia bona nostra sint simul à tota trinitate, vt ab vno benedicto, & vnico rerum omnium principio, tamen per attributionem omnia dona attribuuntur Spiritui sancto, ita vt ipse dicat efficere in nobis omnes gratias. Et hoc modo quia prophetæ per donum, quoddam Dei inspirati prophetant, dicentur a Spiritu sancto inspirati, & ipse Spiritus sanctus dicetur spiritus propheticus, quia animos eorum implet. sic ac-D cipitur 2. Pe. 1. s. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, idest prophetæ. Et necesse est, vt propheticus spiritus dicatur ille, qui prophetas constituit. Sic enim dicitur Sapien. 7. ca. quòd transferens se per animas sanctas amicos Dei, & prophetas constituit: ergo spiritus sanctus est spiritus propheticus. Et sic etiam potest accipi Actu 2. capit. s. repleti sunt omnes Spiritu sancto. nam Spiritus sanctus super eos descendit, & ille est, qui eos repleuit.

Spiritus ꝓpheticᵘˢ põt dupliciter Spiritus sanctus vocari.

De secundo, s. quòd sit donum Spiritus sancti, patet Ioan. 20. c. s. insufflauit in eos, dicens: Accipite Spiritum sanctum. Et tamen oportet ibi accipi pro dono, s. pro potestate soluendi, & ligandi, quæ non est ipse Spiritus sanctus, sed quoddam donum, cum statim dicatur. Et quorum remiseritis peccata remissa E erunt &c. sic etiam accipitur Actu 8. ca. s. orauerunt ꝑ eis, vt acciperent Spiritum sanctum, idest dona Spiritus sancti, vel gratiam. Et ex hoc etiam omnia dona Spiritus sancti vocantur spiritus. Sic patet Isaiæ vndecimo capit. vbi ponuntur septem spiritus sapientię, consilij, timoris, pietatis, &c. qui sunt spiritus, idest septem dona Spiritus sancti. Et recte hoc fit, quia ipse Spiritus sanctus omnia hæc dat, & licet ista multa sint, ipse vnus est 1. Corinth. 12. c. s. diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Vnde postquam ibi posuit multa dona subdidit. Hæc omnia operatur vnus, & idem spiritus diuidens vnicuique prout vult. Et sic in præsenti potest accipi spiritus, in quo loquebatur

Omnia dona Spiritus sancti spiritus vocantur.

batur Dauid pro ipsa persona Spiritus sancti, quę impellebat eum ad loquendum. Vel pro spiritu, idest dono prophetico, quo illustrabatur interius ad dicendũ hæc, & ad eundem sensum redeunt isti modi. Nam prophetæ nõ possunt habere spiritum propheticum, qui est interior inspiratio, & illustratio, nisi Deus inspiret, neque etiam per Deum solum prophetabit aliquis, nisi Deus aliquid dederit ĩ intellectu eius, quod distinguatur a Deo. Quod verum est, nisi in visione beata, vbi homo potest prædicere futura non per aliquam inspirationem interiorem, quę distinguatur essentialiter à Deo, sed per ipsam diuinam essentiam, quia illa est ibi, quod videtur, & medium videndi, siue species; & tamen adhuc in tali casu requiritur lumen gloriæ, quod est aliquid habituale, & creatum, sine quo non aptatur, neque proportionatur essentia diuina intellectui nostro, vt sit nobis medium intelligendi.

Quomodo constabat Iudæis, quòd ista verba dixerat Dauid, scilicet dixit dominus domino meo. Quæst. CCCXL.

QVAERETVR quomodo constabat Iudæis, quòd ista verba dixerat Dauid, s. dixit dominus Domino meo.

Aliqui dicunt, quòd planum est, quia ista sunt verba Psalmi, & tamen omnes Psalmi facti sunt à Dauid, cum sic inscribatur titulus eorum.

Multi auctores Psalmorum. Dicendum, ꝙ falsum est: nam licet apud vulgares inscribatur cuilibet Psalmo titulus Dauid non fuerunt omnes editi à Dauid sed multi fuerunt Psalmorum auctores Heman, Ethan, Idithum, filij Core, Asaph, Moyses, Dauid, & alij, vt patet ex vera inscriptione titulorum Psalmorum. Solent tamen apud pauca aduertentes, & interdum omnes peritos omnes Psalmi ascribi ipsi Dauid, s. quia ipse plurimos eorum fecit. Nemo enim de alijs auctoribus Psalmorum tot edidit Psalmos: immo ipse solus edidit plures Psalmos quam omnes alij auctores simul, & ob hoc ipse vocatur propheta absolutę, idest per excellentiam, s. quia in canendo, & compositione Psalmorum ipse fuit maior omnibus Israelitis. Sic dicitur 2. Reg. 23. c. s. dixit Dauid filius Isai egregius Psaltes Israel. Psaltes autem dicitur auctor, vel Psalmorum compositor.

Ad propositum autem dicendum, quòd licet non sint omnes Psalmi Dauid, tamen iste Psalmus est ipsius Dauid, vt apparet ex eius titulo, & Iudæi, qui tunc erant non dubitabant de hoc, ideo nemo calumniatus est probationem Christi quasi veram, & solidam existentem.

Quomodo sit verum, quòd ille Psalmus de Christo intelligatur. Quæst. CCCXLI.

QVAERETVR cum dicat Iesus, quòd Dauid vocat eum, idest Christum dominum suum, in quo innuit, quòd ille Psalmus de Christo intelligatur, quomodo sit hoc verum.

Dicendum, quòd in veritate Psalmus iste de Christo intelligitur, neque conueniũt ea, quæ scripta sunt ibi alteri, nisi Christo, vt ostendetur statim, & Iudæi illius temporis ita credebant: nam si non haberent isti pro manifesto, quòd Psalmus ille intelligeretur de Christo, arguerent Christi probationem: ipsi enim valde cuperent eludere Christi argumentum ad seipsos defendendum, quia ipsi dixerant Christum esse filium Dauid, & Iesus ostendebat, quòd non. Et sic si inuenirent aliquam occasionem calumniandi contra argumentationem suam niterentur arguere, &

F maximè, quia tota vis probationis stat in hoc, quòd iste Psalmus intelligatur de Christo, sed ipsi nihil cõtenderunt super hac probatione, ideo constat, quòd ipsi pro certo tenebant hunc Psalmum intelligi de Christo.

Circa quod considerandum, ꝙ cum Iudæi negantes Messiam esse filium Dei, videant ex hoc Psalmo aliqualiter istud inferri, si de Christo intelligatur, dixerunt non intelligi de Christo, & ideo dicunt nõ solum non intelligi de Christo, sed etiam ista verba nõ esse Dauid, vel saltem non esse dicta in persona eius, sed in persona cuiusdam serui Abraham cuius filius vocabatur Damascus Eliezer Gen. 17. & hoc volunt, quia aliqua verba huius Psalmi videntur aliqualiter

G conuenire illius opposito, & dicunt intelligi de bello Abrahæ contra reges quatuor, qui tenebat captiuos quinque reges Gen. 14. c. & dicunt, quòd loquitur Eliezer Damascus verba Psalmi illius, s. dixit dominus, idest Abraham Domino meo, idest Isaac filio suo, qui erat Dominus Eliezer, sede à dextris meis, idest quiesce: donec ponam inimicos tuos, idest illos quatuor reges, scabellum pedum tuorum, idest subijciam eos tibi. Et hoc, quia Abraham pugnauit contra illos, & conuertit eos in fugam: accepitque de manu eorum omnia spolia quinque Regum, quæ ipsi tulerant iure bellico. Etiam videtur concordare alia particula Psalmi, s. inquantum dicitur sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech: nam in eodem bel-

H lo fit mentio, quòd Melchisedech rex Salem, qui erat sacerdos Dei altissimi protulit panem, & vinum, & benedixit Abraham. Etiam videtur consonare aliud verbum Psalmi, s. dominus à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges. quod intelligunt de illis quatuor regibus confractis, & superatis ab Abraham. Quis erat Melchisedech.

Sed dicendum, ꝙ omnia hæc ficta sunt, & per extorsionem literæ dicta. Primo quia si de hoc intelligeretur, oporteret, ꝙ ista essent verba Eliezer, & non Dauid, & sic esset Psalmus Eliezer, & non Dauid, & tamen inscribitur Psalmus ipsi Dauid, ideo non intelligitur de facto Abraham.

Secundo, quia hoc modo poneretur à principio

I Dominus pro Abraham, & tamen non conuenit, quòd absolute ponatur dominus pro Abraham: ad Deum enim talis nuncupatio pertinet: poterat enim Eliezer vocare eum Dominum suum, sed non Dominum absolutè, quia significatur, quòd est dominus omnium.

Tertio quia diceret ibi Abrahã filio suo Isaac, qui erat dominus Eliezer: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos &c. & tamen manifestum est, ꝙ non poterat esse istud dictum de Isaac, quia tũc Isaac natus esset multo tempore, ante bellum Abrahæ cũ istis quatuor regibus, vt posset ei loqui Abraham, vel fingi, quòd ei loquebatur, & tamen nondum erat natus, sed multo tempore post natus est Isaac, quia istud bellum ponitur Gene. 14. c. & natiuitas Isaac ponitur

K Gene. 21. c. Ergo non potest sic intelligi.

Sed dicendum, quòd ista argumenta procedunt supponendo, quòd in expositione Psalmi inducantur Abraham, & Isaac, scilicet, quòd dominus sit ibi Abraham.

Alij tamen Iudæi minus calumniose exponunt, s. ꝙ intelligatur de Abraham, & tñ non inducunt Isaac, & tunc est sensus, s. dixit Dominus, idest Deus domino meo Abrahã sede a dextris meis, donec ponã &c. Sed adhuc dicendum, ꝙ ista expositio nõ stat: primo quia tunc esset Psalmus iste Eliezer, & non Dauid, q̃a Dauid non vocaret Abraham dominum suũ. Secundo dicitur, quòd nòn stat, quod dicitur sede à dextris meis. Nã Abraham nunquã sedit à dextris Dei neq;

vere

vere,neque figurate, quia hoc significat quandam æqualitatem honoris,quę non conueniebat Abrahæ, qui seruus erat Dei,& nullo modo ęquandus ei.

Tertio,quia dicitur, donec ponam inimicos tuos. Nam illi reges quatuor,contra quos pugnauit Abraham non erant inimici Abrahæ, sed reges Sodomorum, & illum, & alios quatuor reges captiuos ducebant,Abraham autem venit in auxilium regis Sodomorum.Gen.14.c.

Quarto,quia non conuenit, quod sequitur.s.virgā virtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Nam hoc non videtur qūo intelligatur de Abraham, ad quem non pertinuit Sion, quę manebat sub potestate Melchisedech regis Salem.i.Ierusalem.

B Quinto,quia dicitur: Ex vtero ante Luciferum genui te,inquantum enim dicitur genui te,significatur, ꝙ Deus esset pater Abrahæ per generationem, sed falsum est, quia licet Deus sit pater omnium nostrum, non tamen per generationem,sed per creationem,ergo de alio intelligitur,qui filius sit.

Sextò,quia dicitur, ante Luciferum.s.quia genitus sit ante Luciferum. Nam de Abraham non est verū, ꝙ genitus sit ante Luciferum, quia Lucifer creatus est quarta die sęculi: Abraham vero natus est, quasi anno sęculi millesimo nōgētesimoquinquagesimo, vt patet ex decursu libri Gene. Et hoc etiam prodest ad confirmationem antecedentis rationis. Nam diceret aliquis,ꝙ gignere accipitur large pro creare.& ita

C Deus genuit Abraham. Hoc tamen non stat,quia dicitur genuisse ante Luciferum, & tamen Abraham non fuit genitus ante Luciferum, sed multo tempore post creationem Luciferi.

Sed obiicietur,ꝙ intelligatur de eo,quia licet Abraham secundum existentiam non fuerit,nisi in tempore determinato,tamen in mente Dei erat ab æterno: & ita erat ante Luciferum.

Dicendum, ꝙ ēt non stat,quia tunc non solū Abraham esset in mēte Dei,sed oīa sunt ibi idealiter, & ita ēt esset ibi Lucifer, & ideo non esset Abraham ante Luciferum. Nam in mente diuina omnia sunt simul, & vnum non pręcedit ad aliud duratione.

D Septimo,quia dicitur:ex vtero.s.genui te ex vtero.i.de substantia mea,vel de eo,quod est intra me, siue pars mei,& tamē Abraham non est de substātia Dei, quia nihil est de substantia Dei, nisi Deus: cætera vero sunt de nihilo. Et ista ratio efficacius probat quam cęterę,nam quantum ad gignere poterat dici, ꝙ accipiebatur large pro creare: quantum vero ad luciferū poterat dici,ꝙ accipiebatur pro generatione, vel esse, qđ Abraham habebat in mente diuina. Et cum obijceretur,ꝙ etiam Lucifer habebat ibi esse. Poterat dici, ꝙ accipiatur esse Luciferi pro esse, qđ habet in ꝑprio genere, qđ recepit in die quarta, & non pro esse, qđ habebat in mente diuina. Et tunc verū est,ꝙ Abrahā genitus est ante luciferū, sed hoc vltimum tollit oēs ambiguitates, s. quia dicit ex vtero, quod significat

E consubstantialitatē: nihil aūt cōsubstantiale est Deo, & genitum nisi filius eius, qui etiam Deus est. Et notanter dixit ex vtero, & non ex corde, vel intellectu, quia omnia sunt in Deo per modum intellectus, & ideo si de corde, vel intellectu diceretur genuisse, posset intelligi,licet large pro modo, quo nos sumus in Deo, & procedimus ab ipso velut ab artifice, & conditore per voluntatem, & intellectum. Dixit tñ ex vtero. Est autem vterus locus naturalis generationis,& formationis fętus, ideo cum dixit, ex vtero genui te.non potest intelligi nisi de filio, qui consubstātialis est patri, & per modum naturæ ab eo genitus, & non,vt ab artifice factus, vel creatus.

Octauo patet, quia dicitur: Tu es sacerdos in ęternum,& tamen Abraham non fuit sacerdos,Christus autem fuit sacerdos,immo ista causa innuitur Gene. 14.Quare Melchisedech benedixit Abrahę, scilicet, quia erat sacerdos Dei altissimi, & tamen si Abrahā esset sacerdos non benediceretur a Melchisedech, cum benedicatur minor a maiori ad Hebræ.7.Et agitur ibi de bñdictione Abrahæ facta a Melchisedech, & tamen si esset Abraham sacerdos, non poneretur ibi pro causa, quia Melchisedech benedixit Abrahæ, quia erat sacerdos Dei.

Nono patet,quia Iudæi applicant istam particulā, inquantum Gen.14.vbi ponitur istud bellum, dicitur de Melchisedech,ꝙ erat sacerdos, & tamen in litera Psalmi innuitur, ꝙ iste, de quo agitur sit sacerdos, & non Melchisedech, sed sequitur ordinem Melchisedech,& ideo non est ad propositum.

Decimo,quia dicitur sacerdos in ęternum, & hoc excludit omnem calumniam. Nam etiam si fingat, ꝙ Abraham fuerit sacerdos sequens ordinem Melchisedech,tamen non fuit sacerdos in ęternum, quia mortuus est, & ideo oportet intelligi de alio, qui viuat in ęternum,ipse est filius Dei Christus,& ita exponit Apostolus istum passum ad Heb.7. de Christo, ꝙ sit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Aliæ rationes poterant accipi ex litera Psalmi ad ostendendum,ꝙ non possit intelligi de Abraham, & tñ quantum ad eas supersedetur. De his dixit Hierony.super Matthæum, interrogatio hæc proficit nobis vsq; hodie contra Iudęos. Hi enim qui confitentur Christū venturum hominem simplicem, & sanctum virum, asserunt de genere Dauid. Interrogemus ergo omnes docti a Domino,si simplex homo est, & tantum filius Dauid, quomodo Dauid vocet eum dominum suum? Iudęi autem ad deludendam interrogationis veritatem friuola multa confingunt. Vernaculum Abrahæ asserentes cuius filius fuerit Damascus Eliezer,& ex ipsius persona scriptum esse Psalmū, quòd post cędem quinque regum dominus Deus Domino suo Abraham dixerit,sede a dextris meis,&c.quos interrogemus, quomodo dixerit Abrahę ea, quę sequuntur,& respondere cogamus,quomodo Abrahā ante Luciferū genitus sit, & quomodo sacerdos fuerit,secundum ordinem Melchisedech, pro quo Melchisedech accepit panem,& vinum, & a quo decimas pręde acceperit. Omnia tamē,quę in hoc Psalmo dicuntur,conueniunt Christo,qūo aūt singula applicentur,dicetur in expositione ipsius Psalmi.

Quomodo Psalmi auctoritas applicetur ad propositum, & quomodo est verum, quod dixit Dominus, Domino meo, &c. Quæst. CCCXLII.

QVAERETVR cum Iesus alleget auctoritatem Psalmi, quomodo applicetur, & quomodo sit verum,ꝙ dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.

Dicendum, ꝙ ista sunt verba Dauid loquentis de Christo ad ostendendum eius honorem, & dignitatē in hoc,ꝙ filius Dei est, & ęqualis per omnia Deo patri,& ideo ait: Dixit dominus.i.Deus pater: Domino meo.i.Messiæ,siue Christo. Sede a dextris meis. Vocatur autem pater Dominus non quidem Dominus filii,sed Dominus omnium, quia Dominus ad seruū dr̄,& ideo pater non dr̄ Dominus ad Christum, nisi Christus seruus sit, sed non est seruus, cum sit Dn̄s, & hęres vniuersorum,per quem fecit & sęcula. Ad Hebræ.1.c. & ipse est iudex viuorum,& mortuorum Actu.10.c.licet secundum carnem erat quidem parū distans a seruo,cum sit ipse Dn̄s omnium ad Gal.4.c. creaturę autem factæ sunt a Deo per filium, ideo illæ dicun-

Expositio auctoritatis Psalmi.

dicuntur subditę. & ad illas dicitur Dñs Deus, & maxime, quia vocatur dñs absolute, quod ad Dei solius honorem pertinet, nam homines licet sint natura serui, possunt dici Dñi ad hanc, vel ad illam rem specialiter consideratam, & tñ dñs nemo absolute dr̄. Nam q dñs est absolute est dñs oĩum, sed nemo est dñs omnium, sed solus Deus. Cum autē dixit Domino meo. i. Christo, vel Messiæ, non ostendit esse alium Dñm. Nam licet pater sit alius a filio non est alius Dñs, neq; alius Deus, sed vnus Dñs, & vnus Deus, quia quęlibet persona diuina, quia in seipsa rationem, & perfectionem hēt nullo indigens recipit per se prædicationē oĩum attributorum, vt dr̄, ꝙ quælibet earū est Deus, & quælibet oĩpotens, & bonus, & cęterę predicationes, non tñ plures dñi, sed vnus est dñs qui est pater, filius, & spiritus, trinitas solus Deus.

Quare Dauid patrem vocauit Dominum absolute, filium autem vocauit Dominum suum. Quæst. CCCXLIII.

QVAERETVR cum Dauid de patre, & filio locutus fuerit, quare patrem vocauit Dñm absolute, filium aũt vocauit dñm suum cũ ista determinatione. Nam ista determinatio vr̄ multum diminuens de extensione dominii. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, qa pater est Deus, & non homo, ideo est dominus absolute, filius autem est Deus, & est homo, ideo est dominus specialiter, quasi sit minor in dominio.

Dicendum, quòd verum est, quòd Christus inquantum est homo minor est patre suo. Sic enim ipse dicit Ioan. 14. vado ad patrem, & pater maior me est, & tamen non est ob hoc intelligendum, quòd simpliciter filius sit minor patre, vel Christus sit minor Deo, quia Christus est Deus filius Dei, & in hoc est ei ęqualis, sed per hoc, quòd homo factus est, nihil perdidit de sua naturali excellentia, quia sic nunquā factus fuisset homo, ergo Christus homo existens est æqualis Deo patri, & omnipotens, sed in hoc differt, quòd licet Christus homo, vel homo existens sit ęqualis patri, tamen secundum, quòd homo non est æqualis patri, vtroque tamen modo est Dominus omnium, sed secundum, quòd Christus est filius Dei est naturaliter Dominus omnium, inquantum vero est homo non est naturaliter Dominus omnium, sed est ibi collatum a tota trinitate, sic ipse dixit infra. 28. c. data est mihi potestas in cęlo, & in terra. Et hanc ipse potestatem meruit per passionem suam. Sic dicitur Actu. 20. ca. quòd Christus acquisiuit sibi ecclesiam sanguine suo, idest vt esset Dominus eius inquātum homo est, nam inquantum Deus, erat Dominus illius etiam sine effusione sanguinis.

Nunc ergo ad propositum dicendum, quomodo stat illa responsio. s. ꝙ Christum vocauerit Dauid Dominum suum, quasi aliquid minoritatis in domino importetur cum Christus sit ęqualis patri, & etiam Dauid inducat eum, vt æqualem patri inquantum dicat, sede a dextris meis. Est ergo dicendum, ꝙ iste psalmus intelligitur de Christo. Sic dixit Iesus. Et, ꝙ Christus est Deus, & homo, ideo Dauid inducit hic Christum quantum ad aliqua, quæ competunt, & secundum vtranque substantiam. Nam cōpetit Christo inquantum est Deus, ꝙ sedeat a dextris. i. sit ęqualis patri, etiam competit ei, ꝙ sit natus ex vtero ante luciferum. i. consubstantialis patri, competit autem ei inquātum homo, ꝙ habeat inimicos, qui sub pedibus eius ponuntur, etiam, ꝙ sit sacerdos secundum ordinē Melchisedech. Nam sic seipsum, vt sacerdos patri obtulit, & sacrificium panis, & vini instituit.

His suppositis dicēdum, ꝙ sicut pater vocatur Dominus absolute, ita filius. i. Christus poterat vocari

F Dominus absolute, & tamen non debuit vocari. Et ratio est, quia in diuinis est distinctio inter personas, quia pater non est ipse, qui filius est, & filius non est ipse, q pater est, & ita Dauid voluit eos, vt duos ostēdere, & per nomina designare, sed si diceret: Dixit Dominus domino nihil addendo putaretur ad seipsum locutus, ideo debuit addi aliqua limitatio, per quam innueretur, ꝙ non erat idem, qui loquebatur, & ad quem fiebat sermo.

Quare potius circa filium ponitur limitatio, quam circa patrem. Quæst. CCCXLIIII.

G SED tūc quæretur dato, ꝙ aliqua limitatio poni deberet circa aliquam istarum partium, quare potius circa filium, quam circa patrem, posset enim dici dixit Dominus meus, i. pater. Domino. i. filio, vel Christo.

Dicendum, ꝙ fuit primo ad significandum inęqualitatem ex aliqua parte, nam licet filius sit simpliciter æqualis patri, tamen quantum ad naturam humanam assumptam non est ei æqualis, & ideo inquātum talis, i. inquantum homo non est Christus ęqualis patri in Domino, neque sibimet est filius Dei, & ideo melius dicitur filius, qui homo est Dominus cū determinatione diminuente, vt ex hoc importetur

H conditio humanitas, quam pater, qui nihil assumpsit quantum ad quod sit minor seipso, & hoc competit modo loquendi Psalmi inquantum dicitur: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, cum ergo pater ponat inimicos filij sub pedibus Christi, importatur pater, vt potentior, ergo ipse Christus debet vocari dominus cum limitatione, & non pater.

Secundo, quia meus significat proprietatem quādam, & specialitatem, & hoc conuenit potius filio, quam patri, est enim pater Deus, & nihil extraneum assumpsit, per quod limitetur, sed inquantum Deus communis est omnibus gentibus, ad Ro. 3. Deus nō solum est Deus Iudæorum, sed, & gentium, ideo non debuit patrem vocare Dauid Dominum suum, filius autem specialiter pertinebat ad Dauid pp multa, vt

I statim dicetur, ergo de illo conuenienter dicere debuit, ꝙ est Deus meus.

Secundo dicitur, ꝙ etiam pater potest dici Deus meus, quia Deus erat specialiter Iudæorū, & ita ipsi vocant eum sępe Deum suum, Deutero. 32. non est Deus noster, vt dij ipsorum. Item, quia Deum patrē specialiter vocant Iudæi Deum suum. Io. 8. c. s. Est pater meus, quia glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognoscitis eum.

Dicendum, ꝙ Deus potest accipi tripliciter, aliquādo non distinguendo personas, & tunc post comparari Deus verus ad eos, qui non sunt dij, sed vocantur sic. Vel comparabitur ad ipsos, qui eum colunt, &

K vtroque modo eum poterant vocare Iudæi Deum suum specialiter.

De primo patet, quia soli Iudæi colebant Deum verum, inter quos solum erat notus Psalmo 75. s. Notus in Iudæa Deus in Israel magnum nomē eius. Et ideo ipsi eum Deum suum vocare poterant, quia soli eum, vt Deum tenebant, cæteræ autem gentes, vt communiter idola colebant.

De secundo patet, quia specialiter erat Deus verus Dominus Hebræorum, quia licet aliæ gentes eum, vt Deum agnoscerent, nulla eum talibus cęremonijs colebat, vt dicitur Deu. 4. c. s. Quæ est. n. gens sic inclyta, quæ habeat cęremonias, iustaq; iudicia, & cunctam legem, q̃ ego proponam hodie ante oculos vestros. Et ideo Deum suum vocarent. Alio modo accipitur Deus

Deus sub distinctione personarum, & tunc Deus pater, & Spiritus Sanctus non dicuntur Deus Hebræorum specialiter, vel dominus eorum, filius autem dicitur conuenienter dominus eorum, & in hoc, quia in multis pertinet ad eos, in quibus non pertineret pater, & Spiritus Sanctus.

Ad secundum dicendum, quòd pater non est specialiter Deus Hebręorum, & cum Christus dixit, ꝙ Hebræi dicebant hoc, debet intelligi, quòd ille, qui est pater erat Deus Hebręorum, tamen Iudæi non sciebant, quòd pater erat, quia ipsi ignorant distinctionē esse personarum diuinarum, sed putant esse vnicum suppositum diuinum, sicut est vnus Deus, & ideo nō vocant patrem specialiter Deum suum, quasi distinguant illum a filio, & Spiritu Sancto, sed quia ille, quem ipsi vocant Deum suum est pater, & filius, & Spūs Sāctus vnus Deus. Et hoc patet ex verbis Christi allegatis, scilicet quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Non cognoscere autem erat, quòd personarum distinctionem nesciebant, & sic manet, quia eum dominum suum vocabant inquantum non distinguebant personas, sed distinguēdo personas, & comparando inter se, vel nullam earum vocarent dominum suum, vel vocarent filium suum, vel vocarent solum filium.

Causa autem prima, quare Christum vocat Dauid dominum suum est, quia ille pertinebat ad ipsum secundum carnem. Descendebat enim de progenie Dauid, propter quod specialiter ad eum pertinebat.

Secunda causa est, quia Christus in carne assumpta specialiter operatus est salutem, nam licet totum bonum nostrū sit à beata Trinitate, quæ est vnus Deus, tamen fuit per mortem Christi. Et quia solus filius assumpsit carnem, solus filius passus est, & ideo salus nostra specialiter pertinet ad filium, & sic possumus specialiter Christum vocare dominum nostrum, & consequenter Dauid illum dominum suum vocauit.

Tertia causa est, quia cum Christus natus sit de stirpe Iudæorum specialiter fecit ad gloriam, & exaltationem ipsorum Luc. 2. lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel, ideo quantum ad hoc magis pertinebat filius ad Dauid, & ad omnes Iudæos, quam pater, & Spiritus Sanctus, & ideo eum specialiter dominum suum vocauit.

An Dauid vocauerit Christum dominum quantum ad deitatem, vel secundum carnem.
Quæst. CCCXLV.

QVAERETVR cum Dauid vocauerit Christum dominum suum, an vocauerit eum dominum quantū ad deitatem, vel secundum carnem.

Dicendum, quod vtroque modo Christus erat dominus Dauid, & omnium hominum, nam inquantum Deus est naturaliter dominus hominū, & omnium rerum, quia ipse fecit omnia. Inquātum autem homo etiam erat dominus Dauid, quia constitutus est à Deo rex, & iudex viuorum, & mortuorum Actu. decimo capitulo. Etiam a tota Trinitate data est ei potestas super omnia infra decimo octauo capitulo scilicet. Data est mihi potestas in cœlo, & in terra. Et ideo secundum vtrunque poterat eum vocare Dauid dominum, nam licet secundum carnem descenderent de Dauid, maior tamen erat, quam Dauid, & ideo omnes patres sancti aspiciebant eum, vt maiorem etiam secundum carnem, & desiderabant tempus aduentus eius, & eum videre supra decimo tertio capitulo, scilicet. Multi prophetę, & iusti

A cupierunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Etiam Ioan. 8. dixit Christus Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum vidit, & gauisus est. Ita ergo Dauid secundum carnem eum poterat vocare dominum, potissime cum eum vocet dominum suum specialiter, quod magis ad carnem pertinet, vt dictum est præced. q. Et tamē Hiero. super Mat. dicit, ꝙ vocauit eum dominum inquantum est Deus. s. testimonium hoc de Psal. centesimonono sumptū est. dominus ergo Dauid vocatur Christus non secundū id quod de eo natus est. i. de Dauid, sed iuxta id, quod natus ex patre semper fuit præueniens ipsum carnis suæ patrem.

B

Quomodo stat, quòd Deus pater dixerit Christo sede a dextris meis. *Quæst.* CCCXLVI.

QVAERETVR quomodo stat, ꝙ Deus pater dixerit Christo sede a dextris meis.

Dicendum, quòd istud dicere non fuit aliquid loqui, tum quia pater non loquitur, nam ipse nō assumpsit naturam humanam, in qua competat ei loqui, sicut filius assumpsit, tum quia nulla locutio realis pōt esse patris ad filium, cum non sit pater extra filium, sicut homo extra hominem, sed pater est in filio, & filius in patre: Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est, & tamen ad loquendum oportebat, ꝙ esset pater extra filium, sicut homo extra hominem, nunc vero

C idem est intellectus patris. & filij, & eadem sapientia, ideo non loquitur pater filio, neque filius patri.

Sed dicendum, ꝙ ista ponuntur ad ostendendum veritatem rerum, cum enim ita sit, ꝙ sedeat filius a dextris patris, vt dicetur sequenti quæst. dicitur, ꝙ pater dixit filio, sede a dextris meis, sic etiam multa alia in scriptura dicitur Deus dixisse cum nihil dixerit, licet non superuacue ponantur. Sic in operibus creationis dicitur, dixit Deus fiat lux, & facta est lux, & ita de alijs Gene. 1. c. & tamen certum est, ꝙ nihil istorum dixit exprimens verbo vocali, tamen dicitur, ꝙ dixit, vt videatur, ꝙ eo volente facta sint omnia, & nō fuerit alius rerum conditor. Etiam ponitur ad ostendendum facilitatem diuinę operationis, quæ prouenit ex omnipotentia eius, inquantum nullis præparatorijs eguit, sed dixit, & facta sunt. s. dixit fiat lux, & facta est lux, idest nihil aliud intercidit morę, neque difficultatis. Ita nunc, vt ostendatur concordia patris, & filij dicitur, ꝙ dixit dominus sede a dextris meis, vt non intelligatur, ꝙ filius sedet a dextris Dei, quasi ipso nolente, vel renitente, & hanc concordiam, & amorem Deus nobis expressit in voce super Christi baptismū. supra 3. & Luc. 3. c. scilicet hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et iterum in transfiguratione coram tribus discipulis supra decimo septimo c.

D

Quomodo est verum, quòd filius sedeat a dextris patris. *Quæst.* CCCXLVII.

E

QVAERETVR quomodo est verum, ꝙ filius sedeat a dextris patris.

Dicendum, ꝙ non debet sic accipi, vt voces significant, quia hoc falsum est. Primo, quia in Deo nō est dextra, neque sinistra, quia ista competunt enti corporeo animato: Deus aūt incorporeus est, iō nemo pōt ad dextrā, aut sinistram illius sedere, cū ipse dextram non hēat. Secundo, quia si Deus pater dextrā, & sinistram haberet non sederet filius ad dextrā, sed potius ad sinistram, vel sederet ex opposito, aut secundum aliam habitudinem, nam cum duo sedent, ille, qui minus honorabilis est, sedet ad sinistram,

& consequẽter qui honoratior est sedet ad dextram cõsidentis sibi,& ideo licet pater,& filius sint ęquales tñ quia filius à patre est,& non è contrario saltem ꝑ hoc rationabilius sederet filius ad illius sinistram,quã ad dextram, vel saltem non maneret inter eos talis habitudo sedendi,ideo dicendum,ꝙ non accipitur propriè. Sed dicendum quòd est figurata locutio accepta ex eo, quòd homines putant de respectu sedendi,nam dextram vocant partem meliorem,& qui sedet ad dextram honorabilis iudicatur, sinistram autem putant esse deteriorem, & ideo inhonorabiles constituunt ad sinistram ,vt ergo innuatur, quòd maxima bona, quæ pater habet sunt filij, & in potestate eius constituta sunt, dicitur quòd sedet ad dexteram patris, quia non potest excogitari melior habitudo sedendi, sicut non possunt existimari maiora bona,quam illa,quæ filius accepit a patre.Sic ipse dixit Ioan.10.c. quod dedit mihi pater maius omnibus est. Et ita solet exponi communiter, quòd sedet a dextris patris,idest in potioribus bonis eius, ita dicit Remigius,scilicet.Quòd autem dicitur sede a dextris meis, non est intelligendum, quòd Deus corporeus sit,vt dextram, & sinistram habeat, sed a dextris Dei sedere est in honore, & æqualitate paternę dignitatis manere.

Et iste modus loquendi valde frequentatus est in sacra scriptura.Sic enim Christus de seipso dixit infra 26. Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & Mar.16.c.dicit, quòd assumptus est in cęlum, & sedet a dextris Dei. Hoc vero, quia scriptura ponit dextram in bonum, & sinistram in malum, sic patet infra 25.c.cum dicitur, quòd Christus dicet his, qui erunt a dextris, venite benedicti, illis vero,qui a sinistris,ite maledicti, & sic damnatos in sinistram constituit.

Qui sint isti inimici Christi, quos ponet scabellum. Quæst. CCCXLVIII.

QVAERETVR cum dicatur donec ponam inimicos tuos &c. qui sunt inimici Christi.

Dicendum, quòd proprie Deus non habet inimicos, quia ad esse inimicum duo saltem requiruntur. Primum est,quòd aduersetur.Secundo est, quòd ille, cuius inimicus est,oderit eum,vt vice versa inimicus sit.Hæc autem non competũt Deo, nam Deo nemo resistit Iob.9.c.& ita nemo ei aduersatur. Secundum etiam non competit, quia Deus neminẽ odio habet, ideo nemo est inimicus eius,qui enim inimicũ habet, vult eum delere,vel nocere ei. Deus autem si delere vellet aliquam rem, statim illa deleretur, quia sicut cępit esse per hoc,quòd Deus voluit, scilicet quia ipse dixit, & facta sunt, Psa.32.ita desineret esse Deo volente,quòd non esset. Et ideo inquantum aliquid manet in esse,necesse est,quòd a Deo diligatur, quia aliàs manere non posset Sap.11.c. diligis enim omnia,quæ sunt,& nihil odisti eorum,quæ fecisti,neque enim odiens aliquid constituisti, quomodo.n.posset aliquid ꝑmanere,nisi tu voluisses,aut quod a te vocatum non esset conseruaretur.q.d.non posset. Et ideo Deus non potest habere inimicos.

Ad eē inimicũ duo requirunt.

Dicendum tamẽ, ꝙ large dicitur Deus habere inimicos. Est enim dupliciter aliquis inimicus meus. Vno modo,quia mihi aduersatur, vel aduersari cupit. Alio modo,quia aduersatur amicis meis, quibus ego in auxilium esse debeo. Vtroq; modo dicitur Deus habere inimicos.

De primo patet, quia scriptura sæpe vocat aliquos inimicos Dei,iuxta illud Psalm. 138. super inimicos tuos tabescebam,& illud Psalm.54. inimici Domini
F mentiti sunt ei, & isti vocantur inimici Dei, non ꝙ
Deo nocere possint, vel resistere voluntati eius, sed
quia resistunt cultui eius impediendo, vt non perfe-
cte colatur,vel cultum contrarium inducendo,& sic
oẽs hæretici, & scismatici,& idolatræ, & pagani, qui
sunt hostes nominis Christiani,sunt inimici Dei.

De secundo patet, quia Deus habebat Iudæos in
populum sibi peculiarem de cunctis gentibus, Exo.
19. scilicet. Vos eritis mihi in peculium de cunctis
gentibus. Et hoc, quia iste populus susceperat solus
legem Dei, & specialiter eum colebat.e.c.& ob hoc
quicunque erant inimici Iudæorum quãdiu colebãt
Deum,vocabantur inimici Dei, Exod.23.c.scilicet.Si
G feceris omnia, q̃ loquor inimicus ero inimicis tuis,
& affligam affligentes te.

De Christo autẽ cum Deus sit eadem ratione di-
cendum est, quòd non potest proprie habere inimi-
cos, sed large dicitur habere inimicos dupliciter, si-
cut Deus. Primo modo sunt inimici eius, qui aduer-
santur ei. Secundò, qui aduersantur amicis eius. De
primo patet,quia aliqui aduersabantur Christo, dum
viueret putantes eum purum, & persequentes eum
ad mortẽ. Hi enim poterãt dici vere inimici si Chri-
stus inimicos illos consideraret, quia ea volebant, &
procurabant Christo, quæ inimicus inimico ꝓcurat,
idest mortem,infamiam,& quæcunque nocumenta,
H sed quia Christus Deus erat, & eos ex benignitate
sustinebat, non habebat eos vt inimicos, & conse-
quenter non poterant perfecte esse inimici eius,large
autem illos inimicos vocat, sed non tam large,quam
large dicebamus Deum in veteri testamẽto habuis-
se inimicos. Et sic Pharisæi erant inimici Christi,
quia eum ex grauissimo odio tractabant: sic & prin-
cipes sacerdotum, & Scribæ. Nam veniebant ad au-
diendum eum, vt raperent aliquod verbum de ore
eius,de quo eum possent accusare supra 12.& Luc.6.
c.& ob hoc eum tentabant, vt caperẽt ipsum in ser-
mone, vt patet supra in litera,& maxime, quando de
soluendo censu quæsierunt,vt eum traderent potesta
ti præsidis ad mortem Lucæ vigesimo capitulo,& fre
I quenter desiderabant inuenire aliquam calumniam,
vt eum possent occidere, & non inueniebant. Lucę
decimo nono capitulo, scilicet principes autem sa-
cerdotum, & Scribæ, & principes plebis quærebant
illum perdere,& non inueniebant quid facerent illi,
interdum vero sine colore aliquo per solam violen-
tiam volebant eum occidere, sed non audebant, vt
dicitur præcedenti capitulo, scilicet principes autem
sacerdotum,& Pharisæi cognouerunt, quòd de ipsis
diceret,& quærentes eum tenere, timuerunt turbas,
& ideo istos vocat inimicos Christi scriptura, vel ad-
uersarios eius,Lucæ decimo tertio capitulo, scilicet.
Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersa-
rij eius,& omnis populus gaudebat in eis, quæ ab eo
gloriose fiebant. Sunt quoque inimici Christi nunc
K aduersantes cultui eius, qui enim ex odio nominis
Christi voluerunt doctrinam ab eo seminatam eradi-
care,& credentes in nomine eius cõgregatos disper-
dere inimici fuerunt Christi, quicunque etiam Chri-
sto maledicunt, aut blasphemant, inimici eius sunt.
Et hoc modo Apostolus vocat aliquos inimicos cru
cis ad Philip.3.cap. s.nunc autem flens dico inimicos
crucis Christi.

De secundo patet, quia omnes, qui in Christum
credunt sunt magnę dignitatis, vt Christus dixit,
supra decimo octauo capitulo, scilicet non contem-
natis vnum ex pusillis istis, qui in me credunt. Pro
his enim Christus operam suam ponit, & quodam
modo ex quadam ratione necessitudinis, vel amoris
eis auxilium debet: nam fratres eius, & amici sunt,
quia

quia sic dicitur ad Hebręos, secundo capitulo. Voluit autem fratribus per omnia assimilari. Et iterum dixit Christus mulieribus, infra 28.c. Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilęam, & loquebatur ad discipulos. Sic etiam nos amicos vocat Io.15.c. Vos dixi amicos, quia omnia, quæ audiui a patre meo nota feci vobis. Et ob hoc quicunque fuerit inimicus horum, est inimicus Christi, quia Christus istis auxiliũ suum debet.

Quomodo inimici Christi ponitur scabellum pedum eius, & an positi fuerunt. Quæst. CCCXLIX.

QVAERETVR quõo inimici Christi ponitur scabellum pedum eius, & an iam positi fuerunt.

Dicendum pro hoc, ꝙ ista locutio est figurata: est enim dicere, ꝙ ponantur inimici scabellum pedũ.i. ꝙ perfecte subiiciantur, nam scabellũ est substractorium, quod subiicitur pedibus, & calcatur, nihil autẽ potest subiici, & humiliari, quam sit, & ideo ad innuẽdam perfectam subiectionem inimicorum dicimus, ꝙ ponuntur scabellum pedum. Venit autem iste modus loquendi ab illis quinque regibus, quos fugauerat Iosue in bello Iosue 10.c. qui latebant in spelunca Maceda, & cum eduxisset eos strauit in terram, & fecit, ꝙ principes Iudęorum, & alii ponerent pedes sup colla regum, calcando ipsos reges, vt sic discerent nõ timere eos, neque alios hostes, & tunc erant inimici scabellum pedum Iudæorum, quia sub pedibus eorũ erant colla ipsorum. Et inde venit, ꝙ omnis perfecta humiliatio hostiũ dicatur positio eorum sub scabello pedum, vel vt scabellum pedum.

De Christo autem dicendũ, ꝙ inimici eius ponuntur, vt scabellum pedum eius, quando perfectè subiiciuntur ei.s. quia ipsi se ei sponte subiiciunt, vel ille eos coactos sternit, & quia quantum ipse vult, tantũ illi humiliantur, & cum nemo possit voluntati eius resistere, quia Deus est, dicuntur inimici Christi, quãdocunque ei subiiciuntur, poni, vt scabellum pedum eius.

An spectatur ista subiectio inimicorum futura, vel facta sit. Quæst. CCCL.

SED quæretur quando fit ista subiectio inimicorum, vel an spectatur futura, aut an facta sit.

Dicendum, ꝙ hoc pendet ex modo accipiẽdi inimicos Christi, aliquãdo enim vocamus inimicos Christi, qui sunt inimici eius directe, aliquãdo uero eos, qui sunt inimici amicorum eius, vt dictũ est supra. Inimici autem primo modo erant aliqñ in vita Christi, aliquando post mortem, inimici aũt secundo modo sunt, vel esse contingit, quandiu sunt aliqui amici Christi, qui mala pati possint, ex quo infert, ꝙ inimici Christi nondum plene subiecti sunt pedibus eius, neque subiicientur vsque ad finem sęculi, & sicut isti varie inimicabantur Christo, & in diuersis temporibus, ita varie, & diuerso tẽpore Christus eos subiiciebat sibi.

Aliqui enim erant inimici Christi, qui nitebantur eum superare viribus argumentationum, sicut Pharisęi, qui tentabant eum arguentes contra eũ, & istos ipse subiiciebat pedibus suis, qñ ratione confutabat, ita vt erubescerent. Sic enim patet Lucæ.13. quando Archisynagogus increpuit curationem Christi factam in sabbatho, ipse vero respondit, ita vt nesciret quidquam obiicere Archisynagogus: Et dicitur ibi, quòd erubescebant omnes aduersarii eius. Sic etiam quando arguebant eum, ꝙ manducaret cum Publicanis, supra 9.c. & quia discipuli eius colligerent spicas in sabbatho, & dixerũt, ꝙ in Beelzebub dæmonia eiiceret, supra duodecimo cap. Nam in vtroque confudit arguentes, & iste erat conueniens modus subiiciendi scilicet vt eo modo subiiceret, quo illi pugnabant.

Aliquando inimici eius moliebantur fraudes contra eum volentes eum capere in sermone, & hos ipse subiiciebat sibi, quando eorum fraudes dissoluebat, vt nihil prodessent. Sic patet quando dixerunt ei de tributo reddendo Cæsari an non, supra in litera. Nam hanc fraudem moliebantur, vt Christus diceret non esse reddendum, & traderent eum pręsidi ad mortẽ. Luc.20.c. Vel si diceret esse reddendum, accusarent eum apud populum, ipse vero sic dissoluit eorũ fraudem, vt ipsi erubescerent, & eo relicto abirent. Sic ẽt quando obtulerunt ei mulierem deprehensam in adulterio Io.8.c. nam inuenire volebant contra eum, vnde ipsum accusarent, & isti duo modi subiiciendi inimicos fuerunt Christo, quandiu viueret inter Iudęos, quia semper eum mordaciter argumentis, & fraudibus inuadebant, ipse vero eos semper subiiciebat dissoluens omnes eorum argutias. Et de tali modo inimicorum, & subiectionis eorum patet ex tota serie Euangeliorum. Hos autem perfecte Christus posuit scabellum pedum suorum, dum viueret, & ideo hoc non spectatur in futurum.

Alii erant inimici Christi, qui eum corporaliter ꝑsecuti sunt mortem eius procurantes, & quia isti opere inimicabantur, Christus subiiciet eos sibi realiter, sed dupliciter. Quosdam enim ad se conuertendo, alios vero corporaliter perdendo, & patet, quia post Christi mortem, & resurrectionem discipuli Christi prędicauerunt Iudęis, vt in Christum crederent, quẽ occiderant, & compungerentur cordibus, fieretque eis, remissio Actu.2.& 3.c. Et sic multi conuersi sunt, qui autem conuertebantur subiiciebantur Christo, vt scabellum pedum eius, quia adorabant eum, & adorabant ante pedes eius, immo & osculabantur terram, quam tetigerant pedes sacratissimi Iesu, & hæc erat perfectissima subiectio, durauit autem ista subiectio, & conuersio, quousque fugauerunt Ierosolymitæ a se Christi discipulos facta persecutione in morte Stephani, Actuum septimo, & octauo capitulo. Et postea quando Iudęis nullo modo volentibus recipere verbum Dei dixerunt Paulus, & Barnabas: Quia indignos vos iudicastis vita ęterna, & repulistis verbum Dei, ecce conuertimur ad gentes: Actuum decimotertio capitulo. Post hoc vero crescentibus iniquitatibus Iudęorum misit Deus exercitus Romanorum per Iudęam, & deleuerunt Ierusalem, & penè totius Iudæę habitatores, sicut illis pręnunciauerat Christus, Luc.19. cap. Et quia ista fuit grauissima clades dicuntur illi inimici Christi subiecti, vt scabellum pedum.

Alii fuerunt inimici Christi, qui postea nomen eius, & cultum persecuti sunt. Hos vero pro magna parte Christus sibi subiiciebat conuertendo ad se, vt Deum colerent, alios vero temporaliter perdebat, sicut Iulianum Apostatam, quem miraculose Christus occidi fecit, vt refert historia tripartita, & alios multos tortores Christianorum Deus miraculose occidebat, vt in sanctorum gestis vulgatum est. Tandẽ autem tales inimicos Christus subiecit pedibus suis, quia oẽs ad se conuertit, vt.s. ipsa Roma, quæ Martyrum sanguine inundauerat vsque ad os, sedes, & caput cultus Christi efficeretur, & hęc fuit plena subiectio, vt nunc pie Roma gloriosum Martyrũ sanguinẽ veneretur, quę tunc ipsum fuderat. Sic dicit Aug. in sermone Martyrum. Futurum erat, vt reges terræ, qui propter idola ꝑsequebant christianos, pp Chrm

idola delerent,& subiugaretur omnis potestas Christi iugo,& impleretur quod scriptum est vltus sum in eos. Quid est vltus sum in eos? vindicaui me de ipsis inimicis meis. Quomodo vindicaui? occidendo errorem, suscitando fidem. Adhuc tamen inimici Christi manent semper aliqui, qui nomen eius oderunt, & inquantum possunt persequuntur, quos ipse sapientissima dispensatione tolerat. Vt aut eos sibi conuertendo subijciat, aut per eos bonos exerceat, ipsos verò tandem perdat non solum æternaliter, sed etiam corporaliter,& temporaliter. Et de his semper erunt aliqui vsque ad finem mundi. Et ideo quotidie inimicos suos sub pedibus suis Christus ponit, & vsque ad consummationem sæculi ponere non desinet.

Alij autem sunt inimici Christi, quia sunt inimici amicorum Christi, i. cultorum eius, & hos quoque
G Christus in finem subijcit, vel ad fidem conuertendo & sic cessant esse inimici, vel eos perdẽdo. Vulgatum enim est quomodo Christus a suis cultoribus inuocatus sępe eorum inimicos in bello, & sine bello miraculose perdiderit, sicut sæpe in veteri testamento legitur. Vnde & Moyses dixit Iudęis fugientibus a facie Aegyptiorum, & timentibus, dominus pugnabit pro vobis,& vos tacebitis. Exod. 14. c. Hi autem inimici semper erunt, quousque omnes conuertantur ad Christum,& fiat vnum ouile & vnus pastor. Io. 10. c. subiectio tamen inimicorum Christi licet quotidie fiat nunquam erit consummata vsque ad finem sęculi: ibi enim omnia pedibus eius erunt subiecta, quia omnes impij in inferno detrusi erunt, boni vero manebunt cum eo. Et expresse ponit consummationem subiectionis inimicorum Christi ibi apostolus. 1. Corin. 15. c. s. deinde finis, cum tradiderit regnũ Deo patri & euacuauerit omnem principatum, & potestatẽ, & virtutem, oportet illum autem regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius, nouissime autem inimica destrueretur mors. Et sic vsque ad finem sęculi non sunt subiecti Christo inimici eius. Cũ enim cessauerit esse mors in rebus, erũt subiecti omnes inimici eius. Nam vt ipse mortem inimicam passus est, quia mortuus est semel: ideo illam sibi subijciet, sed non erit subiecta quousque eam penitus tollat, scilicet cum nihil fuerit, quod mori posset, & ideo recte dixit apostolus, quòd nouissima omnium inimica destrueretur mors.

Quare dicitur: donec ponam inimicos tuos. Et quomodo stat hoc. Quæst. CCCLI.

QVAERETVR quare dicitur: donec ponam inimicos tuos,& quomodo stat hoc.

Dicendum, ꝙ ex modo loquẽdi innuitur per hoc, ꝙ Christus sederet a dextris patris, quousque subijceret inimicos suos,& cum subiecti essent, desineret sedere ad dexteram eius.

Et tamen dicendum, ꝙ nõ potest sic intelligi, quia
K Christus non solum sederet a dextris Dei, quãdiu inimici eius nõ sunt ei subiecti: sed etiam postquam fuerint subiecti,& semper. Nã cum semel sederit ad dextrã, nunquam desinet sedere, quia non erit per quod impediatur sedere.

Et patet primò, quia licet ex intentione communiter loquentium hoc significet sermo iste: tamen de rigore sermonis non tollit, quin postea sedeat: ideo licet sedeat post subiectionem inimicorum non, est propositio falsa.

Secundò quia plenum est, ꝙ semper sedet: nã Christus sedet a dextris Dei in æternum, ergo non solum sedet vsquequo subijciantur ei inimici sui. Et patet, quia sedere ad dexteram patris est manere ad æquali-
F tatem honoris, & dignitatis paternæ, vt dicit Remigius,& tamen filius, quandiu est filius, est æqualis patri, cum sit consubstantialis: sed filius est in æternum, ergo in æternum sedet a dextris Dei.

Tertiò patet, quia ad Heb. i. c. introduxit Apostolus patrem loquentem ad filium. s. thronus tuus Deus in sæculum sęculi. i. in æternum, ergo in æternum sedet, & consequenter in æternum sedet ad dexterã patris.

Quartò patet, quia licet sic soleamus nos accipere tales propositiones, tamen in sacra scriptura non est semper sic, sed sunt multa exempla contraria, sicut Gen. 8. de coruo emisso de arca. s. Qui egrediebat, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ. Et tamen manifestum est, ꝙ desiccatis aquis non redijt coruus ad arcam, quia non erat aliquod, ad quod rediret. Sic etiam dicitur. sup. 1. c. ꝙ Ioseph accipit Mariam coniugem suam,& non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitũ. Et tamen manifestum est, ꝙ sicut ante natum Christum non cognouit eam ita nec vnquam postea eam cognouit. Sic etiam dicitur Psal. 111. Non commouebitur, donec despiciat inimicos suos. Et dicitur de iusto viro,& tamen certum est, ꝙ vir iustus etiam postquam despexerit inimicos, idest superauerit, non commouebitur. Sic ergo Christus postquam subijceret inimicos sibi, non deberet cessare ad dexteram Dei.

H Sed dicendum, ꝙ scriptura non sine causa vtitur tali modo loquendi. Facit enim hoc ad tollendum dubium. Quędam enim sunt de quib. est dubiũ, an fiant, an non fiant vsq; ad determinatum tempus, & post illud non est dubium,& ideo ponit scriptura donec ad illud tempus. Sic patet in prima istarũ auctoritatum, scilicet de coruo misso de arca. Nam de illo dubitabatur rationabiliter, an rediret ad arcam antequã siccarentur aquæ, eo ꝙ non inueniret bonam mansionem in terra, post desiccationem autẽ nulla causa dubitandi erat de eo, quia manifestum est, ꝙ non rediret ad arcam, cum inueniret in terra meliorem mansionem & copiam delectabilioris cibi. i. carniũ, ideo dixit scriptura, quòd non reuertebatur coruus, donec desiccarentur aquę, quod tantum est, ac si diceret, nunquam reuersus est, & tamen dixit, donec, vt distingueret
I tempus, in quo poterat esse dubium ab eo, in quo nullum erat.

Sic etiam cum dicitur, ꝙ Ioseph non cognoscebat Mariam, donec peperit est sensus, ꝙ nũquam cognouerit,& tamẽ ponitur tempus, in quo poterat esse dubium: fœminæ enim secundum cursum naturæ non concipiunt, neq; pariunt nisi a uiris fuerint cognitæ, & ideo cũ de Maria legatur, ꝙ Christũ peperit, quilibet crederet, ꝙ a Ioseph viro suo fuerat cognita, & ab illo ad hoc, ꝙ Christum conciperet & pareret. Et ideo ad tollendum istum errorem, qui erat verisimilis dixit Euangelista, ꝙ non cognouit eam, donec peperit. post natiuitatem Christi non erat aliqua causa suspicandi, de Maria, ꝙ aliquis eam cognosceret, quia postea nunquam concepit neque peperit, ideo cum non esset aliqua causa verisimilis dubitandi non curauit Euangelista auferre illud dubium, ita vt diceret Ioseph nunquam cognouit Mariam, sed dixit, ꝙ non cognoscebat eam donec peperit filium.

Sed tunc dicetur, quare dixit, donec peperit, quia sufficiebat dici donec conceperit. Nam ad concipiendum exigitur, ꝙ fœmina cognoscatur a viro non autem ad pariendum.

Dicendum, ꝙ potest vno modo dici, ꝙ quodlibet istorum sufficiebat. s. donec cõcepit, vel peperit: ideo dixit Euangelista, quod voluit.

Secundo potest dici, quòd dixit hoc, quia cõceptus non est ita manifestus: partus vero manifestus est, & ideo

ideo planius fuit dici, donec peperit, quam donec concepit.

Tertiò & melius dicendum quòd dictum est hoc, quia magis pertinet ad propositum: nam partus includit conceptum, & si non cognita est Maria vsque ad partum non fuit cognita vsque ad conceptum, & specialiter, quia partus addit aliquam necessitatē cognitionis vltra conceptum: nam conceptio facit necessitatem cognitionis ad hoc, ꝙ formetur menstruū muliebre, partus verò facit necessitatē ad exitum, potest enim naturaliter fieri conceptio, sine ruptione claustrorum fœminæ: non potest tamen fieri partus sine violatione claustri, vna autem de violationibus, & dispositionibus ad exitum fętus de vtero est apertio illa, quę fit in cognitione viri: ideo etiam cognitio illa facit aliquid ad partum. Et quia Maria mater Christi non solum fuit virgo ad concipiendum, sed etiam ad pariendum: s. virgo ante partum, & in partu, vt Ecclesia tota canit: fuit conueniens dici, ꝙ non cognita est donec peperit.

Cum autem dicitur nō commouebitur, donec despiciat inimicos, est dubiū de viro iusto, an antequam superet inimicos, patiatur aliquā commotionē ab eis, idest molestiam vel iniuriam. Postquā autem superauerit inimicos cum nemo sit, qui ei molestiā faciat, non est dubium, an commoueatur: immo nō est verisimiliter, ꝙ commoueatur quia non est vnde cōmoueatur, vel non apparet: ideo dixit, ꝙ non commouebitur donec despiciat inimicos, ac si dicat nunquam commouebitur.

Cum vero dicitur sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, est sensus, quod sedere ad dexteram patris sit magna quies, si ista non potest perturbari in Christo quandiu habet inimicos, a fortiori non turbabitur, quando non habuerit inimicos. Et ideo si verum est, ꝙ Christus sedebit ad dexterā Dei, quamdiu non sunt inimici eius subiecti illi, sed adhuc eos habet, & non turbant quietem eius, verisimilius est, ꝙ sedebit postquam cessauerit habere inimicos, quod est, quando fuerint inimici subiecti. Et ideo dixit, donec ponam inimicos tuos, idest sede in æternum a dextris Dei.

Item patet hoc ex modo exponēdi iuris circa istam dictionem donec. extra de reg. iur. c. Ioseph, & c. ꝙ dicatur, quòd ista non signat actum sequi, sed quòd res non facta sit.

Quare dicitur donec ponam inimicos tuos, & non dicitur donec tu ponas inimicos tuos. Quæst. CCCLII.

QVAERETVR quare dicitur donec ponam inimicos tuos, & non dicitur donec tu ponas inimicos tuos, quia Christus pōt ponere inimicos suos scabellum pedum suorum, & videtur significari quędam infirmitas, ꝙ pater habeat ponere inimicos filij sub pedibus eius.

Dici potest vno modo, ꝙ verū est, ꝙ filius est omnipotens sicut pater, & ponit inimicos suos sub pedibus suis, & tamen dicitur hoc ad innuēdum humanitatem assumptam a filio, in qua est minor patre, & in qua omnia accipit a patre, nam non habet secundum quòd homo omnipotentiam, sed infirmitatem naturaliter, & ex diuina concessione accepit potestatem, & ita quia minor est patre, orat patrem, & petit ab eo liberari de inimicis. Sic enim Christus in passione dixit patri, Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Et illud: Pater in manus tuas commendo spiritū meum. infra 27. c. Et ideo sic recte dicitur, ꝙ pater subijcit fi-

A lio inimicos sub pedibus, & non ꝙ ipse filius subijcit sibimet inimicos sub pedibus.

Secundò potest dici, ꝙ hoc non dicitur ad ostendendum infirmitatem filij, quasi non possit filius proprios inimicos sibimet subijcere: sed ad ostendēdum mutuas actiones. Nam eadem est potestas patris & filij, & ideo quidquid operatur filius, operatur pater, & e cōtrario. Et sic si pater subijcit filio inimicos sub pedibus, & ipsemet filius sibiipsi, subijcit inimicos. Vt autem ostēdatur ista mutua actio, ponitur interdum id, quod pertinet ad filium facere pater, & quod pertinet ad patrem dicitur facere filius. Sic patet Io. 8. vbi Christus dicit, ꝙ honorificat patrem, & rursum ipse petit

B a patre honorificari, & clarificari Io. 12. Etiam apertius patet, quia sup. 11. c. dicitur filius reuelare patrem hominibus. s. nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, & tamē supra 16. c. dicitur, ꝙ pater reuelat hominibus filium. s. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Illa autem reuelatio erat, ꝙ Iesus erat filius Dei viui, vt patet eo. c. ita ergo hic dicitur pater subijcere filio inimicos sub pedib. & diceretur filius subijcere patri inimicos sub pedibus. Et sic expresè ponit Apostolus. 1. Cor. 15. c. s. deinde finis cum tradiderit regnum Deo & patri. s. filius tradiderit regnum patri. Et sequitur, oportet illum regnare, donec ponat om-

C nes inimicos sub pedibus eius, idest filius regnat nunc & oportet quòd regnet donec subijciet omnes inimicos sub pedibus eius, idest patris, & hoc est, quòd dabit tunc regnum Deo patri, & erit finis. ergo mutue accipitur, quòd pater subijciat filio inimicos, & ꝙ filius subijciat inimicos patri. Sic dicit gloss. Quod autem a patre inimici subijciuntur, filio: non infirmitatem filij, sed vnitatem naturæ signat, nam, & filius subijcit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram.

Tertiò fit ad notandum concordiam summam & amorem inter patrem & filium, tantum enim pater diligit filium, quòd inimicos eius vult ei subijcere, Sic dicit Theophylactus. Manifestat ꝙ aduersarius pa-

D tris non est: sed secum cōcordat cum pater repugnet aduersarijs eius.

Quartò fit hoc ad simul ostendendum deitatem, & humanitatem filij, scilicet ponendo aliqua, quæ pertineant ad humanitatem, & alia, quæ ad deitatem, nam quòd ad dexteram Dei sedeat & ante Luciferum genitus sit, ad deitatem pertinet. Quòd vero inimicos eius pater subijciat, significatur humanitas, secundum quam minor est patre. Sic dicit Ambrosius super Lucam, scilicet, ergo & Deum Christum, & hominem credamus esse, cui a patre subijciuntur inimici non per infirmitatem potestatis suæ, sed per vnitatem naturæ, quòd in altero alter operatur.

E *Ad quid Christus expressit hoc, scilicet donec ponam inimicos tuos. Quæst. CCCLIII.*

QVAERETVR ad quid Christus expressit, hoc, scilicet donec ponam inimicos tuos. Nam videtur nō esse conueniens, quia volebat ostendere Iesus Christum esse filium Dei, & non solum Dauid, & ad illud prodest illa particula, scilicet, dominus dixit domino meo, sedea dextris meis. Nam cum Dauid eum dominum vocet, quomodo erit filius eius? Sed quòd dicitur, donec ponam inimicos tuos, non pertinet ad ostēsionem deitatis, sed potius pertinet ad ostēdendā humanitatem, quam non erat necesse probare, quia Pharisæi concedebant esse futurum Christum hominem.

Dicendum ꝙ Christus allegauit istam particulam non sine causa. Et primo ex conditione allegationis. nam quādo aliqua scriptura inducitur in probatione rei alicuius, licet vna particula sola faciat ad probationem non inducitur sola, sed totū quod cum ea adiunctum est ad reddendum perfectam sententiam, licet probatio non sumatur interdum ex tota sententia, sed ex aliqua particula eius, & ita hic sufficiebat illud: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Et tamen quia illud, quod sequitur, s. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, est determinatio sessionis ad reddendam sententiam perfectam, addidit illud. Secundò fuit ad inducendum Iudęos interrogantes: nam licet Iesus non diceret nunc se aperte esse Christum, tamen per circūloquia illud innuebat, & volebat significare, ꝙ malum paterentur, qui resisterent ei, & frustra amarentur, quia dominus subijceret eos pedib. ipsius, & sic pęniteret eos mali sui, quod contra ipsum agebant. Sic dicit Chry. s. Sede a dextris meis, & non in hoc stat, sed vt timeant, subdit: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum, vt saltem eos inducat ita.

Quare Christus non allegauit alias partes Psalmi. Quæst. CCCLIIII.

QVAERETVR quare Christus nō allegauit alias partes Psalmi: nam alia erant, quæ multum ad propositum suum faciebant: intendebat enim ipse ostēdere Christum esse filium Dei, & non solum Dauid, & ad hoc multum conferebat illud, quod postea dicitur. s. Ante luciferum genui te. Et illud: Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Aliqui dicūt, ꝙ verum est, ꝙ Christus omnes illas partes allegauit. Matthęus vero studens breuitati subticuit illas, sicut multa alia fecit, & dixit Christus, quę Euangelistę tacuerunt. Io. 20. c.

Dicendum, ꝙ non stat. Primò, quia si Matthęus solus rem istam scripsisset, posset aliquo modo hoc credi, & tamen tres. i. Matthæus Marcus, & Lucas illud narrauerunt, & omnes expresserunt eadem verba. s. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et nihil addit vnus neque minuit de eo, quod dixit alius: ideo argumentum est, ꝙ nihil plus dixerit Christus, quia aliàs contingeret vnum eorum plus, aut minus dicere quam alius expresserit sicut in alijs multis fieri solet. Secundò patet quia Euangelistæ expresserunt hoc ad ostendendum probationem Christi contra Pharisæos: si autem plura addidisset, illa facerēt ad probationem intentionis eius: ideo non tacerent ea Euangelistę, ne relinquerent probationem suam infirmiorem, quam ipse eam fecerit.

Tertiò apparet, & efficacius ex modo arguendi, quia Christus supponit hic auctoritatem scripturæ & ex illa infert: nā dicit, quomodo Dauid vocat eum in spiritu dominum, dicens. Dixit dominus domino meo &c. & cōcludit. Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Ita ergo si Christus induceret alias partes Psalmi ex illis quoque inferret. s. ex illa: Ante luciferū genui te. Et ex illa: Sacerdos in ęternum. Et tamen nō infert ex aliqua earum nisi ex hac scilicet, si ergo Dauid eum dominū vocat; ergo non induxit alias partes.

Est ergo dicendum, ꝙ Christus non induxit alias partes, sed istas solas, quæ expressę sunt. Et fuit primò, quia ista pars inducta sufficiebat, & ideo licet alię ad hoc facerent, non curauit eas applicare.

Secundò fuit, quia ista faciebat specialius ad propositum: nam licet illa. s. ex vtero ante luciferum genui

F te, efficacius & magis sine calūnia probet Christum esse filium Dei: tamen ꝙ non sit filius Dauid apertius probat illa. s. dixit dominus domino meo, Pharisæi tamen dixerant, ꝙ Christus erat filius Dauid, & Iesus volebat ostendere, ꝙ non: ideo ad hoc conueniētior erat ista particula, in qua Dauid eum dominum vocat. Nam illa. s. ante luciferum ostendit, ꝙ non sit filius alicuius hominis solum. Ista verò, scilicet dixit dominus ostendit specialiter, ꝙ non sit filius Dauid: ideo istam applicuit solum.

Tertiò & principalius fuit, quia Iesus volebat confutare Phariseos coram turbis, & ad hoc oportebat, ꝙ assumeret argumenta plana, si enim obscuras, & al-

G ti ingenij faceret probationes, non viderent vulgares, quomodo superabat Christus Pharisæos, & ipsi quoque Pharisei possent asserere se nō esse conuictos, assumpsit ergo planam probationem, qualis est ꝙ Dauid vocat Christum dominū, ergo non est filius eius. Si autem argueret de æterna generatione, quæ est ex vtero patris ante luciferum, esset res obscura, quam neq; ipsi Pharisæi intelligerent, neque vnquam intellexissent cū non distinguant personas in diuinis: ideo a fortiori turbæ non caperent, & sic probatio Christi frustra esset, quia nō videretur ex hoc cōcludere propter quod solum dixit hoc, quod planum erat. s. dixit dominus &c. & tacuit id, quod erat altum. s. de gene-

H ratione ante Luciferum. Et eadem ratione tacuit de ęterno sacerdotio, quod difficile erat intelligere quō Christus futurus esset sacerdos, cum de tribu Iuda esset, in qua nemo erat sacerdos ad Heb. 7. c. Etiam dato ꝙ ex quadam dispensatione Dei posset esse sacerdos: quomodo tamen esset sacerdos in æternum difficile erat concipi, nisi multa prius dicerētur: ideo Christus rationabiliter illa tacuit.

Quomodo valeat hoc Christi argumentum, scilicet si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est. Quæst. CCCLV.

I QVAERETVR quomodo valet istud argumentum Christi. s. si ergo Dauid vocat eū dominum quomodo filius eius est? Nam videtur satis stare, ꝙ sit filius eius, & tamen ꝙ vocet eū dominum quasi maiorem: nam quia Christus putabatur futurus sanctior omnibus hominibus, poterat eum vocare Dauid dominum, licet filius eius esset, idest de stirpe eius.

Dicendum ꝙ hoc non stat, quia quantacunq; excellentia polleat filius super patrem, vt si filius efficiatur rex, & pater sit rusticus, adhuc pater non debet vocare filium dominum, sed potius filius patrem dominum vocabit: quia ei tenetur ad magnam reuerentiam, & nunquam desinit esse debitor. Nam etiam si filius efficeret patrem suum regem, non retribueret sufficienter pro his, quæ accepit, sed maneret sem-

K per debitor: quia dijs, & parentibus non possumus æqualia retribuere octauo Ethicorum, & ideo si Christus non haberet super Dauid, nisi quod sanctior esset, non vocaret, eum Dauid Dominum, si filius eius est.

Aliter objicietur ꝙ non valet argumentum Christi, quia Christus est dominus Dauid, quia est Deus, & tamen est filius eius, quia secundum carnem ab eo assumptam accepit naturam. Et ita non tenebit argumentum, scilicet vocat eum dominum: ergo non est filius eius.

Dicendum ꝙ verum est: immo ita confiteri debemus, ꝙ Christus dominus Dauid est, & quod est filius eius: dominus secūdum deitatem, filius autem secundum carnis substantiam.

Ad argumētum autē Christi dicendum, ꝙ verum est,

est, quando filius est totaliter eiusdem speciei cuius pater, nam tunc trahit esse a patre, & ideo per nullum accidentale additum potest effici, quod filius sit Dominus patris, hic tamen Christus est naturaliter Deus ab ęterno, & secundum hoc non est in eadem specie, in qua Dauid, immo in nulla specie est, quia in Deo, neque inuenitur species, neque genus, neque vniuersale, & particulare. Et sic est Christus Dominus Dauid, quia ipse fecit eum, & regit. Quòd vero filius sit Dauid ex tempore fuit per assumptionem carnis, per quam non accessit nouum esse filio Dei, licet filius Dei nunc sit homo, & non erat ab ęterno, & id eo in isto casu non tenet argumentum.

Sed tunc dicetur, quomodo ergo Christus fecit tale argumentum, cum non valeat. Dicendum, quòd interdum arguens sapienter procedit ex veris simpliciter, interdum ex eis, quę videntur respondenti, & quia Pharisęi putabant Christum esse purum hominem, & filium Dauid, valebat argumentum contra eos, scilicet quòd non posset eum vocare dominum si erat filius. Si autē concedere vellent Pharisęi Christum esse Deum, & hominem, & dicerent non tenere argumentum Iesum, tunc ille haberet, quod vellet, & non vteretur contra eos tali argumentatione, & diceret, quòd arguebat contra eos, quasi contra negantes Christum esse filium Dei.

Quomodo stat, quod Christus vult inferrre, scilicet quòd sit filius Dei. Quæst. CCCLVI.

QVAERETVR quomodo sequitur, quod Christus vult, ipse enim non solum vult inferre, quia Christus non sit filius Dauid, sed quòd sit filius Dei. Et tamen non videtur ex hoc sequi, nam licet ex hoc, quòd Dauid vocat Christum Dominum sequatur, quòd non sit filius eius, non sequitur, quòd nō sit filius alterius viri, quia poterat esse filius alterius, & tunc non sequeretur, quòd esset filius Dei, quod Iesus inferre volebat.

Dicendum, quòd bene sequitur, quòd Christus sit filius Dei, quasi arguatur sic. Christus non est filius alicuius hominis, ergo est filius Dei, consequentiam bene concederent Pharisæi, quia media entia inter Deum, & hominē non gignunt, scilicet angeli, & dæmones. Antecedens patet, scilicet quòd non sit filius alicuius hominis, vt arguatur sic, scilicet non est filius Dauid, ergo non est filius alicuius hominis. Et patet, quia si alicuius hominis filius esse deberet, verisimilius esset filius Dauid, quam alterius, sed nō est filius illius, ergo nullius est filius.

Primo patet, quia scriptura dicit esse Christum de semine Dauid Ioan. 7. c. & supra 1. c. & 2. & ideo quādo negatur esse filius illius, non negatur quasi non sit filius illius aliquo modo, sed quòd non sit filius illius solum, si autem non est solum filius, neque erit filius alicuius totaliter, sed erit filius Dei.

Secundo, quia arguit hic Christus ex modo dignitatis, scilicet qu a Dauid illum Dominū vocat, a fortiori quilibet de Israel vocaret eum Dominum, cum Dauid sit excellentior omnibus Israelitis, & tamen, quia Dauid vocat eum dominum, sequitur ꝙ non sit filius eius, vt Christus arguit, ergo sequitur, ꝙ nullius Israelitę filius sit, cum omnes Israelitæ eum dominum vocare debeant.

Dauid omnibus excellentior Israelitis. Quod vero Dauid sit excellentior omnibus patet primo ex dignitate, nam ipse fuit rex, nemo autē inter Israelitas poterat esse maior rege. Et non solum fuit rex, sed etiam excellentior omnibus regibus, ipse enim primus fuit eorum, qui regnauerunt de Iuda, & primus omnium Regum sanctorum, & propter eū

A datum est regnum successoribus eius 2. Regum 7. & 1. Paralip. 17. c. & propter peccata ipsorum auferre voluerat Deus sępe regnum de stirpe illa, sed propter Dauid reliquit ei duas tribus, in quibus regnaret sua posteritas 3. Regum 11. & 12. c. & illas postea auferre voluit propter scelera, sed vt relinqueret lucernam Dauid non fecit 3. Reg. 15. c.

Item Dauid excessit alios in sanctitate, nam de eo dixit Deus. Inueni virum iuxta cor meum 1. Reg. 13. c. & Psal. 88. quod de alio non dixit in toto veteri testamento.

Item in Dauid concurrerunt tres dignitates, quæ in nullo viro Iudæo concurrerunt, nisi in eo, erat. n.
B rex Patriarcha, & propheta. De regno, & ꝓphetia palam est. De patriarchatu patet Actu. 2. c. cū dixit Petrus, Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, Moyses quidē propheta fuit, & magnus. Deutero. 34. sed nō fuit rex, neque patriarcha, Isaac fuit patriarcha, sed nō fuit rex, neque propheta, Abraham vero, & Iacob fuerunt patriarchę, & Prophetę, sed non fuerunt reges. De patriarchatu vtriusque planum est. De prophetia patet, quia Deus vocauit Abraham prophetam Gene. 20. c. De Iacob patet, quia ipse annunciauit filijs suis ea, quæ ventura erant in nouissimis, Gene. 49. c. Dauid autē omnia tria simul habuit, & non solum habuit, sed etiam omnia per excellentiam habuit, nam propheta fuit, & maxi-
C mus prophetarum, & ideo eum absolute vocamus prophetam, etiam præcipuus fuit inter reges. Ex quo etiam sequitur, quod fuit potissimus in patriarchatu quia pater fuit omnium regum Iuda, quia reges sunt præcipui inter alios homines.

Quare nemo poterat probationibus Christi responderе, & cur hoc expressit Euangelista. Quæst. CCCLVII.

QVARE cum Christus istas probationes faceret, nemo poterat ei respondere verbum, & quare hoc expressit Euangelista.

Ad primum dicendum, ꝙ fuit. Primo, quia ratio Christi erat tam efficax, quòd non poterat
D quidquam ad eam dici. Ad hoc autem, quòd conuincatur quis ita, vt nihil respondeat, exigitur, quòd medium arguendi non solum sit efficax, sed etiam planum, & omnibus apparens. Ita erat hic. ideo turbę etiam videbant quomodo conuicti essent Pharisęi.

Secundo erat, quia Christus volens imponere silentium Pharisęis, & honorem in illis accipere, incutiebat mentibus eorum quendam timorem, & diffidentiam, ita vt non auderent quidquam loqui. Et hoc satis est verisimile, licet non exprimant Euangelistę, nam sicut Christus dabat discipulis suis nihil cogitātibus in ore quid loquerentur supra 10. & Luc. 21. ita & cum vellet auferret cognitionem arguere volentium excęcando eos, vel infatuando dicta, aut cogni-
E tiones eorum, sicut Dauid orauit Deum, vt infatuaret consilium Achitophel 2. Reg. 17. c. Et cum constet, quòd Christus potest facere, est verisimile, quòd faceret, quia alias non videtur, quomodo Pharisęi, & cęteri, qui tanto zelo ęmulationis concitati erant cōtra Christum, saltem aliquod verbum non dicerent contra argumentum Christi in fauorem proprium, & in consolationem ignorantię suę.

Ad secundum dicendum, quod Matthæus hoc expressit ad ostendendum Christi excellentiam, vt sciamus, qualis erat Christus cum Pharisæis, scilicet ꝙ cum aduersus eum arguerent confusi recedebāt, erant tamen isti præcipui inter Iudæos, ideo erat signum, quod omnes ei subijciebantur in sapientia, &

agno-

agnoscebant eum, vt potentem in sermone. Sic enim discipuli duo eius post mortem suam cum nondum resurrexisse crederent, vocauerunt eum potentem in opere, & sermone. Potentia autem sermonis erat ista vna, quòd viribus rationis, & argumẽtationis omnes superabat, neque quisquam poterat ei resistere.

Secundo fuit hoc ad ostendendum id, quod Christus allegauerat contra Phariseos. Dixerat enim. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, sed inimici Christi erant Pharisęi, qui in hoc ei subijciebantur, ꝙ eos ratione confutabat, vt dicit Theo. vt ergo ostenderet Euangelista, quòd id, quod Christus dixit statim complebatur, dixit, quòd nemo poterat ei respondere, vt sic ostenderet confutatos esse aduersarios.

Quomodo est verum, quòd ex illa die nemo ausus est Christum interrogare. Quæst. CCCLVIII.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd ex illa die nemo ausus fuit interrogare eum, quomodo est verum, nam videtur, quòd post hoc eum quidam interrogauerint, quia infra 24. c. Dicitur, ꝙ q̃sierũt ab eo de tpe aduentus sui, & consummationis sęculi.

Dicendum, quòd illi erant discipuli Christi, qui ad eum secreto accesserunt, & quæsierunt de hac re, vt patet eodem c. & Mar. 13. & Luc. 21. hoc autem de Pharisæis intelligitur, & Sadducæis, & Herodianis, qui vsque nunc ab eo quæsierant, vt patet supra in litera, & de his nemo postea Christum interrogauit. Et hoc colligitur ex serie literę vsque ad finem libri, nam iam nulla quæstio Pharisæorum, aut Sadducæorum introducitur contra Christum, sicut ante hoc multę fuerunt introductę, & idem patet ex ordine literę aliorum Euangelistarum. Nam postquã Marcus, & Lucas hoc ponũt, scilicet Mar. 12. & Luc. 20. c. nulla quæstio introducitur ab eis Pharisæorum, vel aliorum Iudæorum.

Sed obijcietur, quòd postea interrogauerint, quia postea princeps sacerdotum quęsiuit à Christo de doctrina sua, & de discipulis suis Ioan. 18. c. & quæsiuit an esset filius Dei benedicti infra 26. & Mar. 14. Etiam Pilatus quęsiuit ab eo an erat rex, & vnde erat, & quid esset, Ioan. 19. & infra 27. & Mar. 15. c.

Dici potest vno modo, ꝙ est intelligendum de tẽpore illo, quo docuit: Nam solebãt Iudæi aliqua quærere à Christo, & arguere contra ipsum, quando docebat, sicut & nunc factum est, nam in templo erat docens, quando ista ab eo quæsierunt. Et est verum, quòd postea nunquam quæsierũt aliquid ab eo, quãdiu doceret, ea vero, de quibus arguitur quæsita sunt ab eo non iam docente, sed patiente, quia tunc exercebatur mysterium passionis, & comprehẽsus atque ligatus erat Christus, qñ ista acciderunt. Secundo põt dici, ꝙ intelligitur hoc de quæstionibus tẽtatorijs, qa omnia præcedentia tam in quæstionibus Pharisæorũ, q̃ Sadducęorum erant ad tentandum, vt patet supra in litera. De cętero non tentauerunt eum, quærendo aliquid. Ista aũt, quæ in passione quæsita sunt, non fuerunt quæsita ad tentandum, sed fuerunt quæstiones iudiciales ad cõdemnandum eum, & alię quęstiones fiebant ad illudendum, sicut cum quęrebant ab eo dicẽtes Prophetiza Christe, quis est, qui te percussit, & dabant ei alapas infra 26. & Luc. 22.

Quare Pharisæi non ausi sunt ex illa die eum amplius interrogare. Quæst. CCCLIX.

QVAERETVR quare nõ ausi sunt ex illa die eum amplius interrogare.

F Dicendum, ꝙ fuit. Primo, quia videbãt se frustra agere, si enim Pharisæi quærerent a Christo intentione sciẽdi veritatẽ, ẽt si nunc a Christo ostenderentur ignorantes veritatem, non desisterent a quærendo, qa non est ignominia discipulo asserere aliquid, quod nesciat, & in illo erudiri à magistro, neque ꝑpter hoc cessat quærere, ꝙ ostensus est ignorare, immo quandiu ignorat, quærit: Cum vero scit, iam quærere desistit, sed quærebãt Pharisæi animo tentatorio, vt Christum cõfunderent deducendo eum ad aliquid, quod ignoraret, vel ad aliquod inconueniens, & quia sępe quæ sierant, & semper confundebantur, & superabat eos Christus in quo ipsi acquirebatur gloria apud populum, eis vero magna confusio Luc. 13. scilicet, &

G erubescebant omnes aduersarij eius, omnis aũt populus gaudebat super his, quæ gloriose fiebant ab eo. Vt ergo nõ cogerentur amplius erubescere, & Christo materiam laudis dare, cessauerũt eum interrogare. Sic dicit Orige. si autem interrogatio eorũ fuisset ex intentione discendi, nunquam eis talia posuisset, vt amplius non essent eum ausi interrogare. Et tamẽ sciendum, quòd licet Pharisæi victi recesserunt, noluerunt tamen profiteri se superatos, vel Christum rationabiliter locutum, quia inuidus, & iniquus superari quidem potest, sed bonus effici non potest, sic dicit Rabanus, scilicet ex hoc autem intelligimus venena inuidię superari posse, sed difficile quiescere.

Secundo potest dici, quòd fuit, quia Christus eis

H timorem incussit, vt amplius non auderent interrogare. Et hoc verisimile est, scilicet quia Christus volebat hũc honorem, quòd Iudæi ab eo ratione superati essent, vt si aliquid contra eum molirentur cõstaret eos ex iniquitate agere non ex ratione, cum ipse ratione eos in omnibus superaret, etiam sciens suam innocentiam dixerit eis palam quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8. c. i. ego permitto cuilibet potestatem accusandi me si inueniri potuerit aliquid, de quo me accuset, & quia quãdiu Pharisęi non cessarent arguere contra eum docentem, non videbãtur penitus ab eo cõuicti, fuit conueniens, quòd aliquo tempore ante passionem suam totaliter cessarent quærere ab eo, & arguere licet ipse præsentibus eis doceret, & ad hoc incussit eis timorem, vt amplius non auderẽt

I quidquam ab eo quærere.

Tertio potest dici, quòd ipsi non interrogauerunt eum amplius, quia vsque nunc voluerunt verbis contendere contra eũ, nunc vero cõuerterunt se, vt opere contenderent tractantes iam passionem eius, quia istud paucis diebus fuit ante passionem, vt dicetur sequenti q. istud aliqualiter stat, sed melius conueniunt duę rationes pręcedentes eo, quòd dicitur in litera. Neque ausus est quisquam eũ amplius interrogare. Et ita non cessauerunt, quasi vellent intendere alijs negocijs, sed quia non audebant interrogare, & hoc, quia putabant non posse euadere confusionem, & quia incusserat eis Christus timorem.

K

Quæ dies fuit ista, ex qua non ausi sunt amplius Christum interrrogare. Quæst. CCCLX.

QVAERETVR quæ dies fuit ista, ex qua nõ ausi fuerunt amplius eum interrogare.

Dicendum, quòd fuit per duos, vel tres dies solum ante passionem. Quod patet, quia Christus venit in Ierusalem in Dominica, quæ erat in Ramis palmarũ, vt colligitur Ioan. 12. & supra 21. & eadem die prædicauit in Ierusalem, & ante occasum solis rediit in Bethaniam ad quietem, & cibos sumendos, vt colligitur supra 21. & Mar. 11. c. sequenti autem die, idest die Lunę in aurora cum rediret de Bethania in Ierusalem

salem esurijt, & iuit ad ficulneam, & maledixit illi.e. c.& rursus eadem die de Ierusalem in Bethaniam redijt,& sequenti die, idest Martis venerũt de Bethania in Ierusalem Christus, & discipuli, & tunc viderunt ipsi ficulneã aruisse, vt colligitur Mar.11.c.& ostẽsum est supra 21.c.q.98. & eadem die accesserunt principes sacerdotum,& Pharisæi, & quæsierunt a Christo docente in templo, in qua potestate hoc faceret, idest prædicaret, & ipse quæsiuit de baptismo Ioannis, an esset de cœlo, vel ab hominibus supra.21.c.& posuit in eodem tempore parabolã de duobus filijs, quos pater misit ad vineam, & cõtinuauit parabolam de rege vocante inuitatos ad nuptias filij sui, & post hęc accesserunt Pharisęi, vt caperent in sermone Christũ quærentes de censu, an esset dandus Cæsari, & statim Sadducæi quæsierunt de resurrectione,& illis confutatis accesserunt Pharisæi,& vnus ex eis legis doctor tentauit Christum, quærens quod esset magnũ mãdatũ, post hoc quæsiuit Iesus a Pharisæis de Christo cuius filius esset,& tunc Pharisæi confutati ab eo nõ ausi sunt eum amplius interrogare. Et sic neque postea ista die Martis, neque Mercurij, neque Iouis, q. bus Christus superuixit, ausi sunt Iudęi interrogare Christum in aliquo tentatorie, neque arguere cõtra Christum, sed mansit ille prædicãs sine cõtradictone aliqua, & sequenti die veneris crucifixus est pro nobis.

CAP. XXIII.

[margin: ...disti.c. ...ndum. 1 91.capi ...a,& c si- ...ficastis, ...non qua- ...es 3.q.7.]

TVNC Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos dicẽs: Super cathedrã Moysi sederunt Scribę, & Pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciũt, vt videãtur ab hominibus: dilatant enim philateria sua,& magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cęnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vos autẽ nolite vocari Rabbi: vnus est enim magister vester, omnes vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã, vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Nec vocemini magistri, qa magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester: qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur.

[margin: Luc.11.26. q.7.calli- ...de cõ- ...4.ca. ...ta... ...pra 6.]

OSTENDERAT Mattheus præcedenti c. Iudæos, & potissime eorum pręcipuos reprobatos esse iuste, quia fuerunt contradictores diuinę veritatis. Hic ostenditur eos reprobatos, quia fuerunt fictores falsę bonitatis. Et diuiditur in duo, quia primo Matthæus ex nominę

A Christi ponit huius fictionis motiuum. Secundo ponit prædictę fictionis multiplicem effectum, ibi.

Væ autem vobis Scribæ. Prima in duas, quia primo Christus motiuum prædictum in Iudæis esse ostẽdit. Secundo illud a suis discipulis excludit, ibi. *Vos autem.* Fuit autem motiuum superbia Pharisæorum, & legisperitorum, & ostenditur superbia hęc ex tribus. Primo ex abusu suę potestatis. Secundo ex simulatione sanctitatis, ibi. *Omnia vero.* Tertio ex ambitione dignitatis, ibi. *Amant autem primos*. Circa primum dr.

Tunc locutus est Iesus. Scilicet quando cessauerunt ab eo quærere Pharisæi, & principes sacerdotum, qui non ausi fuerunt iam ab eo quærere postquam conuicit eos Iesus super quęstione de Christo cuius filius sit præcedenti c. *Ad turbas.* Scilicet ad populos, qui erant in templo, in quibus comprehenditur omnis conditio hominum nõ expressa dignitate status, vel professionis aliquorum, quasi dicat ante hoc loquebatur ad Pharisæos congregatos, præcedenti ca. nunc vero desijt loqui ad illos, & cępit loqui ad turbas.

B

Et ad discipulos suos. Intelliguntur nomine discipulorum omnes, qui sequebantur Christum tã doctrina, quam cõuersatione, scilicet vt irent cum illo, quo ille iret, & sunt isti tam Apostoli, quam alij, qui non ascenderant ad hunc gradum, & tamen erant cum Christo.

Super cathedram Moysi. Ista est increpatio Scribarũ, & Pharisæorum quantum ad abusum potestatis, & doctrinę, scilicet quòd multa docebant, quæ ipsi non faciebant,& in docendo imponebant grauiora mandata, quam opus erat, & sedebant super istam cathedram Moysi ad docendum, & diffiniendum.

C

Scribæ, & Pharisæi. Isti sunt, qui sedebant super cathedram Moysi. *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis*. Scilicet prædicando, & diffiniendo. *Seruate, & facite.* Idest custodite illã in corde vestro memoriter, & facite ea in operis executione. Vel dicitur seruate.i.cauete. Et est sensus, ꝙ duplicia prædicabant Pharisæi, & Scribę Iudæis, quædam, a quibus abstinendũ erat, & alia, quibus erat insistendum cum sint quædã præcepta negatiua, & alia affirmatiua. Propter prima dixit seruate, idest cauete ab eis, quibus illi cauendum esse dicũt. Et pro secundis dixit facite, scilicet illa, quæ ipsi facienda prædicant, sed primus sensus est melior, quia videtur tota litera intelligi de præceptis affirmatiuis. *Secundum vero opera eorum*. Idest Scribarum, & Pharisæorum. *Nolite facere*. Idest attendite ad dicta eorum, sed non facta, quia bona docent, & mala faciunt, vel saltem ea, quæ agenda prædicant, non implent,& ostendit statim, scilicet. *Dicunt enim, & non faciunt.* Idest prædicant bona facienda, sed illa non faciunt. *Alligant enim onera grauia*. Ostenditur abusus potestatis eorum, siue in prædicando, siue in iudicando, quia maiora iubebant facienda, quam iubere deberent, & est metaphorica locutio ad modum eius, qui de lignis congregabat multa, & colligat ea in onus vnum, quod graue efficitur, & imponit illud super humeros alterius, qui portare non potest, & tamen ad portandum non adiuuat, vel non vult ipse simile onus super humeros suos ponere.

D

E

Et importabilia. Idest difficilia ad portandum. *Et imponunt humeris hominum*. Super humeros populi Iudæorum, quibus prædicabant obligare eos volentes ad hęc præcepta.

Digito autem suo nolunt ea mouere. Idest non solum nõ imponunt ista onera super humeros suos, sicut super humeros aliorum, sed etiam nullo modo tangũt illa ad sustinendum difficultatem eorum, quia nequẽ digito suo illa mouent.

An

An quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERETVR an ea, quæ habentur hic sint cõtinuata ad præcedentia, & an fuerint statim facta, vel interposito aliquanto tempore.

Ad primum dicendum, quòd ista sunt continuata ad præcedentia, scilicet quòd ista fuerunt facta post illa. Et primo patet, quia semper putandum est ordinem esse rectum, nisi constet deuiatum esse ab eo, sed hic non constat deuiatum esse ab ordine naturali, ergo dicendum est ordinem esse rectum. Secũdo, quia dicitur tunc. Positis enim pręcedentibus subiungitur, tunc locutus est, quod est signum continuationis, ideo dicendum est esse continuatum ordinem.

Sed objiciunt aliqui, quòd non stat, quia videtur, quòd multo ante præcedẽtia dixerit Christus ea, quæ habentur hic. Nam Luc. 11. c. ponitur de ista increpatione, quam posuit Christus contra Pharisæos, & Scribas, quòd alligant onera grauia, &c. Etiam quòd infra sępe dicitur. Vę vobis. Etiam ponitur ibi a Luca, sed multo postea, scilicet Luc. 19. & 20. Ponit Lucas id, quod habetur supra 20. & 21. c. de aduentu Christi in Iericho, & sanatione cęcorum, & de introitu in Ierusalem, & de ramis palmarum, & laudãtibus pueris, sicut supra Matthæus descripsit.

Dicendum, quòd verum est, quòd Matthæus tenuit rectum ordinem hic. Sed ad dictum Luc. potest dici vno modo, quòd Matthæus tenuit ordinem rerum gestarum, siue naturalem: Lucas vero nõ tenuit ordinem rerum gestarum, sed artificialem, sępe enim sic faciunt Euangelistę, vt rem eandem narrent, & non eodem ordine. Et tunc necesse est, quòd vnus tenuerit ordinem rectum, & alius non, vel forte nemo tenuerit ordinem rerũ gestarum, quod non est possibile cum vna sit res narrata, & diuersus, vel oppositus sit modus narrandi, & hoc nihil nocet, quia si Euangelistę non repugnant sibi in sententijs, vel rebus narratis, ordo variatus narrationis non nocet, quia non facit verum, neque falsum, quia si Euãgelista aliquid narret quodam ordine, asserit quidem res esse, quas ille narrat, sed non asserit eo ordine accidisse, quo ille retulit, propter quod nullum est inconueniens Euangelistas narrare idem non eodem, sed diuerso ordine, quia hoc vulgatum est inter eos. Sic dicit Augu. super Matthæ. & extra de re. iu. c. nihil obstat, scilicet nihil obstat narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur maxime cum quisque Euangelistarum eo ordine credat se dixisse quo Deus voluit, & ita non erat inconueniens, quòd Matthæus tenuerit ordinem rerum gestarum, Lucas vero non.

Aliter tamen dicendũ, & melius, quòd tam Mattheus, & Lucas tenuerunt rectum ordinem narrationis, licet varie narrauerint, eo quòd ista res narrata non semel potuit seruare ordinem rerum gestarum quãtum ad vnam vicem, & aliũ quantum ad aliam. Et patet, quia Lucas asserit dicta fuisse ista, quando Christus manducabat panem in domo cuiusdam inuitatus ab eo ad prandium, & quia non baptizauerat ante cibum cępit intra se Pharisæus de Christo murmurare, & tunc cępit ipse dicere contra Pharisæos, & Scribas ea, quæ habentur hic, vt patet Luc. 11. Istud autem, quod Matthæus narrat, non fuit dictum in eodem loco, neque ob eandem causam, neque eisdem personis. Nã dictum est hoc in templo, vbi Christus prædicabat, & arguerunt contra ipsum Pharisæi, vt colligitur ex continuatione literę præcedentis. Et illud in domo Pharisæi, cum responderet. Istud etiam dictum est propter tentationes Pharisæorum, quia cũ capere voluerant in sermone, & tradere morti, vt col-

F ligitur præcedenti c. illud vero, qui Christus non lauerat se, quando manducauit, & ob id Pharisæus contra illum murmurauit, & ibi fuit Christo occasio introducendi omnia hęc. Istud etiam dictum est ad turbas, & ad discipulos, vt patet hic in principio literę. Illud vero non potuit dici turbis, sed Pharisæo illi, in cuius domo Christus manducauerat, & alijs Pharisæis, qui astabant, & ita apparet, quòd non fuit eadem narratio, sed diuersa. Et dicendum est, quòd id, quòd Lucas posuit fuit multo ante hoc, quòd hic ponit Matthæus, vnde potuit vterque tenere ordinem rerũ gestarum licet diuerso modo dicant, quia rem diuersam narrant, & sic manet, quòd ista litera est continuata ad præcedentem.

G Circa secundum, scilicet an fuerint hęc statim facta post præcedentia, vel fuerit aliquod tempus interpositum, dicendum ꝙ non fuit interpositum aliquid, quod ad sacram Scripturam pertineat, idest inter disputationem illam, quam habuit Iesus cum Pharisęis de Christo, cuius filius sit, quæ habetur præcedenti c. & istam locutionem nihil factum, aut dictum est à Christo, quod apud Matthæum, aut alium Euangelistam scriptum sit. Etiam dicendum, quòd non intercidit aliquanta mora temporis inter præcedentia, sed hęc facta fuerunt statim post illa. Quod patet primo, quia dicitur hic: Tunc locutus est, sed nõ põt aliquid significare minorem interpositionem temporis, quã tunc, quod signat in eodem contextu vtramque rem

H factam, scilicet præcedentem, & sequentem. Secundo patet, quia non poterat esse longa mora interposita inter hęc, & illa, quia illa facta fuerunt die Martis post Dominicam in ramis palmarum, vt ostensum est præcedenti c. q. vlti. passio, & mors Christi cepit die Iouis sequenti, ideo non poterat esse longa mora inter hęc.

Sed dicendum, ꝙ modus fuit, quòd Christus in eadem die, & in eodem contextu non diuertendo ad alia postquam fecit ea, quæ habentur præcedenti cap. fecit statim, quæ habentur hic, nam bene Iesus quæsiuit à Pharisæis de Christo, cuius filius esset, & illi nõ possent respondere, recesserunt ab eo, & nõ ausi sunt amplius eum interrogare, vt dicitur præcedenti c. sta-

I tim autem ipse conuersus ad turbas, quæ præsentes erant, cępit loqui, quæ habentur hic.

Quando fuit istud tunc, quando Christus est allocutus turbas, & vbi. Quæst. II.

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ locutus est Christus tunc, quando fuit istud tunc, & vbi.

Dicendum ad primum, quòd refertur istud tũc ad præcedentia, quæ posita sunt de quæstione de Christo, cuius filius sit, quæ habita est præcedenti c. scilicet quòd statim post illam quæstionem habitã successit ista locutio, vt dictum est præcedenti q. Et est dicendum, ꝙ iste dies, in quo facta est locutio ista ad turbas

K fuit dies Martis ante passionem Christi, nam fuerunt ista facta in eodem die, & contextu, quo fuerunt facta ea, quæ habentur præcedenti c. vt dictũ est quęstione præcedenti, sed illa facta sunt die Martis post ramos palmarum, & ante mortem Christi, vt ostensum est præcedenti c. q. vltima. Ergo & ista dicta, & facta sunt in eodem die, in qua illa, scilicet die Martis.

Sed objicietur, quòd non fuerint facta, & dicta hęc prædicto die Martis, sed multo tempore ante festum, vel diem in ramis palmarum, quod patet, quia in fine c. post omnia hęc dicta adiunxit Christus, non me videbitis amodo donec dicatis benedictus, qui venit in nomine domini, & tamen hoc dictum est Christo in die in ramis palmarum, quando pueri Iudæorum clamabant

mabant Hosanna benedictus, qui venit in nomine domini. Et ita non est ordo rectus, quia de ramis palmarum habetur supra 21. & Mar. 11. c.

Dicendum, quòd hic est ordo rectus, vt dictum est supra 1. & pręced. q. & fuit hoc die Martis, scilicet per duos dies ante passionem Christi. Quod patet, quia enarratis omnibus his, quæ durant vsque ad finem capitis sequitur in principio c. sequentis. Et egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt ad eum discipuli eius, vt ostenderent ei ędificationē templi, & ipse dixit eis, videtis hęc omnia. Amen dico vobis, quia non manebit lapis super lapidem, qui non destruatur. Et tunc sequitur, quòd sedente illo super mōte Oliueti continuata eadem quæstione, dixerūt discipuli Christo: Quando hęc erunt, & quod signum est aduentus tui, & consummationis sęculi? & Christus cępit statim respondere, & dixit sub eodem contextu omnia, quæ habentur sequenti c. & 25. c. & in fine totius responsionis infra 26. c. dicitur. Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, scitis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis trahetur, vt crucifigatur: Ergo manifestum est, quòd omnia hęc, quæ habētur sequenti c. & 25. dicta sunt duobus diebus ante mortem Christi, quę fuit in Pascha, sed Pascha incipiebat die Iouis ad vesperum, & continuabatur cum die veneris, in quo occiusseſt Christus, ergo die Martis dicta sunt illa verba, quia tunc erat biduum ante Pascha Iudæorum, sed verba illa dicta sunt statim, vt consummata sunt ista, quę habentur in hoc c. quia finitis his dicitur sequenti c. & egressus Iesus. Ergo & ista quę hic habētur de redargutione Phariseorum, & Scribarum dicta sunt biduo ante Christi mortem, scilicet eodem die Martis. Et sic sunt ista continuata ad præcedentia, quod intendebamus. Cum autem obijcitur, quòd dicta fuerunt ante dies in ramis palmarum. Dicendum quòd non est verum. Et cum dicitur. Non me videbitis amodo, donec dicatis benedictus, qui venit. Non intelligitur de laude puerorum diei in ramis palmarum, sed de laude, quam cantabunt fideles in die iudicij. Nam ex tunc, idest ex eo tempore, quod erat tempus passionis (Nam post biduum occisus est) non viderūt Pharisæi, & Scribæ Christum, quia post mortem nō manifestatus fuit toti populo, sed testibus à Deo pręordinatis: Actu. 10. c. & manet nunc occultus quantum ad pręsentiam corporalem omnibus hominibus, in die iudicii manifestabitur omnibus hominibus, & plangent se super eū omnes tribus terrę Apoca. 1. c. Tunc autem laudabunt eum fideles, & qui cum eo partem habebunt, dicentes: Benedictus qui venit. Et tunc Pharisæi, & turbę eum videbunt, vt dicetur infra in fine cap.

Vbi Christus dixit hæc verba.
Quæst. III.

QVAERETVR, circa secundum, scilicet vbi Christus dixit verba hęc.

Dicendum, quòd dixit in templo illa. Et patet, quia ponuntur omnia, quæ habentur in hoc c. sub eodem contextu, quia Christus illa dixit continuato sermone, vt apparet ex litera cum non sit sermo interruptus, & tamen in principio sequentis c. finitis his verbis dicitur, & egressus Iesus de templo ibat, ergo apparet, quòd quando ista dicebat erat in templo.

Secundo apparet, quia omnia ista, quæ habētur ex c. 21. vbi accesserunt principes sacerdotum ad Christum quærentes, in qua potestate faceret hęc, sunt cōtinuata vsque huc, vt ostensum est supra 21. & 22. c. & A tamen illa facta sunt in templo supra 21. c. ideo etiam hęc facta sunt Christo manente in templo, vbi orabat, & prædicabat.

Quomodo potuit ista dicere turbis, & discipulis.
Quæst. IIII.

QVAERETVR quomodo potuit Christus ista dicere turbis, & discipulis suis cum dicatur, ꝙ turbis locutus fuerit hęc.

Dicendum, quòd hoc facile erat: nam Christus erat nunc in templo, vbi turbę erant, ideo poterat loqui turbis. Hoc patet, quia vt dicitur sequenti c. quando Christus compleuit verba hęc exiuit de templo, B ergo in templo hęc dixit, sed quacunque hora Christus esset in templo, essent multi Iudæi ibi, qui vocantur turbę potissimè nūc, quia erāt plures, quam aliàs, quia conuenerant ad diem festum, scilicet Pascha, nā non solum nunc, scilicet die Martis ante passionem, sed etiam ex Dominica in ramis palmarum erāt multi Iudęi, qui conuenerant in Ierusalem ad diem festū, & illi exierunt obuiam cum ramis cum intrauit in Ierusalem Ioan. 12. ergo poterant esse nunc multę turbę in templo, quibus Christus loqueretur.

Item patet hoc, quia vt innuitur Luc. 21. c. Christus in his diebus, qui fuerunt inter Dominicam in ramis palmarum, & mortem Christi, ipse per diem manebat in templo prædicans, & ante vesperum exibat de C vrbe, & manebat in monte Oliueti. & diluculo veniebat in templum ad prædicandum. Quod etiam innuit sequenti c. nam finitis verbis Christi, quæ habentur in hoc c. sequitur in principio sequent. c. Et egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt ad eum discipuli eius, vt ostenderent ei ędificationes templi, & ipse dixit eis, videtis hęc omnia: amen dico vobis, quòd nō relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Et tunc sequitur ibi, scilicet sedente autem illo super monte Oliueti accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, quando hæc erunt. Et sic videtur, ꝙ postquam exiuit de templo iuit statim in montē Oliueti, & ita erat in tempore illo, quod fuit inter diem in ramis palmarum, & mortem, & tamen tunc per diem, qua- D si totum manebat in templo docendo turbas, Luc. 21. c. ergo nunc, quādo in templo erat poterat loqui turbis ea, quæ habentur hic.

Quomodo Christus potuit ista dicere discipulis, cum dicatur, quòd ea turbis dixerit. *Quæst.* V.

QVAERETVR quomodo Christus potuit ista dicere discipulis suis, cum dicatur, ꝙ locutus est ea turbis, & discipulis.

Dicendum quòd facile est intelligi, quia Christus vbicunque erat manebat cum discipulis suis, nisi aliquando vellet solus orare, sicut solitus erat, maxime per noctem manere in oratione tota nocte pernoc- E tando, & tunc nemo erat cum eo de discipulis, vt patet Luc. 6. c. & si interdum per diem orare vellet etiā ab eis recedebat, vt patet Ioan. 6. c. quando saturatis turbis ascendit solus in montem orare, & instante passione, scilicet die Iouis cęnę per noctē, cum esset in horto, & relictis omnibus discipulis accepisset tres, idest Iacobum, & Ioannem, & Petrum adhuc ab eis auulsus est quantum est iactus lapidis, Luc. 22. & tunc orauit, & post orationem reuersus est ad eos infra 26. & Mar. 9. c. Quando autem Christus erat cum turbis, nunquam se subtrahebat a discipulis, immo ipsi adhęrebant ei non permittentes, vt turbę comprimerent, quando turbę offerebant Christo paruulos, vt imponeret eis manus, & discipuli prohibebāt turbas,

bas, & paruulos accedere, quousque Christus dixit, sinite paruulos venire ad me. Et idem supra 5.c.vbi Christus prædicauit multis turbis. Et tamen dicitur, quòd discipuli sederunt circa Christum, sed nunc Christus prædicauit turbis in templo, ergo a fortiori prædicaret discipulis, scilicet ꝙ illi præsentes essent.

Secundo patet hoc, quia hoc fuit die Martis ante passionem Christi, vt ostensum est supra.1.& 3.q.& tamē hoc tēpore, scilicet inter diem in ramis palmarum, & mortem Christi quotidie veniebat Christus in aurora de Bethania, siue de monte Olíueti in Ierusalem cū discipulis suis, & prædicabat, & ad vesperū redibat ad eundem montem Oliueti Lucæ.21.c.ibāt autem tunc cum Christo discipuli eius, & redibant. Quod patet, quia venientibus eis de Bethania, siue de monte Olíueti in Ierusalem, maledixit Christus ficulneę, & aruit, & viderunt postea eam discipuli aruisse supra 21.c.& Mar.11.c. ergo erant ipsi cum Christo in Ierusalem, quando prædicabat nunc, & ita poterat eis loqui, cum loqueretur turbis.

Quare dicitur, quòd Christus locutus est nunc turbis.
Quæst. VI.

QVAERETVR quare dicitur, quòd Christus locutus est nunc turbis.

Aliqui dicūt, quò d hoc fuit, quia Pharisęi recesserant. volunt enim, quòd postquā Christus disputauit cum eis de Christo, cuius filius sit, & illi confusi fuerunt, quia nemo audebat ei respondere, neque poterat, recesserint, & manserunt tunc solę turbę, & discipuli Christi, ideo non poterat Christus loqui nunc, nisi turbis, qa iam illi recesserāt.

Sed obijcietur, quia infra in litera continuato sermone isto loquitur Christus ad Pharisæos, & Scribas dicens sæpe: Vę vobis Scribę, & Pharisęi, ergo erant præsentes, quia aliàs non loqueretur ad eos, & sic nō recesserunt. Dici poterat, quòd Christus loquebatur corā turbis de Pharisæis, & Scribis, & licet non essent, præsentes dirigebat ad eos sermonem per apostropham, q̄ figuratam locutionem nos sæpe facimus.

Sed melius dicendum, quòd Christus locutus est nunc ad turbas non, quasi nō essent præsentes Pharisęi, sed quia non erat sermo iste dirigendus ad Pharisęos. Et hoc propter tria. Primo, quia voluit Euangelista in verbis Christi ostendere differentiam. Nam ante hoc Christus disputauerat cum Pharisęis, & Scribis de Christo, cuius filius erat præcede. capit. & illa disputatio finita fuit, cum nemo ausus fuit vltra quærere. Dum autem illa disputatio durauit, loquebatur Christus solum ad Pharisæos, cum quibus disputabat. Ista autem verba sequentia non pertinent ad quæstionem illam, neque ad aliam, quam Christus haberet cum illis, ideo debuit dici ad quem loquebatur, quia aliàs putaretur, quòd loquebatur ad eosdem Pharisæos, ad quos supra, & ideo dicitur, ꝙ locutus est ad turbas. Et hoc magis reddit causam, quare Matthæus dixit, quòd Christus locutus est turbis, quam quòd Christus locutus fuerit turbis.

Secūdo fuit, & præcipue, quia Christus voluit nūc aliqua mala dicere de Pharisæis, & Scribis, scilicet alijs, vt cauerent ab eis, & ideo direxit sermonem ad turbas, & discipulos, vt ab eis cauerent. Et patet hoc, quia dicitur in litera: Super cathedrā Moysi sederūt Scribæ, & Pharisæi, omnia, quæ dixerint vobis seruate, & facite, secundum autem opera eorum nolite facere.

Tertio fuit, quia nunc Christus officium prædicandi habebat, & prædicare volebat instanter vsque ad mortem, sed iam non proderat loqui Pharisæis, &

F Scribis, quia peruersi erant, & incorrigibiles. Ergo debebat conuertere sermonem suum ad eos, quibus poterat prodesse, & isti erant turbæ, & discipuli. Sic dicit Chry. postquam Dominus sacerdotes responsione prostrauit, & incorrigibilem conditionē eorū ostēdit, sicut & clerici si malefecerint inemendabiles sunt, laici autem delinquentes facile emendantur. tunc conuertit sermonem ad Apostolos, & ad populum infructuosum, namque est verbum in quo sic alter confunditur, vt alter non emendetur.

Quare Christus locutus est hæc verba discipulis suis.
Quæst. VII.

G QVAERETVR quare Christus locutus est hęc verba discipulis suis.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia erant præsentes discipuli Christi, quando ipse dirigebat verba hæc ad turbas, vt dictū est supra q. 6. & ideo necesse erat, ꝙ illi audirēt, & ita diceretur verba ad illos dicta esse.

Sed dicendum, quòd non stat. primo, quia si non esset aliqua vtilitas dicēdo eis verba hęc, neque Christus dirigeret ad illos prædicta verba etiam si præsentes essent, & illa audirent, nec exprimeret Euangelista, quòd illis dicta fuissent, cum nihil sine causa ponat, & tamen exprimit, ꝙ illis dicta fuerint, ergo non fuit ista causa.

H Secundo, quia non staret litera in veritate, nam ad hoc, quòd quis dicatur loqui alicui non sufficit, quòd eo præsente, & audiente ipse loquatur, sed etiā quòd verba ad illum dirigat, & tamen hic dicitur, ꝙ Christus locutus est tunc ad turbas, & ad discipulos, ergo videtur, quòd non solum erant præsentes, quando Christus loquebatur, sed etiam Christus dirigebat ex intentione verba sua ad eos.

Dicendum ergo, ꝙ dixit hoc Christus discipulis, qa ista doctrina, q̄ dedit hic Christus erat necessaria discipulis, sicut & turbis, immo plus necessaria eis, quā turbis, nam turbis, ideo hęc dicebat, vt non errarent circa simulationem Pharisæorum, sed error iste periculosior erat in discipulis Christi, quam in turbis, eo ꝙ futuri erant principes, & doctores Ecclesię, & omnium turbarum, ideo illi magis erudiri debebant in I hoc. Vnde Christus sæpe dicebat discipulis, ꝙ cauerent ab hoc errore simulationis Pharisæorum.

Quare expresse fecit mentionem Matthæus, quòd dicta fuerint verba hæc discipulis Christi.
Quæst. VIII.

QVAERETVR quare expresse fecit mentionem Matthæus, quòd dicta fuerint verba hęc discipulis Christi, nam poterat Christus loqui illis cū turbis, & quòd nomine turbarum intelligerentur, ita vt diceret Euangelista, ꝙ locutus est Christus ad turbas, nil vltra addens.

K Dicendum, quòd fuit propter tria. Primo propter inęqualitatem dignitatis, nam maioris valde dignitatis erant discipuli Christi, quam turbę, & est regula secundum iura, quòd nomine aliquorum, quorum parua est dignitas non possunt intelligi specialiter aliqui maioris dignitatis, quam sint illi, qui per nomen intelliguntur, & tamen expresso generaliter nomine aliquo magni honoris, vel dignitatis possunt subintelligi particulariter illi, qui sunt minoris dignitatis, quam discipuli, non poterant intelligi discipuli nomine turbarum, & consequenter oportuit exprimi discipulos. Secundo fuit ad ostendendum differentiam locutionum Christi, nam interdum Christus loquitur ad solos discipulos, interdum ad solas turbas, interdum

terdum vero ad turbas, & discipulos simul, sicut sæpe apparet ex narratione euangelica. Et quia ista verba ad vtrosque dirigebantur, expressit Euangelista, ꝙ locutus est ad turbas, & discipulos.

De his tribus dicit Origenes. sunt autem meliores discipuli Christi cęteris turbis, & inueniens in Ecclesijs quosdam affectuosius accedentes ad verbum Dei esse discipulos Christi, cęteros autem esse populum ipsius, & interdum quædam discipulis solis dicit, quędam autem turbis, quædam vero turbis simul atque discipulis, sicut sunt hęc. Tertio & pręcipue fuit hoc, vt intelligamus hęc esse necessaria discipulis Christi, sicut & turbis, nam sicut fuit conueniens, ꝙ Christus ista loqueretũ tā discipulis, quam turbis, quia vtrisque erant conuenientia, ita fuit conueniens, quòd nos sciremus ista dicta esse discipulis, vt sciamus illis fuisse necessaria, sed nesciremus eis fuisse dicta, nisi Euangelista hoc exprimeret, ideo expressit, ꝙ etiam discipulis fuerunt dicta.

Circa distinctionem prædictorum trium modorum, scilicet quòd aliquando Christus loquitur solis discipulis, etiam dicendum, quòd vera est distinctio absolute quantum ad primum, & tertium modum. De primo patet, quia Christus interdum loquitur discipulis suis secrete, sicut de passione locutus est eis secrete, s. absentibus turbis supra 20. c. & de eiectione dęmonum supra 17. & de signis aduentus sui sequenti c. De tertio patet, quia interdum loquitur Christus simul turbis, & discipulis, sicut hic. De secundo autē dicendum, quòd non dicitur loqui solis turbis, quasi solis eis audientibus loquatur, & non sint pręsentes discipuli, quia semper erant ei præsentes, quandocunque turbę erant præsentes, vt ostensum est supra q. 6. sed dicitur loqui ad solas turbas, quia interdum, licet essent discipuli præsentes, non dirigebat Christus sermonem, nisi ad turbas, eo quòd illa doctrina, vel sermo non erat necessaria, nisi turbis. Sic patet supra 8. c. quando Christus locutus est laudans fidem centurionis, nam dicitur, quòd turbis sequentibus se dixit hoc, & ratio est, quia ad exprobrationem Israelitarū loquebatur dicens. Non inueni tantam fidē in Israel. Et hoc, quia Israelitę non credebant, discipuli tamen credebant, ideo non debebat eis exprobrari hoc, & sic solis turbis locutus est. Sic etiam supra 13 c. quando Christus locutus est multas parabolas, tam discipuli, quam turbę præsentes erant, vt patet e. c. & tñ dr̄ ibidem, ꝙ locutus est ad turbas, & nihil dicitur de discipulis. Et ratio est, quia parabolę quantum ad corticem, sicut Christus illas proponebat, erant pro populo, qui admiraretur, & non intelligeret, sensus autem latens, quem Christus non prædicabat publice, erat pro discipulis, & non pro turbis. Quod patet e. ca. vbi quærentibus discipulis edisseri sibi parabolam, dixit Christo: Vobis datum est nosse mysteriū regni Dei, cęteris autem in parabolis. Et ita inueniet generaliter siquis diligenter aduertat, ꝙ vbicunque Christus dicitur locutus ad turbas, non expressis discipulis, ꝙ doctrina, vel verba illa non pertinēt ad discipulos, neque ad eruditionem, neque redargutionem, neque ad aliquam vtilitatē ipsorum, sed solū turbarum. Cū vero dr̄ locutus ad discipulos, & turbas, inueniēt vtrisque prodesse sermo. Et illa est vera cā huius distinctionis in modo loquendi.

Quare Christus dixit nunc turbis ista, quæ ad Pharisæos, & Scribas pertinebant. Quæst. IX.

QVAERETVR quare Christus dixit nunc turbis ista, quæ ad Pharisæos, & Scribas pertinebant, scilicet quomodo imponebant onera importabilia

A hominibus, & multa alia de conditionibus eorum. Dicēdum, quòd fuit. Primo ad instructionem popularium, & discipulorum, vt cauerent simulationem Pharisæorum, & Scribarum, & intelligerent eorum iniquitates, quia hoc proderat tam turbis, quam discipulis, vt dicetur sequenti q.

Secundo fuit ad aliqualem emendationem Pharisæorum, & Scribarum licet non pręcipue, nam cum non possent corrigi ad mouendum eos directe in bono, fortassis admonerentur cum viderent suas iniquitates manifestari, quia sic erubescerent.

Tertio fuit in pęnam ipsorum, nam ipsi calumniabantur contra Christum tentantes eum sæpe, vt caB perent in sermone, vt patet præcedenti c. & ideo iustum erat, vt in aliquo punirentur, Christus autē erat iudex, qui poterat eos punire, cum esset Deus, ideo puniuit aliquo modo manifestando, vel referendo eorum iniquitates.

Quarto fuit, vt Christus ostendat suam innocentiam coram populo, nam sępe eos redarguebat, & aliqualiter dure se ad eos habebat, vt patet præcedenti c. vbi illi dixerunt Christo: Scimus magister, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Ipse autem vocauit eos hypocritas, & quia populus putaret, quòd forte Christus in hoc dure, & irrationabiliter se haberet, ostēdit hic eorum iniquitates populo, vt licet graC uiora contra eos faciat appareat iuste facere, & dicere.

Ad quid proderat turbis, & discipulis Christi instructio pœnes iniquitates Pharisæorum ac Scribarum. Quæst. X.

QVAERETVR ad quid proderat turbis, & discipulis Christi instructio circa iniquitates Pharisæorum, & Scribarum.

Dicendum, ꝙ valde proderat, & in hoc præsupponendum, ꝙ Pharisæi inter Iudæos tenebant quendā modum viuendi, qui sanctior videbatur modis viuēdi cęterorum hoīum: Scribę aūt habebantur, vt peritiores cęteris, & ad quos pertinebat instruere cęteD ros homines de his, quæ ad legem erant. Ex quibus sequebatur, ꝙ Pharisæis, & Scribis maxima fides adhibebatur inter Iudęos. His quidem tāquam sanctissimis, illis vero, vt peritissimis. Si autem hi recte se haberent, nullus error sequeretur prædictam fidem eis adhibendo. Si autem a rectitudine declinarent, poterant sequi magna, & multa inconuenientia, iō docuit Christus tā turbas, quam discipulos, ꝙ Scribę, & Pharisæi non recte se haberent, vt sic non adhiberent eis fidem in his, in quibus non expediebat, quod quidem fiebat manifestādo eorum iniquitates. Et primo quidem circa passionem Christi proxime futuram, nam Scribę, & Pharisæi, qui Christum oderant, incitabant populum ad passionem Christi, vt dicitur Mar. 15. c. ꝙ cum Pilatus diceret plebi, quem volebant sibi diE mitti, pontifices concitauerunt turbam, vt peteret dimitti sibi Barrabam, & crucifigi Iesum: & nomine pontificum intelligebantur Pharisæi, & Scribę, quia isti fuerant præcipui in consilio occidendi Christum. Ioan. 11. c. vt autem populus non assentiret eorū consilio cum essent iniqui suadentes Christi mortem, ostendit nunc eorum iniquitates, vt si postea populus assentiret eis suadentibus petere mortem Christi nō esset populus excusabilis, qui suadebat ab iniquis ad iniquitatem, secus vero si eos iustos crederent, & quibus esset fides adhibenda. Secundo circa ea, quæ pertinebant ad passionem Christi, quia resurgēte eo principes sacerdotum consilio habito cum senioribus, q erant de Pharisæis, & Scribis dederunt pecuniam copiosam custodibus sepulchri, vt dicerent, ꝙ dormiētibus

Differentia inter Scribas, & Pharisęos.

tibus ipsis venerant discipuli Iesu, & abstulerant corpus eius inde infra 28.c.Hanc autem iniquam fictionem credere deberet;& potissime,quia populus videbat, ꝙ Scribæ, & Pharisæi,qui Christum oderant,nitebãtur hoc suadere. Secus foret si hi viri boni essent. Ideo vtile erat ostendi eos fore iniquos,vt non crederetur eis circa similia. Tertio & præcipue circa fidem Christi,nam post eius mortem,& resurrectionẽ prædicatum est publice inter Iudęos,in Ierusalem eũ esse Messiam,& Deum: Pharisęi autem,& Scribę nitebãtur nimis auertere plebem ab hac fide non solum verbis, sed etiam verberibus Actu.5.c.vt autem fides nõ adhibeatur eis, quasi firmiter verba dicentibus, dicit ꝙ erant iniqui,& sic non erat recedendum ab ea fide, quæ mirabilis probabatur propter suasionem istorum iniquorum.

Quarto dixit propter doctrinã eorum, vt non putaretur necessaria. Nam Pharisęi,& Scribę multa mãdata confingebant, quibus grauabant homines,& ꝑp opinionem,quæ de illis habebatur, putarẽt homines se obligari ad illa, ideo Christus ostendit, ꝙ nõ erant simpliciter obligati, cum vocat illa mandata onera importabilia. Quantum ad discipulos Christi etiam proderat ista manifestatio iniquitatis Scribarum, & Pharisæorum, quia discipuli Christi erant Iudæi,& tã ipsi, quam progeniores eorũ semper fuerant subiecti doctrinæ ipsorum,& multam eis reuerentiam impẽdebant, propter quod attendentes mandatis illorum aliqualiter Iudaizarent, & distraherentur a mandatis Christi,ideo Christus intẽdebat penitus eos distrahere ab imitatione Pharisæorum, & Scribarum,& illorum mandata confundit,sicut patet supra 15.c.vbi disputat contra Pharisæos super lotione manuum, & quòd obseruatio præceptorum positorum ab illis nõ sanctificabat hominem, & violatio eorum non polluebat eum, & hoc etiam videtur hic facere cũ dicit: Alligãt onera importabilia humeris hominum. Sed quid hoc sit, infra dicetur. Et ideo tam turbas, quam discipulos valde admonet Christus,fugere simulationem Pharisæorum,& Scribarum, scilicet vt non credant eis in omnibus,quasi boni sint cum non sint boni,& eorum doctrina,vt non teneatur in omnibus velut recta.De primo patet Luc.12.c.scilicet multis turbis circunstantibus, ita vt se inuicem comprimerent cępit dicere: Attendite a fermento Pharisæorũ,quod est hypocrisis,idest simulatio.De secundo patet supra 15.vbi contra doctrinam eorum de lauando manus ad cibum, tanquam necessariam ad mundificationẽ hominis dixit Christus conuocatis ad se turbis; Audite & intelligite,non quod intrat in os coinquinat hominem, & supra 16.c.dixit discipulis: Intuemini, & cauete a fermento Pharisęorum, & Sadducæorum, & postea dicitur ibidem, ꝙ istud fermentum est doctrina, & sic ab illa Christus admonebat cauendum.

Quæ erat ista cathedra Moysi, & quid erat sedere super eam. Quæst. XI.

QVAERETVR quæ erat ista cathedra Moysi, & quid erat sedere super eam.

Dicendum, ꝙ exponunt quidam de auctoritate,& potestate iudiciaria, quam vocat cathedram Moysi, quia ad illum pręcipue pertinuit,& ita illius cathedra manere videbatur, sicut primus vicarius Christi fuit Petrus,& sedit loco Christi,& nunc omnes, ad quos peruenit per successiones,& tẽpora vicariatus Christi dicuntur sedere in sede Petri, scilicet quia ille fuit primus,qui super eam sedit.

Circa hoc considerandum, quòd Moyses fuit primus quem Deus præposuit populo Iudæorum,& ille

F eos eduxit de Aegypto, & legem a Deo acceptã illis publicauit, Exod.19.& 20.& 32.Et iste solus audiebat causas totius populi, Exod.18.Et propter multitudinem populi manebat tota die audiens contentiones, & non finiebat, neque dirimere poterat litigia,quousque dixit ei Iethro socer suus sacerdos Madian. Stulto labore consumeris tu, & populus, qui tecum est.Et ibi constituit decanos, quinquagenarios, Centuriones, atque tribunos eod.c.Sed cum adhuc maneret difficultas magna, clamauit Moyses ad Deũ, & ille dedit de spiritu Moysi septuaginta senioribus, qui prophetauerunt, & constituit eos in iudices pariter cum Moyse: Numeri 11.c.Et mansit ordo ille iudicandi postea semper, quandiu mansit status populi

G Iudaici, scilicet vsque ad destructionẽ Ierusalem per Romanos, quando Iudæi desierunt esse gens,quia dispersi fuerunt per totum orbem,& ita tempore Christi manebat talis congregatio seniorum septuaginta. Et isti sunt, qui vocantur seniores infra 26.& 27.c.vltra hos non erat appellatio, & per hoc diffiniebantur magnę causę Iudæorum, & ad hos deuoluebantur, siue per appellationem, siue per dubiũ causę de omnibus locis Israel, & sententiæ istorum stabatur. Erat autem præcipuus istorum summus sacerdos: Deute. 17.c.Et ita poterit intelligi, quòd isti septuaginta seniores in quocunque tempore essent, dicerentur sedere super cathedram Moysi, quia habebant auctoritatem; vel potestatem iudiciariam, quam primus in-

H ter Iudæos tenuit Moyses,& ita exponit Nicolaus.

Aliter potest exponi de actu docendi, & exponendi legem, & vocatur cathedra Moysi illa cathedra,in qua lex Moysi prędicabatur populo,& exponebatur. Nam in templo Dei, & in omnibus locis, in quibus Iudæi erant,prædicabatur lex Moysi,& erat cathedra, in quam ascendebat prædicator, vt doceret, & non dicitur cathedra Moysi, quasi Moyses in ea vnquam sederit, sed quia lex Moysi in ea prædicabatur, & exponebatur. Et ista expositio videtur esse melior, & magis conuenire literę.

Circa quod sciendum, quòd apud Iudæos in singulis locis conueniebant quolibet sabbatho Iudæi in Synagoga. Nam & sic Christo consuetudo erat quo-

I libet sabbatho cum eis intrare in Synagogam Luc.4. c.& ibi legebatur primum lectio de libro Moysi, & de libris prophetarum, & post lectionem prædicabat aliquis ad plebem. Actuũ decimotertio capitulo, vbi de Paulo, & Barnaba dicitur, quòd ingressi Synagogam die sabbathorum sederunt, post lectionem autem legis, & prophetarum miserunt principes Synagogę ad eos, dicentes, viri fratres siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem,dicite, & tunc Paulus surrexit, & prędicauit. Illa autem prædicatio, vt communiter erat aliqua expositio legis Moysi, sicut & nunc prædicatores prædicando exponũt Christi doctrinam,& hoc patet clare Actuum decimo quinto capitulo,scilicet. Moyses enim a temporibus anti-

K quis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prędicent in Synagogis, vbi per omne sabbathum legitur.

Secundo apparet hoc ex proprietate nominis, quam bene solet seruare Hieronymus: dixit enim super cathedram & tamen cathedra pertinet ad docentem,tribunal ad iudicem. Si ergo intẽderet Christus loqui de potestate iudiciaria, diceret Hieronymus super tribunal Moysi, & non super cathedram, ergo videtur, quòd intelligeretur de sessione, quæ erat ad docendum, & non ad iudicandum, illud vero erat in prædicando legem Moysi, & exponendo illam.

Tertio, quia si intelligeretur de potestate iudiciaria diceretur,quòd super cathedram Moysi sederunt

seniores,

seniores, quia ad septuaginta seniores pertinebat ista potestas, vt dictum est. Dicitur tamen sederunt Scribæ, & Pharisæi: ergo intelligitur de prædicatione, quæ ad omnes hos pertinebat.

Quarto, quia dato, quòd aliquis diceret, quòd hoc stat, eo quòd isti seniores erant de Pharisæis, & Scribis, & ita sedebant seniores, cum sederent Scribæ, & Pharisæi, non conuenit, quia tunc non diceretur absolute Pharisæi, & Scribæ. quia signat, quòd non solum conueniebat hoc illis Pharisæis, & Scribis, qui erant seniores, sed generaliter omnibus quod falsum est. Quinto, quia dicitur, quæcunque dixerint vobis, facite. Et tamen si de iudicibus intelligeretur, potius diceretur quæcunque vobis imperauerint, facite, ideo potius est intelligendum, quòd accipiatur de docentibus, & prædicantibus, exponendo legem Moysi, quàm de iudicibus. Sexto apparet, quia idem asserit Orige. super Matth. scilicet, qui legem Moysi profitentur, & interpretari se gloriantur, hi sedent super cathedram Moysi.

Qui erant isti Scribæ, & Pharisæi, qui sederunt super cathedram Moysi. Quæst. XII.

QVAERETVR qui erant isti Scribæ, & Pharisæi, qui sederunt super cathedram Moysi.

Aliqui volunt, quòd Scribæ sunt, qui literam legis solum sequuntur: Pharisæi autem qui interpretantur quasi diuisi ab eis, & meliores existentes. Sic dicit Origen. super Matth. qui non recedunt a litera legis, & Scribæ dicuntur: qui autem maius aliquid profitentes diuidunt seipsos, quasi meliores a multis, Pharisæi dicuntur quod interpretatur diuisi, qui autem Moysen secundum spiritualem virtutem intelligunt, & exponunt, sedent quidem super cathedram Moysi si non sunt Scribæ, & Pharisæi, sed his meliores dilecti Christi discipuli, & post aduentum Christi sedent super cathedram Ecclesię, quæ est cathedra Christi.

Sed dicendum, quòd hoc mystice accipitur: nam necesse est accipi Scribas, & Pharisæos pro quibusdam conditionibus personarum inter Iudęos, quæ personæ tempore Christi sedebant super cathedram Moysi.

De Pharisęis autem dicendum, quòd quędam secta Iudęorum erat. distinguebantur enim tres pręcipuę sectę inter Iudęos, scilicet, Pharisęorum, Sadducęorum, & Helenorum, vt dicit Iosephus secundo libro de bello Iudaico. De moribus autem Pharisęorum, & vita late diximus supra 3. cap. quęst. 63. habebantur autem inter cęteros Iudęos isti, tanquàm religiosiores, & vitę austerioris saltem, quantum ad multitudinem cęremoniarum, vnde exhibebatur eis magnus honor, & erant multi de his viri periti, & ideo sępe prędicabant.

De Scribis dicendum, quòd non erant secta aliqua Iudęorum, sicut Pharisęi, & Sadducęi, sed erāt sapientes: nam viros doctos sapientes vocamus, Gręci vero Philosophos, Hebręi Scribas, Persę autem Magos, & ideo cum Christus vellet dicere doctos in lege, dicit Scribas, quia ita Iudęi loquuntur.

Sciendum autem, quòd licet ponantur hic Scribę, & Pharisęi, tanquàm distincti non distinguuntur inter se, sicut Pharisęus, & Sadducęus, siue sicut opposita, quia nullus Pharisęus est Sadducęus, neque econtrario, quia erant sectę disparatę, & quasi oppositę, sed distinguuntur sicut Grammaticus, & Dialecticus, quia licet aliud sit Grammaticum esse, aliud Dialecticū; tamen idem potest esse Grammaticus, & Dialecticus. sic enim aliud est esse Scribam, quàm Pharisęum, quia

A Scribam esse est esse sapientem in lege; Pharisęū esse erat habere modum certum viuendi, & sectam, & tamen accidit eundem esse Pharisęum, & Scribam, idest, doctum in lege.

Ad quid sedebant isti Scribæ, & Pharisæi super cathedram Moysi, Quæst. XIII.

QVAERETVR ad quid sedebant isti Scribę, & Pharisęi super cathedram Moysi.

Dicendum, quòd ad prędicandum populo exhortando, iuxta illud Actu. 13. cap. Viri fratres si quis sermo exhortationis ad plebem in vobis est dicite: & ad exponendum doctrinaliter, sicut Doctores, qui magistraliter docent discipulos

B suos, pro vtroque enim competit sedere super cathedram, & hoc significat Christus istos facere, cum ait. Quęcunque dixerint vobis seruate, & facite. & sic aliquid docebant, quod tenēdum esset ab audientibus, etiam quia dicitur, dicunt enim, & non faciunt.

Sed dicetur quomodo Scribę, & Pharisęi sedebāt super cathedram Moysi ad prędicandum, & docendum, quia hoc pertinet ad solos sapientes, qui in lege docti sunt, sed Pharisęi non erant docti in lege, cum solum tenerent sectam determinatam viuendi, ideo non pertineret ad eos docere, sed solum ad Scribas.

Dicendum, quòd aliqui erant Pharisęi simplices, qui solum imitabantur illum viuendi modum, &

C nullam habebant literarum peritiam, alij autem pręter hoc, quòd Pharisęi erant, habebant magnam eruditionem in scriptura. primi istorum Pharisęorum non prędicabant, quia non erant sapientes. secundi vero prędicabant, & docebant, & isti non solum erāt Pharisęi, sed etiam Scribę.

Sed tunc obijcietur, quòd superuacue ponitur de Scribis, quia cum omnes sedentes super cathedram Moysi essent sapientes, & omnes sapientes sint Scribę, soli Scribę sederunt super cathedram Moysi, ideo non deberet dici de Pharisęis, & Scribis.

Dicendum, quòd verum est, quòd omnis sedens super cathedram Moysi erat Scriba, & tamen posuit Christus distinctionem istam, quia de sedentibus qui

D dam erant Scribę, qui erant Pharisęi, alij autem erant Scribę qui non erant Pharisęi, & vtrique erant reprehensibiles in multis, ideo vtrosque Christus nominauit, vt vtrorumque conditionem poneret, sed Scribę, qui non erant Pharisęi, erant quidem eruditi circa legem, sed non erant excellenter religiosi, sicut Pharisęi apud Iudęos habebantur.

Quomodo competebat Scribis, & Pharisæis ista potestas prædicandi, & an cuilibet competebat, vel quibus. Quæst. XIIII.

E QVAERETVR cum dicatur, quòd Scribę, & Pharisęi sedebant super cathedram Moysi ad docēdum, & prędicandum, quomodo competebat eis ista potestas prędicandi, & an cuilibet competebat, vel quibus.

Aliqui dicunt, quòd competebat cuilibet, & non requirebatur aliqua potestas, vel conditio personarum, quia tam Scribę, quàm Pharisęi prędicabant nunc, & isti laici erant. nam neque sacerdotes, neque Leuitę erant, sed multi pure laici erant Pharisęi, & Scribę, etiam Christus prędicabat, qui erat pure laicus, quia erat de tribu Iuda, de qua nemo altario ministrauit, ad Hebr. 7. cap. ergo quilibet poterat prędicare inter Hebręos.

Alij dicunt, quòd requirebatur specialis potestas, & conditio personarum, quia aliàs non possent redarguere

darguere principes sacerdotum Christum prædicantem dicentes. in qua potestate hoc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem? supra 21. cap. quod de prædicatione intelligitur, vt ibi expositum est.

Dicendum, quòd officium prædicādi inter Iudęos non erat tam arctatum, sicut nunc in Nouo Testamento: nam nunc pure laicis non permittitur prædicare extra de hære. cap. cum ex iniuncto. clericis quoque non permittitur vbique indifferenter prædicare, nisi oues quis habeat quarum ei cura immineat, quia nomine pastoralis curæ etiam prædicandi officium venit: alij vero potestatem accipiunt prædicandi ab eo, qui præest spiritualiter eis, quibus prædicandum est, vel a iure.

In Veteri Testamēto duo ad hoc ꝙ qs prædicaret requirebātur.

In Veteri autem Testamento non erat sic, sed etiā laicis licebat prædicare. Duo tamen requirebantur ad hoc quòd quis prædicaret. Primum erat sciētia ad docendum. Secundum erat ꝙ acciperet potestatem ab eo, qui præerat synagogæ in qua fiebat prędicatio.

Circa primum autem dicēdum est, quòd cum aliquis esset vir peritus ad docendum, & exhortādum, pluraliter nō curabatur de qua progenie, vel statu esset, vnde tam Sacerdotes, q̄ Leuitæ simplices, q̄ laici quicunque poterant prædicare, & admittebantur ad prædicandum, si erant periti. sic patet Act. 13. cap. vbi cum Paulus, & Barnabas venissent in Antiochiam, introierunt die sabbathi in synagogam, & post lectionem legis, & prophetarum miserunt ad eos principes synagogæ dicentes: Viri fratres siquis sermo exhortationis in vobis est ad plebem dicite. & tamen ibi nesciebatur an Paulus, & Barnabas essent periti, vel non, aut qui, vel quales essent, nisi solum quòd cognoscebatur eos esse Iudæos, eo quòd intrauerant synagogam ad orandum, & nulla alia discussione facta, petiuerunt ab eis, quòd prædicarent solum quærentes, an essent periti, & hoc ipsum ignorabāt cum de hoc quærerent, quia aliàs solum dicerent principes synagogæ: Viri fratres dicite aliquid ad plebem exhortando: ergo nesciebant eos peritos, sed cum nescirent quales erant ad hoc, quòd prædicarent, solum quæsiuerunt ab eis, an essent viri periti: ergo videtur, quòd nulla alia conditio requirebatur, quia aliàs requirerent ab eis de illa conditione, scilicet, an essent sacerdotes, vel Leuitæ, vel de quacunque alia conditione, aut statu, quæ requireretur ad prædicandum, sed non quæsierunt, nisi de hoc. ergo indistincte admittebatur ad prædicandum quilibet peritus.

De secundo dicendum, quòd ad hoc quòd aliquis quantumcunque peritus prædicaret, requirebatur auctoritas eius, qui præsidebat loco, vel synagogæ, & ab illo accipiebat potestatem prædicandi.

Pro quo sciendum, quòd in terra Iudæorum erat vnicus locus templi in quo fiebant sacrificia, & cæteræ cæremoniæ diuini cultus, vt dicitur Leuit. 17. & Deuteronom. 12. & siquis alibi templum constitueret, vel sacrificia faceret, nefas erat. sic innuitur Leuitici 17. & Iosue 22. & Deuteronom. 12. cap. & ad hūc locum veniebant omnes Iudæi masculi, ter in anno ad tres solennitates, Exo. 23. & 34. & ibi offerebant sacrificia sua, & munera. per singula autem loca Iudæorum terrę erant domus quędam deputatę ad orationem omnium, qui in loco erant, quas synagogas vocabant, & in his non fiebant sacrificia aliqua, neq; oblationes, aut cæremoniæ diuini cultus, sed solum conueniebant omnes ad orationem diebus sabbathorum, & alijs festiuitatibus, & proponebatur ibi verbum Dei ab eis, qui periti erant, Actuum 13. & 15. Si autem quis prædicare vellet in templo Domini debebat accipere potestatem ab eo, qui præerat templo. si autem in synagoga aliqua accipiebat pote-

F statem ab eo qui synagogę pręerat, in quolibet enim loco præerat aliquis synagogæ, & ille vocatur princeps synagogę, siue archisynagogus, quod idem est. sic dicitur Marci 5. & Lucę 8. cap. De archisynagogo cuius filia a Christo curata est, idest, suscitata, & Lucę 13. cap. dicitur de archisynagogo, qui increpuit eos, qui veniebant ad Christum, vt curarentur sabbatho; non tamen increparet cęteros, nisi princeps, vel magister eorum esset, cum ex auctoritate quadam agere videatur. petitio autem, siue concessio licentię ad prędicandum erat necessaria, quia aliàs non redargueretur quis prędicans sine potestate concessa, arguebant tamen principes sacerdotum Christum de hoc, supra 21. cap. dicentes in qua potestate

G hoc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem? & quęritur ibi de prędicatione. ergo constabat inter Iudęos necessariam esse potestatis concessionem ad hoc, quia aliàs vanum esset argumentum, & increpatio Iudęorum. & ideo quando quis prędicare volebat in templo, accipere debebat potestatem a summo sacerdote, eo quòd ille pręerat templo, & loco electo a Domino, Deuteronom. 17. cap. scilicet, Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo. & ille est summus sacerdos, vt colligitur ibi ex litera. & sic illud exponit Papa, extra qui filij sunt legitimi, cap. per venerabilem. qui autem in alio loco prędicare vole-

H bat, accipere debebat potestatem a principe synagogę, ad quem pertinebat prouidere de prędicatore. sic dicitur Actuum 13. scilicet, Quòd principes synagogę miserunt ad Paulum, & Barnabam dicentes: Viri fratres siquis sermo exhortationis in vobis est ad plebem dicite. Hoc autem verum erat, nisi putaretur quis habere auctoritatem a Deo, idest, ab eo missus, sicut erant Prophetę, quia tunc non petebatur aliqua auctoritas ab homine, & ob hoc cum Christus sępe prędicaret in synagogis, vt patet Lucę 4. & Marci 2. & supra 12. Nunquam tamen petebat ab aliquo archisynagogo licentiam prędicandi, & etiam quando prędicabat in templo in Hierusalem non accipiebat licentiam a summo sacerdote,

I & hoc erat quòd putabatur esse propheta, supra 16. cap. & supra 21. vocabatur publicè Propheta a Nazareth, & ideo neq; ipsi principes sacerdotum, aut alij Iudęi petebant ab eo dum prędicaret in templo quis ei dederat ad hoc licētiam, nisi semel ante mortē suā, q̄n indignati cōtra eum dixerūt: in qua potestate hoc facis, sup. 21. & fuit hoc die ramispalmarū, vt ibi ostēsum est. de cęteris aūt qui nō putarentur esse Prophetę, necesse erat, ꝙ acciperent licētiam, sicut dictū est. Ex hoc aūt apparet, ꝙ petebatur, s. quomodo ad Scribas, & Pharisęos pertinebat prędicare. Et dicendum,

K ꝙ licet non essent sacerdotes, neque Leuitę, neque laici, sed accidebat quòd aliqui sacerdotes essent Scribę, aut Pharisęi, & aliqui etiam laici erant Pharisęi, & Scribę, cum Scribam esse est esse sapientem, quod tam laico, quàm sacerdoti accidere potest. Pharisęum esse sit tenere certas cęremonias viuendi, quod etiam conuenit vtrisque, sed de istis dixit Christus, ꝙ sedebant super cathedram Moysi, eo ꝙ erant isti periti. nam omnis Scriba est sapiens; Pharisęi autem pro magna parte erant sapientes.

Quare Christus dixit, quòd super cathedram Moysi sederunt Pharisæi. Quæst. XV.

QVAERETVR quare Christus dixit quòd super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. nam videtur quòd solum deberet dicere ꝙ sederunt Scribæ: nam periti sedebant super cathedram

A dram ad prędicandum, vt ostensum est precedenti q. sed Scribæ erāt soli periti: nam pro sapiente Scribam vocant Iudæi: ergo soli Scribæ sedebant.

Dicendum, quòd verum est, quòd soli sapientes, q vocantur Scribæ prędicabant: Pharisæi autem qui dicuntur super cathedram sedere, etiam Scribæ erant, quia vocantur Pharisæi, & similes sunt Pharisæi, & Scribæ. Sed tunc dicetur cum quilibet Iudęus sapiens admitteretur ad prædicādum, quare specialiter dixit Christus de Pharisæis: nam Sadducæi, vel alij laici, qui de nulla secta essent, si sapientes essent admitterentur ad prædicandum.

Dici potest vno modo, quòd licet quilibet peritus B admitteretur ad prędicādum: plurimi tamen qui inter Iudæos erant sapientes, erant de Pharisæis, quia hi vacabāt magis studio legis Dei. Quod patet, quia isti habebant veriores opiniones circa credenda, quàm cæteri: nam Sadducæi negabant resurrectionem, & angelos, & spiritus, Actu. 23. cap. Pharisæi autem omnia hæc esse asserebant: sed rectiores habere opiniones ad sapientiores pertinet: isti ergo vt sapientiores, vt in plurimum frequentarent officium prędicationis. Secundo, quia isti erant magis accepti apud plebem, quàm cæteri Iudæi propter sanctitatem, quam simulabant, & ideo deuotius audiret plebs eos prædicantes, quàm cæteros. vnde plures de istis prædicarent, & sic Christus istos potius, quàm alios nomina- C ret, & sic expressi sunt nomine proprio Pharisæi, quia plures de his, quàm de alijs prædicabant; cæteri autē quicunque essent prędicantes nomine communi vocati sunt Scribæ, idest, sapientes. Tertio potest dici, ꝙ expressi fuerūt specialiter Pharisæi, quia Christus volebat eos redarguere hic, & quia specialiter Pharisæi digni erant redargutione eos expressit specialiter. Si enim Christus vellet solum dicere, qui prædicabant inter Iudæos solum diceret, quòd sederunt Scribæ super cathedram Moysi, quia ad peritos pertinebat prędicare, sed voluit redarguere Iudęos multa fingentes, & decipientes Iudęos alios sub specie sanctitatis; huiusmodi autem erant præcipue Pharisęi, qui multa simulabant ex habitu exteriori, & vera non erant, alij autem decipiebāt populum iubentes mul- D ta facere, & nihil ipsi facientes, & hi erant doctores legis, scilicet, Scribę, ideo solos hos nominat. Et verū est tunc, quòd aliqui Pharisęi erant, qui nō erant Scribę, & tamen illi fallebant populum simulatione sanctitatis, & non doctrina. Sed de his nō dicitur in principio literę, cum dicatur, super cathedram Moysi sederunt Scribę, & Pharisęi, qui periti erant, & hoc verisimile est, scilicet, quòd ad increpandum eos specialiter expressit Pharisęos, quia infra in litera vbicunque ponitur vę nominantur Scribę, & Pharisęi, & ipsi quidem soli. Sed obijcietur cum supra persequerētur Christum principes sacerdotum, Scribę, Pharisęi, & seniores, quare soli Scribę, & Pharisęi nominā- E tur hic ad redarguendum, quia etiam cęteri erant digni redargutione. Dici potest vno modo, quòd omnes illos redarguit Christus hic sub nomine Scribarum, & Pharisęorum, scilicet, quòd principes sacerdotum, & seniores populi, vel erant Scribę, vel Pharisęi, aut vtrumque, & ideo aut quantum ad sapientiam includentur sub Scribis, aut quantum ad professionem sub Pharisęis. Et hoc satis verisimile est, maximè quantum ad Scribas, quia Scribę sunt sapientes, & tamen tam principes sacerdotum, quàm seniores erant sapientes. De principe sacerdotum patet, quia omnes sacerdotes esse debebant sapientes: ergo a fortiori summus sacerdos, qui alijs pręerat. sic dicitur Aggęi 2. cap. Interroga sacerdotes legem, ergo debebant habere peritiam legis. & Malac. 2. scilicet, Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius exquirent, quoniam Angelus Domini exercituū est. Et intantum tenebantur esse sapientes, quòd si non essent abijciebātur de sacerdotio, Oseę 4. cap. s. Quia tu repulisti scientiam, ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi.

De senioribus apparet, quia isti seniores successerunt loco illorum septuaginta, quos Deus posuit cōsortes Moysi, vt ostensum est supra q. 13. & illi erant sapientes, quando electi sunt; cum dicat Deus Moysi, Numeri 11. cap. Congrega mihi septuaginta, quos tu nosti, quòd senes sint populi, ac magistri. Sed magister dicit peritiam, etiam quia addidit eis Deus sapientiam maiorem, cū dederit eis spiritum propheticum: nam dicitur eodem cap. quòd prophetauerūt neque vltra cessauerunt: ergo necesse erat sapientes esse eos, qui loco horum eligebantur; potissimè quia assumebantur ad iudicandum de omnibus causis arduis, ideo sapientes essent. De vtrisque simul patet planè Deuter. 17. cap. vbi dicitur, quòd quandocunque erat ambigua res, de qua iudicandum erat in aliquo loco terrę Israel, & verba Iudicum variabant, recurrendum erat ad summum sacerdotem, & ad seniores, qui erāt in loco, quem Deus elegerat, & quidquid illi iudicabant, tenebatur; ergo esse debebant sapiētes. Et sic tam principes sacerdotum, quàm seniores poterant intelligi nomine Scribarum.

Alio modo potest dici, quòd principes sacerdotum; & seniores, non intelliguntur nomine Scribarum, neque Pharisęorum, & tamen non expressit eos hic Matth. quia Christus voluit solos Scribas, & Pharisęos increpare. Et ratio huius est, quia Christus voluit hic increpare de duobus, scilicet, de doctrina, & de simulatione. De doctrina quidem, quia onera grauia, & importabilia humeris hominum imponebant; digito autem suo nolebant ea tangere. De simulatione vero, quia cum essent iniqui, per hypocrisim ostendebant foris magnam sanctimoniam. sed ista duo pertinebant ad Pharisęos, & Scribas; ad Scribas quidem doctrina, quia ipsi prędicabant, ad Pharisęos autem simulatio, ideo isti soli nominati sunt. Vterque modus satis est conueniens.

Quomodo potest stare, quod Christus dixit, scilicet, Omnia quæcunque vobis dixerint, facite, cum non obligemur ad legem Moysi, quam illi prædicabant. Quæst. XVI.

QVAERETVR quomodo potest stare, quod Christus dixit, scilicet, omnia quęcunque vobis dixerint, facite. Nam Christus loquebatur hic de Pharisęis, & Scribis, qui docebant ea, quę in Veteri Testamento, idest, quę pertinebant ad legem Moysi, cum dicatur, quòd sederunt super cathedram Moysi. & tamen ad legem Moysi faciendam non solum non obligamur, immo peccat qui eā obseruat, vt colligitur ad Galat. 5. cap. sicut est circuncidi, & abstinere a cibis, & cętera huiusmodi, a quorum obseruatione Apostoli in cōcilio suo ostenderunt fideles esse absolutos, Actu. 5. cap.

Aliqui dicūt, quòd nos obseruamus totam legem Moysi, quam illi prędicabant, sed non in eo sensu, in quo illi prędicabant, quia illi prędicabant eam literaliter, nos aūt illam spiritualiter debemus obseruare. Sic dicit Origenes super Mat. s. Si autem Scribę, & Pharisęi sedentes super cathedrā Moysi sunt Iudęorum Doctores, secundum literam docentes legis mādata, qūo iubet nos Dn̄s ſm omnia, quę illi dicūt, facere, cū Apostoli in actibus vetent fideles ſm literam legis viuere? Et respondet statim, s. Sed illi docēt secundū literam legem spiritualiter nō intelligētes.

Quæcunque ergo dicunt nobis ex lege intelligentes, sensum legis facimus, & seruamus nequaquam facientes secundum opera eorum.

Sed dicendum, quòd non stat iste sensus: primo, quia sic intelligendo non est sensus literalis, sed mysticus, & alienus a litera, ideo oportebat, quòd Christus foris aliquid ostenderet, per quod pateret, ꝙ non loquebatur literaliter, sicut quando loquitur in parabolis, quia ex modo loquendi apparet, quòd parabolicè, & non literaliter loquitur, & tamen hic nihil tale ostendit: ergo literaliter est intelligendum.

Secundo patet, quia sic intelligendo pararet Christus laqueum, & deceptionem auditoribus. Nam illi non poterant hoc intelligere nisi literaliter, cum verba sic sonent, & ipse non ostendat aliquid, per quod appareat, quòd intelligitur spiritualiter, & sic seruarent ad literam mandata legis, & peccarent si Christus dicebat ea spiritualiter seruanda.

Sed dicetur, quòd non est hoc inconueniens, quia multa alia loquebatur Christus, quæ non intelligebant auditores, sicut erant parabolæ, quas prædicauit supra 13. cap. quas nemo de auditoribus intellexit, quousque in secreto Christus exposuit eas discipulis, eodem cap.

Dicendum, quòd non est simile, quia Christus loquebatur ibi ea, quę licet non intelligerentur non nocebat auditoribus, quia erant quædam comparationes sumptæ a rebus, & non erant præcepta de agendo, s. ꝙ seruarent omnia, quæ prædicarent Scribæ, & Pharisæi, & si non intelligerent auditores istud mandatum peccarent, quia contrario modo facerēt, ideo inconueniens erat pręcipere, quod non intelligerent auditores.

Tertio, quantum ad principale, quia non potest stare litera, s. omnia quæcunque dixerint vobis seruate, & facite. Et tamen si intelligatur lex vetus, quam isti prædicabant in sensu spirituali non potest tota seruari, quia multæ partes eius nihil significabant spiritualiter, sed datæ erant, vt sic seruarentur. Sicut sunt multæ cæremoniæ. Etiam dato, ꝙ significarent aliquid spiritualiter, ea quæ significantur, non possunt semper fieri, quia plura eorum pertinent ad credendum, quàm ad agendum, vt mors Christi ibi signata, & remissio peccatorum, & multa huiusmodi. Sic dicitur ad Hebr. 10. c. Vmbrā futurorum bonorū lex habet.

Quarto, quia etiam quantum ad ea, quæ significarentur agenda, non dicerentur seruare mandata illi, qui in sensu spirituali seruarent. Sic ostensum est supra 13. cap. q. 28. s. ꝙ non potest aliqua scriptura compleri, vel non compleri, nisi in sensu literali, & ita nō dicitur seruari, nisi in sensu literali, propter quod esset præuaricator legis, si cui daretur lex, & ille nō seruaret eam in sensu literali, sed in spirituali. sicut palā est, ꝙ Iudæi peccarent mortaliter si legem Moysi eis datam non seruarent literaliter, sed spiritualiter, vt si circunciderentur in corde, & non in carne, vt dicitur ad Rom. 2. cap. Nam siquis realiter non circunciderentur in carne, quantumcunque circuncideretur in corde, peccaret, & periret anima illa de populo suo, Genes. 17. & ita de oībus alijs cęremonijs, vel p̄ceptis legis: ergo si seruanda erant mandata, quę p̄dicabant Pharisęi, & Scribę, erant seruanda literaliter, sicut illi prædicabant, & non spiritualiter.

Quinto, quia esset iste sensus erroneus. Nam si seruanda essent mandata legis spiritualiter, & non literaliter, eo ꝙ Christus dixerit seruanda: sequeretur, ꝙ cū hoc dixerit Iudęis, & ante passionē suā, ꝙ tenerentur illi tunc seruare illā sic, sed hoc falsum est: ergo non tenebantur ad hoc, neque sic intelligendum est.

Aliter pōt intelligi ista litera, vt aliqui volūt, ꝙ in-

F telligatur de pręlatis nostris, s. ꝙ prælatis obediendū
est, licet mali sint, dū tn̄ non iubeant aliquid ꝯ Deum,
& hoc quandiu manent tolerati in sua dignitate, vel
officio. Sed dicendum, ꝙ licet hoc verū sit, non tn̄ in-
nuitur ex litera, neque est hoc, quod Christus vult.
Quod patet, quia ipse non locutus est generaliter de
pręlatis, sed dixit expresse de Scribis, & Pharisæis, iō
oportet referri ad illos, s. ꝙ facienda essent, quęcunq;
pręḍicabant Pharisęi, & Scribę. Secundo, quia dato,
ꝙ sic intelligeretur de omnibus prælatis, & pręḍica-
toribus, necesse erat etiam intelligi de Scribis, & Pha-
risęis suis, quia isti sunt de prælatis, aut prædicatori-
bus, siue quia nominati fuerunt expresse, & necesse
est aliquid referri ad illos, quia exprimuntur. Tertio
G ergo exponūt alij, ꝙ intelligatur de Pharisæis, & Scri
bis specialiter, sicut litera dicit. & tamen cum dicitur,
ꝙ omnia facere debeamus, quę illi faciunt intelligāt
de solis illis, quæ pertinēt ad decalogum, siue ad præ-
cepta iuris naturalis. Et non de omnibus cęremonia-
libus, & cæteris pręceptis. Sic dicit Origenes super
Matt. s. Cum omnia audieris, non omnia intelligas p̄-
cepta legis, puta quę de escis sunt, & de hostijs, & si-
milia, sed ea, quę corrigunt mores. Sed dicendum, ꝙ
non est hoc rationabiliter dictum. Nam Christus di-
xit omnia facienda esse, sed auditores non haberent
aliquam causam distinguendi inter hęc, & illa, neque
etiam scirent distinguere, quia ante hoc indifferēter
obligabant tam præcepta moralia, quàm iudicialia,
H & cæremonialia, & ideo cum Christus expresse non
diceret, quæ obseruanda essent, & quę non, sed gene
raliter diceret omnia obseruāda: obseruarent illi om-
nia, & Christus eos cogeret incidere in errorem si sic
intelligi vellet dictum suum. Quarto ergo dicēdum
est, ꝙ intelligitur litera totaliter, sicut iacet, s. de Scri-
bis, & Pharisęis pręḍicantibus, & etiam de omnibus,
quæ illi prædicarent, s. tam moralia, quàm cęremo-
nialia, & iudicialia. Cum autem obijcitur, quòd ob-
seruatio istius vetita est. Dicendum, quòd istud sol-
uitur respiciendo, quando Christus hoc dixit, & qui-
bus. Nam Christus dixit hoc ante passionem suam,
dicit etiam hoc Iudæis, scilicet, turbis, & discipulis
suis, vt patet supra in litera, & tamen ante passionem
I Christi omnes Iudęi erant obligati ad omnia pręce-
pta legis, & discipuli quoque Christi, quia etiam ipsi
Iudęi erant, & sic non erat inconueniens seruari om-
nia, quæ dicebant Scribæ, & Pharisæi. secus autem si
nobis diceret illa seruanda esse, quia tunc obstaret
huic prohibitio facta de obseruatione legalium ab
Apostolo, vt dictum est.

Quare Christus dixit de Scribis, & Pharisæis, quæcunque dixerint vobis, facite. Quæst. XVII.

QVAERETVR quare Christus dixit, quæcunque dixerint vobis facite, & hoc de Scribis, & Pharisæis.

K Dici potest vno modo, quòd fuit ad tollen-
dum accusationem, quam cōtra eum facere possent
Iudæi; erat enim proxime ab eis occidendus, & cum
nullam rationabilē causam mortis eius haberēt mul-
ta falsa quærerent, inter quæ dicerent, quòd prædica-
uerat contra legem Moysi, & soluebat eam, sicut di-
xerunt, quòd non erat a Deo, quia sabbathum sol-
uebat, Ioā. 9. cap. & ideo istam occasionem calumnię
tollit hic eodem sermone laudans doctrinam Moy-
si, & Scribarum, & Pharisæorum, inquantum ex
eius libris erat. Secundo fuit, vt ex hoc daret doctri-
nam, qualiter credendum erat, & obediendum pręe-
dicatoribus fidei Catholicę. Nam si Pharisęis, &
Scribis, qui mali erāt, & persecutores Christi, & p̄di-
cabant

cabant legem Moysi, tunc quando cessatura erat, iussit Christus obedire, & facere quæ illi dicebant: quanto magis obediēdum esset prædicatoribus fidei, & legis Christi, quæ sanctior erat, & in ęternum mansura?

Sed tūc dicendum, quare non dixit hoc Christus expresse de prædicatoribus legis suæ, quibus potius erat obediendum?

Dicendum primo, quòd non fuit ista causa præcipua, quare Christus dixit facienda esse omnia, quæ a Pharisęis, & Scribis dicebantur, sed ea, q̄ infra tangeē.

Secundo dato, quòd hoc principaliter intenderet nondum erat dicendum de lege Christi, quia illa nōdum prędicata erat, & non intelligerent auditores qd esset, quod Christus diceret, etiam quia per hoc multū scandalizarentur, quia innueretur quòd lex Moysi cessatura erat, & alia lex prædicanda esset, & hoc non debuit dici ante passionem Christi.

Tertio quātum ad principale dubium dici potest, quòd fuit hoc ad tollendum calumniam, quæ posset contra eum dici. Nam statim dicturus erat magis increpationes contra Scribas, & Pharisæos, vt patet infra in litera. Aliquis autem putaret, quòd hoc faceret Christus quasi inuideret eis principatum suum, & quia talia, de quibus inuidemus alijs, & nos non habemus, solemus vilipendere, laudauit Christus principatum, & officium eorum docendi, vt malum quod cō tra eos dicit non videaē dicere ex inuidia officij eorū.

Quarto potest dici quasi ex eodem capite, scilicet, quòd Christus increpare volebat Pharisæos, & Scribas, vt infra patet, & tunc aliquis putaret, quòd tā officium quàm personæ vituperarentur, vt autem tollatur iste error, laudauit Christus prius officium docendi, & doctrinam Pharisæorum, & Scribarum totam approbando, quia non poterat esse maior approbatio, quàm dicere totam esse seruandam, & postea increpat valde Pharisæos, & Scribas. De hoc Origenes super Matt. dicit, quòd accusaturus erat Scribas, & Pharisæos in sequentibus sermonibus, ne videretur apud stultos ex hoc eorum principatum cupere, vel propter inimicitiam hoc facere, a se primum hāc suspicionem remouet, & tunc cępit eos reprehendere, vt turbæ non incidant in eadem vitia.

Quare Christus dixit de Scribis, & Pharisæis secundum opera eorum, nolite facere. Quæst. XVIII.

QVAERETVR quare Christus dixit de Scribis, & Pharisæis secundum opera autem eorum nolite facere.

Dicendum, quòd Christus intendebat grauiter increpare Scribas, & Pharisæos, sicut ex sequentibus manifestatur, & posuit hanc primam inter increpationes, est enim valde magna, scilicet, quòd alicuius doctrinam imitari debeamus, cuius tamen vitam fugere oporteat. Sic dicit Origenes super Matt. Quid est autem illo Doctore miserabilius, cuius vitam cum discipuli non sequuntur, saluantur, cum autem sequuntur, perduntur?

Secundo fuit hoc ad tollendum occasionem erroris, quia putaret aliquis, quòd cum iuberet Christus tenendam esse doctrinam Pharisæorum, & Scribarum, ita quoque vitam eorū imitabilem, quia eiusdem hominis ista duo erant simul, vt ergo nemo erret, dixit Christus, quòd licet doctrinam sequantur eorum non tamen vitam.

Erat autem occasio nimia errandi, quia interdum lex, vel doctrina potest habere multos sensus, & si lex seruari solet in vno sensu, in illo tenenda est, & ille credendus est verus sensus eius, eo φ consuetudo interpretatur legem. Sic autem in doctrina Pharisęorum,

A & Scribarum poterāt esse multa dubia apud simplices, & quia sensus esset tenendus, quem ipsi darent in doctrina sua, & quia nulla planior interpretatio esse videretur, q̄ ea, quam ipsi ex operibus suis ostenderent cum magis credatur operibus, q̄ verbis. 10. Ethi. in principio. sequerentur simplices, qui audiebant doctrinam Scribarum, & Pharisęorum, eorum vitam, ideo Christus expresse admonet, ne hoc faciant.

Tertio fuit hoc, vt daret doctrinam non esse contemnendum bonum propter malum, quod adiunctum est, neque esse malum tenēdum propter bonū aliquod eius. Sic enim erat in pręsenti, quia in eodem duo erant, idest, bona doctrina, & vita peruersa: fortè autem quis considerans malam vitam horum, fugeret quoque horum doctrinā, & contra hoc Christus B loquitur dicens: omnia quæcūque vobis dixerint, facite. aliquis autem considerans bonam eorum doctrinam fortè vitam quoque imitari vellet, quod etiam Christus cauet, dicēs, s̄m opera eorum nolite facere.

Quomodo possit stare, scilicet, quòd bonum malo coniunctum non sit abijciendum, sed tenendum. Quæst. XIX.

SED quæretur occasione huius, quomodo possit stare, scilicet, quòd bonum malo coniunctum nō sit abijciendum, sed tenendum. Et videtur primo esse falsum, quia dixit Cato:

Quæ nocitura tenes, quamuis sint chara, relinque.

C Et ita ibi sunt duo, s. bonum, propter quod res chara est, & malum secundū quod nocitura est, vel dicitur. Et tamen dicitur relinquenda: ergo quando bonum, & malum coniunguntur in eadem re, dimittendum est bonum eius.

Secundo patet, quia non sunt facienda mala, vt bona veniant, quia qui hoc faciunt, iustam habent damnationem, ad Rom. 3. cap. & tñ qñ fiunt mala, vt bona veniant, accipiuntur bonum, & malum simul, & non dimittitur bonum propter malum, cui coniunctum est: ergo nō est accipiendum bonum, quod est coniunctum malo, sed potius est abiiciendum, & cōtemnendum propter malum, cui est coniunctum.

D Dicendum circa hoc, φ aut bonū, & malū, q̄ inueniūtur circa eādē rē, sunt ita cōiuncta, φ non pōt vnū ab alio separari, & sine eo teneri, aut pñt teneri separatim. Si primo modo dicendū, φ illud bonū non dēt accipi, neq; cōcupisci, sed abiici, & cōtemni: qa cōcupiscere sic bonū esset cōcupiscere illud malū, quod ei coniunctū est, & sine quo nō inuenit, & tñ magis nocet paruū malū, q̄ prosit quodlibet bonum, immo q̄ oīa bona. Nā si esset possibile, φ qs hēret minimū peccatū mortale cū oībus virtutibus, & bonis operibus nō posset qs saluari, sed necessario cōdemnaretur, iō melius est carere quocunq; bono, vt non hēamus cū eo malū, q̄ hēre bonū, quod nō inuenitur sine malo. Et hoc verū est de malo, quod est peccatū. Secus aūt E est de malo, quod dicit priuationes bonitatū aliarū, q̄ sunt fortè pfectiones naturales, qa ibi melius est hēre quasdā priuationes, q̄ sunt mala qdā, q̄ nō habēdo illas priuationes nō hēre quosdā gradus entitatis, cū q bus illę priuationes inueniunē. Si secūdo modo dicēdū gñaliter, φ malū abiiciēdū est, & bonū accipiēdū, cū ibi bonū purū haberi possit. Et in isto casu loqtur Christus, s. quia in Pharisęis, & Scribis inueniebantur simul hęc, s. bona doctrina, & vita peruersa. Poterant aūt auditores imitari eorū verā doctrinā, nō sequēdo iniquā ipsorū vitā, ideo audire, & sequi licebat doctrinā ipsorū, sic dixit Christus: Quæcūq; dixerint vobis, facite, s̄m aūt opera eorum nolite facere. Sic ēt dicit Chrys. super Matt. Sicut aūt aurum de terra eligitur, & terra relinquitur, sic & auditores doctrinam accipiant,

Magis nocet paruū malum, q̄ psit quodlibet magnū bonū.

piant, & mores relinquant, Frequenter enim, & de homine malo bona doctrina procedit. Sed in exhibẽdo bonum alicui, vel aliquibus, aut subtrahẽdo secus est. Nam honor bonis, & virtuosis dandus est: malis autem non. Doctrina quoque prædicanda est bonis, vel malis, quos putamus corrigibiles, & nõ malis, qui non sunt corrigibiles, & manifestè eam contemnũt, irrident, & abijciunt. Nam his porcis non sunt margaritæ mittendæ, vt dicitur supra 7. cap. & tamen si sunt aliqui virtuosi coniuncti malis, & non possunt separari: melius est ibi honorare omnes, idest, bonos, & malos, vt non priuemus bonos honore eis debito, quàm cessare ab exhibendo omnibus honorem, vt malos non honoremus. Sic etiam melius est docere simul bonos, & incorrigibiles indignos doctrina, q̃ cessare a docendo bonos, vt non doceamus incorrigibiles, & irrisores. Sic dicit Chrysost. super Mat. scilicet, Sic autem sacerdotes melius iudicant propter bonos malos docere, quàm propter malos bonos negligere, sic & subditi propter bonos sacerdotes etiã malos honorent, ne propter malos etiam boni condemnentur: melius est enim malis iniusta præstare, quàm bonis iusta subtrahere.

Ad primum dicendum, quòd ibi bonum abijciendum est propter malum coniunctum, eo quòd non potest separari bonum a malo, & tale malum habere est peccatum mortale, vt si quis habeat bouem cornupetam habet quidem bonum, quia bos valet ad labores agrorum, habet quoque malum, quia est periculorum occasio, quia poterit cornu petere homines & occidere, & ideo qui talem bouem habet si sciat eum cornupetam, debet eum abijcere, vel claudere, ita vt nulli possit nocere, quia habendo non clausum peccat mortaliter etiam si nõ percutiat quemquam. Si autem occiderit quempiam postquam sciebat eũ cornupetam, & requisitus est, vt clauderet, & non clausit, lapidabitur bos, & dominus occidetur, Exo. 21. c. & extra, de iniur. & dam. da. c. si bos cornupeta.

Ad secundum dicendum, quòd etiam ibi non potest bonum separari a malo, cum malum prius faciẽdum sit, quàm bonum eueniat, vel euenire possit, & est malum, quod est peccatum mortale, ideo non est faciendum malum, vt eueniat bonum.

Quare Christus increpans Pharisæos, & Scribas dicit: dicunt enim, & non faciunt. Quæst. XX.

QVAERETVR quare Christus increpans Pharisæos, & Scribas circa eorum vitam dicit, dicunt enim, & non faciunt.

Dicendum, quòd potest accipi vno modo dicunt, & non faciunt, idest, quòd peccatum istorum erat circa prædicationem collatam ad vitam, scilicet, quia bona prædicabant, & illa non exequebantur, & ideo erat peccatum in omissione bonorum, & non quidem bonorum necessariorum, aut quæ per legẽ cõstituta essent, sed bonorum quæ ipsi prædicabant, & erant bona supererogationis; vnde dicitur dicunt, & non faciunt, & non dixit prædicant, & transgrediũtur, & huic consonat sequens litera, scilicet, alligant onera grauia, & imponunt humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Et ita malum eorum erat in cessando ab operatione, scilicet, quia mouere nolebant onera.

Secũdo modo potest accipi, quòd peccatum istorum erat in transgrediendo, & non in cessando solũ: prædicabant enim bona, quæ necessaria erant, siue secundum legem Moysi, siue secũdum legem naturæ, & contra illa agebant: & patet hoc, quia Christus dixit, quòd ipsi transgrediebantur præcepta Dei.

F Dicendum autem, ꝙ vtroque modo accipiẽdum est, quia aliàs nõ sufficeret ad concordiam literę. Nã hic signatur tam omissio, q̃ transgressio. De omissione quia dicitur, alligãt onera grauia, &c. & digito suo nolunt ea tangere; De transgressione apparet, cum dr̃ supra, ẜm opera eorum nolite facere: ergo aliquid faciebant ipsi, quod malum erat, sed omne tale est trãsgressio, ideo peccabant isti per trãsgressionem. Item patet quia supra 15. cap. dixit Christus Pharisæis, & Scribis, quare vos transgredimini mandatũ Dei propter traditiones vestras? Et dicendũ, ꝙ iste est melior sensus, quia cũ vtroq; modo possent peccare, melius est exponere de vtroq; q̃ de altero tm̃: potissimè q̃a hoc cõuenit literæ cum dicitur, dicunt enim, & non

G faciunt illa, & hoc est peccare omittendo, dicunt etiã cauendum esse ab omnibus peccatis, & non faciunt, quia non cauent, & hoc est peccare per transgressionem. Etiam sub his duobus includitur peccare contra præcepta affirmatiua, & contra negatiua.

An hi, qui sic prædicabant agendum, non agendo peccabant, & qualiter, & quantum. Quæst. XXI.

QVAERETVR an isti, qui sic prædicabant agendum, non agendo peccabant, & qualiter, aut quantum peccabant. Dicendum, ꝙ aut prædicator prædicat aliquid, quod cadit sub

H necessitate, vt sunt ea, quæ naturaliter obligant, vel q̃ lege statuta sunt, siue sint de agẽdo, siue de cauendo, sicut affirmatiua, & negatiua præcepta, aut prædicat aliquid supererogationis, Si primo modo dicendũ, ꝙ semper peccat non agendo ea, quæ prædicat. Nam etiam si non prædicaret, peccaret non agendo, cum lex sit generalis, & omnes obliget, licet grauius peccat, qui prædicat, & non agit, quia pluribus obligationibus tenetur. Si secundo modo cum prædicat quis ea, quæ sunt supererogationis, aut ea prędicat tanquã non necessaria, sed pertinentia ad perfectionẽ, non iubendo, sed suadendo, vel consulendo, aut prædicat ea tanq̃ necessaria. Si primo modo horũ dicendũ, ꝙ ẽt si nõ agat illa, quę p̃dicat, non peccat, neq; est vituperabilis, vt si q̃s prędicando laudet abiectionem sęculi, &

I voluntariã paupertatẽ, & custodiã perpetuæ virginitatis, ẽt si ipse non faciat hęc. Est tñ dicendũ, ꝙ in quibusdã laudare perfectionẽ, & prędicare eam alijs si ip se eã non concupiscit, contentus manens obseruãtia mandatorũ peccatũ videt̃, aut si non est peccatũ, est tñ verecundia magna, & hoc est verius. Sicut si q̃s laudaret ieiunia, & p̃dicaret illa, & tñ nõ ieiunaret aliq̃d vltra illud, quod cõstitutũ est, & aliis tẽporibus vacaret delitiis epularũ, vel si q̃s laudaret voluntariam paupertatem, & niteretur congregare diuitias, licet non contra charitatem. Sic dicit Hieron. super Michęam, & in Decre. 35. dist. cap. Ecclesię principes, s. An non confusio, & ignominia est Christum crucifixum pau

K perem, & esurientem farsis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaq; ora proferre? Si accipiatur secundo modo, idest, quod prædicet ea, quæ sunt supererogationis iubendo ea, tanquàm sint necessaria ad salutem, aut hoc facit sciẽter, aut putans ꝙ illud sit de necessitate salutis. Si primo modo peccat mortaliter, quia asserit falsum in doctrina, cum in sacra scriptura, aut in doctrina fidei non debeant recipi aliqua mendacia, quantumcunque sint officiosa, idest, prouocatiua ad deuotionem, vel ad profectum vitæ spiritualis. Nam licet ex hac parte videantur prodesse, tamen perniciosa valde sunt, quia totam auctoritatem scripturæ, vel prædicationis eneruant, quo nihil est deterius. Sic dicit Augustinus in epistola ad Hieronym. & in Decret. distin.

Nulla mendacia in sacra scriptura sunt recipienda.

distin. 9. cap. si ad sacras, scilicet, si ad sacras scripturas admissa fuerint, vel officiosa mẽdacia, quid in eis remanebit auctoritatis? quasi dicat, nihil, & licet ibi nihil dicatur de prędicatione, tamen idem omnino est, tum quia idem periculum est, scilicet, quia concessis quibusdam mendacijs in prædicatione nulla manebit auctoritas in doctrina prædicantis, cum de omnibus dictis pariter poterit dubitari, an mendacia sint, tum quia doctrina prædicationis pro eodem est laicis, quod viris peritis sacra scriptura, cum laici nesciant illam, vel non teneantur esse in ea periti, nisi soli viri ecclesiastici.

Si autem secundo modo horum, idest, credens ꝙ erat necessitatis id, quod erat supererogationis hoc dixerit, peccat quidem, quia falsum dixit prædicando cũ scire teneretur id, quod prædicabat, & tamen hoc non obstante si quandiu sic putat, & ṗdicat non egerit illud, peccat mortaliter, q̃a cõtra conscientiã agit.

B

Quando quis prædicat necessaria in cauendo, agendove, & non facit illa quantum peccet. Quæst. XXII.

SED quæretur quando quis prædicat ea, quæ necessaria sunt in cauendo, vel in agendo, & non facit illa, sed transgreditur, quantum peccet.

Dicendum, quòd circa talia quęcunque contra faciens peccat, & tamen qui prædicat, & contra facit grauius peccat, & generaliter quicunque prædicat, & contra facit grauius peccat cæteris paribus, quàm cęteri homines, & dicitur cæteris paribus, quia aliquis poterit esse, qui teneatur strictius ad non agendum contra legem Dei, siue propter dignitatem, vt quia prælatus est siue propter sapientiam, & gradum, vt quia alij eum potius imitantur, quàm prædicantem etiam si non prædicat: aliàs autem magis peccat prædicans contra faciens.

C

Causa autem quare magis peccat prædicãs, quàm cæteri est prima, quia cum ipse debeat prædicare legem ad eam confirmandum, vt custodiatur, transgreditur eam. Secundo, quia cum sit in maiori honore, & statu, grauius peccat.

Tertio, quia cõtra plura bona agit, & plus corrumpit, quia non solum agit contra legem Christi, sed ẽt contra conditionem gradus Doctoris. De his dicit Chrysost. in homilia, scilicet, maxime enim accusatione dignus est, qui doctrinæ auctoritatem habens legem transgreditur. Primo quidem, quia præuaricatur, qui alios corrigere debet, deinde quia peccans maiori pœna dignus est propter honorem. Secundo, quia plus corrumpit, velut in ordine Doctoris, peccans.

D

Quarto, & principaliter, quia prædicans quando peccat, maximè si peccat publicè, plus scandalizat alios, & pręstat occasionem peccandi, quàm quisque alius, quia alij imitantur facta eius. Sic patet Leuit. 4. cap. vbi dicitur de peccato summi sacerdotis, quòd si ille peccat facit delinquere populum. Et ideo imponitur ibi talis pœna, & emenda satisfactionis pro peccato eius, sicut pro peccato totius populi, scilicet, æquale sacrificium, & æquales cæremoniæ. sed prædicatorem sequitur populus, ideo peccatum suum propter scandalum est maius.

E

Quinto, & præcipuè, quia quando peccat prædicator, contemnitur magis doctrina sacra, quàm alio tẽpore, quia cum ipse agat contra id, quod prædicat redditur illud paruæ venerationis, & sic Deus conqueritur contra prædicatores, qui per iniquam vitam cõtemptibilem reddunt legem eius, Psalm. 49. scilicet, Peccatori autẽ dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

Sextò, quia isti sunt causa, vt nomen Dei blasphemetur. Nam cum vident laici prędicatores, qui bona dicunt, & mala agunt, conqueruntur, vel admirantur de Deo, quomodo tales sustinet quasi non sit Deus iustus, qui tales tolerat, vel non sit ei cura de humanis negocijs. Sic dicitur ad Rom. 2. cap. scilicet, Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum, & furaris, qui dicis non męchandum, & męcharis, qui abominaris idola, & sacrilegium facis: in lege gloriaris, & per præuaricationem legis Deum inhonoras: nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.

Quomodo Christus dixit turbis, & discipulis, quòd facerent omnia, quæ dicerent Pharisæi, & Scribæ, cum reprehendat leges ipsorum. Quæst. XXIII.

QVAERETVR quomodo Christus dixit turbis, & discipulis, quòd facerent omnia, quæ dicerent Pharisæi, & Scribæ: cum Christus videatur increpasse hic leges quasdam, vel doctrinam illorum, scilicet, quia alligant onera grauia, & importabilia humeris hominum, &c. & tamen ad seruandam legem malam nemo tenetur: ergo non ad omnia tenerentur.

Secundo, quia Christus redarguebat aliqua de prędicatione eorum, vt illud, scilicet, potius esse offerendum munus in templo, quàm prouidendum parentibus in necessitate, supra 15. & Mar. 7. & illud Christus valde redarguit.

Dicendum, ꝙ regula illa a Christo tradita fuit generalis de obseruando omne, quod prædicarent Pharisæi, & Scribæ, & tamen a talibus regulis solent fieri aliquæ exceptiones, & sic est in præsenti. Et dicunt aliqui, ꝙ cum dicitur: quæcunque dixerint vobis, facite: intelligitur de his, quę pertinent ad legem Moysi, quæ absolutè seruanda erat, eo tempore ab omnibus, secus autem de alijs, quæ tradebant, vel docebant isti præter hæc. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia generaliter dixit Christus: Quæcunque dixerint vobis: & non apparet aliqua causa, quare specialiter accipiatur de his, quæ in lege scripta erant. Secundo patet, quia etiam præter legem Moysi erant multa alia instituta inter Iudęos ab eis, qui potestatem habebant, ita vt ad ea obligarentur omnes Iudæi: ergo ẽt illa si prædicarentur, custodienda erant. Est ergo dicendum, ꝙ intelligebatur de omnibus, quæ prædicarent Pharisæi, & Scribæ, quæ dicerent obligari Iudęos ad obseruandum, & ab hac generalitate non sunt excipienda, nisi ea, quę nullo modo poterant custodiri, & poterat apparere, quòd non includebantur sub hac regula, vt si manifestè enarrent contra legem Moysi, vel contra pręcepta iuris naturę, non erat tenendum, quòd prędicarent.

Ad primum dicendum, ꝙ licet Pharisęi, & Scribę reprehensibiles essent imponendo talia onera, siue leges duras, tamen Iudęi tenebantur ad illa: ideo omnia, quę prędicarent illi, custodienda erant, vt dicetur vigesimaoctaua quęstione.

Ad secundum dicendum, quòd illa, de quibus Christus redarguit Phariśęos, & Scribas, non includuntur sub generalitate prędicta, vt si expresse prędicarent illi cõtra legem Moysi, manifestum est, quòd non erat tenenda doctrina eorum licet diceretur, ꝙ ad omnia, quę ipsi prędicarent, tenerentur: quia pręsupponitur, ꝙ prędicaturi essent isti veram doctrinã. Simile dicitur Deute. 17. cap. ꝙ non esset declinandũ ad dextram, aut ad sinistrã eorum, q̃ dicerent iudices, qui essent in loco sancto, & tñ si illi expsse dicerent ꝯ legẽ Dei deuiãdũ erat ab eis, & sic est quantũ ad illud

ſupra 15.cap.quia ibi preuaricabantur Scribę,& Phariſæi mandatum Dei de honorando parentes per traditiones ſuas male illud, & contra intentionem Dei exponendo, & illud non erat ſic tenendum, ſicut exponebant illi,cum Chriſtus oſtenderet eos errare,ſic etiam circa iuramentum errabant, dicentes tenere iuramentum,quod fit per donum, quod eſt ſuper altare, ſed non iuramentum factum per altare, & ita in multis alijs a Chriſto redarguebantur.Et in his manifeſtum eſt, quòd non erat tenenda ipſorum doctrina.

Quæ erant iſta onera grauia,quæ imponebant Scribæ, & Phariſæi humeris hominum, Quæſt. XXIIII.

QVAERETVR quæ erant iſta onera grauia, quæ imponebant Scribæ, & Phariſæi humeris hominum, & in quo arguit eos Chriſtus de hoc.

Ad ſecundum dicendum, quòd inter increpationes, quas hic Chriſtus ponit eſt vna, quòd imponunt onera grauia humeris hominum,& nolunt ea tangere digito. Et quantum ad hoc in duobus arguuntur, primum eſt de quadam auſteritate in ſubditos, ſcilicet,quia illos plus debito oneribus grauabant. Secundum eſt, quòd ipſi non ſubibant iſta onera, & cum vtrumque per ſe ſit vitium, tamen ambo coniuncta efficiũt magnum vitium, & quòd quodlibet eorum cum altero ſit magnum.Nam in prælatis,& prædicatoribus non ſolum agere contra legem eſt vituperabile,ſed etiam cuſtodita tota lege, ſi minores ſint laicis in ſanctitate,ſunt vituperabiles;nam increpatione dignus eſt,qui pręcedit dignitate ſi non pręcedat ſanctitate,vt ait Greg.diſt.4.cap.denique.Sed hoc innuitur in hoc, quòd iſti nolebãt tangere digito ſuo onera,quæ ſuper alios imponebant.

De his dicit Chryſoſt. in homilia duplicem eorum iniquitatem in hoc oſtendit: vnam quidem in hoc, quòd ſine venia expetunt a ſubditis ſummam diligẽtiam vitæ, aliam vero in hoc, quòd ſibijpſis multam concedunt licentiam;oportet autem bonum principem è contrario ſe habere in his quidem,quæ ſecundum ſeipſum ſunt grauem iudicem eſſe, in ſubiectis autem manſuetum.

Et dicendum,quòd modus loquẽdi eſt metaphoricus, cum dicitur alligant onera grauia, & importabilia, quia iſta non ſunt onera, ſed præcepta viuendi, quæ quaſi onera ipſos ſubditos premũt, etiam quod dicitur de humeris ad eandem metaphoram pertinet,ſcilicet, quia ſicut corporalia onera ſuper humeros ponuntur, ita & iſta grauia præcepta, quæ onera ſunt, dicuntur ſuper humeros poni, quia homines premunt. Dicuntur autem ipſi Phariſæi,& Scribæ alligare iſta onera, inquantum ipſi iſta præcepta laicis imponunt obſeruanda. Digito autem ſuo nolunt ea mouere. Etiam metaphora eſt, ideſt,minimum,vel nullum conatum ad obſeruandum hæc apponunt ipſi,qui hæc præcepta alijs imponunt,Nam ad mouendũ graue onus non poteſt eſſe minor conatus,quàm tangere illud digito. Sic dicit Hieronymus ſuper Matth. ſcilicet, Humeri autem digitus, & onera, & vincula, quibus alligantur onera ſpiritualiter ſunt intelligenda,ideſt, metaphoricè.

Eſt autem magna redargutio iſtorum, quia non cuſtodiunt præcepta, quæ imponunt. Nam licet is, qui condit legem non teneatur ea, cum par in parem non habeat imperium, & a fortiori idem in ſeipſum, tamen ſiquis condit legem, per quam viuant ſubditi, tenetur ipſe ex quadam naturali ęquitate, & ratione ſecundum eam viuere, & peccat ſi ſine cauſa contra agat. Sic dixit ſapiens, Patere legem,quam

Par in parem nõ habet imperium.

F ipſe tuleris. Et quod quis iuris ſtatuit in alterum, ipſe debet vti eo. extra de conſtitut. cap. omnes iſti autem legem poſuerant, & ea non vtebantur, neque in minimo, & non ex impotentia obſeruandi, ſed quia nolebant, ideo eſt magna redargutio eorum. Sic dicit Chryſoſt. in homilia: Intende qualiter eorum reprehenſionem aggrauat: non enim dixit,non poſſunt, ſed nolunt, neque dixit portare, ſed digito mouere, ideſt, neque propriè ferre, neque tangere. Eſt autem hic generaliter reprehenſio eorum, qui magna docent, aut iubent, & ipſi parua faciunt. Sic dicit Hieronymus ſuper Matth. ſcilicet, Hoc etiã generaliter dominus aduerſus omnes magiſtros loquitur, qui magna, & grandia iubent, & minora non faciunt.

G

Quæ erant iſta onera grauia,quæ alligant Scribæ, & Phariſæi, & ponebant ſuper humeris hominum.

Quæſt. XXV.

QVAERETVR quæ erant onera iſta grauia, quæ alligabant Scribæ, & Phariſæi, & ponebant ſuper humeris hominum.
Aliqui dicunt, quòd erant præcepta legis
Moyſi, quæ erant onera grauia, quia erant diſſimilis
obſeruationis: vnde dicũtur iugum, Actuum 15.cap.
ſcilicet, Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque nos, neque patres
H noſtri portare potuimus? Sic dicit Chryſoſt. ſuper
Matth.ſcilicet, Et quidem quantum ad Phariſæos,&
Scribas,de quibus loquitur onera grauia,& importabilia dicit legis mandata, de quibus in Actibus dicit,
Vt quid vultis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum?
Sed tunc dicetur,quomodo Scribæ,& Phariſæi alligabant iſta onera, & imponebant ſuper ceruices Iudæorum,quoniam alligata erant,& impoſita.
Dicunt autem quidam, quòd Scribæ, & Phariſæi
commendabant in tantum iſtas obſeruationes,quòd
neceſſe erat populo eas cuſtodire, & ita non poterãt
a ſe reijcere, ſicut onera ligata. Sic dicit Chryſoſt.ſuper Matth. ſcilicet, Onera enim legis quibuſdam ra-
I tionibus fabuloſis commendantes auditoribus, quaſi vincula ſuper humeros cordis eorum alligabant,
vt velut rationis vinculo conſtricti non reijcerent
ea a ſe.
Alij dicunt, quòd iſta onera grauia ſunt traditiones, quas ſeniores conſtituerant, quæ erant ex Phariſæis, & Scribis, & in his grauabant populum multitudine, & difficultate obſeruationis. Et ita tenet
Glo.dicens alligant onera, ideſt, vndecunque traditiones colligunt, quæ conſcientiam non leuant, ſed
grauant,& idem tenet Nicolaus.
Dicẽdum autem,quòd iſte eſt verus ſenſus, & patet primo,quia dicitur de Scribis,& Phariſęis alligant
K onera grauia,& imponunt ea humeris hominum,cũ
enim lex aliqua,vel mandatum dicatur hic onus, tũc
alligatur onus,quando lex conditur:tũc humeris imponitur,cum promulgatur,& ſubditis obſeruãda iubetur: ergo ipſi condebant has leges, & iubebant eas
obſeruari, ſed mandata legis Moyſi non condiderũt
ipſi, ſed Deus, neque ipſi promulgauerunt, & cuſtodienda tradiderunt, ſed Moyſes: ergo non poteſt intelligi de lege Moyſi.
Secundo, quia cum lex Moyſi eſſet lex Dei, non
redargueret, neque male poſitam oſtenderet illam
Chriſtus, qui Deus erat, & tamen dicendo onera
grauia, & importabilia humeris hominum impoſita, increpatiuè loquitur, ideo dato quòd lex Moyſi eſſet onus graue, & importabile, ideſt, difficilis
portationis

portationis non vocaret eam Christus onus importabile, quod in redargutionem sonat, ergo loquitur de aliquibus institutionibus factis ab homine. Tertio apparet, quia Christus posuit ista verba, & omnia pręcedentia, & sequentia ad redargutionem Phariseorū, & scribarum, & tamen si ista onera essent mandata legis Moysi, nulla redargutione digni essent propter illa, quia non constituerant neque introduxerant ea, sed obligabantur quoque ad ea custodienda, sicut cęteri homines, ergo non intelligitur de lege Moysi, sed traditionibus humanis. Quarto patet, quia in quātū dicitur, & imponunt ea humeris hominum, significauit iniustum quoddam hominibus fieri ex eo, ꝙ importabilia onera eis imponuntur, & tamen si esset lex Moysi, etiā si grauis esset non erat iniustū imponi illam humeris hominum, eo ꝙ erat lex Dei, & nihil a Deo factum est iniustum, aut grauatorium, cum ipse vtatur summa ęquitate, ergo intelligitur de humanis obseruationibus.

Quæ erant ista mandata, vel obseruationes, quæ dicuntur vincula, aut onera importabilia. Quæst. XXVI.

SED tunc quæretur, quæ erant ista mandata, vel obseruationes, quæ dicuntur vincula, aut onera importabilia. Dicendum, ꝙ apud Iudęos erant seniores septuaginta, de quibus dictum est supra 13. cap: & successerunt isti loco illorum quos Deus fecit accipi cum Moyse ad iudicandū populū, & isti habebant cū summo sacerdote potestatem constituendi aliqua, si qua necessaria, vel vtilia eis viderentur ad regimen, & statum Iudæorum, quæ non essent aliqualiter contra ea, quæ Deus statuerat, & de his multa statuerant cęremonialia circa modum viuendi, & quædam erant ad aliquam perfectionem vitę, alia verò erant ad quandam munditiam exteriorem, vt multiplex purificatio, & lotio manuum, & totius corporis, & ablutio vasorum exteriorumque rerum, quæ ponuntur supra 15. & Mar. 7. cap. s. Baptismata calicum, vrceorum, & ęramentorum, & lectorum. Ista autem vocantur onera grauia, quia difficile erat ea obseruari, & hoc siue propter eorum multitudinē siue propter specialē difficultatē, vtrumq; enim faciebat ea importabilia. Nam si multa erant, etiam si quodlibet eorum per se non haberet difficultatē obseruationis, omnia simul sumpta efficerentur difficilia ad obseruandum, sicut est de venialibus, quia de singulis venialibus, idest, de quolibet per se nemo est, qui non possit cauere, & tamen cauere omnia non videtur possibile homini ex seipso, sed solum ex speciali adiutorio gratiæ, vt declaratum est supra 19. cap. quæst. 184. De difficultate eorum per se apparet, vt si erant aliqua, quæ deducebant ad perfectionem, sicut est in abstinentia ab illecebris carnis, siue in gustu, vt quantum ad præcepta de ieiunando, siue in tactu, vt in abstinendo a venereis, & sic generaliter in repressione cuiuslibet alterius passionis, hęc enim per seipsa, & potissimè cum obseruationes legis Moysi efficiebantur velut onera grauia, & importabilia.

Quare Christus iubet turbis ea, quæ Pharisæi, & Scribæ prædicabant obseruare. Quæst. XXVII.

QVAERETVR cum Christus redarguit istos Scribas, & Phariseos, quia alligabant onera grauia, quare suadet immo iubet turbis ea, quæ isti prædicabant obseruare.

Dicendum, vt supra ostensum est, quòd istud intelligitur non de præceptis legis Moysi, sed de tradi-

A tionibus, quas instituerant seniores, qui erāt de Scribis, & Pharisæis, ista autem obligabant Iudęos ad obseruationem sui, quia isti seniores habebant potestatem constituendarum legum, vel statutorum ad ordinationem populi tam circa cultum Dei quàm circa bonam habitudinem gentis in eis, in quibus Deus non dederat legem, & non licebat Iudęis deuiare ad dexteram neque ad sinistram ab eis, quę isti diffiniebant nisi ipsi quoque aliquid contra legem Dei disponerent. De his dictum est supra 15. cap. q. 11. & 12. Christus autem hoc videns iubebat populo obseruare ea, quæ isti pręedicabant quoniam prædicabant ea, quæ per seniores statuta erant, qui habebant auctoritatem statuendi. B

Sed dicendum, quòd Christus redarguebat istos seniores, qui erant Scribæ, & Pharisæi, quia potestate sibi concessa abutebantur statuentes ea, per quę grauaretur populus, peccabant enim in hoc, quia aut incōsiderate agebant non respicientes, quæ statuta posset tolerare populus, aut superbè, s. multa statuentes pro alijs obseruanda, vt ex hoc ipsi viderentur iusti sine operatione vlla, & magis superbe quàm inconsiderate factum esse videtur, quia si inconsiderate agerent, putarent esse conuenientia statuta ad vitam populi, & ipsi quoque ea custodire niterentur, sed dicitur, ꝙ imponebant ea super humeros hominum, & C nolebant ea mouere digito suo, ergo ex superbia agebant alios subijcientes mandatis ipsis, & ipsi non obseruantes. Cum autem Christus dixit, onera importabilia, solam difficultatem designauit. Nam si vere importabilia essent, esset impossibile ea portari ab homine, & tunc nullum hominem obligarent, quia neque essent leges, aut statuta. Debet enim lex esse honesta, & possibilis, vt ait Isidorus 5. Etymolog. & in Decre. dist. 4. cap. erit autem, sed erat difficile obseruari ista statuta, & ideo imprudenter egerant seniores talia statuendo, licet obligarent eorum mandata populum.

An malum sit multa statuta facere. Quæst. XXVIII. D

SED occasione huius quæretur circa similia statuta, quæ fiunt a prælatis, vel principibus sęcularibus, an malum sit multa statuta facere.

Dicendum, quòd principalis regulatio generis humani est per leges a Deo factas, & necesse est, quia nemo habet iurisdictionem super homines, nisi qui eis maior est, naturaliter autem non est maior vnus homo altero, cum pertineant ad eandem speciem: ideo homo debet regi per aliquem superiorem homine, iste aūt est Deus: ideo per præcepta a Deo data debet regi homo.

Et hoc propter duo. Primo propter auctoritatem, E quia homo nō habet naturaliter auctoritatem super hominem eo, quòd nō est maior eo: Deus autem est summæ auctoritatis. Secūdo propter certitudinem: nam si homo regit hominem cum possit quilibet homo errare poterit errare is, qui regitur: immo necesse erit, quòd regulatus erret si is, qui eum regit, errauerit, & sic dixit Christus supra 15. contra Scribas, & Pharisęos, qui dabant præcepta fundata super errore, & ideo custodientes ea errabant cum ait. Cęci sunt, & duces cæcorum. Et ideo ad hoc, quòd directio hominis certa sit necesse est, quòd sit a Deo, qui errare non potest, & ad hoc saltem oportet, quòd ea, quæ pręcipua sunt, idest, in quibus magis dubitari possit, aut saltem ea, quæ sunt, vt principia, ex quibus possunt sequi deductione necessaria instituantur

Per præcepta Dei debet regi homo.

tuantur a Deo. Hoc autem Deus facit, & ideo omnibus hominibus tradidit leges communes, quas vocamus leges naturæ ad Rom. 2. cap. & istę leges sunt principia quædam generalia omnium actionum humanarum, ex quibus quilibet acuti ingenij, & exercitatus circa conuersationem politicam poterit inferre cętera, quę sunt necessaria ad complementum politicæ conuersationis.

Pręter hæc autem adhuc Deus dedit speciales leges populis illis, ad quos habuit conuersationem: Iudæis autem primum, & his tradidit multas leges, vt patet ex quinque libris Moysi, postea verò Christus in carne assumpta conuersatus est cum paucis hominibus, quasi cōuersaretur cum toto orbe, & dedit leges toti orbi, sed istę pauciores fuerunt. Et tamē præter ea, quæ Deus dedit, vtrobique erāt multa alia necessaria, secūdum quę regerētur homines circa multa particularia, & ideo tam inter Iudæos quàm nunc in statu noui testamenti oportuit relinqui aliquibus potestatem condendarum legum, in nouo autem testamento omnibus pręlatis, & Dominis tēporalibus. Nam Christus dixit discipulis, sicut misit me pater, ita ego mitto vos, i. in eadem potestate. in veteri autē testamento senioribus, qui manserunt post Moysen licuit leges condere, vt dictum est. Sed hi, quibus relicta est talis potestas non habuerunt eam limitatam ad tot, vel tot leges, aut ad tales siue in tali materia: immo generaliter vbicunque eis videretur expedire poterant constituere quod rectum putarent, & ideo magna erat prudentia necessaria, scilicet, vt neque deficeret lex in necessarijs, neque superuacuas, & onerosas leges ponerent, neque contra rationem instituerent.

Circa hoc autem considerandum est, quòd aut leges ponuntur ab istis cauillosè intentione illaqueandi subditos, vt pecuniam eorum exhauriant incidentibus eis in legem, aut alia intentione. Si primo modo non solum peccant mortaliter, sed etiam valde grauiter, & Deus comminatur eis nimis Isa. 10. cap. scilicet. Vę qui cōdunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimant in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduę præda eorum, & pupillos diriperent. Si autem constituat quis paucas leges, & necessarias, & non grauatorias, quacunque intentione constituat, dum tamen non ad diripiendum, vt supra nō peccat, si tamen quis multas leges constituat, quarum obseruatio propter suam multitudinem est difficilis, vel quia paucas constituit, ipsę tamē sunt difficiles, peccat constituens. Non enim debet esse multitudo legum sine causa necessaria, & non occasione perfectionis, vt quidam volunt, qui vt deducant subditos ad perfectiorem statum onerant eos multis legibus, vel saltem cōdunt leges difficilis obseruationis. Hoc autem inconueniens est. Nam in religione conueniens est esse obseruantias multas, vel difficiles, eo quòd est voluntariè assumpta, & qui non vult non subit illas difficultates, secus autem in generali statu, in quo homines necessario manent. Item quia in religione pauci sunt, & illorum intentio est, vel esse debet tendendi ad perfectionem, sed in generali professione omnes manent: ideo non possunt omnes tēdere ad perfectionem, & sic nō debet eis imponi leges, quæ ad perfectionem deducant.

Nō debēt leges difficiles cōdi.

Ex quo sequitur, quòd illi, quibus in veteri testamento data erat potestas condendarum legum, & hi, qui in nouo testamento eandem potestatem habent, nō debent statuere multa, neque grauia, vt deducant subditos ad aliquam perfectionem, quia magnis communitatibus præsunt, in quibus non pos-
F sunt omnes tēdere ad perfectionem, & manent etiā necessario in his professionibus.

Et ex hoc etiam sequitur, quòd pauciores leges debent dari a principe totius Ecclesię quàm ab eis, qui præerant in veteri testamento. Nam status ille paucos subditos habebat, scilicet, solū populum Iudęorum, qui ad vnum modum viuendi coaptari poterat faciliter, status autem noui testamenti habet omnes homines, qui non possint coaptari ad eundē modum particularem viuendi: ideo neque multa, neque valde particularia debent constitui a principe totius Ecclesiæ pro tota Ecclesia. Et huius signum est, quia Christus, qui dedit legem pro hoc statu, pau-
G ca mandata instituit, cum in veteri testamento essent multa, & ideo principes Ecclesiarum, & potissimè, qui toti Ecclesię præest, pauca debet instituere seruanda ab omnibus, neque debet curare, vt ad perfectionē homines tendant, sed solum vt a mortalibus caueant, & ideo sine necessitate nō debet legem aliquam condere, quia quandocunque legem condit inducit nouam obligationem, & reducit homines in seruitutem, cum tamen Christus voluit nos liberos esse a iugo mandatorum. Sic dicit Augustinus ad inquisitiones Ianuarij loquēs de religiones Christiana, scilicet. Ipsam religionem nostram, quam Dominus noster Christus in paucissimis sacramentorum celebrationibus voluit esse liberam, quidam seruili-
H bus premunt oneribus, adeo vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui nō humanis præsumptionibus sed diuinis subijciuntur institutis. Simile quoque est quantum ad impositionem pœnitentiæ confitentibus, in eis quippe vbi est arbitraria pœnitentia, idest, vbi non est restitutio necessaria, vel debitum speciale alicui, nemo se grauem debet ostēdere, sed sequi cōditionem pœnitentis, & si ille vult pro magnis peccatis paruam sibi imponi satisfactionē parua imponenda est. Sic dicit Chrysosto. super Matth. scilicet. Tales autem sunt, qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, & sic dum pęna præsens fugitur cōtemnitur pęna futura, si enim falcem super humeros adolescentis, quem nō potest baiulare posueris necesse habet, aut vt falcem reijciat, aut sub pō-
I dere confringatur, sic & homini, cui graue pęnitentiæ pondus ponis necesse est, aut vt pęnitentiam reijciat, aut suscipiens dum sufferre non potest, scandalizatus amplius peccet. deinde si erramus paucā pœnitentiam imponentes nonne melius est propter misericordiam reddere rationem quam propter crudelitatem?

Quomodo Christus increpauit hic Scribas, & Pharisęos dicens. Dicunt enim, & non faciunt. Quæst. XXIX.

QVAERETVR quomodo Christus increpauit hic Scribas, & Pharisęos dicens, dicunt, & nō faciunt, quæ obseruationes erāt istę, pro
K quibus eos increpabat, quòd non obseruabant eas. Nam videtur, quod non debet eos increpare pro his, quia illę obseruationes erant inutiles, & superuacuę, vt lauare crebro manus, & calices, & vrceos, & omnia æramenta Mar. 7. ca. & talia non conferebant aliquo modo ad interiorem mūditiam, immo erat hoc error credere, vt Christus ostendit supra 15. cap. & ob hoc discipuli Christi, licet sequerētur vitam perfectam, non curabant de his lotionibus eodē cap. & Mar. 7. ergo neque Christus deberet arguerē Pharisęos, quòd ista non obseruarent, quia per hoc ostēderet aliqualiter, quòd bonum erat ista seruare.

Dicendum, quod inter mandata, quæ seniores tradebant Iudęis seruanda, quędam erāt de cęremonijs exterioris

exterioris munditię, alię autem pertinebant aliqualiter ad perfectionem vitę. De primis apparet, vt crebro lauare manus, & calices, & omnia ęramenta Mar. 7. cap. Alia erant, vt circa eleemosynas faciendas, circa ieiunia, circa abstinentiā ab illecebris carnis, & ita de actibus omnium virtutum, & ista reddebant hominem perfectiorem vltra præcepta: vtraque præcepta obligabant, quia erant data ab eis, qui potestatem habebant, & non erant expresse contra legem Dei, sed prima erant inconuenienter data. Primo quia multa erant, & prę multitudine sui faciebant difficilem obseruationem. Secundo quia erant inutilia, & sine causa data, quia istę lotiones exteriores nihil conferebāt ad mūditiam animi, quę est per se necessaria. Tertio quia putabant Iudæi per istas lotiones purificari simpliciter, & per oppositas immunditias commaculari animum. Quod patet, quia Christus probat cōtra eos per rationes contrarium supra 15. cap. & tamen non niteretur hoc probare nisi Iudæi illud crederent, & propter hoc circa istas cæremonias Christus redarguit eos. Secunda autem mandata erant inconuenieter data, quia præ difficultate obseruationis onerabāt valde Iudæos, quod malum erat, & tamen ipsa in se bona erāt, quia de rebus bonis erant, & ad perfectionem dirigebāt, propter quod Christus nunquam ea in speciali redarguit sicut redarguit traditiones de lotionibus multis supra 15. & Mar. 7. in generali tamen redarguit seniores, qui tam ista quàm prima dederāt, eo quòd onerabant immoderatè populum.

Sed nunc dicendum, quòd Christus dixit de Pharisęis, & scribis, dicunt, & non faciunt, scilicet, quantum ad secunda præcepta, & nō quantum ad prima. Et patet primo, quia prima pręcepta valde custodiebant Pharisęi, eo quòd pertinebant ad ostensionem sanctitatis exterioris, & supra 15. & Mar. 7. cap. innuitur, quòd ipsi illa custodiebāt, & redarguebant Christi discipulos, quia nō obseruabant ea. Secundo quia cum isti prædicarent ista obseruanda obseruarent illa, nisi esset aliqua difficultas in eis, quemadmodum est in compressione passionum, & operatione secundum quamcunque virtutem, in obseruatione autem cęremoniarum lotionis nulla erat difficultas, nisi propter multitudinem, quia non repugnat inclinationi nostræ obseruatio talium: ideo de alijs pręceptis loquitur. Tertio quia Christus per istam redargutionem, quodam modo admonebat eos facere id, quod non faciebant, & tamen non admoneret nisi ad res bonas, ergo erant pręcepta inducentia ad perfectionem, & non ad superuacuas cęremonias. & de istis præceptis seniorum credendum est, quòd tam Christus quàm discipuli eius obseruabant ea nō quidem quasi obligarentur ex mandato seniorum, sed quia de rebus bonis erant, & ad perfectionem dirigebant, secus autem de primis, quia illa sępe Christus non obseruabat, neque discipuli eius, quia inutiles cæremoniæ erant, vt patet supra 15. vbi Scribæ, & Pharisęi arguerunt discipulos Christi, quod non seruarent traditiones seniorum.

Omnia autem. Hic autem ostenditur superbia Pharisæorum, & Scribarum in simulatione sanctitatis, & dicitur.

Omnia autem opera sua faciunt, vt videantur. Idest, Vt videantur esse boni. Erant enim inanis gloriæ cupidi, & ideo simulabant se bonos, vt laudarentur, ex quo sequitur, quod in secreto nullum bonum faciebant, sed si aliquod faciebant, illud erat in publico, vt laudarentur ab hominibus. Qui enim facit bonum, siue in publico, siue in secreto videri vult, & tamen, qui in secreto vult videri a Deo, qui autem in publico vult videri ab hominibus, & quia isti solam gloriā mun-

A danam cupiebant, volebant videri ab hominibus.

Dilatant philateria sua. Idest, Faciunt ea maiora quàm alij homines. Et sunt philateria quædam chartæ, vt infra dicetur.

Et magnificant fimbrias. Istę erant in anteriori, & posteriori parte vestimentorum, vt dicetur. *Amant autem*. Hic ponitur ostensio superbiæ Pharisęorum, & scribarum in ambitione dignitatis. & dicitur.

Amant primos accubitus in cęnis. Idest, Quando multi conueniunt ad cibum in eodem loco desiderant Pharisęi, & Scribæ tenere primam sedem. *Et primas cathedras in synagogis*. Scilicet, Vt sedeant ad orandum in synagogis, & meliori loco. *Et salutationes in foro*. Idest, In loco publico volunt salutari ab alijs. *Et vocari*
B *ab hominibus Rabbi*. Vt exp̄ssius signaret rē ipsam.

Ad quid Christus dixit omnia opera sua faciunt, vt videantur. Quæst. XXX.

QVAERETVR circa primum, ad quid Christus dixit ista verba, scilicet, omnia opera sua faciunt, vt videantur. Dici potest vno modo, quòd istud ponitur ad probationem, vel confirmationem præcedentium, quia dixerat Christus, quòd prædicant alligando multa onera super populum, & ipsi nihil faciunt de eis, quæ prædicant. Hic subditur ratio, quia cum faciant omnia opera sua, vt
C videātur ab hominibus, satis eis est, ꝙ faciunt ea, quæ foris apparent, s. prædicare multa præcepta, & onerare populum illis, quasi per hoc se ostendant excellentes, quos verisimile sit maiora facere quàm dicere. Etiam qui tantam puritatem volunt esse in alijs, videtur de cultu Dei magnam curam gerere, obseruatio autem illorum pręceptorum, vt communiter erat in occulto: ideo non curabant quicquàm facere, quia per prędicationem præceptorum acquisierant testimonium humanum, quod cupiebant. Secūdum dicendum, ꝙ facit hoc ad ostēdenda vitia Pharisęorū, & Scribarum, inceperat enim suprà hoc facere: ideo illud hic continuat, quia omnia, quæ sequūtur ad interpretationem ipsorum pertinent, & increpat hic eos in speciali de inani gloria. Sic dicit Chry. super
D Mat. I. Supra Dominus arguerat Scribas, & Pharisęos crudelitatis, & negligentię, consequenter autem arguit eos inanis glorię, quæ fecit eos à Deo recedere.

Tertio, vt aliqui volunt, ostendit Christus causam quare Scribę, & Pharisęi non poterant credere in eū, ita vt sequerentur doctrinam eius, quia ea, quę Christus prędicabat erant cęlestia, isti autē cupiebant gloriam humanam, quæ terrena est: ideo non pertinebat ad eos Christus. Sic dicit Chry. in homilia, scilicet. Vult autem Dominus in hoc ostendere causam propter quam nō poterant credere Christo, hoc est quia omnia opera faciunt, vt videantur ab hominibus. Impossibile est enim, vt credat Christo cęlestia prædicanti, qui gloriam hominum concupiscit.

E Quarto exponunt aliqui totam literam istam, s. super cathedram Moysi &c. de prędicatione Scribarum, & Pharisæorum, scilicet, quòd ipsi prædicabāt Christum venturum ex lege, & Prophetis, & tamen pręsentem non recipiebant, & causa erat inanis gloria. Sic dicit Chryso. in homilia, & est sensus, quòd cum ipsi considerarent in lege, & Prophetis de Christo, & prędicarent sępe de illo, poterant ex multis signis coniecturare esse illum, qui inter eos erat. Sed hoc non cognouerunt, quia Deus non illuminabat eos propter hoc, quòd sponte se excęcabant per inanem gloriam, & cupiditatem rerum terrenarum.

Quinto potuit hoc Christus, vt ostenderet vitium commune Ecclesiasticorum hominum, erant enim Scribæ,

Scribę,& Pharisęi viri cæteris religiosiores,& ideo licet omnes homines tangat vitium inanis glorię, tamen quia præcipue Ecclesiasticos tangit posuit illud Christus, vt ostendat cauendum in nobis. Sic dicit Chry. in homilia. In omni re nascitur, quod ipsam exterminat, sicut ex ligno vermis, & ex vestimento tinea, vnde sacerdotũ ministerium, qui positi sunt ad ædificationem sanctitatis corrumpere diabolus nititur, vt hoc ipsum bonum dum propter homines fit, fiat malum, tolle hoc vitium de clero, & sine labore omnia resecabis, ex hoc enim fit, vt clerici peccantes difficilem pœnitentiam agant.

Quomodo est verum, quòd Scribæ, & Pharisæi omnia opera sua faciebant, vt viderentur, & an in hoc peccabant. Quæst. XXXI.

QVAERETVR quomodo est verũ, quòd Scribæ, & Pharisæi omnia opera sua faciebant, vt viderentur, & an in hoc peccabant.

Ad primum dicendũ, quòd verum est, quòd omnia opera sua faciebant, vt viderentur ab hominibus, vt hic Christus asseruit, sunt autem isti, quos vocat Christus hypocritas, qui nolunt orare nisi in synagogis, & angulis platearum vbi ab omnibus videri possunt supra 6. cap. & quando ieiunant exterminant facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes.

Ad secundum dicendum, quòd aliqui putant eos non peccare, nam solum faciebant hoc, quòd opera sua manifestabant hominibus, & tamẽ hoc Christus suasit supra 5. cap. s. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra. Dicendum, quòd verè peccabant in hoc Pharisęi, & Scribæ. Primo patet, quia Christus increpat eos de hoc, quòd omnia opera faciebãt, vt viderentur ab hominibus, & tamẽ non increparet eos iustè si non peccarent, ergo peccabant. Secundo quia hoc faciebant ex hypocrisi, & tamen hypocrisis peccatum est, ideo peccabant.

Circa hoc tamen considerandum, quòd Scribæ, & Pharisęi mouebãtur ex duobus, scilicet, ex hypocrisi, & ex inani gloria, per hypocrisim volebant reputari boni, cum nõ essent, & ad hoc exteriores actus exercebant, vt crederentur boni esse, cum non essent. Et ex hac parte dicendum, quòd in his peccabant mortaliter, quia hypocrisis, vt in plurimũ est mortale peccatum, & potissimè ex intentione, ex qua isti mouebantur, vt ostensum est supra 15. cap. q. 36.

Erat quoque motiuum eorũ inanis gloria, & quãtum ad hoc peccabant, quia inanis gloria semper est peccatum, & tamen non est necesse, quòd sit semper mortale, sed sępe est veniale. Est autem mortale octo modis, vt ostensum est supra 6. cap. q. 8. Et inquãtum isti ex inani gloria operabantur satis erat, quòd peccarent venialiter, & perderent meritum operis, licet opera essent aliàs bona. Nam quando Christus locutus est contra hypocritas, qui ad laudem hominum opera faciebant dixit, quòd receperunt mercedem suam supra 6. cap. & non dixit, quòd male agerent, & ideo necesse est, quòd Scribæ, & Pharisęi peccarent in hoc, quòd faciebant opera sua, vt viderentur ab hominibus.

Ad rationem in oppositum dicendum, quòd facere opera nostra coram hominibus non est vituperabile immo bonũ est, quia alij inde instrui possunt, sed tota diuersitas est in intentione. Siquis enim faciat opera sua in publico potest tripliciter hoc se habere. Primo modo, ꝙ illud faciat, vt alij instruantur & Deus de illis operibus laudetur; qui inspirauit homini talia facere. Secundo modo, ꝙ quis faciat in publico, vt capiat laudes humanas de operibus illis.

F Tertio modo, ꝙ quis agat opera propter Deũ, & faciat illa in publico, & licet quãtũ ad substantiã operum ponat Deum tanquam finem, tamen quantum ad hoc, quòd est in publico facere, non ponat aliquẽ finem sibi neq; bonum, neq; inane. De primo dicendum, ꝙ sic agere meritorium est, pertinet enim ad charitatem, ꝙ quis velit proximos instruere ex operibus suis, incitando ad similia bona. Etiam quia sic Deo maiorẽ laudem impẽdimus. Sic Christus dixit supra 5. cap. luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. De secundo dicendum, ꝙ est peccatũ saltem veniale, & perditur per hoc merces

G operis. Sic dixit Christus supra 6. cap. s. Attendite, ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. De tertio dicendum, ꝙ sic agere in publico neque est meritorium, neque vituperabile, licet opus sit in se bonum, & meritorium, s. quia propter Deum factum. Hęc tamen circunstantia, s. in publico factum esse nõ addit operi aliquid de quantitate meriti, neq; aliquid diminuit, cum non fiat propter aliquem determinatum finem. De Pharisęis autem, & Scribis manifestum est, ꝙ nunc peccabãt, & perdebant meritum operis, quia agebant secũdo modo, s. vt caperent laudes humanas: nã dicitur in litera omnia opera sua faciunt, vt videãtur ab hominibus. Hoc tamen Christus vetuit dicens attendite, ne iustitiam

H vestram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis supra 6. cap. Dicitur aũt, ꝙ faciebant omnia opera, vt viderẽtur ab hominibus, quod dupliciter intelligi potest. Vno modo, vt videantur, i. viderentur boni, & iusti ab hominibus. Alio modo, vt videantur ab hominibus, s. vt videant ea publice, & laudent eos de his. Primũ pertinet ad hypocrisim secundum ad inanem gloriam. Et licet hypocrisis, & inanis gloria multum concordent, quia interdum inueniuntur in eodem facto sicut hic, tamẽ differunt, quia hypocrisis semper fallit, quia hypocrita vult reputari id, quod non est, & illud fingit, & si faciat aliquid exterius, ꝙ possit laudari nõ facit illud præcipue, vt laudetur, sed vt per illud æstimetur bonus esse, & non est, qui autem est cupidus

I inanis gloriæ non quærit fallere, ostendendo se aliũ esse quam sit, sed vult ex his, quæ exterius agit laudari, & ideo deterior est hypocrita quàm inanis glorię cupidus. De inani gloria declaratum est supra 6. ca. a q. 5. vsque ad 15. & ibi multa dicta. An verò expediat alicui magis facere opera sua in publico, vt glorificetur Deus, vel abscondere opera ne incidat in inanem gloriam, & an hoc sit consilium, vel preceptum dictum est supra 15. cap. q. 33. vsque ad 36.

Quæ philateria erant ista, quæ dilatabant Pharisæi, & Scribæ, & quomodo dilatabant. Quæst. XXXII.

K QVAERETVR quæ philateria erant ista, quę dilatabant Pharisęi, & Scribæ, & quomodo illa dilatabant Pharisęi, & Scribæ. Dicendũ, ꝙ erant ista philateria quædam paruæ chartæ, in quibus scribebatur decalogus, & has chartas ponebant Pharisęi in fronte pendentes, & erant in modum coronę, quia forte partem anteriorem occupabant capitis, & posteriorem quoque. Et hæc vocantur philateria a philaxe, quod est seruare, & thorah, quod est lex, quasi seruatio legis, scilicet, quia in mẽbranulis illis lex seruabatur, idest, continebatur. Vnde dicta sunt phylateria.

Alij dicunt seruationem legis, i. quia signum erat, ꝙ illi, qui illas chartas in fronte habebant, legem seruarent. Nam ideo in fronte ligabant illas chartulas inter oculos, vt recordati legis Dei seruarent illam.

Alij

Alij dicunt seruationem legis, idest, quia putabant seipsos a lege custodiri, scilicet, ꝙ illi, qui has chartulas inscriptas gererent, merito horum a periculis seruabantur, vel liberabantur. Sic dicit Hieronymus super Mat. Pictatiola, ergo illa decalogi philateria vocabant, idest, conseruatoria, eo quòd quicunque habuissent ea, quasi ob custodiam, & munimentum sui haberent. Alij autem exponunt philateria, i. verba ipsorum Pharisæorum, & Scribarum, quæ dicebant de proprijs obseruantijs, & illas obseruantias philateria vocant, idest, conseruatoria, quia per obseruantias illas credebant salutem propriam conseruari. Sic dicit Chrys. super Matthæi, scilicet, alij verò sic exponunt hunc locum, quia dilatabant verba sua de proprijs obseruantijs quasi philateria, idest, conseruatoria propriæ salutis ea populo assiduè prædicantes.

Sed dicendum, quòd sensus præcedens est verus, scilicet, quòd chartulas illas philateria vocabant, & in fronte ligabant, & suspendebant, habuit autem ortum ista res ex illo, quod scribitur Deuteronom. 6. capitu. scilicet, audi Israel &c. & sequitur, quòd erunt verba ista quasi signum, & mouebuntur ante oculos tuos, & istas chartulas tam Pharisæi, quàm alij portabant.

An Pharisæi bene faciebant portando istas chartulas scriptas pendentes in fronte, & an ad hoc obligabantur. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR an Pharisæi benefaciebant portando istas chartulas scriptas pendentes in fronte, & an obligabantur ad hoc. Nam Deus non iussit, quòd portarent chartulas pendentes, quia nihil proderat: nam ista sunt verba legis, & lex retinetur in animo, eo quòd dirigit operationes animæ, & in chartis, vel membranis non retinentur, nisi vt non pereat memoria eius sicut cæteras res literis tradimus, vt memoriæ commendemus.

Et quia inter præcepta duo sunt præcipua, cum duo sint, in quibus Deum præcipuè colimus, scilicet, in fide, & charitate siuè operatione, & respectu vtriusque sunt multa præcepta, sed quantum ad fidem præcipuum omnium, & quod est quasi fundamentum illorum, est, quòd Deus vnus est, quantum ad operationem quoque sunt multa, sed præcipuum omnium est, Diliges Dominum Deum tuum, & ex his pendẽt omnia alia, quæ pertinent siue ad Deũ, siue ad proximum, & ideo ista duo quasi præcipua, & fundamenta omnium mandatorum valde commẽdauit Deus, & posuit illa sola Deuteronom. 6. cap. scilicet, audi Israel Dominus Deus tuus vnus est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Ista enim sola mandata scribebantur in philaterijs. Quod patet, quia Iudæi moderni, qui aliqualiter imitantur facta antiquorum hæc sola scribunt in chartulis, & non totum decalogum. Erat autem intentio Dei, non ꝙ ista sola custodirent, sed quòd omnia obseruarent, quia multa alia ipse dederat, & tamen, qui delinquit in vno factus est omnium reus, sed de his specialiter dixit propter duo.

...man- ...a in phi- ...rijs scri- ...bantur.

Primo quia ista erant præcipua inter cætera, & grauius erat offendere in aliquo istorum quã in alijs.

Secundo & præcipue, quia ista non solũ sunt præcepta, sed præceptorum omnium fundamenta. Nam ex primo pendent omnia, quæ pertinent ad operationem. Sic dicitur præcedenti cap. & Mar. 12. quòd in mandato de dilectione Dei, & proximi lex vniuersa pendet, & Prophetæ. Et ideo præcipiendo ista obseruare, & in memoriam habere, præcipiebatur, quòd omnia mandata, quæ ex his pendent obseruarentur.

A Hæc autem præcepta iussit Deus valde in memoria haberi, vt custodirentur, quia vnum, per quod quis cessat custodire mandatum aliquod est, quia non recordatur actualiter illius. Sic ponit Aristo. 7. Ethico. cap. 4. quando loquitur de peccato incontinentis, & hoc est propter non considerare actualiter id, quod scit habitualiter, ad hoc autem oportet haberi magnam cogitationem de his, vt quasi nunquam cadãt de memoria, & ideo Deus dixit. Erũtque verba ista, quæ præcipio hodie tibi, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens, atque consurgens.

B Ad signandum autem istam cogitationem, vel recordationẽ horum valde assiduam, & intensam addidit adhuc Deus ibidem dicens, s. & ligabis ea quasi signum, & mouebũtur ante, vel inter oculos tuos, & scribes in ostijs, & limine domus tuæ. Sed palã est, ꝙ non iubebat Deus realiter poni chartulas istas, vt pẽderent ante oculos. Primo quia inutile erat: nam vt dictum est lex in animo non in chartis retinetur. Secundo quia ista impedirent operationes humanas: nam si verè penderent istæ chartulæ ante oculos, & mouerẽtur inter eos impedirent vultum de actu videndi, qui summè necessarius est. Tertio quia si hoc Deus vellet congruentius iuberet portari chartulas illas ligatas in manibus, vel brachijs, quia ibi semper

C videri possent, & legere quando vellent. In fronte autem si penderent, & inter oculos nõ possent chartulæ legi, sed potius visum tollerent, quia sensibile positum supra sensum tollit sensationem, vt dicitur 2. de Anima: nisi fortè chartulæ alligarentur fronti, & non penderent ante oculos, & inter eos, sicut faciebant Pharisæi, vt Hieron. innuit. Et hoc non erat implere ad literam illud præceptum.

Quarto quia Deus noluit illud præceptum impleri sicut iacet, sed solum, vt innuat magnam diligentiã Iudæorum in cogitando, & mente retinendo præcepta ista, ad exequendum ea. Nam nõ solum id, quod minus est, scilicet, ligari ista ante oculos, & scribi in ostijs domorum, sed etiam retinere in cogitatione, quod verisimilius erat nõ potest impleri sm literam

D illius præcepti. Nam dicitur, eruntque verba hæc in corde tuo, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens, atque consurgens: in quibus verbis totum tempus vitæ nostræ significatur. Nam totum tempus vitæ distinguitur per duo, s. per tempus vigiliæ, & tempus soporis, & sic Aristo. 1. Ethico. vocauit dimidium vitæ tempus dormitionis, scilicet, per dimidium vitæ nihil differt prauus a studioso. Tempus vigiliæ diuiditur in duo, quia aliquando manet homo in domo, aliquando foris. Ista tempora omnia ponuntur in illa litera. Nam tempus dormitionis significatur, cum dicitur, dormiens atq; consurgens. Tempus, vigiliæ in quo quis manet in domo, cum dixit, meditaberis sedens in domo tua.

Totum vitæ tempus in duo distinguitur.

E Tempus, quo manet foris, cum dixit ambulans in itinere, ergo totã vitam comprehendit in his. sed manifestum est, ꝙ Deus non voluit per totum tempus vitæ manere hanc cogitationem, quia sic cessaremus ab omnibus alijs actibus, i. a ciborum, & potuũ sumptione, & ab alijs operationibus, & exercitijs necessarijs ad vitã. Quinto, qa dato, ꝙ ab oĩbus opibus alijs cessandum esset, adhuc non posset quis semper cogitare circa mandata illa sicut litera innuit. Sexto, quod difficilius est, quia in prædictis non potest impleri mandatum pro toto, potest tamen pro aliqua parte, & tamen cũ dicitur, meditaberis ea dormiens, hoc nullo modo potest impleri, neque quantum ad totum,

Cōc. Trid. sess. 6. can. 18.

totum, neque quantum ad aliquid, quia nemo dormiens cogitat, eo ꝙ non agit ex intentione, & tamen Deus non iubet aliquid impossibile iuxta illud. Qui dixerit impossibile præcepisse anathema est, ergo nō fuit intētio Dei iubentis, ꝙ sic seruaretur, sed solum significare nimiam diligētiam circa obseruationem, & memoriam horum præceptorum, & tales etiam modi loquendi sunt apud nos ad aliquid nimis significādum, vt illud. Nunquam cadat psalterium de manu tua. de conse. dist. 11. cap. nunquam, & tamen solū intelligitur de horis competentibus, vt dicit ibi Glo. Septimo apparet, quòd non deberet illud intelligi sic ad literam, quia tunc non solum illa duo præcepta in chartula vna, sed etiam alia præcepta, & aliter ligata in alijs locis portare deberent, vt patet Exo. 13. ca. vbi de præcepto festiuitatis azymorum iubetur, quòd pendens habeatur in manu, & ante oculos, s. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos, & vt lex Domini sempin ore tuo. De alio quoque præcepto, s. redemptionis primogenitorum dicitur eod. cap. Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationē ante oculos tuos, & tamen manifestum est, ꝙ istud non obseruabant Iudęi ad literam, quia non habebāt illa præcepta pendentia in manu, aut inter oculos. Neque etiam Pharisęi, qui istarum obseruationum erant valde curiosi obseruabant hęc, quia solum habebant inscriptam chartulam illis mandatis, s. Audi Israel &c. & hoc solum in fronte. In brachijs autem nihil habebant, vt Hierony. innuit, ergo neque istud erat intelligendum ad literam. Octauo patet, quia si istud ad literam intelligendū esset, seruarent illud Iudæi nostri temporis, & tamen nemo eorum in fronte chartulam pendentem habet, sed solum tenent chartulas de mēbranis, in quibus scripta sunt illa duo mandata, & illas ponunt in quibusdā concauitatibus portarum, vel postium domorū, ergo tunc non obligabant. Sed dicēdum, ꝙ Pharisęi ex prauo intellectu sacrę scripturę, vel quia curiosi satis abundanter esse volebant circa cęremonias, apponebant istas chartas fronti. Sic dicit Hierony. super Matthę. s. Dominus cum dedisset mandata legis per Moysen ad extremū intulit: ligabis ea in manu tua, vt opere compleantur, sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis hoc Pharisęi male interpretantes scribebāt in membranulis decalogum, idest, decem verba legis complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capitis facientes, vt semper ante oculos mouerentur, non intelligentibus Pharisęis, quia hęc in corde portanda sunt non in corpore, alioquin armaria, & arcę habent libros, & notitiam Dei non habent.

Hierony. sententia.

An aliqui Iudæi præter Pharisæos, & Scribas portabant philateria. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR an aliqui Iudæi præter Pharisęos, & Scribas portabant philateria, idest, chartulas.

Dicendum, quòd hoc nō est planum dicere, quia scriptura non aperit, & cum non essent ad hęc obligati Iudæi forte non portarent illa, sed Pharisæi, & Scribæ, qui superstitiosi erant, portarent hæc philateria. Ad hoc autem adiuuat primo, quia dicitur: Dilatant philateria sua, & de fimbrijs non dicitur magnificāt fimbrias, ergo dixit philateria sua, idest, propria quasi ipsi soli portarent, de fimbrijs autem non dixit suas, quia palam est, quòd omnes Iudæi fimbrijs vtebantur.

Secundo quia Hierony. & alij cum loquuntur de philaterijs redarguunt solos Pharisæos quasi ipsi ex

F mala interpretatione legis induxerint philateria illa, ergo populus non vtebatur philaterijs.

Dicendum, quòd licet non sit totaliter manifestū, quid esset circa hoc, tamen verisimilius est, quòd tēpore illo aliqui Iudæi, & si non omnes portarent ista philateria. Primo quia Pharisæi, & Scribæ erant doctores legis, & si ipsi propter erroneā interpretationem dicebant portanda esse philateria, & sic intelligendam legem, iuberent omnibus sic custodire, & omnes vterentur philaterijs. Sed tunc videtur magis inconueniens, quia sic non portarent aliqui specialiter philateria, quia Pharisæi, & Scribæ sic intelligentes legem, iuberent omnibus sic custodire, totus autem populus sequebatur eorum doctrinam, sicut Christus dixit supra in litera, omnia quæcunque di-

G xerint vobis, facite.

Dicendum, quòd nō portabant omnes Iudæi philateria, neque Pharisæi docebant ab omnibus esse portanda, vt dicetur sequenti q. Secundo quia si soli Pharisęi, & Scribę portarent philateria, & Christus circa philateria aliquam redargutionem eorum ponere vellet, solū eos argueret, quòd philateria deferrent quasi hanc superstitionem soli haberent, & tamen non redarguit eos, quòd philateria haberent, sed quòd illa dilatabant, ergo videtur, quòd alij habebant præter eos philateria, in quorum comparatione ipsorum philateria erant magna.

Ad primum in contrarium posset dici, quòd sicut

H dicitur, dilatant philateria sua, ita subintelligitur, magnificant fimbrias suas licet non exprimatur, sed solum dicitur magnificant fimbrias, & est sensus, quòd dilatant philateria sua, idest, propria: nam alijs prædicabant portanda philateria, sed non suadebant, quòd illa ita magnificarent, sicut ipsi dilatabant sua, sed in hoc excellentiores videri volebant, & ideo dicitur, ꝙ dilatant philateria sua, q. d. sua dilatant, & non aliorū.

Ad secundum dicendum, ꝙ vt Hiero. innuit Pharisęi soli, & Scribæ in hoc arguuntur, & hoc est propter duo. Primo qa licet alij præter eos portarēt philateria, tamen ipsi eos ad hoc mouerant male interpretando legem, & docendo sic portanda esse. Secūdo quia Christus non increpat hic Pharisęos, quia

I philateria portabant, sed quia illa dilatabant, & tamē dilatationem istā soli Scribæ, & Pharisæi habebāt: ıō isti soli increpabantur, & de solis eis mentio fit.

An Christus portabat philateria. Quæst. XXXV.

QVAERETVR an Christus portabat philateria. Aliqui dicunt, quòd sic, quia Christus conformabat in habitu, & cæremonijs omnibus Iudæis, ne iustè ab eis repelli posset quasi ab eis alienus, & non Messias, sed Iudæi cæteri portabant philateria, ergo Christus illa portabat.

Secundo quia, vt dicit Hierony. super Matth. ex er-

K rore Pharisęorum introductū est portari philateria. Falsè enim interpretabantur legem Deute. 6. cap. dicentes, quòd ex loco illo colligebatur, quòd homines deberent portare illa philateria, sed in eo quod Scribę, & Pharisęi prędicabant, sequebatur eorū doctrinam populus. Sic enim Christus dixit supra in litera, s. quęcunque dixerint vobis seruate, & facite, ergo omnes Iudęi portarent philateria, & consequēter Christus ne faceret contra doctrinam, quàm dederat de stando doctrinæ Pharisæorum, & Scribarum.

Dicendum videtur, quòd Christus non gerebat philateria, Christus enim nō se immiscebat cęremonijs superuacuis, sed philateria habere erat aliquid tale, quoniam non erat a Deo mandatum, neque in se

vtile,

vtile,neq; ab aliquo imperatum, qui haberet auctoritatem iubendi: ideo non vteretur tali cęremonia. Secundo quia Christus venerat ad auferēdum hanc multitudinem cęremoniarum,& obseruationum iugum, & dandum legem liberam ab huiusmodi obseruationibus, vt ait Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Et ideo in seipso exemplum huiusmodi præstaret, propter quod nullas obseruaret cæremonias nisi eas, quæ ex necessitate legis incumberent, sed ista de portandis philaterijs nō erat ex necessitate legis,sed ex errore Pharisęorum,ergo Christus nō vteretur philaterijs.

Ad primum in contrarium dicēdum, quòd Christus conformabat se Iudæis in cęremonijs,quæ erant communes apud eos ne contra legem agere videretur, & tamen portare philateria non erat commune apud Iudæos; multi quidem illa portabant, sed non omnes,& ideo etiam si Christus non portaret illa,nō scandalizarentur Iudæi.

Ad secundum dicēdum, quòd ex falsa interpretatione Scribarum, & Pharisęorū introducta sunt philateria,& si illi prædicarent indubitanter sic legem intelligendam,& non aliter posse seruari, portarēt omnes Iudæi philateria,& Christus quoque portaret illa ne scandalizaret Iudæos, vel probaret palam errare Scribas,& Pharisęos in tali interpretatione legis, & non obseruaret ipse eam sicut fecit circa traditiones seniorum de lauando sępe corpora,& res exteriores quasi ad quandam sanctificationem spiritualē. Christus autem,& discipuli sui non obseruabant hoc, & ideo ne scandalizarentur Iudæi ostendit, quòd illa obseruatio erat notabilis,scilicet, quòd exteriora nō contaminabant hominem, & consequenter lotio exterior non tollebat immunditias animæ, quæ sunt immunditię hominis,sed tamen Pharisæi, & Scribæ non docebant simpliciter sic legem intelligendam, vt philateria portarentur, & alio modo non posse seruari,sed erat hoc apud eos sicut opinio magis credita, & ideo multi erant, qui contrarium faciebant, neque propter hoc erat scandalum inter Iudæos. Sic patet circa alia maiora,scilicet, circa resurrectionem. Nam Pharisęi asserebant eam,& angelos,& spiritus. Sadducæi autem omnia negabant. Act.23. Et tamen tolerabantur vtrique inter Iudæos,quia non erat determinatus apud eos iste articulus,a fortiori hic cùm non esset determinatum an esset necessaria portatio philateriorum portarent aliqui illa,& alij non, & nō esset scandalum aliquod, & sic Christus non portaret philateria,neque discipuli sui,nemo tamē ex hoc moueretur.

An Pharisæi,& Scribæ peccabant portando philateria. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR an Pharisæi,& Scribæ peccabāt portando philateria.

Aliqui dicunt,quòd sic. Et primo, quia falsè interpretabantur sacram scripturam, & docebāt falsè faciendum esse, & hoc graue peccatum est, vt patet supra 5.cap.scilicet. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis,& docuerit sic homines facere, minimus vocabitur in regno cœlorum. Sed id, quod facit hominem minimum coram Deo, malum est, ergo & isti grauiter peccabant,qui contra veritatem sacrę scripturę docebant. Secundo quia Deus iussit ne facerent Iudęi aliquid contra id,quod pręceptum eis erat Deut.12.cap. scilicet, quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino Deo tuo, neque addas quicquàm neque minuas. Et tamen isti addebant de portatione philateriorum, quod non erat in lege man-

A datum,ergo peccabant. Dicendum videtur,ꝙ Pharisęi & Scribę portādo philateria nō peccabant. Primo patet,quia non faciebant rem aliquam, quę in se esset illicita, aut contra legem, & ideo non est causa vlla eos asserendi peccare. Secundo,quia ex modo, quo eos Christus arguit videtur colligi, ꝙ non peccarent:nam Christus arguit eos,ꝙ dilatarent philateria, & non ꝙ portarent ea, si autem portare ea malū esset,non argueret eos,ꝙ dilatarent, sed ꝙ portarent illa, vel si ipsa dilatatio augeret aliquid de delicto,poneretur vtrunque,s.quia portabant philateria,& ꝙ ea dilatabant, sed sola dilatatio ponitur, ergo non erat culpa portare philateria. Ad primum dicendum, ꝙ docere contra veritatem fidei, vel sacrę scripturæ ex

B intentione,s.quando docens nouit veritatem,& pręuaricatur illam, est graue peccatum, immo fortassis grauissimum,& periculosissimum, sed quando quis ex ignorantia docet contra veritatem sacræ scripturæ secus est,& tunc dicendum,ꝙ aut circa rem illā,in qua docens, vel prædicans errat, est veritas plana, & indubitata apud alios peritiores in sacra scriptura,aut est res, quæ vertitur in opinionem. Si primo modo peccat grauiter ille,qui docet contra veritatem sacrę scripturæ, & tanto grauius quanto ad professionem suam,vel gradum siue statum pertinet cognitionem habere de illa re, vt si errans sit prælatus, vel graduatus in theologia. Si secundo modo,dicēdum,ꝙ siue talis sit materia in qua liceat opinari sicut aliqua sunt, in quibus dicimus aliqua esse problemata neutra, si-

C ue non liceat opinari cum veritas non sit inuenta, licet habeat se vno modo, & non ad vtrumlibet non peccat ille, qui errauerit contra veritatem scripturæ, & hoc si in talibus non asserendo, sed aliqualiter dubitando loquatur, sicut res ipsa dubitabilis est. Ita in præsenti,licet veritas sacrę scripturæ esset, ꝙ non tenerentur homines ad philateria portandā, tamen qa apud Iudæos non erat determinatum apud aliquos quātumcunq; peritos:nō determinare vnū, vel aliud, dū tñ non omnimodo diceretur cū certitudine non erat incōueniens,ita aūt faciebāt Scribę, & Pharisęi, quia nō locuti fuerunt cōtra veritatē scripturę ex intētione,sed ex ignorantia inuincibili,ergo nō peccabant. Ad 2m dicendū vno modo,ꝙ nō erat peccatū

D Iudęis facere supra id,quod mandatū in lege erat qñcunq; illud facerēt,qa aliàs nō haberet pręmiū retributionis superogatio in veteri testō. Sed est sensus,ꝙ qñcunq; circa aliquā materiā Deus mādauerat rē determinatā, siqs vltra illud facere vellet peccatū erat, sicut Deus iubebat offerri quotidie sacrificiū iuge,s. mane, & vespere Nu.28.siqs vellet illud holocaustū iuge offerre quotidie ter peccabat. Etiā iubebat Deꝰ, ꝙ in holocausto offerret vnus agnus anniculus qualibet vice. Siqs aūt vellet ad maiorē honorem offerre duos,vel tres agnos anniculos peccabat, qa in his facere supra id, quod Deus iusserat erat facere quodāmodo ꝯ mādatū eius, cū pp certā cām, vel significa-

E tionē mandaret rē determinatā, & faciēdo vltra tolleret rō significationis,in rebus tñ illis, in qbus Deus nihil mandauerat,ꝙ Iudæi aliqd facerēt in cultū Dei non erat illicitū, sic erat in præsenti,s. non mandauerat Deꝰ portari philateria,neq; vetuerat,licebat ergo Iudęis in honorē Dei illa portare. Secundo pōt dici, ꝙ dato, ꝙ nunquam liceret Iudæis aliquid facere vltra id,quod scriptum erat,tñ non peccabant portando philateria,quia illud intelligeretur de illis, de quibus manifestum esset, ꝙ non essent scripta, & tñ circa philateria non erat sic, quia putabant Pharisęi, ꝙ Deut.6.c.imperabatur portatio philateriorum, eo ꝙ literam non bene intelligebant, ideo non peccarent portando illa, neque suadendo alijs,quòd portarent.

Quid

Quid erat dilatare philateria, & ad quid illa dilatabant Pharisæi, & an dilatando peccabant. *Quæst. XXXVII.*

QVAERETVR quid erat dilatare philateria, & ad quid illa dilatabant Pharisęi, & an peccabant dilatando.

Ad hoc dicendum, quòd istud erat, quòd Pharisęi facerent philateria illa maiora quàm cęteri Iudæi: nam licet nō portarent omnes Iudæi philateria, multi tamen illa portabant, & inter cęteros portabant illa maiora Scribę, & Pharisæi ex industria, scilicet, faciebant, ꝙ illę chartulę essent maiores, i. longiores, & latiores, vt magis cingerent caput in modum coronę, & magis penderent super oculos, vel magis eleuarentur super frontem, & faciebant scribi chartulas literis grossioribus, & sic per hoc videbantur isti notabiles inter cæteros.

Ad secundum dicēdum, quòd faciebant hoc Pharisæi, vt viderentur ab hominibus, s. ꝙ cum inter cæteros ipsi haberent philateria maiora, & multo differentia a philaterijs aliorum, propter istam differentiā conuerterent homines specialiter oculos ad eum siue in bonum siue in malum. Nam cupiebant videri ab hominibus, vt dicitur in litera.

Secundo faciebant hoc ex hypocrisi, vt putarētur religiosiores, & sanctiores: nam portabantur philateria in signum obseruantiæ mandatorum Domini, qui autem maiora portaret philateria, putaret efficacius obseruare mādata Dei, vel maiorem habere curam de obseruando illa.

Ad tertium dicendum, quòd peccabant Pharisęi dilatando ista philateria. Et patet primo, quia Christus eos redarguit, quòd dilatarent philateria, sed nō argueret eos conuenienter, nisi peccarent in hoc, ergo peccabant. Secundo patet, quia hypocrisis semper est peccatum, & Pharisęi, & Scribæ faciebant hoc ex hypocrisi, scilicet, vt viderentur esse boni, cum non essent, vel vt viderentur meliores quàm erant, vt dictum est, ergo peccabāt in dilatatione philateriorū.

An liceat Christianis ad collum suspendere verba aliqua sacra in chartulis scripta. *Quæst. XXXVIII.*

QVAERETVR occasione præcedentium, quæ dicta sunt de philaterijs, quæ sunt chartulæ alligatę fronti continentes sacra verba, an liceat ad collū suspendere verba aliqua sacra in chartulis sicut quidam consueuerunt.

Aliqui dicunt, quòd licitum est, quia verba Dei nō habent minorem efficaciam, quando scribuntur, quàm cum proferuntur, & tamen verba sacra prolata habent aliquos effectus, & licitum est illa proferre ad aliquid efficiendum, vt ad sanandum ęgros aliqui inuocant nomen Christi super eos, aliqui dicunt orationem Dominicam, aut aliquid aliud sacrum, & sic iam multi ęgri sanati sunt. Nam hunc modum dedit Christus discipulis ad sanandum languores, scilicet, vt inuocarent nomen eius super ęgrotos Mar. 16. capitu. In nomine meo dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, super ęgros manus imponent, & bene habebunt. Sicut enim nomen Iesu prolatum est ad sanandum omnem ęgritudinem sufficiens, quoniam non est datum aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri nisi in hoc, Actuum 4. Et ita scriptum proderit ad sanitatem, ergo licitum erit suspendere ad collum in chartula istud nomen, & quæcunque alia sacra siue ad curationes ęgritudinum, siue ad quęcūque alia opportunia, vt ad liberationem de periculis, & timoribus.

F Secundo quia verba sacra non minus faciunt circa corpora hominum quàm circa corpora bestiarum, & omnium animalium, & tamen quædam incantationes verbales habent efficaciam ad reprimendum serpentes, vel ad sanandum quædam animalia, sicut dicitur Psal. 57. Sicut aspidis surdę obturantis aures suas, quę non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter, ergo verba sacra a fortiori proderunt ad sanitatem hominum, & sic quando fuerint suspensa ad collum proficient.

Tertio quia verbum Dei non est minoris sanctitatis quàm reliquię sanctorum, cum August. dicat, quòd nō est minus verbum Dei quàm corpus Christi 1. q. 1. cap. interrogo vos, sed licet homini portare
G ad collum reliquias sanctorum, vel quomodolibet aliter ad suam protectionē, ergo pari ratione licebit ad collum suspendere verba sacra in chartulis ad aliquod bonum nostrum.

Dicēdum, quòd circa portationem similium scripturarum considerandum est primo qua intentione portantur. Secundo quid est, quod portatur. Tertio qualiter portantur.

Circa primum dicendum, quòd siquis portat tales scripturas iniqua intentione siue sint sacræ siue non, peccat portans, vt siquis ideo ad collum ista suspenderet, vt alij videntes hæc appensa putarent eum religiosum virum, scilicet, qui ex deuotione sacra- Tria penes portationē harū chartularū scripturarum cō siderantur.
H rum rerum ad talia mouetur, & quòd esset ad Diuina magis inclinatus quàm alij. Nam tunc esset vitium hypocrisis. Sic enim redarguit Christus Pharisęos, & Scribas portātes philateria, qui ea dilatabant, vt putarentur alijs religiosiores.

Alij autem portant prędicta propter solam intentionem temporalium vtilitatum consequendarum, vt siquis portet sacra nomina appensa, vt in omni negociatione lucra conquirat. Et isti peccant in duobus. Primum est; quia falsum credunt, scilicet, quòd portantes talia scripta semper erunt fortunati in negociationibus. Secundum est, quia dato, quòd hoc esset verum, illicitum esset, quòd quis id eo portaret appensa sacra verba, vt lucra cōsequeretur, quia istud est abuti, scilicet, ordinare res diuinas ad res huma-
I nas, & est graue peccatum, quia minora debent seruire maioribus, & non è contrario.

Alij autem portant prædicta appensa ad finem licitum, scilicet, vt liberentur a morte, vel a periculis corporis, & animæ, & credunt, quòd portando talia certissime liberabuntur ab his periculis in virtute horum verborum, & isti peccant, quia falsum credunt. Nam ista verba, neque prolata, neque scripta habent talem virtutem naturaliter, aut ex determinatione voluntatis Dei, vt quandocunque portentur efficiant hoc, vel illud, sed si verba sacra sunt, & quis reuerenter ea portet propter Deum, cuius illa sunt, poterit Deus miseratus benefacere sic portanti, si tamen quis sine reuerentia, vel
K non considerans ista portauerit non est necesse, immo non est verisimile, quòd aliquid boni sequatur, & potissime in malis, & indignis. Et dato etiam, quòd aliquis attentus sit ad hęc, & cum reuerentia semper portet, non est necesse, quòd a Deo consequatur id, quod intendit ex portatione illarum chartarum, quia non est plus illa portatio verborum sacrorum, quàm deuota oratio, & tamen deuote orantes, etiam si sine peccato sint, non consequuntur semper id, quod petunt: ideo neque portantes hęc.

Sic etiam multi errant circa verba, & res sacras, asserunt enim quidam, ꝙ qui talem, vel talē psalmum secum appensum portauerit, ꝙ semꝑ diligetur a Dñis,

&

& magnatibus, & portans alium Psalmum nũquam vincetur in bello, & sic huiusmodi talia credere erroneum est, ideo hac suppositione portare secum talia scripta illicitum est.

Alij vero portant prædicta putantes, quòd efficaciora sunt verba sacra scripta, & portata ab homine appensa, quam si proferantur ore, & ideo non orant exprimendo illa, sed portant scripta.

Isti autem errant multipliciter. Primo quia secundum hoc putant ipsa scripta, inquantum scripta sunt aliquam habere virtutem, vel efficaciam, quia alias non differret dici, aut scribi, dum tamen eadem dicerentur, sed illud falsum est, quia scriptura secundum substantiam nihil aliud est, nisi membrana, & incaustrum, & figurarum protractio. Manifestum est autẽ, quòd nullum istorũ neque omnia simul habent qualitatem aliquam absolutam, quæ sit virtus manens secundum quam aliquid efficiant, ideo secũdum quòd scripta non prosunt.

Secundo patet, quia si ista scripta sint alicuius efficaciæ hoc erit inquantum sunt verba sacra, & tamen non sunt verba principaliter inquãtum sunt scripta, sed potius inquantum proferũtur, vel in mente sunt, ideo magis proficiunt similia prolata quam scripta.

Et patet hoc, quia terminus, vel verbum est triplex scilicet mentalis, vocalis, scriptus. Præcipue enim terminus significatiuus est in mente, & est aliquid formatum ab intellectu, & solemus vocare verbum mẽtis vel conceptum, verbum autem vel terminus vocalis succedit ei in dignitate. Nam verbum mẽtale est, per quod quis seipsum intelligit & alia, sine quo nulla est intellectio. Verbum autem vocale non est ad hoc, quòd quis seipsum, vel alia intelligat, sed subseruit verbo mentali, scilicet ad hoc, quòd notificet quis alijs verbum suum mentale. Nam sicut intellectus seipsum manifestat per verbum mentale, quod format, ita verbum mentale manifestatur per vocale. sicut dicitur primo Perihermen. Sunt ea, quæ in voce, earum, quæ in anima passionum, notæ idest signa interiorum conceptuum vel verborum: ipsa autem verba scripta non sunt verba, nisi quasi æquiuoce. Nam verbi officium est manifestare, vt dictum est, sed verbi scripti officium non est manifestare, quia neque manifestat mentale, neque vocale: sed intentio, qua scriptum fuit est, vt non periret cum memoriter retineri non posset. Ergo minus manet in natura verbi ipsum scriptum quam vocale, & mentale, & consequenter cum inquantum verba habeant efficaciam ea, quæ scripta sunt, si quam habent necesse est, vt maior sit efficacia sacri verbi, cum dicitur quam cũ scriptum retinetur.

Tertio patet, quia Christus in nomine prolato dedit potestatem faciendi virtutes & mirabilia, & nunquam in nomine scripto. Quod patet, quia ita Christus dixit Marc. 16. capitu. scilicet in nomine meo dęmonia eijcient. Et intelligitur, idest inuocato nomine meo, & ita faciebant Apostoli, quando sanabant aliquos, quia imponebãt illis manus, & inuocato nomine Iesu sanabant eos, sicut Petrus & Ioannes sanauerunt claudum: dixit enim Petrus claudo argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, ĩ nomine Iesu surge, & ambula. Ergo magis prosunt verba sacra prolata quam scripta.

Quartò patet ex conditione sacrorum verborum. Nam vt dictum est, ista non habẽt in seipsis aliquam virtutem absolutam, secundum quam aliquid efficiant, sed solum inquantum cum reuerentia proferuntur, vel portantur, quia tunc Deus miseretur eorum, qui reuerenter se habent, & efficit aliquid circa eos: sed manifestum est, quòd reuerentius se potest

A homo habere proferendo quam portando, quia proferendo cogitat aliquid proferens, & potest exhibere reuerentiam aliquam Deo in proferendo, portando autem nihil cogitat, licet cogitet aliquid a principio, quando suspendit sibi talia ad portandum, ergo reuerentius se habet proferendo quam portando, & consequenter magis prodesse potest.

Quinto, quia proferre nomen Domini, vel verba sacra est quædam humana operatio secundum quod homo habet quandam communicationem cũ Deo participando in ratione, & petendo, & sperando aliquod bonum ab eo, portare autem verba sacra non est humana operatio, quoniam liber continet illa, & arca, & armarium, & bestiæ ferentes libros supra se nomen Domini, ad quas nihil pertinet de hac communicatione, aut vtilitate rerum sacrarum, ideo maius est proferre quam portare.

B Sexto patet, quia idem innuit Chryso. arguens eos, qui portant talia putantes aliquid melius esse quam dicere, vel audire ea. Vnde super Matt. ipse ait. Quidã vero ipsam partem euangelij scriptam circa collum portant, sed nonne quotidie Euangelium in Ecclesia legitur, & auditur ab omnibus? cui ergo ĩ auribus posita Euangelia nihil prosunt, quomodo possunt eum circa collum posita & suspensa saluare? deinde vbi est virtus Euangelij? in figuris literarum, an in intellectu sensuum? si in figuris, bene circa collum suspendis, si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quam circa collum suspensa.

C Dicendum ergo, ꝙ circa intentionem portãtium, ꝙ ad hoc, ꝙ quis recte aliqua sacra verba portet, debet credere, ꝙ verba hæc scripta qualiacunque sint non habent aliquam virtutem determinatã efficiendi bonum, vel malum circa portantem, sed solum ꝙ inquantum cum reuerentia Dei portantur, ad quem ipsa pertinent Deus misertus portantis efficiet circa illum bonum aliquod, quod voluerit, & non aliquid determinatum quasi ad illud specialiter valeant illa verba. Secundum est, ꝙ debet credere, quòd non ꝓsunt plus verba illa portata quam prolata, sed ẽ conuerso plus prosunt prolata, & tamen ideo portantur, quia non occurrit semper talia nominare saltem in-

Ad hoc, ꝙ quis recte aliqua sacra verba portet duobus opus est.

D quantum talia reuerenter portamus, & in spe bona possumus inde consequi aliquid boni. & tamen tunc quãdo optamus, & speramus aliquid boni nobis euenire per talia nomina sacra melius est illa proferre, si occurrunt in mentem, & possumus proferre quam solum portare. Secundum principale erat, quid est quod portatur: & tunc dicendum, quòd aut illud, qđ portatur manifeste est malum, aut manifeste est bonum, aut est dubium. Si primo modo illicitum est aliquid tale portare, vt siquis portaret secum cõiurationes necromanticas, vel inuocationes dęmonum, aut nomina eorum: nefas est enim talia portare, & talia sunt ea, quæ aliqui philateria vocant, & non sunt philateria, quæ portabant pharisęi, quia illa solum Dei legem continebant, sed alia, quæ pertinẽt ad opera ma-

Nefas est dęmonũ ĩnuocatiões, & eorũ nomina super portare.

E gica, vt dicitur 26. distin. quæst. 5. c. non oportet, s. non oportet sacris officijs deditos, vel clericos magos, aut incantatores existere, aut facere philateria, quæ animarum suarum vincula comprobantur, eos qui talia faciunt proijci ab Ecclesia iussimus.

Sed considerãdum, ꝙ aliquam scripturam malam esse dupliciter stat. Vno modo, quia tota mala est, vt quia nihil continet, nisi dęmonum inuocationes, vel nequitias. Alio modo quia cum scriptura bona sit, vt quia est de dictis Euangelicis, habet tñ aliquid mali admixtum, vt quia cõtinentur ibi nomina aliqua dęmonum, vel characteres necromantici, nam vtroque modo illicita est scriptura, quia dicitur 1. Corint. 5. c. modi-

modicum fermentum totam massam corrumpit, & qui offendit in vnum factus est omnium reus. Vnde si vnum nomen saltem est in scriptura pertinens ad dæmones, vel ad necromantiam, tota scriptura simul debet reijci.

De characteribus autem, & figuris dicendum, quod nulla figura, vel character præter crucem Christi debet esse in scriptura, quia si est aliquis character, aut expresse pertinet ad artem necromanticam, aut nõ: sicut est triangulus, vel pentagonus. Si ad necromantiam pertinet, expresse est scriptura nefaria, vbi talia continentur. Si autem non pertinet ad necromantiam, sed fortè ad geometriam, vt trigonus, pentagonus, & exagonus, aut circulus, non est nefaria scriptura, sed superstitiosa: & ideo etiam ea non est vtendũ, quoniam superstitiones cauendæ sunt.

Si secundo modo, idest est scriptura manifestè bona licita est, sed vocatur manifestè bona quando nihil aliud continet, nisi euangelica dicta, vel alia, quæ sunt in Sacra scriptura, & quòd cum his non sint aliquæ figuræ, neque obseruationes, vt dicetur infra in septimo. principali: & tunc poterit esse licita scriptura.

Sciendum autem in hoc, quòd sola illa scriptura est manifestè licita ad portandum, quæ est pars sacræ Scripturæ, secus autem de alijs dictis vel orationibus, quæ ab hominibus fabricantur, nam licet bona verba contineant, & nihil mali admisceatur, ibi non est licitum portare ista suspensa ad collum, vel in alia parte corporis.

Et est ratio, quia aliud est scripturam esse licitam ad legendum, & allegandum eam, aliud ad portandũ eam suspensam in collo. Nam legere aliquid vel tenere, credere, & allegare fit propter veritatem. Et ideo omne illud, quod est manifestè verum, licet legere & allegare: portare autem suspẽsum ad collum non est propter veritatem, sed propter efficaciam. Nam talia portamus, quasi aliquid boni efficiatur in nobis, illa portando. Et hoc non efficitur nisi a Deo, inquantum nos reuerenter portamus illud, quod ad ipsum pertinet: ideo oportet, quòd ipsa scriptura specialiter ad Deum pertineat, quia aliàs non exhibetur Deo reuerentia directè portando illam reuerenter: illa autem scriptura, quam sacram vocamus, pertinet specialiter ad Deum, quia omnes, qui illam condiderunt Spiritu sancto dictante locuti sunt. Aliæ vero scripturæ, licet eas scripserint viri doctissimi, & sanctissimi non sunt huius reuerentiæ, neque auctoritatis: vnde neque est necesse eis credere, nisi inquantũ probant, vt dicit August. in epistola ad Hieronym. & dist. 9. cap. ego solis. Ideo non sunt tales scripturæ alicuius efficaciæ, licet sint magnæ veritatis, propter quod neque deberẽt suspendi ad collum, aut portari ab homine, quasi ad aliquid efficiendum, sed solum ea, quæ continentur in Sacra scriptura. Et huius signum est, quia quando in collectionibus herbarum medicinalium aliquid volumus dicere, quasi efficaciores ad sanandum reddantur illæ herbæ, prohibemur dicere omnia illa, etiam si bona sint, præter symbolum, & orationem Dominicam, & Aue Maria. hæc enim sola dicere licet. Sic dicitur 26. quæst. 5. cap. non liceat, scilicet neque in collectione herbarum, quæ medicinales sunt aliquas obseruationes aut incantationes liceat attendere, nisi tantum cum symbolo diuino, aut oratione Dominica, vt tantum Deus creator omniũ, & Dominus honoretur. Et tamen quando nos oramus aliquid, & non putamus virtutem aliquam attendi ex parte verborum, neque in se, & absolutè, neque in comparatione ad Deum, sed solum ex deuotione, & affectu orantis licitum est per quæcunque

Orationes ad colligendum herbas esse prohibitas.

F verba orare: ergo multa sunt licita ad legendum, & dicendum in oratione, sed non ad portandum suspẽsa ad collum. Si autem scriptura sit dubia, an sit bona vel mala, semper est reijcienda, vt non portetur.

Est autem dupliciter scriptura dubia, idest, quia de tota dubitatur, vel quia de parte eius. Nam sicut ad faciendum scripturam malam sufficit vna particula nefaria, vel superstitiosa, ita ad reddendum eam dubiam sufficit quantulumcunque dubium. Et tunc est reijcienda.

G Est autem dubia vno modo, quando non intelligitur, vt si ponantur in scriptura nomina Hebræa, vel Barbara, aut alicuius idiomatis, quod non intelligitur. Nam tunc tanquam suspecta reijcienda sunt talia. Sic dicit Chrysost. super Matth. quòd exemplo Pharisæorum portantium philateria aliqui confingunt aliqua nomina Hebraica Angelorum, & scribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda videntur. & sic improbat istud Chry. sicut factum Pharisæorum.

Alio modo est dubia scriptura, scilicet, quando etiam non existentibus nominibus obscuris nescitur ipsa sententia scripturæ, vel nescitur ad quid poterit prodesse, vel an poterit prodesse. Et ita est de omni scriptura, quæ non est in canone sacro, quia illa non est auctoritatis alicuius, vt credatur inde aliquid securum, cum non exhibeatur Deo specialiter reuerentia portando huiusmodi scripturam ad collum, quia H illa scriptura non pertinet ad eum tãquam ad specialem auctorem, vel inspiratorem, licet omne verum à quocunque dicatur, a Spiritu sancto est, vt Ambro. ait.

Tertium principale erat de modo portandi, & in hoc est dicendum, quòd non debet obseruari aliqua superstitio, quoniam illa redderet illicitam portationem, vt quia aliqui putant talia debere scribi in mẽbrana, & non valere in charta Papyrea.

Alij dicunt, quòd neque valet in qualibet membrana, sed solum in pelle fœtus abortiui, quam membranam virgineam vulgariter vocant. Alij dicũt certis temporibus debere scribi, & non alijs. Alij respiciunt ad modum claudendi, & ligandi, & suspendendi. I

Alij dicunt, quòd omnia hæc in collo suspẽsa portari debent, & non alibi. Omnia huiusmodi, & quæcunque alia excogitari possunt, sunt superstitiones cum nihil conferant ad rem, quæ intenditur. Nam nõ differt in tali, vel tali re scribi, aut sic ligari, vel sic, & portari in collo, vel brachio, vel pectore, aut in bursa, vel alibi, dum tamen cum reuerentia, & bona spe talia portentur: immo qui tales cæremonias, aut aliquam eorum obseruare, careret effectu optato, & peccaret per obseruationem superstitiosam credens aliquid falsè.

K Dicendum autem circa hæc, quòd cum portentur aliqua scripta obseruatis tribus suprapositis, licitum est portare ea, & tamen melius videtur nihil tale portare, quia si aliqua talia sunt, ad quæ quis specialem reuerentiam, & deuotionem habeat, cum illa (vt supra dictum est) magis valeãt prolata quam portata, erit melius illa dicere quam portare.

Item quia in portatione talium rarum est, quin accidant aliquæ superstitiones, vt dictum est, & tamen quandocunque incidit superstitio, peccat portans, qui autem circa ista non obseruat aliquam superstitionem, & credit id, quod credendum est, parum afficitur ad portãdum, nam vt communiter desiderium portandi hæc prouenit ex ignorantia alicuius veritatis, quia portantes hoc putãt, vt cõmuniter, verba illa habere aliquam specialem efficaciã, & ob hoc eligũt

potius

potius quædam verba quam alia. Et tamen hoc falsum est, quia vt dictum est supra. nulla verba sacra, vel non sacra prolata, vel scripta habent aliquam virtutē efficiendi aliquid. Etiam credunt portantes, vt in plurimum, quòd verba scripta magis prosunt quam ꝓlata, quod falsum est, cum vero rectè quis opinatus fuerit de his, parum mouebitur ad portandum ea.

Item quia ea, quæ portantur sunt sacra, & portans credit ea digna esse magna reuerentia, quia alias non prodessent, si autem sine reuerentia portat ea, quæ sunt digna reuerentia peccat, ideo cum ex his accidere soleat peccatum, & contemptus sacrorum, melius est abstinere ab his venerando ea in corde, vt remota à nobis corporaliter quam nobiscum illa portare indignè cum simus peccatores, sicut dixit Petrus Christo, quando erat cum eo in naui: Exi a me, Domine, quia homo peccator ego sum: Lucæ 5. cap. Siquis tamen ea, vt prædictum est, portare voluerit, non improbamus.

Ad primum dicendum, quòd immo sacra verba non sunt tantæ efficaciæ, quando scribuntur, sicut qñ proferuntur, vt ostensum est supra, sunt tamen alicuius efficaciæ scripta, si teneantur omnia, quæ supra dicta sunt. Et tunc licebit talia portare, licet parum prosit.

Ad secundum dicendum, quòd verba sacra habēt efficaciam circa corpora hominum potius quàm circa corpora bestiarum, quia scriptura Sacra est ꝓpter homines, & non propter bestias, cum dicente Apostolo. 1. Corin. 9. ca. non sit Deo cura de bobus. Quod vero dicitur de incantatione serpentum, dicendum, ꝙ istud nomen incantatio ex modo nostro loquendi malè sonat, quia nos vocamus incantatores ipsos maleficos, & tamen incantatio potest bonum significare, quia incantatio signat prolationem verborum, ad quæ consequitur efficacia aliquid faciendi, & certum est, quòd ad verba interdum sequitur efficacia. Et tamē tunc aut credit quis illud fieri ex propria virtute verborum, aut ex sola Dei voluntate, cui nos reuerentiam exhibemus proferendo verba, vel portando. Accipiendo primo modo error est, & non potest fieri incantatio. Accipiendo secundo modo potest fieri incantatio, vt siquis prolato nomine Christi super serpentem cogat eum fugere, sicut fecit Philippus Apostolus & multi alij: vel reddat eum immobilem, vocabimus illam incantationem, & tamē certum est, quòd illa est licita.

Sed dicendum, quòd circa incantationem, & potissimè serpentum, vt communiter exercentur aliqua illicita, & sortiuntur effectum suum per dæmones, obseruatis multis non solum superstitiosis, sed etiam nefarijs, est autem specialis potestas, & exercitium dęmonum circa serpentes, eo quòd serpens fuit primum instrumentum per quod dæmon decepit homines.

Item argumentum sumptum ex Psal. 57. de venefico incantante sapienter, & aspide obturante aures, ne audiat verba incantantium non procedit, quia nō approbatur ex hoc incantatio: solum enim ostenditur, quòd incantatio aliquid sit, & non sit totaliter neganda, sicut aliqui insipientes negant, & tamen non ostēditur inde, quòd fiant per verba sacra, & cæremonias licitas, vel per aliquid illicitum, & an ipsa sit illicita. Et non valet argumentum, scilicet in Sacra scriptura refertur hoc: ergo bonum est, quia multa mala, & nefaria ibi narrantur, sicut traditio Christi per Iudam, & occisio eius per Iudæos.

Etiam non valet, si dicatur, quòd non simpliciter refertur istud, sed ponitur, vt exemplum & comparatio, & talia videntur esse semper licita.

A Dicendum quòd nō est semper verum, quòd etiā comparationes sint semper licitæ, quæ inducuntur in Scriptura sacra. Sic dicit Glo. super ipso loco de incantatione serpētis, quòd nō laudatur à scriptura illa incantatio, neque quæcunque similitudo inducta in scriptura, vt patet de iudice iniquo, qui non timebat Deum, neque reuerebatur homines, & propter importunitatem fecit iustitiam: Luc. 18. capit. sic etiam supra 18. ca. inducitur de illo rege, qui pro debito serui iussit vendi eum, & filios & vxorem, & tamē illud erat illicitum apud omnes gentes.

Ad tertium dicendum, quòd licet non putent aliqui simile esse de reliquijs sanctorum, & de verbis sacris, tamen in veritate est eadem similitudo: nam reliquiæ sanctorum ex seipsis nullam virtutem habēt, sicut neque verba sacra prolata, aut scripta, sed efficacia illarum est ex reuerentia, quam illis impendimus B propter Deum, vel potius ex reuerentia, quam impēdimus Deo in illis, & ideo si hac intentione portentur sanctorum reliquiæ non est illicitum eas portari. Sic dicit Ambros. quòd Constātinus portabat vnum de clauis Christi, quibus confixus est, in freno equi sui, quando ibat ad bellum, & efficiebatur victor.

Et tamen dicendum, quòd etiā istas reliquias non est satis securum portare, siue quia portantes errant, credendo de illis aliquid, quod non est verum, siue quia non portant reuerenter sicut decet, & siquis potest affici magis ad sanctum aliquem in non portan- C do reliquias illius quam portando, melius est nō portare, & tamen portantes deuotè & reuerenter non redarguimus.

Quid erant istæ fimbriæ, & quare portabantur.

Quæst. XXXIX.

QVÆRITVR, circa istas fimbrias, quas magnificabant Pharisæi & Scribæ quid erant, & quare portabantur.

Ad primum dicendum, quòd erant quædam obseruationes factæ in vestibus propter id, quod dicitur Numeri decimoquinto cap. scilicet loquere filijs Is- D rael, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum ponentes in eis vittas hyacinthinas.

Circa hoc considerandum primo, quòd licet ponatur hic solum vnum, scilicet magnificare fimbrias, tamen Deus duo dixit, scilicet, quòd facerēt fimbrias & ponerent in eis vittas hyacinthinas.

Secundo considerandum de differentia horum. Est enim fimbria pars vestis, quæ terminatur duabus lineis rectis claudentibus angulum rectum, & fiunt istæ fimbriæ ex scissione, vel apertione vestis, & pars vestis, quæ terminatur ad angulum dicitur fimbria. Et sic si fiat apertio vestis in parte anteriori, & posteriori iuxta terram causantur quatuor fimbriæ, quia quælibet diuisio panni facit duas fimbrias. Vittæ autem non sunt fimbriæ, sed ponuntur in fimbrijs. sic E dicit litera, quòd ponerent in fimbrijs vittas hyacinthinas. Dfia īter fimbrias & vittas.

Tertio dicendum, quòd Deus iussit Iudæis facere fimbrias per angulos palliorum, quia fortè ante hoc non vtebantur vestibus fimbriatis, sed rotundis, quales sunt vestes fœminarum: & ita fortassis erant vestes gentilium, quos ante legem susceptam imitabantur Iudæi nihil ab eis differentes, vel fortè habebant fimbrias in sola parte anteriori, vel in sola posteriori: Deus autem iussit ante, & retro fimbrias fieri, cum dixerit faciendas fimbrias per angulos palliorum. Vel melius dicendum, quòd tam Iudæi, quam Gentiles vtebantur ante hoc

vestibus fimbriatis, & tamen dixit Deus de fimbrijs nō propter fimbrias, sed propter vittas hyacinthinas, quas Deus iussit nunc poni, quibus non vtebantur Iudæi ante legem datam, & quia illæ in fimbrijs ponendæ erant, facta est mentio de fimbrijs.

Quartò dicēdum, quòd vittæ apponebātur in fimbrijs. Dicunt enim Iudæi quidam, quòd erant istæ vittæ hyacinthinæ quidam funiculi parui ex multis nodis complexi. Sed falsum est, quia istæ vittæ magnificabantur a Pharisæis, & tamen si essent funiculi illi non possent multum magnificari. Ideo dicendum, ꝙ istæ vittæ erant quædam pictantia de panno, & erant quadrata, quæ ponebātur in extremitatibus vestium per quatuor angulos, siue fimbrias, & tales vittę poterant esse magnæ vel paruæ, & ita aliqui poterant eas dilatare sicut Pharisæi & Scribæ.

Hyacinthin⁹ color qualis sit. Quinto dicendum quòd istæ vittæ erant hyacinthinæ, vt litera dicit. Et hyacinthinus non dicit materiā, sed colorem, scilicet, quòd erant de colore cęlesti, siue azurino, multa autem apud Iudęos erant huius coloris, vt in vestimentis sacerdotalibus, in quibus multum de hyacintho erat Exodi 28. Etiam tentoria, & cortinæ tabernaculi magis habebant de hyacintho quam de alijs filis: Exodi 26. & 27. capitu. Item omnia velamina vasorum sanctuarij præter velamen altaris holocaustorum erant hyacinthina: Numeri 4. capitu.

Sexto dicendum, quòd istæ fimbriæ, & vittæ hyacinthinæ non ponebantur in omnibus vestibus Iudæorum, sed solum ī superiori veste, quia dicitur Numeri 15. faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, sed pallium vestis superior est. Etiam causæ duæ propter quas portabantur vittæ in fimbrijs non habent locum, nisi in vestibus superioribus, vt dicetur sequ. quæst.

Quare Iudæi portabant fimbrias, & in eis vittas hyacinthinas. Quæst. XL.

QVAERETVR quare Iudæi portabant fimbrias, & in eis vittas hyacinthinas.

Dicendum quòd prima causa est recordatio mandatorum Dei. Sic dicitur Num. 15. c. scilicet ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint recordabuntur omnium mandatorum Domini, & non sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores p̄ceptorum domini faciant ea. & ita proderāt istæ fimbriæ per modum recordationis ad reducendum hominem in cogitationem de præceptis Dei.

Sed dicendum, quomodo poterant istæ vittæ hyacinthinæ reducere in hanc cogitationem de mandatis Dei, quia non videntur posse hoc facere res materiales.

Dicendum, quòd dupliciter hoc faciebant. Primò faciendo habitum radicatur, inducendo sæpe ad cogitare, & hoc sine passione. Nam cum illæ vittæ hyacinthinæ essent positæ ad hoc, quòd homo reduceretur in memoriam præceptorum Dei, quando illas videret mouerent hominem ad considerandum de seipsis, & quia non erant positæ ad aliud occurrebat homini occasio cogitandi statim de præceptis Dei, & hoc sæpe faciendo firmaretur fortis habitus circa diuina præcepta, vt faciliter occurreret homini cogitare de illis, etiam sine signis illis.

Secundo & principaliter proderant in passione, ne sequeretur homo passionem ad peccandum. Nam faciebant istæ fimbrię actualiter cogitare hominem, nam secundum Aristot. septimo Ethicorum. incontinens peccat, & ignorat tunc cum peccat, non tamē ignorat simpliciter, sed scit in vniuersali, & ignorat in particulari: scit secundum habitum, & ignorat secundum actum, & hoc facit in ipso passio peruertens rationem circa particularia agibilia, vt dicitur 6. Ethicorum. Cum verò quis habet aliquem, qui in passione reducat ei ad memoriam ipsum, quod ignorat in particulari, & secundum actum efficitur sciens actualiter, & in particulari, & tunc passio non pręualebit, nisi passio sit effecta tam vehemens, quòd non permittat intelligere. hoc modo proficiebant vittæ hyacinthinæ, quia cum aliquis intendebat facere id, quod malum est, nō habebat cogitationem de Deo in particulari, neque secundum actum. Cum autem videret vittas hyacinthinas, recordabatur secundum actum, & poterat liberari à passione.

Cum autē obijciebatur, quòd vittæ hyacinthinæ, quæ erant aliquid materiale, non poterant reducere hominem in cogitationem rerum spiritualium.

Dicendum quòd naturaliter verum est, sed poterant hoc ex institutione facere: quælibet enim res cum obijcitur sensui mouet necessario sensum, quia non est in potestate nostra, vt August. dicit quibus visis tangamur. Quod autem peruenit ad sensum, immutat quoque naturaliter intellectum, eo quòd in homine est continuatio inter istas vires, scilicet sensum & intellectum, & hoc per phantasmata: & sic ea, quæ videntur faciunt se apprehendi ab intellectu videntis, & quia res mouet intellectum per speciem suam, non potest naturaliter reducere nisi in cognitionem suiipsius, cum se solam repręsentet, & siquid naturaliter ad eam sequitur, vel ad eam antecedit, & sic vittæ hyacinthinæ non poterant repręsentare, nisi seipsas, cum viderentur, & non reducere in memoriam mandatorum Dei, habebant tamen ex institutione, quòd reducerent in hanc memoriam, scilicet, quia vittæ hyacinthinæ ad hoc fuerant positæ in fimbrijs, vt videntes eas recordarentur mandatorū Dei, & ideo cum viderentur reducebant in hanc memoriam, non quidem ex natura sua, sed ex viribus rationis, & sic immutatio immediata nō fiebat a vittis hyacinthynis, sed à ratione. Ratio tamen mouebatur à vittis hyacinthinis, scilicet, vt cogitaret de eis: deinde a seipsa mouebatur ad cogitandum de mandatis Dei, quia ad hoc ipsa ratio posuerat illas vittas hyacinthinas.

Secunda causa principalis erat ad distinguendum Iudęos ab alijs populis, quod conuenienter fiebat per istas fimbrias, & vittas hyacinthinas: immo erat necessaria talis cognitio. Quō distinguebant Iudæi a cæteris.

Sed obijcietur, quòd Iudæi habebāt iam per quod distinguerentur ab omnibus alijs populis, scilicet, qa circuncidebantur, vt patet Gen. 17. cap.

Dicendum quòd non sufficiebat circuncisio, sed erant duo signa, scilicet circuncisio, & vitta hyacinthina, vnum in carne, aliud in veste. Et erant ambo necessaria, quia ablato altero non distinguerentur & cognoscerentur Iudæi firmiter sufficienter, & conuenienter: cognitio enim & distinctio Iudęorum ab alijs gentibus, quæ fiebant per vittas hyacinthinas, erat conueniens, quia nulla gens vtebatur eis, nisi Iudæi, quibus specialiter Deus hoc mandauerat. Et ideo quandocunque videret aliquis Iudæus alium virum agnosceret, an Iudæus esset, an Gētilis per illas vittas. circuncisio autem non erat signū conueniens ad hoc cognoscendum, quia illud erat in carne, & in partibus pudendis, quæ latent, ideo oportuit dari aliquod signum exterius, quod esset in veste. Nam erant multa, in quibus necessaria erat cognitio, eo quod in terra Chanaan, in qua manebant Iudæi, erant multi Gentiles, tam habitatores terræ illius

illius quàm venientes de foris qui conuersabātur inter Iudæos, conuersatio tamen Iudæorum non erat talis ad Iudæos, qualis ad Gentiles: nam Iudæi nō māducabant cum Gentilibus, neque etiam habebāt cū eis familiaritatem, quia istud erat abominabile apud Iudæos, sicut dixit Petrus Act. 10. cap. scilicet, vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, ideo propter hoc oportebat cognosci Iudæos, sed non habebant Gentiles aliquod signum, ideo debuerunt illud habere Iudæi. Etiam habebant Iudæi templum, in quod non licebat introire Gentiles, aut introduci, & ipsi cupiebant illuc intrare, cum etiam Israelitæ illecti auaritia clam introducebant eos, vt dicitur Ezech. 44. cap. scilicet. Sufficiant vobis domus Israel scelera vestra, quia introducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in Sanctuario meo, & polluāt domum meam. Et tamen si in exteriori habitu nulla esset distinctio, introirent quicunque Gentiles in tēplum, & admitterentur ad quascunque alias communicationes, ideo debuit esse exteri⁹ signum, quale est vittarum hyacinthinarum. Sed adhuc istud non erat sufficiens, & firmum signum, quia si aliquid esset nimis concupiscibile, quod posset quis consequi, vt Iudæus & nō aliter, apponeret sibi vittas hyacinthinas, vel quodlibet simile, vt videretur Iudæus. Et ad hoc fuit conueniens signum ad certificandum circuncisio, nam est in carne, & in parte determinata, & non faciet quilibet sibi tale signum faciliter, quia dolor est. Etiam si quis velit sibiipsi facere non poterit: sed oportebit per alios fieri, & non curatur faciliter maxime in viris, ideo fuit istud signum certissimum adcognoscendum, sed quia non erat patens, neque honestum erat illud inquiri pro leui, debuit præter istud dari foris aliud signum in vestibus, & istud fuit hyacinthinarum vittarum.

Dicendum autem, quòd ista fuit causa præcipua, quare factæ sunt hyacinthinæ vittæ, licet expressa est causa recordationis mandatorum Dei. Et patet primum, quia licet aliquo modo ad hoc prodessent, vt dictum est. tamen parum prodessent, & hoc propter assuetudinem. s. quia Iudęi portabant semper istas vittas hyacinthinas, ideo parum plus mouerentur vidētes eas quam videntes vestes, quia ista est conditio naturæ, quòd ab assuetis non fiat passio neque motus.

Secūdo patet, quia idem dicit Hiero. super Matth. Iusserat quoque, & aliud Moyses, vt in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerēt, & ad Israelis populum dignoscēdum, vt quomodo in corporibus circuncisio signum Iudaicæ gentis daret, ita vestis haberet aliquam differentiam.

An Iudæi omnes portabant fimbrias, & vittas hyacinthinas, & an obligabantur portare. *Quæst. XLI.*

QVAERETVR, an omnes Iudæi portabant fimbrias istas, & vittas hyacinthinas in fimbrijs, & an obligabantur portare.

Aliqui dicunt, quòd pauci portabant, & non omnes: nemo tamen obligabatur ad portandum: & dicunt, quòd erat de vittis hyacinthinis, sicut de philaterijs. Nam dicunt quòd nemo portabat ea saltem in fronte, & ante oculos sicut Deus dixerat, sed illi qui religiosiores erant portabant illa appensa in brachijs.

Dicebant, quòd hæc putauerunt aliqui, sicut tetigimus Num. 15. c. in fine. Tamen errabant, & inquantum dicitur, ꝙ nemo portabat philateria, nisi qui se religiosiores ostendebant, vt Pharisæi, & Scribæ, falsum est, quia vt dictum est supra, multi alij de populo portabant illa, licet nō omnes. Quod vero dicitur de q. 37.

A Phariseis, & scribis portantibus philateria, quòd ea in brachio portabant, falsum est, & irrationabile neque habens aliquam auctoritatem.

Primo patet, quia philateria vocantur chartulæ, in quibus scripta erant duo precepta principalia, quę habentur Deuteronom. 6. Vel vt alij volunt decem pręcepta decalogi: & ideo portabant ea, quia putabant, quòd lex ad hoc eos obligabat, vt dicit Hieron. super Matth. & ista lex est, quæ habetur Deuteronom. 6. ca. & ibi dicitur, quòd debebant esse ista præcepta, sicut signum appensum inter oculos, & mouerentur ante eos, ergo ante oculos ponerent chartulas, scilicet frōti alligatas, quia aliàs non crederent se implere legē.

Secundo apparet, quia hoc expresse ponit Hieronym. super Matth. scilicet, hoc Pharisæi male interpretantes scribebant in membranulis decalogum B Moysi, idest decem legis verba complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capitis facientes, vt sæpe ante oculos mouerentur.

Cum autem dicitur, quòd non obligabantur Iudæi ad portandum vittas hyacinthinas, sicut neque Philateria.

Dicendum quòd non est simile. Nam ad portandum philateria, idest chartulas pendentes in fronte, vel in brachijs non obligabatur aliquis Iudæorum, vt ostensum est supra. & idem dicit Hieron. super Matt. In q. 35. scilicet errore Pharisæorum interpretātium introducta esse philateria, de istis vittis hyacinthinis secus est. C Nam dicendum est, quòd omnes Iudæi ad hoc obligabantur.

Ratio huius est, quia licet esset aliquid ceremoniale, tamē à Deo imperatum erat, ideo obligabat, sicut cæteræ cæremonię, scilicet, quòd non vtetetur vir veste fœminea, neque fœmina veste virili Deuteron. 25. cap. Et est differentia inter hæc, quia de vittis hyacinthinis ponitur lex Numeri decimoquinto ca. quę nihil aliud continet, nisi quòd Iudæi faciant sibi fimbrias in angulis palliorum, & ponant in eis vittas hyacinthinas, si autem non seruaretur sic ad literam non seruiret præceptum illud de aliquo, quod est absurdum: ideo oportet sic intelligi, & sic obligasse. secus est de Philaterijs, quia non est aliquod preceptum, in D quo solum agatur de portatione Philateriorum, sicut i predicto solum agitur de vittis hyacinthinis, & fimbrijs, sed Deut. 6. c. ponitur principaliter, quòd illa duo præcepta de diligendo Deum & proximū deberent seruari, & ad ostendendum nimiam attentionem & diligentiam hominis circa obseruationē horum dicitur, ꝙ ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque & mouebuntur ante oculos tuos, & sic nō est istud substātia pręcepti, sed exhortatio de obseruādo illud: ideo non est inconueniens, ꝙ per metaphoram intelligatur. Et idem patet de præcepto Phase, & obseruatione azymorum per septem dies. Nam dicitur: Erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos, & vt lex domini semper sit in ore tuo. Et idem est de præcepto redemptionis E primogenitorum. Nam dicitur: Erit quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationē ante oculos tuos. De vtroque Exo. 13. c. & tamen manifestum est, ꝙ non erant sic portanda, neque vlli Iudæi vnquam illa portauerunt in fronte, vel brachio: ergo neque philateria portare obligabantur de quibus idem dicitur. secus autē de fimbrijs, & vittis hyacinthinis de quibus per alia verba dicitur, & etiam quia in præcepto illo nihil aliud ponitur: ideo apparet, ꝙ debebat illud sic ad literam obseruari, & verè obseruabatur à Iudæis omnibus, sicut tota reliqua lex.

Ad quid dilatabant Pharisæi, & Scribæ vittas hyacinthinas fimbriarum suarum. *Quæst.* XLII.

QVAERETVR ad quid dilatabant Pharisæi, & Scribæ vittas hyacinthinas fimbriarum suarū, & an in hoc peccabant.

Ad primum dicendum, quòd faciebant. primò ꝓpter inanem gloriam. Nam omnia opera sua faciebant ab hominibus visi, siue vt ab eis viderentur, vt dicitur in litera. Et cum esset hæc quædam exterior cæremonia, quæ ab hominibus videri poterat, obseruabant eam, cum esset apta ad rapiendum laudes humanas, quod non accidit circa opera, q̃ occultè fiunt.

Secundo faciebant hoc ex hypocrisi. s. vt per hoc se iustos simularent, cum non essent. Nam vittæ hyacinthinæ, vt dicitur Num. 15. ca. ad hoc datæ fuerunt, vt quando eas videret homo, recordaretur mandatorum Dei, & non sequeretur cogitationes, & oculos per res varias fornicantes. Cum ergo isti magnificarent fimbrias, putaretur, quòd eis maior solicitudo erat de recordatione diuinorum præceptorum, & ita essent sanctiores.

Tertio faciebant hoc ad captandum lucra: erant enim isti velut religiosiores, & dediti Sanctuario, & cum alij viderent eos in habitu ostendentes magnā sanctitatem, darent eis de rebus suis, vt pro eis orarēt. Sic dixit Christus infra in litera: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes.

Quare Pharisæi, & Scribæ ponebāt in fimbrijs spinas acutissimas. Considerandum etiam, quòd Pharisæi, vt magis fallerent, non solum lōgas fimbrias, & magnas vittas hyacinthinas in eis ponebant, sed etiam spinas acutissimas infigebant in illis, vt quando ambularent, vel sederent pungerent spinæ illæ crura, & pedes eorum. Et hæc faciebant ad duo. Primum erat ad ostendendum austeritatem vitæ suæ, cum etiam ipsi sponte se affligerent infigendo sibiipsis spinas. apud Iudæos tamen maxima sanctitas putabatur ex vitæ austeritate, & ob hoc Ioannem Baptistam sanctissimum omniū hominum crediderunt, ita vt dicerent eum esse Messiam: Luc. 3. & Ioann. 1. cap. Et tamen nulla miracula ille fecit: Io. 10. cap. scilicet, Ioannes quidem nullum signum fecit, vt ei credi deberet, sicut vix Christo credebant cum multitudine miraculorum. Et hoc totū propter vitæ austeritatem, quia nullus vnquam tam austeræ vitæ visus fuerat, s. qui nunquam vinum, aut carnes manducauerat, sed solas locustas, & mel syluestre, & aquam bibebat supra 3. capitu. ideo isti ex quadam austeritate volebant se ostendere sanctos. Secundum erat quantum ad intentionem præcepti, vt viderentur illud obseruare plenius quam ceteri: ad hoc enim ponebantur vittæ hyacinthinæ, vt cum eas videret homo recordaretur præceptorum Dei, & non sequeretur cogitationes proprias, neque oculos per diuersa fornicantes. Numeri 15. cap. Et quia istæ vittæ Hyacinthinæ reducebant hominem in cogitationem per hoc, quia eas videbat, interdum tamen non videbat eas homo, & ita non recordaretur mandatorum Dei, posuerāt aptissimè spinas, quæ semper tam in ambulando quam in stando, & sedendo pungerēt carnem, & sic per vim doloris cogerēt hominem recordari mandatorum Dei. Nam non poterat ignorare esse ibi spinas, cum actualiter eum pungerent. De his omnibus dicit Hieronym. super Matth. scilicet superstitiosi verò magistri captātes auram popularem atque ex mulierculis captantes lucra faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, vt videlicet ambulantes, & sedentes interdum pungerētur, & quasi hac commonitione retraherētur ad ministeria seruitutis Dei.

F *An Pharisæi, & Scribæ peccabant penes fimbrias, & vittas hyacinthinas.* *Quæst.* XLIII.

QVAERETVR, an Pharisæi, & Scribæ peccabant circa fimbrias, & vittas hyacinthinas. Dicendum, quòd aut queritur circa portationem, aut circa magnificationem. Si q̃ratur de primo dicendum, quòd non peccabant, immo peccarent si non portarent illas, quia obligabantur portare fimbrias, & vittas hyacinthinas, vt ostensum est supra.

Si autem quæratur de magnificatione, dicendum quòd peccabant. Et patet primo, quia Christus redarguit eos, quòd magnificarent fimbrias, & tamen nō
G argueret eos iustè, nisi peccarent, ergo peccabant.

Secundo patet, quia isti mouebantur ex inanis gloriæ appetitu, & ex hypocrisi, vt ostensum est præced. quæst. hæc autem mala sunt, ergo magnificatio quoque erat mala.

Considerandum autem circa istam magnificationem fimbriarum, quòd aliqui putauerunt vittas hyacinthinas, quæ erant in fimbrijs esse philateria, & ita Deus iuberet portare ipsa in fimbrijs palliorum.

Sed dicendum, quòd nō stat, sed necesse est vittas hyacinthinas, & philateria differre. Primò quia philaterium significat scripturam quādam præceptorum legis, vt dicit Hieronym. & dicitur à philaxe, quod est seruare, & torah quod est lex, quasi obseruatio legis,
H vittæ autem hyacinthinæ erāt quædam pictatiola de panno coloris hyacinthini, ergo non erat idem.

Secundo, quia philateria portabātur in fronte, vel saltem in brachio, vt ostensum est supra, & colligitur Deuteronom. 6. ca. vittæ autem hyacinthinæ portabantur iuxta pedes, & circa terram, quia dicitur ꝙ ponebantur in fimbrijs quæ erant factę per angulos palliorum Nume. 15. cap.

Sic ergo dicendum, quòd ista tria differunt, idest fimbriæ, vittæ hyacinthinæ, & philateria, & tamen aliquando accipiuntur fimbrię pro vittis hyacinthinis sicut hic, cum dicitur magnificant fimbrias. Nā oportet accipi pro vittis, quia fimbriæ non magnificantur, cum sint partes ipsarum vestium, nisi fortè quis dice-
I ret, quòd vestes efficiebantur prolixæ ita vt non solū terram lamberent, sed & per terram traherentur, & tunc diceretur quis magnificare vestes, & non fimbrias, quia non sunt fimbriæ aliquid separatum à vestibus.

Item quia non multum conueniret hoc ad intentionem Pharisæorum: illi enim magnificabant hæc, vt viderentur cæteris religiosiores, & magis memores mandatorum Dei, sed ad hoc nihil faciebant fimbrię, sed solę vittę hyacinthinæ positę in eis, quia illas Deus specialiter iusserat apponi, nam fimbrias etiam prius tam Iudæi, quàm Gentiles portabāt, ergo vittæ erant, quæ magnificabantur, & non fimbriæ. Et hoc
K erat conueniens, quia vittæ non erant pars vestis, sed aliquid appositum vesti, ideo poterant magnificari non protensa veste, & dicebantur isti magnificare, quia multo maiores vittas hyacinthinas ponebant Pharisęi, & Scribæ in vestibus quam cæteri homines.

An Christus portabat fimbrias, & vittas hyacinthinas. *Quæst.* XLIIII.

QVAERETVR an Christus portabat fimbrias, & vittas hyacinthinas.

Dicendum quòd sic. Primò patet, quia omnes Iudæi portabant fimbrias, vt dictum est supra: ergo Christus portaret eas, ne esset eis dissimilis, & scan-

scandalizarentur. Secundo, quia lex Moysi obligabat Iudæos ad portandum fimbrias in angulis palliorum, & in eis vittas hyacinthinas: Numeri decimoquinto cap. Et erat sic obseruanda ad literam, vt dictum est supra, Christus autem obseruauit quandiu fuit inter homines legem Moysi ad plenum, ergo etiam fimbrias portabat,& vittas hyacinthinas.

Tertio patet,quia sacra Scriptura hoc asserit, quia mulier,quæ sanguine fluebat cōcupiuit tangere fimbriam vestimenti Christi,& dixit intra se, Luc.8.cap. Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero,idest saltem si illam tetigero,quæ est extremitas vestis. Et conuenit hoc ad propositum, quia mulier illa erat magnæ fidei,& putauit, quòd quidquid tangeret de Christo, sanaretur: non solum si carnem, sed etiam si vestem,& non solum si vestem, sed etiam si extremitatem vestis. Sic autem erat de vitta hyacinthina, quæ erat in fimbria, quæ tangebat terram, & erat ista fimbria in parte posteriori. Nam dicitur retro accessisse mulier,& clam tetigisse Marc.quinto. & Lucæ octauo cap. ergo fimbrias, & vittas hyacinthinas portabat Christus,sicut Cæteri Iudęi,sed non magnificabat eas, sicut Pharisæi, de quo eos redarguebat, sed habebat eas mediocres, sicut reliquus populus.

Quid sit amare primos accubitus in cœnis, & quare Pharisæi, & Scribæ hoc appetebant. Quæst. XLV.

QVAERETVR quid sit amare primos accubitus in cęnis,& quare Pharisæi,& Scribæ hos appetebant.

Ad primum dicendum, quòd cęna vocatur hic quæcunque refectio, siue sit ad meridiem, qđ prādium dicimus,siue vespere facto, quod vocamus cęnam. Et est modus loquendi scripturæ in qua, vt communiter omne conuiuium vocatur cœna,sic dicitur primo Corinth.10.capitu. siquis infidelium vocat vos ad cęnam. Et necesse est ibi accipi pro quocunque cibo,quia idem est in omnibus,cum non attendatur hoc,sed solum an sit cibus de immolaticijs. eodem capit.sic etiam accipitur,Lucæ decimoquarto cap.scilicet homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Aliquando autem licet raro distinguuntur ista,vt prandium sit meridianum, cœna vespertina,& conuiuia includūt vtrunque,sic accepit Christus Luc.14.capit. scilicet. Cum facis prandium, aut cœnam noli vocari amicos tuos, sed cum facis conuiuium voca pauperes. Et ita posuit conuiuium tanquam commune ad prandium,& cœnam.

Sed est dicendum, quòd accipitur hic cęna pro cōuiuio,& non pro cibo domestico, quo quis in domo sua,vel cum familia sua vescitur.Et patet quia dicitur, quòd amant primos accubitus, & tamen si essent in domibus proprijs ipsi accuberent primi, vel soli, & tamen hic cupiunt accubitus primos, quasi non sit in potestate illorum eos habere, sed ab alijs concedē di sunt: ergo non est cibus domesticus, sed debet intelligi de conuiuio, quo inuitabantur isti Pharisæi, vel Scribæ,aut aliqui eorum ab aliquo, qui solenne conuiuium faciebat,& multos alios inuitabat, & ibi cupiebat quilibet istorum habere primos accubitus potius quam alij homines.

Ad secundum dicendum, quòd Pharisæi cupiebant primos accubitus propter duo. Primo propter superbiam, scilicet, quia maiores alijs hominibus videri volebant, quod locus ille ostenderet, quia primus accubitus datur honorabiliori venienti ad conuiuium Lucæ decimoquarto capitu. & iste erat finis præcipuus horum. Nam erant isti cupidi inanis gloriæ,cū dicat Christus,quòd omnia faciunt,vt videantur ab hominibus.

A

Secūda erat ex motiuo gulositatis: in primo enim loco, quia sedent honoratiores solent poni lautiora, & delicatiora fercula: Vt ergo isti abundantius, & delicatius cibis & potibus vterentur, primos accubitus desiderabant. Nam non solum erant superbi, sed etiam alias habebant passiones, quoniam auari erant,& longas orationes faciebant,vt deuorarēt domos viduarum infra in litera. Sic etiam gulosi erant, ideo epulis lautioribus indulgere desiderabant, propter quod volebant primos accubitus in cęnis,in quibus ista ministrantur.

Auaritia Pharisæorū & Scribarum.

B

An peccabant Pharisæi & Scribæ appetendo primos accubitus in cœnis. Quæst. XLVI.

QVAERETVR, an peccabant Pharisæi & Scribæ,appetendo primos accubitus in cęnis.

Dicendum, quòd non est dubium circa eos,quin peccarent. Primo patet, quia Christus eos redarguit de hoc appetitu, & tamē si non peccarent non redargueret eos,cum Christus nunquam nisi iustè arguat,ergo peccabant.

Secundo, quia motiua eorum pertinent ad peccatum,scilicet, superbia,& voracitas: ex vtroque enim aut ex altero eorum tantum mouebantur, & tamen vtrunque vitium est,ergo peccatum erat sic cupere.

C

Tertio patet, quia Christus dissuasit hoc discipulis suis infra in litera cum iusserit humiliandum esse, & tamen non dissuaderet, nisi malum videretur, ergo peccabant in hoc Pharisæi.

Dicendum tamen quòd licet verum sit, quod infertur,scilicet Phariseos peccare in desiderio primorum locorum conuiuij, tamen ex his nunc dictis rationibus non sequitur firmiter. De prima earum patet,in qua Christus videtur arguere Phariseos & Scribas,quia primos accubitus volunt in cęnis, quia licet hoc Christus vetet nō sequitur, quòd sit peccatum. Sic enim Lucæ 14.cap.Christus dixit, cum facis prandium, aut cœnam noli vocare amicos tuos, aut fratres tuos,aut vicinos diuites, ne fortè ipsi reinuitent te,sed cum facis conuiuium, voca pauperes & debiles. Et tamen manifestum est, quòd vocare amicos, & fratres,& vicinos diuites non est peccatū, sed Christus dixit illud faciendum, non quasi esset peccatum sic facere,sed quòd siquis ex actu suo mereri volebat non debebat benefacere diuitibus, & amicis,sed pauperibus,qui non possunt retribuere, quia illis solum bonum tribuitur propter Deum.

D

Tertia etiam ratio patitur calumniam, quia licet Christus dissuaderet appetitum primorum locorū non sequitur,quòd appetitus ille esset peccatum, qa fortè dissuadebat tanquam consulens homini, vt nō incideret in verecundiam,& confusionem.Sic enim Luc.14.cap.dixit, ꝙ siquis inuitaretur ab aliquo, non sederet in primo loco, ne fortè superueniret alius honoratior,& diceret inuitans huic, Amice da illi locū, & inciperet tenere nouissimum locum cum rubore,sed sederet in loco nouissimo,vt veniens,qui eum inuitauerat,diceret, Amice ascende superius. Et ita potuit illud dici non quasi sedere in primo loco esset illicitum, sed ad hoc vt euitaret illam confusionem.

E

Dicendum tamen, quòd in præsenti Christus dissuasit hoc,quia malum erat, & ideo redarguit Phariseos quasi malum in hoc facerēt, quia ex prauo motiuo mouebantur,vt dictum est supra.

An sedere in primis locis conuiuiorum vel alibi, aut appetere hoc sit peccatum. Quæst. XLVII. F

QVAERETVR circa hæc, an sedere in primis locis cõuiuiorum, vel alibi, aut appetere hoc sit peccatum.

Dicendum, quòd aut quæritur de sessione in primo loco, aut de appetitu sessionis.

Si primo modo dicendum, ꝙ non est peccatum secundum se, quia alias nullus deberet sedere in primo loco, qđ falsum est, quia primus locus alicuius est, & aliqui rectè ibi sedent, s. ad quos hoc competit ex officio, vel dignitate. Etiam siquis ad quem non pertinet ibi sedere ibi sedeat non, quasi appetens, sed quia ille, ad quem pertinet ex vrbanitate, vel ex alia causa voluit, quòd ibi sederet, non erit illicitum sedere.

Si autem quæritur de appetitu primi loci dicendũ, ꝙ aut est quis dign⁹ loco illo, vel pertinet ad eum ex dignitate, aut officio, aut non. Siquis non est dignus, neque de iure competit ei ex officio, vel statu peccat appetendo, & quanto est ardentius desiderium tãto magis peccat. Si autem quis habeat ius primi loci nõ peccat sedendo ibi, neque appetẽdo ibi sedere, si hoc solum faciat, inquantum ad eum pertinet. De his dicit Rabanus & Beda, s. notandum, quòd non vetat primo loco discumbere, vel sedere eos, quibus hoc officij ordine competit, sed eos qui hæc siue habita, siue non habita indebitè; qui autem quasi improbos docet esse cauendos, idem etiam Chrysost. super Matt. ait. s. non enim vituperat eos, qui in primo loco recũbunt, sed eos, qui amant primos discubitus ad voluntatem vituperationem referens non ad factum. Siqs tamen cui ex officio competit primus locus, vellet in eo sedere, vt glorietur, & superbiat, & vt se digniorẽ cæteris ostendat, peccat. Nam in facto non est peccatum, sed in concupiscentia. Vnde ex opposito siquis sine elatione, & gloriæ appetitu ex hypocrisi sedeat in primo loco, non peccat. Et si alius ex elatione, vt sanctior iudicetur, sedeat in nouissimo loco, hoc ipsum peccatum est. Sic dicit Chrysost. super Matth. sine causa enim loco se humiliat qui corde se præfert. Aliquis enim iactator audiens laudabile esse in vltimo loco discumbere discumbit post omnes, & non solum iactantiam cordis non dimittit, sed adhuc aliã iactantiam humilitatis acquirit, vt qui vult videri iustus & humilis videatur: multi quidem superbi corpore in nouissimo recumbentes cordis autem elatione videtur sibi in capite recumbere, & multi sunt habiles in capite recumbentes, & conscientia se in vltimo esse existimant.

Quid erat amare primas cathedras in Synagogis. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR quid erat amare primas cathedras in Synagogis, & quare Pharisæi, & Scribæ istas cathedras primas amabant, & an peccabant in hoc.

Ad primum dicũt aliqui, quòd istæ cathedræ sunt doctorum, & erant ad prædicandum, & isti Scribæ & Pharisæi cum essent prędicatores appetebant primas cathedras, vt honorabiliores essent in prędicando. Et hoc cõuenit ex duobus. Primo, quia vt dictum est, cathedra doctoris est, & ad istos docere pertinebat. Secundo, quia de istis dixit supra Christus, quòd super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, ergo illa cathedra esse videtur de qua intelligitur.

Sed dicendum, quòd non stat. Primò quia dicitur, quòd amant primas cathedras, & tamẽ cathedra docendi, vel prædicandi vna est, sic dicitur supra, super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, & nõ super cathedras.

Secundo quia dicitur, quòd amant primas cathedras, & sic innuitur, quòd nõ erat in potestate eorum ascendere super cathedras illas, & tamẽ falsum erat, quia non solum permittebatur prædicari volẽti prędicare, sed etiam rogabantur prædicatores, vt docerent. Sic patet Act. decimotertio capitu. vbi principes synagogæ miserunt ad Paulum, & Barnabam rogantes, s. Viri fratres siquis sermo exhortationis est in vobis ad plebem, dicite.

Dicendum ergo videtur, quòd non intelligitur de cathedra docendi, sed de sedibus, in quibus sedebant G Iudæi quando erant in templo Dei, vel in synagogis. Nam quando conueniebant in templum Dei ad orandum, vel audiendum verbum Dei, quilibet sedebat in loco suo, & ibi volebant Pharisæi habere prima loca.

Sed obijcietur contra hoc, quia dicitur, quòd amabant primas cathedras, & tamen cathedra doctoris est.

Dicendum, quòd proprie accipiendo verum est, & tamẽ hic large accipitur cathedra pro qualibet sede cuiuslibet priuati, & ad quodcunque officium destinata. Sic patet supra 21. capit. cum dicitur, quòd Christus euertit mensas nummulariorum, & cathedras vendẽtium columbas. Et sic sedes venditorum H vocantur cathedræ à fortiori ergo quæcunque aliæ sedes templi, vt synagogę, in quibus homines ad orãdum, vel audiendum verbum Dei sederent, vocabũtur cathedræ.

Sed dicetur quomodo vocantur primæ cathedræ, quia primum non est, nisi vnum in quacunque re.

Dicendum, quòd potest dupliciter intelligi. Vno modo respectu omnium synagogarum. Alio modo respectu cuiuslibet earum.

Accipiendo primo modo est sensus, quòd in qualibet synagoga est vna cathedra prima simpliciter, & tamen in multis Synagogis sunt multæ primæ, isti autem Pharisæi cupiebant in omnibus Synagogis, & congregationibus habere primatum. Nam vt sępe I dictum est præter templum Dei, quod vnicum erat in tota terra Iudæorum erant Synagogæ in quibuslibet locis quæ erant domus sacræ, idest deputatæ ad solam orationem, & doctrinam legis audiendam, & ibi erant sedes pro omnibus, & consequenter docebatur vna prima sedes.

Accipiendo secundo modo etiam verum, quòd in qualibet Synagoga erant multæ cathedræ primæ, quia licet simpliciter esset vnica cathedra prima: tamen primæ vocantur omnes, quæ non multum distant à principio. Sic patet, quia omnes principes dicuntur sedere in primis cathedris, quia principes dicuntur quasi prima capientes, & tamen tam in templo quam in qualibet Synagoga erant multi princi- K pes: ergo erant multæ cathedræ primæ. De templo apparet, quia ibi erat princeps summus sacerdos, qui etiam vocatur princeps sacerdotum, quia Dauid statuerat duos principes sacerdotum, s. Abiathar, & Sadoc: vnum de domo Eleazar, & alium de domo Ithamar 1. Paralipom. 24. cap. & sic semper futurum erat: vnde & tempore Christi multi vocabantur summi sacerdotes, vel princides sacerdotum, vt supra 21. capitu. dicitur, quòd Herodes congregans principes sacerdotum sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. Et supra vigesimoprimo cap. dicitur, ꝙ principes sacerdotum quęsierunt à Christo in qua potestate hoc faceret. De Synagoga qualibet apparet, quoniam omnes præcipui in congregatione vocantur principes Synagogæ, vel archisynagogi, quod idem est.

est. Patet Act. decimotertio ca. vbi dicitur, quòd post lectionem legis, & prophetarum principes synagogæ miserunt ad Paulum, & Barnabam dicentes. Viri siqs sermo exhortationis est in vobis, dicite. De archisynagogo patet, quia Luc. 8. dicitur de archisynagogo, qui rogauit Christum pro suscitatione filiæ. & Mar. 5. c. Dicitur, quòd vnus de archisynagogis nomine Iairus rogauit ꝑ suscitatione filię, & ita erant multi archisynagogi, & consequenter multæ sedes primæ erant tam in templo quam in qualibet synagoga, & illas cupiebant Pharisæi, ita vt ipsi vbique essent principes synagogæ.

Siquis tamen voluerit tenere primam positionē, s. quòd intellgatur de cathedra ad docendum, vel prędicandum poterit stare. Et hanc positionem tenet Chry. & Rabanus.

Cum autem obijciebatur, quòd erat vna cathedra: Dicendum, ꝙ verum est, & tamen respectu multarū synagogarum erant multæ cathedræ ad docendum, & illa cathedra est prima, quia cathedra docentis est super omnes cathedras, vel sedes auditorum. Cū autem dicebatur, quòd quilibet recipiebatur, immo rogabatur, vt prædicaret, dicendum quòd non est verū, sed antequam alicui permitteretur ascendere in illā cathedram, sciebatur, an erat idoneus in sapientia ad prædicandum, & tūc accipiebant potestatem ad prædicandum, vt ostensum est supra. Sed sponte sua, & In q. 14. auctoritate nemo ascendebat cathedram illam. Et cum dicitur, ꝙ rogabantur prędicatores, vt docerent, verum est quantum ad eos, qui iam cogniti erant, vt sapientes, vel putabantur sapientes, licet nōdum essent examinati, & quoniam multi de Phariseis essent non idonei ad prædicandum, quia non erant sapiētes cuperent illi sedere in primis cathedris, & non permitteretur eis, & quantum ad istos esset verum. Sed dicendum, quòd secunda positio supra exposita est verior, & magis conueniens literæ.

Ad quid amabant Pharisæi istas primas cathedras, & an in hoc peccabant. Quæst. XLIX.

QVAERETVR ad quid amabant Pharisæi istas primas cathedras, & an peccabant in hoc.

Ad primum dicendum, ꝙ ex elatione faciebant, & appetitu inanis gloriæ. Sic dicit Ambr. super Luc. s. arrogantiam, & iactantiam Pharisæorum redarguit, dum primata appetunt. Et Cyrillus dicit, ꝙ passiones Pharisæorum erat amor gloriæ inanis, & lucri.

Ad secundum dicēdum, ꝙ peccabant, quia ex prauo desiderio mouebantur, s. ex appetitu inanis gloriæ, & hypocrisi, & omnia huiusmodi mala sunt. Et tanto deterior erat ista inanis gloria, quanto magis se extendebat ad spiritualia. Sic dicit Chry. in homilia, s. Intende autem vbi in eis vana gloria dominabatur in synagogis, s. in quas intrabant alios directuri: in cęnis etiā hoc pati qualitercunque tolerabile erat, quāuis doctorem in admiratione esse oporteat nō in Ecclesia solum, sed vbique. Si autem diligere talia est incusatio quam malum est studere, vt his aliquis potiatur. Secundo patet, quia Christus redarguit eos de hoc: ergo malum erat. Nam non esset iusta redargutio, nisi in hoc peccarent, ideo vere peccabant.

Quid sit cupere salutationes in foro. Quæst. L.

QVAERETVR quid sit cupere salutationes in foro, & an hoc volendo peccabant Pharisæi, & scribæ.

Ad primum dicendum, quòd salutare alios est verba imprecatoria salutis dicere, qualia inA uicem solent homines dicere, quando sibi occurrunt. Et de hoc dixit Christus Luc. 10. c. Neminem in via salutaueritis, istæ salutationes potius fiunt insignum honoris cuiusdam quam ad veritatem desiderij salutis. Et istam causam dat Greg. super illo verbo, scilicet neminem in via salutaueritis, scilicet non vetuit salutare in vrbe, sed in via, quia qui in via salutat ex occasione salutat, & non ex desiderio alienæ salutis, & ita honoris loco salutationes has impendimus, & ab alijs petimus impendi, has autem salutationes volebant Pharisæi, & scribę sibi fieri, & ab omnibus quidem.

Sed aliqui dicunt, quòd non solum volebant salutationes, sed etiam primas: sic vult Chry. sup Matth. vocatur prima salutatio, quòd quando multi occurrerent salutandi dirigeretur ante omnes verbum salutationis ad Pharisæum, quod signū erat magni B honoris, scilicet, quòd omnibus præferretur. Aliud quoque erat, s. quòd non solum volebant salutationes, sed etiam in foro salutationes, quæ alibi fiebāt paruipendebant.

Et ratio huius est, quia Pharisæi volebant istas salutationes ad honorem, scilicet, vt viderentur corā omnibus valde honorabiles, ideo volebant Pharisæi salutari ibi, vbi essent multi, vt omnes viderent honores eorum. In locis autem priuatis pauci sunt, in foro autem vbi sunt res venales, multi sunt, quia illuc concurrit populus ob necessitatem rerum venalium, C ideo ibi volebant Pharisęi salutari, quia salutationem eorum multi viderent.

Secunda causa huius est, quia cum hoc vellēt propter honorem, quia salutare erat quoddam honorare, & honor tanto sit maior quanto à pluribus exhibetur volebant à multis salutari: in foro autem multi sunt, ideo volebant ibi salutari: non solum, vt ibi omnibus videntibus ab aliquo salutarentur, sed vt ab omnibus salutarentur, & hic erat maior honor.

Tertia causa, & præcipua huius erat, quia cum propter honorem fiat salutatio, & tanto sit honor maior quanto quis pluribus præfertur: volebant Pharisæi præferri omnibus in salutatione, s. vt multis simul existentibus, qui salutari possent, & deberent, ante omD nes illos salutaretur Pharisæus, & adhuc iste erat maior gradus honoris quam præcedentes, quia multis præferebatur vnus, in locis autem alijs non solet multitudo concurrere, sed in foro, ideo ibi volebant isti salutari. Et istæ sunt salutationes, quas vocat Chry. primas: & hoc dicit, quia supra dicebatur, quòd amabant primas cathedras, & primos accubitus in cęnis, & sequitur, & salutationes in foro. Ideo rectè subintelligitur ista dictio primus, scilicet primas salutationes in foro. Vocantur autem dupliciter istę salutationes primæ.

Vno modo primæ, idest ante salutationes aliorum, idest, quòd licet quis vellet salutare multos in foro existentes salutaret ante omnes Pharisæum, si ibi esset.

E Alio modo vocantur primæ, idest præcipuæ, scilicet, quòd non solum ante alios salutaretur Pharisæus, sed etiam cum maioribus laudibus, & verbis signantibus excellentiam potiorem quam in alijs, & ita solemus vocare primum id, quod melius, & excellentius inter cetera est. De his dicit Chrysost. super Matth. primas etiam salutationes amant non solum in tempore, idest vt eos primum salutemus, sed etiam voce, vt clamantes dicamus. Aue rabbi, & in corpore, vt flexis capitibus eis incuruemur, & in loco, vt in publico salutentur.

An

An peccabant Pharisæi istas salutationes appetendo.
Quæst. LI.

QVAERETVR an peccabant Pharisæi appetendo istas salutationes.

Dicendum, quòd sic. Primo patet ex Christi redargutione, qui non argueret eos, nisi peccarent.

Secundo patet, quia ex elatione, & inordinato honoris appetitu hoc volebant, & ideo non volebant salutationes simpliciter, sed salutationes in foro, quæ erant præcipuę salutationes alijs ex quatuor circunstantijs, s. ex tēpore, voce, corpore, loco, vt dicit Chry. & declaratum est præceden. q. Appetitus autem inanis gloriæ, & præcipue tam ardens non potest esse sine peccato, ideo peccabant Pharisæi in hoc.

Tertio patet, quia, vt alij exponunt, ista salutatio fori erat aliquid, quod non conueniebat officio scribarum, & Pharisæorum. Nam accipiunt forum hic non pro loco rerum venaliū, sed prout forus est exercendarum litium locus, vt dicit Isido. & extra de verbo. signi. cap. forus.

Et tunc est sensus, quòd isti Scribæ, & Pharisęi erāt in foro, idest in loco vbi exercentur lites, & erant ibi patroni litium officium postulandi exercentes, vt sic lucra conquirerent, & ibi existentes volebant ab omnibus, & ante omnes salutari tanquam honorabiliores ceteris. Hoc autem non conueniebat officio Scribarum, & Pharisæorum, quia ipsi erant doctores, & prædicatores sacræ Scripturæ, sicut dicitur supra in litera, s. super cathedram Moysi sederūt Scribę, & Pharisæi. Sed sacris doctoribus, & religiosis viris non sunt licita litigia, & multo minus patronum causarum fieri. Sic dicitur 2. Timo. 2. c. seruum Dei non oportet litigare. Et extra de postu. per totum, & ne cleri. vltimo cap. 1. & quasi per totum & 11. quæst. 1. cap. te quidem. Et ideo peccabant Pharisæi exercendo officiū aduocationis, & hoc quidem tacite innuit Christus dicens, quòd volebant salutationes in foro. Sic dicit Rabanus, & Beda, scilicet. Quamuis, & hoc culpa nō careat, si idē in foro litibus interest, qui in cathedra Moysi Synagogæ magister appellari vult, Et tamen melior sensus est, quòd accipiatur forus pro loco rerum venalium, vt expositum est præcedenti. q.

Religiosis non sunt licita litigia.

An nos in appetendo salutationes, & salutando peccemus.
Quæst. LII.

QVAERETVR, an nos in appetendo salutationes & salutando peccemus.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia Pharisęi peccabant in hoc, & à Christo redarguuntur, vt patet in litera, & præceden. quæst. ergo & nobis erit illicitum. Secundo patet, quia Christus illud vetuit Lucę decimo cap. scilicet neminem in via salutaueritis, tamen non vetaret illud Christus, nisi malum esset: ergo illicitum est.

Dicendum, quòd salutationes non sunt illicitæ, sed bonæ, & approbatæ tam à Christo quam ab Apostolis. De Christo patet, quia ipse post resurrectionē suam quandocunque apparebat eis, dicebat pax vobis: Lucę vigesimoquarto, & Ioann. vigesimo, & vigesimoprimo. Et vt videatur, quòd non solum est licitum, sed etiam necessarium, & meritorium, posuit Christus sub præcepto fieri salutationes Lucę 10. cap. in quamcunque domum introieritis dicite pax huic domui. De Apostolis quoque patet, quia cum à Christo iussi essent salutare vbique salutabant. Est autem duplex salutatio: vna ad præsentes, alia ab absentes. Ad præsentes quidem fit verbo, ad absentes vero literis dimissorijs. De salutatione vocali ad præsentes, patet Actu 20. capit. vbi dicitur, quòd Paulus vale faciens, profectus est in Macedoniam, & tamen vale est salutatio recedentis, sicut aue, aut salue est salutatio venientis. De salutatione quæ est in literis, patet quia omnes, qui Epistolas scribunt salutationem apponunt, & ita Paulus apponit tacitè in omni Epistola, scilicet salutem in principio, vt cum dicitur: Paulus Ecclesiæ Corinthiorum, vel sanctis, qui sunt Romæ, scilicet salutem dicit. In fine autem Epistolarum expressas salutationes ponit, vt ad Rom. decimosexto capit. vbi totum capitulum est de salutationibus, scilicet salutate Priscam, & Aquilam & c. & 1. Corin. decimosexto cap. salutant vos omnes sancti. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Et fere nulla Epistola est, in qua non apponat Apostolus aliquid salutationis in principio, vel fine. Idē quoque modus erat in veteri testamento scribendi, vt patet secundo Machab. primo capit. scilicet. Fratribus, qui sunt per Aegyptum Iudæis salutem dicunt fratres, qui in Hierosolymis Iudæi. Et non solum Paulus, & cæteri Apostoli salutabant tam verbo quam Epistola, sed etiam salutare nos instruxerunt. Sic dicitur ad Roman. duodecimo capitu. honore vos inuicem præuenientes, idest salutatione, quæ ad honorem pertinet, scilicet, quòd quisque nitatur prę uenire alium in salutando, quod est eum honorare. Hunc etiam modum salutationis Angeli tenent. Nā quando Gabriel venit ad Mariam dicit ei. Aue gratia plena: Lucę primo cap. Et iste erat interdum modus salutandi Christi. Sic enim dixit mulieribus venientibus de sepulchro. Auete, & tenuerunt pedes eius infra 28. cap.

Nulla est epistola, in qua Paul' aliquid salutationis non apponat.

Circa quod considerandum, quòd cum quæritur de salutatione, aut quæritur, an sit nobis licita, an licuerit Apostolis, & discipulis Christi, quos ad prædicandum misit. Si quæratur de nobis, dicendum, ꝙ salutatio est nobis licita per omnem modum, s. tam ad pręsentes quam ad absentes. Ad pręsentes quidem, quia quandocūque aliquis nobis occurrit salutamus eum dicentes aliqua verba, quæ pertinent ad imprecationem salutis. Et intantum est licitum ista dicere, ꝙ nō dicere est inurbanum, & imponitur in pęnam, ꝙ aliquem in via, vel vbicunque nouiter occurrentem non salutemus, & reputatur inimicus ille, quem non salutauerimus. Hic est enim modus, & effectus excommunicationis de iure, ꝙ hominem inuentum non salutemus. Et hoc etiam Apostoli dixerunt, s. ꝙ à talibus caueamus non loquendo eis, vt signatur ad Rom. 16. c. & magis expresse 1. Io. c. vnico, s. si quis venit ad vos, & non habet hanc doctrinam, nolite eum recipere in domum, neque aue dixeritis, qui autem dicit ei aue, cōmunicat eius operibus malignis. Et ista salutatio, quæ fit ad pręsentes est nobis licita tam ad eos, qui sunt in domo, vel occurrunt in domo, vel in vrbe, vel vbicunq;, ad absentes quoque vtimur salutatione in Epistolis, & hoc est substantiale in oī Epistola salutationem continere iuxta formam nr̄am. Si aūt queratur de Apostolis, & discipulis Christi ad prędicandum missis, dd̄m ꝙ salutationē Christus eis vetuit in via facere, Luc. 10. c. Causa huius ibi ponit, & maliqñ sic factum est in veteri testamento, sicut qñ misit Eliseus Giezi puerum suum ad suscitādum filium mortuum Sunamitis. Dixit enim ei. Si occurrerit tibi homo non salutes eum, & si salutauerit te quispiā, non respondeas ei verbum 4. Reg. 4. c. Si autem dicatur de alijs, quando non erant in via, sed in vrbe, dicendum, ꝙ licebat eis salutare quoscunque haberent obuios: immo & tenebantur salutare homines, quādo intrabāt in domum, quia dicebāt pax huic domui. Et

Modus inquirendi hospitiū ab apostolis obseruatus.

Et iſte erat modus inquirendi hoſpitium ad videndum, an hoſpites erant boni, vel non, vt patet ſupra 10.& Luc.10.cap. Sicut autem licitum eſt nobis ſalutare,ita & licitum eſt ſalutationes appetere,quia ſalutatio eſt iam debita inter homines ex conſuetudine, & reputatur quaſi inimicus qui non ſalutat, ſed nobis licet appetere bonam, & amicabilem conuerſationem aliorum, ideo licet nobis appetere ſalutationes:immo & petere illas ſiquis nos non ſalutat, cum per hoc eum cogitemus aduerſum nobis, & noſtra intereſt, quòd nullum habeamus inimicum,& quòd omnes nobis amicitiæ ſigna oſtendant, & nos omnibus.

Ad primum dicendum, quòd Phariſæi, & Scribæ non redarguuntur, quia ſolum ſalutationes appetebant, ſed quia illas volebant ad inanem gloriam: vnde in foro ſalutari cupiebant. Et iſta ſalutatio prima, ſiue maxima in quatuor,ideſt tempore, voce, corpore, & loco, vt dicit Chryſoſto. & habitum eſt ſupra.

Ad ſecundum dicendum,quòd Chriſtus vetuit ſalutare Apoſtolis in via,& non vetuit quidem inquantum malum, quia ſi eſſet malum non ſolum vetaret in via,ſed etiam in domo, & vbicunque, vetuit tamē in ſola via: ergo ſalutare nō erat ſimpliciter malum, licebat autem eis ſalutare in domo,ſiue extra viam. Si autem dicatur,quòd nobis eodem modo licebit ſalutare alibi,ſed non in via.

Dicendum,quòd non ſtat,quia non ſalutare in via non fuit datum Apoſtolis quaſi ſimpliciter, vel ex ſe malum eſſet ſalutare in via, ſed quia ſic conueniebat illis ſecundum rationem officij, ad quod mittebantur,vt dictum eſt ſupra 5.ca.q.vltima, & dicetur Luc. 10. Nos autem non obligamur ad illud, quia multa præcepta viuendi data ſunt Apoſtolis,& alijs diſcipulis,quos Chriſtus miſit tunc ad prædicādum, ad quæ, nulli alij homines non tenentur, ſicut non portare calciamenta,neque baculum, neque duas tunicas,neque aurum, neque argētum, neque panem ſupra 10. & Mar.6.& Luc.9.& 10.cap. manifeſtum eſt tamen, quòd nos non tenemur ad iſta:ergo pari ratione, neque abſtinere cogimur a ſalutatione, quæ fit in via, quia illa ſpecialiter interdicta eſt, & ſic licet nobis ſalutare vbicunque voluerimus.

Quid eſt quòd Phariſæi, & Scribæ volebant vocari ab omnibus Rabbi, & quare hoc volebant, & an in hoc peccabant. Quæſt. LIII.

QVAERETVR quid eſt, quòd Phariſæi, & Scribæ volebant vocari ab omnibus Rabbi,& quare hoc volebant, & an in hoc peccabant.

Ad primum dicēdum,quòd Rabbi apud Hebręos dicitur apud nos magiſter, volebant autem iſti vocari ab omnibus magiſtri. Ad hoc autem erat eis occaſio, quia magiſtri officium eſt docere, iſti verò docebant populum in eis,quæ pertinebant ad legem Dei. Nam dicitur ſupra in litera, quòd ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis, facite. Et ſic docebant ea, quæ pertinebant ad legem Moyſi, quæ erat lex Dei, & ideo volebant vocari magiſtri.

Ad ſecundum dicendum, quòd hoc volebāt Phariſæi, & Scribæ ad inanem gloriam, quia magiſter eſt nomē excellentiæ in doctrina, quia nomen ipſum ſignificat quādam maioritatem,in omnibus autem, quæ ad elationem,& humanam gloriam pertinebāt, volebant iſti gloriari, ideo & in hoc quod erat de potiſſimo gloriari volebant.

In hoc autē nomine conſequebantur iſti duo,ſcilicet gloriam,& lucrum: gloriam quidem tam ad notos quam ad ignotos, ad notos quippe, quia cū iſtud ſit nomen excellentiæ fruebantur iſti gloria quadam audientes de ſe excellentiam,ad ignotos autem, quia ſi non audirent eos ſic vocari non honorarēt eos excellenter. Cum vero audiebant eos ſic vocari magiſtros, quia hic gradus erat excellēs honorabant illos, ideo volebant ſic vocari coram omnibus, vt ignoti quoque eos cognoſcentes venerarentur, lucrū quoque conſequebantur,quia qui audiebant eos eſſe magiſtros committebant eis aliqua, & commendabant ſe eis, in quibus lucra magna faciebant, ſicut viris ſapientibus, & iuſtis committimus animas noſtras, & conſcientias,& bona noſtra,& in eis, quæ fidei illorū committebantur, poterant illi ditari, licet per fraudem. Sic enim ſoliti erant facere. Nam coram populo orationes longas faciebant, vt deuorarent domos viduarum, ſicut dixit Chriſtus infra in litera.

Ad tertium dicendum, quòd peccabant iſtud appetendo.Et patet primo,quia Chriſtus redarguit eos, ſed non eſſet iſta redargutio, niſi peccarent. Secundo,quia Chriſtus expreſſe vetuit iſtum appetitum diſcipulis ſuis, ſcilicet, quòd nemo eorum vocaretur magiſter, & tamen non vetaret expreſſe,niſi talia appetere eſſet illicitum.

Tertio quia motiuum iſtorum erat illicitum. Nā ex deſiderio inanis glorię ſic volebant vocari, omnia autem talia mala ſunt: non enim cupiebant iſti principaliter rem nominis,ſed honorem,& nomen:nam cupere ſcientiam, quæ requiritur ad hoc, quòd quis ſit magiſter, honeſtum,& laudabile eſt: velle tamen nomine illo vocari, & honorem gradus illius habere principaliter, vel ſolum hoc non conſiderata doctrina, vel vtilitate doctrinæ vituperabile eſt.Sic autem iſti volebant. Nam non dicitur, quòd volebant eſſe magiſtri, ſed quòd volebant vocari. Sic dicit Chryſ. ſuper Matth. Vocari volunt magiſtri,& non eſſe: nomen appetunt,& officium negligunt. *Vos autem.* Hic excludit Chriſtus à diſcipulis ſuis motiuū Phariſæorum,ſcilicet elationem,ambitionem,& inanem gloriam atque hypocriſim,dicens. *Vos autem nolite.* Ideſt Phariſęi, & Scribę hoc faciant vocando ſe magiſtros, & appetendo primas cathedras, & primos accubitus in cęnis,non faciatis vos ſic. *Vocari Rabbi.* Ideſt magiſtri, licet Rabbi ſingulare eſt, & hoc bene ſeruauerunt diſcipuli Chriſti,quia nunquam ſe magiſtros vocauerunt, ſed diſcipulos ſolum. *Vnus eſt enim magiſter veſter.* Redditur cauſa hic,ſcilicet, quia ſi vos vocaremini magiſtri,cum ſitis multi,eſſent multi magiſtri, & tamen non ſunt multi magiſtri, ſed vnus, ideſt ſolus.ergo vos non debetis vocari magiſtri. Quis ſit iſte vnus magiſter infra oſtendit, ſcilicet, quòd ſit Chriſtus. *Omnes autem vos fratres eſtis.* Ideſt non habet aliquis gradum excellentię ſuper alium,ſed omnes eſtis ęquales, ſicut fratres, & tamen ſi aliquis eſſet magiſter, & alij diſcipuli,eſſet aliquis maior alijs, ideo nemo veſtrum debet vocari magiſter, quia omnes eſtis fratres.

Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. Ideſt, quòd homo non habet patrem in terra, ſed in cęlo, quia Deus, qui eſt pater omnium, eſt in cęlo. *Vnus eſt enim pater veſter.* Ideſt non ſunt multi, & tamen ſi haberetis patrem ſuper terram quilibet haberet patrem vnum,& eſſent multi patres.

Qui in cœlis eſt. Deus eſt,qui in cęlis eſſe debet, licet vbique ſit,& illum docuit Chriſtus vocari patrem ſupra 6.c.ſ.pater noſter,qui es in cęlis.

Nec vocemini magiſtri. Ideſt dico vobis ne vocemini magiſtri, in quo ſententiam ſupra poſitam repetit,ſ.vos autem nolite vocari Rabbi.

Quia magiſter veſter vnus eſt. Ideſt vnus ſolus eſt magiſter

Quis sit magister hic osteditur.

gister omnium, ideo non vocemini magistri vos, qui plures estis. *Christus*. Ostendit quis sit iste magister, & erat ipsemet loquens. Nam ipse se magistrum vocabat, & volebat, quòd sic eum discipuli sui vocarent Ioann. 13. cap. s. vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis: sum etenim.

Qui maior est vestrum. docet regulas humilitatis, quę erant contrariæ elationi, & vitę Phariseorum, scilicet, quòd maiores non superbiant, vt maiores, sed humilient se, vt minores.

Erit minister vester. Idest efficiat se ministrum vestrũ, & ita se vocet, & non maiorem, neque magistrum. *Qui autem se exaltauerit*. Per propriam elationem fingendo maiora quam habeat, vel hæc ipsa, quæ habet ostentando, & magnificãdo. *Humiliabitur.* Quia Deus deprimet eum in gehenna: nihil enim minus in bono cogitari potest quam homo damnatus apud inferos, cui nullum bonum manet, & malum perpetuum habet.

Apud inferos nihil boni est.

Et qui se humiliauerit, exaltabitur. Scilicet qui se hic humiliauerit infra id, quod est subijciendo se æqualibus, & minoribus, ille exaltabitur à Deo in vita æterna, quia ascendit supra id, quod hic fuit: immo & supra id, quod naturaliter esse potuit.

Quare Christus dixit hæc discipulis suis.
Quæst. LIIII.

QVAERETVR quare Christus dixit ista discipulis, s. vos autem nolite vocari Rabbi, & omnia sequentia.

Dicendum, quòd Christus dixit hoc. Primo ad vitandum illud vitium, ad quod discipuli erãt faciles. Nam etiã si à carnalibus vitijs, & concupiscẽtia temporalium possessionum essent alieni, tamen à desiderio honoris tenebantur: vnde erat de hoc inter eos cupiditas, & oriebantur ob hoc ęmulationes. Patet de appetitu honoris, quia Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi suaserunt matri suæ, vt peteret pro eis sedere ad dextram, & sinistrã eius in regno suo supra 20. & Mar. 10. c. Etiam erat ęmulatio inter eos de appetitu honoris: nam petentibus hoc duobus fratribus indignati sunt contra eos decem discipuli supra 20 cap. sed non indignarentur, nisi ipsi quoque concupiscerent id quod petebant duo fratres. Nam si non concupiscerent nulla passione circa hoc mouerentur. Itẽ patet, quòd omnes hoc cuperent, quia omnes discipuli hoc petiuerunt à Christo, dicẽtes. Quis putas maior est in regno cęlorum? idest quis de nobis est maior? supra 18. cap. & Mar 9. Et quia quidam putabant se maiores, & asserebant illud, indignabantur alij, & contendebant atque disceptabãt. Sic patet Luc. 9. nã contentio fuit inter eos in via de hoc, & postea Christus quæsiuit, de quo contenderent, & redarguit eos ibidem, & supra 18. cap. ideo erat conueniens, quòd nunc Christus auferret eis istud motiuum inanis gloriæ, & elationis. Et sic dixit eis de humilitate, & qualiter cauerent elationem.

Secundo fuit, quia istud fuit ad propositum. Nam occasionẽ habebant discipuli Christi, qui tunc erant, & qui postea futuri erant appetendi honorem. Nam Christus dixerat eis supra in litera. super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi quæcunque dixerint vobis, facite. Et tamen Pharisæi erant cupidi honoris, & vocabant se magistros, ideo putarent discipuli Christi, quòd forte liceret eis hoc ad exemplum Pharisæorum facere.

Sed obijcietur, quòd istud inconueniẽs motiuum iam ablatum erat, quia Christus dixit eis: quę cunque dixerint vobis, facite: secundum opera autem ipsorum nolite facere. Appetere autem honorem erat de operibus Pharisæorum, & non de prædicatione, quia non prædicabant illi honorem appetẽdum: ergo sufficienter prouisum erat contra hoc inconueniens, scilicet, quòd non cuperent discipuli honorem ad imitationem Pharisæorum, sed potius fugerent, quia erat de operibus Pharisæorum.

F

Dicendum, quòd ratio ista nõ stat, quia licet Christus dixerit tenendam esse prædicationem Pharisæorum, & Scribarum, & non opera, non damnauit generaliter opera eorum, ac si diceret quidquid faciunt Pharisæi, & Scribę malum est, sed solum voluit, quòd non tenerentur facta Pharisæorum, & Scribarum in regulam operationum nostrarum, sicut eorum doctrina. Nam doctrina ipsorum generaliter sequi debebamus, sed opera non generaliter, ad quod sufficiebat vnam operationem eorum non esse bonam: vnde non condemnabantur ex hoc omnes eorum operationes, sed innuebatur aliquam eorum operationẽ malam esse, nescirent autem discipuli, quæ erat illa, vel ille, ideo fuit conueniens, vt Christus exprimeret, quæ essent illæ operationes inter Pharisæorum opera, quas discipuli vitare deberent, & sic expressit ista, quæ hic habentur.

G

Quare Christus totiens de euitatione inanis gloriæ locutus est.
Quæst. LV.

H

QVAERETVR quare Christus totiens de humilitate, siue de euitatione inanis gloriæ locutus est. Nam iàm dederat de hoc sufficientem doctrinam supra 18. dicens, ꝙ non poterat quis introire in regnũ cęlorum, nisi per humilitatem, & sic non oportebat hic repeti. Dicẽdum, ꝙ fuit primo, quia quędam sunt quæ semel dicta sufficiunt pro semper: alia verò oportet sępe dici, vt fortiter teneantur: ea enim, cõtra quæ non habet quis inclinationem fortem, satis est semel dici prohibendo, vel iubendo, ea tñ, ad quę quis nimis inclinatur, si debeant prohiberi, oportet sępe dici, vt imprimantur in animo, & habituetur homo ad hoc. Sic enim fuit de quibusdam, vt de passione, & resurrectione Nam in passione opus erat discipulis magna constantia, & fide, & si non præscirent passionem Christi, & circunstantias eius, turbarentur aduenien- te illa, ideo sępe illud dixit. Nam quater prænunciauit de passione sua, s. supra. 16. & iterum 17. & postea 20. & post hæc infra 26. c. ita in præsenti erant discipuli valde inclinati ad desiderium honoris, & gloriæ, & ad contentiones, & æmulationes super isto honore, ideo sępe eis de hoc dixit, & dici oportuit, & adhuc p hæc nõ corrigebantur. Dixit enim eis quater de hoc, primo quando contenderunt quis eorum maior esset supra 18. & Mar. 9. & Luc. 9. cap.

I

Quare Christus de inani gloria discipulos monuit.

Secundo qñ duo, idest Iacobus, & Ioannes petiuerunt sedere ad dexteram, & sinistram Christi, & alij decem indignati sunt contra eos propter hoc, quia ipsi illud idem volebant supra 20. & Mar. 10. c. Tertio fuit nunc dictum hic occasione Pharisæorũ, & Scribarum vitandam esse elationem, & arrogãtiam, quæ ad eos pertinent. Quarto fuit eis dictum post hoc, i. die cęnę dum essent in cena, de quo Luc. 22. c. in quo satis apparet, ꝙ erat conueniens, immo necessarium sępe hoc dicere. Nam cum nunc toties hoc dixisset, quod adhuc inclinabantur ad desiderium honoris, & quod deterius est contendebãt super honore. nam istud dictum est die martis in hebdomada in ramispalmarũ, vt ostensum est præced. c. q. vltima, & tamen die Iouis sequenti, quæ erat dies cęnæ cum essent in mensa discipuli cum Christo cęperunt inter se disceptare de eodem honore, s. quis eorum maior videretur, Luc. 22. &

K

22. & Christus eos ibi compescuit. satis ergo erat cõueniens, quòd istam rem Christus sepe diceret, cum neque sic eorum animo imprimeretur.

Secundo fuit ex speciali occasione habita in præsenti. Nam dixerat Christus imitandos Pharisæos, & Scribas, imitandos quidem in doctrina: crederetur autem, & imitandos eos esse in istis operationibus, & desiderijs, ideo expresse vetuit.

Tertio fuit ad tollendum suspitionem, quæ posset contra eum oriri. diceretur enim, quòd Christus redargueret ista facta Pharisæorum, non quia mala essent, sed quia oderat eos. Vt ergo videatur, ꝙ Christus putabat illa mala esse, & tanquam mala illa vetabat, & arguebat in Pharisæis, vetuit discipulis suis ista facere, & tamen discipulis suis non erat verisimilis, ꝙ vetaret, nisi quòd malum putaret.

Quarto, quia non fit hic repetitio dicendo hoc, quia supra Christus docuit discipulos humilitatem instruẽdo eos, quòd vnus non se præponeret alteri, sicut illi faciebant quærendo quis eorum maior esset in regno cęlorum, & vt non contenderent super hoc, sicut sępe contendebant: nunc verò docuit eos circa alia, scilicet, vt non se præponerent extraneis vocãdo se magistros, & appetendo sic vocari, & hunc gradum super cęteros habere, & ita ista est alia doctrina quã pręcedens, & non est repetita, licet circa eandem materiam sit, scilicet circa vitandam inanem gloriam, & humilitatem tenendam.

Quinto, & principaliter, quia non est repetitio, & si esset, necessaria tamen esset, quoniam ea, quæ supra dicta fuerunt discipulis à Christo de humilitate, & fugienda contentione super primatu, fuerunt dicta solis discipulis, & in secreto, vt colligitur Mar. 9. & Luc. 9. quantum ad illam interrogationem, & cõtentionem, scilicet quis eorum maior esset in regno celorum. Etiam alia petitio Ioannis, & Iacobi de sessione ad dexteram, & sinistram Christi, & indignatio decem discipulorum contra eos, & doctrina Christi sequens ad hoc fuerunt facta in secreto, vt colligitur supra 20. & Mar. 10. ca. Et sic solis eis data fuit doctrina de humilitate, Christus tamen voluit hanc doctrinã de humilitate velut omnibus necessariam omnibus prædicare, ideo & nunc turbis prædicauit. Nam dicitur hic, quòd Christus dixit turbis, & discipulis suis, & ita licet sępe de humilitate dixisset, & de fuga inanis gloriæ fuit conueniens nunc dici.

Quare Christus solum dixit discipulis: Vos autem nolite vocari Rabbi. *Quæst.* LVI.

QVAERETVR cum Christus redarguerit multa vitia in Pharisæis, & voluerit, quòd cauerẽt discipuli sui ab illis quare solum dixit. Vos autem nolite vocari Rabbi tollens vltimum solum, quod in Pharisæis redarguerat.

Aliqui dicũt, quòd hoc solum vetuit illis, quia est hoc solum peccatum de omnibus operibus Pharisęorum, quæ commemorata sunt.

Sed dicẽdum, quòd non stat, quia manifestum est, quòd omnia, q̃ supra Christus tetigit de artibus Pharisæorum sunt illicita, quia pertinent ad elationem, & inanem gloriam atque hypocrisim, quæ necessario mala sunt. Item quia Christus omnia illa redarguit in Pharisæis, quod non faceret si mala non essent.

Dicendum ergo aliter, scilicet, quòd omnia illa, quæ Christus tetigit de artibus Pharisæorum, & Scribarum erant mala, & tamen vetuit illa, quia nõ oportuit, quòd vetaret, nisi id, quod facilius erat discipulis Christi ad peccandũ in eo. A cæteris enim satis elon-

A gati erant, scilicet dilatare philateria, & magnificare fimbrias, quia hoc nunquam fecerant, cum soli Pharisæi, & Scribæ illud facerent, neque etiam erat aliquid appetibile, sed superstitio inducta ab illis. Etiam amare primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & accubitus primos in cęnis non erat opus in eis vetari. Iam enim Christi discipuli reliquerant omnia, & sequebantur Christum in paupertate euntes quocunque ille iret, & ideo non intrabant ordinariè in Synagogas, vt cuperent hẽre primas cathedras in illis, sicut cęteri Iudæi, qui ordinarie intrabãt in Synagogas. Salutationes quoque in foro non desiderabãt, neque erat permissum eos desiderare, quia cum Christo semper ibant in habitu paupertatis. Accubitus autem primos in cęnis cupere multominus

B verisimile erat, quia istud ad carnales pertinet, quales ipsi iam non erãt, potissime quia semper ipsi ibãt cum Christo, & non poterant habere primas cathedras, quia ille primam habebat. Etiam si inuitarentur ab aliquo, & ipsi sedebant eo ordine, quo Christus illis iubebat. Hoc autem solum manebat speciale vitium, in quod incidere poterant, & verisimile erat incidere ipsos discipulos, eo quòd contingebat eorum officium, scilicet, quòd prædicabant, & forte vellent vocari magistri cupiẽtes hunc honorem ab eis, quos docebant, Christus autem hoc vetat. Sic dicit Chry. in Homilia. Præmissorum quidem, de quibus Pharisæos incusauerat, alia quidem, sicut parua, & vilia prętermisit quasi discipuli de his instrui non indigenti-

C bus, sed quòd erat omniũ malorum causa, idest thronum appetere magistralem, hoc in medium ducit ad discipulos instruendum, dicens. Vos autem nolite vocari Rabbi.

An vocari magistrum, vel effici magistrum sit peccatum. *Quæst.* LVII.

QVAERETVR quia dicit hic nolite vocari Rabbi, an vocari magistrum, vel effici magistrum sit peccatum.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia Christus vetuit hic,

D vocari Rabbi, siue magistrum: ergo peccatum est. Secundo, quia non solum hoc Christus vetuit semel, sicut cętera mala vetare solet, sed & bis vetuit, immo ter. Nam primo redarguit Pharisæos de hoc, quòd volebant vocari ab hominibus Rabbi. Et hoc erat vetare illud quasi malum, quia alias nõ redargueret. Secundo vetuit postea dicens. Nolite vocari Rabbi. Tertio quando postea addidit ne vocemini magistri: ergo manifestum est, quòd peccatum sit vocari magistrum.

Alij propter prædicta dicunt, quòd vocari magistrum est malum, & tamen essentialiter fieri magistrum non est malum. Nam Christus non vetuit, nisi vocari magistros. Sed hoc non stat, primo quia quælibet res habet nomen ei competens: si ergo aliquis magister est, vel efficit non est incõueniẽs vocari ma-

E gistrum: immo inconueniens est aliter nominari: error est enim res aliter se habentes, vt Boetius dicit, falsis compellare nominibus. Secundo quia id, quod non est in potestate nostra, non imputatur nobis, vt inde laudes, vel vituperia mereamur, sed dicitur violentũ 3. Ethi. c. 1. & tñ nobis non petentibus vocabit quis nos magistros. ergo vocari magistros non est malum. Tertio quia non vr̃ esse peccatum in vocando, sed in essendo. Sic dr̃ Iaco. 3. c. f. Nolite plures magistri fieri fratres mei, quia maius vobis iudicium assumitis. Dicendum, ꝙ magistrum esse duo dicit, s. sapiẽtiam, & gradũ honoris. Nam pp sapientiam datur alicui gradus honoris, idest ſm quam iudicatur excellẽ- Magistrũ esse duo indicat.

tior

tior ex sapientia, quam atteſtatur gradus exhibitus, & ille gradus non ſolum dicit excellentiam honoris, ſed etiam facultatem quandam ad diffiniendum, quam non habent cęteri, qui non ſunt in hoc gradu, & iſta facultas, vel auctoritas datur ab hominibus. Ex his apparet, quòd magiſtrum effici, non eſt malum, quia neutrum iſtorum, quæ ad magiſterium concurrunt eſt malum. De primo patet, ideſt de ſapientia. Nam potius eſt de honorabilibus bonis primo de anima 1.c. in tantum, ꝙ ſoli Deo illā plene attribuimus.

Sapia ſolius Dei poſſeſſio

Ita dicitur 1. Metaphy. ꝙ ſapientia eſt ſolus Dei poſſeſſio, & ideo ſi in hominibus inuenitur, oportet ꝙ à Deo dependeat. Eccleſia. 1.c.ſ. Omnis ſapientia à domino Deo eſt. Et ob hoc qui ſapientiam vult à Deo petere debet illam. ſic Salomon illam petebat Sapi. 9.c.ſ. Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, quæ mecum ſit, & mecum laboret. Sic etiā Apoſtolus Iacobus petere ſuadebat Iaco. 1. ca. ſiquis indiget ſapientia petat à Domino, qui dat omnibus affluenter, & nemini improperat Item quia ſapientia eſt donum Dei, ſed Deus non dat mala, ſed bona ſupra 7.ca. & Luc. 11.ſ. quis ex vobis eſt homo, quem ſi petierit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe? Donum tamen Dei eſt ſapientia Iſa. 11.ſ. impleuit eum ſpiritu ſapientię: ergo bona eſt. Item ſapientia eſt tam neceſſaria, ꝙ Deus illam exigit à nobis, & in nobis, vt Mala. 2.c. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem de ore eius exquirēt. Et ſiquis in ſacerdotio exiſtat, & ſapiētia careat Deus repellit illum Oſeę. 4.c.ſ. quia tu repuliſti ſapientiam, ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Sed ſi conſideretur ſecundum, ideſt gradus, etiam non eſt aliquid malum. Nam eſt honor, vel potius honoris teſtimonium, & ſapientię ſimul. Eſt quoque facultas data in vtilitatem publicam. Nā eſſe aliquos, qui habent poteſtatem diffiniendi in rebus dubijs eſt neceſſarium. Nam ſicut in politicis eſt neceſſarius iudex, & magis neceſſarius quam cibi, & potus 3. Politicorū in principio, ſ. ꝙ diſtributiuum iuſtitiæ, ideſt iudex eſt magis neceſſarium quam panis, & tamen excellētior eſt anima quam corpus, cui conſulunt illi, qui magiſtri vocantur diffiniendo dubia, quæ pertinent ad ſtatum eius, ideo eſſe aliquos habentes iſtum gradum, & facultatem diffiniendi, & docendi eſt valde neceſſariū, neque eccleſia poteſt ſine his manere, ſed erunt vſque ad finem ſęculi, & dantur à Spirituſancto, vt ſemper maneant in eccleſia. Sic dicitur 1. Corin. 12. & ad Ephe. 4.c.ſ. Quoſdam quidem dedit Apoſtolos, alios prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores ad conſummationem miniſterij. Et dicit Apoſtolus, ꝙ omnia iſta dona ſunt ad ædificationem, & vtilitatem eccleſiæ, & non ſpecialiter ad priuatam 1. Corin. 12. & 14. c. & tamen bonum commune eſt valde laudabile 1. Ethic. ergo & ſapientiæ gradus, ideſt magiſterium, cum ſit ad bonum publicum, & detur de bonis publicis, quia nemo priuatus dare poteſt honorem hunc, vel gradum, erit bonum, & honorabile.

Sapia eſt Dei donum,

Sicut autem ſapientia, & magiſterij gradus nō ſunt mala, ſed bona, ita & magiſtrum fieri, vel eſſe bonum eſt, cum ſit aliquid neceſſarium Eccleſiæ Chriſti, vt dictum eſt. Et Apoſtolus iubet hos multum honorari 1. Timo. 5.c.ſ. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborāt in verbo, & doctrina Dei. Deus quoque iuſſit Moyſi, ꝙ acciperet ſeptuaginta viros de ſenioribus, quos ſciret eſſe populi magiſtros, & illos cōſtituit Deus in iudices, & dedit eis ſpiritum prophetiæ Num. 11.c.

Sed hoc ſuppoſito dicendum, ꝙ circa iſtud dubiū

F ſunt tria. Aliud enim eſt eſſe magiſtrū, vel fieri, aliud
vocari magiſtrum, aliud velle eſſe, vel vocari magi-
ſtrum. De primo dictum eſt, ꝙ aliquod bonum, & ho
norabile eſt.

De ſecundo dicendum, ꝙ etiam non eſt malum,
tum quia nomen competens rei veritatem facit, &
melius eſt res proprijs quam alijs, & inconuenienti-
bus nominibus appellare: tum quia vocari ſic, vel ſic
non eſt in poteſtate noſtra, niſi inquantum nos vo-
cationem volumus, vel ei conſentimus, ſed eſt in po-
teſtate vocantium, ideo non eſt peccatum in hoc, ꝙ
vocamur.

De tertio dicendum, ꝙ aliquo modo differt velle
G eſſe magiſtrum, & velle vocari magiſtrum. Accipiē-
do primum dicendum, ꝙ aliquis deſiderando magi-
ſterium, vel deſiderat ſolam ſcientiam, quæ requiri-
tur ad magiſterium, vel deſiderat ſolum magiſteriū,
ſiue ſcientiam habeat, ſiue non, vel deſiderat vtrun-
que. Si primo modo, dicendum ꝙ nemo poteſt pec-
care deſiderando hoc, quia ſcientia eſt tale bonum,
ꝙ non ſolum deſiderando eam nemo peccat, ſed etiā
quantumcunque aliquis eam non deſideret peccat.
Et cauſa huius eſt, quia ſapientia eſt de maximis bo-
nis: quod enim malum eſt ſimpliciter, nunquam po-
teſt licite deſiderari, vt adulterari, inuidere, & huiuſ-
modi, quia mox nominata cum malitia ſunt conuo-
luta. 2. Ethic. Alia ſunt media bona, & in his cōtingit
bene deſiderare, & malè, ſicut amare parentes de bo-
H nis, & pulchris naturaliter eſt, & tamen contingit cir-
ca hoc excedere 7. Ethic. ſicut dicitur ibi de Niobe,
quæ propter amorem filiorum repugnauit ad Deos,
& Satyrus Philopator, ita patrem diligebat, ꝙ vide-
batur deſipere. Alia ſunt maxima bona, & iſta ſunt, in
quibus non contingit excedere. Sic eſt virtus: quan-
diu enim manet quis intra limites virtutis quantum-
cunque nimis agat, ſemper eſt bonum. Sic eſt de ſa-
pientia, quia quantumcunque habeat quis de ſapien-
tia tanto eſt melius, vt dicitur eodem 7. Ethi.

Si accipiatur ſecūdum, ideſt deſiderare ſolum gra-
dum manifeſtum eſt, ꝙ inſipientia eſt, & inordinatū
quid. Primo quia non datur gradus ille, niſi propter
ſapientiam, & eſt facultas data ſapienti, qui autem in-
I ſipiens eſt, habet confuſionem ſi gradum habeat, &
petit rem contra naturam, ſ. appetendo conſequens
ſine antecedente. Item quia manifeſtum eſt, ꝙ qui ſic
appetit nihil cupit, niſi videri, & honorem inanem:
cum gradus ſine ſapientia ſit nomen ſine re.

Si accipiatur tertiū, ideſt deſiderare ſapientiam, &
gradum ſimul poteſt interdum bene, & interdū ma-
le fieri. Pro quo ſciendum, ꝙ appetere ſic magiſteriū
eſt appetere quendam honorem, eſt autem honor re-
uerentia exhibita in ſignum excellentiæ eius, cui im-
penditur. Circa excellentiam autē hominis duo ſunt
conſideranda. primum quidem, ꝙ id, ſm quod homo
excellit, non habet homo à ſeipſo, ſed eſt quaſi quod-
K dam diuinum in eo, & ideo ex hoc non debetur prin-
cipaliter honor illi, ſed Deo. Secundo conſiderandū
ꝙ id, in quo homo excellit, datur homini à Deo, vt ex
eo alijs proſit 1. Corin. 12. & 14.c. Vnde in tantum de-
bet homini placere teſtimonium ſuę excellentiæ, quā
ab alijs ei impēditur, inquantum paratur via ad hoc,
ꝙ alijs proſit. Tripliciter ergo contingit appetitū ho-
noris eſſe inordinatum. Vno modo per hoc, ꝙ quis
appetit teſtimonium de excellentia, quam non ha-
bet, quod eſt appetere honorem præter ſuam propor-
tionem. Alio modo per hoc, ꝙ honorem ſibiipſi cu-
pit non referendo in Deum. Tertio modo per hoc, ꝙ
appetitus honoris in ipſo honore quieſcit non refe-
rendo honorem iſtum ad vtilitatem aliorū: his enim
tribus modis appetere honorem peccatum eſt, quia

Tripliciter cōtingit appetitū honoris eſſe inordinatum.

eſt

est quid inordinatum. Ita ergo de appetendo magisterium, dicẽdum ꝙ qui appetit sapientiam simul cũ gradu non peccat. Secundo modo, quia non appetit honorem præter proportionem, sed simul appetit honorem, & id quo honore illo dignus est, idest sapientiam.

Sed de alijs modis dicendum, ꝙ potest concupisci honor magisterij pro seipso non referẽdo in Deum, sed sibiipsi tribuere vult homo gloriam, & tunc peccatum est desiderare magisterium, & quemcunque honorem. Etiam potest desiderari iste honor, ita ꝙ appetitus volentis sistat in isto honore non referendo ad vtilitatem aliorum, quibus sapientia ista, & gradus prodesse possunt, & hoc etiam illicitum est cum non ordinentur ista ad id, ad quod ordinanda sunt. Potest accipi desiderari iste honor magisterij cũ sciẽtia simul, si hunc honorem excellentiæ non ascribat sibi homo principaliter, sed Deo à quo est tam sapiẽtia, de qua gloriamur, quam collatus honor, secundũ quem honoramur, & non quiescat appetitus cupientis hũc honorem in ipso, sed eo ipso velit aliquis magister esse, vt alij per hoc maiorem ei tribuant auctoritatem, & scientia, vel doctrina eius possit eis magis prodesse.

Si autem quæratur, an liceat alicui velle vocari magistrum. Dicendum, quòd cum nomina respondeant rebus, si licet alicui velle esse magistrum, licet ei velle vocari magistrum. Est tamen dicendum, quòd qui sic appetit vocari, aut vult vocari sic ad humanas laudes, & gloriam inanem, aut ad capiendum ex hoc auctoritatem, & reuerentiam apud homines, & sic doctrina eius abundantius prosit. Si primo modo illicitum est velle vocari magistrum, quia elatio, aut inanis gloria semper habent aliquid illicitũ, & ob hoc arguuntur Pharisæi, & Scribæ, quòd vellent vocari magistri, quia nihil aliud petebant, nisi humanam gloriam. Vnde potius vocari, & æstimari ab alijs magistri volebãt, etiam si non essent, quam esse, & non vocari. Si autẽ vocari quis magister secũdo modo vellet, licitum est: immo meritorium, quia ad charitatẽ pertinet, quia sicut quòd quis velit per sapientiam suam alijs prodesse docendo pertinet ad charitatem, ita quòd velit efficacem esse doctrinam ad hoc, quòd multum prosit audienti, ad charitatem pertinet. Sic autem est si exhibeatur magna auctoritas docẽti. si enim magnæ auctoritatis habetur, audientur libenter, & cupide dicta eius, & efficaciter retinentur, & fides eis plena adhibetur. Si verò paruæ auctoritatis, aut nullius, contẽnuntur dicta eius, & nemo, aut aduertit, aut parum, & sic nulli prodest talis doctrina, quia nemo illam suscipit. Sed vocari magistrum ab hominibus est quædam reuerentia delata ab hominibus, quæ multam auctoritatem doctrinæ confert: ergo licitum est sic, & meritorium, quòd quis cupiat vocari magister ab omnibus postquam magister est, & sic existimari.

Cum autem obijciebatur, quòd Christus ter vetuit vocari magistrum, aliqui insipientes dixerunt, quòd vere illicitum esset magistrũ fieri, vel esse, quia Christus vetuerat, hoc licitum tamen est doctorem fieri, & vocari, quia non est vetitum. Sed hi indigni sunt solutione. Christus enim nõ vetuit hic gradum aliquẽ determinatum quasi esset magisterium in theologia, aut artibus, vel aliquid simile, quia nomina horũ graduum nondũ erant, sed ab hominibus inuenta sunt. Sed vocatur magister omnis, qui profitetur aliquam scientiam in qua sit potens docere: istum enim gradum, vel statum nos designamus nunc per multa nomina, vt magistrum, doctorem, licẽtiatum, & huiusmodi, ideo omnia hæc Christus vetuit, inquantũ deseruiunt inani gloriæ, sed inquantum prosunt ad auctoritatem doctrinæ nullus gradus vetitus est, neque vocari nomine eius.

Cum autem obijciebatur, quia Iaco. 3. cap. dicitur. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Dicendum, quòd non innuit ex hoc malum esse magistros esse, vel effici, sed quòd est periculosum, cum dicat, maius vobis iudicium sumitis. Et est dicẽdum, quòd aut quis effici vult magister desiderio humanæ glorię principaliter, aut propter aliquam honestam causam, siue sit vtilitas proximorum, siue aliqua alia. Si primo modo iam ipsa voluntas mala est, & quicquid inde sequitur sub hac intentione, malum est. Si secũdo modo bonum est, & tamen est periculosum, quia status magistrorum est excellentior statu aliorum, & ideo quando ipsi peccant grauius peccãt quam cęteri, qui non sunt magistri, quia turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum, vt ait Cato. Ideo siquis vult effici magister eo ipso vult rem periculosiorem, quam qui non est magister, & tamen non est malus status, immo eo ipso, quo ille status est periculosior, est melior, & perfectior, sicut status perfectior est religionis quam vitæ secularis, & tamen periculosior est, quia grauius peccant religiosi, quando peccant quam sæculares, & tamen quando viuunt secundum statum suum valde magis merentur, quam sæculares, ita magistri si sequantur conditionem status sui, & professionis, magis merentur quam qui non sunt magistri, & tamen si peccent, grauius peccant quam alij, & quia facile est hominem peccare, periculosum est esse magistrum.

Et ideo consulit Iacobus, quòd nõ efficiamur multi magistri, idest assumentes officium docendi super alios: vnde simpliciter non vetat fieri magistros, sed plures, s. quando necessitas exigit, vt aliquis præponatur alijs ad docendum eos poterit hoc accipere, & licet sit periculosum, tamen propter necessitatem debet illud audere, s. quando magistri sunt ad copiam, quòd quis velit effici magister, idest habere officium docendi super alios etiam pro bona causa est subire periculum sine causa, & hoc dissuadet Iacobus. Et tamen, etiam si in illo casu accipiens illud officium tenuerit professionem magistrorum, secundum conditionem status, melius se habet quã si non esset magister, & hoc est, quod dixit, scilicet nolite fieri plures magistri, & non dixit absolutè, nolite effici magistri, quasi non dissuaderet gradum, vel statum, sed multitudinem sine causa.

Quid Christus in hoc intellexit. Vnus est enim magister vester.
Quæst. LVIII.

QVAERETVR quare Christus dixit. Vn⁹ est enim magister vester, & quid in hoc intellexit. Dicẽdum, ꝙ intelligitur vnus, idest solus, quia aliter non procederet ratio sua. Nam Christus vult euitare multitudinem magistrorum, dicens: Nolite vocari Rabbi, & iterum ne vocemini magister, quasi dicat, non plures magistri. Et probationem huius dat, quia vnus est magister, & tamen si accipiatur vnus, idest quidã non est probatio, quia stat bene, ꝙ sint multi magistri, & vnus magister: immo vbi sunt multi magistri est vnus magister, sed accipit̃ vnus, idest solus, & tunc procedit probatio, s. magister solus est: ergo nõ sunt multi. Secũdo mõ põt accipi vnus est magister, i. quidam, & tñ ille est magister oĩum. Et tunc sequitur, ꝙ si vnus est magister oĩum, non sunt necessarij multi magistri: immo nõ erunt multi. Si aũt non esset aliqs vnus magister oĩum, sed quicunq; magister esset magister paucorũ, oporteret simul esse multos magr̃os nõ subordinatos, quorũ vnus non depẽderet ab alio.

Quis est iste vnus magister. Quæst. LIX.

SED tunc dicetur, quis est iste vnus magister? Dicendum, quòd est Deus, siue Christus, & tamen quomodo Christus sit magister infra dicetur. De Deo autem quomodo sit magister est dicendum nunc. Est autem planum, quòd Deus est magister: ipse enim docet nos: ergo magister est. Patet hoc Isa. 2. cap. scilicet venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas. Et Psalm. 93. dicitur. Qui corripit gentes, non arguet? qui docet hominem scientiam?

Deus est magister omniũ. Ex hoc sequitur, quòd Deus sit magister omniũ, quia si vnus est magister, ergo & omnium, quia Deus excellit omnes homines, & omnem creaturam: ergo sicut docet vnum hominem, quia maior eo est, & potest aliquid ei notificare, quod nescit, ita & poterit notificare cuique, quia nemo est tam excellens in intelligendo, qui à Deo non possit doceri.

Ex hoc quoque sequit̃, ꝙ Deus solus sit magister. Primo quia magister dicit eum, à quo alij doctrinam recipiunt, & ipse inquantum magister à nullo doctrinam recepit. Hoc autem nulli competit, nisi Deo. Nã homo potest docere hominem, & tamen ille homo docetur ab alio homine, vel à Deo, vel ab Angelo, solus autem Deus est, qui docet, & à nullo docetur: ergo ipse solus est proprie magister.

Secundo, quia accipitur hic magister omnium: homini autem non competit. Nam vnus homo est magister alterius, vel multorum, & tamen nullus est magister omnium simpliciter, idest eorum, qui sunt, & fuerunt, & erunt. Tertio quia Deus est magister quãtum ad omnia, nemo autem aliorum est magister saltem vnius hominis quantum ad omnia. Est enim homo magister alterius, quia instruit eum in aliquibus, nemo tamen est, qui alium instruxerit penitus quantum ad omnia, quę nouit, sed quantum ad aliqua: alia verò partim ab alijs, & partim naturali ingenio didicit. Quarto quia nemo docet perfectè, nisi Deus. Nam docere quantum ad optimum, & excellentissimum modum docendi est sapientiam alteri dare, vel in eo sapientiam causare: nemo tamen sapientiã causat in alio, nisi Deus: ipse enim immediatè tangit intellectum, & voluntatẽ, & potest influere in istas potentias directè, propter quod potest subito aliquem efficere sapientem imprimendo, vel causando habitum sapientiæ in intellectu eius. Ita enim fuit de Salomone, quẽ in vna nocte sapiẽtissimum effecit, cũ ille dormiret 3. Reg. 3. & 2. Paralipom. 1. c. Hoc etiam facit in prophetis, quibus subito dat cognitionem, siue illa sit per immutationem intellectus, siue phantasiæ. Sed in hoc differt à sapientia Salomonis, quia fuit infusio habitualis, iõ quod semel infusum fuit, semper mansit per totam vitam. In prophetis autem est infusio actualis, & transiens, ideo post actum prophetandi non manet prophetis aliqua vis cognoscẽdi, secundum quam excellant alios homines, homo autem non potest hoc, quia non pertingit operatio sua ad interiora, s. neque ad intellectũ neque ad phantasiam, non quidem ad intellectum, qui est potentia pure spiritualis, & ideo non potest imprimere alteri homini habitum sapientię, vt subito eum efficiat sapientem. Etiam non põt operari directè in phantasiam, quia sic posset disponere organa interiora, & efficeret hoĩem, qui rudis est esse aptissimũ ad ĩtelligere, & faciliter oĩa penetrare, qđ nemo facit. Sed operatio, sm̃ q̃ homo docet hoĩem est circa ipsum intelligibile disponendo illud, vt facilius sit ad capiendũ. Vidimus enim quædam esse ita facilia, ꝙ statim homo deuenit in cognitionem eorum ẽt nullo docen-

Salomonem dormientem Deus sapientissimũ effecit ĩ vna nocte.

F te. Alia verò obscura, & difficilia, ad quæ vix aliqs põt peruenire: magister aũt potest circa hoc, quia id, qđ erat obscurũ reddit planũ, & intelligibile statim. Qđ multipliciter fit. Vno modo si termini sint obscuri, quos quis non intelligit interpretando illud per terminos planos, quos quilibet intelligit. Alio modo qñ aliquid est dubium, eo ꝙ non constat de veritate eius, quia nescitur qũo sequatur ex principijs notis, & necessarijs ostendere qũo sequatur ex principijs, per qđ statim erit notum à quolibet cognoscente principia. Alio modo dando principia, ex quibus quis possit inferre multa, de quibus non cogitauit vnquam, neque venerunt sibi in dubium. Et differt iste modus à præcedenti. Nam in prǣcedẽti est conclusio proposita, &

G tñ veritas eius non est scita. Sicut si alicui nihil scienti de geometricis dicatur, ꝙ triangulus habet tres angulos duobus rectis ęquales. Nam tunc etiam nescit, an verum sit, vel qũo sit verum. Sinautem deducatur cõclusio illa vsque ad principia resoluendo quæ principia sunt cuilibet nota erit cognita veritas eius ab isto. In isto modo vltimo est exemplum, ꝙ circa aliquam artem nunquam alicui fuit proposita conclusio, de qua dubitaret, neque principia, ex quibus inferret, & aliquis det ei principia sufficientia illius artis, etiam si nullam cõclusionem proponat sciet iste inferre ex sufficientibus principijs datis conclusiones quascunque alias artis, & hoc docuit eum magister. Et sic o-

H peratio magistri, qui est homo, est exterior ei, qui docetur, & tamen ad multum prodest, operatio autem Dei est formalis, & intrinseca.

Ex hoc sequitur, quòd homo non potest docere hominem, nisi quando attendit apponens ingenium suum circa ea, in quibus docetur. Deus autem docet hominem non attendentem, & ideo non videt homo, quando Deus eum docet actualiter, sed inuenit subito se doctum. Homo autem non potest hoc facere. Ex quo sequitur, ꝙ Deus æqualiter potest docere hominẽ dormientem, & vigilantem, homo autem non potest docere, nisi vigilantem, & dispositũ. De primo patet quantum ad prophetas Num. 12. ca. siquis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. De Sa-

Qũo Deus & hõ in docendo differát.

I lomone quoque 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. ca. Nam per somnium fuit sibi data sapientia. Vnde quando euigilauit, vidit, quòd fuisset somniũ. Etiã nos docet per somnium: Iob. 33. c. Per somnium in visione nocturna, quando irruit super homines sopor, & dormiunt in lectulo, tunc aperit Deus aures virorũ, & erudiens, instruit eos disciplina, vt liberet hominẽ à superbia. De secundo manifestum est, quia homo non potest docere alium hominem dormientem, sed necesse est vigilantem esse, & dispositum, vt quòd nõ sit ebrius, neque amens factus, aut possessus aliqua forti passione, quia omnia hæc distrahunt ab intelligendo. Ratio diuersitatis est, quia Deus docet agendo imme-

K diate in intellectum, sed intellectus in seipso nullam passionem recipit, ideo siue homo sit dormiens, siue ebrius potest docere Deus ipsum, sicut si sit vigilans, homo autem non agit immediate in intellectũ, neque in phantasiã alterius, sed agit circa exteriora intelligibilia disponendo illa, ideo necessaria est actio, & attentio eius, qui docetur ad hoc, ꝙ intelligat, sed dormiens, & ebrius, aut indispositus non habet actionẽ intellectus, vel est valde debilis, ideo tales non possunt doceri ab homine. Nã si docetur homo ab homine docens non causat actũ intelligẽdi, in eo qui docetur, sed ipse per se hẽt actum intelligendi qualem põt. Docens aũt solum disponit exteriora intelligibilia, vt reddantur apta ad intelligi, quæ prius non erant proportionata intellectui huius, Deus autẽ quãdo docet

ipse

ipſe cauſat habitum intelligendi, ſicut in Salomone, A vel actum intelligendi, ſicut in prophetis, iõ non differt, ꝙ homo ſit dormiens, vel vigilans quantũ ad recipiendam Dei doctrinam. Ex hoc etiam ſequitur, ꝙ aliqualiter ſe habet docens ad addiſcentem, ſicut ſe habet intellectus agens ad intelligere, quia intellectus agens non cauſat intellectionẽ in intellectu poſſibili, ſed diſponit intelligibilia, quia phãtaſma eſt principium intelligendi. 3. de Anima. Et illud ſecundum ſe non eſt intelligibile, niſi in potentia, eo ꝙ habet cõditiones, vel appenditia materiæ, & non pt ſic recipi in intellectu, qui eſt immaterialis, ideo oportet depurari ad hoc, ꝙ ſpecies intelligibilis efficiatur vniuerſalis, & ſpecies ſic depurata eſt actu intelligibilis, licet B nondum ſit actu intellecta. Hanc aũt depurationem ſpecierum efficit intellectus agens, iõ intellectus agẽs eſt, quaſi docens, quia non imprimit, neque cauſat habitum intelligendi, neque actum intellectionis, ſed ſolum diſponit intelligibilia. Sed tñ maior eſt efficacia intellectus agentis ſupra poſſibilem, q̃ magiſtri ſupra diſcipulum, quia operatio magiſtri eſt circa extrinſeca, & eſt per ſolum actũ rationis. ſ. exponendo terminos, vel reducẽdo concluſiones ad principia reſolutorie, vt dictũ eſt, operatio aũt intellectus agentis eſt ꝑ modum naturæ. Nam nullo inſtruente habet intellectus agẽs iſtam vim in quolibet hoĩe. Etiam quia materialia efficit immaterialia, & iſta magis eſt naturalis C efficacia, q̃ rationis actus, & ideo ſi ita dicamus magis docetur hõ ſm habitudinem intellectus agentis ad poſſibilem, q̃ ſm habitudinem magiſtri ad diſcipulũ. Et ideo quia ſolus Deus eſt magiſter iuxta ſupra dicta dixit Chriſtus, ꝙ nos non vocaremur magiſtri, quaſi iſtud ei ſoli competat, ſicut nemo debet vocari bonꝰ, quia ſolus Deus eſt bonus, vt dicitur ſupra 19. & Mar. 10. c. Aliqui autem dant duas cauſas huius, quæ tamẽ reducuntur ad ſupra dicta. Prima eſt, quia licet homo ſit magiſter & Deus: tñ non ſunt æqualiter magiſtri, ideo non debent vocari eodem noĩe, ſed Deus vocatur magiſter, ergo non hõ. Secundo, quia homo ſolũ docet exterius, Deus vero docet interius, vt declaratũ fuit, ideo ſolus Deus debet vocari magiſter. Eſt autẽ D verum, ꝙ non eſt conueniens vocare Deum magiſtrum, & hoĩes magiſtros, quia non competit eis vniuoce. i. ſm rationem vnam, quia aliud efficit Deus docendo aliud homo, vt oſtenſum eſt. Et tamen nomẽ iſtud, inquantum eſt nomen excellentiæ, competit Deo: ergo non competit hominibus, ſed vocantur large magiſtri, & multum defectiue, ſicut eſt de entitate, bonitate, & cæteris perfectionibus. Deus. n. ſolus ꝓprie, & vere eſt, vt dicit Hier. ad Marcellam, & magiſter 1. ſen. di. 8. ꝙ ipſe Deus teſtatur, dicens. Ego ſum, qui ſum. Exod. 3. cap. quaſi dicat, ego ſum, & nullus alius eſt. De bonitate quoque Deus ſolus bonus, ſicut Chriſtus dixit iuueni, quid me interrogas de bono, quia ſolus Deus eſt bonus, ſupra 19. & Marc. 10. capi. Et vocamur nos tamen boni, & entia large, & ſecun- E dum analogiam deficientẽ, ita & magiſter ſolus Deus eſt vere, & proprie, nos tamen large magiſtri vocamur. De hoc dicit Chry. ſuper Matthæ. Nolite vocari Rabbi, ne quod Deo debetur, vobis præſumatis. Nolite & alios vocare Rabbi, ne diuinum honorem hominibus deferatis: vnus eſt. n. magiſter omnium, qui omnes homines naturaliter docet. Si enim homo hominem erudiret, omnes homines diſcerent, quod habent doctores: nunc autem, quia nõ docet homo, ſed Deus, multi quidem docentur, ſed pauci diſcunt: hõ enim non intellectum præſtat homini docendo, ſed a Deo præſtitum per admonitionem exhortet.

Quomodo eſt verum quòd omnes ſint fratres, & per quem modum. Quæſt. LX.

QVAERETVR cum dicatur hic: omnes vos fratres eſtis. quõ verum ſit: nam non ſunt omnes fratres: ſi. n. fratres eſſent, cũ fraternitas ſit gradus attinentiæ, ſi oẽs eſſent fratres, ceſſarent cæteri gradus attinentiæ.

Dicendum, ꝙ omnes homines ſunt fratres, qa fratres accipiuntur quadrupliciter in ſcriptura. ſ. natura, gente, cognatione, affectu, & ſunt verba Hieronymi ſuper Matthæ. Natura, vt Iacob, & Eſau. Gente, vt oẽs Iudæi fratres inter ſe vocantur, vt in Deuterono. non poteris conſtituere ſuper te in regem hominem alienum, qui non ſit frater tuus. Fratres quoque vocãtur qui ſunt de vna familia, vt dicitur Gen. 13. dixit Abraham ad Loth, non ſit rixa inter me, & te, quoniam fratres ſumus. Affectu etiam fratres dicuntur, qui diuiditur in duo. i. in ſpecialem, & communem, ſpecialis, & ſpiritualis affectus eſt, quo omnes Chriſtiani dicũtur fratres, vt dicit Saluator. Vade dic fratribus meis. i. diſcipulis. Communis inquantum oẽs hoĩes ex eodem patre nati pari germanitate coniungimur. In præſenti autem competit aliquis modus iſtorum, ideo vocantur recte omnes fratres.

Fratres accipiuntur quadrupliciter.

Per quem modum vocantur omnes fratres. Quæſt. LXI.

SED dicetur, per quem modum vocantur omnes fratres.

Dicendum, ꝙ poſſunt vocari vno modo fratres affectu ſpirituali, quia omnes chriſtiani, qui Chriſti doctrinam ſequuntur, fratres ſunt. Et iſte modus competit, quia ad hoc, ꝙ al qui ſint inter ſe fratres, oportet, ꝙ habeant eundem patrem, vel matrem, & tamẽ omnes chriſtiani habent eundem patrem, & eandem matrem: ergo omnes ſunt fratres. De patre patet, quia pr̃ omnium eſt Chriſtus, non ſolum inquantum ipſe eſt Deus, ſed etiam inquantum tradidit doctrinã Euãgelicam, ſub qua manemus, quæ eſt aliquid cõe omnibus, qui illam tenemus, cum non ſolum ipſe, cuius illa eſt, ſed etiam ille, qui eam nobis prædicat, dicatur nos gignere ad Gala. 4. cap. cum dixit Apoſtolus. Filioli, quos ego quotidie parturio, donec formetur in vobis Chriſtus, & illud, per euangelium ego vos genui. 1. Corinthio. 4. ca. ſi ergo Apoſtolus prædicando euangelium pater erat, a fortiori ille, qui illud prius prædicauerat, & in cuius virtute prædicabatur dicetur pater, & ille eſt Chriſtus: propter quod cum per fidem accedamus ad Chriſtum, dicimur effici filii ꝑ fidem Ioan. primo capitulo, ſcilicet dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credũt in nomine eius. Et quoniam profeſſio huius fidei fit in baptiſmo, dicimur in baptiſmo generari. Sic dicitur Ioan. tertio capitul. quòd renaſcitur homo ex aqua & Spiritu ſancto. Regenerationem. n. vocamus baptiſmum. ſ. qui natus eſt, habet patrem: ergo ſm ꝙ quis generatur, vel regeneratur, quod fit per baptiſmũ, habebit patrẽ: iſte aũt eſt Chriſtus, in cuius fide regeneramur, & eſſe incipimus, ergo Chriſtus eſt pater, & per conſequens oẽs, qui eundem modum naſcendi ab eodẽ habemus, vocamur fratres, ſed oẽs Chriſtiani ſic regenerant, ergo oẽs ſunt fratres ſic. ſ. affectu. De matre quoq; apparet, qa eadẽ mater nos gignit. Nam ſicut in generationẽ naturali mater ſe habet paſſiue, ſed quia inquantũ aliquid confert ad generationem, oẽs qui ſunt ab eadẽ matre, etiam ſi non ſint ab eodem patre, dicuntur fratres, ſed in generatione iſta, qua in baptiſmo, & fide regeneramur, hẽt ſe aliquis actiue, & aliquis paſſiue, ideo

Omnium Chriſtianorum ipſe Chriſtꝰ pater eſt.

Christus pater ecclesia mater est fideliū. ideo patrem,& matrem habemus. Christus.n.est pater,& ecclesia est mater. Nam ecclesia dat nobis sacramenta oĩa, & potissime sacr̄m regenerationis, & in oĩbus sacr̄is habet se Christus actiue, inquantū tota virtus sacr̄alis est ab eo,& non p̄t esse ab aliquo homine. Ecclesia habet se passiue, quia sicut mater in generatione naturali dat menstruum, quod se hēt passiue ad formationem, quæ est per virtutem formatiuā, quæ est a p̄re, ita ecclesia tribuit sacr̄a, & exhibet nos ad participandum virtutem Christi, quæ est in sacr̄is, per quam virtutem regeneramur, est.n.ecclesia mr̄,& ita nos solemus vocare ecclesiam almam matrem nostram, sed oēs quotquot in Christum credunt intra ecclesiam manent, quæ ita confert ad nostram salutē, ꝙ extra eā, nemo p̄t saluari extra de Sum.tri.& fid. cath.c. firmiter. Ergo ēt ex hoc fratres sunt oēs fratres chr̄iani,& est fraternitas affectu sp̄uali. Et apparet, ꝙ isto modo fratres vocentur, quia in ecclesia primitiua oēs christiani vocant̄ inter se fratres, & sic cępit Christus vocare,& Apostoli sic vocabant. Nam in oĩbus epistolis Pauli vocantur fratres ipsi Christiani, quantumcunque distinguuntur attinentia cognationis. Secundo possunt oēs homines vocari fratres, inquantum vnum patrem habent, quia origo totius humani generis simul descendit ab homine vno.i.ab Adā, & non a pluribus simul, sicut leones nō descēdūt oēs ab eodē leone, sed a pluribus simul, quia multos mares & fœminas in illa specie Deus creauit, ita de bobus,& ouibus, atque cæteris. Ille ergo, qui toti humano generi essendi principium dedit, pater vocabitur omnium: ergo omnes inquantum ab eodem descendimus, erimus fratres.

Tertio possunt omnes vocari fratres, inquantum a Deo sumus. Nam initium essendi secundum naturā non solum homines, sed etiā omnia entia a Deo acceperunt,& omnes filii Dei vocari poterunt, ergo inquantum ab eodem omnes descēdimus, vocabimur omnes fratres.

Sed obiicietur, ꝙ nō possunt omnes vocari fratres. Primo mō istorum, tum quia non sunt oēs homines christiani, tum quia ēt illi, ad quos loquebatur Christ⁹ non erant Christiani, tum quia etiam si accipiantur fratres, qui eandem doctrinam Christi tenebant, licet nondum essent Christiani, tamen nondum oēs hi tenebant hanc doctrinam, quia Christus non solum loquebatur hic discipulis suis, sed etiam turbis, vt apparet ex litera,& illę erant turbę Iudæorum, qui nōdum in Christum credebant.

Dicendum, ꝙ nunc vocamus fratres omnes, qui in Christum credunt, & quia non credūt omnes homines in Christum, cum dicatur ad Roma.10.c. ꝙ non omnes obediunt euangelio, non sunt omnes fratres in actu, sunt tamen omnes fratres ex debito, quia qui non credunt obligantur credere, & quando crediderint iam actu erunt fratres.

Ad secundum dicendum, ꝙ illi, ad quos Christus loquebatur, poterant vocari fratres hoc modo, quia non requiritur, ꝙ vocentur Christiani, sed ꝙ doctrinā Christi teneant. Et quoniam discipuli Christi, qui tūc eum audiebant, tenebant non solum doctrinam eius, sed etiam vitam vocari poterāt fratres. Et apparet manifestius, quia post resurrectionem Christi, & ascensionem, atque Spiritus sancti missionem perfectis discipulis Christi existentibus quantum ad oĩa charismata fratres erant illi,& tn̄ nondum vocabantur christiani. Nam ēt inter ascensionem Christi,& Pentecostē vocabantur oēs credentes in Chr̄m fratres. Act.1. vbi congregatis centum,& viginti, aūt quasi dixit Petrus ad omnes, viri fratres, &c. Et omnes hos vocat Paulus fratres.1.Corint.15.c.dicens, ꝙ Christus post

F resurrectionē visus est, plusquam quingentis fratrib⁹. Et tn̄ nondum vocabantur christiani, sed multopost. Nam Antiochiæ cęperunt nominari primū christiani prædicante Paulo,& Barnaba. Actu.11.cap. & ante hoc vocabantur semper fratres, vt patet ex discursu totius libri Actuum Apostolorum, vsque ad 11.c.& tn̄ in ipso c.in principio dicitur: Audierunt autē Apostoli,& fratres, qui erant in Iudæa, ꝙ gentes recеperāt verbum Dei. Vocabantur etiam ante hoc discipuli, cum dicatur.eod.c. Conuersati sunt in ecclesia, & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarent̄ primum Antiochiæ discipuli christiani. Ergo discipuli prius vocabantur,& sic tenentes fidem Christi, antequam christiani vocarentur, poterant vocari fratres

G ex causa fidei Christi, etiam viuēte Christo. Et sic erat de discipulis eius.

Ad tertium dicendum, ꝙ licet turbæ nondū tenerent Christi fidem, tn̄ vocari poterant fratres. Et ratio est in duobus. Primo, quia licet non tenerent eā omnes de turba, multi tamen credebant in Christum, q̄d dicitur Ioan.12, c. ꝙ in die festo multi crediderunt in eum,& illi iam fratres vocarentur.

Secundo, quia dato, ꝙ nemo illorum crederet in eum, tamen competebat eis verbum istud Christi.s. omnes vos fratres estis, quia licet nondum crederēt, prædicabat eis Christus, vt crederent, & quando crederent fratres essent, ideo potest dici, omnes vos fratres estis, idest fratres esse debetis.

H Dicēdum aūt, ꝙ licet his tribus modis possint oēs homines vocari fratres, tn̄ proprie Christus accepit tertium modum. Et patet primo, quia fratres dr̄, qui ex eodem patre, vel matre descendunt, sed ponit hic Christus quis sit pater omniū, s. ꝙ Deus est pater omnium, nam ait. Et patrem nolite vobis vocare sup terram, sed extra terram nemo est pater, nisi Deus, ergo respectu Dei sunt omnes homines fratres. Secundo patet, quia dr̄ in litera: Vnus est pater vester, qui est in cęlis: ergo est solus pater,& respectu huius vocantur filii,& fratres,& non alio modo. Et sic etiam non vocantur fratres, inquantum omnes descendunt a primo homine, quia ille super terram est, quia inquantū pater fuit, fuit super terram, quia ibi genuit eos, a quibus totum genus humanum disseminatum est. Determin. quæsiti.

I Tertio patet, quia taliter Christus solet vocare patrem, vt supra sexto capitulo, docuit omnes homines orare dicentes. Pater noster qui es in cęlis, ille autem Deus est, sed qui eundem in patrem vocant dicuntur fratres inter se: ergo sic vocātur fratres, supra decimo octauo capitulo, scilicet si peccauerit in te frater tuus, & tamen illud extenditur ad quemcunque hominē, quia quilibet peccare potest, & quilibet potest corripi. Hoc aliqui putant, sed verum est, ꝙ de fidelibus intelligitur, vt ibi ostensum est. Inquantum tamen omnes tenentur esse fideles, potest extendi verbum ad illos,& vocabuntur fratres omnes, inquantum ab eodem patre, idest a Deo sunt: sed tres probationes præ-

K cedentes magis faciūt ad propositum, quam ista, quæ pertinere potest ad fratres, vt sunt christiani, vel tenēres fidem Christi.

Quare introduxit Christus istud hic.s.omnes vos fratres estis. Quæst. LXII.

Qvaeretvr, quare introduxit Christus istud hic.s.omnes vos fratres estis. Nam intendebat hic Christus oñdere, ꝙ vnus hō nō erat magr̄ alterius, sed solus Deus, & ad hoc nihil videbatur facere ad propositū, ꝙ essent oēs fratres, vel ꝙ non vocarent patrem super terram.

Dicendum, ꝙ fuit valde introductū ad propositū.

Primo

Primo quidem, quia istud est probatio præcedentis dicti, dixerat enim: Nolite vocari Rabbi, vnus est.n. magister vester. Et subdit. Omnes autem vos fratres estis, quasi dicat non potest vocari aliquis vestrũ magister, quia vnus est, idest solus magister vester, idest Deus, & vos non estis magistri in alterutrum, & hoc, quia omnes vos estis fratres, quasi dicat magister, & discipulus sunt nomina magnę inęqualitatis, vos autem non estis inęquales, sed ęquales, quia omnes vos estis fratres, ergo non est vnus magister alterius. Et patet iste sensus ex modo loquendi literę, quia dicitur, omnes autem vos fratres estis. Et tamen illa dictio, autem, est continuatiua, & bene conuenit ad reddendum causam, & quia dixit omnes esse fratres, & non sunt fratres, nisi respectu eiusdem patris, vel matris, ostendit quasi ex necessitate consequentię, dicens. Et patrem nolite vocare vobis super terrã, vnus est enim pater vester, qui est in cœlis.

Secundo fuit ad ostendendum ęqualitatem hominum: Christus enim volebat aliquando ostẽdere homines esse ęquales, & hoc est, inquantum vnus nõ est alteri causa essendi. Nam causa, & causatum sunt inęqualia, si autẽ vnus esset pater, & alius filius, inter homines esset vnus simpliciter maior alio, vt ergo videatur, quòd vnus nõ sit alio maior, dixit Christus omnes esse fratres, quia vnus frater non est ab alio, sed ambo sunt ab eodem. & quia hic dixit de ęqualitate hominum, inquantum vnus non est magister alterius, sed omnes habẽt eundem magistrum communem, fuit conuenientissimus locus ad ponendum hic potius, quam alibi, ꝙ omnes homines sint fratres.

Tertio ponitur ad ostendendum causam sequentis regulę de humilitate. Nam iubet, ꝙ nemo se exaltet homines autem se exaltant, inquantum se opinantur maiores alijs siue, sint in veritate, siue non. Ad hoc aũt, ꝙ homo se humiliet, oportet ꝙ seipsum consideret, inquantum est minor alijs, vel saltem non inquãtum est maior. Et hoc voluit Christus ostendere dicendo, ꝙ omnes sumus fratres, & vnus nõ est pater alterius. In quo manifestum est, ꝙ non negat originem vnius hominis ex alio, sed vult tollere inęqualitatem, s. ꝙ cã sit bonum nostrum, & esse a Deo, vt ab origine, & nõ ab alio homine, non debemus vocare alium hominẽ patrem, sed Deum, & omnes nos sumus fratres, quia ab eodem accipimus. Et sic Deus deducit nos in considerationem, ꝙ vnus non sit alterius causa, vel bonũ, & ideo non sit maior, sed sit ęqualis inquantum omnes ab eodem accipiũt esse, & sic sunt fratres. Ex quo sequitur, ꝙ non oportet aliquis superbire super alterũ, eo ꝙ non est maior eo, quod tamẽ requiritur ad hoc, quod superbiat.

Quarto fit ad ostendendum diuinam excellentiã, scilicet vt id, quod Dei est, non attribuatur hominibus, homo enim non dat esse simpliciter alteri, ideo non vocatur pater: Deus autem totum esse dat, ideo ipse recte vocatur pater.

Quare dicitur patrem nolite vocare vobis super terram. Quæst. LXIII.

QVAERETVR quare dicitur patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui est in cęlis. Dicẽdum ꝙ Christus innuit, ꝙ solus Deus est pater noster, iõ non debemus vocare aliquem patrẽ, nisi ipsum. Quod autem Deus pater sit, patet, quia pater est principium dãs esse, sed Deus est principium dans nobis esse, ergo ipse pater vocatur, & est. Secundum est, ꝙ ipse solus sit pater, & hoc patet. Primo respectu omnium, quia pater omniũ est, qui oĩbus dat esse, sed nemo est, qui hoĩbus omnibus det

A esse, sed alicui, ergo nemo est pater omnium hominum. Deus autẽ dat esse omnibus hominibus, & omnibus entibus, ideo ipse est pater omnium.

Secundo, quia etiam respectu eiusdem hominis nemo dat totum esse, nam constat homo ex anima, & corpore, nemo autem dat animam, sed Deus illã infundit, & creat, & tamen illa est præcipua pars, immò quasi totus hõ. Nam Plato voluit aĩam esse totum hominem, corpus vero nõ esse partem hominis, sed vestimẽtum hominis, sicut vestis est respectu corporis, licet in hoc errauerit. Aristo. tñ, qui recte sentit, dixit 9. Ethi. ꝙ homo est intellectus, vel maxime, hõ autem nõ dat, nisi partem materialem. s. mater ministrat materiam fętus, pater aũt virtutẽ formatiuam: Deus aũt

B totum dat tam animam, q̃ corpus. Etiam totam materiam non ministrant parentes, quia non solum est de veritate naturę humanę id, quod in semine susceptum est, & fuit in prima corporis formatione, sed ẽt id, quod postea ex alimento transit in substantiã aliti: Deus autem tam animam, quam materiam totam, & esse per continuationem temporum præstat, iõ ipse solus est pater, qui simpliciter tribuit esse, homines autem non tribuunt, nisi aliquid, siue partem. Et hoc vult Chryso. super Matthæ. dicens: In mundo.n. quãuis homo hominem generet, tamẽ vnus est pater, qui omnes creauit, nõ enim initium vitę habemus ex parentibus, sed transitum vitę per eos accipimus. i. vnus succedit alteri, a quo esse accipit, & alius alteri, tamen

C hõ simpliciter non accipit esse ab homine, sed a Deo.

Ex hoc sequebatur aliud. s. ꝙ non debeamus vocare aliquem patrẽ super terrã. Nam si solus Deus est pater eum solũ debemus vocare patrẽ, & tñ ipse non est super terrã, sed dr̃ esse in cęlis. Et dr̃ hoc ad drĩam hominis, qui est pater terrenus. Eadem aũt causa est, quare non debet aliquis vocari magister. s. quia nemo est, qui totaliter doceat, & interius, sicut ostensum est supra, nisi Deus, ideo ille vocatur magister.

An peccatum sit vocare aliquem patrem præter Deum. Quæst. LXIIII.

D QVAERETVR autem an peccatum sit vocare aliquem patrem pręter Deum, cũ Christus hic vetuit.

Dicendum, ꝙ nõ est peccatũ. Primo patet, quia verũ est, ꝙ aliquis est pater pręter Deũ, ergo non est peccatum vocare patrem eum, qui pater est, qui enim genuit nos pater est, & hoc nomẽ pater his impositum est, ergo non est pc̃m vocare eos patres. Secundo, quia non est pc̃m asserere id, quod Deus asserit, sed Deus asserit patres nostros aliquos pręter se cũ dicat, ꝙ honoremus patrẽ, & matrẽ, Exod. 20. & Deuter. 5. c. & in multis alijs locis scripturę vocat patres eos, qui nos genuerunt, ergo non est peccatũ vocare eos patres. Tertio, quia vti vocabulo ad significandum id, ad quod significandũ impositũ est, nõ est

E pc̃m, sed hoc nomen pr̃ impositũ est ad signandum eos, qui nos genuerunt, ergo illos vocare patres non est peccatum. Quarto, quia negare patrẽ est pc̃m magnum filio, neque põt patrem negare sine cã vrgẽti, vt dr̃ 8. Ethi. in fine. Nam qui debet quãdiu debet nõ põt abnegare, iõ pater põt facilius abnegare filiũ, sed filius non põt abnegare patrem, nisi efficiatur malitię insanabilis, vt patet ibidẽ, sed patri tenet. filius ad magnum honorem 9. Ethi. & ille est talis honor, qualis qui debetur Deo 8. Ethi. scilicet. Dijs & parentibus nõ possumus ęqualia retribuere. Ergo nunquam potest eum abnegare, sed si filius non vocaret patrem eum, qui se genuit, auferret ei multum de honore, cum in hoc nomine multum honoris impendamus geni-

toribus. Sicut dicitur 1.c.Mala.scilicet, Si ego pater sum, vbi est honor meus? Ergo non solum non est illicitum vocare genitorē patrem, sed etiam tenemur ad hoc.

Quinto, quia nos imitamur sacram Scripturam in modo loquendi, sed ipsa vocat patres eos, qui genuerunt, ergo licet nobis vocare illos patres.

Et ideo dicendum, quòd non solum vocamus genitores patres, sed etiam multos alios. Nam omnes illos, qui pręsunt alicui administrationi potissime spirituali vocamus patres, & ita omnes prælatos patres dicimus. Etiam eos, qui ętate maiores sunt patres vocamus, quia secundum conditionem ętatis patres nostri esse poterant, licet non sint, & omnes isti modi accipiendi patres inueniuntur in scripturis.

Cum autem obijcitur, quòd Christus vetuit vocare patrem aliquem hominem. Dicendum quòd non vetuit simpliciter vocari patres, quasi nullo modo vocarentur patres, sed quod non vocarentur nomine excellenti, quem proprie pater notat. Nam pater dicitur principium essendi, homo autem præstat homini aliquod esse inquantum ab eo procedit, sed esse totale, siue præcipuum, aut primum non præstat, immo Deus dat istud esse solus, vt ostensum est præcedenti capitulo. Propter quod istud nomen pater secundum suam potissimam significationem cõuenit Deo, hominibus autem competit, quasi ęquiuoce, vel saltem secūdum analogiam, quia imperfectum esse tribuūt, & non eo modo, quo Deus. Et quia si absolute vocaretur homo pater alterius hominis putaretur sibi cõuenire pater secundum plenam rationem paternitatis, quod falsum est, & fieret in hoc Deo præiudiciū, quia ille honor, qui Deo debetur per excellentiam tribueretur homini, ideo vetuit Christus vocare patrem aliquem hominem, scilicet secundum istam rationem totalem paternitatis, quia nullus homo sic est pater, sed solus Deus, qui est in cœlis. Et hoc litera dicit, scilicet nolite patrem vocare vobis super terrā, scilicet qui sit totale, & primum principium essendi, & subdit: Vnus est enim pater vester, qui est in cœlis, scilicet secundum istum modum paternitatis nullus est pater, nisi Deus, qui est primum principium essendi, & totaliter esse conferens, & a nullo recipiens.

Esse pater Deo cõuenit ꝓprie, ęquiuoce autem hominibus.

Et eodem modo de magistro dicimus, non enim licet vocare aliquem magistrum, quasi absolute sit magister, idest totaliter doceat, quia nemo est, qui omnes doceat, neque quantum ad omnia, & interius imprimendo sapientiam, nisi Deus, vt ostensum est supra: homo autem docet exterius disponendo intelligibilia, ideo absolute nemo potest vocari magister, nisi Deus, homines autem quantum ad aliquid sunt magistri, sed non simpliciter. Et ita Apostolus vocabat se doctorem gentium, siue magistum 1.Timo.2. & Deus quoque vocat alios magistros, Numeri 11. capitulo.

De hoc dicit Hierony. super Matthæ. scilicet. Quæritur quare aduersus hoc præceptum Apostolus doctorem gentium se esse dixerit, aut quomodo vulgato sermone in monasterijs se patres vocant inuicem. Quod sic soluitur aliud est patrem esse natura, vel magistrum, aliud indulgentia. Nos si hominem patrem vocamus honorem ętati deferimus, non auctorem nostrę ostendimus vitę. Magister enim dicitur ex cõsortio veri magistri, & ne infinita replicem quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat cęteris, ne per adoptionem dij vocentur, & filij, ita & vnus pater, & magister non præiudicat alijs, vt abusiue vocentur patres, & magistri.

Religiosi in monasterijs, an iuicē se patres vocitare possint.

F *Quomodo est verum, quòd magister omnium erat solus Christus. Quæst. LXV.*

QVAERETVR quomodo est verū, ꝙ magister omniū erat Christus, & solus ipse erat magister. Nam magister solus Deus est, quia magister interius docet, & omnes docet, & quantum ad omnia, & tamē quantum ad omnia hęc nemo est magister, nisi Deus. Dicendū ꝙ verū est, large enim loquendo, & per aliquā participationē magisterij multi sunt magistri, s. omnes, qui in aliquo docent, & tamen proprie, & simpliciter nemo est magister, sed solus Deus, quia ipse solus docet interius, & quantum ad omnia, & tñ de Christo est dicendum, ꝙ
G est magister, quia Christus est verus Deus, iō competit ei magistrum esse. Sed tunc dicetur istud dictū stat aliqualiter quantum ad eos, qui de Christo veram fidem habēt, sicut nos, qui confitemur eū esse Deum. Iudæi tñ, quibus Christus loquebatur non confitētur Messiam esse Deum, sed purū hominem, sicut vsque hodie credunt, quomodo ergo discipuli vocarent eū magistrum proprie coram illis? Dicūt aliqui, ꝙ bene dictum est, quia licet Iudæi non putarent Messiā esse Deum, tamen in veritate Deus erat, & quod plus est, quia ex sacris Scripturis poterat probari, ideo Iesus loquebatur de Messia velut de Deo.

Item quia licet Iudęi non crederent Messiam esse Deum credebant hoc discipuli, qui iam credebant
H Christum esse filium Dei viui Matthæ.16.c.& prædicabat hoc Iesus discipulis simul cum Iudæis, ergo cõuenienter dicebat Christum esse magistrum.

Sed dicendū, ꝙ non stat. Primo, quia dato, ꝙ Christus in veritate esset Deus, cum non crederetur esse Deus a Iudæis, non attribueret ei Iesus conditiones Dei. Sic patet supra 19.c. de illo adolescente, qui vocauit Christum magistrū bonum, & dixit ipse, quid me interrogas de bono? vnus est Deus bonus. s. solus Deꝰ est bonus. Et tamen ipse Deus erat, vt posset vere vocari bonus, licet nullus esset bonus, nisi Deus, sed quia ille adolescens non credebat eum esse Deū noluit, ꝙ contra cõscientiā vocaret eū bonum quousque Deū confiteretur. Item non stat, quod allegatur, s. ꝙ prędi-
I cabatur hoc discipulis, qui sciebāt Christū esse Deum. Nam hoc staret si solis discipulis diceret, sed dicebāt turbis potius, quam discipulis, licet discipuli essent præsentes, ideo non respiceretur, nisi fides turbarum, quia simile fuit de adolescente vocante Christū bonum. Nam coram discipulis dixit ei Christus, cur me vocas bonum cum ipse putaret Christum esse purum hominem, licet discipuli, qui illud audiebant, putarēt illum esse Deum. Est ergo dicēdum, ꝙ vocatur Christus magister, & proprie quidem, quasi ipse omnia doceat. Sed accipitur docere de eis, quæ pertinent ad salutem, & tunc est verum, quòd sicut solus Deus est simpliciter, & corporaliter pater, quia ipse solus dat totum esse, & simpliciter, & omnibus, ita Christus est
K absolute magister, quia ipse dat totam doctrinam, & omnibus, scilicet quia nihil aliud esset necessarium ad salutem, nisi quod Christus doceret, & ista doctrina pro omnibus esset, cęteri vero, qui docerent nō essent magistri, quia si recte docerent, nihil docerent, nisi quod Messias tradidisset, quia non licet deuiare a doctrina eius, neque in puncto. Et hoc conueniebat etiā secundum intentionem Iudæorum, quia dato, quod Messias esset purus homo, credebatur ab eis daturum talem doctrinam, a qua non liceret recedere, & quam cæteri sequi tenerentur, & ideo ille simpliciter esset magister, sicut Deus est pater simpliciter.

Secundo apparet, quòd ista sit intentio Christi, quia

quia hic, quando locutus est de patre, dixit ꝙ Deus erat pater,& nemo alius. Quando autem dixit de magistro, dixit ꝙ Christus, idest Messias erat magister, & nemo alius, & Deum non expressit. In quo innuit ꝙ ad esse patrē vere, & simpliciter oportebat esse Deū, & tamē ad esse magistrum non oportebat esse Deū, sed alicui minori poterat competere, scilicet Christo quem Iudæi minorem putabant.

Et causa est, quia pater est principium essendi, ideo vocatur absolute pater, qui est principium totius esse, magister autem dicit doctrinā, iō vocatur magister, qui totam doctrinam tradit, & quia illā proprie doctrinam vocamus, quæ pertinet ad salutem nostram, aliam vero, quæ ad hoc non pertinet, quasi ęquiuoce vocamus doctrinam, iō illum dicemus absolute totā doctrinā tradere, qui docet oīa, quæ sunt necessaria, aut sufficientia ad salutem. Sed hęc docet Messias, & pōt docere ea, etiam si esset minor Deo, ergo ipse vocatur absolute magister. Sed absolute non potest vocari pater, qui nō est Deus, eo ꝙ non potest esse principium totius esse, qui Deus non est.

Tertio apparet hoc, quia ex verbis Iesu apparet manifeste, quòd ipse non vult patrem, & magistrum pertinere ad eundē, vel saltem secundū eandem rationem. Poterat.n. poni hoc tripliciter. Vno modo, ꝙ tam pater, quam magister vocarentur simul Deus, & Christus. Secundo modo, ꝙ pater, & magister vocaret Deus, & magister vocaretur Christus simul cum Deo, sed non pater. Tertio modo, ꝙ Deus vocet̄ solū pater, Christus vocetur solum magister. Si acciperet̄ primo modo, ponerent̄ vt penitus ęquales Christus, & Deus, vel acciperetur tam pater, q̄ magister large, sicut in nobis accipimus patrem, & magistros. Si acciperetur secundo modo posset facere dubitationē, an soli Deo cōpeteret esse magistrum, vel alicui minori. Ponendo autem tertio modo in nullo cōicant, cum Deus se habeat ad solā paternitatē, & Christus ad solum magistrum. Et tñ ponitur hic in tertio mō, quia qñ de patre locutus est solū Deum nominauit, cum autem magistrum solum Christum expressit. Nam bis tetigit de magistro, & nunq̄ noīauit Deum, sed primo dixit: Nolite vocari Rabbi, vnus est.n. magister vester, & non expressit ibi quis esset; & postea dixit: Nec vocemini magistri, quia magister vnus vester est Christus. Iō voluit ad solū Deū pertinere paternitatem, & ad solum Christum magistrum, quasi esset aliquid mitius.

Quarto apparet hoc manifestius, quia si magistrū esse acciperet Christus hic prout soli Deo competit, negaret illud de hoīe, de quo negat cętera, quæ Deo soli competunt, sed non facit. Ergo magistrū esse nō cōpetit soli Deo, vt Christus loquitur. Sic patet supra 19. & Mar. 10. c. qñ adolescens dixit Christo, magister bone, &c. & Christ⁹ redarguit ipsum, quare vocabat eum bonum, vt patet e. c. & tñ non redarguit, ꝙ eum vocet magistrum. Si tñ ęqualia essent vtrūque negaret. Et patet causa, quia dixit, ꝙ non vocaret eū bonū, quia solus Deus est bonus. Si ergo solus Deus esset magister diceret pariter, ꝙ non vocaret eū magistrū, sed hoc non negauit, neque prohibuit se vocari, immo sic vocabatur, ergo esse magistrū poterat cōpetere alicui, qui esset minor, q̄ Deus, & sic ēr coram Iudæis, qui non credebant Christum, idest Messiam esse Deum poterat conuenienter dicere Iesus, ꝙ non erat aliquis magister, nisi Christus, quia ipse solus plene tradebat totam doctrinam necessariam ad salutē, cęteri vero non poterant aliquid addere ad hoc, neque ab illo deuiare, sed sequi solum id, quod ille docuisset.

A

Quare Christus non dixit hic, quòd pater omnium esset Christus, sed magister omnium.
Quæst. LXVI.

QVAERETVR quare Christus non dixit hic, ꝙ pater omnium esset Christus, & quare specialiter voluit dicere, ꝙ esset Christus magister omniū.

Ad primum dicēdum, ꝙ fuit primo, quia pater eo mō, quo hic accipitur, nō potest cōpetere, nisi Deo, cum debeat dare totum esse, & simpliciter, & tamen Iudæi non credebant Messiam esse Deum, ideo non crederent eum esse patrem eo modo, quo Christus loquebatur.

B

Secundo, quia dato, quòd ex sacra Scriptura posset constare Christum esse Deum, & ideo esse patrem absolute, tamen hoc non faciebat ad propositū, quia probare eū esse Deum.i. ꝙ totum esse daret, non erat, quod Christus intendebat, & erat magnę difficultatis apud eos, qui aliter intelligebant sacram Scripturā, iō non curauit de hoc. Ad secundum dicendū, ꝙ voluit ostendere se esse magistrum, quia istud magis pertinebat ad eum. Nam Christus non venerat ad ośtendendum opera potestatis, sed ad prædicandum veritatē, q̄ credentes saluaremur, & iō opera potestatis eius non proderāt directe per se, sed solum ad doctrinā, non.n. faciebat miracula propter aliud, nisi vt crederetur. Et

C

sic dr̄ Ioan. 20. c. multa, & alia signa fecit Iesus, quę in hoc libro scripta non sunt, sed hęc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est filius Dei, & credentes vitam habeatis. Et tñ ad fidē proderat doctrina, quia id quod ipse docebat tenendum erat, & credendū, iō potius voluit loqui de doctrina sua, quam de potestate. Et maxime, quia istud facilius suaderi poterat, quam id, quod ad potestatem pertinebat.

Quomodo Christus dixit: Magister vester vnus est Christus, & an de seipso loquebatur.
Quæst. LXVII.

D

QVAERETVR quomodo Christus dixit magister vr̄ vnus est Christus, & an de seipso loquebatur. Aliqui dicunt, quòd sic. Et patet primo, quia dr̄ Ioan. 13. c. Vos vocatis me magister, & dñe, & bene dicitis, sum etenim. Et hoc dixit ipse discipulis suis, iō & poterat nūc eis dicere se esse magistrum de se loquendo. Secūdo, quia ipsemet iubebat se sic vocari infra 26. & Luc. 22. & Mar. 14. ite in ciuitatē ad quendā, & dicite ei. Magister dicit tempus meū prope est, &c. Tertio patet, quia ita vocabant eū Iudæi tā Pharisæi, q̄ cęteri, & ipse libenter rñdebat audito isto noīe, vt supra præced. c. s. magister scimus, quia verax es. Et iterum: Magister, quod est magnū mandatum in lege? Et etiam Sadducæi sic eum vocabant e. c. s. Magister, Moyses dicit, &c. ergo vocaret se nūc ma-

E

gistrū. Dicendū ꝙ Iesus dicendo hoc, non loquebat̄ de seipso, quasi de seipso, nā cū loqueret̄ de Christo.i. Messia, & ipse esset Messias, & nemo alius, oportet ꝙ de seipso loquat̄. Tñ non loquit̄ de se, quasi de se, vt expresse ex mō loquendi seipsum exprimat. Et patet primo, quia ad hoc oportebat, ꝙ notum esset ipsum esse Messiam, & tñ hoc non erat sic creditū apud Iudæos, ergo non loquitur de seipso.

Sed obijcietur, quòd discipuli, qui hæc audiebant sciebant iam eū esse Messiā supra 16. c. ergo poterat de seipso loqui. Dicendū ꝙ non sufficit. Nam licet discipuli hoc audirent nō adiuuabat, qa non erāt ipsi, ad quos sermo dirigebatur, sed turbę Iudæorū, quæ nōdum hoc credebant, discipuli autē erant inter illos, sed non pars aliqua notabilis, ad quē sermo fieret, iō sicut

sicut nemine sciente Iesum esse Christum non diceret hoc Iesus, quasi ex nomine suo, ita neque diceret nunc scientibus solis discipulis inter turbas Iudæorũ.

Secũdo, quia hoc dato, loqueretur ex nomine suo expresse, vt diceret vnus est, & solus magister vester, scilicet ego, & tamẽ dixit vnus est magister Christus, ergo noluit ostendere, ꝙ de se loqueretur.

Tertio, quia Christus ante mortem suam nõdum reuelauerat Iudæis an Messias esset. Nã in die passionis quæsiuit ab eo Caiphas adiurando si erat Christus filius Dei benedicti infra 26. & Mar. 14. & tamen si nũc de seipso loqueretur vocando se Christum, idest Messiam apte, non quærerent ab eo hoc Iudæi statim in passione, ergo non reuelauerat tunc, neque alio tempore.

Quarto patet, quia si Christus hoc diceret, quasi de seipso vocando se Messiam blasphemarent multi Iudæi, & potissime Pharisæi. Quod patet, quia infra 26. & Mar. 14. c. quando Iesus respondit Caiphę se esse Christum, scidit ille vestimenta sua, & dixit iam non esse necessaria testimonia, quia ille blasphemauerat, Et tamen nũc nemo locutus est quidquam: ergo loquebatur, quasi de alio, & non de seipso.

Quinto, quia simili modo eadem die quæsierat ipse de Messia a Phariseis, scilicet quid eis videbatur de Christo, cuius filius esset, & tñ manifestum est, ꝙ nõ loquebatur de seipso, quasi de se, quia illi nihil tũc responderent, sed recurrerent ad iniurias, sed quæsiuit, quasi de alio, vt ostensum est præcedenti c. ergo hic loquebat̃ de seipso, quasi de alio. Et hoc est tenendũ. Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ non est sic, quia ibi Christus locutus est solis discipulis, qui eum agnoscebant esse Messiam supra 16. c. & iõ tam dominum, quam magistrum coram eis se poterat vocare, & conueniens erat sic dici ad eos docendũ. Secus erat nũc, quãdo loquebatur turbis Iudæorũ, quę hoc nesciebant, & sequebantur inconuenientia dicendo hoc coram illis, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ ipse iubebat se vocari magistrum, non prout magister signat solũ Messiã, sed prout conuenit omnibus illis quõcunque docẽt, & qm̃ ipse docebat omnes, & vocabatur ab omnibus magister, & ita se vocari iubebat, & licet vellet se vocari magistrum, vt soli ei competit, quia Christus est, tñ hoc ex nomine non exprimebat. Ad tertium dicendum, ꝙ Pharisęi, & Sadducęi, & omnes Iudęi vocabant Iesum magistrum, non prout soli Messię, vel soli Deo competit, sed prout erat nomen generale, quo ipsi etiam vtebantur vocando seipsos magistros, & ita dixit Christus, ꝙ volebant vocari ab hominibus Rabbi, & ita non vocabant Iesum magistrum specialiter, sicut ei competebat, quia erat Deus, vel Messias.

Ad quid proderat nunc Christo dicere, quòd vnus, idest solus magister erat Christus, &c.
Quæst. LXVIII.

SED quæretur ad quid proderat nunc Christo dicere, ꝙ vnus, idest solus magister erat Christus cum nesciretur eum esse Christũ. Dicendum, ꝙ primo proderat ad reuelandum difficultatem probationis, q̃ facturus erat Christus postq̃ agnosceretur esse Messias. Nam volebat, ꝙ tunc crederetur ei summe, & ideo ostendere debebat, quòd Messię in omnibus credendum erat. hoc autem nũc probauit. Nam vocauit Messiã magistrũ simpliciter, & solum eum magistrum, ideo ei soli in omnibus erat credendum.

Secundo fuit, quia conuenientius istud nunc ꝓ-
F babatur, quam postquam ostenderetur, vel diceretur Iesum esse Messiam. Nam tunc Iudæi inuiderent ei, & forte non assentirent, quòd ei omnibus credendũ erat, nunc vero cum non diceretur quis esset Messias neque innuebatur Iesum esse Messiam facilius assentirent eis, quæ dicerentur in honore Messię. s. ꝙ ipse solus esset magister, & ꝙ ei credendum erat per oĩa, sic. n. fuit præced. c. qñ quæsiuit Iesus de Christo. i. de Messia cuius filius esset, & tñ sum est, ꝙ Dauid, ipse vero oñdit, ꝙ erat filius Dei, & nõ restiterunt ei Pharisæi, & tñ si de seipso quæreret ab eis cuius filium eũ putarent, statim prorumperent in iniurias, & contumelias, & nõ dicerent eum filiũ Dauid, quod Messię competebat.
G

Quomodo Messias poterat vocari magister.
Quæst. LXIX.

QVAERETVR quõ Christus. i. Messias poterat vocari magister. Nam soli Deo competit magistrum esse, vt ostensum est supra: ipse. n. solus docet quantũ ad omnia, & interius.

Dici põt vno modo, quòd Messias vere, & plene magister est, qm̃ ipse Deus est, & iõ nihil deest ei de plenitudine magistri. Secũdo põt dici, ꝙ ẽt si Messias non esset Deus, sed purus hõ, esset magister simpliciter, quia magister vocat̃ absolute ille, q docet oĩa, q̃ sunt necessaria ad fęlicitatem, q̃ est finis noster, & tñ
H Messias daturus esset legẽ, quæ dirigebat ad vitã ęternã sufficienter, vltra q̃ nihil erat necessariũ, iõ etiã si Messias non esset Deus, vocaretur magister absolute. Et hoc mõ intelligebant Iudæi, qui non credebant Messiã esse Deũ, & tñ credebãt, ꝙ ipse esset solus magister, quia non restiterunt verbo Christi nunc. Sed accipiendo magistrum ꝓ eo, q simpliciter in hoĩbus, & interius docet, & Messias sit sic magister, quõ stabit, quod dr̃, ꝙ solus ipse est magister, quia tunc pater non esset magister, neque Spiritus Sanctus. Dicendũ ꝙ pater, & Spiritus Sanctus est magister, & non obstat, ꝙ solus Christus sit magister, q̃a in essentialibus prædicatio facta de vna persona non excluditur alia, sed magistrum esse est essentiale, iõ licet dicat̃, ꝙ sol⁹
I filius est magister, non excludit̃ pater, neq; Spiritus Sanctus. Et rõ est, q̃a pater, filius Spiritus Sanctus nõ sunt plures magistri, sed vnus magister, & iõ ille magister, qui est filius solus, est pater, & Spiritus Sãctus, qm̃ non est alia sapientia, aut virtus naturalis qua pater doceat, & Spiritus Sanctus, quam illa, qua filius docet, & ideo si vna persona diuina est magister, & alia quoque erit magister.

Quomodo est verum, quòd Christus dixit scilicet qui maior est omnium vestrum, erit minister vester.
Quæst. LXX.

QVAERETVR quõ est verũ, quod Christus di-
K xit. s. Qui maior est oĩum vestrũ, erit minister vester. Aliqui dñt, ꝙ intelligitur per modũ prænũciationis, s. ꝙ ille, qui maior futur⁹ esset in Ecclesia, esset minister. Nã maior in Ecclesia est vicarius Christi. i. summus pontifex, & iste est minister. s. seruus. Vñ sic vocat se seruũ seruorũ Dei, & sic exponit Nicolaus.

Sed melius stat, ꝙ ponat̃ hoc ꝑ modũ imperij, vel consilij, q̃ ꝓnunciationis. Primo, q̃a ista sñia sua alibi repetit̃, & ponit̃ ꝑ modũ imperij, vel cõsilij, vt statim dicet̃, iõ debet exponi ista ꝑ illã. Secũdo, quia nõ stat satis cõueniẽter, ꝙ ponatur ꝓ pręnũciatione, quia Christus intẽdit ea, q̃ ptinẽt ad doctrinã. Pręnũciare aũt quid futurũ non pertinebat ad doctrinã, neq; ad aliq̃ vtilitatem, vt ꝙ diceretur, ꝙ princeps Ecclesiæ vocandus

vocandus erat minister, quia multa alia vtiliora poterant prædici, quæ tamen Christus non curabat prędicere. Ergo neque istud dixit prædicendo futura.

Dicendum igitur, quòd dicitur docēdo, & potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur: Qui maior est omnium, erit minister vester, idest qui voluerit maior esse inter vos, oportet ꝙ sit minor efficiendo se minorem, & ministrū omnium, quia nunc non potest quis peruenire ad magnum statum, nisi per humilitatem. Sic dicitur Mar. 9. c. Siquis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et iterum ait: Qui non receperit regnum Dei, vt paruulus, non intrabit in illud. Alio modo potest accipi, quòd respondeat præcedentibus, quia dixit Christus, quòd nullus erat magister, nisi Christus, idest Messias, & quoniam aliqui diceret, quid ergo nos sumus, qui docemus? & potissime cum aliqui magnalia docerent, & facerent, sicut accidit inter discipulos Christi. Respondet Christus, quòd illi non erant magistri, quia non solum omnes immo siquis esset potissimus omnium in docendo, non esset ille magister, sed esset minister, scilicet Christi, quia ea, quæ doceret, non doceret quasi a seipso, sed accipiēs ea a Christo, & ideo nō esset magister, quia magister a se habet, sed esset, quasi magistri minister. Sic dicit Origenes. Si ministrat quis verba diuina, sciens quia Christus in eo fructificat, nequaquā se magistrum, sed ministrum profitetur.

Ad quid introduxit Christus hoc verbum, scilicet qui maior est omnium, &c. Quæst. LXXI.

QVAERETVR ad quid introduxit Christus istud verbum, scilicet qui maior est omniū vestrum erit minister vester. Dicendum, ꝙ vno modo introducitur hoc, quasi probatio præcedentium. Nam dictū fuerat, ꝙ non vocaremur magistri, quia magister noster vnus .i. solus est .s. Christus, & quia magister est nomen inęqualitatis, & excellentię vetuit inter nos istam inęqualitatē quātum ad animum .s. vt nemo se credat, vt alijs maiorē, qa tunc liceret ēt se vocare magistrū, & patrē, sed potius, qui maior est, debet se reputare, vt minorē, & seruū oīum. Et ita non vsurpauit nomen magistri, & patris aut domini. Secundo ponit hoc ad oñdendum, ꝙ non concordamur Pharisæis, & Scribis in doctrina. Illi .n. cupiebant primas cathedras in Synagogis, & primos accubitus in cęnis, & vocari ab oībus Rabbi. Et in his non solū, qui aliquo bono digni videbātur, sed ēt, qui nullo bono digni erant talia appetebant. Christus aūt ex opposito docet nos .s. ꝙ non solū, qui digni nō sunt nō ambiāt talia, sed ēt qui digni sunt illa non cupiant, sed potius se paruos sponte faciant alijs seruientes. Tertio ponit hoc ad ostendendum drīam inter legem Christi ad status alios hominum .s. ꝙ in lege Christi aliquis principatus esse debebat, quia nullus status pōt manere sine principatu, quia aliàs nullum esset regimen, aut ordo, & quia status legi Christi est valde ordinatus necesse est, ꝙ daretur principatus in eo, & sic est. Et tñ hoc Christus noluit .s. ꝙ principes in statu legis suę non essent tales quales apud gentes, quia ibi principes hñt nomen principum, & benefactorū, quasi ab eis pendeat velut a principio quodā, & cā efficiente bonū subditorū, & insuper dominant subditorū imponentes sibi onera, quasi vere sint subditi eorum, & quod eis teneantur ad omnem obedientiam, & tributorum præstationem. Sic dicitur supra 20. ca. principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Et Luc. 22. c. dicitur. Principes gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, idest bonum impendentes, & a quibus bonum subditorum dependet. Christus autem vtrunque abstulit in suo principatu, scilicet quòd principes non subijcerent alios sibi, quasi subditos imponendo illis onera, vt vere subditis, sed potius ꝙ principes acciperent supra se onera subditorum, & ministrarent eis. Et de hoc dicitur supra 20. c. & Mar. 10. & Luc. 22. scilicet non sic autem erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Secundum autem ex primo intelligebatur. Nam si princeps subijceret se subditis ministrādo eis, non se vocaret benefactorem, vel causam boni eorum, quod ad superbiam, & inanem gloriam pertinet. Hic vero vtrūque expresse posuit. Primum quidem, scilicet non dominari, idest non imponere onera subditis, quasi vere subditis cum dicit hic, quòd qui maior est, idest constitutus princeps in Ecclesia, non debet se, vt maiorem reputare, & tenere, sed efficiat se ministrum omnium. Secundum autem vetuit, cum supra dixit, quòd nemo vocaretur magister, & si non licet vocari magistum, & patrem, a fortiori non licebit vocari dominum, quod est nomen maioris potestatis.

Quomodo est verum illud, scilicet qui se exaltat humiliabitur. Quæst. LXXII.

QVAERETVR quomodo est verum illud, scilicet qui se exaltat humiliabitur.

Dicēdum, ꝙ pōt intelligi vno modo .s. qui se exaltat iactando se de bonis, quæ habet, vel de illis, quę non habet apud homines. Humiliabitur idest tenebitur, vt humilis, vel abiectus apud Deū. Et hoc mō omnis, qui peccat, humiliabitur apud Deū .i. paruus reputat. Qui aūt se humiliat .i. paruum iudicat hic, & cōtēptibilē ēt si hēat excellentiā, vel acceperit a Deo aliqua, q̄ possint eū extollere exaltabit apud Deū, qa Deꝰ reputat illū, vt excelsum. Sic dicit Remigius. Oīs q̄ se de suis meritis extollit, apud Deū humiliabit, & qui se de benefactis humiliat, exaltabitur apud Deū. Et iste modus loquēdi est in sacra Scriptura, vt supra 5. c. scilicet. Qui soluerit vnum de præceptis istis minimis, & docuerit homines, minimus vocabitur in regno cęlorum, qui autem fecerit, & docuerit hoīes, magnus vocabitur in regno cęlorum. Prouenit aūt ex hoc, quia humilis significat abiectū, & humiliare significat abijcere, & contemnere, & tñ aliqñ ꝯtemnit hō seipsum, & abijcit se ꝑꝑ Deū. Et tūc est humilitas, q̄ est virtus multū laudabilis. Aliqñ aūt contemnitur nō ab alijs, vel abijcitur, aut efficitur parui valoris, & honoris, & tunc dr̄ humiliari. Sic accipitur Exo. 21. c. de illo, qui deflorauit virginem dr̄, ꝙ humiliauit eā, .s. ꝙ nō est tanti honoris, neque valoris, aut opinionis fęmina ad hoc, quòd accipiat virum postquā deflorata est, sicut quādo manet in virginitate. Et hoc modo vocatur humilitas status paruus, qui est status pauperum, & eorum, quos nemo magno honore dignos putat. Sic accipitur Luc. 1. c. ex verbis Dominę nostrę, scilicet. Quia respexit humilitatē ancillę suæ. Et nō accipitur humilitas pro virtute, sed pro paruo statu. Nam si pro virtute acciperetur, esset sensus, ꝙ laudaret se Domina de virtute illa, & diceret, ꝙ propter meritum humilitatis respexit Deus ad illā. Sed falsum est. Nā sicut non licet alicui se laudare de virginitate, vel alia virtute, ita neque licet se laudare de humilitate, immo magis vitium, & magis turpe est se de humilitate laudare, q̄ de alijs virtutibus, vel excellētijs, cū humilitas opponat supbię, sm̄ q̄ quis extollit de excellentia, q̄ habet, vel nr̄e fingit. Est ergo sensus,

Humilitas pro infimo statu quāque accipitur.

ſenſus,ſcilicet quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę, ideſt ſtatum paruum,& contemptibilem inter homines,& voluit me eleuare ad excelſa, ideo beatam me dicent, ſcilicet non dicar beata ad omnibus propter id,quòd ego habebam,ſed propter id,quod Deus mihi dedit reſpiciendo me humilem,ideſt paruã,& contemptibilem exiſtentem.

Alio modo poteſt intelligi, quòd qui ſe exaltat in hac vita ſuperbiendo de aliqua excellentia, quam habet,vel nõ habet,vel ſe de ea iactat,humiliabitur,ideſt deprimetur in inferno,quia non poteſt eſſe ſtatus cõtemptibilior, quam manere in inferno, eo quòd ibi nullum bonum manet,in quocunque autẽ alio ſtatu, vel manet bonum, vel ſpecies boni, quæ in inferno non eſt.

Tertio modo poteſt intelligi pro ſtatu pręſenti,ſcilicet qui ſe hic exaltat, humiliabitur hic. Nam aliqui extolluntur hic premendo proximos ſuos,quaſi ſubditos, & illos Deus interdũ deijcit a ſtatu ſuo, & hoc eſt humiliare eos, & è contrario,qui ſe humiliat exaltabitur, ſcilicet quia aliqui humiliãt ſe hic corã Deo, & hominibus nullo modo dignos ſe reputando, & Deus illos extollit hic dando magnos honores in vita. Sic dicitur 1.Regum 15.c.de Saule, ſcilicet cum paruus eſſes in oculis tuis, caput factus es in tribubus Iſrael. Sic dicitur Luc.1.Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes, ideſt exaltauit humiles, & depreſſit diuites. De humilitate non eſt nunc dicendum, quoniam ſatis declaratum eſt ſupra 18.ca.q.15. vſque ad q.21.

Vę autem vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritę, quia clauditis regnũ cęlorum ante homines: Vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ,quia comeditis domos viduarum,orationes longas orantes propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ,& Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytum,& cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quam vos.

Væ autem vobis. Poſtquam oſtendit Chriſtus hypocriſis motiuum, quòd eſt ſuperbia, oſtendit hic multiplicem eius effectum. Et diuiditur in duas,quia primo ex multiplici effectu hypocriſis oſtẽdit culpam, ſecundo ſubiungit pœnam ibi. *Serpentes geminia viperarum.* Circa primum conſiderandum,quod cum hypocriſis ſit ſimulatio quædam, & illa opponatur veritati. Veritas autem triplex eſt,ſcilicet iuſtitię, vitę, & doctrinę,ideo oſtenditur, quomodo Phariſęi per hypocriſis ſimulationem corrumpebant omnes has veritates. Et primo qualiter corrumpebant veritatẽ doctrinę. Secũdo qualiter corrumpebant veritatem iuſtitię ibi. *Væ vobis Scribæ,& Phariſæi,qui decimatis.* Tertio qualiter corrumpebant veritatem vitę ibi. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi,qui mundatis.* Circa primum, vt aliqui dicunt conſiderandum eſt, quòd doctrina legis ad tria extendebatur,& ordinabatur. Primo ad cognitionem Chriſti in lege promiſſi. Secundo ad ſalutis conſecutionem per mandatorum impletionem, quia dictum eſt ſupra 19.c.Si vis ingredi ad vitam,ſerua mandata. Tertio ad cultum vnius Dei obſeruandum,& ideo diuiditur iſta prima pars in tres partes ſe-

Triplex veritas.

Doctrina legis ad tria ordinabatur.

F cundum,quòd Phariſęi corrumpebant iſta tria per ſimulationem. Secunda ibi. *Væ vobis Scribæ,& Phariſæi, qui circuitis.* Tertia ibi. *Væ vobis duces cæci.* Circa primum dicitur. *Væ vobis.* Ad maledictionem pertinet, quam Chriſtus prænunciat iſtis. *Scribæ, & Phariſæi.* Contra iſtos incepit loqui in principio capituli, cum dixit: Super cathedram Moyſi ſederũt Scribę,& Phariſæi. Et contra eos continuat ſermonem vſque ad finem c. *Hypocritæ.* Ideſt ſimulatores ſanctitatis, quam non habebãt. *Quia clauditis regnum cœlorum.* Scilicet claudendo portam, vt non ſit hominibus aditus introeundi in regnum cœlorum. *Ante homines.* In hoc ſignificat promptitudinem ad intrandum, quam iſti tollebant, ſcilicet quòd regnum cœlorum corã hominibus erat apertum,ita vt cuilibet promptum eſſet

G intrare, quia oſtium erat ante homines, ideſt coram hominibus, & tamen iſti claudebant. *Vos enim non intratis.* Scilicet Phariſæi,& Scribæ non intrabant in regnum cœlorum quomodocunque accipiatur illud, & ita erat culpa. *Neque introeuntes.* Ideſt intrare volentes, vel intrare paratos. *Intrare ſinitis.* Ideſt impeditis eos,& ita erat magna culpa. Nam ſi ipſi non intrarẽt, & permitterent alios intrare erant in ſeipſos iniqui, ſed non erant inuidi in alios. Si vero alios non permitterent intrare, vt ipſi intrarent, eſſent quidem increpabiles,ſed non omnino. Nunc vero cum ipſi non intrarent, neque permitterent intrare volentes erant magna increpatione digni. *Væ autem vobis.* Hic ponit

H ſecundum, in quo Phariſæi, & Scribę corrumpebãt veritatem legis quantum ad impletionem præceptorum per hypocriſim. Et dicitur. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi.* Omnes iſtę maledictiones diriguntur ad iſtos. *Hypocritæ.* Ex hypocriſi erat totum malum iſtorum, de quo eos nunc Chriſtus arguit.

Qui comeditis domos viduarum. Ideſt accipitis quidquid viduæ habent,& ita deuoratis domos earũ. *Orationes longas orantes.* Ideſt facientes longas orationes. Et eſt modus loquendi Iudaicus,& improprius, quia nemo orat orationem, & ſimile dicitur Pſal.105.ſ. Crediderunt verbis eius,& laudauerunt laudem eius, & tamen nemo laudat laudem,ſed laudem profert.

Propter hoc amplius accipietis iudicium. Ideſt maiorem

I condemnationem, ſcilicet quam illi,qui peccant,& non decipiunt hypocriſi, ſicut vos decipitis. *Væ autem.* Hic autem ſecundum alios ponitur ſecundum de ſupra dictis,ſcilicet. *Væ vobis Scribæ,& Phariſæi.* Ex eadẽ ratione,ex qua ſupra, ſcilicet quia peccabant,licet nõ in eodem peccato comminatur Chriſtus, vel maledicit Phariſæis,& Scribis. *Hypocritæ* Iſtud quoque ex hypocriſi faciebant. *Qui circuitis mare,& aridam.* Ideſt perambulatis terram,& mare. Eſt conſueta Hyperbole, ideſt per multa diſcurritis. Nam non diſcurrebant per terram totam, & mare ad hoc,quòd vnum proſelytum conuerterent, ſed multa circuibant facientes multa ingenia,& magnos labores adhibẽtes.

Vt faciatis proſelytum vnum. Ideſt, quòd conuertatis

K vnum hominem ad Iudaiſmum de Gentilitate. *Et cum fuerit factus.* Scilicet proſelytus,ideſt conuerſus ad Iudaiſmum. *Facitis eum filium gehennæ.* Ideſt dignum inferni pœna. *Duplo quam vos.* Ideſt valde vobis deteriorem.

Quare Chriſtus poſuit contra Phariſæos,& Scribas væ.
Quæſt. LXXIII.

QVAERETVR quare Chriſtus poſuit hic contra Phariſæos,& Scribas vę.

Dicendum,quòd vę importat maledictionem. Sic patet Apo.8.c.vbi audita eſt vox vnius magnę aquilæ volantis per medium cœli dicentis: Væ, væ, væ, habitantibus

tantibus in terra. Et Apo.9.c.dicitur: Vę vnum abijt, & ecce adhuc veniunt duo vę post hęc.

Causa huius expressionis maledictionis dicendo væ fuit prima, quia voluit exterrere Phariseos, & Scribas, vt cauerent a malo, quo vtebantur, quia forrassis timore superuenturi mali desisterent. Secunda causa fuit, vt Christus ostenderet se similem Deo in positione legis. Deus enim cum posuit legem mandauit ad confirmationem eius proferri maledictiones super non obseruantes, & benedictiones super obseruantes, & iussit sex tribus stare super montē Garizim ad benedicendum, & sex tribus ad maledicendum super montem Hebal in introitu terrę Chanaan Deut. 27. Et ibi tam benedictiones, quam maledictiones ponuntur. Christus autem cum esset verus Deus, qui legem dederat Moysi, tenuit hic in datione legis nouę similem modum, scilicet vt benedictiones obseruatoribus, & maledictiones transgressoribus poneret. Benedictiones autem posuit supra 5.c.scilicet. Beati pauperes spiritu: Beati mundo corde, &c. hic autem econtrario ponit maledictiones contra transgressores, & quoniam isti transgressores erant Pharisæi, & Scribæ, qui nolebant intrare in regnum cęlorum, & intrantes prohibebant, vt dicitur supra in litera. Proferunt maledictiones contra eos, quasi contra præcipuos transgressores, & ponuntur tot benedictiones, quot maledictiones, scilicet vtrobique septem.

De hoc dicit Origenes super Matthæum, s. Christ⁹ quasi verus filius Dei illius, qui dedit legem Moysi secundum similitudinem benedictionum, quę sunt in lege, dixit & ipse beatitudines eorum, qui saluātur, secūdum autem similitudinem maledictionum positarum in lege ponit vę aduersus peccatores dicens: Vę vobis.

An conueniens fuit, quòd Christus hic poneret maledictiones contra peccantes. Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR an conueniens fuit, quòd Christus poneret hic maledictiones contra peccantes.

Aliqui dicunt, quòd non, quia maledictio ad malum pertinet, in Deo autem malum non est, neque placet ei, ideo neque maledicere. Itē patet, quia Actu.3.c.dicitur: Deus autem suscitauit fratrem suum, quem misit benedicentem vobis. Tertio, quia ad Christum pertinebat non maledicere, cum ipse vetuisset illud, vt patet Luc.9.c. vbi Iaco. & Ioan. de eis, qui volebant maledicere cuidam castro inuocando ignem de cęlo super locum illum, & Christus increpuit eos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Apostolus quoque secutus doctrinam Christi iubebat benedicere, & non maledicere ad Roma.12.c. scilicet. Benedicite persequētibus vos, benedicite, & nolite maledicere. Ergo Christus non debebat maledicere.

Dicendum, quòd maledicere accipitur dupliciter, vno modo pro illatione mali, alio mō pro expressione mali, sicut benedictio interdum accipitur pro bonorū collatione, interdum pro boni imprecatione. Sic accipitur Numeri 6.c. scilicet sic benedicetis filijs Israel. Et est illa benedictio sacerdotalis, quæ consistebat in prolatione bonorum, scilicet. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, &c. & postea ibidem accipitur benedictio pro bonorum collatione, scilicet inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis, idest bona conferam, quasi dicat homines non possunt, nisi benedicere imponendo nomen domini super subditos inuocādo illud, sed Deus benedicit, scilicet inducendo bona imprecata. De

A maledictione similiter est. Si autem accipiatur pro malorum inflictione tam Deo, quam hominibus licitum est maledicere alicui, idest inferre illi malum, cum multi sint peccatores, quibus tam Deus, quam homines iuste mala inferunt. Si autem accipiatur pro malorum expressione tunc potest accipi dupliciter. Vno modo pro malorum prænunciatione. Alio modo pro malorum imprecatione. Accipiendo primo modo licita est maledictio, & istud conuenit prophetis, qui prænunciant mala futura contra aliquos, sicut Deus illis inspirat. Accipiendo secundo modo, vt est imprecari, aut simpliciter optatur alicui malum, vt illi eueniat inquantum malum est, vel optatur euenire

B malum, vt per illud emendetur, vel a malo arceatur, qui malus est, vel qui nondū malus est, & malus efficeretur, nisi esset malum, quod imprecamur. Accipiēdo primo modo illicitum est, quia malum, vt malum est, & nociuum solum, nunquam est licitum alicui optare, quia non debet mouere voluntatem, nisi bonum. Malum vero secundum rationem mali, & nociui non potest habere rationem boni, nisi in eo, qui habet appetitum deordinatum, & sic peccatū est malum eo modo optare, & imprecari. Accipiendo secundo modo aliquando est licitum, & potissime habentibus iurisdictionem, quorum actus quantum ad quasdā pęnas est maledicere, vt in maledictionibus, quæ proferuntur in excommunicationibus grauissi-

C mis, sed de his dictum est magis 2. Regum 1.c. super illo verbo, maledictionis Dauid, s. montes Gelboe, neque ros, neque pluuia veniat super vos.

De Christo nunc dicendum, quòd licuit ei maledictiones istas ponere. Et primo, quia Deus erat. Deo autem nihil est illicitum. Secundo, quia sic Deus posuit maledictiones super transgressores legis Deute. 27.c. & dictum est præcedenti c. ideo, & Christo idē licebat. Tertio, quia istę maledictiones non fuerunt positę per modum imprecationis, sed per modum prænunciationis. Nam imprecari pertinet ad eos, qui mala volunt, & inferre non possunt, & ideo petunt inferri ab eo, qui potest. Deo autem non conuenit hoc, ipse quippe nihil odit Sapien.11.c. quia si aliquid odisset non posset illud stare, sed diligit Deus omnia,

D quæ sunt. Etiam si alicui malum vellet inferre statim inferret, quia nihil posset impedire, & non imprecaretur. Et tamen prænunciare malum non est malum, quia hoc faciunt prophetę inspirati a Deo, ergo a fortiori Christo liceret.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd maledicere eo modo, quo Christus maledixit, non erat malum optare, sed malum prænunciare, vt dictū est.

Ad secundum dicendum, quòd Christus venit ad prænunciandum bonum, & efficiendum illud. Nam efficit bonum redemptionis nostrę, & prænunciauit nobis vitam ęternam, & suasit a peccatis recedere, quod bonum erat dando spē salutis, & redemptionis Actu.3.c. scilicet misit filium suum benedicētem vo-

E bis, vt conuertatur vnusquisque a nequitia sua. Malū autem prænunciat Christus minus principaliter, & consequenter, vnde non sunt, sicut duo actus, sed vt vnus, quia si vitam ęternam prænunciat his, qui auertuntur ab iniquitate necesse est, vt pręnunciet pęnam ęternam manentibus in iniquitate, & transgressoribus legis, sicut facit infra 25.c. & ita facit hic, quia cū principaliter posuisset benedictiones, siue beatitudines obseruatoribus legis, ponit hic maledictiones transgressoribus.

Ad tertium dicendum, quòd ibi non vetatur maledicere, sed malum efficere. Nam volebant duo illi discipuli inducere ignem de cęlo super locum, & gētem, & hoc Christus vetuit. Item dato, quòd hic accipiatur

piatur vtrunque, ideſt maledicere, & malum efficere, accipitur maledicere ſecundum imprecationem, & hoc non erat licitum diſcipulis, quia erat deſiderare malum inquantum nociuum. Chriſtus autem non ſic poſuit hic maledictiones, vt ſupra dictum eſt. Cũ autem Apoſtolus dixit, benedicite, & nolite maledicere, intelligitur de imprecatione mali, quæ fit ex ira. Nam dicitur ibi de perſequentibus nos, quòd illis non maledicamus, ſed illis ſolemus maledicere, & mala optare, & inferre ſi poſſumus. Chriſtus autem omnia vetuit ſupra 5.c. nam, neque malum retribuere debemus, neque odiſſe, ſed potius diligere, & benefacere. Et ita dixit Apoſtolus: Benedicite, & nolite maledicere, ideſt benedicite, & bona eis facite. Secus eſt de Chriſto, qui maledictiones non poſuit ex ira, aut tanquam malum optans, ſed vt iudex, & prenunciando mala ventura peccatoribus.

An ponantur contra Phariſæos, & Scribas ſpecialiter, vel contra omnes peccatores iſtæ maledictiones. Quæſt. LXXV.

QVAERETVR de iſtis maledictionibus hic poſitis an ponantur contra Phariſæos, & Scribas ſpecialiter, vel contra omnes peccatores.

Aliqui dicunt, quòd contra omnes peccatores. Primo, q̃a omnes peccatores ſunt digni maledictione, & illam recipient, ergo contra omnes locutus eſt. Secundo, quia vt dicit Origenes ſuper Mat. Chriſtus oſtendens ſe eſſe filium Dei illius, qui dedit legem Moyſi, poſuit hic benedictiones, ſiue beatitudines, & poſtea væ, ſicut in lege Moyſi poſitæ fuerunt benedictiones, & maledictiones, ſed manifeſtum eſt, quòd ibi poſitæ ſunt contra omnes peccatores, & nõ cõtra ſolos Phariſæos, & Scribas.

Alij dicunt, quòd cõtra ſolos Scribas, & Phariſęos dirigũtur iſta verba. Primo patet, quia a principio.c. vſque ad finem eſt continuatus ſermo ad eoſdem, & tamen Chriſtus cæpit dicere contra ſolos Scribas, & Phariſæos, dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Et poſtea totum, quod ſequitur pertinet ad eos, ergo de ſolis eis accipitur. Secundo patet, quia in quacunque maledictione expreſſe ponuntur nomina eorum, ſcilicet væ vobis Phariſæi, & Scribæ, & tamen ſi ad omnes vellet extendi non poneret expreſſe horũ nomina. Tertio, quia ſi poneret Chriſtus maledictiones pro omnibus peccatoribus, exprimeret multa genera peccatorum, vel diceret in generali de multis peccatis, & tamen vnicum ponit velut motiuum omnium, ſcilicet hypocriſim dicens ſemper: Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, ergo non dicitur contra omnes, ſed contra Scribas, & Phariſæos, in quibus præcipuum malũ erat hypocriſis. Quarto, quia iſta peccata, quæ ponuntur ſunt propria Phariſæorum, & Scribarũ, vt apparet ex litera, ſcilicet clauditis regnum cęlorum ante homines. Et aliud, ſcilicet deuoratis domos viduarum longas orationes orantes. Et ſic de cæteris, ergo non loquitur hic Chriſtus contra omnes peccatores, ſed contra ſolos Phariſæos, & Scribas, & tamen, quia hic ponuntur maledictiones, quæ prænunciantur pro peccatis eorum, & omne malum a Deo inflictum eſt iuſte inflictum, & iuxta conditionem peccati, ideo neceſſe eſt, quòd ſi in alijs hominibus, qui non ſunt Scribę, & Phariſæi inueniãtur peccata ſimilia, & ęqualia peccatis eorum, quòd infligãtur illis eędem pęnæ, & competant illis eædem maledictiones, quæ ponuntur hic.

Ad primum argumentum primæ partis dicendũ, quòd verum eſt, quòd omnes peccatores ſunt digni maledictione, & eueniet eis, tamen non eſt neceſſe, F quòd exprimatur in ſcriptura, quia multa fiunt, quæ non exprimuntur in ſacra Scriptura pęnę malorum, ſicut premia bonorum, non tamen eſt propter hoc neceſſarium, quòd hic ponantur maledictiones peccatorum, quia alibi ponuntur vt infra 25.c. vbi ponitur pęna æterna peccatoribus.

Ad ſecundum dicendum, quòd iſta eſt quædam adaptatio, ſed non omnimoda conuenientia. Manifeſtum eſt enim, quòd lex noua, & vetus in multis ſunt diſſimiles, & vnum eſt in pęnis, & pręmijs, & hoc eſt principium. Nam in nouo teſtamento obſeruatoribus legis promittitur vita æterna, tranſgreſſoribus autem datur pęna ęterna infra 25.c. in veteri teſta- *Lex noua, & vetus ſunt diſſimiles.*

G mento obſeruatoribus datur pręmium, quod eſt bonum temporale, tranſgreſſoribus vero comminatur Deus mala temporalia. In malo autem, & bono ęternis non eſt differentia, quia vnicum eſt bonum ęternum, & vnicum malum ęternum. Et ideo Chriſtus in nouo teſtamento non fecit multas promiſſiones bonis, & multas comminationes malis, ſed ſolum dixit, quòd boni irent in vitam ęternam, mali vero in ignem ęternum. Bona autem temporalia ſunt multiplicia, licet omnia parua, mala quoque ſimiliter multiplicia ſunt, & ideo in veteri teſtamento poſuit Deus multas promiſſiones, & multas maledictiones Deut. 27.c. & in nouo teſtamento non oportuit ſic fieri, &

H ita non fuit neceſſe, quòd iſta vę, quæ ponuntur hic, ſint maledictiones datę cõtra tranſgreſſores noui teſtamenti, quia contra omnes illos ponitur pęna infra 25. ſcilicet quòd ibunt in ignem ęternum, & iſta væ erunt ſpecialiter poſita contra Scribas, & Phariſæos. Argumenta alia in contrarium concedenda ſunt, ſed cum hoc dicẽdum eſt, quòd licet illa vę Chriſtus ſpecialiter dixerat contra Scribas, & Phariſæos, & non contra omnes peccatores, tamen quia cõtingit alios ſimiliter peccare, vt ex ęqualitate peccati det Deus ęqualem pœnã, & ſimilem, extendentur iſtę pœnę, & maledictiones contra multos alios peccatores.

Quid eſt regnum cœlorum. Quæſt. LXXVI.

I QVAERETVR quid eſt regnum cœlorum, de quo hic dicitur.

Dicendum, quòd accipitur quatuor, vel quinque modis in ſacra Scriptura, vt oſtenſum eſt ſupra 21.c.q.177. Et tamen pro præſenti dicendum, quòd regnum cœlorum poteſt accipi dupliciter, ideſt pro vita ęterna, quę eſt propria acceptio. Et pro ſacra Scriptura, pro qua non tam proprie accipitur. Et quia dicitur hic, quòd Phariſæi non intrabãt in regnum cœlorum, neceſſe eſt accipi regnum cœlorum, & oſtium regni cœlorum, & hoc in vtraque ſignificatione. Et clauis regni cœlorum, & tenens clauem, qui aperire poſſit, & claudere etiã neceſſe eſt accipi quid ſint. *Regnũ cœlorum dupliciter accipitur.*

K Accipiendo autem primo modo regnum cœlorũ eſt ipſa vita ęterna. Regnum cœlorum ſecundũ, ideſt ianua, per quam intratur eſt Chriſtus, quia ipſe eſt, qui per paſſionem ſuam dedit nobis facultatem intrandi in vitam ęternam, quæ prius non erat. Tertium eſt clauis, & eſt intellectus ſacrę Scripturę, quia per ſacram Scripturam aperitur porta, vel cognoſcitur, ſcilicet Chriſtus. Quartum eſt tenens clauem, ſcilicet ſacerdotes, quia ad hos pertinet prędicatio verbi Dei, & explicatio verbi Dei Mala.2.c. labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem ex ore eius exquirent, quoniam angelus domini exercituum eſt. Et Aggęi 2.c. dicitur: Interroga ſacerdotes legem.

Accipiendo ſecundo modo eſt regnum cęlorum ipſa ſacra Scriptura, & eſt primum. Secundum vero, ideſt

ideſt ianua eſt verus intellectus ſcripturarum. Tertiũ, ideſt clauis eſt doctrina ſacerdotalis, vel ſcientia illa, qua alicui manifeſtamus verum intellectum ſacrarũ Scripturarũ. Quartũ eſt tenẽs clauem.ſ.ſacerdotes, q̃ hæc docendo aperiunt, vel claudunt.Sic dicit Chry. ſuper Mat. regnum cœlorũ ianua eſt intelľs earũ, aut regnum cęlorum eſt beatitudo cęleſtis. Ianua autem eſt Chriſtus, per quem introitur in eam. clauicularij autem ſunt ſacerdotes, quibus commiſſum eſt verbũ docendi,& interpretandi ſcripturas.Clauis autem eſt verbum ſcientiæ ſcripturarum, per quam aperitur hominibus ianua veritatis. Adapertio autem eſt interpretatio vera.

Quare Chriſtus dixit Phariſæis, & Scribis clauditis regnum cœlorum ante homines.
Quæſt. LXXVII.

QVAERETVR quare Chriſtus dixit Phariſæis clauditis regnum cęlorum ante homines.

Dicendum, quòd aperire, & claudere pertinet ad eos, qui clauem habent, cum ad vtrunque ſe extendat clauis, erant autem tenẽtes clauem doctores veteris teſtamenti, ad quos pertinebat prædicare verbũ quomodocunque accipiatur regnum cęlorum, vt dictum eſt præcedenti q.ſed doctores erant Phariſæi, & Scribæ,quia ipſi ſedebant ſuper cathedram Moyſi, vt dicitur ſupra in litera, & ſic habebant clauem regni cęlorum. Vnde ipſi poterãt aperire, vel claudere regnum cęlorum ante homines, quos docebant, & hoc per bonam,& malam doctrinam. Et non arguũtur hic,quòd aperiebant, ſed quòd claudebant regnũ cęlorum. Et hoc propter duo. Primo,quia aperire regnum cęlorum bonum eſt, ideſt diſponere hominẽ ad intrandum in vitam ęternam, vel aperire, ſcilicet manifeſtare verum intellectum ſacræ Scripturę. De bono autem redargui non debet iuxta illud Io.10 c. De bono opere non lapidamus te,ſed de blaſphemia. Secundo, quia regnum cęlorum non oportet multũ aperire, quia ipſum de ſe apertum eſt, licet obſcurus videatur introitus, ſed videtur poſſe claudi, ſiquis faciat, quòd alij intrare non poſſint. Sic dicit Chryſo. ſuper Mat. Vide, quia non dixit, vę vobis,qui aperitis regnum cęlorum, ſed qui clauditis, ergo non ſunt ſcripturæ clauſæ licet ſint obſcurę. Sed primum melius eſt.

Circa quod ſciendum, quòd claudere regnum cęlorum accipitur multipliciter. Vno modo impedire per doctrinam intrare in illud. Et hoc eſt, ſiue quis impediat alios agnoſcere Chriſtum, qui eſt ianua, ſiue impediat peruenire ad intellectum ſacræ Scripturę docendo falſa, vel intricando veritates ipſas ex intentione, vt non poſſint, qui ſimplices ſunt, agnoſcere veritatem ſacræ Scripturæ,neque Chriſtum ex ea. Et iſtud eſt grauiſſimum peccatum, quia directe derogatur honori Chriſti,ſcilicet vt non agnoſcatur, & conſequenter non colatur,neque adoretur. Etiam eſt contra charitatem fraternam, qua quis inuidet alteri vitam æternam,& ideo nititur ei claudere viam ad illam.

Secundo modo clauditur per ſcandalum puſillorũ ſiue ſimplicium,vt ſiquis ex operibus ſuis ſcandalizauerit ſimplices, ita vt ex opere illus habeant occaſionem faciendi mala, & deuiandi in aliquo a veritate fidei, vel rectitudine operum. Hoc autem facere poſſunt omnes tam laici, quam clerici, qui habentur in aliquali auctoritate apud cæteros, ſed potiſſime illud faciunt doctores ſacræ Scripturæ, quorum exempla in peccando faciliter ſequitur populus. Nam per hoc, quòd alios ſcandalizant,faciunt eos errare a

A regno Dei, non intrando in illud.

Tertio modo clauditur per excommunicationem indiſcretã, vel iniuſtam, quando prælati excommunicant ſubditos iniuſte. Nam quantum in ipſis eſt claudunt eis regnum cęlorum,quia faciunt,quòd nõ participent bonis Eccleſiæ eo tempore, quo excommunicati manent, quia abijciuntur de corpore Eccleſiæ quantum ad communicationem virtutis cęterorum membrorum, & tamen ſi patienter tolerẽt talem excommunicationem ſic excommunicati nõ abijcientur, ſed introibunt in regnum cœlorum nolentibus prælatis, ſi autem contemnant,quia iniuſte, vel indiſcrete excommunicati ſunt, implicant ſe in culpam, in quam non incurrerunt ante excommu-

B nicationem.

Quarto modo claudunt regnum cęlorum illi,qui imperiti exiſtẽtes aſpirant ad officium docendi, quia iſti licet non intendãt auertere aliquem a regno Dei, tamen ex ignorantia docent falſa, & cogunt errare populum, & peccare. De his dicit Origenes ſuper Matth. ſcilicet. Omnes, qui mala ſua conuerſatione exẽplum dant peccandi in populo, & qui iniuriam faciunt ſcandalizantes puſillos, claudere videtur ante homines regnum cœlorum. Et hoc peccatum inuẽnitur quidem in popularibus, maxime autem in doctoribus,qui docent homines, quod decet ſecundum iuſtitiam euangelij, non autem faciunt, quæ docent. Bene autem viuentes,& bene docentes aperiunt ante

Peccatum quod in doctoribus maxime reperitur.

C homines regnum cęlorum,& dum ipſi intrant, alios prouocant introire, ſed, & multi non permittunt intrare in regnum cœlorum intrare volentes, quia ſine ratione excommunicant quoſdam propter aliquem zelum,& meliores, quam ſint ipſi,& ipſi quidem nõ permittunt illos intrare,illi autẽ, qui ſobrij ſunt mente ſua patientia tyrannidem eorum vincentes quãuis vetiti tñ intrant,& hæreditant regnum, ſed & qui cũ multa temeritate ſeipſos dederunt ad perfectionem docendi priuſquam diſcerent imitantes Iudaicas fabulas detrahunt his, qui in ſacris ſcripturis ea quę ſurſum ſunt requirunt,ideſt profundum intellectum,hi quantum in ſeipſis eſt regnum cœlorum ante homines claudunt.

D

Quomodo Phariſæi, & Scribæ claudebant regnum cœlorum ante alios, & ipſi non intrabant.
Quæſt. LXXVIII.

QVAERETVR quomodo Phariſæi, & Scribæ claudebant regnum cęlorum ante alios & ipſi non intrabant. Dicendum,q̃ vnum iſtorum ſequitur ex alio naturaliter. Nam ſiquis claudit regnum cęlorum ante alios impediẽdo eos intrare ex hoc ipſo claudit ſibiipſi, quia efficit ſe indignum vita æterna, immo prius ſibiipſi claudit, q̃ aliis,quoniam aliis per doctrinam, aut malam operationem,ſibi vero per interiorem electionem. Sic di-

E cit Origenes ſuper Matthæum.ſ. Hęc duo peccata naturaliter inſeparabilia ſunt, quoniam hoc ipſum ſufficit ad expulſionem ſui, quod alios non permittit intrare.

Aliter poteſt dici,& magis aperte, quòd ſiue accipiatur regnum cęlorum pro vita æterna, ſiue p̃ ſacra ſcriptura claudebant Phariſæi regnum cęlorum ante homines. Accipiendo primo modo claudebãt illud, quia ianua vitæ æternæ eſt Chriſtus Io. 10.c. Ego ſum oſtium,qui autem per oſtium non intrat, non erit in domo. Etiam Chriſtus via eſt Io. 14. Ego ſum via veritas,& vita. Ignorata autem via non venitur ad terminum, & non inuento oſtio non intratur in domũ, ſed Phariſæi,& Scribæ occultabant Chriſtum Iudęis,

quia nolebant dicere populo illum esse Christū, qui vere erat Christus, licet hoc ex scripturis sciri, vel con iecturari aliquo modo poterat, ideo claudebāt introitum ad regnum cęlorum hoc modo, & non solū occultando veritatem, sed expresse dicendo falsitatem, & increpando eos, qui asserebant Iesum esse Chrm, sicut Ioann.7.c. contra turbam, quæ in Iesum velut in Messiam credebat dixerunt. Turba ista, quæ nō nouit legem, maledicti sunt, & contra Nicodemum vnum de Pharisæis, qui in Iesum credebat. Ioan.3.cap. dixerunt, quia defendebat partem Iesu, nunquid & tu Galilæus es? Ioan.7.c. Et mandauerant, quòd siquis diceret Iesum esse Messiam extra synagogam fieret.i.haberetur, vt excommunicatus Io.9.& 12.c.

Accipiendo autem regnum cęlorū pro sacra scriptura, etiam est verum, quòd claudebant regnum cę lorum. Nam male exponebant sacram scripturam, & sic impossibile erat peruenire ad intellectum eius. Et hoc fiebat, vt non putaretur Iesus esse Christus, & vt non transiretur ad alium statū, qualis erat legis Christi, in quo non maneret cæremonialis status, ex quo multa lucra, & honorem inter Iudæos consequebantur sacerdotes, & Scribæ, & Pharisæi participes eorū. Quantum ad seipsos autem claudebant, quia ipsi nolebant venire ad Christum, licet eū agnoscere possent, sed eum gratis oderant. Io.15.cap. & ita veritatem sacræ scripturæ intelligere noluerunt, quia vel intellectum verterant in contrarium, vel cum intelligere possent, noluerūt intelligere, quia iste intellectus erat in eorum damnum, vt ipsi putabant. Sic dicit Origenes super Matthæ. Pharisæi autem, & Scribæ non intrabant, quia nolebant audire eum, qui dixit. Si quis per me introierit, saluabitur. Neque intrantes.i.eos, qui credere volebant propter ea, quæ fuerant à lege, & prophetis ante de Christo declarata introire sinebant cum omni terrore ianuam claudētes adhuc derogabant doctrinæ eius, & subuertebant oēm pphe ticam scripturam de eo, & blasphemabant oē opus ipsius, quasi falsum, & a diabolo factum.

Quare Christus vocat Pharisæos, & Scribas hypocritas in omni increpatione. Quæst. LXXIX.

QVAERETVR quare Christus vocat Pharisæos, & Scribas hypocritas in omni increpatione. Dicendum, quòd propter multa. Primo, quia (vt multi putant) maximū vitiū Pharisæorum erat hypocrisis, ideo cum quolibet cæterorum vitiorum suorum erat conueniens illud nominari, & sic vbique eos hypocritas vocat.

Secundo ad tollendum argumentum, quod cōtra ipsum fieret: nam cum opera Pharisæorum, & Scribarum bona viderentur, quare Christus arguebat eos vt malos: respondet ipse tacite, ꝙ non erant opera eorum bona, sed mala, erant tamen ficta, quia hypocritæ erant.

Tertio & principaliter fiebat hoc ad ostendēdum incētiuum operationis Pharisæorum, vel operimentum mali eorum. Nam in omnibus his, quæ Christ⁹ loquitur contra eos, aut illud, quod faciebant, malum est, aut bonum materialiter. Si malum velabant illud cum colore aliorum, quæ bona videbantur, & sic dicuntur hypocritæ, Si bonum erat, quod non faciebāt illud propter se.i.vt bonum erat, sed vt ex hoc occultarent aliquod malum, quod faciebāt, vel intendebāt, Et ita apparet in primo Væ. Nam claudebant regnū cęlorum ante homines, quod malum erat, & tamen hoc non putabant esse malum, cum esset ei adiuncta exterior sanctitas Pharisæorum in habitu, & cæremo niis, Sic etiam in secundo Vę dicitur, quòd Pharisæi

F orabant orationes longas, quod in se bonum erat, & dicitur, ꝙ deuorabant domos viduarum, quod malū erat, sed hoc malum velabatur sub illo bono apparen te.s.orationes longas facere, & hoc est hypocrisis. Sic autem est in omnibus septem Vę, ideo Christus ponit vbique Pharisæos hypocritas.

Quarto potest accipi, & valde melius, scilicet, quòd ponitur a Christo sæpe ad notandum, quòd mouebantur Pharisæi ex iniquitate, & non ex ignorantia, & quoniam omnia hæc ostendebant ipsi, tanquam bona, oportebat quantum ad quædam esse Pharisęos hypocritas, scilicet quantum ad illa, quæ mala faciebant, & ostendebant ea, tanquam bona per adiacentiam ad alia opera, quæ bona erant, vt videbantur, ꝓpter quod quandocunque in istis septem Væ, aut ma-
G ledictionibus faciebant Pharisæi aliquod malū, quod sciebant esse malum vocat eos hypocritas. Quandocunque vero faciebant malum ex ignorantia, vocat eos cæcos.

De primo patet in sex Væ. De secundo in vnico. Nam in primo, idest claudere regnum cęlorum ante homines, manifestum est, quòd faciebant Pharisæi ex inuidia ad Christum, & simulabant se bona intentione agere. Sic de secundo, idest deuorare domos viduarum faciendo longas orationes. Nam istud manifestum erat eis malūm esse, & quòd ex mala intentione faciebant: sic de tertio, & quinto, & sexto, & se-
H ptimo, & octauo.

Sed quarto non ponitur hypocritæ, quod est de iuramento facto per templum, & aurum templi. Nā ibi vocat eos cæcos, & duces cęcorum, quia vere illi putabant, quòd iuramentum factum per templum obligabat illos, & iuramentum factum per aurum templi obligabat facientem, & tamē hoc falsum erat. Et sic sunt octo Væ, septem cum hypocrita, & vnum cum cęco. Quando autem dicimus esse septem Væ intelligitur de Vę hypocritarum. Ista autem est propria causa. Et patet hoc, quia quando arguit Phariseos vocando eos hypocritas, non allegat aliquas rationes ad probandum peccatum eorum. Cum vero vocat eos cęcos, allegat rationes multas, ergo apparet manifeste, ꝙ quando vocat eos hypocritas ipsi sciebant
I propriam iniquitatem, & ideo non nititur probare, quando vero vocat eos cęcos non intelligebant an malefacerent, vel intelligerent, ideo allegat rationes ad probandum, quod intendit. Et ista ratio tenet ex modo conuenienti Christi in procedendo, scilicet, quòd neque deerat in necessarijs, neque superabūdabat in non necessarijs. Similem modum loquendi hēt Christus supra 15.c. vbi dixit, finite eos, quia cęci sunt, & duces cęcorum. Et hoc, quia Pharisęi putabant, quòd cibi immundi intrantes in ventrem polluebāt animam, & ideo iubebant sępe lauari manus, & totū corpus. Et tenuit etiam ibi hunc modū, quem tenuit infra in quarto Vę, vbi vocat Pharisęos duces cęcos,
K quia ostendit ibi per rationes quomodo id, quod introibat in corpus non polluebat hominem, in alijs autem locis non solet allegare probationes insistendo eis valde.

Secundo apparet ex conditione terminorum, quia hypocrita cum dicat simulationē significat malitiā voluntatis, cęcus autem dicit carentiam luminis, ideo ponitur pro errore intellectus, cum intellectus sit quidam oculus.6. Ethi. in fine, & ideo in septem væ vbi Pharisęi vocantur hypocritæ, agnoscebāt in quo peccabant. In vno autem, in quo vocantur cęci nesciebant, an peccarent. Et hęc est vera causa, quare aliquando vocentur hypocritę, & non semper.

Prima causa quare Chrs vocat Phariseos hypocritas, & quandoque cęcos.

De

De quo vitio increpat Chriſtus Phariſæos, & Scribas cum dicit, Væ vobis, qui deuoratis domos viduarum. Quæſt. LXXX.

QVAERETVR de quo vitio increpabat Chriſtus Phariſæos, & Scribas, cum dicit: Vę vobis, qui deuoratis domos viduarum.

Dicendum, quòd de multis. Vnum eſt de voracitate, vel gula, vt aliqui dicunt. Secundum eſt auaritia, quoniam, vt acciperent bona aliena hoc faciebant. Tertium eſt ſimulatio, & hypocriſis, ſcilicet quia longas orationes faciebant ſimulando ſanctitatem, vt deuorarent domos viduarum. Quartũ erat deceptio, quoniam ignorantes decipiebant per falſam doctrinam, vt ſic ab eis deceptis pecunias acciperent. Quintum autem eſt, quaſi circunſtantia ſecundi, ſcilicet, quia accipiebant ab eis a quibus accipiendum non erat, quod facit hominem illiberalẽ. 5. Ethi. c. de liberalitate. Et hoc, quia a viduis accipiebant, quas facile erat decipere. De his dicit Chryſoſt. ſuper Mat. de reliquo Dominus eos de gula reprehendit, & quod deterius eſt, quoniam non a diuitibus, ſed a viduis accipiebant, vnde ventrem implent, & illorum inopiam conterebant, quam releuare oportebat.

Quomodo Phariſæi, & Scribæ deuorabant domos viduarum. Quæſt. LXXXI.

Domus 4. modis ſumitur.

QVAERETVR quomodo deuorabant iſti domos viduarum.

Dicendum, ꝙ deuorare illas eſt exhaurire totas facultates ipſarum viduarum nihil aut parum eis relinquendo. Nam domus multipliciter accipitur. Vno modo pro habitatione. Et iſte eſt communior modus accipiendi. Secundo pro familia, & habitudine familiæ ad rectorem eius, & iſti conſtituunt vnam domum, ſiue vnam œconomiam, quòd idem eſt, vt dicitur. 1. Politicorum. Tertio pro facultatibus, quibus domus, ſiue familia ſuſtentatur. Quarto pro cognatione tota, etiam ſi non ſit eiuſdem œconomiæ, neque homogalactiæ, immo neque eiuſdem politiæ, ſic dicitur in ſacra ſcriptura. Domus Iacob, & domus Aaron ꝑ congregatione omnium illorum, qui a tali ſtipite deſcendunt. Hic autem accipitur in tertio modo pro facultatibus. Nam illas deuorabant Phariſæi, & Scribæ. Cum autem dicitur de domibus viduarum nõ de ſolis eis intelligitur: ſed etiã de multis aliis ſimplicibus, quorum facultatęs quoque exhauriebant, ſed de viduis potius dicitur, quia facile erat harum facultates exhaurire, quam cæterorum, vt infra dicetur.

De modo autem accipiendi facultates viduarũ: dicunt aliqui, quòd iſtę erat. ſ. quòd Phariſæi coram populo faciebant orationes longas diu manentes in oratione, populus autem videns putabat eos ex hoc viros ſanctos, & ſic viduæ, quæ deuotę erant dabant eis plurimum de facultatibus ſuis, vt ſic ipſos apud Deũ interceſſores haberent, velut ex hoc valde mererentur quaſi dãdo res ſuas viris optimis. Sic apud Iudęos creditũ erat, ꝙ eleemoſyna dari deberet viro iuſto, iuxta illud, ſcilicet deſudet eleemoſyna in manu tua donec inuenias iuſtum, cui des.

Alio modo poteſt intelligi, ꝙ Phariſęi corrumpebant doctrinam innuendo ſimplicibus hominibus, ꝙ etiam ſi peccarent, poſſent apud Deum obtinere impunitatem ſcelerum ſuorum per ipſorum orationes, propter quod, vt ſimplices ſic eſſe putarentur, faciebant Phariſæi longas orationes corã plebe, & ita decipiebantur videntes, & dabant eis multum de facultatibus ſuis, vt ſuorum peccatorum impunitatem obtinerent. In quo Phariſæi multum peccabant. Primo,

A quia diripiebant domos pauperum. Secundo, quia decipiebant eos circa ea, quæ erant de neceſſitate ſalutis facientes, quòd crederent ſe ſaluari, & impunitos manere in peccatis per orationes illorum. Tertio, quia ex hoc ſimplices ſumebant quandam audaciam peccandi cum per orationes Phariſæorum crederent ſe ſaluandos, & dandam impunitatem criminum. Et hoc aliquo modo colligitur ex eo, quod dicitur. Propter hoc amplius accipietis iudiciũ, ideſt maiorem damnationem. ſ. quia decipitis, & perditis animas ſimplicium.

Quare dicitur, quod Scribæ, & Phariſæi deuorabant tantum domos viduarum, & non aliorum. Quæſt. LXXXII.

B

QVAERETVR quare dicitur de Phariſæis, quod deuorabant domos viduarũ, & non expreſſit aliquos alios. Dicendum, ꝙ non ſolum viduarum, ſed & aliorum ſimpliciũ facultates exhauriebant, cum iſta eſſet tota illorũ intentio. Sic dicit Glo. ſ. veſtra ſuperſtitione nihil intenditis, niſi vt prædam de ſubiecta plebe faciatis, vt dictum eſt præced. q. & tamen de viduis dixit Chriſtus ſpecialiter, eo ꝙ magis hoc circa viduas accidebat, & erant in eis ſpeciales cauſæ.

Prima, quia viduæ mulieres ſunt, & omnis mulier

C eſt debilioris cõſilii, quam viri, & facile inclinatur ad bonum, aut malum, quod videt non impellente rõne ad hoc. Et ideo cum iſtæ viderent Phariſæos orantes longas orationes, facilius mouebantur ad erogãdum eis facultates ſuas, quam viri.

Secunda eſt ex ſpeciali ratione viduarum. Nã præcedens cauſa omnibus mulieribus conuenit, ſed ſpecialiter viduæ ad hoc poſſunt moueri, quia cętere mulieres ſunt in poteſtate patrum, aut virorum, & illi nõ permittunt eas facile ad talia inclinari, quia conſilia eorum ſequuntur. Viduę autem ſunt deſtitutæ ſolatio virorum, quoniam neque in poteſtate patrum, neque maritorum manent, ideo facilius decipiuntur, vt ſimulationibus credant.

Tertia eſt, quia mulier habens virum, vel minor in

D poteſtate patris manens nihil poteſt facere quãtum ad ea, quæ ſpectant ad adminiſtrationem rerum familiarium in diſtribuendo aliquid. Viduæ autem habent diſpenſationem rerum familiarium. ideo poterant dare vidue, quod vellent: cęteræ autem mulieres nõ: Et iſta erat cauſa potiſſima: nam in votis ſic erat, vt patet Nume. 30. c. quia ſi puella manens in poteſtate patris, vel vxor in poteſtate viri emitteret votũ aliquod, non tenebat illud quouſque pater, aut maritus ſciens, conſentiret tacite non prohibendo, vel expreſſe illud approbando, mulier autem vidua, & repudiata ſtatim obligabatur voto ſuo, eodem capitulo, & hoc ſcientes Phariſæi, & Scribæ potius inclinabant ſe ad viduas quam ad alias mulieres, vel viros, quia ſic facile erat

E ab eis accipere.

Quarta eſt, quia mulieres viduæ erant deuotiores, & ideo facilius dant eleemoſynas, quam aliæ mulieres. Quod innuitur, quia Lucæ 21. c. vbi Chriſtus reſpexit eos, qui mittebant munera in gazophylacium laudauit munus viduæ pauperis. Nam illa obtulit duo minuta ęra, & dando illa dicitur dediſſe totum victũ ſuum, ita circa cętera erant viduæ deuotiores, & prõptiores ad dandũ, & iõ Phariſæi ad eas declinabant.

Quinto, quia vt dictum eſt præce. q. Phariſęi decipiebant orationibus Iudæos dicentes ꝙ per has haberent peccatorum ſuorum impunitatem, & remiſſionem apud Deum, & forte dicerent hoc accidere, tam circa peccata viuentium, quam mortuorum. Et ita

ipſę pro viris, quos viuentes dilexerant, obtinere volentes remiſſionem peccatorum, multa darent Phariſæis pro hoc orantibus, & ita potius viduæ, quam cęteræ mulieres dabant multa Phariſęis deceptæ ab eis, vnde earum domos Chriſtus dicit deuorari a Phariſæis. De his dicit Chryſoſtomus ſuper Matthęum, ſexus mulierum incautus eſt, quia non omnia, quę videt, & audit cū ratione conſiderat, mollis ēt eſt, quia facile flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum. Virilis autem ſexus, & cautior, & durior eſt: propterea ſimulatores ſanctitatis circa mulieres maxime negociantur, quia neque intelligere eorū ſimulationes poſſunt, & facile ad eorum dilectionem inclinātur religionis cauſa. Pręcipue tū circa viduas negociantur, tum quidem, quia mulier non facile decipitur habens conſiliarium virum. Deinde, quia non facile de facultatibus ſuis aliquid dant, cum ſint in poteſtate viri; propterea ergo Dominus dum Iudaicos ſacerdotes confundit, Chriſtianos monet, ne viduis mulieribus amplius commorentur, quam cęteris, quia ſi voluntas mala non fuerit, tamen ſuſpitio mala non deeſt.

Quæ erant orationes longæ, quas faciebant Phariſæi, & Scribæ, per quas deuorabant domos viduarum. Quæſt. LXXXIII.

QVAERETVR quare erant iſtę orationes longę, quas faciebant Phariſęi, & Scribę per quas deuorabant domos viduarum.

Dicendum, quòd Phariſæi, cum eſſent hypocritæ, faciebant illa opera bona, quæ in conſpectu hominū viderētur, per quę iudicarētur boni licet non eſſent. Huiuſmodi aūt erant ieiunium, & oratio, ideo quantum ad exteriora his vacabant, ſed cum ieiunabant, & etiam ſi non ieiunarent, exterminabant vultus ſuos, vt viderentur hominibus ieiunantes ſupra 6. c. de oratione quoque dicendum eſt, quòd illi vacabant, & multum, vt foris patebat, ita vt diſcipuli Chriſti viderentur non orantes comparando ad Phariſęos, vt dicitur Luc. 5. c. quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter, & Phariſæorum, tui autem non ieiunant?

Etiam orabant Phariſæi in publico, vbi viderentur ab hominibus, & hoc erat propter duo. Primo, quia per orationes ſuas quærebāt gloriam ab hominibus, ſed non poteſt gloriam ab hominibus accipere, qui ab eis non videtur. Sicut dixerunt Chriſto parentes eius, Io. 7 c. Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera, quæ tu facis, nemo quippe in occulto aliquid facit, ſed vult ipſe in palam eſſe, ſi hæc facis manifeſta teipſum mundo. Ideo volebant Phariſæi orare in publico. Secundo, quia volebant orare, vt ſic deciperent viduas, & deuorarent domos earum, & tamen non poterant eas decipere, niſi viderentur ab eis orantes, ideo orarent, vbi viderentur ab eis, & ſic orabant in duobus locis, ſcilicet in templis, aut ſynagogis, ad quæ loca conueniebant omnes Iudæi Ioan. 18. vt in angulis platearum, vbi erat concurſus hominum tranſeuntium, licet non eſſet locus ſacer, vt ibi ab hominibus viderētur. Sic dicitur ſupra 6. c. ſcilicet cum oratis non eritis, ſicut hypocritę, qui amāt in ſynagogis, & angulis platearum ſtantes orare vt videantur ab hominibus.

Conſiderandum etiam, quòd in oratione ſua vtebantur iſti ſuperbia, quia ſi in templo orarent, accedebant iuxta loca, quæ erant maxime venerabilia, & diuina, & vtebantur verbis ſuperbis, in quibus etiam apud Deum ſeipſos iactabant, & ideo orationes eorū erant condemnabiles, vt patet Luc. 18. c. de Phariſęo,

F & publicano, qui aſcenderunt in templum orare. Nā Phariſęus ſtans dicebat, gratias tibi ago, Domine, quia non ſum, ſicut cęteri homines raptores, adulteri, iniuſti: velut etiam hic Publicanus, ieiuno bis in ſabbatho, decimas do omnium, quę poſſideo. Publicanus vero ſtans a longe non audebat reſpicere cœlum, & percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Propter quod condemnatus deſcendit Phariſæus, & Publicanus iuſtificatus.

Dicendum quoque, quòd vltra hæc orationes Phariſæorum erant longę valde, quia diu manebant orantes, & hoc erat, vt aliqd diuinū in ſe oſtenderent,
G ſcilicet vel deuotionem nimiam, & feruorem, vel virtutem aliquam ſpecialem, quòd tandiu manebant orantes, quod alij homines, neque poterant, neque faciebant, & quoniam iſtud oſtendebat in eis excellentiorem rem, ex hoc maxime mouebantur viduæ, ideo dicitur, ꝙ iſti deuorabant domos viduarum longas orationes orantes.

Quare Chriſtus increpat hic Phariſæos, quòd longas orationes facerent cum ipſe hoc laudaret. Quæſt. LXXXIIII.

H QVAERETVR quare Chriſtus increpat hic Phariſæos, quòd longas orationes facerēt, quia potius ipſe laudabat hoc, & hortabat ad illud Luc. 18. ca. ſ. oportet ſemper orare, & nunquam deficere. ſed qui ſemper orare debet facit longiſſimam orationem, ergo non eſt vituperabile. Secundo, quia Chriſtus hoc faciebat, nam tota nocte manebat orans, vt dicitur Luc. 6. capitu. quòd erat pernoctans in oratione Dei. i. tota nocte manens in oratione, ſed ipſe volebat, quòd nos ſequeremur exēplum eius. Ioan. 13. c. ſ. exemplum dedi vobis, vt quēadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, & ſupra 11. c. Diſcite a me. i. facere, quæ ego facio, ideo licitum erat aliis longas orationes facere.

I Dicendum, ꝙ redarguit Chriſtus longas orationes Phariſæorum, quod poteſt vno modo intelligi, quia ipſe ſuaſit non fieri longas orationes. Nam dicitur ſupra 6. capit. orantes autem nolite multa loqui, ſed iſti loquebantur multa, qui longas orationes faciebant, ergo erant increpabiles.

Sed dicendum, ꝙ circa hoc non eſt multū inſiſtendum, quia ſupra 6. ca. declaratum eſt de oratione late an debeat eſſe longa, vel breuis. Et hoc ſiue in verbis, ſiue in tempore, & qualiter expedit nobis magis orare. Nunc autem poteſt intelligi vno modo, ꝙ Chriſt⁹ redarguit iſtorum prolixas orationes, non ꝙ eſſent prolixæ, ſed ꝙ multa verba dicerent, & per vim multiloquii putarent ſe exaudiendos. Et hoc Chriſtus arguit ſupra 6. c. ſ. orantes nolite multum loqui, ſicut faciunt ethnici, qui ſe putant in ſuo multiloquio exau-
K diendos. Hoc autem eſt falſum, quia Deus non reſpicit multiloquium, ſed deuotionē, & cor tribulatū.

Secundo poteſt intelligi, quòd nō redarguebat eorum orationes, quia longę erant, ſed quia erant ꝑ hypocriſim factæ. Nam non faciebant eas, vt a Deo exaudirentur, ſed vt deciperent viduas, & diriperent domos earum. Et iſte eſt melior ſenſus, & magis conueniens literæ. Nā dicitur, qui deuoratis domos viduarum longas orationes orantes.

Et patet hoc, quia ſi increpatio Phariſęorum conſiſteret in hoc, quod longas orationes facerent, argueret eos Chriſtus, vbi dixit de multiloquio orationis, & tamen non arguit, ſed ſolos ethnicos, qui putant ſe in multiloquio exaudiri ſupra 6. c. & tamen Chriſtus libētius arguit Phariſæos, & Scribas, vbi cauſa occurrit

rit, quam aliquos alios, ergo non erant in hoc increpabiles, quod longas orationes faciebant, sed sua redargutio erat, quod istas orationes longas non faciebāt ad cultum Dei, sed ad decipiendum viduas, & ad deuorandum domos earum, & quanto longiores erant, tanto erant magis increpabiles, quia maiorem sanctitatem simulabant ad decipiendum viduas. Sic dicit Chryso. in homilia, s. Deinde, & huius rapinę modus erat grauior, additur enim orationes longas orantes. Quicunque enim malum facit, dignus est pęna, sed qui a religione causam accepit nequitię, grauiori est obnoxius poenę.

Ad duo argumenta in cōtrarium, quæ probāt orationem longam licitam esse, dicendum quòd qualiter oratio debeat esse longa, & qualiter breuis declaratum est supra 6.c.q.96. sed nunc non est ad propositum, quia etiam si sit licita oratio longa, tamen peccabant Pharisæi facientes orationes longas non eo, quod longas, vel breues faciebant, sed quia aliquid decipiebant orando, & specialiter expressit longas orationes, quia per hoc magis fallebant simulantes maiorem sanctitatem.

Quare Christus dixit, propter hoc maius iudicium accipietis. Quæst. LXXXV.

QVAERETVR quare Christus dixit propter hoc maius iudicium accipietis.

Dicendum, quòd accipitur ibi iudicium pro pęna, & sic est modus loquendi sępe in scriptura; scilicet iudicium mortis est viro huic, idest pęna mortis, & ita isti accipiunt amplius iudicium, idest maiorem pęnā. Causa autem prima potest esse, quia decipiebant proximos. Nam vt dictum est supra isti Pharisæi dicebāt simplicibus, quòd per orationes eorum poterant obtinere impunitatem criminum suorum, & veniam apud Deū, pp qđ illi dabant multa de facultatibus suis Pharisæis, & Scribis, vt orarēt pro eis. Et ex hoc quasi securi de impunitate sumebāt audaciam ad peccādum, & condemnabantur, sed condemnatio Pharisęorum erat grauior, quia ipsi scientes falsum esse decipiebant simplices. Et hoc est, quod maius iudiciū, idest maiorem pęnam, quam simplices acciperent.

Secundo potest intelligi, quod peccatum Pharisæorū erat, quòd propter cupiditatem falsa docebant, scilicet quòd sicut dictum est supra claudebant regnum cœlorum ante homines, & non introibāt ipsi, neque permittebant intrare volentes intrare. Hoc autē contingebat hic circa viduas propter cupiditatem, nam si docerent veritatem ostendētes, quod Iesus esset Messias perderent istud lucrum, quia ille non permitteret tales doctrinas falsas, & ideo dicebant non esse illum Messiam, vt esset eis locus captandi lucrum per falsas doctrinas. Et tunc stat litera, scilicet quòd accipient amplius iudicium, idest maiorem pęnam, scilicet quia si clauderent regnum cœlorum alijs ignoranter, non esset tanta iniquitas, & tamen scienter claudebant illud, vt aliquid lucrarentur, ideo erat maior iniquitas. Vel est sensus, quòd viduę, & cęteri, quibus isti claudebant regnum cœlorum peccabant, cum nō crederēt Christo prædicanti propter doctrinam istorum, & tamen isti multo magis peccabant, scilicet quia claudebant illis regnum cœlorum, & hoc decipiendo eos per orationes longas, vt deuorarent ipsorum domos. De hoc dicit Hilarius, quòd accipiebant maius iudicium, quia hinc procedebat regni cęlestis obseratio, vt in obeundis viduarum domibus retineatur ambitio, ideo accipient amplius iudicium, quia pęna proprij peccati, & reatum alienę ignorantię debebunt.

Tertio potest intelligi quantum ad deuorationem

A domorum viduarum, in quo valde peccabant Pharisæi, quia ex auaritia diripiebant bona pauperum decipiendo eos. Sed adhuc istud peccatum efficiebatur maius, quia decipiebant viduas per rem sacram, idest per orationem. Nam quanto quis magis abutitur re sacra, tanto peius est, & tamen oratio est de rebus sacris, qua cum Deo loquimur, & per quam delictorum nostrorum veniam obtinemus, conuertere aūt hanc, vt sit laqueus decipiendi ad rapinam, erat detestabile. Si autem deciperent Pharisæi viduas per aliquid, quod nō esset sacrū, vtputa amatorijs rebus, & pertinentibus ad libidinē, esset quidem peccatum graue, sed non tantum. Sed tunc esset malum sacerdotum, vel Pharisæorum inquantum inhoneste se

B haberent tractando venerea cum viduis, cum eas ad castitatem potius deberent erudire, & tamen si per hunc modum acciperent ab eis facultates ipsarum non deciperent eas. Nunc vero peccabāt, quia aliena accipiebant decipiendo viduas. Secundo, quia per rem sacram decipiebant, per quam verisimiliter mouerentur viduę, quasi ex desiderio sanctitatis dare res suas. Et ita dicitur: Propter hoc accipietis amplius iudicium, idest maiorem pęnam, scilicet quia per orationes longas deuoratis domos viduarum potius, quam si alia occasione deuoraretis. Sic dicit Chrysost. super Matt. scilicet. Amplius accipietis iudicium, scilicet duplex, primum quidem pro eo, quòd estis iniq alterum, quidem pro eo, quòd figmentū accipitis

C sanctitatis, auaritiam enim vestram religionis colore depingitis, & quasi pręstatis diabolo arma Dei, vt ametur iniquitas, dum pietas ęstimatur.

Do quo vitio redarguit Christus Pharisæos, cum dicit: Qui circuitis mare &c. Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR de quo vitio redarguit Christus Pharisæos, cum dicit, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis proselitum vnum.

Aliqui dicunt vno modo, scilicet quòd arguit, quod corrumperent veritatem doctrinę in his, quæ pertinebāt ad salutem, & hoc, quia dicebāt esse de necessitate salutis tenere obseruantias legis Moysi, & ideo

D doctores Iudæorum discurrebant per gentiles ad conuertendum eos ad obseruantias legis, & in hoc peccabant, quia asserebant falsum. Nam erat contra veram fidem hoc asserere, cum lex Moysi non obligaret aliquos, nisi Iudæos, quibus data est in monte Synai, & omnes descendentes de semine eorum. Siquis autem de gentilibus vellet conuertit ad Iudaismum, erat quidem laudabilis, tamen non obligabat ad legem. Si autem sponte illam suscepisset tenebat postea seruare. Et hoc planum est, quia lex neminem obligat nisi eos, quibus datur, & ideo lex naturalis obligat omnes homines, quia omnibus indita est, vt patet ad Ro.2. scilicet. Gentes, quæ legem non habēt

E naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt. Leges autem positiuę, siue sint diuinę, siue humanę non possunt obligare, nisi eos, quibus datę sunt, & tamē lex Moysi non fuit data omnibus hominibus, sed solis Iudæis, ideo eos solos obligabat. Et patet hoc ex modo dādi legem, quia Deus dabat legem Moysi, & dicebat ei, loquere filijs Israel, & dices, homo qui fecerit tale, aut tale. Et hoc patet ex toto Leuitico, quia sic ponit fere vbicunque datur aliqua lex, nisi sit lex specialis, quæ pertineat ad ministros sanctuarij, quia tunc dicitur, quòd loquebatur Moyses ad Aaron, & filios eius, vt patet Leui.6. & 16.c. & in alijs ponitur solū, Loquere filius Israel, ergo sicut in legibus, in quibus dicebat, loquere ad Aaron, & filios eius non obligabātur alij Iudæi, sed soli sacerdotes, quia de eis solis dicebatur,

ita

ita in alijs legibus, in quibus solum dicebāt, loquere filiis Israel, non obligabantur alij, nisi Iudæi, & non Gentiles. Nullus ergo gentilis obligabatur ad illam legem, & hoc, nisi transiret ad illam sponte, quia tūc ex propria voluntate se obligaret, sicut in transeuntibus ad religionem.

Et ob hoc interdū ponitur in legibus datis Moysi a Deo, quòd conuersi ad Iudaismum seruarent illas. Sic patet de obseruatione Phase, & Azymorum, Exo. 12.c. scilicet. Omnis cętus filiorum Israel faciet illud, idest Phase, ꝙ siquis peregrinorum in vestrā voluerit transire coloniam, idest modū colendi, & facere Phase Domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terrę, siquis autem circuncisus non fuerit, non vescetur eo. Et ita apparet, quòd gentiles non obligabantur ad obseruātiam legis Moysi, quia dicitur, siquis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, ergo non erat necessarium, quòd transiret.

Secundo, quia si Deus vellet, ꝙ omnes homines obligarentur ad obseruandam legem Moysi, iuberet prædicari eam omnibus hominibus, cum nescirent eam, nisi illi, quibus data erat, & aliàs essent excusabiles, & tamen non iussit prædicari alicui genti, ideo nemo obligatus erat, nisi Iudæi.

Lex autē Christi habet duo opposita, & ideo obligabat omnes homines. Primum est, quia non fuit data specialiter aliquibus hominibus, sed omnibus vniuersaliter. Vnde dixit, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur. Mar. 16.c. Secundum est, quia misit discipulos ad prædicandum fidem hanc, & legem, & quia voluit, quòd obligarētur ad eam omnes homines, iussit prædicari illam omnibus hominibus, scilicet. Euntes docete oēs gētes infra 28. & Mar. 16. dicitur. Ite per vniuersum mundum, & prædicate euangelium omni creaturę, idest omnibus hominibus.

Secundo, quia quando Deus dedit legem Moysi, & iussit eam proponi Iudæis suadens eis, quòd illam obseruarent, dixit: Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cūctis populis, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Et tamen si omnes gentes obligarētur ad istam legē non essent peculium Iudæi de cunctis gentibus, neque regnum sacerdotale, ergo non obligabantur, nisi Iudæi, & signabatur, quòd soli Iudæi seruaturi essent eam. De gentilibus ergo dicendum, quòd non obligabantur ad eam seruandam, nisi se sponte obligarent, quia tūc tam ipsi, quam posteri eorum nati post conuersionē obligabantur ad legem Moysi. Et ob hoc in legibus illis interdum fit mentio de aduenis, idest conuersis ad Iudaismum, vt patet Leui. 17.c. scilicet. Homo de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, &c. Ob hoc ergo dicendum, quod gentiles poterant saluari, sicut Iudæi ante Christi mortem, quia sicut si nunquam fuisset lex Moysi, non esset aliquod impedimentum ad salutem gentilium, ita existente illa, cum non obligarētur gētiles ad ipsam, poterant saluari, & saluabantur multi de ipsis, scilicet omnes illi, qui morerentur sine peccato mortali, scilicet quicunque in fine vitę dolerent de peccatis, sicut & nos licet non confiterentur, quia nō erat tunc introductum istud remedium.

Gentiles erāt in via, & statu salutis tēpore legis Moysi.

Quod autem gentiles essent in via, & statu salutis tempore legis Moysi patet, quia 3. Regum 8.c. petit Salomon in dedicatione templi, quòd non solum Iudæi, sed etiam gentiles venientes ad orandum in templum illud, exaudirentur super omnibus petitionibus suis. Quasi dicatur, insuper & alienigena, qui non est

F de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomē tuum, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cęlo in firmamento habitaculi tui, & facies oīa; pro quibus inuocauerit te alienigena. Et concessum fuit Salomoni quidquid tūc petiuit, ergo alienigenę, idest gentiles, quando orabant in templo Salomonis, exaudiebantur a Deo, vel saltem poterant exaudiri, & tamen, qui in peccato mortali est non exauditur: Io. 9.c. s. Scimus, quia Deus peccatores non exaudit, sed siquis cultor est eius, hunc exaudit, ergo gentiles non erant ex necessitate in peccato mortali, & consequenter omnes gentiles poterant saluari. Et ita apparet, quia errabant contra salutem asserendo, ꝙ gentiles non poterant saluari, nisi conuerterentur ad Iudaismum. Secundo, vt aliqui dicunt, redarguit Phari-

G sęos de impotentia doctrinę eorum. s. quia parui profectus erat, Et hoc in duobus: primo quia cū magna difficultate vix poterant vnum conuertere. Secūdum erat, quia eum, quem conuertebant, non poterant retinere per doctrinam suam in aliqua bonitate, sed efficiebant eum malum. Primū significatur, cum dicit: Circuitis mare, & aridam, vt faciatis proselytum vnū. Secundum cum dicitur. Et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennę duplo, quam vos. Sic dicit Chry. super Matthæ. s. Post præmissa rursus dominus eos aliter incusat, & quia inefficaces sunt ad multorum salutem cum multo labore indigeant, vt saltem vnū con-

H uertant, & quia nō solum desides sunt circa eos, quos conuertunt, sed & eorum destructores dum eos corrumpunt prauę vitę exemplis. Sed non est intelligendum, ꝙ simpliciter Christus istos arguat, quia inefficaces erant in doctrina. i. paucos cōuertere poterant, quia istud non est potestatis nostrę, sed diuinę inspirationis, Deus quippe interius cor tāgit, & mouet illud, quo vult. Prouer. 15.c. s. Infernus, & perditio in manu domini, quantomagis corda filiorum hominum? Sed increpat eos propter inanem gloriam, quia gloriabātur de doctrina, quasi esset excellens: Christus aūt tollit eis hanc gloriationem, quia parua erat doctrina. cū vnum proselytum vix possent facere.

Tertio pōt accipi, ꝙ eos arguat de iniquitate motū, qua scandalizabant a se doctos, & conuersos, & facie-

I bāt eos deteriores se. Et ista iniquitas magna ostendīt ex duobus. Primo ex difficultate conuertēdi, quia ea, quæ cum difficultate acquiruntur, magis amant, quæ vero faciliter, contemnuntur, sed Pharisæi conuertebant cum magna difficultate Gentiles, quia vix vnum conuertebant, & ad hoc oportebat circuire mare, & aridam, & in hūc per prauos mores suos corrūpebāt, ergo signum erat magnę iniquitatis, cum rem tanta difficultate quæsitam contemnerent, & corrumperent. Secundo significatur hoc ex magnitudine corruptionis, s. quia multum deprauabant istos cōuersos. Nam si parua esset ipsorum iniquitas non poterant alios multum peruertere, & tamen peruertebant, ita vt efficerent eos filios gehennę duplo, quam se, ergo

K valde mali erāt Pharisæi, & Scribę. Et iste tertius modus est verior.

Quid sit facere proselytum, & quid sit circuire mare. Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR quid sit facere proselytū, & quid sit circuire mare, & aridam.

Dicendum, quòd proselytus signat hominem cōuersum de gentilitate ad Iudaismum: Iudæi autem distinguebantur in duo, quia quidam ex origine prima erant Iudæi, & isti vocabantur filij Israel, quia descendebant ex progenie Iacob, qui vocatur Israel Genesi. 32. & 35. Alij erant cōuersi de Gentibus ad Iudaismū, & isti

& isti vocabantur tribus nominibus, scilicet aduenę, peregrini, Proselyti. Vocantur aduenę ab adueniendo dicti, scilicet quia de alia gente veniebant ad obseruandũ ritum Iudaicum. Vocantur peregrini, idest discurrentes, scilicet ꝙ conditio legis Iudaicę nõ erat illa, in qua nati erant, & q̃ tenuerant parentes eorũ, sed ipsi peregrinando venerant in illam. Et ista duo nomina sunt multum vsitata in libris Moysi, vt cum dicitur, homo de filijs Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, Leui. 17. idest siue sit de Iudæis ex genere, siue de illis, qui conuersi fuerunt ad Iudaismum. De peregrino patet Exo. 12. cap. f. Siquis peregrinorum in vestram transire voluerit coloniam, circuncidetur. Et ita peregrinos vocat eos, qui veniunt de Gentibus ad circuncisionem. Et Deuterono. 1. c. f. Quod iustum est, iudicate siue ciuis sit ille, siue peregrinus.

Aliquando autem vocantur isti coloni, vt dicitur Exo. 12. c. f. eadem lex erit indigenę, & colono. Et tũ indigenas vocamus oriundos, idest ante genitos, colonos dicimus eos, qui ad colendum veniebant. Sic dicitur eodem c. siquis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, idest ad ritum vestrum colẽdi. Proselytus quoque est conuersus ad Iudaismũ, sed istud nomen non est in libris Moysi, neque apud antiquos vsitatum. Postea autem inoleuit, & primum inuenitur in libris Paralip. Tobię, Ezechielis, & deinde in nouo testamento. Nam 1. Paralip. 22. c. dicitur, ꝙ præcepit Dauid, vt congregarentur omnes Proselyti de terra Israel, & constituit eos lathomos ad cędẽdos lapides. Et 2. Paralip. 2. c. dicitur, ꝙ numerauit Salomon omnes viros Proselytos, qui erant in terra Israel, & 2. Paralip. 30. c. Proselytorum habitantium in terra Iuda, & Israel facta est grandis celebritas. Et apparet, ꝙ accipiatur Proselytus pro aduena, siue peregrino, idest conuerso ad Iudaismum. Ezechi. 14. c. f. Homo de domo Israel, & de Proselytis quicunque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit a me, & posuerit idola sua in corde suo. Ex quo apparet, ꝙ erat iam cõuersus ad Deum, qui Proselytus est, quia aliàs non poterat a Deo alienari. Nam Gentiles non alienantur a Deo colendo idola, eo quòd tales semper fuerint. Et isto nomine vtitur scriptura in nouo testamento, & non nomine aduenę, neque peregrini. Sic dicitur Actu. 2. f. Iudæi quoque, & Proselyti. Et vocat ibi Iudæos omnes, qui sunt de stirpe Iacob: Proselytos vero eos, qui cõuertebantur ad ritum Iudaicum, & ita accepit Christus hic, & tunc facere Proselytum est conuertere aliquem Gentilem ad ritum Iudaicũ, quia postquam conuersus erat Proselytus vocatur.

Quomodo Gentiles conuertebantur ad legem Moysi, vt efficerentur Proselyti. Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR cum Gentiles non obligarẽtur ad legem Moysi seruãdam quomodo conuertebantur ad eam, vt efficerẽtur Proselyti. Dicendum, quòd verum est, ꝙ non obligabantur ad hanc legem seruandam, vt ostẽsum est supra, & tamen conuertebantur ex multis motiuis, vel causis. Prima est necessitas seruandę vitę sic, fuit de Gabaonitis. Nam quatuor ciuitates eorũ, idest Gabaon, Caphyra, Beroth, Cariathiarim timẽtes pericula, in quæ incurrerant ciuitas Iericho, & Hai, mutauerunt habitum, quasi essent de longinquo, & fecerunt fœdus cum Israelitis: Iosue 9. c. Et cum cognita fuisset veritas permissi sunt viuere, manserunt tamẽ serui altaris domini ad ligna cędenda, & comportãdas aquas eodem ca. & sic erant conuersi ad Iudaismum.

A Secunda causa erat affectio, quasi carnalis ad populum Iudaicũ. Sic enim fuit de Ruth: nam Noemi, & Elimelech vir suus iuerunt in terram Moab, & ibi duo filij Noemi acceperunt duas vxores de Moabitarum gente. i. Ruth, & Orphã. mortuo aũt Elimelech viro Noemi, & viris Ruth, & Orphę, voluit redire Noemi sola in terram Israel, & sequebantur eam duę nurus eius ex affectione, & amore, quem ꝯtraxerant ex diuturna conuersatione, & tandem Orpha redeũte ad suos, Ruth noluit, sed secuta est Noemi, dicens. Quocunque perrexeris, pergam, vbi morata fueris, ego pariter morabor, populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus. Et ita non venit in terram Israel hac ꝑcipua intẽtione, vt Deũ Israel hẽret in Deũ,

B sed ex affectione ad Noemi, vt non separaretur ab ea, & quia non poterat hoc fieri, nisi Deum Israel coleret, dixit ꝙ volebat illum colere. f. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus, & annumerata fuit tunc Ruth populo Israel, vt patet Ruth. 1. c. Tertia causa erat solus carnalis, vel libidinosus amor, vt siquis de gentilibus vellet accipere aliquam Iudęã mulierem in vxorem, & non poterat hoc fieri, si non cõuerteretur prius ad Iudaismum, vt colligitur Exo. 34. & Deu. 7. c. conuertebatur ille ad ritum Iudaicũ, sic patet de Sichẽ filio regis Emor, qui erat rex vrbis Sichem. Nam dilexit Dinam filiam Iacob, & dilexit eam amore nimio, & cum non posset eam obtinere a fratribus, & patre, nisi circũcideretur ipse, & omnes

C Sichimitę, circũciderũt se, & tunc die tertio, quando est grauis dolor vulnerum irruerunt super eos filij Iacob, & occiderunt Sichimitas, Gene. 34. Quarta causa erat agnitio veri Dei. Nam gentiles, qui erant propinqui terrę Iudæorũ audiebãt multa mirabilia, quæ faciebat Deus Israel, & ex hoc agnoscebant, ꝙ non erat alius Deus, nisi Deus Israel, & cõuertebãtur ad cultũ eius, sic patet de Raab meretricę Ierichõtina Iosue. 2. c. quæ abscondit explortatores Iudęorum, & dixit eis, noui, ꝙ tradiderit vobis Dominus terram, etenim irruit in nos terror vester, & elãguerũt oẽs habitatores terrę, audiuimus, ꝙ siccauerit Dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, qñ egressi estis ex Aegypto, & quę feceretis duobus Amorrhęo

D rum regibus Seon, & Og, quos interfecistis, & hæc audientes pertimuimus, & elãguit cor nostrum, neque remansit in nobis spiritum ad introitum vestrũ, Dominus enim vester Deus ipse est in cęlo sursum, & in terra deorsum: Et ideo petiuit ab eis, ꝙ iurarent ei, ꝙ liberarent ipsam, & cognationem eius, quando irrumperetur ciuitas, Iosue. 2. c. Et ita factum est, quia capta vrbe, liberata est Raab, & tota cognatio sua, & transiuit ipsa ad ritum Iudaicum, & cognatio sua, vt innuitur Iosue. 6. c. Et hoc modo cum Gentiles agnoscerent Deum Israel esse verum Deum, conuertebantur ad ritum Iudaicum, & efficiebantur de populo Israel. Alij vero non conuertebantur ad ritum illum, neque efficiebantur de populo, honorabant

E tamen Deum Israel. Et hi dupliciter: quidã. n. veniebant in Ierusalem de terra sua, & adorabant Deum in templo, & petebant ab eo, quod volebant, & reuertebantur in terram suam. Sic patet. 3. Regum 8. capitu. vbi petiuit Salomõ exaudiri orationes Gentilium, q̃ orarent in loco illo, scilicet insuper, & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomẽ tuum, audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachiũ tuum extentum vbique. Cum venerit ergo, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cęlo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, ꝓ quibus inuocauerit te alienigena, & discant vniuersi populi terrarum nomẽ tuũ timere, sicut populus tuus Israel, & ꝓbẽt, quod

quòd nomen tuum inuocatum sit super domum hanc. Et hunc modum tenebant multi Gentiles, etiã tempore Christi. Nam veniebant ad adorandũ Deũ in templũ Ierusalem, vt patet Actu.8.c. de eunucho reginę Candacis, qui erat Aethiops potens super omnes Gazas reginę illius, & venit adorare in Ierusalem, & reuertebatur, & baptizauit eum Philippus eodem cap.

Alij autem gentiles non ibant ad adorandũ Deum in templum Ierusalem, honorabãt tamen templum illud, offerentes munera multa, sicut patet 1. Esdrę 7. c. de Artaxerse rege, q iussit dari de thesauris suis ea, quæ necessaria essent ad expensas tẽpli. s. omne, quod ad ritum Dei cęli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cęli, ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum eius. Et etiam propter honorem Dei exemit a tributis, & omnibus impositionibus sacerdotes Leuitas, & Nathineos, qui seruiebant in domo Dei eodem c. a quibus impositionibus cęteri Gentiles, & Iudæi laici non erant exempti. Sic etiam patet multo tempore post, scilicet tempore Machabęorum, q̃n Seleuchus rex Asię, qui Gentilis erat, pręstabat expẽsas pro templo Dei 2. Macha. 3. c. s. Fiebat vt reges, & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleuchus Asię rex de reditibus suis p̃staret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Hoc ergo modo multi ad Iudaismum conuertebantur. Cum autem obijcitur, quòd non tenebantur Gẽtiles ad ritum Iudaicum, quomodo ergo conuertebantur? Dicendum vno modo, quòd licet scirent se nõ teneri ad legem Moysi, licet illa esset lex veri Dei, quia nõ erat data, nisi Israelitis, tamẽ sciebant se obligatos ad non colendos falsos Deos, cum agnoscerẽt verum Deum, ideo cùm relicturi essent cultũ Deorũ suorum, vt manerent in cultu alicuius Dei, transibãt ad cultum veri.

Secundo potest dici, ꝙ etiam si scirent se non obligari, tamen quia sciebant hunc esse verum Deũ cupiebant trãsire in cultum eius, quia ipse solus poterat bona, & mala facere, & tamen, quia sciebant se non obligari, neque rursus prohiberi, aliqui Gentiles cognoscẽtes Deum Israel adorabant eum solum, & tñ non transibant in cultum Iudaicum. s. circuncidẽdo se, & faciẽdo alia legalia, sicut erat de Aethiope eunucho reginę Candacis. Nam si circuncideretur maneret inter Iudæos, & nõ rediret in regionẽ Aethiopũ, licet hoc non sit efficax argumentum. Aliqui tñ erãt, qui ad ritum Iudaicum conuertebantur, & obseruabant illum plene, nihilominus tamen colebant Deos Gentilium, & hoc, quia isti cõuertebantur propter timorem mortis, vel pro desiderio non perdendi regionem, in qua habitabant, sic fuit de Samaritanis, qui erant Gentiles de terra Medorum, & Persarum, & quia mittebat dominus in eos Leones, eo ꝙ non seruabant legitima Dei terrę habito consilio ꝯuersi sunt ad ritum Iudaicum, tñ non recesserunt a cultu Deorum suorum 4. Reg. 17. c. Et isti erant deteriores alijs. Nam alij bono, & pleno animo conuertebãtur.

Quid est, quòd Pharisæi circuirent mare, & aridam, vt facerent Proselytum vnum. Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR quid est, ꝙ Pharisæi circuirẽt mare, & aridam, vt facerent Proselytum vnũ.

Dicẽdum, ꝙ vno mõ designat id, quod futurũ erat apud Iudæos, s. ꝙ doctores Iudęorũ niterent aliquos ad Christũ conuersos reducere ad ritũ Iudaicũ, & q̃a aliquos ꝯuerterẽt, & tñ paucos signauit eos Christus per vnum. s. vt faciatis Proselytum vnũ. Sic dicit Hi-

F larius super Math. s. Maris aũt, & terrę peragratione significat in totius orbis finibus eos esse Christi Euangelio obtrectaturos, & legis iugo ꝯ iustificationem fidei aliquos subdituros Proselyti. n. sunt ex Gẽtibus in Synagogam recepti, quorum futurorũ raritas in vno iudicatur, neque enim post Christi prędicationẽ doctrinę eorum fides relicta est, sed quisquis acquisitus fuerit fidei Iudæorum, filius fit gehennę.

Sed iste sensus non multum cõuenit literę. Primo, quia ista res futura erat, & tñ Christus loquitur hic de præterito, vel de præsenti quantum ad rem deductã in consuetudinem, cum dr̃. Circuitis mare, & aridã, vt faciatis Proselytum vnum, & cum fuerit factus, fa-
G citis eum filium gehennę. Secundo, quia ista dñr redarguendo, & maledicendo, & tñ si futurũ esset nondum peccassent, & sic nõn maledicerentur, ergo intelligitur de aliqua re, quæ iam erat in consuetudine Iudæorũ. Tertio patet, quia si de re futura loqui vellet ex mõ loquendi oñderet rem esse futuram, sicut dixit infra in litera. s. Ecce ego mitto ad vos, pphetas, & sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & ꝑsequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos omnis sanguis iustus. Ibi enim tam culpa, q̃ pęna signabantur futurę esse. Nam dr̃ occidetis, crucifigetis, flagellabitis, quæ est culpa. Pęna quoque futura. s.
H vt veniat super vos omnis sanguis. & tamen hic vtrũque ponitur de præsenti, ergo nõ intelligitur de futuro. Quarto, quia ad hoc oportebat, ꝙ declararetur Iudæis, in quo peccarent. s. ꝙ multi futuri essent in lege Christi, & illos niterentur peruertere Pharisæi ad ritum Iudaicum, sed non expressit talia, quia hoc erat dicere se futurum Messiam, aut Deum, cuius lex melior esset, quam lex Moysi, & ideo esset malum reducere homines ab illa lege ad legem Moysi. Sed si hoc Christus exprimeret non tolerarent Iudæi, sicut quãdo, in passione dixit, ꝙ erat Christus, vel ꝙ viderẽt eũ sedentem a dextris virtutis Dei infra 26. & Mar. 14. c. & tñ nõ indignati sunt nũc, iõ nihil tale expilit. Aliter ergo intelligũt alij, s. ꝙ tpe Christi, & ante ipsum Pha-
I risæi, & alij doctores Iudæorum discurrebant ꝑ totũ orbem docendo hoĩes, vt conuerterent eos ad legẽ Moysi. Sic dicit Hiero. super. Mat. s. Scribę, & Pharisęi totum lustantes orbem id studij habebant de gentibus facere Proselytũ. i. aduenam incircuncisum miscere populo Dei. Sed dicendũ, ꝙ hoc satis stat, tñ nõ est omnino verisimile. Primo, quia nõ est verisimile, ꝙ Pharisæi hunc laborem sumerent, vt per totũ orbẽ discurrerent ad conuertendũ Gentiles. Secũdo, quia nulla historia gentiũ, neque Iudæorũ hoc refert, erat tñ ista res magna, & relatu digna, q̃ aliquis historiographorum tangeret, saltem Iosephus in libris Antiquitatum, vbi quidquid inuenit ad laudes populi Iudaici pertinere a principio vsque ad euersam Ierusalẽ
K per Roma. luculenter memorię tradidit, & tñ, neque aliquid ille hmõi tetigit. Et est iste modus arguendi ꝯueniens, quia similẽ tenet Hiero. ipse ꝯ Aug. & oẽs, qui asserunt translationem 70. interpretũ a quolibet interprete per se factam, & post factas oĩa similia habuisse, cũ ait in Prologo sup Gen. qui incipit: Desiderij mei: Nescio quis prim⁹ auctor 70. cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, q̃bus diuisi eadẽ scriptitarint, cũ Aristęus eiusdẽ Ptolemęi ὑπερασπιστὴς, & multo post tpe Iosephus nihil tale retulerint. Tertio apparet, quia lex Christi iussa est prædicari ꝑ totũ orbem infra 28. & Mar. 16. c. Et iõ hunc immensum laborẽ discipuli Christi sumpserũt, sed legẽ Moysi non iussit Deus prædicari gentibus discurrendo per orbẽ, ideo non est verisimile, ꝙ sponte hunc tantum laborem Pharisæi, & alij doctores Iudæorum sumerent.

Quarto,

Quarto, quia si per orbem discurrerent isti ad cõuertendum gentiles, necesse erat, ꝙ aliqua miracula facerent, quia aliàs nullum conuerterent, cũ ratione probare non possent legem illã, vel Dei esse, vel Deũ Hebræorum meliorem esse alijs dijs, sicut discipuli Christi faciebant miracula, qñcunque volebãt ad cõfirmationem sermonis: Mar. 16. c. Et tamẽ nemo cõfitebitur doctores Iudæorum, quos nunc Christus increpabat miracula aliqua facere, aut fecisse, cum eos, tanquam malos Christus arguat. Etiam, & maxime, quia talia non subticerentur cum essent ad laudẽ Dei, ergo non faciebant illa, & cõsequenter, neque discurrebant prædicando. Quinto, quia si sic discurrerent ad ostendendum Deum Hebræorum verũ Deum esse, & solum esse Deum, & consequenter Deos gentiũ esse dæmonia (quod sacra Scriptura asserit) necesse erat, quòd gentiles occiderẽt multos istorũ vlciscendo iniurias Deorum suorum, quia hoc modo innumerabiles Christiani martyrio coronati sunt, scilicet quia inter Deos asserebãt solum Christũ esse Deum, Deos autẽ gentium esse lapides, & Dæmonia, & tñ non legimus in aliqua historia sacra, neque profana aliqd tale factũ, qđ tñ nõ est verisimile tacitum fuisse, quia res ista summe commẽdaret statum Iudaicum, ergo nihil tale factum est. Sexto patet, ꝙ non fuerit hoc, quia istud procederet volendo intelligere dictũ Christi ad literam, & tñ non põt sic intelligi, quia dr̃, circuitis mare, & aridam, & tñ manifestum est si per totum orbem discurrerent non circuirent mare, & aridam, sed solum aridam, quia in terra prædicarent, & non in mari. Dicendum ergo videtur, ꝙ doctores Iudæorum, idest Scribę, & Pharisęi tempore Christi, & ante ipsum nitebantur, vt conuerterent gentiles ad legem Moysi, sed ad hoc non discurrebant ad externas nationes, sed ipsos gentiles, qui erant inter eos, vel causa commerciorum veniebant ad terram suam nitebantur conuertere ad Iudaismum, & tunc nõ stat inconueniens aliquod de eis, quę sequebant̃ si discurrerent per orbem. Nam in terra Iudęę nullus gentilis eis posset nocere, etiam si dicerent nullum esse verũ Deum, nisi Deum Israel. Si autem objiciatur, qũo etiã in terra Iudæorum poterant aliquos conuertere, cum non facerent miracula. Dicendũ, ꝙ ad hoc duo adiuuabant. Primo, quia in terra Iudæorum erat celebris fama de mirabilibus, quæ Deus fecisset pro Iudæis, & ita aliqui poterant suaderi. Secundũ erat, quia paucos conuertebant, sicut dicitur hic, ꝙ faciebant Proselytum vnum, & tamen si mirabilibus vterentur ad confirmationem dictorum suorum plures conuerterent. Tunc autem dicendum, quòd circuibant mare, & aridam ad faciendum vnum Proselytum, non quidem re, sed verbo, vel cogitatione. Et significatur, ꝙ multis suasionibus vtebantur, & ex varijs fundamentis, & cũ multa difficultate illud efficiebant, sicut circuire mare, & aridam esset valde difficile, & est modus loquendi vulgaris apud nos, quando aliquis vtitur longis sermonibus, & inefficacibus, quia circuit mare, & aridã, & ita significare volebat Christus, quòd licet multam operam darent Pharisæi ad hoc, vix vnum poterant conuertere ad Iudaismum.

Quomodo potest stare istud, scilicet vt faciatis Proselytum vnum, cum multi ad Iudaismum conuerterentur.

Quæst. XC.

QVAERETVR quomodo potest stare istud. s. vt faciatis Proselytum vnum, in quo significatur raucitas eorum, qui conuertebantur ad Iudaismum, vt dicit Hilarius. Nam videtur, quòd non conuertebantur pauci, sed valde multi. Quod patet, quia tempore Dauid, & Salomonis erant multi. s. centum quinquaginta tria millia virorũ, & sexcenti, vt patet 2. Paralip. 2. c. & isti erant viri robusti assignati ad cędendos lapides, & ferenda onera. Et sic præter eos essent multi paruuli, & senes, & mulieres, a fortiori, ergo tempore Christi essent valde plurimi, quia a primo anno regni Salomonis vsque ad mortem Christi fuerunt anni fere 1063. & in hoc tempore multi Proselyti crescerẽt. Dicendum, ꝙ valde pauci erant, qui conuertebantur ad Iudaismum, ita vt conueniẽter eos Christus innuerit per vnũ Proselytum. Ad aliud aũt, quod dr̃ de multitudine Proselytorũ tpe Salomonis, potest dici vno mõ, ꝙ illi nõ erãt Proselyti, q de gẽtilitate ꝯuersi erãt ad Iudaismũ, sed erant ipsi, & oẽs quotquot nati erant de eis post conuersionẽ. Nam sicut ille, q conuertebãt erat Proselytus, ita quotquot descenderẽt de eo vsq; ad sempiternum Proselyti, vel aduenę vocãtur. Patet, quia distinguebãtur in duo oẽs tenentes ritum Iudaicum, scilicet in filios Israel, & in aduenas, vt dr̃ Leuit. 17. c. homo de filijs Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, sed manifestum est, ꝙ qui conuertebantur, & tota ipsorum posteritas, nunquam erat de filijs Israel, quia nõ descendebant de Iacob, ergo erãt aduenę. Et idem modus loquendi est Actu. 2. c. s. Iudæi quoque, & Proselyti, in quo designauit oẽs cultores Dei per alia verba, quia Iudæos vocauit filios Israel Proselytos vero ipsos aduenas. Et isti non solum distinguebãtur nomine. s. vt nunquam vocarentur filij Israel, sed etiam iure, quia non gaudebant eisdem iuribus, quibus filij Israel. Nam filij Israel si se venderẽt, aut venderentur in alterutrũ, durabat seruitus vsque ad annum septimum remissionis. Exod. 21. & Deute. 15. vel saltem durabat vsque ad annum iobelęum, qui erat quinquagesimus: Leui. 25. c. Et hoc in eo, cuius auris perforabatur: Exod. 21. c. Et tamen si aliquis cõuersus ad Iudaismum, vel alius de stirpe eius venderetur alteri Iudæo, manebat in perpetuum seruus ipse, & descendentes ab eo, & non liberabantur in anno septimo remissionis, neque in iobelęo: Leui. 25. cap. s. Seruus, & ancilla sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis, qui peregrinant apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra hos habebitis in famulos, & hęreditario iure transmittetis ad posteros, fratres aũt vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam, idest eos, qui sunt de semine Iacob nõ teneatis in seruitute perpetua per potentiã ꝯ mandatum Dei, sed dimittite eos in iobelęo. Isti igit, qui nascebantur de conuersis, vocabantur semper aduenæ, vel conuersi, aut Proselyti, sicut patres eorum. Et ita illi Proselyti numerati a Salomone erant tam de conuersis, quam de posteris eorum. Vnde poterat esse, ꝙ de tota illa multitudine forte non essent quinquaginta conuersi, sed cęteri nati essent de conuersis, & sic pauci conuerterentur.

In duo ritum Iudaicũ tenẽtes diuidebantur.

Secũdo põt dici, ꝙ etiam plurium sit tota illa multitudo tempore Salomonis, q̃ nunc. Et huius est duplex causa, prima erat iniquitas Pharisæorum, & Scribarum, qui conuertebant Gentiles. Nam eos, quos conuertebant, postea deteriores efficiebãt suo prauo exemplo, sicut Christus dixit, scilicet circuitis mare, & aridam, vt faciatis Proselytum vnũ, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennę. Et ideo alij Gentiles videntes nolebant conuerti.

Secunda, & præcipua causa erat, quia Christus volebat, quòd pauci nunc conuerterent ad Iudaismum de gentilibus, & ideo non mouebat corda eorum ad ad istam conuersionem. Etiam erat, quia status legis Moysi statim decidere debebat post Christi passionẽ, vt conuerterentur omnes ad fidem Christi, relicta iam

iam lege Moysi, non decuit, ergo cōfortare eā nunc, faciendo quòd multi conuerterentur ad eam, sed infirmare illam paulisper, ita ꝙ iam nemo conuerteretur. Et ista est causa præcipua, vnde Pharisæi, & Scribę, licet multum eniterētur, vix poterant vnum proselytum facere.

Cum aūt obijcitur, ꝙ si tempore Salomonis erāt tot proselyti, essent plures tempore Christi. Dicēdū, ꝙ non tenet argumentum, quia hoc esset verum, si oēs illi, qui erant tempore Salomonis manerēt semper, & fieret illis additio, & tamen moriebantur, & deinde pauci conuertebantur, vt dictum est, ideo pauciores esse possent tempore Christi, q̄ tempore Salomonis.

Secundo etiam potest dici, ꝙ licet cōcedamus plures proselytos esse tempore Christi, quā Salomonis, non erat inconueniens, vt si illi essent nati de conuersis, & non conuerterentur ipsi. Vnde licet nemo conuerteretur tempore Christi poterant esse trecenta millia proselytorum inter Iudæos, & ita manet, ꝙ vix faciebant proselytum vnum.

Quare laboriosam proselytorum conuersionem subibant Pharisæi, & Scribæ. Quæst. XCI.

QVAERETVR cum ista conuersio proselytorū esset laboriosa, & non necessaria, quare illam subibant Pharisæi, & Scribę. De labore patet, quia licet non discurrerent Pharisæi extra terram Iudæorum, tñ ibi totum studiū suū apponebant, & multos modos quærebant ad cōuertendum gentiles. Sic dixit Christus: Circuitis mare, & aridam, vt faciatis proselytum vnum, quod difficultatem importat. Quòd autem non esset necessarius iste labor patet, quia Deus non pręcepit Iudęis prędicare gentilibus ad conuertendum eos.

Dicendum, quòd duo mouebāt Pharisęos ad hoc. Primum erat inanis gloria. Nam erant valde cupidi huius, quia omnia opera sua faciebant, vt viderentur ab hominibus, vt dictum est supra in litera, reputabāt autem ad magnum honorem, ꝙ aliquos conuerterēt ad populum Dei, ideo nitebantur ad hoc.

Secundum erat cupiditas lucri, & istud lucrum dupliciter proueniebat. Vno modo specialiter, scilicet per hoc, quòd decipiebant eos quadam simulatione sanctitatis, & accipiebant ab eis facultates suas, sicut dicitur supra in litera, quòd deuorabant domos viduarū longas orationes orātes. Alio modo generaliter, scilicet omnibus sacerdotibus, & leuitis, scilicet quia postquam conuersi erant soluebant decimas, & offerebant munera, & sacrificia, de quibus ditabantur sacerdotes quorum participes erāt Pharisęi, & Scribę, immo interdum erant Pharisęi, & Scribę sacerdotes, vt ostensum est supra q. 14. ideo nimis nitebātur Pharisęi conuertere, quos possent, & ob hoc cupiebant, ꝙ maneret semper iste status legis, vt ipsi ditarentur, & ideo contra Christum indignabātur, qui videbatur deducere per doctrinam suam ad alium statum, in quo non manerent ceremonię illę sacrificiorum. De hoc dicit Chryso. super Matt. Non autem faciebant proselytum propter misericordiam volentes eum saluare, quem ducebant, sed aut propter auaritiam, vt additis in synagoga Iudæis, sacrificiorum adderetur oblatio, aut propter vanam gloriam. Qui enim seipsum mergit in gurgitem peccatorū, quomodo alterū de peccatis velit eripere? nunquid magis misericors potest aliquis alteri esse q̄ sibi. Ex ipsis ergo actibus ostenditur, qui propter Deū aliquem vult conuertere, aut propter vanitatem.

F *Quare dicitur de proselyto, quòd cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ. Quæst. XCII.*

QVAERETVR quare dicitur de proselyto, quòd cum factus fuerit, facitis eum filium gehennę. Dicēdum, ꝙ gehenna infernum signat, quia signat terram profundam, vel proprie vallem filiorū Ennon, de quo nomine dictū est supra 5. c. q. 249, super illo verbo. Reus est gehennę ignis. Filius autē gehennę dicitur, qui gehēna dignus est. Est autem modus iste loquendi Iudaicus, sicut dicitur filius mortis, qui morte dignus est 2. Regum 13. cap. viuit dominus, quia filius mortis est homo, qui fecit hoc, & filius irę, qui est dignus ira, voluit autem Christus dicere, ꝙ proselyti facti a Pharisæis efficiebantur digni inferno. Filius gehennę.

G

Sed tunc dicetur quare hoc? Aliqui dicunt, ꝙ erat, quia conuertebantur ad Iudaismum, & quicunque illuc conuertitur, damnatur. Sic dicit Hilarius super Matthæ. scilicet, neque enim post Christi prædicationem doctrinę eorum fides relicta est, sed quisquis acquisitus fuerit ad fidem Iudæorum filius fit gehennę, idem dicit Origines super locum istum, scilicet quicunque enim post saluatorem Iudaizant, docentur imitari affectum eorum, qui dixerunt illo tempore crucifige eum. Sed dicendum, quòd hoc non stat. Primo, quia non est verum, quòd qui conuerteretur ad Iudaismum peccaret. Nam si peccabat, qui conuerte-

H batur de gentilitate ad Iudaismum, peccabat Iudæus, qui manebat in Iudaismo, quod hęreticum est, quia Deus laudauit hoc Exod. 12. capitulo, scilicet si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam circuncidetur, & comedet illud, idest Phase.

Secundo, quia istud est contra intentionem literæ Christi, in qua dicitur, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ. Quod dupliciter repugnat. Primo, quia dicitur, cum factus fuerit, idest postquam factus fuerit proselytus, & tamen si ex hoc, quòd conuertitur fieret filius gehennę non fieret postquam cōuersus est, sed tunc cum conuertitur, scilicet per ipsummet actum, & non per aliquem alium subsequentem.

I Secundo, quia dicitur facitis eum filium gehennę, & ita Pharisæi illum faciebant, & tamen si per cōuersionem fieret filius gehennę, ipse seipsum faceret filium gehennę, qui conuerti volebat. Ergo aliquid aliud erat, per quod efficiebatur filius gehennę.

Dicendum est autem, quòd conuerti ad Iudaismū non erat peccatum, sed laudabile ante passionē Christi, & illud Deus suasit, Exodi 12. capitulo, sed post passionem Christi, & diuulgationem perfectam Euāgelij fuit peccatum conuerti ad Iudaismum, & etiam manere in Iudaismo, & obseruare legalia, sicut nunc est, vt colligitur ad Gala. 2, & 5. c. Et hoc modo accipiunt Hilarius, & Origenes, eo quòd ipsi exponunt facere proselytum de illis, quos post Christi mortem

K niterentur subtrahere Pharisæi legi Christi reducendo ad legem Moysi, vt dictum est supra. Et ita factum est in Galathis, quia postquam conuersi fuerant ad Christum prædicante Paulo, quidam seductores suaserunt eis redire ad obseruationem legalium, & circuncisionem, vt colligitur ad Gala. secundo capitulo, & de hoc est tota epistola illa.

Aliter ergo dicendum, scilicet quòd faciunt eos filios gehennę, idest damnationis, quia postquam conuerterunt eos per doctrinam prædicationis peruertunt eos prauitate exemplorum. Nam discipuli sequuntur exempla magistrorum, & cum illi nouiter conuersi videant magistros suos praua facere, imitantur eos, & sic per praua opera seipsos gehennæ

filios efficiunt, & quoniam ad hoc magistri occasionem prębent, dicuntur ipsi facere filios gehennę eos, quos suis exemplis peruerterint. Sic dicit Chrysosto. super Matthę. scilicet. Post præmissa rursus Pharisęos dominus aliter incusat, & quia nō solum desides sunt circa eos, quos cōuertunt, sed eorum quoque destructores dum eos corrumpūt prauę vitę exemplis. Idē quoque Aug. dicit contra Faustum. s. facitis eū filium gehennę, hoc autem non, quia circuncidebant illum dixit, sed quòd eorum mores imitatur, a quibus imitandis suos Christus cohibuerat, dicens: Super cathedram Moysi, &c. In quibus verbis vtrunque debet aduerti, & quātus honor delat° sit doctrinę Moysi in cuius cathedra etiam mali sedentes bona docere cogebantur, & inde fieret Proselytus filius gehennę, non quidem verba legis audiendo, sed eorum sectam sectando.

Quomodo possit esse verum hoc, scilicet facitis eum filium gehennæ duplo, quam vos. Quæst. XCIII.

QVAERETVR cum Christus dicat facitis eum filium gehēnę duplo, quam vos, qūo possit esse verum, immo videtur, quòd non possit stare. Primo, quia hoc est generale in causis, & cātis, scilicet quòd inuenitur aliquid perfectius, & efficacius in causa, quā in causato, & tamen Pharisæi erant hic causa peccati conuersorum: non essent, ergo deteriores conuersi, q̄ doctores. Secundo patet, quia si deteriores essent, fierent digni maiori increpatione, quā Pharisęi, & Scribę, cum maiori peccato debeatur maior increpatio, & tamen non erant increpabiliores, cum nullos magis Christus argueret, quam Pharisæos, & Scribas, ergo non erant duplo filij gehennę. Tertio, quia isti cōuersi efficiebantur mali decipientibus, vel causam dātibus Pharisæis, sed decipientes vocat Christus culpabiliores, sicut dicitur supra in litera, scilicet deuoratis domos viduarum longas orationes orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Ergo non solum conuersi non erant duplo filij gehennę, quam Pharisæi, sed potius Pharisæi videtur, quòd sint duplo filij gehennę, quia amplius, idest maius iudicium accipiunt.

Dicendum, quòd verum est, quòd Proselyti efficiebantur duplo filii gehennę, quam Pharisæi, qui eos conuerterant, sicut Christus hic asserit, & non sequit̄ ad hoc aliquod inconueniens, sed qualiter duplo sint filij gehennę, & in quo dicetur q. sequenti.

Ad primum dicēdum, ꝙ verum est illud in causis, quæ dant esse, secus autem est in causis per imitationem, quia illę non sunt verę causę, & non est incōueniens. Causę enim dantes esse non possunt plus dare, q̄ habent, & ō saltem causatum, vt huiusmodi, nunq̄ pōt esse maius, vel excellentius, q̄ causa, minus aūt, vt cōiter est, & potissime in causa ęquiuoce dante esse, quæ non dat tantum de perfectione quantum habet. Causę per imitationem dn̄r illi, qui aliquid faciūt ad quarum imitationem sequitur aliquid, sicut qui peccat per hoc præstat exemplum alijs peccandi, & est cā peccati illorum, & tamen ista causa non dat esse, quia non imprimit iniquitatem in anima alterius, qui ei dat exemplum peccandi. Nam siquis efficeret alterū peccatorem imprimendo iniquitatem in anima eius impossibile esset, ꝙ efficeret eum magis peccatorem, quam ipse sit, sed vel minus, vel ęqualiter, & non solū, qui imprimit in anima, sed ēt, qui non imprimit in eā, dum tamē foris directe agat, non potest plus causare, quam ipse sit, sicut apparet in docente, quia docens non agit imprimendo in animam, sed solum foris disponendo intelligibilia, vt ostensum est supra. Et

A docens, nunquam potest facere discipulum maiorem se; quia discipulus, nunquam est super magistrum. Erit autem perfectus, si sit sicut magister eius, supra 10. & Luc. 6. c. Ita esset in causante iniquitatem, sed faciens alium malum per exemplum non agit aliquid intra animam imprimendo, neque etiam agit directe foris, sicut magister, sed multū indirecte, scilicet agit aliquid, quod potest alius imitari si voluerit, & tota actio est hic ab eo, qui exemplum sequitur non ab eo, qui exemplum dedit, potest ille, qui imitatur alium esse maior eo, sed hoc ille non præstat, quia tamen faciendo malum dedit causam per accidens ad malū, dicitur ꝙ facit peccatorē eum, qui se imitat̄, & ille pōt
B esse duplo, vel triplo malus, quod tamen non fieret, si esset vera causalitas. Ad secundum dicendum, quòd deteriores semper sunt digni maiori increpatione, & tamen aliqui sunt duplo mali, idest duplo maiora mala faciunt, sed quia illa faciunt ignoranter, aut vrgente alia causa, quæ in alijs non est, non sunt vere deteriores, neque ęquales in malitia, & ita poterat esse hic. Sed de hoc dicetur sequenti q.

Aliter pōt dici, ꝙ maiori increpatione digni erant Pharisæi, quia deteriores erant, & cum dicitur, quòd alij erant duplo filij gehennę potest intelligi duplo, idest dupliciter, & potest minus dignus esse gehenna, qui dupliciter est dignus illa, idest ex duabus causis, alius vero simpliciter, idest ex vna.

C Aliter potest dici, ꝙ quidquid sit, semper erant deteriores Pharisæi, quia licet facerent alios duplo dignos gehenna, quam se, tn̄ ex hoc, ꝙ ipsi illud faciebant, accipiebant rursus tantam obligationem gehēnę, quantam in alio causabant, sicut qui alteri claudit regnum cęlorum eo ipso sibi claudit regnū cęlorum. Ad tertium dicendum, quòd Pharisæi quantum ad hoc, quòd malos reddebant eos, quos conuertebant peiores erant, quam ipsi proselyti, licet quantum ad aliqua per accidens poterant esse peiores proselyti, vel Pharisęi, vt dictum est, cum dans alteri exemplum peccādi sit causa per accidens. Sed cum dicitur, quòd amplius iudicium accipiebant Pharisæi, poterat intelligi respectu viduarum, quas decipiebant, scilicet,
D quòd licet illę peccantes ex cōfidentia doctrinę Pharisęorum damnarentur, magis damnabantur Pharisæi. Alio modo non comparando ad illas, scilicet propter hoc amplius accipietis iudicium, idest pœnam, scilicet quia decipitis, & deuoratis per orationem simulando sanctitatem, esset autem minor pœna, si falleretis, & deuoraretis domos viduarum per aliquid prophanum.

Quomodo proselytus erat duplo filius gehennæ, & in quo. Quæst. XCIIII.

QVAERETVR quomodo erat duplo filius gehennę, & in quo proselytus conuersus ad Iudaismum per doctrinam Pharisæorum.
E Aliqui dicunt, ꝙ erat in duobus peccando. s. quia non consequebant remissionē peccatorū, q̄ apud gētiles consequi potuit, & quia factus est socius eorū, q̄ Christum crucifixerunt. Sic dicit Hilarius super Mat. scilicet iō aūt pęnę duplicatę erit filius, quia neque sic remissionem peccatorum gētilium cōsecutus, & societatē eorum, qui Christum persecuti sunt sit secutus. Sed dicendum, ꝙ hoc intelligitur de eo, qui conuertitur ad Iudaismum post publicatū Euangelium, quia tunc peccat, & non consequitur apud Iudęos remissionem peccatorum, quia de hoc intelligebat Hilarius, vt dictum est supra: secus de eis, qui tpe Christi, vel ante conuertebantur de gentilibus ad Iudaismū. Nam cōsequebantur remissionem peccatorum

per circuncisionem, & non peccabant, quia non se adiungebant crucifixoribus Christi, cum nondum essent aliqui crucifixores, quia nondũ erat crucifixus.

Secundo dicũt aliqui, ꝙ erat duplo filius gehennę. s.quia tam Pharisęi, quam Proselyti ab eis conuersi peccabant per transgressionem legis Moysi, sed Pharisęi per transgressionem legis, in qua nati fuerant, Proselyti vero per trãsgressionem legis, quam spõte susceperant, est autem maior culpa non obseruare, quod quis sponte subijt, quod potuisset non subire, quam id, sub quo natus est; & cogitur obseruare, quia forte data libertate non se subderet ad illud seruandum. Sic dicit Aug. contra Faustum. Propterea autem duplo, quam illi fit filius gehennę, quia hic negligebat implere, quod propria voluntate susceperat non ex Iudæis natus, sed sponte Iudæus factus.

Tertio dicũt aliqui, ꝙ erat iste error ꝑ apostasiam. Nam manens iste Proselytus in gẽtilitate errabat simpliciter, postea conuersus ad Iudaismum scandalizat⁹ a magistris redibat ad gentilitatem, & iam erat duplicatus error. Sic dicit Hieron. super Matth. s. ante cum esset gentilis simpliciter errabat, & erat semel filius gehennæ. Videns autem magistrorũ vitia, & intelligens destruere eos opere, quod verbo docebant, reuertitur ad vomitum suum, & gentilis factus, quasi præuaricator maiori pęna dignus erat.

Quarto aliqui accipiunt, ꝙ Proselyti dum manerẽt in gentilitate saltem pro humana verecundia aliquid boni agebant, conuersi autem ad Iudaismum cognitis vitiis magistrorum liberati iugo verecundiæ sine pudore mala faciebant, quasi auctoritatẽ a magistris suis habentes. Sic dicit Chry. super Mat. s. Proselytus forte sub cultura idolorum constitutus, vel ꝑꝑ hoĩes iustitiam seruabat, factus aũt Iudæus malorum magistrorum prouocatus exemplis fiebat peior magistris.

Quinto dicunt aliqui fieri ex cõi cõsuetudine, quia discipuli malorum deteriores eis fiunt. sic dicit Chry. in Homilia. Cum enim virtuosus fuerit magister discipulus imitatur, cum autem fuerit malus superexcedit eum discipulus. Filius aũt vocatur gehennæ, qũo filius perditionis, & filius huius sęculi. Vnusquisque enim cuius opera facit eius filius appellatur.

Circa hoc autem sciendum, ꝙ filius gehennæ, vt dictum est, est ille, qui dignus est gehenna. Est autẽ gehenna dignus quis ꝑꝑ peccatum mortale, & non aliter, & ideo qui magis, aut minus peccat, est magis aut minus dignus gehenna. Sciẽdum ẽt, ꝙ pro quolibet p̄cт̃о mortali efficitur quis filius gehennæ. i. est dignus illa ẽt si non commisisset, nisi vnum peccatum. Quot ergo peccata quis habet tot causas damnationis haberet, tñ ꝙ quis in inferno plus, aut minus patiatur, non prouenit ex hoc, ꝙ pro pluribus, aut paucioribus causis ibi maneat, sed quia ex illis maior, aut minus reat⁹ pœnæ consequitur. Est enim vnum p̄cт̃m dignũ maiori pœna, quam centum simul, non solũ apud Deũ, sed etiam apud leges humanas, vt manifeste apparet ex inæqualitate peccatorum, vt siquis fregit ieiuniũ ecclesiæ, & alius apostatauit a fide, vel succendit ecclesias, & sacerdotes in templis gladio impio trucidauit.

De Proselytis autem, & Pharisæis dicendum, ꝙ Proselytus efficiebatur filius gehennæ duplo. i. dupliciter, quam Pharisæus, qui eum conuerterat. Differunt autem duplo, & dupliciter, quia duplo dicit quãtitatem continuam, dupliciter dicit causam, & numerum. Vnde non poterat esse duplo filius gehennæ, nisi qui maiorem pœnam in duplum sustinet apud inferos. Dupliciter autem est quis filius gehẽnæ si ex duabus causis debetur ei gehenna: alteri vero ex vna tantum. Hic autem necessarium est accipi duplo. i. dupliciter, quia aliàs non potest stare litera.

Duplo, & dupliciter differunt.

F Primo, quia significaretur, ꝙ Proselyti semper essent deteriores, quam Pharisæi conuertentes eos, q̃d falsum est, quia non datur regula de iniquitate hominis, sed poterat esse aliquis Proselytus, qui esset minus malus, quam Pharisæus, & aliquis qui esset deterior, & aliquis Proselytus, qui nullo mõ esset malus.

Secundo, quia dato, quòd accideret omnes Proselytos esse deteriores Pharisæis, tamen quòd essent duplo deteriores admirandum est, quia oporteret sic dari certam magnitudinem malitiæ, quam neq; possent Pharisęi transcendere, vt essent subdupli, & a qua non possent Proselyti descendere, vt essent dupli ad Pharisæos in gehennæ pœna, quod non est verisimile, quia accidit quosdam plus, alios vero minus peccare.

G Tertio, quia adhuc est difficilius. s. quia solũ oporteret Proselytos duplo peccare, quã Pharisæos, sed oẽs Proselyti peccarent ęqualiter, & oẽs Pharisæi inter se æqualiter, vel saltem secundum vnam proportionẽ. s. quia aliter non esset possibile, ꝙ quilibet Proselytus esset duplo filius gehennæ, quam Pharisæi, qui eũ cõuertebant, sed aliquis esset filius gehennæ, plus quam duplo alius minus, quam duplo, quod non stat.

Dicendum primo, ꝙ Pharisęi conuertentes Proselytos interdum non faciebant eos filios gehennæ. s. quia non erant semper Proselyti filii gehennæ, quia aliqui Proselyti erant boni, qui non erant digni gehenna, &
H ideo Pharisęi non fecerant eos filios gehẽnæ, sed debet intelligi, ꝙ licet aliqui Pharisæi boni essent, & nõ digni gehenna, tamen Pharisæi quantum in eis erat faciebant eos filios gehennę. s. quia per prauam vitam suam dabant illis exemplum male viuendi, per quod efficerentur duplo filii gehennæ. Multi tamen Proselyti non sequebantur malam vitam Pharisæorũ, ideo non efficiebantur filii gehennæ, licet Pharisæi quantum ex ipsis erat, iam dederant eis, vnde fierent filii gehennæ. Et sic verum est, quòd Pharisæi efficiebant illos filios gehennæ, licet ipsi non efficerentur filii gehennæ.

Secundo dicendum, ꝙ interdum sicut Proselyti boni erant, ita & Pharisæi cõuertentes eos boni erãt, & non dabant eis aliqua exempla malę vitę. Vnde nõ
I faciebant eos filios gehennę. Et patet hoc, quia aliqui Pharisęi erant boni, sicut Nicodemus erat Pharisęus Ioan. 3. & tamen erat bonus, & discipulus Christi, & veniebat ad Christũ nocte. e.c. & aliquãdo ĩ publico fauebat Christo: Ita, vt dicerent ei alij Pharisęi: nunquid, & tu Galilæus es? Ioan. 7. c. sic etiam Gamaliel est Pharisæus, & tamen sanctus fuit, & ipse defendit semel omnes credentes in eum. Actu. 5. c. & postea Ecclesia celebrat festum huius in inuentione sancti Stephani, sed debet hoc intelligi, vt communiter. s. ꝙ vt cõmuniter Pharisęi mali erant, & prębebant exemplum prauę vitę proselytis, & sic faciebant eos filios gehennę.

Nicodem' Pharisęus bonus erat

Considerandum, ꝙ quando Pharisæi erant mali,
K & proselyti ex eorum exemplo efficiebantur mali, ita vt dicerentur effici duplo filij gehennę, non est sensus quòd in duplum patiebantur maiores pęnas in inferno proselyti, quam magistri sui, & non solum non in duplum, sed neque ęqualiter, immo hoc totaliter erat per accidens, scilicet quis magis damnaretur, an proselytus, vel magister eius, secundum quòd accidebat hunc vel illum magis, aut minus peccare, sed accipitur duplo, idest dupliciter, scilicet vos, quando estis mali, estis filij gehennę ex vna causa, proselyti autem si mali sunt, sunt filij gehennę ex duabus causis, etiam si minorem, quam vos pęnam patiãtur, iõ sunt duplo filij gehennę, scilicet proselyti nati sunt in lege naturę, sub qua saluari poterãt, deinde con-

conuertebantur ad legem Moysi, in qua etiam poterant saluari,& tunc ex malo exemplo magistrorũ, neque seruabant legem Moysi, neque naturę, ideo ex duplici causa erant filij gehennę. & hoc faciebant Pharisęi,quia si non conuertissent eos, & mali essent rei essent gehennę ex vna causa solum, nunc vero ex duabus, & ad hoc conferebant Pharisęi, qui dabant eis exemplum peccandi post conuersionem.

Aliter etiam potest accipi, scilicet vos estis filij gehennę ex propria iniquitate, quia quantũcunque mali sitis, non accipitis exemplum malitię ab alijs, sed vosipsi per vos mali estis, cum magistri sitis, & non habeatis exemplũ. Proselyti autem efficiebant duplo,idest ex duplici causa filij gehennę, quia habebant propriam iniquitatem, ad quam ex seipsis nullo docente inclinabantur. Habebant insuper iniquitatẽ a magistris, scilicet ad quam illi exemplũ prębebant, ideo ex duplici causa rei erant, & hoc faciebant Pharisæi, quia ad secundam iniquitatem prębebant exemplum, & ita potest applicari ad alias expositiones supra positas.

Væ vobis duces cęci, qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti, & cæci quid enim maius est, aurum,an templum, quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari, nihil est, quicunque autẽ iurauerit in dono, quod est super illud, debet. Cæci, q.d.n. maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo iurat altari,iurat in eo,& in omnibus, quæ super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo,iurat in illo,& in eo,qui habitat in ipso. Et, qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei,& in eo, qui sedet super eum.

Væ vobis duces. Hic ponitur qualiter corrumpebãt Pharisæi veritatem doctrinę per falsitatem, & hoc quantum ad ea, quę pertinebant ad cultum Dei, scilicet circa iuramẽtum, cuius præstatio est actus latrię si debite obseruatur veritas, vel promissio pp reuerentiam Dei in cuius nomine iuratur, & in hoc corrumpebant Pharisæi veritatem doctrinę, quia asserebant quædam iuramenta non tenere, quę tenebant.i.obligabant,& dr. *Væ vobis*. Maledictionem prænunciat illis,quia in hoc peccabãt. *Duces cæci*. Vocat eos duces.i. rectores,vel magistros a ducendo,idest dirigendo dictos,quia populus sequebatur eorum doctrinam. Cęcos autem illos dicit, quia errabant ipsi non videntes veritatem, & propter ignorantiam falsum docebant. *Qui dicitis.* Idest qui asseritis,& docetis. Et ita explicat in quo errabant. *Quicunque iurauerit per templum.* Istud est iuramentum per templum,& tamen fit referendo ad Deum,licet per creaturam fiat. *Nihil est.* Idest nulla est obligatio secuta ex iuramento, ac si non iurasset.

Qui iurauerit in auro templi. Idest per aurũ, quod est in templo,quia in multis locis erat aurũ in tẽplo, siue quod erat pars templi,siue quod erat intra templum. *Debet.*i.obligatus est ad seruãdum,quod iurauit. *Stulti, & cæci.* Increpatio est propter doctrinã eorum,& ostendit, ꝙ falsa sit, & vocat eos cęcos, quia ignorant,stultos vero,quia insaniunt, scilicet plus errant,q̃ homi-

A nes sanę mentis. Nam error hominis sanę mentis significatur p cęcitatẽ,error aũt hominis insanę mẽtis significatur per stultitiam. *Quid maius est?* i.dignius, vel sanctius. Nam non loquitur de magnitudine molis, quia ista ad nihil confert. *Aurum an templum.* Quasi dicat maius deberet vocari templum, q̃ aurum. *Quod sanctificat aurum.* i.ex templo reddĩt aurum sanctum.s. templum p seipsum sanctũ est, aurũ vero, quod est in templo iudicatur sanctum, sed iõ, quia est in tẽplo, si aũt esset extra templum non iudicarẽt sanctum esse, sed profanum, & tamẽ templum ẽt nullo auro in eo existente,sanctum est, ergo templum est maius.i.sanctius,& dignius,quã aurum. *Et quicunque iurauerit.* Hic ponitur aliqua doctrina, vel assertio falsa Pharisęorũ.

B Dicebant enim, ꝙ iuramẽtum factum per altare Dei non valebat,iuramentum autem factum per donum, quod erat super altare obligabat aliquid seruare.

In altari. Idest per altare, quod est in domo Dei. *Nihil est.* Idest nulla obligatio sequitur ex iuramento. *Qui autem iurauerit in dono.* Idest per donum.

Quod est super illud. Idest sup altare,quia multa donã ponebantur super altare, per quæ homines iurabant. *Debet.* Idest obligatus est seruare iuramentum, siue in assertorijs,siue in promissorijs. *Cæci.* Increpatio est, & ostendit doctrinam falsam esse addendo ad hoc rationem. Et vocat cęcos,idest ignorantes.

Quid.n.maius est. Idest quid sanctius,aut dignius. Et est argumentum. *Donum in altare.* Idest nunquid est di-

C gnius,& sanctius donũ, quod ponitur super altare,vel ipsum altare.in quo ponitur?

Quod sanctificat donum. i.altare debet iudicari dignius, quia donum, antequam ponatur super altare profanum est,per hoc autem,quòd ponitur super altare efficitur sacrum,ideo sanctificatur ab altari: altare vero per se sanctum est, nam etiam si nullum donum ponatur super illud, sanctum est, & non est magis sanctum posito dono super illo,quam non posito dono. *Qui ergo iurat in altari.* Ostendit Christus,quòd tam iuramentum factum per altare, quam factum per donum positum super altare obligat. Et dicit: qui ergo iurat. Est ergo ibi nota consequentiæ.s.quia ita est,ꝙ maius est altare,quam donum positum super altare,

D sequitur,quòd iuramẽtum factum, per altare teneat, sed tenet iuramentum factum per donum: ergo vtrũque tenet. *Iurat in eo.* Idest per illud. *Et in omnibus,quæ super illud sunt.* Idest per omnia dona, quæ sunt super altare. Nam licet quis iurando dicat de templo nihil aliud explicans: tamen intelliguntur omnia,quę sunt super altare, vt infra dicetur. Et tamen si exprimerentur dona, quæ sunt super altare teneret iuramentum etiam secundum intentionem Pharisæorum,ergo solo altari nominato debet intelligi, quòd iuramẽtum obligat etiam secundum eos. *Et qui iurat in templo.* i. per templum.probat, quòd iuramentum factum per templum obliget etiam nõ expresso auro templi, aut alia re,quia iurans per templum iurat per Deum, qui

E est in templo,sed iurans per Deum tenetur seruare iuramentum: ergo & iurans per templum obligabitur. *Iurat illo.* Idest per illud, scilicet per templum. *Et in eo,qui habitat in ipso.* Idest per Deum, qui habitat in templo,& non solum per templum. *Qui iurat.* Hic ponitur per modum doctrinæ, & gratia exempli ad probationem de iuramento facto per cœlum. Nam Pharisæi nihil dicebant de iuramento facto per cœlũ, sed Christus illud induxit nunc ad ostendendum id, quod dicebat. Dixerat enim,ꝙ qui iurat per altare, iurat per id,quod est in altari,& qui iurat per templum, iurat per Deum,qui habitat in templo, ostẽdit ꝙ hoc sit verum,quia qui iurat per cęlum, iurat per Deum, qui est in cęlis,& est simile.

Qui iurat in cœlo. i. per cœlum. *Iurat in throno Dei.* i. per thronum Dei, quia cęlum est thronus. i. sedes Dei, sic dicitur supra 5. c. quod cęlū thronus Dei est, & terra scabellum pedum eius. *Et in eo, qui sedet super ipsum.* i. & iurat per illum, qui sedet super thronum. s. per Deū, qui sedet super cęlum. F

De quo vitio arguit nunc Christus Pharisæos.
Quæst. XCV.

QVAERETVR de quo vitio arguit nunc Christus Pharisæos. Dicendum, quòd manifeste arguit eos de falsa doctrina circa iuramenti obseruationem. Nam Deus volebat vota, & iuramenta seruari studiose, quia dicitur. Redde Deo iuramenta tua. Ipsi autem dabant modū ad dissoluendum omnia iuramenta dicentes, quod iuramenta facta per templum non valebant, sed ea, quæ fiebant per aurum, quod erat in templo valebant, etiā quod iura præstita per altare Dei non obligabāt, sed ea, quæ fiebant per dona oblata super altare, & ideo, quod non tenerentur homines obseruare talia iuramenta. Christus autem redarguit doctrinam istam ostendens, quod tam iura facta per aurum, quam per templum, & tā facta per altare, quam per dona tenebant. G

Secundo, vt aliqui volunt latenter eos arguit de cupiditate. Nam ad asserendum hoc partim trahebātur ex quadam cupiditate, eo quod lucra captabant per talia iuramenta, vt infra dicetur, sed litera solum exprimit primum errorem. i. circa doctrinam, & non secundū qui est circa auaritiam. H

Quare Christus vocauit istos Pharisæos Duces cæcos.
Quæst. XCVI.

QVAERETVR quare Christus vocauit istos Pharisæos duces cęcos. Dicendum, quòd arguit eos de ignorantia, secundum quam faciebant, quod incideret populus in errorem, sunt autem duces isti. i. directores, quia magistri plebis erant prædicando, & exponendo legem, & id, quod ipsi dicerent sequi debebat populus, supra in litera. s. supra cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, quæcunque dixerint vobis facite: cæcos aūt dixit eos, & hoc quia per ignorantiam ista docebant. Nam cæcus est, qui non videt: intellectus autem est quidam visus, vt dicitur 6. Ethi. circa finem, & ideo qui non intelligit, cęcus est. Et tali modo loquendi Christus vtitur contra Iudæos. Ioan. 9. c. s. Nunquid & nos cæci sumus? Et Christus ait, si cæci essetis non haberetis peccatum. i. si non intelligeretis. Vnde si Iudæi nunc asserent hæc, quæ dicta sunt de iuramentis scientes falsa esse, attendentes tamen inde aliquod lucrum, dicerētur iniqui, vel hypocritæ, quia tamen ipsi ignorabant veritatem, vocat eos cęcos. Et hoc apparet, quia in omnibus, in quibus eos arguit hic, dicens: Væ, vocat eos hypocritas. In hoc autem non vocauit eos cęcos, sed solum hypocritas, & hoc, quia hypocrita dicit simulatorem, qui autem ignorat non pôtest facere aliquam simulationem. Et isto modo loquendi Christus vtitur contra istos Pharisæos, supra decimoquinto capitulo. s. sinite eos, quia cæci sunt, & duces cæcorum. Et hoc dixit propter aliud, quod ibi etiam ignorabant. Nam putabant, quòd exterior munditia carnis faciebat ad munditiam animæ tollendo, vel impediendo immunditias ne intrarent in ventrem, quia credebant, quòd immunda, quæ ibant in ventrē polluebant animam. Christus autem ostendit ibi, quod non, & vocauit eos cæcos, & cæcorum duces, & hic similiter: raro autem vtitur tali modo loquendi, quia nō facit illud, nisi vbi ex ignorantia procedunt Pharisæi.

Vocauit autem eos duces cæcos. i. magistros insipientes, & hoc ad maiorem confusionem, quia si essent homines simplices vulgares, & ignorarent aliqd in sacra scriptura, essent quidem cæci quantū ad hoc, & tamen nō essent multum increpabiles, quia non pertinebat ad officium eorum eruditum esse in his, & tamen quòd magister sit, & ignorās, est magna cōfusio, cum professio sua sit ad docendum. Si autem diceret eos cęcos, diceret solum ignorantes, quod minoris confusionis erat. Cum vero dicit: duces cæcos, dicit magistros ignorantes, quod est contradictio in adiecto, ideo erat magna confusio. Christus Pharisæos uocauit duces cęcos.

Quare Christus dixit Pharisæis. Væ vobis Duces cæci.
Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare Christus dixit istis vę vobis duces cæci, quod innuit maledictionem. Nam isti asserebant ex ignorantia hæc, quæ dicta sunt cum Christus vocet eos duces cæcos: ergo non peccabant. Nam ignorantia tollit peccatum, sicut Christus dixit eisdem Pharisæis. Ioann. 9. c. cum illi dixerunt. Nunquid & nos cæci sumus? & Christus ait. Si cæci essetis non haberetis peccatum, nunc vero, quia dicitis videmus, peccatū vestrum manet. i. habetis peccatum manens.

Dicendum, quòd isti peccabant, & erant digni magna increpatione, sicut Christus eos arguit. Et causa est prima, quia dato, quòd ignorarent, non excusabat eos ignorantia.

Et hoc primo, quia ipsi erant doctores populi. Si enim essent ipsi simplices, & de populo, excusaret eos ignorantia aliqua, cum non obligarentur scire omnia. Nunc vero cum magistri essent plebis, neque essent alii magistri, ad quos recurri posset, non debebat eos excusare ignorantia. Primo quidem, quia ad eorum officium pertinebat docere veritatem de omnibus necessariis ad salutem, & non excusat hominē ignorantia eius, quod scire tenetur. Sic dicitur Malachi. secundo capitulo, labia sacerdotis custodient sciētiam, & legem exquirent ex ore eius, quoniam angelus Domini exercituum est. Et Aggæi, secundo capitulo. Interroga sacerdotes legem. s. ad eos pertinet respondere de dubiis legis. Sic Aristote. dicit 3. Ethicorum. circa principium, quòd ignorantia eius, quod confert non accusat.

Secundo, quia ista res, de qua agitur, & in qua errabant Pharisæi, non erat magnę dubitationis, sed quilibet ratione vtēs poterat videre veritatem huius rei. Sic dicit Christus. O stulti, & cæci, quid maius est, &c. Quasi dicat quilibet poterat videre veritatem huius rei, & vos videretis, nisi essetis cæci, & stulti, ideo errantes in re nullius dubitationis nō erant digni excusatione. Tertio, quia dato, quod aliquantæ dubitationis esset id, in quo errabant, essent in culpa asserendo id, in quo non erant certi, quia magna est culpa doctoris circa salutem animæ asserere id, de quo nō est certus, an verum sit. Nam abstinere a quadam doctrina non est culpa, & ideo multa vera subticere non est peccatum, sed aliqua falsa asserere in sacra scriptura peccatum est. Sufficiebat autem Pharisæis docere id, quod inueniebant in sacra scriptura. Si autem aliquid, quod in ea non erat dicere volebant, & errabant, eis imputandum erat. Quarto potest dici, vt aliqui volunt, quod ēt erant in culpa, qa ex desiderio alicuius lucri errabant. Cupiditas. n. lucri mouebat eos, vt facilius errarent, & forte ad aliquid horum mouebat eos ignorantia, & ad aliquid cupiditas, vt infra dicetur.

Quid

Quid est, quod dixerunt hic Pharisæi: Qui iurat per templum, nihil est. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quid est,quod dixerunt hic Pharisęi,scilicet qui iurat per templum,nihil est.

Dicendum,quòd voluerunt significare nullã obligationem esse ex tali iuramento,iõ enim fit iuramentum,vt pp nomen domini, quod in eo inuocatũ,& reuerẽtiam,q̃ Deo debemus, faciat hõ id, quod iurat,s. si est iuramẽtum assertorium, quod est de veritate dicenda,ꝙ veritatem dicat pp Deum,quem inuocat.Si autem est promissorium.s.de faciendo aliquid, vel de abstinendo, ꝙ ita faciat, sicut promittit.Et est quædã religio, quam obseruamus in honorem Dei,inquantum est summa res,quã maxime honorare debemus, ad Hebrę.6.c.s.homines per maiorẽ suũ iurant, & oĩs controuersię illorum ad confirmationem finis est iuramentum. Dicere aũt, ꝙ iuramentũ nihil valeat.i.ꝙ non sequatur aliqua obligatio, cũ iuramentũ ex intẽtione factum fuerit,est dicere,ꝙ fit per rem illam,cui non debetur hęc reuerentia, vt ea inuocata seruetur, quod dicimus,vel promittimus. Nunc vero Pharisęi dicebant,ꝙ qui iurat per templum,nihil est,idest non obligabatur, quia putabant non esse tantę reuerentiæ hanc inuocationem, vt ea facta tenerentur seruare, quod promitterent.Motiuum forte ad hoc esse poterat, quia credebant, ꝙ iuramentũ factum per Deum obligabat,& alia iuramenta non,quia dr̃ Deut.6.c.dominũ Deum tuũ timebis,& illi seruies,ac per nomen eius iurabis. Et ita putabant, ꝙ sicut soli Deo seruiendum erat, ita soli ei deferendus erat hic honor, ꝙ per eum iuraretur,& si iuraretur per aliam rem non teneret iuramentum,& ad hoc videbatur adiuuare doctrina Christi,quia ipse dixit supra 5.c.non iurandum esse per cęlum, neque per terrã, neque per aliã rem,& iõ si iuraretur putabant iuramentũ non tenere,ac si non esset iuratum.Sed falsum est,quia licet non debeat iurari per ista,neque ẽt per Deũ, & tñ si iurat̃ tenet iuramentum,quia iudicatur fieri per Deum,sicut supra dr̃ in litera,ꝙ qui iurat per templum iurat per Deum,qui habitat in templo,& qui iurat per cęlum,qui est thronus Dei, iurat per Deum, qui sedet in illo.

Quid est iurare in auro templi. Quæst. XCIX.

Iurare in auro dupliciter pōt intelligi.

QVAERETVR cum dicat̃: Qui iurauerit in auro templi, quid est iurare in auro templi.

Dicendum, quòd iurare in auro potest dupliciter intelligi. Vno modo in auro, idest ponendo manum super aurum, & hoc significat proprie iste modus loquendi, & sic iuramus ad Euangelia corporaliter illa tangendo,sic etiam iuramus in cruce,idest posita manu super crucem. Sic accipitur 22.q.5.c.qui periurat, scilicet qui periurat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata vnum annum pęniteat,& ibi manifestum est, ꝙ accipitur periurare in cruce, idest tacta cruce, quia aliàs non esset differentia periurare per crucem consecratam, vel non consecratam, cum neutra tangatur, sed inquantum manus episcopi est magnę reuerentię,& crux consecratà, siquis tactis his periuret, censetur magis contemnere, & maiorem iniuriam Deo facere, quam tangendo rem non consecratam.

Secundo patet, quia si crux non tangatur nõ poterit esse differentia in iurando crucem consecratã, aut non cõsecratam, quia qui iurat nõ iurat per crucem, quæ est in hac Ecclesia, vel in illa specialiter,quia hoc esset superstitiosum, nisi inquantum tangit illã, quia tunc nõ potest applicari quælibet crux,sed aliqua particularis,& ideo, qui iurat per crucem non tangendo A aliquam crucem non iurat,nisi per crucem Christi nõ exprimendo consecratã, vel non consecratam, & tamen ius facit differentiam iurando in cruce consecrata, vel non consecrata, ideo debet intelligi de cruce, quæ tangitur,& sic poterat iurari in auro templi,idest tangendo illud.

Sed dicẽdum, quòd accipitur in auro templi, idest per aurum,scilicet inuocando, aut nominãdo illud,& non tãgendo.Et patet primo,quia ponitur hic,in pro, per,scilicet in auro, idest per aurũ, quia Christus mutat ista ponẽdo pro eodem. Nam a principio dicitur: Quicũque iurauerit per templum.Et postea dicit̃, qui iurauerit in templo,iurat in eo,qui habitat in templo. B Et ita vtrobique manet eadem sententia, sed iurare p templum est iurare per inuocationẽ,& non tangẽdo, ergo iurare in auro templi est iurare p inuocationem auri non tangendo illud. Secundo patet,quià dicitur hic in aliquibus iurari, quæ tamen non poterant tangi,sicut est de Deo,& de cęlo. Nam dicitur,qui iurat in templo iurat in eo, qui habitat in ipso,idest in Deo, qui habitat in templo 3.Regum 8.& 2.Paralip.2.& tamen Deus non tangitur, sed per inuocationẽ eius iuramus. Sic etiam dicitur, qui iurat in cęlo iurat in throno Dei. Et tamen nemo tangit cęlum, sed illud hic inuocat.Ita hic accipitur, ꝙ homines,ita iurabant in auro templi,idest per aurum non tangendo, sed inuocando. Et tamen si interdum iurarent tangendo C illud, esset maior obligatio, sicut in eo,qui per crucẽ cõsecratam iurat, vel per manus episcopi,quas tãgit.

Quid erat illud aurum templi, per quod iurabatur. Quæst. C.

QVAERETVR quid erat illud aurum templi, per quod iurabatur.

Dicendum, ꝙ multipliciter potest accipi, vno mõ aurum templi.i.ꝙ erat pars templi. Alio mõ aurum templi.i.quod in templo erat. Alio mõ aurũ templi.i. quod offerebatur in templo. De primo patet,qa multum aurum erat pars templi,quia parietes templi erãt de lapidibus, & de super tabulis cedrinis, & super tabulas D affixit laminas aureas clauis, ita ꝙ nihil erat in toto templo ex parte interiori, quod non auro tegeretur 3.Regũ 6.c.& sic videbatur totum, quasi massa quædam auri.

De secundo apparet,quia in tẽplo erat multũ aurũ, quod non erat pars templi, vt aurũ, quo operiebatur altare thymiamatis,& quo operiebatur arca. Nã ꝑpitiatoriũ, quod erat opertoriũ arcę, & duo cherubin super illud de auro purissimo erant, nihil de alio metallo habentia: Exod.25.& 3.Reg.6.c.ẽt erant multa vasa aurea, & argentea in templo domini ad ministerium mẽsę propositionis,& altaris thymiamatum, & ipsum candelabrum totũ de auro.Exo.25.c.& multo plura fecerat postea Dauid,quia plura erant necessaria E in templo, quam fuerant necessaria in tabernaculo Moysi, quod paruum erat primo Paralip.28.c.

De tertio apparet, quia in templo offerebat̃ multũ de auro,& argento, & pecunia qualibet tam ad ministerium sanctuarij, quam ad sacerdotũ sustentationẽ. Et patet de hoc 1.Paralip.29.c.vbi tam Dauid, q̃ oẽs principes obtulerunt aurum,& argẽtum,& ęs in thesauros domus domini. sic in dedicatione tabernaculi Moysi omnes principes obtulerunt vasa aurea, & argentea in thesauros domini: Numeri 7.c.Et continue Israelitę offerebant munera sua in pecunia mittentes ea in gazophylacium, vt innuitur Luc.21.c.Ad sustẽtationem quoque sacerdotum multa offerebant, vt patet Num.18.c.De oblationibꝰ vero factis in domo dñi,q̃ ꝑtinebãt ad scũariũ,& q̃ ad mĩstros,& q̃ parum ad

ad miniſtros, & partim ad ſanctuariũ declaratum eſt ſatis Nu. 5. c. ſuper illo verbo, ſcilicet quidquid in ſanctuario offertur a ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit.

Nunc vero dicendum, quòd de quolibet modo iſtorum poterat intelligi iuramẽtum factum in auro templi, & tamen magis intelligitur de vltimo, ſcilicet de auro, quod offerebatur, ita enim tenet Hieronymus, & Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Quid eſt dicere, quòd qui iurat in auro templi debet. Quæſt. CI.

QVAERETVR quid eſt dicere, quòd qui iurat in auro templi debet.

Dicendum, quòd debere importat neceſſitatem, vel obligationem, & eſt ſenſus, quòd ſiquis iuraſſet per aurum, tenebatur iuramento.

Sed hoc dupliciter poteſt exponi. Vno modo, quòd ſiquis iuraret per templum aſſerendo aliquid, non tenebatur ex hoc dicere veritatem, & ſi mentiretur, non tenetur ex hoc ad aliquam pęnam, quaſi pro periurio: Et ſi eſſet iuramentum promiſſorium factum per templum, non teneretur iurans facere, quod promiſit, ſiue illud Deo, ſiue homini promitteret, ſi autem iuraret quis per aurum templi aſſerendo aliquid tenebatur dicere veritatem, ſi non diceret, erat reus periurij, in promiſſorijs vero tenebatur facere, quod promiſerat, alioquin reus periurij erat.

Secundo poteſt intelligi ſecundum Nicolaum, ꝙ qui inciderit in periurium, ſoluebat aliquid miniſtris templi in pęnam, & tamen ſiquis iuraret per templũ tam aſſertorie, quam promiſſorie etiam ſi non ſeruaret iuramentum non tenebatur aliquid dare ſacerdotibus, ſi autem iuraret per aurum templi, & non ſeruaret iuramentum, tenebatur dare ſacerdotibus certam partem auri.

Sed dicendum, quòd iſte ſenſus ſecundus non eſt conueniens ſatis. Primo, quia motiuum ſuum non ſatis applicatur ad literam, quia ex hoc videtur ſumi iſte ſenſus, quia dicitur: Qui iurauerit in templo debet: Quod iſti exponunt, ideſt debitor eſt pœnę certę, ſi periurauerit, & hoc, quia tũc litera pręcedens deberet ſimilis eſſe, vt diceretur, qui iurat per templũ non debet, ideſt non debet illam partem auri pro ſacerdotibus, licet periurium incurrat, & tamen non dicitur ſic, ſed qui iurauerit per templum nihil eſt, ergo non debet ſic exponi.

Secundo, quia debet, nõ ſignificat debitũ pecuniarium, vt iſti putant, ſed obligationem ad agendum, vel ad abſtinendum. Sic accipitur ad Gala. 5. c. teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quòd debitor ſit vniuerſę legis faciendę, ideſt obligatus ſit ad ſeruandum totam legem.

Tertio, quia videtur ſenſus extortus. Nam in pęnã iſtam non incurreret, niſi qui periurium cõmitteret, ſed hic non dicitur de periurio, ſed de iuramento, ſ. qui iurat in auro templi, debet, ſed ad hoc, ꝙ teneat iſte ſenſus, debet ſubintelligi, quòd qui iurat in auro templi, & committit periurium, quod debet. Et iſta eſt extorſio, & magna ſubauditio, quæ nunquam debet fieri ſine neceſſitate. Ergo non debet ſic intelligi, ſed debet intelligi litera, ſ. qui iurat per tẽplum nihil eſt, ideſt ad nihil tenetur, ideſt non valet iuramentum, neque tenetur obſeruare, quod iurauit. Qui autem iurat in auro templi, ideſt per aurum debet, ideſt obligatus eſt, vel debitor ad obſeruationem iuramenti, ſicut dicitur ad Gala. 5. debitor eſt vniuerſę legis faciendę.

Quarto patet, quia hoc non erat veriſimile. Nam
F ſi ex periurio deberetur pęna pecuniaria, quæ applicaretur ſacerdotibus, non ſolum dicerent Phariſæi, quòd iurantes per aurum templi incurrerent in illã pęnam, immo, & per templum, & incurrentes in quodlibet quantumcunque leue periurium, immo aliquando, vbi non eſſet periurium interpretaretur eſſe periurium, vt applicaretur eis pęna, ergo debet intelligi, vt ſupra. Quinto patet, q̃a ita exponit Hiero. ſuper Mat. dicens, ſcilicet quicunque iurauerit per templum, nihil eſt, ideſt nihil debet. Si autem iuraſſet in auro, & pecunia, quæ in templo offerebatur, ſtatim id, quod iurabat, cogebatur exoluere.

G *Quomodo Iudæi poterant aſſerere, quòd qui iurabat in templo, non tenebatur &c. Quæſt. CII.*

QVAERETVR quomodo Iudęi poterãt aſſerere quòd qui iurabat in templo non tenebatur, & qui iurabat in auro templi tenebatur. Dicendum, quòd magnus error erat iſte, ſicut Chriſtus redarguit de hoc Phariſæos, & tamen videtur fundamentum huius rei eſſe, ſcilicet quòd ipſi credebant, quòd non valebat iuramentum factum, niſi per Deum, & ideo, qui iurabat per templum, aut per quamcũque aliam creaturam, quòd non tenebatur, & ſic etiam, neque valeret iuramẽtum factum per aurum templi, neque per donum, quod erat ſuper altare, & tamen de iſtis voluerunt dicere, quòd teneret ſpecialiter iuramẽtũ
H per ea factum, & hoc moti ex cupiditate, ſcilicet quia iſta erant ea, quæ offerebantur ſacerdotibus, & cum laudarent ea intantum, mouerentur valde hoĩes ad offerendum, & ſic ditarentur ſacerdotes, & Phariſęi.

Secundo poteſt dici, ꝙ Phariſęi credebant, ꝙ iuramentum factum per aliquas craturas valebat, ſed per paucas. Et de his dicebant, ꝙ non ſolum per res profanas iuramentum præſtitum non valebat, ſed etiam, neque per templum, neque per altare, quæ erant res ſacrę non valebat iuramentum præſtitum, & tñ ſi per aurum, & dona quæcunque, quæ in templo offerebantur fieret iuramentum, teneret. Hoc autem procedebat ex intentione corrupta. ſ. quia magnificare volebant res iſtas, quæ offerebantur in templo, vt alli-
I cerentur homines ad offerendũ. De hoc dixit Hiero. ſuper Matthæum, ſ. ſicut in philaterijs, & fimbrijs dilatatis opinio ſanctitatis captabat gloriã, & per occaſionem glorię quærebant lucra, ſic alia traditionis fraude inuẽta, impietatis arguit tranſgreſſores, ſiquis enim in contentione, ſeu in aliquo iurgio, vel cauſę ambiguo iuraſſet in templo, & poſtea conuictus eſſet mendacij, non tenebatur criminis reus, ſin autem iuraſſet in auro, & pecunia, quæ offerebatur in templo ſacerdotibus ſtatim id, quod iurabat, cogebatur exoluere. Primũ modum iſtorũ vr̃ tenere expreſſe Hier. qui dicit, fuiſſe hic fraudem, & tñ fraus non fit, niſi ex aĩo, ſ. ꝙ putarent iuramentum factum ꝑ creaturas nõ tenere, & tñ ꝯ mentem ſuam dixiſſe tenere iuramen-
K tum factũ ꝑ aurum templi, & hoc, vt inde ditarentur. Secundum tenet Chry. qui innuit, ꝙ credebant ſanctiora eſſe dona, quam templum, & altare, & ideo iuramentum factum per illa tenere.

Quare Chriſtus non redarguit Phariſæos de auaritia in hac re, cum ex auaritia mouerentur. Quæſt. CIII.

SED quæretur quare Chriſtus non redarguit Phariſęos de auaritia in hac re, cum ex auaritia mouerentur ad iſtam falſam doctrinam. Nam non arguit eos, niſi de ignorantia vocans eos cęcos, & ſtultos, quaſi ex ignorantia agerent, & non vocans

vocans eos auaros, aut hypocritas, quasi neque ageret ex cupiditate, neque ex simulatione.

Dici potest vno modo tenendo positionem secũdam, ꝙ peccauerant Pharisęi in ignorantia, & non in auaritia, neque hypocrisi, ideo non debuerunt, nisi de ignorantia accusari, & patet, quia credebant tunc iuramentum non tenere per templum, & altare, sed tenere per aurum, & dona, quæ offerebantur in templo, & super altare, & hoc vere credebant, & sine scrupulo errabant, tamen ideo erat redargutio de ignorantia, & cęcitate, error autem erat, quia putabãt sanctiora esse, quæ offerebantur in templo, & super altare, quam ipsum altare, & motiuum huius erat nõ quidem fraus, sed quia afficiebãtur plus ad pecuniam, quam ad alia, ideo putabant eam sanctiorem, & ideo cum non agerent ex intentione lucri, sed decepti non debuerunt argui de auaritia, sicut si contentio sit inter aliquos de re satis dubia facilius homo iudicat pro eo, cui afficitur, idest videtur sibi vere, & sine aliqua fraude, ꝙ ille iustiorem causam foueat, quam alius, cui non afficitur, & tamẽ iste non agit contra conscientiã, cũ iuxta id, quod sibi videtur agat. Secundo potest dici tenẽdo aliam positionem. s. ꝙ Pharisæi commiserunt hic aliq̃ simulationem, & tñ non arguit eos Christus, nisi de ignorantia, & põt intelligi sic. s. ꝙ Pharisęi putarẽt non valere iuramentum pręstitum per aliq̃ creaturã, & ideo neque per tẽplum, neque per aurum templi, & tamen vt lucra facerent asseruerunt tenere iuramẽtum per aurum templi, & res, quæ offerebantur, & non per aliquid aliud.

Et hic erãt tria, in quibus deficiebant Pharisæi. Primũ erat, quia putabant iuramentũ non tenere ꝑ creaturas, & iõ neque per templum, & tñ falsum erat, qa tenebat. Secundum est incentiuum auaritię, quia cupiebant lucra conquirere ẽt per inhonestum modũ. s. asserendo falsum, aut contra intentionem suã. Tertiũ erat, quia dixerunt tenere iuramentum per aurum tẽpli, & per oblationes, quasi per aliquid dignius, q̃ sit templum. Nam licet cupiditas moueret eos ad asserendum hoc, tñ quia ista non erat causa ad exprimendum, dixerũt ꝙ iuste hoc fiebat, quia sanctius erat aurum, q̃ templum, & donum, q̃ altare. Christus autem cũ posset de omnibus arguere, quia in omnibus peccabant, noluit arguere nisi de tertio, quod ipsi ostendebãt, scilicet sanctiora esse dona, quam templũ, & tñ non innuitur ex hoc, ꝙ non peccarent, nisi in hoc.

Sed dicetur, quid verisimilius est istorum duorum? Dicendum ꝙ vtraque pars stare potest, nam hoc necessarium est, ꝙ Iudæi expresse tãtum, vel expresse, & in animo dicerẽt sanctius esse aurum, q̃ templum, cũ ex hoc Christus contra eos arguat, & tñ non tenere argumentum Christi, nisi illi saltem in exterioribus hoc significarent, & quia vtraque positio hoc tenet, sed prima tenet, ꝙ hoc foris expresserũt, licet interius aliud sentirent, s. ꝙ per nullam creaturam teneret iuramẽtum præstitum, secunda tenet, ꝙ tam foris, q̃ interius hoc sentiebãt, ergo vtraque satis cõuenit literę. E

Cum Pharisæi in tribus deficerent, quare solum tertium Christus expressit. Quæst. CIIII.

SED quæretur cum deficerẽt Pharisæi in tribus, vt dictum est præcedenti q. quare solum tertiũ Christus expressit, de quo Christus arguit eos.

Dici potest vno modo tenendo positionem secundam positam præcedenti q. quòd non peccauerunt Pharisęi, nisi in ignorantia. Nam nulla auaritia incidebat ibi propter quam ipsi vellent falsum asserere, sed vere crediderunt, ꝙ erat aurum sanctius, quam templum, ideo asserebant iuramẽtum præstitum per

A illud tenere, & quia hic non accidebat (vt quidam dicunt) nisi ille defectus, scilicet falsa opinio, de illa sola Christus arguit Pharisæos.

Secundo dicẽdũ, & melius, ꝙ nõ solũ erat iste defectus, sed & alij. Nam per secundam positionem erant duo defectus, scilicet dicere non tenere iuramentum factum per templum, & esse aurum sanctius templo, & iõ manet adhuc dubium quare non arguit de vtroque, per primam positionem erãt tres defectus, vt dictum est præced. q. & ideo secundum vtrãque est aliter respondendum. Dicendum ergo, ꝙ noluit de omnibus arguere, quia non expediebat. Primo, quia ad prudentiam arguentis pertinet, ꝙ qñ potest vti varijs

B rationibus, quarum quædam manifestius, alię vero obscurius probant, ꝙ vtatur manifestioribus, & tamẽ vnus de defectibus Pharisæorũ erat auaritia qua mouebantur ad asserendũ tenere iuramentũ per aurũ, & non per templum, & tñ non erat manifestũ hoĩbus, licet Christo esset manifestũ, ꝙ hoc mouebat Pharisęos, cum ipsi aliud fingerẽt. Erat aũt manifestũ, quod ipsi dicebant, s. esse sanctius aurum templo, quod ratione ineuitabili poterat conuinci, ideo non voluit de omnibus, sed de hoc dicere.

Arguens manifestioribus vti debet.

Quare saltem non arguit Christus Pharisæos de alio, in quo errabant. Quæst. CV.

C SED dicetur quare saltem nõ arguit eos de alio, in quo errabant. s. ꝙ non valeret iuramentum factum ꝑ templum, & altare. Nam hoc negare non poterant, quia hoc expresse asserebant.

Dicendum vno modo, ꝙ fuit hoc propter causam supra tactam. s. quia non erat ita planum, an iuramentum teneret factũ per templum, sicut ꝙ templũ esset sanctius auro. Nam ratione plana cõuinci poterat, aurum esse minus sanctum, vt Christus conuincit, & tñ an iuramentum præstitum per templum valeret, non erat planum, potissime apud Iudæos, qui putabant iuramentum non obligare, nisi per Deum, rari aũt putabant iuramenta tenere per alias res. Secundo põt dici, & melius, ꝙ ad vtrunque Christus arguit, sed vnum ex altero probauit, s. vnum probauit Christus directe,

D & alterũ ex suppositione Pharisæorũ. Nam hoc. s. ꝙ templum esset dignius, & sanctius auro directe probauit. Alterum aũt. s. ꝙ iuramentum præstitum ꝑ templum valeat, probauit ex suppositione Pharisæorum. Nam illi dicebant, ꝙ per templum non valebat iuramentum, per aurum vero templi valeret, eo ꝙ erat sanctius, & ita tenebant, ꝙ ex eo, ꝙ aurum erat sanctũ valebat iuramentum factum per illud, sed Christus probauit, ꝙ templum erat sanctius auro, ergo inferebatur necessario, ꝙ tenebat a fortiori iuramentum factum per templum, & per altare.

Quomodo valeat Christi argumentum contra Pharisæos. Quæst. CVI.

QVAERETVR quomodo valeat argumentum Christi contra Pharisæos.

Dicẽdum, ꝙ duo vult probare, & ambo bene probat. Primum erat, quia dicebant Pharisæi, ꝙ iuramentum factum per templum non valebat, sed valebat iuramentum præstitum per aurum templi. Secundũ erat, ꝙ iuramentum factum per altare non valeret, & tñ iuramentum factum per donum oblatum in altari valeret, & vtriusque rationẽ dabant. s. quia vnum erat sanctius altero, & per id, quod sanctius erat, dicebant tenere iuramentum, & qñ dicebant esse sanctius, & maius aurum templi, q̃ templum, probat, ꝙ non, & arguit ex notissimo, & iõ non solum arguit, sed potius

increpat

increpat eos, talia ſentirent, quaſi errarent in rebus ap F
tiſſimis. ſ. ſtulti, & cęci, quid eſt maius aurũ an tẽplũ,
qđ ſanctificat aurum? q. d. id, quod ſanctificat aliud, eſt
ſanctius eo, qđ ſanctificat̃, ſed tẽplũ ſanctificat aurũ, er
go eſt ſanctius auro. Neutrã pręmiſſam ꝓbat Chriſtus
accipiens vtranque, quaſi notiſſimam, ſed maior pa-
tet, quia ſanctificans eſt cã, ſanctificatũ eſt effectus, &
ſemper inuenitur perfectio nobiliori mõ in cauſa, q̃
in cauſato, & potiſſime in eis, quæ ęquiuoca ſunt, &
ęquiuoce participant, quia nunq̃ põt agens totam ꝑ-
fectionem ſuam cõicare cauſato. Etiam agens, & pa-
tiens, cõicans, & recipiens ex hac habitudine ſe habẽt
inęqualiter. Minor probabitur infra. Secũdum patet,
quia dicebant Phariſęi, ꝙ donum oblatum ſuꝑ altare G
erat dignius altari, q̃ quod Chriſtus arguit, dicẽs: Cęci,
quid eſt maius donum an altare, quod ſanctificat do-
num? quaſi dicat id, quod ſanctificat aliud, eſt maius
eo, quod ſanctificatur, ſed altare ſanctificat donum, &
non è contrario, ergo altare eſt ſanctius dono, ſicut ſu-
pra dictum eſt. Et accipitur maius, ideſt ſanctius, ſiue
maius dignitate. Nam magnitudo moralis non facit
ad propoſitum.

In quo errabant Phariſæi in hoc.
Quæſt. CVII.

QVAERETVR cum Phariſæi dicerent aurũ eſſe H
dignius templo, & iõ non tenere iuramentum
præſtitum per templum, ſed per aurũ, in quo errabãt.
Dicendum, ꝙ errabant in duobus. Primo in eo, ꝙ fal-
ſum aſſerebant. Secundo, quia inconueniẽter argue-
bant. De primo patet, quia dicebant aurũ templi eſſe
dignius templo, & donum oblatum in altari ipſo al-
tari, quod falſum eſt, vt Chriſtus oſtendit in litera.

De ſecundo patet, quia non valet conſequentia. ſ.
per templũ non valet iuramentũ præſtitũ, ſed aurum
templi eſt dignius templo, ergo valet iuramentũ per
aurũ templi, quia iuramentũ factum per hanc, aut per
illã rem non valet inquãtũ vna res eſt dignior alia, ſed
inquantum repręſentat̃ aliqua Dei præſentia in re, cui
Deo reuerẽtiam exhibemus per illum iurando, & ſer- I
uando iuramentum, ſi. n. res in ſeipſa reſpiciat̃, non eſt
aliqua res tantę dignitatis, vt iuramentum per eã præ-
ſtitum teneat, quia cum iſte ſit honor latrię nulli eſt
impendendus, niſi Deo. Si autem reſpiciatur res in-
quantum in ea Deus repræſentat̃, non attendit̃ digni-
tas maior, aut minor rei, cum per quamlibet rẽ poſſit
Deus repræſentari, & iõ non eſt verum, ꝙ iuramentũ
factum per quaſdam res minus dignas non teneat, &
iuramentum factum per alias digniores teneat, ſed ſi
per vtraſque Deus repręſentatur, aut repręſentari ſo-
let ęqualiter iuramentũ tenebit, ẽt ſi non ſint ęquali-
ter dignę. Vnde dato, ꝙ eſſet aurum templi dignius
templo, ſicut aſſerebant Phariſæi, cum tam per aurũ
templi, quam per templum Deus repręſentetur, quia K
ambo ad eius cultum pertinebant, teneret iuramen-
tum factum per vtrunque.

Quomodo eſt verum, quòd templum ſanctificat aurum, quod
eſt in illo. Quæſt. CVIII.

QVAERETVR quomodo eſt verum, ꝙ templũ
ſanctificat aurũ, quod eſt in illo, ſicut Chriſtus
dixit. Nam videtur, ꝙ nihil poſſit ſanctificare aliud, ni-
ſi Deus.

Dicendum, ꝙ ſanctificare ſignificat mũdum effi-
cere, & immaculatum, & tale, quod ad Deum appli-
cari poſſit. Et iſta ſanctificatio eſt duplex, quædam eſt (Sanctificatio eſt duplex.)
corporalis, alia ſpũalis. De corporali patet Leuitic. 11.
c. vbi prohibetur contactus morticinarum carnium,

F & immundarum rerum, & cibus immundus, & dici-
tur. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Et tamen ibi
non imperauit aliam ſanctitatem, niſi abſtinentiam
ab immunditijs corporalibus. Etiam planius Deuter.
23. c. dicitur, quòd Iſraelitę irent extra caſtra ad requi-
ſita naturę, & operirent terra effoſſa id, quo releuarẽ-
tur, & ſubditur ibi cauſa, ſcilicet ſint caſtra tua ſancta,
& nihil in eis appareat fęditatis, & ſic non eſſe fęces,
& ſordes in caſtris vocauit ſanctitatem caſtrorum.
Alia eſt ſanctitas mentis, qua mundantur omnes ſor-
des vitiorum, quæ animam polluũt. Prima ſanctitas
vocatur large ſanctitas, quia per oppoſitam immun-
ditiam non dicitur homo ſimpliciter immundus, vt
G patet ſupra 15. c. cum Chriſtus dixit, quòd id, quod
intrat in os non polluit hominem, & tamen in os
intrant multa immunda. Dixit autem, quòd id, quod
ex corde egreditur, coinquinat hominem, ſcilicet
prauæ cogitationes, ergo &c. Sanctitas dicitur ſancti-
tas proprie, eo, quòd oppoſita immũditia coinquinat
hominem ſimpliciter.

Accipiendo autem ſanctitatem primam, quæ eſt
corporalis manifeſtum eſt, quòd ſicut corporalia
polluunt corporaliter, ita & ipſa corporaliter ſancti-
ficant, & ideo dicitur aqua ſanctificare, quia aqua tol-
lit maculas corporales. Et ita dicuntur aliqui ſancti-
ficari, ideſt lauari. Sic accipitur Exo. 19. c. cum dixit
H Deus Moyſi. ſanctifica illos hodie, & cras, lauent-
que veſtimenta ſua. Et non eſt ibi aliud ſanctificatio,
quam lotio veſtimentorum. Et hoc modo dicitur
ſanctificari mulier, quando ceſſat in ea fluxus men-
ſtruorum. Sic accipitur. 2. Reg. 11. c. de Bethſabee
vxore Vrię, cum qua fornicatus eſt Dauid. Nam dici-
tur ſtatim: Sanctificata eſt mulier ab immunditia
ſua, ſcilicet ſtatim, vt cognouit eũ, concepit, & ceſſa-
uerunt in ea menſtrua. Sed, quia immunditia corpo-
ralis non dicitur ſimpliciter immunditia, neque dici-
tur emundatio talis immũditię ſimpliciter ſanctitas,
licet aliquando vocetur ſanctitas. Accipiendo autẽ
pro ſpirituali ſanctitate, vel emundatione, dicendum (Spiritualis ſanctitas eſt duplex.)
quòd iſta eſt ſimpliciter ſanctitas, & hanc non poteſt
I facere, niſi Deus. Et tamen iſta eſt duplex, quædam
eſt ſpiritualis, ſcilicet quia in anima fit, alia ſpiritualis.
ideſt per applicationem ad res ſpirituales, ſcilicet ad
Deum, & res ordinatas ad Deum.

Accipiendo primo modo dicendum, quòd im-
mediate, & per ſe ſolus Deus ſanctificat, eo quod
ſolus Deus pertingit ad animam, ergo ipſe ſolus eam
mundat, & ſanctificat, & talis eſt mundatio peccato-
rum. hanc igitur emũdationem ſolus Deus effectiuę
facit, gratia vero formaliter, quia qui gratiam recipit
per hanc formaliter eſt mundus. Sic dicitur Actu. 15.
c. fide purificans corda eorum, & accipitur fides pro
gratia, quæ cum fide infunditur, miniſterialiter autẽ
ſanctificamur per ſacramenta legis nouæ, quæ ſunt
collatiua gratię, ideo nobis data ſunt in exercitium.

K Accipiendo ſecundo modo pro applicatione ad
cultum Dei dicitur aliqua res ſanctificari per cęre-
monias illas, per quas iam reputatur non pertinere
ad humanos vſus, ſed ad Dei cultum. Iſtæ aũt cęre-
moniæ voluntariæ ſunt, & tamen inquantum ſunt
inſtitutæ a Deo, ſunt determinatæ. Et iſta quantum
ad omnia vaſa ſanctuarij, & partes eius erat vnctio ex
determinato vnguento: Sic patet Exo. 31. vbi ponit
modus faciendi vnguentum. Et ſequitur, Facies
vnctionis oleum ſanctum, vnguentum compoſitum
opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum
teſtimonij, & arcam teſtamenti, menſamque cum
vaſis ſuis &c. ſanctificabis omnia, & erunt ſancta. Et
ita innuitur, quòd cum vngerentur hoc vnguento
ſanctificarentur. Et idem patet Exod. quadrageſimo
capit.

capitulo, quòd similiter quoque sacerdotes sanctificati sunt, idest appliciti ad Deum vnctione quadam,& quibusdam alijs cęremonijs, Exo.29.& Leui. 8.& 9.c. Leuitę quoque sanctificati sunt lotionibus, & alijs cęremonijs, Nu.8.c. Et non solum in veteri testamento, sed etiā nunc sacerdotes nostri, vnctione quadam manuum cum alijs cęremonijs consecrant, & sanctificantur, episcopi autem capitis vnctione.

Alia autem sunt, quæ applicabantur ad cultū Dei, sicut illa, quæ offerebantur, vt essent in cultu Dei, siue vt animalia, quæ occidebantur in sacrificium, siue vt aurum, & argentum, quæ dabantur ad fabricandum, inde aliqua vasa pro domo Domini, vel ad expensas faciendas, vel in vsum ministrorum, qui in sanctuario ministrabant. Talia autem applicando ea ad sanctuarium sanctificabantur, scilicet offerendo ea.

Sed nunc est dubium, quid sanctificabat, scilicet an templum sanctificabat aurum, quod erat in templo, vel aurum sanctificabat ipsum templum.

Dicendum, quòd hic non accipitur sanctificatio, nisi pro vltimo modo, vt aliquid applicatur ad cultū Dei. Et tunc dicendum est, quòd aliud est sanctificari, aliud sanctum manere, vel sanctum esse. Nam sanctificari est effici sanctum, sanctum manere est retinere sanctitatē acquisitam. Sanctum tamen magis dicitur ab eo, per quod manet, quam ab eo, per quod efficitur, quia vnum influit in fieri, aliud in esse. Ad acquirere autem sanctitatem faciunt illa, per quæ dicitur res applicari diuino cultui, sanctū esse autem est manere in diuino cultu, ita vt non liceat redire ad alios vsus. primum enim fiebat in quibusdam rebus per solum votum, vt siquis voueret aliquam rē Deo eoipso erat sanctificata, ita q̄ nō licebat transferri ad vsus humanos, neque dare aliam pro ea, quia efficiębatur vtraque consecrata domino. Sic dicitur Leuit. 27.c. Animal, quod immolari potest domino, siquis vouerit, sanctum erit, & mutari non poterit, idest neque melius malo, neque peius bono. Quòd si mutauerit, & ipsum, quod immutatum est, & ipsum, pro quo mutatum est consecratum est domino. Aliquando autē sanctificatur res per oblationem factam in sanctuario manibus sacerdotis, vel quia in sanctuario ponitur. De primo, vt quando offertur animal aliquod ad sacrificium. Nam offerebatur ad ostium tabernaculi apud altare holocaustorum, & ibi sacerdos accipiebat animal de manu offerentium, & per illā oblationem sanctificabatur animal, idest applicabatur ad Deum, vt colligitur Leui. 1.c.

Quid sit sanctificari.

Res sanctificatur duplici modo.

De secundo, vt quando mittebant Iudęi munera in gazophylacium. Nam illa non tradebantur manibus sacerdotis, sed laici accedebant ad illam arcam, quæ gazophylacium dicebatur, & ponebāt ibi pecuniam. Habebat autem arca illa foramen desuper, per quod mittebatur pecunia, vt patet 4.Reg.12.& 2.Paralip.24.c.& sic dicit Luc.21.c.q̄ Christus vidit mittentes munera in gazophylacium. Et dato, q̄ ipsi non mitterent, ponebāt ea coram gazophylacio, & sacerdotes ea mittebant per foramen, & in his sanctificatio erat per oblationem, & non per propositum, vel conceptionem priorem, eo quod hic non significatur præcedere aliquid, quod obligaret determinate rem domino, sicut votum, & ideo quando res vouebatur, etiam si nondum offerretur, iam erat domino obligata, & consecrata, quando vero non vouebatur, non erat aliquid, per quod applicaretur Deo, nisi oblatio.

Aliud autem erat rem sanctam esse, vel sanctam manere. Et istud erat per aliquid, quod semper manebat quādiu res erat, & istud erat pertinere ad templum domini, idest ad mysterium aliquod in eo, siue A vt offeratur ibi in sacrificium, siue fiant inde vasa, siue detur in sustentationem ministrorum. Vnde quando offerebatur aliquod animal ad immolādum per hoc, quòd offerebatur, sanctificabatur, sed trāseunte oblatione adhuc manebat sanctum, & hoc nō, quia oblatum erat, sed potius, quia per oblationem peruenerat ad sanctitatem, quæ erat pertinere iam ad vsum sanctuarij. Nam postquam oblatū erat illud animal semper erat sanctum, idest ad vsum sanctuarij pertinens quousque desineret esse animal, & explerentur in eo omnes cęremonię sacrificiorū, ad quæ oblatio erat. Sic etiam si offerretur aurum, & argentum ad faciendum vasa pro sanctuario. Nam per applicationē sanctificabatur, B sed semper postea manebat sanctum per hoc, quòd ad sanctuarium pertinebat semper, & non poterat transire ad alios vsus. Idem de pecunia, vel alijs rebus, quæ oblatę cedebant in vsum ministrorū, nam sacrę erant quousque ipsi expenderent hæc, & transirent ad alios, quia iam expletus erat totus vsus illorum, & desinebant esse sancta.

Ex hoc autem patet responsio ad quæsitum, scilicet quid est, quod sanctificat alia. Et dicendum, quòd templum erat sanctum per se, & non sanctificabatur per aliud, cętera vero sanctificabātur, idest sancta manebant per templum. Primum patet, quia templum vocabatur sanctum non propter aliud, nisi quia erat C Dei, & ad cultum eius. Secundum apparet, quia cętera, quæ erant in templo vocabantur sancta, quia erant ad ministerium templi, ideo enim vasa templi sancta erant, quia in templo erant, & ad nihil aliud, nisi ad ministeria, quæ fiebant in templo, & ita aurum, quod erat in templo, & quidquid aliud offerebatur in tēplum, sanctum vocabatur, quia in templo manebat, & tamen si non maneret in templo, non esset sanctum, templum vero sanctum est, quia Dei est, siue in eo sit aurum, siue non. Et per hoc, quòd in eo est aurum nō est magis sanctum. Aurum vero non erit sanctum, si in templo non est, erit autem sanctum si in templo fuerit, ergo templum sanctificat aurum, & aurum nō sanctificat templum. Quapropter si aurum est in tē- D plo, sanctum est, & templum sanctum est, & tamen templum sanctius est, ideo non est verum, quòd teneat iuramentum factum per aurum templi, quasi per rem sanctiorem, & non teneat iuramentum factum per templum, sed potius deberet esse econtrario, quia templum sanctius est, quam aurum.

Templum q̄uō est sanctum.

Quare Christus vocauit Pharisæos cæcos, & stultos. Quæst. CIX.

SED dicetur, quare Christus vocauit Pharisæos cęcos, & stultos?

Dicendum, quòd hoc fuit ad arguendum eos de ignorantia. Est autem duplex ignorantia, quædam est excusabilis, & humana, & quæ potest E cadere in viros peritos, quædam non est excusabilis, sed est penitus sine ratione.

Ad significādum hos duos gradus ignorantię ponitur cęci, & stulti. Nā cęci dicuntur, qui errant, quasi non videant, & quia cæcum esse est defectus naturę, & non opprobrium personæ, significat primam ignorantiam, quæ quidem defectus est, quia est error a veritate, tamen non est exprobrabilis, sed excusabilis, cum possit cadere in hominem peritum.

Duplex ignorātia.

Secūdo autem significatur per stultitiam, eo quòd stultitia nominat irrationabilem motum, & erroneā assertionem in eis, in quibus homo ratione vtens nō errat, & quoniam Pharisęi non solum errauerant modicum a veritate declinando, sicut periti, sed asserendo talia qualia nemo peritus assereret, vocauit eos stultos.

ſtultos. Nam dicere aurum templi eſſe ſanctius erat F errare in notiſſimis. Nam templum ſanctificat aurum, & omnia, quæ in eo ſunt, ideo ſanctius eſt ipſum.

Quomodo errabant Phariſæi pœnes altaris iuramentum.
Quæſt. CX.

QVAERETVR de ſecunda aſſertione Phariſæorum circa iuramentum.

Dicendum, quòd errabant in alio, quia dicebant, quòd iuramentum factum per altare non valebat, iuramētum autem per dona oblata in altari valebat. Erat autem motiuum huius, quia putabant eſſe ſanctiora dona, quæ offerebantur ſuper G altare, quam altare, & ideo tenere iuramentum factū per illa, & non factum per altare. Sed Chriſtus conuenienter arguit eos, dicens, quòd dignius eſt altare, quod ſanctificat dona, quam ipſa dona. Nam dona nō ſanctificant altare, ipſum enim ſanctum eſt, quia etiā ſi nullum donum ponatur ſuper illud, ſanctum eſt. Et nō eſt magis ſanctum poſitis donis ſuper illud, quam nullis exiſtentibus donis. E contrario autem eſt de donis, quia dona, quæ ponebantur ſuper altare antequam ponerentur ſuper illud, vel applicarentur ad illud, non erant ſancta, ſicut animalia, quę immolabantur, antequam portarentur ad immolandum nō erāt ſancta, cum vero offerebantur ad immolandum, & maxime, quando ponebātur ſuper altare, ſancta erāt, & ſic iſta ſanctitas erat in donis non ex ſe, ſed ex altari. Erat ergo ſanctius altare, quam dona, quapropter errabant Phariſæi dicentes, quòd iuramentum factū per altare non tenebat, iuramentum autem per dona poſita ſuper altare tenebat, quaſi eſſet factum per aliquid excellentius.

Quare Phariſæi iudicabant excellentius aurum, quam templum, & donum, quam altare.
Quæſt. CXI.

QVAERETVR quare Phariſæi iudicabant excellentius aurum, quam templum, & donum, quā altare, ita vt teneret iuramentum præſtitum per aurū, & donum, & non iuramentum pręſtitum per templum, & altare.

Dici poteſt, ꝙ erat vnum motiuum, ſcilicet quia ea, quæ ſunt immediatiora ad Deum ſunt ſanctiora, cū per Deum, vel reſpectu Dei, qui per ſe ſanctus eſt, oīa ſanctificentur, quæ ſancta dicuntur. Sic enim altare eſt propter Deum, & eſt ſanctum, & tamen eſt ad ponendum ſuper illud dona, quæ ad Deum pertinent, ideo videtur immediatius donum pertinere ad Deum, quam altare.

Sed iſtud nō tenet, quia altare eſt ſanctum, quia eſt ad miniſterium Dei, & nō ſanctificatur per hoc, quia dona ſuper eo ponuntur, cum nihil minus ſanctum ſit nullis donis exiſtentibus ſuper eo, & licet altare ſit ad ponendum dona ſuper illud, tamen non ſanctificatur ex donis, ſed potius dona ex altari, inquantum ſuper illud ponuntur, vt dictum eſt præcedenti q.

Item, quia hoc ſtat aliquo modo inter altare, & donum, cum ſit altare ad ponendum aliquid in eo, ſcilicet aurum, vel offerendum, ideo oportet, ꝙ propter aliud putauerint ſanctius eſſe aurum, quam templū.

Dicendum, quòd cupiditas, vel error ex cupiditate natus mouebat eos ad hoc, & poteſt dupliciter accipi, vt ſupra dictum eſt. Vno modo, quòd Phariſęi putauerunt iuramentum non tenere, per aliquam creaturam, ſed per ſolum Deum, & ideo dixiſſe non tenere per templum, neque per altare, & conſequēter dictum erant, quòd neque tenebat iuramentum per aurum templi, neque per dona poſita ſuper altare, cum eſſent creaturę, ſed vt darent aliquem honorem his rebus, & ſic mouerent homines ad offerendum talia, dixerunt, quòd erant ſanctiora valde aurum, & oblatio, quam templū, & altare, & ideo tenere iuramētū factum per donum, & aurum, ſed non per templū, & altare, cum tamen ipſi per neutra putarent tenere iuramentum.

Alio modo poteſt accipi, quòd putarent Phariſęi non valere iuramentum præſtitum per templum, & altare. Valere autem vere iuramentum factum per aurum, & donum, & hoc quia credebant ſanctiora eſſe aurum, & donum, quam templum, & altare, & hoc non ſimulabant ſe credere, ſed vere credebant. Et in hoc irrationabiliter ſe habebant, vt Chriſtus probat, & tamen incitabantur ex affectione ad pecuniam. Cum enim cupidi eſſent nihil eis melius, & ſanctius videbatur, quam pecunia, ſicut dicit Ambro, & habetur in Decre. 47. di. c. ſicut hi, ſcilicet. Mens auri ſemel vinculis cupiditatis aſtricta ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reddita computat, gratius aurum, quam ſolem intuetur: Si autem non eſſent affecti hac paſſione, ſanctius eis templū, quod omnia ſanctificat, & directius propter Deum eſt, quā aurum oblatum in templo, videretur.

Sic dicit Chryſoſt. ſuper Mat. Templum quidem ad gloriam Dei pertinet, & ad hominum ſpiritualem H ſalutem, aurum autem templi, & ſi ad gloriam Dei pertineat, tamen magis ad delectationem hominum, & ad vtilitatem ſacerdotum offertur. Iudęi ergo aurū quo ipſi delectabātur, & dona quibus ipſi paſcebant ſanctiora eſſe dicebāt, quam ipſum templū, vt homines promptiores facerent ad offerendum dona, quā ad preces fundendas in templo.

Similiter quoque de altari, & donis eſſe putabant, quia dona oblata cadebāt in eorum vtilitatem, altare vero per ſeipſum non. Sic dicit Hierony. ſuper Mat. ſ. rurſus ſiquis iuraſſet in altari periurij reum nemo detinebat. Si autem periuraſſet in dono hoc eſt in oblationibus, vel in hoſtia, vel in victimis, vel in ſimilib. & cęteris, quę Deo offerūtur ſuper altare, hoc ſtudioſiſſime repetebant, totum autem faciebant non ob I Dei timorem, ſed ob diuitiarum cupiditatem.

Quare quando Chriſtus arguit Phariſæos aſſerentes tenere iuramentum factum per donum, vocauit eos cæcos, nunc autem vocat eos cæcos, & ſtultos.
Quæſt. CXII.

QVAERETVR quare quādo Chriſtus arguit Phariſæos aſſerentes tenere iuramentum factum per donum, & non iuramentum factum per altare vocauit eos cęcos ſolum, cum vero arguit eos de templo, & auro vocat cæcos, & ſtultos.

K Aliqui putant, ꝙ fuit ex inęqualitate erroris. Nam, vt dictum eſt ſupra erat duplex ignorantia, vel duo gradus eius, & ad hoc ponebantur duo, ſcilicet cęci, & ſtulti, & quia forte non tam grauiter errabant Phariſæi in hoc, ſicut in primo, vocabat eos non cæcos ſolum, ſupra autem vocauerat eos ſtultos, & cęcos.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia æqualis error erat vtrobique, quia ſicut templum ſanctificat aurū, quod in eo eſt, vel offertur eſt ſanctius auro, ita & altare, quod ſanctificat dona, quæ ſuper illud offeruntur, eſt ſanctius donis. Et patet hoc etiam ex modo arguendi Chriſti, nam de tēplo dixit, quid eſt maius aurum an templum, quod ſanctificat aurum? De altari dixit, quid eſt maius donū an altare, quod ſanctificat donum?

donum? Dicendum, ergo quòd nullam differentiam intendit per hoc ponere Christus, vel Matthæus referēs verba Christi, sed quia supra posuerat stulti, & cęci satis fuit hic dicere cęci solū, vel stulti solum, quia vtrūque intelligitur cum sit eadem causa increpationis. Immo etiam si non exprimeretur aliquid intelligerentur ambo cum sit eadem causa redargutionis, & eadem verba increpationis. Secus autem esset si in prima redargutione diceretur cęci, & non stulti, & in secunda poneretur vtrunque, quia priora solent trahi ad posteriora ex aliqua causa, sed non posteriora ad priora. Et istum sensum tenet Hieronymus dicens: Arguit eos dñs stultitię, & fraudulentię, quod multomaius sit altare, quam hostię, quæ consecrantur ab altari, & tamen ibi non exprimitur, nisi cæci, cum de altari dicitur, sed Hierony. vult subintelligi quoque stultitiam.

Quod erat hoc altare. Quæst. CXIII.

QVAERETVR cum dicatur de altari, & dono, quod erat istud altare.

Altaria in sanctuario erant duplicia.

Dicendum, ꝙ in sanctuario erant duo altaria, scilicet vnum holocaustorum, & aliud thymiamatū. Primum erat in quo offerebātur omnia sacrificia, & cremabantur, & istud non erat extra domum, quæ vocatē proprie tēplum, sed erat in atrio templi, vt colligitur Exo. 27. & 3. Reg. 7. & hoc erat, quia ad istud accedebant multi, quibus non licebat intrare secreta templi, ideo necesse erat illud esse extra domum templi, etiā quia in eo ponebatur magnus ignis, & exurgebat magnus fumus ex carnibus, & dapibus exustis, & si esset intra domum, vel tectum templi omnia inficeret, erat ergo foris ante portas templi in atrio eius, in quodam atrio clauso parietibus, sed in tecto, vbi ministrabant sacerdotes, & vocabatur istud altare holocaustorum non solum, quia holocausta ibi offerebātur, nam omnia genera sacrificiorum offerebantur, cum nullum præter istud esset in tota terra Israel, sed quia holocaustum inter omnia sacrificia erat excellentius, & fit denominatio ab excellentiori, istud autem altare erat solum non tantū in templo, sed ēt in tota terra Iudęorum, qa non licebat alibi offerre sacrificia, neque facere altare. Et qa filij Rubē, & Gad, & dimidia tribꝰ Manasse extruxerunt altare iuxta tumulos Iordanis, alię nouem tribus, & dimidia surrexerunt in bellum contra illos quousque illi ostenderunt se non fecisse altare ad sacrificia, sed in signum: Iosue 22. c. Et sicut non licebat alibi construere altare præter illud, quod erat in templo, ita neque licebat alibi immolari sacrificia etiam sine altari, nisi in ostio tabernaculi: Leui. 27. ca.

Altare holocaustorum.

Aliud erat altare thymiamatum, ꝙ sic vocatē, quia in eo quotidie cremabatē thymiama mane, & vespere, Exod. 30. c. Est autem thymiama puluer aromaticus ex multis compositus opere pigmentarij, cuius cōpositio ponitur Exo. 31. & in hoc nullū sacrificiū cremabatur, sed solum semel in anno in die expiationis fundebat summus sacerdos de sanguine super cornua eius ad expiandum: Exo 30. Leui. 16. c. Et istud altare erat paruū, & opertū laminis aureis: Exo. 30. ca. Aliud vero. s. holocaustorum erat valde magnum, & erat ęneum pp hoc, ꝙ erat super eum perpetuus ignis. Et erat altare thymiamatum intra templum ante sancta sanctorum, & non videbatur istud altare, nisi a sacerdotibus. Nā vnus sacerdos intrabat quotidie ad offerendum incensum super illud mane, & vespere, sicut dicitur de Zacharia patre Ioannis Luc. 1. ꝙ sorte exijt, vt offerret incensum. Altare autem holocaustorum tam sacerdotes, quam Leuitę, & laici videbant, cū nō esset opertum tecto, & tamē non accedebant ad illud

Quid thymiama sit.

A omnes, sed soli ministrantes. Cum autem quęritur de quo altari istorum intelligatur, dicendum ꝙ de altari holocaustorū. Et patet, primo, qa comparatē hic altare ad donum, quod super illud ponitur, sed super altare thymiamatum nullum donum ponebatur, super altare vero holocaustorum ponebantur dona multa, ideo intelligitur de altari holocaustorum.

Secundo, quia Hiero. super Matth. nominat dona, quæ ponebātur super istud altare, & per quæ dicebāt iuramentum tenere, & sunt victimę, hostię simila, & huiusmodi, & tamen hæc in altari holocaustorum offerebantur, ergo de illo intelligitur.

Sed obijcietē, ꝙ in altari thymiamatum offerebantē

B dona. Nā quotidie cremabatur thymiama. Dicēdum, ꝙ istud non vocatur donum. Primo, quia donum dicitur, quod sponte offertur, & tamen thymiama nō offerebatur sponte, sed erat necessaria oblatio ista lege perpetua, Exo. 30. c.

Secūdo, quia hic accipitē de donis, quæ offerebantē a popularibus. Nam, vt Chryso. & Hiero. dicunt, ideo asserebant Pharisæi tenere iuramentum per dona, & non per altare, quia allicere volebant homines ad offerēdum. Et tamen thymiama non erat oblatum a filijs Israel, immo nō licebat alicui Israeliti facere illud ad habendum sub pęna mortis. Sed Moyses illud facturus erat, & postea sacerdotes, & seruabant illud atque vtebantur in solius Dei mysterium. Exo. 31. c.

C ideo non vocatur donum thymiama.

Tertio, quia dato, ꝙ non offerretur ab Israelitis, sed esset de expensis tēpli, & offerretur necessario adhuc participarētē aliqua vtilitate eius. Nam in alijs sic erat, vt in holocaustis iugibus, & alijs sacrificijs ordinarijs, de quibus Nu. 28. & 29. c. Nam illa non offerebantur a populo, sed soluebantur de expensis templi, & tamē de his sacrificijs percipiebant sacerdotes iura sua. i. partes carnium, & pelles secundum conditionem sacrificij, vt patet Leuiti. 6. & 7. 10. & Nu. 5. & tamen de thymiamate nihil percipiebant, quia non licebat alicui frui odore eius, aut vēdere alteri sub pęna mortis. Exo. 31. c. ideo non intelligitur de donis, quæ erant in altari thymiamatum, quoniam nulla erant. Et consequenter intelligitur de altari holocaustorum, per

D quod dicebant iuramentum non tenere, sed bene per dona oblata super eo. Et tamen dicendum, ꝙ etiam credebant, & a fortiori iuramentum non tenere, si fieret per altare thymiamatū. Nā de altari holocaustorum percipiebant vtilitates, & dicebant non tenere iuramentum factum per illud. Ergo cum de altari thymiamatū nullam vtilitatem consequerētur sacerdotes, vt dictum est, dicerent a fortiori iuramentum factum per illud non tenere.

Quæ sunt ista dona, quæ ponebantur super altare. Quæst. CXIIII.

E QVAERETVR cum dicatur, ꝙ iuramētum factū per donum positum super altare tenet, quæ sunt ista dona. Dicendum, ꝙ solutio huius dubij pendet ex solutione præcedētis. Cum enim constet, ꝙ de altari holocaustorum, & non de altari thymiamatum intelligatur, necesse est accipi de donis, quæ super altare holocaustorum offerebantur. De his vero dicēdum, ꝙ erant duplicia. s. sacrificia, & libamenta, nihil enim aliud sup altare ponebatē. Nā poterat qdē offerri pecunia, & vestis, & domus, & ager, & similia, sed sup altare nō ponebantē, qa ibi solū ponebantē ea, q̄ cremanda erant. De sacrificijs dicēdū, ꝙ erātē tria. s. holocaustū hostia pacifica, & hostia pro peccato Leui. 1. & 3. & 4. c. nulla alia genera erant, licet ista subdiuidātur secūdum varias cęremonias, vt patet ex discursu totius Leuitici.

Quib⁹ speciebus aīaliū Iudæi in sacrificijs suis vtebantur. Leuitici. Sacrificium autem nō erat, nisi de carnibus, scilicet de pecoribus, & volucribus. De pecoribus quidem sola tria, scilicet bos, ouis, capra secundum totas species suas, idest masculus, & fęmina. De volucribus solę duę, scilicet turtur, & pullus columbę: Leui. 1. c. & idē colligitur Gen. 15. c. nā hęc omnia obtulit Abraham etiam ante legem, & non plura. De cęremonijs istorum in immolando, & cremando, & cæteris ad sacrificia pertinentibus habetur per totum Leuiticum.

Libamēta quinque erant. Secundum autem erant libamenta, & ista offerebantur semper cum sacrificijs, licet non eodem mō, vel ordine, neque eisdem seruatis cęremonijs. Sunt autem libamēta quinque, scilicet simila, idest farina, siue panis commixtus de farina tritici, vinum, oleum, sal, & thus. Nume. 15. c. Et ista aliquando offerebant cum sacrificijs carnium, & tunc vocabantur libamēta, quasi accessorium. Et sic accipitur Nume. 15. & dr̄ Leui. 1. c. ꝙ in omni sacrificio offeres sal. Aliquando autem offerebantur quædam istorum per se, sicut simila frixa in sartagine, quod fiebat multis modis: Leui. 2. c. Et tunc vocatur sacrificium de simila. Hęc autem quomodocunque acciperentur, vocantur dona, & dicebant Pharisæi iuramentum factum per hoc tenere, sed non per altare, eo ꝙ de illis capiebant vtilitatem immediate, & non de altari, scilicet quia tam de sacrificijs, quam de libaminibus partes accipiebant sacerdotes, secundum diuersas conditiones sacrificiorum: Leui. 6. & 10. c.

An iuramenta facta per dona, quæ in templum offerebantur tenere assererentur a Pharisæis. Quæst. CXV.

DE alijs quoque donis, quæ offerebantur in templum, quæ non erant sacrificia, neque libamenta, dubitabit aliquis an iuramenta facta per illa tenere assererent a Pharisæis. Dicendum, ꝙ sic, & patet primo, ꝙ sic, quia vna cōparatio fuit de templo, & auro templi, sed vocatur ibi aurum templi pecunia quælibet oblata sacerdotibus, vt exponit Hierony. & patet supra. Et tamen per aurū templi dicitur valere iuramētum, ergo per dona, quę non offerebantur super altare, tenebat iuramentum. Secūdo patet, quia ratio est eadem. Nam Pharisęi, quia cupidi erant dicebant tenere iuramentum per dona oblata, quæ cedebant in vtilitatem eorum, & nō per templum, & altare, quæ cedebant principaliter in honorem Dei, vt dicit Chryso. super Matthæ. Et tamē tam dona oblata super altare, quam foris cedebant ad vtilitatē sacerdotum in totum, vel in partem. Ergo ēt per quæcunque alia in templo oblata dona dicerent tenere iuramentum. Sed dicendum, ꝙ dicitur specialiter de donis, quæ offeruntur super altare, eo ꝙ erat regularius offerri dona super altare, quam alibi, cum altare holocaustorum non esset, nisi ad offerendum, & cremandum ibi dona oblata, siue sacrificiorum, siue libamentorum.

Quomodo Christus videtur hic approbare iuramentum factum per templum & altare valere cum supra istud reprobauerit. Quæst. CXVI.

QVAERETVR quomodo Christus videtur hic approbare iuramentum factum per templum, & altare, cum supra 5. c. videatur istud reprobare, dicens, non esse iurandum per cęlum, neque per terrā, neque per aliquam creaturam. Dicendum, ꝙ verū est, ꝙ hic Christus præsupponit tenere iuramentū factū per creaturas. Nam increpat Pharisæos, quia dicebant non tenere iuramentū factum per templū, & per al-

F tare, & tn̄ si iuramentū factum per creaturas non teneret, nō valeret iuramentum factū per templum, & altare. Secundo apparet, quia Pharisæi simul asserebāt non tenere iuramentum per templum, & tn̄ tenere ꝑ aurum templi, sed si non teneret per creaturam, non teneret per aurum templi, & hoc Christus nō negat, ergo concedit, ꝙ illud iuramentum tenet. Tertio patet, quia Christus expresse ponit, ꝙ valeat iuramentū factum per templum, & per cęlum, dicens, ꝙ qui iurat per templum iurat simul per eum, qui habitat in templo, idest per Deum, & qui per cęlum iurat, iurat per Deum, qui sedet in cęlo, sicut in throno, sed per Deum tenet iuramentum, ergo & per templum, & per cœlum.

G *An liceat iurare per creaturam, & an iuramentum factum per eam teneat. Quæst. CXVII.*

CVM autem quæritur de iuramento facto per creaturam quæstio est duplex, scilicet, an liceat iurare per creaturam, & an iuramentū factum per eam teneat. De primo dicendū, ꝙ iurare actus quidam latrię est, cum exhibeamus honorem summum rei illi, per quam iuramus ita vt ꝓpter reuerentiā nominis eius non liceat violare, quod iurauimus, vnde nunquam hō iurat, nisi per id, quod summum est, & maius. Sic dr̄ ad Hebrę. 6. c. Homines

H per maiorem suum iurant: sed latrię honorē Deo impendere soli debemus, qa regi sęculorū soli Deo honor, & gloria 1. Timo. 1. Creaturę autem non sunt dignę hac veneratione, ideo per nullam creaturam, vt huiusmodi est, licet iurare, sed per solum Deum.

Sed dicendum, ꝙ creatura potest dupliciter accipi. Vno modo pro esse creaturę, quod habet. Alio modo pro esse, quod Deus habet in creatura inquantū in ea repręsentatur, quia in ea est per quendā modū. Quantum ad primum non licet iurare per aliq̄ creaturam, immo esset quasi vitium idolatrię per creaturā iurare, quia attribuitur ei honor diuinus. Quantū ad secūdū modum licitum est iurare per creaturam, quia iurare per illā non est iurare, nisi per Deum. s. quia referimus eam in Deum. Sic patet ex intētione Christi. Nam dr̄ Per creaturam quid intelligendum.

I in lr̄a, ꝙ qui iurat per templum iurat ꝑ eum, q̄ habitat in templo, & tn̄ Deus est, qui habitat in templo. Etiā dicit, ꝙ qui iurat in throno Dei, qui est cęlum, iurat ꝑ Deum, qui sedet in throno q. d. ꝙ ex hac ratione licitū est iuramentū. Secundū erat, an obliget iuramentū factū per creaturā. Dicendum, ꝙ obligat, quia iuramentū factū per Deū est iuramentū obligans, sed iurare ꝑ creaturas est iurare per Deum, vt dictū est, ergo obligat iuramentum factum per creaturas. Secūdo patet, quia Christus arguit hic Pharisæos, quia asserebant non valere iuramentum factum per templum, & altare. s. qui iurat per templum nihil est. i. non obligat, & tn̄ non argueret eos si verum esset, ꝙ iurans per creaturam non teneatur, ergo tenet iuramentum factum

K per creaturas. De his magis declaratum est supra 5. c. q. 264. vbi ostensum est, ꝙ licet iurare per creaturam, & questio. 265. ostensum est, ꝙ iuramentum per creaturam obliget, & non solum si iuretur per creaturas sacras, sicut per templum, & altare, sed ēt si iuret per creaturas execrabiles, vt si per dæmones, vel idola. Nā tenebit iuramentum supra 5. c. q. 266. & 267. Sed manet tunc obiectio, quia supra 5. capitulo, Christus dixit non iurare per cęlum, neque terram, neque vllam creaturam.

Aliqui dicunt, ꝙ verum est, ꝙ iuramenta facere ꝑ creaturas non licet, & tamen facta tenent, & ita concordant illam literam cum ista, s. ꝙ ibi ostēdatur non licere iurare, & ideo prohibet. Hic aūt ostenditur, ꝙ si facta

facta fuerunt tenent: ſicut manifeſtum eſt, quòd non eſt licitum iurare per idola, vel dęmones, & tamen ſi fiat iuramentum tenet.

Sed dicendũ, quòd non ſtat: primo quia oſtenſum eſt præced. quæſt. ꝙ tenet, & licitum eſt iuramentum per creaturas. Secundo quia licitũ eſt iurare per Deũ, & tamen iurare per creaturam eſt iurare per Deum præced. quæſt. & hic in litera, ſ. qui iurat per cęlum iurat per Deum, qui ſedet in cęlo: ergo licitum eſt iurare per creaturam. Tertiò patet, quia Eccleſia hũc modum iurandi tradidit, ſ. per ſacra euangelia manu tacta, & per crucem, & reliquias, & ſepulchra ſanctorũ, & alia multa, ergo iudicat licitum eſſe iurare per creaturam.

Aliter ergo dicendum, ſ. quòd Chriſtus ibi non oſtendit non valere iuramenta facta per creaturas, neque illicita eſſe, ſed ſolum vetuit iuramẽta fieri, quia interdum eſt illicitum. Pro quo ſciẽdum, quòd ſunt quædam iuramẽta neceſſaria vtpote quæ in iudicio, vel extra iudicium exiguntur ab eo, qui poteſt. Alia vero ſunt ſponte facta nullo exigente. Primo modo iuramentum eſt licitum, & tenet ſiue fiat per Deum, ſiue per creaturam, dum tamen non obſeruetur ibi aliqua ſuperſtitio. Si autem ſunt ſpontanea, ideſt nullo exigente poſſunt eſſe neceſſaria, vel vtilia, vt quia nobis non creditur ſine illis, & tũc idem eſt, quod de iuramento quod exigitur a nobis.

Iuramentorũ duo genera.

Alia ſunt iuramenta ſpontanea, neque neceſſaria, neque vtilia, & vocamus ea incauta, ideſt ſine vlla ratione facta, & talia ſunt illicita: eo quòd cõtemnitur ibi nomen Domini illud inuocãdo ſine cauſa. Sic dicitur Exo. 20. c. & Deuteron. 5. ſ. non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Et ſic non vetuit ſimpliciter aſſumi nomen Domini, ſed ſolum in vanum. In iuramentis autem licitis, ideſt neceſſarijs, aut vtilibus aſſumitur nomen Domini, & nõ in vanum, ideo eſt licitum: in iuramentis vero incautis aſſumitur in vanum, ideo eſt illicitum, & talia vetanda ſunt. Hic autem Chriſtus locutus eſt de iuramentis neceſſarijs, aut vtilibus, & illa ſiue ſint facta per Deum, ſiue per creaturas licita ſunt & tenent, & ideo omnia iſta iuramenta approbat hic, & increpat eos, qui dicunt non tenere, ſed ſupra 5. cap. non dicitur, niſi de iuramento incauto, & illud nunquam eſt licitum, neque ꝑ Deũ, neque per creaturam. Et iſte eſt verus ſenſus.

Primo patet, quia manifeſtum eſt, quòd licitũ eſt iurare per Deum, & tenet iuramentum per eum, ſed ſupra 5. c. vetatur etiam iuramẽtum factum ꝑ Deum cum dicatur nõ iurare omnino, ideſt nullo modo, & iterum. Sit verbum vel ſermo veſter eſt eſt, non non, ideſt non debetis addere aliquid quod ad iuramentũ pertineat, ſed ſimpliciter aſſerere vel negare. Secũdo, quia Chriſtus hic expreſſe approbat iuramentum factum per cęlum, quia eſt thronus Dei, & tñ ex eadẽ cauſa dixit ſupra 5. c. non eſſe iurandum per cœlum, quia ſedes Dei eſt. Tertio quia ſicut hic dicitur, ꝙ licitum eſt iurare per templum, quia iuratur per Deũ, q habitat in eo, & tamen ex eadem cauſa dicitur, ꝙ nõ licebat iurare per Ieroſolymã, quia ciuitas regis magni eſt, ideſt Dei, ſ. quia in ea habitat, & non iurandũ eſſe per terram, quia ſcabellum pedum Dei eſt. Sed idem non poteſt eſſe principium oppoſitorum, ſ. iurandi, & non iurandi: ideo neceſſe eſt ꝙ intelligatur vnum de iuramento licito aliud de incauto. Nam ſicut in iuramento licito dignitas, vel ſanctitas rei eſt cauſa, vt magis videatur valere iuramẽtum eo, quòd expreſſius manifeſtatur Deus in re illa, ita eadem eſt cauſa, vt incautum iuramentũ non fiat inuocatis talibus rebus, quòd quãto ſanctiores fuerint, & expreſſius Deum repręſentantes, tanto eſt maior cõtẽptus

Iuram incautum, nunquam licitũ eſt.

Terra ſcabellũ pedũ Dei.

A & peccatum iurare incautè, & inaniter per talia. Debet autem intelligi, quòd in verbis illis ſupra 5. c. vetatur ſolum iurm incautum. Quod patet. Nam ſupra dixerat de antiquis, quibus erat doctrina non periurare, & reddere Domino iuramenta ſua, ideſt circa iuramentum non putabant ſe obligatos ad aliud, niſi quòd non committerent periurium, & quæcunq; iuramenta facerent, implerẽt. Quòd autem incautè iurent, vel irreuerenter, dumtamen iuramentum ſeruarent, putabant ſe non teneri ad peccatum. Chriſtus autem dixit, ꝙ ſicut cauendum erat periurium, ita & incautum iuramentum, ad quod faciendum oportebat abſtinere ab omni iuramento, ſ. incauto, vnde ait, non iurare omnino, ideſt nullo modo. In iuramento autem incauto non videtur eſſe aliud malum, niſi quia ſine honore, & reuerentia aſſumitur nomen illius rei, per quam iuratur: & ideo putabant Iudæi, ꝙ

B in ſolius Dei iuratione incauta eſſet peccatum, quia vetitum erat aſſumi nomen Domini in vanum: Exo. 20. & Deuter. 5. de alijs autem rebus non erat hoc dictum, ideo putabant, quòd accipiendo nomina earũ irreuerenter, non erat peccatum, & conſequenter iurando incautè per ea nõ eſſet peccatum: Chriſtus vero dixit, quòd per quamcunque rem peccaretur iurãdo incautè. Vnde ait nõ per cęlum &c. Et iſta eſt cauſa, quare non expreſſit ibi Chriſtus de iuramento facto per Deum, ſ. quia ſciebant Iudæi, vel ſtatim ſcire poterant hoc eſſe peccatum, ſed de alijs rebus nõ. Et

C cum ait: Neque per cęlum, quia thronus Dei eſt. q. d. licet iurando per cœlum, non inuocemus expreſſe Deum, tamen ſi incautè iuramus per cęlum, contemnitur Deus, quia cœlum repræſentat Deum, inquantum thronus eius eſt, neque per terram, quia ſcabellum pedum eius eſt, ideſt etiam incautè iurando per terram contemnitur Deus, quia terra eſt pertinẽs ad Deum, cum ſit ſcabellum pedum eius. Et eadem ratione, neque per Ieroſolymam, quia ciuitas regis magni eſt, ideſt Dei, & illum nimis repręſentat, & contẽnitur Deus iurando per eam incautè, & generaliter per quamcũque creaturam, quæ Deum repræſentet, eſt illicitum iurare incautè. Si autẽ eſſet aliqua creatura, quæ non pertineret ad Deum per viam repræ-

Ieroſolyma ciuitas eſt regis magni, ideſt Dei.

D ſentationis, iurare per illam incautè non eſſet peccatum, quia ibi non ſumetur nomen Dei in vanum, & tamen nulla talis eſt, ideo non licet iurare per aliquã creaturam. Diceret tñ aliquis, ꝙ ſiquis per ſeipſum, vel per partes ſui corporis iurat incautè, & irreuerenter nulli facit iniuriam, niſi ſibiipſi cum nõ poteſt iniuſtum facere. 5. Ethico. & ita non peccabit ꝯ Deum. Chriſtus rñdet, ꝙ peccat etiam ſic iurando, quia licet partes corporis noſtri videantur ad nos pertinere, tñ magis pertinent ad Deum quam ad nos, immo non pertinent ad nos, quia non habemus poteſtatẽ, neq; ſuper minima re, quæ in nobis ſit. Vnde ait: Non iurabis per caput tuum, quia non pòtes facere vnum capillum nigrum vel album, q. d. ſi caput tuum, vel ſaltem vnus capillus eſſet in tua poteſtate poſſes ꝑ illũ,

E tanq; per rem tuam incautè iurare, & nulli præiudicares, nunc vero non ſolum caput tuum non eſt in tua poteſtate, ſed etiam neq; capillus vnus, qui eſt minima res, quod probat, quia non potes facere vnum capillum nigrum aut album, ſed talis eſt, qualẽ natura Dei miniſtra produxit. Ergo caput tuũ, & capilli tui Dei ſunt, & non tui: ideo iurando incautè ꝑ hæc Deo præiudicas, & alio modo, quo nomẽ eius in vanũ ſumis, qa poteſtatẽ eius, q̃ eſt in capillis tuis incautè iurando contemnis. Et ita per creaturas licitum eſt iuramentũ & obligat, quando eſt de neceſſarijs, aut vtilibus, quando vero eſt de incautis, ſemper eſt illicitũ, ſiue per Deum, ſiue per creaturam quamcunq; fiat.

Quare Christus dixit qui iurat in altari iurat in eo, & in omnibus, quæ sunt super illud. Quæst. CXVIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit, qui iurat in altari iurat in eo,& ĩ omnibus, quæ super illud sunt. Dicendum quòd Christus superaddit hic aliam rationem ad confirmationem positionis suæ. Nam dixerat ꝙ iuramentum factum per templum,& altare obligat: Pharisæi autem dicebant,ꝙ factum per altare non tenebat, sed bene per donum,quod est in altari,quam positionem Christus confutauerat, dicẽs, ꝙ dignius est altare quam donum. Hic verò addit aliquam rationem,& procedit sic.s.Iuramentum tenet per donum, quod est in altari, ergo tenet per altare: immo à fortiori,quia qui iurat per donum, iurat per solum donum,qui vero per altare, iurat quoque per omnia,quæ in eo sunt, s. per dona, quæ in eo ponuntur,ideo si per dona tenet iuramentum, valebit quoque per altare. Et addidit istam probationẽ Christus, quia licet præcedens esset sufficiẽs, fortè Pharisæi ex insania negarent veritatem,dicentes: sanctius esse aurum templi quam templum & donũ,quod est in altari quam altare,& tunc nõ procederet probatio Christi. Addidit ergo istam secundam probationem, quã iam negare non possent. Sic dicit Glo.s. Et ne forte in tantam insaniam prorumperent, vt dicerent aurum sanctius esse templo, & donum altari, eos alia ratione conuincit,quia videlicet in iuramẽto, quod fit per templum,& altare continetur iuramentum,quod fit per aurum,vel per donum.

Ad quid dixit Iesus,qui iurat in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso. Quæst. CXIX.

QVAERETVR ad quid dixit Iesus,qui iurat in tẽplo iurat in illo,& in eo,qui habitat in ipso.

Dicendum ꝙ dupliciter debet intelligi ista litera. Vno modo per subintellectionem præcedentis rationis. Secundo per additionem nouæ. Nam sicut confirmauerat iuramẽtum factum per altare tenere addens super primam rationem, quæ erat de sanctitate altaris & doni, aliam rationẽ de inclusione vnius iuramenti in alio, ita & circa iuramentum factum per templum addit aliam rationem supra positam. Primam, quæ erat, quòd sanctius erat templum quam aurum templi.& hic ponitur secunda ratio, & debet legi per subintellectionem præcedentis rationis.s. sicut qui iurat per altare iurat per omnia, quæ sunt super ipsum,ita qui iurat per templum iurat per ea,quę in eo sunt,s.per aurum & argentum, & altare,& omnia vasa in eo contenta,& per arcam, & cherubin, & sancta sanctorum,& tunc si tenet iuramentum factũ per aurum tẽpli,à fortiori tenebit iuramentum factũ per templum,quia includitur vnum iuramentum in altero. Et ista est secũnda ratio. Tertia ratio est expressa.s.qui iurat per templum iurat per illum, qui habitat in templo,sicut qui iurat per omnia, quæ continẽtur in altari. Deus autem est, qui habitat in templo 3. Reg.8.& 2. Paralip.2. ca. ergo iurando per templum iurat per Deum, sed qui iurat per Deum obligatur: ergo iurans per templum obligatur.

Quare Christus dixit, qui iurat in cœlo iurat in throno Dei. Quæst. CXX.

QVAERETVR quare Christus dixit, qui iurat in cœlo iurat in throno Dei,& in eo, qui sedet super ipsum.

Aliqui dicunt, quòd dixit hoc ad increpandum Iudæos,qui frequentabant iuramentum per cœlum.

F Sic dicit Origenes super Matth. Similiter quoniam Iudæi consuetudinem habebant per cœlum iurare ad reprehensionem eorum subdit, scilicet qui iurat in cœlo &c.

Dicendum autem,quòd verum est,quòd Iudęi frequentabant istud iuramentum,quod colligitur, quia supr. 5.c.vbi Christus vetuit iurare primum,quod posuit,fuit de celo,s.non iurare omnino, neque per cœlum, quia sedes Dei est &c. Et ideo videtur posuisse illos modos expressos iurandi ibi, quia magis illis vtebantur Iudæi quam aliis,& cum inter illos modos ponatur primus modus de cœlo videtur, quòd ille modus iurandi erat maxime frequentatus.

G Cum autem dicitur, quòd ad reprehensionem Iudæorum ponitur hic. Dicendum quòd non est verũ, quia Christus ostendit hic, quòd iuramẽtum factum per cœlum teneat,quia fit per Deum, ergo nõ introducitur,vt redargutio Iudæorum, qui frequenter iurabant,sed vt redargutio Pharisæorum,qui dicebant iuramenta facta per cœlum, & similes creaturas non tenere.

Motiuum autem eorum, qui hoc dicunt est, quia supra 5.cap.ponitur de iuramento facto per cœlum, & prohibetur illud,ideo putauerunt,quòd etiam hic existentes iuramentum istud arguatur. Sed nõ est verum,quia,vt dictum est supra, hic ostendit Christus, quæ iuramenta teneant, & quomodo iuramenta

H facta per creaturas istas,idest templum,altare,cœlum, & huiusmodi obligent: & ideo neminem increpat nisi eos, qui asserunt non tenere iuramenta, sicut faciebant Pharisæi, sed supra 5.cap. vetat iuramentum incautum secũdum omnes modos suos, ideo arguit omnes,qui talia iuramenta frequentant, & ideo qui dicunt hic argui iurantes decipiuntur ex quadam similitudine verborum,quæ ponuntur hic, & sup. 5.c.

Ad quid Christus introduxit hic de iuramento facto per cælum,cum de hoc supra non dixisset. Quæst. CXXI.

SED quæretur ad quid introduxit hic Christus de iuramento facto per cęlum,cum de hoc supra nõ

I dixisset,sicut de iuramento per altare & templum.

Dici potest vno modo, quòd ponitur solum ad ꝓbationem,& expositionem præcedentium. Nam dictum fuerat,quòd qui iurat in templo iurat in ipso tẽplo,& in eo qui habitat in ipso. Dat autem hic modũ loquendi similem,s.quia dicimus,ꝙ iurans per cœlũ, iurat per ipsum & per Deum,qui est in cœlo.

Secundo modo potest dici,& melius,quòd posuit istud Christus ex intentione ad tollendum errorem Pharisæorum,quia sicut ipsi dicebant, quòd iuramẽtum factum per templum non tenebat, neque per altare,ita neque iuramentum factum per cęlum. Hoc autem falsum erat,ideo dixit,quòd tenebat. Et probat,quia qui iurat per cœlum non iurat solum per il-

K lud,sed etiam per Deum,qui sedet super ipsum,quia sedes Dei est,sed iuramentum factum per Deum tenet, ergo etiam iuramentum factum per cęlum obligat.

Tertio potest hoc multum cõuenienter accipi ad ostendendum causam quare teneant iuramẽta facta per creaturas. Nam de altari & templo dictum est, & ostensa est causa,quare valeat iuramentum per illa factum, scilicet, quia Deus repræsentatur in illis. & de illis non erat tanta ratio dubitandi,quia sunt res multum sacræ, & multum Deo applicitæ, & tamen de alijs rebus dubitaretur, ideo ostendit per iuramentum factum per cęlum, quòd etiam iuramentum factum per creaturas teneat. Nam ideo tenet iurm̃ factum per cęlum,quia iurando per illud iurat ꝑ Deũ, qui

qui in eo habitat, sed eadẽ ratione potest dici de omnibus alijs creaturis, sicut Christus docuit supra 5. ca. vbi ostendit, ꝙ non liceat iurare incautè per aliquam creaturam quasi per hoc Deus offendatur, & ait, non per cęlum, quia thronus Dei est, non per Ierusalem, quia ciuitas magni regis est, & non per caput nostrũ, quia non possumus capillum illius nigrum, aut albũ facere, sed minus possumus in alijs rebus, quę à nobis alienæ sunt quam in capite nostro, ergo minus licet iurare incaute per alia: sed hoc fit propter Deum, qa ei irrogatur quidam contemptus: & è cõtrario significat Christus hic tenere iuramentum per cęlum, qa debite iurando redditur ei honor iurando per cœlũ: ergo pari ratione in omnibus alijs creaturis iuramẽtum factum tenebit, quia iurando per illas, iuratur ꝑ Deum, qui in eis est, & sic fuit positum istud exemplum ad tacitè dandum regulam, ꝙ iuramentum factum per creaturas obliget contra id, quod dicebant Pharisæi. s. quòd qui iurabat per templum nihil est, i. non obligatur ad aliquid. Cum de obligatione iuramenti hic Christus tetigerit, poterant dici multa de iuramento, sed quia supra 5. ca. multa dicta sunt, scilicet à quæst. 250. vsque ad quæst. 317. nihil hic dicendum est.

Luc. 11. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cęci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Væ vobis. Ostendit hic Christus qualiter Pharisæi corrumpebant veritatem iustitiæ per hypocrisim, vel simulationem magnæ iustitiæ, scilicet, quòd in rebus minimis seruabant iustitiam, in magnis autem non, sed dissimulabant. Et ait. *Væ vobis*. Maledictio est, quoniam pro hac præuaricatione iustitię pœnam gẽhennæ merebantur. *Hypocritæ*. Per hypocrisim, idest simulationem peccabant simulantes se iustos, cũ nõ essent. *Qui decimatis mentham*. Herba est mentha, de qua Pharisæi decimas dabant. *Et anethum*. Herba est quæ grana habet boni saporis. *Et cyminum*. Etiã grana habet, quæ desiccata ad vsum condimentorum accipiuntur. *Et reliquistis quæ grauiora sunt legis*. Idest soluere decimas de his, idest de rebus leuissimis totius legis, & vos facitis hęc, quæ leuia sunt, & alia, quæ sunt grauiora, idest maxima in lege non seruatis. *Iudicium, & misericordiam, & fidem*. Tangit magna, quæ lex imperat. Nam lex dirigit hominem in his, quæ sunt circa Deum, & circa proximum. Circa Deum habet se homo per fidem, vt hunc honorem ei exhibeamus, quòd in eum fidem habeamus, quæ in nullo alio habẽda est. Iudicium & misericordia ad proximũ sunt: iudicium quidem circa ea, quæ habent rationem debiti, misericordia vero circa ea, quæ habent rationem doni, & gratis impensi. *Et hæc oportuit facere*. s. misericordiam iudicium & fidem, quę maiora sunt, & ideo est magna necessitas circa ea. *Et illa non omittere*. Scilicet decimare anethum, cyminum, & mentham. Nõ dixit, quòd facienda erant ea, quæ omittebant, & omittenda ea, quæ faciebant, sed quòd vtraque facienda: sed maiora ex maiori necessitate, minora vero ex minori, vel non tanto affectu in illa tendendum est. *Duces cæci*. Increpat eos vocando duces cæcos, i. magistros ignorantes. *Excolantes culicem*. Idest extra colum

A mittentes. Culex musca parua est, quæ ab aculeo dicitur culex, quoniam perfodit, & perforat, & sanguinem excutit longo aculeo. *Camelum autem glutientes*. Idest deuorantes, quasi dicat culicem, qui paruus est deglutire non vultis ne noceat gutturi: & camelum, qui est magnum animal deuoratis nullam offensam inde sequi putantes. Et est sensus, quod parua peccata fugitis quasi sint magna, & iustificatos vos in hoc ostenditis, maxima autem peccata dissimulatis, quasi non sint peccata.

Ad quid Christus introduxit hæc, & quid voluit per hæc significare. Quæst. CXXII.

QVAERETVR ad quid Christus introduxit hæc, & quid voluit per hæc significare.

B Dicendum quòd increpat Pharisæos de hypocrisi, per quam corrũpebant veritatem iustitiæ, vel doctrinæ secundum alium sensum. Et est sensus, ꝙ simulabant se iustos facientes paruas iustitias, & cauentes à paruis peccatis, & committentes magna. Nam cum quis a paruis peccatis declinat, signum est magnæ cõscientiæ, & est argumẽtum quòd à maioribus potius abstineret, & sic de se signum tribuit sanctitatis, qui à paruis peccatis declinat. Hoc autẽ non faciebant Pharisæi, vt per hoc non offenderent Deum, sed vt per hoc sancti iudicarentur, & sub hoc velamine possent grauiora peccata committere, quæ tunc ab alijs non C iudicarentur peccata cum ab eis fieri tenerent, qui etiam minima peccata declinabant, & hoc erat, siue ipsi sic facerent, siue alijs sic facere deberi dicerent in eis, quæ ipsorum lucra augebant. De hoc dicit Chrysost. super Matth. Supra dominus dixerat, quòd alligabant onera grauia, & alijs imponebant, quæ neque ipsi tangere volebant, hic autem rursus ostẽdit, quòd in paruis quærentes diligentiam magna contemnebant.

Quomodo procedit ista redargutio Christi contra Pharisæos. Quæst. CXXIII.

D QVAERETVR, quomodo procedit ista redargutio Christi contra Pharisæos, s. quòd decimabant anethum, mẽtham, & cyminũ & relinquebant grauiora legis.

Dicendum quòd mentha, anethum, cyminum, erant herbæ parui valoris, quas decimabant Pharisæi, sed ea, quæ erant grauiora in lege omittebant. In decimis enim nihil erat leuius, & minoris valoris quàm mentham, cyminum, & anethum decimare. Nam magnę decimæ erant de frugibus, vino, & oleo, & pecoribus. Quòd autem decimarent mentham, & anethum, erat signum, quòd circa minima erant diligentes, curare autem circa minima, & omittere ea, quæ erant grauiora in lege, erat vituperabile, quoniam videbatur ex hypocrisi fieri: si enim vere fieret, necesse E erat, quòd qui à leuibus peccatis caueret, à grauioribus magis solicite caueret.

De decimatione autem menthæ, & anethi, dicendum ꝙ potest intelligi vno modo, ꝙ decimabãt, i. decimas dabant de istis rebus paruis. Et tunc est dicẽdũ, ꝙ isti Scribæ, & Pharisæi laici erant. Nam si essent sacerdotes, aut Leuitæ non offerrent decimas, sed acciperent, sed isti offerebant. Hi ergo erant laici, quia Pharisæi & Scribæ, tam de laicis, quam sacerdotibus quam Leuitis erant, & isti quia essent de laicis, darẽt decimas. Sic dicit Chrysosto. super Matth. Sed quia Scribarum, & Pharisęorum, ad quos loquebatur, quidam erant populares, non est incongruum, vt aliam expositionem faciamus propter eos, qui decimas

dabant. Nam qui accipit decimas, rectè decimare dicitur, & qui dat: Scribę quidem & Pharisæi minimarum rerum decimas offerebant, ostendendæ religionis gratia, in iudicijs autem erant iniusti, in fratribus sine misericordia, in veritate increduli.

Secundo potest accipi, ꝙ isti Pharisæi decimabant, idest decimas solui cogebant sibi à populo ēt de rebus leuibus, & tamen ipsi non obseruabant ea, q̄ maxima erant in lege. Sic dicit Hieron. super Matt. s. Pharisæi hoc vnum habebant studij, vt quæ iussa erāt cōportarentur: cætera autem, quæ erant maiora paruipendebant. Ex hoc enim loco arguit eos auaritiæ, ꝙ studiosè vilium olerum decimas exigant, & iudiciū in disceptatione negociorum pretermittant. Et tunc incidit iste sensus cum illo, quem posuit supra, s. ꝙ alligabant onera importabilia humeris hominum, & ipsi non tangebant ea digito suo. Sic hic cogebant Pharisæi laicos ad omnia vsque ad ea, quæ erant minimę obligationis: ipsi vero neque ea, quæ maioris obligationis erant faciebant.

Tertio potest accipi, ꝙ vtrunque accipiatur circa laicos, s. ꝙ Pharisæi docebant solicitè populum decimandum esse diligenter, quantum ad omnia etiam vsque ad mentham & anethum, & si non decimarēt cogebant eos ad hoc. Circa ea tamen, quæ grauiora erant, vt iudicium, & fides, & misericordia, vel nō docebant eos, vel quod verius est, licet docerent eos, tamen si contra agerent non curabant eos arguere, dū tamen decimas soluerent. Sic dicit Chryso. Sacerdotes auaritia pleni, siquis decimam alicuius rei, vel minimę non absoluisset, corripiebāt eum, quasi magnū crimen fecisset. siquis autem alterum lędebat, aut in Deum peccabat, non curabant eum corripere. De lucro quidem suo soliciti: de gloria autem Dei, & salute hominum negligentes. Seruare enim iustitiam, & facere misericordiam, & habere fidem propter suam gloriam Deus mandauerat, decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum, vt sacerdotes quidē populo in spiritualibus obsequantur, populi autem sacerdotibus in carnalibus subministrent. Et isti duo sensus vltimi sunt conuenientes, & hoc vt non accipiatur decimatis, idest decimas soluitis, sed ad soluendum cogitis, vel cogendum esse docetis.

Quomodo stat sermo Luc. & Matth. in hoc passu, quia varius videtur. *Quæst.* CXXIIII.

Sed quæretur quomodo stat, quia Luc. 11. c. ponitur decimatis mentham, & rutam, & hic non ponitur ruta. Aliqui dicunt, ꝙ ruta sit idem cum aliquo de hic nominatis.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia hic ponitur mentha, anethum, & cyminum, & Luc. posuit etiam mētham, ideo oporteret rutam esse anethum, vel cyminum, sed falsum est, quia multum differunt. Dicendum ergo, quòd ruta est aliquid, quod nō posuit hic Matt. & posuit illud Luc. & est intelligendum, quòd Christus non solum de his, sed etiam de multis alijs dixit, & non curauit Euangelista aliquis omnia exprimere, quia sufficiebat de quibusdam dici, per quæ alia intelligerentur, & ita neque Lucas omnia expressit, neque Matth. omnia, sed quædam Matt. quæ non dixit Lucas, s. anethum, & cyminum, & quædam Lucas, quæ non Matt. scilicet rutam.

Item apparet hoc, quia non solū de his dixit Christus, sed etiā de omnibus oleribus. Nam sic dixit Lucas, s. decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & tamen Matt. de illo non expressit, & sic neuter dixit in hoc totum, quod Christus dixerat, quia vnum non poterat per alterum intelligi.

F *Quid est aliqua esse legis grauiora.* *Quæst.* CXXV.

Quaeretur quomodo Christus dixit relinquitis quæ grauiora sunt legis, & q̄d est aliqua grauiora esse legis. Dicendum ꝙ aliquid esse grauius altero in lege potest accipi multipliciter. Vno modo grauius, i. maioris culpæ si prætereatur contemnendo, vel directe contra agendo: & tunc manifestum est, ꝙ quædam sunt alijs grauiora. Nam peccata non sunt æqualia, sed quædā grauiora alijs, sed illa fiunt per omissionem, vel transgressionem alicuius præcepti, ergo grauiora sunt quædā præcepta legis alijs. Secundo modo vocatur grauius, i. dignius, & verum est, ꝙ quædam sunt alijs grauiora, quia non sunt omnia æqualis dignitatis, quia nō sunt de æqualibus rebus, & tunc illa, quæ sunt de maioribus, & melioribus rebus vocant̄ grauiora. Tertio modo vocātur grauiora, i. maioris obligationis, & ita vocarentur quædam alijs grauiora, si quædam obligarēt in omni casu, alia vero non, sed essent in aliquo casu nullius obligationis, vel si agendo ↄ̄ quædam incideremus in peccatum mortale, & obligationem mortis ęternę, & agendo contra alia non incideremus in peccatum, vel saltē non in mortale, sed in veniale. Et hoc tertio modo dicendum, ꝙ non sunt aliqua præcepta grauiora alijs, quia cuiuslibet eorū transgressio vel omissio causat peccatū mortale, & obligat quodlibet illorum ad pęnam ęternam. Etiam nunq̄ obseruatio vnius tollit alterius obseruationem, quia tunc vnū esset directe maioris obligationis q̄ aliud. Et hoc patet, quia Christus dixit: Oportet hæc facere, & illa non omittere. & ita simul oīa obseruanda sunt ꝑꝑ q̄d non comparant̄ in hoc, ꝙ vnum sit maioris necessitatis, vel obligationis q̄ aliud. Est tn̄ verum, ꝙ si posset accidere, ꝙ obseruatio vnius tolleret obligationem: vnum esset maioris obligationis q̄ aliud, & hoc fieret si in aliquo casu staret, ꝙ non possent ambo obseruari, quia tunc manifestū est, ꝙ alterū, i. q̄d ꝑcipuū erat, obseruandum erat, & tn̄ non pōt hoc accidere, ex eo quia mandata Dei nunq̄ inter se repugnant, iō debēt ꝓprie quædam vocari grauiora in primo modo, .i. quia cōtēptus, omissio, vel transgressio peccatū est maius.

Quæ sunt ista tria, quæ prætermittebant Pharisæi. *Quæst.* CXXVI.

Quaeretur quæ sunt ista tria, quæ ꝑtermittebant Pharisæi, s. misericordia, iudiciū, & fides. Dicēdum ꝙ lex est q̄dam directiua regula in actionibus humanis, s̄m ꝙ humanæ sunt, idest quantū cadūt sub voluntario, & principium earum est intellectus, & voluntas 6. Ethi. c. 1. actio aūt humana est circa aliq̄ s aut circa Deum, aut circa proximum, neq; pōt medium dari. Nam illę actiones, quæ intra nos sunt, & s̄m quas nulli cōicare videmur, sunt ad Deum, idest, quia in illis seruanda est rectitudo propter Deum, ita nunc Christus posuit hic aliquid de his, quæ sunt circa Deum, & aliquid circa proximum. Sic dicit Chryso. super Matt. siquis decimam alicuius rei, vel minimæ non soluisset, corripiebant eum, quasi magnum crimen fecisset. Siquis aūt alterū lędebat, aut in Deū peccabat non curabant, & ita per ista tria signauit ea, s̄m quę homo se habet ad Deū, & proximū, sed duo pertinent ad ꝓximum, s. misericordia, & iudicium. Et cā est, q̄a cōicat hō dupliciter ꝓximo. Vno mō in eis, q̄ hn̄t rōnem debiti. Alio mō in eis, q̄ sunt gratuita, & hn̄t rōnem doni. Quantum ad primū est iudiciū, s̄m quod cōicamus qualiter debitū est, & tenemur ex necessitate legis. Quātum ad s̄m est misericordia s̄m q̄ liberaliter proximo donamus id, q̄d non tenemur.

Sed

Sed est dicendum, ꝙ iudicium actus iustitiæ est, & ideo ad quemcunque pertinet iustitia, pertinet iudicium: pertinet autem iustitia ad quemlibet hominẽ, inquantum iustè ad alterum conuersatur, & ideo tũc iudicium exercet, inquantum ex inclinatione habitus iustitiæ dat vnicuique quod suum est. Pertinet ẽt iustitia ad iudicem specialiter, idest non solum inquã tum in se iustus est, vt homo, sed vt inquãtum habẽs potestatem legis distribuit singulis premia, aut pœnas iuxta conditionem legum, & tunc iudicium specialiter ad iudicem pertinet, prout singulis iura reddit. Et hoc modo magis solet accipi iudicium, cũ iudicium videatur sonare in iurisdictionem, fides autẽ est quantum ad Deum, quia hoc ei tenemur, vt propter reuerentiam suam credamus sibi in omnibus, & de eo, quæ digna sunt credamus, & confiteamur.

De hoc dicit Hierony. super Matth. ex hoc loco arguit eos auaritiæ, quia studiose etiam vilium olerum decimas exigant, & iudicium in disceptatione negociorum minimamque in pauperes, & fidem in Deũ, quæ magna sunt prætermittant, & accipit ibi iudiciũ prout ad iudicem pertinet. Sic enim accipit Chryso. super Matth. scilicet Scribæ, & Pharisæi minimarum quidem rerum decimas offerebant ostendendæ religionis gratia, in iudicijs autem erant iniusti, in fratribus sine misericordia, in veritate increduli.

Quomodo est verum quòd ista sunt grauiora legis, scilicet misericordia, iudicium, & fides. Quæst. CXXVII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd ista sunt grauiora legis, idest misericordia, & iudicium, & fides.

Dicendum, quòd tota lex dirigit hominem in operationibus suis, & quia operatio hominis non est, nisi ad Deum, vel ad hominem, dirigit lex ad hæc duo: multa autem sunt, quæ ad Deum dirigunt, scilicet tã præcepta moralia quam cæremonialia. De moralibus sunt tria, prima quæ ad Deum dirigunt, idest non habere Deos alienos, & non sumere nomen Domini in vanum, & colere sabbatha. Ceremonialia autẽ sunt omnia, quæ pertinent ad modum colendi Deũ, sicut est quantum ad omnia sacrificia oblationes, & purificationes ab immũdis legaliter propter Deum.

Moralia, & cæremonialia præcepta.

Hoc supposito dicendum, quòd fides est grauior, idest maior omnibus, quæ pertinent ad Deum. Nam ipsa est principium spiritualis ædificij, quoniam sine ea impossibile est placere Deo. Ad Hebræ. 11. capitu. Etiam quia ablata fide nihil boni manet, ablatis autẽ alijs bonis spiritualibus, adhuc aliquid manet: vnde qui incidit in quodcunque peccatum retenta fide ex seipso adhuc est sanabilis: qui vero fidem perdit, non est ex seipso sanabilis, quia non habet per quid reducatur in bonum, & ideo de fide dicitur Ioann. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, idest iam certus est de damnatione, quod non dicitur de alijs peccatis. Item quia in peccante ista sola manet. Nam quando quis peccat perdit omnium virtutem gratuitam cum gratia, & charitate, & ob hoc in conuersione ad Deum dicimus fieri iustificationem generalem, quia non redit sola charitas, & gratia, sed & omnes habitus gratuiti, fides autem mansit in peccante, licet informis, & tamen idem habitus numero est cum fide formata, ideo ipsa est fundamentum, & maxima virtutum. Item quia videtur maximum peccatũ esse, quod opponitur fidei, scilicet ĩfidelitas, vel hæresis: sed ideo dicitur grauius aliquod mandatum alio, scilicet, quia grauius peccatum est agere contra illud, quam contra aliud, sed ita est de infidelitate & hæresi, quę opponuntur fidei, ergo mandatum de fide esse videt̃ maximum.

Fides est principiũ ædificij spiritualis.

A Sed obijcietur, ꝙ non sit fides maximum de eis quæ pertinent ad Deum, neque peccatum ei oppositum grauius alijs peccatis. Nã habere Deos alienos, idest idolatria videtur esse grauissimum omniũ peccatorum, & ideo deterius quam hæresis vel infidelitas. Secundo, quia charitas est de pertinẽtibus ad Deum, & tamen est maior quam fides. 1. Corin. 13. s. maneant in vobis, spes, fides, charitas, tria hæc: maior horum charitas.

Dici potest vno modo, ꝙ verè charitas sit maior q̃ fides, & tamen vocatur fides maior omnium ratione fundamenti, ipsa quippe est principiũ charitatis, quoniam sine fide impossibile est existere charitatem, & tamen potest manere fides sine charitate, & inquantum principium, vel fundamentum est plus quam dimidiũ rei, potest vocari fides maior charitate, & maior cæteris, quæ ad Deum pertinent.

B Secundo potest dici, & conuenienter, quòd non comparat hic Christus ad omnia, quæ ad Deum pertinẽt, sed ad ea, quæ expressit hic de decimatione anethi, menthæ, & cymini. Nam ista ad Deum pertinẽt, quia in eius honorem redduntur, & in domum eius deportantur Mala. 3. c. inferte omnem decimationẽ in horrea mea, & sit cibus in domo mea &c. & de his verũ est, ꝙ multo maior est fides, qua Deo credimus, & in Deum quam decimare hæc parua, & quæcunq; alia decimanda. Et satis hoc dicit litera, s. decimatis mentham, anethum, & cyminum, & reliquistis quæ

C grauiora sunt legis, idest alia, quæ sunt grauiora quam hæc in lege.

Tertiò potest accipi, ꝙ grauiora nõ ponatur comparatiuè, sed absolutè, & tunc vocãtur grauiora legis quæcunq; in lege magna sunt, de quibus multa sunt, & quædam alijs maiora. Et tũc verum est, ꝙ fides misericordia, & iudicium sunt grauiora legis, quia sunt de magnis, licet alia essent maiora, & dicuntur grauiora, idest grauia ad differẽtiam quorundam leuiũ, sicut est decimare mentham, anethum, & cyminũ.

Quarto potest dici, ꝙ fides est verè, & simpliciter maior omnibus: est enim fides dupliciter, s. fides formata, & informis. Fides enim informis est sine charitate, & ista est minor charitate, fides autem forma-

D ta includit charitatem, cum per charitatem formet̃: & ideo non est tunc charitas maior fide, & de tali fide dicit Apostolus, ꝙ est fides, quæ per dilectionem operatur, & tũc simpliciter est fides maior omnibus, quæ ad Deum pertinent.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd non est infidelitas, aut hæresis maximum omnium peccatorum simpliciter loquendo, licet videtur esse maius de his, quæ communiter homines habent. est enim generaliter vera illa regula, scilicet, ꝙ quanto est maior habitus virtutis tanto est maius vitium ei oppositum, sed constat charitatem esse maximam omnium virtutum: ergo & odium erit maximum omnium vitiorum, sed charitas non est maxima virtus, inquantum est circa proximum, sed circa

E Deum, qui est obiectum per se eius, & ideo sicut prius actus, & directus charitatis est diligere Deum: ita peccatum oppositum est odium Dei directũ, sed hoc nemo habet. Nam cum Deus secundum se sit summum bonum, nemo potest eum propriè odisse, & tamen siquis eum posset odisse, esset istud maximum omnium vitiorum, scilicet maius quam idolatria & infidelitas. Cum autem obijcitur, ꝙ sit maius vitium idolatria quam infidelitas, vel hæresis. Dicendum, ꝙ non bene comparantur ista tanquam diuersa, cum vnum dependeat ex alio. Ad secundum iam responsum est per prædicta.

Quomodo est verum, quòd de his, quæ pertinent ad proximum sunt præcipua iustitia, & misericordia.
Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd de his quæ pertinent ad proximum, sunt præcipua iustitia & misericordia.

Dicẽdum ꝙ verum est, quod patet quia Deus magis laudat ista quam alia, vt patet supra 9. & 12. c. vbi Christus dixit contra Pharisæos. Si sciretis q̃d est misericordiam volo, & non sacrificium, & idem dicitur Osææ 6. ca. & tamen id quod melius est Deus magis vult: ergo melior est misericordia quam sacrificium, cum magis velit misericordiam quam sacrificium.

De iudicio autem, quod est actus iustitiæ patet, q̃a Deus præponit illud omnibus alijs operationibus. Vñ de Isai. 1. c. omissis omnibus cæremonijs sacrificiorũ velut paruis dixit Deus: Quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, venite & arguite me, dicit Dominus, si fuerint peccata sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Idem patet Michææ 6. cap. s. indicabo tibi, ò homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiã, & solicitũ ambulare cũ Deo tuo.

An misericordia, & iudicium intelligantur esse grauiora omnibus alijs, quæ ad proximum attinent, aut omnibus, quæ ad Deum. ***Quæst.*** **CXXIX.**

SED quæretur, quomodo sint ista grauiora de his, quæ pertinent ad proximum, s. misericordia, & iudicium, an intelligatur ꝙ sint grauiora omnibus alijs quæ ad proximum pertinent, aut omnibus, quæ pertinent ad Deum. Videtur autem, ꝙ neutro modo. Nõ enim eis, quæ ad Deum erunt grauiora.

Primo, quia in quolibet genere est graue, & leue, s. in pertinentibus ad Deum, & pertinentibus ad proximum, ideo graue in eis quæ ad Deum comparabitur ad leuia, quæ ad Deum, & grauia in eis, quæ ad proximum ad leuia quæ ad proximum.

Secundò, quia Christus posuit hic fidem, quæ est de pertinentibus ad Deum, ideo comparauit eam ad leuia, quę pertinent ad Deum, & non comparauit ad hæc illa, quæ sunt grauia ad proximos.

Tertio, quia manifestum est, ꝙ maiora sunt ea, q̃ pertinent ad Deum quam ea, quæ pertinent ad proximum, ideo nõ possunt misericordia & iudicium, quę ad proximum pertinent, grauiora esse eis, quæ pertinent ad Deum, cum grauius sit offendere Deum quam proximum.

Si autem dicatur, ꝙ comparentur ad ea, quæ pertinent ad proximos. Non videtur stare; quia præter misericordiam & iudicium, nihil videtur manere, quod ad proximum pertineat, cum omnis conuersatio ad proximum consistat, vel in eis, quæ habent rationem debiti, vel in eis, quæ habent rationem gratuiti, & nõ est medium: omnia prima includuntur sub iustitia; omnia secunda sub misericordia.

Dicendum vno modo, ꝙ sunt grauiora omnibus, tam cæteris, quæ ad Deum pertinent quam alijs, quę ad proximum. De primo patet, quia sacrificium facere propter Deum est, cum ei immolentur sacrificia; & tñ misericordia & iudicium, magis à Deo diliguntur, quam sacrificium iuxta illud supra 9. & 12. cap. & Oseæ 6. Misericordiam volo, & non sacrificium.

Secundò apparet, quia ẽt decimas reddere est principaliter propter Deum, licet cedant illę in vtilitatẽ ministrorum templi, & tñ mĩa, & iudicium sunt prin-
F cipaliora q̃ solutio decimarum, vt Christus dixit hic.

Et tunc respondendum est ad argumenta in ɔ̃riũ pro parte ista. Ad primum dicendum, ꝙ licet grauia, q̃ sunt ad Deum directius comparant̃ ad leuia; q̃ sunt ad Deum, tñ etiam verum est in præsenti, ꝙ ista, quæ noĩantur hic quãtum ad proximos grauia legis sunt grauiora oĩbus, quæ ad Deum excepta fide, quæ fuit hic expressa, per q̃ ẽt charitas & spes intelliguntur, q̃bus præcipue colitur Deus. Nam preter hęc cętera, q̃ ad Deum sunt cæremonialia sunt, & ideo misericordia, & iudicium sunt grauiora eis. Ad sc̃dm dicendũ, ꝙ fides, quæ ad Deum pertinet, & est de grauioribus, quæ sunt in lege comparat̃ directè ad leuia, q̃ ad Deũ pertinent: & tñ ẽt misericordia, & iudicium, q̃ ptinẽt
G ad proximum comparant̃, quasi ęquiuocè ad leuia, q̃ sunt ad Deum, s. ad oĩa cæremonialia, & sunt grauiora eis. Ad tertium dicendum, ꝙ ea q̃ pertinẽt ad Deũ, inquantum huiusmodi sunt maiora q̃ ea, quæ pertinent ad proximum, & tñ quædam pertinentia ad ꝓximum sunt grauiora quibusdã pertinentibus ad Deũ, sicut grauius est occidere hoĩem, q̃ non colere diem sabbathi. Et rõ huius est, quia si aliq̃d præceptum legis esset, q̃d solum pertineret ad hoĩem, & nullo mõ concerneret Deum, manifestum esset, ꝙ quodlibet præceptum pertinens ad Deũ esset maius illo, & q̃dlibet peccatũ factum ɔ̃ Deum (etiam si minimum) esset maius quocunque peccato facto ɔ̃ hoĩem ẽt si
H esset maximum inter humana, & tñ nullum peccatũ est ɔ̃ proximum, q̃d ẽt non sit ɔ̃ Deum, ideo quędam præcepta q̃ dirigunt ad proximum, sunt maiora quibusdam peccatis commissis ɔ̃ Deum, ita est de misericordia, & iudicio. nam licet misericordia, & iudiciũ quæ sunt ad proximum sint minora fide & charitate, & spe quæ sunt ad Deum, & quibus ille principaliter colitur, vt ait August. in Encheridion, tñ sunt maiora oĩbus alijs, quæ ad Deum sunt, quę sunt ceremonialia. Cum aũt obijciebatur, ꝙ misericordia & iudiciũ non essent maiora oĩbus, quæ ad proximum. Dicẽdũ ꝙ maiora sunt cum ita Chr̃s asserat. Cum autem dr̃, ꝙ præter hęc nulla alia sunt ad proximũ. Põt dici vno modo, ꝙ multa alia sunt præter hęc, & q̃n arguitur,
I dicendum ꝙ non est sufficiens diuisio, q̃a iudiciũ non extendit̃ ad oĩa, quæ habent rationem debiti, cum iudicium accipiat̃ pro actu iudicis adęquantis eos, q̃ cõtendunt. Sic accipit Hierony. super Matt. dicens iudicium esse in cõtentione, & ita manerent multa alia, in quibus fiet comparatio. s. in oĩbus illis, quę sunt hominis ad proximũ sub rõne debiti, & sine iurisdictione. Secundo potest dici s̃m quosdam, ꝙ tam fides q̃ misericordia, & iudicium sunt propter Deum, & cõparant̃ tunc ad quędam, quę sunt propter homines, & sic erat decimas dare, quod erat in hominum, i. Leuitarum vtilitatem. Sic dicit Chryso. super Matt. s. de lucro suo soliciti, de gloria autem Dei & salute hominum neglıgentes. Seruare. n. iustitiam & facere mise-
K ricordiam, & habere fidem propter suam gloriã Deꝰ mandauit, decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum. Tertio poterat dici, ꝙ erat comparatio inter misericordiam, & iudicium ad cætera, quæ pertinent ad proximos: licet enim oĩa, quæ pertinent ad proximos reducantur ad hæc duo; s. ad rationem debiti, & gratuiti, tñ possunt esse quędam debita, quasi naturali ratione, alia vero ex sola institutione, quę hñt rationem minoris debiti, & ideo grauiora erant, quæ pertinent ad rationem debiti primo modo quam secundo. Cum autem Christus dixit iudicium innuit ea, quæ sunt debita primo modo. Decimę autẽ maximè quantum ad res paruas, sicut sunt de mentha, anetho, & cymino pertinent ad sc̃dm modũ, iõ bene comparantur inter se, vt dicantur grauiora esse iudicium.

Peccatũ ɔ̃ proximũ est etiam contra Deum.

cium,& misericordia quam solutio istarum paruarũ decimarum,quæ propter proximum sunt.

Quarto potest dici quantum ad omnia hæc tria, ꝙ hæc sunt grauiora legis, scilicet, quòd super omnia, quæ Deus in lege mandauit vult hæc tria sibi fieri, & comparantur maxime hæc ad quædam, quæ videbãtur multum Deo esse accepta, sicut erant sacrificia oblationes,orationes,& ieiunia, & alia cæremonialia opera propter Deum. Et sicut Christus separauit hic specialiter ista tria ab omnibus alijs, tanquam magis grata sibi,ita & ponuntur Micheæ.6.ca. vbi quæritur quid est, quod homo potest facere maxime gratum Deo,scilicet. Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? Nunquid offeram ei holocaustomata,& vitulos anniculos? Nũquid placari potest Deus in millibus arietum, aut in multis pinguiũ hircorum millibus? nunquid dabo primogenitum meũ pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Et sequitur: Indicabo tibi,ò homo,quid sit bonum,& quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitũ ambulare cum Deo tuo. Per solicitudinem istam significauit fidem & charitatem, qua tenetur homo Deum solicitè amare. Et est hoc solicitè ambulare cum Deo. Hæc autem tria maiora sunt omnib⁹ alijs, quæ in lege imperantur.

Quomodo potest stare, quòd misericordia, & iudicium sint maiora quam oblatio decimarum. Quæst. CXXX.

QVAERETVR quomodo potest stare quòd misericordia, & iudicium sint maiora quã oblatio decimarum, quia tunc sequitur, quòd tam fides quam iudicium & misericordia quodlibet per se sit maius solutione decimarũ. Sed videtur,quòd nõ,quia maius est illud,ad quod magis obligamur: sed manifestum est, quòd magis obligant ea,quæ cadunt sub debito quàm ea, quæ habent rationem gratuiti,cum ea,quæ sunt gratuita inquantum huiusmodi nihil obligent, & tamen misericordia est de gratuitis, & solutio decimarum est de necessarijs, ergo maior est solutio cuiuscunque decimæ quam misericordia.

Dicendum,quòd misericordia est maius quid quã decimarum solutio de anetho,& mẽtha. Et hoc vno modo,quia non tenet argumẽtum istud, scilicet obligamur magis ad decimas quam ad misericordiam: ergo est maius præceptum, vel excellentius opus. Nam ad virginitatem seruandam in perpetuum, & ad paupertatem voluntariam ob Christum renunciãdo omnibus nemo tenetur,nisi vouerit quod spontaneum est,& tamen maioris valde meriti est quam colere diem sabbathi.

Secundo dicendum, quòd etiam est grauius peccatum relinquere misericordiam quam solutionem decimarum,& istud est specialius. Nam primum parrum est,quia omnia opera supererogationis si comparentur ad opera præceptorum per se, vt distincta sunt,erunt excellentiora,vt in casu supra dato. Et nõ est mirum,quia difficiliora sunt opera consiliorum, quam præceptorum, ideo erunt excellentiora,& magis meritoria, & tamen non fit sic in peccato, quia omissio operum consiliorum nõ est peccatum, cum non obligent quemquam, nisi quisquam se ex voto obligauerit: omissio autem, vel transgressio præcepti cuiuslibet est peccatum, sed circa misericordiam non solum faciendo misericordiam est maius meritum,quam paruas decimas soluere, sed etiam omissio misericordiæ est grauius peccatum, quam omissio solutionis decimarum. Sic dicit Hilarius super

A Matt.s.quia minus piaculi, i. peccati esset decimatiõnem oleris quam beneuolẽtiæ, idest misericordię officium præterire irridet Christus Pharisæos, dicens: Duces cęci culicem excolantes,camelum autem glutientęs. Causa autem huius est,quia misericordia sub præcepto cadit,ideo transgressio eius peccatum inducit,sicut transgressio decimationis, & tãto est maius peccatum,quãto est maius præceptum de misericordia quam de decimatione.

Cum autem obijcitur, ꝙ misericordia pertinet ad gratuita, & ideo non cadit sub obligatione. Dici potest vno modo,ꝙ opus misericordiæ, aut cõsideratur quantum ad eum, cui impenditur, aut quantum ad Deum,propter quem impenditur. Si quãtum ad primum est opus liberalitatis,& gratuitum, quia donatur,quod ei non est debitum. Si quantum ad Deum

B cadit sub ratione debiti & iusti,nam cum Deus mandauerit dari debitum est iam vt detur, quia sola eius præceptio obligat sufficienter.

Secundo potest dici,quòd etiam ex parte eius, cui donatur debitum est,tamen non habet actionem ad petendum sicut est in eo, cui expresse ab alio aliquid debetur. sic est de constituto in extrema necessitate, vel quasi: nam illi debita est sustentatio ab alijs, qui possunt, tamen nõ habet actionem aduersus aliquẽ ad petendum pro tunc sustentationem. Et ratio est, quia ad hoc,ꝙ aliquid iudicialiter possit peti, oportet alicui specialiter competere ius actionis, & aduersus

C aliquem specialiter, qui autem constitutus est in extrema necessitate,habet ꝙ aliquid sibi debeatur cum possit illo tempore occupare l citè quidquid inuenerit vbicunque ad releuationem illius necessitatis, & tñ non est aliquis specialiter obligatus ei ad releuationem illius necessitatis,cũ possit p quemlibet aliũ, aut per multos releuari, ideo non competit ei etiam in extrema necessitate actio aduersus aliquẽ ad hoc, ꝙ ei prouideat,& tñ quilibet, qui potest, & videt illã necessitatem est obligatus ad releuandum, & ita misericordia est præceptum,& cadit sub necessitate. Sic dicit Ambr. in lib. de Officijs, & habetur in Decr. 87. di. c. non est. Vel ead. dist. c. in singulis, & est Ambrosij dictũ sup Lucam. Tertio potest dici, ꝙ opus mise-

D ricordiæ sub debito,& præcepto est quãtũ ad aliquos casus,& tñ etiam in illis vocat opus gratuitum potius q̃ debitum,quia id,quod debitũ est,debetur in quantitate certa,qđ vero pertinet ad misericordiã,non est debitum in quantitate certa,sed pro volũtate, aut opportunitate tribuẽtis,& ideo sp manent distincta ea, q̃ sunt necessitatis, & q̃ sunt gratuita, licet vtrunque sub p̃cepto cadat. Et ista ẽt est causa, quare q est in necessitate quantũcunq; extrema, non hẽt actionẽ aduersus aliquẽ, quia actio sp vult rem determinatam, q̃ petatur,indeterminatum aũt, qđ nullo modo determinari põt,i.qñ ius non pertinet ad rem determinatam,non potest peti. Et sic apparet ꝙ maius præceptum est de misericordia q̃ de decimatione,& maius pcm̃ est omittendo mĩam, q̃ omittendo determina-

E tionẽ. Et sic vocauit misericordiã de grauiorib⁹ legis.

Quomodo stat quod dicitur hic reliquistis quæ grauiora sunt legis,cum discordet ab eo, quod dicit Luc. Quæst. CXXXI.

QVAERETVR quomodo stat,quod dicitur hic, reliquistis quę grauiora sunt legis misericordiã iudicium,& fidem,quia Luc. 11. c. dicitur præteritur iudicium,& charitatem Dei.

Dici potest vno modo, ꝙ Matthæus & Lucas ponunt eandem sententiam, & tñ nemo expressit totã illam saltem quantum ad verba, sed quilibet omisit aliquid. Nam omisit Lucas misericordiam & fidem.

Matthæus autem omisit charitatem, & ex ambobus efficitur vna plena narratio. Sic enim fit in multis, & sic factum est supra, cum dixit Matthæus: decimatis mētham anethum, & cyminum. Lucas autem dixit mentham, & rutam, & omne olus, & vnus suppleuit alium, vt dictum est supra.

Secundo potest dici, quòd per ea, quæ exprimunt hic, intelliguntur illa, quæ ponit Lucas. Nam cum dicit hic Matthæus, misericordiam & iudicium, dixit Lucas solum, iudicium, quia etiam misericordia ad iudicium reducitur. Nam inquantum misericordia cadit sub præcepto, quia est aliquid de positis in lege efficitur misericordia iudicium, quia iudiciū est act⁹ iustitiæ, secundum quam vnicuique quod ei debetur reddimus, & tamē miseris, & egenis misericordia debetur, ideo misericordiam ad tales exercendo iudicium seruamus.

Quid iudiciū sit.

Tertio potest dici, quòd misericordia intelligitur per charitatem, quam ponit Lucas, nam charitas est ad Deum & proximum, sed probatio dilectionis (vt Gregorius ait) est exhibitio operis: ideo misericordia sub charitate includetur, per quam indigenti subuenimus, & ita solemus omnia opera misericordiæ vocare opera charitatis.

Fides dupliciter accipit.

Quantum ad fidem, quam Lucas non ponit. Dicēdum quòd intelligitur per charitatem, quia fides accipitur dupliciter, s. pro fide informi, & pro fide formata. Vt autem est fides formata incidit in charitatē, eo quòd fides per charitatem formatur, & talis est fides, quam Christus laudat, quia illa est meritoria, fides autem informis non est meritoria; & ideo sicut per fidem formatam intelligitur charitas, ita & per charitatem fides intelligitur, s. formata, & sic vterque expressit Christi sententiam.

Quare Christus dixit: Oportet hæc facere, & illa non omittere. Quæst. CXXXII.

QVAERETVR, quare Christus dixit: Oportet hæc facere, & illa non omittere.

Dicendum, ꝙ fuit propter tria. Primo ad ostendendum veritatem dubij. Nam de mentha anetho, & cymino, cum essent res paruæ putaret aliquis non esse decimas dādas, Christus autem respondet quòd sic, cum dixit, & illa non omittere, s. decimationem menthę, & anethi.

Secūdo dixit ad tollendum errorem, quem aliqui poterant ex verbis eius colligere. Nam dixerat: Vę vobis, qui decimatis mentham &c. & reliquistis grauiora. & ex modo loquendi videbatur innuere, quòd deberent curare de fide misericordia, & iudicio, non curando de cymino, anetho, & mentha decimandis, sed hoc incōueniens erat: ideo dixit oportet hæc facere, idest quæ grauiora sunt, s. fidem, misericordiam, & iudicium: & nō omittere illa. s. decimationem anethi, & mēthæ. Sic dicit Origenes super Matth. s. Sed quoniam contingens erat, vt audientes quidam dominū ista loquentem contemnerent minimarum rerum decimationem, addidit: Oportet hæc facere &c.

Tertio fuit ad euitandum murmurationem Pharisæorum contra se. Nam ex lege tenebātur homines ad decimationem omnium harum rerum, sed omnia præcepta legis, tam magna quam minima seruanda sunt, ideo & decimatio ista. Si autē Christus istud non diceret, conquererentur Pharisæi & sacerdotes, atque Leuitę ꝙ eis contra legem omnem vtilitatem auferre vellet, & quòd ex odio diceret contra eos, & iniustè quidquid diceret. Vnde vt hæc euitaret, dixit, quòd oportet illa non omittere, idest decimationem rerum paruarum.

F *Quare Christus redarguit hic Pharisæos de decimatione anethi, & mentha cum esset licita. Quæst. CXXXIII.*

QVAERETVR, quare Christus redarguit hic Pharisæos de decimatione anethi, & menthæ, dicens: Væ vobis Pharisæi, qui decimatis mentham, & anethum. Nam decimatio ista licita erat, immo & necessaria ex lege, ideo non solum non erant arguendi, sed potius laudandi. nam & Iudæi qui impij erant dixerunt Christo, de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia Ioan. 10. cap.

Dicunt quidam, ꝙ non arguit eos de hac decimatione quæ licita erat, sed de dimissione maiorum rerum, s. iudicij fidei, & misericordiæ.

G Sed dicendum, ꝙ non sufficit hoc, quia cum omissio iudicij fidei & misericordiæ, nullo modo ꝑtineat ad decimationem menthæ, anethi, & cymini, nō erat ad propositum exprimere decimationem istarum rerum ad redargutionem de omissione fidei, & iudicij. Nam eadem ratione posset exprimere quæcunque opera bona, quæ Pharisæi facerent ad redarguēdum eos de illo, quod omittebant, quod est absurdum.

Secundo dicunt alij, ꝙ ideo ponuntur ista, quæ parua erant, quia cum hæc parua, idest minoris obligationis facerent, potius deberent facere iudicium misericordiam, & fidem, quæ erant maximę obligationis in lege.

H Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia cum ista ponātur in redargutione, quam Christus facit contra Pharisæos: necesse est, ꝙ aut sint ipsa, de quibus redarguūtur Pharisæi, aut augeant redargutionem, quia alias impertinenter ponerentur, quod absurdum est quantum ad Christum, qui omnia sapientissimè dicebat: non tamen sunt ipsa, de quibus redarguantur Pharisæi, quia bona sunt, vt dictum est. Non etiam augent redargutionem, quia tunc magis peccaret, qui seruādo hæc parua, idest decimationem anethi, & menthę non seruaret iudicium, fidem, & misericordiam, quā qui contra omnia simul ageret, quod est absurdum cum necesse sit magis peccare eum, qui contra plura præcepta agit. Etiam diceretur, quòd qui plura bona

Christus oīa sapiētissime dicebat.

I ageret ad plura obligaretur, & intensius quam q nulla bona agit, vel pauca, quod falsum est Nam malum non tollit obligationem præcepti, sed efficit obligationem ad pęnam, & bonum, idest bona operatio nō causat obligationem, sed potius à pœna liberum facit, & ad præceptum non magis obligatur, sed potius minus quanto illud magis complet, & tamen sequerentur hæc inconuenientia, si Pharisæi obseruantes decimationem mēthæ, & anethi, magis essent increpabiles pro omissione iudicij, fidei, & misericordiæ, quam si illa non implerent.

Aliter ergo dicendum, s. quòd ideo expressit Christus decimationem menthæ anethi, & cymini, quia de istis erant redarguibiles Pharisæi, vel saltem augebant redargutionem. Et potest hoc dupliciter intel-

K ligi, secundum quòd decimatio ista dupliciter exposita est. Vno modo, quòd dicatur, decimatis menthā, idest soluitis decimam de ea, & tunc est sensus, quòd arguat Christus Pharisæos de ista decimatione, quia ex hypocrisi hoc faciebant. Nam non soluebāt, quia lex hoc iubebat, sed vt se sanctos simularent, quod non erant, & tunc decimatio bona erat, & de ea non arguūtur, sed hypocrisis, quam sub eius velamine habebant, mala erat, de qua increpabātur. Etiam in isto sensu auget redargutionem. Nam increpabiles erant Pharisęi, ꝙ iudicium misericordiam, & fidem omittebant, sed hoc parum erat si solum esset; & tamen decimatio illa hoc augebat, s. quia non seruantes fidem misericordiam, & iudicium se sanctos simulabāt per hoc,

hoc, quòd decimabant res paruas, si autem illas non decimarent, & non seruarent iudicium misericordiam, & fidem appareret eorum iniquitas, & minus mali essent, quia non fingerent se sanctos, cùm non haberent aliquod bonum, cuius colore iniquitatem suam palliarent.

Alio modo exponitur decimatis mentham, & anethum, idest ad decimandum cogitis laicos, vel decimandum esse prædicatis, & tunc subdiuiditur argumentum, secundum quòd adhuc sic exponitur dupliciter. Vno modo, quòd Pharisęi decimarent, idest docerent decimandum, & tamen ipsi non seruabant iudicium misericordiam, & fidem, & tunc procedit redargutio contra eos velut contra doctores. Nam

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.

Idest si peccat in eo, quod ab alijs cauẽdum docet, est t͠n turpius, q͠n doctor arguit alios etiã in minimis peccatis, & ipse adhuc maxima committit. Sic erat hic: nam Pharisæi docebant populum decimandam esse mẽtham, & anethum, quarum omissio erat paruum peccatum, ipsi vero prætenbant fidem, iustitiam, & misericordiam, quarum omissio erat grauissimum peccatum. Et sic ad redargutionem facit decimatio ista.

Aliter potest exponi, quòd Pharisæi decimabant, idest decimare docebant populum mentham, & anethum, & si in his delinquerent, corripiebant eos, si verò omitterent iudicium, fidem, & misericordiam non increpabant illos quasi parum, aut nihil peccarent, & tunc redarguendi erant, quia constabat, quòd ex auaritia ista facerent. Nam si ex zelo animarum arguerent potius arguerent in eo, quod erat grauius, s. omissio fidei misericordiæ, & iudicij, & tamen non faciebant: sequitur ergo, quòd ideo circa decimationem arguebant, quia ex auaritia nolebant priuari saltem leuissima parte decimationis, & tunc augetur redargutio, quia si omitterent redarguere laicos omittentes misericordiam, fidem, & iudicium arguerentur solum de vno vitio, s. de omissione, & negligentia circa subditos, cum verò illis omissis castigabant non decimantes mentham, & anethum, redarguuntur de duobus, idest de omissione, & auaritia, ideo fuit multum conueniens hæc redargutio, & artificiosa.

Quare Christus vocauit istos duces cæcos.
Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR quare Christus vocauit istos duces cęcos.

Dicendum, quòd Pharisæi duces vocantur, idest directores, quia magistri erant plebis: cęci autem dicũtur, idest ignorantes, quia non loquitur de cęcitate corporis, quoniam illa non est opprobrium, sed pęna solum, & est dicere duces cęcos, idest magistros ignorantes, quæ est magna redargutio, quia nihil magis aduersatur magistro inquantum magister quã ignorantia. Sed obijcietur, quòd inconuenienter vocauerit hic Christus Pharisæos duces cęcos, quia istud cõpetit, quando per ignorantiam peccant: cum verò ex iniquitate, competit eis hypocrisis, & ita supra dixit. Væ vobis duces ceci, qui dicitis quicunque iurauerit per templum. Nam ibi per ignorantiam peccabant putantes non valere iuramentum factum per templum, & altare. Hic autem non peccabant per ignorantiam, sed per iniquitatem, ideo deberent vocari hypocritæ non duces ceci.

Dicendum, quòd Christus eos hic tam hypocritas quam duces cęcos iustè appellauit. Hypocritas quidem, quia cum minima agerent, vel docerent simu-

A labant se sanctos esse, peccando in grauibus peccatis. Vocauit autem eos duces cęcos, idest magistros insipientes, quia hypocrisim istam nesciebant effugere. Apertissimum enim erat, quòd peccantes in rebus grauibus non excusarentur, & multo minus iustificarentur si parua custodirent, vel custodienda docerẽt. Secus si è contrario, si obseruatis magnis præceptis velarent in se aliquos paruos defectus sub tegumento bonorum operum magnorum, & tamen non faciebant, sed potius e contrario, idest per parua opera bona, vel dicta volebant occultare in se magnos defectus vitiorum circa res magnas, ideo insipientes erant qui putabant per talia se posse credi iustos, insipientes autem hoc crederent, qui pauca nouerant, &
B ideo rectè eos vocat duces cęcos.

Quare Christus dixit excolantes culicem, camelum autem glutientes. Quæst. CXXXV.

QVAERETVR quare Christus dicit excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Dicendum, quòd ista est exẽplificatio præcedentis increpationis. Nam increpauerat eos, quòd præterirent grauiora legis, idest misericordiam iudicium, & fidem, & decimarent mentham, anethum, & cyminum, quæ minora sunt. Hoc per exemplum manifestat propter vulgares, dicẽs, quòd culicem, qui est paruum animal, non glutiebant quasi
C si offenderet eorum guttur propter paruitatem, & camelum, qui est magnum animal deuorabant transglutiendo integrum, quasi nihil noceret eis in gutture. Et hoc erat contra conditionem rerum. Et dicuntur excolãtes, idest extra colum ponẽtes quasi culex intraret per os, & ipsi timentes offendi ab eo si deuorarent ipsum, excluderent eum de ore, & gutture. Ipsum vero camelum intrantem per os deuorarent integrum. Et vocatur camelus ipsa, quę magna sunt in lege, i. misericordia, fides, & iudiciũ: culex vero ea, q̃ parua erant, idest decimatio menthæ, & anethi. Sic dicit Hierony. super Matth. s. Camelum puto esse ma-
D gnitudinem præceptorũ iudiciũ misericordiam, & fidem: culicem decimationem menthæ, & anethi, & cymini reliquorumque olerum vilium. hæc autem præcepta Dei, quæ magna sunt deuoramus atque negligimus, & operationem religionis in paruis, quæ lucrum habent, cum diligentia demonstramus. Vel sicut dicit Origenes super Matth. excolantes culicẽ, idest expellentes à se minima delicta, quæ quasi culices nominauit. Camelum autem glutientes, idest cõmittentes maxima delicta, quæ nominauit camelos, idest animalia tortuosa, & grandia. Sed ista verba sũt exponenda eo modo, quo supra diximus de decimatione eo modo, ꝙ Pharisæi decimarent, idest soluerent decimas anethi, & menthæ, & non seruarẽt misericordiã, & fidem. Et tunc est sensus, ꝙ ipsi nolebãt committere parua delicta, & committebãt maxima.
E Secundo modo, ꝙ decimabant, idest decimandum docebant, & ad decimandum cogebant, & tamen ipsi non seruabant fidem, & iudicium, & tunc excolabant, idest fugienda docebant parua delicta, & ipsi transglutiebant camelum, idest committebant grauia. Tertio modo, quòd docebant decimandam mẽtham, & cogebant ad hoc, & tamen non cogebãt ad seruandam fidem, & misericordiã, & sic docebant fugienda parua delicta, quod erat culicem excolare, & magna delicta dissimulabant non vetantes ea.

An tempore veteris testamenti erant decimæ de iure naturæ, vel quo iure erant debitæ. Quæst. CXXXVI.

QVONIAM dictum est hic de decimatione menthæ anethi, & cymini, & de obligatione ad decimandum, occurrunt aliqua dubia circa decimas, & quia in veteri testamento erant decimæ, & nūc quoque: est primo considerandum de decimis, vt erant in veteri testamento. Est autem primum dubium, an tempore veteris testamenti erant decimæ de iure naturæ, vel quo iure erant debitæ.

Aliqui dicunt, quòd erant debitæ de iure naturæ, & patet primo, quia illud, quod semel est de iure naturæ semper est de iure naturæ, qa sicut natura semper est ita, ita non incipit aliquid nouiter esse naturale, & hoc vult Arist. 5. Ethi. faciens differentiam inter iustum naturale, & iniustum legale. Nam legale est ex opinione, & ideo ponitur, & variatur. Naturalia autem iusta immota manent, & eadem sunt apud omnes, sed nunc decimæ sunt de iure naturali, vt colligitur extra de decimis cap. parochianos. ergo semper fuerunt de iure naturali.

Secundo patet, quia illud ius, quod est ante legem Moysi, est naturale, quia ante legem Moysi nulla erat diuina legislatio, & tamen ius decimarum erat ante legem Moysi. Nam Abraham, qui fuit ante legem, soluit decimas: Gen. 14. cap. & Iacob etiam fuit ante legem, & soluit illas, Gene. 28. ergo de iure naturæ erant.

Dicendum, quòd decimæ in veteri testamento nō fuerunt de iure naturæ, sed solum de iure positiuo instituto. Et patet primo, quia Deus instituit in veteri testamento solui decimas: ergo non erant de iure naturali, quia si essent de iure naturæ non oporteret eas tunc institui, quoniam sufficeret obligatio, quæ erat de iure naturæ.

Sed obiicietur, quòd multa obligabant de iure naturæ, & tamen data fuerunt Iudæis, vt decalogus. Nā totus decalogus præter sabbathum est de iure naturæ, ita poterat esse hoc.

Dicendum, quòd non sufficit, quia ea, quæ de iure naturæ obligabant, & fuerūt posita propter aliquam causam non fuerunt posita cum alijs præceptis, sed per se, ideo decalogum præceptorum, quæ pertinent ad legē naturæ Deus per se protulit, id est in voce Angeli in tuba non loquente Moyse: cetera verò Moyses populo annunciauit, vt colligitur Exod. 20. cap. & 21. cap. Et tamen præceptum de decimis fuit positum inter cetera, quæ erant ceremonialia, vel iudicialia, & non in decalogo: ergo non erat de iure naturæ, sed positiuum.

Secundo patet, quia id, quod est de iure naturę est de necessitate, quod vero est ex voto est spōtaneum, & tamen ante legem Moysi fuerunt decimę ex voto, quia Iacob vouit offerre Deo decimas, Gene. 28. cap. Ergo non erat obligatus, & sic non erant decimæ de iure naturæ.

Tertio patet confirmando idem, quia licet possit quis se sponte magis obligare ad id, quod de iure est obligatus, & contra faciendo magis peccat quam cū erat simpliciter obligatus de iure, sicut omnis homo est obligatus non adulterari. Potest tamen aliquis vouere non adulterari, & si post votum contra fecerit magis peccat quam si non vouisset, & simpliciter esset obligatus, & tamen vouere sub conditione non potest id, ad quod de iure iam est obligatus, sed simpliciter vouere potest. Et causa est, quia in voto conditionali non est simpliciter obligatio, sed adueniente conditione, & si non aduenit conditio, nulla est obligatio, & tamen obligatio, quæ est de iure semper manet firma: ergo non potest qs vouere sub conditione id, ad quod de iure tenetur, & tamen Iacob vouit decimas sub conditione, Gen 28. cap. s. Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo: cunctorumq; quæ dederis mihi decimas offeram tibi: ergo non erat de iure naturæ obligatio decimarum.

F Quarto patet ex modo loquendi Iacob Gen. 28. c. Nam dixit. Decimas, & hostias pacificas offeram tibi, & sic vtrunque æqualiter vouit. sed manifestum est, quòd non erat obligatio ad hostias pacificas de iure naturali: immo neque de alio iure, neque postea fuit: ergo neque erat tūc obligatio aliqua ad decimas nisi quam sibi Iacob sponte induxisset.

G Quinto patet, quia si decimæ essent de iure naturali essent omnes gentes obligatæ ad illas, & ita diceremus, quòd omnes qui ante legem Moysi non soluebant decimas, peccabant mortaliter, sed hoc est inconuenienter dictum: ergo non erant de iure naturæ.

Sexto patet, quia decimæ sunt iura quædam, quæ dantur ministris Dei à toto populo pro ministerio, quod exercent coram Deo pro tota communitate: ergo si decimæ essent de iure naturæ, ēt essent determinati de iure naturæ ministri Dei loco communitatis, sed hoc nō est de iure naturæ, quia sufficiebat, ꝙ quilibet Deo per se exhiberet latriam orationis, & totius cultus, quem ratio naturalis iudicaret tribuendum: ergo neque decimæ sunt de iure naturæ.

H Septimo, quia si decimæ essent debitæ de iure naturæ, essent debitæ ministris Dei, & tamen in veteri testamento non dabantur decimę, neque pars aliqua decimarum sacerdotibus, qui erant præcipui ministri Dei, sed omnes decimæ dabantur Leuitis, qui erant minores ministri Nume. 18. cap. ergo non erant debitæ de iure naturæ.

Octauo, quia quando Deus disposuit de decimis Num. 18. c. dixit. filijs Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fęderis, vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum fęderis. In quo innuitur, quòd Deus dabat nouiter istā possessionem Leuitis, & ideo iussit eis nihil possidere

I inter Israelitas eod. cap. & Deuteronom. 18. & tamen si decimæ de iure naturæ debitæ essent, non tolleret Deus eis ius possidendi terram inter alios Israelitas dando eis ius decimarum, & quia dedit Deus illud eis de nouo, voluit eis auferre ius possessionis temporalis ne grauarentur populares: ergo non erant de iure naturæ.

Nono quia dicitur ibidem, ꝙ hoc dedit Deus Leuitis, vt soli seruirent in Sanctuario, & non accederent ad illud filij Israel. In quo innuitur, ꝙ si ceteri filij Israel ministrarent in Sanctuario, non darentur decimæ Leuitis, sed quia non licebat alijs accedere ad ministrandum Nume. 1. & 17. capit. & 18. ministrabant

K isti loco aliorum, & recipiebant ab eis ista iura in sustentationem, & mercedem laboris, quod magis innuitur Nu. 3. sed de iure naturæ non erant Leuitæ dedicati ad ministerium, & prohibiti alij Israelitæ: ergo neque erant decimæ determinatæ de iure naturę.

Decimo quia si decimæ sunt debitæ, non erāt debitæ, nisi pro ministerio, quod faciebant Leuitæ, sed præter Leuitas erāt alij ministri, s. sacerdotes, qui maiores erant, & sub quorum manu erāt Leuitę: Num. 3. & 18. & Iosue 13. c. & tamen istas nemo vocat de iure naturę, sed pure ex institutione, & positione Dei, ergo pari ratione, neque decimę erant de iure naturę.

Vndecimo patet, quia illud solum est de iure naturę, cuius obligationem ratio naturalis determinat, & ta-

& tamen ratio naturalis non determinat numeros: non enim aliqua est causa quare potius in tali numero, vel determinatione quantitatis fiat solutio quam in maiori, vel minori, & tamen decima dicit determinatum numerum: ergo impossibile est, quòd solutio decimæ sit de iure naturali. Multæ quoque aliæ ad hoc rationes sunt.

Vnde dicendum est, quòd decimæ non erant tempore veteris testamenti debitæ de iure naturali, sed ex sola Dei institutione cœperunt habere obligationem.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd nunc non est solutio decimæ de iure naturali, neque aliquando fuit. Et ad cap. parochianos. dicendum, quòd non dicitur ibi de iure naturali, sed de iure diuino, sed an verum sit, & quomodo de iure diuino, vel de quo iure diuino dicetur infra.

Ad secundum dicendum, quòd maior est falsa, sed ius, quod erat ante legem Moysi erat ius naturale, & nullum aliud, quia manifestũ est, quòd erat tunc multa iura positiua municipalia secundum varias gẽtes, & vrbes. Nam ante hoc erant consuetudines locorum, vt dixit Laban ad Iacob Gen. 29. c. s. non est consuetudinis in loco nostro, vt minores prius tradamus ad nuptias. Et tamen consuetudo longeua facit ius, s. quando est præscripta, quia consuetudines longeuæ (vt iura volunt) non est breuis auctoritas, & pro legẽ accipitur, quando lex deest. Ergo iura erant ante legẽ Moysi, & singuli populi habebant aliqua iura. minor quoque est falsa, s. quòd ante legẽ Moysi erat ius decimarum. Et cum obijcitur de Abraham, & Iacob, dicendum quòd nõ obtulerunt decimas ex aliqua obligatione iuris, sed Abraham spontanee, Iacob verò ex voto, ideo non erat ante hoc ius soluendi decimas, idest obligatio aliqua insurgens ex iure, siue naturæ, siue municipali.

Quando cœpit solutio decimarum, & à quibus. Quæst. CXXXVII.

QVAERETVR, quando cępit, & à quibus solutio decimarum.

Dicendum, quòd aut quæritur de solutione decimarũ proprie dicta, aut large. Si proprie accipiatur incępit solutio decimarum, & obligatio ad soluẽdum ex institutione Dei, ipse quippe instituit solui decimas, quando legem dedit Nume. 18. c. & fuit datio legis primo anno ab exitu de Aegypto, vt colligitur Exodi 19. cap. sed solutio decimarum non inchoata est illis quadraginta annis, quibus manserunt in deserto, quia tunc non seruauerunt Iudei aliquas ceremonias legis, sed solum postquam intrauerunt in terram Chanaan, vbi manerent securi: Deuteronom. 12. cap.

Accipiendo autem largè decimas, dicẽdum quòd cęperunt ante legem datam, & non constat quis primus decimas dederit, quia fortè aliquis eas dedit, de quo non est scriptum, sed ille, de quo primum legitur, quòd decimas dederit fuit Abrahã, deinde Iacob Gen. 14. & 28. c.

Sed dicendum, quòd multum differunt illæ decimę à decimis proprie dictis, & constitutis per legem. Et primo de decimis, quas dedit Abraham. Primo quia dedit eas Abraham sponte cum nullo iure teneretur ad soluendum decimas. In lege autem dabantur decimæ ex necessitate, quia iam erant debitum quoddam propter legem.

Secũdo, quia decimę dabãtur in lege de fructibus terræ, & de animalibus, quæ nascebantur Leui. 27. ca. & Nume. 18. ca. Abraham autem non dedit decimas

A de his, sed de his, quæ in bello acceperat, vt colligitur Gen. 14.

Tertio quia in lege dabantur decimæ Leuitis, qui erant constituti ministri p Deum Num. 18. c. & Deuteronom. 18. sed Abraham non dedit decimas Leuitis, quia nulli erant, sed dedit eas Melchisedech, qui erat rex Salem: Gen. 14. ca. Quarto quia legales decimæ dabantur quolibet anno, cum quolibet anno noui fructus nascantur, & tamen Abraham non legitur dedisse, nisi tunc.

Quantum ad decimas quas dedit Iacob est dicendum, ꝙ etiam differunt à decimis legalibus, & etiam à decimis Abrahę. Primo quia fuerũt à principio spõtaneę decimæ Iacob, licet postea fuerint factæ necessariæ per votum: Gen. 28. decimę autem legales erant B simpliciter necessariæ, quia erant ex lege. *Decimæ quas Des dedit Iacob, quo a legalibus differant.*

Secundo, quia decimę legales dabantur ministris Sanctuarij, idest Leuitis. decimę autem quas soluebat Iacob non erãt pro Leuitis, quia nulli adhuc erãt, sed erant ad cremandum coram Domino, & fortassis ad dandum ministranti coram Domino si quis esset, vel ipse, & domus sua manducarent de illis, quando celebrarent festa, & sacrificia coram Domino, sicut fiebat in sacrificijs pacificis Deuteronom. 12. c. *Cõueniẽtia decimarũ Iacob, ac decimarum legalium.*

Conueniebant autem decimę Iacob cũm decimis legalibus in hoc, ꝙ tam de fructibus quàm de animalibus dabat decimas. Sic dicitur Gene. 28. cap. s. Omniumque quę dederis mihi decimas, & hostias pacificas offeram tibi. Et in hoc differebant à decimis Abrahæ, quæ fuerunt de rebus captis in bello Gene. 14. C capitu.

Secundo, quia decimæ Iacob quolibet anno soluebantur, cum dixerit. Omnium, quæ mihi dederis, decimas offeram tibi. Sed quolibet anno Deus dabat fructus aliquos nouos Iacob: ergo quolibet anno tenebatur dare decimas: decimæ autẽ Abrahæ nõ erant cuiuslibet anni, quia non significatur, ꝙ dederit eas, nisi tunc quando de bello redijt victor, Gen. 14.

Quare Deus iussit in veteri testamento dari decimas. Quæst. CXXXVIII.

D

QVAERETVR quare Deus iussit in veteri testamento dari decimas.

Dicendum, ꝙ iussit dari eas tanquam necessarias in sustentationem ministrorum suorum. Pro quo sciendum, ꝙ Deo, ex eo ꝙ est generalis Dominus debetur à nobis quædam seruitus, & istam seruitutẽ latriam Græcè vocamus: vnde omnem cultum, quem Deo impendimus latriam vocamus. Et quia quilibet nostrum est seruus Dei, cum ille sit generalis Dominus, quilibet debet ei quandam seruitutem, ista autem est tanta quantam ipse expresserit, vel quanta ratio nostra dictauerit Deo non exprimente.

An hanc autem seruitutem tenentur omnes gentes, quia omnes sunt possessio Dei, & ideo Iudæi, qui sunt portio quædam gentium, tenebantur ad hoc ex E ratione generali, s. quia Deus est dominus ipsorum, sed vltra hoc habebat Deus specialem rationem dominij super Iudæos, & ipsi erant specialiter serui eius, s. quia liberauerat eos de seruitute Aegypti. Si quis enim seruum emat, vel de manu Domini sui illum iusto titulo tollat, habet illum in seruum, sed omnes Iudæi manebant in Aegypto, vt serui Pharaonis, & Aegyptiorum, & Deus liberauit eos de manu Pharaonis, ideo manebant, vt serui eius, & insuper dedit eis terram, quæ possidebatur ab alijs gentibus, ideo tam Iudæi quam terra, in qua manebant, pertinebant ad specialem Dei seruitutem, & poterat Deus iuste imponere quæcunque onera seruitutis, tam Iudæis quã terræ

terræ ipsorum. Sic patet Leui. 25. ca. vbi posuit Deus conditionem terræ, ꝙ non possent vendere Iudæi illã iure perpetuo, sicut nos vendimus, quia iudicamur simpliciter domini, sed ꝙ venditio non excederet Iobelæum. Vnde dicitur. Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis. Et de seruis dixit idem, ꝙ si aliquis Iudæus venderet se alteri Iudæo, vel venderetur à Iudice, nõ se extenderet venditio, nisi vsque ad annum septimũ redemptionis, vel ad plus vsque ad annum Iobelæi, & hoc, quia Iudęi erant serui Dei, & non poterant seipsos vendere, vel emere, nisi quantum Deus eis cõcederet, quia seruus nihil iuris in seipsum, vel suiipsius habet, nisi quantum ei Dominus concesserit: vnde dicitur eod. cap. si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non opprimes eum seruitute famulorum, sed quasi mercenarius, & colonus erit vsque ad annum Iobelæi operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem suam. & sequitur causa, s. mei enim serui sunt filij Israel, quos ego eduxi de terra Aegypti.

Sicut autem Deus ex ratione specialis dominij potuit iuste imponere Iudæis illam conditionem seruitutis, vel obligationis super terram eorum, & personas ipsorum, ita & poterat ponere quamcunque cõditionem seruitutis super eos, vel bona ipsorũ quantum ad cultum suum. & ita voluit coli à toto populo certo modo, s. faciendo sibi Sanctuarium, & in illo faciendo determinatas ministrationes tam sacrificiorũ quam aliarum ceremoniarum, de quibus per totum Leuiticum, & librum Numerorum, & Deuteronomium dicitur. Et pro illis ministrationibus debebat totus populus Deo ministrare, sed placuit Deo propter aliquas causas, ꝙ non ministraret totus populus, sed vna tribus populi, s. Leuitica esset totaliter applicita diuino cultui loco omnium, & quia si quilibet pro seipso ministraret non deberet ei alius prouidere, sed ipse sibiipsi, nunc vero cũ pro toto populo ministrarent Leuitę necesse erat, quòd totus populus eis ministraret, idest sustentationem daret, & ne super hoc esset contentio, voluit Deus illam taxare.

Diuisio tribus Leui ī duas partes, & q. d ei debebatur a populo Israel.

Diuidebatur autem tribus Leui in duas partes, s. in sacerdotes, & Leuitas, & omnes ministrabant, ideo omnibus danda erat sustentatio a populo. Sacerdotibus autem Deus dedit omnia iura primitiarum, & votorum, & redemptionem primogenitorum, & oblationum, & sacrificiorum, de quibus latius Num. 18. cap. Leuitis autem dedit Deus decimas omnium fructuum, & pecorum. Summo autem sacerdoti dedit decimam decimæ Leuitarum eod. cap. & ita ista fuit causa institutionis decimarũ. Simile autem fuit quantum ad primogenitos totius populi Iudæorum. Nam licet totus populus Israel pertineret ad specialem seruitutem Dei, tamẽ adhuc specialius pertinebant primogeniti, eo ꝙ quãdo Deus voluit liberare Israel de Aegypto, misit Angelum percutiẽtem qui in qualibet domo Aegyptij cuiuslibet occidebat primogenitum, non solum de hominibus, sed etiam de omnibus animalibus, & cum perueniret Angelus percutiens ad domum Iudæi alicuius, quando videbat anteriora domus sanguine rubricata, nõ introibat in domum illam. Et sic liberati fuerunt omnes primogeniti Israelitarum, Exo. 12. cap. propter quod adhuc specialius tenebantur ad cultum Dei primogeniti q̃ cęteri. Et istos De⁹ volebat sibi accipere in ministros, & tamen, quia polluti fuerunt in scelere adorationis vituli, noluit eos accipere in ministros, sed exegit à populo, ꝙ loco primogenitorum daret sibi alios numero æquales ministros, quos ipse elegerit: elegit autem totam tribum Leui, & ideo fecit Deus numera-

Quare trib⁹ Leuitica ad Deum ī ministrã sumpta est.

F ri omnes Leuitas ab vno mense, & supra, & fuerũt vigintiduo millia, numerauit quoque omnes primogenitos Israelitarum præter Leuitas ab vno mense, & supra, & inuenti sunt vigintiduo millia ducenti septuagintatres. Et quia superexcreuit numerus primogenitorum in ducentis septuagintatribus, & non debebant illi accipi, neque erant aliqui Leuitæ, qui pro eis acciperentur, fecit Deus redimi, i. ꝙ pro quolibet darent quinque sicli, qui fuerũt mille trecenti sexagintaquinque sicli, & hos iussit dari tribui Leuitarum, idest Aaron, & filijs suis, quia isti ministrabant loco illorum primogenitorum, qui superexcrescebant, vt patet Nume. 3. cap. & sicut tunc accepti sunt

G Leuitæ pro primogenitis totius populi, ita postea totus populus dabat sustentationem Leuiticæ tribui, quæ ministrabat Deo pro toto populo, & sic pronerunt decimæ Leuitis, quæ tamen non fuissent datę si primogeniti totius populi ministrarent pro seipsis, vel totus populus pro se, quia tñ neque totus populus ꝓ se ministrabat, neq; ẽt primogeniti specialiter, sed Leuitæ pro omnibus fecit Deus, ꝙ totus populus daret decimas, ex quibus sustentarentur Leuitæ, & alia iura, quibus sustentarentur sacerdotes. Sic dicitur Nume. 18. ca. s. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionẽ pro ministerio, quo seruiũt mihi in tabernaculo fęderis, vt nõ accedãt vltra filij Israel ad tabernaculum fœderis, ne committãt peccatum

H mortiferum. Quasi dicat si liceret filijs Israel accedere ad Sanctuarium ad ministrandum, non ministrarent pro eis Leuitæ, & ita non esset solutio decimarum, sed quia non licebat accedere Israelitis, accedebant pro eis Leuitæ, & in precium ministerij sui accipiebant decimas.

Sed sciẽdum, quod licet tota tribus Leui ministraret Deo pro toto populo, tamen adhuc specialius ministrabant pro primogenitis populi, quia primogeniti habebant specialem subiectionẽ seruitutis ad Deũ supra totum populum, vt dictum est supra, & ideo etiam solutio sustentationis ministrorum non erat æqualis. Nam populus soluebat decimas, quas etiam primogeniti soluebãt, & præter hoc quilibet primogenitorum post mensem à natiuitate sua redimebatur, & accipiebant pro eo quinque siclos sacerdotes,

I Num. 18. ca. Et sic erat bene taxata pensio, quę soluebatur ministris Dei.

Quare pensio ista, quæ dabatur Leuitis, erat specialiter taxata ad decimam potius quam ad aliam summam.

Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR quare pensio ista, quæ dabatur Leuitis erat specialiter taxata ad decimam potius quam ad aliam summam, vel proportionem.

Dicendum, quòd aliqui volunt dare ad hoc cau-

K sas mysticas, vt de pfectione numeri denarij. Sed illud parum facit cum potius Deus per hoc intenderet assignare competentem ministris suis sustẽtationem.

Est ergo dicendum, ꝙ Deus voluit dare tantã portionem de fructibus, quanta esset sufficiens ad sustentationem ministrorum.

Pro quo sciendum, ꝙ Deus voluit tribum Leuiticam ad se totaliter applicare, ita vt non vacaret alijs humanis administrationibus, sed diuino ministerio, & ideo oportebat totam eorum sustentationem tribui ipsis a populo eis nihil a seipsis habentibus. Erant autem duæ partes Leuiticæ tribus, scilicet sacerdotes & Leuitæ, sacerdotes autẽ pauci erant, quoniã quando primo fuit facta ipsa separatio, erant Leuitæ vigintiduo millia: Nume. 3. c. & sacerdotes erant soli tres, s.

Duæ partes Leuiticæ tribus.

Aaron

Aaron, & duo filij eius Eleazar, & Ithamar: nam alij filij eius, s. Nadab, & Abiu prima die ministrationis perierunt: Leui.10.& Nume.3. cap. Et ideo sacerdotes semper fuerunt pauci in comparatione Leuitarũ. Deus vero dedit iura sacerdotibus, in quibus non cõmunicabant cum Leuitis, & illa fuerunt, quæ nominantur Nume. 18. c. Et non habebant partem aliquã decimarum, & in iuribus sacerdotum non erat quantitas taxata, & ideo magis variabantur, quia erãt quædam obuentiones, s. vota, & spontaneę oblationes, & sacrificia, & redemptiones primogenitorum, iura autem Leuitarum erant taxata, & determinata, solas enim decimas illi habebant.

Causa p̃ quã taxationis decima. fuit.

Causa autem præcipua huius taxationis erat, quia dando decimam Leuitis videbatur Deus dare tãtum de sustentatione cuilibet Leuitæ, quantum cuilibet homini de populo, eo ꝙ duodecim erant filij Israel quorum vnus erat Leui, & ita tota multitudo nata de Israel videbatur esse diuisa in duodecim partes æquales, vel quasi. Nam effici eandem tribum maiorẽ, aut minorem ex indiuiduis accidebat, & interdũ vna tribus erat maior alia interdum minor, & ideo secundum generalem considerationẽ tribus Leui erat duodecima pars Israel, ideo si diuiderẽtur fructus per æquales partes debebãt omnes fructus cuiuslibet anni totius terræ Israel diuidi in duodecim partes, & vna illarum dari Leuitis, & sic haberent duodecimã partem fructuum, sed quia rursus dabant ipsi decimã decimæ suæ summo sacerdoti, Nume. 18. pars quę eis manebat, nõ erat vndecima pars omnium fructuum terræ Israel. Sed erat inter vndecimam, & duodecimam, & sic diuisis fructibus per æquale dãda erat Leuitis decima pars, si autem daretur solum duodecima, aut tredecima, & ipsi rursus dare deberent decimam summo sacerdoti, maneret eis parua sustentatio, quia non tantum quantum cuilibet homini de Israel diuisis fructibus per æquale, & ideo conuenienter taxata fuit portio fructuum, quæ daretur Leuitis quod esset decima. Et confirmatur hoc, quoniam data eis ista decima adhuc manebant pauperes, & ideo mandabat Deus dari eleemosynam, & inuitari ipsos, sicut & alios pauperes quasi nihil habeant, Deutero, 12. cap. Et tamen Deus non posuit eis maiorem portionem fructuum, idest septimam, vel octauam, ne populus hoc moleste ferret.

Accedebat tamen aliqd ad hoc quòd solutio decimarum efficeretur tolerabilis populo: nam cũ omnes filij Iacob introirent in terram Chanaan debebãt eam diuidere per partes æquales, vt dicitur Num. 26, & 33. ca. Et quia Leuitæ erant quasi duodecima pars Israelitarũ debebat eis assignari duodecima pars terræ, vel quasi: tam in vrbibus quam in agris: Deus autem voluit, ꝙ Leuitæ nullam partem possessionũ caperent in terra promissionis: Nume. 18. & Deuteron. 18. Et ita illa duodecima pars terræ quãtum ad agros diuidebatur per totum reliquum Israel, quam partẽ si Leuitæ retinerent, possent sibi de illa prouidere, sicut omnes Israelitæ sibiipsis prouidebant, erat autem data illa pars omnibus Israelitis, ideo consequẽs erat, ꝙ omnes Israelitæ de fructibus suis alerẽt Leuitas dãdo eis decimam partem fructuum omniũ, & ita non grauabatur populus, quia quasi tantum acceperant quantum dabant. Si autem Leuitę acciperent portionem terrę, sicut cęteri Israelitę, fieret intolerabile populo dare Leuitis decimam: immo & dare eis tricesimam. nunc autem nihil videbantur dare de suo Leuitis, sed fructus, qui haberi poterant de terra, quę cõpeteret Leuitis, si forte eam diuiderent cum alijs, sed hoc videbantur facere Israelitæ pro Leuitis, s. ꝙ colebant expensis suis terram Leuitarum, & dabant eis

A omnes fructus, qui inde prouenire poterant, & hoc faciebant, quia Leuitæ ministrabant pro eis coram domino.

Causa autem quare Leuitæ, & sacerdotes nullam sortem terræ habuerunt, sed totam terram habuerũt laici, & illi dabant decimas Leuitis, fuit quia Deus vtrorumque commoditates respicere voluit, s. vt Leuitis, & sacerdotibus prouideret, & populi molestias tolleret. Volebat enim ꝙ sacerdotes, & Leuitæ ministrarent ei, & non occuparentur in alijs ministrationibus. Et hoc propter duo. Primo quia occupationes ceremoniarum diuini cultus sufficienter occupant aliquem hominem, ita vt non possit conuenienter vacare alijs operationibus, quod tamen fieret si paruæ

Leuitæ, & sacerdotes nullam sortẽ terræ habuerunt, sed totã terrã habuerunt laici, & quare.

B essent occupationes in diuino cultu, cum quibus possent stare occupationes agriculturę.

Secundo fuit propter dignitatem diuinarum ministrationum. Non enim fuit conueniens, vt qui diuinis ministrationibus implicabantur, ad humanas, & prophanas occupationes descendere cogerentur, in quo ministerium Dei vituperaretur, vel minoris dignitatis iudicaretur, & ad hoc voluit, & debuit Deus dare tantũdem de reditibus ipsis sacerdotibus, & Leuitis, vt nõ cogerentur propter vitæ necessitatem declinare ad alias occupationes, & sic tradidit sacerdotibus iura sua, & Leuitis decimas, de quibus poterãt sufficienter sustentari. Hoc dato non erat conueniẽs sacerdotibus, & Leuitis habere possessiones agrorũ, quia non poterant occupari in cultura illorum, & sic

C parum eis prodessent. Rursus autẽ popularibus multum obesset, quia ablata eis tanta parte possessionum moleste ferrent, ꝙ decimam fructuum darent Leuitis, ideo temperatum est ex vtroque, s. vt Leuitæ, & sacerdotes nullas possessiones agrorum haberent, & ꝙ laici habentes totam terram soluerent decimam partem fructuum. Et ad hoc nõ acceperũt isti agros, & vineas, neque partes vrbium, quia sic manerent agri regionis illius, quæ daretur sacerdotibus, & Leuitis non culti, vel oporteret, ꝙ colerent eos sacerdotes, & Leuitæ, quod erat inconueniens, ideo neque aliqua sors agrorum, neque vrbium data est illis, sed

D diuisa tota terra inter laicos diuisi sunt sacerdotes, & Leuitæ per omnes tribus, vt in sorte cuiuslibet tribus acciperent aliquas vrbes, & tamen non acciperent aliquos agros, vt patet Iosue 21. cap.

Quam decimam soluebant Iudæi, & quomodo.
Quæst. CXL.

QVAERETVR quam decimam soluebant Iudæi, & quomodo.

Dicendum, quòd apud Iudæos soluebãtur tres decimæ de eisdem fructibus, vt colligitur Deutero. 14. ca. Et non dabantur eisdem personis. Nam prima dabatur Leuitis, de qua habetur Leui. 27. & Nume. 18. & Deutero. 18. Secunda erat ad vsum ipsorum laicorũ. Tertia erat pro pauperibus.

E De prima dicendum, ꝙ erat in scriptura magis nominata, & ista est, quæ vocatur absolutè decima, & de hac nihil pertinebat ad laicos, neque ad pauperes, sed integraliter dabatur Leuitis, vt colligitur Numeri 18.

Secunda decima non erat tam nominata, & ideo in scriptura, quando nominatur decima, intelligitur de illa quæ dabatur Leuitis, nisi exprimatur hæc, & erat ista ad vsum ipsorum laicorum, qui dabant hanc decimam hoc modo, s. ꝙ quilibet separaret decimã partem omnium fructuum tẽpore suo de vino, oleo, frumento, pecoribus, & cęteris, de quibus decima soluitur, & hanc decimam seruaret apud se non dans eã

facer-

ſacerdoti, neque Leuitæ. Et tempore, quo iturus eſſet in Ieruſalem ad templum in tribus feſtiuitatibus mãducabat de his omnibus, & ſacrificia faciebat, & pauperes inuitabat ad cibos, & non expendebantur iſti fructus in alios vſus. Et tamen ſi locus Sanctuarij diſtaret nimis, & iſta decima non poſſet illuc portari ſine difficultate, licebat cuilibet vendere totam iſtam decimam in terra ſua, & de precio inde habito emebat quidquid placebat ſibi in loco Sanctuarij, & erat ad eundem vſum, ſ. ad epulandum, & offerẽdum inde ſacrificia, & ad inuitandum pauperes.

Tertia decima erat, quã quiſque ſeparabat de fructibus ſuis, & non dabat illis Leuitis, neque ſacerdotibus, ſed reſeruabat penes ſe ad faciendum eleemoſynam, ſ. quòd daretur inde cibus peregrinis pupillis, viduis, & Leuitis, pauperibus, & generaliter omnibus egentibus, Deut. 14. c.

Decima Leuitarũ laicorũ, & pauperũ inter ſe differunt.

Differunt autem iſtæ decimæ in multis. Primo in magnitudine, quia non erãt æquales, nam cum fierent de eiſdem fructibus, neceſſe erat maiorem eſſe primam, & minorem ſecundam, & minimam tertiam. Decima enim, quæ dabatur Leuitis erat prima, & iſta dabatur de omnibus fructibus, & erat maxima, & verè decima. Manebant poſtea nouem partes, & de iſtis rurſus accipiebatur decima, & iſta ſeruabatur ad comedendum in loco Sanctuarij. Rurſus autẽ de fructibus reſiduis accipiebatur tertia decima, quam reſeruabat quiſque in domo ſua ad faciendum inde eleemoſynas, & erat iſta minima decima.

Accipiatur exemplum: ſint mille menſuræ frumẽti totus fructus decimabilis decima eius ſunt cẽtum: manent nongentę, de quibus rurſus accipiatur decima, & ſunt nonaginta: manent octingentę, & decem de quibus rurſus accipiatur decima, & erunt octuaginta vna. Tunc ſi comparetur ſecunda decima ad totum aceruum fructuũ, ideſt nonaginta, & mille, erit vndecima, & centeſima, ſ. vndecies nonaginta, & inſuper decem quæ eſt centeſima de mille. Si comparetur tertia decima ad totum aceruum fructuum erit duodecima, & triceſimaſexta quaſi, ſ. octoginta vnũ ad mille, quia duodecies octoginta, & vnum, & inſuper viginti octo cõplent mille, & tamen vigintiocto eſt pars triceſimaſexta de mille, vel quaſi. Secundo differunt, quia non dantur eiſdem perſonis, ſed prima Leuitis, ſecunda in proprios ſumptus: tertia in pauperum eleemoſynam.

Tertio differunt, quia tam prima quam ſecunda decima accipiebãtur quolibet anno de fructibus: tertia autem decima non quolibet anno, ſed ſolum de triennio in triennium: Deut. 14. cap.

Quarto differunt quantum ad modum expendendi. Nam prima decima dabatur tota integraliter Leuitis ſtatim, vt colligebatur quolibet anno, & non retinebatur aliquo tempore in domo. Secunda expendebatur à quolibet laico, quãdo ibat in Sanctuarium domini quolibet anno ter per annum, eundo ſtando, & redeundo. Tertia expendebatur ſucceſſiue per duos annos dando eleemoſynam pauperibus. Nam cum colligeretur de triennio in triennium durabat per duos annos, & in ſequenti anno colligebatur alia. Vel ſicut alij cõputant poſt annum, in quo fiebat iſta decima computabantur tres anni, & in tertio eorum fiebat rurſus decima, & ita erãt duo anni medij inter decimam, & decimam, & in illis non fiebat decima, ſed in illis duobus, & in illo, quo fiebat expendebãt illa decima, & ſic per tres annos expendebatur vna decima.

Quinto differunt quantum ad cauſam dandi. Nam prima decima dabatur ad ordinariam ſuſtentationem miniſtrorum Dei, ideſt Leuitarum, quia nul-
F lam aliam ſuſtentationem habebant, & iſtã dari fuit valde conueniens, vt oſtenſum eſt in duabus queſtionibus præceden. Secunda decima dabatur, vt haberẽt Iſraelitæ quid expenderent, quando irent in locum Sanctuarij: ibant enim quolibet anno ter illuc, Exo. 23. & 34. & quia Deus iuſſerat, ꝙ nemo coram eo appareret vacuus Exo. 23. oportebat coram eo munera offerre, ideſt ſacrificia, vel aliqua dona pro templo Domini, & fuit conuenienter aſſignata iſta decima, quia cũ Iudæi eſſent auari, vellent facere paruos ſumptus eundo in templum Domini, & ideo pauca, vel nulla dona offerrent, & tenues ſumptus efficerent, & vtrunque erat inconueniens. De primo patet, quia
G volebat Deus, ꝙ non apparerent vacui coram eo, & quòd aſſuefierent ad offerendum ei dona, vt ſic eum ex aſſuetudine diligerent, & afficerentur ad eum.

Iſraelitæ ter ſingulis annis ibant in locũ Sanctuarij.

De ſecundo patet, quia paruos ſumptus faciendo eſſent triſtes, quia cum eſſent carnales lætabantur, quando comedebant, & bibebant ad abundantiam, & ita dicitur Deuteron. 12. & 14. vbi Deus ſuadet illis comedere, & letari coram eo, & cum illa letitia afficerentur ad cultum Dei, in quo lætabantur delectabiliter comedendo, & bibendo. Si autẽ paucos ſumptos facientes non letarentur in cibo, & potu: etiam per accidens minus afficerentur ad cultũ Dei, in quo non letabantur, ideo Deus prouidit contra hæc per iſtam decimam ſeccundam. Nam cum non liceret Iudæis expendere aliquid de iſta decima, niſi eundo,
H & redeundo in Sanctuarium, & maxime manendo expenderent liberaliter quantum ſufficeret quantitas decimæ: cum non liceret eis partem illius decimę reſeruare ſibiipſis ad alios vſus. Tertia decima fuit cõuenienter inſtituta ad dandum eleemoſynas. Nã nunquam deficiebant pauperes inter Iudæos, Deutero. 15. cap. Iudæi autem auari erant, ideo Deus hortabatur eos, vt benefacerent pauperibus, & quia durũ eſſet eis propter tenacitatem benefacere pauperibus, quando occurrerent ſi de proprio dandum eſſet, voluit ꝙ ſepararent tertiam decimam de fructibus, & in illa nullum ius habebant, neque licebat eis in vſus proprios aliquid de illa expendere, ideo quando pauperes occurrerent dabant de illo ſine tenacitate, cum
I non liceret eis retinere: vnde iſta tertia decima totaliter pro pauperibus erat: ſecunda autem erat pro ipſis laicis principaliter, vt eam expenderẽt, & minus principaliter pro pauperibus, quos inuitare debebant, qñ de illa comederent, & biberent in Sanctuarij loco, Deuteronom. 14. capit. Et fuit conuenienter ſtatuta decimatio quælibet harum quantum ad tempus, & cauſam earum.

Quibus erat danda decima, & cur. Quæſt. CXLI.

QVAERETVR, quibus erat danda decima, & cur.

Dicendum, ſicut habetur præced. queſt.
K quòd tres erant decimæ, & tamen de duabus ſecundis non accipitur hic, quia non vocantur decimæ abſolute. Sed de prima, & de illa dicendum, quòd dabatur Leuitis ſolis. Nam dabatur miniſtris Dei, & non erant alij præter ſacerdotes, & Leuitas, ſed ſacerdotibus nihil dabatur de decimis Nume. 18. cap. ideo totaliter dabantur Leuitis.

Sed dicetur, quare ſolis Leuitis. Dicendum, quòd Deus miniſtris ſuis prouidere volebat ſufficienter, vel competenter ſaltẽ de ſuſtentatione, & ideo vtriſque dedit iura aliqua. Dedit enim ſacerdotibus multa iura, ideſt oblationes, ſacrificia, vota, redemptiones primogenitorum, primitias, & omnia huiuſmodi Numeri 18. capitu. & iſta erant ſufficientia ad ſuſtenta-

stentationem eorum, ideo nihil eis de decimis dedit: Leuitæ autem nulla alia iura habebant, ideo decimæ integraliter eis dabantur. Et apparet, quia Leuitæ receptis decimis adhuc manebant pauperes: nã Deus sępe hortabatur Iudæos, vt Leuitis eleemosynam darent, & inuitarent eos ad epulas suas, quando sacrificia facerent pacifica Deuteronom. 12. & 14. nunquã tamen hortabatur, quòd darent eleemosynam sacerdotibus. Apparet ergo, quòd sacerdotibus sufficiebant iura sua sine decimis: Leuitis autem non sufficiebant decimæ, sed adhuc manebant pauperes.

Qui tenebantur ad decimas dandas.
Quæst. CXLII.

QVAERETVR qui tenebantur ad decimas dandas.

Dicendum, quòd tenebantur omnes laici, idest omnes de duodecim tribubus: ipsa vero tribus Leui non soluebat decimas, sed potius accipiebat: nõ tamen omnes de tribu Leui, sed soli Leuitæ: nam sacerdotes, vt dictum est non accipiebant decimas, & tamen neque Leuitæ, neque sacerdotes dabant decimas.

Prima causa est, quia Leuitæ non soluebant decimas, eo quòd ipsi illas recipiebant: non pertinet autẽ ad eundem dare, & accipere: sacerdotes autem non soluebant decimas, quia decimæ soluebantur Leuitis propter ministerium, Nume. 18. cap. sacerdotes tamen erant maiores ministri Leuitis, & Leuitæ ministrabant ad mandatum sacerdotum Nume. 3. & 8. & 18. ideo inconueniens erat, quòd ab eis decimas exigerent, quia maiores non debent aliquid minoribus, sed è contrario.

Secunda causa est, quia decimæ dabantur de fructibus terræ, & tamen sacerdotes, & Leuitæ non habebant fructus terræ, eo quòd non colebant terram: immo neque habebant loca, quæ colerent, quia non acceperant sortem possessionis inter Israelitas, sed tota terra data est laicis in possessionem, sacerdotibus autem, & Leuitis data sunt iura Sanctuarij in possessionem Nume. 18. & Deuterono. 18. & Iosue 13. cap. ideo non pertinebat ad eos solutio decimarum, sed solum ad laicos, qui fructus terræ, & possessiones habebant.

Quomodo tenebantur Leuitæ decimas soluere summo sacerdoti. *Quæst.* CXLIII.

QVAERETVR quomodo tenebantur Leuitę soluere decimas: nam summo sacerdoti decimas soluebant.

Dicendum, quòd Leuitæ cum non haberent possessiones non dabant decimas, sed de illis decimis, quas à populo accipiebant rursus ipsi dabant decimã summo sacerdoti, quę erat decima decimæ, idest centesima omniũ fructuum totius Israel. Sic dicitur Numeri 18. cap. scilicet. Cum acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerre debetis Domino, idest decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum: tam de area quam de torculari, & vniuersis, quorum accipitis primitias offerte Domino, & date eas Aaron sacerdoti. Ratio huius est, quia volebat Deus summũ sacerdotem facere virum magnum, & magni status ad hoc, quòd cultus eius esset multum honorabilis, sed non est magnitudo status, nisi vbi sunt multæ diuitiæ, maxime apud carnales homines quales erant Iudæi, ideo volunt, quòd summus sacerdos haberet magnas diuitias, sed ipse non habebat aliquam pos-

A sessionem terrę, sicut neque cęteri sacerdotes, & Leuitæ, sed tota terra erat data laicis, ideo debuit ei dare magnos reditus: isti non poterant esse de corpore redituum aliorum sacerdotum, quia sic non sufficerẽt eis detrahendo tam magnam partem, ideo debuerũt conuenientius esse de decimis, vt tolleretur decima decimæ, & iste erat magnus reditus. Nam recipiebat summus sacerdos centesimam partem fructuũ omnium totius Israel, & ideo erat vir potẽs, & præter regem non erat aliquis tantorum redituum, sicut summus sacerdos. Vnde summi sacerdotes accipiebant in vxores filias Regum, sicut apparet de Ioiada, qui accepit in vxorem Iosabam, quæ erat filia regis Iorã, vt patet 4. Regum 12. & 1. Paralipomen. 12. cap. Ceteri autem sacerdotes, & Leuitæ paruos habebant reB ditus, quia satis erat vnũ esse magni status inter eos. Nam cum vnicus esset locus Sanctuarij, & vnicum Sanctuarium in tota terra Iudæorum, satis erat esse vnum principem, qui esset magni status, & ille erat summus sacerdos. Secus autem de tempore nostro, cum sint multæ Ecclesiæ, & multæ regiones, ideo oportet esse multos viros potentes in Ecclesia, s. Episcopos, & Archiepiscopos, & Primates, atque patriarchas sub capite omnium, idest summo põtifice. Hoc modo patet, quia soli laici soluebant iura pro ministris Sanctuarij: ipsi tamen nullam recipebant, eo ꝙ non erant ministri: Leuitæ autem recipiebant decimas à populo, & rursus de eis dabant decimam summo sacerdoti, sacerdos autẽ magnus nulli dabat deC cimas, neque iura aliqua, quia ipse erat princeps omniũ ministrorum Dei. Sacerdotes autem minores accipiebant iura à populo, sed de illis nulli dabant decimas, neque alia iura, etiam si nutrirent animalia aliqua, quæ non reciperent de iuribus Sanctuarij, adhuc de illis non soluebant decimas: nutriebant enim tam sacerdotes quàm Leuitæ animalia in vrbibus suis, quia dicitur Numeri 35. cap. quòd acceperunt Leuitæ vrbes à filijs Israel ad habitandum, & suburbana eorum ad alenda pecora.

Quando, aut quoties decimæ soluebantur.
Quæst. CXLIIII.

D QVAERETVR quando aut quoties decimæ soluebantur.

Dicendum, quòd licet hoc non ponat expresse sacra scriptura, tamen colligitur ex ea. Iubet namque Deus dari decimam de omnibus fructibus terræ, sed quolibet anno fructus nascũtur, ideo quolibet anno dandæ sunt decimæ de illis, de pecoribus quoque decimæ dandæ erant, & ideo quoties nascebantur, ita vt decimæ de illis dari possent, dabatur.

Sed dicendum, quòd tres erant decimæ, vt dictum est supra, prima, & secunda soluebatur quolibet anno, tertia verò de triennio in triennium: Deuteron. 14. cap. vbi de prima decima non tangitur, sed de seE cunda dicitur. Decimam partem separabis de cũctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui. De tertia decima dicitur ibi. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore.

Ratio autem quare primæ duæ decimæ dabantur quolibet anno, & tertia de triennio in triẽnium, erat quia prima dabatur in sustẽtationem Leuitarum, sed illi quolibet anno indigebant sustentatione hac, quæ vix sufficiebat, ideo quolibet anno soluenda erat decima hæc.

De secunda est causa, quia erat illa ad expendendũ cum

cum iret quis in Sanctuarium eundo stando, & redeũdo, & ad offerendum ibi munera Domino, & tamen ad hoc erat satis necessaria vna decima quolibet anno, eo quòd quolibet anno ter ibat quilibet in templum Domini Exodi 23. & 34. & in qualibet vice fiebant sumptus magni, secus de decima, quæ pro pauperibus separabatur: nam vt non putarent se Israelitæ multum grauari, noluit Deus eos arctare ad decimam illam quolibet anno, sed de triennio in triennium solum.

De quibus rebus erant à Iudæis decimæ soluendæ. Quæst. CXLV.

QVAERETVR de quibus rebus erant decimæ soluendæ.

Dicẽdum, quòd de omnibus fructibus, quos homines colligebant, fructus autem consistit tam in terræ nascentibus, quam in pecoribus. De terræ nascentibus dabantur decimę, i. de segetibus omnibus, & de arboribus, idest de vino, & oleo, & pomis arborum. Et patet hoc Leui. 23. cap. scilicet omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt, & illi sanctificantur. De hoc etiam Nume. 18. c. dicitur, quòd accipiebant Leuitæ decimam tam de area quam de torculari. Per aream intelliguntur omnes fruges, quæ in area triturantur per torcular intelligũtur vinum, & oleum, quia vuę, & oleę torquentur, vt succum emittant. De pecoribus etiam dabatur decima Leui. 27. cap. scilicet boues, & oues, & capræ quæ sub pastoris virga transeunt quidquid decimum venerit, sanctificabitur domino, idest dabitur domino, & ista erat decima.

Sed est dubium circa arbores, an ex omnibus arboribus, quarum fructuum homines colligerent darentur decimæ.

Aliqui dicunt, quòd non, sed solum de vna specie arborum, quia dicitur Leui. 27. c. s. omnes decimæ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt, ergo de alijs fructibus quam de pomis non erant dandæ decimæ.

Dicendum, quòd de omnibus arboribus, quarum fructus colligebant homines erant decimæ dandæ, eo quòd de omnibus fructibus iubẽtur dari decimæ, sed de quacunque arbore id, quod nascitur fructus est, ideo si veniat in vsum humanum est id, de quo decimæ dandæ sunt.

Cum autem obijcitur, quòd de solis pomis dentur decimæ. Dicendum, quòd sicut quælibet arbor vnius speciei habet nomen distinctum ab alia arbore, ita & fructus habet nomen distinctum à fructu, sed latinitatis vsus non habuit tantam nominum distinctionẽ, ideo interdum vtitur vno nomine pro omnibus fructibus, interdũ duobus, quando duo sunt, distinguuntur fructus iuxta duas conditiones. Nam quidam fructus habent corticem durum, idest testam: alij vero mollem. Omnes habentes corticem durum vocantur nuces, & ita auellana est nux. Omnes habentes mollem corticem vocantur poma, & ita pira, & pruna, & quicquid huiusmodi est vocatur poma. Accipiendo vnum nomen pro omnibus vocantur omnes fructus poma, & ita accipitur in proposito, s. de pomis arborum, idest de fructibus omnium arborum.

An soluebatur decima de omnibus plantis, & herbis. Quæst. CXLVI.

QVAERETVR, an soluebatur decima de omnibus plantis, & herbis, quas non vocamus arbores, vt de caulibus, pastinacis, lactucis, & leguminibus. Aliqui dicunt, quòd non: quia Leui. 27. capit.

F expressit Deus res illas, de quibus decimę dabãtur, inter quas non erant plantæ istæ, cum dicatur. Omnes decimæ de frugibus, siue de pomis arborum. Et tamẽ istæ plantæ non sunt fruges, etiã non sunt poma quãtumcunque large accipiãtur poma, quia pomum est fructus arboris: istæ autem plantæ, neque sunt arbores, neque arborum fructus, quia istæ totaliter comeduntur, vt caules, & lactucæ, sed de arbore non comeditur, nisi fructus manente arbore.

Dicendum, quòd de his decimæ dabantur, quia Deuteronom. 14. cap. dicitur. decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, ergo cum ista, quę nominata sunt sint terre nascentia, necesse est, quòd de illis soluantur decimæ.

G Item patet, quia Christus innuit, quòd in veteri testamento soluebantur decimæ de istis rebus paruis, s. de mentha, & cymino, & ruta sup. in litera. & Luc. 11. cap. ergo de caulibus, lactucis, & leguminibus à fortiori decimæ soluendæ erãt. Patet antecedens primo, quia Pharisæi soluebant decimas de mentha, cymino, anetho, & ruta, vel populum soluere docebant, & cogebant supra in litera, & tamen non facerent hoc, nisi putarent se ex lege ad hoc obligatos.

Secundo patet, & efficacius, quia Christus dixit. Oportuit hæc facere, & illa non omittere, & intellexit de decimatione menthæ, & cymini, sed id, quod oportet non omitti, illicitum est, si omittatur: ergo necessaria erat ad salutem solutio decimarum. De

H his consequentia patet, quia maior necessitas videbatur soluendi decimas de caulibus, leguminibus, raphanis, & lactucis, eo ꝙ ista magis veniunt in vsum humanum quam illa, nam caules, legumina, & similia sunt cibus, & veniunt in sustentationem directam vitæ humanæ: mentha verò anethum, & cyminum sunt, vt condimenta, & nõ principaliter, vt cibus, sed de condimentis parum sumitur, quia non oportet esse multum de condimento, vt dicit Arist. 9. Ethi. sicut neque oportet esse multos amicos, ideo à fortiori oportet, tã de caulibus, & leguminibus quã de mentha, & anetho decimam dari. Dicendum ergo, ꝙ Iudæi obligabantur dare decimã de omnibus fructibus terræ, & ideo siue de arboribus, siue plantis, & legu-

I minibus, atq; oleribus quibuscunq; tenebantur dare decimas, quia ita dicitur Deut. 14. c. s. decimã partẽ separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & sicut tenebantur ita obseruabant decimando de omnibus, quia dr̃ Luc. 11. c. s. decimatis mẽtham, & rutam, & omne olus, sed olera sunt herbæ quæ veniunt in cibum nostrũ, & vsum: ergo de omnibus herbis venientibus in vsum humanum soluebant decimam. Cum autem obijcitur, ꝙ de pomis arborum sunt decimæ soluendę. Dicendũ, ꝙ non tetigit ibi lex totum, quod decimandum erat, sed ea, quæ præcipua sunt, & reliqua multa alia, quæ

K alibi expressa sunt saltem sub nomine communi, s. Deut. 14. vbi dicitur, ꝙ de omnibus fructibus, qui nascuntur in terra sunt decimæ soluendæ, & non tenet locus ab auctoritate negatiuè.

An omnes modi decimarum sint in nouo testamento, qui erant in veteri. Quæst. CXLVII.

QVAERETVR nũc de decimis, prout sunt tpe noui testamẽti: & primo, an sint in nouo testamento omnes modi decimarum, qui erant in veteri testamento. Dicendum, ꝙ non, quia in veteri testamento erant tres decimæ, vel decimationes, s. duę quæ fiebãt per singulos annos, & tertia, quæ vltra duas illas fiebat de triennio in triennium, vt patet Deutero. 14. c. & supra. & tamen nunc nõ fit, nisi vna decimatio per

singulos

singulos annos, quę datur ecclesiæ ministris.

Sed dicetur an hoc immutatum est cum decimæ nostræ pendeant ex decimis veteris testamenti,& ibi ęqualiter lex iubebat has triplices decimas solui.

Dicendum quòd decimę vel aliqua alia,quę in no uo obseruantur, & fuerunt prius in veteri, non ideo manent nunc quia pręcepta fuerunt in veteri: nam sicut status ille totaliter cessauit,ita & legislatio penitus defecit:nã sicut dicit Apostolus ad Heb.7.c.träslato sacerdotio necesse est,vt legis translatio fiat: sed manent aliqua quę conuenire inueniuntur statui nostro, & quia aliqua & non omnia conueniunt statui noui testamenti,pauca manent.Sic est de decimis:nã primæ decimæ dabantur ibi pro ministris sanctuarij. Nume.18.& Deut.18.Secundæ erant pro ipsis laicis, vt facerent expensas & sacrificia & oblationes de eis in loco sanctuarij.Tertiæ decimæ erant pro pauperibus. Deut. 14. c. De primis est ratio,quòd nunc maneant,ideo manẽt.De secundis autem & tertijs non, ideo nõ manent. Patet hoc,quia primæ erant pro ministris: nunc verò manent etiam ministri, ideo fuit conueniens manere has decimas, cum ministri nũc Deo ministrent loco totius populi, ideo a toto populo debent recipere sustentationẽ,sicut dicitur.1. Cor. 9. ca. Secunda non manet, quia illa erat ad facienda sacrificia oblationes, & expensas in loco sanctuarij, quando irent illuc Israelitæ, & tamen nunc non manet, quia non sunt sacrificia aliqua nunc talia, neque oblationes huiusmodi. Neque etiam fiunt expensæ eundo ad huiusmodi sanctuarium:quia nunc vbique est sanctuarium, & non est locus determinatus sicut in veteri testamento:quia tunc in solo vno loco,quẽ Deus eligebat impendebatur ei iste cultus, Leui. 17. & Deut.12.& 16. Nunc vero in omni loco Ecclesias construimus,& Deum colimus.Sic enim dixit Io. 4. c.Christus quando mulier Samaritana q̃siuit a Christo vbi orandum, & sacrificandum esset, an in Ierusalem vel in monte illo, idest in monte Garizim,vbi erat quoddam templum constitutum,in quo Samaritani colebant Deum.Et ille ait:Vos,idest Samaritani,adoratis quod nescitis, idest in loco,de quo nescitis an De⁹ voluit ibi adorari,nos adoramus quod scimus,idest Iudæi adorant Deum in loco,quem sciunt ab ipso constitutum esse ad adorandum. Et sequitur causa,scilicet quia veritas ex Iudęis est,idest Iudæi habent veritatem circa suum cultum,& non Samaritani.Sed dicit,ꝙ neutrum istorum maneret, inquiens. Sed venit hora, & nunc est,quando veri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & veritate, idest venit hora status noui testamenti, & erat tempore Christi, quando veri adoratores adorarent in spiritu, idest spiritualiter non considerãdo conditionem locorum, cum Deus ęqualiter sit in omni loco, qui propriè in nullo est. Et ideo cum neque sit nunc ad aliquem locum peregrinandum ad adorandum,neque carnalia sacrificia faciendum, non fuit necessaria, aut conueniens secunda decima,& ita non manet. Tertia quoque decima non manet,quia illa erat ad dãdum pauperibus,idest,vt vna decima fructuũ vnius anni expẽderetur in pauperum eleemosynas per tres annos.Et fuit hoc conueniens pro Iudęis,qui tenaces erant.Et fortè aliter non darent eleemosynas,vel valde paruã: voluit autem Deus,quòd saltem istam decimam expenderent,sicut dictũ erat. In nouo autem testamento,vbi magna charitas erat, & abundare debebat iustitia nostra super iustitiam Phariseorum, & scribarum.sup. 5. c. largiores eleemosynas facerent homines,scilicet dando totum superfluum Luc. 11. quod superest date eleemosynã, immo & id totum, quod

A habebant dabant a principio,quia vendentes omnes possessiones suas, ponebant integra precia earum ad pedes apostolorum,& efficiebantur omnia communia. Act.4.c.& ideo non fuit conueniens in nouo testamento ponere istam tertiam decimationem,vnde sola prima mansit.

Quo iure debeantur decimæ in nouo testamento.
Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR cum nunc decimę debeãtur, & soluantur in nouo testamento, quo iure debeantur an diuino,vel humano.

B Aliqui dicunt,ꝙ iure naturali, & diuino. Nam ius naturale est quod in lege & euangelio cõtinetur in Decre. dist.1.c.humanum.sed de decimis soluendis habetur mandatum in lege,scilicet Num. 18. & Deut.14.& 18.& Leui.27.ca.ergo solutio decimarum est de iure naturæ.

Secũdò quia extra de decimis.c. Parrochianos.dicit Alex.tertius ꝙ cum decimę nõ ab homine, sed a Deo sunt institutæ tanquam debitum exigi possunt; sed quod est a Deo institutum est de iure diuino, ergo decimæ institutæ sunt de iure diuino nunc.

C Dicendum ꝙ decimæ non sunt nunc de iure diuino,sed sunt dę iure positiuo. Primum patet quia decimæ non erant de iure naturali tempore veteris testamenti, & ante illud, vt ostensum est supra. Ergo neque nunc, quia quod aliquãdo est de iure naturali semper fuit dę iure naturali, & quod aliquo tempore non erat de iure naturali nunquam postea est de iure naturali, eo quòd nihil incipit esse de nouo de iure naturali, quia istud ius non incipit esse per hoc ꝙ constituatur,sed per hoc ꝙ insitũ sit, sed istud inserere fuit à principio,quo Deus naturam rõnalem cõdidit,& tale ei dictamen indidit,ergo quod tempore veteris testamenti non erat de iure naturæ,neq; nunc erit de iure naturæ.

Secundum est,quòd non sint de iure diuino: quia vocatur nunc ius diuinum ius scriptum per Deũ institutum, prout distinguitur contra ius naturale non scriptum,& tunc manifestum est,quòd nõ sunt decimæ de iure diuino. Nam aut essent de iure diuino veteris aut noui testamenti, sed neutro modo,ergo nullo. Primum patet,quia in veteri testamento de decimis soluendis agitur Num.18.& Leu.27.sed non potest ibi præceptum illarum esse morale, ideo erit cærimoniale vel iudiciale. Patet hoc,quia moralia sunt naturalia, & tamen decimæ non erant de iure naturæ.Etiam quia non est de iure naturæ obligatio determinata ad numerum,cum nulla ratio suadeat potius denarium quam vndenariũ numerum vel minorem, ergo erit cærimoniale vel iudiciale, sed ista non obligant nunc,quia omnia huiusmodi cessauerunt, ergo etiam cessat obligatio decimarum nunc. — Quid vocatur ius diuinum.

D

E Secundum est,ꝙ non est pręceptũ noui testamenti soluere decimas,illa enim solum tenẽtur homines seruare in nouo testamento,quæ a Christo per se, & per apostolos sunt mandata,iuxta illud infr.18.c.f. docentes eos seruare omnia quęcunq; mandaui vobis, & tamẽ neque Christus neq; apostoli aliquid de decimis locuti sunt,ergo nõ sunt decimę ex obligatione noui testamenti. Sed contra hoc sunt ferè omnes iuristæ, volunt.n.decimas esse de iure diuino, & sub debito cadere,vt nititur ostendere Host. in sũma titulo de decimis,& Inn.eo.ti.in principio,& post eos ferè omnes alij, & allegant ad hoc omnes auctoritates quotquot inueniunt in veteri testamento de decimis soluẽdis,allegant etiam dicta sanctorum, Ambr. — Op. iuristarum.

qui 16.q.7.c.quęcũq; ait. Quicunque recognouerit se ꝙ fideliter non dederit decimas.i. integraliter de omnibus emendet. Greg. 16.q.7.c.decimas.ait: Decimas a laicis possideri canonica auctoritate prohibemus: & nisi reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere. Et Augustin. 16.quæst. 1. c. decimę, ponit de decimis multa dicta, & Hier. dicit decimas & primitias Dei possessiones interpretari. 16. quæst. 1. cap. reuertimini.

Item dicunt de iure canonico deberi decimas, & non soluentes peccare.

Dicendum ꝙ aliud est dubitare an decimę debeantur: aut quo iure debeantur. De primo nemo dubitat nisi qui indisciplinatus est. Nam omnia decreta & decretales epistolę in titulo de decimis hoc clamant quibus non assentire, vel ad hęresim vel ad schisma pertinet: sed quo iure debeantur, contentio est: neque esset cõtentio siquis rectè attendere vellet: quoniam planum est eas deberi iure canonico, & nullo alio iure.

Cum autem iuristę vt Hostien. probant tripliciter decimas deberi, scilicet auctoritatibus sacrę scripturę & auctoritatibus sanctorum, & iuribus canonicis patet responsio ad duo secunda. Nam auctoritates sanctorum, & iura canonica probant decimas deberi; sed non quòd debeantur iure diuino, & hoc nos confitemur. Istę enim probationes procederent contra eos, qui simpliciter negarent decimas deberi, sed non contra nos.

Ad auctoritates autem veteris testamenti dicendum ꝙ nihil probant; quia transiuit vetus testamentum, & istę erant specialiter leges veteris testamenti, ideo non manent.

Item quia lex de decimis erat cærimonialis vel potius iudicialis, sed neque iudicialia neque cęrimonialia manent in nouo testamento, ideo neque lex ista manebit, nisi quis velit præceptum de decimis esse morale, quia talia manent. Et hoc non stat. Primò; quia tunc maneret quantum ad totum, quod in eo constitutum est; sed dispositum erat, quòd daretur leuitis, & non sacerdotibus, ergo non erant dandę sacerdotibus, sed illis nunc dantur, ergo non manent, vt morale.

Pręceptũ de decimis non est morale.

Secundò quia decimę erant iura, quę dabantur leuitis pro ministerio, sed non erat maior obligatio ex iure diuino neque ex iure naturali ad dandum iura leuitis quã sacerdotibus; imo maior obligatio esse deberet ad iura sacerdotum, quia propinquius Deo ministrabant Nume. 3. & leuitæ erant dati in ministros sacerdotum Nume. 8. & 18. & tamen iura sacerdotum erant primitię, oblationes, vota, redemptiones primogenitorum, & sacrificia, Numer. 18. cap. ergo ista etiam tanquam moralia manere debent, sed non manent, ergo neque præceptum de decimis manet nunc.

Tertiò, quia pręcipuum est id, quod leuita vel sacerdos facit colendo Deum, quam id quod datur ei pro ministerio hoc, sed cultus ille, quem sacerdotes & leuitę faciebant in tabernaculo fęderis, pro quo dabantur eis decimę & alia iura, Num. 18. c. cessauit; quia iam neque est sanctuarium illud, neque fit aliquod ministerium in eo. ergo neque manent iura, quæ dabantur pro eo, quę erant decimę.

Quartò quia si morale esset non posset in aliquo mutari, neque dispensari cõtra illud, quia pręceptum Dei est, & non potest aliquis supra præcepta Dei aliquid, scilicet mutando, aut dispensando, sicut apparet circa præcepta Christi: quia nemo potest circa aliquod illorum dispensare, licet quædam eorum es-

F sent quasi cæremonialia, imo verè cęrimonialia, vt de baptismo, & de omnibus sacramentis, & de quibusdam alijs obseruantijs, quas Christus dedit Apostolis. sup. 10. & Luc. 9. & 10. cap. & tamen circa decimas dispensatur cum aliquo, ꝙ non soluat decimas, & valet circa illas pactum & consuetudo & pręscriptio, ergo non sunt de pręcepto diuino.

Quintò quia tantæ necessitatis erat in veteri testamento, quòd leuitę soluerent decimam decimę summo sacerdoti quandiu laici darent decimas leuitis; sed non manet nunc quòd leuitę vel sacerdotes dent decimam decimę summo sacerdoti, ergo neque manet ex illo præcepto necessitas aliqua ad decimas. Necesse est igitur dici, quòd non maneat obligatio

G aliqua ad decimas, vel quòd illa non maneat ex pręcepto dato a Deo, quia ex illo æqualiter erat obligatio ad iura sacerdotum, sicut leuitarum, & æqualiter ad decimam decimæ sic ad decimam, vel quòd aliquis determinauerit manere debere decimam istam & non alia iura sacerdotum, aut leuitarum, & tunc iam non habebit decima vim suam ex pręcepto Dei quod perijt, sed ex determinãte, & ita erit decima de iure humano, & non de diuino, quia ab homine determinatũ est. Sic enim fuit de obseruatione diei dominicę. Nam ex mandato Dei colebatur sabbathum loco cuius successit dies dominica, & tamen manifestum est, quòd obseruatio dominicę diei non est de iure diuino, sed est de iure humano canonico. Quod

Obseruatio dominicę nõ est de iure diuino.

H satis apparet quia potest mutari in alium diem, & potest Ecclesia totaliter illum diem tollere, vel dispensare circa illius obseruationẽ. De sabbatho autem verum erat, quòd esset de iure diuino obseruatio eius quandiu mansit lex Moysi, ergo decima nunc non est de iure diuino.

Sed allegant etiam ad hoc auctoritates noui testamenti, vt supra in litera. Oportuit hæc facere, & illa non omittere. Et illud Luc. 11. c. scilicet. Decimatis mentham, & rutam, & omne olus. Et illud Luc. 18. scilicet. Decimas do omnium, quę possideo. Ergo ex his saltem patet, quòd manet ex nouo testamento necessitas decimarum.

I Dicendum, ꝙ ista nihil faciunt. De primo patet quia Christus nihil ibi iubet, neque etiam asserit manere nunc aliquam obligationem decimandi, sed loquitur contra Iudæos ex cõditione veteris testamenti, in quo erat necessitas decimandi. Et apparet quia dicit, oportuit hęc facere, idest fidem, misericordiam & iudicium, & illa non omittere, scilicet oportuit non omittere minutas decimas quasi dicat, tunc oportuit, nunc verò non oportet nisi instituatur de nouo. Ad secundum planum est, quòd nihil facit sed solum refert factum Iudæorum, s. ꝙ ipsi decimabãt ista minuta, sed hoc nihil inducit pro nobis. Nam ita refert Christus. supra 8. c. ꝙ in emundatione leprosi fiebant quædam cærimoniæ legis, & tamẽ nunc non

K obseruantur aliquæ tales cærimoniæ in emundatione leprosorum.

Sed adhuc istud adiuuat pro illa parte, quia Christus iussit expresse mundatis à lepra ostendere se sacerdotibus, & facere cęrimonias legis Moysi. supra 8. & Luc. 17. c. decimas autem nulli etiam Iudæo iussit soluere, ergo ex verbis Christi nulla significatur necessitas soluendi decimas.

Ad tertium eodem modo dicitur, ꝙ ibi solum narrat ille Pharisęus, quid faciebat, sed illud apud nos nullum ius constituit.

Sed adhuc obijcietur, quòd sint de iure diuino, quia extra de deci. cap. Parrochianos. dicitur, quòd cum decimæ non ab homine, sed ipso domino sint in-

institutæ quasi debitum exigi possunt. Etiam eod. tit. cap. tua. dicitur quod concessio Imperialis non pôt quicquam a solutione decimarum eximere, quæ diuina constitutione debentur. Etiam eodem tit. cap. tua nobis. dicitur, quod decimas in signum vniuersalis dominii sibi reddi præcepit. Etiam eodem tit. cap. in aliquibus. dicitur quod illæ decimæ sunt soluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata: ergo de iure diuino debentur nunc decimæ.

Dicendum, quod decimæ non debentur nunc de iure diuino, neque naturali, sicut ostensum est supra. Ad allegationes in cõtrarium aliqui dicunt negandas esse quasi falsas, licet sint Romanorum Pontificum, quia in hoc eis præponi debent, qui melius intelligunt sacram scripturam, quàm illi. Et hoc verum est, quòd circa diffinitionem causarum, & omnia, quæ pertinent ad iurisdictionem, magis est standum vni decretali, quàm dictis omnium Sanctorum sapientum, idest, August. Hierony. Ambro. & cæterorum sapientum etiam nõ Sanctorum, & tamen circa expositionem sacræ scripturæ magis est standum Doctoribus peritioribus, quàm dictis Romanorum Pontificum. Sic dicitur in Decretis. 20. dist. §. decretales itaque. in textu, & Glo. Dicere autem, an decimæ solui debeant, vel non, est aliquid iurisdictionis, & ideo in hoc magis est standum vni decretali, quàm omnibus expositoribus scripturæ quantumlibet sapientibus: dicere autem an solutio illarum sit de iure diuino, vel non: non est iurisdictionis, sed sapientiæ, ideo magis super hoc credendum est sapientibus expositoribus sacræ scripturæ, quàm dictis Romanorum Pontificum.

Sed dicere Romanos Pontifices errare, potissimè vbi aliquid in scriptis tradunt, & maxime condendo ius, sicut nunc, & adhuc potissimè quando multi idẽ asserunt, sicut hic, vbi Alexander Tertius, & Innocentius Tertius illud dixerunt, vt patet ex titulis ipsarum Decretalium allegatarum, & adhuc potissimè, quia hoc assertum est in concilio generali, vt patet in allegata Decretali in aliquibus, quæ facta est in concilio generali, vt patet ex suprascriptione eius (in conciliis tamen generalibus solent veritates multum depurari) dicere igitur tales Pontifices errasse, non est bene dictum, & hoc nos abhorremus, ideo dicendum, quòd omnia dicta illorum supra allegata vera sunt, sed per hoc non tollitur, quin decimæ sint nunc de solo iure positiuo, & non potest inferri, quod sint de iure diuino.

Nota intellectũ verũ cap. paroc. chianos. Ad primum de cap. parocchianos. dicendum, quod institutæ fuerunt decimæ a Deo solo, & non ab homine, quantum ad primam institutionem, quæ fuit in Veteri Testamento, & tamen illa institutio cessauit, cum etiam tota lex cessauerit, & secuta est alia institutio in Nouo Testamento, non per Christum, neque per Apostolos, sed per summos Põtifices, qui ad hoc potestatem habent, vel per ipsam Ecclesiam generalem in conciliis, & quantum ad illam institutionem sunt ab homine, & nõ a Deo, licet aliqui Iuristæ in illo cap. parocchianos. exponant, quod non sunt institutæ ab homine, scilicet, tantum, quia etiam a Deo institutæ sunt. Sic tenet Hostien. & Ioan. And. in nouella. Sed præcedens expositio est melior, quam ipsi quoque sequuntur.

Sed tunc obiicietur, si nunc non est decima de iure diuino, quomodo facit ad propositum id, quod inducitur ibi pro ratione, scilicet, quia decimæ sunt institutæ a Deo, & nõ ab homine, tanquàm debitum exigi poterit: nam loquitur Papa de exactione decimarum, quæ nunc fit a parocchianis: ergo innuit, quòd nunc quoque sunt de iure diuino, & non solum in prima institutione.

A Dicendum, quod multum facit ad intẽtionem Papæ. Primo, quia licet nunc obligatio decimarum non sit de iure diuino, sed de iure humano, tamẽ quia soluere decimas est magnum onus, fortassis non auderet Papa, siue Ecclesia apponere illud super omnes homines, nisi exemplum habuisset a Deo, & quia Deus illud prius imposuit Iudæis, ausa est Ecclesia illud imponere omnibus Christianis. Et est fortis ratio ad respondendum saltem cõquerentibus de impositione decimarũ, quia aliqs diceret iniustũ est tam graue tributũ imponi hominibus. Et r̃ndetur, quod non, quia Deus instituit a principio decimas, & non homo, sed Deus nullum iniustũ imponit: ergo iusta erat tunc institu- B tio decimarũ, sed sacerdotes noui testamẽti digniores sunt sacerdotibus, & Leuitis veteris testamẽti: ergo cum illis soluerentur decimę, iustius erit his decimas solui, & ideo ex eo quod Deus illas instituit, sequitur quòd tanquàm debitum exigi possunt. Deus instituit decimas.

Secundo potest accipi sic ratio, s. Deus instituit decimas, & illa institutio non manet nunc, quia omnes leges, quæ sunt propriè de veteri vetestamento, perierunt, cum ipsum vetus testamentum periit, & tamen ratio institutionis manet, s. Deus instituit decimas ad sustentationem ministrorum suorum: nunc quoque sunt ministri Dei, ideo debetur illis sustentatio. Et sic Ecclesia potuit instituere decimã, aut maiorem por- C tionem, scilicet, octauam, vel septimam pro ministris. Et si iuste instituit, debita est: ergo decima tanquàm debitum exigi potest. Et ratio debiti probatur ex diuina institutione, & sic licet non maneat nunc diuina institutio facta circa decimas, sed solum institutio facta per Ecclesiam: tamen institutio facta per Deum, multum facit ad probandum decimas esse debitas, vt dictum est.

Ad secundum, s. ad cap. tua. vbi dicitur, quod decimæ diuina constitutione debentur. dicendum, quod Imperator cum sit purè laicus non potest quidquam facere contra iura Ecclesiæ, & non potest immutare aliquem canonem, qui statuitur auctoritate Ecclesię, vel summorum Pontificum: vnde non solum ordinatio alicuius laici, quantumcunq; religiosi, & potentis est D nullius valoris, si sit in pręiudiciũ Ecclesię. eo. ca. tua. & de cõstitutionibus. cap. quę in Ecclesiarũ. Sed etiã si in fauorẽ magnũ Ecclesię sit, non valet talis constitutio, & ordinatio, nisi per Ecclesiã fuerit approbata. eo. tit. de cõstitut. cap. Ecclesia Sanctę Marię. Et quia exemptio alicuius a solutione decimarum erat valde pręiudicialis Ecclesię, et si solius Ecclesię, vel rationẽ Põtificis auctoritate decimæ introductæ fuissent, nõ poterat Imperator eximere quemquam a decimarũ solutione, & ideo a fortiori non poterit eximere ab eis, quę debentur diuina constitutione, non quidem quod nunc maneat diuina constitutio de decimis, sed quod ratio illius manet in constitutione Ecclesiæ facta de decimis, & firmior, atque certior esse videtur consti- E tutio Ecclesiæ de decimis soluendis, quia pręcessit circa hoc diuina constitutio, quoniam si non præcessisset, sed habuissent decimæ ortum ab Ecclesiæ cõstitutione. Aliter potest intelligi, quod per hoc Papa faciat differentiam decimarum, s. Ecclesia per constitutiones suas, voluit Catholicos obligare ad decimas omnium rerum, & potissime ad illas, quę expresse ex diuina lege iubentur. In lege autem apparet expressum pręceptũ de decimis prædialibus. De personalibus autem non, & ideo solutio decimarum prædialium, etiam nunc est sub maiori necessitate, quàm solutio decimarum personalium, & ita procedit argumentum Papæ, s. quòd Imperator non potest eximere aliquem a solutione decimarum, & maxime a solutione illarum, quæ diuina constitutione debentur, i. debebantur in veteri

Imperator nihil põt facere cõtra iura Ecclesię.

Solutio decimarũ prædialium est maioris necessitatis, quàm personaliũ decimarũ solutio.

testamento per expressam Dei cõstitutionem,& hoc non quasi maneat nunc constitutio illa Dei de decimis, sed quia Ecclesia nunc magis obligat ad prędiales, quę debebantur tunc diuina constitutione, quàm ad personales, quæ non debebantur tunc diuina constitutione saltem expresè.

Ad tertium, s. ad cap. tua nobis. Vbi dicitur, ꝙ decimas in signũ vniuersalis dominij Dominus sibi reddi pręcepit. Dicendum, ꝙ inducitur illa litera ad hoc ꝓpositum, s. ꝙ decimæ debent solui integraliter non deducto semine, neque sumptibus factis in agricultura. Et probat, quia Deus non est deterioris conditionis, q̃ dominus temporalis, sed tẽporalibus dominis datur portio debita fructuum non detracto semine, neque sumptibus: ergo debet sic decima solui Deo: dicitur autem solui Deo decima, quia soluitur ministris eius pro cultu, quem ei impendunt, & ad hoc ꝙ decima sit Deo debita ostẽdit dicens, s. ꝙ Deus illam reseruauit sibi in signum vniuersalis dominij, vel pręcepit reddi. Non quidem ꝙ nunc maneat istud præceptum Dei de reddendo sibi decimas, sed fuit in veteri testamento: nunc vero manet constitutio Ecclesiæ, quæ fundatur super eadem ratione. Sed cum dicitur, quòd in signum vniuersalis dominii, idest, dominii omnium hominum iusserit solui decimas, q̃a tunc iuberet hoc omnibus hominibus, sed non iussit omnibus hominibus, sed solis Iudæis, quibus legem dedit: ergo non designauit vniuersale dominium, idest, omnium hominum, sed designauit vniuersale dominium, idest, omnium rerum possessarum. Et hoc bene patet: nam de omnibus fructibus nostris iussit sibi reddi decimam in signum dominii: ergo fecit in signum vniuersalis dominii: nam si non esset Deus omnium rerum nostrarum Dominus, non iuberet solui decimas de omnibus, sed solum de illis, quarum dominus esset, quia aliàs vsurparet aliena, & esset iniustus.

Ad quartum de cap. in aliquibus. dicendum quòd ibi expresse voluit decretalis facere differentiam inter decimas, s. quòd quędam debentur diuina lege: alię vero approbata consuetudine locorum. Et non est sensus, quod nũc debeantur aliquæ decimæ ex lege diuina, quia illa lex diuina data de decimis iam nõ manet, sed est sensus, quòd nunc omnes decimæ debentur de iure canonico tam prædiales, q̃ personales, sed circa prædiales non attenditur cõsuetudo, siue in substantia, siue in quantitate, siue qualitate, idest, de quibus rebus, & quãtum, scilicet, an decima, vel duodecima, vel minor quota. Quia de lege diuina statutum fuit de quibus, & quãtum solui deberet, & ideo circa hoc lex canonica non recipit aliquam immutationem, cum diffinitum inueniat de lege diuina, circa personales autem, quia de lege diuina non erant expressę non facit lex canonica tãtam necessitatem, & determinationem solutionis, sed est magis auctoritas consuetudinis circa substantiam, & quantitatẽ, idest, de quibus rebus, & quota portio soluatur. Et propter hoc fecit circa tales decimas mentionem de consuetudine approbata.

Decima ẽ de iure canonico debita.

Tertium autem manet præcipuum, s. quòd decima solum sit debita de iure canonico. Nam de iure naturæ non debetur, vt ostensum est, neque de iure diuino, quia licet aliquando de iure illo debebatur, tamen cessauit illud ius, & iam non debetur, ideo vel non debetur, vel debetur de iure canonico. Nam de iure ciuili non debetur, cum illud non imponat onera pro ministris Dei, neque etiam est aliqua lex ciuilis, quæ obliget omnes Christianos, cum non sit aliquis vnus princeps secularis omnium, sicut est vnus princeps Ecclesiasticus, idest, Papa.

F Et ista est causa quare circa solutionem decimarum Papa habet plenam potestatem, & quare consuetudo, & præscriptio locum habent. Nam Papa potest eximere aliquem ab onere decimandi, etiam decimas vnius Ecclesiæ potest transferre in aliam, vel in laicum saltem fructus decimarum, licet nõ ius decimandi. Et quod plus est potest cõcedere canonem, vt non sit decima, sed vicesima, aut tricesima. & hoc generaliter: immo & posset totaliter decimas tollere licet peccaret, poterat tamen sine peccato tollere totaliter decimas surrogando aliqua alia iura, de quibus competenter sustentarentur ministri Ecclesiæ, q̃a aliàs non manentibus reditibus, nulli essent ministri, & hoc esset subtrahere Christo cultum, quod sine peccato fieri non potest. Præscriptio etiam, & consuetudo circa decimas locum habent maxime inter Ecclesiã, & Ecclesiã, sed nulla istorum haberent locũ si de iure diuino, quod nũc maneret esset decima. Nã circa nulla pręcepta legis Christi, aut legis naturæ hẽt locum præscriptio, aut consuetudo quantumlibet lõgęua. extra de consuetudine. cap. vltimo. neq; etiam Papa põt mutare aliquã legẽ Christi, neq; dispensare circa eam: quantumcunque illa sit cæremonialis. Qui autem volunt facere decimas esse debitas de iure diuino, ideo ad hoc nituntur quasi si de solo iure canonico sit, quòd non erit debita. Vel quod plus est, scilicet, quia vulgares non inclinabantur ad illam soluendam, quasi imposita fuerit ex auaritia clericorum, & per ipsosmet, & tamen planum est, quòd licet non sit de iure diuino, est debita: quia auctoritas Ecclesiæ potuit illam facere debitam: potissimè cum fuerit prius instituta de iure diuino, & nũc ex eadem causa instituatur in iure humano.

Papa põt totaliter decimas tollere.

G

Papa non põt mutare aliquam legẽ Christi, neq; dispẽsare circa eam.

H

Sed cõsiderandum, quòd aliqui Theologi, vt Beatus Thomas de Aquino volunt decimas partim esse de iure naturæ, partim de iure diuino, partim de iure positiuo, & inquantum est de iure diuino dicit partim esse præceptum morale, partim iudiciale, partim cæremoniale. Vnde ait sic secunda secundæ quæstio. 87. artic. primo. Decimæ in Veteri Testamento dabantur ad sustentationem ministrorum Dei. Vnde dicitur Malach. 3. cap. Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea. Vnde præceptum de solutione decimarum, partim quidem erat morale inditum rationi naturali, partim autem erat iudiciale, ex diuina institutione robur habens. Quòd enim his, qui diuino cultui ministrabant ad salutem totius populi, populus necessaria ministraret ratio naturalis dictat, sicut & his, qui communi vtilitati inuigilant, scilicet, principibus, & militibus, & aliis debentur stipendia victus a populo. Vnde Apostolus hoc probat. 1. Corinth. 9. cap. Per humanas consuetudines, dicens: Quis militat vnquàm suis stipendiis? quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit?

Op. Theologorũ, & præcipue Tho. penes decimarũ considerationem.

I

K Sed determinatio certæ partis exhibendæ ministris diuini cultus non est de iure naturali, sed est introducta institutione diuina, secundum conditionem illius populi, cui lex dabatur, qui cum in duodecim tribus esset diuisus: duodecima tribus, scilicet, Leuitica tota erat diuinis ministeriis mancipata, & possessiones non habebat: vnde conuenienter institutum est, vt reliquæ vndecim tribus decimam partem suorum prouentuum Leuitis darent, vt honorabilius viuerent, & quia aliqui per negligentiam, vel aliàs erant transgressores, rei iudicabantur: vnde quantum ad decimationem decimæ partis erat iudiciale, sicut & multa alia in illo populo instituta erant ad æqualitatem inter homines adinuicem conseruandam, secundum illius populi condi-

conditionem, quæ iudicialia præcepta dicuntur, licet ex consequenti aliquid significarent in futurum, sicut omnia eorum facta, iuxta illud 1. Corin. 10. ca. Omnia in figura contingebant illis. In quo conueniebant cum cęremonialibus pręceptis, quæ principaliter instituta erāt ad significandum aliquid in futurum. Vnde præceptum de decimis soluendis significat aliquid in futurum. Qui enim decimam dat, quæ est perfectionis signum, eo quòd denarius est quodammodo numerus perfectus quasi primus limes numerorum, vltra quem numeri non procedunt, sed reuertuntur ab vno nouem sibi partibus reseruatis, protestatur, quasi in quodam signo ad se pertinere imperfectionem, perfectionē vero, quę erat futura per Christum expectandam, neque tamē propter hoc est ceremoniale pręceptum, vt dictū est. Est autem hęc differentia inter cęremonialia, & iudicialia legis pręcepta, quia cęremonialia obseruare tēpore noui testamenti illicitum est, iudicialia vero, & si non obligent tempore gratiæ, possunt tamen obseruari absq; peccato, & ad eorum obseruantiam aliqui obligantur, si statuantur auctoritate eorū quorū est condere legem, sicut est præceptum iudiciale veteris testamenti, ꝙ qui furatus fuerit ouem, reddat quatuor oues. Exo. 22. ca. ꝙ si ab aliquo rege statuatur in terra sua tenebuntur subditi eius illud obseruare, ita etiam determinatio partis soluendę ministris cultus diuini est auctoritate Ecclesię tempore noui testamenti introducta ſm quandam humanitatem, vt s. populus noui testamenti non minus exhiberet ministris noui testamenti, quàm populus veteris testamenti exhibebat ministris veteris testamenti, cū tñ populus nouę legis ad maiora obligetur. Iuxta illud supra 5. ca. nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm Pharisęorū, & Scribarum non intrabitis in regnum cœlorum. Et cum ministri noui testamenti sint maioris dignitatis quàm ministri veteris testamenti, vt probat Apostolus 2. Corin. 3. vnde concludit, ꝙ ad solutionē decimę partim tenentur homines ex iure naturali, partim ex institutione ecclesię, quę tamē pēsatis opportunitatibus temporum, & personarū posset partem illam determinare soluēdam. Ex hoc etiā apparet, quòd solutio decimarum nunc non est, nisi ex Ecclesię institutione, quia pręceptum de decimis soluendis in veteri testamento erat iudiciale, & cessauit, & iam non potest quemquam obligare nisi de nouo instituatur, & sic obligat nunc, inquantum ecclesia instituit illud de nouo, sed iam non potest vocari præceptum de iure diuino, quia non habet vigorem aliquem ex diuina institutione, sicut illud, quod dictum est, Qui furatus fuerit ouem, reddat quatuor oues, erat præceptū iuris diuini iudiciale, quod expirauit. Si autē aliquis princeps in terra sua illud statueret seruandum obligaret subditos, & tamen iam nō vocaretur pręceptum iuris diuini, sed humani, sic cū solutio decimarū habeat nunc vigorē ex institutione ecclesię, & non ex diuina institutione, quæ iā cessauit, non dicentur decimę esse de iure diuino, sed de iure canonico, potissime quia præceptum de soluendis decimis non manet nunc, sicut in veteri testamento, quia ibi soluebantur solis Leuitis, & non sacerdotibus, & Leuitę rursus dabant decimam decimæ summo sacerdoti Nume. 18. cap. nunc vero non soluuntur Leuitis, sed sacerdotibus, & non datur inde aliqua decima summo pontifici.

Item dicendum, quòd solutio decimarum nunc strictè sumpta nullo modo est de iure naturali, quia si aliquo modo esset de iure naturali, vel esset quantum ad totum, vel quantum ad partem aliquam, sed ad nullam partem decimę manet obligatio de

Denarius est numerus perfectus.

Iudicialia, ceremonia[lia]que præcepta inter se differūt.

Contra Sā. qui decimæ nullo modo sunt de iure naturali.

A iure naturali. Et patet, quia de iure naturali est, quòd ministris cultus diuini loco totius populi prouideat in necessarijs ipse populus, quòd tamen det eis pecuniam, vel fructus rerum non est de iure naturæ. Decima tamen dicit solutionem certæ partis omnium fructuum terrę, & si non maneat tota, soluetur saltem aliqua pars fructuum terræ, vt vicesima, vel tricesima, aut centesima, & tamen de iure naturæ non est obligatio ad soluendam aliquam partem fructuum terræ, quia satis est dare aliquam summam pecuniæ non habendo respectum ad valorem decimæ fructuum, vel alicuius partis eorum. Ergo de iure naturæ non erat, neque est debita decima, neque pars decimę, & ita nullo mo- B do manet decima de iure naturę, potuisset enim Ecclesia statuere, quòd nulla pars fructuum daretur ministris Dei, sed certa pecunia ad sustentationem non habita compensatione ad aliquem valorem fructuum.

Decima qd ꝓprie dicat.

Secundo quia de iure diuino ita erat in veteri testamento redemptio primogenitorum facta sub certo precio, scilicet, quinque siclorum, qui pertinebant ad sacerdotes, Num. 3. & 18. sicut solutio decimarum, & æqualis obligationis ambo videbantur, & ęqualiter pertinere ad ius naturæ, & tamen nemo dicit nunc manere de iure diuino, vel de iure naturæ reditus redemptionis primogenitorum quantum ad totum, vel partem, neque etiam alia iura sacer- C dotalia, quæ erant in veteri testamento Num. 18. ca. ergo neque obligatio decimarū manet quantum ad totum, vel partem nunc de iure diuino, vel iure naturæ, sed solum, quòd prouideatur ministris in necessarijs. Et hanc prouisionem limitauit ecclesia de nouo ad decimam partem fructuum, quę decimatio non magis succedit loco decimę quę ibi soluebatur, quā loco aliorū iurium sacerdotaliū, immo loco omniū succedit, non manet igitur nunc decima, vt est de iure diuino, sed vt est solum de iure canonico.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd neque de iure naturæ, neque de iure diuino est nunc decima, & cum dicitur, quòd est de iure veteris testamenti, quod vocatur ius naturale. Potest dici vno D modo, quòd fuit aliquando sic de iure naturę, tamen iam nō est, quia cessauit vetus testamentum, & ideo neque ipsum vocatur iam ius naturæ.

Secundo potest dici, & melius, ꝙ nō innuitur ibi, ꝙ ius naturale est id, quod in lege, & Euangelio continetur, quasi omne, quod in lege, & Euangelio continetur vocetur ius naturale, quia nunquā sic vocamus, sed est sensus, ꝙ ius naturale est, quod est ex inclinatione naturali, sicut illud, quod tibi nō vis, alteri nō facias. Et hoc tā in lege Moysi, q̄ in Euāgelio scribitur, sed cætera, quę sunt in lege, & Euāgelio nō vocātur de iure naturę, & ideo pręceptū veteris testamēti de decimis, licet nūc maneret nō vocaretur de iure nāę. Ad ſm de. ca. parrochianos iā solutū est supra. E

Quot modi decimarum erant in veteri testamento. Quest. CXLIX.

QVAERETVR quot modi decimarum erant in veteri testamento. Dicendum, quòd erant quatuor. Primę decimę erant, quas laici dabāt Leuitis de omnibus fructibus terrę, Nume. 18. & Leuiti. 27. cap. Secundæ decimæ erant, quas Leuitæ rursus ex his suis decimis separabant, scilicet, decima decimæ, quæ erat centesima omnium fructuum Israel. Et hanc decimam Leuitæ dabant summo sacerdoti, Nume. 18. capitu. Tertię decimę erant quas singuli laici separabant, vt comede-

rent eas, quando irent in templum Domini ter in anno, Deut. 14. cap. Quartę decimę erant, quę non separabantur quolibet anno, sed solum fiebant de triennio in triennium, & quisque recondebat eas apud se ad faciendum inde eleemosynas pauperibus, Deut. 14. cap. De his omnibus decimis Hierony. super Ezechielem, & extra de deci. cap. decimam.

Iuristarum omniũ sententia, quõ decimę vete. test. maneãt in nouo.

Dicunt autem Iuristæ manere ista quatuor genera decimarum nõ in se, sed in aliquo simili. prima enim decima manet, quia datur integraliter ministris Ecclesię a laicis. Loco secundę decimę dicunt successisse partes decimarum, quas dãt Ecclesię parrochiales Episcopis; vel, quæ dantur aliquando Papę, vel alicui principi sęculari de mandato Papę. loco tertię decimę dicunt successisse oblationes quasdam, sicut in quibusdam prouinciis consuetum est, ꝙ quilibet faciens anniuersarium celebrari inuitat quolibet anno ad anniuersarium sacerdotes. Loco quartę decimę successerunt eleemosynæ, quas quisque facit pauperibus.

Sed in his non oportet immorari, quia non manẽt nunc pręcepta illa veteris testamẽti, quibus quatuor illi modi decimarum soluebantur, cum nullum pręceptum illorum nũc maneat. Sed decima prima soluitur nunc non ex præcepto diuino, sed ex noua institutione facta per Ecclesiam, vt dictum est præcedenti quæst. De alijs decimis non est datum aliquod præceptum per Ecclesiam, neque soluuntur: nam non fuit conueniens. De secundis, quæ dabantur summo sacerdoti patet: quia nunc summus sacerdos, idest, Papa habet aliunde, vnde viuat, & non percipit decimam decimarum, licet si interdum velit pro Ecclesiæ necessitatibus, & suis non solum decimam decimæ, sed & maiores partes, habere poterit. De tertijs patet, quia nunc nõ est aliquod vnum templum, quo eundum sit, & in quo sacrificia carnalia, & libamina iam offerenda sint. De quartis patet, quia non expediuit arctari hominem ad dandum per triennium in eleemosynas vnam decimam, idest, vnius anni decimam fructuum, quia hoc erat pro auaris, & imperfectis quales erant in veteri Testamento. Nunc vero cũ charitas, & iustitia nostra superabundare debeant largiores eleemosynæ impendendæ sunt. Vnde non fuit conueniens assignari certam partem fructuum, quia in hoc daretur via arctandi charitatem.

Rursus istæ adaptationes, quas faciunt Iuristæ de decimis illis ad decimas nostras, & ad alia opera sunt multum largę, & procedunt ex hoc quasi necessarium putent pro omnibus illis dandum esse aliquid simile in Nouo Testamento. Sed hoc est superuacuum, quia non est necessarium, immo neque conueniens pro qualibet cæremonia, vel obseruatione Veteris Testamenti assignare aliquid in Nouo, quia hoc esset onerare nos rebus superuacuis, ideo non oportet pro illis quatuor generibus decimarum in Veteri Testamento ostendere aliquid simile, vel conueniens in Nouo Testamento.

Quot sunt species decimarum in Nouo Testamento. Quæst. CL.

QVAERETVR quot sunt species decimarum in Nouo Testamento. Dicendum, ꝙ sunt tres. Quædam vocantur prædiales: aliæ personales, aliæ mixtæ. Vocantur prædiales quę de fructibus prędiorum soluuntur, vt de vino, pane, oleo, leguminibus, & generaliter de omnibus oleribus. hęc enim in prędijs sunt. Secundę vocantur personales, quæ personę intuitu redduntur, & non sunt fructus terræ, sed potius sunt fructus, vel lucra perso-
F nę, & sic est de venatione, de militia, de aduocatione, de artificio quolibet, de quibus infra dicetur latius. Nã ista nõ insurgũt ex aliquo agro, sed ex industria, & labore personali acquiruntur, & distinguunt iura inter has duas decimas, vt patet extra de parrochiis. cap. significauit. cum dicitur: Ita ꝙ si de agris in eorũ parrochia constitutis fructus percipiũt, & in vltra marinis partibus rõne prędiorũ decimę persoluuntur: deinceps eis ipsas cũ integritate persoluant, dicto vero Aconeñ. tanq̃ dięcesano suo cogãtur de cęteris respondere. Et ita innuit quasdã decimas rõne prædiorũ solui, quę a prędiis vocantur prędiales, & soluũtur in parrochia, vbi sita sunt prędia: alias vero decimas dixit esse soluendas dięcesano non rõne prędiorũ, & hęc vocantur personales. Et clarius extra de decimis
G cap. ad Apostolicę. Vbi vocãtur quędã personales decimę, alię vero decimę messium, & fructuũ arborũ, s. noueris igitur, ꝙ ęquum est, ꝙ illi ecclesię decimę ꝑsonales reddãtur ab eis in qua ecclesiastica percipiũt sacramenta, decimas vero messium, & fructuũ arborũ, &c. sed de messibus, & fructibus prędiales dicuntur, quia in prędiis colligũtur. Tertię vocantur mixtę, & istę sunt, de quibus non bene cõstat, an totaliter p̄diales, an totaliter personales sint. Sic est de decima de fętu pecorũ, quę pascũtur gregaliter sub humana custodia, vt sunt oues, boues, & caprę. Nam fructus istorũ partim proueniunt de agris, de quibus pascun-
H tur, & ideo fructus agrorum esse quodammodo censentur, partim autẽ ab humana cura, s. custodia ne lupus laceret, & inuadat, quia tunc periret totus grex, neque superesset aliquid, quod decimaretur, & ideo solutio decimæ de pecoribus, partim pertinet ad modum prędialium, partim ad modum personalium, vt infra dicetur. Et istę sunt proprię species decimarũ, quia differunt penes ea, quæ decimantur. Modi autem quatuor decimarum, quæ dabantur in Veteri Testamento, de quibus pręsenti quæst. non vocantur species decimarum, quia omnes redeunt ad vnam speciem decimarum, scilicet, ad decimas prędiales, quia omnes illę de prędiis colliguntur.

An solutio decimarum personalium sit de necessitate præcepti,
I *& quo iure debeantur. Quæst. CLI.*

QVAERETVR an solutio decimarum personalium sit de necessitate pręcepti, & si sit quo iure debeantur.

Ad primum dicendum, quòd sic, cum constet ipsa iura expresse loqui de illis, vt extra de decimis, cap. peruenit. vbi de prouentibus molendinorum, & pistariarum decimæ soluuntur, & tamen istæ sunt personales, & in capitu. nuncios. vbi de fructu apum, idest, melle, & cæra redduntur decimę. Et de molendino ad ventum, cap. ex transmissa, & generaliter de omni re, quæ licitè acquiritur, eodem
K cap. de negociationibus quoque licitis decimæ dantur, cap. pastoralis, sed omnia hæc pertinent ad decimas personales: ergo debentur ex præcepto, & apparet potius, quia nisi deberentur ex præcepto non posset excommunicari non soluens, & tamen excommunicatur, & sic compellitur eas soluere in allegato cap. peruenit.

Ad secundum dicendum, quòd aliqui putant, ꝙ decimæ personales sunt de iure diuino, & sic tenent multi Iuristarum, vt Innoc. Hostien. & Ioan. And. in nouella. de deci. in summa.

Sed dicendum, ꝙ certum est, ꝙ non sunt nunc decimę ꝑsonales de iure diuino, siue accipiatur diuinũ pro naturali, siue ꝓ positiuo. De primo patet, q̃a nullę decimę sunt de iure naturę, cũ assignatio, vel taxatio

certæ

certæ partis pertinet ad ius positiuum: ergo neq; decimæ personales. Patet de hoc supra. Accipiendo de iure diuino, i. posito a Deo, etiam dicẽdum est, quod nõ sunt de iure diuino. Nam maioris obligationis sunt decimæ prædiales, quàm personales, & magis determinatæ in iure, & tamen prædiales non sunt nunc de iure diuino, sed solum de iure canonico, vt ostensum est supra: ergo a fortiori personales non erunt nunc de iure diuino.

Sed dubium solum manet, an sicut prædiales, licet non sint de iure diuino, fuerunt tamen aliquando, s. in veteri testamento, an sic personales fuerũt aliquãdo de iure diuino, scilicet, tempore veteris testamẽti.

Aliqui, s. Iuristæ dicunt, quod sic, & ad hoc allegant auctoritates, s. Deut. 12. cap. offeretis decimas, & primitias manuum vestrarum. Et intelligunt decimas manuum, & primitias manuum, sed decimæ manuum sunt decimæ personales, quia pertinẽt ad industriam, & laborem personæ, vt distinguuntur cõtra decimas terræ, quæ vocantur prædiales ex prædijs: ergo debentur ex iure diuino decimæ personales.

Item allegãt Neemiæ 10. cap. Ipsi Leuitę decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorũ, idest, de operationibus nostris, s. laicorum accipient decimas ex oĩbus ciuitatibus, sed opera nostra sunt personalia, vt negociatio, artificium: ergo de personalibus debentur decimæ ex iure diuino: vnde & Innocentius reputat velut insanos, & detestatur tanquàm hæreticos quosdam magistros in Theologia, quia dicunt non deberi decimas personales de iure diuino, extra de decimis in summa eiusdem tituli. & Ioan. An. in nouella eodem tit. in summa.

Sed dicendum, quod decimæ personales nunquàm fuerunt de iure diuino, neque debebantur tempore veteris testamenti, neque solutæ fuerunt vnquàm a Iudæis, sed solæ prędiales. Et patet, quia vbicunque fit mẽtio de decimis semper exprimitur de prędialibus, s. quia nominantur fructus terræ, vt Leuit. 27. cap. vbi ponuntur omnes decimę, s. omnes decimę terrę, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt. Et ita has solas decimas posuit, quibus addidit decimas de animalibus. Et patet magis Nume. 18. cap. vbi Deus donat decimas Leuitis, & ostendit eis, quid donet dicens: Cum acceperitis a filiis Israel decimas, quas dedi vobis primitias eorum offerte Domino, idest, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de area, quàm de torculari, & vniuersis, quorum accipitis decimas. Ergo de personalibus nihil ibi significatur, sed solum de prædialibus, & tamen cum ibi fiat concessio decimarum de nouo, deberet exprimi quidquid conceditur, sed de personalibus nihil dicitur: ergo non fuerunt concessæ decimæ personales Leuitis.

Item quia eodem cap. iubetur Leuitis: omnia quæ offertis ex decimis, & in donaria Domini separatis optima, & electa erunt. Et tamen circa decimas personales non stat hoc, quia illę non sunt fructus terræ, sed ad pecuniam rediguntur, & in pecunia non consideratur bonum, vel malum, aut electum, vel contemptibile, cum solus valor consideretur. Ibi ergo de solis frugibus dantur decimæ, in quibus est aliquid electum, vel contemptibile, & omnes huiusmodi decimę sunt prędiales.

Item quia dicitur ibi si præclara, & meliora quęq; obtuleritis ex decimis reputabitur vobis quasi de area, & torculari dederitis primitias: ergo decimæ sunt aliquid, quod comeditur, sed decimę personales pertinent ad pecuniam, & non comeduntur: maxime quia dicitur ibi, quod reputabitur quasi darent decimas de area, & torculari: ergo decimæ ad has

A duas res totaliter, vel quasi pertinent.

Item apparet, quia Deuter. 14. cap. vbi latius declarantur ea, quę decimantur nõ ponuntur nisi decimę prędiales. Nam dicitur: decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & deinde explicatur, s. decimam frumenti, vini, & olei, primogenita de armentis, & ouibus tuis: ergo videtur, quod nomina decimarum nõ intelliguntur alia nisi hæc. Etiam eodem cap. dicitur: Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quę nascuntur tibi eo tempore: ista autem sunt fructus terræ, & pecorum: ergo videtur, quòd decimæ non extenduntur ad alia.

Item Hierony. super Ezech. & habetur extra, de B decimis, cap. 1. cum ponit omnes modos decimarũ, qui erant inter Iudęos, non ponit alias decimas, nisi de fructibus terrę, scilicet, decimam partem omniũ frugum Leuiticę tribui populus ex lege debebat: ergo personales decimę non fuerunt in Veteri Testamento.

Cum autem obijcitur Deuterono. 12. cap. Dicendũm, quòd non accipitur ibi, nisi pro decimis prędialibus, quæ consistunt in fructibus terræ, sed vocantur decimę manuum nostrarum, quia fructus terrę ex laboribus manuum nostrarum proueniunt: nam terra non daret segetes, & vinum, & oleum, nisi seminaretur, coleretur, & fructus colligerentur. Et hi sunt labores manuum nostrarum, & de his, idest, de fructibus prouenientibus ex laboribus manuum nostra- C rum soluimus decimas prędiales.

Et confirmatur, quia iste est modus loquendi iuris extra, de decimis, cap. ex multiplici, & cap. ex parte tua, & cap. licet de benignitate, s. vobis indultum est, vt de laboribus, quos propriis manibus, vel sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini. Et tamen ibi labores manuum ad decimas prędiales pertinent, quia sunt de rebus, quę coluntur. Ita scriptura vocauit decimas manuum, idest, de fructibus per laborem manualem prouenientibus.

Ad secũdum dicendum eodem modo, quòd Leuitę accipiẽt decimas omnium operum nostrorum, idest, de omnibus fructibus, qui proueniunt ex operibus nostris, & illę sunt decimę personales.

D Dicendum, ergo quod decimę personales nunquam fuerunt, neque sunt de iure diuino, neque soluerunt eas Iudęi in veteri testamento, sed solum prædiales, sed nunc cadunt sub debito, & sunt de iure canonico, vt patet ex locis allegatis supra. Et sicut potuit Ecclesia constituere de decimis prædialibus, ad quas non manebat iam obligatio de iure diuino, vt ostensum est supra, ita potuit de nouo statuere de decimis personalibus, quas facilius est solui quàm prędiales. Decimę pſonales nõ sunt de iure diuino.

De quibus rebus soluendæ sunt decimæ circa decimas prædiales. Quæst. CLII.

E QVAERETVR iam de quibus rebus soluendę sint decimę, & primo circa decimas prędiales.

Dicendum, quòd licet præceptum Dei de soluẽdo decimas prædiales quod fuit in veteri testamento non maneat nunc, vt ostensum est supra, tamen solutio decimarum prædialium est nunc de præcepto Ecclesiæ ad similitudinem decimarum illarum, quæ erant in veteri testamento, & ideo cum agitur de solutione istarum, allegatur ius diuinum sicut extra de decimis capitu. parrochianos, & capitu. tua, & capitu. tua nobis, & capitu. in aliquibus, scilicet, quod decimę istę diuina constitutione debentur,

tur, propter quod necesse est, vt de rebus illis soluantur nunc decimæ prædiales, de quibus in lege veteri iubebantur solui. Et patet hoc, quia in allegato cap. in aliquibus dicitur: Illæ decime necessario sunt soluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata, sed de lege diuina debebantur illæ quæ exprimuntur, scilicet, de messibus, & vino, & oleo, Leuitici 27. cap. scilicet, Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt. Et Nume. 18. cap. dicitur quòd decimę dabantur de area & torculari. Per aream accipiuntur fruges, per torcular accipitur vinum, & oleum, quia ista torquentur, i. vuæ, & oliuæ, vt succus, idest, vinum, & oleum exprimantur. Et non solum de vino, & oleo, quæ ad arbores pertinent, sed etiam de fructibus omnium arborum, quia dicitur Leuit. 27. cap. Omnes decimæ terrę, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt.

Dantur quoque de leguminibus, & omnibus terrę nascentibus, quia dicitur Deuteron. 14. cap. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascũtur in terra per annos singulos, & eo. cap. anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quę nascuntur tibi eo tempore. Et simile patet Neę. 10. cap.

Ex hoc etiam patet, quòd de minutis oleribus, quę veniunt in humanum vsum in cibum, vel in condimentum soluendæ erant decimæ, & ita soluebantur, vt de mentha, anetho, cymino, & ruta, vt patet supra in litera, & Lucæ 11. scilicet, Decimatis mentham, anethum, & cyminum. Et sequitur: Oportuit hæc facere, & illa non omittere, s. decimationem menthæ, & anethi. Istæ erant decimæ puræ prædiales, quæ soluebantur in Veteri Testamento, & nunc quoque soluendæ sunt. Etiam ratio hoc manifestat. Nam prædiales a prædio dicuntur, sed omnia terræ nascentia, quæ veniunt in vsus nostros, nascuntur in prædijs, ideo de eis dantur decimæ prędiales nunc.

Aliæ autem sunt decimæ mixtæ, vt nos vocamus, quia nõ sunt totaliter prędiales, neque totaliter personales, sicut est de pecoribus. & istę dabantur in Veteri Testamento. Nam de omnibus pecoribus mansuetis, idest, quæ in custodia hominum erant, & sub eis per generationem multiplicantur, erant dandæ decimæ, vt de omnibus bobus, capris, camelis. Leuitici 27. cap. Boues, & oues, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Et licet non exprimatur ibi, nisi de istis, tamen eadem ratione de omnibus alijs animalibus mansuetis, & sub custodia manentibus humana dabatur decima. Vnde de camelis dabatur decima, vt Christus innuit arguens Phariseos, s. camelum glutientes, & culicem excolantes: quod videtur de decimis intelligendum supra in litera.

De porcis autem non dabatur decima, quia cum essent animalia immunda, secundum legem, Leuit. 11. & Deuter. 14. & non licebat Iudęis manducare de eis, non alebant eos, neque tenebant in terra sua, nisi raro, ideo de eis decima non dabatur. Nos vero ita de porcis decimam dabimus, sicut de omnibus ouibus, & bobus, quia apud nos animalia munda sunt, quoniam iam nihil est immundum, sed omnis creatura munda est, si cum gratiarum actione accipitur, vt Apostolus dicit. Hæc autem, de quibus decimæ prędiales soluendæ sunt, raro nominantur in iure, eo quod sub nomine generali dicitur, quia de omnibus fructibus terræ, siue prædiorum decimæ debeantur. Etiam quia datur regula generalis extra de decimis, cap. in aliquibus. quia de illis rebus necessario decimę reddi debent, quæ diuina lege dicuntur deberi. Sed planum est, de quibus rebus dabantur decimæ, se-

F cundum legem Dei, vt supra dictum est. Ideo apparet, quòd de omnibus illis decimæ dabuntur. Item exprimuntur aliqua, scilicet, quòd de omnibus seminibus, quæ in terra seminantur est danda decima. extra, de decimis, cap. ex parte canonicorum. Etiam dicitur, quòd de vino, & grano, fructibus arborum, pecoribus exortis decimæ sunt reddendę, eodem tit. cap. non est in potestate.

An de lana pecorum sit danda decima.
Quæst. CLIII.

G SED quæretur an de lana pecorum sit danda decima. Dicendum, quòd tam de iure diuino, quàm canonico datur decima de lana. De primo patet Deuteronom. 18. cap. Scilicet, Primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ouium tonsione. Si autem dicas, quòd ibi dicitur de primitijs, & non de decimis. Dicendum, quòd non valet ratio, quia de quibuscunque dantur primitiæ, dantur decimę cum ius decimarum sit vniuersalius, & magis diffinitum, quàm ius primitiarum. De secundo apparet, quia extra de decimis, cap. peruenit. dicitur, quòd de lana dentur decimæ ecclesijs, quibus debentur. Sed dubium est, an decima de lana sit prędialis, vel personalis. Dicendum, quòd istud dubium pendet ex decima pecorum. Nam lana fructus pe-
H coris est, & ideo pertinet ad eandem speciem decimę cum decima pecorum. Sed de pecoribus est dubium, an pertineant ad decimam prędialem, vel personalem, & quia partim pertinet ad prędialem, partim ad personalem, vocamus decimam mixtam, sicut dictum est supra: ita ergo decima de lana erit mixta. Magis tamen pertinet ad prędialem, quàm ad personalem, quia sunt fructus quidam, in quibus plus natura operatur, quàm manus humana, vel sollicitudo, aut labor.

An de paleis trituratis segetibus debeatur decima.
Quæst. CLIIII.

I QVAERETVR, an de paleis quę habentur trituratis segetibus debeatur decima.

Dicendum, quòd de rigore, & mero iure debetur decima de tali palea integra, vel comminuta per triturationem, sicut debetur de frumento, vel alio grano. Et ratio est prima, quia est fructus terrę, & de omnibus terrę nascentibus debetur decima, Deuteronom. 18. cap. Secunda, quia palea in prędijs nascitur, sed prędiales decimę dicuntur de omnibus, quę nascuntur in prędijs, vel habentur ab eis: ergo de palea debetur decima. Tertia, quia decima debetur de omni fructu, extra de decimis, cap. nuncios. sed constat paleam esse fructum, quia nascitur in agro per humanum laborem, & assumitur in vsum, & vtilitatem humanam:
K ergo de ea debetur decima.

Dicendum, quòd his non obstantibus non soluitur decima de palea. Primo, quia dicitur Deuteronom. 14. cap. Decimam separabis vini frumenti, & olei. Et ita de frumento dixit, sed frumentum granum dicit, & non paleam.

Secundo, quia extra de decimis, cap. non est in potestate dicitur, quòd de vino, grano, oleo, & pecoribus decimę sunt soluendę: ecce enim granum solum nominauit: ergo de solo grano dantur decimę, & non de palea.

Tertio, & pręcipue, quia decima prędialis non datur nisi de fructu, & non vocatur fructus nisi id, quod in vtilitatem venit, & tamen palea nõ recipitur in vtilitatem,

litatem, vt communiter apud gentes. Sic dixit Ioan. Baptista de Christo supra 3. cap. s. cuius ventilabrũ in manu sua, & permundabit aream suã, & cõgregabit triticum in horreum suũ, paleas aũt comburet igne inextinguibili. Et sic solum triticum, i. granũ recondebatur in horreo tanquam vtile, paleę verò tanquã inutiles comburebantur. Sed de eo, quod inutile est, nullæ decimę dantur, ideo de paleis non datur decima, sed de solo tritico.

Quarto quia dato, quòd apud aliquas regiones paleę trituratę sint multum vtiles ad pascua iumentorum, & ideo velut de fructu deberet de eis dari decima, quia tamen ex eo, quòd a principio paleę velut inutiles reijciebantur, sicut etiam vsque hodie apud plurimas nationes obseruatur, in quibus fęnũ datur pecoribus, & nõ paleę, quia tamen nunquam de paleis decimę solutę fuerũt, est pręscriptum legitime ne in talibus regionibus paleę dentur, quia circa decimas eo, ꝙ institutę sunt per Ecclesiam, & non obligant de iure diuino, magnum locum habet consuetudo, & præscriptio.

Et istę duę rationes vltimę maxime adiuuant, ꝗa primę duę parum faciunt: nam si paleę apud omnes gentes, quando cępit consuetudo decimandi, essent vtiles, decimã de illis dedissent, & iura canonica ad hoc expresse adiuuassent, sicut expresse ponũt, ꝙ de fęno debet decima dari extra de decimis c. peruenit. Sed quod fęnũ prodest apud gentes illas, vbi est vsus fęni, hoc faciunt paleę trituratæ apud gentes illas, in quibus non est copiosus vsus fęni, ergo eadem ratione decimę de palea soluerentur.

Ad rationes tres in contrarium dicendum, quòd illę probant sufficienter, & verę sunt de rigore iuris, & tamen non manet oblatio ad soluendum decimas de palea propter rationes posterius factas saltẽ propter duas vltimas.

An de pascuis debentur decimæ. Quæst. CLV.

QVAERETVR an de pascuis debeantur decimę, scilicet, de pratis, vel alijs locis herbosis, in quibus pecora pascuntur. Dicendum, quòd de pascuis debentur decimę, s. si dantur pecunię pro pascuis, dabitur decima de pecunia illa. Sic dicitur extra de decimis cap. commissum, scilicet, sicut etiam de pascuis olim decimę soluebantur, ita & nunc &c. Item eo. tit. ca. peruenit dicitur, ꝙ de fęno decimę sunt soluendę, & tamen fęnum nõ pertinet nisi ad pascua, ergo de pascuis soluenda est decima, licet sit hęc differentia, quia pascua vocantur quæcũque loca herbosa vbi pecora pasci possunt, siue herba possit falce meti, siue solum in agro depasci, fęnũ aũt dicit herbam longã, quę falce metitur, & in domibus reponitur, vt sumatur in cibum pecorũ, & iõ adhuc maior causa est decimandi fœnum quã simplicia pascua: propter quod specialiter de fęno scriptũ est. Sed considerandũ, ꝙ circa loca pascualia, quę qs pascitur potest dupliciter se habere, quia aut sunt illa loca priuatorũ, aut sunt publica. Si sunt loca priuatorum, dicẽdum, ꝙ tripliciter se potest quis habere ad pascua sua, vno modo, ꝙ concedat agrum pascendum alicui pro certo precio. Alio modo, quòd gratis concedat omnibus, vel alicui specialiter. Tertio modo, quòd ipse cum pecoribus suis depascatur herbam agri. Si primo modo tenetur Dominus agri dare decimam Ecclesię parrochiali de pecunia, quã recepit pro pascua. Sic tenet Innocentius extra de decimis ca. ꝙ missum, & Io. An. in nouella eo. c. Si secũdo modo putant aliqui distinguendum, quia aut dedit cui specialiter benefaciendo ei, & non concedendo alijs, aut concessit cuicũque vellet. Si primo modo putant, quòd dominus pascuorũ teneatur ad decimam ęstimatam, eo quòd si vendidisset teneretur ad decimam, sed donãdo alicui specialiter obligauit illũ sibi ad ęqualia, videtur ipse teneri ad decimã. Si aũt omnibus indistincte concedit, dicunt non teneri dominum, sed pascentes herbam.

Quid pascua sint.

Sed dicendum nõ esse faciendam distinctionem, sed quomodocunq; dominus agri concedat pascua alteri, dum non recipiat pecuniam pro eis, quòd non tenetur ad decimas aliquas, quia nihil ad eum peruenit, sed illi, quorum animalia pascebantur, ibi tenentur ad decimam totius herbę ęstimatę, quia res transit cum onere suo ad quemcunque perueniat. Erant enim isti fructus pascuorum decimales: ideo ad quęcunque perueniant transeunt cũ onere suo decimationis extra de deci. cap. tua, & c. pastoralis. Et sic dominus ad nullam decimam tenetur, sed is, cuius sunt pecora, tenetur ad duas decimas, scilicet, ad decimã herbæ, & ad decimam pecorum, quæ nascuntur, vel nutriuntur ex herba, licet non debetur vtraque decima eidem Ecclesię, idem tenet Innocentius, & Ioan. An. vbi supra. Simile est siquis colens agrum, & seminans concedat alicui gratis metere fructus eius. Nam dominus non tenetur nunc ad decimam aliquam, quia nihil inde percepit, sed qui colligit fructus tenetur ad decimam. Sic etiam siquis frumentũ, vel ordeum, aut alia semina in herba vendat, vel cõcedit gratis alteri: Nam si vendit ipse tenetur ad decimam pecunię, si autem gratis dedit nõ tenetur dominus ad aliquid, sed ille, qui accepit fructus. Si tertio modo dicendum, quòd ipsemet dominus dabit decimam, & dabit duas decimas. Vnam de herba æstimata, aliam de pecoribus, quæ ibi aluntur, & pascũtur, licet hoc quibusdam videatur difficile, quod dominus de herba propria decimã reddat, sed nulla difficultas est. Nam si venderet alijs herbam nemo dubitat, quin teneretur dare decimam illius æstimationis, vt supra dictum est, ergo si ipse faciat ibi pascere pecora sua, cum idem, aut plus lucretur quàm si herbam venderet, tenebitur ad ęstimationem decimandam. Etiam quia siquis ordeum, aut frumentũ agrorum suorum non meteret, sed faceret ibi pecora sua pasci, nõ est dubium, quin teneretur ad totam decimam frumenti, & ordei soluendam, ergo idem erit si herbam propriorum agrorum det pecoribus suis. Si autẽ loca pascualia sint publica, aut communitas recipit aliquam æstimationem a priuatis, quorũ pecora ibi pascuntur, aut nullam. Si recipit aliquam tenetur dare decimam de illa.

Et si obijciatur, quòd non teneatur communitas ad decimas, quia solutio decimarum est omnis priuati hominis fidelis, siue propter se, siue propter res suas, extra de decimis ca. ex transmissa, s. Homo fidelis de omnibus, quæ licitè acquirit, decimas erogare tenetur, communitas autem non est homo: ideo non tenetur ad decimas.

Dicendum, quòd licet nõ sit homo fidelis, est tamen hominum fidelium: ideo tenetur ad decimas, sicut tenetur quilibet homo singularis. Si enim cõmunitas haberet agros, qui colerentur de bonis publicis, & fructus essent in peculium publicum, nõ est dubium, quin inde decimę dandę essent sicut de fructibus agrorum cuiuslibet singularis hominis. Si aũt communitas non recipit inde reditus aliquos, dicẽdum, ꝙ de rigore iuris priuati, qui ibi pascunt pecora sua, tenentur reddere decimas de herba ęstimata.

Et patet hoc primo, quia siquis permittat agros suos pascuales libere ab alijs depasci, nihilominus tenentur priuati ad decimam de herba æstimata,

vt

vt dictum est supra, licet agri non sint sui, & tamen, quòd agri sint communes non eximit eos ab onere decimarũ. cũ cõmunitas teneatur ad decimas, vt dictum est. Si det pro precio agros pascendos priuatis. Ergo & in isto casu tenebuntur priuati ad decimam.

Secũdo patet, quia si esset aliquis locus, in quo nõ essent agri priuatorum, & tamen liceret priuatis serere, & colere agros ipsos communitatis, manifestũ est, ꝙ quilibet solueret decimas de fructibus, quos colligeret in agris illis, sic igitur si pascua sint cõmunitatis ipsius, tenebũtur ad decimas illi quorum animalia ibi pascuntur.

Sed causa dubitationis est, quia vt cõmuniter de pascuis publicis nemo decimas soluit, hoc tamen non est nisi, quia boni agri pascuales, qui aliquos reditus præstare poterant, vt communiter sunt priuatorum, qui de eis decimas reddũt. Si autem communitas aliquos agros optimos habeat, concedit priuatis fructus illorum pro precio, & de talibus debentur decimę, vt dictum est supra, agri autem, quos sine pecunia concedit communitas priuatis, sunt quasi inutiles, & de talibus non dantur decimę. Hoc enim est, quod de iure communi in noualibus obseruatur. Nã religiosi tenentur ad decimas soluendas de locis illis, quę occupauerint si illa loca erant prius decimalia, siue essent domus habitatę siue agri, qui colerentur, siue loca pascualia, vt dicitur extra de deci. ca. cõmissum. Et dicit ibi Glo. Quæ ergo sunt noualia, a quorum decimatione oẽs religiosi sunt exempti de iure communi, & respõdet, ꝙ sunt loca inutilia palustria, & mõtana, & steriles agri, de quibus Ecclesia parrochialis nihil prius percipiebat, vel ita modicũ, ꝙ sine lęsione potest illud amittere. Talia enim loca cũ coli incipiunt noualia vocamus. Et de his non soluunt decimas religiosi extra, de verb. signifi. cap. quid per nouale. sic autem est, vt communiter de agris, vel locis pascualibus communitatis, quę ipsa communitas concedit priuatis sine precio, & ideo quia talia loca, per se inutilia sunt, & de talibus nihil, vel modicum percipere posset Ecclesia parrochialis, etiam si pertinerent ad iura priuatorum, ideo de talibus non dantur communiter decimæ.

Loca noualia.

An de terra ex vna dispositione in aliam conuersa decima debeatur, & è contrario. Quæst. CLVI.

QVAERETVR si terra, quæ erat sub vna dispositione mutetur ad aliam, an debeatur decima de illa. Dicẽdum, quod sic. Nam quomodocunque fructus habeantur de terra, quæ olim erat decimalis, semper erit decima soluẽda. Potest enim vno modo terra, quæ prius habitabatur, idest, in qua erant domus, mutari in agros, qui colantur, & tunc soluetur decima de illis agris, quia iam terra illa fuerat decimalis extra de decimis cap. commissum.

Alio modo mutatur terra, scilicet, vt in agris fiant domus, & tunc de domibus illis soluitur decima, nõ quidem, quòd soluant quantitatem decimę prædialis, quæ solebat solui de fructibus agrorum, quia etiã quando manebant agri non tenebantur domini ad certam ęstimationem decimationis, immo si nihil vellent seminare, aut colligere in agris non tenebantur ad aliquam decimam agrorum. Tenebuntur, ergo habitãtes in domibus illis ad decimas personales. Et hoc verum esset, nisi enormiter lęderetur Ecclesia, quia propter lęsionem ecclesię reuocatur priuilegium alicui concessum super decimis nõ soluendis, vt extra de decimis cap. suggestum. Ideo credendum est, quod si aliqua Ecclesia habet agros aliquos, de quibus totam, vel præcipuam decimationem habet, & aliquis vellet ędificare domos in agris, quibus ędificatis non deberentur inde nisi decimæ personales ab habitatore, quòd ille non solum tenebitur ad decimas personales, sed etiam tenebitur ad totam decimationem, quę regulariter prouenire solebat illi ecclesię ex agris, qa aliàs ecclesia lęderetur enormiter, quam lęsionem non permittit ius. Alia est mutatio, ꝙ terra, q̃ colebatur mutetur in pascua, & hanc mutationẽ multi faciunt, vt defraudent ecclesiam iuribus decimarum, sed isti multum errant. Primo quia dato, quòd aliqua terra nunquam fuerit culta, sed semper ager pascualis, debentur decimę de ea. Nam de pascuis decimę dantur extra de decimis cap. commissum & c. peruenit. Secundo errant, & præcipuę, quia iste ager prius colebatur, & erat decimalis: ideo quidquid de eo fiat trãsit cum onere suo, & debentur ex eo decimę de fructibus eius siue locentur fructus ad pecuniam, siue dominus depascatur cum pecoribus suis, vt dictum est precedenti q. q autem agros, qui colebantur, vertunt in pascua, vt inde non soluant decimas, faciunt in periculum animæ suæ, & tenentur ad decimas integraliter soluendas de reditu pascuorum.

Alio modo mutatur terra pascualis in agros, qui colantur, & tunc dicendum, quòd integrę dantur decimæ de fructibus, & iste est casus in cap. allegato commissum, s. & sicut etiam de pascuis olim decimę soluebantur, ita & nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis decimas volumus absque diminutione persolui. Alio modo mutatur terra, quæ prius erat sterilis in agros, qui colantur, & ista proprię vocantur noualia. Et ad esse noualia duo requiruntur. Primum est, ꝙ de nouo præcidatur, quia nouale est ager nunc primũ præcisum. extra de verbo. signifi. ca. innouatę. Secũdũ est, ꝙ talis locus prius esset sterilis, aut inutilis, de quo nihil aut modicũ ecclesia parrochialis percipiebat eo. tit. ca. quid per nouale. Et circa talia noualia est distinguendum, ꝙ aut facientes noualia sunt religiosi, vel viuentes in communi, vel sunt laici siue non tales. Si primo modo non tenẽtur ad decimas de noualibus, & hoc ex priuilegio cõcesso omnibus religiosis extra de decimis ca. ex parte tua. Sed est verum de noualibus, quę propriis manibus colunt, vel expensis suis. Secus si alijs locent noualia illa colenda, quia tunc illi tenebuntur ad decimas agrorũ illorum. Si aũt non sint religiosi, qui faciunt noualia, tenentur de iure communi ad dandas decimas de noualibus, immo & siquis præscripsit decimas in aliena parrochia, si noualia fiant non accipient decimas de illis eo. tit. ca. cum contingat, & siquis in feudum habet decimas alicuius parrochię, & fiant ibi noualia, non recipiet ratione fęudi decimas de noualibus eodem tit. c. a nobis.

Ad loca esse noualia duo requiruntur.

An messes exurens, arbores cædens teneatur ad decimas, & quomodo de his decimas dabit. Quæst. CLVII.

QVAERETVR occasione præcedentium, cum terrę sint decimales, & teneantur ecclesiæ, ad istud onus, siquis messes exurat, aut arbores cædat, aut greges destruat, vel perdat, an teneatur ad decimas, & quomodo de his decimas dabit.

Dicunt aliqui Iuristæ, vt Innocentius extra de decimis capitu. commissum, quòd tenetur faciens hæc ad ęstimationem decimę: alij, vt Ioan. An. in nouella, eodem capitu. dicunt, aut quis fecit ex iusta causa, vt in bello iusto, & tunc non tenetur, aut sine causa, & tunc tenetur. Et verum est hoc.

Sed tunc dicetur cum ecclesia nõ debeat sine culpa

pa sua priuari iure suo, quomodo quando prædicta vastantur in bello iusto non datur decima ecclesiæ. Nam videtur, quòd siue iustum, siue iniustum sit bellum semper debeatur decima Ecclesiæ, quia Ecclesia nunquam est in culpa: ideo non debet iure suo fraudari. Item quia si bellum est iniustum ille, qui damnum dat tenetur ad ęstimationem decimarum, si autem bellum est iustum, ille, qui patitur est in culpa: ideo ille tenebitur ad æstimationem.

Dicendum, quòd si in bello iusto hoc fiat, nemo tenentur ad decimas. Non enim qui damnū infert, quia ille cum iustum bellum foueat, potest licitè occidere, & prædari, & damna inferre. Si autem facere licuit, non tenebitur ad aliquam ęstimationem damni dati, & ideo neq; decimarum, qui verò damnum passus est, non tenetur ad decimas, quia nihil de fructibus percepit, & non solum decimam, sed totum perdidit: ideo non tenebitur ad aliquid cum perdendo non fuerit in dolo, & ita ecclesia nihil tunc percipiet, quia nihil est vnde percipiat.

Cum autem obijcitur, quòd ecclesia nō est in culpa, ideo non debet fraudari iure suo, non tenet regula, quia interdum sine culpa priuatur quis iure suo, vt sunt vulgati casus in iure. Item si omnes fructus grādine, vel caumate perierint, nihil percipit ecclesia, quia non est vnde, & tamen non tenetur agricola ad decimam tunc.

Aliter potest dici, quòd fortè Ecclesia est in culpa. Nam non est ecclesia ipsa domus, in quàm conueniunt fideles, sed congregatio ministrorum, & isti interdum pessimi sunt, ita vt sępe propter eorum scelera non solum pars decimalis, quę eis debetur, sed etiam ea, quę ad laicos pertinent pereunt, & ideo nō est mirum si decimarum perditionem nunc iuste sustineant. Ad secundum dicendum, quòd non tenet primo, quia non est verum, quòd in bello iusto ille, qui patitur damna semper sit in culpa. Nam interdū patiūtur subditi propter peccata dominorum, & ita quantum ad illud non sunt in culpa, qui substinent iustum bellum. Sed dicetur, ꝙ soluat tunc dominus decimarum ęstimationem, quia culpa eius damnū datū est. Dicendum, quòd non fiet, primo, quia quādo similes pœnæ infliguntur nescitur propter cuius peccatum hoc determinate fiat, licet posset aliquid pręsumi in generali, & ex tali pręsumptione nemo condemnatur. Secundo quia dato, quòd constaret non condemnaretur ille, cuius culpa euenisset malum hoc, quia non sunt tales pęnæ determinatæ pro spiritualibus culpis secundum legem, vel rationem humanam, sed solum secundum Dei arbitrium, iuxta quod non licet nobis iudicare. Tertio quantum ad principale, quia dato, quòd in culpa essent illi, quorū fructus pereunt non tenentur ad decimas: nam licet sit ibi culpa non est dolus, & ideo non tenentur. Sic enim quādo pereunt fructus grandine in culpa sunt, qui perdunt fructus, quia aliàs Deus non immitteret hanc plagam, & tamen non tenerētur ad ęstimationem decimę. Quarto quia posset dici, quòd non fuerunt isti in culpa, licet propter eos bellum iustum illatum fuerit, & contra eos. Pro quo sciendum, quòd hic est duplex pœna. Vna est, quòd isti, contra quos sit bellum iustum, patiantur aliqua mala. Alia est, quòd fit subtractio partis dandę in decimas.

Duplex est pœna.

Quantum ad primam pœnam procedit culpa eorum, qui patiuntur bellum iustum. Nam ideo Deus infert eis malum aliquod, quia peccauerunt, & ista pœna, quæ directe infertur eis, directe imputatur illis. Secunda, scilicet, subtractio partis decimandæ nō est per se pęna huius peccati: ideo nō imputatur culpę eorum. Poterant enim quodcūque malum aliud

A pati ipsi pro peccato suo, & quòd non sequeretur inde subtractio partis decimandę.

Cum autem dicitur de eo, qui patitur bellum iustum, quòd est in culpa sicut ille, qui infert bellū iniustum. Dicendum, quòd non est simile. Nam qui sustinet bellum iustum potest excusari modis supra dictis, qui autem infert iniustum bellum non potest excusari, quia directe peccat aliquid agendo, & ideo imputatur ei malum, quod agit, & non imputatur sustinenti malum quod inde sequitur, licet aliquod peccatum eius præcesserit, quia in hoc nihil agit.

Secundo quia sustinens nihil percipit, sed perdit, & ideo cum tam partem dandam in decimam, quā

B cętera sua perdat, & non percipiat aliquid nihil ei est imputandum, sed qui infert bellum iniustum percipit aliquid, quia prędatur, & diripit: ideo ipse tenetur ad æstimationē decimarū, sicut & ad vniuersa damna, & mala, quę infert. Sed tunc qualiter tenebitur ille, qui in bello iniusto, vel sine bello, & causa iusta infert talia damna?

Dicendum, quòd aut iste exussit segetes maturas, aut existentes in areis, in quibus paruum, vel nullum erat periculū, aut segetes in herba. Si primo modo, dicendum quòd tenetur ad totam ęstimationē, quia fructus erat extra periculum. Si autem secundo modo aliqui dicunt, quòd non debet haberi ęstimatio

C valoris totius fructuum, eo quòd potuissent perire fructus illi grandine, aut alio periculo, vt non perciperentur a colono neque ab ecclesia, sed habenda esset ęstimatio valoris eorū, vt in herba. Sed dicēdum, quòd tam de frugibus quàm de arboribus, & cæteris damnis datis debet haberi totalis ęstimatio secundum respectum aliorum annorum, vel secundum, ꝙ putabatur verisimiliter illo anno fructuum multitudo, aut paucitas futura ex eis, quę apparuerant ante damna data, neque obstat, quòd grandine perire poterant, quia hoc esset si non fuisset in dolo, sed quia in dolo fuit, totus valor fructuum imputatur inferenti damna, si non essent fructus necessario perituri. Satis enim est, quòd possent nō perire, licet possent perire.

D *Ad quid teneatur ille, qui vendidit alteri rem non decimatam. Quæst. CLVIII.*

QVAERETVR ad quid teneatur si quis vēdidit alteri rem nō decimatam, vt agrum habentē fructus, aut gregem cuius erant iam nati fętus, & non decimati. Dicendum, quòd regula generalis est, quòd trāsit res cū onere suo extra de deci. cap. tua & ca. pastoralis, & ad quemcunq; perueniat, manet idē onus, & sicut ista antequā venderētur habebant onus decimandi, ita & postquā vendita sunt. Potest aūt ecclesia petere decimas ab vtroque. Ab emptore quidē, quia ille detinet rem ecclesiæ, s. rē nō decimatā, a vēditore aūt, quia quantū in se fuit, frau-

E dauit ecclesiā, & tñ licet cōpetat actio contra ambos soluēte altero eorū, liberantur ambo. Sic dicit beatus Tho. de Aquino secunda secūdę. Et hoc verū est, qā si, soluente vno, non liberaretur alius, posset ecclesia idē bis petere, quod falsum est, quia bona fides nō patitur, vt idē bis petatur. ff. de re. iur. l. bona fides: neque ecclesia recipit aliquid cum augmento 12. q. 2. ca. fraternitas. Sed dicendū, ꝙ si emātur res non decimata tenetur aliqn̄ emptor, & aliqn̄ vēditor. Pro quo sciēdum, quòd is, qui vendidit rem suam non decimatam, aut tacuit, aut dixit decimatam esse cum non esset decimata. Si primo modo, & emptor emit rem nō petens a venditore, quòd ipse solueret decimam, etiam si nihil fuerit conuentum inter eos, manifestum est, quòd tenetur emptor ad decimā, quia certum

S. Tho. 2. 2 q. 87. art. 2. ad quartū

tum

tum est, quòd de hac re decima soluenda erat. Cum ergo venditor expresserit non esse solutā, & accepit emptor rem, manifestū est, quòd tacitè se obligauit ad soluēdum decimam cum res naturaliter transeat cum onere suo. Si secundo modo, dicendū ꝙ aut res vendita est ante tempus decimationis, quando planū erat, quòd non poterat esse res decimata, aut, tempore, quo res decimata esse debebat, vel esse poterat, ēt si non esset. Si primo modo venditor non fuit in dolo, quia tacuit decimationem non factam, quia non oportebat aliquid dici, cum tempus hoc manifestaret, vt si quis vendidit alteri fructum alicuius vineæ suę antequam colligeretur fructus de illa, aut de altera vinea, quia manifestum est, quòd tunc nō poterat decima esse soluta. Idem si vendidit fructum arborū ante plenam maturitatem, quia manifestū est, quòd tunc non poterat esse decimatus, & ideo emptor tenetur, etiam si tacuit venditor de decima.

Si autem tacuit de decimatione eo tempore, quo poterat esse, vel debebat fructus esse decimatus, dicendum quòd venditor est in culpa, quia verisimiliter cogitare debebat emptor fructū esse decimatū, & ideo nihil petiuit. Sicut si quis emit ab alio in torculari totum vinum, quod flueret de vuis, quę ibi calcabantur tunc, quādo enim calcantur vuę, iam decimatę esse debebant, quia decimę vini non soluuntur in vino, sed in vuis, sed qn̄ calcantur in torculari iam reputantur vinum, & non vuę, & pertinere ad partē coloni, quę est pars decimata, & ideo si non erāt decimatæ vuę, tenetur venditor ad decimas, & nō emptor, quia fuit in culpa tacendo cum emptor verisimiliter crederet, solutam esse decimam. Idem etiam est si dubium esse poterat, vt si quis portaret de vinea certa pondera vuarum, & alius ab eo emeret nō expresso de decimis, licet dubiū esse poterat, an essent vuę decimatę, tenetur venditor ad decimā, eo quòd tacuit, quia significatur, quòd iam decimauerat, vel super se onus decimationis assumpserat. Est autem regula, ꝙ quandocunque dubium esse potest an fructus decimatus sit, vel non, & tacet vēditor, quòd ipse super se onus decimādi assumit, & ideo ipse tenetur. Sed quia dicebatur supra, quòd si emebat quis fructus, quando certum erat non esse decimatos, ꝙ tenebatur emptor, non est generaliter verum, sed est distinguendū, quia aut quis vendit alteri certas mensuras grani, vel pondera vuarum de vinea, vel agro certo, aut incerto, determinato precio pro qualibet mensura, vel pondere, aut vendit omnes fructus alicuius vineę, vel agri pro determinato precio, tamen non determinatis mensuris, vel ponderibus, sed siue multa pondera, siue mensuræ sint, aut pauca. Si primo modo, venditor tenetur ad totas decimas, etiam si fructus vendātur ante maturitatem tempore, quo manifestum est non esse decimatos fructus, qui per hoc expresse visus est solos illos fructus vendidisse, & super se recepisse onus decimandi, etiā si hoc modo omnes fructus alicuius emeret.

Si secundo modo dicendum, quòd expresse apparet venditorem transtulisse tam fructū quàm decimandi onus in emptorem, cum nihil sibi reliquerit, de quo decimaret, & hoc maxime, quia inconfuse vendidit. Secus aūt si diceret vendo tibi omnes fructus vinearum mearum dando pro quolibet pondere certam pecuniam. Nam tunc intelligitur, quòd debeant detrahi illa, quæ sunt decima fructuum, & in cęteris ponderibus teneat precium constitutum. Quando autem fructus venditi sunt inconfuso sine determinatione certarum mensurarum, & cum determinatione precij, manifestum est, quòd totum, idest, tam fructus quàm onus decimandi transit ad

F emptorem, eo quòd non possunt inde fructus decimę extrahi a venditore.

Si tertio modo quantum ad principale dicendū, quòd indistinctè tenebitur venditor ad decimas, eo quòd fefellit emptorem. Nam ideo carius emit acer uū, quia putabat nihil inde detrahendum. Ecclesia tamen nihilominus poterit petere, a quo voluerit. Vnde & ab emptore petere poterit, qa inuenit apud eum rem non decimatam, & transiuit cum onere suo.

Sed quid si Ecclesia petente soluit decimam ille, qui non tenebatur, vel Ecclesia non petente putauit tamen se teneri, quid fiet hic?

G Dicendum, quòd aut quæritur in foro iudiciali, aut in pœnitentiali, si in iudiciali, aut soluit sponte ille, qui non tenebatur an ecclesia agente contra eū. Si primo modo quoniam iste est bonę fidei, cedet ei ecclesia actiones suas, siue sit emptor, siue venditor, & sic poterit ab eo nomine Ecclesię recuperare decimam, quam indebite soluit. Si autem soluit petente Ecclesia, & compellente, vtpote quia erat emptor, apud quē res empta inuenta est indecimata, aut habebat bonam fidem, aut non, si habuit bonam fidem emptor, vt quia non intendit fraudare ecclesiam decimis, cedet ei actiones suas ecclesia, vt petat a venditore, qui obligabatur ad decimam. Si autem malæ fidei fuit, non cedet ei actiones suas.

H Si autem in foro pœnitentiali, scilicet, quando tenebatur vnus soluere decimas, & soluit alius, vt si tenebatur soluere venditor, & soluit emptor, vel è contrario, & ille, qui soluit non repetit ab alio, ad quid tenebitur alius in foro pęnitentię. Et videtur dicendum, quòd teneatur ad decimam soluēdam ille, qui tenebatur, & non soluit, vt eam nunc restituat soluēti indebite, siue soluerit emptor, siue venditor, quia in hoc ęqua est vtrique conditio.

Dicit tamen Raimūdus in summa tit. de decimis, quòd verum est, nisi forte emptor soluit indebite, & tamē adhuc lucrum habet in fructibus, eo quòd pro paruo precio emit, licet soluat decimam. Sed hoc nō videtur satis tutū, quia occasione accidentalis lucri, quod non venit in contractū non est detrahendum

I alicui, quod debetur, quia eodem modo posset vēditor defraudare emptorem retinendo partem rei vēditę nesciēte emptore si cōstiterit, quòd illud, quod accepit plus valet quàm preciū, quod dat etiam occultè retenta parte, quod non est verum.

An de rebus quocunque titulo ad aliquem peruenientibus sit soluenda decima. Quæst. CLIX.

QVAERETVR an de rebus q̄ quocūque titulo ad aliquem peruenerint sit soluenda decima, idest, an de rebus immobilibus, quę perueniunt ad aliquem, teneantur soluere decimas sicut de quolibet lucro.

K Dicendum, quòd aliqui distinguunt an perueniat res immobilis ex hæreditate, aut ex donatione, aut ex aliqua operatione, pro qua detur. Si primo modo distinguunt, quia aut hęres est suus, vt filius legitimus, aut est hęres alienus, idest, qui instituitur, vel qui aliàs venit ab intestato. Si est hæres suus, dicunt, quòd non tenetur ad decimas, quia eadem persona reputatur cum eo cui succedit, & sicut testator non tenetur ad decimas immobilium, quę iam habet, ita neque hęres suus. Alia ratio est, quia istis de iure naturæ debita est hęreditas, & talis viuente patre dominus est, & sola administratio ei deest. Vnde non censetur nunc aliquid acquirere, sed iam habere, cum iam dominus esset, sed incipit

cipit administrare, & qui dominus est, vel qui rem habet effectam suam ex vna causa, ex alia causa non potest eam acquirere donec desinat esse sua. Et ista est causa præcipua quare isti non tenerentur ad decimas totius hęreditatis, eo quòd totum quod ad eum peruenit est lucrum, & de lucro est danda decima, extra de decimis cap. ex transmissa. Si autem sit alius titulus lucratiuus, vt ex legato ex donato dicunt indistincte soluendam esse decimam, eo quòd totum hoc est lucrum.

Alij dicunt, quòd nō est verum hoc, sed quòd de nulla re immobili est danda decima, quia res transit cum onere suo, & ideo de re immobili dabuntur decimę, scilicet, de fructibus eius, de ipsa tamen non dantur decimæ. Item quia si hęres legatarius donatarius, & quicunque habens rem immobilem ex titulo lucratiuo teneretur ad decimas ex illa cito transirent omnes res ad Ecclesiam, quod non est conueniens. Item quia Deus filijs Israel mandauit de fructibus dare decimas, & nō de possessionibus. Hęc est opinio Glo. extra de decimis cap. pastoralis.

Sed Alanus, Ioannes, Vincentius tenebant, quòd de omnibus peruenientibus ex titulo lucratiuo maxime si non sit hęres suus debetur decima. Et Hosti. recitans istorum positionem respondebat ad tres rationes supra factas, quæ sunt rationes Glo. sed non oportet ponere illas solutiones ne rursus oporteat argui contra solutiones ipsas, cum non teneamus illam positionem.

Omnes autem doctores, vt communiter tenent positionem contrariam, s. ꝙ de immobilibus non sit danda decima. Hoc tenent Hosti. & Ioan. An. in nouella tit. de deci. ca. pastoralis, & Henricus eo. tit. cap. peruenit, & fere omnes doctores posteriores in cap. pastoralis. Dicunt tamen positionem primam, s. quæ tenet dandā de his decimam de iuris rigore iustiorem esse, sed secundam, quæ dicit non esse soluendam, esse benigniorem, & tenendam.

Sed tamen videtur dicendum, ꝙ neque de iuris rigore illa sit iustior cum rigor iuris non astringat ad hoc, & fundamētū est, quia licet lex a Deo posita de decimis nō obliget nunc, sed solū institutio nouiter facta per ecclesiā, vt dictū est supra, tamen quantum ad decimas soluendas, s. de quibus rebus decimę dētur iura posuerunt regulam, s. ꝙ illæ decimę, & de illis rebus solū debeantur, quę dabantur in veteri testamento, & quæ postea ex cōsuetudine approbata dātur, extra de decimis cap. in aliquibus, s. illę decimæ necessario sunt soluēdę, quę ex lege diuina debentur, aut loci cōsuetudine approbata, sed decimę de rebus immobilibus non debentur ex veteri testamento, qa ibi non iubebat Deus dari decimas nisi de fructibus, & non de possessionibus, sed neque debentur ex loci cōsuetudine approbata, quia in nullo loco est consuetum de talibus decimas dari, ergo nullo iure debentur.

Cum autem respondebant tenentes contrariam opinionem, quod in veteri testamento non soluebātur decimæ nisi de fructibus, quia Deus ibi tradidit terram Israelitis, & potuit apponere quodcūque pactum voluit, vt significatur Leui. 25. c. & extra de dona. ca. per tuas, quod nō potest facere donator humanus, cuius res non est totaliter: ideo donādo non potuit eximere rem a iure decimationis, & onere. Dicēdum, ꝙ etiam istud nō vrget, quia licet aliud sit de donatione humana, aliud de diuina, tamē cum decimarum onus non sit naturaliter incumbens rei, sed ex institutione, licet homo donans non potuerit eximere rē donatam ab aliquo onere, ꝙ eam cōsequetur, tamen si nullum onus incūbebat ei, transibit res

A donata sine onere. Et quia res immobiles non tenētur aliquo onere decimarū de iure diuino neq; etiā de humano, neque de cōsuetudine, etiam si donator non eximat rem ab onere decimarum, nō tenebitur hęres, donatarius legatarius, & quicūque talis ad decimam de rebus immobilibus. Alia etiam ratio erat conueniens, s. ꝙ omnia cito trāsirent ad ecclesiā per frequentem decimationem. Ad quam respōderunt ꝙ poterat in hoc per Papā prouideri statuendo, ꝙ ecclesia cogeretur vendere immobilia, vt nō manerēt omnia apud eam, vel ꝙ licet deberetur immobile, ꝙ nō reciperet immobile, sed æstimationem. Sed dicēdum, ꝙ non stat: nā etiam si nō reciperet ecclesia nisi æstimationem, cū quotidie transeant magnę hęreditates per institutiones, & successiones ad alios, precia omnium rerū transirent ad ecclesiā, & non esset, qui posset tanta soluere, & Ecclesia in immēsum ditaretur per longū tempus: ideo neque istud tollebat inconuenientia.

B

Et ideo dicēdum, quòd neque de ęquitate neque de iuris rigore tenentur homines ad decimas rerum immobilium, quę perueniunt ad eos titulo gratuito, vt ex institutione, & legato, & donato. Sic tenet Innocen. extra de decimis ca. non est, & Bernardus eo. tit. ca. pastoralis. Et dicunt, ꝙ decimę sunt dandę nisi de fructibus terrę, & de operibus manuum, i. de his, quę acquiruntur ex aliquo labore, vel negocio, non aūt de his, quæ dātur titulo gratuito. Cum autē obijcitur eo. ti. ca. ex transmissa, ꝙ fidelis homo de omnibus, quę licite acquirit decimas soluere tenetur. Exponunt, ꝙ intelligitur de eis, quę proueniunt ex humano, vel a manibus, & ideo non extenditur ad immobilia venientia titulo gratuito, immo neq; ad mobilia, vt si quis ex testamento, vel donatione pecuniā accipiat non tenetur ad aliquam decimam illius. Sed quid si aliquis acquirat immobilia non ex titulo lucratiuo, sed ex labore, vt ex iusto bello, vel patrocinio, vel simili causa, an debeatur de illis decima.

C

Et quantum ad hoc de rigore iuris nō videtur dubium, quoniam soluenda est decima personalis, quia est sibi lucrum ex operatione, & tamen aliqui dicūt, quòd adhuc de hoc immobili non est dāda decima. Sic refert Innocentius eo. tit. ca. non est, s. Item si aliquis pro mercede militiæ, vel aduocationis, vel pro alio opere suo recipiat ex pacto, vel sine pacto aliquod castrum, vel villam, vel aliam possessionē immobilem, nunquid de ea debet dare decimam prædicta ratione, s. quia de immobili non sunt dandę decimę. Alij tamen dicunt, ꝙ etiā de immobilibus sunt dandę decimę. Sed dicendum, quòd circa decimas personales, vt in plurimum statur consuetudini, & tamen de rigore iuris etiam de immobilibus in hoc casu videntur dandę decimę.

D

An de piscatione sint decimæ dandę, & an sint prædiales, vel personales. Quæst. CLX.

E

QVAERETVR an de piscatione sint decimæ dandę, & an sint tales decimę prædiales iudicandę, vel personales.

Dicendum, quantum ad primum, quòd potest dupliciter hoc accipi. Vno modo, quod quis habeat flumina, vel stagna, aut loca, in quibus piscatur, & vt permittat alijs piscari, ibi recipiat aliquam pensionem.

Alio modo quantum ad illos, qui piscantur, siue in flumine publico, siue in priuato ex concessione alterius, siue in proprio. Si accipiatur primo modo, manifestum est, quòd decimę sunt dandę de illis prouentibus. Sic dicitur extra de decimis cap.

per-

peruenit, scilicet, de prouentibus molendinorum, & piscariarum decimas persoluam. Piscariæ autem dicuntur loca, in quibus piscamur, & non solum soluuntur decimæ, sed etiam sine deductione expensarum eodem tit. cap. pastoralis.

Si accipiatur secundo modo dicẽdum, quòd sunt soluendæ decimæ, non quidem de prouentibus, quia non sunt prouentus, sed de lucro. Nam in piscando non est reditus, sed potest esse lucrũ, & redditur tunc decima & hoc siue in flumine publico quis piscatur, vbi nihil dat pro iure piscandi, siue in loco priuati alicuius, vbi dat aliquid pro piscandi iure, quia tunc potest scire quantum lucratur, etiam si locus sit proprius, & piscatur ibi dominus, & vendit pisces, vel sumit in cibum suum & familiæ, tenetur dare decimas, sicut siquis in proprio agro pascuali faciat G pasci pecora propria vltra decimam, quam dat pro pecoribus tenetur ad decimam herbarum, vt ostensum est supra.

An sit prædialis, vel personalis. Quæst. CLXI.

QVANTVM ad secundum quæretur, an decima sit prædialis, vel personalis.

Dicendum, quòd non potest vocari proprie ista decima prædialis, quia prædialis datur de prędijs, & terræ nascentibus, & tamen decima de reditu piscariarũ, vel de lucro piscationis nõ est de terrę nascentibus, & fructibus: ideo non est propriè prędialis. H

Sed dicendum, quòd potest esse, vel personalis, vel mixta, vel magis declinans in prędialem quã in personalem, & ideo pro hoc distinguẽdum, quia aut cõsideratur quantum ad prouentus, quos aliquis recipit de piscarijs, quas habet in flumine proprio, vel stagno, aut quantum ad lucrum de piscatione. Si primo modo, iudicatur decima prędialis, quia licet non sit de fructibus terrę decimatio, sed de prouentibus pecuniarijs, tamen dantur illi prouentus prędij, & non ratione personæ, quia nullã operam impẽdit ibi persona, & tñ pro eodẽ accipimus esse decimas prędiales, vel ratione prędij debitas sicut dicit extra de decimis ca. tua nobis, §. oẽs, qui ad decimas ratione personarũ, aut prędiorũ tenẽtur eas cũ integritate persoluant, & ideo istę decimę dandę videntur illi Ecclesię in cuius territorio piscatur, & piscarię, de quibus prouentus dantur locatę sunt. Si autem quæratur de piscatione distinguunt aliqui, quod aut quis piscatur in flumine publico, vbi licet cuiq; piscari nullo dato prętio neq; parte piscationis, aut in loco priuato, vbi datur precium, vel pars piscationis. Si primo modo, dicunt esse personalem decimam, & deberi ecclesię, in cuius parrochia recipit quis sacramenta, & nõ in cuius territorio sunt sita loca piscationis. Si autem dato precio dicunt esse quasi prędialem, & deberi ecclesię, in cuius territorio sunt loca piscationis.

Sed dicendum, quòd non stat, quia nulla ratio distinctionis est in vtroque casu: ideo si in vno est decima personalis, in alio quoque erit personalis: Itẽ quia nulla ratio est quare sit prædialis, quia hic non attenditur nisi labor humanus, & industria, & ideo personalis est decima, licet pisces, de quibus est lucrum beneficio aquæ, & terræ viuant, neque sit distinctio ab aliquo perito nisi quantum ad prouentus piscariarum, & lucri piscationis, quia primum est prædiale secundum personale. Sic dicit Innocentius, & Ioan. And. & Henri. in capitu. non est, & Ber. & Hostien. extra de ferijs capitu. licet. Idem autem est siquis de proprio flumine, vel stagno pisces capiat, & vendat. De lucro enim debetur decima, sed est personalis, & debetur Ecclesiæ in qua recipit sacra- F menta dominus piscariæ. Dicunt tamen doctores, quòd siquis de mari pisces accipiat, & ponat in aliquo stagno, vbi aliquandiu viuant, debetur decima Ecclesiæ parocchiali in cuius territorio est stagnum, vt docet Innocentius, & Ioannes And. extra de decimis, cap. non est. Sed non est intelligendum, quòd totaliter de illis decima debeatur etiam secundum rigorem iuris, sed solum de incremento, quod putantur accepisse in stagno illo.

An de venatione debeatur decima, & cui ecclesiæ. Quæst. CLXII.

QVAERETVR de venatione an debeatur decima, & cui Ecclesię.

Dicendum ad primum, quòd de venatione decimę debentur extra, de decimis cap. non scilicet. De militia, & venatione, & omnibus bonis decimę sunt ministris Ecclesię tribuendę.

Ad secundum dicendum, quòd hęc quęstio tangere poterat etiam animalia mansueta, quæ nos pascimus, vt oues, boues, & capras, sed cui Ecclesiæ de his debeatur decima, infra dicetur. Nunc verò de illis solis, quę ad venationem pertinent dicamus, & omnia hęc sunt fera. Nam mansueta animalia nemo venatur, sed capit pro libito, & ideo vt communiter omnis venatio pertinet ad personalem decimam. Sed pro hoc est magis considerandum, scilicet, quia aut animalia, quæ venantur sunt inclusa in aliquo ambitu, aut libere vagantur per montes, & alia loca. Si libere vagantur, dicendum, quòd est decima personalis, quia prouenit pure opere, & cura humana, & non beneficio terrę lucrum istud: nam cuilibet patet talis venatio. Si autem sunt animalia inclusa, sicut sunt chirogryli, & damę & lepores, & alia animalia, quę solent esse inclusa in locis certis, dicunt aliqui, quòd de talibus venatio pertinet ad decimam prædialem, & danda est Ecclesię in cuius territorio sunt inclusa animalia, quia illa viuunt beneficio terræ illius, extra de decimis ca. cum non sit.

I Alij tamen volunt, quòd sit personalis decima, & detur Ecclesiæ, in qua venator recipit sacramenta, quia omnia hæc veniunt artificio, & opere humano, & istam opinionem magis tenet Innocentius extra, de decimis capitu. non est, & ad capitu. cum non sit respondet, quòd ibi non prouenit fructus ex artificio hominis, sed ex sola Dei gratia datur. Quod patet, quia semen mortificatur a Deo, & non homine operante viuificatur, & fructũ plus affert, sed animalia reclusa non moriuntur, ideo non est de eis danda decima prædialis sicut de eis, quæ Dei solius opera veniunt, sed vt de illis, quæ magis veniunt ex opere humano. Sed Hostien. tenet decimam istam neque esse prędialem neque personalem, sed mixtam.

K Dicendum, quòd circa talia potissime standum est consuetudini, & tamen de rigore magis videtur pertinere ad personalem, vt vult Innocen, quàm ad prędialem, vt placet quibusdam.

An de molendinis sit decima danda, & an sit prædialis, vel personalis. Quæst. CLXIII.

QVAERETVR an de molendinis sit decima danda, & an sit prædialis, vel personalis.

Dicendum ad primum, quòd de omni molendino decimæ sunt dandæ, & quia molendinum ab antiquo duplex esse solebat, scilicet, de aqua, & vento, de vtroque iubebat Ecclesia solui decimas. De molendino in aquis, patet extra de

Duplex molendini. de decimis capitu. peruenit, & capitu. pastoralis vbi dicitur, quòd de prouentibus molendinorum decimę sunt soluendę, & intelligitur de molendino in aqua. Primo quia quando absolute accipitur molendinum, intelligitur de molendino in aqua, quia illi competit pręcipue, & primo hoc nomen.

Secundo quia quando fit mentio de alijs molendinis, non vocantur absolutè molendina, sed cum determinatione, scilicet, molendina ad ventum eo. tit. cap. ex transmissa. Et ideo si ponantur absolute intelligitur de molendinis in aqua.

Tertio apparet, quia in allegato cap. peruenit statim post molendinum subditur de piscarijs. Et idem in cap. pastoralis, ergo ad idem pertinet, sed piscariæ sunt in aquis, ergo & intelligitur de molēdinis aquarum, & de his decimę soluuntur, idest, de prouentibus, quæ dantur pro actu molendi in his. Sic dicitur in allegato cap. peruenit, scilicet, de prouentibus molendinorum.

Aliud est molendinum ad ventum, & etiam de prouentibus huius dandæ sunt decimæ eo. tit. cap. ex transmissa, scilicet, militem compellatis de his, quæ proueniunt de molendino ad ventum, vt decimas sine diminutione persoluat. Sunt tamen alia molendina, quæ sine vento, & aquis consistunt tractu hominum, aut bestiarum mota, aut si per aliquod ingenium moueri possunt, & de his iura non faciunt mentionem, quoniam rara erant a principio, & etiam nunc, & tamen cum ex eis lucrum proueniat, necessarium est, quòd de eis decimæ dentur. Nam ista est causa, ex qua probat Papa, quòd de molendino ad ventum decimę sunt dandę, scilicet, quia de omnibus, quæ fidelis homo licitè acquirere potest, decimæ sunt soluendæ, eodem cap. ex transmissa.

Ad secundum dicendum quidam putant de molendinis ad aquam, & ventum esse decimam prædialem, quia mouentur vi aquarū, & ventorum. Sed dicendum, quòd non stat, immo oportet esse decimam personalem. Primo quia extra de parrochijs cap. vltimo. iubentur solę decimæ prædiorum dari Ecclesiæ, parrochiali, & illę sunt decimæ messiū, & fructuum terrę. extra. de decimis cap. ad apostolicę, ergo sunt cęterę personales, sed de molendinis sunt decimę huiusmodi, ideo sunt personales, & sunt dādę Ecclesię parrochiali.

Secundo quia prouentus molendinorum ponuntur inter decimas personales in cap. peruenit, & cap. pastoralis: ideo sunt personales.

Tertio quia decimę de lucro sunt personales, quia prędiales dicuntur decimę de fructibus eodem titu. ca. ad apostolicę, sed decimę de prouentibus molendinorum vocantur decimę de lucro, & non de fructibus, vt colligitur in capitu. peruenit, & capitu. ex transmissa.

Quarto quia de fructibus terrę, de quibus dantur decimæ prędiales manifestum est, quòd non debent extrahi expensę, neque semen, sed integre soluuntur in ca. cum non sit, & ca. tua nobis, & tamen post hoc adhuc dubitatur, & distinguitur an in decimandis prouentibus molendinorum sint deducēdæ expensę in c. pastoralis, ergo decimę de molendinis sunt personales.

Quinto patet, qa illę decimę vocantur prędiales in quarum materia non operatur pręcipuè humana industria, sed Dei manus in ca. cum non sit. Et ista causa redditur ibi, quare non subtrahatur semē de aceruo decimando, neque sumptus, & tamen circa molendinum pręcipuū, quod est, sunt humani labores, & industria, licet etiā concurrant aquæ, & venti, quæ

A a Deo sunt. Non est enim dicenda decima personalis de sola illa re, in qua sola humana industria solum operatur, quia nihil est, in quo manus Dei non operetur, sed quādo totaliter, vel pręcipue prouenit fructus ex Dei operatione, siue naturę vltra nostram industriam est decima prędialis sicut in fructibus terrę, quia omnia huiusmodi prius moriuntur quàm reuiuiscant, & reuiuiscunt sine nostra operatione: ideo tales vocamus prædiales, sed de molendinis nō sunt nunc: ideo sunt personales.

Dicendum igitur, quòd de omnibus molendinis, siue ad aquam, siue ad ventum sunt decimę personales, sed a fortiori de molēdinis, quæ trahuntur ab aīalibus sine vento, & aqua. Nam talia purè sunt personalia, quia sola humana industria, & labor ibi operatur. Vnde magis talia vocantur artificia quàm molendina, quia in molendinis aliquid operatur Deus, sicut in aqua, & vento.

B

An de lacte, & caseo sit danda decima. Quæst. CLXIIII.

QVAERETVR an de lacte, & caseo sit danda decima. Dicendum, quòd sic. Nam si de pecoribus danda est decima, dabitur etiam de fructu pecorum, sed fructus pecorū est caseus, & lac: ideo de his dabitur decima. Secundo patet, quia eadem ratio est de caseo, & lacte, quæ de lana, sed de lana datur decima, vt ostensum est supra, ergo de lacte, & caseo. Tertio quia iura expresse hęc dicūt, extra de decimis c. peruenit, vbi de lana dicitur, & cōsequenter de caseo, & lacte intelligendum est, quia eadem ratio est in illis, & ideo erit idē ius, extra de constitutionibus ca. translato. Et magis apparet, extra de decimis cap. nuncios, vbi de omni fructu iubētur decimę solui, sed lac, & caseus sunt fructus pecorū, ergo de eis datur decima. Sed dicendum, quòd eadem est decima casei, & lactis, cum caseus non fiat nisi de lacte, & tamen aliquando lac venditur, vel expenditur in aliquos vsus, & nō formatur inde caseus, & tūc de lacte est soluēda decima, scilicet ęstimatio precij.

C

An de butyro soluatur decima, & an sit prædialis, vel personalis. Quæst. CLXV.

D

SED dicetur an de butyro soluatur decima. Dicēdum, quòd aut est butyrum quod fit de lacte, aut quod fit de pinguedine animalis. Si primo modo est danda decima, & erit alia decima pecoris alia fructus pecoris, eo quòd distinguitur hic fructus a substantia pecoris, & prouenit de eo. Et eadem ratio est tunc de butyro, & lacte, & caseo. Nā sicut de lacte fit caseus: ita de lacte fit butyrum.

Si autem fit butyrum de pinguedine animalium, vt butyrum de porcis, vel de anseribus, non est danda decima. Et ratio est, quia hoc butyrum non est fructus animalis, sed pars substantiæ, & non potest accipi, nisi de animali occiso liquefacta quadam parte corporis eius, sed animal iam decimatum est: ideo non debet rursus decimari, quia bona fides non patitur, vt idem bis exigatur, neque ecclesia debet decimam duplicatam recipere.

E

Et quod dictum est de butyro dicendum est de adipe, vel sepo vnde candelæ fiunt, non est enim decimandum. Et ratio est, quia non est fructus, sed pars animalis. De adipe, & sepo nō est decimādum.

Sed obijcitur, quòd sit decimandum butyrum, & sepum: nam ista sunt lucra quædam, & de omnibus lucris est decima danda. extra de decimis capitu. non est, & capitu. ex transmissa, sed lucra sunt hęc, quia quando decimata fuerunt animalia ista, de quibus

bus fit sepum, & butyrum, non erant talia, & tanta, vt inde butyrum posset prouenire, sed parua, ideo de lucro isto dabitur decima.

Dicendum, quòd non stat, primo quia si propter incrementa animalium daretur decima hęc, non solum de butyro, & sepo danda esset, sed etiam de valore maiori animalis tempore, quo occiditur ad tempus, quo decimatur, & tunc cum sit duplum, aut triplum in valore deberet triplari decima, quod falsum est.

Secundo, quia non tenet ratio: nam incrementa animalium sicut non vocantur fructus, ita neque vocantur lucra, eo quòd non distinguuntur a substantia rei, lucrum autem in re, aut circa rem prouenit, & lucra quando non sunt decimata, sunt decimanda, & tamen hic decimatum est incrementum. Pro quo sciendum, quòd aut hic consideratur substantia pecoris, aut maior valor, si substantia non est decimanda, quia iam decimata est, cum a principio de pecoribus data est decima. Si autem valor maior dicēdum, quòd prouenit istud incrementum ex eo, quòd pecora postquā fuerunt decimata maiora effecta sunt per alimentum, de alimento autem danda est decima. Nam aut pecora pasta sunt de frugibus, aut de herbis. Si de herbis danda est decima, siue a domino agri, si preciū recipit pro pascuis, siue a domino pecorum si sine precio pecora pascuntur ibi, vt dictum

In q. 155. est supra. Si autem alantur pecora de frugibus iam illæ decimatę sunt, ideo incremēta pecorum decimata sunt, neque sunt iam decimanda, & consequenter neque butyrum neque sepum, quādo non sunt fructus, sed animalium partes, non sunt decimanda.

An personalis vel prædialis sit decima lactis, casei & butyri. Quæst. CLXVI.

SED quæretur an personalis, vel prædialis sit decima lactis, casei, & butyri. Dicendum, quòd sicut ostensum est pręcedēti q. ideo datur decima de lacte, & caseo, quia datur de pecoribus quorū sunt fructus, & consequenter pertinebit decima lactis casei, & butyri ad genus illud, ad quod pertinet decima pecorū, sed decima pecorum est mixta, ideo & de lacte, & caseo erit mixta.

Sed videtur magis pertinere ad prædialem quàm ad personalem, & multis placet, & consequenter dabitur ecclesię parrochiali, sed quia de pecoribus nō est semper prædialis, sed mixta, & soluitur partim in vna parrochia, & partim in alia si pecora mutant loca pascuorum: ideo & de lacte, & caseo idem erit iudicium, nisi aliud obtineat consuetudo, quæ in his multum valet, vtpote si habet consuetudo, quòd decima pecorum diuidatur secundum loca, in quibus pecora pascuntur diuersis partibus anni, & quòd nō diuidantur decimę lactis, casei, & butyri, sed soluuntur integraliter in loco domicilij domini pecorum, vel in altero istorum locorum.

An de melle, & cera debeatur decima, & cui ecclesię. Quæst. CLXVII.

QVAERETVR an de melle, & cera debeatur decima, & cui Ecclesię.

Dicendum, quòd debetur, vt patet extra de decimis capitu. nuncios, scilicet, de apibus, & omni fructu decimas soluere compellas. Aliqui intelligunt, quòd de ipsis apibus sit decima danda.

Sed falsum est, quoniam dari non potest, sunt enim fera animalia, & ideo licet sint in arbore mea, non sunt mea quousque includantur in alueario, in-

F sti. de re. diui. §. apium, & non possunt capi animalia hęc, vt decimētur, sed decimatio est de fructu, idest, cera, & melle, vt dicit Innoc. & Ioan. And. in nouella extra de deci. cap. nuncios.

Ad secundum dicunt aliqui, quòd sit prędialis decima, & debeatur Ecclesiæ parrochiali, eo quòd proueniunt fructus isti de floribus, & herbis terræ illius, in qua manent apes. Sed dicendum, quòd est decima personalis, quia ingenio, & industria hominum prouenit. Nam licet apes naturaliter forment ceram, & mel, tamen quòd homo capiat apes, & teneat fructū earum prouenit ex industria, & labore: ideo ad personales decimas pertinet, maxime quia apes non manēt in eodem loco, sed mutantur aluea-

G ria eorum secundum tempus, in quibusdam regionibus: ideo non pertinent ad prædiales decimas, sed ad personales.

De quibus alijs rebus, & lucris sunt soluendæ decimæ. Quæst. CLXVIII.

QVAERETVR de quibus alijs rebus sunt dandę decimæ. Dicendum, quòd nihil est, de quo decimæ non debeantur si in eo aliquod lucrum prouenit, vnde non solum de fructibus terrę, & arborum, & animalibus decimæ sunt soluendæ, sed & de pascuis, & nutrimentis animalium de venationibus, piscationibus, molēdinis, fur-

H nis, balneis, pensionibus, reditibus, aurifodinis, argētifodinis, lapidicinis, negocio, artificio, militia, seruitio, de lacte, caseo, butyro, & de omni lucro generaliter. Sic dicit Raimundus in summa tit. de decimis, & Hostien. in summa eo. tit. §. de quibus rebus, & Ioan. An. in nouella in cap. peruenit, & hoc omnes generaliter. Et causa huius est, quia extra de decimis cap. non est, postquàm multa particulariter enarrantur, dicitur, quòd decimę de omnibus bonis sunt reddendæ, & eodem tit. capitu. ex transmissa dicitur, quòd de omnibus, quę fidelis homo licitè acquirit, decimas soluere tenetur.

De pascuis autem, & venationibus, & piscationibus iam dictum est supra, & de molendinis, lacte, De pascuis venationibus piscationibus datur decima.

I caseo, & butyro, cera, & melle. De furnis autem idem est dicendum, scilicet, quando coquentes in furno dant precium, vt permittantur ibi coquere est decima soluenda de illo precio. Sic patet eo. tit. cap. pastoralis, vbi queritur, an in decimis clibani sint expensæ deducendę. Sed istud verum est de furnis, vbi dominus furni pro precio permittit alijs coquere panem in clibano, & ipse dat ligna. Nam de reditibus clibani est danda decima, secus de illis furnis, in quibus sine precio quisque coquet, siue furnus sit proprius, siue alienus: nam cum ibi nullus sit prouentus, nullę sunt decimæ.

K Sed obijcietur, quòd etiam si gratis coquant sit decima soluenda, quia ita erat de pascuis, scilicet, ꝙ siue dominus agrorum pro precio recipiat pecora ad pastum, siue gratis, datur decima, sed in primo modo datur decima de precio, in secundo dat decimam dominus pecorū de herba æstimata, & etiā si dominus pascuorum sola sua pecora ibi pascat soluet decimam, vt ostensum est supra.

Dicendum, quod nō est simile, quia in pascuis est aliquid prædiale, scilicet, fructus terrę, idest, herba, & de illa debetur decima prędialis, sed in furno nihil est nisi personale, quia per industriam, & laborem totum est, propter quod non est ibi decima, nisi de lucro, sed quando dominus furni gratis permittit alijs coquere, siue ipse det ligna, siue non det, non est ibi aliquod lucrum: ideo nulla decima debetur.

De bal-

De balneis quoque debet̃ decima, ſcilicet de prouentibus balneorum ſiquis recipiat precium, vt permittat aliquos in ſuo balneo lauari, vel exhibeat eis miniſteria balneationis. Si autẽ gratis permittat balneari nulla decima eſt, ſicut dictum eſt de furnis.

De aurifodinis, argentifodinis, lapidicinis, & omnibus minerijs metallarijs decimę ſunt ſoluendę cum magni reditus proueniant dominis iſtarum minetiarium. Sed hoc eſt verum, quando penſio inde prouenit, ſecus ſi ſint in loco publico, & nullis prohibeatur fodere in his, & metalla, & lapides eruere, quia tunc cum nulli ſint prouentus nullę ſunt decimę.

Sed obijcietur, quòd ſiue ſint publicę minerię, ſiue priuatę, & gratis cōcedantur debeatur inde decima, ſicut dictum eſt de paſcuis ſupra quæſtione 155.

Dicendum, quòd non eſt ſimile, quia herba eſt fructus terrę, quæ naſcitur annuatim, & ideo decimę prędiales de ea ſoluẽdę ſunt, potiſſime, quia de omnibus fructibus iubemur decimas reddere, extra de decimis c. nuncios, ſed lapides, lapidicinę, & aurum, & argentum mineriarum non vocatur proprie fructus terrę, vel agri, ſed potius pars agri. Nam lapides eruendo de lapidicina redditur ager inutilis, ſed de ſubſtantia rei non redditur decima, ſed de fructu, ideo non datur decima de his, quando gratis conceduntur erui, cum vero pro precio erui permittuntur datur decima nō, tanquam de fructu, ſed de penſione, vel prouentu. Si quis vero id, quod de lapidicina, & aurifodina eruitur proprie fructum agri vocaret, eſſet dicendum, quòd de his eſſet decima danda, etiam ſi gratis concederentur erui, ſed melior eſt præcedens ſententia.

De mōtibus quoque dāda eſt decima, ideſt de fructu eorum, ſcilicet de paſcuis, & herboſis locis, quæ ſunt in nemore priuato, ſiue dominus pro precio recipiat pecora ad paſtum, ſiue gratis. Etiam de cęſione lignorum cum hoc quoque pro precio permittitur, & generaliter quidquid illud ſit, de quo recipitur reditus de nemore eſt reducendum ad decimam, ſicut datur decima de agro, vel de lucro. De omnibus quoque penſionibus, & reditibus debentur decimę inquantum iſta ſunt quædam lucra, vt ſi detur reditus, vel penſio pro domo, vel agro, aut alia re, vel pro operis animalium noſtrorum, quas operas alijs damus pro precio. De his namque ex rigore iuris ſunt etiam decimę ſoluendę, vnde ſiquis det alteri precium, vt p̃mittat eis ſeminare agros ſuos dabit dominus agrorum decimam de pecunia, quæ eſt pẽſio agri, & colonus dabit decimam de omnibus fructibus, quos collegerit, ſed decima de fructibus, quæ eſt coloni, eſt ibi proprie prædialis. Decima autẽ pecunię penſionarię eſt ibi non proprie prędialis, ſed magis eſt perſonalis, cum ex eadem re non competant duę decimę integrę prædiales, ſed colonus dat integram decimam de omnibus fructibus, cum omnes ad eum pertineant, ergo decima de penſione pecunię magis erit perſonalis de quibuſcunque penſionibus, vel reditibus, ſiue in pecunia dentur, ſiue in fructu, debentur decimę, vt ſi pro agro, vel domo, vel paſcuis det colonus domino agri, vel paſcuorum certas menſuras frumenti, vel oues, aut porcos, vel huiuſmodi, De omnibus his tenetur dominus ſoluere decimas.

De negociationibus quoque, & artificijs decimæ dantur. Nam extra de decimis capitulo, non eſt, dicitur de negociatione decimam eſſe dandam, & in capitulo paſtoralis, ſed in ea detrahuntur expenſę ad ſoluendam decimam eodem capitulo, de artificio, eadem ratio eſt cum in eo ſit aliquod lucrum, & de lucris ſit decima danda, ſed vocatur negociatio opus mercatorum, artificium autem eſt operatio manualis, & quia vtrunque habet lucrum de vtroque datur

A decima, & nunc omne officium, vel occupatio quantumlibet nobilis, quę eſt acquiſita vocatur artificium, & debetur de illa decima.

De militia quoque datur decima in allegato capitulo non eſt, & intelligitur quantum ad ſtipendia, quę militibus dantur, ex quibus ſuſtentantur, & dicantur quibus contenti eſſe debent Luc. 3. Contenti eſtote ſtipendijs veſtris, neminem concutiatis. Etiam quantum ad lucra, quæ milites habent in bellis prędanda, & irrumpendo regiones, & loca hoſtilia. Nam ſi ſit iuſtum bellum efficiũtur ſua ea, quæ capiunt milites, & ideo, tanquam de licite acquiſitis tenentur ad decimas, & totum hoc intelligitur nomine militię. Sed

B nunquid doctor de collecta, vel ſalario lecturę, & aduocatus de mercede, aut pecunia aduocationis dabunt decimam?

Dicendum, quòd ſic de doctore, & quolibet lectore tenet illud in glo. Bernardus capitulo, paſtoralis. Et ratio eſt, quia eſt lucrum quoddam, vel bonum, & de omnibus bonis ſunt decimę reddendę in capitulo, non eſt.

De aduocato dicendum idem, quia licet vtrunque ſit aliqualiter officium mercenarium, tamen magis mercenariũ eſt officium aduocationis, quam publicę doctrinę, quæ cathedraliter datur, & ideo directius tenetur aduocatus ad decimam, quam doctor,

C vel lector, ſed vterque tenetur.

De ſeruitio quoque debetur decima, ideſt de pecunia, quæ datur alicui pro ſeruitio, vel qualibet re conuertibili in pecuniam debetur decima, quia vel comprehenditur nomine lucri, vel nomine bonorum acquiſitorum non per titulum gratuitum.

De omni quoque lucro, quoniam non expedit diuagari per plures ſpecies generaliter dicitur, quòd quidquid eſt, quòd ad lucrum pertinet erit decimandum, & ſunt omnes iſtę decimę perſonales.

Sed conſiderandum, quòd circa omnia hęc, quæ dicta ſunt de decimis perſonalibus, multum valet cōſuetudo. Et hoc tam quantum ad ſolui, vel non ſolui decimas de quibuſdam rerum iſtarum nominatarũ,

D quam etiam ad quantitatem partis, ſcilicet vt non ſit decima, ſed nomine decimę aliquid parum, vel multum.

An de male acquiſitis ſit danda decima.
Quæſt. CLXIX.

QVAERITVR an de male acquiſitis ſit danda decima, vt de furto, ſimonia, vſura, meretricio, hiſtrionatu, & ſimilibus.

Dicendum, ꝙ non eſt eadem ſententia quantum ad omnia. Pro quo ſciendum, ꝙ quædam ſunt male acquiſita, quæ ſunt immobilia, & ex quibus ꝓueniũt fructus, ſicut ſunt agri, & pecora quoque, quę fructũ reddunt, licet non ſint immobilia, alia vero ſunt mo-

E bilia, quæ non reddunt fructum ex ſeipſis.

De primis dicendum, quòd etiam ſi male acquiſita ſint ſunt decimę dandę de eis, quia eccleſia exiget decimas de rebus illis, a quocunque poſſeſſore, vel detentore, etiam ſi ſciat illum prædonem eſſe, vel hæreticum, vel ſchiſmaticum, neque in hoc approbat crimen, aut accipit aliquid de crimine, ſed ſolum accipit decimam illam, quæ debetur ſibi non ratione perſonę poſſidentis, ſed ratione prædij. Et quia apud quemcunque maneat prædium illud facit fructus debetur decima eccleſię de illis fructibus. Sic. n. Iudęi de prędijs ſuis decimas reddere coguñt extra de deci. c. de terris, & quod dicitur de immobilibus vr̃ idem dicendum de omnibus alijs, de quibus debetur decima prædialis, vel quaſi, vt de pecoribus, quæ fętus gignunt,

De militia datur decima.

Aduocati non ſunt abſoluti a decimis.

gnunt, & intra solius parrochię territorium aluntur. Nam certum est, quòd a quocunque grex possideatur, quòd de fructibus debetur decima. Et idem videtur dicendum de pensionibus, & reditibus, vt de pensionibus pascuorum, & molendinorum, & aliarum rerum, quæ reditus habent, & maxime quando certus reditus datur domino nullis detractis expensis, quia hęc sunt, quasi decimę prædiales. Si autem sint res mobiles, & de quibus, vt communiter sunt decimæ personales, quæ ex industria hominum proueniunt, est distinguendum, scilicet quia res illicite acquisita transit in dominium, aut non, si non transit, nō potest de eo dari decima, sicut de pecunia, vel rebus mobilibus furto, vel rapina habitis, quia nō transeunt in dominium prędonis, nullo enim tempore efficitur dominus prædo, etiam si in ęternum possideat, vel detineat.

Sic autem decima non est danda de pecunia furto accepta, neque enim est hic aliquod lucrum cum is, qui furatur nihil acquirat, quia nunquam efficitur dominus.

Si autem transit dominium rei male acquisitę, aut competit repetitio, aut non, contra acquirentem. Si competit repetitio non est danda decima. Sic est de pecunia habita ex simonia, & vsura. Nam transit in dominium vsurarij, & simoniaci, & tamen competit repetitio cōtra eum. Licet in hoc est dubitatio, quia aliqui dicunt, nunquam transire in dominium pecuniam vsurariam, & simoniacam, sed siue trāseat, siue non, semper est ęs alienum, & cōpetit repetitio. Et de hoc non est danda decima, sed est restituenda ei, cui debetur de iure. Si autem transit dominium, & non competit repetitio, tunc videbatur quòd de tali posset dari decima, & eleemosyna, quia iam ista pecunia effecta est ipsius possidentis, & non detinet illicite quamuis illicite acquisiuit. Sic est de meretrice, & histrione. Nam isti turpiter acquirunt, & tamen non competit repetitio contra eos, & tamen dicunt quidam, quòd ne approbari videatur delictum istorū, nō recipit ecclesia decimam.

Sed obijciunt aliqui contra hęc generaliter, scilicet illicite acquisitum esse non tollit decimam, quia illicite acquirere est delictum, & delictum non præstat immunitatem. ff. de interdictis, & rele. l. relegatos. §. vltimo, & criminosum non dignitas, sed pęna comitari debet, sed soluere decimas est onus quoddam, ergo nemo propter delictum eximetur ab hoc onere, ergo illicite acquirens tenebitur ad decimas.

Secundo, quia Christus dixit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, Luc. 14. c. vocatur autem mammona iniquitatis, idest diuitię ex iniquitate acquisitę, ergo de illis licet facere amicos tam pauperes, quam sacerdotes dando eleemosynas, & decimas.

Sed in contrarium videtur, quòd non possit de aliquo illicite acquisito fieri decimam, quia dicitur extra de decimis, c. ex transmissa, quòd de licite acquisitis debet fidelis homo soluere decimas, ergo innuitur, quod de acquisitis illicite non soluerentur decimę. Dicendum, quòd distinctio supra posita vera est, & primo in speciali videndum de bonis immobilibus, ex quibus reditus proueniūt an dentur decimę. Et dicendum, quòd quamtumlibet sint male acquisita, vtpote si nullo modo transeant in dominium, sed furto, vel rapina acceptę sunt, adhuc de illis datur decima de fructibus suis, & nolentibus soluere decimas eis, apud quos bona sunt, exiget, & accipiet ecclesia decimas, licet sciat rem furto, vel rapina, aut violentia detineri.

Sed dicendum, quòd talis non potest eleemosynā dare de hac re, neque de fructibus eius. Et ratio est,

F quia est ęs alienum. Ratio differentię inter hęc est, quia decima est onus reale, quod ager ipse dat, & non persona, & ideo non tam dicendus est detinens agrū decimas dare, vel soluere, quam ecclesia exigere, & accipere. Vnde dando decimam nihil dat de alieno detinens agrum, sed accipit illud ecclesia. Secus de eleemosyna, quia eleemosyna non est aliquid debitū, sed donatur, & est personale, & non reale, ideo fur, vel raptor, aut violentus detentor cum nihil iuris habeat in re, quam detinet, non potest administrare dādo aliquid de ea, neque de fructibus, quia tam rem, quam fructus debet vero domino.

Circa bona mobilia quorum non sunt fructus, sed possent circa lucra, vt in pecunijs, & similibus, dicendum a fortiori, quòd si quis illicite acquirat, idest teneat, scilicet per furtum, violentiam, rapinam, dolum,
G neque decimas dabit, neque eleemosynam, de eleemosyna eadem causa est, quæ supra, scilicet quia res aliena est, & de alieno non potest eleemosyna dari prima, quęstione prima capitulo, non est putanda decima differt. Nam in immobilibus debetur decima ratione prædij, & rei, & non ratione personę, ideo apud quemcunque sit res etiam apud raptorem decimę soluuntur, hic vero nō sunt fructus, sed possunt considerari lucra, & hęc sunt personalia, sed in pręsenti, neque lucrum aliquod est cum fur prædo violentus dolosus non efficiat rem suam, & ideo neque
H res, neque aliquid rei ad ipsos pertinet, & sic non est aliquid, de quo, aut detentor decimas soluere possit, aut ecclesia ab eo exigere debeat.

Circa res autem mobiles per vsuram, & simoniam acquisitas solet dici, quòd transit dominium in accipientem, licet aliqui dicunt, quòd non transeat, sed magis videtur, quòd transeat. Et erit ratio differentię inter vsurarium, & simoniacum ad furem, & prædonem, quia fur, & prædo nullam causam habent acquirendi, ideo nunquam efficiuntur domini, licet rem detineant, sed vsurarius, & simoniacus habent aliquam causam acquirendi, scilicet quia dans pecuniam vsurario, & simoniaco sponte transferunt illam in vsurarium, & simoniacum, & per hoc desinunt ipsi esse domini, & transferunt ius rei in illum,
I cui tradunt eam. Is autem cui furto, aut rapina res aufertur, nulli dat, & ideo non priuat seipsum dominio, neque possessione ciuili saltem, quam in animo retinet, vno autem existente domino in solidum non potest alius effici dominus, fur igitur, & prædo, nunquam efficiuntur domini, sed vsurarius, & simoniacus sic.

Sed contra istos, quia male acquirunt, & sine causa cōpetit repetitio. Idem est de aleatore: Nam efficitur dominus, & tamen competit repetitio. Nam ludentes ex pacto, & volentes se priuant dominio rerum, & tamen transferunt in alios, sed quia sine causa faciunt, detinet illicite acquisita per aleas, qui sic acquisiuit.

K Et de his dicendum est, quòd non datur decima, neque eleemosyna, quia licet isti domini sunt, scilicet quia alij perdiderunt dominium, tamen non possunt aliquid ministrare, quia tenentur restituere, & sic eleemosynam non possunt dare, quia illa non datur de alieno. Decimam quoque non possunt dare, quia nihil est ibi, de quo ecclesia decimam petat, scilicet non est fructus, quia non sunt prędia, neque sunt lucra, quia nihil efficiūt suū vsurarij, & aleatores, & simoniaci, & tamen si hic decima daret, de lucro esset danda, quod nullum est, quia lucrum non est, nisi in re propria. Vnde non solum non petit ab istis decimas personales de his rebus, sed etiam si ipsi spōte darent, & ecclesia sciat de hoc esse non recipiet decimas

De vsurario simoniaco, & aleatore nō soluit decima.

decimas illas, quia non sunt decimę, sed pręda. & accipit ecclesia tunc id, quod nō est decima, & a quo non potest dari.

Circa meretrices, & Histriones est dicēdum, quòd isti efficiuntur domini eorum, quæ acquirunt, & non competit contra eos repetitio. Et hæc primo, quia si ipsi turpiter accipiunt turpiter dant illi, qui dant, & in communi causa turpitudinis potior est causa possidētis, & ita a meretrice, & Histrione repeti nō potest.

Secundo, quia licet meretrix turpiter agat recipiendo mercedē, vnde dicitur, quòd meretrix turpit agit, quia meretrix est, sed non turpiter recipit, quia meretrix est, vt innuitur. ff. de cōdi. ob turpem causam. l. idem est, & si §. quoties, & ideo id, quod meretrix recipit suum efficitur, nisi aliquem seducat petens ab eo vltra consuetudinem, & recipiens putante illo tantum solitum dari quantum illa petit, vel si extorquet ab aliquo sibi vltra solitum dari, ne eum prodat, aut infamet. Nam ista per extorsionem habentur, & non transeunt in dominium meretricis, vel saltem cōtra eam competit repetitio super hac re. Et de hoc manifestum est, quòd non potest aliquid administrare meretrix, quia est ęs alienum, & tenetur restituere, sed de eo, quod acquisiuit non extorquendo, neque fallendo, liberam administrationem habet meretrix, quia vere domina est, & ideo dicendum, quòd eleemosynam dare potest, sed non dat regulariter decimam. De primo causa est, quia cum meretrix sit domina potest donare de suo libere, quod voluerit, & bonum est dare eleemosynam, quia licet in peccato mortali sit quandiu meretrix est, Deus illustrabit forte cor eius propter bona opera licet nō sint meritoria saltem orationibus eorum, qui eleemosynam recipiūt. De decimis, & oblationibus meretricis est, quasi regulare, quòd non recipiantur, & hoc propter turpitudinem suam, licet in hoc aliqui dicant meretricē non teneri ad decimas, quia vilitas vitę laqueis legū eas astringere noluit, vt dicitur. C. de adulte. l. quæ adulterium.

Sed dicendum, quòd non est verum, immo tenētur meretrices ad decimas, quòd autem vilitas vitę absoluat eas a laqueis legum, hoc est verum quantū ad pęnam criminis, scilicet vt non puniantur, vt adulterę, sed quantum ad alia onera, & debita non eximūtur a lege. Et ideo est dicendum, quòd tenentur ad decimas personales de lucro meretricij, sed ecclesia non accipiet eas propter turpitudinem meretricis, ne videatur approbare factum, & vitam illius. Sic Deut. 23. c. non offeres mercedem prostibuli, neque preciū canis. De Histrione idem est, quia viles personas istas deputamus, & non approbat ecclesia officium istorū, sic autem sunt aliquę personę, quarū oblationes non recipit ecclesia, sicut publice dissidentium, idest discordantium, & ad concordiam redire nolentium nō recipit ecclesia oblationes 90. di. c. oblationes. Etiam oblationes opprimentium pauperes eodem cap. etiā oblationes raptorum extra de rapto. ca. super eodem etiam oblationes publicorum vsurariorum, extra de vsu. c. quia in omnibus. Etiam oblationes meretricis, & generaliter omnium publice peccātium 17. quæ. 4. capitulo minor.

Sed adhuc circa meretricem distinguendum, quia aut peccatum suum est notorium, aut saltem publicum, vel est occultum. Si est occultum, sicut ipsa tenetur decimas soluere, ita ecclesia debet recipere, dato quod sacerdos recipiens has decimas, vel prælatus nouerit, quia tunc recipere poterit, neque est aliquod inconueniens, quia non videtur approbari peccatum, de quo non constat. Si autem peccatum sit publicū, aut illa pęnitet de peccato, aut non. Si pęnitet non solum decimas aliarum rerum, sed etiam decimas meretricij præteriti temporis recipiet ecclesia, si illa obtulerit, quia non est despiciendum in illa id, quod est propter id, quod fuit 50. dis. ferrum. Si autem non pęnitet, non debet recipere ecclesia decimas eius, & ita meretrici fit insolubile, quod soluere tenetur. Nam propter delictum nō desinit obligata esse ad decimas, sed soluere non potest, quia aut soluet ecclesię, vel alteri, non ecclesię, quia illa recipere non vult, non alteri, quia nulli licitum est aliena concedere pręter domini voluntatem, extra de decimis, capitulo tua nobis, & de iur. iu. cap. ea te.

A

Est tamen consilium in hoc casu, quòd eleemosynam faciat de cōsilio Dioecesani, vt sic Deus cor eius illustret ad exeundum de peccato. Hoc enim tenet Inno. & Ioan. An. extra de decimis, cap. ex transmissa, & ibi glo. & fere omnes doctores, & Hosti. in summa cod. ti. §. & de quibus rebus, & §. an pręscribi possit.

B

Ad rationes in contrarium dicendum sic. Ad primum, quòd delictum non præstat immunitatem, & ideo per nullum delictum quantumcūque graue eximitur quis ab onere decimarum, & ita vsurarij, simoniaci, fures, aleatores, & quicunque alij soluunt decimam, & tamen de his, quæ per furtum prædam, simoniam, vsuram, aleas habuerunt non soluunt decimas, eo quòd nemo soluit decimas, nisi de eis, quæ habet, sed habita his modis non sunt habentis, quia vel nullo modo transeunt in dominium, vel non pleno iure cum competat repetitio, ideo de his non possunt isti soluere decimas, & sic non excusantur ab onere decimarum per delictum, quia sic de nullis rebus, quas haberent soluerent decimas, quod falsum est, sed ideo de his non soluunt decimas, quia nihil habent, de quo soluant, quia hęc non sunt sua.

C

Ad secundum dicendum, quòd vocatur mām̄ona iniquitas, non quia ex iniquitate acquisitum est, sed quia talis est, quòd homines ad iniquitatem trahit, & alijs modis exponitur, vt dicetur ibi.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd de illicitis non est soluenda decima, scilicet de illis, quæ ita illicite acquiruntur, quòd illicite retinentur. Nam talia cum sint ęs alienum, non consistunt in bonis nostris, & hęc proprie acquiruntur illicite. Nam quæ post acquisitionem possunt licite retineri nō dicuntur illicite acquisita, sicut est de meretrice. Nam illa illicite agit, quia fornicatur, sed non illicite recipit. Nam non peccat in recipiendo, quia aliàs cum fornicari, & recipere pecuniam sint actus distincti adderet peccatum nouum hoc, quod est recipere pecuniam ad hoc, quòd est fornicari, quod est falsum, illa autem illicite acquiruntur, quæ illicite accipiuntur, & talia semper illicite retinentur, & de talibus verum est, ꝙ non sunt dandę decimę.

D

An siquis rem perdiderit teneatur de eius valore dare decimam. Quæst. CLXX.

E

QVAERETVR siquis habuerit rem, & eam perdiderit, vel furto, aut rapina ei ablata fuerit antequam decimetur, an teneatur de eius valore decimam dare.

Aliqui dicunt, quòd non, quia non tenetur quis dare decimam, nisi de rebus suis, & tamen id, quod perijt iam non est in bonis nostris, ideo de eo non videntur decimę dandę.

Dicendum, quòd aut quæritur de decimis personalibus, aut prædialibus, si de personalibus vtpote siquis haberet aceruum totum in area, & aliquis clam furatus est, vel palam rapuit illum. Dicendum ꝙ aut quæritur quantū ad forum conscientię, aut quantum ad

ad forum iudiciale. Si primo modo, videtur ꝙ ad nihil teneatur, quia satis erat, ꝙ iste tantam diligentiam adhiberet pro rebus ecclesię, id est decimis quantam pro re sua. Nam in re sua nemo dolum committit, iõ cũ non potuerit perire decima, nisi pereunte re istius, & circa rem propriam pręsumitur iste habere diligẽtiam, & qui diligenter se habet, non tenetur de periculo rei pereuntis, quia nemo tenetur vltra id, quod potest.

Si autem quæratur in foro contentioso. Dicẽdum, quòd aut fuit dominus rei in mora soluendi decimas, aut non. Si fuit in mora, tenetur, si non fuit in mora, non tenetur, vt si antequam colligerentur vuę de vineis, vel in torcularia deducerentur, cum non præterisset tempus colligendi vuas, aliquis furtim, vel violenter abstulit vuas, de nullo tenetur colonus quãtum ad ea, quæ ablata sunt, sed solum quantum ad ea, quæ manent. Sic etiam si fruges quis inuasit in agro, antequã meterentur, & nondum transierat tempus metendi, nõ tenetur rusticus ad decimas, de eo quod ablatum est. Si vero post messionem reliquerit quis fruges non collectas in agris, & ignis inuaserit eas vel prædo, quia colonus est in culpa, tenetur de rigore ad decimas. Sic est si aceruum depuratum, id est ventilatum longo tpe reliquerit in areis quidquid periculi accidat, tenetur rusticus ad decimas. Idem etiam si totum aceruũm detulit in domum suam nõ soluta decima, & ignis, vel aliud periculum perdiderit totum, quod collectum erat, vel partem, tenetur colonus ad decimas totas, quia in culpa est, cum fuerit in mora. Et idem est de decimis pecorum, quæ determinato tempore soluendę sunt, scilicet quando datur animal, & non ęstimatio. Nam si ante tempus illud aliquo casu perierit totus grex, vel pars gregis, tenebitur dominus gregis ad totas decimas, neque ad partem earum, si vero elapso tempore perierit, cum iam incipiat dominus esse in mora, tenebitur ad decimas integraliter. De hoc dicit Raimundus in summa, titulo de Decimis, quòd decimę de fructibus, id est prędiales statim dari debent 16.q.1.c.decimę, & extra de decimis cap. cum homines, ergo si non soluantur statim cum competenter solui possunt, in mora est rusticus, ergo periculum spectat ad ipsum, & ita tenetur ecclesię: si vero non erat adhuc in mora, sed violenter sibi ablatum fuit ab extraneo, cui non poterat prohibere non tenetur, sed aget ecclesia contra ductorem. Et hoc pro regula teneas, quòd semper posterior mora nocet ei, per quem fit. ff. de peri. & cõmo. rei ven. l. illud, & ff. de vsu. l. debitor. Et secũdum hoc dico, quòd si rusticus erat in mora tempore violentię, tenetur ad totalem decimam totius acerui, dabit tamen ecclesia actiones suas rustico contra violentum. Si vero ecclesia erat in mora recipiet solum decimam de residuo. Et hoc verum est, nisi propter moram ecclesię, sine qua non audebat rusticus tangere fructus, non reposuerat idem rusticus fructus, quos aliàs reposuisset in locum securum, tunc quidquid tollitur perit ecclesię periculo ad minus vsque ad complementum decimæ, ecclesia enim non debet petere lucra cum damnis aliorum.

Sed quid, si rusticus dixit sacerdoti, vt acciperet fructus decimę, & ille noluit, & post aliquantulum temporis petiuit sacerdos a rustico decimam, & ille non dedit, & post hęc perit fructus, cuius periculo pereat.

Dicendum, quòd regula est, quòd in his semper vltima mora spectanda est, & ei, per quem venit, cedit periculum, & quia in casu prædicto vltima mora fuit rustici, ipse tenebitur. Sic patet in l. allegata illud, & l. debitor, & tenet hoc Bernar. & alia, extra de decimis, capitulo cum homines in glo. Et ita sunt hic tres

F casus. primus est quando nullius culpa, neque mora fructus pereunt, vt si ante tempus collectionis, & tunc quia neutrius est mora vtriusque est damnum, scilicet quòd ecclesia non recipiet decimam, nisi de eo, quod residuum fuerit, & si nihil est residuum nullam accipiet decimam.

Secundus casus est, quando fuit rusticus in mora, vt si elapsum est tempus soluendi, & non soluit, maxime si requisitus fuit, vt solueret, quia tunc etiam si nihil resideat de fructibus, tenetur ad totas decimas non solum in foro contentioso, sed etiam in foro cõscientię. Et quod dictum est supra, quòd non tenetur in foro conscientię est verum, quando de mora non multum constat, quia tunc præsumitur fecisse diligẽ-
G tiam, quam potuit, sed quando manifeste constat de mora, & potissime si fuit expresse requisitus, quia non potest purgari ista mora, tenetur ad decimas in foro conscientię, etiam si de fructibus nihil maneat.

Tertius casus est, quando damnum accidit culpa sacerdotis. Et hoc potest dupliciter accidere. Vno modo ante fructus reconditos in domum. Alio modo post reconditos. De primo, quia de iure est, quòd rustico non liceat fructus de agris deducere in domũ sine præsentia sacerdotis, ne fraudet ecclesia in quãtitate decimę. Si ergo rusticus tunc requisiuit, vt sacerdos iret ad recipiendum, vel videndum mensurari fructus in agro, aut areis, & sacerdos noluit, vel non potuit, & ob hoc rusticus non potuit prohibente sa-
H cerdote deducere fructus in domum, & accidit periculum, tenetur sacerdos ad totum, scilicet quòd non solum perdet totam decimam, sed etiam tenebitur rustico ad soluendum omnes fructus, & hoc maxime si rusticus istud expresse protestatus est, quod verum est, si tale periculum accidit, quod rusticus non potuit prohibere, vt violentiam, vel ignem. Secus si post talem requisitionem, & moram sacerdotis reliquit rusticus fructus incustoditos in agris, & aliquis eos furatus est. Nam tunc non solum non tenebitur sacerdos rustico ad ęstimationem fructuum, sed etiam tenebitur rusticus ad decimas integre soluẽdas, cum videatur fuisse in dolo, cum reliquerit in areis fructus incustoditos detracto hoc, quòd tenebitur sacerdos
I ad soluendum custodiam fructuum temporis illius, post quod requisitus est, vsqueque fructus perierunt, quia quantum ad hoc sacerdos erat in mora, sed quãtum ad hoc, quòd perierunt, rusticus fuit in culpa.

Si autem fructus erant reconditi, & sacerdos erat in mora nolens recipere decimam, peribũt illius periculo, tamen non tenebitur ipse rustico ad fructus pereuntes, licet omnes pereant, quia in nulla culpa est quantum ad hoc sacerdos, quia pereunt fructus postquam illos rusticus recondiderat. Decimã tamen totam perdet sacerdos, si tãta pars perijt de fructibus, & non secundum portionem, vt si erant mille mensurę, de quibus debebantur centum in decimam, & perierunt incendio, vel alio periculo ducentę, licet
K maneant octingentę nullam decimam de illis soluet rusticus, immo & si solę centum, quæ erant pars decima perirent, non solueretur decima de nongentibus superstantibus. Si vero quinquaginta solę perirent dabit rusticus alias quinquaginta mensuras sacerdoti, ita vt non pereat ibi, nisi decima, vel ante omnia pereat decima, quia solus sacerdos est tunc in mora.

Si autem quæratur de personalibus decimis dicendum, quòd hic non potest considerari mora, sic sicut supra. Et prima ratio est, quia non sunt sic tempora soluẽdi limitata circa personales, sicut circa prædiales, & ideo neque sacerdoti, neque laico imputari potest sic manifeste mora, licet soleat dici, quòd decimę

decimę pſonales debeāt ſolui in fine cuiuslibet anni.

Secunda ratio eſt,& efficacior eſt,quia decimę perſonales non ſoluuntur de aliquibus fructibus determinatis,ſed de lucris, & hę in pecunijs ſoluūtur, ideo quandiu quis habet tantum quantum valet decima perſonalis poteſt ſoluere decimam perſonalem debitam,quia hic nō perit res determinata, de qua debeatur decima, ſicut eſt in prædialibus.

Ad rationem in ꝯrium dicēdum,ꝙ licet res perditę non ſint in bonis noſtris, maxime,quando eſſe deſierunt, vt per incendium vaſtatę, tamen quia fuerunt aliquando quando potueramus dare decimas, & noluimus,tenemur ex illa mora,& culpa,vt ſoluamus ac ſi in bonis noſtris manerent.

Quare nunc dantur decimæ perſonales, cum in veteri teſtamento non darentur. Quæſt. CLXXI.

QVAERETVR quare nunc dantur decimę perſonales, cum in veteri teſtamento non darentur. Aliqui negant prȩſuppoſitū,quia dicunt illas datas eſſe in veteri teſtamento, & ideo dicunt eas deberi de iure diuino, ſicut prædiales.Sicut tenet Inno.extra de deci.in ſumma,& Ioan. An.in nouella e.ti.in ſumma, & plurimi iuriſtarum. Vnde vocat Inno.hȩreticos eos, qui dicunt non deberi decimas perſonales.Quod ſi intelligat non deberi,ideſt nullo iure deberi verum eſt, quia debentur de iure canonico,& dicere non deberi eſt dicere mentiri totam eccleſiam,quæ hoc inſtituit,& aſſerit.Si autem intelligatur, ꝙ non debebantur in veteri teſtamento, & etiam non debeantur nunc de iure diuino,ſed ſolo canonico,verum eſt, & tunc erraret Inno.vocans hęreticos eos,qui rectius ſapiunt,quam ipſe.Et ita tenet Beatus Tho.de Aquino Secunda Secundę q.87.& iō verum eſt præſuppoſitum,ſ.ꝙ non debebātur, neque dabantur in veteri teſtamento, ſed ſolum nunc dant, vt oſtenſum eſt ſupra q.151.Ad quæſtionem,ergo dicendum, ꝙ dantur decimę perſonales in nouo teſtamento,& non in veteri. Et prima ratio propter aliam conditionem illius populi,quam huius. Nam fuit datum mandatum de decimis populo Iudæorū,qui erat populus diuiſus per duodecim tribus,& Leuitę, & ſacerdotes erant vna tribus, vel quaſi, & poterant alię duodecim tribus prouidere Leuitis,qui erant vna tribus ſine poſſeſſionibus,dando eis decimam de omnibus fructibus poſſeſſionum ſuarum,& ita nō erat neceſſe, quòd vltra decimas fructuum darent alias decimas.Sed in nouo teſtamento miniſtri Dei,quibus dāda eſt ſuſtentatio ſunt diffuſi per totum orbem, ſicut & cultores Chriſti,& plurima pars hominum eſt,quę de cultura terrę non viuit,de qua ſunt decimę prędiales,ſed de negociationibus, & omnibus occupationibus. Vt ergo, ſicut pro omnibus miniſtrant Chriſto eius miniſtri, ita ab omnibus prouideatur miniſtris eius,debuerunt non ſolum de prædijs dari decimę,ſed etiam decimę perſonales de lucris, quę ad perſonas pertinent.

Secunda ratio eſt, quia dato, quòd decimę prędiales, neque in veteri, neque in nouo teſtamento ſufficerent miniſtris Dei,tamen in veteri teſtamento non decuit ſuperponi alias decimas, eo quòd Leuitis, cū non eſſent ſemper occupati in Dei miniſterio, non erant interdicta alia opera, ſed licebat tam ſacerdotibus,quam Leuitis exercere alia opera,& negocia honeſta, vt paſcere greges, & de his aliquid acquirere. Nam Nume.35.c.dantur ſacerdotibus, & Leuitis vrbes ad habitandum, & ſuburbana eorum ad alenda pecora, & non interdicuntur aliquę negociationes, neque officia Leuitis,ſed quidquid toti populo laico-

A rum licebat,etiam eis licebat præter hoc, quòd non acciperēt partem poſſeſſionis in terra cum laicis, ſed tota poſſeſſio terrę daretur laicis, & ideo de his occupationibus poterant aliquid acquirere ad ſuſtentationis partem. Sed in nouo teſtamento non licet miniſtris Chriſti implicare ſe negocijs, quibus ſe implicāt ſeculares 2.Timo.2.ſ.nemo Deo militans implicat ſe negocijs ſecularibus. Et ideo in nouo teſtamento vltra decimas prędiales debuerunt dari alię decimę, ſcilicet perſonales propter maiorem indigētiam miniſtrorum. Sed præcedens cauſa melior eſt,& ideo tā iura, quam auctoritates ſanctorum dixerūt decimas pſonales dādas eſſe in nouo teſtamēto. Sic dicit Aug. 16.q.1.c.decimę,ſcilicet. De militia,negocio,& artifi-

B cio redde decimas,iura quoque hoc ſtatuerunt,vt extra de deci.cap.peruenit, & c.nuncios, & c.non eſt,& c.ex traſmiſſa, & c.paſtoralis,& in multis alijs.

Quibus perſonis, & cui Eccleſiæ dandæ ſunt decimæ. Quæſt. CLXXII.

QVAERETVR quibus,vel cui decimę dandę ſint, & iſta quęſtio habet duas partes, ſcilicet cui perſonę,& cui Eccleſię. Prius autem dicetur quibus perſonis detur,deinde quibus eccleſijs.

Circa primum eſt dubium quomodo dantur decimę in veteri teſtamento Leuitis ſolis, & in nouo teſtamento non dantur Leuitis, ſed ſacerdotibus,& ta-

C men Leuitę non erant ſacerdotes.

Dicendum,ꝙ decimę tam in nouo,quam in veteri teſtamento dantur eiſdem perſonis, & ex eadē ratione accipiendo in generali. Accipiendo aūt in ſpeciali, neque eſt eadem ratio, neque ſunt eędem perſonę.

De primo patet, quia in veteri teſtamento decimę dabantur miniſtris Dei,& propter hoc,ꝙ miniſtrabāt Nume.18.ca.nunc quoque in nouo teſtamento ſolis miniſtris Dei competit ius decimarum, & hoc, quia miniſtrant Deo, & ſacramenta conferunt populo.

De ſecundo patet, quia cum populus veteris teſtamenti eſſet multum diſtinctus ab iſto populo noui teſtamenti, oportebat miniſtros quoque diſtingui,& rationem iurū ſuorum. Erat enim populus Iudaicus

D vna ſola gens,& illa claudebatur intra vnum regnū,& erat locus colendi Deum vnicus:Leui.17.& Deut.12. & Ioſue 22.c.& Et ex hoc poterat intelligi an magna multitudo miniſtrorum erat neceſſaria, vel non, & ſtatuit Deus,vt diuiſo populo,quaſi in duodecim partes eſſet vna pars illorum miniſtri Dei, non quidem pars per ęqualitatem numeri, ſed per numerum progenierū,ſ.ꝙ totus iſte populus Iudaicus a duodecim filijs Iacob deriuatus eſt, & progenies cuiuslibet illorum erat duodecima pars populi,& ſic quia Leui erat vnus de his duodecim Gen.29.capit.erant Leuitę, & ſacerdotes duodecima pars populi Iſraelis, ſed de iſta parte fuerunt factę duę diſtinctiones, eo quòd ſegregata fuit vna perſona a cæteris de tribus Leui.ſcilicet

E Aaron, & deſcendentes ab eo vocati ſunt ſacerdotes, cum tamen ipſe eſſet de ſtirpe Leui,cæteri autem vocati ſunt Leuitę. Diſtinxit autem Deus miniſteria iſtorum, & iura, nam ſacerdotibus dedit maiora miniſteria,Leuitis minora.ſ. vt miniſtrarēt ſacerdotibꝰ. Nu.3.& 8. Et quia Leuitæ multi erant dedit eis ſolis decimas, & ſacerdotibus non dedit partem earū,ſed quia pauci erant ſacerdotes dedit eis alia iura minora, licet multa eſſent Nume.decimo octauo, capitulo ſcilicet primitias, redemptionem primogenitorum, vota, oblationes, & ſacrificia, & de his nihil habebant Leuitæ. In nouo autem teſtamento non eſt aliquis populus cultor Dei, ſed totus mundus, ideo non potuit conuenienter dari aliquod vnum

genus, vel prosapia, vnde essent ministri Dei, sed de qualibet gente possent esse ministri, & rursus in nouo testamento non erant talia genera sacrificiorum qualia in veteri, quia in veteri erant ministrationes carnales, & sacrificia de animalibus, in nouo aũt testamento sunt spirituales ministrationes. Sic dixit Christus Ioan.4.c. venit hora, & nunc est, qñ veri adoratores adorabunt patrē in spiritu, & veritate.i.non in ceremonijs carnalibus, sicut hactenus adoratus est. Et ob hoc nō oportuit esse distinctionem ministrorũ, sicut in veteri testamento, s. vt quidam essent Leuitę, & alij sacerdotes, sed oēs ministri Dei efficiunt sacerdotes, ideo oīa iura, quæ ministris Dei competunt in nouo testamēto sunt indistincta, s. ꝙ tam decimę prędiales, quā personales, & quidquid aliud est competit sacerdotibus, & ita in nouo testamento dantur decimę sacerdotibus, non quidem, quasi tollantur Leuitis, sed quia iam Leuitę nulli sunt, quibus dētur, sed oēs ministri Dei sacerdotes sunt, vel sacerdotes effici possunt, & ad hoc ordinantur. Iura autem, quæ sacerdotibus dabantur in veteri testamento nō manent nũc, scilicet redemptio primogenitorum, sacrificia. Ista enim specialiter pertinuerunt ad illum populum, qui Deum carnaliter colebat. Vota manēt nunc, sed non dantur omnia sacerdotibus, sed attendenda est forma voti, & iuxta eam aliquid, quod vouetur, cedit in ius sacerdotum, & aliquid non. Oblationes autem, & primitię manent, & cedunt in iura sacerdotum.

Quomodo decimæ dantur nunc sacerdotibus Ecclesiæ, qui alia iura habent cum Leuitæ vet test. nihil aliud haberent, nisi decimas. Quæst. CLXXIII.

QVAERETVR quomodo decimę dantũ nũc sacerdotibus Ecclesię, qui habent alia iura pręter decimas, cum Leuitę, quibus in veteri testamento decimę dabantur, non haberent alia iura, nisi decimas: Nume.18.c. Nam cętera iura sacerdotum erant.

Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ sacerdotes nostri, qui decimas recipiunt plura iura haben, quam Leuitę, nā Leuitę solas decimas habebant Num.18.& solas quidem prędiales. Nam personales non habebant, vt dictum est pręced.q. sacerdotes autē nostri habent decimas prędiales. Habent insuper decimas personales, vt ostensum est pręcedenti q. habent quoque primitias, & oblationes, quia ista sunt iura parochialia, quæ dantur sacerdoti curato.

Causa autem prima est, quia vt ostensum est pręce. q. considerata habitudine illius populi sufficiebat Leuitis decima prędialis, iō non percipiebant alia iura, sed secundũ habitudinem ministrorum legis Christi non sufficiunt eis solę decimę prędiales, ideo dantur insuper alia iura. Secunda causa est, quia in veteri testamento erant distincti ministri, idest sacerdotes, & Leuitę, & ideo oportebat iura esse distincta, & sic Leuitis, quibus dabantur decimę non dabantur alia iura, sed cætera dabantur sacerdotibus. Nunc vero non datur talis distinctio ministrorum, sed omnes sunt sacerdotes, ideo omnia iura eis dantur.

Tertia causa est, quia in nouo testamento ministri sunt excellentiores, ideo non mirum si maiora iura recipiant. Vnde dato, ꝙ decimę prędiales tam nunc, quā in veteri testamento sufficerent, nō mirum esset, si nunc alia iura vltra hęc haberent sacerdotes.

Quarta cā est, quia in veteri testamēto erāt ministri Dei omnes de vna cognatione, & poterat se sic haberē ista cognatio ad reliquum populum, quia nihil de possessionibus terrę haberet, sed tota terra cederet laicis, & ideo laici darēt his sufficiētes reditus, q erant

F decimę, sed nunc in nouo testamento non est aliquis vnus populus, aut gens vna, cui diuidenda sit aliqua certa terra, sicut diuisa fuit Israelitis, quia in diuisione illa poterat haberi proportio laicorum ad ministros Dei, scilicet vt cum totam terram laici reciperent, darent ministris reditus ad sustentationem secundum partem proportionalē eis. Nunc vero, neque est vna gens omnium Christianorum, neque est aliqua terra, quę eis diuidatur, respectu cuius accipiant ministri reditus proportionales. Neque etiam sunt ministri de aliqua vna certa progenie, quæ tota careat possessionibus, sicut erat inter Iudæos, ideo non potuit eis conuenienter imponi, quòd non haberent possessiones, G sicut impositum est sacerdotibus, & Leuitis veteris testamenti.

Quinta causa est, quia cum non sint ministri noui testamenti de aliqua vna tribu, sicut inter Iudæos nō est eorum multitudo determinata verisimiliter, vt dicatur, ꝙ talia, & tanta iura eis sufficere possint, sed ibi propter hoc, ꝙ certa pars populi erant ministri, poterat verisimiliter sciri, an reditus assignati sufficerent eis, ideo vltra decimas non mirum, si alia iura darentur sacerdotibus nostris, & non cogantur non habere possessiones.

Sexta, quia cum non sint nunc ministri de vna certa tribu, est intentio augere cultum Dei quantum po- H tuerit augeri sine præiudicio laicorum, non est autem pręiudicium illorum, ꝙ talia iura, & tot soluant nũc, qualia, & quot dabant ministris veteris testamenti cũ istud ministerium incomparabiliter sit excellentius illo, sed ibi dabāt decimas, & primitias, & oblationes, quas nunc dant. Dabant quoque vota, & sacrificia, & redemptiones primogenitorum, qui nō dantur nũc, vt dictum est supra, loco quorum conuenienter dari debuerunt decimę prædiales, ideo multiplicatio ministrorum debuit permitti, quandiu sufficerent eis isti reditus cum suis possessionibus, quibus nō erat nunc necesse carere, sicut in veteri testamento, vt dictũ est supra. Septima, quia ministris veteris testamenti non erat conueniens plus dare, quia illa iura sufficiebāt ad I sustentationem eorum, in nouo aũt testamento non solum dantur iura ministris ad eorũ sustentationē, sed etiam ad sustētationem pauperum, quod non erat in veteri testamēto, ideo plus debuit nunc dari, quam in veteri testamento. Et patet, quia in lege veteri præter decimas, quæ dabantur ministris erant alię decimę, quæ dabantur pauperibus solis de triēnio in trienniũ, & aliud secundum genus decimarum, quod comedebant laici, & dabant partem pauperibus Deut.14.c. & decimę, quę dabantur ministris non erant ad dādum pauperibus, ideo cum pro eis solis darentur pauciora sufficiebant: in nouo aũt testamento non distinguuntur ista genera decimarum, sed vnica decima datur, ideo intelligitur ꝙ illa decima, & cętera iura, quę dantur sacerdotibus non solum dantur in eorum susten- K tationem, sed etiam in pauperum sustentationem, & ideo maiora iura dare illis oportet, quam ministris veteris testamenti, & consequenter nō oportet illis subtrahi possessiones, licet dentur ęqualia iura ad ministros veteris, quibus subtrahebantur possessiones.

An clericis diuitibus habentibus aliunde sufficientem sustentationem decimæ debeantur. Quæst. CLXXIIII.

QVAERETVR an clericis diuitibus habentibus aliunde sufficientem sustentationem decimę debeantur. Aliqui dicunt, quòd non, quia Leuitis, & sacerdotibus concessit Deus decimas, & alia iura, quia non reliquit eis aliquam partem possessionis in terra

Nume.

Nume.18.& Deu.18.& tamen sacerdotes nunc diuitias habent, ideo non licebit eis decimas recipere.

Dicendum, ꝙ sacerdotes non solum habentes patrimonia immo habentes quantascunque diuitias licite decimas accipiunt, nisi aliquid aliud obstet, ita tenet Inno. extra de deci. in summa, & Ioã. An. ibidem, & allegant multa dicta. Decimę.n. debentur clericis, sed propter diuitias non licet alicui subtrahere iura sua 14.q.4.c. quid dicam, ergo neque clericis subtrahentur. Item, quia decimę non sunt solum pro sacerdotibus, sed etiam pro fabrica ecclesię, & pauperibus 12.q.2.c. nobis, & c. sequenti, sed propter diuitias clericorum non est pręiudicandum fabricis, & pauperibus, quod tamen fieret, nisi darentur decimę clericis, ergo dantur illis etiam diuitibus.

Item si propter diuitias decimę subtraherent̄ non solum nunc non haberent eas clerici, sed etiam in veteri testamento sępe subtraherentur Leuitis, vt si cõtingeret aliquos Leuitas diuites fieri, vtpote quia negociabantur sic, vt sustentari possent, non recipiendo decimas accideret, ꝙ interdum decimę nulli deberē̄tur, quod falsum est, cum Deus dicat eas quolibet anno solui debere, & Leuitis, ideo non obstabat, ꝙ diuites essent ad recipiendum decimas.

Item, quia decimę sunt Dei, Leui.27.f. Omnes decimę domini sunt, & Deus dedit eas Leuitis pro ministerio, quod exercebant: Nume.18.c. Ideo nulli licebat eis propter diuitias ipsas subtrahere.

Item si decimę essent datę Leuitis tunc, vel nunc sacerdotibus propter solam paupertatem subtrahi liceret, cum efficerentur diuites, & tamen non fuerunt datę pro paupertate, sed pro ministerio, quod faciebant. Numer. 18. capit. ideo licet paupertas cessaret, dum tamen maneret officium eædem dandæ erant decimę.

Item cum dicitur, quòd Leuitę nihil possidebãt, & ideo dabantur eis decimę falsum est, quia tam sacerdotes, quam Leuitę possidebant aliquid. Nam habebant vrbes, & suburbana per duo millia passiuum in circuitu. Nume.35. ergo aliquid possidebant. Etiam quia domos habebant, & possessiones vrbanas, quæ erant loco agrorum laicorum, Leui.25.c.f. Aedes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt semper possunt redimi, si redemptę nõ fuerint, in iobeleo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuiticarum ꝓ possessionibus sunt inter filios Israel, suburbana autem eorum non vendent, quia possessio sempiterna est. Etiam quia Leuitę aliquid accipiebant ex successione paterna. Deut.18. de illo Leuita, qui staret coram domino. Nam debebatur ei distributio, vel portio, sicut cæteris, qui ex necessitate seruiebant. Et additur. Excepto eo, quod sibi in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.

Cum autem dicitur, quòd Leuitę, & sacerdotes nihil possiderent inter Israelitas, debet intelligi, ꝙ non acciperent sortem terrę cum eis, sicut duodecim tribus laicorum diuiserunt inter se terram in duodecim partes per sortes, & de his partibus nulla sors data est Leuitis, vt apparet ex ipsa distributione Iosue 15. vsq; ad 20.c. cętera tamen, quæ non prouenirent per sortē illam poterant possidere, sicut vrbes, & suburbana, Nu.35. ēt domos Leui.25. ēt agros laicorũ: Nã si laici vouerēt agros suos dño transibant in ius sacerdotũ, & possidebantur ab eis, Leui.27.cap. & ita possessio hęc nihil obstabat ad habendum decimas.

Item quod efficacius est, quia ista possent habere colorem aliquem circa Leuitas veteris testamēti, sed circa clericos nunc nullum habent, nam nunc non debentur decimę ex institutione diuina, sed solum ex iure canonico, vt ostensum est supra, & tamen istud

A ius nõ instituit, quod deberet̄ diuitibus, vel pauperib⁹, sed clericis beneficiatis, ergo quantumcunque clericus sit diues, non priuatur iure decimarum.

Ad rationem in contrarium responsum est iam, scilicet quòd paupertas non fuit causa præcipua, sed aliqualis, præcipua autem fuit ministerium, & ideo siue in nouo, siue in veteri testamento haberent ministri diuitias, erant eis decimę dandę.

An decimæ dandæ sint malis clericis. Quæst. CLXXV.

B QVAERETVR an decimę dandę sint malis clericis.

Dicendum, quòd aut cõsideratur in generali de malitia, vel iniquitate, aut de quibusdam specialibus iniquitatibus.

Si primo modo dicendum, quòd propter iniquitatem non subtrahetur decima clerico. Sic dicitur extra de decimis capitu. tua nobis, quòd quidam vitam clericorum, tanquam abominabilem detestantes decimas eis subtrahere non verentur, sed ibi increpantur, cum dicitur, quòd prętextu nequitię clericorum non possunt laici decimas eis subtrahere, & alijs erogare, & tangitur ibi ratio, scilicet quia debentur decimę clericis, sed quod alicuius est, non tollitur ei propter iniquitatem. Item hoc idem erat in veteri testamento, quòd non legitur, quòd in aliquo casu subtraherentur decimę Leuitis, neque sacerdotibus iura propria quantumlibet essent iniqui.

C

Si autem quæratur de quibusdam specialibus criminibus, dicendum quòd circa simoniacos, & notorios concubinarios est dubium, & non quasi ista sint maiora omnibus alijs criminibus. Nam maius est hęresis, & maius est idolatria, & tñ isti percipiunt decimas quandiu ab ecclesia tolerantur. Et ista est regula, quòd iniquitas non tollit alicui bona sua, sed interdũ quędam sunt crimina, quæ ex iure impediunt effici dominum eum, qui aliàs dominus efficeretur, vt de simonia, & notoria fornicatione sic putant quidam. Iniquitas non tollit alicui bona sua.

D

Sed circa hoc Ber. mouet dubium in glo. extra de deci. c. tua nobis, scilicet nũquid teneor dare decimas ei, quem scio simoniacũ esse? & obijcit, quòd non, quia est suspensus 32.di.§. verum, & non debent ab eo ordines recipi, extra de simo. per tuas, & tamen decimę dantur ratione officij, quod non potest exercere simoniacus.

Respondet, ꝙ prædiales dari debent ei, & non est dubium de his, eo ꝙ illę dantur intuitu ecclesię, & nõ personę. De personalibus dicit, ꝙ dandę sunt. Nam & Iudęus præstat decimas personales qñque, sed nõ oẽs, & tñ non ratione diuini obsequij, & sic qui suspensus est, & officiũ non exequitur præstationem recipit decimarũ, prædiales quoque Iudæus dat. extra de deci. c. de terris, & istam opinionē tenēt multi alij. s. indistincte dandas tam prædiales, q̃ personales cuicũque clerico quantũcunque peccanti. Sed melius vr̄ dicendũ, ꝙ aut quęritur de decimis prędialibus, aut de ꝑsonalibus. Si de prædialibus, dicēdum ꝙ semper sunt dandę, quia has non percipit solus clericus, sed pars est ecclesię. i. fabricę, pars pauperum, & pars pręlatorum, & non debent alij ex peccato clerici puniri. Etiam quia si non darentur decimę in hoc casu fierent ditiores laici propter delicta clericorum, quod esse non debet, quia tunc non mirum si eorum malã vitam optarent ex qua scirent se ditari, & tñ an clericus percipiat partem suam statim dicetur. Si autē sint decimę personales videtur esse alia ratio, quia istę non dantur pręcipue ratione Ecclesię, cũ non dentur Ecclesię vbi

E

prędia sita sint, aut aliquid aliud si dantur propter administrationem sacramentorum, & ideo dant illi Ecclesię in qua quis recipit sacramenta, & diuina audit, & ideo ista decima totaliter debita erat ministris, nisi de consuetudine aliter obtineat.

Nunc vero circa delictum clerici est dicendum, ꝙ aut est simonia, aut fornicatio, siue cōcubinatus, si est simonia, siue sit notoria, siue occulta, & sit simonia circa beneficium ratione cuius decimas recipit, non recipiet decimas, quia non potest facere fructus suos, & licet multum aggrauet in hoc notorietas, tamen ēt simoniacus occultus in beneficio non facit fructus suos, & tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, qui cōuerti debent in vtilitatem Ecclesię illius, in qua beneficium simoniacè obtinuit, & ratione cuius decimas recipit. Si autem sit concubinatus crimē, aut est notorium, aut non, si non est notorium, siue sit omnino occultum, siue sciatur ab aliquibus, non priuatur clericus iure decimarum. Si vero sit notorius concubinarius, non facit fructus suos, & tenet̄ illos restituere illi Ecclesię, ratione cuius eos recepit. Et hoc verum est tam de prædialibus, quam de personalibus, sed magis de prædialibus. De personalibus dicendum putant aliqui, quòd cum dentur propter ministerium personę, & non propter ecclesiam, quòd si sit simoniacus in beneficio poterit nihilonimus percipere decimas, secus si sit simoniacus in ordine, quia tunc est vitium personale, & non poterit percipere decimas, quæ dantur intuitu administrationis personalis.

Sed dicendum, quòd non stat, quia magis impedit esse simoniacum in beneficio, quam in ordine, quia simoniacus in ordine licet sit prohibitus exequi ministerium ordinis sui, & peccet faciendo, tamen facit, & de facto non impeditur exequi, cum executio ordinis respiciat characterem, & non prohibitionem iuris. Vnde quicūque habet characterē ordinis, potest administrare rem ordinis illius, & vere exequitur etiam iure, & iudice prohibente.

Circa beneficium secus est, quia beneficium dicit titulum, & qui beneficium habet, licet non sit dominus beneficij, est saltem dominus fructuum licite perceptorum. Quātum ad dominium autem, scilicet ad tollendum dominium, quod iam est, maxime ad impediendum introduci dominium, quod nondum introductum est, magna est potestas iuris positiui, & iō circa simoniacum in beneficio potuerunt iura disponere, ꝙ non efficeretur dominus fructuum, licet non potuerint introducere, ꝙ non possit exequi rem ordinis sui, sed qui non facit fructus suos, est fur, vel prædo, & tenetur ad restitutionem, ideo simoniacus in beneficio non facit fructus suos, & consequenter non potest recipere decimas.

Cum autem dicitur, ꝙ est verum de prędialibus, dicendum, ꝙ de vtrisque verum est. Nam vtreque dant̄ intuitu beneficij. Differt enim hoc inter prędiales, & personales, quia prædiales dantur illi ecclesię, in cuius parœcia sunt decimę sitę. i. prædia, de quibus decimatur, & hoc, siue dominus fundi habitet ibi, vel percipiat Ecclesiastica sacramenta, aut alibi. Personales vero dantur vbi dominus ipse, qui dat decimas audit diuina, & recipit sacramenta sibi, siue ibi habeat prædia aliqua, siue non, & tamen, neque prædiales, neque ꝑsonales dantur clericis, nisi illis, qui beneficia habent in illis ecclesijs, in quibus redduntur decimę, siue prędiales, siue personales, ergo qui fructus beneficij non facit suos non poterit recipere decimas personales, neque prædiales.

Si autem sit cōcubinarius dicendū, sicut supra, s. ꝙ notorius cōcubinarius, neque accipit prędiales, neq; F personales, qui aūt notorius non est accipit vtrasque, & quando accipit illas cōuertuntur auctoritate Diœcęsani in vtilitatem illius ecclesię, in qua recipiuntur. Ita tenēt multi, & ꝯsonat hoc opinioni Hosti. & Io. An. extra de de. c. tua nobis, & Henri. eodem c.

Cum autem dicitur, quòd Iudęus dat decimas personales, etiam si non ratione diuini obsequij, dicendū quòd non est simile, Nam Iudæus est iniquus, & ex culpa sua non audit diuina, neque recipit sacramenta, scilicet quia pertinaciter non vult conuerti ad fidem Christi: clericus autem ex se dispositus est diuina dicere, & sacramenta ministrare omnibus, ideo nō debet priuari iure suo propter nequitiam Iudæi. Vnde ab illo recipit decimas, & maxime prædiales, & etiam
G aliqualiter personales, vt dicetur infra: secus autem est de clerico simoniaco, vel notorio concubinario, quia ipse seipsum suspensum facit, & non est dominus fructuum, ideo etiam si alij teneantur soluere non recipiet ipse pro se, sed ecclesia recipiet partem illius.

An decimæ dentur Papæ. Quæst. CLXXVI.

QVAERETVR an decimę dentur Papę. Aliqui dicunt, quòd sic quia decimę in nouo testamēto ordinantur ad modum veteris testamenti, immo ex hoc vocant aliqui decimas nostras de iure diuino, scilicet quia ortum habent ex decimis illis, quæ erant a Deo mandatę in veteri testamento, & ibi Leuitę ac-
H cipiebant totas decimas, & deinde ipsi dabant decimam summo sacerdoti: Numeri 18. cap. sed summus sacerdos noster est nunc Papa, ergo debent ei nunç dari decimę.

Dicendum, quòd decimę dantur nunc ecclesijs, siue parrochialibus, scilicet quando sunt prædiales, eo quòd in eorum territorijs prędia sita sunt, siue alijs, scilicet quando non sunt prædiales, sed personales, quia dantur tunc illi ecclesię in qua diuina audit, qui decimas præstat, & iō qui in prædictis ecclesijs beneficia obtinent, prædictas decimas regulariter accipiunt, licet non integraliter, quia diuiduntur, sicut infra dicetur, cum pars ad fabricam, & pars ad prælatum pertineat. De Papa autem dicendum, ꝙ decimas eccle- De Papę decimis soluendis.
I siarum non percipit, quia ipse alios reditus habet. Cū tamen ipse præsit omnibus particularibus ecclesijs primatum earum habens, & solicitudinem gerens, cum indiguerit, potest decimas accipere, vel maiores impositiones super clericos facere pro necessitatibus suis, & ecclesię, dum tamen illę vere necessitates, & iustę sint, aliàs autem nulla potestatis celsitudo excusat, quin apud Deum reus habeatur, vt importunus exactor, & malignus subditorum spoliator. Sic etiam dicit Beatus Tho. de Aquino Secunda Secundę q. 87. articulo 4. in solutione 3. argumēti, scilicet. Vnde nūc eadem ratione tenerentur clerici decimam dare summo pontifici, si exigeret. Naturalis enim ratio dictat, vt illi, qui habet curam de communi multitudinis
K statu, prouideatur vnde possit exequi ea, quæ pertinent ad communem salutem. Item Ioan. An. & Hen. extra de deci. cap. decimam, & ibi communiter omnes dicunt, ꝙ in veteri testamento erant quatuor modi decimarum, & applicant illos ad decimas noui testamenti. Erat autem secunda in veteri testamento illa, quā præstabant Leuitę summo sacerdoti, & loco huius dicunt successisse illam, q̄ accipiunt prælati ecclesiarum, vel q̄ Papa accipit, vel quā iubet dari alicui laico. Sed dicendum, quòd illud est extra ordinarium. Nam regulariter non recipit Papa decimas ecclesiarum, si autem pro aliqua necessitate accipere vult, nō solum decimas, sed etiam quæcunque alia iura ecclesiarum, & fructus accipere poterit ad tempus quādiu durat

durat illa necessitas iusta, relicto tamen ministris A ecclesię vnde viuant, & ideo non sunt ponendę decimę, quasi reditus debiti Papę, quia eoipso poneretur omnia alia bona ecclesiæ quæcūque sint esse reditus Papę, quod est falsum, & ideo dicendum, quòd decimę non dantur Papę, sed beneficiatis ecclesiarum.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd decimę non soluuntur nunc eo iure, quo soluebant in veteri testamento, sed solum iure canonico, vt ostensum est supra, & ideo non est necesse, quòd soluantur taliter qualiter soluebantur in veteri, sed solum taliter qualiter nunc statutum est eas soluendas esse, & quia nunc statutum est decimas dandas esse Papæ, non dabantur in veteri testamento, quia B statutum erat dari decimam decimę, summo sacerdoti dabatur illa.

Causa autem, quare ibi statuta fuit dari, & hic non manet, est prima, quia in veteri testamento alia erant iura sacerdotum, & alia Leuitarum, secerdotibus, dabātur primitię, oblationes, sacrificia, vota redēptiones primogenitorum, Nu.18.c. Leuitis autem datæ fuerunt decimæ.e.c. & quia Leuitæ non erant sacerdotes, debebant dare primitias sacerdotibus, vt ab omnibus perciperēt sacerdotes primitias, & ita loco primitiarum dederūt decimam decimę suę summo sacerdoti e.c. scilicet pręcipe Leuitis atquæ decuncia cū acceperitis a filijs Israel decimas, quas dedi vobis primitias eorum offerte domino, idest decimam par- C tem decimę, vt reputetur vobis in oblationem primitiarum tam de aera, quā de torcularibus, sed in nouo testamento nō distinguuntur sacerdotes, & Leuitę, & idem sunt, qui accipiunt decimas, & qui primitias, ideo non oportet, vt sacerdotes, qui decimam accipiunt dent decimam decimę, vel partem eius Papę, qui est summus sacerdos.

Qui summus sacerdos acci. piebat vxorem in ue. te. test. Secunda causa est, quia populus ille erat aliter ibi ordinatus ad cultum Dei, quam nunc. Nam tunc distinxit Deus Leuitas, & sacerdotes in ministris suis, & alia iura dedit Leuitis alia sacerdotibus, vt dictum est. Et rursus inter sacerdotes fecit vnum principem, idest summum sacerdotem, & hunc voluit esse nobilē, & magistratus. Vnde iussit ei, quòd non acciperet D vxorem vulgarem, sed de excellenti genere, Leui.21.c. Et etiam voluit ei dare opes multas, & reditus, sine quibus impossibile est magnum statum tenere. Et quia iura data sacerdotibus Nume.18.c. erant parua, fuerunt illa pro solis minoribus sacerdotibus. Vnde debuit Deus alia iura dare sacerdoti, scilicet vt Leuitę darent ei decimam decimę suę, quæ erat centesima pars fructuum totius populi Israel. Nunc vero secus est, quia licet summus sacerdos noster sit maioris status, quā summus sacerdos Iudęorum, immo ipse solus sit ditior, quam tunc erat totus populus simul, non indiget aliquo iure deducto de parte iuris sacerdotum, quoniam sine his ille est potens, & diues, cū sit magnum patrimonium Ecclesiæ Romanæ, & E multa alia habet sine iuribus sacerdotum.

Item, quia recipere nūc decimam partem decimę, sicut tūc recipiebat summus sacerdos non est reditus necessarius pro aliquo homine quanticunque status, sed est superabūdans, vt pote, quòd aliquis reciperet decimam partem fructuū totius mundi, siue centesimam, sicut recipiebat summus sacerdos in veteri testamento, ideo nunc non est conueniens, quòd sic Papa recipiat decimas a sacerdotibus, sicut tunc recipiebat summus sacerdos de Leuitis, & sic nō dantur decimæ Papę nunc.

An dentur decimæ pauperibus.
Quæst. CLXXVII.

QVAERETVR an dentur decimę pauperibus. Aliqui dicunt, ꝙ decimę debētur pauperibus, & nō clericis, vel saltem simul pauperibus, & clericis. Et patet primo, quia Hierony. scribit Damaso Papę, & habetur.16.q.1.c.quoniā, scilicet Quidquid habēt clerici pauperum est, sed decimas habēt clerici, ergo sunt pauperum, & ita debent dari pauperibus.

Secundo patet, quia decimę sunt tributa egentiū animarum.16.q.1.c. decimę, & est dictum Augu.& extra de deci.c. tua nobis, sed egentes animæ sunt pauperes, ergo debentur decimę pauperibus.

Dicendum, ꝙ decimę non debentur pauperibus, sed solis ecclesijs dandę sunt, & ibi clerici beneficiati eas recipiunt, & ita omnia iura testantur. Sic dicitur extra de deci.c.peruenit, scilicet decimas ecclesijs, quibus debentur cū integritate persoluant, sed quod vnius est non potest alteri dari sine domini voluntate, ideo decimas, quæ sunt ecclesiarū, nemo potest dare pauperibus.

Item, quia extra de deci.c.tua nobis, increpat Innocentius tertius aliquos, qui multos abusus circa decimas faciunt, & vnus illorū est, quòd eas nolunt dare clericis, sed pauperibus. Et hoc maxime, quādo clerici mali sunt, cum dicitur partem decimę separantes eam capellis suis, aut alijs clericis, aut pauperibus conferunt, vel in alios vsus pro sua volūtate conuertunt, ergo cum hoc increpet, non sunt dādę decimę. pauperibus. Item, quia dicitur eo.c. ꝙ Deo debita est solutio decimarum, intantum vt ad eas clericis exhibendas quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici si moniti soluere noluerīt, ecclesiastica sunt districtione cogendi, & sic decimę sunt soli Deo debitę in signum vniuersalis dominij e.c.& ipse eas solis clericis cōcessit, ergo solis clericis debētur, & non pauperibus.

Item patet hoc, quia dicitur e.c. prætextu vero, nequitię clericorū nequeunt eas, nisi quibus ex diuino mandato debentur pro suo arbitrio erogare. Et ita apparet, quòd clericis debitę sunt ex diuino mādato, & ideo licet sint mali non possunt alijs erogari. Et subditur ibi causa, scilicet cū nulli licitum sit aliena concedere præter domini voluntatē, ergo clericis sunt domini decimarum, & ita non pertinet ad pauperes.

Item patet hoc ex eodem.c.scilicet quoniam igitur pati nolumus, vt ecclesiarum, & clericorum iura præsumptione qualibet minuantur, mādamus, quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas ecclesijs, & clericis tuæ diocęsis exhibere tenentur ad eas cum integritate reddendas compellas. Vnde patet decimas debitas esse clericis, cum dicat illas esse iura clericorum, ius vero in dominium sonat, & ita ad dominium clericorum pertinent.

Secundo, quia dicitur, quòd ratione prædiorum, aut personarum decimas tenentur exhibere clericis, sed præter personales, & prædiales nullę sunt, ergo omnes decimę sunt debitę clericis, & ita nullę sunt debitę pauperibus.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd non innuitur ex hoc decimas esse pauperum, sed potius litera ipsa signat contrarium. Nam dicitur quidquid clerici habēt pauperum est, ergo clerici habent illud, sed istud habere non signat detentationem solam, sed ius aliquod, ergo clericorū est hoc, quod habere dicuntur, sed quod ipsorū est non potest esse alterius, quia nō potest aliquid esse duorum in solidum, ergo

non

non est pauperum, sed clericorum, sed dicitur esse pauperũ, i. debẽt illud clerici pauperibus ministrare, & sic pauperum est, quia pro illis est, sed nullum ius in illo habent, neque competit eis actio aduersus clericos nolentes dare illis eleemosynam de decimis.

Secundo patet, quia dicitur. e. c. & domus eorum communes fiant, & sic domos dixit esse illorum, sed genitiuus ille nõ dicit possessionem, sed proprietatẽ, ideo dominium est clericorum, & non pauperum. sed dixit esse pauperum, vt communicetur eis aliquid, cũ dicitur. Et domus eorum communes fiant.

Tertio patet, quia ita significatur ex rubro, quod ponit ibi Gratian⁹, scilicet liberũ est clericis decimas monachis concedere. Et sic sensus literę illius est, ꝙ clerici possunt id, quod suum est, dare monachis, q̃a domus eorum communes fieri debent, sed decimas dare possunt monachis, ergo decimę sunt clericorũ.

Quarto patet, & efficacius ex litera ipsa, quia cum dictũ est: Quidquid clerci habent, pauperum est. subditur: Maxime curãdũ est, vt de decimis, & oblationibus, cęnobijs & xenodochijs qualem voluerint, & potuerint sustentationem impendant, liberum est enim monachis, & spiritualibus viris Deum timentibus, & colentibus decimas, & oblationes, cũctaque remedia concedere, & de iure suo in dominium illorum transferre, & vsum, & sic decimas dicit esse iura clericorum.

Item dicit, ꝙ ipsi possunt transferre in dominium monachorum, & tamen non possunt dare, vel transferre dominium, qui non habent, ergo cum clerici possint decimas dare in dominium monachorum, sequitur, ꝙ ipsi domini sunt, ergo ad clericos pertinẽt decimę, & non ad alios pauperes.

Ad secundum dicendum, ꝙ decimę sunt tributa egentium animarum, idest sunt quædam, quæ tribui debent pauperibus, & tamen non sunt pauperum, sed ipsorum clericorũ, q̃ ea tribuere debẽt egẽtibus cum domos eorum communes fieri debeant. 16. q. 1. c. quoniam quidquid.

Secundo modo potest intelligi, quòd sunt tributa egentium animarum, idest, quæ pertinẽt ad dominiũ istorum egentium, sed isti egentes sunt clerici, quia omnes clerici sunt egentes, idest quia egentes esse debent. Nam abundantes in rebus sęcularibus non debẽt accipere fructus ecclesiasticos. Sic dicit Hierony. in allegato. c. quoniam quidquid, scilicet clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulli suffragantẽ, qui autẽ bonis parentũ, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium ꝓfecto committunt, & sic non vocauit ibi pauperes ipsos laicos egenos, sed clericos, quibus bona parentum non suffragantur, quia talibus dari debent fructus ecclesię. Et tunc est verus sensus, quòd sunt decimę tributa egentium animarum. Sic etiam Grego. clericos pauperes vocat, extra de præscrip. c. nihil, scilicet nihil, cum scandalo nobiscum vos velle de causis pauperum diffinire. Et iterum: Sed illud scire vos credimus taciturnitatem atque patientiam vestram futuris post me pontificibus in rebus pauperum prę-iudicium non facturam. Et vocat ibi res, vel causas pauperum, idest clericorum, & Imperator omnes clericos pauperes vocat. C. de sacrosanct. ecclesi. l. priuilegia.

Item patet hoc extra de deci. c. tua nobis, vbi Inno. dixit decimas esse tributum egentium animarum, & tamen ibi ostendit, quòd non debẽt dari pauperibus, sed clericis, & damnat eos, qui decimas pauperibus tribuunt, non dando illas clericis. Et ita, clerici sunt egentes animæ, quorum decimę sunt tributa.

F Sed obijcietur, quòd vere pauperibus sunt dandæ decimæ, idest mendicantibus, & non clericis, quia dicitur. 16. q. 1. c. decimæ, scilicet. Decimæ ex debito requirũtur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt, & quanti pauperes in locis ipsis, vbi ille habitat, ipso non dante decimas, fame mortui fuerint, tãtorũ homicidiorum reus ante ęterni iudicis tribunal apparebit, & ita nõ erant dandę decimę clericis, sed pauperibus, quia aliàs non bene argueret de pauperibus fame pereuntibus, quia idem poterat accidere dantibus decimas laicis ex integro si ad pauperes illæ non perueniunt.

Secundo patet, quia dicitur eodẽ c. dando causam huius, scilicet quia rẽ a domino pauperibus delegatam G suis vsibus reseruauit, ergo pauperibus instituit Deus dari decimas, & quia non datę fuerunt eis perierunt fame.

Tertio patet, & apertius, quia dicitur. e. c. qui, ergo, aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de nouẽ partibus studeat eleemosynã dare pauperibus, sed quod datur in eleemosynam, datur pauperibus mendicãtibus, & nõ clericis, quia quod datur clericis ex iure debetur, eleemosyna aũt non est ex debito, sed ex misericordia, q̃a illi, cui datur non est expresse obligatus dans, & potissime ad quantum, vel qualiter dat, ergo decimę pauperibus dantur.

Dicendum, ꝙ decimę clericis dãtur, & pauperibus H non, immo neque dari possunt, quia quod alienum est, nõ potest alteri dari sine domini voluntate. extra de deci. c. tua nobis, sed decimę sunt clericorum, vt dictum est, ideo eis dantur, & non pauperibus.

Ad primum dicendum, quòd decimę non sunt pauperum mendicantium, quasi eis debeantur, & immediate eis reddendę sint, sed clerici, quibus debentur, & qui eas recipiunt, debẽt pauperibus dare sustentationem, vel eleemosynam de illis, cũ omne, quod clericorum est, pauperum sit. 16. q. 1. c. quoniã quidquid. Et dicitur ibi, quòd clerici de decimis, & oblationibus monachis, & xenodochijs qualẽ voluerint, & potuerint sustentationem impendant, & sic si laicus non dat decimas clerico, cui tenetur, non I potest ille dare sustentationem pauperibus de illis. Vnde laicus est in culpa, si pauperes fame moriãtur, scilicet non dando decimas fecit, quod clericus non posset dare eleemosynam pauperibus, quã si dedisset non morerentur fame. Vnde laicus detinens decimã, siue non soluens non est determinate reus omnium pauperũ, qui fame moriũtur in loco, vbi ipse habitat, sed illorum, quibus sustentationem daret clericus, si illę decimę non subtraherentur ei, & pro omnibus bonis, quæ facturus erat clericus decimas recipiendo, & nõ facit propter subtractionem earũ tenetur reus, qui subtrahit decimas.

Ad secundum dicendum, quòd decimę non sunt delegatę in pauperes, quasi laici soluentes eas debeãt K illas pauperibus dare, quia tunc clerici nõ perciperẽt eas, sed delegantur in pauperes, quia vult Deus, & ecclesia instituit, quòd clerici recipientes decimas, & cętera ecclesię pręstent pauperibus eleemosynam, & sustentationem de illis, & tũc cõcordat cũ pręcedẽti, scilicet, q̃a ecclesia sic instituit, & clericus sic facturus erat, si ei decimę darentur, si vero non dentur, & pauperes fame moriantur, reus est ille, qui decimas retinuit, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd illud nihil facit, quia ibi non innuitur, ꝙ decimę dandę sint in eleemosynã cum dictum sit, quòd decimę ex debito requirãtur, sed ponit Augu. ibi duo, s. decimas, & eleemosynas, Decimas dicit reddendas, scilicet illis quibus debentur

tur, idest clericis, vel ecclesijs extra de deci.c.puenit, & c.tuam nobis, eleemosynam autem dicit expresse dandam esse pauperibus, & sic non dantur decimæ, & eleemosynę eisdem. Etiam patet expressius, q de decimis non sit facienda eleemosyna, quia dicitur, q de nouē partibus fiat eleemosyna. Et sic innuit prius decimam integre esse soluendā, quia debitum est, & nō misericordia, vel eleemosyna, & de nouē partib⁹, quæ remanēt laico, potest ipse eleemosynam facere.

An laicis dandæ sint decimæ, vel aliquo modo eas percipere, vel retinere possit. Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR an laicis dādę sint decimę, vel aliquo modo eas pcipere, aut retinere possint. Aliqui dicunt, quòd nunquam possunt laici sine peccato mortali decimas percipere. Primo, qa Leui.27.c.dicitur: Omnes decimæ, siue de pomis, siue de frugibus terrę Dei sunt. Et illæ sanctificantur, sed quod Dei est non est laicorum, qui non sunt ministri Dei, ergo non pertinent ad laicos. Secundo, quia Nume.18.c.dicitur, quòd Deus dedit Leuitis omnes decimas Israelitarū p ministerio, quo ei ministrant, ergo specialiter pertinet ad ministros, q nō sunt laici, quia illis nō licet ministrare in diuinis, & sacris sub pęna mortis, Nu.1.& 3.& 17. & 18.c.immo, neque permitti debent sedere inter ministros Dei, dnm ministrant, scilicet intra cācellos. extra de vita, & ho.cleri.c.1.

Tertio, quia Mala.3.c. dr̄ infer omnem decimā in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & ita mandata ibi dare decimas in cibum ministrorum, ergo non pertinent ad laicos.

Quarto, & expressius, quia dicit Grego.& habet. 16.q.7.c.decimas. Laici, siue ab episcopis, siue a regibus, vel quibuslibet personis decimas acceperint, nisi ecclesię reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere, & ęternę damnationis pęnam incurrere.

Item extra de deci c.prohibemus, dr̄: Prohibemus ne laici decimas, cum animarum suarum periculo detinentes in alios laicos possint aliquādo transferre, siquis vero receperit, & ecclesię suę non reddiderit Christiana sepultura priuetur. Item, quia neque decimas vllo modo possunt laici possidere extra de præscrip.c.causamque.

Alij dicunt in contrarium, quòd liceat eis illas tenere, & ad hoc facit consuetudo generalis in Hispania, Burgandia, Francia, & Alemania, vbi molti laici ecclesiarum decimas tenent. Secundo, quia decimæ in feudum a laico ab ecclesia teneri possunt.

Dicendum, quòd aut laici volunt percipere, vel tenere decimas iure proprio, quasi eis ius hoc competere possit directe, aut tenent eas ex concessione ecclesię ex priuilegio, vel consuetudine, aut alias. Si primo modo dicendum, quòd nō licet laicis decimas tenere. Nam duplici iure debentur decimę ecclesijs. Primo ratione obsequij in eis Deo præstiti.12.q.1. c.si ergo.16.q.1.c.quæsti. Et hac ratione debentur ministris ecclesię, & non recipiunt clerici a clericis decimas, quia omnes Deo ministrant.extra de deci.c. nouum, hoc ius non cadit in laicum, cum sit mere spirituale extra de elec.c.masana.10.q.1.c. nos consuetudinem. Secundo ratione generalis, siue vniuersalis dominij. Hoc enim iure decimas sibi Deus reseruauit, extra de deci.c.tua nobis, & 16.q.1.c. reuertimini.sub ratione huius iuris possunt decimæ non solum clericis, sed etiam laicis concedi, non quantū ad proprietatem, sed quantum ad perceptionem fructuum. Si quæratur, an ex concessione ecclesiæ possunt alias tenere, Dicendum, quod sic, quia tam ex concessione Papę, quam prælatorum possunt tenere, vt dicetur seq.q.

Sed quid si sola consuetudine laicus se iuuat, vt si tanto tempore decimas quis percepit pacifice, quòd memoria non extet in contrarium, an hoc sufficiat sine speciali concessione?

Aliqui dicunt, quòd iuuatur, quia præsumendum est pro ipso, quod habet ius in decima ar. extra de verbo, signifi.c.super quibusdam. Posset enim presumi decima talis concessa ab antiquo in feudum, extra de deci.c.tua, & extra de his, quę fiunt a prela.c. cum apostolica.

Sed dicendum, quòd non est verum, quia si laicus nō ostendit priuilegium, siue concessionem ecclesiæ nulla temporis diuturnitate iuuatur. Nam cum talia sine titulo possidere peccatum sit, diuturnitas tēporis peccatum non minuit, sed augmentat. extra de consuetudine c.vlti. Nec ob.extra de verbo. significationibus c.super quibusdam, quia illud intelligitur de pedagijs, & alijs iuribus, quæ a Regibus, & Imperatoribus concedi possunt, vt apparet ibi ex litera. Et sic diuturnitate temporis acquiruntur a laico, quia illa possidere potest, secus est in decimis, & alijs spiritualibus, quorū concessio Imperatori, & Regi, & cuilibet laico est penitus interdicta. extra de deci.c.tua, & c. dudum, quia neque laicis quantumcunque religiosis licet de his disponere.extra de rebus ec.non alię c.si. & de cōsti.c.quæ in ecclesiarum, & c.ecclesia Sanctę Marię de consti. & ideo si laicus non ostendit concessionem decimarum tenetur eas dimittere.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd decimę Deo debentur, quia ipse retinuit eas in signum vniuersalis dominij, & cōcessit eas ministris pro ministerio, & ita ad eos directe de iure ptinent, ad laicos autem non possunt pertinere directe, cum non liceat eis ministrare.

Ad secundum posset dici eodem modo, & tamē dicendum, quòd illud erat de decimis, quę dabātur in veteri testamento, & illę erant de iure diuino, & ideo non licebat ibi cōtrarium fieri. Vnde nulli laico licebat aliquo modo in veteri testamento percipere decimas. Secus nunc, quia non sunt decimę de iure diuino, sed de iure canonico, vt ostensum est supra, & ideo licuit conditori canonis statuere, vt interdū laicis in feudum, vel aliàs concedi possent, licet ordinarie etiam de iure ad laicos non pertineant.

Ad tertium dicendum, quòd ordinarie decimæ dantur ministris ecclesię, & ideo Deus in domo sua, idest in templo iubebat cibum esse pro ministris, & per accidens, & ex causa possunt concedi laicis, vt dictum est. Ad quartum dicēdum, quòd intelligitur de illis, qui iniuste decimas tenent, vt quia sine aliqua concessione ecclesię, vel feudo. Nam tales, neque possunt sibi retinere, neque in alias personas transferre, sed coguntur eas illi ecclesię dimittere, cuius sunt, secus si iuste tenent, vt si in feudum. Nam tunc ex auctoritate episcopi possunt eas in alios laicos transferre, vt alias in feudum teneant, neque dicitur alias tunc episcopus in feudum dare, quia iam infeudatę sunt. Sic extra de feu.c.ex parte, & extra de deci.cap. prohibemus in glo.

An Papa possit laicis decimas dare, vt illas ad tempus, vel in perpetuum teneant. Quæst. CLXXIX.

QVAERETVR quis possit laicis decimas, dare, vt illas ad tempus, vel in perpetuum teneant. Dicendum, quòd quantum ad laicos idem est decimas non soluere, & decimas percipere. Nam cū omnes laici sint astricti

ad

ad præstationem decimarum de omnibus quę licitè acquirunt extra de decimis c.ex transmissa. Neutrũ sibi cõpetere potest ex inre, scilicet decimas ecclesię pcipere, vel decimas, quas tenet soluere retinere, ideo vtrũque ei ex solo priuilegio competere potest. Et tunc dicendum, quòd aut quæritur de Papa, an possit concedere decimas eis, quibus de iure non debentur, aut de alijs inferoribus prelatis. Si de Papa, aut quęritur circa decimas prędiales, aut circa psonales. Sic circa personales dicendum, quòd Papa potest priuilegiare quos voluerit de his non pręstandis, vel de præstandis eis alteri ecclesiæ, vel personę, quam de iure communi teneantur dari, quod omnes Iuristę tenent, & dicũt causam esse, quia decimæ personales non debentur ex iure diuino ex præcepto, sed potius ex interpretatione, licet aliqui velint eas ex pręcepto deberi iuris diuini, vt declaratũ est supra Et ita plurimi intelligũt. extra de deci.c. in aliquibus, cum dicit: Illę decimæ necessario sunt soluendę, quæ ex lege diuina debentur, vel loci consuetudine approbata dicunt singula singulis referenda, scilicet vt dicamus prædiales debitas de lege diuina, personales vero ex loci consuetudine approbata, licet non sit ille verus sensus, sed intelligitur de rebus de quibus decimæ dantur, quia quædam sunt expresse de iure diuino, vt fruges poma, & pecora, Leui.27.c. quædam vero non sunt expresse, & in his obseruat̃ consuetudo approbata, scilicet de quibus rebus decima soluatur. Quod tamẽ magis obtinet circa personales, quã prędiales, ratio est, quia prædiales sunt magis determinatæ. Etiã ratio est circa hoc, qa circa decimas personales multum iuris tribuit consuetudo, vt soluantur, vel non soluantur. Et de quibus rebus, & quantum, a fortiori poterit in hoc priuilegium Papę, quod est maioris efficaciæ, quam consuetudo.

Si autem intelligantur de prædialibus, aut Papa dat priuilegium alicui ecclesiæ de percipiendo decimas, quæ non debentur ei, sed alteri, aut dat priuilegiũ laico de non soluendo decimas, aut de percipiendo decimas debitas alicui ecclesiæ.

Si primo casu dicendum, quòd non est dubium, quin Papa possit hoc, nam, & vna ecclesia potest pręscribere decimas in parrochia alterius, & sine aliqua concessione obtinebit, vel non cum sufficit, titulo extra de præscrip.c. ad aures, & extra de deci.c. ad apostolicę, & c. cum sint homines, & c. cum contingat, & c. dudum. Quia, vt ibi patet, consuetudo facit, vt huic ecclesiæ, vel illi debeantur. Et non solum de ecclesia ad ecclesiam parrochialem, quod minus est, sed etiam de ecclesia ad monasterium, cui nõ debentur aliquæ decimæ de iure, neque territorium habet, neque populum, sic enim monachi multi, & templarij, & hospitalarij priuilegiati sunt de non soluendis certis decimis, vt infra dicetur. Vel de percipiendo decimas, quæ debebantur aliquibus parrochijs. Nam, & si monachis non debeantur de iure communi, tamen sunt capaces earum, quia ministrant Deo, pro quo ministerio decimæ dantur.

Si in secundo casu .s. quantum ad laicos priuilegiando eos a pręstatione decimarum velut decimas percipiant debitas ecclesijs de quo magis dubium videbatur, dicendum, ꝙ Papa potest concedere decimas laico ad tempus, vel in perpetuũ, ita vt transeat ad hęredes, & hoc, siue in feudum, siue in simplici donatione, & talis concessio tenet, & laicus cui conceduntur non peccat percipiendo eas. Verum est autem, quòd non debent concedi sine aliqua causa honesta, & rationabili, vt pro defensione fidei contra paganos, vel pro seruitio aliquo pręstito ecclesię aliquando. Nam si sine causa hanc concessionem Papa

Papa põt concedere decimas laico ad tẽ pus, & in perpetuũ, sed malè facit.

F faceret male administraret, & non effugeret culpam, & tunc debet totaliter seruari forma priuilegij. Sic intelligitur extra de iure Pa.c. nobis, & 63.di.c. Adrianus, & c. in synodo. Sed obicijunt, quòd Papa non possit facere talem concessionem laicis, quia est contra ius diuinum. Dicunt enim decimas de iure diuino deberi, & tamen contra ius diuinum nihil potest Papa, sed tenetur illud pro viribus defendere vsque ad sanguinem. 25.q.1.c. sunt quidam. Et videtur, ꝙ circa decimas, neque concessio, neque amicabilis compositio, neque præscriptio valeat, quia circa moralia præcepta non admittitur dispensatio, neque valet quidquam consuetudo, aut pręscriptio, neque remissio facta per partes, sicut est in matrimonio, & similibus, quæ sunt moralia, extra de transactio.c. ex

G parte tua. Dicunt autem, quòd in moralibus pręceptis quædam sunt præcepta, in quibus non versatur aliqua priuata vtilitas, siue temporalis nisi in pręiudicium alterius committat aliquis, vt in furto. Et ideo talia sine peccato non possunt committi quantum ad affirmatiua, vel committi quoad negatiua, & in talibus Papa nullam potestatem habet. Et ita dicunt intelligẽda esse, quæ allegantur in oppositum, aliqua vero sunt, in quibus versatur priuata, siue temporalis vtilitas, vt in decimis primitijs, & oblationibus, & similibus, per quę nemini paratur pręiudicium, immo nisi reddantur peccatum est ei, cum temporalitas

H ista ad Deum spectet, & ad ecclesiam cuius vicarius, idest Dei vniuersalis est Papa põt in his statuere, & de his disponere, sicut placet ad hoc. De transla.episcopi, vel elec.c.1.& 2.& 3.& sic.9.q.3.c. cuncta per mundum. Et sic sine cuiusquam iniuria potest Papa concedere laico, quòd decimas alicuius loci percipiat, vel quas tenetur non det.

Sed dicendum, quòd verum est, quòd Papa in his habet potestatem, sed non ex causa assignata per eos, quæ est Raimundi, & Hosti. in summa tit. de decimis, & aliorum iuristarum post eos. Et non valet propter duo. primo, quia etiam in solutione decimarum, & oblationum atque primitiarũ versatur priuata vtilitas, scilicet ministrorum ecclesię, & ipsius ecclesię, & ideo cum semel ista sint debita alicui ecclesię non

I possunt sine eius pręiudicio, vel saltem damno alteri concedi, nisi detur vnus casus solus, s. quãdo aliquis locus de nouo incipit habitari vbi nunquam fuit ecclesia, neque ministri, & Papa decimas illius loci ante constructionem Ecclesię cõcederet alicui laico. Tunc enim nulli pręiudicaret, & tamen non solum in hoc casu, sed etiam, quando ecclesia extat ab antiquo constructa, quæ iam diu decimas percepit, & ministri in ea manent, potest Papa decimas illius ecclesiæ transferre in aliquem laicum, & esset error contrarium sentire, & ideo non obstante priuata vtilitate, vel præiudicio, aut damno Papa põt dispensare in his, & concessiones facere gratuitas. In furto aũt nõ potest Papa dispensare, vt fiat. Non est ergo causa

K quæ allegabatur, scilicet quia hic est aliqua vtilitas priuata, vel damnum. Secundo nõ tenet, quia verum est, ꝙ Papa non habet potestatem in eis, quæ sunt de iure diuino, decimę autem, & primitię non sunt nũc de iure diuino, vt ostensum est supra, sed de iure canonico, & ideo Papa plenam potestatem habet super eas, vt concedat eas, siue laicis, siue religiosis vel quibus voluerit, & ista est vera causa, & ideo non potest Papa dispensare in furto, vel adulterio, vt fiat, non quidem, quia sunt in pręiudicium priuatorum, sed quia sunt contra ius diuinum, & naturale, & vtrunque ius est a Deo, licet diuersimode, & inferior nunquam potest dispensare, vel ordinare in eis, quæ sunt tradita per superiorem. Vnde non solum circa furtum

furtũ & homicidiũ, & adulterium, q̃ sunt in præiudicium priuatorum non potest Papa dispensare, & in sacramentis, quæ sunt ceremonialia, & si qua alia essent per Christum instituta, vt prohibitio graduum consanguinitatis ad contrahendum, & obseruatio aliquarum feriarum, & ritus colẽdi Deum, nõ enim posset Papa in aliquo horum dispensare, licet non esset dispensatio in præiudicium alicuius, sed sola causa esset, quia cum instituta essent per superiorem non possent per eum dispensationem recipere.

Sicut autem dictum est, ꝙ Papa potest concedere laico decimas alicuius ecclesiæ, ita & a fortiori potest eum eximere a præstatione decimarum propriarum, cum minus sit non soluere decimas, quam percipere decimas alteri debitas. Sed dicunt in hoc Iuristę, ꝙ aut Papa vult specialiter eximere aliquos laicos a præstatione decimarũ, aut vult constitutionem facere generalem, ne aliquis laicus soluat decimas. Primum sine dubio potest facere. De secundo dicunt, ꝙ non potest, quia hoc non fieret sine offensa Dei. ar. 24. q. 1. c. memor sum, & 25. q. 1. ca. si ea destruere, hoc tenet Ber. & Host. & concordat Io. 16. q. 1. §. si ergo.

Sed satis potest teneri de veritate, & rigore iuris, ꝙ Papa potest generalem constitutionem facere, quòd nullus laicus solueret decimã, dum tamẽ relinqueret ministris ecclesię congruam sustentationem, vt ꝙ solueretur vbique vndecima, vel duodecima pars fructuum, vel nullam partem fructuum dãdo darent certos reditus in pecunijs. Fundamentum autem huius est, quia cum solutio decimarum sit nunc de mero iure positiuo, vt ostẽsum est supra, potest Papa circa talia libere, vel saltem licite, potissime, cum aliqua causa dispensare, & in contrarium constituere, in eis autem, quæ de iure diuino sunt, nullo modo potest, neque cum causa, neque sine causa. Tenent tamen communiter doctores Iuristę, quòd in eis, in quibus decoloraretur, vel alteraret̃ vniuersalis status ecclesię, Papa nõ habet potestatem, quod satis rationabiliter dictum est. An tamen tollendo generaliter decimam, & relinquendo sufficientem sustẽtationẽ ministris decoloraretur vniuersalis status ecclesię ipsi videant.

Papa non põt in ea, q̃ sunt de iure diuino, neque cũ causa, neq; sine causa.

An aliquis inferior Papa possit circa decimas dispensare. Quæst. CLXXX.

Si autem quæratur de prælato inferiore a Papa an possit aliquid super decimis.

Dicendum, ꝙ aut quæritur an possit dare priuilegiũ, quòd decimæ dentur alteri ecclesię quam illi, cui debentur, aut quòd dentur laicis. Quantum ad primum dicendum, quòd potest episcopus hæc facere dando priuilegium vni ecclesię, vel dignitati, aut personę de percipiẽdis decimis alterius ecclesię ad tempus, vel in perpetuum, dum modo hoc faciat cum consensu capituli, & obseruata illa solennitate tota, quæ habetur de rebus Ecclesię non alie. c. dudum lib. 6. Et non solum potest episcopus concedere decimas vnius ecclesiæ alteri ecclesiæ, vel personę, aut dignitati seculari, sed etiam monasterio, cui de iure nulię decimę competunt. Et non solum episcopus hoc potest, sed etiam quilibet clericus põt decimas sibi debitas monasterio alicui concedere. 16. q. 1. c. quoniam quidquid, §. quoniam quidquid habent clerici pauperum est. Et sequitur. Maxime curandum est, vt de decimis, & oblationibus cœnobijs, & xenodochijs qualem voluerint, & potuerint sustentationem impendant. liberum est enim. §. clericis monachis, & spiritualibus viris Deum timẽtibus, & colẽtibus decimas, & oblationes cũctaque remedia concedere, & de iure suo in dominium illorum transferre. Et tamen si aliquis clericus concesserit decimas sibi debitas alicui monasterio, valet donatio solum per vitam eius, extra de transa. c. de cętero. Ad hoc autem, ꝙ in perpetuum valeat, oportet ꝙ accedat consensus episcopi. 16. q. 1. c. quoniam. §. quamobrem si aliquando fuerint a laicis male detentata, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsum transierint monachorum, & seruorum Dei, episcopo tñ loci illius prębente consensum constabunt eis omnia perpetua firmitate, & stabilitate subnixa. Nunc tñ non solum requiritur consensus episcopi, sed ẽt capituli, & tota solennitas, quæ habetur de rebus ecclesię non alie. cap. dudum lib. 6. Considerandum aũt circa supra dicta, ꝙ qñ laicis conceditur priuilegium percipiendi decimas aliquarũ ecclesiarum percipiunt illas licite iuxta formam priuilegij ad tempus, vel in perpetuum, nisi priuilegium perdiderint, quod sex modis perdunt. Primo si abutãtur priuilegio, vt ecclesiam impugnãdo 11. q. 3. c. priuilegiũ, & 63. di. §. verum, & argumẽtum de dona. c. vlt. Vel si laicus non facit id, pp quod decimę sunt ei concessę, extra de don. c. cũ dilectus, & extra de condi. Apo. c. verum. Secundo si prædicti laici veniunt contra priuilegium suum sustinendo, ꝙ ecclesia, ad quam spectant decimę percipiat eas per triginta annos, extra de priuile. c. si de terra. Tertio si laici habeant priuilegium, per quod valde lętatur ius ecclesię parochialis. Nam qñ priuilegiũ incipit esse valde p̃iudiciale, reuocatur extra de deci. c. suggestũ, vbi Papa exemit quosdam monachos quantum ad totum ordinem suum a solutione decimarum, quia tunc erant pauca monasteria, & paucas possessiones habebant. Postea vero cęperunt esse multa monasteria illus ordinis, & in possessionibus abundare, ita vt enorme præiudiciũ generaretur ecclesijs parochialibus, propter quod reuocauit Papa illud priuilegium. Quarto, quando priuilegiati renunciant expresse priuilegio suo, vt extra de Reg. c. statuimus, & 7. q. 1. c. quam periculosum. Quinto, qñ laici priuilegiati intercedente auctoritate, & consensu episcopi ius suũ dederunt alicui loco religioso, vel ecclesię, extra de his, quę fi. a prę. c. cum Apostolica, & 16. q. 1. c. quoniã quidquid. Sexto si priuilegiati aliquod enorme delictum contra ecclesiam commiserunt, cuius decimas habebant, vel feudum, vt occidendo, vel mutilando prętatum, vel rectorem, aut clericum, extra de pęnis c. in quibusdam, & extra de priuilegijs c. ad aures & 32. q. 5. c. ita nos.

Sex modis laici perdunt priuilegium de percipiendis decimis.

An extendatur perceptio decimarum etiam ad noualia cum laico priuilegium de decimis percipiendis est collatum Quæst. CLXXXI.

Qværetvr in causa prædicta, quando laico sunt datæ decimæ in feudum, vel concessę ex priuilegio, an extendatur illa perceptio decimarum etiam ad noualia, quæ postea coli cęperunt, vel ad res alias, quæ de nouo cęperũt decimari, de quibus prius nulla decima præstabatur. Dicendum, quòd prętextu talium priuilegiorum non possunt petere decimas de noualibus, qa huiusmodi priuilegia sunt arctanda, & non amplianda, cũ sint odiosa, extra de decimis c. tua. vbi expresse dicitur, quòd concessis ab antiquo alicui decimis in feudum si noualia excrescant non extenditur concessio ad illa, quia in talibus licentia est restringenda non amplianda. Sed obijcietur. e. ti. c. ex parte tua, vbi concesso cuidã abbati, ꝙ decimas de laboribus parochiarum suarum cum integritate perciperet, dicitur, ꝙ debet extẽdi etiam ad decimas de noualibus, quia vbi maius conceditur etiam, quod

minus

minus eſt conceſſum eſſe videtur. Dicendum, ꝙ illud tenet, quando decimæ conceduntur in cauſa fauorabili, vt ſi dētur alicui loco religioſo in ſuſtentationē, nam tunc fit benigna interpretatio, & conceſſis decimis ſimpliciter veniunt noualia. Nam ibi quibuſdam monachis decimæ conceſſę erant. Secus autem, quādo decimæ pertinēt ad aliquē ex cauſa ambitioſa, vel non fauorabili, vt quando laicis conceduntur, qa tunc conceſſis decimis non conceduntur noualia, vt in c. tua, vbi erant decimæ conceſſę laico in feudum, & ideo decimæ noualium pertinebunt tunc non ad priuilegiatos, ſed ad eccleſiam parochialem, cuius ſunt illę decimę, quas laici priuilegiati percipiunt.

Idem autem eſt, quādo quis ex pręſcriptione decimas habet, vt ſi eccleſia vna, vel monaſteriū pręſcripſit decimas in aliena parochia, quia pretextu huius pręſcriptionis nō pōt habere decimas de noualibus, quia licet ſit locus pius, tamen modus acquirendi eſt de rigore, cum ſubtrahatur illi, ad quem pertinet de iure communi. extra de decimis, c. cū contingat, ſic tenent Ray. & Hoſt. & cęteri. Et ex hoc dicit Ray. pleroſque epiſcopos malefacere, qui dominis decimas noualium ſuę diœceſis, & alias quaſcunque poſſunt de manu laicorum recuperare, ſi vi vſurpāt, quod nō licet de iure, niſi cum illa noualia, vel alia decimabilia non ſunt intra terminos alicuius parochię, quia tunc pōt epiſcopus ſibi reſeruare, vel locis pijs applicare, extra de deci. c. qm̄ a nobis, ſi aūt ſint intra terminos alicuius parochię ad illam pertinent. e. ti. c. cum contingat, & c. quoniam a nobis. Si aūt quęrit de decimis, quæ præſtari non ſolebant, ſicut interdū prælati eccleſiarum cogunt laicos decimas ſoluere de rebus, de quibus prius non ſoluebant. Dicendū, ſicut prius, ꝙ aut eſt cauſa fauorabilis, aut nō. Si primo modo veniunt ēt decimę, quæ prius non pręſtabant ad ſimilitudinem noualium, vt qn̄ conceſſę ſunt decimę loco religioſo ad ſuſtentationem, vt in c. ex parte tua. Secus ſi laicis conceſſę ſint, quia tunc vr̄, ꝙ nō competant eis nouę decimę, ſed eccleſię parochiali debeantur, cui de iure cōmuni competūt, & eſt ar. ff. de contra. emp. l. in l. fundi, vbi dr̄, ꝙ fundo vēdito exceptis lapidicinis non veniunt per illam exceptionē, niſi lapidicinę, quę tunc apparebāt. Vnde ſi plures alię ſint, quæ non appareant illæ non ſunt exceptæ, ita in ꝯceſſione facta decimarum, illæ decimæ concedunt, quæ tunc extant, quæ autem poſtea eſſe incipiunt nō conceduntur. Idem autem eſt quantum ad pręſcriptionem, quia ſi præſcripſit quis decimas in aliena parochia nō ſunt præſcriptæ decimæ, quæ poſtea eſſe incipiunt.

Si decimæ detineantur iniuſte ab aliquo, an liceat ei, ad quem prædictæ decimæ pertinent, eas redimere.
Quæſt. CLXXXII.

QVAERETVR ſi decimę detineantur iniuſte ab aliquo, an liceat ei, ad quē prædictę decimæ pertinēt, eas redimere, dato aliquo pro eis ſine periculo ſymonię. Aliqui dicunt, ꝙ non poteſt redimi decima, quia neque poſſunt emi. extra de ſymo. c. querelam, & 16. q. 6. c. decimas, & 1. q. 3. c. altare. Etiā non poſſunt decimæ permutari cum temporali re. extra de rerum permutatione. c. ad quæſtiones. Dicēdum, ꝙ poſſunt redimi, dum tñ fiat auctoritate epiſcopi, ad cuius diſpoſitionem res eccleſiæ pertinent, quia auctoritas iudicis multum in his excuſat, extra de pręben. c. niſi, & extra de rerum permutatio. c. quęſitum. Et dicendū, ꝙ per modum pignoris poſſunt licite redimi decimæ ab eo, qui iniuſte detinet, vt ſi laicus habens decimas mutuum accipiens ab eo, ad

F quem de iure pertinent decimę det eas in pignus. ſ. transferendo illud ius percipiendi decimas in pignus ſi poſtea non potens ſoluere debitum dimittat decimas penes eum, ad quem de iure pertinebant, licite illas tenet, & redemit, & hoc non fuit directe emere, neque redimere, quia non fuit data pecunia, vt reſtituerētur decimæ, ſed fuit mutuata, & occaſione mutui facta eſt liberatio decimarū, & hoc modo poſſeſſiones quælibet eccleſiaſticę poſſunt redimi. extra de vſu. c. 1. & hoc tēpore quādiu laicus eſt in tpe ſoluēdi nō tenetur clericus computare fructus in ſortem, quia fructus de ſua re percipit. Sed quid ſi nō reſtituātur decimę, niſi dando directe aliquam pecuniam pro eis? Solet dici, ꝙ ſi intercedat auctoritas ſuperioris

G purgatur ſimonia, ita vt ex parte eccleſiæ redimentis non ſit ſimonia, ſecus autē ex parte recipientis pecuniam, quia ex parte eius etiam auctoritas ſuperioris non purgat vitium ſimoniæ. ſic dicit Hoſti. in ſumma ti. de ſy. §. qualiter committatur. Sed adhuc aduertendum eſt in hoc, quia aut eccleſia vult redimere decimas, quæ ſoluuntur, & tamen detinentur ab aliquo laico. ſ. quia ille iniuſte ꝑcipit decimas alicuius eccleſiæ, & non permittit, ꝙ illas miniſtri percipiant, aut laici nunquam ſoluerunt decimas de quibuſdā rebus de quibus obligātur ſoluere illas. De primo caſu dicēdum, ꝙ poſſunt decimę redimi etiam data pecunia laico, quia ille iniuſte eas poſſidet, & non committit ſimoniam dans pecuniam, ſed laicus accipiens, &

H excuſat ſimoniam ex parte redimentis auctoritas ſuperioris, vt dictū eſt. De ſecundo caſu videtur dicendum, ꝙ non eſt licitum ſic decimas redimere, quia hoc magis videtur eſſe emere illas, cum nōdum ſint, quia nunquam ſoluebantur, licet laici ad illas tenerētur. ſic tenet Io. 1. q. 3. c. altare. Dicendum autem, ꝙ prędictam redemptionem decimarum facere poteſt is, ad quem decimę de iuræ pertinent, ille vero ad quem non pertinent non poteſt eas de manu laici redimere quantumcunque iniuſte eas detineat, quia illud non eſſet redimere, ſed emere ius, quod non competebat, & tamen ius rerum ſpiritualium emi non poteſt.

I *An decimæ in pignus accipi poſſint.*
Quæſt. CLXXXIII.

QVAERETVR an decimę in pignus accipi poſſint. i. ſi laicus detineat decimas, & volens pecuniā mutuatā accipere tradere eas velit in pignus, an liceat creditori accipere illas in pignus. Aliqui dicunt, ꝙ non poſſunt accipi in pignus, quia hoc vetat extra de deci. c. interdicimus. Dicendum, ꝙ aut laicus detinet iniuſte decimas, ideſt ſolum violenter, aut iuſte, quia vt ſibi traditas in feudum. Si primo modo non eſt dubium, quin eccleſia, ad quā pertinent illæ decimæ poſſit eas in pignus accipere, & non tenetur interim fructus cōputare in ſortē, quia ius decimādi

K datum eſt pignori, & non ipſi fructus, & nō eſt vſura, ꝙ non cōputentur fructus in ſorte, quia ius decimādi pertinet ad eccleſiam, & ita de re propria percipit eccleſia fructus, & ideo non eſt vſura, extra de vſu. c. 1. ſed hoc ſolum poteſt facere illa eccleſia, ad quam pertinent decimæ, nulla autem alia perſona eccleſiaſtica, aut ſecularis hoc poteſt. Et hoc dicitur in allegato. c. interdicimus. Et ratio eſt, quia per illū modū voluerūt iura prouidere eccleſijs cōtra laicos detinētes decimas earum. Primo, quia ſi alijs quibuſcunque perſonis poſſint ſub pignore dari, non ita cito darent illi eccleſiæ, ad quam pertinent, cum autem nemini liceat eas ſub pignore accipere, coguntur laici interdum ob penuriam pignori eas dare eccleſijs quibus debentur,

debentur, & sic habet ecclesia faciliorem modum recuperandi eas. Vt si laicus nō possit soluere debitū, maxime cum ecclesia non computet interim fructus in sortem. Secūdo, quia forte interim laicus detentator morietur, & cū decimæ nō transeant ad hęredes manebunt penes ecclesiam, quæ est in possessione, vel quasi possessione earum. Si autem alteri traditæ essent sub pignore, & interim decederet laicus detētator, manerent penes illū, qui eas pignori acceperat. Et sic esset ita difficile nunc ecclesię recuperare eas sicut prius, cum detinebantur a laico, & ideo fuit conueniens remedium per illud. c. interdicimus. s. quòd non liceat personis ecclesiasticis recipere decimas in pignus, nisi illę decimæ ad ecclesiam suam pertineāt, & quamuis hoc laicis non liceat, tamen specialiter interdictum fuit personis ecclesiasticis. Et ratio est, quia difficilius erat ecclesię recuperare decimas perditas de manu alterius ecclesiæ, quæ eas licite tenere potest, & præscribere, quam de manu laici, qui nunquam licite detinet, & ideo nunquam prescribit.

Considerandum autem, quòd si laicus detentans, decimas alicuius ecclesię eas illi sub pignore tradiderit accipiēs ab ea aliquam summam pecunię mutuā, & postea mutuum restituere voluerit, tenetur decimas ei dimittere, quia bona fides ab eo accepit sub ratione pignoris, & non potuit inde aliquod ius contra laicum causari, quod prius non haberet, sed debet quærere alium modū recuperādi, s. iudiciali actione. Si autem laicus debitor nō potuerit debitum soluere tenebit ecclesia licite decimas, quæ ad eam pertinēt, & fructus decimarum, quos interim susceperit non cōputabit in sortem, sed tenebitur semper debitor integram sortem dare, vel nunquam recuperabit decimas, & ita manebunt in potestate ecclesię. Aliqñ aūt iuste laicus decimas tenet, vt qñ sunt infeudatę, vt quia bono titulo ab ecclesia recepit. Si autem easdem decimas laicus ecclesiæ, cuius sunt, ꝓ pecunia mutuata pignori dederit, tenebit eas ecclesia, quousque soluatur ei debitum, & si non soluitur debitum redit feudum ad ius ecclesiæ, tempore tamen medio, quo laicus est in spe soluendi, & reparandi debitum computabit fructus feudi in sortem, si seruitium solitum recipit ecclesia a laico feudatario. Si autem nō recipit seruitium aliquod, non computabit fructus in sortē, sed tenebitur feudatarius ad integram sortē, vt patet extra de feu. c. 1.

Quid faciet ecclesia, cum aliquo laico paupere longo tempore decimas iniuste detinente, ac se peccasse confitente, & illas sibi dimitti postulante. Quæst. CLXXXIIII.

QVAERETVR si aliquis laicus longo tempore decimas iniuste detinuit, & nunc compunctus ad confessionem venit asserens se hactenus ignorantia, simplicitate, vel malitia peccasse, & postulat sibi remitti, quid faciet ecclesia cum eo, maxime si ita pauper est, quòd restituēdo oporteat eum, & familiā suam mendicare. Dicendum, quòd aut isti possunt satisfacere ecclesiæ de omnibus decimis male perceptis sine grandi dispendio suo, aut non. Si possunt, tenentur, & ecclesia ad hoc eos cogere debet. Si autē non possunt sine graui damno, vt quia mendicare coguntur, vel declinant ad paupertatem, dicendum, quod nihilominus de rigore iuris tenentur satisfacere quantum possunt. extra de deci. c. cum homines de hortona. vbi qui non integre decimas soluerunt cogūtur per ecclesiasticam censuram ad condignam satisfactionem, & 16. q. 7. c. quicunque, scilicet quicunque non fideliter soluit, tenetur totum emēdare.

A A fortiori, ergo si indebite decimas accepit. Si autem pauper est, vel non est soluendo iniungatur ei, vt cum peruenerit ad pinguiorem fortunam soluat. extra de solutio. c. Odoardus, & ff. de cessione bono. l. ius, qui bonis. De benignitate autem canonica aliud, scilicet quia ecclesia potest remittere omnes fructos male perceptos, maxime si egeat, & nō habeat vnde viuat, quoniam si non haberet, ecclesia esset ei datura vnde viueret. ar. 16. q. 1. c. quoniam quidquid, ideo a fortiori remittet, quod nondum recepit. Et difficile est recuperare etiam si laicus nō egeat per hoc soluēdo poterit ecclesia ei remittere fructus perceptos, maxime si non inclinatur faciliter ad dimittendum decimas ecclesiæ, nisi ei remittantur fructus preteriti

B temporis. Et poterit istam remissionem facere solus episcopus sine consensu capituli, cum in hoc cōditio ecclesiæ melior fiat, scilicet quia decimæ ad ecclesiā reuertuntur. extra de his, quæ fiunt a præla. c. cum apostolica. Sic tenet Ray. & Hosti. in summa.

An per consuetudinem tollatur obligatio decimarum, & non peccent non soluendo. Quæst. CLXXXV.

QVAERETVR cum sint quædam regiones in quibus consuetum est decimas nō solui an per consuetudinem tollatur obligatio decimarum, ita vt non teneantur soluere, & non peccent non soluendo. Dicendum, quod aut

C quæritur de personalibus, aut de prędialibus. Si de personalibus communiter tenent Iuristę, quòd consuetudo generalis in aliqua regione, vel loco excusat, & hoc, quia decimæ personales non debentur ex prçcepto iuris diuini, sed ex interpretatione, & circa talia, quæ sunt de iure humano, magnas vires habet consuetudo. Facit enim de personis legitimis illegitimas ad matrimonium. extra de cogna. spiri. super eo. Etiam clericos illos, qui de iure ad continentiam perpetuam non tenebantur, cogit consuetudo ad continentiam, vt 32. di. c. placuit. Etiam in ritu sacramentorum tenetur consuetudo, vt in baptismo circa trinam, vel vnicam immersionem. de conse. di. 4. c. de trina. Etiam consuetudo quamuis non possit tollere

D ius naturale, aut diuinum, potest tamen ius positiuū, siue humanum in totum tollere, si est generalis. dist. 4. c. leges, vel in partem si est particularis. di. 12. c. consuetudo, & quia decimę personales sunt de iure humano, siue ex interpretatione iuris diuini, vt illi dicūt, & non de iure diuino potest consuetudo circa illas, ita vt vbi consuetudo sit non solui, non peccent illi, qui nō soluunt. Circa decimas prędiales dicūt Iuristę, vt communiter, quod cum illę sint de iure diuino, vt allegatum est supra non valet consuetudo circa illas, ideo etiam si multo tempore cessauerunt aliqui a solutione decimarū, non ideo sunt exempti a solutione. Sed obijcitur, quia si hoc verum est, multæ gentes

E quantum ad se totas sunt in statu damnationis eo, ꝙ nemo ibi decimas soluit prædiales, vt in Italia, & quibusdam alijs regionibus. Item sequitur, ꝙ Papa, & omnes prælati ecclesiæ Romanæ, & talium regionū peccant non petendo, & non arguendo efficaciter de hoc peccato subditos, quia consentire videntur. 83. dist. c. error. nam error, cui nō resistitur, approbatur. Ad hoc multi dubitant, & rari diffinire audent, quia vndique difficultas est. Dicūt autē, vt Host. in summa vult, ꝙ non sequantur hæc incōuenientia, quia Papa potest omnibus illis dare priuilegiū de nō soluendo decimas prędiales, & tunc, neque illi peccarent, neque Papa, & prçlati petere deberent, aut possent. Secundo soluunt dicentes, ꝙ non est super hoc Papa arguendus, quasi tacendo peccet, quia nullus est

ipsum

ipsum arguere de peccato .9.q.3.c. aliorum. Tertio soluunt, quod Papa nō peccat, quia paratus est omnibus conquerentibus de hoc iustitiam ministrare,

Quarto dicunt, quod certū est debitum posse remitti in totum, vel in partem, vel differri, & consequenter non esse in statu peccati non soluentes, & non petentes. Quinto soluunt, quod magis est condemnare non soluentes, s. quod nō possunt omnia in hoc mūdo corrigi.6.q.1.c.si omnia. Nam, & Papa, & totus mundus sciunt, quod fere vbique sunt multi vsurarij publici, & publicæ meretrices, & publici lusores, & ebriosi, qui omnes manifeste sunt in peccato mortali, quorum prælatos si, ideo, quòd singulos eorum specialiter nō arguunt, in mortali peccato constitutos esse dicamus vnus de tot millibus vix euadet, & ita innuunt, quòd non tenentur singulos peccatores arguere, licet constet eos esse in peccato mortali.

Sed dicendum, quod per ista non respondetur ad inconuenientia. De primo patet, quia licet verum sit, quod Papa possit omnibus illis priuilegium dare de nō soluendo, & ita tam ipse esset liber ab arguendo, quā illi absoluendo, tamen non dat, neque dedit tale priuilegium, & ideo non excusatur per hoc culpa ipsius, neque illorum debitum. Nisi forte dicas, quod intra conscientiam suam remittit illis hoc debitum, vel dat eis priuilegium de non soluendo, & ideo liberantur.

Dicendum, quod nō sufficit, quia licet hoc posset prodesse Papę ad hoc, quod non deberet arguere non soluētes cum eis debitum remittat, tamen illis non prodest ad hoc, quod habeant bonam conscientiam, cum nesciāt sibi tale priuilegium datum, aut remissionem esse factam, per quam liberi sint a solutione decimarum, & ideo agunt contra conscientiam non soluendo.

Secundum non valet, quia dato, quod nemo deberet peccatum Papę arguere (quod non omnino conceditur) tamen non ideo ipse liber est à peccato, sicut de peccatis occultis nemo arguitur, & tamē apud Deū reus est. Tertium non sufficit, quia non solum debet Papa esse paratus iustitiam exhibere omni petēti, sed etiam debet conari vitia vniuersa extirpare de ecclesia vniuersali, quia ad nullum magis, quam ad ipsum hoc pertinet, & ideo cum talia peccata videat manifesta, quę nulla tergiuersatione celari possunt, nō est tutus, si omnino taceat. Peccat enim pastor, siue rector animarum, quando scelera non obiurgat, vt ait Grego. in Pastorali, & 43.di.c.ephesijs. Tanta ergo, & tam absoluta taciturnitas nescio quomodo excusetur.

Si autem dicatur, quod ecclesia cessat, quia sine scandalo non potest decimas in regionibus illis exigere. Dicendum, quòd non sufficit, quia hoc verum est, quantum ad petitionem iudicialem, & rigorosum processum. Nam si sine scandalo peti non possent, bene faceret ecclesia non petendo saltem in aliquo casu, & tamen non ob hoc cessandum erat saltem à generali obiurgatione, vt denuncietur hoc esse peccatū, & dicatur in generali, quod in statu damnationis sunt omnes, qui talia agunt.

Quartum non prodest, quia licet verum sit posse dimitti debitum, aut differri solutionem, & tamē Papa, siue ecclesia, neque debitum dimittit, neque solutionem differt, & ideo nemo non soluens est tutus. Nisi forte dicatur, quòd in animo hoc Papa remittit. Et hoc non sufficit, vt dictum est supra.

Quintum etiam non sufficit, quia verum est, quòd ecclesia illa publica crimina non punit, quia euitari forsitan secūdum humanam fragilitatem, & iniquitatem non possunt, tamen illa obiurgat, & culpat generali redargutione, & si non cessant per hoc delinquentes non punit eos ecclesia ne deteriores efficiātur. Sic dicit Gregorius 4.dstin.denique, scilicet si à

F tali consuetudine auerti non possunt, tunc sunt suo ingenio relinquendi ne peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Et dicitur cum venia nō quidem culpæ, sed pęnę, idest quia non puniuntur pro hoc. Et tamen secundum Augusti. Talis turba peccātium generali obiurgatione ferienda est 23.q.4.c.non potest, & tamen nō soluentes decimas in regionibus ipsis non arguuntur saltem generali obiurgatione, ideo non est simile.

Aliter autem respondet ad hoc Beatus Thomo. de Aquino Secunda Secundę, dicens, quòd ecclesię ministri maiorem curam habere debēt spiritualium bonorum colligendorum, ideo Apostolus noluit vti potestate sibi a domino tradita, vt acciperet stipendia victus ab his, quibus euangelium prædicabant, ne daret aliquod impedimentum euangelio Christi, neque tamen erant peccantes, qui ei necessaria ad victum non ministrabant, quia aliàs Apostolus non omisisset eos de hoc corrigere, & obiurgari. Similiter laudabuntur ministri ecclesię si decimas non requirunt si sine scandalo requiri non possunt propter dissuetudinem, vel aliam causam, neque tamen sunt in statu damnationis, qui non soluunt decimas in locis illis, in quibus ecclesia non competit, nisi forte propter obstinationem animi non habentes voluntatem soluendi etiam si ab eis peteretur. Responsio diui Tho. Secunda Secundæ q.87.arti.1.ad vlti.

G

Sed dicendum, quod licet ista bene dicta sint, non tñ videntur omnino sufficere, non est enim simile de prædicante Paulo, & eis, quibus prædicabat ad non soluentes decimas. Primo, quia Paulo nō erat dādus victus in mercedem laboris, sed in sustentationem, & ideo si haberet sufficientem, vel cōuenientem victū, aliàs nemo teneretur ei dare victum, secus in solutione decimarum, quia nisi soluantur decimę non erit sufficiens sustentatio pro omnibus ministris ecclesiæ, & ideo a subuentione Pauli poterat cessari, & non a solutione decimarum.

H

Secundo, quia ad sustentationem Pauli non tenebat determinate quilibet de illis, quibus prędicabat, s. vt totam daret, vel aliquam partem. Sed si vnus, vel duo sufficienter darent cęteri erant liberati, sicut est in eleemosyna. Nam non tenetur quilibet eleemosynā dare pauperi determinate, qa si vnus suppler indigentiæ eius, non tenentur cęteri aliquid dare. Secus in decimis. Nam quilibet tenetur determinate dare decimas, ideo cessare a præstatione earum non erat sicut nō præstare Paulo victum, & sic, licet auditores Pauli non pręstarēt ei sustentationem, cum ipse non indigeret, quia manus suę prouidebant ei, non erant in statu damnationis, neque Paulus eos arguebat. Secus de non soluentibus decimas, quia determinate erant obligati ad soluendum illas, siue ministri abūdarent, siue non, & non soluendo facerent contra legem, & essent in statu damnationis.

I

Tertio, quia Paulus habebat potestatem exigēdi victum ab his, quibus prædicabat, & si illi dare nollēt peccarent, & tunc Paulus eos argueret, tamen non petebat, vt non daret occasionem falsis Apostolis, iō illi non præstando nihil peccabāt. Secus de decimis, quia iubentur homines illas præstare, & ideo etiam si non petantur ab ecclesia tenentur laici illas pręstare, cum ecclesia semper habeat animum recipiendi.

K

Cum autem dicit, quòd non soluentes in talibus regionibus non sunt in statu damnationis nisi habeāt animum obstinatum ad non dandum, innuit, quod quandocunque ecclesia ab illis peteret decimas tenerentur dare, alias peccarent. Quod satis est constituere eos in periculo. Item, quod maius est, quia dicit, quòd etiam non petente ecclesia, si illi habeant animum obstinatum ad non dandum etiam si illa

peteret,

peteret, peccarent, sed satis videntur habere talē animum, cum sciant ecclesiā velle recipere decimas, & non audere propter scandalum.

Dicendum autem, quòd istæ difficultates accidūt, quia putant decimas deberi de iure diuino, quod si verum esset, non videretur quomodo euaderemus inconuenientia.

Sed dicendum est, quòd decimæ etiam prædiales non sunt nunc de iure diuino, sed de mero iure positiuo canonico: licet in veteri testamento fuerunt de iure diuino, vt ostensum est supra.

Et tunc dicendum, quòd sicut circa decimas personales, quas fatentur non esse de præcepto iuris diuini, sed ex institutione eius, valet multum consuetudo ad hoc, quòd soluantur, vel non soluantur, cū consuetudo possit tollere ius positiuum in totum, vel in partem, vt dictum est quæst. præcedenti. Ita circa B prædiales erit, quòd consuetudo generalis longeua possit tollere obligationem soluendi decimas: maxime si à principio non fuit recepta lex de soluendis decimis, & hoc modo in regionibus illis, in quibus non soluuntur decimæ, siue à principio non receperint statutum ecclesiæ de soluendis decimis, siue longo tempore cessauerint, videtur quòd isti non sunt in statu condemnationis, quasi iam non maneant obligati ad solutionem decimarum. Et hoc satis rationi consonat, quia aliàs ecclesia non toleraret tantum errorem, neque communicaret morientibus in notorio peccato mortali orando pro eis, cum pro furibus, C qui in ipsis maleficijs subito occiduntur, iubeat ecclesia non esse orandum quasi coniectet eos in mortali peccato decessisse extra de furtis, capit. fures, sed magis ecclesiæ in hoc sententiam audire quam nobis diffinire placeret.

An rustici præstantes laicis decimas suas peccent. Quæst. CLXXXVI.

QVAERETVR, cum aliquis laicus detentat iniustè decimas alicuius ecclesiæ, an rustici præstantes eis decimas suas peccent.

Dicunt, quòd aut rustici credunt laicos D illos licitè auctoritate ecclesiæ decimas recipere, aut credunt, quòd illicitè detinent.

Si primo modo dicendum, quòd non peccāt, quia bona fide soluunt, ad quod valde confert, quòd ecclesia videt laicos recipientes decimas, & tolerat non procedendo contra eos.

Si autem scirent rustici, quòd laicus iniustè recipit decimas, aut dant ei sponte, aut per timorem. Si sponte, peccant: quia deberent dari illi ecclesiæ, ad quam scirent illam pertinere. Si autem non sponte, aut coguntur dare, vtpote quia laicus ille est potens, & occupat eos, aut non coguntur, sed timent mala si non soluerint laico illas. Si primo modo non peccant, quia non agunt, sed patiuntur. Nam est vis, & illa excusat. Si secundo modo excusat aperte, idest, quòd E peccatum leuius est, sed non excusat totaliter trigesimasecunda quæst. quinta, capitul. ita ne, & extra. de his, quæ vi. me. ve causa. fi. capitu. sacris. sic tenet Rai. in summa.

An liceat laico retinere decimas sibi concessas, & quomodo. Quæst. CLXXXVII.

QVAERETVR, an liceat laico retinere decimas sibi concessas, & quomodo licet.

Dicendum, quòd aut concessæ sunt à persona ecclesiastica, aut a sęculari. Si ab ecclesiastica, aut à Papa, aut ab alio inferiori. Si à Papa dicendum, ꝙ tenet

A concessio, & licitè tenet decimas laicus. Et hoc, siue fructus sint decimarum, siue ipsum ius decimandi, & istud siue temporaliter, siue perpetuum concedatur, quia Papa plenam habet in his potestatem, siue eximendi aliquem ab onere solutionis decimarum, siue concedendi ei percipere decimas extra de decimis ca. ex parte tua. & ca. à nobis cum alijs multis. Si autem ab inferiore, vt ab Episcopo, vel alijs prælatis, aut conceduntur laico soli fructus decimarū, vt quādo alicui conceditur ad vitam suam, vel ad tempus, ꝙ percipiat fructus decimarum alicuius ecclesię, & hoc possunt facere prælati, & licitè retinent laici illas decimas extra de iure patronatus c. ex literis. & extra ne prælati vices suas c. fi. & de loca. & conduc. c. vestra. Si autem concedatur ius percipiendi decimas, quod est mere spirituale, vt qn̄ conceduntur decimæ in feudū laico ob aliquam causam, & vt portent aliquod seruitium, Et tunc dicendum, ꝙ aut fuit tale feudum factū ante tempus Concilij Thuronen. celebrati sub Vrbano Papa, aut postea. Si ante fuit constitutum feudum tenet, quia tunc non erat interdicta Episcopis potestas infeudandi bona, & iura ecclesiarum: Si aūt post illud consilium non tenet feudum, & laicus illicitè recipit decimas, & detinet, eo ꝙ tūc fuit Episcopis, & alijs prę latis interdicta potestas infeudandi. Et putant aliqui fuisse hoc à tempore Concilij Alexandri Papæ extra de deci. c. prohibemus. & extra de cēsi. c. prohibemus, sicut putauit Raimūdus, vt dicit Host. in summa. Fuit tamen vetitum à tempore Concilij Thuronen. celebrati sub Vrbano secundo, & fuit Concilium Alexādri anno domini. 1170. Romæ celebratum, quod est Lateranen. Concilium vero Thuronen. Vrbani fuit celebratum anno millesimo cētesimo nonagesimo sexto, vt notat Archi. de deci. c. statutum. §. illas autem lib. 6. & ita secundū tempus cōstitutionis feudi potest sciri, an tenuit, vel non. Si autem sit dubium, an ante præfatum Concilium, vel postea fuerit feudū constitutum, vt quia non est memoria in contrarium, putant quidam feudum iudicandum tenere. simile extra de verbo. sig. c. super quibusdam. etiam quia præsumitur, ꝙ si ecclesia prædictas decimas petere posset non siluisset tanto tempore.

Cōciliū Alexandri, quādo fuit.

Sed contrarium tenetur communiter, s. ꝙ consuetudo quantumcūque longeua non excusat, sed oportet, ꝙ laicus ostendat titulum, & tunc apparebit à quo tempore ceperit feudum: maxime quia in dubio pro ecclesia iudicatur, quia causa eius est fauorabilior. Sic tenet Host. in summa. & de hoc dictum est supra. Si autē concessio sit facta à laicali persona, vt à rege, vel imperatore, dicendū ꝙ non valet, & non est laicus securus detinēdo, quia laici nullam rem spiritualē concedere possunt extra de deci. c. tua. & quicunq; receperit decimas, vel ecclesiam aliq̄ de manu laici crimē sacrilegij committit eo. tit. c. dudum. & concessio decimarum facta à laico etiam si confirmetur à Papa in forma communi non valet eod. c. & ideo neque feudum, neque aliqua concessio decimarum facta laico ab alio laico valet quicquam, sed tenetur laicus prædictas decimas ecclesiæ restituere. vt eo. cap. dudum.

An decimæ possint præscribi. Quæst. CLXXXVIII.

QVAERETVR, an decimæ possint præscribi. Dicendum, quòd aut præscribit laicus contra ecclesiam, aut ecclesia, vel persona ecclesiastica contra aliam ecclesiam. Si primo modo dicēdum, quòd aut præscribere vult decimas, s. vt ipse recipit decimas debitas alicui ecclesiæ, aut præscribere vult decimas, s. eximendo se à solutione decimarum per desuetudinem soluendi.

De primo dicendū, ꝙ nō potest laicus præscribere

decimas quantocũque tempore detẽtet. extra de pręscrip. c. causamque, & 16. q. 1. c. peruenit, & hoc, quia laicus nõ potest possidere, vel quasi possidere ius decimandi, quod est spirituale, & tamen sine possessione non currit præscriptio. de regu. iur. lib. sexto; capit. sine possessione. Etiam quia contra ipsum facit ius commune, ideo non potest præscribere.

De secundo dicunt Iuristæ, quòd aut quæritur de personalibus, aut de prędialibus. Si de personalibus, dicunt, quòd possint præscribi, eo quòd consuetudo multum facit circa eas, vt dictum est supra. & pręscriptio procedit ex consuetudine. Si autem sint prædiales, dicunt Iuristæ dicere theologos quosdam, quòd circa has decimas valet consuetudo quãtum ad quotam, scilicet, vt minus quid soluatur, scilicet, duodecima, vel vicesima, sed non quantum ad totum, scilicet, vt nihil soluatur. Iuristæ autem, vt communiter tenent prędiales esse de iure diuino, & ideo circa eas, neque consuetudinem, neque præscriptionem aliquid valere.

Sed dicendum, quòd non sunt de iure diuino nũc, sed de iure humano, & ideo præscriptionem aliquid facere, & consuetudinem diuturnam, & fortè ista sola causa est, quę excusat gentes illas, quæ decimas nullas soluunt, vt dictum est supra.

Si autem quæratur de personis ecclesiasticis. Et tunc dicendum, quòd si illę considerantur inquantũ laici idem de illis iudicatur, quod de laicis, scilicet si clericus præscribere velit per desuetudinem ne decimas soluat: clericus enim habet interdum bona sola ecclesiastica, interdum verò etiam patrimonialia, siue profana. Quantum ad prima est clericus, & de illis non soluit decimas. extra de deci. capitul. nouum genus. Et hoc est, quando beneficium suum habet aliquas possessiones. Nam de fructibus illarum possessionum non tenetur decimas dare: si verò quantũ ad bona profana tenetur decimas dare, sicut laicus, & ideo eo modo, quo præscriptio prodest quantum ad laicos prodest quantum ad clericos, vt possint se eximere à solutione decimarum per desuetudinem, sicut in regionibus illis, in quibus laici non soluunt decimas prędiales, neque etiam clerici dant illas de fundis patrimonialibus suis, & eadem excusatio, vel damnatio est vtrisque. Si autem intelligatur de ecclesia contra ecclesiam, scilicet, vt vna ecclesia percipiat decimas in parochia alterius, & ad hoc adiuuet eam pręscriptio.

Dicendum, quòd aut est monasterium, aut ecclesia secularis. Si monasterium, non potest præscribere, quia pręscriptio non procedit sine possessione, & tamen monachi non possunt de iure communi decimas possidere cum plebes non habeant, ideo neque ex sola præscriptione acquirere, possunt autẽ monachi ex priuilegio, siue concessione Apostolica, vel concessione aliorum prælatorum hoc habere decimasexta quæst. prima, capitu. quoniam quidquid. Si autem sit ecclesia secularis contra sæcularem, dicendum quòd tam consuetudo quam præscriptio circa hæc valet. Nam sola consuetudo facit, vt qui habitant in vna parochia, & habent prædia in alia, de fructibus illorum decimas dent, non in parochia in qua sita sunt prædia, sed vbi habitant cultores extra de deci. capitu. cum sint homines, & capitu. ad Apostolicę; cum tamen de rigore iuris decimæ prædiales illi ecclesię soluantur in cuius parochia prędia sunt sita. extra. de paroch. capitul. vltimo. etiam præscriptio procedit in his, scilicet, quòd potest vna ecclesia præscribere decimas, quas alia ecclesia intra suam parochiã percipere solita erat. extra de præscriptio. capitul. ad aures, & capitul. de quarta. Et tamen, quia aliter pręscribens contra ius commune facit, non sufficit ei bona fides ad præscribendum, sed requiritur titulus de restitu. spoliatorum, capitul. ad decimas. & de pręscriptio. capitu. Episcopum lib. 6. Nam ponitur ibi regula, quòd quando ius commune facit contra præscribentẽ non sufficit ei bona fides, sed titulum ostendere cogitur, si vero non est ius commune contra præscribentem, sufficit ei bona fides.

F

Host. in summa.

Dicit tamen Hostiens. in summa. titu. de deci. §. an præscribi possint, quòd clericus habens parochiam potest præscribere decimas in alia parochia, & sic parochia contra parochiam extra de præscript. capitul. de quarta. religiosi autem non habentes parochiam ipsis præscribere non possunt, quia neque possidere, G licet decimasexta quæst. 1. capitu. placuit. immo ipsi tenentur soluere decimas, nisi priuilegiati super hoc sint decimasexta quæst. prima, capitu. alia, & duodecima quæst. prima, capitu. duo sunt genera, sed ratione parochiarum ipsas prescribunt, scilicet si populum habeant extra de deci. capitul. cum contingat, & capitul. cum in tua. verum quia timetur ne a laicis causam habuerint debent probare titulum. Si autem parochia secularis contra parochiam secularem præscribat, non habet necesse probare titulum. Sic potest intelligi extra de præscriptionibus, capitu. vigilanti, & cap. de quarta, & cap. quoniam.

Ad hoc dicendum, quòd omnis, qui in aliena parochia H præscribit debet ostendere titulum, vt in allegato capitul. ad decimas, & capitul. Episcopum libro sexto, siue sit sęcularis, siue religiosus. Et tamen hoc differre videtur, quia sæcularis præscribens contra sæcularem non tenetur ostendere titulum sufficiẽtem, qui det causam dominij, quia tunc superuacuum esset præscribere, quia ex titulo illo competeret ius. Sed satis est, quòd sit titulus aliqualis, vel coloratus, qui det causam præscribendi. Sic dicit glo. de præscriptionibus capitu. Episcopum, libro sexto, circa religiosos autem fortassis requiritur non titulus coloratus, sed qui dominium tribuat, vel sit efficacior quã titulus sęcularium, eo quòd magis obstat ius commune religioso præscribenti decimas, quam sęculari. I Nam sæculari præscribenti in aliena parochia obstat ius commune ex vno capite, scilicet, quia in aliena parochia, sed non obstat simpliciter habere decimas, quia potest habere illas. Religioso autem obstat dupliciter ius commune: primo quia nullo modo competit ei habere decimas, cum neque competat de iure habere parochianos.

Secundo, quia in aliena parochia pręscribit, & quia ideo necessarius est titulus præscribenti, quia contra ipsum facit ius commune necesse est, vt efficaciorem titulum ostendat ille, contra quem magis facit ius commune, qualis est religiosus.

K *An religiosis debeant dari decimæ. Et quòd parochia dupliciter sumitur. Et nisi in duobus casibus verum est de nullis prædijs monasterijs decimas deberi.*

Quæst. *CLXXXIX.*

QVAERETVR, an religiosis debeant dari decimæ.

Dicendum, quòd de iure communi non debenẽ decimę religiosis, sed ecclesijs, s. sęcularibus. Et ratio est, quia decimæ sunt duplices, personales, & prædiales. Debenẽ enim personales illi ecclesiæ in qua qs audit diuina, & vbi pcipit sacra. Prędiales debenẽ illi ecclesiæ, in cuius parochia pdia sunt sita. Nam de iure cõi omnes decimę ad ecclesiam parochialem pertinent. extra, de deci. capit. cum in tua.

Accipitur

Accipitur autem dupliciter parochia, scilicet, aut respectu personæ, scilicet in qua quis recipit sacramenta, aut in qua sita sunt prædia ratione parochiæ. Primo modo debentur decimæ personales ratione parochiæ. Secundo modo debentur prædiales extra de paroch. cap. significauit. sed religiosi neutro modo habent parochiam. Non primo modo, quia ad eos non pertinet dare sacramenta aliquibus decimasexta quæst. prima, capitu. placuit, & capitulo interdicimus. Etiam non secundo modo, quia cum monasteria non habeant territorium, intra quod prędia sint sita, de nullis prædiis eis decimæ debentur.

Hoc autem verum est, nisi in duobus casibus. Primo quando monachi habent sibi plebem commissam de qua habent curam animarum. Secundo quādo ex priuilegio eis decimę dantur in aliquibus parochiis, vel locis.

De primo patet, quia tunc habēt parochias, & limites, & ideo competunt eis vtręque decimæ. Nam personas habent, de quibus habent curam animarū, ideo competunt eis decimę personales. Habent quoque limites parochiæ intra quam sunt aliqua prædia, ideo debentur eis decimæ prædiales, & tamen, quòd monachi habeāt plebes commissas ex priuilegio est. nam de iure communi ad ecclesias seculares cura animarum pertinet, & limitatio parochiarum.

De secundo patet, quia sicut ex priuilegio sedes Apostolica exemit quosdam religiosos ab onere decimandi extra de decimis capitul. ex parte, & capitul. licet, ita & quibusdam dedit priuilegium, vt in parochijs quarundam ecclesiarum decimas aliquas perciperent eodem titulo, capitulo cum in tua. Et tunc non competunt eis decimæ de iure communi, sed ex priuilegio, & dantur in eleemosynam. Sic patet decimasexta quæst. prima, capitu. quoniam quidquid. Et possunt dari tam à Papa quam etiam ab Episcopis eodem capitul. & quilibet clericus potest dare monasterio decimas sibi debitas. Et tamen ad hoc, quòd in perpetuum valeat concessio necesse est, vt intercedat auctoritas Episcopi, alioquin solum durabit ad vitam concedentis. extra de transactionibus cap. de cetero, & decimasexta quæst. cap. quoniam quidquid, & tamen quia non competūt decimæ in hoc casu religiosis ex iure communi, sed ex priuilegio non debentur eis omnes decimę absolutè. Nam non debentur decimæ de noualibus extra de decimis capit. cum in tua, & capitu. cum contingat. sed debentur decimæ de noualibus ecclesiæ illi parochiali in cuius parochia religiosi decimas percipiunt eodem titu. cum in tua. Et hoc, quia ad illam de iure communi pertinebat, quod ad religiosos de priuilegio pertinet. Si tamen aliquæ terræ nouiter reducuntur ad culturam, quæ quondam fuerant decimales, & religiosi de illis decimas receperant non censebuntur noualia, sed de eis etiam nunc decimas præcipient eodem capitul. cum in tua.

Cui sint dandæ decimæ noualium. *Quæst.* CXC.

Qvaeretvr de decimis noualium, cui sint dandæ,

Dicēdum, quòd de decimis noualibus non est idē ius quod de aliis. Et hoc patet quantum ad præscribentes, & quantum ad priuilegiatos. De præscribentibus patet, quia siquis pręscripsit decimas in aliena parochia, & superueniant noualia, non percipiet decimas de eisdem ratione præscriptionis, sed pertinebunt ad ecclesiam parochialem. extra de deci. capitu. licet. de priuilegiatis apparet, quia si laicus ex priuile-

A gio decimas percipit, vel habet eas in feudum nō percipiet de noualibus extra de decimis capit. tua, sed in religiosis videtur fallere eod. titulo cap. ex parte tua. Vbi monachis cōcessæ erant decimæ de fructibus parochiarum suarum. Et dicitur, quòd debet extendi ad noualia, & tamen interdum circa monasteria, & conuentuales ecclesias percipientes decimas aliquarum parochiarum fit hoc, vt non extendatur perceptio ad noualia, siue ad terras, de quibus non percipiebant decimas ab antiquo eodem titulo capit. cum in tua. sed hoc fortè est quando competit eis perceptio decimarum ex præscriptione, quia tunc non veniunt noualia nomine aliarum decimarum, vt in capitu. licet, eodem titulo.

Cui autem de noualibus decimæ sint dandæ dicendum, quòd aut de noualibus superexcrescētibus certum est in qua parochia sunt, aut non. Si certum est in qua parochia sunt, non pertinebunt decimæ ad aliquem priuilegiatum laicum, vel præscribentem, sed pertinent ad ecclesiam parochialem, intra cuius limites sunt, extra de decimis capitu. quoniam, & capit. licet, & capitu. cum in tua. Si autem non est certum in qua parochia sint potest Episcopus applicare decimas illorum noualium cui ecclesiæ voluerit, vel ad vsum suum. eod titu. cap. quoniam.

Cui dandæ decimæ de noualibus.

B

Dicit autem Hostiens. in summa. eodem tit. quòd si noualia sunt intra limites alicuius parochiæ, nō est de hoc dubium quin ad illam integraliter pertineant salua canonica Episcopi.

C Si autem dubitatur in qua parochia sint, potest Episcopus gratificare cui voluerit, vel sibi retinere in allegato capitu. quoniam. Dicit tamen, quòd plerique Episcopi indistinctè omnia noualia totius diœcesis, & quæcūque recuperare poterint de manu militum sibi vsurpare nituntur contra prædictam decre. & ca. cum in tua, & extra de præbendis capitu. ratio nulla. abutentes iuribus dicentibus, quòd decimæ, & oblationes in potestate Episcoporum consistunt decimosexta quæst. septima. §. cum ergo ecclesiæ, & capitul. sequentibus, quia illa vera sunt, non vt sibi approprient, sed vt communiter dispensent. 12. quæst. 1. §. si ergo res.

D Est ergo hæc veritas, quòd Episcopus, neque de noualibus, neque de recuperatis de manu laicorum debet retinere, nisi suam canonicam, & hoc est quatenus percipiebat de antiquis tantum de his recipiat. ar. extra de censibus capitu. ecclesijs. sunt enim Episcopus, & clerici, quasi partionarij, ideo pro rata omnia communicare debent ar. ff. loca. l. si merces §. apparet. Si autem Episcopus nihil percipiebat de antiquis ad minus sua quarta fraudari non debet.

Sed quid si laicus detinebat decimas alicuius ecclesiæ parochialis, vel sedis, & restituit eas totas Episcopo consentiente capitulo suo, an debeat tunc Episcopus totas illas decimas habere?

Aliqui putant, quòd sic, quia hic tota solennitas obseruata est ad dandum alicui decimas, quæ ei non competebant de rebus ecclesiæ non alienand. capitu. dudum lib. sexto, & ar. de dona. capitu pastoralis, & de his, quæ fiunt à prælatis capitu pastoralis. nam & auctoritas contutoris sufficit, dum tamen palam fiat, ff. de auctorita. tu. l. pupillus.

E Sed dicendum, quòd non sufficit ad transferēdum totas decimas in Episcopum, quia ad huiusmodi trāslationem requiritur auctoritas Episcopi, & capituli, sed hic non interuenit auctoritas Episcopi. Nam in re propria non potest auctoritatem præstare, et Episcopus. ff. de auctorita. tut. l. 1. & extra de censibus cap. prohibemus. Est ergo recurrendum ad superiorem, s. ad archiepiscopū, qui interueniat loco prælati.

argumentum extra de iure patrona.capitu.nullus. & ille debet inducere laicum detentantem decimas, vt eas ecclesiæ parochiali soluta canonica Episcopi totas reddat, qui si induci non potuerit, sed modis omnibus vult totas eas Episcopo dare fiet ista translatio auctoritate archiepiscopi consentiente capitulo. ar. extra de his, quæ fiunt a præla. capitul. cum Apostolica. Si autem hæc forma non obseruetur nihil valere videtur, quod agitur. ar. extra de offic. deleg. capit. venerabilis. & de rescrip. cap. cum dilecti. & de rebus ecclesiæ non alienan. cap. dudum, lib. 6.

Qui tenentur ad præstandum decimas, Quæst. CXCI.

QVAERETVR iam qui tenentur ad præstandum decimas.

Dicendum, quòd de iure quilibet tenetur ad præstandum decimas extra de deci. capitu. à nobis; scilicet quilibet ad decimas tenetur, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exemptus.

Sed dicendum, quòd hoc de laicis intelligitur. Nã de ceteris alia est postea quæstio. Sic dicit glo. ibi, scilicet, quòd quilibet laicus indistinctè nulla temporis præscriptione tenetur ad decimas extra de præscript. cap. causam qua.

Laicis cõpetit vtrasque decimas soluere. Competit autem laicis vtrasque decimas soluere. Nam ad personales directè tenẽtur: dantur enim hęc illis ecclesijs, in quibus aliqui diuina audiunt, & sacramenta recipiunt, & tamen laicos oportet alicubi sacramenta recipere, quia ipsi non possunt inuicem sacramenta ministrare, ideo tenentur personales decimas dare. Prædiales quoque dare tenentur. Nam illę debentur ratione prædiorum, & illis ecclesijs in quarum parochijs prædia sunt sita. extra, de parochijs capitu. significauit. Sed laici habent prædia sua intra limites aliquarum parochiarum: ergo in illis tenebuntur decimas soluere prædiales.

An clerici teneantur decimas dare, Quæst. CXCII.

QVAERETVR, an clerici teneantur decimas dare.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia de iure cõmuni ecclesia recipit decimas prædiorum, quæ in eius parochia sita sunt extra de decimis capit. licet, & capit. cum in tua. & tamen clerici habent interdum prædia aliqua intra limites parochiæ, siue in territorio eius: ergo tenentur dare decimas prædiales.

Secundo, quia religiosi clerici sunt, & sacerdotes, & tamen ipsi decimas soluunt, nisi inquantum excepti fuerint. extra de decimis capitu. ex multiplici conquestione. & cap. commissum. ergo tenentur clerici præstare decimas.

Tertio quia Leuitæ percipiebant decimas in veteri testamento, ad quarum similitudinem sunt nunc decimæ nostræ, & ideo dicuntur esse à iuristis de iure diuino. extra de decimis capit. parochianos, sed in veteri testamento Leuitæ dabant decimas summo sacerdoti: Numeri decimooctauo ca. ergo & nunc clerici tenebuntur decimas dare summo sacerdoti, idest Papæ, vel Episcopis.

Dicendum, quòd videtur esse de iure communi, quòd clerici non præstent decimas extra de deci. capitu. nouum, scilicet nouum genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant: idem enim secundum eandem partem, vel rationem non potest esse causa dandi, & accipiendi, sicut neque agendi, & pa-

F tiendi: contingit tamen ex diuersis, & respectu diuersorum eundem esse dantem, & accipientem, sicut agentem, & patientem: clericis autem inquantũ sunt ministri altaris spiritualia populo seminantes, decimę à fidelibus debentur. Vnde tales clerici, inquantum clerici sunt, idest inquantum possessiones habẽt ecclesiasticas, soluere non tenentur. Ex alia vero causa, scilicet propter hoc, quòd possident proprio iure, vt ex successione parentum, vel exemptione, vel ex alio quolibet titulo, sunt ad decimas obligati. Sic tenet beatus Tho. secunda secundę questio. octuagesimaseptima arti. 4.

Sed circa hoc distinguendum est, quia aut isti sunt clerici coniugati, aut non. Si sunt coniugati tenen-
G tur omnes decimas soluere. Nam nullum diuinum ministerum exercent, propter quod eximantur à prestatione decimarum, sed quãtum ad hęc omnino est, sicut laicus. De personalibus decimis apparet, quia dãtur ratione diuinorum, & sacramentorum. Sed clericus coniugatus recipit sacramenta à clerico nõ coniugato, ideo tenetur ei decimas dare. Sic dicitur extra de decimis in allegato ca. nouum, scilicet illi profecto clerici, qui a clericis spiritualium ministrorum labores accipiunt, decimas eis debent.

Si autem sint decimę prędiales etiam eas debent. Nam prędia habent intra limites alicuius parochię, & ratione predij debentur huiusmodi decimę extra
H de decimis capit. licet. & cap. cum in tua. Et non habent isti aliquid, quod eos eximat, inquantum sunt clerici coniugati, ideo tenebuntur ad decimas soluendas.

Si aũt sunt clerici nõ coniugati, aut sunt religiosi, aut sæculares. Si religiosi dicet infra de eis. Si aũt seculares clerici, aut cõsiderant clerici quantũ ad alios ęquales, aut quantum ad superiores. Si quantum ad ęquales dicendum, quòd irregulariter non tenentur ad decimas, quia par pari nihil debet, sicut nec in illũ habet imperium. Et sic intelligitur in allegato capit. nouum, scilicet, quòd nouum genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant, & datur ibi causa, scilicet, quia neque Leuitę accipiebant eas à Leui-
I tis, sed solum à populo. Leuitę à Leuitis nõ accipiebant decimas, sed a populo in ve. test.

Sed adhuc dicendum, quòd aut clericus nõ habet alia bona quam ecclesiastica, vt fructus beneficij sui, & prędia ecclesię, aut habet alia bona, siue patrimonialia, siue alio titulo quocunque.

Si primo modo, non tenetur ad decimas, quia ista bona habet inquantum clericus, & hoc esset clericum exigere decimas ab alio clerico, qui quantum ad hoc ei ęqualis est.

Si secundo modo dicendum, quòd tenetur ad decimas, quia quantum ad hæc bona reputatur laicus, ideo soluet decimas prædiales, sicut laicus. Decimas autem personales quidam sub consuetudine ponunt, an clerici illas soluant, vel non.

K Sed dicendum, quòd ad personales decimas, neque clerici, neque monachi tenentur, vt tenent communiter iuristæ. Et ratio est, quia, vt supra dicebatur de prędialibus, non soluit clericus decimas de fructibus, aut prædijs beneficij sui, eo ꝙ quãtũ ad hæc reputatur clericus. De pdijs autẽ patrmonij soluit decimas, quia quantum ad hęc reputatur laicus. Et tamen personales debentur ratione personę, & ratione personę non potest non reputari clericus, ideo ad personales non tenebitur.

Si autem queratur de clericis inferioribus respectu superiorum, an teneantur eis ad decimas.

Aliqui putant, quòd sic, scilicet clerici Episcopis, vel Papæ. Sic dicit Hostiens. in summa. titu. de deci. §. à quibus, s. ꝙ clerici curati, qui immediatè subiecti sunt

sunt Episcopis tenentur eis ad præstandas decimas de fructibus beneficiorum suorum de rigore iuris, sed consuetudo tenet contrariū: etiam ad hoc inducunt, quòd Leuitæ in veteri testamento soluebant decimam summo sacerdoti de fructibus decimarū suarū Numeri decimooctauo capit.& extra de deci.capitu. decimam. Episcopus est, vt summus sacerdos clericorum.

Sed dicendum, quòd sacerdotes, siue clerici curati non tenentur ad decimas præstādas Episcopis de fructibus beneficiorum suorum, sicut neque clerici alijs clericis. Primo quia quantum ad decimas Episcopus, & sacerdos sunt socij, & partionarij, & de toto aceruo decimarum percipiunt secundum partes suas canonicas 12.q.1.§.si ergo res ecclesiæ. Et ita tenet Hostiens.in summa.eodem titulo.§ & vtrum præscribi. versu duodecimo quæritur. sed partionarius non subijcitur partionario, sed sunt quantum ad hoc æquales, vel proportionaliter se habentes, ideo non tenebitur vnus alteri ad decimas.

B Secundo, quia aut teneretur sacerdos Episcopo ad decimas quasi prædiales, aut ad personales, sed ad neutras, ergo ad nullas. Patet de prædialibus, quia illæ debētur ratione parochiæ, in cuius territorio sunt prædia, & hac ratione nullæ decimæ debentur Episcopo, nisi canonica sua, quam percipit de singulis ecclesijs sui Episcopatus, eo quòd omnes illę sunt in sua parochia, idest diœcesi, & iam illas accepit inquantum est partionarius cum sacerdote, ideo sacerdos non debet alias decimas sibi quasi prædiales, neque etiam personales, quia illæ dantur illis ecclesijs, in quibus quis percipit sacramenta, sed sacerdos curatus non recipit sacramenta ad Episcopo, sed à seipso, aut alijs consacerdotibus, ideo non tenetur ad personales decimas Episcopo.

C Sed dices, tenetur dare decimam de fructibus beneficij sui.

Dicendum, quòd falsum est, primo quia istę decimæ viderentur esse personales, quia non ratione prædiorum, & ad has non tenentur, vt dictum est.

Secundo, quia iam receperunt partem harum decimarum, cum sint partionarij cum clericis, & idem non debet bis exigi, quia non patitur hoc bona fides.

D Tertio, quia eadem ratione teneret Episcopus dare decimas archiepiscopo, vel Papæ de omnibus fructibus Episcopatus sui, quia ita se habet ad illum, sicut curatus ad Episcopum, sed hoc nemo asserit.

Quarto, quia id, quod allegatur in fundamentum, scilicet de Leuitis, non est simile, vt dicetur infra in solutione tertij argumenti.

Quinto quia consuetudo generalis hoc habet, scilicet, quòd sacerdotes, aut clerici beneficiati non soluant decimas Episcopo de fructibus beneficiorum suorum, sicut dicit Hostien. in summa.eodem titulo. §. à quibus. Et ista consuetudo generalis sufficeret ad tollendum in totum ius positiuum, si quod esset disponens de decimis soluendis à clericis. distinct. 4. capit.leges.

E Sexto, quia non videntur ad hoc alligari iure communi. Nam decimæ debentur nunc de iure positiuo canonico, ideo nihil debetur, nisi quod expressum est, cum fuerit ista obligatio inducta à iure, sed non expressum est, quòd teneantur clerici dare decimam de fructibus beneficiorum suorum: ergo non tenebuntur: immo eodem titulo capitu. nouum. videntur manifestè liberi esse, quia dicitur, quòd nouū genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant. Et postea sequitur, quòd illi clerici decimas soluunt alijs clericis, qui ab eis percipiunt sacramenta, & ideo necesse est clericos beneficiatos respectu Episcopi includi sub altera istarum duarum partium. Si sub prima non tenentur soluere decimas, & Episcopi male facerent exigendo. Si sub secunda falsum est, quia clerici beneficiati non recipiunt sacramenta, siue labores ministeriorum spiritualium ab Episcopo, vt dicitur eodem capit. nouum. sed recipiunt ab alijs consacerdotibus, ideo neque Episcopo tenentur ad decimas.

Cum autem obijcitur, eodem titulo capitu. à nobis, quòd quilibet tenetur decimas præstare, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exemptus, dicendum vno modo, quòd intelligitur illa generalitas de solis laicis. Sic dicit Glo. ibidem, & ideo non tenentur clerici ad decimas vllas, inquantum clerici.

Secundo potest dici, quòd etiam si capitu. à nobis intelligatur generaliter de omnibus, adhuc non tenentur clerici ad decimas Episcopo dandas, quia exēpti sunt per illud capit. nouum genus. & ita tenet beatus Tho. Secunda secundæ quæst. octuagesimaseptima articulo quarto, vt dictum est supra. sed manifestum est, quòd quantum ad fructus beneficiorū suorum clerici reputantur: cum nullus possit habere beneficium, nisi clericus: ergo non tenentur de fructibus beneficiorum dare decimas Episcopo.

Sed dicetur: nūquid tenentur Papæ dare decimas? Dicendum, quòd de hoc diffinitum fuit supra. & verum est, quòd non tenentur dare decimas, neque illas dant. Nam si aliquo iure tenerentur illas dare certum est, quòd præstarent, & Papa ab eis exigeret, sed non exigit. Item quia sicut dicebatur de Episcopo ad clericos curatos, ita est de Papa ad omnes viros ecclesiasticos. Nam cum onus soluendi decimas sit à iure canonico inductum, & tamen non est expressum aliquo iure, quòd teneantur omnes ecclesiastici dare decimas Papæ, ideo non tenentur, sed cum Papa sit supremus in ecclesia, habet plenam potestatem circa bona ecclesiastica, & ideo non solum decimas de fructibus beneficiorum, sed etiam integros fructus, vel portionem, quam voluerit, recipere potest, si necessitates ecclesiæ hoc exigunt, & quandiu exegerint. Si autem sine causa iusta exigit vltra hoc, quod consuetum est, non euadit culpam apud Deum.

Ad primum argumentum in contrarium dicendum, quòd si clerici habent prædia aliqua patrimonialia, vel aliàs quomodolibet acquisita: dum tamen non sint bona ecclesiastica præstant de eis decimas, sicut laici, quia quantum ad ista prædia reputantur laici. Si tamen sint prædia ecclesiæ, quæ pertinent ad beneficium clerici, non soluuntur de eis decimæ: vnde si clericus habet prędia profana, siue illa sint in parochia, in qua ipse est beneficiatus, siue in alia, soluit plene decimam.

Sed dicet aliquis, quòd non teneatur soluere decimam, quando præfata prædia sunt in parochia, in qua ipse est beneficiatus, quia sibiipsi soluere videretur, & per hoc confunditur actio, quando idem est, qui debet, & cui debetur.

Dicendum, quòd non est verum, quia non sibi soli debet, sed toti communitati beneficiatorum illius ecclesiæ, qui secundum positiones, diuidunt decimas, ideo soluere tenetur.

Sed quid si solus sit ibi beneficiatus, an teneatur præstare decimas?

Dicendum, quòd sic, quia licet solus sit, non solus percipit decimas, sed & habet Episcopus suam canonicam portionem, habet etiam ecclesia pro fabrica, ideo semper tenetur de prædijs talibus decimas soluere. Si autem huiusmodi prædia habeat clericus in aliena parochia planum est, quòd decimas integre soluere tenetur, cū respectu illius parochię sit,

vt merus laicus, si tamen prædia clerici sint ecclesiastica, idest pertinentia ad beneficium suum, non soluit decimas de illis, & hoc, siue sint in parochia ipsa, in qua beneficiatus est, siue sint in alia parochia, & in hoc habet locum.capitu. nouum genus, quòd clerici à clericis non exigant decimas, scilicet, de dote Ecclesiæ secundum vnum intellectum, & est verus. Et idem est, & à fortiori de prædijs ecclesiæ quæ ad fabricam pertinent, quia siue sint in parochia ipsius ecclesiæ, siue in alia non soluuntur inde decimæ.

Ad secundum dicendum, quòd prædicta de non soluendis decimis intelliguntur de clericis sęcularibus, de religiosis autem aliud est, vt dicetur infra.

Ad tertium dicendum, quòd clerici non dant decimas alijs clericis eo modo, quo supra declaratum est, neque dant eas Papæ, neque Episcopis. Quod autem inducitur de Leuitis dantibus decimas summo sacerdoti, non facit ad propositum.

Primo quia licet decimæ nostræ sint ad similitudinem decimarum veteris testamenti, tamen non pendent ex veteri testamento, sed ex statuto ecclesiæ habent vigorem, & necessitatem. Nam licet ideo statuit ecclesia, vel mota est ad statuendum decimas debere dari, quia dabantur in veteri testamento, tamen non ideo dantur nunc, quia ibi dabuntur, sed quia statuit illud ecclesia, ideo non dabantur qualiter dabantur ibi, sed qualiter ecclesia statuit eas dari. Et tamen non statuit dari decimas Episcopis, neque Papæ, vt dictum est, ideo non dabunt eis clerici decimas de fructibus beneficiorum.

Secundo, quia etiam si soluerentur nunc decimę, sicut in veteri testamento, non staret eadem ratio, quia ibi Leuitæ dabant decimam decimarum suarũ, eo quòd soli Leuitæ percipiebãt omnes decimas populi Numeri decimo octauo capit. & de illo aceruo nihil summus sacerdos percipiebat, ideo vt haberet aliquos reditus, dabant Leuitæ ei decimam decimarum suarum, sed nunc Episcopus recipit canonicam suam de toto aceruo decimarum populi, cum sit parcionarius cum beneficiato, vt dictum est. Et in illo aceruo decimantur prædia clericorum, quæ non sunt ecclesiastica, ideo non est causa aliqua, vt postea clerici decimas dent de fructibus beneficiorum suorũ. Papa autem licet non percipiat portionem canonicam in singulis ecclesijs, habet determinatos reditus ab ecclesia, & quando illi non sufficiunt potest tam de fructibus beneficiorum quam ecclesiarum, non solum decimam, sed quantam portionem voluerit, accipere.

Tertio, quia est alia dissimilitudo, nam Leuitæ in veteri testamento non soluebant decimas, nisi de fructibus, quos recipiebant à populo. De pecoribus autem suis, & agris, vel pensionibus domorum, & quibuslibet alijs rebus, nullas decimas soluebant cum solus populus præciperetur soluere decimas: Numeri 18.cap. Nunc vero clerici de omnibus pretijs profanis decimas soluunt, ideo non debent soluere de fructibus beneficiorum suorum, sicut Leuitæ de decimarum fructibus.

An Episcopus & Papa tenentur aliquas soluere decimas.

Quæst. CXCIII.

QVAERETVR, an Episcopus, & Papa tenentur aliquas decimas soluere.

Dicendũ quantum ad Episcopos, quòd aut quęritur de personalibus, aut de prædialibus. Si de personalibus, dicendum, quòd nulli tenetur dare decimas, quia ipse non est subditus alicui,

F à quo recipiat diuina, ratione quorum dantur decimæ personales, vt extra de paroch.cap. significauit. & de decimis.cap. nouum. sed recipiet à quocunque clerico diœcesis suæ, & illi sunt ei subiecti, ideo non tenetur ad decimas personales. Item quia vt dictum est præcedenti quæstio. generaliter clerici seculares, & religiosi, non tenentur ad decimas personales, ergo à fortiori non tenebuntur Episcopi.

Si quæratur de prędialibus, est maius dubium, sed tunc dicendum, quòd aut sunt illa prædia sita extra suam diœcesim, aut intra eam. Si extra eam non videtur esse aliqua causa quare excuset se Episcopus à pręstatione decimarum, cum is censeatur purus laicus, quia respectu alienæ diœcesis nihil ipse habet.

G Et hoc verum est, si illa prædia sint profana, vt patrimonialia, vel aliàs non pertinentia ad ius dignitatis suæ, quia si pertinent ad dignitatem Episcopalem, etiam si sint in aliena diœcesi non soluentur decimę de illa, sicut quando clericus habet aliquod prædium beneficij sui in aliena parochia, non soluit de illo aliquas decimas, vt dictum est præcedenti quæst.

Si autem sint in sua diœcesi prædia, & pertinent ad dignitatem Episcopalem, non soluentur decimæ de illis.

Si autem sint prædia profana, dicunt aliqui, quòd non tenetur dare decimas, quia tunc confunderetur actio, scilicet, quia idem esset dans & accipiens. ff. de

H solutionibus.l.stichum.§.additio. Neque potest quis sibiipsi obligari.ff.ad Velleia.l. tutor. Et hanc opinionem amplectuntur multi Episcopi nostri temporis nullas decimas de prędijs profanis suis soluentes.

Alij dicunt, quòd tenẽtur Episcopi soluere de prędijs profanis. Nam prædiales debentur ratione prædij, ideo cum quantum ad profana quilibet cẽseatur laicus, tenebitur Episcopus de his decimas dare. Nã alias posset fraudari, quasi in totum Ecclesia parochialis iure suo, vt si episcopus emeret maiorem partem prædiorum alicuius parochiæ, & de illis non solueretur decima, ideo Hostien. & Henri. & alij tenent, quòd teneantur episcopi in his ad decimas prædiales.

I De Papa dicendum, quòd ad personales non tenetur, quia nemini subijcitur, à quo sacramenta percipiat, sed ipse omnibus potestatem, & iurisdictionem tribuit. De prædialibus oporteret dici, quòd tenetur ad illas de prędijs profanis, si essent decimæ de iure diuino, sicut plurimi Iuristarum tenent, cum etiam Papa subditus sit iuri diuino. Et tamẽ cum sint decimæ nunc non de iure diuino, sed de iure canonico, vt ostensum est supra: & Papa sit conditor canonis, quia nõ potest ligari lege sua, neque lege prædecessorum suorum, quia par in parem non habet imperium, & ita de rigore iuris non tenebitur ad aliquas decimas soluendas. sed de æquitate solum inquantum lex iusta est, & debet quis pati legem quam tulerit extra de prębend.capi.pro illorum. & imperatores dixerunt,

K licet legibus subiecti non simus, legibus tamen viuimus.

Par in parem non habet imperium.

An religiosi teneantur ad decimas soluendas.

Quæst. CXCIIII.

QVAERETVR, an religiosi teneantur ad decimas soluendas.

Dicendum, quòd aut queritur de vere religiosis, aut de alijs, qui aliquam cõditionem religiosorum habent saltem in aliquo priuilegio, sicut sunt leprosi. Si de leprosis dicendum, quòd hi cum sint verè laici, tenentur ad decimas omnes, tam prædiales quam personales, sicut cęteri laici, nisi in aliquo, in quo eos ius eximit, quia

Leprosis duo dan tur priui legia.

quia cum ſint afflicti miſerentur eis iura extra de ec-cleſijs ædifi.cap.cum dicat.

Et dantur eis duo priuilegia. Vnum eſt, quòd poſſint habere Eccleſiam propriam, quando multi fuerint in vna congregatione, ita vt Eccleſiam habere, & conſtruere poſſint, & proprium habere presbyterum.

Secundum eſt, vt de hortis ſuis, & nutrimentis animalium non ſoluant decimas. Et exponunt doctores de nutrimentis, ideſt de animalibus, quæ nutriuntur ab eis, & naſcuntur, quòd non ſoluant decimas. De cæteris autem ſoluunt decimas, ſicut laici, cum hoc non in fauorem religionis, ſed ex miſericordia ꝓpter eorum percuſſionem conceſſum ſit, & quia de commercio aliorum hominum generaliter excluduntur extra de coniugio lepro.cap.peruenit eis ab Eccleſia concedatur extra de eccle.ædifi.cap.cum dicat.

B Si autem quæratur de religioſis dicendum, quòd aut quæritur de decimis perſonalibus, aut de prædialibus. De perſonalibus dicendum, quòd generaliter non tenentur aliqui religioſi illas ſoluere, quia perſonales dantur ratione miniſteriorum ſpiritualium, ideſt ſacramentorum extra de decimis.cap.nouum. ſic tenet Innoc. extra de ſta.mon.capitu.1. & Hoſtien.& Ioan. And.poſt eum. & tamen religioſi non recipiũt ſacramenta, neque audiunt diuina à clericis ſæcularibus, neque ab alijs religioſis, ideo nõ tenentur ad perſonales.

C Si quæritur de prædialibus, vel quaſi: eſt dicẽdum, quòd de iure communi obligati ſunt ad decimas ſoluẽdas eccleſijs illis, in quarum parochijs prædia ſunt ſita.extra de decimis.cap.ex multiplici, & capit. commiſſum. Niſi quatenus eis ex priuilegio aliter conceſſum eſt. Et loquimur de priuilegijs in corpore iuris clauſis. Circa exemptionem iſtam deſignantur tria tempora.eodem titulo, capi. ex parte tua, in textu & glo. Primo enim in Eccleſia primitiua omnes monachi, & quicunque religioſi dabant decimas de prædijs, & laboribus ſuis, ſicut laici. ar. decimoſexto, quæſtio.prima.cap. alia cauſa, & cap. generaliter, & 12.quæſtio.prima.capit.duo.& hoc durauit vſque ad tempus Paſchalis Secundi: tunc enim Paſchalis, &

D conciliũ Maguntinenſe ſtatuerunt, quòd neque monachi, neque religioſi, neque aliqui communiter viuentes decimas de laboribus ſuis ſoluerent.16.queſt. prima.cap.quæſti. & capit. decimas. Poſtea vero Adrianus Papa ſolis Ciſterſien.& Templarijs, atque hoſpitalarijs conceſſit, quòd de laboribus, quos proprijs manibus excolunt, decimas ſoluere non teneantur: alijs autem monachis conceſſit ſolum decimas de noualibus ſuis, quæ ſuis manibus colunt, & de hortis & de nutrimentis animalium ſuorum, ideſt, de animalibus, quæ naſcunturr: & iſtud tenetur hodie, vt in allegato cap.ex parte tua.

E Sed ſciendum, quòd cum dicitur religioſos eſſe priuilegiatos ſuper noualibus intelligendum eſt, ſi proprijs manibus, ideſt ſuis, vel ſuorum famulorum, aut proprijs ſumptibus colant: ſi autem locauerint alijs ad cenſum, vel quomodolibet, ſoluuntur decimæ de illis.

Etiam quãdo dicitur eſſe priuilegiatos aliquos religioſos ſuper laboribus ſuis de proprijs terris, debet intelligi ſi ipſi eas colant, vel expenſas in colendo faciant. Si autem alijs locauerint terras ſuas colendas ſoluuntur decimæ de illis. extra de decimis. capitu.licet. Nam tam dantes quam recipientes poſſeſſiones ad fictum decimas ſoluunt.eodem titu.capi. à nobis. Etiam ſi religioſi non habentes terras, quas colant conducant eas ab alijs, & colant proprijs manibus nihilominus tenentur integrè decimas ſoluere. eod.

A titulo, capit.dilecti. quia ad hoc, quòd habeat locum illud priuilegium, requiruntur duo, ſcilicet, quòd terræ, quæ colũtur ſint ipſorum religioſorum, & quòd eas proprijs manibus, vel expenſis colant. Tertium addendum eſt, ſcilicet, quòd illæ poſſeſſiones fuerint acquiſitæ ante Concilium Generale ſub Innocentio Tertio. Nam de illis non ſoluunt decimas, exiſtentibus duabus prioribus conditionibus. Si autem poſt illud Concilium acquiſitæ fuerint poſſeſſiones religioſis prædictis, qui hoc priuilegio gaudent, ſcilicet, Ciſterſien. Templarijs, & Hoſpitalarijs ſoluunt de illis integrè decimas, etiam ſi proprijs manibus prædictas poſſeſſiones colãt. extra de decimis. capit.nuper Abbates. Et hoc ne grauentur eccleſiæ parochiales, cum quotidie prædictis religioſis multæ poſſeſſiones darentur, & multas ipſi emerent, & poterant in totum iure ſuo aliquę parochiales eccleſiæ fraudari. Fuit autem hoc Concilium celebratum anno Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo octauo. Sed vt alij melius computant, fuit anno milleſimo ducenteſimo quintodecimo celebratum per Innocentium Tertium in Baſilica Lateranen. Hæc autem vera ſunt, quando cõſtat de poſſeſſionibus illis, an ante Generale Concilium, vel poſtea acquiſitæ fuerint. Si autem dubitatur dicendum, quòd debet præſumi, quòd poſt Concilium Generale fuerunt acquiſitæ, quia fauor eſt hic pro eccleſia parochiali, quæ læditur per extenſionem priuilegiorum, quæ vult Papa reſtringere in allegato capit.nuper. & cap. ſuggeſtum. Et ideo tenebitur monaſterium, vel religioſi probare, quòd ante Generale Concilium acquiſitæ fuerint poſſeſſiones, ſicut eſt de laico habente decimas ab antiquo in pace, de cuius contrario non eſt memoria, an præſumetur pro eo, quòd habeat in feudum ab antiquo, & non præſumitur, niſi probauerit, ſed præſumitur, quòd illicite detinet, vt dicit Hoſtienſ. in ſumma. eodem titulo. §. & vtrum præſcribi.& dictum eſt ſupra.

Cõciliũ celebratũ ab Innoc. III.

Sed omnia, quæ dicta ſunt de priuilegiatis religioſis, vera ſunt, quando illi non habent populum commiſſum, de quo curam animarum habeant, ſed habent poſſeſſiones in aliena parochia: quod neceſſe eſt, cum ipſi nullam parochiam habeant. Si autem populum habent, percipiunt ipſi decimas à populo commiſſo, tam perſonales quam prædiales, quia iam parochiam habent: & tamen hoc nõ obſtante, quòd ipſi ſoluunt decimas de poſſeſſionibus ſuis, quas habent in alienis parochijs, ſiue illæ ſint ſæculares, ſiue religioſæ de hoc extra de decimis. capitu. ex parte, in gloſ.& Hoſtien.in ſumma, eodem titulo, §. & à quibus. Et verum eſt, quia habere parochiam, ſiue populum nullum ius dat religioſis, niſi percipere poſſe decimas ab illis, qui ſunt eorũ parochiani, & ideo poſſeſſiones eorum, ideſt religioſorum, quę ſunt intra limites proprię parochię non ſoluent decimas, quia confunderetur actio cum ſibiipſis ſoluere deberent, ſed poſſeſſiones eorum, quæ fuerint in alienis parochijs ſoluent decimas, niſi ſuper eis priuilegiati fuerint, vtpote ſi proprijs manibus, aut ſumptibus eas colunt, & hoc quantum ad Templarios, Hoſpitalarios, & Ciſterſien.qui hoc priuilegium habent. Cæteri vero ſoluent decimas integrè de talibus poſſeſſionibus cum nõ ſint priuilegiati, niſi ſuper noualibus & hortis, & nutrimentis animalium, extra de decimis.capitu. ex parte. Et in hoc differunt religioſi iſti à clericis ſæcularibus, quia ſæculares clerici de poſſeſſionibus Eccleſiæ, vel beneficiorum ſuorum non ſoluunt decimas, etiam ſi illæ ſint ſitæ in aliena parochia, vt oſtenſum eſt ſupra: religioſi autem habẽtes parochiã de poſſeſſionibus monaſterij ſui, q̃ ſunt

Seculares clerici de eccleſię poſſeſſionibus non ſoluunt decimas.

ſunt in alienis parochijs decimas ſoluunt, niſi ſpecialiter ſuper eis fuerint priuilegiati. Et ita clerici ſeculares recipiunt decimas, & non præſtant. extra de deci.cap.nouum genus. Religioſi autem dant decimas, & recipiunt. Ratio differentiæ eſt, quia ad clericos ſeculares competit de iure cõmuni recipere decimas, ideo quantum ad ea, in quibus reputantur clerici liberi ſunt de iure communi ab omni præſtatione decimarum, religioſis verò non competit recipere decimas de iure communi, ſed ex ſpeciali quorundam priuilegio, ideo de iure communi tenentur ad præſtationem omnium illarum decimarum, à quarum ſolutione non ſe oſtenderint priuilegiatos.

Sed ſciẽdum, quòd religioſi priuilegiati ſuper decimis perdunt priuilegium, ſi enorme præiudicium paretur Eccleſiæ parochiali, vt extra de decimis.cap. ſuggeſtum, & extra de verborum ſigni. cap. quid per nouale. Nam priuilegio conceſſo ibi quibuſdam religioſis, quando pauca monaſteria, & poſſeſſiones habebant de non ſoluendo decimas, quia poſtea excreuerũt multæ poſſeſſiones & monaſteria, læduntur Eccleſiæ parochiales, & reuocatur priuilegiũ. Et iſta eſt cauſa quare Innocentius in ca. nuper Abbates. reſtrinxit priuilegium de non ſoluendis decimis de laboribus ſuis, quod erat indultum Templarijs, Hoſpitalarijs, & Ciſterſien. quia excreſcebant poſſeſſiones eorum quotidie intantum, ſiue quę donabantur, ſiue quas ipſi emebant, quòd ſi de illis nullas decimas ſoluerent depauperarẽtur omnes Eccleſiæ parochiales: ideo ſtatuit, quòd de poſſeſſionibus, quas poſt illud tempus acquirerent, ſiue donatas, aut emptas plenas decimas parochiali Eccleſiæ ſoluerent, etiam ſi prædictas poſſeſſiones proprijs manibus colerent.

Cã quare Innocentius Papa reſtrinxit priuilegiũ religioſorũ de decimis.

Sed ſciendum, quòd in hoc caſu priuilegium non perditur ipſo iure dato, quòd Eccleſia parochialis oſtenderit ſe enormiter lędi, ſed venit reuocandum. & eſt cauſa, vt illud Papa reuocet.

Secundus caſus eſt propter pactionem, ſiue amicabilem compoſitionem. extra de decimis.c.ex multiplici. Nam conuentio fuit ibi inter Abbatem, & Presbyterum parochialem de ſoluendis decimis, cui cõuentioni non derogatur per priuilegium.

Tertius eſt propter contrarium actum præſcriptũ, vt ſi priuilegiatus de non ſoluendo decimas ſoluit illas per triginta annos extra de priuilegijs.ca.ſi de terra, & a fortiori ſi per quadraginta annos ſoluit.eo.tit. cap.accedentibus.

Quartus ſi priuilegiatus cõducat prędium alienũ, quia de illo decimas ſoluet, extra de deci.cap. dilecti. & hic non propriè dicitur perdi priuilegium, ſed non extendi ad illum caſum, quia oportet, quòd ſint propriæ illæ poſſeſſiones, quas colunt, eodem capitu. dilecti.

Quintus ſi priuilegiatus ſuper hoc ſuum prædium priuilegiatum locet.ſ.alteri colendum, quia tunc ſoluentur decimæ de eodem tit.cap.licet. & etiam tunc non perditur priuilegiũ, ſed non extenditur ad hunc caſum, videtur tamen perdi quãtum ad illud prædiũ, & pro tunc, quia cum poſſet gaudere priuilegio exẽptionis, non gaudet, eo quòd traditur colendum perſonæ non priuilegiatæ.

Sextus ſi ſententia feratur contra priuilegiatum, à qua non appellauit, ſiue priuilegium oſtenderit, ſiue non. extra de ſentent. & re iudic. cap. inter monaſterium, & cap.ſuborta. Aliàs autem retinent priuilegia ſua religioſi quantum ad ea, in quibus ſuper decimis priuilegiati ſunt.

F

An Iudæi & Saraceni obligati ſint ad decimas. Quæſt. CXCV.

QVAERETVR circa infideles, ideſt Iudæos, & Saracenos, an obligati ſint ad decimas. Dicendum primo de Iudæis, quòd aut quæritur quantum ad eos de decimis prædialibus, aut de perſonalibus. Si de prædialibus dicendum quòd tenentur ad eas ſoluendas.

Sed in hoc eſt dicendum, quòd aut illi habitant intra terminos alicuius parochię, aut non. Si ſunt extra terminos omnium parochiarum, non ſunt obligati ad ſoluendas aliquas decimas prædiales, eo quòd decimæ prædiales ratione prædij debentur, & infideles
G
eas ſoluunt, vt non fraudetur iure ſuo Eccleſia parochialis extra de decimis.cap.de terris. Et tamen ſi prędia Iudęorum ſint extra omnes parochias, non grauatur aliqua Eccleſia parochialis, eo quòd non ſoluuntur decimæ de illis prædijs, ideo non tenentur ad decimas prędiales. Et hoc non ſolum eſt verum quantum ad illos Saracenos, & Iudæos, qui non ſunt ſubditi Chriſtianis, ſed etiam quãtum ad illos, qui in terra Chriſtianorum habitant, ideſt inter Chriſtianos, & ſunt ſubditi eis, vt ſi aliqua ciuitas, vel terra nouiter acquireretur de manu infidelium, quę nunquam pertinuiſſet ad Chriſtianos, illa non eſſet intra termi nos alicuius parochiæ, vel diœceſis. Simile patet ex-
H
tra de præſcriptionibus.cap.1. & tunc ſi talis terra infidelium capiatur, & ipſi non conuertantur ad fidem, licet maneant ſub poteſtate Chriſtianorum, non tenebuntur ad aliquas decimas de rigore iuris, cum nõ ſint ſub limitibus alicuius Eccleſiæ parochialis, vel diœceſis, niſi ſecus de compoſitione, vel ex iure aliquo iniuncto fiat, quia ille qui ſubijcit infideles poteſt eis imponere quæ voluerit, quia ſicut imponit tributa, & ſeruitia ſecularia, ita poterit imponere præſtationem decimarum prædialium faciendam alicui eccleſiæ, & poſtquam hoc conceſſum fuerit Eccleſiæ, habebit ius petendi decimas, & compellet infideles ad ſolutionem earum.

Si autem ſint prædia Iudæorum intra limites alicuius Eccleſiæ parochialis. Dicendum, quòd tenen-
I
tur ad præſtandum decimas prędiales illi Eccleſiæ, quia præſtantur ratione prædiorum, & ſunt prædia illa intra limites parochiæ, ideo debitæ ſunt decimæ illæ Eccleſiæ.extra de deci.cap.de terris. Et redditur ibi cauſa, ſcilicet, ne forte occaſione iſtarum terrarum, vel poſſeſſionum valeãt Eccleſiæ parochiales ſuo iure fraudari. Et ideo ſi decimas nolunt ſoluere, compelluntur ad dimittendas poſſeſſiones eodem cap.ſcilicet, vt alijs vendant, vel tradant, qui decimas ſoluere velint. Eſt autem præiudicium iſtud, vt ſi fortè alij tenebant iſta prædia, qui decimas prius ſoluebant, & nunc tranſeuntes Iudæi ad dominium prædiorũ non ſoluerent decimas, fraudaretur Eccleſia iuribus ſoli-
K
tis, etiam quia ſi hoc priuilegium eſſet Iudæorum, vt nullas decimas prædiales ſoluerẽt, emerent plurimas poſſeſſiones Chriſtianorũ, & ita daretur occaſio ad hoc quòd Eccleſia parochialis in totũ ſuo iure fraudaretur.

Sed dicetur, quòd ponamus, quòd Iudęi terras de nouo colant, vt ſcilicet plantent vineas. De illis enim quando non erant, non poterant dari decimæ, ideo etiam ſi nunc Iudæi nullas decimas dent, non præiudicatur Eccleſiæ parochiali. Dicẽdum, quòd paratur præiudicium, quia licet prius non eſſent vineę, erant tamen terrę arabiles, de quibus ſoluebantur decimę, & ideo licet vertantur nunc in vineas, manent terræ decimales, & præiudicium fierȩt Eccleſię ſi de eis nõ ſoluerentur decimæ. Sicut patet extra de deci. ca. cõ-

missum, vbi si plantantur vineæ, vel colliguntur fruges in solo, in quo prius domus erant, debent decimæ solui, etiam si erat prius terra pascualis, de qua decimæ soluebantur, & incipit arari, vel plantari ad vineas, soluuntur inde decimæ, ideo sic Iudæi tenebuntur plantantes vineas in terra, quæ prius erat arabilis, vel habitata.

Sed dicetur, quid si Iudæus plãtet vineam, vel arat terram, quæ nullo vsu ante hoc apta fuit, qualem terram noualia vocamus extra de verb. sign. c. quid per nouale. Videtur, quòd non teneatur ad decimas prædiales, cum ecclesia non lædatur inde, quia ante hoc non erat terra decimalis.

Dicendum, quòd soluẽdæ sunt inde decimæ, quia licet de noualibus illis nunquam decimæ solutæ fuerint, quia nemo illa colebat, tamen quia erant intra limites parochiæ, erant obligata illi parochiæ, vt si quis ea coleret, non alteri, sed ipsi ecclesiæ decimas solueret. Et quia si Iudęus non coleret illa noualia, coleret ea aliquis Christianus, qui decimas de eis solueret, ideo si Iudæus ea coluerit, tenebitur ad decimas, ne per hoc Ecclesiæ parochiali præiudicet, ideo quicunque Iudæus moratur inter Christianos habẽs prędia aliqua intra terminos alicuius parochiæ, tenetur integras decimas soluere prædiales, vel cogetur ad dimittendum prædia alteri, qui soluat decimas. extra de deci. cap. de terris. Habet autem ecclesia modũ cogendi Iudæum ad hoc, sicut cogit Iudæos ad relaxandas vsuras Christianis. extra de vsuris cap. post miserabilem, s. ꝙ priuẽtur communione fidelium, quousque restituerint, & si hoc non sufficit, compelluntur absolutè per dominos temporales, tollendo bona eorum ad satisfaciendum ecclesijs de decimis debitis. Si autem loquamur de decimis personalibus nõ est ita iure expressum, sicut de prædialibus, ideo aliqui tenent, quòd non teneatur Iudæus ad personales, quia non est de corpore ecclesiæ, vt Inno. Alanus, & Ber. Alij autem dicunt contrariũ, vt Tan. Hu. & Io. 16. q. 1. cap. decimæ. Alij tenent mediam viam, dicentes ꝙ non præstant omnes decimas personales, sed quasdam, vt vult Ber. extra de decimis ca. tua nobis.

Dici ergo potest ad concordiam horum, quòd sicut decimæ prædiales sunt debitæ ratione prædij, ita personales sunt debitæ ratione psone, & quia Iudęus prædia habet interdum, sicut Christianus intra limites parochiæ, tenetur directè Iudæus ad prædiales, sicut Christianus si prædia colit, siue sua sint, siue aliena. Personales autem debentur ratione personæ, & quia Iudęus non est de corpore ecclesię, non videtur, quòd ad aliquid ratione personæ suæ teneatur ecclesiæ. Item dantur personales decimæ illi ecclesiæ, in qua quis audit diuina, & percipit sacramenta: extra de parochijs cap. significauit. & extra de decimis. cap. nouum. Iudæus autẽ neque diuina audit, neque percipit sacramenta, ideo non est causa, vt decimas personales det. Et sic est dicendum, quòd Iudęus non tenetur ad decimas personales tanquã ad decimas, sed vt ad interesse quoddam potest teneri ad illas, s. quia habitat in domo aliqua, quę est intra limites parochię in qua si habitaret aliquis Christianus solueret decimas personales, ideo tenẽtur hoc modo ad personales tanquam ad quoddam interesse ecclesiæ ne lędatur. Sic dicit Hosti. extra de vsu. cap. quanto. §. fi. quòd si Iudæus domum parochiani mei tenet, æstimari debet quantum à parochiano, & familia ibi commorãte recipere consueuit ecclesia, & ad tantũ est Iudæus obligatus. Vnde circa hoc videtur dicendum, ꝙ aut Iudæi habitãt in domibus, quas conduxerunt à Christianis, vel emerunt ab eis, in quibus solebãt prius morari Christiani, aut non. Si primo modo videtur, ꝙ te-

Quo Iudæus tenetur ad decimas personales

Distinctio penes Iudæorum domus.

A neantur ad decimas personales sub nomine interesse, quia aliàs læderetur ecclesia parochialis, vt sicut interdum fit, ꝙ intra limites alicuius parochiæ non habitent nisi Iudæi, licet prius ibi Christiani habitauerint. Si secundo modo, vtpote si domus Iudæorũ fuerunt semper in loco ipso antequam inciperet esse parochialis: non videtur, ꝙ teneantur ad aliquid sub nomine interesse, quia nullum perit ecclesiæ cum nullum vnquam fuisset acqsitum ei. Si autem prius extiterat ecclesia parochialis, & tamẽ erat aliquis locus in quo nulla vnquam fuerat habitatio, & Iudæi fabricant domos intra limites illius parochiæ nõ videtur, ꝙ teneantur ad decimas velut ad interesse, cum nihil consueuisset ecclesia accipere de illo loco, quia fuerat semper non habitatus. Nisi fortè quis dicat, quòd

B illud est, sicut de noualibus, quia licet de noualibus nihil fuerat ante hoc præstitũ ecclesiæ parochiali, quia neq; erat locus pascualis, neq; terra, quæ coleretur extra de verbo. signi. cap. quid per nouale. tamen statim vt incipit coli, & est nouale debentur de eo decimę illius ecclesiæ parochiali, intra cuius limites est. extra de decimis. cap. quoniam, & c. cùm contingat, & cap. cum in tua.

Sed dicendum videtur, quòd nõ est æquale in prędialibus, & personalibus, quia prædiales sunt debitæ directe, ideo debentur etiam de prædijs Iudæorum, quæ sunt noualia: personales non ita directè, ideo nõ debentur de locis nunquam habitatis, quæ succedunt loco noualium, si Iudei ibi habitare cęperant in-

C tra limites parochiæ.

Si autem quæratur de Saracenis dicendum, quòd omnino idem est quantum ad solutionem decimarũ tam prædialium quam personalium, quod de Iudæis, quia æqualiter sunt elongati, & distantes à corpore Ecclesiæ. Sed aliquis dicet, quòd non est idem, quia de Iudæis expresserunt iura, quòd decimas prædiales soluerent, de Saracenis, autem nihil.

Dicendum, quòd eadem omnino ratio est, & ideo eadem dispositio iuris. sed non expressit causa nõ de Saracenis, & alijs Paganis, sicut de Iudæis, quia Papa respondet iuxta id, quod ab eo quæsitum est, & for-

D te quæsitum fuit de solis Iudæis, ideo de eis solis respondit. Alia etiam causa est, s. quia fortè tunc nõ habitabãt Saraceni aliqui mixti inter Christianos intra limites parochiarum, sicut Iudei. Nam in pluribus regionibus dispersi sunt Iudæi inter Christianos: Saraceni autem in paucis.

Cui Ecclesiæ dandæ sunt decimæ. Quæst. CXCVI.

QVAERETVR nunc cui Ecclesiæ dandæ sint decimæ. Dicẽdum ad hoc, quòd triplices sunt decimæ. Quædam prędiales, quędam personales, alię mixtę. Pure prędiales sunt, quę de fructibus prędiorũ dantur, vt de frugibus, vino, & fructibus arborum. De his dicendum, quòd de iure communi pertinent hę decimę ad Ecclesiam parochialẽ in cuius territorio

E sita sunt prędia extra de parochi. c. significauit. & extra de deci. c. tua. & c. cũ contingat, & c. cũ in tua. Hoc verum est, nisi aliud obtineat de consuetudine, aut pręscriptione, aut priuilegio. De consuetudine patet, quia si consuetum est, ꝙ homines habitantes in vna parochia, & habentes prędia in alia soluant totas decimas Ecclesię in cuius parochia manẽt, vel partem earum, & non Ecclesiæ in cuius parochia sunt sita, valet consuetudo extra de decimis cap. cum sint homines, & cap. ad Apostolicę.

Ex pręscriptione etiam recipiũtur decimę de prędijs vnius parochię in alia, si Ecclesia illa pręscripsit decimas in alia, quia licet laicus non possit pręscribere deci-

te decimas quantocunque tempore detineat eo, ꝙ nunquam potest possidere, tamen Ecclesia cōtra Ecclesiam bene præscribit illas extra de præscrip. cap. de quarta. & de restitutione spoliatorum ca. ad decimas. Et de præscriptio. ca. Episcopum lib. 6. de quo magis dictum supra. Et non solum Ecclesia parochialis, sed etiam monasterium potest præscribere decimas contra Ecclesiam parochialem si monasteriū habeat parochiam, & sic intelligitur extra de deci. c. cum contingat, & cap. cum in tua.

Ex priuilegio quoque, vel concessione Ecclesię pcipit aliquis etiā laicus decimas alicuius Ecclesiæ parochialis, vt si datæ sunt ei in feudū extra de decimis ca. à nobis. Idem si ex priuilegio, siue aliqua infeudatione concessę sint decimæ alicui laico, vel religioso loco à Papa, percipit illas secundum formam priuilegij. sic percipiunt religiosi aliqui, vt extra de decimis cap. dilecti. alias autem semper decimæ purè prædiales pertinent ad Ecclesiam parochialem. Et hoc verum est tam quantum ad decimas de antiquis prædijs quam etiam de noualibus, cum decimæ noualiū dentur Ecclesiæ parochiali si cōstat, in qua parochia sint. Si autem non constat potest Episcopus de eis disponere, vel in vsus suos conuertere eod. ti. c. quonā. Est tñ aliquid speciale, tā circa decimas de noualibus quam circa decimas de prædijs antiquis: nam religiosis omnibus concessum est decimas retinere de noualibus, quę proprijs manibus, vel expensis colunt, licet non sit eis concessum retinere de prædijs ab antiquo decimalibus, sed de illis dant decimas Ecclesiæ parochiali eod. ti. c. ex parte tua. Quantum ad prescribentes verò, & feudatarios, & laicos priuilegiatos è contrario accidit in noualibus, quia si aliqua ecclesia, vel loca religiosa præscripsit decimas in parochia alterius, & superexcrescant noualia, non recipiet decimas de noualibus Ecclesia prescribens, sed parochialis extra de decimis cap. cum contingat, & cap. cum in tua. Etiam si alicui in feudū datæ sunt decimæ alicuius Ecclesiæ, vel in priuilegium non accipiet decimas de noualibus, quæ fuerunt post illam concessionem. eod. ti. ca. tua. hæc de decimis purè prædialibus, quas vocant iura decimas messium, & fructuum arborum eod. ti. ca. ad Apostolicæ.

Oib' religiosis concessum est decimas de noualibus retinere q̄ proprijs manibus colunt.

Si autem quæratur de pure personalibus, dicendū, quòd illę sunt dandę illi Ecclesię, in qua quis audit diuina, & recipit sacramenta extra de paroch. c. significauit. & extra de decimis cap. nouum, & cap. ad Apostolicæ, §. noueris igitur, ꝙ æquum est, ꝙ illi Ecclesiæ decimæ personales reddantur ab eis, in qua Ecclesiastica percipiunt sacramenta. Dicimus autem proprie personales illas, quæ veniunt ex sola operatione personæ, vt ex artificio, ex militia, ex negociatione, & similibus, quia istæ, neque sunt fructus prædiorum, neque aliquo modo ad fructus prædiorum, aut ad prædia pertinentes, sed sola industria, & labore personæ proueniunt. Sciendum tamen, ꝙ aut circa solutionē istarum decimarum, s. cui Ecclesiæ dentur est aliqua consuetudo, aut non: quia consuetudo nimis obtinet circa personales, & si consuetudo est soluentur, sicut consuetudo est, licet ratio æquitatis declaret illi Ecclesiæ deberi, vbi percipiuntur sacramenta in allegato cap. ad Apostolicæ.

Propriè psonales decimæ.

Sed quid si aliquis non manet in eodem loco toto anno, sed in diuersis moratur: vbi soluet personales decimas? Dicendum, ꝙ semper est attendendus locus domicilij: licet enim quis peregrinet magna parte anni, aut maneat in aliquo, vel aliquibus locis non tenebitur ad decimas personales, nisi in loco, vbi domicilium habet, quia ibi censetur parochianus, & non alibi, & dicitur habere domicilium, siue ipse domici-

F lium habeat, siue sit de familia alterius habentis domicilium. Sed quid si aliquis habeat diuersa domicilia, & solet residere in illis diuersis locis & tēporibus anni, vbi soluet decimas personales?

Dicendum, ꝙ si super hoc aliqua consuetudo in illa regione est, stabitur illi, si non est determinata consuetudo, aut quis acquirit aliqua in vno loco, quę nō acquirit in alio, de quibus dat decimam personalem, aut non. Si primo modo, videtur, ꝙ illi Ecclesiæ soli sint dandæ decimæ personales, in cuius parochia solū commorādo acquirit ea, de quibus decimam soluit, vt si in vno loco exerceret quis aduocationem, vel lecturam, & in alio non, sed exerceret negociationes, solueret in vno loco decimas personales de aduocatione, & lectura, & in alio de negociatione. Si autem
G non sunt distinctę acquisitiones secūdum loca, videtur ꝙ decimæ personales sint diuidendę inter illa loca secundum portiones temporis.

Si quæratur de decimis mixtis seruatur maxime cōsuetudo, si est. Vocantur mixtę, quę non sunt omnino determinatæ prędiales, neque omnino personales, licet magis sapiant naturā quarūdam quam aliarum, & sic est primo de pecoribus, & nutrimentis quorumcunque animalium.

Cui Ecclesiæ dentur decimæ de pecoribus. Quæst. CXCVII.

H QVAERETVR ergo circa hęc cui Ecclesię dentur decime de pecoribus.

Dicendum, ꝙ aut pecora manent, & pascūtur toto tempore intra limites illius parochiæ, in qua moratur dominus pecorum, aut non. Si in eadem parochia nullum dubiū est, quin eidem parochiali Ecclesię dentur integrę decimę de his pecoribus. Si autem non manent, neque pascūtur pecora semper intra limites eiusdem parochię, sed aliquando in vna, & aliquando in alia, communiter tenetur, ꝙ diuidi debeat ista decima inter Ecclesias, vt sit quasi quędā societas contracta inter ecclesias. Sic tenet Hosti. in sum. ti. de deci. §. cui dāda, & modus diuisionis erit secundum consuetudinem ecclesiarum.

I Sed quid si quis habitans in vno loco, emeret pecora in alio, & ibi pasceret ea, & venderet, & nunquam deduceret ad propriam parochiam, vbi solueret decimam? Aliqui dicūt, ꝙ totam soluet in loco, in quo pascuntur, & manent pecora.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia hoc esset iudicare de pecoribus, sicut de prędialibus pure, sed non sunt prędia. Ideo dicendum, ꝙ cum nutritiones, & propagationes pecorū sint quędam lucra, & lucrum respicit personam debent iudicari personales quātum ad aliquid, ideo dabitur aliquid de illis decimis ecclesię in cuius parochia moratur dominus pecorū: immo aliqui volunt, ꝙ tota decima debeat dari ecclesiæ parochiali vbi est dominus, & illi ecclesię, intra cuius li-
K mites pascuntur, & manēt, debet dari decima de herba, siue dominus pascuorū sic ea locauit pastoribus, siue per dominum pecorum. Sed rationalius est, quod dictum est, s. ꝙ diuidatur decima de pecoribus intra vtramque ecclesiam, quia vltra decima pascuorum, quę est prędialis debet dari de nutritis, & natis animalibus. Si quęritur de animalibus domesticis, vt pullis porcis, & alijs auibus, quę in domo pascuntur, & manent. Manifestum est, ꝙ datur decima ecclesię parochiali, in qua dominus horum est, quia sunt hęc intra eandem parochiam, in qua ipse.

Sed quid si quis extra parochiam suam habet domos aliquas, in quibus pascit gallinas, anseres, porcos, & similia, quæ in domo nutriuntur, cui ecclesię dentur

tur decimæ. Dicendum videtur, ꝙ diuidatur decima inter vtramque parochiam, & hoc maxime si dominus horum animalium habet aliquos, qui pascãt hæc animalia, quæ pertinent ad ipsam parochiam. Nam ex eo, ꝙ ipsi recipiunt sacramẽta in ipsa parochia, debetur aliquid de illa decima illi parochiæ. Si autẽ dominus de alia parochia veniret in illam domũ, & pasceret ibi animalia de cibo, quem de parochia sua adduceret, & non manerent aliqui curatores animaliũ in domo illa, qui efficerentur de ipsa parochia, videtur ꝙ tota decima de iure pertineat ad parochiam, in qua moratur dominus animalium, nisi aliud habeat consuetudo, sicut qui non habet, nisi vnum domicilium, licet alibi negociatur, non soluet decimam de lucro, nisi in parochia, in qua est eius domicilium.

Si autem quæratur de animalibus feris, aut illa habentur per solam venationem, aut tenentur inclusa in aliquo loco, & ibi nutriuntur, & capiuntur.

Si primo modo dicendum, quòd non dicitur ista decima de animalibus, sed de lucro venationis, quia ista reducuntur in pecuniam, & non dantur in decimam animalia ipsa de venatione capta, & ideo decima horum est purè personalis, & debet dari ecclesiæ, in qua venator est parochianus, de quo dictum est supra. Si aũt habeãtur aĩalia fera sine venatione, vt quia nutriuntur inclusa, aut illa sunt ita, ꝙ non exeant, siue parum exeunt, aut exeunt liberè, & longe. De primo, vt de cirogryllis, & leporibus interdum inclusis intra ambitũ alicuius ædificij, vel si sint in aliqua congregatione arborũ sine muro, & habent ibi caueas, vbi manent, & nutriunt catulos. Et tunc dicunt aliqui, ꝙ de his debetur decima prædialis, quia beneficio terræ illius viuunt. Et ideo sicut de pascuis debetur prædialis, siue sint omnino inclusa, siue nõ inclusa, parum tamen progrediẽtia animalia vltra caueas suas, & arbusta, sicut solet esse in quibusdam nemoribus, quæ domini custodiunt, ne quis ibi venetur. Sed quia ista animalia tenentur, & custodiuntur ex artificio, & labore, videtur potius redire in decimam personalem, & dabitur ecclesiæ, in cuius parochia dominus horum moratur. Sic tenet Inno. extra de decimis ca. non est. licet Hosti. putet esse decimam istam mixtam, sed consuetudo reputat istam purè personalem, de quo dictum est supra.

Si autem animalia illa inclusa in lõginquum progrediantur, sicut columbę auolantes de columbario, dicẽdum videtur, ꝙ sit decima purè personalis, quia tenere illas ex artificio, & labore est, & ipsę non pascũtur specialiter intra limites alicuius parochiæ, sed in longinquum auolant, ideo non videntur habere aliquid de prædiali, & sic dabitur decima de eis parochiæ in qua moratur dominus, nisi cõsuetudo obstet. Si vero quæratur de piscatione, cui dentur decimæ, siue sit de piscatione in mari, siue in flumine publico, vel priuato, aut stagno declaratum est supra. Nã quando decimamus decimam purè personalem, debet dari ecclesiæ in qua piscans recipit sacramenta, & per hæc potest colligi de decima omnium animalium.

Cui ecclesiæ soluantur decimæ de lacte, caseo, butyro, & lana. Quæst. CXCVIII.

QVAERETVR cui ecclesiæ soluantur decimę de lacte, caseo, & butyro, & lana.

Dicendum putant quidam, ꝙ cum ista sint fructus animalium, cui datur decima de animalibus dabitur decima de istis.

Sed in speciali dicendum de singulis, & primo de lana, quòd de illa debetur decima tam de iure diuino quam humano, vt ostensum est supra. Cui autem sit

A danda decima de lana videbatur dicendum, ꝙ ecclesiæ, vel ecclesijs, cui vel quibus datur decima de animalibus, quorum sunt lanæ. Sed dicendum videtur, ꝙ decima de lana magis est prædialis, quam de animalibus, quia animalia sępe tondenẽ, & ideo videtur, ꝙ vbi creuit lana illa, & tõdetur, debeatur decima de illa. Et tamen, neque hoc est præcisum cum eadẽ tõsio lanæ non tota crescat in vno loco: vnde consuetudini stabitur circa diuisionem decimæ, vel ꝙ tota tribuatur vni parochiæ illarum.

De lacte autem, & caseo decimę debentur, vt ostẽsum est supra. & videtur, ꝙ adhuc istæ sint magis prędiales quam de lana, quia lac quotidie crescit, & quotidie mulgetur. Caseus quoque quotidie fit. Et ha-
B bentur hæc ex quotidiano nutrimento, ideo vidẽtur esse quasi quidam fructus collecti ex terra illa, in qua pascũtur quotidie pecora, licet sint fructus pecorum, & ob hoc pertinere videntur ad prædiales decimas, & dabuntur parochiæ, in qua tunc pascuntur pecora, nisi fiat hoc in transitu, quia tunc, neque pecora, neque pastores censentur esse intra aliquam parochiã, & hoc nisi aliud habeat consuetudo. De hoc supra.

De butyro autem dicendum, ꝙ aut fit de lacte, aut de pinguedine animalis. Si de lacte, daẽ de eo alia decima quam de animali, & caseo, & lacte. Si autẽ fit de pinguedine quorumcunque animalium, non datur decima de illo, neque prædialis, neque personalis. Ratio differentiæ ostensa est supra. Cum autem de butyro datur decima, debet dari, sicut de lacte, & iudica-
C tur prædialis potius quam personalis, nisi aliud faciat consuetudo, & ideo vbi exprimitur butyrum, decima soluetur.

Cui ecclesiæ dabuntur decimæ de fœno, & palea, & locis pascuorum. Quæst. CXCIX.

QVAERETVR cui ecclesiæ dabuntur decimę de feno, & palea, & locis pascuorum.

Dicendum, ꝙ de fęno, siue in agro comedatur, siue colligatur, & recondatur ad nutrimenta pecorum soluenda est decima. extra de de-
D cimis cap. peruenit. & est decima pure prædialis, quia est fructus agri: maxime quia sine labore humano nascitur, neque seminatur, ideo dabitur ecclesiæ in cuius territorio colligitur, sicut decimæ de frugibus. immo & à fortiori cum circa fruges apponatur labor multiplex, & humana industria, quæ non apponuntur circa fenum.

De paleis autem, de quibus excutiuntur grana frugũ, siue terantur, siue integre maneant, an decimæ dẽtur. dicendũ quod ex rigore iuris videbatur de eis decima danda, & tamen non soluitur propter aliquas rationes, quæ ponuntur supra. & tamen si alicubi de ea daretur decima, erat danda ecclesię, in cuius territorio est prædium, quia est pure prædialis, sicut decima de frugibus.

De pascuis, idest de pratis, & alijs locis herbosis, vbi
E pascuntur pecora debentur decimę extra de decimis ca. commissum, & hoc siue sint pascua publica, siue priuatorum, & quomodo soluantur, dictum est supra Cui autem ecclesiæ debeantur, dicendum ꝙ non est dubium, quin ei, in cuius parochiali sunt pascua, quia ista est decima pure prædialis, sicut de frugibus, vt dicebatur supra de feno.

Cui ecclesiæ decimæ de melle, & cera dentur. Quæst. CC.

QVAERETVR, an ecclesiæ dentur decimæ de melle, & cera.

Dicẽdum, ꝙ de his decimæ dantur extra de deci. c.

nuncios.

nuncios. aliquibus autem videtur, ꝙ sit decima prædialis de his, & danda ecclesiæ, in cuius territorio sunt apes eo, ꝙ pascuntur de herbis, & floribus.

Sed dicendum, ꝙ est decima personalis, & dabitur ecclesiæ, in cuius parochia moratur dominus apum, quia licet apes naturaliter forment ceram, & mel, tamen homo per industriam capit eas, & includit in alueario. Etiam quia apes non manent semper in eodē loco, sed mutantur aluearia earum, in quibusdam regionibus, vt dictum est supra.

Cui ecclesiæ dentur decimæ de molendinis, aurifodinis, cæsione arborum, & de piscarijs &c. Quæst. CCI.

QVAERETVR, cui ecclesiæ dentur decimæ de molendinis, piscarijs, aurifodinis, & quibuscūque minerijs, de cęsione arborum, de pensionibus domorum, & agrorum, & aliarum rerum, & de similibus.

Dicendum primo, ꝙ de molendinis debetur decima, & hoc siue sit in aqua, vt extra de deci. ca. peruenit, & cap. pastoralis. siue sit molendinum ad ventum eod. ti. c. ex transmissa.

Aliqui volunt, ꝙ de his sit decima prædialis, quia sunt possessiones immobiles. Sed dicendum, ꝙ tam de molendino, idest in aqua quam ad ventum debētur decimæ pure personales, quia ista considerantur, vt lucra, & non, vt prædia, ad quod sunt multæ rationes positæ supra. & à fortiori si sit molendinū, quod manu hominum trahitur, vel opere bestiarum, quia in hoc nihil est, nisi labor, & industria, quæ sunt proprie personalia, ideo parochiæ in qua habitat dominus molendini, dabuntur decimæ.

De piscarijs dicendum, ꝙ etiam soluuntur decimæ extra de deci. c. peruenit. Sed considerandum, quòd aut vocamus piscariam ipsam piscationem, quæ fit in fluminibus, aut loca quædam constructa in fluminibus, vbi pisces faciliter capiantur. Accipiendo primo modo dictum est supra. Accipiendo secundo modo dicendum putant quidam esse prędiales decimas, quia in certo loco habentur.

Sed dicendum, ꝙ aut accipitur piscaria pro fluuio priuato, in quo non licet piscari, nisi domino fluuij. Vel pro certa parte fluminis publici, quæ pertinet ad priuatos. Vel accipitur pro quibusdam caueis de lapidibus factis, vbi pisces congregantur, absconduntur, & capiuntur.

Accipiendo primo modo videtur esse reditus piscariæ pure prædialis, quia de prædio habetur fructus ille sine aliquo labore, & industria, ideo talis reditus decimandus est ecclesiæ, intra cuius parochiæ limites consistit fluuius, vel stagnum.

Accipiendo secūdo modo videtur mixta decima, quia partim venit de prædio, & partim ex industria humana. De hoc magis dictum est supra.

De furnis quoque datur interdum decima, s. quādo reditus aliquos habent, vt si pro pecunia permittantur ibi coquentes coquere, sed de furnis, in quibus gratis quisque coquit nullę decimæ debētur. Sed dicendum, ꝙ quando debentur decimę, illę sunt personales, quia sunt de artificio, & labore, & nō de prædio. Nam clibanus artificium est, & dominus eius apponit ligna, & curam habet illius, ideo tota pēsio de furno proueniens est personalis, & datur decima parochiæ in qua habitat dominus furni, & non vbi est furnus. De balneis quoque, idest de balneorum reditibus decimæ sunt soluendæ, quando aliquid recipitur ab eis, qui balneantur, vt dictum est supra.

De furnis decimæ sunt psonales

Balneū duplex.

Sed cui ecclesię detur decima, dicendum ꝙ aut est balneum artificiale, aut naturale. Si artificiale est lu-

F crum personale, & decima personalis, cum ex solo labore industria, & impēsis domini balnei proueniant reditus, & dantur ecclesiæ vbi recipit sacramenta, & non vbi est balneum. Si naturale interdum dominus præstat ministeria aliqua circa eos, qui balneātur, aut dat aliquas impensas, aut nihil horum facit. Si primo modo decimæ sunt mixtæ inter prædialem, & personalem. Si secundo modo videntur pure prædiales.

De aurifodinis, argentifodinis, lapidicinis, & omnibus minerijs dantur decimæ, quando dominus earum pro pecunia permittit ista erui de fundo, aliàs non, vt dictum est supra.

G Cui ecclesiæ dentur decimę dicendum, ꝙ illi in cuius territorio prædictę minerię sitę sunt, quia illę sunt in fundo aliquo, vel prædio, & de prædio dantur prædiales. & maxime, quia fundus ista habet, & labor, & industria humana nihil ad hoc confert.

De nemoribus quoque, & siluis decimæ debētur, sed quia multa sunt ibi, s. herba, & ligna de omnibus dantur decimæ. Nam pro herba, siue tradat eam dominus pecoribus suis, siue alijs concedat pro pecunia depascenda dabitur decima. Secus si gratis concesserit, quia tunc dominus pecorum soluit decimam, vt magis dictum est supra.

De lignis quoque debetur decima cum permittit pro pecunia cędi ligna.

H De vtroque dicendum, quòd est decima prædialis, quia de prædio proueniunt hi reditus, & dantur ecclesiæ, vbi hi montes, & syluæ sunt.

De omnibus quoque pensionibus dandæ sunt decimæ, vt de pensionibus, vel reditibus locatarum domorum, & de agro locato, aut quolibet fundo. De pensionibus tamen domorum dicendum, ꝙ sunt decimæ personales, & dantur ecclesiæ vbi moratur dominus, & non vbi est domus locata, licet aliqui velint esse istam decimam mixtam, quia tamen lucrum est melius, videtur dicendum, quòd sit personalis.

De pensionibus agrorū, vt siquis tradat alteri terras suas, vt in eis seminet, vel vineas suas, vt eas colat, & fructus recipiat dato precio, debet dari decima de hac pensione. Et sic dantur tunc duę decimę de agro, vna de totis fructibus à colono, alia vero de precio, vel pensione. De prima manifestū est, ꝙ est pure prædialis, & datur ecclesiæ in cuius territorio est fundus situs. De secunda putant quidam, ꝙ sit prædialis, quia datur de predio. Et tamen non videtur esse verū, quia nō est possibile de eadem re esse simul duas decimas prędiales, sed melius videtur, ꝙ sit decima personalis. Et ratio est, quia prima decima est proprie de frugibus agri, & illa est prædialis. Secunda nō est de agro, sed de persona, quia colonus dedit domino pensionē illam eo anno pro iure, quod dominus habet in fundo eo tempore, & tamen hoc ius est personale, ideo decimæ inde surgentes sunt personales, & ideo dantur ecclesiæ in cuius parochia habitat dominus fundi, & non vbi est fundus situs.

Locatario agrorum duæ dantur decimæ.

I

K Similiter si aliquis habeat in aliquo loco constituta vectigalia, guidagia, pedagia, & quascunque angarias, vel impositiones, de quibus proueniat lucrū, debetur inde decima, quia de omni licitè acquisito debet solui decima extra de deci. cap. ex transmissa. Sed istæ sunt decimæ personales, quia omnia sunt iura personalia, & non fructus alicuius fundi. Cætera autem quasi lucra sunt pure personalia, vt artificium, militia negociatio, auocatio, doctrina, & huiusmodi, de quibus omnibus decima datur, vt ostensum est supra. sed datur ecclesiæ in qua percipiuntur sacramenta.

De omni licite acquisito debet solui decima.

Cui

Cui ecclesiæ colonus, qui pro aliquo dato colit agros, soluat decimam de eo, quod percipit. Quæst. CCII.

A QVAERETVR de colono qui pro aliquo dato colit agros, cui ecclesię soluat decimam de eo, quod percipit.

Dicendum, quòd large accipiẽdo colonum, vocamus interdum eum colonum, qui seruit alicui pro precio ad colendum agros. Interdum accipitur pro pensionario, qui dat precium aliquod, vt pmittatur colere agros alienos, & colligere fructus eorum, & iste conductor est. Accipiendo primo modo dicendum, quòd aut accipit pecuniam, aut fructus aliquos agrorum. Si pecuniam manifestum est, quòd est decima purè personalis, & debet dari illi ecclesiæ in qua audiunt isti diuina, & recipiunt sacramẽta eo tempore, quo faciunt hæc seruitia, nisi esset seruitiũ tam pauci temporis, quod non sortiretur specialem parochiam, vel domicilium eo tẽpore, vt si per hebdomadam, vel duas esset hoc seruitium, & lucrum. Nam tunc soluetur decima illi ecclesiæ vbi aliàs iste est parochianus, & nõ in loco in quo lucratus est hæc.

Colon' recipit partẽ fructuũ dupliciter.

Si autem recipit partem fructuum, fiet dupliciter, quia aut recipit partem non certam, vt tertiam, vel quartam omnium fructuum, vel recipit rem certam, quæ non est pars determinata fructuum, vt si duas, vel tres mensuras recipiat, siue fructus multi sint, siue pauci. Si primo modo tenetur quilibet decimare pro parte sua, & vterque dabit decimam ecclesiæ, in cuius territorio est fundus, quia vterque dat decimã prædialem. Si secundo modo dominus dabit decimam de omnibus fructibus, & postea dabit illas duas mẽsuras, vel tres colono, & ipse decimabit rursus has mensuras, & tamen decima domini est prædialis, & datur ecclesiæ in cuius parochia est fundus. Decima coloni est personalis, quia est de labore suo, & est lucrum, ideo non datur ecclesiæ in cuius parochia est fundus, sed ei in qua colonus recipit sacramenta.

Si accipiatur colonus pro pensionario, dicendum quòd aut dat domino agri pecuniam in pensionem, aut fructus: si pecuniam est decima personalis, vt dictum est præcedenti quæst. si fructus distinguendum, sicut supra. s. aut dat certam partẽ acerui, vt tertiam, vel quartam, vel non certam, vt duos, vel tres corbes, & de vtroque patet qualiter decima sit, & cui ecclesiæ danda.

In qua parochia soluentur decimæ arborum, vel plantarum, vel olerum, quod seminatur in vna, & in alia transplantatur. Quæst. CCIII.

SOLET queri de decima arboris, vel plantæ, aut oleris, quod plantatur, siue seminatur in vna parochia, & transplantatur ad aliam, in qua soluentur decimæ. Dicendum, ꝙ vbicunque soluatur est semper prędialis, quia ratione prędij in quo nascitur, vel transplantatur dat ecclesiæ illius fundi decimam.

Sed dicendum, quòd in arboribus nõ stat istud dubium, quia de arboribus nõ datur decima, sed de fructibus arborum, & ideo vbicunque fuerit arbor quãdo fructus emittit soluet decima. Secus de oleribus, vt de caulibus, porris cucumeribus, & peponibus. Nã non producunt fructus, sed ipsa sunt fructus, quæ comeduntur, & ideo stat dubium, si porrum, vel aliud olus plantatur, idest seminatur in vna parochia, & cum natum fuerit transplantatur in aliam, vbi soluentur decimæ de his.

Dicendum, ꝙ in porro, & quolibet olere duo considerantur, vnum est ipsa substantia porri, vel oleris, quæ sumitur in cibum, aliud est semen, quod nascitur in olere, quando completum est, si tam diu permittatur, & de vtroque decima danda est.

De secundo, idest de semine dicẽdum planum esse, quòd in parochia illa soluetur decima, in qua trãsponitur porrum, vel olus, eo ꝙ non nascitur semen quousque olus sit valde maturum, & nascitur in loco transplan. De primo, idest de substãtia porri est dubium, eo ꝙ illa vtrobique fuit tam in prima parochia quam secunda. Sed dicendum, ꝙ debent solui integræ decimæ in secunda parochia, & non in prima, quia a secunda acceperunt olera illa incrementum, & perfectionem, & nõ erant plantata in prima ad ibi manendum, sed vt transferrentur ad alium locum, in quo reciperent incrementum, dicitur tamen, ꝙ primæ ecclesiæ, in cuius parochia nata sunt olera, dabitur
B æstimatio secundum id, quod ibi olera proferunt, disputant hanc quæstionem latè Io. An. in Mercuriali in regula iuris, quæ prior, & communiter tangunt doc. in cap. cum non sit. extra de decimis.

Quomodo decimæ sine diminutione conferantur. Quæst. CCIIII.

QVAERETVR nunc de decimis qualiter sine diminutione conferantur. Nam sæpe iubetur, quòd decimæ dentur integrè, vel sine diminutione, vt extra de decimis cap. commissum. & cap. peruenit cum similibus.

Sciendum autem, quòd multas diminutiones circa decimas praui homines faciebant. Vna erat, quòd
C de aceruo non decimato frugum soluebant prius debita mercenariorum totius anni, & dabant colonis partem suam, & tũc quod relinquebatur eis decimabant. extra de decimis ca. cum homines. Et faciebant hoc quasi vellent deducere expensas factas circa fructus, & quod manebat erat fructus. sed hoc vetant iura fieri eodem capit. nam totus aceruus decimari debet, deinde soluat debita quibus voluerit dominus fructuum.

Multas penes decimas praui homines diminutiones faciebant.

Secunda diminutio erat, quia quidam obligati ad soluenda tributa dominis de certa, vel incerta parte
D frugum soluebant prius tributa. Etiam soluebant cẽsus, idest si ager non erat ipsius, & pro eo dabant partem quandam fructuum prius soluebant tributa, & census de non decimato aceruo, deinde residuum eis decimabant quod iura fieri vetant. eod. titu. cap. cum non sit. Et si soluta fuerint tributa, & census ante decimationem, tenẽtur isti ad quos prędictę partes perueniunt decimare eas, quia res trãsit cum onere suo. eod. capit. & tamen tunc esset de parte illa duplex decima danda, vna prædialis, & alia personalis, quia vna est tanquam de fructibus, & alia tanquam de lucro, vt infra dicetur.

Tertia diminutio erat, quia quidam de aceruo subtrahebant quantitatem seminis iacti in terram, & residuum decimabant, non computando semen in fructu. extra de decimis cap. tua nobis. Et ibi Papa osten-
E dit iniustè istos agere, quia non debet Deus esse deterioris conditionis quam domini temporales, sed si illis dentur tributa de agris non detrahitur semen, neque sumptus, ideo neque in solutione, quæ Deo fit. Est casus, vt si dominus agrorum concederet eos rustico colendos, vt daret ei semper tertiam, vel quartã partem fructuum, manifestum est, quòd tunc nõ deduceret rusticus, siue colonus semen, neque expensas de aceruo frugũ, vt de residuo soluat domino tertiam, vel quartam suam, sed de toto aceruo non diminuto dat hanc partem, ita ergo debet dari Deo non subtracto semine, neque expensis, & est conueniens ratio eod. cap.

Moue-

Mouebantur autem isti, quia de fructibus dant decimas, & non putant esse fructus, nisi deducatur id, quod præsuppositũ fuit, s. semen, de quo fructus proueniunt, sicut in negociatione non iudicatur lucrum, nisi id, quod manet deducto capitali, vel peculio principali. Sed dicendum, quòd isti decipiebantur, quia aliud est fructus aliud est lucrum. fructus est quicquid in agro nascitur, & colligitur. lucrum autem est quicquid peruenit ex re detracta ipsa re, & expensis circa eam factis, vt in negociationibus. Sed decimæ prædiales non dantur, vt de lucro, sed vt de fructibus, sed quia quicquid de agro colligitur fructus est, necesse est, vt non deducto semine dentur decimæ de toto aceruo fructuum eod. capit. tua nobis, neque est ratio subtrahere semen, sicut in negociatione capitale, eo ꝙ in negociatione capitale manet in potestate hominis, & non perit, sed per hominis industriã ex eo prouenit lucrum. In fructibus agrorum secus est, quia semen in terram iacitur, & moritur, atque putrefit, & ideo cum semel perierit, non est in potestate nostra, sed Dei, vt aliquid inde nascatur, qua propter quidquid inde nascitur fructum iudicare debemus, eo ꝙ semen iam perierat, & erat quasi nullum semen iactum fuisset. Et ista ratio ponitur extra de decimis ca. cum non sit in homine.

Quid lucrum sit.

Quarta diminutio erat, quia aliqui partem decimarum dabant capellis suis, vel in vsus pauperum, & reliqua quantum volebant dabant ecclesiæ cui debitum erat eod. titu. cap. tua nobis. Sed ibi vetatur, quia decimæ pertinent ad solum Deum, quia illas sibi reseruauit in signũ vniuersalis dominij, & tradidit eas ministris ecclesiæ pro cultu, & ministerio, quod ei impendunt, & sic efficiũtur illi domini decimarum, sed non licet alicui, quod alterius est dare alteri sine domini voluntate, ideo non licebat laicis quicquam de decimis dare capellis, vel pauperibus sine ministrorũ ecclesiæ voluntate eod. cap.

Quinta diminutio est quæ potius vocat̃ totalis defraudatio, s. quòd quidam laici vitam clericorum tam abominabilem considerantes eis decimas dare nolebant eod. cap. tua nobis. sed vetatur ibi hoc, quia prętextu nequitiæ clericorum non sunt eis decimæ subtrahẽdæ, cum nulli subtrahatur debitum propter nequitiam eod. ca. & ideo tam malis quam bonis decimæ dantur, licet de hoc dictum est supra.

Sexta diminutio erat in partibus domini, & coloni, quia si vnus decimabat fructus, nõ decimabat eos alius, & tamen vterque decimare debet eod. titu. cap. tua nobis, s. sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturæ, sic & dominus de portione, quam percipit ratione terræ decimam reddere sine diminutione tenetur.

Dicẽdum autem, quòd potest hoc fieri dupliciter. Vno modo, quòd recipiat colonus agros conductos à domino, & pro hoc det certam portionem fructuũ, & iste magis vocatur pensionarius quam colonus, nisi quia terram colit. Alio modo, quòd dominus fundi det rustico boues, & semen, & agros, & percipiat dominus certam portionem fructuum, & rusticus aliam. Vel vt interdum fit, quòd dominus colat, vel coli faciat agros, & seminari, & postea fruges maturas tradat alicui colligendas, & percipiat inde dominus certam portionem, & rusticus certam. Quocunquẽ enim istorum modorum fiat, non differt, sed solum differt in modo partium, quæ proueniunt colonis, & dominis, vel pẽsionarijs & dominis, & pensionarius, vel dominus, & rusticus conueniãt, quòd vnus habeat tertiam partem, & alius residuum, neuter tenetur decimare de toto, sed quilibet de sua, s. vnus de tertia alius de duabus tertijs, si autẽ non conueniant

F sic, sed quòd pensionarius det duos corbes, vel mensuras domino, vel dominus rustico, & reliquum sibi retineat quantumcunque illud sit, tenetur is, ad quẽ pertinet totus ager decimare totum aceruum, scilicet pensionarius, vel dominus, & postea dabit pensionarius domino, vel dominus rustico prædictos duos corbes iam decimatos, & tamen de illis tenetur decimam dare is, ad quem perueniunt, vt in allegato cap. tua nobis. in glo. Et soluuntur tunc duæ decimæ de parte eius, qui duos corbes recipit, scilicet, quia primo decimati sunt in toto aceruo, deinde decimat eos is, ad quem perueniunt.

Ratio autem differentię in his videtur esse, quia in
G primo modo, idest quando vnus accipit tertiam, & alius residuum, vterque recipit nomine lucri. Et patet hoc, quia in primo casu vterque se exponit periculo, si pauci fructus proueniant, cum vnus non sit habiturus, nisi tertiam, & alius residuum, & ideo vterque expectat commoda, vel incommoda agri, & sic tanquam prædialem decimam vterque soluere debet, & quilibet soluet pro parte sua. In secundo casu vnus tantum expectat commoda, vel incommoda agri, cum totum percepturus sit, alius vel nihil expectat de agro, sed totum accepturus est ab eo, cuius sunt fructus agri, & nihil plus, tã existentibus paucis quam multis fructibus, immo & si non sint aliqui fructus in agro necesse est, vt det illos corbes, pro-
H pter quod ille, ad quem spectant toti fructus, dat totam decimam de aceruo integro, & deinde dat illos duos corbes alteri, & de his iam data est decima prædialis. Vnde qui recipit illos, non dabit de illis, nisi personalem velut de lucro.

Considerandum autem, quòd vtroque modo idẽ bis decimatur, scilicet pars illa, quæ datur, siue sit certa pars fructuum, siue non, vt si pensionarius det domino agri tertiam partem fructuum agri, vel det ei determinatè duos corbes, semper decimabitur bis pars domini. Nam si accipiat tertiam, vel quartam omnium fructuum, soluet de ea suam decimam prędialem, sicut pensionarius de partibus sibi residuis. Et iste est casus in allegato capitulo tua nobis. Nam pensionarius non soluit tunc de toto aceruo, sed so-
I lum de parte sibi proueniente, eo quòd fructus agri ita directè, & immediatè sunt debiti domino quantum ad suam tertiam, vel quartam, sicut pensionario quantum ad reliquas partes, & ideo cum vnus non recipiat ab alio, sed quilibet immediatè de aceruo, non soluet vnus pro alio, sed quilibet decimabit partem suam. Tunc verò decimam dat dominus prędialem de illa tertia, vel quarta sua, & dat eam ecclesiæ, in cuius parochia sunt fundi.

Rursus verò dabit de eisdem fructibus aliam decimam personalem, quia lucrum est quidquid ipse recipit, cum pro iure quod habet in fundo dat ei pensionarius hanc partem fructuum, iura autem domi-
K nij personalia sunt, ideo decimæ ex eis prouenientes sunt personales, & hanc secundam decimam non dabit ecclesiæ, in cuius territorio est fundus, sed illi, in qua ipse dominus fundi percipit sacramenta. Nec est mirandum, quòd ex eadem re bis decima detur, cum competat duplici iure, vt sicut si alicui pro doctrina in mercedem eius, vel aduocationis darentur integri fructus vnius fundi pendentes in fundo, & ipse eos colligat, manifestum est, quòd inde debetur duplex decima: nam ratione fundi debetur vna decima, quæ est prædialis, & datur ecclesię, in cuius parochia est fundus. Rursus quia isti fructus dantur huic pro doctrina, vel aduocatione. Et de vtraque debetur decima personalis. extra, de decimis capitul. ex transmissa. Dabitur de his fructibus

bus decima personalis, quæ dabitur ecclesiæ, in qua aduocatus, vel doctor recipit sacramenta, & non ecclesiæ fundi. Ita tenent doct. iuristæ concordare iuri, & æquitati, nisi consuetudo habeat contrarium, quia illa faciet, quòd semel decimetur. Et tamē si bis decimetur, non oportet in secunda vice decimari integrè, sicut in prima, quia cum sit personalis, & decimetur, vt lucrum, poterunt inde deduci expensæ, si est res, in qua expensæ fiant, vt extra de deci. capitul. pastoralis. De hoc Innocen. & Hostiens. & post eos Henricus capitul. peruenit. Si autem pensionarius daret domino duos, vel tres corbes, & acciperet omnes fructus, decimabitur bis pars domini: nam cum ad pensionarium pertineant omnes fructus, ipse decimabit eos, ad dominum autem nulla pars fructuū agrorum illorum pertinet, quia si voluerit pensionarius dare illos duos corbes de alijs agris non pensionatis, dabit. Et si nihil sit in agris pensionatis, nihilominus tenetur pensionarius ad præstandum illos duos corbes. Nullam ergo actionem habet dominus aduersus fructus fundi pensionati, sed aduersus pensionarium. Vnde est actio personalis, & consequenter totum ius fructuum pertinet ad pensionarium, sed is, cuius fructus sunt, tenetur decimare eos, ergo tenetur pensionarius integram decimam de his dare. Et est tota ista decima prædialis, quæ datur ecclesiæ, vbi sunt prædia. Cum verò duos corbes dederit pensionarius domino de his fructibus dat illos iam decimatos decima prædiali, propter quod dominus non dabit iam decimam quasi prædialem de illis, sed dabit personalem cum isti duo corbes proueniāt ei, vt lucrum, & de omni lucro datur decima personalis de deci. capitu. ex transmissa. Et dabitur ista decima non ecclesię fundi, sed illi, in qua dominus recipit sacramenta. Et non est differentia aliqua in his quantum ad solutionem duarum decimarū, nisi quia in primo casu soluit dominus bis illam decimam, idest vnam prędialem, & aliam personalem. In secundo soluit vnam de illis tantum dominus, scilicet personalem, quia prædialem quæ prior erat iam soluit pensionarius de eisdem fructibus. Similiter autem si comparemus dominum, & colonum, quia non possunt esse inter eos, nisi duo modi præcedentes, & ideo erit idem ius, quod inter pensionarium, & dominum fundi, cum sit idem omnino in ratione.

Sed obijciunt quidam, quia dicit Hostiens. extra de deci. §. à quibus. quia nihil differt quota debeatur, an quarta, vt quidam dicunt, sed vtrum ante solutionem factam soluatur pensio, in quo dicit trāsire rem cum onere suo eodem titu §. pastoralis, scilicet, quòd ab illo, ad quem transit fructus indecimatus petetur decima. Si autem post decimationem factam soluatur pensio domino, non tenetur dominus decimare.

Sed dicendum, quòd vera est positio Host. quantum ad decimam prędialem, quia in ea non est attendendum, nisi an ante decimationem soluta fuit pensio, vel non, eo quòd non est idem bis decimandum decima prædiali, & non debet manere aliqua pars indecimata, vt si pensionarius dat domino tertiam fructuum partem relictis sibi duabus, & totus aceruus fructuum erat triginta corbium, si dederit decimam de toto aceruo, non tenetur postea dominus fundi decimare, & tamen dabit pensionarius domino solum nouem corbes, eo quòd decimauit partem eius. Si autem pensionarius dedit decimam de parte sua, idest de viginti corbibus, tenetur dominus dare de suo: quia solutio pensionis fuit facta ante decimationem. Idem autem est, si dat quartam, & non

A quotam, vt si det pensionarius tres corbes domino ad omnem euentum, & det decimam de toto aceruo, non tenebitur dominus fundi ad decimam. Si verò subtraxit pensionarius illos tres corbes prius de aceruo, & de reliquo soluit decimam, manent illi indecimati, & de illis tenetur dominus dare decimam, quia transiuit res cum onere suo. Et sic intelligitur capitul. cum non sit in homine. extra de decimis. Et hoc totum est quantum ad decimam prædialem: nam quantum ad personalem semper manet, quòd dominus recipiēs à pensionario tres corbes decimatos decima prædiali decimabit eos decima personali, & si accepit eos non decimatos à pensionario, dabit duas decimas, vnam prædialem, quæ competit ex
B allegato capitu. cum non sit in homine, & aliam personalem ex capit. ex transmissa.

An expensæ subtrahendæ sint à decimante. Quæst. CCV.

Quæreretur, circa expensas, an subtrahendæ sunt a decimante.

Dicendum, quòd aut quæritur in prædialibus, aut personalibus. Si in prædialibus nunquam sunt expensæ subtrahendæ, & ideo extra de deci. capitul. cum homines, & tua nobis arguuntur illi, qui prius soluebant debita totius anni mercenariorum, & de residuo dabant decimam.
C Et ratio est, quia expensę ad habendum fructus non deducuntur eodem titu. cap. pastoralis.

Si quæratur de personalibus dicendum, quòd ista quæstio haberet locum si personales integrè soluerentur, sicut prædiales, & tamen consuetudo, quę magnum locum habet circa personales, interpretatur quantum soluatur. Sed dato, quòd illæ integrę soluerentur, haberet locum quęstio.

Et dicendum, quòd decimæ personales dantur de lucro, & ideo lucrum est dupliciter. Vno modo ex negociatione, vt emendo aliquid pro minori precio, quod postea carius vendet, vt lucrum fiat. Lucrū est dupliciter.
D Alio modo habendo rem, de qua fructus proueniant non tamen prædiales, vt pensio de furno, & molendino, piscaria, & domo, atque balneo. Circa negociationem sunt subtrahendæ expensæ, vt si quis vendat domum, agrum, vel bouem pro ducentis, non datur decima de illis ducentis, sed subtrahitur quidquid constitit eo, quòd expensę illę fuerunt factæ de pecunia decimata, & residuum est lucrum, & de illo fit decima personalis.

Accipiendo secundo modo sunt duplices expensæ, quædam ad habendum fructus, aliæ ad restaurandum detrimentum rei, sicut in clibano, molendino, & balneo. Nam ad percipiendum fructus aliquos de molendino, idest, vt molere possit, oportet aliquid expendere, & ita in balneo, & furno, & de istis expensis dicitur, quòd non subtrahuntur, vt Expensæ sunt duplices.
E in allegato capitul. pastoralis. Et datur ibi ratio, scilicet, quia fructus manent apud dominum, exceptis decimis, & ita fit in decimis prædialibus, vt dictum est.

Aliæ sunt expensæ ad restaurandum, vt si clibanus perijt, aut deterioratus est. Et idem de domo, aut piscaria, vel balneo, quę oportet refici, non quidem ad percipiendum fructus, sed ad posse percipere, quia expensæ ad percipiendum fructus sunt aliæ, & fiunt post restaurationem, aut refectionem rei. Et de his etiam dicitur in allegato capitul. pastoralis, quòd non subtrahuntur, vt si vinea, vel portio mercis pereat,

pereat, aut deterioretur, aut pars armenti moriatur, vel totus clibanus destruatur. Et datur ibi causa, scilicet, quia res deteriorata si restauretur penes dominũ manet restaurata, & ideo cum vtilitas ad dominum pertineat, non est detrahenda impensa. Et sic colligitur, ꝙ in decimis nunquam videntur expensę detrahendæ nisi in negociatione, vt dictum est.

An rusticus colligens fructus, debeat portare decimam ad horreum. Quæst. CCVI.

QVAERETVR vtrum rusticus colligẽs fructus debeat portare decimam ad horreum, vel torcular, siue domum decimatoris, vel tenetur, decimator ire ad agrum, vt ibi fructus recipiat.

Aliqui dicũt, ꝙ tenetur rusticus illuc portare, quia dicitur Mala. 3. & 16 q. 1. ca. reuertimini. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea.

Item quia sic obseruatur in annona, & tributa, & publica functione temporali, quantumcunque enim locus distet obligatur quisque illuc deferre. C. de annonis & tribu. l. omnes & l. pro locis. & l. nemo libro 10. ideo multo fortius videtur obseruandum in decimis, quæ sunt spiritualia tributa. 16. q. 1. c. decimæ. Nã expresse dicitur. extra de decimis. ca. tua nobis, quòd decimæ fauorabiliores esse debẽt quam tributa temporalia, eo quòd sunt tributa Deo debita, & magis deferendum est Deo, & cauendum lędere æternam, quam temporalem maiestatem, extra de hære. capit. vergentis.

In contrariũ videtur, ꝙ ad decimatorem pertineat ista portare, nam ex eo ꝙ fructus maturi sunt, pertinet dominium decimæ ad ecclesiam. Et maximè quando collecti sunt, vt tenent omnes Doctores Iuristæ, ideo iam nihil rusticus tenebitur super eis agere, sed ad decimatorem pertinebit, eos asportare, & seruare.

Dicendum, quòd cum de his nihil determinatum iura statuerunt, standum est consuetudinibus singularum ecclesiarũ, quia consuetudo in his est lex, cum non habeatur lex scripta, & ideo siue in agro relinquantur fructus collecti, siue ad domum portari debeant, totum stat in consuetudine regionis.

Ad rationem primam dicendum, ꝙ non est sensus, ꝙ omnes decimę deducerentur in templum domini tam in vino quam grano, & ꝙ esset ibi horreum vel horrea multa, in quibus seruarentur. Primò quia manifestum est, quòd non poterant portari de toto Israel in vnum locum, & potissimè de extremitatibus terræ Iudæorum.

Secundò quia Deute. 12. c. dicitur de decima secunda, quam comedere debebant laici coram domino in loco sanctuarij, quòd portarent eam in templo, & si non possent propter distãtiam, conuerterent eam in pecuniam, & ibi emerẽt ex pecunia illa quidquid desideraret anima eorum ad cibum. Ergo a fortiori decimas primas, & maiores, quæ debebantur leuitis nõ portarent in templum in Ierusalem, quod quidẽ non fuisset difficultas, si in quolibet loco esset vna ecclesia, vel multæ sicut nunc, erat tamen vnicũ templum in tota terra Iudæorum, ad quod deduci omnes decimas vini & grani, manifestum est quanta difficultas, & inutilitas esset.

Tertiò, quia non conueniret hoc leuitis percipientibus decimas, nam nullam sustentationem habebãt, vt patet Deuteron. 18. & Nume. 18. ideo datę sunt eis decimæ, & non erant omnes leuitæ in loco sanctua-
F rij, sed habitabant dispersi per totum Israel in ciuitatibus suis, quia Deus iusserat illis dari ad manendum vrbes quadraginta & octo, Nume. trigesimoquinto, ca. & Iosue. vigesimoprimo. Et dum manerent in his oppidis, erat eis necessarius cibus, ideo non proderãt eis decimæ, quæ reciperentur in templo domini, nam de leuitis pauci erant seruiẽtes in templo, nam erant distincti per officia & partes & seruiebant per vices in templo, primo Parali. vigesimoquinto, & vigesimosexto, & 2. Paral. 24. & ideo non ponerentur omnes decimæ in templo domini.

Quartò, quia Deus præcepit, quòd leuitę comederent decimas istas per omnia loca sua, Numero 18. cap. ideo in singulis locis suis recipiebant eas, & sic
G neque erat eis difficultas, neque laicis in portando decimas.

De horreo autẽ & portatione decimarum in templum dicendum, quòd fuit aliquid speciale tempore Ezechiæ regis, vt patet. 2. Parali. 31. c. An verò postea cõtinuatum fuerit, & antea sic esset, & an omnes decimæ deducerentur in templum, declarabitur magis. eo. c. vel Mala. 3. c.

Aliter potest dici, quòd etiam si in veteri testamẽto portarentur omnes decimæ in templum, non obligarentur laici portare eas nunc ad ecclesiam, vel ad domum decimatoris, quia non soluuntur nunc decimę ex obligatione mandatorum veteris testamenti,
H sed ex noua ecclesiæ institutione, vt ostensum est supra, & tamen ecclesia nõ instituit aliquid de portatione decimarum, ideo soli consuetudini standum est.

Ad secundum de annonis dicendum, ꝙ est aliqualis suasio, & tamen non inde concluditur, cum ista indigeant particulari dispositione, quia dependent ex arbitrio cõditoris iuris, sed nihil diffiniunt, ideo consuetudini relinquitur.

An de melioribus fructibus, vel deterioribus, uel mediocribus solui debeant decimæ. Quæst. CCVII.

QVAERETVR circa decimas fructuum vt grani & vini, & armentorum de qualibus solui
I debeant, an de melioribus, vel deterioribus, aut de mediocribus.

Aliqui dicunt, quòd oporteat dari de melioribus, quia expresse dicitur Nume. 18. Omnia, quæ offertis ex decimis & in donaria domini separatis, optima & electa erunt, dicesque ad eos, si præclara & meliora obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area, & torculari dederitis primitias. Ergo electa, & optima danda erant.

Item quia dicitur statim post. Et non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationem filiorum Israel, & moriamini. Ergo videtur quòd peccatum mortale erat, quòd leui-
K tæ seruarent sibi meliora, ergo tenebantur dare meliora in decimas.

Dicendum, ꝙ decimæ non sunt dandæ de meliori bus neq; de deterioribus. sed de mediocribus. Pro quo sciendum ꝙ quædam sunt, in quib. non videtur differre bonum & malum, vel differũt, in paruo, vt fructus segetum & vinearum. Quędam sũt, in quib. multum differunt, ut in pecoribus. Nam si de decẽ pecorib. datur vnum, erit aliquid vnum, ꝙ valet plusquam quatuor, & erunt quatuor, qui nõ valent vnum. Circa primum quia parua erat differentia, nõ dedit Deus legẽ. Circa sm̃ dedit legem, & quia erat occasio querelatum in electione pecorum, ꝙ de decẽ daretur dedit Deus legẽ sine calũnia, s. ꝙ oĩa pecora decimãda exigerent

Respon. ad quęstiõ tum quæstionis Notãdũ.

gerent sub virga pastoris, i. per portam strictam, per quam vnum solum transire possit, & quidquid decimo loco occurrerit sanctificaretur Domino, Leuit. 27. cap. & sic non erat contentio.

Circa primum tamen, in quo parua differentia esse videtur si bona fide agatur, nihil aliud est necessarium, sed quidquid homo dederit, satisfacit, si tamen non seruatur bona fides, potest quis dare deteriora, & præiudicabit decimatoribus. Vnde dicendum, quod nunc neque circa pecora, neque circa fructus terræ obseruatur lex vetus, sed debet obseruari bona fides, ita vt decima detur. Et tunc manifestum est, quòd neque debet dari de melioribus, neque deterioribus, sed de mediocribus, vel dare aliquid de optimis cum dando de deterioribus non esset decima, quia licet in mensura, & numero iudicaretur decima, non esset decima in valore, immo fortè non esset vicesima, aut tricesima. Si daretur de optimis esset plus quàm decima, quia decima quantum ad numerum, & mensuram esset quarta, vel quinta, quantum ad valorem. Et si quis daret taliter decimā, faceret rem super erogationem, sed non tenetur quis ad illud, dando autem de mediocribus datur decima tam in numero, & mensura, quàm etiam in valore, & hoc est conueniens. Si quis autem bonam fidem teneat, idest, non habeat animum lucrandi dando de peioribus, vt lucraretur, etiam si contingat eum dare rem minus valentem, non peccat cum interdum quoque continget dare rem magis valentem. Et hoc satis est, quia non debet fieri exactissima diligentia circa talia, & quandocunque quis bonam fidem circa hæc habuerit non intendens dare de deterioribus, dat fideliter decimam, etiam si contingat illum dare, quod deterius est. Si autem ex intentione lucrandi det deteriora, dicitur non dare fideliter decimas, idest, non bona fide. Et iste ita damnabitur, sicut non dans decimas apud Deum, & Ecclesia potest eum compellere sub sententia excommunicationis ad hoc, cum decima ad hoc, quòd soluatur, debet sine diminutione dari, vt patet ex præcedentibus. Et si tales compūgantur, oportet quòd emendent quidquid minus in valore dederunt, dando deteriora. Sic dicit Gregorius, & habetur 16. q. 7. & cap. quicunque, scilicet, Quicunque recognouerit in se, quòd fideliter non dedit decimas suas, modo emendet, quod minus fecit. Et sequitur: Quid est fideliter dare, vt neque minus peius aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut pecoribus, aut de horto, aut de negocio, aut de propria venatione.

Ad primum in contrarium posset dici vno modo, quòd illud erat mandatum in lege veteri, & ea, quæ sunt in lege veteri non obligant nunc, neque soluuntur nunc decimæ, quia imperatæ erant in lege veteri, sed quia Ecclesia illud postea fieri decreuit, vt ostensum est supra. Et quia in Nouo Testamento sine decretis Ecclesiæ non est mandatum, vt soluatur de melioribus, non est necesse offerre de optimis.

Secundo potest dici, & melius, quòd etiam si soluamus nunc decimas, sicut soluebantur in Veteri Testamento, non tenebimur dare de melioribus. Et ad illud dicendum, quòd fuit speciale in Leuitis. Pro quo sciendum, quod sicut dicitur Numeri decimooctauo cap. Totus populus soluebat decimas omnium fructuum, & illæ prouenienbant solis Leuitis de iure: Leuitæ de illis decimis dabant decimam partem summo sacerdoti. Populus autem quando dabat decimas Leuitis non obligabatur dare de optimis, sed satis erat dare de mediocribus. Leuitæ vero quando dabant summo sacerdoti, vo-

A luit Deus, quòd darent de optimis, sed nunc non manet, nisi prima decima, quæ datur immediatè ministris Ecclesiæ, & illi non dant decimam postea alijs, ideo non oportet dari nunc decimam de optimis. Et apparet hoc, quia in decima laicorum iussit Deus, quòd cum darent decimam de pecoribus quidquid decimum occurreret, daretur Domino, Leuitici vigesimoseptimo capitu. Et tamē si Deus vellet, quòd darentur decimę de melioribus, non diceret hoc, sed quòd eligerentur pecora meliora, & illa darentur: ergo non tenebantur dare laici decimas de optimis, & consequenter neque tunc tenebuntur.

B Tertio potest dici, quòd vocantur optima, vel meliora negatiuè, idest, non deteriora. Et est sensus; omnia, quæ offertis ex decimis electa erunt, idest, non peiora.

Ad secundum dicendum vno modo sicut supra, quòd cum dicitur: Si præclara, & meliora obtuleritis, &c. comparatiuus ponitur sæpe pro positiuo.

Alio modo, quòd intelligatur ad merendum, & non ad necessitatem. Quod ita etiam est in nobis, quòd si volumus decimas dare de optimis, meremur, tamen non obligamur ad hoc. Et hoc aliqualiter colligitur, quia dicitur ibi: Reputabitur vobis quasi de area, & torculari dederitis primitias. Vel dicatur, vt prius, scilicet, quòd erat speciale in deci-
C ma Leuitarum pro summo sacerdote, sed non in decimis totius populi prò Leuitis.

Ad tertium dicendū sicut in precedentibus. Potest tamen aliter dici, scilicet, non peccabitis super hoc egregia vobis, & pinguia reseruantes, idest, si reseruatis pinguia, & meliora peccabitis, neque oportet dare pinguia, & egregia, neque reseruare, quia qui dat pinguia videtur sibi reseruare deteriora, qui pinguia seruat, videtur sola deteriora dare: medium autem est, vt scilicet tam de pinguibus, quàm de deterioribus detur, vt reducatur sic totum ad quandam æqualitatem, vel mediocritatem, & tunc neque iste dicitur dare pinguia, neque reseruare, & hoc est, quod nos facere debemus, quia non est peccatum non dare optima, sed peccatum est dare de-
D teriora. Sic dicit August. decimasexta quæst. prima, cap. decimæ.

Quæ bona merentur debite decimas soluentes, & quæ mala, qui defraudantes decimas, vel non soluentes promereantur. Et quòd in quatuor bene soluentes decimas, remunerantur. Quæst. CCVIII.

QVAERETVR vltimo circa decimas, quæ bona promereantur, qui debitè decimas soluunt, & quæ mala, qui defraudant eas, vel non soluunt.

Dicendum, quòd bene soluentes remunerantur in multis. Sed quatuor exprimuntur ab Augusti-
E no. Primum est abundantia fructuum. Secundum est sanitas corporis. Tertium est remissio peccatorum. Quartum est acquisitio regni cœlorum.

De his omnibus decimasexta quæstione prima, capitu. decimæ. De primo dicit Augustinus, & de secundo, eodem capitulo, si decimam dederis non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. De tertio, & quarto dicitur eodem capitulo. Qui præmium comparare, aut indulgentiam peccatorum desiderat, reddat decimam. Hæc autem non solum dantur decimanti, sed etiam eleemosynam danti, immo ex eleemosynis traxit hęc Augustinus, & ponuntur hęc Isaiæ decimooctauo cap. scilicet, Cum videris nudum, operi eū, & carnem tuam ne despexeris, tunc erūpet

quasi mane lumen tuum. Et sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. quæ sunt quatuor prędicta; sed quia decimæ sunt tributa egentium animarum, vt Augu. dixit ꝙ ista quatuor merebatur, qui rectè eleemosynam daret.

Eos verè qui non soluunt multa mala consequuntur. Primum est præuaricatio diuini mandati, nam mandatum ecclesiæ est mandatum Dei, & qui spernit illud, spernit Deum, sicut Christus dixit. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et graue est relinquere Deum.

Secundum est, quia ad decimam reuerti meretur qui decimam non soluit, i. vt habeat ex agris solum decimam partem fructuum, quos alias habiturus esset, si rectè decimaret, vt dicit Augustinus in allegato: ca. decimę, scilicet cum enim decimas dando & terrena, & cęlestia posses præmia promereri, quare pro auaritia duplicem benedictionem fraudas? Hæc est enim domini iustissima consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, ad decimam reuertaris.

Tertium est rapina, vt Augu. dicit. eo. c. decimæ, s. decimę ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint res alienas inuadunt. Et simile, extra de decimis. c. tua nobis.

Quartum est homicidium, & hoc est occasionaliter, vt si moriantur pauperes fame, qui sustentandi erant decimis, si darentur, vt dicit Aug. eo. c. s. Quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, quia rem a domino pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit.

Quintum est sacrilegium. Ait enim Hieron. quòd amico rapere quidpiam furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est, aut quod apertissimi sceleris est ex inde aliquid subtrahere omnium prædonum crudelitatē superat. Et simile. 16. q. 1. c. quoniam quidquid. Et 16. q. 7. c. decimas.

Sextū est, quòd a fructibus talium Deus non amouet brucum, locustam, erucam, & alias plagas cœli & terrę, quas amouet à fructibus eorum, qui debitè soluunt decimas, vt ait Hieron. 16. q. 1. c. reuertimini. Et idem Mala. 3. ca. vbi Deus increpat locustam, & brucum, scilicet ne veniant ad deuorandum fructus. Et ait Hieron. eo. c. Si quando fames, penuria, & omnium rerum egestas opprimit mūdum, sciamus hoc ex Dei ira descēdere, qui se in pauperibus si non accipiant eleemosynam fraudari loquitur, & suas possessiones possumus decimas, & primitias interpretari.

Septimum est, quòd potestates temporales auferunt bona illorum per oppressiones, vel impositiones. Sic dicit Augu. decimosexto, q. 1. cap. decimę, scilicet Dabis impio militi quod non vis dare sacerdoti, benefacere semper Deus paratus est, sed malitia hominum prohibetur. Et magis idem August. decimasexta quæst. septima, cap. maiores, scilicet. Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabāt, quia Deo decimas dabant, & Cęsari censum reddebant, modo autem, quia discessit deuotio accessit indictio, idest tributorum impositio: nolumus partiri cum Deo decimas, modo tollitur totū hoc, tollit fiscus, quod non accipit Christus.

Octauum est, ꝙ infamiam incurrunt sicut raptor rerum ecclesiasticarum.

Nonum est, quòd excommunicabitur. decimasexta, quęst. septima, c. omnes decimæ, scilicet quia multi inueniuntur decimas dare nolētes statuimus, vt secundum domini pręceptum admoneantur semel secundo & tertio, qui si non emendauerint, anathematis vinculo feriantur vsque ad satisfactionem, & emendationem congruam, & non solum si non soluerint, sed etiam si integre non soluerint, excommunicandi sunt. extra de deci. c. peruenit. & ca. nuncios. Et non admittitur appellatio circa hoc. eo. tit. c. commissum & c. tua nobis.

Quid sint primitiæ & unde nomen primitiarum uenit. Quæst. CCIX.

QVONIAM autem de decimis actum est, & primitię sunt quædam iura cognata decimis, & quæ cum decimis nominantur, de eis agendum est. Et primo quęritur, quid sit primitia, vel primitiæ, quoniam pluraliter primitias potius quam primitiam dicimus, & vnde nomen primitiarum venit.

Circa primum dicendum, quòd primitia est prima fructuum obuentio, siue pars domino offerenda. Sic dicit Hostien. in summa tit. de deci. §. an præscribi. versu decimo septimo, quæritur. Et Rain. eodem titulo, circa finem. Est enim primitia ius, quoddam Deo debitum, quod ex primitate non accepit.

Quantum ad secundum dicendum, quòd primitię dicuntur à quadam primitate, & sicut contingit primitatem multipliciter accipi, ita & primitiæ multipliciter accipiūtur. Nam accipitur primum in tempore, primum honore vel dignitate, aut valore, & per omnes modos, quo vna res pręcedit aliam primitas quędam est, & primitias appellare possumus, & licet nos specialiter accipiamus primitias pro quadam parte primarum frugum, quæ Deo offerebantur, tamen etiam in alijs rebus multipliciter primitias nominat scriptura secundum, ꝙ multi modi sunt primitatis. *Primitiæ multipliciter accipiuntur.*

Et quoniam primus secundum communiorem acceptionem dicit temporis præcessionem dicūtur primitię ea, quę pręcedunt. Et sic filij primogeniti vocantur primitiæ Psal. 77. s. percussit omne primogenitū in terra Aegypti primitias omnis laboris eorum. Et Psal. 104. Percussit omne primogenitum in terra eorum primitias omnis laboris eorum. Primogenitos ergo tam hominum, quam brutorum primitias vocauit, quia primò eruperunt de vtero. Sic etiam uocamus primitias resurgentium eos, qui primo surrexerūt, & quia Christus fuit primus, qui surrexit ad immortalitatem vocatur primitię. 1. Cor. 15. c. s. Christus surrexit à mortuis primitię dormiētiū, i. ipse est primus, qui de dormientib. resurrexit. Sic etiā qui primo gratiam Spiritussancti acceperunt, & primo conuersi sunt dicuntur primitię ad Roma. 8. Scimus ꝙ omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc, non solum illa, sed & nos primitias spiritus habentes. Est verbum Pauli nomine omnium Apostolorum, scilicet. Omnis creatura, idest omnis homo ad Christum conuersus, qui erat noua creatura, quia in Christo non est circuncisio, neque præputium, sed noua creatura, ingemiscit sperando gloriam repromissam à Christo, quam nō videt homo, quandiu viuit. Et dicit ꝙ non solum illa, idest homines conuersi per prędicationem apostolorum: sed & nos, idest Apostoli primitias spiritus habentes, i. qui primò accepimus spiritum, quia ante hos nemo conuersus est, & nemo accepit spiritum sanctum secundum inspirationem legis nouę, sic etiā illi, qui in aliqua regione primo cōuertebantur ad Christum, vocantur primitiæ illius regionis. Sic dicitur. 1. Corinth. 16. cap. Obsecro vos fratres, nostis domum Stephanę

phanę & Fortunati, quoniā ipsi sunt primitię Achaię idest honorate eos, quia ipsi sunt primi, qui conuersi sunt ad Christū in tota Achaia. Et hac ratione vocamus primitias frugū s. fruges primo maturatas, quia illæ offerebantur domino offerendo de illis manipulum Leui. 23. c. Et dicimur dare sacerdotibus primitias, i. res primas de fructibus. Nume. 18. c.

Aliquando accipitur primitia a primitate, quę est est secundum dignitatem, & tunc vocamus primitias res electas, & separatas ab alijs quasi meliores. Hoc modo iubet Deus sibi offerri primitias auri, & argenti hyacinthi & coci bis tincti, & de bysso retorta pellibus rubricatis & pilis caprarum Exod. 25. Et populus hęc obtulit Exod. 35. Sed certum est in auro & argento non esse primitias nisi, vt est aliquid electum & separatum a cæteris partibus eiusdem rei tāquam melius. Sic dicitur Nume. 18. cum Deus dixit leuitis. Si pręclara & meliora quęque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi ex area & torculari dederitis primitias. ergo res meliores & pręclaras vocauit primitias. Sic etiam vocantur primitię de terra partes quædam optimę separatæ de tota terra in cultum Dei Ezech. 45. & 48. c. Etiam in cibis vocamus primitias id, quod melius est, & separatum ab alio. Nume. 15. cap. scilicet Separabitis primitias domino de cibis vestris, sicut de areis primitias separatis. Et multis modis vocat scriptura primitias ex modo loquendi Iudaico secundum varios modos primitatis.

An primitiæ in ueteri testamento erant debitæ. Quæst. CCX.

QVAERETVR primo quantum ad primitias qualiter se habebant in veteri testamento, & an ibi erant debitę.

Dicendum, quòd debitæ erant primitię, quia Deus illas iusserat offerri Leui. 23. quantum ad Manipulos spicarum, & Nume. 18. quantum ad primitias, quæ dabantur sacerdotibus, & non solū erant debitæ, sed etiam pręceptum erat, ne offerentes diu eas penes se tenerent, sed cito offerrent. Exod. 22. & 23. c. Erant quoque primitiæ ante vetus testamentū. Nam ferè omnes cęrimoniæ & modi sacrificiorum, quę Deus statuit in veteri testamento erant prius in lege naturæ, idest quando non erat lex aliqua data à Deo, nam erant holocausta cum Cain fecerit holocaustum Gen. 4. c. & Noe statim vt egressus est de arca obtulit holocausta Gen. 8. c. Abraham quoq; holocausta facere solitus erat, cum filium suum in holocaustum offerre intenderet Gen. 22. cap. & ibi obtulit arietem in holocaustum.

Decimę quoque sicut erant in veteri testamento, ita & prius erant, quia Iacob illas vouit Gen. 28. Hostię quoque pacificę quas Deus statuit in lege veteri Leu. 3. c. erant apud antiquos quia Iacob hostias pacificas vouit Gen. 28. cap. Ita autem de primitijs est dicendum quòd erant primitię tempore legis naturæ apud patres antiquissimos, licet statutę fuerint postea a Deo, vnde recte Cain & Abel dici possunt obtulisse Deo primitias quia Cain obtulit de primogenitis gregis sui, & Abel de fructibus terræ, sed primogenitus ad primitias pertinet, & de his primitię cremantur super altare Leui. cap. 2. etiam cum decimę darentur in lege naturę à fortiori darentur primitiæ quarum facilior erat solutio. De deci. patet Gene. 28.

A *De quibus rebus in ueteri testamento dabantur primitiæ. Quæst. CCXI.*

QVAERETVR de quibus rebus dabantur primitiæ in veteri testamento.

Dicendum, quòd quędam vocantur primitiæ, quæ ad oblationem non pertinent, sicut qui primo nascitur, & primo resurgit, & primò conuertitur dicuntur primitię. sed tales primitię non offeruntur, quia solum illa offerimus, quæ in potestate nostra sunt, alij modi primitiarum, quę non possidentur, non offeruntur, de quibus dictum est supra.

B Circa eas vero, quę possidentur, sunt quędam de terra, i. ꝙ pars certa separetur Deo, aliæ aūt de auro, & argento & similibus, alię de cibis, aliæ de fructibus rerum nostrarum. De primis primitijs dicendum, ꝙ non cadebant sub obligatione: nam dicitur Ezech. 45. c. Cum cęperitis terram diuidere sortitò, separate primitias domino, idest ꝙ cum daretur terra Israelitis in possessionem primo acciperetur quędam pars pro Deo, s. ad constructionem sanctuarij, & habitationem sacerdotum, & leuitarum, & quia istud prius separabatur, & dabatur Deo quam populus acciperet partes suas, & etiam quia istud erat melius, & electum de terra, vocatur primitię, & ponitur mensura huius terræ, quę dabatur domino in primitias Ezech. 45. & 48. c.

C Sed de hoc dicendum, ꝙ aut intelligitur ista tota diuisio secundum quendam alium sensum spiritualem, & tunc etiam primitię dictæ sunt spiritualiter accipiendo, si autem acciperetur ad literam, oportebat solum semel fieri, & tunc darentur domino primitiæ suæ, & non essent iura solita, quę per singulos annos, vel sæpe soluerentur. Circa secundas magis videtur, eo quòd illę poterant sępe offerri, s. aurum argentum & huiusmodi de quibus Exod. 25. c.

Sed dicendum, quòd istę primitię non erant iura aliqua imposita Israelitis, quę soluerent Deo, vel sacerdotibus, sed fuerunt solum semel datę, uolebat enim Deus in deserto post egressum Israelitarum de Aegypto cōstruere ibi tabernaculum antequam ingrederentur terram promissionis, in quo tabernaculo & sanctuario ipse coleretur. Esse autem debebat tabernaculum portatile, ideo iussit offerri sibi omnia,
D quę erant necessaria ad illius constructionem. Erant autem necessaria aurum & argentum ad vasa tabernaculi, & es ad vasa altaris holocaustorum, & ipsum altare, & ferrum ad multos vsus sanctuarij, lapides preciosi ad ephot & rationale, quę erant ornamenta summi sacerdotis, erāt quoq; necessaria ligna setim ad arcam, & mensam, & tabulata, erant hyacinthus, & byssus, & purpura, & coccus bis tinctus necessaria ad vestes sacerdotum, & tētoria, atque vela sanctuarij, erant quoque pili caprarum pro sagis cilicinis, & pelles hyacinthinę, & pelles arietum rubricatę pro operimentis superioribus sanctuarii, vt patet ex constructione singulorum horum Exo. 25. c. & 26. & 27. & 28. c. Et quia istud sanctuariū semel factum est, semel iussit Deus populo quòd offerret primitias has
E Exod. 25. c. Et ita populus fecit offerēdo omnia hęc quousque superessent Exod. 35. & 36. c. Postea verò non manserunt huiusmodi primitiæ sub aliqua necessitate, quia non suberat causa, ad quam offerrentur, nam qñ templum Salomonis fuit postea cōstructum nō iussus est populus offerre primitias, sed Dauid parauit vniuersas impensas. 1. Parali. 22. cap. Et obtulit ipse postea, & omnes principes sponte multa donaria pro hac fabricatione, primo Paral. 29. & post hęc adhuc Salomon multa parauit ad ędificationem, secundo Parali. 2. c. & non coactus, est po-

pulus offerre primitias pro hoc, immo neque in prima fabricatione sanctuarij sub Moyse fuit imposita populo necessitas offerendi: sed Deus admonuit eos vt offerrent, & tamen qui nollet non offerret. Sic dicitur Exod. 25. c. loquere filijs Israel, vt tollant in primitias ab omni homine, qui offert vltroneus accipiens eas, & ita populus sponte obtulit Exod. 35. sed egressa omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi obtulit mente promptissima, atque deuota primitias domino. Et tam promptè obtulerunt, quòd superabundabant in offerendo, quousque artifices dixerunt Moysi, plus offert populus, quam necessarium est. Et tunc Moyses præconis voce iussit, ne quis offerret amplius primitias has Exod. 36.

Et vocatæ fuerunt primitiæ istæ quia erant quędam dona separata & electa de cęteris rebus eiusdem modi, quas homines possidebant ad dandum ea Deo. Sic dicitur Exod. 35. cap. separate apud vos primitias domino omnis voluntarius, & prompte offerat eas.

Circa tertias primitias, quæ erant de cibis, scilicet de cibis iam paratis ad esum, siue essent cocta aut assata aut alterius modi, siue simpliciter panis, & vinũ. Dicendum ꝙ istæ primitiæ manserunt apud Israelitas in præcepto, vt postquam intrarẽt in terram promissam darent eas Nume. 15. c. s. cum veneritis in terrã, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius separabitis primitias domino de cibis vestris, sicut de areis præmitias separabitis: ita & de pulmentis dabitis primitiua domino. Et Ezech. 44. c. dicitur. primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti. Vocantur autem istę primitiæ a primo & electo. Nam antequam comederent cibos dabant partes illorum, & ob hoc vocantur primitiua, idest prima, vt dictum est, scilicet dabitis primitiua domino, & extendebatur hoc ad omnem cibum qualitercunque paratum, licet aliqui putabant, ꝙ solum de pane cocto, vt dicetur seq. q.

Circa quartas primitias, quæ erant de fructibus, dicendum ꝙ istæ sunt, quæ magis propriè vocãtur primitię. Et hoc quia de primis fructibus erant. Et dicendum ꝙ dabantur de omnibus, quę de terra nascuntur, s. de frugibus vino oleo melle & fructibus, vt patet. 2. Para. 31. cap. scilicet obtulerunt primitias filij Israel frumenti, vini, & olei, mellis quoque, & omnium, quæ gignit humus.

Sed obijcietur, quia expresse Deus vetuit mel, & fermentum sibi dari Leui. 23. ergo non erãt danda hęc. Dicendum, ꝙ etiam de his dabantur primitię: sed erant quędam primitię, de quibus pars cremabatur domino in altari, & vocabatur sacrificium Leui. 2. c. & reliquum de eis dabatur sacerdotibus: aliæ verò erant, de quibus nihil ponebatur in sacrificio domini, sed tota cedebãt in iura sacerdotum. De primis vt vinum, & oleum, & frumentum, quia de his aliquid cremabatur. De secundis vt erat mel & fermentum, aut fermentatum aliquid, & fructus arborum. Sic dicitur Leui. 2. c. omnis oblatio, quę offertur domino absque fermento fiet, neque quidquam mellis aut fermenti adolebitur domino in sacrificio, primitias tantũ eorum offeretis & munera, super altare verò non ponentur in odorem suauitatis.

De pecoribus autem an darentur primitię quidã dubitant, quia non ita exprimitur. Et solet dici, quòd solum de fructibus terræ dabatur. Sic dicitur. 2. Para. 31. c. frumenti vini, & olei & mellis, & omnium quæ gignit humus primitias obtulerunt, & similiter Nume. 18. vbi ponitur præceptũ de primitijs dandis non ponitur de pecoribus, s. omnem medullam vini olei, ac frumenti, & quidquid offerunt primitiarum tibi

F dedi: vniuersę frugum primitię quas gignit humus, & domino deportãtur, cedent in vsus tuos. Ergo de solis natis de terra soluebantur primitiæ, & non de animalibus.

Aliqui dicunt, ꝙ de animalibus soluebatur primitia, quia primogenitum pecoris offerebãt, & primogenitum hominis redimebant Nume. 18. c.

Dicendum, ꝙ verum est: sed hoc non erat ius primitiarum, nam primitię erant minora iura quam decimæ, & tamen recipere omnia primogenita pecorum maius valde erat quam recipere decimã. Etiam quia primitię recipiebantur quolibet anno sicut decimę, tamen primogenita pecorum non quolibet anno, quia semel tantum pecus parit primogenitum,
G maximè quia primitiæ, & decimæ dabantur ex vna causa, s. propter fructus, quos Deus dabat abundanter hominibus, primogenita autem pecorum & hominum dabantur pro speciali causa, s. pro liberatione eorum in Aegypto ab Angelo percutiente quando occidebat primogenita Aegyptiorum tam in hominibus quam in pecoribus, Exod. 13. & Nume. 3. c.

Dicendum autem, ꝙ etiam de pecoribus dabãtur primitiæ in veteri testamento, & erat aliud quam datio primogenitorum, nam de ducentis arietibus dabatur vnus Ezech. 45. c. Et sic etiam patet apud nos, nam primitię in nouo testamẽto veniunt ex consuetudine veteris testamenti sicut & decimę, & tamen nunc de pecoribus dantur primitię, ut dicunt Doct.
H & glo. extra de decimis. c. decimam. ergo in ueteri testamento de pecoribus primitię dabantur.

Sed obijcietur, ꝙ primitiæ non erant iura aliqua debita Deo, aut sacerdotibus, quia dabantur sponte & nemo cogebatur: ergo non erant debitæ. Patet Exod. 25. loquere filijs Israel, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert eas vltroneus, accipietis eas. Quod autem debitum est, nõ accipitur ab vltroneo, sed exigitur ab inuito. vt extra de deci. cap. Parrochianos. cũ decimę non ab homine, sed a Deo sint institutæ tãquam debitum exigi possunt, & ideo compelluntur ad soluendum. eo. ti. ca. commissum, & compelluntur sub districtione excommunicationis. c. peruenit. & c. nuncios. ergo ita esset de primi-
I tijs si debitæ essent, ꝙ exigerentur ab inuitis. Itẽ quia primitiæ dantur ex voto, sed votum non est res necessitatis, sed voluntatis, ideo non erant ex pręcepto. Patet hoc Nume. 18. c. s. primitias autem, quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi & filijs & filiabus tuis iure perpetuo. Ergo non sunt primitię ex pręcepto.

Dicendum ꝙ primitiæ erant ex præcepto sicut & decimę, & tenebantur homines non solum eas offerre, sed & cito offerre, Exod. 22. & 23. c.

Item si non essent primitiæ ex præcepto & necessitate, non peccarent Israelitę non offerendo eas & dando, & tamen peccabant, Mala. 3. c. s. Si affligit ho-
K mo Deum, quia uos configitis me & dixistis, in quo confiximus te? in decimis, & primitijs vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. sed configere Deũ est offendere, ergo super primitijs offendebant Israelitæ Deum, s. quia non offerebant eas, vel non quales decebat. Etiam quia nemo maledicitur nisi pro peccato, & graui quidem, & tamen Israelitę erãt maledicti super primitijs, ergo peccabant circa eas, quod non posset esse nisi tenerẽtur ex debito ad eas. Ad primum in contrariũ dicendum, ꝙ primitię non ex sola uoluntate, sed ex debito offerebantur, & poterant exigi, si non darentur. Sed dicendũ, ꝙ illę primitię, de quib. arguitur, nõ erant primitiæ a Deo imposita, quæ ordinarie soluerentur, sed fuerunt quędam primitię largè dictæ, quę semel tantum datæ sunt ad

ad constructionem sanctuarij, & non fuerunt imposítæ populo ex necessitate, sed exhortatus fuit Deus illos, vt sponte darent. Quod illi fecerunt, vt dictum est supra. Secus autem de illis; quę vocantur propriè primitiæ, quia illæ ex necessitate fuerunt impositæ soluendæ & in onus perpetuum. Et hęc sunt, de quibus dicitur Nume. 18. ꝙ dabantur sacerdotibus in sustentationem, & illæ sunt, ad quarum similitudinem manent nostræ primitiæ.

Ad secundum dicendum, ꝙ non dabantur primitiæ ex voto, sed ex pręcepto, & necessitate in veteri testamento. Et ad auctoritatem illam dicendum, ꝙ primitię propriè dictę sunt quoddam ius, quod Deo reddebatur de primis fructibus, & erat impositum ab eo in sustentationem sacerdotum, & hæ primitiæ erant electę ex fructibus quasi melius & præclarum, & istæ non dabantur ex voto, sed ad similitudinem harum omnia dona, quę Israelitæ eligebant de rebus suis, vt darent ea Deo sponte, vocabantur primitiæ large propter illam rationē, scilicet quia de melioribus erant, & quia talia dona sponte dantur, poterant dari ex voto. Ponit autem istos duos modos decimarum scriptura Num. 18. c. De primis patet, quia cum dicitur vniuersę frugum primitiæ quas gignit humus, & domino deportantur, cedent in vsus tuos istę sunt ex necessitate inquantum dicitur. Vniuersæ frugum primitię, quæ domino deportantur, & non dicitur, vouentur, quasi dicat illę debitę sunt, & portantur ex necessitate, & illas Deus tradidit sacerdotibus.

De secundis patet, cum dicitur, primitiæ quas vouerint & obtulerint filij Israel, in quo ponuntur duo quę signant puram liberalitatem, scilicet vouere, & offerre. Et manifestum est, quòd istę inter se distinguuntur: quia aliàs dicto vno superuacuum erat alterum, ponuntur tamen ambo simul, ideo oportet intelligi, quòd Deus acceperit ibi diuersimode primitias, vt dictum est. Et secundę non vocantur primitię nisi inquantum sunt res electæ sicut vocantur primitię de auro & argento, & purpura, & cæteris Exo. 25. & 36. & concordant cum primitijs propriè dictis, quia illę sunt de partibus melioribus rei, sicut dicitur Nume. 18. scilicet omnem medullam vini & olei ac frumenti, & quidquid offerūt primitiarum domino, tibi dedi. Sed medulla dicitur optimum rei, & ita signauit, ꝙ in primitijs de qualibet re datur optimū, siue de frumento, siue de pane quolibet, & vino, & oleo, & ob hanc similitudinem quodlibet donum Deo datum quod multum de cæteris eligebatur poterat primitię appellari, & tales sunt primitię, quæ vouentur, & sponte dantur, si non sunt illę, de quibus loquimur.

Quando dabantur istæ primitiæ, & quotiens in ueteri testamento. Quæst. CCXII.

QVAERETVR quando dabantur istæ primitię & quotiens, & est ratio quærendi ad similitudinem decimarum. Nam illę dabantur ex debito, & semel in anno, ita de primitijs est dubium, an sæpe vel pluries darentur, & quotiens.

Dicendum ꝙ quatuor erant modi primitiarum, quæ poterant offerri Deo, vt ostensum est pręcedenti. q. de illis tamen duo vltimi erant dati in ius perpetuum, s. primitiæ de fructibus, & de cibis.

De primo, scilicet de fructibus dicendum, quòd erant dandæ primitiæ quolibet anno, sicut decimæ quia de nouis, & primis fructibus dantur primitiæ, sed quilibet fructus semel in anno, est nouus, ergo

A semel in anno dantur primitię, vnde de frumento, & vino, & oleo, melle, & fructibus arborum quolibet anno dabantur primitię antequā darentur decimæ. De pecoribus quoque dabantur primitiæ, vt dictum præc. q. & dabantur quolibet anno, ideo dicendum, ꝙ sicut decimę dabantur semel quolibet anno, ita & primitiæ de fructibus.

De primitijs autem ciborum aliud est. Nam quidam dicunt, quod dabantur primitiæ solum de panibus coctis. Et hoc quia dicitur Nume. 18. c. s. cum veneritis in terram, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius separabitis primitias domino. Propter quod dicunt ꝙ quandocunque in aliqua domo coquebantur panes, erant dandę inde ali-
B quę primitiæ.

Sed dicendum ꝙ non stat, quia non dabantur panes solum in primitias, sed de omnibus cibis, quæ parabantur ad esum dabantur primitiæ, & volebat eas Deus dari. Et patet primò quia Nume. 18. dicitur. Separabitis domino primitias de cibis vestris. Cibus autem non significat solum panem, sed quidquid sumitur in sustentationem humanam, ergo etiam de aliis erant dandæ primitiæ.

Secundo patet quia Ezech. 44. c. dicitur, & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti. Ergo ibi significatur, ꝙ de quolibet cibo id, quod primum erat, & melius dandum erat, vel dari poterat.

Tertiò patet & apertius, quia Nume. 15. c. dicitur. Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmen-
C tis dabitis primitiua domino: sed pulmentū propriè significat cibum compositum, & maximè in rebus coctis: nam pulmentū à pultibus dicitur, ergo etiam de cibis artificiosè paratis erant dandæ primitię. Et satis etiam apparet hoc in sacrificijs, de quibus dicitur Leui. 2. quæ vocantur sacrificia & primitiæ, & erant de craticula, & de Sartagine, & de clibano, unde lagana oleo lita, & collyride conspersę oleo dabantur in primitias, quarū pars domino dabatur, & pars sacerdotibus. *Quid pulmentū sit.*

Est ergo dicendum, ꝙ de omnibus cibis tam compositis, quam simplicibus dabantur primitię. Cum autem obijcitur, ꝙ de solis panibus dabantur. Dicendum ꝙ panis non accipitur in sacra scriptura pro solo pane, sed pro quolibet pertinente ad sustentatio-
D nem, vnde mel vocatur panis in scriptura, vt patet. 1. Reg. 14. vbi Saul imprecatus est dicens; Maledictus vir, qui manducauerit panem vsque ad vesperum, Ionathas autem non gustauit panem, sed modicum de melle in summitate virgę, & ob hoc incurrit in iuramentum Saulis, & volebat eum occidere nisi populus eū eruisset, ergo apparet, ꝙ nomine panis etiam mel comprehendebatur, & a fortiori quęlibet alia, quę ad cibum magis pertinent. Etiam patet quia. 4. Reg. 6. c. dicitur. Appone panem, & aquam corā eis. Et sequitur, ꝙ apposita est ciborum magna præparatio. Ita ergo licet dicatur de panibus regionis debet intelligi de quibuscunque cibis, quia talis est modus
E loquendi scripturę. *Panis pro quolibet cibo sumitur ī sacra scriptu.*

Cum autem quæritur, quando, & quotiens dabantur primitię de cibis, dicendum quòd licet pręceptum esset de cibis dare primitias, tamen non erat determinatum tempus neque expediebat, nam cum ista res esset, quę quotidie poterat dari si determinaretur tempus, scilicet ut sępe daretur, grauarentur illi, qui erant aliquantulum pauperes, totiens dando, si autem limitaretur tempus ad raro dandum illi, qui erant potentes ad sæpe dandum haberent occasionem cuiusdam tepiditatis, cum uiderent satis esse sibi dare in termino legis, & ideo fuit conueniens, vt poneretur præceptum, quod erant ex-

exhortatiuum ad dandum primitias istas, & non poneretur limitatio temporis, vt sic qui potentes agere erant, & deuoti incitarentur ad sępius agendū quam lex aliàs pręceptura erat, & qui paupereserant neque tam deuoti non peccarent, quasi contemptores legis raro dando: sed quòd quandocūque darent Israelitæ primitias istas bene agerent, & nunquam haberentur, vt transgressores præcepti, vnde non obligabātur dare primitias qualibet hebdomada neq; quolibet mense, sed quandocunque darent, dum tamen non desisterent a dando in contemptum, satisfaciebant legi.

Quare dabantur in veteri testamento Deo primitiæ. Quæst. CCXIII.

QVAERETVR quare dabantur in veteri testamento Deo primitiæ.

Dicendum, ꝙ multę causę erant ad hoc. Prima erat in recognitione beneficij ꝓ fructibus impensis: Deus enim dat nobis omnia, quę habemus; neque possumus quicquam habere nisi ipse dederit, vnde ea, quę ei damus ab ipso accepimus. Sic dixit Dauid, quando offerebat Deo dona multa ad constructionem templi. 1. Para. 29. c. scilicet tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Fuit ergo conueniens, vt in recognitionem huius beneficij daremus Deo primum, quod est in ipsis fructibus. Et illę vocantur primitiæ.

Secunda causa erat in signum specialis beneficij de introductione in terram promissionis, & liberatione ab hostibus, vnde quando quis offerebat primitias, faciebat quandam professionem coram domino, vt dicitur Deuteto. 26. ca. scilicet tolles de cunctis frugibus tuis primitias in cartallo, pergesque ad locum, quem dominus Deus tuus elegerit, accedesque ad sacerdotem, & dices, profiteor hodie coram domino ꝙ ingressus sum terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis, suscipiensque sacerdos cartallum de manu eius, ponet ante altare, & loqueris in conspectu domini Dei tui. Syrus persequebatur patrem meum. Etiam ibi ponitur longa professio de diuinis beneficijs, & concluditur, idcirco offero, nunc primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi, & dimittes eas in conspectu domini.

Cui dabantur primitiæ in veteri testamento. Quæst. CCXIIII.

QVAERETVR cui dabantur primitię in veteri testamento. ¶

Dicendum, quòd accipiēdo largè Deo dabantur, quia ei offerebātur, & propter eum, & tamen si cedebant in ius alicuius personæ ei dicerentur dari, sicut decimæ dabanē Deo, & tamen cedebant in ius leuitarum, Nume. 18. c. ideo leuitis dicebantur dari, ea vero, quæ ita dabantur Deo, ꝙ cedebant in vsus sanctuarij, vel cremabantur in altari dicebantur Deo dari. Circa primitias autem dicendū, ꝙ dupliciter accipiuntur. Vno modo propriè, & ita primitię de fructibus, & cibis sunt primitię. Alię erant primitię largè, idest quęlibet dona specialia, & electa, vt declaratum est sup. Accipiendo primo modo subdiuiduntur, scilicet in primitias fructuum, & ciborum. De primitijs fructuum dicendum, quòd totaliter cedebant in ius sacerdotum, & nihil de illis dabant in vsus sanctuarij neque cremabatur quicquam in altari, vt sicut decimæ totaliter dabantur leuitis: ita primitię totaliter sacerdotibus. Sic dicitur Num. 18.

F c. omnem medullā olei, & vini, & frumenti, & quicquid offerunt primitiarum domino tibi dedi, vniuersę frugum primitiæ, quas gignit humus, & domino deportantur cedent in vsus tuos, & loquitur Deus ad Aaron, & alios sacerdotes.

De primitijs ciborum non est ita manifestum, sed dicendum quòd maximè dandę erant sacerdotibus. Sic dicitur Ezech. 44. c. Primitiua ciborum vestrorū dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ. Et vbicunque de primitijs mētio fit de sacerdotibus exprimitur, vel nulla persona nominatur. Et tamen satis potest dici, quòd cum istæ primitię ciborum non essent aliquod ius determinatum, neque quantum ad quātitatem, neque ad tempus solutio-

G nis, & ideo nullus habet ius exigendi eas magis reputabantur in modum eleemosynę. Et quia leuitæ erāt pauperes & commendat eos sępe Deus Israelitis, vt prouideant eis in cibo, & inuitent eos, Deut. 12. & 26. c. poterant eis dari, & sic tam leuitis quam sacerdotibus poterant dari, & dando vtrisque dicebantur dari Deo. Et ista fortè videtur esse causa, quare cum Deus statuit de primitijs ciborum non expressit quib. darentur Num. 15. scilicet cum veneritis in terrā, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius separabitis primitias domino de cibis vestris. Et tamen dando tam Leuitis, quam sacerdotibus dicebantur dari Deo, quia vtrique erant ministri Dei. Et certum est, quòd poterant dari leuitis. Nam dato, ꝙ

H ista essent iura sacerdotalia, possent dari Leuitis, quia si essent iura ista determinata tam ad quātitatē quam ad tempus, & aliquid de eis acciperent leuitę possent conqueri sacerdotes quasi sua tollerentur, quia tamen nihil erat determinatum, neque in tempore, neque in quantitate, quicquid eis daretur sufficiebat, & poterāt omnia alia dari leuitis. Dicendum tamen, ꝙ primitię ciborum directe debebantur sacerdotibus, iuxta illud Ezech. 44 primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti.

Accipiendo autem primitias secundo modo, quę dicuntur large primitię, idest dona oblata domino, dicendum ꝙ de his si erant res pertinentes ad sacrificium cremabatur aliquid in altari, & reliquum cede-

I bat in ius sacerdotis.

De primo patet, vt si offerretur farina, vel oleum, vinum, aut huiusmodi, de quolibet horum ponebatur aliquid in altari non per se, sed cum farina, quæ simila dicitur. Et ita distinguitur Leui. 2. c. de sacrificio, quod est primitiarum an sit da craticula, vel de sartagine, vel de clibano, & de quolibet eorum ponebatur solum vnus pugillus super altare, & reliquum cedebat in ius sacerdotum. Si autem animal ad immolandum, quis daret, potius dicebatur offerre aliquod genus sacrificij, quā dare primitias, licet large ēt poterant vocari primitiæ. De secundo patet vt si offerret quis mel, aut panē fermētatum, nam dicitur Leui. 2. c. ꝙ ista suscipienda erant à sacerdote in pri-

K mitias, sed nihil de eis ponebatur super altare ad adolendum domino. Sic ēt si offerret pecuniā, aut vestē, aut fructus arborū, & similia, quę non poterāt sacrificari, cedebant in ius sacerdotum. Num. 5. & 18. c. Et ita apparet, ꝙ de primitijs proprie dictis Deus nullā partem habebat, sed totę cedebant sacerdotibus. De primitijs large dictis habebat Deus partem quādam. Sed fallit regula hæc in qbusdā, quę proprie vocātur primitię, & erat ex pręcepto, & dabatur pars Deo ad cremandum in altari, & sunt panes, primitiarum, & manipulus spicarū, Leu. 23. c. Nam iubebatur, ꝙ in festo azymorum quando incipiebant maturari fruges in terra Chanaan, ferrentur manipuli spicarum, & illos vocat Deus primitias messis, & eleuatur vnus coram

Primitiæ ciborū cui cedebāt in vete testā.

ram domino,& aliquid de illo cremabatur in sacrificium: cætera cedebāt sacerdotibus. Similiter post septem hebdomadas ab illo die.i.in die Pentecostes offerebantur duo panes, qui vocabantur panes primitiarum. Et tamen de illis nihil cremabatur super altare, sed cedebant in vsum sacerdotum, eo ꝙ erant fermentati.eo.c. & de fermētato nihil ponebatur super altare, Leui.2.c. Manipulus tamen spicarum propriè dicebatur primitiarum, quoniam ante oblationem & eleuationem eius non licebat quid quam gustare ex segete.i.neque pultes, neque panem, neque polentam Leui.23.c.

Sed obijcetur, ꝙ primitię daban tur laicis: nam dicitur.4. Reg.4. ca. quod vir quidam attulit ad virum Dei, idest Elisęum panes primitiarum, ille tamē non erat sacerdos, neque dabat ei vt sacerdoti: quia non offerebat in templo.

Dicendum, ꝙ primitiæ solis sacerdotibus dabantur, vel saltem non laicis. Quando autem dicitur de panibus primitiarum non est intelligendum, ꝙ erant primitię aliquæ, quas daret Elisæo, nam aut essent primitiæ propriè aut largè dictę. Si proprie non dabantur in panibus confectis, sed in grano vino, & oleo, vt colligitur Num.18. Et ita populus semper consueuit dare primitias.2. Paralipo. 31. ca. nunc verò panes portabantur. Si autem essent primitiæ large, oportebat eas offerri sacerdoti in sanctuario, & tunc adolebatur pars & reliqua cedebat sacerdoti, si erat tale, ꝙ licebat in altari adoleri, & tamen nunc non fuerunt hæc oblata in templo, sed delata Elisæo: ergo etiam non erant primitię large dictę, neq; scriptura vocat eas primitias: nam non dicit, quòd attulit primitias, sed panes primitiarum, & vocantur panes primitiarum, idest panes de primis, quia erat tunc primū frumentum, ideo panes primi erant. Et hoc colligitur, quia dicitur.eo.c. attulit panes primitiarum, & triginta panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. Et ita innuit, quòd de panibus tritici paucos hēre potuit. sed de panibus hordei attulit triginta, & cum dicatur quòd portabat frumentum nouum in pera significatur, ꝙ illi panes primitiarum erant de illo frumento nouo, & tali modo cuilibet licebat comedere panes primitiarum, quia non erant primitiæ.

Quantum dabatur nomine primitiarum in ueteri testamento.
Quæst. CCXV.

QVAERETVR quantum dabatur nomine primitiarum.

Dicendum, quòd aut accipitur de largè dictis, aut de propriè dictis. Si primo modo nō erat neque esse poterat aliqua mensura signata, quia illæ primitię erant dona sponte data, & in spontaneis sola voluntas est mensura.

Si accipiantur primitiæ proprie: aut sunt primitiæ de cibis, aut de fructibus. Si de cibis solet dici, quòd non erat mensura. Et verum est, quia neque quātum ad tempus soluendi, neque quantum ad mensuram erat aliqua determinatio, sed satis est, quòd darent de cibis suis, quando vellent, & quātum vellent: immo non poterat in hoc aliqua mēsura conuenienter poni. Quantum ad primitias de fructibus poterat melius poni mensura, sicut & tempus erat determinatum, scilicet quòd quolibet anno soluerentur, & semel sicut decimę. supra:

Sed aliqui dicunt, ꝙ non erat posita mensura aliqua, sed quidam dabant plus, alij minus pro arbitrio suo. Sed dicendum, quòd neque istud est totaliter verum, fuerunt enim primitiæ impositę soluendæ Iu-

A dęis, sed non fuit determinata mensura, vt daretur locus liberalitatis eis, qui boni animi essent, quia tamen erat quoddam ius, quod ex necessitate reddendum erat, ne esset controuersia inter sacerdotes, & populum magistri, idest doctores legis diffinierunt limitandam esse primitiam inter sexaginta & quadraginta, idest qui minus dabat daret de sexaginta vnum. Qui verò plus de quadraginta vnum. Et ita obseruabatur, & tamen postea cum auaritia sacerdotum cresceret & vellent cogere populum ad plus dandum, diffiniuit Deus per Ezechielem prophetam Ezech. 45. cap. & ponitur, quòd quantum ad messes, & vinum & oleum, & cętera, quæ mensurantur siue liquida siue arida sint, detur vnū de sexaginta. De pe-
B coribus autem de ducentis vnum, cum dicitur. Hæc sunt primitię, quas tolletis sextam partem ephi de coro frumenti, mensura quoque olei batus, & arietem vnum de grege ducentorum, idest de vno coro frumenti dabitur sexta pars ephi, quę est sexaginta de vno & sexta pars bati. De coro est tantundem. Pro quo sciendum, quòd vt dicitur.eo.cap.45. corus erat maxima mensura apud Iudæos & erat tam pro rebus liquidis quam aridis. Erant duæ mensurę minores, scilicet batus & ephi, quę erant omnino æquales, sed batus erat pro liquidis, ephi pro aridis, erat autem ephi decima pars cori, & batus decima pars co-
C ri. Et accipiendo sextam partem bati de vno coro olei accipimus sexagesimam partem, & tantum iubebat Deus dari in primitijs tam in rebus liquidis, quam aridis, in pecoribus autem iussit vnum de ducentis.

Et ratio est, quia de pecoribus multa iura soluebātur sacerdotibus, scilicet omnia primogenita, Num. 18. cap. Deinde omnia sacrificia cuiuscunque generis, quia aliquę partes eorum pertinebant ad sacerdotem. De frugibus pauca iura, & obuentiones pertinebant ad sacerdotes, ideo non debuit dari vnum pecus de sexaginta, sicut vna mensura frugum de sexaginta. Et sic ex tēpore Ezechielis prophetæ mansit determinata apud Iudæos mensura primitiarum sicut mensura decimarum, idest de sexaginta vnum
D in fructibus, & de ducentis pecoribus vnum. Hęc manifestat Hieronym. super Ezechie. & habetur.extra de deci.c.decimam, scilicet at vero primitiæ quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine diffinitæ, sed offerentium arbitrio derelictæ, traditionem quoque accepimus Hebręorum non lege præceptum, sed arbitrio magistrorum inolitam, quòd qui plurimum quadragesimam partem dabant sacerdotibus, qui minimum sexagesimam inter quadraginta, & sexaginta licebat quodcunque voluissent offerre. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum, est hic specialiter diffinitum, est propter sacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitijs deferendis. Et dicitur hic diffi-
E nitum est, idest Ezechie. quadragesimoquinto, cap. vbi ponitur, quòd in primitijs dabitur in sexta pars ephi de vno coro, quod est dare sexaginta de vno. Et non fuerat hoc diffinitum in Pentateucho, idest in libris Moysi Nume.18. vbi positum fuerat præceptum de primitijs soluendis, & non fuerat determinata aliqua quantitas.

An nunc in nouo testamento sint debitæ primitiæ.
Quæst. CCXVI.

QVAERETVR nunc circa primitias in nouo testamento, & primo, an nunc sint debitæ primitię.

Aliqui volunt eas debitas, quoniam de iure diuino debitę sunt: cuius obligatio manet semper. Et ista positio satis concordat intentioni plurimorum iuristarum, qui volunt decimas esse nūc de iure diuino, eo ꝙ Deus statuit illas, & tūc et primitiæ sunt de iure diuino, eo ꝙ Deus statuit illas. Vtrasq; Deus statuit Nume. 18. c. Et tamen etiam decimę non sunt de iure diuino nūc. Vnde necesse est, ꝙ primitiæ nunc, aut nullo iure debeantur, aut debebuntur iure canonico.

Ex quo aliqui dicunt, primitias non esse nunc debitas, quia ecclesia non statuit illas dandas. Nam de decimis plurima statuta sunt, vt patet per totum. extra de decimis, sed de solutione primitiarum nihil ibi habetur.

G Dicendum, quòd etiam nūc sunt primitię ex præcepto dandæ non quidem ex iure diuino, sed ex canonico. Sic patet ex mandato Alexandri papę. 32. di. c. præter hęc, scilicet pręcipimus, vt decimę & primitię seu oblationes viuorum & mortuorum fideliter reddantur ecclesijs à laicis, vt ipsę in dispositione episcoporum sint. Vnde non solū sunt debitæ sed etiam exigi possunt, & non soluentes per censuram ecclesiasticam compelli. eo. c. cum dicitur quas, idest primitias, qui retinuerint à sanctę ecclesię communione separentur. Et idem patet. 16. q. 7. c. decimas. Et est dictum Gregorij, scilicet oportet autem cōgruentius nos decimas & primitias, quas de iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere, quas fideles Domino præcipiente offerunt.

H Dicendum tamen quòd in iure canonico non fit tanta mentio de primitijs, sicut de decimis, eo quòd decimæ multas difficultates habent, & maiora iura sunt.

Aliqui autem dicunt, quòd primitiæ sint debitæ nunc, & iura non faciunt magnā mentionem de eis, eo ꝙ intelligūtur nomine decimarum personalium. Sed dicendum quòd non stat. Primò quia iura distinguunt vbique primitias a decimis. 32. dist. cap. pręter hoc. 2. 16. q. 1. cap. reuertimini. 2. 16. quęst. septima, cap. decimas. Et etiam in rubro extra de decimis distinguuntur, quia dicitur ibi de decimis primitijs, & oblationibus.

I Secundò patet, quia nullo modo possunt includi primitiæ sub decimis personalibus: nam decimę personales debentur intuitu personæ, primitiæ autē debentur de solis fructibus, & ratione prędiorum, ideo nullo modo pertinent ad decimas psonales, sed magis pertinent ad prędiales, si ad decimas deduci deberent, & tñ non pertinent ad decimas, quia sunt quędā distincta iura ab illis, & ius de eis expressam mentionem facit, licet non tantam quantam de decimis.

Sed adhuc aliqui obiiciunt circa præcedentia, s. ꝙ debeantur primitiæ de iure diuino vt patet. 16. q. 1. c. reuertimini. vbi Hier. inducit mandatum domini per Mala. super decimis & primitijs soluendis, & tamen quidquid soluitur, quia Deus mandauit illud per Mala. est debitum de iure diuino, ergo sunt debitæ de iure diuino.

K Secundò patet quia hoc Greg. planius asserit. 16. q. 7. c. decimas. s. oportet decimas, & primitias ab omni populo accipere, quas fideles domino præcipiēte offerunt, iuxta illud vaticinium Malachię. Inferte omnem decimam & c. vbi tam de decimis quam primitijs expressum est, si ergo nunc a fidelibus primitię offeruntur, quia mandauit illud Dominus per Malachiam, ergo nunc sunt de iure diuino.

Dicendum, ꝙ solū sunt de iure humano canonico quia mandata de decimis primitijs, & alijs cæremonialibus non manent nunc, sed expirauerunt omnia cum veteri testamēto, alioquin maneret circūcisio, & abstinentia a cibis, & obseruantia festorum & tota legalis impositio. Quod falsum est, sed ecclesia vidēs quędam illorum conuenientia esse nobis iterū instituit illa obseruari, & iam nunc non habent auctoritatem inquātum à Deo instituta fuerūt in veteri testamento, sed inquātū de nouo ecclesia illa instituit. Sic etiam omnia iudicialia veteris testamenti cessauerunt, sed quia quædam leges illarum visę sunt conuenientes statui nostro, canonizauit ecclesia aliquas illarum. Sic patet extra, de adulter. & extra, de furtis, & magis. extra, de iniurijs & dam. da. vbi multę leges Exo. ponuntur. Sic autem factum est de deci. & primitijs, nam illę institutæ fuerunt a domino in veteri testamento Num. 18. postea per prophetas sæpe annunciata sunt, vt Mala. 3. c. quia tamen cessauit vetus testamentum, cessauerunt omnes istę institutiones eius, quas Deus fecerat, & iam ex illo capite nullam vim habent. Quod manifestius patet, quia decimę & primitię statutæ fuerunt à Deo in veteri testamēto, vt darentur leuitis & sacerdotibus, Num. 18. c. & tamen cessauit totus status ille sacerdotalis, & leuiticus ita, vt in æternum nūquam rediturus sit. Ergo necesse est, vt pariter iura eorum, & leges, quæ de eorū administrationibus & iurib. erant, penitus cessarent. Et istud est argumētum efficax ad ostendendum, ꝙ lex vetus iam cessauerit, quod argumētum inducit Apostolus ad Heb. 7. c. s. trāslato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat. Et idem extra de constitutionib. ca. translato, sed erant primitiæ & decimæ iura a Deo instituta pro illis sacerdotibus & leuitis, ergo penitus cessauit institutio illa. Et sic non possunt esse de iure diuino, nisi Deus iterum statuerit illa dari sacerdotibus nostris, quod non factum est, sed ecclesia solum illud fecit, ergo non sunt nunc ista debita de iure diuino, sed de iure canonico. Cum autem aliqui dicunt debita esse de iure diuino debet intelligi sic, non ꝙ nunc debeantur ex institutione iuris diuini, sed ex iure canonico, fuerunt tamen olim debita de iure diuino, & ecclesia ideo mota fuit ad illud statuendū, quia olim sic statutum erat. Et fortè ecclesia non statuisset nisi ab antiquo sic inuenisset statutum, confert autem multum illa diuina institutio ad institutionem, quam facit ecclesia. Nam apparet, ꝙ non est iniusta cum olim sic statutū fuerit à Deo, q nihil iniustum statuit. Et sic debet intelligi extra de decimis. c. Parrochianos. s. cum decimę non ab homine, sed à Deo institutæ tanquam debitum exigi possunt. s. quātum ad primam institutionem sunt à Deo, sed quantum quę nunc durat nō sunt institutæ à Deo, sed ab ecclesia, sed quia à Deo primo fuerunt apparet, ꝙ ecclesia non grauauit sic statuēdo, & ideo securè possunt exigi tanquam debitum. Decimæ sunt a Deo institutæ.

Ad primum. i. ad. c. reuertimini. dicendum ꝙ non obstat, quia illa sunt verba Hier. exponētis Malachiā, & ideo non dicit quid nūc debitum sit, sed quid erat debitū, quando Malachias illud dixit, & quid significent verba Malachię, cōpilator autem decreti introduxit illa verba Hier. inquantū tāgitur in eis de decimis & primitijs, quæ iam ex alio iure debitæ erant in nouo testamento, & faciunt bene ad propositū, tamen nō est sensus, ꝙ illo iure debitæ sint decimæ & primitię.

Ad secundum dicendum ꝙ Greg. non innuit primitias, aut decimas esse nunc debitas de iure diuino, sed de iure canonico, cum ait in. c. decimas. Decimas quas in vsum pietatis cōcessas esse canonica demonstrat auctoritas. Et ita non dixit ex diuina auctoritate concessas, vel ex illa hoc patere; sed ex canonica. Etiam quia dicitur eo. c. oportet autem congruentius decimas & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus ab oī populo accipere. Et nō dixit, ꝙ Deus vel diuina

diuina auctoritas sanxit esse sacerdotum, sed sanci- A mus, quasi hæc auctoritate sedis apostolicæ pertineant nunc decimę ad sacerdotes, & non ex mandato Dei. Cum autem dicitur ibidem. Quas fideles Domino præcipiente offerunt. non est sensus, quòd ex vigore illius pręcepti nunc fideles offerant decimas, & primitias, sed quòd illud mandatum Dei, & similia fuerunt occasio Ecclesiæ ad statuendum, quòd sacerdotibus nostris decimæ, & primitiæ darentur.

Qui teneantur dare primitias in nouo testamento. Quæst. CCXVII.

QVAERETVR qui teneantur dare primitias. Dicendum, quòd nō est dubium quin om- B nes laici teneantur ad primitias. Sic patet 32. distin. cap. præter hęc, scilicet, decimæ, & primitię seu oblationes viuorum, & mortuorum fideliter ecclesijs Dei reddantur a laicis. Sic etiam dicit. 16. q. 7. cap. decimas, sed oportet nos congruentius decimas, & primitias ab omni populo accipere, sed nomine populi soli laici solent intelligi, & non viri ecclesiastici, ergo soli laici videntur ad hoc teneri.

Sed dicendum, quòd de laicis quin teneantur non est dubium. Et tamen an clerici teneantur, est dubium, quia etiam ipsi decimas soluunt, vt ostensum est supra.

Circa quod considerandum, quòd aut clerici habent sola bona beneficij, aut aliqua alia. Si sola bo- C na Ecclesię non tenentur dare primitias de illis, sicut neque tenentur dare decimas. extra, de deci. capitu. nouum, & ostensum est supra: nam bona de dote ecclesię libera sunt ab onere decimarum, & qualibet alia solutione facienda Ecclesię.

Si autem habet bona patrimonialia siue quomodocunque prophana, putant aliqui, quòd teneatur clericus dare primitias, quia quantum ad illa bona reputatur laicus, & primitiæ non sunt onus personale, sed reale. Sic enim de illis dat clericus decimas, vt ostensum est supra, & non est in his exemptus.

Dicendum autem, quòd si primitiæ essent pure onera realia, & soluerentur determinate secundum quantitatem fructuum sicut in veteri testamento, D scilicet, vnum de sexaginta, teneretur dare clericus primitias secundum quantitatem fructuum, quos colligeret de agris prophanis, & de agris ecclesiæ nihil daret, & tamen nunc non est mensura determinata circa primitias, sed statur consuetudini, & soluitur aliquid modicum pro omnibus fructibus alicuius, quod si solueretur a clerico, non videretur an solueret de fructibus bonorum profanorum an de bonis Ecclesiasticis: ideo non videtur, quòd teneatur clericus.

Secundo patet, & efficacius, quia cum soluere sit quoddam onus, & sit odiosum, & odia sint restringenda, non erunt obligati illi, qui non exprimuntur, & tamen in solutione primitiarum fit mentio de so- E lis laicis 32. distin. cap. pręter hęc, & 16. q. 7. cap. decimas, ergo videtur, quod soli laici teneantur, & non clerici. Et hoc verum videtur, nisi consuetudo aliud haberet, quæ in his habet magnam auctoritatem.

Cum autem objicitur de decimis, quas soluunt clerici de bonis prophanis. Dicendum, quod non est simile, quia primitię nunc non soluuntur secundum consuetudinem sigillatim de agris quibuslibet cum nō debeatur determinata mensura, sed de omnibus, vel pro omnibus datur aliquid, ita vt nō videatur distinctè pro quo agro datur, vnde sic non videretur an clericus solueret primitias de agro ecclesię, vel de prophano, cum iste modus magis videatur esse oneris personalis quàm prędialis, vel realis.

An religiosi non priuilegati teneantur dare primitias de fructibus suis. Quæst. CCXVIII.

QVAERETVR an religiosi non priuilegiati teneantur dare primitias de fructibus suis.

Aliquis dicet frustra hoc quæri, quia ex præcedentibus apparet non teneri eos, cum clerici sint liberi.

Dicendum, quòd non sequitur, quia clerici regulariter sunt exempti, vel non obligati ad decimas nisi quantum ad bona profana, in quibus iudicantur laici religiosi. Si tamen quantum ad omnia bona eorum, quæ sunt ipsius monasterij, vel ordinis, sunt obligati regulariter ad decimas nisi expresse sint in aliquo priuilegiati. Et quia super primitijs non constat eos priuilegiatos, dubium erit, an ad eas sint obligati.

Sed circa hoc dicendum, quòd cum primitiæ minoris oneris sint quàm decimæ, & minus reales, qui liber est a solutione decimarum siue ipso iure siue ex priuilegio, liber erit ab onere primitiarum. Ex quo sequitur, quòd Cisterci. Templarij, & Hospitalarij non teneantur ad primitias, cum isti non teneantur decimas soluere de laboribus suis, idest, de terris suis, quas proprijs manibus, vel sumptibus colūt. extra, de decimis cap. ex parte. De terris autem, quas alij locant in pensionem non soluunt ipsi, sed illi, quibus tradunt eas primitias de alijs religiosis, quia non habent priuilegium decimarum nisi super noualia, & nutrimentis animalium, & hortis eo. cap. ex parte manet dubium.

Sed videtur dicendum, quòd nulli religiosi teneātur ad primitias. Primo quia 32. distin. cap. præter hęc, & 16. q. 7. cap. decimas vbi de primitiarum solutione agitur dicitur, quòd a laicis sunt primitię exigendæ, & tamen religiosi non sunt laici, sed clerici, & gaudent priuilegio clericali quantum ad canonē si quis suadente, ergo non tenebuntur ad primitias.

Secundo quia consuetudo facit pro eis, quę in his tribuit ius, scilicet, quia primitię non consueuerunt solui. Tertio patet, quia quando religiosi exemptionem volunt ab oneribus, quibus tenentur Ecclesijs petunt hoc quantum ad decimas solas, non autem quantū ad primitias, ergo videtur, quòd non teneantur ad primitias.

Quarto quia sępe Ecclesię parrochiales ponunt querelas aduersus religiosos, quia fraudant eas iuribus suis, vt patet extra de decimis cap. ex multiplici, & cap. commissum, & cap. dilecti, & cap. suggestum, & cap. licet, & in multis, & tamen in nullo horum dicunt de primitijs, & in omnibus dicūt de decimis, ergo videtur, quòd ad primitias non teneantur religiosi, neque fuerunt in possessione soluendi eas, & ob hoc Ecclesiæ non putant se grauatas, licet non soluantur eis. Et sic non proponunt querelam sicut de decimis, ad quas tenentur.

Cui dandæ sunt primitiæ. Quæst. CCXIX.

QVAERETVR cui dandę sunt primitię.

Dicendum, quòd sacerdotibus, & hoc patet, quia clerici instituerunt nunc primitias ad similitudinem primitiarum veteris testamenti, ibi autem Deus iussit illas dari sacerdotibus sicut decimas Leuitis Num. 18. ca. ideo & nunc debuerunt dari sacerdotibus, idest, ministris Ecclesię.

Sed

Sed dicendum, quòd non omnibus sacerdotibus. Nam religiosis non dantur, quia religiosi nulla iura a populo recipiunt, sed potius soluunt. extra de decimis cap. ex multiplici, & cap. commissum. Nisi super his sint priuilegiati eo.tit. cap. dilecti, & cap. ex parte tua. Quod verũ est, nisi monachi populum habeant, quia tunc ab illo tam decimas quàm primitias, & oblationes, & omnia iura percipiunt, quia parrochiã habent. Sed dato, quòd clericis secularibus dentur, an dabuntur Ecclesię, in qua quis audit diuina, vel in qua fundi siti sint?

Dicendum, quòd si soluerentur nunc primitiæ, vt in veteri testamento, vt de sexaginta vnum, quæ erat mensura determinata Ezechi. 45. esset quilibet ager primitialis, sicut est decimalis, quia de quolibet deberetur certa pars primitiarum secundum quantitatem fructuum, & tamen non debentur primitiæ sic, sed secundum consuetudinem, vt dicetur sequenti q. Ideo nõ videtur per se quilibet ager obligatus, sed potius persona ad soluendum hoc de agris, sed illa, quæ sunt personalia onera, vel quasi pertinent ad ecclesiam, in qua audit diuina soluens: ideo illi dabuntur, & non Ecclesiæ in cuius territorio sunt fundi. Sic innuitur 16. q. 1. cap. doctos, & cap. moderamine, vbi dicuntur primitię dari pro seruitio altaris. Siquis tamen contendat primitias debere dari Ecclesię, in cuius parrochia sunt fundi non resistimus, maxime si consuetudine fulciatur, quæ in hoc prębet magnũ ius, & tamen communius tenetur, quod dentur ecclesiæ parrochiali, idest, in qua audiuntur diuina, quę est parrochia soluentis. Sic tenent Rai. & Hostien. in summa de decimis titu. dicentes parrochiali ecclesię dandas primitias per allegata iura.

Quantum soluendum est nomine primitiarum.
Quæst. CCXX.

QVAERETVR quantum soluendum est nomine primitiarum.

Dicendum, quòd de hoc apud doctores iuristas non est eadem positio. Et ratio est, quia iura canonica non taxauerunt, & etiam in veteri testamento non fuit diffinitum: nam iuxta positionem communiorem eorum, cum credant tam decimas quàm primitias esse de iure diuino, eo quòd pręceptæ fuerunt a Deo in veteri testamento, si ibi inuenirent taxationem illam dicerent tenendam, sicut circa decimas, quia decima pars fructuum ibi fuit imposita, dicunt illam debere seruari a nobis, non inueniunt tamen diffinitionem iuxta dictum Hierony. & habetur extra de deci. cap. decimam, scilicet, quòd circa primitias nihil fuit diffinitum a Moyse in Pentateucho, & ideo tenebatur doctrina magistrorum, quòd qui plus solueret de quadraginta, qui minus solueret de sexaginta, & inter quadraginta, & sexaginta erat solutio. Et hoc tenendum putant circa solutionem nostram in frugibus, & vino, & oleo, & melle, & generaliter in omni fructu præter animalia. De animalibus non erat idem, & dixerunt quidam, vt Hugu. quòd erat dandum primogenitum, vt videtur dici extra de voto, & vo. re. c. magnæ, sed eidẽ Hugu. visum est hoc valde graue esse, vt siquis tria solum, vel quatuor capita haberet, ideo dixit dãdum vnum de ducentis, & si tot capita non habeat dabit proportionaliter ęstimationem. Sed Ioan. & Lau. dixerunt de cẽtum capitibus dandum esse vnũ Gofre. tamen, & Rai. dixerunt in hoc ad consuetudinem recurrendum, de his Host. in summa tit. de deci. in fi.

Dicendum tamen, quòd in his præsupponitur ali-F quis error. Primus est, quòd non inueniatur determinatum quantum solueretur pro primitijs in veteri testamento. Secundus est, quòd si illa determinatio inueniretur sequeremur illam.

De primo patet, quòd certum erat in veteri testamento quantum determinate daretur in primitijs, quia de rebus mensurabilibus aridis, & liquidis dabatur sexagesima, idest, de sexaginta pręcise vnum. In pecoribus autem de ducentis dabatur vnũ, Ezechie. 45. cap. Et hoc dicit Hierony. super Ezechielem cuius auctoritas allegatur extra de deci. cap. decimam, scilicet, quòd in Pentateucho tempore Moysi præceptæ fuerunt primitię, sed non diffinitę: ideo arbitrio magistrorum soluebatur inter quadraginta, & G sexaginta, sed postea, ne sacerdotes per auaritiam aliquid plus exigerent, taxauit Deus per Ezechielem, idest, sexagesimam, & ducentisimam.

De secundo apparet, quia dato, quòd in veteri testamento esset determinata taxatio primitiarum, nõ oportebat illam tenere in nouo testamento, Et ratio est, quia sicut decimæ, & primitię, non ideo soluuntur in nouo testamento, quia erant impositę in veteri, sed quia postea ecclesia statuit, ita dato, quòd taxationes aliquæ ibi factę essent, non ideo tenendæ erant in nouo testamento.

Quod autem de primitijs animalium dicebatur dandum primogenitum non est verum, quia primogenita omnia pecorum debebantur sacerdotibus ex H alio iure. Nam cuiuslibet pecoris dabatur primogenitum, & hominis primogenitus redimebatur, & vltra hoc dabantur primitiæ, de animalibus. Nume. 18. cap. quod etiam dicebat Hugui. durum esse dari primogenitum siquis non haberet nisi vnum, duo, vel tria capita nihil facit, quoniam certum est, quòd etiam si nõ haberet quis nisi ipsum primogenitum, dare debebat illud: Exo. 13. & Num. 18. cap. sed non dabat in primitias. Cum autem dicunt dari centesimum, nullam causam habent neque in nouo neque in veteri testamento.

Dicendum, ergo circa hoc, quòd cum primitiæ non soluantur nunc, ex eo quod fuerunt institutæ in veteri testamento, sed ex eo quòd ab ecclesia postea I introductę sunt, non est curandum de quantitate earum in veteri lege, etiam si sit certa. Nam planum est, quòd post tempora Ezechielis prophetę semper dabatur in fructibus terrę sexagesima pars, & in animalibus ducentesima: Ezechi. 45. cap. Et tamẽ, quia Ecclesia non diffiniuit hanc quantitatem, non tenemur sequi hanc, sed eam, quam illa diffiniret, nullã autem diffiniuit: ideo standum est consuetudini. Vnde dicendum, quòd super primitiarum quantitate, aut constat de consuetudine alicuius Ecclesiæ, aut non. Si constat illa est tenenda, & relinquitur totum consuetudini secundum Goffre. & Rai. & bene dicunt. Aut non constat de consuetudine Ecclesiæ: vtpote quia non est aliqua certa consuetudo Eccle-K siæ illius, & tunc recurrendum est ad consuetudines vicinarum Ecclesiarum extra de consuetudine cap. cum olim. & extra de sepultu. cap. certificari. Et hoc verum est, quando vicinarum Ecclesiarum est vna consuetudo. Si autem diuersarum ecclesiarum vicinarum sunt diuersę consuetudines illa tenenda est, quæ magis tendit ad mediocritatem 10. quæst. 2. ca. hoc ius, vel tenendam esse eam, quę minus dat. arg. ff. de lega. in l. 3. Et hoc verum putant Goffre. & Rai. si ecclesia non egeat, & tamen si ministri non possunt sustentari, credunt tenendam esse consuetudinem illam, quæ plus dat, vel saltem eam, quæ tenet medium 10. quæst. 2. capitu. hoc ius. Hæc vera sunt.

Sed

Op. Ho. & Tho. 2.2.q. 86. ar. vlti. & vltimũ. Sed dicit Hostien. & Henri. extra de deci. capitu. 1. quòd ista varietas consuetudinis attendenda est inter quadraginta, & sexaginta, & idem tenet beatus Tho. Secunda secundæ.

Dicendũ tamen, quòd hoc nõ stat, quia innuunt, quòd non valet consuetudo, si tenet, quòd minus soluatur quàm sexagesima, in quo imitari volũt traditionem illam Hebręorum, quam ponit Hierony. & habetur extra de deci. cap. 1. Et patet primo, quia si aliqua mensura teneretur de eis, quæ seruabantur in veteri testamento, maxime teneretur illa, quæ expressa erat in sacra scriptura, & tamen expressa erat sexagesima, & ducentesima Ezech. 45. cap. ergo illa pręcise tenenda esset, & non aliqua consuetudo ad plus, vel minus.

Secundo quia neque taxatio facta in sacra scriptura veteris testamẽti, neque interpretatio aliqua magistrorum a fortiori debebat in hoc teneri cum non soluantur nunc primitiæ, quia ibi statuta fuerunt, sed quia postea de nouo introductæ sunt, sed Ecclesia nihil taxauit, ergo non est obligatio ad soluendum nisi quantum consuetudo habet, quę est lex cum deficit lex. Et sic dicit Inno. & bene, quòd cum nõ inueniatur in iure expressa quantitas primitiarum est in optione dantis quantum velit dare nisi consuetudo regionis aliquid determinatum habet, quia illud est tenendum, immo vt aliqui volunt, quòd si sit aliqua regio, in qua sit consuetudo nihil dari de primitijs, excusantur non soluentes a peccato, si ista consuetudo obtenta est sine contradictione a tempore, de quo non extat memoria. Hoc tenet Glo. super Rai. & super Ioan. in su. Gonfr. eo. tit. de deci. quod satis potest stare cum primitię sint introductæ apud nos de iure positiuo, & illud per contrariam consuetudinem potest tolli. 4. distin. ca. leges, secus si essent de iure diuino, ita quòd nunc maneret mandatum datum Nume. 18. ca. a Deo de dandis primitijs, quia contra illud neque valeret consuetudo, neque præscriptio potest introduci.

Quare soluuntur nunc primitię. *Quæst.* CCXXI.

QVAERETVR quare soluuntur nunc primitiæ. Aliqui dicunt, quòd nulla causa est quare soluantur, immo non debent dari, quia pręcepta cęremonialia veteris testamenti non seruãtur in nouo, & tamen pręceptum de primitijs erat cęremoniale, ergo non manet.

Secundo quia primitias offerebant Iudęi Deo in veteri testamento pro speciali causa, quæ ad eos pertinebat, & non pertinet ad nos, scilicet, pro liberatione de Aegypto, & introductione in terram Chanaan, & soluens faciebat quandam professionẽ coram Deo, vt dicitur Deutero. 26. cap. & dictum est supra. Sed hoc non pertinet ad nos, neque talem professionem facere debemus, aut ponere primitias in cartallo sicut illi, ergo non tenemur dare primitias.

Dicendum, quòd primitię dantur in nouo testamento, & causa immediata quare dantur est, quia impositę fuerunt ab ecclesia. Causa autem impositionis Ecclesię vna fuit in recognitionem: nã a Deo recipimus omnia, quæ habemus, & maxime fructus terræ, quia postquàm seminamus grana in terra putrefiunt, & moriuntur 1. Corin. 15. cap. & non est in potestate hominis, quòd de granis mortificatis aliquid proueniat. Deo autem volente prouenit postea magna vbertas fructuum: ideo ad totum illud tenetur homo Deo, quia totum illud pręstat, extra de decimis cap. cum non sit in homine. Deus autem

A licet non egeat bonis nostris Psal. 15. tamen vult recognitionem a nobis, vt dicit Augu. 16. q. 1. cap. decimę, & hoc est, quòd demus ei de eis, quæ ab eo accepimus, sicut dixit Dauid 1. Paralipomenon 29. cap. Tua sunt omnia, & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. Quia ergo ipse fructus omnes dat, iustũ est, vt pro principio fructuum aliqua ei munera offeramus, & ista vocamus primitias.

Secunda causa est, vt sit aliqua sustentatio ministris Ecclesię, dandi enim erant eis aliqui reditus ad sustentationem a communitate, eo quòd pro tota communitate Deo ministrabant, quòd autem isti vocentur decimæ, vel primitiæ, vel quidquid aliud,
B dum tamen vsque ad sufficientiam sint, nihil refert. Et sic diuersis nominibus iura hęc vocauerunt.

Tertia causa est, quia Ecclesia inuenit, quòd Deus instituerat primitias in veteri testamento pro sustentatione ministrorum. Nunc autem ministri sunt, & sustentatione indigent, & eis de publico dãda est, & ideo non vidit aliquid aliud ecclesia conuenientius quàm instituere illa eadem iura soluenda, quæ fuerant in veteri testamento, sed ibi fuerunt primitię: ideo instituit primitias.

Ad rationem primam dicendum, quòd cęremonialia pręcepta veteris testamenti nõ manent nunc, & verum est, quòd primitiæ non dantur ex vigore illius mãdati cęremonialis, sed quia ecclesia nouiter
C instituit dari.

Alij dicunt, quòd huiusmodi cæremoniale non manet quantum ad id, quòd cęremoniale erat, scilicet, ad quantitatem, & modum fructuum, sed quantũ ad illud, quod erat de iure naturali, scilicet, quòd aliquid detur in recognitionem manet. Et quantum ad hoc dantur nunc primitiæ. Sic dicit beatus Tho. Secunda Secundę q. 86.

Sed melior est prima solutio, quia hęc supponit, quòd aliquo modo sit solutio primitiarum de iure naturali. Quod proprie loquendo non concedimus. Nam de iure naturali non est nisi, quòd aliquid detur Deo in recognitionẽ, & quòd aliquid detur ministris eius, eo quòd seruiunt loco cõmunitatis, sed quòd hęc sit decima, vel primitia, aut aliquod aliud ius, non est de iure naturę. Op. s. Tho. 2.2.q.86. ar. vlti.

D Ad secundum dicendum, quòd Iudęis fuit multiplex causa dandi primitias, & vna fuit illa, scilicet, introductionis in terram promissionis. Nobis autem sunt aliæ causę, & non oportet, quòd eadem causa sit nobis, & Iudęis soluendi primitias, cum neque sit idem pręceptum de soluendo, quia illis dedit Deus, nobis vero Ecclesia. Licet potest etiam dici, quòd sit nobis, & illis aliqua vna causa, quia licet illa causa, quàm profitebantur Iudęi erat eis specialis, cum recognitio fructuum receptorum a Deo est communis nobis, & illis, & omnibus hominibus, & ideo bene ex eadem causa nos, & illi primitias damus, sic enim de decimis erat, quia illas damus Deo in recognitionem dominij, ipse quippe reseruauit eas sibi in signum vniuersalis dominij, extra de deci. ca. tua
E nobis, & nos in huius recognitionem eas damus.

Vę vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritę, Luc. 11. e.
quia mundatis quod de foris est calicis, &
paropsidis, intus autem pleni estis rapina,
& immunditia. Pharisæe cæce, munda
prius quod intus est calicis, & paropsidis,
vt fiat, & id, quod de foris est mundum.
Vę vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, Luc. 11. f.
quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ

aforis parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni

Luc. 11 g.

ſpurcitia, ſic & vos aforis quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monu-

Luc. 11. g. Theſ. 11 f.

menta iuſtorum, & dicitis. Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui Prophetas occiderunt. Et vos implete menſuram patrum veſtro-

Luc. 11. g.

rum. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ? Ideo Ecce ego mitto ad eos Prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis

Hebræ. 11. d. 2. Para. 24. e. Luc. 13. g.

iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum, & altare. Amen dico vobis, venient hęc omnia ſuper generationē iſtam. Ieruſalem Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis. Non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Chriſtus ſcribas reprehendebat, ꝙ conrumperent vitę veritatem.

Væ vobis. In pręcedentibus Chriſtus arguit Phariſęos, quòd corrumperēt veritatem diſciplinę, & iuſtitię, hic arguit eos, ꝙ corrũpant veritatē vitę, & ad hoc ponit tria exēpla. Secundũ ibi. *Væ vobis ſcribæ.* Tertium ibi. *Væ vobis ſcribæ.* Circa primum dicitur. *Væ vobis.* Sicut in pręcedentibus per vę quandam maledictionem importat.

Scribæ, & Phariſæi. Ad iſtos loquitur, quia Phariſæi, & Scribę, ideſt, ſapientes erant deteriores in populo Iudæorum, & decipiebant populum ſuis ſimulationibus, vnde erant digni maiori redargutione.

Qui mundatis. Arguit eos, quòd curarent de corporali, & exteriori munditia, & non curabant de interiori mũditia cōſcientiæ, q̄ pręcipua eſt apud Deũ.

Quid calix ſit quidve paropſis.

Quod de foris eſt calicis, & paropſidis. Calix eſt vas, & non ſignificat vas, in quo feratur aliquid ad cibum, ſed ad potum, vt dicitur ſupra 20. cap. Poteſtis bibere calicem, quem bibiturus ſum? Et Pſal. 21. calix meus inebrians quàm præclarus eſt. Paropſis eſt nomen vaſis pertinentis ad cibos, vel ad cibos præcipuos, ſiue ad condimenta ciborum, quæ aliqui ſalſamenta vocant. Sic dicitur infra 26. cap. Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Et

F quod vocatur ibi paropſis alibi vocatur catinus. Luc. 11. cap. ſcilicet, mundatis quod de foris eſt, ideſt, partem exteriorem paropſidis, & catini. quaſi dicat, partem interiorem eorum non mundatis, ſed iſte ſenſus non ſtat.

Primo quia non eſt veriſimile de áliquo, quòd taliter mundaret vaſa, ſcilicet, interiora relinqueret immunda, & exteriora lauaret, quia id, quod bibitur, aut comeditur in parte interiori vaſis continetur, & nō in exteriori, ideo magis neceſſaria eſt mũdatio partis interioris quàm exterioris.

Secundo quia non erat hoc veriſimile ſpecialiter circa Phariſęos, & Scribas, qui pręcipuam curam habebant de munditia corporali, & ſępe lauabant corpora, & vaſa omnia. Vnde arguit eos de ſuperuacuis G baptiſmatibus calicum, & ęramentorum Mar. 7. ca. Sed qui lauat partem exteriorem vaſis, & non interiorem non ſufficienter lauat, ergo non faciebant hoc Phariſęi.

Tertio quia ſi hoc eſſet, nulla cura eſſet Chriſto arguere de hoc. Nam licet mundare partem exteriorem vaſorum, & non interiorem ſit quædam immunditia, & ineptitudo, tamen non eſt peccatum apud Deum: Chriſtus tamen non arguebat homines niſi de peccato, quo Deus offenditur: ideo nō erat iſte ſenſus.

Quarto quia litera non cōcordat huic ſenſu, quia dicitur. Mundatis quod de foris eſt paropſidis, & H calicis, intus autem pleni eſtis rapina. Et ita illud intus non refertur ad calicem, ſed ad hominem, & tamen intelligendo primo modo debet dici mundatis quod de foris eſt calicis, & paropſidis, ideſt, mundatis calicem, & paropſidem, quæ vaſa de foris ſunt, & extra hominem.

Intus autem. Ideſt, In cordibus veſtris. *Pleni eſtis rapina.* Ideſt, Rapiendi deſiderio, vel peccato rapinæ propter aſſuetudinem rapiendi. Nam aliter non poteſt rapina eſſe in anima, cum rapina, ideſt, res rapta foris ſit.

Et immunditia. Signat generaliter immũditia omne peccatum, quia omne peccatum reddit nos corā Deo immundos, neque eſt alia ſordes animi niſi pec- I catum.

Phariſæe cæce. Hactenus increpuit Phariſęos, & Scribas enarrans malum quod faciebant: hic ſuadet quid agere debeant, ſcilicet, mundare interiora cordis. Et vocat cęcos Phariſæos, quia ſicut ex cęcitate quadam prouenit, quòd quis mundare intēdens calicem, aut paropſidem mundet exteriorem partem eius, & non interiorem, quia ſi videret maculas manentes eas abſtergeret, ita prouenit ex cęcitate, quòd quis mundet exteriora ſua, & non interiora q.d. ſi tu videres interiora tua, quomodo immunda ſunt veriſimile eſt, ꝙ velles ea mũdare cum mundes exteriora, & tamē non mũdas: ideo videtur, ꝙ omiſeris qua- K ſi illa non videas, & ita cęcus es. *Munda prius.* Ideſt, potius, non dicit prius, ſ. tempore, quia non differt quid prius mundemus an exteriora, vel interiora, dum tñ interiora mũdemus, ſed dicit potius, i. pręcipue, ſ. habe pręcipuā curā de munditia interiori, quia illa incomparabiliter maior eſt, de exteriori vero mũditia habe minorē curam. *Quod intus eſt calicis, & paropſidis.* Pōt iſta litera dupliciter legi. Vno modo mũda prius, i. potius quod intus eſt calicis, i. partē interiorē, & exteriorem mundabis minus principaliter, quia maior neceſſitas eſt mũdandi interiora calicis, & paropſidis in quibus eſt vſus ciborũ, & potuum quā exteriora, q̄ non contingunt cibũ, & potum, ſed ſolum placent oculis. Et iſte ſenſus eſt metaphoricus. Alio modo intelligitur munda prius, i. potius quod intus eſt calicis,

cis,& paropsidis,i.calicem, & paropsidem interiorē,
Deus in corde nostro delectatur. s.cor, quia ibi est calix Dei, & paropsidis, s. cibus, &
potus eius. Nam delectatur in corde nostro, sicut in
cibo nostro, & potu nos delectamur si sit mundum
cor. *Vt fiat id, quod de foris est mundum.* Idest, Vt postea
mundes quod de foris est,& apparet in oculis hominum, quasi dicat minorem curam debes habere de
exterioribus mundandis,& iste est verus sensus.

Quid intendebat hic Christus inducens de calice, & paropside. Quæst. CCXXII.

QVAERETVR quid intendebat hic Christus inducens de calice,& paropside. Dicendum, ꝙ arguit Phariseos,ꝙ praue viuerēt corrumpendo veritatem vitę. Non enim tales erāt quales se ostendebant,bonos enim se ostēdebant,& mali erant. Sic dicit Hiero. super Mat. diuersis verbis eodem sensu,quo supra arguit Phariseos simulationis, & mēdacij, ꝙ aliud ostēdāt hominibus foris,& aliud domi agant. Et Hilarius super Mat. dicit arguit eos, quia iactantiam inutilis studij sequētis vtilitatis perfectum ministerium derelinquunt. Sed obijcietur cū Christus arguat hic Phariseos,& Scribas de hypocrisi,quare nō vocat eos hypocritas,quod est redarguere eos sicut supra vocauit, & in sequenti redargutione hypocritas vocat? Dicendum, ꝙ verum est,ꝙ id, quod faciebant Pharisei, ad hypocrisim pertinebat, & tñ Christus nō redarguit eos hic de hoc sub ratione hypocrisis,sed sub alia ratione. Pro quo sciēdum, ꝙ vitiū vnū,& pręcipuum Phariseorū,& Scribarum erat,ꝙ cū mali essent interius apud Deū,in exterioribus bonos se fingebant,& hoc hypocritarū est. Christus verò eorū vitium redarguere intendit non vnico modo, sed multis, vt cum sępius argutum fuerit magis moueantur peccatores ad vitium deserendū, in quo Christus tenet modum oratorium. Illi quippe quādo super eadē re efficacissime suadere volunt, nō contenti sunt eandē rem semel dicere,& quoniā sępe eandē sentētiam sub eisdem verbis dicere vitiū orationis est,dicunt eādem sententiam varijs verbis, & coloribus faciendo exaggerationes. Ita & nunc Christus idē vitiū varijs rationibus,& medijs arguit. Primo illud tāgit sub rōne cęcitatis. Secūdo sub rōne hypocrisis. Et formať prima rō sic. Siquis intēderet mūdare calicē,& catinum, vel paropsidē mundaret totū tam exterius quā interius. Siquis verò exterius mūdaret,nō mundādo interius, videretur cęcus esse, & ex cæcitate ista omisisse, cū magis necessaria esset emundatio interior quàm exterior. Ita aūt erat apud Phariseos,quia mundabant exteriora, i. corporalia,& nō interiora,i. conscientiam,cuius munditia magis erat necessaria, ergo videbantur ex cæcitate omisisse id,quod magis necessariū erat emūdari. Et istum modū emendationis,vel redargutionis tenuit hic Christus contra Phariseos. Alius autem modus est, vt arguat eos de hoc sub ratione hypocrisi, s. ꝙ aliud foris ostenderent,& aliud intus haberēt,& hoc facit in litera sequenti,cū dicit. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ parent a foris hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum. Et hoc facit hypocrita, qui bonus apparet,& non est,& ideo cōsequenter Christus secūdum modos arguendi Phariseos posuit nomina. Nam hic vocauit eos cęcos,cū dixit: Pharisęe cęce, mūda prius quod intus est, & non hypocritas, quia sub ratione cęcitatis eos redarguit,& nō sub ratione hypocrisis. In litera autem sequenti arguit eos sub ratione hypocrisis, & non sub ratione cęcitatis: ideo vocat eos hypocritas,& non cęcos.

A *Quare Christus arguit Pharisæos hic, quòd mundarent exteriorem partem calicis &c. Quæst. CCXXIII.*

QVAERETVR quare Christus arguit Phariseos hic,quòd mundarēt exteriorem partem calicis, & paropsidis, cum hoc non videatur reprehensibile.

Dicendum, quòd Christus non arguit mūditiam corporalem,& exteriorem,quia Christus nunquàm redarguit nisi de eo,quod malum est, sed munditia corporalis de se,quantacunque sit,nunquam est mala:ideo neque a Christo arguitur. Sed potest intelligi vno modo, s. ꝙ Pharisæi magnam curam habebant
B de munditia vasorum,in quibus bibebant, & mādu-
cabant,quæ munditia est exterior, & tamen de conscientię mūditia nullam curam agebāt. Et istam curam munditię vasorum semper agebant Pharisæi, sed pręcipue in festis diebus,& quādo sacrificia acturi erant, & tamē neque tunc curam agebant de mūditia conscientiæ. Sic dicit Chrysost. super Mat. Hoc dicit,quia Iudæi quoties ingressuri erāt in templum, aut sacrificia oblaturi, aut per dies festos seipsos, & vestimenta,& vtensilia lauabant, & a peccatis nemo seipsum purgabat, cum Deus neque corporis munditiā laudet, neque sordes condemnet. Pone tamen, ꝙ Deus odit sordes corporum, & vasorum, quæ ne-
C cesse est,vt ipso vsu sordidentur, quāto magis sordes
conscientiæ horret,quā si volumus, semper mundā seruamus? Alio modo potest intelligi,ꝙ Christus nō loquatur de cura Pharisęorū circa calices, & paropsides in speciali, neque de cura aliquorum vasorum in generali, sed per vasa hęc significauit mundationem exteriorum rerum quam Pharisęi sequebantur non attendētes interiorē. Sic dicit Hiero. super Mat. s. nō hoc dicit,ꝙ in calice,& paropside eorum superstitio moraretur, sed quòd foris hominibus ostēdant sanctitatem. Posuit autem conuenienter exemplum de paropside,& calice, quia in his mūditia magis requiritur interius quā exterius,& siquis exterius mundauerit,& non interius,cęcus est,& nihil prodest, si autem intus mundauerit,etiā si foris non mundauerit,
D prodest & sufficit ad vsum, licet non ad pulchritudi-
nē. Sic si exteriora munda sint, conscientia verò immunda nihil prodest. Si vero interiora mundentur ēt si exteriora immunda sint, sufficit hoc coram Deo. Sic dicit Hilarius super Mat. Calicis namque vsus interior est,qui si obsorduerit,quid prodest lotus exterius? atque ideo interioris conscientię nitor est obtinendus,vt ea,quę corporis sunt forinsecus,abluātur. Vnde non solum facit comparationem de calice ad hominem,sed etiā ipsum hominem calicē vocat, & paropsidē,quia habet interiora,& exteriora sicut calix. Et hoc facit in fine literę cum dicit: Munda prius quod intus est calicis. Sic dicit Chry. super Mat. non hoc dicit de sensuali calice atque paropside, sed de
E intelligibili,qui si nunquam tetigerit aquā, mundus
potest esse apud Deum,si autem peccauerit, etiam si in tota aqua pelagi, & fluminum se lauerit immundus est,& miser ante Deum.

Et sic sensus est,nō quòd Christus exteriorum rerum argueret munditiam, sed quòd diligeretur exterior,& contemneretur interior,quę melior est,iniustum erat. Vel aliter,quòd Pharisęi solam exteriorem munditiam amarent, & propter eam se simpliciter mundos iudicarent quasi haberent totam mūditiā erat hypocrisis. Et tamen primus sensus est magis ad literam,cum nō vocentur hic Pharisæi hypocritę,sed cęci,vt dictum est præce. q. istud quoq; potest trahi ad multos sensus,s. vt per calices, & paropsides accipiamus hęreticos, vel literam veteris testamenti.

menti. Sic dicit Origenes super Matth. Omnes falsi dogmatis professores calices sunt a foris quasi mundati propter speciem religionis, quā simulant, ab intus autem pleni rapina, & simulatione, dum rapiunt homines ad errorem. Calix etiam est vas ad potum, paropsis ad cibum. Omnis ergo sermo, per quē potamur spiritualiter, vel omnis narratio, per quam nutrimur vasa sunt potus, & cibi. Qui ergo studet compositum proferre sermonem magis quàm salutari sensu repletum calix eius a foris mundatus est, ab intus autem sordibus vanitatis repletus, sed & literę legis, & Prophetarum calices spiritualis potus, & calices necessariarum escarum sunt. Scribæ quidem, & Pharisæi student sensum exteriorem mundum demonstrare, discipuli autem Christi sensum spiritualem mundare festinant.

Quare Christus non dixit oportuit vnam munditiam teneri, & alteram non omitti cum vtraque bona sit.
Quæst. CCXXIIII.

QVAERETVR cum Christus non damnauerit hic munditiam corporalem, vel exteriorem, sed preferret interiorem, quare nō dixit oportuit vnam teneri, & alterā non omitti, cū vtraq; bona sit, sicut supra in litera cum Pharisæi docerent decimandum anethum, & mentam, & ciminum, & nō docerent fidem iustitiam, & charitatē, quę erant grauiora legis, dixit eis. Oportuit hęc facere, & illa non omittere.

Dicendum, quòd non fecit, quia non erat simile de vtroque. Primo quia illa verba cōueniebant, quādo erant duo bona, & vnum erat maius, alterum minus. Sic erat de fide, & iustitia, & misericordia, quæ sunt bonum quoddam, & decimas dare erat etiam bonum, quia tamē melius erat primum, dixit, oportuit hęc facere, & illa non omittere. Et patet, quia dixit Christus. Vę vobis Scribę, & Pharisęi, qui decimatis mentham, & anethum, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam. Sed hic nō est sic, quia munditia interior est valde bona, munditia autem exterior, licet non sit mala, non est tamen bona, sed indifferens: ideo non debuit dici, ꝙ erat facienda, vel nō omittenda. Secundo quia Christus dixit decimas esse dandas, & non omittendam iustitiā, fidē, & iudicium. Et hoc, quia omnia erant necessaria, eo ꝙ a lege erant imposita. De decimis apparet Nu. 18. De misericordia iudicio, & fide patet, quia dicitur hic. Reliquistis quæ grauiora sunt legis, misericordiam, iudicium, & fidem, ergo erat conueniens comparatio inter ea, sed non erat sic de his, quia mūditia interior est de necessitate legis, immo ī hac stat tota lex, munditia autem exterior eo modo quo illā exercebāt Pharisęi non erat a lege imposita: ideo nō erat sub necessitate, & tamē si Christus diceret oportet hęc facere, & illa non omittere, faceret munditiā corporalem esse sub necessitate: ideo non debuit dicere. Tertio quia Christus noluit approbare traditiones Pharisęorum, & seniorum suorum, sed potius illas oderat, cum diceret eis. Vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones vestras supra 15. ca. & tamen istę lotiones calicum, & paropsidum erant de traditionibus Pharisęorum Mar. 7. cap. s. Pharisæi enim, & omnes Iudęi nisi crebro lauent manus, non manducant tenentes traditiones seniorum, Et a fortiori nisi baptizentur non comedunt. Et iterū eo. ca. Tenentes traditiones hominum, baptismata vrceorū, & calicū. Si autem Christus diceret bonā esse lotionem, vel mundationem calicum, & paropsidum, approbaret traditiones seniorum in hoc: ideo noluit

F dicere, quòd oporteret hoc facere, & illa nō omittere. Secus de decimis, quia illę non erant ex traditione seniorum, sed ex mandato Dei: ideo Christus laudauit solutionem decimarū, & non munditiā calicis. De his dicit Chry. in homilia, s. Attende autē, ꝙ vbi de decimis loquebatur, cōuenienter dixit, hęc oportuit facere, & illa nō omittere, decima enim eleemosyna quædam est. Quid autem nocet eleemosynam dare? non tamen hoc dixit, sicut legalem obseruationem inducens hic, vbi de purgationibus, & immunditijs disputat. Quarto quia dato, ꝙ munditia exterior esset bona, non oportebat hoc dici, quia ista duo se habent consequenter. Nā siquis interius mūdus sit, totus mundus est interius, & exterius. Nam

Decimæ erant ex Dei mandato.

G sola munditia interior est, quæ est humana, & ideo qui illam habuerit est simpliciter mundus, ita quòd nulla mūditia ei desit, neque censetur habere aliquā immunditiam, sic innuitur ex verbis Christi, s. munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat id, quod de foris est mūdum, i. eo ipso, ꝙ interiora mūdas, exteriora per se efficiuntur munda, & non oportet, ꝙ tu illa mundes, similis modus loquēdi est supra 6. ca. s. Si oculus tuus simplex fuerit totū corpus tuū lucidum erit. Sic dicit Chryso. in homilia, s. non hoc addit, i. oportet hęc facere, & illa non omittere, sed ostendit, ꝙ ad interiorem mūditiam exterior sequitur, quod quidem extra calicis corpus vocans, quod autem intus est animam. Sic etiā dicit Origenes super Mat. s. Hic sermo nos instruit, vt festinemus esse

H iusti, non apparere, q enim studet, vt appareat iustus, quæ foris sunt, mundat, & quę videntur curat, cor autem, & conscientiam negligit, qui autē studet ea, quæ intus sunt, i. cogitationes mundare consequens est, vt etiam ea, quæ a foris sunt faciat munda.

Vę vobis. Hic ponit Christus secundum exemplū quo arguit Pharisęos, ꝙ corrumperent veritatē vitę. Et hoc in proprijs actibus, & ait. *Vę vobis*. Maledictio est, quia singula istorum sunt causa sufficiens maledictionis diuinę super eos. *Scribæ, & Pharisæi*. Isti sunt pręcipui in malo, & cęteros decipiūt. *Hypocritæ*. Quia bonum foris ostēdebant, & malum intus habebant, sicut statim sequitur. *Qui similes estis sepulchris dealbatis*.

I Recte dixit dealbatis, & non albis, quia albedo foris superinducitur illis ad quandam pulchritudinem, sed interius nulla est pulchritudo.

Quæ parent a foris hominibus speciosa. Propter colorē, & artificium, vt si sint foris aliquæ sculpturę, vel imagines sicut in preciosis sepulchris nostris. *Interius verò plena sunt ossibus mortuorum*. Quasi dicat, nullam pulchritudinem habent interius, sed omnem immunditiam, & dixit ossibus mortuorum, quia nihil aliud est in sepulchris, & non solum competit hoc multis sepulchris simul, sed etiam vni, quod plenum sit ossibus mortuorum. Nam in eodem sepulchro secundum cōsuetudinem Iudęorum multi sepeliebantur, quia non erant illa sepulchra, sicut nostra, sed

Quare dictū est ossibus mortuorum.

Mos iudaicus in sepeliendis cadaueribus.

K in eodem sepulchro tota progenies vna sepeliebatur, eo quòd essent sepulchra illa, sicut domus magnæ, & aduoluto saxo ad ostiū claudebantur interius corpora mortuorum, sicut fuit de sepulchro Christi, de quo magis dicetur infra 28. cap.

Dicti applicatio.

Et omni spurcitia. Idest, Immunditia vermium, & carnium putridarum, & fluentis saniei horrendi visus, & intolerabilis fętoris. *Sic & vos*. Applicatio est. *A foris quidem paretis hominibus iusti*. Scilicet, Propter simulationem in habitu, & in vultu, quoniā exterminabant facies suas, vt viderentur hominibus ieiunantes supra 6. capitu. sępe quoque orabant, & obsecrationes atque ieiunia faciebāt supra 9. & Mar. 2. capitu. & hoc faciebant in angulis platearum,

&

&locis publicis supra 6. cap. Et cum in templo orabant, accedebant iuxta altare, vt viderentur sanctiores Luc. 18. cap. Propter hęc, & similia apparebant Pharisęi hominibus tanquam iusti. *Intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.* Idest, Non habetis interius aliquod bonum, sed solam iniquitatem, & hac pleni estis, vt innuatur, quòd multum erant iniqui. Sed quare dicitur hypocrisi, & iniquitate, quia hypocrisis iniquitas est, dicetur infra.

Quare Christus posuit hic istam redargutionem de veritate vitæ. Quæst. CCXXV.

QVAERETVR quare Christus posuit hic istã redargutionem de veritate vitę, quia supra posuit de eodem redargutionem, & an differat ista redargutio a pręcedenti, & in quo.

Dicendum, quòd conueniens fuit hoc. Primo ad magis, & efficacius mouendum. Nam circa assuefactos ad peccandum non est opus leui admonitione, sed graui, & quia hoc non potest fieri in vna sentẽtia, oportet repeti redargutionem, vt dictum est supra.

Secundo quia ista redargutio differt a pręcedenti, eo quòd in alia arguebantur, quòd non habentes munditiam interiorem, gloriarentur de exteriori in vasis, & vestibus, scilicet, mundando calices, & parop sides, hic autem arguit eos, quòd gloriarentur de exteriori bonitate, vel iustitia, inquãtum dicitur, quòd parent hominibus iusti foris. Et sic distinguit hæc Nico.

Tertio, quia supra redarguit eos circa veritatis vitę corruptionem, quia se habent tãquam cęci, hic vero, quia se habent, vt hypocritę. Nam ibi anteponunt exteriorẽ munditiam interiori, quod est cęcitas quędam. Nam in vase calicis, & paropsidis, & in quolibet vase vsus est interior, & non exterior, & qui exteriora mundat non mũdando interiora, videtur ex cæcitate quadam facere. Hic vero arguit eos tanquam hypocritas, s. non ꝙ exteriorem munditiam pręponant interiori, sed ꝙ habentes solam exteriorem, fingant se totaliter mũdos, quasi etiam habeant interiorem, & istud est hypocrisis, & non cęcitas. Et ista est vera differẽtia, quam vere ostendit Christus in litera. Nã supra vocauit Pharisæos cęcos, hic vero non vocat eos cęcos, sed hypocritas, vt apparet ex litera, & dictum est supra.

Quarto fecit hoc, vt dum pluries eos arguerit plura mala contra eos dicat, comparando eos malis rebus. Nam hic sepulchris mortuorũ eos comparauit.

Quare comparauit hic Christus Pharisæos sepulchris dealbatis. Quæst. CCXXVI.

QVAERETVR quare comparauit hic Christus Pharisęos sepulchris dealbatis. Dicendũ, ꝙ conuenienter factum est, volebat enim ostendere vitiũ inanis glorię ipsorũ, & ideo vtrumq; dicere debuit. Nam si diceret eos esse sepulchra, & non adderet dealbata, ostenderet eorum vitia fętentia, sed non ex teriorem bonitatis simulationem, quia tamen hypocrita hoc facit, scilicet, quòd simulat, dixit dealbata esse, vt quodam alieno fuco obumbrentur interiora mala. Sic dicit Hieronymus super Matth. Sepulchra forinsecus calce leuigata, & ornata marmoribus in auro coloribusque distinctis intus plena sunt ossibus mortuorum. Sic autem, & peruersi magistri, qui alia docent, alia faciunt, munditiam habitu vestis, & verborum humilitatem demonstrant, intus autem pleni sunt omni auaritia, & libidine.

A Conuenienter etiam fit comparatio propter corpora mortuorum. Nam corpus mortuum similitudinem quidem habet humanam, sed homo non est. Ita & hypocritę videntur quidem iusti, sed iustitiam nullam habent, qui autem vere boni sunt, sunt sicut corpora viuentia, quia illa similitudinem habent humanam, & vere sunt homines, quia vitam habent, & animam. Sic dicit Chry. super Matth. Merito quidẽ iustorũ corpora templa dicuntur, quia anima in corpore iusti dominatur, sicut Deus in templo, vel quia Deus in corporibus habitat iustis. Corpora autem peccatorũ sepulchra dicũtur mortuorũ, quia anima mortua est, quæ in corpore peccatoris, neq; enim viuens putanda est, quę nihil viuum aut spirituale agit

Corpora peccatorũ dicũtur sepulchra.

B in corpore. Alia ratione quoque hypocritę sunt, vt corpora mortua, scilicet, quia opera quidem faciunt talia qualia iusti, sed propter Deum non faciunt: ideo illa non viuunt. Sic dicit Origenes super Mat. Omnis enim iustitia simulata mortua iustitia est, quæ propter Deum non fit: magis autem neque iustitia est, sicut mortuus homo non est homo, & sicut mimi, qui personas suscipiunt aliorum, & nõ sunt ipsi quos simulant. Tanta ergo sunt ossa in eis, & immunditia, quanta bona simulant ex malo affectu. Habent autem hypocritæ specialem damnationem inter cæteros homines, quia alij poterũt aliquã pœnarum alleuiationẽ sentire, quasi ignorantes mala egerint. Hypocritæ autem cum bona simulent, qa non faciunt, non possunt bonitatis ignorantiam alle-

C gare. Sic dicit Greg. 36. lib. Moral. Ante districtum iudicem excusationem ideo de ignorantia habere non possunt; quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostendunt, ipsi sibi sunt testimonio, quòd bene viuere non ignorant.

Sunt autem hypocritæ valde increpabiles, quia bonitatem falsant, sicut dicit Aristot. de falsis amicis, quòd grauius peccãt, quàm falsatores monetæ cum meliorem rem falsent, & ita hypocritæ ipsam bonitatem falsant, & aliena sibi vsurpant. Vnde dupliciter peccant. Primo, quia mali sunt. Secundo, quia per simulationem honorem debitum bonis sibi vsurpant, sicut dicit Hierony. quòd simulata sanctitas duplex est iniquitas. Et dicit Chrysost. super Matth. Dic

Hypocritę dupliciter peccant.

D autem hypocrita si bonum est esse malum, vt quid non vis apparere quod vis esse? nam quod turpe est apparere, turpius est esse, quod autem formosum est apparere, formosius est esse: ergo esto quod appares, aut appare quod es.

Quare Christus dixit intus pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Quæst. CCXXVII.

QVAERETVR quare Christus dixit intus pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Nam videtur in hoc distinxisse hypocrisim ab iniquitate, & tamen hypocrisis iniquitas est.

Dicendum, quòd hypocrisis iniquitas est, immo

E magna iniquitas, quia bonitatem corrumpit, & mentitur, immo plus quàm iniquitas. Nam simulata sanctitas duplex est iniquitas, sed distinxit Christus ex industria hypocrisim ab iniquitate, quia aliud est malũ esse, aliud bonum apparere, & licet per idem vitium sit homo malus, per quod bonus vult apparere, cum non sit, tamen alia ratio est existendi malum alia apparendi bonum. Vtrunque autem Pharisæis competebat, ideo dixit eos habere iniquitatem, qua mali vere existerent. Dixit habere hypocrisim, per quam boni mendaciter apparerent.

Sed dicetur quomodo Christus dixit: Intus pleni estis hypocrisi, & iniquitate? Nam iniquitas est intus: hypo-

hypocrisis tamen foris est cum consistat in simulando coram hominibus id, quod verè non est.

Quid hypocrisis sit. Dicendũ, quòd rectissime dictum est hypocrisim intus esse. Est enim hypocrisis iniquitas quædã, sicut cętera vitia, quia si non esset iniquitas non redderet hominem malum omne autẽ vitium in anima est: ideo hypocrisis etiã est in anima, & sic intus est. Nã est habitus quidã vitiosus, quo quis eligit bonus apparere cũ malus sit, & illud simulare. Et cũ dicitur, ꝙ foris est hypocrisis corã hominibus, dicẽdũ ꝙ actus quidam hypocrisis foris est, s. simulatio bonitatis, & tamen malitia ipsa, quę habitus est intus est, neq; est hoc speciale circa hypocrisim, quia alij habitus morales tam virtuosi quã vitiosi idem habent, s. ꝙ habitus sunt in anima. Operationes verò sunt duplices, s. ipsa electio, & executio, electio quidem tam vitij quã virtutis intus est, executio vero est foris pertinens ad partes organicas. Sic & in hypocrisi, quia duplicẽ habet operationẽ, vna est eligere simulare bonitatẽ, q̃ non est, alia est ipsam simulare. Prima est interior, s. solius voluntatis, secũda est exterior in varijs modis aliquid effigiandi, s. verbo, opere, habitu, gestu. Christus autem tetigit de hypocrisi id, quod erat intus, & non quod foris, qa exterior simulatio prouenit ab interiori electione, & iniquitate existente in anima, & nõ esset exterior simulatio mala nisi propter interiorem iniquitatem. Et iste modus est semper loquendi Christo, quoniam omnia mala vult constituere interius. Et si quod malum foris est, dicit illud exire de intus a corde, vt patet supra 15. ca. Et hunc modũ ẽt tenuit hic dicens hypocrisim intus esse. *Væ vobis*. Hic ponitur alia increpatio Christi contra Pharisęos, & est circa corruptionẽ veritatis vitę, & consistit in habitudine ad actus prędecessorum suorum, & dicitur. *Væ vobis*. Dicitur ea ratione, qua supra. *Hypocritæ*. Etiã vocat eos hic hypocritas, qa & in hoc aliquid simulabant. *Qui ædificatis sepulchra prophetarum*. Prophetę iã mortui erant a multo tempore, sed quia forte iacebant ossa eorum in loco contẽptibili, vel monumẽta eorum erãt humilia, nullum specialem decorem, aut magnitudinem habentia ędificare poterant isti ea, idest, ampliare, & pulchra atque sumptuosa reddere. *Et ornatis monumenta iustorum*. Alij fuerunt inter Iudęos, qui non fuerunt Prophetæ, & erant viri iusti, & magnę reputationis, sicut Nehemias, Esdras, Matthatias, & omnes Machabęi, & patriarchę, & multi alij, de quibus sacra scriptura nihil dicit. Erant tamen cogniti inter Iudęos. Horum enim sepulchra ornabant, scilicet, dealbando foris, & sumptuosiora reddendo. *Et dicitis*. De hoc eos arguit, quòd laudant se supra patres suos. *Si fuissemus in diebus patrum nostrorum*. Vocant patres omnes maiores, quia ista est consuetudo scripturę, quòd omnes, de quorum progenie sumus patres vocemus, etiã si abaui, aut tritaui sint, idest, si fuissemus tempore, quo occisi sunt Prophetę. *Non essemus socij eorum*. Idest, Patrum nostrorum in sanguine Prophetarum, idest, nõ fauissemus eis in occidẽdo Prophetas, sed potius impediremus mortem prophetarum. Et in hoc meliores se ostendunt patribus suis. *Itaque testimonio estis vobis*. Idest, Vos testificamini contra vosipsos.

Quod filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt. Clare hoc testificatur. Nam cum dicant, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum, apparet quòd patres eorum sanguinem Prophetarum effuderunt, & ipsi non cõsentirent si presentes essent. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum*. Idest, Et vos implebitis mensuram eorum, scilicet, tantum faciendo de malo, quantum illi fecerunt occidendo Prophetas.

F *Quid intendit Christus contra Pharisæos hæc dicendo. Quæst. CCXXVIII.*

QVAERETVR quid intendit Christus contra Pharisęos dicendo hęc.

Dicendum, quòd intendit sicut in præcedentibus duobus exemplis arguere eos, quòd corrumperent veritatem vitę, & hoc per simulationem quandam, quę est hypocrisis cum se bonos ostẽdãt, & non sint, & quòd hoc intendant apparet, quia in principio verborum hoc dixit, s. vę vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritę. Modus arguendi eos est, quia ipsi gloriabantur se esse bonos, & iustos ędificando sepulchra Prophetarum, & tamen non erãt. Dicebant G enim, ꝙ parentes eorum occiderant Prophetas, & tamen ipsi si fuissent tempore illorum non fauerent eis in occisione Prophetarũ, & tñ hoc nõ erat verũ, quia deteriores illis essent in occisione iustorũ. Et patet, quia ipsi tempore suo deteriora fecerunt, s. occidẽdo Christũ, qui erat Deus Prophetarũ, & veritatẽ annunciabat. Et hoc patet, quia dicit Christus in fine literę, implete mẽsurã patrum vestrorũ, i. implebitis ipsam, quia ipsum, & suos discipulos occiderunt, inanis ergo erat gloriatio ipsorum, s. ꝙ non fauerent parentibus suis in occisione Prophetarũ. Sed dicetur, ad quid voluit Christus nunc arguere Pharisęos de inani gloria, quia de hac statim ante hoc arguerat dicens eos similes sepulchris dealbatis. Dicendum, ꝙ H fuit conueniens. Primo quia ibi arguerat eos in generali hypocritas esse ostendens, & inanis glorię cupidos, s. quia bona exterius ostendebant, & interius mala habebant, sicut sepulchra dealbata. Nunc verò per rationem specialem hoc ostendit, s. quia ipsi gloriabantur se iustos, & pios esse quasi non cõmacularent manus suas in sanguine Prophetarũ, & tamen falsum erat, quia ipsi magis quàm patres sui in hoc peccarent, & peccabant. Secundo vt ostendat id, quod ad se pertinebat, s. quomodo Iudęi eũ occisuri essent, in quo grauius peccarent quã patres eorum occidendo Prophetas. Tertio vt prædiceret eis mala, quę facturi erant, s. quomodo occiderent discipulos eius prędicantes veritatem, cum ait, ego mitto I ad vos Prophetas, & sapientes, & ex illis occidetis. & crucifigetis &c. ideo fuit conueniens etiam nunc eos de hypocrisi arguere.

Quomodo Christus vituperat hic Pharisæos pro ædificatione sepulchrorum Prophetarum, & iustorum. Quæst. CCXXIX.

QVAERETVR quomodo Christus vituperat hic Pharisęos pro ędificatione sepulchrorum Prophetarum, & iustorum, cũ hoc non videatur esse malum. Dicendum, ꝙ quidã volunt non arguit, quia ędificabant illa, sed quia superuacuos sumptus faciebant, & melius fuisset illa expendi in alios vsus, vt in K sustentationẽ pauperum. Sic dicit Chry. super Mat. Non gaudent martyres, quando ex illis pecunijs honorantur in quibus pauperes plorant.

Sed dicendum, quòd non arguuntur ob hoc, quia litera non consonat cum sequatur. Et dicitis si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. Alij dicunt, ꝙ fiebat hoc ad conseruandam memoriam scelerum paternorũ, quasi audaces fuissent valde patres eorũ occidendo Prophetas, & vt non periret memoria huius rei destructis sepulchris construebant magna, & pulchra sepulchra. Sic dicit Chrysosto. in homilia, scilicet, non eos incusat, quia sepulchra ędificant, sed intentioni eorum detrahit cum qua ędificabant,

cabant, quoniam non propter honorem eorum, qui occisi fuerant, sed sicut pompam sibi statuentes in occisionibus illorum, & formidantes ne forte tempore procedente sepulchris destructis tabescat caute audacię memoria. Sed hoc non conuenit, quia ista intētio mala erat, & de malo nemo potest se laudare, neque in eo simulare sanctitatem.

Item, quia hoc dato placeret istis de morte martyrum, cum audaciam parentum suorum occidentium prophetas vellent in memoriam conseruare, & tamē ipsi innuunt contrarium, quia dicunt, quòd si fuissent tempore parentum suorum, non consensissent in occisione prophetarum, ergo non ędificabant propter hoc, sed magis, quasi ex quadam intentione pietatis.

Alij dicunt, quòd redarguit de ędificatione sepulchrorum, non quia illa ędificabant, sed quia ex inani gloria, vt per hoc iusti viderentur. Hoc autem aliqualiter conuenit literę, quia Christus de hypocrisi eos arguit, dicens. Vę vobis Scribę, & Pharisæi hypocritę. Et Hierony. super Matthæ. dicit, prudentissimo syllogismo arguit eos filios esse homicidarum, dum opinione bonitatis, & glorię in populo sepulchra ędificant prophetarum, quos maiores eorum interfecerunt. Etiam Chrysosto. super Matth. dicit: Dicebant super se si benefecerimus pauperibus, non multi vident, & pro tempore vident, nonne ergo melius facimus non solum in hoc tempore, sed in posterum?

Sed tamen dicendum, ꝙ non est ista intentio Christi arguentis contra Pharisæos, quia tunc solum dixisset: Vę vobis hypocritę, qui ędificatis sepulchra ꝓphetarum, & tamen addidit: Et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, &c. Et concludit: Itaque testimonio estis vobismetipsis ꝙ filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Ergo aliud intendit improperare eis, quam inanem gloriam, vel hypocrisim.

Secundo, quia si de inani gloria eos argueret, nō diceret, vę vobis, quia inanis gloria facit, ꝙ homo perdat mercedem boni operis, sed non obligat ad pęnā gehennę, & tamen hic dicitur, vę, quod importat maledictionem, ergo non arguit eos de sola inani gloria.

Alij dicunt, ꝙ intendit hic Christus arguere Pharisæos, quòd essent filij eorum, qui prophetas occiderant. Et hoc aliqualiter consonat literę, quia concluditur, scilicet itaque testimonio estis vobis, quòd filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Hoc etiam dicit Hieronymus super Matthæum, scilicet. Prudentissimo syllogismo arguit eos filios esse homicidārū.

Sed dicendum, quòd nō stat. Primo, quia Christus arguit hic istos, & tamen nulla redargutio est esse aliquem filium homicidę, quia interdum filij malorum sunt boni. Sic dicit Chryso. in homilia: Qualis incusatio est esse filium homicidę ei, qui non communicat menti paternę? patet, quòd nulla.

Secundo, quia Christus mala prænunciat istis, dicens: vę vobis, & tamen ex hoc, quòd aliquis est filius hypocritę nullam pęnam meretur, quia filius nō portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filij, sed anima, quæ peccauerit ipsa morietur. Ezechi. 18. c. ergo non intelligitur de hoc.

Tertio, quia vocat eos hypocritas, & tamen nō facit ad propositum huius sententię, ideo aliter intelligendum est.

Dicendum, ꝙ Christus nō arguit Pharisæos, quòd ędificarent sepulchra, vt dicit Origenes super Matth. scilicet non satis rationabiliter communicari videtur aduersus eos, qui ędificant sepulchra prophetarum, quantum enim ad hoc laudabile quid faciebant, sed dicendum, ꝙ arguit eos de iniquitate, & hypocrisi, s. quod iactabant se, quòd pij, & religiosi essent plus, quam patres sui: Et tamen erant illis deteriores. Hoc

A ostendit primo ponens eorum iactantiam, cum dicit, ędificatis sepulchra prophetarum, quod opus bonum erat, & laudem, quā sibiipsis dabant dicentes, si fuissemus in diebus patrum nostrorum non fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum, quasi dicat nos sumus meliores patribus nostris, non ita impij, sicut illi, & vsque nunc laus est, sed Christus statim probat, quòd erant deteriores patribus suis cum ait, & vos implete mensuram patrum vestrorum, idest implebitis eam, vt ita occidatis prophetas, sicut illi. Et ista sententia consonat toti literę, & colligit illam.

B *Quare Pharisæi ædificabant sepulchra prophetarum, & aliorum iustorum.* *Quæst.* CCXXX.

QVAERETVR cum isti Pharisæi essent deteriores patribus, qui occiderant prophetas, quare ędificabant sepulchra prophetarum, & aliorum iustorum.

Dici potest vno modo, quòd faciebāt ex inani gloria. Nam erant cupidi huius gloriæ, & quidquid poterant pro ea, faciebant. Et hoc consonat literæ. Primo, quia vocat Christus eos hypocritas, sed hypocrita est simulator bonitatis, & hoc est ex desiderio glorię inanis. Secundo, quia ponitur iactatio eorum cum dicāt se pios, scilicet quòd non consentirent in mortem

C prophetarum.

Tertio patet, quia hoc idem Hierony. dicit, scilicet ipsi opinione bonitatis, & gloriæ in populo sepulchra ædificant prophetarum.

Aliter potest dici, ꝙ Pharisæi bono animo ędificabant sepulchra ista, vt honorarēt prophetas, & iustos, nec obstat, ꝙ essent iniquiores occisoribus prophetarum. Nam conditio Iudæorum erat, quòd prophetas mortuos honorabant, viuentes vero persequebantur, & occidebant. Et causa est, quia mortui non increpabant eos in aliquo, viuentes vero arguebāt eos, & cōtrarij erant operibus eorum, ideo persequebantur viuos, mortuos honorabant. Sic dicit Chrysosto. super Matth. Semper enim Iudæi præteritorum sanctorū

D cultores fuerunt, & præsentium contemptores, magis autem, & persecutores. Non enim sustinentes increpationes prophetarum suorū, persequebantē eos, & occidebant, postea vero nascentes filij intelligebant culpas parentum suorum, & ideo quasi de morte innocentium prophetarum dolentes ędificabant memorias eorum, & ipsi tamen similiter persequebanē, & interficiebant suos prophetas increpantes eos propter peccata sua. Hoc etiā poterat esse in Iudæis nunc. Vnde licet Christum, & discipulos suos, qui eos nunc increpabant, occiderent, ædificabant sepulchra priorum, qui eos nunquam arguerant de sceleribus. De sepulchris autem sanctorum an pulchra fieri debeāt, & ibi de sepulchris nostris dicetur latius infra vigesimo octauo cap.

E *Quare Pharisæi dicebant, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum.* *Quæst.* CCXXXI.

QVAERETVR quare dicebant isti, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, nō essemus socij eorum in sanguine prophetarū.

Dicendum, quòd primo erat ad inanem gloriam, vt se pios ostenderent, qui manus polluere nollent in sanguine prophetarum, & hoc, vt non videantur repugnare factis suis. Nam aliquis diceret eis, ad quid occisorum prophetarum sepulchra ædificatis, odistis enim eos occidentes illos, quomodo ergo nunc eis bene facitis? excusant se, quòd non

oderunt eos, sed potius venerantur, neque in mortem illorum consenserunt, immo si fuissent tempore illorum prophetarum, dicũt se impedituros fuisse mortem illorum.

Secundo erat ad euitandum opprobrium. Diceret enim aliquis vos maledicti estis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderũt. Respondent, ꝙ patres eorũ in hoc peccauerunt, tamen ipsi non sunt ex hoc infamandi, quia nõ consentiunt sceleri paterno, & si fuissent temporibus illis non consentirent, & hoc aliqualiter manifestabat magnificus sumptus in sepulchra eorum. Nam si eos odissent non honorarent illos. Sic dicit Hierony. super Matth. super illo verbo, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, &c. Et hoc si sermone non dicant opere loquuntur, ex eo quòd ambitiose, & magnifice ędificant memorias occisorum. Tertio, vt se meliores ostendant patribus suis. Nam Pharisæi, & Scribæ non sunt contenti, vt similes alijs sint, sed vt meliores omnibus videantur, sicut dicebat Pharisæus ille Lucę 18. capit. gratias tibi ago, quia non sum, sicut cęteri homines, raptores, periuri, adulteri, velut etiam hic Publicanus. Et quoniam pręsentibus se meliores ostendebant, voluerunt quoque præteritis, scilicet patribus eorum meliores se iactare.

Sed dicetur nunquid vero corde hoc dicebãt? Dici potest, ꝙ sic, scilicet quòd intendebant non fuisse participes patribus suis in occisione prophetarũ, & hoc, quia sciebant esse malam, & nullam vtilitatem inde sibi prouenientem sciebant, ideo detestabantur occisionem illam factam a patribus, immo quasi dolebãt de morte prophetarum præteritorum.

Sed nunquid erat verum, quod si fuissent diebus patrum suorum, non essent participes in sanguine prophetarum? Dicendum, quòd falsum est, immo ipsi fortassis essent præcipui occisores. Quod patet, quia ipsi tempore suo deteriora fecerunt occidẽdo Christum, & discipulos eius. Et hoc Christus contra eos intulit, dicens: Et vos implete mensuram patrum vestrorum, idest implebitis eam, ita vt faciatis talia mala, qualia illi, & adhuc deteriora. Sic dicit Chry. super Matthæ. vt patet præcedenti q. scilicet. Semper enim Iudæi præteritorum sanctorum cultores fuerunt, &c. vsque ad finem. Accidebat autem hoc, quia delicta alterius quilibet facile cognoscit, propria autem nõ, & ideo Pharisæi nunc agnoscebant parẽtes suos prauos fuisse occidendo prophetas, & detestabantur actus illorum, sed ipsi non cessabant talia agere, & non putabant se male agere. Sic dicit Chrysost. super Matth. scilicet naturalem autem consuetudinem hominum malorum hic Christus exponit, quia alter alterius culpam cito intelligit, suam autem difficile. Homo enim in causa alterius tranquillum habet cor, in sua vero turbatum, in causa vero alterius de facili possumus omnes iusti iudices esse, ille vere iustus, & sapiens est, qui sibiipsi iudex fieri potest.

Quare Christus dixit. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quòd filij eorum estis. Quæst. CCXXXII.

QVAERETVR quare Christus dixit: Itaque testimonio estis vobismetipsis, ꝙ filij eorũ estis, qui prophetas occiderunt. Dicẽdũ, ꝙ Christus ad aliquam accusationem cõcludit eos homicidas esse cum ex intentione videat hoc deducere, & Hierõ. ait prudentissimo syllogismo arguit eos filios esse homicidarum. Potest autẽ dici vno modo, ꝙ Christus arguit eos, tanquam ob inanẽ gloriam detectores paternorum vitiorum. Nam vt se oñderent iustos dicebant: Si fuissemus nos temporibus patrum nostrorũ, non occideremus prophetas, sicut

F illi, & hoc ex hypocrisi faciebant, non tñ est alicui honestum vitia patris sui manifestare spõte, quod isti faciebant. Aliter potest dici, & melius, ꝙ hoc Christus ponit ad accusationem eorum, vt ostendat, ꝙ similes sunt patribus suis, sicut enim homicidam esse vituperabile est, ita esse filium homicidę imitando patrẽ in affectu vituperabile est, sed isti erant filij homicidarũ, & non deuiantes ab iniquitate patrum, ergo erant increpabiles, & ob hoc vocatur aliquis filius homicidę ad vituperium. Sic dicit Elisæus de rege Israel 4. Reg. 6. c. s. Nunquid scitis, ꝙ miserit filius homicidæ huc, vt præcidatur caput meum, iste erat coram rex Israel filius Achab, qui homicida fuerat, qui occidit multos prophetas Domini 3. Reg. 19. & 21. & filiũ eius Iorã vocauit Elisæus filiũ homicidę, quia in ipso actu imi-

G tabatur eum, cum misisset ad pręcidendum caput Elisæi, ita isti vocantur a Christo filij homicidarum in vituperium, scilicet quia eis similes erãt. Sic dicit Chry. in homilia. Qualis autem est incusatio filium esse homicidę, qui non communicat menti patris, patet aũt, ꝙ nulla. Vnde manifestum est, ꝙ pp hoc dicit, quia occultè insinuat malitię similitudinem. Debet aũt sic introduci ista litera, s. ꝙ Christus volebat dicere istis. Vos estis filij homicidarum, & ẽt estis homicidę, sicut patres vestri, & quia Christus probare debebat eos esse filios homicidarum, vt non astringatur ad istam probationem, oñdit superuacuum esse illud, cũ ipsi

H sponte cõfiterentur, & ita ait: Itaque testimonio estis vobismetipsis, ꝙ filij estis eorum, qui occiderunt prophetas. q. d. non oportet hoc probare, quia vos ipsi cõfitemini, & testificamini contra vos istud. Confessio autem erat, quia illi dicebãt. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Et tunc ostendit Christus eos mentitos esse, & hypocritas, cum se patribus suis meliores iactarent, & erant deteriores, & probat hoc, quia illi dixerunt patres nostri occiderunt prophetas, sed nos non cõsentiremus eis si præsentes essemus. Christus probat, quòd consentirent, immo deteriora facerent, quia nunc cum increparentur ab eo, & alijs prophetis discipulis eius occiderunt eos, ergo non erat mirũ, quòd occiderent prophetas illos, quos patres eorum

I occiderant, si essent tempore ipsorum.

Quare Christus dixit Pharisæis, & vos implete mensuram patrum vestrorum. Quæst. CCXXXIII.

QVAERETVR quare Christus dixit Pharisæis. Et vos implete mensuram patrum vestrorum.

Dicendum, quòd Christus voluit ostendere Pharisæos esse mendaces, & hypocritas, ipsi enim dixerant, quòd si fuissent in diebus patrum suorum, non essent socij in sanguine prophetarũ, in quo se iustos ostendebant, quasi nunquam in tali crimine peccarent: Christus autem dixit, quòd ipsi, ita peccarent in hoc, sicut patres sui, vnde ait: Implete mensuram pa-

K trum vestrorum, idest implebitis eam occidendo prophetas, sicut & illi, & ita non estis sanctiores illis, quamquam hoc fingatis. Sic dicit Chrysostomus in homilia, quia dixerat contra Pharisæos, & Scribas, ꝙ filij essent eorum, qui occiderunt prophetas, nunc manifestat, quòd in malitia eis similes erant, & quòd fictio erat hoc, quod dicebant. Et idem Chrysostomus super Matthæ. ait: Prophetat enim illis futurum esse, vt sicut patres eorum interfecerunt prophetas, ita & ipsi interficerent Christum, & Apostolos, & cęteros discipulos. Secundo fuit, quia hoc erat valde cõueniens intẽtioni Christi ad ꝯfutandũ facta Iudæorũ, & ostẽdendum veritatem suam, & innocentiã suorũ discipulorum, qui a Iudæis occidendi erant. Nam

occisuri erant Iudæi Christum, & discipulos eius, & A quia non poterat statim apparere aliis gentibus an recte, vel iniuste occidissent eos, iudicarent multi ex præsumptionibus, & dicerent, quòd non erat verisimile, quòd Pharisęi, & Scribæ tractarent mortem Christi, & discipulorum eius si illi essent prophetę, aut viri iusti, quia potius Pharisęi, & Scribę dolebant de occisione iustorum, & prophetarū facta a parentibus eorum, & ædificabant illis sepulchra gloriosa, quomodo ergo verisimile erat, quòd ipsi occiderent prophetas, & viros iustos? maxime, quia ipsi testabantur, quòd si in diebus patrum suorum fuissent, non essent socij eorū in sanguine prophetarum. Vt ergo non acciperetur istud argumētum ex pręsumptione, voluit Christus illam excludere dicens, quòd falsum erat, quòd non futuri essent socij parentum suorum in sanguine prophetarum, immo essent illis socij, si eo tēpore essent. Quod probat, quia impleturi erant mensuram patrum suorum faciendo tanta mala, quāta illi. Et nō obstabat ad hoc ędificatio sepulchrorum, quia hoc faciebant prophetis iam mortuis, qui nihil eis molesti erant, sed viuentibus, qui eos increpabant, mala inferebant, & ex hoc tollebatur suspitio illa. Et poterat satis credi, quòd Pharisæi, & Scribę occiderent prophetas, idest Christum, & discipulos suos, qui erant plusquā prophetę. Et proderat maxime hoc pro populo Iudæorū, quia illi erant insipientes, & sequebantur doctrinam Pharisæorū, & Scribarum, & cum illi suaderent Christum occidendum esse, putaret populus iuste hoc fieri, potissime si nullam contrariam suspitionem haberet, maxime quia Pharisæi ex ædificatione sepulchrorum prophetarum ostendebant se nullo modo nocituros esse viris iustis, & prophetis. Christus autem ostendit, quòd Pharisæi occiderent prophetas, sicut patres eorum, ideo non admiraretur populus, si Christum, & discipulos eius, qui erant prophetę, occiderent Pharisęi, & etiam ob hoc voluit eos vocare filios illorum, qui prophetas occiderunt.

Discipuli Christi erāt plusquā prophetæ.

Quomodo Christus dixit Pharisæis, implete mensuram patrum vestrorum, cum hoc esset malum. Quæst. CCXXXIIII.

SED quæretur quomodo Christus dixit illis, implete mensuram patrum vestrorum, in quo significabat, ꝙ illi occiderent prophetas, quia hoc malum erat, & Christus non suaderet hoc. Dicendum, ꝙ Christus non imperauit, neque suasit hoc fieri, sed posuit per modū prænunciātis. i. vos implebitis mēsurā patrū vestrorū. Sic dicit Chry. in homilia, s. nō quidem hoc dicit, quasi iniūgens, sed quasi prædicens, quod futurum erat, vel pōt intelligi per modū insultantis, s. implete. i. scio, ꝙ implebitis. Sic dicit Chry. super Matth. si ꝯ aliquem litiges aduersariū dicis illi, fac mihi, quod es facturus, non iubes, vt faciat, sed ostendis te intelligere, quod cogitat facere. Et non dixit Christus absolute, implete mensurā patrū vestrorum, sed dixit, & vos implete. i. et vos. q. d. iam patres vestri mensuram malorū suorum impleuerūt: implete ēt vos illam. Isti aūt non solum impleuerunt mensuram, sed ēt superabundauerunt. Sic dicit Chry. vbi supra, & quidem quantum ad veritatē excesserūt mensuram patrum suorum. Ill. n. homines occiderūt, isti Christum crucifixerunt. *Serpentes* Postquam oñdit Matthęus hypocrisis culpam, hic subiūgit eius pęnam. Et primo ponitur pęna ęterna. Secundo temporalis ibi. *Ierusalem, Ierusalem.* Circa primum dr. *Serpentes.* Vocat Pharisæos serpentes propter venenum inuidiæ, quod habebant sicut serpentes.

Genimina viperarum. i. filii viperarum geniti ab eis. *Quomodo fugietis a iudicio gehennæ.* q. d. non poteritis fugere cum talia mala faciatis, & facturi sitis, & in eis obstinati moriemini. Et ista est pęna æterna. s. gehennæ, quam pro peccatis passuri erant isti. *Ecce ego mitto.* i. quotidie mitto, & post hoc etiam mittam. Ostendit autem hic Christus in quo impleturi erant mensurā patrum suorum. s. in occidendo istos, quos ipse mittebat. *Ad vos.* i. ad prædicandum vobis. *Prophetas.* Aliquos prophetas misit Christus, quia multi prophetæ erant in ecclesia. *Et sapientes.* Isti sunt, qui habent sapientiam, & non prophetiam. *Et scribas.* i. viros doctos in lege. *Et ex illis occidetis.* Aliquos de discipulis Chri- B sti occiderunt Iudæi. *Et crucifigetis.* Est determinatio præcedentis dicti, scilicet, quòd occiderent eos morte crucifixionis. *Et ex illis flagellabitis.* Aliquos flagellauerunt, vt à prædicatione cessarent. *In Synagogis vestris.* s. in congregationibus Iudæorum, & de mandato publico flagellabantur. *Et persequimini de ciuitate in ciuitatem.* Expellētes de vna ciuitate ad aliam ꝑꝑ prędicationem, & cultum Christi. *Vt veniat.* i. & veniet, & ponitur, vt, non vt notat cām finalem, sed cōsecutionem. *Omnis sanguis iustus.* i. iustorum: qm̄ sanguis non est iustus, sed hō. *Qui effusus est super terram.* s. per violentam mortem. *A sanguine iusti Abel.* Iste fuit primus iustus, qui occisus est. Nam Cain frater suus eum occidit, Gen. 4. c. *Vsque ad sanguinem Zachariæ.* Istum ponit extremū in iustis occisis, quia multi erant, q vocabant sic. Declarat̄ magis. *Filij Barachiæ.* Per hoc appa- C ret quis erat ille Zacharias. *Quem occidistis inter templum, & altare.* s. in porticu tēpli, q̄a intra altare holocaustorum, qnod erat foris, & templum, quod erat clausum, erat quoddam spatium, quod porticus dicebat̄, & in illo occisus est Zacharias. *Amen dico vobis.* Modus iurandi, vel affirmandi est. q. d. indubitanter dico vobis, ꝙ hoc erit. *Venient hæc omnia.* i. pęna pro sanguine omnium iustorum effuso. *Super generationem istam.* Idest super eos, qui nunc viuunt, aut nascentur.

Quare Christus vocauit Pharisæos serpentes, & genimina viperarum. Quæst. CCXXXV.

D QVAERETVR quare Christus vocauit istos Pharisæos serpentes, & genimina viperarum. Dicendum, ꝙ hoc dixit ad increpandum eorum vitia, nam arguebat eos verbis mordacibus cum eos supra vocaret hypocritas, & cæcos, & alia multa. Sed dicetur, quomodo erāt serpentes, & genimina viperarū? Dicendum ꝙ vocauit eos serpentes propter venenum. Et hoc erat contra id, quod Pharisæi ostēdebant. Nam iustos se foris ostendebant, sed nō erant, immo iniquitatem habebant interius. Sic eis dixit Christus, ꝙ hypocritę erāt, sicut sepulchra dealbata exterius pulchra, intus vero plena ossibus mortuorum. Sic, & serpentes venenū, quod mortiferum est, clausum habent. Et istud erat E odium, & inuidia ad Christum, & discipulos eius, qui vere boni erant, & vitia eorum arguebant. Vocantur autem genimina viperarum, i. filij viperarum. Neque est modus iste loquēdi nouus, sic. n. Ioannes Baptista vocauerat supra 3. c. s. genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Dici autem possunt filij viperarum, vno modo ꝑꝑ magnitudinem veneni, q̄a venenum viperę magnum est, sic enim isti magnam iniquitatē in corde habebant, secundum quam Christum, & eius discipulos occiderunt.

Secundo potest hoc dici ad ostendendum similitudinem eorū ad parentes suos. Nā patres eorū occiderunt prophetas, ita & ipsi ꝓphetas occisuri erant, vt implerent mensuram patrū suorum, quasi diceret

homicidę estis, & filij homicidarum, sicut serpentes filij serpentum. Nam si Christus vocasset eos serpentes nihil vltra addens poterat intelligi, ꝙ venenum istud occisionis iustorum inciperet ab eis, & non habuisset ortum a patribus, & tñ patres præcesserant eos in hoc vitio, cum essent filij homicidarum, iō non vocauit eos solum serpentes, sed ēt genimina viperarũ, quasi diceret serpētes filij serpentum. Sic dicit Hiero. super Matth. hoc ipsum Ioānes Baptista dixerat, sicut ergo de viperis nascuntur viperę, sic de homicidis patribus nati estis homicidę. Tertio possunt sic vocari filij viperarum, quia ista est conditio viperarum, vt filij nascentes matrem occidant rumpentes vterum eius, sic isti rumpebant genitores suos, quia infamabant eos, & se illis meliores iactabant, cum dixerunt, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Sic dicit Chryso. super Matth. Genimina viperarum dicuntur, quoniam talis est eorum natura, vt filij rumpant vterum matris, & sic procedant. Sic & Iudæi semper patres condemnant reprehendentes eorum facta.

Quare dixit Christus, quomodo fugietis a iudicio gehennæ, Quæst. CCXXXVI.

QVAERETVR quare dixit Christus, quomodo fugietis a iudicio gehennę. Dicendum, quòd gehenna infernus est, sicut dicitur infra 5. c. s. reus est gehennę ignis, iudicium aūt vocat̄ pęna, s. non poteritis euitare pęnam gehennę, & dixit hoc eis ad ōndendum facta eorum pessima, & condemnatione digna, vt sic cauerent a malo, quod facturi erant. Nam illud poterant euitare. Dixit autem, quomodo fugietis, quasi dicat non putetis vos fugere per ea, quæ facitis, quia licet sepulchra prophetarum, & iustorũ ędificetis, si prophetas occiditis non placabitis Deum vobis. Nam forte in hac exteriori iustitia confiderent Pharisæi, ꝙ eos liberaret, sed nihil proderat, nisi sola pęnitentia de præteritis malis, & abstinentia a futuris. Sic eos arguit Ioannes Baptista supra 3. cap. Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pęnitentię, & ne cęperitis dicere patrem habemus Abraham, quasi dicat illud nihil vobis proderit, & ita accipitur hic quomodo fugietis, idest nullum modũ fugiendi habetis per ea, quę nunc facitis. Sic dicit Chryso. super Matth. s. dicit autē quomodo fugietis a iudicio gehennę, nunquid sepulchra sanctorum ędificantes, sed primus gradus pietatis est sanctitatem diligere, deinde sanctos. Sine causa, ergo iustos honorat, qui iustitiam spernit, non possunt sancti amici esse illorum, quibus Deus est inimicus: aut forsitan nomen vacuum vos liberabit, quia videmini esse in populo Dei. Puto autem, quòd melius est inimicus apertus, quam amicus falsus: sic & apud Deum odibilior est, qui seruum Dei se dicit, & mandata facit diaboli.

Quomodo Christus dixit, ideo ecce mitto ego, &c. quam consequentiam, ideo, ibi dicit. Quæst. CCXXXVII.

QVAERETVR quō dixit Christus, iō ecce mitto ad vos prophetas, q̃ ꝯñtiam, vel causalitatē dicit ibi, iō: nam videtur referri ad fugam gehennę, vel ad impletionem mēsurę patrum, quę sunt proxima, sed vtrunque vr̄ inconueniens. Nam si iō Christus hoc faciebat, vt non fugerent gehennā, vr̄ ꝙ cupiebat eos damnare, & si referatur ad impletionem mensurę ēt est malum, quia vr̄, ꝙ Christus volebat, ꝙ Pharisęi occiderent eum, & discipulos suos. Dici potest vno mō, ꝙ iō non dicit hic consequentiam, vel causalitatē aliquam, sed solum continuationem, & sic solent multa alia inueniri in scriptura: sic, vt, ex se dicit causam finalem, & tñ hic in litera dicit consecutionē, s. vt veniat super vos oīs sanguis iustus. i. & veniet super vos. Sic ēt igitur est nota ꝯñtię, & tñ interdum non facit aliq̃ consecutionem, sed ponitur in principio totius narrationis, sicut in principio legendę Beati Martini dicit: Igitur Martinus. Et tunc non est aliquod incōueniēs, ac si simpliciter dixisset: Ecce ego mitto ad vos. Sed dicendum, ꝙ hoc non vr̄ stare, sed potius, ꝙ notet cōsequentiam, vel causalitatem, quia Luc. 11. c. vbi ponitur ista sententia, ēt si per alia verba, ponitur dictio significās causalitatem. Nam loco huius, quod hic ponitur, s. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas. dr̄ ibi: Propterea, & sapientia dixit: Mittam ad vos prophetas, & Apostolos. Dicendum ergo, ꝙ aliqua causalitas importatur. Aliqui dicunt, ꝙ importatur causa ad id, quod dictũ est immediate, scilicet serpentes, &c. quomodo fugietis a iudicio gehennę, quasi dicat non poteritis fugere, quia opera vestra talia sunt, & erunt occidendo prophetas, & viros iustos, ꝙ non poteritis fugere gehennam, & ad hoc, quòd verum sit, quòd nō fugietis gehennam, ego mittam ad vos prophetas, quos occidetis, & ita peribitis. Et ita exponit Chryso. vt dicetur sequenti quæst.

Sed dicēdum, & melius, ꝙ hic notat̄ causalitas, vel consequentia ad præcedentia, sed nō est ad fugam gehennę, sed ad impletionem mensurę, vt appareat verum verbum Christi, & hoc pertinebat ad Christũ, vt probaret falsam esse gloriationem Pharisæorũ, & eos esse hyprocritas, sicut Christus dixerat. Nam illi dicebant: Si nos fuissemus in diebus patrum nostrorum, nō essemus eis socij in sanguine prophetarum. Christus autem dixit, ꝙ hoc non erat verum, sed ꝙ ipsi facerent, sicut patres sui occidēdo prophetas, & implerent mensuram illorum. Poterant autem dicere Pharisæi, ꝙ Christus falsum dicebat, quia non erat verisimile, quòd ipsi, qui talem honorem impendebāt prophetis mortuis eorum ędificando sepulchra occiderent viuentes prophetas, quos magis deberent venerari, & quia probatio dicti Christi in hac parte nondum apparebat, neque aliqua coniectura, forte audiētes magis crederent Pharisæis, quam Christo. Vnde fuit cōueniens, ꝙ Christus daret probationem huius rei, & hanc dedit, dicens: Et vos implete mensuram patrum vestrorum, idest implebitis occidendo prophetas, & vt videatis, ꝙ ego verum dico ex hac causa ego mittam ad vos prophetas, & sapientes, & occidetis eos, & sic implebitis mensuram patrum vestrorũ. Quod vero dicitur, serpentes genimina viperarum qūo fugietis a iudicio gehennę, quasi est interpositio, cum magis secundum ordinem scripturę posset totaliter sequi, & hunc ordinem posuit Luc. 11. c. dicens: Profecto testificamini, quia consentitis operibus patrum vestrorum, qm̄ quidem ipsi eos occiderunt, vos aūt ędificatis eorum sepulcra. Et sequitur: Propterea, & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas, s. ꝓpterea, vt appareat, quia consentiunt. i. conformātur mentibus paternis circa occisionem prophetarum, licet eorum sepulchra ędificent, mittet sapientia Dei prophetas, quos illi occident, & iste est verus sensus.

Quomodo Christus misit ad hoc Apostolos, & prophetas, quia videbatur in hoc præstare occasionem malo. Quæst. CCXXXVIII.

SED adhuc manet dubium, s. qūo Christus misit ad hoc Apostolos, & prophetas, quia in hoc præstabat causam malo, vt Pharisæi implerent mensuram patrum suorum occidendo illos. Dicen-

Dicendũ vno modo, ꝙ Christus non præstabat hic cãm ad malum, quia non faciebat ad hunc finem, sed occasionem quandã, & Deus bene vult interdũ occasionem malis præstare, vt appareat eorũ iniquitas, sic dicit Chry. sup Matth. s. non quærit Deus opera pp se, vt sciat quõ iudicet, sed pp alios, vt oẽs intelligant, qa iustus est Deus, prouidet aũt Deus occasionem peccandi malis, non vt peccare faciat, sed vt peccatorem oñdat, & bonis præbet occasionem, per q̃ oñdant propositum voluntatis suæ. Sic ergo Scribis, & Pharisæis dedit occasionem oñdendi voluntatem suam, vnde dicit, iõ ecce ego mitto ad vos pphetas. Sed qm̃ Deus bonus est, & mundæ sunt manus eius, & ad iniquitatẽ respicere non põt Abacuc primo c. est inconueniens non solum, ꝙ dicamus eum facere aliquid pp malũ, sed ẽt dare alicui occasionem peccandi, vt oñdat eum peccatorem, & ob hoc solum aliquid facere. Nam sicut peccare non est bonum, & iõ Deus non facit aliquid, vt hõ peccet, ita & oñdere peccatorem non est absolute bonum, sed bonũ ex malo proueniens, ideo Deus nõ faciet aliquid principaliter, vel solum, vt oñdat aliquem peccatorem, & ꝙ in illo peccet hõ, secus aũt est si nõ esset aliquid, in quo hõ non peccaret, vt si Deus daret aliquid mirabile signum ad cognoscẽdũ peccatorem. Sed hic non erat sic, quia mittẽdo Apostolos, & prophetas ad hoc, ꝙ occiderent eos Pharisæi, & per hoc oñderentur peccatores, non poterant peccatores oñdi, cum prius in hoc facto peccarent. iõ dicendum, ꝙ non est verũ, ꝙ ad hoc solum mitteret prophetas, & Apostolos, vt occiderent illos Pharisæi, & apparerẽt peccatores. Sed dicendũ, ꝙ missio Apostolorum, & sapientum a Christo habuit aliã cãm directam, & principalem, ẽt si nunq̃ occidẽdi essent. Et ista erat, vt prædicarent euãgelium omni creaturæ, & conuerterẽt totum orbẽ ad Christũ infra 28. & Mar. 16. c. nam si, vt manifestarẽt peccatũ Iudæorũ isti mittebantur, & non ob aliã cãm legitimã præcipuam, & directã, illi soli mitterentur, q ab eis occidendi erant, & tñ aliqui fuerunt de missis a Christo, q non occisi sunt: sicut Ioan. Euangelista, & Lucas, alij vero, q & si occisi fuerunt, non tñ a Iudæis, sed a gentilibus, ergo cã mittendi eos non fuit hæc, sed cõuersio oĩum ad fidẽ Christi & salus totius generis humani. Est tñ verũ, ꝙ in hac missione, quæ erat ad hunc finẽ secutũ fuit pc̃m Iudæorũ, & manifestatio eius, s. quia si Christus non misisset Apostolos, & prophetas non occidissent illos Pharisæi, & sic non peccarent in hoc, & sic ꝯñter non manifestaretur pc̃m eorũ, sed primũ, s. ꝙ peccarent Pharisæi occidendo istos non fuit de intentione Dei principaliter, neque minus principaliter, qa tunc aliquam causam ad hoc præstaret, sed permisit non impediendo eorum malam voluntatem, & operationem impedimento cogente, quia bene impediuerat dissuadendo eis peccare. Secundum vero, s. ostendere peccatum Iudæorum voluit Christus non intẽtione principali, quoniam non ad hoc mittebat illos, vt occiderentur, & manifestaretur peccatum occidentiũ, sed quia sic futurum erat, quòd Iudæi ex sua iniquitate occiderent missos a Christo, voluit probari iniquitatem eorum per hoc, & assumpsit illud hic, vt probationem, dicens. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, &c. ideo vt videatis, quòd ego dico verum, quòd vos implebitis mensuram patrum vestrorum occidendo prophetas, ego mittam ad vos prophetas, quos occidetis, non quasi ista sit causa, quod occidatis eos, sed quia sic futurum erat ex alijs causis, quòd ego eos ad vos mitterem, & cum misero videbitis me verum dicere, quia occidetis eos.

Deus bonus est, & mundæ sunt manus ei⁹

A B C D E

Quomodo Christus dicit ecce ego mitto, quia innuebat se esse Deum per hoc, quod ipse nolebat.
Quæst. CCXXXIX.

QVAERETVR quõ Christus dixit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapiẽtes, quia in hoc videbatur se Deum asserere, & hoc ipse nolebat, quia potius occultabat istud a Iudæis.

Aliqui dicunt, ꝙ non colligebatur ex verbis istis ipsum esse Deum, quia aliquis poterat mittere istos, qui nõ esset Deus. Dicendum, ꝙ Christus posuit hic prophetas sapientes, & scribas, ad mittendum autem sapientes, & scribas sufficit homo potens, ad mittendũ autem prophetas nemo sufficit, nisi Deus, quia sapiẽtes, & scribæ fiunt ingenio, & labore humano, & ita potentes viri possunt habere istos ad mandatum suũ, prophetæ autem non fiunt, nisi a Deo. Nam sapiẽtia Dei transfert se per animas sanctas, & prophetas, & amicos Dei constituit: Sapientia 7. c. Et nõ potest humano ingenio formari prophetia 2. Pe. 1. capitu. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines. Ergo sicut prophetã nemo facit, nisi Deus, nemo mittit, nisi Deus. Et ita si Christus mittebat prophetas, videtur quòd ipse Deus erat.

Aliqui dicunt, quòd verum est, quòd ex hoc colligebatur se Deum esse, & tamen non aduerterũt Pharisæi ad illud. Sed nõ est satis solidum. Nam indignati erant cõtra ipsum, quia eos arguebat, ideo si possent ab ore eius rapere aliquod verbum, de quo eum accusarent, non sustinerent. Talis enim erat consuetudo sua, Lucæ 6. capitulo. Et de hoc maxime eum accusauerunt, scilicet quòd filium Dei se fecerat, infra 26. cap. & Ioan. 18. cap. sed nunc non clamauerunt, ergo non inuenerunt occasionem.

Dicendum autem, quòd verum est colligi ex his verbis, ꝙ Christus se assereret Deum, & tamen non locutus est his verbis, vt diceret, ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes. Sed locutus est in tertia persona, s. sapientia Dei mittit ad vos prophetas, vt patet Luc. 11. c. scilicet ipsi occiderunt, & vos ædificatis eorũ sepulchra, propterea, & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas, & Apostolos. Et ita non erat tunc locus calumniæ, quia cum loqueretur Christus in tertia persona non putarent eum de se loqui, sed de Deo, qui mittere poterat prophetas, cum dicatur. Sapientia Dei, idest Deus. Est autem eadem sententia hic, & ibi, & tamen verba non fuerunt a Christo concepta eo modo, quo concepit hic Matthæus, scilicet ego mitto ad vos, sed sicut concepit Lucas, s. sapiẽtia Dei dixit: Mittam ad eos, &c. & illa erat Christus, qa Christus est Dei sapientia, sicut dicitur 1. Corin. 1. c. s. Christum Dei sapientiam Dei virtutem. Et ita dicit Ambrosius super Lucam. hoc modo sæpe Euangelistæ eãdem sententiam tenentes non concipiunt eam sub eisdem verbis.

Quare Christus voluit prædicere Pharisæis, quòd mittebat ad eos prophetas, & sapientes, quos occiderent.
Quæst. CCXL.

QVAERETVR quare Christus voluit prædicere Pharisæis, quòd mittebat ad eos prophetas, & sapientes, quos occiderent.

Dicendum, quòd fuit primo ad probandum intentionẽ suam in præsenti. Nam dixerat Christus, ꝙ Pharisæi implerent mensuram patrũ suorũ, occidendo prophetas, sicut illi. Hoc autem negabant Pharisæi, ideo statim obtulit probationẽ, scilicet. Vos videbitis verũ esse, quod ego dico, quia ego mitto ad

vos prophetas,& occidetis illos. Non habebat autem probationem ad illud demonstrandum, nisi hoc diceret, ideo dixit. Secundo fuit hoc ad ostendendum se Deum esse, qui sciret, quæ futura essent, scilicet quomodo Apostoli, & discipuli occidendi essent a Iudæis, & multa talia Christus prædicebat, vt cum postea viderentur in veritate, crederetur ipse Deus, qui nouerat, sicut dicitur Ioannis. 14. scilicet Ideo dixi vobis antequam fiat, vt cum factum fuerit, credatis.

Tertio fuit ad ostendendũ auctoritatem missorũ, scilicet quia Prophetę erant, & sapientes, ideo illis credendum erat. Quarto fuit ad ostendendum bonitatem, scilicet vt, licet Iudæi persequerentur ipsum actu, non cessaret illorum salutem quærere, & tantũ illam cupiebat, quòd etiam si sciret nuncios suos occidendos a Iudæis mittebat illos, vt aliquos lucrifaceret. Si autem mitteret illos, non prædicens hæc putaretur, quòd nesciebat discipulos suos occidẽdos a Iudæis, ideo mittebat illos, & si sciret, nõ mitteret. Vnde nõ nimis videretur affectus ad salutem Iudęorum. Nunc vero cum constaret eum pręcognouisse eorum mortem, & tamen misisse eos, apparebat, quãtum esset desiderium suum de salute Iudęorum.

Quinto, vt arceret Pharisæos a malis, ipsi enim, sicut Christus dixit, licet ędificarent sepulchra prophetarum habebant iniquitatem in cordibus, vt occiderent prophetas, qui eos arguerent, & si super hoc nõ prædiceretur eis quidquam non aduerterent, & tunc cum arguerentur occiderent prophetas, ideo Christus duo eis prædixit, quæ poterant eos auertere ab hoc. Primum quia dixit, quòd impleturi essent mensuram patrum suorum, occidendo prophetas, sicut illi. Secundo, quia quasi nominauit eis prophetas, dicens, ego mitto ad vos prophetas, quasi dicat nõ erit hoc post multum tempus, sed istos, quos nunc mitto, occidetis. Et ita Pharisæi poterant conuenienter cohibere seipsos, non occidendo illos, saltem vt verbũ Christi contra eos dictum non esset verum.

Sexto vt crimen Iudęorum appareret maius occidendo illos. Nam, si Christus nihil diceret, & postea Pharisæi occiderent quos ille mittebat, non videretur tam graue esse peccatum illorum, quia non erant præmoniti. Etiam quia possent dicere, se nescire, an illi essent viri alicuius auctoritatis, nunc vero cum Christus dixerit, quòd mittebat prophetas, & illos occiderent, apparet graue esse crimen Pharisæorum.

Septimo fuit, vt esset Christo occasio prædicendi pęnam Iudæis, quę pro hoc euentura erat. Nam pęna pro peccato datur, & si non præmitteretur peccatum, non poterat conuenienter prenunciari pęna, & tamẽ pęnę erant graues, scilicet quòd veniret omnis sanguis iustorum super generationem istam, & quòd relinqueretur Ierusalem deserta, & poterant hę pœnę prenunciatę cohibere homines a peccatis, & non possent prænunciari, nisi prius diceretur de peccato, ideo conuenienter Christus dixit istos missos occidendos.

Quare Christus non dixit Pharisæis, quòd etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI.

QVAERETVR cum Christus prænunciauerit occidendos esse eos, qui mittebantur ab eo, quare non dixit, quòd etiam ipsum occiderent, cum sic futurum esset. Nam ad hoc aliqua adiuuabant. Primum, quia ista dicta sunt ad probandum, quòd Pharisæi implerent mensuram patrum suorum, occidendo prophetas, vt dictum est præcedenti quæstione, & tamen occidendo eum,

F magis implebant mensuram patrum suorum, quam occidendo discipulos, ideo potius de se dicere debuisset.

Secundo, quia ponitur hic pœna sequens pro impletione mensurę, scilicet quòd veniat super eos omnis sanguis iustus, qui effusus est ab origine mundi, sed nemo est, propter quem potius venire deberet, quam propter eum, ideo debuisset de morte sua dicere. Tertio quòd clarius probabatur in eo id, quod dixit de impletione mensurę. Nam occidendo eum magis constabat, quòd occidebant prophetas, quam occidendo discipulos eius.

Dicendum, ꝙ licet Pharisæi non solum Christi discipulos, sed etiam ipsum occisuri erant, & ista pęna,
G quæ ponitur potissime pro eius occisione esset ventura, tamen de seipso non dixit, sed de discipulis, & dicũt aliqui, quòd fuit, quia Christus sponte occisus est, & non imputat Iudæis mortem suam. Sic dicit Chryso. sup Matth. s. sed quia voluntate sua descendit in mortem non imputat hic illis suę mortis peccatum, imputat autem illis mortem Apostolorũ cęterorũque istorum. Alia causa solet poni, s. quia Christus loquit nunc, vt iudex, & ad bonum iudicem pertinet aliorũ punire iniurias, suas autem remittere. Sic dicit Chry. ibidem, scilicet. Nam benigni, & iusti iudicis est suas iniurias contemnere, aliorum iniurias vindicare. Sed dicendum, ꝙ hoc nõ multum stat, quia licet Christus de seipso non locutus est, tamen mors sua fuit impu-
H tata Iudæis potius, quam occisiones aliorum prophetarum. Nam maior pęna pro hac inflicta est, scilicet destructio Ierusalem, vt colligitur Lucę 19. c. scilicet non relinquetur in te lapis super lapidem, eo ꝙ non cognoueris tempus visitationis tuę, scilicet aduentus Christi. Cum vero obijcitur, quòd ex eo, quòd sponte occidebatur, non imputabatur occisio Iudæis. Nõ est verum. Nam etiam discipuli Christi sponte occidebantur, sed mors eorum imputabatur Iudęis, quia Stephanus orauit pro suis persecutoribus, sicut Christus orauit, scilicet ne statuas illis hoc peccatum. Act. 7. cap. & tamen imputata est mors eius illis, & non solum Stephanus, sed etiam omnes alij Christi discipuli mouebantur sponte, & non solum sponte, sed etiã
I cum gaudio: Actu. 5. c. scilicet. Ibant Apostoli gaudẽtes a conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et tamen omnium istorum mortẽ Iudæis imputat hic Christus, Ideo non fuit ista causa. Quòd vero dicit Chryso. ꝙ non imputat Christus hic mortem suam, recte dicit, ꝙ non imtat hic, idest non exprimit de morte sua, & tamen imputat illam, quia Luc. 19. c. tactum est de hoc, s. eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuę

Cum autem dixit Chry. ꝙ Christus, sicut bonus iudex non imputauit iniurias suas, sed aliorum, dicendũ ꝙ Christus erat Deus, & homo, nunc vero, sicut hõ prædicabat, & hoc modo iniurias suas non imputabat, sed remittebat, & tamen inquantum Deus erat,
K ad quem pertinet gubernatio totius viuersi, imputabat iniurias factas sibi, sicut & cuilibet alteri, immo suas magis inquantum erãt maiores. Sic patet Io. 8. c. cum Christus dixit, ego gloriam meam non quæro, est qui quęrat, & iudicet. q. d. ego non peto honorem ꝑ me, neq; curo siquis me inhonorauerit, & tñ alius est, q respicit ad hæc. s. pater, vt ibi dr̃. Et ille iudicat. i. ꝯdemnat eos, q mihi honorẽ non reddiderint, & eos maxime, qui mihi iniuriã intulerint. Dicendũ ergo, ꝙ alia est causa huius non expressionis de morte sua. Prima est, quia ista Christus dixit ad ostendendum, quòd Pharisæi implerent mensuram patrum suorũ occidendo prophetas, & iustos, sicut patres eorum fecerant, & ideo dixit: Ego mitto ad vos prophetas, & ta-

& sapientes, & ex illis occidetis, si autem seipsum nominaret, oporteret vocare seipsum iustum, vel prophetam, quia aliàs non procederet argumẽtum, siue probatio contra Pharisæos. Christus tamen non laudabat se ore proprio, vt se iustũ, aut sanctum, vel prophetam vocaret, & ideo non debuit se nominare.

Secundo, quia si hoc diceret, Pharisæi dicerent eũ mentiri, & alias iniurias, & contumelias contra eum dicerent, sicut dixit iterum Ioan.7.c. Quid me quæritis interficere, & responderunt, dęmoniũ habes, quis te quærit interficere? A fortiori ergo, si nunc assereret se ab eis iniuste occidendum, maiores contumelias ei dicerent, ideo non debuit dicere de seipso.

Mors Christi fuit ad salutem nostram necessaria.

Tertio ne impediret mortem suam. Nam licet diceret hoc non impediebat mortem discipulorum, quia illud de longinquo erat, & mors illorũ non erat necessaria ad salutem nostram, mors autem Christi fuit necessariam ad nostram salutem, & erat de proximo, quia hęc dicta sunt die martis in hebdomada in ramis palmarum, scilicet die tertio ante mortem suã, vt ostensum est præcedenti c. quæstio. vltima per tres autem dies facile erat cogitare super hoc, & impedire mortem Christi, ne verbum eius cõtra Pharisæos videretur verum, ideo non debuit de seipso dicere.

Quarto, quia licet Christus non posuit expresse de se, tamen implicite de eo intelliguntur ista verba, quia non dixit Christus ista verba eo modo, quo habẽtur hic, scilicet. Ecce ego mitto ad vos, sed dixit: Propterea sapientia Dei dixit, mittam ad vos prophetas, & Apostolos, & ex illis occidetis. Sed nomine missorũ, & sapientia ipse quoque intelligitur. Nam ipse est sapientia mittens, & etiam ipse est missus, quia filius seipsum mittit, sicut a patre, & Spiritu Sancto mittitur, vt dicit Augustinus 2. libro de Trinitate, & Magister 1. Sententiarum, distinctione 15. Nam ipse propheta pot est vocari, quoniam ipse est propheta magnus, qui surrexit, quoniam visitauit dominus plebẽ suam. Luc.7.capi. ergo non fuit necesse de se exprimi.

Ad primam rationem in oppositum dicendum, quòd vere implebant mensuram, & excedebant occidendo ipsum, & tamen non decuit ipsum nominari, quia sequebantur inconuenientia, vt dictum est, & maxime, quia ipso non expresso apparebat impleri mensuram.

Ad secundum dicendum, ꝙ pęna illa non solum venit pro occisione discipulorum Christi, sed maxime pro eius occisione, & tamen non debuit ipse nominari, quia satis erat, ꝙ comprehenderetur in hac locutione, scilicet ꝙ esset vnus de iustis propter cuius mortem veniebat ista poena Iudæorum, immo propter ipsum maxime. Ad tertium dicendum, quòd licet clarius in eo pateret, quam in alijs, tamen quia inconueniens erat, ꝙ ipse se nominaret, non expressit se, sed discipulos, quod satis erat exprimere.

Qui sunt isti prophetæ, quos Christus misit ad Pharisæos.
Quæst. CCXLII.

QVAERETVR cum Christus dicat. Mitto ad vos prophetas, qui sunt isti prophetę, quia non videmur prophetę pertinere ad nouum testamentum, sed ad vetus, vt dicitur supra 11.c. scilicet omnes enim prophetę, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, sed Ioannes Baptista mortuus fuit ante Christum, ergo non fuerunt prophetę in nouo testamento, & sic Christus non misit illos.

Dicendum, quòd misit prophetas, cum ipse illud asserat hic, & multos misit. Et potest vno modo intelligi, ꝙ Apostoli, & omnes discipuli, quos Christus misit, erant prophetę, quia vocantur prophetę illi, ad

A quos fit sermo Dei, & tamen ad omnes discipulos a Christo missos fiebat sermo Dei non semel, sed sępissime potius, quam ad omnes prophetas veteris testamenti. Et patet, quia super omnes credentes, qui erant tempore ascensionis Christi venit Spiritus Sanctus in die Pentecostes, & loquebantur varijs linguis. Actu.2.cap. Et erant isti, quasi centũ, & viginti, Actu. 1. capitu. Et non solum tunc spiritus venit in eos, sed quandocunque locuturi erant aliquid proximo, veniebat Spiritus Sanctus tangens corda eorum, & dabat illis quid loquerentur supra 10. & Mar.13. & Luc. 21.c. Nolite cogitare q̃uo respondeatis, dabitur.n. vobis in illa hora quid loquamini, & redditur ibi causa, s. nõ estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri,

B qui loquitur in vobis. Ergo recte omnes isti prophetę vocantur. Secundo possunt vocari omnes hi prophetę a ratione prophetię stricte sumptæ. Solemus.n. prophetas vocare eos, qui futura prænunciãt, ita enim Apostoli, & omnes Christi discipuli faciebant. Nam futura gaudia annunciabant, quæ oculus non vidit, neque auris audiuit 1. Corin.2.c. Et iõ, quia tales nouitates futuras annunciabat Paulus, s. mortuorũ resurrectionem, admirati Athenien. Philosophi vocabant eum nouorum dęmoniorum annunciatorem, Actu.17.c. Sic dicit Hilarius super Matth. s. Apostolos prophetas vocat, qui de futurorum reuelatione prophetę sunt. Et Beda dicit, sępe Apostolica scriptu-

C ra prophetas non eos solum, qui futuram Christi incarnationem, sed eos, qui ventura cęlestis regni gaudia prædicent appellat. Tertio pt dici, ꝙ prophetę vocantur, qui specialiter donũ prophetię habebant. Nam vnum de donis Spiritus Sancti est prophetia, vt patet 1. Corin.12.c. & dabat illam Christus multis in nouo testamento, ita vt in ecclesia multi prophetę essent 1. Corin.14.c. & ita hos dicebatur hic Christus mittere. Ad argumentum in oppositum, s. ꝙ nõ erant prophetę in nouo, sed in veteri testamento, dicetur late infra quæst. sequenti.

Quomodo sapientes, & scribæ distinguuntur.
Quæst. CCXLIII.

D QVAERETVR cum Christus dicat se mittere sapientes, & scribas q̃uo distinguunt, & qui erant isti sapientes, & scribę. Dicendum, ꝙ sapientes vocant a sapientia, est aũt sapientia fm Arist.6. Ethi. de altissimis, & est quasi virtus artis. Vñ supremã vocãt sapientiam, s. diuinã, siue mathematicã, sed in sacra Scriptura non accipit sic sapientia, quia de tali sapientia non misit Christus discipulos sapientes, sed indoctos. Nã idiotę erant, & sine literis: Actu.4 c. & iõ mirabantur Iudæi de eorũ sermone, & constantia, & 1. Cor.1.c. dr, videte fratres vocationẽ vestrã, quia non multi sapiẽtes fm carnem. i. sapientia, q̃ apud Philosophos vocat sapientia, & est carnalis. i. mũdana, siue naturaliter acquisita, non erat in eis. Est ergo accipiendũ de alia sa-

E pientia. Et solet accipi in sacra Scriptura dupliciter. Vno mõ prout est prudẽtia, & sic accipit in libro Prouerbiorũ. Sic ẽt in vete. testa. vocant sępe aliqui sapiẽtes. i. prudentes, & pertinet tunc sapiẽtia ad intellectũ practicũ. Aliqñ accipit, vt est aliquid pertinens ad intellectũ speculatiuũ, & est sapiẽtia cognitio diuinorũ, siue ęternorũ. Et isto mõ est donũ Spiritus Sancti, & distinguitur ꝯ scientiã, & prudentiã. Nam scientia ponitur in lra. Etiam ponitur spiritus cõsilij, & tñ consiliari, & consiliũ dare pertinet ad prudentiã 6. Ethi. põt aũt accipi hic sapiẽtia in aliquo istorũ duorũ modorũ. Primum aũt tenet Hiero. hic, dicens, alios sapientes, qui nouerint, quando debeant proferre sermonem, sed scire proferendi sermonis tempus ad pruden-

tiam pertinet, quæ est regula actionum 6.Ethi. Secūdum tenet Hilarius super Matthæ.dicens: Sapientes vocari hic Apostolos de Christi cognitione, idest qa Christum cognouerūt. Et ista est cognitio de diuinis, quæ nemo cognoscit, nisi cui reuelatum fuerit.

Scribę autem dicūtur doctores legis, & est modus iste loquendi Iudaicus. Nam sicut Latini vocāt sapiētes, ita Persę, & Chaldęi Magos vocant: Gręci vero Philosophos; Hebręi autem Scribas,& quoniam inter Iudæos non erat alia peritia, nisi in lege Dei, vt dr̄ Deutero.4. Hęc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, scilicet lex: obtinuit consuetudo,vt peritos in lege Scribas vocemus, & ita transiuit iam in Latinitatis consuetudinem, ꝙ cum peritos in alijs generibus dicimus eos sapientes appellamus, cum vero in lege peritos non sapientes, sed scribas appellamus. Et hoc maxime in nouo testamēto, cuius modus locutionis venit ex fonte Hebręi idiomatis. Secus apud peritos in literis secularibus, quia non tenent istum modum locutionis. Et sic patet, quòd euangelistę sępe vocant scribas,& sępe doctores legis, & interdum vbi ponit vnus euangelista scribas, alius ponit doctores legis. Nam Matthæus supra 9.dixit de scribis, & Lucas 5.c.ponens eandem narrationem dixit doctores legis, & ita Christus dixit se mittere aliquos sapiētes in diuinis cognoscendis, alios vero, qui in lege Moysi essent periti. Et ita accipit Hiero.dicens: Scribas in lege doctissimos. Et Hilarius super Matthæ.dicit, quòd vocantur de legis intelligentia Scribę.

Qui erant isti Prophetæ sapientes, & Scribæ, de quibus Christus loquitur. Quæst. CCXLIIII.

QVAERETVR qui erant isti prophetę sapiētes,& scribę. Dicēdum, ꝙ potest accipi dupliciter. Vno modo, ꝙ licet dona, vel perfectiones diuersę notentur in his nominibus, tamen non erant datę diuersis, sed ijdem erant, qui vocabant̄ prophetę,& sapientes,& Scribę. Et hoc tenet Hilarius super Matth.dicens: Mitto ad vos prophetas sapientes, & Scribas.i. Apostolos, qui de futurorū reuelatione prophetę dicuntur, de Christi agnitione sapientes,de legis intelligētia Scribę. Et hoc videtur satis rationabile, quia Apostoli Christi non habebant vnicam istarum perfectionum,sed omnes.

Alij dicunt, ꝙ isti erant distincti,s. ꝙ quidam erant prophetę,alij sapientes,alij Scribę. Et hoc tenet Hier. super Matth.dicens: Obserua iuxta Apostolum scribētem ad Corint.varia dona esse discipulorum Christi,alios prophetas,qui ventura prædicent, alios sapiētes,qui nouerint,quando debeant proferre sermonē, alios scribas in lege doctissimos.

Dicendum, ꝙ licet vtrunque teneri posset, magis tn̄ consonat veritati secundum. Nam ex modo locutionis tam hic, q̄ Luc.11.c.vr̄ significari distinctio ꝑsonarum,cum dicit: Mitto prophetas sapiētes,& Scribas. Secundo,quia ista sunt dona varia, & dantur etiā distinctis personis,& non omnia eisdem. Sic patet 1. Corin 12.c. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem,alijs datur sermo sapientię,alijs sermo sciētię,alijs fides,alijs gratia sanitatum,&c. Et sequit: Omnia hęc operatur vnus, & idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Tertio patet, & efficacius,quia non solum dantur ista dona distinctis hominibus, immo necesse est manere istam distinctionem donorum, & hominum ad conseruationem ecclesię,quia aliàs nō esset ecclesia. Sic innuitur ad Ephe.4.c. Vnicuique data est gratia secundum mēsuram donationis Christi. Et sequitur: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam quidem prophetas, alios Euangelistas,alios

F autem pastores, & doctores ad consummationē sanctorum in opus ministerij in ędificationem corporis Christi,donec occurramus omnes in virum perfectū. In quo innuitur non solum, ꝙ ista distinctio personarum,& donorum atque officiorum est in ecclesia,sed etiam, ꝙ durabit in ea vsque ad consummationem sęculi,quando consummabitur ecclesia. Et eandem rationē distinctionis ponit Apostolus 1.Corint.12.c. dicens, ꝙ illa distinctio donorum, & administrationū erat necessaria in ecclesia ad constituendam eā, sicut est in corpore humano ad constitutionem suam necessaria distinctio membrorū, vt late ibi prosequitur Apostolus. Sed Christus, dicens se missurū istos

G retigit ministros ecclesię suę, qui illam ędificauerunt, ergo oportet, ꝙ intelligat de distinctis personis habentibus distincta dona, quæ ecclesiam componebant, quia dicitur ad Ephe.4.c. ꝙ ista distinctio Apostolorum,prophetarum, euangelistarum,pastorum,& doctorum erat necessaria in opus ministerij ad cōsummationem sanctorum.i.ad hoc, ꝙ conuerterentur ad Christum omnes quotquot futuri erant sancti.

Etiam apparet, ꝙ ista dona erant distincta in ecclesia intantum, ꝙ distinctio eorum secundum personas faciebat turbationem quandam, nisi Apostolus prouidisset 1.Corin.14.c.dans regulam de illis, qui habēt gratiam linguarum, si in ecclesia loquantur quomodo loquentur, & quis interpretabitur. Etiam de prophetis,

H qn̄ multi erant simul in eadem ecclesia quis esset inter eos ordo loquēdi,s. prophetę duo, aut tres dicant, & cęteri diiudicent, ꝙ si alij reuelatum fuerit sedenti prior taceat, & ita poterant esse distinctę istę gratię,s. ꝙ Christus mitteret quosdam, qui essent prophetę solum.i.haberent spiritum cognoscendi futura, vel secreta cordium, quia vim cognoscendi secreta cordium habebant prophetę, qui erant in ecclesia. 1.Corint.14.cap.s.si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis,aut idiota conuincitur ab omnibus,occulta cordis eius manifesta sunt, ergo manifestare poterant illi prophetę, quæ habebat quis in corde,alios aūt mitteret, qui essent solum sapientes.i.co-

I gnitionem habētes de diuinis, alios vero scribas.i.qui solum haberent cognitionem circa legem Moysi. Et hoc tenendum est. Cum aūt obijcitur, ꝙ Apostoli,& discipuli Christi non habebant solum vnum donum istorum,sed oīa, dici potest vno modo, ꝙ aliqui erāt, qui habebant omnia hęc, sed in vno eorum habebāt excellentiā,& ab illo nominabantur,& ita forte erant Apostoli, alij autem erant, qui vnum solum donum habebāt. Et ita Christus distinguit hic viros per dona. Secundo potest dici, quòd Apostoli Christi,qui erāt præcipui inter discipulos non habebant omnia dona hęc,sed vnum erat,quod eis competebat secundum, quod Apostoli vocabantur, scilicet sapientes esse. Et patet hoc,quia sapientia vocatur cognitio diuinarum rerum, scilicet de Christo, & de omnibus,quæ perti-

K nebant ad nouum testamentum, quæ sunt diuina, & altissima, & sicut ista cognitio est de altissimis, idest de rebus ad Deum pertinentibus, ita est per altissimā causam,scilicet per solum Deum. Ipse enim solus reuelat hęc, sic dixit Christus supra 11.capitulo, confiteor tibi pater rex cęli,& terrę, quia abcondisti hęc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, scilicet Apostolis, de quibus ibi Christus loquebatur, & erat de cognitione Dei, qa dr̄ ibi. Nemo nouit patrem,nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. Sic etiā, quando Petrus confessus est Iesum esse filium Dei viui,dixit Christus: Beatus es Simon Bariona,quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, idest non reuelauit tibi aliquis homo,qui vocatur caro, & sanguis,sed pr̄ meus, qui est in cęlis: in hac cognitione excedebant Apostoli

Deus solus reuelat altissima.

Apoſtoli alios diſcipulos, iõ in ſapientia excedebant. A Et ſic vocantur hic ſapientes. Et patet, quòd ſapiẽtes dicãtur hic Apoſtoli, & nõ alij, quia ſicut hic dicitur, Mitto ad vos prophetas, & ſapientes, ita dicitur Luc. 11. c. ſapientia Dei mittet prophetas, & Apoſtolos.

Et dicendum, ꝙ habebant iſtud donum diſtinctũ Apoſtoli, ita quòd non habebant alia, vel ſaltem raro, aut non quaſi ex officio. Quod patet circa prophetiã. Nam reuelationes futurorum, vel rerũ abſconditarũ fiebant per prophetas, & non per Apoſtolos, vt patet Act. 13. c. vbi dicitur, quòd erant in eccleſia, quę erat Antiochię Prophetę, & doctores. Et Actu. 11. c. dicitur, ꝙ ſuperuenerunt a Ieroſolymis, ideſt ab eccleſia Ieruſalem Prophetæ Antiochiam, & ſurgens vnus B ex eis nomine Agabus ſignificabat per ſpiritũ magnã famem ſuperuenturam in vniuerſo orbe. Et non ſolum hoc, quod ad totum orbem, & Chriſtianos pertinebat reuelauit propheta ille, & non aliquis Apoſtolus, ſed etiam ea, quę circa Apoſtolos fieri debebant prænunciabant alij, & non Apoſtoli, neque reuelabantur Apoſtolis. Sic patet de electione Pauli in Apoſtolatum Act. 13. c. Nam dicitur, quòd erant in eccleſia Antiochię Prophetę, & Spiritus Sanctus locutus eſt per illos, dicens: Separate mihi Paulum, & Barnabam in opus, in quo aſſumpſi eos. Etiam, quæ ventura erant circa Paulum Apoſtolum neſciebat ipſe, Act. 20. c. ſcilicet, Et nunc alligatus ego ſpiritu vado in Ieruſalem, quæ ventura ſunt mihi ignorans. Agabus autem propheta vnus de Chriſtianis ſciebat, C quæ erant Paulo ventura, & determinate quidem. Nam dicitur Act. 21. c. venit propheta quidam nomine Agabus, & cum veniſſet, tulit zonam Pauli, & alligans ſibi pedes, & manus dixit, hæc dicit Spiritus Sanctus, virum cuius zona hæc eſt ſic alligabunt Iudæi in Ieruſalem, & tradent in manus gentium, & ſic patet, ꝙ Apoſtoli non habebant donum prophetiæ ſaltem, vt cõmuniter, ſed alij erant, qui prophetabant de rebus pertinentibus ad eccleſiam, vel ad infideles, & etiã de ſtatu ipſorum Apoſtolorum. Licet autem Deus poſſet vni dare omnia dona ſua, non dabat, ſed diuidebat illa, quia ſic magis cedebat gloriam Dei. Ex hoc patet reſponſio ad argumentum factum ſupra q. præcedenti, ꝙ non eſſent Pprohetæ in nouo teſtamento, ſed in veteri. Dicendũ, ꝙ erant plures Prophe- D tæ in nouo teſtamento in eccleſia primitiua, quam in veteri teſtamento. Nam tunc rari erant, ſicut dicitur. 1. Reg. 3. c. quòd erat ſermo domini precioſus, ideſt rarus, quando reuelauit ſe Samueli. Et Pſal. 73. dicitur. Signa noſtra non vidimus, & iam propheta non eſt. Et, quãdo Prophetæ erãt pauci, erant ſimul, & tamẽ in eccleſia erãt multi ſimul. Nam in qualibet eccleſia Prophetæ erant, vt dicitur de prophetis eccleſię Antiochię, Actu. 13. & de prophetis eccleſię Ieruſalem, Actu. 12. c. & tot erant ſimul in eadem eccleſia, quia interdum ſe impediebant, niſi Apoſtolus poſuiſſet regulam quomodo loquerentur. 1. Corin. 14. c. Cum vero dicitur, quòd lex, & Prophetę omnes vſque ad Ioannem prophetauerunt. Dicendum, ꝙ non intelli- E gitur, ꝙ poſt Ioannem Baptiſtam nullus propheta eſſet, ſed de illis prophetis accipitur, qui aliquid ſcripſerunt in veteri teſtamento. Et eſt ſenſus omnia, quæ lex, & Prophetę prædixerunt complentur tempore Ioannis Baptiſtę, quia tunc Chriſtus venit, in quo omnia conſummata ſunt, & ſic non extendebãt lex, neque prophetia ſcripta ad vlteriora tempora, nõ tamen negatur, quin Prophetę reuelantes futura poſtea fuerint, & iſtos miſit Chriſtus. Sic dicit Beda, ꝙ ſcriptura nõ ſolum vocat Prophetas eos, qui futurã Chriſti incarnationem, ſed etiam eos, qui futura regni gaudia prędicunt. Et Hilarius ſup Matth. dicit, quòd Prophetę vocantur hic de futurorum reuelatione.

Quomodo Chriſtus miſit ſcribas in lege Moyſi, quia non docemur legem Moyſi. Quæſt. CCXLV.

QVAERETVR quõ Chriſtus miſit ſcribas. i. viros doctos in lege Moyſi, quia iam non docemur legem Moyſi, ſed Chriſti. Aliqui dñt, ꝙ vocãtur hic ſcribę Euangeliſtę a ſcribendo, ſ. quia ſcripſerunt geſta Chriſti, ſic exponit Nicolaus. Etiam Apoſtolos ſcriptores epiſtolarum ſcribas vocat. Sed dicendũ, ꝙ non ſtat, quia hoc eſt contra ſignificationem vocabuli ſecundum vſum veteris teſtamenti, quem Chriſtus tenebat, quia loquebat̃ Iudæis, ſed qñcunque ibi ſcriba dr̃ ſapiẽs intelligitur, & ſic accepit Hier. ſup Matth. dicens, alios ſcribas in lege doctiſſimos. Alij volunt ſcribas ſapientes dicere, ſed non in veteri, ſed in nouo teſtamento, ſiue euangelio. Sic dicit Origenes ſuper Matth. ſ. ſcribę, qui mittuntur a Chriſto ſunt ſecundũ euangelium, quos, & ſpiritus viuificat, & lr̃a non occidit, ſicut litera legis, q̃ ſequentes in vanas ſuperſtitiones incurrunt, ſimplex aũt euangelij narratio ſufficit ad ſalutem, iõ quõcunque accipiatur, neceſſe eſt hic ſcribam pro ſapiente, & non pro ſcriptore accipi.

Sed tunc cum ſcribas poſſimus vocare doctos in lege, ſiue veteri, ſiue noua, quos vocabimus ſcribas? Dicendum videtur, ꝙ vocemus ſcribas doctos in veteri lege. Primo, quia qñ dicimus legem in ſcriptura intelligimus de lege Moyſi. Nam lex Chriſti non proprie vocatur lex, ſed aliquid melius, ſ. gratia, & euangelium, ſic dr̃ Io. 1. c. lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Secundo, quia Chriſtus loquebãtur hic ad Iudæos, qui nullam aliam legem eſſe putabant. Et cum diceretur de ſapiẽtibus in lege ſtatim acciperent pro lege ſua. Et ita intellexit Hierony. dicens, ſcribas in lege doctiſſimos. Lex Chriſti gratia appellat.

Cum autem obijcitur, ꝙ non docemur legẽ Moyſi, dicendum ꝙ verum eſt, ꝙ ex eo, ꝙ non obligati ſumus ad ſeruandum eam, non tenemur illam addiſcere ad ſequendum eam. Sic patet Actu. 15. c. vbi concilium Apoſtolorum denũciat nos abſolutos ab obſeruatione legalium, abſtulit ſimul nobis curam legẽdi publice libros Moyſi. Sed dicitur, ꝙ Moyſes habet ab antiquo, qui eum legant in Synagogis, vbi legitur per ſingula ſabbatha, nobis tamen eſt vtilis valde lectio, & eruditio in veteri teſtamento, non ad ſequendum illas cęremonias, ſed ad conuincẽdum Iudæos ex ſcripturis ſuis, & ad oſtendendum Ieſum eſſe Chriſtum. Quid vtilis ſit lectio vete. teſti. Vnde, & Paulus gloriatur ſe habuiſſe peritiã quinque librorum Moyſi, vt colligitur 1. Corin. 14. c. & Chriſtus allegabat ſępꝫ dicta ſcripturę contra Iudæos, & quia mittebat Chriſtus nunc prædicatores ad conuertendum Iudæos, conueniens fuit mittere peritos in lege, qui confundere poſſent Iudæos ex ſcripturis ſuis. Et patet hunc modum fuiſſe neceſſarium doctrinę, quia illum tenuit Chriſtus. Nam quando ſurrexit, & apparuit duobus diſcipulis euntibus in Emmaus incipiens a Moyſe interpretabatur eis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant Luc. 24. c. & iſtum modum prædicandi Iudæis poſtea acceperunt Apoſtoli. Nam Petrus in prædicatione publica in die Pentecoſtes ſic incepit, probãs Ieſum eſſe Meſſiam ex auctoritatibus veteris legis, & eum occidendum, & reſurrecturum, & effundendum eſſe Spiritum Sanctum, & incepit per prophetas omnes hoc probare Act. 2. & 3. c. ideo neceſſarij erãt iſti ſcribę, ideſt viri periti in lege Moyſi.

Sed ſciendum, ꝙ iſti ſcribę non erant docti humano labore, & aſſuetudine, ſed Deus docuerat eos infundendo legis peritiam. Nam ſicut alicui dat cognitionem

tionem futurorum, alij vero cognitionem diuinorũ, idest eorum, quæ ad Christum, & statum legis nouę pertinent, ita & dabit alicui peritiam legis Moysi, vt memoriter totum testamentum nouerit, & optime illud interpretetur. Sic patet de Petro, qui literas nesciebat. Nam dicitur Act.4.c. quòd mirabantur Iudæi videntes Petri, & Ioannis constantiam comperto, quòd idiotæ, & sine literis essent, ipse tamen prędicabat, sicut peritissimus in veteri testamento Actu. 2.& 3.c. Sic autem erant alij in ecclesia, quibus solum dederat Deus hoc donum, vt haberent peritiam plenissimam veteris testamenti. Et istos vocat hic Christus scribas.

Quomodo Matthæus, & Lucas in hoc discordant Quæst. CCXLVI.

QVAERETVR quomodo discordant Matthęus, & Lucas in hoc, quia hic dicitur: Mitto ad vos prophetas, & sapientes. Et Lucas dixit prophetas, & Apostolos. Aliqui dicunt, quòd non est discordia aliqua, quia Christus totum dixit, scilicet prophetas, sapientes, & Apostolos, & plurima alia, quorum quędam tacuit Matthæus, quæ expressit Lucas, alia vero e contrario. De primo patet, vt de Apostolis, quia Lucas expressit Apostolos, quos tacuit Matthęus, & Matthæus expressit scribas, quos Lucas tacuit, neque aliquid loco illorum posuit.

Alij dicunt, quòd non tacuit Matthæus Apostolos, sed Lucas, & Matth. non vsi fuerunt eisdem vocabulis, quia Lucas dixit Apostolos, Matthæus vero sapientes. Dicendum, quòd vtraque positio potest stare, & tamen verior est secunda. Primo, quia ordo scripturę idem apud vtrunque Euangelistam hoc innuit. Nam, sicut dixit Matthęus prophetas, & sapientes, ita dixit Lucas prophetas, & Apostolos.

Secundo, quia Apostolus, & sapiens idem sunt. Nã sapientes vocamus eos, qui habent cognitionem reuelatam diuinorum, nulli autem plenius eam, quam Apostoli habuerunt, vt ostensum est supra, & recte conuenit, quia sapientia est maximum inter dona Spiritus Sancti, ideo ab eo appellari debuerunt illi, qui erant maximi status, scilicet Apostoli.

Tertio, quia non est verisimile, quòd Christus diceret Iudæis: Ego mitto ad vos Apostolos. Nam sub isto nomine nõ poterat loqui ad eos, quia Apostolus Grecum est, quod Iudæi non intelligerent. Etiam non sub significatione per alteram dictionẽ ęquiualentem. Nam Apostolus missus interpretatur. Quid autem erat dicere, mitto ad vos missos nihil omnino, ideo non distinxit ibi Apostolos ab alijs. *Apostolus nomẽ grecum.*

Et si dicas, quòd Apostolus non est nomẽ missionis, vel actus, sed potius nomen dignitatis.

Dicendum, quòd verum est, quia Christus congregatis omnibus discipulis suis elegit duodecim ex omnibus illis, quos specialiter Apostolos nominauit, Lucæ.6.c. Et tamen ista dignitas, & electio non erat nota Iudæis, ideo non erat verisimile, quòd Christus loqueretur eis per nomina, quorum significata non intelligerent, ideo Christus vocaret sapientes, & non Apostolos, sicut expressit Matthæus. Sed tunc dicet, quomodo Lucas dixit Apostolos cum Christus non dixisset? Dicendum, quod non dixit Christus hoc nomen, sed eandem sententiam. Nam sapientes dixit. Erãt autẽ sapientes illi, quos Apostolos nominamus, vt ostensum est supra, ideo cũ non sequãtur semper euangelistæ verba Christi ad literam, sed in sententia posuit Lucas Apostolos, licet illos sub hoc nomine, aut æquiualenti Christus non expsserit. Sed dicetur, quomodo Christus expressit Apostolos, quia licet

F idem sint, quod sapientes, nõ intelligebant Iudęi hoc nomen, vt dictum est.

Dicendum, quòd ista ratio probat, quòd Christus non debuisset nominare Apostolos, quia loquebatur ad non intelligentes: Lucas tamen loquebatur intelligentibus Lucas enim tarde euangelium scripsit, & non in Hebræo, sed in Gręco, vt Hierony. ait in prologo, & in libro de illustribus viris. Erant autem fideles illi, quibus scribebar, & agnoscebant dignitatem Apostolorum, qui erant principes in ecclesia, ideo potuit eis Apostolos nominare. Matthæus autem scripsit a principio ante omnes euãgelistas, & scripsit Hebręis, & in Hebræo, vt patet ex prologo Hieronymi super Matt. & de hoc li. de illustribus viris. Et quia apud eos nomen Apostoli, & dignitas nõdum bene nota erãt, G non vsus fuit verbo Apostolorum, sed sapientes vocauit, sicut Christus dixerat. *Lucas euãgeliũ grece scripsit.*

Quare prophetæ ponuntur ante sapientes hic. Quæst. CCXLVII.

QVAERETVR cum ponantur hic sapientes pro Apostolis, quare prophetę ponuntur ante sapientes.

Dicendum, ꝙ vere Apostoli sunt maiores prophetis, quia non est in ecclesia aliquis maior status, aut dignitas, quam Apostolatus. Quod patet ex H electione Christi. Nã ex omnibus discipulis suis duodecim solos elegit, quos Apostolos nominauit, Luc. 6.c. cęteros vero septuaginta duos, quos misit, nõ vocauit Apostolos, sed discipulos Luc.10.cap.

Secundo, quia in ordine dignitatum ecclesiasticarum, & partium ecclesię principaliũ positi sunt Apostoli primi ad Ephe.4.c. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, alios pastores, & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij. Et ita vbicunque de Apostolis fiat mentio, ipsi debent præcedere omnes alias dignitates. Sic dicit Beda super Lucam, quòd ꝓphetę in nouo testamento sunt illi, qui reuelant futura gaudia regni cęlestis, sed nequaquam credit hos in catalogo Apostolis præferendos.

I Dicendum, quòd licet verum sit, tamen nõ debuit Christus nominare Apostolos ante prophetas, quia ipse non nominabat Apostolos sub nomine Apostolorum, sed sub nomine sapientum, & tamen Iudęi nõ credebant aliquos sapientes maioris, immo neque tantę dignitatis, quantę erant prophetę, qui habebãt consortium diuini sermonis, ideo illos præposuit sapientibus. Maxime quia Iudæi non intelligebant tũc per sapientes significari aliquem specialem gradum hominum, qui Apostoli dicerentur, quorum esset alia dignitas. Matthæus vero Christum secutus est in narrando. Maxime, quia non nominauit Apostolos, sed sapientes, ideo conuenienter debuit ponere prophetas ante sapientes.

K Sed obijcietur, quid de Luca, quia ipse Apostolos expressit, & tamen posuit prophetas ante Apostolos? Dicendum, quòd Lucas inquantum scripsit Euãgelium fuit potius fidelis enarrator gestorum, & dictorum Christi, quam dictator alicuius scripturę, & quia ibi referebat verba Christi, qui præposuit prophetas sapientibus, siue Apostolis ex causa dicta, ipse quoque præposuit volens potius tenere ordinem dicendi Christi, quam ostendere differentiã dignitatis istorum, mutando ordinem locutionis Christi. Secus autem fuit de Paulo, quia ipse ad Ephe.4.c. non enarrabat dicta, aut facta alicuius, cuius ordinem sequeret, sed dictabat sententiam propriam de statu ecclesię, ideo nominauit eas eo ordine, quo se habent dignitates

tates eius, dicens: Quosdam quidem Apostolos, alios prophetas, & sic in omnibus scripturis vbicunque nominabantur Apostoli pręcedebāt ad omnes alios. Et iste erat modus scribendi, quando scribebat ecclesia, siue concilium generale viuentibus Apostolis, in quibus scriptionibus seruatur maxime ordo dignitatis, vt patet Actu. 15. c. scilicet Apostoli, & seniores fratres his, qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus, & gentibus salutem. Et ita in omnibus alijs obseruabant.

Diuersitas Matthæi, & Lucæ quomodo potest conciliari. Quæst. CCXLVIII.

QVAERETVR de diuersitate, quæ est inter Matt. & Luc. quantum ad hæc verba, ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & quomodo concordentur.

Dicendum, ꝙ discordant in tribus. Primum est, qa Mattheus dicit: Ego mitto ad vos: Lucas dixit: Propterea sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas. Secundum est, quia Mattheus dixit. Mitto prophetas, & sapiētes. Lucas vero dixit prophetas, & Apostolos. Tertium est, quia Matthæus posuit tres. s. prophetas, sapientes, & scribas. Lucas vero posuit duos. s. prophetas, & Apostolos solum. Quantum ad primū dubium est, quid illorum dixerit Chrs, an quod dixit Matt. vel quod dixit Lucas, vel forte vtrunque.

Dicendum, ꝙ non potest vtrunque dictum eē, qa istam sn̄iam semel Christus dixit Iudæis. Non potest aūt eadem sn̄ia sub vna prolatione diuerso mō concipi sub vno. Nam repugnant isti modi. s. ꝙ concipiatur in prima persona, sicut fecit Matth. & ꝙ in tertia, sicut Lucas concepit. Sed dicendum, ꝙ Christus sic concepit eam, sicut Lucas dixit, & non sicut dicit hic Matt. Non. n. dixit: Ecce ego mitto ad vos. Sed propterea sapientia Dei dixit: Mittam ad eos. Et rō est, quia si in prima persona dixisset, sicut ponit Mat. esset periculū, quia videretur se aperte dicere Deum, cum assereret se mittere prophetas. quos nemo potest mittere, nisi Deus. Cum aūt dicit. Sapientia Dei dicit, mittā ad vos. videtur loqui de alio, qui non est ipse, & tunc non vr̄ esse periculum, vt dictum est supra. Sed dicetur, qūo Matthæus dicit: Ecce ego mitto ad vos, cū Christus non dixerit sic?

Dicendum, ꝙ Mattheus, & cæteri scriptores sacri sequuntur Christi dicta non semper quo ad verba, sed quantum ad sn̄iam, & quia eadem sn̄ia est in verbis Lucæ, & Matthęi, & ambo secuti sunt sentētiam Christi non differt, ꝙ non eisdem verbis vsi fuerint. Nam sępe hoc accidit, ꝙ Euangelistæ eandem rem, & dictum Christi scribunt, & non eisdem verbis, vel modis cōcipiendi. In præsenti veritas est, ꝙ Christus dixit ista verba, & de seipso. s. ꝙ ipse mittebat istos. Qđ aperte posuit Mattheus, dicens: Ecce ego mitto ad vos. Lucas vero posuit, ꝙ de se loqueretur, quasi de altero. s. Propterea sapientia Dei dixit: mittam ad vos prophetas. Sapientia autem Dei est Christus, qui est sapientia à patre genita. Et ita dr̄ 1. Cor. 1. c. Christum Dei sapientiā Dei virtutem. Ideo idem est dicere ego mitto ad vos. Vel: sapīa Dei dixit, mittam ad vos.

Quomodo est reconcilianda secunda diuersitas Matth. & Lucæ. Quæst. CCXLIX.

QVAERETVR quantum ad secundam discordiam. s. ꝙ Matthæus dixit: Mitto prophetas, & sapientes. Lucas vero dixit: Prophetas, & Apostolos.

Dicendum, ꝙ sapientes, & Apostoli idem sunt, & qūo est hoc verum, & quare sic ponitur, declaratum

A est supra. Tertia discordia erat, quia Matthæus posuit tres: Lucas vero posuit duos, scilicet prophetas, & Apostolos.

Dicendum, quòd necesse est dici vtrunque esse dictum à Christo. Et ratio est, quia quòd aliquis Euangelista taceat aliquid de dictis, vel factis Christi nō est inconueniens. Quod autem aliquid dicat vltra ea, quę Christus fecit, vel dixit, inconueniens est, quia falsum dicit, sed falsitas non est recipienda in sacra scriptura: ideo necesse est, quòd quidquid aliud Euangelista dixerit, a Christo dictum esse, dixerit Christus, siue per eadem verba, siue solum in eadem sententia. Et tamē Matthęus ponit tres nominatos. s. prophetas, sapientes, scribas. Ideo necesse est asserere, quòd Christus
B istos tres nominauerit per ista, vel per alia verba equiualentia. Quod autem Lucas solum duos expresserit, non est inconueniens, quia manifestum est, quòd licet gesta Christi omnes quatuor Euangelistę narrēt, quidam latius, quidam decurtatius dicunt, cum Marcus multo breuior aliis tribus fuerit: Lucas ergo tacuit hic scribas, idest peritos in lege Moysi, quos Matthæus expressit.

Qui fuerint occisi, vel crucifixi, qui flagellati de his, quos Christus misit. Quæst. CCL.

QVAERETVR cum Christus dixerit de istis a se missis ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex
C illis flagellabitis, qui fuerunt occisi, vel crucifixi, qui flagellati. Dicunt quidam, quòd occisus fuit Stephanus, Petrus crucifixus est, alij autem discipuli flagellati sunt. Sic dicit Hiero. super Mat. scilicet ex quibus lapidatus est Stephanus: Paulus occisus: Petrus crucifixus, flagellati in actibus Apostolorum discipuli. Et ita etiam ponit Nicolaus.

Sed videtur dicendum, quòd non stat. Primo quia Christus loquebatur Iudæis dicens: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ex illis occidetis. Et tamen constat, quòd non fecerunt Iudæi hæc, quia non occiderunt Iudæi Paulum, neque crucifixerunt Petrum, sed Romani, quia in vrbe Rome sub Nerone eodem iubēte ambo occisi sunt vario tamen genere mortis.

Secūdo patet, quia Christus deducebat hoc ad pro-
D bandum, quòd Pharisęi implerent mensuram patrū suorum occidendo prophetas, sicut & illi, & tamen in eis, quos Gentiles occidebant, nō implebant Iudęi mensuram patrum suorum, ergo non loquitur hic Christus de illis, qui a Gentilibus occisi, & crucifixi sunt, sed de illis, qui crucifigerentur a Iudęis.

Alij autem dicunt, quòd ista flagellatio intelligitur de flagellatione, qua scribæ veteris testamenti detrahēdo veritati flagellare dn̄r scribas noui testam. Sic dicit Origines super Mat. scilicet. Scribę autem legis scribas noui testamenti adhuc per detractionem flagellant in synagogis suis, sed & hęretici, qui sunt spirituales Pharisęi linguis suis Christianos flagellāt, & persequuntur de ciuitate in ciuitatem, interdum
E corporaliter, interdum spiritualiter.

Sed dicendum, quòd iste sensus est metaphoricus, Christus autem de vera occisione, & flagellatione loquitur, ideo non est ad propositum.

Dicendum est autem, quòd verum est, quòd Iudęi aliquos de Christi discipulis occiderūt crucifigendo, alios vero de ciuitate in ciuitatem expulerunt. De occisis patet, vt in Stephano, quem lapidauerunt Act. 7. c Etiam Paulus, & Barnabas sępe lapidati sunt, vt patet Act. 14. & 2. Corin. 11. c. licet nō occisi fuerūt. De flagellatione autem dicit Hiero. quòd flagellati sunt discipuli in actibus Apostolorum, & Nicolaus idem tenet, quòd flagellati sunt Paulus, & Sylas Actu.

Actu.16.c. & Paulus dicit: Ter virgis cęsus sum.2. Corin.11.c.Sed dicendum, quòd non stat, quia licet Paulus, & Sylas flagellati fuerint Actu.16.c.non tamen a Iudæis, sed potius a Gẽtilibus,cum dicatur ibidem,quòd accusauerunt Paulum,& Sylam homines ciuitatis illius dicentes.Hi homines conturbant ciuitatem nostram,cum sint Iudæi,& annunciant morẽ, quem nõ licet nobis suscipere. Quod autem Paulus dicit se ter virgis cęsum.2.Corin.11.c.non fuit factũ a Iudæis, sed Gentilibus. Iterum autem Iudæi flagellare voluerunt Paulum,& astrinxerunt eum loris,sed cum dixisset, se hominem Romanum, recesserunt qui torturi erant eum, Actu.22.c.

Et tamen saltem dicendum, quòd Paulus a Iudæis flagellatus est sępe, scilicet quinquies.2.Corinth.11. c.Quinquies a Iudęis quadragenas vna minus accepi. De alijs quoque discipulis dicendum est,quòd multi flagellati fuerunt, licet expresse non legatur, quia occiso Stephano Actu.7.c.facta est persecutio magna in die illa in ecclesia,quæ erat Ierosolymis, ita vt omnes dispergerentur per Iudeam, & Samariam Actu.8.c.in tali autem persecutione credendum est, quòd aliqui flagellarentur,& aliqui forte occiderent.

De crucifixione dicendum, quòd non inuenitur in sacra Scriptura aliquis de discipulis Christi crucifixus. de Petro autem planum est, quòd non fuerit a Iudæis crucifixus, sed a Romanis. Sed dicendum, ꝙ Simon Chananęus Apostolus crucifixus est in Ierusalem, cum esset episcopus Ierusalem tempore Traiani Imperatoris, vt ait Hiero. in lib. de Illustribus viris. Et ita potest iste dici crucifixus a Iudæis, licet Atticus consolaris Romanus eum crucifixerit, qui erat pręfectus Iudæę, sicut Christus dicitur a Iudæis crucifixus,licet Pilatus,qui erat Gentilis eũ ad mortẽ crucis damnauerit. Etiam cum ille modus mortis,s. per crucifixionem ita communis esset apud Iudæos, quòd tam Christus, quam duo latrones simul crucifixi fuerunt,verisimile erat,quòd aliquis de discipulis Christi, qui a Iudæis occisi sunt crucifigerentur. De eiectione de ciuitate, in ciuitatem persequendo planum erat.Nam etiam viuente Christo,cum mitteret illos ad prædicandum hoc fieret. Vnde ait eis:Si persecuti vos fuerint in, ciuitate vna, fugite ad aliã supra 10.c.& dabat eis doctrinam, quia si non expellerentur de ciuitate, vel non admitterentur exirent de ciuitate, & excuterent puluerẽ pedum.e.c.hoc sępe accidit.Nam Paulus,& Barnabas, quia repulsi fuerãt a Iudęis de terra Iudęę conuersi fuerant ad gentes Actu.13.c.& postea cum inter gentes prædicarent in quibusdam ciuitatibus, in quibus erant Iudæi, ipsi concitabant persecutionem contra Paulum, & Barnabam, & fugabant eos de ciuitatibus, Actu.13. & 14.capitu.

Quare Christus dixit. Et flagellabitis in synagogis vestris. Quæst. CCLI.

QVAERETVR quare dixit Christus. Et flagellabitis in synagogis vestris.

Aliqui dicunt, quòd in synagogis flagellant discipulos Christi,qm̃ periti Iudæorum in suis synagogis detrahunt nobis maledicentes doctrinę nr̃ę. Sic dicit Orige. Scribæ autem legis scribas noui testamenti adhuc per detractionem flagellant in synagogis suis.

Sed dicendum, vt dictum est præcedenti.q.quòd hoc est metaphoricum,flagellatio autem,& occisio, de quibus Christus dixit verę erant,& ad literam.

Synagoga dupliciter sumitur.

Dicendum, ergo quòd vere in synagogis suis eos flagellabant,sed synagoga accipitur dupliciter. Vno modo pro domo orationis, in quam conueniebant

F Iudæi diebus sabbathorum, & alijs festiuitatibus,& orabant ibi, & audiebãt lectionem librorum Moysi, & prophetarũ, Act.13.& 15.c. Et vocatur illa domus synagoga, idest congregatio,quia ibi congregabantur Iudæi. Alio modo accipitur synagoga, idest congregatio hominum, vel concilium vbicunque fit. Et vtroque modo poterat intelligi, quòd flagellabãtur discipuli in synagogis, scilicet in domibus orationis. Et hoc, quia forte ibi prędicabant Christum, de quo scandalizabantur Iudæi.1.Corin.1.c.scilicet nos prædicamus Christum crucifixum,Iudæis quidẽ scandalum.Ideo ibi volebant eos punire,ne rursus talia prędicare auderent,& flagellabantur in synagogis, idest

G in cõgregationibus Iudęorũ. Et hoc, quia prędicatio Christi erat contra totam intentionem Iudęorum,& videbatur esse publicũ præiudicium Christum prędicari, puniebant prędicantes de consensu totius populi,& coram toto populo. Et hoc erat in synagogis flagellare. Sed melius videtur, quòd accipiatur pro domibus orationis, cum dicatur in synagogis vestris. Causa autem quare dixit flagellationem fieri in synagogis fuit ad distinctionẽ occisionis,& crucifixionis,de quibus dixerat, quia illę non poterant fieri in synagogis,sed extra loca fiebant. Sic patet de Christo. Nam crucifixus fuit extra vrbem Ierusalem ad Heb.13.c.& Io.19. Sic ẽt quando Stephanũ lapidare

Christus dixit flagellationem in Synagogis fieri.

H voluerunt eiecerunt eum de vrbe Actu.7.c. Et eijciẽtes eum extra ciuitatem lapidabãt. Similiter quoque cum Christum occidere vellent semel Nazareni, eduxerunt eum de ciuitate ducentes in montem quendam, Luc.4.c. Eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt vsque ad superciliũ montis. Flagellatio autem, ex qua non sequebatur mors, poterat fieri vbicunque, maximę quia apud Iudæos non poterat quidam vno contextu accipere, nisi triginta nouem flagella, vel saltem non excedere quadragenarium numerum Deut.24.c. Et ita dicit Paulus se a Iudæis accepisse quinquies quadragenas minus vna. Et flagella ista accipiebat quis coram iudice Deu.24.f.Sin autem eum, qui peccauit, dignum viderint plagis,

I prosternẽt,& coram se facient verberari,pro mensura delicti erit plagarum modus, ita vt quadragenariũ numerum non excedant. Et subditur causa, scilicet: Ne fęde laceratus obeat frater tuus ante oculos tuos. Ergo flagellatio fiebat publicę videntibus iudicibus, & in loco iudicij, & non extra vrbem.Sic & in Synagoga fieret flagellatio, siquis ibi videret delinquere, vt prædicando nomen Christi,& sic occisio, & crucifixio non dicebantur fieri in Synagogis, flagellatio autem fiebat in eis.

Quomodo est verum, quod dicitur. Vt veniat super vos omnis sanguis. Quæst. CLII.

K QVAERETVR quomodo est verum, quod dicitur: Vt veniat sup vos omnis sanguis iustus,qui effusus est super terram. In quo innuitur,ꝙ pro occisione discipulorum Christi veniret super Iudęos omnis sanguis iustus quicunque effusus est, quod videtur inconueniens.

Dicendum, quòd sanguis iustus dicitur venire sup Iudæos,idest pęna pro effuso sanguine. Nam sanguis non potest venire super aliquem, ex quo effusus est, quasi dicat vos patiemini pęnam pro omnibus iustis, qui occisi sunt,ac si occidissetis eos. Et iste est modus loquendi Hebraicus. Sic enim dixerũt Iudæi infra 27. c.scilicet sanguis eius super nos,& sup filios nostros,i. pęna si aliqua ventura est.Sic etiã dixit Dauid 2. Reg. 1.capitulo, ad adolescentem Amalechitem,quem occidi iussit, sanguis tuus sit super caput tuum, os enim

tuum

tuum locutũ est contra te, dicens, ego interfeci Christum domini, idest pęna pro effusione sanguinis tui non veniat super alium, nisi super te, quia tu meruisti hoc, loquẽdo contra te ipsum. Et hoc apparet magis ex modo loquendi Luc. 11. c. cum dicitur, vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a generatione ista, ita vobis dico requiretur ab hac generatione, sed requirere sanguinem ab aliquo est punire ipsum pro peccato occisionis. Et ista requisitio est, quòd siquis occidit alium occidetur ipse, sicut dixit Christus Petro infra 26. c. Omnis, qui gladio percusserit, gladio peribit. Et Gene. 9. c. sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarũ bestiarum, & de manu hominis, & fratris eius requiram animam hominis, quicunque effuderit humanũ sanguinem, effundetur sanguis illius.

Sed dicetur quomodo Matthæus dixit, vt veniat super vos omnis sanguis, Lucas autem dixit, vt requiratur sanguis. Dicendum, quòd sensus idem est, s. ꝙ fiat vindicta in illis pro effusione sanguinis. Et hoc Christus voluit. Euangelistę tamen cõceperunt eandem sententiam, sed non eodem modo. Vnde vnus apertius dixit, quam alius. Immo dicendum, quòd ad Spiritum Sanctum pertinuit, quòd inspiraret euangelistis, quod non eisdem verbis sententias easdem proferrent, quia maior esset suspitio, quòd non veritati instabant, sed conspirauerant, vt idem omnino dicerent. Et etiam in testibus est bona suspitio, cum omnino eadem verba dicunt. Magis enim suspitione caret cum eandem omnino sententiam non eisdem verbis proferunt.

Quomodo dixit Matthæus: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, & Luc. dixit: Requiratur sanguis omnium prophetarum. Quæst. CCLIII.

QVAERETVR quomodo dixit Matthæus, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, & Lucas dixit, requiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est.

Dicendum, quòd omnis sanguis iustus intelligit, idest sanguis omnium iustorum per Hypallagem. Nam sanguis, neque est iustus, neque iniustus.

Sed dubium est, an sanguis omnium iustorum requirendus esset de manu Iudæorum, vel solum sanguis prophetarum, cum Lucas dicat, sanguis omnium prophetarum.

Dicendum, quòd non solum sanguis prophetarũ, sed etiam omnium iustorum erat requirendus de manu Iudæorum. Et patet, quia Matthæus dicit, sanguinem omniũ iustorum venturum super Iudęos, ergo necesse est hoc verum esse. Sed si dicatur, quòd sanguis prophetarum solum requiretur de manu Iudæorum, non requiritur sanguis omnium iustorũ, ergo non requiretur solus sanguis prophetarum.

Ad dictum Lucæ potest vno modo dici, quòd etiã si Lucas dixerit de solis prophetis, non est inconueniẽs, cum non addiderit, ꝙ solus sanguis illorum requireretur. Et hoc non impedit quin sanguis omniũ iustorum requiratur, quia qui ponit, quod paruum est, nõ negat, quod maius est. Secundo potest dici, ꝙ æqualia ponunt Matthæus, & Lucas, sed id, quod dicit Matthæus sanguinem omnium iustorum, dicit Lucas, sanguinem omnium prophetarum. Et hoc, quia accipit large prophetas non solum pro illis, qui futura prędicunt, sed etiam pro alijs, per quos, vel ad quos Deus aliquo modo loquitur. Omnes autẽ iusti sunt huiusmodi, quia id, quod loquuntur a Deo est, cum non dicant, nisi quod rectum est, & a Deo inspiratum, immo & aliquando scriptura accipit prophe-

A tam pro iusto. Sic patet Gene. 20. c. cum dixit Deus ad Abimelech regem Gerarę, nunc igitur redde vxorẽ viro suo, quia propheta est, & orabit pro te, & viues, & ita innuitur ibi, ꝙ oratio, quam faceret Abraham pro Abimelech exaudiretur, quia erat Abrahã propheta, & tamen esse prophetam non est causa, vt exaudiatur oratio, quia aliqui prophetę sunt mali, & Deus non exaudit eos, sicut erat de Balaham Nume. 22. & 24. c. sed causa exauditionis videtur esse iustitia orantis, Ioan. 9. c. l. Scimus, quia Deus peccatores non exaudit, sed siquis cultor eius est hunc exaudit. Ergo cum Abraham audiendus esset, videtur ꝙ ideo audiretur, quia erat iustus, & Deo acceptus, sed vocatur
B ibi propheta, ergo propheta pro iusto accipitur. Et ista est veritas. s. ꝙ Lucas posuerit prophetas ꝓ iustis.

Quomodo dicitur de Abel, quòd fuerit iustus. Quæst. CCLIIII.

QVAERETVR quõ dicitur de Abel, ꝙ fuerit iustus. Dicendum, ꝙ Christus innuit, quòd sanguis effusus omnium iustorum requirendus erat de Pharisæis, & quia primus inter iustos, qui occisus est iniuste, fuit Abel dicitur de sanguine iusti Abel, & iõ non dixit absolute a sanguine Abel, sed a sanguine Abel iusti, quia aliàs non procederet ratio. Nam si dubitaretur, an iustus esset, diceretur, ꝙ non erat in-
C cipienda ab illo computatio.

De Abel aũt planum est, ꝙ fuit filius Adę, & frater Cain, quia non legimus alium præcipue virũ iustũ, & cuius sanguis effusus sit. Sed hæc omnia concurrere debent ad hoc, ꝙ ab illo incipiat computatio. De primo patet, quia si non esset iustus non pertineret ad præsens, cũ solum sanguis iustorum requiratur, & ita Christus dixit a sanguine Abel iusti. De secũdo patet, quia si moreretur morte naturali non esset ad ꝓpositum, cũ agatur de sanguine effuso, qui requirit. Tertiũ etiã additur, s. ꝙ propinquus esset principio sęculi. Et hoc necessariũ est, quia Christus videtur ponere duos iustos maxime distantes tempore, cũ dicat: A sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zacharię. Maxime
D quia Luc. 11. magis aperitur, cum dicitur, vt requirat sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mũdi. Nemo propinquior fuit de iustis, qui occiderentur, quam Abel principio sęculi, cum fuerit fili⁹ Adę, & de primis filijs Gen. 4. c. Sic dicit Hier. super Matth. scilicet de Abel quidem nulla est ambiguitas, quin is sit, quem Cain frater suus occidit, iustus autem non solum ex Domini nunc sententia, sed ex Gene. testimonio comprobatur, vbi accepta eius a Deo narrantur munera.

Quis fuerit iste Zacharias, de quo hic. Quæst. CCLV.

E QVAERETVR cum dicatur vsque ad sanguinem Zacharię, quis fuerit iste Zacharias.

Dicendũ, ꝙ aliqui volunt istũ fuisse Zachariam prophetã, qui ponitur penultimus inter prophetas minores. Et ad hoc primum adiuuat, quia iste propheta fuit, & iustus, hic autem agitur de occisione prophetarum. Secundum est, quia conuenit nomen patris, quia dicitur hic, filij Barachiæ. Et ita vocatur ille Zacha. 1. c. s. Factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachię filium Addo. Sed dicendum, ꝙ non videtur fuisse iste Zacharias. Primo, quia Zacharias propheta non legitur occisus, neque aliqua historia nostra, aut Iudæorum hoc tradit, & tamen rem tam grauem exercitam circa illum sanctũ prophetam potissime de quo Christus dixerit, nõ est verisimile

verisimile ab omnibus fuisse prætermissam. Secundo, quia dicitur: Occisus inter templum, & altare, & tamen tempore huius Zacharię, non erat templum constructum, sed tunc inchoatum est, s. prophetantibus eo, & Aggęo propheta, vt colligitur ex 1. lib. Esdrę. De hoc dicit Hiero. super Mat. s. quærimus autem, quis sit iste Zacharias filius Barachię, quia multos legimus Zacharias, & ne libera nobis tribueretur erroris facultas additum est, quem occidistis inter templum, & altare. Alij Zachariam filium Barachiæ dicunt qui in duodecim prophetis vndecimus est patrisque in eo nomen consentit, sed vbi occisus sit inter templum, & altare scriptura non loquitur. Maxime, cum temporibus eius vix ruinę templi fuerint.

Alij dicunt, ꝙ iste Zacharias fuit pater Ioannis Baptistę, & occisus est a Iudæis inter templū, & altare, cum esset sacerdos. Et hoc, vt quidam dicunt, quia voluit Mariam virginem dominam nostram post partum ponere in templo in loco virginum. Sic dicit Origines super Matthæum, scilcet. Venit autem ad nos quædam traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo, vbi virginibus quidem licet adorare Deum, expertæ autem thorum virilem non permittebantur in eo consistere, Maria autem postquam genuit saluatorem ingrediens ad orandū stetit in illo virginum loco, prohibentibus autem eis, qui nouerant eā iam filium genuisse Zacharias dixit, quoniam digna est virginum loco, cum sit adhuc virgo. Ergo, quasi manifestissime aduersus legem agentem occiderunt eum inter templum, & altare viri generationis illius. Et sic verum est verbum Christi, quod dicit ad præsentes, quem occidistis.

Hoc autem habet aliqua adiuuātia. Primum, quia ille Zacharias sacerdos erat Luc. 1. c. & sic poterat occidi inter templum, & altare manendo ibi.

Secundum, quia res ipsa conuenit, scilicet cum dicat Christus illum occisum inter templum, & altare. Vnde videtur, ꝙ quasi tūc, cum Mariam defendebat in loco suo occisus fuerit, locus autem, in quo sedebant mulieres virgines ad orandum non longe erat a templo, & altari. Tertium, quia adiuuabat ad hoc tempus, scilicet quia fuit hoc temporibus illorū iam nato Christo, & ex modo loquendi videtur constituisse duos iustos maxime a se distantes tempore. Vnum a principio sęculi, idest Abel: alterum, ergo positurus erat tempore ipsorum, vt sic omniū iustorum pręteritorū sanguis ab eis videret exquiri, quod non fieret si iste Zacharias multo añ fuisset occisus.

Quartum, quia videtur saluare id, qđ dr̄ in litera, s. quem occidistis. Et tamē si esset alius Zacharias multo ante occisus non potuisset occidi ab istis, quia non viuerent tunc. Et hoc tangit ibi Origenes specialiter.

Sed dicendum, quòd hoc nō est verisimile, neque illud recipit Hiero. super Mat. dicens: Hoc tamen, quia de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Maxime, quia multa dicuntur hic, quæ non sunt verisimilia. Primū, quòd mater Christi post partum nec in templum ad sedendum inter virgines iret. Nam hoc nullo modo est verisimile. Nam dato, quòd esset virgo, sicut vere erat, non ascriberet sibi hunc honorem, cum sciret non credi tunc ab aliquo de Iudæis, & esset scandali occasio, si ipsa pręfatum locū acciperet. In omnibus tamen alijs tenebat humilitatē, & vitabat scandalum, cum, & Christus iura sua perdi permitteret soluendo tributum, cum esset filius regis, vt non scandalizaret potentes supra 17. c. Maxime, quia Maria ab omnibus argueretur tanquam insipiens, si hoc faceret. Nam cum scirent eam peperisse, etiam si virginem se probare vellet ex consideratione matronarum, nemo

F crederet, neque saltem aduertere vellet tanquam rē absurdam. Maxime, quia scimus in alijs eam seruasse legem, vt de abstinentia iuxta dies menstruatę Luc. 2. c. & tñ purificatio ista fiebat vbi præsupponebatur immūditia aliqua, vt patet Leui. 12. c. de ista purificatione. Et tñ in virgine non fuit aliqua immunditia in conceptu, neque in partu, ideo proprie non erat purificanda, & tamen noluit de hoc contendere, sed potius seruauit cęremonias purificationis Luc. 2. c. Tertium, quia cum Virgo Domina nostra dirigeret in omnibus actibus suis a Spiritu Sancto maxime postquam Christum concepit, non est verisimile, ꝙ ipsa præstaret occasionem ad mortem Zacharię tam inutiliter, cum nō legamus inde aliquam vtilitatem

G secutam. Quarto, quia dato, ꝙ ipsa sedisset in loco virginum, non erat verisimile, ꝙ occideretur Zacharias dicens debere eam ibi esse, quia nō erat aliquid, quod dictum statim obligaret ad mortem. Nam non erat blasphemia. Sed videtur, quòd contemneretur, vt demens, si hoc assereret, & eo inuito cogeret Maria locum ipsum dimittere. Sed aliqui fortificant hoc dicentes, ꝙ Zacharias occisus est, quia dixit illam peperisse, & virginē esse, & peperisse regem Messiam. Et hoc audito turbati eum occiderunt. Sic dicit Grego. Nisenus. s. Quidam dicūt, ꝙ Zacharias pater Ioannis spiritu prophetico conijciens mysterium virginitatis intactę Dei genitricis, nequaquam sequestrauit eā a loco templi virginibus deputato, volens ostendere, ꝙ

H in potestate conditoris omnium erat nouum ortum ostendere, qui enixę vigorem celibatus non auferret. Erat autem hic locus medius inter altare, & ędem, in qua erat altare ęneum situm, vbi eum propter hoc occiderunt, cū audirent etiam regem mūdi venturū dispensatiue metu subiectionis aggrediuntur eum, qui attestabatur ortum ipsius mactantes sacerdotē in tēplo. Sed neq; istud est verisimile, quia si ꝑp illud occidissent Zachariam, magis tenuissent Mariā, & filium eius, vt illum occiderent, quam illum, qui eum annūciabat, sicut Herodes conatus est occidere Christum inter infantes supra 2. c. Quintum est, quia etiā, si prædicta vera essent, Christus tamen non dixisset de hac re, quia hoc erat laudare seipsum, & matrem suam, & non videbatur sibi fides adhibenda, quasi ꝓ-

I priam causam ageret, dicendo peccasse illos, qui matrem suam eiecissent de loco virginū, & occidissent defensores eius. Quod autem dictū istud verisimilitudines habeat, scilicet quatuor, quæ supra positæ sunt non facit rem credibilem, quia omnia adiuuantia non sufficiunt ad reddendū narrationem verisimilē, si aliquid vnum sit, quod verisimilitudinē tollat. Nā, & fabulę quæcūque aliquas verisimilitudines habēt, quia aliàs nemo eas libenter audiret, & tanto plures verisimilitudines quanto maiori ingenio formatæ sunt. Alij dicunt istum esse Zachariam patrem Ioannis Baptistæ, sed ob aliam causam occisum, scilicet, quia abscondit Ioannem, quando incidebantur in-

K fantes ab Herode. Sic dicit doctor Græcus. Alij autē aliam causam dicunt esse interitus Zacharię, cum aūt occiderentur infantes magnus Ioannes, cum coętaneis suis occidendus erat, sed Elisabeth eripiens filiū de medio cędis petiuit eremum, vnde cum satellites Herodis Elisabeth, & puerum nō inuenirent, conuerterunt iram in Zachariam occidētes ipsum ministrātem in templo. Sed dicendum, quòd etiam hoc non est verisimile. Primo, quia Herodes non fecit occidi infantes in tota terra Iudæorum, sed solum in Bethlehem in finibus eius supra 2. c. terra autē, in qua Zacharias habitabat, non erat Bethlehem, sed montana Iudęæ, vt patet Luc. 1. c. Nam illuc iuit Maria, cum festinatione, quando iuit ad Elisabeth, quæ iam conceperat,

cepera, & ita ibi non occiderentur infantes, & consequenter non quæreretur Ioãnes ad mortẽ. Secũdo, qa Herodes solum volebat occidere pueros de tribu Iuda, quia ille, quem timebat futurum regem, & iam natũ credebant esse, erat de tribu Iuda, sicut sapiẽtes asseruerant supra 2.c. De Ioanne autem constabat, ꝙ erat de tribu Leui. Nam pater suus sacerdos erat, & mater sua de filiabus Aaron, Luc.1.c. Ergo, neque Ioannes, quæreretur ad mortem, neque occideretur Zacharias pater eius tanquam occultans Ioannem.

Dicendum, ergo videtur, ꝙ iste Zacharias fuerit ille sacerdos magnus filius Ioiadę magni sacerdotis, quem Iudæi occiderunt, scilicet Ioas rex Iudę occidit eum. 2. Paralipo.24.c. & consonat dicto Christi, s. inter B templum, & altare. Sic etiam tenet Hiero. super Mat. dicens, alij volunt istum esse Zachariam, qui occisus sit a Ioas rege Iudę inter templũ, & altare, i. in atrio tẽpli. Sed obijciunt contra hoc. Primo, quia dicitur hic Zacharię filij Barachię, & tamen ille non fuit filius Barachię, sed Ioiadæ sacerdotis magni. 2. Parali.24.c. Secundo, quia dicitur: Quem occidistis: Et loquitur Christus ad istos, qui nunc erant, & tamen illi non occiderant illum Zachariam, quia plures, quam sexcenti anni fluxerant a morte eius vsque ad tempus Christi. Tertio, quia Christus videtur ponere hic duos iustos maximę distantes tempore, cum dicat requirendum sanguinem omnium iustorum, qui effusus est a constitutione mũdi a sanguine Abel iusti, usque C ad sanguinem Zachariæ, & tamen si ille sit Zacharias nõ distant maxime, cum post eum multi iusti occisi fuerint, ideo dicunt fuisse alium tempore Christi.

Dicendum, quòd ista non obstant. Ad primum potest dici vno modo, quòd ille Zacharias erat filius Ioiadæ, & illud erat nomen proprium, hic autem vocatur Barachias, & non est nomen proprium, sed appellatiuum, & interpretatur benedictus a domino, quod ei attribuitur, quia fuit ille Ioiada sanctus vir.

Secundo potest dici, & melius, quòd Barachias sit nomen proprium, & vocetur ille Barachias, neque obstat, quòd vocetur Ioiada, quia erat binomius, sicut & multi alij inter Iudæos, vt Iacob vocabatur Iacob, & Israel, & Esau vocabatur Esau, & Edõ, & Seyr, vt D colligitur Gene.25.c. Et ad hoc adiuuat, quia aliud est euangelium, quod vocatur Nazarenorum, quod ecclesia non recipit, & ibi dicitur, Zachariæ filij Ioiadæ, vbi nos dicimus filij Barachiæ. Sic dicit Hierony. sup Mat. scilicet, sed obseruandum, quòd ille Zacharias non sit filius Barachię, sed filius Ioiadę sacerdotis, sed Barachias in lingua nostra benedictus Domini dicitͨ, & Ioiadę iustitia Hebręo nomine demonstratur. In euãgelio vero, quo vtuntur Nazareni, pro filio Barachię filium Ioiadæ scriptum inuenimus.

Ad secundum dicendum, ꝙ non est sensus, ꝙ illæ personæ, quæ nunc Christum loquentem audiebant occidissent Zachariam, sed dicitur: Quem occidistis, loquens ad eos tanquam ad populum, vel gentem. E Eadem autem gens erat ista nunc, & quando occiderũt Zachariam, quia manet idem populus, & eadem ciuitas, vel gens per successionem multorum temporum inquantum nunquam desinit esse, sicut manet idem homo numero a principio vitę vsque ad finẽ, licet in eo fiant multæ alterationes. Ita ergo gens Iudæorum vna, & eadem erat nũc, & a principio sui, cum postquam cępit esse nunquam desijsset, & ideo. sicut siquis demonstratis Iudæis, qui erant tempore Christi diceret, ista gens occidit Zachariam filium Barachiæ, siue Ioiadę, esset vera propositio, ita cõuertendo locutionẽ in secunda persona. s. vos occidistis Zachariam, erat vera propositio. Et sic verum erat, ꝙ isti occiderũt Barachię filium, licet fluxissent plures

A q̃ sexcenti anni a morte eius. Ad tertium dicendũ, ꝙ Christus ponit duos iustos maxime inter se distãtes, vt capiat omnes alios intermedios, & tamen ista distantia non erat secundum tempus, sed secundum aliquid aliud, vt dicetur infra 259.q.

An quando dicitur, quòd requiretur de Iudæis sanguis Abel: accipiatur Abel exclusiue, vel inclusiue.
Quæst. CCLVI.

QVAERETVR quomodo potest stare, ꝙ requiratur de Iudæis sanguis Abel. Nam dicitur requirendus sanguis omnium iustorũ a sanguine iusti Abel. Iudæi namque nullam culpam in hoc habuerunt, quia non effuderunt illum. Aliqui dicunt, quòd accipitur Abel exclusiue, scilicet quòd post sanguinem Abel sanguis omnium requiritur a Iudæis, non tamen sanguis Abel. Et tunc ablatum est inconueniens. Sed dicendum, quòd non stat, sed est necesse etiam sanguinem Abel requiri. Primo, quia si exclusiue acciperetur, non videretur aliqua causa quare Abel nominaretur potius, quam aliquis alius. Secundo, quia non est satis verisimile, quia nemo sic exposuit. Cum enim omnes exponentes locum hunc aliquã difficultatem in hoc fecerint, nemo de eis, qui videntur aliquid esse hunc sensum posuit, licet ista argumentatio non sit efficax. Tertio, quia videtur necesse esse incipi hoc ab Abel, ita quòd ipse includatur, quia Luc.11.c. dicitur, vt requiratur a generatione ista sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi, a sanguine iusti Abel, sed si ponatur Abel exclusiue, nõ requiritur sanguis omnium prophetarum ab origine mundi, quia saltem sanguis Abel, qui erat de his, manet nõ requisitus, cũ fuerit post constitutionem mundi, ergo necesse est accipi inclusiue. Quarto, quia nisi accipiatur litera inclusiue, erit falsum quod dicitur, quia motiuum eorum, qui dicunt teneri exclusiue, est, quia Abel non pertinet ad progeniem Iudæorum, ideo nullo modo pęna pro effusione sanguinis illius potest venire in eos, & tamen si ita arguatur, sequitur, quòd nullius iusti sanguis requiretur a generatione ista nisi illorũ, qui occisi sunt postquam cępit esse progenies Iudęorum, vel nominari, & tamen Iudæi non nominantur vsque post Abraham, & maxime vsque post Iacob, ergo nõ solum sanguis Abel nõ requiretur a Iudęis, sed etiam si aliqui alij fuerunt iusti occisi ante Iacob non requiretur sanguis eorum a Iudæis, ergo non est verum, ꝙ a sanguine Abel requiritur sanguis omniũ iustorum de manu Iudæorum, siue teneatur Abel exclusiue, siue inclusiue, cum multi alij iusti, & prophetę occisi fuerint, quorum sanguis non requiritur de manu Iudæorum, & istud est argumentum necessarium, ideo dicendum, quòd Abel tenetur inclusiue, s. quòd etiam sanguis Abel requiritur. Sed quõ requiratur sanguis Abel est dubiũ. Aliqui dicũt, ꝙ requiritur sanguis Abel, quia Abel fuit occisus a suo fratre Cain per inuidiam. Iudæi autem hęredes fuerunt Cain, quia ita Christum, & discipulos eius per inuidiam occiderunt, sicut Cain occidit Abel. Sic dicit Theophil. s. ostendit autẽ dominus Iudęos hęredes malitię Cain ex eo, quòd subdit a sanguine iusti Abel. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia hoc modo si in aliquo alio delicto imitarentur Iudæi aliquas gẽtes alias punirentur pro peccatis illis gentium illarũ, sicut etiam puniuntur pro sanguine Abel effuso a Cain, quia imitati sunt Cain in occisione Christi. Sed hoc est incõueniẽs, quia hoc modo Iudęi illi punirẽtur pro peccatis omnium hominum, cum in aliquo peccato imitarentur alios homines. Et hoc nemo

concederet

concederet Ideo dicendum, ꝙ alio modo dicitur requiri sanguis Abel de manu Iudæorum, vt dicetur sequenti q.& q.260.

Quare dicitur. a sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Quæst. CCLVII.

QVAERETVR quare dicitur. a sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Nam de Abel nō est irrationabile, eo ꝙ ipse est primus iustus, qui occisus est, sed de Zacharia non vr̄ causa esse, quia post eū multi fuerunt occisi inter Iudæos, immo vr̄, ꝙ non conueniat intentioni Christi, quia ipse vult sanguinem omnium iustorum requiri de manu Iudæorum, sed multi iusti occisi fuerunt post illum, iō etiam sanguis illorum requirendus erat. Aliqui aūt dicunt ex hoc, ꝙ non fuit iste Zacharias ab antiquo occisus, sed Zacharias pater Ioannis Baptistæ, qui tpe Christi occisus esset, vt tactum est supra q.255. Sed dicendū, ꝙ illud falsum est, vt probatum est ibidem. Etiam dato, ꝙ verū esset nō tolleret hoc incōueniēs, quia ēt post mortem illius alij occisi fuerant, sicut Innocentes, & alij. Secundo, & efficacius, quia Christus inducit hoc ad ostendendum, ꝙ multum culpabiles essent Iudæi occidendo eos, quos ipse mitteret, & pp occisionem illorum veniret super Iudæos sanguis omnium prophetarum, & iustorum antiquorum, ergo a fortiori veniret super eos sanguis Christi, & discipulorum suorum, quos occiderent. Et ita hoc mō non sufficeret ēt si poneretur Zacharias pater Ioannis Baptistę. Alij aūt dicunt aliam causam tam de Abel, q̄ de Zacharia, vt Origenes super Mat.s. Zacharias interpretatur memoria Dei. Omnis, ergo q memoriā Dei disperdere festinat in eis, quos scandalizat, Zachariæ sanguinem vr̄ effundere, filij Barachiæ, quia per benedictionem Dei memores sumus Dei: ab impijs ēt memoria interficitur Dei, quando templum Dei a lasciuis corrumpitur, & altare eius p negligentiam orationum sordidarum sordidatur. Abel aūt luctus interpretatur, q ergo non recipit, quod scriptum est, beati, q lugent, sanguinē effundit Abel. Sed dicēdū, ꝙ hoc non prodest, qa ista sunt moraliter, vel allegorice dicta, & non pertinent ad sensum scripturæ, quem inquirimus, & quem Christus intellexit dicendo hoc. Aliqui, ergo dn̄t, ꝙ positi fuerunt isti duo non ad notandum distantiam secundum tempus, sed ad ońdendum differentias occisorum s'm ꝯditionem, & statum. Abel.n. fuit pastor, & rusticus, Zacharias fuit sumus sacerdos, & sunt isti status maxime distantes, vt sit sensus, ꝙ sanguis oīum martyrū cuiuscūque status vēturus erat sup Iudęos, cū inter istos duos status sint oēs alij, quasi medij. Sic dicit Beda.s. quare igit̄ a sanguine iusti Abel, q primū martyriū passus est mirū nō est. Sed quare vsque ad sanguinē Zacharię quęrēdū est, & cū multi post eū vsque ad natiuitatē Christi, & ipso mox nato innocētes pempti sint. Nisi forte, qa Abel pastor ouiū, & Zacharias sacerdos fuit, & hic in cāpo, ille in atrio templi necatus est, vtriusque gradus martyres, & laici.s.& altaris officio mācipati sub eorū intimant̄ vocabulo, & istam solutionē tenet Nicolaus. Sed dicēdū, ꝙ nō satisfacit totaliter, qa si solū distinctio graduū in hoc signaret̄ potuerat Christus alios nominare adhuc minoris meriti, q̄ Abel, q nō tantū laudent̄ in scriptura, & tñ nominauit illum specialiter. Secūdo, qa aliquo mō Christus vult signare principiū tpis, a quo incipit cōputari sanguis iustorū, q regrendus erat de manu Iudęorū, cū dicat̄ Luc.10.c. vt reqrat̄ a generatione ista sanguis omniū iustorū, q effusus est a cōstitutione mundi a sanguine Abel, ergo nō ponit̄ ad solum statū ońdendū, s. qa

Abel pastor ouiū, & Zacharias sacerdos fuerunt.

F pastor, & rusticus erat. Dicēdū, ꝙ in his duobus, l'cet prima facie videat̄ notari distātia temporis.s.a sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, tñ nō signat̄ solū tēpus, qa tūc sequerent̄ incōueniētia supra posita, s. qa ēt post Zachariā aliqui fuerūt occisi a Iudęis, quorū sanguis eis imputat̄. Etiā dicēdū, ꝙ qcūque nominaret̄ post Zachariam nō poterat cōuenieter significari terminus, vsque ad quē requireret̄ sanguis iustorū de manu Iudęorū, qa illo dato, & occiso si postea Iudæi aliquē iustū occiderent nō imputaret̄ eis sanguis illius, quod falsum est. Et tñ quolibet occiso poterant aliquē aliū occidere, ergo nō poterat eis poni terminus vsque ad quē imputaret̄ sanguis, sed a

G parte ante bene poterat signari, a quo inciperet imputatio sanguinis, quia aliquis fuit primus cuius sanguis pertinet ad Iudæos quantum ad culpam, vel pęnam, cum ista effusio non fuerit ab ęterno. Dicēdū, ꝙ Christus duo voluit hic signare. Vnum est tempus imputationis, aliud est distantia in culpa. Quantum ad eorum mortem, quorū sanguis requirit̄ primū notat a parte ante, & nō a parte post cum ait. a sanguine iusti Abel. nā ante Abel nemo fuit cuius sanguis imputet̄ Iudæis immo nullus fuit occisus, sed nō est Zacharias vltimus, cuius sanguis imputat̄, & pp hoc ex industria factum est, vt ille, q poneret̄ vltimus occisus esset multo tempore ante Christum, vt sic crederet,

H ꝙ nō finiebatur ibi imputatio, de qua Christus loquebat̄, cū post eū multi occisi essent immo multo plures, q̄ prius, quod nō intelligeret̄ si poneret̄ aliquis, q tēpore Christi occisus esset, qa verisimiliter crederet, ꝙ vsque ad illum, & non amplius voluisset Christus sentire. Secundū est differentia culparū, & istud præcipue intēdit.s. ꝙ Deus requiret a Iudæis sanguinem omniū iustorū eorū, in quorū occisionib9 habuerūt magnā culpā. Et hoc est valde ad ꝓpositū.s. ꝙ De9 nihil remitteret Iudæis, sed tā maximā, q̄ minimam culpam ab eis exigeret, & in eis puniret. Et hoc cōcordat mō loquendi Christi supra 18.c. vbi dicit exigi rōnē ab eo, q relapsus est in debitū p ingratitudinem vsque ad nouissimum quadrantem, ita & Iudæi multos oc-

I ciderūt prophetas, & iustos, & Deus eos sustinuerat, nunc, qa nouissime grauius peccauerunt occidendo eū, & discipulos eius, ponit in eis omnes culpas prę teritas a maxima vsque ad minimā. Et hoc cōueniēter notatur in his duobus, idest. Abel, & Zacharia. Nam nemo erat in cuius morte de iustis minorem culpam possent habere Iudæi, quam Abel, quia iste maxime distabat a progenie sua, & a tempore suo, & nemo erat, in cuius morte maiorē culpam possent habere Iudęi ex conditione actus, quam Zacharias, eo quòd ipse erat summus sacerdos, & ita erat pastor totius populi. Etiam, quia nemo magis appropinquabat ad Deum, quam summus sacerdos, & ideo huic mandabat Deus magis cauere a contaminationibus, quam cęteris hominibus Leui.21.c. Etiam, quod erat, quia

K quasi in præsentia Dei eum occiderunt, scilicet inter templum, & altare. Et quòd ista fuerit intentio Christi patet, quia expressit, quem occidistis inter templū, & altare, quasi dicat ex illo fuit culpa vestra maxima. Non fuit autem alius, in quo omnes istę difficultates occurrerint, & grauitates, ideo rectè ponitur occisio Zachariæ pro maxima culpa particularium occisionum. Quod verum est quantum ad præteritos eo tempore Nam magis peccauerunt postea occidendo Christum, & discipulos eius. Et hoc tenet Chry. in homilia, dicens, Zachariæ fecit mentionem, quoniam duplex præsumptio fuit in eius occisione. Non enim solum in sanctum hominem facta est, sed & in loco sacro. Et ista est vera intentio Christi, quare hos duos potius, quam alios nominauit.

Qua-

Quomodo est verum, quod Christus dixit, scilicet, quòd requireretur de manu Iudæorum sanguis omnium iustorum, &c. *Quæst. CCLVIII.*

QVAERETVR quomodo est verum, aut iustum, quod Christus dixit, scilicet, quòd requireretur de manu Iudæorum sanguis omnium iustorum, qui effusus est a constitutione mundi. Nam multi iusti occisi sunt, quos Iudæi non occiderunt: ergo sanguis illorum non requireretur de manibus Iudæorum.

Aliqui dicunt, quòd debet intelligi per hyperbolem, scilicet, sanguis omnium iustorum, idest, multorum, quia similis modus loquendi est sępe in scriptura, vt illud Genes. 41. cap. Omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & tamen manifestum est, quòd non poterant illuc ire omnes prouinciæ, & si irent non sufficeret eis Aegyptus ad deuorandum vna die. Et illud Psal. 64. scilicet, Omnis caro ad te veniet. sed ad Deum non venit omnis caro, sed multi homines.

Sed dicendum, quòd non stat. Primò, quia si daretur locus cuilibet dicendi figuratam locutionem esse vbi ipse voluerit, peribit tota fides scripturæ, quia non manebit aliqua propositio vniuersalis, ideo nunquàm debet concedi aliquam locutionem esse figuratam, maxime per hyperbolem, nisi expresse constet, scilicet, quòd aliter non possit saluari, & tamen cum potest saluari veritas sine figura, non est concedendum esse figuram.

Secundo, & efficacius, quia ponitur hic terminus, qui ostendit propositionem debere manere in viribus suis, scilicet, quia dicitur: Omnis sanguis iustorum, qui est effusus a constitutione mundi a sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Ergo omnium intermediorum iustorum sanguis eo modo quo illi ponuntur extremi, requiretur de manibus Iudæorum. Nam si omnis, idest, multus poneretur, nihil plus erat ponere terminos, quàm non ponere, ideo non est hoc verum.

Alij dicunt, quòd est hoc verum de illis iustis, & Prophetis, quos isti occiderant, ad quos Christus loquebatur, & tunc non est inconueniens, quòd veniret super eos sanguis omnium illorum.

Sed dicendum quòd non stat. Primo, quia dicitur Lucæ 11. cap. Sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi, sed isti non erant tunc, ergo etiam super istos venturus erat sanguis illorum, quos non occiderant. Secundo, quia dicitur a sanguine iusti Abel, & sic sanguis Abel venturus erat super istos, sed isti non occiderant Abel. Etiam quia dicitur vsque ad sanguinem Zachariæ, sed neque illum occiderant, quia multo ante Christum fuerat occisus, ideo dicendum quòd etiam sanguis illorum, quos non occiderant, veniebat super eos.

Sed dicendum; quòd quidam Prophetæ, & iusti occisi fuerant a Iudæis hoc tempore, vel alio: alij vero a Gentilibus. De primis est dicendum, quòd sanguis omnium illorum veniebat super Iudæos, qui erant illo tempore, etiam si illi iusti occisi fuissent tempore Abrahæ, vel Noe. Et hoc modo intelligitur, quod dicitur: A sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, scilicet, omnium intermediorum sanguis, quorum occisio pertinet ad Iudæos. De secundis dicendum, quòd nullo modo sanguis illorum petebatur de manu Iudæorum, etiam si effusus esset viuentibus istis Iudæis, ad quos nunc Christus loquebatur, cum nulla sit causa, quare pro his punirentur.

A *Quomodo sanguis omnium iustorum, qui ab origine sæculi a gente Iudæorum occisi erant veniret super generationem istam, quæ illos non occidit.* *Quæst. CCLIX.*

SED quæretur quomodo sanguis omnium iustorum, qui ab origine sæculi a gente Iudæorum occisi erant, veniret super generationem istam, quia pœnæ debent tenere suos actores, & tamen isti non occiderant omnes illos: ergo non debebant puniri pro illis. Secundo, quia Deus dixit Ezech. 18. cap. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur: & filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij: ergo a fortiori non portabit peccata proauorum, & illorum, qui præcesserunt per decem, vel duodecim generationes, de quibus nulla ad nos notitia peruenit. C Tertio, quia expresse Deus vetuit hoc Deutér. 24. cap. s. Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Et ita dr̄ 2. Paral. 25. cap. ꝙ Amasias rex Iuda occiderit seruos suos, qui occiderant patrem suum, sed filios eorum non occidit, quia scriptum est in lege Moysi: Non occidentur filij pro patribus.

Aliqui dicunt, quòd solum puniebantur occisores pro sanguine effuso, s. quilibet pro peccato suo. Cum aūt dr̄, ꝙ venient mala oīa super generationem istam, dicunt accipiendum de tota generatione malorum, qui vnam generationem faciunt per similitu- B dinē in vitio, & iō tota illa generatio punitur, & quilibet in ea pro peccato suo. Sic dicit Glo. s. Super generationem istam, non hos tm̄ pręsentes dicit, sed oēm generationem præcedētem, & futuram, quia oēs vna ciuitas sunt, & vnum corpus diaboli. Idē aliquo modo tenet Hieron. super Mat. dicens: Regula vero scripturarum est duas generationes bonorū, & malorū nosse. De generatione bonorū dr̄: Generatio rectorū benedicetur. De malis vero in præsenti loco: Generatio viperarum. Ergo isti, qui similia sicut Cain, & Ioas contra Apostolos gesserunt de vna generatione esse referuntur, s. omnes de generatione malorum. Idem dicit Beda super Lucam, s. quæritur quomodo sanguis omnium Prophetarum, atque iustorum ab vna Iudæorum generatione requiratur, cum multi D Sanctorum, siue ante incarnationem, siue post ab alijs sint nationibus interempti, sed mos est scripturarum duas sæpe generationes hominum bonorum, & malorum computare.

Sed dicendum, ꝙ hoc non stat. Primo, quia sic intelligendo nihil faceret ista litera ad propositū Christi. Hoc enim iō isti dixerunt, vt quemlibet puniri solū ponerent pro delictis, quę fecit, & sanguinem, quē fudit: quo dato super istos non esset venturus, nisi sanguis illorum, quos ipsi occiderēt. Et tunc superuacuū esset dici, ꝙ veniret super generationem istā sanguis omniū iustorū, qa idem esset dici, ac si diceretur si aliquos occideritis puniemini pro eis, & quilibet punietur pro peccato suo. Sed hoc est contra intentionem Christi: quia ipse dixit, ꝙ occiderent Prophetas, & sa- E pientes, & Scribas, quos ipse ad eos mitteret, & propter hoc veniret super eos sanguis omnium Prophetarum, qui effusus fuerat a constitutione mundi.

Secundo patet, quia ad certificādum rem istam, q̄ dura videretur, addidit Christus confirmationē quasi per modū iuramenti, s. Amen dico vobis, venient oīa hęc super generationem istam: ergo aliqd plus noīat hic, quàm quòd quilibet puniretur pro peccato suo.

Tertio patet, & efficacius, qa impossibile est stare literam Christi s̄m intentionem istorū. Nam isti volunt, ꝙ super quemlibet malū veniat pęna mali sui, & volunt oēs malos tam præsentes, q̄ præteritos, & futuros esse vnam generationem, vt dicit Glo. & tunc

manifestum est, ꝙ cum multi de malis, qui occiderãt Prophetas mortui essent, quando Christus loquebatur: hęc ipsa mala, quę illi meruerãt pro effusione sanguinis, vel iam venerant super eos, vel nunꝙ ventura erant, & tamen Christus dixit, ꝙ totus sanguis, qui effusus erat a constitutione mundi venturus erat super generationẽ istã; ergo super malos viuentes, vel saltẽ futuros ventura erant illa mala, & ita aliquis sanguis veniret super malos aliquos, quem ipsi non effudissent, sicut ponit Christus de sanguine Abel, & Zachariæ. Manifestum est, ꝙ occisores istorũ erant mortui, & non poterat venire sanguis super eos, sed venturus erat adhuc super aliquos malos, vt Christus dicit: ergo pęna peccati venit super aliquem, qui nõ cõmisit peccatũ. Et ita ꝑ distinctionẽ duarũ generationũ, s. malorũ, & bonorum non potest verificari litera ista.

Quarto, quia tenentes istã positionẽ mouentur, vt vitent quoddam incõueniens, quod putant sequi ex litera, & non sequitur. Et hoc quia dicitur, ꝙ veniet super Iudęos sanguis omnium iustorum, & Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi. Vnde intelligunt non solum Christum innuere de sanguine effuso a Iudęis, sed etiam a Gentilibus. Et hoc putant inconueniens, & ideo volunt sic euitare illud. Patet hoc ex verbis Bedæ: dicit enim, Quæritur quomodo sanguis omnium Prophetarum, atque iustorum ab vna generatione Iudæorum requiratur, cum multi Sanctorum, siue ante incarnationem, siue post ab alijs sint nationibus interempti. Et ita inconueniens putat esse de illis, quos Gentiles occiderunt. Sed istud incõueniens non sequitur, quia Christus non intendit, ꝙ sanguis omnium iustorũ, quotquot in toto orbe occisi sunt, requiratur de manu Iudæorum, sed solũ sanguis ille Prophetarum, & iustorum, qui a principio orbis a Iudæis quocunque tempore effusus fuerit, vt dictum est præced. quæst.

Alij dicũt, quòd intelligitur, quòd sanguis omniũ Prophetarum venturus super istos Iudæos, qui tunc viuebant, quia sicut bonum, quod merebantur, accipientes nũc Christum, qñ venit, fuit maius omnibus bonis, quæ antiqui meruerunt, & ideo oĩa bona antiquorum super eos veniebant, ita qui Christum repulerunt, grauius peccauerunt, ꝙ̃ oẽs antiqui, & omnia mala præteritorum malorum super eos venire vidẽtur. Sic dicit Chrysost. super Mat. s. Sicut enim omnia bona, quæ in singulis generationibus a constitutione mundi omnes sancti merebãtur, illis nouissimis sunt donata, qui receperunt Christũ, sic omnia mala, quæ in singulis generationibus a constitutione mundi pati meruerũt omnes iniqui, super nouissimos Iudęos venerunt, quia Christum repulerunt.

Alij volunt, ꝙ sit solum comparatio, s. ꝙ sicut tota generatio antiquorum non potuit mereri tantũ bonum, quantum datum est eis, qui Christum receperunt, licet cum paruo labore: ita oĩa scelera antiquorum occidendo quotquot Prophetas, & sanctos occiderunt, fuerunt minora, ꝙ̃ sola occisio Christi, & ita venit super occisores Christi totus sanguis omnium occisorum a principio orbis, quia maior pœna pro illa sola occisione, ꝙ̃ pro omnibus peccatis præteritis debebatur. Sic dicit Chrysost. vbi supra, s. Aut ita, sicut oĩs iustitia præcedentium sanctorum, immo omnium sanctorum tantum mereri non potuit, quantũ gratiæ datum est hominibus in Christo, sic omnium peccata impiorũ tantũ mereri mali non potuerunt, quantum venit super Iudæos, vt talia paterẽtur, qualia passi sunt a Romanis. Et sic postmodum omnes generationes eorum vsque in sæculum proijcerẽtur a Deo, & ludibrium fierent gentibus vniuersis. quid enim peius potest fieri, quàm filium cum humilita-

F te, & misericordia, & pietate venientem non suscipere, sed tali modo interficere?

Sed dicendum, quòd adhuc neutra istarum positionum satisfacit. De prima patet, quia aut intentio illius est, quòd peccatum Iudæorum tam graue fuit, quòd omnia peccata antiquorum non fuerunt tam grauia, & ita quòd pœna maior venit super istam generationem pro isto peccato, quàm super antiquos pro omnibus peccatis, aut quòd pro isto peccato occisionis Christi, & discipulorum eius venirent super Iudæos istos omnia mala, quæ antiqui meruerant pro peccatis proprijs. Accipiendo primo modo non videtur satisfacere literæ, quia hoc nihil est, nisi quòd veniret super generationem istam malum, quod merebantur, & illud erat magnum, & videtur esse valde

G extortus modus exponendi, & trahendi literam extra intentionem Christi, & significationem vocabulorum, cum ipse dicat quasi aliquid magnum venturum esse sanguinem omnium iustorum super istos Iudæos. Et ista expositio non vult, ꝙ sanguis alicuius de pręcedentibus occisis veniat super istos, sed solũ aliquid tam graue quantum fuit pęna debita pro toto sanguine iustorum effuso. Et tamen litera scripturę nunquã est trahenda extra suam significationẽ, si secundũ eam exponi potest. Si autem accipiatur secũdus sensus, manẽt omnes difficultates, quę in principio allegãtur, scilicet, quomodo super Iudæos istos

H veniret pęna pro illis peccatis, quæ ipsi non commiserunt, quod videtur iniustissimum.

Item quia aut antiqui, qui occiderunt iustos, & Prophetas habuerunt pęnã pro delictis illis, aut non. Si dicas, quòd non habuerunt, falsum est. Nam qui occidit Abel, scilicet, Cain ab alio occisus est, vt colligitur Genes. 4. cap. scilicet, a Lamech, & qui occidit Zachariam, scilicet, rex Ioas occisus fuit a seruis suis 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip. 24. & 25. cap.

Item quia non erat possibile, quòd manerent tales peccatores omnino impuniti, sed necesse erat, quòd aut ipsi seipsos punirent pęnitendo, aut Deus eos puniret mala contra eos mittendo, quia aliàs repugnaret ordinatissimæ diuinæ prouidentiæ. Si autem detur, quòd illi pro suis culpis puniti sunt, & Deus non dat bis pęnã pro eodem peccato.

I rursus puniendi erant nunc Iudæi pro illis delictis; videtur esse iniustum, quia Deus non iudicat bis in idipsum, idest, non dat bis pœnam pro eodem peccato.

Sed dicendum, quòd vera intentio Christi est, quòd omnia mala ista, idest, sanguis omnium iustorũ veniret super generationem istam, idest, super istos, qui nunc viuebant, vel nascebantur, quia vna generatio dicitur tempus, quo vnus homo viuere potest, & omnes concurrentes tempore illo faciunt vnam generationem. Et iste modus est accipiendi generationem sępe in scriptura. Sic patet Genes. 6. cap. scilicet, Generatio quõ in scriptura accipitur.

K Noe fuit vir iustus in generationibus suis, idest, inter homines, qui fuerunt tempore suo. Sic etiam Ecclesiastici 44. ca. Laudemus parentes nostros viros gloriosos in generatione sua, idest, quilibet eorum fuit gloriosus, & famosus tempore suo. Et eo. ca. dicitur, omnes hi in generationibus gentis suę gloriam adepti sunt, i. in temporibus suis inter gentem suam habuerunt honorem. Et sequitur expositio, s. in diebus suis habentur in laudibus. Quasi idem sit dicere in diebus suis, & in generationibus suis. Erat ergo vna generatio Iudæorum quam Christus ostendebat, dicens generationem istã tota illa gens, quę tũc erat, & quę tunc nascebatur. Et verum est, ꝙ super generationem istam venerunt omnia mala, quę pręd dixit. Nam pęna pro sanguine omnium iustorũ fuit destructio vrbis Ierusalem, ita vt non maneret lapis super

Pena pro sanguine omnium iustorũ fuit destructio vrbis Ierusalem.

super lapidem, & populus Iudæorum desineret esse populus, s. dispergerentur inter gentes, & vbique vt miseri seruirent sub tributo, & opprobrio: & hoc factum est tẽpore generationis, quia quadragintaduobus annis, postq̃ dictum fuit, factum est. Quod patet, quia Christus locutus fuit hæc eo anno, quo occisus fuit, sed a Christi passione vsq; ad deletionẽ Iudæorũ capta Ierusalem per Romanos, fuerunt anni quadragintaduo, vt ex historijs colligitur: ergo illi, qui tunc viuebant poterant videre illam destructionem, & sic super eos venirent illa mala, & hoc erat venire super generationem illam. Quòd autẽ ista sit pœna quam Christus prædixit apparet ex sequentibus. Nam dr̃ infra. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Et B magis hoc aperitur Lucę 19. cap. cũ dr̃, ꝙ fleuit Christus super Ierusalem, dicens: Non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Sed tunc dicendum, quòd omnia ista mala venerunt super generationem istam non solum pro occisione Christi, & discipulorum eius, sed etiam pro sanguine omnium iustorum, & Prophetarum, quos occiderant a principio mundi vsque nunc. Et hoc est, quòd occisis discipulis Christi veniret sanguis omnium iustorum, & Prophetarum super istam generationem, idest, nunc pro omnibus peccatis præteritis punirentur, quæ fecerunt a principio mundi.

C Sed tunc obijcietur, quòd isti non effuderant sanguinem iustorum, & Prophetarum præteritorum, ideo non debebant puniri pro illorum sanguine.

Dicendum, quòd isti non puniuntur nisi pro peccatis proprijs: vnde pro sanguine istorum Prophetarum, & iustorum, qui fuerunt a principio mundi, puniuntur isti, quia ipsi eos occiderunt.

Pro quo sciendum, quòd Christus non loquitur hic ad istos Iudæos, vt erãt particulares homines, sed vt erant populus Ierusalem, vel potius gens Iudæorum, & quia gens Iudæorũ non erat nouiter ex tunc, sed ex principio mundi, ideo potuerunt peccare ex principio mundi. Et patet vtrunque. Primum, quòd loqueretur ad eos, sicut ad populum, vel gentem, & non sicut ad priuatas personas, scilicet, quia dicitur D supra in litera. Vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum, & altare. Et ita dicit istos occidisse illum. Sed manifestum est, ꝙ nemo istorum neque proaui illorum erant tũc, quia plures quàm sexcenti anni fluxerant inter mortem Zachariæ, & istud verbum Christi: ergo loquitur ad eos, vt ad gentem quandam.

Secundum patet, scilicet, quòd gens Iudæorum fuisset a principio sæculi, quia licet non cęperunt vocari Hebræi, aut Iudæi a principio, aut distinctio ista esse inter gentes varias, tamen illi, de quibus descenderunt illi, qui vocantur Iudæi, semper fuerunt a cõstitutione humani generis, & ita gens Iudæorum poterat dici aliquid fecisse a principio sęculi: gens autẽ E manet eadem secundum cõtinuationem, ideo cum semel cęperit esse ista gens, & nũquàm esse desierit, necesse est, ꝙ sit eadem. Vnde id, quod factum esset a Iudæis ante annos centum, diceretur fecisse gens Iudæorum, quæ erat tẽpore Christi. Sic patet ex verbis Christi, cum ait, a sanguine Zachariæ, quem occidistis inter templum, & altare. Et tamen transierant anni plures, q̃ sexcẽti vsq; ad tempus istud, quo Christus loquebatur, & dicebat eos fecisse hoc, i. istã generationem, quę tunc erat. Ita ergo recte illa generatio Iudęorum, quę tunc erat, diceretur fecisse omnia mala, quę a principio mundi facta sunt per Iudęos, & tũc non erat iniustum, ꝙ ista generatio Iudæorum, quæ erat tempore Christi, puniretur pro sanguine omnium Prophetarum, & iustorum, effusoa Iudæis a constitutione mundi.

Sed tunc dicetur, quomodo nunc pro peccato occisionis Christi, & discipulorum eius faciebat Deus, quòd veniret super Iudæos sanguis omnium Prophetarum, & iustorum, qui effusus erat ab origine mundi?

Dicendum, quòd est sensus, quòd ante hoc non receperant Iudæi pęnã pro illis occisionibus, & Deus differebat inferre illam, & forsan nunquàm intulisset. Nunc tamen commiserunt tam graue peccatũ, quòd Deus noluit tolerare, & puniuit eos tã pro isto delicto, quàm pro omnibus præcedentibus a principio sęculi. Sic dicit Chrysost. super Matt. Omnis gẽs, vel ciuitas non statim vt peccauerit, punit eos Deus, sed expectat multas generationes, quando autẽ placuerit Deo perdere ciuitatem illam, aut gẽtem videtur omniũ generationũ præcedentiũ peccata reddere illis, quoniam quæ omnes merebantur, hęc sola passa est. Sic & generatio Iudęorum pro patribus suis videtur punita.



Sed obijcietur, ꝙ nõ tollatur adhuc inconueniẽs, quia filius nõ punitur pro patre, sicut scriptura dicit. & tamẽ inter patrem, & filiũ est maior identitas, vel proximitas q̃ inter Iudęos, qui nunc erant ad Iudęos, qui erant tempore Abrahæ. ergo a fortiori non punientur isti pro peccatis illorum, inquantum sunt idẽ populus, & tamen effusio sanguinis Zacharię, & aliorum fuit facta per antiquos, ergo Iudæi, qui erant tempore Christi, non debebant pro hoc puniri.

Dicendũ, ꝙ homines licet sint ijdem numero, tñ habent multas habitudines. Vna est, vt singularium personarum: alia est, vt communitatis, vel multitudinis. Et ita quando peccant imputatur peccatum dupliciter, quia cum non possit fieri, nisi a personis, quæ sunt indiuidua, imputatur actus cuilibet agenti. Rursus aũt, quia multi, vel tota ciuitas simul agit, vel saltem omittit cessando punire priuatos delinquentes peccat, & imputatur peccatum cõmunitati, & quia pro peccato datur pœna, & modo dicto peccant priuati, & etiam communitas, datur quædam pęna singularibus personis, s. cuilibet peccanti per se, & datur alia pęna populo, vel gẽti, vt cõitati, & hoc modo nũq̃ punitur vnus pro alio, sed quilibet ꝓ peccato suo, & ideo quantũ ad pęnam, quę debita est pro peccato personali, quod est priuati hominis, non recipit vnus homo pęnam pro altero, sed quilibet pro se, vnde neque pro peccato personali patris punitur filius, aut è contrario: ita etiam pro peccato populi non punitur, nisi ipse populus, & ipse idem non alius. Cũ aũt dr̃, ꝙ illi, qui erant tempore Christi non occiderũt Zachariam, & alios Prophetas antiquos, verũ est, & ideo dicendũ, ꝙ pro peccato personali illorũ, qui faciebant hoc, inquantũ quilibet erat vna persona ipsi puniendi erant, & non alius, neq; puniebantur Iudęi tempore Christi, sed quia etiam in illis peccatis populus peccauerat efficiendo, vt quando tota multitudo aliquid faciebat, vel omittendo, vt scilicet, quia delinquentes non puniebat. Et istud peccatum poterat nunc puniri in Iudæis, qui erant tempore Christi, quia manifestum est, quòd gens, vel populus Iudæorum peccauerat in hoc, ideo quia populus puniendus erat, & tamen idem populus numero erat iste, & ille, qui peccauerat, ita vt istemet dicatur peccasse, ergo poterat nunc puniri. Et est de populo, sicut de homine. Non est necesse, quòd quando homo peccat, statim puniatur, sed differt dare Deus pęnam, & quocunque tempore puniat, iuste punit; quia iste idem est, qui peccauit. Sic autem de populo est, quia non oportet, quòd statim puniatur

Quilibet pro peccato suo punitur.

tur vt peccauit, sed quocunque tempore poterit iu-
ste puniri,& tamen populus Iudæorum,qui erat tem
pore Christi erat ipsemet numero, qui erat quando
occisus est Zacharias,& alij Prophetæ:ergo licet non
fuerit tunc punitus,poterat conuenienter puniri tem
pore Christi,& sic est verum dictum Christi, scilicet,
quòd sanguis omnium iustorum, & Prophetarum
veniret super generationem illam, quæ erat tempo-
re suo, idest, pœna pro omnibus peccatis, quæ com-
miserant Israelitæ, inquantum gens, vel populus pu-
niretur nunc in Iudæis, qui erant tempore Christi.

Sed adhuc obijceretur, quòd non deberent puni-
ri peccata ista, quia Deus non punit bis in idipsum,
& tamen pro omnibus illis dederat iam pœnas:ergo
non erant nunc dandæ. Patet hoc, nam dicitur hic
de sanguine, & iam fuerat pro ista occisione Cain ef-
fectus vagus, & profugus, & postea interfectus est,
Genes.4.& 5.cap. De sanguine etiam Zachariæ dici-
tur,& tamen iam fuerat pro hoc occisus ipse Ioas rex
Israel, qui fecerat occidi Zachariam,4.Regum 13.&
2.Paralip.24. & 25.cap. De omnibus alijs,qui non ex-
primuntur,idem iudicandum est,maxime cum appa
reat ex historijs Veteris Testamenti sæpe Iudæos esse
punitos pro peccatis suis.

Dicendum sicut supra, quòd verum est, quòd pu-
niti fuerunt factores illorum delictorum pro pecca-
to personali, & tamen Iudæi, qui peccauerant vt po-
pulus,non puniti erant vt populus,& ideo non punie
batur aliquid bis,quia pro peccato personali pro quo
erat pœna data antiquis,non daretur modernis,quia
sicut peccatum personale non transit de persona ad
personam,ita non transit pœna.

De peccato populi dicendum, quòd pro his non
fuerat punitus populus Iudæorum ab antiquo,vt po-
pulus,vel saltem non sufficienter. Et hoc est verum,
ideo nunc poterat suppleri quidquid ibi de pęna mi-
nus fuit data: fuit autem pœna populo hoc modo:
quia sicut quando homo sæpe peccat, ita vt sit incor-
rigibilis, vel grauissima scelera commiserit deletur,
ita vt desinat esse populus. Sic fuit in populo Iudæo-
rum,quia multa grauia commiserant,pro quibus me
rebatur fortassis populus deleri, sed vsque nunc non
penitus deletus erat,licet sępe dispersus esset,& trans-
latus in captiuitates, nunc vero penitus excisa est Ie-
rusalem metropolis gentis Iudæorum,& ablatum sa-
cerdotium,& lex, & abolitæ sunt cæremoniæ, & de-
fierunt esse reges,& principes eius, & sic futurum est
semper, quia nunquam redituri sunt Iudæi, vt sint
vnum regnum, & vnus populus, ideo nunc data est
populo pœna maxima, quæ dari poterat,scilicet,de-
letionis, & data est pro omnibus peccatis præteritis,
quia pro omnibus illis non potuit iste populus, in-
quantum populus aliquid grauius mereri, cum ne-
que possit grauius tolerare.

Sed adhuc obijcietur,quòd his datis non stat, quia
populus non est aliquid distinctum ab hominibus
priuatis, siue suppositis, quomodocunque ergo re-
putetur peccatum, siue vt personarum priuatarum,
siue vt populi,si illi, qui tempore Christi erant, puni-
rentur pro sanguine Abel, & Zachariæ, & aliorum
iustorum, puniretur quis pro eo, in quo non pec-
cauit, & non obstat quòd puniantur isti vt populus,
quia populus non potest distingui ab istis priuatis,
& ita tam peccatum priuatorum, quàm populi ipsi
priuati tolerant: si autem priuati haberent esse ali-
quod, inquantum populus, quod esset distinctum
ab esse ipsorum, inquantum priuati, in quo recipe-
rent pœnam, quæ debetur peccato populi staret qui-
dem iuste, sed idem & vnicum esse est cuiuslibet pri-
uati. Ideo non debet tolerare pœnam pro peccato
F populi, quod non commisit populus eo aliquid agē-
te, vel omittente: & ita nullo modo debebant illi Iu-
dæi, qui erant tempore Christi tolerare pœnam pro
sanguine Abel,aut Zachariæ.

Dicendum,quòd ratio non potest negari,ideo di-
cendum quòd priuati nunquàm tolerant aliquam
pœnam pro peccato populi, nisi quantam ipsi me-
ruerint per actum propriū. Pro quo sciendum,quòd
quilibet homo est aliquid vnum per se, & cui debe-
tur actio:populus autem non est aliquid vnum per se,
neque est ens nisi per accidens, cum non habeat esse
aliquod vltra esse priuatarum personarum, & quia
actio cōpetit enti actu: cū populus non sit ens per se,
sed per accidens, non cōpetit ei aliqua actio, nisi per
G a ccidēs,s.inquantū illi ex quorū aggregatione reddit
populus aliqd faciant, & consequēter qa peccatū est
aliqua actio,nō pōt populus peccare, nisi p accidēs,s. Quomodo populus dicat puniri.
qa peccātibus priuatis dr̄ peccare populus. De pœna
simile est,quia pęna pro peccato redditur,sed nō pōt
populus peccare,nisi p accidēs: ergo nō cōpetit dire-
ctè pęna populo,sed p accidēs, & ēt si directe cōpere-
ret nō posset dari: quia populus non hēt in quo pęnā
recipiat,qa nō est ens p se:& iō qn̄ distinguimus pec
catū populi,& priuatorū realiter solorū priuatorū est
peccatū: qa nō est aliqd aliud peccans vltra priuatos.
Sed distinguuntur ista ſm rōnem,s.qa aliqn̄ conside-
ratur peccatū priuatorū,vt quilibet illorū est vna pso
na,& tūc vocat peccatū priuatorū, aliqn̄ vt multi sub
H rōne cōitatis concurrunt in vnum actum, & tunc vo
catur peccatum populi,licet priuati, aut priuatus ali-
quis illud egerit.De pęna eodem modo est:oīs enim
pęna est alicuius priuati,vel priuatorū, & nulla pœna
est populi,quia vltra priuatos nihil est quod possit pa-
ti pœnam,sed distinguūt ſm rōnem, s. illud malum,
quod aduenit alicui sine habitudine ad communita-
tem,in qua moratur est pœna priuatorum: pœna au-
tem,quæ aduenit omnibus de multitudine,aut alicui
in respectu ad totam cōmunitatem vocatur pęna po
puli. Nunc ergo dicendū,ꝙ cum pęna populi non sit
nisi pęna priuatarū personarū,& priuata persona non
punitur pro peccato alterius priuati, non punietur qs
pro peccato populi, nisi quantū peccata sua persona-
I lia meruerūt,ac si puniretur pro illis solis. Et ideo di-
cendū,ꝙ sicut peccatū personæ non transit ad psonā
neq; pœna personę ad aliā,ita neq; pęna debita alicui
genti,vt gens transit ad posteros,qui sunt idem popu
lus numero,quia tūc daretur inconueniens, s. aliquis
populus peccauit, ita vt mereretur desinere esse po-
pulus ille: puniuerit autē Deus aliquos priuatos, sed
non deleuit populum sequeretur, ꝙ possit reseruare
istam pęnam in posterum ad puniendum ipsummet
populum,& tunc aliqui qui in nullo peccassent cōtra
Deum punirentur, quia non poterat populus deleri,
quin delerentur illi priuati, aut multa mala pateren-
tur priuati: cum populus non sit aliquid vltra perso-
nas priuatas, & hoc falsum est, quia non peccantes
K nullo modo puniendi sunt.

Sic est autem nunc dicendum de pęna data super
generationem Iudęorum, quæ fuit deletio vrbis Ie-
rusalem,& vniuersæ gentis Iudæorum. Nam fuit ibi
pœna aliqua,vt priuatorum, scilicet, quòd diriperen-
tur opes, vastarentur, occiderentur, obsiderentur, fa-
me,& alijs incommodis affligerentur,nouissimè vē-
derentur inter gentes.Fuit ēt pęna aliqua,vt populi,s.
vt desineret esse ciuitas Ierusalē,& congregatio gen-
tis Iudæorum, & vnitas principatus sub regibus, vel
sacerdotibus suis,& status templi,& cæremoniarum
desineret esse. Nam ista directe non tangunt vnam
personam, aut aliquam, vt est priuata, sed vt est pars
multitudinis. Et

Et tamen dicendum, quòd priuati illi, qui fuerunt tempore Christi, & passi sunt hæc, meruerunt hæc, etiā si nulla peccata, neque venialia saltem præcessissent in progenie illa, & meruerunt tam ea, quę erant mala priuatorum, quàm quę erant mala populi. Et hoc, quia malum, vel pęna populi est pęna priuatorū, cum in deletione populi quilibet priuatus perdat aliquod bonū, quod ei proueniebat in honore, vel vtilitate in comparatione ad multitudinem, & sic tam mala priuata quàm publica meruerūt omnes illi, qui passi sunt ea, & non pendebat demeritum ex progenitoribus, sed ita punirentur ac si nullos progenitores habuissent, vel illi nunquam peccassent.

Sed tunc obijcietur, quòd nō stet dictum Christi, qui ait, quòd sanguis omnium iustorū requireretur de generatione ista a sanguine Abel vsque ad sanguinem Zacharię, cùm isti non recipiant istas pęnas nisi pro peccatis, quę fecerunt.

Dicendum, quòd debet intelligi sic, eādem enim pęnam potest quis mereri, ex diuersis causis, vt quicunq; occidit hominem, occidi meretur, & quacunque vice occiderit, meretur occidi. Si autem in vna vice earum occidatur, dicitur tunc sibi reddi pœna pro omnibus vicibus, idest, quia illa pœna, quæ tunc inflicta est, fuit illa, quæ qualibet vice reddenda erat, sic & nunc, scilicet, pro sanguine iusti Abel, & Zachariæ, & quolibet aliorum peccatorum grauium, vel pro multis eorū simul merebatur deleri ille populus Iudęorum, qui hæc faciebat. Cum autem hoc sępe meruisset nunquam ei inflictum est nisi ea vice, qua Christum occiderunt, & Apostolos, vel discipulos eius: ideo dicitur nunc reddita pęna eis pro effusione sanguinis omnium illorum, quia hæc erat pœna, quę qualibet vice illarum debebatur, & non poterat pro omnibus illis simul sumptis maior dari in quantum populo, vel genti, quàm vt deleretur, vel desineret esse.

Sed tūc dicetur, quòd nihil prodest, aut nocet pręcessisse peccata in gente, aut progenitoribus, cū secūdum veritatem non puniatur quis nisi pro suis peccatis personalibus. Dicēdum, quòd aliquid prodest, & nocet. Quod prosit patet, vt si populus commiserit aliquod graue delictū, propter quod populus mereatur deleri, & Deus esset deleturus illum, si pręcesserunt merita magna in progenitoribus, non delet. E contrario si facit peccatum graue, propter quod meretur deleri, & tamē Deus sustineret tunc, & differret, & tamen tot peccata pręcesserunt in illo populo, quòd iam Deus non dignatur differre vltionē, & punit, ita quantum ad delectionem gentis Iudæorum. Nam per occisionem Christi, & discipulorum eius meruerunt omnia mala, quæ inflicta fuerunt eis per Romanos. Sic Christus innuit Luc. 19. c. scilicet, quòd hæc omnia venirent super Ierusalem, quia nō cognouerat tempus visitationis suę. Et tamen si in gente Iudæorum nō pręcessisset aliquod peccatum graue, etiam Deus non deleuisset hac vice Iudæos, sed expectasset propter merita progenitorum, sed quia multa demerita pręcesserant, voluit non expectare amplius, & ita multum prosunt merita progenitorum, & multum nocent demerita ipsorum. Et hoc modo adhuc magis verificatur dictum Christi, scilicet, quod licet Iudæi occidentes Christum, & discipulos per hoc solum meruerunt destructionem suam, & totius gentis, & tamen nō receperunt eam propter hoc solum, quia si nullum aliud peccatum pręcesserat in gente Iudęorum, sed semper bona merita, etiam si hoc committerent non deleret Deus gentem, sed daret aliquas pœnas priuatis, & tamen quia pręcesserāt multa peccata, noluit expectare, sed

Iudæi per Christi, ac discipulorum occisionē oia, quæ inflicta sunt eis a Romanis meruerunt

A deleuit, & ita vere Iudęi puniti sunt nunc pro peccatis progenitorum suorum, & Deus induxit super illos pœnam pro oībus peccatis, & pro effuso sanguine a sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Et istud etiam magis conuenit intentioni Christi, quàm præcedens responsio, licet vtraque sit vera: quia ista facit quòd magis seruiat rei, quàm præcedens.

Sed dicetur, quòd tunc redibunt difficultates præcedentes, scilicet, quòd puniatur quis pro peccatis alienis, si totam illam pœnā meruit per peccata propria, cum pro illis posset ei dare, etiam si non existerent aliena, sed quòd pro peccatis progenitorum puniatur quis quando propria non habet, vel ex illis non

B meretur tam grauem pœnam, videtur inconueniēs.

Sed adhuc dicetur cum duo peccauerint æqualiter, & progenitores vnius fuerint boni, progenitores alterius fuerint pessimi, & secundum supra dicta primus non punitur, aut non deletur, sed expectatur, secundus vero deletur. Quare puniuit Deus secundū, & non primum, cum æqualiter peccauerint? Dicendum, quòd in hoc non est ratio dubitandi, neque querelæ: quia fundatur super liberalitate, ideo sola voluntas satisfacit pro causa, vterque enim horum meruit pœnam æqualem. Vni voluit Deus tantam pœnam infligere quantam merebatur, ideo non habuit ius querelæ, alteri voluit remittere, vel supersedere, ideo non est iniustum, sed ad illum seruatur iustitia, qui deletur. Ad illum vero, qui non deletur, ser-

C uatur liberalitas, sicùt est de parabola, vel metaphora operariorum vineæ. Nam inuidi iudicati sunt qui murmurauerunt super erogatione facta alijs ad meritum, cum eis solum fuerit datus denarius conuētus.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd pœnæ tenent actores suos, idest, actores culparum, ex quibus proueniunt pœnæ. Nam pœnæ non efficiuntur ab eis, a quibus sunt culpæ, sed ab executoribus legis. Et est sensus, qui non commisit illud peccatum pro quo datur pœna, non debet pœnam accipere. Et hoc verum est, vt ex præcedentibus patet: quia non datur pœna nisi ei, qui meruit, & non maior quàm meruit, licet causa dandi eam, vel saltem tantam, aut tantam sit interdùm peccatum commissum

D ab altero, vt supra dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd patres non puniuntur pro filijs, neque filij pro patribus, quantum ad peccatum personale, licet peccatum præcedentium manet in posterioribus, vt in populo, licet non vt in personis priuatis.

Aliter potest dici, quòd patres nunquàm puniuntur pro filijs accipiendo propriè peccatum filiorum pro eo quod filij faciunt, eo quòd peccata non ascendunt, sed descendunt, nisi accipiatur quòd puniuntur patres pro peccatis filiorum, idest, quia omiserunt eos corrigere ad quod tenebantur, sicut Heli, qui in se bonus existebat, ideo mortuus est corruens de sella, quia non correxit filios suos, pri-

E mo Regum tertio, & quarto capitu. Et extra, de symo. cap. licet Heli. filij autem puniuntur interdum pro peccato patrum, sed quantum attinet ad præsentem quæstionem nunquàm punitur filius pro patris peccato, si filius non meruit totam illam pœnam per actum suum, quæ sibi datur, interdum verò filius meruit pœnam, & Deus non erat sibi eam daturus, nisi patres, & progenitores alij multum peccassent, & quia peccauerunt datur, & tunc filius patitur non solum pro peccato suo, sed etiam pro peccatis progenitorum, licet per solum peccatum suum meruit totam illam pœnam, vt declaratum est supra. Interdum tamen videtur filius

puniri pro peccato patris,& filius nihil peccauit, sed de hac materia quando quis puniatur pro peccato alterius, idest, siue filius pro patre, subditus pro prę-lato, & è contrario, & pro quibus personis, & hoc tam secundum Deum quàm iura humana. Et an interdum quis puniatur sine culpa, declaratum est latè supra 5.cap.q.328.vsque ad quæstionem 334.inclusiuè,& ibi vide. Et etiam Iosue 6.cap.

Ad tertium dicēdum, quòd illud mandauit Deus pro humano iudicio,scilicet,quòd nunquam filij occiderentur pro patribus neque patres pro filijs,in iudicio tamen diuino secus est. Et ratio est,quia homines nesciunt occulta cordium,& singula alia,per quę homines merentur bonum,vel malum.Et posset sequi inconueniens, si vnus puniretur pro alio: ideo mandauit,quòd non punirentur patres pro filijs,neque è contrario, secus autem in iudicio suo, quia ipse nouit secreta omnia,& particularia quælibet, ideo scit an interdum cōuenienter puniantur filij pro patribus,& tunc illud facit, quod hominibus committendum non fuit.

Patres pro filijs nō puniuntur neque è contrario.

Quomodo Iudæi punirentur pro sanguine Abel, cum ille non fuerit occisus ab aliquo de progenie Iudæorum. Quæst. CCLX.

QVAERETVR dato, quòd generatio Iudæorum puniretur pro peccatis omnium antiquorum suorum, scilicet, pro sanguine iustorum, & Prophetarum effuso ab omnibus prædecessoribus, quomodo tamen punirentur pro sanguine Abel, quia ille non fuit occisus ab aliquo de progenie Iudæorum.

Aliqui dicunt,quòd propter hoc Abel tenetur exclusiuè: ideo sanguis eius non exquiritur de Iudæis, sed sanguis omnium iustorum occisorum post ipsum.

Sed dicendū, quòd non stat, sed necesse est teneri Abel inclusiue, & eius sanguinem requiri, vt ostensum est supra. Aliquis ergo dicet,quòd licet nō fuerit Abel occisus ab aliquo de progenie Iudęorum, tamen, quia gens illa sicut quælibet gens ascendit retrocedendo vsque ad Adam, vnde Adam est caput progeniei Iudęorum, ita enim patet in deductione progeniei Christi,quam facit Lucas: nam reducitur vsque ad Adā, Luc.3.ca.ita poterat esse occisio Abel pertinens ad progeniem Iudęorum,cum & peccata Adę possent imputari Iudęis tanquam in generatione sua commissa.

In q.256.

Sed obijcietur,quòd non stet,quia hoc verū esset, si Cain,qui occidit Abel, esset de progenie Iudęorū, idest,per lineam illam,per quam descēderunt Iudęi, sed non est,quia Iudęi descendunt de Seth filio Adę, & non de Cain, immo nulla gens est in toto orbe, quæ descendat de stirpe Cain, sed omnes descendūt de stirpe Seth, quia in diluuio perijt totū genus humanum præter Noe, & filios eius tres, & vxores eorum, & ab his disseminatū est postea totum humanum genus,Gene.10.& 11.cap.& ideo de illa progenie est nūc totum humanum genus,de qua est Noe, qui solus est caput vnū totius generis humani, quod nunc est,& tamen Noe est de progenie Seth, & non Cain Genes. 5.cap. ergo neque Iudæi, neque aliqua alia gens potest nunc esse de progenie Cain, & licet peccatum Adæ, qui fuit caput totius speciei humanę,posset imputari genti Iudęorum,& cuilibet genti,tamen peccatum,Cain non videtur posse imputari Iudęis,neque alijs gentibus.

Dicendum,quòd occisio Abel facta per Cain poterat Iudæis imputari, quia Iudæi erant de progenie

F Cain non ex parte patris, sed ex parte matris. Et patet hoc primo, quia non erant alię fœminę, de quibus nascerentur filij Seth,nisi filiæ Cain, quia Cain, & Abel fuerunt primi fratres, & vnus occidit alterum, & quando occisus fuit Abel nondum habebat Adam alios filios. Nam quando natus est Seth post luctum Abel dixit Adam, posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel,quem occidit Cain Genes.4.ca. postea autem quando acciperet vxorem Seth, non esset fœmina aliqua nisi de stirpe Cain, quæ multæ erant, cum de Abel nulla progenies manserit, & ita ex illa parte progenies Seth erat etiā progenies Cain.

Sed obijcietur, quòd non erat hoc necessarium, quia post Seth genuit Adam filios,& filias,Genes.5.

G cap.& de illis poterat Seth accipere vxorem non accipiendo de filiabus Cain, & ita non esset posteritas Seth commixta posteritati Cain.

Dicendum, quòd hoc non obstante poterat esse ista admixtio cum posteritate Seth, quia dicitur Genes. 5. cap. videntes filij Dei filias hominum, quòd pulchrę essent, acceperunt eas. Et exponitur, quòd filij Seth acceperūt vxores de progenie Cain,ita omnes exponunt,& Augustinus quoque de ciui.Dei li. 16. & ideo ex illa acceptione vxorum essent mixtæ istę progenies,scilicet,Seth,& Cain,& ita Iudęi poterant hoc modo per matrem descendere de Cain, & sic peccatum Cain in eis punietur.

H *Quomodo intelligitur, quòd Iudæi occiderunt Zachariam inter templum,& altare. Quæst. CCLXI.*

QVAERETVR quomodo intelligitur, quòd occiderunt Iudęi Zachariam inter templum, & altare, sicut dicit hic Mattheus.

Dicēdum,quòd templum Salomonis erat,in quo iste occisus est 2.Paralip.24.nam durabat adhuc,quia nondum fuerat excisum per Chaldæos, quod factū est postea sub Sedecia 4.Reg.24.& 25.Erat autem sic dispositum,quòd erat quædam domus clausa parietibus,& tecto celsa nimis, & ista vocabatur templū. In quod non intrabant nisi sacerdotes ad ponēdum thura quotidie mane,& vespere in altari thymiama-

Quale erat illud templi Iudęorum.

I tum, & ad lucernas componendas, & semel in anno summus sacerdos in sancta sanctorum ad Heb.9. cap. Exterius erat quidam murus lapideus altus habens portas ex quatuor ventis, & erat ad modum fortalitij, & intra istum murum erat altare holocaustorum, in quo cremabantur omnia sacrificia, & propter hoc non potuit esse sub tecto aliquo propter magnitudinem ignis, & fumi, & sic non erat in domo illa, quæ vocabatur templum, sed foris, intra murum tamen dictum, & erat directe contra portam templi, quæ erat vnica ad partem orientalem templi, licet murus exterior, vt dictum est, habebat quatuor portas. Intra istum murum intrabat totus populus Iudæorum ad orandum, &

K audiendum doctrinam legis, & ibi Christus sæpe prædicauit, inter altare autem holocaustorum supra dictum, & portam templi erat spatium quoddam medium, & vocabatur porticus a porta templi. Et vocatur interdum porticus Salomonis Ioan. 10. capitu. scilicet, ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. In isto spatio, vel porticu occisus fuit Zacharias. Et ita dicitur occisus inter templum, & altare, erat enim altare, scilicet, holocaustorum a parte orientis, & porta templi a parte occidentis, & porticus siue spatium illud in medio,& in illo spatio erat rex Ioas, & populus quādo Zacharias ex parte Dei arguit eos 2.Par.24.cap.& ibi ex mandato regis lapidauerunt eū. Nā ad loca illa

bene intrabant laici, cum Christus qui erat purus laicus, s. de tribu Iuda, de qua nemo ministrabat altari, vt dicit Apostolus ad Hebrę. 7. ca. sępe maneret in illo spatio medio, siue porticu Salomonis Ioan. ca. 11. s. ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, & in eadem porticu voluerunt lapidare eum Iudæi tunc, sicut lapidauerant Zachariam eo. ca. & ita bene Zachariam occiderent inter templum, & altare.

Quomodo Euangelistę de loco mortis Zachariæ videntur discordare. Quæst. CCLXII.

QVAERETVR quomodo stat, quia de loco mortis Zacharię videtur scriptura discordare: nam Matthęus dicit hic inter tēplum, & altare, & Lucas dixit, qui perijt inter altare, & ędē. Et 2. Parali. 24. ca. dicitur, ꝙ miserunt lapides contra Zachariam in atrio domus Domini, & ibi interfecerunt. Dicendum, ꝙ nulla diuersitas est in sententia, sed in verbis, quia idem locus signatur vbique. Sed sciendum, ꝙ Matthęus videtur innuere, quòd extra templum occisus fuerit Zacharias. Pro quo dicēdum, quòd templum accipitur dupliciter. Aliquando stricte, & tunc vocatur templum domus illa, quę erat clausa parietibus, & operta tecto, in quā soli sacerdotes intrabant, vt dictum est præcedenti q.

Templum dupliciter sumitur.

Alio modo accipitur templum large pro toto illo spatio sacro clauso muro, in quo stabat altare holocaustorum. Accipiendo primo modo tēplum nō fuit Zacharias occisus in templo, & ita accipit Matthęus hic dicens, quòd inter templum, & altare occisus fuerit, & ideo extra templū. Accipiendo secundo modo tēplum est dicēdum, ꝙ occisus fuerit in tēplo, & ita accipitur Ioan. ca. 10. s. ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, & tamen accipiendo tēplum primo modo nunquam Iesus illuc intrauit, neque Iudæi laici, sed soli sacerdotes, ad Hebræo. 9. capitu.

Cōcordia scripturæ.

Et hoc supposito tota scriptura concordat, quia verè occisus fuit Zacharias in porticu Salomonis, & locus ille erat inter templum, & altare, quia altare holocaustorum erat a parte orientis, & templum primo modo sumptum erat a parte occidentis, & in illo spatio medio, quod vocatur porticus occisus fuit Zacharias, & hoc est occidere intra templum, & altare, quod Matth. dicit hic Lucas dixit inter altare, & ędem. Et idem est, ac si dicat inter templum, & altare, sed ista differentia est, quia Lucas vult accipere templum large sicut Ioannes pro toto illo loco sacro clauso muris, & sic non perijt Zacharias inter templum, & altare, sed in templo siue intra templum, & ideo illud, quod vocauit templum Matthęus non vocauit Lucas templum, sed ędem, idest, domum, ac si dicat, quòd pars exterior templi non est domus, quia non habet tectum, sed est, quoddam spatium clausum muro, & intra illud spatium occisus est inter altare, & domum, scilicet, ędificium illud, quod erat parietes, & tectum habens.

Quid sibi velit domus Domini.

Sed eadem sententia est 2. Paralipomenon 24. cū dicitur, quòd lapidatus fuerit in atrio domus Domini: nam domus Domini vocatur ibi templum stricte, quod vocauit Lucas ędem, atrium verò est spatium illud clausum muro, & sine tecto, quod erat in circuitu domus, in quo erat altare holocaustorū, & locus, in quo orabant laici, & sic accipiebatur etiā quantum ad sanctuarium, quod fecit Moyses. Nam distinguebatur tabernaculum ab atrio, & erat tabernaculum in atrio, Exo. 26. & 27. cap. & ita etiam erat quantum ad illud templum Salomonis, vt colligitur 3. Regum 7. cap. & in isto atrio fuit occisus Za-

A charias in parte illa atrij, quæ erat inter altare, & templum, vel ędem, quia altare in atrio erat.

Ierusalem. Posita fuit supra Iudęorum culpa, & etiā quędam pœna in generali, hic autem nominatur pœna in speciali, & illa fuit destructio vrbis Ierusalem. *Ierusalem Ierusalem*. Nominauit bis, quod ad magnam increpationem, vel attentionem pertinet.

Quæ occidis Prophetas. Idest, Solita es occidere Prophetas. Nam tunc nullum occidebat. *Et lapidas eos*, Quia aliquos lapidauit.

Qui missi sunt ad te. Idest, Mittuntur a Deo ad te, vt annuncient tibi veritatem. *Quoties volui congregare filios tuos*. Idest, Sępe volui, sed tu prohibuisti, & impediuisti.

B *Quemadmodum gallina congregat pullos sub alas*, Scilicet, Paterna charitate, & amore, vt fouerem eos, sicut gallina fouet filios sub alis. *Et noluisti*. Scilicet, Impediendo actus meos. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Idest, Prenuncio vobis, quòd propter hoc, quòd noluistis cōgregari, quādo ego volui vos congregare, relinquetur domus, idest, ciuitas Ierusalem deserta, quia capta per Romanos diruta fuit, ita quòd non maneret lapis super lapidem, & nullus Iudęus tunc ibi mansit. *Dico autem vobis*. Idest, In veritate dico. *Non me videbitis amodo*. Idest, ex nunc quo vobis hęc loquor. *Donec dicatis, benedictus, qui venit in nomine Domini*. Idest, Quando me videritis alia vice dicetis hoc, & ante illud non me videbitis.

C *Quare Christus posuit hic istam increpationem, dicens. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas. Quæst. CCLXIII.*

QVAERETVR quare Christus posuit hic istam admonitionem, vel increpationem, dicens. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas &c. Dicendum, quòd potius est increpatio quam admonitio: nam Prophetę prius, & postea Christus, & discipuli sui prędicauerunt Iudæis, vt se auerterent a malis suis, & illi sępius admoniti noluerunt: ideo Deus disposuit super eos durissimam pœnam dare, & ad hoc exprobrat eis, quòd propter suam culpam grauissimam hoc eueniet. Et hoc patet, quia infra di-D citur, quoties volui congregare filios tuos sub alas, & noluisti. Et ideo post hoc denunciat pęnā, dicens, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Pœnā autem annūciare non erat conueniens nisi culpa prę-mitteretur: ideo ponitur de culpa, & quia nō solum fuit culpa, sed etiam in ea fuerunt incorrigibiles, ponit exprobrationem, dicens. Ierusalem Ierusalē &c.

Dici potest etiam, quòd similis sit admonitio, vt a malo redeat. Nam licet certum esset Christo, quòd Iudęi nō cessarent a malo suo, sed deteriora semper facerent, & ita veniret super eos pęna, quam supra prenunciauit, scilicet. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, tamen quia libertatem arbitrij nō perdiderant, poterant nō committere mala vltra hoc, s. E non occidere Christū, neque discipulos eius, & tunc non veniret pęna illa deletionis: ideo ista exprobratio est admonitio quędā, vt cessent a peccato quando cessare possint, ne eis tanta mala eueniant.

Dicitur autem Ierusalem Ierusalem bis ad exprobrandum, vel admonendum, & hoc, quia valde diligebat Iudęos. Sic dicit Chrysosto. in homilia, post prędicta ad ciuitatem conuertit Dominus sermonem ex hoc erudire volens auditores. Vnde dicit Ierusalem Ierusalem. Hęc duplicatio miserentis est, & valde diligentis.

Etiam potest dici, quòd istud dicatur ad modum plangētis, & dolentis sicut Hiero. dicit, s. quia videbat

plagam non euitandam,& condolebat eis. Et ſciendum,quòd cum dicit Ieruſalem, non loquitur ad vrbem,quæ conſtat ex terra,& lapidibus, ſed ad omnes habitatores ciuitatis. Sic dicit Hierony.ſuper Mat. Ieruſalem non ſaxa, & ædificia ciuitatis, ſed habitatores vocat. Inſuper non eſt putandum,quòd ad ſolam vrbem Ieruſalem hoc dixit,ſed ad totam gentem Iudæorum,vt dicetur infra quæſt.ſequenti.

An admonitio, & prænunciatio pœnæ dicta fuerit ad ſolam Ieruſalem, vel ad totam gentem Iudæorum.
Quæſt. CCLXIIII.

QVAERETVR an iſta increpatio, admonitio, & prænunciatio pœnæ dicta fuerit ad ſolam Ieruſalem,vel ad totam gentem Iudæorum.

Aliqui dicunt,quòd ad ſolam ciuitatem. Primo, quia dixit Ieruſalem Ieruſalem, & ita nominauit ſolam vrbem,ergo ad eam direxit verba ſua. Secundo, quia pœna prænunciata illi ciuitati ſoli competebat, ſcilicet, deſolatio vrbis Ieruſalem, vt dicitur in litera, ſcilicet, ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta,ergo ad eam ſolam refertur.

Dicendum, quòd ad totum populum Iudaicum verba Chriſti referebantur. Primo,quia culpa erat cō munis. Secundo,quia pęna etiam communicata eſt. De primo patet, quia iſta culpa erat in occiſione iuſtorum,& Prophetarum antiquorum, & maxime in occiſione Chriſti, & diſcipulorum ſuorum. & tamē hoc non fecit ſola Ieruſalem: nam antiqui iuſti, & Prophetæ non fuerunt omnes in Ieruſalem occiſi, ſed alij in alijs locis, & etiam viri aliorum locorum communicauerant in his. De morte Chriſti etiam patet,quia licet ipſe occiſus fuerit in Ieruſalem,non fuit mors ſua proclamata a ſolis Ieroſolymitis, ſed etiam ab alijs Iudæis. Et hoc quia Chriſtus occiſus eſt dię prima azymorum, ſcilicet,ſequenti die poſt Paſcha, & erant tunc omnes Iudæi in Ieruſalem, quia ter in anno conueniebant omnes maſculi in templum ad feſtiuitates,Exo.23.& 34. Et maximè fiebat in feſto azymorum in quo Chriſtus occiſus eſt,& ita erat pręſens tota gens Iudæorum, & vidit mortem Chriſti, & omnes, vel maxima pars peccauit petendo mortē Chriſti,quia dicitur,quòd exclamauit vniuerſa turba ſimul: tolle hunc & dimitte nobis Barrabam, Lucæ 23.cap.& Ioan.18.cap. dicitur: Clamauerunt rurſus omnes,dicentes: Non hunc, ſed Barrabam dimitte nobis. Verum eſt,quòd plebs non mota fuit a ſeipſa, ſed a principibus ſacerdotum ſuadētibus petere Barrabam,Mar.15. ſcilicet,Pontifices autem concitauerunt turbam,vt magis Barrabam dimitteret eis. Et ita tota gens Iudæorum peccauit in hoc.

Chriſtus die prima azymorū occiſus eſt

Oēs ferme Iudęi mortē Chriſti die azymorum petierunt.

Item,quia dato,quòd non peterent omnes mortē Chriſti, tamen omnes peccauerūt non impediendo eam, omnes enim Iudæi viderant Chriſtum prædicantem per loca ſua, & nunc ante feſtum Paſchæ, in quo mortuus eſt, conuenerant per aliquot dies in Ieruſalem, vt colligitur Ioan.12.cap. & ibi videbant eū quotidie prædicātem,& ſigna facientem, & ipſimet introierant cum eo honorabiliter in Ieruſalem die in ramiſpalmarum, & ſtrauerant veſtimenta ſua in via, & ramos de arboribus ceciderant dicentes: Benedictus,qui venit in noīe Dñi,& ſtatim in die primo azymorum,permiſerunt eum occidi, & nō impedierūt, quod impedire potuiſſent, & veriſimile erat, quòd impediuiſſent,vnde principes ſacerdotum timuerūt, ꝙ populus impediret mortē Chriſti, infra 26.c.ſ. Dicebant,nō in die feſto,ne fortè tumultus fieret in populo. Ideo valde peccauit totus populus Iudæorū in

In morte Chriſti valde peccauit totus populus.

F morte Chriſti. De morte diſcipulorum planum eſt, quia nō ſolum in Ieruſalem,ſed in alijs ciuitatibus Iudæorū prędicabant diſcipuli Chriſti,& nō recipiebāt eos,& expellebāt de ciuitate in ciuitatē perſequētes, ſic patet ex verbis Chriſti, ſupra 10.c.ſ.Cū vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā, & hoc erat ante mortē Chriſti; vnde ait; Nō cōſummabitis ciuitates Iſrael,donec veniat filius hoīs, i.licet perſequantur vos in vna ciuitate Iudęorū, & fugiatis in aliā, & de illa in aliā,non cōſummabitis oēs ciuitates Iudęorū vſq; ad mortē meā, q̄ eſt vnus aduentus meus, & ita viuēte Chriſto perſequebant̄ eos Iſraelitę in multis ciuitatibus. Poſt mortē Chriſti adhuc grauius fuit, quia occidebant eos, & flagellabant quouſq; de Iu-
G dęa expulerunt,& tranſierunt ad gentes, Act.13.cap. Ideo culpa communis fuit toti genti Iudęorum.

Pœna quā Iudęi pro Chriſti morte paſſi ſunt fuit communis toti terræ Iudęorum

De ſecundo principali,ſ.de pœna dicendum,quòd etiam communis fuit;nam in bello Romanorum cōtra Hieruſalem non ſolum fuit deleta vrbs Ieruſalē, ſed multa quoque alia oppida caſtra,& vrbes Iudæorum exciſa ſunt, vt patet late ex lib. Ioſephi de bello Iudaico,& ex libris Egeſippi,q hęc plene retulerunt.

Item quia ſi ſola hæc pœna eſſet vrbis Ieruſalem deleretur ciuitas illa,maneret tamē gens Iudęorum, & aliquis alius locus eſſet metropolis gentis illius, & tamen ceſſauit gens Iudæorum eſſe vna gens, vel vnus populus,& habere vnitatem principatus,immo iam nullos principes de ſeipſis habuerunt, ideo to-
H tius gentis fuit hęc pœna.

Item quia templum deſtructum eſt, quod erat nō vnius vrbis,ſed totius gentis, & deletum eſt, ita vt in perpetuum non ædificetur, ſed durabit vſque ad finem ſæculi deſolatio hæc, vt colligitur Dan.9.cap. Ergo totius gentis fuit pœna.

Dicendum tamen,ꝙ licet ad totam gentem Chriſtus loquatur loquitur ſub nomine vnius ciuitatis Ieruſalē. Primo quia ſic eſt conſuetudo Deo loqui in Prophetis, vt nō ſolū p vnā ciuitatē deſignet vnā gētē, ſed ēt ſub noīe vnius mulieris, vt patet Ezech.16. ca.vbi ponit Oolā,& Oolibam deſignat gentē Iſrael ſiue Samaritanos, per Oolibam ſignat gentē Iudæorum. Secundo quia nunc Chriſtus erat in Ieruſalem
I qñ hęc loquebatur, & ita erat ei cauſa deſignandi totā gentem illā ad quā loquebatur ſub nomine illius ciuitatis. Tertio quia in vrbe Ieruſalem erat nunc tota gens Iudæorum,conuenerant enim omnes Iudæi propter diem feſtum,vt dictū eſt ſupra,& ſic loquendo ad Ieruſalem loquebatur ad omnes, quia omnes erant præſentes. Quarto quia Ieruſalem erat metropolis gentis Iudæorum,& loquendo ad illam loquebatur ad totam gentem, ſicut dicitur ciuitas ipſi rectores ciuitatis. Nam multitudo banauſorum non conſideratur in ciuitate, vt dicit Ariſto, in Politicis. Sic erat de Ieruſalem, quia ibi erant principes ſacerdotum,& ſeniores,& domus concilij,& per hos regebatur tota gens,inſuper erat ibi templum,ad quod
K omnes Iudæi cōueniebant: ideo iuſte Ieruſalē repręſentabat totam gētem Iudęorū. Quinto,quia culpa, quam Chriſtus exprobrabat principaliter pertinebat ad Ieruſalem,quia vt communiter omnes Prophetę ibi occidebantur, vt dicetur ſequenti q. & quod plus fuit,quia mors Chriſti, ꝓpter quā pręcipue venit iſta deſolatio ibi facta eſt. Etiā ibi diſcipuli Chriſti maximas,& primas pſecutiones habuerūt, qa ibi Stephanus lapidatus eſt Act. 7. capitu. ibi vinculati fuerunt Apoſtoli, & prohibiti prædicare nomen Chriſti, & cędebantur Act 4.& 5.cap. ibi quoq; tā grauis perſecutio facta eſt contra credentes in Chriſtū,ꝙ omnes fugerunt inde,& per varia loca diſperſi ſunt Act.8.ca. iō cōtra Ieruſalē præcipue debebat fieri nominatio

Sexto

Sexto fuit, quia pœna prenunciata quasi totaliter venit cōtra Ierusalem, quia ibi bellum precipuū Romanorum gestum est, & fames grauissima tolerata, & clades inflictę, & tandem tota subuersa est dirutis omnibus ędificijs, vt nō maneret lapis super lapidē, Luc. 19. c. quod in nullo loco ita grauiter factum est, & ideo cōuenienter Christus nominauit Ierusalem, licet ad totam gentem loqueretur. Ad primum argumentum dicendum, ꝙ licet ad Ierusalē solam videatur loqui, tñ ad totam gentē loquitur propter rationes supra positas. Ad secundum dicendum, ꝙ nō prenunciauit solius Ierusalē pęnam, sed totius gētis. Nam delendo Ierusalem destruebatur gens Iudęorum, cum ibi esset totus principatus, & templum, de quo magis dicetur infra.

Quare dicitur, Quæ occidis Prophetas. Quęst. CCLXV.

QVAERETVR quare dicitur, quę occidis Prophetas. Dicendū, ꝙ Prophetę accipiuntur hic non solū pro Prophetis, sed ēt pro omnibus viris bonis. Sic patet ex modo loquendi Luc. 11. quia vbi dr̄ hic. Vt veniat super vos sanguis omnium iustorū dicitur Luc. 11. sanguis omnium Prophetarū. Et patet hoc ex eis, quę supra dicūtur, quia mala ista, q̄ euētura erant Ierusalem, nō erant ventura pro sola occisione Prophetarū, sed ēt pro occisione quorumcūque iustorū, cū dicatur, vt veniat super vos omnis sāguis iustus, ergo nunc qñ improperat de occisione Prophetarū cū ad eādē causam pertineat, intelligitur tā de Prophetis quā de alijs iustis. Dicendū etiā ꝙ hoc quod dr̄, occidis Prophetas, & lapidas eos. Nō refertur ad solā Ierusalem, sed ad totā gentē Iudęorū cū culpa, & pęna communes fuerint toti genti, vt dictū est pręce. q. sed recte pōt hoc dici de Ierusalem quasi sola esset, quia aut omnes, aut plurimi Prophetarum ibi occidebantur, ibi namq; Zacharias de quo supra in litera habetur occisus est, quia occisus est inter tēplum, & altare, & tamen hoc solum erat in Ierusalē, ēt ibi occidebātur alij viri iusti, & Prophetę, quia sic dicitur 4. Reg. 21. c. ꝙ Manasses fudit sanguinē innoxium multum nimis, donec impleret Ierusalem vsq; ad summum. Etiā Christus ibi occisus est, immo nō erat locus aliquis conueniens ad occidendum Prophetas, & potissime maximum Prophetarū, i. Christum nisi Ierusalem, sic dicitur Luc. 13. ca. Non capit Prophetā perire extra Ierusalē, i. non pōt alibi occidi. Dicēdum etiā, ꝙ dixit, Quæ occidis Prophetas, i. habes officium, vel consuetudinē occidendi, quia non visum est satis dicere, q̄ occidisti Prophetas. Et ratio huius est, quia si Ierusalē ita occidisset Prophetas, ꝙ hoc esset preteritum, & nunquā rediturū diceretur occidisti, sed adhuc Ierusalē erat occisura alios maiores pręcedentibus, s. Christū, & discipulos eius: ideo dicitur occidis quasi officiū habes occidēdi. Sic dicit Chryso. super Matth. scilicet, & non dixit occidisti aut lapidasti, sed occidis, & lapidas, idest, hoc quasi propriam, & naturalem consuetudinem habes, vt lapides, & occidas sanctos. Eadem enim fecit Apostolis, quæ fecerat aliquando Prophetis.

Quare dicitur, Et lapidas eos, qui mittuntur ad te. Quæst. CCLXVI.

QVAERETVR quare dicitur. Et lapidas eos, qui mittuntur ad te.

Aliqui dicunt, quòd hoc erat, quia istud erat genus pœnę, quod Iudęi inferebant Prophetis, scilicet, lapidare eos. Sed dicendum, quòd non stat, Primo quia literā contradicit, cum ponat duos mo-

A dos, scilicet, occidis Prophetas, & lapidas eos, q mittuntur ad te. Secundo & efficacius, quia Christus potius posuit supra alias pœnas, & non posuit lapidationem, cum ait. Mitto ad vos Prophetas sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex illis flagellabitis, ergo non erat pęna lapidationis, quę dabatur omnibus missis. Alij ergo dicunt, quòd ponūtur ista duo, scilicet, occidis, & lapidas, quia ista duo exercita fuerunt super eos, qui statim post hoc primo a Iudęis passi sunt. Nam Christus primus fuit, & ipse crucifixus est. Stephanus autem post illū passus est primus omnium, vnde eum prothomartyrē vocant, & ille lapidatus est Act. 7. ca. Sed dicendum, ꝙ

B non stat. Primo qa tunc diceretur crucifigis Prophetas, & lapidas eos, & tamē dixit occidis. Secūdo quia tunc, cum dicitur occidis Prophetas, significaretur solum Christus, & nō conuenit, quia non posuit pro vno solo, sed pro omnibus, immo nominauit cōsuetudinem occidendi, & lapidandi, & ita non stat hoc. Dici potest ergo vno modo, quòd dixit occidis, & lapidas referendo ad illos duos, quos expresserat, scilicet. Abel & Zachariam secundum ordinem literæ. Nam Abel occisus est, & nō dicitur, qua specie mortis: Zacharias autem lapidatus est 2. Paralipomenon 24. cap. Sed etiam hoc non multum stat, eo quòd Ierusalem non occidit Abel, sed occidit Zachariam.

C Aliter potest dici, & ista est veritas, scilicet, ꝙ Prophetas occidebat, & ista occisio erat lapidatio, quia lapidatio non distinguitur contra occisionem, sicut neque species contra genus. Et est sensus, quòd vt communiter Prophetę lapidabantur Deuteronom. 13. & 17. Blasphemi etiam lapidabantur, Leuiti. 24. cap. Cum autem populus, aut aliquis princeps occideret Prophetam, aut virum iustum, apponebat ei crimen aliquod, quasi blasphemasset, aut aliqd contra legem egisset, & tunc ei pœnam blasphemantis infligebat, scilicet, lapidabat eum, & ita videbatur esse causa. Sic enim Stephanum lapidauerunt, quasi blasphemasset Act. 7. cap.

Sed tunc dicetur, quare non lapidauerunt Iudæi Christum, cum dixissent de eo, quod blasphemauerat infra 26. & Mar. 15. cap.

D Dicendum, quòd fuit primo, quia non adiudicatus est Christus morti per Iudæos, sed per Pilatum, qui erat Romanorum pręfectus, & iudicauit per leges Romanorum, & nō per legem Iudæorum.

Secūda causa est, & verior, scilicet, quod hoc fuit, quia Deus verterat tam voluntatem iudicis quàm Iudęorum, vt Christum crucifigerent, & non lapidarent neque iugularent, aut punirent alio genere mortis. Et hoc, quia sic prænunciatum fuerat per Prophetas, quòd crucifigeretur inter duos latrones. Et maxime, quia si lapidaretur confringerentur aliqua ossa corporis eius saltem capitis, & tamen Deus prædixerat, quòd os non comminueretur ex eo. Et ita dicitur Ioan. 19. cap. quòd ad Christum cum accessissent milites non fregerunt crura eius, vt im-

E pleretur scriptura illa, quæ dicit. Os non comminuetis ex eo. Et hoc videtur esse verum, quia etiam ipsi Iudæi petierunt Christum crucifigi, & non lapidari Ioan. 18. cap. de Prophetis autem plures lapidabantur quam alio genere mortis occiderentur, vt Ieremias lapidatus est, sic & Zacharias: idem & Ezechiel. Isaiam quoque lapidare volebant, sed quia abscondit eum cedrus iussus est secari, Sic dicit Chrysosto. super Mat. misi ad te Isaiam, & serrauisti eum, Ieremiam etiam lapidasti. Ezechielem etiam tractum per lapides excerebrasti.

Quæ

Quæ est ista congregatio, quàm Christus volebat facere. Quæst. CCLXVII.

QVAERETVR cum dicat Christus. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti, quæ est ista congregatio, & quare hoc dicit Christus. Dicunt aliqui, quòd intelligebatur de congregatione Iudeorum dispersorum per orbem. Nam ductę fuerant decem tribus in Assyrios, & volebat eos ducere in Ierusalem, vt essent vnum Regnum, & haberent vnum regem, & ita intelligebant quidam de discipulis suis quando Christus ascendit in cęlum. Nam quæsierunt. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel Act. 1. ca.

Dicendum, quòd non stat. Nam dicitur. Quotiens ego volui congregare filios tuos, & tamen decē tribus non erant filię Ierusalē, sed pertinebant ad aliud regnum, sed ex tempore Ieroboam diuisæ fuerunt a domo Dauid, & erat istud regnum aduersum Ierosolymitas. Secundo quia prenunciatum erat contra istos, quòd nunquam restituerentur in terram suam; Christus autē non niteretur facere id, quod nunquā futurum erat, quia Deus illud vetuerat: ideo non conaretur cōgregare illos. Tertiò patet, quia si sępe cōgregare voluerat, sępe fecerat actus aliquos ad congregandum, & tamen ad talem congregationem tēporalem nullum actum videtur Christus fecisse vnquā, ergo non erat ista congregatio quā intendebat.

Alij dicunt, quòd isti filij erāt Iudæi de tribu Iuda, & Beniamin, qui erant per diuersas partes orbis dispersi, & erant filij Ierusalem, & illos congregare volebat Christus, vt redirēt in vnitatem regni Iuda. Patet primum, quia multi Iudęi de tribu Iuda, & Beniamin, & Leuitis erant dispersi extra terram Iudęorū ante bellum, & destructionem Ierusalem. Nā erant Iudęi multi in Aegypto 2. Mach. 1. cap. vbi Iudęi, qui erant Ierosolymis scribunt Iudęis, qui erant in Aegypto vocando eos fratres. Etiam Petrus in Canonica scribit dilectis aduenis dispersionis, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asię, Bithiniæ, & ita in his prouincijs erant Iudæi dispersi 1. Pet. 1. & hoc fuit ante destructionem Ierusalem. Nam Petrus occisus est a Nerone, & tamen Ierusalem capta est a Tito, & Vespasiano imperatoribus, qui post Neronem fuerūt. Etiam quando Paulus, & Barnabas expulsi fuerunt de terra Iudęorum iuerūt ad terras gentilium, & ibi inueniebant Iudęos per ciuitates, & habebant synagogas. Sic patet Act. 13. & 14. Et patet hoc clarius, quia Act. 2. cap. dicitur, quòd die Pentecostes quando venit Spiritussanctus super Apostolos erant in Ierusalem Iudęi viri religiosi ex omni natione, quę sub cœlo est, scilicet, Parthi, Elamitę, Medi, & qui habitant, Mesopotamiam &c. De omnibus regionibus erant viri Iudæi, & hoc ante destructionem Ierusalem fuerunt cum fuerit hoc ipso anno, quo Christus, occisus est, scilicet, die pentecostes.

Secundo patet, scilicet, quòd isti erant de filijs Ierusalem, & hoc, quia non erant de decem tribubus, quia illę translatę fuerunt in Assyrios, & non permissę fuerunt inde exire, isti autem per totum orbem erant diffusi cum dicatur, quòd erant de omni natione, quæ sub cœlo est. Et patet maxime, quia dicitur, quod erant viri Iudæi, & tamen decem tribus vocantur Israelitæ, sed non Iudæi, solum enim vocantur Iudæi illi, qui erant de regno Iuda, & ita omnes hi erant de regno Iuda, & consequenter erant filij Ierusalem, quæ erat metropolis gentis Iudæorum. Et de his intelligunt, quòd Christus loqueretur, dicens. Volui congregare filios tuos.

Qui pprie Iudæi appellabant.

Sed dicendum, quòd non stat, Primo, quia Christus nunquam fecerat aliquos actus, qui pertinerent ad temporalem congregationem. Et dicitur, quòd voluit sępe congregare, ergo debet intelligi de alia congregatione.

Secūdo quia Christus dixit, & noluisti, idest, quòd repugnauit Ierusalem huic congregationi, & tamen non repugnarent Iudęi huic congregationi, sed maxime affectabant principatum, & vnitatem priorem temporalem, ergo non intelligitur de hac congregatione.

Tertio quia non erat intētio Christi aliquid temporale facere, sed omnia spiritualia, vnde licet rex esset non erat potestas sua ad modum regum temporalium Ioan. 18. cap. Regnum meum non est de hoc mundo, si autem de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent, ne traderer Iudęis. Sed cōgregare Iudęos, qui erant dispersi per totum orbem, vt omnes manerent in terra Iudęorum, & haberent principatum sicut prius, erat regnum de hoc mundo, ergo nunquam intenderat Christus istam congregationem. Et satis apparet, quia habitus suus erat multum contrarius, scilicet, quia pauper veniebat, & suis discipulis iubebat omnia vendere, & dare pauperibus supra 19. cap.

Dicendum, quòd ista congregatio erat ad vnitatē fidei, & charitatis, vt efficerentur vna ecclesia, & ista est vnio spiritualis, per quam peruenitur ad vitam æternam, qualem vnitatem, & congregationem habent nunc credentes in Christum. Et patet hoc Ioā. 11. cap. scilicet. Iesus moriturus erat pro gente, & nō tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Sed illa congregatio filiorum Dei pro qua Christus mortuus est, non est alia nisi, quòd homines veniant in vnitatem fidei, in qua saluentur, & ista est vnitas Ecclesiæ Christi: ideo ista est congregatio, quam Christus facere volebat. Et patet hoc, quia Christus per mortem suam acquisiuit sibi ecclesiam Act. 20. cap. & tamen per mortem suam voluit congregare filios Dei Ioan. 11. ca. ergo non erat illa congregatio nisi ecclesiastica ad vnitatē fidei, per quam datur nobis potestas filios Dei fieri Ioān. 1. ca. & hoc est, quod semper Christus conabatur, vt patet Ioan. cap. 10. s. habeo alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili, & oportet me adducere eas, vt fit vnum ouile, & vnus pastor. Et ita cōgregatio ista nō erat nisi reducere ad vnum ouile, vt esset vna ecclesia omniū, hoc aūt facere voluit Christus sępe, & noluit Ierusalem, quia resistebat ad pręedicationem Christi non recipiendo doctrinam eius, sed persequendo, & calumniando.

Congregatio quam Christus facere volebat.

Quare Christus dixit. Volui congregare filios tuos. Quæst. CCLXVIII.

QVAERETVR quantum ad secundum, scilicet, quare Christus dixit volui cōgregare filios tuos. Dicēdum, quòd ratio fuit ad ostendendum affectum suum ad Ierusalem, & gentē Iudęorum, s. q licet ipsi se abominabiles constituissent occidendo Prophetas, tamen Christus non spreuerat eos, sed volebat ad se reducere si illi voluissent, & tamē noluerunt. Sic dicit Chry. s. deinde cum vocasset eam, & abominabiles eius occisione dixisset, quasi se excusando respondet, dicens. Quotiens volui congregare, quasi dicat, neque prædictis occisionibus me a tua beneuolentia auertisti, sed volui te mihi adiungere non semel, & bis, sed multotiens. Secundo est hoc ad ostendendum affectum plangentis. Nam Christus paterna pietate, & affectu Ierosolymitas luget, vt dicit Hieronymus super

ſuper Matth. Et ita dicit, quoties, ideſt, ò quoties volui congregare filios tuos. Sicut dixit Luc. 19. cap. ſi cognouiſſes, & tu quæ ad pacem tibi. Et hoc lachrymando dixit eo. cap.

Tertio & principaliter ponit hoc Christus, vt cauſam pęnæ ſequentis, & eſt ſenſus, ego volui ſępe congregare filios tuos in vnitatem fidei, & tunc nō fuiſſet ſecuta iſta poena, ſed noluiſti, & etiam nunc non vis: ideo non eſt mirum, quòd eueniat pęna, ſcilicet, quòd relinquatur vobis domus veſtra deſerta. Et patet hoc, quia ſi Iudęi voluiſſent audire doctrinā Christi, & aſſentire ei congregati eſſent in vnitatem fidei, & tunc non occiderent Christum neque diſcipulos eius, & ſic non ſequeretur deſtructio Ieruſalem, & gentis Iudæorum, quia vero noluerunt congregari, ſed reſtiterunt occidētes Chriſtum, & diſcipulos, ſecuta eſt deſtructio Ieruſalem, & gentis Iudaicę.

Quarto poteſt poni, vt quædam excuſatio, prędicebat enim Christus Iudęis deſtructionem gentis, & vrbis propter ſcelera. Diceret autem aliquis, quare non admonuiſti nos prius, vt nō incideremus in hęc mala, per quæ meremur deleri? Reſpondet ſępe vos admonui toties volēdo congregare filios Ieruſalem, & illa noluit: ideo nullam habet excuſationem.

Qui ſunt iſti filij Ieruſalem, quos Chriſtus volebat congregare. *Quæſt.* CCLXIX.

QVAERETVR qui erant iſti filij Ieruſalē, quos Chriſtus volebat congregare.

Aliqui dicunt, quòd ſunt omnes fideles, qui in eccleſiam congregantur, & patet, quia dicitur Ioan. 11. cap. vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum. Iſtos autem congregare intendebat, & tamen filij Dei dicuntur, qui credunt in Chriſtum, quia per fidem efficiuntur filij Dei Ioan. 1. cap.

Dicendum, quòd non accipiuntur filij Ieruſalem niſi pro Iudęis. Sed Ieruſalem dupliciter accipitur. Vno modo pro ſola ipſa vrbe, & tunc vocamus filios Ieruſalem eos, qui in vrbe illa nati ſunt, quia ſicut genitor eſt pater ita patria vocatur mater, & ſic accipitur Luc. 23. cap. ſcilicet. Filię Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & erant ibi filiæ Ieruſalem illę, quę ſequebantur eum, quando educebatur de vrbe ad occidendum, & lugebant, & erant illę mulieres de vrbe ſaltem, vt in plurimum, licet aliquę ſecutæ fuerant eum a Galilęa.

Alio modo accipitur Ieruſalē prout eſt caput regni Iudęorum, & accipitur nomine totius gentis, ſicut diximus accipi ſupra in litera. Et tunc vocantur filij Ieruſalem omnes Iudęi, quia erant filij gentis Iudęorum, cuius gentis caput, & mater eſt Ieruſalem. Et hoc modo accipiuntur hic, quia non ſolum volebat Chriſtus ad fidem ſuam conuertere habitatores Ieruſalem, ſed etiam omnes Iudęos: ideo omnes vocabat filios, & hoc neceſſe erat in pręſenti ex conditione locutionis ſuę. Nam ipſe vocauit hic Ieruſalem totam gentem Ieruſalem, vt dictum eſt, ergo neceſſe eſt, quòd filios Ieruſalem vocet filios totius gentis Iudæorum, & vocantur filij, ideſt, ſucceſſores, quia ſucceſſores reſpectu prædeceſſorum filij dicuntur. Sic dicit Origenes ſuper Matthæ. filios autem Ieruſalem dicit ſecūdum, quòd dicimus ſemper ciuium ſucceſſores pręcedentium filios.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd non ſunt filij Ieruſalem omnes filij Dei ſiue fideles, ſed ſolum Iudæi. Et patet, quia iſta congregatio fiebat per prædicationem, & doctrinam cum eſſet ſpiritualis congregatio, ſed Chriſtus non prædicabat gētibus, neque faciebat miracula inter eos, ſed inter

A Iudęos, quia ipſe dixerat Apoſtolis ſupra 10. cap. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, ſed ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Dicit tamen, quoties volui congregare filios tuos, ideſt, ſępe dedi ad hoc operam, ſed non poteſt hoc intelligi de gentilibus, quibus non pręd icabat, ergo intelligetur de ſolis Iudęis, quibus vſque nunc ſemper pręd icauerat.

Ad dictum autem Ioan. 11. cap. dicendum, quòd ibi loquitur de congregatione, quæ fieret per mortē Chriſti, cum dicitur, Prophetauit, quòd Ieſus moriturus eſſet nō tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, cōgregaret in vnum, Chriſtus autem

B per mortem volebat cōgregare ad ſe omnes homines in vnitatem fidei, & iſti vocantur filij Dei, & ita factum eſt, quia per mortem ſuam cōgregata eſt tota eccleſia credentium, quę nunc eſt, & erit vſque ad finem ſęculi Actu. 20. ſcilicet, acquiſiuit eccleſiā ſanguine ſuo. Et idem ad Ephe. 5. cap. dum viueret autē prędicando non congregabat ad ſe, niſi Iudæos, quia illis ſolis prędicabat ſupra 10. cap. ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, immo dicebat, quòd non venerat ad alios ſupra 15. cap. ſcilicet, non ſum miſſus niſi ad oues, quę perierunt domus Iſrael. Et iſtas duas congregationes, ſcilicet, quę a Chriſto fiebant ſignat ipſe Ioan. ca. 10. quia poſtquam locutus eſt de

C ouibus ſuis, ait. Habeo alias oues, quæ nō ſunt ex hoc ouili, & oportet me adducere, vt ſit ouile vnum, & vnus paſtor. Primas oues vocauit Iudæos quos ad ſe prędicatione conuerterat, & illas iam habebat, alias oues dixit eſſe gentiles, quos nondum conuerterat. Et patet, quia dixit, quòd erant ex alio ouili, & has oues non per ſuam prædicationem, ſed per mortem congregauit. Et tunc verū eſt, quòd omnes filij Dei, ideſt, qui fideles futuri erant tam ex gentilibus quā Iudęis congregandi erant per paſſionem Chriſti, & non erant iſti, qui vocantur hic filij Ieruſalem, quia illi erant ſoli Iudęi, & iſta diſtinctio bene ſignificatur ex verbis Ioannis, cum dicitur. Prophetauit, quòd Ieſus moriturus eſſet pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congrega-

D ret in vnum. Gentem autem vocauit Iudæos, de quibus erant Caiphas, & Ioannes, qui loquebantur. Addidit autem filios Dei vltra gentem, & illi ſunt omnes quotquot de gentilibus credituri erant.

Quare dicitur. Volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas. *Quæſt.* CCLXX.

QVAERETVR quare dicitur. Volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas.

Dicendum, quòd poſuit hoc ad ſignificandam nimiam congregationem: nō enim maior poteſt eſ-

E ſe quàm illa, qua gallina congregat pullos ſuos, recipiendo eos ſub alis, & quaſi incorporando eos ſibi, vt efficiantur vnum cum ea, & foueantur calore corporis eius. Et hoc Chriſtus intendebat facere de Iudęis, ſcilicet, congregare eos ad vnitatem fidei, quæ eſt vnitas Eccleſię, vel ouilis, vt dicitur Ioan. cap. 10. & dictum eſt pręce. q.

Secundo poteſt dici ad ſignādum magnum affectum, quia non eſt aliqua auis, quę tantum affectum fętibus ſuis exhibeat. Sic dicit Chryſo. Magnitudinē autem amoris ſub ſimilitudine gallinę oſtendit.

Tertio fuit hoc ad oſtēdendum pariter amorem, & beneficiorum impenſionem, & tolerationem malorum noſtrorum, non enim gallina pullos ita congregat, niſi quia nimis diligit, & ſic congregatis

gatis beneficium exhibet, quia calore corporis sui fouet pullos, quorum adhuc calor deficiens est, etiam eos ibi contra miluum, & alia pericula defendit, & per hoc, quòd sępe eos fouet infirmatur, & mala pullorum in se recipit. Christus enim omnia hæc nobis facit, quos ad se congregat: ideo rectè cōparauit se gallinę pullos congreganti. Sic dicit Aug. li. de Quæst. Euan. scilicet, hoc genus animantis magnum affectum in filios habet, ita vt eorum infirmitate affecta, infirmetur, & ipsa, & quod difficile in cęteris animantibus inuenies alis suis filios suos protegens contra miluum pugnat, sic & mater nostra Dei sapientia per carnis susceptionem infirmata quodāmodo secundum illud Apostoli, quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, protegit infirmitatem nostram, & resistit diabolo ne nos rapiat.

Comparatio Christi ad gallinā pullos suos sub alis cōgregātem.

Quomodo possunt stare verba Matthæi, & Lucæ, quæ discordare videntur. Quæst. CCLXXI.

QVAERETVR quomodo potest stare, quia hic dicitur, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas. Et Luc. 13. cap. dicitur. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti?

Aliqui dicunt, quòd Christus non semel tantum, sed sępe dixit istam exprobrationem, & increpationem Ierusalem, & tunc mutaret aliqua verba, Vnde in vna vice diceret. Quemadmodū gallina &c. sicut dicit hic Mattheus, alia vice. Quemadmodū auis nidum sicut Lucas. Dicendum, quod hoc satis poterat stare, sed non est necesse in pręsenti hoc asserere, q̄a etiam si semel tantum ista dicta sint possūnt concordari. Et est dicendum, quòd eadem est sententia, licet sint diuersa verba: nam sicut Matthæus dixit gallinā dixit Lucas, auen. Sed videtur esse differentia, quia dicit Mattheus congregat pullos. Lucas autem dicit, nidum. Vocat enim nidum locum, in quo gallina solet manere, & cōgregare sub se pullos. Nam nidus non congregatur, neque est aliqua causa, ad quàm gallina, aut alia auis congreget nidum, nisi cum in eo habeat filios, quos seruare vult. Sed quia ponit Lucas pullos in nido, potest dupliciter introduci comparatio. Vno modo ad significandum, quòd sicut gallina cōgregat, & custodit pullos in nido, qui est locus q̄etis eorum, ita Christus custodire volebat Iudæos in terra sua congregando eos ibi in vnitatem fidei, cui si assensissent non fuissent expulsi de terra sua. Secūdo potest accipi, quòd erant Iudei sicut pulli in nido, qui quandiu ibi manent infirmi sunt ad volandum, & ad resistendum aduersis si mater eos dimittat, & quādo dimittuntur exponuntur periculo. Sic dicit Basil. Filios Ierusalem pullis in nido comparat, ac si dicat, aues, quæ in altum cōsueuerunt volare exceptę sunt a nocumentis insidiantium, tu tamen eris, vt pullus egens alieno suffragio: matre igitur auolante auferęris a nido quasi impotens, & debilis ad fugam.

Quomodo stat, quod Christus dixit. scilicet. Congregare volui, & noluisti. Quæst. CCLXXII.

QVAERETVR quomodo stat, quod Christus dixit, scilicet. Congregare volui, & noluisti, i. in quo innuitur, quòd Deus aliquid facere voluit circa Ierusalem, quod non fecit, quia illa noluit, quod videtur repugnare diuinæ potestati.

Dicendum, quòd Ierusalem videtur impediuisse voluntatem Christi, quia ille volebat, vt ostendebat congregare filios illius in vnitatem fidei, & illa non permisit neque congregati fuerunt. Et dicendum,

Voluntati Dei nemo resistere potest.

F quòd voluntati Dei nemo resistere potest, sed distinguimus voluntatem signi, & beneplaciti, & voluntatem antecedentem, & consequentem, secundum voluntatem consequentē, vel beneplaciti quidquid Deus vult fit, & nemo illud impedire pōt, quia Deus illud expresse vult, & determinate, aliquid tamē vult Deus voluntate signi, & antecedente, quod non impletur, quia non est illa determinata voluntas Dei sicut Apostolus dicit, quòd Deus omnem hominē vult saluum fieri, & neminem vult perire, & tamen multi pereunt. Etiam Deus vult volūtate signi quidquid iubet, & vetat, & consulit, idest, significat se velle, ꝙ fiat id, quod pręcipit, & ꝙ nō fiat id, quod vetat, & tamen multi contra faciunt. Ita in pręsenti Christus voluit voluntate signi, vel antecedente omnes
G Ierosolymitas, immo omnes Iudęos saluos fieri, quia circa omnes exhibuit operam suam prędicādo illis, & admonendo, & increpando, & tamē volūtate beneplaciti non voluit omnes saluare, & cōgregare, q̄a si ipse determinate voluisset, dedisset illis gratiā efficacem, & pulsasset efficaciter animos eorum, ita vt nullo modo dissentirēt prędicationi eius, quia tamē exterius sufficiēter admonuit, & prędicauit, & miracula fecit, quæ possent mouere ad assentiendū dictis eius dicitur voluisse congregare, & tamen illi, qui interius efficacissime nō erant pulsati, ēt omnibus his visis non crediderunt, sed indurati sunt: ideo dicitur noluisse Ierusalem congregare, sed quos congregare
H vere, & determinate voluit, etiā Ierusalē nolente, cōgregauit. Sic dicit Augu. in Enchiridion. s. Vbi est aūt illa omnipotētia, qua in cęlo, & in terra omnia quæcūque voluit, fecit, si colligere filios suos Ierusalem voluit, & non fecit? An non potius illa quidem filios suos ab ipso collegi noluit? Sed ea quoque nolente filios eius ipse collegit, quos voluit. Sed dicetur cum Christus dicat, quoties volui congregare filios tuos, qui fuerunt isti actus multi ad congregandum eos? Aliqui dicunt, ꝙ fuerunt omnes actus prędicandi, & docendi per oēs Prophetas, & doctores legis vsq; ad Christū inclusiue, quia quoties prędicatū est Iudęis ex parte Dei, volebat Christus illos cōgregare. Sic dicit Orige. super Mat. s. Dicit aūt quoties volui cū sit
I manifestum semel eū docuisse in corpore Iudæos. Respōdet. Semper enim Christus pręsens fuit, & in Moyse, & in Prophetis, & in Angelis ministrātibus saluti humanę, per singulas generationes. Sed dicendum, ꝙ hoc non est necessariū accipi, sed vere Christus in carne existens voluit sępe cōgregare filios Ierusalem, & illa noluit, quia quoties corā Iudęis pręedicauit, & miracula fecit, toties filios Ierusalem congregare voluit, sed hoc sępe fecit, scilicet, per trienium: ideo sępe illos congregare voluit.

Quid est quod Christus prænunciat, scilicet. Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Quæst. CCLXXIII.

K QVAERETVR quid est, quod Christus pręnunciat, s. Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dicēdum, ꝙ hic prędixit Christus pœnā Iudęis infligendā, quia noluerunt cōgregari, & intelligitur de vrbis Ierusalem destructione. Vocatur aūt ista domus, quia erat sedes pręcipua totius gentis Iudęorū. Et patet hoc, quia hic pręnunciatur pęna Iudęorum, & tamen illa fuit destructio ciuitatis Luc. 19. ca. s. videns Iesus ciuitatē fleuit super illā, dicens. Venient dies, in quibus circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Et patet hoc, quia domum relinquendam esse desertam accidit, quia noluerunt congre-

Destructio Ierusalem fuit Iudęorum pęna.

congre-

congregari sub alas, quando Christus eos congregare voluit, vt ponitur hic in litera, & tamen eadē causa ponitur Luc. 19. ca. scilicet, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuę, s. non cognoueris me, qui volebā congregare filios tuos, ergo pęna erit eadē, quę prænunciatur hic, & ibi, sed ibi prenunciatur destructio vrbis Ierusalem, ergo & hic illud idem. Secundo potest dici, vt aliqui volunt, quòd intelligitur de destructione templi, & hoc, quia templum vocatur domus, vel ędes Luc. 11. ca. s. qui perijt inter altare, & ædem, & Ioan. 2. ca. dicitur domus mea domus orationis vocabitur. Et accipitur ibi pro templo. Ad hoc etiam mouentur, quia dicitur sequen. q. in principio de destructione templi, & nō ciuitatis, s. Egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt ad eum discipuli eius, vt ostenderent ei ędificationes templi, ipse autem respondens dixit eis. videtis hæc omnia. Amē dico vobis non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Et quia continuatur illa litera ad istā nullo medio, putant hic designari destructionem tēpli. Idē dicit Chry. super Mat. sicut enim corpus anima recedente prius quidem frigescit, deinde putrescit, & soluitur; sic & templum vestrum Dei spiritu recedente prius seditionibus, & indisciplinatione replebitur, deinde veniet ad ruinam.

Dicendum, quòd ad veritatem hic designatur per domum desertam desolatio ciuitatis, & templi, vtrūque enim perijt. Et hoc plene significat Lucas 19. ca. scilicet. Nō relinquent in te lapidem super lapidem. Et ita tota Ierusalem perijt sic, vt non manerent neque lapides muri in loco suo, & tamē templum erat in Ierusalē, & erat res præcipua ciuitatis: ideo necesse erat illud destrui, & propter hoc doctores aliquando vocant hic domum ipsum templum, vt dictū est supra, & aliquando ciuitatem. Sic dicit Beda. Ipsam aūt ciuitatem, quam nidum vocauerat, nunc domū Iudęorum appellat, occiso enim domino venerūt Romani, & quasi nidum vacuum diripientes tulerunt eorum gentem, & regnū. Sic etiam Theo. ait domus vestra, idest, templum, q. d. quandiu virtus erat in vobis templū erat meum, sed postquam fecistis ipsum speluncam latronum non est de cętero domus mea, sed vestra. Vel domum dicit totam gentem Iudęorū, iuxta illud. Domus Iacob benedicite Domino. Sed pręcedens modus melior est. Nam non accipitur hic propriè pro gēte, quia dicitur. Relinquetur deserta. Ad significandum autem destructionem gentis diceret melius. Domus vestra delebitur, & tūc nō erat totaliter verum, sed neque conuenit, quia deseri pertinet ad loca habitata.

Quid p domū desertā Christus intellexerit.

An conuenienter inflicta fuit Iudæis pœna ista, quòd domus eorum deserta relinqueretur. Quæst. CCLXXIIII.

QVAERETVR an conuenienter inflicta fuit Iudęis pęna ista, quòd domus eorum relinqueretur deserta. Dicendum, quòd multum cōuenienter, primo quia Iudęi peccauerant, sępe autem, & grauissime, ita, vt iam incorrigibiles essent: ideo nō erat eis remittēdum, sed pęna vltima danda, ne amplius peccarent. Et hoc fuit, quòd desinerent esse populus, ita vt iam nullum malum possent facere tanquam populus: sicut, qui in delictis incorrigibilis est occiditur, ne vltra peccare posset. Secūdo quia peccata Iudęorum erant valde grauia, s. quia multos Prophetas, & viros iustos occiderant, pro quibus non erat aliqua pœna sufficiens nisi, quòd deleretur populus ille, qui hæc fecerat: ideo factum est, scilicet, vt desineret esse vna gens, vel vnus populus. Hoc autem factū est delendo Ierusalem: ideo conueniens fuit deleri domū

A illam. Tertio vt cōueníret pęna peccato. Nam in vrbe Ierusalem occisus est Christus: ideo illa debuit deleri. Quarto patet, quia consonat hoc intentioni Iudęorum in peccando. Nam ideo Iudæi Christū occidere voluerunt ne eo viuente venirent Romani, & tollerent vrbem Ioan. 11. cap. si dimittimus eum sic omnes credent in eū, & venient Romani, & tollent locum nostrū, & gentem: ideo è contrario Deus fecit, s. vt veniret eis, quod timebant, i. quia Christū occiderunt venerunt Romani, & abstulerunt locū illū & gentem. Considerandum autem, ꝙ in hoc fuit cōuenientissimus modus diuinę retributionis, s. peccatum occisionis Christum factum fuit in Ierusalē in die prima azymorum pręsentibus Iudæis de tota terra Iudæorum, & factum est, ne Christo viuēte venirent Romani, & tollerent vrbem, & destruerēt gētem, & cessaret tota vtilitas, quam sacerdotes percipiebant ex sacerdotio, ita vindicta data est, s. vt deleretur ciuitas Ierusalem, & fieret hoc per Romanos, quos illi timuerunt, ne venirent Christo viuente, & deleuerunt locum, & abstulerunt gentes, quia occiderunt plurimos. Cæteros autem vendiderunt, & dispersérunt in gentes, & non reliquerunt aliquos in Ierusalem, neque mansit locus, in quo manerent, & sicut tota gente Iudęorum præsente in die azymorū occisus est Christus, ita in festo azymorum pręsente tota gente Iudæorum insurrexit bellum, & obsessa est ciuitas a Romanis, & perijt gladio, fame, & peste, maxima pars gentis ibi.

Cōueniens modus vltionis mortis Christi.

B

C

Quare vltio mortis Christi data est super solam Ierusalem. Quæst. CCLXXV.

SED quæretur cum fuerit peccatū istud totius gentis Iudæorum, quare vltio data est super solam Ierusalem.

Dicendum, quòd factum est cōuenienter. Primo quia non deleta est sola Ierusalem, sed etiam plurima castra, & oppida excisa sunt & inflammata, vt late Iosephus declarat in libris septem de bello iudaico, & Egesippus in quatuor libris. Secundo dicendum, quòd destruendo Ierusalem non fuit illa sola D deleta, sed tota gens Iudęorum, quia quasi illuc tota gens conuenerat in festo azymorum, & ibi tota perijt quasi, vt dictum est. Tertio, quia deleta Ierusalē cum esset metropolis, totum regnum videbatur esse deletum, cum principatus vnus, qui facit vnitatem gentis resideret in Ierusalem in sacerdotibus, & alijs optimatibus, & in domo consilij, per quam domum diffiniebantur omnia negocia totius regni, vel gentis. Quarto quia deleta Ierusalem delebatur templum, quod faciebat ad vnitatem gentis, & statum atque gloriam. Nam tota gens confluebat ad illud templum, quia non licebat alibi immolare sacrificia Leuiti. 17. & Deuteronom. 12. & Iosuę 22. cap. & conditio gentis istius erat facere cultum Dei secundum certum modum cęremoniarum, & omnes istę E fiebant in sanctuario. Nam extra locum sanctuarij non licebat obseruari eas, sicut neque nunc Iudæi illas exercent cum manent inter nos: ideo deleto templo videbatur ablata tota nobilitas, & excellentia gētis, ergo ad destruendum statum gentis debuit deleri Ierusalem.

Quinto quia peccatum Ierusalem maius fuit quā aliarum vrbium Iudæorum: ideo non solum perire debuerunt peccantes in occisione Christi, sed etiam locus ille, in quo tantum nefas exercitum est debuit deleri, ita vt non maneret lapis super lapidem, quod factum est.

Quare

Quare Christus prænunciauit Iudæis destructionem vrbis Ierusalem. Quæst. CCLXXVI.

QVAERETVR quare Christus prænũciauit Iudæis destructionẽ vrbis Ierusalem, quia poterat istud euenire pro peccatis,& ꝙ nõ prædiceretur Iudęis. Dicendum, quòd cõueniẽter factum est, primo vt ostenderet Christus se futura præscire, in quo Deitatẽ sibi conuenire ostendebat, vel saltem esse Prophetam, & per istam prænũciationem probaret Christus vera esse cętera, quæ prædiceret in longinquum. Nam cum istud, quod per quadragintaduos annos, vel quasi postea euenit, prædixerit,& viderint illud sic euenire, plane appareret, quòd in cæteris quoque verum diceret. Secundo vt putaretur istud pro peccatis euenire. Nam si non prædiceretur,& postea eueniret, aliqui putarent non euenisse hæc quasi a Deo in pęnam data, sed quasi ab euentu accidentia. Et hoc erat incõueniens: ideo debuit prenunciari. Tertio fuit ad euitandum peccatũ, quia cum nõdum Iudęi occidissent Christum, & discipulos eius, propter quæ euentura erat istã pęna, & poterat euitari, forte Iudęi audita magnitudine pęnę euenturę abstinerent diligentius a peccatis. Sicut Niniuitæ audito, quòd Niniue post 40. dies subuertenda erat pænituerunt, & non venit eis pœna: Ionæ. 3. cap. Quarto fuit, vt Iudæi inexcusabiles apparerent. Nam si eueniret eis desolatio illa non prænunciata possent dicere, quòd ideo euenerat, quia Deus eos non admonuerat de hoc, cum vero tam de peccatis propter quæ pęna erat infligenda, quàm de ipsa pœna essent pręmoniti, nullus eis excusationis relinquitur locus. Quinto & præcipue fuit conueniens hoc ad ostẽdendũ grauitatem peccati in occisione Christi. Nam ista desolatio inferebatur propter eum, & discipulos suos a Iudæis occidendos, vt litera pręcedens saltem de discipulis exprimit. Cum autem tãta pęna nunc inferebatur quanta nunquam supra fuerat pro alijs peccatis inflicta, signum erat, ꝙ hęc peccata grauiora erant omnibus præcedentibus.

Quomodo est verum, quod Christus dixit. Non me videbitis amodo. Quæst. CCLXXVII.

QVAERETVR quomodo est verum hoc, quod Christus dixit. Non me videbitis amodo, donec dicatis benedictus, qui venit in nomine domini. Nam illud dixerunt Iudęi Christo in die in ramispalmarum Ioan. 12. cap.& supra 21.& tamen ista verba Christi fuerunt post illum diem, scilicet, die martis, vt dictum est supra, ergo nõ possunt stare. Aliqui dicunt, quòd ista verba dicta fuerint a Christo ante diem in ramispalmarum,& significasse, quòd quando intraret in Ierusalem dicerent sibi turbę hoc,& tunc dicetur, quòd Christus fuit in Ierusalem aliquo tempore,& cum recederet inde, diceret. Non me videbitis &c. Et ita non redijt illuc vsque ad diem in ramispalmarum, quando turbæ hoc cantabant. Et hoc cõuenit modo narrandi Lucę, quia Lucas posuit hoc 13. cap.& multo postea, scilicet, 19. ca. ponit de aduẽtu eius in Ierusalem, & quòd turba dixerit. Benedictus, qui venit &c.

In quęst. 4.

Sed tunc videtur, quòd ista litera non sit cõtinuata ad præcedentem, quia pręcedentia dicta sunt ante passionem per tres dies, idest. die Martis post diem in ramispalmarum. Aliqui dicũt, quòd saluatur discordia hæc, quia istud fuit sæpe a Christo dictum,& vna vice fuit dictum multo ante diem in ramispalmarũ a Christo,& tunc non est litera continuata ad pręcedentia, sed multo ante.

F Dicendum, quòd satis poterat stare, quod dictum est, scilicet, quòd fuerit a Christo dictum semel cum recederet a Ierusalem,& post hoc nunquam intrauit in Ierusalem vsque ad diem in ramispalmarum, cum dixerunt turbę. Benedictus, qui venit. Et iste sensus conuenit ordini, quem ponit Lucas, vt dictum est. Et tunc dicendum, quòd ista litera non est continuata ad præcedentia, sed ex illo loco, scilicet, Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas, pertinet ad aliud tẽpus ante festum in ramispalmarum, & ante quàm veniret nunc Christus in Ierusalem. Et hoc aliqui tenent. Sic videtur dicere Augu. lib. de Concordan. Euangeliorum, scilicet, Huic narrationi Lucę non videtur aduersari, quod turbę dixerunt, Veniẽte Domino in Ierusalem, benedictus, qui venit in nomine Domini, quia nondum illuc venerat, & nondum dictum erat. Et idem tenet Cyrillus dicens, scilicet. Discesserat Dominus ab Ierosolymis tãquam indignos sua presentia deserens. Deinde multis miraculis factis rursus Ierosolymam redit, vbi ei turba occurrit, dicens. Hosanna filio Dauid, benedictus, qui venit.

G

Aliter potest dici, quòd ista litera sit omnino continuata, & quòd omnia, quæ habentur in hoc capitulo dicta fuerint die Martis, post diem in ramispalmarum. Et tunc dicendum, quòd non accipitur hoc de eo, quod dixit turba in die palmarum, benedictus, qui venit.

H Sed intelligitur vno modo de aduentu Christi ad iudicium, quando Iudæi confitebuntur eum, idest, laudabunt etiam inuiti. Sic tenet Augu. lib. de Concor. Euangeliorum, quia licet prius videbatur tenere istud, intelligit de eo, quod turbæ dixerant, postea dixit, quòd non, cum ait, scilicet. Sed quia non dixit Lucas ꝙ tunc inde accessit dominus, vt non veniret, nisi eo tempore, quo iam illud diceretur, de illo aduẽtu, quo in claritate venturus est, hoc significat. Idem tenet Theoph. dicens. Tunc & inuiti confitebuntur eum dominum, & saluatorem quando nullus erit inde profectus. Idem tenet Chryso. in homilia, scilicet. Per hoc occulte secundum aduentum nominat, quia tunc eum omnino adorabunt.

I Aliter potest exponi de aduẽtu in animam per fidem, scilicet, non videbitis me, idest, non cognoscetis donec conuertamini ad me credentes me a Deo venisse. Sic dicit Hiero. super Mat. scilicet. Benedictus, qui venit, idest, nisi pęnitentiam egeritis,& confessi fueritis ipsum me esse, de quo Prophetę cecinerunt filium omnipotentis patris, meam faciem non videbitis. Et idem tenet Chryso. super Matheum. Et ita etiam tenet Nico.& sic etiam tenuimus supra. Et tamen non videtur inconueniens tenere contrariam positionem, scilicet, quòd intelligatur de eo, quod dixerunt turbæ in die palmarum. Et hæc expositio mihi magis placet, & literalior est, licet faciat literam non esse continuatam, quod non est inconueniẽs, sed tenere quis potest in hoc, quod placuerit.

K Sed dicetur quomodo dicitur. Non me videbitis amodo, quia videtur, ꝙ adhuc postea eum viderint. Dicendum, ꝙ tenendo Christũ dixisse hoc ante diẽ in ramispalmarum, plana est litera, s. non me videbitis amodo, idest, ex isto die, quia eo die recessit ab eis de Ierusalem, & non redijt vsque in diem in ramispalmarum, quando hoc dixerunt turbę. Tenẽdo aũt aliam positionem, scilicet, de aduentu ad iudiciũ põt intelligi vno modo de prædicatione (vt quidam volunt) s. non videbitis me pręedicantem post hoc, licet me videatis tribus sequẽtibus diebus, maxime in die passionis suę. Sed hoc non satis stat, quia dicitur, non me videbitis donec dicatis, ergo videtur, quòd in die iudicij videbunt eum prædicantem, cum tunc dixerit,

rit, non me videbitis, scilicet, prędicantem licet viderint eum morientem, & tamen falsum est, quia tunc non prædicabit.

Aliter ergo dicendum, quòd amodo non accipitur pro tempore illo quo loquebatur stricte, sed pro tempore statim secuturo, quod erat tempus passionis: nam post triduum mortuus est, & post mortem nunquam eum viderunt, neque videbunt vsque ad diem iudicij. Sic dicit Theophylactus, non videbitis me &c. non signat illam horam, sed tempus crucis, scilicet, postquam crucifixeritis me, non amplius videbitis me, donec iterum veniam. Et idē dicit Chrysost. in homilia, scilicet, quod autem dicit amodo ad tempus crucis refertur. Et ita exponit etiam Nicolaus.

Quare Christus dixit Iudæis non me videbitis &c.
Quæst. CCLXXVIII.

QVAERETVR quare Christus dixit Iudęis nō me videbitis &c.

Dicendum, quòd vna ratio est ad ostendendum, quòd nō sępe admoniturus esset eos super hac re, quia statim recessurus erat ab eis siue corporaliter recedendo secundum vnam positionem, siue secundum aliam moriendo, & ideo quòd ipsi cogitare deberent, & seipsis admonere, ne euenirent eis mala prænunciata.

Secunda ratio est ad ostendendum veritatem dicti sui, prædixerat enim, quòd destrueretur Ierusalem, & hoc forte non crederent, quia non videbant illud statim. Voluit igitur ostendere signum, per quod posset credi, scilicet, non me videbitis, donec dicatis. Benedictus, qui venit. Nam hoc prænunciare rem futuram, & occultam erat, scilicet, quòd illi laudaturi essent eum quando veniret, & satis erat mirabile, quòd illi, qui eum oderant ipsum laudarēt, & hoc iuxta vnam positionem.

Tertia ratio est ad ostendendam mutationem status, scilicet, quòd quando hoc Christus dixit Iudæis non honorabant eum, neque attendebant ad verba eius: ideo dicit eis, quòd non manebit vltra cum eis, neque redibit quousque ita honorent eum, quòd dicant ipsum venire in nomine Domini. Et hoc tenendo, quòd turbæ istud dixerint. Et iste sensus multum conuenit literæ. Sic exponit Cyrillus dicens, scilicet, Discederat Dominus ab Ierosolymis tanquam indignos sua præsentia relinquens, & ideo ait. Dico autem vobis, idest, non erit postea sicut nunc, quia nunc non me auditis, ego dico vobis, quòd non redibo ad vos quousque non solum me audiatis, sed etiam laudetis, & honoretis me, dicente. Benedictus, qui venit &c. Etiam secundum aliam positionem est verum, scilicet, nunc non me honoratis, sed potius me occidetis, & tamen quando videbitis me alia vice laudabitis, scilicet, in die iudicij.

Quarta est ad ostendendum deitatem suam cum futura prænunciet, quæ secundum se erant incerta.

Quinta ad ostendendum, quòd illum honorem, quem turba, & pueri Christo dederunt in die palmarum, scilicet, dicentes Hosanna, non fuit a casu, neque suadente aliquo homine, neque ex errore turbarum, sed a Diuina ordinatione cum istud potuerit a Christo prædici, & hoc ostendit Christus supra 21. & Luc. 19. capitu. quando principes sacerdotum videntes pueros clamātes, Hosanna, dixerunt, quòd increparet eos, & ipse noluit, sed ostendit illos a Deo moueri, allegans illud Psal. 8. Ex ore infantium perfecisti laudem.

A

CAP. XXIIII.

T egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes tēpli. Ipse autem respondens dixit illis. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes. Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum erit aduentus tui, & consummationis sæculi. (Mar. 13. Luc. 19. & 21.)

B

ET egressus Iesus. In præcedentibus Matthæus posuit legis Euangelicæ promulgationem, & per miracula confirmationem, hic subdit iudiciariam executionem, scilicet, iudicium vltimum, & hoc quia quælibet lex recta habet punire delinquentes, & quia in ista non fuerat posita aliqua pęnalis coertio, ponitur iudicium vltimum, in quo vnicuique pro peccatis, aut bonis operibus redditur. Et secundum hoc diuiditur in duas partes secundum communem intentionem exponētium, scilicet, quia primo ponuntur quędam antecedentia iudicium. Secundo sequitur ipsum iudicium sequen. cap. Prima in duas, quia primo circa hæc a discipulis Christi proponitur quæstio. Secundo ponitur quæstionis solutio, ibi. *Respondens Iesus*. Prima in duas, quia primo ponitur quęstionis occasio. Secundo data occasione formatur quæstio ibi. *Sedente autem eo*. Circa primum dicitur. *Et egressus Iesus de templo*. Scilicet, Ante hoc erat in templo cum hæc, quæ pręcesserunt prædicabat, & illis expletis egressus est de templo. *Ibat*. Scilicet, Extra templum, & ciuitatem ad montem oliueti. *Et accesserunt ad eum discipuli eius*. Scilicet, Ad interrogandum ea, quæ sequuntur.

C

Vt ostenderent ei ædificatione templi. Idest, Vt inclinarent eum, vel suaderent respicere, quia ipse iam sępe viderat. Et dicitur, ædificationes, idest, ędificia, vel ędificiorum pulchritudinem, vel magnitudinē.

D

Ipse autem respondens. Scilicet, Ad eorum admirationem de ędificijs.

Dixit eis, videtis hæc omnia. Idest, Nō admiremini de his, quasi sint pulchra, & fortia: nam omnia hæc cōminuentur. *Amen dico vobis*. Modus affirmandi, vel iurandi est sub certitudine dico vobis. *Non relinquetur lapis super lapidem*. Significatur dirutio templi totalis. Erat autem de lapidibus cæsis constructum, & omnes lapides deiecti sunt. *Qui non destruatur*. Idest, Qui non mutetur de loco suo, ita quòd non maneat in ædificijs.

E

An ista sint continuata ad præcedentia. *Quæst.* I.

QVAERETVR an ista sint continuata ad pręcedentia, vel sit ordo mutatus.

Dicendum, quòd non dubitari potest quin sit ordo continuus, idest, quòd ista fuerunt post pręcedentia. Et patet primo, quia Mattheus sic ordinauit. Et semper est standum ordini literę nisi contrarium appareat, hic autem non apparet ratio aliqua quare contrarium ordinem tenere debeamus. Secundo & efficacius, quia tres Euangelistę soli, qui hoc ponunt concordant in ordine, quia sicut Matthæus ponit ista post præcedentia, in quibus

contra

contra Phariſęos, & Scribas multa locutus fuerat, ita & Marcus, quia Mar. 12. cap. ponuntur aliquæ increpationes Christi contra Phariſęos, & Scribas, quę poſitę fuerunt præceden. cap. & Mar. 13. cap. ſtatim ſubiunxit ea, quę habentur hic de egreſſu domini de templo, & de ædificijs templi, eundem quoque ordinem tenet Lucas, quia ea, quæ habentur ſupra de increpationibus Phariſæorum, & Scribarum ponuntur a Luca 11. cap. & id, quod dictum eſt pręcedenti cap. immediate de deſolatione Ieruſalem ponitur a Luca 13. capitu. id autem, quod ponitur hic de egreſſu de templo, & de ædificij ponitur a Luca 21. cap. Et ita omnes concordant in hoc, ideo certiſſime eſt tenendum eſſe hunc ordinem.

Tertio patet ex habitudine literæ, quia ea, quæ habentur præcedenti cap. dicta fuerant a Chriſto in templo, hic autem ſtatim dicitur de egreſſu de templo. Et hoc tenet Orige. ſuper Matthæum, ſcilicet. Poſtquàm omnia, quę ſuper Ieruſalem ventura fuerant Chriſtus prædixit, exijt de templo, qui conſeruauerat templum, ne caderet, donec fuit in eo.

An iſta quæ habentur fuerunt ſtatim poſt ea, quæ habentur præce. cap. Quæſt. II.

QVAERETVR an iſta, quæ habentur fuerunt ſtatim poſt ea, quæ habentur pręcedenti cap. vel fuerunt aliqua alia interpoſita.

Aliqui dicunt ſtatim nullo interpoſito, tum quia litera ipſa videtur ſe continuare, ſcilicet, quia præcedenti cap. ponuntur dicta Chriſti in templo. Hic autem ponitur quomodo egreſſus fuerit de templo, & ita innuitur, quòd poſtquam dixit verba præcedentia, exierit de templo, tum quia Origenes ſuper Mattheus ſpecialiter continuat literam iſtam ad illam, quaſi ſtatim fuerint iſta poſt illa cum ait, poſtquàm omnia, quæ ſuper Ieruſalem ventura fuerant Chriſtus prędixit, exijt de tēplo, ergo videtur, quòd nihil aliud in medio factum eſt.

Alij dicunt, quòd multa interciderunt inter illa, & hæc. Et patet, quia Luc. 13. capitu. ponuntur ea, quæ habentur præçedenti capitu. in fine de Ieruſalem, & Luc. 21. capitu. ponuntur, quę habentur hic de ſtructuris templi, & cæteris, quę ſequuntur hic, & intercidunt inter præcedentia, & hęc, & tunc oportet dici, quòd etiam multi dies, & multa facta interciderunt de quibus ibi narratur.

Alij dicunt, quòd alia interciderunt inter hæc, & ea, quæ habentur præcedenti capitulo, ſed fuerunt pauca, non quidem omnia, quæ ponuntur ſecundum Lucam in medio, ſed ſolum illud quod habetur de mittentibus munera in gazophylacium, quod etiam in templo factum eſt, cum ibi eſſet gazophylacium. Et hoc patet, quia tam Marcus quàm Lucas illud ponunt. Nam Lucæ. 21. capitu. ponitur de offerentibus in gazophylacio, & ſtatim ſequitur de ædificijs templi, & cætera, quæ habentur hic. Marcus etiam 12. capitu. poſuit de increpationibus, quas fecit Chriſtus contra Phariſæos, & Scribas, & ſtatim in fine ipſius 12. capitu. ponit de offerentibus munera in gazophylacio, & in principio 13. capitu. ponitur qualiter egreſſus eſt Ieſus de templo, & de ędificijs templi, & de cęteris, quæ habentur hic.

Dicendum, quòd determinatio huius dubij pendet ex illis, quę dicta ſunt ſupra præcedenti cap. quia ibi erat vna opinio, quòd illa verba, ſcilicet, non me videbitis amodo, fuerint dicta ante diem in ramiſpalmarum, & poſtea fuerint completa quando Chriſto veniente in Ieruſalem dixerunt turbæ, Benedictus, F qui venit. Alia opinio eſt, quòd fuerint dicta illa verba poſt diem palmarum, ſcilicet, die martis poſtea, & tunc intelliguntur de aduentu Chriſti ad iudicium.

Tenendo primam poſitionem, dicendum eſt, quòd non fuerunt hęc facta immediate poſt illa, quę habentur pręcedenti ca. ſed multis interpoſitis operibus, & multis diebus, & eſt tunc tenendus ordo, quem ponitur Lucas interponendo omnia, quę habentur a cap. 14. incluſiue vſque ad 21.

Si autem teneamur ſecundam poſitionem, eſt dicendum, quòd ille ordo, quem ponit Lucas non fuit ordo rerum geſtarum, niſi forte dicamus, quòd fuerunt bis dicta illa verba, & tunc poterit eſſe cōtinuatio ſine intermiſſione. Nam illa, quæ Lucas interponit a cap. 13. vſque ad 19. fuerunt ante diem in ramiſpalmarum. G

Sed adhuc videbitur penitus dicendum, quòd fuerit interpoſitio aliqua inter præcedentia, & ea, quæ habentur hic, ſcilicet, quòd vidit Chriſtus mittentes mutera in gazophylacio, & quid de illis dixit. Et hoc quia tam Lucas quàm Marcus ponunt iſtud immediate ante egreſſum de templo, hoc rationabilius eſt cum duo Euangeliſtæ in hoc concordent, & tamen cum magis placeat illa poſitio prima quibuſdam, & mihi, ſcilicet, dictum eſſe. Benedictus, qui venit &c. ante diem palmarum, dicetur, quòd ordo quem ponit Lucas eſt certior, & H conſonantior rebus, ſed quid in hoc tenendum ſit, nulla ratio ſufficienter cogit.

Quare egreſſus eſt nunc Ieſus de templo. Quæſt. III.

QVAERETVR quare egreſſus eſt nunc Ieſus de templo.

Dicendum, quòd primo fuit, quia nihil ibi iam facturus erat. Nam prædicauerat, & diſputauerat ibi ſufficienter eodem die.

Secundo fuit ad ſumendum cibum, quia licet Chriſtus prædicaret nunc in Ieruſalem, nemo eum inuitabat, vt ibi ſumeret cibum, immo quotidie I ibat in Bethaniam in domum Lazari, & ſororum eius, & ibi paſcebatur, & inde quotidie redibat in Ieruſalem, vt colligitur Marci vndecimo capitu.

Tertio fuit ad ſignificandum ruinam templi. Nam ante hoc templum per eius virtutem manebat, & conſeruabatur ſtatus populi Iudaici, nunc prædixerat Chriſtus deſtructionem templi, & ciuitatis, dicens. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta: ideo ad ſignificandum, quòd ſic eueniret, ſcilicet, quòd eo auferente auxilium ſuum a Iudæis periret templum exijt de templo. Sic dicit Origenes ſuper Mat. & Beda.

K *Quomodo dicitur, quòd egrediente domino de templo, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Quæſt. IIII.*

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd egrediente Domino de templo acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Nam ex hoc videtur, quòd non erant prius cum eo.

Aliqui dicunt, quòd ideo dicitur, quòd ante hoc erat Chriſtus in templo prædicans, & diſputans, & forte non erant iuxta eum diſcipuli eius, nunc verò quando exiuit abhæſerunt ei, quia ipſi ſequebantur eum familiariter quocunque iret.

Sed dicendum, q̄ hoc nō multum stat, quia etiam quando Christus erat prædicando discipuli sui stabāt iuxta eum, & nemo audebat accedere. Sic patet. sup. 5. c. vbi Christo prædicante accesserunt ad eum discipuli eius, & melius patet sup. 19. c. vbi turbæ accedere volebant ad Christum, vt ostenderēt ei paruulos suos ad imponendum eis manus, & illi prohibebant eos accedere quo vsq; Christus dixit, sinite paruulos venire ad me. Dicendum ergo, q̄ nō ponuntur accessisse quasi tunc magis temporaliter appropinquauerint quā prius: sed est modus Idiomatis ad significandum aliquid īchoari, & istū modū tenet spāliter Matthæus. Nā fere vbicūq; introducit discipulos aliquid quęrentes a Chr̄o dicit eos accedere. Sic patet sup. 18. c. & patet q̄ iste sit modus Matthæi, quia hic dicit accesserūt & inf. in litera. s. Sedente eo super mōtem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli eius. Et tamen Mar. 13. ponitur vtrumque, sed non dr̄. Accesserunt. sed solū q̄ interrogauerunt, & idem Luc. 21. c. & sic sunt multi modi proprij Idiomatum, vel hominum in locutione, in quib. ponūtur multa verba superflua ex sola cōditione locutionis. Et ita apud hebręos ponitur interdum egredi vbi nihil significat, vt illud Exod. 2. ca. s. egressus vir de domo Leui accepit vxorē stirpis suæ, & tamen ad accipiendum vxorem nō exigebatur aliquod egredi, sed ad significandum inchoationem rei ponitur hoc, s. ante hoc nihil faciebat, & tunc aliquid fecit. s. vxorē accipere, ideo egredi dicitur, & ita Matthæus ad ostendendum quomodo discipuli Christo loquantur, dicit eos accessisse quasi non possent loqui nisi accederent, & hoc facit Matthæus quandocunque ex præcedentibus non constat eos appropinquare illi, vnde magis est hoc ad doctrinam quam ad veritatem, scilicet quasi de nouo accederent.

Quomodo stat, quod hic Matth. dicit, scilicet. Accesserunt ad eum discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes, quia aliter Marc. & Luc. dicunt. Quæst. V.

Quaeretur quomodo stat quod dicit hic Matthæus. s. Accesserunt ad eum discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes, quia Mar. 13. cap. ponitur hoc, & dicitur, ait illi unus de discipulis eius magister, aspice quales lapides & Luc. vigesimoprimo, cap. dicitur, & quibusdam dicentibus de templo, q̄ lapidib. bonis, & donis ornatum esset.

Dicendum, q̄ in veritate vnus fuit solus, qui hoc quæsiuit & non omnes, & tamen Euangelistæ solent nominare sæpe quęsitum aut factum esse aliquid à discipulis, licet ab vno tantum quæsitum fuerit. Et hoc verisimilius est, quia non quærerent multi simul, ne se inuicem turbarent, sed vnus. Poterat tamen dici, quærere discipulos, quia vnus pro omnibus quęrebat & ita omnes quærebant. Vel dato, q̄ non quærerent omnes illud, neque illud cogitassent, quia tamen oēs erudiebantur ex responsione Christi dicebantur omnes quęrere, & ideo Mar. ad ostendendum veritatem rei gestæ dixit, q̄ vnus de discipulis quęsiuit. Matth. verò ad ostendendum intentionem communē, quia fortè omnes ex hoc erudiri cupiebant posuit, q̄ accesserunt discipuli. Simile fit sæpe apud Euangelistas, vt sup. 14. c. & Mar. 6. vbi, dum agitur de saturatione turbarum, introducitur Christus loquens discipulis, & illi respondentes de numero panum, & tamen Io. 6. ca. vbi idem narratur ponitur, q̄ Christus quæsierit à solo Philippo, & respōdit Philippus, & postea Andreas, & illa fuit veritas. Tamen dicuntur omnes quæsiuisse, vt declaratum est, sup. 14. c. q. 66. & q. 81.

De Luca autem dicendum, q̄ cōcordat cum Matthæo hic, cum dicat, & quibusdam dicētibus de templo. s. q̄ plures hoc dixerint, & tamen non innuit, q̄ discipuli dicerent hoc, & tamen intelligendum est, q̄ dixerunt illud discipuli sicut Mattheus, & Marcus exprimunt quod Lucas subticuit.

Quomodò est verum, quod Christo ostenderint discipuli ædificia templi, & ad quid. Quæst. VI.

Quaeretur quomodo est verū, q̄ Christo ostenderint discipuli ædificia templi, cum sæpe ille illa vidisset, & si ostenderunt, ad quid hoc faciebant.

Ad primum dicendū, q̄ non ostenderunt ei quasi ipse non videret, aut ante hoc non viderit, sed ostenderunt. i. suaserunt ei tūc respicere. Sic innuitur Mar. 13. c. s. Cum egrederetur de templo ait illi vnus de discipulis suis. Magister, aspice quales lapides.

Ad secundum dicēdum q̄ potest intelligi vno modo, q̄ hoc ostenderunt ad admirationem, quia erant aliqui de discipulis Christi adhuc rudes non capiētes adhuc res diuinas, & ideo admirabātur res humanas, & Christum ad hanc admirationem trahere volebāt, & ideo dixerunt. Magister aspice. Et huic sensui competit sequens responsio Christi, s. videtis hæc omnia, Amen dico vobis non relinquetur lapis super lapidē, idest vos putatis ista magna esse, & in veritate coram Deo non sunt magna neq; multum curat de eis, quia omnia hæc destruet quasi nihil valeant, quod tamen non faceret si ea magni penderet. Et etiam conuenit huic sensui, quod dicitur Luc. 21. c. s. dicentib. quibusdam de populo, q̄ lapidibus bonis, & donis esset ornatū. Et sic admiratio erat de valore & excellentia eius.

Secundò dicunt aliqui accipiendum pro admiratione, non quia magna essent, sed quia destruenda, s. Christus dixerat templum destruendum, & illud erat valde excellens, discipuli autem admirati, q̄ rem tam nobilem prædixerat destruendam, dixerunt. Aspice quales lapides & quales structuræ. q. d. rem tam excellentem destrues? Et ille respondit quòd sic, quia non manebit lapis super lapidem. Sic exponit Theophylactus, s. quia multa circa destructionem Ierusalē dominus locutus fuerat discipuli eius admirabantur, q̄ tā magna, & tam pulchra ædificia destrui debebant: ideo ostenderunt ei templi decorem.

Tertio dicunt alij hoc non fuisse propter admirationem, sed vt Christum mouerent ad compassionē, vt nō destrueret ædificia tam pulchra, sicut iam prædixerat. Sic dicit Origenes super Matthæum, scilicet dignum est videre, quomodo ostendit ei structuras templi quasi nunquam viderit templum, ad quod respondēdum est, cum Christus prophetasset supra ruinam templi futuram, audientes discipuli mirati sunt talem, & tantam templi structuram ad nihilum redigendam, propterea ostendunt ei vt flecterent eum ad misericordiam loci illius, ne faceret quod fuerat comminatus.

Sed dicendum, quòd magis conuenit primus sensus, scilicet quod ex simplicitate aliqui admirarentur de illis ędificiis. Hoc autem valde repugnabat intentioni Christi, qui volebat homines totaliter trahere ad spiritualia, & illa sola magna & bona iudicare, & ideo, vt ostenderet illud nihil esse coram Deo dixit penitus destruendum.

Et patet, quia si hoc dixissent discipuli ad mouendum Christum ad pietatem, vt non deleret locum, non esset sua responsio ad propositum, scilicet non relinquetur lapis super lapidem, sed diceret, quòd non poterat eis remitti, quia non auertebantur a peccato.

Et hoc patet efficacius, qa ista expositio hēt aliquę colo-

colorem in litera Matthæi & Marci, quia Matthæus statim vt dixit Ierusalem destruendã introduxit Christum egressum de templo, & discipulos interrogantes de pulchritudine & lapidibus templi, & tñ Lucas ponit istud idem, sed non postquam prædixit destructionem templi, & Ierusalem, quia illud dixit Luc. 13. c. & Luc. 21. dr, ꝙ quibusdam dicentibus de templo ꝙ lapidibus bonis, & donis esset ornatum, dixit ille. Venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem. Et sic non introduceret illud Lucas ibi, si ideo dictũ esset, quia Christus prædixerat destructionem templi, & Ierusalem, sed poneret illud Luc. 13. in fine. ideo non dictum fuit propter illam causam, sed solum quia accidit aliquos de discipulis Christi propter simplicitatem admirari de hoc, & laudare templum coram Christo. Item patet, quia si propter hoc dixissent solum nominarent pulchritudinem, & fortitudinem templi, & tamen etiam laudauerũt dona templi, quia dr lapidibus bonis & donis esset ornatũ, ideo causa dicti fuit, quia aliquis simplex admiratus est de gloria illius templi tam in multitudine donorũ, quæ offerebantur quam in magnitudine, & pulchritudine ædificiorum, ideo laudauit coram Christo, & voluit ꝙ Chrus respiceret hæc quasi aliqua magna, ipse verò propter hoc despexit ea, dicens, ꝙ non maneret lapis super lapidem.

Quomodo Matthæus introduxit discipulos admiratos super ædificijs templi, & Lucas de donis. Quæst. VII.

QVAERETVR quomodo Matthæus introduxit hic discipulos admiratos super ædificijs templi, cum Luc. 21. introducantur etiam admirati de donis, & quid istorum dixerint discipuli.

Dicendum ꝙ Marcus, & Matthæus solũ ponũt de ædificijs, & tamen non est dubium quin ẽt de donis templi dixerit. Nam Lucas illud asserit, ideo necesse est sic fuisse, ꝙ aũt Marcus, & Matthæus illud tacuerint, non probat non fuisse, cum multa facta & dicta sint a Christo, quæ nullus Euangelistarũ scripsit, vt dr Io. 20. & 21. c. Etiam illud erat multum cõueniens dici. Nam ante hoc erat oblatio, quę fiebat in templo, de qua quoq; discipuli admirati sunt. Nam Christus egrediebatur de tẽplo, & cum egrederetur vidit offerentes & mittentes munera in Gazophylaciũ, & multa munera mittebantur, quia conuenerant nunc oẽs Iudei in Ierusalem ꝑꝑ festum Paschæ, quod erat post tres dies, & ante festum venerant plurimi, vt patet Io. 12. c. & hi offerebãt nunc magna munera, viderũt aũt hoc discipuli, ideo de hoc laudauerunt tẽplum. s. quasi ornatũ esset donis, & lapidib. bonis. Et ista fuit veritas. Matthæus tñ debuit tacere de donis, quia alias non narraret artificiosè. Nam supra nihil tetigerat de oblatione, ideo non erat vnde colligi posset, quod templũ haberet pulchra dona, vnde tacere illud debuit. Lucas verò latè, & accurratè narrauerat de illa oblatione munerum, & quid Christus super illa dixit Luc. 21. c. & de lapidibus templi nihil ipse dixerat, neque Mar. nisi ꝙ discipuli ad hoc moueri poterãt, quia videbant ad oculum, ideo Lucas conuenienter introduxit de donis ornantibus templũ, quod non introduxit Matthæus.

An Christus responderit discipulis conuenienter. Quæst. VIII.

QVAERETVR quomodo Christus respondit. s. videtis hæc omnia. Amen dico vobis non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

F Dicendum, ꝙ conuenienter responsum est hoc. Nam, vt dictum est supra. q. 6. discipuli aliqui propter simplicitatem putabant ædificia templi esse aliquid magnum & gloriosum, & admirabantur de illis, volebãtque Christum in admirationem illorum trahere, quod valde repugnabat intentioni Christi, tam ꝑꝑ se quam propter discipulos. De se patet quia ipse omnia condidit, & omnia coram eo quasi nihil reputantur. Isa. 40. ca. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum staterę reputatæ sunt. Ecce insulę quasi puluis exiguus, omnes gentes quãsi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Etiam propter discipulos, quia propositum eius erat
G facere eos totaliter spirituales, ita vt corporalia neq; magna neque bona reputarent: sed totum bonum in spiritualibus constituerent: sed ipsi nunc admirabantur de templo quasi de magno bono, ideo contẽpsit illud, & coram Deo cõtemptibile ostendit, inquiens ꝙ post paucum tempus delendum esset, ꝙ Deus non permitteret si aliquid magnum illud iudicaret. Sed hoc factum est per Romanos. Nã ipsi, obsessa & capta vrbe Ierusalem, deiecerunt totam structuram templi ad solum complanantes omnia, & ipsos quoque muros vrbis diruerunt, vt late ostendit Iosephus in libris antiqui. Et magis in libro de Bello Iudaico. Et idem Egesippus in quatuor libris suis. Et Paulus Orosius 7. libro de Ormesta mundi. hoc autem non factum est
H illico, vt illud Christus prænunciauit. & vt quis nõ erraret putans verba Christi statim complenda, & cum hoc non videret putaret Christum esse mentitum, dixit quòd aliquanta tempora transirent, quod Lucas expressit, scilicet hæc, quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem. Quod Matthęus & Marcus tacuerunt, fuit autẽ hoc annis quadragintaduobus ab eo tempore, quo Christus hæc dixit, vt ait Rabanus, scilicet. Iuxta historiam manifestus est sẽsus, quia quadragesimosecundo anno post passionem domini sub Vespasiano & Tito Romanis principibus ciuitas est euersa cum templo.

Quomodo potest esse verum, quod Christus hic dixit, scilicet non manebit lapis, &c. Quæst. IX.

I QVAERETVR quomodo potest esse verum, ꝙ Christus hic dixit. s. non manebit lapis super lapidem, qui non destruatur. Nam sic oportebat non solum parietes singulorum ædificiorum dirui: sed etiam comminui, & solui in puluerem ad hoc, quòd destrui dicerentur, quod non est verisimile accidisse.

Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ omnes tres Euangelistæ dicũt hic lapides destruendos, vt patet hic & Mar. 13. & Luc. 21. sed non accipiunt destructionem, idest comminutionem, vel solutionem quorumlibet lapidum, sicut dicimus domum destrui, quãdo partes separantur, sed accipitur destrui, quãtum ad hoc, quòd
K non manet id, ad quod erant lapides. Nã lapides coniungebantur ad hoc quòd domum vel templum redderent, destruuntur autem, quando separantur ab inuicem, ita quòd domum non reddunt etiam si integri manerent. Et ita destructio dicit motum, vel separationem, idest nõ erit aliquis lapis, qui non moueatur de loco suo ad destruendum totum ædificium. Et hoc innuit Lucas. 19. c. scilicet, coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & non relinquent in te lapidẽ super lapidem, & non addidit vltra, maxime, quia in illa dirutione ædificiorum vsque ad fundamentum verisimile erat etiam ipsos lapides pro magna parte confringi, vel lędi, & hoc erat destrui.

Sed

Sed adhuc obijcietur, ꝙ neque sic destructi fuerint lapides. s. ꝙ non maneret lapis super lapidem, quia aliquæ ruinæ dicuntur ab aliquib. manere, in quibus mansit aliquis lapis super lapidem, & ita non est verum verbum Christi. Dici potest vno modo, ꝙ destructio Ierusalem fuit valde magna, ita vt nihil maneret de priori Ierusalem sed alia facta, & ad hoc significãdum dr̃ non manebit lapis super lapidem, qui nõ destruatur: quia ēt si ibi aliquid maneret, tamen nõ fuit ibi postea Ierusalem, sed alibi constructa est. Nã non est idem locus huius Ierusalem, & prioris. Secundò potest dici, ꝙ non mansit lapis super lapidē, quin destrueretur. s. ꝙ ad literam omnia ædificia, & ēt fundamenta destructa sunt & euulsa de loco suo, vt ita verbum Christi verum redderetur, vnde ipse mouit Romanos ad sic faciendũ, vt verba eius implerentur. De his dicit Chrys. in homilia. s. sed qualiter verum est, ꝙ non manserit lapis super lapidem? Respondet. Vel. n. desolationem eius ostendēs omnimodam hoc dixit, vel f̃m illũ locũ, vbi erat, sunt. n. eius partes vsq; ad fundamenta destructæ, cum his & illud dicam, qm̃ ex his quæ facta sunt, & de reliquis oportet credere, ꝙ peribunt perfectæ. Theophylactus quoque dicit, scilicet, sed dicent aliqui ꝙ multæ reliquiæ remanserunt, vt Christum mendacem faciant. respondetur. Sed nequaquam est hoc. Si enim aliquæ reliquiæ remansissent, tamen vsq; ad vniuersalem consummationem nõ relinquetur lapis super lapidem: propterea narratur ꝙ Helius Adrianus ciuitatem, & templum a fundamento euertit ita ꝙ verbum domini hoc sit impletum. Similia aũt Eusebius & Gregorius dicũt. Tertiò dicunt aliqui, ꝙ est locutio hyperbolica, quia etiam si lapis aliquis, & multi manerent super alios lapides, quia tamen totaliter vel multum destructa fuit Ierusalem potest dici non mansisse lapidē super lapidem. Sed dicendum ꝙ cum litera possit teneri sine figura quasi sic impletum fuerit sicut Christus dicit, melius est dici ad literam debere intelligi quam figurate.

Quare Christus voluit quod templum penitus periret. Quæst. X.

QVAERETVR quare Christus voluit, ꝙ tēplũ totaliter periret, cum illud pertineret ad cultum Dei. Dicēdum, quòd vna causa fuit, quia Deus diffiniuit, ꝙ periret totaliter ciuitas Ierusalem propter nequitiam habitatorũ eius, & totius gentis Iudæorum, & tamē tēplum erat præcipuum, ꝙ erat in Ierusalem, quo manente integro non poterat dici totaliter deleta Ierusalem, ideo illud quoque debuit destrui. Secũdò fuit, qa volebat Deus destruere gentē Iudæorum, & tñ manente tēplo manebat id, qd̃ præcipuũ erat de statu Iudæorũ, quia ibi fiebãt oēs cæremoniæ cultus diuini, in quo illa gens distinguebatur ab alijs gentib. & excellebat eas Deut. 4. c. ideo nõ debuit manere. Tertiò quia superuacuũ esset iã tēplũ. Nã nõ erat illud tēplum nisi ad exercendas cæremonias gentis Iudæorum, & tñ Deus volebat, ꝙ non esset iam gens Iudæorũ vna gens, & ꝙ cessaret cultus ille antiquus: ideo debuit quoq; destrui tēplũ. Quartò fuit, quia templum erat fortalicium magnũ vrbis Ierusalem, & ēt si Iudæi expugnati essent, quandiu illud maneret haberent animum redeundi, & defendendi se ibi & continuandi ritum veterem. Vt ergo oĩa ista cessarent, voluit Deus illud destrui. Et ista fuit cã, quare Romani moti fuerunt ad destruēdum ipsum. i. ne rursus Iudæi rebellarent. Sic. n. fecerunt Chaldæi de templo Salomonis tpe Sedeciæ. Nã incenderũt templum, & diruerunt illud 4. Reg. 25. licet gens Iudæorũ reditura esset rursus ad cultum suum. Quinta fuit, vt non daretur paruulis in fide occasio errandi, volebat enim Deus, ꝙ cæremoniæ legalis obseruationis penitus cessarent, & introduceretur ritus nouus colendi ipsum, si aũt maneret templum Ierusalē cum illud esset tam pulchrũ, vt nũc mirati fuerunt discipuli, aliqui conuersi ad Christum mouerentur maiestate illius templi ad exercēdum cæremonias, quæ ibi prius exercebãtur, ideo vt totalis occasio auferretur voluit Deus, ꝙ destrueretur, ita vt non maneret lapis sup lapidem. Vnde & memoria eius sic extirparetur. Sic dicit Remigius. diuinitus aũt procuratum est, vt reuelata iam luce gratiæ templũ cum suis cæremonijs tolleretur, ne forte aliquis paruulus in fide, dũ videret oĩa illa, quæ a domino fuerãt instituta, & a prophetis sanctificata, adhuc permanere paulatim recedendo a sinceritate fidei ad carnalem iudaismũ trãsiret. Et idem dicit Beda. Sed sciendum, ꝙ quando Titus illud cepit, diu deliberauit an relinqueret in memoriam victoriæ, vel dirueret, tandem Deus mouit cor eius, vt illud destrueret. Sic dicit Paulus Orosius. 7. lib. de Ormesta mundi. s. Sed ad expugnandum interiorē templi munitionem, quam inclusa multitudo sacerdotũ, & principum tuebatur, maiore vi & mora opus fuit, quod tamen postea in potestate redactũ Titus opere atq; antiquitate suspexit & diu deliberauit vtrũ tãquã incitamentum hostiũ incenderet, an in testimonium virtutis, & victoriæ reseruaret, sed Ecclesia Dei iam per totũ orbem vberrimè germinante hoc tanquam effectuum ac vacuum nulli vsui bono commodum arbitrio Dei auferendum fuit, itaque Titus ab exercitu Imperator pronunciatus templum in Ierosolymis incendit, ac diruit, quod a die conditionis primæ vsq; ad diem euersionis vltimæ manserat annis mille centum & duobus.

Romani quare moti fuerunt ad templum destruendum.

Sedente autem. Hic ex prædictis formatur quæstio, cum in præcedentibus posita fuerit quæstionis occasio, nam ex eo quòd Christus ibi dixit, non relinquetur lapis super lapidem quæsierunt, quæ habentur, hic, & diuiditur in duo, quia primo ponitur quæst. 2. quæstionis responsio, ibi. *Respondens Iesus.*

Circa primum dicitur. *Sedente autem eo*, idest Christo. *Super montem Oliueti*. In loco illo quæsierunt hæc & vsque ad illum locum cessauerunt a quæstione. *Accesserunt ad eum discipuli eius*, scilicet ad querendum quæ sequuntur. *Secreto*, scilicet non præsentibus turbis, etiam non præsentibus omnibus discipulis, sed quibusdam. *Dicentes*. Ista est quæstio. *Dic nobis quando hæc erunt*, idest ea, quæ prædixerat Christus de destructione Ierusalem, & templi quod non maneret lapis super lapidem.

Et quod est signum aduentus tui. i. quod signum das nobis, per quod cognoscamus, quando venies. Quod aliqui de aduentu ad iudicium intelligunt, sed exponetur. infra. *Et consummatione sæculi.*

Quomodo super montem Oliueti dominus sedebat, & ibi eum discipuli interrogabant. Quæst. XI.

QVAERETVR quomodo super montē Oliueti dominus sedebat, & ibi eum discipuli interrogabant.

Dicendum, quòd vocatur mons Olivueti, vel mons Oliuarum, vt magis dictum est supra vigesimoprimo, capit. quia Oliuetum est congregatio Oliuarum. Erant autem ibi multæ Oliuæ. Erat verò mons iste circa Ierusalem distans miliario vno, vt ait Remigius. Et est ad partem Orientalem Ierusalē, vnde Christus quando venit de Ierico vrbe, quæ est ad partē terræ Orientē Chanaan & consequenter Ierusalē venit per mõtē Oliueti, vt colligitur. sup. 19. & 21. & Luc.

Luc. 19. ad istum montē nunc ibat Christus. Primo quia erat via sua. Nam ipse ex die in ramispalmarum vsque ad diem cenæ quotidie ibat de Bethania, & in Ierusalem ad prædicādū in tēplum, & inde redibat ad cibum in Bethania, vt colligitur Marci 11. c. Et declaratum est sup. 21. c. q. 98. Et ita cum nunc illa die diu prędicasset, & disputasset in tēplo, cū egressus est de illo, ibat in Bethaniā, & tunc oportebat, ꝙ transiret per montem Oliueti, cum Bethania sit in latere montis Oliueti, vt dicit Remigius & habetur in lib. de situ terræ sanctę. Secunda causa, vt Christus existeret in mōte Oliueti erat, quia illis diebus, qui fuerant a die Palmarum vsque ad passionem Christi, dormiebat Christus in monte Oliueti, erat sua occupatio sic. s. ꝙ in aurora statim ibat ad templum, & statim prędicabat, & rn̄debant quærētib. & manebat magna parte diei, postea ibat in Bethaniam & sumebat cibum cum discipulis, & ad noctem ibat ad mōtem Oliueti, & ibi dormiebat, sequēti die in aurora redibat in templum sic colligitur. Luc. 21. c. s. erat autem dieb. docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte, q vocatur Oliueti, & omnis populus manicabat ad eū in templo audire eum. Sed dicetur ex qua causa istarum erat in monte Oliueti, quando interrogauerūt eum?

Dicendum vr̄, ꝙ ex secunda causa. s. quia ad vesperum declinauerat ad montē Oliueti, vt ibi dormiret, & cum ibi esset, quęsierūt hoc ab eo. Et patet hoc primò, quia dr̄ sedente eo, & tamen si esset eundo de Ierusalem in Bethaniam, non sederet super montē Oliueti: sed iret vsq; Bethaniā dum prope Ierusalem esset, & non esset opus sedere in itinere.

Secundò quia Mar. 13. c. dr̄, ꝙ sedebat in mōte Oliueti contra Ierusalem, & tamen si eundo in Bethaniā sederet, non videretur, ꝙ sederet contra Ierusalem.

Tertiò & efficacius, quia cum sedit Chr̄s in monte Oliueti quæsierunt discipuli hęc, & rn̄dit ea, quæ habentur in toto hoc & sequenti c. vsq; ad principiū 26. c. vt colligitur ex continuatione literæ, & tamen hæc non poterat dicere, nisi cum diu maneret, non erat hoc verisimile, si Christus iret in via de Ierusalem in Bethaniam ad sumendū cibum, quia tunc non tādiu moraretur sedens, ergo erat ad noctem, cum sedebat in monte. Quarto quia cū discipuli Christi essent homines prudentes, captarent horam quęrendi, manifestum est aūt, ꝙ de rebus tam grauib. s. de tempore destructionis Ierusalem, & de consummatione sæculi non erat locus petendi cum Christus iret itinerans ad sumendum cibum iam longa parte diei præterita, immo ista fuit causa quare dicuntur discipuli accessisse, tunc ad Christum. Erat autem hora conueniēs postquam Christus sumpto cibo in Bethania rediret in mōtem Oliueti, quia tunc nihil necessarium acturus videbatur, quod istam quæstionem impediret.

Quare in monte Oliueti specialiter de hoc quæsierunt discipuli. Quæst. XII.

QVAERETVR quare in monte Oliueti specialiter de hoc quæsierunt discipuli.

Dicendū, ꝙ fortè quia vsq; ad illum locū nō occurrit eis ista quęrere, s. quia quando egrediebatur de templo, ostēderunt ei discipuli ædificia templi, & ipse dixit, non relinquetur lapis super lapidem, circa ꝙ discipuli cogitauerunt, & non occurrit eis in mentem quærere de tempore illarū rerum statim, sed postea cum multa cogitassent, occurrit eis in monte Oliueti manentibus ipso die, ideo tunc quęsierunt.

Secundò quia forte ante hoc cogitauerant de quærendo hoc a Christo, & tamen non occurrit eis hora opportuna ad quærēdum quousq; ibi sederet Chri- F stus, ideo tunc quæsierunt. Et hoc verisimilius est, quam præcedens dictum.

Tertiò fuit specialiter, quia locus dabat ad hanc quæstionem occasionem quandam. Nam dictū fuerat supra, ꝙ non maneret in tēplo lapis super lapidem qui non destrueretur. De quo nunc quærere voluerunt, qn̄ fieret, & quia non statim quæsierunt, vt Chr̄s illud dixit, oportebat ꝙ ad hoc, ꝙ postea quærerēt occurreret aliqua occasio, nulla aūt melior erat quā videre templum, de quo quærendum erat. Nam sicut a principio, quia Christo egrediente de templo videbant discipuli structuras eius, moti fuerunt ad quęrendum, & admirandum de pulchritudine, ita vt de illa G loquerētur Christo, a fortiori cum rursus occurreret eis videre templum de nouo esset occasio ad quærendum de tpe euersionis templi de qua iam Christus sermonem fecerat, sed templū videri poterat ex mōte Oliueti, ideo cū ibi Christus esset, videntes discipuli templum haberent occasionem quærendi de tempore euētus destructionis templi. Et ista est vera causa, & hoc colligitur Mar. 13. c. s. & cū sederet in monte Oliuarum cōtra templum interrogabant eum. Et ita hoc quod erat sedere contra templum fuit causa quærendi de euersione templi. Et Beda idē dicit. s. sedet dominus in monte Oliuarum contra templum, cum de ruina, & excidio templi disputat, ut etiam ipso corporis situ verbis, quę loquitur congruat.

H

Quare dixit Matt. quod sedente Christo in monte Oliueti quæsita sunt hæc. Quæst. XIII.

QVAERETVR quare dixit Matthæus, ꝙ sedente Christo in monte Oliueti quęsita sunt hæc.

Aliqui dicunt, ꝙ ideo dicit, quia sic fuit in veritate.

Dicendum ꝙ nō est hæc causa proxima, nā multa fecit, & dixit Christus, quę nō sunt scripta, vt dr̄ Io. 20.

Sed dicendū, ꝙ quæcunq; in sacra scriptura ponuntur, nō ideo præcipue scribuntur, quia ita fuerunt, sed quia aliquid faciunt ad intentionem scribentium, & eorūm, de quib. agitur. Dr̄ ergo ꝙ sedente Chr̄o q̄sita sunt hæc. Primo ad ostendendum prudentiam quæ- I rentium. Nam de reb. grauib. nō quęreret homo prudens, nisi dato ocio. Secundò ad ostendendum conditionē rerum, de quib. quęrebatur, ꝙ essent difficiles. s. de tpe euersionis templi, & de die iudicij & consummatione sæculi, vt aliqui exponunt, & ad hoc erat locus, & tp̄s conueniens Christo sedente super mōtem Oliueti. Nā tunc Christus declinabat illuc ad manendum ibi p̄ noctem, & cum non esset rem aliam acturus, nisi docere discipulos ibi, vel orare, inuēta opportunitate quæsierunt, & ita Christus potuit eis tūc multa dicere sicut & fecit. Dicit aūt Matthæus hic Christo sedente super montem Oliueti, & non dixit simpliciter in monte Oliueti, s. vt innuatur, ꝙ ex loco illo in quo erat poterat videri templum, cum esset super K montem, i. in parte excelsa, quod non fieret, si solum esset in mōte, cum posset esse in parte humili, ex qua non videretur Ierusalem. Marcus autem non dixit super montem, sed in monte, & tamen addit id, ꝙ magis notificat. s. cum sederet in monte Oliuarum contra templum, i. in tali loco, de quo templum videret.

Quare dicitur, quod accesserunt hic discipuli ad Christum. Quæst. XIIII.

QVAERETVR quare dr̄, ꝙ accesserunt hic discipuli ad Christū. Dici potest vno mō, ꝙ istud accedere non est, nisi ex mō loquēdi Matthæi, vt ōndat parentes tūc esse discipulos Christo, ita vt ab eo q̄rere possent. sicut dictū est sup. q. 4. Nā ēt dr̄ sic supra. s. accesserit ad eū discipuli ei⁹, vt ōnderēt ei ædificationes.

Secundò

Secundò potest dici, & melius, ꝙ hic vere accesserunt. Nam Christo sedente erãt omnes discipuli non longe ab eo, vt audirent illum, sed aliqui eorũ voluerunt Christo loqui in secreto, quia dr̃ in litera. accesserunt ad eum discipuli eius secreto, & Marc. 13. c. dicitur, interrogabant eum separatim, sed ad hoc ꝙ secreto interrogarent, necesse erat magis appropinquare ei quam prius, vel separare eum a cæteris. Sicut dicitur Marc. 13. ꝙ separatim interrogauerunt, ideo rectè dicitur, ꝙ accesserunt.

Qui erant isti discipuli qui hoc interrogauerunt. Quæst. XV.

QVAERETVR qui erant isti discipuli, qui interrogauerunt hec. Aliqui dicũt, ꝙ erat vnicus. Nam sæpe dicuntur discipuli Christi loqui quærendo, vel B respondendo, & vnus tantum hoc agit, sicut supra dicitur, accesserunt ad eum discipuli eius, vt ostenderet ei ędificationes, & tamen vnicus erat, vt ostensum est sup. q. 5. & Mar. 13. c. Dicendum ꝙ hic multi fuerunt discipuli quærentes, quia tam Marcus quã Matthæus & Lucas dicunt quæsitũ esse à discipulis. Sed dicetur, qui erant isti. Dicendum ꝙ quatuor, quos specialiter solus Marcus expressit. 13. c. s. Petrus, & Iacob. Ioãnes, & Andreas, & hoc fecerit, quia ista quæstio erat magna, & non auderet de illa petere a Christo, nisi qui confidenter se haberet ad eum. Hi autem erant tres. s. Petrus, Iacobus, & Ioannes qui specialiter solebant à C Christo vocari, vt patet. sup. 17. & inf. 26. c. Nam hi supra cæteros priuilegia habuerunt, & cum his accessit quartus, scilicet Andreas frater Petri, & hi quatuor quęsierunt.

Discipuli ferme semper Christũ alloquentes.

Quomodo dicitur, quod in secreto interrogarunt discipuli, & quare. Quæst. XVI.

QVAERETVR quomodo dicitur, ꝙ in secreto interrogauerunt discipuli, & quare.

Dicendum ad primũ, ꝙ cum Christus esset docẽs oẽs in cõi & ad oẽs loquens, quidam segregauerũt eũ ab alijs, vt non audirent oẽs, ꝙ quærebatur, & rñdebatur. Et hoc est, quod dr̃ Marc. 13. c. s. ꝙ interrogabant D eum separatim. Ad secundũ dicunt aliqui, ꝙ ideo secreto interrogauerunt, ꝙ noluerunt, ꝙ turbæ istud audirent, quia talia non erant communicanda turbis.

Sed dicendũ, ꝙ non stat, quia nullæ turbę aderant, qñ ista quærebantur, nã quæsita fuerunt in mõte Olíueti, vt patet sup. in litera. Et hoc quãdo Christus declinauerat ad montẽ illũ, vt maneret ibi per noctẽ, vt dictum est, sup. & tunc cum solis discipulis suis declinabat, iõ non poterant audire turbæ ẽt si secreto non peterentur ista. Sed est dicendum, ꝙ secreto dicũtur interrogasse, quia cũ esset Christus cum omnib. discipulis suis, i. cũ duodecim in monte Olíueti non quæsierũt hoc oẽs, sed soli quatuor, i. Petrus, & Iacob. Ioãnes, & Andreas. Mar. 13. c. Et isti noluerunt ꝙ alij audirent quod petebatur, & sic separauerunt eũ a cęteris E ad quærendum de hoc. Tunc aũt quæretur quare isti secreto quęsierunt. Aliqui dicũt, ꝙ voluerũt soli hãc rẽ scire nolẽtes ꝙ alij in hoc eis pares essent. Sed dicẽdum, ꝙ nõ stat, quia istud ad inuidiã pertinet, & Chrs argueret eos si pp hoc agerent sicut arguit eos, quando contendebant quis ipsorũ maior videretur. sup. 18. & Mar. 9. & Luc. 9. c. & forte non respõderet eis, quia essent indigni responsione agentes ex inuidia. Vel ẽt si pp singularem excellentiam hæc peterent dato, ꝙ non agerent ex liuore, non responderet eis ad intentionem ipsorum, sicut quando Ioannes, & Iacobus cum matre eorũ petiuerunt, vt sederent ad dexteram

A & sinistram eius in regno suo. sup. 20. c. Nam non cõcessit quod petebatur. Sed increpuit eos. eo. c. & tamẽ hic audiuit benigne eorum quæstionem, & respondit, ergo non propter hoc soli quæsierunt.

Sed dicendum, ꝙ primo fuit, quia isti audaciores erant, & familiores circa Christũ, & sic securius audebant quærere ab eo, alij forte de rebus tam grauibus non ausi sunt cum eis simul querere.

Secundò & melius fuit hoc, quia de reb. grauibus quæsituri erant. s. de destructione Ierusalem, & de cõsummatione sæculi, talia autẽ nõ sunt omnib. cõmunicanda, ideo noluerunt quærere præsentibus & audientibus omnibus. Sic dicit Chrys. super Matthæum, propter hoc secreto accesserunt, quia de magnis erãt interrogaturi. Tertiò fuit & pręcipue, quia sciebant conditionẽ Christi. Ipse nolebat circa res arduas omnes suos discipulos præsentes esse, sed solebat segregare tres, idest Petrum, Ioannem, & Iacobum, vt fuit in transfiguratione. supr. 17. & Marc. 9. & Luc. 9. sed ista questio erat magna, ideo putauerunt, ꝙ non placeret Christo, ꝙ publicè quæreretur, vnde eum secreto interrogauerunt, & sic accesserunt illi tres, qui ad secreta vocari cõsueuerant a Christo, & cum eis Andreas frater Petri.

Quare discipuli quæsiuerunt de consummatione sæculi. Quæst. XVII.

QVAERETVR quare discipuli de hac re quæsierunt.

Dicendũ ꝙ aliqui volunt fuisse hic factam vnicam qõnem, alij verò tres, vt magis dicetur seq. q. vna aũt, in qua oẽs concordant fuit de tẽpore euersionis templi & Ierusalem, & de ista nũc dicetur, de alijs vero postea. Est autem dicẽdum, ꝙ prima causa fuit, quia Christus quãdo egressus fuerat de tẽplo, dixit esse illud destruendum, ita ꝙ non maneret lapis super lapidem, qui non destrueretur, erat autem ista res magna, & non determinauerat tempus eius Christus, sed solum dixit. Venient dies, in quib. nõ relinquetur lapis super lapidem. Luc. 21. c. ideo habuerũt causam querendi. Sic dicit Remigius. perseuerãs dominus in itinere peruenit ad montem Olíueti, & quibusdã discipulis in via ostendentib. & laudantibus ædificationes tẽpli, ipse palã prædixerat oĩa destruenda, idcirco cum peruenisset ad mõtem Olíueti accesserunt ad eum, & interrogauerunt ipsum. Et idem dicit Beda. Secunda causa, & ꝑcipua fuit, quia hoc multum pertinebat ad ipsos. Nam si Christus prædiceret destruẽda regna Indorum aut Chaldæorum, nõ multum curarent discipuli quærere quando ista fierent, quia illud non attinebat ad eos, sed destrui Ierusalem & templũ maxime ad eos expectabat, ideo dignum erat, ꝙ quærerent. Primò quia totus cultus diuinus fiebat ſm legem veterẽ in templo illo, destructo autem templo videbatur nullus ritus cæremoniarum manere, & ꝓñr erat signum cessationis legis Dei. Scire autẽ tp̃s, quo hęc acciderent, vt instruerentur quẽ cultum vel modum cęremoniarum postea tenere dẽrẽt va Ide erat conueniens. Secũdo quia isti discipuli Christi erant Iudæi oẽs. vt dr̃ Actuum. 2. c. s. nonne oẽs hi, qui loquuntur Galilæi sunt? & si Ierusalem & templum euerti dẽbant, vr̃ ꝙ non deberet fieri sine graui bello, sicut iterum facta fuerat desolatio Ierusalem, & inflãmatio templi à Chaldęis tempore Sedechię. 4. Reg. 25. c. Erat autem cõueniens, ꝙ isti scirent tp̃s, quo ista acciderent ad hoc ꝙ possent prouidere sibi, & fugere ad loca tuta. Et ista fuit causa quare Christus ad hoc respondit, & dedit signum de tp̃e, quo illa fierent, & ait, tũc q in Iudæa sunt fugiãt ad mõtes. inf. in lr̃a, idest

ascendant ad loca tuta, in quibus non erit bellum, neque perueniet illuc Romanus exercitus. Etiam declarauit illis de tempore durationis. s. ꝙ abbreuiabuntur dies illi propter electos. Infra in litera.

An discipuli fecerunt hic unam, uel plures quæstiones. Quæst. XVIII.

QVAERETVR an discipuli fecerunt hic vnam, vel plures questiones.

Aliqui dicunt, ꝙ fuerunt tres quæstiones. s. de tempore euersionis, Ierusalem, & de tempore aduentus Christi, & de consummatione sæculi. Et hoc patet primo, quia sic videtur dici in litera. s. dic nobis, quando hæc erunt, & quod signũ est aduentus tui, & cõsummationis seculi, manifestum est. n. istam non esse vnam questionem. Secūdò quia vr̃ Christus in verbis Matthæi. inf. respõdere ad oẽs tres quæstiones, cũ non possint oĩa verba illa exponi de euersione Ierusalem, ideo erũt tres quæstiones. Aliqui dicũt, ꝙ sit vnica questio. s. de tpe euersionis Ierusalẽ. Et patet primo, quia Marcus, & Lucas ponentes hæc, solũ posuerũt vnã. s. de destructione Ierusalem. Nam dicitur Mar. 13. c. dic nobis quãdo ista fiẽt, & qd̃ signum erit cũ oĩa hæc incipiẽt cõsummari. Et nihil plus addidit & Luc. 21. c. dr̃, præceptor quando hæc erunt, & ꝙ signum cum hæc incipient fieri? Secũdò apparet, quia ex responsione iuxta Lucã non inuenitur aliquid nisi de destructione Ierusalem, & tamen si de trib. quæsitũ esset responderet Christus de illis. Dicendũ, ꝙ non est dubiũ, quin discipuli de trib. quæsiuerint cum verbotenus expresserint, vt apparet ex litera. Itẽ rñsiones Christi ad hoc ponuntur. Nam de euersione & signis euertendę Iesuralẽ q̃n fiet ponitur statim & durat, vt aliqui volunt, vsq; ad illũ locum, tunc siquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut (vt alij volunt) vsq; ad illum locũ, s. statim aũt post tribulationẽ, licet de hoc an ibi, vel alibi finiatur ex litterę expositione magis apparebit. Itẽ apparet, quia Christus loquitur de aduẽtu ad iudicium & cõsummatione sæculi, qa seq. c. vbi tota litera est continuata cum hac aperte loquitur de aduentu suo ad iudicium, & q̃n oẽs gentes erũt ante eum, & post iudiciũ quidã ibunt in vitam æternã, alij vero in ignẽ æternũ. Sed hæc non pertinent ad Ierusalẽ euertendã, ideo respõdet nõ solũ ad q̃nem de tpe euersionis Ierusalem, sed ẽt ad alias duas. Itẽ quia hoc exprimit Augustinus in Enchiridion dicens, interrogantib. discipulis ea dominus respondit, quæ iã fuerat ex illo tpe secutura, siue de excidio Ierusalẽ, vnde orta est ipsius interrogationis occasio, siue de aduentu suo per ecclesiam in qua vsque ad finem venire non cessat, siue de ipso, siue in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cum itaque signa dicat, quæ ad ista tria pertinent, ꝙ eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit, diligenter considerandũ est, ne fortè quod pertinet ad vnum referendũ putemus ad aliud. Idem Ambrosius super Lucã, & cæteri sancti Doctores, & apertius dicit hoc Hieronymus super Matthæum, s. interrogant tria. s. quo tpe Ierusalẽ destruenda, & quo tempore Christus venturus, & quo tempore consummatio sæculi sit futura. Ad primam rationem in oppositum dicẽdum, ꝙ non vrget. Nam si ideo, quia Marcus & Lucas non posuerunt, nisi vnã questionem, non esset nisi una, sequeretur, quod ideo quia Ioannes Euangelista nullam de his posuit, nulla esset quæstio, quod absurdum est. Vnde Ambrosius exponens Lucam dicit, ꝙ Matthæus addidit ad Lucam, s. ponens tres questiones de tempore euersionis Ierusalem: de tempore aduentus: & de consummatione sæculi.

F Ad secundum dicendũ, ꝙ non est incõueniens, immo egit Lucas conuenientissimè, posuerat. n. Christum interrogatum de vna re, ideo inartificiosum erat introducere eum de tribus respondentem. Et dicetur de hoc magis. infra q. 20.

Quare Ioannes de his quæstionibus nullam egit mentionem, neque de responsione. Quæst. XIX.

QVAERETVR quare Ioannes Euãgelista de his questionib. discipulorum nullam egit omnino mentionem, neque de responsione.

G Dici potest non esse mirum, quia multa alia sunt, de quib. nullam omnino fecit mentionem, sicut de Christi conceptione, & natiuitate, & oblatione in tẽplum, & cæteris, quæ vsq; ad annum tricesimũ Christi acciderũt, qui incæpit in baptismo suo. Nam inde exordium est Ioannis, & Marc. sed hæc priora Lucas descripsit primo & secundo capitulo. Etiam de aduẽtu & adoratione magorum, & fuga domini in Aegyptum, & innocẽtum occisione nihil omnino Ioãnes tetigit, quod Matt. dixit. sup. 2. c. Et ita multa alia omisit, quæ neque vel leuiter tetigit vt ipse dixit, s. multa alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt Ioã. 20. c. & ideo ita potuit omittere istud, nihil illud tangendo.

H Secundò fuit, quia vt asserit Hieronymus, & Augustinus, Ioannes Euangelista, quia fuit posterior alijs Euangelistis in scribendo, vidit eorũ scripta, & approbauit, & aliqd, quod eis deerat, apponere voluit: sed responsionem ad istas quæstiones discipulorum vidit plenissimè positam esse à Matthæo hic & c. seq. ideo repetere non curauit, neque tangere saltem.

Tertiò fuit, quia scribere hęc videbatur Ioanni aliqualiter suspectum, quod non erat in alijs Euangelistis. Et causa est, quia Christus prædixit ista per modũ prophetiæ, quæ erã de destructione Ierusalem, quia non fuerant facta statim, sed quasi annis quadraginta duobus post mortẽ Christi, vt ex historijs colligitur, & ideo Euangelistæ debuerunt illud scribere per modum prophetiæ: Euangelistæ autem tres scripserunt antequam illa implerentur, immo ante destru-
I ctionem Ierusalem ipsi occisi sunt, quod & Christus innuit, vt dicitur Luc. 21. scilicet sed ante hæc omnia, idest ante euersionem Ierusalem, de qua ibi loquitur inijcient vobis manus suas tradentes, & persequẽtes. Ioannes verò Euangelista vixit etiam multo tempore post destructionem Ierusalẽ: si ergo de illa scriberet magis diceret historiam narrarem quam prophetiã scribere, & ideo noluit hoc tangere. Sic dicit Chrysost. in homelia, scilicet intende autem spiritussancti dispensationem, quoniam nihil horum scripsit Ioannes, vt non videretur ex ipsa eorum, quę facta sunt historia, etenim post captionem Ierusalem vixit multo tempore, sed qui antea mortui sunt nihil horum vi-
K derunt, ipsi scribunt, vt vndique fulgeat prænunciationis virtus.

Quare discipuli quæsiuerunt de Christi aduentu, & sæculi consummatione. Quæst. XX.

QVAERETVR quare discipuli quæsierunt de aduentu Christi, & consummatione sæculi.

Dicunt aliqui, quòd ideo fuit, quia nunc Christus erat in monte Oliueti iuxta Ierusalem, & ibi futurum est iudicium in valle Iosaphat, quæ est ad radicem montis Oliueti, ideo de aduentu suo & consummatione sæculi, quæ simul sunt cũ iudicio, quæsierunt, sic tenet Nicolaus. Vallis Iosaphat ubi sita.

Sed

Sed dicendum ꝙ non stat. Primò quia hoc supponit, ꝙ discipuli scirent futurum esse iudicium in valle Iosaphat, sed falsum videtur, quia ipsi nondũ sciebant neque intelligebãt scripturas, sed Christus post resurrectionem declarauit eis illas aperiendo intellectum eorum, vt dicitur Luc. 24. c. & per missionem Spiritusancti factum est abundantius Io. 14. & 16. c.

Secundò quia dato, ꝙ hoc scirent, si illud moueret eos ad querẽdum multo ante hoc quæsiuissent, cum sepe starent cum Christo in Ierusalẽ & in monte Oliueti, & tamen nunc quæsiuerunt, ergo non fuit illud motiuum. Alij dicunt hoc factũ esse, quia Deus mouit corda discipulorum ad querẽdum hoc. Nam dici de his rebus erat summè necessarium, vt sciremus futurum iudicium, in quo speramus totam retributionem nostram, sed de hoc non diceretur, nisi quereret aliquis discipulorum, ideo mouit Christus discipulos ad quærendum de his. Dicendum ꝙ hoc sustineri potest, sed non est causa propria, neque immediata, maximè cum non exprimatur, & possit alia haberi.

Est ergo dicendum ꝙ ratio questionis fuit, quia discipuli putabant ista coniuncta esse, s. finem mundi & destructionem Ierusalem, de quo erat intentio principalis, quæsierunt consequenter de alijs duobus. Et ista est veritas, & magis declarabitur seq. q. & vsq; ad 26. Sic dicit Chrys. s. Lucas ait vnam esse interrogationem, quæ est de Ierusalem quasi æstimantib. discipulis tunc futurum esse Christi aduentum, & finẽ mũdi quando Ierosolyma destrueretur. Et ista est etiã causa quare Marcus & Lucas vnam solum posuerunt quæstionem, cũ Matthæus exprimat tres, s. quia vna erat principaliter intenta de tempore destructionis Ierusalem. Due autem erant consequentes ad illam, & licet secundum veritatem non erat sic ꝙ ista tria consequebantur se, tamẽ discipuli ita credebãt, ideo quæsito de vno, q̃rebatur de aliis, & sic Euangelistæ sequẽtes intentionem discipulorum, posita quæstione principali. s. de euersione Ierusalem, tacuerunt alias duas, quia videbãtur subintelligi. Matt. autem omnes tres expressit. Et in hoc diligẽtius se habuit Matth. quam alij propter duo. Primo quia ipse primus scripsit, & voluit rem hanc plenius scribere, i. quantũ scribi poterat. cæteri vero fortassis videntes scripta a Matthæo non curauerunt tam plene scribere. Secũdò fuit quia Matth. scribebat Euangelium Iudæis ad Christũ conuersis manentib. in Iudeá. Nam postquam ipse illud prædicauit in Iudæa volẽs ire in Aethiopiam, quæ forte sibi predicationis obuenerat, reliquit Euangelium scriptum his, quibus prædicauerat, vt ait Hier. in prologo super Matth. qui incipit, Matth. & in lib. De illustrib. viris. Luc. verò non scripsit Iudæis manentib. in Iudæa, sed potius in græco. Marcus verò dicitur in Italia scripsisse, sed illis non erat multum necessariũ prouidere casus Ierusalem, quæ nõ attinebant ad eos, sed ad illos, qui erant in Iudea, ideo Matth. debuit diligentius, & diffusius de his scribere, potissime quantum ad tempus & signa euersionis Ierusalem.

In exp̃ssione trĩũ quæstionũ Matt. diligentius se habuit duabus de causis.

Quis erat Christi aduentus, de quo discipuli loquebantur.
Quæst. XXI.

QVAERETVR quis erat aduentus iste Christi, de quo loquebãtur discipuli. Solet dici, ꝙ quadruplex est aduentus Christi. Vnus est in carne. i. vt carnẽ sumeret. Alius est in animam. Tertius est ad mortem hominis. Quartus est ad iudicium. Origenes autem distinguit duos, s. aduentum per prædicationem, idest quando prædicatur nobis verbum Christi dicitur ad nos venire Christus. Et alius est cum recipitur in cordib. perfectorum. Cum ait, est duplex aduentus verbi

A idest Christi in animam, primus quidem stulta predicatio de Christo. Secundus est aduentus in viris perfectis. Sed dicendum, ꝙ non potest intelligi de aliquo istorum. De primo patet, quia iam Christus venerat in carnẽ. i. illam sumpserat. De secundo non oportebat queri, quia quotidie Christus venit in animas sanctas, & prophetas, & amicos Dei constituit Sap. 7. ca. ideo non erat quærendũ de hoc, quando veniet, cum quotidie veniat. Item quia ex modo loquẽdi discipulorum innuitur, ꝙ ille erat vnus aduentus & simplex & tamen aduentus in anima non est vnicus, sed multi quot sunt animæ sanctæ, & quotiens sanctificantur & dantur eis dona, quæ attribuuntur filio, ideo nõ potest intelligi de hoc. De tertio non põt intelligi, quia certum est, quando tunc veniet, quia veniet quando homo moritur, & ita non quærerent. Itẽ quia non est
B vnicus aduentus sed multi, & tñ discipuli de aduentu quasi de vno quærunt. Eodem modo dicendũ, ꝙ non potest stare de aliquo duorum, quos ponit Origenes, quia primus est aduentus per predicationẽ. Et de hoc non oportebat queri, quia q̃ncunq; prædicatur aliqd de Christo dr̃ venire. Iam aũt statim prædicaturi erãt ipsi Christum, & mox post resurrectionem suã predicatus est, ideo non q̃rebatur de hoc. Etiã quia ille aduentus non est vnus, sed multi, s. quotiens Christus p̃dicatur. De secũdo aduentu Origenis planum est, ꝙ non quærebatur, quia ille idẽ est cum secundo suprapositio, qui est aduentus in animã. De quarto suprapo-
C sito est magis dubium & putãt aliqui, ꝙ ille sit, & patet quia de illo respondit Christus in litera. Nam. inf. in litera, & sequenti. c. posuit de aduentu suo ad iudicandum. Sed dicendum ꝙ non stat, quia tunc nõ ponerent discipuli tres quæstiones, s. de Ierusalem, & de aduentu Christi, & de consummatione sæculi. Nam aduentus ad iudicium est finis sęculi, cum postea non erit dies, & nox neque alia viuẽtia super terram. ideo solum quærerent de aduentu Christi, & non de consummatione sæculi cũ idẽ sint realiter. Est ergo dicẽdum ꝙ aduentus Christi accipitur hic pro aduẽtu ad regnãdũ tp̃aliter. s. principium regni eius temporalis erat aduentus suus. Et hoc est, quia discipuli errabant
D adhuc circa Christum. Nam putabant ꝙ regnũ suum debebat esse tp̃ale, sicut regnũ Dauid & Salomonis, nisi ꝙ esset in maiori potestate & prosperitate. Sic. n. omnes Iudæi credebant, & ꝙ congregaret oẽs dispersos Iudæos per oẽs gentes, sicut vr̃r dicere prophetę in cortice literæ quãtum ad parum considerantes. Iesum aũt credebant discipuli esse Christum, i. Messiã, quod verum erat. Et quia adhuc ipsi nesciebant ueritatem de conditione regni Christi, putabant ꝙ ipse regnaturus esset temporaliter, sicut regnauerant Dauid & Salomon, & quia hoc nondum uidebant expectabant adhuc aliquãdo illud esse futurum. Et de hoc petebant, q̃n esset. Quod aũt hunc aduentũ sperarent patet, quia quando ascendit in cœlũ petiuerunt a Christo discipuli, Domine si in tp̃e hoc restitues regnum Israel Actu. 1. c. restitutio aũt regni Israel erat, ꝙ oẽs Iu-
E dæi dispersi per gentes redirent in terram suam. & haberent regem sicut in tp̃e Dauid, & non subijcerentur gentibus: hoc aũt per Messiam futurum esse sperabant, ideo dicebant ei. Si in tempore hoc restitues regnum Israel. i. nõ petimus, an restitues, quia de hoc certi sumus, cum tu sis Messias, sed de tempore dubitamus, & ideo nõ petiuerũt absolutè, an restituturus esset regnũ Israel, sed an in tp̃e hoc. Etiã patet hoc ex responsione Christi ibi, quia non respondit an restituturus esset, vel nõ, quasi supponeret uerũ esse, ꝙ restitueret sicut illi dicebant, sed respondit de tp̃e, dicens, nõ est vestrũ nosse tp̃a, & momenta, quæ p̃r posuit in sua p̃tãte. q. 9. Et ego restituã, & hoc vos scire potestis

sed tempus non poteftis, quia Deus nulli vult reuelare, cum sibi soli referuet.

Item apparet, ꝙ de isto aduentu loquerentur discipuli, quia Christus aliqua dixerat, ex quibus poterat istud intelligi. Nam supra 16. ca. dicitur. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Et ita Christus innuit se regnaturum & nondum regnare. Et dixit se venturum, s. venientem in regno suo, ergo ipsi conuenienter quæsierunt iuxta modum loquendi Christi, vt quærerent de aduentu eius, cum ipse in regno suo diceret se venturum, Et illud regnum nondum intellexerāt ipsi nisi temporaliter. Nam verum erat, ꝙ de transfiguratione intelligebatur, sed ipsi nondū sic acceperant. Item mouebantur ad hoc, quia paulo ante, scilicet sup. 19. c. dixerat eis Christus. Sedebitis super duodecim sedes, iudicātes duodecim tribus Israel, cum filius hominis sederit in sede maiestatis suæ. Hoc autem de regno temporali intelligebant, cum dicātur iudicaturi tribus duodecim Israel. Putabant enim, ꝙ Christus regnaturus esset temporaliter congregando omnes Iudæos in terram suam de 12. tribubus Israel, sicut fecit Salomon. 3. Reg. 4. c. & Dauid eodem modo 1. Parali. 27. cap. quando autem veniret Christus in istud regnum sperabant, & ideo quærebant.

Vnde ortū habuerit quæstio de Christi aduentu.

Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ nō quæsiuerunt discipuli de aduentu ad iudiciū, sed de prædicto modo, & non valet, ꝙ Christus responderit de aduentu ad iudicium. Primò quia discipuli quærētes de aduentu eius, errabant putantes eum venturum ad regnandum carnaliter, quod nūquam futurum erat, & ideo Christus relicto eorum errore respondit de eo, quod verum erat, scilicet de aduentu ad iudicium quia illud est regnum suum, licet discipuli ante hoc nunquam intellexerant. Tunc enim regnabit, & apparebit in maiestate sua, & erunt illi omnia subiecta, 1. Cor. 15. c. Et hoc regnum non est in hac vita, i. quandiu hic homines viuūt, sicut ipse dixit. Regnū meum non est de hoc mundo. Io. 18. ca. ideo aduentus Christi ad regnandum, est aduentus ad iudicium, & non habet Christus alium aduentum, ideo rationabiliter Christus de illo aduentu loquitur, licet de illo non q̄siuerant discipuli. Sic enim aliquando solet facere, sicut Actu. 1. c. quando quæsierūt illi. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et loquebantur de regno temporali, vt declaratum est. Christus tamen non respondit eis de hoc, nam cū ait, non est vestrum nosse tempora & momenta, innuebat, ꝙ aliquid futurum erat, tamen tempus & horam illius nō poterant ipsi scire, & tamē accipiendo restitutionē regni Israel in sensu in quo illi accipiebant nunquam erat futura ideo necesse est accipi de alia re, quæ aliquando futura erat, cuius tēpus ipsi ignorabant, & sic non respondit ad intentionem illorum.

Christus aduentū habet ad iudiciū.

Aliter potest dici, ꝙ Christus non respondit principaliter ad quæstionem de aduentu suo per hoc, ꝙ dixit se venturum in maiestate, & iudicaturum, vt habetur sequenti. ca. sed ostendendo, ꝙ non esset futurus talis aduentus qualem ipsi putabant, & ideo dixit, ꝙ non expectarent eum sic. Et si aliquis diceret se esse Christum, non crederetur ei, & ita ait. inf. in litera, Videte ne quis vos seducat, multi enim veniēt in nomine meo, dicentes, ego sum Christus, & multos seducent. Et illud quod inf. habetur, scilicet tunc siquis vobis dixerit. Ecce hic est Christus, aut illic. nolite credere. Et ita Christus tenuit conuenientem modū respondēdi ad quæstionē illam de aduentu suo. Nā aduentus, quem putabant discipuli Christi nūquā erat futurus. & alius aduentus, de quo ipsi nesciebant erat

F futurus: ideo primo abstulit illum aduētum, quem illi putabant, & de quo credebant. Et iste est aduentus pseudo prophetarum, & postea posuit verum aduentum, quem illi nondum sciebant neque de illo petebant, & iste erat aduentus ad iudicium.

An discipuli aliquam consummationem sæculi credebant. Quæst. XXII.

QVAERETVR quomodo quæsierunt discipuli de consummatione seculi, & an credebant aliquam consummationem sæculi.

G Dicendum ꝙ licet gentiles non crederēt futuram consummationem seculi, discipuli tamen Christi credebāt eam. Primò quia fortè erant de hoc aliquæ positiones Iudæorum, quibus ipsi assentiebant. Nam de statu animarum varia positio erat, quibusdam dicentib. nō esse animam, neq; angelum, neq; resurrectionem, quod faciebant Sadducæi, alijs asserētib. omnia hæc esse, vt erant Pharisæi, vt patet. sup. 22. c. & Actu. 23. sed qui tenent futurā resurrectionem generalem tenent necessario fi[n]iendum mundum, quia aliàs nūquam erit generalis resurrectio, cum aliqui viuāt, qui non resurgent, neque mortui sunt, neq; erit verū aliquando hoc dato, ꝙ omnes homines essent mortui ideo necesse erat, ꝙ Pharisæi tenerent mundū aliquādo finiendum, & tamen positionē Pharisæorū sequebantur plurimi, quia habebant illos in magna reuerētia, ideo tenerent illā discipuli Christi, potissime quia

H ipsam Christus approbauerat cōfundēdo Sadducæos. sup. 22. c. ergo isti credebant aliquando mundū consummandum. Secundò hoc accipiebant ex doctrina Christi, quia ipse asseruerat resurrectionem. sup. 22. & Luc. 20. ca. & data resurrectione generali necessarius est finis sæculi, vt dictum est. Tertiò colligebatur hoc ex diebus Messiæ, quia post regnum Messiæ nō credebant Iudæi futurum esse aliquod regnum neque gentem, & tamen nunc messias erat, ideo putabant aliquando consummandum mundum. Quarto colligebatur ex destructione Ierusalem. Nam cum Ierusalem destruenda esset funditus, & templum, non puta

I bant hoc accidere nisi in cōsummatione sæculi, ideo credebant esse consummationem futuram.

Quare discipuli post quæsitum de euersione Ierusalem quæsierunt de aduentu Christi. Quæst. XXIII.

QVAERETVR suppositis his propter quid cum quæsiuissent discipuli de euersione Ierusalem quæsierunt de aduentu Christi, & de consummatione seculi.

Dicendum, ꝙ quærebant discipuli de aduētu Christi, quia in eo expectabāt maximum honorem. Nam promiserat eis, ꝙ sederent super duodecim sedes iudicantes duodecim trib. Israel. sup. 19. c. quod intelligebāt carnaliter, s. de regno temporali. Et hoc erat futurū qn̄ Christus regnaret, ideo desiderabāt aduentum eius, & petebant de eo. Ratio tamen quare quæsito

K de destructione Ierusalē quæsiuerūt de aduentu Christi, fuit primo quia videbantur ista repugnare. Nā regnum Christi putabant esse temporale, & illud futurum in Ierusalē, vbi regnauerant Dauid & Salomon, cū prophetæ prænunciassent de Messia, ꝙ sederet super solium Dauid, sed destructa Ierusalē funditus non poterat esse regnum, quia sedes regni & principatus erat ibi, ideo videbātur ista repugnare. s. ꝙ ipse regnaret, & ꝙ Ierusalem destrueretur, & ideo quærunt de aduentu eius. s. qūo stabit aduentus eius, cum destructione Ierusalē. Secūda ratio est, quia credebāt certissime

ſime Chriſtũ regnaturum tpaliter cũ eſſet Meſſias,& rurſus credebant verum eſſe,qđ ille prædixerat de deſtructione Ieruſalem,& neceſſarium videbatur, ꝙ ipſe regnaret ante deſtructionem eius. Nam deleta Ieruſalem à fundamentis nemo in ea regnare poterat, & ideo volebant ſcire, quando eſſet euerſio Ieruſalẽ, & quando aduentus Chriſti ad regnandum, vt ſciendo tempus intermedium colligerent quantum duraret regnum Chriſti, & ita conſequenter de ipſorum dominio temporali ſcirent quantum duraret.

Tertia ratio eſt, quia diſcipuli credebant regnum Chriſti temporale cito venturum eſſe, quia ipſe dixerat eis ſupra 16.cap. ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo. Et putabant hoc eſſe regnum temporale, oportebat autem aduenire, quòd omnes illi erant viri maturi, niſi Ioannes Euangeliſta, qui erat omnibus iunior, & antequam illi morerentur venire debebat regnum Chriſti. Nam licet de transfiguratione intelligeretur in qua viderunt Chriſti maieſtatem,non accipiebant ipſi de hoc,ſed de regno temporali, & quod magis mouebat, erat quia non ſolum quibuſdam eorum viuentibus venturum eſſe credebant, ſed omnibus viuentibus, & dominaturis in illo regno, ſ. ꝙ ſederent ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael ſupra 19. quod eodem modo de regno temporali accipiebant, licet de regno futuro, & die iudicij Chriſtus illud dixerat. Et patet,ꝙ ſic illud intelligerent; quia poſtquã Chriſtus dixit illis, ſedebitis ſuper duodecim ſedes iudicãtes Iſrael,quaſi non eſſet diffinitum, qui propinquius ad Chriſtum ſederent,petiuit mater filiorum Zebedæi à Chriſto. Dic vt ſedeant hi duo filij mei,vnus ad dexteram tuam, alius ad ſiniſtram in regno tuo ſupra 20. cap. Et tamen ad hoc,ꝙ omnibus illis viuentibus, veniret regnum illud, neceſſe erat, ꝙ cito venirent, ideo volebant quærere de tempore euerſionis Ieruſalem,& tempore aduentus Chriſti ad regnandum, vt ex his colligerent, an paruo, vel magno tempore duraret eorum proſperitas.

Io. Euãg. oĩbus diſcipulis erat iunior.

Quare quæſiuerunt diſcipuli de ſæculi conſummatione, cũ quæſiuiſſent de tempore deſtructionis Ieruſalem.

Quæſt. XXIIII.

QVAERETVR, quare quæſiuerunt de conſummatione ſeculi, cum quæſiuiſſent de tempore deſtructionis Ieruſalem.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc erat, quia ipſi quærebant de aduentu Chriſti, & ille idem eſt cum conſummatione ſeculi,ideo quæſiuerunt de aduentu Chriſti, & de conſummatione ſæculi non quaſi conſummatio ſæculi eſſet aliud quæſitum,ſed quaſi eſſet expoſitiuum præcedentis.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia hoc ſupponit aduentum Chriſti,de quo quærebant diſcipuli eſſe aduentum ad iudicium: ſed falſum eſt, quia erat aduentus ad regnandum temporaliter, vt illi putabant, vt oſtenſum eſt ſupra. Et ideo nõ erat iſta cauſa ſuę quęſtionis. Dicendum ergo, ꝙ fuit primo propter aduentum Meſſię ad regnandum temporaliter, quia Iudæi credebant poſt regnum Meſſiæ non futurum eſſe alterum regnum,neque dominaturam alteram gentẽ, & ideo à principio regni Meſſię non multum diſtare finem mundi, ideo de illo quæſierunt. Secundo ſuppoſito eodem fundamento,ſ.quia poſt regnum Meſſiæ nullum aliud regnum ſecuturum eſſet, ideo illud continuandum eſſe vſque ad finem ſæculi, volebant ſcire diſcipuli,quando eſſet finis ſæculi,vt ex hoc certi eſſent de duratione regni Meſſiæ quanta eſſet. Et

A iſta eſt cauſa principalis, & vera huius quæſtionis de conſummatione ſæculi.

Tertio fuit propter Ieruſalem. Prædixerat enim Chriſtus templum ſubuertendum a fundamentis,& ciuitatem ſubuertendam,ſed hoc putabant diſcipuli non futurum eſſe vſque ad finem ſæculi, cuius cauſa eſt, quia ſciebant gentem Iudæorum eſſe electam gentem a Deo in peculium de cunctis populis,& gẽtibus, Exodi 19. & Deuteronom. 7. cap. Ideo credebant, quòd non deleret gentem illam quouſque omnes alias deleret, ſed omnibus deletis eſt conſummatio ſæculi, ideo data Ieruſalem deſtructione totali credebant eſſe deſtructionem ſæculi.

Sed obijcietur contra hoc, quòd diſcipuli non deB berent hoc credere. Nam iterum hoc acciderat, ſcilicet,quòd euerſum fuerat templum per Chaldæos, & muri Ieruſalem diruti tempore Sedecię. 4. Regũ 25. cap. & tamen non perijt gens Iudæorum, neque aliæ gentes, ita ergo nunc non debebãt hoc credere.

Dicendum, quòd datis fundamẽtis diſcipulorum ſatis rationabiliter illud credebant. Nam regnum Meſſiæ credebant eſſe temporale, & poſt illud non futurum aliud. Et etiam iam Meſſiam veniſſe, licet nondum temporaliter regnaret, ideo rationabiliter credebant,quòd ſi poſt hoc Ieruſalem,& templũ deſtruerentur nunquam reædificarentur, ſed eſſet conſummatio ſæculi. Nam de deſtructione Ieruſalem,& templi per Chaldæos aliud longe fuit.

Primo, quia non fuit totalis, vt iſta prędicebatur. C Nam relictę ſunt partes murorum, & partes templi, nunc vero prædicebatur,quòd non maneret lapis ſuper lapidem, qui non deſtrueretur, ideo iſta erat magis ſignum conſummationis. Secundo,quia tempore illius deſtructionis per Chaldæos nondum venerat Meſſias, ſed expectabatur, & ſub illo credebatur futurus melior ſtatus Iudæorum, ſicut & Prophetæ dicere videbantur,& ideo licet non maneret tunc in Ieruſalem lapis ſuper lapidem (quod tamen falſum erat) adhuc certa ſpes eſſe debebat, ꝙ reædificaretur Ieruſalem in melius. Nunc tamen iam Meſſias venerat,& regnaturus erat in breui temporaliter, vt cre D debant diſcipuli, ſcilicet,antequàm ipſi morerentur, immo viuentibus omnibus, & potentibus iudicare, & dominari, vt declaratum eſt quæſtione præcedenti,ideo ante deſtructionem Ieruſalem credebãt eum regnaturum: ſi autem poſt regnum Meſſiæ deſtrueretur Ieruſalem, non erat aliqua cauſa, vt crederent eam reædificandam.

Primo,quia poſt Meſſiam nihil Iudęi expectant in hoc ſæculo, ideo ad nihilum reædificaretur Ieruſalem,ſi poſt regnum eius eſſet deſtructa.

Secundo,& principalius, quia Iudæi credebant regnum Meſſię eſſe vltimum regnorum,& illi nullum ſuccedere,& tamẽn illud futurum erat in Ieruſalem: cum autem iam Meſſias eſſet,& poſt paululum temporaliter eſſet regnaturus,vt putabant diſcipuli,ſicut ſupra, & præcedenti quæſtione deductum eſt, & reE gnum ſuum futurum eſſet in Ieruſalem, prius ipſe regnaret, quàm deſtrueretur Ieruſalem, ſed poſt regnum Meſſiæ cum nullum regnum futurum ſit,non ſperatur niſi finis ſæculi, ergo ſi tunc Ieruſalem deſtrueretur, non expectabant eam diſcipuli ædificandam rurſus, & etiam rationabiliter credebant conſummationem eſſe ſæculi.

Non credebãt reędificari diſcipuli Ieruſalẽ poſt regni Meſſiæ euerſionem.

Hæc omnia rationabiliter cogitabãt diſcipuli ſuppoſitis eorum fundamentis, ſcilicet, quòd regnum Meſſiæ futurum erat temporale, & quòd inciperet ſtatim. Nam cætera vera ſunt,ſcilicet,quòd poſt regnum Meſſiæ nullum ſequatur, ſed illud durat in ęternum, vt figuratur Dani. 2. cap. vbi de quatuor regnis

gnis agitur signatis per staturā, & lapidem excisum de monte. Sed prima duo fundamenta erant falsa, s. quòd regnū Messiæ futurum erat temporale cum ipse contrarium dixisset Io. 18. regnum meum nō est de hoc mundo, & secundum, s. quòd statim regnaturus erat. Nam regnum suum, quod est simile temporali, incipit in die iudicij cum subiecta fuerint omnia sub pedibus eius 1. Corin. 15. & ideo licet bene arguerent discipuli erat consequens falsum, s. quòd destructa Ierusalem esset finis sæculi, & nunquam reędificaretur, & non fuit statim finis sęculi, cum nondum etiam Ierusalem reędificata sit, licet non in eodē loco.

Quis ordo erat in his tribus quæstionibus Christo propositis. Quæst. XXV.

QVAERETVR, quis ordo erat in his tribus quæstionibus quas discipuli proposuerūt Christo. Dicendum, quòd alius erat ordo in proponendo alius in eueniendo tres quæsitas. nam primam posuerunt de tempore euersionis Ierusalem, deinde de aduentu Christi, postea de consummatione sæculi, & tamen prima in tempore eueniendi est de aduentu Christi. deinde de Ierusalem euersione. deinde de cōsummatione sæculi. Et patet hoc, quia aduētus Christi hic accipitur pro aduentu ad regnandum temporaliter, & hoc regnum credebant Apostoli futurum in breui, & ante destructionem Ierusalem: immo in ipsa vrbe Ierusalem ad quam congregaret omnes Iudæos dispersos, vt dictum est supra 23. & preced. quęs. & ita prius regnaturus erat Messias, deinde delenda erat Ierusalem, & templum: postea verò futura consummatio sæculi: ita enim credebant discipuli.

Alij autem dicunt, quòd quæstiones, sicut se habēt in ordine proponendi, ita se habent in tempore eueniendi, quia prius est destructio Ierusalem, quæ facta est iam: deinde aduentus Christi ad iudicandum, qui nondum est: deinde consummatio sęculi, quæ consequitur iudicium illud.

Sed dicendum, quòd non stat, quia non accipitur aduentus Christi pro aduentu ad iudicādum, sed pro aduentu ad regnandum temporaliter, sicut putabant
In q. 21. & 23. discipuli, vt ostensum est supra. & ideo oportet conuerti ordinem, quia illum aduentum priorem putabant esse discipuli, quam destructionem Ierusalem, vt dictum est ibidem, & præced. quæst.

Sed tunc dicetur cum talis esset ordo rerum in eueniendo, quare mutauerunt discipuli ordinem, in quęrendo, quòd prius de Ierusalem euersione quæsiuerint? Dicendum, quòd discipuli non dubitabāt de ordine istarum rerum: nam priorem credebant esse aduentum Christi ad regnandum, deinde euersionem Ierusalem: postea consummationem mundi. Et ad sciendum istum ordinem ipsi non quærerent, quia iā putabant se scire, sed solum ad sciēdum tempora singulorum istorum, quia de nullo eorum sciebant, quando eueniret. & consequenter, neque quantum distaret inter vnum, & aliud.

Causa autem mutandi ordinem fuit, quia fuerunt hic tres quæstiones, & tamen duę illarum habuerunt ortum ab vna, ideo illa, quę fuit alijs origo, debuit imponi in ordine quęrendi. Ista autem fuit de tempore euersionis Ierusalem. Nam Christus supra dixerat de templo, & vrbe Ierusalem, ꝙ non relinqueretur ibi lapis super lapidem, & ex hoc habuerunt occasionē
Destructionem Ierusalé duo comitabantur. quęrendi, quando istud accideret, & quia ad destructionem Ierusalem comitabantur duo: vnum vt antecedens, aliud vt subsequens, quæsierunt de illis, & ista erant aduentus Christi, qui præcedebat, & consummatio sęculi, quæ sequebatur, ideo præmiserunt

F quæstionem de destructione Ierusalem ante quęstionem de aduentu Christi, licet ipsi putarent aduentū Christi priorem esse quam destructionem Ierusalē.

Et respondens Iesus, dixit eis. Videte ne- Mar. 13.
quis vos seducat. Multi enim venient in no- Luc. 21.
mine meo, dicentes: ego sum Christus, &
multos seducent. Audituri enim estis pręlia, Ephe. 5.
& opiniones præliorum: videte ne turbemi-
ni. Oportet enim hæc fieri, sed nondum est Cor. 3.
finis. Consurget enim gens in gentem, & re- Col. 2.
G gnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fa- Mar. 13. Lucæ 21.
mes, & terręmotus per loca. Hæc autem om- Ma. 13.
nia initia sunt dolorum.

Respondens Iesus. Supra posita est discipulorum triplex quæstio. vel iuxta quosdam duplex. hic autē ponitur ad easdem quæstiones responsio. Et primo circa primum in ordine, qui erat de tempore euersionis Ierusalē. Et diuiditur in duo, quia primo ponit Matthæus huius euersionis initium. Secundo eiusdem euersionis finalem exitum, s. quędam antecesserūt, quędam verò fuerunt simul. Secunda ibi. *Cum ergo videritis.*

H Fuerunt autem initia ad destructionem Ierusalē quędam mala, quæ præcesserunt inter Iudæos, vt bella intestina, pestes, & fames. Sicut in litera infra dicitur hæc autem initia sunt dolorum, & diuiditur in duo, quia primo ponuntur mala, quæ acciderūt circa omnes Iudæos in generali, secundo mala, quæ acciderūt circa solos discipulos in particulari ibi. *Tunc tradent vos.* Hæc autem mala, quæ euentura erant Iudæis, & ponuntur hic in generali, pertinebant ad generalem admonitionem, & ista admonitio stat circa euitationem erroris tam de aduentu Christi, quam de euersione Ierusalem. Error autem primus poterat esse circa aduentum Christi. Secundus circa euersionem Ierusalem, ideo primo aufert primum errorem, qui inducitur ex falsę prophetantibus. Secūdo errorem se-
I cundum qui inducitur ex falsis terroribus, ibi. *Audituri enim estis.*

Circa primum dicitur. *Respondens Iesus.* Scilicet ad omnes tres quæstiones. *Dixit illis.* Idest discipulis, qui hæc quæsiuerant. *Videte, ne quis vos seducat.* Scilicet vos expectatis aduentum meum, circa eum posset accidere error, ideo cauete, ne aliquis decipiat vos, quasi sit Christus aduenienns. *Multi enim venient.* Dat causam dicti, quia dicēt discipuli, quomodo poterimus decipi? respondet Christus, s. quia multi venient vocātes se Christum, & vos poteritis credere aliquem illorum esse Christum, qui veniat ad regnandum, & ita seducemini, ideo cauete ab hoc. *In nomine meo.* Id-
K est in nomine Christi, qui sum ego.

Dicentes, ego sum Christus. Non dicent hi se esse Christos quasi multi sint, sed quilibet illorum se vocabit Christum, quasi Christus nō precesserit alius, neque futurus sit, sed ipse sit verus Messias. *Et multos seducent.* Scilicet deducendo à veritate, vel trahendo ad hanc falsitatem, s. ꝙ credant eos esse Christum, & sicut illos seducent, ita poterant discipulos Christi seducere: vnde debuerunt admoneri circa hoc.

Quid intendit Christus per hæc, s. videte, ne quis vos seducat. Quæst. XXVI.

QVAERETVR, quid intendit hic Christus in tota ista litera, cum dicit. Videte, ne quis vos seducat.

ducat. Aliqui dicunt, ꝙ non respondet hic Christus ad aliquam de tribus quæstionibus propositis, sed ante responsionem ad illas ponit quandam confirmationem animorum discipulorum, ne trahantur vana credulitate. Sic videtur dicere Hilarius super Matth. s. Et quia tria à discipulis quæsita sunt indistinctis, & temporis, & intelligentiæ significationibus separantur. Respondetur ergo primo de ciuitatis occasu, & ante confirmantur veritate doctrinæ, ne quis fallax ignorãtibus possit obrepere. Sic etiam dicit Theoph. s. Antequam eis ad interrogata respondeat, mentem eorum confirmat, ne seducantur.

Sed dicendum, ꝙ Christus respondet hic ad aliquã de quæstionibus tribus. Et patet primo, quia supra discipuli quæsierant de illis solis, ideo necesse erat, vt qdquid Christus nunc diceret ad responsionem ad aliquam de illis tribus, vel ad omnes tres pertineat quæstiones.

Secundo patet, quia dicitur respondens Iesus, dixit. Videte, ne quis vos seducat: ergo ad responsionẽ pertinent ista verba Christi, sed responsio non est, nisi ad quæsita, & non fuerunt quæsita, nisi ista tria: ergo ad aliquod de illis respondet.

Dicendum autem, ꝙ respondet ad secundam quæstionem de aduentu suo. Pro quo sciendum, ꝙ aduẽtus Christi duplex erat in præsenti. Vnus falsus, quem tñ discipuli futurũ esse credebant. Alius verus, quem discipuli ignorabant. Primus erat aduẽtus ad regnandum temporaliter. Nam discipuli credebant Iesum esse Messiam, quod verum erat, & putabant eum tẽporaliter regnaturum, quod erat falsum, & quia nõdum regnabat temporaliter, putabant cito hoc venturum, s. antequam Christus moreretur. Alius erat verus aduentus, s. ad iudicium, & istum nondum credebant discipuli, quia non intelligebant. Primum vero, quia falsus erat, aufert Christus saltem indirectè. secundum autem confirmat, & declarat, s. quomodo ad iudicium venturus sit infra in litera. Et magis sequenti cap. Hic vero, cum ait: Videte, ne quis vos seducat. Respondet illum aduentum non esse, sicut illi putant ad regnandum temporaliter, ideo quosdam sub hoc nomine venturos dicit nõ esse suscipiendos.

Duplex erat Christi aduẽtus quẽ discipuli putabãt.

Sed obijcietur, ꝙ non respondeat ad hoc, quia dicit Chrys. super Matth. Neque enim de secundo suo aduentu statim respondet, sed de malis quibus obuiandum erat.

Dicendum, ꝙ verum est, quia secundus aduentus Christi est ad iudicium, & de illo non respondet hic Christus, sed postea, & sequen. cap. immo de hoc non quæsitum fuerat, licet ipse de illo dixerit: dixit autẽ de malis, quibus obuiandum erat, s. de falsis prophetis, vel falso Christo, & pertinet istud ad quæstionem de aduentu suo, qui falsus erat, & tamen illum discipuli credebant, & ideo tollit errorem, ne credatur ipse venire, licet aliqui veniant, qui Christum se esse dicant.

Sed rursus obijciet, quia dicit Hilarius super Matt. respondetur primo de ciuitatis occasu, sed ante confirmantur veritate doctrinæ.

Dicendum, quòd multi decipiũtur circa hoc tam de lectoribus, quam de scriptoribus, ad quam de quæstionibus in singulis locis Christus respõdeat, & multi putant primo responderi ad quæstionem de destructione Ierusalem, Primo quia illa fuit prima in ordine, & verisimile erat ad eam prius responderi.

Secundo, quia credebant aduentum Christi nõ esse, nisi aduentum ad iudicium, & ante illud falsum esse aduentum, qui est aduentus Antichristi, & tamẽ ante istos est destructio Ierusalem secũdum tempus, ideo putauerunt ad eam prius respõderi. Tertio quia

A litera videtur ad hoc consonare. Nam ex litera sequẽti, s. audituri enim estis. vsque ad illum locum. Tunc siquis vobis dixerit. manifeste dicitur de destructione Ierusalem. Ex illo autem loco, s. tunc siquis vobis dixerit. Ecce hic est Christus vsque ad illum locum, s. statim autem post tribulationem, manifestè respondetur ad secundam quæstionem de aduentu Christi, ideo putant, quòd in ista litera non respondeatur ad aliquam de quæstionibus, sed ponitur quædam prælocutio.

Sed dicendum, quòd verè respondetur hic ad quæstionem de aduentu Christi, quem putabant isti discipuli. Et causa dubitationis est, quia Christus non respondet ad quamlibet quæstionem per se, ita quòd to
B taliter respondeat prius ad vnam quæstionem, & postea totaliter ad aliam, sed miscet eas, quia interdum cum dixerit aliquid, quod pertinet ad vnam, transit ad dicendum aliquid de alia, & tunc demum redit ad priorem, & ita fit in præsenti, quia primo cepit Christus rñdere ad quæstionem de aduentu suo, & statim in illo loco, s. audituri enim estis. cepit dicere de euersione Ierusalem. Postea vero in illo loco, s. tũc siquis vobis dixerit: redijt ad dicendum de aduentu suo, & ideo facile turbantur, qui ad hæc non aduertunt.

Ad primum motiuum in contrarium dicendum, quòd non tenuit Christus in respondendo illum ordinem, cuius causa tangetur seq. quæst.

Ad secundum dicendum, quòd illa fuit eis causa erroris. Nam cũ Christus non venturus esset ad regnan-
C pum temporaliter, non putauerunt de hoc locutos discipulos, neque Christum de hoc respondisse, & tamẽ iste est aduentus, de quo quærebãt discipuli quasi adhuc carnales, & parum intelligentes, iste autem fuit ante destructionem Ierusalem, idest putabatur ab eis pro tunc futurus, ideo conuenienter respondebat.

Ad tertium dicendum, quòd illa est quedam apparentia, & tamen non est veritas, quia Christus miscet responsiones ad istas quæstiones, vt supra dictum est.

Quare Christus respondit prius de aduento suo. Quæst. XXVII.

D

QVAERETVR, cum discipuli prius quæsiuerint de destructione Ierusalem quã de aduentu Christi, quare Christus respondit prius de aduentu suo.

Dicendum, ꝙ vt ostensum est præced. quæst. Christus prius respondit de aduentu suo quam de destructione Ierusalem, & non seruauit in hoc ordinẽ quærẽdi. Et fuit primo propter ordinem temporis. Nam licet discipuli prius quæsierunt de destructione Ierusalem quã de aduentu Christi, tamen aduentus Christi, de quo ipsi quærebant, prior putabatur ab eis quã destructio Ierusalem, vt ostensum est supra. quia ante Christus regnaturus erat temporaliter, quam euerteretur Ierusalem, & ideo respondit Christus prius ad hanc quæstionem tenens ordinem temporis. Disci- In q. 25.
E puli autem non tenuerunt hunc ordinẽ propter causam dictam supra. Secundo fuit, quia Christus voluit respondere prius ad id, quod principale erat: erat autem principale id, quod magis tangebat discipulos q̃rentes, & hoc erat de falso aduentu Christi. Nam ex destructione Ierusalem nullum malum eis sequebatur saltem spirituale: immo nullum, quia omnes ferè mortui erant, quando deleta est Ierusalem, fideles autem ceteros tangebat deletio Ierusalem corporaliter, s. eos, qui erant conuersi de Iudæis, sed spiritualiter non tangebat, & tamen aduentus falsi Christi tãgebat spiritualiter, quia nullum maius malum esse poterat, q̃ ꝙ aliquis deciperet credens esse Christum In q. 25.

eum,

eum, qui non erat, cum fine Christo iam non poterat esse salus, & ideo de hac quæstione prius respondet admonens cauere ab his.

Tertio potest dici, quòd non discordat totaliter ab ordine, quo discipuli quæsierũt, quod faceret si prius totaliter responderet de aduentu, & postea de destructione Ierusalem. Sed nõ est sic: immo primo de aduentu suo falsè credito incipit respondere, & statim transit ad dicendum de destructione Ierusalem ibi. Audituri enim estis. Et hoc completo, vel quasi redit ad dicendum de aduentu eodem ibi. Tunc siquis vobis dixerit. Et ita tenet Christus vtrunque ordinem. Nam ad innuendum, ꝙ erat principalis quæstio. de aduentu, idest magis tangens discipulos, præmisit aliquid de illa, vt autem sequeretur ordinem quęrendi transiuit statim ad destructionem Ierusalem, & completa responsione de illa redijt ad dicendum de aduentu suo.

Quomodo Christus dixit discipulis, Videte ne quis vos seducat, quia hoc superuacuum erat. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR, quomodo Christus dixit discipulis. Videte ne quis vos seducat. Nam videtur hoc superuacue dictum eo, ꝙ non poterant seduci. Nam Spiritus sanctus venit super Apostolos, & docuit eos omnia Io. 14. cap. s. Ille vos docebit omnia. Sed illi, qui omnia sciunt saltem pertinentia ad salutem, non possunt seduci: ergo non poterant seduci Apostoli.

Secundo, quia Apostoli propter superuenientem Spiritumsanctum non poterant peccare mortaliter saltem, & tamen quilibet error circa fidem est peccatum mortale, quia est hæresis, vel infidelitas: ergo nõ poterant circa fidem errare, sed non poterat esse maior error in fide, quam accipere in Christum eũ, qui non erat Christus: ergo non poterant circa hoc Apostoli seduci, & ita non expediebat hoc dici.

Aliqui dicunt, ꝙ verum est, ꝙ non poterant discipuli errare post datum Spiritumsanctum, & tamen ante illum datum poterant peccare, & errare, & ideo conueniens erat illis dici.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia isti seductores, qui venerunt in nomine Christi, non venerunt ante datum Spiritum Apostolis, sed postea. Nã Spiritus sanctus datus est diebus quinquaginta quinque post ista verba dicta. Nam datus est diebus quinquaginta post resurrectionem, sed ista verba dicta sunt diebus quinque ante resurrectionẽ Christi, s. die martis post diẽ in ramispalmarum, vt ostensum est supra 22. ca. quęst. vltima. Et patet ex eo, ꝙ dicitur infra 26. ca. s. factum est cum consummasset sermones hos omnes dixit discipulis suis: scitis, quia post biduum Pascha fiet. Sed Pascha erat die iouis ad vesperũ: ergo dicta sunt verba hæc die martis quinque diebus ante resurrectionẽ Christi, & sic fuerũt dicta verba ante missionem Spiritus sancti diebus quinquaginta quinque. Tempore autem medio non venerunt falsi Christi, sed multo post: ergo quando venerunt, non poterant decipi Apostoli.

Dicendum, ꝙ fuit conuenienter dictum. Primo quia licet fortè non esset necessarium Apostolis, qui confirmati erant in gratia, erat tamen necessarium alijs fidelibus, qui non erant confirmati, & pro illis dicebatur. Et patet hoc primo, quia non poterant solũ verba ista extendi ad illos, quibus dicebantur, quia solis quatuor discipulis dicta sunt, s. Petro, Iacobo, Ioanni, & Andreæ, quia ipsi soli quæsierunt Mar. 13. ca. & tamen si illis proderant necesse erat alijs etiam Apostolis prodesse, quia non dabat doctrinam Christus

F pro vno, vel paucis. Secundo quantum ad hoc, quia quãdo Christus finiuit verba ista ait, quod autem vobis dico omnibus dico, vigilate. Mar. 13. cap. ergo ad omnes fideles extendenda erant verba.

Secundo quantum ad principale dicendum, ꝙ dicta sunt verba ista discipulis non, vt eis prodessent, sed vt ipsi alijs prædicarent, quibus erant necessaria: Ita enim intelligebatur, ꝙ omnia, quæ Christus dicebat Apostolis quantumcunque in secreto diceret, debebant ipsi ea reuelare, & publicè prædicare. Sic dicit Christus supra 10. cap. quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quæ in aure dico, prædicate super tecta. Quod verum est, nisi Christus expresse prohiberet dici, sicut illud de transfiguratione. Nam ait: nemini dixeritis visionẽm quousque filius hominis à

G mortuis resurgat supra 17. capit. & tunc debet intelligi: videte ne quis vos seducat, idest eos quibus vos loquimini quasi Christus dirigeret sermones suos ad illos. Tertio quia licet Apostoli essent confirmati adhuc erat eis necessarium audire hoc, quia tanta erat magnitudo huius seditionis, ꝙ etiam electi erant in periculo ne inciderent in hunc errorem. Sic dicitur infra in litera. surgent pseudo Christi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi. Et ista est veritas, quòd propter hoc fuit necessarium eis hoc dici.

H Quarto poterat dici, ꝙ licet abundantia gratiæ firmet cor in non declinando à bono, tamen necessarium est admoneri homines, quod est bonum à quo non est declinandum, & quod est malum à quo est cauendum, & ideo discipulis, licet confirmatis in gratia necessarium fuit hoc prædici. Sic dicitur infra in litera. s. Ecce prædixi vobis: si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire.

Quinto potest dici factum esse ad magis firmandũ corda discipulorum. Nam etiam si per infusionẽ gratiæ firmarentur ad abijciendum omnes falsos Christos, magis tamen roborarentur, quando scirent sibi expresse esse dictum à Christo ante tempus, etiã quia infusio gratiæ non est eadem, vel similis in omnibus. prænunciatio autẽ ista Christi erat vna respectu om-

I nium, ideo erat conueniens.

Quomodo poterant seduci Apostoli circa eos, qui venirent dicentes se esse Christum. Quæst. XXIX.

QVAERETVR, quomodo poterant seduci Apostoli circa eos, qui venirent dicẽtes se esse Christum. Nam ipsi agnoscebant Christum, qui biberant, & manducauerant cum illo, & familiariter conuersati fuerant longo tempore, & erat iste modus conueniens ad cognoscendum, an erat ipse, qui veniebat. Sic patet Actu 10. cap. vbi Petrus loquitur de Christo resurgente, & inducit resurrectionem suam testi-

K bus esse probatam, qui manducauerant cum illo, & biberant ante quam pateretur. Cum ait. Dedit illum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis qui manducauimus, & bibimus cum illo post resurrectionem suam. Et sic isti agnoscerent, an aliquis illorum erat Christus, & non possent seduci.

Dici potest vno modo, quia Apostoli bene agnoscerent vultum Christi, tamen interdum tanta similitudo est inter vnum hominem, & alium in lineamentis corporis, ꝙ vix potest discerni, quis sit quilibet horũ. Sicut refert Solinus in Polyhistor. ca. de his, quæ mirabilia fuerunt in homine. Et ita quidam dicebant Iacobum minorem similem Christo. Vnde sic poterant seduci.

Secun-

Secundo potest dici, ꝙ etiam si non esset quis eiusdem vultus, sicut Christus, tamen poterat dici se esse Christum, quia cum Christus post resurrectionē haberet corpus glorificatum poterat facere, ꝙ appareret alterius effigiei, sicut fecit quando apparuit in via duobus discipulis euntibus in Emaus, Luc. 24. Nam Mar. 16. c. dicitur, ꝙ eis euntibus in villam apparuit in alia effigie.

Tertio poterat dici, ꝙ aliquis illorum, qui se Christum diceret, poterat imitari vultum Christi per artes magicas, sicut per easdem artes faciebant admiranda infra in litera, s. surgent pseudo Christi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia: ergo licet agnoscerent vultum Christi, poterant sic falli, nisi nunc admonerentur.

Quarto potest dici, quòd hoc intelligebatur principaliter pro illis, qui Christum non viderant, vel eũ familiariter non agnoscebant. Nã vt dictum est præceden. quæst. istud non prædixit Christus Apostolis principaliter propter eos, sed propter alios fideles: illi autem non viderant Christũ saltem generaliter, quia cum venerunt isti pseudo prophetę, erant multi fideles tam de Iudæis quam de Gentilibus, qui Christum non viderant, & illi poterant errare circa eos, qui se Christum dicerent, ideo oportuit illos admoneri.

Quinto potest dici, quòd dictum sit etiam principaliter propter Apostolos: nam licet ipsi cognoscerent vultum Christi si hoc non diceretur eis errarēt. Nam quando diceretur eis in tali loco est Christus irent illuc saltem ad vidēdum, an ille esset. Et hoc esset magnum inconueniens, quia sic totam fidem in dubio ponerent, & ideo non solum non debebāt aliquem alium in Christum accipere, sed etiam si aliquis se vocaret Christum non debebant discipuli ire ad videndum eum. Sic dixit Christus infra in litera. si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est nolite exire, & si dixerint, ecce in penetralibus est, nolite credere. Prædicta habent locum supponēdo, quòd illi, qui venirent dicerent se esse illum Christum qui passus fuerat à Iudæis. Nam tunc erat difficultas quasi non possent fallere, sed alio modo poterat esse, s. ꝙ illi, qui venirent non dicerent se esse illam personam, quæ passa fuerat, s. Iesum Nazarenum, sed alium aliquem, & tamen se esse Messiam, & tunc seductio non erat in similitudine vultus, sed in mutatione fidei, vt si discipuli, vel alij fideles suasi ab illis, qui venirent crederēt aliquem illorum esse Messiam, & non Iesum Nazarenum, & tunc seductio erat immutandō fidem. Sed qualiter illi pseudo Christi se vocabant Christum, idest, an ꝙ sit Iesus Nazarenus, vel ꝙ sit alia persona quæ sit Messias, dicetur infra.

Quomodo Christus, volens negare suum falsum aduentum, dixit. Multi venient in nomine meo. Quæst. XXX.

QVAERETVR, quomodo Christus, volens negare suum falsum aduentum, dixit. Multi venient in nomine meo. cum alio modo facilius illud ostenderet. Nam, vt dictum est, sæpe sup ra, vnus erat aduentus Christi falsus, quem discipuli nunc credebant, s. aduentus ad regnandum temporaliter. Alius erat verus, quem tamen discipuli nesciebant, & iste erat ad iudicādum. Primum tollit hic Christus, cum secundum postea afferat, & declaret, & tamen poterat istum primum clarius negare dicens: ego nō sum regnaturus temporaliter, neque hoc de me speretis, & tunc quicunque veniret nō poterat seducere, quia cum Christus non esset venturus ad regnandum temporaliter, & ideo venisset, quicunque postea veniret, non erat aliquid, cur crederetur esse Messias, quia ni-

A hil erat, ad quod venire deberet post hæc Christus, nunc verò dedit modum difficiliorem, s. quia non abstulit spem de aduentu suo, sed potius videtur innuere, quòd veniet, & tamen dicit non esse recipiendos eos, qui venerint. Nam cum ipse venturus erat poterat ipse esse aliquis de illis, qui veniebant: vnde dubium esset non recipiendo eos.

Dicendum, quòd verum est, quòd ille modus esset planior, si Christus illum voluisset tenere, s. quòd diceret se non venturum ad regnandum temporaliter. Nam tunc omne dubium auferretur, & non oporteret vigilare circa pseudo prophetas, & Christos, sed Christus noluit auferre hanc spē, neque tollere hūc errorem: immo potius ex verbis Christi fouebantur

B in hoc errore occasionaliter: ipse enim dixit eis supra 16. Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, quod ipsi non poterant intelligere de aduentu ad iudiciũ, quia esse debebat eis viuentibus, ideo intellexerunt de regno temporali, & licet tres illorum viderint Christum trāsfiguratum, quod erat videre eum venientem in regno suo ad intellectum verborum Christi, non intellexerunt tunc completum esse, sed adhuc sperabant illum regnaturum temporaliter viuentibus.

Item ex verbis illis supra 19. ca. s. cum sederit filius hominis, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nam putabant, quòd eis viuentibus veniret Christus ad regnandum tem-

C poraliter, & daret eis potestatem magnam, faciendo eos principes super singulas tribus Israel. Vnde viuēs non abstulit eis istam opinionem, & sic modo non dixit se non esse regnaturum temporaliter, sed vetuit accipi omnes alios, qui venirent.

Et quod plus est, quia etiam Christus post resurrectionem cũ sępe loqueretur discipulis de hac re, nunquam eis abstulit hanc credulitatem. Et patet primo, quia quando Christus apparuit discipulis in via, & loquebātur ad eum de Iesu Nazareno dixerunt illi: nos sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israel, quasi dicat, sperabamus tunc, sed iam nō speramus, quia

D occisus est. Et loquuntur de redemptione, quæ est liberare Iudæorum gentem de manu alienorum, & cōgregare eos de omnibus terris in terram suam, & ibi super eos regnare. Et patet, quòd de hoc intelligatur: nam si intelligeretur de redemptione ab obligatione mortis æternæ, manifestum est, quòd iam redemerat, quia per mortem redemit: immo non erat alius modus redimendi, nisi per mortem, & tamen discipuli putauerunt, ideo non redemisse, quia occisus fuerat, & ideo non accipiebant de redemptione spirituali, sed de tpali liberatione, & regno. Item quia dicebant sperabamus, idest iam non speramus, & ita innuitur, ꝙ non solum sciebant eum non redemisse Israel, sed etiam perditam habebant spem de illa redēptione, & tamen accipiendo de redemptione a peccatis, & morte, & diabolo, non poterant ipsi scire, ꝙ

E non redemisset, quia hoc non erat aliquid sensibile, quod foris appareret, & tñ innuunt se scire: ergo non accipiebant de hac redemptione, sed de tpali, de qua manifeste videbant, ꝙ Christus non redemerat Israel cum manerent adhuc Iudæi sub Romanorum seruitute, & spem perdiderant, quia ille occisus erat, qui redempturus sperabatur. Item quia dixerunt, ꝙ redēpturus esset Israel solum ponentes redemptionem Israel, si tñ de spirituali redemptione acciperetur, nō solũ Israel, sed & omnes gentes redempturus erat Christus, & redemit: ergo vr̃, ꝙ acciperent de tpali redemptione, idest liberatione de manu alienorum, quam non credebant Iudæi futuram alteri genti per Messiam,

siam, nisi eis. Sed adhuc Christus tunc nō abstulit eis hanc credulitatem: nam non dixit: ego non erā, neque sum, aut Christus non erat redempturus temporaliter Israel, sed dixit eis verbum, quod magis teneret eos in hac spe, & credulitate, s. oportuit hęc Christum pati, & sic intrare in gloriam suam: Luc. 24. cap. quasi dicat, vos male facitis desperando de redēptione quam Christus facturus erat, quia ideo desperatis, quia ille occisus fuit, & tñ ista non est causa cōueniēs desperandi: immo magis causa sperandi, quia Christus nō passus fuit hoc quasi non esset verus Christus, vel Deus noluerit eum eripere de manu impiorum, sed quia sic per Deum diffinitum erat, vt pateretur, & per istam passionem intraturus erat in gloriā suā, idest habiturus honorem suum magnum, & non aliter. Et intellexerunt discipuli de regno tpali, s. ꝙ post resurrectionem habiturus erat gloriam regni tpalis, & congregaturus Iudæos de nationibus, licet Christus dixit ad aliam intentionē, s. ꝙ habiturus erat glorificationem carnis suæ, & habiturus honorem super omnes gentes, vt ab eis coleretur, quia eas per sanguinem suum redemerat. Sic dicitur Act. 10. c. ꝙ acquisiuit sibi ecclesiam sanguine suo. Et idem ad Ephe. 5. c. & tñ noluit Christus hoc aperire magis discipulis ad hoc, vt illa spes, quam tenebant de regno temporali non auferretur ab eis. Quarto patet, quia post resurrectionem cum discipuli agnouerunt Christum viuere redierunt ad spem suam primam, & non angustiabātur pro desperatione redemptionis tpalis, neque pro eius dilatione, & tñ quando ascensurus fuit in cęlum quasi iam ab eis corporaliter auferretur, inceperunt quidam pro ista redemptione angustiari, dicētes. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Act. 1. c. idest si congregabis Iudæos dispersos, & liberabis eos de manibus impiorum dominorum ad hoc, ꝙ Israel sit regnum, sicut prius esse solebat tempore Dauid? Sed adhuc Christus tunc noluit eis tollere istam spem de regno temporali, quia non dixit. Non sum regnaturus temporaliter, sed ait. Nō est vestrum tpa, & momenta nosse, quæ pater posuit in sua potestate, quasi dicat, licet futura sit restitutio, tñ tempus restitutionis, & hora non sunt vobis manifestanda, quia pater, idest Deus posuit illa in sua potestate, idest, vt ipse solus sciat, & tamē si vellet Christus auferre Iudæis istam credulitatem diceret illis: non petatis qñ restituendum est regnum Israel, quia nunquam restituēdum est, sicut vos creditis, & tñ dixit: non est vobis datum nosse tempora, & momenta, ideo noluit adhuc post resurrectionem Christus auferre discipulis istā credulitatem, & spem de regno temporali Messię.

Quare Christus nunquam abstulit discipulis credulitatem de regno temporali Messiæ. Quæst. XXXI.

SED quæretur, quare Christus hoc fecit, & an discipuli talia credentes de Christo, quæ falsa erant peccarent.

Ad primum dicendum, ꝙ Christus noluit eis tollere istam spem, quia non expediebat. Primo quia sic erant edocti discipuli: erat enim ista positio omnium Iudæorum de Christo, & ita dicebant magistri eorū, & legisperiti intelligendam esse legem, & prophetas. Vnde contra hanc omnium sentētiam indubitatam nulla probatio admitteretur quasi esset notorium iuris, & de iure, & ideo Christus noluit contrarium asserere, quia si hoc diceret non crederent ei discipuli, sed recederent ab eo quasi ab eo, qui diceret res absurdas, sicut quando dixit. Nisi comederitis meā carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis, Audiētes hoc discipuli, qui multo tēpo-

F re fuerant, cū eo dixerūt. Durus est hic sermo, & quis poterit eum audire? Et recesserunt ab eo, neque ambulabant iam cum eo: Io. 6. c. Et si multo tempore cū eo stetissent, & postea audirent ab eo, ꝙ non erat futurum regnum Messiæ temporale, neque restituendum erat regnum Israel, crederent eum dicere absurda, & putarent se esse deceptos toto tempore quo cū eo fuerant, & ideo quandiu Christus mansit cum discipulis nunquam voluit illis tollere hanc credulitatem, & spem.

Secundo, quia discipuli erant carnales, & infirmi, idest istarum rerum temporalium desiderium habentes, quia nō agnouerant plenè eternas. Et si tota spes temporalis eis auferretur constituendo totū bonum

G in spiritualibus, non possent tolerare, ideo dimitterēt talem positionem, sicut quædam perfectiones erant adhuc supra eorum capacitatem, sicut seruare continentiam perpetuam, ideo quando Christus locutus est eis de illa dixit. Non omnes hoc capiunt, sed quibus datū est supra 19. c. Et ideo licet discipuli possent credere Christo hoc verum esse propter illius auctoritatem, tamen forsitan non possent talia sperare, neque ad illa aspirare, quia vltra certitudinem fidei, quę est in intellectu requiritur quędam confortatio appetitus per donum spei, siue virtutem ad sperandum arduum, quod supra hominem est. Ideo etiam ex hac causa a tali doctrina desisterent, sicut nos scimus perfectiorem esse vitā monasticam sæculari, neq; est in

H hoc dubium, & tñ, quia sentimus nos infirmos ad illa opera perfectionis, non aspiramus ad illam vitam: ita ergo nō sufficiebat discipulis credere Christo ad hoc, ꝙ sequerentur doctrinam eius in re tam ardua, sed ēt, ꝙ perficeretur desiderium eorum ad hoc, ꝙ posset se eleuare à rebus temporalibus ad pure spiritualia, & quia nunquam tales fuerunt discipuli quandiu Christus cum eis erat, siue ante mortem, siue post resurrectionem, vt capere possent hanc doctrinam, nunquā voluit Christus tollere eis hāc credulitatem, & spem.

Tertio, quia ꝙ alicui tradatur doctrina noua de modo perueniendi ad finem contra doctrinam priorem potest quidem accipi, sed ꝙ ei tradatur doctrina contraria de fine quasi non sit finis ille, quem hucusque

I ad summum bonum iudicabat, & propter quem omnia agebat difficillimum est capi. Sic erat nunc de discipulis: nam summum bonum reputabatur apud totam gentem Iudæorum, ꝙ illud regnū, quod fuit sub Dauid, & Salomone restitueret, & esset tota illa gens libera, & florens, vt quondam fuerat. Modus autem perueniendi ad hæc erat, vt eis videbatur obseruatio cæremoniarum legis Dei, & traditionum seniorum suorum, ideo ꝙ mutarentur traditiones seniorum, & etiam obseruationes legis Moysi, quod plus erat, poterat quidem tolerari, sed ꝙ diceretur eis, ꝙ regnum Israel nunquam restituendum erat ad pristinum statum, sed ꝙ semper manerent Iudæi in seruitute alia-

K rum gentium, & nunquam congregarentur dispersi, erat eis tollere totum bonum eorum, & hoc ipsi non crederent, aut saltem nunquam sequerētur eum, qui traderet doctrinam talem, & ideo Christus nūquam quandiu vixit, aut post resurrectionem dixit Apostolis non esse futurum regnum temporale sub Messia, sed dedit eis verba, per quæ possent foueri in sua spe.

Quomodo potuit auferri à discipulis Christi spes, ꝙ ipse non esset regnaturus temporaliter. Quæst. XXXII.

SED tunc dicetur, quomodo ergo potuit auferri à discipulis ista spes, & an aliquando ablata est?

Dicendum, ꝙ verè fuit ablata, quia antequam morerentur, singuli ipsorum crediderunt regnum Messiæ non

sic non futurum esse temporale, nam alias cum quilibet eorũ pro Christo occisus fuerit præter Ioannem, qui etiam pro eo passus est, & non occisus, nõ permitteret se pro illo occidi, cum videret se deceptũ a fide sua s. ꝙ crediderat regnum Israel restituendũ tempore suo. Et quod plus erat, quia putabant cum Christo temporaliter regnaturos, iuxta illud, quod eis dixerat sup. 19. c. s. Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, quod ipsi de temporali regno accipiebant. Et tamẽ permiserũt se occidi non accipientes regnum temporale, ergo iam mutauerant illam conceptionem, vt crederent, quòd non erat futurum temporale regnum Messiæ, sed spirituale.

Est autem dicendum, ꝙ ista mutatio facta fuit in discipulis Christi in Pẽtecoste misso spiritusancto, nam ille abstulit ab eis omnes errores, quia dicitur Io. 14. ille vos docebit omnia. Etiã iste roborauit mentes eorum, & eleuauit appetitum, vt possent iam faciliter contemnere omnia terrena, & amare sola cęlestia, & ita spreuerunt regnum terrenum, quod prius crediderant se cum Messia habituros, vt excellentius cum eo regnarent in cælestibus.

Sed dicetur, quare Christus non fecit hoc quandiu manebat cum eis. Dicendum, ꝙ potuisset eos instruere in veritate harum rerum, ẽt potuisset, cũ Deus erat confirmare corda eorum, vt quod eis diceretur appeterent, & contemnerent temporalia. Sed dicendum ꝙ erat cõtra decretum diuinæ dispositionis, & etiam non expediebat, nã si ante passionem Christi fuissent discipuli confirmati per spiritusanctum, non dubitarent de resurrectione sua, sed omnia crederent, etiam si non viderent eum resurgentem. Et si nulla dubitatio esset, non esset necessaria aliqua probatio resurrectionis, neque etiam assensionis, quia tamen dubitabant fecit Christus multas probationes corã eis tam comedendo quam se palpabilem tribuendo, & colloquendo eis sępe. Luc. 24. & Io. 20. & 21. c. Nã dr̃ Act. 1. c. ꝙ Christus probauit resurrectionem suam per 40. dies loquens cum discipulis de regno Dei, & eã probauit in multis argumentis. Nunc verò ista oĩa proficiunt nobis ad credendum, quia si nulla istorum præcessissent, & scripta nõ fuissent, forte multi nostrum non crederent, & ideo fuit necessaria dubitatio discipulorum de resurrectione, vt nos per probationes eis factas crederemus. Sic autẽ dicit Gregorius in homilia, ꝙ plus nobis contulit dubitatio Thomæ quam fides apostolorum, quia dum ille dubitauit, & dubitationi eius satisfactum est, vulnera infidelitatis de cordibus nostris ablata sunt. Et tamen si discipuli confirmati essent per spiritũsanctum ante passionem Christi, non esset in eis aliqua dubitatio, & consequenter neq; aliqua probatio sequeretur, ideo fuit conueniẽs, ꝙ ante passionem manerent adhuc habentes infirmitatem mentis, & incertitudinem fidei, vt ex hoc sequerentur dubitationes, & postea probationes quę fidei nostræ adiutorium magnum præstarent. Et tamen discipulis adhuc talem credulitatem, & tam infirma corda habentibus non debuit Christus dicere tam excellentem rem, s. non esse sperandum temporale regnum Messiæ neq; restituendum regnũ Israel, sed solum regnum spirituale post mortem futurum per Messiam, ideo dissimulauit semper dans eis verba per quæ possent foueri in sua credulitate, & spe de regno temporali futuro.

Sed obijcietur dato, ꝙ hoc haberet locũ ante mortem Christi, quomodo tamen post mortem Christi fuit sic, nã post resurrectionem, qñ apparuit Christus discipulis in via, Luc. 24. dixit eis verba, per quæ souebatur ista spes & credulitas, vt declaratum est supr.

A Dici potest vno modo, ꝙ non expediebat, quia adhuc corda discipulorum non erant firmata per spiritumsanctum, ita vt essent capacia huius rei, vt dictum est præc. q. & causa erat, vt relinqueretur locus dubitandi, & certificãdi. Erat autem vtilis dubitatio, & certificatio circa duo, s. circa resurrectionẽ, & circa ascensionẽ in cœlum, vt de vtroq; haberetur probatio: sed post resurrectionem erat probanda resurrectio, ideo oportebat, ꝙ quousque certificatio de resurrectione haberetur per conuenientia argumenta non confirmarentur corda discipulorum, ideo post resurrectionem manente in eis illa infirmitate animi non erat dicendum ꝙ Messias nõ erat regnaturus temporaliter. Etiã de ascensione habenda erat certificatio, ideo

B quousq; illa esset tunc nota non erat animus discipulorum confirmandus, & consequenter neq; hoc erat eis dicendum. Sed obijcietur quare ergo non certificauit eos Christus de hoc, cum nullũ dubiũ superesset de ascensione, neque de resurrectione, cum tunc quoque quæsiuerint de hac re, vt patet Act. 1. c. quando ascensurus erat in cœlum. Nam ascẽsio ibi certificabatur cum præsentib. eis ascenderet, & tamen ibi quæsiuerũt quidam dicentes, domine si in tp̃e hoc restitues regnum Israel, quod intelligitur de regno tẽporali, vt ostensum est sup. & Christus dixit, nõ est vestrũ nosse tp̃a, & momẽta, quæ pater posuit in sua potestate, in quo non negauit futurum esse regnũ temporale Messiæ, sed potius innuit, ꝙ de tempore non poterant esse certi discipuli. Dicẽdum ꝙ hoc nõ fuit

C propter aliquã causam nisi, quia non erãt confirmata corda discipulorum per spiritumsanctũ, sed tam infirma erant nũc sicut a principio quousq; datus fuit spiritus in Pentecoste, & si nunc in ascensione Chr̃i dixisset eis, ꝙ nõ erat vnquam regnaturus temporaliter Messias, statim multi illorũ deficerent cordib. suis, & recederent à Doctrina Christi, cũ nondum cõfortati fuissent per spiritumsanctum, neq; fuerunt vsq; post decem dies, & interim dispergerentur cessante spe ipsorum. Nam licet nunc præsentib. eis ascẽderet Christus in cęlum, nesciebant an vsq; ad annum, vel mensem descẽderet & regnaret tẽporaliter, ideo maneret

D eis spes. Si autem diceret se nũquam temporaliter regnaturum, per illos decẽ dies nõ manerent simul, & nõ veniret spiritussanctus super eos, ꝙ tñ Christus voluit præcipiens eis, à Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissum patris spiritumsanctũ. Act. 1. c. ideo non debuit eis dici ẽt in ascensione, sed dari eis spes illa, s. non est vestrum nosse tempora & momenta, deinde decimo die adueniente spiritu sancto cõfirmata sunt corda discipulorũ & certificati sunt de veritate. s. ꝙ Messias non erat regnaturus temporaliter, & cæperunt contemnere regnum terrenum sola cælestia cupientes, & tamen in hoc tempore medio decem dierum non fuit aliqua causa non mittendi spiritum propter aliquas dubitationes, & certificationes, quæ fieri deberent non existentib. confirmatis cordibus discipulorum, sicut prius suberat causa ante resur-

E rectionem, & post illam vsq; ad ascensionẽ, sed Deus disposuit non statim mittere spiritum sanctum post ascensionem, de cuius causa magis dicetur Luc. 24. vel Actu. 1. c.

An discipuli peccarent in credendo Iesum Messiam temporaliter regnaturum. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR cum discipuli crediderint Iesum Messiam regnaturum temporaliter, & hoc esset falsum, an peccarent in hoc.

Aliqui dicunt ꝙ sic, quia quilibet error in fide est peccatum, quia infidelitas vel heresis est, & tamen errabant

rabant discipuli circa Christū asserentes eum regnaturum temporaliter, cum non esset, ergo peccabant.

Secundò quia sic accipitur apud nos error in fide, sicut apud antiquos: si enim apud antiquos Iudæos dixisset aliquis Deum non creasse mundum, aut non fuisse diluuium, aut non transisse Iudæos per mare rubrum hæresis esset, aut infidelitas, & ita etiam esset apud nos: sed nunc siquis diceret Christum regnaturum temporaliter & habitaturum nobiscum in terra hæresis esset, & peccatum, ergo etiam esset apud discipulos, sed illi dicebāt Christum regnaturum temporaliter, & sic expectabant, ergo peccabant.

Tertiò quia quidquid falsum, vel indignū de Deo aliquis sentiat, peccatum est, & tamen dicere regnaturum Christum temporaliter, & congregaturum Iudæos in Ierusalem, vt ibi regnaret super eos sicut Dauid & Salomon, falsum erat, ergo peccatum erat, quod tamen discipuli sentiebant.

Dicendum, ꝙ nō peccabant discipuli Christi licet hoc crederent. Et ratio est prima, quia si credēdo hoc peccarent semper essent in peccato mortali quandiu cum Christo essent, cum non cessauerit ista opinio eorum vsque ad aduētum spiritussancti, vt dictum est preced. q. & tamen non erant in peccato mortali sed mundi, vt dicitur Io. 13. quando Christus lauit pedes eorum. Nam dixit qui mundus est, non indiget nisi, vt pedes lauet, vos autem mundi estis, sed nō omnes. Quod dixit de Iuda, vt patet.eo.c. ergo cęteri erant sine peccato mortali, & tamen credebant istud, ergo sic credere non erat peccatum.

Secūda est, quia si essent in peccato mortali credēdo hoc, Christus niteretur auferre peccatū ipsorum cum tota negociatio Christi erat vitia fugare & virtutes inserere, sed nunquam curauit auferre hanc opinionem ipsorum, ergo nō erat peccatum sic credere.

Tertia quia Christus non fauet vitijs directè, neq; indirectè, quia Deo actore nemo efficitur deterior, sed Christus dicebat aliqua verba, ꝑ quæ fouebant in hac opinione discipuli, vt illud. Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, sup. 16.c. & illud. Sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, sup. 19. c. & quando quæsierūt discipuli dicētes. Nos sperabamus, ꝙ ipse redēpturus erat Israel, & Christus ait. Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam, Luc. 24. Et illud, domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Act. 1. c. Nam in omnibus his potuisset apertè dicere discipulis veritatem. s. se non regnaturum, & tamen non dicebat, sed licet falsitatem nullam diceret, ponebat talia verba, per quæ foueri poterat opinio ista, & spes discipulorum, vt ostensum est, sup. q. 21. & 30. ergo non erat peccatum discipuli credere, hoc de Christo.

Ad primum dicēdum, ꝙ hæresis vel infidelitas peccatum est quocunque tempore & in quacunq; persona. & tamen nō erat in discipulis Christi hæresis, neq; infidelitas asserere, aut opinari Christum temporaliter regnaturum: nam infidelitas est vitium eius, qui non credit, aut nō vult credere. Hæresis autē est male de pertinentib. ad fidem sentire, hoc autem est respectu eorum, quæ vel naturali intellectu accipi possunt, aut eorum quę credenda proposita sint. De primo, vt circa illa, de quib. dr̄ ad Ro. 1. c. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt a creatura mundi intellecta cōspiciuntur. In talibus autem prauè de Deo sentire, etiam si in scriptura tradita non sint, peccatum est, quia naturalis cognitio ad ista sufficit. De secundis, vt de illis, quæ de Christo credūtur quantum ad humanitatem, quæ tradita sunt in symbolo, nam credere nolle illa, pec-

F catum est, sed non erat sic de discipulis quantum ad hoc ꝙ crederēt Messiam regnaturum temporaliter, nam oppositum eius non erat notū per se, vel ex principijs naturæ sicut prima, neque erat in scriptura traditum sicut articuli fidei de humanitate Christi: sed potius contrarium putabatur accipi ex sacra scriptura. Et ita erat fides communis omnium Iudæorum, & sic magistri eorum exponebant sacram scripturā, ergo non erat infidelitas, vel hæresis tūc hoc tenere.

Ad secundum dicendum, ꝙ apud nos asserere nūc Christum regnaturum temporaliter esse, peccatum esset, quia contrarium iam in ipsis fidei articulis diffinitum est, s. ꝙ ecclesia tenebit hunc modum vsq; ad

G diem iudicij, & tunc Christus apparebit, & regnum suum non erit de hoc mūdo, quia non erit inter mortales, sed tunc nondum erat diffinitum, ꝙ Christus non esset regnaturus temporaliter, cum ipse Christus noluisset hoc discipulis declarare, sed potius credebatur oppositum apud Iudeos cōmuniter, vt dictū est.

Ad tertium dicēdum, ꝙ sentire de Deo falsum, vel indignum, aut contingit pertinaciter cum intētione non diuertendi ab illa positione, aut aliter. Si primo modo semper est hæresis, vel infidelitas, & est peccatum. Si secūdo modo, dicendum, ꝙ aut sunt nota ea, quæ tradi debent ipsi credenti, i. ꝙ notum sit ei, ꝙ credere debeat hoc, ve illud, aut non: si notum est peccatum est, & ita propositis alicui eis, quæ sunt in sacra

H scriptura, si aliquid illorū credere noluerit, peccat, si autem non est notum homini, quid credere debeat iudicio naturali, aut ex scriptura data, etiam si falsum sentiat, non peccat, dum tamen intentionem promptam habeat, ꝙ quandocunque fuerit ei veritas reuelata assentiet ei.

Quomodo cognoscerent discipuli, quis erat Christus cum ipse etiam diceret se venturum esse.

Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR cū Christus per verba ista. s. Multi venient in nomine meo. noluerit dicere se non venturum ad regnandum temporaliter, sed solū, ꝙ non reciperētur illi, qui venirent vocantes se Chri

I stū, quomodo cognoscerent quis erat Christus cum ipse ēt innueretur venturus esse. Dicendū ꝙ Christus nō negabat se venturū ad regnandū tpaliter, & iō ipsi putabant, ꝙ ille hoc concedebat, ꝑꝑ ꝙ necesse erat dari modum, vt aduentus aliorū falsorum Christorum non obfuscaret cognitionem eius, qn̄ veniret. Et ad hoc poterat esse vnum signū ipsa figura corporis, vnde discipuli, qui comederant, & biberant cum illo poterant cognoscere ipsum, & non errarent. Secundus modus erat ex modo operationum, quas exercebat, cum maneret apud discipulos. Sic. n. discipuli euntes in Emmaus non cognouerunt Christū post resurrectionem ex effigie, sed in fractione panis, Luc. 24. c.

K Sed dicendū, ꝙ ista signa non proderāt nisi eis, qui cum eo cōuersati fuerant, cæteris verò, qui eum non viderant, erāt necessaria alia signa ad distinguēdum eum a falsis Christis, & prophetis. Ponit autem Orig. vnum. s. ꝙ quicūq; se Christum vocaret, non erat verus Christus, quia Christus nūquam se sic vocauerat, cum ait. Hoc solum sufficit ad cognoscendum seditionem Antichristorū, qui dicunt ego sum Christus, ꝙ nūquam Christus legitur hoc dixisse. Sed hoc non est verū, quia aliqn̄ se Christū vocauit, vt Mar. 14. c. & Messiā se dixit Io. 4. c. Aliqui dicunt, ꝙ nullū signum erat necessarium, quia Christus non erat venturus ad regnandū tpaliter, sed soli falsi Chr̄i venturi erāt, ideo nihil reqrebatur, nisi ꝙ abijcerēt eos, q venirēt, & nō erat necesse distingui Chr̄m ab illis, cū Chr̄s nūquam esset

esset sic venturus, & dato quòd discipuli putarent nunc Christum venturum ad regnandum temporaliter, nō obeat, quia ista opinio in breui tollenda erat, scilicet post dies quinquagintaquinq; ab hoc die in Pētecoste cū Spiritus Sāctus tolleret omnes errores, & ambiguitates de mētibus eorū, & cōformaret ipsos in gratia, & tamen in his diebus nulli falsi Christi venturi erant, sed venerunt postea aliquanto tempore, ergo non erat necessarium dare signum, per quod agnosceretur Christus distinctus ab eis, qui falsi erāt. Et hoc verum est. Sed dicendum, quòd hoc non obstante posuit Christus quoddam signum ad distinguendum aduentum suum ab aduentu falsorum Christorum, nā de illis poterat dubitare quilibet, an essent Christi, vel aliquis eorum Christus, licet ipsi niterentur probare varijs modis illud. de aduentu Christi sic erat futurum, quòd quando ipse veniret post hoc, nō posset ab aliquo dubitari an Christus veniret. Hoc patet in litera, cum ait: Siquis dixerit vobis hic est Christus, aut illic, nolite credere. Et postea ait: Si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere. Q.d. Christus, ille qui in deserto est, aut in penetralibus latet, & oportet ire ad illum ad sciendum, an Christus sit, non facit aduentum suum indubitatum, ideo non est Christus. De se autem dicit, sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem, ita erit aduentus filii hominis, idest sicut quando fulgur mittitur, nō apparet paulisper, sed subito, & non potest occultari, ita erit de aduentu meo, quia non poterit esse ignotus, & ideo quicunque veniret, cuius aduentus non sit notus, scitote eum non esse Christum. Et illud intelligebatur de secundo aduentu Christi, scilicet ad iudicium, nam sic manifeste veniet. Ad regnandum autem temporaliter, neque venturus erat manifeste, neque occultè, quia nunquam venturus erat ad hoc, sed satis erat istud signum ad propositum, scilicet quòd quicunque sic non veniret, non erat Christus.

Christus signū dedit quo aduētus suus erat distinguendus ab aduentu falsorū Christorū.

Quomodo venirent, qui in Christi nomine venturi erant. Quæst. XXXV.

QVAERETVR de istis, qui venturi erant in nomine Christi ad fallendum, quomodo venirēt, scilicet an dicerent se esse Christū.i. Iesum Nazarenum, qui Christus fuit, & ꝙ nunc rediret ad sęculum ad regnādum temporaliter postquā surrexerat, an dicerent se non esse Iesum Nazarenum, sed esse Messiam, & assererent Iesum Nazarenum non fuisse Messiam, neque aliquem alium.

Aliqui dicunt, ꝙ illi, qui postea venerunt vocabant se Iesum Nazarenum Messiam. Et patet primo, quia dicitur hic, multi venient in nomine meo, sed qui veniebat in nomine eius, dicebat se esse illum, & non aliam persoanm, ergo qilibet horum vocabat se Iesum Nazarenum resurgentem. Secundo, quia dicitur Mar.13.& Luc.21.c.ꝙ isti, qui veniebant in nomine Christi dicebant, ego sum, sed Ego est pronomen personale, ergo quilibet horum vocabat se personam Christi Iesu Nazareni. Tertio patet, quia quando infra in litera dicitur de aduentu horum, dicit Christus, si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere, &tñ si illi, qui se vocarent Christum non dicerent se esse Iesum Nazarenum, non suberat causa eundi in desertum ad videndum, an ille erat, nam si diceret se esse quandam aliā personam, eo ipso planū erat non esse ipsum Messiam cū Iesus Nazarenus fuisset iā creditus verus Messias, & ita non oporteret ire ad videndū, ergo vr̄, ꝙ se vocabant Iesum Nazarenum, & iō discipuli, aut alij cre-

A dentes vellent ire ad vidēdum an ipse esset, & ob hoc vetuit Iesus illuc ire.

Dicendum, ꝙ illi, qui venturi erant, & seducerent multos, non dicerent se esse Iesum Nazarenum rursus venientem, sed quandam aliam personam se dicerent, esse tñ Messiam verum, & assereret quilibet non fuisse Messiam Iesum Nazarenum. Et patet primo, quia illi, qui venirent ad seducendū daturi erant multa signa, & prodigia, vt eis crederetur esse Messiā infra in litera, s. dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem ducant, si fieri potest etiam electi, & tamē si dicerent se esse Iesum Nazarenum, non oporteret, ꝙ darent signa aliqua ad probationem, quia ille iam

B ostenderat ex operationibus suis esse Messiam, & talis esse a discipulis creditus erat, sed solum, quòd ex habitudine vultus constaret esse Iesum Nazarenum, & tamen faciebant signa ad probationem, ergo non se vocabant Iesum Nazarenum.

Secūdo patet ex Historijs illorū temporum, vt ex lib.19.& 20. Antiqui. Iosephi. & ex libris de Bello Iudaico eiusdem. Et ex libris Egesippi, qui ista, quę post passionem vsque desolationem Ierusalem scripserūt, quo tempore surrexerunt isti falsi Christi, & tñ nunquam dicunt aliquem illorum vocatum Iesum Nazarenum vsurpato sibi hoc nomine. Tertio patet, quia Hiero. super Matth. exponens locū istum, s. multi ve-

C nient in nomine meo, dixit ꝙ vnus istorū fuit Simon magus, & tamen constat, ꝙ Simon magus, nunquam se vocauit Iesum Nazarenum, sed ex nomine suo vocabatur Simon, nisi ꝙ dicebat se esse virtutem Dei magnam. Ad primum in oppositum dicēdum ꝙ veniebant in nomine Iesu non quidem in nomine personali, sed in nomine dignitatis, erat enim nomē suū personale Iesus, quia illud fuit sibi impositum in circuncisione iuxta morem Iudæorum: Luc.2.c.& illud fuerat sibi ab Angelo impositum antequam exiret de vtero supra 1.& Luc.2.c. Nomē autē dignitatis erat Christus, vel Messias, quia erat nomen regis, & redemptionis, & istud secundum erat magis proprium nomen eius, quam Iesus, quia multi Iudæi vocabant se illo nomine, & tamen nemo se Messiam

D vocabat, quia ille vnicus erat futurus, & quia Iesus Nazarenus erat verus Messias, erat verum, & proprium nomen suum Christus. Et ita dixit multos venturos in nomine suo, non quidem in personali, scilicet vt se vocarent Iesum Nazarenum, sed in nomine dignitatis, scilicet vt se vocarēt Christum. Et apparet iste sensus ex litera, qa dicitur, multi veniēt in nomine meo, dicentes, ego sum Christus. Et non dixit, dicentes, ego sum Iesus Nazarenus. Et ita non vsurpabant eius personam, sed dignitatem.

Ad secundum dicendum, quòd secundum modū loquendi Marci & Lucę poterat esse magis dubium, quia cum dicant, ego sum, potest esse dubiū ad quid referatur, scilicet an ad personam, vel ad dignitatem,

E sed Matthæus abstulit dubium, dicens, venient dicentes, ego sum Christus, ergo non se vocabant ex nomine personę, sed ex nomine dignitatis, & consequēter non dicebant se esse illam personam Iesu Nazareni.

Ad tertium dicendum, quòd etiam si non dicerēt illi, qui venirent se esse Iesum Nazarenum, haberent locum illa, quæ dicta sunt de exeundo in desertum, & intrando in penetralia, quia non ituri erant discipuli, & alii fideles ad eum, qui Christus dicebatur ad videndum, vt scirent an erat Iesus Nazarenus, sed vt viderent, an faceret mirabilia illa, quæ dicebantur, aut dicerentur de eo, per quæ crederetur esse Messias.

Quo tempore venirent isti in Christi nomine, Quæst. XXXVI.

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ multi venient in nomine, &c. qui erant isti, & quo tp̃e venirẽt. Dicendum, quòd isti venerũt pauco tempore post Christi resurrectionem, scilicet inter eius resurrectionem, & destructionem Ierusalem, & aliqui etiã post Ierusalem destructionem, & quilibet horum dicebat se Messiam esse, de quibus fuit vnus Simon magus pauco tempore post Christi mortem, qui se asserebat esse virtutem Dei, & volebat deducere homines, vt crederent in eum, vt colligitur Actu. 8. ca. De hoc dicit Hierony. super Matth. scilicet vnus eorum, de quibus loquitur, fuit Simon magus Samaritanus, quem in actibus Apostolorum legimus, qui se magnã Dei virtutem asserebat, hęc enim inter cętera in suis voluminibus scripta dimittens, ego sum sermo Dei, ego omnipotẽs, ego omnia Dei. Sic quoque multi alij surrexerunt, vt Iudas Galilęus, & Theodas, de quibus Actu. 5. c. & multi alij, de quibus Scripturę Sacrę non tetigerunt. Alij enim dicunt, quòd omnes, qui sint actores aliquarum hęresum sunt falsi Christi, cũ per illos hęreses seducant eos, quos secum trahunt. Sic dicit Hierony. super Matthæ. ego reor omnes hęresiarchas antichristos dici posse, & sub nomine Christi ea docere, quę Christo contraria sunt. Sed dicendum, ꝙ verum est omnes auctores hęresum antichristos dici posse, & omnes, qui sacram Scripturam male exponunt contra intentionẽ Christi, & tñ non loquit̃ Christus in præsenti de omnibus illis, quia licet oẽs hi seducant, & seducere nitantur, tñ non asserit se quilibet eorum Christum, sed Iesus nõ loquitur hic, nisi de illis, qui seipsos Christos dicerent, cum ait, venient in nomine meo, dicentes, ego sum Christus. Sed non omnes hęresiarchę vocauerunt se Christũ, licet Christo repugnarent.

Quid erat venire in nomine Iesu. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR quid erat venire in nomine Iesu, cum ait: Venient in nomine meo. Nam sic venire non erat vituperabile.

Dicendum, ꝙ venire in nomine eius dupliciter põt intelligi, vno mõ in nomine eius, i. sub inuocatione illius. Alio mõ in nomine. i. vsurpando sibi nomẽ eius. Primo modo venire in nomine Christi est quid agere, vel venire ad agendum in virtute eius; Et ita dixit Christus in nomine meo dęmonia eijcient. i. inuocãdo me, & sub virtute nominis mei: Mar. 16. c. Et ita ẽt baptizatur aliquis in nomine patris e. c. & infra 28. s. inuocando totam Trinitatem. Et sic venire in nomine Christi bonum est, & laudabile, sicut dr̃ supra 21. c. benedictus, qui venit in nomine Domini. i. in potestate eius, & sub inuocatione eius, hoc modo veniebant Apostoli in nomine Domini, siue Christi, & sic quicunque in nomine Christi veniat, vel operetur, siue bonus, siue malus sit non est excludendus. Sic dicitur Luc. 9. cũ dixerunt Iacobus, & Ioannes Christo. Domine vidimus quendam eijcientem dęmonia in nomine tuo, qui non sequitur te nobiscum, & prohibuimus eum. Et Christus ait, nolite prohibere, quia qui non est contra nos, pro nobis est. Hoc modo non veniebant isti falsi prophetę in nomine Christi, quia sic non essent increpabiles.

Secundo modo venit quis in nomine Christi, idest nomen eius vsurpando sibi. Et tunc dupliciter, vt dictũ est supra, quia aut in nomine personali, aut in nomine dignitatis, vt si diceret, ego sum Messias, vel

F Christus. Et vtrunque est nomen suum, nam licet nomen Iesus fuerit sibi impositũ, & non aliquod aliud, neque vocaretur alio nomine, dum viueret inter homines, nisi cum vocarent eum dominum, vel magistrum, vt Ioan. 13. c. s. Vos vocatis me magister, & domine, tñ Christus, vel Messias erat nomen suum, quia licet de se esset nomen appellatiuum, tñ soli Iesu Nazareno competebat, quia ipse solus erat Messias, neque alius esse poterat, sicut si vnus homo tantũ esset musicus, & nemo alius posset esse musicus, poterat ille dic[illegible]e, ꝙ nomen suum erat musicus, & quicunque alius sic vocari vellet, vsurparet nomen illius. Sic autẽ venire in nomine Christi malum erat, siue in nomine personali, vt si aliquis diceret ego sum Iesus Nazarenus, siue in nomine dignitatis, vt si diceret, ego sum

G Messias, licet nõ sim Iesus Nazarenus, vsurpare enim aliena peccatum est, potissime quando vsurpatio est multum pręiudicialis, vt siquis se Deum vocaret. Sic erat in præsenti, quia non est deterius credere aliquẽ esse Deum, qui non est, quam credere Messiam esse eum, qui non est, cum sine Messia, & fide determinata, & explicita de illo iam nõ sit salus. Et quia isti vsurpabant nomen eius, grauiter peccabant. Et quia dicẽdo absolute venire aliquos in nomine Christi intelligebatur, quòd veniebant sub inuocatione eius, & accipiebatur in bonum, addidit quomodo intelligeretur, accipi in secundo modo inquantum ait, dicentes, ego sum Christus, idest vsurpando sibi illud nomen.

H

Quid erat grauius, aut vsurpare nomen Christi personale, aut nomen dignitatis. Quæst. XXXVIII.

SED quæretur cum vsurpare nomen Christi sit peccatum, siue vsurpetur nomen personale, siue nomen dignitatis, vt dictum est præcedenti q. quid erat grauius istorum. Aliqui dicunt, ꝙ ęquale peccatum est vtrobique, nam eadem res vsurpatur in vtroque, quia eadem persona est Iesus Nazarenus, & Christus, siue Messias licet non sit idem nomen.

Dicendum, quòd licet vtrunque sit graue præiudicium, & peccatum, tamen maius erat vocare se

I Messiam, vel Christum non vocando se Iesum Nazarenum, nam qui se vocaret Iesum Nazarenum, & cõsequenter diceret se Messiam, & filium Dei, vsurparet sibi, quod non erat, sed non subtraheret Christo, quod habebat, nihil enim deest Iesu Nazareno per hoc, quòd aliquis, qui non est dicat se esse Iesum Nazarenum, quia non vult honorem sub alio nomine, aut ratione, nisi inquantum Iesus Nazarenus.

Si autem aliquis diceret se esse Messiam, & nõ esse Iesum, detraheret Christo aliquid, quod ei competit, scilicet diceret illum non esse Messiam cum Messias vnus tm̃ sit. Sicut siquis diceret, ego sum Deus verus minorem iniuriam Deo faceret, quam si diceret ego sum Deus verus, sed non ille Deus, quem colebant

K Iudæi, vel qui dedit legem Moysi, quia per secundum totus honor tollebatur Deo vero, nam cum Deus verus vnus tantum sit, si aliquis esset verus Deus, & non esset ille, qui dedit legem Moysi, & quem colebant Iudæi, sequeretur, ꝙ ille, quem Iudæi colebant, non erat Deus verus.

Sed de istis, qui veniebant in nomine Christi ostẽsum est supra, & dictum est, quòd non vocabant se Iesum Nazarenum, sed se Christum appellabant, & cõsequenter Iesum negabant esse Christum, ideo maximam iniuriam ei faciebant potius, quàm si aliquis eorum mentiretur, dicens, ego sum Iesus Nazarenus, qui surrexi a mortuis, & sum Messias.

Quid

Quid per hoc significabant dicentes, ego sum Christus.
Quæst. XXXIX.

QVAERETVR cum isti venientes dicerent, ego sum Christus quid per hoc significabant, & quid signat hoc nomen.

Dicendum, quòd intendebat quilibet istorum vocare se Messiam.

Christi nomen quid significet. Pro quo sciendum, quòd hoc nomen Christus est Græcum, & signat vnctionem, vel vnctum, & iõ reges vocabantur Christi Apud Iudæos. Sic dicitur primo Regum vigesimo quarto capitulo, quòd Dauid noluit occidere Saulem, quia erat Christus domini, idest rex vnctus, & secundo Regum primo capitulo, dicitur. Os tuum locutum est contra te, dicens, ego interfeci Christum domini, idest regem Saulẽ, erant enim omnes reges vncti apud Iudæos, vt patet de Saule primo Regum decimo capitulo, & de Dauid primo Regum decimo sexto, & secundo Regum secundo, & quinto capitulo, & de Salomone tertio Regũ primo capitulo, & primo Paralipomenon 29. capitulo, & ita de alijs regibus. Et ex hoc fundamento per quandam metaphoram vocabantur omnes Iudæi Christi, idest vncti, non quòd vncti essent corporaliter, sed quia inquantum pertinebant ad Deum specialius, quam aliç gentes, videbantur participare omnes principatu regnatiuo, sicut ipse dixit Exod. 19. eos esse sibi regnum sacerdotale, & peculium de cunctis gentibus, & ideo vocabantur Christi. Sic dicitur Psal. 104. nolite tãgere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et locutus est de toto populo Iudæorum.

De Messia autem dicendum, quòd vocatur Christus proprie, idest rex, nam omnes reges Iudæorum erant Christi: Messias autem erat rex, & de progenie regis Dauid, & regnaturus dicebatur super sedẽ Dauid, vt dicitur Iere. vigesimo tertio, & Isa. vndecimo capitulo, & Luc. primo capitulo, ideo Christus vocari poterat. Sed hoc specialiter habebat, quia Messiam vocamus Christum absolute, quasi absolute dicamus eum regem non expresso nomine. Et ratio est, quia per excellentiam ipse est rex cum perfectius regnaturus esset, quam cçteri, immo deduceret omnia ad perfectionem. De cçteris autem dicebamus, quòd erant reges cũ additione, vt rex Dauid, rex Salomon. De Messia autem absolute dicimus rex, quasi, vel solus sit rex, vel excellentius, quam omnes, & ita vocatur absolute Christus. Vnde quando vocamus absolute Christum non intelligimus, nisi Messiam, licet Dauid esset Christus Domini, & Salomon, & cçteri reges, hic autem dicebant isti, ego sum Christus, idest ego sum rex Messias.

Quomodo erat verum, quòd isti Christi multos seducerent.
Quæst. XL.

QVAERETVR quomodo erat verum, quòd isti multos seducerent, & quod erat motiuum seductionis.

Dicendum, quod isti seducebant multos, quia habebant aliqua, per quæ deducere possent homines ad credẽdum eis. Primum erat operatio signorum magnorum, per quæ putabantur a Deo missi, sic dicitur infra in litera, scilicet surgent pseudo Christi, & pseudo prophetç, & dabunt signa magna, & prodigia. Secundum erat appetitus libertatis ex parte populi, nam Iudæi cupiebant valde libertatem cũ essent subditi Romanis. De Messia aũt credebatur apud oẽs Iudæos, & ẽt apud discipulos Christi, ꝙ restituturus erat regnũ Israel cõgregando oẽs Israelitas dispersos, & liberando eos de potestate gentiũ, & constituendo

A principatum vnũ inter eos, sicut fuerat tpe Dauid, & iõ præ desiderio huius libertatis, qñ audiebant aliquẽ, qui se Christum vocaret, ẽt si non ostenderet magnam verisimilitudinẽ adhçrebãt ei, & sequebantur illum. Tertium erat conditio tpis, nam licet Iudæi oĩ tpe appetiuerint libertatẽ, sed nunq̃ magis q̃ nunc, cũ videbatur eis, ꝙ valde opprimebanť a Romanis, & ideo tanto facilius credebãt aliquẽ esse Messiã quanto magis cupiebant istã libertatẽ, q̃ per Messiam solũ putabant iã recuperandã. Quarto mouebanť ex sacra Scriptura, nam tempus aduentus Messiç, vt colligi poterat ex dictis prophetarum, erat tunc completũ, ideo de quocunque qui tunc se Messiam diceret, facilius

B crederetur, quam alio tempore, etiam si paruas induceret probationes.

Qui erant isti, qui seducebantur, & quomodo erant multi.
Quæst. XLI.

QVAERETVR qui erant isti, qui seducebanť, & quõ erant multi. Dicendum, ꝙ isti, qui seducebanť erant, vt in plurimũ illi, qui non audierãt Iesum prædicantem, vel saltem non crediderãt in eũ, & hos facile erat decipi, cum non hẽrent aliquid, quo resisterent seductioni, fideles aũt, qui in Christum iã crediderant, siue per eius prædicationẽ, siue Apostolorũ suorũ hẽbant aliquid quo resisterent deceptioni. Pri-

C mũ erat recta fides, nã crediderant Iesum esse Messiã, sed sciebant Messiam vnicum esse, ideo non crederent alium venientem esse Messiam. Secundum erat admonitio Christi, quia ipse admonuerat valde vigilandum contra istos seductores, qui venirent cum dixit infra in litera, s. tunc siquis dixerit vobis, ecce, hic est Christus, aut illic, nolite credere, & si dixerint, ecce in deserto est, nolite exire. Infideles aũt non habebãt istam admonitionem, iõ facilius seducebantur. De fidelibus aũt, qui iam credebant, dñt aliqui, ꝙ nõ seducti fuerunt aliqui pp ista duo, quæ dicta sunt. Sed dicendum, ꝙ multi de illis quoque seducti fuerunt, & abierunt retrorsum, vt colligitur infra in litera, cum dr: Et eritis odio omnibus hominibus, & tunc scãdalizabuntur multi. Scandalizari aũt est pati offensionẽ

D in fide, vel ab ea cadere, & est modus loquendi Christi talis, sicut dixit infra 26. c. oẽs vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. i. fides vestra circa me peribit, vel infirmabitur, ergo multi, qui iã fidẽ hẽbãt pderẽt eã & sequerẽtur tunc illos falsos Christos. Secũdo patet hoc, quia dr ibi, quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed refrigescere charitatẽ est cadere ab eo, in quo quis erat, ergo aliqui crederent, sequendo illos falsos Christos de eis, qui prius sequebãtur Christum. Tertio patet, & clarius, quia dr: Qui aũt perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, ergo innuitur, ꝙ multi erant de illis, qui fidem Christi acceperant, qui nõ perseuerarẽt in ea, sed sequerenť falsos Christos. Sed dicendũ, ꝙ de credentibus erant quidã

E electi a Deo ad vitam çternam, alij vero non. De electis dicendum, ꝙ nemo cecidit a fide sequẽdo falsos Christos, sed fuerunt in periculo pp multas tribulationes, & pp magna signa, quæ faciebant falsi Christi ad pbandũ se esse Christos. Sic dr infra in litera, s. surgent pseudo Christi, & pseudo prophetç, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducant (si fieri põt) etiam electi. De non electis multi ceciderũt a fide, sequendo falsos Christos, sicut dicit Christus Ioan. 17. pater serua eos, quos dedisti mihi, cum essem cum eis seruabam eos, & nemo perijt ex eis, nisi filius perditionis, quasi dicat ille perijt, quia filius perditionis erat, ita qui non erant electi, ex magna parte tunc a fide ceciderunt.

Quomodo poterat credi de aliquo veniente, quòd esset Messias. Quæst. XLII.

SED quæretur cum Christus iam prædicasset, & miracula fecisset, quomodo poterat credi de aliquo veniente, ꝙ esset Messias. Aliqui dicēt, ꝙ veniēs dicebat se esse Iesum Nazarenum venientem de alio sęculo post resurrectionem ad restituendum regnum Israel, nam ēt discipuli Christi credebant eum venturum esse ad regnādum temporaliter, vt dictum est supra. Sed dicetur, ꝙ non stat, quia illi, qui veniebant non dicebant se esse Iesum Nazarenum, sed alias personas, immo potius dicebāt Iesum non fuisse Christum, vt ostensum est supra. Dicendū ergo ꝙ non impediebat aduentus Christi pręteritus ad hoc. Primo, quia licet venit, & prædicauit non crediderunt ei a principio, nisi pauci Ioā. 1. in propria venit, & sui eum non receperunt, & illi poterant recipere quemlibet alium, immo facilius alium reciperent, quia Iesum recipere noluerant, & hoc Christus dixit eis: Ioā. 5. c. ego veni in nomine patri mei, & nō accepistis me, si alius venerit in nomine suo illum accipietis. Secundum erat, quia Iesus mortuus erat iandiu, & non regnauerat temporaliter, ideo putabant eum non fuisse Messiam, cum firmiter crederent, ꝙ Messias tēporaliter esset regnaturus, & restituturus regnum Israel, & sic expectabant adhuc Messiam futurū, & quicunque veniret accipiebatur ab aliquibus.

n q. 34.

n q. 35.

Quomodo fideles poterant seduci, vt alium Christum sequerentur. Quæst. XLIII.

SED dicetur quomodo saltem fideles poterant seduci, vt sequerentur alium Christum postquam in verum Christum crediderant.

Dicendum, ꝙ multa ad hoc poterāt mouere. Primum erat magnitudo prodigiorum, & signorū, nam tanta erant, vt per ea in errorem deducerent (si fieri posset) etiam electi, vt dicitur infra in litera, ergo a fortiori ducerentur in errorem pusilli, & non electi.

Secundum erat tribulatio magna, & persecutio cōtra credentes, vt dicitur infra in litera, scilicet. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & tunc scandalizabuntur multi, sed istud scādalizari est cadere a fide, vt dictū est supra q. 41. Et dupliciter mouebat tribulatio ista ad cadendum a fide. Vno modo directe, scilicet licet quidam putarent rectā esse Christi doctrinam, quia tamen tenentes eam patiebantur multas angustias deserebant eam, & sequebant alios doctores. Secūdo potest accipi, & melius, ꝙ mouebat ista tribulatio indirecte, scilicet quia videbant tenentes istam doctrinam pati grauissimas persecutiones, & odio haberi ab omnibus hominibus, putabant non esse eam ex Deo, sed contra Deū, quia si ex Deo esset Deus seruaret eos, qui illam tenebant, & iste modus arguendi erat apud Iudæos, & Gentiles, vt dicetur ibi super ipsa litera. Tertium quantum ad principale erat paruitas fidei, nam quidam erant male firmati in fide, & isti ex quibuslibet verisimilitudinibus, aut occasionibus mouebantur. Et istam causam cadendi a doctrina sua posuit Christus infra in litera, scilicet quoniam abūdabit iniquitas refrigescet charitas multorum. Quartum erat sanctitas legis Christi, quæ efficitur intolerabilis hominibus carnalibus, omnia enim vitia vetat lex Christi, sed abstinere ab omnibus non possunt, nisi qui habent spiritum Dei, quidam autem Iudæorum a principio feruentes spiritu acceperunt fidem Christi, & tenuerunt. Postea vero feruor ille refriguit, & non potentes omnib⁹ desiderijs suis resistere legem sanctam reliquerunt. Et in hoc sensu po-

Oīa vitia vetat lex Christi.

F test intelligi litera allegata, scilicet refrigescet charitas multorum. Et hi a fide Christi ceciderunt, quia Christus ponit ibi refrigerationē charitatis inter causas credendi falsis prophetis.

Quintum erat, quia Christus non redijt ad regnandum temporaliter, nam creditum erat apud omnes Iudæos Messiam debere regnare temporaliter, & redimere Israel, & ideo discipuli quoque Christi credebant illud, vt dictum est supra, & ob hoc cum mortuus fuerit antequam redimeret Israel scandalizati fuerunt circa ipsum, & iā non credebant esse Messiā, sic dicitur Luc. 24. c. de duobus discipulis euntibus in Emaus: Nos sperabamus, quòd ipse redēpturus esset Israel, quasi dicat sperabamus, & iam non speramus, & Christus increpuit ibi eos, dicens illos non credere, sed ibi dedit, quasi spē quandam ꝙ regnaturus esset, idest quòd passio debuit præcedere ad gloriam regni, & magis, quando in ascensione quærentibus ab eo: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit: Non est vestrum nosse tempora, & momenta. Et tamen nunc, quando veniebant isti falsi Christi, erat multū tempus elapsum a morte, & resurrectione Christi, ideo cum viderent, ꝙ non redibat ad regnandum temporaliter, cessauerunt credere eū esse Messiam.

in q. 34.

G

Audituri enim. Hic enim tollit Christus secundum errorem, qui poterat accidere ex falsis terroribus, & iste erat circa destructionem Ierusalem, & dicitur.

H *Audituri enim estis prælia.* i. temporibus vestris audietis bella fieri. *Et opiniones præliorum.* Idest quædam bella, quæ crederentur verisimiliter euentura, & non euenient. *Videte ne turbemini.* i. nō putetis propter hoc statim futuram euersionem Ierusalem, propter quam turbaremini fugiendo. *Oportet enim hæc fieri.* Dat cām dicti, quia diceret aliquis, ꝙ cum Ierusalem in breui esset euertenda, & hoc futurum esset per aliqua magna bella, ꝙ quando viderentur aliqua bella talia insurgere in terra Iudęorum, putaret Ierusalē destruēdam, & Christus dicit, ꝙ non, quia oportet ista bella prius fieri. *Sed nondum statim finis.* i. quando audieritis prælia non est statim finis rei vobis prænunciatę. i. destructionis Ierusalem. q. d. licet hæc aliquid faciant ad illam euersionem velut initia quædam dolorum, sed consummatio omnium malorū, quæ est ipsa destructio Ierusalem non est statim, sed aliquanta tēpora, & anni trāsibunt. *Consurget enim gens in gentem.* Hic magis in particulari prædicuntur hæc mala. Nam dixerat non debere turbari discipulos licet audirent prælia, hic vero declarat magis illa, quæ pręcederent antequam esset consummatio euersionis Ierusalem. Et dicitur, ꝙ surgeret gens contra gentem, siue de gentilibus (vt aliqui volunt) siue de Iudæis inter se (quod verius est). *Et regnum in regnum.* i. regnum cōtra regnū, idest regnum Romanorum cōtra regnum Iudęorū, vt putatur. Vel partes principatus in terra Iudæorum inter se, qui possunt vocari regna large. *Et erunt pestilentiæ.* Morbus, qui depascitur, & deuorat omnia subito, cui non potest resisti, aut difficile resistitur.

I

K

Et fames. Sterilitas terrę, ita vt multi perirent pro defectu ciborum. *Et terræmotus.* Hoc naturaliter accidit, & sæpe videtur, sed hic ad calamitatem ponitur pertinere. *Per loca.* quasi dicat non fuerunt isti terręmotus generales, neque fames, & pestilētię, sed ꝑ diuersa loca terrę Iudæorum hæc acciderunt.

Hæc autem omnia. Scilicet, quæ nominata sunt. *Initia sunt dolorum.* Idest quando ista videritis adhuc non putetis finem esse malorum, idest destructionem Ierusalem illico secuturam, sed sunt quædam initia ad illud malum, nam malum magnum, nunquam solum est, sed multa illud præcedunt.

Ad

Ad quid ponantur hæc, quæ Christus comminatur. Quæst. XLIIII.

QVAERETVR de istis, quæ ponuntur hic a Christo ad quid ponuntur, & de quo intelliguntur. Dicendũ ad primũ, ꝙ ista nõ ponunt̃ simpliciter.i. ꝑp seipsa, vt cognoscamus ea, sicut historici describũt res gestas ꝑp seipsas solum, s. solum, vt sciant: Christus aũt non habuit officium historiographi, quia nõ erat hoc narrare gesta, sed gerenda prædicere, quod ad ꝓphetiam pertinet, sed cum prophetia, nunq̃ sit allata voluntate humana, sed inspirante Deo 2. Pe. 1. c. nunquam est frustra, sed satis esset frustra respectu tantæ re, s. si solum prænunciarentur hæc, vt scirentur, ideo non fuerunt posita ad hoc, sed in signa aliarum rerũ futurarum. Secundo patet, quia discipuli petiuerant a Christo signa cum dixerunt supra, quando hęc fient, & quod est signum aduentus tui, & consummationis sęculi, hic aũt rñdet dicens. hæc ergo oportet, ꝙ ista ponat, vt signa. Tertio patet, quia dixit: Oportet hæc fieri, sed non statim finis. Et ita videtur, ꝙ ista aliquid significabant, sed poterat esse error in accipiendo significationem horum, ideo dixit Christus, ꝙ nõ significabant tam de propinquo, sicut putabant discipuli.

B

Quarto patet, & efficacius, quia cum omnia hæc Christus enarrasset ait, hæc autem omnia initia sunt dolorum, ergo videtur, ꝙ posuit ea ad significandum dolores futuros, qui initiabantur, qñ ista euenirent.

C

Quid per hæc Christus intendit significare, & cuius rei sunt signa. Quæst. XLV.

QVAERETVR quantũ ad secundum, s. quid ꝑ hæc Christus intendit significare. i. cuius rei ponit ista signa. Aliqui dicũt, ꝙ ponũtur, vt signa consummationis sęculi, ita vt sit sensus ꝯ surget gens contra gentem, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus. & hæc oportet fieri ante finẽ mũdi, & tñ licet hæc videatis non credatis, ꝙ statim post hæc sequetur finis mundi. Et patet primo, quia dr̃ in lr̃a, oportet hæc primum fieri, sed nondũ statim finis, & ita signa sunt de fine mundi, licet nõ sequatur finis statim post ea. Secundo patet, quia ita exponit Chry. dicens, quia æstimabant post illud bellum, quo Ierusalem destrueretur, statim finem mundi esse venturũ eos in vera opinione stabilit, dicens, oportet hæc primum fieri, sed nondum statim finis, s. mundi. Tertio, quia Hierony. super Matth. Etiam sic exponit, dicẽs: Oportet primum hæc fieri. i. non putemus diem instare iudicij, sed in tempus aliud reseruari cuius signũ perspicue in consequentibus ponitur, s. surget gens contra gentem. Quarto patet, quia ita Grego. exponit in homilia super illo verbo Luc. 21. s. cum audieritis prælia, & seditiones dicens: Dominus ac redemptor noster perituri mundi præcurrentis mala denunciat, vt minus turbent venientia, cum fuerint præscita, & ita ista mala, quæ hic prænunciantur dicit esse præuenientia ad mundum periturum. i. ad cõsummationẽ mundi. Quinto patet, quia sic intelligit Origenes sup Matth. applicans omnia ista ad finem mundi, cum ait, sicut ęgrotant corpora ante mortem, sic necesse est, vt ante finem mundi, quasi languens terra frequentibus terręmotibus conquassetur: Aer enim vim mortiferam concipiens pestilens fiat, & vitalis virtus terræ deficiens suffocet fructus, consequens est autem, vt propter inopiam ciborum in auaritiam homines, & bella excitentur.

D

E

Sed dicendum, quòd non stat, immo ista ponuntur hic, vt signa præcedentia ad destructionem Ierusalem. Et patet primo, quia principaliter quæsierunt discipu-

A li de tempore euersionis Ierusalem, & ex hoc quæsierunt de alijs duobus, ideo necesse est, quòd Christus ponatur respondens ad illud ponendo aliqua signa de tempore euersionis Ierusalem, & tamen si ista non intelliguntur de euersione Ierusalem, nulla alia signa ponuntur hic, ideo necesse est intelligi de illa.

Secundo, quia accipiendo, quòd hæc sint signa de fine sęculi nihil notificant. Accipiendo, quòd sint signa destructionis Ierusalẽ sunt signa certa, ideo oportet intelligi de euersione Ierusalem, quia potius debemus aliquid interpretari, vt valeat, quam vt pereat, nam quotidie per diuersas partes mundi surgit gens contra gentem, & regnum cõtra regnum, & sunt pestilentię, & fames, & terręmotus, sed non indicant finem mundi, quia tunc ante Christi aduentum fuisset finis mundi, & quotidie esset, cum quotidie eueniãt. Si autem dicas, quòd ista debent præcedere finem mundi, & tamen non statim post hęc est finis mundi. Dicetur, quòd ista signa nihil plus notificant, quam si nunquam posita essent, vt si dicatur prius veniet ver, & ęstas, quam consummatio sęculi, quia hoc esset ridiculum dicere. Sed non est ponendum aliquid frustra dictum esse a Christo, ergo non sunt ista signa cõsummationis sęculi. Accipiendo autem de euersione Ierusalem, sunt ista determinata signa, quia colligendo omnia hæc cum sequenti litera vsque ad locum illum, scilicet tunc siquis vobis dixerit, ecce hic Christus, &c. habentur omnes notabiles mutationes, quæ futurę erant a morte Christi vsque ad destructionem Ierusalem in terra Iudæorum, & post omnia hęc futura erat euersio Ierusalem.

Tertio patet, quia ista dicuntur Apostolis personaliter, quasi in eis euentura essent, & tamen ipsi non durauerunt vsque ad finem sęculi, sed ante euersionem Ierusalem occisi sunt, ergo de euersione Ierusalem dicitur, & non de fine sęculi. Et patet, quia post hæc dicitur tunc tradent vos in tribulatione, & occident, ergo tempore, quo fierent bella, & fames occidendi erant Apostoli, & apertius istud dicitur Mar. decimo tertio, & Luc. vigesimo primo capitulo. Sed forte aliquis dicet, quòd non accipitur de Apostolis, sed de alijs, ad quos Christ⁹ loquebat̃ sub noĩe ipsorũ.

Dicendum, quòd non stat, quia Marc. decimo tertio capitulo, dicitur: Videte vosmetipsos, tradẽt enim vos in concilijs, & Synagogis, & vapulabitis. Hęc autem ad literam acciderunt in Apostolis, quia isti sunt, de quibus Christus dixerat præcedenti capitulo, & flagellabitis in Synagogis vestris. Nam de fine sęculi non potest intelligi, quia tunc Christiani non ducerentur ad Synagogas, vt ibi vapulent, sed necesse est dici factum esse ante euersionem Ierusalem, & maxime, quia Marcus dicit, videte vosmetipsos, ergo in eis accidere debebant omnia hæc, & ita non sunt signa consummationis sęculi, sed euersionis Ierusalem.

Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ occasio deceptionis eorũ, qui putant hæc intelligi de fine sęculi est, quia dicitur, sed nondum statim finis, & tñ nõ intelligitur de fine mũdi, sed de fine malorũ Ierusalẽ, quæ mala finiunt̃ in totali eius desolatione. Ad alias rationes dicendum, ꝙ doctores varie exponunt, & interdum ponunt sub dubio, sed etiam si ipsi assererent intelligi de fine sęculi, non consentit hoc litera, neque est verum.

Quæ sunt ista signa, quæ Christus dedit discipulis de tempore euersionis Ierusalem. Quæst. XLVI.

QVAERETVR cũ Christus respondeat discipulis, dando eis signa de tempore euersionis Ierusalem, quæ sunt ista signa.

Dicendum, ꝙ Christus posuit multum particulariter omnia, quæ euentura erant a tempore mortis suę vsque ad euersionē Ierusalem, vt per hoc posset quis colligere historiam totius medij temporis.

Est autem ordo, ꝙ post mortē Christi statim inciperent esse aliqua bella in terra Iudæorum, siue inter Iudæos ad seipsos, siue partim ad Romanos, & essent tunc pestilentię aliquę, licet non generales, & fames, & terręmotus in multis partibus Iudęę. Et ista tāgunt in ista litera. Dum autem hęc fierent, inciperet esse tribulatio cōtra discipulos Christi in Iudęa, & in alijs partibus mundi, in quibus essent, & occiderent multi fideles, & fere omnes Apostoli, & tunc surgerent in Iudęa multi pseudo prophetę, & aliqui, qui se Christū dicerent, & multi de credentibus recederent a fide Christi, tum propter seductionem falsorum prophetarum, tum pp terrores, & pęnas, quę inferebant credentibus. Post hęc bellum inter Iudęos ꝯ Romanos insurgeret. Et qn̄ veniret exercitus Romanorū ad obsidendum Ierusalem, iubebantur oēs fideles recedere de terra Iudęę pp multas tribulationes, quæ futurę erant in illo bello. Vnde ait, tunc qui in Iudæa sunt fugiāt ad montes: obsessa autem ciuitate nō erat cessaturum bellum quousque penitus euerteretur, sed cū ante hoc viderent discipuli abominationem positam in templo Dei, signum certum habere debebant, ꝙ in breui erat delendum. Hęc omnia colliguntur ex litera hic, & Mar. 13. & Luc. 21. c.

Quare Christus voluit dare discipulis signa euersionis. Quæst. XLVII.

Sed quæretur quare Christus voluit dare discipulis signa euersionis Ierusalem, & tam particulariter. Dicendum, ꝙ fuit primo, quia discipuli petiuerunt de tempore euersionis Ierusalem, & ideo Christus voluit in hoc eis complacere designando tempus per quasdam connotationes.

Secundo, quia attinebat ad eos cum ipsi habitatores essent Ierusalem, vel saltem in aliqua parte Iudęę, in qua euentura erant mala aliqua ante destructionē Ierusalem, & vt liberarentur de illis malis expediebat, ꝙ ipsi præscirent tempus aduentus illorum malorū, vt fugerent de regione illa, quando mala euentura essent, & ista fuit intentio, quia vt patet infra in litera cum illa mala vētura erant grauissima, iussit Christus fidelibus recedere, scilicet tunc, qui in Iudęa sunt fugiant ad montes, scilicet vt ibi non inueniant eos illa mala. Tertio fuit propter seipsum, scilicet vt ostenderet, ꝙ nihil sibi erat ignotum, scilicet non solum euertendam esse Ierusalem, sed etiam tempus, & alias circunstantias.

Quarto fuit, vt redderet credibiliorem assertionem suam priorem, nam dixerat euertendum esse templū, ita vt non maneret lapis super lapidē, poterant autem discipuli dubitare, an hoc sic futurum esset, & si eis quærentibus de tempore aduentus, & de signis Christus nollet respondere, putare possent non sic futurū esse, vel illum nescire, vt ergo credibile videretur dictum suum, voluit ad hoc respondere.

Quare tam particulariter enarrauit omnia euentura ante Ierusalem euersionem. Quæst. XLVIII.

Qvaeretvr de secundo, scilicet quare tā particulariter enarrauit omnia euentura ante destructionem Ierusalem.

Dicendum, quòd primo fuit ad ostendendam suā sapientiam altissimam, cui nihil ignotum est, nā illi, q pauca sciunt, prædicunt futura sub ratione vniuersali

F pauca determinantes, sicut dicit Ptolomęus in Centiloquio propositione 1. ꝙ scientia stellarū cognoscit rem per vniuersalia, sicut qui videt eam de longe. Cognitio autem perfecta est cognitio distincta, iō Christus, vt se ostenderet Deum voluit particulariter enarrare omnia accidentia.

Secundo, vt credibiliorem redderet assertionē suā, vt dictum est præcedenti q. nam cum omnia ista tam determinatè prædiceret, etiam si nihil adhuc euenirez, credibilius erat, quod dixerat, quā si pauca diceret.

Tertio, & principaliter, quia quædam ponūtur hic, vt signa euersionis Ierusalem, sicut positio abominationis in templo, alia vero ponuntur, vt res per se enar-
G randę, quæ per se intendebantur a Christo, vt eas discipulis prædiceret, etiam si nunquā futura esset euersio Ierusalem, sicut id, quod dixit de tribulationibus eorum, & ꝙ trahendi essent ad Synagogas, & occidēdi, & ista erat conueniens prædici, ne viderentur euenisse incogitata, & tamen si non enarrasset Christus quotā particulariter omnia media, omitteret hęc, quoniam fere omnia, quæ narrātur sunt huiusmodi, vt ꝙ surgerēt pseudo prophetę, & pseudo Christi, & facerent signa magna, & de tribulationibus quas toleraturi erant, & quæ erant alię quas fugere expediebat, vt quando iussit eis ire ad montes fugiendo de Iudæa.

Quarto, & adhuc principalius fuit, quia Christus
H voluit, ꝙ discipuli non recederent de Iudæa, sed ibi prædicarent quousque conuertentur ad fidem omnes quotquot præordinati erant, vt crederent, quod fieri non poterat, nisi per discipulorum prædicationem, & si recederent ante consummatam prædicationem in Iudæa, aliqui qui erant aliàs credituri non conuerterentur, & ideo debuit sic prouideri, vt manerent in Iudæa toto illo tempore, quod sufficeret ad hanc prædicationem, & conuersionem, nunc autem cum scirent Ierusalem destruendam, vt Christus prædixerat, quod sine bello non fieret, statim, vt viderent aliqua bella, vel pericula insurgere in Iudæa fugerent inde putantes tunc futuram euersionem Ierusalem, & relinqueretur prædicatio, & conuersio credituro-
I rum non consummata, ideo debuit Christus prædicere omnes medias mutationes notabiles, & instruere eos, quæ earum non inducerent euersionem Ierusalem, & quæ illā inducerent, & quibus datis nō erat fugiendū, & quando fugiendum, propter quod quādo prænunciauit primas tribulationes, s. pręlia, & fames pestilētias, & terręmotus, dixit: Videte, ne turbemini. Et postea multa alia mala dixit euentura eis prę sentibus in Iudęa, sed adhuc non esse fugiendum, sed postea. Quibus malis propinquis ad euersionem Ierusalem esset fugiendum, dixit Iesus, tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, quasi dicat ante illud nō etiā si multa mala in Iudæa videant, sed hoc scire non poterant discipuli, nisi enarrarētur eis mala intermedia, ideo fuit conueniens illa enarrari.

K

Quare Christus non prædixit discipulis tempus determinatum euersionis Ierusalem. Quæst. XLIX.

Qvaeretvr cum Christus hoc intenderet, scilicet vt discipuli scirent, quando manendum esset in Ierusalem, & Iudæa, & quando fugiendū propter timorem euersionis Ierusalem, quare non prædixit eis tempus determinatum euersionis Ierusalem, scilicet quod esset post quadraginta annos, vel quasi, & non oporteret tunc enarrari omnia ista facta medij temporis. Dicendum, ꝙ non fuit hoc conueniens, Primo, qa licet Deus pnunciet aliqd p pphetas suos nō pdicit ita determinatè, ꝙ possit cognosci hora, & momentū, vel dies illius euentus, sed pdicit rē futurā.

Sic dicitur Actu.1.c. quando quærentibus discipulis, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel. Respondit Christus; Nō est vestrum nosse tempora, nec momenta, q̄ pater posuit in sua potestate, & ista causa ponitur etiam infra in litera cum ponuntur quædam signa aduentus Christi, & dicitur, de die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli cęlorum, sed solus pater. q.d. signa quędam pręcedentia ad iudiciū, vel aduentū Christi possunt dari, sed designare diem, & horam Deus nō vult, sed sibiipsi reseruat, sicut dictum est Actu.1.c. quòd pater illa posuit in sua potestate, ita & nūc signa quædam euersionis futuræ Ierusalem de propinquo data sunt, sed pręcisa determinatio temporis non data est, ideo non debuerunt designari anni. Secūdo fuit hoc, quia illud nō sufficiebat ad intentionem Christi, nam hic quędam posita fuerunt solū, vt signa euersionis Ierusalem, alia vero, vt res principaliter narrandę, quæ narrarentur, etiam si nulla euersio Ierusalē futura esset, vt de insurrectione falsorum Christorum, & falsorum prophetarum, & de periculis, & tribulationibus fidelium ante euersionem Ierusalem, quia si ista euenirent antequam prænunciarentur, multum affligerent ecclesiam, & tamen si non enarrando ista particulariter poneretur tempus determinatum euersionis Ierusalem, non describerentur ista, ideo non conueniebat dari tempus determinatum, tacendo omnia hæc.

Tertio, quia dato, ꝙ scirent determinatum tempus euersionis Ierusalem si intermedia, quæ narrātur non diceret, non sequeretur id, quod Christus intendebat, nam ideo Christus dixit discipulis tēpus euersionis Ierusalem, siue signum, vt manerent in Ierusalem, & Iudæa, & nō fugerent vsque ad tempus illud, vt fieret medio tempore prædicatio, & conuersio, vt dictum est supra q.pręced. Si autem diceret Christus tempus determinatum euersionis, & nulla intermedia, cum multa pericula euentura erant, vt bella, & opiniones bellorū, quę satis cito post mortem Christi venerunt, nescientes illa discipuli, & cęteri fideles, putarent ea grauissima, & ideo fugerēt etiam si euersio Ierusalem non sequeretur statim, & tunc nō prodesset aliquid pręnunciatio temporis euersionis cum discipuli fugerent de Iudæa, & non fieret pręedicatio, & conuersio, quam Christus intendebat ex ista prænunciatione inferre. Et ista est de præcipuis causis, vt colligitur ex litera, cum dicitur, audituri estis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini, scilicet licet ista audiatis, non fugiatis de Iudęa.

Quarto, & etiam principaliter ad liberationem discipulorum, & omnium fideliū. Duo enim Christus intendebat. Vnum erat, ꝙ fideles non paterentur aliquod malum in euersione Ierusalem, & periculis pręcedentibus. Aliud erat, ꝙ non recederent de Ierusalē, & Iudęa timore horum malorum. secundum tollitur pręnunciando tempus euersionis, vel signa quędam pręcedentia, per quæ sufficienter cognosceretur, nam si scirent discipuli Ierusalem subuertendam, & nescirent quando, fugerent statim, nisi illa mala eos appræhenderent. Primum ponitur ponendo gesta intermedia, & designando ex eis, quando manendum esset, & quando fugiēdum, si aūt designaretur tempus.s.post 40.annos delendam esse Ierusalem, & nihil de intermedijs diceretur, aut pp mala, quæ in medio tempore euentura erant, fugituri essent discipuli de Ierusalem, & Iudæa, aut non, si fugituri cum nullum periculum intermedium narraretur, fugerent statim post mortē Christi de Ierusalem, cū statim post mortem Christi aliqua de his malis ventura erant, s.bella, & opiniones bellorū. Et hoc erat inconueniens, quia non sequeretur prædicatio, & conuersio, q̄ Christus intendebat, si aūt vsque ad tempus euersionis expectaturi erāt, nō possent euadere pericula, & perirent ab exercitu Romanorum, & a seditionibus Iudęorū, & ita nō prodesset eis prænunciatio temporis determinati euersionis prædictę si non narrarentur intermedia. Dicendum autem, ꝙ cōuenientissimus modus ad id, quod Christus intendebat, fuit non prænunciari tempus pręcisum euersionis Ierusalē, sed poni omnia intermedia euentura vsque ad illam euersionē, licet nō innuatur ex his quanto tempore ista durarent. Nam tunc ponuntur quædam media pericula quibus euenientibus non erant discipuli fugituri, & alia, q̄n fugerent. Nam q̄n euenirēt bella, & fames, pestilentię, & terręmotus, iubentur nō turbari, & ita de alijs intermedijs.i.ꝙ pp hęc nō recedant de Iudęa. Cum vero abominatio poneretur in templo, & circundaretur Ierusalē ab exercitu iubentur, qui in Iudęa sunt admoniti fugere infra in lrā, & Luc.21.c.& ideo iste fuit conuenientior modus pręnunciandi, quam prædicendo determinatum tempus non dicere intermedia.

Quare euersio Ierusalem fuit tam sero facta. Quæst. L.

QVAERETVR cum Christus prędixerit Ierusalem euertēdam, & pp pctm̄ occisionis suę fuerit deleta, quare tandiu expectauit, s. vt 42. annis fere post Christi passionem fuerit deleta, quia statim poterat deleri. Dicendum, ꝙ nō deleuit eam Deus statim, sed vsque ad tantum tempus. Primo, quia Deus volebat Ierusalem pro peccato euertere, & tn̄ peccata, pro quibus euertenda erat, nondum erant cōpleta, iō nōdum illam delebat. Simile patet Gene.15.c. vbi Deus volebat dare Abrahæ, & semini eius terram Chanaā expellēdo inde populos Chananęorū, & Amorrhęorum pp peccata ipsorum, & quia non erant cōpleta tempore Abrahæ, non dedit Deus Abrahæ possessionem terrę illius expulsis habitatoribus, cum dr̄, nondum implerę sunt iniquitates Amorrhęorum vsque ad pn̄s tempus. Sed obijciet, quia iam erant impleta peccata Iudęorum, cū occidissent Christum, ꝑ cuius morte euersa est Ierusalem. Dicendum, ꝙ nondum erant impleta, quia licet mors Christi fuit sufficiens pctm̄, vt deleretur Ierusalem, tn̄ Deus non deleuit eā pro hoc solo scelere, immo neque pro hoc, & ꝑ omnibus præcedentibus, sed ēt alia peccata futura erant, quæ facerent ad cumulum malorū Ierusalē ad hoc, ꝙ destrueretur. s. occisio discipulorum Christi, & aliorū fidelium. Patet hoc, quia præced.c. dixit Christus Ierusalem, quæ occidis prophetas, &c. ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, ex illis occideris crucifigetis, & ex illis lapidabitis, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. & ita completa occisione discipulorum Christi euentura erant ista mala Ierusalem, sed post mortem Christi non fuerunt statim occisi discipuli Christi, sed multi durauerūt vsque ad annos, quasi 40. post mortem Christi, sicut Petrus, & Paulus occisi sunt anno 36. post Christi mortē. Et ita pauco tpe ante euersionem Ierusalē, iō nō erat statim Ierusalem euertenda. Secundo quantū ad principale, quia Christus volebat, ꝙ Iudęi, qui conuerti volebāt, conuerterent, cęteri vero perirēt. Nā de Iudęis multi ad Christum conuersi sunt. Si aūt statim post mortem Christi euerteretur Ierusalem, occiderentur omnes Iudęi, vel fugerent, qui autem occiderentur, non possent conuerti, & erat inconueniens, si autem fugerent in alias gentes dispersi, etiam non possent opportune conuerti, ideo debuit Ierusalem, & Iudæa manere quousque fieret in ea prædicatio, & conuerterentur omnes quotquot pręordinati erant a Deo, vt crederent, sed istud non poterat fieri, si statim mor-

tuo Christo euerteretur Ierusalem, fuit autem facta F
sufficienter per quadraginta annos, vel quasi, in quibus nutrita, & roborata fuit ecclesia in terra Iudeę, ergo vsque ad tantum tempus non debuit euerti Ierusalem. Et ista est causa præcipua. Sic tangitur infra in litera, scilicet. Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio, idest finis malorum Ierusalem, qui finis est totalis deletio.

Tertio, quia licet illa euersio facta fuerit pro peccatis Iudęorum, tamen fieri debebat per exercitum Romanorum rebellātibus eis Iudęis, sed rebellio Iudæorum non facta fuit statim post mortem Christi, ideo neque euersio statim fieri debuit. Sed dicendum, ꝙ ista non est causa præcipua, sed ex alijs pendet. Si enim peccata Iudæorum completa essent in morte Christi, G
& prædicatio, & conuersio fidelium ex Iudæis, statim sequeretur rebellio, & euersio, sed ideo Deus tandiu compescuit aīum Iudæorum ad non rebellādum, & Romanos esse mites Iudæis, licet indignis quousque hæc consummata sunt, & tunc vtrisque Deus laxauit habenas: Iudęis quidem, vt possent rebellare: Romanis vero, vt indignarentur ad delendum illos.

Quarto ad hoc, quòd conuenientius dispergerent fideles per orbem ad prędicādum, nam si statim post mortem Christi euerteretur Ierusalem, dispergerentur statim Christo mortuo discipuli de Ierusalem per orbem ad prædicandum, & tunc pauci essent, & non sufficerent ad prædicandum vbique, sicut cum multi fuerunt, & ista multitudo facta est, quia post mortem H
Christi longo tempore facta est prædicatio, & cōuersio Iudæorum manentibus ibi Apostolis, quod non fieret si statim post mortem Christi euerteretur Ierusalem, & recederent inde fideles.

Quinto fuit propter necessitatem profectus ecclesię. Christus enim dedit mandata solum generalia nō statuens omnia, quæ necesse erant in ecclesia obseruari. Vnde necesse erat post mortem eius dari mādata aliqua, & tolli dubia, quę orirentur circa obseruantias manentium sub fide Christi. Habebant autem potestatem ad hoc Apostoli, & prælati ecclesię, sicut dicitur Ioan. 20. Sicut me misit pater, ita ego mitto vos. Et quia ecclesię Dei nihil magis nocet, quā schismata, & hęreses, debuit a principio tota ecclesia Christi I
manere in aliquo vno loco, vel regione, vt ibi manentibus omnibus principibus ecclesię introducerentur ijdem mores ecclesię, & dubia, quę orirentur soluerentur de communi sententia, & sic tollerentur schismata in principio ecclesię, quòd optimè factū est manentibus Apostolis omnibus in Iudęa longo tēpore post mortem Christi, & crescente ibi ecclesia, & tollebantur dubia de communi sentētia Apostolorum, vt quando dubitatum fuit circa obseruationem legalium, scilicet an conuersi de gentilitate tenerentur ad legalia, & diffinitum est, ꝙ non Actu. 15. c. & sic circa quędam alia, quæ non potuissent conuenienter diffiniri, si statim post mortem Christi euerteretur Ierusalem, & dispergerentur Apostoli per diuersa loca, iō K
fuit conueniens, ꝙ non euerteretur statim, sed longo tempore post, & hoc Christus voluit, & expresse mādauit, nam quando ascendit in cęlum præcepit eis, a Ierosolymis ne discederent, sed expectarent ꝓmissum patris Spiritum Sanctum, & dixit, accipietis virtutem Spiritus Sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudęa, & Samaria, & vsque ad vltimum terrę: Actu. 1. c. & ita iussit manere prius ad testificandum in Ierusalem, & Iudęa, & Samaria, quę pertinent ad eandem prouinciam, quàm dispergerentur ad alias partes orbis. Ad testificandum autē in his tempore indiguit, ideo non debuit fieri euersio Ierusalem statim post mortem Christi, sed multo tēpore post. Sexto fuit, quia nō solum proderat hoc ad prædicationem, & cōuersionem, quæ fiebat in Iudęa, sed etiam ad prædicationē, quę facta est per alias partes orbis, prędicatio enim rei nouę non fit conueniēter, nisi ad animum tranquillum, doctrina antē Christi erat multum noua, quia annūciabat ea, quę in alijs doctrinis non habebantur, vnde Paulum prędicātem doctrinam Christi vocauerūt Philosophi Athenien. seminiuerbium. i. seminatorem verborum, & annunciatorem nouorum dęmoniorū: Actu. 17. c. Sed quādo fuit euersio Ierusalē, fuerunt grauissima bella precedentia ipsam, per quę non solum terra Iudęorum turbabatur, sed & multę alię partes orbis. Et ita difficile erat ire per varias regiones ad prędicādum, & auditores non erant bene attenti ad hanc rem nouam, ideo quousque fieret aliquāta denunciatio verbi Dei per totum orbem, debuerunt bella quiescere. Et ita factum est, quia illis quadraginta annis, vel quasi, qui interciderunt inter passionem Christi, & euersionē Ierusalem, facta est prędicatio per totum orbem. Sic dicitur infra in litera. Et prędicabitur hoc euangeliū regni per totum orbem, & tunc veniet consummatio, idest euersio Ierusalem. Et ita fuit conueniens nō deleri Ierusalem statim post mortem Christi, sed expectari per quadraginta annos, vel plus.

Irrisio Philosophorum Athenien. in Paulum prædicantem.

Quare posuit Christus euentura omnia hæc ante euersionem Ierusalem, scilicet bella, fames, pestilentias, & non aliqua alia.
Quæst LI.

QVAERETVR quomodo posuit Christus euentura omnia hęc ante euersionem Ierusalem, s. bella, fames, pestilētias, terręmotus, & quare hęc omnia potius, quam aliqua alia. Dicendum, ꝙ Christus discipulis prędicere ea, quę ventura erant voluit, & quia secundum Dei prouidentiam ista accidere debebant, prędixit hęc. Et si aliqua alia accidere deberent, & nō hęc, prædiceret illa, & non hęc.

Alia ratio est, quia Christus voluit pręnunciare mala omnia fere euentura esse post mortem suam in Iudęa ante destructionem Ierusalem, sed sub istis malis in generali includuntur omnia alia particularia mala, ideo ista generalia mala posuit. Alij dicunt, quòd ponuntur ista mala, quia se habent, quasi per consequentiam quandam pendentibus quibusdam ex alijs: nam volunt, quòd tellus ante finem mundi a sua virtute deficiet, & aer inęqualitatem pateretur, ex inęqualitate autem aeris sequitur pestilentia, ex defectu, vel infirmitate terrę sequitur terręmotus, & sterilitas, ex sterilitate fames, ex fame auaritia, ex auaritia bella, & seditiones. Sic dicit Origenes super Matthæ. scilicet. Sicut ęgrotant corpora ante mortem, sic necesse est ante corruptionem mundi, vt quasi languens terra frequentius terręmotibus cōquassetur, aer etiam vim mortiferam concipiens pestilens fiat, & vitalis virtus terrę deficiens suffocet fructus, cōsequens autem est, vt propter inopiam ciborum in auaritiam, & bella homines excitentur.

Qũo pestilentię, terręmotus, fames, & bella causentur.

Aliam autem causam horum dat idem Origenes ibidem dicens: Adhuc profundiorem dabit aliquis causam eorum, quę ante finem mundi sunt euentura, sicut enim aduentus Christi in pluribus gentibus diuina virtute fecit pacem, sic consequens est, vt cum propter abundantiam iniquitatis refrigeuerit charitas multorū, & ideo dereliquerit illos Deus, & Christus eius, iterū fieri bella dū prohibent a sanctitate operationes seminatrices bellorū, sed & aduersarię virtutes, dū non vetantur a sanctis, & a Christo absque ꝓhibitione operabuntur in cordibus hominum, vt excitent gentem

gentem aduerſus gentẽ, & regnum aduerſus regnũ. Si autem, ſicut quibuſdam placet fames, & peſtilentię ab Angelis Satanæ fiunt hæc, & tunc inualeſcent ab aduerſis virtutibus, quando non fuerint ſales terrę, & lux mundi, Chriſti diſcipuli deſtruẽtes, quę ex dęmonum malitia ſeminantur.

Sed dicendum, quòd iſtę adaptationes ex maiori parte non tenent, eo quòd ſupponunt iſta euentura circa finem mundi, & tamen Chriſtus non dixit pro hoc, ſed pro malis, quæ euentura erat ante euerſionem Ieruſalem, vt ſupra oſtenſum eſt. Ideo dicendũ, quòd cauſa prænũciandi hæc fuit ea, quę ſupra habet.

Quare Christus non ſubticuit destructionem Ieruſalem diſcipulis ſuis, & alia mala, quæ prænunciauit, ſicut finem ſæculi. Quæst. LII.

QVAERETVR cum Chriſtus diſcipulis quęrentibus de aduentu ſuo, quem illi putabãt eſſe ad regnandum temporaliter non reſponderit aperte, ideſt dicendo, quòd nunquam ſic regnaturus erat, ſed dixit, multi venient in nomine meo, & ſeducent multos. Et hoc, quia diſcipuli nondum erant capaces talium, vt dictum eſt ſupra, quare dixit eis deſtructionem Ieruſalẽ, & mala, quæ prænunciarẽt, quia eodem modo iſta non poſſent tolerare, & ideo ſubticeri deberent. In q. 51

Dicendum, quòd non fuit ſimile, nam Ieruſalem deſtruendam eſſe futurum erat, & melius erat diſcipulis ſcire, quam ignorare, nam ſciendo poterant euitare quædam mala, quæ aliàs non poſſent vitare, & quòd deberet Chriſtus non regnare temporaliter non erat huiuſmodi, quia ex hoc, quòd tunc ſcirent nulla poterat eis ſequi vtilitas. Poterat autem eis ſequi damnum, quia ex hoc infirmarentur in cordibus ſuis, & forte deficerent a doctrina eius, vt dictum eſt ſupra, & ideo hoc pauco tempore, ſcilicet ab hoc die vſque ad Pentecoſtem occultandum eis erat. In q. 31

Secundo, quia Ieruſalem euerti, vel non euerti nõ pertinebat ad doctrinam Chriſti, ipſum vero non regnare temporaliter videbatur contrarium communi doctrinæ, qua tenebant Iudæi Meſſiam regnaturũ temporaliter, & ideo ſi diceret Ieruſalem euertendam non ſcandalizarentur. Dicendo autẽ, quòd non erat regnaturus temporaliter ſcandalizarentur, quia putarent eum nõ eſſe Meſſiam, aut falſa dicere, ideo iſta non debuit nunc dici.

Tertio, quia Ieruſalem euertendam eſſe non tollebat finem, quem diſcipuli intẽdebant, ſed ꝙ Chriſtus non regnaret tẽporaliter tollebat illum finem, nam intendebant, quòd Chriſtus regnans temporaliter reſtitueret regnũ Iſrael, & reduceret omnes Iudęos in terram ſuam, & tunc diſcipuli dominarentur, quia ſederent ſuper duodecim ſedes iudicantes Iſrael ſicut Chriſtus dixerat eis ſupra 19.c. Et hoc ſumme deſiderabant. Si autem diceretur Chriſtum non regnaturum temporaliter tollerentur omnia hæc, cum vero dicitur, quòd Ieruſalem euertenda erat, nihil horum tollitur, quia poterant diſcipuli regnare cum Chriſto ante hoc, & reſtitui regnum Iſrael, & his finitis euerteretur Ieruſalem. Et ſic nihil præiudicaret intẽtioni diſcipulorum. Maxime cum nõ diceret qua die euertenda erat, nam ſi diceret poſt menſem, aut annum delendam eſſe illam, videretur pręiudicare diſcipulis, quia nõ poſſet ita cito fieri, quòd reſtitueretur regnũ Iſrael, & regnaret Chriſtus, & cum eo diſcipuli, vel parum valde regnarent, quòd inutile erat, ideo cum dixerit euertẽdam Ieruſalem, & non ſignauerit tempus de propinquo quo iſtud fieret, nõn erat contra intentionem diſcipulorum. Et bene illud caperent, ſed non caperent nunc, ſi eis dicerent, quòd nõ erat temporaliter regnaturus propter cauſas dictas.

Quid ſibi voluit Christus, cum dixit audituri eſtis prælia &c. Quæst. LIII.

QVAERETVR quid voluit hic Chriſtus dicere, cum ait audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum. Aliqui exponunt vno modo, ꝙ diſcipuli audituri erant quędam pręlia, quæ eis videntibus fierent, & ibi audire prælia erat audire voces bellãtium, audituri quoque erant enarrationes quorundam bellorum, quæ non viderent, ſed poſtquam geſta eſſent, audirent illa narrare, & iſta non ſunt bella, ſed opiniones bellorũ, ideſt annũciationes rerum factarum. Sic dicit Origen. ſuper Mat. Qui audit ipſas voces, quæ fiunt in prælijs, audit prælia, qui autem de prælijs longe geſtis audit, opiniones, vel rumores audit præliorum.

Secundo poteſt accipi, quòd prælia ſunt ea, quæ vere accidebant, opiniones præliorum erant bella, de quibus opinabantur homines, quòd fierent, & non fiebant, & eſt ſenſus, vos audietis de aliquibus prælijs, antequam eueniant, & illa euenient, & de alijs audietis, quòd euentura ſunt, & non fient. Eſt autem iſte conueniens ſenſus, quia Chriſtus volebat inferre, videte ne turbemini, & tamen, ita turbatur homo, quando audit pericula veriſimiliter futura, ſicut cum audit vere futura, cum res, quando futura eſt, non ſit nobis nota, & ſic tam vera bella, quam opiniones bellorum poterant terrere diſcipulos, quod Chriſtus nolebat, ideo conuenienter dixit, audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum.

Tertio poteſt accipi, quòd bella vocentur ea, quæ vere bella ſunt, ſcilicet hoſtium inter ſe, opiniones autem bellorum dicuntur ea, quæ ſunt bellis ſimilia, & non ſunt bella, ſicut tumultus ciuium inter ſe. Et eſt ſenſus, vos videbitis bella, & audietis, quæ erunt hoſtium, ideſt Iudæorum quorũdam ad hoſtes. Alia vero erunt inter ciues, ſicut in Ieruſalem fuerunt multę turbationes ciuium ad modum hoſtium, ſed non erant bella, & vocantur opiniones bellorum, quia ſicut opinio diſtat aliquo modo a veritate, & tamen videtur eſſe veritas, ita tumultus ciuium non ſunt vere bella, ſed magnam bellorũ ſimilitudinem habent. Et iſte ſenſus conueniens eſt, quia volebat Chriſtus ne terrerentur diſcipuli, auditis his, & tamen ita terrerentur audiẽdo bella ciuilia, quæ vocantur opiniones bellorum, ſicut audiendo fieri, vel futura eſſe bella hoſtilia, immo magis turbant quanto magis ſunt inteſtina, & nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quam familiaris inimicus, ideo Chriſtus dixit, audituri eſtis pręlia, & pręliorum opiniones.

Dicendum autem, quòd iſta expoſitio eſt verior, quia Lucæ 21.c. vbi ponitur iſta litera dicitur, cum audieritis pręlia, & ſeditiones, nolite terreri, & tamen bella ſunt hoſtium, ſeditiones ciuium. Sic dicit Grego. in homilia. Bella quippe ad hoſtes pertinent, ſeditiones ad ciues. Nicolaus vero exponit opiniones bellorum, ideſt ſigna, quæ apparebant de cœlo, & a quibuſdam interpretabantur ad bonum ciuitatis Ieruſalem, ab alijs vero ad malum, & inter alia fuit vnũ ſignum, quod Ioſephus narrat, ſcilicet ꝙ ſidus quoddam ſtetit ſimile gladio ſuper ciuitatem, quam apparitionem quidam iudicabant in bonum, ſcilicet auxilium futurum ſibi a Deo contra inimicos, alij dicebant ſignificare vindictam Dei de peccatis habitantium in ciuitate, & ita erant variæ opiniones de pręlio. Sed dicendum, quòd ille non eſt conueniens ſenſus. Primo, quia dubitatio de tali ſigno non vocatur

Bella ac ſeditiones differunt.

Lib.7.c.11

Prodigiũ instar gladij.

tur opinio bellorũ, quia opinio belli est an bellũ erit, vel non, illud vero erat an in bello eueniret bonum, vel malum. Secundo, quia talia signa non pertinent ad auditionem bellorum, sed ad aliud, scilicet ad terrores de cœlo, & signa magna. Lucas autem vtrunque potuit, quia loco huius, quod hic habetur, dixit: Cum audieritis prælia, & seditiones. Postea vero dixit, terrores de cęlo, & signa magna erunt. Et ideo opiniones præliorum non possunt accipi pro tali signo, sed pro seditionibus, sicut supra dictum est.

Quare Christus dixit videte ne turbemini.
Quæst. LIIII.

QVAERETVR quare Christus dixit videte ne turbemini. Dicendum, quòd Christus voluit per hoc auferre eis timorem istorum malorũ, scilicet licet videatis prælia hostilia, & domestica, non credatis, quòd statim Ierusalem euertenda est, poterant enim hoc verisimiliter cogitare, quia Christus dixerat eis euertendã Ierusalem, & hoc non videbatur futurum, nisi per bellum, ideo si nihil aliud adderetur, poterant putare, quando aliquod bellum insurgere viderent, quòd tunc euertẽda erat Ierusalem, & ideo admonet, quòd licet videant ista accidere nõ turbentur, idest non putent statim euertendam Ierusalẽ. Causa huius est, quia volebat Chri- Causę assignatio. stus, quòd manerent discipuli, & cęteri fideles in Iudæa longo tempore post mortẽ suam propter multas causas, quæ dictę sunt supra, & tamen si non admonerentur de his, putarent quòd quocunque bello imminente statim euertenda esset Ierusalem, ideo dixit eis, videte ne turbemini. Sic dicit Raba. admonentur Apostoli, ne his aduenientibus terreantur, vt Ierosolymam, Iudæamque deserant, quia non statim, finis, sed in 40. annum desolatio prouincię, vltimumque templi, & vrbis sequetur excidium. Et idem dicit Beda.

Quare dicitur, oportet enim hæc fieri.
Quæst. LV.

QVAERETVR quare dicitur, oportet enim hæc fieri. Dicendum, ꝙ hic importatur necessitas quędam euentus istarum rerum. Et est sensus, quando discipuli audierunt a Christo Ierusalem euertendam esse putauerunt, quòd hoc futurum esset post longum tempus, & quòd credebant prius regnaturum esse temporaliter Messiam, & restituendum regnum Israel, si autem viderent insurgere aliquod bellum graue, putarent statim Ierusalem euertẽdam, & ita Deum mutasse propositum, & quòd acciderit citius euerti illam, quam Christus statuerit, quando eis illud prædicebat, ideo ait non credatis, quòd ista eueniant a casu, & per hæc acceleretur euersio Ierusalem, sed determinatum est tempus euersionis apud Deum, & nõ pœnitur, neque acceleratur per ista bella, quia non eueniunt, quasi a casu, & sine ordine, sed omnia secundum sua tempora ordinata sunt, & non impediuntur quædam per alia, sed singula suis temporibus ordinata proueniunt.

Sed obijcietur quomodo dicitur, oportet hæc fieri, quia importatur necessitas, si autem necesse erat ista bella euenire, non peccabant inferentes bella, quia peccatum non est necessarium, sed voluntarium.

Dicendum, quòd verum est, quòd bella voluntarie exercentur inquantum in potestate bellãtium est mouere partes organicas, & hoc sufficit ad esse actũ non violentum, vt dicitur. 3. Ethico. c. 1. de proijciente merces in mare propter periculum naufragij, vel

F submersionis. Et dicitur oportet quantum ad diuinam præscientiam, scilicet licet absolute non erat necesse esse bella, cum illa proueniant a causa voluntaria, tamen quia aliqua ventura sunt, & præscitum est a Deo illa ventura, inquantum præscita sunt, necessaria sunt, & ista est necessitas in sensu composito, quia in sensu diuiso non est verum.

Secundo potest accipi necessitas ex parte rerum, sed, quòd sit conditionata, scilicet non erat necesse simpliciter bella euenire, & tamen ad hoc, quòd Ierusalem euerteretur, necesse erat præcedere bella, quia non eueniret tantum malum sine aliqua causa præcedente. Vel potest accipi ista necessitas conditionata ex parte diuinæ ordinationis, vel prouiden-

G tiæ, scilicet non erat necesse euenire ista bella simpliciter, neque etiam euerti Ierusalem, sed quia Deus ordinauit, quòd nunquam fieret euersio Ierusalem, nisi præcedentibus bellis, & opinionibus bellorum, necesse erat ista primum venire, & istum modum tenet Lucas, quia non dixit, oportet hæc fieri, sed oportet primũ fieri, idest ante euersionem Ierusalem.

Quare Christus dixit. Sed nondum statim finis.
Quæst. LVI.

QVAERETVR quare dixit: Sed nondum statim finis. Dicendum, quòd de fine lo-

H quitur, qui est finis malorũ, idest terminus malorum Ierusalem, & non de fine sęculi, sicut dictum est supra, & dicitur, quòd licet ista mala eueniant, non est statim euersio Ierusalem, quæ est finis. idest consummatio malorum illius. Et rectè dicitur nondum statim finis. q. d. quia ista eueniunt finis est aliquãdo Ierusalem, immo ista signant eam euertendam, quia dicitur in litera: Hæc omnia initia sunt dolorum, sed non statim, quia non statim post ista bella, & præliorum opiniones futura erat euersio, sed differretur satis longo tempore. Et hoc, quia ista statim post mortem Christi acciderũt, vt dicetur infra, & tamen euersio Ierusalem dilata fuit vsq; ad annos quadragintaduos, vel quasi post mortem Christi, vt dicit Rabanus, & Beda, & colligitur ex omnibus

I historijs, quæ annotationes temporum faciunt. Et ad probandum, quòd non esset statim finis, addit, quòd surgeret regnum contra regnum, & gens contra gentem, & esset fames, & pestilentiæ, & adhuc ista non erant finis, sed initia dolorum, vt dicitur in litera. Ergo non erat statim finis post præcedentia, sed multo tempore post.

Sed dicendum, quòd non refertur ad auditionem bellorum, sed ad euentum ipsorum, nam dicitur: Audituri estis prælia, & præliorum opiniones. Hoc autem erat audire, quasi de futuro euentura, sicut ante euentum bellorum solet esse rumor quidam de illis propter præparationes, vel occasiones quasdam, quas videret homines præcedere. Et non est sensus, quod

K post istam auditionem non esset statim finis, sed ꝙ postquam euenirent bella, & seditiones, siue opiniones bellorum, quæ prius audiebantur, adhuc non est finis, quia dicitur: Oportet primum hæc fieri, i. hæc, quæ audiuntur prius accidere, quam sit finis. Sed dicetur, quare dicitur, sed nondum statim finis. Dicendũ, ꝙ ad expositionem præcedentiũ, dixerat enim Christus, audituri estis bella videte ne turbemini. q. d. non putetis instare euersionem Ierusalem, non enim statim post ista est, ideo etiã si videatis ista accidere, potestis manere longo tempore in Iudæa, quia non est euersio statim post hæc.

Quid est, quod dicitur: Surget gens in gentem, & regnum in regnum. Quæst. LVII.

QVAERETVR quid est, quod dicitur: Surget gẽs in gentem, & regnum in regnum. Et quare hoc dicitur.

Dicendum, quòd aliqui volunt esse regna gentilium, quę inter se confligerent, & tunc sicut vnum regnum aduersus alterum surgeret, ita & gẽs aduersus gentem, sed gens aliquid plus nominat, quam regnũ cum sępe eiusdem gentis multa regna sunt, sicut Germanos, siue Alemanos vnam gentem dicimus, & cõtinent in pluribus regnis, & dominiis: Hispanos quoque dicimus vnam gentem, sed multa regna habent. Existentibus autem bellis grauissimis non solum contingeret vnum regnum pugnare aduersus alterum, sed etiam integram gentem insurgere, vt contra aliam pugnaret. Et hæc bella audituri erant discipuli, & opiniones bellorum. Ista sententia videtur satis consonare litteræ inquantum dicitur. audituri estis prę-lia, & opiniones pręliorum, quasi dicat non videbitis ista pręlia, sed audietis, si tamen ista pręlia fierent in Ierusalem, & Iudæa, viderent discipuli aliquid illorum, cum ibi existerent, ergo satis intelligi potest, quòd ista prælia erant exterarum gentium.

Sed tunc dicetur, quid attineret ad signa euersionis Ierusalem si ista essent bella exterorum cum magis ostenderent calamitates futuras illarum gẽtium, quam Ierusalem, aut Iudæorum, & tamen Christus posuit ista hic, vt quędam signa.

Dici potest, quòd satis faciebant ista ad propositũ, vno modo, scilicet quòd cum in alijs gentibus apparerent ista bella grauiora, quam esse consueuerat, signum erat, quòd etiam in Ierusalem bella sequerentur per quę periret gens Iudæorum.

Secundo, quia putabant discipuli, quòd statim post euersionem Ierusalem destrueretur totus mundus, & esset consummatio sęculi, vt ostensum est supra, sed destructionẽ aliarum gentium, sicut & euersionem Ierusalem non putabant fieri, nisi per bella. Cum igitur inciperent bella in alijs partibus orbis, per quæ credi poterant delendę illę partes putari poterat statim surrectura alia in Ierusalem, per quæ euerteretur ciuitas, & ideo cum audirent alibi fieri bella, vellent fugere de Ierusalem ne subito orientibus bellis Ierusalem pręoccuparentur, & fugere non possunt. Alij intelligunt de Iudęis, & Romanis. Sic dicit Chrysostomus super Mat. scilicet Hic autem de prælijs loquitur, quæ in Ierusalem erant futura cum dicit audituri estis prælia, & idem vult Rabanus. dicit, scilicet surget gens in gentem, constat hoc ante acerbissimos dolores, quibus omnis prouincia vastata est ad literam contigisse. Teoph. autem apertius hoc dicit, scilicet surget gens contra gentem; idest Romani contra Iudæos, quod Iosephus narrat ante destuctionem Ierusalem factum, cum enim gens Iudæorum tributum non redderent, Romani venerunt turbati &c. Sed dicendum, quòd ista sententia, licet communior sit, tamen non multum videtur concordare literæ Christi. Primo, quia ipse vult, quòd cum ista euenirent nondum est finis statim, sed initium doloris, vt dicitur in litera, & tamen, quando gens Iudæorum rebellauit Romanis nolẽdo reddere tributum Floro præsidi Romanorũ in Iudæa propter aspera, quę ille gerebat contra Iudæos, non erat principium malorum, quia ante hoc multa mala post mortem Christi illis euenerant, vt colligitur per Iosephum li. de Bello Iudaico, & li. antiqui. 18. & 19. & 20. & ex secundo li. Egesippi, qui eadem narrat, quæ Ios. & ita post illam Romanorum, & Iudæorum consurrectionem

In q. 22. & 23.

A non fuit, nisi continuum bellum vsque ad extremũ ciuitatis excidium. Secundo, quia Christus dixit ista euentura, & tamen, quòd non turbarentur discipuli, idest quòd propter illa non recederent de Iudæa, & Ierusalem, vt dictum est supra, sed manerent ibi exercentes prædicationem quousque roboraretur, & multiplicaretur numerus credentium, & tamen, quando bellum cępit ex rebellione Iudæorum ad Romanos iussi sunt discipuli fugere, scilicet tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. Et fuit hoc, quando viderent circundari Ierusalem ab exercitu, vt dicitur Lu. 21. c. ergo inter ista bella, in quibus consurgeret gens in gentem, & regnum in regnum, &
B rebellionum Iudæorum contra Romanos, magna tempora, idest aliquot anni interciderunt.

Si tamen quis teneat istam expositionem dicet, ꝙ surgeret regnum in regnum, idest regnum Romanorum contra regnum Iudæorum, licet neutrum regnum esset proprie: Romani enim regnum non habebant, quia non habebant regnum, sed erat libera ciuitas, & alio principatu liberiori regebantur, Iudæi autem regnum non erant, quia regem nõ habebant, sicut ipsi dixerunt nõ habemus regem, nisi Cęsarem Io. 19. sed potest vocari regnum quilibet summus principatus alicuius gentis, eo quòd in gente illa, in qua est potestas regnatiua, licet multi alij principatus
C sint, omnes sunt sub principatu regnatiuo, qui ibi summus est, & ideo in qualibet gente principatus summus potest vocari regnũ p quandam adaptationem. Dicitur autem gens contra gentem surgere, & hoc proprie, quia alia erat gens Iudæorum alia gens Romanorum. Alij autẽ dicunt, quòd surgeret gens contra gentem, & regnum contra regnum, fuit totũ in terra Iudæorum, & ideo fuit eis conuenienter signum mali futuri. Et dicitur gens contra gentem, quando populi aliqui, vel prouinciæ paruæ contra alias surgebant, sicut quando pugnauerunt Samaritani, & Galilęi, qui erant in terra Iudæorum, & tamen Samaritani non essent de gente hebręorum, vt colligitur. 4. Regum. 17. c. Galilæi autem Iudæi erant. Et
D de hoc bello dicetur magis infra, surgebat autem regnum contra regnum, quando quidam reguli Iudæorum, qui melius Tetrarchę vocabantur, inter se pugnabant, sicut quando erat aliquod bellum Herodis, & Philippi, qui ambo Tetrachę erant, sed verius fuit bellum Herodis regis, & Arethę regis Arabię, & ambo erãt reges, fuitque bellum in terra Iudeorum, vt scribit Ios. li. 18. antiqui. Est autem iste sensus conueniens, quia ista bella, & insurrectiones fuerunt parum post mortem Christi, vt ostendetur infra, & tamen post mortem Christi vsque ad excidium Ierusalem fuerũt anni quadraginta, aut parum minus, ideo de illis intelligitur melius, quam de rebellione Iudęorum in Romanos. Dicendum autem, quòd quelibet harum positionum potest aliquo modo suscipi, sed
E prima, & tertia sunt verisimiliores, licet prima magis consentit literę inquantum dicit gentem contra gẽtem, & regnum contra regnum, quod nominata proprie inuenitur in Iudæa. Tertia magis videtur conuenire sententiæ, eo quòd discipuli magis turbarentur propter bella, quę viderent accidere in Iudęa, quam in gentibus extraneis.

Ad quid Christus dixit surget gens in gentem, & regnum in regnum. Quæst. LVIII.

QVAERETVR ad quid dixit Christus surget gẽs in gentem, & regnũ in regnũ. Dicendũ, ꝙ dicitur ad expositionẽ præcedentiũ. nã dictũ fuerat. audituri estis prælia, & opiniones præliorũ: nescirẽt aũt disci-

discipuli, quæ essent ista prælia, aut qualia dr̃, ꝙ surgeret gens contra gentem, & regnũ ꝯ regnum, & hoc modo prælia fierent. Secundo põt dici, ꝙ positũ est significandum magnitudinem rerum. Nam cum dictum erat audituri estis prælia &c. putarent forte discipuli aliquid paruum esse, iõ dixit, ꝙ surgeret gẽs in gentẽ, & regnũ ꝯ regnum, hoc.n. nõ poterat esse, nisi magnũ, & cõuenit hoc primę positioni pręcedẽtis.q. Tertio põt dici, ꝙ dictum est ad oñdendũ, in quibus essent bella ista. Nam cũ dictum est, audituri estis prælia nõ dictũ est vbi vel quorũ essent ista prælia, & forte putaretur, ꝙ solum essent Iudæorum, iõ dr̃, ꝙ non solum ipsorum, sed ẽt aliorum multorum, ꝙ surgeret gens ꝯ gentem, & regnum ꝯ regnum.

Quæ prælia, ac seditiones fuerunt istæ, quæ Christus prædixit. Quæst. LIX.

QVAERETVR autem, quæ prælia fuerunt ista, & seditiones. Dicendum, quòd sicut dictum est supra, quidam dicunt ista bella esse Romanorum contra Iudæos. Alij dicunt bella aliarum gentium. Alij vero dicũt esse bella gesta in terra Iudęę ante inchoatum bellũ Iudęorum, & Romanorum. Accipiendo primo modo planum est esse bella illa, quæ facta sunt per exercitum Romanorum contra Iudæos anno duodecimo Neronis, & continuata sunt per Vespesianum, & Titum vsque ad deletionem Ierusalem, de quibus non est hic dicendum, quia latissime describit illa Iosephus in libris de Bello Iudaico, & Egesipus in quatuor libris eiusdem historię. Et non sunt ista bella, & opiniones præliorum, de quibus hic Christus dixit, vt dictum est supra. Accipiendo secundo modo prout sunt bella omnium gentium, quæ fuerũt inter Christi passionem, & euersionem Ierusalem, non est propositi nostri narrare in præsenti exterorum bella, quia ista minus mouerent discipulos Christi existentes in Iudæa. Accipiendo tertio modo, quia leuius est illa narrare tangendo, & etiam verisimilius erat discipulos Christi ista formidare dicemus aliquid leuiter de his. Ante Christi mortem immo circa eius natiuitatem aliqua incentiua fuerũnt belli Iudæorum contra Romanos. Nam cum Christus natus est exijt edictũ a Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis Lu.2.c. Quæ descriptio primo facta est a Cyrino pręside Syrię. Tunc autem aliqui Iudæorum resistebant non fieri debere descriptionem, quoniam dicebant esse hoc veram seruitutem, quorum princeps, & admonitor erat Iudas Galilæus, multitudo autem prona erat Romanis resistere, vt professio nõ fieret, & appreciatio facultatum, sed Eleazaro summo sacerdote suadẽte tandem multitudo consensit fieri descriptionem, sed Iudas cum quibusdam resistit, quos Iosephus vocat de quarta prophetia apud Iudæos. Et hi cum non paterẽtur fieri professionem, dissipati sunt, & Iudas Galilæus auctor huius pręsumptionis perijt, vt dicitur Actu.5.c. & Iose. de hoc li.18. antiqui. fuit aũt ista rebellio, & deletio Iudæ Galilæi anno.43. imperij Octauiani, qui fuit secundus annus vitæ Christi, vt ait Eusebius in lib. Chronicorum. Deinde sub Tyberio Imperatore Pilato gubernante Iudæam, cum iam Christus plusquam.25. annorum esset conatus est Pilatus ꝯ consuetudinem agere Iudæorum, vt militaria signa in Ierusalẽ introduceret, in quibus imagines Cęsaris erant, hoc aũt nefandum apud Iudæos censebatur. Nam in cęteris Iudæę locis fieri non prohibebant, in Ierusalem vero, quia tẽplũ domini erat, nulla ratione patiebãtur imagines introduci, ne simulachra colere viderent, aut per hoc diuiF ni cultus maiestas offenderet: Pilatus aũt per noctem signa illa introduxerat, quæ ꝑ triduũ nescientibus Iudæis manserũt, quo cognito dolentes nimiũ descẽderũt ad Pilatum in Cæsareã, vt imagines de vrbe excludi iuberet, cum aũt Pilatus auditurus Iudęos pro tribunali sederet, milites absconditos habuit, quibus signo dato prodierunt, & circundantibus eis Iudæos cępit Pilatus comminari, nisi statuas in vrbe manere permitterent, illi vero deiectis capitibus simul velut ex communi deliberatione iugulos obtulerunt afferentes se potius mortem, aut quęuis subituros ꝑicula, ꝙ̃ contra leges paternas statuas in vrbe permitterent. Pilatus vero Iudęorũ constantiam circa religionem admiratus statuas, & signa vrbe educi iubet, atque in
G Cæsaream deducuntur. De hoc Iosephus lib.18. antiqui. & lib. de bello Iudaico. Sed Eusebius libro Chronicorum dicit factum esse hoc eo anno, quo Christus passus est, inquiens eodem anno Pilatus præses prouincię secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuit. Hæc prima seditionis, & turbarum Iudęis causa extitit. Cum vero precibus Iudæorum Pilatus de vrbe statuas eduxisset, de Corbona, in qua sacer thesaurus reconditur, accepit pecunias, vt aquęductũ in vrbe de torrente duorum millium pedum spatio faceret, quod Iudæi ęgre ferebant, conueniens autem multitudo ad operantes acclamabat opus debere interdici, & insuper ꝯtumelias adijciebant: Pilatus iussit adesse milites, & ꝯ clamantem multitudinẽ nõ gla-
H dijs, sed baculis vti, vt sic eos ab impedimento operãtium deterrerent, ꝯ quos cum Iudæi maledicta proferrent, milites vltra, quam imperatum extiterat exercentes multos occiderunt, alios saucios compulerũt in fugam. Et hoc eodem anno, quo Christus passus est, accidit iuxta assignationem Eusebij. Et de hoc Iosephus libro 18. Antiqui. & Libro de bello Iudaico. Sed verum est, ꝙ duobus annis post Christi mortem fuit. Nã Christus mortuus est anno 18. Tyberij Cęsaris: prædicta autem acciderunt anno 20. Tyberij, vt Eusebius dicit. Et in hoc ait, ꝙ Pilatus dedit semina secundę seditionis. Hæc enim sunt, quæ vocant nunc opiniones præliorum, quia non erant pręlia hostilia, sed inter ciues, & rectores ortus tumultus, & quando
I Iudæi prædicta videbant, deteriora ex his secutura iudicabant, ideo discipuli Christi, quibus prænunciata erat euersio Ierusalem, formidarent statim ex his secuturã vrbis euersionẽ, nisi Christus eas admonuisset. Anno tertio post Christi mortem, i. anno 21. Tyberij Cęsaris Seianus præfectus eius, qui apud ipsum plurimum poterat, vehementer apud Tyberium instabat, vt totam gentem Iudęorum deleret, sed Deus tunc misertus est, vt in alia tempora iustiorem vindictam seruaret, de quo Philo Iudęus lib.2. & Euse. lib. Chronicorum, sed cũ Synagoga iã cũ suis cęremonijs peritura esset, quantum acciderat Iudæis aduersitatis cautus fauoris cumulus Christi Ecclesiam sequebatur. Nam anno 23. Tyberij, i. anno 5. post Christi mortem
K cum Agrippa Iudæus cum Tyberio de cõuersatione Christianorũ loqueretur, retulit Tyberius ad senatũ, vt Christus inter Deos a Romanis, & toto orbe susciperetur, quod senatui non placuit, quia prius ad eum delatũ non fuerat, vnde iussit Christianos de vrbe expelli: Tyberius ẽ cõtra indignatus omnibus Christianorum accusatoribus mortem comminatus est, qua ex re multos senatorum, & equitum Romanorum interfecit, vt ait Eus. lib. Chronicorum.

Accidit quasi eo tempore, quæ de Caphedone Samaritano narrantur, qui se Messiam, aut prophetam mentitus ascendit in montem Garizim, de quo Iose. li.18. Antiqui. sed de hoc postea dicetur.

Anno primo Caij Caligulę, qui Tyberio successit, idest

idest anno 6. post mortem Christi multę turbationes in Iudæis habitantibus Alexandriæ erant. Nam præfectus Romanus Rector prouincię suadente populo Alexandrino eos valde affligebat, ita vt in eorum Synagogis, aras & idola constitueret, & sacrificia faceret, pro quo Iudæi oratores suos Romam transmittunt, quibus prefuit Philo Iudæus tempore suo inclytus, & in prophetia eruditus, qui librum sapientię scripsisse dicitur. Hic cum causam Iudæorum oraret a Caio repulsus est, eique nimium indignatus aliquid mali illaturus videbatur. De quo Ios. lib. 18. antiqui, & Euse. lio. Chronicorum. Ante hoc tempus dum adhuc Tyberius viueret bellum fuit inter Herodem regem, qui Ioan. Bap. occiderat. Et Aretham regem Arabię, in quo bello exercitus Herodis perijt, & omnium Iudæorū sententijs erat, ideo hoc accidisse, quia Herodes venerabilem virum sanctum, & Innocentem occiderat, de quo Ios. li. 18. antiqui.

Anno tertio Caij Cæsaris, idest anno octauo post mortem Christi Pilatus, qui Christū morti adiudicauerat cum in multas calamitates incidisset propria manu se interfecit, vt ait Eus. li. Chronicorum. Eodē anno Caius Petronium perfectum in Syriam mittens iussit, vt in templo Ierusalem statuam eius sub nomine iouis maximi poneret, in toto enim orbe Romano in Synagogis Iudæorū aræ, & statuæ, & imagines Cæsaris consecratæ sunt, vt Philo, & Iosephus scribunt, & testatur Euse. sed circa Ierusalem aliter se res habuit. Cum enim multitudo sciret hoc esse propositum Petronij, vt Caij iussa parageret, accurrit ad eum, & multis falsis precibus tandem impetrauit, vt ad Cæsarem super hac re scriberetur, Iudæos quidem Cæsari velle obedire, sed potius se mortem, & omnia mala subituros, quam in templo statua locaretur, & donec Cæsar rescriberet supersedendum esse, cum vero ad Caium res deducta est, grauiter accepit, sed scripsit si statua quidem erecta est maneat, si vero nōdum nihil innouandum esse. Sed postea Caius, qui malignus erat ab hac sententia permutatus scripsit acerba se in Petronium exerciturum, quæ posteris exemplum præstaret, quia illico mādata non egerat, sed Deo prouidente, quem Petronius in hoc honorauerat, prius nuncium de morte Caij, quam præfatam literā accepit. De his Iosephus lib. 18. antiqui.

Anno secūdo Claudij, qui successit Caio, idest anno post mortem Christi decimo, vel vndecimo Petrus Apostolus, qui Antiochię præfuerat Romam transiuit, & ibi sedes Apostolica esse cępit, & ex tunc fuit illa maxima ecclesiarum, sedit autem Petrus Romæ in Episcopatu ānis. 25. vt ait Eusebius. li. Chronicorum. Quarto anno Claudij expleta est prophetia Agabi, qui dixerat famem futuram Act. 11. c. & fuit hoc anno vndecimo, vel duodecimo post mortem Christi, vt ait Eusebius vbi supra.

Circa principium regni Claudij Iudæi Alexādrini aduersus Gentiles eiusdem vrbis seditionem habuerunt, assumpserant quippe audaciam Iudæi ex morte Caij, vt iam non cogerentur contra legem paternam imagines Cæsaris, & aras in Synagogis habere, super quo Claudius, qui natura benignus erat rescripsit nō debere super hoc inquietari Iudæos non solum Alexandrinos, sed etiam omnes Iudæos per totum orbē cōstitutos permitti debere, vt libere suis legibus vtātur, & nullam eis inferri molestiam. De quo Ios. li. 19. Antiqui. Sub Claudio missus est in Iudæa præses nomine Fadus, hic prouinciam illam, quæ tunc a latronibus vastabatur, eripuit Ptolemęo, qui latronum princeps erat occiso. De quo Ios. Antiqui. li. 20.

Eo tempore dum Fadus Iudæam regeret, accidit quod de Theoda scribitur, de quo intra dicetur, de

A quo Ios. 20. Antiqui. Anno autem Claudij septimo, idest anno quintodecimo post mortem Christi magna clades Iudæis in templo Ierusalem inflicta est, nā triginta millia perierunt, erat enim Cumanus præses, & cum esset festum azymorum conueniente tota multitudine Iudæorum in templo, ne qua turbatio sequeretur milites Romani astare solebant, tūc quarto azymorum die miles quidam toti populo nudata posteriora ostendit, & turpe aliquid iuxta consequētiam habitus dixit, siue vt alibi Iosephus scribit genitalia ostendit, pro quo tota multitudo nimis offensa putans ex hoc Deum contemni Cumanum pręsidē obiurgabant, cumque neque ille clamorem populi placare posset, milites ad Antoniam (sic enim turris illa vocabatur) congregari fecit timens populi seditionem, quod multitudo cernens, quasi in eam milites venturi essent, fuga sumpta per angustas portas se conculcabant, ita vt quibusdam super alios ruentibus triginta milia perierunt, & sic versa est eorum solennitas in luctum. De hoc Iose. lib. 20. Antiqui, & libro De Bello Iudaico, & Euse. lib. Chronicorum, factum est autem hoc in ea festiuitate qua ipsi Christum occiderant. Lib. 2. de Bello c. 5. & lib. 20. Antiq. ca. 10.

B

Hoc tempore in Iudæa Samaritanorum, & Galilæorum bellum extitit. Nam cum Galilæi venturi in Ierusalem per Samariam inter faciebant, ibi orta contentione Samaritani multos Galilæorum occiderūt, qui apud Cumanum præsidem conquesti sunt, ille vero a Samaritanis acceptis pecunijs noxios non puniuit: Galilæi autem multos Iudæorum ad arma concitauerunt quibus præfuit Eleazarus, qui multis annis latrocinia faciebat in montibus, & vicos aliquos Samaritanorum incendentes cuncta diripuerunt, contra quos processit Cumanus, fugientibus ergo multis eorum ad montes Iudæa latronibus plena esse cępit. De hoc Iosephus li. 20. antiqui, & li. de Bello Iudaico. Anno vndecimo Claudij, idest post mortem Christi anno decimonono missus est Fęlix præfectus in Iudæa, sequenti anno accidit purificatio Pauli, & comprehensio eius a Iudæis cum eum traxerunt extra templum volentes occidere obijcientes, quod Gentiles induxisset in templum, & cum vellent eum occidere accurrit tribunus militum, & liberauit eum de manibus Iudæorum Actu. 21. & acciderūt omnia, quæ habentur. a. c. 21. vsque ad. 26. & tunc ad Fęlicem deductus est in Cęsaream, & coram eo Iudæis accusantibus respondit Paulus Actu. 24. & tamen ex litera ipsa colligitur nō fuisse hoc anno decimo, aut vndecimo Claudij, sed tertiodecimo, vel quartodecimo, quia Act. 24. c. respondens Paulus coram Fęlice, ait, ex multis annis sciens te iudicem huic genti bono animo pro me satisfaciam. De hoc Eusebius vbi supra. Sub Fęlice præside Iudęę tempore Claudij multi pseudo prophetę surrexerūt, & vir Aegyptius, qui deduxit secum quatuor millia virorum, de quo postea dicetur. De hoc Eusebius, & Iosephus. Erant autem eo tempore in Iudęa multi latrones in montibus principem habentes Eleazarum, quorum multos, vt prouinciam vastantes per dies singulos solicitudine sua Felix accipiebat, & morti tradebat, tandem, & Eleazarum principem eorum dolo cępit promittens ei, quod nihil mali inferret, illeque eum Romam ad Cæsarem vinctum misit, de quo Iosephus li. 20. Antiqui.

C

D

E

Erat, & hoc tempore inter Iudæos pontifex nomine Ionathas, qui sępe Felicem præsidem admonebat ad Iudæorum gentem mansuete se habere, quod cum moleste ille ferret, cæpit Ionatham odiosum habere, quod eum crebro a proposito maiorum faciendorum arceret. Vnde, & in mortem eius cogitans

tans cuidam nomine Doras viro diuiti, & amico Ionathæ multarum pecuniarum promissione suasit, vt Ionatham superinducendo latrones occideret, illi vero velut adoraturi in templum ascenderunt sub vestibus gladios occultantes, & accedentes ad Ionatham eum occiderunt, & cum mors ista inulta remansisset, latrones cum multa fiducia in templum ascendebant, & gladios habentes absconsos, quos volebant occidebant, non solum in ciuitate, sed & in templo. Nā vbiq; cædes sępe agere præsumpserunt nihil se impietatis agere ęstimantes, quam calamitatem deplorat valde Iosephus, dicens: Ob quam causam arbitror etiam Deum aduersatum nostram vrbem, & templum velut nequaq̄ suo habitaculo mūdum tradidisse Romanis, & vt purgatio fieret ciuitatis, ignem, & seruitium intulisse, dum vellet nos cum vxoribus atque filijs crebris castigare calamitatibus. De his Ios. li. 20. antiqui. & lib. de Bello Iudaico.

Anno primo Neronis, idest annovigesimotertio, aut. 24. post mortem Christi in Cæsarea terrę Philistinorum, quæ turris Stratonis prius dicebatur, Iudęorum, & Gentilium magna contentio orta est, in qua multi Iudæorum occisi sunt, & plurimorum diuitię raptę sunt, quam tandem seditionem Fęlix præses placauit, cuius quidem seditionis origo extitit, quòd Iudæi non patiebantur Gentiles habere statuas in eadem vrbe, dicentes ad se pertinere, quia Hęrodes, qui Iudæus erat, eam munierat vocans eam Cęsareā in honorem Cæsaris, Gentiles vero suam esse dicebant, eo quòd ciuitas illa prius condita fuerat, & turris Stratonis dicebatur. De hoc Iosephus li. 20. antiqui, & lib. de Bello Iudaico.

Anno secundo Neronis, idest anno. 25. post mortem Christi Festus missus est præses in Iudæam reuocato Felice, & cum Felix Paulum vinctum dimisisset successor eius Festus voluit causam Pauli audire, & tunc præsente Agrippa rege, & Berenice auditus est cum Iudæis, vt patet Actu. 25. Et hoc anno Paulus missus est vinctus Romam, quia Cæsarem appellauit. De hoc Euse. lib. Chronicorū, & hoc anno completa est historia libri Actuum Apostolorum, quæ cōtinet historiam vigintiquinque annorū, idest a morte Christi, & ascensione vsque ad annum secundum Neronis, quo Paulus Romam vinctus deductus est.

Eo tempore multitudo latronū in Iudæa erat, qui sicarij dicebantur, quia gladiolos illos occultos habebant, & potissime in festiuitatibus ascendentes in templum plurimos latenter occidebant, & interdū irruptione facta vicos vastabant, & cuncta diripientes incēdebant, tunc etiā pseudo prophetæ apparuerunt seducentes multos Iudæorū, quos Festus misso exercitu interfecit, vt ait Iosephus lib. 20. Antiqui. & lib. de bello Iudaico.

Anno septimo Neronis, idest anno tricesimo post mortem Christi Iacobus Alphęi Apostolus, qui frater Domini dicitur, Hierosolymis a Iudæis lapidatus est, cuius modus fuit. ipso enim anno Festus præses mortuꝰ est, qui Iudæos in pace regebat, cui a Romanis successor missus est Albinus, dum autem ille in itinere esset, nemo regebat prouinciam, interim Annas pontifex, quem Iose. Ananum vocat malorum patrandorum tempus adeptus Iacobum fratrem Domini, qui iustus vocabatur, lapidari iussit, is enim ab Apostolis primus Ierusalē episcopus institutus fuerat cui successit Simon Chananæus, qui Simon Zelotes dicitur, & fuit secundus episcopus Ierusalem. De his Iosephus lib. 20. Antiq. & Eusebius li. Chronicorum.

Mortuo Festo successit ei Albinus vir pessimus, cuius erat intentio per omnia facinora substantias Iudæorum diripere, sed hic pauco tempore mansit,

F scilicet ab anno Neronis. 7. vsque ad decimū, huius autem successor Florus extitit famosæ nequitię vir, cuius tyrannidem cum Iudæi experti essent, laudabant Albinum, ita vt eis non mala irrogasse, sed beneficium præstitisse videretur. Huius administrationis anno secundo, qui fuit duodecimus annus Neronis bellum Iudæorum, & Romanorum ortum est, vt dicit Iosephus in fine libri 20. Antiquit. Nam Florus Iudæos ob tyrannidis intolerantiam ad rebellandum compulit, de cęteris autem, quæ ad bellum illud pertinent aliquid postea dicetur, hęc autem sunt, quę præcesserunt. Nam post mortem Christi nullo tempore Iudæi, quieti fuerunt, quin bella, aut seditiones,
G aut latrocinia inter eos essent.

Quid erant pestilentiæ hæ quas Christus prædixit, & vbi. Quæst. LX.

QVAERETVR de istis pestilentijs, quas Christus prædixit, quid erant, vel vbi.

Dicendum, quòd pestilentiam vocare solemus morbum epidimię, eo quòd subito omnia depascitur, & sit difficile ei remedium adhibere, hunc autem morbum Deus prænunciat, quia est velut quidam gladius, aut mors a foris illata, & non est computandus inter alios morbos, quia alij paucos,
H & tarde interimant.

Est autem dicendum, quòd pestes istę non fuerunt generales, sed per loca, vt in litera dicitur. Et fuerunt non solum in terra Iudæorum, sed etiam in terra Gētilium, & ex his mala futura arguebantur. Fiunt autē pestes ex aeris quodam nocumento, & licet naturaliter ista euenire possint, tamen Deus pestes immittit, sicut alias plagas de cœlo.

Erant autem quædam pestes rariores, & ideo admiratio magna de eis erat, quando veniebant, & poterant in signum malorum futurorum dari, sed iam ita vehementer, & assidue nos vrgent, quòd non, tanquam aliquid rarum, aut contra naturam, sed accidens secundum naturam, & de communi cursu, aut
I ordinarias eas iudicemus.

Sed dicetur ad quid dixit hic Christus de pestilentijs? Dicendum, quòd primo fuit, quia voluit ostendere plagas euenturas Iudæis inter mortem, & euersionem Ierusalem, & quia vna de illis erat pestis dicit de pestilentijs. Secundo fuit ad instruendum discipulos, & alios fideles, est enim pestilentia morbus contagiosus, & ideo fugere de locis pestilentibus homines bonum iudicant, quod verum est, & ita verisimile est, ꝙ si pestem aliquam viderent discipuli in terra Iudęę, fugerent inde, ne cum alijs perirent, & ex hoc cessarēt prædicatio in Iudæa, quod tamen Christus nolebat, cum propter complendam prædicationem hāc, & conuersionem tandiu Deus sustinuerit non delēs
K Ierusalem, vt dictum est supra, ideo dixit eis, quòd pestilentię præcederent, & tamen non turbarentur propter hæc, ita vt a Iudæa recederent.

Vbi essent fames istæ de quibus hic dicitur. Quæst. LXI.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd erunt fames, vbi essent fames, & ad quid ponitur hic de hoc.

Dicendum, quòd fuerunt fames istæ tam in terra Iudæorum, quam in alijs gentibus, nam in vtrisque erant signum futurorum malorum.

Prima autem fames valida, quæ post mortē Christi legitur accidisse fuit illa, quæ sub Claudio ingruit, longo enim ante tempore, idest non multo tempore post

post Christi mortem Agabus propheta vnus de Ierusalem.i.de christianis ibi manentibus pnũciauit eã, & fuit illa per totum orbem. Prenũciauit aũt ad hoc, ꝙ medio tpe possent fideles sibiipsi prouidere, & mittere habitatoribus Ierusalem, sic dr̃ Act.11.c.in dieb⁹ illis superuenerunt prophetæ a Ierosolymis Antiochiam, & surgens vnus ex eis noĩe Agabus significabat per Spiritum sanctum magnam famem futurã in vniuerso orbe, quę facta est sub Claudio: discipuli autem.i. christiani prout quisque habebat, disposuerũt in ministerium mittere fratribus habitantibus in Iudęa, quod fecerunt mittentes per manus Barnabæ, & Pauli. Fuit autem ista fames tertio anno Claudii Cæsaris.i.anno duodecimo post passionem Christi, vt ait Eus.lib.Chronicorum. De hac etiam fame dicit Iose. li.20.Antiq. ꝙ cum hæc fames ciuitatem Ierusalẽ apprehendisset, Helena regina Hadiabenorũ misit quosdam suorum in Alexandriam Aegypti, vt frumenta compararent, alios vero in Cyprum, vt inde ẽt alimẽta deferrent, quæ cum delata essent Helena egentib⁹ illa diuisit, filius autem eius Iazates rex valde laudandus audita fama multas pecunias Ierusalem primatibus destinauit. Alia fames legitur anno nono Claudii.i anno 18.post mortẽ Christi, sed hæc fuit in Græcia, ita vt modius vnus frumenti, sex dragmis venũdaretur, vt ait Euse.lib.Chronicorum.

Anno decimo Claudii.i. sequenti.s.19. post mortẽ Christi fames magna Romæ fuit, vt ait Euse.li.Chronicorum. De hac fame dicit Paulus Orosius, lib.7.de Ormesta mundi. Tanta fames Romæ fuit, vt medio foro Imperator correptus a populo conuitiis, & fragminibus panis turpissime infestatus, ęgre per Sendothirum in palatium refugiens furorem excitatę plebis euaserit. Aliã autem famem non legimus, nisi eã, quam tolerauerunt Iudęi obsessa vrbe a Romanis, in qua ad infandos cibos coacti sunt, ita vt filios deuorarent: sed hęc fames nõ pertinet ad ea, quæ dñr hic, qa ista oĩa pręcesserunt aliquanto tpe destructionẽ Ierusalem, & bellũ illud, sicut Christus in ĩfra significauit, cum ait, oportet hęc fieri, sed nondum statim finis.

Ad quid de fame hic dictum est. Quæst. LXII.

QVAERETVR de secũdo. s. ad quid de fame hic dictum est. Dicendum, ꝙ fuit primo ad ostendendum plagas Iudęis inferendas: nã non solum malum illud vltimum.s.euersionem vrbis, & totius gentis destructionem eis intulit, sed & tempore intermedio, quo misericors Deus eos expectauit, plagas immittere non cessauit, de quibus fuit fames, quæ non est parua plaga, immo magna valde, quia deterior est, quam gladius: sic dicit Threno.8. c. Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame, qm̃ illi extabuerunt consumpti a sterilitate terræ. Iõ inter cętera mala Iudęorum etiam eis hanc plagam prænunciauit. Secundo fuit, vt instrueret discipulos, nam manentibus in Iudęa missurus erat famem, & illam prenunciaturus erat tempore suo per prophetas. Nam Agabus illam prenunciauit, Actu.11.c. Vt ergo credibiliora essent verba prophetæ, & disponerent se ad paranda necessaria pro fidelibus, qui erant in Ierusalem, sicut fecerunt, eo.c. conueniens fuit, ꝙ Christ⁹ famem futuram prædiceret. Tertio fuit, vt discipuli visa hac fame non recederent de Ierusalem, nam licet ista fames non fuerit in toto orbe, vt dicitur Actu.11. c. tñ quasdam partes orbis magis vrgebat, quam alias. Fuit autem Ierusalem de terris, quæ maxime vrgebãtur inedia. Vnde necesse fuit de Alexandria, & Cypro alimenta illuc deferri, vt dicit Ios.20.li.Antiqui., ꝓpter hanc.n.nimiam famem dispergerentur fortassis discipuli de Iudęa per alias partes orbis, ex quo cessaret prædicatio, & cõuersio, & hoc Christus nolebat, ideo præmonuit famem futuram: dixit tamen, ꝙ neq; ꝓp eam turbarentur, & ita ipse, qui famem prædixerat prouidit in fame illa. Et hoc dupliciter. Primo certificando tempus per Agabum prophetam, & faciẽdo, ꝙ alii christiani mitterent pecunias, & cibos habitatoribus Ierusalem Actu.11.c. Secundo prouidit per Helenam reginam Hadiabenorũ, q̃ diebus ꝑsis ad Christum conuersa erat, & ipsa conuectis ab Aegypto frumentis christianis in Ierusalem largissime ministrauit, vt ait Paulus Orosius, lib.7. de Ormesta mundi, licet Iose.20.lib. Antiqui. dicat Helenam, & filium eius Iazatẽ regem conuersos ad legem Iudęorum hęc gẽti suæ.i.Iudęis beneficia præstitisse, sed hoc satis stat.s. ꝙ Helena in terra sua audita doctrina legis Moysi cõuersa fuerit ad Deum, sed postea Ierosolymam profecta cũ in diebus illis doctrina Christi non multo prius mortui prædicaretur ad fidem Christi conuersa fuerit, & tunc christianis alimenta in fame tribuerit, sed recte dicit Iosephus genti suæ tributum beneficium, quia christiani, qui tunc Ierosolymis erant de gente Iudęorum conuersi erant, cum nondum prædicatũ esset euangelium gentibus, immo qñ postea Petro ꝑdicante venit Spiritus sanctus super Gentiles admirati sunt conuersi de Iudęis Act.11.c. Quarto fuit, vt nõ putarent discipuli statim futuram desolationem Ierusalem, nam dictum fuerat a Christo, ꝙ deleretur, & ideo videntes istam famem accidere si nihil eis ꝑnunciatum esset putarent hanc duraturã quousque deleretur Ierusalẽ, ideo dixit, ꝙ non, sed ẽt si ista eueniant non est statim finis.

Quare dicitur, & terræmotus per loca, & qui terræmotus fuerunt. Quæst. LXIII.

QVAERETVR, quare dicitur, & terræmotus per loca, & qui terræmotus fuerunt.

Dicendum, ꝙ inquãtum dr̃ per loca p̃t esse ista determinatio quantum ad præcedentia.s.fames, & pestilentiæ, & terręmotus, & ꝙ ista mala non euenirent generaliter per totum orbem, vel in tota aliqua prouincia, sed in quibusdam locis prouinciæ accideret, & in aliis non, sicut fieri videmus, quando hoc eueniũt. Alio modo potest solum referri ad terręmotus de q̃bus immediate dicitur. s. ꝙ terręmotus erunt ꝑ loca.i. in quibusdam locis, & non generaliter. Et iste est verior sensus. Nam fames, & pestilentiæ possunt esse generales in toto orbe, vel in tota aliqua prouincia, sed terręmotus nunquam, immo si in aliqua vrbe sit terręmotus nõ tota commouetur, sed aliquid eius, & iõ de terręmotu proprie dictũ est, ꝙ esset per loca.i.non generaliter, sed in locis aliquibus. Est aũt dicendum, ꝙ inter mortem Christi, & euersionem Ierusalẽ fuerunt aliqui terręmotus famosi, inter terręmotus.n. computantur noui ortus insularum, vt quibusdã placet, accidit aũt anno quinto Claudii, vt Paulo Orosio placet li.7.de Ormesta mundi, hoc ꝙ inter Therã, & Therasiam insula de profundo emicuit triginta stadiorum spatio extenta.i.quasi duabus leucis, sed hoc Euseb. dicit præcedente anno.i. quarto Claudii factũ, & fuit post mortem Christi annis 14. Anno quoque quarto Neronis.i. post mortem Christi anno 27. Romę terręmotus grauis extitit. Anno aũt 10. Neronis. i.post mortem Christi anno 37. grauissimus terręmotus in Asia fuit. Nam tres ciuitates.i.Laodicea, Hieropolis, & Colasę eo terręmotu corruerunt, vt ait Euse. li.Chronicorum, & Paulus Orosius 7.lib.de Ormesta mundi. In Iudęa quoque terręmotus aliquos hoc tẽpore accidisse verisimile est, sed ista particularia non scri-

scribuntur per singula. Vnde satis est nobis scire, ꝙ euenerint cum Christus illos prenunciauerit, licet nesciamus, qñ aut vbi euenerint. De pestilentiis, & fame idem credendum est. Nam historiographi nõ describunt hæc singula, sed ea, quæ potiora fuerunt. F

Ad quid Christus dixit hic de terræmotu. Quæst. LXIIII.

SEd quæretur ad quid Christus dixit hic de terremotu. Dicendum, ꝙ primo fuit ad ostendẽdum plagas Iudæorum in generali. Nam hæc omnia pro occisione Christi tolerabant, & iõ quidquid mali illis futurum erat post mortem suam discipulis enarrauit, inter quę terremotum posuit. G Secundo, quia Christus voluit ostendere, ꝙ omne genus malorum venturum erat super Iudæos, sunt autem mala nostra interdum ab hominibus, interdum ab elemẽtis, interdum a Deo. Mala enim ab hominibus sunt bella, & seditiones, mala ab elementis sunt fames, & pestilentię, licet ẽt hæc possint dici a Deo esse, a Deo autem est terremotus. Sic dicit Grego. in homilia. Necesse est, vt alia ex cœlo, alia ex terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Terremotus autem est de malis, quę a Deo, vel de cęlo proueniunt. i. non sine quodam speciali celi influxu. Vnde Chry. dicit. Terræmotus est respectus irę desup. Sed sciendum, ꝙ terremotus dupliciter accipitur, aliquãdo enim est signũ diuinę irę, H & sic in passione Christi accidit terremotus magnus in Ierusalem, ita vt per hoc innueretur Deum offensum valde ex Christi morte. Secundo accipitur terremotus in bonum. s. in signum exauditionis orationis factę. Sic fuit, quando orantibus discipulis in Ierusalem motus est locus, in quo erant Actu. 4. c. s. Et cum orassent motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum omni fiducia.

De his dicit Chry. Terremotus. n. qñque irę signũ est. Nam & qñ crucifixus est Dñs mota est terra, quãdoque vero prouisionis iudiciũ, sicut orantibus Apostolis commotus est locus, in quo erant congregati, terremotus autem isti, de quibus nunc Christus prædicit I signũ iræ diuinæ erant, quia pro peccato Iudęorum prædicebantur. Tertio fuit hoc dictum, & pręcipue ad hoc, ꝙ non terrerentur discipuli Christi, quãdo viderent terremotus in Iudæa. Nam graue periculum est terremotus, & quod nullis viribus nulla arte vitari potest, nisi quis fugiat loca illa, in quibus fit terremotus. videntes igitur in Iudæa terremotus, fugerent inde ad alia loca, quod tamen Christus nolebat, vt non cessaret prædicatio in Iudæa, ideo prędixit de terremotibus, vt eis visis nõ turbarentur. Quarto fuit, & etiam principaliter, ad tollendum errorem. Nam dixerat Christus euertendam Ierusalem, & templũ, ita ꝙ non maneret lapis super lapidem, hoc autẽ non K poterat melius, aut facilius fieri, quam per terremotum. Nam si bello fieret subiiceretur quidem ciuitas in seruitutem, & fortassis diruerentur aliqua ædificia, non tamen erat verisimile, ꝙ ita dissiparetur templũ, & ciuitas, ꝙ non maneret lapis super lapidem: per terremotum autem poterat hoc faciliter fieri, cũ interdum integræ ciuitates, vel ædificia euertantur, & nusquam compareant, sed lacus fiant, vbi prius fuerunt magnæ vrbes, sicut refert Seneca lib. de quęstionibus naturalibus, & aliquid simile nostris diebus visum est: Vnde qñ primum viderent discipuli aliquos terremotus in Iudęa fieri, putarent hoc peruenturum esse ad hoc, ꝙ Ierusalem terremotu subuerteretur, & iõ statim fugerent de Iudęa, quasi euersione iam ꝓpinqua, ideo ait, ꝙ ẽt si terremotus acciderent non ob hoc statim fugiendum esset, quia nõ appropinquabat euersio vrbis, sed multa præcedere deberent. Et in hoc tollebat eis errorem quantum ad euersionẽ Ierusalẽ. s. vt non crederent statim illã secuturam, & metũ quãtũ ad ipsos auferebat. s. ꝙ licet viderẽt terremotus in Iudęa, non putarent eos sibi periculosos ad hoc, ꝙ ipsi submergerentur, & ideo ꝙ nõ fugerent inde, sed manerent prędicantes ad faciendum conuersionẽ eorũ, quos Deus elegerat ad se conuerti.

Quare Christus dixit hic de terræmotu, cum illi non fuerint in Iudæa. Quæst. LXV.

SEd dicetur dato, ꝙ terremotus aliquid faceret ad hoc, cum tñ isti non acciderent in Iudæa, sed in aliis regionibus, vt dictum est supra, quare Christus dixit hic de terremotu. (In q. 63.) Dici potest vno modo, ꝙ falsum præsupponit. Nam in Iudæa terremotus euenerunt. Et hoc patet primo, quia licet neque sacra scriptura, neque historiographi hoc scripserint, acciderunt illi, cum multa acciderint, quæ non scripta sunt, sicut dicitur Ioann. vigesimo capitulo, quod multa alia fecit Iesus, q̃ in illo libro scripta non sunt, a fortiori aũt de illis, quę prædixit aliqua erũt, quæ in libro illo scripta nõ sunt, & sic erit de terræmotu. Secundo patet, quia non est necesse dari, ꝙ acciderint, satis est. n. dare quæ prænunciata sunt accidere. Nam certum est nobis, ꝙ oĩa verba Christi fuerunt vera, sicut ipse dixit infra in litera. s. Cęlum & terra transibunt, verba autẽ mea non transient. Et tñ ipse prædixit, ꝙ euenirent terremotus ante euersionem Ierusalem, ideo necesse est dici, ꝙ euenerint cum iam Ierusalẽ destructa fuerit. Tertio patet, quia vere acciderunt terræmotus in Iudæa: nã ea die, qua Christus mortuus est, factus est terremotus magnus in Ierusalem, ita ꝙ lapides non solum mouerentur, sed etiam scinderentur vt dicitur infra 27. ca. s. Et terra mota est, & petrę scissę sunt, & monumenta aperta sunt. Et non solum in Ierusalem, sed etiam per totum orbem. Sic dicit Paulus Orosius 7. lib. de Ormesta mundi. s. anno eiusdem 17 cũ Dñs Iesus Christus voluntariè se tradidit passioni, sed impie a Iudæis apprehensus, & patibulo affixus est: maximo terremotu per orbem facto saxa in mõtibus scissa maximarumq; vrbium partes plus solita concussione ceciderunt. Vnde & si nullus alius terræmotus futurus esset ante euersionem Ierusalem præter hũc debuit Christus prædicere de terræmotu. Nam cum dixisset euertendum templum si de terræmotu nihil dixisset, cum viderent in passione Christi factũ terręmotum fugerent de Ierusalem, quia licet ipso die cessaret crederent, ꝙ in breui pro eadem causa superuenirent alii terremotus quousq; ipsa ciuitas euerteretur. Aliter potest dici, ꝙ ẽt si terræmotus non acciderẽt in Iudæa, sed in aliis gentibus, erat cõueniẽs de illis dici, quia putabant Iudæi, ꝙ Ierusalẽ non euerteretur, nisi in fine sęculi, & tñ qñ terremotus per alia loca videbant, putabant instare euersionem illorum locorum, & consequenter Ierusalem, cum Ierusalem perituram tunc crederent, quando alia loca perirent.

Quare dicitur: Hæc autem initia sunt dolorum. Quæst. LXVI.

QVæretur quare dicitur: Hæc autem initia sunt dolorum.

Dici potest vno modo, ꝙ ponitur hoc ad innuendã magnitudinẽ malorũ, quæ Iudæis euentura erãt. Vñ dr: Hæc aũt oĩa initia sunt dolorũ. i. ista licet mala, & grauia sint, nõ credatis, ꝙ sunt totũ malum,

malum,quod inferendum est Iudęis,quia ista sint initia quædam, idest paruæ partes in respectu totius mali,quod inferendum est.

Secundò potest intelligi, ꝙ post ista mala credet aliquis nulla alia maiora neque minora inferenda Iudæis quasi ista sufficerent. Christus verò ait ꝙ adhuc alia inferentur,quia ista adhuc non sunt finis, sed initia malorum.

Tertiò potest intelligi dictū hoc ad significandum ꝙ non deberent fugere discipuli de Iudæa, quādo ista viderent. Nam quando Ierusalem euertenda esset,nō conueniebat fidelib. Christi manere in Ierusalē neq; in Iudęa,ne perirēt cum Iudæis, & ideo si statim post hæc futura esset consummatio,non manerent Iudęi in Iudæa cum hæc fierent. Ostendit autem Christus, ꝙ debeant manere,quia non erant ista in consummatione malorum Ierusalem, sed in principio cum dicatur.hæc autem initia sunt dolorum. Sed inter principium, & finem multum intererat,ideo cū ista fiebant adhuc poterant manere aliquanto tempore discipuli in Iudæa. Quartò potest intelligi, ꝙ sunt initia dolorum, idest signa malorum,scilicet ista non solum inferebantur inquantum ex se mala erāt, sed inquantū erant futurorum malorum signa,inter signum aūt & significatū sic est, ꝙ signū est quasi principium quoddam,vel pars significati, quia est ad illud, ideo potuerunt ista vocari initia dolorū,i.signa malorū futurorū & ideo ista,quę Christus hic prænūciauit, ꝯ Iudęos,s. pestes fames,& terręmotus nō eueniebant ſm cōsuetum modum,quia sic non sunt signa, sed ſm specialē modum quasi specialiter à Deo sint,& ideo tāto grauiora erant quanto magis a Deo illa esse cōstabat. Sic dicit Chry.s. Deinde,vt ostendat quia ipse præliabitur contra Iudęos non solum bella prænunciat,sed & plagas diuinitus illatas vnde subdit. Erunt pestilentiæ & fames,& terræmotus. Et nō simpliciter hæc fiunt ſm cōsuetudinē in hominib.existentē, sed ex ira quæ erit desuper, & propter hoc non simpliciter illa dixit esse ventura neque repēte, sed cum quadam significatione. Sic ēt dicit Greg. in Homilia.s. pestilētiæ,ecce inęqualitas corporum,& fames, ecce inæqualitas terræ, terroresq; de cœlo,& signa magna erūt,ecce inæqualitas aeris. Quo ad eas tempestates referendū est,quæ nequaquam ordinem tēporum seruant, quæ.n.ordinatè veniunt signum non sunt:omnia autem,quę ad vitę vsum accepimus ad vsum conuertamus culpæ, sed omnia, quæ ad vsum prauitatis infl
eximus, ad vsum nobis vertuntur vltionis.

Luc. 21. Ioan. 15. & 16. sup. 10. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophe-

2.qu.3.c. saluator sup. 10. Mar. 13. Ro. 10. tæ surgent, & seducent multos. Et quoniam abūdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.

Tunc tradent. Supra prænūciauit Christus discipulis ea,quæ pertinebant ad Iudæos in generali, hic autem ponuntur ea,quæ ad discipulos pertinebant in speciali. Et ponūtur quatuor ſm quosdam.s.magnitudo tribulationis, multitudo deceptionis ibi. *Et multi pseudo prophetæ*. Tertiò facilitas pūaricationis ibi. *Et quoniam abundabit*. Quarto adiunctio cuiusdā consolationis ibi. *Et prædicabitur*. Circa primū dicitur. *Tunc tradent vos*.s. quando acciderint ista supra dicta.i.bella,pestilentiæ, fames,& terręmotus. *In tribulatione*. s.quia magnā tribulationem passa est ecclesia fideliū in Ierusalem, & Iudæa,& vbicunque erat hoc medio tempore, quod fuit inter Christi mortem & euersionem Ierusalem. *Et occident vos*. Omnes.n. Apostoli Christi fuerunt occisi præter Ioannē, & de discipulis plurimi,sed quidā ante euersionem Ierusalem,alij vero postea. *Et eritis odio omnibus hominibus*. s.oēs oderunt vos,& persequentur, & ideo non speretis in hominib.aliquam releuationē mali huius. *Propter nomen meum*.s. non erit istud odium propter scelera vestra,vel propter personas vestras:sed propter nomen meum,s.quia prædicatis nomen meum. *Et tunc*.s.quando insurrexerit ista tribulatio in ecclesia. *Scandalizabuntur multi*.s. multi fideles,q prius crediderant,cadent a fide,quod est scandalizari. *Et inuicem tradent*.i. quidam de fidelib.praui effecti tradēt alios fideles ad mortem dicentes eos tenere Christi doctrinam. *Et odio habebunt inuicem*.i. quidam de fidelib.cum deprauati fuerint,oderunt bonos,qui in fide manent,& ex hoc tradent eos ad mortem. *Et multi pseudo prophetæ*. Istud est ſm. s. de multitudine deceptionis. Nam venient eo tpe multi seductores,qui ꝓphetas se nominabunt,sed non erunt. *Surgent*.i.de nouo apparebunt quasi prius non fuerint, vel non auditi fuerint. *Et seducent multos*.s. multos tā de fidelib.quā de infidelibus. *Et quoniam*. Hic ponitur tertium.s.præuaricationis facilitas,& dicitur. *Quoniam abundabit iniquitas*. Ista ponitur vt causa diminutionis charitatis.s.multitudo iniquitatis, nam iniquitas repugnat charitati. *Refrigescet charitas*. i. minuetur vel peribit. *Multorum*.s. quorundam fidelium nō autem omnium,quia multi perseuerabunt vsque ad finem, & in illis non refrigescet charitas. *Qui autem perseuerauerit*. Instruit discipulos,& alios fideles, quō se deberent habere tempore illius tribulationis.s.ꝙ maneant semper firmi,nō obstantib.tribulationibus: quia alias parum proderat a principio credere,& etiam charitatem habere, si non permanerent in tribulatione. *Vsque in finem*.s.finem tribulationis,vel finem uitæ:quia semper manēdum est in charitate, cum sine charitate nemo possit saluari. *Hic saluus erit*.i.saluabit animam suam.q.d.qui non ꝑseuerauerit vsq; in finē, licet à principio fecerit aliqua bona opera,nō saluabitur:sed mortificabuntur illa bona opera,& ipse peribit ęternaliter. *Et prædicabitur*. Hic ponitur quartum. s. consolatio. Nam cætera supra dicta pertinebant ad aduersitatem & tristitiam discipulorum, hic aūt ponitur consolatio quædā ipsorum .s.ꝙ prædicaretur Euāgelium & per vniuersum mundum,& ita multi crederent,& dr̄. *Et prædicabitur*.s. per vos & alios discipulos. *Hoc Euangelium*.s.hoc quod ego Euāgelizo vobis, & vsq; nunc Euangelizaui. *Regni*.i. ꝙ deducit ad vitam ęternā. *In uniuerso orbe*.s.per totum mundum processit prędicatio Apostolorum & discipulorum. *In testimonium omnibus gentibus*.i.vt ista prædicatio sit eis intestimonium,ut nō possint negare dicētes,iō se nō credidisse,quia nemo illis annunciauerat sicut illi,q dixerūt nemo nos conduxit. sup. 20.c. *Et tūc veniet cōsummatio*.i. facta ꝓdicatione Euāgelii ꝑ totū orbē,veniet euersio Ierusalē,& nō pri⁹,q vocat cōsūmator, ga oīa mala Ierusalē cōsūmata fuerūt ibi.i.finita.

Quid est quod Christus hic dicit. Quæst. LXVII.

QVAERETVR quid est ꝙ Chrs hic dicit. Aliq dn̄t,ꝙ ponit hic cām ꝑcedētiū, nā s̄ dixerat de malis, q Iudæis

Iudæis accidere debebant, scilicet, fame, pestilẽtia, bello, terræmotu, hic ponitur quare ista mala euenirent, scilicet, quòd propter hoc, quia persecuturi essent ecclesiam Christi occidendo multos. Sic dicit Rabanus, s. quo merito Ierosolymis ac prouinciæ vniuersæ Iudæorum tot irroganda fuerint aduersa Dominus manifestat subdens. Tunc tradent vos. Sed dicendum, ꝙ nõ stat. Primo quia non erat ista causa malorum, quę Iudæi passi sunt, fuit enim causa ꝑcipua occisio Christi, & ideo si causam intenderet ponere malorũ, quæ Iudæi passi sunt, potius poneretur hic mors Christi quam tribulatio discipulorum. Secundo quia pœna non infertur alicui a Deo ante culpam, & tamen bella fames pestilentię, & terremotus ceperunt ante tribulationem ortam contra discipulos, cum saltem terręmotus cęperit ipsa die mortis Christi, ergo non ponitur istud, vt causa malorũ supra nunciatorum. Tertio quia tunc tota, aut maior pars literę huius pertineret ad hoc, & tamen solum principium literę dicit de hac tribulatione inferẽda a Iudęis, cętera autem magis pertinent ad alias admonitiones, vt ex litera patet. Dicendum ergo, quòd non intendit hic ponere Christus causam præcedentium, sed cum supra posuerit in generali mala, quæ Iudæis euentura erant ponit hic in speciali ea, q̃ ad solos discipulos, & fideles Christi pertinebant, vt ipsi quoque de suis instruantur.

Quæ sunt, quæ Christus dixit hic discipulis de pertinentibus ad eos in speciali. Quæst. LXVIII.

QVAERETVR quæ sunt, quæ Christus dixit hic discipulis de pertinentibus ad eos in speciali. Dicendum, quòd primum fuit tribulatio, quæ eis euentura erat post mortem Christi in Iudęa: nam multum affligendi erant propter prædicationẽ nominis Christi. Secundum erat defectio quędam, & turbatio aliquorum ad Christũ conuersorum, qui videntes istas tribulationes in ecclesia caderent a fide, & multum contristarent eos, qui manebant. Tertium erat apparitio falsorum Prophetarum. Nam post mortẽ Christi multi huiusmodi appariturí erant, & seducerẽt aliquos bonos. Quartũ erat refrigescere charitatẽ ĩ qbusdã Christianis, & infirmari constantiã, & hoc propter multitudinem iniquitatis, & isti non perseuerarent in fide, sed caderent. Quintum erat denunciatio prædicationis Euangelicæ, quia dixit, ꝙ prædicaretur euangelium per vniuersum orbem. Sextum fuit determinatio quæstionis principaliter positę, s. de euersione Ierusalem quando esset, & dicitur, ꝙ erit quando facta fuerint omnia hæc, specialiter autem quando Euangelium prædicatum fuerit per vniuersum orbem. Dicendum autẽ, ꝙ maxima harum pars pertinet ad tribulationem discipulorũ, & ecclesię Christi: erat enim quædam tribulatio, quæ ab extraneis inferenda erat, i. a Iudæis, & gentibus, ita ꝙ occiderentur multi Christianorum. Secundum quoque erat tribulatio, & grauissima quidem, quia magis affligebantur Christiani manentes in fide de illis, qui adueniente tribulatione cadebant a fide, & infirmabantur, vel scandalizabãtur quàm de malis ab extra inflictis. Tertio quoque erat afferens magnam angustiam, quia per falsos Prophetas multi mouebantur ad cadendum a fide, & aliqui erãt, q tribulationi nõ cederent, & credebãt seductioni falsorũ Prophetarum, & ita Christus dixit esse magnã aduersitatem, in tantũ, ꝙ per signa eorũ, & prodigia deciperẽtur si fieri poterat ẽt electi, vt dr̃ infra in litera. Quartũ ẽt inducebat tristitiã, s. quorũdam in cõstantia, q non perseuerarent. Nã de eorum casu affligerentur, qui manebant, cætera vero nõ pertinent ad tristitiam, sed ad alias instructiones discipulorum.

F *Ad quid Christus prædixit discipulis ista de tribulationibus ipsorum. Quæst. LXIX.*

QVAERETVR ad quid Christus prædixit discipulis ista de tribulationibus ipsorum. Aliqui volũt, ꝙ ideo prænunciata sunt, quia supra dixerat de malis Iudæorum, & non posuerat causam, hic autem ponitur causa, s. occisio, & tribulatio credentium illata a Iudæis. Sic dicit Rabanus, s. Quo merito Ierosolymis ac prouinciæ Iudæorum vniuersæ tot irrogata fuerint aduersa Dominus manifestat subdens, tunc tradent vos. Et Beda dicit idem, & addit. Ea quippe Iudaicæ genti maxima causa erat excidij, ꝙ post occisionem Saluatoris nominis quoque atque fidei eius præcones impia crudelitate vexabant. Sed dictum

G est supra, ꝙ nõ erat istud, quod hic intendit Christus. Nam non ponitur pęna ante peccatum, sed mala illa Iudæis illata prius venerunt quàm ipsi facerent tribulationes istas discipulis: ideo non ponitur istud hic pro causa, & alia etiam pro hoc ibidem dicta sunt. Sed aliquis dicet, ꝙ illud semper stat, eo ꝙ prius discipuli sustinuerunt tribulationem, & occisi sunt quàm fierent ista, quæ prænunciata sunt Iudæis euentura. Sic patet Luc. 21. ca. vbi cum dictum esset, famẽ, pestilentiam, & terrores de cœlo venturos subditur, sed ante hæc omnia inijcient vobis manus suas persequentes, & trahentes vos in synagogas. Dicendum, ꝙ prius ac-

H ciderunt ea, quæ ponuntur supra. Nam saltem terręmotus, quẽ Christus prędixerat discipulis euẽturum, fuit ipsa die passionis eius, & tñ nondũ fuit persecutio Iudęorũ contra Ecclesiam, sed debet intelligi verbũ Lucę, s. ante hæc omnia, i. antequã cõpleantur omnia, & verũ est, ꝙ ante illorũ cõpletionẽ fuit tribulatio ista discipulorũ, ꝙ inijcerent eis manus. Et fuit iste ordo, ꝙ nõ acciderunt oĩa, q̃ habẽtur supra totaliter antequã euenirent ista, q̃ dicũtur hic discipulis, neq; ista acciderũt totaliter ante illa, sed currebãt simul nisi, ꝙ illa prius incęperũt quã hæc, & postea simul cucurrerunt vsq; ad euersionẽ Ierusalẽ. Nã saltẽ ꝑdicatio Euãgelij durauit vsq; ad deletionẽ Ierusalẽ, vt in litera dr̃, & ẽt tribulatio discipulorũ Christi, quia non fuit libe-

I ra ecclesia a persecutionibus in euersione Ierusalẽ, sed adhuc postea a gẽtilibus multas aduersitates sustinuerit, & ẽt a Iudæis per alias partes orbis. Sed tunc dicetur si ita est, ꝙ tũc ista simul currebant, quia totaliter preponuntur ea, quę habẽtur supra ad hæc. Dicẽdũ, ꝙ ordo narrationis est duplex, s. naturalis, i. eo mõ, quo cõuenit ad doctrinã, & eruditionẽ, multa ãt sunt, in q̃bus nõ põt seruari ordo narrationis naturał, q̃a cũ sępe multa coincidãt in tpe, nõ pñt simul narrari, & oportet aliqd ꝑmitti in ordine narrationis, quod in ordine tpis nõ ꝑcessit, q̃a aliàs tota narratio cõfunderet, & nihil fieret intelligibile: ita in pñti ista, q̃ habentur supra, q̃ cõueniebant oĩbus Iudęis in generali, & ista, q̃ dicta fuerũt hic, q̃ pertinebant ad discipulos, & eccle-

K siã Christi in spãli acciderunt simul pro maiori parte, quia a morte Chr̃i vsq; ad euersionẽ Ierusalẽ quasi simul cucurrerunt, vt supra dictũ est, iõ si teneret ordo naturalis in narratione, oportebat simul dici, qđ erat impossibile, vel permisceri particulas rerũ diuersarũ in narratione, & fieret res nõ intelligibilis: iõ fuit necessaria narratio ſm ordinẽ artificialẽ. Et hũc ordinẽ tenuit Chrus, & quia pręcedẽtia tota pertinebant ad Iudęos in generali, ista vero tota ꝑtinebãt ad discipulos Chr̃i vt in spãli, debuerunt illa totaliter narrari ante hęc, vel hęc narrari totaliter ante illa, fuit aũt conueniens illa narrari totaliter ante hęc, tũ q̃a illa incęperũt aliquo tpe ante hęc, licet postea simul cucurrerint, vt dictum est, tum quia illa pertinebant generaliter ad oẽs Iudæos, ista vero specialiter ad discipulos

Christi,

Christi, qui erant quedam pars terrę Iudęorũ, & gentis, & iõ fuit datus talis ordo, & ita non fuerunt ista dicta tanquã causa præcedentium, quia non fuerũt ante illa sed simul. Sed dicendum, ꝙ dixit Chrs ista. Primo. (vt aliqui dicunt) quia dixerat ea, in quibus tribularẽtur Iudęi, ne ipsi alijs dolentibus viderentur gaudere prædixit eis quoq; tribulationes suas. Sic dicit Chry. in homilia, s. ꝙ discipuli audientes ea, quæ de Ierosolyma prædicabãtur, sic dispositi erant, vt extra turbationem essent quasi de aliena pena audientes, sibi vero prospera superuentura sperabant, quæ aduenire valde desiderabãt, propter hoc eis grauia prenunciat in solicitudine eos statuens. Secundo fuit conueniens hic poni, quia Christus prædicere volebat discipulis angustias, quæ ad eos pertinebant propter rationes sequentes, & quia supra dixerat mala grauia euẽtura toti populo Iudæorum, posuit hic mala euentura discipulis, quia minus moleste tolerarent propter communem angustiam. Sic dicit Chryso. in homilia, & Theoph. s. opportune autem eorum mala interposuit mitigationem habentia a communibus malis. Tertio fuit hoc, quia voluit Christus hæc mala facere tolerabiliora discipulis. Nam hæc illis euentura erant, & si non præuiderentur valde affligerent ipsos, cum autem præuidentur tolerabilia efficiuntur. Minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur, vt ait Gregorius in homilia: ideo fuit conueniens prædici. Quarto fuit, quia si ista euenirent, & non fuissent prænunciata, quando euenirent putarent discipuli, ꝙ non præuidisset illa Christus, quia aliàs prædixisset eis, & ex hoc valde turbarentur, & dubitarent de doctrina Christi, & statu Ecclesiæ eius quasi ipse nesciuisset quid euenturum esset. Et hoc erat maximum inconueniens: ideo debuit prædicere. Quinto fuit ad ostendendam sapientiam suam, quia quanto plura prędiceret, & particularius, tanto amplius cognosceretur sapientia eius, & ideo prædixit specialiter illa, quæ ad discipulos pertinebant, quia nihil poterat vtilius prædici, & nulli erant, coram quibus potius se deberet Christus ostendere sapientissimum quàm coram discipulis.

Quando acciderunt hæc, quæ hic a Christo discipulis prænunciata sunt. Quæst. LXX.

QVAERETVR quando acciderunt ea, quæ hic a Christo prænunciata sunt. Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur de fine sæculi, siue de tẽpore antichristo, & dicunt istas tribulationes ibi futuras, tunc enim fideles tradentur ad mortem, tunc ẽt multi a fide cadent, & refrigescet charitas multorũ, tunc quoque surgent pseudo Prophete, cum venerit Antichristus, qui est caput omnium falsorum Prophetarũ. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia ista necesse est intelligi de discipulis, & facta esse ante euersionẽ Ierusalẽ. Primo quia ista facta sunt, quando facta sunt precedentia, cũ dicatur hic, tũc tradent. Et refertur ad proxime dicta, & tamen illa facta sunt post mortẽ Christi ante euersionem Ierusalẽ, vt ostensum est supra, ergo ẽt ista tũc facta sunt. Secundo quia manifestum est hęc de Apostolis intelligi, quantũ ad seipsos, cũ dicatur, tunc tradent vos in tribulatione, & occident vos, & tamẽ occisio illorũ, & tribulatio iã transijt, ergo fuit ante euersionem Ierusalem. Tertio & apertius, quia Mar. 13. c. vbi ponuntur ista dicitur videte vosmetipsos: tradent enim vos. Ergo non poterat intelligi de alijs, sed de ipsismet personis discipulorum, ad quos Christus loquebatur. Quarto, quia dicitur Mar. 13. & Luc. 21. ca. vbi ponuntur ista. Tradent enim vos in consilijs, & synagogis, & ante reges, & tamen non põt hoc intelligi

A de fine mundi, vel de tẽpore Antichristi, quia tunc nõ ducerẽtur Christiani ad synagogas, quia nõ erunt Iudęi potẽtes, ita vt ad synagogas trahãtur Christiani sicut neq; nunc sunt: iõ oportet intelligi de tpe illo, in quo Chriani erãt minores Iudęis, & sub eorũ ptãte tẽporali, sic erat tpe discipulorũ post mortẽ Chri ante euersionẽ Ierusalẽ quãdiu manebãt Chriani in Iudęa. Quinto patet, qa cũ Chrus ista diceret adiũxit, ꝙ cum traherẽtur ante reges, & pręsides nõ cogitarẽt qũo rñderent, vt patet Mar. 13. c. & Luc. 21. ca. Et tñ istud est priuilegiũ Apłorũ, & aliorũ discipulorũ, quos Chrus misit ad ꝑdicandũ, & non aliorũ, qa cęteros positos in angustia Deus erudit, & tñ non est eis vetitũ cogitare qd rñdeant, sed potius laudabile est, iõ nõ intelligitur nisi de tpe, quo viuebãt discipuli, & de ipsismet. Dicẽdũ igitur, ꝙ vere intelligitur de discipulis Chri litera

B ista, & de statu Ecclesię eius a morte sua vsq; ad euersionẽ Ierusalẽ pp rõnes suprapositas. Itẽ qa aliàs nõ rñderet Chrus ad quęstionẽ de determinatione tẽporis euersionis Ierusalẽ. Nã intelligẽdo hoc de diebus Antichristi non declararet aliquid de Ierusalẽ. Et tñ ad illud Christus rñdere debuit: iõ de illo intelligi tur. Itẽ patet, quia ordo narrationis, declarat, ꝙ intelligat de illo, quia ponuntur multa, & postea dr, & tunc veniet cõsummatio. Et est sensus, ꝙ post oĩa illa veniret euersio Ierusalẽ, quę erat consummatio malorũ eius. Ad rõnem in ꝯrium dicendũ, ꝙ non stat. Primo, quia nõ põt tota lr̃a applicari ad illũ sensum, vt supra ostẽsum

C est. Secũdo, qa dato, ꝙ posset applicari nõ sufficit illud cũ Christus nõ intenderit hoc, & in exponẽdo nõ dẽmus lr̃am trahere ad intentionẽ nostrã, sed nos applicare ad intẽtionẽ lr̃e, sed quia litera, põt extorte trahi ad sensum de tpe Antichristi, qdã sic exponũt. Vnde dicit Remigius. Põt aũt totus iste locutus trahi ad cõsummationẽ sęculi, tunc. n. plurimi scãdalizabũtur recedentes a fide, videntes multitudinẽ, & diuitias malorũ, & miracula Antichristi, & cõsocios persequẽtur, & Antichrus mittet Prophetas, q seducent multos, & abundabit iniquitas, qm̃ numerus malorũ augebitur, & refrigescet charitas qm̃ numerus bonorũ minuetur, & tñ neq; Remigius putat esse illũ sensum verũ, sed posse adaptari. Et hoc nihil est, cum satis sit no-

D bis scire ad quam intentionem Christus hoc dixerit.

Quomodo fuit impletum, quod Christus dixit, scilicet. Tunc tradent vos, &c. Quæst. LXXI.

QVAERETVR quando, aut qũo fuit hoc impletum, s. tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos. Dicendũ, ꝙ intelligitur de tribulationibus, quas intulerunt Iudęi discipulis Christi in Iudæa constitutis inter mortẽ Christi, & euersionem Ierusalem. Nam pauco tẽpore post mortẽ Christi, s. in anno ipso, vel sequenti (vt alijs placet) Stephanus a Iudeis lapidatus est, & tũc facta est persecutio magna Christianorum, ita vt fideles omnes fugerent de Ierusalẽ præter Apostolos, & dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samariæ Actu. 8. ante hoc etiam persequebãtur eos. Nã quando Petrus, & Ioã. sanauerunt claudum ab vtero matris Actu. 3. c. Tenuerunt eos sacerdotes, & posuerunt in vinculis, & cõminati sunt, ne in nomine Christi prędicarent: Act. 4. ca. Iterum etiã cũ Christũ prędicarent Apostoli princeps sacerdotũ posuit eos in vinculis, & ipsa nocte soluit eos Deus, & exierunt clauso manẽte cubiculo, & iuerunt in templum, & tunc vocauerunt eos principes sacerdotum, & iusserunt eis non prædicare in nomine Christi Act. 5. ca. Itẽ persequebantur illos, quando eiecerunt eos de regione Iudææ non recipiendo verbum ipsorum Actu. 13. & nõ solũ in Iudæa, & Ierusalẽ persequebãtur eos Iudei, sed

E

Quo tpe Stephanus lapidatus fuit.

Persecutione Apostolorũ hic narrãtur.

etiam in alijs locis vbicunque essent Iudæi dispersi inter gentiles. Nam in vrbe Damasci, quæ est extra Iudæā, s. in Syria erant Iudæi, qui insidiabantur Paulo iam conuerso ad occidendum ipsum, ita vt oportuerit ipsum per noctem trāsmitti per murū in sporta Act. 9. & 2. Corin. 11. c. Et iterū cū essent Paulus, & Barnabas in Pamphilia in ciuitate, quæ dicit̄ Pergē, cōcitauerunt Iudæi contra eos potentiores ciuitatis, & expulerunt eos de finibus suis: Actu. 13. ca. Iterum etiam in Pamphilia in ciuitate Iconio Iudæi concitauerunt Gentiles cōtra Paulum, & Barnabam, & voluerunt eos lapidare, illi verò abierunt in alias ciuitates: Actu. 14. cap. Item in ciuitate, quæ dicitur Lystris, cum prædicarent, & sanassent claudum, volebat populus eis immolare, superuenientes autem Iudæi de Antiochia, suaserunt populo, vt lapidarent eos, & lapidantes Paulum traxerūt eum extra ciuitatem quasi mortuum relinquentes Actuū 14. cap. Et postea cum veniret Paulus Thessalonicam in Greciā, & proficeret verbum eius, trahebāt eum ad iudicē, vt occiderent illum, & ita inde egressus est Act. 17. c. Et hoc bis fecerunt eo. cap. postea vèro cum esset in Corintho, & prædicabat repugnabāt ei Iudæi, vt non prædicaret, & tunc Paulus dixit eis. Sanguis vester super caput vestrum, mundus ego vadam Actu. 18. cap. Et cum rursus prædicaret Paulus in Achaia Iudæi vno animo concitati duxerunt eum ad tribunal ante Gallionem accusantes illum, quia Christus prędicabat, sed Gallio præfectus absoluit Paulum nolens audire quæstionem hanc Actu. 18. Rursus verò cum Paulus rediret Ierosolymam, & vellet se purificare intrante eo in templum Iudæi tenuerunt eum, & trahebant ad occidendum, & percutiebant eum, sed cum venisset tribunus Romanorum cessauerunt Iudæi percutere Paulum Actu. 21. cap. & postea multi Iudæorum deuouerant se non manducare, neque bibere, quousque occiderent Paulum, qui producendus erant coram eis, vt rationem de se redderet: Actu. 23. cap. Quod cum tribunus agnouisset misit eum in Cæsaream ad Felicem proconsulem, & ibi fuit in vinculis, & accusabant eum Iudæi coram Fęlice, & eo amoto coram Festo proconsule quousque ille appellauit ad Cæsarem: Actu. 24. & 25. & 26. De Petro quoque, & alijs idem erat, quia Iudęi persequebantur illos valde, ne prædicarent in nomine Iesu, vnde Herodes rex videns, quòd placeret Iudæis apprehendit Petrum, & cum producturus esset eum sequēti die ad populum, liberauit eum de carcere Angelus Domini per noctem: Actu. 12. cap. Et idem de cæteris Christianis illius temporis intelligendum est maxime de prædicantibus, quòd Iudæi persequerentur illos propter nomen Christi, licet nō sint omnia scripta. Vnde & Paulus antequā conuerteretur, erat persecutor Christianorum, consensit enim in mortē Stephani. Actu. 7. ca. Et occiso Stephano ibat Paulus per domos Christianorū, & trahebat in carcerem viros, & mulieres quoscunque inueniebat: Act. 8. ca. & putans parū agere si solos Christianos in Iudæa existentes persequeretur, petijt epistolas in Damascum a summo sacerdote, vt oēs viros, & fęminas vię huius, quos inueniret, duceret vinctos in Ierusalē Act. 9. cap. Et tunc apparente sibi Christo conuersus est, eo. cap.

Quomodo est verum, quòd Iudæi Christi discipulos occiderunt. Quæst. LXXII.

QVAERETVR cum dicatur hic, & occident vos, quomodo est verum, ꝙ Iudęi occiderint discipulos Christi. Dicendum, ꝙ aliquos de Christi discipulis occiderunt. Nam primo occiderunt Stephanū

F lapidantes ipso anno, quo Christus mortuus est, vel sequenti Actu. 7. cap. & ideo hunc prothomartyrem vocamus, i. primum martyrem, quia ante eum post Christi mortem nemo pro nomine Christi mortuus est. Postea vero misit Herodes rex, vt affligeret quosdam de ecclesia, & occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio, idest, Iacobum Zebedæi: Actu. 12. Et iste fuit primus, qui de Apostolis pro Christo mortuus est, postea vero Iacobus Alphæi, i. Iacobus minor Episcopus Ierusalem lapidatus, & occisus est a Iudæis, faciente hæc Anna principe sacerdotum, & fuit hoc anno septimo Neronis, i. anno tricesimo post mortem Christi, vt ostensum est supra. Deinde Simon Chananeus Apostolus Christi, qui in Episcopatu Ierusalem substitutus fuit Iacobo, occisus fuit in Ierusalem accusantibus eum infidelibus, vt ait Hiero. in lib. de Illustribus viris. Alios autem Apostolos non occiderunt Iudæi, sed apud gentiles occisi sunt. Sicut Petrus, & Paulus occisi sunt Romæ a Nerone anno tricesimosexto post mortem Christi. Bartholomæum barbari occiderunt. Thomam, Indi. Matthæum Aethiopes. Nemo enim Apostolorum præter Ioannem gladium euasit. Sed dicetur, quomodo Christus dixit tunc tradent vos, & occident? Quod videtur intelligi faciendum a Iudæis cum Iudęi nō occiderint, nisi tres Apostolos. Dici potest vno modo, ꝙ verum est dictum esse de Iudæis, ꝙ persequerentur, & occiderent discipulos Christi, non tamen ipse dixit, ꝙ omnes illos occiderent, & ita satis fuit, ꝙ tres occiderent ad hoc, ꝙ sermo verus esset. Nam de persecutione, & tribulatione a Iudæis illata satis dictum est præcedenti q. Secundo potest dici, ꝙ Christus dicebat discipulos occidendos omnes quidem, aut maiorem partem eorum, & tamen non assignauit a quibus istud fieret, an a Iudæis, vel a gentilibus, cum nihil diceret, nisi tunc tradent vos in tribulationem, & occident. Et ratio est, quia Christus volebat hic prenunciare Apostolis, quid passuri essent post mortem eius vsque ad euersionem Ierusalem, & erant ista, quæ habentur hic, & tamen, ꝙ a Iudæis, vel gentibus paterentur parum differebat, maxime quia satis potest colligi, ꝙ etiam a gentibus paterentur aliquid horum, cum dicat Christus, ꝙ prędicaretur Euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & hoc per discipulos Christi fieri debebat, sed sup prædicatione Christi erat tota persecutio ipsorū: ideo innuitur, ꝙ etiā a gentibus paterentur tribulationem, & occiderentur. Maxime, quia Mar. 13. & Luc. 21. vbi ponuntur ista dicitur, ꝙ ante reges, & presides ducerentur, & tamen reges, & præsides non erant Iudæorum, sed gentilium: ideo etiam gentiles facturi erant istam tribulationem, & occisionem discipulorum.

Iacobus Zebedæi primus Apostolorum ꝓ Christo mortuus est.

Romæ Petrus, & Paulus a Nerone occisi sunt.

Quomodo est verum, quod dicitur: Eritis odio omnibus hominibus. Quæst. LXXIII.

K QVAERETVR quomodo est verū, quod dr̄ eritis odio omnibus hominibus. Nā non oderant eos omnes homines, ad hoc autem, ꝙ eos odissent, oportebat, ꝙ eos agnoscerent, sed multi erant in orbe, qui non nouerunt, neque viderant, aut audierant nominari Apostolos Christi, ergo nō poterant eos omnes homines odisse. Dici pōt vno modo, ꝙ dictū est hoc per Hyperbolē, s. omnibus hominibus, i. multis. sicut cōsuetū est in vulgari locutione, & in sacra scriptura, sicut dicitur. Omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas Genes. 41. ca. Et tamē certum erat, ꝙ non ibant illuc omnes prouinciæ, sed aliquę. Sic dicit Origenes super Mat. s. Sed quomodo hominibus in vltimis partibus terre commorantibus odio habetur populus Christi? Et rn̄dit, dicens, nisi forte, & hoc

hoc aliquis dicat propter exaggerationē positū omnibus pro multis. Secūdo pōt dici, ꝙ verū est, ꝙ odio habebantur oībus hominibus, f. oībus illis, inter quos conuersabantur, & quibus repugnabant in fide, & ritu viuendi, & quia repugnabant in fide, & cultu Dei oībus gētibus, oēs erāt eis infestę, sed de Apostolis, & omnibus discipulis Christi quare odio haberentur ab omnibus hominibus, posuimus quatuor causas supra 10.c.q.109. & ibi vide.

Quare Christus dixit, eritis odio propter nomen meum. Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR quare Chrus dixit, ꝑpter nomē meū. Dicēdū, ꝙ ponit cā immediata huius odij: nā qui odit aliū, non odit nisi, q reputat illū esse malum, vel habere aliquid malū. Nā bonum fm rōnem boni non pōt odio haberi, cum bonum sit, quod oīa **B** appetunt, sic aūt erat in discipulis Chri, ꝙ nō erat eis aliquod malū, quod verū malū esset, & ēt nihil quod aliquis malū posset putare nisi quantū ad prędicationem, & cultum Christi: nam in cęteris erant meliores omnibus hominibus non solū quantū ad Deum, sed ēt quantum ad iudiciū aliorū hominum, id enim in quo vnus homo alteri videt malus est, quia habet aliqua vitia, quæ repugnant cōicationi, per quæ repugnat bono alterius priuati, vel bono publico. Quòd aūt istæ repugnantiæ fiant: iō est, quia quisq; vult pro se plus de bono, i. de vtili, & delectabili, & minus de malo, & ex hoc cātur omnis iniustitia in commutatione, vt patet 5. Ethi. In Apostolis aūt, & omnibus discipulis Christi nihil istorum erat, qa ipsi sequētes doctrinā Christi, contempserant omnia mundana, & iō nulla occasio eis erat offendendi aliquē, vel contendendi cum aliquo, & sic ad cōicationem politicā nulli esse poterant meliores. Et ista bonitas eorum erat in duobus, f. in abstinendo ab offensa omnium, & in benefaciendo omnibus. Primum habebant, vt dictum est, quia omnia mundana despexerant, & nihil cupiebant. Secundum erat, qa sciebant nihil magis placitum esse q̄ opera charitatis Deo, & hoc maxime ipsum admonuisse, cum ait. Hoc est pręceptum meum, vt diligatis inuicē. Io.25.ca. Et propter hoc discipuli Christi conteptis priuatis bonis cupiebāt alijs **D** ex charitate prodesse: ceteri vero homines inclinantur ad propria, & iō minus prosunt proximo, & reipublicę, vnde ex his duobus necesse est, ꝙ valde diligerētur discipuli Christi ab omnibus hominibus: iō restat, ꝙ si aliquid erat propter quod odio haberētur ab alijs hominibus, non esset nisi Christus siue nomē Christi. Sed cum dr̄, propter nomen meum, pōt intelligi, vno modo, i. quia prędicatis nomen meum, f. dicitis me esse Deum, vel Messiam. Et hæc erat cā prior, & præcipua. Nam si aliqui vellent credere in ipsum, & colere eum non prædicando eum publicè ad conuertendum cęteros ad illum, & in opprobriū omnium Deorū, quos Christiani asserebant nō esse Deos, non esset tanta indignatio omnium contra ipsos. Secundo dr̄ propter nomen meū, i. quia a me nominamini. Nam a Christo vocantur Christiani, & ita vocari cęperunt Antiochiæ credentes in Christum, cū prius discipuli vocarentur Act.11.ca. & hoc nomē erat odiosum, & turbabantur potissime Iudęi audito illo 1.Cor.1.c. f. Nos prędicamus Christū crucifixū, Iudæis quidem scandalum, gentibus autē stultitiam.

Causa omnis iniustitię in commutationibus.

Quare Christus dixit specialiter, propter nomen meum. Quæst. LXXV.

SED quæretur ad quid dixit eis Christus, propter nomen meū, i. ꝙ odium specialiter haberetur eis **A** propter nomē Christi, quia videretur sufficere, ꝙ diceretur, ꝙ odio haberentur. Dicendum, ꝙ fuit istud specialiter dictum, & cōuenienter. Primo ad consolationem ipsorum, f. patiemini, & odiosi hominibus eritis, sed nō propter aliqua scelera vestra, sed propter me solum. Sic dicit Chry. in homilia, f. Hic rursus cōsolatur eos causam tribulationis ostendens adiungēdo, ꝙ propter nomen eius erant passuri. Secundo ad dandum eis bonam spem de se: nam cum diceret eis, ꝙ propter ipsum hæc passuri essent, & nō propter seipsos, ostēdit, ꝙ Christus multa eis deberet, vel saltem multa eis propter hoc bona esset daturus. Tertio quia in hoc ostendebat eos gloriosos toti mūdo, f. quia pęnam non pro aliquo scelere tolerarent, sed pro optimis virtutibus, i. professione nominis Christi. Et hoc erat ad tollendum opinionem quorūdam de persecutione, & angustia discipulorum præterita, putarēt enim, ꝙ propter aliqua scelera hæc passi fuissent, Christus autē prænunciat, ꝙ nō sed propter nomen suum: iō quidquid audiamus passos esse Christi discipulos, necesse est dici, ꝙ pro solo Christi nomine passi fuerint. Hoc aūt cedebat eis ad gloriam, f. ꝙ sine crimine inuenirentur. Nā cū odiosi essent alijs hominibus, si illi possent inuenire alias causas persequerētur eos, & ad mortē damnarent propter illas, f. nunquā aliquam causam exprimebāt, nisi ꝙ tenebāt superstitionem Christi: iō videtur, ꝙ nullū crimē in eis inueniebant. Sic dr̄ 1.Pe.4.c. nemo vestrum patiaī, **C** vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor, si aūt, vt Christianus nō erubescat, glorificet aūt Deū in isto nomine. Quarto fuit ad tollendum de cordibus eorum suspitionem: nā cum pęnę non inferantur ordinate nisi pro malis, & Deus permitteret affligi discipulos, putarent ipsi, ꝙ Deus habebat eos exosos, & ꝙ propter aliqua ipsorū crimina, quæ forte ipsi ignorabāt permittebat eos hoc pati, & hæc suspitio esset eis causa afflictionis: iō abstulit hanc suspitionē, dicens, ꝙ nō paterentur nisi pp nomē eius. Quinto fuit ad ostendendū sapientiā suā, f. vt nō solū prędiceret eis suā afflictionē, sed ēt afflictionis causā, f. ꝙ ꝑpter nomen suum. Sexto, vt nō haberent occasionē dubitandi de statu Ecclesię, & fidei Christi. Nā si diceret eis Christus, ꝙ paterentur tribulationē, & non diceret, ꝙ propter nomen eius, nō putarent hoc euētur ū pp eius nomen, & cū postea eā accidere viderent turbarentur, & putarent Christū de hoc non cogitasset, & turbatio ista infirmaret fidē in cordibus eorū: iō prædixit, ꝙ propter nomē eius affligerentur.

Qui erunt isti, qui scandalizabuntur, de quibus Christus hic dicit. Quæst. LXXVI.

QVAERETVR quid est hoc, quod dr̄. Et scandalizabuntur multi. Et qui erunt isti, qui scandalizabuntur. Dicendū, ꝙ hic ponit Christus secundum malum, quod futurū erat post mortē suā, & Ierusalē euersionem, & est tribulatio ab intra. Nā posita fuerat supra tribulatio ab extra, f. ab his, qui non credebant, a quibus discipuli erant affligendi, & occidendi, ista autem erat tribulatio ab intra, f. a credentibus. **E** Et ideo dicendum, ꝙ isti multi erant Christiani, qui scandalizarentur. Et est sensus, quòd quādo quidam Christianorum viderent persecutionem Ecclesię, & occisionē credentiū, scandalizarentur, i. turbarentur in corde suo, & a fide caderent. Et non pōt intelligi hoc de infidelibus, primo, quia dicitur, & scandalizabuntur, & tñ infideles non poterant scandalizari, qa scandalizari est offensam pati, sed infideles videntes affligi credētes in Christum nō offendebantur, neq; mouebātur ad aliquid, cū de Christo nihil curarent,

illi, ergo soli mouerentur, qui de Christo in aliquo curabant, vel curauerant, & isti erant credẽtes in eũ. Secundo patet, quia dicitur, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem, sed inuicem dicit communitatẽ in aliquo, eorũ enim, qui in nullo cõicant non est dicere inuicẽ, sed dr̃ inuicẽ tradẽt: ergo intelligit necessario de eis, q pertinebant ad eandẽ fidẽ, & cultũ, s. ꝙ vnus alterũ tradet, & vnus alterũ odisset. Tertio quia non poterat hoc aliquo modo de gentilibus intelligi. Nam infidelis non poterat tradere fidelem neq; fidelis infidelẽ, quia non erat aliqua cã quare infideles punirentur, cum nemo eos puniret, sed soli fideles trahebantur ad mortem, & tradebantur iudicibus in accusationẽ propter nouum cultum Christi, & professionem: iõ necesse est intelligi de fidelibus, scilicet, ꝙ ipsi scandalizabantur, idest, multi, & aliqui fideles, scilicet, qui erant prius fideles tradebant alios ad mortem, & in accusationem.

Quomodo scandalizabantur isti credentes in Christum. Quæst. LXXVII.

SED dicetur quomodo scandalizabantur isti. Dicendum, ꝙ erat istud scandalum passiuum, s. quia isti intra se concutiebantur, & commouebantur discedentes ab eo, quod prius crediderant, & ad hoc mouebantur ex malis, quæ patiebantur credentes.

Sed dicẽdum, quòd poterant dupliciter scandalizari cadentes a fide. Primo per hoc, quia tribulatio deducebat eos ad hoc, ꝙ fidem desererent, vt nõ cogerentur pati angustias istas, vnde licet putarent, & crederent istã esse veritatem, q̃ Christus docuerat, eligebant potius deserere illã q̃ pati mala hæc, quæ tẽporaliter inferebantur. Secundo potest accipi, ꝙ scãdalizabant, i. cessabant credere propter tribulationẽ, non quidem, quia volebant sponte cessare a fide, sed quia tribulatio cogebat eos nõ credere esse verum, quod Christus prædicauerat: nam videtes affligi valde credẽtes putabant, ꝙ nõ esset vera doctrina Christi, quia si vera esset nõ permitteret Deus affligi eos, qui illam tenebant, sed permittebat nimis vrgeri: iõ credebatur, ꝙ non esset doctrina hæc a Deo, sed potius contra Deum, & ideo vellet eam deleri affligendo sequẽtes eam. Sed dicẽdũ, ꝙ secundus sensus est conueniens. Nam primo modo non erat scandalizari ad cadendum a fide, quia sic credebant hoĩes verã esse doctrinã, sed nolebant eã profiteri propter difficultatẽ tolerandi pœnas, & ideo licet non profiterentur tenebant corde fidẽ, sed secũdo modo dicebãtur propter scandalizari, quia tribulatio deducebat eos ad hoc, ꝙ dubitarent de eo, quod prius crediderant, immo illud iam discrederent. Secũdo patet, quia aliter accipiendo non esset differentia inter id, quod dicitur hic, & id, quod dr̃, s. quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorũ. Nã illud manifestẽ intelligitur de debilitatione charitatis, vel feruoris eius propter malos, qui bonos affligebant. Et si hic accipiatur de illis, qui a fidei professione propter tormenta discederent non esset differentia: iõ hic intelligitur de illis, qui cessabant nõ solum a professione, sed ẽt a fide, quã iam non tenebant putantes potius falsum esse, quod Christus p̃dicauerat. Tertio patet, & efficacius, quia in litera dr̃, inuicẽ tradent, & odio habebũt, i. ꝙ isti discedẽtes a fide traderent alios credentes ad mortẽ, & odio eos haberent, & tamen illi, qui propter solam immanitatem tormentorũ cessabant a professione fidei, non oderant alios permanẽtes in professione, neque tradebant ad mortẽ, sed potius diligebant, & adiuuarent eos secrete inquãtum possent. ergo debet intelligi de illis, qui putantes fidẽ

F Christi, & doctrinã falsam esse ab illa recedebãt, & isti inuenientes se deceptos fuisse preteritis tp̃ibus iuxta suam opinionem odio haberent ipsos, qui eos in tali deceptione tenuerant, & persequerentur eos, & traderent ad mortem. Sic ergo intelligendum est.

Quomodo fuit hoc verum scilicet. Inuicem tradent, & odio habebunt. Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR quomodo fuit hoc verũ, s. Inuicẽ tradent, & odio habebunt. Dicendũ, ꝙ quidam putant hoc accipi de illis, q ficte accesserũt ad fidem Chr̃i, hi verè nũq̃ crediderũt in Chr̃m, sed simulabãt se credere, & operari, & hoc, vt cõsequerẽtur sic sub
G hoc velamine aliquid, quod cupiebant, & tales in tẽpore tribulationũ manifestabãt se, quales prius extitissent, & persequebãtur veros Chr̃ianos, tales sãt vocat Apostolus falsos fratres, i. falsos Chr̃ianos subintroductos ad explorandũ libertatem, q̃ habemus in Christo ad Gala. 2. c. i. intrabant ad cõuersandũ cum Christianis fingentes se Christianos, vt facilius possent eos peruertere, & ita fecerũt illi, qui Iudei quidẽ erant, & finxerunt se Christianos, vt Galatas deducerent ad hoc, ꝙ se circunciderent, & obseruarent omnia legalia. Et de talibus sepe conquerebatur, vt Corin. 6. cap. s. Pericula in falsis fratribus. Et hos vocat operarios subdolos, quorũ Deus venter est. Et his voluit auferre occasionem lucri, & quæstus ex predica-
H tione, & ideo noluit ipse aliquid recipere, licet posset recipere, vt illi nõ hẽrent colorẽ recipiendi 1. Corin. 9. ca. & isti sunt, de quibus dr̃ 2. Corin. 11. c. ꝙ se transfigurant in veros Apostolos, sicut Satanas transfigurat se in Angelũ lucis. Sic accipit Chry. in homilia, dicens. Postquã iam duplex preliũ posuit, s. quod est a seductoribus, & quod est ab inimicis, cõsequẽter tertiũ preliũ ponit, quod est a falsis fratribus. Vnde subdit. Et tunc scandalizabũtur multi, & inuicẽ tradent, & odio habebunt. Videant, & Paulum hoc plorantẽ, & dicentẽ, foris pugnę, intus timores, & alibi, pericula in falsis fratribus, de quibus alibi dicit tales sunt pseudo Apostoli operarij subdoli. Secundo pot̃ acci-
I di pro illis, qui a principio fidẽ Christi bono animo acceperunt, & tñ postea agente Satana, vel alijs deducentibus ceciderũt a fide, ita vt ad tẽpus crederẽt, & postea cessarent credere, sicut hi a principio crediderunt, & postea tribulatione interueniente a fide ceciderunt, & isti postea alios trahebant ad supplicia.

Satanas q̃nque in Angelũ se transfert.

Dicendum, ꝙ necesse est accipi secundo modo. Primo patet, quia primo modo non erant illi Christiani, sed simulabãt, & si Baptizati essent, & exteriora simularent tñ a principio ficti fuerunt, & ita Apostolus vocat eos falsos fratres subintroductos ad explorandum libertatem nostram in Christo, tales autem non possunt scandalizari tempore tribulationis cum neq; a principio aliquid crediderint, vt tunc a
K fide discedant cũ nunquã illam habuerint, sed necesse est eos, qui circa fidem scandalizãtur aliqñ fidem sincerã habuisse. Secundo quia dr̃. Tunc scandalizabuntur, & inuicem tradent, & odio habebunt, & tũc ita odio haberẽt, in quo nouitas odij importat̃, & tñ falsi Chr̃iani, q a principio falsi essent nõ hẽrẽt odio veros Christianos de nouo, sed a principio: iõ necesse est accipi de illis Christianis, qui a principio veri erant, & non oderant alios, & postea cum eos contigit a fide cadere incæperunt odio habere veros Christianos. Dicendum, quòd accipitur de illis, qui a principio bono animo fidem acceperunt, sed modicum in eis radicata erat fides, hi enim quandiu eos nihil impellit, idest, neque tribulatio, neque contraria doctrina decipiens, permanent

Titulus quæstionis adhuc dupliciter põt accipi.

nent in fide: cum verò aliquid impulerit, cadunt à fide, cum non sit in eis radicata, & his competit scandalizari, idest conturbari in animo circa fidem, cum iam non credant, quod prius credebant. etiam hi de nouo oderunt credentes, s. postquam ipsi à fide ceciderunt. Tale ponit Christus Luc. 8. ca. in parabola seminis, s. nam qui supra petram, hi sunt, qui cum audierunt verbum cum gaudio suscipiunt, & hi radices non habēt, quia ad tempus credunt, & in tpe tribulationis discredūt. Ecce igitur aliqui sunt, qui prius credebant, & postea propter tētationem, siue tribulationem superuenientem cadunt à fide, & hoc eis accidit, quia fides parum fundata erat. Nā si fundata fuisset non mouerentur faciliter ab ea, ita nunc aliqui venerunt à principio ad fidem bono animo, sed postea adueniente tribulatione, turbabantur, & putabant ꝓpter hoc illam doctrinam esse falsam, sicut supra dictum est præced. q. Vel forte, quia aliquis pseudo propheta per falsa miracula, & admonitiones amouebat eos à fide ad aliam doctrinam. Sic enim Galathæ cum à Paulo audissent veritatem doctrinæ, crediderunt, sed quia leuiter fixa erat in eis adueniente alia prædicatione, redierunt ad cæremonialia veteris testamenti, & dixit eis Apostolus, cur tam cito transferimini in aliud Euangelium? ad Gala. 3. c. hi autem cū crederent doctrinam Christi esse falsam, putantes se tanto tempore in errore detentos, odissent illos, qui eos in illum deduxerant, & per quorum conuersationem in illo manserant, & consequenter traherent eos ad iudices infideles, vt occiderentur.

Galathę ob sui ignorantiā Christi fidem spreuerunt.

Alio modo potest accipi tota ista litera de cognatis, s. ꝙ cū post mortem Christi inciperet crescere doctrina eius in credentibus, alij homines persequerentur eos, & occiderent, quia erant disparis cultus, & ritus, & etiam cognati eorum, idest parentes, & filij odissent eos, & traderent ad mortem, & isti cognati essent, qui scandalizarentur, s. quia ante hoc diligebant cognatos suos amore cognationis, cum autem incipiebant sequi aliam doctrinam, quæ omnibus alijs doctrinis erat aduersa, alterabantur circa se, ita vt priorem amorem perderent, & hoc proprie erat scādalizari. Nam qui alium diligebat, & propter aliquid incipit eum odisse, vel malam opinionem de eo habere, dicitur circa illum scandalizari, & isti oderant tunc cognatos suos, & dicitur. Tradent inuicem, idest vnus cognatus alium, quod erat admirandum. Et distinguuntur tria hæc circa illos, quia scandalizari erat animum cadere à priori statu, in quo diligebat, vt iam non diligat: odisse erat, quòd iā mala illis vellent, ex quo sequebatur tertium, s. quòd ad mortem traderent inuicem. Et apparet, ꝙ iste sensus sit multum conueniens fortè plus quam præcedentes, quia ista narratio ponitur hic, & Luc. 21. & Mar. 13. & tamē loco huius, quod dicitur hic: tunc scandalizabuntur, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem: dicitur Marc. 13. & Luc. 21. tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & consurgent filij in parentes, & morte conficient eos, & eritis odio omnibus hominibus. Ergo videtur, ꝙ tradi inuicem nō est, nisi tradi patrem à filio, & filium à patre. Et ita aliquādo factum est, sicut patet de Lucia Romana muliere, quæ cum esset annorum septuaginta, quandoque accusata est a filio suo Euprepio, ꝙ Christiana esset, & occisa est, vt patet in historia sanctorum Luciæ, & Geminiani. Et hunc sensum tenere possumus, licet ille supra positus sine dubio verus est, s. ꝙ adueniente tribulatione aliqui Christiani, qui prius recte crediderant, discredebant, & alios tradebant, & accusabant ad mortem.

Proprie scandalizari qd sit.

A

Qui erant isti pseudo prophetæ, qui tunc insurrexerunt. Quæst. LXXIX.

QVAERETVR qui erant isti pseudo prophetæ, qui tunc insurrexerunt. Aliqui dicūt, quòd erāt aliqui falsi Christiani, qui asserētes se Christianos seduxerunt multos. Sic dicit Remigius. Imminente captiuitate Ierusalem multi insurrexerunt Christianos se esse dicentes, & multos seduxerunt, quos Paulus nominat falsos fratres, & Io. nominat antichristos. Hilarius quoque super Mat. dicit. Multi pseudo prophetæ, vt Nicolaus vnus ex septem diaconibus, qui multos mentita veritate peruertit.

Sed dicendum, quòd an isti essent de Iudæis, an de Christianis, vel gentilibus nō est omnino certum: potius tamen dicendum illos esse de Iudæis. Et hoc patet, quia tunc duplices seductores insurgebant, quidam vt prophetæ, alij vt Christus, vel Messias. De Christo falso dixit supra Matthæus in litera, s. Multi venient in nomine meo, dicentes: ego sum Christus, & seducent multos. De prophetis apparet hic, s. multi prophetæ pseudo surgent. De vtroque simul dicitur infra in litera. Surgent pseudo Christi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia. Sciendum autem, ꝙ hi venerunt inter mortem Christi, & euersionem Ierusalem, & simul veniebant, & intentio illorum erat, vt facerent credi aliquem esse Messiam, vnde ille vocabat se Christum, prophetę autem veniebant in adiutorium, vt dicerent ex parte Dei illum esse Messiam, & faciebant ad hoc signa, & sic seducebant ducentes homines in partem suam.

B

C

Si autem quæratur quare illo tempore potissimū venerunt illi, qui dicebant se esse Messiam, dicendum quòd fuit propter quatuor, vt dictum fuit supra.

Qui erant isti multi qui veniebant, & erant pseudo prophetæ, & Christi. Quæst. LXXX.

QVAERETVR qui erant isti multi, qui veniebāt, & erant pseudo prophetæ, & falsi Christi. Dicendum, ꝙ non habentur omnia hæc scripta, quia satis est, ꝙ Christus dixerit multos tales surrexisse cum necesse sit verū esse, qđ ille dixerit, & tñ de his aliquid legitur, vt apparet ex libris antiquitatū Iosephi, & ex libris suis de bello Iudaico, & ex libris Egesippi, & ex lib. Chronicorum Eusebij. Sciendum autem, ꝙ ante Christi aduentum aliqui venerunt, qui se Messiā dicerent, de quibus ipse dixit Io. 10. c. oēs quotquot ante me venerunt fures fuerunt, & latrones, sed nō audierunt eos oues, i. vsurpauerunt sibi hoc nomen Christus, vel Messias, qđ solius Iesu erat proprium, vt dr̄ supra in lr̄a. s. multi venient in nomine meo, dicentes ego sum Christus. Et ita hoc nomē Christi suum esse dixit. Propter hoc aūt non audierunt oues, i. non permanserunt cū eis, licet aliq ad modicum tp̄s eis credidissent. Horū primus de eis, quos legimus fuit Theodas, & ille se Messiam asseruit, vluitq; liberare populum de manu Romanorū, vt simulabat, adiuncti sunt ei viri quadringenti, & occisus est ipse cum omnibus. Deinde qñ Christus natus est anno secundo eius, idest anno 43. Octauiani Iudas Galilæus fuit, qui aliquid sibi de noīe Messię vsurpauit, & Iudęos ad rebellādū incitauit, vt nō ꝑmitterēt fieri ęstimationē facultatū, vt ait Euseb. lib. Chronicorum. & tñ ipse cum adhærentibus ei perierunt, vt ait Iose. lib. 18. antiqui. De his duobus dr̄ Actu. 5. cap. s. ante hos dies extitit Theodas dicens se esse aliquem magnum, cui consensit virorū numerus circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes quicunque credeban t ei, dissipati sunt, & redacti sunt in nihilum, post hunc extitit Iudas Gali-

D

E

Primus Theodas fuit de his qui se esse Messiam dicebant secūdus Iudas Galilæ⁹.

Galilæus in diebus professionis, & auertit populũ post se, & perijt ipse, & omnes quotquot consenserunt ei dissipati sunt.

Post hoc mortuo Christo viuente adhuc Tyberio surrexit alius vir Samaritanus, qui se Christum appellabat, & occultatorum a Moyse se declaratorem, de quo Iose. lib. 18. antiqui. ait. Sed neq; Samaritanorum gens a turbis fuit expers, hos enim peruertit vir quidam, mentiri pro nihilo ducens nomine Caphedon, qui omnem plebem suasionibus artificiosis induxerat, vt in montem Garizim omnes concurrerent, ꝙ eum sanctum haberent atque venerabilem, pollicebatur enim se ascendentibus ostensurũ vniuersa quæ ibidem à Moyse fuerant obruta, at illi persuasi verbis illius armantur, & considunt in quodam vico, atque hinc & inde plurimos congregabant, vt cum magna multitudine mõtẽ ascenderẽt, sed hos in ipso ascensu Pilatus occupat omnem equitatum præcedere iubens, & alios obtruncant, alios in fugam vertunt, maximam partem capiunt, cuius seditionis Principem Pilatus interfecit.

Alius verò, vt videtur, fuit Theodas post mortem Christi pluribus, quam quindecim annis sub Claudio Imperatore de quo Iosephus lib. 20. Anqui. ait quidam vir magnus nomine Theodas populo multo suasit, vt sumentes secum substãtias suas sequerentur eum ad Iordanem fluuium, semetipsum asserens esse prophetam, & præcepto fluuium diuidere, vt eis facilem transitum prẹberet. Hoc dicẽs, seduxit multos: sed nõ permisit Fadus eos ad insipientiẹ suẹ experimentum peruenire, sed repente misit super eos cohortem equestrium, quæ inopinabiliter multos peremit, plurimos autem viuos cepit, ipsumque Theodam comprehendentes capitis sectione multactum in Ierosolymam deduxerunt.

Quintus vir Aegypti de dicentibus se esse Messiã. Cap. 17. Anno autem 13. Claudij. i. 22. post mortem Christi fuit alius vir Aegyptius, qui se aut prophetam, aut Messiam esse diceret, de quo ait Iosephus lib. 20. Antiqui. Hoc tpe venit aliquis ex Aegypto, dicens se esse prophetam, & populari multitudini suasit, vt cũ eo ad montem, qui dicitur Oliuarum positum ex diuerso ciuitatis procul stadijs quinque, conscenderẽt, velle se dicens eis, exinde monstrare, quia eo iubente Ierosolymorum muri corruerent, vnde ingressum eis faciendum esse promittebat. Felix autem dum hoc audisset, iussit militibus, vt arma sumerent, quo facto irruit super eos, & quadringentos eorum gladijs interemit, ducentos vero viuos cepit. Aegyptius verò fuga lapsus disparuit. Erat autem, vt innuebatur illius Aegyptij intentio liberare Iudæos de manu Romanorum excludendo Felicem, & milites Romanos de Ierusalem. Et ad hoc dicebat, quòd eo iubente murus corrueret. De quo idẽ Iosephus lib. de Bello

Cap. 11. Iudaico ait. Maiore quippe plaga afflixit Iudæos Aegyptius quidam pseudo propheta, adueniens quippe in prouincia magus cum esset prophetæ sibi opinionem arrogans, triginta fermè millia hominum sibi congregauit, quos varia seductione deceperat, & circunducens eos de solitudine in montẽ, qui dicit Oliuarum inde Ierosolymam nitebatur ascendere, depulsoque Romanorum præsidio in populares exercere dominationem conabatur. Et quia ipse Aegyptius tunc fuga lapsus euasit, quęrebatur postea à Romanis, & ideo quando Iudæi comprehenderũt Paulum se purificantem in templo, & trahebant eum foras ad occidẽdum, & tribunus plebis occurrit, ne turbaretur ciuitas, dixit ad Paulum: nonne tu es vir Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in deserto quatuor millia virorum sicariorum?

F Sed obijcietur, quòd non sit ille idem Aegyptius, quia de isto dicitur, quòd eduxit quatuor millia virorum. Iosephus autem lib. de bello Iudaico dixit ferme triginta millia.

Dicendum, quòd idem vir fuit, quia vtrobique vocatur Aegyptius, & vtrobique ponitur accidisse illud præside Felice in Iudea. Sed quod dicitur de multitudine, dicendum quòd de sicarijs solum erant quatuor millia virorum, de cętera autem multitudine rusticana erant vsque ad triginta millia. Sed tribunus ille solum de sicarijs locutus fuit, eo quòd illi erãt terribiles in tota regione Iudæorum, & ab omnibus timebantur, & odio habebantur, quia per insidias multos occidebant etiam in templo Dei, & nemo de eis

G poterat esse securus. De cætera multitudine, quæ nihil mali inferre solebat, sed nunc opinione prophetę seducta ascenderat cum eo, nihil tribunus dicere voluit. Item patet sic debere intelligi. Nam & Eusebius libro Chronicorum dicit ista concordare, scilicet, sub Felice procuratore extiterunt multi, qui populum sua persuasione deciperent, in quo, & Aegyptius propheta pseudo fuit, qui plurimis sibi associatis in ipso magnarum rerum conatu per exercitũ Felicis opprimitur. Scribit Iosephus consentaneus Apostolorum actibus, in quibus Paulo dicitur à tribuno. Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia viro-

H rum sicariorum? Eo etiam tempore, idest sub Felice præside ad finem regni Claudij, & in principio regni Neronis, & consequenter vsque ad captiuitatem Ierusalẽ multi surrexerunt pseudo prophetę, & pseudo Christi, & omnes hi suadebant contra Romanos rebellare. De hoc Iosephus lib. 20. Antiqui. ait. ma- Cap. 17.

gi vero & seductore populo suadebant, vt eos in eremum sequerentur dicentes se Dei prouidentia signa, & prodigia monstraturos, multi quia in hac insipientia supplicia pertulerunt, qui dum ad hoc accessissent puniti sunt. Et in libro de Bello Iudaico dicit: seductores quoque homines, & circunuentores sub specie religionis nouandis rebus studentes vulgum insanire fecerunt. Nam egrediebantur in soli-

I tudines promittentes Deum signa libertatis eis ostẽsurum, contra quos Felix, quia videbantur semina defectionis esse mittens equites atque pedites armatos magnam multitudinem interfecit.

Alij erant qui se prophetas dicerẽt cum essent magi, & eos, qui Romanis obedire volebant de Iudeis occidebant, vel eorum diripiebant substantias, vt sic ad rebellandum cogerent. Sic dicit Iosephus libro de Bello Iudaico, scilicet magi enim quidam, & latrones collectis multis afflictionem inducebãt, & quasi ad libertatem vocabant mortem apertissimã comminantes his, qui Romanorum principatui obedire voluissent, vt vel reluctantes auerterent eos, qui ferrent spontaneam seruitutem dispersi bipertitam re-

K gionem diripiebant quorumcunque potentum domos, eosque insuper trucidabant, inflammabant etiam agros, ita vt desperatione eorum tota Iudæa protinus impleretur. Hæc autem sub Felice præside acciderunt, sed postea sub regno Neronis Festo prę-side Iudæi quidam alij magi extiterunt, qui se prophetas dicerent, & illos Festus occidit. Sic dicit Iosephus libro vigesimo Antiqui. scilicet interea diuersis rebus turbata prouincia Festus multitudinem destinauit equestrium atque pedestrium super plures, qui seducti fuerant à quodam Mago salutem eis, & malorum requiem promittente, si eum sequi in desertum contenderent. quo facto, & ipsum seductorem, & seductos irruentes qui missi fuerant occiderunt.

Sed

Sed ante omnes hos in principio ecclesiæ fuit quidam Samaritanus nomine Simon Magus, qui, & se Messiam iactabat. Nam populus eum vocabat virtutem Dei magnam. Actu. 8.c. & Hier. super Mat. dicens de hoc. vnus eorum, de quibus loquitur, fuit Simon Samaritanus, quem in actibus Apostolorum legimus, qui se magnam dicebat habere Dei virtutem. Hic quoque inter cætera in suis voluminibus scripta dimittens, ego sum sermo Dei, ego omnipotens, ego omnia Dei. Iste tamen videns, quòd omnes sequaces eius prædicante Philippo conuersi essent ad Christum, ipse quoq; baptizatus est, sed cum videret per impositionem manuum Apostolorum dari spiritum sanctum, oblata eis pecunia multa petiuit ab eis hanc potestatem, sed Petrus dixit ei. Pecunia tua tecum sit in perditione. Act. octauo, capitu. Sed iste Simon Magus, vt ferunt, postea sub Nerone Petrum, & Paulum, Romæ falsis prodigijs impugnabat.

Quomodo pseudo prophetæ poterant aliquos seducere. Quæst. LXXXI.

QVAERETVR de istis pseudo prophetis, quomodo poterant seducere aliquos.

Dicendum, quòd pseudo prophetæ, & pseudo Christi simul erant, vt colligitur, infra in litera. Et intendebant pseudo Christi facere, vt crederetur quisque horum esse Messias, ad hoc autem prophetæ pseudo adiuuabant quasi testificantes hoc verum esse ex parte Dei. Sed tam prophetæ falsi, quam falsi Christi seducebant populum promittentes eis liberationem de Iugo Romanorum, quo valde premebantur diebus illis, & ita solicitabant eos ad rebellandum. Tanto autem desiderio huius liberationis tenebatur populus, quòd cuique se asserenti liberatorem facile credebant, sicut colligitur ex dictis præcedenti. q. & per Iosephum lib. decimooctauo, & 20. Antiqui. & lib. secundo, & tertio de Bello Iudaico.

Aliud quoque erat, quod rem verisimilem reddebat, quia omnes isti falsi Christi, & falsi prophetę magi erāt, vt eos Iosephus appellat, vbi supra, & ideò per artem Magicam faciebāt aliqua prodigia, ex quibus populus decipi posset, & non solum plebs indocta, sed etiam viri prudentes, vt Christus dixit, infra in litera, scilicet surgent pseudo prophetæ, & pseudo Christi, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi. Talia enim prodigia Simon Magus faciebat, ita vt admirarentur omnes, & extra mentem fierent, vt dicitur Act. octauo capit. Vir quidam fuerat in ciuitate Magus nomine Simon seducens gentem Samariæ dicens se esse aliquem magnum, cui auscultabant omnes a minimo vsque ad maximum, dicentes, hic est virtus Dei, quæ dicitur magna. Attendebant autem eum propter ea, quod multo tempore magicis suis dementasset eos.

Sed dicetur, quomodo poterant Iudæi aliquē istorum putare esse Christum, cum non veniret cum potestate tēporali ad liberandum eos de manu Romanorum, & aliarum gentium? Nam omnes Iudæi credebant Messiam regnaturum temporaliter, vt declaratum est, supra q. 21. & ista fuit causa quare plurimi Iudæorum non crediderunt Iesum esse Christum, i. Messiam, quia non venit cum potestate temporali, vt regnare posset temporaliter, neq; liberabat Iudeos de manu opprimentium. A fortiori ergo neminē alium crederent de his esse Messiam, cum nullus horum talem haberet potestatem.

A Dicendū, quòd poterant credere eis propter duo. Primò quia licet statim in sua prima nominatione non venirent in tali potestate, vt subijcerent hostes, conabantur tamen aggregare sibi multitudinem ad pugnandum contra hostes, vt apparet in omnibus, de quibus dictum est præced. q. omnes quippe illi aggregabant sibi multitudinem, & suadebant rebellare cōtra Romanos, & sic etiam fecerant illi, qui ante Christum venerant, scilicet Theodas & Iudas Galilæus, vt colligitur Act. 5.c. & magis præced. q. Christus autem nunquam hoc fecit, quia nunquam voluit congregare sibi multitudinem aliquam armatorum, neque suasit rebellare contra Romanos, sed in paupertate, & pace venit. Sic propheta dixit, dicite filiæ syon ecce

B rex tuus venit tibi pauper, & māsuetus, & ipse sedens super Asinam Zacha. 9. & sup. 21.c. & ideo non ita faciliter credebatur Iesum esse Messiam.

Secundò fuit, quia illi pseudo Christi licet venirēt sine illa multitudine armatorum a principio, & nondum regnarent temporaliter, poterant suadere populo esse Messiam dicentes nondum cōpletum est tempus, sed statim complebitur, & tunc erit liberatio ab hostibus & regnum temporale Israel, & interim populus poterat credere de illis. Et istam argumentationem Christus soluit nunc, quando loquebatur discipulis de hoc. Sed Matthæus illud non expressit. Habetur autem Luc. 21.c. scilicet multi venient in nomine meo, dicentes: ego sum, & tempus appropinquabit, i. illi, qui se vocabunt Christum, dicent nondum

C tempus completum est, ad ostendendam temporalem dominationem, & destruendum hostes, sed statim veniet. Et sub hac spe populus deceptus manebat, Christus autem Iesus, neque istud dicebat: ideo plebs indocta facilius assentiebat his falsis Christis.

Quid est, quod dicitur, quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR quid est hoc, ꝙ dicitur, quia abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum.

Dicendum, ꝙ aliqui putant accipi pro diminutio-

D ne charitatis in quibusdam ex malitia aliorum, s. erūt quidam Christiani ita mali tempore tribulationis, ꝙ considerata illorum iniquitate alij, qui boni erant refrigescebant. Et ita exponit Nico. Alij accipiūt de homine ad seipsum, s. ꝙ in quibusdam hominibus abundabit iniquitas, & ideo necessario in ipsis charitas refrigescet, cum tollatur vnum per alterum. Sic dicit Remigius. Refrigescet charitas, i. vera dilectio Dei & proximi. Nam quanto magis ab vnoquoque iniquitas suscipitur, tanto amplius in corde ipsius ardor charitatis extinguitur.

Sed dicendum ꝙ secundus sensus nō bene stat. s. ꝙ referatur totum ad eundem hominem, sed ad diuersos, ita ꝙ in vno abundet iniquitas, & in alio refrigescat charitas. Primò patet, quia aliàs poneretur vtrūq; cum determinatione, vt diceretur, ꝙ abūdabit iniquitas multorum, refrigescet charitas eorum, vel multo-

E rum, & tamē ponitur primum sine determinatione, cum dicatur absolutè. Abundabit iniquitas. Et sequitur, refrigescet charitas multorum, ideo vr̄ ex modo loquendi, ꝙ nō sit eorundem iniquitatis abundantia, & refrigescere charitatem. Secundò quia si ad eundem referretur, esset inconueniēter dictū, quia quando in aliquo abūdat iniquitas, non solum refrigescit, immo non est charitas in eo, & non solum, qn̄ abundat iniquitas, sed etiam quacunq; iniquitate existente non manet charitas aliqua in homine, ideo debet referri hoc ad diuersos homines, ita ꝙ in quibusdam abundabat iniquitas, & in alijs charitas refrigescebat.

Quo-

Quomodo refrigescebat ista charitas in quibusdam propter aliorum iniquitatem. Quæst. LXXXIII.

SED quæretur quomodo refrigescebat ista charitas in quibusdam propter aliorum iniquitatem. Dici potest vno modo, ꝙ intelligitur quantum ad aliquos cadentes à fide propter persecutionem. Et est sensus, ꝙ tanta esset afflictio credentium illo tempore, ꝙ multi, vt non cogerentur sustinere mala illa, abijciebant fidem, aut saltem fidei professionem, & profitebantur aliam doctrinam, & conuenit hoc literæ. Nam qui credebant in Christum erant in charitate, & quando fidem acceperunt simul acceperunt charitatem, & illa manebat. Nam ex eo, ꝙ Christum diligebant volebant manere in doctrina eius, licet obseruatio esset difficilis, istorum charitas refriguit, qn̄ timentes tormenta, & alia mala cessabant à professione, sed isti non caderent à professione fidei, nisi pp magnitudinem persecutionis. Si nemo enim persequeretur, nemo caderet, etiam si persecutio leuis esset, pauci aut nulli caderent, & tn̄, quia grauis erat ꝑsecutio multi cadebant à fide, sed magna persecutio non est, nisi ex magna iniquitate inferentium eam cum illa iniusta sit, ideo verum est, ꝙ ex abundantia iniquitatis quorundam refrigescebat charitas aliorũ. Aliter potest intelligi de diminutione charitatis sine perditione eius. Nam in casu præcedenti charitas nō solum minuitur, sed etiam perit, quia qui cadit à fide, cadit a charitate. Et dicetur, ꝙ aliqui erant a principio conuersionis suæ feruentes in charitate, postea verò videntes iniquitatem aliorum abundantem fiebant tepidi, & hoc erat refrigescere. Et tunc intelligitur de Christianis ad inuicem, s. quidam quando conuersi sunt videbāt miracula fieri, & bona opera Christianorum, & ideo feruenter acceperant fidem, postea verò cum conuersarentur cum alijs Christianis videbant eorum iniquam conuersationem, & sic frigescebat in eis ardor charitatis, vt non essent tā prompti ad bona opera, sicut prius. Nam sicut habens paruam charitatem per imitationem bonorum virorũ proficit in feruore, & ab habendum maiorem charitatem, ita habens charitatem magnam, aut mediocrem, si conuersatur inter malos, aut exemplo eorũ ad malum trahitur, aut tepescit feruor eius. Nā etiam paruam charitatem habens iudicat se iustum collatũ ad eos, qui mali sunt. Qui autem mediocriter bonus est, si ad bonos comparetur, iudicat se malum, quia ab eis lōge est, ideo valde nocet bonis, & maximè parum, aut mediocriter bonis conuersari inter malos, vel eorum mala scire, & tunc quanto quis conuersatur cum deterioribus, tanto fit tepidior, & refrigescit magis charitas. Sed dicetur quis istorum sensuũ est verior? Aliqui dicunt, ꝙ secundus, quia primus nō coaptatur literæ. Nam dicitur, refrigescet charitas, & tn̄ primo modo non refrigescit, sed cessat, quia qui propter tormenta cessabat a fide, vel a professione fidei, non refrigescebat in charitate, sed peribat charitas in eo. Dicendũ tn̄ videtur, ꝙ primus sensus sit melior. Patet primo, quia statim dicitur. Qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit. Et est expositiuum præcedentium, quasi dicat, illi quorum, refrigescit charitas, non saluantur, sed illi, qui permanent vsque in finem: ergo videtur, ꝙ illi, quorum charitas refrigescit non permanent, sed qui non permanent cadũt a charitate. Loquitur igitur de cadentibus a charitate. Secundo quia Christus arguit istos, quorum charitas refrigescit, sed si charitas non periret, non erant arguendi, quia quandiu manet quis in charitate, est bonus, & dignus vita æterna, & non potest iuste redargui, sed redarguuntur. ergo cadebant isti a charitate.

Valde nocet bonis conuersari inter malos.

F Tertio patet, quia sicut hic post illud dictum, s. refrigescet charitas multorum, ponitur velut expositiuũ illud, s. qui perseuerauerit vsque in finem, ita Mar. 13. ca. vbi ponitur ista narratio, dicitur, ꝙ parentes traderent filios in mortem, & filij consurgerent in parentes. Et sequitur: qui autem sustinuerit vsque in finē, saluus erit. Et sic videtur, ꝙ de persecutione intelligatur, & de casu a fide propter persecutionem. s. ꝙ propter abundantiam iniquitatis multi perderent fidē. Et ista est veritas: erat enim magnitudo iniquitatis, & persecutionis qn̄ parētes accusabant filios ad mortē, & filij parentes, & trahebant eos ad hoc, quòd occiderentur. Pauci enim poterant talem persecutionem sustinere, in qua nullum erat refugium ad amicum, neque cognatum, & ideo refrigescebat charitas, idest cadebant ab illa iam cessantes a professione nominis Christi.
G Ad rationem in contrarium potest dici vno modo, quòd qui cadebant a professione fidei nō solum refrigescebāt in charitate, sed etiam cadebant ab illa, & tamen erat ordo iste, quòd primo refrigescebant: deinde cadebant cum non perderent eam subito. Posuit autem Christus primum, s. refrigescere, quia erat principium, & non cadere. Secundo potest dici, quòd refrigerari, vel refrigescere charitatem accipitur large non pro remissione ardoris, sed pro perditione eius, vt dicatur refrigescet charitas, idest peribit effectis frigidis his, qui prius secundum charitatem ardebant.
H Et potest accipi refrigescere in malum, quia refrigescere dicit motum a calido ad frigidum, & ideo nominat medium inter vtrunque, & illud vocatur tepidum, & accipitur in mala significatione in scriptura. Sic dicitur Apocalips. tertio capitu. Vtinam frigidus esses, aut calidus. sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Sed refrigescere dicit illum tepidum, quod malum est, ideo refrigescere charitatem accipitur in malo. Et sic accipietur pro casu a charitate, quia quandiu quis non cadit ab illa, bonus est. Quod autem dicitur refrigescere, etiam si accipitur pro diminutione non est intelligendum, ꝙ charitas minuatur secundum essentiam, licet augeatur secundum essentiam, sed solum minuitur quantum ad feruorem. De quo dicetur magis. 1.
I Cor. 13. c. vbi plene agetur de charitate.

Tepidū in sacris literis in malā partem sumitur.

Quare dixit refrigescet charitas multorum, &c. Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR quomodo, dixit refrigescet charitas multorum, & quare.

Dicendum ꝙ hoc dictum est, quia non refrigesceret in omnibus. Quidam enim fuerunt, in quib. nunquam refriguit, siue accipiatur pro cadere, siue pro diminui. Sic fuit de apostolis. Erat. n. in illis semper charitas maior, quanto continue per bona opera magna merebantur augmentum charitatis, sicut & augmentum præmij substantialis. Sic. n.
K erant in charitate confirmati, vt ab ea nullo modo caderent. Sic dicitur ad Ro. 8. c. quis nos separabit a charitate Chr̄i? Et iterum, certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque alia creatura poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo. Sed alij erant, qui non existentes cōfirmati propter iniquitatem persecutionis cadebant à fide, & isti erant, qui vocantur hic multi. Sic dicit Hieron. Considerandum tamen, quòd non negauit omnium casuram esse charitatem, sed multorum. Nā in Apostolis & eorum similibus permansura est charitas, de qua Paulus. Quis nos separabit a charitate Christi?

Ad quid voluit prædicere, quòd multorum charitas refrigesceret. Quæst. LXXXV.

SED quæretur ad quid Christus voluit prædicere, ꝙ multorum charitas refrigesceret.

Dicendum, ꝙ primo fuit ad consolationẽ permanentium: nam cũ manentes in fide viderent aliquos ab illa cadere, putarent per hoc periculum aliquod esse doctrinæ Christi, & ecclesiæ eius, & tristarentur nimium. Vt autem non affligantur ex hoc nimis, vt nil mali suspicarentur, sed putent ecclesiam Christi nihilominus mansuram quibusdam cadentibus, prædixit illis quosdam a fide casuros.

Secundo fuit ad ostendendum se omnia scire, cũ etiam minuta quælibet prædiceret, & vt viderent, ꝙ nihil in ecclesia sua accideret eo ignorante, & ita posset prouidere, si vellet. Et non dixit absolutè, quòd refrigesceret charitas, sed multorum, vt innueretur per hoc, ꝙ nõ omnium charitas peritura esset, sed aliquorum, quia aliàs cum quidam viderent alios a fide cadentes, putarent ꝙ omnes essent a fide perituri, per hoc autem eos certificat, ꝙ non omnes, sed aliqui essent a fide perituri, & sic cadentibus quibusdam, non adhuc timeretur periculum ecclesiæ.

Tertio fuit ad cautiores eos reddendũ: nam si Christus hoc non prædiceret, multi non aduerterent, & facilius laberentur, cum verò hoc prædixit quilibet sciret se posse cadere, & cautius se haberet, vt non caderet: nam istud erat quasi quoddam præceptum, vel admonitio ad fortiter standum.

Quare Christus dixit, qui autem perseuerauerit vsque in finẽ, saluus erit. Quæst. LXXXVI.

QVÆRETVR quare Christus dixit, qui autem perseuerauerit vsque in finem saluus erit.

Dicendũ, ꝙ perseuerare vsque in finem debet accipi de fine vitæ, quia non vocatur alius finis noster absolutè. Et etiam vsque ad mortem est nobis laborandum in bono, postea vero quiescendum Apoca. 14. c. f. Amodo dicit spiritus, vt requiescãt a laboribus suis. Et vsque illuc est necessaria perseuerantia, in morte autem confirmatur homo in bono, vel in malo: non ergo requiritur maior perseuerantia in fide Christi, quam vsque ad mortem, neque sufficit minor, quia quæcunque minor non sufficit ad vitam ęternam habendam. Sic dicit Remigius, vsque ad finem vocat vsque ad terminum vitæ: qui enim vsque ad terminum vitæ suæ in confessione nominis Christi perseuerauerit, & in charitate, saluus factus est. Dixit autem hoc Christus primo ad tollendum errorem: aliqui forte putarent, quòd licet caderent a fide, si aliquanto in illa mansissent proderat eis ad vitam æternam. Dixit Christus, ꝙ non, quia non poterat saluus fieri, nisi qui perseueraret vsque in finem. Secũdo, & præcipue ponitur ad admonitionem, vt fideles fortiter manerent in aduersitatibus, vt saltem non perderent præteritos labores. Nam omnes nostri labores sũt vt saluemur, qui autem non saluatur nullum fructum habet de laboribus suis, & ideo qui multo tempore mansit in fide, & tolerauit difficultates in ea, non debet cessare ab ea propter subuenientes angustias, quia sic perdet fructum omnium operum suorũ, & ideo est magna admonitio hæc ad perseuerandum in fide, & consonat hoc literæ præcedenti: dixerat enim refrigescet charitas multorum, idest cadent multi a charitate, & fide, sicut expositum est. Hic autem dicit, ꝙ nemo permittat refrigescere charitatem in se, sed perseueret, & ita saluabitur.

A *Quid erat saluum esse. Quæst. LXXXVII.*

SED quæretur quid erat saluum esse. Dicendum, ꝙ saluare proprie est a malo liberare, & saluus dicitur, qui a malo liber est, & quia malum est multiplex, est etiam multiplex liberatio. Dicitur saluari homo multipliciter, sic dicitur Psal. 33. Ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Et hoc modo liberatores a periculis bellorum vocamus saluatores. Sic dicitur Iudi. 3. Suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos. Et iterum eod. c. suscitauit eis saluatorem nomine Aod.

Saluari hõ multipliciter dicitur.

Et tamen dicendũm, ꝙ secundum differentiã malorum, ita vocatur saluatio, vel liberatio. Quędã enim
B mala sunt, sed non summa, vel per excellẽtiam, ideo in illis competit saluatio, sed cum cõnotatione, vt dicatur saluatio a tali, vel tali malo, s. saluati a tribulatione, vel ab incommodo. Malum autem per excellentiam vnum est in hominibus, s. perdere animam, vel condemnari ad gehennã, & ideo liberari ab isto malo per excellẽtiã est saluari. Et hoc dicitur simpliciter, & sine connotatione aliqua saluari, & ob hoc illum simpliciter saluum dicimus, qui iam liber est a damnatione ęterna. Et ista distinguimus saluos contra dãnatos. Sic accipitur hic: saluus erit, idest liberabitur a gehenna. Nam qui vsque ad mortem manet in charitate, necesse est, ꝙ liberet ab inferis. Et ob hoc etiã saluare dicimus simpliciter, idest liberare a morte æterna, vel a penis gehennæ. Et consequenter sal-
C uatorem absolute vocamus illum solum, qui a morte æterna liberat. Solus autem Christus per mortem suam nos ab hac morte liberauit, ideo eum solum vocamus saluatorem. Nam cum absolute saluatorẽ dixerimus, nullum nisi ipsum intelligimus, & in reuerentiam ipsius hoc nomen ei soli reseruamus.

Quid saluator absolute.

Quare Christus dixit, & prædicabitur hoc Euangelium in toto orbe. Quæst. LXXXVIII.

QVÆRETVR, quare Christus dixit, & prædicabitur hoc Euangelium in toto orbe. Dicendũ
D putant quidam positum hoc esse ad tollendam suspicionem, & timorem. Nam cum tot mala afflictionũ prædixisset Christus circa discipulos euentura diceret aliquis eorum, quomodo poterimus inter tot mala viuere? respondet ꝙ non solum poterunt viuere, sed etiam docere. Sic dicit Chrys. in homilia. deinde ne dicerẽt: qualiter enim inter tot mala viuemus? quod plus est promittit, ꝙ non solum viuerent, sed vbique docerent. Secundo potest accipi ad tollendum suspicionem de statu fidei, & ecclesię Christi. Nam dixerat supra, ꝙ refrigesceret charitas multorum, idest caderent a charitate, & professione fidei propter tormenta. Putaretur ergo, ꝙ iam nemo auderet prædicare doctrinam Christi propter tantas tribulationes: ipse tollit hanc suspicionem dicens, ꝙ non, sed etiã si omnia hæc mala eueniant, prædicabitur Euangelium, &
E nõ solum prędicabitur, sed ẽt per totum orbem. Tertio potest accipi istud esse positum ad consolationem discipulorum. Erant enim tristes de euersione Ierusalem prenunciata eis, & de tribulationibus, quæ eis superuenirent. ne autem tristitia affligerentur, nunc ẽt antequam mala ipsa venirent prenũciat eis quid gratum, s. ꝙ Euãgelium per totum orbem prędicaretur. Sic dicit Remigius, s. quia enim nouerat dominus corda discipulorũ contristãda esse de excidio Ierusalem, & perditione gentis suæ, hoc solatio consolatur eos, ꝙ multo plures credituri erant de gentibus, quam de Iudeis perituri. Quarto fit hoc, & principaliter ad ostẽdendum statum ecclesię suæ. Nam ad roborandam

fidem

fidem discipulorum, & aliorum credentium in ecclesia primitiua voluit totum statum illius tēporis prænunciare, & ita cum iam dixisset qualiter tribulationes magnæ tunc venturę essent, & à quibus, s. ab inuicem, idest à parentibus in filios, & è contrario, & ꝙ in illis tribulationibus aliqui deficerent, voluit dicere aliud circa statum illum, s. ꝙ tunc prædicaretur Euangelium per totum orbem. Et vere fuit dignum hoc prænunciatione, quia inter omnia, quę illius temporis erant, nihil tam magnum, & admirandum erat, q̄ ꝙ inter tot tribulationes Euangelium posset prędicari per totum orbem. Quinto fuit ad dādum animum discipulis circa ardua. Nam Euangelium per eos prędicandum erat: cum autem sciebant, ꝙ etiam aduenientibus magnis angustijs per eos erat prædicandū euangelium, quando euenirent istæ tribulationes retrahentes à prædicatione, tolerarent eas fortiori animo: cum iam ex Christi prænunciatione certi essent, ꝙ non obstātibus omnibus afflictionibus prædicaretur Euangeliū in toto orbe. Sexto fuit, & adhuc principalius ad rñdendum ad quęst. principalem, quę erat de Ierusalem euersione, qñ fieret. Voluit autē Christus respondere ad illam non designando numerum annorum, vel mensium, sed referendo omnia notabilia, quæ acciderent inter hoc tempus quo loquebatur vsque ad euersionem, ita vt ex decursu harum rerum possent cognoscere, quando Ierusalem euerteretur. Dixit autem multa ante hoc accidere, s. bella, fames, pestilentias, terręmotus, & interim tribulationes fierent discipulis, & occiderentur multi eorum, & aliqui credentes caderent à fide, & tunc prædicaretur Euangelium in toto orbe. Et hæc omnia euenirent ante euersionem Ierusalem, & post hoc sequeretur euersio. Et apparet, ꝙ ista sit causa præcipua ponendi hoc, quia dicitur in litera. Et prædicabitur Euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, s. malorū Ierusalem, idest statim, vt fuerit completa prædicatio per totum orbem. Et iste est sensus verus.

Quomodo potuit in tempore Ecclesiæ primitiuæ prædicari Euangelium per totum orbem obstantibus tot tribulationibus. Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR, quō potuit in tempore Ecclesiæ primitiuę prędicari Euangelium per totum orbem obstantibus tot tribulationibus, & maxime cum multi de credentibus propter tormenta deficerent, & a fide caderent, sicut Christus prænunciauit. Dicēdum, ꝙ vere fuerunt multa impedientia in ecclesia primitiua, ad hoc, ꝙ non prædicaretur per totum orbem Euāgelium, s. odium omnium hominum. nam reputabāt omnes, homines eos qui istam doctrinam a principio prædicabant, esse hostes humani generis, cum omnes Deos, in quorum cultu cōsenu erant homines, & omnem ritum colendi tollere vellent, & dicerent omnia execrabilia esse, quę apud gentiles agebantur. Secundum erat generalitas persecutionis: sicut enim in toto orbe odio habebātur, ita vbique affligebantur. Iudęi enim persequebantur illos ex principaliori odio, quasi destruerent legem Moysi cum ipsi prius Iudæi fuissent natione, & ritu. gentiles vero, quia ipsorum Deos condemnabant, & ideo in nullo habebant requiem. Tertium erat immanitas tribulationis, quia oīa genera tormentorum non solum quę ante hoc fuerant, sed etiam quæ excogitari poterant exercebantur in eos. Quartum erat priuatio totius humani auxilij, & solatij, quod erat ꝯ consuetudinē aliarum tribulationum, & persecutionum. Nam in alijs si hostis aliquem persequeretur adiuuat eum, vel fa-

F uet ei amicus, & cognatus, & affinis. Hic aūt nemo: imo potius parētes tradebant filios ad mortē, & filii parētes, vt dr̄ sup. 10. c. & Mar. 13. & Lu. 21. & istud erat, qđ valde contristabat cor. Sed dicendum; ꝙ sicut dr̄ ad Ro. 5. c. ꝙ vbi superabundauit delictum, super abūdabit, & gratia, s. vt maior sit gratia delicto, & tollat illud, ita vt superabundauit multitudo tribulationum superexcreuit magnitudo gratiarum Christi, & consolationum eius, ita vt non solum hæc mala patiēter tolerarent, sed etiam libenter, & gaudenter quasi ad epulas inuitarentur, sicut dr̄ Act. 5. c. ibāt Apostoli gaudentes a conspectu consilij, quia digni habiti sunt pro noīe Iesu cōtumeliam pati. Erat aūt primum magnitudo, & certitudo premij. Sciebat enim id, qđ reseruabatur eis pro hac momētanea tribulatione maius esse quam cogitari posset ab aliquo mortali 1. Cor. 2. c. s. oculus non vidit, auris non audiuit, neque in corde hoīs ascendit quę præparauit Deus illis, qui diligunt illum. Et cum Deus oñdisset eis magnitudinē huius premij per fidem, & certi essent de illo, non dubitabant quæcunq; mala pro illo subire. Secundum, & præcipuum erat magnitudo, & feruor charitatis. Nā tanta charitate perfuderat Deus corda illorū principum nostrorum, qui fuerunt in ecclesia primitiua, ꝙ omnia seculi blandimēta respuebant, & omnia aduersa cōtemnebant, neque erat aliquid, quod posset eos diuellere ab eo, quod tam firmiter, & tam tenaciter diligebant. Sic enim dixit Apostolus ad Ro. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Et ideo postea addit. Certus sum, ꝙ neque mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; aliqua creatura poterit nos separare a charitate Dei, q̄ est in Christo. Et ita cum sancti illius tpis tantam charitatem haberent, perseuerabant in omnibus tribulationibus. Sic dr̄ eod. c. pp te mortificamur tota die, & æstimati sumus, sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus pp eum qui dilexit nos. Et istud erat præcipuum, quod faciebat perseuerare ꝯ oīa aduersa. nam primum, s. magnitudinem, & certitudinē præmij nos habemus, sed quia paruam, aut nullā charitatem habemus statim superamur non solum a persecutionibus, sed etiam a paruis tentationibus. Tertiū erat magnitudo consolationum spiritualium, quas Christus eis dabat, licet in rebus corporalibus nō consolarentur, quia omnia hæc contempserant pp Deū, tñ in interioribus, in quibus est verū bonum, magnā consolationem recipiebant interdum. De qua consolatione nos, qui carnales sumus, & ista non experimur, iudicare non possumus, nisi inquantum credimus eis, qui in Chro perfectionem aliquam habentes asserunt se recipere consolationes inenarrabiles, quas ēt parui in Christo pro captu recipiūt. Vnde nō iniuste Apostolus vocat Deum patrem totius consolationis. Est aūt consolatio Dei tanta, vt non solum ꝑ eam homo in seipso consolationem accipiat, sed etiā possit alios consolari, qđ in consolationibus humanis non inuenitur, cum vix per eas in seipso quis consolatus esse possit. Sic dr̄ 2. Cor. 1. c. s. Benedictus Deus, & pater Dñi nr̄i Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni consolatione nr̄a. Et sequitur. Vt possimus, & ipsi consolari eos, qui in oī pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur, & ipsi a Deo. Et ita significatur, ꝙ magnitudo consolationum tollit magnitudinem angustiarum, quas tolerant homines: proxime cum sequitur, qm̄ sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Chr̄m abundat consolatio nostra, idest, sicut passiones, quas ꝓ Christo suscipimus sunt valde

G (margin, at "tudo, & certitudo premij")
H (margin, at "diligebant")
I (margin, at "ritatem habemus")
K (margin, at "lationis")

Sancti Chr̄i tē pore sū mam hē bāt charitatem.

valde multæ, ita & consolationes, quas ab eo habemus ad tolerandum has passiones, sunt multo plures: vnde superantur passiones a consolationibus. Quartum erat, sapientiæ affluentia, quia illi, qui pro Christo patiebantur saltem discipuli, qui cum eo fuerunt, & super quos Spiritussanctus venit: erant tanti priuilegij, ꝙ licet rudes essent poterant rñdere, immo rõne superare omnes homines, sic ꝙ q̃n ducebãtur ante viros magnos ad reddendum rõnem de dictis suis nõ oportebat eos cogitare, quid dicerent: immò peccatum eis esset, si vellent cogitare quid dicerẽt. Et hoc posuit hic Christus eis pro remedio, vel cõsolatione, licet hic Mat. illud tacuit. sed exprimit Mar. 13. & Lu. 21. vbi ponitur ista narratio. Nam dr̃. Ponite in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum rñdeatis: ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui nõ poterũt resistere omnes aduersarij vestri. Et dr̃ Mar. 13. ca. Non enim vos estis loquẽtes, sed Spiritussanctus. Quãtum enim hoc esset remedium & cõsolatio, nemo sufficienter considerat. Nam cum essent discipuli Christi rudes apud humanam sapientiam, & parui status apud magnates huius seculi, poterant rõnabiliter timere proponere in publico, ẽt si non dubitarent mori præ amore Christi, quia fortè crederent, cũ essent insipientes, ꝙ caperẽtur in verbo indisciplinato, & irriderentur, sicut bestiales, & inscij. Christus autẽ dedit eis hanc securitatem, ꝙ semper loquerẽtur prudenter, quia non erant ipsi qui loquebantur, sed Spitussanctus in eis. Quintum erat magnitudo, & promptitudo miraculorum: quantum enim consolarentur animi illorum sanctorum virorum, qui licet à toto populo spernerent, & odiosi haberentur, in promptum habebãt talia miracula facere qualia totus mũdus non capiebat. Nihil enim erat, qđ facere vellent, quod statim non facerent si credentes peterẽt supra 17. & 21. c. & hæc non solum concessa erant discipulis Christi, qui cum eo fuerant, & super quos descendit Spiritussanctus, sed ẽt omnibus credẽtibus in ipsum, vt patet Mar. 16. c. f. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, idest qui crediderint in me, facient omnia signa, quæ sequuntur eo. c. hæc enim erant adiutoria ab intra ad hoc, ꝙ credentes in Christum ꝯ omnia aduersa aliquam haberent cõsolationem. Sed ab extra erãt quoq; aliqua auxilia. Primum, quod est sextum in ordine, quia Deus faciebat, ꝙ audientes faciliter crederent. ꝓuiderat. n. Deus, qui ad illum pertinerent, & illi statim ad paucas voces prædicationis credebant inspirante Deo corda eorũ. Sic patet Act. 2. c. in prima prædicatione Petri die Pentecostes, vbi erat ꝯdictio ad Apostolos ab oĩbus Iudæis, qui erant de toto orbe, & tñ ipsa prima voce eius conuersi sunt quasi tria millia eo. c. & in alia vice duo millia: immo & qđ plus interdum tam facilis erat conuersio, ꝙ ẽt illi ad quos non dirigebatur sermo, conuertebantur, audita doctrina Chr̃i benedictissimi. Sic patet Act. 10. vbi Petrus loquebatur ad Centurionem, & non erat intentio sua dirigere verbum, nisi ad Centurionem, & tñ tanta fuit dignatio Spiritussancti, ꝙ omnes audientes verbum statim conuersi sunt compuncti corde, & ipse Petrus admiratus est, qũo illi conuersi fuerint, & Spiritus sanctus loqueretur ꝑ eos, ita vt postea arguentibus ꝯ eum conuersis ex Iudaismo quare locutus fuerit ad Gentiles dixerit, ꝙ non fuit ex intentione eius, nec in potestate eius, sed Spiritussanctus voluit sic facere Act. 11. c. Septimum erat solicitudo Dei circa conuertendos. Nam Deus in principio ecclesiæ primitiuæ, vt statim sibi ecclesiam aggregaret, voluit homines, ita promptos reddere, ꝙ pauco labore exterius adhibito à prædicantibus multi conuerterentur. vnde ipse videbatur ipsos deducere ad fi-

A dem, sine prædicatore, sicut dr̃ Act. 2. c. f. dñs aũt augebat, qui salui fierent quotidie in idipsum. Et isti quos Deus volebat ad se vocare nullo mõ impediebantur conuerti, quia licet prædicatoribus multæ fierẽt molestiæ, & non bene audirentur, sed expellerentur de regionibus, adhuc illi, qui à Deo erant designati ad credendum, conuertebantur. Sic patet Act. 13. c. vbi Paulus, & Barnabas fugati sunt de ciuitate Pergen regionis Pamphiliæ. Et sic videbatur impeditus profectus prædicationis, & tñ dr̃ ibi. Audientes autem gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Dñi, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam ęternam. Et propter istam facilitatem conuersionis nihil nocebat casus quorundam a fide, quia cum vnus mo-

Paulus, & Barnabas fugati de ciuitate Pergen.

B riebatur pro fide, conuertebantur innumerabiles nullo alio prædicante. Octauum remedium erat perseuerantia: nam admirabantur, ꝙ Christiani tanta tolerarent quanta nullus hõ pro Deo suo toleraret, sicut locutus est Traianus Imperator, vt patet in historia Ignatij martyris, quem varijs tormentis cruciauit. Nonum erat duratio huius ritus: nam putabant hoĩes, ꝙ superstitio professionis Christi tanquam ficta pauco tpe duraret, cum autem viderunt eam multo tpe manere crediderunt ex Deo esse. Sic enim dixit Gamaliel Pharisæus legis doctor cum Iudæi vellent persequi discipulos Christi in Ierusalem statim post mortem eius: discedite ab hoĩbus, & sinite illos, qm̃ si est ex hoĩbus consilium hoc, aut opus, dissipabitur: si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne fortè,

C & Deo repugnare inueniamini: Actu. 5. c. Et ibi deduxit conuenientia exempla, quia multi alij inchoauerunt nouos ritus, & nouas de se opiniones facere voluerunt, sed quia res ipsa ficta erat, in ipsis exordijs corruit, & defecit, vt dr̃ ibi de Iuda Galilæo, & Theoda, quorum quilibet se Messiã esse voluit: aliqui eum secuti sunt, sed statim ipsi cum sequacibus perierunt. Decimum erat, ꝙ prædicantes tunc doctrinam Christi in nullo errore deprehendi poterant, neq; ratione superari, de quo totus mundus admirabatur. Nam cęteri, qui aliquas nouas sectas confinxerant, non poterant dare rationem omnium, quæ asserebant, & cum

D venirent in conuentũ aliorum hoĩum a sapientibus redarguebantur, neq; manebat quid pro se dicerent. discipuli aũt Christi à nullo hoĩe rõne poterant superari, & licet subito ꝯ eos inopinate argueretur rñdebant mirabiliter, ita vt hoĩes extra mentem fierent talia audientes, quia vt dr̃ Mar. 13. c. non erant ipsi loquẽtes, sed Spiritus sanctus. Expresse autem hoc promiserat eis Christus, dicens. Ego dabo vobis os, & sapiẽtiam, cui non poterunt ꝯdicere, neq; resistere oẽs aduersarij vestri. Vndecimum erat puritas vitæ, & doctrinæ Christi: nam prædicantes doctrinam Christi in ecclesia primitiua erant sanctissimi viri, in quibus non posset quisquam inuenire aliquid reprehensibile, ita vt non viderentur homines, sed Angeli Dei. Doctrina quoque ipsa erat, ita munda, ꝙ nihil immundum permittit, & omni impuritati morum resistit, & se-

E quentes eam seruabant illam, & abstinebant ab omnibus immunditijs, potissime à sordibus carnis. De quo admirabantur Gentiles nimis, cum ipsi non possent tantam puritatem sectari. Sic dicitur 1. Pe. 4. c. f. sufficit preteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, quæ ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, & illicitis idolorũ cultibus, in quo admirantur non concurrentibus vobis in eandẽ luxuriæ confusionem. Alij vero qui alias doctrinas viuendi confingere voluerunt, non tradiderunt hanc puritatem viuendi, sed quidam omnem turpitudinem, sicut Mahometus. Alij verò, & si bona dicerent, bona non faciebant, & ita fuit de omnibus, q sibiipsis Messię no-

Mahometi turpitudo.

sitæ nomen ascripserunt. Et ideo licet aliæ gentes persequerentur Christi doctrinam, & cultum, cum tamẽ istam puritatem viderent, admirabantur, & vel cessabant à persecutione, vel mitius agebant, vel conuertebantur ad Christum, qđ multis accidebat, s. vt dum Christianos torquerent, Christiani efficerẽtur. Quod & ipsi Paulo accidit, qui Epistolas accipiẽs à summo sacerdote omnes Christianos torquebat: Act. 8. & 9. c. sed ibi Christus eum ad se conuertit, ita vt ipse pro eo iam toleraret passiones eod. c. Duodecimum erat miraculorum magnitudo, & pluritas: quilibet enim de prædicantibus fidem, immo quilibet credentium poterat facere miracula Mar. 16. c. & maxime qñ ꝓfitebantur fidem tracti ante reges, & iudices, quia nihil erat, quod tunc facere vellent, quod statim nõ facerent. Quod vltra modum omnes homines reddebat attonitos. Nam licet à principio aliqui dicerent hoc esse per artes magicas, statim constabat ex rebus ipsis, ꝙ nulla magorum ars, aut potestas ad hæc magnalia sufficiebat, vt cũ suscitabant mortuos ex multis annis, & similia faciebant, & istud erat potissimũ, quod omnes gentes conuincebat, ita vt fieret facilis earum conuersio. Propter hæc ergo, & similia inter omnes persecutionum angustias fides Christi valuit, & doctrina eius per totum orbem prædicata est, & nemo erat, qui ad eam, & sequaces eius diligẽter respiceret, qui nõ formaret sibi de ea magnam opinionem, quod non fiebat circa cæteras nouitates doctrinarum, de quibus statim apparebat, ꝙ inanes erant. Vnde Iosephus, licet Iudæus extiterit, & nimis laudauerit gẽtem suam, neque ab eorum sacrilegijs recesserit, vt ait Egesippus lib. 1. suo, tñ Iesum Christum, & eius doctrinam, & discipulos, & sequaces laudauit nimium, cum fuerit Christo contemporaneus, s. tũc natus quando Christus mortuus est, vt patet lib. 18. Antiqui. vbi eum dixit esse Mesiã, & tertia die post mortem apparuisse viuentem. De ceteris autem, qui sibi nomen Mesiæ vsurpauerunt dicit, ꝙ erant magi, & seductores, vt apparet sæpe lib. 18. & 20. Antiqui. & 2. & 3. lib. de bello Iudaico. Et dictum est supra quæst. 80. & sic inter tantas angustias potuit Euãgelium per totum orbem prædicari.

Quod Euangelium erat illud, quod dixit Christus prædicandum. Quæst. CXC.

QVAERETVR quid est, qđ dixit Christus prædicabitur Euangelium hoc, s. quod Euangelium erat illud, qđ dixit prædicandum. Aliqui putant dictum esse de Euangelio Mat. Primo quia istud Euãgelium fuit ante alia: nemo enim ante Mat. scripsit, vt Hiero. in prologis, & in lib. de Illustri. viris oñdit. Secundo, quia dr̃ Euangelium hoc. Et ita nullum magis q̃ istud demonstrari potuit. Sed dicendum, ꝙ nõ stat: nõ enim dixit Christus de aliquo Euangelio scripto ab aliquo de quatuor Euangelistis. Et patet primo, quia tunc cum vnus plus, aut minus quam alius dixerit, prædicaretur solum, quod vnus dixit, & non qđ alij scripserunt addentes ad illud, & tñ quidquid omnes scripserunt, prædicatur: ergo nõ accipitur pro aliquo istorum quatuor. Secundo patet, quia Euãgelium prius fuit q̃ ipsum scriberetur. Nam primus scribens Euangelium, vt dictum est, fuit Matt. & tñ ante hoc Euangelium erat, & prædicabatur, ideo non intelligitur de aliquo horum. Tertio quia nullus discipulorum Christi prædicauit per aliquod istorũ Euãgeliorum, quia qñ scriptum fuit istud Euangelium Matth. iam prædicatum fuerat in magna parte orbis. Etiam nemo illorũ indigebat scriptura aliqua ad prędicandum, quia Spiritus sanctus impleuerat illos, Et

F ideo cum non prædicarent legendo aliquod istorum Euangeliorũ, non dicebantur prædicare aliquod istorũ. Quarto apparet, & efficacius, quia Christus dixit: prædicabitur hoc Euangelium, & ita ibi ostendit Euangelium, sed nullum Euangelium scriptum erat, quod ostẽdere posset, quia multo post mortem eius scripta sunt oĩa: ergo, non ostendit aliqđ istorum, & consequenter Euangelium, qđ erat prædicandũ, non erat aliqđ istorum. Dicendum ergo, ꝙ Christus non vocauit Euangelium hoc aliquod de quatuor Euangelijs, sed potius ostendit Euãgelium illud, qđ vnum existens scriptum est à quatuor Euangelistis. Nam licet quatuor fuerunt scribentes, non fuerunt quatuor

G Euangelia, sed vnum quod oẽs scripserunt, quia de eadem re scripserũt, & per eandem gratiam Spiritussancti. Et vocauit Christus Euangelium doctrinã suã. Dixit autem Euãgelium hoc, idest doctrinam hanc, s. ista doctrina, quam ego prædicaui vobis, & alijs prędicabitur per totum orbem. Vocauit autem eã Euãgelium, idest annunciationem, quia Euangelium est dictio Græca, & signat bonam annunciationem. Et sic quælibet doctrina sancta ad salutem animarũ poterat vocari Euangelium, & quia nulla magis proderat ad salutem aĩarum q̃ doctrina Christi, vocatur ipsa Euangelium, sed maxime Euangelium vocatur, quia annunciatur, vel prædicatur. Sic accipitur Mar. 10. c. Qui reliquerit patrem, & matrem ꝑꝑ me, & ꝑꝑ Euangelium, idest ꝑꝑ prædicationem doctrinę istius. Quid Euangelium sit.

H Et est sensus, ꝙ Euangelium hoc prædicabitur, idest doctrina illa, q̃ Christus prædicauit, prædicaretur per totum orbem. Ad primum dicendum, ꝙ peccat per suppositionem falsi. Putat enim ꝙ oportet intelligi de aliquo de quatuor Euangelistis, & tunc, quia Euãgelium Mat. primum est debeat intelligi de illo, sed falsum est, quia non intelligitur de aliquo istorũ quatuor, vt dictum est. Ad 2m dicendum, ꝙ cum dr̃ hoc Euangelium nullum potuit demonstrari istorũ quatuor, quia nullum erat scriptum, sed vocatur hoc, Euangelium ipsa doctrina, quam Christus prædicabat, & ostendit illam quasi prius esset, eo ꝙ illam adhuc coram eis prædicabat. Et hoc, quod nunc dicebat ipsius doctrinæ pars erat.

I *Quare dixit Christus. Prædicabitur hoc Euangelium regni. Quæst. CXCI.*

QVAERETVR quare dixit. Prædicabitur hoc Euangelium regni. Dicendum, ꝙ doctrina Christi vocatur Euangelium ꝑꝑ causam supra dictam, & vocatur Euangelium regni, idest quod ad regnũ cęlorum introducit. Dupliciter enim vocatur doctrina Christi doctrina regni cęlorum. Vno modo, quia qñ ipsa cœpit, & nunc qñ est nulla doctrina introducit ad vitam ęternã, nisi ipsa, quia in quocunq; alio modo viuendi manentes pereunt, cum dixerit: qui non

K crediderit, condemnabitur Mar. 16. ca. Secundo modo, quia etiam qñ aliæ doctrinæ fuerunt, in quibus manentes possent habere vitam æternam, nulla illarum fuit, quæ promitteret vitam æternam, nisi lex Christi: nam boni Iudæi habebant vitam æternam, & tñ lex Iudæorum non promiserat illam. Lex autẽ Christi, vel doctrina specialiter promisit vitam æternam, & aperuit illam, ideo vocatur Euangelium regni: immo ista doctrina vocatur Euangelium regni, idest annunciatio regni, quasi nihil aliud contineat doctrina ista, nisi annunciare vitam æternam, vel regnum Dei aduenturum hominibus, & modum perueniendi ad illud. Et hoc innuitur Luc. 16. c. s. lex, & prophetę vsque ad Ioannem prohetauerunt, & ex eo regnum Dei Euangelizatur, i. ex tpe Ioannis annunciatur

ciatur regnum Dei venturum. Et istud annunciabat Christus, & postea discipuli eius, ideo doctrina eius recte vocatur Euangelium regni, idest doctrina prædicans regnum Dei. nulla autem ante illam hoc prędicauerat. Et ita sępe Christus vocat istam doctrinā Euangelium regni, & Euangelistæ etiam, vt supra 4.c. Circuibat autem Iesus totam Galileam in Synagogis docens, & prædicans Euangelium regni. Et idem supra 9.cap. dicitur, s. circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella docens Euangelium regni. Et sic sæpe vocat.

An Euangelium Christi iam prædicatum sit in toto orbe, vel maneat adhuc prædicandum. *Quæst.* XCII.

QVAERETVR, quō predicatū fuit Euangelium Christi in toto orbe, an iam prædicatum est, vel manet adhuc prædicandum, & si prædicatum est, qñ consummata est prędicatio eius. Aliqui dicunt, ꝙ ista prædicatio per totum orbem facta est per discipulos aliquos post mortem Christi, & completa est ante Ierusalem euersam. Sic dicit Chryso. in Homilia, vt infra dicetur. Etiam Apostolus ad Ro. 10.c. dicit. in omnem terram exiuit sonus eorum, & loquitur de prędicationibus: ergo qñ locutus est hoc Paulus iam sonuerat per totū orbem Euangelium. Alij dicunt, ꝙ nondum consummata est prędicatio Euangelij, neque consummabitur vsque ad finem seculi. Cum autem fuerit consummata tunc seculū finietur. Sic autem tenet Aug. in Epistola ad Hesychium, cum ait. Sed qui putant hoc, qđ dr̄. prædicabitur Euangelium in toto orbe per ipsos Apostolos factum esse, non ita esse certis documentis probatum est. Sunt enim in Africa Barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nōdum esse prædicatum Euangelium, ex his, qui ducūtur inde captiui addiscere in promptu est: neq; enim ullo modo rectè dici potest istos ad promissionem Dei non pertinere. Non enim Romanos solum, sed omnes gētes Dominus semini Abrahę iurando promisit. In quibus ergo gentibus nondum est ecclesia, oportet vt sit, non vt oēs, qui ibi fuerint, credant: quō enim illud implebitur. Eritis odio omnibus gentibus ꝑꝑ nomen meum, nisi in omnibus gentibus sint, qui oderint, & qđ oderint? Non est igitur ab Apostolis ꝑdicatio ista completa, qñ adhuc sunt gētes, in quibus nondum cępit impleri. Quod aūt dixit Apostolus. In oēm terram exiuit sonus eorum, quamuis locutio sit præteriti tpis, verba tñ qđ futurum erat, non qđ iam factum atq; completum sit, ostēdunt, sicut & ipse propheta, quo vsus est teste. Fructificare ēt crescere dixit Euangelium in vniuerso mūdo, vt ita significaret vsquequo crescendo esset venturum. Si ergo latet, qñ Euangelio vniuersus orbis implebitur, ꝓculdubio latet, qñ finis erit, ante quippe nō erit. Sed dicendum, ꝙ Euangelium prędicatum est ꝑ vniuersum orbem ante euersionē Ierusalem. Et hoc patet primo ex intentione Christi hic. Nam volebat discipulis ostēdere, qñ veniret euersio Ierusalem, & ad hoc præmisit, ꝙ prædicabitur Euangelium hoc in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio, i. euersio Ierusalē, quæ fuit consummatio oīum malorum eius: sed iam fuit euersio Ierusalem: ergo iam prædicatum est Euangelium in vniuerso orbe. Scđo patet, quia Mar. 16.c. dr̄. Ite ꝑ vniuersum mundum, & prædicate Euangelium oī creaturæ, hoc aūt Apostolis, & alijs discipulis in sua persona dictū est: ergo ipsi personaliter illud impleuerunt, quia Chr̄s non mandabat, nisi qđ possibile erat, & qdquid ipse mandaret, efficeret possibile, ēt si alias non esset possibile, & qdquid Chr̄s mādauit Apostolis, & discipulis cū possibile esset impletū est ꝑ eos, qa alias peccarent, sed non peccauerunt: ergo ꝑdicauerunt ꝑ

Opin. Origenis, & D. Aug. Ep. 2 ad Hesychium quæ est.

A totum orbem. Etiam quia inf. 28.c. dr̄. Euntes docete oēs gentes, baptizantes eas. Sed aliqui dñt, ꝙ non fuit hoc dictū ad Apostolos in persona sua, quasi ipsi essent hoc completuri, sed ꝙ ipsi, & successores eorum implerent, & iō non est necesse impletum esse tpe Apostolorum. Sic dicit Aug. ad Hesychium, s. quo aūt pacto prædicatio ista est completa, qñ adhuc sunt gētes, in quibus mō cępit, & in quibus nondū cępit impleri? Rñdet, non vtiq; sic à dño mandatum est Apostolis tanq̄ ipsi soli, quibus tunc loquebatur, tantum munus fuerint impleturi, sed sicut eis solis vr̄ dixisse. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi, qđ tñ cum vniuersæ ecclesiæ promisisse quæ alijs morientibus, alijs nascentibus, hic vsq; in seculi consummationem, futura est, quis non intelligat? Dicen-

B dum, ꝙ oportet dictum esse illud Apostolis, & discipulis in persona sua, vt patet ex dictis. Etiam quia Act. 1. ca. expressius dr̄ Apostolis, & discipulis a Ierosolymis ne discederent. Et sequitur: accipietis virtutē superuenietis Spiritussancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & Samaria, & vsq; ad vltimū terrę: manifestum est tñ, ꝙ non discedere à Ierusalem, & recipere Spiritumsanctum illis dictum erat quantum ad personam suam. Et ēt qđ dr̄. Eritis mihi testes in Ierusalem, & Samaria: ergo ēt qđ dr̄. Vsque ad vltimū terræ. ad eos pertinet, quia idem contextus est. Tertio q̄tū ad principale patet, quia Mar. 16.c. postq̄ dixit Christus discipulis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium oī creaturæ: dr̄. Illi aūt profecti prę-

C dicauerunt vbiq;: ergo qñ Mar. scripsit iam Apostoli, & discipuli prædicauerunt vbique, & sic completa erat prædicatio ad hoc, ꝙ Euangelium prædicaretur in vniuerso mundo. Quarto patet, quia Apostolus ad Ro. 10. ca. ad probandum prædicatum fuisse Euangelium oībus hoībus dixit. In oēm terram exiuit sonus eorum. Et oportet dici, ꝙ qñ hoc dixit prædicatum erat iam Euāgelium, quia alias probatio sua deficeret: nam dixerat, ꝙ non oēs obediunt Euangelio. Ponit aūt excusationem, s. Nunquid non audierunt? Et statim dicit nō esse verum, cum addit. Et quidem in oēm terram exiuit sonus eorum, quasi dicat, non

D sunt excusabiles, quasi nō audiuerint, quia in oēm terram exiuit sonus eorum. Des aūt, ꝙ tpe quo Paulus dixit hoc non esset prædicatum vbiq; Euangelium: sequitur, ꝙ aliquæ gentes erant, q̄ non obediebant Euangelio, eo ꝙ non audierant illud: hoc tñ est directe ꝯ intentionem Apostoli ibidem, vt patet ex lr̄a: ergo tpe suo, qñ hoc dixit erat Euāgelium prędicatum in toto orbe. Quinto patet hoc, qa Chrys. in Homilia latè hoc dicit, s. ꝙ aūt ante captionē Ierosolymæ vbiq; prędicatum est Euangeliū, audi qđ ait Paulus. in oēm terram exiuit sonus eorū. & vides eum à Ierusalem in Hispaniā currentem. Si aūt vnus tantam portionē accepit, excogita & reliqui quāta operati sunt. Vnde & quibusdam scribens de Euangelio dicit, ꝙ fructificat, & crescit in oī creatura, quæ sub cęlo est. Hoc aūt est maximum signum virtutis Christi, ꝙ triginta annis, aut parum amplius Euangelij verbum fines orbis ter-

E ræ impleuit. Nicolaus quoq; ꝓbat Euangelium prædicatum fuisse per totū orbem ante euersionem Ierusalē, s. viuente adhuc Petro, & ait ꝙ viuēte Petro fides ꝑdicata est in Italia non solū, sed ēt in Gallia, quia Sāctus Sauinianus, q fuit vnus de 70. discipulis, & missus est à beatō Petro in Galliā in ciuitatē Senonēsem q̄ tūc erat Metropolis Galliæ: & vocat ciuitas aurea. ꝯuertit ad Chr̄m hītatores vrbis, & ibi tribus ecclesijs ędificatis, vnā, s. in honore beatę Virginis: aliā in honorē beati Stephani, & aliā in honorē Ioannis Baptistę, quartā ędificauit in honorē Apl̄orū, & sic patet, ꝙ viuēte Petro cōstituta est ecclesia Sancti Petri viui, & sic

Nicolaꝰ asserit ꝑ totū orbem Euangeliū fuisse ꝑdicatum, ante euersam Ierusalē.

sic vocata est. Ex loco aūt illo Sanctus Sauinianus socios suos ad alias partes Galliæ misit ad p̄dicandū. Ex quo apparet, ꝙ viuente Petro fidei p̄dicatio peruenit versus mare occidētis, vbi terminatur vltimum clima nr̄æ terræ habitabilis, & qđ vltra illud ponit̄ ſm astrologos extra climata Ierusalem, de qua exierunt Ap̄li, & alij Chr̄i discipuli ad prædicandū, est in medio terræ habitabilis, qa est in quarto climate, vbi primo p̄dicata est fides catholica. Et iō, sicut à Ierusalē, vsq; ad fines terræ habitabilis ex parte Gallię vbiq; prędicata est fides p sanctum Sauinianū, & socios eius: similiter ex parte Hispanię vbi Paulus prędicauit, ita verisimile est, ꝙ à Ierusalem vsq; ad alios terminos terræ habitabilis peruenerit prędicatio fidei p alios Ap̄los, & discipulos ad hoc missos eodē tp̄e. Et sic patet, ꝙ viuente Petro fides p̄dicata est in vniuerso mundo, qa cognitio Chr̄i peruenit ad oēs partes orbis. Petrus aūt martyrizatus est sub Nerone. Post imperiū aūt Neronis euersa est Ierusalē, s. anno 2. imperij Vespasiani, vt hr̄ lib. 7. de bello Iudaico: ergo ante euersam Ierusalē p̄dicatum fuit Euangelium p totū orbē. Sed qm̄ Aug. & alij quidam in hoc repugnant est rn̄dendum illis. Nam ēt Orige. super Mat. tenet non cōsummari p̄dicationem vsq; ad finem seculi, cùm ait. Cū ergo oīs gens audierit Euangelij p̄dicationem tūc erit finis seculi: multæ.n. non solum barbarorum, sed ēt nr̄arum gentium nondum audierunt Chr̄ianitatis verbū. Dicendum igitur, ꝙ p̄dicari Euangelium p totum orbē pōt dupliciter accipi. Vno mō q̄tum ad hoc, ꝙ in singulis regnis, aūt prouincijs aliqs prædicauerit nomen Chr̄i. Alio mō, ꝙ ita prædicatum fuerit, ꝙ fundata sit ecclesia catholicorū in quacunq; parte, & ꝓueniat tota vtilitas ex prædicatione, q̄ ꝓuentura est. Accipiendo primo mō prædicatum fuit Euangelium p totum orbem. Nam non erat necesse, ꝙ in qualibet vrbe, aut loco fuerit aliquis p̄dicans, sed satis est, ꝙ in qualibet prouincia, aut regno aliqs p̄dicauerit, ita vt fama prædicationis ad alios perueniret, qui p̄dicantem non audierant: immo & si aliqua ꝓuincia esset, in qua nemo prædicaret: dū tn̄ de finitimis ꝓuincijs ad illā veniret fama p̄dicationis, diceretur ī toto orbe p̄dicatum Euangelium. Et ita fiebat, ꝙ p̄dicantibus aliquibus discipulis Chr̄i in aliquo loco, illi q cōuertebantur ibi, diuulgabant statim alibi, & sic facile erat ēt paucis existentibus p̄dicatoribus p̄dicari Euangeliū p totum orbem in pauco tp̄e. Cā aūt, & modus ad hoc, ꝙ fama p̄dicationis perueniret statim ad loca, in quibus ēt nō fuerat p̄dicatum: erat, quia miracula erāt stupēda, & inaudita, q̄ faciebant p̄dicantes, & quicunq; conuersi, iō non poterant ista latere, sed statim fama currebat p multas ꝓuincias de doctrina, & operationibus miraculorum, ēt si in paucis solum prouincijs p̄dicaret. Accipiendo secundo mō nondum completa est p̄dicatio per totum orbem, immo fortassis nulla pars orbis est, in qua cōpleta sit, quia in qualibet parte orbis inter Christianos, vel sine illis sunt Pagani aliqui, aut Iudæi quorum multi adhuc p Euangelij prædicationem cōuertendi sunt. Hoc aūt non complebitur vsq; ad finem seculi, quia semper ꝓficiet verbum Christi vsq; illuc, ideo vsque ad finem seculi non complebitur prædicatio Euāgelij. Cum aūt Origenes dicit multas gentes non solum barbarorum, sed ēt nostras esse, quæ non audierint nomen Christianitatis, non est intelligendum, ꝙ nunquam prædicauit aliquis inter illas, vel ꝙ non peruenit fama prædicationis doctrinæ Christi ad illas, sed ꝙ inter illas nemo sit Christianus, neque aliqua ecclesia maneat fundata, aut aliqđ vestigium Christianitatis, & tn̄ à principio audierunt isti fortassis aliquem de discipulis Christi prædicantem, vel fama prædicationis de prouincijs alijs ad has gen-

Viuente Petro fides p̄dicata est ī vniuerso mundo.

Prædicari Euangeliū per totū orbem dupliciter sumitur.

F tes peruenit. Et hoc sufficiebat. Nam hoc Apostolus dixit, ꝙ in omnem terram exiuit sonus eorum. Quod autem nemo ibi conuersus fuerit non erat mirandū, ꝙ fortassis neminem Deus iudicabat eo tp̄e ibi ad se pertinere, & quia nemo conuersus est, non habuerūt posteri vnde scirent, an prędicata fuerit ibi fides Christi. Et tn̄ dicere, ꝙ sint aliquæ gentes, in quibus nullus vnquam Christi discipulus prędicauit, vel ad quas nō peruenerit tunc fama prædicationis doctrinæ Christi nemo sapiens audebit asserere, quia ista negatiua nō habet, vnde probetur. Et eodem mō rn̄detur ad id, qđ Aug. dicit ad Hesychium esse gentes barbaras in Africa, ad quas non peruenit prædicatio, vt addiscitur ex his, qui inde captiui ducuntur. Dicendum enim ꝙ est

G possibile, ꝙ aliqui barbari sunt, qui nunc fortassis pp aliquam accidentalem separationem commercij ab alijs gentibus non audiant nomen Christianitatis, & nesciant doctrinam Christi, & tn̄ in prioribus tp̄ibus, s. statim post Christi mortē prędicatum est ibi aliquid, vel in prouincijs finitimis, ita vt fama nominis Christiani, aut doctrinę Chr̄i peruenerit, quę prędicabatur ad eos, & tn̄ qui nunc supersunt apud barbaros, nesciunt an aliquid tale tp̄ibus suis, idest prędecessorum suorum a tanto tp̄e acciderit: potissime cum barbari multum insipientes sint quales sunt apud Aethiopes valde meridianos, neq; literis quidem vtuntur, vt pręterita gesta valeant memoriæ commendare, & iō licet illi, qui de Africa ducebant̄ captiui dicerent apud

H se non esse nomen Chr̄ianitatis, neq; prædicationem auditam: nō sequitur, ꝙ nunq̄ ibi fuerit prædicata doctrina Christi, vel audita fama illius: cum hi, qui nunc sunt, non valeant sufficiens testimonium reddere de his pp causam dictam. Vnde isti non probant, nisi ꝙ apud eos nunc Christianus nullus sit, sed non, ꝙ nunquā ibi prędicata fuerit doctrina Christi, & tn̄ ad hoc, ꝙ prædicatum fuerit Euangelium per totum orbem ante euersionem Ierusalem satis est, ꝙ aliqn̄ prædicatum ibi fuerit, vel illuc fama perueniret, cum prædicaretur. Et hoc est, qđ dicimus apud totum orbem factum. Dicendum igitur, ꝙ isto modo concordari possunt opiniones diuersæ, s. vt Aug. & Origenes intelligant de prædicatione quantum ad totalē fructum. li-

I tera autem ista, & cōior positio intelligātur de publicatione facta ēt si nemo conuerteretur, vel maneret conuersus. Sic enim dicit Glo. s. vtrunq; autem dictorum teneri potest, si tn̄ diuerso modo diffusio prædicationis Euangelij intelligatur. Si enim intelligatur quantum ad fructum prædicationis, qui est, vt in singulis gentibus fundetur ecclesia credētium in Christum, vt Aug. exponit, est signum, quod oportet præcedere ante finem mundi: non autem præcessit ante destructionem Ierosolymæ: si autē intelligatur quantum ad famam prędicationis sic ante euersionem Ierosolymæ fuit completum discipulis Christi per quatuor mundi partes diffusis. Vnde Hierony. dicit. Non

K puto aliquam mansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret, & quamquam non habuit prædicatorem, tn̄ ex vicinis gentibus opinionem fidei non potest ignorare. Ad rationem August. de illo dicto, s. In omnem terram exiuit sonus eorum. posset dici, sicut supra, idest, ꝙ nondum exiuerat sonus prædicationis per omnem terram quantum ad vtilitatem prædicationis, quod in qualibet parte terræ esset facta aliqua cōuersio, & fundatio Ecclesiæ tempore Apostolorum, exiuit tamen quantum ad publicationem Euangelij, s. ꝙ nulla gens fuit, quæ viuētibus Apostolis nō audierit nomen Christi, & doctrinam eius per aliquē prædicatorē, aut p famā finitimarū gētium. Si aūt dicas, ꝙ Aug. non sensit hoc, & ideo rn̄det ad auctoritatem Apostoli. Dicendum, quòd necesse est ex illa colligi, quòd

D Hieronymi opin.

quòd ex tempore suo, quãdo illud verbum dixit, erat prædicatum euangelium per totum orbem. Et patet, quia vt supra dictum est, Apostolus intendebat ibi accusare eos, qui non recipiebant doctrinam Christi, dicens: Non omnes credunt Euangelio. Et quia ad hoc poterat esse excusatio, si non audierant, ait: Nunquid nõ audierunt? Et obijcit, quòd non est verum, immo quòd audierunt, addens, etenim in omnem terram exiuit sonus eorum, ergo necesse est, quòd Apostolus intellexerit iam exiuisse sonum prædicationis in omnem terram, quia aliàs probatio sua non sufficeret, neque esset ad propositum. Nam si nondum exierat vox prædicationis per omnem terram, non erant increpabiles illi, qui non obediebant Euangelio, eo ꝙ non audierant illud. Quòd autem Augu. dicat debere intelligi de futuro, eo quòd sic propheta accepit, non valet dictum suum. Nam cum Paulus induxerit ad præteritam rem probandam, oportet quòd intelligatur de præterito, sicut Paulus accipit, etiam si propheta acceperit præteritum pro futuro, licet adhuc illud non constet. Vnde nemo potest satis rationabiliter dubitare Paulum in verbis illis sensisse prædicatum esse euangelium per totum orbem tempore suo. An tamen accipiatur orbis totus stricte, vel large pro maiori parte orbis, sicut interdum similia inueniuntur in scripturis, esset magis calumniabile, sed etiam de hoc non est dubitandum, sed sicut Hierony. ait quęlibet regio habuit proprium prędicatorem, vel per famam audiuit euangelium.

Quare dicitur, quòd prædicabitur Euangelium in testimonium omnibus gentibus. *Quæst.* XCIII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd prędicabitur Euangelium in testimonium omnibus gentibus.

Dicendum, quòd potest accipi vno modo, idest ad testimonium perhibendum veritati omnibus gentibus, quasi dicat gentes erudiendę sunt de veritate Messię, non possunt autem erudiri, nisi quis illis prędicauerit, ideo prędicandum est Euangelium per totum orbem in testimoniũ omnibus gentibus, idest vt omnibus testificemini vos veritatem, & illam addiscant. Et dicitur propter hoc, quia forte Apostoli putarent, quòd verbum Christi non esset prędicandũ, nisi Iudæis, eo quòd Messias erat natus de Iudęis, & non de Gentilibus. Etiam & præcipue, quia Christus non prædicauerat Gentilibus, sed solis Iudæis. Etiam & efficacius, quia ille dixerat, non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel supra 15. ca. ideo putarent discipuli, quòd ipsi non deberent testificari, nisi solis Iudæis, dixit ergo, quòd omnibus gentibus prædicaturi essent, & ita ait, quòd per totum orbem erat prædicandum Euangelium. Et adiecit, in testimonium omnibus gentibus, idest vt testificemini hoc omnibus gẽtibus, & ipsæ a vobis addiscant. Et ita dixit Act. 1. eritis mihi testes in Ierusalem, & Samaria, & vsque ad vltimum terrę. sed officium testis est perhibere testimonium, ideo recte dicitur hic, quòd Euangelium prędicabitur in testimonium, idest ad testificandum, vel docendum.

Sed tunc dicetur, ad quid appositum fuit vtrũque? nam cum diceretur prædicabitur Euangelium per totum orbem sufficiebat, cum prædicari per totum orbem sit prædicari omnibus.

Dicẽdum, ꝙ non est superuacuum, sed dicto, quòd per totum orbem prædicabitur, debuit addi, ꝙ omnibus gentibus prædicaretur, quia poterat prędicari per totum orbem, & ꝙ non prædicaretur omnibus gentibus, sed solis Iudęis existentibus per totum orbem.

A Nam ante euersionem Ierusalem per totum orbem dispersi fuerunt, sicut & nunc sunt, & de toto orbe veniebant aliqui in Ierusalem in templum, sic innuitur Actu. 2. c. scilicet. Erant in Ierusalem viri religiosi Iudæi habitantes ex omni natione, quæ sub cœlo est. Et patet etiam ex eis, quæ ibi expresse nominantur. Etiam patet hoc ex epistola Claudij Imperatoris, qui fuit post mortem Christi ante euersionem Ierusalẽ, & habetur eius tenor per Iosephum lib. 19. Antiqui. & ait: Optimum est, ergo etiam Iudæos in omni mũdo sub nobis constitutos paterna solennitate sine prohibitione cęlebrare. Et ita Iudęis istis per totum mundum constitutis poterant prædicare non prædicando Gentilibus. Voluit autem Christus, quòd omnibus prædicaretur Euangelium, ideo non solum dixit prędicãdum per totum orbem, sed etiam in testimoniũ

B omnibus gentibus. Sic enim dixit Christus Mar. 16. c. Ite per vniuersum orbem, & prædicate Euangelium omni creaturę. Non enim fuit sufficiens dici, ite per vniuersum mundum, & prædicate Euangelium, sed addidit, omni creaturę.

Secundo quantum ad principale potest dici in testimonium omnibus gentibus, idest in testimonium contra non credentes, ne forte in die iudicij velint allegare, quòd nemo eis prædicauit veritatem, & ideo non crediderunt. Simile patet infra 25. c. quãdo Christus loquitur in iudicio contra damnandos, dicens:

C Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Et illi dicunt: Quando te vidimus esurientem, &c. Vt ergo nulla gens neget in die iudicij prędicatã esse sibi veritatem, inuocat prædicatores in testes contra omnes gentes. Sic dicit Chryso. in homilia: Qui crediderunt testabuntur aduersus eos, qui non crediderunt, & cõdemnabunt eos. Sic etiam Theophi. dicit in testimonium, idest in præiudicium intelligitur eorum, scilicet vt essent inexcusabiles, quòd Apostolis laborantibus illi non potuerunt veritati coniungi.

Quid est, quòd dixit Christus. Et tunc veniet consummatio. *Quæst.* XCIIII.

D QVAERETVR quid est, quòd dixit Christus: Et tunc veniet consummatio.

Dicendum, quòd hoc pendet ex eo, quod dictum est supra. Nam consummationem quidam accipiunt pro fine sęculi, alij vero pro euersione Ierusalem. Et hoc pendet ex litera sequenti inquãtum dicitur, prędicabitur Euangelium regni in vniuerso orbe, & tũc veniet consummatio. Et tũc necesse est, ita dici, quòd finita prædicatione per totũ orbem veniet cõsummatio. Quidam aũt dicunt prædicationẽ consummatam fuisse post mortem Christi in 30. vel 40. annis, & tunc debet dici, ꝙ consummatio est euersio Ierusalem, quę veniet statim. s. anno 40. post mortem Christi. Alij, vt Aug. & Origenes dñt prædicationem euangelij per

E totum orbem non fuisse cõsummatam tpe Apostolorum, & iõ vocant consummationẽ finẽ sęculi, quẽ dñt venturum, qñ finita fuerit prædicatio euangelij. — In q. 92.

Sed dicendũ, ꝙ prædicatio vere finita est tpe Apostolorũ, vt oñsum est suprà, & iõ vocat consummatio ipsa euersio Ierusalẽ, quia fuit finis oĩum malorũ Ierusalẽ. Nã multa ante illã pręcesserãt. Et patet primo, qa hic quęsitũ fuerat a discipulis de euersionis Ierusalẽ tempore. Et iõ oportet, ꝙ ponatur rñsio ad hoc, sed non erit hoc, nisi accipiatur consummatio pro euersione Ierusalem, ergo pro ipsa accipitur. — In q. 92.

Secundo patet, quia supra posuerat Christus alia signa præcedentia euersionis Ierusalẽ, & dixit, sed nõdum statim finis, sed hęc initia sunt dolorum. Positis vero alijs, quę postea euẽtura erãt, adiũxit, tũc veniet

consummatio, scilicet omnibus illis factis, & ita ista dictio consummatio respondet ad ea, quę supra dicebantur, sed nondum statim finis, & ad illud, hęc initia sunt dolorū. Tertio patet, quia dato isto sensu coaptatur tota litera inter se, & est ordo in omnibus tribus quæstionibus factis Christo. Nam prima questio fuit de tempore euersionis Ierusalem, & ad istam cępit respondere supra ibi, scilicet audituri enim estis prelia, & opiniones præliorum, & continuatur vsque huc, scilicet vt ponantur omnia, quæ euentura erant inter mortem Christi, & euersionem Ierusalem, & narrando peruenit quousque diceret, prædicabitur euangelium in vniuerso orbe, & tunc venit consummatio, idest euersio Ierusalem. Et ita dabat Apostolis certitudinem per quandam coniecturam de tempore euersionis Ierusalem, scilicet quando ipsi scirent se diuulgasse euangelium per totum orbem. Si autē acciperetur pro fine sęculi, nihil esset ad propositum, neque etiam per hoc daretur aliqua certitudo, quia nemo sit, quando finitur prædicatio per totum orbē eo modo, quo Augu. accipit, ideo debet intelligi de consummatione malorum Ierusalem, quæ fuerunt terminata in euersione.

Quare dicitur, tunc veniet consummatio, idest Ierusalem euersio. Quæst. XCV.

SED queretur quare dicitur, ꝙ cum prędicatū fuerit euangelium per totum orbem, tunc veniet consummatio, idest euersio Ierusalem.

Aliqui dicunt, ꝙ ponitur hoc tanquā causa euersionis, quia scilicet prædicato euangelio per totum orbem doctrina Christi fuit per omnes dispersa, & tamen in his omnibus manserunt increduli Iudæi, ideo tūnc eorum ciuitas debuit euerti. Sic dicit Chry. in homilia, scilicet conuenienter autem postquam prædicatum est euangelium per orbem terrarū, tunc Ierusalem perijt, qui enim viderunt Christi virtutem vbique refulgentem, & in breui tempore orbem terrarum supergressam, quam veniam habere debuerūt in ingratitudine permanentes.

Sed dicendum, quòd non fuit ista causa, quia quòd euangelium per totum orbem prędicatum esset, vel non faciebat aliquid ad malum, vel ingratitudinem Iudæorum, cum prædicatio illa non fieret inter eos. Sed si debuit Ierusalem destrui propter ingratitudinē visis virtutibus discipulorū Christi, tunc debuit euerti, quando Iudæi expulerunt discipulos Christi de terra sua, non solum non recipientes illam doctrinam, sed persequentes eos, qui illam docebant, tunc enim totaliter se indignos fecerunt omni bono, vt dicitur Actu. 13. indignos vos fecistis verbo vitę, ecce cōuertimur ad gentes, & tamen non fuit statim euersio: ergo quòd compleretur prędicatio per totum orbem, nullam causam præstabat ad euersionem Ierusalem.

Sed dicendum, quòd hoc ponitur, quia sic futurū Deus esse volebat, voluerat enim Deus, quòd Ierusalem non euerteretur vsque ad 40. annos post mortē Christi, quę autem causa fuerit huius rei, non apparet nobis determinata, satis enim est, quòd Deus tandiu expectare voluit, licet videatur causa potissima, vt ecclesia sua in Iudęa roboraretur, & propagaretur. De quo latius dictum est supra, & ideo finitis his 40. annis euerteretur Ierusalem, siue euangelium prędicatum esset per totum orbem, siue nondum esset inchoata prædicatio. Accidit autem, quòd ante finem quadraginta annorum pauco tempore post mortem Christi fuit completa prædicatio euangelij per totum orbem, ideo accidit, quòd finita prædicatione hac euerteretur Ierusalem. Ista tamen licet inter se

F per accidens se habeant, tamen Deus sciebat, quòd ea simul futura erāt, ideo cum voluit notificare euersionem Ierusalem per signa proxima, & quę ad Apostolos pertinerent, dixit quòd prædicato euangelio veniret consummatio.

Cum vero videritis abominationem desolationis, quę dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate aūt, vt nō fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mūdi vsque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.

(Margin: Actu. 2. Marc. 13. Daniel 9. Marc. 13. Luc. 21. Marc. 13 Luc 17 & 21. [G] Mar. 13. Luc. 21. Mar. 13. Luc. 17. Mar. 13.)

H

Cum ergo videritis. In præcedentibus descriptum est de euersione Ierusalem quantum ad eius principiū. Hic agitur de ea, quantum ad suum terminum. Et dicitur. — Ierusalem desolatioꝛ ni signū.

Cum ergo videritis. Datur signum proximum ad sciēdum euersionem Ierusalem, scilicet quando videretur istud signum, quod in litera ponitur. *Abominationem.* Idest idolum, vt infra declarabitur. *Desolationis.* s. quia ista abominatio signat venturam desolationē.

Quæ dicta est a Daniele. Pręnunciauit enim de hac abominatione, Daniel 9. c. *Stantem in loco sancto.* Idest in sanctuario, vel in Ierusalem, scilicet ꝙ ponatur ibi idolum. *Qui legit intelligat.* Idest qui legerit Danielis

I scripturam, intelligat eam de hoc debere exponi.

Tunc qui in Iudęa sunt. Admonet enim Christus fugere Christianos de Iudæa, & Ierusalē tempore euersionis, vt nihil mali ibi patiantur. Nam ista est causa, quare omnia hęc signa posita fuerūt, scilicet vt Christiani fugerent tempore conuenienti, & ideo ait tūc fugiendum esse de Iudæa, quando appareret istud signum. *Fugiant ad montes.* Scilicet ad terram montuosam, in qua non sit exercitus Romanorū vastans prouinciam, ille enim in locis planis castrametabatur, & pugnabat. *Et qui in tecto.* i. in superiori parte domus. Loquitur ad modum terrę Chanaan, quia tecta domorū erant ibi plana, & in illis manebant homines ad multa facienda. *Non descendat tollere aliquid de domo sua.* Idest non moretur, vt accipiat aliquid de rebus possessis,

K quia posset esse, ꝙ si in his aliquantulum occuparetur superueniret exercitus Romanorum, & esset periculum vitę, & possessarum rerum. *Orate autem.* Aliqui diuidunt istam literam a præcedenti, sicut Nicolaus dicens, ꝙ pręcedentia pertinuerunt ad euersionem Ierusalē, de qua fuit prima quęst. hic aūt soluitur alia quæst. quæ est de aduentu Christi, & cōsummatione sęculi. Et s̄m eū diuidit̄ in tria, quia circa consummationem sęculi primo oñdit tribulationis magnitudinē. Secundo t̄pis incertitudinē ibi. *De die autem, & hora.* Tertio excitat nostram solicitudinem ibi. *Vigilate itaque.* Prima in duas, quia primo ponitur tribulatio futura t̄pe antichristi. Secundo de aduentu ipsius Christi ad iudiciū ibi. *Statim autem.* Secūda in duas s̄m, ꝙ tribulationē futurā t̄pe antichristi describit ex duobus. Primo

Primo ex violentia afflictionis. Secundo ex vehementia seductionis ibi.

Tunc siquis vobis dixerit. Ista diuisio procedit secundum intentionem Nicolai, & quorundam aliorum: an tamen conueniat in aliquo, an repugnet intentioni nostræ declarabitur in prosecutione literæ, & quæstionum.

Circa primum dicitur. *Orate autem, ne fiat fuga vestra.* Dicit Nicolaus, quòd prædixerat Christus discipulis tribulationem Iudæorum in destructione ciuitatis Ierusalem, & quia tribulatio fidelium futura sub antichristo erat valde maior, voluit eam describere, & iō sub nomine Apostolorum, & discipulorum loquitur ad fideles illos, qui tempore antichristi erunt, & admonet eos orare, vt nō occurrat eis impedimentum in fugiendo ab his malis. *Hyeme, vel sabbato.* Per hyemem dicit significari incommodum fugæ ex parte temporis, quod non est aptum ad itinerandum. Per sabbathum dicit significare impedimentum fugiendi ex quacunque alia causa, quia sabbathum non erit tunc obseruandum. *Erit enim tunc tribulatio magna.* Scilicet tempore antichristi. *Qualis nunquam fuit ab initio mundi, vsque modo, neque fiet.* In hoc putant tribulationē istam esse sub tempore antichristi, quia illam credūt esse maximam. *Et nisi breuiati fuissent dies illi.* Idest pauci effecti essent dies, in quibus durabat illa tribulatio. *Non fieret salua omnis caro.* Idest multi essent, qui perirent præ magnitudine tribulationis. *Sed propter electos breuiabuntur dies illi.* s. vt non eueniant eis magna mala ex tribulationibus antichristi.

Tribulationis magnitudo.

Accipiendo autem in alio sensu, qui magis nobis placet, exponetur de euersione Ierusalem, sicut litera tota præcedens. Et tunc dirigitur verbum ad eos, quibus Christus loquebatur, & ad alios fideles contemporaneos, qui viuerent tempore illarum tribulationum, & dicitur. *Orate autem nē fiat fuga vestra.* Scilicet ad hoc, ꝙ euadatis mala illius temporis debetis fugere, sicut dictū est supra, scilicet tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes; & tamen quia fuga debet esse subitanea orate, vt non accidat vobis impedimentum fugiendi pro illo tempore. *Hyeme, vel sabbato.* Ista duo impedimenta accidere poterant ad fugiendum, scilicet ex parte viæ, aliud ex parte temporis. Ex parte viæ, vt si esset lutosa, & aquis operta, ita vt difficulter per eam ambularetur. Ex parte temporis, vt si esset dies festus, in qua non liceret ambulare, sicut erat sabbathum, quia tunc impediti fugere præuenirentur ab hostibus. *Erit enim tunc.* Scilicet diebus euersionis Ierusalem, & ante illam aliquanto tēpore, scilicet quandiu exercetur vindicta contra Iudæos. *Tribulatio magna.* Hoc ponitur ad significandum, ꝙ diligenter fugiendum esset, ne præueniatur quis a tanta tribulatione, & ideo orare debet quilibet, ne eo tempore occurrant sibi impedimenta fugæ. s. ne sit fuga hyeme, vel sabbatho, quæ erant impedimenta. *Qualis nunquam fuit ab initio mundi.* Designatur magnitudo tribulationis in bello, quo euersa est Ierusalem. Et dicitur, quòd nunquam talis tribulatio fuerit. s. vna sola. *Neque fiet.* Idest, & post illam non erit alia æqualis. Hoc Christus scire poterat, qui Deus erat. *Et nisi breuiati fuissent dies illi.* Idest nisi essent pauci dies, in quibus duraret tribulatio. *Non salua fieret omnis caro.* Idest multi perirent de electis, vel paterentur incommoda. *Sed propter electos.* Scilicet illos, quos Christus elegerat, vt pertinerent ad ecclesiam suam. *Breuiabuntur dies illi.* Idest pauci erunt, vt non pereant tunc aliqui electi, aut non patiantur mala, quod tamen fieret si multo tempore duraret illa tribulatio.

A

Quid Christus voluit designare per hoc scilicet. Cum videritis abominationem desolationis.
Quæst. XCVI.

QVAERETVR de hoc, quod dicitur: Cum videritis abominationem desolationis, quid Christus voluit per hoc designare.

Aliqui dicunt de antichristo intelligi hoc, & Christum voluisse nobis in his ostendere aduentum antichristi. Et dicitur, cū videritis abominationem, idest antichristum, qui abominabilis est. Stantem in loco sancto, idest in templo Ierusalem, quia (vt dicitur) ibi se faciet coli, & vocari Deum. Sic etiam dicit Beda exponens hæc, scilicet potest accipi simpliciter de antichristo. Sed dicendum, quòd non potest accipi de antichristo, siue aduentu eius, sed necesse est accipi pro destructione Ierusalem, & signis immediate præcedentibus eam. Et patet primo, quia antichristus nō est signum alicuius mali futuri, sed ipse est maximū malum, quod expectat ecclesia, & tamen ista abominatio ponitur hic pro signo alicuius mali, quia dicitur: Cum videritis abominationem, &c. & sequitur, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Et ita non ponitur abominatio visa, nisi vt signum, qñ fugiendū sit, ergo non est antichristus. B

Secundo patet, quia data ista abominatione dicit Christus fugiendum esse, scilicet fugiant ad montes, & tamen in tempore antichristi non proderit fugere, quia vbique erit tribulatio, neque suademur illo tēpore fugere, sed sustinere, ideo non intelligitur de antichristo, sed de alio malo. C

Tertio, quia dicitur: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & ita istud malum non erat futurum, nisi in Iudæa, & tamen tribulatio sub antichristo erit vbicunque fuerit ecclesia Christi, ergo non intelligitur de tempore antichristi.

Quarto, quia accipiendo de tempore antichristi non coaptatur litera. Nam dicitur: Qui in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua. Quia istud non significat, nisi velocem fugam, quæ non proderit tempore antichristi. D

Dicendum igitur, quòd accipitur de signis præcedentibus euersionem Ierusalem. Et patet primo, quia dat hic signa fugiendi instante tribulatione, scilicet. Tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & tamen de illa euersione accipitur, tempore cuius si manerēt discipuli, aut fideles in Ierusalem, perirent, & iō fugiēdum erat. Secundo, quia specialiter ponitur ibi de Iudæa. Non. n. erat istud periculū, nisi in Iudęa, quia bellū Romanorum erat ꝯ Ierusalem, & ideo dixit solū fugere debere manentes in Iudæa. Quod aperte ostēdit esse malum, quod solum accideret in Iudæa.

Tertio patet ex litera, cum dr̄: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Dato aūt, ꝙ tpe antichristi fugiendum esset, nihil impediebat fugam accidere sabbatho, quia tunc sabbathum non coleretur, cū cessasset lex Moysi. Debet ergo intelligi de tpe euersionis, qñ credentes manebant in Iudæa, qui erant ex Iudaismo conuersi, & hi adhuc seruabāt cęremonialia, iō non pōt de tpe antichristi accipi, sed de tpe euersionis Ierusalem. Quarto patet, quia Lucas ista apertius dixit. Nam vbi Matthæ. & Mar. dicunt, cum videritis abominationem, dixit Luc. cū videritis ab exercitu circundari Ierusalem, tunc scitote, quia appropinquat desolatio eius, tunc qui in Iudæa sunt fugiant in mōtes, & qui in medio eius sunt, discedant, quia dies vltionum hi sunt. E

Quinto patet, quia dicit Glo. super hoc verbo, & super Marc. 13. cap. præmissis his, quæ ante excidium ciuitatis erant futura, nunc dñs prædicit ea, quę circa

ipsam ciuitatis destructionem contigerunt, ergo videtur, ꝙ hoc, quod dicitur de visione abominationis, ponitur ad declarandum signa euersionis Ierusalem. Sexto patet, quia dicit Aug. ad Hesychium Lucas vero, vt ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis, quando expugnata est Ierusalem, hæc eodem loco verba commemorat, scilicet cun videritis circundari ab exercitu Ierusalem.

Septimo patet, quia Beda super Lucã in loco hoc ait: Hactenus ea, quæ per. 40. annos nedum fine aduenienre futura erant, dicta sunt, hic ipse finis desolationis, quæ ab exercitu Romano facta est, verbis domini exprimitur. Ita hoc patet, quia tam Hiero. quã Aug. Theoph. Beda, & cęteri dicunt hoc de Ierusalem euersione ad literam intelligi debere.

Quare Christus prænunciauit hæc, quæ habentur hic. Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare Christus prænũciauit ista hic, scilicet. Cum videritis abominationem desolationis, &c. Dicendum, ꝙ fuit primo, vt respondeat quæstioni præpositę a discipulis, nam inter alias quæstiones, fuit prima de tempore euersionis Ierusalem, scilicet dic nobis, quando hæc erunt. Et ob hoc voluit eis seriose enarrare omnia notabilia, quę euentura erant a morte sua, vsque ad euersionem Ierusalem, & prius narrauit ea, quæ fuerunt prius, & nõ fuerũt pars ipsius euersionis, hic autem ponit signa proxima ipsius euersionis, & ipsam euersionem, scilicet tribulationem, quam tolerauerunt Iudęi, dũ euersio fieret, & quia hoc, quod dicitur de abominatione, erat signum, ad hoc posuit Christus istud.

Secundo fuit ad vtilitatem, & liberationem credẽtium. Nam si tempore huius euersionis, & belli præcedentis ad eam inuenirentur aliqui de credentibus, in Christum inter Iudæos in Ierusalem, & Iudęa paterentur mala cum alijs Iudęis, quod Christus auertere voluit ab eis, ne sancti cum impiis punirentur. Ad hoc igitur voluit dare signa certa, quando fugere deberẽt credentes de Iudæa, & Ierusalem, & istud fuit cum viderent abominationem in loco sancto, ideo conueniens fuit hoc dici.

Quid fuit ista abominatio desolationis, quam visuri erant discipuli, antequam fugerent de Iudæa. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quid fuit ista abominatio desolationis, quam visuri erant, antequam fugerent de Iudæa.

Dicendum, quòd iam constat ex dictis supra, quòd non erat antichristus, vt Beda dixit, quia non fuit illa sentẽtia sua determinata, sed posuit multas & inter illas dixit, ꝙ poterat accipi de antichristo, ipse tamen dicit postea hęc omnia accidisse ad literã in euersione Ierusalem. In q. 96.

Aliqui ergo dicunt abominationem desolationis esse exercitum Romanum a quo destructa est Ierusalem. Sic dicit Chrysostom. in homilia. s. quia occulte insinuauit Ierosolymæ finem, conuenienter idem manifeste ostendit prophetiam inducens, quæ hoc credere facit. Et sequitur, vnde abominationem desolationis videtur mihi exercitum dicere, quo. s. desolata est ciuitas sancta Ierusalem.

Secundo, quia idem videtur sentire Augustinus ad Hesychium dicens: Lucas quidem, vt ostenderet tũc factam fuisse abominationem desolationis, quę a Daniele prędicta est, qñ expugnata est Ierusalem eodem loco, hęc domini verba commemorat. s. cum videri-

F tis circundari Ierusalem ab exercitu.

Tertio patet, quia hoc videtur sentiri ex verbis Lucæ. Nam Lucæ vigesimoprimo capitulo, vbi ponitur ista narratio, loco huius, quod dicitur: cum videritis abominationem. dicitur: cum videritis Ierusalem circundari ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius, ergo abominationem vocauit exercitum desolantem. Et patet, ꝙ ista sententia, & illa sit eadẽ, quia ibi sequitur, ꝙ tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, & idem dicitur hic.

Alii dicunt abominationem vocari idolum, quia secundum conditionem veteris testamenti sic vocatur. Et istud positum fuit in templo Ierusalem. Et dicunt quidam intelligi de statua Cæsaris Tyberii, quã Pilatus posuit in templo. Sic ait Hieron. super Matt.

G scilicet, aut potest intelligi de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo, & idem dicit Beda.

Alii dicunt abominationem istam esse idolum Adriani, quod positum est post destructionem templi in loco, vbi stetit domus Sancti sanctorum, & mãsit ibi longo tempore. Sic dicit Hieronym. vbi supra, scilicet, aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso Sancti sanctorum loco stetit, vsque in pręsentẽ diem. Abominatio enim secundum veterem scripturã idolum nuncupatur, & idcirco additur desolationis, ꝙ in desolato templo, atq; deserto idolum positum sit. Et idem dicit Beda.

H Alij dicũt abominationem fuisse caput porci, quod a Gentilibus in templum eiectum est ad opprobriũ. Sic dicit Amb. super Luc. s. Iudæi putauerunt abominationem desolationis tunc factam, eo ꝙ caput porci in templo eiecerunt illudentes Romani Iudaicę ritum obseruantiæ.

Sed dicendum, ꝙ licet istæ positiones sint tolerabiles, tamen non stant: multam. n. calumniam sustinẽt. De prima patet, quia exercitus Romanorum non potest vocari abominatio. Nam non est aliquid, propter quod ille dicatur abominatio.

Secundo, quia dicitur: Videritis abominationem stantẽ in loco sancto, & tamen Romani non fuerunt in loco sancto, quousque irrupta, captaque esset Ierusalem, & occisis Iudæis, incensoque templo introie-

I runt milites in loca sancta, sed de hoc tempore nõ potest intelligi, quia istud ponitur hic, vt signum fugiendi, cum dicatur, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in mõtes, sed fugiendum non fuit deleta vrbe, sed antequã bella intestina, & hostilia inciperent.

Item patet, quia Luc. 21. c. dicitur: cum videritis Ierusalem circũdari ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius. Et sequitur, tũc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: ergo ante bellorum principia fugiendum erat.

Quarto, quia non congruit prophetię Danielis allegatę a Christo de ista abominatione, ꝙ vocet exercitus abominatio, vt declaratur hic.

K Secũda positio. s. ꝙ abominatio sit idolum, aliqualiter cõuenit ex nomine, & sic solet communiter accipi, sed non stat, quia aut accipietur de statua Tyberii, quam posuit Pilatus, aut de statua Caij Caligulæ Imperatoris, aut de statua equestri Adriani Cæsaris, sed de nulla potest stare.

De prima patet primo, quia illa posita fuit a Pilato eodem anno, quo Christo mortuus est, vt patet per Eusebium libro Chronicorum, & colligitur per Iosephum, libro decimooctauo Antiquitatum. Nam Eusebius ait Iosephum scribere, quòd eodem anno, quo Christus passus est, Pilatus per noctem posuerit in tẽplo statuas Cæsaris, & tamen Christus dicit, ꝙ quãdo viderint abominationem illam fugiant in mõtes, sed nõ erat fugiẽdũ anno, quo Chrs passus est, neq; fugerunt,

runt, sed multis annis mansit ecclesia credentium in Iudæa, vt colligitur ex Actibus Apostolorum. Et fuit ibi quousque cępit bellum Romanorum, immo & Christus valde cauebat, ne statim fugerent credentes de Ierusalem, sed manerent ibi, quandiu sine periculo manere possent, propter quod narrauerat omnia præcedentia. s. audituri estis prælia, & opiniones præliorum: videte ne turbemini, oportet hęc fieri, sed nō statim finis, ergo non fuit ista abominatio in anno illo, quo Christus mortuus est, sed qñ cępit bellum, qñ euersa est Ierusalem, & ideo illa statua Tyberii Cæsaris non vocatur hic abominatio.

Secundo patet, quia illa statua non mansit in templo, sed posita fuit in templo nescientibus Iudæis, & p tres dies occultum fuit, vt per Iosephum lib. 18. Antiquita. & lib. 2. de bello Iudaico, petentibus autem Iudæis Pilatus abstulit statuam. Et tamen hic signatur, ꝙ viderint illam stantem in templo, & ꝙ ibi maneret & quod maius est, quia prophetia Danie. 9. c. significat abominationem istam permansuram, vsq; ad desolationem templi.

De secunda. s. statua Caij Caligulæ planū est, quòd accipi non possit, quoniam licet ille multum conatus fuerit, vt eius statua erigeretur in templo Ierusalem, tamen non factum est, quia cum hoc executurus eēt Petronius Prefectus Syriæ, & Iudeę, Iudæi institerūt rogando, ne fieret, & destinata est legatio ad Cæsarē, & ab hoc cessatum est, vt patet per Iosephum lib. 18. Antiquita.

Tertia positio erat, ꝙ esset statua Adriani, & non stat. Primo, quia statua Adriani posita fuit post euersionem Ierusalem, cum Adrianus Imperator longo tempore postea fuerit, & anno 19. eius videtur constituta statua eius in Ierusalem, vt innuitur per Eusebiū lib. Chronicorum, & fuit hoc post Christi mortem, quasi 110. annis, vt colligitur per eundem Eusebium ibi. Et conuenienter fuit post euersionem Ierusalem annis 70. vel quasi, & tunc non est ad propositum, qa ista abominatio ponitur, vt signum fugiendi de Ierusalem, & Iudæa. s. tunc qui in Iudæa sunt fugiāt ad mōtes, ergo non potest intelligi de illa statua, sed de aliqua alia abominatione, quæ fuerit ante euersionem Ierusalem.

Secundo patet, quia dicitur hic, & Mar. 13. cum videritis abominationem, & ita innuitur, ꝙ isti ad quos Christus loquebatur viderint eam, sed nemo istorum vidit illam, quia posita fuit post Christi mortē, quasi 110. annis ad quam ætatē nemo de eis, ad quos Christus loquebatur peruenit, ideo nō intelligitur de illa.

Tertio, quia dicitur abominationem stantē in loco sancto, & tamen statua Adriani nō erat in loco sancto, eo ꝙ non erat ibi iam sanctuarium, neque manserat lapis super lapidem.

Sed dicetur, ꝙ forte fuit aliqua alia statua, vel idolū, quod eo tempore in templo positum fuerit, & hoc fuerit signum fugiendi de Iudæa. Dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia post mortem Christi non legimus aliquam statuam in templo, aut in Ierusalem positam fuisse. Nam neque Ioseph. in lib. Antiqui. aut in li. de bel. Iud. neque Egesippus, qui eiusdem temporis diligentissime gesta narrarunt, aliquid tale scripserunt. Vnde cum cætera, quæ quantum ad imagines statuēdas in Ierusalem pertinent, per istos plene descripta fuerint, & nihil aliud addatur, verisimile est nihil tale accidisse.

Secundo ex conditione Iudæorum, quia quātumcunque mali, & seditiosi essent, nunquam hoc permiserunt, sed nihil plus abominabantur, quam statuas in vrbe poni, quod satis ex scriptura Iosephi, & Egesippi colligi potest, immo & Deus specialiter hoc voluit

A vt videretur, quare euersio Ierusalem, & templi accideret. Nam nullum vitium Deus magis detestabatur quam idolatriam, & pro hac valde affligebat Iudęos. Si autem nunc idola colerent, aut ea in templo, vel in Ierusalem reciperent, iam putarent ideo deletam esse Ierusalem. Deus autem noluit hoc, sed voluit, ꝙ intelligi posset deletam esse, quia ibi sanguis Christi, & sanctorum suorum fusus erat, ideo nulla statua eo tpe in templo posita est, quæ posset vocari abominatio.

Quarta positio erat abominationem esse caput porci, sed non stat. Primo, quia aut istud caput porci iactum est in templum, postquam Romani cęperūt Ierusalem, aut ante, si postea, nō potest vocari hic abo-
B minatio, cum ponatur ista abominatio, vt signum fugiendi de Ierusalem, & Iudea, & tamen signū debuit esse ante inchoata bella: si vero añ inchoata bella non poterat esse ista abominatio, quia dicitur hic, cum videritis abominationem stantem in loco sancto, & tñ illud caput porci non staret ibi, sed mox, vt introductum esset eiiceretur, abominatio autem illa longo tempore stetit, maxime, quia Dan. 9. c. signatur, ꝙ mā serit ista abominatio, vsque ad desolationem, & ideo non stat ista expositio.

Sed dicendum, ꝙ ista abominatio fuit habitatio hominum impiorum in templo, & profanatio eius. Nā Deus valde honorari iubebat templum suum, nihil
C autem magis abominabantur, quam illud prophanari, sed isti seditiosi, qui confugerūt ad templum illud ꝓfan auerunt, vt Iose. vult in li. de Bel. Iuda. Nam seditiosi, & zelote de templo exeuntes totam vrbem flagitijs innumeris polluebant. Ait enim, ꝙ zelotę Ioannem ad potentiam prouexerant, ipse autem eis vicē pro hac tributa potentia referens omnia, quæ desiderabant, vt facerent, permittebat, insatiabilis autem rapinarum cupiditas erat, domorumque perscrutatio locupletum, cędes autem virorum, & mulierum iniurię pro ludo habebantur, prædamque cum sanguine deuorātes sine aliquo metu post satietatem muliebri libidine calescebat, cōptique crines, atque fęminarū veste induti, lotique vnguentis, & vt forma placeret
D oculos illiti, non solū ornatū, sed impudicitiā mulierū imitabātur. ecce quid agebant, qui in tēplo morabantur, vnde est abūdantissime profanatū, sic vt Deus iam illud abominaretur, erat ēt amplius, quia intra tēplum bella fiebant cū sanguine multusq; cruor ꝑ loca sancta decurrebat, ita vt sæpe accedentes quidā ad sacrificandum super ipsum altare occiderent, & sanguine proprio sanctū Dñi altare fędabant, quo nihil abominabilibus conspici, aut cogitari poterat. Nam & sacrę vestes, quas non licebat, nisi cum summo honore contingi, & ad sola sacra mysteria accipi, ad tergenda turpissima vlcera, & fluentem sanguinem de vulneribus sumebantur. Sic dicit Egesippus libro 4. s. At primo in ipso vestibulo siti, & ante fores templi præliabantur, siquis vulneratus fuerat interiora tem-
E pli petebat, illic sanguinem suum infundens interno limini saniosiora detergens vlcera febremque patentis vulneris vestibus his, quas non liceret illis contingere fouebant. Deteriora enim his narrat Ioseph. lib. quinto de bello Iudaico, propter quæ dicit templum profanatum, & abominabile effectum, ita vt iam templum Dei non esset, cum ait: Missilia namque machinarum ad aram, vsque templum delata in sacerdotes, & sacra celebrantes cadebant, ac multi, qui properantes ab vltimis terrę finibus ad sanctissimum locum venissent, ante ipsas hostias percubuerunt, aramque vniuersis Græcis, & Barbaris adorandam suo sanguine imbuerunt, indigenis autem mortuis alienigenis, & profanis sacerdotibus commiscebantur, perq; atria diuina stagnum fecerat diuersorum cadauerum

sanguis. Quid tantum passa es, ò miserrima ciuitas a Romanis, qui tua intestina scelera purgaturi flammis introierũt? Iam enim Dei locus non eras, neque manere poteras domesticorum funerum facta sepulchrum, & quę Fanum constitueras ciuili bello tumulum poteris denuo placere, si nunquam vastatorem tui Deum placaueris. Hæc autem erant abominatio coram Deo & faciebant templum abominabile. Et ideo quandiu ista manserunt in templo, mansit ibi abominatio. Et hoc magis consonat, quam præcedentes positiones. Primo, quia hoc recte vocabatur abominatio.

Abominatio coram Deo.

Secundo, quia fuit illo tempore, quo poterat esse signum fugiendi credentibus de Iudæa, scilicet, non statim post mortem Christi, neque post desolationẽ ciuitatis, sed tunc, quando cęperunt esse pericula grauia habitatoribus Iudææ. Nam hoc fuit circa finem regni Neronis.

Tertio, quia ista abominatio erat in templo, & manebat in eo.

Quarto, quia poterant credentes videre, & sic ex illa addiscerent tempus fugiendi, & quantum ad hoc non est aliqua calumnia.

Ad primam rationem factam pro prima positione dicendum, ꝙ non est abominatio desolationis ipse exercitus, quia circundans vrbem, licet ille vrbem desolauerit, sed abominatio, quod in templo fiebat, vt supra dictum est, sed quia tunc fuit abominatio, qñ exercitus circundabat vrbem, potest large vocari abominatio exercitus. Si tamen obijcias, ꝙ Chrysost. & Theoph. & alij expresse volunt, quòd exercitus fuerit abominatio, dicendum, ꝙ potius est illis obuiandum quàm veritati: cum potissime in hoc scriptores variè sentiant, & non dicunt omnia asserendo, sed alia & alia tangunt.

Ad secundum dicendum, ꝙ August. non contradicit huic positioni, quia non asserit exercitum fuisse abominationem, sed tunc factam esse abominationem cum Ierusalem circundabatur ab exercitu, & hoc verum est.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ ista est ratio fortior. Nam eadẽ sententia videtur vtraque, sed dici põt vno modo, ꝙ non sunt eadem verba, quę ponit Lucas, & quę ponũt Matthęus, & Marcus circa hoc, sed ꝙ vtraque Christus dixerit nũc. Et fuit iste modus, s. ꝙ ait: Cum videritis abominationẽ desolationis stantem in loco sancto, qui in Iudęa sunt, fugiant ad montes. Et adiũxit: Cũ videritis circundari Ierusalẽ ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius. & dicta sunt ista hæc modo, qa prius erat esse abominationẽ in loco sancto, q̃ circũdari Ierusalẽ ab exercitu Romanorũ.

Aliter põt accipi, ꝙ sit eadem sentẽtia, & simul ista acciderint, sed nõ refertur tũc ad exercitũ Romanorum, sed ad alios bellatores, vt dicetur infra q. 102.

Quare Christus dixit, Cum videritis abominationem desolationis, quia sufficiebat dicere abominationem. Quæst. XCIX.

QVAERETVR, quare Christus dixit hic, Cũ videritis abominationẽ desolationis, qa sufficiebat dicere, Cum videritis abominationem. Dicendũ, ꝙ Christus fecit hoc, qa vtebatur modo loquẽdi Danielis: nã eius allegauit prophetiã, sed Daniel vocauit eã sic, Dani. 9. cap. s. Et in templo erit abominatio desolationis. Sed dicetur, quare vocauit eã Daniel abominationẽ desolationis? Dicendũ, ꝙ fuit ad differẽtiã aliarũ abominationũ, quia multę alię abominationes erant, & fuerant inter Iudæos, sed illę non fuerunt ad desolationẽ, cũ non perierit propter quãlibet illarũ, sed propter istã perijt, iõ vocatur abominatio desolationis.

F Hoc patet, quia quodcunque peccatũ est abominabile Deo, qa Deus odit oẽs operãtes iniq tatem. Psal. 5. Iudęi aũt sæpe peccabant, iõ sæpe erant abominationes inter eos. Et ẽt istę abominationes sæpe erãt in templo, vt quando peccabant in eo, quod pertinebat ad diuinum cultum, sicut quando offerebant res contemptibiles, vel non bono animo: nam dicebatur cõtemnere nomen Dñi, & iõ Deus dixit: Nõ est mihi voluntas in vobis, Malac. 1. cap. Sed hoc est abominari aliquid, i. non habere voluntatẽ ad illud, iõ Deus abominabatur ista. Sic ẽt qñ indignabatur de solennitatibus, tanq̃ de immũdis, Mala. 2. cap. s. Proijciã super vultũ vestrũ stercus solennitatũ vestrarũ. & expressius ponitur Isa. 1. cap. s. Incẽsum abominatio est mihi: neomeniã, & sabbatũ, & solennitates alias non

G feram, iniq sunt cęteri vestri: calẽdas vestras, & solẽnitates vestras odiuit aĩa mea, & facta sunt mihi molesta, & laboraui sustinẽs. Sic igitur sæpe fiebãt in tẽplo Dei abominationes, & tñ Deus non euertebat tẽplũ pro illis. Nũc vero pro illa abominatione graui, volebat Deus tẽplũ desolatũ manere, iõ vocauit illã abominationẽ desolationis, & qa Christus de illa loquebatur vocauit eam abominationem desolationis.

Quare Christus allegat hic Danielem. Quæst. C.

QVAERETVR quare Christus hic allegauit Danielem. Dicendum, quòd primo fuit ad hoc

H quòd verbum suum redderet credibilius. Nam Iudęi valde credebant scripturis suis, & ideo potius suadebantur, inducendo testimonia ex eorum scriptura, q̃ per alium modum, & quia Daniel de ista desolatione loquebatur, induxit eius auctoritatem. Sic dicit Chrysost. in homilia, s. quia supra occultè insinuauit Ierosolymæ finem conuenienter idem ostendit manifeste prophetiam inducens, quæ destructionem Iudæorum credere facit.

Secundo fuit, quia illa tota prophetia Danielis erat dicta solum ad ostendendum conditionem huius tẽporis, de quo Christus loquebatur, ideo nunquàm potuit conuenientius allegari, quàm nunc.

Tertio, quia ex allegatione illius prophetiæ non so

I lum Christus certificat, quantum ad illum factum, sed etiam quantum ad multa alia, quæ ad se pertinebat, scilicet, quòd ipse Messias esset, & negaturus esset eum populus eius, & quando hebdomada vna fieret prædicatio nominis eius inter Iudæos, & multi se conuerterentur ad eum, sicut magis declarabitur sequen. quæst. & ideo conueniens fuit, quòd ipse de se illam prophetiam allegaret.

Quarto fuit ad magis certificandum de tempore euersionis Ierusalem. Nam licet de die, & hora, aut tempore paruo non colligeretur ex scriptura, quia Deus ista sibi reseruat, tamen de tempore satis propinquo sciri poterat ex illa auctoritate simul cum ista litera, quia ibi dicitur, quòd pactum confirmabi-

K tur multis hebdomada vna, sed post prædicationem fuit euersio Ierusalem, cum dicatur hic quòd prædicabitur Euangelium in vniuerso orbe, & tunc veniet desolatio, vel consummatio, sed hebdomada, in qua confirmandum erat pactum, certum tempus erat, ideo colligi post quantum tempus euerteretur Ierusalem poterat.

Quinto fuit conueniens, vt nobis intelligentiam scripturæ daret. Nàm cum Christus allegauit auctoritatem illam, ostendit quòd intelligebatur de hoc: fortè autem si ipse nunc non allegasset, non putaremus de hoc intelligi. Et cum impleta est res, apparuit qualiter deberet accipi scriptura, & qualiter hebdomadas vocaremus.

Quomodo

Quomodo intelligatur auctoritas Danielis, quam Christus attulit. Quæst. CI.

QVAERETVR de auctoritate, quam Christus hic allegat quomodo intelligitur.

Dicendum, quòd illa est de septuaginta hebdomadibus Danielis, quæ in se multas habent difficultates, de quibus non agetur hic, sed in loco suo, Danie. 9. cap. & tamen dicitur ibi, quòd occidetur Christus post hebdomadas sexagintaduas, quod intelligunt addendo ei alias hebdomadas, vt sint septuaginta, & tunc veniet populus cum duce futuro, scilicet, populus Romanus cum Vespasiano duce, vel cum Tito, qui dissipauit ciuitatem, & Sanctuarium, & dicitur quòd post finem belli esset desolatio, scilicet, quòd post bellum illud euerteretur templum, & non reædificaretur, sed maneret perpetua desolatio. Et dicitur, quòd esset in templo abominatio desolationis, & illa mansura esset vsque in finẽ. Nam desolatio mansit in sempiternum, & manet: abominatio autem mansit vsque ad consummationem belli, quia postquàm cępit esse abominatio in templo, nunquàm inde ablata est cũ in templo manerent illi, qui faciebant hanc abominationem quousque ipsi cum templo, & ciuitate perierunt.

Quomodo concordant Matthæus, & Marcus, & Lucas in superioribus. Quæst. CII.

QVAERETVR quomodo concordãt Matthęus, & Marcus, & Lucas in hoc. Nam Matthæus dicit hic: Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, quæ dicta est a Daniele. Mar. 13. cap. dicitur; Cum videritis abominationem desolationis stantem, vbi non debet, & nihil dicitur de Daniele, sed Lucæ 21. cap. dicitur: Cum videritis circundari Ierusalem ab exercitu, scitote quia appropinquat desolatio eius.

Dicendum, quòd Matthæus, & Marcus concordant inter se magis, quàm cum Luca, sed in duobus discordant. Vnum est, quòd non facit Marcus mentionem de Daniele. Secundum, quia Matthæus dicit stantem in loco sancto, Marcus dicit stantem vbi non debet.

De primo dicendum, quòd aliqui libri habent etiã in Marco illud, s. Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele stantem vbi nõ debet, sed non sunt veraces libri, quia Marcus non expressit; sed illud aliqui scribunt ex similitudine huius, quod Matthęus hic dixit, licet si esset, bene esset, & tũc non quæreretur de diuersitate, propter quod aliqui dicunt non dictum esse a Christo hoc, sed a Matthæo additum, qui solet allegare auctoritates, potius quàm alij Euangelistæ. Et ita Christus diceret: Cũ videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, & addiderit illud Matthæus, scilicet, quæ dicta est a Daniele.

Sed dicendum, ꝙ non stat, sed Christus fecit mentionem, ꝙ a Daniele de hoc dictum esset, & apparet, quia non tacuit totaliter hoc Marcus. Nam licet non dixit quæ dicta est a Daniele: dixit tamen, qui legit intelligat, & tamen non diceretur hoc, nisi allegaretur aliqua scriptura difficilis, ad quam aduertẽdum esset. Ideo dicendum, ꝙ Christus allegauit dictũ Danielis, sed Marcus hoc subticuit, quantum ad aliquid, quia aliqua sunt, q̃ vnus Euãgelista exprimit, & alius tacet.

De secundo dicendũ, ꝙ idem est locus sanctus, & vbi nõ debet: nã in loco sancto, i. templo erat abominatio, sicut dixit Matthęus, & quia in loco illo nihil tale esse licebat, q̃uis in profanis esse posset recte dixit

A ꝙ erat ista abominatio, vbi non debebat esse.

De Luca dicendũ, ꝙ magis discordat, quia ait: Cũ videritis circundari Ierusalem ab exercitu. Sed dicendũ, ꝙ eadem sententia est, & debet referri ad idẽ tps. Putant enim aliqui esse diuersas sententias, & a Dño dictas, & Marcũ, & Matthęũ expressisse vnã, Lucam vero alterã. Sed non stat, qa necesse est, vt ponãtur eẽ signũ eiusdẽ rei. Et referantur ad idẽ tẽpus: nã hic & Mar. 13. cap. dr̃: Cum videritis abominationẽ, &c. tũc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes. & Lucę 21. cap. cum dr̃: Cum videritis Ierusalem circundari ab exercitu: scitote, quia appropinquat desolatio eius. Et sequitur: Tunc qui in Iudęa sunt, fugiant in montes: ergo idem signum est, & eiusdem temporis in vtroq;.

B Sed tũc dicetur, quod eorum ergo Christus dixit vtrum id quod Matthęus, vel id quod Lucas? Dicendũ, ꝙ vtrunque dixit. Nam aliàs non auderet aliquis Euangelista dicere, quod ipse non dixerat in sententia. Est ergo modus, ꝙ Christus dixit sic: Cum videritis abominationem desolationis, quę dicta est a Daniele stantẽ in loco sancto, & videritis circundari Ierusalẽ ab exercitu, scitote ꝙ prope est desolatio eius, tunc qui in Iudęa sunt, fugiant ad montes.

Sed dicetur, quomodo stat hoc, quia antequàm Ierusalem ab exercitu Romano circundaretur, fugiẽdum erat. Nam ante hoc multas strages, & prędas egerant Romani in terra Iudęorum: nam cum Iudęi cęperunt rebellare Romanis, propter Flori tyrannidem, qui erat pręses prouincię: misit vero Imperator

C exercitum in Iudęam, & iuit illuc Vespasianus cũ filio suo Tito, & anteq̃ oppugnarent Ierusalem, expugnauerunt cęteras vrbes, & oppida Iudęę, & Galilęę, & post conuerterunt se contra Ierusalem, vt patet ex Iose. lib. de Bel. Iudai. & ex 4. lib. Egesippi. Et in his multa passi sunt Iudæi, per singulas ciuitates tam bellicas strages, quàm famem, & bonorum rapinas, a q. bus omnibus liberare volebat Christus credentes: ergo antequàm obsideretur Ierusalem a Romanis, debuerunt fugere credentes.

Secundo, quia Christus nõ solum iubet fugiendũ de Ierusalem, immo de Iudęa, quinimmo de Ierusalem non expressit fugiendũ, sed de Iudęa: ergo liberare volebat credentes a malis, quę per Iudęã acciderent, sed ista acciderunt anteq̃ obsideretur Ierusalem

D tam ab exercitu Romano vastante plus Iudęam, vt dictum est, q̃ etiam a bellis intestinis Iudęorum, vt dicetur infra quęst. 105. Ergo fuit fugiendum antequã obsideretur Ierusalem ab exercitu Romano.

Dicendum ergo, quòd verum est, quòd quando Ierusalem cępit obsideri a Romano exercitu, appropinquabat eius desolatio, sicut Lucas dicit, & tamen ipse ad hoc, ꝙ concordet cum eis, quæ postea addit, scilicet, tunc qui in Iudęa sunt, fugiant: nõ accepit de obsessione facta a Romano exercitu, sed de obsessione facta ab exercitu Agrippę regis. Ille enim duo millia equitum miserat contra Zelotas, qui se in templo incluserant, vt Iose. & Egesip. dicunt, & dicetur magis

E infra. Et tunc apertè cęperunt esse prędę, & strages bellorum, & apparuit abominatio Zelotarum in templo, & iam non debuerunt manere credentes in Iudęa, sed fugere, & sic simul fuit videri abominationẽ in templo, & circundari Ierusalem ab exercitu. Licet si vis poteris intelligere de obsessione facta ab exercitu Romano. Non quidem ab illo, quem Vespasianus, & Titus ducebant sequi ab eo, quem Florus pręses prouinciæ habebat, & illi fuerunt cũ exercitu Agrippæ in obsessione, quæ dicta est, & sic simul fuit abominatio in templo, & circundari Ierusalem ab exercitu.

Agrippa rex duo millia eqtũ misit cõtra Zelotas. In q. 112.

Nn 4 Quare

Quare Christus dixit: Qui legit intelligat. Quæst. CIII.

QVAERETVR quare Christus dixit: Qui legit intelligat.

Aliqui dicunt hoc dictum esse, vt per hoc sciamus hic esse sensum spiritualem. Sic ait Hierony. super Matth. scilicet, Hoc autem quod dictum est, qui legit intelligat, ponitur vt ad intelligentiam mysticam prouocemur.

Sed dicendum, quòd non debet accipi in sensu mystico, vt distinguitur contra literalem. Nam necesse est, quòd quælibet scriptura habeat sensum historicum, & in illo intelligenda est. Cæteri autem sensus non sunt sensus, quos scriptura facit, sed quos nos circa illam facimus, & illos recipit, licet non ostendat, & ideo litera ista in sensu literali, quem Daniel intendebat, accipienda erat, & non in spirituali, neque etiam Hierony. vult, quòd in sensu mystico, idest, spirituali allegorico, vel tropologico accipiatur, sed vocauit mysticam intelligentiam, idest, occultam, quia mysticus signat occultum diuinum figuratiuum, & verum est, quòd erat ille sensus occultus.

Dicendum igitur, quòd dixit, qui legit intelligat, vt innuat difficilem intelligentiam esse in verbis Danielis; sunt enim tantæ difficultates, vt vix vsque hodie super expositione verborum Danielis inter se Doctores concordent. Est autem modus Christi circa rem difficilem habere modum loquendi specialem. Nam vbi est difficultas in operando dicit; Non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, sicut dixit supra 19. ca. cum dixerunt discipuli Christi, Melius esse non habere vxorem, si non poterat repudiari, & Christus ait: Non omnes hoc capiunt, sed quibus datum, idest, tantam perfectionem habere, quòd sine vxore, aut venereis viuere possit, non est datum cuilibet, sed aliquibus specialiter a Deo, & ideo conclusit; Qui potest capere capiat. quasi dicat, res difficilis est, & non poteritis omnes operari eam, sed qui potuerit capere eam, capiat, idest, qui potuerit sic viuere viuat. Quando autem est difficultas ad intelligendum solet dicere; qui habet aures audiendi, audiat, sicut supra 11. cap. quando dixit de Ioanne Baptista, quòd ipse erat Elias, qui venturus est. Et quia hoc difficile videbatur ad intelligendum, ait; qui habet aures audiendi, audiat, idest, qui potest intelligere verbum auditum, intelligat illud. Et idem supra 13. cap. & Lucę 8. vbi ponuntur parabolæ, dicitur, quòd hæc dicens clamabat; Qui habet aures audiendi, audiat. quasi dicat, difficile erat intelligere illas, nunc vero cum esset difficile intelligere verba Danielis incitans nos ad diligenter aduertendum, ait; Qui legit, intelligat, idest, non transeat faciliter, sed conetur intelligere, quia plus signat, quàm apparet.

Secundo dixit hoc, quia ante Christi aduentum aliter illa Prophetia intelligebatur propter suam difficultatem, & ideo vt nunc verus eius sensus teneretur, inuitat ad sanum intellectum, scilicet, vt plus instent intelligendæ Prophetię illi, quàm prius, & non eundem sensum concipiant de illa, quem prius.

Quare Christus dixit. Tunc qui in Iudæa sunt fugiant. Quæst. CIIII.

QVAERETVR quare Christus dixit. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant.

Dicendum, quòd loquitur Christus hic ad istos discipulos, & nomine eorum ad omnes credentes, qui illo tempore fugituri essent de Iudæa, & Ierusalem, vt liberarentur de periculis. Nam duo intendit

F Christus in tota ista prænunciatione malorum de Ierusalem, & Iudæis, primum erat, vt credentes eriperent se de periculis fugiendo. Secundo, vt non fugerent ante tempus, ne cessaret prædicatio in Iudæa, & conuerterentur omnes, quos Deus elegerat, vtrunque autem fuit necessarium. Primum quidem, quia si non prædiceret Christus istas afflictiones, & fugiendum esse, manerent semper Christiani inter Iudęos in Iudæa, & Ierusalem, & paterentur mala cum eis. Secundum etiam necessarium erat, quia si scirent credentes futura esse pericula manentibus in Iudæa, & Ierusalem, & nescirent quando determinate, vel per aliquas coniecturas, statim recederent, & non prædicarent in Iudęa, quod erat inconueniens, quia nullo prædicante, nullus conuerteretur, & ideo prænunciauit Christus mala euentura Iudæis, & fugiendum esse inde: ostendit etiam, quæ mala futura essent pro quibus non debebant terreri, neque fugere, alia vero esse, quibus aduenientibus statim fugere deberent, prima enim posuit Christus supra, scilicet, audituri enim estis prælia, & opiniones pręliorum, videte ne turbemini. Et durant vsque ad hunc locum, scilicet, cum videritis abominationem desolationis. Ab isto autem loco ventura erant mala, quæ non erant expectanda, & ideo præmisit signum ad cognoscendum ea, dicens, cum videritis abominationem &c. tunc, qui in Iudæa sunt fugiant.

G

H

Quare Christus voluit, quòd isti credentes fugerent &c. Quæst. CV.

QVAERETVR quare Christus voluit, quòd isti credentes fugerent, & non sustinerent mala cum alijs Iudæis. Nam a malo culpæ seruat Christus cultores suos, ne in illud incidant, aut liberat, si inciderunt, sed a malo pœnę non, immo permittit eos affligi varijs cruciatibus potissime tempore illo, quando nomen Christi, & Christianorum omnibus hominibus erat odiosum.

Dicendum, quòd Christus voluit credentes in se liberare ab his malis, quia ipse homines liberat quàdiu liberantur, quia diligit eos iuxta illud Sap. 11. ca. diligis omnia, quoniam tua sunt, qui saluas animas, specialius autem diligit credentes in se: ideo illos potius liberat.

I

Secundo & principalius, quia ista mala, quæ nunc Iudæis euentura erant, infligebantur propter peccata illorum, scilicet, quia Christũ occiderant, & aliquos discipulorum eius, alios verò persecuti fuerãt, & eiecerant de regione sua, & quod deterius erat, quia cũ quotidie eis prædicaretur, quòd pœnitentiam agerent de peccatis prętеritis, & crederent in Christum, noluerunt conuerti, sed & ipsum Iacobum fratrem Domini, qui hoc illis prædicabat propter testimonium, quod dedit de Iesu, occiderunt, vt dixit Egesippus, & Iosephus, & 2. libro Ecclesiasticę historię, Cap. 9.
K hi autem, qui credebant in Christum, vel non peccauerant in hoc, vel si peccauerant sicut Paulus, qui erat consentiens morti Stephani, & trahebat Christianos in custodias ad occidendum Actu. 7. 8. & 9. iam conuersi pœnitentiam egerant, & doluerant de hoc, vnde eis remissum fuerat, ideo non erat dignũ hanc pœnam exerceri in eos, sed in illos, qui semper increduli, & rebelles extiterant, ideo debuerunt ijdem liberari.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd Christus liberat suos non solum a malo culpę, & ęternę pœnæ, quod maximum est, sed etiam a malo temporalis pœnæ, cum multas angustias euadamus

mus quotidie ipso liberante, immo & quandocunque vrgentibus pressuris eum inuocamus, scilicet, cum fide petimus liberat nos alijs manentibus in aduersitate. Cum vero dicitur, quòd permittebat credentes affici diuersis generibus tormentorum, & maxime tempore illo: dicendum, quòd hoc erat, quando passiones credentium redundabant in gloriam nominis Christi, & in augmentum fidei eius, vt si pro confessione nominis eius paterentur, quia tunc non erat conueniens eos eripi, sed ipsi se sponte offerebant, nunc autem non erat sic: ideo non debuerunt permitti pati cum Iudæis. Et hoc propter duo. Primo quia ista pœna non erat pro confessione nominis Christi, sed pro crimine, & non solum pro crimine manifesto Deo, scilicet, occisione Christi, & discipulorum, sed etiam pro crimine manifesto hominibus, idest, pro iniusta rebellione contra Romanos, qui tunc orbem terrarum regebant. Et tamen Christiani ad seruandum honorem Christi valde debebant cauere, ne pro aliquo delicto occiderentur, aut paterentur, sed solum pro confessione nominis Christi, sic dicitur 1. Pe. 4. cap. nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem, vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Ideo non fuit conueniens, quòd nunc paterentur.

Credentes non debuerunt pmitti pati cum Iudæis in euersione Ierusalem.

Secundo, quia isti, qui patiebantur in Ierusalem, & Iudæa non solum patiebantur, sed etiam agebant: nam ipsi rebellauerunt contra Romanos, & postea superueniente exercitu Romanorum ipsi defendebant se, & pugnabant contra Romanos. Qui autem pro nomine Christi patiebantur, solum patiebantur, & non agebant. In patiendo autem nullum peccatum est, si passio sit solum passio, idest, inuoluntaria, peccatum autem omne voluntarium est, & consistit in aliqua actione: ideo in passione martyrū non poterat esse peccatum, in pugna autem Iudæorum contra Romanos, & afflictionibus ipsorum, quia erat aliquid agere, poterat esse peccatum aliquod: ideo licet permitteret Christus suos pati in confessione sui nominis, non tamen fuit cōueniens, quòd permitteret pati a Romanis.

Ad quid voluit Christus, quòd discipuli fugerent. Quæst. CVI.

Sed quæreretur dato, quòd nollet Christus, quòd paterentur in illis tribulationibus, ad quid voluit, quòd fugerent? Nam potuerat Christus eos liberare non fugiendo.

Dicendum, quòd verum est, quia nihil est impossibile apud Deum, & tamen non fuit conueniens, quòd liberaret eos manentes inter peccatores, quia omnis operatio Dei ordinata est, & sicut quando homo potest liberare se de periculo sine aliqua speciali Dei operatione, peccat si expectet diuinam operationem, & nolit aliter se liberare, & vocatur diuina tentatio. Ita cum Deus potest aliquem eripere solum admonendo ipsum, non expedit, quòd circa ipsum exerceat aliqua miracula, sed ita erat in præsenti, quòd iubendo Christianis, quòd recederent poterant sufficienter liberari, si autem non recederent inde, oporteret eos affligi cum alijs, aliàs circa quemlibet eorum oporteret multa miracula fieri liberando eum a Romanis, & a Iudæis seditiosis, ergo magis rationabile fuit, quòd admonerentur fugere.

Alia ratio est, quia credentes si manerent inter Iudæos, ex societate ipsorum incitarentur ad rebellan-

A dum Romanis, quia ipsi erant de progenie illorum Iudæorum, contra quos erat bellum Romanorum, & tamen Christus volebat, quòd credentes in eum non rebellarent Romano Imperio; ipse enim illud constituerat, & cōueniens fuit Ecclesiæ Christi plantandæ, quòd monarchia resideret penes aliquam gentem, quæ teneret totum orbem in pace, & esset commeatus liber de vna gente in aliam, quia aliàs nō posset fieri prædicatio nominis Christi per totum orbē, non esset autem talis pax, si quodlibet regnum haberet per se vnum dominum, & non subderentur omnia regna vni Principi, ideo fuit conueniens, quòd ad fidem publicandam per totum orbem daretur vnitas principatus, & actualis pax. Et ideo fuit conue-

B niens, quòd daretur ista monarchia populo Romano, vel alteri genti. Placuit autem Deo dare illam Romanis, ideo conueniens fuit manere tunc totum orbem sub principatu Romano, vt sic pax daretur ad extendendam prædicationem Euangelij. Et sic non solum fecit Christus manere apud Romanos monarchiam, sed etiam statim post mortem suam cum debuit Euāgelium publicari, fecit pacem esse in Iudæa, in qua cœpit esse Ecclesia, & per totum orbem quousque prædicatum est. Postea vero trigintasex annis expletis a morte Christi completa prædicatione Euāgelij in toto orbe, & principaliter in Iudæa cœperunt

Cōueniens fuisse dari monarchiam populo Romano de toto orbe

C bella Iudæorum, & Romanorum. Hæc autem pax venit ex vnitate principatus, ideo non erat conueniēs rebellare Christianos tunc monarchiæ Romanorū, propter quod Christus viuens semper fauit principatui Romanorum. Nam cum peteretur ab eo tributum pro Cæsare soluit illud, supra 17. cap. Et cum postea peteretur, an esset dandus census Cæsari, dixit dādum esse, supra 22. cap. Cum è contrario multi Iudæorum, qui se Messiam dicebant, vetuerunt solui censum, sicut fuit de Iuda Galilæo, qui se Messiam esse dixit, vt colligitur Actuum 5. & tamen professionem fieri desuadebat, & appreciationem substantiarum, & cum aliquibus coniurauit contra Romanos, vt colligitur per Ioseph. lib. 18. Antiquitatum, ideo & Christiani imitati Christum, nunquàm debuerunt

D contra Romanum Imperium agere, sed aliquid agerent, aut agere putarentur, si manerent cum Iudæis, contra quos bella ista erant, ideo non debuerunt manere cum eis, sed fugere.

Quare dictum est, qui in Iudæa sunt, fugiant. Quæst. CVII.

Quaeretur, dato quòd fugiendum esset, quare dictum est; Qui in Iudęa sunt, fugiāt?

Dicendum, quòd dictum est ad innuendū, quòd non solum, qui erant in Ierusalem, sed etiam qui erant in Iudæa, fugituri essent. Circa hoc sciendum, quòd Iudæa accipitur multipliciter. Vno

E modo strictissime, scilicet, pro illa terra sola, quæ erat tribus Iuda. Nam terra Chanaan, quæ data est Iudæis in possessione, diuisa fuit in duodecim sortes, per duodecim tribus, & quia vna fuit tribus Iuda, data est ei vna sors, quæ habetur Iosue decimoquinto cap. Et illa potest vocari stricte Iudęa a tribu Iuda. Et hoc modo Ierusalem non erat in Iudęa, quia erat in tribu Beniamin, Iosue decimooctauo ca. & ita interdum dicunt Prophetæ Iudæa, & Ierusalem. Sed iste modus rarus est in scriptura.

Secundo accipitur Iudæa pro tota illa terra, in qua erat regnum Iuda, cum essent duo regna inter Hebræos, scilicet, regnum Iuda, & Israel, & tamen istud regnum erat solum super duas tribus, scilicet, Iuda, & Beniamin, ideo hoc modo Iudęa vocaretur

regio

regio continens terram harum duarum tribuum,& iste modus etiam rarus est accipiendi in scriptura.

Tertio modo accipitur Iudæa pro tota regione, in qua habitabant Hebræi excepta Galilęa, & Samaria. Et iste est modus proprius. Sic enim accipit Iose.lib.3.de Bel.iuda. & describit istas terras ponendo limites earum,& diuidit Galilęam in duas, scilicet, in superiorem, & inferiorem. De quo late ibi. Et ratio huius est, quia gens, quæ olim vocabatur Hebręorum,fuit vocata Iudęorum post reditum de Babylone, & ideo a Iudæis tota regio, in qua illi habitabant debebat vocari Iudęa, & ita vocatur, nisi vbi inueniuntur omnia specialia aliquarum partium terrę,inueniuntur autem duo,scilicet,Galilęa,& Samaria. Nam nomine Galilęę sępe in Euangelio inuenitur, & etiam apud Prophetas, nomen verò Samariæ sępe in veteri testamento, & ideo de tota terra Iudęorum quidquid non est Galilęa, neque Samaria vocatur Iudęa nomine generali, licet Iosephus diuidat Iudæam in decem toparchias,idest,principatus, sed hoc magis pertinet ad historiographos quàm ad sacram scripturam, quæ prior est, & ista non ita accurate distinxit, & hoc modo accipitur Iudæa, vt communiter in Euangelijs, vt supra 3. cap. scilicet, egrediebatur a Ioannem omnis Iudęa, & omnis regio circa Iordanem. Vocauit autem regionem circa Iordanem Galilęam, quia circa Iordanem est. Et tamen dicendum, quòd hic non accipitur sic Iudæa,sed oportet etiam accipi simul Galilęam. Nam bellum Romanorum non solum fuit in Iudæa, sed etiam in Galilæa, & Samaria, vt patet per Iose. lib. 4. & 3.de Bel.Iuda.Et per Egesippum lib.3.& 4. Chronicorum. Nam Vespasianus prius pugnauit contra vrbes Galilęę quàm Iudęę:nam pugnauit contra Iotapatam,in qua fuit dux ipse Iosephus,vt patet ex suo lib.4.de Bel.Iuda.etiam contra Tyberiadem, & alias vrbes Galilęę pugnauit Vespasianus, & Titus, vt patet eodem lib.& ibi multa pericula fuerunt,ita vt delerentur vrbes integrę. Cum ergo Christus voluerit, quòd discipuli fugerent de Ierusalem propter pericula bellorum, etiam fugere deberent de Galilęa,& Samaria,in qua tunc pericula,& bella fuerunt, vt apparet per Iosephum,& Egesippum vbi supra.

Diuisio Galilęę ī superiorem, & inferiorē.

Et sciendum, quòd licet pręcipuum bellum fuit contra Ierusalem, tamen etiam contra totam aliam terram Iudęorum fuit bellum: ideo dixit de Iudæa fugiendum,idest,de tota Iudæa,Galilęa, & Samaria, quod verum est nisi de regno Agrippę ipse enim aliquam partem Iudęorum habebat in terra sua, immo & pars terræ suę est pars Iudęę proprie dictę, vt refert Ioseph.lib.4.de Bel.Iuda.& in hac terra nō fuit bellum Romanorum,sed in cęteris terris, vbi erant Iudęi,bella fuerunt,nisi essent loca asperrima,ad quę non posset peruenire exercitus.

Quare dicitur. Fugiant ad montes. Quæst. CVIII.

QVAERETVR quare dicitur, fugiant ad montes. Aliqui dicunt, quòd intelligitur de Iudęis non credentibus in Christum, qui post euersionem Ierusalem non habitauerunt in ea, licet postea ędificata fuerit per Helium Hadrianum. Nā ille vetuit Iudęis introire Ierusalem. Et sic legitur per irrisionem, scilicet, qui in Iudęa sunt, fugiant ad montes, idest, Iudęi non poterunt habitare in Ierusalem,ideo fugiant ad montes. Et hanc expositionē tenet Nico.licet postea ponat aliam nō ex intentione sua,sed aliorum.

Sed dicendum,quòd non stat. Primo quia dicitur, tunc qui in Iudęa sunt,fugiant. Et sic refertur ad tē- F pus pręcedētium,quę ponuntur, vt signum, scilicet, cum videritis abominationem &c.sed illud fuit ante aduentum Vespasiani in Iudęam, vt declaratum est supra q.99.ergo a fortiori ante Helium Hadrianum, vt ibi ostēsum est. Nam fuit ille post mortem Christi annis quasi centum, & decem reædificans Ierusalem.

Secundo quia istud poterat pręcedere cōtra eos, qui habitabant in Ierusalem,scilicet, quòd nō essent vltra ibi habitaturi interdicente Helio Hadriano, sed quantum ad habitantes in alijs locis non pręcedebat, & tamen dixit Christus. Tunc qui in Iudæa sunt, & non dixit, qui in Ierusalem sunt, ergo non intelligitur de hoc.

G Tertio quia etiam non procedit quantum ad aliquos Iudæos, siue habitantes prius in Ierusalem siue alibi, quia Helius Hadrianus non interdixit Iudæis habitationem nisi in Ierusalem, sed non in alijs partibus Iudęę,& ideo deberet dicere, qui in Ierusalem sunt,fugiant, idest, non redeant in eam, & tamen dixit,fugiant ad montes,ergo etiam in Iudęa manere non licebat,sed in solis montibus.

Quarto quia ex modo loquendi literæ, & ex eis, quæ sequuntur, apparet, quòd accipiatur, vt admonitio ad fugiendum,cum dicatur. Et qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam suam,& qui in tecto est non descendat aliquid tollere de domo sua,quasi dicat,velociter fugiendum est.

H Quinto apparet,quia Luc. 21. cap. euidentius ponitur istud pertinere ad admonitionem fugę,scilicet, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius discedant, & qui in regionibus non intrent in eam, quia dies vltionis sunt, vt impleantur omnia,quæ scripta sunt.

Dicendum ergo, quòd non intelligitur de hoc, sed de fuga credentium de Ierusalem,& tota Iudęa, Samaria, & Galilæa, per quas exercitus Romanorū discurrit. Dicitur autem, quòd fugerent ad montes, vt per hoc innueretur, quòd non fugerent in Ierusalem. Nam si hoc Christus non exprimeret videntes fideles imminere bellum Romanorum confugerent in Ierusalem, quia videbatur esse ibi locus I munitissimus, & tunc incurrerent maiora mala quā si in prouincia Iudęę starēt, & sic accidit alijs Iudęis, qui se in Ierusalem recluserunt. Nam ibi perierunt omnes. Sic dicit Euse. Dominus autem futuram in ciuitate præuidens famem monebat discipulos ne in futura obsidione in ciuitatem confugerent tanquam in locum tutum,& a Deo protectum,sed magis inde discederent,& ad montes confugerent.

Qui sunt isti montes, ad quos fugituri erant credentes. Quæst. CIX.

K SED qui sunt isti montes, ad quos fugituri erāt credentes.

Aliqui putant,quòd erant loca excelsa in Iudæa, ad quæ non perueniret exercitus, & ibi tuti manerent.

Sed dicendum,quòd hoc posset aliquo modo sustineri si fugientes pauci essent, & paucis diebus manendum esset: nam tunc in desertis locis,& mōtuosis possent quomodolibet latere. Sed non stat,quia multi erant,qui fugere deberent,scilicet,omnes credentes, qui erant in Iudæa. Et quod plus est, quia multo tempore manere debebant, scilicet, a principio belli Romanorum vsque ad euersionem Ierusalem, & fuerunt quasi quinque anni, vt infra dicetur: ideo necesse erat,quod irent ad aliquam terram habitatam, vbi haberent aliorum hominum commercia,

mercia, & sic viuere possent, Dicendum igitur, quòd vocantur hic montes terra mõtuosa, quę erat habitata extra Iudæam, tamen & ista fuit terra regis Agrippæ vltra Iordanem ad orientem, quæ est magis orientalis quàm Ierusalem, & est terra montuosa. Nam terra Iudęę planior est, & ibi habitauerunt in ciuitate, q̃ dicitur Pella sub dominio regis Agrippæ, qui Iudæus quoque erat, & magnam partem Iudæorum in subditos habebat, ipse autem erat confęderatus Romanis, immo pręstabat auxilia Vespasiano cõtra Iudæos, vt dicit Iose. lib. 4. de Bel. Iuda. ideo tota terra eius secura mansit a tumultu, & incommodis belli, & sic Christiani ibi tunc tuti manserunt. Sic dicitur 3. lib. Ecclesiasticę historie. Sic etiam dicit Chrysosto. in homilia, & Beda, scilicet. Tunc qui in Iudęa sunt, fugiant. Constat hæc omnia imminente Ierusalem desolatione fuisse completa, appropinquante namque Romano exercitu omnes Christiani, qui in prouincia erant, sicut historia Ecclesiastica refert, diuino oraculo moniti longius recesserũt, & transeuntes Iordanem venerunt in Pellam ciuitatem, & ibi sub tutela Agrippę regis, cuius mentio in actibus Apostolorum fit, aliquanto tempore manserunt. ipse autem Agrippa cum parte Iudæorum, quæ sibi obtemperabat, Romano subditus erat imperio.

Agrippa rex Pellã ciuitatem tuebatur.

Quare Christus non direxit sermonem nunc ad discipulos in secunda persona loquendo. Quæst. CX.

SED quęretur cum supra omnia Christus diceret istis discipulis dirigẽdo sermonem ad eos in secunda persona, quare non direxit nunc. Nam ibi dicebat audituri estis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini, & postea dixit, tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, hic autem dicitur in tertia persona, scilicet. Qui in Iudęa sunt, fugiant ad montes, cum videretur debere dicere, fugite ad montes.

Dicendum, quòd fuit hoc, quia sciebat Christus, quòd quando illa euenirent, non essent in Iudæa isti quibus nunc loquebatur. Nam Christus nunc solis quatuor loquebatur, idest, Petro, Ioanni, Iacobo, & Andreæ, vt patet Mar. 13. cap. Nullus autem horum erat in Iudęa hoc tempore. Nam Petrus occisus erat, quia anno 36. post Christi passionem Romæ a Nerone occisus est, & ante hoc per vigintiquinque annos Romę manserat, Iacobus verò occisus fuerat ab Herode multo tempore ante hoc, Actuum 12. c. Andreas autem erat in Achaia iam occisus. Ioannes solus superuiuebat de his, sed ipse tunc manebat in Asia minore, scilicet, in Epheso, & alijs vrbibus, & aliquando Romæ erat. Ideo nullus istorum fugiturus erat de Iudæa propter hæc pericula. De cęteris etiam Apostolis idem dicendum est. Nisi forte de Simone, qui constitutus fuerat Episcopus Ierosolymorum occiso Iacobo Alphei, quia ille forte maneret cum grege suo; ideo Christus dixit in tertia persona, vt intelligeretur istud verbum magis pertinere ad alios credentes quàm ad eos. Et ait. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, idest, illi fideles, qui eo tempore inuenti fuerint in Iudæa, & Galilæa, & Samaria, fugiant inde ad montes, idest, ad terram montuosam Agrippę regis. Sic dicit Theophi. scilicet, bene autem dixit, qui in Iudæa sunt, quia Apostoli adhuc in Iudęa non erant, sed ante prælium fugati sunt a Ierusalem. Vel magis, vt dicit Glo. ipsi exierunt diuino spiritu ducti.

Anno. 36. post Christi mortem Petrus a Nerone occisus est Romæ.

A *An suffecit credentibus ista admonitio Christi, vel habuerunt aliquam aliam specialem. Quæst. CXI.*

QVAERETVR quando credentes fugere debuerunt, an suffecit eis ista admonitio Christi multo tempore ante facta, vel habuerunt aliquam specialem admonitionem.

Dicendum, quòd per hanc Christi admonitionem poterant regi ad recedendum tempore conuenienti, scilicet, quando viderent abominationem in loco sancto, & tamen dicendum, quòd verisimile est eos admonitos fuisse tunc, cum recedẽdum erat. Et patet primo, quia licet istud signum de abominatione, quæ staret in templo, certificaret, sed non ad diem determinatum, tamen cum ista abominatio, vt

C dictum est supra q. 99. consisteret in profanatione templi, quam faciebant, qui intus manebat a principio non cognosceretur distincte, an esset abominatio, vel non, & ideo quidam putarent tardius, alij citius fugiendum, sed ista fuga repentina esse debebat, sicut dicitur in litera, scilicet, qui in agro est, non reuertatur in domum, vt tollat tunicam, & qui est in tecto non descendat tollere quid de domo sua: ideo fuit conuenientius, vt instante tempore fieret aliqua determinatio temporis fugiẽdi ad vnam diem, vel hebdomadam, & tunc non esset periculum alicui ex hoc, quòd tarde fugeret.

B Secundo patet, quia ita asserit ecclesiastica historia, & Chrysost. in homilia, & Beda, & omnes sancti doctores, scilicet, quòd appropinquante Romano exercitu omnes Christiani, qui in prouincia erant, diuino oraculo admoniti longius recesserunt. Sed dicetur, quomodo facta fuit ista admonitio, vel reuelatio?

Dicendum, quòd verisimile est per aliquem Prophetam Christianum factam. Erant enim tunc multi Prophetæ in ecclesia tam Ierosolymis quàm Antiochiæ, & in alijs ecclesijs: Actu. 11. cap. Et illi multa prophetabant tam de statu aliquorum priuatorũ, quàm de statu totius orbis, sicut fuit de Agabo Propheta, qui prænunciauit famem futuram in toto or-

D be, quæ accidit sub Claudio Imperatore: Actu. 11. c. Etiam prænunciauit Paulo, quòd alligandus esset in Ierusalem: Actu. 20. cap. Poterat ergo iste, vel similes prænunciare tempus, quo ista mala euentura essent, vel quando fugerent.

Quando fuit hoc, scilicet. Qui in Iudæa sunt fugiant. Quæst. CXII.

QVAERETVR, quando fuit istud tunc, in quo dixit Christus fugiendum esse, scilicet. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant.

Dicendum, quòd litera hoc dicit, s. Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. Et ideo de hoc non quærimus, sed quærimus magis determinate quod tempus illud fuerit.

E Aliqui dicunt, quòd fuit hoc quando exercitus circundedit Ierusalem, scilicet, Vespasianus, & Titus, & hoc, quia Luc. 21. cap. dicitur. Cum videritis circundari Ierusalem ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo quia quando Ierusalem circundata est ab exercitu nõ erat iam tempus fugiendi. Nam clausi erant Iudæi intra muros, & fugere non poterant, Christus autem non diceret fugiendum nisi quando sine periculo fugere poterant, & proderat illa fuga, ergo non intelligitur de obsessione quam fecit Titus.

Secundo quia non solum de Ierusalem fugituri

erant credentes, sed etiam de Iudæa cum dicat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & tamen quando obsessa fuit Ierusalem iam fuerat tota prouincia vastata hostili cęde, & direptione, quia contra vrbes terrę Galileę, Samarię, & Iudeę prius pugnauit Vespasianus, quam veniret in Ierusalem exercitus, vt colligitur ex lib. 3. 4. & 5. Iose. de Bel. Iuda. & ex 3. & 4. lib. Egesippi, ergo antequam Vespasianus vastaret Galileam, & Iudæam, fugere debuerunt credētes, & ideo a fortiori antequam obsideretur Ierusalem a Tito.

Dicendum tamen, quòd signum positum a Luca est idem, quod positum hic a Matthæo, scilicet. Cum videritis abominationem, &c. & illud cum videritis Ierusalem circundari ab exercitu. Nam vtrobique dicitur statim, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mōtes, ergo idem signum est, vel saltem eiusdem temporis, quia per vtrunque designabatur res vnius temporis, scilicet fugiendum esse tunc.

Sed tunc aliqui dicunt, quòd quando viderent credentes circundari Ierusalem ab exercitu, non quidem Romano, sed regis Agrippę fugiendum erat. Et hoc verum est, sicut dictum est supra. Nam Agrippa rex misit duo milia equitum contra seditiosos, qui se in templo incluserant, & illi circundederunt Ierusalē, vt patet per Iosephum quarto lib. de bello Iudaico.

Aliter potest dici licet est idem quantum ad sentētiam, scilicet quòd intelligitur de exercitu Romano obsidente vrbem, non tamen de exercitu Titi, & Vespasiani, sed est exercitus Cestij, vel Flori ducum Romanorum.

Circa, quod sciendum, quòd causa belli Iudæorum contra Romanos, aut rebellionis contra eos, siue defectionis ab eis ex multo tempore cęperāt ante euersionem Ierusalem, sicut deducit Iose. in lib. de bello Iuda. nam ex Christi natiuitate, & prius cęperunt: Iudas enim Galileus, qui suasit rebellare amore libertatis non permittens fieri professionem in Iudæa iubēte Octauiano, neque facultatum appreciationes, & ipse cum multis perijt, fuit in diebus professionis Actu. 5. c. & suadebat populo rebellare, vt Iose. dicit li. 8. Antiqui. & tamen professio ista facta est, quando Christus natus est, vt colligitur Luc. 2. c. f. Exijt edictum a Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Et tunc cum Ioseph iret in Bethlehem, vt ibi describeretur, quia erat de domo Dauid cum Maria coniuge eius, accidit eam parere in Bethlehem eodem cap. & ita etiam ante Christi natiuitatem incipiebant semina belli Iudaici, istę tamen erant causę remotę.

Causę autem immediate rebellionis fuerunt oppressiones magnę, & tyrannides, quas exercebāt pręsides prouincię Iudeę dati a Romanis, & præcipue duo, scilicet, Albinus, & Florus. Albinus quidem vir pessimus erat, & qui nullum facinus indignum putaret auaritię causa. Vnde vt Iudæorum substantias diriperet, multa in eos iniusta perpetrauit, sed superuenit eis Florus præses incōparabiliter deterior, qui Albini scelera velut beneficia Iudęis præstita iudicari faciebat suorum facinorum immanitate, vt dicitur lib. 20. Antiqui. Fuerunt autem hi duo sub Nerone pręsides Iudęę, sed adhuc sub Albino nihil Iudęi moliti sunt aperte contra Romanos. Florus autem intolerabiliter Iudæos non iam rapinis (quod leue erat) sed magnis cladibus vexans compulit eos ad rebellandū, ipse enim Florus occasione habita contra Iudæos, quasi aliqui maledixissent ei iussit omnes, qui in eum maledicta cōgesserant sibi tradi ad pęnam. Populus autem veniam petebat excusans factum, & nō posse dicebat in tanta plebe distinctionem istorum ab alijs fieri. Vnde indignatus Florus præcepit militibus, vt rerum venalium forum diriperent, & quoscunque

F ibi obuios trucidarent, milites pre cupiditate mandatum supergressi intrabant in domos diuitum, & vniuersa diripientes quousque obuios lacerabant. Et sic occiderunt die illa 630. & quod grauius fuit, quia aliquos nobiles, & equestris ordinis coram se tractos Florus in crucem egit. Fuerunt autem hec facta die 16. Maij anno 12. Neronis. Sed post hoc multitudo, q̄ contra Florum indignabatur placata est reuerentia maiorum precantium sperans, quòd vltra Florus eis non inferret molestias. Florus autem cum intenderet semper mouere Iudæos ad rebellionem, vt sic maiores posset rapinas exercere, & grauiora illis mala inferre, dolebat quòd populi turbatio compressa esset, excogitauit aliud nequam consilium, quo Iudæos in

G maiorem moueret turbationem, scilicet vocatis maioribus, & nobilibus Iudæorum dixit, quòd per hoc ipse scire posset, an multitudo ei recōciliata eēt, si scilicet exercitui Flori venienti de Cęsarea occurreret salutātes milites: Florus autem secrete militibus imperauit, ne cui Iudæorum salutanti rñderent, vt sic Iudæi se contemni videntes clamarēt q̄ Florū. Adiecitque, ꝙ si qs cōtra eū aliqd diceret, statim in eū vrerent armis, quod cum multitudo obuiam exijsset militibus, & salutantibus eis nihil equites responderent, indignati Iudæi clamauerunt ista Flori argumēta esse, equites autem illos cędere fustibus cęperunt, & in fugam versos conculcabant. Iudæi vero fugam maturantes seipsos magis conculcabant, vt sic plurimi di-

H sperirēt, ob quod indignati valde Iudæi, & potissime, qui seditiosi erant, rebellionem cogitabāt, sed Agrippa Rex his diebus superueniēs longa, & accurata oratione animos aliquantulum multitudinis inflexit, vt a Romanis non deficerent, sed cum adiecisset Florū sustinēdum esse quousque ei a Romanis daretur successor accensa multitudo ira, neque a cōtumelijs abstinuerunt, sed & saxa in Agrippam iacientes eum in fugā cōpulerūt. Tunc vero, & aliud malum supuenit, q̄a quidā de Iudæis, qui bella cupiebant venientes in quoddam castellum, quod Masada appellatur, omnes Romanos ibi inuentos occiderūt, & custodes de suis ibi posuerunt. Accidit aliud grauius, nam tunc Eleazarus filius Ananię pontificis iuuenis audacissimus cū

I alijs seditiosis hostias, q̄ pro salute Imperatoris offerri solebāt, respuerunt edicentes, ne munus alicuius si non esset de gente Iudæorum reciperetur. Quod videntes cęteri pontifices, & nobiles, orauerunt, ne id fieret, quoniam hoc erat Cęsarem contemnere, & locum fortassis perderent, in quo pro Romanis hostias offerre nolebant, sed neque preces, aut suasiones vllę eos ab inceptis compescuerunt, quin potius iam non ad sacrificia, sed ad bellum ministri altaris accingebātur. Videntes igitur pontifices, & cęteri nobiles seditionem, iam eorum auctoritate non posse compesci ad Agrippam, & Florum nuncios destinant orantes vtrunque, vt cum exercitibus ciuitatem ascenderent

K antequam seditio intolerabilis fieret. Florus vero, vt maior fieret seditio, neque respondere voluit: Agrippa vero misit duo millia equites, qui venientes cum his, qui in ciuitate pacem optabant ascenderunt superiorem partem ciuitatis, & inde contra seditiosos, qui templum cum inferiori parte ciuitatis tenebant per septem dies pugnauerunt. Et grauis cędes ex vtraque parte facta est, scilicet a die septimo vsque ad quartumdecimum mēsis Augusti anno duodecimo Neronis, vt dicit Iose. 4. lib. de Bello Iudaico. tunc vero Eleazarus cum seditiosis Metilium capiunt ducē Romani exercitus, qui in vrbe erat, & in bello illo inferior seditiosis inuentus fuerat, datis armis, & omnibus, quæ possidebat exercitus solas animas petebat. Quod & sic iuramento vtrinque firmatum est. Cum

vero Romani arma deposuissent, seditiosi omnes illos inermes trucidauerunt, præter Mutilium ducem, qui se Iudæum fieri, & circũcidi, vt viueret passus est. Eodem die apud Cęsaream viginti millia Iudæorum vna die ab incolis occisa sunt, & per idẽ tempus apud Alexandriam quinquaginta millia Iudæorum occiduntur. Cępit autem tunc tota Iudæa a seditiosis turbari, & fere in omni loco cędes agabantur. Tunc Cestius princeps Romani exercitus cõgregatis magnis copijs Iudęos in seditionem versos, & iam aperte Romanis rebellantes aggreditur, & multos occidit, tandem venit in Ierusalem. Erat autem ibi tunc congregata multitudo, quoniã festiuitas Scenophegię, idest. Tabernaculorum erat, quæ obseruabatur in Semptẽbri. Egressi igitur Iudæi contra Cestium impetu facto occiderunt De Romanis 515. de Iudæis vero soli 22. perierunt.

Cestius post hęc die 30. Octobris anno 12. Neronis videns Iudæorum discordiam ordinato exercitu introiuit in Ierusalem. Nam Iudæi videntes ordinem exerxitus timuerunt, & non audentes manere in exteriori ciuitatis muro, ad interiorem partem, & templum se collegerunt. Statim vero si Cestius voluisset interiorem ciuitatem volenter irrumpere seditio finita esset, & bellum consummatum, neque Iudęa postea, & Ierusalem desolaretur, vt ait Iose. li. 4. de Bello Iuda. postea vero Cestius opportunitate perdita pugnandi infeciliter se habuit. Nam egressus de Ierusalem seditiosos iã ex hoc audaciores effectos, ꝙ exercitus Romanus non voluisset templum capere a tergo persequentes habuit, & in viarum difficultatibus eum capientes magnam partem exercitus deleuerũt, ipsumque turpiter per tenebras fugere compulerũt. Facta sunt hęc die octauo mensis Nouembris anno Neronis 12. vt ait Iose. lib. 4. de Bello Iudai. Ecce igitur bis hoc tempore Ierusalem ab exercitu obsessa est. Primo quidem in mense Augu. ab equitibus, & exercitu Agrippę cum quibus Romani aliqui erant. Secundo in anno eodem mense Nouembr. a Cestio, & solo exercitu Romanorum. Et hęc ambo anno 12. Neronis facta sunt. Sed post hęc rebus infęliciter gestis per Cestium in Iudæa nuncij ad Nerone venerũt, qui incipiente anno 13. imperij sui Vespasiano, qui tunc in Gręcia erat summam belli Iudaici commisit, cum quo, & filius eius Titus profectus est. Interim vero Iudæi scientes Romanos directuros esse exercitũ, se ad rebellandum, & pugnandum contra illos parauerunt, diuisa primum tota regione Iudęę, & Galilęę per multos duces, qui belli, & tuendorum locorum curam agerent, contigit tunc Iosephum vtriusque Galilęę ducem constitui, cumque Vespasianus in Iudęa quædam loca expugnaret, venit Iosephus de Tyberiade in Iotapam vrbem Galilęę die vicesimo primo mensis Maij anno 13. Neronis. Tunc autem famosa pugna Romanorum contra Iotapam Galilęę fuit, in qua vrbe Iosephus dux erat, finitum fuit bellũ die vicesima septima mẽsis Iunij anno 13. Neronis, vt dicit Iose. lib. 4. de Bello Iudaico.

Post hoc Vespasianus ad alia loca Iudęę expugnãda se conuertit, vnde & Galilęam totam, & Iudęam pariter expugnauit, volebat enim postremum esse bellum contra Ierusalem, vt cum omnia vndique loca, & regio omnis in manu Romanorum esset, nullum auxilium, aut solatium Ierosolymitis expectari posset. Dum autem ista fierent, cum nondum ad pugnandum contra Ierusalem se Vespasianus conuertisset mors Neronis nunciatur, qui annis 13. & mensibus septem, diebus vero viginti nouem, vt Euse. in li. Chronicorum testatur, imperauerat. Et sic a prima obsessione Ierusalem per milites Agrippę vsque ad

Tẽpus imperij Nęronis.

A mortem Neronis, quasi duo anni fluxerant, & nondũ obsessa erat Ierusalem a Vespasiano, & Tito. Sed cum audisset Vespasianus mortẽ Neronis paulisper a bello se continuit cogitatione solicitus quid circa imperium ageretur, interim apud Hispaniam Galba princeps exercitus ab ipso exercitu Imperator declaratũr, quod cum Vespasianus accepisset nihil de bello agere voluit, sed filium suum Titum ad illum scribens misit, interim occidi Galbam contigit cum imperasset mẽsibus septem, & diebus totidem, quod cum Titus agnouisset, qui tunc in itinere morabatur ad patrem in Iudæam redijt, successit autem in imperio Ottho, qui tribus mensibus, & diebus duobus impe-
B rauit. Is enim contra Vitellium pugnauit, qui ab exercitu in Alemania Imperator extiterat declaratus.

Cum vero Vespasianus audiret imperare Vitelliũ indignatbaur nimium, condolebat periter afflictę rei publicę, sed cum lõge abesset præcipue hyemali asperitate impediente progressum venire non potuit. Interim autem Imperator ipse ab exercitu suo prænunciatus est, quod cum non sponte acceptasset, tandem tamen assensit, & ordinatis rebus in Aegyptum perrexit. Et disposita prouincia redijt in Iudęa ad Titum filium suum, quo ibi relicto, & data cura Iudaici belli Vespasianus ĩ Italiã nauigauit: Titus aũt Ierosolymã in festo azymorum subito inuasit, ad quam innumerabilis pęne Iudæorum multitudo conuenerat, quia
C omni tempore omne masculinum iubebatur ascendere in templum de stirpe Iudæorum. Et satis patet hoc specialiter Deum intendisse. Nam si alio tempore obsessa fuisset Ierusalem a Tito pauci inuenirẽtur in ea, sed tunc cũ tota gens in vrbem velut in carcerẽ se inclusissent festiuitatis desiderio: Titus superueniens omnes obsidione cĩxit. Et digne actum est, vt sicut in festo azymorum Christum crucifixerant, ita in eodem omnes collecti ad occisionem clauderentur, vt ait Euse. li. Chronicorum. Cępit autem obsidio Ierusalem in festo azymorum, quod tunc in Aprili fuit, vel iuxta Aprilem, & durauit non plenis mensibus sex, scilicet cępit in Aprili fuit, & capta est ciuitas iam nullo resistẽte die octauo Septembris, vt scribit Iosephus 7. li. de Bello Iudaico. Et fuit euersio, & inflama-
D nõ hęc anno secundo imperij Vespasiani, vt ait Iosephus, vbi supra, & Eusebius lib. Chronicorum. Et ita apparet, quod a tempore, quo bellum Iudaicũ aperte commissum est vsque ad euersionem Ierusalem fuerunt anni, quasi septem. Nam in anno 12. Neronis cępit, & finitum est anno secundo Vespasiani. Sed Nero tredecim annis, & mensibus septem, & diebus 29. imperauit, vt Euse. scribit, post eum vero Galba, Ottho, & Vitellius vno anno, & mensibus sex, & diebus septem, vt dicit idem Euse. Sed anno 2. Vespasiani euersio ciuitatis consummata est, ideo colliguntur, quasi anni 7. a principio belli Iudaici vsque ad finem, sed statim in primo anno in mense Augu. obsessa est Ierusalem ab exercitu Agrippę, & eodem anno mense
E Nouemb. rursus obsessa est ab exercitu Romano duce Cestio, ideo antequã a Tito obsideretur, plusquam per quinque annos obsessa fuerat ciuitas a Romanis. Et sic dicendum, quòd id, quod Lucas dixit, scilicet cũ videritis Ierusalem circundari ab exercitu scitote, ꝙ appropinquat desolatio eius, licet verum sit de obsessione Titi tamen intelligitur de obsessione facta a Romanis sub Cestio, & tunc idem est, quod Lucas, & Matthæus dicunt. Nam dicit Matthæ. hic cum videritis abominationem desolationis in templo, tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. Lucas dicit, cũ videritis circundari Ierusalem ab exercitu, qui in Iudæa sunt, fugiant ad mõtes. Et vere quidem ista simul facta sunt, & vnum, & idem signum fuerũt, quia abominatio,

Vespasianus Imperatcr ab exercitu declarat.

minatio, sicut dictum est supra q.99. erat profanatio templi exercendo ibi cędes, & alia indecentia, quæ incęperunt statim, vt seditiosi incluserunt se in tẽplo sub Eleazaro Simone, & Ioanne. Obsessio autem ab exercitu Agrippę tunc facta est, quando isti aperte cęperunt rebellare, & se in templo clauserunt, vt patet per Iose.li.4.de Bello Iudaico. Et statim non post tres menses plenos facta est obsessio vrbis ab exercitu Romano sub Cestio duce, vt supra dictum est, & tũc erat signum credentibus in Christum, quòd fugere deberent de Ierusalem, & Iudæa, & sic non paterẽtur istas calamitates bellorum cum alijs Iudæis. Et hoc verisimile valde fuit. Nam non solum credentes, qui iã per Christum erant admoniti, fugerẽt his visis, sed etiã (vt Iose.ait li.4.de Bello Iudaico) multi nobilium, & prudentium colligentes ex hoc regionem, & vrbem a Romanis desolandam, cum semel exercitus Romanus obsedisset Ierusalem, & multa a seditiosis Romani passi essent, exierunt de vrbe alias sibi tutiores quęrentes sedes. Tunc igitur credentes recedentes de Ierusalem, & tota Iudæa, idest Iudæa, Galilæa, & Samaria, irent in regionem trans Iordanem in vrbem pellam quę erat regis Agrippę, qui Romanis confœderatus erat, & ita nihil mali paterentur ex bellis, idest neque cædes, aut vulnera, neque bonorum suorum direptiones.

Quare Christus dixit. Qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam suam, &c. Quæst. CXIII.

QVAERETVR quare Christus dixit: Qui in agro est non reuertatur tollere tunicam suam, & qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua.

Dicendum, quòd Christus in his voluit designare velocitatem in fugiendo, quam habere deberent credentes viso signo fugiendi, s. abominationem in loco sancto. Nam forte putarent, ꝙ licebat eis manere aliquanto tempore, & ꝙ non incurrerent aliquod periculum, & ita morarentur disponendo tardius de rebus suis, vt sic transirent in regionem Agrippę. Nam in talibus mutationibus solet homo magnum detrimentum rerum suarũ pati, scilicet vt cito recedat velociter disponens de illis, maxime circa eas, quę asportari non possunt, sed vendi oportet. Vnde vt cõmode de rebus suis isti disponerent, vellent longius manere in Ierusalem, vel in alijs locis Iudęę, & sic superuenirent eis subitanea pericula.

Alia causa esse poterat, quia cum isti viderent abominationem in templo, licet ex verbis Christi scirent illud esse signum certissimum euersionis Ierusalem, si nihil tamen plus adderetur, putarent non statim illam futuram, quia siquis rebus illis a principio rebellionis astitisset eo modo, quo Egesippus in quinque libris, & Iose.in septem lib.de Bello Iudaico narrant. Non putaret tam subito tantas clades vrbi, & toti prouincię aduenturas, & ideo moraretur aliquantulum, sed quia res a Deo fiebant, qui vltionem pro sceleribus Iudæorum exigebat, sicut dicitur Luc.21.c. quòd dies vltionis isti sunt adueniebant res subito, & vltra hominum spẽ. Vt igitur his verisimilitudinibus tenti non morarentur, & interim superuenirent pericula, admonuit eos valde fugã properare. Et in hoc, quòd dixit: Qui in agro est, &c. intendit, quòd tãta deberet esse festinatio fugiendi, quòd siquis esset in agro faciens opus suum, quando audiret de illa abominatione, siue de exercitu circundante Ierusalem, aut de illa admonitione speciali Dei ad fugiendum non rediret in domum suam ad capiendum vestimentum, ne in hoc moratus pręoccuparetur a periculis, & hoc ve-

F rum est si ager, in quo erat nimis distaret a regione Agrippę, ad quam fugiendum erat, quam domus, vbi erat vestimentum, quia alius poterat ire ad domum. Sic dicitur Mar.12.c. scilicet. Et qui in agro erit non reuertatur retro tollere vestimentum suum.

Sed non est intelligẽdum, quòd ista sic ad literam accipi debeant. Nam nulla tanta necessitas fugiendi erat, qua vetaret redire de agro in domum pro veste. Et patet, quia vel attenderent credentes ad signum, quod Christus dederat, scilicet abominationem in tẽplo stantem, vel admonitionem specialem, quam eis fecit adueniẽte tempore, sicut dictum est supra q.111. Si primo modo non fuerunt tam grauia pericula statim, vt seditiosi se incluserunt in templo. Etiam quia
G istud signum erat tale, quòd non poterat sentiri ipsa hora, vel die, qua esse inciperet, cum non solo sensu, sed & ratione iudicandum erat an esset abominatio illa, quam Christus dixerat, & sic aliqui ante alios hoc scirent, & fugerent, & tamen si posterius fugientibus esset periculum, rari euaderent periculum. Dicendũ igitur, ꝙ potius fuit eis determinatum tempus fugiẽdi admonitio specialiter facta tp̃e, quo istud signum superuenit. Non est igitur verisimile, ꝙ Deus, qui oĩa ordinate, & clementer circa fideles agebat, arctaret eos ad tantam velocitatem fugiendi, ꝙ non liceret eis accipere vestimentum de domo, aut descendere de tecto, sed tali tẽpore eis diceret, vt liceret ipsis acci-
H pere bona sua, & tollere secũ in regionem Agrippę, vt ex his viuerent, quia aliàs iam erant credentes participes Iudæorum in pęnis cum cogerentur omnia bona sua perdere, satis enim constabat illum omnia deserere, & perdere, cui existenti in agro non licebat redire in domum ad tollendum vestimentũ. Necesse enim erat omnia relinquere, quę in domo erant, si in domum pro vestimento redire non licebat. Hoc autem multum repugnare videtur intentioni Christi, quia volebat, quod isti fugerent ne inciderent in mala, in quibus alij Iudæi futuri erant, & tamen satis erat magna aduersitas, quòd omnia perderent nihil secũ asportantes, & ita oporteret mendicare in terra aliena, ideo non est hoc verisimile, sed quòd Christus tali tempore eos admoneret de fuga, ꝙ liceret ipsis,
I idest possibile esset tollere secum res, & disponere de eis saltem non omnino perdendo.

Sed dicendum, quòd ista accipienda sunt magis ad modum loquendi, quam ad corticem verborum. Sic enim assueti sumus dicere, cum alicui dicimus festinandum esse, scilicet vade ad talem locum, ita velociter, quòd neque ponas pedes in terra. Manifestum est tamẽ hoc esse impossibile, sic enim Christus volebat magnam celeritatem in hac fuga tenendã esse ostendere, ideo dixit: Qui fuerit in agro, non reuertatur in domũ ad tollendum tunicam, & qui fuerit in tecto, non descendat in domum. Manifestum tamen est, quòd nolebat ipse tantam celeritatem teneri, quan-
K tam in verbis ostẽdebat, quia istud esset incõueniens, vt dictum est. Non debuit tamen minus dicere, quia si solum diceret tantam celeritatem, quanta erat tenẽda teneretur maiori mora, quã opus esset affectione rerum familiariũ disponẽdarũ, ideo sic locutus est.

Quare specialiter Christus dixit de illo, qui erat in agro, & in tecto. &c. Quæst. CXIIII.

SED quæretur quare specialiter dixit de his duobus, scilicet de eo, qui erat in agro, ꝙ non rediret pro vestimento, & de illo, qui erat in tecto, quod non descenderet in domum tollere aliquid de domo sua.

Dicendum videtur, quòd hoc fuit propter duo. Primo,

Primo, quia ista erant propter quæ homines tūc magis morarentur ne fugerent, scilicet vestimenta, & cęterę res possessę, quæ leuiter possunt auferri. Nam de rebus immobilibus non dixit, scilicet quòd morarentur vendendo immobilia, vt pecuniam de eis reciperent, in quorum venditione, vt bene venderent multum morari poterant, sed de mobilibus, idest veste, & alijs, quæ asportari possunt, aut facilius vendi, & tamen, quia in his poterat aliquis vltra modum morari, dixit non esse propter hoc cessandum.

Secundo dixit, quia nihil videbatur posse facilius, quam hæc fieri. Nam, quòd qui erat in agro rediret in domum pro vestimento facile erat, quòd autem existens in tecto descenderet in domum, erat multo facilius. Si ergo hæc non licebat fieri, vt non tardaretur B
cursus, a fortiori nulla alia fieri liceret.

Dixit autem de existente in agro, quòd non reuerteretur, vt tolleret vestimentum, quia hoc videtur, quòd maxime accipere vellet ad fugiendum ille, qui in agro est. Nam in agrorum procedi homo ad labores aliquos in cultura terrę, & in his laboribus grosso vestimento homo induitur, ne exercitatione agresti facile atteratur, qui autem extra regionem suam processurus esset ad manendum aliquanto tempore, vellet decentia vestimēta portare, ideo qui in agro esset, cum hæc audiret, vellet reuerti in domum, vt acciperet vestimentum, & hoc vetatur. Non quidem, vt non redeat, vt litera in cortice dicit, sed vt non moretur C
propter dispositionem de vestibus portandis. Cum autem dicitur de eo, qui est in tecto, quòd nō descendat tollere aliquid de domo. Dicendum, quòd loquitur ad modū terrę ipsius Chanaam, de qua loquebatur. Est enim consuetudo ibi, quòd tecta domorum plana sint, & illuc ascendant homines ad exercendas aliquas occupationes, sicut est in domo. Et maxime videtur prodesse propter aurarum refrigerium in terra calida, qualis est terra Chanaan, & in hac regione Hispanię in multis locis talium tectorum consuetudo est. Iubebat autem Deus, quòd talia tecta non fierent plana, sed in circuitu tectorum, idest in extremitatibus per totum gyrum fieret quidam murus cingens tectum, vt ambulantes super tecta non laberen- D
tur inferius. Sic dicitur Deuter. 22. c. scilicet cum ędificaueris domum nouam facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis innoxius in domo tua, & sis reus labente alio, & in pręceps ruente. Conueniebant enim homines ad solatia super ista tecta, & ideo cum multi essent in eodem tecto, ne aliquis laberetur, iubebat Deus murum tecti fieri. Et etiam propter multitudinem ibi conuenientem, solebant enim multa ibi publicari, sicut in locis publicis, vt foro, theatro, platea. Et sic dixit Christus supra 10. c. quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et tamen prædicatio nunquam fiebat, nisi in locis publicis, ad quæ multi conueniunt, ideo tecta erant loca, in quæ con- E
ueniebant multi, siue ad solatia, siue ad tractandum de rebus serijs. Dicitur autem de eo, qui erat in tecto, quòd non descenderet tollere aliquid de domo, idest non occuparetur in accipiendo aliquid de rebus domesticis ad fugiendum, sed statim fugiat. Ex hoc autem apparet, quòd non debet intelligi illud secūdum corticem literę. Nam non erat possibile, quia siquis existens in tecto domus audiret de illo signo recedēdi, scilicet de abominatione existente in templo, vel de speciali admonitione ad hoc, ꝙ recederet, oportebat, quòd descenderet de tecto in domum, quia per domos erat descensus de tectis. Et ideo necesse est accipi secundum alium sensum, quam litera facit, scilicet cum descenderit de tecto ad fugiendum non mo-

A retur nimis in domo circa dispositionē rerum, quas secum in fuga tollere vult. De his dicit Chrys. prima homilia, scilicet. Deinde ostendens inneuitabilia mala futura esse in Iudæis, & infinitam calamitatem, subdit, qui in tecto est non descendat aliquid tollere, de domo, eligibilius enim erat nudo corpore saluari, quam intrare in domum, vt tolleret vestimentum. Propter quod, & de eo, qui est in agro subdit, & qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam, si enim, qui in ciuitate sunt fugiunt, multo magis, qui foris sunt, non oportet ad ciuitatem refugere.

Quare Christus dixit: Væ autem prægnantibus, & nutrientibus diebus illis. *Quæst.* CXV.

QVAERETVR quare dixit: Væ autem prægnantibus, & nutrientibus diebus illis.

Aliqui dicunt intelligi de calamitate summa Iudæorum, nam conclusorum Iudæorum in Ierusalem tanta fuit fames, quòd etiam filios deuorabant mulieres, vt Iosephus scribit. 5. li. de Bello Iudaico. Sic exponit The. dicens: Mihi autem videtur, quòd filiorum esum in hoc ostendat. Nam fame, & pestilentia afflicti manus filijs iniecerunt. Et idem videtur sentire Ruffinus in ecclesiastica historia li. 3. vbi enarrata fame, & clade Iudæorum secundum Iosephum, addit impletas fuisse ibi dominicas voces, scilicet: Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in diebus illis &c.

Sed dicendum, quòd non stat, primo quia ista omnia accipiuntur de credentibus, quos admonet Christus celeriter fugere, & non passi sunt isti mala, quæ tolerauerunt Iudæi clausi in vrbe, & ideo non erat ad propositum hoc inserere. Nam etiam post hoc de recedentibus, de Iudæa agitur cum dicitur: Orate ne fuga vestra fiat hyeme, vel sabbato.

Secundo patet, quia si pro esu filiorum diceretur, non diceretur solis prægnantibus, & nutrientibus, sed etiam alijs habentibus filios iam nutritos, idest ablactatos, & qui per se cibum sumere poterant, vt quadriennes, vel quinquennes. Nam circa tales paruulos periculum erat, ne deuorarentur a matribus, aut patribus, & tamen dicitur de his solis, ideo non intelligitur de hoc.

Tertio patet, quia si pro hoc diceretur, de solis nutrientibus poneretur. Nam nutrientium filij poterant deuorari, prægnantium autem quandiu prægnantes sunt, non possunt filij deuorari, sed postquam iam pepererunt, & nutriunt, & ideo solis nutrientibus hoc malum eueniret.

Quarto, quia si hoc Christus designare vellet omnibus mulieribus, quæ aliquando pepererunt, & filios habent, hoc diceret, sicut Christus dixit Lucæ 21. mulieribus lugentibus, scilicet filię Ierusalem, nolite super me flere, sed super vosipsas flete, & super filios vestros, quia ecce dies venient, in quibus dicent, beatę steriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt: Et tunc incipietis dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Sed non dixit sic, ergo non dixit de calamitate Iudæorum, sed de fidelibus fugitiuis.

Dicendum autem, quòd de fuga credentium dicitur, scilicet quòd prægnantibus, & nutrientibus esset angustia in fugiendo, quia prægnantibus propter onus vteri esset difficile fugere, nutrientibus vero propter onus natorum ambulare impotentium, quasi dicat cæteri poterunt fugere velociter, sed isti non. Et ideo dicitur: Væ autem prægnantibus, quasi dicat alij, qui onerati sunt, poterunt onera relinquere, vt fugiant, quia sunt accidentalia, & extrinseca, sed prægnantes

gnantes non possunt deponere onera sua, quia sunt eis naturalia, idest intra vterum, nutrientes vero filios paruulos dimittere non possunt, ideo vtrisque angustia erit. Sic dicit Chryso. in homilia, s. Et quidem pecunias contemnere facile est, & prouidere sibi in vestimentis non difficile, quæ autem a natura sunt, qualiter aliquis fugiet? Qualiter enim prægnans fiet leuis ad fugam, aut lactans poterit eum, quē peperit, deserere? Propter quod dicitur, væ autem pręgnantibus, & nutrientibus in diebus illis. His quidem, quia pigriores sunt, & quia facile fugere non possunt onere conceptionis grauatę. His autem, quia detinentur vinculo compassionis filiorum, & non possunt simul saluare eos, quos lactant. Idem dicit Beda, scilicet. Væ prægnantibus, & nutrientibus, quarum, scilicet vel manus, vel vteri filiorum sarcina prægrauati fugæ necessitatem non minimum impediunt. Et non est sensus, quòd istę perirent, aut filij, vel fętus earum, quia hoc non esset liberare credentes de calamitatibus, sed inducere in eas, & tñ Christus intendebat liberare, & ideo præmonebat fugiendum. Sed, quòd esset magna afflictio prægnantibus, & nutrientibus, quia vellent fugere celeriter, sicut cęteri instante necessitate fugæ, & non possent, & in hoc angustiarentur timentes superuentura pericula propter tardam fugam, & dicit hoc etiam Christus ad incitandum istas ad citiorem fugam, scilicet quia non poterant istę fugere ęque velociter, vt alij, debebant pręuenire tempus fugiendi.

De quo tempore intelligitur, quando dicitur: Orate, ne fiat vobis fuga vestra hyeme, vel sabbatho, & an impletum sit. Quæst. CXVI.

QVAERETVR de hoc, quod dicitur: Orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, de quo intelligitur, & quo tempore impletū, vel an implebitur.

Aliqui dicunt, quòd intelligitur de temporibus antichristi. Ita dicit Nico. scilicet designatur hic magna tribulatio futura sub antichristo, & dicit, quòd ratio huius est, quia Christus dixerat iam magnam tribulationem, quæ futura erat tempore euersionis Ierusalem, & ante illam, & quia sub antichristo futura erat maior, cōuertit se ad illam enarrandum, & dicit, quæ habentur hic. Est autem motiuū Nico. quia dicitur in litera, erit enim tūc tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet, & tamen credi tribulationem sub antichristo futuram maiorem omnibus tribulationibus, quæ ante hoc fuerunt, ideo cum nulla sit futura maior hac, dicit istam esset tribulationem futuram sub antichristo, & non eam, quam Iudęi pertulerunt.

Motiuum Nicolai in diuersum

Sed dicendum, quòd non stat, immo oportet accipi de fuga credentium ante euersionem Ierusalem de Iudæa. Primo, quia manifesta extorsio esse videtur, si trahatur litera ista ad alium sensum, quam ad illum, qui supra ponebatur, idest quem facit litera pręcedens, quia apparet manifesta continuatio sententiæ, nam supra dicebatur: Tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Hic vero continuatur eadem materia de fuga, scilicet orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho.

Secundo, & efficacius, quia adhuc litera immediata magis continuatur huic, dicebatur enim de celeritate fugæ, scilicet qui in agro est, non reuertatur in domum tollere tunicā, & qui in tecto est, non descēdat in domum tollere aliquid de illa, quia ista erant impedimenta celeritatis fugę, & adiecit aliud de prægnantibus, & nutrientibus, scilicet quia illę impedi-

F rentur propter onera filiorum fugere velociter. Hic autem addit alia impedimenta fugiendi, scilicet si accideret fugam fieri in hyeme, vel in sabbatho, quia tunc non possent progredi, & ideo necesse est accipi de fuga credentium de terra Iudęę.

Tertio patet, quia manifestum est, quòd ista complenda essent in tempore illorum, ad quos loquebatur, quia dicebat, orate, ne fiat fuga vestra, scilicet vos fugietis, vel saltem illi, quibus vos hoc predicabitis.

Quarto patet, quia cum dicatur, vt non fiat fuga vestra hyeme, admonet fugiendum esse, & tamen ab antichristo non admonemur fugere, vt putatur, neque fugere poterimus, neque proderit fugere, quia vbique dominium suum extendetur, ergo intelligi-

G tur de tempore euersionis Ierusalem, & fuga credentium præcedente ne inciderent in pericula tempore belli. Et ita exponunt sacri doctores.

Ad motiuum Nicolai facile est respondere, ipse quippe non mouetur ad sic exponendum, quasi sic litera videatur exigere, cum potius sit distortus sensus, sed quia non videt, quomodo dicat tribulationē illam maximam futuram, & quòd in toto orbe nunquam alia sit futura ęqualis; cum tribulationem sub antichristo putet esse maiorem. Dici autem potest vno modo, quòd non constat nobis an tribulatio sub antichristo sit futura maior, de quo postea magis dicetur, & ideo non arguit.

H Secundo, quòd dato, quòd maior sit futura tribulatio sub antichristo, non intelligitur de illa, & cum dicitur, quòd nō erat futura maior, potest dici, quòd verum est quantum ad populum Iudæorum, cui ista aduenerat, quòd non erat futura maior, & tamen quantum ad alias gentes, vel ad credentes alia futura erit maior, scilicet sub antichristo, & tamen, neque istud nunc asserimus.

Quomodo faciat ad propositum hoc exponendo de fuga credentium de Iudæa. Quæst. CXVII.

QVAERETVR autem quomodo facit ad propositum istud exponendo de fuga credentium de Iudæa.

I Dicendum, ꝙ multum conuenit, quia dixerat Christus celeriter fugiendum esse, ad quod tolli oportebat quātum poterat impedimenta velocis fugæ, posuerat autem supra Christus quædam, hic ponit alia, & colliguntur sic impedimenta, quia eorum quædam sunt ex parte hominis, alia ex extrinseco homine nō cooperante. De primis, quędam, sunt naturalia, & quæ non possunt euitari, alia vero accidentalia, quæ sponte accepimus. Prima sunt in prægnatibus, & nutrentibus, quæ non possunt deponere onera filiorum. Secunda sunt quantum ad portationem rerum, scilicet quòd si fugituri vellēt prius de rebus suis disponere valde morarentur, aut si vellent eas secum portare, non possent, quia pigriores essent

K in præcedendo, ideo hæc primo Christus vetuit, dicens: Qui in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua, & qui in agro est, nō reuertatur tollere tunicā suā. Alia vero sunt impedimēta omnino ab extra, quæ nobis nolentibus eueniunt, & ista sunt duo, s. vnum est ex conditione naturali temporis, in quo nemo commode itinerat, aliud est ex institutione voluntaria, scilicet vt ambulare non liceat. Primum est hyems, secundum est sabbathum. Nam in hyeme ex luto, pluuia, frigore, & alijs incōmodis nemo cōuenienter itinerat, in sabbatho autem non licebat repugnante lege. Sic dicit Glo. Postquam autem fecerat mentionem de duplici impedimento fugę, quod scilicet posset essę, vel ex cupiditate rerum asportandarum

darum, vel ex natorum deportatione, tangit tertium A impedimentum, quod est ex parte temporis. Et de hoc Hieronymus super Matthæum ait. Ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, quia in altero duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertisque latitare, in altero autem transgressio legis est si fugere voluerint, aut mors imminens si remanserint.

Quomodo tanta necessitas fugæ in velocitate erat, quòd sabbathum impediret. Quæst. CXVIII.

SED quæretur quomodo tanta necessitas fugæ in velocitate, & celeritate erat, quòd sabbathū impediret. Nam hyems quidem multum impediret si accideret tempore hyemis, vt siquis tota hyeme expectare vellet, vsque ad ver, vt esset aptum ipsius itinerationi, sed de sabbatho videtur eē dubium. Nam vnus dies erat, ꝙ ergo sequenti die post sabbathum esset fuga, non videbatur impedimentū afferre, quia erat mora parui temporis.

Dicunt quidam vno modo, quòd accipitur hic sabbathum nō solum pro sabbato, idest die septimo, sed etiam pro quacunque festiuitate. Erant autem quædam festiuitates multorum dierum, sicut festum azymorum per septem dies. Exo. 12. capitulo, & Leuitic. 23. capitulo. Et si aliquid istorum tunc accideret, impedirentur multis diebus.

Sed dicendum, quod hoc non stat, quia ista nō vocantur sabbatha, sed nomina propria habent festiuitates istæ, vt patet Leuit. 23. & Num. 28. & 29. licet verū est, quòd quicunque dies vacationis ab opere seruili præstabat idem impedimentum. s. vt non itinerarent, licet non intelligeretur nomine sabbati. Secundo, qa etiam si festiuitas multorum dierum esset non impediebatur in omnibus illis itinerans, quia in festo azymorum erant septem dies, & in solo primo, & septimo abstinebatur ab opere seruili Leui. 23. cap. in festo tabernaculorum erant septem dies, & addebatur octauus, qui vocatur Cętus, atque Collectæ. Et in primo, & octauo abstinebatur a seruili opere. Leuiti. 23. c. Et ideo quasi nihil plus impediebant dies isti, quam D sabbatha, quæ sola sunt.

Dici potest vno modo, quòd de sabbatho intelligitur, quòd illud præstaret impedimentum, & non obstat, ꝙ paruum tempus erat, cum posset sequenti die iter confici, quia tanta erat necessitas properatę fugę, ꝙ etiam mora parui temporis valde noceret. Hoc patet ex modo loquendi Christi, cum dixit, ꝙ qui esset in agro, non reuerteretur, vt tolleret tunicam suam, & qui esset in tecto non descenderet in domū, vt tolleret aliquid inde. Ad tantam enim celeritatem noceret mora vnius integri diei. Alio modo posset dici, ꝙ mora vnius solius diei non noceret, sed loquitur Christus iuxta conuenientiam præcedētis locutionis suæ. Nam admonuerat celeriter fugiendum, & ad hoc a- E mouerat omnia impedimenta, quæ poterant amoueri. s. redire in domum de agro pro tunica, & descendere in domum pro aliquibus rebus, & quia si ista obstabant ad celeritatem illam fugæ a fortiori obstaret obseruatio sabbathi, dixit orandū, ne fieret fuga hyeme, vel sabbatho, & tamen vna dies non obstaret. Si autem tenere quis vellet, quòd tāta esset celeritas fugæ post admonitionem, quòd etiam mora vnius diei noceret non resisto, quia satis conuenit hoc literæ, & tamen mihi videtur verisimilius, quòd sit dictum ad valde incitādum ad celerem fugam, ne quis promittens sibiipsi longiora spatia incideret in pericula propter tarditatem.

Quare non dictum est de alijs festiuitatibus, vt Azymorum & Scenophegiæ, quòd impedirent. Quæst. CXIX.

QVAERETVR adhuc cum sabbathum non impediret itinerationem, nisi quia Deus vetuerat in illo abstineri ab opere seruili, & essent etiam alię festiuitates, in quibus abstinebatur ab opere seruili, sicut in festo Azymorum, & Scenophegię, Leui. 23. Et dictum est pręced. q. quare non dictum est de alijs festiuitatibus.

Dicunt quidam per sabbathum significari non solum diem septimum, sed etiam omnem festiuitatē, B sed non stat, vt dictum est præced. q. Solum enim diē septimum signat sabbathum hic. Est tamē dicēdum, quòd quæcunque alia festiuitas, in qua abstinendum esset ab opere seruili, præstabat istud impedimētum, & tamen Christus non locutus fuit hic expresse, nisi de sabbatho. Et primo fuit propter rationis identitatem, quia sicut in sabbatho non licebat itinerari, ita neque in festiuitatibus, in quibus abstinebatur ab opere seruili. Secundo, & præcipue, quia sabbathum frequens erat. Nam in qualibet hebdomada sabbathum euenit, & ideo satis verisimile erat, quòd dies fugiendi poterat esse sabbathum. De alijs festiuitatibus non erat sic, quia erant paucę, & quęlibet eueniebat semel tantum in anno, scilicet festum Azymorum, Ta- C bernaculorū: Propitiationis: Clangoris: Pentecostes. præter festū Calendarum, quòd erat prima die cuiuslibet mensis, & vocatur Neomęnia, & ideo de alijs non erat sic verisimile, quòd acciderent tempore illius fugę, sicut de sabbatho.

Tertio, quia sabbathū erat maioris obseruationis, quam cęterę festiuitates. Nam in cęteris quidam erāt dies, qui non colebantur, dies autē celebriores erant illi, in quibus abstinebatur ab opere seruili. In sabbatho autem non solum abstinebatur ab opere seruili, sed etiam ab omni opera. Ista differentia patet Exod. 35. & Leui. 23. cap. Nam de sabbatho dicitur semper, nullum opus facietis in eo. De aliis festiuitatibus dicitur ibidem, quòd nullum opus seruile facietis in eis. Differentia autem inter nullum opus facere, & non facere opus seruile erat, quia quando prohibebantur opera seruilia, licebat facere omnem operationē ciborum. Exo. 12. c. vbi dicitur, quòd primo, & septimo die Azymorum nullum opus fieret, exceptis his, quæ pertinent ad cibos. Et tamen Leui. 23. cap. dicitur de illis duobus diebus, quòd nullum opus seruile fieret in eis, in sabbatho autē, quia vetabatur omne opus, non licebat parari cibos. Aliud erat, quia in sabbatho non licebat succendere ignem in cunctis tabernaculis. Exod. 35. cap. & tamen in omnibus aliis festiuitatibus, licebat ignem succendere, cum liceret cibos coqui, qui sine igne non coquuntur, & omnia, quę ad cibos pertinent, licebat fieri illis diebus. Exo. 12. cap. & ideo de sabbatho potius quam de aliis festiuitatibus Christus dixit.

Quomodo Christus dixit hic credentibus: Ne fiat fuga vestra sabbatho, cum ad sabbathi obseruantiam non tenerentur. Quæst. CXX.

QVAERETVR quomodo Christus dixit hic: Ne fiat fuga vestra sabbatho. Nam hyeme fieri nocebat, sed non sabbatho, eo ꝙ isti ad quos Christus loquebatur, erant credentes in eum, qui ad sabbathi obseruantiā non tenebantur. Aliqui dicunt, ꝙ verū est, quòd sabbathū non obstabat, sed sola hyems, & ideo Mar. 13. c. solum ponitur de hyeme cum dicitur: orate ergo, vt hyeme non fiant.

Dicendum, ꝙ isti errant, quia licet Marcus non expresserit de sabbatho cum Matthæus expresserit, standum est illi. Nam qui tacet non probat non fuisse, sed qui asserit probat fuisse, alioquin diceremus nihil dictum esse, idest neque de hyeme, neque de sabbatho cum Lucas hæc narrans nihil de sabbatho, aut hyeme dixerit. Dicendum igitur, ꝙ tam sabbathum, quam hyemem Christus asseruit, sicut Matthæus expressit. Alij ergo dicunt hoc dictum esse ad Hebreos, qui sabbathum seruabant, & impedirentur fugere propter sabbathum, & non fuerit dictum ad Christianos. Sic dicit Chryso. in homilia, scilicet. Vide autem, quoniam aduersus Iudæos est hic sermo, non enim Apostoli sabbathum erant obseruaturi, neque ibi mansuri, cum Vespasianus hæc egit. Etenim plures eorum iam præmortui erant, si autem aliquis remanserat, in alijs partibus orbis tunc conuersabatur.

Sed dicendum, ꝙ hoc non stat. Primo, quia vt dictum est supra q.116. ista litera habet eandemq; sententiam cum præcedente, & intelligitur de credentibus, quos admonebat ipse fugere, ideo nō de Iudæis, quia de illis non fuerat locutus nunc.

Secundo, quia loquitur in secunda persona. s. ne fiat fuga vestra, ergo illi, ad quos loquebatur Christus, vel alij credentes, qui cum istis essent, fugituri erant, & non Iudæi nō credentes, de quibus nihil attinebat ad Christum dicere.

Tertio, & præcipue, quia Christus admonet, & instituit istos, quibus loquitur, vel de quibus loquitur dicens, ꝙ orent ne fuga fiat hyeme, vel sabbatho, & tamen Iudæos perfidos non instruebat Christus, quòd fugerent, immo potius fecit, quòd nescirent mala sibi superuentura. Et sic congregarentur omnes in Ierosolymis, vt perirent, sicut factum est, quia omnes venerunt in Ierusalem in festo azymorum, & dum ibi manerent subito obsedit eos Titus cum exercitu Romano, vt ait Iosephus libro.5. de Bello Iudaico, ergo non intelligitur de Iudæis.

Quarto patet, quia dicit orate, & sic admonet eos orare, & tamen Iudæos perfidos non admoneret orare, quos sciebat nō exaudiēdos, quia peccatores erāt, & quia Deus disposuerat eos perdere.

Quinto, quia dicitur, nō fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, & sic præsupponitur, ꝙ isti, ad quos, vel de quibus loquebatur fugituri erant, & tamen nulli erāt fugituri, nisi credentes, quia Iudæos cæteros inuenerunt Romani, vel in Ierusalem, vel in prouincia, & multiplici clade deleuerunt, ergo non intellligitur de Iudæis, sed de credentibus. Et ex hoc sumitur argumentum efficax, ꝙ non intelligatur ista litera de tempore antichristi, quod Nico. dicebat, quia tunc siqui fugiunt Christiani sunt, & apud eos nullum dubium erit de obseruatione sabbathi, sicut neque est nunc apud nos. Dicēdum autem, ꝙ intelligitur de credētibus in Christum, qui essent tempore euersionis Ierusalem, & cōueniēter dicitur ad illos de sabbatho, quia omnes illi erant conuersi de Iudæis, cum hoc non dicatur ad omnes credentes, sed ad eos solos, qui de Iudæa, & Ierusalem fugituri erant, & isti erant Iudæi, sed Iudæi seruabant sabbathum, ideo occurreret eis difficultas, si in sabbatho accideret fuga.

Sed obijcietur, quòd neque etiam illos impediret sabbathum, quia tunc Christiani non seruabant sabbathum, neque alias cæremonias legales, cum hoc diffinitum esset per Apostolos, & ecclesiam, ideo non esset eis sabbathum impedimentum.

Dicendum est, quòd verum est, quòd quando fuga facta est, scilicet quasi anno tricesimo quinto, aut tricesimo sexto post mortem Christi nulla iam de hoc dubitatio erat in ecclesia, fuit aūt a principio. Nā

F mox, vt Christus passus est, conuersi ad eū de Iudæis seruabant omnes cæremonias legis Moysi, postꝗ vero Petro pdicante conuersi sunt aliqui Gentiles. Act. 10. & 11. c. volebant conuersi ex Iudæis cogere conuersos ex Gentilibus ad obseruationē legalū specialiter circa discretionē ciborū, de quo cū dubitatū esset aliqñ tandem congregata ecclesia, & Apostolis, & omnibus senioribus, placuit Spiritui Sancto, & eis nō arctari credentes in Christum ad legalia. Actu. 15. ca. Et licet adhuc conuersi ex Iudæis seruarent cæremonias, quia tñ sciebant se nō obligatos ad eas nō multū attendebant, maxime, quia postea adhuc institutū est, neque ab ipsis conuersis de Iudæis debere seruari cæremonias, & alia legalia: Et hoc iam factum erat G tempore euersionis Ierusalem. Satis tñ credendum est, ꝙ quandiu manserunt conuersi de Iudæis in terra Iudæorum, & sub ptāte eorum seruarent sabbathum, & cæremonialia omnia, ne scandalizarent Iudæos, & vt nō mouerentur contra eos ad pænam. Dici ergo potest vno mō, ꝙ licet credentes ex Iudæis tempore huius fugæ nō obligarentur seruare sabbathum, tñ Christus locutus est iuxta conuenientiā sui temporis, ipse.n. seruabat sabbathū, & omnia legalia, & quandiu cum eo discipuli manserunt seruabant illa; & nō dixit eis, ꝙ aliquo tempore cessaturi essent ab hac obseruatione, ideo iuxta conditionem huius status satis poterat credi, quòd sabbathum impediret fugam, & quia Christus voluit nunc loqui de omnibus, quæ H verisimiliter poterant impedire, sicut diximus supra q. 114. dixit etiam de sabbatho, licet forte non impediuit eos, vt si ipsi non seruabant sabbathum illo tempore. Aliter potest dici, ꝙ præstaret impedimentum aliquod, quia etiam tempore illo sabbathum seruabant, & cæremonialia. Nam licet scirent omnes credentes in Christum se non obligari ad legalia, vt dicit Actu. 15. tamen conuersi de Iudæis illa seruabant, nō tanquam necessaria, sed velut intendentes tollere scādalum. Esset autem scandalum grauissimum, si conuersi de Iudæis nō seruarent legalia. Et patet, quia isti erant filii Iudæorum, & in nullo se ostendebant de aliis differre, nisi quia verum Messiam acceperāt, quē reliqua Iudæorum multitudo non agnouerat, & tamen apud Iudæos nondum erat creditum, ꝙ Messias I mutaret legem Moysi, immo potius credebatur, ꝙ soli Iudæi pertinerent ad Messiam, & non debere prædicari doctrinam eius, nisi Iudæis. Quod patet, quia ob hoc indignati sunt valde fideles, qui erant ex circuncisione contra Petrum quando eo prædicante cōuersi sunt quidam Gentiles, & baptizauit eos. Actuum 10. & 11. c. & ob hoc postquam aliqui hmōi conuertebantur ad Christum, dicebant cōuersi ex Iudæis debere eos circuncidi, & seruare legem Moysi. Act. 15. c. ideo si alii Iudæi, qui nondum credebant in Chrm viderent credentes, qui Iudæi erant non seruare legalia statim punirent eos, sicut transgressores legis, & K tñ non seruans sabbathum lapidabatur, vt patet Nu. 15. cap. de illo, qui colligebat ligna in sabbatho, ergo omnes conuersos de Iudæis occiderent, si viderēt eos non seruare sabbathum.

Item hoc patet, quia Iudæi quærebant multas occasiones contra istos credentes, vt eos disperderent, & vt cessaret nomen Christi, & extingueretur doctrina eius, & persequebantur eos Actu. 3. & 4. & 5. si igitur inuenirent, ꝙ non obseruabant sabbathum, & alia cæremonialia, quasi habentes veram causam, immo necessariam puniendi eos neminem relinquerent, ideo manifestum est, ꝙ omnia hæc seruabant.

Item patet, quia hæc fuit occasio colorata occidēdi Stephanum, quia Actu. 6. dr̄, statuerunt falsos testes in consilio, dicentes: hō iste non cessat loq̄ verba aduersus

ſus locum ſanctum, & legem, audiuimus enim eum dicentem, qm̃ Ieſus Nazarenus hic deſtruet hunc locũ, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes. Et tñ iſti falſi teſtes non deponerent iſta contra Stephanum, ſi non putarent hæc efficacia eſſe ad illius condemnationem, ſi vera putarentur, ideo credebant ea ſufficere ad damnationem illius.

Etiam quia additur ſtatim, quia princeps ſacerdotum quæſiuit a Stephano, an ita ſe haberent, & tñ ſi iſta non facerent ad condemnationem non quæreret de illis an vera eſſent, quia fruſtra eſſet quærere, quod erat impertinens, ergo ad cõdemnationem ſufficere putabatur. Item, quia ſtatim Actu.7.c. Stephanus purgauit ſe de his, quæ obiecta erant a falſis teſtibus, tñ non oporteret de illis purgare, ſi non facerent ad condemnationem, ergo ipſe videbat ſufficere illa ad mortem, ſecundum Iudæorum opinionem. Ideo dicendum, ꝙ ſine dubio ſi conuerſi ad Chriſtum de Iudæis quandiu manebant in terra Iudæorum præuaricarentur ſabbatum, vel aliquid aliud legale lapidarẽtur, aut occiderentur a Iudæis, ſicut quilibet pure Iudæus, qui hæc præuaricaret. Et ob hoc licet ſcirẽt poſt determinationẽ Apoſtolorũ, & totius eccleſiæ in lege Chri non manere obligationẽ ad obſeruandũ legẽ Moyſi. Act.15.c. tñ quandiu manebant in terra Iudæorũ, obſeruabant totã legem Moyſi, ne ſcandalizarent Iudæos, & ponerent ſe in periculo mortis. Hoc aũt durauit ſolũ, vſque ad euerſionem Ieruſalẽ, quia tunc manſit gens Iudæorũ in regione illa, & chriſtiani cõuerſi inter illos, & qm̃ poteſtas tp̃alis erat penes Iudæos, non poterant euadere chriſtiani pęnas, quas illi inferre vellent, ſicut & pro alijs cauſis eos occidebant, & perſequebanẽ, vt Stephanũ ꝓ prædicta calumnia Act.7.c. Iacobũ pro confeſſione noĩs Chri Actu. 12.c. Aliũ Iacobũ poſtea pro eadem cã, vt Ioſephus, & Egeſippus, & eccleſiaſtica hiſtoria tradunt. Poſt euerſionem aũt Ieruſalẽ diſperſa eſt gens Iudæorũ, & pro maiori parte periit, & ſaltẽ non manſit ei principatus aliquis in terra Ierl̃m, & Iudææ, iõ conuerſi de Iudæis poterant tunc libere viuere non obſeruantes legẽ Moyſi, & nullã pęnam formidabant, ſicut neq; nunc, quia nõ reſidet aliquis tp̃alis principatus penes Iudæos, & tñ quandiu manſerunt in Iudæa, vſque ad euerſionẽ Ierl̃m, manebant ſub ptãte tp̃ali, ideo ſeruabant legẽ Moyſi ꝑꝑ cauſam dictam. Et hoc ſatis apparet, quia qñ Actu.15.c. diffinitũ eſt ſuper legalibus, ꝙ non obligarent, non dictũ eſt, ꝙ Iudæi non ſeruarent illa, ſed ꝙ conuerſi de Gentilitate non cogerent ad illa præter abſtinentiam a ſanguine, & ſuffocato, & immolatis idolis. Ex quo innuitur, ꝙ conuerſi de Iudęis oĩa obſeruabant cũ quantum ad illos nihil innouatũ fuerit, & ipſi vellent cogere Gentiles ad obſeruandũ legẽ Moyſi. eod.c. & ita cũ tp̃e fugę adhuc manerent chriſtiani conuerſi de Iudæis in poteſtate Iudæorum, in Iudęa obſeruabant ſabbathum, & non audebant illud violare, ideo obſtaret eis ad fugã. Sed obiicietur, ꝙ non obſeruarent tunc ſabbathum, quia pc̃m̃ erat illud obſeruare, vt dr̃ ad Gal.4.c.ſ. dies obſeruatis menſes tp̃a, & annos: timeo, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Et accipitur de obſeruatione feſtorum apud Iudæos, & ibi dicitur, ꝙ qui obſeruabant legem euacuati erant a Chriſto, & Chriſtus eis nihil proderat. Hoc tamen fuit antequam fugerent chriſtiani de Iudæa propter bellum, quia Paulus ſcripſit illud, & tamen ante auerſionem Ieruſalem occiſus eſt Paulus a Nerone. ſ. anno quaſi triceſimo poſt mortem Chriſti. Et euerſio fuit anno quadrageſimo poſt paſſionẽ Chriſti, vt ait Euſeb. lib. Chronicorum, & ita tempore fugæ Ieruſalem, iam non obſeruaretur ſabbathum a chriſtianis, quia peccatum erat. Aliquis dicet, ꝙ nõ

A procedit, quia ibi Paulus locutus eſt Gentilibus conuerſis. Secus autem erat de conuerſis de Iudęis, vt dictum eſt. Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia loquebatur conuerſis de Iudęis, quia cum ad Gala.4.c. dixerit iſta Paulus ſubdit Gal.5.c. ſtate, & nolite iterum ſub iugo contineri ſeruitutis, ergo iam fuerant ſub lege Moyſi antequam eſſent ſub lege Chriſti, & ita erant cõuerſi de Iudęis. Dicendum igitur, ꝙ illi, ad quos loquebat̃ Paulus, peccarent ſi ſeruarent tunc legem Moyſi, eo ꝙ nemo cogebat eos ſeruare, neque periculũ aliquod incurrerent, ſi non ſeruarent, quia licet Iudęi eſſent, erant in Galatia in regione Græcorum, vbi non erat principatus Iudęorum temporalis, ſed Gentilium. Se-
B cus in Iudæa, vbi Iudæi dominabantur temporaliter, licet haberent ſuper ſe Romanos, & ideo etiam tunc conuerſis de Iudaiſmo, licebat in Iudæa ſeruare legẽ Moyſi propter cauſam dictam. Iſtud patet etiam in ipſo Paulo, quia dum ipſe eſſet inter Gentiles non obſeruabat ſabbathum, & cætera legalia. Dum autem manebat in Iudæa non ſolum ſabbathum, & legalia neceſſaria obſeruabat, ſed etiam voluntarias cæremonias, & quæ pertinent ad votum. Nam purificatio Nazareorum non erat neceſſaria apud Iudæos, ſed votiua Nume.6.c. & tamen quando Paulus venit in Ieruſalem purificauit ſe ſecundum ritum Nazareorum. Et hoc propter tollere ſcandalum. Et ibi manifeſte
C apparet, ꝙ Iudæi, & etiam credentes in Chriſtum de Iudæis obſeruabant legem Moyſi, & zelabant aliqui illorum obſeruationem eius. Vnde dicitur, ꝙ ſeniores qui credebant in Chriſtum collecti dixerunt Paulo, vide frater, ꝙ multi ſunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes ęmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te, quia diſceſſionem doceas a Moyſe eorum, qui ꝑgentes ſunt Iudæorum, dicens non debere eos circũcidere filios ſuos, neque ſecundum conſuetudinem ingredi. Quid ergo eſt? oportet conuenire multitudinem, audiunt enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac, qđ tibi dicimus, ſunt nobis viri quatuor votum habẽtes ſuper te, his aſſumptis ſanctifica te cum illis, & impende cum illis, vt radant capita ſua, & ſciẽt omnes, quia quę de te audierunt falſa ſunt, ſed ambula, & ipſe cu-
D ſtodiens legem. Et ſequitur, tunc Paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus, cum illis intrauit in templum annũcians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. Ergo apparet, ꝙ non ſolum Iudæi conuerſi manentes in Iudæa ſeruabant legem Moyſi, ſed etiã apud multos eorum ſcandalum erat, ſiquis non obſeruaret q Iudæus extitiſſet, & tamen iſtud non fuit ſtatim poſt mortem Chriſti, ſed multo tempore poſt. ſ. annis vigintitribus. ſ. anno quartodecimo Claudii Imperatoris. Et patet, quia quando Paulus intrauit in templum purificatus rapuerunt eum Iudęi, & percutiebant, ſed tribunus plebis liberauit eum. Actuum vigeſimoprimo capitulo, & ductus eſt ad Fœlicem Proconſulẽ,
E qui tunc gubernabat Iudæam. Actuum vigeſimoquarto capitulo. Sed hoc anno vltimo Claudii fuit, vt ait Euſebius libro Chronicorum. Sed tunc fluxerant anni 23. a morte Chriſti, ſcilicet quinque anni Tyberii, & quatuor Gaij, & quatuordecim Claudij. Sed hoc tempore manebat tam firma intentio ſeruandi legem Moyſi apud cõuerſos de Iudæis in Iudæa, ideo non mirum, ꝙ tempore fugę maneret eadem, & ita quidam forte putarent obſeruari debere, alii propter ſcandalum obſeruabant. Vnde conuenienter Chriſtus dixit, ne fiat fuga veſtra ſabbatho.

Quomodo poterat sabbathum Iudæis obstare ad fugam. Quæst. CXXI.

SED quæretur dato, ꝙ sabbathum obseruarent Iudæi conuersi, quomodo poterat eis obstare ad fugam, quia ad agendū ea, quæ non sunt necessaria simpliciter ad conseruationem vitæ obstabat sabbathū, sed ad ea, quæ sunt necessaria non obstabat. Sic patet de Machabæis, qui in diebus sabbathorum pugnabāt se defendendo .1. Machab. 1. c. immo, & quæ minora erant, dumtamen essent necessaria fiebant in sabbatho, sicut soluere pecora, & ducere ad aquas, & custodire ea in agris. Sic Christus dixit Luc. 13. c. & hoc Iudæi non potuerunt negare, sed tunc imminebat necessitas fugę, ita ꝙ non fugientes occiderētur ab exercitu, vel raperentur omnia sua, immo & de vita erat certum periculum, ideo non obstabat sabbathum ad fugiendum.

Aliqui dicunt, ꝙ forte de ista tanta necessitate dubitarēt cum non appareret, & ideo non auderēt violare sabbathum. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia manifesta erat christianis necessitas cum Christus diceret istam tribulationem, quam fugiebant maiorem esse omnibus præteritis, & nullam maiorem futurā. Et dicebat oportere fugere velociter, ideo non poterant de hoc dubitare.

Alii dicunt, ꝙ licet scirent talia instare pericula essent aliqui scrupulosi, qui putarent non licere violare sabbathum, sicut fuerunt illi, contra quos pugnatum est diebus sabbathorum, & non se defenderunt, sed perierunt quasi mille animæ. 1. Mach. 1. c.

Dicendum, ꝙ non stat, quia illud fecerunt aliqui parum sciētes, reliqua autem tota multitudo Iudęorum non fecit sic, sed siquis veniret ad eos die sabbathorum in pugnam defendebant se pugnantes, primo Machab. 1. c. & ideo iam apud omnes Iudæos notum erat, ꝙ licebat in sabbatho se defendere, sed euasio a periculo erat necessaria defensio, ideo licebat fugere in sabbatho.

Aliter ergo dicendum, ꝙ sabbatum obstabat ad fugiendum, non quasi conuersi ad Christum putarent esse peccatum, quia ēt si putarent adhuc manere obligationem sabbathi, sicut in lege Moysi, nō erat pc̄m in sabbatho fugere data tāli necessitate, & tñ licet de hac necessitate constaret credentibus, non constaret Iudæis, inter quos viuebant credentes. Nesciebant. n. illi talia mala instare, quia alias fugerent ab eis, & ideo putarent istos violatores sabbati, quasi sine causa itinerantes, & sic lapidarent eos. Oportebat ergo ꝙ cessarent in sabbatho, vt non inciderent in præsens periculum vitare volendo futura pericula, & sic sabbathū impediret eos ne iter agerent.

Quare Christus dixit: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Quæst. CXXII.

QVAERETVR quare Christus dixit: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Nam quātum ad cętera impedimenta non dixit aliquid orandum. Dicendum, ꝙ cum ista fuga deberet esse valde festinata, vt Christus innuit, & impedimenta tollerēt festinationem, admonuit discipulos, vt tollerent omnia impedimenta, sed de impedimentis quædā sunt, q̄ nos inducimus, alia vero, quæ Deus, illa autem, quę nos inducimus nosipsi tollere possumus, quæ autem Deus, non potest aliquis tollere, vel facere, ꝙ nō accidant, nisi Deus. Prima autem erant ex nobis. s. quæ ad cupiditatem rerū possessarum pertinent, vt ꝙ existentes in agro non redirent in domum pro tunica, & existentes in tecto non descenderent ad tollendum ali-

F quid de domo, & ideo non oportebat pro his orare. Quod vero fuga deberet fieri sabbato, vel hyeme nō erat in potestate fugientium, quia oportebat fugere, quandocunque apparerent signa fugiendi, vel fieret specialis admonitio ad fugiendum, & quia poterant hæc accidere hyeme, vel sabbato præstaretur impedimentum ex illis. Ex hyeme quidem non, ꝙ expectādum esset vsque ad ver, sed ꝙ etiam, si illico fuga caperetur non poterat festinata esse, sed tarda propter indispositionem viarum, & temporis: ex sabbato autem erat impedimentum, quia nullo modo auderent fugere illa die credentes propter causam positam prę ced. q. s. ne occiderentur a Iudæis, inter quos viuebant tanquam legis transgressores.

G *Quare non dicitur: Orate, ne fiat fuga vestra parientibus prægnantibus, aut nutrientibus vobis. Quæst. CXXIII.*

SED quæretur cum impręgnationis impedimētum, & nutritionis nō esset in potestate nostra tollere, sicut neque impedimentum sabbati, vt hyemis, quare non dicitur de hoc, orate, ne tunc fiat fuga. Dicēdum, ꝙ non fuit primo, quia istud erat aliquo modo in potestate humana. Nam si ex eo die abstinerent a coitu omnes credentes, nō timerent periculum euenturum prægnantibus, aut nu-
H trientibus, euenire autē in sabbato, aut hyeme nullo modo erat in potestate humana, ideo pro hoc orandum erat, vt non accideret tunc.

Secundo, quia orare hoc erat orare contra multiplicationem generis humani, s. vt non conciperentur illi, qui concipiendi erant tunc, & vt præmorerentur illi, qui paruuli essent tempore fugę, hoc erat valde inconueniens, maxime apud Iudæos, apud quos antiquitus credita est fęlicitas in multitudine prolis, vt Gene. 24. c. dixerunt cognati Rebeccæ ad illam, soror nostra es, crescas in millia. Et Gene. 29. dixit Lia: Beatam me dicent omnes mulieres, quia peperi sex filios, & Deus pro magno bono dicebat populo Iudęorū, ꝙ non esset in eis sterilis vtriusque sexus Deutero. 7. c. sed nunc aliquo modo manebant institutiones vete-
I ris testamenti, s. quando Christus ista dicebat, ideo nullo modo suaderet orandum cōtra multiplicationem prolis. Tertio, quia omnia ista dirigebat Christus ad personam illorum quatuor discipulorum, qui ea audiebant, quasi ipsis acciderent, & alijs cum eis, & tñ de prægnantibus, & nutrientibus non poterat dici in persona ipsorum, quia ad solas fęminas pertinet. Non enim potuit dici, orate, ne fiat fuga vestra pariētibus vobis, aut prægnantibus, vel nutrientibus. Dicendum igitur, ꝙ non debuit dicere super hoc orandum esse, quia tñ erat afflictio prægnantibus, vel nutrientibus expressit eam dicens, vę autem prægnantibus &c. Sed dicetur cum Christus voluerit hic om-
K nia impedimenta exprimere, quæ retardant velocem fugam quomodo omisit alia? Nam languentes, inualidi, senes paruuli, & illi, qui detēti ab alijs nō possent fugere, retardarentur a fuga.

Dicendum, ꝙ sufficienter Christus expressit impedimenta fugę, artificialiter enim processit, vt non narraret oēs speciales modos, sed genera impedimentorū, ad q̄ oīa impedimēta reduci p̄nt. Nā impedimētorū, q̄dam sunt totaliter ab extra, alia sunt ab intra. s. ex nobis: q̄ ab extra, aut voluntaria, aut ex diuina institutione, & ista intellexit per sabbathū, idem. n. esset si aliqua alia cæremonia legalis obseruanda accideret, quæ fugam impediret, vt in alijs festiuitatibus. Alia sunt ab extra ex conditione naturę, & hæc expressa sunt per hyemem, in qua incōmode q̄s itinerat, & p̄ hoc

hoc omnia huiusmodi intelligimus, vt si in æstate, aut vere acciderent inundationes pluuiarum, & alluuiones fluminum, ita vt quis non posset flumina trāsuadere, & ad hunc modum (licet remote) possunt reduci omnia impedimenta, quæ ab extra sunt, quibus nos non conferimus vim, vt si quis teneatur in vinculis, aut qualitercunque detineatur. Eorum vero, quæ ab intra, id est a nobis, quædam sunt accidentalia, vt ea, quæ proueniūt ex cupiditate rerum, & ita Christus exclusit dicens: Qui in tecto est non descendat in domum tollere inde aliquid. Et qui est in agro non reuertatur tollere tunicam. Et posuit Christus istā impeditionem prius, quia licet ista poterat magis euitari, tamen hęc erat communior, & quæ plures teneret, quia cuilibet adueniebat hoc impedimentum, s. vt non sponte res suas desereret, cętera vero non eueniebant omnibus, & ideo de hoc duo exempla posuit, s. qui est in tecto non descendat in domum, & qui est in agro non reuertatur, vt tollat tunicam. Et ad hanc occupationē reducūtur omnes huiusmodi, vt qui litigia exercet, vt res suas recuperet, vel negociationem, vt lucra conquirat, quia omnia hæc relinquenda sunt. Nam si id, quod pacifice tenetur instante tali necessitate deseritur, quanto magis, quod non possidetur, vel nondū acquisitum est? Alia vero sunt ex nobis, & necessario incumbunt, & hæc Christus signauit per prægnantes, & nutrientes. Nam prægnātes non possunt deponere onus vteri, nutrientes non possunt licite, quos nutriūt, deserere, neque naturalis compassio hoc sinit. Ad hoc autem reducuntur omnia impedimenta, quæ nobis eueniunt ab intrinseco, & hoc, siue propter ætatem, siue indispositionem. De primo, vt in senibus, & paruulis. De secundo, vt in languentibus. De senibus quidem nihil aliud, quam de prægnantibus est, quia sicut prægnantes propter intrinsecum onus non possunt festinare moueri, ita & senes propter aduenientem eis virium defectionē, sic, & paruuli propter non accedentem virium integritatem, & tamen paruuli reducuntur ad nutriētes. Nam paruulorum aliquis gerit curam, scilicet mater, aut alius, & illi incumbit onus deportandorum illorum, & quoniam paruuli per se non habent nomen, sed magis sunt aliquorum, quasi ipsi sint aliquod malum, vel bonum eorum, non dicitur eis accidere, sed illis, quorum oneri incumbunt, & ideo non dicitur vę paruulis, sed vę nutrientibus, quia paruuli nutrientium sunt, & vltra malum, quod paruulo aduenire potest, quod est malum nutrienti adhuc accidit malum nutrienti, scilicet quia a motu retardatur propter paruulum, & constituitur in periculo. De languentibus idem, quod de prægnantibus dicendum. Nam languidis aduenit indispositio, secundum quam properare non possunt, & ideo omnibus his væ dicitur: scilicet, quia in periculo essent pp hanc retardationem.

Quomodo Christus dixit: Orate ne fiat fuga, cum sine oratione ipse facere posset. Quæst. CXXIIII.

QVAERETVR qūo Christus dixit: Orate ne fiat fuga &c. quia orandum est aliquid, quādo est in potestate alicuius, qui id fieri nondū cupit, neque cupiet, nisi exoratus, sed hoc, qđ orandum erat fieri debebat a Christo, & ipse illud fieri volebat ad salutem ecclesiæ suę, ideo non oportebat orare, sed ꝙ ipse diceret, ego volo, ꝙ sic fiat. Dicendum, ꝙ Deus vult interdum bona nobis accidere, quæ nos optamus, sed proposuit non dare, nisi orationibus ꝓmereamur, & ob hoc pro eis, q̄ dare vult oportet, ꝙ oretur. Nā pro eis, q̄ dare non vult, neque orō ꝓdest, sed quia nos nescimus quid est, qđ vult, aut qđ nō vult semper orandū est pro oībus, q̄ optamus ab illo recipere, & si ille qdē dare disposuit, exoratus dabit, si vero firmū est sibi non dare, neque multiplicatis ꝓcib⁹ dabit. Sed neq; istud nobis nocet, sed potius profuit, ꝙ instanter orauimus, qa orando ei quēdā cultū exhibemus. Hoc aūt, quod Chrs suadet hic orare, intēdebat dare, sed non erat daturus, nisi orando, iō admonuit eos pro hoc orare. Scđo, vt non cōtēnerent. Magnū.n. bonū erat concedendū, & iō nemo talia cōtēneret. Cū aūt obiicitur, ꝙ Chrs volebat hoc dare ad qđ ergo petebat orari? Dicendū, ꝙ ipse vult oīa recte agi, & iō quia Deus erat, volebat ipsa agi qualiter ipse, vt Deus disposuerat, sed non aliter, q̄ precibus obtinendū decreuerat, iō ꝓcandū suasit, & noluit sic gratis concedere. Sic.n. est de oībus aliis actibus Chri, poterat.n. nos sine vlla sui, & nostri passione redimere, i. nullus ei ad hoc obstaret, & tamen non solum in nobis, sed ēt in seipso passiones acerbissimas voluit, quia sic deitas agendum censuerat.

Qūo dixit Christus: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, cum hoc certum erat, & pro certis non est orandum. Quæst. CXXV.

SED quæretur qūo dixit, orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, quia pro illo oramus, qđ fieri aut non fieri dubitamus, cū aūt certū est quid accidet non est orandū, vt sic, vel sic fiat, sed Chrs sciebat determinate de fuga an fieret hyeme, vel sabbato an nō, & hoc ita certissime euenturū erat, iō vr̄, ꝙ non deberet suadere orandū. Dicendū, ꝙ licet quantum ad Deū nihil sit incertū, tñ loquitur nobis ſm conditionē rerum ipsarū, & ſm modū intellͣs nr̄i, ꝯditio autē rerū est istarū, ad vtrumlibet accidere posse. Nam nō erat magis determinatū ex conditione rerū futurarū, ꝙ fuga istorū fieret hyeme, q̄ ęstate, & sabbato, q̄ feria quarta, iō cū istæ res ex se haberent se ad vtrūlibet, vt innueretur, ꝙ non dabat eis Deus aliq̄ necessitatē determinatā sic, aut sic eueniendi, dixit orandū esse hyeme, vel sabbato, quasi innuat æqualiter se hr̄e ad eueniendum sic, vel sic.

Secundo fit propter modum intellectus nostri, qui de his non est certus, quandiu futura sunt, & ideo putat posse sic, aut sic accidere, sic licet in veritate res ex seipsa non sit determinata ad aliquem euentum, & Deus illam determinet (quod nobis non est notū) & licet sciamus, ꝙ Deus singula futura determinat ad aliquē euentum nescimus ad quem, ideo quandiu res futura est, orandum est, vt id eueniat, quod nobis bonum esse putamus.

De quo tempore accipitur hoc, quod dicitur: erit tunc tribulatio magna, qualis nunquam fuit, neque fiet. Quæst. CXXVI.

QVAERETVR de hoc quod dicitur: erit tūc tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi, vsque modo, neque fiet.

Aliqui dicunt accipi de tempore antichristi, immo & occasione huius totam hanc literam de antichristo exponunt. Sic Nicolaus tenet, putat enim, quod nulla tribulatio sit maior, quam ea, quæ erit sub antichristo, ideo de illius temporibus dictum putant: vnde & totam literam ex illo loco, scilicet cum videritis abominationem desolationis, exponunt quidam de antichristo. Sic exponit Hilarius super Matthęum scilicet cum videritis abominationem desolationis de antichristi temporibus locutus est propheta. Abominatio.n. dicta est, ꝙ aduersus Deum veniens honorem Dei sibi vendicet. Desolationis autem abominatio,

natio, quia bellis, & cędibus terram desolaturus sit, atque ob id a Iudæis susceptus loco sanctificationis instituitur, vt vbi sanctorum precibus Deus inuocabatur, hic ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis sit, & quia proprius iste Iudæorum error erit, vt cum veritatem respuerint suscipiant falsitatem, Iudęam deseri monet, & transfugere in montes, ne admixtione plebis illius antichristo crediturę vis, aut contagio afferatur.

F

Sed dicendum, ꝙ ille sensus non potest esse literalis, vt ostensum est supra. Nam tempore antichristi non iubemur fugere, quia non erit quo fugiamus.

Secundo patet, quia dicitur, qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, nam si ab antichristo fugiendũ eẽt, non solum existentes in Iudæa, sed in omnibus aliis partibus orbis fugere deberent.

G

Tertio, quia Hilarius, qui sic exposuit, cum quasdã partes literaliter sic exponat, transit statim ad exponẽdum alias mystice. Nam dicit, qui in tecto est, non descendat aliquid tollere. s. tectus est domus fastigium, & habitationis totius excelsa perfectio, qui ergo in consummatione domus suæ. i. in corporis sui perfectione constiterit regeneratione spiritus noui nõ descendere in humiliora rerum secularium cupiditate debebit: & qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam suam. i. positus in operatione pręcepti, nõ ad curas pristinas reuertatur, ob quas veterum exinde peccaminum, quibus antea contegebatur erit tunicã relaturus, & ita cętera exponit, & ita cæteras partes applicat in sensu mystico. Et manifestum est hunc non esse sensum literę.

H

Dicendum igitur, quòd exponitur de tribulatione, quę esset ante euersionem Ierusalẽ. Et patet, quia tota litera continua est, & ante hoc dicebatur de isto, & ideo & nunc de eo dicitur.

Secundo patet ex modo literæ, nam cum dictum fuerit supra: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, sequitur: Etenim erit tribulatio magna. Et tamen, etenim, ponitur vt redditum causæ. s. ꝙ fugiendum est, quia erit tunc magna tribulatio, & Marc. 13. c. magis aperitur. s. erunt enim dies illi tribulationis, quales non fuerunt, ergo de illo tempore, in quo dicebat fugiendum esse, dixit, quòd erunt dies illi tribulationis.

I

Tertio patet, quia Luc. 21. c. magis istud aperitur. Cum enim dicitur: vę autem pręgnantibus, & nutriẽtibus in diebus illis, sequitur: Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur a gentibus. Manifestum est igit̃ de malis euenturis Iudęis tpe euersionis Ierusalẽ, hęc dici, & non de antichristo, neque de malis alterius gentis. Et hoc etiam Aug. allegat in epist. ad Hesychium, ostendens ꝙ intelligatur de euersione Ierusalem.

K

Est autem dicendum, ꝙ Christus dixit hoc ad ostẽdendum causam præcedentium, nam iusserat cũ magna celeritate fugere. & admonuerat orandũ, ne hyeme, vel sabbatho fuga ista accideret, ne impediretur, & quia hoc non poterat, aut esse non debebat, nisi ad euitandum magnum periculum, ostendit grauia pericula. Etiam quia cum Christus ista admonuisset nõ facerent illa credentes cum tanta festinatione, nisi viderent causam, quæ vrgeret eos, ideo ostendit eam, & dixit, ꝙ futura erat tunc tanta tribulatio, quanta nunquam fuerat, neque futura erat. Et ista erat causa sufficiens ad taliter fugiendum, qualiter Christus admonebat. Sic dicit Theoph. Causam autem tantæ necessitatis ad fugiendum consequenter assignat cum dicit: erit enim tunc tribulatio.

Quomodo est verum, quòd tribulatio illa futura erat maior omnibus præteritis, & futuris.
Quæst. CXXVII.

Qvaeretvr quõ est verum, ꝙ illa tribulatio futura erat maior omnibus præteritis, & quę futuræ erant.

Dicendum, ꝙ commensurare tribulationem illam omnibus præteritis difficile erat, cum non possimus cuiuslibet determinatam scire quantitatẽ, quæ ad hoc requiritur, vt commensuraretur, & tñ generaliter loquendo siquis historias gentiũ legat non inueniet aliquam in qua tantæ calamitates enarrẽtur, quantas Iosephus refert in li. de Bello Iudaico, & Egesippus. De futuris autem, ꝙ nulla ei æquanda sit hoc multo incertius erat, quod nemo asserere auderet, nisi qui Deus erat, aut spiritum Dei habens. Satis autẽ nobis est, ꝙ Christus hoc asseruerit, & constat ex præceden. quæst. ꝙ intelligitur de tribulatione euersionis Ierusalem. Apparet ergo, quòd nulla vnquam tãta fuit tribulatio, neque futura est. Et non fuit hoc inconueniens. Nam pro magno peccato grauissima pœna danda erat, & tamen nullum fuit peccatũ grauius, quam occisio Christi, & discipulorum eius, & persecutio credentium, ideo dignum fuit, quòd pro illis peccatis daretur huic genti maxima omnium pœnarum, quæ vnquam datæ sunt, & quam dabuntur, cum maiora peccata non sint futura alicuius gentis. Sic dicit Chrysostomus in homilia. s. interrogo autem Iudæos, vnde tam intolerabilis res diuinitus venit super eos omnibus, quæ ante factę sunt difficilior, nonne manifestum quoniam propter crucis manifestationem? Sola autem difficultas, quantum ad futuras tribulationes, inter quas ventura est tribulatio antichristi. Nam illa putatur maior omnibus tribulationibus.

Dici potest vno modo, quòd tribulatio antichristi erit valde magna, sicut putatur, sed non erit tanta, quãta illa, quæ fuit Iudęorum in euersione Ierusalem. Et hoc non est inconueniens, quia de illa non constat nobis quanta futura est, quia nulla scriptura exprimit, tribulationem autem Iudęorum, quanta fuerit scimus ex scripturis Iosephi, & Egesippi. Etiam quod plus est, quia Christus dixit illam maiorem omnibus futuris nullam excipiendo.

Aliter potest dici, ꝙ tribulatio sub antichristo erit maior quam tribulatio euersionis Ierusalem, & tamẽ Christus, qñ hic locutus est, dixit solum de tribulationibus gentis Iudęorum. i. ꝙ nunquam eis talis tribulatio acciderat, neque euentura erat, tribulatio autẽ sub antichristo non erit Iudęorum, sed Christianorum, ideo bene stat, ꝙ sit maior.

De hoc Augustin. ad Hesychium dicit: Apud Lucam autem sic legitur, erit pressura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gẽtes: qui Iudaicam scripsit historiam talia mala dicit illi populo tunc accidisse, vt vix credibilia videantur, vnde non immerito dictum est talem tribulationem, neque fuisse a creaturę initio, neque futuram, sed si tempore antichristi talis, aut maior forsitan erit, intelligendum est de illo populo dictum, quòd eis amplius non erit talis. Si enim antichristus illi præmitus, & præcipue recepturi sunt, facturus est tunc idem populus tribulationem potius, quam passurus.

Sed dicendum, ꝙ absolute dicẽda est maior tribulatio, quæ fuit tpe Iudæorum in Ierusalem, & Iudæa, ꝙ quæ futura erit sub antichristo, eo ꝙ Christus nõ determinauit se specialiter ad tribulationes Iudæorũ sed absolute dixit, ꝙ erit tribulatio magna, qualis nun-

nunquam fuit ab initio mundi, neque fiet, idest in nulla gente tanta tribulatio accidit vnquam, neque eueniet. Et aliqualiter apertius Mar. 13. c. dicitur hoc, scilicet. Erunt dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus vsque nũc, neque fient. Etiam August. magis hoc sentire vult, quam tribulationem sub antichristo fore maiorem, sed illud dicit si quis contenderit, quòd possit sibi sic responderi, maxime, quia nullum motiuum est quare debeamus dicere tribulationem sub antichristo maiorem tribulatione in euersione Ierusalẽ.

Quando fuit hoc, scilicet Breuiati sunt dies illi &c.
Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR de hoc, quod dicitur: Et nisi breuiati essent dies illi. Quid sit esse dies breuiatos, & quando hoc fuit.

Dicendum quantum ad tempus, quòd aliqui putant hoc dictũ de tp̃e antichristi, quãdo breuiabuntur dies, vt mala tolerabiliora sint. Dicunt. n. ꝙ pauco tempore durabit antichristi persecutio. s. tribus annis, & dimidio iuxta dictum Dani. 12. c. s. per tẽpus, & tempora, & dimidium temporis, vt dicatur tẽpus vnus annus, tempora duo anni, dimidium temporis dimidius annus. Et ita tenet Nico. Sed hoc iam eũ velle necesse est, cum ab illo loco. s. Orate, ne fuga vestra, dixerit accipiẽdum de antichristo. Et hoc aliqualiter Beda tenuit, ait. n. hoc, qđ dicit ab illo loco. erunt dies tribulationis, temporibus antichristi proprie cõgruit, qñ non solum tormenta crebriora, & acerbiora quam prius consueuerant ingerenda sunt fidelibus, sed quod grauius est, signorum quoque operatio eos, qui tormenta ingerunt, comitabitur. Hæc añt tribulatio quanto cæteris, quæ pręcessere, pressuram pondere grauior, tanto est tẽporis breuitate moderatior. Namque tribus annis, & dimidio, quantum de prophetia Dan. & Apocalypsis Ioannis coniici potest, ecclesia per orbem impugnanda esse creditur.

Sed dicendum, ꝙ non stat, nam cum ista litera ptineat ad eundem contextum, ad quem pręcedens accipietur de eodem, sed præcedens accipitur de euersione Ierusalem, vt ostensum est præce. q. ergo & ista de abbreuiatione dierum, nam cum dicatur. Et nisi abbreuiati fuissent dies illi, necesse est, ꝙ referatur ad præcedentia, & illi sunt dies, in quibus magna tribulatio accidet, vt dicitur Marc. 13. capit. Erunt dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, & nisi breuiasset dominus dies. Et ponitur hic causa. Nam dictum est, ꝙ tribulatio futura erat talis qualis nunquam acciderat, ideo sequebatur, ꝙ non possent homines illam tolerare, sed omnia deleret. Hic dicitur, quia abbreuiabuntur dies, quia si non abbreuiarentur nemo posset saluari, i. liberari a morte.

Quid sit abbreuiatio ista dierum.
Quæst. CXXIX.

QVAERETVR de alio. s. quid sit ista abbreuiatio dierum. Aliqui dicunt, ꝙ cum Deus vellet tribulationes minores efficere, i. vt minori tẽpore durarent faciebat dies, quibus illa tribulatio durabat minores solito. Sic dicit Augusti. ad Hesichium, scilicet non autem desunt, qui existiment, ita dies illos futuros breuiores, quòd cursu solis celeriori breuientur, sicut fuit longior dies orante Iosue.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia non est verisimile. Nam si accidissent enarrarent illud historię gentilium. Esset enim celebre valde miraculum, quòd singuli dierum, quibus illa durabat tribulatio

A minores solito essent, neque istud tacerent historiæ gentium. Hoc enim tempore erant elegantissimi historiographi, & auctores, qui rem tam admirandam nequaquam præter mitterent, præsertim Iosephus, & Egesippus, qui res illius belli diligentissime enarrandas susceperunt, & tamen neuter hoc tetigit, neque aliquis sanctorum doctorum, quos illorum temporum acta non latent.

Secundo, quia hoc erat miraculum, & valde magnum, & nunquã Deus miracula facit sine necessitate, idest nisi quando non potest fieri sine miraculo illud, quod per miraculum fit, & tamen si ad tolerabiliora facienda ista mala volebat Deus breuiare tem-
B pus, melius erat facere, quòd pauci essent (quod fieret sine miraculo) quam quòd essent parui, quod nõ fieret sine inusitato, & grandi miraculo, & ideo nemo sanctorum doctorum hoc tenet. Sic dicit Hieronymus super Matthęum. s. neque recordantur illius scripturæ: Ordinatione tua perseuerat dies. q. d. non mutatur dies, quãtum ad magnum, & paruum ab eo, quod consuetum est.

Alii ergo dicunt dies abbreuiatos, idest mala, quæ in diebus fiebant abbreuiata, quia accipitur dies pro eo, quod fit in die. Sic dicit Augustinus ad Hesychiũ, scilicet quidam autem conuenienter mihi intellexisse videntur mala ipsa significata nomine dierum, si-
C cut dicti sunt dies mali in aliis diuinæ scripturæ locis. Non enim dies mali sunt, sed ea, quæ fiunt in eis. Ipsa enim dicta sunt breuiari, vt Deo donante tolerãtiam minus sentirentur, ac sic quæ magna essent fierẽt breuia. Sed hoc potest accipi dupliciter. Vno modo, ꝙ tribulationes ipsę in se paruę fierent, & hoc esset eas breuiari. Alio modo, quòd manentes graues minus sentirentur. Primus modus non conuenit, quia tunc tribulatio esset facta parua, & non conueniret præcedentibus, scilicet erit talis tribulatio, qualis nunquam fuit, neque fiet. Accipiendo modo secundo p̃t stare aliqualiter, & tñ non conuenit oĩno pp duo. Primo, quia si tribulatio modicum sentitur, modicum affligit, & si parum affligit, parua est. Nam non sentienti non est tribulatio, ita parum sentienti est parua tribu-
D latio, & tamen dicitur, ꝙ erit tribulatio, qualis nunq̃ fuit, ergo multum affliget, & multum sentietur.

Secundo, quia quòd id, quod est difficile non multum sentiatur fit per miraculum, quia Deus confortat patientes, & tamen ista tribulatio non erat euentura fidelibus, quos Deus confortaret, sed infidelibus, quos punire volebat, ideo non confortaret eos ad hoc, quòd modicum sentirent id quod valde afflictiuum erat.

Aliter ergo dicendum, scilicet, quòd breuiati fuerunt dies, idest pauci facti, cum enim posset multo tẽpore durare tribulatio hæc fecit, quod pauco tempore duraret. Sic dicit Hieronymus super Matthæum. s. Neque recordantur illius scripti: Ordinatione tua ꝑ-
E seuerat dies, sed iuxta temporum qualitatem, idest abbreuiatos non mensura, sed numero, ne mora temporum concutiatur credentium fides. Dicit autem Augustinus, quòd ista abbreuiatio temporum non turbauit hebdomadas Danielis quin complerentur in euersione Ierusalem. Sic dicit in epistola ad Hesychiũ. Non putemus hebdomadas Danielis, vel propter dierum breuiationes fuisse turbatas, vel illo iam tempore non fuisse completas, sed in fine temporum esse complendas. Apertissime enim Lucas testatur Danielis prophetiam tunc fuisse completam, quando euersa est Ierusalem.

Quid est, quod dicitur: Non salua fieret omnis caro. Quæst. CXXX.

QVAERETVR quid est, quod dicitur: Non salua fieret omnis caro.

Dicẽdum, quòd necesse est accipi partem pro toto, idest pro homine. Nam ad carnem solam, neque est saluari, neque damnari, sed homo liberatur, aut perit, sic accipitur Psalmus. 64. Ad te omnis caro veniet, idest omnis homo. Et Ioan. 1. c. Verbum caro factum est, idest filius Dei factus est homo per incarnationem. Et ideo est sensus non salua fieret omnis caro, idest omnis caro nõ salua fieret, scilicet nulla. Quamuis enim præponatur negatio ad istud signum vniuersale omnis, debet intelligi, quòd postponatur. Nã præponendo æquipollet ɔ̃dictorio, & ideo est sensus non salua fieret omnis caro, i. aliqui essent, qui nõ saluarentur, & hoc etiam breuiatis diebus factum est, ꝙ non saluaretur omnis caro cum multi Iudæi perierint. Si postponitur ęquipollet contrario, idest vniuersali negatiuę, s. omnis caro non salua fieret, i. nulla saluaretur, & hoc intendit, tñ quia dies breuiati sunt, saluati fuerunt multi.

Est autem sensus, ꝙ cum Romani pugnarent contra Iudæos si maiori tempore bellum duraret non maneret aliquis Iudæus in toto orbe, eos enim, quos in Iudæa inuenerunt deleuerunt, occidentes, vẽdentes, & seruituti subijcientes. Si tamẽ maiori tempore bellum duraret, indignarentur nimis Romani contra Iudæos, & nõ solum eos, quos in Iudæa inuenirẽt, occiderent, sed etiam eos, quos per totum mundum dispersos inuenirent. Nam vt Iosephus refert lib. de Bello Iudaico, non solum in Iudæa occidebantur, sed alibi plurimi. Vnde in Alexandria eodem tempore vna die quinquaginta millia Iudæorum perempta sunt. Deus igitur breuiauit tempora afflictionis, s. vt cito caperetur Ierusalẽ, & delerent Iudæi qui eẽnt in prouincia Iudęę, & nõ esset occasio extendendi se ad Iudæos, qui alibi morarentur. Sic dicit Chrysosto. in homilia, sed adhuc ostendit eis grauiori pęna fuisse dignos, cum dicit. Nisi breuiati essent dies illi, ac si dicat: Si amplius durasset prælium Romanorum contra ciuitatem vniuersi perijssent Iudæi, omnem enim carnem Iudaicam dici, & qui foris, & qui intus erant. Non enim eos solos, qui in Iudæa erãt impugnabant Romani, sed & eos, q vbiq; dispersi erãt persequebantur. Causa autem huius esse poterat, quia Iudæi de omnibus partibus venerant in auxilium Iudæorum Ierusalem. vnde in Ierusalem nõ solum, qui de Iudęa erant inclusi, & obsessi fuerunt, sed de alijs partibus, vt dicit Iosephus. Et ideo contra Iudæos quorumcunque locorum indignarentur, & desęuirent, quasi omnes fauerent huic rebellioni Iudæorum, ideo conueniens fuit abbreuiari dies tribulationis.

Qui erant isti electi, propter quos breuiabuntur dies illi. Quæst. CXXXI.

QVAERETVR cum dicatur hic, sed propter electos breuiabuntur, qui erant isti electi, propter quos breuiabuntur.

Dicendum, quòd illi, qui putant hoc intelligi de tempore Antichristi, dicunt electos esse illos viros bonos prædestinatos, quos illo tempore esse continget, & propter hos dicunt breuiatos dies, s. ne durante tribulatione deficerent aliqui eorum, siue propter impatientiam doloris, siue propter magnitudinem seductionis, quia dicitur infra in litera, quia pseudo prophetę dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi,

F & ideo ne hæc mala eis accidant breuiantur dies. Sed dicetur, quòd non stat, quia cum litera ista non possit accipi de temporibus antichristi, vt supra ostensum est, neque etiam electi sunt illi, qui erunt tempore antichristi. Dicendum igitur est, quòd sunt electi de Iudæis. Nam de illis Christus elegerat aliquos, & propter illos voluit breuiari dies tribulationis. Sed possunt accipi isti electi dupliciter, scilicet, quia aut pro conuersis, aut pro conuertendis. De conuersis planum est, quia credentes in Christum ex Iudæis vocabantur Iudæi ab omnibus gentibus, quia filij Iudæorum erant, & etiam ritum Iudaicum seruabant. Isti autem electi erant, quia de cęteris Iudæis, qui in sua perfidia, & obstinatione manserunt hos elegit, vt sibi vniret reprobatis alijs. Et tunc dicendum, quòd propter electos istos Deus abbreuiauit dies tripliciter. *Isti electi dupliciter accipiunt*

G Primo, quia vt dictum est supra, si bellum Romanorum contra Iudæos maiori tempore durasset, non solum occidissent Iudæos, qui erant in Iudæa, sed etiam per totum orbem, & tamen conuersi de Iudæis vocabantur Iudæi, & Gentiles reputabant eos Iudæos, & si occiderent omnes Iudęos, necesse erat, quòd istos quoque occiderent, & non solum eos, qui de Iudæa fugerant nunc in regnum Agrippę, vt dicit Chrysost. & historia ecclesiastica, sed etiam omnes alios, qui erant in alijs partibus orbis cõuersi, sicut in Gręcia, Hispania, Italia, & alijs nationibus, ideo conueniens erat electis, quòd breuiarentur dies illi, vt nõ perirent.

H Secundo propter electos credentes, qui de Iudęa in regnum Agrippę iuerant. Nam isti tempore illius tribulationis manebant extra terram suam. Reliquerant autem possessiones suas, siquas habebant in Iudæa, & cupiebant regredi ad eas, & ad regionem natalem, impediebantur autem quandiu durabant dies isti, ideo eis cõueniens erat breuiari dies. Tertio tam propter credentes de Iudæis, qui fugerant de Iudæa in regnum Agrippæ, quam propter omnes alios credentes de Iudæis vbicunque essent, quia quandiu durabant ista bella, erat animus eorum suspensus quotidie præ timore, ne ipsi quoque perirent: & breuiare dies fuit liberare lectos ab hac quotidiana afflictione timoris. Sed primus modus melior est, nã periculum de vita erat, & non de possessionibus, cum Christus dicat, non fieret salua omnis caro, nisi breuiati essent dies illi.

I Aliter potest accipi pro electis, idest prædestinatis de Iudæis, qui nondum conuersi erant, nam multi de Iudæis, & stirpe eorum conuertendi erant, qui nondum erant conuersi, quando superuenit tribulatio euersionis, & licet plurimi Iudæorum non conuersorum perierint iu bellis illis, tamen multi superfuerunt, & de illis conuersi fuerunt aliqui, si autem bella illa longo tempore durarent, non maneret aliquis, & sic illi, qui conuertendi erant, non conuerterentur, sed perirent in bellis. Et iste modus videtur

K adhuc fortassis conuenientior, quam præcedens, quia electos, qui crediderant facilius erat saluari cum admoniti fugissent, sed electos nondum conuersos, & qui alijs Iudæis mixti erant, liberari à morte, si bella hęc prolõgarẽtur esset difficile. De hoc dicit August. ad Hesychium. Non enim debemus ambigere, quando euersa est Ierusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex cirrcuncisione crediderant, siue fuerant credituri electi ante mundi constitutionem, propter quos breuiantur mala illa, vt tolerabiliora fiant.

Quare

Quare dicitur, sed propter electos breuiabuntur. Quæst. CXXXII.

QVAERETVR quare dicitur, sed propter electos breuiabuntur.

Dicendum, quòd hoc Christus dixit. Primo ad consolationem istorum, ad quos loquebatur, & aliorum credentium quibus ista verba Christi prędicanda erant, vt fugerent de Ierusalem adueniente ista tribulatione. Nam dicerent, si tanta erat futura hęc tribulatio, quòd nemo posset euadere: Respondet Christus, quòd nisi breuiaretur verum erat, & tamen ipse breuiabit illam.

Secũdo ad ostendendum gratiam, quam eis faciebat. Nam sicut Christus magnam illis gratiam faciebat admonendo, vt fugerent, & dando signum, quando fugere deberent, ita etiam abbreuiando dies, ne ipsi mala paterentur, gratia erat, & quia si hoc faceret Christus, & non diceret illis, non putarent sibi gratiam factam, prædixit illis Christus, quòd propter illos breuiarentur dies.

Tertio fuit ad respondendum calumnijs quorundam infidelium. Nam cum inuiderent nomini Christiano, dicebant omnia mala euenire Iudæis, quia inter eos cęperat iste ritus colendi Christum, & credendi in eum, & ita magis eos detestarentur. Christus autem dicit, ꝙ non solum non veniebant hęc mala propter eos, sed propter illos potius breuiabunt. Sic enim gentiles dicebãt, quando introductus est cultus Christi, & cessauit cultus idolorum, quòd propter hoc dij irati omnia mala inferebant, sic dicebat Porphyrius, qui valde fuit inuidus nomini Christiano, vt dicit Augusti. 19. de Ciui. Dei, & lib. 1. de Concor. euang.

Porphyrius Christianum nomen admodum odio est psecutus.

Quarto fuit ad ostendendum Iudæis quanta bona prestarentur a Christo, quem ipsi oderant. Nam cum affligerẽtur, fecit ꝙ dies afflictionis pauciores essent. Sed aliquis diceret, quòd ipsi hoc non crederent propter Christum factum, & electos suos.

Dicendum, quòd poterant hoc coniectare, quia ipse ante tempus illud prædicebat, & ideo cum factum esset, poterat credi, sicut ipse dixit Ioan. 14. hęc dico vobis antequam fiant, vt cum factum fuerit credatis. Et etiam Iudæi aliquomodo illud audierant, scilicet mala futura in Ierusalem, & euersionẽ propter Christum, vt dicitur Actu. 6. c. cum falsi testes dixerunt cõtra Stephanum. audiuimus eum dicentem, ꝙ Iesus Nazarenus destruet locum hunc, & ita licet illud non diceret sic forte Stephanus: tamen ab aliquo alio illud iam audiuerant, quia aliàs nescirẽt hoc cogitare, & proponere illud in iudicio. Erat igitur res, quę a Iudæis iam audita erat, & sic quando eueniret euersio Ierusalem possent cognoscere Iudæi, quòd Christus, qui prædixerat euertendam Ierusalem, & dies breuiandos propter electos, verum dixerat, cum iam euersionem viderent. Sic dicit Chrysostomus in homilia, ne Iudæi dicerent, quoniam propter prędicationem, & discipulos Christi hęc mala euenerunt, ostẽdit quòd nisi illi essent radicitus perijssent.

Tũc siquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducãtur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur

Luc. 17.

A exit ab oriente, & paret vsque in occidẽtem, ita erit, & aduentus filij hominis. Vbicũque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilę.

Luc. 17. Luc. 17. 24. q. 1. c. quoniam.

Tunc siquis. Hic secundum diuisionem Nicolai, & multorum expositionem ponitur tribulatio tẽporis antichristi propter magnitudinem seductionis, quia vltra magnitudinem afflictionis ex tormentis adhuc erit persecutio magna ex seductione, cum multi fideles per sola signa antichristi, & discipulorum eius seducentur, vt illi asserunt. Et secundum hoc exponitur litera sic. *Tunc.* Idest tempore antichristi. *Siquis vobis dixerit, hic est Christus.* Idest Christus verus apparuit in mundo. Et dicitur: Vobis dixerit, idest fidelibus hic est Christus. *Aut illic.* Idest in vno loco, aut in alio designando loca. *Nolite credere* Quasi dicat non erit ille Christus, sed antichristus, idest quidquid vobis dicatur, non credatis. *Surgent enim pseudo Christi.* Ostendit illorum fallaciam, vt ea visa non admirentur fideles, scilicet ꝙ antichristi, & pseudo prophetę signa, & prodigia facient, & vocantur pseudo Christi, idest falsi Christi, siue antichristi, quasi multi sunt, idest magister, & discipuli. *Et pseudo prophetæ.* Qui falsa prophetabunt in fauorem antichristi. *Et dabunt signa, & prodigia.* Scilicet mirabilia facient, quæ opere dęmonum C prouenient. *Ita vt in errorem inducantur si fieri potest, etiam electi.* Idest tanta erit vehementia seductionis ex magnis signis, & prodigijs, quòd decipientur plurimi Christianorũ & nõ solum mali, sed etiam electi erũt in periculo, licet tandem non decipientur sic, quòd fide deperdita antichristum sequantur.

Tribulatio tpis antichristi propter magnitudinẽ seditionis.

Ecce prædixi vobis. Idest iam dixi vobis, quòd hoc futurum sit, ideo cum euenerit non inueniamini incauti, & decipiamini, sed vigilate. *Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est.* Idest quia iam instructi estis, quòd ille, qui veniet falsus erit, non attendatis ad illum.

Nolite exire. Scilicet ad videndum eum, vel ad sciẽdum quis, aut qualis est, quia non poterit esse, nisi fallax. *Ecce in penetralibus.* Idest in domo secreta est, D quasi dicat, & reuelabitur post hęc. *Nolite credere.* Quia neque ibi esse potest, cum fallax sit. *Sicut enim fulgur exit.* Ista litera facit probationem, quòd non poterit esse verus Christus ille, qui veniet, quia Christus cum venerit manifestus veniet, & non dicetur, ecce in deserto est, aut in penetralibus est, sed statim de aduẽtu eius erit notum in toto orbe, neque poterit quis ignorare. Sed quia istud non est de intentione nostra, sicut magis apparebit in quæstionibus statim, exponẽdum est de tempore tribulationis euenturę ante euersionem Ierusalem. s. *Tunc.* Idest tempore huius tribulationis, quando fugiendum est, aut aliquo tempore ante. *Siquis vobis dixerit.* Idest fidelibus conuersis de Iudæis, qui essent tunc in Iudæa, & fugere deberent.

Ecce hic est Christus, aut illic. i. Christus, siue Messias E venit nunc, & est in tali vrbe, vel tali loco, & ideo non oportet fugere, quia ipse liberabit nos.

Nolite credere. Scilicet quia si nullus est Christus, nisi ego, & ego non veniam illo tempore, quando isti surgent. *Surgent enim pseudo Christi.* Hoc dicit, quia nõ venit vnicus, qui vocaretur Christus, sed plurimi post Christi mortem vsque ad euersionem Ierusalem.

Et pseudo prophetæ, Isti quoque illo tempore venerunt, & differebant a pseudo Christis, quia illi vocabant se Messiam, alij vero non dicebant se Messiã, sed prophetas, & annunciabant aliqua falsa ex parte Dei, quasi Deus illa dixisset. *Et dabunt signa, & prodigia.* Scilicet facient miranda ad confirmationem erroris sui.

Ita

Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi. s. non solum Iudæi, & Gentiles, qui in errore pmanent trahentur hoc errore, sed etiã aliqui fideles, qui vocantur electi, erunt in periculo errandi. *Ecce prædixi vobis.* Est ista admonitio ad cauendum. q.d. ego prænunciaui vobis mala, quæ euentura sunt ab istis falsis Christis, ideo non decipiamini ab eis. Nam si non prę nunciassem, non erat mirandum, quòd falleremini. *Si ergo dixerint vobis.* i. quia iã vos admonui & scitis, ꝙ qcũq; vẽturus est falsus est qdqd vobis dicat de Christo nõ credatis. *Ecce in deserto est.* q.d. vbicunq; dicatur vobis absens esse non eatis ad illum. *Nolite exire.* Scilicet ad videndum quid sit. *Ecce in penetralibus est.* Idest in locis occultis. *Nolite credere.* Idest in nullo loco est, & ideo falsum est, quidquid vobis annunciatur. *Sicut enim fulgur.* Ostendit falsam esse annunciationem illam, quia si Christus veniret non posset de eo dubitari, ita quòd diceretur in deserto est, aut in penetralibus est, sed erit aduentus suus manifestus quandocunque ille venerit, sicut est de fulgure, ꝙ non venit paulatim, ita vt in aliqua regione appareat nunc & post aliquantum tempus appareat in alia, sed subito apparet vbique, ita erit de aduentu Christi, quia manifestꝰ erit subito in toto orbe. Vnde dicitur. *Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet vsque in occidentem.* Idest fulgur statim, vt gignitur, licet veniat de parte orientis, non apparet prius in oriente, & post aliquantum tempus in occidente, sed simul in oriente, & occidente apparet, eo ꝙ est in loco sublimi, de quo ab omnibus videri potest, ita erit de aduentu Christi, quia quando veniet, apparebit in aere, & talia cum ipso manifestabuntur, ꝙ non poterit de suo aduentu dubitari. Veniet enim in potestate magna, & maiestate, vt dicitur infra in litera, & seq.c. *Ita erit aduentus filij hominis.* i. aduẽtus meus talis erit. s. manifestus omnibus subito, & non poterit de eo dubitari ab aliquo, ita vt dicatur ei: ecce Christus est in deserto veni, & vide, vel etiam in penetralibus est, intra, & videbis. *Vbicunque fuerit corpus.* Dat aliam rationem manifestationis suę, scilicet non poterit dubitari de aduentu Christi, quia quãdo ipse apparuerit, ibi erũt omnes homines, vbi ipse apparuerit, & iõ omnes necessario videbunt, non dubitabit aliquis, an venerit. *Illuc congregabuntur, & aquilæ.* Exemplo vsus est, sicut dato cadauere aliquo licet de longinquo conueniũt illuc vultures, & aquilę ad deuorandum illud, ita & adueniente Christo congregabuntur oẽs homines ad locum, in quo ipse fuerit.

An intelligatur litera ista de antichristo, vel de Christo. Quæst. CXXXIII.

QVAERETVR de quo intelligitur litera ista. Aliqui dicunt, ꝙ de tempore antichristi, sicut supra expositũ est per aliquos. Sic enim dicit Theoph. scilicet. Postquam ea, quæ ad Ierusalem pertinebant dominus compleuit, nunc de aduentu loquitur antichristi. Alij dicunt, ꝙ intelligitur de aduentu Christi, sic ait Chry. in homilia, s. cum complesset dominus ea, quę de Ierosolyma sunt, ad suum de cętero peruenit aduentum, & dicit eius signa non illis vtilia solũ, sed & nobis, & omnibus, qui post nos erunt. Motiuũ autem videtur esse, quia hic dicitur de pseudo Christis, & tamen antichristus erit falsus Christus, etiam quia ista putant competere illi tempori cum dicant tunc quoque deceptiones multas futuras.

Dicendum, quod verum est, quòd antichristus, & discipuli eius, & prophetę ipsi facient signa mendacia, vt Apostolus dicere videtur loquens Thessalonicensibus, qualia sunt ista, quæ hic ponuntur, & tamen ista, quę ponuntur hic, non accipiuntur pro temporibus antichristi, sed pro tempore euersionis Ierusalẽ, & concordat hęc litera, quia dicitur: Tunc siquis vobis dixerit ecce hic est Christus. Et sic refertur ad ea, de quibus statim dictum est. Sed dicebatur de tribulatione magna, quę superueniret, quando fugituri erant credẽtes de Iudęa, ideo de illo quoque tempore accipiendum est, siquis vobis dixerit, ecce hic est Christus. Et hoc valde consonat veritati historicę. Nã Iosephus lib. 18. & 20. Antiqui. & lib. 2. & 3. de bello Iudaico ponit multos, qui eo tempore surrexerunt, & se Christum vocabant, & illos Iosephus vocat magos, aut seductores, & pseudo prophetas ex nomine, quo illos Christus vocauit, de quo dictum est late supra. Et litera ista non satis applicatur ad tempora antichristi, nisi extorquendo sensum. Nam dicitur in litera, surgent pseudo Christi, & tamen antichristus vnicus est, nisi large accipiamus multi antichristi facti sunt, ita quòd omnis, qui aliquo modo dicit contra Christum, vocetur antichristus. Ergo magis accipitur de tempore euersionis Ierusalem, quando multi erant falsi Christi. In q. 80.

Sed quia huic positioni de antichristo videbatur valde repugnare litera ista: Tunc siquis, &c. quæ videtur referri ad immediatum tempus, dicunt quòd interdum ista dictio, tunc, non dicit tempus immediatum, sed multum distans, sicut ista determinatio in diebus illis, quæ videtur ęquiualere huic aduerbio, tunc. Nam dicitur factum in diebus illis id, quod accidit triginta annis post illud, cui adiungitur. Sic dicit Chrysosto. in homilia, & Theophilus, scilicet sicut autem cum supra dixit euangelista in diebus illis venit Ioannes Baptista, non tempus, quòd immediate est sequens exposuit, cum triginta in medio anni essent, ita hic cum dicit tunc totum medium tempus prætermisit, quod futurum erat a captione Ierusalem vsque ad initia consummationis mundi.

Sed dicendum, quòd hoc non soluit argumentationem, quia licet verum sit, ꝙ tunc non dicit semper stricte tempus præcedens in scripturis, sed aliquando dicit tempora aliquãtulum distantia, tñ saltem ex loco illo non habet fundamentum, quia accipitur ibi, tunc, proprie, & stricte, nam dictum fuerat supra 2.c. de reductione Christi de Aegypto in Nazaret, & statim supra 3.c. in principio dr, in diebus illis venit Ioannes Baptista prædicans. Si enim referatur in diebus illis ad reditum Domini de Aegypto plures fuerunt, quam viginti anni saltem. Nam septem annis referũt quidam Christum in Aegypto mansisse, & tamẽ refertur ad habitationem Christi in Nazareth, & tunc eodem die vtraque acciderũt. Nam dicitur, & veniẽs habitauit in ciuitatẽ, quę vocat Nazareth, sed habitatio Christi fuit ibi, quousque cępit prædicare vadens prius ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, & hoc erat, qñ Ioannes iam prædicabat. Ergo verum est, ꝙ in diebus illis, s. in quibus habitabat Iesus in Nazareth Galilęę, venit Ioannes prædicans in deserto supra 3.c. & patet, quia e.c. dr. tunc venit Iesus a Galilęa in Iordanẽ ad Ioãnem, vt baptizaretur ab eo. Et sic de Nazareth Galilęę venit ad baptismum Ioannis, & ita adhuc ibi habitabat, quando Ioannes cępit baptizare.

Cum autem Chryso. dicit, quòd intelligitur hoc de aduentu Christi: dicendum, quòd ipse non itẽdit, quòd de solo aduentu eius agatur hic, quasi non agatur de antichristo, sed de aduentu ad iudicium. Nam verum est, quòd de aduentu Christi agitur hic, cum dicitur, sicut enim exit fulgur ab oriente, &c. vt declaratum est in litera, & tamen non inducitur illud, quasi de principali intentione, sed solum ad probandum non esse Christum eos, de quorum aduentu agitur, quos Chrysostomus vocat antichristum. Et

tunc dicendum, quòd non agitur hic de antichristo, sed de illis pseudo prophetis, qui apparuerunt ante euersionem Ierusalem, & ideo per argumentum inducitur de conditione aduentus Christi ad ostendendum, quòd nullus illorum erit Christus, quia nullus venier, sicut Christus verus venturus est, scilicet omnibus manifestus.

Ad quid Christus dixit hic de istis pseudo Christis.
Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR ad quid Christus dixit hic de istis pseudo Christis. Dicendum, quòd primo fuit ad ostẽdendum se scire futura particulariter, nam cum euenirent, quæ ab eo prænunciata erant, appareret ipsum omnia sciuisse, in quo se Deum ostendebat. Secundo, & specialius ad præmuniendum credentes, ne errarent. Nam cum viderent aliquos, qui se Christum dicerent, & potissime facientes signa, & prodigia, vt dicitur in litera, admirarentur, & multi errarent, & irent ad videndum eos ceteri, quod etiam si esset solum esset inconueniens, vt infra dicetur. Nunc vero, cum prænunciatũ esset ventura esse hęc non fallerentur credẽtes, cum ea viderent, sed ea contemnerent, sic dicitur in litera, ecce prædixi vobis, idest iam dixi vobis ista antequam fiant, ideo cum fient, videte, vt sitis vigiles, & nemo vos seducat. Tertio dictum est propter illa, quæ fuerunt statim supra posita, scilicet dixerat Christus fugiendum esse, & ꝙ orarent, ne fuga ipsorum fieret hyeme, vel sabbatho, cum autẽ surgeret tunc aliquis, qui se Messiam diceret, ille assereret, quòd populum liberaret, & ideo non esse fugiendum, vt autem credentes non incidant in pericula, si nõ fugiant talibus inducti persuasionibus dicit Christus, quòd hi, qui veniunt falsi Christi sunt, licet signa faciant, & ideo non sunt, neque saltem audiendi.

Quare dixit Christus: Siquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.
Quæst. CXXXV.

QVAERETVR quare dixit Christus, siquis vobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic nolite credere. Aliqui dicunt, quòd de tempore antichristi intelligitur, in quo falsi prophetę dicent Christũ esse in diuersis locis, vt homines sic decipiebant, & deducant in errorem antichristi. Et hoc erit, quia fideles varijs angustijs afflicti cupient auxiliũ Christi, & falsi prophetę, vt pro vero Christo falsum credi faciãt dicent, ecce statim veniet. Ecce hic est, ibi est, idest statim eum videbitis. Sic dicit Hilarius super Matthæ. Et tamen, quia in magna vexatione positi erunt homines, pseudo prophetę, tanq̃ præsentem in Christo opem indicaturi multis in locis Christum esse atque haberi mentientur, vt in antichristi famulatum depressos, vexatosque deducant. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia ista lr̃a non intelligit̃ de antichristo, vt dictũ est, sed de falsis Christis, qui in Iudæa surrexerũt ante euersionẽ Ierusalẽ, vt ostẽsum est supra, iõ de hoc ẽt intelligit̃. Cum aũt dr̃, quare ait hic est Christ⁹, aut illic, dicendum ꝙ est pp multos, q se Christũ mentiti sunt. Nam non fuit vnicus, qui post mortẽ Christi se Messiã dixit, sed plurimi, de quorũ aliqbus dictũ est supra, & ita vnus apparebat in vno loco, alius in alio, vñ ad istorũ multitudinẽ significãdã dixit, siqs vobis dixerit hic est Christus, aut illic, & hoc apparet ex lr̃a sequẽti, scilicet surgẽt pseudo Christi. Item dixit hoc ad tollendum omnem modum apparendi illorum, qui se Messiam dicebant, quasi dicat quomodocunque appareat, & in quocunque loco scitote, quòd falsus est, ideo nolite ei credere.

Quare dicitur, surgent pseudo Christi, & pseudo prophetę.
Quæst. CXXXVI.

QVAERETVR quare dr̃, surgent pseudo Christi, & pseudo prophetę. Aliqui dicunt accipi de antichristo, immo hoc est, quod maxime mouet eos, q dicũt istam lr̃am accipi de antichristo, quia dr̃ hic de falso Christo, & tñ falsus Christus est antichristus, q est contrarius vero Christo. Sed tunc obijcitur, qa dr̃ hic, surgent pseudo Christi, & tñ antichristus vnicus erit, ergo non accipitur de antichristo. Dicunt ꝙ antichristus vnicus est, sed multi eum sequuntur. & oẽs illi vocantur antichristi, quia sunt ministri, vel mẽbra antichristi. Sic dicit Chryso. in homilia, s. hic de antichristo loquitur, & quibusdam eius ministris, quos pseudo Christos, & pseudo prophetas appellat, quales, & tpe Apostolorum multi fuerunt, sed ante secũdum aduentum Christi erunt multo prioribus amariores. Dicendum tñ, ꝙ non de antichristo loquit̃, sed falsos Messias apparẽtes ante euersionem Ierusalem oñdit, & iõ dixit, ꝙ surgent pseudo Christi. i. qui falso sibi ĩponẽt hęc noĩa & recte dr̃ surgent, quasi a seipsis veniant, & non mittantur a Deo: Qui aũt verus Christus est non venit a seipso, sed a Deo mittitur, & hoc Christus de se sępe dicebat, ꝙ non venerat a seipso, neque loquebatur a seipso, sed pr̃ illum miserat, & iõ improperabat Iudæis, qui non receperant eum venientem in noĩe patris, & reciperent alium, qui veniret in nomine proprio. i. suo Ioan. 5. c. Item cum antichristus verus vnicus sit, si Christ⁹ vocasset hic pseudo Christos, antichristum, & sequaces eius nõ adiũgeret statim de pseudo prophetis, qui erant ministri, sed adiecit, ergo non erant multi antichristi. i. vnus verus, & alij membra eius. Sed dicendum, ꝙ accipit̃ de falsis Christis ante euersionem Ierusalem, q multi fuerunt, & cum illis ẽt fuerunt pseudo prophetę. Et ob hoc ẽt Hiero. exponit literã vtroque mõ, s. de illis falsis Christis, & de antichristo, cũ ait, ꝙ hic de pseudo prophetis intelligit̃. Intelligi põt sic, multi. n. tẽpore captiuitatis Iudaicę pincipes extiterunt, q Christos se esse dicerent, in tantum vt obsidentibus Romanis tres fuerũt intus factiones: & addit, sed melius de consummatione mundi dr̃, vt expositum est. Põt aũt, & tertio de hęreticorum circa ecclẽsiam pugnã intelligi, & de istius modi antichristis, qui sub opinione falsę scientię contra Christum dimicant. Sed dicẽdum, ꝙ exponere hoc de hęreticis mysticum est non literale, exponere autem de antichristo, & fine sęculi non plene conuenit literę, vt ostensum est.

Qui erant pseudo prophetæ, & quare de illis Christus dixit.
Quæst. CXXXVII.

QVAERETVR de istis pseudo prophetis, qui erant, & quare de illis Christus dixit. Dicendum, quòd illi, qui totam literam hanc de antichristo exponunt etiam hoc dicunt de antichristo, scilicet quòd sub eo erũt multi pseudo prophetę, qui falsa prædicabunt, & annunciabunt, vt deducant homines ad doctrinam antichristi. Sic tenet Hilarius super Matthæ. Origenes quoq; vult, quòd prophetę sequuntur Christum, & qualis est Christus, tales sunt prophetę, si verus est Christus, veri sunt prophetę, falsus autem Christus, falsos prophetas habet, cum ait, generaliter enim vnus est antichristus, species autem illius multę, tanquam si dicamus mendacium nihil differt a mendacio, sicut au-

tem

tem illius multę, tanquam si dicamus mendacium nihil differt a mendacio, sicut aũt veri Christi fuerũt sancti prophetę, sic intellige secundum vnumquemque pseudo Christum multos eius famulos prophetas, qui antichristi aliquos falsos sermones pręedicant, quasi veros. Sed dicendum, ꝙ cũ litera praecedens nõ accipiatur de antichristo, neque etiam isti prophetę erunt tpe antichristi. Sed est dicẽdum, ꝙ fuerũt ante euersionem Ierusalem. Sed tunc aliqui dñt pseudo Christos, & pseudo prophetas idem esse, sed vocari duobus nominibus, quia vtrunque sibi ascribebant, s. ꝙ Christi essent, & ẽt prophetę, sed vtrunque eis false competebat. Dicendum, ꝙ non erant idẽ, sed alij erãt pseudo Christi, alij pseudo prophetę. Et poterat hoc dupliciter fieri. Vno modo, quòd isti falsi prophetę venirent in auxilium, & obsequium pseudo Christorum, vt praedicarent eos esse Christos, & iõ Christus ab his prophetis cauendum docet ne per eos in errorem falsorum Christorum traherentur homines.

G

Alio modo potest dici, quòd isti non veniebant in fauorem falsorum Christorum, sed annunciabant aliqua, quę falsa erant, & erat istis eadem causa veniẽdi, quę falsis Christis. Nam sicut falsi Christi videntes populi turbationem, & timorem, & oppressionem, quam a Romanis tolerabant, vsurpabant sibi hoc falsum nomen, vt sic populus adhęreret eis, & rebellarent Romanis, quasi per Christum liberandi essent de potestate gentium, ita & prophetę, qui se non vocabant Christum fingebant se a Deo missos, & asserebant non esse ciuitatem tradendam in manus Romanorum, sed a seruitute illorum nunc eruendam gentem. Multos horum Iosephus fuisse testatur. Simile quoque fuit alijs temporibus, vt cum Achab voluit ire contra Ramot Galaad contra Syros, & cum eo Iosaphat rex Iuda, fuerunt prophetę multi, qui dicerẽt, quòd iret Achab prospere, & traderet Deus Syros in manus eius, sed falsum fuit, quia Achab perijt in bello 3. Regũ. 22. & 2. Paralip 18. cap. Erant namque illi falsi prophetę, sic & isti falsi erant, quia cum Deus non mitteret eos, neque loqueretur quidquam ad illos, ipsi confingebant de corde suo falsa, & ita decipiebant illam gentem miserabilem.

H

Cum dicitur, quòd pseudo Christi facient signa magna, & prodigia, quid inter hæc differat.
Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ pseudo Christi faciẽt signa magna, & prodigia, quid inter hęc differat. Dicendum, ꝙ tam signum, quã prodigium mirandum est & iõ mouebat auditores. Sed differũt, qa signa dicuntur illa, q̃ ad significãdũ inducta sunt. i. in significationem, vel ostensionem veritatis aliquarum rerum. Prodigia dicuntur, quia magna sunt, & iõ non subijciuntur potestati cuiuslibet. Nam interdũ faciebant aliqua mirãda specialiter ad probationem alicuius rei, & illa vocabantur signa, quia significabãt, idest ostendebant verum esse id, quod asseruerat ille, qui hęc signa faciebat, interdum vero faciebant tales aliqua miranda ad ostentationem, vel saltem non ad probationem alicuius rei specialis, & illa non vocabantur signa, quia non erant ad significandum, sed prodigia, quia magna erant, quę nõ subijciuntur potestati hominum, ideo dicuntur prodigia, quasi procul a digito, idest a potestate nostra operatiua, quę in manu, & digitis est, iuxta illud Psalmus 8. f. Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, idest cęli per digitos Dei facti sunt.

I

Alij dicunt, quòd signa, & prodigia differunt, quia signa sunt miranda, sed minora quidem, prodigia autem sunt maiòra. Sed dicendum, quòd hoc nõ multum counenit, quia dicitur in litera: Signa magna, ergo tam signa, quam prodigia magna erant, sed ex ratione praecedenti differebant, & iste modus loquendi est in scriptura de omnibus, qui faciunt miranda, siue vere, siue false. Sic dicitur de Stephano Actu. 9. c. quòd faciebat signa magna, & prodigia in populo.

K

F

Quomodo isti pseudo Christi, & pseudo prophetæ. faciebant miracula, cum essent falsi.
Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR quomodo isti pseudo Christi, & pseudo prophetę faciebant miracula, cũ falsi essent. Nam miracula Dei sunt, & non pertinent ad eos, qui mentiuntur se esse, quod non sunt. Dicendum, quòd faciebant signa, & prodigia, sed non miracula. Nunquam enim concedendũ est, quòd dæmones, aut magi miracula faciãt, sed miranda. Nam mirandum est quodlibet, quod admirationem inducit, & illud est quidquid excedit cõmunem potestatem, miraculum autem virtutem diuinam inducit, ideo non fit, nisi per Deum.

Sed ꝙ dæmones, & falsi prophetę, non faciunt miracula, cum miranda faciant, venit propter duo. Primũ est, quia ea, quę faciunt, falsa sunt, & si vera essent, miracula dicerentur, sicut suscitare mortuos miraculum est, quod dęmones, & magi videntur facere, sed non faciunt, ludificant enim oculos nostros, vt videatur nobis esse id, quòd non est, & iste est generalior modus operationis dęmonis, & eorum, q̃ dęmones sequunt̃. Sic dr̃ ad Thessa. 2. c. 2. de antichristo, s. cuius aduentus erit secundum operationem Satanę in omni virtute, & signis, & prodigijs mẽdacibus, & in omni seductione. Secundum erit, quia aliqua miranda in veritate faciunt dęmones, vel Magi, sed non sunt miracula, quia non accedunt illa adhuc ad operationem miraculi, cum miraculum sit de illis solis, quę infinitã potestatem exigunt, & non sufficit ad illa minor, quã infinita virtus, sed dęmones non habent infinitã virtutem, sed solus Deus, iõ illi, nunquam miracula faciũt, sed alia minora, sicut mouere homines volãtes, quasi per aera, eradicare arbores, diruere ędificia, & mouere partes montium, & multo plura facerent, si permitterentur, sed angeli ministri diuinę prouidentię coercent eos.

De istis autem falsis Christis, & pseudo prophetis dicendum, quòd Magi erant, & in virtute dęmonum faciebãt, vnde Iosephus li. 18. & 20. Antiqui. & 2. & 3. de Bello Iudaico eos vocat Magos, & seductores, & ideo illud facerent, quòd dęmon facere poterat, & ita facerẽt signa magna, & prodigia, ita vt eis crederetur.

Quomodo stat quòd isti pseudo prophetæ facerent signa ac prodigia, cum hoc sit tantum verorum prophetarum.
Quæst. CXL.

SED quomodo stat, quòd isti pseudo prophetę facerẽt signa prodigia, quia per hoc probatur veritas prophetię in veris prophetis. Si autem falsi prophetę, qui a Deo non sunt possunt hęc facere, nõ est aliqua probatio, qua constet veros esse prophetas, & a Deo missos, & tamen per istum modum probatur veritas prophetię Deutero. 18. cap. ergo non possunt pseudo prophetę signa facere.

Aliqui dicunt, quòd per signa non probatur veritas prophetię affirmatiue, idest quòd ita erit qualiter propheta dixit, si pręmisit miraculum ad verbum suum, sed solum negatiue, scilicet si propheta pręnũciauit aliquid, vel dixit aliquid Deum velle, & in illius pro-

probationem prædixit aliquid futurum esse, quod illo tempore non venit, cōstabat falsum esse, quod ille dixerat, quia dicitur Deute. 18. c. Hoc habebis signum ꝙ in nomine domini propheta ille locutus fuerit, & non euenerit. Hoc non est dominus locutus. Et non ponit de affirmatione. Dicendum, ꝙ hoc non stat, sed est valde irrationabiliter dictum. Primo, quia litera illa non potest aliter accipi, nisi pro negatione, & affirmatione simul intelligat. Quod patet, quia Deus locutus fuerat ibi contra falsos prophetas, quòd non deberet eis credi, quia de corde suo fingebant, quæ dicebant: & quia nesciretur, quando erat falsus propheta, & quando verus, dat Deus signum, & ait, ꝙ si id, quod propheta prædixit non euenit, non fuit illud Deus locutus, sed propheta illud finxit, si autem non conuerteretur, scilicet, ꝙ quando eueniret id, quod propheta prædixerat, esset verus propheta, non esset signum plenum, quia non possent cognoscere quis esset verus propheta, neque etiam falsus, cum interdū falsi prophetę vera signa prædicerēt, & hoc est absurdum, scilicet ꝙ Deus daret signum, vel notitiam, per quam non certificaret, ideo dicendum, ꝙ conuertebatur regula. Secundo, quia aliàs nō esset aliquis modus probandi veritatem prophetię, aut dictorum ex parte Dei, sed falsum est, quia Mar. 16. c. dicitur, ꝙ cōfirmatus est sermo prędicationis Apostolorū sequētibus signis, ergo miracula probabant verū esse, quod illi prædicabant, quod non esset, si falsum dicēs posset facere miracula. Tertio, quia si miracula non sufficerent ad probandum sufficiēter quamcūque veritatē Christus non probasset se esse Messiam, & Deus, & possemus nos esse decepti, quo nihil absurdius est, & tamen sua probatio non fuit, nisi per miracula, ergo sufficiunt illa ad probandum quamlibet veritatem. Non enim videbatur aliqua veritas difficilior creditu, quā ꝙ Deus esset homo, vel quòd aliquis homo, qui inter mortales conuersabatur, esset Deus.

Quarto, quia sequerēt, ꝙ Christus non cōquereretur iuste de Iudæis, aut illis peccatum imponeret, cū dicitur Ioan. 16. c. Si non venissem, & opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum nō haberent, & tamen iuste conqueritur, ergo opera, quæ ille faciebat, probabant eum esse Deum, & Messiam. Et ita ipse dixit Io. 10. c. Operibus credite. Et tamen si opera non essent sufficiens probatio, non esset illis etiam credendum, ideo opera miraculorum sufficiēter probant quamlibet veritatem, & sic non est verū, quòd falsi prophetę possint facere miracula.

Dicendum tamen, ꝙ pseudo prophetę interdum faciebant miracula, sicut hic Christus loquitur, & ēt ponitur Deuter. 13. c. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit, & dixerit tibi eamus etiam colamus Deos alienos, non audies verba prophetę illius.

Ad hoc dicendum, quòd miracula sunt certissima probatio cuiuslibet veritatis, & tamen interdum falsi prophetę faciunt miranda. Sed hoc potest multipliciter stare. Vno modo vt dicatur per distinctionem illam, quæ data fuit Deutero. 13. c. & 18. c. quòd ille, qui aliquid asserit, quasi a Deo dictum, & mirabile, & signum facit, aut inducit signum ad confirmationem dictorum suorum, aut non: quando enim non inducit in confirmationem, dicendum quòd potest mentiri, & dicta sua poterunt esse falsa, neque confirmantur signo, aut miraculo facto, cum illud signum, vel portentum non inductum fuerit ad confirmationē, vel probationem dictorum: si autem inducatur signū in confirmationem dictorum, aut dicit ille propheta ea, quæ vult asserere antequam pręmittat signum, aut postea. Si verba præcedunt fit sufficiens probatio, & confirmatio per miraculum, vt si ille dicat, dominus mandat vobis facere hoc, aut illud, & in signum huius ecce suscitabitur iste mortuus, vel eueniet talis res, si illud fiat, quod dixit, sufficienter probatur verū esse, quod asseruit, & in hoc casu habet verum regula posita Deuter. 18. c. ad cognoscendum, quando propheta locutus est ex parte Dei, & quando non. Nam si signum, quod predixit non euenerit planum est, quòd Deus non fuit locutus, quod iste asseruit, nec a Deo missus est, sed de corde suo finxit. Si autem euenit signum, quod ille dixit, certum est, quòd vera sunt verba, quę asseruit, & a Deo missus est propheta, & hoc modo, nunquam pseudo prophetę poterant facere miracula, aut signa, quæ probant dicta sua. Si autem prius faciat propheta miraculum, vel signum, & postea dicat, mandat vobis Deus occidere istum hominem, vel facere hoc, aut illud, non confirmatur dictum per signum, licet propheta velit inducere illud in probationem, eo quòd iam signum illud factum est, neque potest non esse, & si per illud confirmarentur ea, quę postea dicuntur, non posset propheta postea mentiri, quod falsum est. Quod patet, quia aliàs mendacia sua omnia confirmaret illo signo, quod est absurdum, & ideo signum prius factum non probat ea, quæ postea dicuntur vera esse. Ratio huius est, quia Deus non potest esse testis iniquitatis, & mendacij, & cum miraculum per Deum fiat, non faciet illud petente homine, si ad probandum falsum illud petat, quia tunc Deus esset testis, & auctor mendacij: & quia si quis dixit aliquid esse verum, aut a Deo dictum esse, & in huiusmodi probationem addit, quòd fiet tale miraculum, aut signum, si illud sequatur Deus illud facit, & attestatur verum esse, quod dictum est, & nūquam falsitati attestatur, ideo sufficienter probatur hoc modo verbum præcedens verum esse, sed quando iam factum est signum, vel miraculum, & sequuntur verba, non potest miraculum illud prodesse in confirmationem futurorum verborum, cum Deus non ostendat aliquid in testimonium illorum, & ideo taliter faciens signa potest mentiri. Et iste est casus Deutero. 13. c. de propheta, qui prædixit signa, & portenta, & euenerunt. Et postea dixit, eamus, & colamus Deos alienos. Iubet enim Deus non audiendum talē prophetam, sed occidendum, quia Deus non iussit illud dici eodem cap. & 18.

Alio modo potest dici, ꝙ quando prophetę inducunt in probationem dictorum suorum signa aliqua, ꝙ probatio est sufficiens, si sint illa miracula, secus si non sint miracula, sed aliqua admiranda, vt dictū est præcedenti q. Et ratio est, quia miracula solus Deus facit, & ille non potest esse testis falsitatis, quia fidelis est, & seipsum negare non potest 2. Timo. 2. c. Et tamen seipsum, qui veritas est negaret, si mentiretur approbans per miraculum suum aliena mendacia, ergo per miraculum, nunquam approbatur mendaciū, & sic pseudo prophetæ miracula non faciunt. De admirandis rebus secus est, quia multę earum licet humanam potentiam excedant, non excedunt potentiam dęmonum, sed cum magi operentur virtute dęmonum, immo eis ministrantibus, poterunt facere ista admiranda in confirmationem mendacij. Sed de illis dicendum, ꝙ non faciunt probationem dictorum, & talia erant pseudo Christorum, & pseudo prophetarū prodigia, & signa magna. Aliter adhuc potest dici, ꝙ falsi prophetę possunt deducere in probationem suorum dictorum miracula, & tñ illa non confirmāt dicta sua, licet fiant post assertionem dictorū suorum, & hoc, quia illa videntur miracula, sed non sunt, eo ꝙ falsa sunt. Nā si essent vera, essent miracula, sicut apparens

parens suscitatio mortuorum. Talia autem faciūt interdum falsi prophetę, cum & ipsi videātur mortuos suscitare, & cęcos sanare, & huiusmodi, quę non pñt fieri, nisi virtute Dei, & tñ ista non probant dicta illorum esse vera, cum ipsa miracula nō sint vera, sed apparētia. Sed objcietur, ꝙ si dęmones, & falsi prophetę in virtute dęmonum pñt facere miracula apparentia, poterit quis falli circa ea, quę sunt fidei. Nam miraculum est sufficiens probatio eorum, quæ dicūtur, si aūt miraculum falsè, vel apparenter pōt fieri, & nō est homo certus, qñ est verum, & qñ falsum, poterit aliquis credere se vera miracula videre, & videbit falsa, & tunc dubitare possemus, an ea, quę Apostoli fecerunt essent miracula, & consequenter an fides cōuenientibus probationibus esset introducta, quod absurdum est. Dicendum, ꝙ possunt fieri signa mendacia, quę videntur esse miracula, & non sunt, & tñ non sequitur ex hoc inconueniens. Primo, quia signa mēdacia, licet habeant a principio aliquem colorem, tñ postea deficiunt, sicut falsa suscitatio mortuorū. Nam postea apparet non esse vere suscitatum eum, qui dr̄ suscitatus, & ita in alijs. Secundo, quia licet dęmones possunt fallere oculos nostros, vt aliqd videamur nobis videre, quod non videmus, tñ per hęc non trahūtur boni ad aliquid malum, quia Deus per cuius prouidentiam arcentur dęmones a malis, quę facere volunt, non permittit illos fallere bonos, aut nullo mō facere talia circa ea, in quibus potest pręiudicari saluti humanę, & si aliquid permittit hoc solum est quantum ad eos, qui mali sunt, & perituri. Sic dicitur 2. Thessaloni. 2. c. s. cuius aduentus erit secundum operationem Satanę in omni virtute signis, & prodigijs mendacibus, & omni seductione iniquitatis his, qui pereunt, & tñ dicendum, ꝙ etiam quantum ad pereuntes, nūquam Deus permittit operari tam efficaciter, vt nō possit intelligi an sint opera vera, vel fallacia, vnde non est occasio erroris ex parte Dei.

Quomodo potest stare, quòd electi in errorem inducantur. Quæst. CXLI.

QVAERETVR de hoc, quòd dr̄, vt in errorem ducantur, si fieri potest, ēt electi, quomodo potest stare, quia electi non possūt errare. Dicunt aliqui, ꝙ in hoc designatur magna seductio, quam faciet antichristus, nam tot homines subijcientur ei, ꝙ etiā electi videbuntur ei subijci, sed non subijcientur. De hoc dicit Grego. 15. lib. Mora. cum antichristus corā carnalium oculis miranda prodigia fecerit post se tunc homines trahet, quia qui prę sentibus bonis delectant̄ potestati illius se absque retractatione subijcient.

Sed dicendum, ꝙ non accipitur de antichristo, sed de falsis ꝓphetis, qui faciebant signa multa ante euersionem Ierusalem, & isti multos seducebant. Et tunc dicendum, ꝙ ponitur hoc, non ad ostendendum, ꝙ electi aliqui seducerentur, sed ad manifestandum, ꝙ tanta erat vis seductionis, ꝙ non solum mali, sed etiā boni erant in periculo. Sic dicit Origenes sup Matth. scilicet exaggeratorius sermo est dicēs, si possibile est, vt in errorem ducantur etiam electi, non enim prænunciauit, neque ostendere voluit, quòd in errorem mittentur electi, sed ostendere vult, quòd valde persuasorij sunt sermones hęreticorum, & commouere potentes etiam eos, qui prudenter agunt.

Alij dicunt, quòd in hoc significatur, quòd electi possunt interdum titubare, & parum vacillare, sed non possunt cadere, vel non cadunt. Istam autem titubationem hic designauit. Sic dicit Grego. 33. lib. Mora. Electorum cor trepida cogitatione concutitur, & tamen eorum constantia non mouetur, vtrun-

F que autem eadem sententia dominus complexus est, quasi enim iam errare est in cogitatione titubare, sed si fieri potest subiungitur, quia fieri non potest, vt in errorem electi capiantur.

Alij dicunt, quòd quidam sunt vere electi, scilicet secundum diuinum iudicium, & hi non cadunt in errorem, alij autem videntur electi in oculis hominum, & non sunt, & isti cadunt in errorem. Sic dicit Rabanus, scilicet non iō hoc dicit, quòd electio diuina frustretur, sed qui humano iudicio electi videbantur in errorem mittentur.

Dicendum, quòd hęc difficultas de errore electorum est quantum ad vltimum errorem, scilicet per finalem impenitentiam. Nam in talem errorem, nun-
G quam incidet, qui electus est, quia sic frustraretur diuina electio, sed de errore, dum viuitur, non est dubium, quin electi possint peccare mortaliter, & semper peccent, & sicut peccant in peccatis actionum, ita & in fide possunt peccare, sed ante mortem pęnitebunt, & sortietur effectum electio, nuuc vero nō agitur de errore vltimo electorum, sed de illo, quo errarent, qui crederent falsis Christis, & pseudo prophetis ante euersionem Ierusalem, & ideo etiam si electi aliqui in his errarent non esset inconueniens, sed non errauerunt, quia Christus non prænunciat, quòd erraturi essent, vt Origenes dicit, & hoc fuit, quia præ-
H monuit eos cauere ab his, quia aliàs etiam aliqui ipsorum errarent.

Sed dicendum, quòd electi possunt accipi dupliciter. Vno modo, quòd omnes, qui de Iudæis in Christum crediderant vocarentur electi respectu Iudæorum, qui credere noluerant, scilicet quòd istos Christus elegerat applicando ad se, vt in ipsum crederent, & alios non elegerat, sed in sua infidelitate reliquerat. Alio modo, quòd vocentur electi prædestinati ad vitam ęternam, non electi autem, qui non prædestinati sunt. Accipiendo primo modo est sensus, quòd non solum Iudæi deciperentur per illos falsos Christos, vt eis crederent, sed etiam Christiani cōuersi de
I Iudæis in periculo erant ad hoc, quòd seducerentur propter magnitudinem signorum.

Accipiendo secundo modo est sensus, quòd non solum Iudæi, sed etiam aliqui Christiani cōuersi de Iudæis deciperentur per signa illa, sed isti essent non electi, qui fidem infirmiorem haberent, electi vero, idest prædestinati, qui firmiorem habebunt fidem, licet in periculo essent, non erant finaliter seducendi, quia fides in eis pręualeret.

Quare Christus dixit, si ergo dixerint vobis, ecce in deserto, &c. Quæst CXLII.

K QVAERETVR quare Christus dixit, si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, in quo præsupponitur, quòd aliqui dicerent tunc Christum esse in penetralibus, alij eum esse in deserto.

Dicendum putant quidam vocari gentiles desertum, & hęreticos penetralia, & hi mentiuntur apud se esse Christū, vel salutem, sed nō est. Sic dicit Hiero. super Matthæū, scilicet. Siquis ergo promiserit vobis, quòd in deserto Gentilium, & Philosophorum dogmate Christus moretur, aut in hęreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite credere, sed quòd in ecclesijs ab Oriente in Occidentem fides catholica fulget.

Sed manifestum est hoc mysticum esse, quoniam Christus non loquebatur de his, & ideo oportet dare sensum aliquem literę, qui sit literalis, & quem Christus voluerit.

Alij

Alij dicunt, ꝙ de antichristo intelligitur quem velut Christum verum in varijs locis sui discipuli esse prædicabunt. Sic dicit Hilarius super Matthæ.s. nam pseudo prophetę, de quibus supra dixerat nunc in desertis Christum esse dicent, vt homines errore deprauent, nunc in penetralibus asserent eum esse, vt homines dominantis antichristi potestate concludant.

Sed dicendum, ꝙ vt iam sępe dictum est, non intelligitur de antichristo, sed de falsis Christis ante euersionem Ierusalem. Ponitur autem, ꝙ esset Christus in deserto, aut in penetralibus propter duo. Primo & p̄cipue ad signandam rem occultam, nam ista duo loca sunt occulta, s. penetralia, & desertum, penetralia quidem, quia nemo illuc intrat, nisi is, cuius sunt, desertum vero, quia pauci illuc vadunt, cum nemo ibi habitet. Et ponitur de loco occulto, quia si in publico Christus esset, nemo alteri diceret: Ecce illic est, aut illic, quia quilibet illum videret, sed quia est in occultis potest vnus videre eum, & alius non, & vnus diceret alteri, ecce in tali loco est Christus.

Secundo ad tollendum id, quod subditur, s. nolite exire. Nam Christus dixit discipulis, ꝙ quidquid eis diceretur de Christo non irent ad videndum eum, si autem ipse, qui Christus diceretur esset in publico nō oporteret ire ad videndum, quia quisque eum sic videret, cū vero esset in locis occultis, aut semotis, quicūque eum videre vellet, oporteret, ꝙ iret illuc, ideo vt Christus diceret discipulis, ꝙ non irent ad videndum eum, qui Christus diceretur, debuit dicere de locis occultis. & semotis, s. de deserto, & penetralibus.

Quare illi, qui se dicerent Christum essent in deserto, aut in penetralibus. Quæst. CXLIII.

SED quærętur quare illi, qui se dicerent Christū essent in deserto, aut in penetralibus.

Dicendum, quòd primo erat, quia isti, qui se Christum vocabant, volebant prouocare populum ad rebellādum Romanis, & ꝙ ipsi essent principes populi, sicut Iudæi credebant, ꝙ Messias eos liberaret de potestate Gentilium, & restitueret regnū Ierusalem in antiquam dignitatem, & ad hoc oportebat, ꝙ huiusmodi homines prius facerent allocutionem ad populum, & animarent eos ad se. Hoc autē non audebant facere publicè propter timorē Romanorum, qui dominabantur in terra illa, & ibi multos milites in armis semper habebant, & cum videbant aliquam conspirationem, aut factionem statim soluebant illam, & auctores occidebant, sicut sępe factū narrat Iosephus per Romanos pręsides in li. Antiqui. & de Bello Iudaico. Et ob hoc isti vocabant in secreto ad se multos, & sic congregabant ad se multitudinē. Et erat ordo procedendi, quòd primo isti loquebant̄ in secreto, s. in penetralibus, & cum ibi animassent aliquos exibant in deserto, & ibi colligebant multitudinem ad se, vt venirent postea contra Romanos, sic. n. fecit Theodas, qui vocauit populum, vt sequerentur illum vltra Iordanem, vt colligitur Actu. 5. c. & per Iosephū lib. 20. Antiqui. & de Aegyptio viro sic fuit, qui in deserto congregauit ad se sicarios vltra tria millia Actu. 21. c. Et iste volebat venire contra Romanos in Ierusalem ex parte montis Oliueti, ibi enim ad se sicarios quosdam, & rusticam multitudinem collegerat, & pollicitus erat, ꝙ eo iubente murus Ierusalem ex illa parte concideret, & sic irruerent in vrbem, vt patet per Iosephum 20. lib. Antiqui. & 3. lib. de Bello Iudaico. conuenienter ergo in penetralibus, & deserto erant.

Secundo propter populum, cui suadere volebant. Nam illi credebant, quod Messias regnaturus esset A temporaliter, & ideo si aliquis se Christum publice vocaret, non veniens in potestate magna, non crederetur ei, ob hoc prius in secreto manebant, & aliquos ad se conuocando paulisper suadebāt Christum esse, & excusabant se, quòd non venirent in potestate magna, & cur nondum liberarent populum, & dicebant hoc esse, quia nondum erat tempus, sed statim esset, & tunc ipsi venirent in potestate, & liberarent populum de manu Romanorum, & aliorum Gentilium. Sic innuitur Luc. 21. c. Multi venient in nomine meo dicentes, ego sum, & tempus appropinquabit, idest statim erit tempus ostendendi statum Messię, & liberandi gentem, & restituendi regnum Israel.

B Tertio propter Romanos: dominabantur Romani Iudæis, qui non habebant regem, nisi Cęsarem, vt ipsi dixerunt Ioan. 18. c. & pertinebat regnum illud ad domum Dauid, & audierant Romani de Messia quem Iudæi expectabant, & dicebant illum dominaturum in magna potestate. Statim ergo, vt Romani audirent aliquem esse Christum, quod est nomen regis niterentur illum occidere. Sic enim Herodes audito, ꝙ natus esset rex Iudæorum, parauit ei insidias, quasi vellet eum adorare, sicut Magi, cum vellet illū occidere, & occidit pueros supra 2. c. ideo nemo taliū audebat publicè se Christum vocare, aut comparere in vrbibus, sed in penetralibus erat, aut in deserto quousque aggregaret sibi populum, ita vt non solum nō timeret iam Romanos, sed & posset eos inuadere.

C

Quomodo omnes istos Iudæi esse Messias credere poterant, cum vnicus esset Christus futurus. Quæst. CXLIIII.

QVAERETVR quomodo Iudæi poterant credere omnes istos esse Messias, aut Christos, quia Christus vnicus futurus erat.

Dicendum, ꝙ verum est vnicum esse, & ab eis vnicus futurus credebat̄, sed ad hoc dici potest vno mō, ꝙ istos esse Christos non credebant Iudęi. Nā neque Iesum, qui verus Christus erat, crediderūt eē Messiā, neque Iudam Galilęum, qui ante eum venerat, & dixerat se Messiam, neque etiā Theodam, vt dixit Gamaliel peritus inter Pharisæos Actu. 5. c. Sed aliqui de

D plebe, & pauci secuti fuerāt eos. Nam Theodam soli quadringenti viri secuti sunt e. c. Iudam vero Galilęū pauci, qui cito dissipati sunt, ita autem quātum ad cęteros, qui hoc nomen vsurpabant, erat, quia non sequebātur eos totus populus, sed pauci. vel si velimus dicere multos comparatiue, eo ꝙ Christus dixit, ꝙ isti pseudo prophetę multos seducerent, tn̄ nunquam totus populus aliquem eorum secutus est. Et hoc, quia respiciebant regulam illam, quam dedit Gamaliel de Christi piscipulis, s. ꝙ recederent ab eis, & non persequerentur illos, quia si ex Deo erat res illa, non poterat dissolui. Si autem ex hominibus erat consilium dissolueretur Actu. 5. & quia ita fuit, quòd consilium,

E & apparatus omnium, qui se Christum dixerunt cito dissolutum est, apparuit quòd ex Deo non erant, & ita non sequebatur eos populus totus præcipue periti viri, & scientes legem.

Secundo potest dici, quòd licet Iudęi crederēt esse vnicum Messiam, sequebantur omnes istos, eo quòd neminem pro certo tenuerāt esse Messiam. Nam insurgebat vnus asserens se Messiam, & interim putabatur ab aliquibus esse Messias, sed illo dissoluto nemo credebat fuisse eum Christum, sed seductorem, sed cum alius veniret illum credebant esse Messiam, quousque similiter dissolueretur, & sic semper vnus esse credebatur, sed ille nunquam inueniebatur.

Sed quid si multos simul esse contingeret, sicut cū

quidam dicerent, ecce Christus est hic, alij dicerent, ecce est illic, quomodo de his crederetur.

Dicendum, quòd de neutro eorum credebat totus populus, quòd esset Christus, sed quidam de vno alij de alio, & qui vnum credebant esse Christum, aut nihil de alio audierant, aut non credebant esse Messiã, & ita semper vnus credebatur.

Sed dicetur cum populus videret se toties falli per eos, qui se Christum dicebant, quomodo subsequẽtes admittebat sub nomine Christi?

Dicendum, quòd erat primo ex desiderio libertatis. Romani enim valde premebant Iudęos potissime tempore Albini, & Flori pręsidum, ita vt propter immanitatem tyrannidis compellerentur Iudęi rebellare Romanis, & quia credebant se per Christum liberandos desiderabant illum venire, & tanto desiderio tenebantur, ꝙ facili pręsumptioni credebant, ideo audito, quòd aliquis esset Christus, statim dicebant verũ esse, aut credebant.

Secundo erat, quia Deus permittebat Iudæos cadere in hunc errorem, eo ꝙ ipsi non receperant eũ, qui erat verus Christus, reciperent eos, qui falsi erant 2. Thessalo. 2. c. scilicet cuius aduentus erit secundum operationem Satanę in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his, qui pereunt, eo ꝙ charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, & vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Tertio erat, qa tempus iã erat, vt veniret Messias. Nam iam completę erant hebdomadę Danielis, vt veniret Christus, & ideo quotidie populus suspensus erat de aduentu Messię, & quicunque diceretur Messias, facile erat ei credere. Vnde etiam cum aliquis non diceret se Christum, si aliquem modum sanctitatis saltẽ fictę haberet, putabatur essę Messias. Sic cum Ioannes Baptista viueret in deserto putabant eum esse Messiam: Luc. 3. capitulo, immo & miserũt Iudæi nuncios ad Ioannem ad quærendum ab eo, an esset Christus Ioan. primo capitulo. Et data qualibet facili suspitione credebant eo tempore de aliquo, ꝙ esset Messias, & quia omnes illi, qui veniebant vsurpantes hęc nomina aliqualem colorem habebant, credebatur ab aliquibus de quolibet eorum, quòd Messias esset.

Quare Christus dixit, si dixerint vobis ecce in deserto est, nolite exire. Quæst. CXLV.

QVAERETVR quare Christus dixit, si dixerint vobis ecce in deserto est nolite exire, quia satis erat, quòd non crederent esse Messiam aliquem venientem.

Dicendum, quòd fuit vnum ad hoc, quòd aliqui putarent audito, quòd Christus veniret, quòd esset ipse verus Christus, qui nunc eis loquebatur, & ideo vellent videre an ipse esset, & quia dicebatur, ꝙ erat in deserto, aut in penetralibus volebant videre eum, vt ex vultu agnoscerent an ipse erat, hoc autem rationabile erat, quia putabant, quod venturus esset Christus ad regnandum temporaliter aliquãdo, & ita post resurrectionem suam, & ascensionem, cum nondum regnasset temporaliter audito, quòd aliquis quem nõ videbant se Christum vocaret, crederent, aut suspicarentur apparuisse rursus verum Christum, & vellent ire ad eum videndum. Dicit autem Christus, quòd non vadant, quia frustra erit, cum non sit ipse, sed aliquis falsus Christus.

Secundo potest accipi, ꝙ de alio intelligatur, idest

F quòd credentes cum audirent aliquem vocari Christum non putarent esse eum, in quẽ crediderant, idest Iesum, sed aliquem alium, & tunc non licebat exire ad videndum istos, quia qui videre volebat iam dubitabat de vero Christo, in quem hactenus crediderat. Nam si firmiter crederent, non irent ad quærendum aliquem alium dubitantes de illo, an esset.

Tertio, quia dato, ꝙ non crederent aliquem horũ esse Christum, sed eum, qui verus erat, sed vellent ire ad videndum eos, qui talia nomina vsurpabant solum ex quadam curiositate, erat inconueniens, quia alij credentes, qui minus firmi erãt scandalizarentur putantes, quòd isti irent ad videndum, quasi dubitarent de Christo, in quem crediderant, & mouerentur ipsi

G ad magis dubitandum. Etiam quantum ad non credentes esset occasio contemnendi credentes, quia viderent, aut putarẽt eos debiliter radicatos circa Christum suum, cum de alio Christo cogitare potuerint, cum vero audito de quolibet horum Christorum nõ mouerentur saltem ad eundum, vt viderent quis erat iste veniens, apparebat eos multum solidatos in fide de Christo, quasi nihil aliud eis in mentem venire posset.

Ad quid Christus dixit, sicut enim fulgur exit ab Oriente vsque in occidentem, ita erit filij hominis aduentus. Quæst. CXLVI.

H QVAERETVR ad quid Christus dixit, sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis.

Dicendum, quòd Christus hic voluit dicere de suo aduentu, & posuit conditionem eius. Causa autem prima erat, quia quæsierant discipuli de isto aduentu, & ideo debuit de illo respondere. Secunda fuit, quia in veritate Christus venturus erat, ideo conueniens erat dici, quòd veniret. Tertio ad non infringendam opinionem discipulorum pro nũc. Nam illi credebant Christum venturum ad regnandum temporaliter, & si moreretur, sicut statim futurum erat, scilicet post triduum, & non diceret eis de aduentu suo, putarent eum non venturum cum iam mortuus

I esset. Dixit ergo de aduentu, & de modo aduentus, vt postquam mortuus esset, non disperaretur de suo aduentu. Quarta fuit, quia Christus aliquando venturus erat, & voluit conditionem aduentus designare, vt sciretur in quali modo veniret, cum non esset venturus, sicut prius venerat. Quinta & præcipua fuit, quia voluit ostendere differentiam inter aduentum suũ, & eorum, qui hoc nomen Christi sibi vsurpabant, vt non fallerentur credentes circa illos. Nam de illis dicendum erat, ecce Christus est in deserto, ecce est in penetralibus. Et dicit Christus, quòd per hoc agnosceretur illos esse falsos Christos. Nam verus Christus, quando veniret non esset in penetralibus, aut in deserto, ita vt opus esset ire ad videndum eum, & du-

K bitari posset de eo, sed ita manifestus erit, quòd subito ab omnibus videbitur, & nemo de eo poterit dubitare, an ipse sit.

Et sciendum, ꝙ licet discipuli, quando nunc quærebãt de aduentu Christi, acciperent de aduentu eius ad regnandum temporaliter, & nullus talis aduentus futurus erat, tamen respondit de aduẽtu suo, qui erit ad iudicandum in fine sęculi, & discipuli non putabãt tunc de tali aduentu, sed de aduentu ad regnandum temporaliter, & Christus noluit eis declarare, ꝙ non esset venturus ad regnandum temporaliter, quia nũc scandalizaret, & quia ipsi aliquando credituri erant, ꝙ Christus veniret ad iudicandum mortuos, & non ad regnandũ temporaliter, voluit nunc dicere qualiter

veniret tūc. Est aūt modus iste sic in apparitione fulguris. Nā fulgur licet moueatur per aerē, nō apparet successiuè, i. ꝙ nunc appareat in vna terra, & post aliquantulum temporis in alia, sed subito cum gignitur apparet super totum horizontem illius hemisphærij, in quo gignitur. Sic Christus, cum venerit ad iudicandū, erit manifestus omnibus hominibus. Et hoc propter duo, primo quia veniet in maiestate, & apparatu magno, sic dr̄ infra in litera, s. & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate. Et ista fuit causa, quare in primo aduentu non fuit Christus cognitus ab omnibus, scilicet, quia venit pauper, & sine apparatu aliquo, & nisi fuisset propter magnitudinem miraculorum, qualia nemo ante eum egit. Ioan. 15. cap. quę fecit postq̄ cępit prædicare, s. in anno tricesimo vitæ eius, Luc. 3. ca. & per sequens triennium vsque ad mortem, nemo eū agnouisset, aut credidisset in eum. Nam in triginta annis præcedentibus a nemine agnitus est, sed vt simplex homo conuersabatur.

Secunda causa est, quia cum apparuerit secūda vice omnes homines erunt coram eo. Nam veniet ad iudicandum, & ideo in circuitu eius erunt omnes homines, quia omnes iudicandi sunt, aut iudicaturi, sic dicitur sequenti cap. Cum venerit filius hominis in maiestate sua congregabuntur ante eum oēs gentes.

Quare Christus fulguri aduentum suum assimilauit. Quæst. CXLVII.

SED quæretur cū Christus voluerit dicere per hoc exemplū de fulgure aduentū suum omnibus hominibus futurum manifestum: quare dixit de fulgure, quia potius poterat notificare per alia, scilicet, per Solem, aut Lunā, vel astra, quia ista manifestiora sunt, quàm fulgur propter luminis multitudinem. Secundo, quia quādo Christus veniet, erit in maiestate regni sui, & tamen ad ostendendum gloriam regni sui, non assimilatur fulguri, sed soli. Sic patet supra 17. cap. cum supra 16. cap. dixisset quosdam discipulos non morituros quousque viderent eum venientem in regno suo, idest, in gloria regni sui transfigurauit se, vt istam gloriam ostenderet. Et in transfiguratione dicitur, quòd fuit vultus eius resplendens sicut Sol, & vestimēta eius sicut nix, & non dicitur de fulgure, ideo hic de Sole potius debuit dici. Nam etiam Sol quando apparet, ostenditur omnibus existentibus in illo hemisphærio.

Dicendum, ꝙ posuit Christus similitudinem de fulgure potius q̄ de Sole, aut Luna. Primo, quia agitur hic de aduentu ad iudicium, qui aduentus erit terribilis. Nam dicitur infra in litera, ꝙ apparebit signū filij hominis, & tūc plangent omnes tribus terræ. Fulgur autem est aliquid exterrens homines, Sol vero & Luna, & cætera astra non exterrent, sed potius suo lumine valde demulcent, quia dicitur Eccles. 11. cap. Dulce lumen, vel delectabile est in oculis hominum videre Solem, ideo magis competit fulguri ad designandum illum aduentum, q̄ Soli aut astris alijs. — *Fulgur terret hoīes.*

Secundo, & principaliter propter modum apparitionis. Nam Christus vult hic ostendere, quòd apparitio sua erit subita, & omnibus manifesta, & ad hoc magis conuenit conditio in fulguris apparitione, quàm Solis, quia Sol semper circuit cœlum, & per motum suum aliquando est supra horizontem, & aliquando infra: & cum est in vna parte mundi, non videtur ab alijs, quæ sunt in alio horizonte: & ad hoc, quòd videatur ab his, a quibus non videbatur, venit ad eos per motum, & ita successiue facit se videri ab hominibus. Fulgur autem non cir-

A cuit cœlum, sed in parte illa cœli, in qua gignitur, apparet, & dum ibi est videtur simul ad Orientem, & Occidentem, idest, super totum horizontem, etiā si non moueatur, ideo apparitio fulguris magis similatur apparitioni Christi ad iudicium veniētis, quàm apparitioni Solis, aut Stellarum. De hoc dicit Chrysost. in homilia, scilicet, sicut supra dixit qualiter Antichristus venturus est, ita, & per hoc ostendit qualiter ipse sit venturus, sicut enim fulgur non indiget annunciante, sed in instanti, & momento temporis monstratur secundum vniuersum orbem terrarum, & his, qui in thalamis sedent: ita aduentus Christi simul apparebit vbique propter gloriæ fulB gorem. — *Visio fulguris ē ad modū simi lis apparitioni Christi ad iudiciū venientis.*

Quare dixit Christus: Vbicunque fuerit corpus ibi congregabuntur Aquilæ. Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR quare dixit Christus: Vbicūque fuerit corpus ibi congregabuntur, & Aquilæ, quòd apparebit subito omnibus hominibus, sicut fulgur apparet.

Dicēdum, quòd dubitaret aliquis, quomodo hoc poterat esse, ideo hic ostendit qualiter erit, s. per hoc, ꝙ in loco, in quo Christus apparuerit erūt oēs hoīes simul, ideo videbūt eū, & hoc quia oēs cōuenient ad C eū, & q̄a aliq̄s diceret, qūo conuenient oēs homines in locū vnum. Dicit Christus, ꝙ erit sicut fit in cadauere, & vulturibus, aut Aquilis. Nam licet sit cadauer ad multam distantiam: istæ aues per odorem sentiūt a remotissimis partibus, & cōgregantur ad cadauer, vt illud lacerent, & deuorent. Sic vbi fuerit Christus apparens venient omnes homines quantumcunque inde distent. Et hoc est, quod dicitur: Vbicunque fuerit corpus, idest, vbi est cadauer congregantur Aquilę, idest, aues similes, scilicet, corui, vultures, Aquilæ. Sic dicit Hierony. super Matt. scilicet, de exemplo naturali quod quotidie cernimus instruimur in Christi sacramento. Aquilæ enim, & vultures etiam transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiuscemodi congregari. Si ergo irrationabiles volucres D naturali sensu tantis terrarum spatijs separatæ paruū cadauer sentiunt, vbi iaceat, quātomagis omnis multitudo credentium debet ad Christum festinare?

Dicitur aūt vbicūq; fuerit, quia est oratio imperfecta, quantū ad intentionē Christi, s. sicut vbicūq; fuerit corpus, i. cadauer, cōgregantur illuc statim Aq̄læ, & vultures: ita vbi fuerit Christus apparens, congregabūtur illuc oēs hoīes. Et posuit conueniens exemplū, quia dixit vbi fuerit corpus, s. ꝙ corpus immobiliter stat: Aq̄lę vero ad illud mouētur, ita Christus in suo aduentu ad iudiciū erit, sicut cadauer illud, s. quia non discurret per mundū ad hoc ꝙ videatur, sed apparebit in loco vno, idest, in loco passionis suæ, siue in valle Iosaphat, aut alicubi, & illuc conuenient omnes homines. Nam resurgent mortui, & deportabuntur ab Angelis ad locum iudicij, & ibi omnes viE debunt Christum. — *Quare dicatur vbicūq; fuerit*

Quare Christus dixit de Aquilis: Illuc congregabuntur, & Aquilæ. cum hoc vultures potius faciant. Quæst. CXLIX.

QVAERETVR quare Christus dixit de Aquilis: Illuc congregabuntur, & Aquilæ. Nam hoc vultures faciunt potius.

Aliqui dicūt, ꝙ licet hoc coruis, & vulturibus conueniat, tn̄ de Aq̄lis dictū est, q̄a sanctos significare voluit, qui propter volatum Aquilæ dicuntur. Sic dicit Hila. super Matth. scilicet, Vnde ne loci, in quo futu-

rus esset, essemus ignari, dicit. vbicunque fuerit corpus, &c. sanctos enim de volatu spiritualis corporis Aquilas nuncupauit, quorum congregantibus Angelis conuentum futurum in loco passionis ostendit, & digne illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nobis gloriam æternitatis passione corporeæ humilitatis operatus est. Et est sensus literæ secundum Hilarium: Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur, & Aquilæ, idest, in loco, in quo corpus Christi mortuum stetit, quando erat corpus, siue cadauer, & non homo: Illuc congregabuntur Aquilæ, idest, conuenient sancti ad iudicium. Et quasi eundem sensum tenet Orige. super Mat. dicens. & non dixit; vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur corui, aut vultures, sed Aquilæ, volens ostendere magnificos, & regales omnes, qui in passionem Domini crediderunt. Hierony. quoque super Matt. ait: Aquilæ enim appellantur, quibus renouata est, vt Aquilę iuuentus, & qui assumunt pennas, vt ad Christi veniant passionem.

Sed dicendum, quòd istæ expositiones sunt mysticæ, & nō literales, scilicet, quòd vocentur iusti Aquilæ propter spiritualem volatum, sed necesse est de Aquilis, quæ sunt aues intelligi.

Secundo, quia tunc non probaret Christus conuenienter de aduentu suo, quòd tunc videretur ab omnibus hominibus. Nam ipse intendebat ostendere, ꝙ aduentus suus non erit occultus, ita vt de illo dubitari possit, & possit quis dicere: ecce in penetralibus est Christus, aut in deserto, sed ꝙ omnibus hominibus erit manifestus, & tamen si Aquilæ pro iustis accipiantur non significatur ad aduentum Christi conuenturos omnes homines, sed solos iustos, ideo non accipitur sic.

Tertio, quia præter hoc, ꝙ vult probare differentiam inter apparitionem suam, & falsorum Christorum vult adhuc conditionem aduentus sui ostendere. Tunc enim omnes homines cōueniēt ad ipsum, sicut dicitur seq. cap. quòd congregabuntur ad eum omnes gentes, & tamen non significatur ista conditio accipiendo Aquilas pro iustis.

Dicendum igitur; quòd non accipiuntur Aquilæ pro iustis, neque pro aliquibus hominibus, sed est cōparatio, vt dictum est preced. quęst. s. ꝙ sicut vbicunque est cadauer, statim congregantur Aquilę, corui, & vultures quantumcunq; distent: ita cum Christus venerit ad iudicandum, statim occurrent omnes homines in locum, in quo Christus apparuerit, licet in partibus distantissimis orbis iacuerint, vel sepulti fuerint. Et dicendum, ꝙ poterat illuc dici congregabuntur Aquilę, uel corui, aut vultures, quia ista solent cōuenire de volucribus ad deuoranda cadauera. Et ita ponit Orige. de tribus his super Matth. vt dictum est. Et etiam Hiero. Sed dicendum, ꝙ de coruis dici non debuit, quia non cōueniebat exemplo Christi. Nam ille volebat innuere, ꝙ quantumlibet distent istę volucres a cadauere statim veniunt, & hoc non possunt facere, nisi per odorem, quia a longinquissimis regionibus per odorē percipiunt, vbi iaceant cadauera, sed hoc non conuenit coruis: non enim a longinquo per odorem apprehendūt cadauera, sed hoc habent vultures, & Aquilę. Sic dicit Hiero. super Matth. Aquilę enim, & vultures etiam transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiuscemodi congregari, ideo non debuit dici de coruis.

De vulturibus quoq; non dictū est, licet odoratus eorū perspicacior, aut acutior sit, ꝗ̄ Aquilarū, & hoc propter duo. primò, quia forte in terra Chanaan, in qua Christus loquebatur, non abundant vultures, & abundant Aquilę: & quia exempla poni debent per res notas, dixit de Aquilis, quę cōgregantur ad cadauera, & nō de vulturibus. Secundo, & pręcipue fuit, quia nominare vulturē nō competebat ad intentionem Christi, sed Aquilam. Et ratio est, quia Christus volebat ponere conditionem sui aduentus, quantum ad modum congregationis Sanctorum, & omnium aliorū hominū. Et ista congregatio duas cōditiones habet. Prima est, ꝙ de quacunque parte terrarum, in qua fuerint mortui, resurgent, & conuenient ad locum, in quo Christus fuerit. Secunda est, ꝙ ista congregatio fiet subito, s. in momento, & in ictu oculi, sicut dixit Apostolus. 1. Corin. 15. cap. Quantum ad primam bene cōueniunt vultures, & Aquilę, immo & fortassis vultures acutiores sunt in odoratu, vt de longinquioribus moueantur ad veniendū. Secūda tamē conditio etiā, quę est pręcipua deest vulturibus, qm̄ sunt tardi volatus, & pigre veniunt: & ita non conueniunt ad innuendū subitaneam cōgregationem omnium hominū, quam tn̄ Christus intendit innuere. Aquila autē valde conuenit ad hoc, qa est impetuosi celeris, & fortis volatus, & subito transuolat magnā regionem. Et ob hoc Deus comparat fortitudinem, quā ipse dat sanctis volatui Aquilarū, quia fortis est, Isa. 40. cap. s. Qui sperant in Dn̄o, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt Aquilę, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Et ista est vera causa, quare Aquilas nominari fuit conueniens, & non vultures, neque coruos, licet hi quoque ad cadauera conueniant.

Congregatio sanctorū, ac aliorū hominū ad iudiciū duas condi tiones hēt:

Statim autem post tribulationem dierū illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & Stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis cęli a summis cęlorum vsque ad terminos eorum.

Ioan. 2. Mar. 13. Luc. 21. Mar. 13. Mar. 13. Luc. 12.

Statim autem. Descripta supra responsione ad vnam quęstionē discipulorū: ponitur hic responsio ad aliā. Nā quęsierant discipuli tria, s. de tēpore euersionis Ierusalē, & de aduētu Christi, & cōsummatione sęculi: multi volunt esse vnam quęstionem, in quo non differt. Nam dixerunt: Dic nobis quando ista fient, & quod est signum aduentus tui, & cōsummationis sęculi. Respōderat aūt Christus ad primū de euersione Ierusalem ponendo omnia, quę pręcessura erant, & circa quę expediebat instrui, & cauere credentes tempore illo, ideo nunc transit ad secundum, scilicet, vt de aduentu suo dicat qui est simul cum sęculi consummatione.

De Christi aduentu.

Sed in hoc considerandum, ꝙ de aduentu suo loquitur hic Christus dupliciter. Vno modo, vt distinguat illum ab aduentu, vel apparitione falsorū Christorum, qui venturi erant ante euersionem Ierusalē. Alio modo, vt dicat de vero aduentu suo, qui est futurus ad iudicandum, & de circunstantijs eius. Primo modo dicit de aduentu suo supra cum loquebatur de falsis Christis: ostendens quòd illorum aduentus esset occultus: ita vt diceretur de eis, ecce Chr̄s in deserto est, aut in penetralibus. suus vero aduentus non sic, sed manifestus, ita vt nemo de illo posset dubitare, sicut est de apparitione fulguris.

Secundo

Secundo modo agit hic ostendendo de aduentu suo, quas habebit circunstantias, & signa præcedentia. Et iste aduentus est in fine sæculi, & ita dicendo de hoc simul respondet ad quæstionem de aduentu Christi, & de consummatione sæculi. Et diuiditur in duo, quia primo ponuntur signa præcedentia iudicium. Secundo describit iudicis aduentum, ibi. *Et tunc apparebit*.

Signa iudiciũ præcedentia ſm expositione quorundam.

Circa primum dicitur. *Statim autem*. Putant aliqui accipi continuatiue ad tempora Antichristi, quasi in litera præcedenti actum fuerit de apparitione Antichristi. *Post tribulationem illorum dierum*. Scilicet, Dierum, in quibus Antichristus vixit, & turbauit Ecclesiam, sic enim exponunt, qui volunt literam præcedentem accipi de aduentu Antichristi, sed de hoc statim in quæstionibus dicetur quid sentiamus. *Sol obscurabitur*. Ista sunt signa aliqua præcedentia ad iudiciũ, vt communiter exponitur, & verum est. Et est vnum signum obscuratio cœlestis luminis. *Et Luna non dabit lumen suum*. Erit defectus in maximis luminaribus, idest, Sole, & Luna. Ambo enim defectum patientur, vt exponetur. *Et Stellæ cadent de cælo*. Hoc fit, vt nullum luminare maneat, in quo non manifestetur aduentus ad iudicium. Nam cum Luna, & Sol obtenebrantur cætera sidera, non solum obscurantur, sed aut de cœlo cadunt, aut cadere videntur, alij ad cometas, alij ad viros ecclesiasticos referunt, vt dicetur. *Et virtutes cælorum*. Angeli sunt, qui vocantur virtutes cœlorum, idest, virtutes existentes in cœlo, quia non sunt corporalia entia, sed virtutes quædam, idest, spirituales substantiæ, siue intelligentiæ, vt Philosophi dicunt. *Mouebuntur*. Aliquis motus apparebit tunc in eis, non quod moueantur proprie: quia entia proprie spiritualia, & non alligata materię non mouentur, licet moueant, sed moueri dicuntur, quia motus aliquos ostendent, quos ante non ostenderãt. *Et tunc*. Scilicet, Quando ista fient. *Apparebit signum filij hominis*. Idest, Signum Christi, qui de se loquitur quasi de alio: ipse enim filius est hominis, quia est filius Virginis: & istud signum putatur esse crux in cęlo, scilicet, in aere. Nam aer vocatur cœlum, iuxta illud Lucæ 8. cap. Aues cœli comederunt illud, idest, volucres, quæ sunt in aere, vel in illo volant. *Et tunc plangent*. Scilicet, Quando viderint signum Christi erit planctus iste doloris quædam significatio, quia vel non crediderunt in Christum, vel quia eum persecuti sunt, & suos. *Omnes tribus terræ*. Quia in omnibus tribubus erunt aliqui, ad quos pertineat ista causa dolendi.

De quo tempore intelligitur ista litera. *Quæst.* CL.

QVAERETVR de quo tempore intelligitur ista litera.

Aliqui volunt, quòd intelligatur de his, quæ acciderunt ante euersionem Ierusalem. Et patet primo, quia tota litera præcedens exposita fuit de eis, quæ euenerunt ante euersionem Ierusalem, & tamen ista litera continuata videtur ad præcedentem, quia dicitur hic: Statim autem post tribulationem dierum illorum: ergo statim post præcedentia fuit hoc factum.

Secundo patet, quia infra in litera narratis his, dicitur: non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, sed generatio illa vocantur homines, qui tunc viuebant: ergo omnia, quæ hic dicuntur fuerunt iam tempore illorum, quibus Christus loquebatur, aut parum post.

Dicendum, quòd ista, quæ habentur in hac litera

A non fuerunt ante euersionem Ierusalem, sed accipiũtur de tempore aduentus Christi ad iudiciũ: ita enim exponunt omnes Doctores. Sic dicit Gl. scilicet, postquàm Dominus præmonuit fideles contra seductionem Antichristi, & ministrorum eius ostendens se esse manifeste venturum, nunc ordinem, & modum sui aduentus demonstrat, & ita apparet ex tota litera applicando. Nam siquis voluerit singulas partes literæ exponere de tempore ante euersionem Ierusalē, non patietur illud litera, sicut Remigius dicit.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd licet dicatur statim non tenetur, quòd sit post ea, quæ dicta sunt de falsis Christis apparentibus ante euersionem Ierusalem, quia non refertur ad ea, sed ad ea, quæ dicta sunt de apparitione Christi, sicut fulC guris. Vel, statim, non signat tempus proximum, vt dicetur seq. quæst.

Ad secundum dicendum, quòd non accipitur generatio hæc pro illa ætate hominum, qui tunc erant, sicut communiter accipitur, vel non refertur ad omnia hæc, sicut dicetur infra quæst. 153.

Quomodo potest stare quod dicitur: Statim autem. *Quæst.* CLI.

QVAERETVR cum supponatur præceden. q. quòd ista dicantur de aduentu ad iudicium, B quomodo dicitur: Statim autem.

Solet dici cõmuniter, quòd refertur ad præcedentia: dicunt enim, ꝙ dictum fuerat supra de aduentu Antichristi, hic autem dicitur de aduentu Christi, & asserunt, ꝙ verum est, ꝙ post tribulationem dierum Antichristi, in quibus ipse durabit sequentur statim ea, quę habentur hic: non quidem dies iudicij, qui incertus est, sed signa pręcedentia ad iudicium, de quibus agitur inter hęc, & mortem Antichristi non dicunt esse aliquam moram. Ita dicit Nicolaus, quòd vt dicunt statim Doctores post tribulationem Antichristi, antequàm appareant manifesta signa iudicij erit tempus breue, in quo poterunt illi, qui decepti fuerint per Antichristum pœnitere. Et hoc dicit fiD gurari Apocal. 7. cap. s. Factum est silentium in cœlo, quasi media hora. Istud autem tempus, vt dicunt, nõ durabit, nisi per quadraginta dies, vel circiter, & ideo dicitur statim.

Sed dicendum, quòd hoc non est certum propter duo. Primo, quia supponitur, ꝙ hoc quod supra dicebatur, intelligatur de Antichristo: & falsum est, quia, vt supra ostensum est, intelligitur de falsis Prophetis, & Christis, qui apparuerunt ante euersionē Ierusalē.

Secundo, quia dicitur, quòd post mortē Antichristi incipient statim signa aduentus Christi, s. post quadragintaquinque dies, aut quadraginta qui dabuntur deceptis ab Antichristo ad pœnitendum. Nam non cõstat nobis, ꝙ statim post Christi mortem erunt signa iudicij. Nam ista litera non dicit illud aperte.

Item exprimere quadraginta dies datos non videE tur habere colorem, quia designare sic tempora non pertinet ad certificationem, quę nobis datur per scripturam, quantum ad res futuras, quia semper est vniuersalis certificatio, & non per designationem temporum taxatorum.

Item quia non videtur ad quid dentur hi quadraginta dies ad pœnitendum. Nam si post istos quadraginta dies eēt statim dies iudicij, in quo morituri sunt omnes, qui viui inuenientur; conueniens esset dari eos, vt in illis possent pœnitere seducti per Antichristum, sed non est sic, qa licet incipiant signa pręcedētia iudiciũ non est statim dies iudicij, & ĩō dũ fiunt signa illa est locus pœnitendi, immo erit magna op-

portunitas,quia prę timore eorum,quæ videbunt cōuertentur multi,ficut dicitur Luc.21.cap. Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi: ideo non est positio illa solida,sed satis dubia.

Dicendum,quòd de aduẽtu ad iudicium accipitur statim,scilicet, aliquãto tempore post Antichristi tribulationem, non tamen ob hoc concedimus pręcedentem literam exponi de Antichristo, sed de falsis Christis ante euersionem Ierusalem, & tamen refertur ad id,quod subintelligitur,& illud est de Antichristo. Nam cum dixisset de falsis Christis decipientibus ante euersionem Ierusalem, & multum simile est de Antichristo, voluit Christus subintelligere de illo, quasi dixisset, & transit ad dicendum sequentia post mortem Antichristi,quę sunt signa aduentus Christi, sicut facimus in relationibus meditatis, quia non refertur ad id,quod expressum est, sed quod cogitatum est quasi expressum esset.

Alij dicunt,quòd refertur hoc ad ea, quæ supra dicta sunt de euersione Ierusalem,scilicet, quòd statim post illam apparitura essent signa iudicij, sed statim nō dicit hic tempus proximum,sed satis distans. Præcedens tamen expositio verisimilior est, licet etiam hæc non est omnino falsa,sed sustentabilis.

Quare Christus dicit de signis aduentus sui ad iudicium hic. Quæst. CLII.

QVAERETVR quare Christus dicit de signis aduentus sui ad iudicium hic. Dicendum, quòd conuenienter factum est primo, quia quęsitum fuerat de hoc, cum dixerunt discipuli, quod est signum aduentus tui, & consummationis sęculi? Ideo aliquando eis respondendum erat.

Secundo quia cum res ista magna esset, dignum erat de ea fieri sermonem per Christum: nam omnia, quę ad fidem pertinent Christus expressit. Est autem de pręcipuis ad fidem pertinentibus iudicium,in quo retribuetur singulis iuxta opera sua, & ideo nō solum iudicium, sed etiam ea, quæ circa iudicium notanda erant, Christus dicere debebat. Sic autem erat de signis aduentus eius:ideo debuit de his dicere. Tertio quia pertinet hoc ad literam pręcedentem. Nam dictum fuerat supra, quòd aduentus Christi non esset secretus sicut aduentus falsorum Christorum, de quibus dicebatur. Ecce Christus in penetralibus est, aut ecce in deserto est, sed esset cunctis manifestus sicut apparitio fulguris, & ideo cum hæc dixit subdidit de illo aduentu ostendendo, quomodo esset manifestus.

Manifestatio Christi aduẽtus est in duobus. Est autem manifestatio ista in duobus, primo in signis,quæ præcedunt, secundo in circumstantijs ipsius aduentus. Primum autem ostendit hic Christus inquantum dicit non se venturum quasi non præmisso nuncio, aut inopinate, sed multa signa, & notanda pręcedent, quæ facient notum esse aduentum antequam sit,& iam expectari antequam videatur, & ista ponuntur hic.

Secundum verò postea ponit cum dicit Christum venturum in maiestate in nubibus cœli,& quòd Angeli congregabunt tunc electos ex omnibus partibus terræ.

Qui sunt isti dies,& quæ tribulatio. Quæst. CLIII.

QVAERETVR quid est,quod dicitur hic,scilicet, post tribulationem dierum illorum, qui sunt isti dies,& quę est illa tribulatio.

Aliqui dicunt accipi de diebus ante euersionem Ie-F rusalem,& tribulationem hanc vocari eam, quæ fuit in euersione illa,& aliquantulum ante. Nam fuit tunc talis tribulatio, qualis nunquam prius fuerat, neque postea futura erat, vt dictum est supra.

Sed dicendum, quòd hoc non conuenit, quia ista signa,quæ hic dicuntur, scilicet, obtenebrari Solem, & Lunam non visa sunt ante euersionem Ierusalem, & Casus Stellarum, præcipue cum manifestum sit hæc pręcedere ad Christi aduentum ad iudicium, cum dicatur. Tunc apparebit signum filij hominis in cœlo.

Alij dicũt,quòd non intelligitur hoc de signis pręcedentibus euersionem Ierusalem, sed de signis iudicij, & tamen dicitur de tribulationibus, quæ fuerunt
G in prædicta euersione,scilicet,quòd post ista euentura erant signa ad iudicium.

Sed dicendum, quòd magis conuenit alia positio, idest,quòd de Antichristi tempore intelligatur. Nam non est satis verisimile,quòd intelligatur statim futurum,quod nondũ fuit elapsis annis mille,& quadringentis,sed de tribulatione sub Antichristo accipietur, illa quippe multum affliget fideles quousque moriatur Antichristus,& post mortem eius cessante illa tribulatione dicitur hoc futurum. Sic dicit Chry. in homilia,scilicet. Tribulationem dicit dierum Antichristi,& pseudo Prophetarum: tribulatio enim tunc erit magna tot existentibus deceptoribus, sed non extendetur per temporis longitudinem. Si enim iudaicum
H bellum propter electos decurtatum est, multomagis propter eos hęc tribulatio abbreuiabitur, & propter hoc non simpliciter dixit post tribulationem, sed addidit statim, ipse enim confestim aderit.

Quid est quod dicitur. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Quæst. CLIIII.

QVAERETVR quid est hoc, quod dicitur. Sol obscurabitur,& Luna non dabit lumen suum.

Aliqui dicunt accipi pro diabolo, qui iudicabitur, & arguetur sicut, & iniqui, ita dicit Orige. super Matth. scilicet, dicet aliquis obscurandum solem esse Diabolum, qui in consummatione est arguendus.cum sit tenebra simulat se solem.
I

Sed dicendum, quòd hoc mystice dicendum est, litera autem oportet,quòd sensum aliquem literalem habeat, quem Christus intenderit in ea, & ideo aliter accipiendum est.

Secundo quia Christus dat hic signa, quæ erunt manifesta. Nam ipsa dantur ad manifestandum aduentũ Christi,sed non possent ipsa manifestare aliud, nisi ipsa essent manifestiora:ideo nota erunt, sed Diabolum increpari a Deo non est notum, quia non apparet in sensu:ideo non accipitur de hoc.

Tertio quia ista redargutio, & obscuratio Diaboli erit post iudicium,quando claudetur in inferno cum
K damnatis, vt iam hominem tentare possit, & tamen ante iudicium non erit, quia tunc potius erit Satanas solutus,ergo non accipitur de hoc.

Alij dicunt, quòd hoc fiet ex fumo surgente de terra,erit autem tantus fumus ex magno igne, quod obscurabuntur Sol, & Luna, & cętera astra. Sic dicit Orige. ex opinione quorundam super Matth. scilicet, dicet autem aliquis sicut in magnis ignibus succendi incipientibus tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli, sic in consummatione mundi ab igne, qui succedendus est, obscurabuntur etiam luminaria magna marcescente Stellerum lumine. Sed istud nō stat, quia iste ignis, qui succēdetur magnus in fine mundi erit ignis conflagrationis, qui erit ad purgandũ omnia,& tamen iste nō præcedit diē iudicij, sed in ipso

ipso die erit,& tamen hic innuitur,quòd ista obscuratio Solis,& Lunæ præcedet cętera signa, & post hanc adhuc erunt alia signa, ergo non erit ista obscuratio Solis,& Lunę per illū ignem conflagrationis. Secundo quia quādo iste ignis conflagrationis venerit, exuret omnia, & non relinquet aliquid viuens. sed solet dici, φ homines, qui tunc viui inuenientur peribunt per illum ignem,& statim resurgent ad iudicium, & tamen quando ista obscuratio Solis,& Lunę venerit, erunt viuētes homines,& videbunt illā,quia aliàs nō esset eis signum ad iudicium,maximè quia dicitur,φ plangent se omnes tribus terrę,ergo non intelligitur de illo igne conflagrationis. Alij autem dicunt,quòd fiet ista obscuratio Solis,& Lunę per defectum Solis, & Lunę, quòd lumen deficit paulatim subtracto nutrimento. Sic enim dicit Orige. scilicet, alius autem aliter arbitrabitur, quoniam sicut paulatim lucernæ deficit lumen, sic cælestium luminum deficiente nutrimine Sol obscurabitur, & Luna, & Stellarum lumen deficiet.

Sed dicendū,quòd hoc etiam non stat,primo quia falsum præsupponunt,scilicet, corpora cęlestia nutriri, & animata esse, vt plantæ,vel animalia. Sic voluit Plato,quem Poetę secuti sunt, scilicet, cibari cęlestia corpora de exhalationibus surgentibus de mari. Illa tamen,neque animata sunt, neque cibantur, sed simplicia,& inanimata sunt.

Secundo quia si hoc verum esset, quòd deficiente nutrimento minuitur lumen non deficerent aliquando, quia semper erit nutrimentum cum semper sint exhalationes surgentes de aqua,& terra.

Tertio quia si hoc modo possent deficere Sol, & Luna in lumine,iam aliquādo defecissent ex hac causa, quia in tanto tēpore quanto durauit mundus, iam aliquæ tales mutationes factę essent, & tamē nunquā visum est deficere lumen Solis,& Lunæ ex hac causa, ergo neque deficere potest sic. Quarto patet, quia si ex defectu nutrimenti deficeret lumen,sequeretur, quòd quando esset magnum nutrimentum esset magna lux,& quando paruum, minor lux,& consequenter cum non sit semper ęquale nutrimentum, immo nunquā sed aliquando plus,& aliquando minus, nunquam daretur ęquale lumen cęlestium corporum, sed vno die maius, alio die minus,& tamen semper videmus æquale lumen,ergo non prouenit obscuratio aliqua ex defectu alimenti.

Sed obijcietur,quòd obiectiones non stent. Nam licet corpora cęlestia non sint animata, possunt dici nutriri large,sicut oleum,& pinguedo est cibus ignis, & ita per defectum nutrimenti deficiet lumen, sicut fit in lucerna.

Dicendum, quòd stant, quia licet prima obiectio militet accipiendo corpora cęlestia,vt animata,tamē cęterę procedunt,etiā si accipiantur nutriri sicut ignis in pabulo,vel humore.

Quinto adhuc potest dici non stare, quia isti præsupponunt circa finem mundi minuendam lucem Solis, & Lunę ex causa dicta, sed falsum est, quia ibi potius augebitur, quia erit tunc lux Lunę, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter, sicut lux septem dierum Isa.30.& hoc dicit Orig. vbi supra scilicet,quòd non potest stare ista positio, cum Isaias dicat circa consummationem mundi profectū lucis esse futurum.

Alij ergo dicunt, quòd intelligitur de quibusdam eclypsibus,qui erunt ante finem mūdi,in quibus tam Sol quàm Luna obscurabuntur:nā in qualibet eclypsi solis cōtingit hoc,scilicet, quòd obscuretur aliquid de Sole,idest,quantum a Luna abscinditur. De Luna quoque aliquid obscuratur, scilicet, quantum subin-

A trat tenebras, vel subijcit se illis, & si totus Sol eclypsetur,& sit aliqua mora, obscuratur vtrunque,scilicet Sol, & Luna.

Sed dicendum, quòd nō potest intelligi ista obscuratio de eclypsi, quia ista obscuratio erit vnum de signis aduentus ad iudicium. Nam Luc.21.ca. vbi ponitur hic,Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum,dicitur,erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis. Et tamen si ista obscuratio esset per eclypsim,non esset signum,quia ea,quæ naturaliter eueniunt,nō sunt signa, nisi naturaliū rerum, & communiter accidentium, eclypsis autem euenit naturaliter, & est determinata ex mensura motus ad certum tempus,quādo fiat,& ad durationem,& ad locum cęli,idest,signum, & gradum,in quo fiat:ideo non accipimus eum, vt si-

C gnum nisi rerum naturalium, & tamen consummatio sęculi,& aduentus ad iudicium sunt pendentia ab agente pure libero,& super naturam:ideo eclypsis nō poterit accipi, vt signum huius, & consequenter ista obscuratio erit aliquid aliud.

Alij ergo dicunt, quòd non erit obscuratio aliqua per defectum luminis, aut eclypsim, quin potius maiorem claritatem quàm prius habebūt luminaria, sed dicentur obtenebrari per comparationem ad minus lumen superueniens, scilicet, ad Christum veniētem ad iudicium. Sic dicit Hiero. super Matth. scilicet,non diminutione luminis hęc accident, alioquin solem le-

B gimus septuplum habiturum luminis, sed comparatione veri luminis omnia visu apparebunt tenebrosa, & idem tangit Beda.

Sed dicendum,quòd hoc non stat. Primo quia ista obscuratio ponitur,vt signum pręcedens ad iudiciū, & est de primis signis, vt patet ex ordine literæ hic, & Luc. 21.cap. & tamen lumen Christi, quod possit comparatiue obscurare corpora cęlestia, non videbitur nisi in ipso die iudicij: ideo non potest intelligi de hoc.

Secundo patet, quia ponitur ista obscuratio tanquam signum Luc.21.cap. scilicet, erunt signa in Luna,& Sole. Et tamen si talis esset obscuratio, non esset signum ad iudicium,vel ad Christum venientem, sed esset accidens consequens aduentum ad iudiciū,

D ideo non intelligitur de hoc.

Tertio patet, quia omnia hęc, scilicet, Solem, & Lunam obscurari, & Stellas de cœlo cadere pertinet ad idem signum, & tamen cadere Stellas non poterit intelligi propter apparentiam maioris luminis Christi venientis, ergo neque obscuratio Solis fiet ex hoc.

Quarto patet, quia dicitur, quòd obscurabitur Sol, & Luna non dabit lumen, & virtutes cęlorum mouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis. Sed quando apparet signum filij hominis nondum ipse venit, sed venturus ipse speratur, ergo ante aduentum Christi erit solis obscuratio.

Quinto, quia non est conuenienter dictum, quòd tunc dicatur Sol obscurari, quando auge-

E tur in lumine, sed in aduentu Christi erit lux Solis septempliciter, sicut lux septem dierum, ergo non dicitur propter illud obscurari.

Dicendum igitur, quod istud erit signum quoddam ante iudicium in Sole, & Luna: ita quòd lumen eorum minuetur, vel quasi deficiet, non quidem per modum eclypsis, sed per modum miraculi Deo subtrahere volente lumen eorum, & tunc erit proprie signum,quia non eueniet modo naturali sicut in eclypsibus, quia tunc rari admirarentur, sed modo miraculi ex quo omnes homines non solum admirabuntur,sed etiam stupebunt,& arescent pre timore,& expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi:

bi: Luc.21. ca. Et ista obtenebratio durabit forte maiori tempore quàm soleant durare eclypses, vt manifeste appareat non factum esse naturaliter, sed ex Dei solius operatione. Et de hoc signo prædixit Iohel.2.c. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, idest, dies iudicij. Et tunc non procedit inconueniens, quod supra allegabatur de augmentatione luminis Solis, & Lunę, quia istud signū erit ante diem iudicij, & tunc Sol, & Luna ad tempus patientur hanc obscurationem, sed rursus consuetum lumen redibit, sicut fit finitis eclypsibus, & in illo manebunt vsque ad diem iudicij, & in eo augebitur lumen, ita vt sit lux Lunę, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter. De hoc dicit Rabanus, & Beda. Nihil tamen prohibet intelligi tunc veraciter Solem, & Lunam cum cæteris sideribus suo lumine priuari, sicut de Sole factum constat tempore Dominicę passionis. Vnde & Iohel dicit. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, atque manifestus. Et iterum: Peracto die iudicij, & clarescente futurę gloria vitæ cum fuerit cęlum nouum, & terra noua, tunc fiet quod Isa. dicit. Erit lux Lunæ sicut lux Solis &c.

Quomodo fiet ista obscuratio Solis, & Lunæ.
Quæst. CLV.

QVAERETVR quomodo fiet ista obscuratio Solis, & Lunæ.

Dicendum, quòd potest intelligi tripliciter. Vno modo per subtractionem generationis radiorū, ita quòd non mittant radios suos ad nos eo tempore corpora cęlestia.

Alio modo per interpositionem alicuius corporis impedientis in nos receptionem radiorum. Alio modo per hoc, quòd illo tempore desinunt esse luminosa, ita vt neque tunc radios gignere possint si permittantur. Alij ponunt quartum modum, scilicet, per modum eclypsis.

Sed dicendum, quòd non erit iste quartus modus, scilicet, per eclypsim, sicut dictum est præcedenti q. Non enim conuenit signis tunc ostendēdis cū eclypses naturaliter accidant, & signa illa voluntariè, & ab agente spontaneo venient. Etiam ista signa erunt terribilia, & tamē eclypsis nunquam est terribilis saltem omnibus, eo quòd est consueta.

De tertio modo etiam dicendum, quòd non erit, scilicet, quod desinat Sol esse corpus luminosum, qa tunc desineret Sol esse id, quod est secundum speciē. Nam corpora cęlestia ex specie sua sunt luminosa, & maxime conuenit hoc Soli, qui est alterius speciei quàm Luna, & astra alia.

Secundo quia ablata hac conditione Solis, & Lunę tolleretur de vniuerso aliqua de pręcipuis partibus eius, quia tollerentur Sol, & Luna, quæ inter corpora sunt præcipua.

Tertio, quia sicut dare miraculum est peccatum, idest, error secundum intellectum, quando res potest sine miraculo fieri, quia fit per plura, quod poterat fieri per pauciora, ita est peccatum, si dato miraculo quis ponat plura cōcurrere ad illud, cum per pauciora fieri poterat, sed ita est in pręsenti, quia ad dandum illud signum de obscuratione Solis, & Lunę quilibet alius modus est leuior quàm ponere, quòd Sol, & Luna desinant esse luminosa corpora, cum per hoc ponantur extra speciem, & non per alios modos, ergo est modus difficilior.

Itē quia si ponatur iste modus, necesse esset, quòd postea Deus daret esse luminosum Soli, & Lunę cum iam illud non haberent, quia post illud Sol, & Luna

F duraturi sunt in ęternum, immo habituri sunt maius lumen, quia lux Solis erit septempliciter, lux autem Lunæ erit sicut lux Solis: ideo non est iste modus verisimilis.

Manent ergo duo alij modi, scilicet, per interpositionem aliquorum corporum, aut per subtractionē generationis radiorū, & quilibet potest stare, sed stat facilius, quòd fuerit per interpositionem alicuius corporis. Nam licet nō sit eclypsis, potest fieri, quòd nulla mutatione existente ex parte corporum cælestium fiat ista obscuratio, vt interpositis nubibus, vel alijs corporibus densis, quæ Deus voluerit interponere, & tūc cessante illa interpositione erit illuminatio omnium terrarum sicut prius, ita vt Sol, & Luna non videantur
G obtenebrata. Et ita videtur factum esse in eclypsi Solis, vel obscuratione eius in passione Christi. Nam ab hora sexta vsque ad nonā factę sunt tenebrę per vniuersam terram, & tamen non fuit tunc eclypsis, quia erat dies quintadecima mensis primi Iudæorū, i. Luna quintadecima, in qua erat primus dies azymorū, & tunc fuit obscuratio illa, sed non poterat esse eclypsis solis, quia eclypsis solū accidit in coniunctione, ita & tunc non erit coniunctio luminarium, & obtenebrabitur vtrunque immo tam luminaria quàm astra.

Ad quid fiet tunc ista Solis ac Lunæ obscuratio.
Quæst. CLVI.

H QVAERETVR ad quid fiet tunc ista obscuratio Solis, & Lunę. Dicendum, quòd conuenienter ista pręmittentur, vt signa duarum rerum, scilicet, aduentus Christi, & consummationis sęculi, hęc enim duo simul erunt. Nam cum Christus ad iudicādum venerit, finietur mundus, non quòd mundus esse desinat, quia non desinet cum partes præcipuę, idest, cęlum, & elemēta manebunt, sed alteratio rerum, & generatio, & corruptio, & ea, quorum esse consistit per gigni, & corrumpi cessabunt. Nam omnia animata pręter hominem esse cessabunt. Et ad quodlibet istorum conueniens est pręcedere talia signa.

De primo, scilicet, de aduentu Christi patet, quia nihil erit maius, & excellentius quàm venire Christū
I ad iudicandum: ideo necesse erit pręcedere maxima signa. Et patet, quia aduētus Christi in carne fuit minor, quia fuit in humilitate, & obscuritate raris illum scientibus, & tamen ad illum indicandum præcesserunt magna signa: Sic enim dicit Aggęi 2.cap. scilicet. Adhuc modicum, & ego mouebo cœlum, & terram dicit Dominus. Et sequitur, & tunc veniet desideratus cunctis gentibus. Etiam præcessit apparitio Angelorum, quia Angelus vnus annunciauit gaudium magnum pastoribus, dicens. Quia natus est hodie saluator mundi, & cum illo facta est multitudo magna Angelorum dicentium: Gloria in excelsis Deo Luc. 2. cap. Etiam præcessit signum Stellę, quę conduxit magos in Bethlehem ad adorandum Christū supra 2.
K cap. sed iste aduentus ad iudicandum erit maior, quia futurus est manifestus, sicut dicitur supra in litera, scilicet, quòd sicut exit fulgur in Orientem, & apparet vsque in occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Etiam erit in maiestate, & honore magno cum dicatur infra in litera, scilicet, videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate, ideo ad istum aduentum debent præcedere maiora signa quàm ad illum. Sic autem est de obscuratione Solis, & Lunæ, quæ sunt maxima signa: ideo ista pręcedent conuenienter ad iudicium. de alia causa, scilicet, propter finem mundi dicetur infra q. 158. & sequen. q.

Quare

Quare potius in obscuratione Solis, & Lunæ apparuerunt hæc signa quàm in aliquo alio accidente circa ea. Quæst. CLVII.

SED dicetur dato, quòd in Sole, & Luna apparitura essent signa quare potius in obscuratione eorũ fuit hoc quàm in aliquo alio accidente circa ea? Nam poterat augeri lumen in eis si cut dicitur, quòd aliquando fiet, vel poterat hoc apparere in motu, scilicet, quòd Sol, & Luna starent, vel retrocederent sicut aliquando factum est.

Dicendum, quòd nõ fuit alius modus conueniens ad hoc, nisi quòd obscurentur. Et primo dicendum est, quòd nõ expedit, quòd fiat maior lux, primo quia aliud est, quod pertinet ad viam, aliud ad terminum, sed maior ratio lucis, aut luminis in Sole, & Luna pertinet ad consummationem sęculi, ergo nõ pertinent ad signa, quę præcedunt, vt via ad illam consummationem.

Secundo quia augmentum luminis in Sole, & Luna est glorificatio ipsorum cęlestium corporum, quæ correspondet eis, sicut respondet glorificatio corporibus beatorum, & tamen glorificatio corporum nostrorum non fiet vsque ad resurrectionem, quæ est in consummatione sæculi 1. Corin. 15. cap. ergo neque glorificatio Solis, & Lunæ, quæ est in augmento luminis erit ante finem sæculi. Tunc enim ipsa corpora immutabuntur, sicut & cętera tam cęlestia quã elementalia, ergo non præcedet augmentum luminis velut signum.

Tertio quia si Deus augeret lumen Solis, & Lunæ non esset conueniens signum. Nam maneret illa lux aucta sicut erit in die iudicij: nam lux, quæ semel cęperit esse in corporibus cęlestibus manebit in æternum in eis. Si autem maneret, non videretur esse data ad significandum, sed ad essendum, vel ad meliorandum ipsa corpora. Nam signa statim, vt significauerint desinunt esse, vt videãtur introducta solum ad significandum, & non ad essendum.

Sed diceret aliquis, quòd poterat Deus dare maiorem lucem Soli, & Lunæ ad tempus, & quòd postea esse desineret, & redirent ad priorem statum.

Dicendum, quòd poterat fieri, sed non conuenienter diceretur, quòd fieret, quia si augeretur lumen Solis, aut Lunæ esset ista aliqua qualitas, quæ vere esset in Sole, & Luna, & postea cum desineret esse tolleretur aliqua perfectio absoluta Soli, & Lunæ, & hoc nõ est conuenienter dictum, quia perfectiones, quas semel Deus dat nunquã aufert rebus, sed aut per se pereunt, vel ab alio corrumpente, aut semper manent: ideo nõ est iste conueniens modus.

Quarto quia signum debet dari inquantum magis significare potest, & tamen magis sentitur obscuratio solis quàm augmentum luminis eius. Tanta est enim lux Solis, vt Solem rectis oculis intueri nõ possimus, & si adderetur lumen siue incenderetur, non posset ita faciliter quis discernere augmentatum esse, sed in obscuratione secus est, quia non solum, quando multum obscuratur, vel plene, sicut in maximis eclypsibus, sentitur aperte, sed etiam quantũcunque sit parua eclypsis, percipitur defectus luminis: ideo magis in obscuratione quàm augmento dari debuit.

De secundo, scilicet, de motu dicendum, quòd nõ fuit cõueniens dari signum in aliquo horum. Primo quia iam ista data fuerant aliàs in signa, aut remedia. Nam pugnante Iosue contra Chananæos stetit Sol quasi die vno Iosue. 10. cap. & quando infirmatus est Ezechias dedit ei Isaias in signum, quòd conualesceret retrocessione Solis. Nam per decem lineas rediit in horologio 4. Reg. 20. & Isa. 38. ergo velut rem vete-

A rem non decuit nunc replicari. Secundo quia ista data fuerunt, vt signa rerum paruarum, scilicet, sanationis Ezechiæ, non ergo debuerunt nunc dari, vt signa maximę rei, scilicet, aduentus Christi ad iudicium.

Tertio & principaliter, quia res euentura erat terribilis, & ideo signum debebat esse inducens terrorem, sed statio, aut retrocessio solis non inducit terrorem, sed potius admirationem: ideo nõ debuit hoc dari in signum, & ista eadem causa est de augmento lucis. Nam hoc non inducit terrorem, sed magnam lętitiam, non igitur fuit conueniens signum illud.

Est ergo dicendum, quòd fuit conueniens signum obscuratio Solis, & Lunæ quantum ad aduentum Christi ad iudicandum. Nam aduentus ille erit terriC bilis, scilicet, quia Christus veniet terribiliter, cum venturus sit in virtute magna, & maiestate, vt dicitur infra in litera. Etiam quia veniet ad faciendum terribilia, idest, iudicandum sęculum per ignem: ideo signum terribile esse debet, & tale quid est obscuratio Solis, & Lunę, & hoc apparet ex litera. Nam omnia ponũtur terribilia, scilicet, quòd virtutes cęli mouebuntur, & apparebit signum filij hominis, & plangent se super eum omnes gentes.

Quomodo conueniat hoc signum, scilicet, obscuratio lucis quantum ad ostendendum finem sæculi. Quæst. CLVIII.

B

QVAERETVR quomodo conueniat istud signum quantum ad secundũ, scilicet, ad ostendendum finem sęculi. Dicendum, quòd bene conuenit. Primo inquantum terribile est. Nam nihil terribilius est, quàm desinere esse, & ob hoc mors vocatur vltimum terribilium 3. Ethic. scilicet, quia per eam esse desinimus, & tamẽ consummatio sęculi est desinere esse sęculi quantum ad quasdam partes suas, scilicet, quantum ad omnia animata: ideo erit aliquid terribile, & consequenter est conueniens signum obscuratio Solis, & Lunę quod terrorem ingerit.

Secundo quia directe correspondet obscuratio soD lis ad desinere esse. Nam sol quodammodo esse definit cum obscuratur, & ita vulgus dicit solem mori cum eclypsatur.

Tertio conuenit ad cõdolendum. Nam sicut cum homo moritur condolemus ei, ita & mundo pereunti condolendum est, sed in cessatione sæculi perit mundus quantum ad totum statum, qui nunc est, & quantum ad omnia animata: ideo a fortiori mundo condolendum est, & ad dolorem istum ostendendum præcedit quasi quidam planctus pręcipuorum corporum vniuersi, & hoc in obscuratione Solis, & Lunę, sic enim moriente Christo omnia elementa compatiebantur, terręmotus quidem factus est, & petræ scissæ sunt infra 27. capitu. Et tunc in cęlestibus quoque compassio fuit, quia Sol non dedit lumen, sed tenebræ fuerunt ab hora sexta vsq; ad E nonam eodem capitu. ideo conueniens fuit solem obscurari.

Quomodo Luna obscurabitur, & simul Sol cum implicet contradictionem. Quæst. CLIX.

SED quæretur de Luna quomodo obscurabitur. Dicendum, quòd poterat quatuor modis fieri, sicut dictum est de Sole supra q. 155. Et tamen dicendum, quòd non fiet per tertium, scilicet, ablationem luminis propter eandẽ causam, quę de Sole dicta est. De quarto quoq; s. per eclypsim dicẽdũ, ꝙ nõ obscurabitur, licet iste modus erat facilis, s. ꝙ Luna intraret

vmbram terrę, & ita obſcuraretur, ſicut fit in omni eclypſatione Lunę. Nam ipſa intrat in pyramidem vmbrę terræ, vel tangit eam, & ſic eclypſatur in totum, vel in partem, & tamen tunc non erit ſic, quia tunc naturaliter obſcuraretur ſicut aliàs cum eclypſatur, & non eſſet ſignum, & tamen illa obſcuratio erit ſignum. manent ergo alij duo modi, ſed conuenientior eſt ille, qui de ſole dictus, ſcilicet, per interpoſitionem alicuius corporis denſi, ita vt radij Lunę non videantur.

Lunæ obſcuratio.

Quomodo ſtat, quòd ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, quia hæc non poſſunt eſſe ſimul. Quæſt. CLX.

QVAERETVR quomodo ſtare poteſt, quod dicitur, ſcilicet, quòd ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, quia innuitur, ꝙ iſta erunt ſimul, & tamen nō poteſt ſtare, quia obſcuratio ſolis per diem eſt, Luna vero non poteſt obſcurari niſi per noctem.

Aliqui dicunt poſſe ſimul obſcurari, vt in eclypſi. Sed non ſtat. Primo quia, vt dictum eſt pręceden. q. non fiet iſta obſcuratio per eclypſim, quia iſte modus obſcurandi eſt na uralis, ſed obſcuratio illa non erit naturalis cum ſit data in ſignum.

Secundo quia etiam per eclypſim non poterat ſtare. Nam aliud eſſet in eclypſi Solis aut in eclypſi Lunę, ſi in eclypſi Lunę obſcuratur quidem ipſa, quia ſubintrat vmbram, ſed non obſcuratur ſol. Si vero in eclypſi ſolis, ipſe quidem obſcuratur, ſed non Luna, quia ipſa non intrat tunc pyramidem vmbræ, neque interponitur aliquid inter nos, & ipſam, ſed talis apparet qualis ipſa eſt: ideo non fit in eclypſi iſta obſcuratio. Dicendum ergo, quòd non fiet in eodem tempore pręciſo, ideſt, ſimul, ſed ſol obſcurabitur per diem Luna vero per noctem, & hoc ſiue in ſequenti nocte, ſiue aliquanto tempore fiat vnum poſt alterum.

Quanta erit iſta obſcuratio ſolis, & Lunæ, & quanto tempore durabit. Quæſt. CLXI.

SED quæretur quanta erit iſta obſcuratio ſolis, & Lunæ, & quanto tempore durabit.

Ad primum dicendum, quòd iſtud nō patet ex ſacra ſcriptura, neque ratio hoc conuincere poteſt, cum iſtud non proueniat ex principijs naturalibus, ſed ex ſola Dei voluntate, & voluntatis ratio dari non poteſt.

Dicendum tamen, quòd Sol, & Luna non obſcurabuntur pro parte, ſed quodlibet horum luminariū totum obſcurabitur, & cauſa eſt, ne putetur ſaltem a ruſticanis, & indoctis fieri eclypſim, quæ naturaliter accidit. Nam etiam ſi partim obſcurarentur iſta corpora ſicut in eclypſibus minoribus, periti ſcirent non eſſe eclypſim ex tempore, & loco, ſcilicet, non poteſt eclypſis fieri, niſi in coniunctione, & oppoſitione Solis, & Lunę. In coniunctione quidem eclypſis Solis, in oppoſitione vero eclypſis Lunę. Etiā nō in qualibet oppoſitione, & cōiunctione accidit eclypſis, ſed ſolum exiſtente ſole in cauda draconis, vel prope, & Luna in capite, aut ex oppoſito, & ita patuit obſcurationem Solis factam in paſſione Chriſti non fuiſſe eclypſim, ſcilicet, quia erat tunc quintadecima dies Lunę, ideſt, oppoſitionis tempus vbi accidit eclypſis Lunę, ſed eclypſim Solis accidere tunc eſt impoſſibile, & tamen ne imperiti, qui ſunt maxima pars hominum, putēt eſſe eclypſim nō fiet obſcuratio in parte, ſed totus Sol obſcurabitur, & tota Luna. Item hoc innuitur Ioel. 3. cap. ſcilicet, Sol conuertetur in tene-

F bras, & Luna in ſanguinem antequam veniat dies Domini magnus, ſed ſolem conuerti in tenebras eſt nullam lucem mittere, quia aliàs non ſunt tenebrę licet aliquid de ſole obſcuretur.

Amplius dicendum, quòd iſta obſcuratio Solis, & Lunę accidet in temporibus illis, in quibus nulla eclypſis eſſe poteſt. Et hoc valde conuenit, vt non putetur naturaliter accidere. Nam etiam ſi obſcuraretur totus Sol, & tota Luna, putari poſſet, quòd accidebat naturaliter ſi in illo tēpore accideret, in quo eclypſes accidere ſolent. Hęc autem duo, ſcilicet, magnitudo obſcurationis, & accidere extra tempora eclypſium oſtendēt manifeſte prędictam obſcurationem Solis, & Lunæ non accidere naturaliter, hęc

G duo etiam in obſcuratione ſolis in paſſione Chriſti fuerunt. Nam fuit magna obſcuratio, ita vt dicantur tenebrę, ſcilicet, tenebrę factę ſunt infra 27. c. Etiam fuit extra tempora eclypſium ſolarium, ſcilicet, in oppoſitione, cum eſſet quintadecima dies mēſis, quę erat prima dies azymorum.

Quantum ad ſecundum, ſcilicet, de duratione iſtius obſcurationis. Dicendum, quòd etiam non conſtat ex ſcriptura ſacra, aut rōne conuincente cum fiat ab agente voluntario, vt dictum eſt pręcedenti quęſtio.

Aliqui autem dicunt, quòd non poteſt dici de duratione aliquid determinatum ad magnum, neque ad paucum, eo quòd quantumcunque paruo tem-

H pore duret ſufficit, quia non ponitur, niſi vt ſignum ſupernaturale alicuius magnę rei, ſcilicet, aduentus ad iudicium, vel conſummationis ſęculi. Et ad hoc ſufficit, quòd ſit magna illa obſcuratio, ideſt, quòd totus Sol, & tota Luna obſcurentur, & quòd fiat hoc extra tempora eclypſium, vt dictum eſt præcedenti q. & ideo etiam ſi duret quęlibet illarum obſcurationum per mediam horam, ſufficit, vel per minorem moram.

Sed dicendum, quòd non ſtat, immo oportet dici, quòd quælibet illarum obſcurationum durabit plus quàm tres, vel quatuor horas, quia aliàs non ſequeretur id, quod Chriſtus per iſtud ſignum vult innuere.

I Nam ad hoc obſcurantur Sol, & Luna, vt hominibus ſit ſignum aduentus Chriſti ad iudicium, & con ſummationis ſęculi. Et hoc non ſpecialiter aliquibus hominibus, vtpote exiſtentibus Romę, vel in Hiſpania, ſed omnibus hominibus, eo quòd omnibus pertinet: ideo taliter fiet ſignum, quòd ad omnes perueniat eius cognitio. Et patet antecedens, primo quia iſtud eſt ſignum aduentus Chriſti ad iudicium, ſed in illo iudicio omnes homines iudicabuntur, ergo ſignum iſtud debet peruenire ad omnes homines.

Secundo quia dicitur dato iſto ſigno, quòd plangent omnes tribus terrę, & tamen non plangerent omnes niſi perueniret ad omnes homines notitia huius ſigni, ergo omnes illud videbunt.

K Tertio quia iſtud ſignum indicat conſummationem ſęculi, ſed iſta conſummatio eſt generalis ad omnes partes terrę, ergo vbique videbitur, aut videri poterit iſtud ſignum, ſed dato, quòd debeat vbiq; videri, neceſſe eſt, quòd duret aliquanto tempore, ideſt, tribus, vel quatuor horis. Nam propter terræ rotunditatem cum eſt dies in vna parte terræ, non eſt dies in alia, & ideo dum eſt dies apud Indos, & Parthos, poterat accidere iſta obſcuratio, & non videretur apud Hiſpanos, & Gallos, vt igitur in omnibus terris videatur, neceſſe eſt manere ſolem obſcuratum tribus, aut quatuor horis, & tunc per motum poterit videri in omni regione.

Sed diceret aliquis, quòd etiam ſi per dimidiam horam

horam duret illa obſcuratio poterit videri in tota terra, eo quòd terra nõ habitatur tota in circuitu, neque in longitudine, neque in latitudine. De longitudine patet, quia inuenimus Indos eſſe extremas gentes verſus orientẽ, & Hiſpanos verſus occidentẽ, & adhuc iſta non eſt medietas terrę ſecundum longitudinem, quia non eſt hemiſphærium. De latitudine magis notum eſt, quia verſus polum arcticum inuenimus finem habitationis humanæ, & verſus auſtrum eodem modo, licet dubitatio trita ſit, an vltra ęquinoctialem ſit aliqua hominum habitatio. Et ideo hoc dato in eodem puncto cœli Sol ſtans poterit videri ab omnibus hominibus, qui ſunt in toto orbe.

Dicendum, quòd ad videndum ſolem in eodem puncto cœli omnes homines duo obſtant, ſcilicet, rotunditas terrę in longitudinem, & rotunditas in latitudinem, & quodlibet horum facit diuerſitatem horizontis, & occultatur quibuſdam aliquid quod alijs non occultatur, verum tamen non obſtante rotunditate, & diſtantia ſecundum longitudinem, de qua magis videtur, poterit Sol in eodem puncto cœli videri ab omnibus hominibus, qui ſunt inter orientis extremum, & extremum occidentis, niſi obſtet accidẽtaliter prominentia rupium, aut vallium profunditas. Et patet, quia in quocunque puncto cęli ſuper horizontem ſit ſol, poteſt eum videre, qui eſt in illo hemiſphęrio, vel horizonte, & tamen horizon, cum ſit de circulis magnis, diuidit totam ſphęram, vel cęlum in duo media, & ideo hemiſphærij circulus vocatur. Et ob hoc quilibet horizon continet motum ſolis duodecim horarum exiſtente æquinoctio, cuius eſt conſequens diuidi cœlum per horizontem in duo media, quia totus motus ſolis de puncto ad punctum eſt vigintiquatuor horarum, & ideo cum de terra ſecundum longitudinem non habitetur medietas, neceſſe eſt omnes capi homines vbicunque habitent ſub vno horizonte, aut capi poſſe, licet non ſit idem numero horizon omnium hominum, immo nulli duo homines habent eundem penitus horizontem, quia mutato vno puncto, aut diuiſibili quolibet verſus quancunque partem iam non manet idem horizon. Sed eſt ſenſus, quòd illum horizontem quantum ad totum, vel aliquam partem habebunt omnes homines. Et ſit caſus: procedatur ab extremo occidentis verſus orientem, & ſtetur in puncto medio ſecundum æquidiſtantiam, & capiatur horizon illius puncti, & accipiatur alius horizon ſuper extremum punctum Orientis, & aliũ ſuper extremum punctus Occidentis, neceſſe eſt, ꝙ horizon primus, q eſt in medio interſecet alios duos orthogonaliter, ideſt, ad Angulos rectos ſphærales, vt patet cõſideranti figuram in coluris circulis ſphęrę materialis. Hoc dato neceſſe eſt, quòd cum Sol peruenerit ad meridiem in horizonte Orientis, ſit ortus ſolis in horizonte medię terrę, quia meridiani iſtorum non diſtant niſi per ſex horas, & cum peruenerit ad Occidentis punctum in horizonte Orientis, neceſſe eſt, vt ſit meridies in horizonte medię terræ, & ſit ortus ſolis in horizonte Occidentis, eo quòd meridiani iſtorum horizontum diſtant per duodecim horas pręciſe: quo poſito, detur Sol in puncto occidentis horizontis Orientis videbitur tunc ab hominibus, qui ſunt in tota terra, quia tunc erit finis diei in oriente, & meridies in medio terrę, & ortus ſolis in extremo occidentis, & ita ſufficiet ſolem per quartam partem horę obſcuratum manere, quia poterit tunc videri ab omnibus hominibus, maxime quia caſus iſte procedit de vero Oriente, & Occidente, qui diſtant per duodecim horas, ſiue per medium

Non eſt vnus horizon numero omniũ hominum.

A cœlum, & tamen non inuenitur tantum habitatum de terra: ideo a fortiori ſimul in aliquo puncto cœli poterit Sol videri ab omnibus hominibus.

Dicendũ, quòd verum eſt ponendo totam terram penitus rotundam, ita quòd prominentię montium, & profunditates vallium nihil obſtarent, & tamen obſtant: ideo dicendum, quòd neceſſe erit, quòd illa obſcuratio pluſquàm duabus, aut tribus horis duret.

Primo vt vbique poſsit videri non obſtante inæqualitate terræ, ſed ſuper quemlibet horizontem ſit Sol aliqualiter eleuatus, cum videbitur obſcuratus.

B Secundo & præcipue, quia vltra hoc, quod eſt ab omnibus videri oportet, quòd diu duret: nam ſi parum duraret paruę rei ſignum eſſe videretur, & quia nihil maius erit quàm hoc, quod ſignificatur, ideſt, aduentus Chriſti ad iudicium, & conſummatio ſęculi, debet multum durare.

Sed dicendum, quòd non eſt credendum, quòd duret per duos, aut tres dies: Nam hoc induceret periculum omnibus viuentibus, & alterarentur diſpoſitione peſsima, & non vitali omnia, quæ viuunt, & ex quibus viuimus, ſed erit tanti temporis duratio, vt credatur veriſimiliter eſſe ſignum maximę rei, & tamen, vt non deſtruat viuentia, hoc enim tempus ſatis eſt trium, aut quatuor horarum, quia tunc per omnes terras poterit manifeſte videri.

C Adhuc iſtud confirmatur ex obſcuratione facta in paſsione Chriſti: nam ex eo, quòd illa fiebat in ſignũ, quòd Deus naturę patiebatur pro omnibus hominibus, qui vbique erant, apparuit illa per omnes terras. Sic dicitur infra 27. & tenebræ factę ſunt per omnem terram. Etiam tempus fuit conueniens ad hoc, quòd videretur ab omnibus, & videretur multum. Nam per tres horas durauit, ſcilicet, ab hora ſexta vſque ad nonam, eo. cap. ſed iſta obſcuratio erit etiam tunc ſignum maximę rei: ideo decet, quòd per tres, aut quatuor horas ſaltem duret.

Si autem quæratur, quomodo incipiat iſta obſcuratio, ſcilicet, an paulatim ſicut in eclypſi, an ſubito totus obſcuretur Sol, & quomodo deſinat obſcuratio, vel ſimul tota, vel ſucceſsiue, dicetur infra 27. ca.
D quando agetur de illis tenebris, quæ fuerunt in Chriſti paſsione.

Ad quid fiet iſta obſcuratio in Sole, & Luna, & Stellis in die iudicij. Quæſt. CLXII.

QVAERETVR ad quid fiet iſta obſcuratio in Sole, & Stellis, & Luna. Nam videtur, quòd ad ſignificandum aduentum Chriſti ſatis poterant eſſe alia magna ſigna, quæ fierent in aere, vel terra, aut mari.

Dicendum, quòd fient iſta magna ſigna non ſolũ in cęlo, ideſt, Sole, & Luna, ſed etiã in omnibus alijs rebus, in cęlo, terra, mari, & in hominibus. Sic dicitur
E Luc. 21. cap. erunt ſigna in Sole, & Stellis, & Luna, & in terris preſſura gentium prę cõfuſione ſonitus maris areſcentibus hominibus.

Et ratio prima quare etiam in cęlo fiant ſigna eſt, quia iſta res, quæ ſignificatur eſt maxima: ideo debent maxima ſigna præcedere, ſi tamen in terra, aut aere oſtenderentur ſolum, & non in cęlo, non eſſent magna: ideo etiam debuerunt in cęlo oſtendi.

Secunda quia hic ſignificatur conſummatio ſæculi quantum ad modum, & ſtatum, quem nunc habet vniuerſum: ideo cum in ſingulis rebus, & partibus vniuerſi aliqua mutatio futura ſit, conueniens eſt, quòd in omnibus partibus vniuerſi pręcedat ad hoc

hoc significatio, & ideo cõuenienter hoc expressum est Luc. 21. cap. s. erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis. Et ista sunt signa, quæ hic ponit Mattheus. Addidit autem signa in terra, cum ait, & in terra pressura gentium. Et ista pressura non solum erit malum, sed etiam mali signum. Additur signum in mari, cũ dicitur. Præ confusione sonitus maris, & fluctuum. Et vt etiã ista signa in hominibus esse videantur adiunxit, arescentibus hominibus pre timore, & expectatione, que superueniet vniuerso orbi. Vnde timor generalis hominum, ita vt arescant non solum erit malũ, quod tolerabunt, sed etiam signum maiorum rerum, quæ superuenient, & quia timor est generalis omnibus hominibus, qualis esse nõ consueuit, signũ est, quòd omnibus hominibus superueniet aliqd, & illud magnum erit, quod præcedens magnus timor ostendit, ita vt arescant, & ideo ad hoc magnum malum designandum, & vniuersale non sufficiebant quæcunque signa facta in elementis, nisi etiam in cœlo fierent signa.

Tertia & præcipua causa est, quia cum esset istud, quod designabatur commune, idest, consummatio sæculi, & deberet notificari toti orbi, & non poterat omnibus innotescere nisi dato aliquo signo in celo, debuerunt in celo dari signa. Hoc patet, quia ea, quæ accidunt in terra, & mari, nõ sunt generalia, vt pestes, bella, & alie turbationes, aut monstra, & ideo non videtur significare malum aliquod commune toti orbi, sed solum illi genti, in qua talia signa apparent. Si autem dicas poterit esse idem signũ in tota terra, aut in toto mari, vt quòd sit vbique pestis, aut vbique bellum, aut aliæ res insolite.

Dicendum, quòd verum est, & tamen etiam si sic accidat nescitur illud signum esse commune, quia Hispani, & Galli, qui nullam cõuersationem habent cum Indorum varijs gentibus, nesciunt quid apud eas accidat, aut agatur, & è contrario. Et ideo accidẽtia terræ putantur esse particularia, licet idẽ accidens pro eodem tempore esset in tota terra. Ad hoc igitur, quòd aliquid videatur ab omnibus gentibus, & putetur esse commune, necesse est in celo accidere, quia illud idem videbitur ab omnibus, sicut omnes vident Solem eundem, & Lunam eandem quotidie. Et ista fuit vera causa, quare oporteret in celo dari signa.

Quomodo est verum, quòd Stellæ cadent de cœlo.
Quæst. CLXIII.

QVAERETVR quomodo est verum, quòd Stellæ cadent de celo.

Aliqui dicũt Stellas esse illos, qui lumine doctrine suæ alios illuminant, aut illuminare debent. Et quando isti reprobi efficiuntur, dicuntur cadere de altitudine celi, idest, de statu suo excelso. Sic dicit Orige. super Matth. scilicet, sed quicũque siue dogmatibus siue virtutibus falsis veritatem hominibus promittebant, mendacijs autem seducebant, hi conuenienter dicẽdi sunt Stellæ cadentes de celo, vt ita dicam suo, vbi erant in altitudine cõstituti extollentes se aduersus scientiam Dei.

Alij dicunt Stellas istas cadentes iustos esse, qui tempore illo de iustitia sua cadent. Sed dicendum, quòd ista non stant. Primo quidem quoniam iste est sensus mysticus, & tamẽ oportet dare huic litere aliquem literalem, quem Christus intenderit. Nam in sensu mystico non est scriptura vera neque falsa, neque dicitur impleri, aut non impleri, cum non sit ille sensus scripturæ, vt ostensum est supra 13. c. q. 28.

Secundo quia dato, quòd quis vellet hunc esse sen-

F sum literalem, quem Christus intenderit, non stabit, quia ipse intendit hic ponere signa aduentus sui, & consummationis seculi, & tamen exponendo modo prædicto, nihil attinet ad illam significationem, quia quotidie istud accidit, scilicet, iustos effici reprobos, & ostẽtantes falsas virtutes, aut doctrinam cadere ab excellentia, in qua erant, aut esse videbantur. Dicendũ igitur, quòd necesse est accipi de Stellis ad literam, vt cadant de celo, aut cadere videantur.

Aliqui ergo dicunt, quòd Stelle verè cadent de celo. Asserunt enim, quòd accendetur magnus ignis in terra, quo marcescet lumen Stellarum, & tunc consumpto illo lumine nõ erit aliquid, quod possit attollere corpora Stellarum, & cadent sicut fit in scintillis surgẽtibus de camino. Nã quandiu ignis est eis incor-

G poratus surgunt, cum vero deficit, cadunt corpora illa cinis effecta. Sic dicit Orige. super Matth. scilicet, in cõsummatione mundi ab igne, qui succendendus est obscurabũtur luminaria magna, & marcescente Stellarum lumina, reliquum earum corpus cum exaltari nõ valeat sicut primum cum a lumine ipso portatum extollebatur, cadet de celo.

Sed dicendum, quòd hoc non stat. Primo quia iste ignis, qui succendet omnia erit in vltima die seculi, & erit simul cum resurrectione, & iudicio, & tamen casus Stellarum erit ante vltimũ diem, cum ponatur, vt signum precedens iudicium, & erunt tunc aliqui

H homines, quibus ista videantur, & sint eis signa, ergo non accipitur hic de tali casu Stellarum.

Secundo non stat, quia isti decipiuntur circa Stellarum naturam, putant enim, quòd sint de materia elementali, & quòd sint cibus ignis, & quandiu materia illa est ignita tenetur violenter in excelso quasi alleuiante eam igne, cum vero fuerit exusta, & defecerit ignis in ea ex propria terrestritate, & pondere cadit, sicut de scintillis dictum est. Sed hæc omnia falsa sunt, quia Stellæ, neque sunt corpora ignita, neque ignis, sunt autem quædã quinta natura aliena a corruptione, & alteratione. Contra hos autem argui non oportet, quoniam notorie errant contra totam Philosophiam. Vnde Stellæ non possunt sic cadere.

I Tertio non stat, quoniam neque Orige. istud tenet, sed recitat illud, vt opinionem quorundam, quam confutat, quomodo enim Stella cadere potest, cum ipsa non sit aliquid ponderosum, quod apperat inferiora. & egeat teneri? Etiam quomodo Stelle cadent, cum quelibet Stella visu notabilis sit maior tota terra? Non enim cadere potest in terram, quod non capitur super terram.

Est ergo dicendum, quòd Stellæ cadent, idest, Stellæ comate. Vocamus enim cometas Stellas comatas, & vulgus eas absolute Stellas vocat. Christus autem sequitur modũ loquendi vulgarium in plurimis: ideo Stellas vocauit eas, quæ non sunt Stellæ, sed cometæ. Et de illis verum est, quòd cadent de celo, idest, de aere, quem vulgus, & scriptura sacra celum vocat.

K Alij autem dicunt, quòd Stellæ cadent, idest, obscurabuntur densitate nubium, vel corporum interpositorum, quasi cecidissent. Sic dicit Raba. in Marco scriptum est. Stellæ erunt decidentes, idest, suo lumine carentes.

Sed dicendum, quòd precedens modus melior est, & intelligunt alij, quòd Stellæ operientur nubibus, ita vt nulla videatur, & cadent exhalationes ignitæ in modum Stellarum dẽ celo, & cum homines non viderint Stellas in celo, putabunt omnes decidisse. Sed neque istud est necessarium. Sufficit enim, quòd cadant aliquæ cometæ de aeris parte superiori versus terram, quia vulgares putabunt eas esse Stellas, licet videant alias Stellas non cadentes. Et hoc verisimilius

similius est, scilicet, quòd circa diem iudicij cadent multę de his exhalationibus ignitis, quales & in quãto numero nunquam ante hoc ceciderant, vt non putetur naturaliter hoc euenire, sed ex voluntate Dei ad aliquid magnum significandum.

Ad quid cadent istæ Stellæ de cœlo. Quæst. CLXIIII.

QVAERETVR ad quid cadent istæ Stellæ de cœlo. Nam alia signa, quæ præcesserunt sufficiunt ad ostendendum, quod Christus vult innui.

Dicendum, quòd primo fiet ad conuenientiam rei significatæ. Nam per hæc significatur sęculi consummatio, sed in ipsa cessabunt omnes partes orbis a conditione status sui: ideo oportet in omnibus partibus orbis fieri signa, sed est aer quędam pars vniuersi: ideo in illo fient signa, & ista sunt cometæ multi, qui cadent ante diem iudicij.

Secundo fiet propter magnitudinem rei significatę. Nam magnę rei non competit paruum signum, erit autem ista maxima res, quæ significatur, scilicet, aduentus Christi ad iudicandum omnes homines, & consummatio sęculi: ideo signa debent esse maxima, sed Stellas cadere facit ad quandam magnitudinem: ideo fuit conueniens illas cadere.

Tertio quia Deus volet, quòd illa signa non solum sint magna, idest, ostendant rem magnam futuram, sed etiam in se sint terribilia, & inducant hominibus timorem, sed nihil videtur inducere materialem terrorem, quàm quòd cadentes Stellæ in multitudine, & magnitudine admiranda cadant de cœlo, ergo erit conueniens, quòd cadant.

Quæ sunt virtutes istæ, quæ mouebuntur. Quæst. CLXV.

QVAERETVR quid erit, quod dicitur, quòd virtutes cœlorum mouebuntur, & quę sunt istę virtutes.

Dicendum, quòd virtutes vocantur angelici spiritus, & vocantur virtutes cœlorum, idest, substantiæ spirituales, quę non habent molem, sed virtutem, sicut dicimus Angelos esse intelligentias, vel substantias separatas, quoniam non sunt spiritus vniti materiæ sicut animæ, sed absoluti. Et hoc apertius dicitur Mar.13.cap. scilicet, & virtutes, quę sunt in cœlo mouebuntur. Nam per hoc ostendit illas virtutes non esse aliquas conditiones corporum cęlestium, sed esse per se entia, & substantias separatas, cum dixit eas esse virtutes in cœlo.

Accipi possunt dupliciter virtutes istę. Vno modo, quòd omnes Angeli vocentur virtutes inquantum virtus significat substantiam spiritualem, quæ condistinguitur contra materialem, vel habentem quantitatẽ molis, & quia omnes spiritus Angelici sunt substantiæ immateriales possunt vocari omnes virtutes.

Alio modo potest accipi specialiter. Nam virtutes vocamus vnum de nouem ordinibus Angelorum, & quilibet Angelus illius ordinis vocatur virtus, & ad illos Angelos pertinent spiritualia officia, & potest accipi vtroque modo, vt dicetur sequen. q.

Dicuntur autem virtutes cęlestes ad differentiam aliarum virtutum, quæ non sunt in cœlo: nam omnis substantia spiritualis virtus vocari potest, quia est potestas non alligata materię, sunt autem infra cœlum aliquæ virtutes, scilicet, dæmones, qui sunt substantiæ immateriales, & de istis non loquitur nunc Christus, quòd moueantur, sed de Angelis, quia de

A dæmonibus non attinebat ad pręsens: ideo dixit virtutes cęlorũ, idest, Angeli qui in cęlo sunt mouebuntur.

Quomodo Angeli mouebuntur. Quæst. CLXVI.

SED quæretur quomodo isti mouebuntur. Aliqui dicunt, quòd intelligitur de motu, i. cessatione ab operibus suis, scilicet, quòd ante hoc Angeli mouebant cęlos, & operabantur circa custodiam hominum, & multa alia, tunc vero cessabunt ab omnibus his, quia amplius non erit necessaria circa hæc operatio, immo nulla erit. Sic dicit Eusebius, virtutes cœlorum sunt, quæ præsunt partibus sensibilibus vniuersi, quæ quidem tunc mouebũ-

B tur, vt potiorem statum attingant, absoluentur enim in sęculo nouo a ministerio, quo Deo seruiunt circa sensibilia corpora secundum corruptionis statum.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia non dicitur conuenienter moueri virtus aliqua per hoc, ꝙ cessat ab operatione. Nã moueri importat transmutationem, aut actionem, cessare autem ab opere non conuenienter vocatur moueri.

Secundo quia in ista significatione non agit litera ista ad propositum Christi: nam non est aliquod signũ ad iudicium cessare virtutes ab operibus suis. Et etiam non est istud aliquid sensibile, quod homines possint videre.

Tertio quia necesse est, quòd ista commotio virtu-

C tum sit aliquid ante diem iudicij, cum ponatur inter signa præcedentia iudicium, & post ipsum ponatur aliud, scilicet, tunc apparebit signum filij hominis, & tamen cessatio virtutum cęlestium ab operibus suis non erit ante diem iudicij. Nam postquàm illę cessauerint mouere cœlum nullus dies erit, aut nox, sed vsque ad iudicium semper erit dies, & nox, ergo non potest intelligi commotio pro cessatione.

Alij dicunt, quòd mouebuntur virtutes quodam timore ne condemnentur ad pęnam sicut homines. Sic dicit Chryso. Virtutes cęlicę mouebuntur quãuis conscię non sint, vidẽtes enim infinitas multitudines condemnari non intrepide stabunt illic.

Sed dicendum, quòd hoc nõ stat. Primo quia Angeli non timebunt aliquam condemnationem, sunt

D enim beati, & beatus non potest timere, quia beatitudo excludit omne malum. Incertitudo tamen, ad quã sequitur timor, est quoddam malum: ideo non poterit esse in Angelis. Nam de beatis animabus resumptis corporibus dicimus, quòd gaudebunt cum condemnabuntur iniqui, ergo a fortiori Angeli, quorum maior beatitudo est, non timebunt condemnationẽ aliquam.

Secundo non stat, quia dato, quòd possent timere non potest sic intelligi, quia ille timor de condemnatione erit in die iudicij, quando iudicabuntur homines, & tamen ista commotio virtutum erit ante iudicium, cum ponatur hic inter signa pręcedentia iudicium, ergo non intelligeretur de hoc.

E Tertio, quia sic exponendo non faceret ad propositum cum Christus agat hic de signis pręcedentibus iudicium, & illud non erit signum.

Alij dicunt, quòd ista mutatio erit quidam timor Angelis adueniens de rebus illis magnis, quæ ante iudicium euenient. Sic dicit Aug. in Epistola ad Hesychium, scilicet. Non solum autem mortales fluctuabunt, cum alterabitur mundus, sed & Angeli stupebunt in tam terribilibus mutationibus vniuersi. Sic etiam Beda dicit. In Iob scriptum est, Columnę cœli pauent, & contremiscunt ad nutum eius. Quid ergo facient tabulę, cum tremunt columnę? quid virga deserti patitur, cum cedrus paradisi concutitur?

Sed

Sed dicetur, quòd hoc non stat accipiendo stricte: nam Angeli non possunt aliquid timere, quia timor est de malo, & est propter ignorantiam, aut incertitudinem futurorum, & tamen Angeli, qui beati sunt neutrum habere possunt, quia neque potest eis malū accidere cum beati sint, neque incertitudinem de statu suo habere possunt, quia vt ait Boe. in 2. de Consol. prosa 3. non stat fęlicitas cum ignorantiæ cęcitate.

Secundo quia etiam si timere possent Angeli, iste timor non facit ad propositum Christi de signis iudicij, de quibus loquebatur.

Dicendum ergo, quòd commotio virtutum cęlestium est aliqua operatio insolita: nam ante hoc operabantur id, quod ordinarium erat, & erat naturale, & non miraculosum, & in ista operatione quasi quieti manebant, velut parū agentes, tunc veluti maiores, & plures operationes exercituræ dicuntur moueri quasi non maneant in quiete, & ocio sicut prius.

Sed dicendum, quòd cum virtutes possint accipi dupliciter, vt dictum est, scilicet, pro omnibus Angelis, aut specialiter pro quodam ordine Angelorū, qui est quintus, scilicet, medius in secunda hierarchia, potest vtroque modo hoc accipi.

Accipiendo primo modo est sensus, quòd omnes Angeli, ad quos pertinet mouere cęlos, & facere cętera, quæ circa cęlos fiunt, habebunt tunc speciales operationes maiores quàm vnquam habuerant, ita vt in comparatione præcedentium dicantur istę esse operationes, & ad has moueri Angelos, & prius fuisse in quiete quadam, & ocio, & sic poterit tunc Sol obscurari, & Luna non dare lumen suum, & Stellæ de cœlo cadere.

Accipiendo autem secūdo modo est sensus, quòd ad virtutes, qui sunt spiritus de secūda hierarchia pertinet specialiter cooperari ad miracula, quæ fiunt supra res sensibiles, vt dicit Diony. in lib. de Angelica hierar. non quidē, quòd isti spiritus miracula faciant, quia solus Deus illud potest, quia exigit infinitam potestatem, sed dicuntur operari miracula, idest, res admirandas super materiam istam elementalem, & isti spiritus, qui sunt virtutes circa finem sæculi mouebūtur sępe ex diuina voluntate ad faciendum res admirandas circa materiam elementalem, vt incutiant terrorem omnibus hominibus, & expressa signa de consummatione sęculi, & hoc est moueri virtutes.

Quare posuit hic Christus, quòd virtutes cœli mouerentur. Quæst. CLXVII.

QVAERETVR quomodo, aut cur posuit hic Christus quòd virtutes cęli mouerentur.

Aliqui dicunt, quòd posuit Christus illud inter signa præcedentia iudicium, quia etiam erit signū. Sed videtur, quòd non stat, quia omnia signa erunt sensibilia, quia aliàs nihil significarent si non sentirentur, & tamen, quòd moueantur virtutes non erit aliquid sensibile. Nam virtutes sunt substantiæ spirituales, & inuisibiles, & ideo videri non poterunt, & consequenter non erunt signa.

Aliqui dicunt, ꝙ licet virtutes non sint visibiles erunt res operatę visibiles, scilicet, commotio cęli, & Stellarum, & cętera, quæ insolitè accident, & ista sunt signa ad iudicium.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia hoc esset si ista operata non essent iam posita, vt signa, & tamen iam posita sunt, quia hæc sunt obscuratio Solis, & Lunæ, & casus Stellarum: ideo si ponatur motus virtutum pro signo præcedente ad iudicium, necesse est, quòd distinguatur hoc ab illa, & tamen motus virtutum per se cognosci non po-

F test, cum virtutes non sint sensibiles, ergo non ponitur pro signo.

Aliqui ergo dicunt, quòd pro signo distincto ponitur, & verum est, quòd virtutes videbuntur sensibiliter ante diem iudicij, & tunc signum erunt nobis aduenire consummationem sęculi. Sic dicit Greg. in homilia. Quid enim virtutes cœlorum nisi Angelos, dominationes, principatus, & potestates appellat, quę in aduentu districti iudicis nostris tunc oculis visibiliter nobis apparebunt, vt districte a nobis tunc exigant hoc, quod nos modo inuisibilis conditor ęquanimiter portat.

Sed dicendum quòd istud non est multum firmū, scilicet, quòd Angeli corporaliter operaturi tunc sint nobis, cum pęnas quaslibet nobis inferre possint non

G apparendo nobis.

Secundo quia Grego. dicit istam apparitionem futuram in aduentu iudicis, idest, tunc cum ipse venerit, & tamen si esset signum, cum ponatur inter signa, necessarium esset, quòd pręcederet ad iudicium, quia aliàs non signaret illud.

Dicendum ergo, quòd ista commotio virtutum non ponatur hic pro signo, cum non sint virtutes visibiles, sed ponitur pro causa pręcedentium, vt reddantur credibilia ea, quę dicta sunt. Nam cum Christus dicat, quòd tunc Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & cadent Stellę de cœlo, diceret

H aliquis quomodo talia tunc in cœlo fient cum nunc nulla horum fiant? Respondet Christus, quòd hoc fiet, quia virtutes cœlorum mouebuntur tunc, scilicet, modo agunt operationes suas solitas, sed tunc mouebuntur ad faciendum operationes maiores, & inconsuetas, & ita poterit obscurari Sol, & Luna, & cadere Stellę de cœlo, & quæcunque alia miranda, quę Christus prędixit. Et iste est verus sensus. Hoc patet Luc. 21. cap. Nam dicitur, erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium prę confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi. Et sequitur: nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et ita ponitur, vt redditiuum causę, scilicet, quòd omnia hęc fieri poterunt,

I quia virtutes cœlorum mouebuntur.

Quid erit istud signum filij hominis in die iudicij. Quæst. CLXVIII.

QVAERETVR de signo filij hominis, quod videndum dicitur, quid erit illud.

Dicendum, quòd signum accipitur pro vexillo. Et verum est, quòd erit crux istud vexillum, quia nullum aliud vexillum Christus habet in quo triumphauerit, & glorietur, & ita ecclesia cantat de cruce, scilicet. Hoc signum crucis erit in cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Et colligitur ex hoc loco, scilicet, apparebit signum

K filij hominis.

Alij autem putant esse aliquod signum victoriæ, sed quod sit istud signum, non dicunt, & ideo magis dicendum est, quod sit signum, idest, crucis signaculum. Sic dicit Orige. scilicet, signum hoc, aut crucis intelligamus, vt videant iuxta Zachariam, & Ioannem, in quem compunxerunt, aut signum victoriæ.

Alij dicunt signum filij hominis, idest, signum ostendens eum venturum. Sed dicendum, quod non stat, quia omnia pręcedentia sunt signa Christi venturi ad iudicium, & ideo non vocaretur istud signum Christi venturi, quasi alia non essent signa: ideo dicendum, quòd vocatur signum filij hominis non quidem

quidem signum venturi, sed venientis, & tale signum idem est, quod vexillum, quia præcedunt vexilla regem venientem, & istud vexillum est crux, cętera vero erant signa, quia signabant eum venturum, sed non venientem: ideo non vocantur signa filij hominis.

Quare adueniente Christo crux apparebit. Quæst. CLXIX.

QVAERETVR quare adueniente Christo apparebit crux. Dicendum primo, quòd erit propter communem cęremoniam Regum: veniet enim Christus sicut rex cum dicatur hic infra in litera, quòd veniet cum virtute multa, & maiestate, & tamen vexilla pręcedunt reges: ideo ante Christum venientem apparebit vexillum suum, quod est crux, sic dicitur in hymno.

Vexilla regis prodeunt.
Fulget crucis mysterium.

Secundo fiet hoc ad confusionem Iudæorum, qui in illo iudicio vniuersali iudicabuntur, ipsi enim Christum crucifixerunt quasi eum morti turpissimę adiudicantes, ipse vero ostendet, quòd id, quod illi contumeliam putauerunt versum est in gloriam, & ita confunderentur in desiderijs suis, & cogitationibus. Sic dicit Chryso. in homilia, scilicet. Apparebit autem signum crucis, vt Iudæorum inuerecundiam confutet, adueniet enim Christus in iudicio non solum vulnera, sed & mortem exprobratissimam ostendens.

Tertio fiet ad ostendendum frustratam esse intentionem Iudæorum. Nam illi eum cruci affixerunt, vt nomē eius periret, & in dedecus iret. Ante vero Christus in honore maximo apparebit, & crux vexillum regale erit. Sic dicit Chryso. in homilia. Visa enim cruce, cōsiderabunt, quòd nihil profecerunt, & quoniam crucifixerunt eum, quem adorari oportebat.

Quarto fiet ad redarguendum omnes infideles, & male viuentes post susceptam fidem, scilicet, quòd eos ipse sufficienter redemerat in cruce, & ipsi noluerunt gaudere precio redemptionis suæ, immo inquantum in se fuit, mortem Christi inutilem faciebant, quia si ita omnes fecissent, licet Christus pro eis mortuus esset, nemo saluaretur.

Quid discipuli intellixerunt per signum filij hominis. Quæst. CLXX.

QVAERETVR cum Christus dixit istis discipulis. Tunc apparebit signum filij hominis, quid illi intellexerunt per illud signum.

Aliqui dicunt, quòd crucem, quia illa est signum eius. Dicendum, quòd non stat, quia non poterant illi intelligere, quod nondum erat, cum non haberent spiritum prophetiæ, & tamen crux non erat signum crucis, quia nondum passus erat Christus in cruce. Et si dicatur, quòd sciebāt eum crucifigendum esse. Dicendum, quòd nō sequitur ex hoc, quòd scirent crucem esse signum eius. Nam nondum sciebāt an crux aliquādo haberetur in honore, quia Christus eis hoc nondum prædixerat, sed factum fuit multo post passionem Christi, quòd crux a nobis veneraretur, sicut nunc facimus. Dicendum ergo, quòd discipuli intellexerunt signum filij hominis, idest, vexillum aliquod præcedens eum, cum veniret. Nam putabant eū venturum ad regnandum. Et verum est, quòd tunc ad regnandum veniet: immo tradet regnū Deo patri, quia omnia erunt subiecta pedibus eius 1. Corin. 15. ca. ante reges autem vexilla præcedunt: ideo & ante Christū venientem in maiestate sua putabant vexillū aliquod

A ferendum, & hoc putauerunt esse signa filij hominis, & tamē quid esset illud signum, scilicet, an esset crux, vel aliquid aliud nondū sciebant discipuli, erat tamē vere crux, quia Christus nullum aliud signum, aut vexillum habuit.

Et ista est causa, quare vocauit Christus istud esse signum suum. Nam cętera erant signa aduentus eius, istud autem nō erat signum, idest, repræsentatiuū de futuro, sed erat vexillum præcedens eum. Secunda ratio est, quia licet vtraque signa essent, & Christū significarent, tamen ea, quæ dicta sunt significabant de futuro, signum autem crucis apparebit Christo præsente, licet etiam super aliquos dies pręcedat ante aduentum Christi non apparet, sed dicetur aliquid sequenti quęst.

B

Quando erit istud tunc in quo signum filij hominis apparebit. Quæst. CLXXI.

QVAERETVR cum dicatur, tunc apparebit signum filij hominibus, quando erit istud tunc.

Aliqui dicunt, quòd erit istud adueniente Christo, & iam præsente ad iudicium, & hoc, quia crux est vexillum Christi, sed vexillum non præcedit regem tempore, sed loco, scilicet, quia pręcedit, vt ab omnibus sciatur regem quidem non venturum esse, sed venire: ideo non apparebit crux ante aduentū Christi aliquāto tempore, sed tunc cum ipse venerit.

C Alij dicunt, quòd veniet prius aliquanto tempore, quia dicitur hic, tunc apparebit signum filij hominis, & ita istud aduerbium temporis refert ea, quæ dicta sunt, scilicet, sol obscurabitur, & Luna nō dabit lumē suum, & Stellę de cœlo cadent, sed ista præcedunt aduentum Christi, ergo & apparitio crucis erit ante aduentum Christi. Dicendū, ꝙ satis stat, quòd crux aliquanto tempore præcederet aduentum Christi, scilicet, quòd in aere appareret, & maneret ibi vsque ad aduentum Christi, vel quòd desinat esse, aut apparere, & rursus in aduentu Christi appareat. Cum autem dicitur. Tunc apparebit, non tenetur, tunc, stricte quasi in eodem tempore, in quo Sol obscurabitur, appareat crux, sed paulo post, sicut in modo nostro vulgari dicimus aliquid tunc fieri si parum post fiat.

D Sed tamen magis videtur dicendum, quòd crux appareat ante aduentum Christi, & appareat eo tempore, quo Sol, & Luna obscurabuntur, & cadent Stellę de cœlo, & hoc est valde conueniens, scilicet, quòd inductis tenebris in toto orbe, immo horrenda quadam nocte appareat crux in cœlo fulgidior Sole. Et hoc modo erit venerabilior, scilicet, quòd eo tempore, quo Sol, & Luna lumen suum prediderunt, ipsa nitidior appareat Sole, & Luna: ideo melior, & venerabilior putabitur, quā Sol, & Luna, & omnia astra, quia ipsa tunc lucent cum cętera deficiunt. Et hoc conueniens est, quia scilicet, sicut Christo in cruce patiente Sol obtenebratus est, ita cum rursus crux apparere debuerit Sol obtenebretur. Sic dicit Orige. super Mat.

E scilicet, sicut autem in dispensatione crucis Sole deficiente tenebræ factæ sunt super terram, sic & signo filij hominis apparente in cœlo deficient lumina Solis, & Lunę, & Stellarum.

Sed potest dici, quòd tunc appareat crux in cęlo, & duret per aliquos dies, & noctes, & desinat apparere, & postea rursus adueniente Christo ad iudicandum, appareat quasi vexillum suum. Vel forte postquàm semel cęperit crux apparere nunquam desinet esse, & videri quousque Christus veniat, quia paruum tempus inter hæc eueniet.

Qualiter

Qualiter crux apparebit. Et qualis erit fulgor crucis, & magnitudo. *Quæst.* CLXXII.

QVAERETVR qualiter crux apparebit. Dicendum, quòd illa apparebit in aere supra nos eleuata quasi sit in cęlo super nos extenta, & ita dicitur in litera. Apparebit signum filij hominis in cœlo, idest, in aere, quem scriptura sacra cęlum vocat.

Et dicendum, quòd ista crux erit valde fulgens, ita vt sit splendidior Sole, & cunctis astris ad ostendendũ dignitatem eius, & ideo vt dictum est præceden. q. ista videtur esse causa quare apparebit cum obtenebratus fuerit Sol, & Luna, scilicet, vt lux eius magis conspici possit nullo alio luminari existente. Et etiã, quia tunc lucere potuit quando omnia luminaria defecerunt, & confundentur tunc omnes ęmuli crucis, & Christi videntes, quòd crux potuerit illuminare illam horrendam noctem, in qua luminaria defecerant.

Dicendum etiam, quòd erit in loco eminenti, non quidem in aere propinquo terræ, & hoc, vt possit videri ab hominibus omnium terrarum, quod non fieret si esset in loco propinquo terrę, quia propter terrę rotunditatem non possit videri in terris distantibus. Hoc autem verum est supponendo id, quod pro vero supponitur, scilicet, quòd ante Christi aduentum appareat crux tunc cum obtenebratus fuerit Sol. Nam cum gentes tunc dispersę sint per totum orbem, & quodcunque signum debeat videri ab omnibus, necesse est, quòd in alto aeris sit crux. Si autem crux nõ appareret vsq; ad Christi aduẽtum, & eo præsente quasi vexillum, nõ oportebat, ꝙ esset in loco valde excelso, quia omnes homines congregandi sunt tunc in locum vnũ, vbi iudicabũtur, & ibi crux ab omnibus videri poterit, licet sit in aere inferiori. Etiã dicẽdum, ꝙ illa crux, quæ apparebit valde magna esse debet, quia aliàs nõ posset videri ex omni parte terrę propter paruitatem terrę, licet sit in loco excelso, & lucida sicut est de multis Stellis quas dicimus non esse visu notabiles. Nam omnes, quę sunt visu notabiles sunt maiores tota terra, multę autem sunt minores, & illas visu non distinguimus, sed multę in vnum collectę reddũt velut vnũ globum luminis, sicut est in circulo quem galaxiam dicimus, vel circulum lacteum, illæ enim propter altitudinem situs sui, licet sint luminosæ non possunt distincte visu notari nisi sint maiores tota terra crux autem debet ab omnibus partibus terrę videri: ideo oportet, quòd sit magna.

Qualis materia erit ex qua cõfecta erit crux in die iudicij. Erit autem crux illa de materia aeris condensata, & lucida nimium, quę lux dabitur ex voluntate Dei. Nam non poterat aliqua materia elementalis tantum illustrari quantum crux Christi fulgebit, cum debeat esse Sole splendidior.

Sed adhuc non est certum an vna crux, vel plures appareant per diuersas partes cęli, poterunt enim plures apparere, & tunc signum esset, quòd vbique crux potestatem habet, sed si vna crux appareat necesse est illam esse magnam, & apparere in loco eminenti, vt ex toto orbe conspici possit. Si autem plures fuerint non oportet quamlibet illarum esse ita magnam, neque esse in loco excelso, sed in parte inferiori aeris, cũ ex paruo spatio conspicienda sit. Sed verisimilius est vnam apparituram fore, & hoc, quia vnicus fuit, qui in cruce passus fuit, qui nunc in honore habetur, & vnica fuit crux eius.

Secundo quia dicitur apparebit signum filij hominis: cum ergo dixerit hoc in singulari, videtur quòd vnica crux apparitura sit.

F *Quomodo erit verum hoc, scilicet. Tunc plangent omnes tribus terræ, & quando erit hoc.* *Quæst.* CLXXIII.

QVAERETVR quomodo erit verum istud, scilicet, tunc plangent omnes tribus terrę, & quando hoc erit. Ad primum dicunt aliqui, quòd nõ plangent omnes homines, sed aliqui, scilicet, mali. Nam boni non habebunt propter quod lugeant, sed vnde cõsolentur, quia iudicabũt malos, & erunt iam beati, & ideo dicunt omnes tribus terrę plangent, idest, aliqui de omnibus tribubus, quia nulla tribus terrę erit, in qua non sint aliqui boni, & mali, vel saltem aliqui mali, & illi plangent. Sic exponit Nico.

G Alij dicũt, quòd omnes tribus terrę plangent, idest, homines terreni, qui in cęlis non habent partem, sed solum in terra, qui autem in cœlis partem habent nõ lugebunt. Sic dicit Hiero. super Mat. scilicet, recte autem dicit tribus terrę, hi enim plangent, qui municipatum non habent in cęlis, sed scripti sunt in terra.

Sed dicendum, quòd modus iste exponẽdi est mysticus: ideo dicendum, quòd ad literam verum erit, ꝙ omnes tribus terrę plangent, quia nulla gens erit, quę nõ plangat, & fortassis nullus homo, aut pauci. Ad secundum dicẽdum putant quidam, quòd istud erit in generali iudicio: nam tunc mali videntes districtum iudicem super se, & mala, quæ eis parata sunt, plãgent. Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia dicitur, ꝙ

H plangent omnes, sed ante iudicium plangent omnes, in iudicio autem non, sed soli mali, quia alijs nõ accidet aliquid quare plangant. Secundo quia videtur ex ordine literę, quòd debeat intelligi ante iudicium. Nã dicitur hic, & plangent omnes gentes. Et sequitur. Et videbunt filium hominis venientem, ergo prius erit plangere, quàm videant filium hominis, & tamen si in iudicio lugerent, diceretur prius, quòd videbunt filium hominis venientem, & plangent coram eo tribus terrę: ideo ante iudicium erit iste planctus.

Tertio patet, quia dicitur infra in litera. Et mittet filius hominis Angelos suos cũ tuba, & potestate magna, & congregabit electos suos a quatuor ventis cęli. Et tamen prius congregabuntur quàm sint in iudicio, & lugeant, ex quo non intelligitur de planctu, quẽ

I mali facturi sunt in iudicio.

Dicendum autem, quòd an mali in iudicio pręsente iudice ploraturi sint, non constat, satis enim verisimile est, quòd si iudicium aliquantulum durat, quòd mali lugebunt, & tamen nunc non intelligitur de luctu in iudicio. Sed hoc dicitur, quod verisimile erit quantum est ex tristitia, quàm mali concipient, & tamen an ex parte corporis correspondeat dispositio ad hoc, quòd lugere possint dicetur infra sequenti cap. Nunc vero dicitur de planctu, quem habebũt homines ante resurrectionem. Et tunc certum est, quòd poterũt plangere, quia cum sint corruptibiles potest fieri illa resolutio de capitibus eorum. Etiam competit huic literę sensus, quia dicitur. Plangent omnes tri-

K bus terrę. Et ante iudicium omnibus tam bonis quã malis competet causa lugendi, post iudicium vero solis malis. Item & præcipue, quia dicitur, quod plangent omnes tribus terræ. Et ita homines erunt distincti per tribus, quando istum planctum habebunt, & tamen in iudicio non erunt distincti per terras, quia omnes homines congregabuntur in locum vnum, vt dicitur infra in litera. Etiam ibi in loco illo non manebit distinctio eorum secundum locum, sed omnes boni de quacunque gente sint, erunt ad dexteram, mali vero de quacunque gente sint, erunt ad sinistram, vt dicitur sequenti cap. ergo non intelligitur de planctu in iudicio, ante iudicium vero manebunt homines distincti per terras suas, & loco, & gen:

& gente. De vna terra vocat scriptura vnam tribum, & gentem, de alia terra aliam tribum. Et ita erit, quòd ante iudicium quęlibet gens erit in regione sua, & ibi lugebit.

Quare plangent omnes terræ tribus. *Quæst.* CLXXIIII.

QVAERETVR quare plãgent omnes tribus terræ. Dicendum, quòd ante iudicium omnes plangent tam boni quàm mali. Primo propter præsentiam malorum, quæ videbunt. Nam obscurabitur Sol, & Luna, & Stellæ cadent, & nemo est, qui hoc visu non timeat, & lugeat.

Secundo propter ea, quę ex his ventura sperabunt. Nam cum hæc mala sint, & signa sint, deteriora inde futura sperãtur. Hoc enim in magnum timorẽ deducet omnes homines, ita vt non solum lugeant, sed etiã arescant. Sic dicitur Luc. 21. c. Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terra pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi. Et ita cũ arescere sit magis quàm plangere, verisimile est, quòd plangant illi, qui arescere debent.

Sed dicendum, quòd licet omnes homines lugebunt magis tamen infideles quàm fideles, quia infideles nihil horum sciunt, aut credunt esse futurum: ideo cum hæc venerint accident inopinata illis, propter quod valde affligentur, fideles verò sciunt hæc futura esse, & ideo licet ista pręcognitio non tollat eis omnẽ angustiam, & planctum, quia res quando est in sensu multum vrget, tamen multum minuetur de grauitate angustię. Sic enim ait Grego. ꝙ minus iacula feriũt, quę pręuidentur, & nos tolerabilius mũdi mala suscipimus, cum contra ea per prouidentię clypeũ munimur. Secundo quia infideles post hęc mala nullum bonum expectant, cum credant mortem esse vltimũ malorum, quasi post mortem nullũ malum, aut bonum eueniat, & si aliquid post mortem futurum putant, non recte de illo existimant, & ideo affligentur valde cum ista putent ad mortem vsque pertingere, fideles vero sciunt post hæc signa iudicium futurum esse, & post iudicium vitam ęternam: ideo habent aliquid quo pręsentes angustias alleuient. Sic Apostolus arguit 1. Thessa. 4. cap. dicens, quòd non debemus cõtristari de morientibus, sicut infideles, qui spem non habent, sed debemus consolari, cogitantes, quòd eos in beata requie videbimus. Et istum etiam modum ponit hic Christus dicens infra in litera, ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est, & in ianuis. Et Luc. 21. ca. apertius dicitur, scilicet, his fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Et videbunt. Posita fuerunt in præcedenti signa, quę pręcedunt iudicium: hic autem ponitur ipsum iudicium. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur quod dictum est, secundo inducitur exemplum, ibi.

E *Ab arbore fici.* Prima in duas, quia primo ponitur conditio iudicis venientis. Secundo obsequium cęlestis exercitus ministrantis, & hoc in congregatione resurgentium ad locum iudicij ibi.

Et mittet Angelos. Circa primum dicitur. *Et videbunt filium hominis.* Scilicet. Christum, qui est filius Virginis. De seipso enim loquitur quasi de alio.

Venientem in nubibus cæli. Scilicet, Non veniet peditãdo sicut nunc, neque etiam sedens super asinam, & pauper sicut cum intrauit in Ierusalem, sed potens, vt rex, & excellentior quàm humanus rex, scilicet, vt Deus, quia veniet in nubibus cœli, idest, aeris, qui vocatur cęlum ad modum loquendi scripturæ.

A *Cum virtute multa.* Idest, Cum potestate, vel exercitu, non enim potest esse maior potestas quàm ea, quàm Christus in iudicio habebit.

Et maiestate. Idest, Magnitudine status, vel apparatus, quia multus apparatus honoris cum eo tunc apparebit. *Et mittet Angelos suos.* Hic ponitur obsequiũ Angelorum in congregatione resurgentium. Nam cum Christus veniet ad iudicium oportet præsentari omnes homines sicut dixit Apostolus omnes astabimus ante tribunal Christi, & ad hoc Angeli ministrabunt Christo, scilicet, vt colligant pulueres mortuorum ad formandum corpora, & sic vniatur anima, & deducantur omnes in locum iudicij. De quo magis dictum est supra 22. cap. vbi de resurrectione, & conditione resurgentium actum est. Et vocatur hic Angelus omnes spiritus angelici de quocunque ordine sint, qui ad istud ministeriũ deseruient, eo quòd mittuntur. *Cum tuba, & voce.* Ista tuba, & vox erit ad excitandum mortuos. Quid autem sit, & quomodo agat ad resurrectionem dictum est supra 22. cap. *Et congregabunt electos eius.* Ista congregatio est ad hoc, quòd omnes deducantur ad locum vnum ad hoc, quòd iudicentur, & licet dicatur de electis omnes tamen adducentur.

B

A quatuor ventis. Idest, a quatuor partibus orbis, quæ designantur per quatuor ventos, idest. Subsolanum, Fauonium, Aquilonem, Austrum.

C *A summis cœlorum vsque ad terminos eorum.* Idest, Ab vna parte cœli vsque ad aliam, scilicet, vbicunque fuerit homo, aut pars eius deducetur ad locum iudicij collectis prius partibus, vt homo resurgat.

Quomodo stat, vt videant filium hominis in nubibus venientem. *Quæst.* CLXXV.

QVAERETVR quomodo stat, quòd videant filium hominis venientem in nubibus.

Nam videtur, quòd non possit stare, quia aut hoc videbunt homines ante mortem, & resurrectionem, aut post resurrectionem.

Sed videtur, quòd neutro modo, non enim ante mortem, quia Christus non veniet ad iudicandum ante mortem omnium hominum, quia veniret ante tempus. Nam non veniet ad iudicandum nisi cum non erit tempus aliquid agendi, sed solum recipiendi ea, quę egimus bona, aut mala, & tamen ante mortẽ semper est locus merendi, & demerẽdi: ideo Christus nõ videbitur ab hominibus eo tempore, sed postquã mortui fuerint, & surrexerint. Si autem accipiatur, quòd videbitur post resurrectionem ab hominibus. Videtur, quòd non stet, quia prius ipse veniet quàm ipsi resurgant: ideo non videbunt eum venientem. Et patet ex litera nostra, quia prius ponitur quomodo Christus veniet in maiestate, deinde subditur, quòd mittet Angelos ad congregandum electos.

D

Dicendum, quòd non videbitur ab hominibus ante mortem, sed post resurrectionem propter causam dictam. Etiam quia ante mortem erunt homines dispersi per regiones suas sicut nũc sunt, & non possent omnes videre Christum venientem, etiam si corpus suum valde fulgeret propter magnam distantiam, ex qua non esset visibile corpus humanum ab oculis mortalium, oportet ergo omnes congregatos esse, cum eum viderint, vt de propinquo ab eis videri possit. Cum vero obijcitur, quòd si post resurrectionem viderint eum, non videbunt venientem in nubibus. Dicẽdum, quòd potest dupliciter accipi, vno modo, quòd prius sit aduentus Christi ad locum iudicij quã suscitatio mortuorum, & tunc videbunt eum veniẽtem, qui venit, s. postquàm venit, & nondum venit.

Alio

Alio modo potest dici, quòd prius sit suscitatio mortuorum quàm aduentus, & ideo homines iam suscitati videbunt Christum venientem.

Dicendum, quòd prima positio non est ita conueniens, vt secunda. Primo quia litera dicit, videbunt eũ venientem. Et est participium præsentis, & est sensus, videbunt eum venire, vel dum venit.

Secundo quia Christus in aduentu ad iudiciũ ostẽdet omnibus hominibus maiestatem suam, & excellentiam, sed pars apparatus eius erit in veniendo, scilicet, quòd videant omnes homines, quòd per nubes descendit quasi per terram graderetur: ideo non solũ videbunt eum postquàm venerit, sed etiã dum venit, & sic non erit aduentus ad locum iudicij ante suscitationem mortuorum.

Sed neque videtur dicendum, quòd prius aliquantulum resurgant mortui quàm Christus veniat, sed quòd vtrunque sit simul. Nam suscitatio mortuorum fiet quasi subito. Nam collectio puluerum cadauerũ non fiet in instanti, sed imperceptibiliter, vnio animarum ad corpora formata fiet in instanti, translatio resurgentium ad locum iudicij fiet subito, & ita licet Christus cęperit descendere de cęlo cum ista fieri incipiunt, prius hęc consummabuntur quàm veniat ipse in locum iudicij. Vnde poterunt omnes resurgẽtes Christum videre veniẽtem. Et ita aliquantulum præcedet aduentus horum in locum iudicij ad aduẽtum Christi illuc.

Cum autem dicitur, quòd litera obstat, quia prius ponitur aduentus Christi quàm cõgregatio mortuorum. Dicendum, quòd est anticipatio, cum enim illud deberet præcedere ad hoc tenendo ordinem naturalem, factum est è cõtrario per ordinem artificialem, & ista anticipatio necessaria est sępe in scriptura. Nam etiam si ista duo simul sint tempore, cum non possint simul narrari necesse est vnum ante alterum dici, & ita est hic, quia concurrunt tempore quantum ad aliquid, licet prius finiatur congregatio mortuorũ quàm aduentus Christi ad locum iudicij, sed sequitur hic ordinem artificialem Christus in narrando, ipse enim venturus est ad iudicandum, iudex autem prius venit ad locum iudicij quã aliquid iudicialiter iubeat, sed mittere Angelos ad congregãdum est actus Christi iudicãtis: ideo prius de aduentu eius dicitur quàm de congregatione mortuorum. Secundo fuit hoc, quia resurgentes non congregantur in locum vnum nisi, vt ibi per Christum iudicentur: ideo conueniens fuit præmitti de Christo veniẽte ad iudicandũ, vt inde resultet ad quid congregari facit omnes homines.

Qualiter Christus veniet ad iudicandum an successiue, vel subito. Quæst. CLXXVI.

QVAERETVR qualiter Christus veniet ad iudicandum, scilicet, an subito descendet de cœlo, an successiue.

Aliqui dicunt, quòd subito, eo quòd potestas eius sufficit ad hoc. Et manifestabit maiorem virtutem faciendo sic quàm si successiue veniat.

Dicendum, quòd nõ veniet subito, sed successiue. Et patet primo, quia Actu. 1. ca. quando Christus ascẽdit in cęlum dicitur, quòd discipuli intuebantur eum euntem, & ita videbant eum quomodo eleuabatur, & non viderent nisi successiue, & paulatim iret, & tamẽ Angeli dixerũt ibi, quemadmodum vidistis eũ ascendentem in cœlum sic veniet, ergo veniet descendendo successiue, & paulisper.

Secundo patet, quia dicitur hic in litera. Videbunt filium hominis venientem, idest, videbunt eũ venire, vel quando venit, sed non viderent, si nõ veniret suc-

F cessiue, ergo veniet successiue. Tertio patet, quia Christus volet ostendere maiestatem suam in iudicio, vt manifestetur gloria sua omnibus, sed magna pars gloriæ erit, quòd videant homines qualiter descendit per aerem, sicut per planam terram, & non possent videre nisi successiue veniret, ergo veniet successiue.

Quarto ad manifestandum locum, de quo venit. Nam si Christus subito veniret, non posset videri, de quo loco veniebat, quia non videretur venire, sed venisse, & ideo nesciretur, an veniret de inferis, vel de cęlis, aut de aliqua parte terræ, & tamen hoc est incõueniens, quia ad manifestãdum gloriam loci eius necesse est, quòd sciatur, quòd de cęlo venit: ideo debuit videri venire successiue de altitudine cœli, & ita non dubitaretur vnde veniret. Necesse est igitur dici eum

G successiue venisse.

Dicendum tamen, quòd ista successio morosa nõ erit per totum medium aduentus, sed per aliquam partem: nam Christus sedet nunc a dextris Dei Marci 16. ca. Et est in cœlo empyreo, vbi est gloria beatorum, si autem per totum illud medium veniret successione morosa, esset quidem fastidiosum, neque ad aliquid esset vtile, quoniam resurgentes, qui visuri sunt Christum venientem, non possent eum videre venientem per media illa, etiam si successione morosa illa media transiret, sed intelligendum est, quòd in regione aeris ab ea parte, qua poterit distincte vi-

H deri Christus, & eius apparatus a resurgentibus manentibus in terra, incipiet venire successione morosa. Talis autem modus fuit in ascensione: nam dicitur Actuum 1. capitu. quòd discipuli intuebantur Christum euntum in cœlum, & admirabantur quomodo ascenderet, & sic manserunt admirantes, & intuentes, quousque duo Angeli dixerunt eis quid admirabantur euntem, eodem capitu. talis igitur erit modus descendendi, quia illi Angeli dixerunt. Sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem.

Ad rationem in contrarium respondebitur infra quæst. 178.

Quare Christus dixit, quòd viderent eum venientem in nubibus. Quæst. CLXXVII.

I

QVAERETVR quare Christus dixit, quòd viderent eum venientem in nubibus.

Aliqui dicunt, quòd quia supra fecerat mentionem de cruce inquantum dixit, tunc apparebit signũ filij hominis putarent forte discipuli, quòd aliquid malum, & ad humilitatem pertinens adhuc passurus esset, ostendit, quòd non, sed in magno statu veniret, scilicet, in nubibus cœli. Sic dicit Chrysosto. in homilia, scilicet, quia crucem audiuerant ne rursus existimarent aliquid turpe esse futurum, subiungit. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli.

K Sed dicendum, quòd non est ista causa. Nam discipuli per signum filij hominis non intelligebant nunc crucem, sed quod illud sit signum suum: ideo non poterant ex signo eius aliquid mali cogitare, contra quod istud deberet dici.

Dicendum igitur, quòd fuit primo dictum ad ostẽdendam rem futuram, ita enim futurum erat, quòd Christus venturus esset in nubibus cęli: ideo prædixit illud.

Secundo fuit ad ostendendum excellentiam aduentus sui, scilicet, quòd non venturus erat in humilitate sicut primo, sed in honore magno: ideo dixit, quòd in nubibus cœli veniret.

Quo-

Quomodo Christus veniet in cœli nubibus, Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR quomodo Christus veniet in nubibus cœli. Nam videtur, ꝙ non sit venturus in nubibus. Primò quia non indiget nube, quia ipse per se venire potest, ideo non vtetur adminiculis velut indigens. Secundo quia dato ꝙ vellet vti illis non sufficeret nubes ad hoc, quia nubes est corpus rarum valde, quod non potest sustinere pondus aliquod.

Dicendum, quòd verè Christus descendet in nubibus cœli, quia ipse illud hic asseruit, ideo necesse est, quòd sic eueniat.

Secundò quia ita testati sunt Angeli post ascẽsionem Christi, dicentes discipulis. Quemadmodum vidistis eum ascendentẽ in cœlum sic veniet. & tamen ascendebat tunc in nube, ideo in nube venturus est.

B Causa autem quare in nubib. veniat, non est quasi non possit sine nubibus venire, sed est prima causa ad apparatum. Nam dicitur in litera, ꝙ veniet in maiestate, est autem maiestas apparatus magnus, ideo cum nubes circunstantes faciant ad quendam apparatum veniet in nubibus.

Secunda est ad ostẽdendum dominium, est enim dominus vniuersalis, vt ergo ostendat, ꝙ etiam nubes obediunt ei vult in nubibus venire.

Tertia est, vt videatur venire quasi iudex. iudices enim sedent cum iudicant, Christus autẽ ad iudicandum venturus est, ideo secum ducet sedem suam, scilicet sedebit in nube, ita enim in ea inuoluetur quantum ad partem inferiorem corporis, quasi sedeat in sede gestatoria.

C Quarta est propter dãnatos, vt videatur honestius venire. Nam apud Beatos nullum erit operimẽtum aliquarum partiũ corporis, quia omnes decore operientur & non erit vsus aliquarum vestium, & nihil erit turpe in conspectu eorum, sed in damnatis non erit idem, ideo videtur ad quandam honestatem, ꝙ in conspectu eorum nube operiendæ erunt inferiores partes corporis Christi, a quibus partibus eum damnati videbunt, qui tunc sedebunt in terra, & Christus erit in aere. Sic enim cum ascenderet a parte inferiori nubes eum operuit cum videretur a discipulis, qui erant adhuc mortales, coram quibus non decebat nudum apparere, licet poterat habere operimentum de lumine. Sicut dicitur Psalm. 103. Amictus lumine, sicut vestimẽto, & iõ priores causæ efficaciores sunt.

D Ad primam rationem in contrarium dicẽdum, ꝙ licet per se Christus venire posset. i. non vtens nube non fuit conueniens, ꝙ sine nube veniret, sed potius in nube propter causas dictas, non enim conuenit ꝙ faciat quidquid potest, sed id, quod ratio exigit. Nam omnia posset per se Deus agere non cooperantibus aliquibus instrumẽtis, & causis naturalibus, & tamen vtitur omnibus his. Sic etiam apud homines est, multa enim per seipsos facere possunt, quæ non faciunt, quia non decet, sed seruis iniungunt, ita & nunc Christus venit operiens nube inferiora corporis, & in illa sedens, licet sine ea venire posset.

E Et hoc modo potest responderi ad rationẽ factam sup. q. 176. cum dicebatur, ꝙ poterat Christus venire subito, i. sine successione morosa, & manifestabat magis potestatem suam. Dicẽdum ꝙ verum est, ꝙ poterat venire, sed non decebat, ꝙ sic veniret propter rationes ibi dictas.

Cum autem dicitur, ꝙ manifestaret maiorem potestatem. Dicendum ꝙ non est verum, immo si subito veniret, non videretur vnde veniret, & non agnosceretur gloria sua, ideo decuit, ꝙ sic veniret.

Ad secundum dicendũ, ꝙ verum est, ꝙ nubes non

A poterat sustentare corpus Christi aut alterum corpus neque etiam tunc Christus ideo illa vtebatur, quasi deberet sustentare, aut sustentaret, sed propter alias causas supra positas.

Itẽ nõ erat opus, ꝙ nubes sustentaret corpus Christi, quia erat illud glorificatum, & huiusmodi corpora non indigent subleuante, quia nõ sunt grauia quasi moueantur pondere suo ad centrum sicut corpora nostra, ideo etiam in nube poterat sustineri tunc corpus Christi. Item quia dato, quod nubes non haberet naturaliter, quod posset sustinere corpora aliqua humana daretur ei aliquid super naturaliter, fiebat tunc in illa sicut apparet in motu eius, sicut dicetur in sequenti quæstione.

Quomodo mouebitur Christus in nube, & quomodo mouebitur nubes. Quæst. CLXXIX.

QVAERETVR quomodo mouebitur Christus in nube ista, & quomodo mouebitur nubes.

Ad primum dicendũ, ꝙ non mouebatur Christus motu grauitatis, licet moueretur versus centrum, descendebat. n. Christus de cœlo in terram, ideo motus eius versus centrum erat, qui est motus grauium, sed non mouebatur hoc motu ipse. Primo quia erat corpus eius gloriosum, & in eis est dos agilitatis, cũ qua non stat moueri ad motum prędominantis elementi, quod ab imperfectione venit. Secũdò quia si hoc motu moueretur non sisteret in aere, sed ad terram veniret, & quiesceret ibi, & tamen in aere stabit, & iusti cum eo in aere rapientur obuiam Christo 1. Thess. 4. c. ergo non erit motus ille a grauitate.

Tertiò, quia motus, qui ex grauitate prouenit, cũ sit naturalis, est velocior in fine quam in principio, aut medio: sed potius tunc erit e contrario, cũ a principio sit subitaneus, postea vero aliqualiter tardus successione morosa, vt videatur a resurgentibus congregatis in loco iudicij, vt dictum est supra. ergo nõ mouebitur motu grauitatis. Sed dicendum est, ꝙ motus Christi erit motus voluntarius sine vlla repugnantia ex parte corporis. Et hoc est ex parte agilitatis. s. per aliquid excellẽtius dote, sed in beatis per dotem agilitatis poterit moueri Beatus quocunque moueri voluerit tam supra. i. ad sursum, vel deorsum, uel quamlibet aliam positionem, & licet corpora in Beatis nõ perdiderunt propriam temperiem compositionis, secũdum quã mixtionem magis sunt terrena, quam aerea, tamen non erit in eis pondus, quod contra uoluntatem trahat corpus, sicut nũc illud trahit, sed ita facile erit Beato moueri ad sursum, sicut ad deorsum vel ad latera, & in eadem velocitate, & cum æquali conatu, hoc verò erit quia anima dominabitur corpori, quasi iam non sit leuitas, aut grauitas principium motiuũ ex parte corporis, sed voluntas sit principium motiuum, & quia voluntas non magis determinatur ad unam partem positionis quã ad alteram poterit Beatus moueri æqualiter ad quãcunq; partẽ.

Quantum ad secundum dicendum de nube, ꝙ illa mouebitur versus deorsum sicut Christus, qui descẽdit, & quia ipse venit sedens in illa, necesse est, vt ipsa quoque descendat. Sed dicendum, ꝙ iste motus non erit naturalis nubi, quia motus earum non est deorsum, sed potius est ad sursum. Nam ex vaporibus aut exhalationibus surgentibus de terra, & aqua densantur, & efficiuntur nubes, & surgunt vsq; ad illam partem aeris in qua manent. Inde autem non mouẽtur naturaliter deorsum, neque etiam sursum, sed magis consueuerunt moueri in latera a uento percussæ, ad deorsum aũt neque venti impellunt, cum venti non causentur ex superioribus, sed ex inferioribus.

Qq Sed

Sed aliquis dicet, quòd poterit moueri illa nubes naturaliter ad deorsum, vtpote si ingrossata, & condensata fuerit, & tunc pondere suo trahetur ad infra.

Dicendum, ꝙ non stabit sic in illa nube. Primo quia si moueretur a propria grauitate non posset bene coaptari corpori Christi, sed moueretur tardius, aut velocius quam deceret iuxta exigentiam suæ grauitatis. Secundò & efficacius, quia nubes nunquam descendunt pondere suo, sed quando densatæ sunt soluuntur in aquas, quę cadunt, & tamen illa erit nubes, & nō pluuia, in qua Christus descendet, ideo non mouebitur naturali motu. Tertio quia si posset esse, ꝙ nubes non soluta in pluuias tantum densaretur, ꝙ oporteret descendere ex propria grauitate, necesse esset motum suum esse velociorem circa finem, & non cessaret vsque ad terram, & tamen nubes illa non descendet vsque ad terram, sed manebit eleuata in aliqua parte aeris, in qua Christus manebit, ergo non descendet naturaliter.

Dicendum etiam, quòd non descendet ex aliquo principio intrinseco dato ei a Deo, qa illud esset mouens voluntarie, scilicet quia cessaret vbi vellet, sicut est de agilitate, secundum quā mouentur Beati, quo volunt, & in qua velocitate volunt, vt dictum est prę ced. q. Nam tale principium motiuum, vel qualitas non est nisi corporum glorificatorum, & tamen nubes non sunt corpora glorificata, neque erunt vnquam, maxime quia talis perfectio non potest dari nisi enti rationabili, ideo non mouebitur a principio intrinseco.

Dicendum ergo ꝙ mouebitur illa nubes à principio extrinseco mouente voluntarie. Nam ab extrinseco mouente naturaliter non poterit moueri, vtpote si diceremus eam a vento moueri. Nam si contingeret ventum mouere nubem versus terram, nō cessaret motus vsquequo nubes allideretur ad terram, & tamen illa nubes in aere manebit vbi Christus manebit, ergo neque à vento mouebitur, sed mouēs est extrinsecum & voluntarium, scilicet Angeli qui obsequentes Christo mouebunt nubem illam in ea velocitate, aut tarditate, qua Christus volet & vsque ad illum locum, quem ipse volet, & cum Angeli cessauerint eam mouere stabit illa, neque oportet ipsam teneri cum non inclinetur ad eundum deorsum, & tamen, quia Angeli mouentes eam cum sint substantiæ spirituales, non videbuntur, putabitur ipsa per se moueri.

Quomodo dicitur hic quod videbunt eum venientem in nubibus in numero plurali. Quæst. CLXXX.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ videbunt eum venientem in nubibus.

Nam videtur, ꝙ in vnica nube veniet.

Secundò quia Christus sic venturus est, sicut ascēdit, sic enim dixerunt Angeli discipulis: Actu 1. c. Quemadmodum vidistis eum ascendentem, sic veniet, & tamen in vna nube ascendit, ideo in vna nube descendet.

Dicendum, ꝙ concedendum est vtrūque. s. ꝙ Christus descendet in nubibus, & ꝙ descēdet in nube vna. Nam Christus dicit hic ꝙ videbunt eum venientem in nubibus, & Mar. 13. c. etiam dicitur, venientem in nubibus, & tamen manifestum est, ꝙ vna erat nubes, quæ corpori eius appropinquabit, & aptabitur ei, & in illa proprie venire dicetur.

Sed dicēdum, ꝙ causa quare dicatur venire in nubibus cœli est, quia inter illas descendet, & desuper illas, & tamen cœlum, de quo Christus descēdet super nubes est, ideo in nubibus veniet, i. inter nubes, vel

F desuper nubes. Secunda causa est, quia volunt quidā ꝙ in aduentu Christi non solum descendet una nubes, sub pedibus eius, sed multæ, vt maior honor sit descendentis quam fuerit ascendentis, eo ꝙ nūc omnibus hominibus manifestandus, tunc vero a solis discipulis, qui cum eo erant in monte Oliueti, & quibusdam aliis credentibus visus est. De his dicit Orig. super Mattheum. Videbunt ergo oculis corporalibus filium in humana specie venientem in nubibus cœli, idest superius, sic enim quando transformatus, est, vox venit de nube, sic cum veniet iterum in speciem transformatus gloriosam, non super vnam nubem, sed super multas veniet, quæ erunt vehiculum eius.

G Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ verū est ꝙ in vnica veniet. s. quæ immediate tangat corpus eius, & aptetur ei, & tamen veniet in multis nubibus, quia multæ erunt sub pedibus eius licet vnica sit, quę immediate eum tangat.

Ad secundum dicendum ꝙ sic veniet sicut ascendit, & tamen ly sicut determinat actum descendendi & ascendendi, non autem habitum aut cæteras dispositiones descendentis, & ideo sicut tunc ascendit visibiliter, & successione morosa, ita descensurus est. Non tamen sequitur, ꝙ si tunc vnicam nubem habuit, quòd etiam nunc habeat vnicam, cum descendet. Et ratio quare in descensu debuit vti pluribus nubibus, aut quare scriptura debuit nunc dicere de pluribus quam in ascensione, fuit, quia quando Christus ascēdit ibat de loco, in quo nulla nubes erat, & oportuit, ꝙ descenderet de loco nubium aliqua nubes in qua iret, & quia sufficiebat una, fuit vnica, cum verò descendet, veniet de loco nubium, & necesse erit ꝙ veniente eo essent nubes sub pedibus eius, ideo dicitur, quòd in nubibus descendet.

H Secunda erat ad ostendum maiorem honorem in descendēdo quā in ascendendo. Nam maior esse debebat, quia tunc ascēdit coram paucis, nunc vero descendet coram toto mundo. Nam nunquam erit totus mundus congregatus nisi tunc.

Quæ nubes erit illa, in qua Christus descendet. Quæst. CLXXXI.

I QVAERETVR quæ nubes erit illa, in qua Christus descendet, scilicet quæ erit corpori eius coniuncta.

Aliqui dicunt, ꝙ erit illa eadem nubes, in qua ascendit. Et hoc videtur velle Augu. in Epistola ad Hesychium cum ait. Et sicut in actibus Apostolorum legitur nubes suscepit eum ab oculis eorum, & quia illic dictum est ab Angelis, sic veniet, quemadmodum uidistis eū euntem in cœlum, merito credēdus est non solum in eodem verum etiam in nube venturus, scilicet non solum in eodem corpore, sed

K etiam in eadem nube, quia alias non potest bene intelligi illa litera, quia si intelligantur, quod venturus est in nube, non tamen in eadem, nulla dubitatio tollebatur, quia manifestum erat, quòd in nube venturus erat, cum dicatur hic, quod veniet in nubibus cœli. Et tamen ponit illud Augustinus ad tollendum aliquam dubitationem cum dicat, merito credendus est non solum in eodem corpore, &c. ergo intelligendum est, quòd Augustinus voluerit de eadem nube.

Dicendum, ꝙ non poterit esse penitus eadem nubes. Nam nubes est ens imperfectum cum non pertineat ad determinatam speciem inquātū huiusmodi. Nam nubes est ens Metheorologicū & inter oīa entia Metheorologica nō est aliqđ ens pertinēs ad spēm per-

perfectam, ideſt, ꝙ ſecundũ illud eſſe, quod habet, ſit in ſpecie determinata, niſi pluuia, quæ eſt aqua, ideo talia entia sũt paruę durationis, & ſtatim tranſeũt ad aliam ſpeciem, ſicut nubes ſoluitur in aliquid ſubtilius, vel condenſatur in pluuias. Cum igitur nubes illa fuerit a tot annis nõ eſt veriſimile, quòd maneat eadem numero nunc, ſed iam ſoluta fuerit in aliquid aliud.

Sed eſt dicendum, quòd non differt eandem nubem, aut aliam eſſe, dum tamen nubes ſit, quia nõ ſumitur nubes illa, niſi ad operiendum, quod poteſt facere quæcunque nubes, ideo ſiue illa, ſiue altera fuerit non differt. ſi autem in aliquo differret potuiſſet Deus miraculoſe illam eandem conſeruare, ſicut miraculoſe aliquid fecit in motu eius quando aſcendit, In quæſ. 179. & aliquid miraculoſe faciet in motu illarum, in quibus deſcenſurus eſt, vt dictum eſt ſupra.

Vnde dicendum, quòd non erit eadem nubes numero quaſi ab illo tẽpore vſque nunc manſerit nunc ſoluta, neque in aliud tranſmutata, ſed poterat eſſe eadem ſecũdum materiam, ſ. quòd materia, quę fuit illius nubis ſit materia eius nubis, in qua Chriſtus deſcenſurus eſt ad iudicandum, ſed non eſt neceſſariũ.

Quid ſunt iſtæ nubes cœli. Quæſt. CLXXXII.

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd videbũt eum venientem in nubibus cęli, & quomodo ſunt iſtæ nubes cęli.

Aliqui dicunt, quòd ſunt nubes cœli, ideſt de ſubſtantia cęleſti, ſ. quòd ad excellentiam corporis Chriſti fecit Deus, quòd nubes illæ quæ tangerent corpus eius, eſſent de ſubſtantia cęli. Sic tenet Orige. ſuper Matthæum. ſiquidem ne calcaret filius Dei Ieroſolymam aſcendens, diligentes eum ſtrauerunt veſtimẽta ſua in via, neque aſellum, qui portabat eum volentes terram calcare: quid mirum ſi pater, & Deus omnium nubes ſternat cęleſtes ſub corpore filij deſcendentis ad opus cõſummationis? Dicet autem aliquis quoniam, ſicut in factione hominis accepit limũ de terra, & finxit hominem, ſic vt appareat gloria Chriſti accipiens Deus de cęlo, & de cęleſti corpore corporauit primum quidem in transfiguratione in nubẽ lucidam, in conſummatione in nubes lucidas, propter quod nubes cęli dicũtur, propter quod & limus terræ eſt dictus, & decet patri talia miranda dare filio, qui ſe humiliauit, & propterea exaltauit illum nõ ſolum ſecundum ſpiritum, ſed ſecundum corpus.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia nubes nõ poſſunt eſſe de ſubſtantia cęleſti, quia ſubſtantia illa non ſcinditur, neque diuiditur, neque permiſcetur, vt poſſent nubes aliquæ fieri, & iſte error prouenit ex ſuppoſitione eorum, qui errant ſecundum prophetiam ſequentes Platonem. Putant enim corpora cęleſtia de natura quatuor elementorum eſſe, & tunc verum eſt, quòd de cœlo poterant fieri nubes cum materia quatuor elementorum ſit apta mixtioni, alterationi, Cęli sũt de quinta eſſentia. & corruptioni, ſunt tamen cęli de quinta eſſentia, ideſt de quadam natura, quæ non eſt quatuor elementorum, ſed diſtans ab eis, & in illa non recipitur alteratio, generatio, & corruptio.

Dicendum ergo, quòd non vocantur nubes cœli quaſi de ſubſtantia cęli ſint, ideſt aeris, quia in regione aeris ſunt nubes, & ita accipit ſcriptura cęlum, vt Luc. c. 8. Aues cœli comederunt illud, ideſt aues, quæ ſunt in aere, & Pſalm. 8. dicitur. Volucres cœli, & piſces maris, ideſt volucres, quæ ſunt in aere. Vel dicuntur nubes cęli, quia iuxta cœlum ſunt. Nam licet inter nubes, & cœlum mediet regio ignis: nos tamen

A non videmus eum mediare, & ideo putamus coniũctas eſſe nubes cęlo, ſed non ſunt, ſcriptura autem tenet modum loquendi vulgarium, ideo vocat nubes cęli quaſi ſint iuxta cęlum ſicut vulgus putat. Et hoc colligitur, quia neque Marcus, neque Lucas de hoc dixerunt. Nam Mar. 13. c. dicitur videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute. & Luc. 21. cap. dicitur venientem in nube, & neuter addit cęli. Et tamen ſi de ſubſtãtia cęli eſſet nubes illa, eſſet aliquid mirandum, & non tacerent illud Euangeliſtæ.

Quomodo eſt verum, ꝙ apparebit Chriſtus cũ virtute multa. Quæſt. CLXXXIII.

QVAERETVR quomodo eſt verum, quòd apparebit Chriſtus cum virtute multa.

B Dicendum, quòd virtus poteſtatem ſignat hic. accipitur interdum poteſtas pro multitudine famulantium, quia in multitudine ſubditorum conſiſtit poteſtas principis, & ita dicimus magnam virtutem habere illum principem qui magnum exercitum habet. ſic Chriſtus veniet cum virtute magna, ideſt cũ multo exercitu Angelorum. nam multi Angeli veniẽt cũ Chriſto ad iudicium. ſic dicitur ſupra 16. ca. filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cũ Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique iuxta opera ſua, hoc autem in iudicio ſit, vbi cuique datur iuxta opera ſua, & ſic C cum Angelis venturus eſt ad iudicandum. Et ſequẽti c. magis hoc declaratur, ſ. cum autẽ venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cũ eo, & tamen Angeli vocantur exercitus Dei, vel caſtra eius. Sic patet Gen. 32. vbi multitudo Angelorum vocata fuit caſtra Dei, & Deus vocatur dñs exercituum, & milites eius vocantur Angeli, Iob. 25. c. ſ. Nunquid eſt numerus militum eius? Cum ergo deduxerit ſecũ multos Angelos dicetur multam virtutẽ habere, aut venire cum multa virtute. Alio mõ accipitur pro virtute, i. poteſtate ad aliquid faciendum, & ita dicetur multa virtus, cum qua Chriſtus nunc veniet, quia habebit poteſtatem iudicandi totum mundum, & exequendi ſententiam ſuam ſine vlla contradictione, & D iſta poteſtas eſt quam Chriſtus ſibi dicit datam poſt reſurrectionem infra vigeſimo octauo capitu. ſcilicet data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & vere maior erit tunc poteſtas Chriſti hominis quam ante paſſionem. Nam ante paſſionem non erant omnia ei ſubiecta, in iudicio autem omnia erunt ſubiecta pedibus eius primo Corinth. decimoquinto cap. Nam, & mors tunc ſibi ſubijcietur, ideo poteſtas eius magna erit. Virtꝰ tripliciter ſumitur. Omnia in iudicio ſubiecta erunt pedibus Chriſti.

Alio modo dicitur poteſtas, vel virtus Chriſti tunc magna, quia maior erit quam ea, quam hic habuit. Nam quantacunque eſſet quam hic habuit, erat in ſtatu humili, & in corpore paſſibili, tunc vero erit in ſtatu excellentiori, & impaſſibili corpore, ideo erit maior. Sic dicit Orige. ſuper Matth. ſcilicet, Pri-E mum quidem venit Ieſus cum virtute, ex qua faciebat ſigna, & prodigia magna in populo; omnis autem illa virtus in comparatione virtutis multæ cum qua in fine venturus eſt, modica erat; virtus enim erat exinanientis ſeipſum, conſequens eſt etiam, vt in maiorem gloriam reformetur, quam fuit transformatus in monte: tunc enim propter tres tantummodo transformatus eſt, in conſummatione autem mũdi totius apparebit in gloria multa, vt videant eum omnes in gloria.

Dicẽdum autem, ꝙ licet vtroque modo poſſit hic accipi virtus, magis accipitur ſecundo q̃ primo, quia primo mõ magis pertinet ad apparatũ, ideſt maieſta-

tem quam ad virtutem. Hoc autem supposito dicendũ, quòd maior virtus Christi erit in aduentu ad iudicium quam fuit, dum viueret inter nos, quia tunc ei secundum quòd homo non erat data potestas iudicandi mundum, & subijciendi omnia sibi.

Cum autem dicitur, quòd erit maior virtus in aduentu ad iudicium quam fuit, dum viueret. Verum est, quia cum transfiguratus est adhuc non habebat potestatem iudicandi, & subijciendi sibi omnia, neq; erat adhuc corpus eius glorificatũ, quia non erat impassibile. Et etiam verum est, quòd in maiori honore, & apparatu erit in iudicio quam in transfiguratione, quia in transfiguratione coram tribus transfiguratus est, in iudicio autem apparebit coram toto mundo, & tamen istud non pertinet ad virtutem, sed ad maiestatem.

Quid sit ista maiestas Christi, in qua ad iudicandum veniet. Quæst. CLXXXIIII.

QVAERETVR cum dicatur, quòd veniet Christus in maiestate, quid sit ista maiestas.

Dicendum, quòd maiestas ad apparatum venientis pertinet: dicitẽ enim maiestas quasi maior status: vnde apparatus magnus, secundum quem cognoscitur status excelsus, vocatur maiestas, & non quilibet apparatus magnus vocatur maiestas, sed solum maximus, & ideo maiestatem non damus, nisi regi, & Imperatori, qui sunt summi principes terreni. Sed Christus veniet cum maximo apparatu, qui ostendat maiorem statum, & excellentiam eius quam sit omniũ regum terrę, ideo dicetur venire in maiestate. Ad istũ enim apparatum pertinet, quòd veniet de cęlo successione morosa, ita vt omnes homines eum videant venientem, & trement. Etiam pertinet, ꝙ venient nubes sub pedibus eius. Nam multæ nubes venient sub pedibus eius, vt dixit Orige. licet vna erit, quæ tanget corpus eius immediatè, & in qua ipse venire dicetur. Vnde Luc. 21. c. dicitur venientem in nube, & non in nubibus. Etiam ad maiestatem istam pertinebit multitudo Angelorum: nam cum eo venient omnes Angeli eius, vt dicitur sequenti cap. & supra 16. ca. & isti faciunt magnum apparatum.

Item erit apparatus ex eis, qui rapientur, & occurrent ei in aera. Nam iusti non sedebunt, aut stabunt in terra, sed rapientur obuiam Domino in aera, & ibi cum eo erunt 1. Thessa. 4. c.

Item multitudo manens in terra ad magnum apparatum pertinebit: erit enim ibi totus mundus congregatus; quotquot enim nati sunt ab origine mundi, & nascentur vsque ad diem illum, erunt ibi cõgregati, & omnes, qui in seculo fuerunt potentes Christum tanq̃ Deum, & dominum suum ibi inuiti cognoscent, & contremiscent coram eo illius sententiam expectantes: hæc est enim magnitudo apparatus qualis non solum nunquam esse potest, sed neq; quæquam alia excogitari potest, ideo cum in isto apparatu Christus venerit, dicetur venire in maiestate.

Totus mũdꝰ in iudicio erit congregatꝰ.

Dicitur autem tunc Christus venturus in maiestate ad differentiam primi aduentus. Venit enim tunc Christus ignotus quasi, & in humilitate status, & carnis infirmitate: persecutionem, & aduersitatem sustinens, & pauper peditans. Et quando maioris apparatus fuit, sedit super asinam ad intrandum in Ierusalẽ. Vt ergo cum diceret se rursus venturum, discipuli, quibus loquebatur, non putarent eum venturum in humilitate, sicut prius, & aliqua passurum, dixit, ꝙ non veniret sic, sed in maiestate, & satis erat maiestas, & apparatus, quia non solum magna cum eo apparuerunt, aut apparitura sunt, sed ad hoc, ꝙ ipse appareat

In maiestate qua re dicitur Christus venire.

F magna signa ventura, & præcessura sunt, s. quòd sol, & luna obscurabuntur, & cętera, quæ supra dicta sunt.

Ad quid mittet filius hominis Angelos, & qui erunt Angeli illi. Quæst. CLXXXV.

QVAERETVR ad quid mittet filius hominis Angelos suos, & qui erunt Angeli, qui mittuntur.

Dicendum, quòd erit ista missio ad congregandũ electos, vt dicitur in litera. Christus enim ad iudicandum venturus est, & ideo oportet, quòd iudicãdi pręsentes ei sint secundum præsentiam corporalem, in qua iudicabit. Nam Christus inquantum Deus omnibus rebus præsens est, quia vbique est, & omnia ei

G præsentia sunt, & tamen non est præsens omnibus secundum, quòd homo, neque omnia sunt ei præsentia, quia corpus suum est finitum secũdum determinatam quantitatem, ipse tamen Christus in humana substantia iudicaturus est, vt ab omnibus videatur, iõ oportet, quòd ante eum omnes homines congregẽtur in locum vnum in terra, in qua ipse iudicare voluerit. Erit autem ista congregatio post resurrectionem ipsorum. Nam prius morientur omnes homines quam ad iudicium veniant. Per ignem enim conflagrationis omnes, qui residui fuerint morientur, & statim resurgent, hos autem congregari oportebit.

Christꝰ, vt homo est iudicaturus.

H Est autem duplex istorum congregatio, vna antequam resurgant, alia postquam surrexerint. Nam necesse est omnes resurgere, & in eisdẽ corporibus numero: non sunt autem eadem corpora, nisi sit eadem materia, & ideo singulæ partes corporum illorũ colligentur, & quia per multas transmutationes factas in elementa non erunt omnes partes materiales cuiuslibet corporis in eodem loco: oportebit, quòd etiam si in extremo terrę sit vna pars, & alia in alio extremo inde colligantur ad hoc, quòd inde formetur corpus idem, quod prius.

Alia congregatio erit post resurrectionem. Nam collectis pulueribus ad locum vbi præcipua pars eorum est, reformabitur corpus ex eis, & reunietur anima à Deo illis membris, & tunc viuet, & erit idem

I homo numero, qui prius, & iste debet deduci in locum communem iudicij, quia ibi omnes futuri sunt. Sunt autem Angeli necessarij pro his actibus, sunt enim hic quatuor actus, & illorum tres ad Angelos pertinent. Vnus autem primus est congregare pulueres in locum vnum, s. vbi fuerit præcipua portio eorum. Secundus est illos totos collectos in corpus formare tale, quale deceat secundum conditionem resurgentium. Tertius est animam rationalem, quæ p̃fuerat reunire illi corpori. Quartus est hominem sic resultantem de loco resurrectionis in locum iudicij deducere. Tertium actum solus Deus faciet, quia est infinitæ potentiæ per illum modum reunire animã:

Angeli congregantes mortuorum corpora quatuor actus facient.

K alios facient Angeli, qui ministrant Deo quantum ad ea, quæ non sunt infinitæ potentiæ, ideo mittet Christus Angelos.

Quantum ad secundum dicendum, quòd Angelus accipitur dupliciter. Vno modo pro quolibet spiritu bono, cęlesti, & ita vocamus nouem ordines Angelorum quasi omnes sint Angeli, qui in illis ordinibus sunt. Alio modo Angelus accipitur specialiter pro spiritibus primi, & infimi ordinis.

Angelus dupliciter accipitur.

Dicendum autem, quòd in præsenti vocantur Angeli ab officio, s. quia mittuntur. Nam Angelus nuncius est, quicunque ergo mittitur à Deo ad aliquid faciendum, Angelus vocatur. Vnde & hoĩes vocantur Angeli Dei, quia Deus cõmittit eis verba sua, vt alijs nuncient. Sic dicitur Mala. 2. capitu. de sacerdotibus,

s. Labia

f. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius exquirent quoniam Angelus Domini exercituum est. Quotquot ergo nūc mitterentur ad istud ministerium congregationis Angeli vocari debent, siue sint solum de ordine inferiori, siue etiam de alijs.

Est tamen dicendum, ꝙ an soli Angeli inferiores missi fuerint, vel etiam quidam alij de alijs ordinibus non apparet manifeste, satis tamen potest dici, ꝙ pręter inferiores fuerūt aliqui alij de illis ordinibus quorum Angeli mittuntur. Nam vt dicitur Dan. 7. ca. Et ponit illud Diony. lib. de Angelica Herarchia. quidā spiritus assistunt, alij ministrant. assistentes autem nō mittuntur, ministrantes vero mittuntur, quia hoc est ministerium eorum, f. ꝙ mittantur ad faciendum aliqua, quæ pertinent ad nostram salutem ad Hebræ. 1. c. f. sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

Et videtur dicendum, ꝙ non soli Angeli inferiores mittantur, quia cum ad multos ordines pertineat mitti: verisimile est, quòd etiam de alijs ordinibus missi fuerint aliqui.

Secundo, quia istud erat magnum mysterium, & quod cito fieri debebat. Nam congregandi erant pulueres omnium corporum singuli in locum vnum, vt formarētur corpora, & formatis illis homines iam viuentes deducendi erant in vnum locum. Hoc vero, vt cito fieret cum in ictu oculi fieri debeat 1. Corint. 15. cap. magna multitudine ministrantium indiget, ideo verisimile est, quòd non de solo ordine inferiori, sed etiam de alijs mitterentur aliqui.

Tertio quia Archangeli sunt de secūdo ordine, & tamē aliqui Archangeli in isto ministerio vēturi sunt cum dicatur hic, quòd mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & 1. Thessa. 4. c. dicitur. ipse dominus in iussu, & voce Archangeli, & tuba Dei descendet de cęlo Et ita illi, qui vocantur hic Angeli vocantur apud Paulum Archangeli. Et non differt, ꝙ dicatur in singulari Archangeli, quia multi venturi sunt, cum hic dicatur, quòd mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna. Et sic vocauit hic Angelos ipsos, qui sunt Archangeli, ex quo hic cōstat saltem, quòd de duobus ordinibus, idest Angelis, & Archangelis venient multi. & idem intelligendum est de omnibus illis ordinibus, quorum spiritus solent mitti.

Quid Angeli in hac congregatione facient. Quæst. CLXXXVI.

QVAERETVR de congregatione ista cum dicatur, quod congregabunt. quid facient in hac congregatione.

Dicendum, quòd quatuor actus erūt circa eos qui congregantur, vt dictum est supra: quorū tres ad Angelos pertinent, & hic non ponitur, nisi congregare, quod est quartus actus. Nam postquam resurrexerint, congregabuntur in locum iudicij.

Sed dicetur, quare non agit hic Christus mentionem de alijs actibus, qui pręcipui sunt? Nam pulueres congregare, & formare in corpus est præcipuus actus quam congregare iam viuentes in locum vnum, & adhuc magis est animam reunire, quod est proprie suscitare.

Aliqui dicunt, quòd nō fit mentio de alijs actibus, quia ista congregatio nō exercebitur circa mortuos, sed circa eos qui tunc viui manebunt, & circa illos nihil est, nisi congregare, ideo nō potuit de aliquo alio actu fieri mētio, quia nullus alius erit. Sed dicendum, quòd falsum est, quia etiam mortui congregabūtur, vt dicetur sequenti quæst. Dici ergo potest vno modo, quod de sola congregatione fit mentio, quia est

A quartus actus, & vltimus, & ideo cum pręsupponat alios dicto hoc intelligitur de omnibus pręcedētibus. Nam non poterunt congregari, nisi facti fuerint alij tres actus, ideo in isto intelliguntur alij.

Secundo potest dici, quòd per istam congregationem intelliguntur omnes actus pertinentes ad Angelos: sunt enim tres congregationes. Vna est, vt pulueres eiusdem cadaueris de diuersis locis ducantur, vt sint in vno. Secunda est, vt ipsi pulueres congregētur inter se, & compingantur, ita quòd reddant corpus vnum. Tertia est, vt corporibus resultantibus, & viuificatis per Dei operationem deducantur omnia in locum vnum, f. iudicij, & omnes isti actus sunt cōgregatio quædā, alius vero actus, qui est animas reunire est præcipuus, sed iste nō est Angelorum immo solius Dei, & ideo de eo non debuit fieri mentio, & B sic sufficienter nomine congregationis intelligūtur omnes actus Angelorum circa resurgentes.

Tres congregationes Angeli facient in iudicio.

Cū dicitur. Congregabunt omnes electos eius. qui sunt isti electi. Quæst. CLXXXVII.

QVAERETVR quomodo dicitur, congregabūt omnes electos eius. Nam in resurrectione non congregabuntur soli electi, sed etiam reprobi.

Aliq dicunt, quòd congregabuntur soli viuentes, qui eo tempore inuenti fuerint viuentes, & hos vocat electos Christus. Sed dicendum, ꝙ nō stat. Primo C quia non est verum, ꝙ in die iudicij inueniantur aliqui viui, sed omnes iā erunt mortui præcedente igne conflagrationis, sic tenetur ab omnibus, & declarat Magist. 4. Sentent. distin. 43. Secundo, quia aliàs daretur, quòd multi essent, qui nunquam morerentur. Nam post diem iudicij nemo morietur, quia nouissima omniū destruetur mors 1. Cor. 15. ca. destrui mortem est, ꝙ nulla res sit iam mortalis, aut aliquādo moritura: ergo si die iudicij inuenirentur aliqui viuētes, sequitur, quòd aliqui erunt, qui nūquam mortui sunt neque morientur. Hoc falsum est, quia statutum est vnumquenque hominem semel mori ad Hebræ. 8. cap. Tertio quia sequeretur, quòd non esset resurrectio generalis. Nam si aliqui essent, qui nunquā mo- D rerentur illi nunquā resurgerent, & sic nō esset resurrectio generalis, & tamen ponitur resurrectio generalis: ergo omnes morientur. Quarto quia dato, ꝙ aliqui viuentes inuenirentur illo tpe, tamē plures essent mortui quam viuentes, ad iudicium tamē omnes vēturi sunt, quia in symbolo dicitur, ꝙ Christus iudicabit viuos, & mortuos. Et Actu 10. c. dicitur, ꝙ est constitutus Christus à Deo iudex viuorum, & mortuorum. ergo non congregabuntur soli viui, sed ēt mortui. Quinto patet, quia Orige. super Matt. dicit istam fuisse opinionem simplicium, f. & simpliciores quidē opinantur eos tantū, qui tunc inuenti fuerint in corpore, aggregandos, sed melius est dicere congregandos esse ab Angelis Christi omnes vsque ad consummationem. Sexto patet, quia si de solis viuentibus di- E ceretur, non haberent locū ea, quæ dicuntur, f. à summo cęlorum vsque ad terminos eorum, quia vsque ad loca ista non possunt esse aliqui viuentes, & tamē accipitur de mortuis, quorū partes solutæ sunt in auras, aut in alia elementa, & possunt esse in his locis. Septimo patet, quia etiam si omnia hæc vera sint nō satisfecit literæ: nam si soli viuentes congregarētur adhuc manifestum est, quòd nō essent omnes illi boni, & aliqui mali, & ideo non congregarētur soli electi. Alij ergo dicunt, quod omnes homines congregabuntur per Angelos, & omnes vocantur hic electi, f. quia electi sunt, vt omnes resurgant, licet non omnes sunt electi, vt regnent.

Sed dicendũ, quòd non ſtat. Primo quia repugnat modo accipiendi electos. Nunquam enim ſic accipitur in ſcriptura. Secundo, & efficacius, quia impoſſibile eſt vocari omnes electos, quia electio eſt alicuius de multis, ſi autem idem omnibus conueniat, nemo electus dicitur ad id, quod omnibus conuenit, & tamen omnibus hominibus conuenit reſurrectio, & non quaſi per accidens, ſed magis ſecundum ratiōnē communem, ſ. inquantum ſunt capaces boni, aut mali æterni per merita, vel demerita. Et iſte eſt modus loquendi ſcripturæ ſupra. 19. & 22. c. ſ. Multi ſunt vocati, pauci verò electi.

Oib' hominibus reſurrectio conuenit.

Tertio quia non ſolum dixit electos, ſed ad ſignificandum aliquid maius dixit electos ſuos, vt patet hic, & Mar. 13. c. ergo non accipitur de omnibus hominibus reſpectu reſurrectionis, quia ſecundum hoc non pertinent ſpecialiter ad Deum.

Quarto, quia ſi omnes homines vocarentur electi ad reſurrectionem, aut vocarentur electi reſpectu ipſorum hominum, aut reſpectu aliarum rerum. Non quidem reſpectu hominum, cum omnibus competat, & ideo in hoc nemo electus ſit, non etiam reſpectu aliarum rerum, quia electio fit de illis rebus, quibus cōpetere poteſt aſſumi ad id, ad quod aſſumitur illa, quæ eligitur, & tamen reſurgere nulli alteri rei competit, quia non angelis cum non moriantur, nō brutis, quia neque poſſunt reſurgere, neque eſt aliqd ad quod reſurgant, ideo nō poſſunt dici homines electi reſpectu reſurrectionis. Dicendum igitur, ꝙ electi proprie vocantur hic illi, qui prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, ſiue ante diem iudicij mortui fuerint, ſiue tunc moriantur, & iſti congregabuntur ab Angelis ad locum iudicij. De alijs etiam dicendum eſt, quòd congregabuntur ad iudicium, Chriſtus tamen non fecit tunc mentionem, niſi de electis.

Quare de ſolis electis dicitur, quòd congregabuntur, & non de reprobis. Quæſt. CLXXXVIII.

QVAERETVR, ergo cum tam electi quā reprobi venturi ſint ad iudicium, quare de ſolis electis dicitur, ꝙ congregabuntur. Aliqui dicunt, ꝙ fuit quia omnes venturi ſunt, & tamen electi portabuntur ab Angelis: mali autem non portabuntur, & ideo non dicuntur ab eis congregari.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia cum mali mortui fuerint ad hoc, ꝙ reſurgant oportet, ꝙ pulueres eorū per Angelos colligantur, & hoc eſt congregari, ideo etiam ipſi per Angelos congregabuntur. Secundo, quia etiam oportet ipſos portari ad locum iudicij. Nā poſtquam reſurrexerint non poterunt per ſe venire ad locū iudicij, quia forte neſcient, & dato, quòd ſciāt, non poterunt venire, vt ſi in extremitate orbis reſurrexerint, & tamen ſubito venturi ſunt cum Chriſtus non ſit moraturus diu in loco iudicij: ergo nō veniēt per ſeipſos, ſed portabuntur ſubito ab Angelis, q eos transferent de loco ad locum. Sed aliqui dicunt, ꝙ non portabuntur ab Angelis, neque per ſe venient, ſed portabuntur à dæmonibus. Dicendū, ꝙ iſtud non ſtat, quia iſtud miniſterium tantæ dignitatis nō committitur dæmonibus, ſ. ꝙ aliquid agant ad reſurrectionem corporum; & tamen illi, qui portant reſurgentes congregauerunt pulueres eorum, vt formarentur corpora, & illa formauerunt ad hoc, ꝙ formaretur, vel reuniretur anima, quæ præfuerat: ergo dæmones non facient hoc. Secundo, quia neq; portare damnatos ad gehennam pertinet ad dæmones, ſed ad Angelos bonos, vt aſſeritur, & dicetur ſequen. c. ergo à fortiori deducere eos ad iudicium non pertinet ad dæmones. Tertio quia ad dæmones non pertinet miniſtrare Deo, niſi in malis, ſ. in pęnalibus, cum ipſi inclinentur ad pęnas infligēdas, & Deus illis permittit eas aliquando dare, ſed non mandat eis ex imperio aliqđ bonum facere. Et tamen hoc erat de bonis: ergo non miniſtraturi ſunt dæmones in hoc. Quarto quia cum dicat hic Chriſtus electos portandos ꝑ Angelos ſuos, ideſt bonos, qui ſpecialiter dicūtur ſui, & ei miniſtrāt, & conſtet, ꝙ mali per aliquem portandi ſunt, cum ꝑ ſe ire non poſſint, oportet ꝙ per iſtos eoſdem Angelos bonos portentur, quia aliàs mentio fieret de eis, à quo portarentur ſi ab alijs portarentur. Dicendū igitur, ꝙ de electis facta eſt ſpecialis mentio ad oſtendēdum honorem eorum, ſ. ꝙ tanti honoris apud Deū erūt, ꝙ faciet eos ab Angelis deduci, ſed in iſto honore nullo modo communicant mali, ideo non fit mētio de eorum congregatione, & portatione ab Angelis. Et dicēdum, ꝙ iſta eſt propria cauſa ad id, quod quærebatur ſupra quæſt. 186. ſ. quare fiat mētio de ſola congregatione cum alij tres actus præcedant quātum ad reſurgentes. Et dicendū, ꝙ cauſa eſt hęc, quia Chriſtus voluit hic tangere id quod ſpecialiter pertinebat ad electos, & tamē omnes alij tres actus ſunt communes tam quantum ad electos quam quātum ad malos, ideo de ſola congregatione dictum eſt. Et patet, quia omnes pulueres colligent vbicunque fuerint, & illi compingentur in corpus, & reunietur anima illis corporibus, neque circa hoc aliqua differentia erit, ideo non potuit de his mentio fieri, niſi ſimul diceretur de bonis, & malis. Sed Chriſtus de ſolis electis dicere ſpecialiter volebat, ideo non debuit facere mentionem de primis tribus, in quarto autem differentia eſt, quia electi portabuntur honorabiliter ad locum iudicij, mali vero non, ideo de congregatione dixit, & ſolos electos nominauit.

Dæmones q̄no Deo miniſtrent.

Cito Chriſtus iudicabit.

Quare dicatur, ꝙ electi ab Angelis congregabuntur. Et quod omnes corporis dotes in reſurrectione electis dabuntur. Quæſt. CLXXXIX.

SED quæretur quare dicitur, quòd electi congregabuntur ab Angelis. Nam de eis nō deberet dici, quòd congregandi ſunt, quia per ſe venire poſſent. De malis autem eſſet dicendum, quòd congregarentur, quia per ſe non poſſent venire.

Et patet de bonis, quòd poterunt per ſe venire, & etiam volent, ideo non egebunt portitore, aut vehiculo. Primo patet, quia habebunt dotem agilitatis, ſecundum quam poterunt vbicunque ſtatim eſſe nullum impedimentum ad hoc præſtante corpore: dabitur autem iſta dos, antequam veniant ad locum iudicij, quia omnes dotes corporis electis dabuntur in ipſa reunione animæ ad corpus, quæ eſt reſurrectio, ſed reſurrectio fiet antequam deducantur reſurgētes in locum iudicij, vt declaratum eſt ſupra 22. cap. q. 227. ergo prius habebunt dotem agilitatis, & alias, & per illam poterunt quaſi in momento ire quo voluerint. Secundum patet, ſ. ꝙ volent ire, ſ. ad locū iudicij, quia nemo recuſat ire ad aliquē locum, niſi quia putat ibi futurū eſſe malum, vel ſaltem minus bonum, aut nō maius quam vbi eſt, & tamen reſurgentes boni ſciūt, ꝙ in loco iudicij acquirēt ſummum bonum, quia incipient ibi vniti eſſe Chriſto etiam ſecundum pręſentiam corporalem, & ideo non ſolum volent ire illuc, ſed etiam nihil magis cupient quam ire. vnde etiam ſi non portarentur ab Angelis, cum ipſi poſſent ire, & vellent ſtatim irent. Secundum principale de malis patet, quia ipſi non poterunt illuc ire, & etiam nolent. De primo patet, quia licet ſint immortales effecti per reſurrectionem, nullam dotem corporis, aut animæ habebunt, quia dotes ſolum ſunt beatorū & ideo ſicut nunc graues exiſtētes non poſſent ire de

extremo terræ ad locum iudicij, nisi in longo tempore, & forte de quibusdam locis ire non possent propter impedimenta media, vt marium, aut aliorum incommodorum: ergo indigent portitore. Etiam non scirent, quia nemo determinate nouit locum iudicij, & ideo mali nescirent illum à fortiori, & ita si non portarentur, etiam si ire possent, nescirent quo ituri essent, & per quæ media.

Item dato, ꝙ scirent, & possent, nollēt ire, quia nemo sponte vadit ad eum locum, in quo sibi deterius affuturum credit, sed mali in loco iudicij vltra condēnationem ad mortem æternam adhuc incurrent cōfusionem coram Christo, & Angelis, & toto orbe: ergo ire nollent. Et ita indigent Angelis portitoribus.

Dicendum est, quòd verum est, quòd electi per se venire possunt, sicut dictum est, & tamen ponitur, ꝙ Angeli congregabunt ad ostendendum honorē eorum, sicut est in dominis habentibus familiam: multa enim per seipsos facere possunt, sed non faciūt: immo volunt, quòd alij eis in hoc seruiāt: sic enim Christus sine nube ascendere potuit, & tamē voluit in nube sedens ascendere, & ita etiam descendet, sicut in litera dicitur, sic licet beati per seipsos moueri poterūt, portabuntur ab Angelis, vt videatur quantus honor eis exhibetur, ꝙ etiam Angeli ministrent illis portādo eos, & hunc modum loquendi Paulus tenuit dicens 1. Thessa. 4. c. Rapiemur obuiam Christo in aera, & ita cum domino erimus. Rapi autem ab alio portari est. Sic dicit Chrys. s. quòd per angelos dominus electos vocat ad electorùm honorem pertinet. Nam & Paulus dicit, quòd rapientur in nubibus, quia eos quidem, qui resurrexerunt, congregabunt Angeli: congregatos autem rapient nubes.

De malis dicendum, quòd verum est, quòd ab Angelis congregabuntur, & tamen Christus non posuit de hac congregatione, quia posuit istam congregationem tanquam honorem, sed honor non communicabitur malis, ideo non dixit, quòd ipsi congregarentur, & si de malis diceret, quòd congregarentur ab Angelis, non poneretur aliquid pertinēs ad honorem bonorū, quod tamen Christus intendebat, ideo debuit dicere, quòd boni congregarentur ab Angelis, & de malis tacere, licet verum esset, quòd congregarentur ab eis.

Quare Christus dixit electos à quatuor ventis congregandos. Quæst. CXC.

QVAERETVR, quare dixit electos congregandos à quatuor ventis.

Dicendum, quòd Christus voluit dicere congregandos electos ex omnibus partibus mundi: solemus autem illas partes à quatuor punctis præcipuis mundi nominare, illę autem sunt origines quatuor vētorum, ideo dixit à quatuor ventis. Sic dicit Remigius, & Beda, s. à quatuor ventis, à quatuor mūdi partibus dicit, Oriente, Occidente, Aquilone, & Austro.

Sciendum autem, quòd iste modus loquēdi à vulgo accipit: per res enim notiores loquuntur. Et quia nomina punctorum cardinalium non sunt eis nota, supplent ea per quatuor nomina ventorum, qui flant ab eisdem punctis, quoniam venti isti notissimi sunt.

Etiam vtitur Christus hoc modo, quia est Hebraicus. Nam in veteri testamēto cum scriptura vult designare quatuor partes orbis quatuor ventos nominat. Sic dicitur 1. Paral. 9. c. s. per quatuor ventos erant ostiarij, idest ad Orientem, & Occidentem, & Aquilonem, & Austrum. Et licet dicat de his quatuor ventis intelligendum est etiam de partibus, à quibus alij venti flant. Nam collaterales duos singuli habent, &

A sic sunt duodecim, & etiam si plures ponantur à partibus omnium congregandi erant resurgentes.

Quare dicitur a summis cœlorum vsque ad eorum terminos. Quæst. CXCI.

QVAERETVR quare dicitur a summis celorum vsque ad terminos eorum. Dicendū, ꝙ iste modus loquendi venit ad suppletionem credentis. Dixerat enim congregandos à quatuor ventis, & videbatur, ꝙ ex his solum. Quod in duobus deficiebat. Primo quia ista quatuor puncta sunt extrema in orbe, & ita significaretur, ꝙ de medio nulli mortui congregandi essent, & tamen plures congregabūtur de medio, quam de extremis: immo accipiendo strictè ista quatuor puncta ventorum forte nullus de eis cōgre-

B gabitur. Secundo deficit etiam quantum ad extremitates mundi, quia ista quatuor puncta mūdi sunt opposita, & distātia valde, & inter ea sunt multa alia, de quibus videtur, ꝙ nulli congregabuntur, quod inconuenienter dictum est, ideo Christus addidit hūc modum loquendi, per quem innuit, ꝙ resurgentes congregabuntur de toto mundo, s. tam de toto medio q̄ de omnibus extremitatibus. Vocatur enim hic summum cęli tota terra, quæ est intra extremitates mundi, terminus cęlorum vocatur ipsa extremitas terræ in rotūdum. Et ratio huius locutionis est, quia describitur hic terra secundum habitudinem cęli: summū Quid sū mum cęli, q[illegible] ve cęlorū terminu°.

C enim cęli vocatur quidquid supra nos est. Est igitur sensus, ꝙ omnes mortui congregabuntur: tam illi q fuerint per totam terram mediam, quam qui fuerint in extremitatibus terræ, vbi dicitur terminari cęlum. Sic dicit Remigius. Ne forte aliquis putaret, ꝙ solum a quatuor partibus mundi non à Mediterraneis regionibus, & locis addidit: à summis cęlorum vsq; ad terminos eorum. Per summum enim cęli mediū orbis intelligitur, quia medio orbis summum cęli præsidet: per terminos autem cęlorum fines terrę signat, vbi longe distantibus circulis cęli terræ insidere videtur, & non differt, ꝙ ponatur in plura, s. a summis cęlorum, quia idem est ac si dicatur, a summo cęli vsq; ad terminum eius, quia licet plures cęli sunt, & con-

D sequenter plures summitates, tamen omnes illi directe, & sub eadem habitudine respiciunt terram, & ita multi cęli habent multos terminos, sed omnes illos tangit vnus Horizon qui secat omnes celos, & ita est vna sūmitas, & vnus terminus. Sed Mar. 13. c. dicitur. A summo terræ vsque ad summum cęli, & est eadem sentētia: oportet enim ibi accipi summitatē, idest extremitatem, & est sensus, ꝙ extremitas cęli est extremitas terræ: videntur enim coniungi cęlū, & terra in extremo, & ibi ambo videntur finiri, & ideo est extremitas vtrorumque, & vult dicere, ꝙ ab extremo terræ vsq; ad extremum terræ colligentur omnes mortui, & quia omnes sunt in terra signat, ꝙ omnes colligētur. Quod vero dicitur à summo terræ vsque ad sum-

E mum cęli idem est ac si dicat ab extremo terrę vsque ad extremum terræ, vel ab extremo cęli vsque ad extremum cęli, cum idem sit cęli, & terræ. Sic dicit Beda addit a summo terræ vsque ad summum cęli, idest ab extremis terræ finibus per directum vsque ad vltimos terminos eius. Alio mō potest intelligi de cōgregatione partium cadauerum, quę non inueniūtur solum in terra habitabili, in qua hoīes fuerunt, sed aliquæ inuenientur in mari: aliæ in distantissimis partibus terræ: aliæ vero versæ fuerunt in aerem, & ventos, & ignem, & transierunt ad loca ipsorum elementorum, & ita possunt esse aliqui iam iuxta celum, s. in regione ignis, & aeris, quoniam cęlo coniunctū vulgus putat, sed præcedens modus melior est.

Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est, & in ianuis. Amen dico vobis, quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiāt. Cęlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

Mar. 2. Luc. 13

Exemplum ad iudicium declarādū.

Ab arbore autem. Dixerat supra Christus de iudicio, & precedentibus iudicium, hic autem ponit similitudinem ad illud declarandum, s. *Ab arbore fici discite parabolam.* Est sensus, scitote quòd præcedentia sunt signum iudicij, & etiam scire debetis, ꝙ nō de longinquo illud signat, sed de propinquo, & ad hoc ponit parabolam de ficu, & dicitur ab arbore fici, idest ab arbore, quæ est ficus. Nam ponitur intransitiue. Marcus vero dixit à ficu discite parabolā, idest a ficulnea, licet hic declinauit per secundā, & in Marco per quartam, & ita nos declinamus. Parabolica similitudo est, s. ꝙ sicut se habet ficulnea mittens grossos ad æstatē, ita se habent signa hæc ad iudiciū. *Cum iam ramus eius tener fuerit.* Hoc accidit ficulneæ, & oībus arboribus cum germinare volunt. Nam in hyeme nō est tener ramus ficulneæ, & iō ipsa non est tunc apta ad germinandum: cum vero pullulare debent folia, & fructus tenerificatur ramus. *Et folia nata.* Ista se consequuntur Nam postquam fuerunt teneri rami generāt de se folia. *Scitis, quia prope est æstas.* Hoc omnis homo scit. Nā tunc incipit æstas cum ista fiunt. *Ita & vos.* Applicat parabolam ad propositum de aduentu ad iudicium, & de signis præcedentibus euersionem Ierusalem. *Cum videritis hæc omnia fieri.* Scilicet quæ prænunciata sunt. Nam omnia signa iudicij ventura sunt ante iudicium, & omnia signa euersionis ventura sunt ante euersionem Ierusalem. *Scitote quia prope est.* Scilicet aduentus Christi ad iudicium: non enim multum tardabit post signa ipse aduentus. *Et in ianuis.* Idest iam presens est. Modus loquendi est ad significādum magnā propinquitatem, & est exemplum: cum quis vult in aliquam domum venire, nō potest esse propinquior quam cum in ianuis domus fuerit, quia iā nihil deest ad veniendum, immo est in termino aduentus. *Amen dico vobis.* Idest in veritate, vel secundum certitudinē. Et est modus affirmandi, vel iurandi. *Quia non præteribit generatio hæc.* Hic notat istam summā breuitatem, s. quia omnia illa, quæ prædicta erant ventura erant, dum viueret ista generatio, s. quæ tunc erat, cum demōstretur: vna autem generatio pauco tempore durat. *Donec omnia hæc fiant.* Idest compleātur omnia, quę prædicta sunt. Ad quid autem referat istud statim dicetur. *Cælum, & terra transibunt.* Hic ponitur certitudo huius rei prænunciatę. erat enim magna, ideo vt firmiter illam discipuli crederent posuit confirmationem: dicens ꝙ necesse est euenire hæc, & potius possunt perire cęlum, & terra, quam ꝙ nō eueniat id, qđ ab ipso prænunciatum est. *Verba autem mea non præteribunt,* Idest non poterunt transire sine effectu: tunc enim verbum transit cum postquam dictum est nihil relinquit in re. Si autem post verbum manet res significata non transiuit verbum, & sic omnia verba falsa transeunt, quia post se nihil relinquunt, verba autem Christi vera sunt quia ipse est veritas, ideo nō possunt transire verba sua. Simile dicitur supra 5.c. Donec trāseat cęlum, & terra, iota aut apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant, idest poterit cęlum trāsire, sed non lex donec impleatur.

F

Ad quid Christus posuit nunc hoc de arbore fici. Quæst. CXCII.

QVAERETVR ad quid posuit Christus nunc istud de arbore fici.

Dicendum, quòd voluit tollere dubium, & describere conditionem signorum. Fuerant enim posita signa euersionis Ierusalem, & postea signa aduētus ad iudicium, nesciretur autem, an pauco tempore, vel multo post ista sequeretur res signata, Et dicitur, ꝙ non diu, sed in breui, & ad hoc ponit similitudinem de ficulnea. Nam cum illa mittit folia, prope est ęstas, quia statim sequitur, ita factis signis præcedentibus in breui, sequitur quod significatum est.

G

Sed dicendum, ꝙ Christus non solum dixit de ficulnea, immo etiam de omnibus arboribus. Sic dicitur Luc. 21. c. videte ficulneā, & cęteras arbores: cum producunt de se fructum, scitis quoniam prope est ęstas. Matthæus tamen, & Marcus de sola ficulnea dixerunt. Verum est tamen, sicut Christus dixit, quòd non solum ficulnea, sed etiam omnes arbores ante ęstatem producunt folia, & fructus, licet fructus ante æstatem non est maturus, vt communiter, sed æstas omnia maturat. Matthæus autem, & Marcus de sola ficulnea dixerunt propter duo. Primo cum ponatur istud, vt exemplum, sufficit vnum. Secundo, quia ficulnea magis coniuncta est æstati quam cęteræ arbores secundum folia, & fructus.

H

Quomodo Matthæus, & Mar. & Lucas concordant in hoc loco. Quæst. CXCIII.

SED quæretur quomodo potest stare, quia Matthæus, & Marcus dixerunt, cum ramus ficulneæ tener est, & folia nata, scitis quia prope est ęstas, & Lucas dixit. Videte ficulneam, & omnes arbores, cum ꝓducunt ex se fructum: non enim videtur posse stare vtrunque.

Dicendum, quòd quandocunque diuersi Euangelistæ idem narrant, stādum est ei, qui plus narrat, quia aliàs diceremus eum mentiri, & quia Lucas dixit de omnibus arboribus, & ficulnea, Marcus autem, & Matthæus de sola ficulnea, standum est in hoc Lucæ, s. quòd aliquid Christus dixerit, quod Matthæus, & Mar. tacuerunt, Lucas verò illud expressit.

I

Sed adhuc remanet diuersitas, quia Matthæus, & Marcus dixerunt. cum ramus eius tener est, & folia nata, Lucas vero dixit. cum ex se producūt fructum: quomodo ergo stabit hoc?

Dicendū, quòd vtrunque stat, quia ramos teneros esse, & folia nata, & fructum ex se producere quasi in eodem tempore competunt, licet parum ante folia quam fructus, vt communiter producantur, vtrunque tamen ante æstatem producitur.

K

Sed dicet quid istorum Christus dixit, an id quod Matthæus dicit, vel id, quod Lucas: cum non potuerit simul eadem conceptio esse? Dicendum, quòd verum est, ꝙ Christus istam sententiam semel dixit, & sub vnica prolatione nō potuit concipere dupliciter eam, & sic non tenuit modum dicendi, siue concipiēdi amborum euangelistarum, sed alterius ipsorum, vel forte neutrius: non est enim inconueniens, quòd nullus Euangelistarum secutus fuerit verba Christi ad vnguem. Et ita certum est, quòd omnes tres Euāgelistæ sententiam Christi tenuerunt hic, quæ erat, ꝙ per ortum foliorum, & fructuum de arboribus agnoscitur ęstas propinqua. Quod tamē aliquis eorum sub eisdem verbis sententiam hanc conciperet, sub qua Christus, non differt, & ideo fortè neuter illud cōcepit, sic & si aliquis eorum posuit ad punctum in hoc

verba Christi, non differt quis ille fuerit, cum sensus non verbum quæratur, & constet, quòd quilibet Euangelistarum sententiam Christi certissime tenuit.

Quomodo applicatur parabola ista de ficulnea ad propositum. Quæst. CXCIIII.

QVAERETVR, quomodo applicatur parabola ista de ficulnea ad propositum.

Dicendum, ꝙ sicut dictũ est supra quæst. 192. Christus applicat eam in litera, & ostendere vult, ꝙ res significata hic nõ lõge veniet post signa. Sic dicit Hierony. super Matthæ. s. Sicut quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortexque florem parturit, intelligis æstatis aduẽtum & Fauonij ac veris introitum, ita cum omnia, quę scripta sunt videritis, nolite putare iam adesse consummationem mundi, sed quasi præuia, & præcursores quosdam venire, vt ostendant, quòd prope sit, & in ianuis.

Intelligendum autem, ꝙ non multum erit inter signa, & signatũ. Sic dicit Chrys. super Mat. s. per quod ostenditur, ꝙ nõ multum temporis erit medium, sed statim aduentus Christi occurret. Alij autem intelligunt de æstate spirituali, s. ꝙ sicut quando ficulnea ꝓducit folia est prope æstas, ita post labores præcedentes appropinquat iustis felicitas. Sic dicit Chrys. s. per hoc, & aliud quiddam prænunciat æstatem spiritualem, & tranquillitatem iustis post hyemem esse futuram, peccatoribus autem è cõtrario hyemẽ post ęstatem. Dicit autem Orige. super Matthę. Sicut enim ficus in tempore hyemis vitalem virtutem habet in se absconditam, postmodum autẽ cum virtus ipsa prodire cęperit ad manifestationem prętereunte hyeme ex ipsa valetudine ipsius ramus efficitur tener, & folia producit, sic & mũdus, & vnusquisque eorum, qui saluantur ante Christi aduẽtum quasi in hyeme in se absconsam habent vitalem virtutem, Christo autem inspirante fiunt teneri, & nõ duri cordis rami, & quæ abscondita erant in eis progrediuntur in folia, & manifestos fructus ostendunt, talibus autem prope est ęstas, & aduentus gloriæ verbi Dei.

Sed dicendum, ꝙ ista ad mysticum intellectũ pertinent, & nihil innuitur in verbis his, nisi propinquitas signatorum post aduentum signorum, quod & Christus expressit.

Alij dicunt, ꝙ ideo posuit exemplum de ficulnea, vt signet istam rem necessario esse venturam, quia sicut res naturales necessario eueniunt, & non ex arbitrio ipsarum, neque ex aliqua contingentia ad vtrũlibet, ita ea quorum signatiua ponuntur naturalia exẽpla necessario, & immutabiliter venient. Sic dicit Chrys. in Homilia, s. propter hoc, & istud posuit, s. de ficulnea, vt credere faciat hunc sermonem omnino esse venturum: vbicunque enim quod omnino venturum est dicit, naturales necessitates in exemplum inducit.

Quæ sit illa res significata hic per tot signa. Quæst. CXCV.

QVAERETVR cum dicatur hic scitote, ꝙ prope est & in ianuis, & loquiẽ de re significata, quæ statim post signa ventura est, quæ sit illa res significata. Dicendum, ꝙ non potest dubitari, nisi de eis, quæ Christus hic tetigit. Et sunt duo, s. euersio Ierusalem, & aduẽtus ad iudicium, & pro quolibet posuit signa præcedentia. est ergò dubium de quo illarum dicat, vel an de vtroque. Aliqui volũt, ꝙ intelligatur de euersione Ierusalem solum: alij vero, ꝙ de solo aduentu

A ad iudicium. Primi dicunt causam esse, quia dirigitur hic sermo ad Apostolos illos, quibus loquebatur, & tamen illi non vixerunt vsque ad signa aduẽtus ad iudicium, vixerunt autem vsque ad signa euersionis, & ipsam euersionem Ierusalem, ideo de euersione illa intelligitur. Secundo, quia dicitur non præteribit generatio hæc donec omnia fiant, sed illa generatio nõ durauit vsque nunc, & multominus vsque ad cõsummationem seculi: ergo non intelligitur de aduentu ad iudicium, sed de euersione Ierusalem, quam generatio illa vidit. Alij dicunt, ꝙ intelligatur de aduentu ad iudicium. Primo quia dicitur scitote, quia prope est, & in ianuis, s. Christus de cuius aduentu ante hoc dicebatur.

B Secundo, quia dicitur cum videritis hæc omnia, s. omnia signa præcedentia, & tamen omnia signa suprapposita non pręcedent, nisi ad diem iudicij: ergo intelligitur de aduentu ad iudicium.

Tertio quia Luc. 21. c. istud magis declarat, s. his autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra, & tamen euersio Ierusalem non poterat vocari redẽptio Apostolorum, aut discipulorum. Nam non quantum ad animam, quia nullum bonum spirituale per hoc eis adueniebat, sed potius turbatio, & amaritudo animi pro ꝯtribulibus suis, & natali solo perdito. Non q̃tum ad corpus, quia ante illud tempus omnes Apostoli occisi erant præter Ioannem, & Simonem Chananæum, & illis nõ fuit reliqua releuatio à laboribus

C suis euersio Ierusalem: cum Simõ postea occisus fuerit, & Ioannes in feruẽtis olei dolium missus tempore Domitiani post euersam Ierusalem, quæ sub Tito euersa est, ideo non poterat appropinquare redẽptio, nisi per aduentum ad iudicium, & sic de illo intelligitur. Quarto quia dicitur eod. c. videte ficulneam &c. & sequitur. ita & vos cum videritis hæc fieri scitote quoniam prope est regnum Dei, sed in euersione Ierusalem non videbatur esse regnum Dei, neque appropinquare, quia non pertinebat illa aliquo modo ad regnum Dei, cum esset res purè temporalis, ideo accipietur de aduẽtu ad iudicium. Nam ibi est regnũ

D Dei, quia ex tunc regnabunt omnes sancti cum Christo, & quando signa aduentus apparebunt, erit prope regnum Dei, quia post signa illa non multum tardabit aduentus ad iudicium.

Dicendum, quòd vere de aduentu ad iudicium loquitur hic Christus, & ad hoc ponitur parabola de ficulnea, sicut signant præcedentes rationes, licet non est inconueniens, ꝙ de vtroque intelligatur referendo singula singulis, s. ꝙ sicut se habẽt signa iudicij ad iudicium, ita se habent signa euersionis ad euersionẽ, s. ꝙ sicut post signa iudicij cito erit aduentus ad iudicium, ita post signa euersionis cito veniet euersio, & tamen dicẽdum, ꝙ proprie hic Christus voluit de aduentu ad iudicium dicere, & non de euersione Ierusalem, & ad hoc fuit data parabola de ficulnea.

Ad rationem primam dicendum, ꝙ non stat. Pri-

E mo quia licet Christus dirigat sermonem suum hic ad Apostolos, eo ꝙ illi soli præsentes erant, tamen non dirigit ad illos solos, sed potius ad alios, quorum tempore hæc euentura erant. Sic dicitur Mar. 13. cap. vbi finitur ista narratio. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate.

Secundo, quia si ex hoc arguitur, ꝙ non intelligitur de euersione Ierusalem, quia etiã vsque ad illud tempus nõ vixerunt, sed præmortui sunt omnes præter Ioannem, & Simonem Chananæum, ideo ratio ista non concludit, quòd non intelligatur de die iudicij. Ad secundum dicendum, quòd generatio hæc multipliciter intelligi potest, & etiam dato, ꝙ accipiatur

piatur pro illa, quæ erat tempore Christi, & non vixit vltra euersionem Ierusalem, non sequitur, ꝙ non accipiatur parabola ista de ficulnea pro aduentu ad iudicium. De quo magis dicetur. inf. q. 197.

Quæ sunt hæc omnia, cum dicitur, cum hæc omnia videritis. Quæst. CXCVI.

QVAERETVR cum dicitur cum videritis hęc omnia, quæ sunt hęc omnia.

Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur de omnibus, quę pręcesserunt a principio huius. c. ex quo Christus cępit ponere signa, & volunt quod omnia ista sunt signa euersionis Ierusalem, & ꝙ de nullo alio Christus vsq; nunc locutus fuerit.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia manifestum est, ꝙ non possunt exponi omnia a principio. c. vsq; ad finē de euersione Ierusalem, vt declaratū est supra. Nam ab illo loco. s. Statim autem post tribulationem illorum dierum, necesse est exponi de signis præcedentibus ad iudicium, sicut exposuimus. Item autem dicit
In q. 150. Remigius. s. & quidem simpliciores ad euersionem Ierusalem referunt verba: nescio autem si uerbum ex verbo possunt exponere ab eo, quod ait. Non relinquetur lapis super lapidem, vsque ad id, quod ait. Prope est & in Ianuis.

Alij dicunt ꝙ refertur ad ea, quæ de euersione Ierusalem dicta sunt omittendo in medio omnia, quę dixit de aduentu ad iudicium, vt sit sensus, ꝙ cum viderint omnia signa, quæ dicta sunt de euersione Ierusalem sciant illam prope esse, & in ianuis.

Sed dicendū, ꝙ non stat: quia pręcedenti. q. dictum est, ꝙ de aduentu ad iudicium dictū est, maxime quia istud est applicatio parabolæ de ficulnea, & ideo si de euersione Ierusalem diceretur, necesse esset, ꝙ parabola illa intelligeretur de eadem euersione, ita ꝙ non intelligeretur de aduentu ad iudicium, quod falsum est, vt dictum est eadem. q.

Alij dicūt, quòd intelligitur de vtrisque, scilicet de præcedentibus ad euersionem, & præcedentibus ad iudicium, vt respōdeant singula singulis, scilicet cum videritis hæc omnia fieri, i. omnia præcedētia ad euersionē, scitote quia prope est & in ianuis prædicta euersio: aut cum videritis hæc omnia, s. omnia signa præcedentia iudicium, scitote quia prope est. s. aduentus Christi ad iudicium.

Dicendum, quòd licet hoc posset stare, tamen proprie Christus non locutus est de signis euersionis, neque de ipsa euersione in his verbis: sed solum de aduentu ad iudicium, & ideo hæc omnia intelliguntur, idest omnia, quæ immediate dicta sunt de signis præcedentibus ad iudicium. Et ita exponitur litera sequens: scitote, quia prope est, scilicet aduentus ad iudicium.

Alij verò dicunt de aduentu ad iudicium intelligi litera, & tamen per hæc omnia intelliguntur omnia, quæ dicta sunt a principio. c. quia dicunt, ꝙ tā ea, quæ præcesserunt euersionem Ierusalem, quam quæ præcedent iudicium omnia præcedent aduentum. Sic dicit Chrys. in Homelia. s. Hæc omnia dicit, quæ de fine Ierosolymorum dicta sunt, & quę de pseudo prophetis, & pseudo Christis, & alia omnia, quę diximus vsq; ad antichristi aduentum futura.

Sed dicēdum, ꝙ licet verum est, ꝙ omnia illa præcesserunt ad iudicium, sicut & ea, quę nos nunc agimus præcedunt, tamen hoc est per accidens, inquantum, s. iudicium est vltimum, ideo Christus non accepit nisi de illis omnibus, quæ statim ante hoc dicta erant, quę sunt signa pręcedentia ad iudicium. Nā post omnia illa statim est aduentus Christi.

F *Quomodo verum sit illud. Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. & de qua generatione accipitur. Quæst. CXCVII.*

QVAERETVR quomodo sit verum illud, scilicet non pręteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Et de qua generatione accipiatur.

Dicendum autem, ꝙ cum in litera non agatur nisi de euersione Ierusalem, & de aduentu ad iudicium, necesse est, ꝙ de altero hoc accipiatur.

Aliqui dicunt, ꝙ accipiatur de aduētu ad iudicium sicut immediatè præcedentia exposuimus. Sed tunc obstat: quia illa generatio, quæ erat cum Christus loquebatur, iam transiuit, & nondum vidit aliqua de si-
G gnis iudicij.

Dicunt ergo quidam de aduentu iudicij accipiendum: sed vocant generationem hanc, i. gentem Iudæorum, quæ est vna generatio: quia ex vno patre idest Iacob descenderunt.

Alij dicunt generationem hanc, i. omnium hominum, s. antequam homines desinant viuere ista venient. Sic dicit Hiero. super Matthęum & Beda, s. per generationem omnium hominum signat genus, aut specialiter Iudęorum.

Alij dicunt generationem esse cōmunitatem omnium fidelium, i. ecclesia. s. vocant ecclesiā esse quousque ista fiant, i. vsque ad finem sæculi. Sic dicit Chrys.
H in Homelia, ꝙ dicit generationē hanc non de ea, quæ tunc erat dixit: sed de ea, quæ est fidelium. Consueuit enim scriptura non solum a tempore designare, sed a loco, & cultu & conuersatione. Sicut cum dr̄. hęc est generatio quærentium dominum. Ex hoc autē ostendit, ꝙ Ierusalem peribit, & maxima pars Iudæorum destruetur, generationem autem fidelium nulla superabit tentatio.

Sed dicendum, ꝙ istæ positiones non stant saltem alia earum. De prima patet, quia sic non esset ad propositum. Nam designauit supra cito euenturum hoc esse quod pręnūciabatur. Hic verò adhuc magis cito pręnunciatur, & ideo dicitur, nō præteribit generatio hæc &c. Et tamen si intelligatur de generatione Iudæorum nullam breuitatem temporis designat, quia
I illi duraturi sunt vsq; ad finem sęculi, ideo non intelligitur de hoc.

Secundò quia ponitur hic istud ad designandum breuitatem temporis, quod apparet ex modo loquendi, scilicet non transibit generatio hęc, donec omnia fiant: notificatio autem debet fieri per id, quod notius est, & tamen non erat notum discipulis, quantum duraret generatio Iudæorum, ideo non notificaretur conuenienter per hoc de breuitate euentus huius.

Tertiò quia semper est accipiendus terminus in significatione propria quandiu accipi potest, & tamen cum dicimus generationem hanc absolute demon-
K stramus eam, quæ tunc est, idest homines, qui tunc viuunt, & tandiu durat generatio vna quādiu viuunt omnes, qui sunt in tempore, in quo generationem illam assignamus, sicut omnes homines paruuli, & magni, qui nunc sunt, faciunt vnam generationem, & vsquequo nemo maneat de eis, qui hodie viuunt durat generatio ista, tanta est autem duratio vnius generationis, quanta est vita vnius hominis, & ita cum Christus dixerit, non transibit generatio hæc, videtur ꝙ acceperit de hominib. qui tunc viuebant, idest ꝙ antequam morerentur omnes, qui tunc viuebāt finiretur illud, accipere autem generationē aliud est extorquere a propria significatione, & sine causa, ideo est improprie dictum. Duratio vnius generationis.

Secunda positio non tenet. s. ꝙ sit generatio omnium

nium hominum, quia contra eam militāt omnia inconuenientia supra posita, & insuper quia minus certificatur hic quam in præcedenti positione. Nam citius trāsibit generatio Iudęorum quam omnium hominum, & ideo minus scire quis potest de duratione generationis humanę quam Iudęorum.

Secundò quia dicitur non transibit generatio hęc: & ita fit demonstratio, & demonstratio facit distinctionem, & tamen generatio humana à nullo distincta est: quia ipsa includit omnes generationes. Nam durationem pecorum generationem non vocamus, sed solum durationem hominum, ideo non potest accipi pro humana, idest omnium hominum generatione.

Tertiò quia hoc nihil esset dicere: nam manifestū est, ꝙ omnia supra posita fiant antequam moriantur omnes homines. Nam supra de signis ad iudicium actum est, & tamen certū est, ꝙ quādiu signa aliqua ad iudicium erunt, homines erunt, quia si homines tūc non uiuerent, nulli prodessent signa, cum signa sint ad aliquid innotescendum. Vnde etiam si Christus hoc non diceret, manifestum erat, immo necessarium, & ita nulli seruiret uerbum Christi, sed hoc falsum est, cum potius videatur magnum mysterium reuelasse, ergo non intelligitur de illa generatione.

Tertia quoque positio aliqua conuenientia habet: nam primo videtur inconueniens, quia non ponitur breuitas temporis ad aduentum rei, quia duratio Ecclesiæ erit vsque ad finem sæculi. Secundò quia discipulis non erat nota determinate duratio ecclesiæ. s. quot annorum esset, & sic non notificaretur, per hoc aliqua duratio postquam ista, quę hic dicuntur, venirent. Tertiò quia nihil in hoc notificabatur. Nam ecclesia vsque ad finem sęculi durabit, & ideo nihil esset hoc dicere nisi, ꝙ hæc omnia acciderent ante finem mundi, & tamen hoc notum erat, quia post finem sæculi nulla signa erant, ergo nihil esset hoc dicere, & sic de nullo seruiret verbum Christi. Quartò patet, quia cum Christus dixit non transibit generatio hæc, donec omnia fiant, vult designare Christus aliquam durationem postquam duratio sit, & tamen ante illam secundam durationem sunt omnia, quæ hic dicuntur: sed duratio generationis ecclesiæ est vsque ad finem sæculi, post quā durationem nulla alia temporis duratio est, de qua apud nos sermo esse possit, ideo necesse est intelligi de alia generatione, cuius duratio sit minor quam duratio ecclesiæ.

Dicendum ergo videtur, quòd ista litera intelligitur de euersione Ierusalem, & de generatione illa hominum, quæ erat, quando Christus ista loquebatur. Et verum est, quòd non transiuit generatio illa hominum antequam fierent omnia, quia tam signa præcedentia euersionem, quam ipsa euersio fuerunt ante prçteritionem generationis illius. Nam euersio Ierusalem fuit quadraginta annis post mortem domini, quando ista verba dicta sunt: sed manifestū est, ꝙ plurimi de illis, qui viuebant, quando ista dicta sunt, vixerunt vsque post euersionem Ierusalem. Nam & Ioannes Apostolus fuit vnus de quatuor Apostolis, quib. Christus dixit hæc Marc. 13. c. & ipse vixit multo tempore post euersionem Ierusalem. Nam tempore Domitiani viuebat, & missus est in dolium olei feruentis, & post mortem Domitiani de exilio reuocatus est & tamen Ierusalem ante tempora Domitiani, & Titi, qui præcessit Domitianum sub imperio Vespasiani euersa est, & tunc stat litera sine vlla calumnia. Nam accipitur propriè generatio hæc, scilicet pro illa, quæ tunc erat, & etiam notificatur tempus, & ostenditur breuitas temporis, vsque ad complementum rei huius.

A Sed contra hoc obijcitur. Primò quia præcedentia non concordant, nam præcedentia erant de aduentu ad iudicium, cum ergo sit hic sermo continuatus, videtur, ꝙ de eodem aduentu & præcedentibus aduentum intelligatur.

Secundò quia dicitur, donec omnia fiāt, & tamen non fuerunt facta omnia, quæ supra posita sunt antequam præteriret generatio illa. Nam & multa sunt, quæ nondum facta sunt vsque hodie. s. signa aduentus ad iudicium, quæ posita sunt supra.

Dicendum quòd vere intelligitur de euersione Ierusalem litera ista, licet præcedens intelligatur de aduentu ad iudicium, & non est incōueniens, quòd fiat iste transitus. Supra enim dixerat de signis præcedentibus euersionem Ierusalem, & postea de signis prçcedentibus aduentum ad iudicium, & iam non erat plura de his dicturus: sed quoniam euersio Ierusalem erat propinquior quam aduentus ad iudicium redijt ad dicendū de illa, vt ostenderet quam breue tempus restabat vsque ad illam. Et ait, non præteribit generatio hæc, idest antequam moriantur omnes, qui nunc viuunt, euertetur Ierusalem. Et multi de viuentibus nunc videbunt eam euersam, immo & qui nūc viuūt euertēt eam. Nam Vespasianus, qui fuit primus princeps Romanorum in Bello Iudaico senex erat, quando pugnabat, vt ait Iosephus. 4. lib. de Bello Iudaico, & ita necesse esset eum natum esse, cum ista Christus dixit, quæ dicta sunt quadraginta annis solum ante euersionem Ierusalem. Et verum est, ꝙ immediate

C precedentia non dicebantur de euersione Ierusalem: sed de aduentu ad iudicium, & tamen Christus hic transiuit ad dicendum de euersione Ierusalem: quia de illa poterat magis certificari tempus, quam de aduentu ad iudicium, & quia illud propinquum erat, & iudicium multum distabat.

Ad secundum dicēdum, ꝙ cum dicitur, donec omnia fiant, non intelligitur de omnibus, quæ supra dicta erant: sed de omnibus illis, quæ erant signa euersionis Ierusalem, & dicta fuerant supra, & hæc omnia acciderunt antequam generatio illa fineretur. Si quis tamen tenere voluerit, quòd intelligatur de signis

D præcedentibus iudicium, & ꝙ generatio ista, quę non transitura est, sit Ecclesia, quæ est generatio fidelium non resistimus. Et tunc poterit dici, quòd ideo Christus dixit hoc, vt confortaret discipulos. Timebant. n. illi, quòd doctrina, quam Christus dederat, pauco tēpore duraret, eo ꝙ multi aduersabantur ei, ipse verò ostendit, quòd multum durabit: quia prius accident omnia. quæ dicta sunt supra tam de euersione Ierusalem quam de aduentu ad iudicium, quam desinat esse gens, quæ Christum colat, & teneat doctrinam eius, & ad hoc proderat ista designatio temporis incerti. Sic dicit Chrysost. in Homilia, scilicet ex hoc autem ostēdit, quòd Ierusalem peribit, & amplior pars Iudæorum destruetur, generationē autem fidelium nulla superabit tentatio. Sic etiam Theophylactus dicit. Non transibit generatio hæc, scilicet Christiano-

E rum, donec omnia fiant, quę circa Ierusalem, & aduentum antichristi dicta sunt. Non enim dicit generationem Apostolorum, quia maior pars eorum non peruenit vsque ad consummationem Ierusalem. Dicit autem de generatione Christianorum volens discipulos consolari ne crederent ꝙ in illis temporibus fides defecerit, prius enim elementa immobilia deficient quam verba Christi. Veruntamen litera magis cōuenit ad euersionem Ierusalem sicut exposuimus. Et ita tenendum est.

Quare

Quare Christus dixit: Amen dico vobis non præteribit generatio hæc &c. Quæst. CXCVIII.

QVAERETVR quare Christus hic dixit: Amē dico vobis non pręteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

Dicendum ꝙ sicut apparet ex præcedenti.q. potest exponi litera hæc de euersione Ierusalem, & de aduentu ad iudicium.

Accipiendo autem de euersione Ierusalem dicendum, ꝙ fuit hoc dictum conuenienter ad certificandum de breuitate temporis vsque ad euersionem Ierusalem. Nam supra posita fuerant signa, quę præcedere debebant euersionem illam. Etiam ex præcedētibus immediatè colligi potest, quòd statim post signa euersio secutura erat, sicut aduentus ad iudicium statim erat post signa ad istud, & tamen non apparebat an omnia illa signa, quę Christus pędixit de euersione Ierusalem ventura essent in breui, vel post multos annos: ideo certificauit hic quasi de tempore, ne animos discipulorum suspēsos teneret, cum ait. Non prætetibit generatio hæc, idest antequam moriantur omnes, qui nunc viuunt, venient omnia signa euersionis, & etiam ipsa euersio Ierusalem, & ad hoc fuit multum conueniens istud dici.

Si autem accipiatur de signis præcedentibus iudicium prodest ad hoc, quia tunc generatio accipitur pro ecclesia fidelium, & dat Christus securitatē, quod illa non deficiet vsque ad finem mundi, nam completis signis præcedentibus iudicium, statim erit iudicium, vt dicitur supra, scilicet cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est & in ianuis, & tamē aduentus ad iudicium est finis seculi, ideo cum ecclesia non sit cessatura vsque post omnia hæc nō cessabit vsque ad finem sæculi.

Dixit autem Christus, Amen dico vobis, quod est modus iurandi, & affirmandi ad confirmandum id, quod dicebat, quia quomodocūque intelligatur hoc, magnum erat, & res magna egebat confirmatione, vt credibilior esset. Sic dicit Beda, scilicet multum commendat, quòd ita prænunciat, & si dicere fas est iuratio eius est quod dicit: Amen dico vobis, aliquando quippe interpretatur verum, igitur veritas dicit verum dico vobis, quod si non diceret mentiri omnino non posset.

Quomodo est verum, quod cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Quæst. CXCIX.

QVAERETVR quomodo, est verum quod dicitur: cœlum & terra transibunt verba autem mea non præteribunt.

Dicendum, quòd quātum ad verba Christi verum est, quòd verba eius non transeunt. Transire autem verba dicuntur ad similitudinem rerum. Nam res quando transeunt desinunt esse, ita quando verba desinunt esse dicuntur transire, verba autē non considerantur quantum ad se: quia non accipiuntur vt sunt, nisi vt significatiua, & ideo manere vel transire dicuntur quantum ad suum significatum. Si enim verbis correspondit aliquid in re, licet verba trāseant quantum ad substantiam inquantum desinunt esse, cum proferuntur, tamen manere dicuntur inquantum manet id, quod significat pro quo sunt, & ita omnia vera manent: cum vero orationi prolatæ nihil tale respondet in re, quale illa signat non manet, quia nihil habet, in quo maneat, & sic falsa verba trāseunt: & quoniam omnia verba Christi vera sunt, dicuntur omnia manere, aut non transire.

F Sed considerandum, ꝙ verba Christi dicuntur simpliciter non transire, verba autem legis & prophetarum dicuntur non transire, donec omnia fiant. Sic.n. dicitur supra ca. 5. donec cœlum & terra transeat Iota vnum aut apex vnus non pręteribit à lege, donec omnia fiant.

Et ratio differentię est, quia lex Moysi & dicta prophetarum non fuerunt dicta ad semper manendum, sed ad imponendum aliquid quod aliquando agi necesse esset, & postea cessaret obligatio ad illud, & ad significandum aliquid, ꝙ semel fieret, & iam non vltra. Ista ergo, quæ de lege Moysi erant manebāt quandiu obligatio erat ad obseruādum mandata illa, postquam verò cessauit illa obligatio, non manserūt præcepta, eo ꝙ iam facta erant omnia, quæ fieri oportebat secundum illam legem, quæ autem continebant significationem futurorum manebāt quandiu significatum futurum erat, postquam verò implebatur id, ꝙ designabatur, cessabat esse figura id, quod prius figura fuerat, & ideo tunc cessabant partes legis & prophetarum, quæ erāt figurales. & ideo rectè dicitur, donec omnia fiant, i. impleantur, quia postea non manebat figura, cum aduenerat figuratum, sed antequam implerentur semper manebant.

G

De verbis autem Christi secus est, quia illa non dicta fuerunt ad figurandum aliquid futurum, quia nullus alius status speratur. Etiam præcepta sua non obligant ad tempus, sicut lex Moysi, sed vsq; ad finem sæculi, ideo non dicitur de eis, ꝙ non transeunt, donec omnia fiant, sed ꝙ nullo modo transeunt. Christi uerba quo fuerint prolata.

H

De cœlo autem, & terra quomodo transibunt, dubium est.

Aliqui dicunt, ꝙ non intelligitur de cœlo æthereo i. corpore cœlesti, sed de cœlo aereo, i. elemento aeris, qui vocatur cœlum Luc. 8. ca. Aues cœli comederunt illud, & Psal. 8. Volucres cœli, idest aeris.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia non solum nō transibit cœlum, sed neq; aer, quia omnia elementa manebunt. Depurabuntur quidem per ignem conflagrationis, sed nō peribunt. Etiam terra non transibit, sed manebit Eccl. 1. c. terra in æternum manet.

I Aliter dicitur, ꝙ cœlum & terra transibunt, non quidem quantum ad substantiam, sed quantū ad imaginem, quia non erit idem status cœli, & terræ post iudicium, qui nunc est, sicut dicitur, ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam. Sic dicit Beda, cęlum, ꝙ transibit, non æthereum, siue sidereum, sed aereum intelligitur. Quocunque enim peruenire potuit aqua diluuij eo iuxta beati Petri sententiā ignis iudicij perueniet. Et sequitur. Si autem terra transibit, quomodo Eccle. dicit terra in æternum manet? sed aperta ratione cœlum, & terra per eam, quam nunc habent imaginem transeunt, & tamen per essentiam sine fine subsistunt.

K Sed dicendū, ꝙ licet hoc verum sit non est iste sensus Christi, quia non intendebat hic dicere aliquid de conditione cœli & transitu, cum non agat hic de immutatione rerum, quæ fiet die iudicij. Dicendū ergo, ꝙ est sensus, ꝙ licet cœlum, & terra nunquam transitura sunt, tamen uerba Christi habent maiorem firmitatem ex se ipsis ad manendum, quam cœlum, & terra. Nā cœlū & terra ex sua natura nō subsistunt in æternum, sed ex Deo, uerba autem Christi inquātum Chri necesse est vera esse. Sic dicit Hilarius super Matthę. cęlum & terra ex conditione suæ creationis nihil habent necessitatis in se vt nō sint, uerba autem Christi ex æternitate deducta id in se continent uirtutis vt maneant. Et Gregor. in Homelia ait, cœlum & terra transibūt. q. d. omne, quod apud vos durabile est, sine mutatione durabile ad æternitatem nō est, & omne, quod

quod apud me transire cernitur fixum, & sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit sermo meus qui transit.

Sed dicendum, ꝙ adhuc alius, & planior est sensus .s. licet cęlum & terra non trãseant, facilius tamen est eos transire, & corrumpi quam verbum meum transire, idest falsum esse. Sic dicit Hieron. super Matthæũ, scilicet cœlum & terra &c. ac si dicat: Facilius est fixa, & immobilia destrui, quam sermonum meorum aliquid decidere. Sic etiam dicit q.d. & si cuncta commoueantur, fides tamen mea non deficiet, & iste est verus sensus. Sic enim dixit Christus Luc. 15. ca. facilius est cœlũ & terram transire, quam de lege vnum apicem cadere.

Ad quid Christus dixit, cœlum & terra transibunt. Quæst. CC.

QVAERETVR ad quid Christus dixit, cœlum & terra transibunt.

Dicendum, quòd dixerat Christus supra res magnas, scilicet de euersione Ierusalẽ, & de signis iudicij, & dixerat breuitatem euentus, s. ꝙ non præteriret generatio illa donec omnia fierent, hęc multum dubia erãt, aut de quibus discipuli multum dubitare possent, adiunxit confirmationem, & dixit, cœlum & terra transibunt, i. transire poterunt facilius quam verba mea, & tamen ita est, ꝙ cœlum, & terra non transibunt, ergo a fortiori non poterunt falsa esse verba Christi.

Sed dicetur, quare dixit de cęlo & terra potius quã de alijs rebus. Dicẽdum, ꝙ apud vulgares, & modum loquendi scripturæ tria ponimus in rebus, siue partes præcipuas vniuersi, i. cœlum terram & mare, ignem vero & aerem non nominat scriptura neque vulgus: quia ignem non vident nisi eum, qui apud nos ex lapidum aut rerum durarum collisione excutitur, & patet hoc, quia Gen. 1. capitul. in creatione mundi non ponuntur nisi cœlum, & terra, & mare, ignis autem non, neque aer.

Hunc modum loquendi Christus secutus tria nominaturus erat, & tamen maria non nominauit, sed duas alias partes firmiores vniuersi, idest cœlum, & terram, cœlum enim firmissimum est, perire non potest, quia ab omni corruptione alienum est, & ideo. Salomon vocat cœlum firmissimum habitaculum Dei 3. Reg. 8. c. & Iob 37. ca. dicitur: Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fundati sunt. De terra autem patet, quòd non corrumpatur Eccle. primo capitulo, scilicet generatio trãsit terra aũt in æternum manet. De mari nõ est sic, quia aqua est facilis passionis alterationis, et corruptionis, ideo non debuit mare nominare, sed solam terram, & cœlum, quę sunt firmissima, & de quibus nullus credit ꝙ aliquando peritura sint.

Sed Chrysost. dicit elementa mundi in medium adducit, ostendens quoniam preciosior est ecclesia cœlo & terra, simul etiam & hinc conditorem omnium se nominat, & tamen non est illa causa, cũ non agat hic de preciositate, sed de immobilitate. Sic dicit Hiero. facilius est fixa & immobilia destrui quam sermonum meorum aliquid decidere.

De die autem illa, & hora nemo scit: neque Angeli cœlorum nisi pater solus. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nuben- *Luc. 17. Gen. 7.*

A tes, & nuptui tradentes: vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit, & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ erunt molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. Et duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. *Mar. 13. Luc. 12.*

B *De die autem illa*. In præcedentibus positum est, de signis præcedentibus iudicium, hic agitur de ipsa die, in qua erit iudicium. Et dicitur. *De die autem illa*, scilicet in qua fiet iudicium, quia non fiet in multis dieb. sed in vno, immo in parua parte vnius diei. *Nemo scit*, i. nullus homo scit: neque sciet. *Neque Angeli cœlorum.* Verisimilius erat quòd Angeli scirent quam homines: sed asseritur quòd neque angeli sciunt de hoc. *Nisi pater solus*, idest nemo habet notitiam de die illo, nisi pater, qui Deus est, & tota trinitas, quæ est unus Deus, nulla autem creatura aliquid de hoc nouit. *Sicut enim erant.* Ostendit, quòd dies iudicij veniet inopinate ad omnes homines, quia omnes erunt securi quando veniet dies illa, & ponitur exemplum de periculo diluuij. *In diebus Noe*, scilicet quando ipse vi- *In qua die iudiciũ erit.* *Dies iudicii ex iu prouiso ueniet.*

C uebat. *Ita erit aduentus filij hominis*, idest sicut tunc venit dies diluuij inopinatis hominibus, ita & Christus ad iudicium veniet tunc, quando non sperabitur. *Sicut enim erant in diebus ante diluuium*, scilicet in proximis diebus ante illud, scilicet quia homines securi erant. *Comedentes & bibentes*, idest gaudebant, & vacabant omni voluptati velut nullum malum timentes, aut suspicantes. *Et nuptui tradentes*, idest filias dantes ad nuptias: sed Luc. decimoseptimo capitulo, ponitur vtrumque, scilicet vxores ducebant, & dabant ad nuptias. *Vsque ad eum diem, quo introiuit Noe in arcam*, scilicet illo die cessauerunt comedere & bibere & vo-

D luptati vacare. Nam ea die venit aqua, & perierunt omnes. Vel saltem ab illo die fuerunt soliciti cessantes à voluptatibus. *Et non cognouerunt*, scilicet, quòd diluuium venturum esset. *Donec venit diluuium*, idest illa aquarum excessiua abundantia. *Et tulit omnes*, scilicet perierunt omnes, qui non erant in arca. *Ita erit & aduentus filij hominis*, scilicet omnibus inopinatus, & multi peribunt vacantes iniquitatibus suis. *Tunc*, scilicet in illo die iudicij. *Duo erunt in agro.* Ponitur quomodo ex eo quòd dies illa eueniet subito, & inopinatis hominibus multi peribunt, & licet homines sint simul, nõ erit eis idem exitus, sed aliqui malum aliqui bonum habebunt, & ita erit de duobus existentibus in agro, quia non erit idem exitus amborum. *Vnus assumetur*, scilicet ad vitam æternam. *Et vnus relinquetur*, idest & alius relinquetur ad pœnam. *Duæ autem molentes in mo-*

E *la*. Ponũtur alia exempla similia quantum ad omnes occupationes, in quibus tam viri quam fœminæ vacabunt, & est una molere ad molam, scilicet quæ manu mouetur, & erunt ibi duæ mulieres, & non habebunt eundem, sed disparem exitum, licet simul sint. *Vna assumetur*. s. ad gloriam de illis. *Et alia relinquetur*, scilicet ad pœnam. *Duo in lecto*. i. accidet, ꝙ illo tempore erunt duo homines in lecto dormientes, diuersum finem habebunt. *Vnus assumetur*, scilicet ad beatitudinem. *Alius relinquetur*, scilicet ad gehennam.

De

De quo intelligitur ista litera, an de euersione Ierusalem uel die iudicij. Quæst. CCI.

QVAERETVR de quo intelligatur, ista litera.

Aliqui dicunt, quòd de euersione Ierusalem, alii verò quòd de die iudicij. Et ratio est, quia de solis duob. his dictum erat supra, ideo oportet intelligi de altero istorum. Dicunt autem intelligi de euersione Ierusalem, illa enim destruenda erat, & signa præcedere debebant ad euersionem, per quę de euersione posset cogitari, dies tamē certa euersionis sciri non poterat.

Alij autem dicunt, quòd intelligitur de die iudicii, ad quam etiam signa præcedere debebant: sed non erat certum, qua die illud iudiciū fieret. Et de hoc potius exponendum est quam de euersione Ierusalem. Et patet de primò, quia omnes exponunt de hoc, & nemo de euersione Ierusalem.

Secundò quia dicit, nemo scit neque Angeli cœlorum nisi pater solus, & sic uidetur facere istam rem valde charam, vt omnes timeant, tamen quantum ad euersionem Ierusalem, non erat periculum ex euersione nisi eis, qui in urbe erant. ideo de iudicio intelligitur, in quo omnibus periculum esse potest.

Tertiò quia dicitur, ꝙ erit de die illa sicut in diebus Noe, quia non cognouerunt homines aliquid vsque ad diem, qua intrauit Noe in arcam, & diluuium venit, & perdidit omnes, & vsque ad diem illam nemo aliquid mali suspicabatur, sed de euersione Ierusalem non fuit sic, quia postquam inclusi cæperunt pati famem, & pestem, quotidie moriebantur innumerabiles, viderunt non posse defendi vrbem, & petiuerunt veniam à Romanis, sed non obtinuerunt, vt ait Iosephus libro sexto de Bello Iudaico, & Egesippus libro quarto, Chronicorum suorum. Et occultauerunt se principes in cloacis, & introierūt Romani in interiora templi, & ceperunt eos, quos viuos inuenerunt. s. duos duces Ioannem & Simonem, & ita ibi nō erant inopinati de euersione, sed iam timebant eam, immo quasi certam habebant.

Quartò quia dicitur, quòd sicut in diebus Noe erāt homines comedentes & bibentes & nuptui dantes: ita esset tunc, sed manifestum est, ꝙ non fuit sic ante euersionem Ierusalem, quia non comedebant tunc, & bibebant, sed potius fame moriebantur. Nam plura, quam cētum millia hominum fame in Ierusalem consumpta sunt, vt Iose. tradit libro sexto de Bello Iudaico. Etiam non dabant filias nuptui, quia nulla voluptas tunc erat, sed summa tristitia. De die autem iudicij ista vera sunt, quia inopinatus adueniet omnibus hominibus, & ideo ante illum erunt homines comedentes, & bibentes quasi nullum malum expectent.

Quintò quia dicitur, sic erit aduentus filij hominis. Sed aduentus Christi non dicitur proprie euersio Ierusalem, sed magis aduentus ad iudicium, quando verè, & corporaliter veniet, ergo de illo intelligit, licet si nihil aliud obstaret posset istud exponi de euersione Ierusalem, quia Christus venire dicitur quando aliquid circa nos facit, & quia euersio Ierusalem erat aliquid quod ab ipso fieri deberet in vindictam scelerum gentis illius, diceretur venire quando euerteretur Ierusalem.

Sextò quia dicitur tunc duo erunt in agro, tempore tamen quo Ierusalem euersa est, nemo de pereuntibus fuit in agro, sed omnes a multo tempore erant clausi intra muros.

Septimò, quia dicitur vnus assumetur, & vnus relinquetur, in quo innuitur, quòd aliqui liberarentur

F à malo, alij vero in malum inciderent, & ita de molentibus ad molam, & iacentibus in lecto, & tamen in euersione Ierusalem nemo euasit de eis, qui intus capti sunt, quia uel in mortem, vel in seruitutem traditi sunt, vt Iosephus ait sexto, & septimo libro, de Bello Iudaico, ergo non potest intelligi de die euersionis. De die autem iudicij, vtrumque intelligi potest.

Primum de agro, quia per totum mundum illa die aliqui erunt in vrbibus alij in agro.

Secundum de euasione, & periculo, quia certum est, quòd morientes omnes in die iudicii non habebunt eundem exitum, quia nec habebunt idem meritum: ideo neque omnes saluabuntur, neque om-

G nes condemnabuntur, & ita vnus assumetur, & alius relinquetur.

Octauò patet, quia infra in litera suadet Christus vigilandum propter incertitudinem huius temporis, quod magis aperitur Marc. decimotertio, capitulo, scilicet videte, vigilate, & orate nescitis enim quando tempus sit. Et istud vigilare ad omnes dicit. eodem capitulo, scilicet, quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate, & tamen pro euersione Ierusalem non erat omnibus vigilandum, sed illis solis ad quos pertinebat, ergo non intelligitur de illa euersione.

Nonò quia nō solum omnibus non suaderet Christus vigilare pro euersione Ierusalem, sed etiam nulli.

H Nam solis bonis, vel qui ad eum pertinere possunt ista suadet, in Ierusalem tamen nemo periit de eis qui ad Christum pertinebat, sed ipse admonuit eos recedere tam de Ierusalem quam de tota regione dato signo, scilicet tunc qui in Iudęa sunt fugiant ad montes, ideo necesse est de aduentu ad iudicium accipi, quando oportebit homines vigilare, ne in mala subito incidant.

Ad quid Christus dixit de die autem illa nemo scit. Quæst. CCII.

QVAERETVR ad quid Christus dixit de die autem illa nemo scit.

I Dici potest vno modo, quòd fuit ad tollendum dubium, quod oritur ex præcedentibus. Nam supra posita fuerant signa aduentus ad iudicium, & insuper dictum est, quòd illis visis iam Christus prope esset in Ianuis, ideo cum videret quis illa signa putaret se scire diem illum iudicii determinate. Christus autem tollit hunc errorem dicens, ꝙ de die illo nemo scit, & ideo licet cætera scient non putent se scire illum diē, maxime quia ipse vult diem illum sicut est ignotus omnibus hominibus, ita ab omnibus putari ignotum, vt omnes timeant & de eo soliciti sint.

Secundò dicendum, quòd fuit hoc quædam excu-

K satio Christi, iam enim ex ordine narrationis deuenerat ad hoc, vt dicere deberet, quando esset dies iudicii, sed hoc dicere non volebat, ideo posuit hoc in excusationem. Et patet hoc, nam duo posuerat hic, de quibus quæsitum erat, scilicet euersionem Ierusalem, & aduentum ad iudicium, & pro utroque posuerat signa præcedentia, ex quibus aliqualiter colligeretur, quando vtrunque venturum esset. Et insuper quia poterat quis putare, quòd longo tempore post signa eueniret res signata tam de euersione Ierusalem quam de aduentu ad iudicium dixit, quòd statim vel cito post signa euenirent signata ponens ad hoc parabolam de ficulnea, vt supra apparet. Et insuper de Ierusalem euersione multum certificaueram tam quantum ad signum quam significatum dicēs, quòd an-

antequam transiret generatio illa euerteretur Ierusalem: supererat ergo nunc quantum ad aduentum ad iudicium sic certificare.

Et poterant superesse duo dubia. Vnum erat dato ꝙ post signa aduētus cito esset aduentus ad iudicium nesciebatur, istud tamen cito quantum tempus comprehenderet, & ideo de die illa determinationem scire opus erat, quantum distaret a signis præcedentibus. Secundum dubium erat, dato quòd sciretur quot diebus esset futura dies iudicij post finem signorum, tamen nesciebatur, quando inciperent signa illa apparere, quia nondum apparent, & postquam apparere cęperint quantum erit inter vnum, & alterum, ideo oportebat ad plenam notitiam adhuc dici de illa die, & quia Christus hoc euitare volebat, quando ordo narrationis ad hunc locum venerat, excusauit se diei determinatione, dicens, de die autem illa nemo scit. Sic dicit Chysosto. scilicet cum dixisset dominus omnia, quæ præcedunt Christi aduentum, & ad ipsas ianuas narrationem deduxisset, diem tacere voluit: vnde dixit. De die autem illa nemo scit.

Tertiò fuit ad effugiendam importunam interrogationem discipulorum. Nam cum Christus iam dixisset discipulis omnia signa iam præcedentia aduentum suum, & quòd post illa cito esset aduentus, restabat diem diffinire, vnde dato quòd ipse taceret nihil vltra dicens, discipuli ipsi quærerent ab eo determinationem diei. Vt autem non quærerent de eo, quod ipse respondere non intendebat, ne fortè per hoc contristarentur, quasi non exauditi, abstulit eis occasionem quærendi, dicens, de die illa nemo scit. Sic dicit Theophylactus, scilicet volens autem dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei dixit. De die autem illa nemo scit. Si enim dixisset, scio & tamen nolo vobis reuelare, ipsos non modicum contristasset.

Quomodo Christus si vellet de iudicij die certitudinem daret. Quæst. CCIII.

QVAERETVR si de illa die certitudinem aliquam Christus dare vellet, quomodo daret.

Dicendum quòd ista certificatio dari poterat iuxta exigentiam, supra ab eo dictorum. Nam vt dictum est precedenti. q. poterat tripliciter dubitari ad ea, quæ dixerat Christus, dixerat enim quòd præcederent signa, & adiunxit ꝙ statim, vel pauco tempore post signa sequeretur aduentus. Dubium ergo primum esset quantum tempus esset illud, quod inter vltimum signum ad iudicium, & ipsum diem iudicij intenderet.

Secundum dubium, dato quòd sciretur quantum tempus esset inter finem signorum precedentium, & diem iudicij, quando inciperent illa signa, quia nesciebant an inciperent vsque ad duos annos, vel vsque ad quinque millia.

Tertium dubium erat, dato quod vtrunque sciretur, quantum distaret vnum signum ab alio. Ideo iuxta has dubitationes erat modus certificandi, licet certificatio ad quamlibet non erat certificatio simpliciter.

Erat autem primus modus certificandi, vt si diceretur, quòd post vltimum signum vsque ad duos, vel certos annos esset dies iudicij. Nam tunc non erat certitudo pro Apostolis, quibus Christus loquebatur: tamen pro illis quorum tempore fierent signa esset aliqua certitudo, quia cum viderent vltimum signum iam scirent, quantum inde distabat dies iudicij.

A Secundus modus certificandi erat dicere quātum tempus erat vsquequo inciperēt signa illa, vt si Christus diceret signa præcedentia iudicium incipient vsque ad mille vel quingentos annos, nam ex hoc non colligebatur certitudo apud homines alicuius temporis de die iudicii, erat tamen aliqualis suspitio, quia postquam signa inciperent, non erat verisimile, quod longo tempore non tardaret dies iudicii, & ita erat iste aliquis gradus cognitionis pro quolibet tempore, licet pro nullo tempore erat integra cognitio.

Tertius modus erat, quòd diceretur quot anni, aut dies inter signum, & signum interciderent, & iste erat aliquis gradus cognitionis, sed minor ceteris: quia pauca suspitio de tempore iudicij inde colligebatur.

B Quartus modus certificandi erat determinare simpliciter tempus a die, quo Christus loquebatur, vsque ad diem iudicij, vt si diceret ab isto die vsque ad diem iudicij erunt tot anni, & istud penitus certificabat, sed neque istud penitus voluit Christus illis dicere, vnde non solum istum modum, qui totaliter certificabat, sed neque alios modos minores Christus voluit dare hominibus, vt semper eos solicitos redderet & suspectos propter incertitudinem.

Quid voluit Christus innuere, cum dixit, de die illa nemo scit. Quæst. CCIIII.

C QVAERETVR quid voluit Christus innuere cum dixit, de die illa nemo scit.

Dicendum quòd Christus ponit hic excusationem ad hoc, quòd non dicat discipulis determinate diem iudicij, & ad hoc dicit, quòd nemo scit, & quòd Angeli etiam nesciunt, & quòd solus pater scit.

Et dicendum quòd prodest dupliciter ad excusationem. Primo ostendendo quòd nemo scit, ideo nemo potest declarare, & nō solum homines, sed etiam Angeli nō possunt reuelare hominibus sicut alia reuelare solent, eo ꝙ ipsi nesciunt hoc.

D Secundò ostendendo, ꝙ non debent grauari discipuli etiam si eis non reuelletur determinate dies iudicii. Nam si esset alicui alteri reuelatū, possent ipsi conqueri, ꝙ eis non reuelaretur, sed nemini reuelatum erat, neque etiam Angelis reuelatum, ideo non habebant causam quærelę.

Dicendum, quòd accipitur hic nemo, idest nullus homo. Intelligitur de puris hominib. Christus enim homo erat, & illud sciebat, se tamen licet filium hominis vocat, hominem non vocat, homo tamen est. Etiam dicēdum, ꝙ non solum nemo nesciebat diem iudicij determinate, quando Christus hoc loquebatur, sed etiam nemo sciturus erat, quia si alicui hoc aliquando reuelandum erat, dignum erat nunc Apostolis reuelari, & tamen non reuelatur, ideo præsupponitur, quòd neque aliquando sciturus erat illud quis, antequam fieret.

E *Quare Christus dixit neque Angeli sciunt. Quæst. CCV.*

QVAERETVR quare dixit, neque Angeli, scilicet sciunt.

Dicendum, ꝙ propter id, quod de hominibus dictū est precedenti q. Primò quia si diceretur solum, ꝙ nemo illud scit diceretur ꝙ Angeli nō ignorabunt illud licet homines nescirent, & ideo Angeli poterant istud reuelare, licet homines non docerent eos, sic enim multa alia Angeli docent nos, quæ nullus hominum scit.

Secun-

Secundò quia vult ostendere, quod non debeant conqueri, ꝙ eis non reueletur hoc, quia poterant dicere, licet hominibus alijs, numquam fuerit reuelatum, nobis deberet reuelari, cum nos simus discipuli Mesiæ quod non habēt alii homines, & ideo nos debemus habere plus quam homines, vnde licet nemo sciat nos scire deberemus. Respondet ꝙ non solum nemo scit, sed etiam Angeli, qui sunt maioris dignitatis secundum naturam istud nesciebant. Non erat igitur mirum, si ipsi, qui minores Angelis erant istud nescirent.

Tertio quia Christus volebat aliquomodo dicere se nescire, sicut habetur Marc. 13. c. Et ideo quod non reuelabat, sed dicerent discipuli, licet nemo sciat tu, qui maior hominibus es, scire deberes. Respondet, ꝙ nesciat, quia etiam Angeli nesciunt, & ideo possibile est, ꝙ ipse nesciat.

Quomodo poterat stare, quod Angeli nescirent diem iudicij. Quæst. CCVI.

QVAERETVR quomodo poterat stare ꝙ Angeli nescirent. Nam Angeli cœlorum Beati sunt, Beati autem vident Deum & clare, ideo omnia in ipso vident, sicut dixit Gregorius in quarto dialogorum, Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?

Dicendum, ꝙ cum beatitudine stat inæqualitas visionis. Nam licet omnes videntes Deum Beati sint, tamen alij alijs beatiores sunt secundum ꝙ Deum magis aut minus capiunt, & ideo non videtur mirum esse, ꝙ aliquid sit quod Beatus ignoret. Sed in hoc dicēdum, vt declaratum est supra. c. 5. q. 43. & 44. ꝙ quicūque Beatus, eo ꝙ videt Deum cognoscit clare in ipso omnia, quę esse habēt aliquo modo. i. præsentia præterita & futura, & non habent aliquem errorem circa ista, licet quidam clarius Deum quā alii nouerint. Et hoc quidem erit post diem iudicii quandiu consummata erit felicitas cuiuslibet Beati, & nihil ei addetur. Nam cum cognitio ad beatitudinē pertineat, & illa post iudicium non crescat, non crescet beatitudo, & tamen non esset consummata beatitudo si aliquid cognoscibile esset, quod nō cognoscerent, ideo necesse est, quòd post iudicium quilibet Beatus sciat presentia, præterita, & futura, ante diem verò iudicij potest semper augeri beatitudo, ideo non est inconueniens, quod aliqua sint futura, quæ ignorent Beati, & quidam plura, quam alij ignorabunt, secundum, quòd minus Beati sunt. Sic de Angelis dicendum est, quod post diē iudicij omnia scient, sed nunc aliqua ignorant, quæ postea scient, & inter illa est vnum ipsa dies iudicij.

Quare dicitur. Neque Angeli cœlorum. Quæst. CCVII.

QVAERETVR quare dicitur, Neque Angeli cœlorum.

Dici potest vno modo, quòd non ponitur ad aliquid agendum siue determinandum, quia non ponimus Angelos nisi in cœlo, sed dixit cœlorum ad ostendendum, quòd illa sit eorum mansio.

Secundo potest, & melius dici, quòd dicitur ad differentiam aliorum Angelorum. Nā sunt aliqui Angeli, qui non sunt in cœlo sicut Angeli Satanæ, Dæmones enim Angeli sunt, vt dicitur sequenti, cap. scilicet, cum Diabolo & Angelis eius. Sic etiam dicitur Psal. 77. Misit in eos iram suam immissiones per Angelos malos. Et etiam hoc modo distinguimus An-

F gelos lucis, & Angelos tenebrarum. Nam Satan vocamus Angelum tenebrarum. Bonos verò vocamus Angelos lucis, secunda, Corinth. vndecimo, c. Angeli autem mali non sciunt nisi ea, quæ ex naturali perfectione habent: Angeli autem boni præter ea, quæ ex perfectione sua naturali sciunt, secundum quam dicuntur scire res in proprio genere, adhuc habent visionem in verbo, in quo multo plura cognoscunt, quam naturaliter. Nam Angeli mali futura contingentia libere nesciunt, Angeli autem boni sciunt futura, licet nō omnia, vt dictum est precedenti. quæst. ideo quod Angeli mali, qui nihil nouerunt in visione in verbo, non sciant de illa die cum etiam nulla alia futura eis reuelentur non erat mirandum, neque

G etiam si illi nesciebant, ideo nescituri erant discipuli, quia discipulis & viris sanctis multa a Deo reuelantur, Dæmonibus autem non dixit, igitur quòd non solum illi, sed etiam neque Angeli boni, qui sunt Angeli cœlorum, sciunt ista. Et sic non est mirum, si uos nesciatis.

Tertio potest dici ad ostendendam verisimilitudinem, quasi dicat quomodo homines, qui secundum conditionem naturę a Deo elongati sunt, ista scient, cū & Angeli qui Deo propinquissimi sint ista nesciant, quasi arguat sic, quòd cognitio istorum futurorum ad Deum pertinet, ideo de alijs creaturis nulla magis intelligit de his quam ea, quę illi magis

H appropinquat, cum per eum, & ab eo cognitionem istorum habere possimus, & non ab alio, & tamen nulla creatura est Deo propinquior, quam Angeli, quia Deus in cœlo habitat, sicut Christus dicit. Pater noster, qui es in cœlis. supra sexto capitulo, & Angeli habitant in cœlo, ideo ipsi melius possunt scire futura, quam aliqui alij. Et ideo dixit eos cœlorum Angelos.

Quartò potest hoc dici ad differentiam Angelorum inter se. Sunt enim quidam Angeli Deo assistentes & alij ministrantes. Assistentes non mittūtur ad nos, sed manent in conspectu Dei. Alij verò mittuntur ad nos, ideo primi sunt magis conscii diuinorum secretorum, quia semper sunt presentes per spe-

I cialem modum presentialitatis, hos enim vocare possumus Angelos cœlorū specialiter, quia in cœlis semper manent; alios autem, quia mittuntur, non vocabimus ita specialiter Angelos cęlorum. Est ergo sensus quòd non solum Angeli boni nesciunt, sed etiam Angeli cœlorum, qui sunt Deo assistentes, ignorant illud, sed secundus & tertius modus magis conuenit ad propositum.

Quomodo est verum quod pater solus sciat diem iudicij. Quæst. CCVIII.

QVAERETVR quomodo est verum, quod dicitur nisi pater solus, i. nullus nouit diem iudicij,

K nisi solus pater, quia hoc videtur esse falsum. Nā tunc filius non sciret, neque Spiritus sanctus.

Dicendum, quòd pater scit, & etiam filius, & Spiritus sanctus, quia in diuinis omnia essentialia sunt communia trib. personis, & cum per solas relationes distinguantur personæ, & tamen scientia est de essentialibus, ideo non poterit una persona scire, quod alia nesciat.

Ad hoc solet responderi, ꝙ hic nō ponitur aliquid inconueniens, quia per hoc, ꝙ dr̄ solus pater non excluditur filius, quia, ut dicunt dictio exclusiua in diuinis addita uni personæ respectu termini, vel predicati essentialis nō excludit aliam personam, & ideo excludet solam creaturam, quæ non est Deus, & non communicat cum aliqua diuina persona in essentialibus,

Sed

Sed dicendum, ꝙ hoc non est proprie dictum. Nã retinet illa exclusiua vim suam, & ideo oportet, ꝙ excludat omnia alia a supposito illo, sed Filiꝰ, & Spiritus Sanctus distinguuntur supposito a patre, ideo excluduntur de virtute sermonis in ista propositione.

Sed est sensus, quòd ad hoc, quòd oratio exclusiua sit vera, in qua additur terminò personali dictio exclusiua respectu prædicati essentialis, non debet excludere personam aliquam diuinam, sed solam creaturam, tenendo namque in viribus suis erit falsa propositio si excludat personas respectu talis prædicati. Motiuũ autem eorum fundatur in hoc loco. Nam certũ est istam orationem esse veram, quia est dicta a Christo, & tamen si illa dictio exclusiua solum excludat Filiũ, B & Spiritum Sanctum, est falsa propositio, ideo dicũt, quòd non excludit. Sed dicendum, quòd falsum est, immo, solus, tenetur hic exclusiue, quia excludit omne aliud, non solum aliud in natura, immo aliud in supposito ab eo, quod significatur per hoc nomen pater. Et patet, quia Christus excludere se voluit. Et si dicas non exclusum filium, non concordas intentioni Christi, quia ipse dixit Mar. 13. capit. De die illa nemo scit, neque angeli cęlorum, neque Filius, nisi Pater. Constat autem Christum dixisse illud nunc, quãdo Christus ista loquebatur, licet istud tacuerit Matthęus, ergo expresse seipsum exclusit, & consequenter exclusio fit etiam respectu prædicati essentialis, & stat proprie dictio exclusiua.

Sed tunc dicetur, quomodo est verum, ꝙ solus pater nouit hoc? Dicendum, ꝙ filius, & Spiritus Sãctus istud sciunt, neque exclusit Christus suppositum aliquod diuinum, eo ꝙ terminus ille Pater non tenetur personaliter, sed essentialiter, & tunc põt stare pro tota essentia diuina. Sic accepit Christus supra 6. c. cum dixit: Pater noster, qui est in cęlis. Nam manifestum est, ꝙ ibi non accepit pro sola persona patris. Nam nõ oramus ad eum solum, sed ad omnes tres personas, qui sunt vnus Deus. Etiam aliquando, & hoc modo accipitur interdum Pater pro aliqua vna persona in diuinis, quæ non est Pater, ita enim cantamus in ecclesia: O Pater sanctissime, qui mũdum redemisti tuo fuso sanguine. Manifestum est, ꝙ hic est pro sola persona filij, quia solus filius redemit fundendo sanguinem, & tñ vocatur pater eo modo, quo omnes personę simul vocantur pater noster. Et tunc verum est, ꝙ quidquid sit, ꝙ non est pater, qui hic significatur excluditur, sed sola creatura est, qui est non pater, si autem aliquo modo hoc intelligi potest, dicetur sequẽtibus quæstionibus.

Quomodo potest stare, quod dicitur Mar. 13. c. cum hoc, quod hic Matth. Quæst. CCIX.

QVAERETVR cum Mar. 13. c. dicatur, ꝙ de illa die nemo scit, neque angeli cęlorum, neque filius, nisi pater, quõo possit hoc stare. Dici põt vno mõ, ꝙ istud nõ habet litera euangelica, sed per errorem a quibusdam introductum est, & ita non oportet responderi ad illud. Sic dicit Hieronymus, s. In quibusdam autem Latinis codicibus additum est, neque filius, cum in Gręcis, & maxime Pierij, & Adamantij exemplaribus hoc non habeatur scriptum. Sed dicendum est sic tenendum dictum esse a Christo, quia Latini codices sic illud habent, & omnes doctores sancti, vt Hiero. & Augusti. literam illam exponunt. Secundo, quia per hoc non effugimus inconueniens. Nam cum dicatur hic, nisi solus pater excipit omnia alia supposita a patre, ideo eo modo, quo filius distinctus dicetur, videtur exclusus. Dicendum ergo, quòd illa litera tenenda est, &

A tenendum, quòd Christus scit diem iudicij, & Spiritus Sanctus. Sic dicit Hiero. In quo gaudet Arrius, & Eunomius. Dicunt enim non potest ęqualis esse, qui nouit, & qui ignorat, contra quos ista dicenda sunt, cum omnia tempora fecerit Iesus, hoc est verbum Dei, omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In omnibus autem temporibus cum dies iudicij sit, qua consequentia potest eius ignorare partem, cuius totum nouit? hoc quoque dicendũ est, quid est maius notitia patris, an iudicij? si maius nouit, quomodo ignorat, quod minus est?

Et Hilarius quoque multis rationibus idẽ probat, dicẽs: Ignoratio autem diei atque horę obijcitur vnigenito Deo, vt Deus ex Deo natus non sit in ea naturę perfectione, qua Deus est, sed primum sensus communis iudicij sentiendum est, an credibile esse possit, vt aliquid ex omnibus nesciat, qui omnibus ad id, quod sunt atque erunt auctor est, quomodo enim extra eius naturę scientiam est, per quam, & in qua id, quod faciendum est continetur? Hanc autem diem ille ignorat, qui aduentus sui dies est humanę naturę, quod agere diffiniunt quantum in se est, pręsciunt, & sequitur gerendorum cognitio voluntatem agendi. Quomodo ergo dominus glorię aduentum sui ignorata die, naturæ imperfectę eẽ credit, q̃, & necessitatẽ habeat adueniendi, & scientiam aduentus sui non adepta sit, iam vero quanta impietatis geminatur occasio si Deo patri deputabitur malignitatis effectus, C si ei ademerit beatitudinis cognitionem, cui mortis induxerit præscientiam, quòd si in eo omnes scientię thesauri sunt diem hunc non ignorat, sed meminisse nos conuenit occultos in eo scientiæ thesauros esse.

Nunc ergo dicendum est, quomodo Christus dicit se nescire diem illum. Aliqui dicunt, ꝙ cum dicit, ꝙ neque filius nouit non accipitur de filio Dei naturali, sed de filio adoptiuo, filius autem adoptiuus ignorat cum nos simus adoptiui. Sic dicit Basilius: Legi quoque in quodam libro filium hunc non vnigenitum, sed adoptiuum debere intelligi, non enim vnigenito filio angelos præposuisset. Sic enim ait: neque angeli cęlorum, neque filius.

Sed dicendum, ꝙ non stat, primo quia Christus dicit de seipso, ꝙ nesciat, quia per hunc modum excusat se ad reuelandum, & tamen si de adoptiuo filio D diceret nihil faceret ad propositum eius, quia ipse non est adoptiuus, sed naturalis, & vnigenitus Deo patri. Neque valet si humanitatẽ obiicias, quia licet caro Christi non sit genita à Deo patre, tamen hõ Christꝰ a Deo patre natus est, & genitus æternaliter, eo ꝙ homo Christus non est aliud suppositum, neque alius filius, quam verbum diuinũ, sed eadẽ numero ꝑsona, & eiusdẽ subsistentiæ, sed verbũ diuinũ est filius vnigenitus patris Dei, ergo Christus homo est filius vnigenitus, & æternus Dei patris, & sic non potest dici adoptiuus. Vnde non faciet ad propositum, quia seipsum non excusabit ab hoc.

E Secundo, quia si de filio adoptiuo loqueretur, non diceret, neque filius singulariter, sed neque filii, quoniam multi filii adoptiui sunt. i. omnes nos, quibus dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in noĩe eius. Ioa. 1. c. & tamen dixit singulariter, neque filius, ergo de illo, qui est vnicus, intellexit, & ille est vnigenitus, & non adoptiuus.

Tertio, quia si de adoptiuo acciperetur, intelligeretur de nobis credentibus, qui sumus filii Dei, quia dedit nobis spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater, ad Roman. 8. c. Et tunc superuacuum esset, quia dixerat, de die illa nemo scit, ideo non oportebat addi filios adoptiuos, cum sub nemine intelligantur omnes illi.

Rr Quarto,

Quarto, quia causa, quam reddit est inconueniens, F scilicet quòd si intelligeret de vnigenito non pręponeret ei angelos. Sed nõ stat, quia a fortiori arguetur, quòd angeli sunt præpositi Deo patri. Nam de patre dicitur post angelos, & post filium.

Quinto, quia potius totus ordo conuersus est hic. Nam homines primo ponuntur, & sequuntur angeli, & tamen angeli cęlorum maioris dignitatis sunt, quam homines, & tamen post angelos ponitur filius, post filium pater. Et ratio est, quia negatio, & affirmatio habent vias oppositas, vnde terminus, qui affirmatus est superior addita negatione efficitur inferior, & è contrario, & ea, quę affirmatiuè perfectionem important negatiue sumpta dicunt imperfectionem. Sic est de scientia, quia scire affirmatum dicit perfectionem, negatum vero dicit imperfectionem. Et est G ordo, quòd sicut melioribus damus magis de perfectione, ita damus minus de imperfectione, quia plus de lucro, minus de damno idem sunt 5. Ethicorum, sed hic ponitur nescire diem iudicij, quod est imperfectio, & in hoc comparantur homines angelis, & filius, ideo ignorantia ista magis debet competere hominibus, minus vero angelis, & adhuc minus filio. Et sic dicitur de die illa, nemo scit, idest nullus homo, neque angeli cęlorum, neque filius. Pater autem ponitur vltimo non, quasi adiungatur eis in hac ignorãtia, sed quia excipitur ab ea, cum dicatur, nisi solus pater, & ita positio ista non stat.

Alij dicunt, ꝙ filius scire non dicitur pro membris H suis, idest ecclesia, vnde quandiu ecclesia nescit, dicit ipse nescire. Sic ait Origenes super Matthęum, s. Donec ecclesia est corpus Christi nescit diem, & horam tandiu, neque filius dicitur diem illum, & horã scire. Dicitur autem scire secundum propriam significationem, sicut est in consuetudine scripturarum. Apostolus enim Saluatorem dicit nescientem peccatum, quia non peccauit. Pręparat autem filius sciẽtiã diei illius, & hoię cohęredibus suę promissionis, vt omnes simul sciant, idest re ipsa experiantur in illa hora, & die, quæ præparauit Deus diligentibus se, quasi dicat, sicut dicitur nescire peccatum, quia peccatum nõ fecit, ita nescire dicitur diem illum, quia non facit illum scire ecclesię suę, sed omnibus dabit simul experientiam illius. I

Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia si acciperetur hic filius pro membris suis, non poneret illa primo, sed posuit, cum dixit, de die illa nemo scit. Et sub nemine includuntur omnes de ecclesia, & postea de filio addidit, ergo non intelligitur de ecclesia.

Secundo, quia ex modo loquendi apparet, ꝙ filius pro persona sua accipiatur, cum dixerit, nemo scit, neque angeli cęlorum, neque filius, nisi solus pater. Et sic post filium non inuentus est aliquis, qui posset dici nescire, aut scire, nisi pater.

Tertio, quia si filius pręsupponeretur scire nõ esset excusatio ad hoc, quòd non diceret Apostolis, quam tamen excusationem ille intendebat, ideo de seipso K accipitur, & non de ecclesia.

Alij dicunt, quòd filius nescit quantum ad humanitatem, licet quantum ad deitatem sciat. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia sicut scit quantum ad deitatem, ita, & quantum ad humanitatem, sed in hoc differt, quia quantum ad deitatem naturaliter scit, quia scientia est eius essentia, & natura. Quantum ad humanitatem scit ex communicatione, nam per vnionem animę Christi ad verbum diuinum communicata est ei omnis scientia. Vnde omnia pręsentia pręterita, & futura, ita cognoscit certissime, sicut verbum diuinũ, aut pater, diem igitur iudicij ignorare non põt. Procederet enim argumentum Hilarij cõtra hoc, s. ꝙ imperfectio esset in Christo, si ipse venturus esset ad iudicandum, & nesciret, quando cum homines, qui aliquid facturi sunt, prænouerunt omnes circunstantias rerum faciendarum. Item videretur Deus pater inuidus, qui ei mortem cognoscendam ante dedit, diem vero aduentus, in quo glorificaturus esset pręcognoscendum non dedit.

Alij autem dicunt, quòd filius non scit diem iudicij non solum quantum ad humanitatem, sed neque etiam quantum ad deitatem a seipso, sed quidquid nouit a patre nouit, quia & ab ipso essentiam habet. Et hunc modum Christus loquendi habet, vt Ioan. 7. ca. Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Et ideo cognitio non est eius, sed patris.

Sed dicendum, quòd non stat, primo quia tunc nõ esset speciale in hoc, sed in omnibus, quæ filius scit accepit notitiam a patre, a quo essentiam habet, & tamẽ hic ipse loquitur specialiter de die iudicij, quòd illam nesciat cum cætera dicat se scire, & reuelet illa discipulis, ergo non intelligitur sic. Et patet, quia dicitur, de die autem illa nemo scit. q. d. de alijs bene scit filius, sed non de die iudicij.

Secundo, quia non esset ratio ista conueniens ad propositum, Christus enim volebat se hic excusare, quod non reuelaret discipulis diem iudicij, & ad hoc dixit, quòd nesciebat, si tamen intelligeret ipse, quòd sciebat, & tamen non a seipso, sed a patre non differebat, quia vndecunque proueniret, dum tamen sciret poterat satisfacere desiderio eorum reuelando.

Aliter ergo dicendum, quòd Christus vere hoc sciebat, sicut cætera futura, dixit tamẽ se nescire, quia ad reuelandum non sciebat, scilicet quia ita taceret verbũ illud, ac si nesciret, & ideo reuelare non posset. Sic dicit Hilarius, ignoratio ergo eius est, secundum quòd thesauri in eo latent, in omnibus enim, quæ Deus ignorare se loquitur, ignoratione non detinetur, sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio est non agendi, sic autem tunc cognouisse Deus dicitur, quòd Abraham eum amauerit, cum hoc non cęlauit Abrahę. Sic etiã dicit Hieronym. Igitur, quia probauimus non ignorare filium Dei consummationis diem, causa reddenda est, cur ignorare dicatur. Post resurrectionem, quidẽ interrogatus ab Apostolis de hac die, manifestius respondit, non est vestrum scire tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In quo ostenditur, quòd ipse sciat, sed non expediat nosse Apostolis, vt semper incerti de aduentu iudicij sic quotidie viuant, quasi die alia iudicandi sint. Sic etiam dicit Aug. primo libro de Trinitate. quod dicit, nescit, intelligendum est nescientes facit, idest, ꝙ non ait sciebat, vt tunc discipulis indicaret, sicut dictum est ad Abraham: Nunc cognoui, quia times Deum. i. nunc feci ꝙ cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione innotuit, & ita Christus sciebat quidem non tamẽ ad reuelandũ, & quia discipuli nõ quærebant scientiam eius de illa die, nisi ad hoc, ꝙ eis reuelaret, dixit se nesciret, qa vere ad illud nesciebat, i. ita se habebat, ac si nesciret.

Quid per hoc, scilicet neque filius scit, sed solus pater discipuli intellexerint. Quæst. CCX.

QVAERETVR cũ Christus dixit discipulis, quòd ipse nesciebat, idest neque filius scit, sed solus Pater, quid per hoc ipsi intellexerunt.

Aliqui dicunt, ꝙ intellexerunt, ꝙ Christus illud ad reuelandum nesciebat, & nõ simpliciter illud sciebat.

Dicendum, ꝙ Christus hoc modo intellexit, quando dixit, quia ipse non intendebat negare veritatem, & tamẽ illi nõ intellexerunt sic, sed ꝙ vere Christus nesciebat nunc illud, sed apud solum patrem erat

notitia

notitia huius, & licet Christus illud, quod dictum est intenderet, nolebat tamen ꝙ discipuli pro nunc aliter acciperent verbum, quia ita expediebat.

Et patet primo, quia si hoc Christus innuere vellet apertius eis diceret, scilicet scio quidem illud, sed non expedit vobis nunc reuelari, & tamen non dixit, sed posuit verbum, quod expresse contrarium significabat, ideo noluit, quòd illud intelligerent discipuli nũc.

Secundo, quia hoc modo non satisfaceret desiderio ipsorum. Nam cum hoc diceret statim quęrerent. Et cum adiungeret, ꝙ non expediebat eis reuelari, magis illud cuperent, quam aliàs, quasi esset aliquid magnum, & ita inquietarent Christum, vt diceret, vel tristarentur nimis, si non diceret, ideo non erat conueniens, quòd illi sic intelligerent, sed neque amplius quæsierunt de hoc, neque tristati sunt, ideo oportet, quòd intellexerint, quòd Christus nesciebat simpliciter.

Sed obijcietur, ꝙ istud erat inconueniens. Primo, quia tunc Apostoli male de Christo crederent, erat autem iste error in fide, s. ꝙ non crederent eũ omnia scientem. Secundo, quia ipse Christus dabat eis occasionem ad sic errandum, si vellet, ꝙ ita intelligerent dictum eius, & tamen Deo auctore nemo deterior efficitur, sed deterior est, qui errat in fide, ideo nõ daret ipse ad hoc occasionem. Dicendum, quòd ita intellexerunt, & verum est, ꝙ errabant, & tamen non erat hoc inconueniens, vel saltem non erat mirum, quia multa huiusmodi errabant non intelligentes. Sic patet Ioan. 2. c. cum dixit Christus: Soluite tẽplum hoc, & in triduo suscitabo illud, dicebat autem hoc de templo corporis sui, & tamen discipuli non intellexerunt hoc, nisi post resurrectionem. Nam dr̃: Cum autem surrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturę. Sic etiam, quando dixit eis cauete a fermento Pharisæorum, & Sadducæorum, & illi cogitauerunt, quòd hoc dixisset, quia obliti fuerant sumere panes, ipse autem redarguit eorum ignorantiam, quia non dixerat de hoc, sed de hypocrisi. Supra 16. c. Etiam, quando de passione eis loquebatur, & non intelligebant: Luc. 18. c. scilicet. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quę dicebantur. Sic etiam, quando dixit eis modicũ, & non videbitis me, non intellexerunt, & dicebãt adinuicem nescimus quid loquitur. Et non solũ ea, quæ loquebatur non intelligebant, sed etiam circa ipsum errabant, quia non cognoscebant eum. Sic patet Ioã. 14. c. quando Philippus petiuit a Christo, ꝙ ostenderet eis patrem, & Christus dixit, tanto tẽpore vobiscũ sum, & non me cognouistis: Philippe, qui videt me, videt, & patrem meum. Sicut enim non credebãt eũ consubstantialem patri, quia aliàs scirent eum esse in Patre, & Patrem in eo, ita nesciebant eum scire omnia, quę pater sciebat, & sic poterant credere, ꝙ Christus nesciebat de die iudicij, pater autem sciebat.

Cum vero obijcitur, ꝙ iste erat error in fide, dicendum ꝙ error erat, si ita teneretur, sed in Apostolis eo tempore nondũ erat error, quia nondum edocti fuerãt a Christo circa hoc, neque fuerat tota prædicatio, & doctrina fidei diuulgata. Ad secundum dicendũ, ꝙ verum est, ꝙ Christus in hoc dabat eis occasionẽ sic intelligendi, in qua intellectione errabant, & tñ non errabant damnabiliter, s. ꝙ non peccabant in isto errore, cum non esset adhuc eis plene declarata veritas fidei, & sic quidquid intelligerent dum tñ non pertinaciter, sed subijcientes se emendationi Christi non erat peccatum. Et ideo dicendum, ꝙ interdum Deus est auctor erroris, sed non erroris, in quo quis peccat, sicut ipse facit aliquos errare in via pedum, sed nemi-

A nem in via morum, & quia hic non peccabant errando, non est inconueniens, quòd huius erroris occasionem Christus daret.

An Christus Spiritum Sanctum a diei iudicij cognitione exclusit. Quæst. CCXI.

QVAERETVR cum Christus ab ista cognitione excluserit homines, & angelos, & seipsum, quare non exclusit Spiritum Sanctum, & an exclusit eũ, quia dicitur hic, de die illa nemo scit, neque angeli, nisi solus pater, ergo Spiritus Sanctus nescit, quia non est suppositum patris, neque pater.

B Aliqui dicunt, ꝙ exclusit Spiritum Sanctũ, quia dr̃ hic. De die illa nemo scit, neque angeli, nisi solus pater, ergo etiam Spiritus Sanctus nescit, quia non est suppositum patris, neque pater. Alij dicunt, ꝙ non excludit, quia si excluderetur, exprimeretur, sicut filius, qui exprimitur Marc. 13. c. s. neque filius, & tñ nõ exprimit Spiritus Sanctus apud Matthæũ, neque apud Marcum, ergo non excluditur. Dicendũ, ꝙ vere Spiritus Sanctus excluditur ex rigore sermonis, & etiam quantum ad intentionem Christi, voluit n. eum sic exclusum esse, sicut seipsum exclusit. Et patet, quia dicitur. Nemo nouit, nisi solus pater, sed Spiritus Sãctus non est pater, ergo innuitur, ꝙ ipse nesciebat hoc.

C Est etiam dicendum, quòd debebat excludi, nã si non excluderetur cum excludatur filius, significaretur, quòd erat Spiritus Sanctus maior filio, quod est inconueniens, nam Christus, qui a patre procedebat signabat, se esse minorem patre cum ait, vado ad patrem, & pater maior me est Ioan. 14. c. & iõ poterat attribuere aliq̃ perfectionẽ patri, q̃ non attribueret sibi. Vñ posset innui, ꝙ pater aliqua sciebat, quæ non sciebat filius, licet verũ est, ꝙ illa minoritas erat quãtum ad humanitatem, & non quantum ad deitatẽ, & sic pater nõ poterat aliquid scire, quòd filius nesciret, tñ eo modo, quo intelligebãt Apostoli illo tempore, cum audirent, ꝙ Christus erat minor Patre, poterant credere aliquam esse perfectionem patris, quæ non esset filij, sed de Spiritu Sancto non erat sic, quia non

D dicebat Christus se minorem Spiritu Sancto, immo Spiritum Sanctũ ab ipso procedere Ioan. 16. c. in quo potius poterat credi Spiritus Sanctus est minor Christo, potissime quia dr̃ ibi, ꝙ Spiritus Sãctus accipiet a Christo id, quod est, & iõ clarificabit eũ, iõ non debet manere Spiritus Sanctus inclusus, sed exclusus ne putaret maior esse Christo, quod ipse non concedebat.

Quare Spiritus Sanctus non fuit expresse exclusus ab ista cognitione iudicij, sicut filius. Quæst. CCXII.

SED quęretur cum Spiritus Sanctus fuerit exclusus, quare non fuit expresse exclusus, sicut

E filius, de quo dicitur Marc. 13. capit. Neque filius, scilicet scit.

Aliqui dicunt, quòd non fuit conueniens, quia nondum Apostoli habebant notitiam de Spiritu Sãcto, quia nondum eis fuerat prædicatus, & sic non oportebat excludi id, quod ipsi nesciebant. Et satis hoc colligitur, quia ante tempus istud non videtur Christus tradidisse discipulis doctrinam aliquam de Spiritu Sancto, sed post hoc. Nam istud fuit die martis post dominicam in ramis palmarum, vt sępe ostẽsum est supra, & sermo ille, qui habetur Ioan. 13. cap. vsque ad 18. fuit in die Iouis cęnę post cęnam, & ibi de processione Spiritus Sancti a patre, & filio, & de missione eius temporali multa dixit Christus Ioã. 14. & 16. c. Et ita fuit post istud, quod dr̃ hic de die iudicij.

Etiam post resurrectionem insufflauit in Apostolos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum: Ioã.20.c. Et post resurrectionem locutus est de tribus personis diuinis tradens formam baptizandi: In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, infra 28.& Mar.16.capit. Et post resurrectionem dixit eis de missione Spiritus Sancti in eos: Luc.24.& Actu.1.c. Ideo poterant isti ignorare Spiritum Sãctum hoc tempore, cum videatur vsque huc nihil de illo sibi esse dictum.

Sed obijcietur, quia supra 3.c.& Luc.3. dicitur, ꝙ Spiritus Sãctus descẽdit corporali specie super Christum baptizatũ, ergo iam sciebant de Spiritu Sancto.

Secundo, quia Ioan.7.c. dicitur, hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia non fuerat adhuc Iesus glorificatus.

Dicendum, ꝙ ista non obstant. Ad primum dicendum, ꝙ illud non est verbum Christi, sed est narratio Euangelistę, quæ fuit facta post Christi ascensionem in cęlos, & ita ex illa nihil arguitur, quando aũt Christus baptizatus est nondum habebat discipulos, sed tunc accepit aliquos, & sic quãdo ipse baptizatus est, non viderunt discipuli descendentem Spiritum Sanctum super eum. Et dato, ꝙ viderẽt, nescirent an esset Spiritus Sanctus, quia nondum aliquid tale esse audiuerant, ideo hinc nihil colligitur.

Ad secundum etiam dicendum, quòd est narratio Euangelistę. Scripsit.n. illud Ioannes multo tpe post Christi mortem, ideo ex illa narratione nihil sequit̃.

Sed dicendum, quòd licet prędicta non probent, tñ discipuli iam audiuerant de Spiritu Sancto. Nã discipuli statim, vt venerunt ad Christum, baptizabant, vt dr̃ Ioan.3.c.& 4.c.& tamen certum est, ꝙ non baptizabãt baptismo Ioã. sed Christi, & tñ forma baptismi Christi: In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, infra 28.& Mar.16. ergo iam habebant notitiam de Spiritu Sancto, idest aliquid de ipso audiuerant.

Sed obijciet, ꝙ forma ista iam est, sed tũc non erat, & fuit data post resurrectionem, quia non legitur, nisi infra 28.& Mar.16. Dicendum, ꝙ prius fuit, quia certum est, ꝙ cum baptizarent baptismo Christi tenerẽt formã eius, sed ibi est recapitulatio, s. ꝙ id, quod prius factum est, posuit Euangelista posterius secutus ordinem artificialem. Nam non fuit conuenientior locus ad dicendũ de forma baptismi, q̃ cum Christus mittit discipulos ad baptizandum, & hoc fuit post resurrectionem suam. Item patet expressius, quod dictum est, quia Ioan.3.c. dixit Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, nõ põt intrare in regnũ Dei. Et ibi multa dicit̃ de Spiritu Sancto, iõ dicẽdũ, ꝙ nõ stat ista rõ, quia iã audiuerant aliquid de Spũ Sctõ. Aliter ergo dicẽdũ. s. ꝙ nõ expressus fuit Spũs Sãctus, qa nõ fuit necesse exprimi, & tamẽ sine necessitate exprimendus non erat, sicut.n. in locutionibus dicimus, ꝙ figuratę locutiones sunt improprię, & ideo euitandę sunt, nisi ex necessitate, ita dicere Filiũ nescire, & Spiritum Sanctum diem iudicij falsum erat, nisi sub aliquo sensu occulto, & quasi extorto. De filio aũt necesse erat dici, iõ toleratur. De Spiritu Sancto non erat aliqua necessitas hoc dicendi, iõ non dictum est de filio, causa est, quia si non diceret se nescire, semper peterent ab eo discipuli de die illo. Et si diceret eis, ꝙ non expediebat eis scire, tanto magis cuperent scire, quasi aliquid valde magnum esset. Vndę si non diceret eis tristarentur, quod non decuit nunc, quando Christus corporaliter recessurus erat ab eis per mortem, ne super afflictionem futuram aliam nũc præmitteret, potissime, quæ animos eorum alienaret ab illo, quasi nollet eis reuelare, quæ petebant, ideo conuenientius fuit, quòd diceret se nescire eo

F modo, quo expositum est supra, quam quòd diceret se scire, & non reuelaret. De Spiritu Sancto non erat eadem causa, quia siue sciret, siue nesciret, non pertinebat ad discipulos, quia non erat pręsens cum eis, vt ab eo possent quærere, sicut a Christo quærebant. Nam pater scire dicebatur, sed quia non erat p̃sens s̃m corporalẽ p̃ntiã, non q̃rebãt ab eo, sed potius petebãt a Christo, ꝙ illum eis ostenderet, sicut Philippus petiuit, Io.14.ca. ideo non oportuit exprimi, ꝙ etiam nesciret Spiritus Sanctus. & q. 208. ut 209.

Quare Christus de se expressit, quòd nesciebat diem iudicij. Quæst. CCXIII.

G QVAERETVR quare expressit Christus de se, quòd nesciebat, quia potuisset alio modo se excusare, quòd non diceret discipulis.

Cum autem dicebatur præcedenti q.& supra 208.& 209. ꝙ discipuli solicitarent semper eum, vt diceret. Non videtur verum, quia poterat dicere: Non expedit vobis scire, vel non decet reuelari vobis. Sic Christus dixit discipulis: Ioan.16.c. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis modo portare, & non doluerunt, quamquam ipsa non diceret.

H Dicendum, quòd non stat, immo si dixisset se scire, semper inquietassent illum, & aut diceret, aut contristaret eos. Sic dicit Theop. Volens dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei, & horę dixit, de die illa, & hora nemo scit, neque angeli cęlorum, neque filius hominis. Si enim dixisset, quia scio tamen nolo vobis reuelare, ipsos non modicum contristasset, nunc vero sapientius egit, & ipsos excludit ab ea interrogatione, ne ei molesti fierent in hoc, quod dixit, neque angeli cœlorum, neque ego.

Causa autem diuersitatis inter hoc, & id, quod dicitur Ioan.16. est prima, quia ibi non quærebant Christum, sed audiebant illum proponentem, ideo non essent tam affecti ad sciendum veritatem illarum rerum, quas non quærebant, sicut ad sciendum veritatem huius, de quo quæsierant.

I Secunda, quia nesciebant, quæ erant illa, quę Christus eis dicturus erat, quia nondum illa proposuerat, & ideo non afficerentur multum ad sciendum ea, quia forte talia esse possent, de quibus non multum curarent, sed potius tristes eos redderent audiendo. Istud vero, de quo est sermo, iam sciebant discipuli quid esset, quia ipsi proposuerant quæstionem, & sciebant, quòd responsio non poterat esse, nisi delectabilis, scilicet determinate scire finem sęculi.

Tertia, quia ea, quæ Christus dicturus erat multa erant, ita vt non possent audire illa tũc discipuli cum dixit, adhuc habeo vobis multa dicere, sed non potestis modo portare. Et ista esset causa præcipua quare

K non dolerent etiam si eis non dicerentur, quia tanta esse poterant, quòd attędiarentur audiendo, & hoc maxime, quando ea, quæ dicuntur sunt supra capacitatem audientis, quia tunc audire potius molestum, & tristẽ, quam lętum reddit, sed istud, quod nunc dicendum erat in vnica oratione poterat claudi, scilicet vsque ad tot annos, vel menses erit finis sęculi, iõ licet pro illo non dolerent, tñ pro hoc valde molesti essent.

Quarta est, quia ibi dedit spem de sciendo omnia illa immediate, scilicet in aduentu Spiritus Sancti, cũ ait, multa habeo vobis dicere, quę nõ potestis modo portare, cum aũt venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, & istud in breui futurũ erat, quia post ascensionem Christi expletis decem diebus venit Spiritus Sanctus, & ita ipse dixit, vos aũt baptizabimini Spiritu Sancto nõ post hos multos dies

Actu.

Actu.1.c. Et ita cum hac spe nō tristarenť licet statim eis non diceret, sed ad hoc de die iudicii, neque respōdit, neque dedit aliquam spem de sciendo adueniente Spiritu sancto: ergo valde tristarentur, si putarēt Christum illud scire, & non diceret eis, & sic non est sis'e.

Quare dixit Christus, quòd pater iudicij diem sciebat. Quæst. CCXIIII.

QVAERETVR quare cum diceret Christus se nescire diem iudicii, dixit, ꝙ pater illum sciebat. Dicendum, ꝙ fuit primo ad tollendum inconueniens. Nam si ipse nesciret, & pater nesciret, poneretur aliquid scibile, quod Deus nesciret, & hoc est magna absurditas.

B Secundo, quia si pater nesciret non solum non sciretur nunc dies iudicii, sed etiam nunquam sciri posset. Nam dato, ꝙ filius nesciret nunc, poterat postea a prē scire iuxta modū loquendi suū. Nam dicit, doctrina mea non est mea, sed eius, qui misit me. Ioā.7.c. & Ioann.5.c. dicitur: filius non potest aliquid facere, nisi quod viderit patrem facientem, pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, & maiora his monstrabit, & opera, ita vt vos miremini, & de Spiritu sancto similiter Io.16. c.s. cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: nō.n. loqueť a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, & ideo ēt si Spiritus sanctus poneretur nescire, posset audire a patre, & filio iuxta modum loquendi Christi, & intelligendi Apostolorum, sed si pater ignoraret non erat a quo acciperet doctrinam, quia ipse a nullo est, ideo debuit poni, ꝙ pater illud sciebat.

C Tertio necesse fuit hoc poni propter reuelationē aliquando futuram. Nam Christus erat venturus in die illa ad iudicandum in potestate magna, & maiestate, vt dicitur supra in lrā, & ideo oportebat, ꝙ anteq̄ veniret ad iudicandū, sciret in qua die venturus esset, & si nunq̄ sciret nunquam veniret, sed venturus erat, ergo oportebat, ꝙ sciret, sed mō non sciebat, vt ipse dixit, ergo oportebat, ꝙ aliqñ sciret, & sic oportebat aliquē esse a quo sciret, ille aūt non erat hō, neque angelus, quia nesciebant, vt in lrā dr̄, ergo Deus esset, & ita nullus, nisi pater, nā a solo patre est filius, iō ab eo solo scire poterat, & sic oportuit expresse poni, ꝙ pater illud sciret. Quarto fuit ad saluandum, quod dixit, scilicet filium nescire. Nam hoc falsum erat, nisi intelligendo, ꝙ nesciebat ad reuelandum, vt expositum est supra licet sic non intellexerint Apostoli e.q. Cum aūt dr̄, ꝙ pater sciebat, & scimus, ꝙ pater, & filius sunt eiusdem substantię, necesse est, ꝙ id, quod scit pr̄, sciat filius, & ita, ꝙ filius dixerit se nescire, s. ad reuelandū. Si autem diceretur, ꝙ etiam pater nesciebat, aut non exprimeretur, ꝙ sciebat, putaretur, ꝙ vere hoc erat ab eis nescitum, & ita iam non inueniretur medium ad probandum, quòd filius illud sciebat.

D Quinto fuit, quia nulla necessitas erat dicendi contrarium, nam dicendo, ꝙ pater sciebat non erat incōueniens, sicut dicendo, quòd filius sciebat. Nam si filius diceret se scire, quærerent ab eo, & contristarentur, nisi responderet, vt dictum est præcedenti q. & tamen dato, ꝙ pater sciret non erat inconueniens, quia ab eo non poterant quærere, cum non viderent illū, sed peterent illud sibi ostendi.

Sexto dictum est ad tacite ostendendum, quomodo intelligitur, ꝙ filius nescit. Nam non intelligitur, ꝙ nullo modo scit, sed ꝙ non scit ad reuelandum. Pater autem scire dicitur, quia & absolute scit, & etiam ad reuelandum scit non alijs, sed filio. Sic dicit Hilarius: Necesse est, & vt pater diem ob id scire dicatur, quia non celauerit filio, si itaque diem filius nescit sa-

A cramentum est, vt taceat, e contrario pater solus ostēditur scire, quia non taceat. Sed Augusti. dicit patrem dici scire, vt per hoc ostendatur filius scire, qui est in patre, cū ait in libro de verbis Domini, scilicet. Quòd autem dicit patrem scire, ideo dixit, quia in patre, & filius scit, quid enim est in die, quod non in verbo factum sit, per quod factus est dies?

Quare dicitur, quòd solus pater scit de die iudicij. Quæst. CCXV.

QVAERETVR quare dicitur, quòd solus pater scit de die illo.

Dicendum, quòd sicut fuit conueniens dici, quòd pater sciret, vt ostensum fuit pręcedenti quæst. ita fuit conueniens, quòd dicatur solus pater scire. Et hoc, quia dixit Christus, quòd ipse nesciebat Marc.13. capitulo, si autem aliquis alius scire diceretur ostēderetur, quòd ille maior esset Christo, sed hoc ipse nolebat credi. De patre quidem ipse dixerat, pater maior me est: Ioan.14.c. Sed de nullo alio hoc concessit, immo dixit se esse maiorem omnibus alijs præter patrem, cum dicitur Ioan.10.c. quod mihi dedit pater maius omnibus est, ideo nō debuit dici, ꝙ aliquis alius sciret, immo expresse debuerunt omnes alij excludi per hoc, quòd diceretur solus pater scire, vt apparet manifeste, ꝙ nullus erat maior filio præter patrem. Secundo, vt nō declinarent Apostoli a Christo putantes alium esse maiorem, aut meliorem, & a quo dubitationis huius solutionem habere possent, nunc vero cum nullum meliorē inuenirent ad nullū ibant. Sic dr̄ Ioan.6 c. Cum quidā discipuli recesserūt a Christo, & ipse dixit ad duodecim, nunquid & vos vultis abire? & dixit Petrus nomine omniū: Domine ad quem ibimus? verba enim vitę ęternę habes.

Sed dicetur, cum Christus patrem diceret se maiorem, & illum scire, se vero non, cur nō relinquebat, vt patrem quærerent, & ab illo hoc scirent?

Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ illi desiderabant patrē videre propter excellentias multas, quas Christus de eo prædicabat dicens, quòd ipse non poterat quidquā a se loqui, aut facere, nisi quod videret patrem facientem, & loquentem, & ꝙ adhuc multa magna ei daturus erat: Ioā.5. Et quòd doctrina sua non erat sua, sed patris sui, qui eum miserat Ioan. septimo. Et quòd ipse non quærebat gloriam suam, sed patris: Ioan.8. Et quòd id quod ei pater dederat, maius omnibus erat Ioan. decimo capi. Et cum Lazarum suscitauit ad patrem orauerit, vt eum clarificaret, & exaudiret Ioan. 11. etiam dixit patrem esse maiorem Ioan. decimo quarto capitulo, propter hęc autem, & similia discipuli desiderabant valde videre hunc patrem, ita vt diceret Philippus Christo. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis: Ioan. decimo quarto ex quo apparet, quòd si ipsi scirent ire ad patrem, iuissent, sed nesciebant, quia ille erat inuisibilis, & ideo a Christo petebant, vt eum illis ostenderet.

E Secundo, quia Christus non concederet quemquā alium se maiorem, quia esset inconueniens. Dicere autem patrem se maiorem eo modo, quo ipse discipulis loquebatur, non erat inconueniens. Nam cum quæsiuit Philippus, vt ostenderetur ei pater, ait Christ⁹. Philippe, qui videt me, videt, & patrem meū, quia ego in patre, & pater in me est. Et ita tacite innuebat eiusdem naturę numero esse patrem, & filium, cum is, qui videt vnum, videret alium, & ita eiusdem verę perfectionis esse, licet in aliquo sensu diceret Christus se minorem patre, s. quantum ad humanitatem. Etiā dicebat, ꝙ oīa, q̄ patris erāt, sua erāt, immo ꝙ ipse, & pr̄ vnum erant: Ioan.10.ca. & ꝙ quęcūque pater

fecerit, filius similiter facit: Ioan.5.c. Ideo etiam si filius non sciret nunc, poterat statim scire a patre. Et sic non putarent inconueniens esse discipuli pro nunc, ꝙ pater esset maior Christo, quia qñ ipse veniret in gloria regni sui poterat esse ęqualis patri, sicut ipse dixit, filius hominis venturus est in gloria patris sui supra 16.c. Si autē aliquis alius sciret, & non Christus ille appareret maior, & ab illo Christus nō sciret, neque esset aliquis modus, quo veniret Christus ad ęqualitatem illius, sicut ad ęqualitatem patris, ideo nō concessit de aliquo, ꝙ sciret diem illum, nisi pater.

F

Tertio non concessit hoc, idest scire diem iudicij de aliquo alio, licet de Spiritu Sancto cōcedi poterat, quia vere sciebat, quia de seipso dixerat, ꝙ nesciebat diem illum, ideo nullum ponere deberet, qui sciret, vt nemo videretur maior eo, nisi necesse est remanere scientiam huius in aliquo, vt dictum est supra præcedenti q. Et quia satis erat ponere vnum, in quo maneret scientia ista, nō debuit ponere, ꝙ sciret de hoc, nisi pater. Sed dicetur, cum sufficeret ponere vnum, in quo maneret scientia ista, quare pater potius positus fuit, quam Spiritus Sanctus.

G

Dicendum, ꝙ filius non potuit poni scire propter causas positas supra. Nam non sinerent eum quietū quousque reuelaret, si diceret se scire. Ipse ergo debuit dicere, ꝙ nesciebat, sed de patre, aut Spiritu Sancto poterat dici, ꝙ sciebat, quia neutrum eorum poterant discipuli consulere super hac re, cum essent inuisibiles. Est tamen dicendum, ꝙ non debuit dici, ꝙ solus Spiritus Sanctus sciebat. Primo, quia tunc poneretur filius minor Spiritu Sancto quātum ad id, quod videbatur discipulis. Et hoc erat inconueniens. Nam filium esse minorem patre non videbatur inconueniens, quia hoc Christus confitebatur Ioan.14.c. sed filium esse minorem Spiritu Sancto nō confitebatur, sed potius videretur, ꝙ esset filius maior Spiritu Sancto, inquantum Spiritus Sanctus a filio procedit.

H

Secundo, quia si Spiritus Sanctus poneretur solus scire cum filius nesciret, oportebat, quòd filius acciperet a Spiritu Sancto, sed hoc non stat, quia potius accipit Spiritus Sanctus a filio cū procedat ab eo, sic dicitur Ioan.16.c. non enim a seipso loquetur, s. Spiritus Sanctus, sed quęcunque audiet loquetur, omnia quęcunque pater habet mea sunt, propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annūciabit vobis. Et ideo non poterat ipse dare filio hanc cognitionem, sed potius filius ei,

I

Tertio, quia non solum Spiritus Sanctus esset maior filio, sed etiam esset maior patre cum ipse sciret, & non pater, hoc autem absurdius est. Nam cum pater a nullo sit, & filius, & Spiritus Sanctus sint a patre, facilius erat concedi filium esse minorem Spiritu Sācto, quam patrem minorem Spiritu Sancto.

Quarto, quia cum pater non sciret, nunquam posset scire, quia non accipit aliquid a Spiritu Sancto, sed potius ē contrario, sed istę perfectiones communicantur personis per hoc, quòd vna est ab altera, ergo pater, nunquam scire posset, quia non accipit ab alia persona, ideo non erat dicendum, quòd solus Spiritus Sanctus sciret. Cum autem dicatur, quòd solus pater sciret, quasi nesciret Spiritus Sanctus, non videbatur sequi aliquod inconuenientium horum. Primo, quia si non sciret poterat a patre scire, quia ab eo procedit, & ita dicitur Ioan.16. Non enim a seipso loquitur, sed quęcunque audiet, loquitur, sicut filius, licet nesciret a patre poterat accipere. Secundo, quia licet in hoc Spiritus Sanctus patre minor esse videretur, quia sicut filius a patre natus se minorem patre dicit, ita Spiritus Sanctus a patre procedēs poterit dici minor patre, & non erat inconueniens in

K

conspectu discipulorum, licet in veritate non sit minor, conuenienter ergo dictum est, quod solus pater hoc sciebat, & non debuit dici de Spiritu Sancto.

Quomodo ista ad Christi propositum faciebant. Quæst. CCXVI.

QVAERETVR quomodo ista faciebant ad propositum Christi. Dicendum, ꝙ Christus cum dixisset aliqua signa præcedentia ad diem iudicij, & ordo poscebat, vt diem ipsum iudicij designaret, quod non decebat voluit se excusare, & quia non poterat alio modo, nisi dicendo se nescire, vt dictum est supra q.214. dixit se nescire, vt non molesti essent ei discipuli quęrendo ab eo semper, ad hoc tamē, vt Deus non videretur omnino istud ignorans, & vt esset aliquis, qui filio reuelaret, & per quem scire posset, cum oporteret illud scire antequam veniret ad iudicādum debuit dici, ꝙ aliquis illud sciebat, & dixit, ꝙ illud sciebat pater solus, & tunc non sequebatur inconueniēs, quia a patre non poterant discipuli quęrere cū esset inuisibilis, & sic cessarent statim quęrere. Modum .n. istum habet Christus, quando vult aliquid occultare. Dicit enim illud a solo patre sciri, sic cum Christo ascendere volente in cęlum quidam quęrerent ab eo, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel, dixit Christus, non est vestrum nosse tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. i. ad patrem solum hoc pertinet, quia ille sibi hoc reseruauit, ideo non potest filius vobis reuelare Actu.1.c. Et ita Hieronymus vult istud, & illud esse similia cum ait, quia probauimus non ignorare filium Dei consummationis diem, causa reddenda est cur ignorare dicat, post resurrectionem quidem interrogatus ab Apostolis de hac die manifestus respondit, non est vestrum scire tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate, in quo ostendit, quòd ipse sciat, sed non expediat nosse Apostolis.

Quare Christus affert similitudinem Noe. Quæst. CCXVII.

QVAERETVR cum dicatur hic, sicut autem in diebus Noe, ita erit, & aduētus filij hominis, quare hoc dicitur. Dicendum, ꝙ dicitur primo ad ostendendum tacite, ꝙ ipse non ignorat diem iudicij, licet dicat se ignorare. Nam cū dicat, ꝙ qñ veniet dies iudicij, erunt homines comedētes, & bibentes, & vacātes voluptatibus, oñdit se scire, qñ erit dies illa. Nam si nesciret, quando esset, nesciret conditionem temporis propinqui, immo conditionē ipsius diei. Nam non solū in temporibus propinquis, sed ēt in ipso die erunt homines vacantes cibis, & potibus, & voluptatibus, & tñ si nesciret diē nesciret an in tēpore illo essent homines soliciti per timorem propter aliquā horrendā signa, quę illis diebus acciderent. Determinat autem, quòd erunt tunc sine vllo timore, & solicitudine vacantes voluptatibus, iō aperte ostendit, ꝙ sit tempus diei illius. Et non solum de proximo tempore, sed etiam de die ipso dicendū, quòd ostendit se scire, quia dat signa ipsius diei, scilicet tunc erunt duo in agro, vnus assumetur, & alius relinquetur, & duę molentes in mola, vna assumetur, & alia relinquetur. Manifestum est tamē, ꝙ istud fiet in die iudicij, quia tunc erit assumere, & relinquere, & non in diebus præcedētibus, ergo ēt diei illius sciebat conditionem, s. ꝙ tam in temporibus pręcedentibus, quam in ipso die erunt homines, ita securi, ꝙ sine vllo timore, & solicitudine voluptatibus vacent, & ita dixit hoc ad ostendendum se scire diem iudicij,

dicij, quando erit. Sic dicit Chryso. in homilia: Vt autem addiscas, quòd non ignorantię suę est, quòd de die, & hora iudicij tacet, aliud signum inducit, cum subdit, sicut autem in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis. Dicendum autem, ꝙ conuenienter hoc adiunctum est. Nam ex præcedentibus apparebat, ꝙ Christus nesciebat diem iudicij, sed solus pater scit. Si autem nihil adderetur, putaretur, ꝙ absolute verum erat, ꝙ filius hoc ignorabat. Quod falsum est, ideo addidit ea, per quę sciri posset, quòd non ignorabat.

Secundo fuit ad reddendum homines semper solicitos, & timidos de illa die. Nam sicut, ideo non fuit designata dies illa, vt vsque ad diem non vacarent homines voluptatibus, & tunc vellent in paruo tempore pęnitere, sed semper sic viuerent, quasi die crastina iudicandi essent, vt dicit Hieronymus, ita & pręnunciari, quòd dies iudicij veniret hominibus inopinatis, & nihil tale cogitantibus fuit valde conueniens ad eos solicitos semper reddendos. Nam dato, quòd homines nescirent determinate diem iudicij crederent verisimiliter, quòd cum dies iudicij esset vltimus dies sęculi, in quo omnia mutanda erant, quòd ad ea præcederent magnę mutationes, & quòd quanto vicinior esset dies ille, tanto essent maiores mutationes, & signa, ex quibus homines, qui eo tempore viuerent verisimiliter putarent aliquid magnum instare, & sic timidi, & soliciti redderentur. Et dato, quòd toto tempore priori voluptatibus vacarent nō obesset eis, cum possent illo tempore pęnitere. Christus vero dicit, quòd non erit sic, sed potius, quòd erunt tempora illa placida, & vacabunt homines voluptatibus. Vnde nihil erit tunc, per quod scire, aut cogitare possint quantum distet dies iudicij, propter quod quia ex tempore nulla colligetur suspitio, oportet homines ex seipsis semper solicitos esse.

Tertio fuit ad tollendum occasionem querelę eis, qui tunc deprehensi in peccatis damnabuntur. Nam possent dicere, quòd ideo tales erant, quia nunquam circa hanc rem instructi, aut admoniti erant. Hic vero admonentur inquantum dicitur, quòd non habebunt signa, per quę ipsi sciant diem iudicij, & ideo debeant esse semper soliciti.

Quarto potest dici, quòd etiam sit istud probatio dicti præcedentis Christi, scilicet de die illa nemo scit. Putaret enim aliquis, quòd etiam si non diceretur, quando esset dies iudicij, posset scire ex magnis mutationibus, quæ quotidie fierent vsque ad diem iudicij. Dicit autem Christus, quòd non poterit sic sciri, quia in temporibus illis propinquis non fient aliquę mutationes notabiles, ex quibus homines reddantur soliciti ad cogitandum de die iudicij, & ita manebit dies illa ignorata quousque subitò veniat.

Quid profuit Christum dicere se diem iudicij ignorare, cum in his, quæ dixit innuat se scire.
Quæst. CCXVIII.

QVAERETVR quid proderat dici supra, quòd Christus nesciebat diem iudicij, sicut aperte dicitur Marc. 13. c. sed solus pater, vt dicitur hic in litera, cum per ista, quę statim subiuncta sunt apparet, quòd Christus illum sciebat. Vel si dicatur, quòd per hoc non innuitur, quòd sciebat diem iudicij, quid profuit hoc dici.

Dicendum, quòd sicut dictum est præcedenti quęstione per hęc, quæ dicuntur hic colligitur, ꝙ Christus sciebat diem iudicij, sed occultabat eum, & tamē dicendum, quòd Apostoli non collegerunt ex hoc, quòd Christus illū sciret, & ita satisfaciebat vtrisque, scilicet discipulis, vt non putarent Christum scire, eo

A quòd ille dixerat nemo scit, neque filius, & sic cessarent inquirere Christum pro hac re, nobis vero satisfit, quia ex hoc colligitur, ꝙ ipse sciebat, & sic non erit minor patre.

Sed dicetur, quomodo stat, quòd Apostoli non cognoscerēt hoc ex verbis Christi, quod nos cognoscere possumus.

Dicendum, quòd fuit primo, quia Apostoli putabant Christum plane hic loqui, & in verbis eius nullam latere dubitationem, & ideo cum dixerit, nemo scit, neque filius, sed solus pater, non curauerunt amplius cōsiderare quid colligeretur ex sequentibus verbis. Nos vero cum habeamus magnam causam dubitandi, B quia hęc verba, scilicet Christum nescire diem iudicij repugnant alijs verbis eius Ioan. 16. capitulo, cum dixit, omnia quæcunque habet pater mea sunt, sed sapientiam omnium rerum habet pater, ergo sapientia illa Christi est, sed secundum sapientiam, aut scientiam dicitur aliquis sciens, ergo cum Christus habet omnium sapientiam sciet diem iudicij. Etiam quia ipse dixit, ego & pater vnum sumus Ioan. 10. ca. Et iterum, ego in patre, & pater in me est. Io. 14. ergo cum substātia, & scientia in diuinis sint idem, necesse est esse eandem scientiam patris, & filij, quorum est eadem substantia, vt ergo non repugnemus verbis Christi, oportet dari, ꝙ ipse sciret diem iudicii, sicut C pater. Quòd ergo dixerit ipse se nescire diem iudicij, necesse erat intelligi in quodam sensu secreto, quādo verba non faciunt aperte, & iō cum hęc sciremus aptius colligere poteram⁹ ex verbis, q̄ hic Christus subiunxit, per quę dubitantibus de hac re satis innuitur, ꝙ Christus hunc diem sciebat. Secundo fuit, quia discipuli Christi ante passionem eius, immo etiam post resurrectionē ante aduentum Spiritus Sancti erant satis rudes, & multa eis Christus dicebat, quæ non intelligebant, sicut de multis ostensum est supra q. 217. & sic post resurrectionem fuit, quando Christus dixit Petro sequere me, & ille videns discipulum, quem diligebat Christus ait: Domine hic autē quid? Et Christus ait: Sic eū volo manere, donec veniā, quid ad te? tu me sequere: Ioan. 21. Nam tunc crediderunt Apo- D stoli, quòd Ioannes non moriturus erat cum dicatur ibi, exijt sermo inter fratres, quòd discipulus ille non moritur, & tamen non erat iste sensus Christi, quem ostendit ibi euangelista dicens. Et non dixit Iesus, qa non moritur, sed sic eum volo manere. Ideo sicut circa illa errabant, non intelligentes verbum Christi, ita & hic a fortiori errarent, cum esset occasio non intelligēdi, s. quia dixerat prius, ꝙ de die illa nemo sciebat, neque filius. Nostri autem doctores tam ex illuminatione per gratiam, quā ex studio sacrę Scripturę quā Christus tradidit illis exponendam ad vtilitatem ecclesię suę, ↄuenerunt dubitationes, & solutiones, & ideo nos per illos iam scimus, ꝙ ex verbis istis colligatur, quòd Christus sciebat diem iudicij, & quòd cū E dixit se nescire diem illum, non dixit, quasi simpliciter nesciret, sed quia nesciebat ad innotescendum discipulis. Christus iudicij diē sciebat.

Quomodo potest esse verum, quòd aduentus filij hominis erit, sicut in diebus Noe. Quæst. CCXIX.

QVAERETVR quomodo potest esse verū, quòd aduentus filij hominis erit, sicut in diebus Noe. Nā innuitur, ꝙ in diebus Noe erant hoīes manducantes, & bibentes vsq; ad diem quo introiuit Noe in arcā, & non cognouerunt, neque suspicabantur quidquam, & venit diluuium, & tulit omnes, & quòd ita erit in die iudicij. Sed videtur, quòd non stet, quia ante iudicium

magna signa ventura sunt, vt habetur supra in litera, & insuper paruo tempore ante iudiciū ventura sunt, vt ostendit Christus in parabola de ficulnea, scilicet quòd cum ea fieri viderimus, sciamus ꝙ prope est, & in ianuis, ergo ex his, & si non sciamus determinatè illum diem, tamen per ista præcedentia signa erunt homines soliciti, & timentes, & non poterit superuenire eis securis, & inopinatis dies iudicij manducantibus, & bibentibus.

Dicendum, quòd verum est, quòd dies iudicij veniet existētibus hominibus securis, sicut Christus dicit hic. Ita etiam dicit Chryso. in homilia, sicut in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis. Hoc aūt dixit ostendens, quòd repente venit, & inopinate, & pluribus lasciuientibus. Hoc enim, & Paulus dixit, cum dixerint pax, & securitas, repentinus veniet interitus.

Et tamen dicunt quidam ad hoc, quòd verū est, ꝙ signa præcedentia in breui ad diem iudicij dabunt timorem, & solicitudinem de die iudicij. Et tamē mali, qui seipsos desperant, voluptatibus tunc vacabunt, boni autem non, & fideles. Sic dicit Chrysostomus in homilia, scilicet. Lasciuia erit, & pax his, q insensibiliter dispositi sunt, propter quod non dicit Apostolus cum fuerit pax, sed cum dixerint pax, & securitas, insensibilitatem eorum ostendens, sicut illorum, qui fuerunt in diebus Noe, quando mali lasciuiebant, nō autem iusti, sed in tristitia, & tribulatione pertransibant. Hic autem ostendit, quòd cum antichristus venerit indecentes voluptates assumentur apud eos, qui iniqui erunt, & de propria desperabunt salute, & ideo exemplum posuit huic rei connueniens. Cum enim arca fabricaretur, præiacebat quidem in medio futura prædicens mala, mali autem non credentes, ac si nullum fuisset futurum malū, lasciuiebant, & quia futura apud multos non creduntur, ex præteritis credibilia facit, quæ prædicit.

Sed dicendum, ꝙ non soli mali erunt quieti, sed ēt boni, & colligitur ex litera, quia dicitur ante hoc. De die illa nemo scit. Et sequitur statim, ꝙ erit, sicut in diebus Noe, ideo videtur, quòd ex ignorantia illa proueniet, quòd fruantur voluptatibus.

Secundo, quia dicitur, quòd in diebus Noe erant comedentes, & bibentes quousque intrauit Noe in arcam, & non cognouerūt donec venit diluuium, & tulit omnes. Et sic dicitur futurum in diebus aduentus Christi: ergo videtur, quòd tunc non cognoscent quousque veniat, & propter istam ignorantiam vacabunt voluptatibus.

Aliter ergo dicendum, quòd tam boni, quam mali pro maiori parte vacabunt his, immo omnes erunt manducantes, & bibentes, & vxores accipientes, quasi nihil timeant de præsenti malum. Causa erit, quia licet præcesserunt signa ad iudicium, non veniet statim dies iudicij, sed aliquod tempus mediū erit quietis, & tamen illo tempore iam homines non timebunt, neque erunt soliciti de die iudicij, quia nesciūt, quando veniet, & tunc veniet subito. Sic dicit Hiero. super Matthæum. Quęritur autem, quomodo supra scriptum sit, surget gens contra gentem, & regnum in regnum, & erunt pęstilentię fames, & terrores, & nunc ea memorentur, quę pacis inditia sunt, sed ęstimandum, quòd post pugnas, & cętera, quibus vastatur humanum genus, breuis subsecutura pax sit, quę quieta omnia repromittat, vt fides credentium comprobetur.

Sed dicetur, cum dicatur supra in litera, quòd visis his signis iudicij statim Christus est in ianuis, quomodo in tam pauco tempore poterunt homines esse securi? Dicendum quòd illud non erit valde longum tempus, & tamen quantum sit non est certū, ita vt illa

F incertitudo possit deducere quandam quietē animi, & dissolutionem ad voluptates. De hoc dicit August. in epistola ad Hesychium, scilicet sic autem Euangelium dicit: De die illa, & hora nemo scit, tu autē dicis, ego autem dico, neque mensem, neque annum aduentus ipsius sciri posse, ita enim hoc videtur sonare, tanquā non possit sciri quo anno venturus, sed possit sciri, qua hebdomada annorum, vel qua decade, tanquam dici possit atque diffiniri inter illos septē annos aut decem, aut centum, vel quodlibet seu maioris, seu minoris numeri. Si autem hoc te non comprehēdisse præsumis, hoc sentis, quod ego, & tamen de hoc magis dicetur sequenti c.q.340. vsque ad 344.

G *Ad quid Christus voluit introducere exemplum de diebus. Noe. Quæst. CCXX.*

QVAERETVR ad quid Christus voluit introducere exemplum istud de diebus Noe. Nam si dicas, quòd fuerit ad reddendum homines solicitos, aut ad ostendendum, ꝙ Christus sciebat diem aduentus sui ad iudicium, vt dictum est supra q. 125. dicetur, quòd poterat hoc fieri non posito hoc exēplo, vt si diceret Christus, quòd cum erit aduentus filij hominis, idest suus, erunt homines mādūcantes, & bibentes, quasi ignorent diem illum.

H Dicendum, quòd pro fuit exemplum ad reddendū homines certiores, qa quidā sunt, qui non credunt bene futura, & certificātur per pręterita. Sic dicit Chry. in homilia, scilicet. Et quia futura apud multos non creduntur, certificantur homines ex præteritis, quæ futura credibilia reddūt. Et fuit hoc valde conueniēs exemplum, quia sicut in die iudicij mundus peribit p ignem, ita & in diluuio mundus perijt per aquam, s. omnia viuentia, & illud subito venit, ita vt nemo sciuerit, nisi Noe, qui introiuit in arcam cū suis. Ita nunc veniet subito cum a nullo speratur.

Et ob hoc non solum istud exemplū Christus posuit, sed ēt aliud de subuersione Sodomorū Luc. 17. s. Similiter factum est, s. in diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & ędificabant, qua die autē exijt Loth a Sodomis pluit ignē,
I & sulphur de cęlo, & omnes perdidit, secundum hoc erit qua die filius hominis reuelabitur. Et ēt illud est ad propositum, quia ibi fuit perditio multorum subitanea a Deo facta, & a nemine scita est, nisi a Loth, & vxore, & filiabus eius: Gen. 19. c. Sed Matthæus tacuit de subuersione Sodomorum, quia satis erat dixisse de diluuio.

Quare dicitur, sicut in diebus Noe. Quæst. CCXXI.

K QVAERETVR quare dicit sicut in diebus Noe. Dicendum, ꝙ Christus vult nominare dies diluuij, & ante diluuium non fuit aliquod nomen cōuenientius, quam dicere in diebus Noe. Primò, quia res denominantur a digniori, sicut solemus ętates, & tempora describere per reges, & summos pontifices, vt dicamus tali anno talis regis accidit hoc, sed tempore illo non fuit aliquis excellentior Noe, ideo ab illo debuerunt designari tempora. Nam Gen. 6. c. dicitur. Noe vir iustus atque perfectus in generationibus suis, & inuenit gratiam coram Domino.

Secundo, quia Christus vult nominare tempora illa propter diluuium, & tn̄ diluuium ad nullū magis pertinuit, quam ad Noe, eo ꝙ ipse fuit, cui Deus prædixit diluuium, & ipse illud prædicauit, & arcam fabricauit, & saluauit ibi genus humanū. Vñ nō solum

tunc famosus fuit, quia tempora illa ad ipsum pcipue pertinuerunt, sed etiam nunc velut alter Adam est pater totius humani generis, quia sicut genus humanũ fuit ab Adam, ita totum saluatum fuit in Noe, & tribus filiis suis, quos in arca secum clausit, & illi pter eum saluati sunt, ita dies illi ab eo nominari debuerũt maxime, quia non solum hoc beneficium Deus illi præstitit, sed etiam dedit securitatem omnibus futuris, ne vltra deleretur omne genus humanum p aquã, & Gen.8.c. De hoc Ecclesia.44.c. s. Noe inuentus est perfectus, & iustus, & in tempore iracũdiæ factus est reconciliatio, ideo dimissum est reliquum terræ, cũ factum est diluuium, testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuio omnis caro. Sic ẽt tempus euersionis Sodomorum vocãtur dies Loth. Luc.17.cap.s. similiter factum est in diebus Loth. Et hoc, quia ipse fuit qui liberatus est de Sodomis, & pter quem angeli venerunt illuc, & propter eum liberare volebant alios cognatos, & generos suos Gene. 16.capitulo.

Quare hic ista ponuntur, scilicet, quòd in aduentu filij hominis erunt homines comedentes, & bibentes.
Quæst. CCXXII.

QVAERETVR cũ dicatur hic, quòd in diebus Noe erant homines comedentes, & bibentes, & nuptui tradentes, & dicitur, ꝙ sic erit in aduentu filii hominis, quare ista ponuntur.

Aliqui dicunt, quòd ponuntur ad redarguendum hæc, quasi mala essent, immo ex hoc loco firmare volunt errorem suum quidam hæretici, qui nuptias dãnant. Qui autem rectius sentiunt, dicunt non damnari hic ista, quæ bona, & necessaria sunt, sed abusus eorum. Sic dicit Basilius. s. non hic iuxta Marcionis, & Manichæi errorem coniugia, vel alimenta damnantur, cum in his successionis, in illis naturæ sint posita subsidia.

Sed dicendum, quòd non stat, quia si ad arguendũ hæc diceret, poneret nomina vitiorum. s. crapulam ebrietatem adulteria, & alios abusus, posuit tamen legitima nomina. s. comedere, bibere, quæ vsum, & non abusum notãt. Etiam dixit tradere nuptui, quod semper est licitum. 1. Corinthiorum 7.capitulo. s. Qui virginem suam tradit. s. ad nuptias bene facit, qui non tradit, melius facit: ergo non intendebat hic arguere ista.

Secundo, quia si arguere intendebat satis erat illa semel dicere, sed ait. Sicut erant in diebus Noe comedentes, & bibentes, ita erit aduentus filii hominis, scilicet comedentes, & bibentes.

Tertio, quia non est hoc ad propositũ, nam cõparat hic tempus ante diluuium, & tempus ante iudicium in hoc, quòd erant homines comedentes, & bibentes, sed ad comparandum hæc duo tempora non faciebat ad propositum redarguere comedentes, & bibentes, ideo non dictum est ad hunc finem.

Alij dicunt, quòd dicitur hoc, quia istud fuit causa diluuij, quia his voluptatibus homines vacabant, & ideo cum ponitur pęna, scilicet diluuium, conueniẽs fuit poni peccatum propter, quod irrogabatur. Sic dicit Ambrosius super Lucam. cum de diluuio ibi dicitur, scilicet bene causam diluuij ex nostris asserit prodisse peccatis. Deus enim malum non creauit, sed nostra sibi merita repererunt, nõ quia coniugia damnentur, neque enim alimenta damnantur, cum in istis successionis, in illis naturæ sint posita subsidia, sed in omnibus modus quæritur, quidquid abundantius est a malo est. Sed dicendum, quòd non stat primo, quia ista non ponuntur hic, vt mala, quæ redarguantur, sicut supra dictum est, ergo non, vt causa diluuij.

Secundo, quia si ponerentur, vt causę diluuij ponerentur sub nominibus peccatorum, & tamen ponuntur sub nominibus vsuum licitorum, idest comedere bibere vxores accipere, & non sub nomine abusuum, ergo non ponuntur, vt causa diluuij.

Tertio, quia cibus, & potus etiam immoderatus non ponuntur causa diluuij, sed abusus circa venerea, vt colligitur Gene.6.c. ergo non ponuntur ista hic, vt causa diluuij.

Quarto, quia dato, quòd ponerentur causa diluuij, tamen non possent poni causa iudicij, hic tamen ponitur similitudo, scilicet quòd, sicut in diebus Noe erant homines comedentes, & bibentes vsque ad diem, qua intrauit Noe in arcã, ita erit in aduentu filii hominis, quòd erunt comedentes, & bibentes: si igitur comedere, & bibere ponitur, vt causa diluuij ponetur idem, vt causa iudicii, vel aduentus Christi ad iudicium, cum in hoc ponatur similitudo. Sed istud est falsum, quia comedere, & bibere, & quæcunque peccata hominum illius temporis non erit causa aduentus ad iudicium. Nam etiam si homines omnes illius temporis essent sanctissimi Christus veniret ad iudicium, ideo ista non ponuntur, vt causa. & ista est ratio efficacior.

Quinto, quia ex alio exemplo, quod nũc Christus posuit, & nõ habetur hic, sed Luc.17.c. apparet istud. Nam dicitur de euersione Sodomorum, & certũ est, quòd illi perierunt propter abusum venereum Gene. 19.c. Et tamen non ponitur ibi aliquid de hoc, sed ꝙ edebant, & bibebant, ideo non ponuntur ista, vt causa euersionis, quia tunc poneretur id, quod erat peccatum, & causa, & tamen ponitur id, quod neque in se erat peccatum, neque erat causa ipsius euersionis.

Sexto, quia ponũtur ibi aliqua, quæ nullo modo erant peccatum. s. emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant, sed hęc licita sunt. Et sequitur, quòd secundum hoc erit, cum dies filii hominis reuelabitur, ergo nec erunt tempore illo, quæ non sunt peccata, neque possunt esse causa iudicii, sicut neque potuerunt esse causa euersionis Sodomorum. Ita igitur dicendum, ꝙ non possunt poni hic ista, vt cã diluuii.

Dicendum, quòd ista ponuntur ad ostendendam securitatem hominum. s. quòd de nullo soliciti erant quando diluuium venit quousque aquæ cęperunt, & ideo ponuntur illa, quæ homines agerent quando securi sunt, & de longa vita sperant. s. comedere, & bibere, & accipere vxores, & ad nuptias tradere, plantare, ędificare, talia autem inuenientur homines facientes in die iudicij, in quo innuitur, quòd securi erunt nullum malum timentes. Item apparet, quòd ista sit intentio, scilicet quia dicitur, quòd erant comedentes, & bibentes vsque ad diem, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes, & non cognouerunt. Et sic videtur, quòd ex eo, quòd non cognoscebant venturum esse diluuium, non solicitabãtur, sed vacabant voluptatibus.

Quomodo, qui ante diluuium fuerunt, securi esse poterant ne venire diluuium prædicante illud Noe.
Quæst. CCXXIII.

SED quæretur quomodo poterant illi, qui ante diluuium fuerunt, securi esse, ne veniret diluuium, sed potius videtur, quòd timerent, quia Noe illis prædicabat venturum esse diluuium, nisi pęniterent. Etiam videbant, quòd Noe construebat arcam ad euadendum in ea aquas diluuij, ideo non poterant esse securi.

Dicen-

Dicendum, quòd verum est, quòd omnes ignorauerunt aduenturum diluuium præter Noe, & filios, & vxores eorum, quia dicitur in litera hic. Et non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes. Ex ignorãtia autem mali futuri oritur securitas, ideo isti erant securi, quia ignorabant.

Cum autem obijcitur, quòd prædicauit Noe gentibus illis venturũ diluuium. Negant aliqui, eo quòd Gene.6.c. vbi prænunciatur diluuium Noe nõ habetur, quòd Deus iusserit ei prædicare diluuium venturum, neque etiam, quòd ipse prædicauerit.

Dicendum tamen in veritate, quòd ipse annunciauit temporaneis suis venturum diluuium propter peccata, & quòd Deus hoc voluit, licet taceatur in Genesi, quia exprimitur.2.Pe.2.c. scilicet, & originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitię præconem custodiuit diluuium mundo impiorum inducens. Vocatur autem præco iustitiæ, quia prædicauit coętaneis suis futurum diluuium exigente iustitia Dei propter peccata illorum.

Aliter, ergo dicendum, scilicet quòd prædicatum est diluuium, sed non crediderunt Noe peccatores illius temporis. Exigebant enim peccata sua, vt excęcarentur, & non crederent, & perirent. Nam si crederent conuerterentur, & saluarentur. Item quotidiana peccatorum assiduitas, & voluptas trahebat, vt non crederent futurum malum, quod eorum præsentes delicias contristaret. Item non videbatur eis res verisimilis. Nunquam enim tales aquarum inundationes viderant, & ideo neque futuras credebant. Prędicatio igitur Noe fuit, sed non fuit ei creditum, & sic putauerunt homines non futurum esse, quod ille dicebat. Vnde verum est, quòd non cognouerunt, & sic manebant securi quousque aquæ diluuij operuerunt terram, & non solum Noe prædicanti non credebant, sed aliqui eum insanire putabant, quòd talia diceret. Sic enim fuit de Loth in Sodomis, cum enim Angeli Dei vellent euertere Sodomam dixerunt ad Loth: Habes hic tuorum quempiam generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac, delebimus enim locum istum: Loth autem egressus locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias suas, & dixit, surgite egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem istam. Et sequitur: Visus est eis, quasi ludens loqui Gene.19.c. ita igitur de Noe putabatur cum prædicaret. Vnde non crediderunt ei. Cum autem arguitur de constructione arcę.

Tempore Noe peccantes nõ crediderunt futurum diluuium.

Dicendum, quòd viderunt contemporanei Noe construi arcam, sed non, ideo credebant venturum diluuium, sed sicut irridebant Noe prædicantem diluuium, ita & irridebant fabricationem arcę, neque petiuit aliquis cum eo intrare in arcam.

Quomodo ista ponuntur ad ostendendam securitatem quam habebant homines ante diluuium. Quæst. CCXXIIII.

QVAERETVR quomodo ponuntur ista ad notandum securitatem, quam habebant homines ante diluuium, vt dictum est supra, quia ponuntur hic ea, quæ fiunt etiam sine securitate, scilicet comedere, & bibere: nullum enim tempus est, in quo homines non comedant, & bibant. Dicendum, quòd omnia, quæ ponuntur hic conueniunt ad ostendendam securitatem, & nullam suspitionem timoris. Nam ponuntur hic.& Lu.17.c. quædam, quę non solum securitatem ostendebant, sed etiam longum tempus vitæ, sic erat plantare, & ædificare. Nam, qui plantat nõ capit statim fructum, ideo promittit sibi, aut successoribus suis longa tem-

F pora vitæ. Alia vero non signant longum tempus, sed securitatem. Sic erat emere, & vendere, nam istę sunt res non ita necessariæ, nisi referatur ad quotidianum victum, & tamen emebant tunc, & vendebant, ideo securi erant: comedere autem, & bibere non ostendunt securitatem, quia etiam in maxima angustia his vtimur, sed ex modo arguunt securitatem, vt comedere, & bibere ad voluptatem, & ita, quando dicitur hic comedentes, & bibentes intelligitur ad voluptatem. Etiam ponitur aliud, quod longam spem vitæ promittit, scilicet accipere vxores, & filias nuptui tradere, quia ad vnam diem, vel paucum tempus nemo filiam suam in vxorem traderet alteri, sed potius illã
G in virginitate seruaret, si sciret illam statim morituram, & ista igitur ostendebant longam spem vitæ, & nullum timorem in eis, qui erant ante diluuium, sed ita erunt in tempore aduentus Christi ad iudicium, ergo homines erunt tunc sine timore vllo iudicij, & consummationis sæculi.

Quid voluit Christus significare per illud tunc cum ait, tunc duo erunt in agro. Quæst. CCXXV.

QVAERETVR quid voluit dicere Christus cũ ait, tunc duo erunt in agro, & quid illud tunc est. Aliqui dicunt, quòd intelligitur de temporibus antichristi, quando aliqui Christum
H sequentur, aliqui autem declinabũt ad antichristum. Et colligitur hoc, quia Lucæ 17.ca. postquam ponitur, quod dicit hic de diebus Noe, & de diebus Loth, & quòd erit sic in die, qua reuelabitur filius hominis sequitur, in illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo non descendat tollere illa, & qui in agro similiter nõ redeat retro, & tamen manifestum est, quòd non potest hoc intelligi de die iudicij. Nam tunc non erit in potestate hominis descendere de tecto in domum ad tollendum vasa, neque redire de agro in domum, quia subito descendet ignis de cęlo, & morientur omnes, q inuẽti fuerint, vt resurgant, & ideo non poneretur admonitio ad non faciendum, nisi facere
I possent, sed in die iudicij non poterunt facere hæc, ergo non intelligitur de die iudicij, sed de alio tempore, & volunt aliqui esse tempus antichristi.

Dicendum necesse esse intelligi de die iudicij. Primo, quia de antichristo, & omnibus, quæ iudicium pręcedunt dictum est supra, hic non est de illis dicendum. Secundo, quia dictum est supra in litera, de die autem illa nemo scit, & est illa dies iudicij, & continuato sermone deducit oratio vsque huc, ideo etiam hoc de die iudicij intelligitur. Tertio, quia dicitur tunc erunt duo, & oportet, quòd illud tunc, quod est relatiuum temporis ostendat tempus præcedens, sed supra dicitur de die illa, & aduentu filij hominis, ergo necesse est intelligi de die iudicij. Quarto, quia vbi di-
K citur hic tunc erunt duo in agro &c. & ita non intelligitur de aliquo tempore magno quale erit tempus antichristi, sed de vna nocte, vel de vna die, in qua erit aduentus ad iudicium.

Ad id vere, quod dicitur Lucæ 17. scilicet in illa hora, qui fuerit in tecto &c. Dicendum, quòd Lucas posuit mixtim de euersione Ierusalem, & tempore præcedente eam, & de die iudicij. Primo autem posuit de die iudicij, cũ ait, & sicut fuit in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis. Et adiũxit aliud exemplum de Loth, & subuersione Sodomorum, & conclusit, secundum hoc erit, qua die filius hominis reuelabitur. Hoc totum de die iudicij intelligitur. Statim autem sequitur, in illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo &c. intelligitur de tribulatione, quæ subito reuelanda erat fidelibus ad hoc, quòd fugerent

de

de Ierusalem, & Iudæa ante aduentum exercitus. Nã statim, vt eis reuelaretur, fugituri erant, & hoc est, quod ponitur supra in litera, scilicet tũc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto est nõ descendat aliquid tollere de domo sua, & qui in agro non redeat retro, vt tollat tunicam suam, & ibi omnia ista exposita sunt de fuga fidelium de Iudæa ante euersionem Ierusalem, quod vero sequitur ibi apud Lucam, scilicet dico vobis in illa nocte duo erunt in lecto &c. accipitur de die iudicij, & ponuntur ea, quæ hic.

Quid Christus per duos in agro existentes significauit, Quæst. CCXXVI.

QVAERETVR cum dicatur, duo erunt in agro, quid significauit per istos duos.

Aliqui dicũt, quòd sunt duo populi, idest fidelium, & infidelium. Sic dicit Hilarius super Mat. scilicet duos in agro duos populos fidelium, & infidelium, & in sęculo tanq̃ in vitę huius opere dies Domini deprehendet, separabuntur tamen relicto alio, & assumpto alio in quo fidelium, & infidelium discretio docetur, Dei enim ira ingrauescẽte sancti in promptuario recondentur, perfidi vero ad cęlestis ignis materiem relinquentur.

Alij dicunt duos in agro esse homines, qui habent, quasi ęquales labores. Sic dicit Hierony. super Mat. scilicet. Duo in agro pariter inuenientur eundem habentes laborem, & quasi parem sementem, sed fructus laboris non ęquę recipientes.

Alij dicũt per duos in agro signari pauperes huius vitę, quosdam virtuose paupertatem tolerantes, alios vero non. Sic ait Cyrillus: In his enim non modicum differt. Nam hi sarcinam paupertatis verisimiliter sustinent, vt vitam agentes honestam, & humilem, qui assumentur, hi vero sunt ad prophana promptissimi, qui relinquentur.

Ambrosius autem super Lucam dicit esse duos in agro, idest duas mentes in nobis vnam exterioris hominis, qui corrumpitur, alteram interioris hominis, qui per sacramẽtum renouatur, istæ sunt operantes in agro nostro, quarum altera fructum bonum diligentia dat, altera amittit incuria.

Sed dicendum, quòd ista magis pertinent ad sensum mysticum, quam ad literalem. Nam, sicut litera signat hic, agitur de illis, qui in die iudicij transibunt ad bonum statum, & relinquentur in malo, & tamen nulla istarum positionum consonat quantum ad omnia. De prima patet, quæ dicit duos populos esse fidelium, & infidelium, nam certum est, quòd licet omnes infideles relinquentur ad pęnam, non assumentur omnes fideles ad beatitudinem, multi enim fideles peribunt, qui fidem tenentes secundum fidei veritatem non vixerunt.

De secunda apparet, quia si in agro laborant cum significetur hic idẽtitas operis, vel status, scilicet, quia in agro, licet non detur æqualis remuneratio si non est ęqualis labor, tamen ambo deberent assumi, & tamen vnus assumitur alius relinquitur, ideo non intelligitur de illis.

De tertia dicendum, quòd licet magis videatur conuenire tamen ad mysticum sensum pertinet, quia similitudinem operis significauit hic Christus, & nõ dissimilitudinem, qualis est in eis, qui diuersimode tolerant paupertatem.

Nicolaus autem dicit, per duos in agro intelligi prælatos, quorum officium est laborare in agro militantis ecclesiæ. Sed dicendum, quòd etiam istud est mysticum. Nam prælati multi sunt, & non apparet, quomodo per duos voluerit eos designare.

A Et si dicas accepit per vnum omnes prælatos bene laborantes in agro militantis ecclesiæ, & iste assumitur, & per alium accepit omnes prælatos male laborantes, quos Apostolus vocat malos operarios quorum venter Deus est. Dicendum, quòd iam mysticum est, quia ad sensum literalem teneri litera debet, sicut iacet si teneri potest, sensus huius ponetur infra q.229.

Quid Christus per hoc, scilicet. Erunt duæ molentes in mola, innuit. Quæst. CCXXVII.

B QVAERETVR cum dicatur, quòd erunt duæ molẽtes in mola, quid Christus per hoc innuit.

Aliqui dicunt, quòd signantur duę partes Iudæorum, quarum vna, quę ad fidem conuertitur assumitur, alia vero non conuersa perijt. Sic dicit Hilarius super Mat. scilicet mola enim opus est legis, sed quia pars Iudæorum, vt per Apostolos credidit, ita & per Eliam est creditura iustificanda, per fidem, ideo vna per eandem fidem boni operis apprehendetur, alia vero infructuosa legis molens incassum, & non factura cęlestis cibi panem relinquetur.

Alij dicunt ecclesiam, & synagogam, vel ecclesiã, & hæreticos p duas molentes notari. Sic dicit Hieronymus sup Mat. scilicet. In duabus, quæ pariter molunt, vel synagogam intelligere debemus, vel ecclesiam, quòd simul molere videantur in lege, & de
C eisdem scripturis sanctis farinam terere præceptorum Dei, vel cæteras hæreses, quæ de vtroque testamẽto, aut de altero videntur molere farinam doctrinarum suarum. Ambrosius autem super Lucam dicit: Per molentes vidẽtur significari, qui ex occultis alimenta quærunt, & in apertum ex interioribus proferunt, & fortasse mundus iste pistrinum est, anima autem nostra velut quodam carcere includitur corporali. In hoc ergo pistrino, vel synagoga, vel anima obnoxia delictis triticum molendo madefactum, & graui humore corruptum non potest interiora ab exterioribus separare, & ideo relinquitur, quia eius similago displicuit: at vero sancta Ecclesia, vel anima nullis maculata contagiis delictorum, quæ tale triticum
D molit, quòd solis æterni calore torridum bonam similaginem de penetralibus hominum Deo offert.

Sed Nicolaus dicit per molentes in mola vbi est magnus labor intelligi actiuos.

Dicendum, quòd omnia hæc ad mysticum sensum pertinent. Planum est enim non esse istos sensus literę, nisi quis sic voluerit extorquere, immo potius literę ascribere, quod ipsa non loquitur. Item, quia accipiendo ecclesiam, per vnam molentem, & synagogam per alteram, nõ assumuntur omnes de ecclesia, licet pereant omnes de synagoga. Item accipiendo per molentes duas partes synagogę, certum, est quòd licet omnes non conuersi pereant, tamen nõ omnes conuersi assumuntur ad gloriam. Idem est acci-
E piendo per vnam molentem ecclesiam, per aliam vero hęreticos. Veritas autẽ huius ponetur infra q.229.

Quid Christus per hoc, scilicet. Quòd erunt duo in lecto, innuere voluit. Quæst. CCXXVIII.

QVAERETVR cũ dixerit Christus, quòd erunt duo in lecto, quid per hoc innuit.

Aliqui dicũt per existentes in lecto significari prædicatores, & quia horum quidam vera prędicant, idest fideles, alij vero falsa, idest hęretici, vnus assumetur, alius relinquetur. Sic dicit Hilarius super Mat. scilicet duo autem in lecto sunt eandem positionis dominicæ requiem prædicãtes, circa quam hęreticorum,

ticorum, & catholicorum eadem confessio est, sed quia vnitatem diuinitatis patris, & filij catholicorum fides prædicabit, & hæreticorum falsitas impugnabit fidem cōfessionis, vtriusque diuini arbitrij iudicium comprobabit vnum assumendo, alterum relinquendo. Alij dicūt p duos in lecto designari bonos, & malos diuites. Sic dicit Cyrillus: Per duos enim existentes in eodem lecto videtur designare diuites quiescētes in mundanis diuitijs, lectulus namque signum quietis est, non autem quicunque diuitijs affluunt sunt impij, sed aliquis est probus, & in fide electus. Hic igitur assumetur, alius vero, qui non talis extiterit, relinquetur.

Nicolaus dicit per existentes in lecto contemplatiuos signari, quia lectus locus quietis est, contemplatio autem locus quietus.

Sed manifestum est, quòd ista, sicut, & pręcedētia pertinent ad mysticum sensum, & maxime, quia primum de prædicatoribus fidelibus, & hæreticis non conuenit. Nam licet omnes hæretici prædicatores relinquuntur, non tamen omnes fideles prædicatores assumuntur, quia aliqui bene prædicant, & male viuunt. Alij autem exponunt omnia tria simul. Sic dicit Remigius his verbis tres ordines ecclesiæ demonstrantur, per duos in agro ordo prædicatorum, quibus commissus est ager ecclesię: per duos in mola ordo coniugatorum quidam per diuersas curas nunc ad hæc nunc ad alia flectentur, quasi molam in circuitu trahunt: per duos in lecto ordo continentium, quorum, requies nomine lecti designatur, in his autem ordinibus sunt boni, & mali, iusti, & iniusti, & ideo ex eis quidam relinquuntur, quidam assumuntur.

Alij volunt per hæc tria corpus, & animam, & sensum significari. Sic dicit Origenes super Mat. scilicet corpus quidem, quasi infirmum in lecto est carnaliū passionum, anima autem molit in graui mola mundi, & corporis, sensus autem in agro mundi operatur.

Aliter ait Augustinus in libro de quæstionibus Euangelij. Tria genera hominum videntur hic designari vnum eorum, qui ocium, & quietem eligunt, neque negocijs sęcularibus, neque ecclesiasticis occupati, quæ illorum quies nomine lecti designata est. Alterum eorum, qui in plebibus constituti leguntur a doctoribus agentes ea, quæ sunt huius sęculi, quos, & fęminarum nomine significauit, quia consilijs pręlatorum expedit his regi, & molentes dixit, quia tēporalium orbem negociorum, atque circuitum vertunt, quas tamen in vnum molentes dixit inquātum de istis rebus, & negocijs suis præbent vsibus ecclesię. Tertium genus est eorum, qui operantur in ecclesię mysterio velut in agro Dei. In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hoīum in singulis, quorū aliqui in ecclesia permanent, qui assumuntur, aliqui cadunt qui relinquuntur.

Sed dicendum, quòd etiam in his omnibus modis exponendi est sensus mysticus, cum trahatur litera extra proprium sensum.

Quid per quæsita præcedentia Christus voluit designare. Quæst. CCXXIX.

QVAERETVR igitur quid per hoc Christus voluit designare.

Dicendum, quòd voluit ostendere rem subitaneam fieri in die iudicij, & est addere exemplum ad præcedētes. Nam dixerat supra, quòd sicut in diebus Noe erant homines inopinati, & nihil timentes, comedentes, & bibentes, quousque venit aqua diluuij, & tulit omnes, ita in aduentu Christi erit futurum. Rursus autem exemplum aliud ponitur, scilicet

F quòd tanta erit huius rei subita velocitas, quòd duo erunt simul, & vnus tolletur, & alius dimittetur, & ponit Christus exemplum de illis, qui communicant in eodem officio. Nam, quòd vnus homo, qui in vna parte orbis est assumatur ad vnum, & alius, qui est alibi ad aliud relinquatur, non videbatur esse subitanea operatio, sed quòd manentibus aliquibus duobus simul vnus tollatur, & alius dimittatur, & quòd non sit vni tempus recedendi ab altero, sed antequam recedat, compleatur separatio illa iudicalis videtur esse res multum subitanea.

Secundo dicitur hoc ad incutiendum magnum timorem, & solicitudinē cuilibet pro seipso, scilicet quòd non eo, quòd communicant bonis, accipiantur

G in partem bonorum, non enim, sic fiet, sed tanta erit iudicis in discernēdo sapientia, quòd etiam si subito fiat de duobus, qui simul sunt, & eundem modum vitę gerunt, non idem iudicium dabitur, sed vnus ad bonum assumetur, alius vero relinquetur ad malum, vt sic quilibet seipsum expurgare debeat, vt talis inueniatur, qui assumi possit.

Quare Christus rursus per aliud exemplum suum inopinatum aduentum ostendit. Quæst. CCXXX.

SED quæretur cum Christus per exemplum supra positum de diebus Noe ostenderit futu-

H rum iudicium inopinatum aduenire, quare rursus hic per aliud exemplum illam securitatem, & inopinatum aduentum ostendit.

Aliqui dicunt, quòd multiplicatio exemplorum prodest, quanto enim plura fuerint plus monent, vnde non solum hæc, sed etiam aliud de diebus euersionis Sodomorum Christus posuit ad idem ostendendū, vt patet Lucæ. 17. c. licet illud hic Mat. omiserit.

Sed dicendum, quòd non ponuntur ista multa exempla ad idem ostēdendum, sed pertinet ad diuersa. Nam prima duo, scilicet de diluuio, & subuersione Sodomorum pertinent ad idem, alia vero, quæ ponūtur nunc, idest de duobus in agro, & duabus in mola, & duobus in lecto ad aliud pertinet. Et patet, quia

I post prima duo, dicitur, sic erit aduētus filij hominis, post secunda autem nihil ponitur.

Item magis apparet ex ordine, quem Lucas posuit. Nam prius dixit de diebus Noe, & post de diebus Loth in subuersione Sodomorū, & conclusit: Tunc secundum hoc erit qua die reuelabitur filius hominis, & postea interpositis quibusdam, scilicet in illa hora, qui fuerit in tecto &c. transiuit ad ista, quæ dicuntur nunc, scilicet. Dico autem vobis, duo erunt in lecto &c. Et sic manifestam distinctionem inter hęc signauit, & non pertinere ad idem.

Dicendum ergo, quòd ista dicuntur. Primo, quia illa signa, scilicet de diebus Noe, & Loth pertinēt ad

K ostendendum conditionem temporis ante diem iudicij, ista autem de agro, lecto, & mola ponuntur ad ostendendum conditionem ipsius diei iudicij, cum dicatur hic, tunc, idest in die aduentus Christi. Et Lucæ. 17. c. dicatur: Dico autem vobis in nocte illa erunt duo in lecto &c.

Secundo differunt, quia prima signa ponuntur ad ostendendum securitatem, secunda ponuntur ad ostendendum velocitatem. Et ista est bona differentia. Nam, quòd dicitur de diluuio, & euersione Sodomorum non ostendit aliquam velocitatem actus, sed solam securitatem, scilicet quòd ante diem iudicij erunt homines securi nullum malum timentes, quasi nullum malum futurum sit, & tamen superuentura est eis dies iudicij, sicut ante diluuium, & euersionem

Sodo-

Sodomorum nullum malum timebant homines illius temporis, quia illud ignorabant: in secūdis signis significatur velocitas discretionis iudicialis, scilicet, quòd tam velociter fiet hoc, ꝙ duo erunt simul, & antequam vnus possit se ab alio separare, separabuntur per superuenientem iudicem.

Sed adhuc dicendū, quòd in his quędam pręcedētis temporis securitas ostendetur. Nam si illo die saltem, quo Christus veniet ad iudicandum, aliquid mali suspicarentur homines, non inuenirētur vbi inuenientur, scilicet in agro laborantes, & in mola molentes, & quod peius est in lecto iacētes, sed in orationibus, & fletu expectarent terribilem suum superuenturum iudicem, & tamen inuenientur in his, ergo nihil timebunt, aut suspicabuntur, etiam ea die iudicij quousque iudex subito veniat, & tunc non timebunt malū, sed tolerabūt illud, qui indigni inuenti fuerint.

Quare dixit: Duo erunt in agro.
Quæst. CCXXXI.

Sed quæretur quare dixit, duo erunt in agro. Dicendum, vt dictum est supra, & præcedenti q. quòd voluit ostēdere subitaneā discretionem iudicis separando homines ab inuicem. Nam ante iudicium manent mixti, post iudicium vero distincti locis erunt, sicut, & meritis fuerunt, & ista discretio fiet in ipso iudicio, fiet autem subito, scilicet, quòd hominibus simul existentibus non sit locus ab inuicem recedendi antequam iudex eos discernat, & quia multa erunt, in quibus homines communicant ad hoc, quòd simul sint, de illis posuit exemplum, primum est de duobus in agro. Accidit enim duos homines simul in agro manere colendo terram, & non erit idem exitus duorum, sed vnus ad bonum assumetur, alius vero relinquetur ad malum, & quod dicit de duobus idem de multis intelligendum est, quia quidam de simul stantibus habebunt sortem vnam, alij vero aliam.

Dicitur etiam, quòd erunt duæ ad molam, idest ea die accidet mulieres esse ad molam, vt terant frumētum ad farinam habendam, & inde conficiendos panes, & hoc in ipso die iudicij erit, quia nihil mali superuenturi timebunt, & cum fuerint molendo superueniet iudex de cęlo, & assumet vnam, & dimittet aliam. Dicitur etiam de manentibus in lecto, quia aliqui erunt tunc in lecto, aut dormientes, aut quiescentes, quos mors ibi, & iudex inueniet, & adhuc de illis aliqui assumentur alij relinquentur. Et sicut de istis dicitur, ita de alijs omnibus intelligendum est, qui habent aliquam communicationem, & erunt simul cū venerit ignis ille, & iudex insperatus. Nam non erit omnium idem exitus, licet conuersatio sit vna.

Quare dicitur: Erunt duo, & non plures ponuntur.
Quæst. CCXXXII.

Quæretur quare dicitur erunt duo, & non ponuntur plures.

Dicendum, quòd non ponitur hic vnicus. Nam volebat agere de discretione bonorū, & malorum ad diuersa pręmia, & pęnas, in vno autem nulla est discretio, ideo debuit ponere multos saltem duos. Et patet hoc, dum enim hic viuimus, simul sunt boni, & mali non distincti meritis, post iudicium autem distincti erunt locis, sicut, & meritis, in iudicio igitur ipsa distinctio fiet, & hoc significatur hic, cum dicitur, quòd erunt duo in agro. Causa autē prima quare ponuntur duo est, quia non ponitur hoc ad notandum, quod ita erit, sed ad casum faciendum,

A & ad casum quicunque numerus sufficiet, ideo minimum accepit. Et patet, quia non est sensus, quòd de aliquibus duobus, qui erunt in agro, vnus assumetur alius relinquetur, quia forte nulli duo simul inuenientur in agro, quorum vnus assumatur alius relinquatur, sed forte ambo assumantur, aut ambo relinquātur, sed est sensus, quòd poterit esse, quòd de duobus inuentis tunc in agro vnus assumatur, & vnus relinquatur, & sicut est de duobus ita de pluribus, scilicet, quòd quidam illorum assumentur, & quidam relinquētur, neque loci simultas, & operationis similitudo eos adiuuabit, quin quidam relinquantur.

Secunda est ad ostendēdam magnam vim discretionis illius. Nam non solum de multis aliquis accipietur, vel aliquis relinquetur, sed etiā cum soli duo

B fuerint de illis aliquis assumetur, & alius relinquetur.

Quare Christus dixit duos in agro existere, duos ad molam, & duos in lecto. *Quæst.* CCXXXIII.

Quæretur quare de existētibus in agro dixit, quòd erant duo: De stantibus ad molam dixit duæ molentes: De iacentibus in lecto dixit duo.

Dicendum, quòd dixit hoc iuxta conuenientiam operis ad sexum, in agro enim exercētur opera rusticana, & dura, & pertinent ad viros, fęminę autem nō

C solent ista opera exercere, ideo dixit duo, licet autem fęminę interdum hoc faciant, sed rarum istud est, ideo sexus virilis ponitur.

De molentibus dixit Augustinus, quòd ponuntur sub nomine fęminę, quia significantur illi, qui negocia ecclesiastica, & sęcularia habent, & oportet eos regi a doctoribus, & pręlatis. Sed dicendum, quòd iste sensus mysticus est, vt dictum est supra quæstione 227.

Est ergo dicēdum, quòd ponuntur duę molentes, quia molere ad molam manualem erat opus fęminarum, quæ parum de tritico molebant, vt statim inde panes formarent, & quia panes conficere mulierum est, etiam panes parare triticum molendo pertine-

D bat ad illas. Et talis erat consuetudo in terra Chanaan, & in terra Aegypti, & maxime mulierum captiuarū officiū erat molere ad molam manualem, ideo duas molentes dixit, & non duos iuxta consuetudinem terræ suæ Chanaan. Et patet hoc Exo. 11. c. scilicet. Morietur omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, idest quæ est ad molēdum triticum: ancillarum ergo dixit esse hoc officium. Est ergo terra Aegypti iuxta terrā Chanaan, & sic esset eadem consuetudo molendi, vt fęminę molant.

De existentibus in lecto diceret aliquis, quòd non deberet dicere duo, quia non solum sunt viri, sed etiā

E vir, & fęmina, maritus, & vxor.

Dicendum, quòd proprie dixit duo, quia aut erunt soli masculi in lecto, aut masculus, & fęmina, aut fęmina, & fęmina. Si soli masculi proprie dicitur duo. Si autem vir, & fęmina etiā dicitur duo, quia masculinum genus concipit fęminum, si autem fęmina, & fęmina debere dici duę, & tamē, quia communius est esse solos masculos, idest viros, aut masculos, & fęminas, quam solas fœminas esse, dicitur, quòd erūt duo, quia duo ita comprehendit fęminam, quam masculū per conceptionem, vel quando non est determinatus sexus fęmininus.

Quid Christus significauit, cum dixit: Vnus assumetur, & vnus relinquetur. Quæst. CCXXXIIII.

QVAERETVR quid significauit Christus, cum dixit: Vnus assumetur, & vnus relinquetur. Dicendum, quòd discretionem bonorum significauit, & malorum secundum loca, quia post iudicium erit locus accipiendi pęnam pro demeritis, & pręmium pro meritis, & quia non inferetur in eodem loco pęna, & lętitia discernentur locis, & hoc est assumi, & relinqui.

Aliqui autem dicunt, quòd assumuntur illi, qui ad bonum, idest fęlicitatem perducuntur, relinquuntur autem quibus nullum bonū datur, sed ad infelicitatē manent. Secundo dicunt alij, quòd assumuntur boni de terra, ne ignis conflagrationis veniens exurat eos, mali enim relinquuntur, idest nō liberantur, sed permittuntur, vt ignis exurat eos. Sic dicit Hilarius super Mat. separabuntur tamē relicto alio, & assumpto alio, in quo fidelium, & infidelium discretio docetur. Dei enim ira ingrauescente sancti in promptuario recondentur, perfidi vero ad cęlestis ignis materiam relinquentur. Tertio autem dicendum, & melius, quòd agitur de separatione bonorum, & malorum quantū ad tempus iudicij. Nam adueniente illo igne conflagrationis omnia peribunt, & omnes homines moriētur, & qui viuentes inuenti fuerint subito morientur, & subito resurgent, sed boni ab angelis rapientur, & in ipso raptu suo dicuntur morituri, & simul resurrecturi, quod incredibile non est, & deducentur tunc ad aerem altum, vt ibi sint simul cum Christo iudicātes, vel saltem audientes: mali vero non rapientur, sed manebūt in terra, & ibi iudicabūtur, & hoc est, quod dicitur assumetur vnus, scilicet ab angelis, & eleuabitur in aera, alius vero relinquetur, scilicet malus in terra, vt sit vbi semper fuerat. Et patet hoc, quia prima Thessa. 4. ca. dicitur: Nos qui viuimus, & residui sumus, rapiemur obuiam Christo in aera, scilicet Christo ad iudicium venienti obuiam rapiemur, vt in aere maneamus cum eo, & postea inde surgamus in cęlū. Sic dicit Cyrillus: Descendens enim Dominus ad iudicium mittet angelos suos, qui cęteris in terra derelictis pęnam passuris, sanctos & iustos ei adducent secundum illud Apostoli: Rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera.

Item patet hoc apertius, quia Lucæ 17. c. ponitur id, quod hic, & dicitur duo erunt in lecto vno, vnus assumetur alius relinquetur. Et sequitur, ꝙ Apostoli quæsiuerūt: Vbi domine? idest ad quem locum assumentur? Et ait, vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilę, scilicet in loco, in quo ego fuero, venient, vt sint mecum, & ad illum assumentur electi, istum enim modum loquendi supra in litera posuit loquens de aduentu, idest quòd, sicut aquilę, & vultures vadunt, & congregantur ad locum vbicunque corpus fuerit, idest cadauer, ita vbicūque fuerit Christus electi erunt, sed ipse in aere stabit, idest sedebit iudicans, sicut dicitur supra in litera, quòd veniet in nubibus cęli, & sequenti c. ergo illuc assumentur omnes electi.

Quare Christus de his tribus modis dixit, scilicet de stantibus in agro, & mola, & lecto, quod vnus assumetur, & alius relinquetur. Quæst. CCXXXV.

SED quæretur quare Christus de his tribus modis dixit, scilicet de stantibus in agro, & mola, & lecto, quòd vnus assumetur, & vnus relinquetur. Dicendum, quòd fuit ad significandum, quòd de omnibus statibus, aut modis viuendi saluantur aliqui, & pereunt aliqui, & per istos tres modos signat alios omnes modos. Nam hominū quidam sunt ociosi, & inuenientur ociosi in die iudicij, alij sunt occupati. Ociosos enim significauit p eos, q in lecto sunt, quia lectus est locus quietis. Occupati autem sunt dupliciter quidam in rebus domesticis, alij in rebus, quæ foris sunt, primos occupatos per molentes significauit, quia molere ad molam manualem intra domū est, secundos significauit per existentes in agro. Secundo potest dici, quòd non intelliguntur per hos omnes, quasi a sufficiētia status, sed posuit hos gratia exempli, scilicet quòd sicut de istis statibus, vel modis viuendi non habebunt omnes conuersantes in eodē eundem exitum, ita & de omnibus alijs statibus.

Et intelligendum, quòd aliqui de agricolis saluantur, aliqui pereunt, & non solum nunc, quādo homines moriuntur præuidentes mortem suam, sed etiā tunc, quando subito morientur inuadente eos igne conflagrationis. Molentes quoque in mola nō idem habebunt, sed quædam harum mulierū in hoc actu inuentę saluabuntur, alię autem peribunt, eo, quòd quædam erunt in bono statu, quando superueniet ille ignis, alię non. Sed maius dubium erat de iacentibus in lecto. Nam inuenientur aliqui dormientes, & sic morientur subito ab illo igne exusti, & tamen non oberit eis ad vitam æternā, quia qui in charitate erūt, etiam si in somno erunt saluabuntur, immo, & quod plus est, si vir, & vxor inueniātur in lecto, in ipso actu coniugali saluari poterunt, quia ipse actus potest fieri sine peccato mortali, sed quidquid est sine peccato stat cum charitate, & non excludit a vita æterna, vnde vir, & vxor in illo actu poterunt inueniri, & vnus saluabitur, & alius condemnabitur secundum, quòd vnus stat in charitate, aliūs vero in mortali culpa, vel secundum quòd ille actus, in vno erit sine culpa, in alio vero erit mortalis culpa.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideoque, & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem cōstituit dominus supra familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem, cum venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & cęperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ębriosis, veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & stridor dentium.

De Pę. di. 5. si sacerdos. Luc. 12.

Luce 12. Apo. 16. 2. Cor. 5.

Vigilate. Posuit in præcedentibus Christus de die iudicij admonitionem, hic autem ex præcedentibus excitat

excitat noſtram ſolicitudinem, & ait: Vigilate, & ponit circa hoc duo exempla, vnum de patrefamilias, ꝙ vigilare debeat. Aliud de ſeruo patrisfamilias ibi.

Quis putas eſt. Circa primum dicit. *Vigilate ergo.* Cõſequentiam facit, ideſt quia ita eſt, quòd incertus eſt dies iudicij vigilandum eſt, vt quando venerit, parati ſimus etiam ſi nulla ſigna tunc videamus.

Quia neſcitis. Cauſa exprimitur, quaſi dicat ſi ſciretis, quando venturus eſſet dominus, videretur ſatis eſſe, quòd tunc vos pararetis, & non prius, & tamen, quia neſcitis oportet vos omni hora vigilare paratos exiſtentes. *Qua hora.* Non dixit qua die, ſed adhuc rem breuiorem deſignauit, vt magis vigilemus.

Dominus veſter. Chriſtus erat, & de ſe velut de alio loquebatur. *Venturus ſit.* Scilicet ad iudicandũ, vel ad mortem ſingulorum. *Illud autem ſcitote.* Declarat magis cauſam vigiliç, ſcilicet ignorantiam de tempore aduentus. Et ponit exemplum de fure veniente in domum alicuius, cuius aduentus hora ſi ſciretur, vigilaret pater familias illa hora, & non permitteret diripi domum ſuam, ſed quia neſcit horam, oportet ſemper vigilare, vt ita nunquam poſſit fur venire, quin patrẽ familias inueniat vigilantem, & dicitur illud, ſcitote, ideſt aduertire ad hoc exemplum.

Quoniam ſi ſciret pater familias. Dicitur pater familias dominus domus cuius eſt familia. Et iſte eſt, qui prçeſt in communicatione œconomica, quam Ariſtoteles primo Politicorum 2. vocat dominum, & patrẽ, & maritum, eo ꝙ œconomia conſtat ex his perſonis, ſcilicet viro, & vxore, domino, & ſeruo, patre, & filijs, & eadem perſona eſt, quia tria nomina habet, quoniam ad vxorem dicitur vir, vel maritus, ad filios dicitur pater, ad ſeruum dicitur dominus. Hic autem vocat eum patrem familias, & hoc nomen tam reſpectu filiorum, quam ſeruorum, quam omnium de œconomia competit ei.

Ex quibus conſtat œconomia.

Qua hora fur venturus eſſet. Determinauit horam, nõ ſolum tamen ſi horam, immo ſi diem ſciret, & ignoraret horam, & ignorata die hebdomadam ſciret, vigilaret, immo & ſi ſciret aliquando furem venturũ, licet illud quando neſciret vigilaret cautius, ſed quidam ſunt, qui neſciunt an aliquando venturus ſit fur in domum eorum. *Vigilaret vtique.* Ideſt certe tunc vigilaret, vt non perderet rem ſuam.

Et non ſineret perfodi domum ſuam. Ideſt non permitteret, quod fur rumperet parietem, aut locum aliquẽ domus, per quem faceret ſibi introitum. *Ideoque.* Reducit exemplum ad diſcipulos, quibus loquebatur.

Vos eſtote parati. Scilicet vigilantes, & taliter diſpoſiti, quòd quacunque hora moriamini, bonum vobis ſit, & ſaluetis animas veſtras. *Quia neſcitis qua hora.* Tota cauſa eſt ignorantia de tempore determinato, immo de tempore aliquanto.

Filius hominis venturus ſit. Quem ſupra vocauit dominũ, vocat hic filium hominis, ideſt ſeipſum, quia vere ille erat dominus eorum, & hora aduentus eius tam ad iudicium, quam ad mortem ignoratur.

Alterum autem exemplum ſubditur de ſeruo patris familias, in quo etiam ad vigilandũ admonemur. Et dicitur. *Quis putas eſt.* Ideſt quis eſt, quia quiſputas vna dictio eſt, ſed ponitur ſemper interrogatiue.

Fidelis ſeruus, & prudens. Iſta duo in ſeruo requiruntur, ſcilicet in illo cui pater familias commiſit aliquã adminiſtrationem domus ſuç, fidelis quidem eſſe debet, vt nihil domino ſubtrahat, & rem domini perire non ſinat, prudens dicitur, quia prouidere ſciat quomodo hoc fiat, quia non ſufficit bene velle, niſi illud efficiat, ſed efficere non poterit, niſi prudentiam habeat. *Quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam.* Iſti ſunt diſpenſatores. Nam de alijs ſeruis non intelligitur, in

A eo enim cui nulla miniſtratio commiſſa eſt, ſatis eſt obedientiam eſſe, & non requiritur fidelitas aliqua, de qua hic dicitur. Virtus igitur ſeruorum inquãtum ſerui eſt eſſe obedientes, cçterç autẽ virtutes poſſunt requiri in eis ſecundum quòd variç adminiſtrationes committuntur eis.

Vt det illis. Scilicet familiç toti. *Cibum in tempore.* Ideſt prouideat de cibo toti familiç in temporibus ſuis, quia iſta eſt maxima neceſſitas, & quotidiana, ſub qua, & aliç intelliguntur, ſcilicet veſtimentorum. Sed fortaſſis huic ſeruo diſpenſatori, de quo Chriſtus loquitur nihil erat commiſſum, niſi prouidere familiç quantum ad cibum, vt infra dicetur.

B *Beatus ille ſeruus.* Ideſt talis ſeruus, ſcilicet apud dominum ſuum, quia benefaciet ei. *Quem cum venerit dominus.* Subintelligendum eſt, quòd dominus ad tempus aliquod receſſerat a familia ſua, & curam illius cõmiſerat alicui ſeruo diſpenſatori quantum ad prouiſionem quotidianorum ciborum. *Inuenerit ſic facientem.* Ideſt bene prouidentem familiæ de cibis in tempore opportuno. *Amen dico vobis.* Ideſt in veritate dico. Et eſt modus iurandi, vel affirmandi.

Quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Scilicet cũ ex tempore paruo, in quo adminiſtrauit familiam domino abſente, acceperit dominus experientiã, quòd prudenter, & fideliter adminiſtraſſet rem iſtam paruam, quam ei commiſerat, committet de cçtero ei omnia bona ſua adminiſtranda.

C *Si autem dixerit malus ſeruus ille.* Dixerat de bono ſeruo adminiſtrante fideliter, & eius prçmio. Ponitur hic de malo ſeruo, & eius pçna. Et dicitur.

Si dixerit malus ſeruus ille. Scilicet dixerit in corde ſuo hoc, quia hçc cogitatio eſt, & ad nullum loquitur.

Moram facit dominus meus venire. Hçc enim ſunt, quç ſeruum mouere poſſunt ad male tractandum familiam, ſcilicet quia videt, quòd dominus moratur venire. Nam forte ex diuturna mora deſperat de aduentu, aut fingit, quòd nunquam veniet, & videt per hoc ſibiipſi opportunitatem ad diu gaudendum de bonis domini ſui. *Et cçperit percutere conſeruos ſuos.* Iſtud non pertinet ad infidelem adminiſtrationem, ita D quòd defraudet bona domini, ſed ad ſuperbiam dominari volentis, & vocauit alios conſeruos, quia dñs ille multos ſeruos habet, & iſte erat vnus, quem familiæ præpoſuit, nunc vero, quia ſe præpoſitum ſenſit, non tractat alios, vt conſeruos, ſed vt ſeruos.

Manducet autem, & bibat cum ebrioſis. Hic ponitur infidelitas adminiſtrationis dilapidando bona domini ſui comedendo, & bibendo, & quia comedere, & bibere dicunt vſum, & neceſſitatem, & ideo non erat vitium, poſuit id, quod ad vitium pertinet. ſ. cũ ebrioſis, ideſt qui ad ebrietatem aſſueti ſunt. Nam conuerſari cum his in cibo, & potu eſt vaſtare ſubſtantiam. Et recte dixit cum ebrioſis, & non cum ebriis, quia ebrii ſunt, qui aliquando extra menſuram ſunt, ebrioſi ſunt, qui aſſueti ſunt extra menſuram bibere, & comedere, ſemel autem manducare, & bibere vltra mo E dum non eſt dilapidatio ſubſtantiæ, ſed ad hoc aſſuefieri vniuerſam ſubſtantiam deſtruit. *Veniet dominus ſerui illius.* Iam ſeruus putabat dominum non venturum, quia tarde veniebat, tamen veniet. *In die qua non ſperat.* Ideſt illo non cogitante de aduentu, quia ſi cogitaret potius ordinaret rationes ſuas ad reddendum domino, & ordinaret vitam ſuam, quam ſuperbiret, & vacaret cibis, & potibus. *Et hora qua ignorat.* Neceſſario ſequitur, quòd ſi dies aduentus ignorat, etiã horam ignoret, & ad exaggerationem ponitur. Vel poteſt poni ad ſignandum partes diei, quia in quibuſdã homo eſt magis paratus, quam in aliis, ſicut magis ꝑ diem, quam per noctem.

Et diuidet eum. i. a domo sua separabitur, ne vltra ministret. *Et partem eius ponet.* Pars hoīs vocatur id, quod ei prouenit, siue de bono, siue de malo: nā totū bonū & totum malū, sunt quædā communicabilia omnibus hominibus, & nemo habet totum bonum, neque totum malum, sed cuilibet prouenit pars de bono, aut de malo, & de illo, de quo magis prouenit sibi, dicitur esse pars eius.

Cum hypocritis. Cum his, qui videbantur esse boni, & erant mali, & pars horum est in carcere, ibi autem ponetur seruus iste.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. Scilicet in carcere pessimo est magnum frigus, & ideo seruus malus ibi positus dentibus stridebit, nam ex frigore stridor prouenit.

Quare Christus dixit nunc ista. s. Vigilate ergo.
Quæst. CCXXXVI.

QVAERETVR quare Christus dixit nunc ista. s. Vigilate ergo.

Dicendum, quòd est admonitio quædam, cuius causa ex præcedentibus resultat, innuit enim Christus periculum magnum de aduentu ad iudiciū, quia qualis tunc quisque inuentus fuerit talis iudicabitur, & habebit præmium æternum, aut pęnam æternam. Et ideo cum totum bonum, aut malum hominis pēdeat ex illo tempore, scilicet qualis tunc inuenietur, oportet magnam operam dare ad hoc, quòd illo tēpore homo inueniatur paratus, tempus tamen illud incertum est nobis, & subitaneum veniet, vt patet ex exemplis supra positis, ideo nullum aliud remedium est, nisi vt semper parati simus, cum nesciamus specialiter illam horam, qua paratos nos necesse est esse, & hoc bene apparet, quia dicitur in litera. Vigilate ergo per modum consequentiæ, idest quia sic est, quòd nescimus tempus aduētus vigilandum est. Sic dicit Hieronymus super Matthæum. Perspicue autem ostendit dominus, quia supra dixerit, de die autem illa nemo nouit, nisi pater solus, quia scilicet non expediebat Apostolos scire, vt pendulæ expectationis incerto semper credant eum venturum, quoniam ignorant, quando venturus sit. Et ideo quasi ex superioribus cōcludens dixit: Vigilate ergo.

Est autem vigilare semper attentum esse ne in aliquo labamur, per quod parati nō simus ad iudicis aduētum, quia vigilia opponitur somno, qui enim somno tenetur nihil cogitat, neque seipsum circunspicit, immo promptum est ei nocere, quia in nullo de se considerat, aut seipsum defendit. Vigilia oppositum facit, ideo vigilare dicitur, qui sic seipsum circunspicit, vt nihil ei noceat, quando semper paratus existit ad hoc, quòd iudex veniat, vnde qui vigilās est, sed ista non considerat, aut non efficit, nō vigilat, sed profundo sopore tenetur. Vnde Gregorius dicit: Vigilat qui ad aspectum veri luminis oculos apertos tenet, vigilat, qui seruat operādo quod credit, vigilat qui a se torporis, & negligentiæ tenebras repellit.

Quibus dicebat Christus hanc parabolam.
Quæst. CCXXXVII.

QVAERETVR quibus dicebat Christus parabolam istam, & admonitionem de vigilando.

Aliqui dicunt planum esse, quòd ad Apostolos dicatur, quia illis loquebatur Christus omnia verba hæc ex principio huius capituli. Sed obiicietur, quòd dicatur futuris, & non illis, qa dies iudicii nō venit diebus Apostolorum, sed adhuc ventura est.

F Dicendum, quòd de hoc non solum est nobis dubium, sed etiam Apostoli dubitauerunt. Nam Lucæ duodecimo capitulo, ponitur istud, & cum positum est de patrefamilias nesciente, quando fur venturus esset dixit Petrus: Domine dicis nobis parabolā hanc, an ad omnes? Et ita dubium erat.

Sed dicēdum, quòd ex verbis, quæ ibi Christus subiunxit, colligitur, quòd tam ad discipulos, quam ad omnes posteros diceretur. Et patet hoc apertius Mar. 13. c. vbi ponuntur hæc, & dicitur: Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Sic etiam dicit Augustinus in epistola ad Hesychium: Non solum autem illis dixit vigilate, quibus audientibus loquebatur, sed etiam illis, qui fuerunt post illos annos, & ad nos ipsos,
G & qui erunt post nos vsque ad nouissimum eius aduentum, quia ad omnes pertinet quodam modo.

Ad primam rationem dicendum, quòd verum est, quòd Apostolis loquebatur, sed non eis solis, sed etiā nobis dictum est, vt dicitur Mar. 13. c.

Ad secundum dicendum, quòd nō solum Apostolis, sed futuris etiam, & tamē bene conueniebat Apostolis, nam licet dies iudicij nō venerit tempore Apostolorum, tamen illis non erat certum an tempore eorum veniret. Hoc enim fuit, quod Christus occultum esse voluit, vt quolibet die suspecti essemus, quia aliàs etiā diceretur, quòd neque dictum fuerit istud patribus nostris cum constet, quòd temporibus eorum non euenerit dies iudicij, cum igitur Christus
H etiam pro tempore Apostolorum incertum fecerit iudicij diem, etiam pro illo tempore vigilandum erat.

An conueniens causa vigilandi ponatur, cum dicitur, quia nescitis &c. Quæst. CCXXXVIII.

QVAERETVR cum dicatur: Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit, an conueniens causa vigilandi ponatur.

Dicendum, quòd sic, quia si hora certa esset, non oporteret vigilare, sed satis esset illo tempore paratū esse, quia tamen ignoratur tempus illud oportet omni tempore cauere, quasi omni tempore euenturum sit, quod omni tempore euenire potest.

I Sed adhuc dicendum, quòd maior causa nobis est vigilandi, quam hominibus ante diluuium, & ante euersionem Sodomorum, quia nos licet nesciamus, quando venturus sit, scimus tamen, quòd venturus sit, illi vero non solum nesciebant, quando diluuium futurum esset, sed etiam nesciebant, an aliquando futurum esset. Et ideo necesse erat illis inopinatis superuenire diluuium, quia nihil de illo pro aliquo tempore cogitabant, nos autem Christus admonuit, quia licet non sit paruum omni tempore vigilare, est tamen possibile, & nobis necessarium, & ideo illud suasit, illis vero non prænunciatum est, scilicet, Sodomitis. Non enim prædixit illud Loth, nisi generis suis, cęteri autem merebātur subuersionem, & Deus volebat,
K quòd illam paterentur, ideo noluit, quòd illis pręnunciaretur, generi autem Loth merebantur mortem cum cęteris, & ideo licet Deus voluerit, quòd eis pręnunciaretur propter honorem Loth, vt in hoc ei deferretur, tamen non dedit eis cor, vt crederent sic futurum esse, sed visus est eis Loth ludens loqui Gene. 19. c. Et sic perierunt cum ciuitate. De hominibus ante diluuium dicendum, quòd Deus voluit, quòd eis prænunciaretur, vt a peccatis suis desisterent, cum tamen noluerint cessare, non dedit eis Deus spiritum, vt crederent, & ita perierunt, nobis vero, qui in Christum credimus, datus est spiritus, vt credamus vera esse hæc dicta Christi, & ideo solicitos nos manere oportet expectantes illum diem.

Dicitur

Dicitur aũt nescitis qua hora,& non dixit qua die, quia noluit Christus nobis dare securitatem saltẽ de vna hora,nã nõ solũ de vna die non sumus securi, sed ẽt de vna hora. Considerandũ aũt,ꝙ dixit nescitis qua hora,& aliqui dicunt,ꝙ videtur,ꝙ Christus debuisset dicere nescimus qua hora. Nam sic dixerat supra de die autem illo nemo scit, neque filius hominis.

Dicendum,quòd non dixit hic nescimus,sed nescitis. Primo ad ostendendum tacite, quòd ille sciebat, & posset hoc colligi ex verbis Christi siquis consideret,licet supra dixerit, quòd nescit filius hominis.

Secundo, quia Christus semel dixerat se nescire,& hoc sufficiebat, vt discipuli non quęrerent ab eo de hoc.Nunc igitur non debebat ostendere se ignorare, sed illos,& ita dixit nescitis.

Tertio,& præcipue, quia ista ignorantia non poterat nocere Christo, etiam si ipse nunc ignoraret, neque tangebat eum, sed discipulos, & omnes alios homines. Nam ignorantia ista ponitur pro causa ad vigilandum,sed Christo non erat opus vigilare,cum ipse erat, qui venturus erat, ad cuius aduentum alij debebant vigilare,ideo debuit dicere nescitis.

Quarto, quia licet tunc Christus illam horam, & diem ignoraret(quod tamen falsum erat) poterat scire postea,immo sciturus esset,cum ipse venturus erat ad iudicandum, nos vero,nec scimus nunc,neque postea scituri sumus cũ Christus venerit quousq; Christus veniat,ergo debuit dicere nescitis qua hora.

Quinto, quia hic non solum agitur de die iudicij, sed etiam de die mortis nostrę, hunc autem diem, licet de se nemo sciat, Christus tñ scit, & non dixit se ignorare istum, sicut dixit se ignorare diem iudicj, iõ nõ debuit dicere nescimus,sed nescitis. Ad rationem in contrarium patet ex dictis,s.ꝙ tunc Christus conuenienter dixit se nescire diem iudicij ne importune a discipulis super hoc quęreretur, nunc vero non stabat eadem causa,ideo nõ debuit hic dicere se nescire.

Quis sit iste aduentus. *Quæst.* CCXXXIX.

QVAERETVR cum dicatur: Dominus vr̃ venturus sit.Quis sit iste aduentus. Aliqui dicũt,ꝙ est aduentus ad iudicandum, de quo in omnibus præcedentibus dictum est. Sed obijcietur,ꝙ non intelligatur de hoc, quia dies iudicij non est ventura tp̃e cuiuslibet hoĩs,ergo non debet quilibet hõ vigilare. Secundo,quia innuitur,ꝙ debeat hõ semper vigilare,& tñ dato, ꝙ in tp̃e cuiuslibet posset euenire, nõ esset vigilandum, & timendum qualibet die, quia añ iudiciũ necesse est signa pręcedere, & post illa signa non est statim iudicium, sed illa signa nondum apparuerunt,iõ non est timendũ quotidie. Tertio,quia vr̃, ꝙ potius debuisset dicere de morte,illa.n.valde timẽda est, & ad illam est vigilandũ,cũ ibi recipiat quisque terminum malorũ,vel bonorũ, & qui tũc bonus fuerit semper erit bonus, qui aũt ibi fuerit malus,semper erit malus,& in pęna. Dicendum,ꝙ hic dr̃ nobis vigilandum esse tam ad diem iudicij,q̃ ad diem mortis.In quo sciendum, ꝙ hic non dr̃,vigilate,quia nescitis,qñ erit dies iudicij, sed qñ dñs vester venturus sit. Et iste aduentus põt accipi dupliciter,s.pro aduentu ad iudicium, & pro aduentu ad mortẽ nostrã. Ad iudicium quidem venturus est,quia apparebit nobis visibilis,vt iudicet. In morte quoque nostra dr̃ aduentus eius, quia circa nos aliquẽ actũ exercet. Nam sicut ad iudicium vniuersale Christus venire dr̃,ita & ad mortem nostrã venire dr̃,quia illũ iudicat,& iste actus specialiter vr̃ esse Christi,nam ipse dixit, pr̃ nõ iudicat quemquam,sed omne iudicium dedit filio: Ioan.5.cap.Siue ergo absoluat hominem, siue condemnet ad iudicã-

A dum eum, recte venire dicitur. Et vere quidem iudicantur tunc homines potius, quam in vniuersali iudicio,nam in illo nemo absoluetur,qui non in morte absolutus fuerit, & nemo condemnabitur,qui nõ in morte condemnatus fuerit, ante mortem autem nemo condemnatur, neque absoluitur, eo ꝙ merita in vita mutabilia sunt quotidie. In morte igitur est vera condemnatio,& absolutio,& verior,quam in iudicio generali,quia ibi non erit,nisi quędam publicatio sententię latę de quolibet homine, sed pp̃ illam publicationem dicitur Christus venire ad iudicandum,ergo potius dicetur venire in morte cuiuslibet hominis,& ita mors cuiuslibet est aduentus Christi.

B Et patet iste modus loquendi Ioã.14.c.s.Si abiero, & pręparauero vobis locum, iterum veniam,& accipiam vos ad meipsum,vt vbi ego sum,vos sitis.Et manifestum est, ꝙ loquitur Christus de morte sua, per quam recedebat ab eis, & parabat eis locum in vita ęterna, & venturus erat,scilicet in morte ipsorum,vt acciperet eos ad se, scilicet vt ex tunc essent cum eo in vita ęterna.Etiam patet,quia Ioan.21.c.dr̃. Sic eum volo manere,donec veniam.i.volo eum manere sine martyrio vsque ad mortem, quando ego veniam ad accipiendum ipsum ad me

De isto autem aduentu Christi ad iudicandum in morte loquitur hic Christus præcipue, & quòd non erit homini periculum vllum in die iudicij, nisi periculum fuerit in die mortis, & ad hoc vigilandum est homini cuilibet, & omni hora.Sic dicit Augustin.in epistola ad Hesychium. Non solum autem illis dixit, vigilate, quibus tunc audientibus loquebatur, sed & illis,qui fuerunt post illos annos,& ad nosipsos,& qui erunt post nos vsque ad nouissimum eius aduentum, quia ad omnes pertinet quodam modo. Tunc enim vnicuique veniet dies ille cum venerit eius dies, vt talis hinc exeat,qualis iudicandus est illo die. Ac p̃ hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum eũ inueniat domini aduentus,imparatum enim inueniet ille dies,quem imparatum inuenerit suę vitę huius vltimus dies.

C

D De die autem iudicij dicendum, ꝙ vigilanter expectandus est, quia quibusdam immo plurimis erit ille dies mortis dies, & sicut quilibet se debet vigilanter circumspicere ante diem mortis,ita debet vigilare ad illum diem, qui forte erit sibi dies mortis.

Secundo,quia licet dies iudicij non sit venturus in tempore cuiuslibet hominis, nemo est certus, quòd in diebus eius non sit venturus,ideo cuilibet est causa vigilandi ad illum diem. Ad primum dicendum,sicut dictum est immediate,quòd verum est non esse tempore cuiuslibet euenturam diem iudicij, nemo tamẽ est,cui constet non esse venturam eius tempore,ideo propter istam ignorantiam est causa vigilandi,& quia semper habemus istam ignorantiam, semper habemus necessitatem vigilandi ad hoc.

E Ad secundum dicendum, quòd verum est ante iudiciũ ventura esse signa, & tamen,quia illa sunt ęque nota ad alia,quæ non sunt signa, vt obscurationes solis, & lunę, quas sępe videmus, poterit quis dubitare an iam venerint. Sicut Gregorius in homilia videtur dicere,quòd illa signa iudicij, quæ ponuntur Luc.21. ca.s.Erunt signa in sole, iam venerint saltem pro magna parte. Ad tertium concedendum est simpliciter, scilicet quòd non solum Christus dixerit vigilãdum, quia nescimus diem iudicij, sed potius, quia non scimus diem mortis nostrę. Nam vtrunque intelligitur, cum dicitur: Nescitis, quando filius hominis venturus est, & fuit iam expositum, & tamen pro vtroque aduentu accipitur.

An hoc, scilicet. Illud autem scitote, sit parabola, vel literalis sensus. Quæst. CCXL. F

QVAERETVR cum dicitur hic: Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias, &c. an sit parabola, vel sit sensus literalis.

Dicēdum, quòd parabola potest dupliciter accipi. Vno modo pro narratione facta sub tali cortice verborum, quę non faciunt illum sensum, quem intēdit proferens, sicut est sępe in prophetis, vt cum dicitur, quòd bos, vt leo paleas comedet, & qui ablactatus fuerit, mittet manum suam in foramen aspidis Isa. 11. capit. Alio modo accipitur parabola pro similitudine qualibet, & tunc aliquę parabolę sunt, quæ tenentur in sensu, quem faciunt in cortice, & tales magis inducuntur, vt probationes, quam vt similitudines, vel parabolę.

Duplicitèr parabola sumitur.

Quantum ad primum modum dicendum, ꝙ non est ista narratio parabolica, quia tunc non posset stare in sensu, quē facit cortex literę, sed oporteret alium accipi, & tamen hic accipitur sensus literę, & infertur ex illo, cum dicatur: Ideoque vos estote parati. Et tamen idem non infertur ex seipso, si tamen esset ibi sensus parabolicus, idem significaretur sub parabola illa, quod dicitur hic, scilicet ideoque vos estote parati, & tamen si ibi intelligeretur non repeteretur hic maxime, vt inferendo ex illo, ideo nō accipitur in sensu parabolico. Accipiendo secundo modo dicēdum, ꝙ est parabola, idest similitudo quędam de patrefamilias ad nos, & ita vocatur parabola ista narratio, Lucę 12. c. nam ibi ponuntur hęc, & dixit tunc Petrus ad Christum. Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes? ideo eo modo, quo Petrus vocauit illam darabolam possumus nos vocare.

Quomodo exponetur parabola de patrefamilias. Quæst. CCXLI.

QVAERETVR dato, ꝙ velimus eandem narrationem exponere in sensu parabolico, quomodo exponetur. Dicendum, quòd potest vno modo exponi, quòd sit ratio nostra paterfamilias, & domus sit corpus, & familia tota, quę in hac domo regenda est ipsa pluralitas potentiarum animę, quę regimine rationis gubernari debent. Fur autem, qui suffodit domum, diabolus est, qui varijs suggestionibus bonam habitudinem animę nostrę, & potentiarum, quæ intra corpus sunt, destruere vult.

Ratio autem nostra non attendit, quando dæmon suggerit, & fallit, quia sępe Satanas transfigurat se in angelum lucis 2. Corint. 11. c. Si autē ratio sciret, quādo Satanas suggesturus esset mala, non assentiret, & ideo vigilandum est quando aliqua cogitatio insurgit, ne statim assentiamus ei, sed discutiamus, an ex Deo sit: Ioan 4. cap. Nolite adhuc credere omni spiritui, sed probate an ex Deo sit. Et sic non poterit Satanas suffodere domum nostram.

De hoc Origenes aliqualiter cōcordat super Mathęum, scilicet pater familias domus est sensus hominis, domus est anima, fur est diabolus, est autem omnis sermo contrarius, qui non per naturalē introitum intrat ad animam negligentis, sed quasi qui foderit domum primum destruens quędam naturalis ędificia animę, idest naturales intellectus, & per ipsam diruitionem ingressus spoliat animam, aliquoties inuenit quis furem in ipsa persossione, & comprehendens eum percussorem sermonem immitens interficit ipsum, non autem in die fur venit, quando illuminata est a sole iustitię anima hominis, sed in nocte, idest in tempore malitię adhuc permanentis, in qua cum fuerit aliquis possibile est, & si non habuerit virtutem solis, quòd tamen illustretur ex aliquo splendore verbi, quod est lucerna adhuc quidem manens in malitia, sed tamen propositum habens bonorum, & vigilantiam ne perfodiatur hoc eius propositum, vel in tempore tentationum, vel quarumcunque calamitatum maxime fur solet venire volens perfodere animę domum.

Aliter potest accipi, quòd pater familias sit anima nostra, aut ratio, domus eius sit corpus, quia in corpore habitat, fur autem est mors, quę furtim venit, & si anima non præuiderit sibi, vt sit parata, quādo latro iste venerit, suffodit domum, idest destruit corpus, & condemnat animam ad ęternam mortem. Si vero vigilaret anima nostra, & si mors, vt fur veniat, poterit quidem tangere corpus nostrum, sed animam nihil lędit. Et iste est sensus conueniens, quia hic de aduentu Christi ad nos per mortem est sermo, & ita dicitur prima The. quinto capitulo, dies domini, sicut fur in nocte, ita veniet. De hoc Gregorius ait: Nesciēte patrefamilias fur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormit, improuisa mors veniens carnis nostrę habitaculum irrumpit, & eum quem dominum domus dormientem inuenerit, necat, quia dum ventura damnat spiritus, minime prętuidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit, furi autem resisteret si vigilaret, quia aduentum iudicis, qui animas occulte rapit, præcauens ei pęnitendo occurreret ne impęnitens periret. G H

Mors furtim venit.

Quare Christus comparauit patrifamilias nescienti aduentum furis hominem non præuidentem diem iudicij, & mortis. Quæst. CCXLII.

SED quęretur, quare patrifamilias nescienti aduentum furis comparauit hominem non prouidentem aduentum diei mortis aut iudicij.

Dicendum, quòd fuit ad redargutionem nostram, nam ex eo, quòd paterfamilias nescit, qua hora fur venturus est ad perfodiendum domum, & furandum, vigilat semper, ne fur auferat pecuniam, quam ipse possidet, & nos scientes, quòd aliquando mors ventura est non vigilamus, vt thesaurum animę nostrę non perdamus. Sic dicit Chrysostomus, hinc videtur confundere eos, qui non tantum studium faciunt animę suę, quantum student circa pecunias, qui furem expectent. I

Sciendum autem, quòd vtile fuit dari nobis ignorantiam diei mortis nostrę, scilicet vt ex ignorantia hac sit nobis occasio semper expectandi, & vigilandi ad illum diem. Sic dicit Gregorius. Horam vltimam dominus noster, idcirco voluit esse incognitam, vt semper possit esse suspecta, vt dum illam præuidere minime possumus, ad illam sine intermissione pręparemur, & quia magnum studium adhibendum erat, cum non possimus scire horam illam, admonuit dominus magnam vigilantiam, vnde non solum dixit vigilate, sicut hic Mattheus expressit, sed etiam, vt Marc. decimo tertio capitulo dicitur, ait: Vigilate, videte, & orate. K

Et ponuntur hęc tria, quę circa nos sunt necessaria. Dixit videte, idest circumspicite vobis, & facit per hoc attentos ad id, quod dixit, vt non contemnant illud vigilate, idest omne studium vestrum adhibite, ne aliquid in vobis sit, per quod non parati inueniamini ad illum diem mortis, aut iudicij. Addidit autem orate. Nā etiam si homo vigilet quantum posset interdum cogitur dormitare prementibus delicijs, & diuitijs, & occupationibus, & calamitatibus huius sęculi. Ad hoc autem ne his præueniamur, vt vigilare nō

possimus

possimus, petendum est a domino, vt ipse, qui vigilare pręcepit fructuosarum vigiliarum nobis gratiam concedat, & quòd hęc, quę a domino petimus, orationibus impetramus, orandum suasit, dicens: orate.

Et istud quoque apertius Lucas dixit 21. capitulo, vigiliam ponens, & orationem, vigiliam quidem, vt caueamus ab eis, quæ in hoc sęculo delectãt, & faciũt obliuisci diem mortis. Orare autem, scilicet vt assidue, & deuote poscamus ab eo, vt nobis concedat taliter vigilare, vt eruamur ab omnibus malis pręcedẽtibus diem mortis, aut iudicij, & inueniamur digni ad standum coram Christo, quando veniet, siue ad iudicandum in particulari iudicio, siue in vniuersali. De primo dicitur, attendite autem vobis, ne forte grauẽtur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitę, quasi dicat hęc faciunt non vigilare. Et sequitur: Et superueniat in vos repentina dies illa, scilicet dies iudicij, aut mortis. De secundo dicitur: Vigilate itaque omni tempore, orantes vt digni habeamini fugere ista omnia, quę futura sunt, & stare ante filium hominis. Nam non possumus effici digni ad fugiẽdum omnia, quæ præcedent mortem, & iudicium, nisi nos Christus dignos fecerit, quod ab eo non possumus obtinere, nisi orando.

Quid Christus intellexerit, cum dixit, quis putas est fidelis seruus. Quæst. CCXLIII.

QVAERETVR quid intellexerit Christus, cũ dixit: Quis putas est fidelis seruus, de quo accipitur dictum.

Dicendum, quòd agitur hic de seruo patris familias dispensante bona domini, & per hoc agitur de quolibet homine inquantum est aliquo modo dispensator bonorum Dei, & redditurus est rationem de illis, & si bonam rationem reddit accipit a Deo pręmium, si malam punitur. Et pertinet ad præcedentia, quia dicebatur vigilandum esse, quia nescimus diem aduentus Christi, ita & nunc agitur de bono ministratore, qui semper ministrat bene vsque ad mortem, & ideo in die mortis inuenit Christus hominem sic facientem, & ille semper vigilat. Alius est, qui non vigilat, sed putans se non redditurum rationem de actibus suis, vel saltem non cogitans de reddendo, neque putans se moriturum inordinate omnia agit, sicut seruus manducans, & bibẽs cum ebriosis, & venit mors isto non cogitante, & damnatur cum nihil boni egerit, sicut seruus, quo non cogitante venit dominus eius, & ponit eum vbi est stridor dentium.

Considerandum autem, quòd in ista parabola agitur de seruo, & non de quolibet, sed de eo, qui pręest alicui familię constitutus super eam a domino, & ideo cum applicatur ad nos, necesse est accipi de eis, qui pręsunt. Hoc autem potest accipi tripliciter. Vno modo specialiter pro plãtis ecclesię, de quibus Christus magis agit. Secundo de principibus temporalibus, quia etiam illi acceperunt a Deo potestatem ad vindicanda malefactorum crimina, & laudem bonorum ad Roma. 13. & 1. Petri 2. cap. Tertio potest accipi pro quolibet homine, qui aliquibus prępositus est, vt dicetur infra q. 249.

Ad quid posita fuit hic parabola, & in quo differt a præcedenti. Quæst. CCXLIIII.

QVAERETVR ad quid posita fuit ista parabola hic, & in quo differt a pręcedenti.

Dicendum, quòd ponitur ad exhortandum nos

A ad vigilantiam, sicut & præcedentia dicta. Et differt a præcedenti, primo quidem, quia præcedens agit de patrefamilias, qui solicitus est circa domum suam ne veniat fur, & perfodiat eam, hic vero agitur de seruo patris familias: aliter autem se habet paterfamilias ad rem suam solicite curandam, aliter seruus ad reddendam rationem domino de administratione.

Secundo, quia in præcedenti non agebatur de aliqua administratione, sed solum de cura rei proprię, hic vero agitur de prelatione, & constitutione super alios ad reddendum rationem de eis.

Tertio, quia in præcedenti agebatur de eo, qui custodit domum suam, & ponitur exhortatio ad vigi-
B landum, hic autem ponitur de eo, qui bene administrat commissa sibi, deinde de eo, qui male administrat.

Quarto, quia in præcedenti non ponebatur pręmium, aut pęna vigilantis, & non vigilantis, hic autẽ ponitur beatitudo bene administrantis, & malum, siue pęna male administrantis, ideo fuit conueniens addi istam parabolam post pręcedentem.

Quomodo Matthæus Marcus, & Lucas consonant inter se pęnes hanc parabolam, cum varie eam ponant. Quæst. CCXLV.

C QVAERETVR cum Matthæus Marcus, & Lucas varie ponant istam parabolam, quomodo consonant inter se. Nam hic ponitur primo de patrefamilias, qui vigilat, vt fur non perfodiat domum eius. Et postea ponitur de seruo constituto super familiam domini. Sed Marcus dixit, sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet, vigilate ergo, quia nescitis, quando dominus domus veniet, an sero, an in media nocte, an in galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Lucas vero dicit 12. cap. Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & multa alia, quę neque omnino consonant Marco, neque Matthęo, scilicet
D de eo, qui ad nuptias iuit.

Dici potest vno modo, ꝙ diuersę parabolę sunt, quas ponunt hi tres Euangelistę, & ideo non consonant, fuerunt autẽ positę diuersis temporibus a Christo, & ideo non concordant. Et istud satis verisimile est, primo quia talia, quę ad vigilantiam pertinent, sępe dici debebant, vt imprimerentur in animo auditorum. Secundo, quia in eis videtur tanta varietas, ꝙ sit difficile deduci ad vnitatem.

Tertio, & præcipue, quia non positę fuerunt in eodem loco. Nam Matthæus posuit ista nunc dicta cum de iudicio loqueretur: Lucas vero posuit ea 12. ca. & tamen de iudicio habetur Luc. 21. cap.

E Aliter potest dici, & melius, quòd ista fuerit vera narratio, & vna vice dicta, licet non repugnet idem dictum esse sępe a Christo, cum multo tempore prędicauerit, & diuersis hominibus, & ea, quę quibusdã semel dixerat, erant postea necessaria alijs. Et patet, quia hic ponit Matthęus illa, vbi Marcus, scilicet cum de die iudicij agit.

Sed dicendum est, quòd ista fuit vna narratio parabolica posita a Christo admonens ad vigilandum, & a nullo euangelista plene posita, sed ex dictis omnium trium colligitur plena narratio, quilibet tamen posuit partem illius, quantum iudicauit satis esse ad propositum suum. Incipit autem narratio, sicut narratur Lucę duodecimo, cum dixit Christus discipulis, sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes in mani-

bus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quãdo reuertatur a nuptijs, vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei, beati ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit ſic faciẽtes, amen dico vobis, quia pręcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, & ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. *Hoc autem ſcitote.* Vſque ad locum iſtum eſt vnus pũctus narrationis illius.

Deinde ſequitur. Hoc autem ſcitote, quia ſi ſciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam, & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et hic eſt ſecundus punctus.

Deinde ſequitur: Ait ei Petrus, domine ſi ad nos dicis parabolam hanc an ad oẽs? dixit autem dominus: Quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quẽ conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? Et tota litera Luc. 12. vſque ad illum locum, ſcilicet partem eius cum infidelibus ponet. Et iſte eſt tertius punctus.

De primo puncto dicendum, quòd nihil poſuit hic Mattheus, ſed Lucas, & Marcus poſuerunt illum. De ſecundo, & tertio nihil poſuit Marcus, ſed Matthæus, & Lucas ponunt illa, & ita nihil ponit Marcus de eo, quod ponit hic Matthæus, quia Marcus ſolum primum ponit, Matthæus vero ſolum ſecundum, & tertium, & ideo Matthæus, & Marcus hic in nullo concordant.

Dixi etiam, ꝙ nemo trium plenam narrationem facit, ſed ex omnib⁹ vna plena reſultat narratio, quod falſum eſſe videtur, cum Lucas omnia tria puncta ponat.

Dicendum, quòd verum eſt, quod patet, quia in primo puncto aliquid ponit Marcus, quod non ponit Lucas, in ſecundo, & tertio aliquid ponit Matthæus abundantius, quam Lucas, vt ex litera colligitur, & dicetur poſtea in applicationibus.

Sed quantum ad primum punctum, qui eſt Marci, & Lucę, videtur quòd non ſit eadem narratio, quia dixit Lucas. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quãdo reuertatur a nuptijs: Marcus autem dixit, quòd homo peregre profectus reliquit domum ſuam, & tradidit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori pręcepit, vt vigilet.

Dicendum, quòd idem eſt, & potuit eſſe, ꝙ Chriſtus vtrunque exprimeret, ſcilicet quòd paterfamilias ibat peregre in regionem aliquam, vel ibat ad nuptias extra regionem, quia vtroque modo dimittit domũ ſuam in poteſtate ſeruorum ſuorum.

Aliter poteſt dici, quòd alterum eorum ſolum Chriſtus dixit, ſcilicet vel de peregre profecto, vel de eunte ad nuptias, & tamen vnus euangeliſta cõcepit ſic, alter ſic, eo quòd in hoc nihil differt. Nam intẽtio ſolum eſt in vigilando, quòd ſerui vigilẽt abſente domino vſque ad aduentum eius, maxime quia verum eſt, ꝙ ille, qui iuit ad nuptias profectus eſt peregre, ſcilicet quia extra vrbem ſuam iuit ad nuptias. Et loquitur hic Chriſtus iuxta cõſuetudinem Iudæorum, quę ſemper fuit & vſque hodie durat ſaltem in Hiſpania, quòd ad loca remota Iudęi pergant ad ſolennitates nuptiarum cognatorum ſuorum, & gens iſta in hoc ſpecialiter occupatur.

Chriſtus hic loquẽs imitat̃ ritũ Iudęorũ.

Marcus quoque in hoc expreſſit, quòd dominus conſtituit ſeruos ſuper ſingula opera, ianitori autem præcepit, vt vigilaret. De cæteris operibus nihil expreſſit, ſed tetigit rem veriſimilem, quia certum erat, quòd dominus recedens omnia opera, & adminiſtrationes domus ſuę committeret ſeruis ſuis, ſed quid alijs mandauerit, aut quid alij egerint, non expreſſit,

F nisi de ianitore. Et ratio eſt, quia huic præceptum eſt, vt vigilaret, & quia intentio Marci erat dicere de diligenti vigilantia, ad quam Chriſtus hortabatur, non dixit de operibus aliorum, ſed ſatis fuit dicere de opere ianitoris: Lucas autem iſtud non expreſſit ſolum dicens, quòd nos ſumus ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur. Ratio autem quare Lucas tacuit, fuit omnino, quòd pauciora dicat, quam Marcus, quia nemo breuior eſt Marco, ſed quia Lucas diffuſius illud narraturus erat. Nam de domino conſtituente ſeruos ſuper familiam ſuam in tertio puncto Lucas narrat. Addidit Marcus. vigilate,

De Euangeliſtis nemo breuior eſt Marco.

G quia neſcitis, quando dominus veſter veniet an in ſero, an in media nocte: Lucas non dixit vigilate, ſed dixit beati ſunt ſerui illi, ſi in ſecunda, & in tertia vigilia venerit, & inuenerit, ita idest vigilantes, & in hoc poſuit Marcus quatuor vigilias, licet non nominibus vigilare, ſcilicet ſero, media nocte, mane, galli cantu: Lucas vero ſecundam, & tertia vigiliam poſuit, quia in prima, & quarta non eſt difficile vigilare, quia omnis homo vigilat, ſed in ſecunda, & tertia, & ita iſtas expreſſit.

Marc. quatuor vigilias poſuit.

Quare Marcus non poſuit ſecundum, & tertium punctum huius parabolę. Quæſt. CCXLVI.

H SED quęretur quare Marcus non poſuit ſecundum, & tertium punctum huius parabolę, vt dictum eſt pręcedenti q.

Dicendum, quòd Marcus breuitati ſtuduit, & ideo ſtudioſe omnia decurtat, ſed cum iſtud artificioſe agat in paucis verbis facit magnas narrationes, vnde in hoc vno puncto ponit virtutem trium punctorum, omnium enim trium eſt admonere ad vigilandum, ſed in primo ſecundum Lucam ponitur, de ſeruis vigilantibns abſente domino, non diſtinctis tamen operibus, ſed omnibus incumbente vigilia. In ſecundo ponitur de patrefamilias vigilante, ne perfodiatur domus ſua. In tertio ponitur de ſeruo conſtituto a domino ſuper familiam ad regendum eam: Marcus autem non diſtinguẽdo hęc ponit virtutem illo-

I rum. Nam cum dicit ſeruis data eſſe opera, & præceptum eſſe ianitori, vt vigilaret, poſuit virtutem primi puncti, in quo admonentur ſerui vigilare. De ſecundo puncto poſuit etiam virtutem. Nam ponitur ibi exemplum de patrefamilias, qui non ſinit perfodi domum ſuam. Et concluditur ſecundum Lucam, & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Et idem concluditur ſecundum Matthæum hic, ſcilicet vigilate ergo, quia neſcitis, quando dominus domus veniet. De tertio puncto ponit virtutem, quia in illo dicitur de ſeruo conſtituto ſuper familiam, & bene, aut male mini-

K ſtrante, & loco huius dicit Marcus, quòd paterfamilias peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſcunque operis, ideſt cuique ſuper vnam adminiſtrationem iuxta cõditionem domus, & familię, quòd autem ſerui illi adminiſtrationis bonę pręmium, aut malę pęnam recipiant, tacuit ibi Marcus breuitati ſtudens.

Quomodo Matthæ. tacuit hic primum punctum de dictis ſupra q. 245. Quæſt. CCXLVII.

QVAERETVR quomodo Matth. tacuit hic primum punctum de dictis ſupra q. 245. cum ipſe ſoleat omnia plene narrare.

Dicendum, quòd Matthæus nihil in virtute tacuit de

de illis tribus punctis. Nam secundum & tertium expresse posuit, in primo autem nihil ponitur, nisi vigilia seruorum, & innuitur, quod dominus iusserit seruis vigilare, vt quacunq; hora veniret aperirent ei, & quantum ad hoc exprimitur in virtute in secundo, & tertio puncto hic vbi vigilare hortatur. Quod vero beatos seruos esse illos addidit Lucas vigilantes expressit hic Matt. in tertio puncto, cum dixit beatum esse seruum, qui præfuerit bene familię, & illum constituendum super omnia bona domini.

Aliter potest dici, & melius hunc punctum tacuisse hic Matthæus, quia sequen. cap. intendebat ponere illum, cum posuit de patrefamilias peregre profecto, qui seruis suis omnia bona sua tradidit varie distribuẽdo, scilicet vni, talentum vnum, alii duo, alii quinque, & veniens retribuit illis, qui bene operati sunt, & hoc Marcus expressit, dicens patremfamilias peregre profectum constituisse seruos suos super omnia opera domus suæ, singulos sup singula, & quia ibi late Matthæus dicturus erat de seruis illis, quod etiam pertinet ad narrationem istam de exhortatione ad vigilantiã, non egit hic de illo primo puncto.

Quare Christus dixit: quis putas est fidelis seruus, &c. Quæst. CCXLVIII.

QVAERETVR quare dixit hic Christus: Quis putas est fidelis seruus, quem constituit dominus super familiam suam.

Dicendum, quòd ista est causa, quare ponatur ista parabola vltra præcedentem, vtraque enim ostendit vigilandum esse pro salute animę nostrę, ne dies mortis inueniat nos inopinatos, & nihil curantes. Et tamen homo se habet ad animam suam dupliciter, scilicet vno modo, vt ad rem suam preciosissimã. Alio modo, vt ad rem ab alio ei commendatam, & de qua rationem redditurus est. Quantum ad primum, quia est res preciosissima, & nostra, debemus eam diligentissime custodire ne pereat, quia perderemus maximum bonum nostrum. Quia vero est aliquid nobis commissum a Deo debemus taliter ministrare regẽdo, vt cum ipse petiuerit rationem inueniamur paratí ad reddendum illam, quod in morte fit. Propter primum ponitur prima parabola, in qua dicitur de patrefamilias, qui vigilat, ne fur perfodiat domum eius, hoc autem non, quasi alicui redditurus sit rationem de rebus suis si furto eas perdiderit, sed quia illas amat & perdere nollet, ideo cum animam, vt preciosissimam rem nostram diligamus, solicitam operam impendere debemus, vt illa non pereat, licet rationem de illa non essemus reddituri.

Homo ad aiam suam dupliciter se habet.

Quantum ad secundum ponitur hæc secunda parabola, in qua nobis tanquam prælatis, & quibus aliquid commissum est iniungitur vigilare, vt reddam⁹ diligentem rationem de commissis, & tunc pro bona ratione reddita præmium accipiamus.

Et facit hoc Christus tenẽs modum oratorium ad efficacius suadendum. Nam idem in vtraque parabola intenditur, scilicet admonitio ad vigilandum, & ad eosdem dirigitur, scilicet ad nosipsos, sed vt idem possit sępe dici, vt sic magis moueat, dicit illud per alium colorem dicendi, sicut qui exaggeratione vtuntur apud oratores. Et sic fuit conueniens modus, vt primo hoc per modum patrisfamilias poneret, deinde p modum serui constituti sup bona domini, quia ad vtrunque pertinet vigilare, licet diuersa ratione.

Secunda huius causa est, quia Christus voluit hortari ad vigilantiam omnes homines in ecclesia sua. Dupliciter autem se habent homines, quidam enim de se solis rationẽ redditúri sunt, quia de se solis curam habent, & hos admonet vigilare sub exemplo patrisfamilias, ne rem suam perdant. Alii habent curam commissarum plebium, vel subditorum aliquorum a quibus non solum Christus rationem petiturus est de seipsis, sed etiam de subiectis, in qua ratione si deficiunt ita peribũt, sicut si de seipsis rationem ineptam, & infidelem redderent, & ad hoc posuit parabolam hanc de seruo patrisfamilias constituto supra bona, aut familiam domini.

Tertia causa est, quia Christus vult ostendere quosdam male vigilare, & ideo inconuenientem rationẽ reddere, hoc vero non potuit ostendi sub nomine patrisfamilias, quia paterfamilias vnicus est vnius domus, serui autem eiusdem domini multi sunt, ideo vltra parabolam de patrefamilias fuit conueniens poni istam de seruis eiusdem constitutis super bona eius.

Quarta fuit, & præcipue ad ostendendum prẽmiũ vigilantium, & bonã reddentium rationem, siue de seipsis, siue de commissis eis, & è contrario facientium pœnam, quia Deus pœnam, & prẽmium dat sic aut sic facientibus, sed non poterat hoc introduci in parabola patrisfamilias, quia pœnam, aut prẽmium alteri tribuit, qui ei præest, sed paterfamilias, vt huiusmodi nulli subest, & nulli rationẽ redditurus est, ideo non põt ei sub hoc nomine dari ab aliquo pęna, aut prẽmium, seruus autem subditus est domino, quoniã dominus ad nutum punire potest, aut ei benefacere, ideo debuit introduci parabola de seruis a domino cõstitutis super familiam, vt bonam reddentibus rationem dñs bonum tribuat, & exaltationem, male autẽ administrantes merita pęna plectat.

Aliter autem Lucas videtur introducere, nam posuerat Lucæ duodecimo capitulo, de patrefamilias vigilante, ne fur suffodiat domum eius. Et sequitur ibi: Ait illi Petrus, domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Et ait dominus, quis putas est fidelis dispensator, & prudens, &c. & ita posuit hanc parabolam, quasi responsionem ad quæstionem Petri. Et est sensus, quòd parabola patrisfamilias, de qua quærebatur intelligebatur non de solis Apostolis, sed de omnibus hominibus, quia dicitur: Quis putas est fidelis dispensator, &c. Quasi dicat, quicunque talis fuerit exaltabitur a domino, qui autem malus punietur. Et ideo non vos soli, sed omnes, qui serui sunt Dei, & aliquid acceperunt ministrandum, siue bene, siue male ministrent, rationem reddent, & inde retributionem accipient, & tamen illa continuatio Lucæ non repugnat causis supra positis. Nam si solum respondere vellet Christus ad quæstionem Petri diceret, pertinet ad omnes; & non subiungeret aliam parabolam, sed addidit illam, ideo propter causas præcedentes posita est.

Quomodo conuenit nobis hæc parabola de seruo, & an omnibus, vel aliquibus. Quæst. CCXLIX.

QVAERETVR cum sit parabola de seruo, qui constituitur ad administrandum bona domini, quomodo conuenit nobis, & an omnibus, vel aliquibus specialiter.

Dicendum, quòd vt dictum est supra potest accipi tripliciter. Vno modo, vt intelligatur de quolibet homine, vt consonet ei, quod dictum est præcedenti quæstione, scilicet, quòd ad omnes extenditur parabola ista, & tunc dicetur, quilibet homo est seruus quidam patrisfamilias, & constitutus est supra familiã domini dupliciter: vno modo super quoscunq; alios. Alio modo supra familiam, quæ intra se est. In q. 24.

De primo patet, quia quicunque gerit curam de alio quodam modo est constitutus super eũ, sed vnusquisque horum habet curam de alio, quia vnicuique mandauit Deus de proximo suo Ecclesiasti. decimotertio capitulo, & tenetur quilibet corrigere alterum correctione fraterna. Nam quilibet hac correctione est corrigendus etiam Papa, vt ostensum est supra decimo octauo capitulo, quæstione octuagesimaseptima, & cuilibet competit ista correctio contra quemlibet, eodem capitulo, quæstione octuagesimanona, & tamen correctio est quodam modo maioris, ideo cum quilibet habeat onus corrigendi alterum fraternaliter, quilibet est constitutus super alterum, & hoc modo cuilibet homini competit, ꝙ sit iste seruus, qui constitutus est super familiam Dei.

Secundo modo quantum ad idem quilibet constituitur supra familiam, quæ intra se est, quia quilibet homo est quædam vniuersitas, & non solum vna domus, immo etiam vnus mundus dicitur homo. Vnde microcosmum eum vocant.i.minorem mundũ. Est autem multitudo potentiarum, & virium, & affectionum in homine, omnia hæc regenda sunt per hominem, qui omnibus his præest, & cum secundum rationem omnia hæc gubernauerit, bene regit familiam cui præest.

Secundo quãtum ad principale potest intelligi de principibus secularibus, nam his commissa est familia, vere enim hi a patrefamilias, idest Deo constituti sunt super familiam suam, idest super populos, quibus præsunt, quia potestas ista temporalis a Deo est. Sic enim dr̄ ad Roma. decimotertio capitulo, omnis potestas a Deo est: reges enim per Deum regnant Prouerbiorum octauo capitulo, & non solum boni reges, sed etiam mali. Iob trigesimoquarto capitulo, scilicet. Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. Est enim regnum, & omnis principatus terræ in manu Dei. Daniel. quarto capitulo, donec scias, quòd altissimus dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud, & ita omnes principes seculares a Deo constituuntur super populos, sicut seruus super familiam domini.

Tertio potest accipi de prælatis ecclesiæ, quia cum cęterę potestates a Deo sint, a fortiori erit ecclesiastica, quæ est spiritualis, & per quam magis homines diriguntur in Deum, quam per secularem. constituit ergo Christus, qui est paterfamilias prelatos super familiam suam, idest super populum Christianum, & licet in quolibet istorum modorum possit accipi, tamen hoc tertio modo maxime accipitur. Sic dicit Hilarius super Mat. scilicet quamuis dominus supra in communi ad indefessam vigilantię curam fuerit adhortatus, specialem tamen populi principibus, idest episcopis in expectatione aduentuque suo solicitudinem mandat. Hunc enim seruum fidelem atque prudentem præpositum familię signat commoda atque vtilitates commissi sibi populi curantem.

Quare Christus dixit: Quisputas.
Quæst. CCL.

QVAERETVR quare dixit Christus: Quisputas est fidelis seruus &c.

Dicendum, quòd quisputas vna dictio est, & non duę partes, quia aliàs locutio esset ad vnum, quem Christus specialiter interrogaret, quod litera non permittit. Nam ad discipulos plures loquitur, idest ad quatuor, quibus incępit istum sermonem Christus a principio huius.c. & durat vsque ad.26.vt patet Mar. 13.c. licet poterat dici, quòd ad vnum loquebatur, quia cum Christus dixisset supra parabolam de patre-

F familias vigilante, dixit Petrus, domine ad nos dicis parabolam istam, an ad omnes? Lucæ.12.ca. Et tunc Christus dixit: Quisputas est fidelis seruus &c. & tamen dicendum, quòd est vna dicto, scilicet quisputas, idest quis, sicut quispiam, vel quisnam, sed quisputas semper ponitur interrogatiue.

Sed tunc dicetur, quare Christus hoc interrogauit, & quid interrogauit? Dicendum, quòd interrogat quis est ille seruus, qui erit fidelis, & prudens ad hoc, quòd dominus suus constituat eum super familiam suam. Est autem dicendum, quòd Christus non interrogat, quasi nesciat, sed modus est loquendi. Nam etiam Deus aliquando inuenitur interrogare, sicut cum dixit: Adam vbi es? Gene.3.c. Sic dicit Chryso-

G stomus in homilia, scilicet quòd autem dicit, quisputas non est ignorantis, inuenitur enim, & pater interrogando loquens: Adam vbi es?

Sed dicendum, quòd ponitur ad signandum difficultatem, quia difficile est inuenire dispensatorem fidelem, & prudentem, quem constituere possit quis super familiam suam, & tamen licet sit difficile, non est impossibile. Sic dicit Remigius, scilicet. Neque signat hæc interrogatio impossibilitatem perficiendę virtutis, sed difficultatem.

Est autem difficultas ista inueniẽdi propter raritatem, & raritas ista prouenit ex conditionibus duabus, quas ponit. s. fidelis, & prudens. Sic dicit Chry: Rarus est fidelis seruus domino pp dominum seruiens oues

H Christi nõ ad lucrum, sed pro amore Christi pascens. Et istam raritatem signauit Apostolus.1.Corin.4.c.s. hic quęrit̄ inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniat̄. Ostenditur quoque ista difficultas, & quasi admiratio ex eis, quæ sequunt̄. s. beatus ille seruus, quẽ cũ venerit dominus, inuenerit sic faciẽ. ē.i. si aliquis talis fuerit beatus erit, quia dignus est beatitudine.

Quare Christus dixit fidelis, & prudens.
Quæst. CCLI.

QVAERETVR quare dixit fidelis, & prudens. Dicendũ, ꝙ ista duo requiruntur ad seruũ, de quo hic dicitur, nam iste non est seruus simpliciter,

I sed seruus constitutus super familiam, & est, qui vocat̄ dispensator. Sic patet Lucæ.12.c. vbi non dr̄ fidelis seruus, sed fidelis dispẽsator. Ad seruũ aũt simpliciter, vt sit bonus seruus nõ requirit̄, nisi virtus boni viri, & alii boni serui, vt vult Aristoteles primo Politicorum. Et de ista virtute non dicitur hic, quia iste non est seruus simpliciter: ad seruum autem, qui est dispensator inquantum est seruus requiritur obedientia, sed inquantum est dispensator non requiritur obedientia, quia potius habet administrationem super alios, licet inquantum seruus manet obedientia requiritur. Sed duo ad dispensatorem bonum requiruntur, scilicet fidelitas, & prudentia. Fidelitas est, vt res domini non defraudet, vt illius commoda procuret, sicut enim in-

K fidelis dispensator est, qui bona domini clam tollit, & decipit, ita qui cum posset res domini meliores efficere non efficit, aut cum posset illas saluare, perire sinit, iam enim fidei illius creditæ sunt non solum, vt seruet, sed vt meliores efficiat, sicut dominus efficere curaret, si per ipsum rem propriam administraret.

Etiam prudentia requiritur, quæ est ratio agendorum sexto Ethicorum capitu. de prudentia. Hæc quoque necessaria est, quia aliqui sunt fideles, qui domino nihil tollũt, sed quia insipientes sunt rem dominorum tractare commode nesciunt, & ideo perijt substantia eorũ nõ infideliter, sed imprudẽter administrata. Ad hoc aũt, ꝙ pereat nihil differt, ꝙ infidelitate an imprudentia pereat, cũ dominus ęqualiter iacturã patiatur,

tiatur, licet non est peccatum administrantis vtrobique æquale, ideo vtrũque Christus posuit, & ob hoc est difficultas talem inuenire dispensatorem. Facilius autem esset si altera tantum conditio quæreretur, sed licet difficile sit vtrunque haberi difficilius est fidelẽ, quam prudentem inueniri. Vnde Apostolus non dixit raram esse prudentiam in dispensatoribus, sed fidelitatẽ, cum ait: Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.

Sciendum etiam, ꝙ dispensatorem fidelem vocamus non a fide, sed a fidelitate, fides.n.est theologica virtus, de qua .1. Co. 13. maneant autem in vobis spes, fides, charitas, tria hęc: Est & aliquando fides donum, quo miracula fiunt, & fieri impetrantur, iuxta illud: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, supra 17. & 21. & Luc. 17. ca. & vtroque modo fides est a Deo, & ad Deum. Fidelitas autem est hominis ad hominem, & Dei ad hominem. De homine ad hominem, vt q alteri seruiat, quæ promisit vocatur fidelis, & in omnibus inuenitur fidelitas, & infidelitas, tam in maioribus respectu minorum, quam è contrario. De Deo ad hominem patet Iaco. 1. c. fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari vltra id quod potestis. q.d. Deus promisit, ꝙ adiuuaret vos, & non permitteret vos in manu aduersariorum, quos superare non poteritis, & tamen si permitteret incidere tales tentationes, quas vos nõ possetis superare, permitteret vos in manu fortioris potestatis, & iam non diceret verum, sed Deus fidelis est. i. promissa seruans, ergo non permittet vos tentari vltra id, quod potestis. Sic etiam dicitur 1. Timothe. 2. capit. s. Fidelis est Deus, & seipsum negare non potest, idest Deus fidelis est complens omnia, quæ promisit, quia non potest seipsum negare. Et tñ negaret seipsum si verba sua negaret. Et Psalm. 144. dicitur: fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, idest omnia verba sua, quibus aliquid promittit vera sunt. Hic autem accipitur fidelis a fidelitate, quam dispensator tenetur seruare domino, licet etiam fidelis interdum a fide dicatur. Sicut omnes nos fideles vocamur, qui in Christũ credimus. Et sic accipitur Ioann. vigesimo capitulo, noli esse incredulus, sed fidelis. i. credens veritatem resurrectionis.

Quomodo dicitur seruus iste constitutus super familiam. Quæst. CCLII.

QVAERETVR quomodo dicitur seruus iste cõstitutus super familiam. Dicendum, ꝙ potest intelligi dupliciter: vno modo, quia præsente domino esset constitutus iste seruus super familiam. Alio modo, ꝙ absente domino. De primo satis patet, quia dominus magnæ domus non potest ꝑ seipsam omnia ministrare, & rerum suarum curam agere, & interdum si possit, non expedit facere, ꝓpter dignitatem domini, & ideo ista aliis commendat, ꝑꝑ quod dispensatorem domus suæ, quilibet dominus constituit, & in isto requiritur fidelitas, & prudentia, sicut dictum est.

De secundo, quia si dominus absens sit oportet, ꝙ rerum, & familiæ suæ dispositionem alicui comẽdet, & ille est seruus constitutus a domino super familiã, & licet vterque modus conuenire posset, secundus tamen verus. Et patet, quia dicitur in litera: Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit sic facientem, ergo absens erat, dum seruus pręerat familię.

Secundo, quia dicitur, si autem dixerit seruus ille malus in corde suo, moram facit dominus meus venire, ergo absens erat. Etiam dicitur, veniet dominus illius serui hora qua ignorat, & die qua nescit, & eadẽ ponuntur Luc. 12. c.

Tertio, quia alias non conueniret ad intentionem Christi, ipse enim incitat in omnibus his ad vigilantiam, & tamen si domino præsente constitueretur, & ministraret seruus, non esset vigilantia aliqua in expectatione domini, quia illum haberet præsentem. ideo oportet, quòd dominus absens sit, quando seruus ministrat.

Quarto, quia fecit magnam difficultatem circa fidelem, & prudentem seruum, & tamen licet præsente domino in seruo ministrante ista requirantur parum est, quia si infidelis est, potest dominus videre, & amouebit eum ab administratione, vel seruus non audebit infideliter agere sciens, quòd quotidie dominus poterit videre. De prudentia idem est, quia si imprudens fuerit, dominus præsens dabit modum agendi, & instruet imprudentẽ, si absens dominus est multum nocet infidelitas dispensatoris, quia resisti ei non potest. Etiam ille non timet deprehendi, quia dominus absens est, imprudentia quoque eius non potest adiuuari ex domini præsentia, ideo in absentia domini maxime requiritur dispensator fidelis, & prudens.

Quinto, quia ita conuenit ad intentionem parabolæ, scilicet pro prælatis ecclesiæ, quòd sit absens dominus, nam quandiu Christus, quasi absens est, committit illis ecclesiam regendam, & postea rationem petet de administratione.

Sed de isto patrefamilias absente, dicendum quòd se absentauit iturus ad nuptias velut peregrinetur in aliqua regione.

Primum enim ponit Lucas in ista narratione dicens: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis.

Secundum autem ponit Mar. 13. cap. dicens, quòd homo iste peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit, vt vigilaret.

Quid in hoc significatur. s. vt det illis cibum in tempore. Quæst. CCLIII.

QVAERETVR cum dicatur: vt det illis cibum in tempore, quid significatur in hoc.

Dicendum, quòd significatur administratio quantum ad quotidianos cibos. Et dicitur, vt illis, idest toti familiæ det cibum, & nomine cibi intelligitur cibus, & potus, quia etiam potus cum nutriat est quidam cibus, & Lucæ duodecimo capitulo, dicitur apertius, vt det illis in tempore tritici mensuram. i. familię det triticum, quia triticum est de quo panis conficitur, qui est præcipuus cibus.

Sed aliqui dicunt, quòd licet de cibo dicatur, quòd non solum erat prępositus ad cibum, sed etiã ad omnia, quæ ministrantur familiæ, scilicet vestes, & calceos, nam secundum iura humana nomine alimentorum etiam vestimenta continentur. Potissime, quia dominus iste dimisit domum suam in manu serui, eo quòd ipse abiit, ideo etiam istam administrationem circa ministranda indumenta, & cætera necessaria familię daret seruo huic.

Dicendum, quòd non dedit illi potestatem, nisi circa quotidianos cibos, nam si constituisset eum super omnia bona domus suæ, non haberet locum litera sequens. Nam dicitur, beatus ille seruus, quem cum venerit dominus inuenerit sic facientem: Amen dico vobis, quòd super omnia bona constituet eum, ergo non erat constitutus super omnem domum, sed solum super id, quod expressum erat. Et idem dicitur Luc. 12. cap.

Secundo patet, quia litera hic exprimit ita. Nam si diceret, quem constituit dominus super familiam suam, & nihil vltra adderetur, posset intelligi, ꝙ super totam domum, & omnem administrationem constitutus erat, sed dr̄ constituit super familiā suam, vt det illis cibū. Et Lucæ.12.c. idem expressum est.s.vt det illi in tempore tritici mensuram.

Ad rationem primam in contrarium dicendū vno modo, ꝙ nomine alimentorū intelligūtur vestes, vt quando dicimus alimenta legata, & tamen hic non ponitur alimentum, sed cibus, qui minus signat, nam & potus manet exclusus ex rigore significationis, potissime cum Lucæ.12.c. magis istud declaretur, quia dicitur, vt det tritici mensuram, & triticū signat partē cibi. Secundo potest dici ad idem, quòd etiam si poneretur nomine alimenti non posset intelligi cętera necessaria, eo quòd expressum est, non posse intelligi, quia cętera bona domini manent exclusa, super quæ postea constituitur seruus bonus.

Ad confirmationem dicendum, ꝙ licet dominus peregre profectus est, non dimisit dispensatori, quem constituit super familiam curam omnium rerum domesticarum, sed solum ciborum quotidianorum. Et ratio est, quia quædam sunt familię necessaria quotidie, quædam vero ad aliquantum tempus: quotidie necessarius est cibus, ideo dixit Christus in oratione: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, idest panem, qui necessarius est quotidie supra 6.& Lu.11.c. Alia non sunt quotidie necessaria, vt vestimenta, & calcei, dominus autem peregre profectus constituit seruum super prima, & non super secunda, eo, quòd absentia domini erat ad paruum tempus, in quo non erat necessaria ministratio aliqua circa illa. Et patet, ꝙ fuerit pauci temporis mora, quia dominus solū iuerat ad nuptias Lu.12.c.s.& vos similes expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs.

Quare expressum fuit: In tempore.
Quæst. CCLIIII.

QVAERETVR quare dicitur, vt det illis cibū in tempore, & quare expressum fuit in tempore.

Dicendum, ꝙ voluit Christus, ꝙ dominus constituens seruum super familiam voluit non solum, ꝙ ille ministraret familię necessaria, sed etiam, ꝙ debite, & ordinate. Et ad hoc dixit in tempore.

Circa, quod sciendum, ꝙ seruus ille, qui bene administraturus erat, debebat familię prouidere ad medium.s.non delicate, neque famelice, vtrūque enim domino inconueniens est. Primum est domino inconueniens, nam si delicate pascenda sit familia nullius domini facultas sufficiet, & si facultas deficeret iā desineret esse familia domino subdita. Nimis enim pręposterū est, vt familia deliciose viuat, sed vt grossis cibis ad sufficientiam pascatur.

Secundum etiam est inconueniens, quia siquis famelicam teneat familiam clamabit Psal.58. si non fuerint saturati, murmurabunt: & domino non conuenit, quia infamatur dominus, & etiā, quia nemo eum sustinebit. Ad medium ergo veniendum est, scilicet vt familia ad sufficientiam pascatur, sed grossis cibis, qui sustentant, & non mollificant.

Ad hoc autem duo requiruntur, s.qualitas cibi, & numerus cibationis, qualitas, vt dictum est, s. ꝙ non sit cibus delicatus, neque preciosus, cū quo & quantitas iungitur, i. vt etiam de grosso illo nō quantumcūque detur, s. ad placitū, sed ad determinatā quātitatē, quæ sufficiens sit, numerus aūt cibationis est, vt nō in quacūque hora comedāt, & ita sępius comedāt, sed solū quātū homines cōsueuerūt, & quoties.i.bis. De secū- F do dr̄ hic: Vt det illis cibū in tēpore.i.in debito tēpore ad cibū, & quacūque hora, neque quotiens quis voluerit. De primo dr̄ Lucæ.12.c. vt det illis in tēpore tritici mensurā, & omnia hæc simul expressit Lucas qualitatē.s.cibi, quia solū panē posuit cū dixit tritici. Et per hoc exclusit delicata, & pinguia, & vinū non dixit, quasi nō sit necessariū, panis aūt necessarius est, Eccle.29.c. Initiū vitę hominis panis, & aqua, & vestimentū. Vinū aūt saltem secūdum antiquos non pertinebat ad familiā, sed ad delicias Prouerb.21.c. Qui amat vinū, & pinguia non ditabitur. Quantitatem expressit in quantum dixit mensuram, nam licet grossa sunt, quæ familię dantur in mensa, certa danda sunt, numerum cibationis posuit in quantum dixit in tempore, nam tempus comedendi quotidie est bis. Con-

G ueniens aūt fuit hoc dicere, quia ex precedētibus sequitur. Nam dictū erat: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem cōstituit Dominus super familiam suam; non frustra tn̄ dispensator fidelius, & prudens quæritur, qui cum tāto labore inuenitur, & iō ad hoc quæritur, vt per fidelitatē substantiā domini sui non dilapidet familiā delicate, aut superuacue pascendo. Etiam prudentia tenenda est, ne dispensator ita vellet parcere rebus domini, quòd familiā famelicam reddat. Fidelitas igitur, & prudentia simul tēperauit hæc reducendo ad medium.s. vt detur quantum oportet, & quale oportet, & quando oportet. Et hoc est dare ei cibum in tempore, vel vt dicitur Lucę.12.c. dare

H mensuram tritici in tempore.

Quare dicitur: Beatus ille seruus, & quomodo ille est beatus.
Quæst. CCLV.

QVAERETVR quare dicitur, beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem, & quomodo ille est beatus.

Dicendum, ꝙ ista litera pōt accipi dupliciter.s.quātum ad corticem parabolę, & quantum ad intentionem Christi, ad quam inducit parabolam. De secūdo patet, quia de prelatis ecclesiæ accipitur, qui curam habent populorum commissorū eis, & si isti fideliter

I administrauerint, & dominus eorum .s. Christus veniens ad mortem inuenerit eos sic facientes.i. perseuerantes in hac fideli administratione vsque ad mortem, certum est, quòd illi beati erunt, quia vitam ęternam acquirent, & in magno gradu excellentię.

Accipiendo primo modo, scilicet quantum ad seruos, qui dispensant res dominorum, verum est, quia beati sunt accipiendo beatitudinem, vt homines beatitudinem vulgariter vocant. Beatos enim populos vocat eos, qui assequuntur quod valde cupiunt, & ob hoc quia mulieres valde cupiunt habere filios, quia hoc est earum naturale desiderium .s. vrbem liberis replere, vt patet. ff. soluto matrimo.l.1. vocātur beatæ mulieres illę, quæ multos filios pariunt. Sic dixit Lia Gene.30. Beatam quippe me dicēt mulieres, quia peperi sex filios. Eos quoque, q abundātiā tēporaliū bo-

K norū habēt, beatos vocat vulgus, vt Psal.143 beatū dixerūt populū, cui hæc sunt.i.q hēt talia bona. Et sunt illa bona tēporalia, quæ ibi narrata fuerāt, sed seruis taliter agētibus multa bona dabūtur, ideo apud vulgus beati sunt serui illi.

Aliter etiam potest induci, quia Aristotel. primo. Ethicorum dicit singulis hominibus videri beatitudinem esse in eo, quo ipsi maxime indigent, & quod maxime optant, & ideo ęgri beatitudinem putant sanitatem, qui pauca sapiunt admirātur eos, qui supra se magna dicunt, & eos beatos dicunt. Seruus autem nullo magis indiget, quam libertate, ideo liberum

ethici

effici est illi beatū esse,& tamen seruus,qui sic faciens inuentus fuerit a domino manumittetur, vt liber sit, ideo beatus erit seruus ille.

Amplius quia vt Aristote. dicit primo Ethicorum capitulo,mendicus putat beatitudinem esse diuitias, sed nullus est magis mendicus,quam seruus, qui nihil habet,neque acquirere potest,sed quidquid acquirit domino acquirit,quoniam neque ipse sui iuris est, sed est homo alterius existens. 1. Politicor.2. c.ideo diuitias habere,aut potestatem aliquam est seruo beatitudinem, sed seruus sic faciens a domino suo exaltabitur,quia dicitur in litera: Amen dico vobis,quia super omnia bona constituet eum: ergo seruus ille beatus est.

An iste malus seruus sit idem, qui supra ponebatur. Quæst. CCLVI.

QVAERETVR quantum ad hoc quod dicitur de malo seruo,scilicet,Si autem dixerit malus seruus ille,& est dubium,an sit idem seruus,qui supra ponebatur. Aliquis dicet, ꝙ erat idem seruus,eo ꝙ dicitur ille,& oportet,ꝙ domestici, aut referat, & quomodocunque accipiatur refertur ad præcedentia,& tamen supra non est dictū, nisi de bono seruo.

Dicendum,quòd non dicitur de illo, quia ille bonus erat: iste autem, de quo hic dicitur, est malus seruus.

Sed obiicietur,quia idem erit. Nam qui prius erat bonus,poterat postea esse malus. Facile est enim de bono in malum mutari potius,quam è cōtrario, quia vt ait Virg. 6. Aeneid. facilis est descensus auerni, sed reuocare gradum difficile est.

Dicendum, quòd non stat, quia ille quandiu fuit dominus absens, semper fuit bonus, & ita dominus inuenit eum facientem,& ob hoc constituet eum super omnia bona sua, & ideo non fuit versus de bono in malum.

Sed adhuc obiicietur, quòd cum prius fuisset bonus,& ob hoc dominus constituisset eum super omnia bona sua, felicitate illa inflatus effectus est malus, & fecit quod hic dicitur.

Dicendū,ꝙ non stat,quia iste seruus malus, de quo hic dicitur,erat malus,dum dominus absens erat,immo absentia domini fuit ei occasio mali, vt in litera dicitur,& tamen seruus, de quo supra dictum est fuit bonus, quandiu dominus absens fuit, & quando dn̄s venit,inuenit eum sic facientem,

Secundo,quia iste seruus malus non considerat qn̄ veniet dominus,& ille subito venit, & ponit seruum in loco,vbi est frigus,& stridor dentium, vt dicitur in litera,seruus tamen bonus supra positus cum semper bene administrauerit quousque venit dominus, efficitur ab eo beatus,quia constituitur super omnia bona,quæ habet dominus.

Ideo dicendum, quòd non potest esse idem seruus,nisi quis diceret, quòd ille seruus præcedens fuit bonus,quousque venit dominus,& constitutus est super omnia bona eius,& postea iterum absente domino effectus est malus,& rediens dominus posuit eum in loco stridoris dentium. Sed hoc non stat, primo quia hoc non vult litera, quia non ponit dominum absentem, nisi semel, & cum rediit, dedit pœnam, aut præmium seruo, & non est aliquid addendum sine necessitate.

Secundo,& præcipue, quia hoc non conuenit intentioni Christi secundum applicationem parabolę, nam ad seruos suos semel tantum venit ipse dans præmium,aut pęnam, & si semel Christo bonam rationem reddiderint,non possunt de cætero malam reddere,immo nullam redditurì sunt. Hæc enim ratio in morte redditur, ideo ad seruos istos semel venit dn̄s, & sic non est idem seruus,qui supra dicebatur bonus, & iste,qui malus dicitur.

Ad argumentum in contrarium dicendum, ꝙ ad superiora refertur cum dicitur ille, & tamen supra tā de bono,quam de malo seruo innuitur, cum dicitur: Quis putas est fidelis seruus,& prudens,quasi dicat aliquis est, qui non est talis, & iste est hic malus seruus, de quo hic dicitur.

Sed dicetur quomodo potest hic poni de malo seruo,quia ista narratio debet esse iuxta consequentiam principii, & tamen in principio solum est dictum de fideli seruo,& prudente.

Dicendum, quòd expresse de bono seruo dictum est, & tamen ex modo locutionis de malis etiam seruis intelligitur,nam dicitur: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quasi dicat rarum est inuenire bonum seruum, & difficile est, ideo vbi est talis raritas, & difficultas,plures sunt mali serui,quam boni, & in illis cum posuerit Christus vnum seruum bonum, potuit faciliter inuenire alium malum, quem poneret.

Quomodo ista,quæ cogitat seruus mouent ad hoc ꝙ ipse male administret. Quæst. CCLVII.

QVAERETVR cum dicatur in litera: Si autē dixerit malus seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire. Et quomodo ista mouent ad hoc, quòd ille male administret.

Dicendum, quòd seruus iste volens deliciose, & ad nutum viuere omissa fideli administratione, cogitauit quomodo hoc facere posset, & ad hoc dicit, ꝙ in corde suo ista dicit seruus, idest intra se cogitat, & innuitur ex hoc,quòd iste non cępit male administrare statim,vt dominus commisit ei familiam, & recessit,sed aliquanto tempore postquam recessit, cū iam dominus moram faceret.

Et dicendum,ꝙ ista mora fecit cogitare hæc. Primo,quia propter moram poterat cogitare, ꝙ forte dominus nunquam rediret, sed moreretur in regione, ad quam peregrinatus fuerat. Et ita nemo peteret rationem ab eo de mala administratione, neque puniretur pro illa,& ideo iam familiam magis,vt dominus,quam vt conseruus tractabat percutiēdo pueros, & ancillas. Audaciam enim magnam præstat seruis non solum ad male ministrandum, sed etiam ad habendam spem successionis absentia longa dominorum. Sic patet supra 21.c.in parabola de hoīe, qui plātauit vineā, & locauit eam agricolis, & profectus est in aliam regionem; nam cū mitteret seruos tempore fructuum ad colonos occiderunt seruos,& postea cū ille mitteret filium suum,& illi eū vidissent,dixerunt, hic est hęres,venite occidamus eum,& nostra erit vinea.& tn̄ certū est,ꝙ nō succedebant illi in vinea,

Secunda causa erat,quia cū videret seruus longam morā, sciebat ꝙ nō poterat peti ab eo rō de administratione,vsque post multa tēpora, Quod vero distat, parum timetur, malum aūt quod pręsens est multū timetur, iō paruitas timoris faceret,vt non dubitaret male administrare, Si aūt statim vēturus esset, cū malum esset,quasi præsens, quod inferēdū erat, retraheret eum, ne male administraret,

Tertia erat, quia in multa absentia domini poterat seruus diu gaudere, & delectari, & aliqui sunt ita seruilis animi, quòd sponte tolerabunt aliquas pœnas, vt ad tempus permittantur potiri desiderijs

fuis, si autem statim dominus venturus esset paruum tempus haberent ad gaudendum & illico paterentur pęnam, pro paruo autem gaudio nolent sustinere cruciatus, ideo in paruo tempore absentię nolent serui male administrare.

Quarta, & præcipua est; quia in longa absentia est locus fruitioni delectationum, & spei impunnitatis, nam si comedendo, & bibendo cum ebriosis dilapidaret seruus aliquid de substantia domini per multũ tempus, erat locus recuperãdi deperdita administrãdo bene postea, & occultantur fraudes factę circa administrationem, quando post longum tempus de administratis ratio redditur. Si autẽ post paruum tempus repetenda est ratio administrationis non est locus delicijs, quin constet de mala administratione, & dispensatione substantię, ideo diuturna absentia, domini fuit occasio seruo, vt male administraret.

Quare hoc ponitur, scilicet quòd seruus malus cæpit percutere seruos &c. Quæst. CCLVIII.

QVAERETVR cum dicitur hic, quòd seruus iste malus cępit percutere seruos & manducet, & bibat cum ebriosis, quare ponitur hoc.

Dicendum, quòd ponitur ad notandam malam administrationem; nam ad hoc dicebatur, quod dicebat iste seruus, moram facit dominus meus, vt male administraret, & ideo ponuntur ea, in quibus male administrabat, scilicet percutere seruos, & manducare cum ebriosis. De primo dicendum, quòd pertinet ad malam administrationem dupliciter. Primo, quia dissipat rem domini, nam accipitur hic percutere indebite, quia percutere debite non est vetitum eis, qui præsunt corrigendo, & ideo cum seruus iste pręest familię habebat cæteros seruos, & ancillas sub se, & correctio illorum ad eum spectabat, quando non gubernarentur conueniẽter ad imperium eius. Ponitur ergo hic percutere indebite, & vltra modum. Et manifestum est, quòd istud repugnat statui domus, & est dilapidare eam. Turbabitur enim pax domus cum indebite percuteret conseruos iste, qui præsidet, sublata autem pace, necesse est multa opera omitti, & multa inconuenienter agi, per quæ minuitur facultas domini. Etiam quia iniuste percussi fugient iniustam dominationem, potissime cum seruus super seruos tyrannidem agit, quia intolerabilius videtur quanto quis a minori, & indigniori patitur, fugientibus autẽ seruis propter tyrãnidem conserui perit res domini, quia seruus est res possessa Domini, quinto Ethicorum cap. vel pecunia domini sui Exo. vigesimoprimo capitulo.

Secundo quantum ad idem, quia cum seruus percutit conseruos agit ex superbia, & iam exuit conditionẽ serui, quia debet seruus in humilitate subditus esse, & cum præsidet non debet efferri, quasi dominus, sed solicite curare rem domini, vt seruus, & ideo mala administratio est, quia iam non administrat, vt seruus.

De secundo, scilicet quòd cum ebriosis vastat rem domini, quia ipse deliciose viuendo exhaurit facultates, & nõ solum ipse, sed alijs partes facit, scilicet ꝙ alij ebriosi cum eo bibant, & comedant de rebus domini sui. Et hoc est contra id, quod dicitur Lucę 12. c. f. ꝙ iste seruus constitutus est, vt det familię in tempore tritici mensuram, & tamen iste non dat ad mensurã, sed vltra mensuram biberunt, aut comederunt. Et sciendum, ꝙ vt notetur magna dilapidatio substantię domini, dr̃ ꝙ manducabat cum ebriosis, in quo duo mala erant. Vnum, ꝙ ipse deliciose viuebat, & ita plus de bonis domini consumebat, quam satis esset, nam

F cum seruus esset parcere cibis deberet, & solicitudini inuigilare, vt rem domini augeret. Secundum erat, quia alios secum adiungebat ad comedendum, & bibendum delectabiliter, vt cum maiori gaudio perciperet hanc refectionem, & laudaretur ab eis, quos festiue poscebat, & hoc notatur, cum dicitur. Cum ebriosis, scilicet quòd alij inebriabantur, sicut & ipse, & tamẽ de bonis domini illius. Tertium malum poterat addi, scilicet quia per accidens peribat res domini ex defectu solicitudinis, nam magna domus multa solicitudine indiget, vt gubernetur. Qui autem delicijs, & ebrietati vacat, non potest solicitudinem agere circa rem familiarem, quanta est necessaria, quia turbarentur per hoc delicię, maxime, qui inebriatur, quia ille,

G neque potest vllam tunc agere.

Sed obijcietur, quia Lucę 12. cap. dicitur. Cęperit edere, & bibere, & inebriari.

Dicendum, ꝙ idem est, quod hic Matthæus dixit. Nam licet solum dixit manducet, quia tamen addidit cum ebriosis, certum est etiam, quòd bibere includitur, quia ebrius ad potum pertinet, potius quam ad cibum, sed Lucas non solum dixit manducare, & bibere, sed etiam inebriari, quia manducare, & bibere dicunt vsum, & non vitium, inebriari autem dicit excessum, ideo addidit illud. Matthęus quoque posuit ebriosos, ideo intelligitur, quòd manducatio, & potus ad excessum pertinebant tam in qualitate, quã

H in quantitate, sed addit hoc Matthæus, quod dixit cũ ebriosis, In quo innuit, quòd non solum seruus ille res domini dilapidabat extra mensuram edendo, & bibendo, sed & aliis in hoc vsu communicando. Et dicuntur hic ebriosi non solum vltra modum bibentes, sed etiam manducantes, quia ebrius dicitur extra briam. i. mensuram, & tamen mensura in vtroque est necessaria, ideo ebrietas in vtroque erit, sed magis solemus ebrietatem dicere circa potum, crapulam vero circa cibum.

An seruus iste peccabat infidelitate, vel imprudentia. Quæst. CCLIX.

I QVAERETVR cum dicatur supra, quòd seruus quærebatur fidelis, & prudens ad constituendum super familiam, in quo horum peccabat seruus iste, an in infidelitate, vel imprudentia.

Dicendum, quòd in vtroque peccabat, quia necesse est. Non enim potest aliquis peccare contra prudentiam, quin peccet contra virtutem moralem, neque contra virtutem moralem, quin peccet contra prudentiam, vt colligitur 6. Ethicorum, & ideo incõtinentem non vocat ibidem Aristotel. malum: egressiuus tamen est ab opinione, & sic contra regulam prudentiæ agit. Malum tamen seruũ vocat hic Christus istum, ideo necesse est, quòd contra virtutem ageret, & tamen non ponitur hic, nisi fidelitas, & ita con-

K tra illam ageret.

Dicendum autem de prudentia, quòd contra illam egit. Primo, quia non habuit conuenientem occasionem male administrandi ex mora domini, nam ipse finxit lõgam moram domini, cum non esset certus, quando veniret, & ita venit hora, qua ille non sperabat.

Item imprudens erat male administrãdo, quia omnis malus est ignorans, tertio Ethicorum, Et ita est imprudens, cum illa ignorantia non consideretur circa speculabilia, sed circa operationes, nam indecens erat male administrare, ergo imprudentiæ erat iudicare sic faciendum.

De infidelitate planius est, nam percutere seruos ad

ad infidelem ministrationem pertinebat, tū quia tollebatur pax domestica, & sic minuebantur opera, tū quia fugerent serui percussi, & periret res domini, vt dictum est præced.q.

Etiam quantum ad manducare cum ebriosis erat infidelitas, quia dissipabatur res domini directe, & indirecte. Directe tamen, quia tam ipse, quam alii delicate, & opulenter viuebant de rebus domini. Indirecte autem, quia cum ebrietati, & deliciis vacaret seruus iste, non poterat curare rem domini, & ita periret.

Quare dicitur veniet die, qua non sperat, & hora qua ignorat cum alterum sufficeret. *Quæst.* CCLX.

QVAERETVR quare dicitur: Veniet dominus serui illius die, qua nō sperat, & hora qua ignorat, cum videatur sufficere alterum eorū.

Dicendum vno modo, ꝙ ponitur ad exaggerationem. Sæpe enim sic facimus, quando ad multum imprimendum non cōtenti sumus eandem rem semel dicere, sed volumus sæpe dicere, & quia repetere idē per eadem verba vitium est, repetitur per alia verba. Sic autem cum vellet Christus valde admonere vigilantiam, & hanc suadet ex ignorantia aduētus domini hoc repetit, dicens: Veniet die, qua non sperat, & hora, qua ignorat.

Secundo potest dici hoc dictum esse ad diuersam significationem, quia aliud est ignorare diem, & scire horam, idest qualitatem temporis, vel è contrario. Si autem accipiatur pro determinata hora diei pōt ignorari hora scita die, & addit grauitatem quandam, & duritiem hora aduentus, quia quædam horæ sunt, in quibus, quis est magis indispositus ad recipiendū dominum, quam aliæ, sicut in nocte magis indisponimur, quam in die, potissime dicitur hoc propter vigilantiam, quia iubentur serui isti vigilare. Lucæ duodecimo capitulo, scilicet: Vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis. Et ponitur de secunda, & tertia vigilia noctis, scilicet, quod in quacunque venerit, recipiant eum parati existentes, nam si sciremus, quòd non esset venturus dominus per noctem, magnam partem securitatis haberemus etiam si nesciremus, quando venturus esset, quia tamen neque diem scimus, neque horam augetur nobis timor, & maior necessitas vigilandi.

Quare dicitur diuidetque eum. *Quæst.* CCLXI.

QVAERETVR quare dicitur, diuidetque eum, scilicet seruum.

Dicendū, ꝙ potest multipliciter intelligi: vno modo diuidet.i.occidet lacerando corpus eius. Simile dicitur Dan.13.c. Ecce angelus domini accepta sententia scindet te medium. Et alia litera habet, diuidet te. Et fuit diuisio illa per mortem, quia occisi fuerunt illi duo seniores.

Secundo modo potest dici per mortem, ꝙ diuidet eum.i.separabit ab hominibus, nam qui occiditur separatur in perpetuum a communione viuentium.

Tertio modo potest accipi, diuidet eum, idest a domo sua separabit, sed non est sensus conueniens, quia iste seruus est, & dominus separando seruum de domo sua non punit seruum, sed seipsum, quia liberat eum a seruitio, vel si alteri eum vendat nullam ei pœnam irrogat, cum etiam si non peccaret, posset eum vendere, quia cum seruus sit, possessio domini est. 5. Ethicorum.

Quarto potest accipi pro separatione a commu-

A nione, scilicet, quòd dominus incarcerabit eum, sicut iussit incarcerari seruum malum supra decimooctauo capitulo. Et incarceratus non communicat cum aliis.

Quinto dicendum, quòd accipitur diuidere.i.amouere, & iste est proprius sensus.s.quòd dominus cum venerit, & inuenerit male administrasse, amouebit ei administrationem illam. Et est iste processus contrarius, quam in seruo bono, quia in bono, cui commissa erat administratio super cibum familiæ, cū dominus venit inueniens eum bene administrantem, non solum non aufert ei illam administrationem, sed etiam maiorem tribuit, quia super omnia bona sua constituit eum. In malo igitur cum venerit dominus aufert

B administrationem. Et hoc propter duo. Primo, vt amplius non noceat dissipando bona dn̄i. Secundo, vt cōfundatur ille ablata administratione, quia propter delictum ei ablata est. Hæc.n.est pœna male administrātis.s.vt ei auferatur administratio. Luc.16.c. de villico, qui diffamatus est apud dominum suū, ꝙ dissipasset bona illius, & ait illi: redde rationem villicationis tuę, iam enim non poteris villicare.

Sciendum autem, quòd duas pęnas dat hic dominus huic malo seruo. Primam, quia ei amouet administrationem, & pęna est. Nam gloriabatur, & honorabatur in ea, & iam non poterit gloriari. Etiam quia inducitur ei cōfusio, quia propter delictum priuatur administratione. Secundum quia ponitur in loco, vbi erit fletus, & stridor dentium.

C

Quid significauit dicens, partemque eius ponet cum hypocritis. *Quæst.* CCLXII.

QVAERETVR quid voluit significare, dicens: partemque eius ponet cum hypocritis.

Dicendum, quòd per hoc significatur pœna, quæ datur malo seruo. Et dicitur poni pars eius cum hypocritis, idest illam partem habet quam hypocritæ habent: dicitur autem pars hominis id, de quo homo magis accipit. Sunt autem bonum, & malum etiam communia omnibus hominibus. Nemo enim est, qui non de bono, & malo aliquid gustet, nam nemo tam fęlix est, qui nō aliqua aduersa patiatur, & nemo tam

D miser, qui aliquid iocundum interdum non senserit. Sic enim Homel. dixit: & illud Boet. refert 2. de consolatio. prosa 2. s. Inde tuo Iouis in limine duo dolia iacere vnum mellis aliud fellis, & quemlibet de vtroque gustare, quia tamen nemo de ambobus æqualiter gustat, sed plus de vno, quam de alio, dicitur pars eius illud, de quo magis accipit. Sic accipitur Ecclesi. 5.cap. hoc itaque mihi visum est bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, & hæc est pars illius.

Est autem tunc sensus, hypocritis debitum est pars hypocritarum, eis vero pro peccato pęna debita est, ideo pars hypocritarum est pęna. Et horum pars ponitur cum hypocritis, quia talem pęnā isti tolerabunt

E qualem hypocritæ.

Sed obiicietur, quia Luc.12.cap. dicitur, ponet partem eius cum infidelibus. Et hic dicitur cum hypocritis. Dicendum, quod idem est, quia infideles, & hypocritæ idem sunt, non autem ponuntur hic hypocritæ pro eis, qui circa diuina se sanctos simulāt, cum non sint, seu pro quocunque qui aliud foris prætendit, quam intus gerat, nam nomen hypocritæ ab origine sua illis competit, qui ad tragędiarum, aut comędiarum actus effigiandos alienas repræsentabant personas, & quia hoc conuenienter non fiebat, nisi supducēdo alienas facies, q̄ imponebant, vel ꝓprias vario fuco liniendo fiebat ista mutatio, & istos vocamus

hypocritas, id est subtus secretos, vel latentes ab hypos, quod est subtus, & crisis, quod est secretum. q. secreti lateant sub alienis faciebus illi, qui sunt, & non videntur esse. Ab hoc autem vocamus omnes illos homines hipocritas, qui foris speciem boni circa quemcunque modum bonitatis ostendunt, intus autem in veritate bonitatem illam non habent. Et, quia sic est, quòd aliquis seruus videbatur domino fidelis, & diligens, qui tamen talis non erat, vt postea probauit veritas rei, & seruus ille ex industria talem se ostẽdebat, quia aliàs dominus non commisisset ei disposi tionem familiæ suæ, vocabitur talis seruos hipocrita, & pars eius cum hipocritis ponitur. Et iste seruus in veritate infidelis erat, quia bona domini dissipauit, & pro hac infidelitate punitur a domino. Et ideo recte dixit Lucas partem eius ponendam cum infidelibus, & Matthæus, & Lucas eandem rem notauerũt, nam Lucas cum infidelibus partem eius poni dixit, quia infidelis erat in administratione, & pro infidelitate pęnas tolerat, Matthæus autem tetigit id, quod erat, & quod non erat, sed apparebat, & ideo hipocritam dixit, scilicet, quòd fidelis non erat, sed se fidelem ante hoc simulauerat.

Sciendum autem, quòd Matthæus hoc posuit ad ostendendam maiorem pęnam serui, nam si seruus iste nunquam ostendisset speciem bonitatis ex inten tione ad captandum, sed placuisset domino committere administrationem familiæ, non esset tam grauiter arguendus de mala administratione, sicut cum se simulauerat fidelem sedulum, & diligentem, & per hoc dominus deceptus commisit ei administrationem, in qua deceptus fuit dissipata substantia eius. Et ob hoc igitur, quia propter hanc simulationem maior pęna inferenda est cum dicatur, ꝙ simulata sanctitas duplex est iniquitas, dicitur ꝙ partem eius ponet cum hypocritis .i. puniet velut malum, & infidelem dispensatotem, qui se tamen bonum simulauerat.

Quare dicitur illic erit fletus, & stridor dentium. Quæst. CCLXIII.

QVAERETVR quare dicitur, illic erat fletus, & stridor dentium.

Dicendum, quòd significatur in hoc cõditio pœnæ: nam dominus præter amotionem ab administratione vult infligere aliam pęnam corporalem seruo, & ista non est mors, quia occiden do seruum seipsum puniret, quia seruus est possessio domini sui. 5. Ethi. Et occidendo seruum possessionẽ suam destrueret, sed dabit dominus tali seruo pęnam carceris, vbi non moriatur, sed affligatur nimis ad tẽpus, & tamen ob hoc non cesset ab operibus præstandis domino, & signatur, ꝙ ille carcer erit locus pessimus subterraneus, & magni frigoris, & ideo seruus propter magna mala, quæ patietur, flebit illic, & quia magnus frigor est ibi, erit ibi stridor dentium, quia ex frigore concutiuntur, & alliduntur dentes. Et talia loca erant communiter in quæ mittebantur illi, quos punire quis desiderabat. Sic dicitur supra 22. c. de illo, qui non habuit vestem nuptialem, & introiuit in nuptias, & rex mandauit illum ligatis manibus, & pedibus mitti in tenebras exteriores, & ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Et hoc dicitur, quia loca carceris erant tenebrosa subterranea profunda, & frigida. Et ibi serui isti mittendi erant, qui male ministrarent. Et sic loquitur Christus, quia talis erat cõsuetudo terræ Chanaan, in qua Christus loquebatur nunc. De hoc dictũ est magis supra 22. c.

F *De applicatione istius parabolæ ad intentionem Christi, qui sunt serui isti, quibus res domini committitur administranda. Quæst. CCLXIIII.*

QVAERETVR nunc quantum ad applicationem parabolæ istius ad intentionẽ Christi, nam licet de seruo constituto a patrefamilias, hic dicatur, non dixit Christus, nisi vt per hoc signaret seruos, quos ipse præficit in ecclesia sua. Et poterat tripliciter accipi. Vno modo, ꝙ iste seruus sit quilibet homo, quia quilibet constituitur a Deo super omnes homines, cum debeat habe-
G re curam de omnibus, quia vnicuique mandauit Deus de proximo suo Eccl. 13. & declaratum est supra. In q. 249.

Aliter de prælatis temporalibus accipi potest, quia illos constituit Deus super populum suum, vt .e. q. dictum est, & ab eis petitur tota ista ratio, quæ habet hic, si male administrauerit commissos sibi populos. Sic dicit Chryso. in homilia, scilicet. Adaptatur etiam ad principes sęculares hæc parabola, vnumquemque enim his, quæ habet ad communem vtilitatem vti oportet, non ad nocumentum conseruorum, aut ad perditionem suiipsius, siue habeat sapientiam, siue principatum, siue aliquid aliud.

Sed dicendum, quòd circa seruos, qui constituun-
H tur in ecclesia præcipue accipitur, vt eadem. q. dictum est, vt episcopi, & cęteri prælati ecclesiæ maiores, & minores sint isti serui.

Et tunc dicendum, quòd dicitur, quis putas est fidelis seruus, & prudens, non ad significandam impossibilitatem, quia aliqui sunt boni episcopi, & prælati, sed rarum est tales inuenire, & difficile, sicut dictum est supra q. 250.

Etiam non ponitur hic, quis putas, quæ est dictio interrogatiua, ad ostendendum se nescire, cum nihil nesciat, qui hoc quæsiuit, sed ad ostendendum condi tionem rei, de qua sermo est, scilicet quòd talis est de qua merito dubitari possit, & quæri, & hoc propter raritatem bonorum prælatorum.

I *Quis sit seruus iste fidelis, & prudens. Quæst. CCLXV.*

QVAERETVR cum dicatur seruus iste fidelis, & prudens, quid hoc sit.

Dicendum, quòd ista necessaria sunt, nã dominus serui huius absens est, vel esse putatur, quia Christus licet semper nobiscum sit, vsque ad consummationem sæculi, infra vigesimo octauo capitul. s. in adiutorio, quia non permittet ecclesiam suam perire, tamen quantum ad præsentiam corporalem non est nobiscum, ita vt ei colloqui possimus,
K & quærere de eo, de quo dubitauerimus, ideo oportet in omnibus ipsos ministros ꝓsidere, si enim Christus, qui dominus ecclesie est nobis præsens esset nõ possent serui infideliter agere, quia ipse eos argueret deprehendens in eo, in quo peccarent, & si aliquid nescirent, põssent quærere ab illo. Vnde non multa prudentia esset illis necessaria. Nunc vero, quia non est pręsens, est magna fidelitas necessaria, quia nemo rationem exigit, quandiu hæc vita durat. Etiam multa prudentia, quia in omnibus oportet, vt prælatus a seipso agat, cum non possit dominum consulere.

Sunt autem ista duo, ita necessaria, quia altero deficiente minister malus erit, nam infideliter agit ipse bona domini destruit si imprudenter ipso non agente, sed agere nesciente illa pereunt. Sed quid est agere infideliter, aut fideliter, & quid prudenter, & imprudenter?

Dicendum circa fidelitatem, ꝙ fideliter agit, qui bona

bona domini non fraudauit. s. non appropriando sibi quod domini erat, aliud est, vt rem domini diligenter procuret sic, vt nihil pereat illo negligenter agente, nam non minoris culpæ est bona domini negligere, ita vt pereant, quam illa sibi appropriando domino subtrahere, cum vtroque modo dominus rem perdat. Ad spiritualium autem ministrationem trãsferendo accipit quis rem domini, quando honorem domini vsurpat, vt siquis in ecclesia pręsit, vt honoretur, & vt dominationem exerceat: Christus enim totum honorem voluit sibi, & ideo nobis solum manet, vt nos seruos eius agnoscamus, & non gloriemur in nobis, quasi putemus gloriam nobis esse, quòd ministramus, & hoc nostrum esse, sed gloriemur in eo, si gloriari voluerimus, idest laudemus ipsum, quòd nos immeritos ad talem gradum in ecclesia sua exaltare dignatus est. Dominationem quoque non exerceamus, quasi maiores alijs existentes eos nobis subijciamus, & onere aliquo premamus in seruitutem nostram, sed conseruos nostros omnes homines cognoscamus, hoc solum ab eis distantes, quòd nobis necessitas imposita est diligendi eos, & salutis eorum curam habere. Sic enim Petrus instruxit prelatos Ecclesię primo Petri quinto capitulo. Sic etiam patet supra vigesimo capitulo, scilicet. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut autem non debet seruus vsurpare honorem, & exercitium potestatis, quę ad dominum pertinent, ita neque debet ei seruire intentione corrupta, scilicet vt inde commoda temporalia capiat, nam cũ sit spiritualis ministratio, contra conditionem rei facit, qui spiritualium finem ponit temporalia, sed debet seruus seruire, quia seruus est, & quia tali domino subditus est, cuius seruum esse honor est. Qui autem, ideo seruit, vt temporalia lucra capiat, infideliter agit, quia aliud vult pro administratione, quam dominus illi constituit, & iniuriam facit domino, quia eum cõtemnit, ipse enim seipsum constituit in precium, & seruus non vult illum, sed rem temporalem pręeligit precium esse administrationis suę, & ideo conquerebatur Deus Malac. primo capitulo, dicens: Quis est in vobis, qui claudat ostia mea, & intendat altare meum gratuito? quasi dicat nemo. Et hoc ad infidelem administratorem pertinet. Sic dicit Chysostomus. Rarus est fidelis seruus domino propter dominum seruiẽs, oues Christi non ad lucrum, sed pro amore Christi pascens.

Aliter etiam bona domini infideles ministri vsurpant, vt sibi attribuant spiritualem potestatem, quasi ab eis sit efficacia sacrorum, & ab eis sit, qđ populus suscipit. Falsum quidem, & periculosissimũ istud est. Solus Chrs est, qui baptizat, nos vero nudum misterium ei exhibemus: Christus est summus sacerdos, qui conficit, nos vero verba proferimus, & in omnibus alijs sacramentis Christi est tota virtus, nostrum autem est ministerium, quod tamen non est alienum ab omni peccato, sed aliqua faciunt ministri, quę non possent facere, qui non sunt ministri. Veruntamen, qui principalem efficaciam sacramentorum sibi attribuit, vsurpat rem domini sui, & infideliter ministrat.

Etiam bona temporalia infideles ministri sibi vsurpant, quæ ad Christum pertinent, sicut cum prelati accipiunt bona Ecclesiarum, quę nõ sunt ad eos pertinentia, sed ad ecclesiam, vel ad alios ministros minores. Et ista magna infidelitas est, quia Christus constituit istos seruos, idest prelatos, vt debet cibum fa-

A milię in tempore, vt dicitur in litera. Quòd autem cibum familię subtrahant, & applicent sibiipsis infideliter agere est.

Ex hoc apparet dispensatorem fidelem Christi a quatuor, aut quinque abstinere. Primum est, vt sibi honorem non vsurpet. Secundum, vt dominationem non exerceat. Tertium, vt recta intentione, & non propter temporalia ministret. Quartum, vt spiritualem potestatem sibi non ascribat. Quintum, vt rem domini non negligat. Et istud est, quòd conetur verbo, & exemplo, & opere, & correctione subditum sibi gregem ad bonum deducere, auertendo a malo. Hoc est enim pascere familiam domini. Si autem omiserit, aut negligenter egerit, infideliter agit, quia rem domini perire sinit. Omnia autem ista colliguntur ex
B intentione Beati Petri primo Petri quinto capitulo, cum ait: Seniores, qui in vobis sunt, obsecro, pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes nõ coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Vltimum enim, scilicet non negligere ostenditur, cum dicitur: Pascite gregem, qui in vobis est, prouidentes, idest adhibite prouidentiam circa gregem, vt non pereat, neque famescat, sed prouidete, prouidentia autem tollit negligentiam. Inquantum dicitur non coactè, sed spontaneè potest notari conditio agentis, scilicet quòd
C propter Deum agant, & non ex timore, aut necessitate aliqua. Cum vero dicitur non turpis lucri gratia innuitur tertium, idest vt non ministret propter temporalia bona, sed propter Deum, quia quodcunque lucrum hic intendatur, turpe esset cum rei tam excellẽti, idest Christo, propter quem ministraturi sumus, prçponimus temporalia lucra. Cum vero dicitur secundum Deum significatur primum, scilicet vt non intendant sibi honorem in hac administratione acquirere, sed Deo, & in ipso gloriari. Cum autem dicitur, neque vt dominantes in clero, significatur secundum, idest quòd non exerceant dominationem prementes alios. Propter quod Ecclesiastici prelati non vocantur domini, sed serui, & seruorũ serui. Sic enim
D illos Christus vocari voluit. Etiam quartum innuitur, scilicet vt non ascribant sibi spiritualem potestatem, quæ Christo competit, & nulli nostrum communicatur. De his etiam Chrysostomus in homilia ait, scilicet. Duo autem expetit ab huiusmodi seruo, scilicet prudentiam, & fidem, fidelem enim eum dicit, quoniam nihil, quod domini sui est sibi proprium fecit, nihil etiam de rebus domini sui vanè, & inutiliter consumpsit.

Circa prudentiam dicendum, quòd prudentem seruum exigit dominus, cum eius discretioni committat regimen totius familię, & non possint ei dari regulę expressę circa omnia agenda, & si darentur
E adhuc in applicatione earum ad particularia difficultas est, & ibi prudentia exigitur. Prudens vocatur, qui naturalem habet discretionem. Et præter hæc experimento didicit qualiter se in rebus habere debeat, & ideo, qui non habet experimentum ad regendum aliquid in temporalibus, non debet præfici. Sic dicitur primo Timothe. capitulo, tertio. Oportet episcopum esse domui suę bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Siquis autem domui suę pręesse nescit, quomodo ecclesię Dei diligentiam habebit? Oportet etiam propter hoc episcopum esse in sacris literis eruditum, nam in illis magna pars prudentię atque sapientię prælatorum est, nam pascere debent familiam subditam verbo sacrę Scripturę, quod non poterunt ministrare, nisi sciuerint. Etiam ecclesiasticas regulas scire oportet, scilicet

cet canones illos, quibus ecclesia regitur, nam & si canones litigiosos, idest ordinatorios iudiciorum scire episcopo vtile sit, non est necessarium, quoniam alios instituere potest foralium causarum vicarios auditores, quod & Apostolus admonuit primo Corint. sexto capitulo, scilicet secularia negocia si habueritis contemptibiles, qui in ecclesia sunt illos constituite ad iudicandum. Canones autem quibus ecclesia regitur, scire necesse est, quia non sufficit, quòd episcopus in omnibus consilium aliorum accipiat, sed necesse est, quòd in eis, quod per seipsum acturus est, a seipso sufficientem peritiã habeat, ideo qui non fuerit sufficientis literaturę non est in episcopum assumendus, vt Apostolus docuit, & consequenter sacri canones declarauerunt, quòd nemo in episcopum assumatur, nisi qui scientia, & vita commendabilis existat, extra de electio. capitulo cum in cunctis, & postquam in episcopum assumptus fuerit, lectioni vacare debet, vt doctior efficiatur primo Timo. quarto capitulo, attẽde lectioni, & exhortationi doctrinę.

Concurrere autem ista duo in pręlato debent, scilicet fidelitas, & prudentia, quod rarum est, & ideo dixit Christus: Quis putas est fidelis seruus, & prudẽs? quasi dicat rarus est. De hoc dicit Origenes super Matthæum. Quicunque in fide proficit, & si nondum in ea perfectus est, fidelis vocatur, & qui naturalem habet mentis velocitatem, dicitur prudens, si quis autem consideret inueniet fideles merito, & studium fide exercentes, non autem & prudẽtes, quoniam, quæ stulta sunt mundi huius elegit Deus. Et iterum, videbit alios veloces quidem esse, & prudentes, modicę autem fidei. Conuenire autem in vnum fidelem atque prudentem rarissimum est.

De applicatione cæterarum partium huius parabolæ, quomodo verificantur. Quæst. CCLXVI.

QVAERETVR de applicatione cęterarum partium huius parabolę.

Dicitur enim: Quem constituit dominus: Iste dominus Christus est, qui non solum, vt Deus dominus est, quia virtus, & potestas dominatiua ab ęterno sibi competit, sed etiam, vt homo est dominus omniũ hominum, qui omnes redemit, iste est enim modus, quo quis alium efficit seruum suum, scilicet liberat eum a morte tunc cum iuste occidere possit efficit eum per hoc seruum suum. Et ita seruitus secundum iura gentium ex bellis cępit, scilicet vt illi quos in bello capiebamus, quosque iuste occidere poteramus, si eos seruaremus a morte serui efficerentur. Et sic dicuntur serui non a seruiendo, sed a seruãdo, scilicet quia a morte seruabantur. Et ista etiam est causa quare seruus nihil iuris habet in se, neque in aliqua re, sed totus est domini, scilicet quia si moreretur, neque se neque aliquid haberet. Cum autem liberat eum quis a morte retinet illum, quasi mortuum, scilicet vt neque ipsius, neque aliarum rerum ius aliquod habeat, & ob hoc seruitus dicitur mors ciuilis, quia licet vere non sit mortuus quantum ad naturã, tamen quantum ad ęstimationem legis, & iuris, quæ ex lege competunt mortuus censetur, quia nullum ius ei competit. Est enim ipse simpliciter alterius primo Politi. cap. 2.

Seruitus secundum iura gentiũ ex bellis cępit.

Et hoc modo nos omnes serui sumus Christi, quia nos liberauit a morte, tenebamus enim nos subditi diabolo, & morti propter peccata, & fecit, quòd non moreremur in potestate illorum, ideo ipse dominus est, & nos serui eius. Alius modus efficiendi seruum est, si quis seruum factum emerit de manu eius, cuius seruus est, nam emptoris seruus efficitur, sed nos facti

F eramus serui demonis propter peccatum: Christus autem dato precio, emit nos, nam sanguinem in precium dedit, ideo nos sibi seruos fecit. Sic dicitur Actu. vigesimo capitulo, attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit vos episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et ita quia acquisiuit ecclesiam fecit omnes, qui in ecclesia sunt, esse seruos suos. Sic etiam dicitur primo Corint. sexto capitulo, scilicet. An nescitis, quia membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, quem habetis a Deo, & non estis vestri, empti enim estis precio magno. Ecce igitur isti serui sunt prelati, quia omnes, qui in Ecclesia sunt, serui sunt, & horum dominus est Christus, qui emit nos. Constituti sunt autem isti a G domino super familiam, quia ipse est, qui dat prelatos Ecclesię. Sic dicitur ad Ephe. quarto capitulo, scilicet. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios vero prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores, & doctores. Et licet apud ecclesiam sit certa forma constituendi prelatos, siue per electionem, siue per maiorum prouisionem, ita vt videantur constitui prelati ab hominibus, non sunt constituti ab hominibus, sed a Deo, sic dicitur Actuum vigesimo capitulo, vt allegatum est, scilicet. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit vos Episcopos ad regimen Ecclesiarum, & non homo.

Est autem familia ista, super quam constituuntur prelati, ecclesia vniuersalis, aut particularis, tota autẽ H ecclesia est vna familia Christi, quia omnes homines ad Christum pertinent cum omnes redemerit, maxime fideles, vt dicitur primo Timo. quarto capitulo, scilicet. Speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium hominum maxime fidelium, scilicet quia licet omnes ęqualiter redempti sint, soli fideles participant vtilitatem redemptionis, & tamen infideles, licet pertineant ad Christum non vocantur hic familia Christi, quia familiam vocamus congregationem viuentium in vna domo sub vno patrefami. sed domus ista est Ecclesia primo Timo. tertio capitulo, scilicet. Si autem tardauero, scias quomodo te oporteat in domo Dei conuersari, quę est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. Et tamen infideles non sunt in Ecclesia, ideo non sunt de familia Chri- I sti, de qua hic dicitur, & consequenter non prępositi sunt serui, idest prelati a Christo super infideles, sed super solos fideles, vnde neque illos iudicant primo Corint. quinto capitulo, quid enim mihi est de his, qui foris sunt iudicare? idest de illis, qui extra Ecclesiam sunt.

Quid est dicere: Vt det illis cibum in tempore. Quæst. CCLXVII.

QVAERETVR quid est, quod consequenter dicitur: Vt det illis cibum in tempore.

Dicendum, quòd prelati debent dare cibũ familię, super quam constituti sunt, idest sub- K ditis suis. Et iste cibus est precipue spiritualis, & consistit in multis. Primo in doctrina verbi. Nam tenetur Episcopus, aut per seipsum predicare verbũ Dei subditis, aut prouidere, quòd alij prædicent eo occupato, vel non potente vbique prouidere.

Cibus quẽ prelati debent in multis est.

Secũdo in diffiniendo dubia circa fidem, idest quęstiones, circa quas aliqui quęrunt volentes informari, quia necesse est, quòd aliquis sit in ecclesia, qui ad hęc respondeat, quia aliàs prouisum esset, & tamen nemo alius est, cui ex officio ista cõpetant, ideo necesse est, quòd ad Episcopum pertineant, & ad cęteros maiores prælatos. Sic dicitur primo Petri tertio capitulo, scilicet. Dominum autem Christum sanctificate in

cordibus

cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quę in nobis est, fide, & spe. Et de prelatis solet dici, quòd istud intelligatur.

Tertio debent pascere subditos in exemplo vitę, nam vitam præsidentis alij imitatur, potissime in malo, quia per illius peccatum videtur, quasi excusabile peccatum subditorum. Sic dicitur Leuiti. quarto capitulo. Quòd si peccauerit summus sacerdos facit delinquere populum. Et ideo Christus, quando prędicauit in monte discipulis, qui erant capita, & origo omnium prælatorum futurorum, dixit eis, luceat lux vestra coram hominibus; vt glorificent patrem vestrũ, qui in cęlis est, & licet hoc ad omnes homines pertineat prima Petri secundo capitulo, scilicet conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo, quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis, tamen pręcipue ad prę-latos pertinet prima Petri quinto capitulo, seniores, qui in vobis sunt, obsecro, pascite gregem, qui in vobis est, non tanquam dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, & dicuntur forma gregis, idest exemplum morum.

Quarto debent eos pascere sacramentorum sustẽtatione, nã ad prælatos pertinet curam agere, vt subditi sacramenta omnia recipiant, & frequentent secundum ecclesię instituta, & omnia sacramenta dicuntur cibus spiritualis, quia sicut cibus corporalis reficit corpus, ita & sacramentorum vsus mentem reficit, & confortat, & præcipue sacramẽtum Eucharistię, ibi enim non est cibus per Metaphoram, sed secundum veritatem, vnde dicitur Ioan. sexto. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et vocamus sacramentum istud viaticum, scilicet quia in via nos reficit.

Quinto pertinet ad prelatos correctio, non enim sufficit bonum dicere, & exhortari, & dissuadere mala, sed etiam realiter corrigere delinquentes, cũ prælatus ecclesię potestatem habeat castigandi secũdum leges ecclesię, idest non effundendo sanguinem, sed per alias pęnas minores. Et hoc Christus aliqualiter docuit, cum facto flagello de funiculis eiecit de templo ementes, & vẽdentes, & euertit cathedras vendẽtium columbas, & effudit ęs nummulariorum supra vigesimo primo, & Ioan. secundo capitulo. Nõ enim solum redarguit eos verbo, dicens, domus mea domus orationis vocabitur, & vos fecistis eam speluncam latronum, sed realiter eiecit ementes, & vendentes de templo. Alia autem correctio minor est, quã vocamus fraternam; sed ista consistit in solis verbis, vt colligitur supra decimo octauo capitulo, illa vero, quæ est realis, pertinet ad prælatos, qui habent iurisdictionem.

Ad plạtos attinet alere paupes. Sexto pertinet ad prælatos reficere subditos etiam cibo corporali, nam ad eos pertinet alere pauperes, & ministrare eis de substantia sua. Et hoc significatur prima Timo. tertio capitulo, scilicet oportet Episcopum esse hospitalẽ, per hospitalitatẽ significatur ministratio omnium necessariorum, & ideo omnes Episcopi, & clerici tenentur ad hoc decima sexta questione prima, capitulo quoniam scilicet quoniam quidquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, pręcipue tamen ad Episcopos pertinet, ita vt Episcopi nomen non manebit eis si liberales non extiterint circa indigentes, vt ait Grego. & habetur 87. distinction. capitulo, fratrẽ nostrum, scilicet. Non credat sibi solam lectionem, & orationem sufficere, vt remotus nihil studeat fructificare de manu, sed largam manum habeat, necessitatem patientibus succurrat, alienam inopiam suam credat, quòd si hoc non habet, vacuum nomen tenet, vnde ad Episcopum pertinet viduis, pupillis, & peregrinis prouidere. Et tamen non debet hoc facere per seipsum, sed per archipresbyterum, vt patet 88. distinctione, scilicet. Episcopus gubernationem pupillorũ viduarum, & peregrinorum non per seipsum habeat, sed per archidiaconũ, aut archipresbyterum, & hoc, quia ad Episcopum pertinet soli lectioni, orationi, & doctrinę vacare eadem distin. capitulo. Episcopus, scilicet Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodo instet. Propter quod, qui antequam eligatur in Episcopum talis non est, non debet eligi, & si electus fuerit non confirmatur, vt patet 85. distin. capitulo, archidiaconum, de archidiacono Florẽtino, qui licet peritus esset in literis, tamen ab electione repellitur, & electus non confirmatur, quia domum eius amicus nunquam intrauit ad recipiendam charitatem. Et si ad Episcopos hoc pertinet, vt propria dẽt a fortiori competet, vt aliena non tollant, neque cupiant, neque per turpia lucra velint ditari. Sic dicit Apostolus ad Titum primo capitulo, oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, & benignum. Sic etiam dicit Origenes super Matthęum. Vt autem non adimat cibos indigentium, opus est fide, quia & secundum simplicem intellectum opus habemus, vt fideles simus ad dispensandos Ecclesiasticos reditus, & non deuoremus, quæ sunt viduarum, & vt memores simus pauperum, & ne occasionem accipientes ex eo, quod scriptum est, scilicet dominus constituit his, qui euangelium prædicant de euangelio viuere, amplius quæramus, quam cibum simplicem, & necessaria vestimenta, & vt non amplius teneamus nobis, quam his, qui necessitatem patiuntur.

Alia quoque, quæ prælati circa subditos faciunt intelligũtur nomine administrationis cibi, quia Episcopi sunt dispensatores Dei ad Titum primo capitulo. Oportet Episcopum esse sine crimine, sicut dispensatorem Dei. sed ista pręcedentia dicta sunt velut exemplariter, subintelligantur omnia alia, quę de iure tenentur prælati circa subditos efficere.

Quare dicitur; In tempore. Quæst. CCLXVIII.

QVAERETVR quare dicitur; In tempore. Dicendum, quòd cum, vt dictum est præcedenti quæstione, nomine cibi intelligatur tota administratio, quam prælati faciunt circa subditos, per quam velut per quendam cibum in esse spirituali sustentantur, satis colligitur quare dicatur in tempore. Et dicendum, quòd notatur per hoc mensura quædam circa dispẽsationem spiritualium, nam cum dictum fuerit, quòd iste seruus debebat esse fidelis, & prudens: Ad prudẽtiam autem pertinet ponere modum, & diffinitionẽ, & cęteras limitationes circa actiones necesse est, ꝙ circa cibum, qui specialiter ministratur considerentur hęc, & ideo qualitas cibi, & quantitas, & tempus cibationis considerari debent. Sic enim in cibo corporali considerare debebat dispensator familię, vt declaratum est supra. In q. 254.

Aduertendum autem, quòd non solum considerandum est tempus cibationis, vt dicit hic Matthęus, sed etiam mensura cibi, & qualitas eius, quę Lucas expressit duodecimo capitul. scilicet vt det illis in tempore tritici mensuram, triticum enim omnibus fidelibus dandum est, quia signat sanam doctrinam, quã solam fideles recipiunt. Sed in hac consideranda est mensura, nam quidam parum capiunt, alij vero multum, insipientibus enim non sunt dicenda altissima in

in fide, sed plana, quę capiant, sapientibus autem non sunt dicenda vulgata, & trita, quæ contemnant, & fastidiant. Sic dicitur primo Corint. secundo capitulo, sapientiam loquimur inter perfectos, paruulis autem ingenio parua dicenda sunt. De hoc dicit Origenes super Matthæum. Prudentes autem, vt prudenter intelligamus indigentium causas propter quas sunt indigentes, & vniuscuiusque dignitatem quomodo educatus est, & quantum necessarium habet. Multa enim sapientia opus est ei, qui bene vult dispensare Ecclesiasticos reditus. Sit etiam fidelis seruus, & prudens, & non effundat rationabilem, & spiritualem cibum, quoniam non oportet volens ostendere se esse prudentem illis, scilicet qui magis necessarium habet verbum, vt ędificet eorum mores, idest vitam componat, quam quòd illuminat scientię luce, aut vt ne eis, qui possunt acutius audire pigeat exponere altiora, ne exponentes vilia contemnantur ab his, qui naturaliter sunt ingeniosi, aut per exercitationem sęcularis sapientię acuti.

De tempore etiam dicendum est quantum ad doctrinam, nam nouis in fide non sunt dicenda subtilia propter paruitatem ętatis, sed prouectis. Sic patet primo Corint. tertio capitulo, ego fratres non potui loqui vobis, tāquam spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis potum non escam, nondum enim poteratis, sed neque nunc potestis. Et sicut prelatus, aut doctor non debet alicui dicere vltra ea, quę capere potest, ita neque, qui docętur debet desiderare audire maiora, quam capiat, & audire expediat ad Roman. duodecimo capitulo, scilicet. Dico vobis omnibus per gratiam, quæ data est mihi, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique, sicut Deus donauit mensuram fidei, idest quisque velit intelligere tātum quantum capacitatis ei data est, sicut autem circa doctrinam consideratur tempus ex parte eius, qui docetur, ita & in omnibus alijs ministrationibus, interdū enim oportet prædicare, & aliquando tacere, interdum delinquentes corrigere, & aliquando cessare, & nihil est quantumcunque bonum, aut necessarium, quod si omni tempore indistincte ministretur non efficiatur nociuum. Sic dicit Isido. additum est in tēpore, quia beneficium non suo tempore datum redditur cassum, & nomen beneficij perdit, idem enim panis esurienti quidem appetibilis est, satiato autem non multum. Considerare autem tempus, mensurā, & huiusmodi pertinet ad prudentiam ministri, sine qua fidelitas parum proderit. Sic dicit Theoph. Sicut enim in dispensationibus facultatum, siue aliquis incautus sit fidelis domino existens, siue etiam prudēs sit, & infidelis dispereunt res domini, sic & in rebus diuinis opus est fidelitate, & prudentia. Noui enim multos Deum colentes, & fideles, quia vero non poterant prudenter Ecclesiastica tractare negocia, non solum possessiones, sed etiam animas destruebant vtentes in peccatores indiscreta virtute per immoderata pęnitentię mandata, vel importunam mansuetudinem.

Quomodo talis seruus dicitur Beatus.
Quæst. CCLXIX.

QVAERETVR consequenter ad id, quod dicitur; Beatus seruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem.

Dicēdum, quòd talis seruus Beatus est. Nam quādo dominus eius venit, beatum eum facit. Est enim iste seruus prælatus bene administrans circa familiam sibi subditam. Venit autem dominus cum ad mortē

F cuiusque Christus venire dicitur, quia tunc iudicat quemque, vt dictum est supra quæstione 239. Et qui bonam rationem de administratis dederit, beatus efficietur, quia beati sunt omnes, qui Deum vident, tales autem non solum simpliciter erunt beati, sed etiam habebunt magnum beatitudinis gradum, vt sequenti q. dicetur.

Et dicitur inuenerit sic facientem, scilicet vigilantem, & fideliter, & prudenter ministrantem, nam finis vitę attenditur, ideo qui in bonis vitam finit etiam si in eo mala præcesserint, non nocent ad beatitudinē, qui vero in malis finit, etiam si multa bona pręcesserint ad beatitudinem non prosunt. Dicit autem Hilarius: Inuenerit sic facientem, idest præcepto domini sui obedientem, vt doctrinę opportunitate verbum vitę in ęternitatis cibum alendę familię dispenset.

G

Quomodo est verum, quòd seruus fidelis, & prudens constituatur super omnia bona domini.
Quæst. CCLXX.

QVAERETVR quomodo est verum, quod sequitur, scilicet, amen dico vobis, quoniā super omnia bona sua constituet eū. Nam videtur, quòd nemo potest constitui super

H omnia bona domini, nam quod filius accepit maius omnibus est: Ioan. decimo capitulo, si tamen bonus prelatus constitueretur super omnia bona, non esset maius id, quod filius accepit, quam quod boni prelati accipiunt, quia super omnia nihil manet, ergo non constituuntur super omnia bona.

Secundo, quia istud dicitur de quolibet prelato bono, sed non potest quilibet constitui super omnia bona, nam cum vnus fuerit constitutus non potest alius constitui, ergo non constituitur super omnia bona.

Tertio, quia licet multi prælati boni sint, non sunt ęquales, tamen boni sunt fideles dispēsatores, & prudentes, & inueniuntur sic facientes in morte, quando dominus venit, & tamen secundum gradus meritorum sunt gradus præmiorum, ergo meliores maiora recipient a Deo, sed vltra hoc, quòd est constitui

I super omnia bona Dei, nō potest esse aliquod maius, ergo non datur hoc cuilibet seruo bono, sed soli optimo. Et iste erit vnicus, vel nullus.

Dicendum putant quidam intelligi de operatione miraculorum, scilicet quòd taliter ministrantibus datur potestas ad magna miracula facienda sup res præcipuas. Sic dicit Theop. super omnia bona sua constituet eum non solum super suam familiam, sed vt tam terrena, quam cęlestia ei obediant, qualis fuit Iesus naue, vel Iosue, & Elias, alter soli, alter nubibus mandans, & omnes sancti, quasi Dei amici rebus Dei vtuntur.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia non est

K verum, quòd aliquis prælatus quantumcunque vitę sanctissimus habeat potestatem super cęlestia, & terrestria, & si aliquis miracula fieri impetrauit precibus, aut fide sua, non tamen est inuentus aliquis circa omne genus rei miracula faciens.

Secundo, & pręcipue, quia miracula faciebant viri sancti viuentes, & tamen ista constitutio super omnia est post mortem, quia ad mortem venit dominus huius serui, ideo non est constitutio ista super operatione miraculorum.

Alij dicunt, quòd pręponitur omnibus bonis domini sui inquantum omnia intueri potest per intellectum speculatiuum. Et hoc ei conceditur. Sic dicit Theo. scilicet quicunque etiam vitam virtuose peragit, & seruos suos, idest iram, & concupiscentiam recte disposuit exhibens temporibus singulis mensuram

ram frumenti: irę quidem, vt afficiatur in habentes odio Deum, concupiſcentię vero, vt neceſſaria vtatur carnis prouiſione ordinans eã in Deum, talis inquam conſtituetur ſuper omnia, quæ poſſidet dominus dignus omnia per ſpeculatiuum intellectum intueri.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia intelligere omnia entia creata per intellectum ſpeculatiuum nõ eſt maximum bonum domini, ideo aliquid aliud eſt.

Dicendum, quòd quicunque ad vitam ęternam transfertur cõſtituitᷓ ſuper omnia bona domini, quia participiat viſione eſſentię diuinę, quæ eſt omne bonum, & Deus nõ habet aliquod maius bonum, quod dare poſſit, neque cogitari maius poteſt, quam ipſa diuina eſſentia, & illam plene dat ad nutum vidẽdam, & non manet aliud bonum, quod dari poſſit, ideo ſuper omnia bona iſti conſtituuntur. Sic dicit Hilarius ſuper Matthæum ſuper omnia bona cõſtituetur, ideſt in Dei gloria collocabitur, quia non eſt vltra bonũ, quod melius ſit.

Item dicuntur iſti cõſtitui ſuper omnia bona Dei, quia reges efficiuntur, quia regnant cum Chriſto in ęternum, & hoc planum eſt. Nã Deus filio ſuo dedit omnia bona, tanquam hęredi, cum ſit filius, nos autẽ cohęredes illius efficit ad Roman. octauo capitulo, ſcilicet hęredes autem Dei, cohęredes autem Chriſti, ſed hęres habet vniuerſalem ſucceſſionem, ideo & eis, qui ad Deum pertinent datur vniuerſalis ſucceſſio in bonis Dei, & conſequenter ſuper omnia bona Dei inſtituuntur. Sic dicit Origenes ſuper Matthęum. Super omnia bona ſua conſtituet eum, ſcilicet vt conregnet Chriſto, cui omnia bona ſua tradidit pater, quòd ſicut boni patris filius ſuper omnem ſubſtantiam ſuam conſtitutus participat huiuſmodi dignitatem fidelibus, & prudentibus diſpenſatoribus ſuis, vt ſint, & ipſi ſuper omnem creaturam.

Sed dicendum, quòd iſtud ſit generaliter dictum: Omnibus, qui transferuntur ad beatitudinem conuenit, ſiue fuerint pręlati, ſiue non, eo quòd omnis beatus conſtituitur ſuper omnia bona Dei, ſcilicet videt eſſentiam, quæ eſt omne bonum, & ibi ſunt omnia bona eminenter. Sic enim Boetius diffiniuit beatitudinem eſſe omnium bonorum ſtatum aggregatione perfectum tertio de Conſola. proſa ſecunda, & tamẽ Chriſtus promiſit p̄latis bonis aliquid ſupra id, quod omnibus alijs beatis non miniſtrantibus conceſſum eſt. Et iſtud eſt quidam excellẽs gradus glorię, & pertinet ad modum cuiuſdam aureolę, immo vere boni prælati aureolam habebunt, quia vna eſt aureola doctorum, ſed omnis bonus prælatus eſt doctor, nam iſtud eſt præcipuum officium prælati. Tria enim ſola facere pręlatus iubetur, ſcilicet vacare lectioni, orationi, & doctrinę, & ideo non debet habere curam rei familiaris per ſe, ſed alijs commendare, immo & curam alendorum peręgrinorum viduarum, & pupillorum non per ſe, ſed per archidiaconum, aut archipresbyterũ agere iubetur 88. diſtin. capitulo Epiſcopus. Et ſic prælati boni ſuper alios habebunt ſpecialẽ gloriam, nam etiam nunc maiori gloria, & honore digni ſunt, ſic dicitur prima Corint. quinto capitulo. Qui bene pręſunt pręsbyteri duplici honore digni habeantur. Etiam pręter aureolam habent aliquid aliud excellentius in pręmio eſſentiali, quod conſiſtit in excellentiori gradu viſionis, quia magis meruerunt, cum plura, & maiora opera charitatis faciat regulariter bonus prælatus, quam alius non prælatus, ſed ſimpliciter ſubditus, qui beatificatur.

Eſt autem dicendum, quòd hunc gradum, & differentiam glorię inter pręlatos, & non pręlatos Chriſtus oſtendere voluit, & ad hoc dixit conſtitui prælatos

A ſuper omnia bona. Et licet, ſicut declaratum eſt etiam alij omnes beati conſtituantur ſuper omnia bona Dei, tamen Chriſtus de his ſolis dixit, quia ſpirituale quid voluit per hoc deſignare, & hoc non potuit alio modo deſignari.

Primo, quia hoc per parabolam innuendum erat, quæ accipitur a rebus corporalibus, & in illis non eſt aliqua talis differentia bonorũ, qualis eſt in gradibus vitę ęternę, ideo non fuit modus pręciſus ad oſtendendum in illis, & quia in rebus corporalibus nihil excellentius eſt, quam dicere ſimul omnia bona, nihil magis potuit conuenire ad innuendum gradum beatitudinis prælatorum, quam dicere, quòd ſuper omnia bona domini ſui conſtituentur.

Secundo, quia dato, quòd ſine parabola diceretur,
B cum Chriſtus loqueretur adhuc rudibus, oportebat, quòd modo plano deſignaret illum gradum. Si autẽ vellet eum deſignare eo modo, quo vere ſe habet ad alios gradus, non intelligeretur, ideo ſic conueniens fuit exprimi, ſcilicet quòd ſuper omnia bona conſtituatur talis ſeruus.

Conſiderandum tamen, quòd adhuc Chriſtus aliquam differentiam apertam deſignauit in gradu glorię beatorum, qui non ſunt prælati, & eorum, qui pręlati ſunt, & vtranque deſignauit per ſeruos, ſed dixit quoſdam ſeruos nulli miniſtrationi præpoſitos, ſed ſolum expectantes vigilanter dominum ſuum. Et iſti
C ſunt omnes priuati, qui per virtutes beatificãtur, alios ſeruos dixit præpoſitos familię, & bene adminiſtrantes, vtrorumque ponit præmium adueniente domino Lucę duodecimo capitulo. Primorum quidem, quòd dominus veniens pręcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit ante eos. Secundorum vero præmium eſt, quòd ſuper omnia bona domini conſtituentur, manifeſtũ eſt autem maius eſſe, quòd ſeruus maneat conſtitutus ſuper omnia bona domini, quam quòd ſemel dominus tranſeat, & miniſtret ſeruis, quia hoc antiquitus in quibuſdam diebus fieri ſolitum erat. Sic dicit Beda, quanta enim inter bonos doctores, & bonos auditores eſt meritorũ
D diſtantia, tanta eſt, & prẽmiorum, hos enim, ideſt auditores veniẽs cum vigilantes inuenerit faciet diſcũbere, illos autem, ideſt doctores cum fideliter, prudẽterque diſpenſantes inuenerit, ſupra omnia, quę poſſidet conſtituet, ideſt ſuper omnia cęleſtis regni gaudia. Et idem dicit Remigius.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd poteſt conſtitui homo ſupra omnia bona Dei, proprie autem conſtitui ſupra bona aliqua eſt conſtitui ſupra bona, quæ ſunt ſeparata a domino cuius ſunt, & ab eo, qui conſtituitur. Et ſic vocantur bona Dei ea, quę creata ſunt, & tamen Deus non conſtituit beatos ſupra bona ab illo creata, quia per hęc non ſunt beati,
E ſed per contemplationem, & poſſeſſionem boni illius, quod ipſe eſt, trahitur tamen modus iſte ex parabola, quia dominus ſerui conſtituit fidelem diſpenſatorem ſupra omnia bona, quæ ipſe dominus poſſidet.

Nunc autem dicendum, quòd idem bonum eſt, quod pater filio tradidit, & per quod fideles ſunt beati, & eſt illud eſſentia diuina, ſed differenter nobis, & filio datur, nam filio datur, vt per illam, & in illa ſubſiſtat, nobis autem datur, vt illa fruamur, non autem, vt per illam ſubſiſtamus, & ideo filius per hoc, quòd ei datur Deus eſt, & ęqualis patri. Nos vero non dij, ſed beati ſumus, maius autem eſt Deum eſſe, quam beatum eſſe, ideo verum eſt, quòd id, quod pater dedit filio maius omnibus eſt, & tamen id, quod filius de patre accepit, eſt quod nos accipimus, & eſt totum bonum Dei, ideo verum eſt, quòd ſupra omnia bona Dei conſtituitur bonus ſeruus.

Ad

Ad secundum dicendum, quòd licet vnus constituatur super omnia bona Dei, potest alius, immo & quilibet supra illa constitui, & vnius constitutio non repugnat, neque adimit aliquid alteri, quia etiam in bonis nostris hoc inuenitur, vt Aristotel. innuit nono Ethicorum. Sola enim bona fortunę, quę vocat ipse bona circumpugnabilia, sunt huiusmodi, vt cũ quis illa habuerit, non possunt ad alterum peruenire, nisi ille desierit illa habere. Bona autem simpliciter, quæ honesta dicimus, & etiam delectabilia, licet in quolibet perfecte sint, non minus sunt in alio. Et hoc, quia non sunt eadem numero, sed specie, scilicet alię virtutes specie eędẽ, & beatitudo eadem specie numero differens. Bona autem fortunę non gignuntur in nobis per operationem nostram, sicut virtus, & beatitudo, sed naturaliter in se habent esse, ideo cum apud vnum manserint non possunt esse apud alium, secus de bonis Dei, de quibus hic, est enim illud bonũ Dei essentia Dei, quæ per modum obiecti pręsentialiter beatificat animam, & quantumcunque videatur perfecte ab aliquo potest videri ęque perfecte, aut perfectius ab altero, & ideo non magis perfecte habet quis beatitudinem si solus sit beatus, quam si omnes simul beati sint, propter quod possunt omnes constitui supra omnia bona Dei.

Ad tertium dicendum, quòd non habent omnes prelati ęqualia pręmia, sicut neque ęqualia merita, quæ in vita ęterna sunt, & tamen quilibet eorum cõstituitur supra omnia bona Dei, quia quilibet est beatus per visionem, & plenam possessionẽ diuinę essentię, quę est totum bonum Dei, quia extra illam non habet Deus aliquod bonum, immo illa est eminẽter omne bonum, & tamẽ licet illa tota habeatur, a quolibet beato, aliquis participat ea perfectius, quã alius, quia videtur ab eo clarius, vt declaratum est supra quinto capitulo, questione 43. Et sic stat esse maius præmium cum hoc, quòd quilibet sit supra omnia bona Dei.

Quid hoc sit, scilicet. Si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit dominus meus.
Quæst. CCLXXI.

QVAERETVR consequenter cum dicatur, si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit dominus meus venire, quid hoc sit,

Dicendum, quòd iste seruus est prælatus constitutus a domino super familiam, sed quia malus est, intelligitur ꝑlatus male administrans. Et iste dicit, moram facit dominus meus venire, idest tarde venit Christus per mortem, vel ad iudicium, qui est dominus meus.

Sciendum autem, quòd ista verba possunt intelligi in bono, & in malo sensu. In bono quidem, quòd desideret seruus ille, quòd Deus veniret educens eum de hoc sęculo ęrumnoso, tale autem est desiderium virorum sanctorum, & perfectorum, quibus mundus iste crucifixus est, & ipsi mundo. Sic enim Paulus dixit ad Gala. sexto capitulo. Et nihil inueniũt hic, quod eos delectet, sed omnia desipiunt, & vilescunt. Quapropter totum desiderium eorum est ad cęlestia, ad quę quotidie suspirant iuxta illud Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Et quia istud non potest fieri sine resolutione corporis, cupiunt solui de hoc carnis vinculo, vt vniantur Deo, sicut dixit Paulus ad Philip. primo capitulo, cupio dissolui, & esse cũ Christo. Et iterum: Mihi mori lucrum est.

In malo autem potest accipi, quantum ad malos, quia mali vellẽt, quòd tardaret dominus venire, idest

F tarda esset mors, immo si esset possibile, quòd nunquam veniret, propter quod non solum vellẽt, quòd tarda esset, sed etiam affliguntur nimis, quando coguntur illius habere memoriam Ecclesia. 41. capitulo. O mors, quam amara est memoria nominis tui homini habenti pacem in substantijs suis, viro quieto, cuius directę sunt vię in omnibus, & adhuc valenti sumere cibum. Sed an seruus iste bono, an malo animo dixerit, idest an dolens propter tarditatẽ, an gaudens potest colligi ex moribus eius, dicitur enim, ꝙ malus seruus erat, ideo gaudens dicebat, & malorum spem concipiens. Sic dicit Augustinus in epistola ad Hesychium. Ex moribus huius serui apparet animus eius, quos mores licet breuiter magister bonus curauit exprimere, idest superbiam, cum dicitur, cęperit

G percutere conseruos suos, luxuriam, cum dicit, manducet autem, & bibat cum ebriosis, ne quod dicebat moram facit dominus meus venire desiderio domini sui dicere crederetur, quo ardebat ille, qui dicebat, sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam. Dicendo enim, quãdo veniam, moras se perpeti moleste ostendit, quia etiam, quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur.

Sed propter hoc Augustinus mouet dubium, quid sit melius, an putare tardum esse aduentum Christi, & vigilare, an dicere esse breuiter accelerandum, & vigilandum, an dicere se nescire, quando erit, an cito, an tarde, & ob hoc vigilandum esse. Et approbat ter-

H tium, quia primi duo periculose dicunt, tertius non cum ait in epistola ad Hesychium. Hoc autem seruo malo remoto, qui proculdubio domini sui odit aduẽtum, constituamus ante oculos tres bonos seruos aduentum domini sui desiderãtes, si vnus eorum citius, alter tardius dominum suum putet esse venturum, tertius de hac re suam ignorantiam confiteatur. Videamus tamẽ, quis magis euangelio consonet. Vnus dicit vigilemus, & oremus, quia citius venturus est dominus. Alter dicit vigilemus, quia breuis, & incerta est ista vita, quandiu tardius vẽturus est dominus. Tertius dicit vigilemus, quia breuis est ista vita, & incerta, & nescimus, quando venturus est dominus. omnes quidem pre desiderio domini regni de hoc volũt esse

I verum, quod putat primus, proinde si factum fuerit, gaudebit cum illo secundus, & tertius. Si autem factum non fuerit, metuendum est, ne inter ipsas moras perturbentur, qui crediderãt, quod dixerat primus, & incipiant domini aduentum non tardum putare, sed nullum. Qui autem credit, quod dicit secundus, tardius dominum esse venturum, si factum fuerit, nulli turbabuntur in fide, sed inopinato gaudio perfruentur, qui autem quid horum verum sit, ignorare se confitetur, illud optat, hoc tolerat, & in nullo eorũ errat, quia nil eorum, aut affirmat, aut negat.

Ex hoc apparet, quod valde notandum est contra illos, qui dicunt instare dies antichristi, aut diem iudicij, nam si euenerit, quod illi dicunt, nemo turbabi-

K tur, si autem non acciderit non solum turbabuntur, immo putabunt aliqui, nunquam venturum esse antichristum, & fortassis nullum venturum diem iudicij. Et ita etiam Beda super illo verbo Luc. decimo septimo capitulo. Si diceret vobis ecce hic, & ecce illic, nolite ire, neque sectemini, ait bonum ergo est diem domini desiderare, neque tamen magnitudine desiderij nobis somnia fingere debemus, quasi instet dies domini, & ideo melius est confiteri, quod nescimus, an cito, an tarde veniat dominus, immo & minus periculosum est dicere, quòd tarde veniet, dum tamen credamus vitam esse breuem, & incertam, & vigilemus. Vnde nõ modicum turbant fidem pusillorum, qui annunciant breuitatem temporis, & accelerationem

nem antichristi designantes tempora quędam, vnde & parum ante tempora nostra visum est, quòd annunciato publice aduentu antichristi in breui, cum ad tempora, quę putabat vulgus non venerit, multi cęperint de fide dubitare, & ad cętera, quę necessaria credenda sunt, pigriores efficiuntur.

Sed dicendum, quòd aliud est de aduētu antichristi, & die iudicij, quam de morte nostra, quę etiam aduentus domini dicitur, vt ostensum est supra. Nam de antichristo, & iudicij die nulla nobis certitudo est, aut coniectura. De morte autem certitudo est considerata duratione ętatis nostrę, & multa cōiectura est cuilibet attentis quotidianis periculis, ideo dicere quoniam mors instat, & ideo vigilandum esse assidue bonum est, seruus autem iste de aduentu domini, idest de morte loquitur, & dicit moram facere dominum, & ideo imputatur ei ad malum. Sic dicit Beda. Nota inter vitia serui mali ascriptum, quòd tardum domini sui reditum putauerit, non autem inter boni virtutes annumeratum est, quòd hunc cito sperauerit, sed quod fideliter ministrauerit. Nihil ergo melius est, quam vt patienter sustineamus ignorantes, quod sciri non potest, sed tantum laboremus, vt idonei inueniamur.

Quid cogitauit seruus iste malus ad male ministrandum ex tardo aduentu domini sui.
Quæst. CCLXXII.

QVAERETVR quid cogitauit seruus iste malus ad male ministrandum ex tardo aduentu domini sui.

Dicendum, quòd cogitatio ista fuit sibi occasio mali, nam dixit, quòd dixerit hoc in corde suo, & cęperit percutere conseruos suos. Sed sciendū, quòd non dixit iste seruus de aduentu ad iudicium, sed de aduentu ad mortem, nam primo modo non proderat ei, nam etiam si tardaret ad iudicium venire si ipse cito moriturus erat, nihil proderat.

Motiuum autem huius potest accipi, sicut accipiebatur in seruo secūdum sensum parabolicum, & ponebantur ad hoc quatuor causę supra, & tamē aliquę illarum competunt hic, & aliquę non. Et patet, quia non stat prima, scilicet quòd propter magnam moram poterat credi, quod forte dominus nunquam veniret, sed moreretur in regione aliena, & ita nunquam peteretur ratio a seruo, vel posset ipse in bonis succedere. Secus hic, quia nemo de prelatis potest ignorare se moriturum, quia ista est lex omnis carnis cum statutum sit vnumquemque hominem semel mori ad Hebręos nono, neque potest dubitari rationem esse petendam, quia Deus mori non potest.

Secunda causa poterat manere nūc, quia ibi seruus licet putaret a se rationem petendam, quia putabat dominum diutius moraturum credebat, quod non exigeretur ab eo ratio vsque post multa tempora, & malum, quod longe esse putaret, parum mouet, ita & nunc cum quis credat se diu victurum tractus delitijs vitę, & temporis contemnit timorem Dei, & vacat voluptatibus.

Tertium etiam potest aliquo modo facere, scilicet quòd quidam, ita male sentiunt de fide quantum ad statum animarum post mortem, quòd damnatorum pęnas non putant esse magnas, & cum illas nō videāt, neque experiantur, iudicant melius esse gaudere voluptatibus huius sęculi, si diu manendum sit in eis, & post mortem damnari apud inferos, quam abstinere a voluptatibus pręsentis temporis, vt euadant pęnas post mortem, si autem paruo tempore viuendū esset in delitijs potius vellent abstinere ab eis, vt non inci-

A derent in pęnas inferni post mortem, & ita diuturnitas cogitata vitę mouet eos ad male administrādum.

Quarta tamen causa magis mouet, quia sicut illi, licet aliquo tempore voluptuose viuant, & dissipent aliquid de substantia domini, si dominus diu absit, poterit in illo tempore restituere priora damna postea bn̄ administrādo, ita vt nō appareat, an dilapedauerint, ita prælati confidentes de longa vita habent occasionem errandi, & male administrandi, nam putant se habere tempus ad fruendum voluptatibus, & quòd postea in senectute, aut in extremo temporis poterūt pęnitere de malis præteritis, & ita saluabuntur. Et ista est vera causa, & sensus huius literę. Et patet, quia re-

B dargutio Christi procedit directe contra hoc, cum dicit, veniet dominus serui illius die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, quasi dicat non est bona consideratio illa, quia cum ille putet longa tempora vitę sibi superesse, forte in medio tempore dum voluptatibus vacat maxime seruus ille veniet subito dominus auferens animā eius, & petens rationem de administratione, & non poterit occultari tunc mala administratio, ideo vt non eueniat sic, semper est vigilandum in bona administratione.

Quare dicitur de seruo isto malo. Et cęperit percutere conseruos suos, manducet autem, &c.
C *Quæst.* CCLXXIII.

QVAERETVR quare dicitur consequenter de isto seruo malo, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis.

Dicendum, quòd iste seruus malus, eo quòd longa tempora vitę sibi promittit defluit ad malam administrationem, in qua includitur omne peccatum. Posuit tamen hic Christus duo, quæ sunt præcipua, idest superbiam, & luxuriam, ad quæ cętera reducuntur, nam auaritia, qua congregamus thesauros indebite, aut superbię, aut gulę seruit, aut luxurię.

Primum autem, idest superbiam per conseruorum percussionem signauit. Sic dicit Augustinus in epistola a Hesychiū, scilicet. Mores mali serui (licet bre-

D uiter) magister bonus curauit exprimere, idest superbiam, cum dicitur, & cęperit percutere conseruos suos, luxuriam, cum dicit, manducet, & bibat cum ebriosis, sed quantum ad superbiam dixit percutere conseruos, quòd proprie designatum est. Nam qui superbit infert alijs iniurias non contentus ęqualis esse ęqualibus, sed velut absolutus a vinculo legis ad votum viuere, seruus autem, qui constituitur super familiam non desinit esse seruus. Vnde dicitur, quis putas est fidelis seruus. Cum autem seruos percutit ęquales percutit, & velut dominus agit in seruos, cū tamen non sint eius serui, sed ipse eorum conseruus sit. Et hoc signauit Christus dicens, cęperit percutere conseruos suos.

E Istud autem ad prælatos pertinet, quia licet constituantur a Christo super plebem non desinunt esse serui Christi, & ipsi non sunt domini eorum, quibus præponuntur, sed conserui. Sic dicitur Ecclesia. 32. capitulo. Rectorem te constituerunt, noli extolli, esto in illis, sicut vnus ex illis. Et prima Petri quinto capitulo, dicitur ad seniores, idest prælatos. Non dominātes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Et dicitur. Cęperit percutere, quod specialiter in Episcopis, & omnibus Ecclesiasticis viris vetitum est. Vnde dicitur prima ad Timo. tertio, & ad Titum primo capitulo, quòd oportet Episcopum non esse percussorem, sed modestum. De hoc dicit Origenes super Matthæum peccat autē in Deum quicunque Episcopus, qui non, quasi conseruus ministrat, sed quasi dominus,

minus, & frequenter, vt amarus dominus per vim dominatur.

Aliter potest accipi in sensu, quasi morali, quòd percutit suos, idest conscientias eorum suo malo exemplo percutit. Est autem talis modus loquendi Apostoli, primo Corinthiorum quinto capitulo. Si autem peccantes in fratres,& percutientes conscientiam eorum infirmam in Christo peccatis, & maxime conuenit iste sensus,quia percutere conscientiam est respectu infirmorum, & pusillorum,qui scandalizantur,sed isti, qui nominantur pusilli sunt. Sic dicitur Lucę duodecimocapitulo, cœpit percutere pueros,& ancillas. Pueri quidem infirmi sunt ex conditione ętatis, ancillę autem ex conditione sexus. De hoc dicit Beda: In hoc seruo cunctorum præsulum malorum narratur damnatio,qui neglecto domini timore, non modo luxurię ipsi vacant,sed etiam subditos iniurijs stimulant, quamuis, & typice possit intelligere pueros,& ancillas percutere, infirmorum corda prauo exemplo vitiare.

Dicitur autem bibere cum ebriosis, ipsa immoderatio, & voluptas non solum potuum, & ciborum, sed etiam incontinentiæ carnis, hęc enim sibiipsis coniuncta sunt,quia venter mero ęstuās facile despumat in libidinem, & vēter, & genitalia propinqua sunt,& prælati ita peccant in venereis, sicut in crapula,& ebrietate.

Dicitur autem manducare prælatus cum ebriosis dupliciter. Vno modo quantum ad ea,quæ ad ipsum pertinent. Alio modo quantum ad ea,quæ alijs tollit.

De primo,dato, quòd prælatus legitimos redditus habeat, & de illis inebrietur, peccat non, quasi iniustus, sed quasi intemperatus. Et peccatum est in Deum non autem in proximum, nisi inquantum malo exemplo suo alios male ędificat. Secundo quantum ad hoc peccat indirecte in Deum, quia dum crapulæ, & ebrietati vacat, non potest attendere ad curam gregis. Secundo quantum ad principale accipitur, quod manducet cum ebriosis quantum ad ea,quæ ab alijs accipit, scilicet si prælatus bona ecclesiarum aliorum ministrorum,aut quorumcunque diripit, vt largius delicijs vacet, tunc enim vtroque modo peccat, scilicet iniustus est,& intemperatus. Et isto modo accipiebatur in parabola, idest inquantum de bonis domini seruus ille copiosę inebriebatur,& crapulabatur dissipans bona domini. Et ista erat mala administratio,& præter iniustitiam istam sunt illa duo mala,quę dicta sunt.

Quare Christus non posuit hic vitium luxuriæ cum in hoc etiam ministri Ecclesiæ peceent. Quæst. CCLXXIIII.

SED quæretur cum Christus quantum ad malos prælatos posuerit hic vitium ebrietatis, & crapulę,quare non posuit vitium luxurię,nam in hoc etiam ministri ecclesię peccant.

Aliqui dicunt, quòd fuit, quia per ebrietatem, & crapulam sufficiē ter illud intelligitur, cum vnum sequatur ex alio, vt dictum est præce.q.

Dicendum,quòd non est ista causa,quia vnum vitium intelligitur per alterum, quando vnum est minus principale, quam aliud, & quasi appenditium ad illud, hic vero non est sic, quia luxuria pręcipuum vitium per se est.

Secundo, quia etiam hoc teneret aliquo modo, si luxuria solum sequeretur ex crapula, & ebrietate,sed falsum est, quia quidam satis sobrij in cibo, & potu circa venerea dissoluuntur, a quibus aliqualiter abstinent,vel parcius eis vtuntur,quidam, qui ebrietati,&

F crapulę inhiant. Est ergo dicendum,quòd causa vera fuit, quia non potuit hic exprimi illud vitium, nam Christus dixit quædam vitia prælatorum per similitudinem malorum seruorum præpositorum familię: malum autem dispensatoris est in eo, quòd dissipat substantiam domini.

Dissipatur autem illa vno modo percutiendo seruos,quia sic illi fugiunt, & perdit dominus possessionem suam, nā seruus possessio dn̄i est,quinto Ethicorum,aut turbatur pax domestica, & sic pereunt multa opera, quæ a quietis impenderentur. Alio modo dissipatur substantia domini illam consumendo sine causa. Et hoc est cum seruus inebriatur,& crapulatur de illa, ideo ista duo posuit, scilicet quòd cęperit percutere seruos, & manducet cum ebriosis.

G De luxuria autem circa venerea non dixit, quia illa nisi sit iuncta crapulę, & ebrietati non dissipat substantiam domini, & quia non dissipauit directe non tetigit illam, sed de prçlatis non posuit hic, nisi sub parabola dispensatorum, ideo non posuit de luxuria, tamen interdum est in ecclesiasticis viris,& maxime in prçlatis,quorum vita ab alijs trahitur in exemplum non solum crapulam,& ebrietatem,& superbiam detestabilem esse,sed etiam incontinentiam a venereis.

Quod autem dictum est manducet cum ebriosis signat graue crimen prælati, scilicet quia non solum ebriosus sit, sed etiam alios ebriosos faciat. Si enim prælatus de legitimis redditibus mādučet cum ebriosis,multipliciter peccat. Primo, quia ipse inebriatur.

H Secundo,quia cessat a vacatione, & vigilia pastoralis curię cum ebrietati intendit. Tertio, quia alios male ædificat suo exemplo. Quarto,quia redditus ecclesiasticos, qui in alios vsus expendendi erant, in malos vsus amplius effundit,quasi si solus ebrietati, & delicijs vacaret.

Si autem de alienis inebrietur, aggrauatur peccatam supra præcedentia, quia non solum rapit ecclesiastica bona,sed & alijs diripienda,aut direpta tradit, & tanto necesse erit plura diripere, quanto prælatus plures ebriosos secum facit.

Quare dicitur: Veniet dominus serui illius die, qua nescit, & hora, qua ignorat. Quæst. CCLXXV.

I QVAERETVR quare dicitur consequenter, veniet dominus serui illius die, qua nescit, & hora qua ignorat.

Dicendum,quòd dicitur ad significandum frustratam cogitationem serui illius, malus enim prælatus, quasi securus de longa vita animum suum ad male administrandum dedit,quasi postquam diu vacauerit delicijs,poterit pęnitere aliquantulum ante mortem, sed errat, quia cum putauerit sibi esse tempus quietis,superueniet subito mors,& non erit tempus pęnitendi. Verum est enim, quòd quacunque hora quis de malis præteritis doluerit, accepta & fructuosa erit pęnitentia eius,& tamen incertum sibi promittit,qui credit, quòd ante mortem poterit pęnitere, quia

K cum gratia pęnitendi nobis a Deo detur, siquis toto tempore vitę illam spreuerit,& Deum pulsantem ad ostium non audierit, forte in extremo vitę, illam a Deo non habebit, quem toties contempsit, & gratiam illam recusauit, aut forte tam subitanea erit mors,quòd neque cogitandi locus erit, aut alię occupationes, & affectiones sęculi tam efficacit dominabuntur eo tempore animæ, quòd ad alia diuelli non poterit, aut fortassis quis dormiendo moriatur, & tunc non erit locus de remissione cogitandi.

Et ob hoc dicitur, veniet dominus serui illius, scilicet ad mortem eius, quando ab ipso rationem exigere

gere vult, quia tunc venire dicitur Christus, vt dictū est supra quæstione 239. veniet autem die, qua non sperat, scilicet quia iste præsupposuerat longam sibi futuram vitam,& tamen accidit contrarium, vt breuis sit,& propter hoc non potest extunc dare conuenientem rationem. Veniet etiam hora, qua ignorat, quia si dies mortis est incertus, magis est incerta hora. Et specialiter fit hoc propter impedimenta, quæ sunt in quibusdam horis, quæ non sunt in alijs, vt siquis dormiendo moriatur, quia ibi non est locus pęnitendi, & tamen aliqui morientur, sicut in die iudicij superueniet enim punctus ille, quibusdam dormientibus, vt dicitur supra in litera,& Lucę, decimo septimo capitulo scilicet. Duo erunt in lecto vnus assumetur, & vnus relinquetur, idest erunt dormientes aliqui,& quidam illorum morientur in igne, & damnabuntur,& alij rapientur ad ęthera, & morientur,& omnibus erit mors subitanea. Nā satis apparet, quòd illi dormiendo morientur, quia si sentirent illum ignem subito aduenientem, non manerent in lecto, & tamen de lecto assumentur quidam, & alij relinquentur, ergo aliqui dormiendo morientur.

Aliqui autem fortassis morientur subito, cum fuerint in ipso actu peccati. Sicut Num. vigesimo quinto capitulo ponitur de Phinees filio Eleazari, qui occidit verum Iudęum coeuntem cum Madianitide, dum essent in ipso actu coitus. Vnde dicitur eodem capitulo, quòd perfodit eos pugione eodem actu per loca genitalia vno ictu. necesse erat autem tunc esse in Actu peccati, in quo non erat penitentię locus. Videtur enim repugnare simul peccare, & pęnitere, sed referuntur ad aliud, & aliud tempus: Et ita de similibus horis, & ideo valde timendum est, quia nescimus horam, in qua mors nos occupabit, propter, quod seruus iste non deberet sibi saltem vnicum diem ad vacandum crapulę, & ebrietati concedere.

Quomodo est verum, quòd dominus diuidet seruum. Quæst. CCLXXVI.

QVAERETVR quomodo verum est quantum ad istum seruum, quòd dominus eius diuidet eum.

Aliqui dicunt, quòd diuidet eum, idest corpus eius in partes secabit, vt quædam pars tolleret pœnam, & alia non.

Sed falsum est, quia in resurrectione totus homo resurget,& ideo, aut totus patietur, aut totus gaudebit. Item, quia inconueniens esset, quòd cum totum corpus fuerit instrumentum peccati, passio fieret in quadam parte,& non in alia.

Alij dicunt, quòd diuidet eum, idest animam eius diuidet, vt quædam pars animę sit ad pœnas tolerandum,& alia non.

Sed non stat primo propter duas rationes. Secūdo quia anima diuidi non potest, & ideo si anima erit in pęna totā ibi esse necesse est, quia illa indiuisibilis est, cum sit simplex. de his dicit Basilius non quidem diuidetur corpus, vt hoc quidem exponatur tormentis, illud vero dimittatur. Nam fabulosum est hoc, neque iusti iudicij est, cum deliquerit totum, dimidium pati pœnam, neque anima secatur tota conscientiam criminosam possidens, & cum corpore mala cooperans. Alij dicunt, quòd accipitur pro separatione animę a spiritu, idest dono spirituali, scilicet quòd habuerunt isti prælati dona spiritualia dum viuerent, licet mali essent, in morte autem separantur ab anima, & sic dicit Origen. super Matthæum. Diuidetur, quando spiritus eius, idest spirituale donum reuertetur ad Deum, qui dedit eum, anima autem cū corpore suo

A vadit in gehennam. Iustus autem non diuiditur, sed anima eius vadit cum spiritu, idest spirituali dono ad regna celestia, qui autem diuiduntur non habent postea in se partem spiritualis doni, quæ erat ad Deo, sed relinquetur pars ipsorum, idest anima, quæ cum corpore punietur. Sic etiam dicit Basilius, quòd diuisio est perpetua alienatio animę a spiritu. Nunc enim,& si non sit gratia spiritus in indignis, videtur tamen vtrunque adesse conuersionem ad eorum salutem, tunc vero totaliter amputabitur ab eorum anima.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia dona data animę nostrę poterūt quidem perire, sed auferri non possunt. Sunt enim quædam accidentia animæ, B quæ licet a Deo accipiant esse, tamen illud in anima accipiunt, & non possunt eadem numero alibi esse, quam ibi, & ita in nobis per peccatū charitas deletur, & perit, sed non tollitur. Sic,& de singulis habitibus, aut de spiritualibus perfectionibus est.

Secundo, quia etiam in istis per mortem non solum non tolluntur, sed neque etiam pereunt dona. Nam aut accipitur de gratis datis, aut de gratis facientibus. Si secundo modo, non potest per mortem illorum aliquid tale tolli. Nam isti prælati ante mortem mali sunt, & tamē in malis non manet gratia gratum faciens, ideo non tollitur. De primo patet, quia si dona illa possunt manere in anima separata, vt habitus sapientię etiam si a Deo infusus fuerit, non solum manebit in bonis, sed etiam in damnatis. Neque est istud C aliquod incōueniēs. Si autem talia sunt, quę non permanent in anima separata, sicut est perfectio aliqua phantasię, quæ facit ad beneintelligere, & ex dono prouenit, non dicitur diuidi, quia neque in bonis, neque in malis manebit post mortem, scilicet in animabus separatis.

Dicendum, ergo, quòd dicitur diuidet eum, scilicet a cōsortio sanctorum. Nam malus prælatus dum viueret, erat præpositus viris sanctis, & alijs, & ideo communicabat sanctis. Post mortem autem a bonis separatus erit,& non communicabit eis in gloria. Ista aūt diuisio erit maxime pœnalis. Sic dicit Beda. Diuidet eum a fidelium consortio segregando,& eis, qui nunquam ad fidem pertinuerunt sociando, Hieroni- D mus quoque dicit: Diuidet eum. Non est intelligendum, quòd gladio eum secet, sed quod a consortio sanctorum eum separet.

Quid est, quod dicitur: Partem eius ponet cum hypocritis. Quæst. CCLXXVII.

QVAERETVR quid est, quod dicitur: Partem eius ponet cum hypocritis.

Dicendum præsupponendum esse, quod dicebatur supra quæstione 271. de seruo malo in sensu parabolico. Illi enim dabatur duplex pęna. Vna, quòd diuidebatur, idest priuabatur administratione, quam exercuerat. Alia, quòd puniretur corporaliter,& ista E erat, quòd ponebatur pars eius cum hypocritis, ita nunc subintelligendum est de prælato malo. Nam easdem duas pęnas habet. Prima est, quòd diuiditur. Et vltra sensum positum precedēti quæstione potest adhuc intelligi, quòd diuiditur, idest priuatur administratione. Et est conueniens sensus. Nam malus prælatus gaudebat valde in administratione, quam habebat, quia vtebatur ea temporaliter, scilicet non, vt prodesset, sed vt pręesset, & ita in superbam dominationem conuertebat prælationem, & in vacationem deliciarum, vt dictum est, quia cępit percutere seruos,& manducare cum ebriosis, priuari autem eo, in quo suam quis constituerat delectationem, amarum, & triste est, ideo in pęnam priuatur talis pręlatus

tus administratione ante tempus, de quo ipse cogitauerat, scilicet hora, qua non credebat, neque die qua cogitauerat.

Secunda pęna est, quæ infligitur, & pertinet ad sensum, & ista significatur, cum dicitur. Ponet partem eius cum hypocritis, idest tale præmium habebit ille malus prælatus, quale habēt hypocritę. Sunt enim hypocritæ, qui aliud videntur esse, q̃ sunt, ita iste malus prælatus videbatur bonus, & malus erat, quia ad hoc, ꝙ eligeretur in prælatum fortassis se bonum simulauerat, postea vero non fuit bonus. Hypocritis autem F grauis pœna datur, eo quòd graue peccatum est hypocrisis. Nam simulata sanctitas duplex est iniquitas, & prouenit hoc ex parabola. Nam seruus ille malus antequam ei Dominus committeret administrationem, bonus videbatur, quia aliàs non commisisset ei Dominus administrationem, postea vero malus fuit, & sic hypocrita erat, ideo pars eius cum hypocritis ponitur, sed Lucæ, decimo secundo capitulo, dicitur cum infidelibus. Et tunc planius conuenit malo prælato. Nam vocantur infideles, qui infideliter minstrauerunt, omnis autem malus prælatus infideliter ministrat, vt supra dictum est, ideo pars eius cum infidelibus erit, scilicet in inferno.

Et ad hoc pertinet id, quod sequitur, scilicet ibi erit fletus, & stridor dentium. Hoc enim apud inferos est, vbi mali prælati erunt, sed quomodo fletus, & stridor dentium sint ibi, dicetur sequenti capitulo vbi agetur de pœnis inferni.

NOn sine magno labore hanc minorem Matthæi nostri particulam, idest super tria, scilicet vicesimumsecūdum, vicesimum tertium, & vicesimumquartum capitula explicuimus. Oberat enim nobis vicesimiquinti sequentis mysteriorum lata, profundaque diffusio, ne intra eiusdem voluminis teneretur metas, ideo & si fronte minorem, non tamen fructu indigniorem hanc esse voluimus.

Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Sextam Partem Matthæi Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Q q Rr Sſ.

Omnes sunt Quaterniones, præter S ſ, qui sunt Sexterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D X C V I.

ABVLẼS.
IN 5^{m}. & 6^{m}. P^{n}.
MATEI.





colorchecker CLASSIC

calibrite